Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

BIB. DOM.
LAV
Bibliotheca S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY
S 1/3

Digitized by Google

S 4/2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYLVA ALLEGORIARVM TOTIVS SACRÆ SCRIPTVRÆ,

Conventus Eystettensis Ord: Præd:

MYSTICOS EIVS SENSVS, ET MAGNA ETIAM EX PARTE literales complectens, ſynceræ Theologiæ candidatis perutilis ac neceſſaria, quæ loco integræ Bibliothecæ cuilibet Sacrarum literarum ſtudioſo ſeruire poterit.

Autore F. HIERONYMO LAVRETO *Ceruarienſi, Monacho Benedictino in Cœnobio Montiſſerrati, & Abbate Monaſterij S. Fœlicis Guixolenſis.*

Cum Indice materiarum & dictionum ſecundùm Allegorias Scripturæ enodatarum locupletiſſimo.

Hac verò poſtrema editione acceſſit ad marginem diligentiſſima adnotatio locorum quibus ſinguli Auctores & præcipuè SS. PP. allegorias quaſque explanarint.

Sunt ex libris Fratris Dominici Jacobi ord. præd: Conventus Eystadiani 6. fl. compt.



BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY
DOMUS LAVALLIENSIS

LVGDVNI,
Sumptibus Ioannis Pillehotte,
ſub ſigno Nominis IESV.
M. DC. XXII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

BENIGNO ET SACRARVM LITTERARVM STVDIOSO LECTORI S.

SICVT veritatis matrem tempus non malè olim dixit Thales, ita nec à vero aberrasse visi, qui apud Aristotelem stolidissimum illud simul, & sapientissimum censuere. Etenim si in naturalibus rerum alterationibus, non semper cum tempore perfectioris fiat substantiæ generatio, sed ex animantibus quoque cadauera, & ex perfectis insecta nascuntur; quid mirum, si variæ circumuolutiones varient etiam veritatem: At verò nullum ego hominum genus, facilius istud & aduertere puto, & experiri, quàm eos, qui cudendis bono publico libris, magnum aliquando malum dant: non eò duntaxat, quod erroneos protrudant, vel apertè falsos: hæc enim ab honesto studio semotissima sunt, & ab artis huius dignitate omnino aliena, sed ex operis cui incumbunt difficultate, & operarũ festinatione. Porrò hęc quam pro temporis mutatione crescant, vel decrescant, nullus oculato teste certior, cui perspectas diuersorum temporum vnius libri editiones conferre libuerit. Instar omnium verò vnus facilè opinor id docebit exemplo suo præsens author, quẽ publicę iam diu vtilitati destinatum graues quibus impediebatur cõpedes detinuerunt: cum restitutis primũ fideliter mendis, maior multo & nouus Correctorem excepit labor, cõiectas videlicet in marginẽ citationes digerendi, & suis singulas locis adnotãdi; quod enim incertum esset, quid in tam plenâ allegoriarum messe, ex quo authore collectum fuerit, vt laboris ita certè vtilitatis pleniſſimum erat, indicibus literis, suum cuique sententiæ authorem adiungere, cum frequentissimâ antiquarum citationum immutatione, correctione, & transpositione: quo quod ante per coniecturam quasi de authore diuinare, id nunc certissimo conspicere possis. Et quanquam nonnullis eorum locis difficillimum fuerit integritatem debitam adferre, eo quod etiam in authore ipso faciendæ fuissent sentẽtiarum metatheses, factum tamẽ quoad fieri potuit vt propriis quæque sedibus ponerentur. Conqueritur sub extremo præfationis suæ author ipsius, séque aliquibus in locis implicatum nonnihil ingenuè fatetur: sed sicut illi nemo æquus arbiter negabit veniam, quod in tam operosâ mole opus dederit adhuc ita commodè digestum, sic nõ est cur à nobis transpositum illius ordinem cupiat, cum legenti aduertentíque facilè constabit, si, pauciſſimis in locis, spontanea hæc dissimulatio acciderit, verbi gratia, cùm citatur primo initio aliqua scripturæ historia, eíque subiungitur allegoriæ explanatio mox plures recensentur historiæ quæ eandem recipiũt expositionem, hinc aliquando contingit PP. licet sacram historiam non explanent ad sacram tamen explanationem notari, quia aliis locis non æquè oportunè apponi poterant. Vale & labore nostro fruere.

Digitized by Google

F. HIERONYMI LAVRETI

PRÆFATIO IN SYLVAM ALLEGORIARVM.

VENA tam diuite exuberans est diuina sapientia, quam nobis in sacris Scripturis Spiritus sanctus impertiri dignatus est, Studiose Lector: vt præter immensam abyssum mysticorum sensuum, vbi amplissimus datur spatiandi locus, ipse literalis eius sensus hactenus clarissimorum virorum exercuerit ingenia: qui non mediocrem in eo explicando operam adhibuerunt: & nunc recentiores in eodem non infœliciter laborant. Manet tamen scriptura semper inexhausta: vt multa etiam posteris elaboranda & eruenda relinquantur: de qua sic ait Augustinus: Sacra scriptura sic loquitur, vt altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat, affabilitate paruulos nutriat. Quia enim diuinitus inspirata est tantò sublimius etiam præclara hominum ingenia superat, quantò ipsi præclari homines Deo inferiores sunt. Vnde fit, vt noui, subinde prodeant libri, in quibus etsi aliqua iam dicta repetantur, complura tamen superadduntur, quæ eorum lectionem non inutilem reddant. Verùm adeò in immensum res excreuit, & indies augetur, vt nec anni Mathusalem sufficerent ad eos legendos libros, qui de scripturis sacris tractant: quanto minus tam breuis & imbecillis ætas, ac in rebus huius seculi plurimum occupata? Ad hæc, vexantur ingenia, quum non primum optimis quibusque authoribus occurrãt, sed quos fortè fortuna ad manus venire contigerit, amplectantur. Quamobrem censuerim non citra delectum & peritiorum iudicium libros sacras Scripturas exponentes omnibus esse legendos, quum in aliquibus eueniat bonas horas malè collocare: nec cuiuis hominum contingat adire Corinthum. Multorum enim est scribere, at paucorum id, quod conferat, assequi. Rarissimus autem est, qui omne tulerit punctum, miscens vtile dulci. Itaque cùm viderem multitudine librorum complura ingenia penè obrui, ac cum ingenti labore ad intelligentiæ culmen euadere: maximè autem Concionatorum, quibus docendi populi munus incumbit, qui cùm vastum pelagus sermonum euoluant, plurimum defatigati, vix inueniunt quòd eorum satisfaciat palato, visum est operæpretium fore, si quis è sacris & præcipuis authoribus ea colligeret, qua ad ipsius scripturæ intelligentiam tum literalem, tum mysticam valerent: nec opus esset lectori complures euoluere libros, sed haberet de quacunque dictione, quod opus esset, & authores citatos, vbi eadem fusiùs videre posset, si liberet. Itaque volui ipse tentare: cœpique iam circiter triginta sunt anni legendis authoribus nonnulla colligere: cúmque iam annum laborassem: prodiit opus Sanctum Pagnini, cui titulus, Isagoge ad mysticos sensus sacræ scripturæ: Quod opus quum aliquantisper euoluissem, imposui silentium meo labori, putans iam expletum esse, quod ipse moliebar, ne videlicet actum agerem. Verùm quum diligentius ac cominùs opus illud contemplarer, & considerarem, ipsúmque cum idea, quæ in animo meo erat, conferrem, conspexi, multum mihi superesse loci ad scribendum. Nam ille fœcundiora selegit vocabula, cæteris prætermissis: mihi in animo erat omnia complecti vocabula in quibus aliquid allegoriæ inueniri posset apud aliquem authorem alicuius notæ, qui ad manus meas venisset. Ille in citandis authoribus nimius est, quum totam paginam impleat, afferens verba vel Gregorij, vel Origenis, vel alterius: qua ratione volumen in immensum extẽditur. Nos autẽ authores in margine citamus, ne nimirũ crescceret volumen, putantes

Aug. 5. de Genes. ad literam.

Digitized by Google

sufficere occupatis quidem, id quod breuiter ac per modum indicis aut argumẽti ex doctoribus afferimus: ociosis verò ac curiosioribus vacabit ipsa loca citata discutere, ac rem plenius indagare. Demum ille sola mystica tractat: apud nos inueniuntur plurima, ad literalẽ sensum facientia, & phrases ac vocabulorũ variæ acceptiones explicatæ: adeò vt valeat vnusquisque hunc librum commentarij vice habere posse, eumq; non solum indicem sacræ scripturæ, verum etiam præcipuorum doctorũ. Neque enim omnes euoluere licuit, tum quia non suppetebat facultas eos habendi, tum quia religionis obedientiæ subiecto, nõ vacabat tantum temporis huic operi impendere, quantũ opus erat: nec licuit adiutores habere, qui hîc maximè necessarij erant, sed totus penè labor mihi exhauriendus fuit: quo onere toties adeo premebar, vt me sæpè cœpti pœniteret ac in desperationẽ labor adduceret. Sed fauit Deus, qui ne succũberem, sustinuit, ac cordibus R. P. Bartholomæi Garriga Abbatis Montisserrati ac reliquorũ Monachorũ inspirauit, vt auxilium præstarent, quo liber me viuente, in publicã prodiret vtilitatẽ. Certò enim penè sciebam, si fata præoccupasset, librum tineis, & blattis, ac pharmacopolis relinquendũ. Quæ res etiam in causa est, vt non adeo tersus & politus ædatur, nec cum tam debito ordine, quantum exigebat: nec omnia complectatur, quæ ad eam materiam apud scriptores inueniuntur. Neque enim vnus omnia potest: satis est, librum esse eiusmodi, cui semper licebit addere, vt solet dictionariis & indicibus. Ansam præbuimus volentibus adiungere, modò Catholicæ fidei regulas teneant, nec erroribus, doctrinæ synceritatem polluant. Licet enim vulgare prouerbium videatur reprehendere ferre ligna in syluam, hîc tamen sine reprehensione licebit. Quoniam autem in tanta multitudine tumultuariè collecta ordo seruari nõ potuit, nisi alphabeticus, meritò Syluę nomen indidimus libro. Vt enim in sylua arbores sponte nascentes nullum seruãt ordinem, nec in quincuncem sunt distributæ, permistæq; sunt diuersorum generum plantæ, passimque modo eiusdem generis, modò diuersi occurrunt: ita hic in singulis dictionibus, quæ allegoriis abundant, ita collectas inuenies, vt nobis occurrebant: & sæpè, quæ priorem locũ desiderant, inuenies in posteriori. Hoc tantùm seruare curauimus, nec tamẽ perpetuò, vt quæ de Deo dicuntur, primum haberẽt locum, deinde de Angelis, de bonis, de virtutibus: postremo de dæmonibus, hæreticis, & malis, ac vitiis. Fuerunt etiam sæpè eadem inculcanda in variis dictionibus, vt satisfaceremus lectori quærenti, ne quid prætermissum putaret: quod non mox in singulis dictionibus occurreret. Sæpè etiam inuenies locum citatũ purè absque vlla allegoria: vt intelligas, nobis quidem videri allegoriam ibi latere, sed nos eam non inuenisse in vllo authore, quem nobis legere contigerit, nec voluisse fingere ex nostro capite, sed exercendis lectorum ingeniis prætermisisse. Proposuimus etiam multas à nobis inuentas, videlicet, quæ non habent authorem in margine citatum, quanquàm nec illæ omnes sunt nostræ, sed per incuriam aliquando prætermissus est author: & potest euenire, vt reperiantur in authoribus à nobis non lectis: vt solet diuinus Spiritus eadem veritatis luce multorum animas illustrare: qui distribuit sua dona prout vult, & quibus vult. Non itaque mirabere, Lector Candide, si hoc opus variè imperfectũ prodire videas. Neque enim vacauit adeò tersè expolire, & formare; vt vrsa suos lambendo format fœtus: sed ne in immensum protraheretur opus, maluimus nostræ opinioni nõ nihil detrahere, quàm præsenti fructu lectores priuare: sed satis omnibus esse puto, si in operis calce addatur: faciebat quod pictores olim, suis apponebant tabulis: nec tamen adhuc subtrahemus manũ de tabula, si Dominus vitã ac salutem cõcesserit, sed curabimus expolire, & ad iustiorẽ molẽ redigere. Quãquàm puto nõ defuturos quibus hic colligendarũ allegoriarum labor videatur admodũ superuacuus: quippe quũ sẽsus spirituales liceat vnicuiq; adinuenire: nec ingenia ad aliud astringũtur, nisi vt tales forment allegorias, quæ sacræ scripturæ non repugnent. Verùm hi pari

ratione ſanctos & antiquos doctores damnabunt: qui in erudiendis & poſteris tradendis allegoriis, acerrimè deſudarunt: quos non poſſumus negare, plurimum vtilitatis, Spiritu ſancto eos deducente, Eccleſiæ catholicæ contuliſſe: nec quiſquam adeò deſipiet, vt eam allegoriarum traditionem ſuperuacuam eſſe iudicet. Quod ſi eas ſparſim & ſingulariter tradere Eccleſiæ conducit, quid erit, ſi quis omnes in vno volumine collectas proferre conetur? Neque enim videmus omnes etiam eruditos, ita promptos eſſe in inueniendis allegoriis, vt non ſæpe aliorum egeant auxilio. Neque, ſi Spiritus ſanctus aliquem ſine doctore inſtruxit, ideò debeo ego idem ſperare, neglecto doctore: ſed alijs reuelata, mihi reuelata exiſtimare debeo. Hoc eſt enim, quod ait Deus per Iob: Semel loquitur Deus, nec eadem omnibus repetit. Quum enim omnes vnius corporis membra ſimus, ſi quid vno membro cõferatur, id toti corpori collatum eſſe cenſendum eſt. Quare non mediocris ſuperbiæ erit, neglectis ſacris doctoribus, reuelationes Spiritus ſancti ſperare. Ad hæc, non tanta eſt omnibus ingenij promptitudo, vt facilè poſſit aptas allegorias excogitare: nec eas in authoribus fuſim ſcribentibus promptè ac iuxta neceſsitatem poterit quis inuenire. Ad quæ quanto labore, hoc noſtro opere Sacræ ſcripturæ ſtudioſus leuabitur, experimento vnuſquiſque percipiet, vbi totius Sacræ ſcripturæ commentarium inueniet, idque in indicis formam, quo facilius omnia reperiantur, ac pleniorem paratioremque fructum lectores accipiant, quinetiam hoc labore iuuimus lectores ad euolandos autores allegoriarũ, ne videlicet inquirendo vagentur, ſed ipſorum etiã indicem inuenient, ſecundum quòd in margine notantur. Licèt autem in hoc opere ex profeſſo allegoriæ tractentur, complura tamen inueniet lector, quæ ad literalem intelligentiam faciunt, multaſque phraſes, ac vocabulorum acceptiones varias, ſeu homonymias, ac Grammaticas figuras, quibus intelligẽtia literæ mirè illuſtratur. Adiuti autem ſumus in phraſibus & homonymijs concordantijs præcipuè Ioannis Benedicti (vt ſuus cuique honor tribuatur) & in multis conſilio Ludouici Villetæ viri & ingenio, & omnigena doctrina præſtantiſſimi: nec reiecimus aliorum multorum iudicia: non enim in vlla re ita meis adhæreo opinionibus, vt non libentiſſimè cedam meliora demonſtranti ac conſulenti. Quare multo libentius omnia ſubijciam ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ iudicio: in cuius obſequium & vtilitatem hi nobis labores ſuſcipiuntur. Quanquàm non ignoramus noſtri ingenij tenuitatem, ac forſan temeritatem: qui tam imbecillis, tam graui oneri humeros ſuppoſuerim, nec meo me metitus ſim pede. Vbi certè perſpicio mihi euenisſe, quod ait Origenes: Vt ſi quis exiguo vectus nauigio ingrediatur mare, donec terræ vicinus eſt, minus metuit: quum verò paulatim in altum fuerit progreſſus, & vndis intumeſcẽtibus, vel in excelſum attolli cœperit, vel eiſdẽ dehiſcentibus in ima deduci: ibi verò mentem pauor ingens & formido percutit, quòd exiguam ratem tam immenſis fluctib. credidit: Ita & nos pati videmur: qui exigui meritis & ingenio tenues inire tam vaſtum myſteriorum pelagus audemus. Certè ſi in ipſo portu tantam huius pelagi immenſitatem cõſideraſſem, nunquam (puto) me huic tam periculoſæ nauigationi cum tam imbecilli cymba commiſiſſem. Sed quoniam tunc periculum perſpexi, quãdo iam magnam huius maris partem emenſus eſſem, iam videbatur tantum eſſe periculi in retrocedendo, quantum ſi ad alterum littus appellere curarem. Quanquam nec littus quærendum hîc eſt, vbi finiatur tam immenſa nauigatio, ſed ſemper reſtat vltra nauigandum, ſed quærenda fuit nobis inſula ſilentij, in qua interim quieſceremus, vlteriorem nauigationem poſteris relinquentes. Sed conſuluit Deus meæ temeritati, quando quæ temerè cœpta ſunt, ad eum finem deduxit, vt nonnihil momenti habeant ad publicam vtilitatem. Proinde omnes illi pro viribus agamus gratias, eius munera recognoſcentes, eiſque ad eius gloriam, noſtrámque vtilitatem fruentes: cui ſit honor & gloria per infinita ſecula, Amen.

QVONIAM

QVONIAM IN ALLEGANDIS AVTORIBVS IN MARGINE FVIT EXTENDVM BREVITATE

truncatis videlicet vocabulis, quæ breuitas obſcuritatem pariet iis, qui minus verſati ſunt in ipſis autoribus: ſubiiciemus hîc Catalogum autorum ſecundùm ordinem alphabeticum, ſimul explicando nonnullas allegationes, per quas lector valeat alia per ſe coniicere.

ALBERTVS Magnus.

Ambroſius citatur in multis, vt in libris Exaemeron. De Cain & Abel. De Abrahã. De Iſaac. Apologia Dauid. Super Lucam. Super Pſalmum 118. De exhortatione ad virgines. De inſtitutione virginis. De virginibus. De initiatis myſteriis. De obitu Valentini. De interpellationibus.

Antonius Eremita in epiſtolis.

Aretas ſuper Apocalypſim.

Arnobius ſuper Pſalmos.

Athanaſius contra Arium.

Auguſtinus de geneſi ad literam. De geneſi cõtra Manichæos. Super Ioannem. De ciuitate Dei. De doctrina Chriſtiana. De conſenſu Euangeliſtarum. Octoginta trium quæſtionum. Quæſtionum veteris, & noui teſtamenti. De ſermone Domini in monte. Contra Fauſtum. De eſſentia Diuinitatis, &c.

Auguſtinus Eugubinus ſuper Pſalmum 18.

Baſilius in Exaemeron. De regulis fuſius explicatis. De regulis breuioribus. Super aliquot Pſalmos. Quòd Deus non eſt cauſa mali. De Spiritu ſancto, &c.

Beda ſuper aliquot libros ſacræ ſcripturæ.

Benedictus in regula.

Bernardus in ſermonibus ſuper Cantica.

Homiliis ſuper Miſſus eſt. Super Pſalmum. Qui habitat. Super Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia. In epiſtolis, &c.

Caſſiodorus ſuper Pſalmos.

Clemens Alexandrinus in hortatione ad Gentes, & Pædagogi, & Stromatum.

Clemens Papa in libro recognitionum.

Cyprianus de ſimplicitate Prælatorum. Contra Nouatianum. De Sina & Sion.

Cyrillus primo aut ſecundo libro ſuper Ioannẽ capite, &c. Item theſauri. De adoratione in Spiritu ſancto. Contra Iulianum.

Dionyſius Areopagita de cœleſti & Eccleſiaſtica Hierarchia, & de diuinis nominibus, & in epiſtolis.

Epiphanius contra hæreſes per libros & tomos, & libro Ancharato.

Eucherius in libro formularum ſpiritualium, & libro quæſtionum. Nam ſuper Geneſim prætermiſimus: quia eſt prohibitus: ſuper libros Regum non eſt eius: quia citat authores tempore poſteriores.

Exercitatorium vitæ ſpiritualis. F. Garciæ Ciſnerij.

Franciſcus Titelman ſuper Cantica.

Fulgentius in libris ad Monimum, & ad Tranſimundum.

Georgius Venetus in Harmonia mundi allegatur per cantica, tonos, & capita, & etiam per modulos.

Gloſſa ordinaria, & interlinearis per libros ſacræ Scripturæ, & eorum capita.

Gregorius Papa, in moralibus per libros & capita, ſuper primum Regum capite, &c. Super Cantica. Dialogis, Paſtorãlis parte tali. Super Ezechielem, homilia, &c. In regiſtro Epiſ. &c. Super Pſalmos, & homiliis ſuper Euangelia.

Gregorius Nyſſenus de vita Moſis. De oratione. De beatitudinibus, &c.

Haymo ſuper Apocalypſim.

Hieronymus, de manſionibus. In epiſtolis aliquando allegatur per nomen eius ad quem mittitur epiſtola: aliquando per principium ipſius epiſtolæ. Item ſuper Prophetas per eorum capita. Vbi admonitum te velim, ſi non inuenias in eo id quod dicimus ſignificari, in propria forma, ſcito Diuum Hieronymum paſſim vti illa regula philoſophorum: contrariorum eadem eſt diſciplina: atque ita per vnum contrarium explicat alterum etiam nõ expreſſum. Citatur, etiam contra Iouinianum, & in multis aliis.

Hilarius, De Trinitate. In aliquot Pſalmos. Super Manichæum per canones.

Hugo Cardinalis ſuper aliquot libros ſacræ ſcripturæ.

Ignatius in epiſtolis.

Ioannes Caſſinus in libris de inſtitutis monachorum, & decocto capitalibus vitiis allegatur per numerum librorum & capitum. Et in collationibus, in tali collatione, tali capite.

Ioannes Climacus citatur per gradus.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Geneſim, Matthæum, & Ioannem allegatur per homilias, & in aliquibus aliis homiliis, vt de Iepthe.

Ioannes Benedictus in concordantiis.

Ioannes Driedo, de Eccleſiaſticis ſcripturis.

Iſychius ſuper Leuiticum.

Iſidorus ſine certo loco.

Lactantius Firmianus allegatur per libros & capita.

Nicolaus Lyranus ſecundum libros Bibliorum.

Origenes per homilias ſuper libros ſacræ ſcripturæ. Super Matthæum partim per capita, partim per homilias. Super epiſtolam ad Romanos per capita. In libris Periarchon per libros & capita.

Petrus Galatinus in libris contra Iudæos.

Philo Iudæus, in libris allegoriarum. De vita Moſis. De Abel & Cain. De victimis. Quis rerum diuinarum hæres? De congreſſu eruditionis gratia, &c. De decalogo.

Richardus de Sancto Victore. De arca myſtica. De duodecim Patriarchis. De exterminatione mali. De ſomnio Nabuchodonoſor, &c.

Rupertus Abbas. De victoria verbi Dei. In Geneſim per libros & capita. Itidem in multis libris ſacræ ſcripturæ. In cantica per capita, non textus, ſed ſua. Et etiam ſuper Matthæum, & Ioannem. De diuinis officiis per libros & capita, &c.

Tertullianus contra Marcionem. Contra Iudæos. De proſcriptionibus. De carne Chriſti. De reſurrectione. De corona militis, &c.

Theophylactus in Euangelia.

Theophilus Alexandrinus in libro paſchali.

Thomas Aquinas in prima ſecundæ per quæſtiones & articulos.

Timothæus in epiſtola ad Eccleſiam.

Victorinus aduerſus Arium.

Vincentius Lirinenſis, Gallus contra prophanas vocum nouitates.

AVTORES PHILOSOPHI QVI ALLEGANTVR SVNT pauci.

Ariſtoteles.
Cato.
Dioſcorides
Ludouicus Cælius.
Macrobius.
Plato.
Plinius.
Pythgoras.
Tullius Cicero.

Digitized by Google

ADITVS IN SYLVAM ALLEGORIARVM,

PER FR. HIERONYMVM LAVRETVM.

SACRÆ, *ac diuinitùs nobis traditæ Scripturæ mysteria tractaturos, ab oratione expedit auspicari: vt Spiritus sanctus, quo illustrante loquuti sunt sancti Dei homines, nobis adesse dignetur, quatenus ipso ducente eosdem sensus assequamur, quos in Scripturis ipse voluit comprehendi, nec capitis nostri sequētes somnia, à veritatis & synceritatis scopo aberremus. Vt enim ait Gregorius, dum sacræ historiæ intellectum in quadā sensuum eius sublimitate consideramus, omnipotentis Dei gratia, velut altos opacioris syluæ vertices, de quadam sublimitate, attendimus: sed quia iidem sensus, dum subtilius considerari & proferri cœperint, alios se multipliciores gignunt, velut in superficie, vt videtur, totius inspecti nemoris, & distenti Matini latent spatia, quæ non videmus, Diuino itaque implorato auxilio, antequàm allegoriarum syluam aggrediamur, tradenda est nobis methodus Isagogica; qua cognita, Lector vberiorem fructum, è sylua percipere queat. Prætermittimus hîc declarare omnes figuras Grammaticas, quibus vsa est sacra Scriptura: quæ ab aliis plenè traditæ sunt, vt à Beda, Pagnino & multis aliis: sed solùm eas afferemus, quæ ad mysticos sensus conducent. Ac primum ceu fundamentum iaciatur, duplicem esse sensum sacræ Scripturæ, literalem, & spiritualem. De quibus ita ait Dionysius Areopagita. Duplicem esse Theologorum traditionem, arcanam alteram & mysticam: alteram verò manifestam atque notiorem, & alteram quidem significatiuam ac perficientem: alteram verò sapientiæ studiosam ac demonstratiuam, &c. Horum sensuum congruentiam afferunt sacri doctores: vt videlicet per sensum mysticum, diuina mysteria indignis abscondantur. Ait enim idem Dionysius. Nefas est, vt sacra testantur eloquia, spiritualium margaritarum purissimum illum ac permistionis ignarū, perlucidúmque decorem & ornatum, totius vetustatis autorū in porcos abiicere. Rursus Origenes. Sicut in nouissimis diebus Verbum Dei ex Mariæ carne vestitum processit in hunc mundum, & aliud quidem erat, quod videbatur in eo, aliud, quod intelligebatur. Carnis nāque aspectus in eo patebat omnibus, paucis verò & electis dabatur diuinitatis agnitio. Ita & quum per Prophetas, vel legislatorem Verbum Dei profertur ad homines, non absque competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hic literæ velamine tegitur: vt litera quidem aspiciatur tanquàm carò, latens verò intrinsecus sensus, tanquā diuinitas sentiatur. Item Augustinus. Credo, quòd ipse animi motus quandiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur, si verò feratur ad similitudines corporales, & inde ad spiritualia, quæ illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu vegetatur, & tanquā in facula ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Conducebat enim hæc sensuum multiplicitas humanæ mentis somnolentiæ excitandæ. Quod in promptu est, negligimus, vt inforibus hydriam, iuxta Græcorum prouerbium: ad recondita semotáque sumus auidiores, & vt magis illa iuuant, quæ pluris emuntur, ita chariora nobis sunt, quæ cum labore sumus assequuti, quam quæ vltrò obtigerūt. Præterea quemadmodum multa per vitrum aut succina pellucent iucundius, ita magis delectat veritas per allegoriam relucens. Demum sicut habet plus caloris radius speculo aut ænea pelui exceptus: ita vehementius afficiunt animos nostros, quæ per allegoriam traduntur. Quod idem vsu venit in picturis. Conferunt etiam memoriæ, quæ difficilius capiuntur. Oportet autem, vt dicenda intelligantur, primùm explicare, quisnam sit sensus literalis, & quis spiritualis. Vbi dicimus ex Driedone, nō eum esse sensum literalem, qui verbis & nominibus propriè, & nō metaphoricè acceptis, significatur, neque sensum spiritualem seu mysticum, qui designatur sub nominibus & verbis metaphoricè acceptis. Sed is est sensus literalis, qui verbis atque nominibus siue propriè, siue metaphoricè acceptis à Spiritu sancto asseritur: & vt plenius intelligatur, vtriúsque definitionem ex eodem exprimemus. Sensus igitur literalis est, quem autor Scripturæ, per verba seu nomina, propriè seu metaphoricè accepta primum voluit significare, aut iubens, aut vetans, aut fidem indicans, aut rem gestam seu gerendā recitans, aut promissionibus, comminationibus & terroribus hominum corda concutiens. Sensus verò mysticus, seu spiritualis est, quem Spiritus sanctus in rebus corporaliter aut gestis, aut gerendis voluit significare. Hinc colligere licet sermones continentes aliquam figuram Grammaticam siue sit metaphora, siue alius tropus, aut hyperbole, seu fictio, aut ænigma, quæ omnia ad species metaphoræ, seu tropi spectant, ad sensum literalem pertinere.*

Gre. prol. su. Regum.

Diony. Epist. 9.

Diony. cæle. Hierar. 2.

Ori. su. Leu. hom. 1.

Vtilitas allegoriarum.

Aug. epistol. 119.

Quid sensus literalis. Quid sensus spiritualis.

Atque

Quid allegoria.

Duplex allegoria.

Quid tropus

Multiplex tropus.

Differentia allegoriæ à metaphora.

Differentia allegoriæ ab ænigmate.

Allegoria spiritualis.

Typus & figura.

Quæ sit figurata locutio.

Quatenus extendatur allegoria.

Atque hinc licet colligere duplicem esse allegoriam, quandam ad sensum literalem pertinentem, quandam ad spiritualem, quæ ambæ frequẽtissimæ sunt in sacra Scriptura, quæ tamen diuisio facilius perspicietur, si methodico more, ab ipsius allegoriæ definitione auspicemur. Est igitur allegoria oratio, in qua verbis vtimur, à propria significatione conuersis, ad aliud significãdum, aut certè per res ipsas propriè significatas, aliud intelligimus. Per primam huius definitionis partem intelligimus eam allegoriam, quæ Grammatica, seu literalis dicitur, cui magis propriè allegoriæ nomen competit, quæ sub tropo continetur. Est enim tropus, iuxta Quintilianum, verbi vel sermonis à propria significatione, ad aliam cum virtute mutatio, dicitúrque à vertendo, quia dictio à propria significatione vertitur in aliam non propriam, aut decoris, aut necessitatis, aut cultus, aut emphaseos gratia. Eius complures sunt species, inter quas sunt ironia, hyperbole, ænigma, & de qua nunc agimus allegoria, quæ in hoc differt à metaphora, quòd metaphora potius consideratur in vna dictione, allegoria verò in oratione, adeo vt possit allegoria dici metaphora perpetua, quia continuatur in multis vocabulis ipsius orationis. Exempli gratia, quum dicitur. Prata rident, in verbo ridendi metaphora est, quia verbum ridendi propriè dicitur de homine læto, impropriè verò de prato fœcundo & abũdanti. Cum verò dicit Christus, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, allegoria est, quia tota oratio aliud dicit propriè, aliud verò impropriè, nempe, quod qui incipit benè operari, & nõ perseuerat, sed ad pristina redit vitia, non est aptus regno Dei. Differt etiam hæc allegoria ab ænigmate, quod ænigma est oratio obscurior, & quæ vix possit intelligi, vt videatur Œdipode quodam opus esse ad ipsum interpretandum, quale est quod dixit Samson. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Item. Prouerb. 30. *Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes semper, Affer, Affer, quid. Beda interpretatur diaboli duæ sunt filiæ insatiabiles, luxuria & auaritia; Allegoriæ verò nõ tantum habent obscuritatis, sed facilius intelliguntur. Hæc allegoria est frequentissima in sacra scriptura præcipuè in Prophetis, qua ratione in nostro opere non statim referendum est, quod dicimus allegorice significari, ad sensum spiritualem, sed sæpè pertinebit ad sensum literalem allegoricè prolatum, quod facile deprehendet, qui nonnihil studij in lectione sacræ Scripturæ adhibuerit. Quanquam nos aliquando exprimimus allegoriam esse literalem, vt ex illis possit lector similia iudicare. Quod etiam percipiet ex differentia alterius allegoriæ, quam in definitione ipsius allegoriæ tetigimus, quãdo diximus, aut certe per res ipsas propriè significatas aliud intelligimus. Hæc enim est proprie allegoria spiritualis, seu mystica, quæ propria est sacræ scripturæ, dum autor ipsius de rebus, quæ propriis verbis intelligit, vult aliquid dicere, & per illas res alias mysticas, seu spiritualiter intellectas, indicare. Qui modus proprius est ipsius Dei, qui ita potest vti rebus ad significandum, vt nos vtimur verbis. Atque hinc iam oritur geminus scripturæ sensus, quem supra diximus, nempe literalis & spiritualis. Cùm enim narrat sacra scriptura Abraham duos filios habuisse, vnum de ancilla, alterum de libera, tota illa historia propriè acceptis vocabulis ad sensum literalem pertinet. Cùm verò hæc ad duo testamenta referuntur, sunt per allegoriam dicta, vt ait Apostolus, atque ita pertinent ad sensum spiritualem. Idem dicendum est de historia Abel & Cain, de Arca Noe & diluuio, de tabernaculo & templo, & cæteris, quæ in veteri lege quãtum ad literam propriis verbis narrantur: quæ omnia per hanc allegoriam ad sensum spiritalem referuntur. Et hanc frequentissimam inuenies in hoc opere. Soléntque hæ allegoriæ typi nomine explicari, seu figuræ, quia non vocabula ipsa sed res per vocabula significatæ assumuntur, ceu imagines rerum spiritualium per eas designatarum. Vt si dicamus Abel typum gerere Christi, hoc est, figuram & imaginem exprimere ipsius Christi, & Arcam Noe typum esse Ecclesiæ, atque ita de cæteris. Itaque vbicunque sunt allegoriæ Grammaticæ dicitur modus loquendi figuratus, quia non propriè sumuntur vocabula, sed figuratè. Ad quam rem intelligendam, hanc regulam dat Augustinus. Modus inueniendæ loquutionis; propriáne an figurata sit, est, vt quidquid in sermone diuino neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem propriè referri potest, figuratum esse cognoscas. Et rursum, si præceptiua est loquutio, aut flagitium, aut facinus vetans, aut beneficentiam iubens, non est figurata. In his enim allegoriam inquirere, esset iuxta Comicum, Nodum in scyrpo quærere. Si autem flagitium aut facinus videtur iubere, aut beneficentiam, aut vtilitatem vetare, figurata est. Hac ratione ostenditur, quum Christus dixit. Si oculus tuus, aut manus, aut pes scandalizat te, erue vel abscinde, & proiice abs te, ostenditur figurata esse loquutio, quum non intendat ipse, vt oculos eruamus, aut manus seu pedes abscindamus, quæ sunt absurda: sed intendit, vt separemus à nobis omnes qui scandalo nobis esse possunt in via Dei, quantumuis propinquitate, amicitia, aut quouis alio vinculo coniunctí sint. In altera verò specie allegoriæ, quum narratur historia, intelligenda est propriè, & non figuratè, & ipsa historia ponitur ceu fundamentum allegoriæ in ea fundandæ, de qua re audi Hieronymum ita loquentem. Prudens rogandus est lector, ne eundem velit ordinẽ tropologiæ, quem & historiæ quærere. Nam & Apostolos Agar & Saram ad duo testamenta refert, & tamen non omnia, quæ in historia illa narrantur, tropologicè interpretari possumus. Et* ad Eph. *de Adam & Eua disputãs ait. Propter*

Auguſt. 3. de doctrin. Chriſtia. 10. 24.

Hieſup. Ioa. 1.

hoc

Digitized by Google

hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Nunquid totum principium Geneseos, & fabricam mundi, & hominum conditionem ad Christum & ad Ecclesiam referre possumus, quia hoc testimonio sic abusus est Apostolus? Hoc enim, quod scriptum est. Ideò relinquet homo patrem suum, referamus ad Christum, vt dicamus eum Patrem in cœlis reliquisse Deum, vt Gentium populus iungeretur Ecclesiæ: hoc quod sequitur, matrem suam quomodo possumus interpretari, nisi fortè dicamus, reliquisse eum cœlestem Hierusalē, quæ est mater Sanctorum? & cæteras his multo difficiliores. Illud etiam, quòd ab eodem Apostolo scribitur: Biberant autem de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus: nequaquàm nos arctat, vt omnē Exodi librum feramus ad Christum. Quid enim possumus dicere, quòd hæc petra à Mose percussa sit non semel, sed bis, quod aquæ fluxerint, & torrentes repleti sint? Num vniuersam loci huius historiā, per hanc occasionem, cogemus sub leges allegoriæ? & non potius vnusquisque locus secundùm historiæ diuersitatem, diuersam recipiet intelligentiā spiritualem? Igitur sicut hæc testimonia suas interpretationes habent, & nec præcedentia, nec consequentia eandem desiderant allegoriam: Sic & Ionas Propheta, & non absque periculo interpretātis, totus referri ad Dominum poterit. Nec ex eo, quod in Euangelio dicitur, Generatio pessima & adultera signum quærit, & signū non dabitur ei, nisi signū Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, reliqua etiā, quæ in eodem Propheta digesta sunt, eodē ordine referuntur ad Christum.

Orig. ſ. Mat. cap. 13.

Item Origenes. Quemadmodū in imaginibus ac statuis similitudines, non omni ex parte respondent iis, ad quæ conferuntur, tum in plano sine eminentiis, tum in statua cum eminētiis, sed non intrinsecus: Ita quum regnum cœlorum simile dicitur rei cuipiam, simile dicitur, non secundùm omnia, quæ adsunt illi, ad quod confertur similitudo, sed ad quædam duntaxat, quæ conducunt ad assumptam rationem. Ex his iam colligere licet, primùm quidem iaciendum esse fundamentum literæ, vt veritas historiæ teneatur, ne falso fundamento allegoria innitatur. Corruet tota allegoriæ machina, si non historiæ veritas teneatur. Deinde id cauendū, ne allegoria coacta, violenta, ac detorta proferatur, sed quæ maximè cum historia congruat, licèt non opus sit omnia, quæ in historia referuntur, minutatim ad allegoriam deducere, vt ait Hieronymus, sed solùm ea sunt accipienda, quæ ad eum locum explicandæ allegoriæ sufficiāt, ne multa frigidè, & ineptè interpretari cogamur. Licebit autem cuique supra fundamentū literæ allegoriam formare, modo pietati congruat, nec ab alio loco, qui in sacra Scriptura habeatur, dissideat. Illáque est optima allegoria, quæ per alium locū Scripturæ cōprobari potest. Estque habendum pro regula, quod ait Petrus apud Clementem. Sunt multa verba in Scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad suum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit, quod fieri nō oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus attuleris alienum, & extraneum, debes quærere, quem ex scripturarum authoritate confirmes: sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis, ideo oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatē sibi traditam seruat, vt & ipse possit ea, quæ rectè suscepit, competenter asserere. Fateor quidem in hoc opere, nonnullas esse allegorias, quæ coactæ videri possunt, quas tamen, quia apud insignes autores inueniebantur, noluimus prætermittere, licèt aliquando præterierimus, quæ minus placebant. Cæterùm in tam varia rerum, & naturarū varietate, vnde allegoriæ sumuntur, nemini debet esse mirum, si vna res typus sit plurium, vt manna, sermonis Euāgelici, & Eucharistiæ. Et Dauid vincens Goliath, typus est Christi vincentis diabolum, & hominis carnem suam subigentis. Et leo secundùm varias proprietates, typus est Dei, & etiam diaboli. Quæ res in causa est, vt in hoc opere, varias eiusdem rei inuenias allegorias, & autoritates easdem sacræ Scripturæ variè explicatas. Sic ergo ipsa dictio à propria significatione ad tot significationes aliarum rerum accommodari poterit, quot cōditiones & proprietates proprium illius dictionis significatū habet, cæteris rebus aptè & congruè accommodabiles, etiam ad cōtraria. Solet autem vulgò docendi gratia triplex poni sensus spiritualis: vt cum ipso literali sint quatuor sensus sacræ Scripturæ, veluti quadriga quædam. Ponitur enim sensus Tropologicus, Allegoricus, & Anagogicus. Tropologia est quoties scripturam ad singulorum mores erudiendos, accommodamus. Nam τρόπος Græcis tria significat, schema, modum & vitam ac mores hominum. Hic autem sensus literalis proximus est, in ipsa obiter historia indicans, quæ ad bonos mores conferunt. Hunc sensum ipsa historia secum defert, tradítque sensui communi. Nec tam est sensus à Grammatico diuersus, quàm huius declaratio. Veluti quum artifex in tabula magno artificio depicta, ostendit spectatoribus, quid ibi sit egregium, & admiratione dignum, vt quum narratur historia de Abraham suscipiente tres viros, commendatur nobis hospitalitas erga peregrinos suscipiendos, & humilitas in ministrando. Qua ratione poterit prudens Lector sæpe hunc sensum in hoc opere notare. Allegoria est, quum scripturam accommodamus ad Christum, & eius corpus mysticum, Ecclesiam militantem. Anagoge, quum hinc euehimur ad Ecclesiam triumphantem, & substantias separatas, vsque ad Trinitatis fastigium, vltra

Cle. Pap. 10. Recognitionum.

Litera fundamentum allegoriæ spiritualis.

Quæ sit optima allegoria.

Vna res typus plurium

Triplex sensus spiritualis.

Discrimen inter typum & allegoriā secundùm aliquos.

quod

quod nullus est excessus. Hæc passim inuenies in hoc opere. Sunt autẽ, qui faciãt discrimen inter allegoriã, & typum, vt typus & figura sint, quãdo facta narrãtur, vt aliud significent. Vt serpens æneus in stipite pendens, typus fuit Christi in crucem sublati in salutem omnium credentium. Allegoria magis sita est in doctrina ac præceptis, cuius generis ferè sunt, quæ lex Moysi præcepit de ædificando tabernaculo, de vestitu sacerdotum, de ritibus sacrificiorum, de circumcisione, déque cibis mundis & immundis. Cæterũ quod ad tractationẽ attinet, eadem est ratio typorum, & allegoriarum: ideo hoc in opere, nos inter hæc nullum facimus discrimen. Quædam autem allegoriæ, vel per se, vel ipso sermonis tenore, vel ex aliis scripturæ locis diluescunt: vt, Iam securis ad radicem arboris posita ex præcedentibus intelligitur. Et, Vineam de Ægypto transtulisti, explicatur per hoc, quod dicit de Ægypto. Sunt etiam, quæ tantum habẽt caliginis, quæ nullo humano ingenio possint ad liquidum explicari, vt rotarũ descriptiones apud Ezechielem, & etiam templi, ad quæ plenè intelligenda, eodem opus est Spiritu, qui Prophetas illustrauit ad ea describenda. Nec inconuenit varias tunc tradi expositiones. Est enim iuxta Driedonem in his hæc obseruanda ratio. Quando ex eisdem scripturæ verbis non vnum aliquid, sed duo vel plura sentiuntur, etiam si lateat, quid senserit ille, qui scripsit, si quodlibet cõgruum veritati ex aliis scripturæ locis doceri potest, nihil est periculi scrutantibus & conantibus, vt ad veritatem & intentionem perueniant autoris, per quem locutus est Spiritus Dei. Spiritus enim Sanctus, qui & Spiritus est veritatis, qui obscurè in nostram exercitationem & humiliationem loquutus est, etiam præuidit aliam sententiam occursuram esse pio lectori, immo vt occurreret præuidit, & operatur. Hæc est enim laudanda sacræ scripturæ fœcunditas, vt sub eisdem verbis plures salutares plerúnque intelligantur sententiæ, quæ singulæ ita cæteris sententiis cohærent, vt nescias, quam præferre debeas. Studiosus igitur Scripturæ sacræ Lector, hoc obseruare debet vt vocabula à propria significatione ad aliam rem significandam vsurpata, pro causis & rebus, de quibus agitur, aptare, & accommodare discat. Vnde sæpè venit, vt propter ignorantiam virium & proprietatem rerum, multi à recta intelligentia excludantur. Cuius rei gratia nos, vt lectorem hoc labore leuaremus, curauimus in singulis, quantum valuimus, rerum proprietates explicare, eas præcipuè, ex quibus sumuntur allegoriæ.

Varia explicatio allegoriarum.

Quoniam verò in sacra Scriptura præcipuè in Euangeliis multus est vsus parabolarum, & Dominus Iesus passim loquebatur in parabolis, nonnihil de eis hîc nobis dicendum est.

Quid parabola.

Est autem parabola diuersarum rerum collatio seu comparatio: sic vocata, quòd vna res est alteri assimilata aut comparata, vt ex ea comparatione, rei, quam volumus explicare, veritas dilucidius & gratius intelligatur. Quod enim est parabola Græcè hoc Latinè dicitur similitudo. In Scripturis autem sacris est parabola, quando scripturæ Autor id, quod in rebus spiritualibus, aut diuinis, aut mysticis intimare voluit, per comparationes aliquas significauit, quas Dei Spiritus in Scripturis ipsis composuit, vt per terrenas similitudines facilius cœlestia capiamus.

Parabola per locum à similibus.

Aliquando autem parabola fit per locum à dissimilibus. Per locum à similibus assumuntur parabolæ interdum ad persuadendum, vt quum dicitur Regnum cœlorũ simile esse thesauro. Interdum verò ad declarandum eiusdem Regni incrementum, vim, efficaciam & augmentum: vt quum dicitur esse simile grano sinapis, quod licèt in principio paruum & exiguum sit, grandis tamen est virtutis, qua crescit in arborem. Interdum verò ad intimandum eiusdem regni transmutationem in alium statum, in aliam gentem, aut populum. Nonnunquàm ad declarandum in Regno illo malos permistos esse bonis. Interdum ad exprimendum ipsius Regni in regno illo prouidentiam, bonitatem, tolerantiam, & iustitiam. Rursus ad intimandum eiusdem regis aduentum ex improuiso futurum, vt ingeratur nobis vigiliæ & assiduæ solicitudinis cura. Ad hæc faciunt parabolæ de seminante, de zizaniis, de sinapi, de thesauro abscondito, de sagena, & multis aliis.

Aug. 2. serm. Domini in monte.

Per locum à dissimilibus.

Per locum à dissimilibus sunt parabolæ, ex quibus aliquid inferimus dissimile, aut secundùm magis & minus. Vt quum Christus docens, quod ad resistendum hostibus, & separandum inimicos, oporteat nos semper orare, & non deficere, de iniquo iudice sumpsit parabolã: qui & si neque timeret Deum, neque reuereretur hominem, tamen importunitate quadam impulsus, tandem cessit assiduis viduæ interpellationibus, ne sibi ab illa tædium fieret, &c. Vbi iniquus iudex non est similis Deo, sed per ipsum inferri potest, quantum Deus iustus & bonus curet deprecantes, quum nec homo potest importunas preces contemnere, quasi diceret: Si apud iniquum iudicem tantum valuit perseuerantia viduæ deprecantis, quanto certiores esse debemus, apud Deum fontem iustitiæ & misericordiæ, valere orationem Ecclesiæ suppliciter & perseueranter deprecantis? Eiusdem generis sunt parabolæ, de amico veniente media nocte, & de villico iniquitatis, quas non est opus nunc explicare. Sciendum est autem parabolas aliquando ita proferri, vt non explicetur similitudo, sed sola proferatur parabola, quæ tunc potius habet rationem allegoriæ, seu sermonis allegorici, aut etiam ænigmatis, si sit obscurior. Sic proferebat sæpe Christus parabolas ad turbas, quas postmodum seorsum Discipulis explicabat. Itaque quum oratio per verba

Discretio parabolæ & allegoriæ.

figurata

figurata absolutè profertur sine aduerbio similitudinis, aut comparationis, erit allegoria: cuiusmodi sunt: in diebus illis stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel. Suscipiant montes pacem, & colles iustitiã. Tange montes & fumigabant, atque ita de similibus. Quando verò ponitur vox similitudinis aut cõparationis, seu aduerbium similitudinis, vt Sicut, Quemadmodum, tunc est sermo parabolicus: cuius generis sunt. Fluet, vt ros, eloquium meum. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Qui sunt isti, qui vt nubes, volant, & tanquam columbæ ad fenestras suas? atque ita de similibus. Ad hæc pertinẽt parabolæ Euangelicæ. In his similitudinibus iam explicatur vocabulum, quod sine similitudine allegoricè sumeretur, vt ros, sagitta, ceruus, nubes, & similia. Nos in hoc opere, omnia illa vocabula, quæ etiam in parabolis sumuntur, etiam explicamus, ac si allegoricè sumerentur, quia ad aliud significandum assumuntur, licèt per parabolam explicentur. Vt autem diximus de allegoriis Grammaticis, ita dicendũ de Parabolis, sensum videlicet literalem non esse eum, quem verba parabolicè sumpta faciunt, sed eum, qui intenditur ab afferente parabolam, vt cum dicitur à Christo: Homo quidam fecit cœnam magnam, &c. Non est sensus literalis ille, qui in illa velut historia narratur cuius nec requiritur veritas: sed quod intenditur velut scopus est, Deum præparasse æternam fœlicitatem hominibus, quos vocauit per Prophetas & Apostolos & prædicatores, quam assequentur, qui sequuti fuerint vocantem, peribunt verò, qui vocationem neglexerint. Sed nec opus est, vt diximus etiam de allegoriis, singula, quæ afferuntur ad similitudinem, explicare: sed simus ipso scopo contenti. Sic enim ait Chrysostomus: In parabolis non oportet nimia singulis verbis cura angi, sed cùm quid parabolam intendit didicerimus, inde vtilitate collecta vlteriùs anxio est conatu inuestigandum. Item Theophylactus. Omnis parabola obliquè & figurato modo rerum quorundam naturam manifestat, nec enim per omnia rebus illis assimilata, propter quas assumpta est. Idcirco non oportet omnes parabolarũ partes curiosius inquirere: sed quatenus apparent proposito vtiles: reliquæ enim omittendæ sunt, quasi parabolam contexentes, & nihil ad propositum conducentes. Item Augustinus. Non sanè omnia quæ gesta narrantur aliquid etiam significare putanda sunt, sed propter illa, quæ aliquid significant etiam ea, quæ nihil significant attexerunt. Solo enim vomere terra proscinditur, sed vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria. Et soli nerui in citharis atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum, sed vt aptari possint, insunt & cætera in compaginibus organorum; quæ non percutiuntur à canentibus, sed ea, quæ percussa resonant, his connectuntur. Ita in Prophetica historia dicuntur & aliqua, quæ nihil significant, sed quibus adhæreant quæ significant, & quodammodo religentur.

Quis sit sensus literalis parabolæ.

Quatenus explicanda parabola.

Chry. s. Mat. homil. 63.

Theophy. s. Luc. 16. Aug. 16. ciui. Dei.

Sed iam, vt Syluam ipsam aggrediamur, præmonendi sunt mihi Lectores, vt cum in vno capite aut paragrapho cuiusque dictionis multa viderint citata loca, non putent omnia ad id, quod proximè præcessit, pertinere, sed solum ad id, quod præcipuum est in illo capite. Quod exemplo dilucidius faciemus. Est in titulo de Populo caput seu paragraphus huiusmodi. Populus etiam dicuntur secundum fidem vniti, hoc est Christiani. Genes. 35. b. 41. c. 42. a. Exod. 1. b. 3. b. 15. b. 22. d. 23. b. 30. d. 31. d. 33. a. 36. a. 40. d. Leuit. 7. e. 9. b. 10. a. *Et dicuntur populus fortis.* Isa. 13. c. 17. d. 19. d. 20. a. 25. a. 42. a. *Eosdem designat populus Sion, & populus Israël.* Isa. 30. d. Ierem. 6. e. 11. a. 12. d. 31. c. *Dicuntur etiam populus Dei, quod de rationalibus dicitur, sicut minus rationales dicuntur oues.* Psalm. 7. 13. 28. 52. 59. 67. 78. 93. 101. 104. 115. 134. Mich. 7. c. &c. *Hic quod præcipuum est, est populum accipi pro Christianis. Ad quod faciunt omnia loca citata Geneseos, Exodi & Leuitici. Deinde additur. Et dicuntur populus fortis. Et afferuntur aliquot loca Esaiæ, vbi non opus est in omnibus illis locis dicatur populus fortis, sed vnus sufficit, reliqua referuntur ad id quod præcipuum est, vt populus sumatur ibi pro populo Christiano. Sic cùm dicitur populus Sion, aut populus Israël, & citantur Isaias & Ieremias, satis est vt in aliquibus ex illis locis dicatur populus Sion, aut Israël, in reliquis verò sumatur populus pro Christianis. Non enim potuerunt omnia distingui nisi millies liber scriberetur. Eadem ratio teneatur in reliquis & sufficiat semel admonuisse lectorem.*

Quid obseruandum in hoc libro.

***

Digitized by Google

SYLVA ALLEGORIARVM SACRÆ SCRIPTVRÆ IN INDICEM REDACTA

Auctore Fratre Hieronymo Lacurto Ceruariensi, Monacho Benedictino.

AARON interpretatur arca, vel montanus: fuit filius Amram & Iochabed, de tribu Leui, frater Mosis. eiúsque interpres, & adiutor ad educendum populum Israël de Ægypto: sacerdos & primus pontifex Hebræorum, maritus Elisabeth, è qua genuit filios Nadab, & Abihu, Eleazar, & Ithamar. Non est ingressus in terram promissionis, sed mortuus est in deserto, & sepultus in monte Hor. Secundùm hæc & cætera quæ de eo leguuntur, varias suscipit allegorias.

Sacerdotium vetus & carnale.

Secundùm quidem quod frater est Mosis, id est, legis, figura est sacerdotij veteris legis. Ideò *Exod. 4. c.* datur Mosi, vt socius, & interpres, & vt sit os Mosis *a* quia sacerdotum est interpretari legem: & per os eorum loquitur lex. Vnde *Malac. 2. b.* dicitur: Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Sic *Exod. 7. a.* dicitur Aaron propheta Mosis, hoc est interpres legis. Idem ascendit cum Mose in montem, quia sacerdotes cum doctrina legis, perfectionem operum habere debent. *Exod. 19. d.* Applicatur ad Mosen: sacerdotium videlicet ad legem. *Exod. 28. a.* Sed & cùm videt faciem Mosis cornutam, timétque accedere, sacerdotes indicat refugientes intelligere legem spiritaliter, nec valentes sustinere splendorem mysticorum sensuum eius. Cùm etiam sit pater Nadab, & Abihu, qui obtulerunt ignem alienum *b*, figura est eiusdem sacerdotij, vnde exierunt qui extraneos sensus velut ignem alienum offerrent. *Leu. 10. a.* Non traditur ei vacca rufa, Sed Eleazaro filio *c*: quia sacrificium Christi non ad sacerdotes veteris legis, sed nouæ spectat. *Num. 19. a.* Vt non est ingressus in terram promissionis *d*, nec etiam in partem eius: designat sacerdotium vetus in totum cessaturum in lege noua, cum omnibus ritibus suis. Moses autem, hoc est, lex, licèt non transierit Iordanem, tamen in partem, quæ erat trans Iordanem, ingressus est: quia aliqua illius legis seruantur in lege noua, sed non omnia. *Num. 10. d.* Significat ferè sacerdotium vetus *e* vbi cum Mose coniungitur, *vt Num. 1. a. 2. a. 17. a. 18. a. 19. a. 33. a. Psal. 76. 98. Ecclesiastici 36. c. 45. a. Mich. 6. a. Sic Hebr. 5. a. 7. b. 9. b.* vbi sacerdotij illius veteris prius monstratur electio, ac postmodum eius in nouum translatio.

Sacerdotium noua legis.

Cùm autem stetit cum Mose coram Pharaone, vt ab Ægyptiaca seruitute populum liberaret, typus est sacerdotij *f* nouæ legis, ac status clericalis: quorum est munus stare aduersus principem huius mundi, ad liberandum populum à peccatis, tum precibus, tum doctrina, tum etiam exemplis. Vnde ex aduerso Pharaonis stare dicuntur: quia debent resistere aduersario, *Exod. 5. b.* Cùm etiam manducat cum Ietro, nouum est sacerdotium, ad cuius consortium inuitatur Gentilitas. *Exod. 18. b.* Sic quum non comedit hircũ pro peccato, sacerdos est non acceptans inutilem seu fictam pœnitentiam peccatoris *g Leu. 10. d.* Idem sacerdotium designat. *Psalm. 104. 134. Mich. 6. a.* Et cum Moses ascendens in montem reliquit Aaron & Hur iudices. *Exod. 24. d.* dicens: Habetis Aaron & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Aaron statum sacerdotalẽ designat: cui Christus ascendens in cœlum potestatem contulit iudiciaria, sicut & Hur videtur potestatem secularem designare.

Christus.

Vt autem Aaron interpretatur montanus, id est, alta de Deo intelligens: aut mons fortitudinis, iuxta Gregorium *h* typus est Christi. Vnde dicitur simul cum Hur sustentasse manus Mosis orantis: sic Christus cum Spiritu sancto legem impleuit: eamque venit non soluere, sed adimplere, quam pleniorem reddidit *i Exod. 17. c.* Cùm item relinquitur cum Hur, ascendente Mose in montem, vt sit cum populo, quæstionésque si quæ oriantur in populo, decernat: typum gerit Christi, qui est cum Ecclesia vsque ad consummationem sæculi: & cum Spiritu sancto quæstiones quæ in Ecclesia oriuntur, decernit. *Exod. 24. d.* Et cùm dicitur domus Aaron, Aaron est Christus: domus eius, Ecclesia vel sacerdotes. *Psalm. 113. 117. 132. 134.* Præterea cum accepto thuribulo orasse perhibetur ad iram Dei placendam, apertè designat Christum *k* seruatorem nostrum: qui accepto thuribulo, aut batillo carnis nostræ, & superposito igne altaris anima sine dubio illa magnifica, cum qua natus est in carne, adiecto etiã incenso, qui est spiritus immaculatus, medius inter viuos & mortuos stetit, siue inter fideles, & infideles: siue inter patres Veteris Testamenti, ac noui, & plagam cessare fecit destructo mortis imperio. *Num. 16. g.* Et cùm semel in anno cum sanguine deprecabatur super cornua altaris: manifestè est Christus mortuus pro peccatis nostris: qui semel in anno placabili introiuit in sancta. *Exod. 30. b.* Et cum vngitur Aaron *l*, figura est Christi. *Leu. 8. a* de quo Psalmus 132. Designatur etiam Christus, vt Aaron interpretatur arca, vt pote habens in se legem Dei & eloquia: imò ipse offerre sacrificium de simila potest. *Leu. 2. a.* Cùm etiam floruit virga eius Christus est, *m* cuius crux floruit in Gentibus. *Num. 17. c.* Ipse implet vas aureum manna *n* cùm in anima sancta cœlestem thesaurum recondit. *Exod. 16. g.* Vt autem egressus ignis à Domino deuorauit sacrificia oblata per Aaron & non per Mosen, designauit remissionem futuram, non per sacrificia legis, sed per sacrificium Christi. *Leu. 9. d.*

Sensus spiritalis.

Sensus literalis.

Præterea vt erat frater Mosis, interprésque eius, sensum spiritualem legis adumbrat *o* qui rectè frater dicitur sensus literalis, cùm ab eodem sint autores: & sensus ipse spiritualis literalem interpretatur: qui etiam obuiasse dicitur Mosi in monte, quia legem ipsam ad sublimem eleuat intelligentiam. *Exod. 4. c.* Nihil tamen obstat, quin dicamus etiam sensum literalem *p* esse Aaron, qui os dicitur Mosis, & spiritus loquitur per literam: atque ita posse intelligi. *Leu. 11. a.* Cùm loquitur Dominus ad Mosen & Aaron. Et Moses loquitur per Aaron ad populum, quasi docens minora & secundum literam: quorum capax erat populus. Vt etiam datur vt sit os Mosis, designat

Eloquentia.

eloquentiam *q*, sine qua mens non disputat contra sophistas. Etque frater Mosis, quia rationalis natura est vna mater mentis & sermonis. quia mentis est concipere, elocutionis verò proferre. Et occurrit obuiam, cùm addit verba & nomina, formans cogitationes, quæ anteà nullam habebant formam. Et mens quidem suggerit cogitata, elocutio verò format.

Peritia sacrificandi.

Sed & cùm in manu Mosis & Aaron egressi sunt filij Israël de Ægypto: significare potest Aaron peritiam sacrificandi & immolandi Deo *r*, quæ necessaria est exeuntibus de conuersatione secularis & mundanæ Ægypto: vt sciant singula vitia mactare & immolare.

Contẽplatio. Ratio.

Vt etiam sustentauit manus Mosis orantis: cœlestium meditationem ac contemplationem adumbrare potest: quia contemplatione cœlestium, mentis deuotio roboratur. *Exod. 17. c.* designat etiam rationem quæ viri sapientis actiones firmas & stabiles reddit. Et ascendit in montem Hor, id est lucis, vt ibi finiretur: quia finis rationis

a *Hier. Malac. & de mãsionib. ep. 127. Beda s. Ex. 5.*

b *Amb. epi. 3.*

c *August. in Num. q. 33.*
d *Aug. s. Numer. q. 53.*
e *Hier. super Mich. 6. v. 4. Ambr. 2. de Abr. c. 9.*
f *Bern. epist. 188.*

g *Isyc. in Leuit. 2.*

h *Gre. ho. 33.*
i *Bed. Ex. 17.*

k *Orig. hom. 9. in Num.*

l *Hilar. in Psalm. 132.*
m *Au. ser. 99*
n *Cyril. 3. s. Ioan. 34.*
o *Orig. super Exod. hom. 3.*

p *Isy s. Leuit. 13.*
q *Phil. quod deterior potiori insidi. Et de migr. Abrahã.*
r *Orig. s. Num. ho. 27. Hiero. de mansio. Georg. Venet. Cant. 2. con. 3. cap. 18. Phil. 2. alleg.*

Digitized by Google

actiones firmas & ſtabiles reddit. Et aſcendit in montem Hor, id eſt lucis, vt ibi finiretur: quia finis rationis eſt lux veritatis.

a *Greg. ſ. 1. Reg. 15. Phil. tr. 18.*

Pralati ſeu prædicatores.

Rurſus ſuſtentando manus Moſis, formam tenet prælatorum *a* aut prædicatorum: qui ſua doctrina & exhortatione legem ſuſtentare debent in cordibus adiutorum, vt eam opere compleant.

Boni diſcipuli.

Quin & bonos diſcipulos ibi deſignare poteſt: quorum bonis operibus prædicator ſuſtentatur, ſiue vt lapſum declinet, ſiue vt virtute proficiens victoriam de aduerſariis reportet.

b *Orig. hom. 9. in Num.*

Verbum Dei.

Cùm ſtetit Aaron inter viuos & mortuos, typus, eſt *b* verbi Dei, dirimentis ſacra à prophanis: quo facto placatur ira Dei, Deſignat etiam formã orandi, fructúſque pœnitentiæ: quæ ineſſe oportet ei, qui iratum ſibi Deum ob ſcelera placare cupiat.

c *Bed. ſ. Exod. 24.*

Orãdi forma ac fructus.

Præterea, cùm relictus eſt cum Hur aſcendente Moſe in montem, vt eſſet cum populo, eiúſque decerneret quæſtiones, *Exod. 24. c.* fidem *c* Chriſti deſignare poteſt, ad cuius normam omnes quæſtiones ſunt decidendæ: debétque nobiſcum manere, etiam vſque ad ſeculi finem.

d *Iſy. ſ. Leuit. 14.*

Pœnitentia.

Fides Chriſti Prophetia.

Cùm dicitur Aaron cognatus Oziel, id eſt, Euangelij. *Leu. 10. a. 14. e.* typus eſt *d* prophetiæ quæ magnam habet cum Euangelio cognationẽ, quando ea quæ à prophetis prædicta ſunt, in Euangelio monſtrantur impleta. Et cùm cõiungitur cum Moſe, prophetia deſignatur iuncta legi. Vnde & Aaron Propheta Moſis dicitur, *Exod. 7. a.*

e *Lyra. ſuper Exod. 32.*

Pralatus malus aut peccans.

Quando fecit Aaron vitulum ad petitionem populi. *Exod. 32. a. Deut. 9. c.* Prælatum *e* exprimit non modo non reprimentem ſubditorum impudentiam in peccando, verùm etiam eorum prauis cupiditatibus obſequium præſtantem. Et quonium populus punitur, & non ipſe, denotatur Deum ſæpè permittere, prælatum in peccatum labi, vt puniat populum.

f *Ori. ſ. Num. hom. 6. & ſ. Cant. ho. 2. 6. Hier. prol. in Heſ.*

Sacerdotes & Phariſæi. Hæretici.

Murmurans Aaron contra Moſen, *Num. 12. a.* figura eſt ſacerdotum *f*, ſcribarum, ac Phariſæorum de Chriſto ſemper murmurantium, eiuſque doctrinam, & opera calumniantium, idque propter Æthiopiſſam, id eſt, Eccleſiam, cui nunc iunctus eſt Moſes, hoc eſt, lex ſpiritalis. Hæretici quoque legi Moſis calumniam impingentes, aut contra prælatos Eccleſiæ ſe extollentes, ſacramque ſcripturam ſuo arbitrio exponentes, reuelationémque diuinam ſibi arrogantes, facilè per eundem intelliguntur.

g *Orig. ſ. Num. hom. 10. Cyr. 3. in Ioan. c. 1.*

Chriſtus & Apoſtoli.

Cùm dicitur Aaron, & filij eius, intelligi poteſt *g* Chriſtus, & Apoſtoli, vt quum. *Exod. 27. d.* ipſi & filiis eius aptandæ lucernæ cura mandatur: quæ eſt prædicatio fidei, quam Chriſtus inſtituit, & Apoſtolis prædicandam tradidit. ita *Exod. 28. a.* quum Aaron, & filij eius applicantur ad Moſen, vt fiant ſacerdotes, veſtibúſque ſacerdotalibus induantur: vbi & frater Moſis dicitur Aaron: & Chriſtus frater legis appellari poteſt. *Ibidem c. 29. a. & 40. b.* vbi explicatur Aaron & filiorum eius conſecratio. Sed *& Leu. 1. b. 2. c. 6. b. 7. d. 8. a. 9. c.* quum de filiis Aaron fit mentio, Chriſtus, & Apoſtoli, & ſucceſſores ſacerdotes intelligi poſſunt: qui omnes filij dicuntur Chriſti, à quo ortum habet omne ſacerdotium. Cùm etiam. *Leu. 10. b.* recipit mandatum, ne ipſe ac filij eius acceſſuri ad altare *h* biberent vinum, aptè deſignat Chriſtum, & Apoſtolos, cæteróſque fideles, cùm videlicet acceſſurus Chriſtus ad altare paſſionis & crucis ſuæ dixit: Non bibam de genimine vitis, donec bibam illud vobiſcum nouum in regno Dei: nam non bibit vinum lætitiæ ex illa hora, qua ſe obtulit, & in altari ſe præſentatur: & dicitur ſemper aſſiſtere altari, & vultui Dei pro nobis, donec ſaluandorũ numerus impleatur. Et quamdiu membra Chriſti peregrinantur in terris, non dicitur ipſe bibere vinum illud nouum: quia dicit, Vobiſcum: quare tunc bibet, cùm totum corpus ſuum erit in gloria: & idem de Apoſtolis & cæteris ſanctis, qui ſine nobis non conſummabuntur. Præterea *Num. 3. 4. 8. 18.* Aaron & filij eius eoſdem ſignificabunt: vbi Aaron, & filij eius dicuntur portare iniquitatem ſanctuarij, aut ſumere peccata ſanctorum. Quomodo enim Chriſtus languores noſtros tulerit, & dolores portauerit manifeſtũ eſt. Sed & Apoſtoli, & martyres ſuo modo aliorũ iniquitates portant, pro quibus parati ſunt ſe offerre. Vnde dicebat Apoſtolus. *1. Cor. 12. e.* Ego libentiſſimé impendar, & ſuperimpendar pro animab. veſtris.

h *Orig. hom. 7. in Leuit.*

i *Cyril. 3. ſ. Ioan.*

Pralati. Pradicatores. Epiſcopi, & ſacerdotes.

Poſſunt etiam per Aaron & filios eius, quorum muneris erat candelabri lucernas aptare, intelligi *i* prælati & prædicatores, qui curam habent lucernæ verbi Dei. *Exod. 27.* Et tam ibi quam in locis, quos hic annotauimus, intelligi poſſunt Epiſcopi, & ſacerdotes. *Exod. 28. 29. 30. Leu. 1. 2. 6. 7. 8. 10. 17. 21. 22. Num. 3. 4. 28. 10. 1. Paral. 6. d. 23. b. Pſalm. 105.*

k *Orig. ſ. Leu. hom. 1. Phil. de temuleu.*

Mens & ſenſus eius.

Poteſt quoque per Aaron intelligi mens ipſa *k* & per filios eius ſenſus mentis, qui capaces ſunt ſcientiæ Dei, & offerunt vitulum per macerationem carnis, &c. *Leu. 1. b.* Et tunc animus dicitur montanus, & ſacerdos, cùm diuinis & ſublimibus vacat.

l *Orig. ſ. Nu. hom. 5. Iſyd. ſ. Leuit. 16.*

Digni ad cõtuẽda myſteria.

Cùm etiam Aaron, & filij eius debent omnia ſacra vaſa contrectare, & operire, operáque Caathitis tradere. *Num. 4.* ſignificare poſſunt eos *l* qui digni ſunt ad contuenda diuina myſteria, atrámque habent vitæ conuerſionem. Hi ſacra vaſa contrectant, & incapacibus ea non manifeſtant: ne videlicet margaritas perdant. Et qui eſt Aaron, hoc eſt, arca diuina, & altam conuerſationem habens, ingreditur certa lege in ſanctuarium, id eſt, ad diuinorum myſteriorum contemplationem. *Leuit. 16. a.*

m *Greg. Nyſſ. de vita Moſes*

Angelus cuſtos.

Vt erat Aaron frater maior Moſis, & illi occurrit, vt eſſet adiutor aduerſus Pharaonem: typus eſt angeli *m* cuſtodis, qui frater eſt hominis propter communionem naturæ intellectualis, & adiutor aduerſus diabolum, vt eius auxilio homo ab eius tyrannide liberetur.

ABADON.

n *Gl. inter. ſ. Apocal. 9.*

Diabolus.

Abadon, id eſt perdens, nomen angeli abyſſi, qui dicitur eſſe rex locuſtarum nocentium hominibus; manifeſtè accipitur pro diabolo, ſeu ſatana, *n* qui ſemper nititur animas perdere. *Apocalip. 9. b.* Haimoni tamen videtur legendum Labaddon: qui & allegat Hieronymum in interpretationibus Hebraicorum nominum.

Abalienare, vide Alienus.

Abarim.

Abarim, id eſt tranſitus, vel tranſeuntes. Montana ſunt ſecundum Iordanis tractum ab oriente Hierico, quæ à Moabitis incipientia verſus Galaad mõtes in longum protenduntur, atque ſuo limite terram Amorrhæorum, quæ duabus tribubus diſtributa eſt, ab Ammonitica ſeiungunt. Ibi fuit quadrageſima prima manſio filiorum Iſrayl, quò peruenerunt poſt Almon Diblathaim: Habet hic mons iuga plurima propriis hominibus à ſcripturis celebrata: vt eſt Nebo, Phaſga. Hunc montem iuſſus eſt aſcendere Moſes: vt terram promiſſionis contemplaretur: ibique mortuus eſt. *Num. 27 c. 33. f.*

o *Orig. ſ. Nu. hom. 27.*

Tranſlatio in Deum.

Figura eſt eius *o* qui totus in Deum tranſlatus eſt, vt quaſi Enoch non appareat, quia Deus tranſtulit illum. Non inuenitur autem in mundo: quia in nullo actu ſeculari, in nulla re carnali, in nullo colloquio vanitati, inuenitur.

p *Hier. Op. 127.*

Tranſitum legis ad euangelium.

Vel eſt tranſitus veteris legis ad Euangelium: ita vt ibi moriatur Moſes, id eſt, lex, nec vltra appareat: quia non eſt amplius memoria obſeruationis litetæ legis. Vnde & Nebo dicitur mons, id eſt, concluſio *p* quia datus eſt finis legi.

Abbreuiare, quare Breuis.

Abdemelech.

q *Gl. inter. ſ. Ier. 38.*

Prædicatores.

Abdemelech, id eſt, ſeruus regis, Eunuchus regis Sedechiæ: qui liberauit Ieremiam de lacu: vnde & ipſe liberari meruit, ne in captiuitatem iret Babylonicam. *Ierem. 38. b. 39. d.* Figura eſt prædicatorum *q* qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, & ſua prædicatione ac exemplis è lacu & vinculis peccatorum animas eripere procurant. Quocirca & ipſi ab omni periculo, & diaboli laqueis liberari merentur.

Miſericordes.

Poteſt etiam ſignificare miſericordes, & eleemoſynas dantes, & eos qui tribulatos à periculis liberant: his enim miſericordiam conſequi merentur. *Matth. 5. a.*

r *Orig. ſ. Can. hom. 1. Ambr. 2. de ſpiritu ſancto. 11.*

Gentilis populus.

Poteſt etiam gentilem populum *r* deſignare: qui educit Ieremiam de lacu, id eſt, confitetur reſurrectionem Chriſti, quem principes Iudæorum in lacum miſerant, cùm neci tradiderunt. Qui enim populus prophetias amplectitur, & prædicat, quas Iudæi in ſuæ mentis cœno abſtruſas detinet. Hic prius quam fidem amplecteretur, niger & Æthiops erat, ſed cum ad baptiſmi aquas venit, formoſus effectus eſt.

Digitized by Google

Abdere quare Abscedere,
Abdias.

ABDIAS, id est, seruus domini, princeps exercitus Achab, qui pauit prophetas tempore famis, cuius rei gratia,& ipse prophetiæ donum accipere meruit.3. *Reg.*18.*a*.

Fideles principes Iudæorum.

Figura est principium, *a* qui ex Iudæis in Christum crediderunt, quales fuerunt Nicodemus & Ioseph. Et figura misericordium, & eorum de quibus ait seruator noster *Matth.* 10. *d.* Qui recipit prophetam in nomine prophetæ,mercedem prophetæ accipiet. Quod hic ad literam adimpletum est:quando qui pauit prophetas,prophetiæ donum est adeptus

a *Hier.s. Abdiam.*

Misericordes.

Abducere.

A virtute ad vitia trahere.

ABDVCERE, est á proprio quasi loco separare. Qua ratione, *Nehe.* 1, *c.* abduci dicuntur ad extrema cæli, qui ab Hierosolymis ad extrarias regiones captiui ducuntur. Sic qui à virtutis medio ceu à spiritali Hierusalem ad extrema vitia declinant, captiuati à dæmonibus, abducti dicuntur. Ita *Psal.* 136. Qui abduxerunt nos,intelliguntur vel dæmones, vel praui homines alios à bono retrahentes. Et Holophernes dicitur abduxisse filios Madian. *Iudit.*2.*d.* Hoc est, Diabolus captiuasse diuino auxilio destitutos, variis eos irretiens vitiis,ne facile ad virtutem reditum habeant.Itidem *Zacharias.*10.*a.*dicuntur abduct.quasi grex,in captiuitatem,videlicet Regis Babylonis,hoc est, Diaboli,*b* cuius subduntur imperio. Ita *Sapientia.*19.*c.* Abducti dicuntur concupiscentia. In hac autem abductione ad malum dicitur permanere tristitia. *Ecclesiastici.*3.*b.*

b *Hieron. s. Zach.*10.

In errorẽ ducere.

Abduci præterea dicuntur qui à veritate & fidei syncritate in errorem ducuntur:*vt Act.* 20.*f.* Ait Paulus de Pseudoapostolis, vt abducant discipulos post se.Et *ad Heb.* 13. *b.* hortatur idem : Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.Sic *Sapient.*14.*c.*multitudo abducta dicitur per speciem operum ad colenda idola.

Ad fidem cõuertere.

Sed & in bonum sumi potest:vt *Nahum* 2.*b.*milites Niniue captiui adducti dicuntur,hoc est,fortes & eruditi gentilium tracti sunt à Christo ad fidem:vt captiuarent intellectum in obsequiũ Christi,vt dicitur 1.*Cor.* 10.*b.*

ABEL.

Vita spiritualis.

ABEL.i.vanitas,siue anhelitus,aut iuxta Augustinum,luctus:filius secundus Adæ, iustus & initium ciuitatis Dei,pastorq; ouium:cuius cùm munera accepta essent Deo, per inuidiam occisus est à fratre suo Cain in agro.*Gen.*4.*a.*

Secundum quidem quod Abel nascitur post Cain, figura est vitæ spiritualis,quæ sequitur post carnalem.Nã prius quod animale,deinde quod spirituale.1.*Cor.*15.*f.*Interpretatur autem vanitas,quia spirituales cognoscunt omnem creaturam vanitati esse subiectam,

Simplicitas. Prælati.

Secundum vero quòd erat pastor ouium,simplicitatem animiq; puritatem significat : ideo eius munera accepta fuere Deo,quia Deus simplicis cordis est amator.Designat etiam prælatos pastores simplicium.

Christus vel eius passio.

Est autem Abel manifesta Christi *c* figura,eiusque passionis.Nam cùm est frater Cain, Christus est frater Iudæorum,ex quorum est genere natus:vt ille iustus, ita Christus iustissimus, omnisq; autor iustitiæ.Ille pastor ouium,Christus de se ait *Iob.*10.*b.*Ego sum pastor bonus.Illius munera accepta fuere Deo : Christus suo munere genus humanum Deo reconciliauit.Ille obtulit oues:Christus se ipsum, qui tanquam ouis ad occisionem ductus est,& quasi agnus coram tondente se obmutuit.Ille per inuidiam occisus est à fratre:Christus per inuidiam à fratre suo populo Iudæorum,qui dicebant:Quod facimus,quia hic homo multa signa facit, &c.*Ioan.* 11.*f.* Ille occisus est in agro:Christus extra portam passus est in monte Caluariæ.Et quemadmodum Abel plurimam,aut vberiorem hostiam obtulisse dicitur quàm Cain, vt ait Paulus *Hebræos.* 11. *a.* Ita Christus vnica sui oblatione vberiorem obtulit hostiam quàm fuerint omnia veteris legis sacrificia:quæ simul omnia iustificationem afferre non valuerunt : vt ait idem. *Roma* 3.*d.*Et quoniam effusio sanguinis Christi sine comparatione quantum ad vtilitatem excedit effusionem sanguinis Abel:ideo Paulus ait, sanguinem Christi melius, aut meliora loqui, quàm Abel.Nam sanguinis Abel clamabat ad Deum, petens videlicet vindictam:sanguinis verò Christi semper clamat misericordiam.

c *Tert.de carne Christi. Aug.*15.*ciui. dei.* 18. & 12. *contra Faustum* 9.11. *Rup.s.Gen.*4.

Populus Christianus. Iusti.

Potest quoque Abel populum *d* christianum designare,qui minor est frater. Nam maior & prior est populus Iudæorum:& huius Abelis sacrificia accepta sunt Deo, & ad ea respicit Deus,abiectis prioris populi sacrificiis: & hic populus passus est persequutiones Iudæis, &c. Sed & quoscunque iustos significare potest, qui semper patiuntur persequutiones ab impiis:quorum typus est Cain, ad cuius ciuitatem pertinent. *Matth.* 23.*f.* Et alias interpretatur luctus,*e* quia iustorum est hic lugere.

d *Ambr. de Cain. & Abel* 2.

Martyres laici.

Cùm autem *Matth.*23.*d.*& *Luc.*11.*g.*Christus dicit exquirendum omnem sanguinem iustum,à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, & Abel occisus sit in agro, Zacharias verò sacerdos in templo : intelligi volunt aliqui per Abel martyres laicos,*f* & per Zachariam martyres ordinis ecclesiastici.

e *Aug.s.* & *Orig.in Mat.* 26.*hom.*

Bona dogmata.

Abel præterea bona dogmata *g* designare potest:quæ omnia tribuunt Deo nihil sibi ascribentes,& cum prauis dogmatibus pacem non habentes. Vnde cum natus est Abel,dicitur, Apposuit parere Eua : quia abiecto prauo dogmate,gignitur bonum.

f *Gl. inter.s. Matth.*13.

Christus.

Abel autem magnus,quod interpretatur luctus nomen est lapidis iuxta Bethsame, in quo posuerunt arcam Domini.1.*Reg.*6.*d.*significat manifeste Christum *h* qui lapis est angularis,in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Cui recte conuenit nomen luctus, quando cum propria non haberet, quæ fleret : nostra tamen quotidianis precibus & fletibus peccata purgauit.Est Abel nomen loci.*Iud.*11.*f.*3.*Reg.*15.*d.*4.*Reg.*15.*f.*

g *Phil. de sacrificiis Cain & Abel. Amb. de Cain.*1.

ABELMEVLA.

Christus.

ABELMEVLA,id est,luctus parturiens,ciuitas Elisæi,typus est Christi, in cuius iudicio malis erit luctus parturiens,gehennæ videlicet cruciatus.3.*Reg.*19.*e.*

h *Greg. s.* 1. *reg.*6.

ABESSE, ABSENS, ABSENTIA.

Iudæi.

ABESSE seu absentem esse notæ est significationis,ratamque admittit allegoriam.

Absentes qui dicuntur torqueri sicut præsentes,*Sap.*11.*b.*intelligi possunt Iudæi absentes à lege,& testamento,& fide Christi,dispersi per orbem,vagi & extorres.

Defectus prædicatorum.

Absentia filiorum Iacob,quando oppressa est Dina in Sichen.*Gene.*34.*a.* designat defectum aut raritatem prædicatorum,in quorum absentia diabolus infirmas animas decipit, & in peccatum inducit.

Defectus contemplationis, aut sapientiæ.

Absentia Beniamin,sine quo non vult ascendere Iudas ad patrem.*Gen.*44.*g.* designat defectum contemplationis & sapientiæ diuinorum, sine qua confitens vel laudans Deum, videt se in laudibus deficere: quare laudes Dei sine Beniamin esse non debent.Vnde *Psalm.*67.Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu Et *Sap.* 9. *b.* Si quis fuerit consummatus inter filios hominum, si affuerit ab illo sapientia tua, in nihilum computabitur.Et *Ecclesiast.*15.*b.*ostenditur hæc sapientia abesse à superbia & dolo:& quod per culpam hominum absit.

ABIATHAR.

Cõfessores & sacerdotes.

ABIATHAR,id est,pater excellens,aut pater residui,vel remanentis,siue pater explorationis, vel contemplationis,aut pater funiculi:filius Abimelech,sacerdos & pontifex,qui euasit à cæde, quam Saul in sacerdotes exercebat, tulitque secum Ephod. 1. *Reg.* 22. *d.* 23. *a.* Post mortem verò Dauid, cum fauisset partibus Adoniæ, pontificatu priuatus est à Salomone.3.*Reg.*2.*e.*

Vt euasit Saulem,typus est confessorum & sacerdotum,qui à cæde tyrannorum euaserunt,& relicti in ecclesia sunt fetetes,tantum secum Ephod.1.sacram doctrinam,& vitæ puritatem, quæ nequiuerunt auferre tyranni. Dicitur filius Abimelech.1. Christi per regenerationem, & rursum pater alterius Abimelech. 1. membrorum Christi per doctrinam & spiritualem gubernationem.Porrò cùm *Marc.* 2. *f.* dicitur Dauid accepisse panes propositionis sub Abiathar, quos accepit sub Achimelech patre eius,hoc indicat,nempe sacerdotem vicem Christi gerere.Nam Abiathar in conferendis panibus, minister patris fuisse videtur.

Malus prælatus.

Vt autem fauit Adoniæ ad vsurpandum regnum aduersus Salomonem, typus est mali prælati, qui ob amicitiam,aut alias,promouet indignos & ambitiosos.3.*Reg.*1.*b.*

Digitized by Google

ABIES, ABIEGNVS, ABIETARIVS.

ABIES est arbor procera habens folia pectinis modo diuisa: vt picea, caque non amittit: nascitur in montibus & vallibus locisque desertis: habet flores crocei coloris, redditque semen: est enodis, & habet ramos ordine quodam positos in cælum tendentes, non in latera pronos, & decisis cacuminibus moritur. Eius materia est apta nauigiis & antennis nauigiorum: ad cætera quoque opera, in quibus fortitudo requiritur. Nam resistit ponderi, ipsumque valide sustinet. Eius vmbram satis omnibus fuerunt maximè pernicioſam esse.

Secundùm quidem quod est arbor excelsa & fortis & in directum eleuata, Christum *a* nobis indicat, quem dicit Dominus se directurum vt abietem virentem, *Hose.* 14. *d.* Vbi septuaginta transtulerunt Iuniperum. *a Gl. ord. s. Hos.* 14. *Christus.*

Potest etiam significare viros perfectos *b* in Domini seruitute sublimes & fortes: aut mentes electorum, qui fundati sunt in montibus, cùm dicere possunt: Nostra conuersatio in cælis est: & etiam sunt in vallibus humilitatis radicati: Et ita accipitur *Isa.* 14. *b.* Cùm abietes dicuntur lætatæ de casu regis Babylonis, hoc est, de victoria contra diabolum, vel de amotione tyranni. Et 41. *e.* 55. *d.* Pro saliuncula ascendit abies. Sic *Ezech.* 31. *c.* Abietes non æquantur cedro, hoc est, sublimes virtute non se eleuant in superbiam, vt Antichristus, vel Lucifer. Hi quamuis de terra nascendo exierint, *c* contemplando tamen iam iuxta æthera verticem mentis extollunt. Itidem sublimes, & fortes sunt ligna abiegna ex quibus tegitur pauimentum, & fiunt ostia templi. 3. *Reg.* 6. *b.* 2. *Para* 3. *b.* designant etiam virtutes angelicas, quibus naturæ donis supereminebat Lucifer. *Ezech.* 31. *c.* *b Hier. s. Is.* 14. 41. 55. 60. *Ez. s. Ezech.* 31. *Sublimes virtute.* *Mente electorum.* *c Greg.* 32. *mor.* 24. *Angeli.*

Potest simili ratione significare sacerdotes *d* & principes Iudæorum sublimes dignitate, qui ita sit *Isa.* 37. *e.* dicuntur electæ abietes: quos hortatur *Zach. capp.* 11. ad vlulandum in incendium cedrorum: hoc est templi. *d Hie. s. Isa.* 37. *Rup. s. Zach.* 11. *Principes & sacerdotes Iudæorum.*

Rursum abies propter suam sublimitatem perpetuumque virorem, significare potest *e* dona & gratias Spiritus sancti, ac virtutes, & præcipuè fortitudinem: quia arbor est robusta: & ordo ramorum eius est ordo virtutum: qui non inuenitur in vitiis, quæ sunt inordinata. Ita promittit Deus se posiurum abietes in deserto. *Isa.* 41. *e.* Hoc est dona Spiritus sancti in gentilitate ad fidem conuersa, vel in cordibus eorum, qui tumultus huius seculi fugientes, ad interiora cordis, velut ad quieta deserta se conferunt. Et *Isa.* 55. *d.* Pro saliuncula (ait) ascensuram abietem, i. pro vitiis virtutes. *e Lyra. s. Isa.* 41. *Dona Spiritus sancti & virtutes.* *Fortitudo.*

Potest etiam abies significare philosophos & viros illustres, *f* qui conuersi ex gentibus, ecclesiam Dei sua doctrina illustrarunt, & ornarunt: vt Cyprianus & Hilarius: de quibus *Isa.* 60. *e.* Gloria libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ. Et hæc sunt ligna abiegna, quæ mittebat Rex Hiram Salomoni. 3. *Reg.* 5. *c.* Vbi tamen septuaginta interpreres pro abietibus scribunt cypariſſos. *f Hier. s. Isa.* 60. *Philosophi cõuersi ad fidẽ.*

Superbia quoque vitæ, fastus mundi, ac prosperitas per abietes designari potest: vt apud Ezechielem 27. *a.* Cum per allegoriam Tyri loquitur vel de Lucifero, vel de hoc mundo Abietibus, inquit, de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris. Atque ita abietis vmbra pernicioſa est satis omnibus: quia superbia omnia virtutum opera ceu lethale venenum inficit, & perdit, si eis adiungatur. *Superbia.*

Abietarius autem dici potest, qui exemplo & doctrina alios conuersatione sublimes & fortes efficere curat. Et hoc est opus abietarij. *Exod.* 35. *d.* *Altitudo superna contemplationis.*

Abies etiam est altitudo supernæ contemplationis, vt *Isa.* 55. *d.* Pro saliuncula ascendet abies; cum in corde sanctorum *g* pro abiectione terrenæ cogitationis, altitudo supernæ contemplationis exoritur. *g Gregor.* 18. *Mor.* 11.

ABIEZER.

ABIEZER, id est, patris auxilium, vel pater auxilij, siue pater atrij, aut patris atrium, filius Galaad, *Iosu.* 17. *a.* Significare potest diuinum *h* auxilium. Vnde Gedeon congressurus cum hostibus, conuocauit. *Diuinũ auxilium.*

Abiezer, vel domum Abiezer, diuinum videlicet auxilium: quod contra spiritales nequitias est inuocandum. *Iudi.* 6. *g.* Similem significationem habere potest Abiezer de Anathoth, vnus è fontibus Dauid. 2. *Reg.* 23. *d.* 1. *Paral.* 11. *f.* *h Ori. s. Iud. ho.* 8.

Cum autem *Iud.* 8. *a.* dicitur, Melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer: potest per Abiezer intelligi vita actiua: *i* vt melius dicatur vnum opus vitæ contemplatiuæ multis operibus vitæ actiuæ: quia vnum est necessarium: & Maria optimam partem elegit. dum Martha turbatur erga plurima. *Vita actiua.* *i Hug. Card. s. Iud.* 8.

ABIGAIL.

ABIGAIL, id est, pater exultationis, vel patris exultatio, vxor prius Nabal Carmelitæ, quæ placauit iram Dauid volentis virum ipsius occidere: quæ mortuo viro suo, iuncta est Dauid in matrimonium, diciturque mulier prudentissima & speciosa. 1. *Reg.* 25. *a.*

Significare potest sapientiam Philosophorum, *k* quæ prius iuncta erat Philosophis superbis, qui non cognoscebant Dauid, id est, Christum: quia cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt: ideo merito iratus est illis Dauid. Sed illis extinctis, venit sapientia cum Philosophis humilibus, qui ad fidem venerunt. *Sapientia philosophorum.* *k Lyr. Reg.* 1. 25.

Potest etiam designare ecclesiam ex gentibus, *l* quæ extincto priore viro, cultu videlicet idololatriæ, venit ad fidem: quæ in hoc, quod per fidem & pœnitentiam iuncta est Christo, prudens & pulchra censetur. *Ecclesia ex gentibus.* *l Amb. epiſt.* 13.

Sed & beatissimam Virginem Mariam *m* prudentissimam & pulcherrimam nobis adumbrat, quæ verè, Dauid placuit, cum Deus in ea factus est homo, & generi humano reconciliatus est, cum denique nobis quotidie placat. *Virgo Maria.* *m Rup. s. Reg.* 1.

ABIGERE.

ABIGERE proprie est pecus aut greges abducere, siue id vi fiat, siue dolo. Rarum admittit allegoriam secundum ea, quæ abiguntur.

Abigens Abraham volucres à cadaueribus. *Gen.* 15. *c.* figura esse potest prælati, qui debet à subditis omnia virtutum impedimenta amouere. Vel est figura cuiuscumque, qui feruore charitatis laborat dæmones, & omnes eorum tentationes à se abiicere, ita vt quantum possit accedere ad se non permittat. *Impedimenta virtutum amouere.*

Est etiam abigere volucres, malas cogitationes *n* nos in oratione perturbantes manu sanctæ discretionis abiicere: ne maligni spiritus & peruersæ cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre domino vtiliter sperat. Ad hæc refertur cùm Ieremiæ 7. *g.* cominatur Deus defuturum, qui abigat volucres & bestias. Et etiam *Deut.* 28. *c.* Sed & cum Dauid abegit Philistinorum iumenta, *o* Christus est amouens omnia dæmonum machinamenta, quæ parant aduersus fideles. 1. *Reg.* 23. *a.* *Dæmones fugare.* *Cogitationes malas abiicere.* *n Grego.* 16. *Mora.* 20. *o Bed. s. Reg.* 31.

Abegisse dicitur Iacob filias Laban ipso Laban ignorante. *Gen.* 31. *d.* designans Christum, qui spoliauit diabolum per passionem & resurrectionem suam, captiuansque duxit captiuitatem, quarum rerum diabolus fuit ignarus. *Christus spolians diabolũ.*

Abigere ranas, est restringere loquacitatem. *Exod.* 8. *c.* *Restringere lõquacitatem.*

Abigere asinum pupillorum. *Iob.* 24. *a.* est trahere in hæresim simplices, *p* qui sunt in ecclesia velut portantes onera, cùm suis laboribus fideles ecclesiæ sustentant. Id faciunt hæretici, cum gentilem ad fidẽ venientem peruertunt. *Trahere in hæresim.* *p Gregor.* 16. *Mor.* 11. *Hie. s. Iob.* 24.

Ab ihu

ABIHV. 1. pater ipse, vel pater est: filius Aaron, qui cum obtulisset cùm Nadab fratre suo ignem alienum. 2. non de altari sumptum, incendio periit. *Leui.* 10. *a.* Significare potest sacerdotes veteris legis, *q* qui extraneos sensus legi dederunt, nolentes intelligere de Christo, quæ de ipso intelligenda erant, & suas traditiones contra legem introducentes. *Sacerdotes veteres legis.*

Figura est etiam hæreticorum, *r* qui etiam ignem alienum offerunt, cùm pro suo arbitrio scripturas interpretantur, contrà quàm tenet Ecclesia: & suos errores ac somnia pertinaciter ingerunt simplicibus. *Hæretici.* *q Rup. 2. s. Leu.* 7. *Isid. Leu.* 10. *r Gl. inter. s. Leu.* 10.

Sacerdotes quoque qui ad sacramentum altaris cum suis cupiditatibus & peccatis indigne accedunt, merito per ipsum figurantur, Et breuiter, quicunque prauos mores in ecclesiam Dei inducunt, per eum designantur. Qui omnes meritò æterno igni peribunt, vt illi perierunt. *Sacerdotes mali.*

Abiicere, quare Eiicere.

Abimelech.

ABIMELECH. 1. pater meus rex, vel patris mei regnum, nomen regum Palestinorum, sed quidam fuit tempore Abrahæ Rex Geratæ, qui tulit Saram ab Abraham: non tamen eam cognouit, ad monitus

Digitized by Google

& punitus à Domino. Idem eiicit Isaac, & postea pepigit cum eo fœdus. *Genes.* 20. 21. 26.

Principes terreni. Secundum quidem quod accepit Saram, quam tamen non cognouit, figura est *a* principum terrenorum volentium corrumpere Ecclesiam Dei, ac omnia ad suum arbitrium ordinare: qui sæpe puniuntur à Domino, & corripiuntur: posteáque honorant muneribus Ecclesiam, quam prius violare tentauerant.

Principes Iudæorum. Simili ratione significare potest principes Iudæorum: qui conati sunt Ecclesiam Dei ad se trahere, eámque corrumpere.

Philosophi. Potest etiam significare Philosophos *b* accipientes Saram, id est, multa de virtute & sapientia tractantes: verum non tetigerunt eam: quia nunquam veram virtutem & sapientiam attigerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis. Idem quoque ejecerunt Isaac, & postea concordarunt cum illo: quia Philosophi in aliquibus dissident à lege Christi, in aliquibus verò cum ea concordant.

Philosophia rationalis. Cùm autem tres sint Philosophiæ partes, *c* rationalis, physica, & moralis, & tres amici venerint ad iniendum fœdus cum Isaac, nempe Abimelech, Phicol, & Ochozath: per Abimelech, qui interpretatur pater meus rex, intelligi potest rationalis, aut metaphysica, quæ Deum patrem omnium confitetur. Hæc cum aliis iniit fœdus cum Isaac, i. cum lege Christi: quia cum ea omnes scientiæ, quæ veritatem habent, concordant. Vidit Isaac, i. risu ludentem cum Rebecca: quia supra mundana sapientia ludum disciplinæ puerilis, quæ est in lege Domini, ac mysteria coniuncta tolerantiæ admiratur: Possunt etiam tres designare Magos qui venerunt ad Christum.

Magi. Christus. Abimelech idem prospiciens Isaac ludentem cum Rebecca: Christum *d* designare potest, qui nostrum risum speculatur, & gratiarum actionem, & benedictionem, exultationem, & lætitiam, & simul etiam cum his operantem tolerantiam. *Gen. 26. b.*

Fuit alius Abimelech filius Gedeonis & concubinæ seu ancillæ, qui interfectis septuaginta fratribus suis, imperium occupauit: *e* ac postmodum à muliere interfectus est fragmine molæ è muro proiecto. *Iud. 8. g. 9. g. 2. reg. 11. c.*

Antichristus. Figura potest esse Antichristi, qui nasceretur è concubina, hoc est, synagoga Iudæorum: quæ Sichimitæ, id est, Iudæi facient regem: occidétque omnes filios Gedeon: id est, Christianos: & regnabit donec interficiatur spiritu oris Christi.

Ambitiosi. Significat etiam ambitiosos dignitatum: qui eas per cognationem carnalem, & per amicitias, & non per virtutem adipisci procurant: & persequuntur bonos, qui eis sunt impedimento, quo minus eas acquirere valeant: & tandem cum adeptis dignitatibus pessimè pereunt:

Diabolus. Potest etiam in oppugnatione turris typus esse diaboli: quia ille semper conatur vincere fortes: vincitur tamen à muliere, quæ caput eius contriuit. *Iud. 9. g.*

Diabolus. Abimelech prætereà, qui & Achis, rex Geth, coram quo Dauid vultum suum mutauit, figura est diaboli, *f* coram quo mutatur vultus, cum quis à vitiis ad virtutes conuertitur. *Psal. 33. in titulo.*

Gentilis populus. Deus pater. Iudæi. Designare etiam potest gentilem populum suscipientem Christum, vt Abimelech suscepit Dauid. Et simili ratione Deum patrem. *1. Reg. 17. a.*

Vel vt interpretatur patris mei regnum, designat Iudæos, qui erant regnum Dei: coram quibus mutauit Christus vultum, cùm apparuit mortalis, qui in se est immortalis.

a *Bed. s. Gen. 26.*

b *Orig. s. Gen. ho. 6. & 14 Bed. s. Gen 21. 26.*

c *Clem. Ale. 1. pædago. 5.*

d *Bed. s. Gen. 26. Clem. Alex. 1. pædag. 5.*

e *Iudicum. Ioseph. Iud. 8.*

f *Ar. s. ps. 33. Hier. s. ps. 33. Aug. s. ps. 33. 51.*

Abinoem.

Patriarcha. ABINOEM, id est, pater pulchritudinis vel iucunditatis, vel pater motionis eorum, vel patris responsio: vel interpretatur fulgur, vel coruscatio, fuit pater Barach. *Iud. 4. a. 5. b.*

Potest significare patriarchas *g* qui fuerunt patres pulchritudinis, quia genuerunt prophetas, & populum Israël, ex quibus Christus secundum carnem.

Virtutes. Similiter designat virtutes *h* & dona Spiritus sancti, quæ filios generant splendentes & coruscantes.

Pater cœlestis vel eius præcepta. Vt interpretatur responsio patris, poterit capi pro Patre cœlesti, vel eius præceptis: vt filius Abinoem dicatur, qui Patris cœlestis responsa seruauerit.

g *Glo. inter s. Iud. 4.*

h *Ori s. Iud. ho. 6.*

Abire, Abscedere, Discedere, Recedere, Proficisci.

ABIRE propriè est animalium, quæ per motum localem relinquunt locum in quo sunt, vt ad alium proficiscantur: vnde propriè respicit locum à quo, vt eius simplex, quod est ire, locum ad quem sit motus. Sæpè tamen sumitur pro simplici, hoc est, ad aliquem locum ire, *Genes. 22. a.* Abiit in locum, quem præceperat ei Deus. Est item adire. *Gen. 18. c.* Abierunt Sodomam. Ascendere, *1. Paral. 4. 9.* Abierunt in montem Seir. Consentire. *Psal. 1.* Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Discedere loco. *Gen. 21. b.* Quæ quum abiisset, errabat. Discedere mente. *Iud. 8. a.* Abierúntq; & cõstituerunt. Elongare *Sap. 3. a.* Ab itinere iusto abirent. Fugere *Gen. 31. c.* Cúmq; abiisset tam ipse. Manere. *2. Par. 25. c.* Abiit in vallem salinarem. Obire. *Acto. 1. d.* vt abiret in locum suum. Occurrere *3. Reg. 18. c.* Abiit ergo Abdias præterire. *Apo. 11. c.* Væ secundum abiit. Reuerti *Gen. 44 d.* Abire liberi ad patrem vestrum. Sequi. *3. Reg. 13. c.* Abiit post virum Dei. Trãsire. *Eccl. 3. c.* Deus instaurat, quod abiit. Proficisci. *Ios. 8. c.* Abiit ergo Iosue nocte illa. Recedere autem interdum est cessare. *Iud. 16. d.* Recedet à me fortitudo mea: Declinare. *Exod. 32. b.* Recesserunt citro de via. Deficere *Ios. 1. b.* Non recedat volumen legis huius. Differre auxilium. *Num. 14. b.* Recessit ab eis omne præsidium. Discedere. *Exo. 8. c.* Recedent ranæ à te. Gratiam non dare. *Ezec. 8. c.* vt procul recedam à sanctuario meo. Negligere. *Deut. 32. c.* Recessit à Deo salutari suo. Separari. *Gen. 26. d.* Recede à nobis, quoniam potentior. Abire autem secundum loca, à quibus, vel ad quæ itur, allegoriam recipit.

Subtrahens Deus gratiã, aut deserens gratia Spiritus sancti. Cessans Deus consolari, aut apparere, aut à noua operatione & miraculis. Punitio impiorum prius consolatis iustis. Cessans castigare. Non parcens Deus. Veniens de nouo per gratiã. Incomprehensibilem se ostẽdere. Subtrahens se Christus ab ecclesia. Dilatio incarnationis. Abire non potest competere Deo, nisi secundum metaphoram, cum sit vbique. Aè primo dicitur Deus abire, cum subtrahit gratiam: *i* vel cum deserit, aut deserere videtur hominem in tentationibus. Vt cùm *Iob. 9. b.* dicitur: Si abierit, non intelligam. Sic petiit propheta ne discedat Deus ab eo. *Psal. 21. 36. 37.* Et discedens fortitudo à Samson, designat virtutem Spiritus sancti deserentem peccatorem. *Iud. 16. c.* Et recedit omne præsidium à malis. *Num. 14. b.* Cùm hi qui sunt sine Deo, etiam à temporalibus viribus, in quibus confidebant, permittente Deo, deseruntur. Et recedens nube à tabernaculo, est deserens gratia Spiritus sancti murmuratores. *Num. 17. c.* Sic discessit spiritus domini à Saule. *1. Reg. 16. c.* Et anima Dei dicitur recedere ab Hierusalem, *Ier. 6. b.* Hac ratione dicuntur arietes abiisse absque fortitudine. *Thre 1. b.* Hoc est, absque auxilio diuinæ gratiæ eos deserentis.

i *Greg. 9. mora 10.*

Discedit etiam Deus à iustis post consolationẽ, *k* non deserendo, sed nil amplius tunc reuelando. Sic discessit ab Abraham, *Genes. 12. d.* Et ab Iacob, *Gens. 35. b.* Et à Gedeone. *Iud. 6. d.* Aut certe discedit non amplius apparendo, aut à noua operatione cessando. Et recedens à Iob à stultis, designat Christum *l* cessantem à miraculis apud Iudæos, ob eorum incredulitatem. *Iob. 19. b.* Sic discessit Christus à Gerasenis. *Marc. 5. b. Luc. 8. f.*

k *Ricard. de s. vict. 4. de Arca mysti. 12.*

l *Gregor. 14. Mor. 23.*

Abeuntes angeli Sodomam, aut abiens Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham. *Genes. 18. d.* Designat Dominum post consolationem iustorum conuerti ad punitionem impiorum.

Dicitur prætereà abire Deus, cùm cessat castigare *m* & ferire, vt *Ieb. 14. b.* Recede paululum ab eo. Et *Hos. 9. a,* Væ eis, cùm recessero ab eis, hoc est, cùm in hac vita ab eorum castigatione cessauero. Et etiam dicitur recedere manus Domini, cùm cessat Deus affligere & castigare aliquem pro peccato, ob ipsi datam remissionem. *1. Reg. 6. a.*

m *Grego. 12. Mora. 2. Et s. 1. reg. 6.*

Recedere etiam dicitur misericordia Dei, cùm Deus non parcit peccanti. *Isa. 54. c.* Sic non recessit à gentilitate, quia ei pepercit.

Abire dici possit dilectus, hoc est, Christus, cùm ad aliquos venit de nouo per gratiam. *Cant. 5. d.* Quò abiit dilectus tuus.

Abire quoque dicitur dilectus, cùm se incomprehensibilem *n* nobis ostendit.

n *Glos. inter s. Cant. 8.*

Abiens Elcana in domum suam post oblata sacrificia. *1. Reg. 2. b.* designat Christum *o* subtrahentem se aliquantulum ab Ecclesia, vt cum maiore fructu postea redeat. Sic dicitur recedere longius sapientia, cùm quæritur. *Eccles. 7. d.*

o *Greg. s. l. Reg. 2.*

Recedere dicebatur Deus longè, cùm differebat incarnationem, *p* quam antiqui patres magnopere desiderabant. *Psal. 9.*

p *Hier. s. ps. 9.*

Profectus peregre homo, est Christus *q* ascendens in cælum, *Matth. 25. a. Luc. 19. b. 24. g. 1. Pet. 3. d.* Et dicitur

q *Ori. s. Mat.*

Digitized by Google

peregre profectus: quia toto huius vitæ tempore, quo peregrinamur à Domino, ipse dicitur peregrinus nobis. Et abiens Elcana *a* in domum suam post oblata sacrificia, typus est Christi, qui passionis suæ oblato sacrificio, in cœlum ascendit. 1. *Reg.* 2. *b.* Et proficiscens Leuites in domum suam cũ vxore, quam sibi reconciliauerat. *Iud.* 18. *a.* designat Christum reconciliata & reuocata Ecclesia redeuntem ad patrem.

Ascendens Christus in cœlum.

Abire dicitur Christus ab Apostolis, *b* vt veniat Paracletus. *Io.* 19. *b.* cùm à sensu carnali, eleuat ad spirituale.

Eleuans ad sensum spiritualem.

Absens Iesus per sata sabbato. *Matt.* 12. *a.* designauit *c* in otio legis se in mundum venisse, generis humani sationem inuisurus.

Veniens Iesus in mundum.

Absens Hosee ad accipiendam Gomer vxorem fornicariam: typus est Christi ad populum Israël venientis. *Hos.* 1. *a.* Et abiens Dauid ab Achis in speluncam Odollam. 1. *Reg.* 23. *a.* designat Christum, qui postquam passus est à gentibus, fundauit Ecclesiam in paucis ex Iudæis. Sic cum profectus est Dauid cum suis ab exercitu Philistinorum, 1. *Reg.* 29. *d.*

Veniẽs Christus ad Iudæos.

Recedens à malo Iob, *d* designat Christum, cui conuenit reprobare malum. *Iob.* 1. *a.* Recedit etiam à malo *e* ipse & omnis, qui relinquit traditiones scribarum & pharisæorum. *Isa.* 59. *a.*

Christus reprobans malum & relinquens traditiones Pharisæorum.

Discedens Isaac à Palestinis eum lacescentibus. *Gen.* 26. *d.* designat Christum *f* relinquentem Iudæos, eius doctrinæ puteos abstruentes: vnde & dicebat eis. *Matt.* 23. *d.* Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta: Sic dicitur ibidem recedere à Geraris. Et abiens Dauid ab Achimelech, *g* coram quo mutauit vultum, est Christus relinquens Iudæos. *Psal.* 33. *in tit.* Et recedens nubes à tabernaculo, cùm murmurassent Aaron & Maria, aduersus Mosen est Christus & Spiritus sanctus deserens synagogam aduersus ipsum Christum murmurantem: *Num.* 12. *c. Exec.* 23. *c.* Et dicuntur recessisse ab Hierusalẽ volucres & pecora, hoc est, sublimes & simplices. *Ier.* 9. *c. Hos.* 9. *c.*

Derelicto Iudæorum.

Proficiscens Iacob in Mesopotamiam, vt sumeret sibi vxorem, & in orientalem terram: relictis parentibus. *Gen.* 28. *a.* 29. *a.* typus est Christi, *h* qui relicta Iudæa, adiunxit sibi Ecclesiam ex gentibus, iuxta illud *Hos.* 2. *d.* Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam. Et abiens Dauid ad Achis relicto Saule & Israële, 1. *Reg.* 7. *a.* trãsitum indicat Christi ad gentes, relicta Iudæa in sua infidelitate. Sic abiens Dauid ad ducendam arcam, 2. *Reg.* 6. *a.* Est Christus assumpta carne veniens, vt sibi copularet Ecclesiam. Et abiens Simõ in Galilæam, vt liberaret fratres suos. 1. *Mach.* 5. *b.* transitum indicat Christi & prædicatorum ad gentes. Quod etiam designauit ipse Christus, cùm dicitur abiisse in Galilæam *i.* *Ioan.* 4. *a f.* Et trans mare Galilææ. *Ioan.* 6. *a.* Et in regionem iuxta desertum. *Ioan.* 11. *g.* Sic profectus est Tobias ad Medos, *Tob.* 6. *a.* Et Petrus ita abiit in alium locum relicta Iudæa. *Actor.* 12. *c.* Et Paulus & Barnabas Seleuciam, *Acto.* 13. *a.* Idẽ designauit Iesus, cùm relictis pharisæis, abiit *k* extra Hierusalem in Bethaniam. *Matt.* 12. *b.* idem designatur *l* *Isa.* 52. *c. Et Ier.* 9. *a.*

Transitus Christi ad gẽtes.

Abiens Elias in Sareptam Sidoniorum, relicto Israël, 3. *Reg.* 17. *b.* Typus est sermonis prophetici, qui transiit ab Israel, vbi fame periclitabatur, ad gentes, vbi pascit, & pascitur. Et abiens Ionas in Niniuen, designat aduentum Apostolorum, & prædicatorum ad Gentes. *Ioan.* 3. *a. Marc.* 16 *d.* Et profectus Dauid cum populo ad expugnandum Rabba. 2. *Reg.* 12. *a.* Christus est cum apostolis & prædicatoribus veniens ad conuertendam gentilitatem. Et Isaias hortatur apostolos & prædicatores, vt recedant ab Hierusalem, iudicãs eos ipsam relicturos, vt ad gentes transirent: *Isa.* 52. *d.* Et proficiscens semus Abrahæ in Mesopotamiam quæsiturus vxorem domino suo Isaac. *Gen.* 24. *a.* designat missos prædicatores ad gentes, vt conuerterent animas, quæ Christo copulentur. Et abiẽs Anna in viam suam, 1. *Reg.* 1. *c.* Est transiens *m* Ecclesia ad gentiũ prædicationem, vt in eis fructum referat, quem inter Iudæos reddere non valebat. Et recedens Isaac à Geraris, *Gen.* 26. *e.* Est Christus relictis Iudæis transiens ad gẽtes. Recessisse dicitur cœlũ quasi liber inuolutus. *Apo.* 6. *d.* quãdo *n* notitia legis ablata est à Iudeis, & tradita gẽtibus.

Transitus sermonis prophetici & prædicatorum ad gentes.

Abiens Angelus post Israel in sequentibus Ægyptiis. *Exo.* 14. *e.* designat Christum opponentem se pro nobis & resistentem diabolo. Et etiam prælatos & prædicatores, qui doctrina vitaque merito aliis præire debent, & adueniente tentationis aut persequutionis tempore, pro aliorum salute se periculis obiicere. Sic abiens Dauid ad succurrendũ Ceilam. 1. *Reg.* 23. *a.* Est bonus prælatus defendens Ecclesiam in tribulationibus & tentationibus. Et abiens idem post vnctionẽ ad expugnandum Hierusalem. 2. *Reg.* 5. *a.* Est Christus *o* qui suscepto baptismate, venit ad expugnandos errores Scribarum & Pharisæorum, qui erant cæci & claudi, exosam habẽtes animam Christi. Cum autem captus dominus Iesus peteret à militibus, vt discipulos suos abire sinerent. *Ioan.* 18. *a.* designauit prælatum pro subditorum salute periculo se obiicere debere. Per quod etiam ostenditur diabolum eiusque membra non plus in bonos posse, quam illis à Deo permittitur. Et abeuntes viri Simonis in campum cum hostibus pugnaturi. 1. *Mach.* 16 *a.* Typum gerunt eorum, qui aperto Marte cum diabolo congrediuntur.

Christus & prælati opponentes se diabolo & tentationibus.

Discedens Isaac à Palestinis eum lacessentibus. *Gen.* 26. *c.* typus est prædicatoris, *p* qui cedere debet persequutoribus, cùm non est locus prædicationi: & aliquando se ad solitudinẽ colligere. Et abiens Elias ab Achab. 3. *Reg.* 17. *a.* designat vitandum malorum consortium, quando non prodest eis prædicare. Sic abiit idem, ac fugit Iezebelem, 3. *Reg.* 19. *a.* Ita recedere à Sichen. *Gen.* 35. *a.* Et præcepit Moses recedere à tabernaculo impiorum, ne eorum malis inuoluerentur. *Num.* 10. *b.* Sic præcepit Salomon abscedere à meretrice. *Prou.* 9. *d.* hac ratione abscessit Tobias à Niniue. *Tob.* 14. *d.* Et abeuntes quia curabant Babylonem vnusquisque in terram suam. *Ier.* 52. *a.* Designant angelos *q* vel prælatos, qui relictis obstinatis correctionem admittere nolentibus, ad semetipsos reuertuntur. Sic abiiciebant Sodomitæ Loth corrigentem, dicentes: Recede illuc. *Gen.* 19. *b.* Et Pharao dicebat Mosi: Recede à me. *Exo.* 10. *g.* Et filij Israel dicebant eidem: Recede à nobis, vt seruiamus Ægyptiis. *Exo.* 14. *c.* Et qui dixerunt Deo: Recede à nobis. *Iob.* 21. *b.* 22. *c.* Et dicebatur vir meretricis abiisse viam longissimam. *Pro.* 7. *c.* quia longe se fecerunt peccatores à lege prohibente malum, & putant legis minas longè abesse. Et abiens Samuel in Ramatha, nec amplius videns Samuelem. 1. *Reg.* 15. *g.* Est prælatus *r* non amplius corrigens aut arguens eum, quem videt incorrigibilem. Et recedit cœlum sicut liber. *Apo.* 6. *d.* Cum *s* Ecclesia separatur à malis.

Cedere persecutoribus, & separari à malis.

Abiens Ezechiel amarus ad reprehendendum populum, postquam loquutus est ei Dominus, *Ezec.* 3. *d.* figura est eorum, *t* qui contemplationis relicta dulcedine, cum amaritudine ad tractanda temporalia, & alios corrigendos descendunt: ac item eorum, qui quanto plenius diuina cognoscunt, tanto amplius sua deflent facinora.

Relicta contemplatione ad actionem ægrè descendere, aut peccata deflere. Molestum silentium ecclesiæ. Prædicare incipiens.

Non recedere dolorem à Iob, si tacuerit, *Iob.* 6. *b.* designat *u* non recedere dolorem ab Ecclesia, si à prædicatione cesseturi: quia tunc amplius augentur peccata.

Reditus ad contemplationem.

Abiens Saul à Samuele. 1. *Reg.* 10. *b.* typus est noui prædicatoris. *x* qui iam instructus à superiore, incipit prædicare. Et abiens paralyticus, vt nuntiaret Iudæis Iesum. *Ioan.* 5. *c.* figura est conuersi verè à peccato, qui mox cupit alios conuertere.

Abeuntes Anna & Elcana in locum suum. 1. *Reg.* 1. *d.* Designant reditum prælatorum *y* ad cælestium contemplationem post terrenorum administrationem. Ita abiens Saul in domum suam, est prædicator liberè intrans in contemplationis secretum. 1. *Reg.* 10. *d.* Et abeuntes Iudæi rebus prospere aduersus hostes gestis. 2. *Mach.* 13. *e.* indicant reditum ad contemplationem post impetratam victoriam à tentationibus. Et recedens Saul à persequutione Philistinorum. 1. *Reg.* 14. *g.* Est prædicator *z* post aliorum correctionem rediens ad tempus ad semetipsum, vt si quid in se corrigendum inuenerit, emendet. Et recedens Isaac à Generaris. *Gen.* 26. *e.* Est prædicator contemplationis gratiã colligens se ad solitudinem. Et abscedentes principes ab Iudith, designant pastores, commendata oratione in ecclesia, ad contemplationem redeuntes. *Iudith* 8. *d.* 9. *a.* Et abiens Iesus in montem vt oraret. *Mar.* 6. *f.* indicauit secessum à tumultibus, mentisque eleuationem oraturis esse necessariam.

Accessus ad baptismum Cõuersio peccatoris.

Abiens cæcus, *aa* vt lauaretur in natatoria Siloe. *Ioan.* 9. *b.* designauit accessum ad baptismum.

Abiens Iacob ad Isaac, relicto Laban, *Gen.* 31. *c.* Designat conuersionem peccatoris ad Christum, relicto diabolo & mundo. Recedit autem clam. hoc est, ignorante diabolo occultam gratiam: sic recedere à Chodorlahomor est fugere à seruitute diaboli. *Gen.* 14. *a.* Et à Nabuchodonosor. *Ezech.* 14. *b.* 17. *d.* 21. *e.* Et recedit à malo, qui iam ex amore Dei *bb* cæperit nolle peccare. *Iob.* 1. *a.* 28. *d. Prouer.* 3. *a.* 21. *a. Tob.* 4. *b. Ecclesiastici* 35. *a.* 48. *c. Isa.* 52. *d.* 59. *c.* Et recedit à tenebris, qui relinquit peccata. *Iob.* 15. *d.* E diuerso non abiit Moab in transmigrationem, *Ier.* 48. *b.* Cùm non transiuit peccator à statu peccati ad statum gratiæ: sed in peccato permansit. Et recedens populus ab vrbe post mortem Sibæ principis seditionis. 2. *Reg.* 20. *g.* Designat amotis principibus errorum, populum redire ad subiectionem Dauid, id est Christi.

a *Gre. s. 1. Re. 2.*

b *Gl. inter. s. Io. 16.*

c *Hil. s. Mat. can. 12.*

d *Gre. 1. Mora. 11.*

e *Hie. s. Isa. 59.*

f *Ori. s. Gen. ho. 13.*

g *Aug. s. ps. 37.*

h *Beda s. Gene. 28.*

i *Cyril. 2. s. Ioan. 17. 101*

k *Ori. s. Mat. ho. 16.*

l *Hier. s. Isa. 52. & s. Ier. 9.*

m *Greg. s. 1. reg.*

n *Rup. 4. s. Apoc.*

o *Lyr. s. 1. Regum 5.*

p *Gl. inter. s. Gen. 26.*

q *Ori. s. Ierẽ. ho. 2.*

r *Greg. s. 1. Re. 15.*

s *Aug. homil. 6. sup. Apoc.*

t *Greg. s. Exe. ho. 10.*

u *Gregor. 13. Mor. 13.*

x *Gregor. s. 1. Reg. 10.*

y *Gregor. 1. s. Reg. 1.*

z *Gregor. s. 1. Reg. 14.*

aa *Tyr. s. Ioa. 5. Bern. epist. 190.*

bb *Gregor. 1. Mor. 27. & 11. Mor. 24.*

Digitized by Google

Prædicator malus cõuersus ad Christum.

· Abiens Abner ad Dauid. 2. *Reg.* 3. *d.* Typus est prædicatoris mali, conuersi ad Christum per pœnitentiam, per quam illi reconciliatur: à quo proficiscitur in pace, cùm post penitentiam rursum ad prædicandum mittitur. Et proficiscentes filij Iacob ad Ioseph cum Beniamin, vt emerent cibos. *Genes.* 43. *c.* Designat bonos discipulos, *a* venientes cum humilitate ad doctorem.

Relinquere sæculum & tenebras vitiorum.

Abire aut proficisci de Ægypto, est relinquere sæculum, & tenebras vitiorum. *Exod.* 14. *d.* Abire autem longiùs ab Ægypto, est recedere ab occasionibus peccatorum. *Exod.* 8. *g.* porrò Pharao, id est, diabolus *b* non vult vt longius abeant, quia non vult vt fugiant occasiones, vel non vult vt abeant toto triduo: sed vt peccent, si non facto saltem verbo, & si non verbo, saltem cogitatione. Abeunt tamẽ ipso compulso dimittere. *Exod.* 12. *e.* Cæterum qui posuerunt insidias aduersus ciuitatem Hai, non longiùs recesserunt, quia fortes appropinquant peccatoribus, vt eos conuertant. *Ios.* 6. *a.* Recedere autem procul à calumnia. *Isa.* 54. Est cauere *c* sibi à diabolo calumniatore.

Profectus in cognitione & opere.

Abiens Iesus postquam imposuit manus pueris. *Matth.* 1. b 9. Innuit non perseuerandum esse in puerili cognitione & conuersatione: sed ad altiora tendendum. Sic abiit Maria in montana. *Luc.* 1. *d.* quia exercẽtes bona opera *d* semper ad maiorem perfectionem ascendunt. Ad hæc pertinent mansiones filiorum Israël in deserto, diuersos gradus profectus indicantes, vt proficisci de Ramesse in Socchoth. *Exod.* 12. *f.* *Num.* 33. *a.* Est relicta *e* huius mundi corruptione, sumptóque itinere versus cœlum, cognoscere se esse peregrinum super terram: & vt peregrinum se in omnibus gerere. Proficisci autem de Socchoth in Etham. *Exod.* 13. *d.* *Num.* 33. *a.* Indicat mox in aggressu peregrinationis occurrere nobis pugnas & tentationes. Rursum de Helim venitur ad mare. *Exod.* 16. *a.* *Nu.* 33. *b.* vt sciamus post consolationes, occursuras nobis tribulationes. Proficisci autẽ à mari in desertum Sin. *Num.* 33. *b.* Indicat à tribulationibus ad diuinas consolationes veniendum: quæ tamen nondum sunt sine tentationibus. Proficisci verò de Raphidim in Sina. *Exod.* 19. *a.* *Num.* 33. *b.* Designat, quod quum anima est laudabilis iudicij, tunc sit capax diuinorum secretorum. Proficiscebantur autem filij Israel nube deferente tabernaculum, vt designaretur processus ad altiorem profectum impulsus Spiritus sancti: idque per turmas & ordines suos, hoc est, secundum omnium virtutũ ordinem. *Exod.* 40. *d.* *Num.* 2. *c.* 9. *d.* Et abiens Salomon in Gabaon ad sacrificãdum. 3. *Reg.* 3. *a.* Designat eleuationem animi ad sublimen perfectionem, vbi gratum offertur sacrificium Deo.

Sequi Christum. Libere & solicite operari.

Abiens totus mundus post Christum, *Ioan.* 12. *e.* Licet id Pharisæi peruersa intentione dicerent; tamen totus mundus *f* abire debet post Christum, tanquam post saluatorem mundi.

Abiens paralyticus curatus in domum suam, *Luc.* 5. *e.* designat reditum *g* peccatoris ad habendam cõscientiæ suæ curam, post remissa sibi peccata. Sic finere abire Lazarum suscitatum & solutum. *Ioan.* 11. *f.* Est relinquere suscitatum à peccato, vt cum suscepta gratia per liberum arbitrium bene operetur. Sic abiit bene, qui quinque talenta acceperat vt operaretur. Abiit autem male, qui vnum acceperat, quod & abscondit. *Matth.* 25. *b.* Profectus etiam dicitur peregre paterfamilias relicta vinea vinitoribus, *Matth.* 21. *d.* quia reliquit Deus *h* homini liberum ad operandum arbitrium.

Fugæ concupiscentiæ.

Abiens Elias aut fugiens Iezebelem, 3. *Reg.* 19. *a.* designat *i* vitationem carnalis concupiscentiæ: quæ non est vincenda per obsistentiam, sed per figuram. Sic discedere aut recedere Cinæum de medio Amalec. 1. *Reg.* 15. b. designat *k* coniugatos cauere debere turpes obscœnitates: Qui à medio recedere dicuntur, non ab extremis: quia participant honesta voluptate. Sic recedendum de medio Babylonis, *Iere.* 50. *b.* Et Christus iubet recedere à Iudæa & Hierusalem. *Luc.* 21. *d.*

Examinare delicta. Procurare principum fauorem ad bonum ecclesiæ. Ablatio scandalorum. Recessus hæreticorum. Ablatio solicitudinũ sæculi.

Abire cum amico in syluam. *Deut.* 19. *b.* Dicitur quis, *l* quoties cum proximo ad intuenda & examinanda propria delicta conuertitur. Aut cùm prælatus accedit ad subditorum inuestiganda delicta correctionis gratia.

Abiens Ionathas cum rege: & abiens cum muneribus ad regem. 1. *Mac.* 11. *a. c.* designat prælatos ad hoc tantum debere procurare temporalium principum fauorem: ne spiritualium operum profectum impediant: quin potius impedientes etiam repellant.

Recedens Lot ab Abraham, ne essent iurgia inter seruos. *Gen.* 13. *c.* Moralem *m* exhibet institutionẽ auferendi occasiones scandalorum, vel designat hæreticos recedentes ab Ecclesia:

Recedens musca ab Ægypto. *Exod.* 8. *g.* Ablationem *n* indicat curarum & solicitudinem sæculi, quæ mentem quiescere non sinunt.

Cognitio propriæ infirmitatis. Difficultas fidei Iudæorũ.

Recedentes procul filij Israël apparente Deo. *Exod.* 24. *c.* Designant cognoscentes propriam infirmitatem, qua retinentur, vt Deum audire loquentem non audeant.

Abiens regulus ad Christum, sed non eum tam integra fide, *Ioan.* 4. *g.* typus est *o* Iudæorum difficulter ad fidem Christi accedentium.

Cessatio tenebrarũ per aduentũ Christi. Transitus ad lucem vitæ futuræ.

· Abscessus noctis. *Ruth.* 3. *c.* Indicat cessationem tenebrarum per aduentum Christi in mundum, allata fidei luce. Sic non recedit à tenebris, qui perseuerat *p* in infidelitate. *Iob.* 15. *b.*

Est etiam abscessus noctis, transitus huius vitæ ad lucem futuræ. *Iudi.* 19. *g.*

Dimittere literam legis. Abiicere verba otiosa.

Recedere vetera de re. 1. *Reg.* 2. *a.* Est *q* dimittere literam legis, vt ad sensum spiritualem fiat transitus. Est etiam abiicere verba sæcularia, otiosa, & vana, quæ ad veterem hominem spectant.

Cessatio tribulationum. Cessatio Prophetarum. Cessatio peccatorum & errorum.

Abire prima dicuntur, cùm cessant tribulationes, quæ semper ad gloriam præmittuntur. *Apoc.* 21. *b.* Sic dicitur abiisse imber *r* tentationum, & tribulationum, ac etiam passionis Christi. *Cant.* 2. *c.*

Aut si imber sint prophetæ, *s* dicuntur abiisse, quia viguerunt vsque ad Ioan. Baptistam. Adueniente verò flumine ciuitatem Dei lætificante, & quod fit in recipientibus fons aquæ salientis in vitam æternam, cessauit officium prophetarum.

Si verò imber sint peccata *t* tunc imber abiit, hoc est, dicuntur abiisse peccata sibi, quod nulla sit substantia peccatorũ, sed in semetipsa resoluta euanescunt, & in nihilum rediguntur. Sic cessarunt persequutiones Christi, & hæreticorum verba. Et dicitur abiisse vetus error. *Isa.* 26. *a.*

Christus deflens Hierusalem.

Recedere à se consolatores petens Isaias, significat *u* Christum deflentem Hierusalem, tanquam irreparabiliter destruendam. *Isa.* 22. *b.*

Sequi imperitos.

Abire post vestigia gregum. *Cant.* 1. *c.* Est ambulare *x* viam latam: & imitari imperitorum populorum vitam: atque ita non eligendo comparari iumentis insipientibus; & hac ratione fieri infimam, quæ debebat esse suprema.

Captiui ducti à concupiscẽtiis.

Abiisse dicuntur principes absque fortitudine. *Thre.* 1. *b.* quum pastores *y* & rectores Ecclesiæ nullam gregis curam habentes, captiui ducuntur à suis concupiscentiis. Et abeunt iuuenes & virgines in captiuitatem. *Thre.* 1. *f.* quum hi, qui noui erant in Ecclesia, ac virtute & gratia fortes & ornati, in vitiorum barathrum, aut in hæresim, siue confusionem Babylonicam incidunt. *Amos* 9. *b.*

Recedere à Deo.

Proficisci ab Oriente. *Genes.* 11. *a.* Est recedere à Deo, vel à recta ratione, & tunc ædificatur turris superbiæ. Et abire sibi ipsi dicitur, *z* qui relicto Deo, proprium sequitur appetitum. *Iere.* 2. *f.* 3. b. 5. *f.* 7. *f.* 11. *b.* 13. *b.* 16. *b.* 17. *a.* 19. *d.* 32. *g.* *Hose.* 7. *d.* 5. *c.* 9. *d.* Licet autem quicunque mortaliter peecat, à Deo recedere dicatur: tamen recedere à Deo plus videtur esse quàm peccare. Vt qui colunt idola, recedere à Deo dicuntur. 3. *Reg.* 9. *a.* 16. *g.* Sic dicitur Ephraim abiisse, post sordes: quia cœperunt colere idola Ieroboam. Et per eundem cultum dicuntur abiisse ad Assyrios, vel ad dæmones: & in sensum cordis sui. *Baruch.* 1. *d.* Et recedere de via domini. *Exod.* 32. *b.* *Deut.* 32. *c.* *Iosu.* 22. *d.* *Iudith* 5. *c.* *Iob.* 32. *c.* *Sapien.* 3. *a.* *Ecclesiastici* 10. *b.* *Ezech.* 2. *b.* 6. 11. *c.* 24. *c.* *Dani.* 3. *c.* *Mich.* 2. *b.* *Zach.* 7. *c* Sic recedere à vestigiis Dei. 4. *Reg.* 18. *b.* Et recedentes filij Israël in tabernacula sua. 3. *Reg.* 12. *d.* designarunt recessum à cultu Dei. Abire autem in consilio impiorum, *Psalm.* 1. est recedere à Deo *a* cogitatione & consensu, & tradere se doctrinæ peruersæ, quæ separat à Deo: & quasi consilium eius accipere qui impios facit, & sequi consilium carnis & diaboli. Est autem hoc abire, quasi fluctuando discedere, & hoc est abire cum insensato. *Ecclesiast.* 22. *b.* Ita prohibet Christus abire in viam gentium, hoc est, ne imitentur opera gentium, aut sequantur errores hæreticorum. *Matth.* 10. *a.* Ad tale consilium abierunt pharisæi, *Matth.* 22. *b.* Et qui non recedunt à peccatis suis, dicuntur abire. 2. *Reg.* 15. *b.* Sic abiit prodigus in regionem longinquam *b* recedens videlicet affectu à Deo & ab Hierusalem: quia longè est à peccatoribus salus, & quia conuersus est ad vanitates seculi, *Luc.* 15. *c.* Nemo autem recedit Deo, nisi ante cum eo fuerit. Vnde & draco

a *Lyr. s. Gen.* 43.
b *Ori. s. Exod. ho.* 3.
c *Hier. s. Isa.* 54.
d *Ori. s. Matt. hom.* 7. *Amc. s. Luc.* 1.
e *Ori. s. Exod. ho.* 5. *& s. Nũ. ho.* 7. 17.
f *Glos. or. s. Ioan.* 12.
g *Glos. or. s. Luc.* 5.
h *Hier. s. Mat* 21.
i *Lyr. s.* . *Reg.* 19.
k *Greg. s.* 1. *Reg.* 15.
l *Gregor.* 10. *Mor.* 9. *&* 2. *pastora.* 10.
m *Bed. s. Gen.* 13.
n *Glos. ordi. Exo.* 8.
o *Glo. inter s. Ioan:* 4.
p *Hicro. s. Iob.* 15.
q *Gres.* 1. *Reg.* 2.
r *Ori. s. Can ho.* 3. *Gre. s. Can.* 2.
s *Ori. s. Can. ho.* 3.
t *Orig. s. Cãt. ho.* 4. *Berna. s. Can. ser.* 58.
u *Glo. inter s. Isa.* 22.
x *Ori. s. Can. tic. ho.* 2. *Gre.* 16. *Mor.* 22. *&* 30. *Mo,* 15. *& s. Can. tica* 1.
y *Glo. inter s. Ther.* 1.
z *Ori. s. Iere ho.* 4.
a *Amb. s. Psal* 1. *Bas. s. Psalm.* 1. *ho.* 1. *Hilar s. Psal.* 1. *Et s. Matt. cap.* 10.
b *Ambros. s.*

Digitized by Google

in Iob volumine apoſtata & præuaricator & recedens appellatur. Recedere etiam à tergo Domini dicuntur, qui non *a* erubeſcunt de peccato, aut de Dei miſericordia deſperant. 1. *Reg.* 20. *d.* Et recedentes principes ſunt hæreſiarchæ, hypocritæ. *Hoſee.* 9. *d.* Et abire in Egyptum, eſt reuerti ad mundum, & mundana, *Hoſe.* 9. *b.* Et abeuntes alius in villam, alius ad negotiationem, &c. *Matth.* 22. *a.* varium deſignant receſſum à Deo, per rerum temporalium occupationem: vbi per hoc peccatur, quod relinquitur Deus ob nimiam rerum licitarum ſolicitudinem. Sic abiit mœrens iuuenis *b* dines quia plus diuitias amauit, quam euangelicam perfectionem. *Matth.* 19. *c.* *Marc.* 10. *c.* Idem abire poſt aurum. *Ecc.* 31. *b.* Porrò diſceſſio à Deo & fide dicitur futura, antequam veniat dies domini. 2. *Theſ.* 2. *a.* Dicitur autem anima, quum diſceſſit à Deo, à ſeipſa deciſcere. Recedere etiã à mandatis Domini, & à lege & à teſtamento ſancto, eſt non obedire, & proprios affectus ſequi. *Iob.* 23. *c.* *Prou.* 4. *c.* *Amos* 2 *b.* *Sopho.* 3. *d.* *Malach.* 2. *b.* 3. *b.* 1. *Mach.* 1. *b.* Et dicuntur receſſiſſe in profundum, qui in peccata *c* ceciderant relinquentes Deum. *Iſa.* 31. *c.* Ad hæc referuntur recedere à ſapientia, aut à facie eius. *Eccleſ.* 8. *a.* *Sapi.* 10. *a.* Et abire ſuper omnem montem excelſum, *d* eſt in ſuperbiam Phariſaicam eleuari. *Ier.* 3. *b.* Abire autem poſt carnem alteram, dicuntur comittentes vitium contra naturam: aut recedentes à Deo per peccatum. *Iuda.* *c.* Recedens etiam vxor à viro. *Iera.* 3. *a.* eſt anima recedens à Deo.

Conuerti ad temporalia.

Abire retrorſum dicitur Hieruſalem, *Iere.* 15. *a.* cùm anima, relictis ſpiritualibus, ad temporalia & carnalia conuertitur, contrarium faciens eius, quod aiebat Apoſtolus *Philip.* 3. *c.* Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad anteriora me extendens. Et contra illud Saluatoris. *Luc.* 9. *c.* Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Sic abierunt retro aliqui ex diſcipulis domini Ieſu, relicta ſpirituali veritate. *e* *Ioan.* 6. *g.* id figurabant milites, qui abierunt retrorſum, & ceciderunt. *Ioan.* 18. *b.* Sic voluerunt filij Iſraël reuerti in Ægyptum. *Num.* 14. *a.* Sic etiam ſunt recedentes in tempore tentationis. *Luc.* 8. *b.* At Chriſtus non abiit retrorſum, quia patienter ſuſtinuit omnes tribulationes. *Iſa.* 50. *e.* Neque etiam boni. *Pſal.* 43.

Contemptus prædicatorum bonorum.

Abire à facie vocantium, eſt contemptus prædicatorum. *Hoſe.* 11. *a.* *Baruc.* 1. *d.* *Zach.* 7. *c.* Recedens etiam Eſau ab Iacob. *Gene.* 36. *a.* typus eſt quod mali nequeunt ſubſtinere conuerſationem bonorum, neque cum eis habitare. Et recedens Naam iratus ab Eliſæo. 4. *Reg.* 5. *c.* deſignat rudes deſpicientes baptiſmum, & legem Chriſti tanquam inutilem, vel quod Gentiles antequam Chriſtus crucifigeretur, ipſo per ſe Chriſto loquente non crediderunt: ſed poſtea, docentibus apoſtolis ad ſacramentum baptiſmi fideliter venerunt.

Apoſtatare facere.

Abeuntes peruerſi ad regem Antiochum, vt faceret ius gentium. 1. *Mach.* 1. *b.* figura ſunt apoſtatarum à fide, & ad cultum dæmonum conuerſorum, quibus non ſatis eſt ſe aberraſſe, ſed & alios peruertere nituntur. Et abiens Ephraim ad Aſſur: *f* eſt quærens auxilium dæmonum. *Hoſe.* 5. *d.* 7. *c.* Et abeuntes viri iniqui ad regem, vt facerent ceſſare Ionathan ab obſidione arcis Hieruſalē. 1. *Mac.* 11. *b.* Figura ſunt inuidorum, qui calumniis & detractionibus nituntur boni viri prædicationem, aut alia bona opera impedire. Et abiens Iudas ad principes ſacerdotum. *Matth.* 26. *a.* *Marc.* 14. *b.* *Luc.* 22. *a.* deſignat malos ſemper quærere ſui ſimiles, & adiutores ad peccandum. Sed poſtmodum peius abiit, vt laqueo ſe ſuſpenderet. *Matth.* 27. *a.* deſignans eos, qui ita vitant vnum peccatum, vt in peius incidant.

Repreſſio inuidiæ.

Abeuntes quidam ad Phariſæos, & nunciarent Lazari ſuſcitationem. *Ioan.* 11. *f.* In bonum quidem figura ſunt eorum, qui per bonorum operum manifeſtationem, inuidorum audaciam reprimere conantur. In malum autem ipſos deſignant inuidos, qui manifeſtant bona opera eorum quibus inuident, vt eos citius opprimere procurent, quorum gloriam in dies augeri conſpiciunt.

Inuidia.

Abiens Eſaü parui pendens quod primogenita vendidiſſet. *Geneſ.* 25. *d.* indicat quod cum impius in profundum malorum venerit, contemnit. *Prouerb.* 18. *a.*

Contemptus.

Abiens vxor Hieroboam *g* ſimulato habitu ad Achiam. 3. *Reg.* 14. *a.* typus eſt Scribarum & Phariſæorum ficte accedentium ad Chriſtum, vt caperent eum in ſermone, & etiam ſimulantium ſanctitatem, vt aſcendere valeant ad dignitates: qui tamen omnes deprehenſi grauiter arguuntur.

Phariſæi ficte accedentes ad Chriſtum, vel ſanctitatem ſimulates Iudæi negantes, vel perſequentes Chriſtum.

Recedens amici Iob ab eo quaſi alieni, *h* *Iob.* 19. *b.* deſignat Iudæos negantes Chriſtum, quem notum in prophetis habebãt Et recedentes fratres Ioſeph *i* à loco, in quo paſcebant gregem, *Geneſ.* 37. *d.* typus ſunt Iudæorum, qui relicta legis obſeruatione, ad perſequendum Chriſtum ſunt inflammati. Et recedens Eſaü ab Iacob. *Gen.* 35. *a.* transgreſſionẽ legis deſignauit. Et abiens iuuenis dives triſtis, nolens ſequi Chriſtum: receſſum Iudaici populi à Chriſto indicauit. *Matth.* 19. *c.* Et receſſus Iſraël à dõmo Dauid. 3. *Reg.* 12. *c.* eſt receſſus Iudæorum ab Eccleſia. Sic receſſus Edom, ne eſſet ſub Iuda. 4. *Reg.* 8. *e.* Et abiit retrorſum Hieruſalem. *k* *Ierem.* 15. *a.* quia quum populus ille ſupremus eſſet per fidem, factus eſt infirmus per incredulitatem, & mortem Chriſti.

Defectus contemplatiuorũ.

Abeuntes vt foderent ſepulchrũ Tobiæ *l* quẽm putabant mortuum. *Tob.* 8. *c.* deſignant volentes obruere fidem Chriſti, dubitantes de eius vita & reſurrectione, & quòd verè ſit ſponſus Eccleſiæ.

Volentes obruere fidem Chriſti.

Recedere dicitur omne volatile, cùm viri contemplatiui deficiunt in Eccleſia. *Ierem.* 4. *f.* Recedere eos, qui plangebant puellam mortuam, præcipit Chriſtus. *m* *Matth.* 9. *c.* deſignans abiectionem infidelium ab Eccleſia. Sic præcipiens Darius recedere eos, qui impediebant ædificationem templi. 1. *Eſdr.* 6. *b.* deſignat bonos Principes, qui abegerunt hoſtes Eccleſiæ Chriſti, vt incrementum ſuſciperet.

Eiectio infidelium.

Abire & recedere pollutos, ne accedãt ad ſacra, cum dicitur. *Thre.* 4. *c.* videtur eſſe vox arrogantiũ & ſuperborum: qui ſe iuſtos arbitrantes, cæteros aſpernantur, indignóſque cenſent, qui ſacris admittantur. Cumque deberent potius eorum procurare ſalutẽ, in deſperationẽ eos inducunt. Sic etiam *n* dicunt hæretici ad Catholicos. *Iſa.* 65. *a.*

Venientes dæmones in corda reproborũ.

Eſt etiam aliquando hæc vox bonorum, *vt* *Pſalm.* 6. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et hac voce vtetur Chriſtus in iudicio aduerſus malos, *Matth.* 7. *d.* 25. *b.* *Luc.* 13.

Detrudi in infernum.

Abeuntes Philiſthiim *o* in loca ſua. 1. *Reg.* 14. *g.* ſunt dæmones in corda reproborum venientes, in quibus ceu propriis locis requieſcunt. Sic latrones abierunt homine ſeminouo relicto, *p* quaſi poſt victoriam requiem quærentes. *Luc.* 10. *c.* Vel abeunt in loca ſua, cum detruduntur in infernum. Vt quum Iudas dicitur abiiſſe in locum ſuum, *Actor.* 1. *d.* Et Achitophel in domum ſuam. 2. *Reg.* 17. *f.* Et abiens Antiochus in terram ſuam ſpoliato templo. 1. *Mach.* 1. *c.* Eſt diabolus triumphans, quum animas fidelium, & religioſorum, omnium virtutum ornamento nudauit. Cæterum cùm inuenit ſibi reſiſtentes, nec eius tentationibus cedentes, dicitur etiam abire, quum aliquandiu à tentando ceſſare videtur: ſed abiit triſtis tanquam victus 1. *Mach.* 6. *a.* & abiens Nicanor, cum multa minatus eſſet aduerſus templum Hieruſalem. 2. *Mach.* 14. *e.* eſt diabolus qui quum fideles ſuperare non poteſt, ad grauiores machinandas tentationes ſe conuertit. Sic recedens Aſael rex Syriæ ad Hieruſalem, accepta ſacra pecunia ab Ioas rege Iuda, 4. *Reg.* 12. *d.* Et Seſac rex Ægypti. 2. *Par.* 12. *b.* typum gerunt diaboli, qui ſpoliatis viris doctis bonis & religioſis theſauro virtutum, recedit cum victoria. Et recedens Benadab rex Syriæ fœderatus ab Achab rege Iſrael. 3. *Reg.* 20. *f.* idem deſignat. Recedit diabolus victus *Luc.* 4. *b.* Et diſceſſit ſpiritus malus à Saule, pulſante Dauid cytharam. 1. *Reg.* 16. *d.* quia per prædicationẽ eiicitur à cordibus pœnitentiũ. Et receſſit Nabuchodonoſor ab Hieruſalem. *Iere.* 21. *a.* 37. *b.* Et receſſit ſceptrũ Ægypti, cùm ceſſat imperiũ diaboli. *Zach.* 10. *d.* Diſcedens autem diabolus vix à lunatico. *Luc.* 9. *e.* deſignat ſe ab eis, quos longa peccandi cõſuetudine poſſedit, difficulter recedere.

Periẽs ſuperbia & imperium mundanorum.

Recedere dicitur Sceptrum Ægypti. *Zach.* 10. *d.* quum perit & ceſſat ſuperbia *q* & imperium mundanorum.

Ambitio.

Abiens Abimelech in Sichen, *r* vt populi fauore principatum occuparet. *Iud.* 9. *a.* typus eſt procurantiũ dignitates, non vitæ merito, ſed fauore carnali, aliiſque modis illicitis. Sic abiens Abſalom in Hebron ad reddendum votum. *c.* 2. *Reg.* *b.* figura eſt ambitioſorum & hypocritarum, qui ſpecie ſanctitatis ambiunt dignitates. Ita profectus Roboam in Sichen, vt conſtitueretur rex. 2. *Paral.* 10. *a.* typus eſt ambitientium dignitates.

Solitudo Chriſti in paſſione Accendere aut ſedare iram.

Receſſerunt à Iob neceſſarij, cùm nullos habuit Chriſtus *ſ* in paſſione ſua conſolatores. *Iob.* 6. *c.* Sic *Iſa.* 25. *a.* Proficiſcuntur ex eodem ore & ſufflare in ignem, & expuere in ipſum. *Eccleſiaſt.* 27. *b.* quia idem poteſt verbis accendere iram & ſedare. Cæterum recedere nolens Aſael ab inſequutione Abner, & ita periens, 2. *Reg.* 2. *c.* figura eſt iratorum, qui blandis verbis magis inflammãtur in iram, donec vi rationis velut leui mucrone feriantur.

Mors.

Abire interdum eſt mori, ac deſinere eſſe: vt *Pſal.* 38. Remitte mihi priuſquam abeam. Et recedere aquas de mari. *Iob.* 14. *b.* Eſt mori hominem, & ceſſare eius cogitationes, quæ ſunt velut aquæ in mari: vt ſit illud. *Pſal.* 145. In die illa peribunt omnes cogitationes eorum.

Chriſtus & lex manens in Eccleſia.

a *Fulgẽt.* 1. *de duplici prædeſtinatione.* *Greg.* *ſ.* 1. *Reg.* 20.
b *Or.* *ſ.* *Matt.* *hom.* 8. *Hila.* *ſ.* *Matt.* 19. *Ambr.* *ſ.* *Luc.* 21.
c *Hier.* *ſ.* *Amos* 3. *&* *ſ.* *Iſa.* 31.
d *Orig.* *ſ.* *Iere.* *hom.* 14.
e *Aug.* *ſ.* *Ioã.* *tract.* 27. *Cyr.* 4. *ſup.* *Ioan.* 26,
f *Hier.* *Oſe.* 5.
g *Lyra* *ſ.* 3. *Reg.* 14.
h *Greg.* 14, *Mora.* 10.
i *Beda* *ſ.* *Geneſ.* 37.
k *Orig.* *ſ.* *Iere.* *hom.* 36.
l *Gloſ.* *ordi.* *ſ.* *Tob.* 8.
m *Hil.* *ſ.* *Mat.* *can.*
n *Hier.* *ſ.* *Iſa.* 65.
o *Gregor.* *ſ.* 1. *Reg.* 14.
p *Orig.* *ſ.* *Luc.* *hom.* 34.
q *Hie.* *ſ.* *Zac.* 10.
r *Lyr.* *ſ.* *Iud.* 9. *&* *ſup.*
ſ 2. *Reg.* 15.
t *Greg.* 12. *m.* 5.

Digitized by Google

Quiescere in sacra scriptura.
Solicitudo prælatorũ in vindicandis delictis.
Perseuerãs in gratia.
Rapinæ dæmonum & hæreticorum.

Non recedens Moses & arca de castris. *Num.* 14.*g.* designat,*a* deserente veteri populo legem, ipsam in Ecclesia cum Christo remansisse. Et non recedens Iosue de tabernaculo. *Exod.* 13.*c.* Est Christus semper manens in Ecclesia. Item spiritus legis, manens in Ecclesia.

Nop recedens Ruth à loco, vbi cum puellis colligebat spicas. *b Ruth.* 2.*b.* designat animam fidelem, quæ versatur in sacris scripturis, quæ non debet transire ad extraneos agros, hoc est, ad peruersos sensus hæreticorum.

Non recedentes filij Israël in tabernacula sua, nisi prius vindicato scelere Gabaa Beniamin. *Iud.* 10.*a.* admonent quantam solicitudinem debeant habere prælati vindicandis delictis in Deum commissis.

Non discedens Anna de templo die ac nocte. *Luc.* 2.*e.* designat perseuerantiam in gratia, vt semper sit templum Dei.

Non recedit rapina à Niniue. *Nah.* 3.*a.* quia in mundo dæmones & hæretici semper rapiunt, aut rapere nituntur, qui fures dicuntur & latrones.

Abiron, & Dathan.

Superbi & ambitiosi.

ABIRON, id est, pater meus mussitans, vel pater meus magister murmurans, siue pater meus magister iniquus, aut pater meus magister inutilis, Dathan verò interpretatur donum eorum, vel donum sufficiens. Hi duo fuerunt Principes seditionis cõtra Mosen & Aaron, vt ipsi videlicet Principes constituerentur populi. *Num.* 16.*a. Psalm.* 105. *Eccles.* 45.*c.*

Manifesta sunt figura superborũ *c* & ambitiosorum in Ecclesia & cœnobiis, qui contra suos prælatos eriguntur, eósque de gradu suo deiicere procurant, vt in eorum ipsi locum sufficiantur. Quod quàm graue sit crimen, ostendit pœna eos mox subsequuta.

Concupiscibilis, & irascibilis.

Possunt etiam in homine significare vires concupiscibilem & irascibilem, quæ aduersus rationem quasi per seditionem eriguntur, cum eaque quasi de imperio contendunt.

Abisac.

Sapientia.

ABISAC Sunamitis pulcherrima puella coniuncta Dauid, vt eum senio frigescentem calefaceret: quam tamen ille carnaliter minimè cognouit. 3. *Reg.* 1. *a.* hanc cùm petiisset Adonias post mortem patris sibi coniugio copulari, à Salomone occidi iussus est. 3. *Reg.* 2.*c.* interpretatur autem Abisac pater meus superfluus, aut rugitus. Sunamitis verò Coccinea.

Figura est sapientiæ: *d* quæ cùm omnes aliæ vires velut vxores iam senem destituerint, ad omniáque opera facto corpore senes sint inepti, sola hæc in eis viget. Dicuntúrque eam carnaliter non cognoscere, vt ostendatur, quanto magis sapientiam amplectuntur, tanto magis eos à carnis concupiscentiis reddi alienos. Ad hanc hortatur Salomon dicens. Arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, quum eam fueris amplexatus. Et quoniam abundat hæc in senibus, cùm cæteræ minuantur, rectè dicitur pater meus superfluus, vt superfluus sit abundans; & rugitus, quia resonat in illis sapientia velut feruidum mare. Et dicitur Coccinea, vt feruorem dilectionis insinuet: ad quem ipsa mentes se amplectentium accendit.

Vita contemplatiua.

Potest simili ratione vitam contemplatiuam significare, quæ mentem in honorem Dei calefacit.

Fides.

Designat etiam fidem, *e* qua calefit Deus, qui non placatur operibus legis.

Ecclesia.

Quod si per per Dauid intelligamus Christum, dicetur is nullis vestibus posse calefieri: quoniam omnes cæremoniæ & legis sacrificia non sufficiebant ad accendendam in eius membris charitatem: sed illis dimissis, totáque abiecta synagoga, coniunxit sibi Ecclesiam, quæ per fidem, spem & charitatem fidelium mentes inflammat: atque ita dicitur ipsum Dauid calefacere. Hanc autem corrumpere voluit Adonias, hoc est Iudaicus populus per cæremoniarum legis obseruantiam: ideo iure occisus.

Dignitas Ecclesiastica.

Potest autem hac ratione etiam beneficia, & Ecclesiasticas dignitates adumbrare: quas sibi ambitiosi tradi procurant, vt Adonias, Abisac, vt hac via ascendant, quum virtute, qua vacui sunt, nequeant.

Abisai.

Vis irascibilis.

ABISAI, id est, pater meus incensum mihi: vel pater meus sacrificium meum, vel pater salutis meæ, vel patris salutare mihi, vel patris munus. Erat comes Dauid in his quæ forti animo indigebant: erat filius Satuiæ & frater Ioab: fuítque præsidio Dauid contra Iesbibenob gigantem: & numeratur inter præcipuos virorum fortium Dauid.

Figura est virtutis irascibilis, cuius auxilio aggredimur fortia: & quia nihil aggrediebatur, quin consuleret Dauid: illóque prohibente desistebat: demonstrat nihil per iram aggrediendum, quin prius ratio consulatur, qua repugnante, cessandum est ab aggressu. Ira quum voluisset Saulem perfodere, prohibitus à Dauid quieuit. 1. *Reg.* 16.*b.* cùm etiam Semei decreuisset occidere: Dauid ratione monstrauit parcendum illi fuisse: móxque acquieuit. 2. *Reg.* 16.*b.* interpretatur autem Abisai patris munus, quoniam hæc vis data est homini à Deo in bonum: nempè vt resistere audeat iis, quæ verè mala sunt, & noxia ipsi Dauid, id est, rationi: & ideò dicitur fuisse præsidio contra Iesbibenob gigantem volentè ipsum Dauid interimere. 1. *Reg.* 21.*e.* dicitur autem filius Satuiæ, quod interpretatur angustia: quia tunc oritur ira, suásque vires exerit: cùm animus est in angustia, vt ipsam angustiam ab eo depellat. Et quoniam hæc vis instrumentum est fortitudinis, semper Abisai inuenirur inter præcipuos fortium Dauid, vt 2. *Reg.* 21. 1. *Par.* 11.*d.* & dicitur percussisse. Edom in valle Salinarum 1. *Par.* 18.*c.*

Angelus confortans Christum.

Cùm autem dicitur Abisai fuisse præsidio Dauid cõtra Iesbibenob gigantem, significare potest Angelum confortantem Christum ad sustinenda Iudæorum tormenta.

Ablactare, vide Lac.

Abluere, Lauare, Lauacrum, Illotus.

Baptismus. Lachryma pœnitentiæ.

ABLVERE seu lauare, cùm sit mundare sordes, recipiat allegorias: & secundùm eum, qui lauat, & secundùm id, quod lauatur, & secundùm id, quo aliquid lauari dicitur. Lauacrum autem est locus, vbi quippiam lauatur.

Et quidem generaliter lauari contingit à sordibus peccatorum, vel per baptismum, vel per lachrymas pœnitentiæ, veluti quum filia Pharaonis dicitur descendisse ad flumen vt lauaretur, typus est Ecclesiæ *f* ex Gentibus ad baptismum venientis. *Exod.* 1.*a.* Idem designat *Ruth.* 3.*a.* & Bethsabe. 2. *Reg.* 11.*a.* & Susanna. *Dan.* 13.*a.* Lauantur autem sacerdotes priusquam sacris vestibus induantur: quia *g* non sunt ad sacerdotium promouendi, nisi qui prius per baptismum & pœnitentiam mundati fuerint à peccato. *Exod.* 19.*a.* 40.*b. Leuit.* 8.*a.* 12.*a.* 15.*a.* 16.*b.* 7.*d. Deut.* 21.*a.* 23.*b.* Lauabantur autem in mari, aut labio æneo, *Exod.* 30.*c.* 38.*a.* Ea verò, quæ offerebantur, lauabantur in conchis, & luteribus, vt designaretur fideles mundari & per baptismum, & per alia sacramenta. 1. *Par.* 2. *Ezech.* 40.*f.* Porro lauari iussus est Naaman in Iordane, *h* idque septies, ob septiformem donorũ Spiritus sancti gratiam, & contra septiformem lepram. 4. *Reg.* 5.*c.* Sic etiam lauit cæcus *i* in natatoria Siloe, *Ioan.* 9.*a.* & lauari quasi aquis nimium, *k* est mũdari lachrymis è cœlo acceptis. *Iob* 9.*d.* Hanc ablutionẽ præcipit Dominus *l Isa.* 1.*d.* Lauamini, mundi estote. Hæc ablutio ponitur *Zach.* 13.*a. Actor.* 22.*d.* Post hanc ablutionem iterum deturpari, reprehenditur. *Eccles.* 34.*d.* 2. *Pet.* 2.*d.* Cùm autem *Ezech.* 16.*a.* reprehenditur anima, quæ non est lota in salutem: *m* videtur indicari quandam esse ablutionem in salutem: aliam verò non in salutem. Nam qui in baptismo gratiam Spiritus sancti percipiunt, in salutem lauari dicuntur: qui verò sacramentum accipiunt, & non rem sacramenti, dicuntur quidem lauari, sed non in salutem. Sic est generatio, quæ sibi munda videtur: & tamen non est lota. *Prou.* 30.*b.* Et vestis est aspersa sanguine lauatur in loco sancto, quum caro peccato maculata, per sanguinem Christi in baptismo ipsa eadem aspersione mundatur, & hoc in Ecclesia, quæ locus sanctus est, extra quem *n* non prodest ablutio. *Leuit.* 6.*d.* 17.*d.* Et sancti dicuntur lauisse stolas suas, hoc est, corpora sua per pœnitentiæ labores. *Apoc.* 7.*d.* 21.*c.* Et lauare vestimenta, *o* est per baptismum aut pœnitentiam corpus mundare. *Exod.* 19.*b.* Denique omnes ferè ablutiones ad baptismum & pœnitentiam referuntur.

Mundatio carnis.

Mundator Deus.

Dicitur autem aliquando Deus lauare, qui tamen in omni ablutione semper est supremus auctor, vt *Isa.* 4.*b.* Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinẽ Hierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et petit Dauid. *Psal.* 50. ampliùs *p* ab eo lauari, vt non solum peccata quæ sunt in memoria, remittat, sed etiam quæ obdurit obliuio. Et *Ezech.* 16.*b.* laui te aqua. Et *Apoc.* 5.*b.* Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,

a *Rup.* 4. *sup. Exod.* 36.

b *Glos. ord. s. Ruth.* 2.

c *Lyr. s. Num* 16.

d *Hier. in epi.* 2. *ad Nepotia. glossa. inter* 3. *Reg.* 1.

e *Rup.* 3. *sup. Reg.* 2.

f *Ori. s. Exod. hom.* 2.
g *Isy. s. Leu.* 8. 15. 16.
h *Ber ser.* 1. *de resurr. Geor. Venet. Cant.* 2. *to.* 3. *c.* 6.
i *Ambr.* 3. *sacram. c.* 2. *& de apol. Dauid. c.* 9. *Cyril.* 6. *in Ioan. c.* 15.
k *Gr.* 9. *mor. c.* 40.
l *Hier. s. Isa.* 1.
m *Or. s. Exe. homil.* 6. *Hie. in Exe.* 16.
n *Or. in Leu. homil.* 6. *Isy. s. Leuit.* 6.
o *Cyr.* 4. *sup. Ioan.* 51.
p *Gr. s. ps.* 50.

Digitized by Google

Moſes quoque,hoc eſt,lex Dei,lauat ſacerdotes.*a Leu.8.a.*quia per legem Dei ad vitanda crimina , & virtutes capeſſendas inſtruimur. *Ierem.2.e.*dicitur lauari nitro ,*b* hoc eſt , verbo Dei mentem pungente, peccatorum fordes diluere.

Verbo Dei mẽtem mundare.

Cùm autem ſacerdos qui expiat ſanctuarium , dicitur carnem ſuam lauare in loco ſancto : Chriſtus deſignare poteſt,mundans Eccleſiam *c* per ſacramenta.*Leuit.*16.*e.* Itidem homo paratus ad offerendum caprum emiſſarium,lauat corpus:hoc eſt Chriſtus Eccleſiam. Et etiam qui comburit carnes vituli. Idem ſignificatur *Nu.*19. *b.* Et Iudith lauans corpus ſuum, Chriſtum indicat mundantem Eccleſiam , *Iudith.* 10.*a.* De hac ablutione ait Apoſtolus.*Heb.*10.*d.* Abluti corpus aqua munda.

Mundans Chriſtus Eccleſiam.

Lauare totum corpus,eſt omnes potentias mundare, & peccatum originale purgare. *Leu.*15.*c.* Et lauare carnem,mentem ab omni peccati ſorde eluere. *Leuit.*22.*a.* & lauat corpus & veſtimenta,*d* qui interiora & exteriora mundare curat. *Num.*19.*a.* Lauat autem veſtimenta,& non corpus, qui venit ad baptiſmum iam intus mundatus, vt Cornelius Centurio.

Mundare oẽs potentias aut mentem.

Lauans ſe Dauid poſt fletum.2. *Reg.* 17.*e.* deſignat conſolationem ex pœnitentia receptam : quia peccator de peccato dolere debet, & de dolore gaudere.

Conſolatio ex pœnitentia.

Lauare faciem eſt mundare *e* conſcientiam, quæ velut facies eſt animæ. *Matth.* 6. *d.* quod etiam lauare cor à malitia dicitur. *Ierem.*4.*d.* Sic autem lauando faciem tollitur velamen à mente,vt reuelata facie gloriam Domini contemplari valeamus.

Mundare cõſcientiam.

Lauans autem Ioſeph faciem poſt lachrymas, quas fuderat viſo Beniamin. *Geneſ.*45.*g.* deſignauit baptiſmum Pauli apoſtoli *f* quem prius in cæcitate manentem Chriſtus , vt Ioſeph Beniamin fleuerat.

Baptiſmus Pauli apoſtoli.

Lauare manus generaliter eſt mundare opera,*g* quæ manibus deſignantur, ſiue id fiat per baptiſmum, ſiue per lacrymas pœnitentiæ. *Exod.*30.*c.*40.*d. Leui.* 15.*b.* Et lauare manus inter innocentes , eſt mundare opera,vt ſit ſimilis eis , qui cùm benè agant, calumniam patiuntur.*c. Pſal.* 15. Et lauare manus ſuper vitulam : eſt demonſtrare opera eſſe munda in paſſione Chriſti : *Deut.*12.*b.*

Mundare opera.

Simulatio innocentia.

Lauit autem Pilatus manus , quum dimiſſo Barraba , condemnauit Chriſtum , quaſi volens oſtendere opera ſua munda eſſe in hoc , quod gerebat. *Matth.* 27. *c.* vnde fuit figuratus per hominem paratum *h* qui mittebat hircum in deſertum,& ſe lauabat. *Leuit.* 16.*f.* Eſt etiam Pilatus in illa ablutione figura gentilis populi: *i* qui Iudæis ſuſcipientibus in ſe crimen effuſionis ſanguinis Chriſti, ipſe quotidie in confeſſionem fidei migrat , & in ea proficit.

Gentilis populus.

Lauat manus ſuas in ſanguine peccatoris. *k Pſal.*57. qui viſa peccatorum vindicta,cura opera ſua mundare,& operando proficere. Item quum impiis vindicta tribuitur , non procurantibus hoc ſanctis. Aut certè Chriſtus lauit manus ſuas in ſanguine peccatoris , quando ipſe innocens in cruce , abluit peccata noſtra: dum blaſphemaretur à dicentibus : Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Cùm autem Dominus dicit *Matth.* 15. & *Marc.*7. Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem : ibi lauare manus ſumitur ſecundum literam. Nam ſpiritualiter ſumendo , non lauare manus coinquinat hominem interiorem. Ille enim non lauat manus, qui opera exercet turpia:quorum tamen non eum pœniter.

Mundans opera viſa vindicta peccatoris.

Chriſtus blaſphematus in cruce lauit peccata noſtra.

Lauare pedes Dei vel angelorum , quum legitur : eſt miniſterium impendere *l* minoribus ob Dei honorem. Sic lauerunt Abraham & Lot, & alii.*Gen.* 18.*a.*19.*a.*1. *Reg.*25.*g.* 1. *Tim.*5.*b.* deſignauit autem Abraham illa ablutione lauacrum baptiſmi futurum extremo tempore per pedes deſignato.

Miniſterium impẽdere minoribus.

Baptiſmus.

Eſt etiam lauare pedes, mundare affectus minorum,à puluere terrenorum *m* à cupiditate,acedia, puſillanimitate , ne quid videlicet puluueris ad diem iudicij remaneat. *Exod.* 29. *a.* 30. *c.* 40. *d. Leui.* 1. *b.* 8. *c.* 9. *c. Iud.* 19.*e. Cant.*5.*b.*

Mundare affectus.

Lauare autem ſic propriè pertinet ad Chriſtum, qui & tunc lauat pedes *n* quum mundat à venialibus : quod alij non efficiunt. Sic lauit pedes Diſcipulorum. *Ioan.*13.*a.* qui etiam lauiſſe dicitur,mittens diſcipulos ad honeſtas actiones, & eorum ingreſſum ad beneficia gentium deſignans , & quæ decora & pura erant, propria poteſtate præparans:vnde fragrauit vnguentum, & ſuauis odoris opus ad omnes Gentes. Tobias etiam lauans pedes,Chriſti fuit typus, membra ſua mundantis. *Tob.*6.*a.*

Mundare venialia.

Chriſtus mũdans afflictiones.

Illotis pedibus occurrit Mephiboſeth Dauidi cum victoria reuertenti.2. *Reg.*19.*d.*

Impinguans bonis operib.

Lauans Iob pedes ſuos butyro. *Iob.* 18. *a.* deſignat Chriſtum *o* mundantem ſuos ab afflictionibus tribulationum per conſolationem Spiritus ſancti.

Prælati confirmãtes minores.

Vel eſt Chriſtus implens prædicatores pinguedine bonorum operum,vt ipſorum exemplo ſimul cum doctrina ſimplices auditores foueantur.

Vel certè ſignificat prælatos,qui crebris admonitionibus eos,qui infirmi ſunt in eccleſia, confirmant, & ad bene operandum promptiores reddunt.

Separatio à corporeis & terrenis.

Lauiſſe dicitur pedes ſponſa. *Cant.* 5. *b.* quum ſe de corporis contubernio & *p* familiaritate carnis mens ſe ſeparans,ad ſuperna volando contendit. Et quum à vita actiua,quæ affectibus terrenis inficitur , quis ſe ad contemplatiuam contulit.

Tollere fulera voluptatis.

Lauare pedes arietis,*q* & cætera,quæ de ipſo lauabantur:deſignant tollenda eſſe fulcra voluptatis. *Leuit.*1.*b.*

Mundare cogitationes.

Lauare inteſtina, eſt mundare cogitationes, *r* quæ nobis intimæ ſunt,vt inteſtina in animali. *Exo.*29.*c. Leuit.* 1.*b.c.* Et quia inteſtina ſunt velut receptacula voluptatum, lauare inteſtina,erit etiam auferre voluptates.

Auferre voluptates.

Columbæ lacte lotæ, dicuntur *ſ* animæ inſigni mundiciæ ſpiritualis candore fulgentes. *Cant.* 5.*c.* Peculiariter autem id de doctoribus dici poteſt, qui cum ſyncera doctrina pulcherrimum habent candorem operum.Dicitur etiam de his, qui integra & pura fide baptizantur.

Mundities animæ.

Lauantes Dorcadem mortuam. *Acto.* 9. *f.* eos indicant , qui ſimplices à terrenorum fragilitatibus mundare curant.

Mundare ſimplices à fragilitatibus.

Lauare holocauſtum,eſt *t* mundare orationes à terrenis affectibus , quæ vt holocauſtum offerri debent Deo. *Exech.* 40.*f.*

Mũdare orationes.

Vel lauant holocauſtum in oſtio gazophylacij,*v* qui per dicta & opera Sanctorum mundant in ſeipſis culpas impedientes,ne ſe holocauſtum mundum offerant Deo.

Mundare ſeipſum.

Lauiſſe dicitur Chriſtus veſtimenta ſua *x* quum carnem ſuam immortalitati reddidit : quæ ideo prius ſordida dici poterant,tum propter mortalitatem, & tribulationes paſſionis:tum quia omnes peccatorum noſtrorum ſordes ſuper ſe ſuſceperant. Hoc deſignabat, qui offerebat caprum emiſſarium , & qui comburebat vitulum & hircum,qui lauare veſtimenta ſua iubebantur. *Leui.*16.*f.* Ita dicitur *Zach.* 3. *b.* Ieſus indutus veſtibus ſordidis, quibus exutus eſt per mortem,& indutus mundis in reſurrectione. Et dicitur lauiſſe in vino ſtolam ſuam *y* per proprij ſanguinis effuſionem, *Gen.*49.*b.* Quod etiam dicitur de eccleſia , quam proprio ſanguine ab omni macula & ruga mundauit. Sicut &,quum baptizatus eſt in Iordane per aduentum Spiritus ſancti nos a peccatis noſtris mundauit:quùm in ſanguine vuæ dicitur lauiſſe pallium ſuum.

Chriſtus mundans carnem ſuam.

Mundare eccleſiam.

Lauare veſtimenta , eſt *z* mundare & ſanctificare actiones : quod iubebatur plebi ad audiendum verbum Dei *Exod.*19.*b.* Et cùm iubentur lauari & non abiici,aliquid videntur habere boni,quod tamen ſit mundandũ Hæc ablutio deſignatur.*Le.*11.13.14.15.Refertur autẽ hæc ablutio præcipuè ad actiones exteriores, quæ magis habent rationẽ indumenti:vt quũ *Nu.*19.*a.*lauari iubentur veſtes & corpus, per veſtes intelligentur actiones exteriores & per corpus interiores. Et qui vincunt hoſtes , lauare veſtimenta ſua iubentur:ne videlicet ex ipſa tentationũ pugna quippiam immundiciæ contraxerint.*Num.*31.*d.*Et qui conuerſationẽ exteriorem honeſtam habent,veſtimenta ſua lauiſſe dicuntur: Ita præcipitur Leuitis , vt lauent veſtimenta ſua. *Num.*8.*b.* Et ſancti beatificantur: *Apo.* 7. *d.*21. *c.* qui lauerunt ſtolas ſuas:vbi etiam veſtimenta ſunt virtutes,*aa* quæ per operum frequentiam lauantur. Cùm autem dicuntur lauaſſe ſtolas ſuas in ſanguine Agni:ad omnes pertinet baptizatos , qui ſanguine Chriſti mundati ſunt. Poteſt etiam referri ad martyrium.

Mundare actiones.

Martyrium.

Lauare etiam veſtimenta interdum eſt *bb* mundare cogitationes : quod fit quum diſcutiendo bonas à malis, bonas retinemus,repulſis malis *Leui.*16.*f.*

a *Ori. ſ. Leu. ho. 6. c & ſ. Hier. ho.* 13.
b *Hier.ſ.Ie.*2.
c *Glo. int. ſ. Leu.* 16.
d *Augu.q. in Num,*33.
e *Orig.ſ. Leu. ho.*10.*& ſ. Euã. cũ icim. Hil.ſ. Matth. c.* 5. *Baſil. de ieiu. hom.*1. *Aug.* 2. *ſerm. dom.in mõte.*
f *Amb.de Ioſeph.*10.
g *Iſy. Leu.*15.
h *Hie.ſ.Pſ.*25
i *Ori ſ.Le.ho.* 10.
k *Hie.ſ. Mat.* 25. *Hila ſ. Matt. cant.*33.
l *Arno ſ.Pſa.* 57. *Hie ſ.Pſa.*57. *Aug.ſ.Pſ.*57. *Euch.q.in Pſ.*
m *Ori.ſ.Gen. ho.*4. *Beda ſ.ge.*18.
n *Ori ſ. Leui ho.*1. *&ſ. Iu. ho.* 8. *Et Iſa. ho.*5.6. *Cle. Alex pe-da.*8.
o *Amprolo.de ſpiritu ſan.& de virgini.* 3.
p *Hi.ſ.Iob.*31. *Greg.*19. *mo.* 11.12.
q *Am.de Iſa.* 6.*& ſerm.*16. *in Pſal.* 116. *Aug.ſ.Io. tra.* 57.
r *Phil.*2. *alle.*
ſ *Ori. ſ. Leu. ho.*1. *Greg.* 9. *mor.* 40. *Phil* 2. *alleg.*
t *Amb. ſ. Pſ.* 118.*ſer.*16. *Gre. Cant.* 5.
v *Hie. ſ. Eze.* 40.
x *Gre ſ.Exec.* 29.
y *Or.ſ.L.h.*9. *&ſ Ge ho.*17. *Amb. de ben. patriarch.* 4.
z *Ge.Ven. cã.* 2.10.3.*ca.*7.
aa *O.Ex.b.*11 *& ſ. Le.ho.* 8. *& ſ.Nu.ho.* 25.
*Iſy.ſ.Leu.*15. *Aug.ſ. Apoc. ho.*6.
bb *Glo.ord.ſ. Leui.*16.

Digitized by Google

Mundare cogitationes. Triſtitia per abſentiam Chriſti.

Mephiboſeth dicitur non lauiſſe veſtes quamdiu abſens fuit Dauid,in ſignum triſtitiæ.2.*Reg.*19.*d.*vt deſignetur eum habere veſtes ſordidas,cui abſens eſt Chriſtus:nec integram eum poſſe habere lætitiam.

Mundare virum robuſtũ per pœnitentiam.

Lauari vas æneum,quod tetigerit ſanguinem.*Leui.*6.*d.*eſt *a* virum robuſtum, quem peccare contigerit, per pœnitentiam mundari.Idem eſt de vaſe ligneo,quod tetigerit ſeminifluus,hoc eſt,de viro robuſto,qui vanitatibus aditum præbuit.*Leui.*15.*c.*

a *Gl.inter ſu. Leui.*6.

Mundare cõſcientiam.

Lauare lectum, eſt *b* mundare conſcientiam, idque per ſingulas noctes eſt faciendum,hoc eſt, per ſingulas cogitationes tenebroſas,*Pſal.*6.

b *Groſ. Pſ.*6.

Illuſtrare doctrinam bonis operibus.

Lauantes retia piſcatores, *Luc.* 5. *a.* ſunt *c* prædicatores, qui doctrinam ſuam bonis operibus illuſtrare curant.

c *Glo.ord.ſu. Luc.*5.

Defidere innocentiam.

Abluere ſeu diluere crimina, quæ obiiciuntur:metaphoram habet quum quis verbis oſtendit ſe liberum eſſe ab ijs criminibus,quibus ab aduerſariis obſcurari videtur.Vt Paulus abluebat crimina ſibi obiecta,*Actor.*25.*d.*

Lauerunt currum Achab,& habenas eius ſanguine pollutas 3.*Reg.*3.22.*f.*

Suam.

Lauacrum dici ſolet *d* baptiſmus, vt quum *Cant.*4.*a.*dicitur, dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro.Idem *Cant.*6.*b.Et Epheſ.*5.*e.*dicitur:Mundans eam lauacro aquæ. Et *ad.Tit.*3.*b.* Per lauacrum regenerationis.

d *Au.*2.*doct. chriſtia.*6. *Ambr. ſerm.* 16.*in Pſ.* 118.

Baptiſmus.

Abnegare.

Mutare veterem & pranam conuerſationem.

Abnegare aliquid, eſt illud velut incognitum deſerere,ab eóque penitus deciſcere.

Abnegare ſemetipſum dicitur,qui priorem vitam malam,*e* hoc eſt,veterem hominem bona conuerſatione deponit, ac relinquit. Et qui confitetur Chriſtum, & animam ſuam pro Chriſto ponit, ſemetipſum abnegat *Matth.*16.*d.Luc.*9. *c.*E diuerſo qui confitetur ſeipſum,hoc eſt,ſe & ſua præponit Chriſto, abnegat Chriſtum. Ita Petrus abnegauit Chriſtum, quando non eum confeſſus eſt, præponens vitam ſuam confeſſioni Chriſti, *Luc.* 22.*d.*

e *Ori.ſ. Matho.*2. *Hier. Algaſ. Ep.*15.*q.*3.

Abnegare virtutem,eſt malorum.2.*Timoth.*3.*a.*Abnegare verò impietatem & ſecularia deſideria, eſt bonorum. *Tit.*2.*c.*

Abner.

Abner,id eſt patris lucerna,filius *Ner.*1.lucernæ,de tribu Beniamin, princeps militiæ regis Saulis qui poſt regis obitum,conſtituere voluit regem Iſraël Iſboſeth filium Saulis, contentione habita contra Dauid,ad quem poſtmodum reducere voluit Iſraël:fuitque occiſus ab Ioab fraudulenter, cùm ipſe Aſaelem fratrem eius occidiſſet.

Prædicatores.

Vt ergo interpretatur patris lucerna,& eſt filius lucernæ, & princeps militiæ:figura eſt prædicatorum, *f* qui ſunt lux mundi,habéntque lucernam ſacræ ſcripturæ,doctoréſque ſunt militiæ Chriſtianæ.1.*Reg.*14.*g.* Et quum reprehenditur malæ cuſtodiæ regis. 1. *Reg.* 26. *c.* typus eſt negligentiæ prædicatorum, qui in auditorum corde Chriſtum ſeruare minimè curant.

f *Gre.*1. *Reg.* 14.

Præmouens indignos.

Vt autem voluit facere regem Iſboſeth per contentionem: figura eſt volentium promouere ad eccleſiaſticas dignitates indignos:qui mouent diſcordias in eccleſia. Cúmque non recto itinere gradiantur, ſæpe etiam vſu venit, vt promouens *g* & promotus diſſideant: quemadmodum inter Abner & Iſboſeth orta fuit diſcordia. 2. *Reg.*3.*a.*

g *Lyra ſu.* 2. *Reg.*1.

Paulus Apoſtolus.

Cæterùm vt bellum mouit aduerſus Dauid, & occidit Aſaelem,virum ſtrenuum:*h* ſignificare poteſt Paulum de eadem tribu,qui perſecutus eſt Eccleſiam Chriſti,& adiutor fuit ad necem Stephani.1.*Reg.*2.

h *Glo. ord.ſu.* 1.*Reg.*1.

Prædicator mitigans iratum.

Quum autem non valuit blandis verbis aduertere Aſaelem, donec eum lancea confodit auerſa:deſignat prædicatorem prius blandis verbis furorem iracundi mitigare volentem: ſed cùm eius conatus retinere non poteſt, percutit aduerſa haſta,quum furentem tranquillè ex quibuſdam tangit,& quaſi parcendo ſuperat.1.*Reg.*2.*f.*

*Rup.*2.*ſu.Re.* 2. *Greg.*3.*paſto. admon.*17.

Peccator conuerſus factus prædicator.

Vt autem reducere voluit populum Iſraël ad Dauid, reductus ipſe prius in gratiam: & occiſus eſt ab Ioab percuſſus in inguine. 2. *Reg.* 3. typus eſt peccatoris conuerſi ad Chriſtum, qui poſtmodum efficitur prædicator, aliósque reducit ad Chriſtum. Verùm niſi caueat inſidias diaboli, per inſidias occiditur percuſſus in inguine, nempe cadens in peccatum libidinis.Aut certè patitur Iudæorum perſecutiones.

Abnuere,

Abnvere, cùm ſit nutu aliquid negare, de ſe non habet allegoriam, ſed habet manifeſtam negandi metaphoram,& ex ſibi adiunctis ad allegoriam trahi poterit.

Non abnuens Booz ſe propinquum eſſe Ruth,vt eam acciperet vxorem. *Ruth.* 3. *c.* deſignat Chriſtum,qui ad copulandam ſibi Eccleſiam ex gentibus,fecit ſe propinquum, tum per aſſumptam naturam, tum ob virtutes illi communicatas:tum etiam,quia verè per charitatem fuit illi proximus vt Samaritanus vulnerato.

Conſentire diabolo.

Non abnuens Achab Benedab Regi Syriæ petenti ab eo aurum,& argentum, inſuper, & vxores ac filios, deſignat conſentientem tentationibus diaboli,tradentémque illi virtutum theſaurum, ac filios bonorum operum. 3.*Reg.*20.*a.*

Abolere,quare,Delere,
Abominari,Abominatio,Abominabilis,Deteſtari,Execrari.

Abominari &deteſtari,cùm ſit rem aliquam cum faſtidio & odio abiicere:certum eſt deſignari in re ipſa, quam quis abominatur,malum aliquod,cuius gratia meritò ſit abiicienda non ſimpliciter, ſed cum quodã horrore:aut certè interdum malum non erit in ipſa re, ſed in abominante, vt quum mali abominantur bonos. Cum primis autem corruptio abominationẽ inferre ſolet.*vt Pſal.*52.Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt. *k* Porrò deteſtari & execrari ſemper videntur fieri verbis.Abominari verò aliquo facto, aut ſigno.Et maledictiones dicuntur deteſtationes & execrationes.*Numer.*5.*c.Et Dani.*9.*c.*Deteſtatio, quæ ſcripta eſt in lege Moſis. *Et Matth.*26.*g.* Cæpit Petrus deteſtari & iurare.

Subtrahere gratiam.

Abominatur Deus,aut anima eius quempiam,quum ſubtrahit ab eo gratiam, *i* & alia ſpiritualia dona: & ſinit cor peccatoris indurari,ſitque ab eo lõgè ſalus,quæ eſt Chriſtus,qui & anima Dei dicitur.Sic minatur Deus ſe abominaturum pacta eius non ſeruantes.*Leui.*26.*Et Pſal.*5. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.

i *Hila ſ.Pſa.* 52.

Abiectio Iudæorum.

Peculiariter autem minatur Deus *Leui.*25.*e.* ſe abominaturum Iudæos, *k* hoc eſt, abiecturum illum populum: vi etiam *Pſal.*105.dicitur Deus abominatus eſſe hæreditatem ſuam.Et *Amos.*6.*c.*Deteſtatur ſuperbiam Iacob.

k *Ori.ſ. Leuiho* 16.

Peccatores & peccata.

Abominatio Domini paſſim dicuntur peccatores, & ipſa peccata,aut abominabiles Deo:*vt Prou.* 3. *d.* Dicitur abominatio Domini omnis illuſor.*Et Prouerb.*6.*c.* Qui ſeminat diſcordias inter fratres.Et 8.*a.* Deteſtatur Deus impium.*Item.*11.*a.*Abominatio eſt illi ſtatera doloſa,& cor prauum,& labia mendacia, & via impij: & cogitationes malæ:& omnis arrogans:& tam qui iuſtificat impium,quàm qui condemnat iuſtum:& rurſus pondus, & menſura & menſurat & hoſtiæ impiorum, quæ ex ſcelere offeruntur; hæc omnia dicuntur eſſe abominabilia Deo,& habentur *Prouerb.*12.15.16.17.20.21.24.29. & *Luc.*16.*d.* Quod hominibus altum eſt, hoc eſt ſuperbia, abominatio eſt ante Deum.Et *Deuter.*17.*a.*Abominatio eſt hoſtia vitioſa.Et *Iſa.*1.*d.*Inſenſum malè oblatum.Et *Deutereron.*20.*c.*Merſes proſtibuli.*Hoſe.*9.*c.*Abominabiles facti dicuntur, *l* ſicut ea,quæ dilexerunt.Et 3.*Reg.*21.*c.* Abominabilis factus dicitur Achab.Et *Pſal.* 13. 52. Abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.Et *Prou.*13.*a.* Iuſtus deteſtatur verbum mendax.Et *Amos.*6.*c.*Deteſtatur ſuperbiã Iacob.Et *Sapient.*19. *c.* Dicitur deteſtabilis inhoſpitabilitas.Et *Geneſis* 38.*b.*Onam fundens in terram ſemen,dicitur rem deteſtabilem feciſſe. Et boni abominantur malos,& iniquitatem.*Pſal.* 118.

Ieiolatria & idola.

Magis autem peculiariter abominationes dicuntur *m* grauiora peccata, & ad idolatriam pertinentia, & ipſa idola.*vt Ier.*2.*b.*13.*d.*16.*d.*Dicuntur abominationes Hieruſalem idola & cultus idolorum.Et *Leuit.*18.*d. Deut.*7. *d.Et* 3.*Reg.*14.*g.*Dicuntur feciſſe omnes abominationes Gentium.Et 4.*Reg.*23.*c.* Idolum filiorum Ammon dicitur abominatio.Et paſſim dicuntur abominationes gentium ipſi cultus idolorum:*vt* 2.*Par.*33.34. 36. *Ier.* 26. *d. Ezech.*5.*c.*7.*a.*8.*c.*16.*e.*18.*g.*20.*a.*22.*c.*43.*b.Dan.*9.*g.Zach.*9.*b. Malach.*2.*c.*1.*Mach.*1.*f.Matth.*24.*b.Marc.*13.*b. Apoc.* 13.*a.*21.*g.Iob.*15.*b.*

l *Hic. Oſ.* 9.

m *Lir. ſ. Ior.*

Digitized by Google

Abominationes Ægyptiorum ſunt *a* affectus carnales, & vitia, quæ mundani tanquam idola colunt: quæ tamen iuſti ſacrificant, & mactant. *Exod.* 8. *f.*

Affectus carnales.

Abominationes etiam Ægyptiorum offerunt Iſraëlitæ: quia ſimplicitatem conſcientiæ, quam iniuſti quique velut infimam abiectámque deſpiciunt, hanc iuſti in virtutis ſacrificium vertunt: & exolentes recti puritatem, ac manſuetudinem Deo immolant: quam abominantes reprobi fatuitatem putant. Ita reprobi dicuntur deteſtari diſciplinã: *Prou.* 5. *c.* Deniq; bona & ſimplicia opera dicuntur abominationes Ægyptiorũ: & in vniuerſũ virtutes.

Simplicitas conſcientiæ & bonorum operum.

b *Gr.* 10. *Mo,* 24.

Spes malorum *b* dicitur abominatio animæ *Iob.* 11. *d.* Quia quæ mali deſiderant & ambiunt, boni oderunt & abiiciunt. Et quia ſpiritus deficit, vbi caro requieſcit. Vt enim caro mollibus, ſic anima duris nutritur: illam blanda refouent, hanc aſpera exercent.

c *Glo. ord. ſ. Lu.* 11.

Abominabilis factus eſſe dicitur decor animæ, quum à virtutibus in vitia mutata eſt. *Ezech.* 16. *c.*

Abominabile dicitur viuens in aquis ſine pennulis & ſquammis. *Leui.* 11 *b.* Quia qui *c* baptizati ſunt, & carent virtutum operibus, molléſque ſunt ad libidinem, abominabiles ſunt Deo. Item gradiens ſuper quatuor pedes abominabile habetur. *Leui.* 11. *b.* Quia cùm ſimulet vitam contemplatiuam, affectu tamen terrenis adhæret. Abominabile præterea cenſetur omne reptans ſuper terram, aut ſuper pectus ambulans. *Leuit.* 11. *g.* quia his deſignantur, qui ſola terrena ſapiunt.

d *Or. S. Mat. ho.* 20. *Hie Alga. ep.* 151. *q.* 11. *& ſ. Matth.* 24. *Am. ſ. Lu.* 21 *L.* 01. *c.* 4.

Exercitus deſtruens Hieruſalem. Idolum in tẽplo, Antichriſtus Hereſes.

Abominatio deſolationis ſtans in loco ſancto, dici poteſt exercitus, qui *d* deſtruxit Hieruſalem. *Dan.* 9. *g. Mat.* 24. *b.* Quod 1. *Mac.* 1. *f.* exponitur de abominando idolo per Antiochum in templo conſtituto. Item verbum falſum quod dicitur Antichriſtus, ſeu ipſe Antichriſtus, abominatio deſolationis dicitur: qui ſtabit in loco ſancto, dum nitetur figerè pedem in cordibus fidelium. Hæreſes quoque & peruerſa dogmata abominatio deſolationis dici poſſunt.

e *Ar. ſ. Pſ.* 87.

f *Amb. ep.* 4. *& P.* 1. *de cã. c.* 6. *Phil. de profugis. Gre.* 14. *mor.* 23. *Phil. de ſacrificij. Abel & Cain. l Hie. ſ. Mic.* 3.

Mali etiam dicuntur abominari bonos. Vt cùm *Iob.* 19. *c.* 30 *b.* Dicuntur conſiliarii Iob ipſum abominari; hoc eſt, Scribæ & Phariſæi abominantur Chriſtum & eccleſiam. Et *Pſal.* 87. Ait Chriſtus: *e* Poſuerunt me abominationem ſibi. Et *Amos* 5. *c.* Abominati ſunt loquentem perfectè, hoc eſt, doctorem veritatis. Et *Prou.* 13. *d* Deſtantur ſtulti eos, qui fugiunt mala. Item Ægyptii deteſtantur paſtores ouium *f* hoc eſt, mundani iuſtos & doctores veritatis. *Gen.* 46. *d.* Et deteſtari Iſraël eſt, maledicere Chriſtianis. Et Chriſtiani dicuntur gens abominata, quia patiuntur perſequutiones à Iudæis, cæteriſque infidelibus: *Iſaia* 49. *b.* 2. *Machab.* 1. *f.* Et abominantur Ægyptij paſtores, hoc eſt, amatores affectuum, rectam oderunt rationem.

Peruerſe iudicare. Scripturas de prauare. immundicies bonorum etiam operum.

Abominari iudicium dicuntur iudices, *g* qui peruersè iudicant: & qui docent falſa: & qui Dei iudicis ſententiam declinant: & omnem regulam ſcripturarum malis interpretationibus deprauant. *Mich.* 3. *c.*

Abominari dicuntur veſtimenta Iob ipſum Iob aut quemcunque alium. *Iob.* 9. *d.* Quia quantumcunque bonis operibus fulgeãt, *g* nihilominus dicere poſſunt illud *Iſa.* 64. *c.* Omnes iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ. Vel ſi membra corporis ſint veſtimenta, ipſa abominabilem hominem faciunt: quia dum contra mentem membra ſuperbiunt, dum ſancti deſiderij ſtudia tentationum ſuarum tumultibus interrumpunt, in ipſo ſuo certamine poſita anima agnoſcit quantum adhuc à diuinitate deſpicitur, quæ corruptionem ſuam plenè appetens tranſire, ſed non valens, fœdæ puluere cogitationis inquinatur.

g *Gre.* 9. *mo.* 29.

Abominata gens dici poſſunt Iudæi, *h* qui abominationi ſunt vniuerſo mundo. *Iſa.* 49. *c.*

Iudai.

h *Hie. ſ. Iſ.* 49

Deteſtantes Sichimitæ Abimelech. *Iudith.* 9. *c.* manifeſto iudicio ſunt, malos interdum odio habere malos, non amore virtutis, aut odio vitii: ſed ob aliud temporale commodum aut incommodum.

Abominatio hominum dicitur detractor. *Prouerb.* 24 *a.* quia ab omnibus odio habetur.

i *Lyr. ſ. Deut.* 22.

Abominabile eſt mulierem indui, veſte virili, & è diuerſo. *Deut.* 22. *a.* Quia *i* contra naturam eſt, vt fœmina exerceat actus viriles: vt docere, prædicare, &c. Vtque vir ſe deiiciat ad actiones muliebres & effœminatas. Ideo Apoſtolus 1. *ad Tim.* 2. *d.* Mulierem in Eccleſia docere vetat. Item eſt contra naturam vt caro dominetur ſpiritui, atque ita induatur veſte virili.

k *Hi. & Au ſ. Pſa.* 106.

Abominari omnem eſcam dicitur k anima *Pſal.* 106. quum ex tentatione incidit in tædium: vt omnem ſacram lectionem faſtidiat, & omnem doctrinam veritatis.

Faſtidium ſacrarum lectionum.

l *Gre.* 33. *mo.* 27.

Abominabilis fit panis alicui in vita ſua. *Iob.* 33. *c.* quum *l* conuerſus ad Deum contemnit delectationes, quas prius auidiſſimè amplectebatur.

Contemptus voluptatum.

Gr. 10. *mo.* 17.

Execrabilis dicitur oratio non audientis legem, *Prouerb.* 28. *b.* quia dignum eſt, vt ab eius beneficiis ſit quaſi extraneus, cuius iuſſionibus non vult eſſe ſubiectus.

m *Gl. inter. ſ. Pſ.* 58.

Execratio de qua annuntiabũtur Iudæi in conſummatione, *m* eſt qua ipſi maledicebant Chriſto, ipſum vt abominabantur. *Pſal.* 55. 58.

n *Hie. Algaſ.*

Non abominari Idumæum, & Ægyptiũ, eſt, *n* non deſpicere carnem ſuam neque ſimplices: vel non contẽnere peccatorem, cùm & ipſi peccatores fuerimus, & adhuc ſimus. *Deut.* 23. *b.*

Non deſpicere carnem nec peccatores.

Execratio diuitis dicitur pauper. *Eccleſiaſtici* 13. *d.*

Abortire, Abortus, Abortiuum.

o *Ariſt.* 7. *Hiſto. animal.* 3.

Abortvs fœminarum eſt, *o* quum fœtus aut nondum formatus in vtero, aut non perfectus, & ante tempus à natura inſtitutum, aliquo caſu non ſeruato naturali ordine in lucem educitur: & vel oritur iam mortuus: aut citò moritur: rariſſiméque ipſum viuere contingit, vt tunc iam abortiuum dici nequeat.

p *Orig. Exod. ho.* 10.

Itaque cùm *Exod.* 21. *c.* duo rixantur, hoc eſt, diſputant: altéréque eorum mulierem *p* prægnantem percuſſerit, id eſt, ſcandalizauerit animam infirmam, hacentem in ſe verbum Dei, nondum opere in lucem productum: ex ea percuſſione facit abortiuum, quum abiicit à ſe verbum Dei, non formatum quidem, ſi ſit cathecumenus: formatum autem, ſi eſt baptizatus. Vir autem non abortit, licet pariat: quia fortes ſtatim opere complent verbum Dei: fœminæ autem, hoc eſt, infirmi ſunt prægnantes, quia non tam citò verbum conceptum opere exequuntur. Poteſt & abortiuum non formatum dici *q* doctrina coniecturalis: formatum verò vera ſcientia.

Abiectio verbi Dei.

q *Phili. de cõgreſſu, &c.*

Cùm autem *Num.* 12. *c.* orat Moſes, ne Maria ſoror eius fieret ſicut abortiuum, poteſt per abortiuum intelligi populus *r* Iudæorum: quia in vtero ſynagogæ impedientibus peccatis, & dimidiam carnem conſumentibus, non potuit ad integrum formari, ac etiam quia neminem ad perfectum lex adduxit. Ideò niſi in vterum Eccleſiæ intrent, velut abortiui proiicientur.

Populus Iudæorum.

r *Ori. ſ. Num ho.* 7.

Poteſt autem ibidem abortiuum ſignificare *ſ* lapſos à fide, qui tunc abortiui ſunt, quum ab Eccleſiæ gremio velut mortui abiiciuntur.

Lapſi à fide.

ſ *Ori. ſ. Num. ho.* 7.

Abortiuum abſconditum, quod ponitur *Iob.* 3. *c.* poteſt ſignificare *t* malos. Nam vt abortiua de ventre matris exeuntia, non viderunt lucem, ſed ex tenebris in tenebras eunt: ex tenebris atque anguſtia materni vteri, in tenebras & anguſtias terræ atque ſepulchri: ſic impii de tenebris in tenebras eunt, ex anguſtia in anguſtiam expellentur: de corpore in ſepulchrum, ex ſepulchro in iudicii damnationem, & tenebras exteriores.

Mali.

t *Or. ſ. Iob. l.* 3.

Vtrùm cùm ibi Iob optet eſſe vt obortiuum abſconditum: ſignificare *u* poteſt ſanctos, qui vixerunt in lege naturæ: qui cùm mortui fuerint ante legem ſcriptam, quaſi intra vterum legis naturæ mortificantes carnem ſuam mortui, non relicta aliqua in ſcripturis ſui memoria, velut abſconditi in limbum abierunt.

Sancti in lege naturæ.

u *Gre.* 4. *Mo.* 36.

Abortiuum autem quod dicitur melius mortuo, *Eccle.* 6. *b.* eſt *x* quum quis ne guſtauit quidem vitam carnalem: cui vitæ aliquis eſt mortuus, cùm in ea prius vixerit.

Non guſtaré vitam carnalem.

x *Ori. ſ. Nu. ho.* 7.

Apoſtolus quoque 1. *Cor.* 15. *a.* dicit ſe abortiuum, quaſi qui per vim coactus ſit credere, non expectato tempore: & mox nullo etiam interiecto tempore, ad Apoſtolatum euectus.

Quum *Iob.* 11. *a.* dicitur bouem impiorum concepiſſe, & non abortiiſſe, denotat cuncta euenire proſpera reprobis in hac vita.

Abra.

Abra vocabulum Græcum ſignificans ancillam: erat enim ancilla Iudith, quæ cùm dicatur portare Aſiopam vini poſt Iudith: figura poteſt eſſe carnis aut carnalium, qui tamen ſimpliciter obtemperant præceptis & ſacramentis, vnde & tandem in libertatem gratiæ peruenium: quemadmodum illa libera facta fuit à domina ſua, *Iudith.* 10. *a.* 16.

Caro.

Digitized by Google

Abraham.

Deus pater.

ABRAHAM prius dictus est Abram, id est, pater exelsus, deinde Abraham, id est pater multitudinis, filius Thare, maritus Saræ, è qua centenarius genuit Isaac secundum diuinam promissionem: ex Agar verò, ancilla Saræ, genuit Ismaelem, & alios filios è Cetura. Egressus est de terra sua ex præcepto Dei. Secundum autem varia eius gesta variè significabit.

In primis Abraham typus *a* inuenitur esse Dei patris, qui genuit Isaac, hoc est, filium suum æternum, de legitimo matrimonio, hoc est, de natura sua cognita. Genuit etiam Ismaelem, hoc est, creaturas & peculiariter rationales, & singulariter Luciferum, qui est initium viarum Dei, quas genuit de ancilla, hoc est, ex Iudæis & voluntate, seu deliciis & complacentia, quam dicitur habere in creaturis: licet ab ipsis nihil accipiat. Dicitur etiam ex ancilla genuisse: quia Deus in veteri lege, quæ ancillæ typum gerit, filios in se credentes produxit *Gen. 6.a. Gal. 4.c.* Et generans Isaac, est *b* Deus producens populum Christianum per filium suum *Genes. 21.a.* Vt autem occidere voluit Isaac ex præcepto Dei: manifeste designat Deum, *c* qui non pepercit filio suo, sed pro nobis omnibus tradidit illum. *Genes. 22.* Item cùm misit seruum ad quærendam vxorem filio suo, Deus est mittens ad copulandam Ecclesiam ex Gentibus filio suo, *Gen. 24.* Eundem designat quum in sinum recipit Lazarum. *Luc. 16.c.* Vt Abraham genuit Isaac in senectute: figuratur, quod penè in fine mundi Christus esset nasciturus.

Christus.

Abraham, vt dictus est pater exelsus, & pater multitudinis, typus est Christi: *d* & quum egressus est de terra sua ex præcepto Dei, & peregrinatus est, *Gen. 12.a.* Christum designat, qui venit è sinu Patris, & ex eius præcepto in terram peregrinationis. Qui etiam descendisse dicitur in Ægyptum, id est, in hunc mundum: & dicit Saram, hoc est *e* Ecclesiam, quæ sponsa est sua, per assumptam naturam humanam, sororem suam esse: & ita petit, vt illa confiteatur: quia vt discipulos & credentes fratres appellat: ita & Ecclesiam sororem, vt *Cant. 4.c.* Soror mea sponsa. Regreditur inde diues: quia ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. *Psal. 67.* Vt autem aliam dicitur duxisse vxorem post mortem Saræ. *Genes. 25.a.* Idem Christus est, cui coniungi nituntur hæretici alieni à vera vxore, hoc est, ab Ecclesia: cùm dicant se Christum habere, qui nō nisi in Sara, hoc est in Ecclesia inuenitur. Et quum *Isa. 51.a.* dicitur ad Iudæos, *f* vt attendāt ad petram, vnde excisi sunt, & explicat petram esse Abraham: Christus ibi figuratur, à quo omnes fideles originem habent. Item, vt separatus est à Loth, Christum designat, qui se à populo Iudæorum in infidelitate relicto, separauit. *Gen. 13.a.*

Mens.

Rursus quum egreditur Abraham de terra sua mentem *g* & intellectum designat: quæ vt magnificetur, debet egredi ad omnibus corporeis voluptatibus, atque adeò ab ipsis cognatis sensibus, & vocibus, vt tota conuersatio sit in cælo. Et dicit Saram esse sororem suam: quia vult sapientiam, quam habet, aliis communicari.

Christianus Religiosus.

Prætereà, vt egressus est de terra sua, quemlibet *h* verè Christianum, & religiosum designare potest, qui vitam & conuersationem carnis deserere debet, & tanquam peregrinus in hoc mūdo, vt in Ægypto, habitare, vbi sapientiam aut virtutem, velut Saram sororem suam dicere debet, iuxta illud *Prouer. 7.a.* Dic sapientiæ, Soror mea es. Fit autem diues in Ægypto: quia virtutes in hoc mundo sunt acquirendæ. *Gen. 12. 13. 20.* Quum autem surrexisse manè dicitur, vt videret quid actum esset de Sodomis. *Gen. 19.f.* suadet compassionem & solicitudinem, quam erga proximos habere debemus. Item agit, quum plangit mortem Saræ. *Genes. 23.a.*

Prælatus.

Vt dimicauit Abraham aduersus Reges, qui captiuum deducebant Loth: typus est *i* prælatorum, qui se pro subditorum salute periculis obiicere debent. *Genes. 14.c.* Vnde & post laborem confortatus est à Domino, qui mercedem tribuere solet laborantibus pro salute subditorum. *Gen. 15.a.* Et eadem charitate orauit Abraham, ne subuerteretur Sodoma. *Genes. 18.c.* Et quum durè accepit electionem ancillæ, & Ismaëlis: prælatus signatur, qui cum molestia debet subditos castigare. *Gen. 21.*

Antiqui patres.

Vt etiam dictus est pater multarum gentium. & fuit ante legem, tréstque habuit vxores: significare potest eos, qui in lege naturali coluerunt Deum, non tamen in tanta perfectione, & castitate, quanta est in Ecclesia. Et dicitur *Isa. 63.a.* nescisse filios, quoniam *k* illi recedentes à fide eius, facti sunt inimici Dei. Idem vt quasi querulus dicit Deo: Ego ibo absque liberis: figura est antiquorum patrum, qui quasi murmurabant aduersus Deum, cū quadam diffidentia de aduentu eius. *Gen. 15.a.*

Vir perfectus.

Prætereà vt prolem habuit ex ancilla: virum perfectum *l* exprimit, qui carnem suam vt ancillam bonis operibus fructificare facit. *Gen. 16. Gal. 4.*

Baptizati. Sancti Christum suscipientes. Ecclesia.

Vt autem circumcisus est, & nominis mutationem accipit: typus est baptizatorum, quibus in ipso baptismo nomen imponi solet. *Gen. 17.a.*

Cùm occurrit alacri animo ad suscipiendos hospitio tres viros: sanctos *m* significat, qui Christum libentissimè susceperunt. *Gen. 18.a.*

Designat etiam sanctam ecclesiā, quæ Christum per sua membra suscipit. Et etiam quia mater est omniū fidelium: sicut Abraham pater dicitur omnium credentium. Huic Abraham dat Deus misericordiam, *n* quam iurauit patribus nostris à diebus antiquis. *Mich. 7.d.*

Intellectus.

Cùm autem occurrit tribus viris extra tabernaculum, *Gen. 18.a.* figura est ipsius intellectus, *o* qui ad Trinitatis cognitionem percipiendam, omnia naturalia prætergredi debet.

Fides.

Prætereà, vt dimicauit aduersus quatuor reges in quinque regum defensionem, & vicit: figura est fidei, per quā vincenda sunt vitia, quæ virtutes expugnant, & defendendi sunt quinque sensus. *Gen. 14.* Et vt clarius fidei typum gerat, dictum est de eo. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam *Gen. 15.b. Roma. 4.a. Gala. 3.a. Hebræ. 7.a. Iaco. 2.d.* Atque ita ipsa est velut principium fidelium, & fideles dicuntur semen eius. *Psal. 104.a. Ecclesiastici 44.d. Luc. 19.b. Ioan. 8.e.*

Patientia. Obedientia. Philosophia moralis. Discipulus docilis. Sacerdos.

Cùm autem patientissimus & obedientissimus fuerit: typum gerere potest *p* ipsius patientiæ & obedientiæ. *Gene. 22.a. 1. Mach. 2.f. Hebræ. 11.b.* Et propter obedientiam potest significare philosophiam moralem, in qua inter cætera, docetur obedientia. Et etiam est typus eorum, qui per doctorem & instructorem profecerunt: vnde dicitur pater Iacob, id est meditatoris: qua doctrina debet exerceri, vt perfectè habeatur.

Vt obtulit filium suum, sed sine morte: designat *q* sacerdotes offerentes Christum in Eucharistia. *Genes. 22.a.*

Abrumpere, Rumpere, Dirumpere, interrumpere.

Incarnatio Christi. Prædicatio diuinæ sapientiæ. Apertio lateris Christi.

ABRVMPERE est vi quadam aliquid frangere, aut scindere: à significatione parum distant rumpere, & dirumpere. Possunt autem in allegoriam admitti secundum ea, quæ rumpi dicuntur.

Cùm dicitur *Isa. 64.a.* Vtinam dirumperes cælos, & descenderes: manifesta est petitio *r* incarnationis filij Dei, quæ quia nimium videbatur sanctis patribus differri: ideo prophetia in eorum persona petit quasi violenter cælos dirumpi.

Dirumpit Deus fontes & torrentes, quum *s* diuinam sapientiam per Apostolos, & alios Prædicatores prædicari facit, *Psal. 73.* Et rupti fontes abyssi, sunt apertæ figuræ scripturarum. *Gen. b.*

Dirupisse dicitur Deus petram. *Psalm. 77. 104.* quum *t* permisit, aperiri latus Christi, vt inde manarent fluenta gratiæ sacramentorum.

Frenatio affectuum.

Interrumpit Deus mare. *Psal. 77.* quum *u* per baptismum & gratiam cohibuit & fregit concupiscentiarum fluctus. Dirumpit etiam interiora iecoris, quum castigat peccata concupiscentiæ & voluptatis. *Hos. 13.b.*

Dirumpit Deus ceruicalia de brachiis, quum *x* dyssipat omnem fiduciam, quam falsi prophetæ addebant malis. *Ezech. 13.d.*

Non separari Christum ab ecclesia nec mentem à cura corporis.

Non abrumpi caput ab auibus, *Leui. 5.c.* indicant *y* Christum non esse separatum ab ecclesia per mortem: sed semper eum cā manere: vel est mentem à carnali quidem delectatione præcidendam esse: sed à corporis cura necessaria non esse separandam: tunc enim caput penitus corpore abrumpitur, quum quis sine discretione immoderatè se gerit in operibus suis: vt quum nimium abstinet, aut aliàs in pœnitentia excedit.

Rumpere vulneris locum in auibus, quæ offeruntur, *Leuit. 1.d.* est interiorem animi læsionem per confessionem patefacere.

a *Geor. Ven. Cā. 2.t. 7.c. 3.*

b *Aug. ser. 72. 75. Bed. s. Ge. 18. 22.*

c *Ru. 5. de gloriſi. Trinit. 5.*

d *Gl. inter s. Gen. 12.*

e *Bed. s. Gen. 18.*

f *Hie. s. Isa. 11.*

g *Amb. 2. de Abraham. 1. & 4. Phi. de Abraham. Clem. Alex. 1. strem.*

h *Bed. s. Gen. 21. Ambr. de Abraham 1. Ori. s. Genes. ho. 6.*

i *Lyra. s. Ge. 14.*

k *Hie. s. Is. 63*

l *Lyr. s. Ge. 16*

m *Beda. s. Ge. 18.*

n *Hier. s. Mi. 7.*

o *Gre. 9. mo. 51.*

p *Orig. Prolo. Car. Philo. de somniis.*

q *Ru. 6. s. Ge. 32.*

r *Hie. s. Is. 64.*

s *Hie. s. Ps. 75*

t *Aug. s. p. 77.*

v *Au. s. Ps. 77 Rup. s. Hos. 13.*

x *Hier. s. Ez. 13. Gre. ho. 7. in Ezech.*

y *Is. s. Leu. 5.*

Digitized by Google

Non rumpi corrigeam calceamenti. *Isa.* 5. *c.* Licet loquatur ibi Isaias de hilaritate militum expeditorum aduersus Hierusalem, quod ne leui quidem obstaculo in eius expugnatione impedirentur: tamen cùm corrigea calceamenti soleat intelligi vnio humanæ naturæ cum Verbo diuino. *Ioan.* 1. *d.* hæc non rumpetur: quia nunquam deseretur humanitas. Potest etiam intelligi alacritas prædicatorum, qui calceatos habere debent pedes in præparationem Euangelij pacis: qui cùm non deficiant, non rumpitur in eis corrigia calceamenti.

Aperire animi læsionem. Indissolubile vinculũ verbi & humanitatis. Alacritas prædicatorũ.

a *Hie. s. Eccle.* 4.

Difficile dicitur rumpi funiculus triplex, *Ecclesiastica* 4. *c.* quia *a* confessionem Trinitatis nemo potest à nobis inuitis auferre: vel dicitur quia in eos, qui in nomine Christi congregati sunt, nõ potest prævalere aduersarius, cùm Christus sit in medio eorum: & quia nemo aduersus concordes præualere potest. Et quum *Isa.* 33. *d.* dicitur, non rumpendos funiculos Sion, *b* firmitas Ecclesiæ designatur.

Firmitas cõfessionis Trinitatis.

b *Hie. Isa.* 33.

Cùm dicitur funiculi Hierusalem dirupti aut laxati. *Isa.* 33. *d.* Dissolutionem *c* synagogæ indicant: sicut & diruptio omnis fortitudinis, quæ ponitur. *Ierem* 30. *d.*

Dissolutio synagogæ.

c *Hie. Isa.* 33.

Rumpi autem funiculum argenteum, *Ecclesiastica* 12. *c.* vitæ præsentis *d* abscissionem seu abruptiouem significat.

Cessatio vitæ præsentis.

d *Hie. s. Eccl.* 12.

Dirumpens samson vincula, quibus se ligari permiserat. *Iud.* 16. *b.* Christum significat dissoluentem omnia Iudæorum machinamenta, quibus eum sæpe moliti sunt comprehendere. Designat etiam dissolutionem *e* vinculorum peccatorum, quibus membra eius abstricta erant: de quibus dicitur *Psa.* 2. Dirumpamus vincula eorum, & *Psalm.* 115. Dirupisti vincula mea. Vbi etiam vincula inferni intelligi possunt. Dirumpit etiam Christus vincula Iudæorum, quum dissoluit, & spreuit *f* traditiones inutiles Scribarum & Pharisæorum.

Dissoluens Christus insidias Iudæorũ remittens peccata.

e *Ar. & Basil. s. Psa.* 115.
f *Hie. Ier.* 5.

Dirumpere etiam vincula, est frænare *g* passiones, quæ nos ceu vincula astrictos retinent. Et etiam statum peccati, & diaboli subiectionem deserere. *Ierem.* 30. *b. Nahu.* 1. *d.* Et abrumpere partem leprosam à veste: est abscindere vitia, quæ se operibus bonis & virtutibus admiscent, vt inanem gloriam. *Leui.* 13. *g.*

Franare affectus.

g *Ori. s. Gen. ho.* 9. *in fine & s. Matth. ho.* 4.

Rumpere autem vincula Dei, est *h* transgredi eius præcepta: quemadmodum Dominus apud *Ierem.* 2. *d.* 5. *b.* querebatur contra populum suum, quod eius rupissent vincula. Et dæmoniacus ille qui compedes & catenas rumpebat: typus est gentilis populi, qui legem naturalem & diuinam transgrediebatur. *Mar.* 5. *a. Luca.* 8. *c.*

Deserere peccata. Transgredi præcepta.

h *Hier. s. Ierem* 2. *& sup. Marc.* 5.

Rumpi vtres veteres, dicuntur, quum assueti doctrinæ veteri, rumpuntur ad doctrinam nouam, nisi renouentur. Tales erant vtres Gabaonitarum, *Ios.* 9. *c.* Et de talibus ait Christus *Marc.* 2. *d. Luc.* 5. *b.* Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. Etsi vinum nouum sit feruor Spiritus sancti, non solum vtres veteres rumpet, sed etiam lagunculas nouas dirumpere dicitur: quia etiam *i* corda per gratiam renouata transcendit. *Iob.* 32. *d.*

Virtus doctrinæ noua.

i *Gre.* 23. *mo.* 11.

Dirumpere omne onus. *Isa.* 58. *c.* Est *k* dissoluere falsas & peruersas rationes hæreticorum, quibus grauant simplices, vt in errorem eius inducant. Sic dirumpit Deus puluillos & ceruicalia: quæ sunt *l* rationes, & auctoritates peruersè intellectæ, quibus hæretici peccatores in peccatis suis quasi blandiendo detinent. *Ezech.* 13. *d.* Et ipse Deus dicitur dirumpere ceruicalia de brachiis, quum dissipat omnem fiduciam, quam falsi prophetæ addebant malis. Rumpere etiam dicuntur oua aspidum. *Isa.* 59. *a.* qui *m* errores veri & boni speciem habentes detegunt, vt eorum fœtor appareat.

Dissoluere rationes hæreticorum.

k *Hie. s. Is.* 58.
l *Ori. s. Eze. ho.* 3. *Hie. Eze.* 13.
m *Hi. s. I.* 59.

Dirumpitur spiritus Ægypti in visceribus suis, *Isa.* 5. *a.* quando *n* mentes eorum, qui erant in erroribus Ægypti, separantur per pœnitentiam à mentibus remanentium in eisdem erroribus.

Separati à malis.

n *Hie s. Is.* 19.

Rumpi rete præ multitudine piscium. *Luc.* 5. *d.* est schismata *o* in ecclesia oriri per hæreticos, & carnalium multitudinem. Verùm quatenus rete solos continet bonos, qui numerati sunt, & in fine colliguntur, non rumpitur. *Ioan.* 21. *c.* eadem schismata designare potest diruptio regni Solomonis. 3. *Reg.* 11. *b.* Rumpitur etiam quasi murus. *Iob.* 13. *b.* quum *p* fides Christi penè deseritur: aut quum disciplinæ munimenta dimittuntur.

Schismata.

o *Gre. ho.* 24.

Rumpere oua aspidum. *Isa.* 59. *a.* est *q* recipere in mente sua venenatam doctrinam, & iniquitatem. Vel est malignorum spirituum consilia, quæ in cordibus latent, peruersis operibus aperire.

Susceptio peruersæ doctrinæ.

p *Gr.* 26. *mor.* 23.
q *Hie. s. Is.* 59. *Gr.* 15. *Mo.* 7.

Dirumpunt canes sanctum & prædicatores. *Matth.* 7. *a.* quum detractores per calumnias impugnant veritatem ab ipsis prædicatoribus manifestatam.

Impugnatio veritatis.

Dirumpi vterum adulteræ per tumorem. *Num.* 5. *c.* est corda superborum conteri à Deo, qui etiam dicitur interiora iecoris dirumpere. *Hose.* 13. *c.* Ita dirumpit Deus inflatos. *Sap.* 4. *d.* Et dirumpitur spiritus Ægypti *r* in visceribus eius. *Isa.* 19. *a.* Et diruptus est draco Babylonius. *Dan.* 14. *e.* Et dirupta terra sub pedibus Datham, & Abirom. *Num.* 16. *e.* designat hæreticos viuos esse abscindendos cum omnibus eis adhærentibus, ne pestis increscat, vt etiam ipsi rumpunt Ecclesiam.

Contritio superborum & hæreticorum.

r *Hie. s. Is.* 19.

Abruptissimæ petræ, vbi Saul quærebat Dauid. 1. *Reg.* 24. *a.* designat altitudinem contemplationis, vbi diabolus persequitur sanctos, vt eos præcipitet, & etiam loca deserta, vt sancti se abscondunt.

Altitudo contemplationis. Desertum.

Absalom.

ABSALOM, id est, pater pacis, aut patris pax, aut patris consummatio: filius Dauid & Maacha, frater Thamar, quam stuprauit Amnon: fuit decorus aspectu, magnam habens cæsariem, occidit Amnon fratrem suum, simulato conuiuio, ob stuprũ sororis: postmodum reductus in gratiam patris, voluit sibi vsurpare regnum eiecto patre: tandem in bello periit suspensus cesarie è quercu, & tribus lanceis ab Ioab confossus.

Vt fecit conuiuium, & in eo occidit fratrem. 2. *Reg.* 13. *f.* figura est diaboli, *s* qui ad huius vitæ voluptates homines inuitat & allicit, atque per easdem eos interimit.

Diabolus.

s *Ly.* 2. *Re.* 13.

Est etiam exemplar manifestum insidiatorum: qui fingentes amicitiam interimunt.

Insidiatores.

Vt autem à patre fuit reuocatus, in eiúsque rediit gratiam, figura est *t* pœnitentium: qui redeuntes in gratiam Christi, ex hoc ipso efficiuntur decori. 2. *Reg.* 14.

Superbi. Ambitiosi. Ingrati.

t *Lyr. s.* 2. *Re.* 15.

Vt autem se extulit contra patrem, eiúsque regnum vsurpare conatus est, manifestè significat *u* ambitiosos, superbos, ingratos præter ius fásque honores ac dignitates vsurpantes: qui etiam suspensi cæsarie pereunt, hoc est honore & gloria mundi, quam hîc tam studiosè coluerunt, suspenduntur in inferno. 2. *Reg.* 15. 16. 17.

v *Lyr. s.* 2. *Re.* 15.

Designat etiam *x* Iudam & Iudæos: qui in Christum Dominum insurrexerunt, & interpretatur patris pax: quia pater habuit pacem ad ipsum, quam ipse non habuit ad patrem: sic Christus habuit pacem ad Iudam & Iudæos, quam ipsi cum eo non habuerunt. *Psalm.* 3. 141. *in titulo.* Vt etiam extinctus est in quercu suspensus cæsarie: Iudæos significat, qui per eandem legem, quam in gloriam acceperant, *y* carnaliter per traditiones Pharisæorum à se intellectam condemnantur, transfixo eorum corde à diabolo quasi tribus lanceis, auaritia, superbia, & inuidia. 2. *Reg.* 18. Peculiariter autem significare potest Ierusalem, cuius ciues persequuti sunt Christum.

Iudas & Iudæi.

x *Arn. s. Ps.* 3. *Aug. s. Psa.* 3. *Gre. s. Ps.* 142.
y *Rup.* 2. *Re.*

Abscedere quare Abire.

Abscindere, Scindere, Concindere, Discindere, Diuidere, Partiri, Dispartiri, Amputare, Excidere, Incidere, Intercidere, Secare, Desecare, Findere.

HÆc verba in titulo posita, quæ scindendi, aut diuidendi significationem habent, licet nonnullam habeant differentiam, tamen ob cognatam significationem, præcipuè quantum ad allegoriam attinet, in eandem retulimus classem: quæ quidem secundum id, quod scinditur, aut diuiditur, allegoriam recipiunt. Porrò diuidere interdum est distribuere. *Exod.* 15. *b.* diuidam spolia, & implebitur anima mea. Excindere. *Leuit.* 1. *c.* Diuidéntque membra. Partiri. *Psal.* 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea. Separare, *Gen.* 1. *a.* Diuisit aquas, quæ erant sub firmamento. Diuisi autem dicuntur discordes. *Matt.* 12. *c.* Omne regnum in se diuisum desolabitur. Diuisio verò discretio. 1. *Paral.* 26. *a.* Diuisiones ianitorum. Percussio. 1. *Par.* 3. *d.* vocabit locum illum diuisio Ozæ.

Natus Christus de Virgine. Mors Christi accelerata.

z *Am. s. Re.* 9.

Abscissus dicitur lapis de monte sine manibus hominum. *Dani* 2. *c.* vbi designat z filium Dei natum de Virgine sine virili semine. Et abscissus palmes cum vua. *Num.* 13. *c.* designat natiuitatem Christi cum laboribus & cruce. Abscissus est de terra viuentium, hoc est, *aa* de virgine sine peccato existente. *Isa.* 53. *c.*

aa *R.* 2. *s.* 19.

Abciſſus dicitur Christus de terra vientium. *Isa.* 53. *c.* quia violenter ac cum magna festinatione occidendus erat à Iudæiis. Et scissa petra, vnde fluxerunt aquæ. *Is.* 48. *d.* designat *bb* Christum, cuius latus apertum est in cruce. Diuidi etiam infantem viuum petens meretrix. 3. *Regum.* 3. *d.* Est synagoga petens crucifigi Christum, & in aëre suspendi: vt ab ea separatus, ne ab ecclesia possideretur. Concidisse etiam dicitur Deus Iob vulnere super

bb *Hi. s. Is.* 58.

Digitized by Google

vulnus. *Iob.* 16. *c.* quum *a* flagellis Christi addidit crucem & clauos. Et scindens Abraham ligna holocausti ad immolandum Isaac. *Ge.* 22. *a.* Præparationem passionis & crucis Christi significauit.

Christus inhærens ecclesiæ. Secare caput turturis aut guttur, sed non in totum, vt & post mortem corpori caput inhæreat. *Leuit.* 5. *c.* designat Christum caput Ecclesiæ sic sectum esse per mortem, vt semper illi inhæserit : & vnde pro nobis mortem pertulit, inde verius nobis inhæsit.

Resurrectio Christi. Concidit Deus saccum Christi. *Psal.* 29. cùm *b* eius abstulit mortalitatem, suscitando eum à mortuis.

Substractio misericordiæ. Abscindere dicitur Deus misericordiam suam. *Psal.* 76. quum peccatores, exigentibus meritis, deserit & subtrahit ab eis misericordiam.

Dona gentilitati data. Excidisse dicitur Deus riuos in petris. *Iob.* 28. *b.* quum *c* duræ gentilitati ad fidem conuersæ dedit dona gratiarum, & doctrinæ. Scindit etiam Deus fluuios terræ, aut terra scinditur fluuiis. *Abach.* 3. *b.* quum *d* doctrina sacra, qua Iudæa irrigabatur, transiit ad Gentes, quæ prius erant aridæ. Vnde & posuisse dicitur Deus desertum in fontes aquarum, & terram siue aqua in exitus aquarum, positis fluminibus in desertum, & terra fructifera in salsuginem. *Psal.* 106. Sicut ad literam videmus terræ motu erupisse flumina, quæ antea non erant : & rursum alia abscorpta fuisse. Misit autem Deus Apostolos, & Prædicatores ceu flumina, ad irrigandam gentilitatem. Et scissæ sunt aquæ in deserto. *Isa.* 53. *c.* Quando *e* fontes gratiæ, sacramentorum, & doctrinæ aperti sunt in ecclesia olim deserta. Adhæc pertinent *f* diuisiones aquarum. *Prouerb.* 21. *a.*

Distributio donorum Spiritus sancti. Diuidit Christus spolia. *Psal.* 67. quum *g* dat diuersa dona Spiritus sancti : Et quum liberatos à diabolo per diuersos gradus collocat. Et diuiditur æstus super terram. *Iob.* 38. *c.* quum *h* datur vnicuique gratia secundum mensuram donationis Christi. Sic partitus est Dauid singulis de populo collydiram panis, &c. 2. *Reg.* 6. *d.* designans Christum ministrantem singulis corpus suum, & dona spiritualia. Et diuidit Deus terram in funiculo distributionis. *Psal.* 77. quum dat *i* Spiritus dona sua prout vult. Et excidit sapientia columnas septem. *Prouerb.* 9. *a.* cum præparat septem dona Spiritus sancti fidelibus distribuenda.

Prædicatio & dispensatio doctrinæ. Diuidentes etiam victores *k* spolia sunt Apostoli, & prædicatores conuertentes infideles ad fidem, & doctrinã debitè distribuentes. *Isa.* 9. *a.* 33. *d.* Et diuidere argentum, est *l* docere secundum capacitatem audientium. *Iob.* 27. *d.* Et concidere membratim carnes arietis, vel vituli, est *m* variè dispensare doctrinam : vel ædificare vnumquemque iuxta mensuram capacitatis eius : & distinguere sermonem de virtutibus doctrinæ ordine. *Leu.* 1. *b.* 8. *d.* 9. *c.* Et concidens Saul vtrumque bouem, idem designabit. 1. *Reg.* 11. *b.* Idem est concidere vitulum in duas partes. *Ier.* 34. *d.* Et diuidere aquas in plateis. *Prouerb.* 5. *c.* Est in magna auditorum amplitudine iuxta vnius cuiusque qualitatem diuina eloquia dispensare. Et concisus clangor buccinæ. *Numer.* 10. *a. Ios.* 6. *a.* designat subtiliorem, & minutiorem sermonem prædicationis.

Præponere exempla sanctorum. Cæsores lignorum templi : sunt prædicatores : adducentes aliquos ad ædificium ecclesiæ. 3. *Regum.* 5. *c.* Eosdem designant cædentes lapides in montibus. 2. *Par.* 1. 2. Et concidere lingua plaustri. 1. *Reg.* 6. *c.* est declarare sacram scripturam : & proponere exempla Sanctorum. Et etiam adducere infideles ad fidem. Et cædere ramos *n* de arboribus. *Matth.* 21. *a. Marc.* 11. *a.*

Conuersio gẽtium. Dispertit pater Christo plurimos : quum *o* multi conuertuntur ex gentibus. Et diuidit ipse Christus spolia fortium, vincendo diabolum, & conuertendo eos, quos suæ tyrannidi subiectos habebat. *Isaia.* 51. *d. Psalm.* 2. 27.

Prædicatio Pauli. Diuidens Beniamin spolia ad vesperam. *Genes.* 49. *d.* typus est Pauli *p* distribuentis doctrinam Christi prædicatione sua, post conuersionem, membris ecclesiæ, quæ ante conuersionem persequebatur.

Fluxus vitæ humanæ. Succisioni telæ mors hominis comparatur : velociúsque transire dicuntur dies, quàm à texente tela succiditur. *Iob.* 7. *b. Is.* 38. *Za.* 11. *b.* quia *q* in tela quum laborantis manus figitur, terminus vltimus elongatur : vita verò, quia tempus semper desinens indesinenter consumimus, ad finem Christi itineris etiam quiescendo peruenimus : & per cursum nostri transitus etiam dormientes imus.

Corda gentilium suscipientia Christum. Excisum monumentum Christi in petra. *Marc.* 15. *d. Luc.* 24. *g.* dicitur, quum corda gentilium dura locum dederunt Christo. Excisum est autem in petra, quæ est firmamentum fidei. Et excidit dominus riuos in petris, quum *r* in duris gentilium cordibus fluuios prædicationis aperuit. *Iob.* 28. *a. Psal.* 106. *Ioan.* 7. Diuisio Iordanis per Elisæum secunda percussione facta, quæ prima percussione non fuit facta : designat *s* gentes ad prædicationem apostolorum susceptisse baptismum : Iudæis, quibus prius prædicauerant, manentibus in infidelitate. 4. *Reg.* 2. *c.*

Diuisio vestimentorum Christi. Scindens Iephte vestimenta sua immolaturus filiam. *Iudi.* 11. *f.* designauit *t* diuisionem vestimentorum Christi in passione, quando immolauit carnem suam, designat etiam debere nos abscindere malas cogitationes temporalium, quæ sunt vt vestimenta animæ.

Abscissio malarum cogitationum. Euangelistæ dici possunt diuisisse vestimẽta Christi. *Luc.* 23. *a.* Secundum quod singuli *u* scripserunt aliqua peculiariter, quæ alij non scripserunt. Non tamen diuiserunt tunicam inconsutilem : quia omnes eandem habuere fidem.

Peculiaria scripta Euangelistarum. Diuidit Deus Sichimam. *Psal.* 59. 103. quum *x* gentiles participes facit hæreditatis Iacob. Et diuiditur maceria quum tolluntur impedimenta, *y* & fit vnum ouile ex gentibus, & Iudæis. *Mich.* 2. *d.*

Gentium vnio ad ecclesiam. Diuisæ vestes Christi in quatuor partes. *Ioan.* 19. *d.* designant *z* dilationem ecclesiæ per quatuor orbis partes : sed tamen tunica mansit indeuisa, qua vna est in omnibus ecclesia. Et scindentes filij Ioseph spacia in sylua. *Iosu.* 17. *d.* videntur significare dilationem fidei in gentilitate.

Dilatatio ecclesiæ. Scindens Ruben vestimenta sua. *Gen.* 37. *f.* designauit apertionem sacramentorum in lege occultorum quæ facta est in morte Christi : idem designarunt omnes fratres eius, cùm sciderunt vestimenta sua. *Gen.* 44. *c.* quod clarius significatum est in scissione veli templi tempore passionis Christi, *aa* & in scissione petrarum hoc est prophetarum. *Matth.* 27. *f.* idem designauit diuisio maceriæ facta per Saram in vtero Thamar. *Gen,* 38. *g.* Et excisi Iudæi à petra, hoc est, ab Abraham. *Isa.* 51. *a.* designant *bb* fideles, qui & præcisi de cauerna laci dicuntur : quia ex latere Christi fluxerunt sacramenta, per quæ renascuntur fideles. Scidit etiam Elisæus vestimenta, reuelationem mysteriorum designans, ascendente Christo. 4. *Reg.* 2. *c.*

Apertio sacramentorum legis. Scissuræ petrarum. *Isa.* 2. *d.* designare possunt munimenta veritatis.

Munimenta veritatis. Diuiditur æstus super terram. *Iob.* 38. *c.* quum *cc* euangelij bonum, aliis est odor vitæ in vitam : aliis odor mortis in mortem.

Diuersa euãgelij operatio. Scindens Iosuæ vestimenta sua peccante populo, *Iosu.* 7. *b.* designat prælatum macerantem carnem suam, & pœnitentiam agentem ob peccata subditorum. Idem fecit Esdras, 1 *Esdr.* 9. *a.* Et Mathathias, & filij eius. 1. *Macha.* 2. *b.* Et Ionatas. 1. *Mach.* 11. *g.* Scindit etiam vestes, qui sibimetipsi, in exterioris decoris laceratione non parcit. *Ierem.* 51. *b.*

Carnis maceratio. Sindere etiam vestem, est *dd* exuere veterem hominem. Sic venit vir in Silo scissa veste, & conspersus puluere caput, cùm capta esset arca : vt designaret translatum esse veterem hominem in nouum per pœnitentiam, ita dicitur *Psal.* 29. Concidisti saccum meum, & circumcidisti me lætitia, idem potuit designari, quum Amalecites venit ad Dauid scissis vestibus : & Dauid cum cæteris scidit vestes. 2. *Reg.* 1. *a.* 3. *f.* & Achab scidit vestimenta sua in signum pœnitentiæ. 3. *Reg.* 21. *g.* Et Ioram. 4. *Reg.* 5. *b.* Et Ezechias 4. *Reg.* 19. *a. Isaia.* 37. *a.* Et Iosias 4. *Reg.* 22. *c. Rar.* 34. *d.* Et Vagoas. *Iudih.* 14. *c.* Et Maldochæus *Ester.* 4. *a.* Sic queritur Ieremias, quod non scinderint vestimenta sua. *Iere.* 3. *b. c.* 41. *a.* Huc referri potest scissio tunicæ talaris Thamar. 2. *Reg.* 13. *d.* Concidere etiam dicitur Deus saccum. *Psal.* 29. quum *ee* dat finem pœnitentiæ.

Pœnitentia. Sindere etiam vestem, est *dd* exuere veterem hominem. Sic venit vir in Silo scissa veste, & conspersus puluere caput, cùm capta esset arca : vt designaret translatum esse veterem hominem in nouum per pœnitentiam, ita dicitur *Psal.* 29. Concidisti saccum meum, & circumcidisti me lætitia, idem potuit designari, quum Amalecites venit ad Dauid scissis vestibus : & Dauid cum cæteris scidit vestes. 2. *Reg.* 1. *a.* 3. *f.* & Achab scidit vestimenta sua in signum pœnitentiæ. 3. *Reg.* 21. *g.* Et Ioram. 4. *Reg.* 5. *b.* Et Ezechias 4. *Reg.* 19. *a. Isaia.* 37. *a.* Et Iosias 4. *Reg.* 22. *c. Rar.* 34. *d.* Et Vagoas. *Iudih.* 14. *c.* Et Maldochæus *Ester.* 4. *a.* Sic queritur Ieremias, quod non scinderint vestimenta sua. *Iere.* 3. *b. c.* 41. *a.* Huc referri potest scissio tunicæ talaris Thamar. 2. *Reg.* 13. *d.* Concidere etiam dicitur Deus saccum. *Psal.* 29. quum *ee* dat finem pœnitentiæ.

Lacryma pœnitentia. Scinditur terra fluuiis. *Haba.* 3. *b.* quum peccatores respiscentes pœnitentiæ lachrymas fundunt. Et scindit valles. *Mich.* 1. *a.* est *ff* animas coriceis corporibus insertas, ad præsentiam aduentus Christi, lachrymis liquefieri, & in melius mutari. Item diuidit Deus mare rubrum in diuisiones, quum *gg* diuersis diuersa largitur opera pœnitentiæ. *Exod.* 4. *c. Psal.* 135. *Isa.* 63. Sic Ioel. 2. *c.* iubemur scindere corda per pœnitentiam, *hh* quæ plena sunt peccatis : & nisi instar vtrium per contritionem scissa fuerint, sponte rumpentur. Quandoquidem scinduntur etiam corda per præparationem ad prospera, & aduersa, & ad omnia virtutum opera.

Extinctio motus carnis. Concidens Samuel Agag in fruſtra. 1. *Reg.* 15. *g.* designat *ii* quum non solùm motus turpis carnis extinguitur, sed etiã naturalis quasi consopitur, vel quòd licet iungãtur cogitationes cogitationibus, vt carbones carbonibus,

a Hie. *Iob.* 16 Gre. 6. *mor. c* 12.

b *Hi. s. Ps.* 29. *Aug. s. ps.* 29. & *ser.* 156.

c Gr. 18. *Mo.* 21. *Hie. s. Iob.* 28.

d *Hie. Aba.* 3.

e *Hie. Isa.* 35.

f *Bed. Pro.* 21.

g *Ar.* & *Hila.* & *Aug. s.* Psa. 67.

h *Hi. s. Io.* 38.

i *Cyr.* 11. *s. Io.* 37. *Aug. s. Ps.* 77.

k *Hi. s. Isa.* 9.

l *Hie. Iob.* 27. Gre. 18. *mor.* 18.

m *Ori. s. Leu ho.* 1. *Phil. de sacri. Abel* & *Cain* & *de victimis.* Gr. 1. *mo.* 40. & 9. *mor.* 40. & 3. *past. admon.* 35. & *s. Ezech. ho.* 12. & 30. *mor.* 7. *Gr. s.* 1. *Reg.* 6. & *s. Ez. ho.* 17.

n *Hila. s. Ma. can.* 22.

o *Hie. s. Is.* 53.

p *Ori. s. Ezec. ho.* 4. *Hie. s. Isa.* 9.

q Gre. 8. *mor* 11.

r *Glo. ordi. s. Iob.* 28.

s *Ru. s. Re.* 27.

t *Chr. deleph.*

v *Am, s. Luc.* 23. & *ser.* 1.

x *Ba. s. Ps.* 59.

y *Hie. s. Mi.* 2.

z *Cyril.* 12. *s. Ioan.* 32.

aa *Ori. s. Can. ho.* 2. & *s. Ma. ho.* 35.

bb *Hi. s.* I. 51. & *epi. ad Hedibiam. q.* 8.

cc *Hi. s.* I. 38.

dd G. *s.* 1. *R.* 4.

ee *B. s. Ps.* 29. *Aug.* 18. *ciui. Dei.* 32.

ff *Hi. s. Mi.* 1.

gg *H. s. P.* 135

hh *Hi. s. Io.* 1. *Ber. ser.* 2. *in cap. ieiunij*

ii 1. *s. Re.* 15.

Digitized by Google

non tamen additur motus cogitationi, ne magnis ignis oriatur. Præcisus etiam vmbilicus, est *a* libido refrænata. *Ezech.* 16. *a*.

Scissio summitatis pallij Samuelis per Saulem facta. 1. *Reg.* 15. *f.* designauit *b* doctorem debere abiicere à se malè consulentes, laudésque respuere de sua exteriori conuersatione. Scinditur autem pars, & non totum: quia bonus in eo, quod malè suggerit, est repellendus, in aliis retinendus.

Conceptus laudis.

Scindens Ruben vestimenta sua, non inuento Ioseph. *Gen.* 37. *f.* typus est *c* populi synagogæ, qui per mortem Christi diuisus est: quum fideles ex eis separati sunt ab infidelibus. Idem designatum est ibidem cum Iacob scidit vestimenta sua. Idem etiam significatum est *Num.* 14. *a.* quum Caleb, & Iosue, sciderunt vestimenta suæ: per quod etiam indicarunt paucos ex eis esse credituros. Ita. 4. *Reg.* 2. *c.* quum Elisæus scidit vestimenta sua in duas partes. ET 4. *Regum.* 1. *a.* quum Rex Israel scidit vestimenta sua: typus fuit sacerdotum, & scribarum diuidentium synagogam ab ecclesia Ita & Athalia. 4. *Reg.* 11. *c.* 2. *Par.* 23. *c.* Sic etiam cum Iob scidit vestimenta sua. *Iob.* 1. *d.* ET Caiphas. *d Mat.* 26. *f.* ET tempus passionis Christi fuit tempus scindendi synagogam. *Ecclesiastice* 3. *a.* Et mons oliuarum scissus ex media sui parte, est *e* Iudaicus populus *Zach.* 14. Scissio etiam summitatis pallii Samuelis præter hoc, quod designauit regnum abscindendum à Saule, designauit etiam separationem Iudæorum ab ecclesia. 1. *Re.* 15. *f.* ET præcidens Dauid oram clamydis Saulis, designauit *f* regni gloriam à Iudæis auferendam. 1. *Reg.* 24. *b.* Diuisit etiam Deus Iudæos de terra, hoc est, ab ecclesia, idque à paucis eorum, quia pauci remanserunt in ecclesia credentes. ET hoc in vita eorum, hoc est, quum adhuc hic viuunt. *Psalm.* 16. diuisum dicebat se filius aduenæ à populo Dei: quasi non esset (secundum opinionem Iudæorum) admittendus gentilis ad ecclesiam. *Isaia.* 56. *d.* ET succisus saltus munitus, est vastatio Iudæorum. *Zachar.* 11. *a.* ET cædere lignum Hierusalem, *Ierem.* 6. *a.* ET succidere ficum. *Luc.* 13. *b.* Et diuisa maceria per Phares. *Gen.* 38. *e.* designat Iudæos separantes se ab ecclesia. Diuisum etiam regnum contra se. *Matth.* 12. *b. Marc.* 3. *c. Luc.* 11. *b.* est quum Pharisæi promissis legis repugnabant, non suscipientes Christum. ET præcidens virgam secundam. *Zach.* 11. *c.* Est separans Iudæos credentes à non credentibus. ET diuisi in Israel, Simeon, *&* *Leuit. Genesis.* 49. *b.* sunt Iudæi per orbem dispersi. Concidens autem Ezechiel tertiam partem capillorum gladio. *Ezechiel.* 5. *a.* destructionem designabat populi Iudæorum. Sic concidere quæ remanserint de Hierusalem gladio. *Ezechiel.* 23. *d. Mich.* 3. *a. Habacuc.* 2. *c. Iudic.* 19. *g. Mach.* 5. *a.*

Diuisio synagoge ante eius separatio ab ecclesia.

Amputatio dextræ auriculæ Malchi. *Matt.* 26. *e. Luc.* 22. *e. Ioan.* 18. *b.* designat *g* ablationem recti iudicij à Iudæis in lege intelligenda, qui nunc non audiunt eam, nisi sinistro auditu: vel est abscissio eius, quod in eis erat inobediens, vt deinceps obediant. Vel designatur *h* superfluè habere autem corporis, qui audire & examinare non nouerit: vt virtutem animæ examinantem amputatam habere videatur. Sic amputatur à malè credentibus, vt rectè deinceps credant. Aufert autem eam Petrus, qui habet claues.

Ablatio recti iudicij à Iudæis Ablatio inobedientia.

Diuidet spolia vespere Beniamin. *Gen.* 49. *d.* quum *i* Iudæi in fine mundi conuersi, diuident literam à spiritu: & cognoscent literam occidere, spiritum autem viuificare. ET quum perfectus, adueniente morte, incipiet præmia possidere. Diuidit autem nunc regiones Iudæorum, doctor ex gentibus, qui *k* omnibus eorum scripturis, spiritualiter intellectis vtitur. *Mich.* 1. *b.*

Diuidentes Iudæi literæ. à spiritu.

Præcidit Deus brachium Eli, & dominus patris eius 1. *Reg.* 2. *f.* quum tollit à sacerdotibus & pontificib. Iudæorum *l* facultatem sacrificandi. Et scissio veli templi. *Matth.* 27. *f.* designauit ablationem honoris *m* & gloriæ Iudæorum: & etiam custodiæ angeli protegentis.

Ablata facultas sacrificandi: Ablatio honoris Iudæorum.

Præcedit etiam Deus brachium Eli. 1. *Re.* 2. *f.* quum aufert *n* violentiam tyrannidis, & potestatem temporalem, vt fiat quod dicitur *Matth.* 22. *b.* Ligatis manibus ac pedibus mittere eum in tenebras exteriores. Sic præciderunt serui Dauid manus, & pedes eorum, qui occiderunt Isboset. 2. *Reg.* 4. *d.*

Separari legem à gratia noui testamẽti.

Diuidi infantem viuum. 3. *Reg.* 3. *d.* Est separari legem à gratia *o* noui testamenti: quod volebant Iudæi fieri, petentes seruari legem. ET exidens Sobna præpositus templi sepulchrum sibi in petra. *Isa.* 22. *e.* designat *p* sacerdotes veteris legis, qui voluerunt permanere in literali legis obseruatione, Scissura peior, quæ fit vestimenti veteris per commissuram noui. *Matth.* 1. *b.* Est, quum Pharisæi non admittunt doctrinam Christi sed permanent in infidelitate.

Diuisio oblationum. Discretio.

Diuisio spoliorum Beniamin, designare potest diuisionem oblationum, quam inter se sacerdotes faciebant.

Scindens Iob vestimenta sua: & etiam amici eius, *Iob.* 1. *d.* designant discretionem habendam ad separationem boni à malo, Ad idem pertinet diuisio diei ac noctis. *Gen.* 1. *b.* Et diuidere non rectè, est *q* indiscretè agere. *Gen.* 4. *a.* ET hæretici dicuntur non rectè diuidere, sicut Cain. Ad idem spectat diuidere membra animalium. *Gen.* 15 *c. Exod.* 29. *c. Leu.* 1. *b.* diuiserunt etiam non rectè Iudæi: quia non distinxerunt tempus aduentus Christi: quanquam prius non rectè offerrent.

Separatio fidelium ab infidelibus.

Diuidit Deus Sichimam. *Psalm.* 30. 107. quum *r* separat fideles ab infidelibus, vel nunc, vel in iudicio. Et diuisit lucem à tenebris. *Genes.* 3. *a.* quum *s* bonos angelos separauit à malis: & nunc iustos à peccatoribus. Abscissio etiam summitatis pallij Samuelis per Saulem facta, separationem hæreticorum ab Ecclesia designare potest. 1. *Reg.* 15. *f.* Idem designauit scissio pallii Achiæ in duodecim partes: quarum decem datæ sunt Ieroboam, quia contra decem præcepta peccant hæretici. 3. *Reg.* 13. *b.* 4. *Reg.* 17. *f.* ET diuidi in Iacob. *Gen.* 49. *a.* Est separari fideles ab infidelibus: aut virtutes à vitijs. ET dicuntur hæretici & mali diuisi, quia pars eorum posita est cum infidelibus. Idem designauit diuisio inter populum Dei, & Pharaonis. *Exod.* 8. f. 11. *c.* ET diuidere partem leprosam vestis. *Leui.* 13. *g.* Et scindens Iob vestimenta sua. *Iod.* 1. *d.* est Christus separans bonos à malis. ET diuidit torrens lapidem caliginis à populo peregrinante. *Iob.* 28. *a.* quum *t* diuina sententia separat malos à bonis.

Separatio virtutum à vitiis. Libido refrenata, Ablatio gentilis vitæ.

Præcisus vmbilicus. *Ezech.* 16. *a.* quantum ad allegoriam literalem, significat libidinem *u* refrænatam: & non præcisus erit non refrenata. ET quum dicitur, Hierusalem non esse præcisus vmbilicus, est, quòd non statim legem acceperit, nec ei pudenda natiuitatis exordia sint abscissa: sed gentilem prius vixerit vitam.

Distinctio testamentorum & spiritus & literæ & boni & mali.

Diuidere vngulam. *Deut.* 14. *a. Leui.* 11. *a.* Est *x* distinguere duo testamenta, vel distinguere literam à spiritu. Item discernere inter bonum & malum. Vnde & qui bene moraliter ac philosophicè viuunt, legem, autem Christi contemnunt: diuidunt quidem vngulam, sed non ruminant: diuidunt etiam vngulam, qui firmum gressum in virtutibus habent, æquilibrium iustitiæ seruantes: quæ hic sanctificat, & in sæculum futurum transmittit Iudæi ruminant quidem: sed non diuidunt vngulam. Hæretici verò diuidunt vngulam, sed non ruminant, *y* qui ingrediuntur in nomine Patris & Filij: accuratam autem eloquiorum declarationem subtiliter exprimere, & in tenues partes imminuere nequeunt: & iustitiæ opera paulò crassius, non autem accuratius & subtilius obeunt, si modò obeant.

Abscindi pecus de ouili. *Hab.* 3. dicitur, quum quis è minoribus peccando perit extra ecclesiam. ET dicitur bestia agri eos abscindere. *Hes,* 13. b. ET dicuntur diuisi *z* ab ira vultus Dei. *Psal.* 54. *Nah.* 2. *c.* ET excisi rami, sunt excisi à Christo, vel ab ecclesia, incidentes in incredulitatem. *Roman.* 11. *c.* ET excidi lignum. *Matth.* 3. *c.* 7. *c. Luc.* 1. *b.* Idem est succidere ficum. *Luc.* 13. *b.* ET abscindere derelicta, est perdere inutiles ab ecclesia: & etiam succidere sycomoros. *Is.* 9. *b,* 18. *d. Ier.* 4. *b. f. Deut.* 19. b. *Ecclesiastici* 10. *b.* Diuidi autem montem oliueti in *aa* duas partes. *Zach.* 14. *a.* Est separari Iudæos infideles à fide patrum: & pars ad orientem est credentium: pars ad occidentem vel aquilonem est non credentium.

Separatio malorum ab ecclesia.

Diuisit Abraham animalia. *Gen.* 15. *c.* designans *bb* terram, aquam & aerem, quæ per illa animalia designantur, variè diuidi & mutari: & etiam corpus & sensum, & verba. Aues verò non diuisit: quia mens ad imaginem Dei fixa manet. Per diuisionem etiam animalium terrestrium variæ curæ terrenorum, & carnalium designantur: quas prohibet Dominus, *Mat.* 10. *b.* ET *Paulus* 1. *Co.* 6. *c.* Diuisa etiã animalia ab Abrahã, & non aues, designant & inter pr ælatos, & inter plebes cõtingere diuisiones, quũ sunt carnales: nõ tamẽ inter spirituales per aues designatos. ET quod inter carnales sunt diuisiones in ecclesia, & cõtra se ponuntur, non autẽ inter spirituales. Diuidunt etiã luminaria diem ac noctem. *Gen.* 1. *b.* quum *cc* doctores separant spirituales à carnalibus. ET diuisi ab inuicem Abraham, & Lot. *Genes.* 13. *c.* Designant non simul habitare posse amatores spiritualium & corporalium. Exciduntur etiam ligna infructifera, quum mali tolluntur, vt mittantur in infernum. *Luc.* 3. *b.* & præcidendi ramusculi, sunt *dd* mali de ecclesia eijciendi. *Isa.* 18. *c.*

Diuisio terrenorum, & carnalium.

a *Hie. s. Eze.* 16.
b *G.* 1. *s. R.* 1. 5.
c *Amb. de Ioseph.* 3. *d. s. Lucam.* §.
d *Hie. s. Ma.* 26. *Ecclesiasten.* 3. *& s.*
e *Zach.* 14. *& ad Gerontiã. Bed. s. Ge.* 37.
f *Au. epi.* 69.
g *Hil. s. Mat. Can.* 32.
h *Amb. s. Lu.* 22. *& s. Psa.* 118. *ser.* 15.
i *Beda. s. Gen.* 49.
k *Ru. s. Mi.* 2.
l *Gr. s.* 1. *R.* 2.
m *Hi. s. Mat. Canone.* 33.
n *Gr. s.* 1. *R.* 2.
o *Hier. Ruffino de iudicio Salomonis, &*
p *s. Is.* 22.
q *Ori. ho. h. s. Ezech. Am. de incar. & de sacramentis.* 2. *Hie. s. Iob.* 2. *Gr.* 2. *mo.* 37.
r *Hil. s. Ps.* 19. *Cyp. cõ Nou.*
s *Ori. s. Gen. ho.* 7. *R.* 1. *s. Ge.* 15.
t *Gre.* 18. *mo.* 17.
u *Hi. s. Ez.* 16. *Ori. s. Ezeh.* 6.
x *Ori. s. Leui. ho.* 7. *Is. s. Leui.* 11. *Ge. vene. Cã.* 1. *to.* 7. *ca.* 32. *Tertul. de cibis Iudaicis. Clem. Ale.* 3. *peda.* 9.
y *Cyri. cõt. Iulia.* 9.
z *Au. s. Ps.* 54. *Hie. s. Is.* 28.
aa *Ru. su. Za.* 14.
bb *Amb.* 2. *de Abr.* 8. *Aug.* 16. *ciui. Dei.* 24. *& s. Ps.* 103. *& se. dominica in quinquag. &* 13. *confes.* 18. *Philo. de mig. Abrahæ.*
cc *Gr. ho.* 20.
dd *Hi. Is.* 18.

Digitized by Google

Discretio veri à falso. *Separatio temporaliũ à spiritualibus.* *Schismata.*

Diuidit argentum iustus *Iob.27.d.*quum *a* discernit vera à falsis dictis hæreticorum.

Diuidens Iacob populum & greges,ne omnes simul perirent.*Gen.* 32.*a.* designat *b* per prælatum ita esse separanda spiritualia à temporalibus:vt si temporalia pereant,spiritualia sint salua.

Scindere vestimenta sæpe,*c* schismata in ecclesia facere,vnde præcipitur sacerdotibus,ne vestimenta sua scindant.*Leui.*10.*b.*21.*c.*Ideo tunica non est scissa.*Ioan.*19.*e.*E scissuræ ciuitatis Dauid,sunt schismata in ecclesia.*Isa.* 22.*c.*Sic sunt scissuræ petrarum,in quibus habitant hæretici.*Abd.a.*Has scissuras reprehendit Paulus, 1, *Cor.*11. *d.*Eodem refertur diuisio linguarum,& nonulla alia.*Gen.*11.*b.*2.*Reg.*1.*a.*1.*Mach.*5.*b.*Act, 14.*c.* Et scindentes amici Iob vestimenta sua.*Iob.*2.*d.*Sunt *d* hæretici incarnationem Christi negantes, & alij, qui in eo gradu, in quo de ecclesia exeunt,diu stare non possunt,sed ad deteriora quotidie ruunt.& sentiendo peiora in multis se partibus scindunt. Et non solum hos,quos suæ perfidiæ adiungunt,multa diuisione dilaniant, sed etiam à semetipsis plerunque longius confusionis suæ alteratione diuiduntur.Diuidunt etiam hæretici vestimenta Christi, quum peruerse intelligunt prophetas.*Ps.*21.Et sacerdotes scindunt vestimenta sua,quum dispensationem Christi renuunt, aut blasphemant. Scindere etiam terram vomere,est seditionem in ecclesia mouere;aut asserere Christum non natum esse de Virgine.*Deut.*21.*a.* Et concisio dicuntur mali & scismatici scindentes ecclesiam. Secti etiam lapides sunt,schismatici & hæretici.*Exod.*10.*d.*Diuisum etiam dicitur cor hæreticorum.*Hos.*10.*a.* Non solum quia inter se diuersa sentiunt:sed etiam quia nec sibi ipsis constant. Et scissuræ petrarum interdum dici possunt *e* sectæ hæreticorum.*Abdi.a.*Desecant etiam prægnantes *Amos.*1.*d.*qui *f* diuisionem faciunt in ecclesia,& rudes animas,quæ nuper Christi concepere sermonem,abrumpunt & diuidunt.

Dissolutio rationum hæreticorum.

Diuisio maris & aquæ,& transiret populus.*Exod.*14.*e* *Ps.*135.*Isa.*63.*c.* Est *g* dissolutio rationum, quæ contra fidem fiunt,quibus impediebatur transitus simplicium. Et conciduntur scultilia, quum *h* destruuntur hæreticorum errores.*Mich.*1.*b.*Et succidere lucos,est destruere hæreses.*Deut.*7.*a.Ier.*46.*f. Zach.* 11.*a.* Et excidunt domini gentium flagella vineæ Sabama.*Isa.*16.*c.*quum apostoli & doctores *i* omnia hæresum auferunt fomenta, ne aliæ ex aliis oriantur.

Ablata superbia hæreticorum.

Amputata cornua altaris Bethel.*Amos.*3.*d.* Designant *k* ablatam superbiam hæreticorum. Et concidit dominus ceruices peccatorum,humiliando superbos.*Psalm.* 88. 128. Et concidit Deus aliquos, cùm *l* eos humiliat flagellando.*Iob.*6.*b.*Et succidit excelsos statura,quum humiliat superbos.*Isa.*10.*g.*29.*f.* Et quum vel à præsenti vita ad interitum,vel à conspectu æterni iudicis ad æternum incendium mali pertrahantur.*Iob.*12.*e.*

Discindi fœtas.*Hos.*14.*a.*Est malo semine hæreticorum prægnantes detegere, & corrigere, ne pessimos generent fœtus.

Destructio superbortm & hæreticorum.

Succidit Deus tres pastores in mense vno.*Zach.*11.*b.* quum *m* perdit omnes,qui in aliqua trium personarum erant.Et diuisio linguarum.*Gen.*11.*b.*Est dissipatio superborum, & hæreticorum. Et diuidit Deus linguas superborum.*Psalm.*54.quum *n* eorum concordiam prauam dissipat.Et succidere ligna campi, aut regionis,vel de saltibus.est *o* perdere gentiles.*Ezech.* 39.*c.* Idem est succidere lignum fructiferum de Moab. 4. *Reg.*3. *c.* Et succidere Pharaonem quasi cedrum.*Ezech.*31.*d.Dan.*4.*b.*Dicitur etiam Deus scindere fluuios terræ, quum destruit reges populo suo aduersos *Hab.*3.*b.*Præcidere autem cedros ad constructionem templi,3.*Reg.*5.*b.* est humiliare superbos vt apti sint constructioni Ecclesiæ.

Abscindi conturbatores optat Paulus. *Galat.*5. *c.* vel *q* vt sint anathema à misericordia Dei:vel etiam in carne ipsa optat abscindi,vt eis dolor cordis multiplicetur.

Tollere scandala.

Abscindere manum mulieris verenda alicuius viri apprehendentis.*Deut.* 25. *c.* est reprimere impudica opera, & tollere scandala.At quod referri potest abscissio manus aut pedis scãdalizandis:cùm *r* omnia,quæ occasionem peccati nobis præbent sint amputanda,Vnde & Iudæi negantes Christum indicantur abijciendi.*Matth.*18.*b.Mar.* 9. *b. Sed Ecclesiastici* 25. *d.* Iubetur quis abscindere à carnibus suis mulierem nequam: hoc est, tollere doctrinam peruersam: ne sit illi in scandalum. Designatur etiam *s* destractio synagogæ, quæ aprehendit verenda Christi.

Separari discipuliũ à magistro.

Diuidi infantem viuum,& occidi,falsa mater,quem non genuit,non metuit.3. *Reg.*3.*d.*quia *t* arrogantes magistri,& charitatis ignari, si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt,eorum vitam crudeliter insequuntur.Inuidiæ enim face succensi,nolunt aliis viuere,quos se conspiciant possidere non posse. Vnde illic peruersa mulier clamat:Nec meus sit nec istius.Vera autem mater satigit, vt eius filius saltem apud extraneum sit,& viuat:quia concedunt veraces magistri:vt ex eorum discipulis alij quidem magisterij, laudem habeant,si tamen integritatem vitæ iidem discipuli non amittant.

Ablatum imperium diaboli.

Abscissum caput,& manus Dagon.1.*Reg.*5.*a.*significare possunt *u* per aduentum Christi diabolum idololatriæ imperium amisisse:quando iam illi nusquam offeruntur sacrificia. Idem ferè significauit,quum Iudith abscidit caput Holophernis.*Iudith.*13.*b.*Et abscissio capitis Sibæ.2.*Reg.*20.*g.*Et scissio altaris Ieroboam,3. *Reg.*13.*a.*Et abscissio cornu Moab:est ablatio omnium vitiorum,& scientiæ erroris, & tentationum, quibus diabolus impugnat ecclesiam.Et succisæ suummitates manuum Adonibezec.*Iudith.*1. *a.* Et succisi sunt,qui vigilabant super iniquitatem.*Isa.*29.*f.*quum *x* princeps huius mundi iectus,est foras.

Ignis comburens malos & lucens bonis. *Tollere ardorem peccati.*

Intercidere dicitur vox Domini,aut dominus flammam ignis.*Psalm:*18.quia *y* facit,vt ignis malos comburat, essque minimè luceat:è diuerso,vt absque læsione luceat bonis.

Aut quum in baptismo tollit Dominus ardorem peccati, & dat ignem Spiritus sancti:vt etiam Ioannes Baptista prædicans pœnitentiam,terrore ignis inferni intercidebat ardorem peccati: vel quotidie in vnoquoque nostrum flammam libidinis per confessionem & gratiam sancti Spiritus intercedit,id est, per orationem sacerdotis cessare facit,sicut legimus per Aaron Deum fecisse in deserto.

Vincere dæmonem. *Conuertere peccatores.*

Concidunt Leuiatham.*Iob.*40.*b.*quum Sancti *z* calcant dæmonem,eius vincentes tentationes. Idem est succidere Pharaonem quasi cedrum.*Ezech.*31.*d.Dan.*4.*b.*Et quum prædicatores conuertunt peccatores, qui sunt diaboli membra.

Fides & ratio cum virtutibus.

Diuidere animalia.*Gen.*15.*c.*& secare Arietem in fruſtra.*Exod.*29.*e.*potest significare fidem apertam,& distinctam,ne fallacibus opinionibus opprimatur:& per omnem virtutem spaciari in oratione. Diuisit autem non rectè Cain.*Gen.*4.*b.*quia in eius oratione non fuit iustitia.Est etiam habere conuersationem, *aa* secundum omnes partes à Christo approbatam.*Leu.*1.*b.Eph.*4.Diuisit etiam non rectè,quia *bb* non obtulit meliora,quæ Deo debebantur.

Diuisio potentiarũ animæ. *Animã mundare à corporeis.* *Mortificare vitia.*

Diuisit etiam animalia siue Deus siue Abraham in duas partes;vt designetur in vacca quidem animam diuisam in brutam partem & rationalem:in ariete verò hoc est oratione,diuisionem eius in verum,& falsum:in capra autem,hoc est sensu,partitionem eius in imaginationem certam & incertam.Et ponuntur cõtra se partes, quia sũt hæc inuicem opposita.Diuidere autem holocaustum detracta pelle,est *cc* absque nugis corporis, & vitijs, & sibi vendicant inanes,& falsæ opiniones,& carnalibus cupiditatibus, luci animam consecrare. *Leui.* 1. *b.* Est demum omnia vitia mortificare: vt fiat illud Apostoli, *Col.* 3. *a.* Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.

Laudare Deum pro singulis.

Concidere carnis membratim arietis vel vituli, *Leui. b.* interdum est laudare Deum; & pro singulis creaturis gratias agere.

Compassio proximi.

Diuidere præcium bouis viui,& cadauer mortui cum proximo.*Exodi.*21.*d.* est *dd* compati imfirmitatibus proximi.

Pugna animæ aduersus cupiditates. *Resecare vitia proximi.*

Diuidi dicuntur tres in duos,& duo supes tres. *Luc.* 12.*g.* hoc *ee* est origo carnis & origo animæ, & libertas potestatis in duos diuidentur, animam videlicet, & corpus hominis noui, quæ vnum atque idem velle cœperunt, diuisique tres duobus subiacebunt in dominatum eorum de spiritus nouitate potioribus. Vel est anima prius consentiens carni & cupiditatibus: posteà verò conuersa pugnat aduersus rebelles cupiditates.

Succidimus ligna cum proximo. *Deut.* 19.*b.*quando *ff* delinquentium vitia pia intentione resecamus. Et ligna cædere:est prauè agentes increpare.4.*Reg.*6.*a.*

Impotentia

Abscissum habens veretrum.*Deut.*13. *a.* figura esse potest eorum, *gg* qui impotentes sunt ad generandum do-

a *Gr.*18,*m.*9.
b *Ly.s.Ge.*32.

c *Cypr. cont. Nouatia.* *Hie.s.Isa.* 22. & *s.Hos.* 18. *Ori. s. Leuit. ho.*12.
d *Isa.s.Le.*16. *Gr.*3. *mo.*18.

e *Hie.s.Abdi.* & *s. Amos.*1.
f *Greg. past. adm.*25.
g *Hi.Ps.*135. & *s. Isa.*16.
h *Hie.Mic.*1.
i *Hil.Isa.*1.
k *Hi.s. Amos* 3.& *s.Is.* 10.
l *Gre.*7. *mor.* 8.& 17.*mor.* 7. & 2. *past.* 10. *Hi.s.* Hos.14.
m *Hie.s.Zac,* 11.
n *Aug.ps.*54.
o *Hier. Exec.* 39.
p *Hie.Aba.*3.
q *Am.s.* G. 5.

r *Orig. Mat. ho.*5. *Hil.s. Matth. cant.*18.
s *Ru.*1.*s.*De. 38.
t *Gregor.* 21. *mor.*8.

u *Gr.s.*1.R.5.

x *Hi.s.Is.*29.
y *Ba.s.ps.*28. *ho.*1. *Arn.s.ps.* 28. *Basi.s. ps.* 28. *ho.*12. *Hie.s.ps.*28.
z *Hie.su. Iob.* 40. *Greg.*32.*mor.* 22.
aa *Ambr.l. de Cain.*6.
bb *Isy.Leui.*1.

cc *Cyri. cont. Iul.*10. *Philo. quis rerũ diuina heres.*
dd *Cle. Alex.* 5.*stroma. Rup.*1.*su. Leuit.*5.
ee *Glo. inter. s.Exo.*21. *Hier.s.Ma-Cant,*10. *Ambr.s. Luc.* 12.
gg *Gr.*10.*mo* 5.

Digitized by Google

ctrinæ verbo. Et abscissis testiculis est, qui sponte omnem virtutem virilitatem amisit. *Leui.* 22. *d.*

Scissæ petræ in passione Christi. *Matth.* 27. *f.* designant, *a* vbi verbi, pectorum dura penetranda latibula. Et etiam dura corda Gentilium fidem admittentia.

Scissi panni putridi, quibus adiutus est Ieremias ad exeundum de lacu. *Ierem.* 38. *d.* designare possunt *b* antiquorum patrum exempla, quibus adiuuamur ad exeundum de lacu miseriæ peccatorum.

Non secare autem *Gen.* 15. *c. Leui.* 1. *d.* vnitatem *c* vitæ contemplatiuæ designat, quæ non distrahitur in temporalia, nec separatur à veritate, nec habet corpus aduersans spiritui: sed tota eius conuersatio est cælestis. 1. *Thessa.* 5. Est etiam *d* non ignorare virtutes & dona Dei: vt inde gratias agat Deo.

Succidit Deus aliquem, cùm adhuc ordiretur. *Isa.* 38. *c.* quum tollit eum è vita, cum nondum operaretur: sed solum se ad operandum præpararet.

Diuiditur præda æqualiter inter pugnantes, & non pugnantes, ita tamen vt maior sit portio pugnantium. *Nu.* 31. *d.* quia *e* gloria datur quidem omnibus bonis, sed sublimior gradus doctoribus, ac fidei defensoribus cõfertur. Sic diuiditur terra promissionis populo secundò numerato, pluribus plura dando. *Num.* 26. quia diuersi sunt gradus gloriæ dati secundo populo, hoc est, prædestinatis in ecclesia: de quibus ait Christus: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Hanc autem diuisionem non Moses, sed Iosue fecit: hoc est, non lex, sed Christus. *Ios.* 13. 19. *Psa.* 77. *Neem.* 9. *d. Ezech.* 48. *d.* Est etiam diuisio terræ in ecclesia militante secundum diuersos gradus: & diuiditur etiam aduenis, hoc est *f* venientibus ad fidem ex gentilitate. *Eze.* 45. *a.* 47. *d.*

Diuisum sanctuarium, & sanctuarium sanctuarij per velum. *Exod.* 26. *d.* designat *g* ecclesiam militantem diuidi à triumphante per cælum, aut per fidem, aut per mortale corpus.

Diuidit spiritus domini sortem prophetiis in mensura. *Isa.* 34. *d.* quum *h* secundùm ordinem facit eas suis impleri temporibus.

Diuidens Saul, aut constituens populum in tres partes aduersus hostes. 1. *Reg.* 11. *c.* designat prædicatorem *i* proponentem exempla ieiunij ex lege, prophetis, & euangelio: ex lege Moseu. *Exod.* 34. *d.* Ex prophetis Eliam. 3. *Reg.* 19. *a.* Ex euangelio Christum, *Matth.* 4. *a.*

Diuidi fluuium paradisi in quatuor capita. *Gen.* 2. *b.* est *k* sapientiam in quatuor virtutes cardinales distributam esse.

Diuidere minutatim similam in sartagine. *Leuit.* 2. *b.* est *l* distinctè contemplari singulos passionis Christi actus.

Scissiones quibus Deus percutit domum minorem. *Amo.* 6. *d.* Designare possunt *m* tribulationes ecclesiæ militantis: aut castigationes laicorum in ecclesia. *Zach.* 11. *b.* Designarunt etiam captiuitatem ad tempus tribus Iuda, quæ fuit restituta: quia quod scissum est, reparari potest.

Concidisse dicitur diabolus Iob vulnere super vulnus. *Iob.* 16. *c.* quum *n* peccato peccatum addere procurat, vt culpa vehementius exaggeretur.

Incidentes se vel carnes suas. *Leui.* 19. *f.* 21. *a. Deut.* 14. *a.* 3. *Reg.* 18. *e. Ier.* 16. *b.* sunt, *o* qui delectationes, etiam corrumpendo corpus, quærunt: idque ad nocendum animæ.

Concidunt principes carnes, & ossa populi Dei, sicut in lebete. *Mich.* 3. *a.* quum *p* eorum bona consumunt.

Diuiditur æstus super terram. *Iob.* 18. *c.* quum *q* non datur totum pondus tribulationis, sed in mensura, vt ferri possit. Et interdicit vox Domini flammam ignis. *Psal.* 18. quum Christus præcidit persecutorũ furorem, ascisens credentes ad charitatem suam, incredulos autem relinquens.

Succiduntur mali de manè vsque ad vesperam. *Iob.* 4. *d.* dum *r* à vitæ suæ exordio, vsque ad terminum, iniquitatis perpetratione vulnerantur. Omni namque tempore reprobi per augmentum malitiæ contra se ictus ingeminant, quibus succisi in profundum ruant. Sic diuidit Deus impij dolores, furoris sui. *Iob.* 21. *b.* cum seruans impio dolores æternos, etiam eius menti temporalem dolorem infert.

Scindere vestimenta, interdum *s* est dissoluere charitatem, cæteráque virtutes, quas non debent diuidere sacerdotes, sicut diuisit Caiphas. *Matth.* 26. *f.* Sed tunica Christi, quæ est charitas, semper manet indiuisa. *e. Ioan.* 19. *d.*

Diuidunt Ariani infantem viuum. 3. *Reg.* 3. *d.* qui *t* diuisionem ponunt inter patrem & filium, quod vera, & pia mater fieri minimè consentit.

Diuiditur æqua mensura sacrificiorum filijs Aaron. *Leui.* 7. *b.* quia *u* Deus æquè acceptat bonum animi affectum pauperis, ac diuitis, simplicis ac sapientis.

Pontifex, hoc est, verbum Dei non scindit vestimenta: quia *x* continet omnes partes mundi, & constringit, non sinens eas dissolui dilabsque.

Incidi faciens Holophernes aquæ ductum Bethuliæ. *Iud.* 7. *b.* designat diabolum procurantem auferri à nobis lectionem sacræ scripturæ, vt siti verbi Dei pereamus.

Concidere aratra in gladios. *Ioel.* 3. *b.* est malorum contra bonos: & etiam ligones in lanceas: quum bonis abutuntur conuertentes ea in instrumenta noxia aduersus bonos. E diuerso conciduntur gladij in vomeres, & lanceæ in falces: vt *y* fiant fructus bonorum operum ex his quæ prius erant noxia. *Mich.* 4. *b.* Concidunt etiam boni aratra in gladios, quando *z* labores huius sæculi, & vsum huius mundi postponunt euangelio Christi, & verbo Dei, *Ioel.* 3. *c.*

Diuidens pater substantiam duobus filiis. *Luc.* 15. *c.* designat *aa* Deum dantem liberum arbitrium singulis: vt non necessitate, sed voluntate operentur.

Præcidere vngues & capillos mulieris captiuæ: est *bb* tollere errores à doctrina Philosophorum. *Deut.* 21. *c.* et non suscidere ligna fructifera ciuitatis captæ. *Deut.* 20. *d.* est non destruere in doctrina Philosophorum ea, quæ cum veritate catholica concordant.

Succidit cedros hæreticus. *Isaie.* 44. *b.* quum è sacra scriptura elicit suas hæreses. Sic præcidit ramos Abimelech. *Iud.* 9. *f.* et præcidens artifex lignum de saltu *Ierem.* 10. *a.* est *cc* hæreticus colligens materiam errorum ex libris, & eloquentia Philosophorum, & Rhetorum. Vel quum indignus assumitur ad dignitatem ecclesiasticam.

Præcidens Dauid oram chlamydis Saulis. 1. *Reg.* 24. *b.* designare potest *dd* subditum contra prælatum suum leuiter murmurantem.

Scissuræ petrarum significare possunt interdum sensus corporis, *vt Abd. a.* habitans in scissuris petrarum, est *ee* vacans sensibus corporis. Vel designant diuisionem Israel à Iuda & Dauid, & etiam à Christo.

Scissa Niniue & dilacerata. *Nah.* 2. *c.* est anima vitiis dissipata. Et scindens Caiphas vestimenta sua. *Matth.* 26. *f.* demonstrationem *ff* nuditatis animæ designat.

Diuisisse dicitur Hierusalem pedes suos omni transeunti, vel diuaricasse crura. *Ezech.* 16. *b.* designans eos, qui *gg* omnia admittunt vitia, & omnia idololatriæ genera. Et diuisi dicuntur agri nostri Assyriis. *Mich.* 2. *b.* quum diuersa vitia premunt mentes nostras.

Diuiserunt gentes terram Dei. *Ioel.* 3. *a.* quum *hh* varios in mundo gentiles introduxerunt Deos, & errores.

Diuidit murus inter sanctuarium, & vulgi locum in templo. *Ezech.* 43. *d.* quia non omnes admittendi sunt ad mysteria: ne sanctum detur canibus.

Diuidere dicitur inter fratres infernus, aut mors. *Hos.* 13. *d.* cum *ii* alius assumitur ad gloriam, alius ad pœnam. Et cùm cæcitas ex parte contingit in Israel.

Excidunt ianuas Sion, qui tollunt sacramenta ab ecclesia. *Psal.* 73.

Secare spicas vsque ad solum. *Leui.* 23. *d.* est *kk* frustra conari adipisci ea, quæ superant scientiam nostram.

Cæsores lignorum Gabaonitæ, sunt *ll* homines infimi meriti in ecclesia *Ioe.* 9. *d.* de his etiam *Deu.* 26. *b.*

Abscidens

a *Amb. s. Lu.* 25.
b *Glo. inter. s. Ier.* 38.
c *Ly. s. Ge.* 15.
d *Ru.* 1. *s. Le.* 5 *Ricar. de s. vict. de exte. mali.* 29.
e *Orig. s. Nu. ho.* 21. 25. & *s. Ios. ho.* 16.
f *Hie. s. Eze.* 45. 47.
g *Bed s. Exo.* 26.
h *Hie. s. Is.* 34.
i *Gre. s.* 1. *Re.* 11.
k *Am. de Para.* 3.
l *Isy. s. Le.* 2.
m *Hi. s. Amos* 6. *Au. s. Ps.* 128.
n *Gre.* 13. *mo.* 10.
o *Isy. s. Le.* 19.
p *Hie. s. Mie.* 3.
q *Hie. s. Iob.* 38. & *s. ps.* 28
r *Gre.* 5. *mor.* 28. & 15. *mo.* 22.
s *Cypr. cont. Nouat, Geo. Ven. Ca.* 2. *to.* 3. *ca.* 6.
t *Au. se.* 200.
u *Gl. inter su. Leu.* 7.
x *Phil. de Profugis.*
y *Hi. s. Mic.* 4.
z *Ru. s. Ioe.* 3.
aa *Hie. epi. ad Damasum.*
bb *Hi ad Magnum.*
cc *Ly. s. Ie.* 10
dd *Gr.* 3. *post. adm.*
ee *Hie. s. Abd*
ff *Or. s. Mat. ho.* 35.
gg *Hie. s. Ez.* 16. & *s. Mic.* 2.
hh *Hi. s. Io.* 3.
ii *Hi. s. Hose.* 13.
kk *Isy. s. L.* 13.
ll *Ori. s. Ios. ho.* 12.

ad docendum vel operandum.
Aperta pectora.
Exempla antiquorum patrum.
Vnitas vitæ contemplatiuæ:
Diuersi gradus gloriæ.
Diuisio ecclesiæ militantis & triũphantis.
Impletio prophetiarum.
Præiudicatio ieiunij.
Diuisio sapiẽtiæ.
Contemplatio passionis Christi.
Tribulationes ecclesiæ.
Captiuitas tribus Iudæ.
Addi peccatum peccato.
Quærere noxias voluptates.
Moderatio tribulationis.
Multiplicatio peccati & pœna in malos.
Dissoluere charitatem, & virtutes.
Diuisio inter patrem & filium.
Ablatio lectionum sacrarum.
Abuti bonis in malum.
Postponere mũdana euangelio.
Dare liberũ arbitrium.
Destruere errores hæreticorum.
Abuti sacris scripturis.
Murmurare cõtra prælatũ.
Sensus corporis.
Diuisio Israël.
Anima vitijs dissipata.
Admittere omnia vitia.
Separatio vulgi à mysteriis.

Digitized by Google

Derelictio populi gentilis.

Abſcidens Zacharias virgam, quæ dicebatur decor. *Zach.* 11. *c.* ſignificat *a* gentilem populum à Deo propter idololatriam derelictum.

Præciſum lignum, quod habet ſpem reuireſcendi. *Iob.* 14. *a.* eſt *b* iuſtus pro veritate occiſus.

Diuiſit Deus lucem à tenebris *Gen.* 1. *a.* quia fecit lucem, & ordinauit tenebras, quas non fecit. Diuiditur etiam lux à tenebris, cum *c* nouum teſtamentum ſeparatur à veteri: aut anima ſecernitur à corpore cum ſuis vitiis: vel diuiſit inter peccatores recedentes à veritate, & iuſtos manentes in eadem luce.

Præparatio nouæ legis.

Diuidunt peccata inter nos & Deum. *Iſa.* 59. *a.* quia ipſis ſeparamur à Deo, velut quodam pariete medio.

Præcidens Moſes ſecundas tabulas lapideas ad ſcribendam legem. *Exo.* 34. *a.* præparationem *d* nouæ legis indicat, quæ in veteri eſt figurata.

Diuidēs ſcriptura inter angelos & homines.

Diuidit firmamentum aquas ab aquis, hoc eſt *e* ſacra ſcriptura inter angelos & homines, vt angeli ſint ſupra hoc firmamentum, quia non indigent ſcriptura ſemper Deum videntes: & homines, qui ſcripturæ intelligentia indigent. Et homo interior diuidit inter ſpiritualia, & carnalia, quaſi inter aquam, & aquam. Et eccleſia diuidit inter duas leges: vel inter ſanam doctrinam, & hæreſim, quæ eſt aqua ſub firmamento: quia iudicio eccleſiæ ſubiicitur. Et ſenſus prudentiæ diſcernit inter actualem, & theoricam, habens actualem ſub ſe, theoricam verò ſupra.

Homo interior inter ſpiritualia & carnalia.

Diuiſiſſe non rectè dicuntur Iudæi, licet rectè offerrent. *Gen.* 4. *b.* quia etſi Iudæi multa rectè fecerunt: in eo tamen infidelitatis rei ſunt, quia Chriſto veniente, tempus noui teſtamenti à tempore veteris non diſtinxerunt. Succiditur arbor, quando conſtantiæ virtus tentationibus paulatim attenuatur, tandémque funditus tollitur. *Dan.* 4. *b.* Succiſa autem arbore, rami etiam prædicuntur: quia *f* virtute animi deficiente, bona opera paulatim ſubtrahuntur.

Præciſio pedalis Babylonis. *Ierem.* 51. *b.* Hebraicè dicitur, menſura auaritiæ tuæ, vel oppreſſionis, aut violentiæ tuæ.

a *Hi.ſ.Iſa.* 54

b *Gr.*12.*m.* 5.

c *Au.de gen. imp.c.h.Beda Gen.*1.

d *Lyra.ſ.Ex.* 34.

e *Beda.ſ. Ge.* 4.

f *Ric.ar.de ſ. Vict. de ſecuri conſcientia.* 21.12.

Abſcondere, Abdere, Abſtruere, Calare, Occultare, Occultum, Latere, Latibulum.

ABSCONDERE, cùm ſit aliquid ab oculorum aſpectu, aut quomodocunque à notitia cuiuſpiam amouere, ſeu ſubtrahere: ſecundum id quod abſconditur, cum ſuis cognatis verbis in allegoriam admittetur. Id verò, quod occultatum eſt, latere dicitur. Abſcondere autem interdum eſt infodere. *Exod.* 2. *b.* Moſes abſcondit Ægyptium in ſabulo. Protegere. *Iob.* 5. *d.* A flagello linguæ abſconderis. Reponere. *Geneſ.* 31. *e.* Abſcondit Rachel idola. Recedere *Iob.* 29. *b.* Videbant iuuenes, & abſcondebantur. Reprobare. *Iob.* 13. *c.* A facie tua non abſcondar. Latere autem interdum eſt ignorari. *Exod.* 22.. *b.* Si latet fur. Et non latere, eſt ſciri. *Gen.* 25. *b.* Quod illum minimè latuit.

Subtrahens Deus auxilium, & ſui notitiam, & beneuolentia actus.

Abſcondere dicitur Deus faciem ſuam, quum *g* ſubtrahit auxilium, ac etiam quum non præbet ſui notitiam: nec actus exhibet beneuolentiæ ſuæ indices erga eos, quibus abſcondi dicitur. Sic non cælauit ſecreta ſua Abrahæ. *Gen.* 18. *c.* Sed abſcondit faciem ſuam à malis. *Deu.* 32. *d. Iob.* 13. *d. Pſ.* 54. *Iſa.* 8. *c.* 54. *c.* 57. *d.* 64. *c. Ezech.* 39. *f. Mich.* 3. *b.* Quaſi autem ſignificatur cauſa abſconſionis, *h* cùm dicitur *Iſa.* 59. *a.* quòd peccata noſtra abſconderint faciem eius. Idem poteſt ſignificare, quum Chriſtus dicitur ſe abſcondiſſe. *Ioan.* 8. *g.* 12. *f.* Vbi & diuinitas latens in carne ſignificatur. Quæ etiam in theſauro abſcondito in agro intelligitur. *Matth.* 13. *f.* Dicitur autem abſconditus, vel quia ante incarnationem latebat, vel quia incarnatus latebat in carne *Iſa.* 45. *c. Ierc.* 36. *f.* Et abſconditus vultus Chriſti dicitur in paſſione: quia tunc maximè latebat eius diuinitas. *Iſa.* 53. *a.* Et idem eſt *i* verbum abſconditum. *Iob.* 4. *c.* Et abſconditus in pharetra, eſt *k* verbum in carne. *Iſa.* 49. *a.* Et abſcondita erat fortitudo Dei in cornibus: quum *l* Chriſti virtus latebat in cruce. *Haba.* 3. *a.* hoc eſt os, *m* quod fecit Deus in occulto. *Pſal.* 138. Et abſconditus Elias in torrente Charib. 3. *Reg.* 17. *a.* figura eſt diuinitatis Chriſti latentis in humanitate, aut in paſſione. Sic abſconditus Dauid in agro. 1. *Reg.* 20. *d.* Et in colle Achille. 1. *Reg.* 26. *a.* Et apud Ziphæos, aut etiam in campeſtrib. 2. *Reg.* 15. *f.* deſignat Chriſtum, cuius diuinitas latebat in carne apud Iudæos, & in vtero Virginis, & in Sanctis. *Pſal.* 53. *in tit.* Idem & latens Dauid *n* in ſpelunca. 1. *Reg.* 24. *a.* Et abſconditum tabernaculum Dei. *o Pſ.* 26. Eſt ipſe Chriſtus, vbi proteguntur boni.

Chriſtus conteptus apud Iudæos.

Abſconditus Dauid apud Ziphæos. 1. *Reg.* 23. *c. Pſal.* 53. *in tit.* deſignat Chriſtum contemptum apud Iudæos, & etiam omnes bonos latentes inter mundanos. Et ipſe Chriſtus eſt fermentum, *p* quod abſcondit mulier, hoc eſt, ſynagoga inuidendo. *Matth.* 13. *c.* Idem deſignat abſconditus Elias *q* in torrente Charib. 3. *Reg.* 17. *a.* vbi etiam deſignatur deſertio Iudæorum.

Deſertio Iudæorum.

Fuga Chriſti in Ægyptum.

Abſconſio Moſis tribus menſibus. *r Exod.* 2. *a.* typus fuit fugæ Chriſti in Ægyptum, vbi latuit, vel eſt in homine interiori in fide Trinitatis occultatus Chriſtianus.

Primus aduētus Chriſti.

Occulta filij. *Pſ.* 9. *in tit*, deſignant ea, ſ quæ pertinent ad primum aduentum Chriſti, in quo diuinitas eius latebat. Vel deſignant occulta iudicia, quæ in hac vita fiunt: quorum latet ratio: vt de pœnis bonorum, & de proſperitate malorum. Vel certe ſignificant ſapientiam in Chriſto.

Iudicia Dei.

Abſcondere dicitur Deus ab aliquibus mandata ſua, quum *t* non dat eis ſui cognitionem, ex qua cognoſcant, quantum debeant diligere Deum ciuſque ſeruare mandata. Sic orabat Dauid Deum. *Pſal.* 118. Ne abſcondas à me mandata tua. Ita intelligi poteſt cælans Deus ſermonem à Propheta. 4. *Reg.* 4. *d. Iob.* 10. *e.* Et abſcondit Deus lucem in manibus. *Iob.* 36. *d.* quum *u* apud ſupernum, & rectum iudicem iniqui quique in ſuis operibus excæcantur. Et latibulum Dei dicitur nubes aut tenebræ. *Iob.* 22. *b. Pſal.* 17. quia *x* Deus abſcondit myſteria à reprobis & ſuperbis: vel qui latet in fide credentium.

Sapientia Chriſti.

Cæcitas iniquorū & ſuperborum.

Abſcondit Deus dulcedinem timentibus ſe. *Pſ.* 30. quia *y* in hoc ſeculo non percipitur, ſed gloria ſperatur, & latet in futuro: cum hic ſolum appareat amaritudo. Sic ait *Hoſ.* 13. *d.* Conſolationem abſconditam ab oculis ſuis: quia non inuenitur in hac vita ſyncera conſolatio. Sic abſcondit ſe ſponſus, quum quæritur: vt inuentus ardentiùs quæratur, & differtur quærens ſponſa: vt tarditate ſua capacior reddita, multiplicius quandoque inueniat quod quærebat.

Futura gloria.

Abſcondit Deus in tabernaculo ſuo. *Pſal* 16. quum *z* protegit & ſeruat fideles ſuos intra eccleſiam. Et abſcondi dicuntur Sancti in morte, donec pertranſeat ira Dei: vt poſtmodum reſurgentes in iudicio fœlices appareant. Et abſconduntur in foſſa humo, hoc eſt, in carne, & paſſione Chriſti. *Iſa.* 2. *b.* 26. *d.* Et in eo dicitur abſcondita eſſe vita noſtra. *Coloſ.* 3. *a.* 1. *Pet.* 3. *a.* Et in eo abſcondimur à vento tribulationum. *Iſa.* 32. *a.* Et in ſpeluncis, hoc eſt, in vulneribus Chriſti. *Apoc.* 6. *d.*

Protectio diuina.

Dicitur etiam Deus abſcondere bonos in abſcondito faciei ſuæ. *Pſal.* 30. cùm *aa* illuminatio vultus eius tegit eos in abditis iuſtitiæ ſuæ, ne ab humana malitia conturbentur. Vel quia ſicut Chriſtus hic latuit per humanitatem: ita facit ſanctos ſuos latere, ne elati conturbationem hominum patiantur, & pereant.

Latere faciēs Sanctos in humilitate.

Aſcondita Dei, de quibus adimpletus dicitur venter Iudæorum. *Pſal.* 16. deſignare poſſunt myſteria paſſionis, *bb* & ſanguinis Chriſti: quæ nolentes intelligere Iudæi faſtidierunt & ſanguinem eius crudeliter exhauſerunt. De his occultis *cc* traditur ſapientia. *Iob.* 28. *b.* Et abſcondita filij dici poſſunt *dd* diuinitas Chriſti, & eius paſſio, & myſteria fidei. *In tit. Pſ.* 9. 45. Et abſcondita, quæ producit Deus in lucem ſunt myſteria ſacræ ſcripturæ. *Iob.* 18. *b.* Hæc myſteria bonis non occultantur. *Tob.* 12. *c.* vbi & occultè loquutus eſt eis angelus, qui etiam dixit eis, ſecreta hominum occultari debere: non tamen Dei: Deus tamen myſteria ſua, & mandata abſcondit indignis. Ideo orabat Dauid. *Pſ.* 118. ne abſconderet ab eo mandata ſua. *De his Pſ.* 50. *Prou.* 25. *a. Sap.* 6. *d. Ier.* 58. *d. Mat.* 11. *d.* 13. *e. Mar.* 4. *c. Luc.* 8. *c.* 10. *d.* 12. *a.* 18. *f. Eph.* 3. *b. Col.* 1. *d. Eccleſ.* 27. *c.* 42. *a.* Et in abſcondito audire: eſt *ee* myſteria percipere, & legem ſpiritaliter intelligere. *Ier.* 13. *c.* Gloria Dei dicitur cælare verbum: quia Chriſtus in carne occultabat diuinitatem, & loquebatur in parabolis. *Prou.* 25. *a.*

Myſteria fidei.

Inſpiratio occulta.

Abſconditum verbum. *Iob.* 4. *b.* dici poteſt *ff* occulta inſpiratio Spiritus ſancti Et abſconditè aſcendens Ieſus Hieroſolymam ad diem feſtum. *Ioan.* 7. *b.* deſignat *gg* aduentum ſuum in animam per occultam inſpirationē: cum

a *Hi.ſ.Iſa.* 54

b *Gr.*12.*m.* 5.

c *Au.de gen. imp.c.h.Beda Gen.*1.

d *Lyra.ſ.Ex.* 34.

e *Beda.ſ. Ge.* 4.

f *Ric.ar.de ſ. Vict. de ſecuri conſcientia.* 21.12.

aa *Hi.ſ.pſ.*30. *Arn.ſ.pſ.* 30.

bb *Ar.ſ.pſ.*16.

cc *Grego.* 18. *Mor.* 23. & 26. *mor.* 9. *Hiero.ſ.Iob.* 28.

dd *Hier.pſ.*9. *Beda prou.*25

ee *Hic ibi.*13.

ff *Gregor.* 5. *mor.* 20.

gg *Aug.ſ. Ioā tract.*28.

Digitized by Google

qua agit diem festum. Vel ideo occultè ascendit quia ipse in figura ipsius festi latebat.

Non in abscondito dicitur loquutus esse Dominus, *Isa.* 45. *d.* tum *a* quia dedit legem cum fulgoribus, & tonitruis: tum quia Christus palàm loquutus est mundo: tum etiam, quia non abscondetur, cùm in iudicio manifestè veniet. *Manifestatio Domini.*

Abscondita dicitur sapientia ab oculis viuentium. *Iob.* 28. *d.* cùm mysteria sacræ scripturæ non sunt passim expositа carnalibus. Et hanc sapientiam (ait Paulus) absconditam in mysterio. 1. *Cor.* 2. *b.* Et intellectus dicitur absconditus à prudentibus populi Iudæorum. *Isa.* 29. *c.* quia *b* excæcati sunt à malitia sua. Absconditum etiam fermentum: dici potest doctrina scripturarum, aut eius latens intelligentia. *Matth.* 13. *d.* Abscondita Esau, sunt *c* mysteria legis. *Abdi. b.* *Mysteria sacra scriptura.*

Abscondens mulier fermentum in farinâ. *Luc.* 13. *e.* designat *d* ecclesiam, quæ doctrinam Pharisæorum, & Sadducæorum, hoc est, literam legis duriorem, spiritali interpretatione molliuit: & velut mola quadam suæ disputationis infringens, protulit velut de folliculis literarum, mysteriorum intenta secreta. Vel est ecclesia abscondens Christum in farina, hoc est, in cordibus fidelium. Vel est sapientia *e* abscondens dilectionem Dei in corde, anima & viribus. Et absconditus ignis in valle. 2. *Mach.* 1. *e.* Est scientia charitatis in humilibus latens. Et quia absconditus tempore captiuitatis, designat gratiam ablatam ab eo, qui fit seruus peccati. *Mollire literam legis.* *Christus in cordibus fidelium.* *Charitas in corde.*

Abscondunt sapientes scientiam, cùm *f* eam acquirunt, & secundum eam viuunt. *Prou.* 2. *a.* 10. *d.* Et in iis absconditis dicuntur iusti consiliarij. *Eccl.* 19. *b.* quia in omnibus agendis consulunt sapientiam, quam habent. Et Dauid *Psal.* 118. ait se abscondisse in corde suo eloquia Dei, ne peccaret ei: quo ostendit, non omnibus omnia manifestanda esse: & ipsa Dei præcepta syncero corde esse seruanda. Abscondere etiam frumenta, est cælare sapientiam, & sacramenta: quod quidem potest & bene & male fieri, iuxta circumstantias. Nam in bonum frumenta condita sunt in Ægypto sub potestate Pharaonis. *Gen.* 41 *f.* Quæ designant mysteria, & sacramenta seruata, vt tempore congruo reuelarentur. *Eccl.* 1. *c.* *Col.* 1. *d.* E diuerso abscondens frumenta maledicitur in populis. *Prou.* 11. *d.* 12. *d.* quia *g* non reuelat mysteria aut sapientiam tempore opportuno. Sic reprehenditur, qui abscondit pecuniam, hoc est, *h* doctrinam, quam ad hoc acceperat, vt eam aliis communicaret. *Matth.* 25. *b.* Vbi etiam reprehenduntur Iudæi infideles: qui nec ipsi susceperunt fidem, nec alios suscipere permittebant. Solet autem per thesauros absconditos sæpe sapientia significari: quæ indignis non reuelatur. *Isa.* 45. *a.* *Matth.* 13. *f.* *Col.* 2. *a.* Idem est de occultatione verbi in Prophetis. 1. *Reg.* 3. *d.* *Ier.* 38. *g.* 42. *a.* 50. *a.* *Occultatio sapientia interdum bona interdum mala.*

Abscondit Deus impios in puluere. *Iob.* 40. *a.* quum *i* eorum corda ipsis, quæ despecto amore creatoris eligunt, terrenis opprimi negotiis permittit. *Opprimi terrenis negotiis.*

Absconditum tempestatis, vbi exaudit Deus. *Ps.* 80. est *k* tribulatio cordis, quum videlicet in corde contrito cogitationum tentationum fluctus intumescunt: quum contra amoris sancti studia curarum secularium se tumultus illidunt. Tunc enim exauditur à Deo. *Tribulatio cordis.*

Absconso Mosis tribus mensibus. *Exod.* 2. *a.* significare potest *l* legem latuisse in populo Iudæorum & intra septa literæ, tribus illis populi temporibus, videlicet sub iudicibus, sub regibus, ac sub sacerdotibus. Non posse autem posteà amplius abscondi Mosen, designat manifestationem legis spiritualiter intellectam per Christum in toto orbe factam. Idem designauit occultans se Elizabeth *m* mensibus quinque. *Luc.* 1. *c.* *Latès lex tribus temporibus.*

Potest etiam significare bonum opus cælàdum: ne si prodatur in publicum, velut opus masculum submergatur *n* ab Ægyptiis in flumen, & pereat per inanem gloriam. Sic munus absconditum extinguit iras *Prou.* 21. *b.* Ita etiam debemus abscondi sub scapulis Dei: vt ipse qui videt in abscondito, seruet opera nostra. Et occultans se Elizabeth mensibus quinque. *Luc.* 1. Designat eos *o* qui nondum spiritùales sunt opera, quæ per quinque sensus corporis agunt debere occultare. *Cælare opus bonum.*

Latibulum Dei. *Iob.* 22. *Ps.* 17. Designare potest *p* beatam Virginem, in qua latuit Christus incarnatus, aut etiam humanitatem Christi, in qua latuit diuinitas. *Virgo Maria.* *Humanitas Christi.*

Abscondita, quæ producit Deus in lucem. *Iob.* 28. *b.* sunt *q* secreta conscientiæ: quæ referabuntur in iudicio. *Secreta conscientia.*

Abscondit se Adam à facie Dei. *Gen.* 4. *b.* quum *r* noluit confiteri peccatum suum. Et abscondit se à facie Dei, qui deserto ipso incipit iam amare quod suum est. Iam enim habebat cooperimenta mendacij: qui autem loquitur mendacium, de suo loquitur. Ideo ad arborem, quæ erat in medio paradisi, dicuntur se abscondere, id est, *s* ad se ipsos, qui in medio rerum infra Deum, & supra corpora ordinati erant. Est itaq; abscondere se à Deo, auertere se à veritate, & præcepto Creatoris atq; erroris propriiq; arbitrij voluntate viuere. In malo enim homine opinio de Deo vera obscuratur. Abscondens autem se Adam, docet omnem malum esse exulem. Nam si sapientes conspiciuntur à Deo, vtpote amici eius, liquet malos cælare se tanquam inimicos hostesq; rectæ rationis. Abscondere autem dicuntur consilium suum à Deo, qui putant cogitationes suas ab eo abscondi: & dicunt, Quis videbit nos: *Isa.* 29. *e.* *Ier.* 23. *e.* Et abscondi lumbare in foramine petræ in Euphrate. *Ier.* 13. *a.* est *t* relicta veritate, transire ad hæreticorum errores. Et peccatores obstinati sunt lapides absconditi in crypta. *Ier.* 43. *c.* 49. *b.* *Amos.* 9. *a.* E diuerso boni non se abscondunt à facie Dei, quum vident errores & peccata. *Ier.* 16. *d.* Et gemitus eorum dicitur non esse Deo absconditus, cùm inuocent Deum, & ab eo audiantur. *Psal.* 37. Mali autem absconditam dicunt viam suam à Deo, quum putant humana Deum non curare. *Isa.* 40. *g.* Absconsio autem hæc fit affectu, non affectu. *Virgo Maria.* *Humanitas Christi.* *Secreta conscientia.* *Deserere Deum & recedere à veritate.*

Abscondi etiam à facie Dei. *Iob.* 13. *c.* est *u* per pœnitentiam iram vindictæ eius euadere. Et Deus dicitur abscondere aliquos ab ira sua. *Iob.* 14. *c.* quum eis parcit, ne iræ eius vindictam incurrant. Et abscondi in die furoris Domini. *Soph.* 2. *a.* est per pœnitentiam delere peccata: vt in die iudicij nihil in eo puniendum ira Dei inueniat. Et abscondi in fossa humo à facie furoris Domini. *Isa.* 2. *c.* 26. *d.* est latere in humilitate, cubiculo, deserto, vel in vulneribus Christi. Porrò delicta Christi dicuntur non esse abscondita à Deo. *Psal.* 68. Quia *x* pro delictis membrorum suorum pœnam ipse patiebatur. *Effugere iram Dei.*

Cùm autem Deum nihil lateat, dicitur nullus sermo absconditus illi esse. *Eccl.* 42. *d.* *Sap.* 1. *c.* *Ps.* 43. Sic dicitur intueri in absconditas partes. *Eccl.* 23. *e.* *Ier.* 16. *d.* 23. *e.* 32. *e.* *Hos.* 5. *a.* *Matth.* 6. *a.* Et reuelare vestigia occultorum. *Eccl.* 42. *d.* Et occulta fecit manifesta. 2. *Mach.* 12. *g.* Et nihil occultum, quod non sciatur. *Matth.* 10. *c.* *Marc.* 4. *d.* *Luc.* 8. *c.* *Rom.* 2. 1. *Cor.* 14. *e.* *Cognitio propria infirmitatis.*

Abscondens Moses, faciem suam coram Deo. *Exo.* 3. *b.* significat cognitionem propriæ infirmitatis: quam debet quicunque cum Deo loquitur, habere.

Absconduntur iniquitates è Deo, quum quis non eas confitetur. Non absconduntur autem, quum *y* per confessionem aperiuntur: aut cum Deus eas punit. *Ier.* 16. *d.* Ita voluit abscondere Adam peccatum suum, quum se excusauit, & noluit confiteri. *Gen.* 3. *b.* Et *Iob.* 31. dicit se non abscondisse quasi homo peccatum suum. *Prou.* 28. *b.* Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Et hæc absconsa reuelat Deus. *Eccl.* 1. *d.* *Amos.* 9. *a.* *Iob.* 10. *b.* quum ea punit. Et dicuntur abscondi sub lingua, quia non manifestantur per confessionem. Et ab his occultis petit mundari Propheta. *Ps.* 18. Dicitur etiam absconditum peccatum, quum *z* reseruatur à Deo quasi in marsupio, vt puniatur: sic erat absconditum peccatum Ephraim. *Hos.* 13. *c.* *Non confiteri peccata.*

Absconduntur è diuerso peccata, quum per pœnitentiam quasi inducta cera delentur, vt *Psa.* 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Sic quum Rachel abscondit idola. *Gen.* 31. *d.* designat *aa* per pœnitentiam abolendam esse auaritiam, & cætera vitia. Et *Isa.* 3. *c.* reprehenduntur, qui non absconderunt peccata sua: nempe quia non de eis pœnitentiam egerunt. *Confiteri peccata.*

Absconditos se in speluncis, & petris. *Apoc.* 6. *d.* significare possunt *bb* confugientes ad sanctos, vt sint eis refugium ab ira Dei, & petentes se abscondi ab eis, hoc est, in sua protectione recipi. *Isa.* 32. *a.* Et absconsio est protectio in ecclesia. *Isa.* 4. *b.* Sed & quum filij Israel absconditi sunt in speluncis. 1. *Reg.* 13. *b.* Significare possunt, qui sæculum hoc fugiunt, ne per sensus videant mala concupiscenda. Callidus enim videt malum, & abscondit se. *Prou.* 22. *a.* 27. *b.* idem abscondi in occultis locis. 1. *Mach.* 2. Et Iudas Machabæus occultauit se à Nicam. *Mach.* 14. *e.* Absconditi autem in montem Eph. 1. *Reg.* 14. *b.* significare possunt eos, *cc* qui in vita sublimi ab omnibus terrenis segregatis requiescũt. Et abscõduntur iuuenes quũ *dd* mortificãt semetipsos peccatis & concupiscẽtiis mudi. *Cõfugere ad Sanctos.* *Fugere sæculum.* *Vita sublimi vacare.*

a *Hie. f. Isa.* 45.
b *Hie. f. Isa.* 29.
c *Rup. f. Abdi.*
d *Amb.* 2. *de Pœ.* 15. *& ser.* 5 *& f. L.* 23. *Aug.* 1. *q. in euan.* 12.
e *Amb.* 3. *of. ficio.* 4.
f *Hi. f. ps.* 118. *Am. f. p.* 118.
g *Bed. f. Prouerb.* 12. *Greg.* 3. *pag. adm.* 26.
h *Ori. f. Mat. cap.* 13. *& ho.* 23. *Hil. f. Matth. can.* 17. *Hie. f. Pro frater. Ambrosius.*
i *Gregor.* 23. *mor.* 7.
k *Au. f. ps.* 80. *Greg.* 26. *mo.* 10.
l *Glo. ordi. f. Exo.* 2.
m *Ambr. ser.* 63.
n *Ori. f. Exod. ho.* 2. *Ber. ser.* 4. *f. Qui habitat. Gregor. f.* 1. *Reg.* 10.
o *Amb. se.* 63.
p *Hie. f. ps.* 17
q *Hi. f. Io.* 28.
r *Phil.* 2. *alleg.*
s *Aug.* 2. *Gem. contra Manich.* 16. *Hie. f. Isa.* 29. *& Ier.* 13. *Gr.* 22. *mor.* 24.
t *Ori. f. Iere. ho.* 12. *Ambros. f. ps.* 118. *ser.* 21.
u *Gre.* 11. *mo.* 1. 21. *&* 12. *mor.* 7. *&* 31. *mor.* 22.
x *Hi. f. ps.* 68. *Hier. f. Isa.* 2. 66. *Ber. f. Cant. serm.* 62.
y *Ori. f. Ierem ho.* 12. *Gre.* 22. *mor.* 13.
z *Hier. f. Hos.* 13.
aa *Bed. Ge.* 31
bb *Haim f. Apoc.*
cc *Gregor. f.* 1. *Reg.* 14.
dd *Gre. f.* 1. *Re* 14. *&* 19. *m.* 13. *Hie. f. Iob.* 31.

Sensus terrenis immersi, aut in corpore fixi.
Meritæ Sanctorum.
Manifestatio mysteriorum. Professio fidei.
Occulta victoria Christi.
Electio diaboli.
Conuersio gentilium.
Diuitiæ. Peccata. Iudicia Dei. Punitio Iudæorum. Notitiæ fidei.
Conuertere diabolum. Implere mandata. Prædicare misericordiam præcipuè operando. Fuga honoris & laudis. Silentium. Reliquiæ Iudæorum. Miscere seculariæ religioni. Desiderium illibatum & cæleste. Latès sanguis Christi. Confusio idololatriæ. Cessatio malorum in fœlicitate. Dispersio Iudæorum, Despectio malorum. Fraudes diaboli & malorum, in Christum & in eius membra.
Hæreses. Accipere doctrinam hæreticam. Admittere libidinosas cogitationes. Antichristus,

Iob. 29. *b.* Aut certè quum fugiunt autoritatem ecclesiæ eorum leuitatem reprehendentis. Abscondi etiam dicuntur homines, cum surrexerint impij. *Prou.* 28. *d.* quia, *a* regnantibus malis, boni cedunt persequutoribus: & se vitę spirituali tradunt. Sic fugerunt filij Israël in abscondita loca fugitiuorum. 1. *Mach.* 1. *f.* & abscondit Deus in tabernaculo suo bonos in die malorum. *Psal.* 26.

Absconditi quinque reges in speluncis, *Ios.* 10. *e.* designare possunt *b* quinque sensus corporis, terrenis rebus immersos. Aut certè sunt sensus in ipso corpore fixi.

Absconditi thesauri arenarum. *Deut.* 33. *c.* Dici possunt *c* merita Sanctorum: qui cùm in hoc mundo sint contemptibiles, quasi latent inter arenas. Hos thesauros occultos tollere nititur Antiochus, hoc est, diabolus. 1. *Mach.* 1. *a.*

Non est occultatum os. *Psal.* 138. quum *d* mysteria ecclesiæ, quæ Deus in occulta fecit, manifestantur & prædicantur.

Non abscondit iustitiam Dei in corde suo. qui *e* fidem confitetur coram persecutore. *Psal.* 39. In abscondito autem ponit lucernam, qui *f* occultat fidem. *Luc.* 11. *a.*

Absconditè dicitur fecisse Dauid ingressum de Bethsabe. & occisionem Uriæ. 2. *Reg.* 12. *c.* Quia *g* Ghristus occultè vicit diabolum.

Abscondens Moses Ægyptum in sabulo vel arena. *Exod.* 2. *b.* significare potest *h* Christum mittentem diabolum à se victum in infernum: aut relinquentem ipsum in cordibus eorum, qui stabile non habent fundamentum. Designat etiam virum eminentem, qui conuincit eum, qui sic putabat se regimen corporis habere, vt animam nihil faceret: & voluptatem finem expetendum iudicaret.

Abscondens Iosaba Ioas à facie Athaliæ. 4. *Reg.* 11 *a.* 2. *Para.* 22. *d.* Designat ecclesiam suscipientem verbum euangelicum, quod Iudæa interimere conabatur. Et abscondens Rachab exploratores in lino. *Ios.* 2. *b.* designauit *i* gentilitatem libenter suscipientem & defendentem prædicatores: quæ & occulte vocata videtur ad sacerdotium Christi. Et abscondens Moab fugientes. *Isa.* 16. *a.* est *k* gentilitas accipiens prædicatores à Iudæa recedentes. Vel sunt deserta, vbi recipiuntur, qui sæculum deserunt. Vel est ecclesia recipiens pœnitentes. Vel sunt sæculares recipientes religiosos, vel designatur, quum is, qui prius defendebat hæresim, posteà resipiscens, protegit eos, qui secum errabant, reductos ad veritatem. Vnde & dicitur Moab latibulum profugorum.

Abscondita Dei, *Psal.* 16. dici possunt *l* diuitiæ & bona temporalia, quibus adimpletur venter, hoc est, appetitus malorum. Vel sunt peccati & immunditiæ, quibus etiam memoria & appetitus malorum impletur: quæ dicuntur abscondita Deo, quia non ea cognoscit approbando. Vel etiam sunt occulta Dei iudicia. Vel sunt interior punitio Iudæorum, quæ eos intus velut vermis remordet.

Non esse quempiam, qui se abscondat à calore Dei. *Psal.* 18. id est *m* nullam esse gentem, ad quam notitia fidei Christianæ non peruenerit: quia in omnem terram exiuit sonus prædicationis & fidei. Designat etiam nullum esse, qui non habeat semina intellectus Dei: & qui non habeat aliquid ex multis diuisionibus gratiarum. Sic non potuit abscondi ciuitas supra montem posita. *Matth.* 5. *b.* quia *n* non potuerunt latere miranda opera humanitatis Christi coniunctæ diuinitati.

Absconditè ingressa Ioel ad occidendum Sisaiam. *Iud.* 4. *d.* designat ecclesiam, aut beatissimam Virginem, quæ cautè, & per Christi passionem caput serpentis contriuerunt.

Abscondere verba Dei in sinu. *Iob.* 23. *c.* est *o* opere implere mandata Dei, absque inani gloria. Sic abscondere eloquia Dei in corde. *Psalm.* 118. *Prouerb.* 2. *a.* Et occulta sponsæ sunt verba Dei in corde: sed opere completa sine inani gloria. *Canti.* 6. *b.*

Non abscondere misericordiam. *Psal.* 29. est *p* prædicare miserendum esse inopum & miserorum. E diuerso, abscondere manum est non operari. *Prouerb.* 19. *d.* 26. *c.* Et amor absconditus dicitur inutilis. *Prouerb.* 27. *b.* quia non manifestatur per opera. Ideo Christus nihil locutus est in occulto: quia omnia ad vtilitatem audientium loquutus est. *Ioan.* 18. *d.* Et ipse dicebat. *Psal.* 77. Eructabo abscondita ab initio seculi. Ea rursus abscondens Abdias prophetas, ne occiderentur: est exercens opera misericordiæ. 3. *Reg.* 18. *a.* Sic abscondens Tobias mortuos per diem. *Tob.* 2. *b.* 12. *c.*

Absconditus Saul domi, cùm quæreretur, vt fieret Rex. 1. *Reg.* 16. *d.* dat *q* formam iis, qui ad dignitates eliguntur, vt honores & laudes, quantum in ipsis est, fugiant. Et in abscondito facit eleemosynam, qui *r* non ei miscet appetitum laudis, aut commodi temporalis. *Matth.* 6. *a.* Hoc est munus absconditum, *s* quod extinguit iras. *Prouer.* 21. *b.*

Absconditur in abditis. 1. *Reg.* 13. *b.* quum *t* clausi oris silentia occulta seruamus.

Absconditus Ioathan ab internecione Abimelech. *Iud.* 9. *b.* designat *u* reliquias Iudæorum quæ euadent persequutionem Antichristi, & ad fidem venient.

Abscondens Acan anathema. *Ios.* 7. *c.* figura esse potest eorum, qui mores, ac res seculares cum religione miscere contendunt.

Quod latet intrinsecus in sponsa. *Ca.* 4. *a.* est *x* desiderium illibatum: & æternæ beatitudinis claritas: & requies in omni bono spirituali. Et absconditus thesaurus in agro. *Matth.* 13. *f.* est cæleste desiderium sub disciplina studij cælestis.

Latere dicitur sanguis Iob, hoc est, *y* Christi. *Iob.* 16. *d.* apud eos videlicet, apud quos non prædicatur.

Abscondens Rachel idola. *Gen.* 31. *d.* designat *z* ecclesiam ideas inanes nescientem: sed veram Trinitatis substantiam confitentem: vel confundentem idololatriam, & vanam esse ostendentem.

Absconditæ dicuntur angustiæ priores ab oculis beatorum. *Isa.* 65. *c.* quia *aa* non amplius eas videbunt, nec earum recordabuntur: non obliuione memoriæ, sed bonorum successione.

Abscondens Ieremias lumbare in Euphrate. *Ier.* 13. *a.* designauit *bb* dispersionem Iudæorum inter gentes: vbi absconditi erant, quia quasi pro nihilo habiti: vel designat eos, qui prius erant iusti, posteà verò traditi vitiis, quasi absconditi sunt in incognito Deo.

Abscondita pedica diaboli dicitur in terra. *Iob.* 18. *b.* quum *cc* proposito vtili, aut delectabili, latens peccati laqueus inducitur; siue proponatur ab ipso diabolo, siue ab eius membris. Sic *Ps.* 9. In laqueo isto, quem absconderunt, Vbi & iniquus federe dicitur cum diuitibus in occultis. De his etiam *Psal.* 30. 34. 63. 119. 141. Idem designabat introitus absconditus templi. *Da.* 14. *c.* Et in his abditis dicitur habitare catulus leonis. *Psal.* 16. Huc pertinet panis absconditus meretricis. *dd Prou.* 9. *d.* Et fraudes quas in bonos mali parant. *Pro.* 1. *b. Eccle.* 10. *c. Ier.* 9. *b.* 18. *d.* 1, *Mach.* 10. *a.* Et absconditi in domibus carcaris dicuntur, *ee* qui falsa doctrina, quam è pectore produnt, latenter alios decipiunt. *Isa.* 42. *d.* qui etiam dicuntur abscondere odium. *Prou.* 10. *e.* Et in abscondito cubiculi male operari, hoc est, *ff* in corde: vel quia putant latere Deum. *Ezech.* 8. *d.* Abscondebant tendiculas contra insontem. Iudæi in Christum *gg Prouer.* 1. *b.* quum dicebant: Licet censum dari Cæsari, an non Abscondunt etiam interitum laquei, vel Iudæi in Christum: vel qui dicunt frustra nos orare, ieiunare, & cætera bona opera facere. *Psal.* 3. 4. 141. Inhabitant & abscondunt, qui in ecclesia sunt *hh* falsi fratres ad decipiendos alios, aut prodendos: vt Iudas inter discipulos. *Psalm.* 55. Et abscondit hypochrita malum sub lingua sua. *Iob.* 20. *b.* quando *ii* asperitas malitiæ latens in corde, tegmine blandæ loquutionis operitur. Et absconditæ sunt omnes tenebræ in occultis, hypocritæ *Iob.* 20. *d.* 31. *d.* quia & si aliqua tenebrosa in eius operibus apparent, multò tamen plura sunt, quæ latent: & licet omnia in se mala non ostendit, omnia tamen inferre proximo appetit.

Abscondita Esau *Abdiæ b.* Intelligi possunt *kk* hæreses: quæ doctores sancti scrutantur, quum eas in medium proferunt, earum falsitatem detegentes.

Abscondere ignem in sinu. *Prou.* 6. *c.* est *ll* accipere doctrinam hæreticam: quæ & absconditus panis dicitur. *Prouerb.* 9. *d.*

Abscondere etiam ignem in sinu, est, *mm* admittere in mente libidinosas cogitationes.

Occulta delicta dici possunt ea, quæ sine impulsore, sponte nostra committimus. *Psal.* 18.

a *Aug. s. ps.* 26.
b *Ori. s. Iosu. ho.* 11.
c *Hier.* 1. *aduer. Iouinianum.* *Lyra. s. Deu.* 33.
d *Hi. s. ps.* 138. e *Au. s. ps.* 39.
f *Ambros. s. Luc.* 11.
g *Amb. apolo. Dauid.* 5.
h *Aug.* 22. *cõtra Faust.* 90. *Phil.* 2. *alleg.*
i *Ori. s. Iosu. hom.* 1.
k *Hie. s. Is.* 16.
l *Hier. s. Iob* 40. & *s. ps.* 16. *Aug. s. ps.* 16. & *epist.* 19.
m *Ar. s. ps.* 18. *Hie. s. ps.* 18.
n *Hil. s. Matt. Cano.* 4.
o *Gregor.* 16. *mor.* 17.
p *Ar. s. ps.* 29. *Greg. s. Exec. hom.* 21.
q *Gre. s.* 1. *Re.* 20.
r *Aug.* 2. *ser. domini in mõte.*
s *Beda. s. Prouerb.* 21.
t *Gregor. s.* 1. *Reg.* 13
u *Glos. inter. s. Iudi.* 9.
x *Gre. s. Canti.* 4. & *ho.* 11.
y *Gregor.* 13. *mor.* 12.
z *Ambr. de fug. secu.* 5. & 2, *de Iacob.* 5.
aa *Hi. s. Is.* 65.
bb *Hie. s. Ierem.* 13.
cc *Grego.* 14. *mor.* 6.
dd *Beda. Prouerb.* 9.
ee *Gr. Is.* 41,
ff *Gr. Eze.* 8.
gg *Bed. s. Prouerb.* 1.
hh *Arno. s. ps.* 34. *Aug. s. ps.* 14. 55.
ii *Gre.* 15. *mo.* 5. 13.
kk *H. s. Abdi.*
ll *Glos. ordi. s. pro* 6.
mm *A.* 1. *de pœn.* 13. *Aug. s. ps.* 18,

Digitized by Google

Latibulum beſtiæ,quod ipſa ingreditur.*Iob.*37.*b.*deſignat *a* Antichriſtum : in quo diabolus inſidians hominibus viam huius vitæ carpentibus,& per ſigna latebit, & per malitiam eos occidet.Sunt etiam reproborum corda latibulum diaboli:& etiam Iudæi in quorum conſiliis prius diu latuit diabolus:ſed poſtea repentè vocibus erupit clamantium.Crucifige,crucifige.Et abdita in quibus habitat leo, & catulus leonis *Pſal* 16. ſunt obſcura corda *b* Iudæorum & infidelium.

Corda reproborum Iudæi.

Non abſcondunt ſapientes patres ſuos.*Iob.*15.*b.*quum *c* hæretici proſiliunt in laudem ſuorum autorum , quos ſoles eccleſiæ præfuiſſe gloriantur & eorum autoritate , vel in dictis vel in factis ſe muniunt. Vel certè non abſcondunt patres ſuos,quum reſipiſcentes confitentur peccata & errores,& ipſos autores.

Fulciri maiorum autoritate.

Abſcondi à flagello linguæ.*Iob.*5.*d.*eſt *d* non turbari ad uerba contumelioſa , ſed patienter ferre. Sic abſcondi ab inimico.*Pſal.*54.eſt eius inſidias cauere.Idem abſcondi à vento. *Iſa.*32. *a.*Sic abſconderunt ſe Ieremias & Baruch.*Ier.*31.*f.*

Non turbari verbis.

In abſcondito faciem Dei accipere.*Iob.*13.*b.*eſt *e* vel contra conſcientiam de Deo loqui : vel quum in oratione quaſi coram Deo peccata deflent, inde regreſſos ad eadem peccata redire. In abſcondito etiam cubiculi peccant, *f* qui intra conſcientiam habent opera tenebrarum.*Ezech.*8.*e.*

Indignè de Deo loqui.

Cælare ſanguinem Ioſeph volentes fratres eius.*Gen.*37.*e.*deſignant Iudæos,obruere volentes reſurrectionem, & memoriam Chriſti.

Iudæi celãtes reſurrectionẽ Chriſti.

Abſcondita dicitur conſolatio ab oculis.*Hoſe.*13.*d.*quum *g* quis conſolari nequit : & quicquid mente conceperit,dolorem eius mitigare non valet.

Non poſſe cõſolari.

Abſcondita dicitur eſſe viro via ſua *Iob.*3.*d.*quum *h* ignorat,quem finem habiturus ſit vitæ ſuæ:& neſcit, an opera ſua accepta ſint Deo:ſed ignorat an dignus ſit odio,an amore.

Ignorãtia ſui.

Abſcondit talentum in terra.*Matth.*25.*b.i* qui acceptum ingenium terrenis actibus implicat :qui lucrum ſpirituale non quærit:nec cor à terrenis cogitationibus vnquam leuat.

Ingenium terrenis implicitum.

Occulta dedecoris.1.*Cor.*4.*a.*ſunt *k* turpes cogitationes:vel ea,quæ hæretici prauo ſenſu ad prædicandum meditantur,vt fallant.

Turpes cogitationes.

Abſcondentes leproſi aurum & veſtes & cætera,antequam bonum nuntium in ciuitatem referrent.4. *Reg.*7.*b.* typum gerunt auaritiæ nonnullorum prædicatorum.

Auaritia aliquorum prædicatorum.

Abſconditur intellectus prudentium,*Iſa.*29.*c.*quum *l* principes Iudæorum excæcati ſunt. Abſconditi etiam in domibus carcerum,*Iſa.*24. *d.* dici poſſunt ſcribæ & Phariſæi : quum excæcati tractabant dolos in cordibus ſuis aduerſus Chriſtum.Dicuntur abſcondi in vertice Carmeli,quum *m* defendunt circumciſionem. *Amos.*9.*a.*vel ſibi circumciſionis ſcientiam vendicant.

Cæcitas principum Iudæorum.

In occultis dicuntur mali ſagittare immaculatum.*Pſal.*63.quum *n* ignorantem & improuiſum,nihilque mali ſuſpicantem, opprimere nituntur.

Ignorantia.

Abſcondi à facie amici.*Eccl.* 22.*d.*Dicitur aliquis quum non communicat cum amico ſecundum leges amicitiæ.E diuerſo non abſconditur inimicus in malis:*Eccl.*12.*b.*qui tunc maximè eius aperitur nequitia.

Abſcondens ſe Ionathas cum ſociis ſub tegumento montis.1.*Matth.*9.*d.*

Abſtruere ſe in terra.1.*Reg.*23.*d.*pro magna abſconſione ſumitur.

Occultat falſum prophetam,qui errores eius defendit.*Deut.*13.*b.*

Abſcondere manus ſub aſcella,in ſignum ocioſitatis,*o* & pigritiæ ponitur.*Proub.*26.*c.*

Ocioſitas.

Abſoluere.

ABSOLVERE ferè idem eſt , quod ſoluere:hoc eſt , quod ligatum erat, non ligatum reddere. Ideo ſi quid habet allegoriæ in ſuo ſimplici eſt quærendum. Interdum verò abſoluere idem eſt , quod conſumere : vt 3. *Eſdr.* 9. *f.* dicitur , Eſdras abſoluiſſe legem. Datur etiam abſolui à vinculo improperij. *Tobi.* 3. *c.* Et abſolui à debito. 1. *Mach.* 10. *b.* Et abſolui à crimine. 2. *Mach.* 4. *g.* Et abſolui pro declarari , ceu definiri. *Actor.* 19.*g.*

Abſorbere,Sorbere.

ABSORBERE eſt deglutiendo aliquid conſumere. Sorbere autem eſt ſimpliciter liquidum aliquid glutiendo ſumere.Secundum abſorbentem & id,quod abſorbetur,in allegoriam admittuntur.

Abſorbere ꝓpriè non competit Deo,ſed dicitur abſorbere,cùm puniendo occidit, vt in infernum demergat. Et abſorbet hypocritam de loco ſuo.*Iob.*8.*d.*cùm *p* à præſentis vitæ fauoribus,morte interueniente,illum ſeparat. Sic.*Iſa.*42.*c.*dicitur diſſipare & ãbſorbere.

Puniẽs Deus.

Abſorbens terra fluuium ex ore draconis procedentem.*Apoc.*12.*d.* deſignat *q* Chriſtum vincentem omnes tribulationes,vel doctores ſacros confutantes errores.

Chriſtus vincens tribulationes. Confutantes errores.

Abſorptus ignis,qui faſtabat populum,per orationem Moſis.*Num.*11. *a.* deſignat orationem prælati ſæpè mitigare,ac tollere à populo caſtigationem Dei.Sic abſorpta eſt mors per Chriſtum.1.*Cor.*15.*g.*2.*Cor.*5.*a.*

Ablata caſtigatio Dei à populo.

Abſorberi dicuntur peccatores,*Pſal.*140.quum *r* ad Chriſtum conuertuntur, quaſi peccatis in profundum demerſis : vt dicantur abſorpti iuncti petræ : quia per coniunctionem ad Chriſtum omnia in eis peccata delentur. Et ita etiam dicitur eorum mors abſorpta in victoriam.1.*Cor.*15. *g.* Et multo magis quum per ſanctificationem in omni parte hominis perfecta delectatione ſpiritualium , delectatio carnalis obruitur. Et abſorbet terram equus.*Iob.*39.*c.* quum *ſ* vir fortis ſe nimio diſcutiens ardore quicquid terrenum in ſe reperit quotidie proficiendo conſumit.

Delere peccata.

Abſorbent mali bonos,cùm eos ad ſua vitia peruertunt.Abſorbent è diuerſo boni malos, quum *t* eos ad virtutes reuocant.*Pſal.*34.

Extinctio delectationis carnalis.

Abſorbet equus terram.*Iob.*39.Quum *u* diabolus deuorat peccatores.Et abſorbet Behemoth fluuium. *Iob.* 40.*c.* quum *x* diabolus deuorat inſtabiles,& mundum ante aduentum Chriſti,quando exercebat tyrannidem in mundo.Et abſorbet Babylonem Nabuchodonoſor,hoc eſt,diabolus malos.*Ierem.*51.*d.*Et gentes , id eſt,*y* dæmones abſorbent Idumæam,hoc eſt,hæreticos.*Abd.f.*

Deuorãs diabolus malos.

Abſorbens terra Dathan,& Abiron.*Num.*16.*e.Deut.*11.*a.* Deſignat *z* grauem punitionem ſuperborum : vt violenter humilientur,qui violenter ſe extulerunt.Et abſorbet profundum aliquem.*Pſal.* 68. quum in infernum demergitur Sic abſorbet thamnus,aut tempeſtas,aut potius ignis viuentes.*Pſal.*57.Quum mali pereunt cum ſenſu pœnæ.

Pœna inferni.

Abſorbet aliquem profundum,vel aqua.*Pſa.*68.123. Quum *aa* eum ſuperant tribulationes : ita vt homo deficiat.Ita dicitur abſorberi rex,id eſt,vinci.Et abſorberi abundantiori triſtitia.2.*Corin.*2.*c.*eſt *bb* ſic vinci à triſtitia, vt deſperans conuertatur homo ad admittenda peccata,quibus grauatus abſorbeatur à morte ſecunda.

Vinci à tribulationibus.

Abſorbet nos aqua, quum *cc* peruerſi homines diabolico impetu nos vincunt,& in peccatum incidere faciunt. *Pſa.*123.Et abſorbentes eccleſiam,dici poſſunt Iudæi vel hæretici.*Iſa.*49.*e.*& abſorbet volucrem.*Iſa.* 14.*g.* qui *dd* venenato ore ſingulos quoſque volare cupientes,& ad excelſa conſurgere,ſuis faucibus deuorat.

Vincẽtes mali bonos.

Abſorbet ſemen reguli volucrem,quum *ee* vinum abſorbet intellectum. *Iſa.* 14.*g.* Abſorberi autem à vino , eſt *ff* errare in intelligentia ſacræ ſcripturæ.*Iſa.*28.*b.*

Errare in intelligentia ſacra ſcriptura.

Abſorpti iudices ſunt hæretici,qui abſorberi dicuntur iuncti petræ:quia *gg* errant circa Chriſtum , & non ſupra petram:quia non ſunt fundati in Chriſto.*Pſa.*140. vel ſint philoſophi , qui iuncti petræ, hoc eſt, comparati Chriſto abſorbentur:quia *hh* eorum doctrina leuis,& inanis inuenitur.

Deficientes hæretici & philoſophi.

Abſtergere,Tergere,Extergere.

ABSTERGERE eſt ſordes ab aliqua re quaſi fricando,mundare,quod fit aliquo panno,aut alio ſimili : rarò habet allegoriam ſecundum id,quod abſtergitur.

Auferẽs cauſas doloris.

Abſtergere Deus omnem lacrymam à ſanctis.*Apoc.*21.*b.*quum *ii* omnes doloris cauſas ab eis aufert.

Delens Chriſtus peccata.

Extergens Chriſtus pedes diſcipulorum ſuorum linteo,quo erat præcinctus.*Ioan.*13.*a.*Deſignauit *kk* ſe in ſuo mundiſſimo corpore peccatorum noſtrorum pœnam aſſumpſiſſe,vt ſic ea deleret.

Humilitas fidei.

Tergens

a *Gregor.* 27. *mor.*19.

b *Hie.ſ.Io.*37. *& ſ.pſ.*16.

c *Gregor.* 12. *mor.*18. *Hie.ſ.Iob.* 15.

d *Gre.*6. *mor.* 19.

e *Gre.*11. *mo.* 16.

f *Hie.ſ. Ezec.* 8.

g *Hie. ſ. Hoſe* 13.

h *Gre.*5. *mor.* 3.*&* 4.

i *Greg.ho.*9.

k *Ambr.ſ.* 2. *Cor.*4.

l *Hier. ſ. Iſa.* 29. 40.

m *ſ Amos* 9. *Rup.ſ. Amos.* 9.

n *Hy.ſ.pſ.*63.

o *Beda ſ.Prouerb.*26.

p *Gregor.* 8. *mor.*38. *Hie.ſ.If.*42.

q *Glo. ordi. ſ. Apoc.*12.*Rup.* 7.*ſ. Apoc.*

r *Hi.ſ.p.*140. *Au.*83.*q.*70.

ſ *Gregor.* 31. *mor.*30.

t *Au.ſ.pſ.*34.

u *Hi.ſ. Io.*39.

x *Gr.* 33.*mo.* 7.*& ho.*26.

y *Hie.ſ. Abdi & ſ. Iob.* 40.

z *Glo. ordi. ſ. Num.*16.

aa *A.ſ.p.*123.

bb *Amb. ſ.* 2. *Cor.*2.

cc *H.ſ.p.*129.

dd *Hi.ſ.If.*14.

ee *Hi.ſ.If.*14.

ff *Hi,Iſa.*28.

gg *Arno. & Hie.ſ.pſ.*140.

hh *Aug. ſ. pſ.* 140.

ii *Gloſ.ord. ſ. apo.*21.

kk *Glo.inte.ſ. Ioan.*13. *Amb. exhor. ad virgi & ſ. Luc.*7.

Digitized by Google

Eleemosyna.

Tergens mulier pedes Iesu capillis suis. *Luc.* 7. *f.* Designat animam humiliantem se fide:ne per carnis elata sapientiam videretur:atque ita nodos criminum euangelica tolleret disciplina. Extergens etiam pedes Iesu Maria. *Ioan.* 11. *a.* 12. *a.* designat facientes *a* eleemosynas de rebus temporalibus per capillos designatis.

a *Au. ps.* 51. 3. *Greg. hom.* 33.

Reuelatio mysteriorum legis. Mundare terrenos affectus Pœnitentia.

Abstergens Propheta puluerem de facie. 3. *Reg.* 20. *g.* reuelationem parabolæ suæ indicauit:& etiam reuelationem mysteriorum sub cortice literæ legis,quasi sub vili puluere latentium.

Abstergere puluerem de pedibus. *Luc.* 10. *b.* est *b* terrenos affectus,& venialia peccata à se excutere. Et curas,& labores,quos pro salute auditorum susceperant,in testimonium iustæ damnationis, nõn suscipientium eos assumere.

b *Glo. ordi. s. Luc.* 10.

Abstergere dicitur mala liuor vulneris. *Prou.* 20. quum per dolorem, contritionem, ac pœnitentiam peccata delentur.

Abstinere.

Frenare affectum.

ABSTINERE ab aliqua re dicitur,qui visum eius à se reiicit;& secundum id,à quo abstinetur,& in bonum & in malum sumi potest,in allegoriis autem rarum est.

Abstinere à vino,& omni,quod inebriare potest:est coërcere se à concupiscentia,ira, & voluptatibus,ac quibuscunq; aliis, animi tranquillitatem perturbantibus. Quod iubentur facere, *c* qui se domino consecrauerint. *Num.* 6. *a. Iud.* 13. *c.* Ad idem tendit votum abstinentiæ cæterarum rerum. *Num.* 36. *c.* Et quum is, qui contendit in agone,ab omnibus, quæ possunt illi esse impedimento ad victoriam, se abstinet, ostendit Apostolus multo magis id esse in spirituali militia faciendum. 1. *Cor.* 9. *d.*

c *Glo. inter. s. Num.* 6.

Abstinentia superstitiosa,& quæ in errorem inducit, vituperatur:vt quum quidam abstinere iubebant à cibis. quos Deus creauit. 1. *Tim.* 4. *b.*

Abstinens se iustus à viis peccatorum, est Christus *d* separans se à Pharisæorum vita tanquam impura, & in errores inducente. *Sap.* 2. *c.* Sic abstinere à peccato,quod est omnibus faciendum. *Tob.* 1. *b. Eccl.* 3. *d.* 28. *b.* 1. *Thes.* 4. *a.* 5. *d.* 1. *Pet.* 1. *Pet.* 1. *b.*

d *Glo. inter. s. Sap.* 2.

Abstinere à voluptatibus Ducere ad peccatum. Transire ad hæreses, aut voluptates.

Abstrahere.

ABSTRAHERE est quasi per vim,aut arte aliqua auferre. Rarus admodum est eius vsus in allegoriis.

Abstrahere à vino carnem. *Eccl.* 2. *a.* est à *e* voluptatibus abstinere.

e *Hie. s. Ec.* 1.

Abstrahere à Deo. *Deut.* 13. *c.* est ducere ad idolatriam,aut ad quodcunque aliud peccatum,quod separat à Deo.

Abstrahentes filij Israël filios Beniamin de ciuitate,vt eos perimerent. *Iudi.* 20. *e.*

Abstrahitur mens in viis meretricis:quum relicta veritatis aut virtutis meditatione, conuertitur ad hæreses, aut ad voluptates. *Pro.* 7. *d. Iac.* 1. *b.*

Abstruere, quare Abscondere.
Absumere, Vide Consumere.
Absynthium.

ABSYNTHIVM est *f* herba admodum amara,& grauis odoris:Sed est aduersus multos morbos salubris,ac stomacho maximè vtilis. Hanc si cum *g* oleo coquas,& eo te præunxeris,culices te non tangent:& etiam si ex eo suffitum feceris. Eius contusa folia succo suo vomitum extorquent, & auferendis doloribus vel contusionibus corporum,plurimum valent.

f *Pli. 27. nat. hist. c. 7.* g *Amb. 3. Hexam. c. 8. Ori. s. Ezech. ho. 12.*

Peccatum.

Si absynthium pari quantitate cum melle in ipsum mel iniicias, amaritudine sua vincit eius suauitatem: & cogit amarum esse,quod dulce est. Huius vim habet peccatum. Si plura peccauero, plus amaritudinis in dulcedinem sermonum Dei mitto. Ideo nouissima mulieris alienæ dicuntur amara, quasi absynthium, quum *h* quis videlicet per blanditias incidit in amaritudinem peccati. *Prou.* 5. *a.* Sic *Amos* 5. *b.* 6. *d.* reprehenduntur, qui conuertunt iudicium in absynthium, hoc est, *i* iustitiam in iniquitatem. Possunt etiam designare nouissima quasi absynthium,penam peccati.

h *Beda Prouerb.* 5.
i *Hie. s. Am.* 5. *Gre.* 20. *mor.* 15.

Pœna peccati Tribulationes & pœna peccati.

Absynthium etiam significat tribulationes,& angustias & amaritudines & curas,quæ ex peccato habentur: & demum ipsam pœnam peccati,cùm extrema gaudij luctus occupat. De his *Iere.* 9. *e.* 23. *d. Thre.* 3. *b. c.* Est autem discrimen inter bonos & malos, quod bonis absynthium est medicamentum, cùm per tribulationes purgatur, & ipsis demum vertuntur in gaudium. Malis verò omnia conuertuntur in absynthium, in cuius amaritudine perpetuò durabunt. Vnde nomen stellæ dicitur absynthium,quæ est ira vel sententia Dei, malos puniens, *Apoc.* 8. *c.*

Doctores errorum.

Doctores etiam errorem,absynthium dici possunt, *Apoc.* 8. *c.* Nomen stellæ dicitur absynthium. Quia *k* doctores errorum nihil nisi amaritudinem auditoribus ministrant. Et tertia pars aquarum dicitur facta absynthium:quia cohabitatio gentium idola colentium,nimium amara,& pernicioſa fuit filiis Israël.

k *Rup. 5. s. Apo Lyra s. Apoc. 8. Rup s. Apoc.*

Abundare, Affluere, Exuberare, Redundare, Superabundare,
Abundantia, Copia, Vbertas.

ABVNDARE est affluere,& supra modum aliquem quippiam possidere. Abundantia autem est ipsa opulentia. Secundum id autem,quo quis abundat,allegorias recipere potest.

Fertilitas bonorum operũ, & donorum Dei.

Abundantia,quum simpliciter ponitur, significare potest fertilitatem, *l* & multitudinem bonorum operum, & donorum Dei:in qua abundantia dixit Propheta *Psa.* 29. Ego dixi in abundantia mea. Non mouebor in æternum. Quæ abundantia intelligi potest ea,quam homo habebat in paradiso voluptatis:& tunc dixit: Non mouebor,quando credidit serpenti dicenti:Nequaquam moriemini. Hac autem vbertate inebriari dicuntur, *m* qui bonorum operum,& donorum Dei copiam habent. *Psa.* 64. Et vbertatis anni septem designant dona spiritualia,quæ abundabant in primitiua ecclesia. *Gen.* 41. *c.* Et hanc abundantiam ait Propheta esse diligentibus Deum,& in turribus Hierusalem *Psa.* 121. Sic in omni opere bono erit abundantia. *Prou.* 14. *c.* Et in abundantia tali sunt cogitationes iusti. *Prou.* 21. *a.* Et hanc abundantiam habet iustus etiam in paupertate. *Eccl.* 11. *b.* Hac abundantia abundabunt habentes. *Matth.* 13. *b. Luc.* 19. *d.* Et secundum hanc abundantiam abundanter ministrabitur in regno cælorum. 2. *Pet.* 1. *c.* Hac ratione quod dicitur *Iob.* 5. *d.* Ingredieris in abundantia sepulchrum: significare potest post multitudinem bonorum operum vitæ actiuæ, rectè transiri ad vitam contemplatiuam, De hac abundantia fit mentio. *Deu.* 28. *a.* Et qui operatur dicitur abundare. *Eccl.* 10. *d.* Et abundantia iustitiæ refertur ad abundantiam bonorum operum. *Prouer.* 15. *a.* Hanc iustitiam vult Christus abundare in nobis pluſquam scribarum & Pharisæorum. *Matth.* 5. *b.* Sic datur abundare in aliqua particulari virtute,vt abundare in spe. *Rom.* 15. *b.* 1. *Cor.* 15. *g.* 1. *Thess.* 4. *a.* Et in gratia. *Rom.* 5. *c.* 6. *a. Ephe.* 1. *b.* 2. *b.* Et in charitate. 1. *Thess.* 5. *c. Philip.* 1. *b.* Et in gratulatione. 2. *Cor.* 7. *d. Philip.* 1. *d. Coloss.* 2. *b.* Et abundantia benedictionis Christi, *Rom.* 15. *g.* Et paupertas abundans in diuitiis. 2. *Cor.* 8. *a.* Abundanter autem laborans Paulus, abundantiam operum indicat. 1. *Cor.* 15. *a.* Dat etiam Deus abundantiam consolationum,secundum abundantiam passionum. 2. *Cor.* 1. *a.*

l *Bas. s. p.* 29. *Aug. s. ps.* 29. 121.
m *Hilar. p.* 64

Multitudo bonorum vita æterna.

Abundantia etiam est multitudo bonorum vitæ cælestis:vt *Prou.* 1. *d.* 3. *b.* dicitur de bene operante, quòd abundantia perfruetur. Vbi erit abundare deliciis in bonitate: quod terra promissionis dicitur. *Neem.* 9. *c.* & hæc est abundantia *n* suauitatis Dei,& vbertas domus Dei, quæ manauit de latere Christi. *Psa.* 35. 144. Ibi abundantia omnium rerum. *Deut.* 8. *b.* Ibi abundantia pacis. *Psa.* 71. Vsqjad hanc abundantiam replet Deus benedictione. *Malach.* 3. *c.* Ibi abundantius *o* habebitur vita. *Ioan.* 10. *b.* Ibi abundant *p* panibus mercenaij. *Luc.* 15. *d.* Hæc etiam abundantia datur in cælesti Hierusalem diligentibus Deum:sed multo magis iis, qui sunt turres graues. *Psa.* 121. de illa abundantia dicitur:Qui multum habuit de manna,non abundauit:& qui minus,non minorauit. 2. *Cor.* 8, *c.* Cunctis ibi affluet bonis,qui liberatus erit à captiuitate peccati. *Ierem.* 30. *b. Isa.* 66. *d. Zach.* 1. *d.* Abundantia dictus est puteus inuentus, quando Isaac fecit pacem cum Palestinis:& designat *q* abundantiam gloriæ in fine mũdi,pacatis omnibus. *Gen.* 26. *g.*

n *Arn. ps.* 35.
o *Cyril.* 7. *in Ioan. c.* 4.
p *Amb. s. Luc* 1.,
Rup. 7. *s. Gen.* 11.

Abundanter tribuit Deus tàm bonis quam malis: quia tribuit supra merita. Sed multò magis bonis, quibus temporalia quidem largitur abundè dando necessaria quibus postmodum dabit æterna. Malis verò abundantius tribuit temporalia:quos mala expectant æterna. 2. *Cor.* 9. *b.* 2. *Timoth.* 6. *d.*

q *Rup.* 7. *in Gen. c.* 11.

Puteus,

Digitized by Google

a *Hierony. ſ. Iſa.* 30.

Puteus,quem Iſaac abundantiam appellauit.*Gen.* 26.*g.* ſignificare poteſt multitudinẽ myſteriorum ſacræ ſcripturæ.Ne hanc abundantiam aquarum inuenirent alienigenæ, & contemnerent *a* obturauit Ezechias rex fõtes. 2.*Par.* 32.*a.*Suis autem dat Deus abundantem aquam in deſerto:cùm ſegregatis ab huius ſeculi curis, manifeſtat myſteria.*Sap.* 11.*b.*Ad idem pertinet abundantia,& vbertas frumenti & pœnis.*Gene.* 27.*d.* 41.*d.f.Pſa.* 64.77.*Iſa.* 5.*d.* 30.*e. Luc.* 15.*d.* Vbi etiam abundantia frumenti & vini multitudinem virginum & martyrum ſignificare poteſt. Dicitur etiam abundare miniſtratio iuſtitiæ in gloria.2.*Cor.* 3.*c.* Redundantes aquæ. *Ezech.* 47. *a.* eandem *b* copiam myſteriorum indicant.

Multitudo myſteriorum ſacræ ſcripturæ.

b *Hie.ſ.Ezec.* 47.

Sicut vitis abundans fit vxor:quum in mente *c* abundat ſapientia.*Pſa.* 127.hanc enim dat Deus affluenter. *Iacob.* 1.*a.* Et habentes hanc ſapientiam,dicuntur affluere prudentia.*Prou.* 3.*b.*

Multitudo virginum & martyrum.

c *Hil.ſ.pſ.*127

d *Hie.ſ.pſ.*64.

Abundantia argenti tempore Salomonis.3.*Reg.* 10.*d.* abundantiam ſignificat prædicatorum, aut verbi Dei in Eccleſia.Et vbertas camporum eſt *d* abundantia fructus euangelici dogmatis.*Pſa.* 64. Et verbum Chriſti dicitur abundanter habitare in aliquibus,quum ſufficientes ſunt etiam alios docere.*Coloſ.* 3.*c.*2.*Para.* 9.*g.* Et dicitur tunc abundare ſcientia ſapientis,tanquam inundatio:& ipſi ſapientes dicuntur abundare ſenſu.*Eccle.* 19.*c.* 21. & dicitur à mari abundare cogitatio ſapientiæ,ob profundum ſenſum,qui eſt in ſapientibus.*Eccl.* 24.*d.*

Abundantia prædicationis Abundantia ſpiritualium.

c *Gregor.* 16. *mor.* 10.*&* ſ. *Cant.* 8. *Ber. ſer. paruo.* 60.

Affluere deliciis ſuper omnipotentem. *Iob.* 22. *d.* eſt *e* in amore illius ſcripturæ ſacræ epulis ſatiari. Quiſquis enim deliciis affluit,in quadam ſui remiſſione ſoluitur, atq; à laboris ſtudio, quaſi ex laſſitudine relaxatur. Sic prædicatores deliciis affluunt,cùm relictis temporalibus verbo doctrinæ inſiſtunt exemplo vitæ lucentes,& opus ſpirituale inſtanter exercentes.Eodem tendit affluere bonis,& abundare gratia, & ſuperabundantes diuinæ gratiæ.De his *Iſa.* 69.*a.* 66.*d.Ephe.* 1.*b.* 2.*b.* Affluit deliciis ſponſa,quum ſpiritualium gaudiorum plenitudine abundat. *Cantic.* 8. *b.*

Multitudo fidelium.

f *Ricar. de ſ. vict.* 5. *de arca myſti.* 15. *Lym. Luc.* 5.

Copioſa multitudo piſcium.*Luc.* 5.*b.* 6.*c.* 7.*b.* ſignificare *f* poteſt multitudinem venientium ad fidem.

Orans Chriſtus pro perſecutoribus.

Abundaſſe dicitur Deus,vt auerteret iram ſuam.*Pſa.* 77. vbi deſignatur Chriſtus, quum orabat pro perſecutoribus.Hac ratione dicitur apud Deum copioſa eſſe redemptio.*Pſal.* 129.

Bona opera minorum.

Abundant valles frumento.*Pſa.* 64. quum *g* imperfecti abundant operibus neceſſariis ad vitam æternam: licet non aſcendant ad perfectiora. Qui quamuis coronam aureolam non accipiant, fructibus tamen æternæ vitæ alentur.*Iob.* 5.*d.*

Multitudo bonorũ operum.

g *Hil.& Hi. ſ.pſa.*64. *Hie.ſ.Ier.* 22.

Abundatia rerum omnium eſt proſperitas temporalis,vſq; ad ſuperflua ſe extendens.Vt *Deut.* 7.*c.* 28.*e Ier.* 22. *e.*Hac abundantia dicuntur abundare tabernacula prædonum. *Iob.* 12. *a.* Qui licèt malè acquirant,tamen in hac vita proſperitate fruuntur.Et ne hæc abundantia bonis noceat,quum eis euenerit:admonet *Eccl.c.* 18.*d.*vt tempore abundantiæ meminerint paupertatis. Hanc abundantiam reprehendit Chriſtus. *Luc.* 12. *b.* Et laudatur magis eleemoſyna viduæ pauperis,quàm eorum,qui abundabant.*Mac.* 12.*d.Luc.* 21. *a.* Appellatur & hæc *h* abundantia frumenti,& abundantia panis.*Gen.* 17.*d.* 41.*f.Pſa.* 77.Hæc abundantia dicitur fuiſſe iniquitas Sodomæ. *Ezec.* 16. *f.* 27.*d.*De hac agitur.1.*Para.* 12.*g.* 29.*d.* 1.*Paral.* 31.*c.Ier.f.* 22.*f.Dan.* 8.*g.*Hac proſperitate fruentes dicuntur affluere delitiis.*Eccl.* 2.*a.*2.*Per.* 2.*c.* Affluere autem dicuntur diuitiæ.*Pſ.*61.quia *i* cùm ſint in continuo fluxu, aliquando ad modicum tempus abundant.De his dicitur,vt,cùm multa affuerint,abundanter demus.*Thob.* 4.*b.*

h *Ru.* 7.*ſ.Ge.* 31.

i *Hie.Ier.* 22.

k *Baſi ſ pſ.* 61.

Suffciẽtia neceſſariorum.

Abundare interdum dicit ſolam neceſſariorum ſufficientiam.Qua ratione dicebat Apoſtolus.*Phil.* 4.*c.* ſe ſciré abundare,hoc eſt,neceſſariis contentus eſſe.

Damones. Diuites ſeculi Superbi.

Abundantes dicuntur dæmones,*k* qui abundant iniquitate,& ſuperbia:quibus animæ ſunt in opprobrium,dum eas trahunt ad peccatum.*Pſa.* 122.Eadem ratione abundantes ſunt diuites ſeculi, & ſuperbi, qui pauperes iuſtos contemnunt:& ipſi de ſua iuſtitia præſumunt.Et dicuntur abundanter facere ſuperbiam.*Pſa.* 30. quum in omnibus operibus ſuperbiunt,Et abundat os malitia, quum verbis fraudulentis quiſpiam quærit malum proximi. *Pſa.* 49.Et incipientia abundat malo.*Eccl.* 21.*b.* 23.*a.* 34.*b.Matt.* 34.*a.Iac.* 1.*c.* Abundantius æmulator dicebatur Paulus. *Gal.* 1.*c.*Quia non ſeruabat modum in zelo.

l *Ly.ſ.pſ.*122

Abundantia opum Tyri,diuerſa vitia ſignificare poteſt.*Ezech.* 27.*d.*Abundat etiam paupertate,qui longè abeſt à virtutibus.*Eccl.* 11.*b.*

Multitudo vitiorum. Superbientes de donis Dei. Hæretici. Potentia tyrãnorum, aut virium corporis. Carnales. Voluptates.

Abundare dicuntur tabernacula prædonum.*Iob.* 12.*a.*cùm aliqui *l* habentes dona Dei, & ſcientiam, de eis ſuperbè,& arroganter ſe extollunt,facti raptores gloriæ Dei.Sic exuberans terra ſimulacris iuxta vbertatem ſuam. *Hoſ.* 10.*a.*deſignat *m* hæreticos,qui acumen ſenſus,& ingenij à Deo percipientes, vt bona naturæ in Dei cultum verterent, fecerunt ſibi ex his idola. Nullus enim poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenij eſt, & habet dona naturæ,quæ à Deo artifice ſunt creata.

m *Gregor.* 11 *mor.* 1.2.

n *Hie.ſ. Hoſ.* 10.

Abundantia virtutis equi.*Pſa.* 32.potentiam *n* tyrannorum, aut etiam virium corporis ſignificare poteſt.

o *Baſi.ſ.pſ.* 32.

Abundantes habitatores vallium falcatis curribus.*Iudic.* 1.*d.*deſignare poſſunt homines carnales multos carnis motus habentes.

Abundans vinum,deſignare poteſt abundantiam voluptatum mentem turbantium *Eſter.* 1.*b.* 5.*b.* Huc referri poſſunt exuberantia torcularia.*Ioel.* 3.*c.*

Abundare in ſuo ſenſu,eſt ſuam ſequi opinionem.*Rom.* 14.*a.*

Abundantia cordis,multitudinem cogitationum,& affectuum ſignificare poteſt.*Matt.* 12.*c.Luc.* 6.*g.*

Abundantior honor exhibitus membris,quæ ſenſentur inhoneſta:deſignat maiora honeſtatis ſigna.1.*Cor.* 12.*c.*

Punicns Deus malos.

Abundantiſſimè præparans Dauid marmor parium ad conſtruendum templum.1.*Paral.* 29.*a.*

Copioſa familia Iudith.*Iudit.* 8.*a.*familiam Eccleſiæ ſignificare poteſt:

Abuti.

p *Lyr.ſ.Ier.* 18.

Abvti re quapiam eſt,quum quis non in eum finem ea vtitur, in quem ordinata eſt. Aut eſt nimis licenter vti.Interdum verò ſumitur pro vti,*vt Hieron.ſuper Iſa.* 29.Hoc teſtimonio abuſus eſt Dominus contra Phariſæos in euangelio Matthæi,dicens:Quare & vos præteritis mandatum Dei propter traditiones veſtras.

Abuti dicitur Deus malis.*Ier.* 18.*d.*quum *o* eos,qui iuxta naturæ ſuæ conditionem, ad gloriam creati fuerant, perpetuò punit:quia ipſi abuſi ſunt diuina bonitate.

q *Lyra.ſ. Iob.* 24.

Abuti loco pœnitentiæ dicitur malus.*Iob.* 24.*d.* quum *p* tempus ſibi conceſſum ad pœnitendum, conſumit ad magis peccandum:quod etiam eſt abuti diuina miſericordia.

Abutuntur potentia Reges,qui non ea vtuntur ad reipublicæ,& bonorum vtilitatem.*Eſter.* 13. *a.* Et abuſio eſt, quum mali per ſuperbiam imperant bonis.*Pſa.* 30.

Abuti peſſimè eſt peccatum contra naturam committere.*Gen.* 19.*b.Iud.* 19.*f.Thre.* 5. *b.* & Sichen dicitur abuſus Dina,quia contra ius faſq;, ac contra legem naturæ,ſeu gentium eam ſtuprauit.*Ge.* 34.*d.*

Abutitur mulier viro,quum illi imperat.*Eccl.* 25.*d.*Et quum caro imperat rationi.

Abutitur ſe puella,quum ſe ſubiicit ſtupro.*Eccl.* 26.*b.*

Abyſſus.

r *Baſi.ſ.pſ.*32 *Arno.ſ.pſ.* 32. 103. *Hie.ſ.Ionæ* 2. *Aug.ſ.pſ.* 32. 35.41.

Abyssvs eſt immenſa quædam profunditas, & impenetrabilis,& incomprehenſibilis, præcipuè aquarum, quaſi ſint ſine fundo.*Gen.* 8.*a.*Clauſi ſunt fontes abyſſi.

ſ *Gregor.* 19. *mor.* 22. *Euch.for ſpiritual.* 3.

Abyſſus etiam interdum ſignificat diuinam ſapientiam,*q* & inſcrutabilia eius iudicia.vt *Pſa.* 32. Dicitur Deus ponere in theſauris abyſſos:quia iudicia ſua ſibi ſeruat abſcondita.De his apertè *Pſa.* 35.Iudicia tua abyſſus multa:qualia ſunt quæ in his,qui ſunt in profundo malorum,exercentur:quum propter peccata tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.De hoc rurſus *Pſal.* 103. Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius. Huius abyſſi ſuperficies conſtringitur,*r* quum diuina iudicia occultantur.*Iob.* 38.*c.*Et quum *Pſalm.* 41. dicitur, Abyſſus abyſſum inuocat: intelligi poteſt,quod iudicium,quod hic Deus infert peccanti,inuocat abyſſum, id eſt, oſtendit aliud iudicium, quo mali damnabuntur.Et conſilium Dei dicitur eſſe in abyſſo magna,propter occultationem diuini iudicij. Et *Iob.* 41.*d.* Æſtimabit diabolus abyſſum quaſi ſeneſcentem,*ſ* quia ſuadet peccantibus ceſſaturum Dei iudicium in eis puniendis.

t *Gregor.* 34. *mor.c.* 11.

Abyſſi præterea dicuntur myſteria ſacræ ſcripturæ *t* quæ ponit Deus in theſauris: ne omnibus paſſim ſint obuia.*Pſal.* 32:Hæ abyſſi *u* eruperunt per ſapientiam Dei.*Prou.* 3.*c.Eccl.* 23.*c.* 24.*a.* 42.*e.*

u *Hie.ſ.pſ.* 32

x *Bed.ſ.Pro.* 13.

Digitized by Google

Sapientia.

Sapientia seculi.

Sapiens.

Mens & cor hominis.

Caro.

Conſcientia.

Nouũ & vetus teſtamentum.

Homo.

Deus pater & filius.

Populus.

Chriſtiani.

Materia informis.

Terra.

Senſus.

Limbus.

Timor.

Culpa.

Mendacium.

Infernus.

Dæmones & impij homines.

Aſtutia diaboli.

Tribulationes & perſecutiones.

Hæretici.

Gentilitas.

Iudæi.

Succurrens Deus.

Reuelans Deus myſteria.

Sapientia quoque, ac doctrinæ copia abyſſus dicitur. Et abyſſi fluuiorum erumpunt in terra promiſſionis, [a] quum abundat ſapientia vel in Eccleſia militante, vel in triumphante, *Deut.* 8. *b.* Et *Pſal.* 77. Adaquauit eos velut in abyſſo multa, Et *Prou.* 3. *c.* Sapientia illius eruperunt abyſſi. Et *Eccl.* 24. Profundum abyſſi penetraui.

Abyſſus etiam dicitur ſapientia *b* huius mundi, ipſiſque ſapientes, ac magi, vt *Iob.* 28. *b.* Abyſſus dicit, non eſt in me: quia diuina ſapientia non eſt in mundana. Item *Prou.* 8. *e.* Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram, & quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos. Et *Iſa.* 51, *d.* Tu ſiccaſti aquam abyſſi vehementis, quippe qui ſtultam fecerit ſapientiam huius mundi. Sic ſunt turbatæ abyſſi ad vocem ſapientiæ Dei.

Eſt item abyſſus mens, *c* & cor hominis imperſcrutabile: & ita dicuntur tenebræ eſſe ſuper faciem abyſſi. *Gen.* 1. *a.* quum mens eſt ſine gratia, & in cæcitate, & ignorantia: vbi etiam caro, intra quam eſt mens dicitur abyſſus poteſt. Et *Iob* 28. *b.* Abyſſus dicit, non eſt in me, id eſt non in corde carnali ſapientia. Et *d* Deus dicitur ambulare in nouiſſimis abyſſi, cùm ſit ſcrutator intimi cordis: *e* & ſuperficies abyſſi conſtringitur. *Iob.* 38. *c.* Et dominus omnia quæcunque voluit, fecit in his omnibus abyſſis. *Pſal.* 134. Et puteus abyſſi, *f* cor malorum. *Apoc.* 9. *a.* 20. *a.* Hæc abyſſus deuorabatur. *Amos* 7. *a.* De hac. *Eccl.* 1. *a.* Profundum abyſſi quis dimenſus eſt: Item conſcientia ipſa, vt cùm turbatæ ſunt abyſſi. Et *Haba.* 3. *b.* Abyſſus dedit vocem ſuam ab altitudine phantaſiæ ſuæ. Abyſſus phantaſiæ altitudinem portat, quum *g* humanus animus immenſa cogitatione caliginoſus ſemetipſum etiam diſcutiendo non penetrat. Sed ab hac altitudine vocem dare eſt: quia dum ſe deprehendere non poteſt, cogitur in admirationẽ conſurgere: vt eo perſcrutari non audeat, quòd ſupra ipſum eſt, quò incomprehenſibilitatem ſuam ipſe cogitans, nõ valet inuenire, quod eſt: & inde diuinã potentiã humilius laudat. Deus etiã dicitur intueri abyſſos. *Da.* 3. *c.*

In eo, quod ait prophera, *Pſa.* 41. Abyſſus abyſſum inuocat: *h* intelligi poteſt lex Euangelica inuocans legem veterem, quaſi aduocans eam in teſtimonium ſuæ veritatis: vel è diuerſo lex vetus inuocat nouam, quaſi petens per eam aperiri myſteria, quæ in ipſa latebant. In hac abyſſo adaquauit dominus populum ſuũ. Et abyſſus Euangelicam dedit vocem ſuam per prædicationẽ. *Haba.* 3. *b.* Et fontes abyſſi *i* teſtimonia veteris teſtamenti. *Gen.* 6. *b.*

Abyſſus etiam homo, & abyſſus, id eſt, homo cor habens profundum aduocat abyſſum, id eſt, alium hominem ad fidem.

Vel abyſſus inuocat abyſſum, quum Deus pater clamat ad filium: Hic eſt filius meus dilectus. Et filius è diuerſo inuocat patrem, & ipſum prædicat, & manifeſtat.

Abyſſus etiam dici poteſt populus: vt cùm *Amos*, 7. *a.* dicitur ignem deuoraturum abyſſum multam, hoc eſt *k* populum Iudæorum. Et diabolus dicitur angelus abyſſi, hoc eſt *l* populi malorum. *Apoc.* 9. *b.* 19. *a.*

Chriſtiani quoque abiecti per perſequutionem, *m* & clamãtes ad Dominum, abyſſus dici poſſunt, vt *Hab.* 3. *b.* Abyſſus dedit vocem ſuam. Et abyſſus abyſſum inuocat, quum Chriſtiani inuocant Deum.

Abyſſus quoque dicitur materia *n* prima informis, quæ caret fundo, id eſt, forma terminante. Atque ita erant tenebræ ſuper faciem abyſſi. *Gen.* 1. *a.*

Abyſſus etiam dicitur terra: vt benedictiones abyſſi deorſum iacentis indicent fœcunditatem terræ. *Gen.* 49. *d.* *Deut.* 33. *b.*

Abyſſus quoque dici poteſt ſenſus: & aperiuntur fontes abyſſi, cum *o* ſenſus in omnes affectus ac vitia effunditur. *Gen.* 7. *b.*

Abyſſus eſt limbus, & ſancti in lymbo: & abyſſus dedit vocem ſuam, quum *p* adueniente Chriſto, Sancti laudauerunt, & gratias egerunt. *Hab.* 3. *c.*

Abyſſus etiam dicitur affectus timoris: vt, Deſcendunt vſque ad abyſſos. *Pſal.* 106. qui *q* grauem habent timorem.

Abyſſus interdum dicitur culpa. Et abyſſi terræ *r* multitudo culparum, vel ſtatum culpæ: vt *Pſal.* 70. De abyſſis terræ iterum reduxiſti me. Et abyſſus multa, quam deuorauit ignis. *Amos*, 7. *b.* Omnia peccatorum *s* ſignificare poteſt. Idem poterit deſignare. *Apoc.* 17. *c.* quum beſtia aſcenſura eſt de *t* abyſſo. Et abyſſus inuocat abyſſum, id eſt, culpa trahit culpam, & pœna aduocat pœnam. Puteus abyſſi, mendacia diaboli ſiue fundamenta. *Ap.* 9. *c.*

Abyſſus præterea ſignificare ſolet infernum: *u* vt quum dicitur. *Gen.* 1. *a.* tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Hæc appellari ſolet abyſſus magna, habens ſuos fontes, id eſt, dæmones, qui rupti dicuntur ad inundationem mundi. *Gen.* 7. *b.* Et benedictiones abyſſi ſignificabunt euaſionem inferni. *Gen.* 49. *d.* *Deut.* 33. *b.* Hæc abyſſus operit Ægyptios, quum mali merguntur in inferos. *Exo.* 15. *a.* Sic peccantes deſcendere dicuntur vſque ad abyſſos. *Pſa.* 107. 70. 76. Et abyſſus dicitur exaltaſſe Aſſur, id eſt, diabolum. *x* *Exec.* 26. *d.* 31. *a.* Et abyſſus dicitur vallaſſe Ionam deſignantem eos, qui tenebantur *y* in inferno. *Iona* 2. *c.* Ideo dæmones rogabant Chriſtum, ne in abyſſum eos ire compelleret. *Luc.* 8. *e.* Et *Apoc.* 9. *a.* ponitur clauis abyſſi, & angelus abyſſi. Et *Apoc.* 20. *a.* mittitur draco in abyſſum. Et hæc abyſſus *z* dicit non eſſe in ſe ſapientiam. *Iob*, 28, *b.* Et ſuperficies abyſſi conſtringitur, *aa* quum fraudes diaboli occultantur. De hac abyſſo. *bb* *Haba.* 3. *c.*

Abyſſi etiam dæmones *cc* dici poſſunt: vt cum congregatæ dicuntur abyſſi in medio mari. *Exod.* 15. *b.* Et quum ſunt abyſſi. *Pſal.* 76. Et cùm Ionam dicitur abyſſus vallaſſe. *Iona* 2. *c.* Eadem ratione impij homines, *dd* mentes vitiis obſcuræ, abyſſus appellari poteſt: præcipuè cum propter peccata ſua tradit illos Deus in reprobum ſenſum. *Iob* 38. *b.* *Pſa.* 35. *Apo.* 20. *a.* Et ipſa aſtutia diaboli abyſſus. *Ezech.* 31. *a.* Abyſſus exaltauit Pharaonem, hoc eſt, aſtutia diabolum.

Abyſſi etiam dicuntur magnæ tribulationes, *ee* & perſequutionum multitudo, quibus infideles opprimunt fideles: vt abyſſus dicitur veſtimentum terræ. *Pſa.* 103, quum eccleſia vndique perſequutionibus cingebatur. Et deducit dominus in abyſſis, ſicut in deſerto. *Pſal.* 105. quum facit, vt magnæ tribulationes tanquam leues habeantur. Et Deus cogitatione ſua placat abyſſum, quum nutu ſuo ſedat perſequutiones. *Eccl.* 43. *c.* Sic *Ion.* 2. *c.* Abyſſus vallauit me. De his *Iſa.* 51. *d.* 63. *c.* *Ezech.* 26. *d.* *Hab.* 3. *b.* *Apo.* 20. *c.*

Abyſſus vallauit Ionam, hoc eſt, Chriſtum, quando Iudas cum cohorte, venit ad comprehendendum Chriſtum. *Iona* 2. *c.*

Accaron.

ACCARON, id eſt, ſterilitas, vel eradicatio: ciuitas eſt Paleſtinorum. Poteſt eſſe typus hæreticorum, *ff* qui eradicant fideles ab Eccleſia. *Amos* 1. *c.* *Sopho.* 2. *a.* Eſt etiam typus *gg* gentilitatis quæ ſterilis erat, abſque lege & notitia Dei. *Zach.* 9. *a.* Deſignat etiam Iudæos qui ſteriles facti ſunt & inopes fructum ſpiritus fugientes, & paleam literæ ſectantes, *Amos* 1. *c.*

Accedere, Appropinquare, Appropiare.
Propè, Inacceſſus.

ACcedere ad aliquem locum, eſt verſus illum ire, ac propinquum illi fieri. Recipit allegoria ſecundum id, ad quod acceditur. Eſt autem accedere, appropinquare. *Gen.* 27. *c.*

Accedere ad me, & tangam te. Adire. *Iſa.* 8. *a.* Acceſsi ad prophetiſſam. Aduenire. *Gen.* 38. *b.*

Acceſsit quoque Lia. Aggredi. *Matth.* 20. *c.* Acceſsit ad eum mater filiorum Zebedæi. Fauere. *Matth.* 4. *b.* Ecce angeli acceſſerunt. Vſurpare. *Num.* 18. *a.* Si quis externus acceſſerit.

Accedere non competit Deo, niſi ſecundum metaphoram, ſicut nec recedere. Competit tamen Chriſto ſecundum aſſumptam humanitatem. Dicitur autem Deus accedere ad aliquem, illi ſuccurrit, *hh* & miſericordiam præſtat; vt appropinquauit Ieſus portæ ciuitatis: & acceſsit ad loculum, in quo iacebat mortuus. *Luc.* 7. *b.* Sic ap propinquauit Samaritanus vulnerato, hoc eſt Chriſtus aſſumpta carne, factus generi humano miſericordiæ collatione vicinus. *Luc.* 10. *f.* Et dicitur Deus eſſe propè iis, qui tribulati ſunt corde. *Pſ.* 33. 118. 144. *Iſa.* 14. 46. 51. *Thre.* 3 *f.* *Deut.* 4. *a.* *Luc.* 21. *f.* 14, *b.* *Iacob*, 4. *b.* Et dicitur Dominus appropinquans *Ier.* 23. *c.* Et propinquus eſſe pupillis. *Prou.* 23. *b.* quia eorum vindicat iniurias. Et in vniuerſum dicitur Deus propè eſſe omnibus in hac vita viuentibus: *ii* quia paratus eſt omnibus hic cum inuocantibus, ſuccurrere. *Iſa.* 55. *b.* *Malach.* 3. *b.*

Accedit etiam Deus, cùm reuelat myſteria: vt cùm tres viri ſteterunt propè Abraham. *Gen.* 18. *a.* *Phil.* 4. *a.*

Appropinquare dicitur regnum cœlorum, quum *kk* Chriſtus accedit ad animam: & quum imago, & ſimilitudo

a *Gloſ. inter. li. ſ. Deu.* 8.
b *Glo. ordi. ſ. Iob.* 28.
c *Au.* 1. *de gene. ad literam* 1. *& ſ. Pſ.* 76. 134. *& ſ.*
d *G.* 9. *mo.* 19.
e 18. *mor.* 27. *& 29. mor.* 3. *& 33. mor.* 9. *Bed. ſ. Gen.* 1.
f *Aug. ho.* 7. *in Apoc.*
g *Hie. in Abac. c.* 3. *& ep. ad Hedib.*
h *Euc q. in pſ. & for. ſpir.* 3. *Arn. in pſ.* 41. *Aug. in pſ.* 41.
i *Bed Gen.* 6. *Aug. ſ. Apoc. hom.* 7. 16.
k *Ru. Am.* 7.
l *Aug. ho.* 17. *in Apoc. &* 16
m *Ly. ſ. Ha.* 3.
n *Augu.* 1. *de Gen. contra Manich. 20s.*
o *Phi. de profugis.*
p *Rup. ſ. Habac.* 3.
q *Aug. ſ. pſal.* 106.
r *Ar. ſ. pſ.* 70. *Aug. ſ. pſ.* 41. 70. *& de verbis domini ſermo.* 34.
ſ *Hi. Amo.* 7.
t *Ru.* 5. *ſ. Ap.*
u *Orig. ſ. Gen. hom.* 1. *Ber. Gen.* 1. *Hie. ſ. Hab.* 3.
x *Hie. Ez.* 26.
y *Hie. Ion.* 2.
z *Hie. Io.* 28.
aa *Grego.* 29. *mor.* 22.
bb *Hie. & Ru in commen.*
cc *Hie. ſ. Iõ.* 1. *& ſ. Iob.* 38.
dd *Aug. in pſ.* 35.
ee *Au. pſ.* 103. *Rup. Iona* 2.
ff *Hi. ſ. Amo.*
gg *Rup. ſ. Amos.* 1.
hh *Ori. ſ. Luc. ho.* 34. *Amb. ſ. Luc.* 10. *Baſi. ſ. pſ.* 33.
ii *Hi. Iſa.* 53.
kk *Or. ſ. Mat. ho.* 1. *Hil. ſ. Matth. cano.* 10.

Digitized by Google

Dei nunc in consortium veritatis assumitur: vt sancti omnes, qui cæli nuncupati sunt, Domino conregnent. *Matth.8.a.4.c.10.a.Marc.1.c.Luc.10.b.*

Appropinquans Christus Hierico: est assumens humanitatem. *Luc.18.f.* Sic dicitur Deus propè feciſſe iustitiam suam. *Isa.46.d.* Et appropinquauit Iesus ad descensum montis Oliueti. *Luc.19.e.* quum descendit de cœlo ad nos *a* per misericordiam. Et propè existens Abraham, vt ingrederetur in Ægyptum. *Gen.22.c.* designauit appropinquantem incarnationem Christi, per quam ingressurus erat in mundum.

Incarnatio Christi.

Appropinquauit vita Christi in inferno. *Psal.87.* quando dixit Christus. *b* Tristis est anima mea vsque ad mortem. Vel appropinquauit in membris.

Tristitia Christi.

De propinquo effundit Deus iram, quando citò, aut grauiter punit. *Ezech.7.b.* Et propè dicitur esse dies domini, propter vicinitatem *c* diei iudicij, aut mortis vnuscuiusque, & quia omne tempus æternitati comparatum breue, & vicinum est. *Isa.13.a.14.a. Ezec.30.a. Ioel.1.d.* Sic dicitur appropinquare aduentus Domini. *Iacob.5.b.1. Pet.4.b.* Et appropinquauit Deus, aut consilium eius, quum punit. *Isa.5.e.*

Diuina punitio.

Dies iudicii.

Accedere ad Deum, est *d* eius voluntatem secreta contemplatione cognoscere: & ab exterioribus ad interiora tendere. *1.Reg.14.f* Sic discipuli accedunt ad Iesum in domo, *e* quum ad diuinorum secretorum contemplationem admittuntur. *Matt.5.a.13.b.15.b.24.a.* Sic ait Propheta: Accedite ad eum, & illuminamini. *Psal.35.148.* Et *Isa.34.a.48.c.41.a.* Vbi petit Deus, vt accedant ad se: quasi vt doceantur, & vt iudicetur. Accessus autem habetur ad Deum per Christum. *Rom.5.a. Ephe.2.d.3.c. Heb.10:d.* Accedunt autem ad dominum sacerdotes, & ad offerendum victimas: quia accedere ad Deum, *f* peculiariter est sacerdotum illi ministrantium. *Exo.19.d. Leui.10.a. Num.16.a. Deut.30.a.1. Par.29, g. Ezec.40.g.42.c.* Sic dicitur, *Eccl.4.d.* Appropinqua, vt audias. Et inuitamur ad accedendum ad sapientiam. *Eccl.21.a.51.d. Ier.30.d.* Et appropinquare rubo est inuestigare mysteria. *Exo.3.b.* Solus autem Moses appropinquat ad Deum, quasi alij, vt indigni arceantur. *Exod.24.a.* Accedere autem Moſen ad caliginem, est penetrare allegorias. *Exod.20.d.* Et accedere ad Moſen, est inuestigare legis mysteria. *Exo.34.d.*

Admitti ad secreta.

Inuestigare mysteria.

Accedere dicitur ad Deum, *g* qui fit ei similis: recedere verò à Deo, qui fit ei dissimilis.

Fieri similem Deo.

Accedere prætereà ad Deum, est *h* ad fidem venire intra Ecclesiam: vt quum turbæ in monte accedunt ad Christum. *Matth.15.c.* Idem est accedere ad seruitutem Dei. *Eccl.2.a.* Sic *Psal.33.* dicitur: Accedite ad eum. & illuminamini: vt videlicet à tenebris peccati, veniat ad lumen fidei, & gratiæ. Ita inuitat Deus gentes, vt accedant ad se. *Isa.41.a.45.d.57.d. Eccl.51.c. Soph.3.a. Rom.10.b. Eph.2.c. Hebr.11.b.1. Pet.1.a.* Sic iussit Moses populum accedere coram Domino. *Exod.16.b.* Accedentes autem ad Christum per fidem, *i* curantur, *Matt.21.b. Actor.18.c.* Sic accessit mulier retrò, veniens per fidem, & nondum pertingens ad speciem: & curata est *Luc.8.f.* Accessit etiam Centurio per fidem & charitatem, & licèt per alios, plus tamen accedebat per fidem quam illi, quos mittebat. *Matt.8.a.* Accedés etiam Iacob & Isaac, vt tangeretur ab eo. *Gen.27.c.* designat accessum gentilis populi ad Deum per fidem: vbi est primus cõtactus, & veluti probatio. Et rursus accedens, vt oscularetur eum: designat accessum per charitatem, & perfectionem operum; per quæ meretur benedici. Sic mulier accedens cum alabastro vnguenti. *Matt.26.a.* Et facti sunt propè, qui longè aberant. Dicimur autem habere accessum ad Deum per Christum. Accedens autem Iudas audacter ad Ioseph. *Gen.44.d.* designat fortem confessionem fidei Christi in eo, in quo prius erat timida. Accesserunt etiam mulieres ad Christum per charitatem. *Matt.28.b.* Et accedens Esther ad osculandum regis virgam *Ester 5.a.* Designat Ecclesiam appropinquantem ad Christũ per charitatẽ. Acceditur etiam ad Deum *k* per opera iustitiæ. *Isa.58.a. Iac.4.b.* & *Soph.3.a.* reprehenditur, quæ non appropinquauit. Et populus exercens opera iustitiæ, dicitur populus appropinquans Deo. Et publicani appropinquabant ad Christum. *Luc.15.a.*

Fieri similem Deo.

Venire ad fidẽ intra ecclesiam.

Accessus per fidem & charitatem.

Accessus per opera iustitia.

Accedere ad altare. *Exod.28.30.40.* est *l* ad Eucharistiam & sacramenta, aliáque sacra mysteria tractanda accedere: ad quæ non debet immundus appropinquare. Vnde qui habent maculam, quæ generare scandalum potest, non admittuntur ad ministerium: licet possint comedere de sacrificiis, hoc est sumere sacramenta. *Leui.9.b.21.d.22.a.* Sic extranei & non de genere Leuitico, prohibentur ad tabernaculum, & sacra accedere, sub pœnæ mortis comminatione. *Num.1.g.3.f.18.b.* Et accedere aliquem de vulgo ad arcam, est indignos tractare mysteria: ideo prohibentur accedere. *Ioſ.3.a.*

Accessus per opera iustitia.

Tractare mysteria.

Angeli & sermones Dei aduersus peccatorem.

Appropinquantes amici aduersus hominem. *Psal.37.* Sunt *m* angeli stantes contra peccatorem, & laborantes, vt resipiscat. Sic accedebant aduersus Hai, vt debellarent peccatorem. *Ioſ.8.* Sermones etiam Dei appropinquant nobis, cùm reprehendunt mala nostra. Et accedens Elias, vt reprehenderent populum. *3.Reg.18.b.* designat solicitudinem prælati erga oues: ad quas debet accedere, & non ab eis recedere.

Solicitudo prælati.

Accedentes fratres Ioseph ad ipsum iam agnitum. *Gen.44.a.* Designant *n* omnes tribulatos & oneratos ad Christum inuitantem venientes, & ab eo reficiantur.

Accedere ad Christum inuitantem.

Accedentes fratres Ioseph cum pecunia ad eius dispensatorem. *Gen.43.d.* designant prædicatores verbum prædicationis referentes Christo: à quo cognoscunt se aliud habere. Hi accedunt cum fiducia: non ita mali. Sic accedebant *o* accipientes talenta. *Matt.25.b.*

Acceptũ ferre verbũ prædicationis Christo.

Accedentes etiam fratres Ioseph ad dispensatorem, designare possunt Iudæos consulentes legem: cùm dubitarent credere in Christum. Appropinquare autem ad solium iniquitatis, vel ad sabbata mendacia. *Amos,6.a.* est nimiri, *p* inniti literæ legis: vel iniquè condemnare Christum.

Iudæi consulentes legem

Inniti literæ legis.

Accedentes discipuli ad Christum pro Chananea. *Matt.15.c.* designant orationes Sanctorum, per quas maximè ad Deum acceditur. Sic dicitur appropinquasse Abraham ad Dominum, vt oraret pro Sodomis. *Gen.18.c.* & deprecatio appropinquat Deo, *q* quum est illi grata: & quum eam comitantur bona opera: & prius accedit oratio, deinde ipse orans & perfectus. *Psal.118.1. Reg.8.f. Eccl.35.c.*

Orationes sãctorum.

Accedens Isaias ad prophetissam. *Isa.8.a.* designat *r* accessum ad Spiritum sanctum, vel ad Ecclesiam vel beatam virginem Mariam. Sic accedere ad Sion. *Heb.12.c.* est accedere ad Ecclesiam: & non ad Sina, id est, ad synagogam Idem est appropinquare Hierosolimis, & Bethphage. *Matt.21. Marc.11.a. Luc.19.d. Ioan.19.d.*

Accessus ad spiritum sanctum, vel ad ecclesiam.

Accedit homo ad cor altum, quum *s* magna de Deo cognoscit. *Psal.63.* Vbi legitur. Accedet homo ad cor altum. Accessit etiam homo ad cor altum, hoc est secretum, quum Christus obiecit humanis aspectibus hominem, cælans formam Dei, in qua æqualis est Patri, & offerens formam serui, qua minor est Patre. Appropinquare etiam dicitur cor, cùm *t* cognoscitur à Deo. *Psa.54.* Vel appropinquat cor Christi, quum benefacit. Et mali cor ad fallendum.

Magna de Deo cognoscere.

Christus cælans formam Dei.

Cognosci cor à Deo.

Accedere ad Deum duplici corde: est *u* bona opera agere non recta intentione: vt hypocritæ faciunt, qui & malignè dicuntur ad Deum accedere. *Eccl.1.d.* Sic accedebant Pharisæi ad Christum. *Matth.15.a.* Sic accessit ad eum tentator. *Matth.4.a.* & populus Iudæorum appropinquabit ore & labiis suis Deo: quia vnius Dei cultum se habere gloriabatur, & respuere idola: sed cor eius longè est à Deo, quia non recipit dominũ Iesum Christum, *Isa.29.d. Ier.12.a.* Sic propè dicuntur esse, qui simplicem habẽt fidem in Ecclesia sine operibus. *Exe.6.c. Dan.9.* Et inimici Christi appropinquauerunt aduersus ipsum. *Psa.37.* Propè etiam dicitur dominus ori impiorum. *Ier.12.a.* Quia *x* hæretici habent bona verba, vt decipiant.

Bona agere nõ recta intẽtione.

Verbis tantũ colere Deum.

Bona verba hæreticorum.

Accedere ad Deum, interdum est quasi velle conferre creaturam Deo, aut *y* venire in iudicium cum eo, vt ita ratione coarguantur. Sed dicebat Deus per Isaiam. Accedant, & tunc loquantur: simul ad iudicium propinquemus. *Isa.41.a.50.c.57.a.58.a.* Sic accedebat, qui abscondit talentum in terra. *Matt.25.b.* Propè etiam dicebantur Iudæi, qui habebant legem Dei, in qua gloriabantur. *Isa.57.d. Ephe.2.c.* Et propè dicitur esse, qui sibi videtur sciolus, & diligens: qui nisi cauerit, gladio hæreseos, aut schismatis ferietur. *Ezech.6.d.*

Venire in iudiciũ cũ Deo.

Cõsulere susceptionẽ baptismi.

Accedentes serui Naaman, vt illi consulerent lotionem in Iordane. *4.Reg.5.c.* designant gentiles *z* consulentes rudioribus susceptionem baptismi: vel bonos ministros Principum, qui citra adulationem illis vera dicunt: quia sæpè Deus minori reuelat, quod melius est.

Lex suscipiẽs curam ſynagogæ.

Accedens Giezi ad amouendam mulierem à pedibus Elisæi, 4. *Reg.4.e.* designat legem suscipientem curam synagogæ.

Amplexus fortitudinis.

Accedens Iudith ad columnam. *Iudit.13.a.* designat amplectendam fortitudinem aduersus diabolum.

Accedenti a

a *Ambroſ. ſ. Luc.19.*
b *Au.ſ.pſ 87.*
c *Hie.ſ.Iſ.13. & ſ. Eze.30.*
d *Greg.ſ. Reg.14.*
e *Orig.ſ.Matt.13.& ſ.Iosu.ho.4. Hie.ſ. Eccl.4. & ſ. Eze.40.*
f *Iſy.Leu.10.*
g *Au.ſ.pſ.33.*
h *Orig.ſ.Matt.15. Baſi.ſ.pſ. 33.*
i *Amb.ſ. Luc.8. Aug.1. de cõſenſu euangeliſt. 20. & ſ. Pſ.33.& 33. contra Fauſtum.8*
k *Hi.ſ. Iſ.58.*
l *Iſ.ſ.Leu.21.*
m *Baſi & Arno.ſ.pſ.37.*
n *Amb.de Ioſeph.*
o *Ori.ho.33. in Matth.*
p *Hie.ſ.Amos 6. Rup. ſ. Amos 6.*
q *Ambr. ſer. 22.in pſ.118.*
r *Hie.ſ. Iſa.8.*
ſ *Hil.& Hie. & Aug. ſ.pſ. 63.*
t *Arn & Hila.ſ.pſ.54.*
u *Hi.ſ.Iſ.19. Greg.ſ.pſ. 37.*
x *Orig. ho.8. ſ.Ierem.*
y *Hie.ſ.Iſ.57. & ſ. Ezec.6.*
z *Glo.ord.ſ.4. Reg.5.*

Digitized by Google

Fideles ad fideles.

Accedentia ossa ad ossa. *Ezech.* 37. *b.* designant fideles accedentes ad fideles: aut virtutes inuicem coniunctas, & connexas.

Accedere ad angelos & Sanctos.

Propinquant montibus æternis, qui accedunt ad angelos, *a* & ad Sanctos inuocandos, vel imitandos. *Mich.* 2. *c.* iuxta septuaginta.

a *Hie. s. Mich.* 2.

Puniri adulatores.

Accedit alicui pro reuerentia bona gratia. *Eccl.* 32. *e.* Quia fit gratus ei, quum reueretur.

Accedens puer Dauid in irruendum in mendacem occisorem Saulis. 2. *Reg.* 1. *d.* significat puniendos *b* esse adulatores.

b *Lyra. s.* 2. *Reg.*

Finis legis. Tempus gratiæ aut iudicii.

Appropinquans dies mortis Iacob. *Gen.* 47. *g.* designat appropinquantem finem legis. Sic appropinquans dies mortis Mosis. *Deut.* 31. *d.* Et Dauid. 3. *Reg.* 2. *a. Eccl.* 11. *c. Thre.* 4. *d. Ezech.* 7. *c.* 1. *Mach.* 1. *f.* & prope est æstas, *c* quum venit tempus gratiæ, aut iudicij. *Matt.* 24. *c.* 26. *b. Luc.* 21. *f.* & appropinquans dies, est tempus gratiæ, vel ipse Christus. *Rom.* 13. *d. Heb.* 10. *e.* Et dies festus. *Luc.* 12. *a.* Sic appropinquat tempus fructuum: quum venit tempus gratiæ vel iudicij. *Matt.* 21. *d. Eccl.* 12. *a.*

c *Ori. s. Matt. hom.* 19. *& s. Rom.* 13.

Cognitio propriæ infirmitatis. Et timore bene operari.

Appropinquat anima iusti corruptioni, & mortiferis, cùm *d* considerat se sine diuino auxilio facile in peccatum labi. *Iob.* 33. *c. Psal.* 78. 106. Sic appropinquare inferno. *Eccl.* 51. *b.*

d *Gregor.* 23. *mor.* 28.

Appropinquat mulier ad partum. *Isa.* 26. *c.* quum *e* quis à facie formidinis domini concipit, & parturit, non carnis liberos, vel spiritus: vt tota mente in Deum credat, & cognita vi tribulationis, ex timore incipiat bene operari.

e *Glo. intra s. Isa.* 27.

Humilitas. Christus ad passionem.

Appropians Iudas ad torrentem, vbi vicit. 1. *Mach.* 5. *c.* designat *f* per humilitatem vincendos esse dæmones: designat etiam Christum venientem ad torrentem passionis, vbi vicit diabolum.

f *Glos. ordin. s.* 1. *Mach.* 5.

Accedere ab voluptates & ad doctrinam peruersam.

Appropinquare ad vxores, est *g* carnis curam agere. *Exod.* 19. *c.* Et accedere ad domesticos carnis est affectus accendere ad voluptates diuitias, honores, & similia. Et accedere ad mulierem menstruatam, est amplecti doctrinam peruersam. *Ezech.* 18. *b.*

g *Philo de gigan.*

Deleri peccata in baptismo.

Accedere non valentes Ægyptij ad Hebræos in mari rubro: nec è diuerso. *Exod.* 14. *e.* designat in baptismo, ita penitus deleri præterita peccata, vt amplius non redeant,

Diabolus ad tentandum.

Accedere ad murum, vbi accedentes vincuntur. 2. *Reg.* 11. *e.* est abire se grauibus tentationibus sine causa, à quibus mereatur vinci. Cùm verò è diuerso vincunt: significabitur discreta, & fortis obiectio, per quam habetur victoria. 1. *Mach.* 6. *a.* 1. *Mach.* 10. *g.*

Accedens Abimelech ad turrim. *Iud.* 9. *g.* designat diabolum accedentem ad tentandos fortes. Sic Pharao ad *h* populum Israel. *Exod.* 14. *c. Psal.* 26. 31. 37. 118. vbi persequentes iustum dicuntur appropinquare iniquitati: & appropinquare solio iniquitatis. *Amos* 6. *b.* & appropinquantes currus, & equites ad Saulem. 2. *Reg.* 1. *b.* Philistæus ad Dauid. 1. *Reg.* 17. *e.* & nocentes. *Psal.* 26. 54. & Iudas. *Matt.* 26. *e. Luc.* 22. *e.* & propinquantes Assyrij sunt dæmones persequentes. *Exo.* 23. *a.*

h *Hie. s. ps.* 37. *Hila. & Aug. s. psal.* 54.

Pœna cõprehendens.

Accedit alicui malum, vel flagellum, quum apprehendit eum pœna propter peccata. *Psa.* 90. *Isa.* 54. *d.* Et dicuntur appropinquare anni non placentes *Eccl.* 12. *a.* & appropinquat mors, aut finis, *i* quum venit punitio destruës: & visitationes vrbis, & dies Domini, & desolatio: & Prælium Dei. *Ps.* 31. *Isa.* 13. *a, Iere.* 48. *e. Thre.* 4. *d. Ezec.* 7. *b.* 9. *a.* 30. *a.* 22. *Tob.* 14. *b. Luc.* 21. *a.* 21. *d.*

i *Hie. Exec.* 9.

Hypocrita.

Nolentes, vt sibi appropinquent, alij tanquam immundi, sunt hæretici, *k* & hypocritæ, qui cæteros aspernantur. *Isa.* 65. *a.*

k *Hi. s. Is.* 65.

Angelorum chori. Superbi.

Inaccessæ rupes dici possunt angelorum chori, *l* ad quos contemplandos non accedunt corda peccatorum. Sed qui sunt, velut aquilæ, *Iob.* 35. *d.* Vel è diuerso, sunt *m* admodum superbi, in quibus moratur diabolus.

l *Gregor.* 31. *mor.* 35.

m *Hi. s. I.* 39.

Accelerare, Festinare: Properare, Celer, Velox, Citò, Citatus.

ACcelerare, & festinare velocitatem dicunt in motu, aut actione. Admittuntur in allegorias secundùm id, quod festinat, aut id quod festinatur.

Promptitudo Dei ad adiuuandum.

Accelerat Deus, vt eruat: aut ad adiuuãdum, quum *n* inuocatus succurrit, ne deficiant in tentatione. *Ps.* 30. 69. Et velociter exaudit, cùm festinatò liberat. *Ps.* 68. 101. Petimus autem, vt acceleret, quia transuolant tempora, ideo festinandum nobis in petendo auxilium, vt ipse festinet ad adjuuandum. Festinatio Assueri ad succurrendum Esther; designat promptitudinem Dei ad succurrendum Ecclesiæ, & animæ in necessitate. *Esther.* 15. *c.* Et benedictio Dei dicitur festinare in mercedem iusti, *Eccl.* 11. *c.*

n *Gloss. ordi. s. ps.* 30.

Verbum Dei vbique.

Velociter dicitur currere sermo Dei. *Ps.* 147. quia *o* ipsum Verbum Dei vbique est, & omnia penetrat.

o *Aug. s. psal.* 147.

Promptitudo redemptionis Christi & cõuersionis gentium.

Festinatio & acceleratio detrahendi spolia. *Isa.* 8. *a* designat *p* promptitudinem redemptionis Christi, & conuersionis Gentium ad fidem per ipsum factæ. Dicuntur etiam gentes acceleraſſe, quum promptè venerunt ad fidem. *Ps.* 15. Festinatio etiam Ioseph in domum ob lachrymas. *Gen.* 43. *f.* designat promptitudinem affectus Christi erga redemptionem generis humani. Et celeriter vadens Dauid in Bethlehem. 1. *Reg.* 20. *a,* designat accelerationem natiuitatis Christi.

p *Hier. s. Is.* 8. *& s. ps.* 15.

Cito cãiungens Deus. Prompta susceptio fidei Christi.

Velox testis erit Deus malis: quia *q* citò eos conuincet. *Malach.* 3. *b.* Ideo dicitur festinus velociter venire, quia veniet, quando non speratur. *Isa.* 5. *g.*

q *Glos. ord. s. Malach.* 3.

Solicitudo bene operandi.

Festinare venire ad Ioseph. *Gen.* 45. *e.* designat celeritatem susceptionis fidei Christi. Sic festinauit Abigail, vt iungeretur Dauid. 1. *Reg.* 25. *a.* & pastores venerunt festinantes, *Luc.* 2. *b.* & Zachæus festinauit, vt susciperet Christum in domo. *Luc.* 19. *a.* & Esaias admonet omnes, vt properent ad Christum, & ad aquas baptismi. *Isa.* 15. *a.*

Festinatio populi ad transeundum Iordanem. *Iosu.* 4. *b.* designat *r* solicitudinem bene operãdi, & implendi omnia præcepta post susceptum baptisma. Et festinare in iudiciis miserationis. *Eccl.* 18. *b.* est promptè exercere opera misericordiæ: vt audiant in iudicio, Venite benedicti. Sic abiens Maria cum festinatione montana, *Luc.* 1. *d.* designat *s* promptitudinem præstandi obsequium proximo, & vitandi vana, & exercendi bona opera. Idem designauit festinatio Abrahæ, & Saræ ad præstandum obsequium hospitibus. *Gen.* 18. *a.*

r *Orig. s. Ios. ho.* 5.

s *Ambro. de Abraham.* 5. *Aug. epi.* 59.

Prompta pœnitentia.

Festinat iustus accipere doctrinam, *Prou.* 9. *b.* quia promptus est ad bonum, & ad suscipiendam correctionem, & pœnitentiam. Sic descendit festinus Dauid, vt susciperet verbum Ionathæ. 1. *Reg.* 20. *d.* Et accelerare dicuntur post multiplicatas infirmitates, *Ps.* 15. Qui cognoscentes peccata sua, grandem, & festinatam agunt pœnitentiam, conuersi ad Deum,

Promptitudo vitæ contemplatiuæ. Promptitudo obedientiæ Properare ad cælum.

Festinatio Rachelis ad nunciandum patri aduentum Iacob, *Gen.* 29. *e.* designat promptitudinem vitæ contemplatiuæ ad suscipiendum Christum. Eadem festinauit, vt absconderet idola. *Gen.* 31. *e.* quia eiusdem vitæ contemplatiuæ est remouere phantasmata, &c. quæ rectam Dei cognitionem impediunt.

t *Glos. ordi. s. Gen.* 24.

Celeritas Rebeccæ in deponenda hydria, vt daret potum seruo Abrahæ. *Gen.* 24. *c.* designat *t* promptitudinem obedientiæ venientium ad fidem ex gentibus. Idem designant properantes populi ad montem domini. *Mich.* 4. *a.*

u *Bed. Exod.* 12.

Reddere vota.

Festinanter comedere agnum. *Exod.* 12. *b.* ast *u* ad cælestem patriam anhelare: & non expectare diem crastinum, cuius sumus incerti *x* ad bene operandum, Sic monemur. *Heb.* 4. *c.* festinare ingredi in illam requiem. Sic Leuitæ festinatò distribuebant hostias. 2. *Para.* 30. *b.* Ad hoc etiam facit festinatio Abrahæ. *Gen.* 18. *a,* Sic etiam fuit festinus Moses ad placandum dominum. *Exo.* 34. *a.* Et Abigail ad placandum Dauid, & vt ei copularetur. 1. *Reg.* 25. *c. g.* Ita etiam accelerauerunt sancti venire *y* ad Dominum. *Psal.* 15. Ita etiam venerunt filiæ Ietro velocius ad patrem. *Exod.* 1. *d.* Fugientes solicitè à dæmonibus, & properantes ad Deum dicuntur velociores lupis vespertinis. *Habac.* 1. *b.* Festinationes etiam hæ, designant citò reddenda esse vota Deo. *Eccl.* 5. *a.*

x *Amb.* 1. *de Cain.* 8. *Greg. ho.* 22. *Phil. de sacri. Abel & Cain Georg. Venet. cant.* 2. *to.* 3. *cap.* 19.

Transitus ad mysticos sensus.

Properatio sponsæ, *Canti.* 2. *a.* transitum *z* significat ad sensus spirituales; & abiectionem corporis, & rerum corpotalium: & desiderium vehemens ad proficiendum aliis,

y *Arno. s. psa.* 15.

Solicitudo prælati.

Festinatio Abrahæ in tabernaculum, *Gen.* 18. *a.* figura est solicitudinis prælati pro Ecclesia: ad cuius ministerium etiam accelerare facit sibi subditos. Sic accelerauit Simon consummare muros Hierusalem. 1. *Mach.* 13. *b* Et rex Babylonis iuit festinus ad laçum leonum, vbi Daniel erat, *Dan.* 6. *e,*

z *Orig. s. Cãt, ho.* 3. *Gre. s. cant.* 1. *Ber. s. canti, ser.* 58.

Solicitudo apostolorum & prælatorũ in prædicãdo. Q. corrigendo.

Festinantes filij Iacob ad patrem, vt nunciarent de Ioseph. *Genesis* 21. *e.* Designant solicitudinem Apostolorum pro conuersione populi Israel: velociter autem currit sermo Dei, quum Christus prædicatur in omni terra.

Psal.147. Festinatò autem expellentes sacerdotes de templo regem Oziam leprosum. 2. Paral. 26. d. designant solicitam correctionem prælatorum sine acceptione personarum: & ipse rex accelerans egredi, designat libentem susceptionem pœnitentiæ per subditos faciendam, velocitas autem prædicatorum Ecclesiæ a designatur. Isa. 30. d. Vbi si veloces dicuntur doctores hæreticorũ, velociores tamen dicuntur doctores Ecclesiæ, qui eos conuincũt. Festinatio etiam vxoris Manuæ ad virum suum. Iud. 13. b. designat sollicitudinem manifestandi diuina. Et festinatio Danielis, vt narret interpretationem. Dan. 4. c. Festinatio etiam dissoluendæ obligationis pro amico factæ. Prou. 6. a. solicitudinem prælatorum pro subditis indicat. Et celeres vt edarij. Ester. 8. d. designare possunt diligentiam prædicatorum. Horum autem velocium non est cursus b sed gratia Dei. Eccles. 9. c.

Festinatio serui Abrahæ redeuntis ad domum suam, cum vxore Isaac. Gen. 14. g. designat gratiarum actionem prædicatoris c pro fructu prædicationis.

Festinatio Saulis ad inueniendum Samuelem. 1. Reg. 9. b. designat d prædicatorem, quàm minimum poterit, in ciuitate debere morari.

Accelerans Eunuchus Assueri mundum muliebrem ad Esther. Ester. 2. b. designare potest prædicatorem curantem ornare animas, vt veniant coram Deo.

Festinato deponentes saccos fratres Ioseph, designant promptitudinem ad reddendam de se rationẽ, Gen. 44. c.

Velociores dicuntur fuisse cursore dies antiquorum patrum: e quia ante finiti sunt, quàm redemptionis lucem viderent. Iob. 9. c. Et dies cuiuslibet hominis velociores sunt cursore: quia deprehendi non valent, quam nulli sint, nisi quum repentè transacti finiuntur, qui venientes longi videbantur.

Accelerans arcus niuem, & coruscationes, & festinatio nebulæ. Eccl. 43. b. c. comminationem diuinæ iræ significare videntur.

Veloces hostes, insperatam Dei punitionem designare possunt: & dicuntur velociores aquilis Thre. 4. d. Et festinant adesse tempora, quum dies mortis imperato aduenit. Deu. 32. a. Est festinat Deus tempus, mortis videlicet, aut iudicij. Eccl. 11. a. 36. c. Et dicitur festinare mors à tristitia, quia tristibus citius aduenit. Eccl. 38. b. Et anni malorum dicuntur ire cum festinatione. Psa. 77. Et festinat consummatio f, Soph. 1. d. Increduli autem contemnunt dicentes, festinet, Isa. 5. e. E diuerso autem dicitur Deus non festinare, quum expectat ad pœnitentiam: vt non festinauit sol occumbere g spacio vnius diei. Ios. 10. c. Et celer perditio malorum: quia quando non putant, subitò venit eis interitus. 2. Pet. 2. a. Sap. 2. b. 3. d. 4. e.

Festinatio Dauid aduersus Philisthæum. 1. Reg. 17. f. designat promptitudinem resistendi diabolo. Et festinatio fugiendi Absalonem. 1. Reg. 15. c. designauit maturè cauendum esse à diabolo. Idem transeuntes festinanter Iordanem. 2. Reg. 17. f. Et Roboam festinus ascendens currum. 3. Reg. 12. e.

Festinatio nutricis Mephiboseth, vt fugeret, vnde accipit lapsus Mephiboseth; designat eos, qui incautè fugientes vnum vitium, in aliud incidunt. 1. Reg. 4. b.

Festinatio regis Hai aduersus filios Israel. Ios. 8. c. designat solicitudinem diaboli ad tentandas, & perdendas animas. Et festinans pes in dolo, est promptitudo diaboli, & membrorum eius ad perdendos bonos. Iob. 31. a. Sic dicuntur pedes eorum veloces ad effundendum sanguinem. Prou. 1. d. Isa. 59. b. Et properantes bestiæ h ad deuorandum. Ier. 12. c. Et aquila festinans ad comedendum. Hab. 1. c. Et cursores ad delendos Iudæos. Hester. 3. d. Et festinantes impedire ædificationem templi, 1. Esdr. 4. d. Sic iubetur accelerari negotium aduersus Iudæos. 2. Mach. 9. b. Veloces, etiam dicuntur doctores hæreticorum, quum diligenter curent peruertere animas. Et dicuntur veloces, quia i sibi veloces videntur: Is. 30. d. Amos 2. d. Et dæmones dicuntur velociores lupis vespertinis: quia k diligenter exquirunt, quos deuorare possint: quod etiã de Romanis aduersus Iudæos intelligitur. Hab. 1. b. Veloces etiam sunt pedes ad effundendum sanguinem, quum l aliqui sunt faciles ad scandalizandum alios. Ps. 13. Ro. 3. c. Dicuntur etiam dæmones & hæretici velociores m aquilis. Thren. 4. d.

Festinare iussus Haman ad honorandum Mardochæum, quem ipse oderat. Ester 6. c. designat interdum cogi dæmones ad præstandum obsequium Sanctis. Sic festinauit Pharao ad Mosen & Aaron. Exo. 10. d.

Festinatio Haman lugentis in domo, quia superatus est à Mardochæo. Ester 6. d. designat dolorem quem habet diabolus, quum vincitur à iustis.

Festinat ad laqueum, qui n prompto animo sequitur tentationem. Prou. 7. d. Is. 59. b. Sic festinant recedere à facie regis, qui temerè recedunt à Deo. Eccl. 8. a. His est lis festinans, hoc est præcipitata. Eccl. 28. b. Et festinans pedibus est præceps consilio. Prou. 19. a. Et qui plus vult sapere, quàm oportet sapere: ideo incidens in hæresim, offendet.

Festinare dicitur aliquis credens, quum o videtur ei tardus aduentus Christi, aut eius auxilium, vt iam in desperationem transeat. Is. 28. d.

Non properarunt in fuga exeuntes fideles de Hierusalem: quia p cum victoria transierunt ad gentes. Is. 52. d.

Festinare ad hæreditatem in principio dicitur, qui q rem acquirit iniustè: aut qui ambit dignitatem immeritus. Prou. 20. c. Idem est festinare ditari. Prou. 28. c. Et dicitur etiam substantia festinata. Prou. 13. b. Sic festinat vnusquisque in domum suam, quum r quærit, quæ sua sunt, non curans de diuinis & communibus, Agg. 1. c. Eccl. 11. b.

Cum festinatione bibere aquam: est s habere penuriam verbi Dei. Exec. 12. e.

Acceleraſſe dicuntur Iudæi post multiplicatas infirmitates. Ps. 15. quum multiplicata incredulitate, t & malitia, festinarunt ad crucifigendum Christum: quia veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Ps. 13.

Citò inueniens Iacob quod offerret patri, designat celerem fidem gentilium; designat etiam doctrinam citius à Deo accipi, u quam à præceptore. Hen. 27. e.

Citò recedentes filij Israel de via, quam ostendit Dominus designat inconstantiam in bono. Exod. 32. b.

Citò consentiendum aduersario in via. Mat. 5. d. quia x incertum tempus vitæ præsentis ad pœnitentiam.

Citò proferri stolam primam iubens pater. Luc. 15. e. designat y promptitudinem Dei ad ignoscendum.

Accendere. Incendere, Succendere, Cremare, Concremare, Inflammare, Vrere, Adurere, Comburere, Exurere, Adustio.

ACcendere, est ignem excitare: vrere verò, est igne rem aliquam consumere: quod & cremare dicitur. Propter cognatam autem significationem, quantum ad allegorias, in eandem classem redigimus.

Incendit Aaron incensum manè, Exod. 30. b. quum z Christus corda fidelium in iis sacramentis, quæ intelligere possunt, gratia compunctionis inflammat. Incendit vespere, quum etiam in non intellectis amore inflammantur, sperantes etiam aliquando veram cognitionem.

Comburitur autem igni hostia pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij: quæ est vitulus pro congregatione, aut synagoga oblatus. Leui. 6. d. Quia aa Christi non facit remissionem peccati per opera pœnitentiæ carnis: sed autoritate diuinitatis suæ. Comburitur etiam hostia pro peccato sacerdotis, aut populi, quia bb nemo est sacerdote, aut populo potior, qui ea vesci possit.

Cremare pugillum similæ, aut totam similem. Leui. 5. b. est integram fidem incarnationis, & passionis Christi habere. Vnde totum sacrificium sacerdotum cremari iubetur, vt integra fides designetur. Sic totum arietem incendi, & cremari tota nocte. cc Exo. 29. f. Leui. 6. a. d. 9. c.

Comburere reliquias agni. Exo. 12. b. 29. g. Leui. 19. a. Est dd reseruare mysteria Spiritus sancto: & venerari non intellecta, & minimè contemnere, quasique conculcare. Sic dicitur non sufficere Libanus ad succendendum. Isa. 4. d. Quia semper reseruantur aliqua cognoscenda, & laudanda in Deo.

Comburimus etiam reliquias agni: quando si quis est, cui non possumus actuale obsequium dilectionis per eleemosynam impendere: saltem illum offeramus Deo igneo decoctum amore, & oratione commendatum.

Comburens vaccam rufam. Num. 19. h. designat ee sepelientes corpus Christi, resurrectioni ipsum veluti conflagrationi mandantes.

Cremari carnes vituli extra castra. Exod. 29. b. Leui. 4. c. 8. b. 9. 16. f. passionem Christi designabat, ff qui extra

portam

Gratiarum actio prædicatoris.
Fuga prædicatorum à ciuitatibus.
Promptitudo reddendi rationem.
Velox transitus temporis.
Cõminationes diuinæ.
Velox punitio Dei.
Expectãs Deus ad pœnitẽtiam.
Promptitudo resistendi diabolo & cauẽdi tẽtationes.
Incauta fuga vitiorum.
Solicitudo diaboli ad perdendas animas.
Ceguntur dæmones honorare sanctos.
Dolor diaboli victi.
Sequens pròpè tẽtationes.
Defectus spei.
Iniusta acquisitio.
Penuria verbi Dei.
Festinantes Iuda ad crucifigendum Christum.
Fides pròpta gentilium.
Inconstantia in bono.
Gratia compunctionis.
Integritas fidei.
Reseruare mysteria, & venerari non intellecta.
Amor proximi.
Sepulchres corpus Christi.
Passio Christi.

a Hie. s. Is. 30.
b Hie. s. Ec. 9.
c Lyr. s. Gen. 24.
d Gregor. s. 1. Reg. 9.
e Gregor. 9. Mor. 22. 23.
f Hier. s. Soph. 1.
g Ori. ho. 11. in Iosue.
h Hier. s. Iere. 12.
i Hiero. s. Isa. 30. & s. Am. 2.
k Rup. s. Hab. 1. & Hieron. ibid.
l Ori. s. Rõ. 3.
m Glos. ord. ibid.
n Bed. s. Pro. 19.
o Hi. s. Is. 28.
P Hi. s. Is. 52.
q Bed. s. Prou. 20.
r Rup. s. Ag. 1.
s Hier. s. Eze. 12.
t Au. epis. 58. quæ est Paulini.
u Phil. de sacri Abel Hie. ad Dam. q. 3. Bed. s. ge. 27.
x Augu. 1. se. Domini in monte.
y Hier. epi. ad Damasum.
z Glo. ord. su. Exod. 30.
aa Isy. s. Le. 6.
bb Phil. de victimis.
cc Isa. s. Le. 6.
dd Gre. Pro. s. Reg. & 20. mor. 9. Gre. Nysse. de vita Mosis. Geo. Ven. Cã. 2. to. 3. ca. 19.
ee Au. qu. in Nu. 33.
ff Glo. inter. s. Exo. 29.

portam passus est. *Hebr.* 13. *b.* Idem cremari extra sanctuarium in loco separato. *Ezech.* 43. *f.* Idem etiam designat vacca rufa combusta *a* cum omnibus, quæ in ipsa erant. *Num.* 19. *a.* Christus enim potest dici accensus in resurrectione: quia natura ignis est sursum tendere, & in eum conuertitur, quod crematur. Comburitur autem pellis & stercus: quia mortalitas, & ignominia Christi conuersa fuit in gloriam,

Tribulationes. *Examinare.* Comburuntur sicut argentum, qui *b* purgantur tribulatione, & saluantur: *Zach.* 13. *d.* comburit Deus renes, & cor quum igne Spiritus sancti purgat delectationes, & cogitationes. *Psal.* 25. Incenditur autem pauper, dum superbit impius. *Psal.* 9. Quia *c* sæpè boni, dum vident praua malorum opera & prosperitatem, considerantes Dei iudicia, magis inflammantur ad bene operandum.

Spiritus sanctus. *Gratia Spiritus sancti.* *Christus.* *Lux verbi Dei.* *Tradicatio euangelij.* *Apostoli.* *Christus.* *Diuina punitio.* Vrens ignis, aut ventus, designare potest *d* Spiritum sanctum in Apostolis, vel gratiam Spiritus sancti vel ipsum Christum. *Psal.* 25. 103. *Exod.* 10. *g.* 14. *e.* Et succendens Dauid Mesopotamiam Syriæ, &c. est Christus tollens vetustatem vitiorum ab homine. *Ps.* 59. *in titulo*, Succenduntur etiam carbones à Deo. *Psalm.* 17. quum ii, qui erant frigidi, & obscuri, inflammantur in amorem Dei, & pœnitentiam.

Accendebantur lucernæ candelabri ad vesperam: quia *e* pro tempore huius vitæ, quæ est velut vespera, egemus lucerna verbi Dei. 2. *Par.* 13. *c. Iudith*, 13. *b. Eccleſiastici* 32. *c.* 1. *Mach.* 4. *f.* 2. *Mach.* 1. *c. Mat.* 5. *b. Luc.* 8. *c.* 15. *b.* Ita vult Christus suum ignem accendi. *Luc.* 15. *f.* designatur etiam prædicatio Euangelij. Et ipsi Apostoli. Accendit autem lucernas Aaron. *Leui.* 24. *a.* quia Christus *f* accendit fideles ad bene operandum: & ipse maximè curam habet eleemosynæ pauperũ. Et ipse Saluator dicitur accensus, vt lampas: quia *g* ipse est lux mundi. *Is.* 62. *a.*

Accendere furorem Domini dicitur, qui *h* dat occasionem diuinæ punitioni. *Iud.* 8. *b. Ierem.* 7. *d.* Et zelus Dei dicitur accendi velut ignis. *Psal* 17. 77. 78. 104. 105. *Deut.* 32. *a.* Vbi dicitur comburere fundamenta montium. Et in iudicio comburentur spinæ. *Is.* 33. *b.* Et combustio capillorum Ezechielis eandem punitionem designat. *Ezech.* 5. *a.* Sic minatur Dominus lignis combustionem, & domui Israel. *Eze.* 20. *g.* 22. *e.* Et ponitur mons combustionis. *Ier.* 51. *c.* Et exustio terræ, & pellis, &c. *Eccl.* 42. *a. c.* 4. *Reg.* 22. *d. Is.* 9. *b.* 10. *e.* 30. *g.* 42. *g. Ier.* 4. *a.* 9. *c.* 15. *c.* 11. *c.* 17. *d.* 21. *d.* 37. *b.* 51. *c. Thr.* 2. *a.* 4. *b.* 5. *b.* Et accensus ignis, est signum diuinæ vindictæ. *Num.* 11. *a.* 2. *Reg.* 12. *b.* Vnusquisque autem sibi accendit hunc ignem, quum digna committit pœna. *Is.* 33. *b.* 50. *d.* 66. *a.* Et hic ignis non est accendendus sabbatho. *Ezech.* 35. *a.* De eodem agitur. *Mat.* 3. *c. Luc.* 3. *Amos*, 1. *d*, 5. *b.* Sic comburit terram sulphure, & Solis ardore. *Deut.* 29. *d.* Et tertia pars terræ combusta, *i* & fœnum ad idem referuntur. *Apo.* 8. *b. Ioel.* 2. *a.* 4. *Reg.* 22. *c. Abdi. f. Nah.* 1. *d.* Et succensa dies. *Malac.* 4. *a.* Et combustus *k* igni Achan, cum omnibus suis in pœnam anathematis. *Ios.* 7. *c.* Vbi potest per combustionem quæuis pœna significari: quia ille lapidatus. Et succensa olla est *l* grauis punitio. *Ier.* 1. *e.* Et ventus vrens. *Amos.* 4. *c.* Et succendit peccans ignem in furore Dei. *Ier.* 16. *a.* Et comburit ignis syluam, & montes, quum punit Deus inutiles, & superbos. *Psal.* 82, Et accendens Iudas malos: est Deus puniens. 1. *Mach.* 3. *a.* Ad hæc pertinet combustio ciuitatum tribus Beniamin. *Iud.* 20. *g.* Et succensio castrorum & aliarum ciuitatum. 1. *Mach.* 4. *c.* 10. *g.* 12. *a.* Et succensio ciuitatis homicidarum *m* vel nunc, vel in iudicio. Vbi tamen peculiariter innuitur destructio Hierusalem: *Matt.* 22. *a. Is.* 27. *a.*

Destructio Hierusalem. *Zelus bonorũ in malos.* *Synagoga destruenda.* Accensus furor Matthathiæ aduersus immorantes idolis. 1. *Mach.* 2. 10. *g.* designat zelum bonorum contra peccantes. Ad hoc etiam *n* inflammat eloquium Domini. *Psal.* 72. 104. Sed ignis comburens segetes, est immoderatus *o* zelus, & correctio. *Exod.* 22. *b.*

Peccata non tollit per legẽ. *Mortalitatem carnis non cõsumi in Chro.* Comburi iubetur Thamar. *Gen.* 38. *f.* Et filia sacerdotis in stupro deprehensa. *Leui.* 21. *c.* vbi designatur synagoga deturpans Christum, & vilipendens, cuius rei gratia dissipata est.

Non comburi rubum ardentem. *Exod.* 3. *a.* designat *p* peccata non tollit per legem: nec Iudæorum malitiam emolliri.

Designat etiam mortalitatem carnis non fuisse consumptam in Christo, vt posset pati, licet anima eius ab initio creationis fuerit beata.

Ecclesia non deficiẽs in tribulationibus. Significat etiam Ecclesiam non deficientem *q* in tribulationibus: *vt etiam dicitur*, *Is.* 43. *a.* Sic trium puerorum pilus non est adustus. *Dan.* 3. *g.*

Incorruptus partꝰ Virginis Item beatam Virginem parere, incorrupta manente eius virginitate.

Dissipari defensiones peccati. Combuere igni scuta, est *r* dissipare defensiones, & munimenta peccati. *Psa.* 45. *Ezech.* 39. *b.* Comburit etiam Deus scuta, quum peccantium mentes obstinata se malitia defendentes, ad pœnitentiæ & confessionis ardorem sancti Spiritus calore succendit.

Destruere inordinatos appetitus. Comburere currus igni, est *s* destruere inordinatos appetitus igne Spiritus sancti. *Ios.* 11. *b.* Et exustio ignis ad comburenda peccata, est *s* quæ fit per illum ignem, quem misit Dominus in terram. *Is.* 4. *b.* 64. *a.* Sic exuruntur arma gentilitatis. *Ezech.* 39. *b.* Et succensi sunt carbones à Deo, hoc est, *u* peccatores conuersi consumptis in eis peccatis. *Psal.* 17. *Mich.* 1. *b.* Et exurit Deus renes: quum purgat delectationes. *Psal.* 25. Et succensio hæc, est destructio peruersorum affectuum. *Ios.* 8. *b.* Sic succenditur Edom. *Abd. g.* Et cremantur adipes. *Leu.* 9. *c.* 10. *c.*

Subuertere errores, & idolatriam. Comburere zizania: est *x* subuertere peruersa dogmata. *Matth.* 13. *d.* Et comburere spinas, & vepres, est destruere errores. *Is.* 10. *d.* Et comburens Moses vitulum conflatilem, designauit destructionem idololatriæ. *Exod.* 32. *c. Deu.* 7. *a.* 12. *a.* Sic combussit Asa turpe simulacrum matris suæ. 3. *Reg.* 15. *b.* 4. *Reg.* 10. *f.* 23. *d.* 2. *Para.* 15. *d.* Et combussit Iosias ossa humana super altaria simulacrorum. 4. *Re.* 13. *e.* 2. *Par.* 34. *b. Is.* 1. *g. Ier.* 43. *d.* 1. *Mach.* 5. *c.* Sic iussit exuri Dauid deos Philistinorum. 1. *Par.* 14. *c.* Et comburuntur igni mercedes Hierusalem, quum spes, quæ in erroribus habebatur, consumitur igne Spiritus sancti. *Mich.* 1. *b.* Et succensæ segetes, & vineæ Philistinorum, designant conuictos errores hæreticorum. *Iud.* 15. *b.* Quæ autem exuruntur, quasi in nihilum rediguntur. Sic de his intelligendum. Hoc insinuatur. *Is.* 5. *f.* 1. *Pet.* 3. *c.*

Pœna inferni. Comburit ignis augures, quum in infernum detruduntur. *Is.* 47. *d Ezech.* 15. *a. Dan.* 7. *d.* Et comburere zizania, est mittere malos in infernum. *Matth.* 13. *d.* Ignis autem, quæ non succenditur, dicitur ignis inferni, eò *y* quod semper ardeat. *Iob.* 20. *d.* Succensa etiam olla, dicitur ignis inferni. *Ier.* 1. *c.* Et succensa dicitur impietas in inferno. *Is.* 9. *d.* Concrematæ autem fruges Philistinorum sunt decepti ab hæreticis, cum eis infernum detrusi. *Iud.* 15. *q.* Et comburere vestem flammis. *Leui.* 13. *g.* est eos punire igne inferni, qui habent virtutes vitiis permixtas. Et adustio pro adustione datur, quum *z* ignis inferni datur scandalizanti. *Exo.* 21. *c.* Et exusta pellis quasi clibanus. *Thre.* 5. *b.* Designat deformitatem, quæ in inferno erit. Succendit autem flatus domini vallem Thophet. *Is.* 30. *g.* quia voluntate eius perseuerabit pœna inferni. Exustus hircus oblatus pro peccato, qui comedi debuerat. *Leui.* 10. *d.* designat *aa* missum peccatorẽ in infernum ob inutilem pœnitẽtiam. Vel dicitur exustus per prauam concupiscentiam. Succeditur etiam fortitudo Iudæorum, aut hæreticorum, & opus eorum, in inferno scilicet. *Is.* 1. *g. Iudit.* 16. *c.*

Inflammantes affectus. Exurit ignis carnem: aut cutem quum *bb* quis inflammatur inuidia, aut ira, aut concupiscentia. *Leu.* 13. *d. Est.* 1. *c.* Et succensa igni dicuntur peccata *cc* ex cupiditate. *Psa.* 79. quia amor, aut cupiditas inflãmat. Et impietas dicitur succensa quasi ignis. *Is.* 9. *d.* Et ciuitas sancta fit in exustionem ignis, cùm *dd* in animo, expulso pudicitiæ frigore libidinis flamma grassatur. *Is.* 6. *b.* 64. *d. Hos.* 7. *a. Ier.* 2. *c.* Combustionis plaga, & cicatrix est *ee* inuidia. *Leuit.* 13. *d.* Et accensus ignis in Iacob, est ignis concupiscentiæ, aut inuidiæ. *Psalm.* 77. Et comburuntur plantæ ambulantis super ignem, quum quis ex præsenti obiecto, aliquo inflammatur affectu. *Prou.* 6. *d.* Incendunt autem igni sanctuarium Dei, qui prauos affectus inducunt in Ecclesiam. *Psal.* 73. 1. *Cor.* 7. b. Melius est nubere quàm vri.

Firmitas in prosperis & aduersis. Non vrit Sol per diem, neque Luna per noctem. *Psal.* 120. quum *ff* neque prosperitas, neque aduersitas iusto nocet: vel quum quis non patitur scandalum erroris circa diuinitatem Christi, neque circa humanitatem, aut circa Ecclesiam. Vri autem æstu, & gelu dici possunt, qui in prosperis & aduersis parum firmi sunt. *Gen.* 31. *f.* vbi scribitur: Æstu vrebar, & gelu.

Cor humanũ. Olla succensa. *Ier.* 1. *c.* designare potest *gg* cor humanum secularium curarum ardoribus, desideriorúmque anxietatibus feruens: aut etiam tentatione diaboli instigatum. *Iob.* 41. *b.*

Vita hypocritarum. Accensæ tædæ. *Iob.* 41. *b.* significare possunt *hh* vitam prædicatorum hypocritarum: quæ bene olet per suauia verba, sed obscurum habet lumen, ob peruersam doctrinam. Et succendunt hæretici pinum. *Isa.* 44. *c.* quum per scientiam naturalem superbientes veniunt ad contentionem verborum.

Succendunt thimiama in excelsis. 1. *Par.* 28. *a. Ier.* 7. *d.* Et thura redolentia idolis. *Ezech.* 6. *d. Hos.* 1. *c.* 4. *c.* qui *ii*

a *Augu. q. in Nu.* 33.

b *Hie. f. Zach.* 13. *& f. p.* 25.
c *Aug. f. ps.* 9.

d *Ar. f. p.* 103 *Amb. ser.* 71. *Hier. epi. Nec opinanti. A. f. ps.* 17. 59.
e *Hil. f. Mat. Can.* 4. *Au. 1. ser. domini in mõte.*
f *Isa. f. Le.* 24.
g *Hie. Isa.* 62.
h *A. f. Ps.* 77. *Hi. f. Is.* 9. 33. 50. *& f. E.* 20. *Ori. f. Nu. ho.* 23. *Hai. f. Ap.* 8.
i *Ru. 5. f. Ap.*
k *Au. q. in Ios.* 9.
l *Hie. f. Iere.* 1.

m *Ori. f. Mat. ho.* 20. *Hil. f. Matth. cano.* 12.
n *Gl. inter. f.* Ps. 72.
o *Gl. ins. Exe.* 22.
p *Bed. f. Ex* 3.

q *Hi. f. Is.* 43.

r *Grego.* 33 *mor.* 19.

s *Ori. f. Ios. ho.* 5.
t *Hie. f. Is.* 64 *& f. Eze.* 39.
v *Au. f. ps.* 17. 25. *Hie. Mich.* 1.
x *Ori. f. Mat. cap.* 13. *& ho.* 4. *in Cant.*

y *Gre.* 15. *mo.* 14. *Hie. f. Ier.* 1. *Au. f. Ps.* 80. *Isy. f. Le.* 13. *Hie. f. Is.* 1. 30.
z *Ori. ho.* 10. *f. Exod.*
aa *Am. ep.* 3.
bb *O. f. L. h.* 8.
cc *A. f. ps.* 79. *Hier. f. Is.* 64 *& f. P.* 37. 77.
dd *Lyr. f. Is.* 1.
ee *Is. Leui.* 13.

ff *H. f. p.* 120 *Au. f. ps.* 120

gg *G.* 18. *m.* 11 *& 33. M.* 40.
hh *G.* 33. *mo.* 30.

ii *Gl. f.* 2. *Par.* 28.

Digitized by Google

fœtorem errorum & peccatorum abominabilem Deo in se habent: & qui donis intellectus & scientiæ abuntur ad defensionem errorum. Sic de succendentibus ossa oliuarum. *Baruch. 6. d.* — *Abuti donis Dei.*

Succendens ignem comburentem segetes. *Exo. 22. a.* est, qui suscitat hæresim: aut qui malum dat exemplum. Sic crematæ sunt segetes à vulpibus. *Iud. 15. a.* Et serui Absalon segetes Ioab combusserunt. 2. *Re.* 14. *g.* Et Holophernes segetes Bethuliæ. *Iudi. 2. d.* Et comburentes domos Hierusalem igne: sunt suscitantes hæreses, quibus peruertuntur, qui erant fideles in Ecclesia. *Is. 1. Ier. 2. d. 17. d. 39. b. Thr. 2. a. 4. b. Eze. 16. e. 23. g. Leui. 21. c.* Idem de cõbustione templi. 4. *Reg. 25. c. 1. Mac. 1. d.* Sic succenderunt Amalecitæ Siceleg. 1. *Re. 30. a.* Et succendens se Zambri, cum domo regia: designat hæresiarchas, qui & seipsos & discipulos perdunt. 3. *Reg. 16. c.* Sic diuntur adulterantes *a* succensus clibanus. *Hos. 7. a.* quem accendit Ieroboam incitans populum ad idololatriam: sicut & corda hæreticorum succenduntur à diabolo, & ab hæresiarchis. Ita combusserunt Philistæi sponsam Samson & patrem eius. *Iud. 15. b.* designantes hæreticos contrarios aliis hæreticis. Sic succendit Abimelech præsidium Sichimorum. *Iud. 9. f.* Et combustæ facies dicuntur hæreticorum. *Is. 33. b.* — *Succitare hæreses.*

a *His. s. Ho. 7.*

Incendens Moab ossa Regis Idumeæ vsque ad cineres. *Amos*, 2. *a.* designat *b* Iudæos & hæreticos, qui sensus regios in litera latentes, genealogiis quibusdam, & traditionibus superfluis eneruant, atque comminuunt, & in puluerem redigunt. Item eos, qui *c* scandala suscitant, vt faciant alios peccare. — *Iudai & hæretici sensus mysticos eneruantes.*

Adurens flatu serpens, significat hæreticum, & diabolum *Deus. 8. c. Ioel. 1. d.* Et ventus vrens dicitur etiam *d* diabolus, aut hæreticus. *Ier. 4. c.* Et etiam suggestio diabolica. *Exo. 10. e. 14. e.* — *Scãdalizare. Diabolus. Hæreticus. Suggestio diabolica.*

b *His. s. Amo. 2.*

c *Ru. s. Amo. 2.*

d *His. s. Ier. 4.*

Comburens rex librum Ieremiæ. *Ier. 36. e.* typus est infidelium, legem Dei perdere nitentium. Sic combusserunt iniqui libros legis domini. 1. *Mach. 1. g.*

Succensio vrbis Hierico. *Ios. 6. d.* conflagrationem mundi futuram præfiguravit: quia Hierico mundi typũ gerere solet. — *Conflagratio mundi.*

Comburentes filios suos in holocaustum. *Ierem. 19. b.*

Exurens ignis cineres. *Leui. 6. b.*

Accersire, Accire, Aduocare.

ACcersire, est ad se, vel ad alium quempiam vocare. Rarissimam habet allegoriam.

Accersiens Ioseph dispensatorem domus suæ. *Gen. 44. b.* typus est Dei vocantis Ananiam, vt iret ad Saulum illuminandum, & baptizandum. — *Deus vocans Ananiam.*

Accire scribas, & librarios. *Ester 8. c.* est prædicare fidem. Et aduocat Dominus infideles ad fidem per prædicatores. *Act. 2. f.* Sic aduocauit turbas. *Marc. 7. c.* — *Prædicare fidem.*

e *His. s. Is. 40.*

Aduocare Hierusalem, *Isa. 40. a.* est *e* consolari animam, & ad spem cælestium erigere. Et aduocans Iesus paruulum. *Matt. 18. a.* Videtur consolari humilem, & ad superna erigere.

f *Glo. inte. s. Psa. 49.*

Aduocat Deus cœlum desursum, & terram deorsum: quia *f* æqualiter iudicabit magnos & paruos sine personarum acceptione. *Psalm. 49.* Vel aduocat cœlum desursum, hoc est, iudicaturos, & terram, hoc est, iudicandos, — *Cõsolari animam.*

Accersite fratrem defuncti. *Deuteron. 25. b.* est vocare populum Iudæorum ad vnionem Ecclesiæ per fidem Christi.

Accersiens Centurio Simonem Petrum, designat Gentiles libenter amplectentes fidem Christi: & vocantes ad se prædicatores, *Actor. 10.* Ad idem quodammodo pertinere potest, cum Felix accersiuit Paulum. *Actor. 24. g.* — *Gentiles amplectentes fidem.*

Accidere, Contingere, Euenire.

ACcidere dicitur aliquid, quum præter spem euenit: quod & contingere dicitur: rarum est in allegoriis.

Accidere dicitur sterilitas, quum *g* est defectus verbi Dei, & prædicatorum. *Gene. 26. a.* — *Defectus verbi Dei.*

g *Ly. s. Ge. 26*

Accidere pestem, aut gladium filiis Israel, si non sacrificẽt, aut si sacrificent in Ægypto: *h* est incidere in opera carnis, & mundana mentem obtenebrantia, si quis non curet se à seculo, opere, & affectu separare. *Exod. 5. a.* Ad hoc possunt pertinere, quæ dicunt aliquid aduersi accidere. *Gen. 42. e. Tob. 7. e. Esther. 6. d. Prou. 12. c. Exod. 32. a. Leui. 10. d. Eccles. 5. a. 22. d. Ier. 31. d. Thr. 1. a.* Et casu dicitur accidere plaga, quum ij, qui videbantur mortui peccatis, i redeunt ad vitia. 1. *Reg. 6. b.* Et accidit labor in itinere, quum quis fatigatur, aut tentatur in via Dei. *Exod. 18. b.* Et tentationes. *Actor. 20. d.* Et contingit cæcitas ex parte Israel. *Rom. 11. c.* — *Incidere in carnis opera.*

h *Cyr. de ado. in Spiritu sancto.*

i *Gr. s. 1. Re. 6*

Euenit Iob, quod timebat. *Iob. 3. d.* quia Sancti semper timent, ne displiceant Deo: & quum vident se in aduersis, putant se offendisse Deum.

Accidens dæmoniaco malum ab infantia. *Marc. 9. a.* signum est immolationis filiorum, quæ fiebat per gentiles.

Accidere Racheli iuxta consuetudinem fœminarum. *Gen. 31. e.*

Contingens portio substantiæ filium prodigum. *Luc. 15. c.*

Accingere, Cingere, Præcingere, Succingere.

ACcingere, est aliquid ad se applicare cingendo. Cingere verò est aliquid in modum zonæ corpori circundare. Præcingere verò & succingere, est fluctantes vestes ita corpori applicare, vt expeditus sit homo vel ad opus, vel ad iter. Quia verò quod ad allegorias attinet, parum hæc inter se differunt simul hic coniunximus.

Accinctus gladio Gad prælians ante accensorem equi, *Gen. 49. c.* designat Christum, *k* qui ante Antichristum fuit accinctus: qui & retrorsus accingetur, hoc est, in secundo aduentu. Dicitur etiam de verbo Dei. *Psal. 44.* Accingere gladio tuo super femur tuum: vbi *l* assumptio humanitatis designatur, quæ etiam significatur, secundum quod præcinxit se linteo. *Ioa. 13. a. Isa. 45. a.* Et dicitur Dominus præcinctus: quia *m* paratus ad opus nostræ redemptionis. *Ps. 92.* quando exultauit vt gigas ad currendam viam. *Ps. 18.* Quemadmodum autem is, qui super lumbos præcinctus est, astringit indumentum ad lumbos, superfluam speciem firmans, & proprio corpori aduenientes: sic primùm decorem, propter aduentum hîo in carne, deinde fortitudinem, inquit, induit: vbi resurrexit ex mortuis, non amplius ipsius humanitas ad passionem venit. Et propterea dicit præcinxit: vbi conuiuit carnem suam in vnam deitatem, in vnam vnitatem, in spiritum & diuinum, & corporeum, in vnum spirituale effectum, & non habens dissolutionem, sicut ingressus est deinceps foribus conclusis. Dicitur etiam *n* accinctus potentia. *Psa. 64.* & ad dandam fidelibus seruis gloriam præcinget se: & faciet illos discumbere. — *Christus assumens naturã humanam.*

k *Tertu. aduc. Iuda.*

l *Bas. s. Ps. 44. Hie. s. Ps. 44.*

m *Be. Ge. 49. Au. s. Ps. 92. Epipha. 2. cõtra hær. to. 2.*

n *Hil s. ps. 64.*

Præcinctus ad mamillas dicitur Christus, *Apoc. 1. c. 15. f.* quia *o* in nouo testamento etiam cogitationes mundari debent. Dicitur etiam præcinctus Christus, quia adiungit sibi Sanctos. 1. *Petr. 1. c.* designatur etiam autoritas regia in Christo. — *Mundatio cogitationum.*

o *Au. s. Apo. ho. 1. Haim. s. Apo. 1. Rup. s. Apo.*

Accincti gladio dicuntur, qui virtutem *p* habent verbi Dei. Sic pugnabant accincti gladio verbi Dei Iudæi aduersus hostes, dum ædificabant muros Hierusalem. *Nee. 4. c.* Et accincti ad bellum coram Domino dicuntur fortes in veritate. *Ios. 4. c.* Ad hos dicitur, *Ephes. 6. c.* Succincti lumbos vestros in veritate. Et hi sunt accinctus populus, *Hab. 3. d.* Dicuntur etiam accincti, quia *q* fortes sunt aduersus dæmones, & ad cordis cogitationes frænandas. *De his Ex. 29. a. Leu. 8. a. 16. a. 2. Reg. 22. c. 3. Reg. 20. b. 4. Re. 3. c. Iob. 33. b. Ps. 17. 1. Mac. 3, a. g. Is. 8. b. Act. 12 b.* Et infirmi, qui accincti sunt robore. 1. *Reg. 2. a.* sunt *r* Apostoli & prædicatores, qui ex infirmitate animi insignem fortitudinem mutati sunt: quorum fortitudo ostenditur. *Acto. 2. 5.* quum gaudium existimabant tribulari, & pati pro Christo. *Iacob. 1. a. Is. 45. a.* Infirmi etiam, qui accincti sunt robore, intelligi possunt gentiles, *s* & qui cognoscentes infirmitatem suam, dicunt, Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. *t* Et gallus succinctus lumbos. *Pr. 30. d.* designat prædicatores sanctos, inter huius noctis tenebras verum malè nuntiantes, qui succincti lumbos sunt: quia à membris suis luxuriæ fluxa restringunt. — *Poteſtoli & prædicatores. Gentiles.*

p *Orig. su. Ios. ho. 5. Aug. 17. ciu. Dei. 4.*

q *Gre. 2. mo. 7. & s. 1. Re. 2 & 19. mor. 5.*

r *Gre. 2. mor. 7. & s. 1. R. 2 & 30. mor. 5.*

Accincti etiam robore dici possunt *s* angeli in beatitudine confirmati: vt autem accinctus vndique circundatur, sic angeli accincti dicentur: quia parati sunt absque vllo impedimento ad nostrum ministerium. Et *Apo. 15. c.* Accinguntur circa pectora zonis aureis, hoc est, *u* charitate: quod intelligitur de prædicatoribus. — *Angeli.*

s *Or. s. 1. R. 2.*

t *Gr. s. 1. Re. 2.*

u *Ru. 9. s. Ap.*

Accinctus est Aaron sacerdos duplici baltheo. *Ex. 26. a. Le. 8. a. 16. a.* quia *x* sacerdotes debent esse expediti verbo, & opere. Et dicitur Deus circumcinxisse eum zona iustitiæ. *Ecc. 45. b.* designatur autem, quòd omnia hæc, — *Sacerdotes expediti verbo & opere.*

x *Georg. Ven. Cant. 2. to. 3. ca. 6.*

quæ

quæ dicuntur huius mundi, & ex elementis corruptibilibus sunt, femori, & parti inferiori alligari, & stringi debent, vt sibi dimissa non præpediant partem superiorem sacerdotis. Et cingit Deus byssо,quum *a* ornat veritate. *Ezech.16.b.*

Paratus ad opus.

Præcinctus dicitur, qui paratus est ad opus, & iter, vt iuuenis præcinctus. *Tob.5.a.3. Reg.18.g,Luc.12.e.17.b.* Et præcingit Deus virtute. *Psalm.17.* ne *b* vestes cupiditatum impediant pedes sensuum, & manus operum: vt sint etiam armati contra tentamenta diaboli.Succingere lumbos,est *c* expeditum esse ab impedimentis lacinioſæ vitæ & implicitæ. *Ierem.1.d.Prou.21.c.*

Pœnitentia.

Accingere lumbos zona pellicea, aut sacco: apertum est symbolum pœnitentiæ. *3.Reg.20.e.4. Reg.1.b.Isa.15.b.32.c.Ierem.4.c.6.g.49.a.Ezech.7.e.27.g.Ioel.1.b.Iudit.4.d.2.Mac.3.d.10.e.Marc.1.a.*

Castitas.

Accincti renes, *d* symbolum castitatis esse solent: quales debent esse esuri agnum Christum. *Exod.12.b.* qui expediti esse debent ad agendas gratias,& properandum ad Deum. Sic accincti zona linea. *Leuit,16.a.Apoc.13.f.* Et accincti lumbis. *Iob.38.a.4.Reg.4.e.Isa.32.c.Ierem.1.d.*Et accinctus Dauid ephod lineo. *2.Reg.6.c.* Et Deus cingit byssо. *Ezech.16.b.* Accinguntur autem byssо renes,quoties *e* pinguia libidinis incentiua tenuanda sunt,nihilque in eis crassi humoris relinquitur: & implemus præceptum Apostoli dicentis. *Ephes.6.c.*State ergo succincti lumbos vestros in veritate: quasi aliis verbis diceret, byssо. Et dominus ad Apostolos loquitur. *Luc.12.e.* Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Nisi enim abstrinxerimus fluentia lumborum reumata, lucernas in manibus habere non possumus. Samuel quoque accinctus ephod lineo, ministros noui testamenti designat, *f* qui debent esse puriores. *1.Reg.2.c.* Accingi etiam gladio super femur: est virginitatem seruare. *Psalm.44.* Et accincti renes auro obrizo, mundissimam castitatem designant. *Dan.10.a.* Accinguntur autem in sudore. *Exech.44.e.* qui inuiti bonum continentiæ seruare videntur.

Cadere in libidinem.

Præcingit Deus fune renes, quum *g* permittit cadere in libidinem eos, qui superbiebant castitate. *Iob.12.e.*

Multitudo vitiorum.

Accincti cilicio in malum, dicuntur habentes mentem vitiorum setis obsitam. *Thr.2.d.* In maledictione autem peccatoris dicitur. *Psalm 108.*Fiat ei sicut zona,qua semper præcingitur: quia vt zona tenet totum corpus, ita mali in inferno perpetuò tenebuntur à pœna,quam non poterunt euadere.Sic dicitur Deus cingere flagellis. *Iob.19.a.* quum *h* tanta nos afflictio deprimit,vt ex nullius rei consolatione respirare animus possit.Et accincti flammis dicuntur peccatores *i* qui secum ferunt peccata, quibus puniantur. *Isa.50.d.*

Grauis punitio vel perpetua.

Accinguntur mali aduersum bonos: & etiam hæretici. *Isa.8.b.* quum *k* adornant rationes aut alia machinamenta aduersus veritatem Ecclesiæ.Idem designat accinctus gigas ense nouo contra Dauid. *2.Reg.21.c.*Sic dicitur succinctus latro. *Eccles.36.d.*

Machinationes malorum & hæreticorum.

Succingentes inimici Iob quasi capitio tunicæ. *Iob.30.c.*designan *l* persequutores Ecclesiæ prohibentes prædicatores, qui sunt velut collum ipsius Ecclesiæ,ne vocem prædicationis emittant: vt fecerunt principes sacerdotum Apostolis. *Actor.5.c.* Et cingentes viri Saul Dauid in modum coronæ. *1.Reg.23.d.*designabant Scribas, & Pharisæos, quum congregabantur aduersus Christum.

Principes Iudæorũ & persecutores ecclesiæ.

Accinguntur colles exultatione. *Psalm.64.* quum *m* martyres gloria,& honore coronantur: & quum homines sublimioris virtutis ad cœlestem gloriam eleuantur.

Coronari gloria.

Cingere dicebatur seipsum Petrus, cùm esset iunior. *Ioan.21.e.* Vbi designatur libertas operandi quidquid vellet. Ibidem dicitur succinxisse se tunica, cùm esset nudus.

Cincta vinea maceriæ. *Num.22.e.*

Discinctus contrarius est accincto.Quare quot modis dicitur accinctus,vel præcinctus, tot è diuerso modis sumi poterit discinctus. *vt 3. Regum. 29.b.* Discinctus dicitur, qui est iam resolutus à bello, aut qui ineptus est ad bellum.

Accingitur Gad ad præliandum, quum *n* per temperantiam & disciplinam, sensuum dissolutio restringitur. *Genes.49.c.*

Accipere, Capere, Recipere, Suscipere, Sumere, Assumere, Tollere.

Accipiendi verba, quæ parum inter se significatione differunt, hic coniunximus: quæ in allegorias admittuntur secundum accipientem, & id, quod accipitur.Accipere autem interdum est adipisci. *Genes.27.e.*Accipit benedictionem tuam. Accipit etiam, cui aliquid aduenit. *Iob.34.b.*Quid de manu tua accipiet? Item accipere, assequi. *Ma.10.a.* Gratis accepistis, gratis date.Affici *Iob.4.a.* Forsitan molestè accipies. Audire. *3.Reg.1.b.* Veni accipe consilium meum. Auferre. *Num.16.c.*Nec asellum acceperim. Consequi. *Num.21.g.* Cadauer integrum accipiet. Destinare. *Gen.21.c.* Accepit illi mater sua vxorem. Ducere. *Gen.6.a.* Acceperunt sibi vxores:Eripere. *Psalm.17.* Misit de summo, & accepit me. Exquirere. *Num.17.a.* Accipe ab eis virgas.Intelligere. *Deut.23.a.* Accipient de doctrina. Pati *2.Par.22.b.* Multas plagas acceperat. Præferre. *Deut.16.d.* Non accipies personam. Recipere. *Num.18.b.* Quum acceperis decimas à filiis Israel. Sentire. *Iud.16.b.* Cùm odorem ignis acceperit. Sortiri. *Gen.14.d.* Accipient partes suas. Sumere. *Genes.21.d.* Septem agnos accipies. Vsurpare. *Iud.9.b.*Super nos regnum accipe. Capere autem aliquando est accipere. *Num.31.b.* Tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant. Audire, & sentire. *Iud.14.c.* Sensum aurium caperet. Comprehendere. *Ios.11.c.*Reges quoque earum cæpit. Continere. *Genes.15.a.* Nec poterat eos capere terra. Contingere. *Luc.23.g.* Non capit prophetam, &c. Conuiuari. *2.Reg.3.g.* Cibum capere cum Dauid. Decipere. *Prou.6.a.* Ne capiaris nutibus illius, Ducere. *Ezech.23.d.* Filios tuos & filias tuas capient Fructificare. *Ioan.8.e.*Sermo meus non capit in vobis.Intelligere. *Matth.19.b.*qui potest capere,capiat. Irretire. *Exod 22.b.* Aucupio ceperit feram.Occupare. *Deut.2.c.*Donec capias ciuitarem.Possidere. *Psalm.36.* Hæreditate capias terram. Rapere. *Iob.39.a.*Nunquid capies leænæ prædam?Sumere pœnas. *Prou.10.a:* In insidiis suis capientur iniqui. Assumere etiam est accipere,*Gen.38.c.*Thamar assumpsit theristrum.Adducere. *Exod.12.a.* Assumet vicinum suum. Destinare. *Actor.13.a.* In opus ad quod assumpsit eos Iurare. *Exod.20.a.*Non assumas nomẽ domini Dei tui in vanum. Lamentari. *Ierem.9.c.*Super montem assumam fletum. Seligere. *Matth.d.* Vnus assumetur, & vnus relinquetur. Vendicare. *Exod.6.b.* Assumam vos in populum. Sumere itidem est accipere. *Gen.27.a.* Sume arma tua. Acceptare, *Psalm.81.*Facies peccatorum sumitis: Arrogare. *Hebr.5.a.* Nec quisque sibi sumi honorem. Auferre. *Ios.4.d.*Quod de Iordanis alueo sumpserant. Comedere. *Marc.14.c.* Sumite, hoc est corpus meum: Conducere. *Nee.5.a.*Mutuo sumamus pecunias. Ducere. *Hos.1.a.*Sume tibi vxorem fornicariã. Eligere. *Gen.15.b.*Sume mihi vaccam triennem. Incurrere. *Prouerb.22.d.*Sumas scandalum animæ tuæ. Inuadere. *2.Regum.11.a.* Parcens ille sumere de ouibus, & de bobus suis. Inuehere. *Psalm.48.* Quum interierit,non sumet omnia. Punire. *Tob.3.a.* Non vindictam sumas de peccatis meis. Quærere. *Iudith.15.a.* Fuge præsidium sumunt. Repetere. *Ioan.10.c.* Pono animam meam, & iterum sumo eam. Vti *Isa.14.b.* Sumes parabolam istam contra regem. Suscipere autem interdum est acceptare *1.Reg.25.e.* Suscipe benedictionem hanc. Admittere. *Ioſu.22.f,I.* Libentissime susciperunt. Adiuuare. *Psalm.68.* Salus tua Deus suscepit me. Approbare. *Exod.22.b.* Suscipiétque Dominus iuramentum. Assumere. *Iud.17.a.* De manu mea suscipiat filius meus. Consequi. *Gen.16.a.* Si forte saltem ex illa suscipiam filios. Descendere. *Psalm.128.* Suscepisti me de vtero matris meæ. Exaudire. *Gen.19.c.* Ecce iam in hoc suscepi preces tuas. Glorificare, *Deut.33.b.*Et opera manuum illius suscipere. Pati. *Eccles.3.b.* Fili, suscipe senectã patris tui. Persequi. *Psalm 16.*Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, Saluare. *Psal.18.* Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me. Sumere. *Gen.33.c.* Suscipere benedictionem, quam attuli tibi. Sustentare. *Psalm.17.* Et dextera tua suscepit me. Tollere verò est abscindere. *Num.14.a.*Tolletur propter Agagrex eius. Assumere. *Genes.14.d.*Vt tolleremeam mihi vxorem. Auferre. *2.Reg.2.e.* Tolle tibi spolia eius. Eruere. *Matth.24.b.* Non descendat tollere aliquid de domo. Eximere. *Exod.19.d.* Tolles adipem de ariete. Extollere. *Luc.12.d.* Nolite in sublime tolli. Portare. *Ios.3.b.* Tollite arcam fœderis,& præcedite Proferre. *Exod.12.a.*Iuxta quem ritum tolletis hædum. Recipere. *Luc.12.d.* Tollis quod non posuisti.

Liberãs Deus de tribulatione & tentatione.

Assumens ecclesiam. Saluans Iudæos & gentiles.

Accipere dicitur Deus, quum liberat à tribulationibus: & suscipere,quum quasi lapsantem hominem in tentatione sustinet, ne cadat; vt qui sustinerat puerum nutantem. Assumit etiam quum sibi coniunxit Ecclesiam in sponsam: & saluando Iudæos, & Gentiles. *Psal.17.48.77. 88.117. Ioan.14.a. Rom.14.* Et assumit Deus de aquis multis, cùm eripit à tentationibus. Et assumpsit Deus vnum de ciuitate, & duos de cognatione, *o* cum eligit

a *Ori.ſ.Ezec. ho.6.*

b *Hie.ſ.Pſ.17.*
c *Tert.ad ve. Marc.4.*

d *Bed.Ex.12. Orig.ſ.Mat. ho.31.Phil.de ſacr. Abel & Cain. Caſſia.li. 2.c. 12.*
e *Hie. ſ. Exe. 16.44. & ad Principiam. f.Gre.ſ. Re.2. & Ho.13.*
g *Gr.10.m.9.*

h *Gre.14.mo. 18.*
i *Hie.ſ.Iſ.50.*
k *Fulg. ſerm. de confeſ.*
l *Gr.30.m.5.*

m *Hila. Hie. Aug.ſ.Pſ.64.*

n *Ricar.de S. Victo. de 12. Patr.32.*

o *Hie.ſ.Ier.3. Ori.ſ. Matth. ho.3.30. Hila.ſ. Matt. Can.17.& ſ. Pſ.62.68. Am.ſer.5.61. & ſ.Lu.1.*

Digitized by Google

reliquias Israël. *Ier.3.e.* Et assumit pauperem,eum liberando & defendendo.*Eccl.29.b.*Et suscipit mansuetos : & quos suscipit,super inimicos exaltat. *Psal.3.10.47.118.145.146.* Et susceptor Christi dicitur Pater, cui spiritum commendauit. Et dicitur susceptor eos de vtero matris : quia *a* semper fuit cum Deo:& quia in vtero matris assumpta est humanitas. *Psal.55.c.1.* Suscipit autem aliquem in patientia sua, quum permittit eum affligi à reprobis : nec tamen eum deserit. *Iere.15.c.* Et suscipit faciem alicuius, cùm *b* eius acceptat orationes, & pœnitentiam. *Malac.1.c.* Sic suscepit faciem Iob, hoc est, Christi, *c* ab omnibus aduersis eum liberando. *Iob.42.c.* Et orans Ionas, vt tolleret Deus animam suam. *Iona.3.b.* designat *d* Christum dicentem:In manus tuas commendo spiritum meum. Et suscipiens nubes Christum, est pater ipsum refrigerans. *Act.1.b.* Et assumpsit spiritus Ezechielem.*Ezech.3.c.*Assumpsit etiam homo nobilis sibi regnum : quum Christus accepit cœlum, vel gentes. *Luc.19.b 2.Petr.1.d.* Et assumpsit Iesus Petrum,& Iacobum,& Ioannem.*Matth.17.a.* quum per amorem sibi eos coniunxit. Et quum colligit electos ex omnibus gentibus. Sic assumpsit duodecim discipulos. *Matth.20.c.Luc.18.d.* Et assumitur vnus relicto alio,quum vnus ad Deum trahitur, & alius in reprobatione relinquitur. Et assumitur vna moles , relicta alia, quum assumitur Ecclesia,relicta synagoga.*Matth.24.*Et assumens Zachatias duas virgas, quarum alterâ decorem,alterâ funiculum vocauit. *Zach.11.d.*designat *e* Christum pastorẽ, qui decora & pulchra vocatione vocauit gentes, & pauit Israëlem, qui dicitur funiculus hæreditatis eius. Et accipiens Isaac vxorem filiam fratris Abrahæ patris sui.*Gen.25.c.*est Christus adiungens sibi Ecclesiam ex gentibus.Idem est quum accepit Moses Sephoram vxorem. *Exod.2.d.* Et Samson accipiens vxorem Philistæam. *Iudith.14.a.*Et tollens Dauid Bethsabe occultè. *2.Reg.11.a.* Designat *f* Christum, assumpta carne,adiungentem sibi Ecclesiam,vt falleret principem mundi. Et sumens Hosias vxorem fornicariam, *Hos.1.a.* designat *g* Deum assumentem synagogam in populum peculiarem. Assumit etiam in populum per baptismum. *Exod.6.a.19.a.*

Baptismus.

Accipiens Dominus Dauid. *Psalm.48.*designat *h* incarnationem filij Dei ex stirpe & semine Dauid.Et ipsum filium dicitur pater suscepisse, *Isa.42.a.* Et dicitur suscepisse dextera Dei , hoc est, verbum humanitatem. *Psal.62.68.138.* Et suscepit Israëlem dextera iusti Dei,quum Christus assumpsit naturam humanã ex Israel.*Isa.41.e.* Et dicitur susceptor noster,*i* propter assumptam humanitatem. *Psalm.45.61.Hos.a.* Cepit, & sanabit nos.Et dicitur Deus tulisse hominem. *Gen.2.c.* cùm verbum Dei assumpsit carnem, & factum est caput Ecclesiæ.Et dicitur assumpsisse Zorobabelem. *Agge.2.d.*quia assumpsit *k* carnem de stirpe Zorobabel. Et dominus dicitur esse assumptio nostra propter assumptam nostram naturam.*Psal.88.*Et accepit Christus linteum,quum *l* formam serui accepit. *Ioan.13.a.Phil.2.b.* Et homo quem assumpsit Deus. *Psal.64.*est humanitas *m* assumpta à verbo Dei:vel Ecclesia , quæ est vnum corpus Christi. Suscipiens autem sacerdos à filiis Israël, quæ immolanda erant.*Leui.16.b.* designat *n* Christum secundum carnem assumptum ex filiis Israël, vt offerretur pro peccatis nostris.*Rom.9.a.*

Incarnatio Christi.

Ecclesia. Implerio prophetiarum.

Accipiens agnus librum de dextera sedentis in throno. *Apoc.5.b.* est *o* Christus opere complens mysteria de se prophetata. Sumens autem Moses de senioribus. *Exod.18.b.* designat *p* adiunctos legi prophetas in prœnuntiandis mysteriis per Christum implendis. Et sumens Isaias librum grandem. *Isa.8.a.*est ostendens vim prophetiarum de Christo.

Accipere dicitur Spiritus sanctus de Christo , vel de eo, quod est Christus , *Ioan.16.c.* quia eandem naturam habet , sed *q* ab ipso, & à patre. Et filius accipit à patre , quia naturam patris per generationem accipit à patre. *Apoc.1.g.2.Petr.1.d.* Et sumens Moses aquam fluminis, insinuat filium Dei ex patre,ceu flumine ortum. *Exod.4.b.*

Spiritus sanctus procedens à filio , & filius à patre. Dãs Christus doctrinam.

Accipiens Iesus panes, vt distribuerentur, est dans doctrinam audientibus distribuendam. *Matth.15.d. 26.c. Marc.8.a.14.c.Luc.24.e.Ioan.6.b.21.d.* Idem designauit tollens Abraham panem , & vtrem. *Gen.21.b.* Et tollens Moses panem de canistro.*Leuit.8.e.* Idem designatur.*Iud.6.d.*Tollere autem vnum pugillum plenum similæ:r est habere scientiam iuxta mensuram fidei. *Leuit.2.a.6.b.* designauit etiam Christus per acceptionẽ panum,se prius impleſse quod docuit.

Accipiens Iesus calicem,est offerens passionem suam pro nobis.*Luc.22.b.* Accipiunt autem alij calicem ab eo, quum *s* participes fiunt passionis eius.Item martyres, & patientes labores pro Christo,& omnes qui eius passionem imitantur:qui omnes dicere possunt,Calicem salutaris accipiam.*Psal.115.*Sumens etiam Moses sanguinem agni, vel vituli,vel etiam arietis aut capræ:sumptionẽ sanguinis Christi,aut eius oblationem significat.*Exod.12.a.24.a.29,b.Leu.4.f.8.d.14.c.* Et sumere duos turtures,vel duos pullos columbarũ:est offerre Christum & seipsum in holocaustum,Christum quidem passionis eius memoriã agendo:se ipsum autem,pro peccato macerando.*Leui.12.d.15.b.* Tollere quoque vitulum de armento:est offerre Christi passionem. Sic tollere agnum,& hædum , & arietem. *t Gen.8.18.a.Exod.12.a.29.a.Leu.9.a.14.b.Deut.21.a.*Tollens verò Samuel lapidem,qui dictus est adiutorij : est *u* prædicator offerens, vel præponens Christum, & eius passionem. *1.Reg.7.c.*

Offerẽs Christus passionem suam. Imitari Christi passionem. Oblatio sanguinis & passionis Christi:- Christus redimens genus humanum. Resurrectio Christi. Acceptatio diuina. Assumens. Christus gentes , dans eis dona.

Tollens diues ouem pauperis. *2. Reg.12.* designat Christum *x* redimentem genus humanum.

Sumens Christus pennas diluculo.*Psal.138.* est *y* resurgens à mortuis : vel ascendens in cœlum.Et assumptio matutina designat *z* resurrectionem, & ascensionem Christi. *Psal.21.in titulo.*

Suscipiens Moses de manibus Aaron, & filiorum eius holocaustum. *Exod.29.d.Leui.8.f.* designat acceptationem diuinam eorum , qui se in totum offerunt Deo : Et suscipiens sacerdos agnum à leproso , aut etiam duos hircos à populo : est Christus acceptans pœnitentiam. *Leui.14.c.16.b.*

Accepisse dicitur Christus dona in hominibus. *Psal.67.*quum *aa* accepit gentes in hæreditatem : vel accepit dona secundum humanitatem hominibus distribuenda , vnde & de plenitudine eius omnes accipimus. *Ioan.1.d.1.Cor.12.e.Gal.1.e.* Et assumpsit ex eis in sacerdotes & Leuitas , quum *bb* ex eis instituit ministros in Ecclesia. *Isa.66.g.* Et dicitur tulisse eos de gentibus.*Ezec.36.e.*Et assumens Ezechiel duo ligna in manu sua:est *cc* Christus assumens duos populos,è quibus fecit vnum:*Ezech.37.e.*Accipiens autem Iacob benedictionẽ Esau.*Gen.27.f.* est populus christianus suffectus populo Iudæorum. Et accipiens alter Episcopatum Iudæ. *Psalm.108.* Est vel Matthias pro Iuda assumptus in Apostolatum : vel populus gentilis assumens fidem, quam populus Iudæorum amisit. Et assumere vicinum ad esum agni. *Exod.12.a.* est admittere gentilem populum ad fidem vnius mediatoris Christi:Recepit Hierusalem sorores suas Sodomam, & Samariam. *Ezech.16.g.*

Veniens Christus ad iudicium. Vincens Christus diabolũ.

Accipere dicitur Christus tempus. *Psalm.74.*quum *dd* veniet ad iudicium aduersus impios. Et dicitur ipse accipere, quia pater omne iudicium dedit filio : & hoc secundum humanitatem.

Capiens serpentem in oculis quasi hamo. *Iob.40.e.* fuit *ee* Christus diabolo carnem exhibens , & diuinitatem cælans:& dum cœpit ille quod appetit,& tentatus est,& peremptus,quod non vidit. Sic captus est Holophernes laqueo oculorum suorum. *Iudith.9.c.10.* Et capiens Iosue omnes & omnem terram :est *ff* Christus vincens in nobis omnia vitia. *Ios.11.d.* Sic cepit Dauid arcem Sion.*2.Reg.3.b.* Et Rabbath filiorũ Amon. *2.Reg.12.g.*Et Iudas cepit Basan.*Iud.1.d.* Et Simon ciuitatem Bethsuram.*1.Mac.11.g.* Et capientes prædam , sunt *gg* apostoli conuertentes infideles.*Isa.9.a.*Sic capere captiuitatem.*Psalm.67.* Et capere leænæ prædam.*Iob.38,d.*est conuertere multos ex gentibus,aut ex Iudæis, qui à diabolo tenebantur.Accipit autem Iesus prædam à forti, quum vicit diabolum. *Isa.49.g.* Et capta est synagoga nocte , hoc est , *hh* in tenebris erroris sui.*Isa.27.a.iuxta septuaginta.*Et tollit flagellum inundans malos. *Isa.28.e.* quum nequeunt effugere Dei punitionem.*Ezech.33.b.39.f.*

Discipuli conuertentes infideles.

Capit Deus quasi leænam. *Iob.10.c.* quum homo *ii* acceptis virtutibus erigitur.Sed mira dispensatione diuinæ pietatis,ante eius oculos res quælibet,vt corruat,ordinatur:dumque per culpam aliquid appetit,quasi leænæ prædam in fouea concupiscit, ac sua sponte inhians,in eam cadit. Sed suis surgere viribus non valet : quem nihil se esse ex seipso considerantem,superna miseratio captum quasi à fouea auehit : *kk* qui hunc,infirmitate cognita, ad veniam reducit. Et cùm liber homo per cibum sibi mortem intulit,reductus ad veniam sub cauea disciplinæ melius clausus viuit. Sic dicit *Hos.5.c.*Ego capiam,& vadam, & tollam.

Humilians Deus superbientem.

Tulit Deus hominem, vt poneret in Paradiso. *Gen.1.c.* quum *ll* inspirauit homini processus , & incrementa virtutum. Tollens autem Iacob substantiam Laban. *Genes.31.a.* designat exercentes virtutes , quas alij negligunt.Et sumentes filij Iacob de optimis terræ fructibus. *Gen.43.c.* designare possunt eos, qui perfectæ religionis institutа cum supernæ contemplationis studio laudabiliter viuendo , exequi conantur. Idem designare possun-

Exercitatio & perfectus in virtutibus.

explora

a *Augu.s. Ps. 45.138. Ber.s.Ps. Qui habit. Ier.2.*
b *Hie.Mal.1.*
c *Hie.Iob.42.*
d *Hie.Iona.4.*
e *Hi.s.Za.11*
f *Amb. apo. Dauid.3.*
g *Hie.s. Os.1. Aug.ser.86.*
h *Ba.s.P.48. Aug.s.Ps.45. 138. Ber.s. ps. Qui habita. ser. 2.*
i *Ru.s.Hos.6.*
k *Hi.s.Ag.2.*
l *Au.s.Io.13.*
m *Au.ps. 64. Arnob.ib.*
n *Is.s. Le.16.*
o *Aug.s.Apo. ho.4.*
p *Ori.s.Exod. ho.11.*
q *Gl.ord.s.Io. 16. Cyr.de incar. vnigeniti.27.*
r *Gl in.s.Ma. 15.*
s *Ori.s. Ro.3. Basil. Arno Au.s.Pa.115.*
t *Ambr.1. de Abraham. 5. & de Abr.8.*
v *Gr.s.1.R.7.*
x *Ambr. apo. Dau.15.*
y *H.s.ps.138.*
z *Hie.s.ps.21. Amb.ser.3.*
aa *Hi.s.ps.67.*
bb *H.s.Is.66.*
cc *Hi.Ez.37.*
dd *Hie. Au.s. Ps.74.*
ee *G.s.1.R.11 & 33 Mo.10.*
ff *Orig.s. Ios. Ho.15.*
gg *Hie.Isa.9.*
hh *Hi.s.I.27.*
ii *Gre.9. Mo. 41.42.*
kk *Am.de pa. 4.& ep.4. & ex ho. ad Oir.*
ll *Ori s.Eze. hom.7.*

Digitized by Google

exploratores sumentes de fructibus terræ Chanaan. *Deut.1.d.* Et sumere multi colores vestes, est *a* exercere virtutes. *Ezech.16.b.* Accipere autem Iesum in vlnas, aut aliter, est *b* exercere opera illi accepta. *Matth.2.c. Luc.2.c. Ioan.5.g.6.b.13.c.18.f.19.b.g.*

Sacrificia carnalia non accepta Deo.

Non accipit Deus vitulos à domo nostra. *Psalm.49.* quia bonorum nostrorum non eget: nec placatur sanguine hircorum, aut vitulorum: sed sacrificio laudis. Nec capit odorem cœtum, hoc est, *c* Iudæorum, aut hæreticorum, qui præue Deo sacrificant, quum peruersé de eo sentiunt. *Amos.5.f.*

Vincere aut conuertere infideles.

Capiunt eos, qui se separant. *Isa.14.a.* quum *d* fideles reuincunt eos, qui se sophismatibus antè deceperant. Et capiunt exactores suos, qui eos, qui omnia lucri causa faciunt, redigunt in seruitutem. Et capiunt leonem non sine vulneribus. *Ezech.19.a.* qui post lapsum in aduersarium fortiores insurgunt. Idem capere vindictam de hostibus. *Esther.8.d. Psalm.3.34.* Et capere prædam. *Num.3.c. Isa.8.c.* Et capere sapientes. *Ierem.8.d.* Capit autem Deus, & non est qui possit eruere. *Hos.5.d.* quum *e* eum, quem ad se conuerterit, nemo potest peruertere, nisi ipse proprio arbitrio consentiat.

Baptizari.

Tollere Mosen de aqua. *Exod.2.b.* est suscipere fidelem *f* de baptismo. Vel designatur ecclesia ex gentibus, excipiens Christum ad fontem baptismi.

Discutere initia operũ & exigere bona opera.

Accipere primitias rerum pretiosarum ab vtroneè offerentibus. *Exod.25.a.4.Reg.12.a.* est, quum sacerdotes discutiunt initia operationum nostrarum, vt tanquam Deo accepta ipsi offerantur. Et accipiens pontifex partes de manu sacerdotium. *Eccles.50.b.* est exigens bona opera à ministris ecclesiæ. Et accipit pecuniam è filiis Israël. *Exod.30.b.35.* cùm exigit bona opera à fidelibus.

Accipere verbum Dei.

Accipiens Iudas gladium sanctum ab Ieremia. *2.Macc.15.a.* designat acceptionem verbi Dei ad expugnandas aduersarias potestates. Idem est cùm monet Isaac Esau, vt accipiant arma. *Gen.27.a. De his 3.Reg.22.e. Ezech.5.a. Iud.7.a.14.b.* Sic monet Apostolus, vt accipiamus armaturam Dei, & scutum fidei: quod etiam explicans dicit accipere doctrinam. *Ephes.7.c. Phil.3.c.a. Thess.2.c.* Accipientes etiam Ægyptij semina ab Ioseph ad serẽdos agros. *Genes.47.e.* designant accipientes verbum *g* Dei ad fructificandum in bonis operibus: qui prius operibus carnis seruiebant in Ægypto. Idem promittit Deus. *Ezech.36.c.* Suscipere etiam pecuniam: est accipere verbum Dei. *Exod.21.b.* Et accipere lampades & oleum: est accipere *h* doctrinam sufficientem ad salutem. *Matt.25.a.* Ad hæc pertinent, assumere volumen fœderis aut legis: vel librum, vel testamentum Dei, aut sermones Dei. *Exod.24.b. Deut.31.f.1. Esd.9.f. Psalm.49. Ierem.36.a. Ezech.3.c.* Susceptio autem matutina: est accipere rudiora *i* præcepta. *Psalm.21.in titulo.*

Accipere dona Spiritus sancti.

Accipere Spiritum sanctum, est gratiam eius & dona accipere. *Ioan.7.f.14.b.20.f. Actor.1.a.2.f.19.a. Gal.3.a.* Sic accipiunt electi spiritum adoptionis. *Rom.8.c.* Et accipiunt benedictionem, hoc est, vim fructificandi, sicut terra. *Hebr.5.d.* Et accipiunt de præda accipientes dona Spiritus sancti. *1.Reg.30.g.4. Reg.5.d.* Idem est de accipientibus *k* talenta. *Matth.25.b.* Accipere autem mutuum: est accipere doctrinam ab alio docente. *Deut.15.a.4.Reg.6.a. Prou.22.a.* Suscipiunt autem boni misericordiam Dei in medio templi eius. *Psal.47.* quia ipsi sunt *l* in medio Ecclesiæ, cùm mali sint in extremis.

Sepeliens corpus Christi.

Accipiens homo granum sinapis. *Matth.13.d.* est Ioseph *m* ab Arimathæa accipiens Corpus Christi ad sepeliendum.

Sumentes Aaron, & Hur lapidem, vt supponerent Mosi. *Exod.17.c.* designant prædicãtes Christum esse finem, & fundamentum legis.

Imitari patriarchas.

Sumere duos lapides onychinos, est finem, *n* & vitam patriarcharum imitari. *Exod.28.b.*

Canticũ cor.

Sumere Psalmum & dare tympanum, est *o* accipere spirituale canticum cordis, & reddere temporalem macerationem corporis. *Psalm.80.* vel est *p* accipere operationem bonam à gratia Dei. Sic sumens Maria soror Mosis tympanum. *Exod.15.c.* est laudans Deum cum carnis maceratione. Et sumens Tyrus citharam. *Isa.23.d.* est laudans Deum cum vera pœnitentia. Sumere etiam Psalmum, est accipere spiritualia & doctrinam aptam ad laudandum Deum.

Intẽtio bona.

Accipiunt oleum in vasis suis, qui *q* bonam habent intentionem in corde, qua exercent bona opera, quærentes gloriam in conscientia, non in oculis hominum: & gaudentes de bonis operibus in gloriam Dei factis. *Matth.25.a.*

Accipere fœlicitatem.

Accipere singulos denarios, est *r* acquirere fœlicitatem æternam: quod etiam est accipere mercedem: & accipere brauium. *Matth.20.b. 1.Cor.3.b. Col.3.d. Iacob.1.* Sic accipit diadema is, quem rex vult honorare. *Esther.6.c.* Idem accipere regnum decoris. *Sap.5.c.* Et accipere coronam. *Apoc.2.a.3.c.* Et accipere aquam vitæ gratis. *Apoc.22.d.* Et hæreditate capere terram. *Psalm.36. Hebr.1.d.* & accipere stolam gloriæ: quod etiam est consummatæ virtutis esse. *Eccl.50.b.* & accipere hæreditatem. *Ierem.12.d.* quod etiam est *s* assumere statum clericorum seu dignitatem Ecclesiasticam. At superiora etiam pertinent accipere repromissionem: & accipere calculum, & nomen nouum. *Hebr.9.c.11.c. Apoc.2.c.* Et assument Sancti pennas vt aquilæ. *Isa.40.g.* quia renouabuntur in felicitate. Et accipientes fratres Ioseph partes ab ipso. *Gen.43.g.* designant Sanctos accipientes singulos gradus fœlicitatis à Christo secundum merita. Tollere autem summum filiorum Israël. *Exod.30.b.* enumeratio erit electorum. Porrò accipere centuplum. *Matth.19.d.* est *t* in hac vita bona spiritualia accipere, quæ pluſquam centuplo superant bona temporalia. Tollere lectum suum, seu grabatum. *Matth.9.a. Marc.2.b. Luc.5.e. Ioan.5.b.* designat *u* infirmitatem, & dolorem in fœlicitate abesse à corpore. Tollit etiam grabatum suum, qui portat onera proximi ex charitate, seruando illud Apostoli: alter alterius onera portate. Tollit præterea grabatum suum, qui baptizatus adhuc viuens in corpore premitur onere peccatorum, aut saltem tentationibus. Et sanus portat, vbi infirmus jacuerat: quia diuino adiutorio ereptus à viciniis, eiusdem carnis contumelias, postmodum tolerat, in cuius desideriis prius requiescebat. Vel, quod idem est, portat, in quo portatus est, *x* qui sanatus portas contumeliam carnis, in qua prius iacebat ægrotus.

Accipere dignitatem ecclesiasticam.

Cessans dolor corporis.

Portare onera proximi.

Portare contumelias carnis.

Accipere crucem suam: est *y* crucifigere passiones, seu affectus, & labores sustinere pro Christo. *Matth.10.d.16.d. Marc.15.b. Luc.9.c.* Idem est tollere iugum Christi. *Matth.11.d.* Accipere autem, quod applicitum fuerit, *Eccles.2.a.* est flagella Dei patienter sustinere. Recipere dicitur iustus in terra: *z* quando flagellatur. *Prou.11.d.* Si iustus in terra recipit, quantò magis impius & peccator? *1.Pet.4.d.*

Crucifigere affectus.

Flagellari.

Spes in antiquis patribus

Capiens vas manna gomor vnum. *Exod.16.g.* designat spem vitæ æternæ quam omnes iusti ante aduentum Christi in quinque ætatibus habuerunt. Sic capientes hydriæ metretas binas vel ternas. *Ioan.2.a.* designat spem cum timore, & fidem triniratis in antiquis patribus. Sumens autem Moses vas ad reponendũ manna. *Exod.16.g.* designare potest legem præparantem corda ad suscipiendam Christi gratiam.

Orare.

Tollere secum verba *Hosa.14.a.* Est *aa* accipere orationes, & facere delictorum confessionem. Assumit autem laudem. *Ier.d.7.d.11.c.* qui *bb* intercedit pro aliquo: & qui laudãdo Deo misericordiam, quam exhibuit prioribus patribus, eam in præsenti implorat.

Confiteri peccata.

Separari à terrenis & eleuari ad cœlestia.

Assumunt pennas & aquilæ confidentes in Domino. *Isa.40.g.* quum *cc* contemplando volant ad cœlestia. Assumit etiam spiritus prædicatorem. *Ezech.3.c.* quum eius mentem in amore Dei omnipotentis eleuatam à terrenis iam desideriis alienam reddit: vt nihil ei agere libeat, nisi ea quibus spiritualia congreget, & ad regna cœlestia quotidiani sui operis fructum porret. Tollitur autem ferrum de terra. *Iob.28.a.* cùm *dd* fortis propugnator Ecclesiæ à terrena, quam priùs tenuit, actione separatur: & ad cœlestia eleuatur.

Credere in Christum.

Recipere Christum fit *ee* per fidem, vnde Iudæi, qui non crediderunt in eum, non eum receperunt: gentes autem credentes eum receperunt. *Iob.1.b.* recipiunt etiam puerum in nomine Christi, qui credunt eius prædicatoribus. *Luc.9.f.*

Exequens diabolus diuinã iustitiam.

Accipit Deus Leuiathan seruum sempiternum. *Iob.40.d.* quum *ff* compellit dæmonem ad exequendam suam iustitiam. Dicitur autem seruus sempiternus, quia non recipitur in adoptionem filiorum. Assumit etiam Deus cognationes Aquilonis aduersus Israelem. *Ierem.25.b.* hoc est dæmones, vel Principes huius mundi ad puniendos malos.

Deflens prælatus delinquẽtes.

Accipiens durè Abraham electionem ancillæ, & filij eius, *Gen.21.b.* admonet punitionem subditorum grauem,

ac mole

a *Ori.f. Exc. hom.7.*
b *Am.f. Lu.2.*
c *Hi.f. Am.5.*
d *Hie.f. Is.14.*
e *Hi.f. Hos.5.*
f *Glo. inter f. Exod.2.*
g *Glo. inter. fu. Gen.47.*
h *Ori.f. Mat. Ho.32.*
i *Amb. ser.3.*
k *Orig.f. Mat. Hom.33.*
l *Au.f. Ps.47*
m *Am. se.2.*
n *Gl. ord. f. Ex.28.*
o *Gr.33. mor. 22.*
p *Au.f. ps.80.*
q *Hil.f. Mat. Can.27. Gre. ho.12.*
r *Au. ep.120. c.33. & lib. 83. q.59.*
s *Or. f. Ie ho 7. Hi.f. Ie.18. & f. Isa.40.*
t *Hil.f. Mat. Can.8.*
u *Au.f. Io. tra. 17. & 2. de fym.11.*
x *Gre.23. mo. 23.f. Ez. ho. 12.*
y *Hie. Alga f.*
z *Be.f. Pr.11. Hi f. Hos.14.*
aa *Hie. Ier.11.*
bb *Gr.18. mo. 16. Ec. ho.10.*
cc *Gr.19. M. 26.*
dd *Cyr.1.f. Io. 13.*
ee *Amb. f. Lu.9.*
ff *Hie.f. Iob. 25.*

Digitized by Google

ac moleſtiam debere eſſe prælato. Et aſſumere lamentum ſuper Tyrum: eſt *a* deflere peccantes: quod debent facere prælati. *Ezech.*27.*c.*& tollere reſinam ad curandam Babylonem. *Ierem.*46.*c.*51.*a.* eſt *b* corrigere peccantes prædicando.

Suſcipere in ſe culpam.

Suſcipiens integrum cadaueris, cuius bos bouem alterius occiderit. *Exod.*21.*d.* deſignat *c* eum, qui ſuſcipit in ſe totam culpam, quæ eius negligentia accidit. Quia error diſcipuli, culpa eſt magiſtri.

Ablatio peruerſi auditus.

Accipiens Aaron in aures à mulieribus ad conflandum vitulum. *Exod.*32.*a.* conſiderata ſola in auriũ acceptione, deſignat *d* ablationem peruerſi auditus, ne iterum ſicut Eua vocem ſerpentis audirent.

Abſtrahere à deſideriis terrenis.

Tollit rex filios à ſubiectis, vt ponat in curribus. 1.*Reg.*8.*c.* quum prædicator *e* abſtrahit auditores à deſideriis terrenis, vt ad cœleſtia, erigat: & oſtendit eis regnum cœlorum vim pati. *Matth.*11.*b.* & neminem coronari, niſi qui legitimè certauerit. 2.*ad Tim.*2.*a.* Nolens autem accipere Abraham quicquam à rege Sodomorum. *Geneſ.*14.*d.* deſignat *f* abſtinentem ab illecebris corporalibus, &c. Tollere Dinam de domo Sichen. *Gen.*34.*b.* eſt liberare animam ab hæreticis ſeductam. Et tollit rex agros, quum prædicator, lætos delectatione motus carnis noſtræ loquendo ſubtrahit. 1.*Reg.*8.*c.*

Recipere profectum audientium.

Recipere pecuniam cum vſura, *Matth.*25.*c.* eſt *g* accipere profectum audientium ex prædicatione. Accipit autem vſuras à fratre infirmo, qui *h* mox onerat recentem in fide grauibus mandatis: cum deberet ſufficere ſeruare eum, ne peccet. *Leui.*25.*e.* Aſſumere autem infirmum in fide, releuando ipſum iubet Apoſtolus. *Rom.*14.

Tenere confeſſionem proximi.

Accipere pignus à proximo: eſt *i* tenere confeſſionem proximi. *Exod.*22.*d.* Eodem videtur tendere accipere pretium ab eo, qui reus eſt ſanguinis. *Num.*35.*d.* Suſcipiens autem Iudas puerum Beniamin, vt de manu eius requiratur: deſignat confeſſionem, quæ annexam habet humanitatem. *Geneſ.*43.*b.*44.*g.* Et recipiens Moſes ſatisfactionem Aaron. *Leuitic.*10.*d.* Satisfactionem indicat confeſſionis. Et recipiens Thamar pignus à Iuda. *Geneſ.*38.*g.*

Acceptare duplices lachrymas.

Accipiens Saul panes duos. 1.*Reg.*10.*a.* deſignat prælatum acceptantem duplices lachrymas, hoc eſt, pro ſuis, & ſubditorum delictis. Accipientes autem ſerui fructus vineæ. *Matth.*21.d. Sunt prophetæ *k* offerentes Deo bona opera populi, quæ ſunt fructus legis.

Memor eccleſia de infidelitate iudaorũ.

Non accipiens cibum Anna. 1.*Reg.*1.*b.* deſignat *l* Eccleſiam non accipientem conſolationem, quia Iudæi non conuertebantur. Aut ſignificat vitam contemplatiuam non admittentem vanam & terrenam conſolationem. Accipere autem cibum cum exultatione: eſt tractare myſteria cum conſolatione ſpirituali: qui cibus non eſt ſumendus cum malis, *Iud.*19.*b.* *Act.*1.*g.*17.*f.* Capere autem dulces cibos cum Chriſto: eſt ſumere ſacramentum Euchariſtiæ. *Pſal.*54. vbi deſignantur *m* Iudas & Iudæi cum Chriſto in eadem menſa & doctrina ſedentes. Idem deſignarunt fratres Ioſeph, cibum cum illo ſumentes. *Gen.*43.*f.*

Contemplatiua non admitens vanam conſolationẽ.

Sumens Ieremias indirectum planctum. *Ierem.*7.*f.* eſt *n* deplorans propheticè populum Iudæorum, qui erat Chriſtum blaſphematurus. Idem aſſumere lamentum ſuper montes. *Ierem.*9.*c.* Aſſumere autem lamentum ſuper Tyrum. *Exec.*27.*a.* eſt *o* eleuari in ſpem acquirendi, quod Lucifer perdidit, Ad idem ſpectat ſumens lamentum omnis maritus. 1. *Mach.*1.*d.* Tollere autem patrem, & cognationem de terra Chanaam: *Gen.*45.*a.* eſt auferre perfidiam Iudæorum.

Tractare myſteria.

Sumens Ezechiel laterem. *Ezech.*4.*a.* demonſtrauit *p* fragilitatem Hieruſalem. Vel eſt prædicator apprehendens cor diſcipuli terrenum, vt ipſum doceat, & virtutes in eo deſcribat.

Sumere Euchariſtiam.

Aſſumens Samuel Saulem, & puerum eius. 1.*Reg.*9.*d.* deſignat *q* prædicatorem, qui auditorem adducit ad ſpiritualem ſenſum, tollens autem Saul puerum vnum, 1.*Reg.*9.*a.* videtur deſignare aſſumptionẽ Ioannis Baptiſtæ in ſuum miniſterium: de quo *Luc.*1.*b.* Ipſe præibit ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ. Vel deſignat ipſum ſpiritum, quem accipere debent prædicatores: *de quo* 1.*Cor.*2.*d.* Non accepimus ſpiritum huius mundi: ſed Spiritum, qui ex Deo eſt. Ad idem referri poſſunt aſſumere ſapientiam ſponſam, & accipere diſciplinam. *Sapien.*8.*a.d.* *Eccleſ.*51.*d.* Et per arrogantiam dicuntur quidam aſſumere ſibi ſapientiam. *Zachar.*9.*a.*

Deplorans lapſũ Iudeorũ.

Tollens Samuel cornu olei ad vngendum Dauid. 1.*Reg.*16.*c.* deſignat *r* totam vitam pontificis ſpiritualem eſſe debere: vt in excellenti liquore magiſter Eccleſiæ vir eſſe ſtudeat magnæ miſericordiæ.

Auferre Iudæorum perfidiam.

Tollens Samuel vitulum in manu ſua, vncturus Dauid in Regem. 1.*Reg.*16.*c.* deſignat *ſ* prædicatorem electurum prælatum: qui eum, quem eligit, conformem facere redemptori ſtudet & quando formam ipſam redemptoris prædicat, quaſi vitulum in manu portat. Et quia ſplendorem dominicæ conuerſationis (quem prædicat) in virtute operis monſtrat, vitulum, quem de armento ſuſcipit per manum ducit.

Docere terrenos Spiritualis ſenſus.

Tollunt vigiles pallium ſponſæ. *Can.*5.*c.* cùm *t* prædicatores auferunt veterem hominem ab anima: vel prudentiam carnis, aut humanam philoſophiam, aut corporales actiones: vel eſt mundare occulta conſcientia.

Ioannes baptiſta Spiritus ſanctus.

Tollunt ſerpentes prædicatores. *Mac.*16.*a.* quum *u* bonis ſuis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, & cùm venenatas ſuggeſtiones extinguunt. Et tollitur chirographum de medio, cùm *x* obligatio peccati deletur. 1.*Cor.*5.*a.* *Eph.*4.*g.* *Col.*2.*c.* Et tuliſſe dicitur Iacob partem de manu Amorrhæi: quum *y* prædicator docendo facit caſtos & temperatos. *Geneſ.*48.*d.*

Pralatus miſericors.

Accipere abſolutè poſitum, auaritiam ſignificare ſolet: *vt Eccl.*4.*d.* Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum. *Et* 29.*a.* donec accipiant, oſculantur manus dantis. Datur autem accipere bene à Deo, iuxta illud. *Luc.*11.*b.* Petite & accipietis. Et ratio dati, & accepti. *Phli.*4.*c.* Accipere autem munera reprehenditur in iudicibus: quia ſunt cauſa peruertendi iudicij. *Exod.*23.*a.* 1.*Reg.*8.*a.* *Iob.*15.*d.* *Pſal.*14. *Pro* 22.*b.* *Amos.*5.*d.* *Philip.*4.*d.* Moſes autem noluit accipere aſſellum à populo. *Num.*66.*c.* Et Eliſeus noluit accipere munera. *Naam.*4.*Reg.*5.*e.* deſignans Chriſtum gratis dantem gratiam: qui etiam ait, Gratis accepiſtis, gratis date. De acceptione abſolutè dicitur. Quid habes, quod non accepiſti? quia ſufficientia noſtra eſt Deo eſt. 1. *Cor.*4.*b.*10.*c.* Accipere etiam eſt complete habere. *Phil.*3.*c.* Et de conſiliis dicitur. *Matth.*19.*b.* Qui poteſt capere, capiat. Accipere autem Eſau munuſcula Iacob, *Gen.*33.*b.* deſignat ſæculares accipientes temporalia oblata ab Eccleſia, ne noceant in ſpiritualibus. Accipere etiam munera interdum ſignificare poteſt *z* quærere laudes humanas. Et tollere, quod ſuum eſt. *Matth.*20.*b.* eſt accipere mercedem in hoc ſeculo: ſicut etiam dicitur de hypocritis. *Matth.*6.*a.* Receperunt mercedem ſuam.

Auferre ſpe, timorem, aut Chriſtum.

Accipere molam ſuperiorem, & inferiorem. *Deut.*24.*d.* eſt *aa* auferre ſpem & timorem: aut etiam auferre Chriſtum. Tollens autem filiam Babylonis molam, eſt anima vitiis corporis vacans. *Iſa.*47.*a.*

Seruire vitiis corporis.

Accipere perſonam, notum eſt, quid ſignificet: & eſt reprehenſibile. *Deut.*10.*d.* *Iob.*34.*b.* *Prou.*18.*a.* *Iſa.*42.*a.* *Mala.*2.*b.* *Luc.*20.*d.* *Act.*10.*e.* Sumit etiam facies peccatorum, *bb* qui diuerſa exercet vitia.

Separare errorem à veritate.

Sumens Ezechiel ſartaginem ferream. *Ezech.*4.*a.* Eſt oſtendens *cc* fortitudinem iræ Dei, vel aſſumens zelum contra vitia.

Mori.

Tollens mulier calceamentum viri. *Deut.*25.*c.* Eſt *dd* ſeparans errorem à veritate.

Tranſitus teſtamenti ad gentes.

Tollit factor hominem, cùm *ee* homo moritur. *Iob.*23.*d.* Idem eſt tollere animam, aut tolli. *Ionæ* 4.*b.* *Ioa.*10.*c.* Et tolli de mundo. Io. 17.*c.* Et tolli de terra. *Act.*22.*c.*

Mendaciter loqui de Deo.

Capta arca à Philiſthæis. 1.*Reg.*4. deſignabat *ff* teſtamentum Dei tranſiturum ad gentes.

Redire ad peccata poſt orationem.

Accipere faciem Dei in abſcondito. *Iob.*13.*b.* vno modo dicitur de his, *gg* qui veritatem in corde ſentiunt, & tamẽ, quæ falſa ſunt, de Deo foris loquuntur: vel de his, qui quando ad mentem redeunt, Dei iuſtitiam, & rectitudinem contemplantur, & orando, ac flendo contremiſcunt. Sed tranſacta contemplationis hora, ſic audaces ad iniquitatem redeunt, ac ſi poſt dorſum eius poſiti, à iuſtitiæ eius lumine minime videantur. Hi itaque apud ſe in abſcondito quaſi corporaliter videntem accipiunt faciem Dei, quia ei, & cùm præſentes ſiunt, blandiuntur fletibus: & quum quaſi à conſpectu illius recedunt, moribus detrahuntur. Accipere etiam faciem Dei, eſt autoritatem illius in iudicio vſurpare.

Vſurpare autoritate Dei.

Accepturi filias Loth, quas tamen non acceperunt, *Gen.*19.*d.* deſignant eos, qui vocati ſunt ad virtutes, quas tamen ipſi contemnunt. Accipiens autem Lamech vxores duas. *Gen.*4.*c.* deſignat eum, qui vult gaudere cum ſeculo, & regnare cum Chriſto.

Vocati ad virtutes neglecti.

Accipere vxorem in Babylone. *Ierem.*29.*b.* eſt *hh* copulare ſibi in hoc mundo ſapientiam, & virtutes. Si accepi[t]

Tobias

a *Hi.ſ.Ex.*27.
b *Orig.ſ. Ierem.ho.*2.
c *Glo. inter.ſ. Exo.*21.
d *Am.ſ.ep.*56. *Aug.q.*14. *in Exod.* *Teo.q.*66.
e *Gr.ſ.*1. *Re.*8.
f *Am.de Abr. ho.*8.
g *Ori.ſ. Mat. ho.*33.
h *Iſy. ſ. Leu.*25.
i *Gl.inter.ſ.Ex.*22.
k *Gl. inter ſ. Matt.*21.
l *Gr.ſ.*1. *Re.*1.
m *Arn.& Hi. ſ.Pſal.*54.
n *Hie.ſ Ier.*7.
o *Ori. ſ. Eze. ho.*13.
p *Hie.ſ.Ez.*4. *Gre.*26.*mor. c.*5.
q *Gr.ſ.*1.*Re.*9.
r *Gre.ſ.*1. *Re.*16.
ſ *Gre.ſ.*1. *Re.*16.
t *Gre.*37.*mo.*1. *Am.de vir.*3.
u *Gre.ho.*9.
x *Ber.ſer.*1.*de aſcenſi.*
y *Am. de bene partriar.*3.
z *Gre.* 12. *mo.*23. *Baſil. regulis. breuiori.*256.
aa *Am.*21.*de Tob.*
bb *Hie. ſ. pſ.*81. *Rup.ſ.Ma*2.
cc *Gr.*26.*mo.*5.
dd *Ori.ſ.Mat. ho.*22.
ee *Ly.ſ. Iob.*32.
ff *Glo. ord.ſ.*1.*Reg.*4.
gg *Gr.*10.*Mo.*19.
hh *Ly. ſ. Io.*29.

Digitized by Google

Tobias vxorem virginem cum timore domini. *Tob.6.d.* Et Ioseph accepit Mariam coniugem suam. *Matth.1.c.* Vbi etiam designari potest acceptio amaritudinis pœnitentiæ.

Copulare sapientiæ seruientes & virtutes carnalibus desideriis.

Accipiens nuper vxorem, est seruiens *a* carnalibus desideriis & terrenis actionibus. *Deus.24.a.* Talem vxorem præcipit Deus Ieremiæ, ne acciperet. *Ierem.16.a.* Idem designasse videtur Hoseas accipiens vxorẽ fornicariam. *Hose.1.a.* Idem dici potest de sumentibus vxores filias Amorrhæorum. *Exod.34.b.*

Accipere alteram vxorem filio. *Exod.11.b.* est subiectionem deuotam, quam bonus animus genuit, vni doctori ad obediendum traditam, alteri doctori tradere.

Semo hæreticus non generans Christo.

Accipere nolens vxorem fratris. *Deut.25.b,* est *b* sermo hæreticus, qui, vt alienus à lege, & Euangelio, non generat Christo liberos nec bona opera.

Tollens Pharao Saram in vxorem, designat *c* improbum præsumendum assumere sibi sapientiam: propter quam & affligitur. Abraham tamen eam accepit. *Gen.12.d.* Et tollere vasa decoris dicitur, *d* qui corrumpit sensum scripturarum. *Ezech.16.b.23.d.* Suscipiens autem adulteriũ iuxta Deum, est *e* anima admittens hæreticum, vel diabolum. *Isa.57.b.* Tollunt membra Christi, vt faciant meretricis. *1.Cor.6.e.*

Resistere initiis errorum & peccatorũ.

Captus seu deprehensus Ionathas, interrogatur, quid fecerit: quia *f* nemo solis coniecturis condemnandus est, donec per interrogationem veritas deprehendatur. *1.Reg.14.g.*

Capere vulpes paruulas, *Cant.2.d.* est *g* resistere erroribus & paucis cogitationibus in initio: & deprehendere vitia sub specie virtutis latentia. Capiunt autem eas, vel angeli, vel doctores, quando conuincunt hæreticos de falsitate: sicut cepit eas Samson. *Iud.15.a.* Est etiam conuertere detractores & adulatores. Capta etiam Babylon, designat comprehensionem animæ peccatricis in peccatis suis. *Ierem.50.a.*

Suscepit Hierusalem duplicia de manu Domini: quum *h* primo fuit destructa à Babylonis, secunda à Romanis. *Isa.40.a.*

In captionem fit mensa Iudæis, quando *i* nequeunt dissoluere scripturæ obscuritates: vt quum Christus eos interrogauit de Christo, cuius filius esset. *Psalm.68. Rom.11.b.* Et capitur domus Israël in corde suo, cùm non *k* meretur audire veritatem is, qui fraudulenter interrogat: sed propter peccata relinquitur in errore. *Ezech.14.b.*

Mitti malos in infernum.

Capiunt mala iniustum in interitu. *Psalm.139.* quando *l* in infernum demergitur. Bonos autem capiunt mala, sed non in interitu. Et impij capiunt iniquitates suas. *Prou.5.d.11.a. Ecclesiastæ 9.c. Isa.8.c.47.a.* Et capi verbo indisciplinato, *Eccl.5.c.* Et accipere vulnus, est puniri. *Exod.22.a.* Et accipere iniuriam. *1.Cor.6.b.* Et accipere amplius iudicium. *Matth.23.c. Mar.12.d. Iacob.3.a.* Et accipere calicem furoris domini. *Ierem.25.d.* Et confusio capiet Ephram. *Hos.10.b.* quando *m* hæretici confundentur in iudicio. Tolli autem montem, & mitti in mare: est *n* diabolum mitti in abyssum. *Matth.21.c.*

Incomprehensibilitas Dei.

Cœli cœlorum non capiunt Deum. *3.Reg.8.c.2. Par.6.c,* quia neque Angeli, neque supremi Seraphin comprehendunt ipsum.

Nihil capienies Discipuli per totam noctem, *Luc.5.b.* designant *o* non conuertentes aliquos ad fidem per literam legis.

Non debet accipere sacerdos vxorem viduam, hoc est, *p* synagogam; nec repudiatam, vel electam, hoc est, doctrinam hæreticam: sed virginem, hoc est, integram veritatem: & viduam à sacerdote, hoc est, sacram doctrinam ab aliquo doctore relictam. *Ezech.44.f.*

Superbia hæreticorum & Philosophorũ.

Assumpserunt sibi Tyrus, & Sidon valde sapientiam. *Zach.9.a.* cùm *q* philosophi mundani superbiunt de dialectica, & rationibus vanis. Et assumunt hæretici cornua, cùm superbiunt *r* contra Ecclesiam. *Amos.6.d.* Et assumptiones falsæ, quas vident prophetæ, sunt *s* dicentes bonum malum, & malum bonum. *Thr.2.e.*

Corpus vel Ecclesia.

Suscipiens terra sanguinem Abel. *Genes.4.b.* designat *t* corpus omnia sensibilia complectens. Vel designat Ecclesiam suscipientem sanguinem Christi per confessionem peccatorum, & fidei.

Suscipit dominus rei perditæ iuramentum. *Exod.22.b.* quam tenetur stare voci iurantis.

Suscipere dicitur mulier semen. *Leui.12.a.* quum *u* mens admittit suggestionem.

Assumens Rachab, & Banaa spicans tritici ingressuri ad occidendum Iboseth. *2.Reg.4.b.* Designant diabolum auferentem prius germina bonarum cogitationum *x* ab eis quos peccando nititur occidere.

Accipere temporalia.

Accipere opprobrium aduersus proximum. *Psalm.14.* Est vel facere digna, vt *y* sibi exprobretur: vel exprobrare alteri.

Indignè communicare.

Accipere alium à Christo: est *z* admittere hæreticos, & eorum dogmata. *Io.5.g.* vel suscipere Antichristum.

Capere Iesum in malum est, sicut comprehenderunt eum Iudæi, vt occiderent. *Matth.22.b. Luc.11.g.* Susceperunt autem Christum Iudæi sicut Leo paratus ad prædam. *Psalm.16.aa* quum eum prædiderunt. Et capere volentes ministri regis Assyriorum Elisæum: sunt Iudæi volentes capere Christum. *4.Reg.6.e.* Et capientes animam Christi, *bb* sunt Iudæi ipsum occidentes. *Psalm.58.* Et Ioachin dicitur captus in sagena Dei: quia *cc* Christus est in peccatis nostris. *Ezech.12.d. Thr.3.f.4.d.2.Cor.5.c.*

Inducere in hæreses.

Accipere panes. *Matth.16.b.* est *dd* accipere temporalia, & accipere modicum quid. *Ioan.6.a.*

Accipiens Iudas bucellam, aut intinctum panem. *Ioan.13.e.* designat *ee* indignè sumentes corpus Christi.

Noluit accipere Iesus vinum myrrhatum. *Marc.15.b.*

Tyrannus expolians subditos.

Accipiunt in vanitate ciuitates suas. *Psal.138.* cùm *ff* hæresiarchæ ecclesias sibi subditas in hæreses & chismata inducunt. Et capiunt hæretici pisces, cùm *gg* ad suos errores aliquos pertrahunt. *Isa.19.b.* Et capiunt animas volantes, cùm *hh* iustos simplices decipiunt. *Ezech.13.d. Prou.7.b.* Et capere feram, vel auem, est decipere simplices, & in peccatum inducere. *Leui.17.d.* Et capiens leo prædam, est tyrannus molestans, & expolians subditos, vel diabolus capiens animas. *Ezech.19.a. Nahu.2.d.* Et capiens laqueus. *Amos.2.b.* Et accipiens Alexander spolia multa: est diabolus variis tentationibus peruertens fideles animas. Eundem designat Antiochus, qui accepit argentum & aurum, & vasa concupiscibilia, &c. *2.Mach.1.a.c.1. Mach.5.a.* Idem Nicanor capturus trophæa, & Iudæam. *2.Mach.14.b.* Sic dicitur. *Thren.3.f.* Venatione ceperunt me, quasi auem, inimici mei gratis. Et *2.Pet.2.e.* dicuntur esse in captionem, & in perniciem. Et tollit diabolus prædam electam, quum facit peccare iustos. *Amos 5.c.* Et hæretici tollunt violenter agros, quum *ii* peruersos sensus scripturarum decipiunt. Captus autem Lot ab hostibus, quum separatus est ab Abraham. *Genes.14.c.* designat simplicem recedentem à consortio iustorum facilè capi à dæmonibus. Et capiens Assur Cinæum, est diabolus capiens fideles, qui veniunt ad hæreticos. *Num.24.d.* Et capiunt mali arma contra bonos, quum dæmones multiplicant tentationes. *2.Maca.5.d. Iob.24.b.* At idem cùm Benadab iubet capi filios Israël viuos. *3.Regum.20.c.4.Reg.7.c.18.c.25.d, 2.Par.12.a.28.b.32.a.33.d, Psalm.30.kk 58.65.* Et mulier viri pretiosam capit animam. Ad hæc pertinent. *Prouerb.3.d.6.c. Ierem.5.b.11.c.34.a. 37.b.38.g.39.b.48.a.49.f. Isa.20.d.28.c.49.g. Ezech.33.b.44.g. Zach.14.a. Abdi.d. Tob.1.a.2. Mac.12.c.14.b.* Et tollit aquila medullam cedri. *Ezech.17.a.* quò aufert diabolus perfectiores ab ecclesia. Sic tollit Nabuchodonosor semen regni de Hierusalem, cùm diabolus eos, qui sunt in gratia, peccare facit. *Eezch.17.a.d.* Captum etiam à bestia. *Le.17.d. Ezech.44.f.* dicitur de eo, *ll* qui à diabolo tenetur. Tollunt etiam hæretici lapides contra Iesum. *Io.10.f,* Et tollunt legis periti clauem scientiæ. *Luc.11.g.* quum *mm* & ipsi negant Christum, & impediunt, ne alij credant, Et assumunt secum stercus sacerdotes, quum ipsi subiiciuntur peccatis. *Mala.2.a.*

Antichristus.

Non sumet omnia dies, quum interierit: quia nihil aliud feret, nisi modicum tegmen, cui inuoluetur, quod cum ipso computrescet. *Psalm.48.*

Assumens Zacharias vasa pastoris stulti, habitu representauit *nn* Antichristum Iudæis donaturum. *Zachar.11.d.*

Diabolus aduersus fideles.

Sumere epulas, est gaudere mundana delectatione. *Iudith.16.f.*

Assumens Pharao secum omnem populum aduersus filios Israël. *Exod.14.b.* est diabolus assumens omnia tentationum genera, & persequutorũ animos concitãs aduersus Christi populum. Sic assumpsit diabolus septem spiritus nequiores se, cùm omnia peccata inuexit in Iudæos. *Luc.11.d.* Et assumẽs populus Rasin, & filium Romeliæ aduersus Iudam. *Isa.8.b.* designat *oo* hæreticos assumentes in auxilium sapientiam secularem contra Ecclesiam.

a *Glos.ord.su. Deut.14.*

b *Orig.s. Matth.22.*

c *Ambr.2.d. Abra.4.*

d *Or.s.Ezech. hom.7.*

e *Hie.s.Is.57.*

f *Gr.s.1.Reg.14.*

g *Ori.s.Cant. ho.2.& s.Ier. hom.3. Aug.s.Psalm. 80.& serm. 107. Greg.1.Ca.2, Ber.s.Cant. serm.63.*

h *Hie.s.Is.40,*

i *Ori.s.Rom, 11.*

k *Hie.s.Exec. 14.*

l *Au. s. Psal. 139. Hie.s.Ier.25,*

m *Hie.Os.10.*

n *Ori. ho.16. in Matth.*

o *Am.de virgin.3.*

p *Hi.s.Ezech. 44.*

q *Hi..s.Za.9.*

r *Hie.Amo.6.*

s *Philo, quod deterior portiori insidie.*

t *Aug.12.con. Faust.11.Bed. s.Gen.4.*

u *Iyr.s.Le.11.*

x *Greg.1.mo. 36.*

y *Basi.s. Psal. 14.*

z *Glo. ord. s. Ioan.5.*

aa *Arn. Psal. 16.*

bb *Hil.s. Psa. 58.*

cc *Hie.s.Eze. 12.*

dd *Or.s.Mat.*

ee *Lyr.s. Ioa 13.*

ff *Hi. s. Psal. 128.*

gg *Hie.s.Isa. 19.& s.*

hh *Ezech.13.*

ii *Greg. 16. Mora.c. 23. Au.s.Psa.30. con.2.v.14.*

kk *Au. Psal. 30.serm.2. Hie.s. Abd.d. & s. Ezech. 44.& s. Mal.2.*

ll *Isy.Leu.17,*

mm *Ambr. serm.8.*

nn *Hier. ser, Za.11.*

oo *Hie.s.Is.8,*

Digitized by Google

Assumi maledictionē ex Sedechia, & Achab pseudoprophetis, quos frixit rex Babylonis: est consimilia aliis imprecati. *Ierem.29.e.*

Assumpsit Ezechiel pinguissimum pecus ex præcepto Domini, vt coqueret in olla: vt ostenderet multa bona: quæ Hierusalem acceperat à Deo, & quòd propter ingratitudinem debebat puniri. *Ezech.14.a.*

a *Gl.ord.s.Amos 6.* Sumere sibi cornua, est *a* sumere sibi potentiam. *Amos.6.d.* Item sumere sibi honorem. *Hebr.5.a.*

Assumere dicuntur terminum principes Iuda, quando *b* cessant ab iniquitate. *Hos.5.c.*

b *Ruper.s.Hose. 5.* Assumere terminos proximi. *Deut.19.d.* est *c* gloriari, aut gaudere de lapsu proximi. Et assumere terminum, gloriari in hæresibus. *Hose.5.c.* Et sumere sanguinem in cibum, est contemnere vitam proximi. *Leuit.7.c.*

Gaudere de malo proximi.

c *Gl.or.s.Deu. 19.& s.Hos.5.* Tollere de anathemate Hierico. *Iosu.7.a.* est *d* inferre seculares mores in Ecclesiam.

d *Orig.s.Iosu. hom.7.* Tollens puer sacerdotis ab immolantibus carnes vi antequam coquerentur. 1. *Reg.2.d.* designat Iudæos conantes, *e* & cogentes auferre nouam fidem Christi à fidelibus, antequam in ea firmarentur. Et tollere carnes antequam coquerentur, est comedere ante tempus: & quia tollunt carnes, denotantur cibi delicati: & quia crudas, cibi exquisiti, & non communi modo præparati. Designatur etiam rapacitas sacerdotum.

Iudæi conantes auferre fidem Christi. Gala.

e *Greg. s. 1. Re.2.* Tollit rex agros subditorum. 1. *Reg.8.c.* quum *f* corda bonorum seducuntur ad malum fructum faciendum. Tollit vineas, quum prædicandi officium deseritur. In bonum autem cùm inebriantes concupiscentias à corde nostro prædicator penitus abscondit. Tollit olueta in malum, quum opera misericordiæ negliguntur. In bonum autem, quum prædicator falsæ misericordiæ opera reprehendit.

Rapacitas sacerdotum.

f *Greg. s. 1. Re.8.* Tollere aliquid de domo sua, & tollere vasa: est *g* curam corporis agere. *Matth.24.d. Luc.17.f.* Idem est tollere aliquid in via. *Marc.6.a.* Et tollere tunicam suam, est *h* reinduere veterem hominem. *Matth.24.*

Curare corpus.

g *Am. s. Luc. 17.*

h *Ori.s. Mat. hom.29.* Tollit propinquus mortuum suum, vt sepeliatur. *Amos 6.c.* quum *i* mortui sepeliunt mortuos suos.

Tulisse virum meretricis secum sacculum pecuniæ. *Prou.7.c.* indicat *k* diuites existimantes legem, & omnia pecuniæ debere cedere.

i *Hier. s. Amos.6.* Non capiebat terra Abraham, & Lot. *Genes.13.b.* Vbi designatur, *l* vnam animam diuersos motus, & naturaliter sibi repugnantes minimè recipere. Vel quòd Ecclesia non capit simul fideles, & hæreticos.

k *Ambr. l. 1. de Cain.4.* Tollens Isaias calceamenta de pedibus suis. *Isa.10.a.* In malum quidem, designat eos, *m* qui per eremum huius seculi non possunt tuti ambulare inter serpentes, & scorpiones. In bonum vero est ablatio mortalitatis. Neque enim terra sancta, ad quam ire festinat, sacco vestitus, & opertis pelle pedibus vel stare poterat, vel ambulare.

l *Amb. 2. de Ambr.6. Beda.s.Ge.13*

Accipiens Abraham filium præter tempus ætatis. *Hebr.11.c.*

Accipiens debitor cautionem, & literas à villico iniquitatis. *Luc.16.b.*

m *Hie. s. Isa. 20.* Sumit anima esuriens amarum pro dulci. *Prouer.27.a.*

Sumens Tobias de felle piscis. *Tob.11.a. Vide* Fel.

Homo, quem assumpsit Deus, dici potest *n* homo prædestinatus. *Psalm.64.* qui etiam dicit? Dominus autem assumpsit me. Psalmo vigesimo sexto. Sic assumpsit Paulum, & Barnabam. *Actor.13.a.* De hac assumptione. *Roman.11.b.*

Prædestinatus.

n *Glo. ord. s. s.Psalm.64.* Tollentes Missael, & Elisaphan Nadab, & Abihu extinctos. *Leuit.10.a.*

Tollere summam eorum, quæ capta sunt in bello aduersus Medianitas. *Num.31.d.*

Tollere manipulum relictum. *Deut.21.*

Tollens commissura plenitudinem à vestimento. *Matth.9.b.*

Tollens seruus Abrahæ Rebeccam pro domino suo. *Genes.24.f.*

Tollens Ieroboam decem scissuras pallij Achiæ prophetæ: quantū ad literam, manifestum est ipsum suscepturum imperium super decem tribus. 3. *Reg.11.e.*

Tollens Asa omne argentum, & aurum, quod remanserat in thesauris domus Domini. 3. *Reg.15.d.*

Assumunt mali pastores, quod crassum, est, de ouibus, quum *o* optima quæque subditorum sibi vsurpant. *Exech.34.a.*

o *Chrys.ho.9. Cyril. 7. s.Io. 5.* Non accipiens Abraham quicquam à rege Sodomorum. *Genes.14.d.* designat *p* Christum non accipere quicquam ex parte diaboli in suam Ecclesiam.

p *Bed. s. Gen. 14.* Assumit vicinum ad esum agni, quum, *q* qui per semeptipsum non valet implere, vel intelligere sacramentum fidei, debet à sapientiori inquirere illique adhærere, eidémque fidere. *Exod.12.a.*

Consulere doctiorem.

q *Bed.s.Exod. 12.*

Acceptare, Acceptus, Acceptabilis.

Acceptare, est aliquid gratum, & beneplacitum habere. Id autem, quod acceptatur, acceptum, & acceptabile dici solet.

Acceptat Deus sacrificium iustitiæ. *Psalm.50.* quum *r* approbat laudes sibi debitas, vel hic, vel in patria. Item quum acceptat passionem Christi quantum ad completum effectum. Eandem rationem habet acceptablis hostia. *Leuit.1.a. 1.Pet.2.a.*

r *Am. apolo. Dauid. 17.* *Approbat Deus laudes. Acceptās passionem filij.*

Acceptabilis domus Deo, quæ ædificatur in monte. *Agge.1.b.* designat *s* eam doctrinam, quæ in sacra scriptura fundatur, gratam esse Deo.

s *Hi.s.Agg.1.* Acceptabilis populus. *t Titu.1.d.* vbi Græcè dicitur περιούσιος quasi circa substantiam, aut vitam: quod alius interpres abundantem transtulit.

t *Vict. aduc. Arium. 2.* Acceptus Deo dicitur tantùm de bonis. *Tob.12.c. 14.d. Prouer.16.a. Sap.3.c. 9.c. Eccles.35.d. Ierem.6.c. Agge.1.c. Rom.4.a. 1.Tim.2.a. 5.a. Tit.2.d. Actor.10.a. 2.Cor.8.c.*

Ponitur etiam acceptabilis dies Domino. *Isa.58.b. Luc.4.c. 2.Cor.6.a.*

Acceptus Dauid in oculis vniuersi populi. 1. *Reg.18.a.* Christum designare potest. Et etiam Mardochæus. *Esther. 10. a.*

Christus.

Nemo propheta acceptus in patria sua. *Luc.4.d.*

Accipiter.

Accipitrum genus est, *u* quòd raptu auium viuit, eísque insidiatur, & simul cùm hominibus aucupium sæpè exercere solet, & prædam diuidere: est accipiter agilis ad volatum ac visu perspicax, & expassis alis ad Austrum, quotannis plumescit: vt dicitur: *Iob.39.c.* Domesticis quidem, quod melius plumescant, humida, & depentia loca requiruntur: agrestes vero flanto Austro alas expandunt, quatenus eorum membra ad laxandam veterem pennam venti tempore calescant. Quum verò ventus deest, alis contra radios solis expassis, atque percussis, tepentem sibi aurā faciunt, sic quòd capto tepore apertis poris, vel veteres exiliunt: vel nouæ succrescunt. Fertur nunquam comedere auium corda.

u *Aristo. 6. de histor. anima. & 8. & 9. Greg.31. Mo. 32.* Accipiter in bonum, & in malum accipi potest. In bonum quidem. *Iob.39.b.* Penna Struthionis similis est pennis Herodij & accipitris. Figura est *x* antiquorum patrum, qui ad ea, quæ potuerunt intelligendo perspicere, valuerunt etiam viuendo peruolare. Et cùm ibidem dicitur, plumescere, expandendo alas ad Austrum, Sanctos significat, *y* qui flatu Spiritus sancti concalescentes, ysum vetustæ conuersationis abiiciunt, ac noui hominis formam assumunt: iuxta illud, *Coloss.3.b.* Expoliantes vos veterem hominem, &c. Et *Cor.4.d.* Licet eis, qui foris est, noster homo, corrumpatur, &c. Demum Sancti & fideles à praua vita conuersi, hac ratione accipitris nomine significati possunt.

Antiqui patres. Sancti. Fideles à peccatis conuersi.

x *Gr.31.mor. 6.15.32.*

y *Hil. s. Iob. 39.*

In malum autem accipitres significare solent dæmones, qui insidiantur animabus, quæ in altum volare solent, ad cœlestia anhelantes: quarum lapsu pascuntur. Ideo inter immunda animalia computantur. *Leui.11.c. Deut.14.b.* Et vt accipitres cum hominibus venantur, ita & dæmones ministerio vtuntur hominum ad alios subuertendos. Cum quibus etiam prædam diuidant, quum eos voluptatibus, & diuitiis abundare faciunt. E diuerso etiam homines sæpe prauis, & damnatis artibus dæmonum ministerio vtuntur ad sua explenda carnalia desideria.

Cyril. epist.1. *Damones.*

Designant etiam accipitres homines rapaces, *z* qui vi, & fraude quæcunque possunt, ac aliis rapiunt: aut eos, qui ministerium præbent raptoribus vt accipitres hominibus. Et demum accipiter omnem iniustitiam significat: Ideo inter immunda animalia connumeratur. *Leuit.11.b.*

Homines prauī. Iniustitia.

z *Orig.l.Luc. hom.7. Cle. Alex. 5. strom. Hie.s. Iob.39. Isyd.s.Leu.11.*

Digitized by Google

Accire, quæ Acersire.
Acclamare, vide clamare.
Accola.

ACcola dicitur vicinus aduentitius: hoc est, qui habitat terram, in qua non natus est, quæ vicina est alteri: vt accola fluminis, qui peregrinus habitat iuxta flumen. Raram habet allegoriam.

Accola iuxta Ambrosium, *a* temporalis diuersorij speciem gerit. Habitator autem spem omnem, atque vsum suæ illic substantiæ locare videtur, vbi habitandum putauerit. Itaque qui est terræ accola, habitator cœli est. Qui autem habitator est terræ, possessor est mortis. *a Ambr. 2. de Abra. 7.*

Vir bonus. Accola Iacob in terra Cham, designat virum bonum, qui peregrinatur in hoc sæculo: cuius patria est in cœlo. *Psal. 104. Acto. 7. a.*

Gentilis populus. Accola, qui promittitur venturus. *Isa. 54.* id est *b* gentilis populus suscepturus fidem, à qua per cultum dolorum valdè erat alienus. *b Hie. s. Is. 54.*

Dæmones. Accolæ, qui polluerant terram ante filios Israel. *Leui. 18. d.* sunt dæmones, *c* qui terram omnibus vitiis repleuerunt. *c Glo. inte. su, Leu. 18.*

Accommodare, quare Aptare.
Accrescere, vide Crescere.
Accubare, quare Cubare, & Accumbere.
Accumbere, Discumbere, Recumbere, Accubitus.

ACcumbere est in conuiuio sedere. Dicebatur autem accumbere, quia antiqui cubantes vesci solebant. Recipit allegoriam secundum loca, in quibus discumbitur.

Quies Christi in cruce. Accubitus, in quo dicitur esse rex. *Cantic. 1. d.* humiliationem *d* Christi in cruce designare potest, in qua quieuit mortuus. *d Ori. s. Cant. hom. 2.*

Quies Christi in sinu patris. Designat etiam *e* quietem Christi in sinu Patris, in quam ingressus est post labores passionis, & in qua perpetuò manebit. *e Gre. 35. mo. 21. & s. Cæ. 1*

Quies Christi in corde hominum. Significat prætetea, *f* quietem Christi in corde hominis, iuxta illud. *Ioan. 14. d.* Mansionem apud eum faciemus. Et *Apo. 3. d*, Et cœnabo cum illo. Ad idem referri potest accubitus eius in domo Pharisæi, *Luc. 7. c.* Et in domo Matthæi, *Matt. 9. b. Luc. 5. f.* *f Bern. s. Can. ser. 42.*

Gaudium de conuersione peccatoris. Accubitus etiam Christi in domo Leui, seu Matthæi. *Marc. 2. c.* designare potest *g* gaudium quod ipse cum curia cœlesti de conuersione peccatoris habet. *g Glo. ord. s. Marc. 2.*

Humilitas Christi. Recubuisse dicitur Iesus in domo Simonis leprosi. *Marc. 14. a.* quum humiliauit se, *h* vt eum tangeret fides peccatricis, quæ de pedibus ascendit ad caput, & à capite descendit ad pedes per fidem, id est, ad Christum, & ad membra eius. *h Hie. s. Marcum. 14.*

Quies æterna gloria, vel in ecclesia, vel in corde. Accumbere in regno Dei. *Matth. 8. b. Luc. 12. c. 13. f.* est in *i* in æterna quiete refoueri, vel internæ quietis alta sede recipi: vel perennis vitæ laudibus delectari. Et discumbere cum Christo, est cum ipso esse in gloria, vel in Ecclesia. *Matth. 26. b. Marc. 2. b. Luc. 24. e. Ioan. 12. a. 13. c. 21. c.* Sic recumbens Ioannes supra pectus Iesu. *Ioan. 13. c. 21. e.* *i Gr. s. Re. 14. Am. 2. de pœnitcn. 7.*

Quies in secretis sapientiæ. Recumbens Ioannes supra pectus Iesu. *Ioa. 13. c.* designauit *k* quietem suam in secretis diuinæ sapientiæ, ad quæ peculiariter fuit admissus. *k Aug. s. Ioan. tract. 61.*

Colligentes se Prædicatores. Accumbere camelos extra oppidum. *Gen. 24. b.* Indicat *l* prædicatores colligere se debere extra tumulum, & delicijs non deseruire. *l Glo. inte. s. Gen. 24.*

Quies post resurrectionem. Recumbens iterum Iesus post ablutionem pedum. *Ioan. 13. b.* quietem *m* futuram post resurrectionem designare videtur. *m Glo. ord. su. Ioan. 13.*

Subijcere carnem spiritui. Discumbere super fœnum. *Matt. 14. b. Marc. 6. c. Luc. 9. b. Ioan. 6. a.* est subiicere *n* carnem vt spiritui seruiat: & etiam bene operari. Idem est discumbere super terram. *Matt. 15. d. Marc. 8. a.* *n Ori. s. Mat. ca. 14.*

Bene operari. Nolens discumbere Samuel, priusquam veniret Dauid, *primo Reg. decimo sexto, b.* designat *o* exreriora Ecclesiæ negotia non esse tractanda, donec spiritualia compleantur. Sic dicitur *Eccles. 32. a.* Omni cura tua explicita recumbe. *Hila. s. Mat. can. 14.*

Explere prius spiritualia. Discumbentes in nuptijs. *Matth. 22. a.* sunt *p* fideles parati ad mysteria fidei suscipienda. *o Hi. s. Ma. 14 Gr. s. 1. Re. 16.*

Fideles. Accubitus primi, quos amabant Scribæ, & Pharisæi, gradus sublimioris honoris designant, quos amant ambitiosi, *Matt. 23. a. Marc. 12. Luc. 14. b. 20. g.* *p Ori. s. Mat. hom. 20. Diony. epi. 9.*

Gradus sublimioris honoris. Discumbentes Amalecitæ super faciem terræ. *1. Reg. 30. d.* designant vacantes voluptatibus corporis. Sic inuitabat Holophernes Iudith, vt accumberet in eius mensa in iucunditate. *Iud. 12. d.* designans diabolum offerentem voluptates huius mundi ad irretiendas animas. Sic & ipse Holophernes recumbebat sub conopæo in ebrietate. *Iudit. 13. c.* Huc referri potest discubitus in panibus. *Eccl. 41. d.*

Vacare voluptatibus. Discumbentes cum Herode, sunt *q* fauentes erroribus principum, illisque adulantes. *Matt. 14. a. Mar. 6. a.*

Adulantes principibus. Accumbere super vestimentis pignoratis. *Amos 2. c.* designat *r* hæreticos per hypocrisim iniquitates suas operientes, vel Ecclesiasticos fruentes immensis pauperum laboribus. *q Ori. s. Mat. ca. 14.*

Hypocrita. Accumbere cum muliere aliena super cubitum *Eccles. 9. b.* est torpere à bono opere, vel nimium se tradere philosophiæ gentilicæ. Et recumbere in idolio. *1. Cor. 8. c.* est nimium vacare lectioni poëtarum gentilium: cósque in ore passim habere. *r Hi. s. Am. 2.*

Nimium vacare philosophia gentilicæ. Accubitus simpliciter recreationem, & quietem significare videtur. *Tob. 2. a. 9. c. Luc. 16. b.* Et recumbentibus vndecim discipulis apparuit Iesus. *Marc. 16. d.* *s Hie. epist. ad Damas.*

Recumbens nubes in solitudine Pharan. *Num. 10. b.*

Recumbentes scopuli torrentium in finibus Moabitarum. *Num. 21. d.*

Accurrere, quare Currere.
Accusare, Accusator, Deferre, Delator.

ACcusare, est aliquem apud iudicem criminis alicuius reum facere. Rarum est in allegorijs, potéstque & in bonum, & in malum sumi.

Christus arguens pharisæos. Accusans Ioseph fratres suos, Chrysostomus legit, quòd fratres detulerint ipsum Ioseph.

Accusans Ioseph fratres suos. *Gen. 37. a.* Christum designat *t* arguentem pharisæos. Et dicitur Christus non eos accusare apud patrem. *Io. 5. g.* quia per legem iudicabūtur. Vnde Moses dicitur ibi eos accusare, quia iudicabuntur secundum legem per Mosen figuratam. Designat etiam discretionem arguentem virtutes de hypocrisi & retinentem eas, ne in ipsam incidant. *t Cyr. s. Gene. ho. 61. Richar. de S. Victo. de 12. patria. 69.*

Diabolus & eius membra. Accusator in malum est, qui absque misericordia defert crimina, vt puniantur absque emendatione. Et hic in primis est diabolus, *u* qui dicitur accusator fratrum nostrorum. *Apoc. 12. c.* vbi quum dicitur accusator fratrum nostrorum, vox est Angelorum, quorum fratres, hoc est, sanctos accusat diabolus: & accusat die ac nocte, hoc est, in prosperis, & aduersis. Sumitur etiam pro eius membris, vt testis mendax excusat. *Deut. 19. d.* Et hi, qui scribebant accusationem contra Israel. *1. Esdr. 4. a.* Et qui accusabant populum apud regem. *1. Mach. 7. a. d.* Sic erant accusationes Iudæorum in Christum. *Matth. 12. a. 27. b. Marc. 3. a. 15. a. Luc. 6. b. 11. g. 23. a. b. Ioan. 8. 18. c. Roma. 8. f. Acto. 19. g. 22. g. 25. b. 26. a.* Et Simon dicitur delator pecuniarum, & patriæ. *2. Mac. 4. a.* Sic etiam delatura sumitur in malum. *Eccl. 16. a. 38. b.* Dicitur etiam diabolus accusator fratrum nostrorum, propter chirographum decreti, quod aduersum nos allegabat: quod Christus tulit de medio. *u Ori. s. Ro. 8. Aug. s. Apoc. ho. 9. Gre. 2. mor. 9. Rup. s. Apoc.*

Accusator sui dicitur iustus in principio. *Prou. 18, c.* quia quicunque accedit ad Deum, debet cognoscere indignitatem suam: sicut & Abraham loquens cum Deo: dixit, Loquar ad Deum, cùm sim puluis, & cinis.

Non accusat homo Samuelem de accepta pecunia, vel calceamento. *Eccles. 46. d.* per quod ostenditur, cum quanta iustitia gubernauerit.

Accusant cogitationes viuentes in lege naturæ. *Rom. 2. c.* quia habent ipsam legem descriptam in cordibus suis.

Accusans Siba Miphibosepth,apud Dauid.2.*Reg.*19.*c.*
Accusare seruum apud dominum suum reprehenditur. *Prouerb.* 30.
Accusatio aduersus presbyterum,non est facilè recipienda.1,*Timo.*5.*c.*

Acedia, Acediari.

ACedia est pigritia quædam,tristitia, tædium,ac fastidium:vnde acediari: quod rarissimum est,nec habet allegorias.

Acediari in vinculis sapientiæ, est tædium & fastidium sumere de conuersatione sapientiæ: quod,ne agamus,monemur.*Eccles.*6.*c.*

Acediari in stultitia stulti, est etiam ipsam fastidiare, vel in tædium propter ipsam incurrere. *Ecclesiastici* 22.*b.*

Acerbus, Exacerbare, Asper, Exasperare, Austerus.

ACerbi dicuntur *a* fructus nondum maturi, & inepti ad manducandũ, qui solent sua asperitate stuporem quendam in parte gustatiua generare. Asperum autem dicitur,quod superficiei inæqualitatem ingratum est tactui.Est enim asperitas iuxta Platonem inæqualitas admixta duritiei. Sed solet extendi asperitas etiam ad alios sensus,vt illa sint aspera,quæ alicui sensui sunt ingrata.

Acerbi fructus, sunt inepti ad esum, inutilia opera *b* designant,*Sap.*4.*b.* Et vua acerba designat *c* peccatum. *Ier.*31.*e.*quia facit dentes animæ, hoc est,mentem obstupescere,ne suauitatem diuinam sentire possit. Et etiam peruersa intelligentia scripturarum,& hæreses vua acerba dici possunt, quæ faciunt dentes hæreticorum ad veritatis intelligentiam obstupescere.*Ezech.*18.*a.*

Aspera solemus appellare,quæ non sunt animo nostro grata: vt *Gen.*23.*b.* Dixit Dominus Abrahæ: Non tibi videatur asperum super puero,& super ancilla tua.Et asperè loqui. *Gen.*31.*c.* Sic aspera dicitur sapientia in doctis hominibus.*Eccl.*6.*c.*

Aspera dicuntur vitia,*d* quæ vertuntur in vias planas, quum remouentur. *Isa.*40.*a.Luc.*3.*a.* Sic delicati Dei dicuntur ambulasse vias asperas,*Baruch.*4.*c.*Et aspera loca sunt ipsa vitia,à quibus est cauendum.*Actor.*27.*c.*

Asperum verbum dicuntur suggestiones *e* dæmonum.*Ps.*90.Et asperum verbum seu turbulentum, est peruersa doctrina hæreticorum.Et præterea calumniæ,& insultationes infidelium,& malorum Christianorum aduersa doctrina hæreticorum.Et præterea calumniæ,& insultationes infidelium,& malorum Christianorum aduersus bonos.Et demum aspera verba sunt,quæcunque nostris bonis itineribus aduersantur.

Exacerbare dicitur Dominum peccator,quia *f* peccando meretur, vt puniatur à Deo quasi irato.*Ps.*9.77.94. 105.Et quum dicitur,exacerbauerunt spiritum Moysi: intelligi potest Spiritus sanctus. Sic dicuntur exacerbare Dominum in operibus manuum suarum,hoc est,peccando.*Ier.*32.*d.Baruch.*4.*c.Heb.*3.*b.d.* Et qui exasperat,sunt *g* qui defendunt peccata sua.*Ps.*65.67.

Exasperarunt Ioseph habentes iacula. *Gen.*49.*c.* quum *h* Iudæi grauibus persequutionibus afflixerunt Christum. Aut quum viri praui persequuntur honestum iuuenem. Hoc etiam est exasperare pauperem. *Ecclesiastici* 4.*a.*

Exasperare os Domini dicuntur,qui *i* præcepta eius iudicant esse grauia. Vel qui negligunt præceptum charitatis.1.*Reg.*12.*c.* Sic exasperare sermones Dei.

Exasperans domus dicuntur, qui *k* peccant post acceptam fidem. Nam infideles, qui nunquam Deo placuerunt,non dicuntur exasperare. Ideo Iudæi dicuntur exasperatores. *Exod.*2.*d.*3.*b.g.*12.*a. Psa.*65.67.71. Et seruientes magicis artibus exasperantes dici possunt: quia grauiter irritant Deum. Dicitur etiam cor exasperans. *Ierem.*5.*f.*

Imperantes pastores cum austeritate.*Ezech.*34.*a.* Sunt *l* Episcopi magno supercilio subditis imperantes: qui operibus dedecorant nominis dignitatem: & pro humilitate assumunt superbiam, vt honorem se putent consequutos,non onus:& quoscunque in Ecclesia viderint potentes, & Dei sermonem habere, opprimere nituntur,Sic Nicanor austerius egit cum Iuda Machabæo. 1. *Mach.*14.*a.*

Non exacerbat Deus sermones suos.*Psalm.*104.

Acerbus luctus dicitur irrationabilis. *Sapien.*14.*b.*

Exacerbans Iudas reges multos,est vir sanctus,& fortis vincens multos dæmones. 1.*Mach.*3.*a.*

Austerus homo, vt durus dicitur à malis *m* Deus, & non à bonis: quia malis infert iram,& cùm bonis exercet misericordiam. Et tamen improbè dicitur à malis austerus, quia etiam puniendo malos punit:citra condignum.*Luc.*19.*c.*

Exasperare matrem,est *n* tristem facere Ecclesiam peccando. *Ecclesiastici* 3.*c.*

Aceruus, Agger, Congeries, Cumulus, Tumulus.

ACERVVS & agger,est propriè rerum minutarum congeries:vt frumenti,vel legumitum.

Cumulus verò est maiorum rerum aceruus,vt terræ,vel lapidum.

Tumulus autem est aceruus lapidum.*Gen.*31.*f.*Congregantes fecerunt tumulum.Et cumulus terræ. 2.*Reg.*2. *f.*Steterunt in summitate tumuli vnius.Et sepulchrum.2.*Reg.*3.*f.*Fleuit super tumulum Abner.

Aceruus frugum significare solet *o* conuentum bonorum.*Exod.*22.*a.Ruth.*3.*b.*2.*Par.*31.*b.Iob.*5.*d.*24.*b.Can.*7.*b. Eccl.*10.*d.Ezech.*1.*d.Agg.*2.*c.*

Aceruus etiam tritici, dicitur *p* vterus beatissimæ virginis Mariæ, quia suo grano alimenti satietatem dedit mundo.*Cant.*7.*b.*

Aceruus etiam *q* tritici bonorum operum multitudinem designat.*Iob.*5.*d.*

Aceruus & tumulus ex multis lapidibus in bonum quidem,Ecclesiam,& vnitatem fidelium designare solet: & præcipuè Ecclesiam gentilium ex multis,& dispersis congregatam. *Gen.*31.*f.Iob.*8.*c.Isa.*17.*a.* Et cumulus, quia extollitur super terram,quam infra se relinquere videtur,excellentiam perfectorum designare potest. *Eccl.*44.*d.* Aceruus testimonij,designat concordiam Principum secularium,cum ecclesiasticis,in basilicis martyrum: ita vt lapides acerui designent martyres.

Aceruus lapidum in malum.*Hos.*12.*d.*altaria hæreticorum *r* sunt quasi aceruus lapidum: quia testimonia veritatis transferunt in mendacium.Vt enim acerui hinc,atque illinc de lapidibus, & fabulo congregantur: ita & hæretici de sapientia seculari,& argutiis hominum fraude, atque mendacio simulacra componunt.

Aceruus viginti modiorum,vbi fiunt decem. *Agge.*2.*c.* designat *s* opera infidelium, quæ temporaliter remunerantur.

Agger,qui iacitur,aut comportatur, ad oppugnandum castrum, *t* communicationem pœnæ quam Deus inducere intendit,significare potest.*Isa.*29.*a.Ier.*9.*a.Exec.*4.*a.*17.*e.*26.*b.Dan.*11.*e.Haba.*1.*c.* Designat etiam *u* tentationes,& molem crescentis tentationis:& hunc aggerem comportat diabolus.*Haba.*1.*c.*

Aggerum ruui,*Isa*37.*e.*significare possunt Principes,& potentes, ac superbos.Idem designauit congeries aquę. *Eccl.*39.*c.*

Tumuli ciuitatum dirutarum,*x* eos significare possunt, qui simul ad peruersa opera coniuncti, de ædificio vitæ ceciderunt, *Deu.*13.*d.Ios.*7.*d.*8.*f.Iob.*15.*d.Ier.*9.*c.*26.*e.*51.*d.Mich.*1.*b.*4.*d.* Et acerui puluueris in eodem sensu. *Nee.*4.*a.Is.*25.*a.* Et acerui arenæ. *Ier.*9.*d.* Et congeries mortuorum. *Iob.*21.*d.*1. *Cor.*9.*a.* sunt multitudo peccantium,in quorum mentibus quasi in sepulchris suis Satan vigilat. Et tumuli fabuli, sunt infideles, & infrugiferi. *Ezech.*47.*b.*

Acerui salis.*Soph.*2.*c.*sunt *y* hæretici, quorum doctrina,est sicut sal infatuatum. Et altaria eorum dicuntur sicut acerui super sulcos agri.*Hos.*12.*d.*Eosdem designare possunt aggeres ranarum. *Exod.*8.*c.*

Tumulus in cuius summitate stetit Abner cum filiis Beniamin.2.*Reg.*2.*f.*

Aceruus lapidum super Absalom.2.*Reg.*18.*d.*

Aceruus Mercurij, *z* pro cultu idolorum poni videtur.*Prouer.*26.*b.*

Aceruus

a *Am.*3. *Ex.*12. *Ilar. in Timæo.*

b *Amb.*3.*Ex.*12.

c *Hie.s.Ier.*31.

d *Orig.s. Luc.*ho.21.

e *Arn.s.ps.*90 *Hie.s.Isa.*21. *Aug.s.ps.*90 *Gre.*6.*mo.*19.

f *Arn. s. psa.*105. *Hil.s. psa.*67.

g *Au.s.ps.*67.

h *Glo inter s. Gen.*49.

i *Gregor. s.*1. *Reg.*12.

k *Orig.s. Eze.*ho.11. *Arn.s.psa.*67. *Hil.s.psa.*65. *Greg.s. Exec.*ho.9.

l *Hie.s. Ezec.*34.

m *Ori.s.Mat.*ho.53.

n *Glo. inter. s.Eccl.*3.

o *Gre.s.Cã.*7.

p *Amb.de iusti virg.*14.

q *Gre.*6.*mor.*28. *Gre.*8.*mo.*35 *Hie.s.Isa.*17. *Bed.s.Gen*31. *Rup.*7.*s.Gen.*47.

r *Hie.s. Hos.*12.

s *Hie.s.Agg*1.

t *Gregor.*16. *mor.*5.*& s.Ezech.hb.*12.

v *Hie.Abac.*1

x *Gre:*12.*mo.*23.*&*13.*mo.*29. *Hie.s.Exe.*47.

y *Hie.s.Sop.*2.

z *Bed. s. Prouerb.*16.

Opera inutilia. Peccata. Hæreses.

Vitia.

Suggestio dæmonum. Doctrina hæreticorum. Calumnia. Irritare Deũ.

Iudæi persequẽtes Christum.

Peccãtes post acceptã fidẽ. Iudæi. Seruientes magicis artibus. Episcopi tyrãni.

Dæmones vincere.

Conuentus bonorum. Vterus virginis Mariæ. Bona opera. Ecclesia.

Excellentia perfectorum. Martyres. Figmenta hæreticorum.

Opera infidelium. Comminatio diuina. Tentationes. Superbi.

Peccatores.

Hæretici.

Digitized by Google

Christus. Aceruus viginti modiorum,est *a* Christus habens in se duplicem naturam. *Aggei.2.c.*

a *Rup. s. Agge.2.*

ACETVM, ACETABVLVM.

Correctio.

ACETVM fit ex vino,sed perdidit naturam & saporem vini, & factum est acidum & ineptum ad potum. Acetabulum autem est mensura quædam, aut vas, in quo recipitur acetum.

Acetum est *b* mordax, & graue gustui: mixtum tamen cum aliis, suauem præstat gustum designare potest correctionem. *Prouerb.25.c.* quæ si sola sit, nimium interdum mordax est, si verò aliis blandis verbis temperetur, sæpè grata efficitur,& prodest accipienti. Et acetabula dici possunt verba prædicatoris mordacia. *Exod.25.c. 37.c. Num.7.c.*

b *Euch.fo.spiritual.8. Bed.s.Pro.25.*

Natura humana. Iudæi.

Acetum etiam designare potest *c* naturam humanam corruptam in Adam,& bibit Christus acetum, quum naturam humanam assumpsit,in qua omnes iniquitates nostras portaret,atque absolueret. *Luc.23.e.* Acetum etiam, quod dederunt Iudæi Christo, designat ipsos Iudæos à vino Patriarcharum, & Prophetarum degenerantes, & tanquam pleno vase de iniquitate huius mundi impletos. *Ioan.19.f.*

c *Amb.s.Luc.23. Aug. s. Ioan. tra.119.*

Lex.

Acetum etiam figura est legis,quæ quantum ad literam dulcorem vini amisit: vnde & inepta facta est ad potum,nec amplius seruanda. *Rut.2.c.* In hac intingit buccellam,*d* id est,mysterium incarnationis Christi, dicitur esse in testamento veteri.

d *Glo. ord. s. Ruth.12.*

Doctrina hæretica.

Acetum præterea significat sensus peruersos,aut hæreticos traditos sacræ scripturæ. Ideo. *Num.6.a.* iis,qui se vouerunt domino,prohibetur aceti potio. Et hæretici *e* potant Christum aceto. *Psal.68. Matth.27.f. Marc.15.d. Luc.23.c. Ioan.19.f.* Et qui nolunt mutare veterem hominem,sed in eo perseuerare,acetum offerunt Christo: quod ipse non vult bibere. Ipsi quoque hæretici,qui à synceritate fidei denegarunt,acetum sunt molestum dentibus,*f* hoc est prædicatoribus. *Prouerb.10.d.*

e *Ori.s. Mat. ho.35. Aug.s.ps. 68*

Hæretici. Fides Trinitatis.

Acetabula argentea centum triginta siclorum,*g* vnius Dei,trium que personarum fidem designant. *Num.7.b.*

f *Bed.s. Prouerb.10.*

g *Rup. s. Nũ 18.*

ACHAB.

ACHAB,id est frater patris, filius Amri,maritus Iezabalis: qui regnauit super Israel viginti duobus annis: genuitque Ochoziam,& Ioram,& Athaliam: fuit rex malus, & mortuus est in prælio contra Syros iuxta verbum Michææ prophetæ.

Prælatus opponẽs se Diabolo. Populus Israël. Principes sacerdotum. Diabolus. Potentes cupidi. Hæresiarchæ.

Achab,secundum quod duxit Iezebalem gentilem, & crudelem, designat reges, qui pro humilitate sibi assumunt crudelitatem. *3.Reg.16.g.18.a.19.e.*

Vt autem occurrit Benadab regi Syriæ in prælium. *3.Reg.20.a.* designat principem, *h* aut prælatum abiicientem se contra diabolum. Designat etiam populum Israel, cum quo diabolus conflictum habuit. Eundem populum designat,vt persequutus est Eliam,sicut populus Israel Christum. *3.Reg.18.a.*

h *Rup. 5.s. Reg.7.*

Vt vero dixit Eliæ: Tu es ille,qui conturbas Israel. *3.Reg.18.c.* designat principes sacerdotum, de Christo similia dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. *Luc.23.a.*

Vt autem sequebatur in curru post Eliam. *3.Reg.18.g.* designat diabolum, qui compellitur ire post Christum, & non antecedere: quum Christus ei dixit: *Matth.4.b.* Vade retrò Satana.

Cupiens Achab vineam Naboth. *3.Reg.21.a.* designat *i* potentes cupidos alieni, & iniquos, ac impios, cupientes euertere spiritualia,vt seminent carnalia.

i *Ori. s.ps. 6 ho.1.*

Secundum autem quòd erat princeps Samariæ,per quam intelliguntur hæretici, *k* ipse Achab erit typus hæresiarcharum. *Mich.6.d.*

k *Hie.s. Mic. 6.*

Vt mortuus est Achab,cùm auderet congredi contra regiam Syriæ. *3.Reg.22.f.* designat superbos, qui viribus suis fidentes congredi audent contra diabolum: & ita pereunt.

ACHAIA.

Ecclesia ex gentibus.

ACHAIA est prouincia Græciæ,in qua est Corinthus. Designare potest Ecclesiam ex gentibus. *Rom.15.f. 2.Cor.9.a. Actor.18.d.*

ACHAN.

Malus religiosus. Iudas & principes Iudæorum.

ACHAN, id est conterens,siue conturbans: filius Charmi, de tribu Iuda, qui tulit de anathemate Hiericò regulam auream,& nonnulla alia: cuius rei gratia populus punitus est. *Ios.7.a.21.d.1. Paral.1.a.*

Typus est *l* religiosi malè viuentis,cuius infamia etiam ad cæteros diffunditur. Vbi considerandum, malum vnius membri,totum quodammodo corpus inficere. Designat etiam Iudam Ischariotem,& principes Iudæorum, qui tulerunt de anathemate occidentes Christum.

l *Augu. q. in Iosu.8. Rup.s. Hos.2.*

ACHARON.

Gentiles.

ACHARON, id est sterilis,vel eneruatio, seu euulsio, vel truncus: ciuitas Palestinorum. Acharonitæ, secundum quod interpretantur steriles, designare possunt *m* gentiles, vel negligentes bene agere. Et ideo steriles sine fructu operum: ideo eradicabuntur, seu euellentur. *Iosu.15.f. Iud.1.d. 1.Reg.5.d.6.d. Sopho.2.a.1. Mach.10.g.*

m *Lyra.s. Sopho.2.*

ACHATES.

Constantia.

ACHATES lapis niger *n* vt plurimum cum venis albis,interdum diuersorum colorum,quandoque vnius: valet imprimis contra scorpiones: & quum est vnius coloris dicitur inuictum facere gestantem: qua ratione figura est constantiæ: & ponebatur in tertio ordine rationalis in pectore pontificis. *Exod.28.c.39.c.*

n *Plin.37.nat. histo.10.*

ACHAZ.

Nutrientes filios in concupiscentiis.

ACHAZ, id est,apprehendens,siue possidens,aut tenens,siue robustus,aut videns: filius Ioathan, rex Iuda: qui transtulit filium suum per ignem. *4.Reg.16.a.2. Paral.28.a.* designare potest eos,qui filios suos nutriunt in vitiis,& concupiscentiis.

Vt interpretatur robustus, eius tempore vidit Isaias visiones Dei. *Isa.1.a.* Quia *o* robustis in Deo datur videre diuina.

o *Hie.s. Is.1.*

Quum tempore Achaz venerunt multi reges contra Iudam. *Isa.7.b* designat, *p* regnante rege impio,& infideli,populum Dei multas pati afflictiones.

p *Hie.s.Is.7.*

Mortuo Achaz,vt malo principe, videntur etiam visiones, & habentur consolationes diuinæ: quia *q* mortuo, vel ejecto diabolo ab anima,cognoscit anima diuina, & consolationem à Deo recipit. *Isa.14.g.*

q *Hie.s.Is.14.*

ACHELDAMA.

ACHELDAMA,id est, ager sanguinis: qui emptus est triginta argenteis,quibus venditus fuerat Christus seruator noster in sepulturam peregrinorum. *Matt.27.a. Actor.1.d.* Vide, sepultura peregrinorum, & ager figuli.

ACHIAS, ACHIMELECH.

Protegentes afflictos.

ACHIAS, id est, vmbraculum,vel frater domini: filius Achitob pontifex: & dedit panes propositionis, & gladium Goliath Dauid fugienti Saulem: cuius rei gratia occisus est à Saule cum omni domo sua, excepto Abiathar filio,qui euasit. *1.Reg.14.a.* designat eos,*r* qui afflictos ab occultis hostibus protegunt. Ideo in bello portabat Ephod.

r *Gregor.s. 1. Reg.14.*

Sacerdotes periti.

Idem implicuit arcam domini ad consulendum dominum. *1.Reg.14.e.* quo designat *s* peritos sacerdotes, qui pro domino debent maioribus,& principibus dare consilium.

s *Gregor.s. 1. Reg.14.*

Christus.

Idem dictus est Abimelech, id est, *t* frater meus rex, aut frater regis,aut consilij, vel fratris mei imperium: qui,vt dedit panes,& gladium Dauid,& postea occisus est à Saule, Christum designare potest, qui propter panes doctrinæ,& bona opera ac miracula, occisus est à principibus sacerdotum. *1.Reg,21.a.22.b.*

t *Lyr.s.1. Regum.21.*

Ecclesia. Fidelis quilibet.

Vt interpretatur Achimelech fratris mei imperium, designare potest *u* Ecclesiam, quæ est imperium Christi: & dum dicitur venisse Dauid in domum Achimelech, intelligatur Christus in Ecclesiam, tanquam in regnum suum venisse. *Psa.51.* In titulo. Item designat quemcunque fidelem, Christum verum Dauid in corde suo suscipientem.

u *Hil.s.ps.51. Am.s. Luc.6.*

Digitized by Google

ACHIMAAS.

ACHIMAAS, id, frater consilij aut fratris consilium, aut frater ex ligno, vel fratris mei decor: pater Achinoam vxoris Saulis. 1. *Reg.* 14. *g.* Et designat *a* Christum, à quo est Achinoam: id est, fratris mei requies: quæ designat bonam voluntatem, in qua requiescit Christus. *Christus.*

Achimaas alius filius Sadoc: qui absconditus est iuxta fontem, vt referret Dauid consilium Achitophelis, vt sibi prospicerent: designat *b* renatos ex aqua, & Spiritu sancto: vel consolationes Spiritus sancti, quæ dantur afflictis. 2. *Reg.* 17. *d.* 18. *e.* *Baptizati. Consolationes Spiritus sancti.*

Achimaas alius, qui erat præfectus annonæ Salomonis in Nephtalim, figura est *c* vnius è duodecim Apostolis, qui præsunt Ecclesiæ in ministrandis alimentis spiritualibus. 3. *Reg.* 4. *b.* *Vnus ex Apostolis.*

a Gregor. s. 1. Reg. 14.

b Glo. ord. s. 2. Reg. 17. Lyr. s. 2. Re. 17

c Lyr. s. 3. Regum. 4. 1.

ACHIMAN.

ACHIMAN, id est, frater præparatus, vel frater dexteræ, aut frater sine consilio: filius Enac, ex gigantibus. qui habitauerunt in Hebron. *Num.* 13. 10. *Ios.* 15. *c.* typus est *d* superborum hypocritarum: ideo interpretatur sine consilio, & filius Enac, id est, inanis humilitatis: quia nihil magis sine consilio, quum relinquere Deum verum, idque cum simulatione sanctitatis. *Hypocrita.*

d Ori. s. Ios. ho. 20.

Achimelech, quare, Achias.

Achinoam.

ACHINOAM, id est, fratris pulchritudo, aut iucunditas, aut frater motionis, vel fratris mei requies: vxor Saulis, de qua vide Achimaas.

Achinoam alia vxor Dauid, mater Amnon, quæ prius ducta est à Dauid, quam Abigail: qua ratione significat *e* synagogam, quæ Ecclesiam præcessit tempore. 1. *Reg.* 25. *g.* 1. *Reg.* 3: *a.* vel designat Ecclesiam in antiquis patribus. *Synagoga Ecclesia.*

e Amb. ep. 13. Ru. s. 1. Re. 12

ACHIOR.

ACHIOR, id est, lumen, aut frater ignis: dux Amonitarum: qui cum Iudæorum gentem apud Holophernem laudasset, ad eos missus est vinctus: factúsque est Iudæus.

Vt erat Ammonites, figura esse potest *f* hæreticorum, quia tamen conuertuntur ad Ecclesiam. *Iudith.* 5. *a.* 9. *a.* 14. *a.* *Hæretici.*

f Lyr. s. Iud. 5.

Vt autem audacter vera dixit coram principe, à quo malè affectus est: typus est *g* prædicatorum, qui affliguntur, quum audent dicere veritatem. *Prædicatores.*

g Lyr. s. Iu. 6.

ACHIS.

ACHIS, id est, quomodo est: rex Geth, coram quo Dauid simulauit insaniam. 1. *Reg.* 21. *d.* figura esse potest *h* sacerdotum: & scribarum Iudæorum, qui Christum tanquam insanum habebant. *Sacerdotes & scribæ. Increduli.*

Vel secundum sui nominis interpretationem, significare potest incredulos sacramento Eucharistiæ qui dicunt, Quomodo est?

h Au. s. ps. 33.

Vt autem suscepit Dauid confugientem ad se in Siceleg cum sexcentis armatis: figura est gentilium *i* suscipientium Christum, & eius prædicatores. 1. *Reg.* 7. *a.* 23. *d.* *Gentiles.*

i Lyr. s. 1. Regum 27.

ACHITOPHEL.

ACHITOPHEL, id est, frater ruinæ, vel fratris ruina, vel frater defectus, vel frater insipidatis, Gilonites, consiliarius regis Dauid, qui fuit in coniuratione Absalom: eiusque consilium habebatur quasi consilium Dei. Qui cùm vidisset consilio suo Absalonem non obtemperasse, ac prospiceret lapsum eius futurum: laqueo se suspendit. 2. *Reg.* 15 *b*, 17. *f.* figura esse potest Scribarum *k* & Iudæorum, qui insurrexerunt in Christum, sicut ille contra Dauid. Et etiam potest esse typus hæreticorum, qui prauis consiliis auertunt fideles à Christo. Et vt interpretatur fratris ruina, & laqueo vitam finiuit: designat Iudam, qui etiam dicebatur frater Christi, sicut cæteri apostoli. Et fuit ruina Christi; & tandem ipse laqueo periit. *Iudæi. Hæretici. Iudas.*

k Aug. s. ps. 7. Ru. 11. s. Mat.

ACHIDOB.

ACHIDOB, id est, frater bonitatis, vel frater meus bonus, filius Phinees, pontifex, de linea Ithamar, pater Achiæ. 1. *Reg.* 13. *a.* typus est *l* Christi, qui solus est frater bonus: fuitque frater Ichabod, hoc est Christus fuit frater Iudæorum. *Christus.*

l Greg. 1. Regum. 14.

ACHOR.

ACHOR, id est, conturbatio; & vallis Achor est vallis conturbationis: vbi lapidatus est Achan: quia de anathemate Hierico tulerat: & significat cum *m* qui tribulato corde humiliatur per pœnitentiam. *Iosu.* 7. *d.* Et vallis Achor fit in cubile armentorum, quum per pœnitentiam eleuantur peccatores in spem, & pascuntur ibi per intelligentiam scripturarum. *Isa.* 65. *b.* *Hos.* 2. *c.* *Pœnitentes.*

m Hi. s. Is. 63, 65. Ru. s. Hos. 2.

Potest etiam designare Hierusalem: vbi periere Iudas, & Iudæi cum templo, & ciuitate, & aperta est spes fidelibus. *Hierusalem.*

Acies, quare Exercitus.

Acies gladij.

ACIES est pars acuta gladij, aut alterius instrumenti ad scindendum apti.

Acies vomerum corda, aut mentes significare possunt. Et acies vomerum sunt retusæ, quum *n* corda simplicium sunt erudita. 1. *Reg.* 13, *d.* *Corda inerudita.*

n Gre. s. 1. Regum. 13.

Acies gladij aliquando dicit persequutionem prauorum in bonos. *Heb.* 11. *f.*

ACINVS.

ACINVS est granum & fruticum, vel arborum, quum densius nascuntur, vt grana vuæ, hæderæ, & similium acini dicuntur.

Acinus vuæ interdum ponitur ad designandum minimum aliquid: vt *Num.* 9. *a.* prohibetur iis, qui sanctificantur domino, ne comedant ab vua passa vsque ad acinum.

Colligere acinos post vindemiatores. *Eccl.* 33, *c.* dicitur, quum quis post expletum opus venit ad laborandum.

ACQVIESCERE.

ACQVIESCERE est aliorum dictis assentiri, aut voluntati alicuius obtemperare. Rarum est in allegoriis.

Acquiescere dicitur Deus voci deprecantium, quum facit id, quod rogatur: & è diuerso non acquiescit, quum non vult facere, quod rogatur. *Deut.* 1. *g.* *Prou.* 6, *d.*

Acquiescit carni, & sanguini, quisquis carnalibus propinquis, & consanguineis carnaliter suadentibus assentitur. Sic non acquieuit Paulus carni, ac sanguini, ad *Galatas*, 1. *c.*

Acquiescere verbis mendacibus dixit Pharao filiis Israel, si obtemperent Mosi, & Aaron. *Exo.* 5. *b.* Quia diabolo verba Dei videntur mendacia: vide mendacium.

Acquiescens Abraham Saræ deprecanti coniunctionem cum ancilla. *Gen.* 16. *a.* designare potest *o* Christum consentientem in adiungenda sibi synagoga. E diuerso, acquiescens Iacob consiliis matris in sumenda vxore de Mesopotamia. *Gen.* 29. *b.* est Christus consentiens in adiungenda sibi Ecclesia ex gentibus.

o Lyr. Gen. 16

Designat autem Abraham condescensionem factam carni ex rationabili causa.

Acquiescens Iacob placito Laban in pascendis ouibus. *Gen.* 29. *f.*

Non acquiescens Ioseph operi nefario. *Gen.* 39, *b.* notum est laudabile opus in non consentiendo peccato. Simile est *Deuter.* 13. *b.* 2. *Paral.* 13. *e* *Prouerb.* 5. *a.* Sic non acquieuit Elisæus roganti Naaman, vt acciperet aliquid ab eo. 4. *Reg.* 5. *c.* Et acquiescere plurimorum sententiæ, est sequi viam latam, per quam multi pereunt. *Exo.* 23. *a.*

Nolens acquiescere rex Edom deprecanti Mosi transitum per terram suam, designat *p* nolentes admittere prædicatores, nec suscipere fidem Christi. *Num.* 20. *d.* vel sunt terreni in Ecclesia, impedientes eos, qui volunt bene operari.

p Ly. s. N. 20.

Non acquiescens Roboam populo deprecanti, vt alleuiaret iugum à patre suo illis impositum. 3. *Reg.* 12. *d.* 2. *Paral.* 10. *c.*

Acquiescentes Romani ad omnia,quæ postulabuntur à Iudæis. 1. *Mach.* 8. *a.* designant gentilitatem libenter suscipientem fidem Christi.

Credere. Acquiescere,interdum est credere,& fidem adhibere. 2. *Par.* 30. *b. Prou.* 13. *c.* Et è diuersò non acquiescere, est non credere,vt quum filij Israël non acquiescebant Mosi. *Exod.* 6. *b. Num.* 14. *g. Et* 1. *Reg.* 15. *e. Iob* 22 *c. Rom.* 2. *b.* 1. *Tim.* 6. *a.*

Acquirere, Adipisci.

Adipiscens Christus gentes. *Acquirere cœlestem gloriã.* *Seruare præcepta.* Acquirere est quærendo adipisci,secundum id,quod acquiritur,nonnullas habet allegorias.

Acquisiuit Iacob multa in Mesopotamia. *Gen.* 31. *e.* per quæ intelligitur acquisitio gentium ad fidem per Christum facta,vnde dicitur populus acquisitionis. 1. *Pet.* 2. *b.* Et acquisiuit dextera Dei montem hoc est, *a* Christus Ecclesiam. *Psa.* 77. *Acto.* 20. *f.* a *Aug. s. ps.* 77.

Acquirere Hierusalem hæreditate, est *b* adipisci cælestem patriam. *Psal.* 68. *g.* Datur etiam acquisitio animæ. *Eccl* 44. *a.* 46. *a.* 49. *d.* 50. *a. Hebr.* 6. *c.* 11. *g.* Et adipisci repromissiones. *Hebr.* 6. *c.* 11. *g.* b *Cas. s. ps.* 68.

Acquirere hæreditate testimonia Dei: *c* est inuiolabiter ea seruare. *Psa.* 118. Sic datur acquisitio sapientiæ. *Prou.* 3. *b.* 4. *b.* 16. *b.* c *Ly. s. ps.* 118.

Acquirere sibi nomen æternum. 1. *Mach.* 6. *f.* est acquitere famam. Et acquirere sibi gradum bonum. 1. *Timot.* 3. *e.* est acquirere honorem vel in hac vita,vel in patria.

Lucifer. Acquirere decem minas: est *d* percipere mystica legis,& moralia documenta probitatis. *Luc.* 19. *c.* d *Amb. s. Luc.* 19.

Acquirens rex Tyri aurum, & argentum: est Lucifer, cui data fuerunt dona gratuita, quum esset creatus. *Ezech.* 28. *b.*

Acquirere,absolutè,assequutionem *e* diuitiarum significare solet. *Eccl.* 3. *a. Sapi.* 14. *a. Eccl.* 42. *a. Baruch.* 4. *b.* Designat etiam tempus acquirendi,tempus bene operandi in hac vita. e *Lyr. s. Ecc.* 3.

Acquirere perditionem operibus manuum est damnari propter peccata. *Sap.* 1. *c.* Sic & iniustitia dicitur ibidem mortis acquisitio. Et acquirere sibi damnationem. *Rom.* 14. *a.*

Acuere, Acutus, Aculeus, Stimulus, Acus.

Acuere,est acutum facere. Acutum autem est,quod acumen habet ad pugnandum. Nonnullas admittit allegorias.

Acuere dicitur Deus gladium, vt fulgur. *Deuteronom.* 32. *f.* quum *f* parat repentinam perditionem tanquam vehementer iratus. Sic dicitur *Sapien.* 5. *d.* Acuet duram iram in lanceam. Et gladius dicitur procedere de ore Christi,bis acutus. *Apoc.* 1. *d.* 2. 19. *c.* quod nemo possit eius vindictam euadere. Et acuta falx in manu filij hominis. *Apoc.* 14. *c.* f *Glo. inter. s. Deut.* 32.

Instrui philosophia. Acuere vomerem apud fabros Philistinorum. 1. *Reg.* 13. *d.* est *g* sanctæ prædicationis studium seculari eruditione componere. Acuere verò ligonem,est ad propriæ vitæ institutum eisdem literis instrui. Acuere autem securim, est instrui ad colligenda fidelium exempla. Et acuere tridentem, est discretionem perficere. g *Gregor. s.* 1 *Reg.* 13.

Parare verba Dei. *Disponere ad prædicandum pœnitentiam.* *Vis charitatis.* Acuere sagittas,est *h* parare verba Dei cor penetrantia. *Psa.* 44. 119. *Prou.* 25. *c. Isa.* 5. *g. Iere.* 51. *b.* Acuit etiam sagittas Christus, cum disposuit discipulos ad prædicandum. *Psa.* 44. Sagittæ etiam acutæ potentis, dicuntur pœnitentia cum oratione, & ieiunio. *Psal.* 119. Acutæ etiam sagittæ dicuntur vis charitatis, & autoritatis sacræ scripturæ. h *Ba. s. ps.* 44. *Arn. s. ps.* 119. *Aug. s. ps.* 44. 119.

Acutissima petra dicitur *i* Christus. *Exod.* 4. *f.* i *Glo. inter. s. Exod.* 4.

Acutus dicitur spiritus sapientiæ,quia penetrat omnia. *Sap.* 7. *c.*

Christus. Acuere in prælium Elephantes,est incitare principes infidelium aduersus fideles. 1. *Mach* 6. *d.*

Acuere linguas sicut serpentis,dicitur,qui *k* detrahunt, malè dicunt, decipiunt, & cætera linguæ vitia exercent. *Psal.* 139 Vnde & lingua dicitur gladius acutus. *Psal.* 56. Et nouacula acuta. *Psal.* 51. *Prou.* 5. *a. Eccles.* 21. *a. Isa.* 7. *d. Ezech.* 5. *a.* Et acuerunt Iudæi linguas tanquam gladium: quia lingua occiderunt Christum. *Psa.* 63. k *Augu. s. ps.* 63. 139.

Detrahere. Stimulus mortis dicitur *l* esse peccatum. 1. *Cor.* 15. quia peccato facta est delectatio, quæ iam possit resistere bonæ voluntati: & cum dolore cohiberi. l *Aug.* 83. *q.* 70.

Sententia hæreticorum. Aculei in caudis locustarum, designare possunt *m* fraudulentas sententias hæreticorum. *Apo.* 9. *b.* Eosdem hæreticos designare potest aculeatus bruchus. *Ierem.* 51. *c.* m *Glo. ord. s. Apo.* 9. *Hier. s. Isa.* 3.

Acus,quæ est ad ornatum mulierũ,& ad consuendas vestes,foramen habens ad suscipiendum filum, designare potest regulam,qua stringebantur filiæ Sion ad custodiendam legem. *Isa.* 3. *d.*

Acus etiam,qua corporum vulnera assuuntur, & dissuta vestium retexuntur, & mors ipsa compungitur, designat *n* verbi noui prædicationem,qua mentis vulnera, & omnia dissipata ad vnitatem per compunctionem rediguntur: quæ cum difficilia sint diuitibus, dicitur facilius esse camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. *Matt.* 19. 10. *Marc.* 10. *c. Luc.* 18. *e.* n *Hil. s. Mat. cano.* 19.

Christus. Potest etiam acus,Christus *o* intelligi,cuius foramen, est angustia via passionis eius: & per ipsum dissuta, & dissipata nostra consolidantur. o *Amb. s. Luc.* 18.

Acuitur ferrum ferro,quum *p* amici mutuò se adiuuant,vel in acquisitione virtutis, vel scientiæ,seu veritatis cognitione. *Prou.* 27. *d.* p *Beda. s. Prouerb.* 27.

Ada.

Gula. Ada id est,congregatio,siue ornata: altera vxor Lamech,mater Iacel,& Iubal, *Gen.* 4. *c.* figura est inuentorum varietatis ferculorum,& gulæ: Ideo mater est Iabel,qui fuit pater pastorum,& Iubal,qui fuit pater canentium cithara,& organo,quæ omnia oriuntur ex gula.

Alia fuit Ada vxor Esau: quæ potest idem significare: cum Esau ob gulam edulij primogenituram amiserit. *Genes.* 36. *a.*

Adad.

Diabolus. Adad, id est,clamor,aut sonitus, princeps Idumæus, aduersarius Salomonis, 3. *Reg.* 11. *c.* figura esse potest *q* diaboli,qui aduersarius est Christi viri Salomonis: & est clamor, aut sonitus, quia tanquam leo rugiens quærit quem deuoret. q *Lyr. s.* 3. *Regum* 11.

Adæquare, quare, Æqualis.

Adam.

Adam, id est homo, siue terrenus, aut rufus, vel sanguineus fuit primus homo, principiúmque generis humani. de cuius latere formata est Eua: quia eiectus est è paradiso terrestri, ob transgressionem præcepti,de esu ligni scientiæ boni & mali: eiúsque peccato totum genus humanum est infectum peccato originali: sepultus est in Hebron: vt dicitur *Ios.* 14. *d.* Ostenditur autem fuisse saluus, per hoc, quod dicitur *Sap.* 10. *a.* Hæc illum qui primus formatus est à Deo, pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus, custodiuit,& eduxit illum à delicto suo.

Christus. Cùm ei dormienti extracta est costa,indéque formata est Eua. *Gen.* 2. *d.* figura est *r* Christi in cruce dormientis: ex cuius latere formata est Ecclesia: estque posita caro pro costa, quia Christus pro nobis factus est infirmus, & solet dici secundus Adam exemplum Christi. *Zach.* 13. *c.* quia *s* sicut in Adam omnes moriuntur,ita in Christo omnes viuificabuntur. r *Bed. s. Gẽ.* 2. s *Ruper. s. Zach.* 13.

Mens. Vt autem consensit Adam mulieri in peccatum. *Gen.* 3. *b.* figura est *t* mentis,aut perfecti sensus consentientis sensui in peccatum. Vnde Deus, Adam vocat, dicens: Vbi es? quia mens rationis capax est reprehendenda, non sensus. t *Amb. de par.* 2. *Philo.* 2. *alle.*

Peccator. Adam,vt abscondit se post peccatum, figura est *u* peccatorum, qui erubescunt confiteri peccata sua. *Gen.* 3. *b.* Et propter peccatum solet dici vetus homo, aut vetus Adam: éstque typus veteris hominis carnalis,& peccatoris in his ferè locis. *Gen.* 4 5. *Deut.* 3 . *a. Eccl.* 33. *b.* 35. *d.* 40. *a. Hos.* 6. *c.* 11. *b. Zach.* 13. *c. Rom.* 5. *c.* 1. *Cor.* 15. *c.* 1. *Timoth.* 2. *d. Iudæ.* u *Bed. s. Gẽ.* 4.

Peccator. Adam formatus est extra paradisum: mulier verò licèt ignobilior, in paradiso; ne *x* quis de loci nobilitate præsumat. x *Ambro. de Par.* 4.

Digitized by Google

Adama.

ADAMA, id est terra, aut sanguinea, vna ex ciuitatibus regionis Sodomorum, quæ subuersa est: figuram tenet peccatorum, qui in infernum submerguntur. *Gen.* 10. *c. Deut.* 29. *d. Hos.* 11. *c.*

Adamare, quare Amare.

Adamas lapis.

a *Hie. s. Am.* 7. *Plin.* 38. *natu hist.* 4.

ADAMAS sui nominis lapis est, quem Latinè *a* indomitum possumus appellare: eo quod nulli cedat materiæ, nec ferro quidem: nam si ponatur super incudem, & graui ictu feriatur mallei, antea incus & malleus vulnus accipiunt, quàm adamas conteratur. Cúmque ignis omnia domet, & vniuersa metalla consumat, reddit adamantem duriorem: vt ne paruulum quidem in eo angulum vis nimij ardoris obtundat. Vidi & in auro adamantem magnitudine milij: cúmque vicinum consumatur aurum longo vsu, ac nimia vetustate, solus adamas non atteritur: & nulla lima imminui potest. Sed è contrario limam terit: & quicquid attigerit lineis sulcat. Hic lapis durissimus, & indomabilis, solo hircorum cruore dissoluitur: & missus in calidum sanguinem, perdit fortitudinem suam. Est autem paruus, & indecorus, ferruginem habens colorem, & splendorem crystalli: quatuórque genera adamantis describuntur. Primus est Indicus, secundus Arabicus, tertius Macedonicus, quartus Cyprius, pro qualitate regionum plus, vel minus duritiam possidentes. Dicitur quoque in electri similitudinem venena deprehendere, & maleficis resistere artibus. Talis est Dominus, & Saluator, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: humilians semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. *Phil.* 2. *a.* De quo Isaias scribit 53. *a.* Non est species illi, neque decor: vidimus eum, & non erat pulchritudo, despectum, & nouissimum hominum: virum dolorum, & scientem infirmitatem ferre. Hic *Amos* 7. *b.* Dicitur stare supra murum adamantinum, id est, super Sanctos, & Apostolos suos; quibus donauit, vt & ipsi *b* adamantes vocarentur, & à nullo superati, dicerent. *Rom.* 8. Quis non separabit è charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persequutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et iterum: Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro, Petrus quoque qui erat fortissimus adamas, portæ inferorum non præualuerunt aduersus eum. Hic vir & Dominus, qui stat supra murum adamantinum, habet in manu sua adamantem, qui nisi Dei teneatur manu, & illius vallatur auxilio, omnem perdit fortitudinem, dicente Domino in Euangelio. *Ioan.* 10. *f.* Nemo potest rapere de manu Patris mei. Et in tantum robustus est, vt dicatur ad eum *Isa.* 43. *a.* Si transieris per ignem, flamma non comburet te: quantóque magis tentationibus cæditur, tanto fortior fit, & pro nomine Saluatoris inter flagella lætatur. Cúmque à nullo superari queat, solo mortiferæ libidinis calore dissoluitur. Hæc enim sanguinis hircorum, & ipsius hirci dicitur esse natura, vt sit ad libidinem calidissimus: & quod ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor. Dicitur autem Deus, *Ezech.* 3. *c.* posuisse faciem Christi *c* vt adamantem, & vt silicem. Quod & de Apostolis, & de prædicatoribus dicitur: quorum facies vt adamas ponitur, si ab auditoribus honorantur: vt silex verò, si ab auditoribus conculcantur. Potest etiam significare adamas iustos in tentationibus constantes.

Christus.

Apostoli & Sancti.

Iusti constantes.

b *Ori. s. Iere. ho.* 3. *& s. Iob lib.* 2. *Cyril.* 4. *s. Ioan.* 51.

c *Gre. s. Ezec. ho.* 10.

d *Glo. inter. s. Zach.* 7. *Rup. s. Zac.* 7. e *Ori. s. Ierem. hom.* 12. *Hie. s. Ier.* 17.

Adamas quandoque significat *d* duros & impœnitentes, qui dicuntur cor suum posuisse, vt adamantem. *Zach.* 7. *c.* Nec lenescere valent, nisi tincti sanguine Christi. Sunt duri ad resipiscendum, sed molles ad libidinem.

Impœnitentes.

Adamas etiam significat *e* peccatum indelebile: vt peccatum Iudæ scriptum dicitur stylo ferreo in vngue adamantino. *Ier.* 17. *a.* Vbi designatur perpetuitas peccati Iudæorum, quum dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Peccatum Iudæorum.

Adaperire, vide Aperire:
Adaquare, vide Aqua.
Adarezer.

ADAREZER, id est, decor, aut pulchritudo auxilij, aut atrium pulchritudinis, siue habitaculi, vel generationis: rex Soba aduersarius Dauid. 2, *Reg.* 8. *a.* 3. *Reg.* 11. *d.* 1. *Par.* 8. *b.* typus est diaboli Christo aduersantis. Fuit Rex Soba, quod interpretatur inflatio, aut tumor, quia ipse est rex super omnes filios superbiæ.

Diabolus.

Adaugere, quare Augere.
Addere, Adiicere, Adiungere, Apponere, Superaddere.

ADDERE est aliquid rei alicui adiungere. Habet allegorias secundum id, quod additur, aut cui additur.

f *Gre. s.* 1. *Regum.* 3.

Addit Deos apparere in Silo. 1. *e. Reg.* 3. *d.* hoc est, *f* in Ecclesia: quia ex quo semel manifestatus est in Ecclesia semper apparet per nouas reuelationes.

Apparens Christus in ecclesia.

g *Hie. s. Iob* 42.

Addidit Deus Iob cuncta duplicia. *Iob* 42. *c*, quum *g* eum remunerauit post tribulationem: vel quum Christo dedit vtrumque populum. Sic orat Dauid. *Psa.* 113. Adiiciat Dominus super vos. Et adiicere dies super dies, est *h* ab hac vita perducere ad æternitatem. *Psa.* 60. Et addidit Deus Ezechiæ quindecim annos vitæ, ad designandam *i* resurrectionem, quæ in hebdoade & ogdoade designatur. *Isa.* 38. *b.* De his *Prou.* 9. *c. Eccl.* 37. *d.* 39. *d.*

Remunerans Deus.

h *Hil. s. ps.* 60.
i *Hier. Is.* 38.

Additur gratia capiti, quum datur doctrina *k* noui testamenti, cum spe regni cælestis. *Prou.* 1. *b.* Et addidit Deus sapientiam, quum doctrinæ veteri addit nouam. *Pro.* 9. *b.* Et disciplinam *Ecclesiastici* 17. *b.* 15. *e.* Ad idem adiicere ad se verbum sapiens. *Eccle.* 21. *c.* Et additur annus ad annum, quum legi veteri additur noua. *Isa.* 29. *a.*

k *Glo. ordi. s. Prou.* 1.

Cùm dicitur *Psa.* 113. Adiicit Dominus super vos, & super filios vestros: potest intelligi propheta orare, vt *l* ad numerum apostolorum, & Ecclesiæ adderetur Paulus. Et adiicit Dominus secundo manum ad possidendum residuum populi sui, quum *m* post aduentum Spiritus sancti conuertit multos ex Iudæis. *Isa.* 11. *c.*

Cõuersio Pauli & Iudæorum.

l *Arn. s. ps.* 133.
m *Hie. s. Is.* 11.

Additamenta, quæ ponit Deus super Dibon. *Isa.* 15. *d.* dicuntur esse, *n* cùm super mœrorem additur mœror pœnitentiæ.

n *Hie. s. Is.* 15.

Adiicere, vt resurgat, dicitur *o* vel de Christo, vel de peccatore. *Psa.* 40. *Isa.* 24. *d. Amos* 5. *a.* Christus enim adieit, vt resurgeret, quia post mortem propria virtute resurrexit. Peccatores verò nõ resurgant, quia non resurgent in iudicio nisi ad casum inferni.

o *Hi. s. Is.* 24.

Addit furor Domini irasci, quum denuò castigat relabentes in peccata. 2. *Reg.* 14. *a.* Et dicitur addere correctiones septuplum, cùm *p* omnibus modis, & plenissimè castigat. *Leui.* 26. *e.* Sic addit, vt faciat admirationem, quum grauiter castigat. *Isa.* 29. *e.*

Castigans Deus.

p *Glo. ordi. s. Leu.* 26.

Non addit Deus vt liberet, quum relinquit, quos prius liberauerat, rursum ipsum offendentes. *Iud.* 10. *Hos.* 1. *c.* 9. *d.* Sic non addit insuper ducere murum, quum *q* non vltra munit, ac protegit populum Israel. *Amos* 7. *b.* Sic dicitur *Thre.* 4. *c.* Non addet Deus vltrà, vt habitet in eis, nec addet, vt respiciat eos. Cùm autem dicit *ibidem d.* Non addet vltrà, vt transmigret filiam Sion: vel designat, ita dispersam esse, vt amplius congregari non possit in terram suam, vt inde valeat transmigrare: vel designat securitatem fœlicitatis, quum absterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum.

q *Hie. s. Amo.* 7.

Addit dominus mittere alium seruum. *Luc.* 20. *b.* quum *r* multiplicat prædicatores. Et quum mittebat patriarchas & prophetas.

Multiplicatio prædicatorum.

r *Glo. ord. s. Luc.* 20.

Diuitiæ addunt amicos plurimos, quum prædicatores ad Christum conuertunt plurimos. *Prou.* 19. *a.* Sic addere diuitias, est adiungi plures ad fidem, & thesauros Ecclesiæ. *Eccle.* 2. *d.* Et addunt mites in domino lætitiam, quum *s* Apostoli, & apostolici viri conuertunt multos ex gentibus, & in Domino gloriantur. *Isa.* 29. *f.* Et qui prius ab hominibus erant contempti, postea in Domino Israel exultant.

Cõuersio multorum.

s *Hie. s. Is.* 29.
t *Gregor.* 3. *mor.* 19.

Addit fortitudinem iustus mundis manibus, quum *t* opera sua prouehit ad perfectionem. *Iob* 17. *b.*

u *Aug. s. ps.* 70.
x *Aug.* 4. *de Trin.* 1.

Adiicere super laudem Dei. *Psa.* 70. est *u* quum ad laudem iustitiæ Dei, qua poterat genus humanum condemnare addita est laus misericordiæ, qua dignatus est ipsum redimere.

Addens scientiam, addit dolorem. *Eccle.* 1. *d.* hoc est, *x* qui addit cognitionem sui, & peccati, & diuinæ

bonitatis

bonitatis, dolet & propter miseriam, & propter absentiam tanti boni: vel dolet sapiens quòd cum labore quæritur sapientia, & cum labore conseruatur.

Addi inimicis Pharonis, est *a* relicto diabolo transire ad familiam Christi, quæ est hostis diaboli *Exod.1.b.* Vel adhærere prædicatoribus, aut mandatis Dei.

Addere ad medium sicli, est *b* facere aliquid supra præcepta; vt faciunt seruantes consilia. *Exod.30.b.* Idem significare potest addere libamenta sacrificiis. *Leui.9.c.*

Addere loqui, aliquando in bonum, aliquando in malum sumi potest secundum id quod quis loquitur. *Genes.24.c.1.Reg.3.a. 3. Reg.22.c. Iob.39.d. Ecclesiastici. 11.a.* Et non adiiciens Amos vltrà prophetare super Bethel. *Amos.7.c.*

Addere quintam partem ad decimas. *Leu.27.d.* est *c* adiungere intelligentiam supra obseruantiã legis. Addere etiam quintam partem ad pretium animalis immundi. *Leuit.26.b.* est addere sapientiam quinque sensibus, vel laborem exhortationis indigentibus sibi subiectis.

Fauor principum fidelium. Adiicere ad staturã suam, profectum in vita spirituali, & virtutibus designare posse videtur: quod sine speciali Dei auxilio fieri non potest. *Matth.6.d. Luc.12.d.*

Non adiicit, vt pertranseat Belial super Iudam. *Nahum.1.d.* quum princeps huius mundi eiectus est foras.

Addiderunt Iudæi dolorem supra dolorem vulnerum Christi. *Psalm.68.* quum *d* persequuti sunt eum vsque ad mortem crucis: & præterea sepulchro eius addiderunt custodiam. Additur etiam dolor super dolorem, quum super vulnera ex primo homine accepta, adduntur alij dolores. Idem designare potest quum Roboam addidit super iugum patris sui. *3.Reg.12.e.*

Addere ad verbum Mosis, est adiungere legi aliqua falsa. *Deut.4.a.12. d.* Sic hæretici addunt verbis Christi e sua peruersa dogmata. *Iob.29.d.34.d.40.d. Prou.30.a. Eccl.3.c. Eccl.18.a.42.d.*

Addentes facere malum, sunt *f* dantes locum diabolo. *Iud.3.b.4.a. Iob.34.d.2. Par.28.b. Esdr.10.b. Eccles.3.d.5. b.19.b.21.a. Isa.1.a.23.c. Hose.13.a.* Et semper peccantes addunt peccatum super peccatum: & qui aliis vitiis addunt dogmatum prauitatem. *Isa.30.a.*

Non addens Saul quærere Dauid. *1.Reg.27.b.* cessationem persequutionũ infidelium, & hæreticorum designare potest; qui non cessant, nisi quia amplius facere non possunt.

Addens Alexander glorificare Ionathan, *1. Mach.10.g.* designant fauorem Principum fidelium erga prælatos ecclesiasticos.

Addo.

ADDO, id est testimonium eius; pater Barachiæ. *Zach.1.a.* designat *g* quod per testimonium Dei habetur eius benedictio.

Adducere.

ADDVCERE est ad aliquem, seu ad aliquid ducere: de quo, præter ea, quæ hic ponuntur, vide in verbo ducere.

Dans Deus felicitatem. Adducit Deus omne bonum, quum dat beatitudinem. *Ierem.32.g.* Et dicitur tunc adducere diem consolationis. *Thre.1.g.*

Adducit Dominus ad montem sanctum suum gentes, quum *h* eas deducit ad Christum, & ad fidem, & confessionem sanctæ Trinitatis. *Psalm.42. Isa.56.e. Ezech.34.d.36.e. Zach.8.b.* Et adducit in Galaad, hoc est, à carnalibus ad spiritualia. *Zach.10.d.* Sic adduxit Simon milites à Galilæa in Iudæam. *1.Mach.5.b.*

Incarnatio Christi. Resurrectio Christi. Adduxit dominus ventum vrentem de deserto. *Hos.13.d.* quum *i* Christum fecit concipi de Virgine per Spiritum sanctum. Sic adduxit seruum suum orientem, hoc est, Christum incarnatum. *Zach.3.d.*

Adduxit Dominus spiritum super terram. *Genesis 8. a.* quum *k* reduxit Christum ad vitam per resurrectionem.

Adducere Iacob ab Ægypto, promisit illi Deus. *Gen.46.a.* designans *l* se eductum eum esse à limbo.

Adducitur Dauid futurus rex, qui latebat in pascuis, ad Saulem. *1.Reg.16.c.* quo designat *m* futurum prælatum prius occultari debere, & in pascuis suæ mentis inueniri. Adducitur etiam Dauid ad Saulem, cum asseritur Christus ad redemptionem humani generis per assumptam carnem iam venisse. Et adduxit Deus Dauid ad statum regium, hoc est, Christum. *2.Reg.7.c.*

Aliter iussus est Dauid adduci ad Saulem, vt occideretur. *1. Reg. 20.f.* designans quum Pharisæi, & sacerdotes mittebant ministros, vt captum ducerent Iesum.

Transitus Christi ad gentes. Adductus autem Dauid ad Achis regem Geth, *1.Reg.21.d.* designare videtur *n* transitum Christi ad gentes. Vel adductus est ad principes Iudæorum, qui reputabant eum insanum.

Adduci virgines post filiam regis in lætitia, & in templum regis dicuntur: quia vicinitatem habent filia regis, quæ est Ecclesia. Adducuntur autem post eam, quæ *o* conuertuntur ad Christum: & in templum, hoc est, in cælestem gloriam, *Psalm.44.*

Adducturam se ducens Iudith Holophernem per mediam Hierusalem. *Iud.11.c.* designauit triumphum futurum Sanctis in cælo de victoria aduersus diabolum.

Cõuersio prædestinationis. Adducentes fratres suos de cunctis gentibus ad montem sanctum Dei. *Isa,66.c.* sunt *p* Apostoli, & prædicatores conuertentes prædestinatos per suam prædicationem. Sic adducit Deus semen filiorum Israël de terra Aquilonis. *Ierem,23.b.31.b.* Et adduxit Andreas Simonem fratrem suum ad Iesum. *Ioan.1.f.* Et adduxerunt filij Iacob fratrem minimum ad Ioseph, hoc est, Apostoli Paulum in Christum. *Genes.32.d.* Et adducentes discipuli Asinam, *q* & pullum ad Iesum. *Matth.21.a. Luc.19.c.* sunt conuertentes ex Iudæis, & gentibus ad ipsum.

Suscipientes gẽtes Apostolos. Adducentes aduenæ filios Israël in locum suum, *Isa.14.a.* sunt *r* gentiles susceptes Apostolos, & subiicientes se fidei.

Tentationes. Passio Christi. Adducit Deus ad amaritudinem, quum *s* tentari permittit, vt probentur electi. *Iob.27.a.* Et adducit in tenebras, quum cadere permittit in tribulationem. *Thre.3.a. Baruch,4.b.* Adduxit etiam ad amaritudinem Christum, videlicet ad passionem.

Conuersio Iudæorum. Adduxit Deus animalia ad Adam. *Genes.2.a.* ostendens quanto priuilegio homo pecoribus antecelleret.

Amputare motus bestiales. Adducentes filij Israël patrem suum ad Ioseph. *Genes.45.d.* dici possunt Apostoli adducentes populum Iudaicum ad Christum.

Adducere pecora in Ægyptum pro tritico. *Genes.46.d.47.d.* est bestiales motus amputare ad vacandum vberius verbo Dei. Adducere autem animal immundum ad sacerdotem. *Leuit.27.c.* est *t* proponere illi simplices, & rudes, vt det illis formam salutis.

Crucifigi. Christum. Adducere vitulum ad ostium tabernaculi. *Leui.4.a.* est *u* Christum crucifigi, vt aperiret ostium cœlestis tabernaculi. Aut doctrinam Apostolorum tradi, per quam patet aditus ad regnum cœlorum. Adductus autem Iesus ad summum sacerdotem, & ad alios iudices, impleuit figuram vituli oblati. *Marc.14.f. Luc.22.g. Ioan.7.f.18.c.e.19.a.c.*

Gratiarum actio. Pœnitentia. Adducere puerum in tribus vitulis, *1.Regum.14.* est *x* agere gratias summæ Trinitati de largitate spiritualis muneris.

Adducere bouem in manu sua, *1.Reg.14.e.* est *y* peccatum eleuationis pœnitentiæ afflictione delere; idque vsque ad noctem, hoc est, vsque ad mortem: quia postea non est tempus pœnitendi. Adducens autem Ioab Absalon in Hierusalem, *2.Reg.14.f.* indicat eum, qui reuocat peccatorem pœnitentem ad Ecclesiam.

Adduci ad Christum. Adducere leprosum ad Aaron sacerdotem. *Leuit.13.a.14.a.* est *z* adducere peccatorem sanãdum ad Christum. Et adductus cæcus ad Christum, designat eos, *aa* qui mentis cæcitate impediti, nequeunt per semetipsos ad Christum venire, sed egent doctore. *Luc.18.g. Mac.8.c.* Sic adductus surdus, & mutus. *Marc.7.d.* Idem designat Ægyptius adductus ad Dauid. *1.Reg.30.c.* Et adducens pater filium suum ad Christum. *Luc.9.e.*

Glorificatio Mariæ. Adducentes reges dona Christo. *Psalm.71.* sunt *bb* offerentes illi animas proprias.

Adducere arcam Dei in Hierusalem. *2.Reg.6.a.1. Paral.13.b.15.d.* est glorificari virginem Mariam.

a *Bed.s.Exod. 1.*
b *Glos. ord.s. Exod. 30.*
c *Isy.s. Leuit. 37.*
d *Hil.s. Psal. 68. Aug.s. Psal. 68.*
e *Hie. s. Iob. 31.*
f *Orig.s. Iud. hom.3. Hie.s.Isa.30.*
g *Hie.Zach.1.*
h *Glos. inter. s.Isa.56.*
i *Hie.s. Hos. 13.*
k *Rab.s.Gen. 8.*
l *Orig.s.Gen. hom.15.*
m *Gregor.s.1. Reg.16.*
n *Lyr s.1.Regum 21.*
o *Hie.s. Psal. 44.*
p *Glos. inter. s. Isa.66.*
q *Ori.s. Mat. hom.14.*
r *Hie.s.Isa.14*
s *Greg.18.m 1. Hie.s. Iob.27.*
t *Isyc. Leuit. 27.*
u *Glos.inter.s. Leu.4.*
x *Gregor.s. 1, Reg.1.*
y *Greg.s. Regum 14.*
z *Isy.s. Leuit. 14.*
aa *Or.s.Mat. hom.33.*
bb *Arn.s.Psa. 71.*

Digitized by Google

Adducebantur equi ad Salomonem ex Ægypto. 2.*Paral.* 9.*f.* videntur significare adductos ex gentibus ad Christum. Et adducentes Arabes pecora ad Ioſaphat, ſunt conuertentes ſimplices ex gentibus ad Chriſtum. 2.*Paral.*17.*c.* — *Cõuerſio gentium.*

a *Gloſ. inter.* 1.*Paral.*19.

Adducens Ezechias Sacerdotes, & Leuitas in domum Domini. 2.*Paral.a.* deſignat *a* Chriſtum inſtituentem diuerſos gradus in Eccleſia. — *Inſtitutio graduum.*

b *Lyr.ſ.Tob.2.*

Adducens Tobias aliquos de tribu ſua ad conuiuium.*Tob.*2.*u.*deſignat *b* Chriſtum vocantem aliquos ex Iudæis ad fidem, vel prælatum inuitantem ad myſteria fidei. Adducere autem ſibi ſapientiam ad conuiuandum.*Sab.*8.*b.* eſt Chriſtum in ſe ſuſcipere. — *Vocans Chriſtus Iudæos.*

Adduxiſſe dicuntur Moſes, & Aaron filios Iſraël in locum peſſimum. *Num.*20.*a.* quia locus pœnitentiæ, & laboris peſſimus videtur carnalibus.

c *Gregor. ſ.*1. *Reg.*15.

Adducens populus oues,& armenta de Amalec,deſignat *c* ferentes ſecum peccata libidinis. 1.*Reg.*15.*d.*vbi non dixit Saul, adduximus,ſed, adduxerunt: vt ſe excuſaret,quaſi ipſe non conſenſiſſet. Adducens autem Saul ſecum Agag regem Amalec, deſignat retinentem adhuc ſecum ſenſum carnis. Adducere autem ipſum ad Samuelem, eſt ipſum confiteri ſacerdoti,vt extinguatur. — *Habere peccata libidinis.*

Adducit Dominus ſuper tranſgreſſores gentes de longinquo.*Deut.*28.*e.*quum caſtigat per dæmones.Et adducit peſſimos de gẽtibus,quum demittit dæmonibus malos puniendos.*Ezec.*8.*f.*26.*b.*Sic adducit filios Iſraël regem Chaldæorum.2.*Paral.*36.*c.*Et adduxit aquas fluminis contra Iſrael, hoc eſt, dæmones contra hæreticos.*Iſa.*8.*b.* — *Tradẽs Deus malos Dæmonibus.*

d *Gregor.* 11. *mor.* 8.

Adducit etiam Deus declinantes in obligationes cum operantibus iniquitatem. *Pſalm.* 124. Et adducit gladium ſuper Ægyptum,quum punit mundanos.*Ezech.*28.*b.*28.De his.*Iſa.*37.*c.*66.*b.Ier.*4.*b.*5.*d.*6.*c.*18.*d.*45.*b.Baruch.*4.*c.* Et adducit ventum vrentem.*Hoſ.*13.*d.*

Adducit Deus conſiliarios in ſtultum finem.*Iob.*12.*c.*quando *d* prædicatores æterna prædicant,vt temporalia lucra conſequantur.

Adduxit Dominus Iſrael per deſertum. *Deut.*29.*a.* deſignans *e* nos ad cæleſtem patriam tendentes, per hunc mundum,tanquam per deſertum debere à Deo deduci, & per opera iuſtitiæ. — *Duci ad patriã cæleſtem.*

e *Gregor. ſ.*1. *Reg.*15.

Adducens Salomon filiam Pharaonis in ciuitatem Dauid. 3.*Reg.*3.*a.*eſt *f* Chriſtus eccleſiam ex gentibus adducens in cælum.

f *Lyr.ſ.*3. *Regum* 3.

Adducere ſpaltem ad Eliſæum,vt prophetaret.4.*Reg.*3.*c.*

g *Orig.ſ.Exe. hom.*12.

Adducentes regem Sedechiam in Babylonem.4.*Reg.*25.*b.Ierem.*39.*b.*ſunt *g* dæmones captiuantes animas,& in confuſione tenentes.Idem deſignat rex Syriæ adducens prædam ex Iuda in Damaſcum.2.*Paral.*28.*a.*Et adducens rex Aſſur tribum Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe in Ale, & Abor, &c. 1.*Paral.*5.*d.* Et adducunt remiges Typum in aquis multis, quum dæmones hominem *h* in profundum demergunt. *Ezech.*27.*e.*17.*d.* — *Captiuantes dæmones animas.*

h *Hie.ſ.Ezec.* 27.

Syrus adducens Syros contra filios Iſrael.1.*Paral.*19.*d.*deſignat diabolum conuocantem alios ſpiritus nequiores ſe contra fideles. Et quum dicitur. *Ierem.*46.*d.*Adduxit tempus tumultum: ponitur tempus ac ſi eſſet nomen Pharaonis: & ſumitur pro diabolo adducente multos ad tentandum. — *Conuocãs diabolus alios dæmones.*

i *Lyr.ſ.Io.*8. *Rup.*7.*ſ.Ioan.*

Adducerere rebelles ante regem. *Luc.*19.*d.* eſt conuocare peccatores ad iudicium. — *Vocare ad iudicium.*

k *Aug.de mẽdaci* 6.

Adducentes Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam. *Ioan.*8.*a.* ſunt *i* dæmones ſolicitè mortem animæ procurantes. Dei dicuntur adduxiſſe gentilitatem, ſed per inuidiam. — *Solicitudo dæmonum.*

Adducere præputium. 1. *Cor.*7.*d.* eſt *k* viuere ſicut viuunt præputium habentes. — *Viuere gentiliter.*

l *Ariſt.*3.*hiſt. anima* 17. *&* 2.*de partibus anim.*5.

Adeps, Pinguedo, Craſſitudo, Arnuina, Incraſſare, Incraſſatus, Saginatus.

m *Amb.*2. *de Cain & Abel*

Adeps eſt *l* ſanguis concoctus in habentibus ſanguinem: eſtque pinguedo ſuperaddita carni, ſine qua caro eſt arida,& minus apta in cibum:& pingua, & ſaginata ſunt adipe abundantia.Adeps autẽ ſi mediocris fuerit in animalis membris, opitulantur ad ſanitatẽ & ad vires:ſi modũ exceſſerit,nocet ac interemit.Renes autem ex viſceribus maximè pingueſcunt: eſt autem adeps abundantia nutrimenti non habens ſenſum,ſicut nec ſanguis. Adeps frumenti, eſt tenuiſſima farina, de quo dicitur. *Ierem.*7.*d.* Mulieres conſpergunt adipem. Adeps ſumitur aliquando pro abundantia. *Iob.*21.*c.* Viſcera eius plena ſunt adipe. *Pſalm.*147.Adipe frumenti ſatiat te. Et pinguis eſt ferax. *Num.*13.*c.* Humus pinguis,an ſterilis.Item lætus.*Pſal.*19.Holocauſtum tuum pingue fiat. — *Charitas.*

n *Gregorius* 8.*mor.* 11.

Adeps in primis ſignificat charitatem, ſine qua anima eſt arida erga Deum, & proximum. Ideò Abel obtulit adipem cum primogenitis, hoc eſt, *m* charitatem cum operibus. *Geneſ.*4.*a.* Vnde Dauid optabat animam ſuam repleri ſicut adipe, *n* pinguedine.*Pſalm.*62.80. Deſignat etiam adeps *o* deuotionem mentis in charitate perfecta. 1.*Reg.*2.*c.*15.*e.* Pingueſcunt autem ſpecioſa deſerti,quum *p* Eccleſia abundat diuina gratia. *Pſalm.*64.Et impinguat Deus in oleo caput, quum dat abundantiam gratiæ. *Pſalm.* 22. Eſt etiam adeps pinguedinis ſuprema ſpei infuſio.*Pſalm.*62. Demum adeps ſunt deliciæ ſpirituales.*Exod.*29.*b.* — *Deuotio mentis. Abundantia gratia. Spes. Sapientia.*

Arn.ſ.Pſ. 62.

o *Orig.*1.*Reg.* 2.

Adeps etiam deſignat ſapientiam cum alacritate.*Exod.*29.*d.Leuit.*3.*d.* Et *q* deſiperium ſpiritualium. *Leu.*1.*Iſa.* 55.*a.* Et pinguedo terræ,eſt *r* doctrina Apoſtolorum. *Geneſ.* 27.*d.* — *Fœcunditas operũ & virtutum. Fortitudo.*

p *Hie.Pſalm.* 64.

Eſt etiam pinguedo, *ſ* bonorum operum & virtutum fœcunditas.*Exod.*23.*c.Num.*18.*c* Et hic adeps eſt ſacrificium acceptum Deo. *Leuit.*6.*d.*Et hoc adipe holocauſtum pingue. *Pſalm.*19. Boues etiam craſſæ abundantiam bonorum operum deſignant. *Geneſ.*41.*a.* Et hæc ſunt craſſitudo animæ. *Iſa.*55.*a.*Et pingueſcunt ſpecioſa deſerti, quum abundant bona opera per corpus acta. Dicuntur etiam adeps bona opera, quæ fiunt cum lætitia. *Pſal.*62. Hilarem enim datorem diligit Deus. 2.*Cor.*9.*b.* Et pingues terræ in bonum, ſunt diuites in fide, & opere: qui manducant, & adorant corpus Chriſti, cognoſcentes quam ſuauis eſt dominus, *Pſalm.*21. Poteſt etiam adeps in ſpecie fortitudinem ſignificare. *Exod.*29.*b.Leu.*3.*a.*4.*g.*2.*Reg.*1.*d.* — *Fortitudo. Spiritualis intelligentia.*

q *Iſy.ſ.Leu.*1.

Adeps etiam deſignat *t* ſpiritualem intelligentiam. *Exod.*23.*c.Num.*18.*c.Pſal.*80.147. Et paſcua pinguia,ſunt in ſcriptura ſpiritualiter intellecta.*Ezech.*34.*d.*Et ſaginatum in eloquiis Dei eſt ſenſus ſublimior. Et pinguia,de quibus Deus facit conuiuium, ſunt myſteria legis, & ſacramenta. *Iſa.*25.*c. Neem.*8.*c.* — *Sacramenta. Plenitudo gratia in Chriſto.*

r *Bed.ſ. Gen.* 27.

Adeps vituli, qui offertur incenſum ſuper altare, deſignat *u* plenitudinem gratiæ in Chriſto, qui in vitulo figuratur, aut etiam animam eius. *Exod.*29.*b.* Idem deſignata adeps arietis. *Exod.*29.*d.Leuit.* 3.*d.*Deſignat etiam ſapientiam eius.*Pſal.*80.147.Et ſaginatus vitulus,qui occiditur ad conuiuium filij prodigi eſt Chriſtus ad ſalutem humani generis immolatus, ſpiritualium donorum abundans pinguedine. *Luc.*15.*e.*Et pingue holocauſtum, eſt *x* eius paſſio. *Pſal.*16.Et pinguis panis Aſer,eſt *y* corpus Chriſti.*Geneſ.*49.*c.*Et pinguis mons Dei,eſt *z* Chriſtus,oleo lætitiæ vnctus. *Pſal.*67.Et adeps frumenti,eſt ſacramentum Euchariſtiæ.*Pſa.*80.144.*Iſa.*25.*c.*30.*e.*55.*a.* Adeps etiam vituli eſt voluntas Chriſti,quum obtulit,quum dixit: Non mea voluntas, ſed tua fiat. — *Anima Chriſti. Sapiẽtia Chriſti. Chriſtus. Corpus Chriſti. Euchariſtia. Voluntas Chriſti.*

s *Hil. ſ. Pſal.* 64.

Pingues hirci fortem *aa* pœnitentiam deſignare poſſunt. *Mich.*6.*b.*Nunquid placari poteſt Dominus in millibus arietum, an in multis millibus hircorum pinguium? — *Fortis pœnitentia.*

Hie. ſ. Pſalm. 21.64.

Adeps vituli deſignat etiam *bb* bona tam ſpiritualia, quàm temporalia: quæ offerenda ſunt Domino tanquam ſua: quia *Leuit.*3.*d.* omnis adeps dicitur eſſe Domini. Et *cc* quidquid eſt in anima hilare, pingue, ſalubre, gratioſum, tanquam adeps eſt Domino offerendum. Et adeps frumenti ſignificare poteſt ſpiritualia dona animam impinguantia. *Ezech.*34.*d.*44.*c.* — *Bona ſpiritualia, & temporalia.*

Aug.ſ. Gen. 27.

Adeps frumenti, quo ſatiantur fideles, eſt *dd* diuinitas in patria cœleſti. *Pſal.*147. Sic dicitur eſſe pinguedo *ee* in fœlicitate, *Iob.*36.*c.* Et pinguedo terræ deſignat *ff* præmia cœleſtia in terra viuentium. *Geneſ.*27. Et pinguiſſima paſcua, ſunt cœleſti patria. *Ezech.*34.*d.* — *Diuinitas in patria.*

Hie.ſ.Exe. Hom. 20,

Adeps mundorum animalium non comedendus,ſeu offerendus Deo:deſignat *gg* deſiderium bonorum operum referendum ad Deum: vt non ſit ſecundum intentionem humanam. *Leuit.*7.*c.*Adeps etiam morticini capti à beſtia,deſignat deſiderium peccatorum, quod non poteſt offerri Deo. — *Deſideriũ bonorum operũ. Deſiderium peccatorum.*

Greg. 26. *mor.* 32.

Pingue holocauſtum, *hh* quando hoc,quod bene agitur, corde humili etiam per lachrymas irrigatur. *Pſal.*19. Holocauſtum autem ſiccum, eſt bonum opus, quod orationis lachrymæ non infundunt. — *Bonum opus cũ lachrymis.*

Bed.ſ. Gen. 27.

Adeps interdum miſericordiam ſignificat: vt dicuntur adipem concludere, *ii* qui nullo miſericordiæ,mouentur affectu. *Pſalm.*16. Adeps etiam impiorum concluditur, quum impinguati ſenſu,& incraſſati iniquitate,rectudunt vel à iuſtitia,vel à præceptis Dei. Significare poteſt miſericordiam. *Leuit.*6.*b. Iſal.*62. — *Miſericordia.*

Iſy.ſ.Leui. 2.

Craſſitudo

Digitized by Google

Martires. Populus Christi.

Crassitudo terræ fuerunt *a* martyres, aut eorum corpora: qui cùm contemptui haberentur *vt* stercora, tamen impinguantur terram Ecclesiæ, & in suaues fructus eruperunt. *Psalm.* 140. Pinguedo etiam terræ, qua benedicitur Iacob: designare potest congregationem populorũ ad fidem Christi venientium. *Gen.* 27. *de Num.* 13. *b. Neem.* 9. *d.*

Abundantia temporalium. Diuites.

Pinguedo etiam terræ promissa Iacob, dicit *b* fœcunditatem rerum temporalium, & potentiam regni Iudæis promissam. *Gen.* 27. *d.* Et ita pingues terræ, dicuntur diuites. *Iob.* 15. *c. Psal.* 21, 77. *Isa.* 10. *d.* 34. *b.* Et quasi ex adipe prodit iniquitas, quum *c* propter diuitias aliquis est iniquus. *Psalm.* 72.

Fortiores in virtutibus.

Crassæ oues sunt fortiores in virtutibus. *Ezech.* 34. *b.* Et crassum, quod assumant pastores, designat, *d* optima quæque ciuium. Et adeps separatus à carne, designat eum, qui à carnalium consortio segregatus est, & gratia Spiritus sancti repletus. *Eccles.* 47. *a.* Et saginata *e* dici possunt homines spirituales. *Matth.* 22. *a.*

Desiderium.

Adeps operiens vitalia, desiderium *f* cogitandi, & faciendi significare potest: & etiam adeps iecoris, *Leui.* 3. *b.* 4. *b.* 7. *c.* Vel desiderium in genere.

Puniens Deus potentes. Ecclesia. Gessemani.

Incrassatus dicitur gladius Dei adipe. *Isa.* 34. *b.* quia *g* punit diuites, & potentes.

Pinguis mons Dei, designare potest *h* Ecclesiã, quæ est mons Dei, impinguatus gratia Spiritus sancti. *Psal.* 67.

Pugnes carnes Iacob erant, quum *i* habebant Iudæi templum, & prophetas, & auxilium Domini. *Isa* 17. *a.*

Pinguissima vallis *k* dicebatur Gessemani, vbi Christus traditus est. *Isa.* 28. *a.* & dicitur pinguissima, quia tauri pingues ibi obsederunt Christum.

Desideria. carnalia.

Adeps renum, quia præbet fomenta libidini, designare potest *l* carnalia desideria, & voluptates: & similiter adeps ilium. Vnde hic adeps consumendus est igni. *Exod.* 29. *b,* quia quidquid carnale & pingue est in anima, offerendum est Deo per pœnitentiam. *Leuit.* 3. 4. 7. 8. 9. 10. *Deut.* 32. *e. Iud.* 3. *c. Isa.* 34. *b. Ierem.* 7. *d. Dan.* 14. *e.* & adipem comedere, est sectari carnalia: ac etiam scandalizare: ideo comedi prohibetur. Offertur autem Deo, quum desiderium terrenum aufertur, vt mens ad cœlestia tendat. Pinguissimus autem dicitur Agag rex Amalec, quum *m* vigor carnis gaudẽter, securè, & liberè in libidinis voluptate distenditur: qui vsu illecebræ, nulla re obuiante, fraudatur. 1. *Reg.* 15. *f.* Sic erat pinguissimus Eglon. *Iud.* 3. *c.* Ad hæc facit *n* pinguissimũ pecus coquendũ. *Ezc.* 24. *a.*

Ira. Superbia. Superbi.

Adeps operiens vitalia, & etiam iecur, designat *o* iram operientem cor, ac perturbantem. *Leuit.* 3. *b.* 4. *b.* 7. *a.*

Adeps interdum designat *p* superbiam, & abundantiam, ac iniquitatis plenitudinem. *Iob.* 21. *c. Psal.* 72. 2. *Reg.* 1. *d. Ezech.* 39. *e.* idem designant boues crassæ. *Psal.* 143. & pinguis ceruix, est opulenta superbia, affluentibus rebus, quasi multis carnibus fulta. *Iob.* 15. *c.* Et crassitudo terræ erupta super terram. *Psalm.* 140. est *q* tumor superbiæ, qui tunc sanatur à medico, cùm erumpit latens putredo: & attenuatur homo, abiecto tumore. Et adeps diuitum, est superbia: cuius gratia nemo audet eos peccantes reprehendere. Et pingues terræ sunt superbi, qui & diuites terræ, qui terrenis inflantur. *Psalm.* 21. & crassum in grege, sunt diuites, & potentes in populo. Et crassitudo, & aruina ad eandem superbiam pertinet. *Iob.* 15. *c.* vbi dependens de lateribus superbi eos indicare potest, *r* qui ipsi superbo, aut potenti adhærent illi fauentes. Pingues etiam superbi. *Isa.* 28. *a.* 24. *b.*

Hæretici.

Pingues, in quos mittit Deus tenuitatem, sunt *s* hæretici superbi. *Isa.* 10. *d.* Et iidem dicuntur vaccæ pingues. *Amos.* 4. *a.* & horum pinguium *t* vota non respicit Deus. *Amos.* 5. *f. Hab.* 1. *d. Psalm.* 77.

Mens immũda.

Crassitudo in malum *u* sumitur, vt incrassatus est dilectus. *Deut.* 32. *b.* & incrassatum est cor populi. *Isa.* 6. *c. Matth.* 13. *b.* tunc autem incrassatum dicitur cor, quum mens est immunda, & carnalis. *Deut.* 31. *e. Iud.* 3. *c. Iob.* 15. *c. Ierem.* 5. *g.*

Sensibilium cognitio. Adulari.

Adeps pinguium dicitur oblatio, *x* quæ fit ex rapina. *Isa.* 1. *c.* 43. *d.*

Adeps præterea vel pinguedo terræ significat cognitionem sensibilium, quæ pertinet ad vitam actiuam.

Impinguari caput oleo peccatoris, est *y* adulationis blandimenta suscipere. *Psalm.* 140. hæc enim pinguedo reprehenditur. *Deut* 32. *b.*

Sacerdotes Iudæorum. Firmitas virtutum. Gratia data gentibus. Opera patientia.

Pingues tauri dicuntur sacerdotes Iudæorum *z* circundantes Christum, & cornibus inuidiæ, & potentiæ ferientes. *Psalm.* 21. & pingues dicuntur Iudæi propter crassitudinem malitiæ. *Zach.* 11. *d.* & adeps inimicorum est malitia Iudæorum.

Crassitudo maris ænei trium vnciarum. 3. *Reg.* 7. *d.* designat firmitatem virtutum in fide, spe & charitate.

Impinguari locustam. *Eccles.* 12. *b.* est *aa* pedes senescentis hominis podagra inflari: vel impinguatur locusta, florente Amygdalo, quum *bb* per prædicationẽ sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratia cœlestis infusa.

Decor sermonis hæreticorum.

Adeps adurebatur igni, *cc* primò, quia idololatræ comedebant adipes. *Deut.* 32. *e.* de quorum victimis comedebant adipes. Ideo ne similes essent idololatris, non comedebant adipes, Secundò prohibebatur esus adipis ad vitandam lasciuiam, quæ in eo significatur. Tertiò, quia adeps abundantiam nutrimenti demonstrat: Ideo, vt ostenderetur omnium bonorum sufficientia nobis à Deo esse, in gloriam eius adurebatur adeps. Quartò, quia designabat pinguedinem charitatis Christi, quæ se obtulit Deo pro nobis.

Præstans Deus auxilium.

Pinguis panis Aser, perfecta opera patientiæ, *dd* quia sunt martyrum, designare potest; quæ præbent delitias regibus, hoc est, beatis. *Genes.* 49. *e.*

Ader.

ADER, id est decor: rex Syriæ, qui & Benedab: designat *ee* secundum sui nominis interpretationem, decorem sermonis hæreticorum. *Amos.* 1. *b.* iuxta Septuaginta.

Adesse.

Punitis Deus.

ADESSE, est præsentem esse, seu astare. *Iob.* 1. *b,* affuit inter eos. Satan. Aduenire. 3. *Reg.* 2. *c.* Adest Natham propheta. Iuuare. *Genes.* 22. *f.* nisi timor Isaac affuisset mihi, Fauere. *Exod.* 22. *d.* nullus affuit, qui liberaret. Præsto esse. *Genes.* 33. *a.* Respondit, Adsum. Vim facere. *Deut.* 32. *e,* Adesse festinant tempora.

Adesse dicimus Deum, quum *ff* saluat, ac præstat auxilium: & quum opere complet, quod rogatur: & qui loquebatur in lege, dicitur adesse in Euangelio, Factus homo. *Isa.* 41. *g.* 52. *b.* 58. *c. Prou.* 8. *a. Sap.* 10. *b.* 2. *Mac.* 15. *b.*

Christus solus redemptor.

Adesse dicitur Deus in inferno, quum *gg* punitionem & vindictam ibi exercet in malos. *Psalm.* 138.

Adesse Satan inter filios Dei, aut in conspectu Dei, est *hh* diabolum in eadem natura cum angelis persistere. *Iob.* 1. *b.* Vel dicitur adesse inter filios Dei, quum praua eius opera Deo præsentantur per sanctos Angelos, sicut bona Sanctorum. Vel quia peruersæ eius cogitationes & prauæ desidetia Deo *ii* cõmemorantur, vt vel ipsum premat, vel aliquid permittat. Vel certè adest Satan inter filios Dei, quum interserit se bonis cogitationibus nostris, vt benè cogitata perturbet. Non dixit autem, quod in cœlis venerit diabolus in medio Angelorum: constabit ergo quod in terra. Siquidem vbicunque fuerint sancti Angeli, semper ibi Deo assistunt.

Dicere fulgura Deo, adsumus: designant reuersionem Sanctorum ad Deum post miraculorum operationem, omnia illi adscribentes. *Iob,* 38. *d.* vel dicunt hoc, quum *kk* paratos se ostendunt ad eius obedientiam. Vel est, quum inspirationes reuocant inspiratos in gratiam Dei.

Adesse aquilam vbicunque est cadauer. *Iob.* 39. d. designare potest *ll* diligentiam prædicatorum descendentium ad peccatores conuertendos. Vel designatur præsentia, & frequentia Sanctorum, vbi est corpus Christi. Vel certè designatur diabolus, qui semper adest, vbi est peccatum velut cadauer.

Adesse dicitur peccatum in foribus, quum *mm* mentem cogitationibus pulsat. *Genes.* 4. *b,*

Adesse messem, est *nn* instare finem seculi. *Marc.* 4. *c.*

Adesse nullum, cùm Moses occideret Ægyptium. *Exod.* 2. *c.* est *oo* Christum solum operatum esse redemptionem & victoriam aduersus diabolum. *Isa.* 63. *a.* Circumspexi, & non erat auxiliator.

Adesse omnes filios Israel vindicandam mortem vxoris Leuitæ, *Iud.* 20. *a,*

Adesse turbam ad spectaculum mortis Christi. *Luc.* 23. *g.*

Adhærere, Hærere, Cohærere, Inhærere.

Coniunctio charitatis. Christus.

ADHAERERE est alicui rei arctè coniunctum esse. Secundum autem id, ad quod designatur coniunctio, allegoriam accipere potest,

Adhærere Deo, est *pp* vnum effici cum Deo ineffabili coniunctione charitatis: & est plusquam vicinum esse Deo. *Deut.* 4. *a.* 10. *d.* 30. *d. Iosu.* 22. *c.* 4. *Reg.* 19. *b. Psal.* 61. 72. *Isa.* 56. *a.* 5. *Cor.* 6. *d.* Et hærens vir, seu cohærens Deo, est *qq* Christus. *Zach.* 13. *d.* Adidem tendit adhærere bono. *Rom.* 12. *c.* Non adhæret autem Deo sedes iniquitatis.

a *Aug. s. Psal.* 140. & 10. *ciuit. Dei.* 37.
b *Bed. s. Gen.* 27. *Hier. If.* 34.
c *Hier ps.* 72.
d *Augus. de past.* 4.
e *Cyrd.* 7. *s. Ioan.* 5. *Hil. can.* 22.
f *Glo. inter. s. Leu.* 3.
g *Hie. s. If.* 34.
h *Hil. s. ps.* 64.
i *Hie. s. If.* 17.
k *Hie. s. If.* 28.
l *Or. s. Le. h.* 5. *Isy. s. Leu.* 1. 3. 4. 7.
m *Greg. s.* 1. *Reg.* 15.
n *Lyr. s. Ezec.* 24.
o *Gl. inter. s. Leu. s.* 3.
p *Amb.* 4. *de ins.* 5. *Gr.* 12. *m.* 22. & 15. *mo.* 25.
q *Hi. s. ps.* 140 *Aug. s. ps.* 72. & *epist.* 120. *Hie. s. Eze.* 34.
r *Gregor.* 12. *mor.* 23.
s *Hie. s. If.* 10. & *s. Am.* 4.
t *Aug. s. p.* 77.
u *Ori. s. Nu. ho,* 17.
x *Hie. s. If.* 1. *Phil. de migra Abraha.*
y *Hie. s. Psal.* 140. *Greg. ho.* 12.
z *Arn. s. ps.* 21 *Hie. s. Isa.* 28. & *s. ps.* 21. 16. *Aug. epi.* 150.
aa *Hi. s. Ec.* 12. *Enc. q. in Eccleslaste.*
bb *Gregor.* 31. *mor.* 20.
cc *Tho.* 1. 2. *q.* 102. *art.* 3. 6.
dd *Ricar. de S. Victo. de* 12. *patriar.* 35.
ee *Hie. s. Amos.* 1.
ff *Amb. de fide.* 3. *Hie. s. Isa.* 41. 52. 58.
gg *Glo. s. inter. s. Psalm.* 138.
hh *Gre.* 2. *mo.* 3. 32. *Orig. s. Iob.* 1.
ii *Ath. q.* 12.
kk *Hi. s. Io.* 38 *Gre.* 30. *m.* 4.
ll *Hie. s. Io.* 39, *Gre.* 31. *m.* 36.
mm *Greg.* 4. *mor.* 22.
nn *Gl. inter s. Marc.* 4.
oo *Glo. ord. s. Exod.* 12.
pp *Hil. s. ps.* 62, *Aug. s. ps.* 62.
qq *Hi. s. Zac.* 13.

Digitized by Google

*Psalm.*93. Et adhærentes viri Iuda Dauid.2.*Reg.*20.*a.*Sunt coniuncti Christo.Et adhærentes Paulo.*Actor.*17.*g.*

Adhærere testimoniis Dei, est *a* ea viriliter, & ex charitate obseruare. *Psal.*118. Renunciando mundo & carnis desideriis.

Adhærens homo vxori, designat *b* coniunctionem Christi cum Ecclesia. *Gen.*2.*d.Matth.*19.*a.Ephes.*5.*g.* *Coniunctio Christi in Ecclesia.*

Hærens carnibus aries inter vepres, designat Christum inter brachia crucis. *Genes.*22.*c.* *Christus in cruce.*

Designat etiam aries hærens cornibus, rationem quiescentem,& cohibentem assensum,quum non potest rei certitudo haberi.

Adhæret os pelli, quum *c* Christus relictus est solus in passione cum mulieribus. *Iob.*19.*c.*

Adhæret etiam os pelli, consumptis carnibus, quum *d* corrupta affectione, vix solam sibi intentionem spiritualis cogitatio vindicat.

Adhæret cruris ossibus, quum *e* infirmitas vitij duritia virtutis putatur: quum infirma quis facit,& elationis fiducia deceptus, magnas se existimat facere, & de sua nequitia emendari contemnit, & in obstinationem mentis incidit.

Adhæret os carni, quum *f* fortes consentiunt infirmis: aut ratio condescendit sensualitati,sicut Adam Euæ. *Psalm.*101. *Silentiũ Christi.*

Adhæsit lingua gutturi, quum Christus *g* in passione tacuit. *Iob.*29.*b.Psal.*21. Vel etiam,quum Apostoli eius passione obmutuerunt. Idem erit tempore Antichristi.

Adhærere etiam linguam gutturi, est pœna silentij à laudibus Dei. *Psal.*163.

Adhæret lingua etiam faucibus Christi,quum *h* Ecclesia & Prædicatores ab eius præceptis non recedunt.

Adhæret lingua lactentis palato, quum infirmis, & recentibus in fide, non administratur doctrina. *Thren.*4.*a. Ezech.*3.*g.*

Adhæret lingua ducum gutturi. *Iob.*29.*b.* quum *i* hæresiarchæ, & si peruersa loqui libera voce non audent: intus tamen apud se contegunt cuncta, quæ contra fidem veram proponere falsa moliuntur. *Infima humilitas.*

Adhærere in terra ventrem,est *k* esse in infimo gradu humiliationis.Nam qui humiliatur ad genua, potest amplius humiliari: qui ventre ad terram, non vltrà humiliari potest. *Psalm.*43. Si autem venter, designat carnales: adhæret in terra venter, quum carnales adhærent terrenis. Adhæret etiam pauimento anima, quum est terrenis vitiis alligata, vel quum seruit corpori.

Adhærens vultus terræ, interdum designat *l* cognitionem propriæ infirmitatis. *Dan.*10.*b.* Vel designat eos, qui in peccatis & affectibus terrenis adhuc hærent. *Adhærere terrenis.*

Adhærens capui auis collo. *Leuit.*5.*b.* designare potest Christum coniunctum Ecclesiæ: vel est sensus coniunctus virtutibus, vel mens actionibus, aut anima corpori.

Adhærens aduena domui Iacob. *Isa.*14.*a.* designat *m* gentes venientes ad fidem. Idem significat adhærens Ruth socrui. *Ruth.*1.*c.*& adhærens Dalida Samsoni. *Iudic.*16.*d.* *Gentes ad fidem.*

Adhæret prodigus vni ciuium, quum se subiicit *n* diabolo, eique obtemperat. *Luc.*15.*c.* idem est adhærere vni domino. *Luc.*16.*c.* *Subiici diabolo.*

Cohærentia membra Leuiathan. *Iob.*41.*b.* designant concordiam malorum.Et squama dicitur hærere squamæ, quum *o* mutuò mali se defendunt.Et adhærent pisces squamis draconis,quum sequuntur hæreticorum errorem: vel quum defendunt peccata. *Ezech.*29.*a.* & adhærens anima Sichen Dinæ, designat diabolum retinere conantem, quos deceperit. *Genes.*34.*b.* *Concordia malorum.*

Adhærens caput Absalom quercui, designat *p* superbum inferno affixum. 2. *Reg.*18.*b.*

Adhæret macula manibus quum *q* culpa est in actionibus. *Iob.*31.*a.* Ad idem tendunt adhærere erroribus gentium. *Ios.*23.*c.* & adhæret peccatis Ieroboan. 4.*Reg.*5.*a.* & adhærens lepra Naaman Giezi. 4.*Reg.*5.*g.* & adhæret semen carni, quum quis est in peccato libidinis. *Leu.*15.*a.* & adhæret meretrici,qui carnis desyderiis obtemperat. 1.*Cor.*6.*d.* & adhærere pueris alienis, est subiici satellitibus dæmonum. *Isa.*2.*b.* & adhærere anathemate. *Deut.*13.*d.* & adhærere cor prauum alicui. *Psalm.*100.

Adhærés fames Iudæis in Ægypto,designat famem verbi Dei Iudæis in hoc mundo hærentẽ. *Ier.*42.*c.Ber.*1.*d.*

Adhærens puluis pedibus, designat *r* leuitatem terrenæ cogitationis inhærentem animis prædicatorum, quæ iubetur excuti. *Luc.*10.*b.*

Adhærentia iecori. *Leuit.*1.*b.* dicuntur occulta desideria in anima.

Hærens domus Raab muro Hierico. *Ios.*2.*c.*

Cohærentes cortinæ. *Exod.*26.*a.* coniunctionem *s* charitatis designant, & concordiam fidei. Et cohærentes catenulæ. *Exod.*28.*c.*39.*c.* ad idem referri possunt cohærentes rotæ subtet basim luteris. 3.*Reg.*7.*c.*

Adærens lumbare lumbis. *Ierem.*13.*b.* coniunctionem populi Israël cum Deo significabat.

Adhibere.

Adhibere, idem est, quod admouere, seu adiungere. Raram habet allegoriam, secundum id, quod adhibetur.

Adhibens Isaias sibi testes fideles. Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. *Isa.*8.*a.*designat doctores, *u* qui sunt sacerdotes custodientes scientiam,& prophetas assumptos in testimonium natiuitatis Christi.

Adhiberi testes emptionis agrorum. *Ierem.*31.*g.* est *x* constitui Martyres in Ecclesia. Iidem sunt testes fideles adhibiti Christo. *Isa.*8.*a.* adhæc referri potest adhiberi vnum, aut duos testes. *Matth.*18.*b.*

Adhibere medicinam ante langorem. *Eccles.*18.*c.* est rectè operari, dum licet in hac vita, nec tempus mortis expectare.

Abhortari, vide Hortari.

Adiacere.

Adiacere, est iuxta aliquid situm esse, aut alicui inesse. Vix inuenitur in allegoriis.

Adiacet velle ad bonum, ex hoc, *y* quod quis bonam habet mentis inclinationem. *Rom.*7.*d.*

Adiacere malum, est inesse peccatum, quod impedit, ne bene agamus.

Adiicere, vide Addere.

Adimplere, quare Implere.

Adinuenire, quare Inuenire.

Adipisci, vide Acquirere.

Adire.

Adire, interdum est accedere. *Sapient.*9.*d.* adij Dominum; & deprecatus sum. Aggredi. 1.*Mach.*8. Ergo iterum adierunt. Appropinquare. *Luc.*8.*c.* Non poterant adire eum. Ascendere. *Sapient.*14.*a.* Sine rate aliquis adeat mare. Comparere. *Actor.*24.*a.* Adierunt præsidem aduersus Paulum. Superuenire. *Actor.*27.*d.* Ad eos,qui adierant. Reliqua huius verbi require in verbo Ire.

Adiudicare, vide Iudicare.

Adiungere, quare Iungere.

Adiurare, quare Iurare.

Adiuuare, Adiutor, Adiutorium, Adminiculum, Auxiliari.

Opis, Opitulari.

Adiuvare, est auxilium ferre:habet allegoriam cum aliis eiusdem classis, secundum eum qui adiuuat, & eum qui adiuuatur.

Adiuuare dicitur Deus tanquam fortis & potens, imbecilles, qui sine eo subsistere non valent: atque ita passim dicitur adiutor. *Genes.*49.*d.Deut.*33.*a.*1.*Paral.*12.*c.*18.*b.*2.*Paral.*25.*c.*20.*a.*32.*b.Esther.*14.*a.Iob.*10.*a.* In psalmis frequenter. *Isa.*41.*c.*44.*a.*49.*c.*50.*c.*

Adiutor, quem quærebat Iob, est *z* Christus mediator Dei, & hominum. *Iob.*31.*d.* vbi in textu scribitur, Auditor: sed Greg.legit Adiutor. *Christus.*

a *Glos. ord. s. psalm.* 118.
b *Orig.s.Mat. hom.*7. *Aug.s. psalm.* 44. *Bed. s. Gen.*2. *Aug.s. ps.* 30. *serm.*1.
c *Gregor.* 14. *mor.*23.
d *Bern. serm. decute carnes &c.*
e *Gregor.* 32. *mor.*23.
f *Lyr.s.psalm.* 101.
g *Arn. s. psal.* 21.
h *Aug. epist.* 120. *Greg.s.Ezech. hom.*11. *Hie.s.psal.*21.
i *Gregor.* 19. *mor.* 14.
k *Hil.s.psalm.* 118. *Ambr.de Par.* 5. *Auguſt.s.psal.* 43.218. *Amb. s.* 4. *in psalm.* 118.
l *Gregor.* 22. *mor.*21.
m *Hie.s. Isa.* 14.
n *Ambros. s. Luc.*15. *Hie. epist. ad Damas. Ber. serm. de affect. anima.*
o *Hieron. s. Ezech.* 29. *Greg.*33.*mor.* 33.& 34.*mo.* 7.
p *Lyr.s.*2.*Reg.* 18.
q *Gregor.* 21. *mor.*7.
r *Glos. ord. s. Luc.*10.
s *Glos. ord. s. Leuit.*1.
t *Glos. ord. s. Exod.*26.
u *Hier.s.Is.*8.
x *Hie. s. Iere.* 31.
y *Glos. ord. s. Rom.*7.
z *Gregor.*22. *mor.*18.

Auxiliatus dicitur dominus filiis Israel vsque ad lapidem adiutorij. 1.*Reg.*7.c. hoc est, quousque *a* perducat fideles ad æternam quietem.

Auxilium de tribulatione præstat Deus quum *b* liberat à peccato. *Psal.*59.

Non dicitur Deus auxiliatus esse filio in bello. *Psal.*88. quando videlicet Christus dixit in cruce: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me: Et dicitur Deus aduertisse adiutorium gladij eius: Et quæritur Christus *c* non esse qui adiuuet. *Psalm.*21. 51.87.106.108. *Eccles.*8.*d.* 51.*d. Isa.*17.*a.*63.*b. Dan.*10.*d. Iob.*30.*b. Thren.*1.*c.*

Non est auxiliatus Deus prædicatori non operanti in die belli. *Psal.*88. quia ei, qui non operatur in tentationum certamine, non permittit esse in adiutorium doctrinæ, verba quæ illi dedit.

Adiuuat Spiritus infirmitatem nostram. *d Rom.*8.*e.* aliter quidem adiuuat, nondum inhabitans: aliter inhabitans. Non nondum inhabitans adiuuat, vt sint fideles: inhabitans autem adiuuat iam fideles ad bene operandum, & resistendum diabolo.

Adiuuat frater fratrem, vt videlicet *e* pares in hoc inueniantur, & vterque alterius egeat auxilio. *Prou.*19.*e. Eccles.*40.*d.*1.*Mach.*3.*a.*8.*d. Luc.*10.*g. Rom.*15.*f.*2.*Corint.*11.*d.*2.*Reg.*10.*c.*1.*Esdr.*1.*e. Ester.*1.*d. Iud.*11.*d. Dan.*11.*f.*2.*Mach.*11.*b. Isa.*41.*b.* Adiuuat etiam frater fratrem, quum gentiles & Iudæi in vnam fidem conueniunt: & duo testamenta mutuò se comprobantia.

Apostoli adiutores Christi.

Adiutores Dauid, auditores Christi intelligi possunt, & peculiariter Apostoli. 1.*Paral.*12.*c.* Idem sunt principes adiuuantes Salomonem. 1.*Par.*22.*d.* & Leuitæ adiuuantes sacerdotes. 2. *Paral.*29.*g.* & prophetæ adiuuantes principes. 1.*Ester.*5.*a.* & Iosue vallatus auxilio pugnatorum. *Ios.*8.*b.* est Christus cum suis. Veruntamen Christo non fuit adiutor in redemptione, *f* & punitione malorum. *Isa.*63.*b.*

Adiutorium, aut adiutor videtur interdum minus esse quàm principale: sicut mulier facta est in adiutorium Adæ: vbi designantur *g* Ecclesiæ principes, aut Apostoli adiutores Christi. *Genes.*2.*d. Eccles.*36.*d.* Vnde 1.*Corint.*3. dicitur. Deus adiutores sumus. Adiuuare autem Deum, tunc laudatur, quum ipse in corde nostro operatur. Ex elatione enim *h* ipsum velle adiuuare, quasi nostro auxilio indigentem, reprehensibile est: iuxta illud *Iob.*26.*a.* Cuius adiutores? Et *Isa.*40.*c.* quis adiuuit spiritum Domini?

Auxilium Niniue, aut Ammon, siue Alexandriæ veniens illis ab inimicis. *Nah.*3.*c.* designat *i* auxilium Ecclesiæ veniens illi ab his, qui conuertuntur ex gentibus. Et adiuuantes ex alia naui ad colligendos pisces. *Luc.*5.*b.* designant Ecclesiam ex gentibus adiunctam Ecclesiæ Iudæorum.

Adiuuantes in malum sunt, quum mali adiuuant malos; vt *Psal.*82. Facti sunt in adiutorium filiis Lot. De his 2.*Reg.*10.*d. Iud.*3.*b. Eccles.*12.*d. Isa.*3.*a.*30.*a.*31.*a.d.*1.*Mach.*3.*b.*7.*c. Ezech.*30.*b. Zach.*1.*c.* & adiutorio Ephraim, *k* & pharisæorum aduersus fideles. *Isa.*17.*d.*

Auxiliatores, qui corruunt, & atteruntur: sunt dæmones, & eorum membra. *Isa.*31.*b. Ezec.*31.*d.* Et in adiutorium filiis Lot fiunt, *l* qui operantem in se principem diabolum sequuntur. *Psalm.*82. Et adiutorium inutile dicitur esse idoli, hoc est, diaboli. *Sapient.*30.*d.* Et vanè auxiliatur Ægyptus, hoc est, mundus. *Isa.*30.*b. Thr.*4.*d.* & non est auxilium alicui in semetipso. *Iob.*6.*e.* sed est auxilium vanum. 2.*Mac.*6.*c.*

Auxilium veterascens in inferno. *Psal.*48. dicitur, *m* vel quia mali non liberantur ab his, quæ sibi ipsi promittunt: Vel quia boni permanserunt in limbo vsque ad tempus redemptoris.

Adiutorium præsumptionis dicitur esse timor. *Sapien.*17.*c.* & etiam dicitur proditio cogitationis auxiliorum.

Auxilia fugitiuorum in vrbibus ad hoc decretis. *Num.*36.*b.*

Auxilium præbens Iosaphat impio regi Achab. 2.*Paral.*19.*a.* reprehenditur à Deo, vnde innuitur, non esse præstandum auxilium malis, etiam contra malos.

Adiuuans terra mulierem. *Apocal.*12.*d.* sunt Sancti orando *n* fouentes Ecclesiam. Vel fuit concilium Nicænum, & alia concilia defendentia Ecclesiam aduersus hæreticos.

Administrare, quare Ministrare.

Admirari, Mirari. Miraculum, Ostensum, Prodigium, Mirificare.

ADmirari, dicit animi suspensionem, rem inopinatam intuentis. Miraculum autè est, quod admirationem mouet. Prodigium verò est, quod cum admiratione aliquid futurum portendit.

Admirari propriè non competit Deo, cùm dicat quandam ignorantiam in eo, qui admiratur: dicitur autem de Christo secundum humanam naturam, *o* in qua aliquando se habuit per modum admirantis: quum dicitur miratus fuisse de fide Centurionis, *Matth.*8.*b. Luc.*7.*b.* & docuit nos huiusmodi rebus admirari.

Admirabile nomen Dei dicitur, quia *p* excedit omnem cognitionem. *Psalm.*8. Et Deus ipse dicitur admirabilis. *Isa.*9. *Genes.*32.*g. Iud.*13.*d. Ester.*15.*d. Psal.*67. Admirabilis dicitur Christus, quia in omnibus est admirandus. *Isa.*9.*b.* & mirabiliter deducit Christum dextera Dei. *Psalm.*44. & mirificauit Dominus sanctum suum, mirabilem faciens Christum. *Psalm.*4.

Ecclesia militans.

Admirabile tabernaculum Dei, dicitur *q* Ecclesia militans. *Psalm.*41. & mirabile dicitur templum Dei, non auro, vel argento, vel ædificiis: sed iustitia, & æquitate. *Psalm.*64. & admirabilis pulchritudo Iudith, designat pulchritudinem Ecclesiæ, vel beatæ virginis Mariæ. *Iudith.*10.*d.*

Ecclesia triumphans. Sensus sacra scriptura, Humanitas Christi. Resurrectio & passio Christi.

Admirabile etiá tabernaculum Dei, dicitur *r* Ecclesia triumphans: quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Ibi est sonus epulantis in voce exultationis.

Mirabilia testimonia Dei, dicuntur *s* propter futura promissa, quæ oculus non vidit: aut quia secundum ea datur venia, vel vindicta: *Psal.*118. Et mirabilia Dei in profundo, sunt mirabiles sensus sacræ scripturæ. *Psal.*106.

Mirabile templum, est *t* humanitas Christi mirabiliter formata, & Verbo Dei vnita. *Psalm.*64. vel designat fidem virtutibus plenam, & vitæ excellentia suscipiendam. Et admirabile vas dicitur sol, designans humanitatem Christi. *Eccles.*43.*a.*

Mirabilia, quæ fecit Deus, designant resurrectionem Christi. *Psal.*97.117.138. Et etiam opus redemptionis. *Isa.*25.*a.*64.*a.* Et Christus dicitur factus prodigium *u* persequutoribus. *Psal.*70. Et in passione eius facta sunt prodigia: vt obscuratio solis. *Psalm.*134. *Ioel.*2.*g.*

Mirabilis dicitur scientia Dei. *Psalm.*138. quum non potuit *x* cognosci filius Dei à Iudæis ante passionem.

Mirabile consilium Dei dicitur esse, *y* quum castigat cum misericordia. *Isa.*28.*g.* & quia nullus scit, an futurus sit in parte præmij, an pœnæ finalis.

Conuersio infidelium.

Miraculum per agros factum à Deo in prostratione hostiũ per Ionatham, & armigerum eius facta. 1.*Reg.*14.*c.* designat *z* mirabilem conuersionem infidelium per simplices prædicatores factam. Dicitur quæ quasi miraculum à Deo, quum peccatores conuertuntur per prædicationem: miraculum verò, quùm per solam interiorem inspirationem: vt quædam miracula facit Deus per se, quædam per ministros. Et prodigia *aa* Dei sunt conuersio infidelium ad fidem. *Psal.*45. & admirans Isaac de cita venationis inuentione. *Genes.*27.*e.* est contemplans promptam, ac velocem gentilium conuersionem ad fidem: de qua agitur. *Isa.*60.*b.*

Aduentus prædicatorum in publicum.

Admirati reges, *bb* sunt gentiles de operatione miraculorum Christi stupentes. *Psal.*47. Ad hæc pertinent, quæ dicuntur. *Deu.*34.*d. Ios.*1.*a. Iud.*6.*c.*13.*d. Habac.*1.*b. Mat.*8.*d.*9. *Luc.*2.*c.*8.*d.*24.*b.*

Admirantes Dominum in finem exitus. *Sap.*1.*b.* sunt cognoscentes iudicia Dei per flagella.

Mirificat Deus voluntates suas in Sanctis. *Psal.*15. quia *cc* mirabiles fecit in eis apparere gratias gratis datas.

Mirificat Deus misericordias suas. *Psal.*16.20. quando *dd* per sanctos Apostolos: & prædicatores infirmitates curabat, & alia miracula faciebat.

Tanquam prodigium factus dicitur Christus multis, hoc est Iudæis: qui *ee* dicebant illi: Samaritanus es tu, & dæmonium habes: & multò magis quando eum crucifixerunt: *Psalm.*70. Bonus etiam sit tanquam prodigium multis: *ff* quia sequitur arctam viam: cùm multi exultent lata in via.

Admirati seniores in aduentu Samuelis. 1.*Reg.*16.*a.* designant *gg* aduentum prædicatoris rarum debere esse in publicum: vt debeant admirari videntes eum prodeuntem. Aut certè significatur admiratio, quæ futura erat de prædicatione nouæ doctrinæ Christi. *Matth.*7.*d.*22.*c. Marc.*6.*a.*11.*c. Luc.*4.*d.*20.*e. Ioan.*5.*d.*7.*b. Actor.*2.*b.*4.*c.*7. *Thess.*1.*d. Iud.*11.*d.*

a *Gregori. s.*1. *Reg.*7.
b *Ar. s. ps.*88.
c *Gre. s. Ezec hom.*11.
d *Aug. epi.*105.
e *Bed. s. Pro uerb.*18.
f *Hie. s. Is.*63.
g *Am. de para.*10.
h *Gr.*17. *mo.*10.
i *Hic, su. Nahum.*3.
k *Hie. s. Is.*1. *& s. Zac.*1.
l *Au. s. ps.*82.
m *Ba. s. ps.*48
n *Gr. in s. Ap*12. *Ru.*13. *victo. verbi Dei* 8. *& s. Apoc.*
o *Gl. in s. Ma.*
p *Glo. iuxta s. psal.*8.
q *Au. s. ps.*41. 64. *Hier. Isa.*2.
r *Glo. in s. Ps.*41.
s *Am. s. ps.*118 *serm.*17.
t *Arn. & Hil. s. Psal.*64.
u *Arn. s. Psa.*70.97. *Hier. s. Isa.*25. *& s. Ioel.*2.
x *Aug. s.*138.
y *Lyr. s. Is.*28.
z *Gre. ps. Reg.*14.
aa *Basi. s. ps.*45.
bb *Aug. ps.*47.
cc *Au. epi.*59.
dd *Hie. s.*16.
ee *Hi. s. ps.*72.
ff *Aug. ps.*70.
gg *Gr. s.*1.16.

Digitized by Google

Mirabilia, quibus Deus percussit Ægyptum. *Exod.* 3. *g*, *Psal.* 134. 135. 144. *Isa.* 64. *a*. *Ierem.* 44. *c*. designare possunt *a* passionem, & resurrectionem Christi. Ad idem referri possunt ostenta, quæ fecit Dominus in manu Mosis. *Exod.* 4. *e*. 7. *a*. 21. *a*. miraculo etiam diuisit Dominus filiis Israel ab Ægyptiis. *Exod.* 11. *c*. 15. *b*. — *Noua doctrina Christi.* *Passio & resurrectio Christi.*

a *Hi.s.ps.*134.

Ædificat Deus prius destruendo: quia *i* Christus destructo ædificio diaboli, ædificat in ecclesia, vel in anima machinam virtutum. *Iere.* 1. *c.* 18. *d.* *Eccl.* 49. *b.* Et ædificat dissipata, quum peccatores reducit ad gremium ecclesiæ. *Ezech.* 36. *g.* *Dan.* 9. *g.* *Amos* 9. *d.* *Mich.* 7. *c.* secundum hæc datur tempus destruendi, & tempus ædificandi. *Eccles.* 3. *a.* dicitur autem Deus etiam destruere, quos ædificauit. *Ierem.* 45. *b.* quum propter peccata perdit eos, quos prius ornabat. Et non ædificatur in sempiternum ciuitas à Deo destructa: *k* quia nemo potest diuinam sententiam mutare. *Isa.* 25. *a.* Quod ibi intelligitur de Hierusalem non amplius ædificanda. Idem dicitur de Babylone. *Ier.* 50. *f.* Ædificans etiam Asa Gabaa, & Maspha, impedita prius ædificatione, quum faciebat Baasa. 2. *Para.* 16. *b.* designat *l* destruenda prius esse vitia, vt virtutum ædificatio erigatur.

Virtutes in anima.

Ædificat malè, quæ destruxit: qui reuertitur ad vitam vitiosam, aut ad errores, quæ prius reliquerat. Sic Sumebat Paulus. *Gal.* 2. *d.* & *Eccle.* 34. *d.* Ponitur vnus ædificans, & vnus destruens.

Litera Legis.

Ædificationes templi magnæ, *m* designare possunt virtutes in anima. *Matth.* 24. *a.* *Marc.* 13. *a.* Vel designant *n* literam sacræ scripturæ: seu magnificentiam legis veteris, quæ erat destruenda.

Ædificat domum in iustitia, *o* qui in cælestibus ædificat. *Iere.* 22. *d.* E diuerso in iniustitia ædificat, qui in terrenis ædificat sicut hæretici. Dicuntur autem iusti ædificare in cœlo *p* ascensionem suam. *Amo.* 9. *b.*

Exercere opera virtutum.

Ædificant sibi domos, quas habitabunt, *q* qui exercent opera virtutum, per quæ cælestes mansiones acquirent. *Isa.* 45. *d.* *Iere.* 29. *b.* *Eze.* 28. *g.* Et ipsi sunt domus. 1. *Petr.* 2. *a.* Dicuntur etiam superedificari: quia Christus est fundamentum, super quod ædificantur. *Eph.* 2. *d.* *Coloss.* 2. *b.* *Iude.* *f.* Ædificanda domus Dei, est anima scientiis, & virtutibus ornanda. *Agg.* 1. *a.* *Zach.* 1. *a.* Et ædificari Esebon, est *r* componi animam virtutibus, & sanctis cogitationibus. *Num.* 21. *f.* Idem ædificari ciuitates desertas. *Amos* 9. *d.* Ædificat domum suam, qui mentem virtutibus ornat, & à prauis cogitationibus emundat. *Prouerb.* 14. *a.* 24. *a.* Et dicitur ædificari, qui *s* in virtutibus proficit. *Iob.* 22. *d.*

Ædificat templum Dei, qui corrigendis, atque instituendis proximorum mentibus vacat. 2. *Reg.* 7. *b.* Sed vir sanguinem templum Deo prohibetur ædificare: quia *t* qui adhuc actibus carnalibus incumbit, necesse est, vt instruere spiritualiter mentes proximorum erubescat.

Instruere proximos.

Ædificans Iosue ciuitatem, in qua habitaret. *Iosu.* 19. *d.* est *u* Christus muniens animam, in qua habitat. Idem designauit Dauid edificans arcem Sion. 2. *Reg.* 5. *b.* 2. *Par.* 33. *c.* Sic ædificauit Deus Sion. *Psalm.* 101. 126. *Ierem.* 31. *a.* *e.* Et ædificauit Salomon ciuitates. 3. *Reg.* 9. *c.* Et *Isa.* 45. *c* Ipse ædificabit ciuitatem meam. Ædificantur etiam muri Hierusalem. *Psal.* 50. quum *x* boni ducuntur ad cælestem patriam, & cum anima munitur virtutibus. 1. *Ester.* 5. *c.* *Eph.* 7. *d.* *Apo.* 21. *a.* Ædificant filij peregrinorum muros ecclesiæ. *Isa.* 60. *b.* quum venientes ex gentilitate roborant Ecclesiam. Ædificare autem propugnacula muro. *Canti.* 8. *c.* est munire ecclesiam, vel animam. Id mali, & infideles prohibent. 1. *Estr.* 4. *a.* *d.* 1. *Mach.* 12. *e.* Item ædificare vrbes paruulis, est infirmioribus munimenta virtutum præparare. *Num.* 32. *e.* *Iudith.* 21. *d.* 2. *Paral.* 14. *b.* 26. *a.* 27. *b.* *Nee.* 4. *c.* *Eccl.* 40. *c.* Extruere etiam munitiones est *y* quod bonum est in anima per naturam, confirmare: nec pati quid de principali cordis effluere. *Nahum.* 3. *c.* Aedificant etiam prædicatores munitiones. *Ezech.* 4. *a.* quando, *z* quæ virtutes quibus vitiis obuient, insinuare non cessant.

Christus muniens animã vel ecclesiam.

Ædificauit paterfamilias turrim in vinea. *Mat.* 21. *d.* quum Deus *aa* posuit templum in Iudæa: vel eminentiam verbi de Deo, & Christo in sacra scriptura: aut verticem legis in illo Iudaico populo. Turrim autem intelligentiæ legis, & doctrinæ qui vult ædificare, cogitat prius an habeat sumptus ad proficiendum. *Luc.* 14. *f.* Hæc turris diuini verbi est domus noua, cui faciendus est murus. *Deut.* 22. *b.* Ædificatur etiam turris Dauid cum propugnaculis, *bb* quum prædicatores roborantur miraculis. *Cant.* 4. *b.*

Ponens Deus templum in Iudea, aut legem eum eminenti sensu.

Extruere torcular in vinea, est *cc* facere altare ad offerenda sacrificia. *Isa.* 5. *a.*

Facere altare.

Ædificare altare Domino, est *dd* præparare illi animam, vt in ea offerantur sacrificia bonorum operum. *Ge.* 8. *d.* 12. *b.* 13. *d.* 22. *b.* 26. *e.* 35. *a.* *Exod.* 17. *d.* 24. *a.* *Iosu.* 22. *f.* *Iud.* 6. 21. *a.* est etiam figere Dei beneficia in memoria, vt ei gratiarum actionis hostia offeratur. 1. *Ester.* 3. *a.* 1. *Mach.* 4. *f.* Porro ædificans Noe altare Domino, est Christus instituens in ecclesia nouum ritum sacrificij corporis & sanguinis sui.

Præparare animam Deo.

Figere beneficia Dei in memoria.

Sacrificia nouæ legis.

Ædificans Saul primum altare Domino. 1. *Reg.* 14. *e.* *ee* est prædicator excitans in corde auditorum timoris, & amoris compunctionem. 1. *Reg.* 14. *e.* Et ædificatio proximi est: *ff* quum trahitur ad bonum, vt ita ecclesiæ ædificium construatur, & crescat. *Rom.* 14. *d.* *Iob.* 22. *b.* 1. *Corinth.* 3. *b.* 8. *a.* 14. *f.* 1. *Cor.* 10. *c.* 12. *f.* 15. *d.* *Eph.* 2. *d.* 4. *c.* 1. *Thess.* 5. *b.* *Coloss.* 2. *d.* 1. *Tim.* 1. *a.* Et discalceatur, qui non ædificat domum fratris. *Deut.* 21. *c.* Deus etiam dicitur non ædificare malos. *Psal.* 27. quum propter peccata merentur deseri à Deo. ædificantur in medio populi Dei, *gg* qui sunt pars ecclesiæ. *Ier.* 12. *d.*

Prædicare.

Ædificat Deus sedem Dauid, quum *hh* dat Christo imperium in cœlo: & in terra, vel in mentibus fidelium hic, & in futuro. *Psal.* 88.

Imperium Christi.

Ædificat Deus in cœlo ascensionem suam. *Amos* 9. *b.* quum *ii* quotidie cum Sanctis suis ascendit in cœlum. Ædificium autem separatum templi. *Ezech.* 41. *d.* designat *kk* iustos, qui separantur à malis, & terrenis, & ad cælestia eriguntur.

Præfectus instorum.

Ædificator sepium dicitur *ll* Christus, muniens ecclesiam per se, & per Sanctos suos, qui suis precibus arcent iram Dei à populo. *Isa.* 58. *f.* Et ædificat Christus parietem *mm* per legis mandata, & comminationes, vt seruet à peccatis. *Ezech.* 13. *b.* Vel populus ædificat parietem, quum sibi promittit securitatem, quem linunt pseudoprophetæ, errori populi fauentes. Ædificari quoque dicuntur maceriæ, quum lapsi in peccatum reducuntur ad virtutem. *Mich.* 7. *c.*

Christus muniens ecclesiã per sanctos.

Falsa securitas.

Superædificat aurum, & argentum super fundamentum fidei Christi, qui *nn* rectam habens cognitionem, benam docet doctrinam. Et qui implet consilia euangelica, & exercet bona opera. Superædificat autem fœnum, & stipulam, qui docet hæreses igni tradendas: & qui committit peccata venialia, & qui seruat præcepta, sed cum affectu carnali vel ad diuitias, vel ad vxorem, vel ad aliquid aliud, modò non sit mortale. 1. *Cor.* 3. *b.* Loquitur de operationibus.

Recte docere & operari.

Hæreses.

Peccata venialia.

Ædificant sibi solitudines. *Iob.* 3. *c.* qui *oo* à secreto cordis terrenorum desideriorum tumultus expellunt, & vna intentione cælestis patriæ in amore intimæ quietis anhelant. Item, qui parant sibi otium ad contemplationem.

Tranquillitas mentis.

Ædificantur deserta seculorum. *Isa.* 58. *d.* 61. *b.* quando, *pp* quæ deserta fuerant in Iudæis, ædificantur, & firmantur in Ecclesia, non ad breue tempus, sed in perpetuum.

Apostoli.

Structores Hierusalem, sunt Apostoli *qq* instituentes Ecclesiam. *Isa.* 49. *d.*

a *Ar.ſ.pſ.* 126
b *Bed.ſ.Ge* 12.
c *Hie.epiſ. Et factum eſt.*
d *Ru.ſ. Ia.* 2.
e *Or.ſ.Ie.ho.* 1 & *ſ.Ma.ho.* 1. *Hil.ſ. Matth. cano.* 6.
f *Aug.* 2. *ſer. Dom. in mõte Ori.ſ.eã.l.* 2. 2.
g *Au.* 17. *ciu. Dei.* 20. *Ber.ſ. Prou.* 9. *Dion. epiſt.* 9.
h *Gr.ſ.* 1. *Re.* 2
i *Ori. ſ. Ioſu. ho.* 13. & *ſ.Ie. hom.* 1. *Hie.ſ. Iere.* 1.
k *Hie.ſ.Iſ.* 25
l *Caſſi. lib.* 4. *cap.* 36.
m *Ori.ſ.Mat. ho.* 27. *Hil.ſ. Matth. cano.* 24.
n *Am.epi.* 12.
o *Hie.ſ.Ie.* 22
p *Ru.ſ.Am.* 9 *Hie.ſ. Iſa.* 65.
q *Phi.de Cherubi.*
r *Ori.ſ.Num. ho.* 13.
ſ *Gr.* 10. *Mor.* 16. & 19. *m.* 8 *Bed.ſ. Prouer.* 14. 24.
t *Gr.* 2. *mo.* 24
u *Orig.ſ.Ioſu ho.* 24.
x *Amb. apol. Dauid. c.* 17. *Gre.pſ.* 50.
y *Hie.Nab.* 3.
z *Gre.in Eze. ho.* 12. & 168 *Mora.c.* 5.
aa *Ori.ho.* 19. *in Matth. Ambr.l.* 9. *in Luc.c.* 3.
bb *Gr. Ca.* 4.
cc *Hie. Iſa.* 5.
dd *Amb.* 2. *de Abraha.c.* 3. *Rup.* 4. *ſ. Ge. c.* 27.
ee *Gr.* 1. *R.* 14
ff *Ori.Ro.* 14.
gg *Hie.Ie.* 22.
hh *Au.pſ.* 88
ii *Hi.Amo.* 9
kk *Hi.Ez.* 41.
ll *Hie.Iſa.* 58
mm *Hi. Ez.* 13.
nn *Ambr.ſ.* 1. *Cor.* 3. *Au. de fide & operibus.* 16. *Cl.Ale.* 5. *ſtro. Chry.ſ.* 1. *Co. ho.* 9.
oo *Gr.mo.* 34 *Ru.* 2. *de glor. Trin.* 1.
pp *Hi.ſ.Iſ.* 58
qq *Hi.ſ.Iſ.* 49.

Digitized by Google

Ædificat domum nouam,qui *a* nouam inducit doctrinam. *Deut.* 12. *b.*aut qui virtutes nondum ad perfectum duxit.

Extruens sibi Salomon piscinas aquarum. *Eccle.* 2.*a.* Et ædificans sibi domos ibidem. 3. *Reg.* 7.*a.* ad voluptates referuntur.

Ædificans Cain ciuitatem.*Gen.*4.*c.*designat *b* malos, qui in rebus terrenis se firmare nituntur. Sic & Assur ædificauit Niniuem.*Gen.* 10.*b,*Ad idem faciunt.3.*Reg.* 12.*f.* 15. *e.* Item ædificantes Tyrum abietibus de Sanir,vbi & finitimi dicuntur Tyrum ædificasse:vt *c* ostendatur gloriam eius,& decorem non esse illi ex se ipsa. *Ezech.* 27. *a.* Aedificatur autem Hierico,id est,ciuitas mundana,cum dispendio ædificantis.*Iosu.*6.*d.*3. *Re.*16.*g.*Aedificare etiam ciuitates Pharaoni,est vacare operibus mundanis iuxta cupiditatem.*Exod.*1.*b.*

Ædificare Babylonem more superborum,& hypocritarum,est *d* ad omnem humilitatem se inclinare,'& quasi religionis obtentu ad omnem se vtilitatem,& abiectionem exponere:& ad quælibet , in quibus solent homines erubescere,qualis est vilis habitus,humilis gestus,tenuis cibus, voluntaria seruitus,se promptum ostendere:& de ipsis postea gloriari.Sic dixit Nabuchodosor.*Dan.*4.*f.*Nonne hæc est Babylon,quam ego ædificaui?

Ædificatio turris Babel,extructionem superbiæ,& hæreticorum dogmatum designat : qua aduersus Deum , & ecclesiam eriguntur:quæ tamen in confusionem illis vertitur.*Genes.* 11.*a.* Aedificant autem domum in vanum laborantes sine Deo,*e* tam Philosophi,quàm hæretici inania docentes. *Psalm.* 126. Et ædificatur domus amphoræ in terra Senear.*Zach.* 5.*a.*quum *f* iniquitas firmatur in mundo,vel quum auaritia,& cupiditas firmatur in fœtore. Et dicitur peculiariter ædificari ei domus:quia radix omnium malorum est cupiditas. 1. *Timo.* 6.*d.*De his autem ædificatoribus dicit Dominus.*Mala.*1.*a.*Ipsi ædificabunt,& ego destruam.

Ædificat diabolus quasi tinea domum suam. *Iob.* 27. *d.* quia , *g* vt tinea consumit , & demolitur habitaculum suum:ita diabolus domum perditi populi sui in interitum eius ædificat:qui habitationem sibi temporariam , & paulatim solubilem præparauit,possessurus ęterna supplicia,Aedificat etiam hęreticus quasi tinea domum suam, qui locum suæ perfidiæ non nisi in mentibus,quas corruperit,facit. Qui etiam sequaces suos ab æterno igne liberos esse pollicetur.Spondet quippe eis refrigerium quietis æternæ:sed verba eius soliditatem non habent:quia plenitudine veritatis carent.

Ædificant ciuitatem,aut Sion in sanguinibus.*Mich.*3.*c.Habac.*2.*c.* qui *h* rapinis pauperum , & cæde insontium se fortiores efficiunt.Et hæretici,qui omnem regulam scripturarum malis interpretationibus deprauant.Et prælati,qui quoscunque de asseclis suis ordinant clericos,& vitam eorum in scandalum populis exponentes, rei sunt infidelitatis eorum,qui scandalizantur.Et diabolus,& Antichristus sic ædificant , cum eorum videlicet, quos deceperunt interitu.Dicitur autem diabolus , aut hæreticus ædificare munitiones ad obsidendam ciuitatem:*i* quum variis fraudibus impetit ecclesiam,vel animam.*Eccl.*9.*d.*Porrò ædificatio Zabuli,est super arenam, *k* sicut Christi supra petram.*Matth.*7.*d.*

Ædificantes,qui lapidem reprobauerunt,sunt *l* sacerdotes,Scribæ , & Pharisæi qui Christum reiecerunt. *Psal.* 117.*Matth.*21.*d.Mar.*12.*a.Luc.* 20. *c.* 1. *Pet.* 2. *b. Act.* 4.*b.* Et ipsi sunt,qui ædificant sepulchra prophetarum,quum ornant,& magnifaciunt literam prophetarum,reiecto sensu spirituali.*Matth.*23.*c.Luc.*11.*g.*

Ædificare altare Domino de sectis lapidibus *Exod.* 10.*d.*est scindere *m* vnitatem ecclesiæ : ac si diuidere à fraterna societate per odium,& schismata.Est etiam arrogare sibi virtutes,quas Deo debet ascribere.

Ædificare altare coram vitulo.*Exod.*3.*a.*est constituere errores , & parare voluptates. Idem designat altare sacrilegium.*Iosu.*22.*d.*Et ædificatio altarium per Manassem.4.*Reg.*21.*a.*2.*Paral.*33.*a.* Et ædificare excelsa Trophet. *Iere.*7.*g.*19.*b.Hose.*8.*d.*Ad idem ædificatio septem ararum.*Num.* 23. *a.* Et ædificatio phani Chamos per Salomonem.3.*Reg.*11.*b.*Et ædificatio gymnasij.1.*Mach.*1.*b.*

Ædificant lupanar in capite omnis viæ hæretici,quum *n* ponunt in sacris libris captiones iis,qui noui sunt in fide.*Eze.*16.*c.*Aedificant etiam sibi lupanar , qui tota frontis libertate delinquit,iuxta illud *Prou.* 18. *d.* Peccator, cùm venerit in profundum iniquitatis contemnit. Et in omni capite viæ ædificat , qui nulla peccatorum genera derelinquit.

Ædificare se dicunt hæretici quadris lapidibus , *o* arrogantes sibi virtutes ecclesiæ. *Isa.* 9. *b.* Ædificant autem compositione,& structura verborum:vt ita tuti maneant.*Amos* 5.*c.Sopho.*1.*c.*1.*Mach.*1. *a.* Ædificare autem intendit hæreticus domum latam:*p* sed paruulam facit,hoc est,conuenticulum sectatorum:& cœnacula perflatilia:quia circumferuntur omni vento doctrinæ. *Ierem.* 22. *f.* Ædificare autem volentes hostes domum Dei cum Iudæis.1. *Esdr.*4.*a.* designant hæreticos fingentes se tenere cum Ecclesia : vt ita valeant incautos decipere,dicuntur autem mali ædificari,quum roborantur.*Malach.* 3.

Ædificat Deus in gyro,quum *q* vndique pressuris hominem coarctat.*Thr.* 3.*a.* Et ædificat munitiones , ne quis putet se effugere posse manum Dei.

Ædificans Ioathan portam domus Domini sublimissimam.4.*Reg.*15.*g.*2. *Par.* 27.*b.* designat *r* Deum instituentem sublimes virtutes.

Ædificans Ezechias puteum ad aquam.*Ezech.*48.*c.*piscinam videlicet,designantem baptismum.

Ædificare domum suam impendiis alienis.*Eccl.*21.*b.*est *s* quod faciunt hæretici , qui per testimonia scripturarum,suos fabricant errores.

Aedituus.

AEdituus dicitur,qui curam habet ædis,seu templi.

Æditui sanctuarij ex Leuitis,qui polluerunt domum Dei, significant *t* sacerdotes Iudæorum:qui etiam à domo Dei eiecti sunt.*Ezech.*44.*c.Hos.*10.*b.Sop.*1.

Æditui etiam dicuntur *u* sacerdotes idolorum.*Hos.*10.*b.*

AEger,AEgrotus,quære infirmus.

AEgyptus,AEgyptius.

AEgyptus,interpretatur tenebræ.Dicitur autem Hebraicè Misriam,id est , tribulans , siue ad angustiam redigens.Est prouincia insignis Palestinæ confinis:in qua peregrinatus est Abraham, & postmodum eius posteri filij Israel:vbi ab indigenis variè afflicti sunt,indéque à Deo cum multis signis,& prodigiis , doctoribus Mose & Aaron,educti sunt.

Typum gerere solet Ægyptus *x* præsentis seculi, quò cùm descendisset Abraham fame coactus, vt ibi peregrinaretur:instructio est religiosorum, qui non nisi necessitate coacti à monasterio ad seculum descendere debent. Inde ingreditur Abraham diues:hoc est , Christus ex hoc mundo:& per iter quo venerat : id est eadem charitate: qui & ingressus est in Ægyptum in nube carnis.In Ægypto etiam,hoc est in mundo,opprimitur populus Israel, hoc est,fideles,vt pœnitentiam agant sub oneribus luti & laterum, & paleæ conducendæ : quæ significant pressuram multiplicem,quam patimur in hac corporea mole, maximè , dum contendimus redire ad Deum. Solet designare mundum in his ferè locis.*Gen.*12.*c.*13.*a.*37.*e.*39.*a.*41.*c.*41.*a.*47.*c.Exod.*1.*a.*9.*b.*11.*a.*13.*b.*14.*a.* 16.*a.*17.*b.*18.*a.* 19.*a.*20.*a.*22.*c.*29.*g.*32.*a.*33.*a.*34.*c.Leu.*11.*g.*22.*d.*26.*g.Num.*14.*a.*21.*b.*23.*d.*24.*b.Deut.*4.*c.*11. *a.* 25.*d.Ios.*5.*b.*13. *a.* 3.*Re.*4.*d.*10.*d.*2.*Pa.*1.*d.*9.*g.Ps.*67.77.79.80.104.113.134.1.*Esdr.*3.*d.Is.*7.*c.*10.*c.*19.*a.d.*20.*c.*30.*a.Ez.*20.*a.*23.*d.*29.*a.*39. *a.Hos.*7.*c.*9.*a.* 11.*a.*12. *a.Amos* 2.*c.*4.*c.*9.*c.Mic.*6.*a.Agga.*2.*a.Act.* 7.*c. Hebr.*11.*f.*Ægyptus autem aliquando sumitur pro mundo,vt species pro genere.*Thr.* 5.*b.*Ægypto dedimus manum,& assyriis.

Ægyptus etiam dicitur Hierusalem.*Apoca.*11.*c.*Et ex hac Ægypto,vocauit Deus filium suum, quum inde eum eduxit:& etiam populum fidelium.*Hos.*11.*a.Matth.*2.*c.*

Ægyptus etiam, vt interpretatur tenebræ , dicitur *y* vita erroribus , & vitiis obtenebrata:aut ipsa vita præsens. *Deu.*28.*g.*24.*b.*25.*d.Ios.*5.*b.*1.*Reg.*15.*a.Psa.*80.112.134.135.*Isa.*52.*b.Iere.*2.*b.d.Ezec.*16.*c.*17.*d.Zacha.*10.*d.*Et secundum quòd fleuit Ægyptus Iacob,hanc vallem lachrymarum designat.*Gen.* 50.*a.*

Vt autem Isaac prohibitus est à Deo descendere in Ægyptum,potest Ægyptus significare obstinatos,vel ipsam obstinationem, à qua maximè est cauendum.*Gen.* 29.*a.*

Vt etiam Iacob descendit in Ægyptum,& inde à Domino eductus est:designare potest limbum , *z* quò descen-

derunt

---

a *Gl. int. su- Deut.* 20.
b *Bed. Ge.* 4.
c *Hi.s.Ez.*27.
d *Ricar. de S. Vict. de secu. conscien.*40.
e *Hi.s.ps.*126
f *Hie.s. Za.* 5 *Gre.* 14. *mor.* 28.
g *Hie.s.Io.*27 *Gre.*18.*mo.*9.
h *Hie.s.Mich* 3.& *s.Hab.*2.
i *Hie.s.Ecc.*9.
k *Ori. ho.*1.*in Ierem.*
l *Ori.s. Matt. ho.*19.26. *Arn.s.ps.*117. *Hie.s.Mat.*21
m *Gl.ord.sup. Exod.*27.
n *Or.s. Ezec. ho.* 8. & *sup. Mat.ho.*26. *Hie.s.Eze.*17
o *Hie.s.Isa.*9. & *s. Amo.* 5.
p *Hie.Ier.*22.
q *Hie.s.Tr.*3.
r *Ly.s.*4.*Re.*15
s *Glo.ord.sup. Eccl.*21.
t *Ru.s.Hos.*10
u *Hi.s.Ho* 10.
x *Tert. adue. Iude. Ori.s. Nu.ho.* 17.19. & *su. Rom.*2. *Hi.s.Is.*19.& *Eze.*19.& *epi mēsurā chari' Isyc.s. Le.* 22. *Cy.*3.*s.Io.*3.4 & *de ador in Spiritu sancto. Amb.s.ps.*118 *serm.*5. *Geo. Ven.can.* 1.*to.*7.*ca.*21. *Rup.*2.*s.Mat. Tertu de spe. culis.*& *de baptismo. Ru.*2.*s. Mat. Ori.s. Nu. ho.* 26.27. & *su. Ezec.*12.
y *Gr.s.*1.*R.*15 *Arn.s.ps.*135 *Hie.s.Eze.*16. *Au.s.Ps.*80. *Au.s.Ps.*77.
z *Ori. s. Gen. ho.* 15.

Voluptates.
Firmari in terrenis.
Humilitas ficta.
Superbia. Hæresis. Cupiditas.
Corrumpens mentes Diabolus.
Falsa promissa hæreticorū.
Varia nocumenta proximorum.
Sacerdotes Scribæ & Pharisæi.
Scindere vnitatem ecclesiæ.
Ascribere sibi virtutes.
Constituere errores.
Parare voluptates.
Captiones hæreticorum.
Impudenter peccare.
Arrogantes hæretici sibi virtutes ecclesiæ.
Castigatio Dei.
Sacerdotes Iudæorum.
Sacerdotes idolorum.
Mundus.
Hierusalem.
Vita vitiosa.
Vita præsens.
Obstinati vel obstinatio.
Limbus.

Digitized by Google

derunt ſancti patres: indéque à Domino educti ſunt. *Gen.* 46. *a.*

Inferi. Significat etiam Ægyptus *a* inferni tenebras: vt quum dicitur, Sur eſſe è regione Ægypti. 1. *Regu.* 15. *b. Ier.* 37. *b.* 46. *b. Thr.* 5. *a. Eze.* 16. *c.* 20. *b.* 29. *b.*

Dæmones. Ægyptus præterea, vt interpretatur anguſtia: & quia Ægyptij gratanter ſuſceperunt filios Iſrael, quos poſtea diu oppreſſerunt, & tandem coacti dimiſerunt, deſignat *b* diabolum, qui lepidè ſuſcipit hominem, & ſuſceptum affligit, nec dimittit, niſi virtute diuina coactus. *Ex.* 1. *a.* Et quum dicitur, Ægyptus, aggrauatus eorde: multitudinem dæmonum, & impœnitentium ſignificat. 1. *Reg.* 4. *b.* 6. *Pſalm.* 134. 135. *Iſ.* 30. *a.* 31. *a.*

Affligentes ecclesiam. Deſignat etiam Ægyptus eos, qui cùm ſint de eccleſia, ipſam eccleſiam affligunt, occidentes primogenita ſua, hoc eſt, fidem. *Pſalm.* 134.

Caro noſtra. Ægyptus præterea dici poteſt *c* caro noſtra, in qua multiplicantur filij Iſrael, viuente Ioſeph, hoc eſt, bona opera, viuente in ea Chriſto: aut viuente rege, qui nouit Ioſeph. *Exod.* 1. *b. Gen.* 12. *c.* Aut multiplicantur poſt mortem Ioſeph, hoc eſt cùm mortificata fuerint membra noſtra.

Eccleſia. Ægyptus etiam, vt eſt frumenti ferax, Eccleſiam ſignificare poteſt: vnde colliguntur frumenta doctrinæ, bonorum operum, & ſacramentorum ad ſuſtentandos fideles. *Gen.* 41. *f.* 42. *a.* 47. *b.*

Mundani. Ægyptius ſignificare ſolet *d* mundanos, & vitiis deditos: qui abominantur, & execrantur paſtores ouium, hoc eſt, doctores virtutum. *Gen.* 46. *d.* Et ipſi perſequuntur, & affligunt filios Iſrael: quia mali ſemper inferunt moleſtias bonis. Et generaliter Ægyptij ſunt *e* carnaliter viuentes, opera tenebrarum, cogitationes ſordidæ, ignorantiæ tenebræ: feri, & barbari mores: quos Ægyptios debemus in nobis extinguere, ſicut occidit Moyſes. Eiſdem conuenit nomen Ægyptij. *Gen.* 12. *c. Exo.* 2. *d. Hoſ.* 8. *d. Ioel.* 3. *d. Apoc.* 11. *d.*

Curam habẽtes corporis. Affectus puerilis. Ægyptij etiam dicuntur curam habentes corporis, & voluptatem finem facientis: & affectus puerilis, qui & Ægyptus dici poſſunt. Et generaliter peccatores Ægyptij. *Nahu.* 3. *b.* Et vetus homo, qui ſuffocatur in baptiſmo, tanquam in mari.

Gentiles. Gentilitas. Ægyptij etiam ſunt Gentiles, *f* qui acceperunt Chriſtum, vt Ægyptius accepit Ioſeph. *Gen.* 39. *a.* 43. *c.* 45. *a. Exo.* 32. *c. Pſalm.* 67. 104. *Mat.* 2. *c.* Et Ægyptus ſignificat gentilitatem. *Nu.* 14. *c. Deut.* 23. *b. Iſ.* 11. *d.* 19. *d.* 43. *a.* 45. *c. Ezech.* 29. *c.* 30. *a. Hoſ.* 2. *c.* 11. *a. Zach.* 14. *d.* 1. *Mach.* 1. *b.*

Dæmones. Ægyptius interdum dicitur diabolus: quem percuſſit Moſes, *g* hoc eſt Chriſtus. *Exod.* 2. *b.* 3. *g.* Et quum Ægyptij non poſſunt bibere aquam fluminis, dæmones deſignant: quum nequeunt animas peruertere & deuorare. *Exo.* 7. *d.* Et ipſi perſequuntur filios Iſrael: ac tandem omnes merguntur in infernum. *Exo.* 14. *b.*

Miniſtri diaboli. Ægyptij quoque dicuntur *h* miniſtri diaboli, ſicut Ægyptij erant miniſtri Pharaonis. *Gen.* 46. *d. Exo.* 18. *b.* 19. *a. Num.* 33. *a.* 2. *Reg.* 25. *c.* 1. *Par.* 11. *e. Hoſ.* 7. *c.* 9. *b. Nah.* 3. *b. Zach.* 10. *d.*

Hæreticus. Ægyptius etiam dicitur hæreticus, *i* aut alius quiuis dans literæ ſenſum carnalem, & habens ſapientiam mundanam, & erroneam. Huiuſmodi ſunt, qui volunt corrumpere Saram, id eſt ſapientiam. *Gen.* 12. *d.* Talis Ægyptij filius eſt, qui blaſphemat Deum. *Leu.* 24. *b. Iere.* 2. *g.* 41. *d.* 42. *c.*

Habens mundanam ſapiẽtiam. Ægyptij pereuntes in mari, peccatorum *k* gerere typum poſſunt, quæ in baptiſmo delentur. *Exo.* 14. *b.* Vbi omnes perire dicuntur, quia omnia in baptiſmo delentur peccata.

Contemptibilis in mũdo. Vir Ægyptius, quem inuenerunt milites Dauid in agro. 1. *Reg.* 30. *c.* deſignat eum, *l* qui contemptibilis erat in mundo: quem inuenientes Dauid, id eſt Chriſtus, conuertit, & facit ducem, & prædicatorem.

Vetus teſtamentum. Ægyptia ſeruiens, quæ eſt Agar, teſtamentum vetus *m* ſignificare ſolet: quæ accipit filio vxorem de terra Ægypti: ſecundùm quod vult legis literam obſeruari. *Gene.* 21. *a. c. Gal.* 4. *d.*

Anima peccatrix. Ægyptia interdum animam peccato obſcuratam ſignificare poteſt, vel ipſam carnem.

Caro. Vir Ægyptius dictus Moſes, qui liberauit puellas Madiam *n* Chriſto conuenit ſecundum carnem. *Exo.* 2. *d.* Vel deſignat doctorem defendentem minores.

Chriſtus.

Doctor.

AEmulari, quare Zelus.

AEnigma.

AEnigma, dicitur ſermo obſcurus: qui licèt videatur allegoria, recedit tamen à communi ſenſu pluſquàm allegoria: vnde non facile poteſt intelligi. Ideò Deus dicitur videri interdum per ænigmata, quum apparet *o* in ſimilitudine, quæ longè abeſt à naturæ diuinæ clara repræſentatione. *Nu.* 12. *b.* 1. *Co.* 13. *c.*

Ænigmata à ſapientibus, & prophetis proferri ſolent, ne clara veritas ab indignis percepta contemptui habeatur. *Iob.* 13. *c. Prou.* 1. *a. Eccl.* 47. *c. Ezec.* 17. *a. Hab.* 2. *b*

Regina Saba tentauit Salomonem in ænigmatibus. 3. *Reg.* 10. *a.* 2. *Par.* 9. *a.*

AEqualis, AEquus, AEqualitas, AEquare, Adæquare, Exæquare.

AEqualia dicuntur, quæ eandem ſpecie quantitatem habent: vt bicubita, aut tricubita.

Æqualitas Chriſti ſeu diuini Verbi cum Patre, eſt ſecundum identitatem eſſentiæ. *Ioa.* 5. *c. Phil.* 2. *a.*

Coæquaſſe dicitur Deus Iſraelem primogenito ſuo. *Eccl.* 36. *b.* quia *p* fecit primogenitum ſuum aſſumere naturam humanam de genere Iſrael. Et ipſum fecit hæredem primogeniti.

Accipere de gratia Chriſti. Æquauit Deus gratiam gratiæ lapidis primarij. *Zachal.* 4. *c.* quum *q* omnes de plenitudine gratiæ Chriſti accepimus gratiam pro gratia, id eſt pro gratia legis, gratiam euangelij: vt æqualem gratiam, & par munus, & ex Iſrael credentes acciperent, & populus Ethnicorum.

Viſio beatifica ſecundùm menſuram charitatis. Æqualis longitudinis, & latitudinis, & altitudivis, dicitur eſſe Hieruſalem cæleſtis: *r* quia tanta erit in beatis cognitio, quanta charitas, & nunquam deſinent. *Apoc.* 21. *e.* Sic ponuntur æqualia latera Ariel. *Ezech.* 43. *e. Pſalm.* 64. Deſignatur etiam conſona, & concors omnium confeſſio.

Concordia beatorum. Æqua menſura dicitur eſſe ſagorum tabernaculi. *Exod.* 26. *b.* quia *ſ* debet eſſe in ſtudioſis paritas virtutum, vt non in vna ſe exerceant, aliam verò negligant. Vel deſignatur *t* vna fides in qua tota ſaluatur eccleſia: & vna vita æterna, ad quam feſtinat.

Paritas virtutum. Æquale pondus aromatum ponitur in thimiamate. *Exod.* 30. *d.* quia Chriſtus æqualiter ſe obtulit ſacrificium pro omnibus.

Vna fides. Æqua menſura ſacrificij diuiditur cunctis filiis Aaron. *Leu.* 7. *b.* quia *u* omnes fideles ſimilia debent ſentire de Deo, & Chriſto: & non cum hæreticis conſentire.

Similia de Deo ſentire. Coæquales pueri. *Matth.* 11. *b.* dici poſſunt eiuſdem generis homines.

Æqualitas ſit in beatitudine dantis, & accipientis eleemoſynam. 2. *Cor.* 8. *e.* In beatitudine quoque homines æquales angelis. *Luc.* 20. *f.* Æqualiter etiam diuiditur præda pugnantibus, & manentibus ad ſarcinas. *Nu.* 31. *d.* 1. *Reg.* 30. 2. *Mac.* 8. *f.*

Non adæquantur abietes cedro. *Ezech.* 31. *c.* quum ſublimes virtute non ſe eleuant in ſuperbiam, ſicut Antichriſtus.

Diſſipatio hæreticorum. Coæquatum tabernaculum Madianitarum funditus terræ, deſignat diſſipata munimenta hæreticorum. *Iud.* 7. *d.* Sic: *x* æquat Deus terræ parietem litum. *Ez.* 13. *b.* quum cõfundit vanam hęreticorum fiduciam. Idem deſignat adæquata Babylon pulueri. *Ier.* 50. *b.* 2. *Reg.* 8. *a.*

Præparatio animæ. Adæquare terram ad ſerendum. *Iſa.* 28. *g.* eſt *y* præparare animas ad ſuſcipiendum ſemen verbi Dei.

Sublimitas ſapientiæ diuinæ. Non adæquatur aurum, vel vitrum ſapientiæ. *Iob,* 28. *c.* quia *z* quantalibet Sancti claritate, & perſpicuitate fulgeant, non adæquantur Chriſto, nec etiam topazius. Sic non æquantur nubes domino, quum prædicatores ſubiecti ſunt Deo, vt ab illo miſſi. *Pſa.* 38. Nec æquatur homo Deo. *Iob.* 32. *d.*

Adæquatus dicitur fructus vitis frondoſæ ipſi viti. *Hoſ.* 10. *a.* quando *aa* in Iudæis primo tempore erat eccleſia: & quando hæretici poſteriori tempore etiam erant in eccleſia ante lapſum.

Æqua pondera ſunt habenda: & æquum iudicium omnibus faciendum. *Leuit.* 19. *g.* 24. *d. Deut.* 25. *d. Iob.* 9. *d.* 19. *a. Ecc.* 42. *a. Prou.* 8. *a.* 11. *a. Luc.* 6. *c.* Non *bb* aliter iudicanda ſunt opera proximorum quàm noſtra.

Chriſtus. Æquitas, quàm proponit Deus, *cc* eſt Chriſtus. *Iob.* 23. *b.* Et ipſe annunciat hominis æquitatem, *dd* ſecundum quod dignatus eſt noſtram ſuſcipere infirmitatem. *Iob.* 33. *c.* Et iudicia Dei dicũtur æquitas. *Io.* 9. *c.* Et via Domini

a *Ori. ſ. Exec. ho.* 7. *Gre. ſ.* 1. *Re.* 15
b *Geo. Venet. Cant. t. to.* 7. *ca.* 34. *Gr. ſ.* 1. *Re.* 16. *Bed. ſ. Exo.* 3. *Au. ſ. Pſ.* 134. *Or. ſ. Ex. ho.* 1.
c *Ambr.* 2. *de Abr.* 4. *Bed. ſ. Exo.* 1.
d *Am.* 1. *de Ca in* 6. & 2. *de Cain.* 4. *Au. q. in Gen.* 154. *Gre. Niſſ. de vita Moſis.*
e *Or. ſ. Ex. h.* 5 *Amb.* 2. *de Abra.* 4. *Phi.* 2. *alle.* & *de cõgreſ. &c. Au.* 22. *cõtra Fau. c.* 30. *Chr. ſ.* 1. *Cor. ho.* 15.
f *Ar. ſ. pſ.* 104 *Hi. ſ. Ma. cã.* 1 *Hie. Agl. ſi.* 2. *Or. ſ. Ex. ho.* 5. *Cyr. de ado. in Spiritu ſe.*
g *Bed. Ex.* 2.
h *G. in. ſ. C.* 16 *Bed. ſ. Ge.* 12.
i *Hie. ſ. Ier.* 2. *Iſy. ſ. Leu* 24.
k *Am. de initia myſteri.* 3. *Au. de cat.* 20 *Cyr.* 6. *ſ. Io.* 15
l *Gr.* 3. *mo.* 29 *& ho.* 6.
m *Cyr. ſ. G.* 1
n *Ed. ſ. Ex.* 2.
o *Ly. ſ. Nu.* 12

p *Gl. in ſ. eccl. ſ.* 36.
q *Hie. ſ. Za.* 4.
r *Ru.* 12. *ſ. Ap*
ſ *Bed Ex.* 26.
t *Gl. ord. ſup. Exod.* 26.
u *Iſy. ſ. Leu.* 7.
x *Hi. ſ. Ez.* 13.
y *Hie. ſ. Iſ.* 28.
z *Gre.* 18. *mo.* 31. 35.
aa *Glo. in ſcp. Hoſ.* 10.
bb *Ly. ſ. Le.* 19
cc *Gr.* 16 *mo.* 15. & dd 14. *mor.* 3.

Digitized by Google

dicitur æquitas. *Ezech.* 18. *f. Pſ.* 9. 10. 16. 95. 118. 142. *Iſa.* 11. *a. Mal.* 2. *b. Act.* 17. *g.*

Coæquans Salomon voraginem ciuitatis Dauid. 3. *Reg.* 11. *c.* Et in æqualitatem reductæ valles. *Bar.* 5. *b.*

Æqualis ſpatij inter ſe iubentur eſſe ciuitates refugij. *Deut.* 19. *b.* quia *a* quantum credit quiſque, tantum ſperat, & quantum ſperat, tantum amat.

Æquum opus calamorum candelabri. *Exod.* 37. *c.*

Locus maculæ lepræ æqualis vicinæ carni. *Leu.* 13. *e.* eſt *b* quum non exuberat impietas.

Coæquans Deus pedes Dauid ceruis. 2. *Reg.* 22. *c.* eſt *c* dans promptitudinem ad bene operandum.

Coæquari triticum arenæ maris. *Gen.* 41. *f.* eſt *d* hyperbolica comparatio.

Æqualiter diuidens ſors omnes Leuitas. 1. *Par.* 24. *d.* Oſtendit tollendam acceptionem perſonarum in conferendis dignitatibus.

a *Gl. inte. ſup. Deut.* 19.

b *Glo. in ſ. Le* 13.

c *Ly. ſ.* 2. *Re.* 22

d *Ly. ſ. Ge.* 41.

Aer, Aura, Ventus.

AEr vnum è quatuor elementis leuius, & ſubtilius aqua, grauius igne, natura calidum & humidum, neceſſarium ad vitam animalium, reſpiratione viuentium: quod ratione ſuæ ſubtilitatis faciliſque trâſmutationis, facile qua ſuis impreſſiones recipit: in eóque volucres volant, vt piſces in aqua. Auro dici ſolet aer ſubtilius, & refrigeratus, Ventus autem dicitur aer ipſe agitatus, magno impetu occurſu contrarij pulſus.

Aër eſt *e* tanquam medium glutinum, & compago diuerſo ſimul coniungens: ideo meritò reſpondet Spiritui ſancto ſeu virtuti eius vnienti omnia, quæ diſſidentia videntur, & roboranti in omnibus fiſtulis mundani inſtrumenti. Et hoc eſt, quod per Ezechielem dicitur: *f* Et ſpiritus vitæ erat in rotis. Et quod hic de mundano, Paulus de humano inſtrumento docet, dum ait: Idem autem Spiritus diuidens ſingulis, prout vult. Dicitur ergo Spiritus ſanctus ignis: quia purgat, & conflat: aer autem, quia nectit; ligat, conglutinat. & implet omnia ab eo implenda. Et ipſe Spiritus ſanctus dicitur ventus. *Danie.* 2. *e.* Et ventus turbinis, vitia atque peccata ab hominibus auferens. *Eze.* 1. *a.* Et ventus vrens. *Exo.* 14. *e. Hoſ.* 13. *d.* Exſiccans humorem vitiorum.

Spiritus ſanctus.

Aura tenuis *g* inſpirationem ſignificat Spiritus ſancti, quæ ſubtiliter mentes penetrat: aut ſpiritualium rerum ſubtilitatem. 3. *Reg.* 19. *c. Iob.* 4. *d.* Vbi dicitur aura *h* lenis: quia notitiam ſuam Deus, quatenus cognoſci vtcunque valeat, noſtris ſenſibus temperat.

Inſpiratio Spiritus ſancti. Subtilitas rerum ſpiritualium. Deus.

Deus etiam interdum venti nomine deſignari poteſt, *i* ſecundum naturalem nobilitatem, vimque animandi, & celerem inſuperabilemque diſceſſum & nobilium principiorum, atque finium incognitas nobis, atque inuiſibiles latebras. De quo *Iob.* 3. *a.* Spiritus, vbi vult, ſpirat: & neſcis vnde veniat, aut quò vadat:

Venti educti de theſauris Dei, intelligi paſſunt *k* dona Spiritus ſancti quæ dat Chriſtus. *Pſa.* 134. *Iere.* 10. *c.* 51. *b.* Et ventus vrens, dici poteſt gratia Spiritus ſancti, quæ tollit ab anima omnem peccati prauum humorem. *Exod.* 14. *c.* 3. *Reg.* 18. *g.* 4. *Reg.* 3. *c.*

Dona Spiritus ſancti & gratia.

Ventus vrens, etiam deſignare poteſt *l* ipſum Chriſtum, qui noſtra delet peccata: & aſcendit de deſerto vteri virginalis. *Hoſ.* 13. *d. Ionæ* 4. *c.*

Chriſtus.

Venti, quos educit Deus de theſauris ſuis, dici poſſunt *m* Angeli de ſecretis theſauris Dei educti. *Pſ.* 134. *Amos* 4. *d.* Et venti appellatione, naturæ eorum ſumma celeritas intelligitur, quæ cuncta fermè abſque vlla temporis mora penetrat: motúſque ille é ſummis ad infima, rurſusque ex imis ad ſumma in momento pertingens: & infera, & ſecundo à ſe loco poſita ad ſuperiorem celſitudinem tollens, primaſque ſubſtantias ad tradenda inferioribus luci ſuæ conſortia, prouidentiſſimè mouens. Et venti quatuor pugnantes, deſignare poſſunt *n* quatuor Angelicas poteſtates, quibus principia regna commiſſa ſunt. *Dan.* 7. *a.*

Angeli.

l *Hie ſ. Hoſ.* 13. *& epi. Ncc opinanti.*

m *Dio.* 15. *hierar. cel.*

n *Hie. ſ. Dã.* 7.

o *Hie. ſ. pſ.* 17.

Ventus, quatenus ſubtilis eſt, ſignificare poteſt *o* ſubtilitatem mentis prædicatorum, vt *Pſal.* 17. dicitur Deus volaſſe ſuper pennas ventorum quia excedit ſubtilitatem mentis prædicatorum. Et Chriſtus volauit ſuper pennas ventorum, hoc eſt, ſuper virtutes ſanctarum animarum: quia Chriſtus velocior eſt vento, & leuior anima: & præcelſior angelis & Sanctis. Et fecit ventis pondus, quum *p* diuina ſapientia replet animas matura grauitate. *Iob.* 28. *d.* Venti autem dicuntur prædicatores propter animam, ſicut nubes propter corpus. Et quia neſcitur, vnde Deus producat animas, ſicut corpora, dicitur. *Pſalm.* 134. Qui producit ventos de theſauris ſuis: *q* vbi etiam peculiariter Apoſtoli, & generaliter perfecti quique deſignari poſſunt. *Amos* 4. *d.* Quatuor etiam venti, ſunt *r* ordines in eccleſia, mundantes terram, & incitantes ad bona. *Zach.* 6. *b. Apoc.* 7. *a.*

Mentes prædicatorum, vel ipſi prædicatores.

Apoſtoli. Perfecti. Ordines in eccleſia.

p *Gregor.* 19 *mor.* 4. *Euc. for. ſpi.* 3.

q *Hie. pſ.* 134. *Aug. pſ.* 134. *Arn. & Hil. ibid. Amb. ſer.* 26. *Rup. ſ. Am.* 4.

r *Rup. ſ. Zac. & Apoc.* 7.

Aura, quatenus eſt aer refrigerans, & non agitans, vt venti, conſolationem *ſ* deſignare poteſt, & tranquillitatem, præcipué à tentatione, & tribulatione: qua ratione dicitur Deus ſtatuiſſe procellam in aurã. *Pſ.* 106. *Da.* 3. *c.*

Conſolatio & tranquillitas.

Aer quandoque ſignificare poteſt vetus teſtamentum: vt quum dicitur: Tenebroſa aqua in nubibus aeris. *Pſa.* 17. Et aer cogitur in nubes, quum doctrina veteris teſtamenti obſcuratur in prophetis. *Iob.* 37. *d.*

Vetus teſtamentum.

Aer etiam ſignificat mentes ſecularium, quæ dicuntur *Iob.* 37. *d.* cogi in nubes, quum *t* illæ quæ innumeris huius vitæ deſyderiis diſperſæ erant ac fluidæ, per ſuperni reſpectus gratiam virtutis ſoliditate roborantur, vt intra ſinum cordis recta ſentiendo, ſe colligant, & in vanis cogitationibus non liqueſcant: huius aeris princeps dici ur diabolus. *Epheſ.* 2. *a.*

Mentes ſecularium.

Aer præterea labilitatem rerum deſignat, qua ratione dicitur *Sap.* 2. diffundi ſpiritus, tanquam mollis aer. Et *cap.* 5. *b.* Auis quæ tranſuolat in aere. Et *cap.* 7. *a.* dicitur communis aer. Sic. 1. *Cor.* 14. *b.* Dicuntur in aera loquentes, qui inutiliter loquuntur, & 1. *Cor.* 9 *d.* dicitur aerem verberare, qui fruſtra quippiam agit. & *Iob.* 6. *d.* 7. *b. a.* 37. *d.* vita humana *u* vento comparatur. Et qui nititur mendaciis dicitur paſcere ventos. *Prou.* 10. *a.* & laborare in ventum, eſt fruſtra quippiam agere. *Eccl.* 5. *b. Eccl.* 34. *a. Hoſ.* 8. *d.* 12. *a.*

Labilitas rerum.

Ventus vrens interdum eſt diuina vindicta. *Iob.* 27. *d. Ier.* 18. *c. Ezech.* 13. *b.* 17. *c* 19. *d. Amos* 4. *c. Ionæ* 1. *b.* Et exercitus Romanorum *x* exequens diuinam vindictam in Iudæos, fuit ventus vrens. *Ionæ* 4. *c. Agg.* 2. *c.* & ventus turbinis deſignat ſupplicia malorum. *Ezech.* 1. *a.*

Diuina vindicta.

Aura poſt meridiem, ad quam dicitur Deus deambulaſſe poſt peccatum Adæ. *Gen.* 3. *b.* deſignare poteſt defectum charitatis, in quem incidit Adam poſt peccatum: deſignat etiam frigus infidelitatis, quo conſtringebantur primi parentes poſt lapſum.

Defectus charitatis.

Aer corruptus vitam carnalem, & pollutam deſignare poteſt. Quia per aerem reſpiramus, & ſecundum interiorem diſpoſitionem aerem corruptum, vel purum efflamus. *Deu.* 28. *b.* 3. *Reg.* 8. *d. Ierem.* 51. *a.* Sic ſumitur pro libidine, *y* quum dicitur. *Ier.* 2. *e.* In deſiderio animæ ſuæ atraxit ventum amoris ſui.

Vita carnalis. Libido.

Ventum attrahere, deſignat penuriam audiendi verbi Dei: a quod ſublatis magiſtris, ſubtrahitur, vt neceſſarium alimentum. *Ier.* 14. *a.* Ver eſt diſcere doctrinam vanam ob defectum bonorum doctorum: vt ventus ſit doctrina vana. Vel eſt malitioſa ſuperbia inflari, & optare magis præeſſe, quàm prodeſſe.

Penuria verbi Dei.

Ventus quandoque deſignat *aa* gloriam tranſitoriam, & labilem, in qua, qui ponuntur, validi eliduntur. *Iob.* 30. *c.* Et verba ventoſa ſunt inanem gloriam reſonantia. *Iob.* 16. *a.* Et ſuperbia eſt vẽtus proiiciens impios *bb* tanquam puluerem. *Pſal* 1. & ſuperbia eſt ventus aquilo diſſipans pluuias. *Prou.* 25. *d. Eccl.* 43. *c.* & in ventum loqui, eſt inania, aut falſa loqui. *Ier.* 5. *e.* Idem eſt aerem verberare. Et ventum obſeruare. *Eccl.* 11. *b.* eſt *cc* fauorem populi in prædicando quærere.

Gloria tranſitoria. Superbia. Mendacium.

Vento omni doctrinæ dicuntur circumferri, qui inconſtantes ſunt in percepta fide. *Eph.* 4. *c.* Qui poſſunt dici arundo vento agitata. *Matth.* 11. *a. Luc.* 7. *d.* & fluctus maris, qui à vento mouentur. *Iac.* 1. *a. Iudæ d.* & ventum ſeminant, *dd* qui vana docent. *Hoſea* 8. *b.* Hunc ventum trahunt onagri, id eſt Iudæi. *Ier.* 14. *a.*

Inconſtantia in fide. Docentes vana.

Ventus vrens intelligi poteſt ſuggeſtio diabolica, *ee* aut ipſe diabolus, omnem frugem virtutis conſumens. *Gen.* 41. *d.* Idem etiam eſt ventus à regione deſerti. *Iob.* 1. *d.* 21. *c.* 37. *d. Ier.* 4. *c.* 8. *c.* 13. *d. Ezec.* 17. *c.* 19. *d. Hoſ.* 12. *a.* 13. *d. Amos* 4. *c. Ionæ* 1. *a.* 4. *c. Habac.* 1. *c. Agg.* 1. *c. Ioan.* 6. *b.*

Suggeſtio diabolica. Diabolus.

Venti, vt ſunt validi & vehementes, deſignant *ff* tentationes, & tribulationes. *Iob.* 1. *d.* 13. *d.* 30. *b. Sapien.* 4. *a. Eccl.* 12. *c.* 43. *c. Iſa.* 7. *a.* 32. *a.* 64. *c. Mar.* 4. *d.* 6. *f. Luc.* 8. *d. Ioan.* 6. *b. Act.* 27. *c. Iaco.* 3. *a. Apoc.* 6. *d.* & venti quatuor pugnantes in mari, ſunt tentationes, & affectus cordis inter ſe contrarij, & cor agitantes. *Dan.* 7. *a.* & venti impingentes in domum, ſunt *gg* rumores hominum, & tentationes, & perſequutiones, eccleſiæ. *Matth.* 7. *d.* 14. *c.* 8. *c.* & ventus turbinis eſt vehemens, & fortis tentatio, & perſequutio Ezech. 1. *a.* & etiam ipſe tentator. *Eccl.* 11. *b.*

Tentationes & perſequutiones.

e *Georp. Ven. cã.* 1. *to.* 7. *c.* 4. *Rica. de S. Victo. de ſomnio Nabucodonoſor.* 29.

f *Hie. ſ. Eze.* 1. *Beda. ſ. Ex.* 14 *Rup. ſ. Hoſ.* 13

g *Am. epi.* 62.

h *Gr.* 5. *mo.* 25

i *Diony. cale. hierar.* 15.

k *Or. ſ. Ie. ho.* 5

Tentator. Infernus.

Ventus proiiciens puluerem à facie terræ,*a* pœnas inferni designare potest,qui malos ventilabunt vt pulverem. *Ps.*1.17.34.82.*Isa.*17.*d.*41.*a.*57.*c.* 64.*b.Ezech.* 13.*b.Dan.*2.*e.*

Venti quatuor, vnde congregantur electi: *b* potius sunt figurati quàm figura, figurati enim sunt per castra Israel,quæ in quatuor ventos erant dispositа.*Matth.*24.*c.*1.*Paral.*9.*d.Ier.*49.*f.Ezech.*5.*c.*12.*d.* 37. *c.* 38.*c. Dan.*11. *a. Zach.* 2. *b.* 6. *a. Marc.* 13.*d.Apoc.*7.*a.*Venti quatuor turbantes mare, sunt regna mundana turbantia mundum. *Dan.*7.*a.*

Regna mundana.

Ventus turbinis significare potest commotionem futuram tempore iudicii.*Ezech.*1.*a.*

Inanis fiducia. Labores huius vitæ.

Ventus pascit pastores,*c* quum dispersuntur,vt non sibi constent.*Ierem.*22.*f.*ET ventus est inanis fiducia, quam habebant.

Ventus Auster exurens *d* labores huius vitæ significare potest.*Ezech.*27.*f.*

Ventus egressus à Domino,qui arripuit coturnices.*Num.*11.*g.*

Prosperitas.

Vento non ferenti pluuias,comparatur vir glorioſus,*e* & promissa non compleus.*Prou.*25.*b.*

Ventus *f* prosperitas.*Iob.*13.*a.*Quasi super ventum ponens elisisti me.

Aerumna.

AErumnæ propriè dicuntur furcinulæ, quibus viatores sarcinas suas religatas, tabella interposita, ferre consueuerant.Vnde factum est,vt onerosi,& graues labores ærumnæ dicerentur.*Eccl.*2.*d.*5.*d.*

Difficultas sẽsualitatis. Labor pœnitentiæ.

Aerumna in partu fœminarum, designat *g* difficultatem sensualitatis, ad exercenda bona opera *Geneſis.* 3. *c.*

Aerumna etiam est *h* labor pœnitentiæ. *Psalm.* 31. Conuersus sum in ærumna mea Sic *Marc.* 4.*b.* 2. *Corinth.* 11. *f.*

Aes, Aeneus, Aereus, Aerarium.

AEs metalli genus, colore nonnil aurum referens,licet obscurius, vilius argento, præstantius ferro:ad multa instrumenta obsequium præstat:est sonorum,& forte,seu durum.

Christus.

Aeneus serpens factus à Mose,cuius aspectu sanabantur,qui à serpentibus percussi erant: manifesta est figura *i* Christi.*Num.*10.*c.Ioan.*3.*b.*Fuit æneus propter perpetuam memoriam crucis Christi,quia quæ durant, ænea solemus appellare:& propter vocis claritatem, quia eius doctrina non tantum in Iudæos, sed in Gentes resonauit. Et vt ex mortuo serpente fiunt antidota contra viuos: sic mors Christi est nobis antidotum contra dæmonum morsus.Significatur etiam Christus specie æris sonori *k* propter suam prædicationem.*Ezech.*40.*a.Dan.*10.*b.* Vel designatur humanitas in Christo,quæ durabilis est per resurrectionem,& sonora per prædicationem.

Angeli.

Aes,qua parte auri speciem præfert,*l* angelorum inuiolabilem splendorem,& fortitudinem designat. *Iob.* 6.*b.* 37. *c. Ezech.* 1.*b.* Naturæ quoque æris est rubigine difficilè consumi:& virtutes angelicæ, quæ in diuino amore fixæ perstiterunt,lapsus superbientibus angelis,hoc in munere retributionis acceperunt, vt nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur.

Lex & prophetæ.

Aeneæ bases columnas de lignis Sethim sustentantes:prophetas designant, apostolorum prædicationem confirmantes.*Exod.*26.*g.*36.*d.*Et ænea terra,*m* est lex,& prophetæ.*Leuit.*26.*d.*quæ facta est ænea Iudæis,eam non intelligentibus.

Sacra scriptura.

Aes caudens,diuinum splendorem *n* designat in euangeliis refulgentem,*Ezech.*1.*b.Dan.*10.*a.*Et ipsa sacra scriptura cœlum æreum dicitur,propter perpetuitatem,& sonoram prædicationem.*Iob.* 37 *c.*Et æra minuta duo,quæ obtulit vidua,*o* vtrumque testamentum designare possunt.*Luc.*21.*a.*Et ænei montes significare possunt duo testamenta.*Zach.*6.*a.*

Prædicator. Prædicatio. Prophetæ.

Aes candens.*Ezech.*1.*b.*dici potest *p* prædicator,vel ipsa prædicatio, diuino amore accensa. Sonat enim verbo, & ardet desiderio.Aes quoque in templo,prædicationem designat.3.*Re.*7.*b.*Vt autem æs sonat,& non lucet, *q* prædicationem obscuram significare potest,& oris confessionem,ac ipsam vocem.*Exo.*25.*a.*31.*a.*35.*a.*Aeneę quoque fibulæ,quibus saga coniungebantur,sonum confessionis & prædicationis designant. *Exod.* 26.*c.* 36.*b.* Æneæ quoque columnæ atrij,& æneĭ paxilli tabernaculi & atrij, prophetas *r* & prædicatores significant.*Exod.* 27. *b.*38.*c.* 2.*Reg.*8.*b.*1.*Par.*18.*b.*22.*a.*29.*a.Iob.*28.*a.*Et vir,cuius erat species æris,*s* est prædicator.*Ezech.*40.*a.*ET æneĭ montes designare possunt fortem prædicationem Apostolorum.*Zach.*6.*a.*Hæc sunt æris metalla, quæ in montibus terræ promissionis fodiuntur.*Deu.*8.*b.*

Fortitudo. Fortes. Constantia.

Aes quod offertur in obsequium tabernaculi,*t* fortitudinem,& patientiam designare potest.*Exo.*25.*a.*36.*a.Leu.* 6.*d.Deut.*33.*d.*Et ipsos viros fortes.Et longanimitas constantiam,quam reputabit Leuiathan, *u* vt lignum putridum tempore Antichristi.*Iob.*37.*c.*41.*d* Et æneus murus dicuntur *x* fortes in fide confessione,& victæ sanctimonia:quia æs nulla violatur rubigine,nec cæsum imbribus deperit:sed vetustate fit fortius, *Ier.*1. *d.* 15. *d.* Et æneæ vngulæ Sion,insuperabilem ecclesiæ fortitudinem designant.*Mich.*4.*d.*ET ænea vasa altaris, sunt fortes,& patientes.*Exod.*38.*a.*ET æs ipsum in altari,est perseuerantia.*Exod.*27.*a.*38.*a.*1,*Esdr.*8.*c.*Et æneum altare.*Ezech.*9.*a.*

Timor Domini. Sensus hominis. Fides, & misericordia. Vehemens cõpunctio. Mediocres virtutes. Fortitudo aduersus dæmones. Sententia cõdemnationis æternæ. Instrumenta bellica. Prauæ cõsuetudines. Imperiũ Græcorum. Inanis gloria. Pertinacia. Fides, & virtutes sine charitate. Simulatio virtutum. Indurati. Hæreſes. Sapientia inanis Philosophorum.

Aeneæ bases columnas subſtantes, timorem Domini significare possunt: qui fundamentum est totius spiritualis ædificij. *Exod.* 26. *g.* 27. *b.* 36. *d.* 38. *b.* possunt etiam designare *y* sensus in homine extremum locum tenentes.

Aera minuta duo,quæ obtulit vidua,*z* fidem,& misericordiam significare possunt: quæ debet vna quæque anima in ecclesia Dei offerre.*Luc.*21.*a.*

Aeneum labium,in quo lauabantur sacerdotes ingressuri in tabernaculum testimonij, & accessuri ad altare. *Exo.*30.*c.*38.*a.*typus esse potest *aa* vehementis compunctionis, quam habere debent sacerdotes ad sacrum altare accessuri.

Aes, quod vertitur in aurum,& quod afferetur pro ignis.*Isa.*60.*c.*eos designat,*bb* qui eam vtilitatem afferunt in ecclesia, licet nondum perfectæ sint virtutis. Et æs corruptum dicitur, quum quis discedit ab ea mediocri virtute,quam habebat.*Ier.*6.*g.*

Aereus arcus significare potest fortitudinem aduersus dæmones.*Psa.*17.Posuisti vt arcum æreum brachia mea. Designat etiam arcus æreus sententiam *cc* æternæ condemnationis,vt *Iob.*20.*d.* Auarus fugiens arma ferrea, hoc est,egestatem,incidet in arcum æreum,hoc est,in sententiã damnationis æternæ. Hæc vox Dei resonat ad Moab quasi tibiæ æris.*Ier.*48.*f.*

Aes interdum designat instrumenta bellica,& æris inuentor dicitur fuisse Tubalcain.*Gen.* 4. *d.* quia bella initium habuerunt à filiis Cain.

Aereæ portæ,quas Deus contriuit,dicuntur *dd* prauæ consuetudines:& pertinax contradictio.*Ps.*106.*Isa.* 45.*a.* Et ærea vincula dicuntur consuetudo pertinax.*Dan.*4.*c.*

Aeneus venter statuæ,quam vidit Nabuchodonosor.*Dan.*2.*c.*Designauit imperium Græcorum,*ee* qui eloquentia valebant.Est etiam typus verborum,quæ per inanem gloriam prolata sunt,quæ aurum imitantur. Aes autem, cùm sit durabile,pertinaciam designare potest,quæ à suo consilio,vel proposito vix, vel nunquam deflecti valet: & quasi ventrem,& femora ærea habet,qui in eis etiam,pertinax permanet,quæ propter vtilitatem despicere,vel propter honestatem erubescere deberet.

Hæreſes. Sapientia inanis Philosophorum.

Aes sonans significare potest *ff* inanitatem fidei,& reliquarum virtutũ sine charitate.1.*Cor.* 3.*a.*Atque ita significat *gg* simulationem virtutum. Vt enim æs argentum imitatur in sono,sed multum dissonat in pretio:sic simulatio suauem adulationis tinnitum habet in sermone,&c.Ad hæc pertinent ærea scuta, quæ fecit Roboam pro aureis.3.*Reg.*14.*g.*Sic erat æreus extrinsecus Bel.*Dan.*14.*b.*

Aes propter duritiam,significare potest *hh* eos, qui in malitia indurati sunt. *Ier.* 15.*c.* Et ænea frons est eius, quem peccati non pœnitet.*Isa.*48.*a.*Et ænea caro dicitur eorum,*ii* qui percussi, vocem pœnitentis edunt, sed re vera minimè peccatorum eos pœnitet.*Iob.*6.*b.*40.*b.*

Aes,vt refert auri similitudinem, qua etiam aurum adulteratur, *kk* hæreses significat veritatem simulantes, à quo longè absunt.*Ezech.*22.*d.*Et vasa ænea, sapientiam inanem philosophorum significant, similitudinem auri

referentia

a *Ricar. de S. Victo. de vitio mutabili*
b *Aug.* 2. *de ser Domin. in mont. Cyr.*1.*f.Io.*22 *Bed.f. Gen.* 5. *Ori.f. Matth. ho.*30. *Rup.f.Dã.*12.
c *Lyr.f.Ier.*22
d *Hie.f.Ezec.* 27. *Greg.hom.* 2. *in Ezech.*
e *Bed. f. Prouer.*25.
f *Gre.* 2. *mor.* 28. 1:. *mor.* 24. 27.*mo.*:.
g *Glo. ord. f. Gen.* 3.
h *Gregor. f.* 1. *Reg.*6.
i *Ori.f. Ioan. ho.*4. *Aug.f.Gal.*3. *& serm.* 01. *Rup.*3.*f.Ioan.*
k *Hic.f.Dan.* 10. *Gre. f. Ezech. ho.*23.
l *Diony.cel. Hie.*1:. *Gre.*17. *mor.* 25.
m *Isi.f.Ie.*26.
n *Hic.f.Exec.* 1.*& f.Iob.*37.
o *Amb.de viduis,& ep.*76
p *Gre.f. Ezee. ho.*3,
q *Ori. f.* Exo. *ho.*13. *Hie. de veste sacer.*
r *Gre.*18.*mor.* 16.17.*& Ez ho.*5.
s *Hi.Eze.*40.
t *Ori. f. Exo ho.*9.13. *Geor.Venet. cãt.*3.*t.*6.*c.*1.
u *Gregor.* 34. *mor.*5.
x *Hie.f.Ier.*1.
y *Phi.*3.*de vita Mosis.*
z *Am.de vid. & epi.* 76.
aa *Glo.inter f Exo.*30.
bb *Hi.f.Is.*60
cc *Gregor.*15. *mor.*12.
dd *Arn.f.ps.* 106. *Rica.dc S.Victo. de secur. conscien.*25.
ee *Hie.f.Eze.*40 *Rica.de S. Victo. de somni. Nabuchodon.*26.
ff *Euch. for. spiritualia.* 8.
gg *Rica de S. Victo. de somni. Nabuchodon.*23. 24.
hh *Hie.f.Ier.* 15.
ii *Gregor.* 7. *mor.*10.
kk *Hi.f.Exec* 22.

Digitized by Google

referentia. *Ezec.* 27. *c.* Idem designare possunt fistulæ æris *a* Behemoth. *Iob.* 40. *c.* Ærarius autem artifex, est hæresiarcha. 3. *Reg.* 7. *b.* *Sap.* 11. *c.* *Isa.* 41. *b.* *Ier.* 10. *b.* 2. *Tim.* 4. *c.* Hæc vox hostis sonat quasi æris. *Ier.* 46. *f.* Et ærea cassis super caput Goliath. 1. *Reg.* 17. *a.*

Hæresiarcha.

Aenei montes *b* superbiam & potentiam mundi designare possunt. *Zach.* 6. *a.* vel euangelij sonoritatem, vel *c* duo testamenta, quæ sunt ænea propter prædicationem, & firmitatem.

Superbia.
Duo testamẽta.

Aes, quod aufertur à meretrice. *Exec.* 16. *d.* designare potest *d* dona gratiarum animæ à Deo collata, quæ ab ipsa peccante auferuntur.

Dona gratia.

Aes ollæ, quæ liquefacienda erat, *e* ciuitatem Æierusalem destruendam significauit. *Ezech.* 24. *c.*

Hierusalem.

Aerarium est locus, vbi pecunia congregatur. Et datur ærarium domini. *Ios.* 6. *d.* 1. *Mach.* 14. *g.* 2. *Mach.* 3. *a.*

Aerarium etiam regis Ægyptij. *Gen.* 47. *c.* Et ærarium Antiochi. 1. *Mach.* 3. *c.*

Aestas.

AESTAS quarta pars anni, quando dies sunt maiores, & solis feruor vehemens, & omnes fructus matureſcũt, tempusque colligendi fruges.

Prosperitas.

Aestas potest significare *f* prosperitatem, quando omnia bona suppetunt: vt æstate fructus abundant. *Gen.* 8. *d.* *Psa.* 73. *Is.* 18. *d.* *Zach.* 14. *b.* Designat etiam tempus vitæ, in quo debemus parare cibos, ad hyemem iudicij, vt parat formica. *Prou.* 6. *a.* 10. *b.*

Tempus huius vitæ.

Aestas interdum significat *g* charitatem, quæ expellit hyemem timoris: & tempus feruoris, ac lucis gratiæ, quo in hac vita reddendi sunt fructus bonorum operum. *Prou.* 6. *a.* 10. *a.* *Ier.* 8. *Matth.* 24. *c.* Est etiam tempus ecclesiæ militantis, in qua debemus fructificare.

Charitas.
Tempus gratiæ, & ecclesiæ.

Aestas etiam designat *h* spiritus feruentes, quos Deus dicitur formasse. *Psa.* 73.

Feruentes spiritu.

Aestas præterea designat *i* finem mundi, tempusque colligendi fructus bonorum operum in hac vita seminatorum. *Psa.* 73. *Prou.* 20. *a.* 26. *a.* *Eccl.* 50. *b.* *Isa.* 18. *c.* *Matt.* 24. *c.* *Marc.* 13. *d.* *Luc.* 21. *f.* Tunc mœroris nostri nubila transibunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgebunt.

Finis mundi.

Aestiuum cœnaculum, aut domus. *Iud.* 3. *c.* *Amos.* 3. *d.* est *k* hæreticorum, qui propter ventris ingluuiem omnem recipiunt voluptatem. Ad idem pertinere potest æstiua area. *Dan.* 2. *e.*

Locus voluptatis.

Aestimare, Inaestimabilis.

AESTIMARE, est iudicium de pretio alicuius rei facere, quasique rem ponderare: interdum verò est putare, aut iudicare. Eius vix est in allegoriis vsus.

Aestimatus dicitur Christus cùm descendentibus in lacum. *Psa.* 87. quum *l* Iudæi arbitrati sunt se ita eum morti traddere, vt alij peccatores moriuntur, nec eum resurgere crediderunt.

Aestimans Eli Annam temulentam. 1. *Reg.* 1. *c.* designat *m* Iudæos, qui apostolos, cùm prædicarent, ebrios iudicabant: censentes etiam eos terrenam appetere sublimitatem, non cælestem.

Aestimare pretium agri iuxta mensuram sementis. *Leu.* 27. *a.* *c.* est *n* iudicare profectum doctrinæ secundum quod prius edoctus. Datur autem precium animæ sub estimatione, & estimatio fieri debet pondere sanctuarij.

Aestimat Leuiathan malleum quasi stipulam. *Iob.* 41. *d.* quum *o* diabolus contemnit ictus supernæ animaduersionis, quia ad iustæ iræ pondera se velut contra terrores leuissimos parat. Idem æstimat abyssum quasi senescentem: quia terminari quandoque in supliciis supernam animaduertionem membris suis persuadet.

Inæstimabilis est numerus annorum Dei: quia *p* eius æternitas omnem mensuram humanam, seu creatam exuperat. *Iob.* 36. *b.*

Aestimantur in semine Abrahæ hi, qui sunt filij promissionis. *Rom.* 9. *b.*

Absque æstimatione immolatæ sunt oues & boues à Salomone. 3. *Reg.* 7, *a.*

Aestimat Deus exterum à sua virtute, eum, qui non debet puniri. *Sap.* 12. *c.*

Aestimant mali vitam Sanctorum insaniam. *Sap.* 5. *a.* Et exitus Sanctorum, ab illis æstimatur afflictio. *Sap.* 3. *a.* Et æstimati sunt sancti, & oues occisionis. *Psa.* 34. *Rom.* 8. *g.*

Aestimatur argentum in conspectu sapientiæ, tanquam lutum. *Sap.* 7. *b.*

Aestus, quare Calor.

Aetas.

AETAS solet significare certam temporis mensuram in homine, ac aliis etiam rebus, qua ratione in homine interdum distinguuntur tres ætates, videlicet iuuentus, virilitas, ac senectus: interdum verò septem, nempe, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, virilitas, senectus, ac decrepitudo. Nonnunquam vero ætas significat *q* seculum, aut centum annorum aut plurium, seu pauciorum certis limitibus comprehensorum. Interdum etiam ætas memoriam significat, & generaliter tempus distinguuntur etiam in sæculo sex ætates. Prima ab Adam vsque ad Noe. Secunda vsque ad Abraham. Tertia vsque ad Dauid. Quarta vsque ad transmigrationem in Babylonem. Quinta vsque ad Christum. Sexta vsque ad finem mundi.

In spiritualibus diuersi gradus, *r* aut status perfectionis diuersis ætatibus significari possunt: vt ætas profecta dicitur esse eius, qui virtutum omnium habet perfectionem: qualis erat ætas Abrahæ. *Gen.* 25. *a.* 35. *d.* 43. *g.* Ad hoc pertinet *Ios.* 13. *a.* 23. *a.* 3. *Reg.* 1. *a.* *Iob.* 32. *b.* *Eccl.* 6. *b.* *Sapie.* 4. *b.* *Ezech.* 13. *d.* *Dan.* 5. *a.* 2. *Machab.* 5. *d.* 6. *f.* *Luc.* 2. *g.* *Ioa.* 9. *d.* Aetas integra vaccæ offerendæ. *Num.* 19. *a.* designat *s* plenitudinem ætatis Christi. *Eph.* 4. *c.* Ipsa est ætas florida. *Prou.* 27. *d.* Et ætas stabilis. *Eccl.* 16. *d.*

Diuersi gradus perfectionis.
Aetas Christi.

Aetate defectus in malum & imperfectionem videtur sumi. *Eccl.* 41. *a.* Dicitur autem de sene: Iuxta ætatem robur esse hominis. *Iud.* 8. *c.* 1. *Paral.* 26. *d.*

Aeternus, Aeternitas.

AEternitas est tempus fine carens, aut immortalitas, aut (vt Theologi accipiunt) duratio, nullam admittens in se mutationem: qualis est diuina, qui dicitur. *Isa.* 57. *c.* habitare æternitatem. Et *Roman.* 16. *d.* Æternus Deus. Æternum salutare dicitur Christus, qui in æternum saluat. *Baruch.* 4. *d.* Et dicitur æterna salus. *Isa.* 45. *c.* Et eius potestas æterna. *Dan.* 7. *a.* Et æterna redemptio. *Hebra.* 9. *d.*

Christus.

Aeterna claritas, est *t* vita æterna. *Sapien.* 10. *c.* de qua passim scribitur, vt *Eccl.* 25. *b.* 24. *c.* 30. *c.* 31. *b* *Isa.* 46. *c.* *Dan.* 12. *b.* *Matth.* 25. *d.* *Luc.* 10. *d.* *Ioan.* 17. *a.* 2. *Corinth.* 4. *d.* *Gal.* 6. *b.* 2. *Thessal.* 2. *d.* *Hebra.* 9. *c.* *Actor.* 13. *g.* 1. *Pet.* 5. *c.* 2. *Pet.* 1. *c.* Et ibi sunt æterna tabernacula. *Luc.* 16. *c.* 2. *Cor.* 5. *a.* Et portæ æternales *Psa.* 33. Quæ etiam virtutes significare possunt. Et domus æternitatis. *Eccl.* 12. *b.* quæ & in bonum, & in malum sumi potest. Ibi quoque est æterna memoria iustorum. *Psa.* 11. *Sap.* 8. *c.* Et æterna sæcula. *Isa.* 26. *a.* Et æterna fundamenta. *Eccl.* 36. *d.*

Vita æterna.
Virtutes.

Aeterna via est, *u* quæ ducit ad æternitatem. *Psal.* 138. Sic dicuntur mandata æterna, quæ seruantes ad æternitatem deducunt. *Eccl.* 1. *a.* 17. *b.* *Hebra.* 13. *d.* *Apoc.* 14. *b.* Dicuntur etiam itinera æternitatis Dei. *Hab.* 3. *d.* vel processiones diuinarum personarum, vel iudicia Dei, vel ipsa mandata perducentia ad æternitatem. Ipse quoque Christus dicitur vita æterna.

Mandata.

Æterni montes dicuntur *x* Angeli, & Sancti. *Mic.* 2. *c.* dicuntur autẽ æterni ad distinctionẽ principum huius sæculi: qui cùm erecti fuerint, velut cedrus Libani, transeuntibus tamen ipsis cum mundo, locus eorum non poterit inueniri.

Christus.
Angeli & Sancti.

Aeterni colles, quorum desiderium erat Christus venturus, antiquos patres designant. *Gen.* 49. *c.*

Antiqui patres.

Aeternum signum. *Isa.* 55. *d.* designat *y* signum crucis, per quod ad æternam deuenitur salutem.

Crux Christi.

In æternum & vltra designat id quod non est habiturum finem. *Exo.* 15. *c.* 28. *e.* De hac æternitate habetur. *Psa.* 59. 29. 48. 88. 99. 101. 102. 118. 135. *Eccl.* 7. *d.* 18. *a.* *Ioa.* 13. *a.* Et ab æterno dicitur esse, quod non habet principium. *Pro.* 8. *c.* *Baruch.* 4. *g.* Et ponuntur anni æterni. *Psal.* 76. *Isa.* 26. *a.* *Baruch.* 3. *d.* *Rom.* 16. *d.* Et dies æternitatis. *Mich.* 5. *a.* 2. *Pet.* 3. *d.*

Aeternus ignis, est ignis inferni. *Matth.* 18. *b.* 25. *d.* *Marc.* 3, *d.* 2. *Thess.* 1. *c.* *Iud.* *b.* *c.*

Ignis inferni.

Aeternum quandoque sumitur *z* pro hoc seculo, vt cum *Psal.* 48. dicitur: laborabit in æternum & viuet adhuc in finem.

Secularis.

a *Gre.* 32. *mo.* 16. 20.
b *Lyr.* *s.* *Zac.* 6
c *Rup.* *s.* *Za.* 6
d *Hie.* *s.* *Ezec.* 16.
e *Hie.* *s.* *Exec.* 24.
f *Hie.* *s.* *Is.* 18. & *s.* *Zac.* 14. *Aug.* *con.* *Adiman.* 24.
g *Basi.* *s.* *Pro.* 6. 10. *Amb.* *s.* *Exaeme.* 5. *Aug.* *ser.* 42. *Ber.* *s.* *Cant.* *ser.* 58.
h *Aug.* *s.* *ps.* 73.
i *Ori.* *s.* *Matt.* *ho.* 30. *Hie.* *s.* *ps.* 73. *Greg.* *ho.* 1. *Bed.* *s.* *Pro.* 20.
k *Hi.* *s.* *Am.* 3.
l *Hie.* *s.* *ps.* 87.
m *Grego.* *s.* 1. *Reg.* 1.
n *Isy.* *s.* *Le.* 27.
o *Gregor.* 34. *mor.* 6. 11.
p *Gregor.* 27. *mor.* 3.
q *Geor.* *Venet.* *Cant.* 1. *tom.* 8. *cap.* 10. 11. *Aug.* *q.* *in Iudi.* 4.
r *Ori.* *s.* *Ios.* *ho.* 16. 9. & *s.* *Ez.* *ho.* 3. & *s.* *Luc.* *ho.* 20. *Basi.* *hom.* *in princ.* *Prou.*
s *Augu.* *q.* *in Nu.* 33.
t *Aug.* *s.* *ps.* 23
u *Glo.* *inter.* *s.* *Psa.* 138.
x *Hie.* *s.* *Mich.* 2.
y *Hie.* *s.* *Is.* 55.
z *Ba.* *s.* *ps.* 48.

Digitized by Google

Conceptus æternus dicitur esse eius,qui conceptus in vtero matris moritur.*Ierem.*20.*d.*
Aeternum iudicium dicitur,vel iudicium generale,post quod sequitur æternitas:vel ipsum diuinum iudicium, a quod æternum est,sicut ipse Deus.*Hebre.* 6.*a.*Item quia sententia diuini iudicij in æternum durabit.

a *Lyr.s.He.*6.

Aeter,quare Calum.

Aethiopia,Aethiops.

Ardor cõcupiscentia. Caro. Gentiles. Ecclesia ex gentibus. Infideles ad fidem venientes, Peccatores. Pœnitentes. Mundus. Mundani. Dæmones. Anima peccatrix. Ecclesia ex gentibus.

AETHIOPIA regio meridionalis sub torrida zona, feruidissima ob Solis vicinitatem, generat homines nigros.Vnde & Hebraice Chus dicitur,quod significat nigrum,seu Aethiopum:& Græcè dicitur αἰθίοψ,id est atdens, seu incensus. Eam prouinciam circuit Gion, id est Nilus:potest significare *b* ardorem concupiscentiæ, quam circuit Nilus, & prauos eius motus refrigerat.*Ge.* 2.*c.* Potest etiam significare carnem abiectam, & vilem.

Aethiopia & Aethiops significare potest *c* Gentilem populum:aut ecclesiam ex gentibus,aut infideles ad fidem venientes.*Num.*12.*a.*4.*Reg.*19.*b.Iudith.*1.*d.Psa.*67.71.73.86.*Iob.*28.*c.Isa.*11.*c.*18.*a.*20.*b.*37.*b.*43. *a.*45.*c.Ier.*13.*d. Sopho.*2.*c.*3.*b.Nahum* 3.*b.Amos* 9.*b.Habac.* 3.*b.* Potest in eisdem locis peccatores nigredine peccatorum obscuratos significare.

Aethiopes,quibus Deus dicitur dedisse draconem in escam, sunt *d* pœnitentes:qui dolendo pascuntur peccatis dœmonis suggestione commissis. *Psa.* 73. *Ezech.* 29.*b.* Et interpretatur sic Hthiops humilis iuxta Hieronymum.

Aethiopia interdum significare potest mundum,& mundanos,quorum rex est diabolus.*Ester.*1.*a.*8. *e.*2.*Par.*14. *c.*Ps.71.Sumitur etiam pro mundo,vt species pro genere.

Aethiopes etiam dicuntur *e* dæmones,terræ,& tenebrarum amatores.*Hab.*3.*b.*

Aethiopissa vxor Mosis animam prius peccatricem, quam sibi coniungit Christus, designare potest:& etiam ecclesiam ex gentibus.*Num.*12.*a.*

b *Glos. ord. s. Gen.*2. *Ambr.* 2. *de para.*3. c *Ori.s.Num. ho.*6.*& s.Cã. ho.*1.2. *Arno.s.ps.*71. *Hi.s.Is.*18.*& s.Am.*9.*& s. Sopho.*... *Aug.s.ps.*86. d *Ar.s.ps.*72. *Hie.s.Eze.*29. *Gr.*18.*mo.*33 e *Hie.s.Haba* 3. *Hie.s.Soph.*2. *& epi. Audi filia.* f *Basi.s.ps.*18 *ho.*1. g *Basi. s.psa.* 28.*ho.*1. *Hie. & Aug. s.psa.*28. h *Hie.s.Is.*60. i *Hie.Isa.*40. k *Gre.s.Cã.*8. l *Glo. ord. s. Exo.*27. m *Hie. ad Dam.q.*3. n *Glo.inter.s. Gen.*31. o *Glo. ord. s Gen.*18. p *Gre.s.*1.*Regum.*10. q *Hie.s.Za.*11

Afferre.

AFFERRE idem est,quod est aliud ferre : & secundum id quod affertur, allegoriam admittere potest:præter ea autem,quæ hic ponuntur,vide in verbo Ferre.

Afferre Domino gloriam,*f* est facere opera,quibus glorificetur Deus:afferre autem illi honorem, est per eleemosynas ipsum in pauperibus honorare:& etiam recte sentire de tribus personis. Affert etiam gloriam,& honorem Deo qui de prouidentia,& aliis ad Deum spectantibus rectè sentit,ac alios etiam in eisdem instruit.*Psa.*28. 95.Et afferre in circuitu Dei munera,ipsum bonis operibus laudare.*Psalm.*75.

Afferre Deo filios arietum,est:g offerre illi simplices ad fidem conuersos, vel discipulos Apostolorum. *Psl.*28. Affertur autem ad Hierusalem fortitudo gentium,quum *h* doctiores ex gentibus conuertuntur. *Isa.* 60.*c.* Et afferunt filios in vlnis,*i* quum doctores nutriunt simplices rudiori doctrina. *Isa.* 49. *f.* Afferre de piscibus ad Christum.*Ioan.*21.*c.*

Affert vir mille argenteos pro fructu vineæ, quum *k* vir perfectus dimittit omnia temporalia pro Christo. *Cant.*8.*d.*

Afferte oleum oliuarum ad tabernaculum, est *l* adiungere deuotionem mentis bonis operibus, aut orationi. *Exod.*27.*d.*Idem designare potest afferre frondes oliuæ.*Neem.*8.*d.*

Afferre de venatione ad Isaac,est *m* offerre Deo homines prædicatione saluatos.*Gen.*27.*a.*

Afferre lapides ad erigendum titulum.*Gen.*31.*f.*est *n* vocare homines ad fidei confessionem.

Afferre pauxillum aquæ ad abluendos pedes hospitum,*o* officiorum hospitalitatis nos admonet. *Ge.*18.*a.*41.*e.*

Afferre munera Sauli.1.*Reg.*10.*d.*est *p* exhibere prælatis reuerentiam honoris,& humilitatem subiectionis,quæ non afferunt filij Belial.

Bene operari. Seruare præcepta.

Affert sementem herba.*Geneſis.*1.*d.*quum homo bene operatur.Sic afferre fructum est bene operari. *Ezech.* 36. *b.Habac.*3.*d.Ioan.* 12. *d.*15. *a.* Et afferre de fructibus terræ promissionis. *Num.* 13.*b.* Et afferre denarium Christo. *Marc.* 12. *b.* est offerre illi obseruantiam decalogi. Et afferens mulier alabastrum vnguenti. *Luc.* 7.*f.*est exercens bona opera opinionem bonam generantia.Idem est afferre aromata Salomoni hoc est Christo.3.*Reg.*10.*d.*Et afferre mercedem pastori,est *q* seruare præcepta,quæ Christus verus pastor tradidit.*Zach.*11.*c.*Ad idem spectat afferre farinam ad Elisæum.4.*Reg.*4.*g.*Et afferens mulier Sareptana buccellam panis ad Eliam.3.*Reg.*17.*b.*

Allatafiscella,in qua erat Moses, ad filiam Pharaonis. *Exo.* 2. *a.* designat Iudæos volentes seruari legem cum suis traditionibus,

Afferunt hæretici ignominiam.*Hps.*4.*d.*quum *r* spurca, & nefanda dogmata confingunt. Quum autem dicunt vaccæ pingues dominis suis:*Amos* 4.*a.* Afferte & bibemus;*s* hæreticos inferiores designant,qui parati sunt ad omnes hæresiarcharum errores suscipiendos.

Non afferunt cibum arna.*Habac.*3.*d.*quum *t* Iudæi non bene operantur.

Afferte amicos Iob de substantia sua ad ipsum Iob,est *u* hæreticos præsumere de subtilitatibus,quasi in defensionem ecclesiæ ab ipsis hæreticis excogitatis:quas tamen subtilitates ecclesia respuit. Vnde dicit *Iob.* 6. *d.* Nunquid dixi.Afferte mihi,& de substantia vestra donate mihi ? Quibus etiam dicitur:Afferte, si quid forte habetis. *Isa.*41.*f.*

r *Hie.s.Hose.* 4. s *Hie.s.Amo.* 4. t *Hie. s. Hab* 3. v *Gre.*7. *mor.* 21.

Attulit Deus Ioseph sceptrum regni.*Sap.*10.*e.*

Afferre in aures ad Aaron.*Exod.*32.*a.*

Incarnatio.

Afferte vas nouum ad Elisæum.4.*Reg.*2.*d.*Incarnationem Christi designat.

Afficere, Affectus, Affectio.

AFFICERE idem est,quod permouere,aut affectum in aliquo generare & etiam cumulare, aut mulctare, aut afficere muneribus,aut iniuria vix habet locum in allegoriis,sed literaliter sumi solet.

Afficere contumeliis patrem & matrem,*x* irrisionem prædicatorum, & Apostolorum designare potest. *Ezech.* 22.*b.Matth.*22.*a.Marc.*12.*Actor.*14.*a.*

x *Ori.s.Matt. ho.*10.

Affectus cordis videtur sumi pro concupiscentiis carnis,ac illicitis desideriis.*Psa.*72.*Sapien.*14.*c.Ezech.*25.*b.*

Affectio dicit humanitatis,& charitatis actum,& amicitiæ,maximè parentum erga liberos, & contra, vt *Rom.* 1.*d.& 2.Tim.*1.*a.*Reprehenduntur,qui adeò peruersi erant,vt inter cætera vitia, essent sine affectione, quam tamen habebat Timotheus.De hac *Philip.*2.*c.*

y *Au.s.ps.*33.

Affectans Dauid coram Achis,designat *y* Christum habentem affectum compassionis & misericordiæ erga genus humanum.1.*Reg.*21.*d.Psal.*33.*in titulo.Iuxta* 70.

Affligere,vide Figere.

Affinis quare Cognatus.

Affligere, Afflictio, Cruciare

Passio Christi

AFFLIGERE idem fere,est,quod prosternere,aut deprimere, ac ferè vexare, atque ita mœrore afficere:nonnullas accipit allegorias.

Afflixit Deuslob,hoc est, *z* Christum in passione:diciturque afflixisse frustra, quia non ob culpum propriam afflictus est,sed ob alienam.*Iob.*2.*b.*Vnde ipse dicebat.*Ps.*68.Quæ non rapui,tunc exoluebam.

z *Gre.*3.*mor.* 11. aa *Phi.*2.*alle. & de cõgres. &c.* bb *Gre.*9.*mo.* 42. cc *Phil. de cõgres.&c,* dd *Grego.*20. *mor.*19. ee *Ori.s.Num ho.*23. *Isy.s.Leu,*23.

Affligit Deus penuriã,aut det manna.*Deut.*8.*a.*quum *aa* tollit voluptates corporales, vt det spirituales, & doctrinam:Et cruciat mirabiliter.*Io.*10.*c.*quum *bb* affligendo ad amorem sui mentem erigit, & inde per lachrimas grauius eam affligit.*Sapien.*12.*c.Eccl.*4.*c.Mich.*4.*c.*

Affligit Deus affligentes, quum *cc* castigat vexantes innocentes:sicut etiam afflicti sunt Egyptij,qui Hæbræos affligebant.*Exod.*7.*c.*23.*e.Leu.*26.*f.Num.*11.*c.Iosu.*24.*e.Iud.*10.*b.*3.*Regu.*11.*g.* 17. *d.Iob.*2.*d.*6. *b.*19.*a.*30.*b.Psa.*43. *Prou.*10.*a.Ecc.*2.*d.*3.*b.Isa.*24.*a.*64.*d.Ier.*25.*f.*31.*e.Ezech.*7.*b.Nahum.*1.*a.Zach.*8.*c.*10.*a.Ioel.*1.*b.*1.*Mach.* 9.*g.Luc.*16. *f.*2.*Pet.*1.*b.Apoc.*14.*b.*

Affligit Deus aperta pharetra.*Iob,*30.*b.*quando *dd* per id, quod post flagellum sequitur, quo consilio flagellamur,perspiciamus.

Pœnitentia.

Affligere dicuntur animas suas, qui *ee* agunt pœnitentiam, & humiliantur,& affligunt eas in solennitatibus

vt acceptæ

Vt acceptæ sint Deo. *Leu.16.g. Num.29.a. Deut.16.a. 1.Esdr.8.d. Isa.58.b. Dani.10. c.* Afflictio demum dolorem peccati,& carnis castigationem significare potest in multis locis. *1.Reg.1.b. 2.Reg.11.d. 16.c. 3.Reg.8.d. Iob.10.c. 20.d. 30.c. Psa.17. 37. 43. Prou.10.d. 22.a. Eccl.1.c. 2.d. 4.b. 5.c. 8.a. 10.c. 12.a. Sap.3.a. Eccl.4.a. 30.d. 36.d. Ier.2.f. Thr.1.a. 3.e. Ezech.10.c. Ion.2.4.a. Actor.21.a.*

Afflictio, qua Sara afflixit Agar. *Cen.16.b.* typus est *a* destructionis legalis obseruantiæ : & etiam macerationis carnis,& castigationis quæ fit eruditionis gratia,& qua ecclesia castigat malos. Alioqui magis affligebat aut persequebatur Agar Saram superbiendo, quam Sara Agar castigando. *Destructio legalis obseruãtia. Castigatio carnis.*

Affligentes Ægyptij Hæbræos, designant *b* dæmones, aut mundanos, inferentes fidelibus tribulationes, & graues tentationes, sicut & Sodomitæ Affligebant Lot. *Gen.15.c. 19.b. Exod.1.c. 3.b. 2.b. 23.c. Iud.2.c. 10.b. 16.a. 1.Reg.1.a. 13.b. 2.Reg.7.b. 20.b. 4.Reg.13.d. 14.g. Nee.1.a. Iob.19.a. 31.d. Psal.16. 41. 42. 43. Sap.19.e. Ezec.22.g. Tre.1.a. Sopho.3.d. Hebr.11.e. Actor.12.a.* Fuit autem maior afflictio populi, quando voluerunt ex Ægypto recedere : quia *c* tunc diabolus grauius aliquem tentat, quum videt eum bene velle operari. *Exo.5.d.* Et cruciantes locustæ homines non habentes signum Dei, *Apoc.9.a.* sunt dæmones *d* in iudicio punientes malos. De quibus etiam. *Ioe.2.b. Passio Christi per sacerdotes & Phariſæos. Synagoga persequens ecclesiam.*

Affligentes dicuntur interdum *e* Pharisæi, & Sacerdotes Christum persequentes. *Ps.16.* Et dicuntur afflixisse spiritum Christi. *Isa.63.c.* Afflictio autem Christi passio eius est. *Ier.15.c.* Et afflictio Iacob, quam dicitur Deus respexisse: passionem Christi designat. *Gen.31.f. Actiua perturbans contemplatiuã. Dolor Iudæorum de cõuersione gentiũ.*

Affligens Phenenna Annam. *1.Reg.1.a.* designat *f* synagogam persequentem ecclesiam. Vel designabat Saulum, qui spirans in discipulos Domini, persequebatur ecclesiam. *Act.9.a.* Vel est vita actiua contemplatiuam perturbans quum non dat locum contemplationi.

Afflictio Ionæ propter siccitatem hederæ, & propter liberationem Niniue. *Ion.4.c.* est dolor *g* Iudæorum de amissione vmbræ legis,& de conuersione gentilium, Afflictio verò, quam prius habuit post prædicationem, *h* desperatio quædam erat conuersionis Iudæorum. Vnde Apostoli dolebant quod gentibus conuersis, Iudæi remanerent in infidelitate.

Affligit animam agricolarum prælatus. *i* qui inuidet minoribus prædicatoribus, eosque perturbat à prædicando. *Iob.31.d.* Et affligit contribules, *k* quum imponit onera grauia,& importabilia debilibus. *Leu.25. c. Num.16.c.*

Affligere Spiritum sancti Dei est *l* peccando expellere à se Spiritum sanctum. *Isa.63. Luc.8.g. Act.1.d.* Vel angelum custodem, aut prælatum offendere.

Affligunt pauperem hæretici, qui simplicem in errorem inducunt. *Ezech.22.g.*

Affligitur in lapidibus translatis, qui *m* punitur, quia transtulit aliquos ab ecclesia. *Eccl.10.b.* Vel e diuerso, qui condolet errantibus, quos conuertit ad fidem.

Affligit stultos labor eorum. *Ecclesiast.* 10. *c.* quum *n* Philosophi laborant, in inuestigando vero sine lumine fidei.

Cruciantes locustæ homines mensibus quinque, sunt *o* hostes Israel : qui tempore Iudicum quinquies eos subegerunt. *Apoc.9.b. Subiicientes hostes Israël.*

Affligetur iniquus in tabernaculo suo. *Iob.20.d.* quum *p* in inferno punietur in carne, quum deserere non poterit.

Cruciabatur mulier, vt pateret. *Apoc.12.a.* Hoc est, *q* carnem suam macerat prædicator, vt prædicatio sit idonea Vel ecclesia in hac vita cum labore parit Christum. Vel designatur labor filiorum Israel in Ægypto.

Affligere patrem. *Prou.19.d.* est *r* Deum, vel patrem offendere.

Cruciant prophetæ malos, quia *s* eos reprehendunt: quibus etiam graues sunt ad videndum. *Apoc.11,b.*

Cruciat Deus mirabiliter, quum reuertitur. *Iob.10.c.* quia *t* cùm is, à quo recesserat, insensibilis esset in peccato, reuertente Deo, cognoscens seipsum, dolet & compunctionis suæ pœnam gaudens miratur, & liber affici, quia afflictione sua se conspicit ad alta subleuari.

Affluere, quare Abundare.

Agag.

AGAG, interpretatur, secundum aliquos, meditans, siue loquens: rex Amalecitarum, captus à Saule,& à Samuele occisus, eratque pinguissimus. Designat *u* sensum carnis, qui tunc meditatur, quum phantasmata lasciuiæ colligit: loquitur autem, quũ carnem motibus excitat, est rex Amalech, hoc est, libidinis, pinguissimus in iis, qui libidini vacant. *Num.24.b. 1.Reg.15.g. Ester.3.a. Sensus carnis.*

Agallim.

AGALLIM, id est vituli, vel arenarum tumuli: ciuitas in regione Moab vsque ad quam venit vlulatus Moab. *Isa.15.d.* designat *x* pœnitentiam venientem vsque ad offerendos vitulos labiorum. *Pœnitentia.*

Agar, Agareni.

AGAR, id est iniquilinus, vel incolatus, vel proselytus: ancilla Saræ quæ genuit Ismaelem ex Abraham, quæ despexit dominam suam, ac postmodum cum filio eiecta est.

Agar, ad quam ingressus est abraham, manente sterili Sara, ecclesiam *y* ex gentibus designat. *Ecclesia.*

Agar, vt erat ancilla, designat *z* vetus testamentum, quod seruit nouo, ac terrenam Hierusalem in seruitutem generantem: quæ despexit dominam suam, hoc est, ecclesiam, vnde iecta est cum populo suo. *Gen.16.a. 21.a. Galat.4.d.* Designat etiam ipsam synagogam, quæ generat Ismaelem, hoc est, Iudæos aduersarios Christianorum. *Vetus testamentum. Synagoga.*

Agar etiam est typus *aa* carnis, aut sensualitatis, quo eleuatur contra dominam suam videlicet rationem : quia animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt. *1.Cor.2.d. Caro.*

Vt etiam concepit,& despexit dominam suam, designat *bb* mentem subditi imperfecti: qui, cùm aliquantulum perfecerit, despicit prælatum suum. *Subditus imperfectus.*

Et præterea Agar typus *cc* versuriæ, quæ ancilla est sapientiæ, quæ bene Ægyptia dicitur, quia philosophia in Ægypto abundauit. Significat etiam encyclicas disciplinas, quibus mens adiuuatur : ideo concepit ex Abraham. Fugit,& reuertitur ante mutationem nominum Abrahæ,& Saræ,& ortum Isaac: sed postea eiicitur, quia non est earum vsus cum perfecta virtute. Inquilina enim prius est ex AGAR: filij verò Dei ex Sara. *Versutia. Encyclica scientia.*

Agareni falsos fratres *dd* designare possunt, & eos, qui, cùm deberent esse habitatores Dei, proselyti facti sunt: qui in animo alieno, atque aduentitio perseuerant: & nocendi occasione inuenta, se ostendunt. *1. Paral.5.c. Psalm.82. Falsi fratres.*

Ager, Agrestis, Aruum, Prædium, Rus.

AGER est locus extra vrbes, siue sit cultus, siue incultus, separatus ab hominum cõuersatione, nisi aggrestium, ac etiam ferarum. Vnde & locus aptus est crudelitati. Arua autem dicuntur, quæ arantur. Prædia verò dicuntur à præda: eo quod capti ab hostibus agri, militibus distribuebantur. Ager Autem interdum est campus. *Gen.4.b.* Cùm essent in agro. Et cæmiterium. *Mat.27.a.* Ager figuli. Professio. *Gen.23.c.* Agrum trado tibi Rus. *Gen.34.a.* Filij eius veniebant de agro.

Ager sæpe significat *ee* mundum in quo agro meditatus est Isaac, hoc est, Christus. *Gen.c.24. g.* Et in eo Iacob inuenit puteum. *Gen.29.a.* In eo Ioseph errabat, quærens fratres suos: quum Christus in mundum venit, quærens qui se agnoscerent. *Gen.37.c.* In eo etiam est fœnum,& herba: hoc est, promiscua multitudo, & Dei gratia irrigari. *Ier.17.a.* Potest ager significare mundum *ff Gen.2.a. 23.b. Exo.10.b. 16.f. 23.b. Iob.39.b. 40.b. Psa.54. Eccl.5.b. Cant.7.d. Ezech.31.f. 32.a. 34.f. Ierem.17.a. Matth.13.f. 24.b. 27.a.* In hoc agro absconditus est Dauid, hoc est Christus, cuius diuinitas latebat in mundo. *1. Reg.20.a.* Huius agri partem emit Iacob à filiis Emor. *Gen.33.d.* Hunc agrum emit mulier fortis, quum *gg* prædicando conuertit in fideles. *Proue.31.c. Mundus.*

Ager plenus, cui benedixit Dominus: designat ecclesiam, *hh* seu multitudinem fidelium per mundum dispersam, quorum opera bona sunt à Deo, à quo benedicuntur. *Gen.27.d. Rub.2. Reg.23. c. 1. Paral.11.c. Iob.24.a. Ezech.31.f. 34.f. 29.b. Cant.7.d. Matth.24.b. Marc.13.c. Luc.17.f.* Et ager figuli, cùm sit ager sanguinis propter sanguinem Christi. *Matt.27.a* designare potest ecclesiam in qua sepeliuntur fideles: qui tanquam aduenæ, & peregrini non *Ecclesia. Christus.*

habeb ant

a *Phil. de cõg. &c. Aug. epist. 50. & s. Ioã. tract. 11. Cle. Alex. 1. pæda. 7.*
b *Amb. 2. de Abr. 9. Grego. s. 1. Regum. 13. Bed. s. Exo. 6.*
c *Ori. s. Exod. ho. 3.*
d *Hie. s. Ioe. 2.*
e *Arn. s. ps. 16.*
f *Gre. 1. Reg. 1*
g *Aug. epist. 49. q. 6. Hie. s. Ionã 4.*
h *Rup. s. Io. 4.*
i *Gregor. 22. mor. 24.*
k *Isy. s. Le. 25.*
l *Glo. ord. s. Isa. 63.*
m *Hi. s. Ec. 10.*
n *Hi. s. Ec 10.*
o *Rup. s. Apo.*
p *Gregor. 15. mor. 14.*
q *Glo. ord. s. Apoc. 12. Aug. s. Apoc. ho. 9. Rupe. 3. vict. ver. Dei. 12.*
r *Glo. inter. s. Prou. 19.*
s *Aug. s. Apoc. ho. 8.*
t *Gregor. 9. mor. 41.*
u *Gre. s. . . Re. 25.*
x *Hie. s. Is. 15.*
y *Bed. s. Gẽ. 16.*
z *Hie. s. Gal. 4 Ambr. 1. de Abr. 4. Aug. 16. ciui. Dei. 35.*
aa *Ori. s. Gene ho. 7.*
bb *Gr. s. 1. Regum. 3.*
cc *Cle. Alex. 1. strо. Ambro. 2. de Arb. 10. Phil. 2. alleg. & de Cheru. & de sacrifi. Abel, & Cain, & de congress, &c.*
dd *Hie. & Augus. s. ps. 82.*
ee *Cle. Alex. 2. pæda. 10.*
ff *Ori. s. Marc a. 11. & ho. 35. Hil. s. Mat. 7. 12. 25. 32. Amb. s. ps. 118. serm. 19 & s. Luc. 23. Gr. 33. mo. 2. Aug. 1. de gen. con. Man. 3. Hie. s. Eccl. 5.*
gg *Be. s. Pr. 31*
hh *Ori. s. Can. ho. 3. Aug. epi. 80. & s. ps. 36. Gre. 16. mor. 23. & s. Ezec ho. 6. Isy. s. Le. 27. Hie. s. psa. 7.*

Digitized by Google

habebant,vbi requiescerent, donec venerunt ad Ecclesiam, & mortui sunt in baptismo. Agri diuini, Ecclesiæ. *Mich.* 2.*b.* In ipsa est thesaurus vtriusque testamenti. *Matth.* 13.*f.*

Ager plenus etiam dicitur ipse Christus,*a* qui etiam est ager, in quo absconditus est thesaurus. *Matt.* 13.*f.*

Anima meritis plena.

Est etiam ager plenus, *b* anima meritis plena,& naturale fertilitatis ingeniũ, & culturæ diligentia: ita tamen, vt naturæ,ac labori gratia præferatur: à quo agro non est recedendum, vt à bono retrocedatur. *Luc.* 17.*g. Cant.* 7.*d.* Et agri primitiarum significant cor humanum. 2. *Reg.* 1.*d.* Et genimina agri sunt *c* doctrina in corde, *Ezech.* 36.*f. Zach.* 10.*a. Mach.* 3.*d. Prouer.* 24. Et arua pacis dici possunt animæ pacem spiritualem habentes. *Ier.* 25.*g.*

Caro.

Ager præterea, est caro *d* vt quum duo sunt in agro, intelligantur mens bona, & mala in carne existentes. *Luc.* 12.*b.* 17.*g. Prou.* 24.*d.* Et subditi dici possunt agri: & agros serere, est prædicare, aut corpora disciplinæ subiicere. *Gen.* 47.*c. Leu.* 19.*d.* 1. *Reg.* 8.*c. Psa.* 106. *Ier.* 6.*f.* 32.*g. Matt.* 6.*d.*

Subditi.

Ager interdum dici potest vita actiua, vt quum filij Iacob veniebant de agro, hoc est ab exercenda vita actiua. *Gen.* 34.*a.* Et ipsa bona operatio ager dici potest. *Iere.* 14.*a. Matth.* 24.*d.* Et agri multiplicati, sunt fructus spiritus. *Gen.* 39.*a.* Et gratia,& pax, quæ sunt ager,*e* quem emit Ieremias. *Ier.* 32.*d.*

Vita actiua.

Bona operatio.

Fructus spiritus.

Ager quoque dici potest vita contemplatiua,*f* in quo agro sedebat vxor Manue, quum vidit angelum. *Iud.* 13.*b.* Et quum requieuit arca in agro Iosue. 1. *Reg.* 6.*c.* Ager etiam, in quo erat spelunca duplex: est vita spiritualis. *Gen.* 23.*d.* 30.*d.* Et auolans passer in agrum, *g* est transiens ad contemplationem. *Leuit.* 14.*a.* Et otium *h* ad contemplandum,& ipsum cordis secretum ager dici potest: ex quo secreto egressus Saul, vidit afflictionem populi. 1. *Reg.* 11.*b.* Ager etiam dicitur *i* disciplina studij cœlestis, *Iere.* 32.*b.g.* 41.*b. Matth.* 13.*f.* Ager etiam emendus pretio hœdorum, est *k* gloria cœlestis. *Prou.* 27.*d.*

Vita contemplatiua.

Vita spiritualis.

Secretum cordis.

Disciplina studij cælestis

Gloria cælestis.

Ager præterea dicitur, *l* sacra scriptura, quæ consecrata est Domino. *Leu.* 27.*b.* 25.*e.* Et in hoc agro est fœnum ad pascenda iumenta. *Deut.* 11.*b. Ios.* 15.*d. Iud.* 1.*c. Iob.* 14.*a. Gen.* 23.*h.* 27.*b. Prou.* 23.*b.* 31.*b. Matth.* 13.*f. Cant.* 7.*d.* Estque in agro solidior doctrina, quàm in horto, hoc est, in philosophis,& prophanis autoribus. Et rura gregis domini, sacram doctrinam significant, in qua pascuntur fideles. *Ier.* 23.*a.* In agro autem quædam leguntur quæ cocta sunt edenda, quædam cruda. Sic in sacra doctrina quædam sumenda sunt secundum spiritum, quædam secundum literam. Peculiariter autem doctrina Euangelica,*m* agri nomine designari potest. *Leu.* 25.*e.*

Sacra scriptura.

Doctrina euangelica.

Ager dici potest sepulchrum Christi, vbi absconditus est thesaurus: *n* & vbi seminatum est granum sinapis. *Matt.* 13.*f.*

Sepulchrum Christi.

Ager dici potest Iudæa, in qua errabat Ioseph, hoc est, Christus quærens fratres suos: & in hoc agro ligabat manipulos. *Gen.* 37.*b.* Et in eo sunt regalia sepulchra. 2. *Paral.* 26.*d.* Et arua arefacta, sunt *o* synagogę Iudæorum humore diuinæ gratiæ carentes. *Ier.* 23.*b.* Et arua, quæ non afferunt cibum. *Habac.* 3.*d.* Et huius agri periit messis. *Ioel* 1.*c.* Agri primitiarum non sunt in Gelboe, hoc est in Iudæis: *p* quia in principio Ecclesiæ manserunt in incredulitate: sed in fine reliquiæ salvæ fient. 1. *Reg.* 1.*d.*

Iudæa.

Gentiles.

Ager gentilitas,& egreditur sponsus in agrum,*q* quum transit ad gentilitatem. *Cant.* 7.*d.* hoc est prædiũ, quod dedit Iacob Ioseph extra fratres suos. *Ioan.* 4.*a. Gen.* 28.*d. Psal.* 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam.

Lex.

Ager sex annis serendus, est *r* lex, in qua est laborandum. *Leu.* 25.*a.*

Dignitas.

Ager dici potest dignitas alicuius, quam qui læserit, tenetur damnum rependere. *Exod.* 22.*a.* Et duo in agro sunt, qui curam habent regendi alios, tanquam agricolæ. *Matt.* 24.*d.*

Existẽtes extra ecclesiam.

Ager etiam dici possunt ij, *s* qui foris sunt, nempe extra Ecclesiam, quò egressus Ruben inuenit mandragoras. *Gen.* 30.*d. Ier.* 6.*f.* 14.*d. Ezech.* 7.*d.* 26.*b.* Hi sunt agri Ægypti,& pereunt, quæ in agro, hoc est, extra Ecclesiam, existunt. *Exo.* 8.*c.* 9.*f.* 3. *Reg.* 14.*c.* 1. *Paral.* 19.*c. Mich.* 3.*d.*

Dissolutio appetitus.

Ager etiam est dissolutio appetitus, vnde pereunt iumenta relicta in agris, & herba agri percutitur à grandine: quia omnes inordinati,& bestiales motus appetitus, sunt castigandi. *Exod.* 9.*e.* Agri etiam dicuntur *t* delectationes carnis. 1. *Reg.* 8.*c.*

Superbia.

Ager interdum designat superbiam, ac locum quemuis crudelitati accommodum: qua ratione Cain occidit Abel in agro. *Gen.* 4.*b.* Vbi peculiariter ager potest significare Caluariæ locum, vbi Iudæi Christum occiderunt. In hoc agro *u* dicitur Deus vidisse abominationem Hierusalem. *Ier.* 13.*d.* Et bestiæ agri sunt feri homines. *Ier.* 27.*a.* Et ager meridianus *x* dicitur locus bestiarum, ferorumque hominum. *Ezech.* 20.*g.* 33.*f.* 14.*b. Ioel* 1.*d. Exo.* 25.*b.* 1. *Reg.* 14.*b.* Hic videtur ager robustorum. 2. *Reg.* 2.*d.* Et agri figuli, *y* est locus subiectus diabolo. *Matt.* 27.*a.*

Locus crudelitatis.

Vitæ auara.

Ager præterea significat vitam auaram, *z* & mundanam, qualis designatur per Esau, qui fuit homo agricola. *Gen.* 25.*d.* Qua ratione significat etiam ipsas diuitias. *Mich.* 5.*b.* Et terrena opera. *Luc.* 15.*f. Act.* 1.*c. Isa.* 5.*c.* Item designat sensibilia, in quibus errabat Ioseph, dimissa ratione: & etiam designat contentiones verborum. *Gen.* 33.*c.*

Terrena opera.

Diuitiæ.

Sensibilia.

Contentiones verborum.

Agri etiam dicuntur *aa* hæreses & sensus diabolici, ac latitudo erroris, in quos agros fideles non declinant. *Num.* 21.*c.* 1. *Reg.* 4.*a.* 4. *Reg.* 3.*c. Hos.* 1.*a.* Et agrum agro copulare, *bb* est hæresim hæresi adiungere. *Isa.* 5.*c.* 56.*c. Iob* 39.*b.* Ager etiam est via lata ducens ad infernum: vnde interficiuntur, qui sunt in agro. *Ezech.* 26.*a.* Hic est ager Israel. 3. *Reg.* 21.*d.*

Hæreses.

Vita lata.

Agri diuisi dicuntur *cc* fideles diuersis vitiis, aut dæmonibus traditis. *Mich.* 2.*b.*

Fideles mali

Agrestes lactucæ *dd* designant violentiam ieiunij, laborem orationis,& patientiam in aduersis,& cætera opera pœnitentiæ. *Exo.* 12.*b. Num.* 9.*b.* Dicuntur autem Hebraicè amaritudines: quia corporis castigatio, & reliqua pœnitentiæ opera non fiunt sine amaritudine.

Pœnitentia.

Ager fullonis, vbi occurrit Isaias regi Achaz. *Isa.* 7.

pera.

Agrestia ligna,& agrestes herbæ. *Deut.* 10.*d.* 4. *Reg.* 4. sunt *ee* sensus inordinati, & figmenti, & voluptuosa carmina.

Agricola, Agricultura, Colere, Excolere, Incultus, Rusticus.

Deus pater.

AGRICOLA est, qui curam habet colendorum agrorum percipiendi fructus gratia. Agricultura verò est ipsa ars,& exercitium colendi agros.

Christus.

Agricola Noe designat *ff* Patrem cœlestem. *Gen.* 9.*c.* de quo Christus. *Ioan.* 15.*a.* Pater meus agricola est. Et ipse Christus *gg* agricola dici potest, qui excolit Ecclesiam suam. *Zach.* 13.*b.*

Prælati.

Agricola dici potest *hh* prælatus, cuius munus est eradicare, euellere, serere,& plantare: qualis erat Noë, *Gen.* 9.*c. Isa.* 61.*b. Matth.* 21.*d. Mar.* 12.*a.* 2. *Tim.* 2.*a.* Et agricolæ alij, quibus traditur vinea, reiectis prioribus: sunt pastores noui testamenti. De his agricolis. *Eccl.* 37.*c. Ier.* 14.*a.* 31.*c. Luc.* 13.*a.* Prædicatores etiam minores agricolæ dicuntur. *Iob.* 31.*d.* 1. *Paral.* 27.*d. Iere.* 51.*c. Ioel.* 1.*c. Amos* 5.*e. Zach.* 13.*c.*

Prædicatores.

Doctores quoque indocti, agricolæ dici possunt: qui malè instituuntur in Ecclesia, reiectis melioribus. Tales agricolas *ii* reliquit Nabuzardam in Hierusalem. 4. *Reg.* 25.*c. Ier.* 52.*d.*

Doctores indocti.

Recipiens verbum Dei ad operandum.

Agricolæ etiam sunt, *kk* qui recipiunt verbum Dei, vt secundum illud operentur: qua ratione etiam religiosi agricolæ dicuntur. *Matt.* 11.*d. Amos.* 5.*e.* Et generaliter agricolæ sunt, qui corpus suum colunt & sensus, & affectus moderantur,& superflua resecant,&c. Et cultores terræ dicuntur operatores boni. *Gen.* 34.*c.* 47.*e.* 1. *Mach.* 11.*a. Amos* 9.*d.* Porrò agricola est artifex, & agricultura ars. Operari autem terram contingit sine arte: vt operabatur terram Cain. Sic sumitur agricola. *Zach.* 13.*c.* quum dicit, Homo agricola ego sum.

Operationes boni.

Aricolæ in malum dicuntur *ll* amatores rerum terrenarum, eisque vacantes: qualis fuit Cain. Sic Iudæi,& eorum sacerdotes, Scribæ,& Pharisæi erant agricolæ, pro temporalibus seruientes. *Gen.* 4.*a.* 25.*c.* 4. *Reg.* 25.*e.* 1. *Paral.* 27.*d. Matt.* 21.*d. Marc.* 12.*a.*

Iudæi.

Agricolæ etiam,& rustici sunt *mm* hæretici, in quorum aruis tribuli nascuntur & spinæ. *Amos* 5.*e.* Et seculares, in quibus nulla est morum compositio, sed vitiis aguntur quasi in exterioribus locis nutriti, rustici sunt.

Hæretici.

Seculares.

Incomposiri.

Agricultura Dei dicuntur boni, *nn* quos Deus colit euellendo ab eis prauos affectus, virtutésque in eis inserendo. Agricultura autem Dei est eorum, qui operantur non cibum, qui perit: sed, qui permanet in vitam æternam. *Ioan.* 6.*c.* 2. *Paral.* 26.*b.* 1. *Cor.* 3.*b.*

Boni operatores.

Exculta terra, *oo* est Ecclesia, vel anima cum virtutibus. Inculta verò est Ecclesia, vel anima sine virtutibus. *Ezech.* 36.*g.*

Ecclesia, vel anima.

a *Ori. s. Matt. cap.* 15.
b *Amb. de fu. seculi.* 8. & 2. *de Iacob.* 1. & *s. Luc.* 17. *Ori. s. Num. ho.* 11.
c *Hie. s. Ez.* 36
d *Am. s. Lu.* 17
Gre. s. 1. *Reg.* 8 & 20. *mo.* 3. *Ber. se. par.* 26 *Bed. s. Pro.* 24.
e *Hie. s. Ier.* 32
f *Gre. s.* 1. *Regum.* 6. 11. *Aug. qu. in euang* 13.
g *Isy. s. Le.* 14. *Greg. ho.* 11.
h *Gr.* 1. *Re.* 11
i *Ori. in Mat. ho.* 13. *Hila. c.* 13.
k *Be. s. Pro.* 27
l *Amb. de Isaac.* 8. *Bed Gen.* 23. *Cas. col.* 8. *c.* 3. *Gre.* 16. *m.* 23.
m *Isy. s. Leu.* 25. 27. *Augu.* 1. *q. in iuan.* 13.
n *Amb. ser.* 2.
o *Hie. Ier.* 23.
p *Gre.* 4. *mo.* 3
q *Rup. s. Cã.* 6 & 4. *s. Ioan.*
r *Isy. s. Leu.* 25 *Aug. s. ps.* 132
s *Hie. Eze.* 7.
t *Gre.* 1. *Re.* 8.
u *Hie. s. Ie.* 13
x *Hie. Eze.* 20 *Gr. s.* 1. *Re.* 14.
y *Ori. s. Matt. ho.* 35.
z *Phil. quod dete. pot. insi.. Hie. ep. Beat.*
aa *Gr.* 1. *Re.* 4 *Ori. s. Num. ho.* 12.
bb *Hie. s. Isa.* 5 & *s. Ezec.* 16.
cc *Hie. s. Mic.* 2.
dd *Clim grad* 14. *Geor. Ven. Cã. ro.* 3. *cap.* 3
ee *Glo. inter. s. Deu.* 20.
ff *Am. de No.* 29.
gg *Aug. s. Io. tract.* 80. *Euch. for. spi.* 4. *Ru. s. Zac.* 13.
hh *Isy.* 9. *s. Ge.*
ii *Glo. ord. s. Ier.* 52.
kk *Orig. s. Ma ho.* 19. *Phil. quod detr. potio. insi & de agricul. tu.*
ll *Ori. s. Matt. ho.* 19. *Gre. s.* 1. *Re.* 9. & 5. *mor.* 7.
mm *Hi. s. A.* 5.
nn *Ori. s. Ier. ho.* 1. *Clem. Alex.* 1. *Pæd.*

Digitized by Google

Agere, Actus, Actor.

AGERE notæ significationis est, & rarum in allegoriis: cùm omnes eius significationes, ac vsus ad literam magis tendant, vt cùm *Exod. 5. c.* dicitur agi iniustè contra filios Israel: & *16. b.* Superbè agere contra filios Israel: quod quidem sic sumetur allegorice. Si filij Israel intelligantur fideles: contra quos iniustè, & superbè agunt Ægyptij, hoc est dæmones, & homines mundani, Sic. *Num. 25. d.* Dicuntur Madianitæ hostiliter egisse contra filios Israel. Datur agere diem festum. *Psa. 75.* Diem festum agent tibi. Exequi munus. *Exo. 4. d.* Ostendam vobis quid agere debeatis. Agere gratias. *Matt. 26. c.* Accipiens calicem gratias egit. Negotiari. *Genes. 1. c.* Deus tecum est in vniuersis, quæ agis. Agere pœnitentiam. *Matth. 3. a.* Tractare. *Gen. 44. d.* Absit mihi vt sic agam. Agere vitam. *Num. 31. b.* Nonne ita egerunt patres vestri? Agere curam. *1. Reg. 28. d.* vt possitis iter agere.

a *Ori. s. Num. ho. 18.*

Agere fortiter secundum animæ fortitudinem *a* contingit Israël, hoc est, fidelibus. *Num. 24. c. Iosu. 1. g.* Sic dicuntur fideliter agere, & prudenter, & fiducialiter agere. *Isa. 12.*

b *Bas. & Hi. s. ps. 14.*

Agere dolum in lingua, est *b* miscere verbis sanctis peruersa. *Psa. 5. 13. 14.* Agit etiam dolum in lingua, quid aliud agit, & aliud loquitur.

Agunt stultè pastores, quum non sequuntur consilium Dei, *Ier. 10. d.*

Agit superbè, qui est ab aquilone, hoc est diabolus, qui superbiendo cecidit. *Ioel. 2. d.*

Actores habebant, qui erant sub lege. *Galat. 4. a.*

c *Am. s. Luc. 10.*

Agens curam Samaritanus vulnerati, est *c* Christus, qui efficit, vt homo, quem curat, diuina præcepta seruet. *Luc. 10. f.*

d *Am. s. Lu. 8.*

Agi dæmoniacum in deserta. *Luc. 8. e.* designant *d* gentiles à lege, & prophetis profugos, longéque à gratia Dei existentes.

e *Amb. s. epis. ad Rom. 8.*

Aguntur Spiritu Dei illi, *e* in quorum actibus consilia principum, & potestatum huius mundi non videntur. *Rom. 8. e.*

Aggæus.

f *Hie. s. Ag. 1.*

AGGÆVS propheta, qui prophetauit anno secundo Darij regis. Interpretatur *f* festiuus, vnde rectè omnis, qui potest festa celebrare, non in inferno veteri malitiæ, & nequitiæ, sed in azimis sinceritatis, & veritatis, potest Dei recipere sermonem, & dici Aggæus, hoc est, festiuus. *1. Esdr. 5. a. Agga. 1. a.*

Ager, quare Aceruus.
Agglutinare, vide Glutinum.
Aggrauare, quare Grauis.
Aggredi, quare Inuadere.
Agitare, Exagitare.

g *Hie. s. Is. 10.*
h *Hie. s. Is. 24.*
i *Hie. s. Apoc. ho. 6.*
k *Hier. s. Nahum. 2.*
l *Ruper. s. Nahum. 2.*

AGITARE idem est quod concurrere, aut implere, versare, commouere, & tractare: Rarum est in allegoriis.

Minari.

Agitate manum, est *g* minari. *Isa. 10. g.* Agitat Assur manum, cùm diabolus aut hæreticus minatur principibus Ecclesiæ, aut eos contemnit.

Turbari.

Agitare terram, est *h* omnes homines, qui versantur in terra, malorum magnitudine, atque pœnarum, velut ebrios commoueri. *Isa. 24. d.* Sic ponitur agitari metu. *Iudith. 5. a.* Et agitatur sicut. *Apoc. 6. d.* quum *i* turbatur persequutionibus Ecclesia.

Leues.

Agitata arundo vento, leuitatem mulorum designat, qui facilè in omne vitium feruntur, & eorum, qui omni doctrinæ vento circumferuntur. *Matt. 11. a.*

Dæmones, Tyranni.

Agitatores curruum, *k* sunt dæmones incitantes superbos, aut appetitus ad vitia. *Nahum. 2. a. 2. Mach. 9. a.* Et etiam *l* omnes tyranni, & persequutores fidelium.

Agmen, quare Exercitus.
Agnus, Agna.

m *Orig. s. Nu. ho. 24.*
Hie. s. Isa. 16.
Greg. s. 1. Regum. 7.
Geor. Venet. ca. 2. t. 3. c. 13.
Cyri. 8. s. Ioan 1. 34. & cont. Iulianum. 8.
Aug. s. Ioan. tract. 7.
Isy. s. Leu. 14. 23.
Bed. s. Exo. 11
Ricar. de S. vict. 5. de area myst. 14.
Ori. s. Leuit. ho. 8.
Isy. s. Leu. 23.
n *Isy. s. Leu. 23*
o *Gre. s. 1. Re. 7. 15.*
p *Hier. s. Isa. 40. 65.*
Arn. s. ps. 113.
Hie. s. Isa. 30.
Cle. Alex. 1. ped. 5.
Isy. s. Leu. 14.
Bed. s. Pro. 27.
q *Lyr. s. Leui. 12.*
r *Hie. s. Isa. 11*
Aug. s. Ioan. tract. 7.
s *Gregor. 32. mor. 1.*
t *Hi. s. Ez. 46*
Ru. 1. s. Le. 22.
u *Hie. s. Exe. 27.*
x *Tho. 1. 2. q. 102. art. 3.*
y *Hie. s. Am. 6.*
z *Lyr. s. Nu. 7.*
aa *Gre. s. 1. Regum. 14.*

AGNVS animal mundum, satis notum, mansuetum, & vtile hominibus, tam ad victum, quàm ad vestitum: est frequens in veteris legis sacrificiis: audit facilè vocem pastoris, eique obtemperat. Agna verò est fœmina, & solebat assumi ad fœdus. *Gen. 21. d.* Statuit Abraham septem agnas.

Christus.

Agnus absque macula, masculus, anniculus, *m* Christum exprimit, præcipuè, qui iubebatur offerri in Phase. *Exo. 12. a. Leuit. 1. c. 3. b. 9. a. 14. b. 23. b. 1. Reg. 7. b. Num. 28. a. 28. a. Isa. 16. a. 53. c. Ier. 10. d. 51. e. Ezech. 46. d.* Ioan. *1. d. Apoc. 5. b. 6. d. 7. c. 13. b. 14. a. 15. b. 17. c. 21. c.* Idem est agnus lactens, qui verè est vnus agnus: quia præter ipsum non est qui tollat peccata mundi. *1. Reg. 7. b.* Sed & duo agni, vnus in holocaustum, alter pro peccato, eundem Christum designant, qui in holocaustum, & pro peccatis nostris oblatus est. *Leu. 14. b.*

Angeli inferiores.

Agni ouium, designare possunt minores ordines angelorum, qui in superioribus tanquum in speculis diuinam maiestatem contemplantur. *Psa. 113*

Duo aduẽtus Christi. Intellectus & voluntas. Panitentia, & gratiarum actio. Sacra scriptura.

Agni duo anniculi quotidie offerendi, vnus manè, alter vespere, duos aduentus Christi designare possunt, priorem ad redimendum posteriorem ad iudicandum. *Exo. 29. f. Leu. 14. b. 23. b. Num. 28. a.* Vel designant intellectum, & voluntatem, quas potentias debemus quotidie offerre Deo. Agnus etiam primus pro delicto, pœnitentiam designat pro virtute amissa: secundus gratiarum actionem de virtute recuperata; vel sunt duo Pauli mandata: Pacem sequimini, & sanctimoniam.

Dona Spiritus sancti. Vita innocens. Nuper renati Simplices. Obedientes. Virgines. Pœnitentia.

Agnus aliquando sacram scripturam designare potest, vnde agni residuum comburere, est incognita sacræ scripturæ venerari. *Exo. 12. b.*

Agni septem oblati, *n* septem dona Spiritus sancti in Christo designant: quæ fuerunt oblata in Pentecoste. *Leuit. 23. c.* Et agnæ septem traditæ Abimelech ab Abraham, sunt septem dona Spiritus sancti neophytis tradita. *Gen. 11. d.*

Agnus lactens, *o* vita innocens dici potest. *1. Reg. 7. b.* Agni etiam lactentes, *p* sunt incipientes vitam nouam in in Christo nuper renati. *Isa. 40. c. 65. d. Psa. 113.* qui facilitatem, ac teneritudinem morũmque simplicitatem, & animæ innocentiam præferunt, & maioribus obtemperant: ac demum casti, & virgines dicuntur agni sine macula. *1. Reg. 15. a. 1. Paral. 29. e. Prouerb. 27. d. Eccl. 13. c. 47. a. Isa. 5. d. 11. b. 30. c. 40. c. 65. d. Ezech. 46. d. Hose. 4. d. Luc. 10. a. Ioan. 21. d. Apoc. 14. a. Leuit. 5. b.*

Apostoli & Prædicatores.

Agnus in holocaustum, & agnus pro derelicto, *q* pœnitentiam, & veram peccati displicentiam designare potest. *Leu. 12. b. 14. c. Num. 7. c.*

Remissio iniuriæ.

Agni inter lupos dicuntur *r* Apostoli, & Prædicatores facilè sustinentes & remittentes iniurias: & demum omnes fideles iniurias remittentes. Agnis enim, & ouibus comparatur lenitas, & remissio iniuriæ. *Isa. 11. b. 21. b. 53. c. Luc. 10. a*

Vita actiua. Opera huius vitæ.

Agna de gregibus *s* vitam actiuam designare potest, quæ fructificat operibus bonis. Et dicitur de gregibus, quia vita actiua mulorum est. *Leu. 5. b.* Et agni, sex, sunt *t* opera huius vitæ munda. *Ezech. 46. b.*

Ibidinosus. Cor rebelle. Motus irrationales.

Agnus lasciuiens dicitur is, qui libenter sequitur prouocantem ad libidinem. *Proverb. 8. d.* Et etiam *u* cor rebelle rationi, & diuinis præceptis. *Ezech. 27. d. 39. e. Hos. 4. d.* Item *x* motus irrationales, quos offerimus Deo, quum corrigimus.

Inuites in deliciis, aut cibus eorum.

Agnus de grege significare potest homines in deliciis viuentes. *Isa. 34. b.* Et etiam *y* delicatum cibum eorum, qui in deliciis viuunt. *Amos. 6. b.*

Agni centum, quibus emit Iacob partem agri à filiis Emor. *Gen. 33. d.*

Agni anniculi quinque, quos obtulit Eliab. *Num. 7. c.* Et etiam alij principes tribuum, *z* ad quinque libros legis referunt.

Agnoscere, quare Cognoscere.
Agon, vide Bellum.
Ahilon.

Perfecti.

AHILON, id est, frater meus mœrens: locus vsque ad quem persequuti sunt filij Israël Philisthæos: vl *aa* tamen potius legendum est Aialon. *1. Reg. 14. e.* Figura est *aa* perfectorum, de quibus dicitur. *Matth. 5. a.*

Beati

Beati qui lugent.Perfecti enim proximorum miserias lugent.

Aioth.

AIOTH,seu Ehud,id est,laus,iudex Israël ambidexter, qui ob defensionem populi occidit Eglon regẽ Moab *Iud.* 3.*b.*Figura est *a* Iudicium Ecclesię, qui debent esse ambidextri, ne quippiam habeant sinistrum. Designat etiam angelos custodes,ac defensores,qui aduersus dæmones stant pro populo Dei.

Ala,Penna, Pennula, Pennatus.

ALA propriè est auium,his enim binis per aëra volitant,seque ad summa eleuant, miróque impetu feruntur. Alis etiam fouent oua,ac pullos recenter natos,eósque à noxiis protegunt.Pennę verò sunt plumæ,præcipuè alarum.Pennulæ verò,siue pinnulæ sunt piscium,quibus quasi brachiis per aquam natando feruntur.

Alæ Dei *b* diuinam dilectionem,& protectionem erga homines designant. *Deut.* 32.*b.Ruth.* 2.*c.Psa.* 16.35.56.60.61.62.Idem designant alæ gallinæ,secundum quod voluit nos congregare,quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. *Math.*23.*d. Luc.* 13.*g.* Manus quoque Christi in cruce,alæ Dei dici possunt, quibus nos portauit,& ab impetu diabolici furoris protexit.*Psa* 35.90.

Alæ etiam Dei siue pennæ dici possunt *c* Angeli custodes, qui ad nostri protectionem à Deo deputati sunt. *Psa.* 90.*Malach.*4.*a.*

Pennæ columbæ deargentatæ,virtutem spiritualis naturę in Christo designare possunt. *Psa.* 54.67.138.

Alæ Cherubin eruditionem,& protectionem significare possunt in Angelis : in quibus per alas signatur celeritas alta conscendens,& cœlestis vitæ cursus iter in anteriora semper,ac celsiora consternens, à mortalibus,atque infimis omnibus segregatus. Vel sunt alæ in angelis gratia perpetuæ & indefectiuæ fœlicitatis:qui semper in cœlestibus in ministerio sui persistunt autoris. Vel ideo,quia leuitate naturæ sunt pręditi, ita vt quocunque voluerint,statim quasi volando perueniant.Erant autem alæ Cherubin in oraculo quinque cubitorum singulæ: quia virtutes angelicæ legem Dei in quinque libris descriptam indefessa deuotione custodiunt,diligẽdo Deum, & proximum.De his alis.*Exo.*25.*b.*37.*b.*3.*Reg.*6.*d.*8.*a.* 1.*Par.*28.*d.*2.*Par.*3.*b.* 5.*b.* Indicant etiam alæ Seraphim *d* diuini ministerij velocitatem.

Alæ Seraphim possunt etiam designare *e* latitudinem, aut plenitudinem Verbi & Spiritus sancti in Christo, iuxta Originem.

Designant etiam *f* ministeria, & operationes sublimes dexterarum simul,& sinistrarum potestatum.

Alæ sex Seraphim, quarum duabus tegebant faciem, duabus pedes, & duabus velabant. Sic possunt distribui,*g* vt tegentes faciem operiant exordia Dei,quæ nequeunt à creatura comprehendi:tegentes verò pedes, designant futura soli Deo cognita,à creaturarum verò intelligentia semota:alæ verò,quibus volant,designant mediam Dei manifestationem angelis,& hominibus communicatam.*Isa.*6.*a.*

Vel possunt sic distingui,*h* vt duæ,quibus volant,dicant agnitionem, & deuotionem : quæ ambæ requiruntur ad volandum.Alæ verò velantes caput ipsorum,videlicet Seraphim,& etiam pedes,sic intelligendæ sunt, vt corpus quidem medium appareat,sed non totum,propter eas nimirum alas, quibus volare perhibentur. Itaque caput in homine est velatum,quia initium eius est Solius gratiæ : ita vt nihil habeat, quod sibi attribuat, in prædestinatione & vocatione. Non tamen sic alienus est ab opere iustificationis : operatur enim illud gratia, sed planè nobiscum:atque ita apparet aliquatenus corpus Seraphim. Porrò consummatio ipsa,quæ est, velut pedes, sic se habet,vt homo gloriari nequeat, quasi videatur coadiutor, aut cooperator. Atque ita velatur caput duabus alis,quum homo veraciter agnoscit,& humiliter confitetur,quod misericordia eum sola prçuenerit, velat etiam pedes duabus alis,si misericordię quoque quæ subsequutura est, nec ignarus extiterit nec ingratus.

Vel alę duæ,quibus volant,sunt *i* natura & gratia. Alę,quibus velant caput Dei,sunt fœlicitas.& gloria angelorum:quæ impediunt dęmones inuidia affectos,ne videant alta Dei.Alę verò,quibus tegunt pedes Dei,sunt prudentia,& fœlicitas : quibus abscondunt iudicia Dei dæmonibus. Quę verò detecta sunt per alas,quibus volant, sunt longanimitas,& benignitas Dei,quę nobis quotidie apparent.

Vel sex alę sunt *k* sex gradus contemplationis. Primus est in imaginatione, & secundum solam imaginationem. Secundus in imaginatione secundum rationem. Tertius in ratione secundum imaginationem.Quartus in ratione,secundum rationem.Quintus supra rationem,& non prçter rationem.Sextus supra rationem, & videtur esse præter rationem.

Alę præterea super caput erectę,*l* contemplationem in Deum designare possunt:alę verò pedes velantes,motum compassionis in proximum. Alæ verò mediæ totum considerationis erga seipsum.

Alæ rursus duæ,quibus animalia velabant corpus, charitatem Dei,& proximi, ac demum virtutes *m* designare possunt.*Ezech.*1.*f.*Vel sunt timor,& pœnitentia, quibus teguntur peccata. Alæ verò superius iunctæ, amor & spes,quibus simul ad superna Sancti feruntur. Alæ verò percutientes se ad inuicem, *n* exhortationem ad virtutes insinuant, vt quum in vno Sancto vna est virtus,in alio alia, mutuo se secũdum illas percutiunt. *Ezech.* 3.*c.* 10.*a.*11.*d.*Pennæ etiam animalium secundum quod tegebant,designant mysteria fidei non posse ratione humana comprehendi.

Alæ præterea senæ animalium,designare possunt *o* vetus testamentum, per quod volat nouum:quando ostenduntur prophetata,quæ in nouo apparent gesta.*Apoc.*4.*c.*

Pennæ *p* contemplationem designare possunt, & manus est sub pennis, cùm actiones Sanctorum virtute contemplationis vincunt.*Ezech.*1.*b.*Et pennati sunt *q* habentes charitatem & virtutes,& oculorum mentis illustratum:ante quorum oculos frustra iacitur rete.*Prou.*1.*b.*

Alæ animæ dici possunt *r* cogitationes,quibus leuiter in omnem partem fertur : & etiam ordo bonorum operum.Designatur autem per alas accipitris.*Iob.*39.*d.*Et pennæ ventorum, intellectus animarum. *Psa.*17.138.Easdem designant alæ struthionis.*Iob.*39.*c.*

Alæ aquilarum *s* doctrinam duorum testamentorum significare possunt, super quas dicitur Dominus portare populum suum.*Exod.*19.*a.Psalm.*16.35.Et alæ datæ mulieri, sunt duo testamenta. *Apoc.* 12. *d.* Designant etiam Mosen & Aaron.

Pennæ etiam aquilarum.*Isa.*40.*g.*Renouationem *t* vitæ spiritualis designare possunt, de qua dicitur. *Ps.* 102. Renouabitur,vt aquila iuuentus tua.

Alæ geminæ Cherubim,id est duorum testamentorum, designate possunt *u* directionem inter aspera & aduersa,ac prospera,quæ fit per sacram doctrinam,semper ad cœlestia nos dirigentem.3.*Reg.*6.*d*

Alæ accipitris,& herodij,intellectum, & affectum iustorum, ac pœnitentiam, sed virtutes quibus in cœlum solidè euolant,sic vt ventos humani fauoris premant,designant,& præterea duplicem directionem, ac etiam duplicem vitam,*x* actiuam videlicet,& contemplatiuam.*Iob.*39.*c.d.Psa.* 138. Idem designant alæ duæ datæ mulieri.*Apoc.*12.*d.*Vel designant Eliam,& Henoch.Et pennę columbæ sunt *y* duo præcepta charitatis, *Ps.*54.

Alæ ignis,aut lampades ignis, designare possunt *z* splendorem charitatis. *Cant.*8.*c.* Et pennatæ generatim significare possent gratiam,& dona Spiritus sancti,ac virtutes bonósque mores nos ad cœlestia erigentes.*Leu.*5.*b.* *Ps.*17.67.Et pennates volucres,sunt virtutes illas habentes. *Psa.*77.148. *Prou.*1.*b.* Sancti enim virtutibus ad cœlestia volare semper, & in his conuersationem delectantur habere.

Pennæ etiam designant aliquando *aa* ipsam Ecclesiam.*Leu.*5.*b.*

Pennæ columbę, *bb* intelligentiam spiritualium designare possunt. *Ps.*54.67. Et dicuntur deargentatę, hoc est,verbi,& rationis ornamento decoratæ. Sunt etiam rationabiles sensus in sancti Spiritus donis. Et pręterea aures spiritaliter intelligentes:& doctores Ecclesię,& candor innocentię,& pudicitiæ.

Alę duę orationis,quibus in cœlum oratio volat, sunt ieiunium, & eleemosyna : & etiam gemina eleemosyna,*cc* hoc est,Date,& dabitur vobis:& dimittite,& dimittetur vobis.

Pennæ ventorum *dd* designare possunt oculos mentis prędicatorum.*Ps.*17.103.2.*Reg.* 22.*b.* Vel designant velocitatem venti, & leuitatem,& virtutes animę,vel sublimitatem angelorum. Designant etiam virtutes charitatis in animabus perfectis,super quas ambulat Deus,quia eius charitas eas superat.

Iudices ecclesia. Angeli custodes. Diuina dilectio & protectio. Manus Christi. Angeli custodes. Protectio & velocitas angelorũ & fœlicitas. Plenitudo verbi in Christo. Operationes angelorũ sublimes. Gradus contemplationis. Charitas Dei & proximi. Timor & pœnitentia. Amor & spes. Exhortatio ad virtutes. Vetus testamentum. Contemplatio. Habẽtes charitatem. Cogitationes. Ordo bonorũ operum. Intellectus. Duo testamẽta. Renouatio vitæ spiritualis. Directio sacra doctrina. Intellectus & affectus iustorum. Virtutes. Duplex vita. Gratia & virtutes. Ecclesia. Intelligentia spiritualium. Rationabiles sensus. Ieiunium & eleemosina. Mentes prædicatorum. Virtutes.

a *Ori.s. Iud. ho.*4. b *Arn.s.ps.*16 9c.35. *Aug. de essen. diuin. Amb. de Isaac c.*8. c *Bern. ser.*4. *s.qui habitat Euch.for. spiri.*1. *Ori.s. Matth. ho.*26. d *Dio,calest. hierarch.*15. e *Euc.q.in Is Ori.s. Rom.*3. f *Cle. Alex.* 5.*stro.* g *Dio. calest. hierar.*13. h *Bern ser.*4. *de verbis Isa.* i *Bern.ser.* 5. *de verbis Isa.* k *Ricar. de S. vict.* 1. *de arca.myst.c.*10. l *Greg.*6.*mor.*28.& 35.*mo* 2.& *s.Ezech. ho.*3. m *Gre.s. Eze. ho.*4. 7. 8. & 24.*mor.*10. n *Rup.s.Eze.*3 o *Aug.s.Apoc.ho.*3. p *Gre.s.Ezec. ho.*3. q *Bed.s.Pro.*1 r *Amb.de virgin.*3. *Greg.*31.*mor.*32.11. *Arn.s.ps.*138. *Aug.s.ps.*118 & *s.Ap.ho* 10 s *Bed.s.Ex.*18 *Hie.ps.*16. t *Glo.ord.s. Isa.*40. v *Glo.ord.s.*3. *Reg.*6. x *Gregor.* 31. *mor.*6. *Euch.for.spirit.*5. *Aug.s.ps.*118 & *s.Ap.ho.*10 y *Ben de diligendo Deo.* z *Amb.ser.*25 *Greg. Nyss.de oratione.* aa *Glo. ord.s. Leu.*5. bb *Or.s.Cant ho.*3.& 4 & *s.Isa.ho.*6. *Hie.s.ps.*54. *Euc.for.spiritual.*5. *Aug.s.psa.*67. *Aug.s.ps.*42. & *ho.*42. cc *Gre.s.*1.*Re.*1.& 17.*m.*13 dd *Hi.s.ps.*17 *Au.s.ps.*103.

Pennæ colombæ *a* significare possunt Pharisæos,& Sacerdotes:qui requiescebant inter medios cleros. *Psa.*67 Alæ etiam Iudææ erant sacerdotes,& principes eius. *Ier.*2.*g.*

Alæ possunt significare *b* intellectum,& operationem..*Hose.*4.*d.*quum dicitur spiritus ligasse Ephraim in alis suis.

Alæ terræ, seu fines,sunt *c* Prophetæ, & Apostoli: qui assumptis alis columbæ ad cœlorum regna festinant. *Isa.*24.*c.*

Alæ struthionis *d* fictam sanctitatem, & conuersationem simulatam hypocritarum, & Antichristi designare possunt:quibus videntur in cœlestia erigi,cùm terram non dimittant.*Iob.*39.*e.*Et alæ cymbali,seu nauium, sunt doctores Antichristi elati per superbiam:vel verba hæreticorum magna promittentium, quæ tamen non exhibent.*Is.*18.*a.*Et in aliis hæreticorum inuenitur sanguis, quum defendunt,quos deceperunt.*Ier.*2.g.

Alæ aquilarum designare possunt *e* potentiam mundanam. *Ezech.*17.*a.* Et alæ regis Assyriorum sunt principes eius,aut defensio.*Isa.*8.*b.*18.*a.Ier.*48.*g.*49.*e.* Designant etiam vires diaboli ad tentandos fideles. Et dicuntur habere pennas magistri regum,aut adulatores.*Eccle.*10.*d.*Et alæ mulierum designant actiones superbas. *Zacha.*5.*d.*Ad hæc pertinet *f* mouere pennam.*Is.*10.*d.* Alæ bestiæ velut aquilarum, designant præcipitationem, & præsumptionẽ in vita contemplatiua. *Dan.*7.*a.* in his alis *g* dicitur ligasse spiritus fornicationis Israëlem. *Hose.*4.*c.* quia ex superbia fornicati sunt à Deo. Alæ etiam locustarum, superbam hostium designant.*Apoc.*9.*b.*

Alæ milui *h* actiones diaboli,qui vitæ paruulorum semper insidiatur.*Zach.*5.*d.*

Alæ auis quatuor terræ bestiæ.*Daniel.*7.*b.*designant *i* velocitatem; qua Alexander Magnus adeptus est imperium. Vel designant *k* alas fraudulentiæ per pardum designatæ,quæ sunt simulatio, dissimulatio, ostentatio, & excusatio.

Alæ quatuor terræ Israel, *l* quatuor eius plagas designare possunt,vel *m* partes totius terræ. *Ezec.*7.*a.*

Pennulæ præcipuè sunt piscium,designántque contemplationem cœlestium, vitam cœlestem,ac virtutes.*Leu.*11.*b.Deut.*14.*b.*Vnde pisces sine pennulis sunt immundi,hoc est, homines sine virtutibus. Pennulæ etiam turturis sunt virtutes. *Leu.*1.*d.*5.*b.*

Penuulæ quoque piscium, *n* hilaritatem designant.Hilaritas quippe leuat,& subleuat, vt saltus quosdam dare videatur in alas, quisquis exhilaratur. Duæ autem pennulæ duplicem indicant hilaritatem, vt glorientur in spe,& in tribulationibus.

Contemplatio cælestium.
Virtutes.
Hilaritas.

Alabastrum.

ALABASTRVM *o* est genus lapidis candidi,& pulchri marmoris similitudinem habentis, ex quo fiunt vasa, seu pixides ad vnguenta pretiosa seruanda, quæ in eis optimè conseruantur.

Alabastrum vnguenti pretiosi quod effusum est super caput Christi, designare potest corpus nostrum castigatione pœnitentiæ factum vas precioſi vnguenti, nempe animæ Deo placentis. Et ipsum corpus simul cum fide alabastrum vnguenti erit. *Matt.*26 *a.Marc.*14.*a.Luc*7.*f.*

Corpus cum anima pura aut cum fide.

Designat etiam *p* Iudæam plenam donis spiritualibus, & mysteriis, tanquam pretiosissimo vnguento: quod quidem factum est,quum Iudæa destructa est,& odor vnguenti deuenit ad Gentes,quæ fidem susceperunt.

Iudæa.

Alacer, quare Exultare.

Alapa,Colaphus,Colaphizare.

ALAPA est percussio maxillæ,quæ fit manu extensa. Colaphus verò est percussio in collo.

Alapis cædebant sacerdotes,& pharisæi Christum, quem etiam percussit seruus pontificis:& etiam colaphis.*Matt.*26.*g.Marc.*14.*g.Ioan.*18.*d.*19.*a.*designantes *q* alios iniquos,qui Christum colaphizant, quum iniuriam faciunt alicui de Ecclesia.

Iniuria fidelium.

Colaphizantur etiam boni cùm persecutiones patiuntur, & tentantur à diabolo. 1.*Corint.*4.*c.*2. *Cor.* 12. *b.* 1. *Pet.*2.*c.*

Albus,Candidus,Dealbare,

ALBVM,color est maximè ad lucis similitudinem accedens, maximéque visui patens, ipsúmque ad se trahens,ac munditiam imprimis desiderans, qui & lætitiæ signum assumi solet.

Latitia spiritualis.

Album *r* lætitiam spiritualem,& innocentiam,& munditiam vitæ designare solet:siue hic candor ponatur in lapidibus,siue in vestibus,siue in equis,siue in ouibus,&c.*Gen.*30.*g.Eccl.*9.*b.Cant.*5.*c.Psa.*50.67.*Isa.* 1.*e. Thre.* 4.*b. Tob.*13.*d.Dan.*7.*c.Zach.*1.*b.*6.*a.*2. *Mach.*9.*a.*16.*a.Luc.*9.*d.*23.*b. Ioan.*20.*c. Actor.* 1.*b.*10.*e. Apocal.*1.*c.*3.*a.*4.*b.*6.*c.*7.*c.* Designat etiam animas sensibus doctrinæ, & vitæ merito fulgentes. Et corpora munda seu glorioſa.

Innocentia.
Mundicies.
Anima sensibilibus doctrina fulgentes.
Corpora gloriosa.

Candidus dilectus dicitur. Christus *s* propter diuinitatis splendorem, quæ per candorem rectè designatur. Dicitur etiam candidus propter pulchritudinem integrę iustitiæ.*Cant.*5.*c.Sap.*7.*d.*Candor capillorum eius,& etiam antiqui dierum æternitatem Patris & Filij designat.*Dan.*7.*c.Apoc.*1.*c.*

Diuinitas in Christo & Iustitia.
Æternitas Dei.

Candens æs *t* splendorem diuinę lucis indicat,*Ezech.*1.*b.* Vel ardorem prędicationis, ex desiderio cœlestium. Et alba vestimenta Christi sicut lumen,manifestationem gloriæ Christi designant:quę facta est per literas Euangelicas.*Matt.*17.*a.*Et candor totius cutis claritatem Euangelicę prædicationis, ac sensum spiritualem designare potest.*Leu.*12.*b.c.f.*Quando tamen est in cute non totam cutem occupans,suspicionem significat peccati: ac interdum *u* manifestam literæ legis transgressionem.*Leu.*13.*a.b.*

Candor diuinæ lucis.
Ardor prædicationis.

Alba vestis,qua Christus indutus est in passione, *x* confessores, & virgines significat, ac etiam gloriam & innocentiam Christi.*Luc.*23.*b.Eccl,*9.*b.*

Sensus spirituales.
Confessores, & virgines.

Albus equus interdum significat *y* angelos,in quibus candor propinquitatem diuinæ lucis significat. *Zach.* 6. *a.Apoc.*6. *a.* 19. *b.* Potest etiam significare Ecclesiam in baptismo dealbatam: nonnunquam *z* prædicatores, & etiam virgines,quandoque etiam carnem Christi,

Gloria, & innocentia angeli.
Ecclesia.
Prædicatores.
Virgines.
Caro Christi.

Candidiores niue dicunt Nazaræi,*aa* quum continentes excellentia vitæ in Ecclesia tam mira opera faciunt: vt multos,qui cœlestem vitam tenuerunt,superare videantur.*Thre.*4.*b.*

Sensus allegoricus.

Candor dentium, & lactis, *bb* puritatem designat eorum, qui subtiliter mysticos sensus inuestigant. *Genesis.* 49.*b.* Dicuntur autem candidiores lacte,hoc est, puriores, & sublimiores, quàm sit doctrina veteris testamenti.

Error cogitationum.

Candor in virgis,quas Iacob decorticauit,*cc* sensum allegoricum significat: qui appatet, detracto literę cortice.*Gen.*30.*f.*Album etiam in coriandro,aut manna *Exo.* 16.*g.* designat splendorem verbi Dei: cuius participatione res aliæ caliginem excutiunt.

Morum maturitas.

Albi facti rami,designant *dd.*genus humanum,vulneratum in naturalibus. Albor enim in ramis indicium est ariditatis.*Ioel* 1.*b.*Vel albi facti sunt rami, quum ostensa humanis oculis opera candescunt. De sanctitate enim nomen sumitur,quum recta actio diuulgatur:& vnde placere cupiunt, inde siccantur.

Innocentia.

Albus color capillorum,errorem cogitationum iam prodeuntem significat. *Leu.*13. *a. f. Matth.* 4.*f.* Interdum verò *ee* morum maturitatem.*Apoc.*1.*c.* Ac etiam baptizatorum innocentiam.

Ignorãtia legalium.

Alba cicatrix, manifestam designat *ff* peccati sectam.*Leu.*13.*c.d.* Vel designat transgressionem in legem: sicut rubra transgressionem Euangelici præcepti.

Albor subobscurus in lepra, designat *gg* ignorantiam legalium, non quidem omnium, sed eorum, quæ peculiaria sunt ipsius legis, & non communia cum lege naturæ, & Euangelij, quæ non facit immundum ignorantem. Est autem notanda diuersitas *hh* candoris lepræ, & candoris lucis, vt alter sumatur in bonum alter in malum.

Hypocrita.
Christus.

Dealbari in bonum,*ii* est à vitiorum maculis purificari.Dealbantur autem iusti super niuem,tum quia fulgebunt sicut Sol:tum quia candor niuis facilè præterit cum ipsa niue: candor verò iustorum perpetuo durabit. *Psa.*50.67.*Isa.*1.*e.Dan.*12.*f.*1 1.*c.Apoc.*7.*c.*

Gẽtes paratæ ad fidem.

Dealbata sepulchra,& dealbatus paries, *kk* hypocritas manifestè designant: qui foris mundi apparent,quum intus omni vitiorum spurcitia sint pleni.*Matt.*23.*e.Acto.*23.*a.*

Candidum manna dicitur *ll* Christus,qui nulla ignorantia fuscatur. *Exod.*16.*f.*

Albæ messes,designant *mm* gentes paratas ad susceptionem fidei,*Ioan.*4.*e.*

Albugo.

Sublimitas angelorum.
Intellectus & operatio.
Prophetæ & Apostoli.
Simulatio hypocritarum, hæreticorum & antichristi
Potentia mũdana.
Superbia.
Actiones diaboli.

a *Arn.s.ps.*67
b *Lyr.s.Hos.*4
c *Hie.s.Is.*14.
d *Gre* 13.*mo.* 7.*&* 31.*mo.*6 *Hie.s. Isa.*18.
e *Hie.s.Ezec,* 17.
f *Ricar. de S. Vict.de vitio muta.*3.
g *Ru.s.Hos.*4.
h *Rup.Zac.*5. *Gre.*14.*m.*18.
i *Hie.s.Da.*7.
k *Ricar.de S. vict. mutabile.*11.
l *Hie.s. Ezec.* 7.
m *Gre.s.Eze. ho.*7.*& ho.*31
n *Bern. ser.*1. *de S. Andrea*
o *Plin.*35.*na. hist.*8.
p *Aug.s.ps.*30
q *Ori.s.Matt. ho.* 35.
r *Arn.s.ps.*67 *Philo de som.* *Hie.s.Eccle. ten.*9. *Beda.s. Cant. serm.*71. *Rup.*2.*s.Apo. Amb. de virgi.*2.
s *Gre.s.Cã.*5. *Rup.s.Can.*5. *&* 1.*s. Apoc.*
t *Hie.s.Eze.*1. *Gre. s. Ezech. ho.*3. *Ori.s. Matth. ho.*3.
u *Isy.s.Le.*13.
x *Amb.s.Luc.* 23. *& exhor. ad virgin.*
y *Diony.cal. Hie.*15. *Hie.s. Zac.* 6.
z *Ruper.*11.*s. Apoc.*
aa *Glo. ord.s. Thren.*4.
bb *Ori.s.Gen. ho.*17.
cc *Phil.*2.*allo.*
dd *Gregor.* 8. *mor.*37.
ee *Au.s. Apo. ho.*1.
ff *Isy.s.Le.*13. *Isy.s. Leu.*13.
gg *Is.s.Le.*13. *Ori.s.Ios.ho.* 13.
hh *Am.deinitiat.mist.*7.
ii *Gre.s.ps.*50
kk *Ori.s.Mat ho.*25.
ll *Bed.s. Exo.* 16.
mm *R.*4.*s.Io.*

Digitized by Google

Albugo.

Ignorãtia sui Superbia.

ALBVGO est *a* macula in oculo visum impediens, aut in totum tollens: significare potest ignorantiam sui, quæ facit homines nec se cognoscere, nec de aliis rectè iudicare. Vel designat arrogantiam, & superbiam: quæ non sinit rectè iudicare, quæ in nobis sunt. *Leu.* 21. *d. Tob.* 5. *b.* 11. *c.* Vel designat vitium eorum, qui confitentur se no sse Deum, factis autem negant. *Titum* 1.

a *Greg.* 1. *past.* 11. *Isy. s. Leu.* 21.

Alchimus.

Iudas.

ALCHIMVS princeps sacerdotum de genere Aaron, pollutus sacrificiis Antiochi Epiphanis: qui fecit multa mala populo suo. 1. *Mach.* 7. *a.* 9. *f.* 2. *Mach.* 14. *a.* designat eos de quibus dixit *Ioannes*, 1. *epist. cap.* 2. *c.* Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Denique typum gerere potest Iudæ: *b* quia tradidit populum suum. Tales sunt etiam, qui intrusi sunt in dignitates Ecclesiasticas, quum sunt indigni.

b *Isy. s.* 1. *Machab.* 7.

Alere, Alimentum, Altilia, quare Cibus, & Nutrire.

Alexander.

Diabolus. Christus.

ALEXANDRI nomine multi sunt dicti, qui non habent allegoriam.

Alexander Macedo. 1. *Mach.* 1. *a.* Secundum quod monarchiam occupauit, significare potest *c* principem huius seculi diabolum. Secundum autem quod erat liberalis, & subegit sibi principes terræ, typus est Christi.

c *Lyr. s.* 1. *Machab.* 1.

Alexander rex filius Antiochi, qui fauit Ionathæ principi sacerdotum. 1. *Mach.* 17. *a.* significat bonos principes seculares, qui Ecclesiæ fauent.

Alexandria.

Gentilitas.

ALEXANDRIA ciuitas Ægypti, quæ Hæbraicè dicitur נא No. *Ierem.* 46. *f. Ezech.* 30. *d. Nahum.* 3. *b.* designare potest gentilitatem, *d* vel Ecclesiam ex gentibus. Et Alexandrinus, qui venit ex gentilibus *Actor.* 18. *f.* 27. *a.*

d *Hie. s. Nahum.* 3.

Alienus, Alienigena, Alius, Extraneus, Externus, Exterus.

Alienare, Abalienare.

ALIENVS dici solet, qui non est ex eodem genere, nec ex eadem patria cum eo, respectu *e* cuius dicitur alienus. Idémque est alienigena. Aduertendum autem, vbicunque in veteri testamento ἀλλοφύλους, hoc est, alienigenas legerimus: non commune nomen esse omnium exterarum gentium: sed propriè Philistinorum, qui nunc Palesthini vocantur, accipiendi sunt, vt *Ps.* 82. 86. vbi legitur, alienigena, in Hebræo habetur Philisthim, de cuius interpretatione vide in suo loco.

e *Hie. s. Isa.* 2. *& s. Amos.* 1.

Christus.

Extraneus factus dicitur Christus fratribus suis, hoc est, Iudæis *f* qui eum tanquam extraneum, & hostem persequuti sunt, & occiderunt. *Psa.* 68. Aut fuit extraneus Apostolis, quum relicto eo, fugerunt.

f *Arn. & August. s. ps.* 68.

Angeli. Sancti viri. Christiani.

Alieni, quos adduxit Deus contra regem Tyri. *Ezech.* 28. *b.* dici possunt Angeli, aut Sancti viri, qui vicem um diabolum.

Alieni reputantur Christiani apud infideles. Et his alienis *g* relinquunt Iudæi diuitias suas, hoc est, legem & prophetas. *Psa.* 48. 108. Et comedit alienus diuitias Iudæorum, quum *h* populus Christianus fruitur mysteriis eorum. *Eccl.* 6. *a. Ier.* 8. *d.*

g *Bas. s. ps.* 48 *Arn. s. ps.* 108
h *Hie. s. Ecc.* 6

Alienæ reputatæ sunt Lia, & Rachel apud patrem suum Laban. *Gen.* 31. *b.* quia *i* ignauus, & inuidus fugit laborem vitæ actiuæ, & contemplatiuæ.

i *Am ep.* 4.

Doctrina noui testamenti. Spiritus sanctus.

Alienum opus à Deo dicitur punire, quia proprium est *k* eius misereri semper, & parcere. *Isa.* 28. *f.*

k *Hi. s. Isa.* 28

Aliæ linguæ, *l* doctrinam noui testamenti designant *Isa.* 28. *c. Iere.* 31. *f.* 1. *Corin.* 14. *d.* Et alij lapides, & aliud lutum, & doctrinam veram, & Euangelicam indicant. *Leui.* 14. *f.* Et aliæ vestes, nouam conuersationem secundum Euangelium. *Leui.* 6. *b.* Et aliæ vestes, quibus sacerdotes debent procedere ad populum, designant sermonem *m* doctrinæ simplicioris. *Ezech.* 42. *c.*

l *Gl. or. s. Ie.* 31.
m *Hi. s. Ez.* 42

Alius spiritus, quo plenus erat Galeb, *n* Spiritum sanctum videtur significare, qui alius est, & diuersus à spiritu nequam, quo pleni erant alij exploratores. *Num.* 14. *d.* Sic dicitur alius paracletus, diuersus videlicet à paracleto, seu spiritus huius mundi. *Ioan.* 14. *b.*

n *Ru.* 2. *deglol Trin.* 2.

Damones.

Alieni interdum dicuntur dæmones, *o* qui dicuntur deuorare terram. *Isa.* 1. *b.* 62. *c. Iob.* 15. *c. Psal.* 48. 108. *Ierem.* 3. *e.* 8. *d.* 19. *b.* 30. *b. Ezech.* 7. *f.* 16. *d. Ioe.* 3. *d. Abdie, d. Prou.* 5. *b.* Et aliena potestas, est potestas dæmonum. 1. *Machab.* 10. *d.*

o *Hie. s. Is.* 42. *s. Iob.* 15. *Gr.* 12. *mo.* 18 *& 3. past ad mo.* 25. *A. s. ps.* 85. 103 *Isy. s. Leu.* 22.

Gentiles.

Alienus populus dicuntur Gentiles, qui & alienigenæ dicuntur, alienati à conuersatione Israel, hoc est, fidelium. *Gen.* 17. *d.* Vbi iubetur alienigena circumcidi, vt habitet cum populo Dei. De his. *Exod.* 12. *g.* 21. *a.* 29. *b.* 30. *a. Iob.* 19. *b. Psal.* 55. 82. 86. *Isa.* 61. *a. Ez.* 7. *e.* 44. *b. Abdi. d.* 2. *Para.* 6. *f.* 2. *Macb.* 10. *a. Luc.* 17. *d. Eph.* 2. *c.* Et aliæ oues, quas Christus habebat erant Gentiles ad fidem vocandi. *Ioan.* 10. *c* Et alius ferens, & alius comedens designat Iudæos ferentes per legem, & prophetas, & gentiles eorum mysteriis fruentes. *Iob.* 31. *a. Pro.* 11. *d. Ioan.* 4. *e.* Alieni comedentes robur Ephraim, fuerunt Romani, auferentes regnum à Iudæis. *Hos.* 7. *b.*

p *Aug. s. ps.* 53. *Arn. s. ps.* 17. q *Chry. s. Ioã. h m.* 58. *Ambr. epi.* 1. *Arn. s. ps.* 17. *Hier. s. Abdi Gr.* 3. *past. ad mo.* 11. *& 16. Mor.* 21. *Cyr. s. Ioa.* 2

Iudæi.

Alieni dicuntur *p* Iudæi, vt quum Ioseph ad fratres suos quasi ad alienos durius loquebatur: designabat Christum reprehendentem Iudæos, qui iam non merebantur dici semen Abrahæ. *Cen.* 42. *b. Psalm.* 53. Et domus alienorum, sunt domus Iudæorum. *Isa.* 25. *a.* Et ipsi sunt exteri *h* virtute Dei. *Sap.* 11. *c.* 18. *b.* Itidem dicuntur aliena vitis. *Iere.* 2. *d.* Et alienæ filij. *Psal.* 17. 143. *Eccl.* 8. *d. Ezec.* 44. *c. Hos.* 5. *b.* Et externi, qui non admittuntur ad ministerium tabernaculi cum Leuitis. *Num.* 1. *g.* 3. *b.* 18. *c.*

r *Au. s. ps.* 82. *Bed. s. Pro.* 27. s *Au. s. ps.* 48. t *Aug. s. Ioan. tra.* 44. *Cry. s. Io. b.* 68 *Vincē. Gallus aduer. proph. Nouationes. Cle. Alex.* 3. *ped.* 8.

Haretici. Peccatores.

Alieni etiam, vel alienigenæ in eisdem ferè locis dici possunt *q* hæretici, & omnino mali, & peccatores, qui non intersunt mutuæ cognitioni Ioseph, & fratrum suorum. *Gen.* 45. *a. Leui*, 26. *b. Num.* 3. *f. Ps.* 53. *Prou.* 5. *b.* 6. *a.* 11. *a.* 25. *b.* 27. *a. Isa.* 1. *b. Iere.* 2. *e.* 3. *e.* 8. *d.* 19. *b.* 30. *b. Ezec.* 7. *f.* 16. *d.* 28. *b.* 30. *c.* 31. *d. Hose.* 7. *c.* 8. *b. Ioel.* 3. *d. Ioan.* 10. *a.* Et alieni pueri, sunt satellites dæmonum. *Isa.* 2. *b.* Et alieni, qui soluunt tributum, sunt peccatores. *Matt.* 17. Et etiam alieni sunt persequutores Ecclesiæ. *Abd. d.* 1. *Mac.* 1. 24. *e. Heb.* 11. *g.* Et alij, qui transtulerunt terminos, sunt hæretici, qui à sanctæ Ecclesiæ gremio extraneos se fecerunt. *Iob.* 14. *a.* Alienigena etiam gens, peculiariter dici possunt adulatores. *Eccl.* 19. *b.* Alienigenæ, & qui Philisthiim, id est, potione cadentes dicuntur, *r* qui ebrij sunt luxuria seculari. *Psal.* 82. Aliena etiam mulier & extranea, quæ mollit sermones suos, est hæreticus. *Prou.* 2. *c.* 7. *a.*

Adulatores.

Alieni, quibus mali relinquunt diuitias, sunt *s* eorum filij, vel cognati, qui eis prodesse non possunt. *Ps.* 48.

Aliunde ascendit fur & latro, *t* quia hæreticus non intrat per Christum, qui est veritas, neque sacram scripturam. *Ioan.* 10. *a.*

Hæreses.

Alieni Dij, sunt hæreses, quæ sic ab hæreticis coluntur, vt à gentilibus Dij sui obseruabantur. *Exod.* 20. *a.* 23. *b.* 34. *b. Iosu.* 24. *c.* 1. *Reg.* 7. *a.* 3. *Reg.* 11. *a. Psa.* 43. 80. *Ier.* 2. *e.* 3. *e.* 7. *b.* 16. *b.* 19. *a. Hose.* 3. *a. Ioel.* 3. *d.* Et alienus ignis est hæresis. *Leui.* 10. *a.* Et alienigenæ mulieres sunt hæreticorum sectæ. 3. *Reg.* 11. *a.* 1. *Ester.* 10. *e. Pro.* 2. *c.* 6. *c.* 7. *a.* 22. *c.* 23. *c. Ecclesiast.* 9. *b.* Et aliena aqua dicitur vel vxor aliena, vel hæresis. *Prouerb.* 9. *c. Ecclesiastici* 25. *d.*

Peccata. Praua cogitationes.

Alieni dij abiiciendi sunt *u* peccata, & praua cogitationes, & quæcunque quis Deo præfert. *Exod.* 20. *a.* 23. *b.* 34. *b. Iosu* 24. *c.* 1. *Re.* 7. *a.* 3. *Reg.* 11. *a. Psal.* 43. 80. *Ierem.* 2. *e.* 3. *e.* 7. *b.* 16. *b.* 19. *a. Hos.* 3. *a. Ioel.* 3. *d.* Et aliena peccata dici possunt *x* adulationes, quibus mali adulantur nobis. *Psal.* 18. 1. *Tim.* 5. *b.* Vel sunt peccata, quæ quis persuasione alterius admittit. Vel praua cogitationes, quæ *y* nobis nolentibus aduenium.

u *Gr. s.* 1. *Re.* 7 *Hier. s. ps.* 114 *& s. Ioel.* 3.
x *Arn. s. ps.* 18
y *Au. de libero arbitr.* 10.

Scientia gentilium.

Alienigenæ mulieres, sunt *z* scientiæ Gentilium, 3. *Reg.* 11. *a.* 1. *Ester.* 10. *e. Prou.* 2. *c.* 6. *c.* 7. *a.* Et aliena mulier, est philosophia, in qua non multum est immorandum. Et alienæ vanitatis dici possunt Gentium ceremoniæ. *Thren.* 5. *a.*

Concupiscentia.

Alienigenæ etiam mulieres sunt *aa* concupiscentiæ carnis, & oculorum, & superbia vitæ. 3. *Reg.* 11. *a. Pro.* 2. *c.* 6. *c.* 7. *a.* 22. *c.* 23. *c.* Et alienus ignis, *bb* est praua concupiscentia, & ardor auaritiæ. *Leuit.* 10. *a.* 16. *b.*

z *Cle. Alex.* 3 *pa.* 9. *& 2. stro.*
aa *Is. s. Ie.* 10. *Cyr. dialog.* 2.
bb *Am. epist.* 3

Alienæ computatæ sunt leges Dei *cc* à Iudæis videlicet, & hæreticis eas contemnentibus. *Hos.* 8. *d.*

cc *Iy. s. Hos.* 7 *Hier. Cypr. s. Psa.* 89.

Aliena domus designare potest conuenticula hæreticorum. *Prou.* 5. *b.* Et alienus locus est, quem faciunt, qui colunt idola vel errores. *Ier.* 19. *a.* Idem designat vinea aliena. *Iere.* 19. *a.* Et mensa aliena. *Eccl.* 40. *d.* Et alienum matrimonium, est coniunctio cum hæreticis. *Eccl.* 23. *d.*

Digitized by Google

Alia via,per quam reuerſi ſunt Magi,*a* mutationem vitæ prioris deſignare poteſt,aut ipſum Chriſtum. *Matthæi,2.b.*

Aliena verò via dicitur,*b* quæ non eſt conformis naturali rationi.*Prouer.21.d.* Ideo omne peccatum eſt contra naturam.

Aliena terra dici poteſt *c* corpus,aut caro peccatoris rebellis ſpiritui,aut ſtatus peccati,*Exod.2.d.18.a.Pſa.136. Baruch,3.b.1.Mach.6.b.Act.7.a.*Et alienus locus dicitur,qui eſt ſeparatus à Deo. *Iere.19.a.* Et aliena peccata dicuntur,quæ voluntate aut ignorantia,& errore committimus.*Pſal.18.* *Caro peccatoris.*

Alienum æs,dici poteſt *d* ſenſus peccatorum.*1.Re.22.a.*Et alienum dici poſſunt diuitiæ, quin non ſolum hominis propriæ, ac demum omnia temporalia.*Luc.15.e.Exod.22.a.Eccl.21.b.1.Pet.4.d.*

Alienum germen,dici poſſunt *e* blaſphemiæ in Chriſtum prolatæ, ſeu infidelitas eſt de filio Dei.*Iſ.16.d.* *Blaſphemia in Chriſtum.*

Alia creatura referri poteſt ad ſenſibilia. *Rom.8.g.*vt vna creatura intelligatur eſſe anima intelligibilis.

Alienus non eſt cum Deo.*Iſa.43.b.*quia *f* Deus ſolus eſt creator,& ſaluator.

Abalienare ſeu alienare,ſignificat *g* ſeparari à fide,vel à recta conuerſatione.vt *Pſal.57.*Alienati ſunt peccatores à vulua: hoc eſt,hæretici ſeparati ab Eccleſia:vel Iudæi à ſancta conuerſatione,& fide Abrahæ. Vel alienati ſunt peccatores à vulua:quia errauerunt circa natiuitatem Chriſti. *Ezec.14.b.Iſa.1.b.Hoſe.9.d.Machab:6.c.11.f.14.e.Eccl.11.d.Eph.2.c.4.c.Coloſ.1.c.*Et alienatio eſt operantibus iniquitatem, hoc eſt, ſeparatio à Deo, & electio in infernum,*Iob.31.a,* *Separari à fide,vel à Deo.*

Alia & alia vaſa conuiuij regis Aſſueri.*Eſter.1.b.*Varia *h* dona ſpiritualia Chriſti deſignant.

Aliud nomen,in quo Deus vocauit ſuos. *Iſa.65.c.*eſt *i* nomen Chriſtianorum à Chriſto.

Alia effigies,qua Chriſtus ſe oſtendit.*Mar.16.*c.indicat *k* Deum non hic apparere in propria natura.

Alleuare, quare Leuare,
Alleuiare, quare Leuis.
Allicere. Illicere.

ALlicere.eſt ad ſe trahere quaſi inuitando,& titillando.Rarum eſt in ſacra ſcriptura.

Alliciunt animum regis vxores plurimæ,quum variæ hæreſes trahunt ad ſe ſuauitate ſermonis animum liberum.*Deut.17,d.Prou.30.a.* *Cadere in peccatum.*

Allidere, Elidere, Illidere, Impingere.

ALlidere eſt in aliud propellere quippiam , vt lædatur, impingere autem eſt allidi.

Allidere dicitur Deus,quum *l* permittit cadere in peccatum:aut quum dat pœnam pro peccato.*Pſa.101. Iſa.30.g.64.c.Ier.48.d.*Dicitur etiam virtutem hoſtium allidere.*Iud.9.c.* Et alliſio manuum eſt eorum, *m* qui puniuntur à Deo , vel à ſtatu mundanæ gloriæ deiiciuntur. *Iſa.25.d.Iob.30.c.Eccleſiaſt.1.d.* Alliſio etiam manuum Moab,eſt contritio virtutis diaboli. *Iſa.25.d.* Alliditur quoque ille , *n* quem per diaboli inſtinctum calens ætas præcipitauit in caſum,vel ignorantia,vel infirmitas.Vel qui humiliatus eſt per peccatum.*Pſal.144 145.Eccle,8.d. Nahum,3.b.*Sic non impingit pes iuſti.*o Prou.3.c.* quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Pœna peccati. Eiici à ſtatu mundanæ gloriæ.*

Allidere paruulos ad petram,eſt *p* abiicere prauas cogitationes peruerſaſque concupiſcentias , ac praua peccata mox in principio confugiendo ad Chriſtum.*Pſal.136.Hoſ.14.a.Nahu.3,c.2.Mach.3.e.* *Abiicere prauas cogitationes.*

Alliduntur infantes hæreticorum in oculis eorum , quum decepti ab eis reducuntur ad Chriſtum , ipſis renitentibus.*Iſ.13.d.* Et alliditur mater ſuper filios:quum *q* Eccleſia falſa hæreticorum dogmata ſimul cum ipſis deſtruit.*Hoſ.10.d.*

Elidit diabolus paruulos,*r* quum tollit à nobis bonas cogitationes.*4.Reg 8.d Eccle.6.a.*Ad idem tendit, quum illidebat immundus ſpiritus puerum lunaticum:& etiam alium hominem.*Marc.9.b.e.Luc.9.d.* Sic impingunt in via,qui incidunt in peccatum.*Ier.51.b.*

Impingunt Iudæi in meridie,quum *ſ* nolunt ſuſcipere legem gratiæ manifeſtatam.*Iſa.59.c.Ier.18.b.* Et alliſi lapides,ſunt Iudæi diſperſi.*Iſa,27.c.*Vbi etiam deſignatur idololatria deſtructa.

Impingens Dauid ad oſtia ciuitatis,vel tympanizans : *t* eſt Chriſtus percutiens corda.*1.Regum.21.d.Pſal.33.* in titulo.

Allidere pedem plangendo *u* eſt pœnitentiam agere,& non gradi itinere peccatorum.*Ezech.6.c.*

Non impingit equus in deſerto,quum anima non impeditur à bene operando in corpore.*Iſa.63.c.*Non illiditur etiam ſapiens,quaſi in procella maris.*Eccle.33.a.*

Illidens mulier fragmen molæ in caput Abimelech.*Iud.9.g.*

Impingentes arietes lateribus,& humeris pecora debilia.*Ez.34.e.* Sunt *x* facientes iniuriam minoribus:

Impegit fortis in fortem.*Ierem.46.d.*quum videlicet *y* hæreticus eſt contra hæreticum.

Alligare, quare Ligare.
Allium.

ALlium eſt herba habens grana ſub terra , grauis ſaporis & odoris , qua maximè vtuntur ruſtici in cibum.

Raro inuenitur in ſacra ſcriptura,vt cùm filij Iſrael optabant allia Ægypti,manentes in deſerto:deſignare poſſunt *z* voluptates carnis,ad quas imperfectè conuerſi ad Deum,redire cupiunt , ſpiritalem cibum faſtidientes. *Num.11.b.*Vel deſignant difficultatem vitæ præſentis,quæ à dilectoribus ſuis, & non ſine luctu agitur , & tamen cum lachrymis amatur. *Voluptates carnis. Difficultas vitæ præſentis.*

Alloqui, quare Loqui.
Aloe.

ALoe herba habens *aa* ſcyllæ ſimilitudinem: grauis odore , guſtúque amara : cuius ſucco concreto maximè vtuntur in medicamentis præcipuè ad purgandum,& confirmandum ſtomachum. Valet etiam ad vlcera, & præſeruanda cadauera à corruptione.

Poteſt aloe deſignare *bb* continentiam.& carnis incorruptionem.*Can.4.d.10.19.g.*

Videtur poſſe ſumi aloe in malum.*Prou.7.g.*Et dicitur habere odorem ad alliciendum aptum. *Continentia.*

Almondiblathaim,vide Helmon.
Altare,Ara.

ALtare ſeu ara eſt,in quo offertur ſacrificium Deo.Erátque duplex altare in veteri templo , nempe thimiamatis,& holocauſti.Altare thimiamatis erat intra templum iuxta velum, quod erat inter ipſum altare , & arcam fœderis:erátque de lignis Sethim totum auro tectum:& in eo adolebatur incenſum. Altare autem holocauſti erat in atrio ante templum,etiam de lignis Sethim, ære circumtectum:& in eo comburebantur ſacrificia, & holocauſta : vnde ſumpſit nomen,vt diceretur altare holocauſti. *Chriſtus.*

Altare thimiamatis deſignare poteſt *cc* corpus Chriſti,aut ipſum Chriſtum, qui exhibuit Patri odorem ſuauitatis, & exhibet in omnium fidelium ſanctificatione. Idem eſt altare holocauſti,& hoſtia etiã pro totius mundi vita in cruce oblata. Et ipſe Chriſtus,ſeu corpus eius,aut Euchariſtia ad altare, à quo auellitur inſidiator : & ad quod eſt omnibus, qui ſaluari volunt,accedendum.*Exod.20.d.21.b.Leui.1.b.4.b.8.d.1.Reg.2.f.Pſal.117, Iſa. 6. b.Malac.1.b.2.c.1.Cor.3,Hebr.13.b.Apoc.6.c.8.a.11.a.* Et corpus Chriſti ad altare factum de non ſectis lapidibus, qui eſt lapis exciſus de monte ſine manibus hominum *Dan.2.e.*Et altare ſanctificans domum, eſt Chriſtus ſanctificans laudes,& oblationes,quæ per ipſum offeruntur.*Matth.23.b.*Ipſe eſt altare in fœlicitate, ſuper quod imponuntur vituli.*Pſa.50.*Poteſt etiam altare ſignificare menſam cœnæ Chriſti. *Leu.16.b.* Et in multis aliis ex ſuperius poſitis locis. Altare etiam de terra, *dd* eſt humanitas Chriſti.*Exo.20.d.*Et in altari de terra munus offerimus,ſi actus noſtros dominicæ incarnationis fide ſolidamus. *Corpus Chriſti.* *Euchariſtia.* *Menſa cœna.*

Altare holocauſti de lignis Sethim,deſignare poteſt crucem Chriſti,*ee* in qua oblata eſt illa ſalubertima hoſtia corporis Chriſti,per quam totus mundus reconciliatus eſt Deo. Super hoc altare offerant inſipientes carnis deſideria,*ff* mactãtes ea Deo,& carnẽ ſuam crucifigentes.Ibi etiã offertur ſacrificiũ ex timore.Cuius altaris varia eſt mentio,in his præcipuè locis.*Ex.27.a.28.g.29.c.35.b.38.a.40.a.Leu.2.3.4.5.6.7.8.9.10.14.Nu.4.c.2.Re.8.b.24.c.* *Crux Chriſti.*

a *Hil.ſ.Matt can.3.* *Am.ſ. Luc.2.*
b *Bed.ſ.Pro.21*
c *Hie.ſ.pſ.89.*
d *Gl.ord. ſup. Reg.22.*
e *Hie.ſ.Iſ.17.* *Au.de morib. eccleſiæ.12.*
f *Glo. in ſ. Iſ. 43.*
g *Hie.ſ.Iſa.1.* *& 2.adu. Pelagianos.* *Aug.ſ.pſa.57.* *Gr.21.mor.4.*
h *Gl. in ſup. Eſter.1.*
i *Gl in ſ.Iſ.65*
k *Glo. inter.ſ. Marc.16.*
l *Au.ſ.pſ.101 145.*
m *Hie.ſ.Iſ.25* *Gr.20.mo.26* *& ſ.pſ.101.*
n *Hi.ſ.pſ.144*
o *Bed.ſ.Pro.3*
p *Orig.ſ. Nu. hom.20.* *& ſ. Can.ho.4.*
q *Hi.ſ.Ho.10*
r *Hie.epi.Audi filia.* *& ſu. Iſa.13.*
ſ *Hie.ſ.Iſ.59.* *27.*
t *Au.ſ.pſ.33.*
u *Hie.ſ.Ez.6.*
x *Gl.in ſ. Ez. 34.*
y *Gl.ord. ſup. Ier.46.*
z *Gr.20.mor. 16.*
aa *Pli.27.nat. hiſt.4.*
bb *Gl. in. ſ. Cam.4.*
cc *Cyr.4.ſ.Ioan.28.* *Gr.3.mo.20.* *& ſ.pſ.50.* *Iſy.ſ.Le.1.4.8* *Au.1.q.in euan.34.* *Ber ſer. 4. Omnium ſanctorum.*
dd *Be.Ex.20.*
ee *Amb.1.de Spiritu.ſan.9.* *Gr.ſ.Ezeh.22.*
ff *Ru.1.ſ.Ez. 27.* *& ſ.Amo. 9.* *& ſ.Apo.5.*

Digitized by Google

Ministerium. Iudæorum. Anima. Car.

Corpus humanum. Voluntas. Gentes. Ecclesia. Hierusalem. Apostoli. Vita iniustorum. Cõtemplatiui Perfecti. Vacantes orationibus & ieiuniis. Sacrificium ex amore. Sacerdotes. Fides. Confessio fidei. Fides antiquorum patrum. Altare veteris legis. Oratio. Sapientia. Mysteria. Sancti. Seraphin. Cherubim. Memoria beneficiorum Dei. Compunctio.

Errores hæreticorum.

Christianus populus. Resurrectio Christi. Tempus gratiæ. Renouatio hominis. Christus. Diabolus. Hæreticus.

Sublimitas Dei.

3.*Reg.* 3.*a.* 6.*c.* 18.*e.* 19.*b.* 4.*Reg.* 16.*c.* 1.*Paral.* 6.*d.* 21.*c.* 1. *Par.* 5.*d.* 8.*c.* 15.*b.* 26.*c.* 33.*e.* 1.*Esdr.* 3.*a. Iud.* 4.*c.* *Psalm.* 25. 42. 50. 117. *Baruc.* 1.*c.* *Isa.* 6. *Ezec.* 40.*g.* 41.*d. Hos.* 3.*b. Ioel.* 1.*c.* 2.*d. Amos.* 9.*a.* 1. *Mach.* 1.*c.* 4.*c.* 2. *Mach.* 9. 10.*a.* 14.*b.* Eandem crucem designat altare thimiamatis. *Exod.* 30.*a.* 35.*b.* 37.*d.* 40.*a. Luc.* 1.*a. Apoc.* 8.*a.* Altare quoque holocausti, quod erat in atrio, *a* ministerium Iudæorum designat, quod abiectum est.

Altare interdum dicitur *b* anima fidelis manens in gratia, aut ipsum cor humanum. *Exod.* 24.*a. Leuit.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 14. 17. *Num.* 3.*d.* 7.*a. Deut.* 16.*d. Ios.* 8.*f. Iud.* 6.*e.* 1. *Reg.* 7.*d. Psalm.* 83. *Thren.* 2.*c. Zachar.* 9.*d.* Et cùm auditoris cor persuadetur ad bonum, victima dicitur esse in altari. *Matth.* 23.*b.* Arula etiam altaris mentes designat fidelium. *Exod.* 27.*a.* 38.*a.* Et altare ante faciem templi est, *c* quum multi in sanctæ Ecclesiæ conspectu sunt propositi, qui æterni iudicij memores semetipsos quotidie Deo sacrificium in lamento compunctionis mactant. *Ezech.* 40.*g.* Potest autem altare exterius templi *d* corpus nostrum significare: interius verò animam. Altare quoque aurem est *e* voluntas, in qua residet aurea charitas. 1. *Mach.* 1.*c.* 3. *Reg.* 7.*g.* Altare de lapidibus sine ferro, sed calce leuigatis, in quibus scribitur lex. *Deut.* 27.*a.* sunt credentes ex gentibus non per violentiam.

Altare potest in eisdem locis significare *f* Ecclesiam, Hierusalem, & ipsos Apostolos. *Apoc.* 6.*c.* 9.*c.* Sub altari autem dicuntur clamare Sancti: *g* quia sanguis eorum super terram fusus est. Hoc altare ædificauit Noe, *h* id est, Christus. *Genes.* 8.*d.* Et Abraham. *Genes.* 12.*c.* Sunt etiam altare, qui carnem suam, & concupiscentias mactant Deo. 3. *Reg.* 7.*d.* Altare etiam thimiamatis, quod erat aureum, & de lignis Sethim, significare potest *i* vitam iustorum, contemplatiuorum perfectorum: & vacantes orationibus, & ieiuniis, orantes non solùm pro seipsis, sed etiam pro populo. 3. *Reg.* 6.*c.* In eo altari non offertur sacrificium, sed odor purissimus: vnde designare potest *k* sacrificium ex amore, qui est odor suauissimus Deo. Sacerdotes etiam dicuntur altare, quorum officium est reducere populum ad Deum. Erat autem altare aureum inter candelabrum, & mensam: quia *l* potest sacerdotalis media est inter temporalem, & spiritualem, sapientiam.

Altare sæpe dicitur fides, super quam velut super fundamẽtum ipsius sacrificij inuocatur nomen Domini. *Ge.* 4. *d.* 12. *c.* 13. *a.* 22. *b.* 33. *d.* 35. *a. Exod.* 17. *d. Deut.* 16. *d. Sapient.* 9. *b. Eccles.* 35. *a.* 47. *b. Isa.* 19. *c.* 56. *c.* 60. Et altare de terra dicitur fides incarnationis Christi. Et altare Dei sine gradibus, est fides Trinitatis. *Exod.* 20. *d.* Et altare, quod restaurauit Elias. 3. *Reg.* 18. *e.* est confessio sanctæ Trinitatis per duodecim Apostolos restaurata. In hoc altari offerimus munus, *m* quum supra solidam fidem offerimus orationes, doctrinam, & cætera: quæ si non supra fidem solidentur, non erunt accepta Deo. *Matth.* 5. *d. Psalm.* 25. 50. Altare lapideum est fides ornata virtutibus. Tenet autem ferrum aut cultum super altare, *n* qui sibi virtutes arrogat. In hoc altari debet ardere *o* ignis charitatis. *Leuit.* 6. *b.*

Altare infinitæ magnitudinis constructum trans Iordanum. *Ios.* 22. *c.* fidem *p* indicat patrum præcedentium aduentum Christi; designat etiam altare veteris legis, quod dicitur non esse factum in sacrificium: quia non offerebatur in eo verum sacrificium, quod est Christus: sed altare verum est in Ecclesia.

Altare thimiamatis *q* quandoque designat orationem mentalem. Altare verò holocausti orationem vocalem. Sic altare interius designat *r* cognitionem diuinorum: exterius verò cognitionem sensibilium. Altare autem ponitur ante faciem templi, *s* vt nunquam desint orationes Sanctorum. *Ezech.* 40. *g.*

Altare etiam thimiamatis, *t* sapientiam omnes virtutes includentem designare potest: cuius quatuor cornua, sunt quatuor virtutes cardinales. *Leuit.* 4. *b.* Altare etiam Dei dicuntur *u* diuina mysteria. *Psal.* 83. Altaria verò faciebant Abraham, Isaac, & Iacob: quo designabatur scientias omnes in Deum esse referendas.

Altare ligneum, quod non patitur ab igne, *x* Sanctos designare potest. *Ezech.* 41. *d.*

Altare thimiamatis, designare potest quandóque ardentia Seraphim maximè grata Deo: & cherubim. *Leui.* 4. *b.* 16. *b. Isa.* 6. *b.* Dicitur autem hoc altare mundari, à nostris *y* videlicet, immundiciis, quæ dicuntur ascendere in cœlum.

Altare etiam thimiamatis, designat interdum *z* memoriam beneficiorum Dei, & ad gratiarum actionem pro beneficiis constituitur.

Altare primum, quod ædificauit Saul, significare potest *aa* compunctionem timoris: Altare verò secundùm, compunctionem amoris. 1. *Reg.* 14. 1.

Inter altare & templum occisus est Zacharias. *Matth.* 23. *d.* quod fit, *bb* quando altare Dei per negligentiam sordidarum orationum inquinatur, & oratio fit in peccatum oranti.

Altare Iudæorum, in quo scriptum est peccatum eorum, designat *cc* corda ipsorum. *Ierem.* 71. *a.* eadem potest designare altare coram vitulo. *Exod.* 37. *a.*

Aræ gentilium designare possunt errores hæreticorũ. *Exod.* 34. *b. Num.* 23. *a. Deut.* 7. *a.* 12. *a. Iudith.* 6. *e.* 3. *Reg.* 11. *g.* 13. *a.* 14. *f.* 16. *g.* 18. *e.* 4. *Reg.* 11. *g.* 16. *b.* 21. *a.* 23. *b.* 2. *Paral.* 14. *a.* 28. *g.* 30. *c.* 33. *a. Ierem.* 1. *c.* 17. *a. Hos.* 8. *c.* 10. *a.* 12. *d. Amos.* 2. *b.* 3. *d.* 1. *Mach.* 1. *f.* 2. *c.* 2. *Mac.* 10. *a.* Et dicuntur aræ montium *Ezech.* 6. *a.* et aræ confusionis, quia erunt illis in confusionem. *Ierem.* 11. *e.*

Alter, Altrinsecus.

ALter, quod dici solet de vno ex duobus, vix recipit allegoriam.

Alter accipiens Episcopatum Iudæ, aut Iudæorum, dici potest populus Christianus, qui succedit in locum Iudæorum. *Psal.* 108. Et hi sunt alteri, ad quos transeunt domus, hoc est, mysteria Iudæorum. *Ierem.* 6. *c.*

Alter dies, *dd* resurrectionem Christi designare potest. *Luc.* 10. *f.* Et alter annus, quo natus est Isaac tempus gratiæ designat. *Genes.* 17. *e.*

Alterum vas, quod fecit figulus, *ee* renouationem hominis designat & Christum. *Ierem.* 18. *a.* Ad idem refertur alterum testamentum. *Baruch.* 2. *g.*

Alter vir, vel extraneus, cui non debet nubere vxor defuncti: intelligi potest *ff* sermo gentilicius, quem non debet recipere Ecclesia. *Deut.* 25. *b.*

Alter furtur, qui offertur in holocaustum, *gg* abrenuntiationem seculi designat. *Leuit.* 5. *b.*

Alter interdum sumitur pro dæmone, aut hæretico. *Iob.* 31. *a.* Scortum alterius sit vxor mea. Et alter, cui non dat Deus gloriam suam, *hh* est diabolus, & idolum. *Isa.* 42. *b.* 48. *b.*

Altera vacca contra alteram. *Amos.* 4. *a.*

Altrinsecus positi panes super mensam. *Leuit.* 24. *a. ii* concordiam charitatis designant.

Altrinsecus posita brachiola in solio Salomonis. 2. *Par.* 9. *e. kk* concordiam indicant vtriusque testamenti.

Alter, quem audiuit Ioannes. *Apocap.* 16. *b.* Ait Rupertus, *ll* legendum altare & sumi metonomycos pro his, qui erat sub altari. Verùm in Græco sic habetur. Καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος. Et audiui alium de altari dicentem.

Altercari, quare Disputare.

Altitudo, Altus, Attollere, Elatus, Elatio, Exaltare, Superexaltare, Extollere, Sustollere, Superextollere, Excelsus, Procerus, Sublimis, Summus.

ALtitudo dimensionem illam dicit, qua res versus cœlum erigitur, ab inferioribus discedens: tantóque altior habetur, quanto magis à centro mundi recedit, & ad eius extremam superficiem accedit. Sumitur autem altitudo & pro profunditate. *Eccles.* 51, *a.* De altitudine ventris inferi. Porrò exaltare interdum est extollere. *Gen.* 50. *d.* Vt exaltaret me, sicut in præsentiarum. Laudare. *Ios.* 3. *b.* Incipiam & te exaltare coram omni. Manifestare. *Psalm.* 7. Exaltare in finibus inimicorum tuorum. Et exaltari pati. *Ioan.* 3. *b.* Exaltare oportet filium hominis. Extollere verò est auferre. 2. *Paral.* 29. *c.* Extulerunt omnem immunditiam. Efferre. *Esther.* 9. *a.* Extollebat Iudæos timore. Eleuare. *Psalm.* 27. Dum extollo manus meas. Sublimare. *Psal.* 27. Extollere illos vsque in æternum. Sublimis autem quandoque dicitur beatus. *Isa.* 52. *d.* Sublimis erit valde. Cœlestis. *Iob.* 25. *a.* Qui facit concordiam in sublimibus. Honorabilis. *Prouerb.* 10. *d.* Postquam eleuatus est in sublime. *Prosper. Iob.* 5. *b.* Qui ponit humiles in sublime. Superbus. *Deut.* 9. *a.* Populum magnum atque sublimem.

Altitudo propriè non conuenit Deo, quum dimensiones corporeas non habeat, sed per translationem altitudo Dei dicitur perfectionis eius sublimitas: & dicitur altissimus, quia perfectissimus, & quia in omnibus, & super

a *Ru.* 4. *f. Ex.* 16.
b *Orif. Le. ho.*
c *& f. Matth. h.* 25. *Gr. f.* 1. *Reg.* 7. 16. *& 25. mo.* 7. *Phil. de offeren. vict. Hie. f. Mar.* 9.
d *Gr. f. Ez. ho.* 22.
e *Au. fr.* 255. *Ge. Ven. can.* 1. *to.* 6. *ca.* 10.
f *Glo. ord. f.* 3. *Reg.* 7.
g *Ru.* 2. *f. De.* 4.
h *Or. f. Ios. h.* 9.
i *Aug. Ap. h.* 6.
k *Be. f. Gre.* 8. 12.
l *Or. f. Nu. h.* 5. *Gr. f. Ez. h.* 22.
m *Ru.* 4. *f. Ge.* 27.
n *Tho.* 1. 2. *q.* 102. *ar.* 4.
o *Au. ser. Domini in mõte. Hi. f. Psal.* 25. 50.
p *Ru.* 3. *f. Ex.* 33. *& Ps. La.* 5. 29.
q *Or. f. Ios. h.* 26.
r *Ori. f. Num. hom.* 10.
s *Phi de temulentia.*
t *Hiere. f. Ez.* 40.
u *Isy. f. Leu.* 4.
x *Ar. f. Ps.* 8.
y. *Gl. ord. su. Ezec.* 41.
z *Isy. f. Le.* 4. 16.
aa *Philo. quis rerũ diui. hæres. & 3. de vita Mosis.*
bb *Gr. f.* 1. *Re.* 14.
cc *Ori. f. Mat. ho.* 16.
dd *Gl. ord. su. Ier.* 17.
ee *Am. f. Iu.* 10 *& 2. de Abraham.* 11.
ee *Lyr. f. Iere.* 18.
ff *Ori. f. Matt. hom.* 22.
gg *Glo. inte. f. Le.* 5.
hh *Gl. inter. f. Isa.* 42.
ii *Gl. in. f. Leui.* 24.
kk *Gl. in. sup.* 2. *Par.* 9.
ll *Ru.* 9. *f. Ap.*

Digitized by Google

omnia est. De eius altitudine passim scribitur, *Genes.* 24. *d.* *Num.* 24. *c.* *Iob.* 22. *b.* 31. *c.* *Deut.* 22. *a.* *Ester.* 16. *e.* 2. *Reg.* 22. *b.* *Psalm.* 11. 12. 17. 10. 33. 45. 46. 80. 82. 86. 90. 91. 96. 106. 107. 112. 137. 143. 144. 148. *Sapient.* 6. *a.* 9. *d.* *Eccles.* 4. *b.* 5. *a.* 12. *a.* *Isa.* 2. *c.* 5. *d.* 14. *d.* 12. *b.* 20. *d.* 26. *b.* 57. *c.* *Thren.* 3. *d.* *Baruch.* 4. *e.* *Dan.* 4. *e.* 5. *e.* *Luc.* 1. *d.* 6. *e.* *Rom.* 11. *d.* *Actor.* 7. *f.* *Ezech.* 10. *a.* *Mich.* 5. *b.* 6. *b.* *Ephes.* 3. *d.* Et indui virtute ex alto, est à Deo roborari. *Luc.* 24. *g.* Et viæ Dei, & cogitationes

a *Bas. s. ps.* 7. *Gr.* 10. *mo.* 10. *Hie. ad Sunia & Fretellam.* dicuntur exaltatæ. *Isa.* 55. *c.* Exaltatur autem Deus in finibus *a* inimicorum. *Psal.* 7. videlicet per mirabilia: & quia medicina Dei vincit extremæ malitiæ morbum. Excelsior cœlo dicitur Deus. *Iob.* 11. *b.* quia in circumscriptione sui spiritus cuncta transcendit. Et ipsi quoque electi Spiritus visionem tantæ celsitudinis perfectè non penetrant. Et quia potentiæ eius magnitudine vincimur, etiam cum super nosmetipsos eleuamur. De quo *Psalm.* 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam. Altitudo dici significare potest excelsum lumen Dei. *Psalm.* 55. De hoc excelso mittit Deus ignem in ossibus. *Thren.* 1. *e.* In excelso audita est vox lamentationis marium innocentium, quia audita est à Deo. *Ierem.* 2. *c.* Sublimitas nominis Domini ponitur. *Mich.* 5. *a.* Sublimia loqui est de Deo rebúsque diuinis loqui, vel antiquos patres efferre. 1. *Reg.* 2. *a.* Exaltare autem Deum, est festinare cum scientia ad beatitudinem Dei, vt qui contra facit, dicatur eam humilitare. Exaltamus etiam Deum, quum *b* bona nostra illi tanquam vero largitori adscribimus. *Psal.* 29. Et exaltare eum sub lingua, *c* est in corde eum glorificare. *Psal.* 65. Exaltatur autem Deus in finibus inimicorum, dum *d* impij, qui erant possessio diaboli, iustificantur, & laudant Deum. *Psalm.* 7. Exaltare etiam Dominum, est *e* quæ altissima sunt, de altissimo credere, *Psalm.* 89. Exaltauit Christus manè misericordiam Dei *f* in resurrectione. *Psal.* 58. Et dicitur Deus exaltari parcendo. *Isa.* 30. *d.* Et misericordia Dei dicitur exaltata vsque ad cœlos, hoc est, *g* vsque ad angelos, secundùm quòd Deus per misericordiam exaltat homines ad æqualitatem angelorum. *Psal.* 56. Exaltatur autem Deus accedente homine ad cor altum, hoc est, alta intelligente. *Psalm.* 63. Excelsa quoque Dei, dicuntur inscrutabilia Dei iudicia. *Psal.* 41.

b *Bas. s. ps.* 29. c *Hil. s. ps.* 65. d *Aug. s. Ps.* 7. e *Fulgent. ad Tras.* 2. f *Au. s. ps.* 56. g *Hil. s. ps.* 58. 63. h *Or. s. Is.* 2. *Chry. s. Ioan.* i *Bas. s.* Ps. 45. *Hil. s. ps.* 56. 67. *Ar. s. psal.* 11. 71. 83. 111. *Am. de virgi.* 3. *& ser.* 11. *Ori. s. Ios.* 4. *Hier. s. Isa.* 2. k *Au.* 17. *ciu. Dei.* 4. *& s. ps.* 71. *Eu. q. in psal.* l *Au. s. ps.* 63. m *Gl. or. s. ps.* 70. n *Ar. s. ps.* 67. *Aug. ep.* 112. 119. 120. *& s. ps.* 103. o *Gl. ord. s. Apoc.* 21. p *Hie. s. Is.* 40. 58. q *Am. s. Lu.* 5. r *Hie. s. Eze.* c. 1. *& Gr. s. Ez. hom.* 6. *Eleuans mons domus Domini super colles, est h* Christus. *Isa.* 2. *a*, 33. *c.* *Mich.* 4. *a.* *Ezec.* 40. *a.* Et altum absolutè interdum significat sublimitatem gloriæ Christi. *Psal.* 7. 11. 67. 143. *Ephes.* 4. *b.* Et altissima petra dicitur Christus. *Sapien.* 11. *a.* Et exaltatio Ioseph, est exaltatio Christi. *Genes.* 41. *e.* Et exaltatio Iosue in transitu Iordanis, *i* est exaltatio Christi in baptismo singulorum. *Ios.* 3. *b.* *Psalm.* 45. 46. 56. 88. 93. 119. Et exaltatum cornu iusti, est magnificata potentia Christi. *Psal.* 111. *Phil.* 2. *b.* *Eccles.* 24. *b.* 50. *b.* *Actor.* 1. *b.* 2. *e.* *Hebr.* 7. *d.* Et dicitur Christus exaltatus in gentibus per crucem, in quam prius descendit, vt postea super cœlos ascenderet. *Psalm.* 26. 109. Et sublimis fructus est Christus. *Isa.* 4. *a.* 52. *d.* Et in excelsum signum ponitur sublimitas Christi. *Isa.* 7. *b.* Ipse etiam Christus dicitur sublimis cedrus. *Ezech.* 17. *f.* Eleuauit autem Deus pauperem de stercore, quum liberauit Christum à tribulationibus. 1. *Reg.* 2. *b.* Et exaltauit caput eius, quum datum est illi nomen, quod est super omne nomen. *Psalm.* 3. Et super extollitur fructus eius super Libanum, *k* quum opera eius supereminent fastigio huius mundi: & in Apostolis, qui sunt fructus eius. *Psal.* 71. 87. Exaltatio quoque serpentis, exaltatio est Christi. *Ioan.* 3. *d.* 12. *e.* exaltatur Deus accedente homine ad cor altum. *Psal.* 63. quia per *l* hoc, quod Christus secretam habebat Diuinitatem, passus est à Iudæis, & postea resurrexit, & ascendit ad cœlos ex potestate diuina. Altissima quoque magnalia, *m* exaltationem Christi exprimunt. *Psalm.* 70.

Exaltatio Christi.

kk *Dion. cele. hie.* 12. *Amb. de init. myst.* 2. & 1. *de sacra.* 2. *Aug. s. Apoc. h.* 2. & *ser.* 80. *Gre.* 11. *mor.* 3. & 34. *mor.* 4. *Bed. s. Gen.* 28. ll *Rup.* 9. *s. Ap.*

Digitized by Google

Angeli etiam ascendentes,& descendentes, dici possunt *a* cogitationes cœlestium, & terrenorum: & opera, quibus proficimus,aut deficimus:& etiam ordo mutationis fortunæ in prosperam,& aduersam.

Angelus stans iuxta altare,dici potest esse *b* Michael, qui offert orationes ecclesiæ Deo. *Apoc.8.a.*

Angelus dicitur interdum, & peculiariter Ioannes Baptista. *Malach.3.a.Matth.11.b.Marc.1.a.Luc.7.d.* Ipse est angelus, qui exiuit de templo. *Apoc.14.c.*

Angelus, qui monstrauit fontem Agar. *Genes.21.c.* dici potest Elias,qui prædicaturus est populo Israel extremo tempore, & ipsum, demonstrato fonte vitæ ad Deum conuersurus.

Angelus præterea dicitur *c* minister diuinæ vindictæ, siue sit bonus, siue malus: & etiam homo. *2.Reg.24.c. 4.Reg.19.g.1.Paral.21.c.2.Paral.32.e.Psal.34.Prou.17.b.Isa.37.g.Dan.13.f.* Et dicitur angelus Domini, etiamsi sit malus: quia creatus ab ipso, & eius vindictæ ac iustitiæ minister.

Angelus, ad quem inualuit Iacob. *Hos.12.a.* in bonum quidem,significare potest *d* ipsum Deum,aut sermonem Dei,qui roborat nos benedictionibus.In malum verò, designat contrarias fortitudines,quas vincit Christianus.

Angelus Satanæ, qui impugnat homines,est *e* quiuis ex dæmonibus sub supremo dæmone:& etiam homines, & omnia,quæ nos ad peccandum inducunt. *2.Cor.12.b.Iob.4.d.Psal.77.e.Matth.25.d.2.Petr.2.a.* Idem est angelus abyssi. *Apoc.9.b.* Et angeli draconis, sunt homines voluntati eius obtemperantes. *Apoc.12.b.* Prædicatores etiam hæreticorum, *f* angeli dicuntur. *Isa.18.a.* Angeli quatuor tenentes ventos. *Apocal.4.a.* sunt *g* dæmones principes quatuor regnorum impedientes profectum ecclesiæ, & prædicationis. *Apoc.9.c.*

Angeli duo in monumento. *Ioan.20.c.* designare possunt *h* desideria vitæ actiuæ, & contemplatiuæ in anima: vel prædicatores Christum Deum & hominem prædicantes.Vel designât vtrumque testamentum,vetus videlicet ad caput tanquam prius datum: nouum verò ad pedes quia posterius institutum.

Angeli nomen,videtur etiam pro *i* stellis sumi: vt cum Apostolus. *Col.2.d.* dicit religionem angelorum, hoc est, obseruationem constellationum astrorum.

Angelus quandoque designat *k* diuinam inspirationem educentem nos extra carcerem corporis,& eleuantem nos ad cœlestia: sicut angelus eduxit Petrum è carcere. *Actor.12.a.*

Spiritus, hoc est, venti fiunt angeli: quia obtemperant Deo tanquam eius nuntij. *Psalm.103.*

Angelus de altari habens potestatem super ignem. *Apoc.14.d.* est *l* Moses, qui instituit altare & sacrificia.

Angere, Angustia, quære Anxiare.

Angustus locus, Coangustare, Arctare, Coarctare, Arctus.

ANGVSTVS locus est contrarius lato. Et coarctari dicitur res, quæ in angusto loco constringitur. Coarctat Deus in vnum omnia. *Iob.1.c.* hoc est cœlum quidem, & infernum: quum vnam eandemque mentem *m* & subleuatio contemplationis illuminat,& importunitas tentationis obscurat: vt & videat intendendo, quod appetat,& succumbendo in cogitatione toleret, quod erubescat. In vnum quoque terra, & mare coarctantur, quum vnam,eandemque mentem & certitudo solidæ fidei roborat:& tamen ex aliquantula mutabilitate perfidiæ aura dubietatis versat. Sic dicebat ille. *Marc.9.d.* Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.

Angustus locus synagogæ dicebatur. *Isa.49.e.* quia *n* non se extendebat ad latitudinem Gentilitatis:ideo facta est latitudo ecclesiæ.Erat etiam angustus locus synagogæ:quia eius charitas non dilatabatur ad dilectionem inimicorum, nec ad susceptionem Christi. Vnde & ab inimicis coangustata est. *Luc. 19.g.* Ad idem referri potest angusta possessio filiorum Ioseph. *Ios.17.d.* Et angustus locus filiorum prophetarum. *4.Reg.6.a.* Et angustior locus dandus paucioribus. *Num.33.g.*

Arctus panis,quem dat Deus. *Isa.30.e.* significare potest *o* consolationem breuem, quæ datur in hac vita, & etiam doctrinam euangelicam abbreuiatam.

Coarctantur, qui sunt in labore, aut periculo: vnde non apparet,quomodo possit euadere.Et coarctatio filiorum Israel inter montes & mare, designat angustias in fide, & bonis operibus. *Exod.14.a.* Sic erant in arcto *p* posit filij Israel. *1.Reg.13.b.38.c.2. Reg.24.c.* Et arctabat Amorrhæus filios Dan. *Iudic.1.g.* De his. *Iob.11.b.32.d. Psalm.34.Ioel.2.b.* Et in arcto siti sumus, quando ab immundis spiritibus intus tentamur, & foris malorum hominum exempla conspicimus.

Arctari dicuntur gressus virtutis impij. *Iob.18.c.* quum *q* vires malitiæ illius, quas nunc in voluptate exhibet, postmodum pœna constringit. Contra verò sapientis gressus non arctantur. *Prou.4.b.* Porrò ad angustum locum transiuit angelus contra Balaam. *Num.22.e.*

Arctatur hypocrita, seu auarus, cùm satiatus fuerit. *Iob.20.e.* quia *r* quum multa congesserit,anxiatur, qualiter acquisita custodiat: & ipsa eum satietas angustat: quia mens auari, quæ prius ex abundantia requiem quærerat,post ad custodiam grauius laborat. Sic dicebat diues auarus. *Luc.12.c.* Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos? Arctauit asina pedem Balaam. *Num.22.e.*

Angustum os, à quo liberat Deus: designat *s* tenebras peccatorum. *Iob.36.b.Prou.23.e.*

Coangustatum stratum. *Isa.28.e.* dicitur *t* anima,quæ non potest simul capere Deum, & diabolum.

Angusta porta, & via dicitur, *u* quæ ducit ad vitam. *Matth.7.b.Luc.13.f.* quia quacunque declinetur, receditur à regula diuinorum præceptorum.

Coarctari Christum. *Luc.12.f.* Erat ipsum *x* nimis amoris affectu festinare ad bibendum calicem passionis.

Non se coarctant hostes. *Ioel.2.b.* quum non se impediunt dæmones in nocendo hominibus.

Angulus, Angularis.

ANGVLVS est, in quem lineæ concurrunt, & se mutuo frangunt. Angulus,cuius Christus est lapis angularis, *y* fidem designare potest: cuius fundamentum est Christus: qui lapis angularis dicitur, quia in ipsum coniunguntur in vna fide & ecclesia, Iudæi & Gentiles. *Iob.38.a.Psal. 117.Isa.28.d.Ierem.51.c.Ephes.2.g. Zach.10.a.*

Anguli quatuor arcæ quatuor mundi partes designare possunt. Idem designabunt anguli altaris. Et anguli craticulæ. Et anguli mensæ. Anguli etiam tabernaculi quatuor mundi partes sunt,vnde veniunt,qui conuertuntur ad fidem. *Exod.25.b.27.a.26.d.36.c.37.d.38.d.Ezech.43.c.46.g. Apoc.7.a.* Anguli portarum cœlestis Hierusalem dicuntur doctores iuncti Apostolis. *Apoc.21.d.*

Anguli etiam altaris quatuor, *z* firmitatem, & constantiam designant. *Ezech. 41.d.*

Anguli quatuor domus Iob, *aa* quatuor euangelia significare possunt:vel quatuor virtutes cardinales:vel etiam quatuor ordines in Iudæis, quos diabolus in malitia concussit. *Iob.1.d.*

Angulus domatis, *Prou.21.b.* significat *bb* secretam altitudinem vitæ continentialis, vel vitam religiosam ab omni actione terrena remotam, & à perturbationibus vitæ præsentis quietam.

Porta anguli Hierusalem, *cc* designat initium veritatis nos in hac vita habere, sed occultum quasi fractis lineis, quæ in angulis franguntur. Vnde & Anguli Hierusalem, in quibus fecit altera Achaz, ignorantiam vel occultationem veritatis significare possunt, *2.Par.28.d.Ierem.31.g.Zach.4.b.* Idem possunt designare anguli murorum, *2.Par.26.c.Nee.3.b.*

Angulus videtur designare *dd* regiam potestatem, *Zach.10.b.* quum dicitur.Ex ipso angulus.

Anguli parietis excelsi, *Soph.1.d.* duplicitatem *ee* impuræ mentis designant:qui dum veritatis simplicitate fugiunt,ad semetipsa quodammodo duplicitatis peruersitate replicantur.

Anguli excelsi,super quos veniet dies Domini, *Soph.1.d.3.a. ff* opera peruersa designât à recta via domini declinantia: vnde & à Saluatore arguuntur hypocritæ Pharisæi, quod orarent in angulis platearum, gloriam inanem venantes. *Matth.6.a.*

Anguli in quibus insidiatur meretrix, *Prou.7.b.* sunt *gg* conciliabula hæreticorum:iidem sunt anguli platearum rectam lineam frangentes. *Matth.6.a.* Declinarunt enim à rectitudine veritatis.

Anguli tabularum tabernaculi, *Exod.26.d.* Prophetas *hh* designare possunt,quibus iunguntur Euangelia.

Anguli superhumeralis. *Exod.39.a.* designant *ii* firmam intentionem Deo placendi.

Anguli quatuor palliorum. *Num.15.d.Deut.22.b.* multitudinem *kk* operum indicant.

Cogitationes. Michael. Ioannes Baptista. Elias. Minister diuinæ vindictæ. Deus. Dæmones. Dæmones & ministri diaboli. Prædicatores hæreticorum. Desideria vitæ actiuæ, & contemplatiuæ. Prædicatores. Vtrumque testamentum. Stella. Inspiratio diuina. Moses. Dispensatio Dei erga homines. Parua synagoga sine Gentibus. Consolatio breuis. Doctrina euangelica. Periculum. Tentatio. Pœna impij. Labor auari. Tenebræ peccatorum. Anima. Fides. Christus. Quatuor partes mundi. Doctores. Constantia. Euangelia quatuor. Virtutes Cardinales. Vita religiosa. Occulta veritas. Regia potestas. Duplicitas. Opera peruersa. Conciliabula hæreticorum. Propheta. Intentio placendi Deo. Opera.

a Phil.de som. b Ru.5.s. Ap. Ori.s.Luc. ho. 10. Rup.9.s.Apo. c Hier.s. psal. 34.Bed.s.Pro. 17. d Hie. s. Hos. 12. e Au.s.ps.79. Aug.s.Ap.ho. 7.9. Euc.ser.sp.. 3. f Hier.s. Isa. 18. g Rup.s. Zac. 6.& 4.s.Apo. h Orig. in diuer.ho.10. Greg.ho.25. i Amb. s. Colos.2. k Ricar.de.S. vict. de arca myst.13. Rup.s.Ge.26. l Rup.9.s.Ap. m Gregor.10. m.13. n Hie.s.Is.49. o Hie.s.Is.30. p Gre.s.1.Regum 13. q Gregor.14. mor.4. r Gregor. 15. mor.11. s Gregor. 26. mor.30. t Hie.s.Is. 28. v Basil. regul. breu.241. x Glos. ord. s. Luc.12. y Ori.s.Matt. ho.19. Hie.s.Isa. 28. Gre.28.mo.9. Ru.s.Zac.10. Hie.s.Ez. 38. z Hie.s.Ezec. 41. aa Hie.s. Iob. 1.Greg.2.mo. 28.30. bb Bed.s. Pro. 21. cc Hie. s. Ier. 31.& s. Zac. 14. dd Hie.s.Zac. 10. ee Gr.3.past. adm.12. ff Hie.s. Soph. 1.3. gg Bed.Prou. 7. hh Hie.s. Ex. 38.& s. Zac. 14.Glo.ord.s. Exod.26. ii Glo.or.s. Ex. 28. kk Glos. ord.s. Deut.22.

Angulus populorum *a* dicitur Ægyptus. *Isa.*19.*b.*hoc est,regnum mundanorum multos colligens populos.

Angularia,quibus format artifex idolum.*Isa.*44.*b.*dicuntur *b* propter multas figuras angulares, quæ idolorum formatione fiebant.

ANIMA, ANIMVS.

ANIMA est præcipua pars animalis, maximè hominis, cuius est immortalis. Eam definit Aristoteles esse actum corporis physici organici potentia vitam habentis. Ponitur anima ab Origene *c* media inter spiritum, & carnem: vt videtur Apostolus insinuare. 1.*Thes.*5.*d.* Vt integer spiritus vester & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur: & ipsa anima, vt distinguitur contra spiritum,& carnem, dicitur interdum peccare. *Leuit.*4.*a.* Animus verò mentem ipsam significat, & partem eius affectiuam, nempe voluntatem. *Exod.*35.*a.Deut.*17.*d.*21.*c.Prouerb.*16.*a.d.*

Anima solet tribui Deo metaphoricè, *d* vt in ea omnis demonstretur affectus ἀνθρωποπάθεια. Et anima eius dicitur ea ipsa vis, qua omnia penetrat, cunctáque disponit. Interdum verò anima Dei dici potest Christus, vt verbum Dei. Quandóque verò sumitur pro anima Christi. De anima Dei fit mentio. *Leuit.*26.*c.Iob.*23.*c.Isa.*1.*d.*42.*a.Ierem.*6.*b. Amos.*6.*c.Zach.*11.*b.*

Anima sæpe ponitur *e* pro toto homine.*Genes.*12.*b.*14.*d.*17.*b.*46.*b.Exod.*1.*a.*12.*a.*16.*d.*31.*c.Leu.*4.*a.*5.*a.*6.*a.*7.*b.*20.*a.Num.*15.*d.Deut.*4.*b.c.Prou.*25.*d.*1.*Mach.*10.*c.*Et animæ egressæ de fœmore Iacob, significare possunt spiritualem generationem. *Homo.*

Anima interdum sumitur pro voluntate. *Genes.*34.*a.*49.*a.Exod.*15.*b.*23.*a.Num.*11.*b.*21.*b.*Et animam in manibus portare, *f* est intentionem cordis in operatione ostendere. *Iob.*7.*c.*13.*c. Thr.*3.*c.Mich.*7.*a.* *Voluntas.*

Anima quandoque pro vita sumitur: vt quum quærit Deus animam hominis de manu fratris sui. *Genes.*9.*a.* 44.*g. Exod.*4.*c.*21.*c. Leuit.*17.*c.*27.*a. Deut.*28.*g. Ios.*2.*c.*9.*d. Iud.*5.*a.*12.*a.* 1.*Reg.*25.*e.*26.*d.* 2.*Reg.*1.*b.*14.*c.*19.*a.*23.*c.* 3.*Reg.*19.*a.*4.*Reg.*1.*d.*7.*b.Ester.*7.*a.Iob.*2.*b.Psalm.*21.39.68.*Eccles.*29.*c.*51.*a.Isa.*49.*b.*53.*d.Ier*12.*b.*21.*c.*48.*a.Iona* 4.*b.Iudith.*9.*b.* 1.*Much.*9.*a.*12.*g.Matth.*2.*d.*6.*d. Luc.*14.*d. Ioan.*10.*b.*13.*d.*15.*b. Actor.*20.*e.*1. *Ioan.*3.*c.* In animalibus afferebant panem in deserto, hoc est, in periculo animam, seu vitæ. *Thren.*5.*b.* *Vita.*

Anima viua, quam producit terra, designare potest *g* corporis motus, aut affectus animi, vel exercitationes virtutum.*Genes.*1.*c.d.*2.*b.* Vel anima viua designat credentes sine miraculis, libenterque, rectè operantes: cùm reptile animæ viuentis sint,qui non sine miraculis credunt.Præterea anima viua sunt fideles in Ecclesia:reptile verò animæ viuentis sunt, Iudæi similitudinem vitæ habentes. *Credentes sine miraculis.*

Anima Ioseph non interficienda, designat *h* veritatem Christi minimè opprimendam. *Gen.*37.*d.* *Veritas Christi.*

Anima de populo terræ, est *i* anima terrena existens. *Leu.*4.*f.* Et anima offerens similem, est animalis homo, licet bonus: aut gentils veniens ad fidem, nondum valens intelligere quæ sunt spiritus Dei: vel etiam ipsa Ecclesia. *Leuit.*2.*a.*6.*b.* *Anima terrena.*

Animæ volunrates *k* dicuntur iusti ad superna tendentes. *Ezech.*13.*d.* *Iusti.*

Anima Eli tabescens. 1.*Reg.*2.*g.* designat *l* sacerdotes marcescentes absque gratia Spiritus sancti. Designat etiam dolorem, quem habent damnati prædicatores in inferno, quum vident alios sua prædicatione profeciſſe. Sacerdotes & Pharisæi sunt anima synagogæ ipsam conturbantes, *m* ne crederent in Christum. *Cant.*6.*d.* *Sacerdotes & Pharisæi.*

Ex tota anima diligere Deum. *Deut.*6.*a. Matth.*22.*d.* est *n* paratum esse ad ponendam animam pro Deo: vel vt nulla pars animæ dimoueatur ad aliquam rem à fide alienam, vel ex toto desiderio diligere. Et perdere animam suam in hoc mundo, est post concupiscentias non ire. *Firmitas mẽtis in Deum.*

Allegoriæ animi,& animæ quærendæ sunt potius in epithetis eis adiunctis: ne toties eadem sint repetenda.

Animositas vim iracundiæ significare solet. *Eccles.*1.*c.*31.*d.*2.*Cor.*12.*d. Hebr.*12.*f.*

Animal, Animans.

ANIMAL est, quod constitutum est ex corpore, & anima sensitiua, licet eius species multæ varias accipiant allegorias, tamen ipsum etiam in genere in allegorias admittitur.

Animalia ex aqua producta, legem Iudaicam significare possunt: producta verò de terra, Gentiles ad fidem conuersos. *Gen.*1.*d.* Et omnia *o* dicuntur animalia Dei. *Psalm.*67. *Lex Iudaica*

Animalia in arca,significant *p* credentes quidem, sed parum ratione vtentes, inter quæ sunt gradus, *Genes.*7. *a.*8.*c.* designabant etiam linteum, quod vidit Petrus. *Actorum* 10.*b.* De his animalibus. *Exod.*12.*f. Leu.*11.*g. Ioel.*1.*d.*2.*e.* *Gentiles. Credentes simplices.*

Animalia etiam in arca dici possunt *q* vires animales in homine sub imperio Noe,hoc est rationis.Animalia enim quatuor, vires animæ quatuor designare possunt. *Ezech.*1.*d.*3.*c.* *Vires animales.*

Animalia Libani; significare possunt *r* gentiles. *Isa.*40.*d.* *Gentiles.*

Animalia duo, in quorum medio cognoscitur Deus,videntur posse significare *s* Filium,& Spiritum sanctum, iuxta Originem. *Habac.*3.*a.* secundum septuaginta.Verùm hæc allegoria videtur periculosa: quia *t* videtur ponere Filium, & Spiritum sanctum minores Patre. Ideo potius dici potest, per duo animalia designari Mosen,& Eliam, in quorum medio Christus est transfiguratus,& cognitus filius Dei: vel designantur Iudæi, & Gentiles: aut certè *u* duo testamenta. *Moses, & Elias. Iudai, & Gẽtiles. Duo testamẽta.*

Animalia quatuor, designare solent *x* quatuor euangelistas. *Ezech.*1.*d.*3.*c.* eosdem designant animalia plena oculis.*Apoc.*4.*c.* *Euangelistæ.*

Animalia etiam quatuor, siginificare possunt *y* quatuor elementa, quorum est vna facies, quia simul composita vnam ostendunt faciem & virtutem. *Elementa.*

Animalia munda.*Genes.*7.*a.Leu.*27.*b. Hebr.*13.*b.* designant χ bonos: aut eruditionem intellectus, vel examinationem eorum, quæ legimus: & etiam puritatem mentis,quam debemus offerre Deo. Animalia munda simul ruminant, & diuidunt vngulam: vnde designant *aa* bonos simplices, qui tales sunt offerendi, quales sunt.Et hæc sunt animalia comedenda. *Leu.*11.*a.f.Deut.*14.*a.* *Boni simplices. Eruditio. Puritas mentis.*

Animalia immunda.*Genes.*7.*a.Leu.*27. significat *bb* malos Iudæos, & hæreticos. Item tinctos baptismate, sed corruptè viuentes:qui tamen in Ecclesia largius accepta,seruantur in spe resipiscentiæ, vt in sagena Euangelica. Item qui non valent sacras scripturas meditari. Vt autem distinguuntur animalia contra bestias, seu voluptuosæ mentes ventri seruientes. *Dan.*4.*b.*Designant etiam hæc animalia *cc* concupiscentiam, & iram, quæ animam sæpe sordidant, & in genere affectus præter rationem existentes. Possunt præterea animalia significare hæreticos, & infideles. *Hab.*2.*d.* Et eorum est animalis sapientia. *Iacob.*3.*d. Iudæ f.* *Mali. Iudai & hæretici. Baptizati. Corruptè viuentes. Affectus præter rationem.*

Animalia, quæ diuisit Abraham. *Genes.*15.*b.* significant *dd* carnales contra se diuisos, vel in multa distractos. Animalia verò non diuisa, designant spirituales in contemplationis vnitate collectos. *Carnales. Spirituales.*

Animantia Ægypti mortua, manentibus animalibus filiorum Israel vnius. *Exod.*9.*c.*designarunt *ee* ipsorum Ægyptiorum stultitiam in animalibus brutis,quæ ipsi colebant,esse punitam. *Stultitia Ægyptiorum.*

Animal captum à bestia, designat *ff* peccatorem à diabolo comprehensum. *Len.*7.*c.Ierem.*12.*a.* *Peccator.*

Animalis homo. 1.*Corinth.*2.*d.* est *gg* qui omnia cogitationibus tribui, & nullo superno egere arbitratur auxilio. Et etiam, qui fertur dissoluta lasciuia animæ suæ, quam non regit spiritus, neque coercet intra metas naturalis ordinis. *Sequens appetitum.*

Animalia sæpè dicuntur *hh* animales homines,& non sapientes,quæ Dei sunt, vt Gentes. Et qui non multum de carnalibus cogitant:& ideo non carnales,sed animam eorum vana desideria occupant, & quæstiones de mensuris cœli, & terræ, &c. Vnde eorum sapientia dicitur animalis, terrena, diabolica, non de superioribus descendens, vnde & Spiritus sanctus.*Gen.*6.*b.*9.*a.Leu.*7.*c.Ios.*8.*a. Psal.*67.103. *Animales homines,& mũdana cogitationes.*

Animalia etiam dicuntur aliquando absolute homines *ii Dan.*4.*b.Ioel.*1.*d.c. Iudæ d.* qui potius curam terrenorum habent quam spiritualium. *Homines.*

Animalia dicuntur idola. *Ezech.*8.*d.*Et dicuntur esse intra parietem, hoc est, in mente: quando etsi quę iam iusta,si quę honesta cogitantur:appetendis tamen lucris temporalibus honoribúsque deseruiunt & per semetipsa quidem *Idola.*

a *Glos.inter s. Isa.*19.
b *Lyr.s.Is.*44.
c *Ori. s. Leu. ho.*2.
d *Ori.s.Leuit. ho.*16. *Isy.s.Leu.* 26. *Hie.s. Aug. q.* 2.*& s. Isa.* 1.
e *Augu. q. in Leu.*93. *Gregor.* 16. *mor.*29. *Orig. s. Exod. ho.*1. *Amb. de Is.*1.
f *Gregor.* 11. *mor.*19.
* *Augu.*1.*ser. Domini in monte, & s. psa.*68. *Euch.q. in ps.*
g *Aug.*13.*con fessi* 20.21.*&* 1.*de gen.cont. Manich.* 23. *Bed.s.Gen.* 1.
h *Glo.inter.s. Gen.*37.
i *Ori. s. Leu. ho.*2. *Isy.s.Leu.*2.
k *Glo. inter.s. Ezec.*13.
l *Gregor. s.* 1. *Reg.*2.
m *Ru.s.Cã.*6.
n *Ori.s.Matt. ho.*23. *Ricard. de. S. vict. de vulnerata charitate.*
o *Hil.s.ps.*67.
p *Orig.s.Gen. ho.*2. *Amb.* 2.*de vocatione gentium* 4. *Aug.*12. *contra Faust.* 15.
q *Geor.Venet. Cant.*1.*t.*6.*c.* 15. *Amb. de vir.*3.
r *Hie.s Is.*40.
s *Ori.s.Rõ.* 3. *&* 1.*periar.*3.
t *Tert. aduc. Marcionem* 4.
u *Hier.s.Hab.* 3.
x *Au s.Ap.*3.
y *Geor. Ven. Cant.*1. *t.*7.*c.* 22.
z *Orig. s.Gen. h.*2.*&* 5. *Leu. h.*3.
aa *Th.* 1.2.*q.* 102.*artic.* 3. *Tertul. de cibis Iudaicis.*
bb *Is. s. Leu.* 27.*Or.s. Gen. ho.*2. *&* 5.*Le. ho.*3.*Isy.s.Le.* 27.
cc *Ricar. de. S. vict. de secur. conscien.* 17.18.
dd *Glo ord.s. Gen.*15.
ee *Orig.s.Ex. ho.*4.
ff *Glo. inter.s. Leu.*7.
gg *Chry. s.* 1.*Co.ho.*7. *Aug.*83. *qu.*67. hh *Arn.s.ps.*67. *Aug.s.ps.*102. *Isy.s. Leu.*1.ii *Gl. inter. s.Dan.*4.*Rup.s.Ioel.* 2.*Gregor.* 26.*mor.*4.

Digitized by Google

quidem iam quasi à terra suspensa sunt, sed adhuc per ambitum quasi per gulæ desiderium sese ad ima summittunt. Et hæc dicuntur idola: quia auaritia est idolorum seruitus.

Damones. Animalia pusilla, & magna in mari magno sunt *a* dæmones in hoc mundo. *Psalm.*103.

Animal quandóque sumitur pro iumento. *Num.*22.*f.* Nonne animal tuum sum? *Neem.*2.*c.*

Animal cui sedebam. Et animal in campo videtur poni pro equo. *Isa.*63.*c.*

Opera imperfecta. Animalia non integra, sed mutila, & ideo non offerenda Deo. *Leu.*22.*d.* designant *b* opera imperfecta, quæ per aliquem defectum censentur immunda.

Anna.

Gratia. Profectus virtutum. ANNA, id est, gratiosa, siue misericors, aut requiescens, vel donans. Prima fuit vxor Elcana prius sterilis: sed postea genuit Samuelem. 1.*Reg.*1. Quæ vt interpretatur *c* gratia, & genuit post Phenennam, hoc est, conuersionem: designat profectum virtutum, & opera excellentia vitæ contemplatiuæ. Generat autem Samuelem, hoc est, opera perfecta, & generat serò: quia serò venitur ad perfectionem operum vitæ contemplatiuæ. Reputatur autem Anna ebria, *d* quum exultat in Domino, & tota vacat diuinis. Coniungitur prius Elcana, sed posterius generat: quia per gratiam fit conuersio, sed post conuersionem fit operatio. Potest etiam designare virum perfectum.

Vita contemplatiua. Vir perfectus Ecclesia. Designat etiam Ecclesiam, *e* quæ prius erat sterilis, & per obdurationem Iudææ, posterius peperit fideles ex gentibus: est tamen principalis vxor, de qua *Cant.*8.*c.* Soror nostra paruula est, & vbera non habet.

Synagoga. Gentilitas. Ecclesia. Anna alia fuit vxor Tobiæ; & alia vxor Raguelis. *Tob.*1.*b.*2.*d.*7.*c.*11.*b.* Vxor quidem Tobiæ, typus est *f* synagogæ. Vxor verò Raguelis ad gentilitatem spectat.

Fuit autem Anna prophetissa filia Phanuel. *Luc.*2.*e.* Hæc typum gerit *g* Ecclesiæ.

Annona.

Eucharistia. ANNONA rem frumentariam, & alias res, quæ victus gratia in annum reponuntur, significat. Vix recipit allegoriam.

Stipendia prædicatorum. Annona regis Salomonis. 3.*Reg.*4.*a.* designare potest *h* eucharistiam, & reliqua sacramenta quibus Christus sustentat fideles in ecclesia. Idem designat annona de cœlo data filiis Israel. *Iudith.*7.*c.*

Annona, quam constituit rex Babylonis regi Ioachin. 4. *Reg.*25.*g.* item Danieli, & tribus pueris. *Dan.*1.*a.* Stipendia *i* prædicatorum designare possunt. Annonæ imponendæ sunt populo. 1.*Esdræ* 7.*d.* Non autem ministris templi.

Annuere, Nutus.

Simulatio sanctitatis. ANNVERE est nutu, seu motu capitis, aut oculorum aliquid concedere. Vnde annuere passim sumitur pro concedere, aut permittere. 2.*Mach.*14.*d.* Datur & annuere manu. *Actor.*12.*c.*

Annuere oculis. *Psal.*34. *Prouerb.*6.*b.Eccles.*27.*c.* dicitur *k* esse hypocritarum, & simulatorum: qui pronunciant in vultu, quod in corde non gestant. Nutus etiam mulieris meretricis: sunt opera hæreticorum, quibus sanctitatem simulant.

Potentia Dei. Nutus Dei videtur significare *l* potentiam Dei promptam habentem executionem. Sed & ipsæ creaturæ nutus Dei dici possunt, sicut & vestigia Dei.

Annunciare.

Collatio legis nouæ. ANNVNCIARE est manifestare verbis occulta: vel etiam quæcunque alia proferre. Annunciamus noua, prædicamus publica.

Annunciauit Christus noua, quum *m* attulit nouam legem. *Isa.*42.*b.* Solus autem Deus est, qui propriè annunciat: quia quotquot aliquid annunciauerunt, ab ipso acceperunt. *Isa.*41.*b.* Et ipse Christus annunciauit pacem. *Isa.*52.*c.* Et bonum. *Nah.*1.*d.Zach.*9.*c.* Et ipse annunciat lucem amico suo. *Iob.*36.9. Et annuntians Iacob ventura, Christum significauit. *Genes.*49.*a.Psal.*43. Et annuntians speculator quæ vidit: est Christus, aut prædicator monens de futuris, vt caueant. *Isa.*2.*b.* 4.*b.c.* Idem etiam annunciauit noua, quum manifestauit gloriam Patris. Et grandia, & firma. *Ierem.*33.*a.* Et annunciat mansuetis. *Isa.*61.*a.* Annunciat etiã angelus hominis æquitatem, quum *n* Christus homo factus intercedit pro peccatoribus, & semetipsum iustum hominem, qui pro aliis indulgentiam mereretur, ostendit. *Iob.*33.*c.Isa.*45.*c.*

Crux signum redemptionis. Prædicantes apostoli iustitiam Dei. Annunciat firmamentum opera manuum Dei. *Psalm.*18. quum *o* crux Christi est manifestum signum redemptionis.

Annunciant cœli iustitiam Dei, quum Apostoli, & doctores ipsam prædicant, & etiam passionem Christi. Annuntiabunt etiam iustitiam Dei in iudicio, quum *p* testes erunt iustitiæ Dei. *Psal.*21.49.63.96. *Ierem.*4.*b.* Et annunciant in insulis, quum *q* prædicant gentibus. *Iere.*31.*b.* Ad idem pertinent annunciare inter Gentes studia Dei. *Psalm.*9. Et annunciare nomen Dei, aut laudem eius, *Psalm.*21.39.54.70.74.95.101.104.106. *Eccles.*42.*c. Isa.*12.*b.*52.*d.*66.*f. Ierem.*31.*b.*

Mittes pater filium. Prædicare virtutem Christi. Cognitio Dei in lege naturæ. Prædicare vera de Deo. Mori mundo. Habere omnes virtutes. Manifestatio peccatorum. Prædicare iram Dei. Confiteri peccata. Gratum esse Deo. Adulari. Annuntiauit Deus eloquium suum, quum *r* misit Filium suum. *Amos.*4.*d.*

Annunciare brachium Domini, est *s* prædicare virtutem Christi. Ad idem spectat annunciare salutare Dei. *Psalm.*70.95.147. Et annunciare regnum Dei. *Luc.*9.*g.Ioan.*20.*e.Philip.*1.*c.*1.*Ioan.*3.*b.Amos.*4.*d.*

Annunciatum est ab initio de Deo: quia *t* in lege naturæ iam cognoscebatur Deus esse creator. *Isa.*40.*e.*

Annunciare veritatem Dei, est prædicare vera de Deo. *Psal.*29.88. Annunciate autem veritatem Dei per noctem: est *u* prædicare veritatem sub parabolarum tegumento: vt videntes non videant, &c. *Psal.*91. Annunciare autem manè misericordiam Dei, est ablatis tenebris peccati eam prædicare. Et annunciat Deus lucem amico suo, quum manifestat *x* veritatem bonis. *Iob.*36.*d.* Ad hæc pertinet annunciare consilium Dei. *Actor.*20.*f.*

Annunciare mortem Domini, est *y* mori in baptismo, & crucifixum esse mundo. *Matth.*16.*d.Rom.*6.*a.*1.*Cor.*11. *f. Gal.* 6.*c.*

Annunciare omnes laudationes Dei in portis filiæ Sion, est *z* habere omnes virtutes: vt nemo dicatur annunciare omnes laudationes, nisi habeat omnes virtutes. *Psal.*9.50.78. *Isa.*60.*b.*66.*f.*

Annunciare dicitur Deus iustitiam Hierusalem. *Isa.*58.*c.* quum *aa* eius manifestat peccata, qui ironicè iustitiam appellat.

Annunciat speculator gladium venientem. *Ezech.*33.*a.* quum *bb* prædicator indicat peccatori iram Dei imminentem: sic annunciare clamorem paruulis, est manifestare vindictam Dei futuram. *Iere.*48.*a.*50.*c.Ezech.*3.*d.* Et annunciat Adan, qui *cc* manifestat iudicium diuinæ vltionis. *Ierem.*4.*d.*

Anunciat iniquitatem suam, qui *dd* eam confitetur. *Psal.*37.55. *Isa.*58.*a.Mich.*3.*c.*

Annunciatur Domino generatio ventura, sicut angelus ei nunciat orationes nostras, non vt sciat; sed quia necesse habet creatura rationis omnes causas suas in Deum referre. Vel annunciatur Domino, quum est grata Domino. *Psalm.*21.

Annunciant sententiam regi, qui habent pennas. *Eccles.*10.*d.* quia *ee* facilè per adulatores omnia deferuntur ad principes.

Annuntians patri, quod natus sit ei filius masculus. *Ierem.*20. *d.* est *ff* adulator laudans malum opus, tanquam bonum.

Annunciare dicitur baculus, quum *gg* idolum dat responsa. *Hos.*4.*c.* Vel designatur ibi diuinatio, quæ fiebat per virgas.

Annus.

ANNVS est tempus, quo Sol circulum suum per Zodiacum versus Orientem perficit, qui trecentis sexaginta quinque diebus, & quarta diei parte absoluitur: qui dies in duodecim menses distribuuntur: isque dicitur annus Solaris. Nam annus Lunaris duodecim circulos Lunæ includit, qui duodecim constituunt menses altámque habent numerandi rationem: quæ diuersitas nihil facit ad allegorias. Anni taciti, vel expressi nonnihil videntur significare: & quum anni vaccæ, capræ, & arietis exprimuntur: turturis, & columbæ minimè. *Genes.*15.*b.*

a *Aug. soli.*16. & *f. Psa.*103.

b *Basi. prolo. de regu. fusi.*

c *Ori. f. Gen. ho.*11. & *f.*1. *Reg.*1. *Gregori. f.*1. *Reg.*1.

d *Phil. de temulen. Hie. epist. ad Gerontiam.*

e *Gre. f.*1. *Regum* 1. *Aug.*17. *ciui. Dei* 4.

f *Gl. ord. f. Tob.*1.

g *Glo. inter. f. Luc.*2.

h *Lyr. f.*3. *Regum* 4.

i *Gloss. ord. f. Esa.*7.

k *Aug. f. psal.* 34. *Be. f. Pro.* 6.

l *Aug.* 2. *de libero arbitr.* 16.

m *Hier. f. Is.* 42.43.

n *Gre.*24. *mo.* 3.

o *Arn. f. psal.* 18.

p *Arn. f. psal.* 49. *Hie. f. Is.* 31.

q *Gregor. f. ps.* 101.

r *Gl. inter. f. Amos* 4.

s *Glo. inter. f. ps.* 95.

t *Gloss. ord. f. Isa.* 40.

u *Arn. f. psa.* 91. *Hie. f. ps.* 91.

x *Gregor.* 27. *mor.* 11.

y *Basil. reg. breu.* 234.

z *Ori. f. Mat.* 10.1.

aa *Hier. f. Is.* 57.

bb *Hie. f. Ez.* 33.

cc *f. Ier.* 4.

dd *Basil. f. ps.* 38. *Aug. epis.* 120.

ee *Lyr. f. Ecc.* 10.

ff *Lyr. f. Ier.* 20.

gg *Hie. f. Ho.* 4.

Digitized by Google

Annus in cuius mensibus, aut diebus non computari petit Iob diem in quo natus est. *Iob.3.b.* designare potest *a* prædicationem superuæ gratiæ. Quia sicut in anno congestis diebus tempus perficitur: ita in superna gratia virtutum multiplex vita completur. Vel est multitudo fidelium electorum: quia sicut ex dierum multitudine annus ducitur, ita ex collectione bonorum omnium illa electorum innumerabilis vniuersitas expletur. Et hic est annus placabilis Domini apud *Isa.61.a.* Qui annus prædicatur, cùm futura plebs fidelium veritatis lumine illustranda prædicitur. Anni autem, quos distinguunt luminaria. *Genes.1.b.* designant separationem anni acceptabilis Domino.

Prædicatio superna gratia. Multitudo electorum.

Anno altero nasciturο Isaac, *Genes.17.c.* designatur *b* Christi natiuitas post legem facta, tempore videlicet gratiæ. Medium etiam annorum, designat tempus aduentus Christi. *Hab.3.a.* Sic annus primus egressionis de Ægypto, est tempus legis. Annus verò secundus, est tempus gratiæ. *Exod.40.b.*

Tempus gratia.

Semel per annum deprecans sacerdos super cornua altaris, designat *c* Christum semel pro peccatis nostris passum. *Exod.30.b.Leu.16.g.Hebr.9.b.* Et annus *d* benignitatis Dei, est annus redemptionis, & resurrectionis: ac etiam conuersionis gentium. *Psal.64.Isa.32.c.34.c.49.c.61.a.2.Cor.6.a.* Et annus, quo occisus est Zacharias, est tempus prædicationis Christi: post quod destructa est Hierusalem. *2.Paral.24.f.*

Tempus redemptionis.

Annus datus ad redimendam domum. *Leu.25.e.* designat *e* tempus gratiæ, & vitæ præsentis: in quo debet fieri remissio per pœnitentiam. Hic est etiam *f* annus redemptionis Christi. *Isa.63.b.*

Tempus gratia, & vita præsentis.

Annus retribulationis, & visitationis Dei, est *g* tempus punitionis & diuinæ vindictæ. *Isa.34.b.63.a.Ierem.11.d.23.c.Eccles.12.a.*

Tempus vindictæ.

Anni antiqui, designare possunt *h* tempus, in quo quis fuit in gratia: & etiam tempus status innocentiæ primorum parentum. *Malac.3.a.*

Status innocentiæ.

Anno altero numeratur populus. *Num.1.a.* vt *i* designetur multas esse transigendas tentationes, antequam ad perfectionem veniatur. Sic anno secundo vidit somnium Nabuchodonosor. *Dan.2.a.* quia *k* spiritualis quisque post edomitam concupiscentiam, post cogitationum disciplinam, tandem aliquando contemplationis studio vacare præualet. Vnde anno vno non eiiciuntur hostes. *Exod.23.d.*

Tempus perfectionis.

Per singulos annos circuiens Samuel ciuitatis Israel. *1.Reg.7.d.* designat *l* prædicatorem aut prælatum examinantem sigillatim singulorum ordinum profectiones.

Diligentia prælati.

Anni tres famis. *3.Reg.18.a.* Designare possunt *m* tempus prædicationis Christi: quãdo deficiebat fides Trinitatis apud Iudæos. Vel designat tria tempora: nempe patriarcharum, prophetarum, & Christi. Idem designant tres anni ficus. *Luc.4.d.13.d.* Qui etiam designant tempus ante legem, sub lege, & sub gratia: in quibus Deus quæsierit fructum in genere humano. Et anni tres immundorum fructuum: *n* nouæ plantæ fuerunt à lege vsque ad Dauid, & vsque ad Babylonem, & vsque ad Christum. Nam quartus fuit tempore Christi: & quintus in apostolica generatione. *Leuit.19.e.*

Tempus prædicationis Christi, & trium legum.

Anni tres, quasi mercenarij, designant *o* tempus huius vitæ, in quo hæretici, & hypocritæ recipiunt mercedem suam. *Isa.16.d.* Annus etiam mercenarij. *Eccles.37.b.Isa.21.d.* Dicitur, vel quia citò præterit, qui quotidie nihil aliud, nisi mercedem sibi laboris expectat: vel quia semper in labore est, vt mercedem accipiat.

Tempus huius vitæ.

Pro annis tribus dat Deus benedictionem anno sexto. *Leuit.25.c.* vt *p* plenitudo æternæ fœlicitatis designetur, quam attulit Christus anno sexto. Eandem fœlicitatem designat annus, quo inuenit Isaac centuplum. *Genes.26.c.*

Fœlicitas.

Anni Dei dicunt *q* æternitatem Dei. *Iob.10.b.Psalm.101.Heb.1.d.* ponuntur & anni æterni. *Psal.60.76.*

Æternitas Dei.

Anni generationis, & generationis designant *r* tempus in principio mundi vsque ad id, quod erit post iudicium. *Ioel.2.a.* Sic anni vsque in diem generationis, & generationis. *Psal.60.*

Tempus vniuersum.

Anni, quos comedit locusta. *Ioel.2.f.* sunt *s* anni perditi, regnantibus perturbationibus. Vel designant tempus gratiæ, quæ amittitur per peccatum. Et anni, quibus videmus mala, designant tempus huius vitæ. *Psal.89.*

Tempus gratiæ Tempus huius vitæ.

Anni hominis. *Psal.30.89. Prouerb.3.a.4.b.5.b.9.c.10.d.Eccles.11.c. Eccles.18.a.26.a.Isa.38.c.* Aliquando sumuntur *t* pro tempore aduersitatis: aliquando pro tempore prosperitatis.

Tempus prosperitatis & aduersitatis.

Anni vbertatis, significare possunt *u* prosperitatem seculi, & Iudæorum. Anni verò famis, tempus futuræ miseriæ. *Genes.41.c.Deut.32.d.Psal.21.* Vel anni septem vbertatis, designant abundantiam donorum Spiritus sancti: famis verò, eorum defectum.

Prosperitas seculi.

Anni sex, quibus laboratur. *Exod.21.a.23.b. Deut.15.e.* Vitam actiuam designant, aut vitam præsentem: seu etiam vitam secularem, & mundanam.

Abundantia donorum Spiritus sancti.

Annus septimus, *x* vitam contemplatiuam significat: aut vitam futuram: aut legem mandatorum. *Exod.21.a.23.b.Deut.15.a.Leuit.25.a.* Ideo Iacob seruiuit pro Rachel septem annis. *Genes.29.c.*

Vita actiua.

Annorum septem existens taurus. *Iud.6.e.* designat Christum cum donis Spiritus sancti. Idem etiam dicitur agnus anniculus *y* propter teneritudinem pietatis suæ, & quia perfectus toto decursu Solis: & quia prædicauit annum Domini acceptabilem. *Exod.12.a.Leuit.1.c.12.e.Ezech.46.d.* Ad eandem spectat annicula ouis. *Leuit.14.b. Num.6.c.* Et annicula capra. *Num.15.c.* Et anniculi vituli. *Mich.6.b.*

Vita præsens aut mũdana.

Annis septem perfecta est domus Domini. *3.Reg.6.d.* designat *z* Ecclesiam, quæ toto tempore huius mundi perficitur, per dona Spiritus sancti.

Vita contemplatiua.

Anni septem combusta sunt arma Gog. *Ezech.39.b.* quia *aa* per remissionem peccatorum dissipantur arma diaboli.

Vita futura. Christus.

Anni duodecim filiæ principis synagogæ, & mulieris fluxum sanguinis patientis. *Luc.8.f.* Designant *bb* Ecclesiam, & synagogam pariter laborantes.

Tempus huius mundi.

Ab annis viginti dare pretium, est *cc* legem spiritaliter perficere. *Exod.30.b.38.d.*

Remissio peccatorum.

Anni quadraginta mansionis populi Israel in deserto in pœnam peccati, designant *dd* tempus pœnitentiæ, propter quadraginta dies explorationis terræ promissionis. Nam annus imputatus est pro die. *Num.14.f.Ezec.4.b.*

Tempus pœnitentia.

Anni septuaginta, designant remissionem, & tandiu in Babylone, *ee* hoc est, in huius seculi confusione versamur, quamdiu requiem septenarij numeri mereamur accipere: & accepta pœnitentia, Deus impleat, quod promisit: & reducamur ad locum nostrum Ecclesiam. *Ierem.29.b.*

Remissio peccatorum.

Ab anno in annum. *Zach.14.c.* Idem est, quod singulis annis. Annus autem additus ad annum. *Isa.29.a.* est tempus legis nouæ additum tempori legis veteris. Idem est annus superans annum. *Eccles.33.a.*

Anni corona, vide Carona.

Annua messis. *Ierem.5.f.* vide metere.

Anon.

ANON vel potius Hanon, id est gratiosus, siue misericors, vel donans, siue requiescens: filius Naas regis filiorum Ammon: qui rasit dimidiam barbam nuntiorum Dauid, eosque decaluauit, præcisis eorum vestibus vsque ad nates. *2.Reg.10.c.1.Par.18.a.* typus esse potest *ff* diaboli, & etiam populi Iudæorum: ad quem misit Dauid, hoc est, Christus nuntios Apostolos, quod illi affecerunt iniuriis.

Diabolus. Iuda.

Ansa, Ansola.

ANSA id solet significare, quod à vase aut alia re prominet, vnde res capiatur: & annuli catenarum ansulæ dici possunt.

Ansulæ hyacinthinæ, quibus cortinæ tabernaculi iungebantur. *Exod.26.a.36.b.* charitatem proximi iunctam spei designare possunt. Et ansa contra ansam, designant *gg* mutuam charitatem respondentem in proximo. Vel sunt præcepta cœlestia, in quibus ligantur animæ, vt ab inferioribus subleuatæ in supernis pendeant. Ansulæ autem à latere, & summitate dependent, quia docent charitatem Dei, & proximi. Ansæ quoque in vtraque parte designant charitatem in maiores & minores: & in nostros magistros, & discipulos. Designant etiam fidem & humilitatem, quibus maximè charitas colligatur.

Charitas. Præcepta cælestia. Fides & humilitas.

Ansæ sagorum tabernaculi. *Exod.26.c.33.b.* humilitatem *hh* compunctionis designare possunt, quæ Spiritu sancto largiente conceditur.

Humilitas cõpunctionis.

a *Gre.4. mor. 10.22.*

b *Glo. inter.s. Gen.17. Ambros.1. de Arb.11. Bed.s.Gen.17*

c *Orig.s.Leu. ho.9.*

d *Hie.s.Is.17. 32. Hil.s.ps.64. Ambr. de instit.virgi.15. Cle. Alex.5. stroma. 2.Ori. s.Leu. ho.14.*

e *Hie. s. Leu. ho.15.*

f *Hie.s.Is.63.*

g *Glo. ord. s. Isa.34.*

h *Hie.s. Mal. 3. Aug.20.de ciuit. Dei. 26.*

i *Ori. s. Nu. ho.1.*

k *Ricar.de.S. vict.de somnio Nabuchodonosor.2.*

l *Gre.s.1. Regum.7.*

m *Amb.s.Lu. 13. & de viduis. Euseb.for. spirit.4.*

n *Is.Leus.19.*

o *Hie.s.Is.19. 21.*

p *Is.s.Leu.25*

q *Glo. ord. s. Iob.10.*

r *Glos.inter.s. psa.60.*

s *Hie.s.Ioel.1. & ad Cypri. s. psa.89.*

t *Glo. inter.s. psal.30.*

u *Amb.de Ioseph.7. Hier. s. Isa.7. Bed.s.Ge.41.*

x *Ori.s.Ios.ho. 3. Ori.s. Iose.ho. 10. Amb.prol. de Spiritu sancto Georg. Venet. Ca.2.t.3.c.19.*

y *Hie.s.Ezec. 46.*

z *Glo.ord.s.3. Reg.6.*

aa *Glo. ord.s. Ezec.39.*

bb *Amb.s.Lu. 8.*

cc *Glo.inter. Exod.30.*

dd *Glo. ord.s. Num.14.*

ee *Hies.Ie.29*

ff *Lyr. 2. Regum.20.*

gg *Gr.s.Eze. ho.19.*

hh *Glo. ord.s. Exo.26.*

Digitized by Google

Ante, Antecedere, Præcedere, Anterius, Anteà, Præire.

Authoritas Dei patris

ANTECEDERE, est ante alium ire: interdum verò est superiorem esse.

Antecedere secundum metaphoram competit Deo, qui loco moueri non potest: vt verò est superiorem esse, iam magis propriè illi applicatur. Et præcedens Pharao Ioseph vno regni solio. *Genes.41.e.* designat Deum patrem, qui non differt à filio, nisi patris relatione.

Christus caput & dux. Christus sapientior angelis.

Antecedit, vel præcedit dominus populum ad ostendendam viam; designans *a* Christum qui præcedit vt caput, vel dux exercitus, & sequitur in membris. *Exod.13.d.33.a.Isa.52.d.Deut.4.f.Matth.26.c.28.b.Marc.14.c.16.b. Luc.19.e.* Præcessit autem Christus in Galilæam, *b* hoc est, ad conuertendas Gentes, vel ad patriam cœlestem. Præcedit etiam facies Dei Moysen. *Exod.33.c.* quum luce veritatis illustrat mentem.

Exemplum Christi.

Præcedit sapientia Salomonis, sapientiam Orientalium: quum *c* sapientia Christi superat sapientiam angelorum. *3.Reg.4.d.Eccles.2.b.Sapien.7.b.4.b.*

Diuersa cognitio diuinorum & humanorum.

Præcedens angelus Domini, est *d* Christus præiens doctrina, & exemplo. *Exod.14.c.23.c.32.g.2.Macha.11.b.* Idem designans antecedens stella Magos. *Matth.2.b.*

Antecedit arca fœderis domini populum. *Ios.3.c. Num.10.d.* antecedit quidem *e* in terra citra Iordanem vbi sunt, quæ pertinent ad nos: subsequitur verò in terra vltra Iordanem vbi sunt diuina, & supra nos, Quia in diuinis præcipimur credere, vt intelligamus: in nostris debemus subtiliter discutere, & præuidere, quo debeat familia virtutum per studium, vel per desiderium subsequendo tendere. In diuinis autem multum desideratur, & parum discutitur, quia scrutator maiestatis opprimetur à gloria.

Lex dirigens, Exempla,

Antecedens Moses populum, est *f* ex ipsum dirigens. *Exod.17.b.* Idem designãs antecedentes cantores Domini exercitum. *2. Paral.20.e.* Et præcedentes sacerdotes populum exemplo videlicet, & doctrina. *Ios.6.a.* præcedentes angelus & Tobias familiam. *Tob.11.a.*

Prouidentia.

Præcedunt palpebræ gressus, quum quis præuidet, quæ facturus est. *Prouerb.4.d.*

Occurrere spiritualibus.

Præcedentes discipuli Christum trans fretum. *Matth.14.c. Marc.6.f.* sunt *g* occurrentes spiritualibus per desertionem temporalium: non tamen possunt ad spiritualia peruenire sine Christo: sicut nec discipuli peruenerunt trans fretum sine ipso. Designat etiam hæc præcessio præparationem faciendam ad suscipiendum Christum venientem ad iudicium.

Fideles ante aduentũ Christi.

Præcedentes turbæ Christum eundem Hierosolymam, designare possunt fideles, *h* qui fuerunt ante aduentum Christi. *Matth.21.a. Marc.11.a.* Idem designant præcedentes pedites Dauid. *1.Reg.15.d.* Præcedentes etiam, qui increpabant cæcum, fuerunt primi credentes, & veram fidem docentes. *Luc.18.g.* Possunt etiam præuntes Iesum, designare desideriorum carnalium turbas, tumultúsque vitiorum impedientium, ne clamor cæci perueniat ad Iesum.

Desideria carnalia.

Anteit faciem alicuius iustitia sua. *Isa.58.e.* quia *i* secundum opera iustitiæ, quæ gessit, præmium accipiet à Deo.

Antecedit puer Saulis ipsum Saulem, & Samuelem. *1.Reg.9.d.* quando *k* hoc agitur, quod à spirituali sensu nobis suggeritur: non quod à motu carnali imperatur.

Præcessit nox. *Rom.13.d.* quando recessit tempus peccati, & ignorantiæ, & veteris hominis.

Præcedentia delicta dicuntur *l* quæ fuerunt remissa à Christo. *Rom.3.d.* Et delicta, quæ erant ante aduentum Christi.

Præcedunt iudicium quædam peccata. *1.Tim.5.d.* Ea *m* videlicet, quæ sunt manifesta mala, sequuntur autem occulta, quæ non possunt iudicari nunc, quo animo fiant.

Præsens coruscatio ante grandinem, designat gratiam, quæ præcedit verecundiam. *Eccles.31.b.*

Præcedit egestas facié Leuiatham. *Iob.41.b.* quia *n* nemo cognitioni illius iungitur, nisi prius virtutum diuitiis nudetur. Prius enim bonas cogitationes subtrahit: & nunc eis apertiorem notitiam suæ iniquitatis infundit. Præcedit etiam egestas, quia prius facultas virium perditur: vt quasi per familiaritatem postmodum eius notitia cognoscatur. Vel faciem Antichristi præcedit egestas ecclesiæ: quia ante à fidelibus miraculorum diuitiæ subtrahuntur: & tunc antiquus ille hostis contra eos per aperta prodigia ostenditur. Vt quò ipse per signa extollitur, eò à fidelibus sine signis robustius, laudabiliúsque vincatur.

Ante faciem Eli ministrabat Domino Samuel, designans, *o* quod ille ante præceptoris sui faciem Domino ministrat, qui in exhibitione ministerij sui, proprij arbitrij rationem non sequitur: qui eo operis itinere graditur, quod ei magistri sui cognitione præuidetur. *1.Reg.2.d.*

Ante faciem Domini præiuit Ioannes Baptista. *Luc.1.b.g.* quia perfectorum est ante faciem Domini conuersari.

Ante se habent psalterium, & tympanum, *p* qui dicunt, & faciunt: qui verò dicunt, & non faciunt, post se habent. Item ante se habent, qui quæ dicunt de Christo, non intelligunt: vt Caiphas. *1.Reg.10.b.*

Ante Samuelem descendens Saul. *1.Reg.10.d.* designat *q* ordinandum debere videri ab ordinatore, vt eius cognoscat obedientiam: quia debet agere, quod maioris iudicio imperatur.

Antequam adoleretur adeps, tollebant filij Eli carnes. *1.Reg.2.c.* designantes *r* Iudæos, qui nitebantur euertere fidem, antequam veniret ad perfectam charitatem.

Antè & retrò præliatur, & accingitur Gad. *Genes.49.c.* vbi *s* tempus præcedens, & sequens aduentum Christi designare potest. Antè, occulto aduentu Christi: Retrò, in manifesto iudicio.

Antè & retrò conuenientes vicini ad coniungendum rationale cum superhumerali. *Exod.39.d.* concordiam veteris ac noui Testamenti adumbrare possunt.

Anteriora, futura bona significant. *Philip.3.c.*

Antecedit iustitia faciem. *Isa.58.c.* hoc est, *t* Christus præcedit ad gloriam, & bona opera ad beatitudinem.

Præcedunt misericordia, & veritas faciem Dei. *Psalm.88.* Nunc *u* misericordia delens peccata, & veritas seruans promissa.

Præcedit ignis ante Dominum. *Psalm.96.* Nunc *x* charitas tanquam gladius, in iudicio verò ignis conflagrationis.

Antemurale.

Prophetæ. Recta fides. Patientia. Custodia angelorum.

ANTEMVRALE est fossa, & vallum, quæ sunt ante murum, velut munimentum ipsius muri. Antemurale, designare potest prophetas *y* doctrinam Euangelicam suis vocibus munientes. *Isa.26.a.* Potest etiam significare rectam fidem bonis operibus munimentum præstantem. Item patientiã vt inter plurima testamenta stemus viriliter, & perseueremus iugiter inconcussi.

Antemurale etiam, custodiam angelorum significare *z* potest: qui prius muniebat synagogam, qua relicta, facti sunt antemurale Ecclesiæ. *Thre.2.c.* Potest etiam Christum significare.

Antichristus.

Christus.

ANtichristi nomen, licèt in primis dicatur de Antichristo futuro: potest tamen dici de omnibus, qui contra Christum sunt, præcipuè de hæreticis. Vnde & sermones falsi hæreticorum, *aa* antichristi dicuntur. *1.Ioan.2.c.d.4.a.2.Ioan.c.2.Thess.2.e.*

Antiochus.

Diabolus

ANtiochus rex Syriæ: cuius nomine multi fuerunt. Is qui fuit aduersarius Iudæorum, typus est *bb* diaboli. *1.Mach.1.b.6.a.15.b.2.Mach.5.a.* Est etiam typus prælati superbi.

Antiochia.

Gentilitas.

ANtiochia ciuitas Gentilium in Syria, sortita nomen ab Antiocho: significare potest Gentilitatem, quæ suscepit verbum Dei: & in ea fideles primum dicti sunt Christiani. *2.Mach.5.c.11.d.51.a.14.c.15.d. 2.Timoth.3.c.*

a *Amb.s. psa. 118.ser.5.*
b *Aug.s. 86. & 3.de cõsen. Euang.25.*
c *Glo. inter.s. 3.Reg.4.*
d *Isy.s.Ex.14.*
e *Ricar. de S. vict. de extremi mali.27.*
f *Glo. ord.s. Exo.17.*
g *Ricar.de S. vict. de extremi mali. Ori.s. Matth. ho.14.*
h *Ori.sup. & in Luc.ho.13. Greg.ho.2.*
i *Hie.s.Is.58.*
k *Grego. s.1. Regum.9.*
l *Oris.Rõ.13. Amb.s. Rom. 13. Glo.inter.s. Rom. 31.*
m *Augu. 2. ser. domini in monte.*
n *Grego. 34. mor. 2.*
o *Gre.s.1.Regum.2.*
p *Gre.s.1. Regum.10.*
q *Gre.s.1.Regum.10.*
r *Gre.s.1. Regum.2.*
s *Glo. ord. s. Gen.49.*
t *Glo.ord.s.Is. 58.*
u *Glo.inter.s. psa.88.*
x *Glo.inter.s. psa.96.*
y *Hie.s.Is.26. Gre.s. Exech. ho.14. Ber.se.3.in de dicat eccles.*
z *Glo.inter.s. Thre.2.*
aa *Gl.ord.sup. 1.Ioan.2.*
bb *Lyr.sup.1. Mac.1.*

Digitized by Google

Antiquus, Antiquitas, Vetus, Inueteraſcere.

ANtiquum dicitur, *a* quod eſt longæuum tam in rebus animatis, quàm ianimis: dicitúrque antiquum in ordine ad præſens tempus id, quod magis diſtat à præſenti verſus principium. Vetus etiam eſt antiquum: & interdum ſumitur in bonum, vt vinum vetus: & in malum, vt in veteratis.

Antiquus dierum dicitur Deus, quòd *b* ipſe ſit omnium & ſeculum & tempus, & ante dies, & ante ſeculum ac tempus. *Dan.7.b.* Ponuntur & antiquæ cogitationes Dei. *Iſa.25.a.* Quæ ſignificare poſſunt promiſſiones per Prophetas factas de redemptione generis humani. Et antiquæ miſericordiæ Dei. *Pſalm.88.*

Antiqua Chriſti, quæ cognoſcit Deus, deſignare poſſunt ea, quæ ad eius *c* diuinitatem pertinent. *Pſal.* 138. Antiqua verò noſtra ſunt, quando incidimus in peccatum: nouiſſima autem deſignant pœnam peccati, quæ ſi non detur in hoc ſeculo, erit peior in futuro.

Antiqua aliquando dicuntur, quæ ſunt, aut intelliguntur ante creationem mundi. *Prouerb.8.c.* Ex antiquis antequam terra fieret.

Antiquitas, in quam reſtituetur Tyrus. *Iſa.23.d. Ezech.*16.*g.* deſignare poteſt *d* ſtatum gratiæ per peccatum amiſſæ. Et antiqui dies, ſignificant *e* ſtatum innocentiæ, vel proſperitatis. *Thre.1.c.2.e. Amos.9.d. Malach.3.b.* Deſignant etiam antiqui dies, ſeu anni, *f* tempus mirabilium, quæ fecit Deus. *Iſa.51.d.* Item tempus Prophetarum. *Ezech.38.f.* Antiqui etiam dies, *g* deſignare poſſunt lapſum primi hominis. *Deut.4.e. Pſalm.43.76.142. Iſa.37.e. Actor.15.b.*

Antiqui in quibus eſt ſapientia, dici poſſunt *h* patres veteris Teſtamenti. *Iob.12.b. Eccleſ.39.a.* Et antiqui veteſtiores patribus Eccleſiæ, ſunt ipſi patres veteris Teſtamenti. *Iob.15.a.* Et antiquus populus ſunt, vel qui *i* fuerunt in lege naturæ, vel populus Iudæorum, quia fuit quando data eſt lex. *Iſa.44.b.* Et antiqui montes, ſunt ipſi patres veteres. *Deut.33.b.* Et inueteraſcentes montes. *Iob.9.a.* iuxta Septuaginta. Et quum dicitur. *Matth.5.c.* Auditis, quia dictum eſt antiquis, &c. Antiqui ſunt populus ſub veteri lege. Idem intelligi poſſunt veteran. *Sapien.2. b.21.a.d. Iſa.65.d.*

Antiqui reges intelligi poſſunt *k* Philoſophi. *Iſa.19.b.* Ad eoſdem pertinere poſſunt antiqui habitatores terræ ſanctæ. *Sapient.12.a.*

Antiquus ſerpens dicitur diabolus. *Apoc.12.b.20.a.* Et antiqui Gigantes, ſunt *l* dæmones. *Eccleſ.16.a.* Et gens antiqua. *Ierem.5.d.* Antiqui etiam gigantes ſunt hæretici.

Antiqua ſunt, quæ *m* ad legem veterem ſpectant: quæ & verba vetera dicuntur. *1.Paral.14.d. Iſa.1.g.43.c. Matth.5.c.* Et vetera, quæ proiiciuntur, literam legis deſignant. Veteſtiſſima verò veterum, deſignant legem naturæ, & ea, quæ fuerunt ante legem ſcriptam. Vel ſunt, quæ ad promiſſiones patriarcharum ſpectant. *Leui.26.b.* Veteſtas enim conuenit *n* literæ legis, quia ceſſauit. *Rom.7.a.1.Reg.2.a.13.g.* Et vetus piſcina *o* eſt lex. *Iſa.22.c. 2.Cor.3.d.5.d. Hebr.8.d.* Eadem eſt vetus mandatum. *1.Ioan.2.a.* Et vetera poma ſeruata, *p* ſunt myſteria veteris legis. *Cant.7.d.* Ad eandem ſpectant veteres fruges. *Leui.25.c.26.b.*

Inueteraſſe dicuntur: quia nouum *q* hominem non recipientes, in veteri permanſerunt. *Pſalm.17.*

Vetera, quæ debent recedere ab ore, ſunt *r* ſecularia, & vana verba. *1.Reg.2.a.*

Antiquum ebur, *ſ* feruorem antiquorum Patrum ſignificare poteſt. *Thren.4.b.*

Antiquæ ſemitæ *t* viam tritam Sanctorum ſignificare poſſunt, *Ierem.6.d.* Ad idem referri poteſt antiqua porta Hieruſalem. *Nee.3.b.12.c.*

Antiqua veſtimenta, & veteres panni. *Ierem.6.d.38.c.* ad veterem hominem, *u* & opera veteris hominis referri poſſunt. *Deut.8.a.29.a. Ioſ.29.a. Noee.9.d. Pſal.101. Iſa.23.d. Matth.9.b. Marc.2.d. Luc.5.g. Hebr.1.c.* Et veteres facci ſunt opera veteris huminis, *Ioſ.9.a. Luc.12.d.*

Vetus homo dicitur per differentiam, & malos actus. *Rom.9.a. Epheſ.4.e. Col.3.b.* Hic dicitur inueteraſſe inter omnes inimicos, qui *x* veterem hominem ſecundùm omnia vitia ſectabatur. *Pſalm.6. Eccleſ.12.c. Baruc.3.b. Dan.13.f.*

Antiquæ iniquitates. *Pſalm.77.* Et antiquæ ruinæ. *Iſa.61.d.* videntur ſignificare *y* tam lapſum populi Iudaici, quàm Gentilis Veteſtiſſima lepra deſignat *z* nimium firmatam conſuetudinem peccandi. *Leuit.13.b. Iud.10.b.2. Paral.38.* Et vetus error videtur referri ad antiqua peccata idololatriæ. *Iſa.26.a.2.Pet.1.b.*

Vetus fermentum, eſt exterior homo cum actibus ſuis: vel *aa* inueteratus peccatis, vitiiſque concretus, vel antiqui erroris peccatum. *1.Corinth.5.b. Iſa.26.a.* Et veteres vtres ſunt in peccato exiſtentes. *Matth.9.b. Marc.4.d. Luc.5.g.*

Veteſta pellis. *Thren.3.b.* deſignat *bb* deformitatem in exterioribus Iudæorum. Et veteſtatem peccati in his, qui erant velut pellis Chriſti. Vel in conditione mortalitatis facta eſt veteſta: & caro in concupiſcentia.

Inueteraſcunt oſſa. *Pſalm.31.* quum *cc* virtutes minuuntur, aut tolluntur per peccatum, & etiam quum vires mentis labaſcunt.

Veteraſcit auxilium malorum in inferno. *Pſalm.48.* quia *dd* infirmatur eorum dux diabolus: & quia diuitiæ, & omnia quæ in hac vita habbant, euanuerunt: & non recipient, quæ ipſi ſibi promittebant. Veteraſcit verò auxilium bonorum: quia non receperunt gloriam, quia erant in limbo, niſi poſt reſurrectionem Chriſti.

Veteraſcunt cœli ſicut veſtimentum. *Pſal.101.* quum *ee* corpora Sanctorum veniunt in corruptionem poſtea renouanda.

Antiqui termini non tranſgrediendi, videntur deſignare legem naturæ. *Prouerb.22.d.* Vel *ff* fidem à Patribus ſtatutam.

Veteres ſolitudines, *gg* infernum ſignificare poſſunt. *Ezech.26.d.*

Vetus ciſterna, quære Ciſterna.

Deus.

Promiſſiones Dei.

Status gratiæ, Innocentiæ. Proſperitatis. Mirabilium Dei. Prophetarũ. Lapſus primi hominis. Patres veteris teſtamenti.

Philoſophi.

Dæmones.

Hæretici. Abolita literæ legis.

Vana verba. Feruor antiquorum. Via regia. Homo vetus. & opera veteris hominis.

Peccata vtriuſque populi.

Exterior homo.

Lex naturæ.

Fides. Infernus.

Antrum, vide Spelunca.

Annulus, Circulus.

ANnulus eſt ornamentum manus ſeu digitorum præcipuè congruens deſponſatis, quaſi in pignus, & arrabonem futurarum nuptiarum. Eſt etiam ſignaculum ſecretorum. Circulus autem generalius nomen eſt.

Annulus datus Thamar à Iuda. *Geneſ.38.d.* deſignat pignus Spiritus, & vocationem, qua Chriſtus vocauit Eccleſiam. Deſignat etiam ſignaculum ſimilitudinis Chriſti: quod eſt in manu per operationes. Plerunque autem doctores ſignant, quòd ab auditoribus capi non poſſe conſiderant. Deſignat fidem, quæ accipitur in pignus, donec accipiat hædum, hoc eſt, Chriſtum *hh* ſacrificatum videat facie ad faciem. Annulus autem Pharaonis datus Ioſeph, deſignare poteſt *ii* ſignaculum diuinorum ſecretorum, & pignus immortalitatis, & pontificatum fidei, quo credentium animæ Saluatori ſignantur, ac frontibus, & cordibus noſtris per ſignum crucis figura exprimitur æterni regis. *Geneſ.41.e.* Ad hæc faciunt. *Exod.35.c. Num.31.g.5. Reg.21.b. Iudith.10.a. Eſter.3.b.8.a. Iſa.3.d. Ierem.22.f. Dan.6.e.1. Mach.6.d. Luc.15.e. Iacob.2.a.* Deſignat etiam annulus ornamenta operum, quæ per manus ſignificantur.

Circulus diuinæ virtutis, omnipotentiam deſignat: qui in naribus Leuiatham ponitur *kk* dum circumducta protectionis ſupernæ fortitudine dæmonis ſagacitas retinetur. Vel eſt diuinum, & occultum iudicium, quo retinetur diabolus, ne tantum noceat, quantum vult. *Iob.40.d.4.Reg.19.f. Iſa.37.e.* Ponitur etiam ibi pro fræno. Vel deſignatur genealogia Chriſti, *ll* quæ eſt apud Lucam, quæ incipit à Deo & homine, & terminatur in Deum: quo circulo perforatus eſt Leuiathan.

Circulus dierum, varia eſt manifeſtatio diuinæ voluntatis. *1.Reg.1.c.* Qui circulus *mm* præcedit conceptum Annæ: quia prius verbum Dei per prædicationem infunditur quàm in auditoribus plene aguoſcatur. Poſt circulum etiam dierum concipere, eſt poſt inſtabilitatem, quæ habebatur in ipſa contemplatione, demum robur deuotionis acquirere.

Annuli aurei altaris. *Exod.36.a.30.b.37.d.* duplicem *nn* ſignificant charitatem: qui nunquam ab altari ſeparantur, quia charitas nunquam excidit. Poſſunt etiam quatuor Euangelia deſignare: quibus corda Sanctorum portantur. Annuli etiam arcæ & menſæ, eadem Euangelia deſignant, per quatuor orbis partes prædicanda.

Pignus Spiritus ſancti. Vocatio. Signaculum ſimilitudinis Chriſti. Signaculum diuinorum ſecretorum. Pignus immortalitatis. Pontificatus fidei. Ornamenta operum. Omnipotentia Dei. Frænum. Genealogia Chriſti.

a *Chr.ſ.1.Cor. ho.15.*

b *Diony. de diuin. nominibus.10.*

c *Hil. ſ. pſal. 138. Au.ſ.pſ.138.*

d *Hie.ſ.Iſ.23 & ſ.Ezec.16.*

e *Aug. 20.de ciu.Dei.16.*

f *Hie.ſ.Iſ.51.*

g *Gr.ſ.pſ.142.*

h *Gr. 12. m. 15.*

i *Hie.ſ.Iſ.51. Amb.1.de interpella.5.*

k *Hie.ſ.Iſ.19.*

l *Glo. ord. ſ. eccleſia.16.*

m *Ori.ſ.Leui. ho.16. & ſup. Matth.ca.13. & ſ. Rom. 7.*

n *Gr.ſ.1. Re. 2. Iſy. ſ. Leu. 26.*

o *Hie.ſ.Iſ.22.*

p *Amb.epi.8. & ſ. Rom. 7.*

q *Hie.ſ.pſ.17.*

r *Gro.ſ.1.Re. 2.*

ſ *Glo. in ſup. Thren. 4.*

t *Hie.ſ.Ier.6.*

u *Ori.ſ.Io.ho. 10. Am.ſ. Lu. 5.*

x *Au.ſ.pſ.16.*

y *Hie.ſ. Iſa. 26.61.*

z *Iſyc.ſ.L.13.*

aa *Amb. 1. de pœna.14. Ori.1.Patr.3. Baſ.ſ. pſ. 32.*

bb *Gl.or. ſup. Thre.3. Rup.ſ.Ier.60.*

cc *Hier. Au. Gr.ſ.Pſal.31.*

dd *Ba.ſ. Pſa. 48. Hie.ſ. Pſ. 48.*

ee *Gre. ſ. pſ. 101.*

ff *Glo. in ſup. Prou. 22.*

gg *Hie.ſ. Ez. 26.*

hh *Ori.ſ.Nu. ho.26.*

ii *Am.de Ioſeph.7. & 2. de pœn.3. Ru. 8. ſ. Ge. 30. Hie.epi. beat. & ſ. Iſa.3. Gr.30.m.10. Iſy.ſ.Le.4.16. Bed.ſ.Ge. 41.*

kk *Gre. 23. moral.14.*

ll *Ru. ſ. 1. Mat.*

mm *Gr.ſ. 1. Reg.1.*

nn *Gl. ord.ſ. Ex.30.*

Digitized by Google

Manifestatio diuinæ voluntatis.

Circuli veli, quod pendebat ante arcam. *Exo.26.g.* æternitatem *a* diuini consilij significare possunt.

Annuli aurei in rationali. *Exo.28.d.39.c.* designant *b* iugem memoriam nunquam finiendæ claritatis in cælis: de qua solum fit memoria, vt maneant nobiscum continua vincula charitatis.

Duplex charitas.

Annuli aurei tabularum tabernaculi, *c* coronam gloriæ significare possunt. *Exo.26.f.* Et circuli aurei cortinarum tabernaculi quinquaginta, perpetuam claritatem æternæ quietis designant. Vel certè significant intellectum Sanctorum, vera sapientia fulgentem. *Exod.25.b.36.b.*

Euangelia.

Annuli aurei arcæ quatuor, designant *d* quatuor Euangelistas. *Exod. 25. e. 37.a.* Eosdem designant annuli aut circuli aurei mensæ quatuor. *Ex.37. b.* Et annuli ænei quatuor in craticula super arulâ altaris, quatuor Euangelistas designant, qui humilium animas subleuant & sustentant. *Exod. 27. a.* Designant etiam annuli arcæ diuinam scientiam, & præscientiam, & diuinam prouidentiam, & prædestinationem. Item angelos nos ad superna subleuantes.

Memoriæ charitatis cælestis.

Circuli aurei in auribus, significant sacros, & mysticos *e* intellectus in mẽte. *Exe.17.d.* Et qui claudit aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, & sepit eas spinis, ne particeps fiat inuidis, & detractoribus, iste circulos habet, & rotulas in auribus.

Corona gloria.

Circulus aureus in naribus suis seu porci. *Prou. 11.c.* est pulchra, & circumflexa *f* locutio in sensibus mentis stultæ, cui ex eloquio aurum pendet: sed tamen ex terrenæ intentionis pondere more suis ad superiora non respicit. Quod & ad hæreticos referri potest, qui habent eloquentiam cum erroribus.

Claritas æterna quietis.

Circuli, in quos reuertitur spiritus, aut Sol, annui cursus ipsius Solis sunt. Sic ponitur *g* circulus anni, vel annorum. *Eccl.1.b.1.Par.10.a.2.Par.21.d.*

Intellectus Sanctorum.

Circuli eburnei tentoriorum regis Assueri. *Ester.1.a.* ad superbiam mundanam spectant.

Anus, Vetula.

Euangelista.

ANus, est mulier prouectæ ætatis, & iam inepta ad pariendum.

Scientia Dei.

Anus Sara pariens. *Gen.18.b.* designat Ecclesiam ex Gentibus generantem *h* multos in fide, in fine seculorum. Sed secundum quòd non credebat, designat Synagogam.

Angeli.

Anus in plateis Hierusalem, sunt *i* sanctæ viduæ in Ecclesia. *Za.8.a.1.Tim.5.a.Titum.2.a.*

Mystici sensus

Aniles fabulæ, dicuntur leues: quia anus & facilè credunt leuia, & facilius narrant. *1.Timoth.4.b.*

Anus, pars animalis.

Nitor verborum.

ANus est posterior pars animalis, qua ciborum excrementa purgantur: quæ pars vt turpis ab hominum oculis absconditur.

Circuitus solis.

Ani aurei quinque, quos obtulerunt Satrapæ Philistinorum. *1.Reg.6.a.* carnalia vitia, *k* quæ per quinque sensus committuntur, significare possunt: aut turpitudinem peccati, qui cùm auream habeant materiam, significant dolorem peccatorum, per quem ad iustitiæ splendorem deuenitur.

Ecclesia.

Synagoga.

Vidua.

Anxiari, Anxius, Anxietas, Angere, Angustia, Aporia.

ANxietas, vel angustia est in animo, quum non inuenit, qua ratione periculum imminens euadere queat.

Aporiatus dicitur Deus, aut Christus, quũ *l* desiderauit, qui conuerterentur ex Iudæis: & non erant. *Is.59.d.*

Vitia quinque sensuum.

Anxiatus erat spiritus Christi, quum *m* dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Psal.* 142. Et angustia erat eius tribulatio, & passio, de que sublatus est. *Isa.26.c.53.c.Ierem.15.c.Thr.1.a.Ione.2.c.*

Passio Christi Seueritas diuini iudicij.

Angustia etiam *n* seueritatem diuini iudicij, & vltionis in malos designare potest. *Iob 27.b.Sapi. 5.a.Is.8.d.30.b. Soph. c. Rom.2.d.* Et in hac vita sunt in angustia, qui sunt in erroribus, donec ad Dominum conuertantur. Et hæ sunt angustiæ quotidianæ malorum. *Exech.30.d.* Sunt etiam angustiæ, peccata cum pœna peccati: inter quas inimici apprehendunt animam. *Thren.1.a.*

Difficultas resistendi tentationibus.

Anxius spiritus aut cor dicitur, quum *o* resistere nititur tentationibus, in quibus difficultatem patitur. *Psal.60. 118.142. Baruch.3.a.* Et angustia animi, est ipsum bellum contra vitia. *Gen.41.d. Exod.6.b. Deut.26.b.28.f. Iud.10.c. 1.Ruth.1.c.1.Regum, 22. a. 26. d. 2. Regum, 1.b.4 c.3. Reg.1.d.4. Reg.13.a.2.Par.15.a.28.d.1.Par.21. b. Iud.13. c. d. Ester.11.c. Iob.15.e.36.b. Prou.11.b.12.b.17.c.21.c.24.a.25.c. Sap.5.a. Eccl.10.d.27.a. Isa.21.b.26.c.53.59.c.65.c. Exe.7. g.30.e. Ie.4.g.49.e. Thr.11. Da.13.c. Ioan.2.d.1.Mac.13.a.2.Co.4.b.6.a.c.12 c.*

Synagoga persequens Ecclesiam.

Angens vehementer Phenenna Annam. *1.Reg.1.a.* designat *p* synagogam persequentem Ecclesiam etiam vsque ad mortem, vt Saulus persequebatur. *Actor.9.a. Gal.1.c.* Est etiam actiua vita, quæ cùm nimium vacat actioni, angit contemplatiuam, nec quiescere sinit.

Vita actiua

Angustiantur *q* qui non sperant, nec amant. *2.Corinth.6.c.*

Apadno.

APadno, id est, solium suum: sumitur pro *r* montanis Iudææ, vbi Antichristus figet tabernaculum suum. *Dan. 11.g.*

Aper.

APer est *s* sus ferus, & syluester, qui & singularis ferus appellari solet. Est animosus, iracundus, & furibundus, quia sanguinem multis fibris refertum habet. Apri mares dentes habent exertos, fœmina verò non: quos ait Plinius apud Indos cubitali longitudine inueniri. Est aper periculosus etiam ipsis venatoribus.

Gentilis populus.

Aper de sylua significare potest Gentilem populum, aut principem Gentilium, vt Vespasianum, & Titum, qui diripuerunt populum Iudæorum. *Psalm.79.* Et dicitur singularis ferus, quia superbus. Significat etiam Iudæos, *t* qui in passione in Christum, vt apri, sæuierunt. Et præterea diabolum, qui exterminare nititur vineam Dei, hoc est, Ecclesiam.

Aperire, Adaperire, Pandere, Apertura.

Misereri.

APerire, est recludere, quod clausum est. Item annunciare. *Apocalip.7.a.* Cùm aperuisset Agnus vnum de septem sigillis. Exponere. *Luc.24.e.* Et aperiret nobis scripturas. Fodere. *Exo.21.g.* Si quis aperuerit cisternam. Fœcundare. *Isa.45.b.* Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Insidiari. *Isa.7.* Lacum aperuit & effodit eum. Manifestare. *Num.20.a.* Aperi eis thesaurum tuum. Misereri. *Matth.7.b.* Pulsate & aperietur vobis. Referare. *Gen. 45. g.* Aperuit Ioseph vniuersa horrea Ægypti. Reuelare. *Gen.44.c.* Aperuerunt saccos.

Aduertere.

Aperta dicuntur omnia oculis Dei. *Hebr.4.d.* quia nihil eum latet.

Manifestare.

Aperit Deus oculos suos, quum *u* misericordiam præstat. *Baruc.2.d.2.Par.6.g. Zach.12.b.* Et quum iudicia exercet, & quem feriat, videt. *Iob.14.a.*

Largiri.

Aperit Deus labia sua. *Iob. 11.a.* quum *x* voluntatem suam hominibus per aperta indicia ostendit. Quasi enim reserato ore loquitur, quum remota obscuritate dispositionis intimæ, renuit occultare, quod vult. Aperuit Christus os suum, *y* quando reserauit mysteria sacræ Scripturæ. *Matth.5.a.*

Aperuit Deus manum suam, *z* quum manifestauit Christum suum. *Psalm.103.*

Illuminare.

Aperit etiam manum suam, quum dat liberaliter. *Psalm.144.* Et alij etiam aperiunt manum. *Deut.15.b. Prou.31. c.* Mulier fortis aperit manum suam inopi, *aa* quum in Ecclesia fiunt eleemosynæ pauperibus. Item quia Ecclesia mysteria fidei ignorantibus, per operarios veritatis reuelauit. Aperit è diuerso manus suas auarus, *bb* vt accipiat. *Eccle.40.c.* In aperiendo manus suas lætabitur.

Cognoscere.

Aperit Deus oculos alicuius, quum *cc* dat intelligentiam Scripturarum: vt quum aperuit oculos Agar. *Gen. 21.c.* Sic aperuit oculos cæcorum ad veritatis intelligentiam eos reducens. *Matth.20.d. Luc. 24.c.4. Reg. 4.f. Psa.118. Isa. 35.b.42.a.*

Aperti sunt etiam oculi Adam & Euæ. *Gen.3.b.* ad *dd* intuendum videlicet, & cogitandum, quod antea non aduerterant. Dicuntur autem hæc de sensu mentali. Aperiuntur autem oculi cadentis, quum quis humiliatur, atque ita reserantur ei mysteria. *Num.24.a.* Aperti sunt etiam oculi Adam, & Euæ ad concupiscendum, quod non licebat.

Aperit oculos malus *ee* in inferno, sed serò: vt cum diues vidit Lazarum. Sic dicitur de diuite. *Iob. 27.d.* Aperiet oculos suos, & nihil inueniet.

Rup.4.f.Ex.7
a Gl.ord. sup. Exo.26.
b Glo.int.sup. Exo.28.
c Gr. f. Ezec. hom.19.
d Hie.prol.su. Matth. Ric.de s. Vict. 2.de arca mysti.21. Gr.Nissen. de vita Mosis.
e Or.f.Ex.h.6 Hie.f.Ez. 17. Gr. 1.mor.1.
f Be.f.Pro.11.
g Glo. ord.su. Eccl.1.
h G.in f.G.18
i Gl.or.f.Za.8
k Gr.f.1.R.6.
l G.in f.Is.59
m A.f.ps.142
n Gr.18.mo.5 Hie.f.Isa.8.
o Hil.f.ps.142
p Gr.f.1.Re.1
q A.f.2.Co.6
r Hi.f.Da.11.
s Arist. 2. de partibus ani. 4.& 3.de partibus ani.1.
t Au.f.Ps.79 Arn.f.ps. 79. Geo. Ven.Cã. 1.to.7.ca. 28. Eu.q.in ps.
u G.11. m.28
x Gr.4.mo.4.
y Ru.4.f.Ma.
z Glo. in sup. Psa.102.
aa Be.f.Pr.31
bb Glo.in.sup Eccl.40.
cc Ori.f.Ge.h. 7.& f. Matt. hom.13. Ter.adu. Iud. Hier.f. Is.35.
dd Au. 11.de gene.ad.lit.31 Chry.su. Gen. hom.16. Ric.de S.Vict. de secu. cõser. Chry.de lapsu primi. hom.1.
ee G.28.m.10

Digitized by Google

Aperire oculos,interdum *a* est diligentiam adhibere.Sic dicitur. *Prou.*20.*b.*Aperi oculos tuos, & saturare panibus.Eadem ratione dicitur Deus aperire cor. *Acto.*16.*c.*2.*Mala.*1.*b.*Et voluntatem.*Ester.*5.*b.* — *Diligentiam adhibere.*

Aperit Deus os,vel existit in ore,quum *b* facit nos recta loqui.*Exod.*14.*c.Psal.*50.*Sapien.*10. *d.* Christus aperuit os,vt darer thesauros sapientiæ:Dauid verò aparuit,*c* vt acciperet.*Psalm.*118.*Mat.*5.*a.Mar.*3.*d.Acto.*18.*d.*Aperuit Ezechiel os ad comedendum volumen. *Ezech.* 2. *d.* quia *d* prædicator ipse prædicando reficitur. Aperit etiam os, quum parat sensum ad intelligentiam.*Eze.*3.*a.g.* Apertio quoque oris,est *e* declaratio mysteriorum *Eph.*6.*f.*Illius autem Deus aperit labia,*f* qui non solùm quid loquitur,sed etiam quando,& vbi,& cum quo loquatur, attendit. *Psalm.*50.Aperit etiam Deus labia,quum iustificat:quia non vult laudari à peccatore. — *Dans Deus rectum sermonem.*

Aperuit Iob os suum,quasi *g* digna auditu dicturus.*Iob.*3.*a.*Sãctorum enim corda,quæ clauso ore occulta sunt, aperto ore deteguntur:& quum cogitationes detegunt,os aperire referuntur:vt intenta mente , quasi apertis vasculis:quid intus contineant,festinemus cognoscere : ac nosmetipsos eorum intimo odore recreare. Vnde & sublimia præcepta Domino in monte dicturo præmittitur. Aperiens os suum , dixit : quamuis illic & hoc accipi debeat : quia tunc os suum in præceptis aperuit , in quibus dudum aperuerat ora Prophetarum. Ad hæc faciunt. *Psal.*77.*Prou.*8.*a.*31.*a.Eccl.*15.*a.Dan.*10.*e.Math.*5.*a.Luc.*1.*f.* — *Magna loqui.*

Apertum dicitur os Prophetæ,quum re implentur,& ostenduntur impleta ea,quæ dixit ipse Propheta.Et apertum os Ezechielis post vastatam Hierusalem,designat *h* dilatatam prædicationem Christi in mundo,post euersam Hierosolimam.*Ezech.*29.*d.*33.*c.* — *Impletio prophetiarum. Dilatatio Euangelij.*

Aperire os est *i* etiam desiderare,vel confiteri.*Gen.*4.*b.Psalm.*80. 118. Et aperta est lingua mutorum. *Isa.* 35. *b.* quum *k* Gentiles confitentur vnum Deum.*Prou.*31.*d.Ezech.*26.*c.*39.*a.*Est etiam vouere.*Iud.*11.*f.* — *Desiderare. Confiteri. Vouere.*

Est etiam aperire os,defendere:& non aperire,non defendere.*Psal.*38.*Prou.*24.*a.Isa.*10.*c.*53.*c.*Sic non est aperire os Hierusalem præ confusione.*Ezech.*16.*g.*quum *l* anima culpas suas agnoscit,& Dei beneficentiam vt iam non audeat aliquid boni ascribere operibus suis,sed diuinæ gratiæ.Aperit etiam os suum muto,qui pro causa pauperum,qui per se eloqui in iudicio non valent , eloquitur , & eos defensare curat , qui patriæ cælestis intuitu huius vitæ , viam ocyus transire curant. Aperiendum quoque os populo Gentium *m* fidei verbum , prædicando:qui diuina eloquia prius personare nesciebat.*Prou.*31.*a.* — *Defendere.*

Prædicare.

Aperientes hostes Iob super eum.*Ioſ.*16.*b.*Fuerunt *n* Iudæi clamantes in Christum in passione.Et Iudas aperuit os,quum dixit:Aue Rabbi.*Psa.*108.*Thre.*2.*c.*Et aperiunt mali os ad conuitiandum,& maledicendum. *Psal.*21. *Isa.* 10.*d.* — *Subsannare.*

Aperuit terra os suum.*Geneſis.*4.*b.*hoc est,*o* Ecclesia per confessionem peccatorum , & fidei, per quam susceptt sanguinem Abel,hoc est,Christi.Aperit etiam terra os suum,*p* quum sensus aperiuntur ad omnia sensibilia.*Num.* 16.*c.Dan.*11.*a.Psal.*105.Item *q* sacri doctores aperiunt os ad confutandas hæreses.*Ap.*12.*d.* — *Confessio peccatorum,& fidei.*

Aperit puteus os suum,*r* quum diabolus circuit,quærens quem deuoret. *Psa.* 68. *Isa.*5.*d.* 51.*c.Thr.*3.*e.*Ad idem referri potest *s* aperiri puteum abyssi.*Apo.*9.*a.*Et aperiri os spelunce.*Ioſ.*10.*d.* — *Confutatio hæresum.*

Aperuit etiam Deus os asinæ.*Num.*22.*e.*vbi designatur turbam plebeam quandoque rectores Ecclesiæ clamoribus suis arguere & obiurgare,propter auaritiam,quam in eis regnare vident. — *Diligentia Diaboli.*

Aperit Deus aures virorum,quum *t* in quiete mentes eorum instruit.*Iob.*33.*b.Isa.*50.*b.*Sic aperit sensum. *Luc.* 24.*g.Marc.*7.*d.*Apertas aures habebant Iudæi:*u* quia habebant literam legis,& non audiebant, quia nolebant credere Christo spiritualiter eam interpretanti.*Isa.*42.*d.* — *Murmuratio vulgi in prælatos.*

Aperit Deus vuluam Rachaelis,*x* quum dat vim operatiuam vitæ contemplatiuæ.*Gen.* 30. *c.*Et ipse Deus aperit vuluam virtutis,vt pariat,non Deo,sed Abrahæ,aut alij.Aperire etiam vuluam, designat initium boni operis:& Sancti hanc aperiunt. Et ipsa mens *y* dicitur aperire vuluam animæ , ad operandum. Et vuluam Ecclesiæ aperuit Christus,vt multos deinceps generaret filios per fidem.*Exod.*13.*c.*34.*c.Luc.*2.Aperire autem vuluam dicitur , qui primò nascitur. — *Illustratio diuina. Dans Deus vim operatiuam. Primò nasci.*

Aperiens Ioseph horrea Ægypti.*Gen.*41.*g.*designat Christum *z* prædicationis mysteria aperientem.Sic dicitur aperire Dominus thesaurum suum.*Deut.*28.*a.Ier.*50.*d.Eccle.*43.*b.*Et aperuit Esdras librum legis.*Nee.*8.*b.* Idem designat Samson aperiens veritatem ænigmatis.*Iudic.*16.*d.*Et agnus aperiens librum signatum.*Apoc.* 5.*b.* Et clariùs Christus aperuit scripturas.*Luc.*24.*c.*Et aperire saccum est quærere spiritualem sensum in litera latentem.*Ge.*42. *c.*44.*c.*Et aperire fiscellam,in qua erat Moses.*Exod.*2.*a.*est *aa* aperire obscuritatem sacramentorum legis. Ipse dat ostium apertum bonis.*Apoc.* 3.*b.*Aperuit etiam Christus librum:quia ipse *bb* impleuit mysteria. Eadem designabit apertum templum.*Apoc.*15.*c.* — *Reseratio mysteriorum. Impletio mysteriorum.*

Aperit Deus flumina,*cc* quum dat bona Spiritus sancti,& doctrinam sacræ scripturæ.*Iſ.*41.*e. Nah.* 2. *b.* Sic aperuit cataractas.*Mal.*3.*c.*Et aperuit molarem dentem maxillæ,vnde ortus est fons Samsoni.*Iud.*15.*d.*Et aperuit librum,quum in monte reseruit mysteria in se completa.*Apo.*5.*b.*Et apertum templum in cælo, est reuelatio mysteriorum incarnationis in Ecclesia.*Apoc.*11.*c.* — *Dans Deus dona & doctrinam.*

Aperiet Dominus thesaurum suum,*dd* quum manifestam faciet Ecclesiam in Iudicio. *Deut.* 28.*a. Ierem.* 50. *d. Eccleſiaſt.*42.*b.* — *Virtus Christi*

Aperit Christus,& nemo claudit:*ee* quia si ipse saluat,nemo potest condemnare.*Iſ.*22.*f.Ier.* 13.*c.Apo.*3.*b.*Nemo autem aperit, claudente Deo : *ff* quia nemo potest conuertere eum quem ipse in sua obstinatione reliquerit. *Iob.* 12.*b.*Dicitur tamen venisse ad aperiendum.*Isa.*51.*c.*61.*a.* — *Correctio Dei*

Aperit Deus pharetram.*Iob.*30.*b.*quando *gg* consilium suum flagellando , & corrigendo manifestat.Cùm enim peccata Dominus videt,& tamen manum ad vindictam non commouet,quasi clausam pharetram tenet.Sed feriendo indicat,quantum ei in nobis displicuit hoc quod diu videndo tolerauit. Dicuntur etiam manus Dei aperuisse arcum seu iridem in nubibus.*Eccl.*43.*b.*

Aperit mulier pharetram ad omnem sagittam,*hh* quum omni peccato consentit.*Eze.*16.*c.*

Aperit Christus carcerem vinctis,hoc est,limbum, quem *ii* non aperuit Lucifer.*Iſa.*14.*d.*61.*a.Acto.*5.*d.*12.*b.*16. *e.*Et aperuit Deus portas mortis.*Iob.* 38.*b.*quum *kk* aperuit Christus limbum , quia fortitudinem dæmonum moriendo superauit. Vel aperuit sensus,quum solutis prauis cogitationibus, ad nos post confessionem venit. — *Liberans Christus à Limbo.*

Aperta monumenta in passione Christi. *Matth.* 27.*f.* futuram *ll* corporum resurrectionem designant.Sic aperit Deus tumulos,aut sepulchra.*Ezech.*37. *d.* Aperiuntur etiam monumenta quum *mm* animæ reuiuiscunt à peccato. — *Resurrectio corporum. Resurrectio animæ.*

Aperire spem in valle Achor.*Hoſ.*2.*c.* est per tribulationes & patientiam generari spem. Vel aperta est spes fidelibus,quum lapidatus est Acham,hoc est , *nn* quum destructa est Hierusalem cum suis principibus qui conturbabant Ecclesiam.

Aperit Deus humerum Moab.*Ezech.*25.*b.*quum *oo* tollit,& dissoluit omnem fortitudinem, & rationes dialecticas Philosophorum.

Pandit Christus iter ante populum suum.*Mich.*2.*d.*quia *pp* se obtulit vt viam:& quia præcessit exemplo, & quia aperuit iter ad cælum. — *Christus via.*

Aperit sponsa sponso.*Can.*5.*a.*quũ *qq* eum recipit in corde,reliquis omnibus exclusis.*Luc.*12.*e.Apo.*3.*d.*Et quũ *rr* hi , qui vacant contemplationi ob necessitatem proximorum extenduntur ad prædicandum. Aperimus etiam pessulum sponso.*Cant.*5.*b.* quando remotis *ss* fluxis voluptatibus,cor nostrum (quod priùs durum fuerat)in amorem Christi soluimus:& sponso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. — *Recipere Christum in corde. Succurrere proximis.*

Apertum ostium in cælo , *tt* Christum significat.*Apoc.*3.*b.*4.*a.*Et aperit Deus ianuam cæli bonis , quum manifestat *uu* illis Christum:& quũ aperit doctrinam sacræ Scripturæ:& quum reserat corda Apostolorum vt influãt lumen doctrinæ.*Psa.*77.*Ma.*25.*Lu.*13.*e.Io.*10.*a.* Et aperti cæli Ezechieli, designat *xx* apertionem Christo factam in baptismo:& apertionem per ipsum Christum factam:& confessionem diuinitatis Christi.*Ezech.*1.*a. Eccle.*43. *b.Mala.*3.*c.Mat.*3.*d.Mare.*1.*a.Luc.*3.*e.Ioan.*1.*g.Acto.* 7.*g.* 10. *b.* Aperiuntur autem cæli non reserarione elementorum,sed spiritualibus oculis.Aperitur autem pulsantibus. *Luc.*11. *b.* Apertum cælum *yy* incarnationem Verbi designat.*Apoc.*19.*c.* — *Christus aperiens mysteria. Incarnatio.*

a Glo.*int. sup. Prou.*20.
b *Or.ſ.Ex h.*3
c *Am.ſ.ps.*118 *ſer.*17.
d *Hie.ſ.Ez.*2. *Gr.ſ.Ez.h.*9.
e *Hie.Eph.* 6. *Am.apel.Dauid.*17.
f *Gr.ſ.ps.* 50.
g *Gr.*4.*moral* 4.
h *Hie. ſ. Ez.* 33.
i *Hil.ſ.ps.*118.
k *Hie. ſ. Iſa.* 35.
l *Hie.ſ.Ez.*16
m *Be. ſ. Pro.* 31.
n *Hie. ſ. Iob.* 16. *& ſ. ps.* 108.*& ſ. Iſa.* 10. *Au.epi.*120.
o *Au.*12. *con. Fun.*11. *Bed.ſ.Gen.*4.
p *Phi.quòd de te. potiori inſidia.*
q *Ru.*4.*ſ.Gen.* 6.*&* 7. *Apoc.*
r *Ar.ſ.ps.* 68.
ſ *Ru.*2.*ſ.Apo.*
t *Gr.* 23. *mo.* 21.
u *Hie.ſ.Iſ.*42.
x *Am.epi.*14. *& 2. de Abr.* 11.*& ſ.Lu.*2.
y *Phi de cher.*
z *Bed.ſ.Ge.*41. *Gr.*4.*dial.*42.
aa *Be. ſ.Ex.*2.
bb *Ru.*2.*&*4. *ſ.Apoc.*
cc *Hie.ſ.Iſ.*41.
dd *Or.ſ.Ie.h.*3
ee *Amb. ep.* 11. *Aug.ſ.Apoc.hom.*4.9.
ff *Gr.*11.*m.*5. 6.
gg *Gre.*20.*mo* 19.
hh *Glo. in. ſup.Eze.*16.
ii *Hie.ſ.Iſ.*14. *& ſ.Iob.*38. *Gre.*29. *Mor.* 6.8.
kk *Am.ſ. L.* 23.
ll *Ori. ſ. Ma. ho.*55.
mm *Hie.ſ.Ho.* 2.
nn *Ru.ſ.Hiſ.*2.
oo *Hie.ſ. Ez. ho.*25.
pp *Hi.*1.*Mi.*2.
qq *Am.de Iſa* 6.
rr *Auſ. Ioan. tra.*57.
ſſ *Gr.ſ.can.*5. *Rup.ſ.Can.* 5.
tt *Au.ſ.Ap. h.* 3.*uu & ſ. ps.* 77. *Hie.ſ.ps.*77.
xx *Am.ſer.*11 38.*& 3.de fide* 7. ● *Hie.ſ.Mat.*3. *& ſ.Eze.*1.
yy *Ru.* 11. *ſ. Ap.*
zz *Hie.ſ.Mat.*3. *& ſ.Ez.*1.

Digitized by Google

Incarnatio.

Apertæ cataractæ cæli. *Gen.* 7. *b. Is.* 24. *c.* designant *a* cælum habere apertam cognitionem de criminibus.

Apostoli prædicantes.

Aperiuntur portæ iustitiæ *b* Christo,& etiam iustis qui operati sunt iustitiam. *Psal.* 117. *Isa.* 26. *a.* 60. *b.* Et aperuit Deus portas Cyro, hoc est, Christo, cui nihil potest resistere: & etiam prædicatoribus. *Isa.* 45. *a.*

Detegens Dei hæreticos.

Aperiens Samuel ostia domus Domini, designat *c* Apostolos virtutes spirituales prædicantes. 1. *Regum.* 3. *c. Exe.* 46. *a.* 1. *Par.* 9. *c. Col.* 4. *a. Apoc.* 11. *d.* ad idem referri potest apertio portarum Hierusalem. *Nee.* 7. *a.* 13. *c. Ier.* 39. *a.*

Auferre voluptates. Hiesu.

Aperit Deus portas vultus Leuiathan. *Iob.* 41. *a.* quum *d* hæreticos sub specie sanctitatis absconditos manifestat. Et aperuit portas mortis. *Iob.* 38. *b.* quia Christus dæmonum fortitudinem moriendo superauit. Sic dicuntur apertæ portæ fluuiorum. *Nah.* 2. *b.* Hoc est, *e* dissipatæ sunt leges Imperatorum impedientes conuersionem ad fidem.

Euersio hierusalem.

Aperiens Noe tectum, seu fenestram arcæ. *Gen.* 8. *a.* designauit *f* auferenda voluptatis impedimenta, quæ non sinunt mentem ad superiora euolare.

Manifestatio fidei.

Aperuit Libanus portas suas. *Zach.* 11. *a.* quum *g* templum Hierusalem euersum est à Romanis. Aperuit etiam portas suas, quum Gentilitas suscepit fidem: quod etiam de Niniue dicitur. *Nah.* 3. *c.* Et apertæ ianuæ vrbis Hai. *Ios.* 8. *d. Actor.* 14. *d.* 1. *Cori.* 16. *b. Col.* 4. *a.* Apertum etiam est templum, *h* quum fides Christi manifestata est in mundo *Apoc.* 12. *a.*

Virginitas Mariæ, & partus.

Non aperiri portam clausam templi. *Exec.* 44. *a.* 46. *a.* designat *i* integram virginitatem sacratissimæ virginis Mariæ: & etiam clausa mysteria sacræ Scripturæ. Aperuit etiam Deus ianuas cæli. *Psal.* 77. hoc est, ventrem & mentem Beatæ Virginis: mentem ad credendum, ventrem ad pariendum manna. Aperiri autem terram *k* est parere Virginem. *Is.* 45. *b.*

Potestas malorum.

Aperta ianua hostes irrumpunt, *l* quando peruersi, accepta temporaliter potestate, in quorundam cordibus munimina fidei destruere conantur. *Iob.* 30. *b.* Et tunc dicuntur aperiri mala ab Aquilone super habitatores terræ. *Ier.* 1. *c.* Aperit autem portas hostibus, *m* qui per sensus dat locum tentationib. diaboli. *Nah.* 3. *c.*

Præparari ad doctrinam.

Aperta radix secus aquas. *Io.* 29. *c.* est *n* quando ad percipienda veritatis fluenta, cogitatio mentis infusioni intimæ paratur, & expanditur. Vel quando autor humani generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Vel quando spes figitur in sacris eloquiis: vel fides, & charitas extenditur ad Gentes.

Non prædicare.

Non aperiunt Prophetæ iniquitatem populi, *o* quum non eos prouocant ad pœnitentiam. *Thre.* 2. *c.* designantur etiam sensus carnis, non ostendentes, nisi quæ ipsis sunt grata.

Docens spiritus sanctus.

Aperit ostiarius pastori vero, *p* quum Spiritus sanctus docet omnem veritatem pastoris Ecclesiæ. *Io.* 10. *a.*

Vendere dona Spiritus sæ.

Aperiunt frumenta malè, *q* qui vendunt dona Spiritus sancti. *Amos* 8. *b.*

Docere errores.

Aperiunt sibi fenestras hæretici. *Ier.* 22. *d.* quum *r* non solidam habent doctrinam, sed falsa lucem veritatis imitantia dogmata.

Manifestatio fidei.

Aperuerunt Magi thesauros suos Christo. *Mat.* 2. *b.* fidem interiorem muneribus *s* protestantes.

Docere præcepta.

Aperire in Psalterio propositionem, *t* est facere, & docere præcepta decalogi. *Psal.* 48.

Reuelatio cordis, & peccatoris.

Aperti libri, designant *u* reuelationem secretorum cordis. *Dan.* 7. *d. Apo.* 10. *a.* Aperti sunt etiam libri inpassione Christi, quando apertæ sunt Scripturæ. Apertum erit germen domus hypocritæ. *Iob.* 20. *d.* quum omne *x* malum, quod in conscientia illius nascebatur, in iudicio ostendetur.

Impudenter peccare.

Aperta manu diligit stratum amatorum, qui *y* impudenter prædicat peccata sua. *Isa.* 75. *b.*

Incautè docere.

Aperire cisternam. *Exod.* 21. *d.* est *z* intellectu valido Scripturæ sacræ arcana penetrare. Vel est incautè docere, vnde alij in errorem inducantur.

Fraudes.

Aperire lacum. *Psal.* 7. est *aa* parare fraudes, quibus iustus deceptus in peccatum incidat. Vel aperitur lacus, quum consentitur malæ suggestioni terrenarum cupiditatum.

Effundi in voluptates.

Aperiri fontem sanguinis mulieris menstruatæ, est *bb* effundi in voluptates carnis. *Leu.* 20. *c.*

Doctrina moralis.

Aperiens Iahel vtrem lactis. *Iud.* 4. *d.* Est *cc* dans moralem doctrinam, qua sopiatur Sisara.

Gulæ.

Aperire fauscm ad mensam, gulam indicat. *Eccle.* 31. *b.*

Apertio sacramentorum.

Aperiri prata. *Prou.* 27. *d.* est *dd* tradi sacramenta, quæ clausa erant in veteri lege.

Excusationes hæreticorum.

Aperturæ per quas exibunt vaccæ. *Amos* 4. *a.* cuasiones designant *ee* hæreticorum, quæ non eis proderunt, quin in infernum detrudantur.

Reliquiæ Iudæorum.

Aperturæ murorum Hierusalem. *Amos* 9. *d.* designant *ff* reliquias Israel, quæ saluæ fient.

Apex.

Feruor Spiritus sancti.

APex est summum: aut culmen rei, vt apex montis, est summitas montis: vt *Iudith.* 7. *a.* ponitur apex montis, qui respicit super Dothaim.

Spiritus sanc. Feruor charitatis.

Apex etiam est minima punctura, quæ fit scribendo: quem ait Christus non præteriturum à lege, donec omnia fiant. *Matth.* 5. *b.*

Aphrica, Aphricus, Auster.

Illustratio doctrinæ.

APhrica prouincia tertia pars orbis dici solet, quæ est ad partem meridianam Sole feruentem: qua parte flat ventus Aphricus, qui & Auster dicitur, & pars illa dicitur australis plaga. Hebraicè autem Phud.

Sacra scriptura.

Aphricus tamen ventus aliquando sumitur pro vento Occidentali.

Auster ventus interdum sumitur *gg* feruor Spiritus sancti: cuius aduentu antiquus hostis velut aquilo expellitur. *Can.* 4. *d.* Surge Aquilo, & veni Auster. Sumitur auster, vel australis plaga pro feruore Spiritus sancti. *Iob.* 9. *a.* 37. *c.* 39. *c. Psal.* 125. *Ios.* 15. *d. Isa.* 21. *a. Ier.* 17. *d. Exech.* 21. *a.* 40. *a. Abdi. g. Hab.* 3. *a. Luc.* 12. *g. Actor.* 27. *b.* 28. *c. Apocal.* 21. *d.* Potest etiam ipsum Spiritum sanctum significare.

Vita contemplatiua.

Auster etiam, seu australis plaga designat interdum *hh* feruorem charitatis, & fidei, & ipsos habentes feruorem Spiritus sancti. Designat etiam illustrationem doctrinæ. *Gen.* 24. *g. Exod.* 26. *b.* 27. *b. Num.* 8. *a.* 33. *a. Isa.* 21. *d. Ier.* 17. *d. Exech.* 20. *g. Abdi. g. Hab.* 3. *a.* Terra etiam Austri, est sacra Scriptura. *Zach.* 6. *b.*

Iudæi.

Auster præterea sumi potest pro *ii* gloria cælesti: vt lignum cadit ad austrum, quum homo per mortem transit ad gloriam cælestem. *Eccle.* 11. *a. Isa.* 21. *d.* 49. *d. Hab.* 3. *a. Zach.* 14. *b.* Auster autem licet non semper, ferè tamen in bonum sumitur.

Iudea.

Australis plaga vitam contemplatiuam in Deum feruentem significat. *Ge.* 13. *a.* 20. *a.* 24. *g.* Et austri gazophylacia sunt spiritualis intelligentiæ sacramenta.

Inferni.

Australis etiam plaga interdum designat *kk* Iudæos: & etiam ipsam Iudæam, quæ est in australi parte ad alias tribus comparata. *Exod.* 26. *b. Ios.* 17. *b.* 15, *a.* 18. *c. Iud.* 2. *d. Isa.* 30. *b.* 43. *a. Ier.* 13. *c. Zach.* 6. *b.*

Gentilitas.

Australes ciuitates sumi possunt *ll* pro inferno: vt *Ier.* 13. *c.* Ciuitates austri dicuntur clausæ.

Prædicatores cælestium.

Australis etiam plaga designat *mm* Gentilitatem, & extremam orbis partem, vnde adducit Deus fideles, *Is.* 43. *b.* 49. *d.* 66. *f. Nah.* 3. *b. Matth.* 12. *d. Luc.* 11. *d.*

Tentationes.

Aphricus ventus, vt sit ventus Occidentalis, significare potest prædicatores humiliora prædicantes. Auster verò prædicatores cælestem vitam agentes, & sublimiora prædicantes, ac feruorem spiritus habentes.

Castigatio Dei.

Aphricus etiam graues tentationes infidelitatis designat: vt turbines venientes de deserto. *Isa.* 21. *a.* designat etiam aphricus castigationem Dei. *Exec.* 20. *g.* Et *nn* feruorem tribulationis. *Gen.* 20. *a. Eze.* 27. *e. Za.* 9. *d.*

Tribulationes.

Apes.

APes animal notum *oo* ex insectorum genere, cuius opus est admirabile, & hominibus maxime vtile, nempe fauus ex melle & cera, quæ conficit ex rore è floribus collecto, est illi aculeus in cauda. Habent apes regem gregatim viuentes ac formam reipublicæ seruantes, gubernatur. Apes quum aeris motus suspectos habet, lapillis sæpe sublatis per inania se librat nubila: ne leue alarum remigium præcipitent flatu ventorum.

Apostoli, & Prophetæ.

Apes significare possunt *pp* Apostolos, & Prophetas sacræ Scripturæ tanquam faui mellis conditores: & ipsum *qq* Christum velut apum regem, qui habet mel misericordiæ, & aculeum iustitiæ. Et apes in ore leonis, designant

Christus.

Sacerdotes & fideles.

sacerdotes, & omnes fideles Christi. *Iud.* 14. *b. Eccle.* 11. *a.* Et dicta prudentum: sunt opera apum, iuxta illud: Fauus mellis sermones boni.

a *Hie. s. Is.* 24.
b *Hie. s. Is.* 26. 45.
c *Gr. s.* 1. *Re.* 3
d *Gr.* 29. *mor.* 60. & 33. *mo* 28.
e *Rup. s. Na.* 2
f *Ambros. de Noe.* 20.
g *Hie. s. Za.* 11
h *Ru.* 7. *s. Apo*
i *Amb. de in. vir.* 8. *Hie. s. Ez.* 44. 46. *Ru.* 1. *s. Matt.*
k *Gl. in s. Is.* 45
l *Gr.* 20. *mor.* 23.
m *Hi. s. Na.* 3.
n *Gr.* 19. *mor.* 26. *Hi. s. Io.* 29. 32
o *Gl. or. s. Tr.* 2
p *Cyri.* 7. *sup. Ioa.* 1. 2.
q *Hi. s. Am.* 8.
r *Hie. s. Ier.* 22
s *Gl. ord. sup. Mat.* 2.
t *Bas. & Hie. s. Is.* 48.
u *Gl. in s. Daniel.* 7. *Ru. s.* 3. *Re.* 4.
x *Gr. s.* 15. *moral.* 16.
y *Hie. s. Is.* 57.
z *Cle. Alex.* 5. *strom. Gr.* 17. *mo.* 13
aa *Au. s. ps.* 7.
bb *Ambro. de Isaac.* 1.
cc *Gl. or. sup. Iud.* 4.
dd *Be. s. Pr.* 27
ee *Hier. su. Amos.* 4.
ff *Hi. s. Am.* 9.
gg *Gr.* 9. *mor.* 9. & 27. *mor.* 24. & 31. *mo.* 33. & *s. Ezec. ho.* 13. *Aug. ep.* 120. & *s. ps.* 125. *Eu. for. spir.* 3. *Rup. s. Zac.* 6.
ii *Hie. s. Eccl.* 11. & *s. Is.* 21
kk *Hi. s. E.* 42 *Am. s. ps.* 118. *serm.* 12. *Gr.* 27. *mo.* 26 *Hic. s. Isa.* 30.
ll *Hi. s. Ie.* 13
mm *Or. s. cat. ho.* 1. *Hie. s. Isa.* 66. *Au. psa.* 77.
nn *Hi. s. E.* 27
oo *Am.* 5. *d. ex* 21. & *de vir.* 3
pp *Or. s. Is. h.* 2
qq *Am. s. se.* 83 *Au. ser.* 103. *Ber. ser.* 2. *de adu. Eu. for. spir.* 5.

Digitized by Google

a *Hie.ſ.Iſa.7. Aug.ſ.pſ.117.*

Apes, quatenus, pungunt, & infectæ ſunt, ſignificare poſſunt *a* dæmones: & etiam Iudæos Chriſtum perſequentes: neſcientes, fecerunt Chriſtum nobis in paſſione fauo dulciorem. *Deut. 1. g. Pſal. 117.* Et *Iſa.7.c.* Appellantur Aſſyrij apes, propter aculeos ſagittarum, quibus vtuntur.

Dæmones. Iudæi.

b *Gr.ſ.Ez.h.9 Eu.for.ſpir.5.*

Apes in ore mel habent: in aculeo caudæ vulnerant. Sic *b* malitioſi, & iracundi, & omnes qui lingua blandiuntur, ſed latenter ex malitia feriunt, apes nomine deſignantur.

Malitioſi, & iracundi.

c *Eu.fo.ſpi.5.*

Apes formam habet *c* virginitatis ſiue ſapientiæ, iuxta illud: Vade ad apem & diſce, quàm operatrix ſit.

Apollonius.

d *Gl.ord.ſu.1. Maa.3.*

APollonius hoſtis Iudæorum, qui ab eis occiſus eſt. 1. *Mach.a.3.b.* typus eſſe poteſt *d* diaboli, qui perſequitur fideles. Et etiam ſæuitiæ Iudæorum, & hæreſiarcharum.

Diabolus.

Aporia, Aporiari, quare Anxiari.

Apoſtata, Apoſtatare.

e *Gre.ſ.Eze. ho.9.*

APoſtata dicitur, qui retrocedit ab aliqua profeſſione, vt à fide, aut à virtute. Et apoſtatæ ſunt, *e* qui recedunt à Deo. *Ezech.2.b.* Vt autem, qui à fide recedit, apoſtata eſt: ita qui ad peruerſum opus, quod deſeruit, relit, apoſtata à Deo reputabitur, etiam ſi fidem tenere videatur.

f *Gr. 24. mo. 29.*

Apoſtatam dicit Dominus regem, aut quemcunque rectorem. *Iob.34. b,* quia quoties *f* extollitur in eo, quòd cæteros regit, toties per lapſum ſuperbiæ à ſummi rectoris ſeruitio ſeparatur: & quum æquales ſibi ſubditos deſpicit, eius ſuper ſe dominium, ſub quo omnes æquales ſunt, non agnoſcit. *Prou.6.b. Eccl.10.b. Ezechiel 2. a.*

Superbus.

g *Gl.or.Ec.19*

Apoſtatare etiam, *g* eſt à recta ratione deficere. *Eccle.19.a.* Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Eſt etiam à vera ſapientia & recta fide deficere: quod eſt hæreticorum.

Deficere à recta ratione.

Apoſtolus, Apoſtolatus.

APoſtolus, idem qui miſſus: quo nomine peculiariter dicti ſunt duodecim diſcipuli Chriſti: & Paulus, & nonnulli alij ad prædicandum peculiariter electi, & miſſi: & apoſtolatus eſt ipſum eorum officium. *Marc. 6.d. Luc.6.c. Ioan.13.b. Actor.1.d.2.g. Rom.1.a. Gal.1.a.*

Dicitur etiam Chriſtus apoſtolus, quia miſſus à Patre. *Hebr.13.a.*

Apotheca, Cella, Cellarium. Promptuarium.

APotheca, eſt cella vinaria, & locus, in quo omnis ſupellex ſeruatur: & etiam in qua res venales reponuntur. Dicitur etiam cella, & cellarium. *Luc.12.d.*

h *Ori.ſ.ca.h.3 Am.de Iſaa.3 Gr.ſ.can.1.2, Rup.1.can.1. Ber.ſ.ca.ſe.49 Ber.ſe.par.62 & ſ.cã.ſe.23.*

Cella vinaria deſignare poteſt *h* ſecreta ſapientiæ, & diuinitatis Chriſti, & ſacram Scripturam, eiuſque myſteria, & ferentem contemplationem, quæ & cellaria ſponſi dicuntur, & cella vinaria regis Dauid. 1. *Par.27. d. Can.1.a.2.a. Deut.38.a. Prou.24.a.*

Myſteria.

Cellarium continet moralem ſcientiam, & habet tres diſtinctas manſiones. Prima dicitur aromatica, Secunda fructuaria. Tertia cella vinaria. In prima ſunt, qui bene ſe habent cum prælatis. In ſecunda, cum æqualibus. In tertia, cum ſubditis. Eſt ergo prima cella diſciplinæ, ſecunda naturæ, tertia gratiæ. *Cant.1.a.* Introduxit me rex in cellarium ſuum.

Moralis ſcientia.

i *Gl. in ſ.Io.1*

Apothecæ diſſipatæ. *Toel.1.d.* deſignare poſſunt *i* doctrinam & doctores ablatos.

k *Gl.ord.ſ.1. Par.27.*

Apothecæ olei regis Dauid, ſuper quas erat Ioas. *Par.27.d.* Et apothecæ frumenti, vini, & olei regis Ezechiæ: & cella aromatum eiuſdem. 2. *Par.32.f. Iſ,39.a.* ad diuerſas *k* virtutes referri poſſunt.

Virtutes.

l *Hie. ad.erro Io.ep. Hieruſalem.*

Cellaria, in quæ ad tempus intratur, ſunt *l* ſepulchra: vbi corpora requieſcunt vſque ad diem iudicij.

Sepulchra.

Apothecæ Chaldæorum, deſignare poſſunt *m* doctrinas genethliacorum, & conſtellationum, quibus illi vtebantur. *Ier.* 50. Et promptuaria hæreticorum plena, dicunt *n* abundantiam rationum philoſophorum, quibus obruere nituntur fideles. *Pſalm.143.*

Doctrina aſtrologorum.

m *Or ſ.I.h.1.*

n *Hie.ſ.pſ.143*

Cellulæ ianitorum templi. 1. *Par.26.c.* ſunt *o* corda doctorum, & auditorum. Et cellaria quæ replentur doctrina, *p* ſunt corda iuſtorum: quæ non niſi per doctrinam ſapientiæ, donariis virtutum replentur. *Prou.24.a.*

Corda.

o *Gl.or.ſup.1. Par.26.*

p *Be.ſ.Pro.24*

Apparatus.

APparatus dicit *q* totam ſupellectilem armorum, aut ciborum ad bella præparatam. 1. *Mac.9.d.2. Ma.12.c.e.15. d.* Poteſt & in bonum, & in malum ſumi. In bonum quidem dicit virtutes, & dona Dei: & ſacram doctrinam, quibus munimur ad pugnandum contra diabolum. In malum verò, deſignat tentationes, & machinamenta diaboli, quibus ſubuertere nititur animas.

Virtutes. Tentationes.

q *Gl.ord.ſ.2. Mac.12.*

Apparere, Comparere.

r *Am.ſ.Lu.1.*

APparere dicitur id quod prius latebat, quum oculis intuentium obiicitur. Apparet autem is, in cuius *r* facultate eſt videri, & non videri, Deus, vt & angelus.

ſ *Ambr.2. de Abraã. Phil. de Abr. Gr. Nyſſen. de vita Moſis*

Apparens Dominus Abrahæ egreſſo de terra Chaldæorum, deſignat *ſ* eis apparere veritatem, qui Chaldæorum errores non ſequuntur. *Ge.12.b.17.a.18.a.* Sic apparuit Dominus Moſi in rubu poſtquam fugerat ex Ægypto: quia veritas apparet ſtudioſo, mundum & mundanum relinquenti. *Exod.3.a. Deu.33.c.* Et propter manifeſtationem veritatis, dicitur dominus apparere in viſione. *Num.12.b.1.Reg.3.a.9.a.2.Par.7.b.7.c. Sap.1.a. Ier.31.a.* Apparens autem Dominus Iſaac diſcedenti ab Allophilis, deſignat inter malos non eſſe locum apparitionibus. Et quum apparet ei in puteo iuramenti, *t* deſignat confirmationem promiſſionum. *Gen.26.a.c.*

Veritas apparens ſtudioſis.

t *Ori. ſ. Gen. ho.14.*

Apparens Deus Iacob poſt victimas. *Geneſ.46.a.* deſignat nouam illuſtrationem, quam Deus confert poſt bona opera. Apparens autem Dominus iterum in Silo tempore Samuelis, *u* eſt manifeſtans ſecreta ſua mundis corde, quæ reprobis abſcondit. 1. *Reg.3.d. Mat.5.a.* Addit autem vt appareat, *x* quia qui electos ſuos de contemplatione iuſtitiæ ſuæ mirabiliter terret, etiam de oſtenſione gloriæ ineffabiliter demulcet.

Noua illuſtratio poſt opera.

u *Gr.ſ.1.Re.3.*

x *Gr.ſ.1.Re.3*

Apparens Dominus, aut gloria Domini in nube, deſignat manifeſtationem diuinæ miſericordiæ, & protectionis. *Ex.16.c. Leu.9.d.16.a. Nu.6.c. Pſa.16.* Poteſt etiam deſignare manifeſtationẽ Chriſti per incarnationem, aut reſurrectionem: vel in iudicio cum omnibus Sanctis. *Marc.16.b. Luc.24.a. Acto.1.a. Col.3.a. Sap.6.a. Ioan.3.a.* Et dicitur apparere in fine *Hab.2.a.* hoc eſt, in incarnatione, aut in iudicio. Et de monte Pharan, hoc eſt, in Eccleſia. *Deu.33.a.* Apparuit autem Deus non quærentibus, hoc eſt, Gentilibus. *Iſ.65.a. Rom.10.d.* Et appàruit longè, hoc eſt, *y* iis, qui facti erant longè. *Iere.31.a.*

Manifeſtatio miſericordiæ Dei. Incarnatio.

y *Hie.ſ.Ie.31*

z *Gl.or.ſ.H.2*

Apparuit autem *z* myſterium incarnationis Chriſti etiam Angelis: quia & illos latebat, antequã reuelaretur. 1. *Tim.3.d. Tit.2.e.3.b.1.Petr.1.a.1.Ioan.1.a.4.d. Hab.2.a.*

aa *Ori.ſ.Can. ho.2.4. Gr.ſ. Can. 2.*

Apparentes flores in terra, *Cant.2.c.* deſignant *aa* Chriſtum creſcentem ætate, & ſapientia. Vel virtutes in anima ſplendentes. Vel ſanctas animas, quum à corpore recedentes, in cælo recipiuntur.

Chriſtus. Virtutes. Anima ſancta.

bb *Glo.in.ſup. Gen.37.*

Non comparens Ioſeph, deſignat *bb* Chriſti mortem. *Gen.37.f.44.f.*

Mors Chriſti.

cc *Iſy.ſ.Ie.9.*

Apparuit gloria Domini, *cc* quum Spiritus ſanctus manifeſtatus eſt in die Pentecoſtes. *Leu.9.b.*

Aduentus Spiritus ſancti.

dd *Gr.ſ.Ezec. ho,6.*

Apparens tota vna ſuper terram, deſignat *dd* legem veterem datam terrenis. Vel ſplendorem Euangelij in terra manifeſtatum. *Ezec.1.d.*

Collatio legis.

Hie.ſ. Eze.1.

ee *Am.ſ.Lu.1*

Apparens angelus Domini à dextris altaris, *ee* inſigne præfert miſericordiæ. *Luc,1.a.* Idem quum apparet aliis. *Iud.13:a. Matth.1.c. Luc.22.d.* Apparens autem angelus Gedeoni excutiendi triticum. *Iud.6.b.* deſignat *ff* tanto magis Dominum interiora denunciare, quando ſe ſtudioſius homines ab exterioribus purgant.

Miſericordia Dei.

ff *Gr. 3.m.21.*

Apparere iugiter in conſpectu Domini, *gg* eſt ita viuere, vt tota via approbetur à Deo, nec vnquam ad illicita defluat: & vt ita cognoſcatur à Deo in iudicio, ne proiiciatur à facie eius. 1. *Reg.1.d. Pſ.16.41.62.* Sic debet apparere omne maſculinum coram Domino. *Exod.23.c.34.c. Deut.16.c.* Et eleemoſynæ Tobiæ apparuerunt coram Domino quum illi fuerunt acceptæ. *Tob.2.d.*

Rectè viuere.

gg *Gr.ſ.1.R.1*

hh *Or.ſ.G.h.1 Augu.de gen. imperfect. & 13.confeſ.19 & ſ.pſ.88.*

Apparet arida, congregatis aquis. *Geneſ.1.a.* quum *hh* producitur forma ſubſtantialis, dans ſpeciem rei. Apparere etiam aridam, eſt exercere bona opera, & luce digna, quæ non agebantur, dum terra eſſet aquis operta. Vel apparet arida, quum auferuntur vitia ab anima, vt ſic bona opera germinare poſſint. Item, quum apparuit populus Iſrael ſeparatus à Gentibus. Et quum apparent iuſti, humore peccati carentes.

Productio formæ ſubſtantialis. Exercere bona opera.

ii *Glo.int.ſu. Ge.38.*

Apparentes gemini in vtero Thamar. *Gene. 38.g.* deſignarunt *ii* manifeſtationem vtriuſque populi ad fidem venturi.

Fides vtriuſque populi.

Digitized by Google

Manifestans Christus legē & prophetas. Exempla.

Apparentes Moſes,& Elias loquentes cum Ieſu.*Matth.*17.*a.Marc.*9.*a.*deſignat *a* manifeſtationem legis,& Prophetarum per Chriſtum factam in his, quæ de ipſo prædixerant. Deſignant etiam veritatem examinandam per legem,& Prophetas,ne putantes nos videre Chriſtum,fallamur.

Apparentes multis poſt reſurrectionem.*Matth.*27.*f.*deſignant *b* Sanctos lucem exemplorum bonorum operum multis exhibentes.

Nunquam ſic apparuiſſe in Iſrael,vt fecit Chriſtus. *Matth.* 9. *d.* deſignat *c* non viſum eſſe per legem, dimitti peccata, quemadmodum per Chriſtum dimittebantur.

Predicare ſimplicia.

Apparens Samuel in ciuitate.1. *Reg.* 9. *c.* deſignat *d* prædicatorem plana & omnibus expoſita prædicantem. Et apparens Ionathas ſtationi Philiſtinorum. 1. *Reg.* 14. *b.* eſt prædicator, qui prius manifeſtat ſeipſum operibus, quàm verbis.

Detegi vitia.

Apparens mel fluens.1.*Reg.*14.*d.*eſt *e* vita laudata Sanctorum.

Apparens lepra alibi,deſignat *f* ortum noui vitij.*Leui.*13.*g.*Et apparens caro viua, deſignat tranſgreſſionem legis in aliquo,licèt non in omnibus. *Leuit.* 13. *b.*Et apparet ignominia Hieruſalem, quum eius vitia dereguntur. *Iere.*13.*d.*Ad idem apparere aliquid fœditatis è ſtercore.*Deut.*23.*c.* Et apparentia ſepulchra ſpecioſa foris, *g* vitia latentia hypocritarum deſignant.*Matth.*23.*c.Luc.*11.*f.*

Virtus baptiſmo.

Apparuerunt fontes aquarum, *h* quum manifeſtata eſt virtus baptiſmi, & gratiæ:& cùm miſſi ſunt Apoſtoli, & prædicatores.*Pſalm.*17.*Titum* 2.*d* Ad idem refertur apparens puteus,vnde biberet populus.*Numer.*21.*c.*Et apparens eis in ſolitudine.*Exod.*16.*c.*

Apparens calamitas Iob grauior,quàm arena.*Iob.*6.*a.*indicat *i* quod malum, quod homo pertulit, non niſi in præſentia redemptoris agnouit.

Apparens aurora.*Iob.*24.*c.*eſt *k* mens iuſti,deſertis peccati ſui tenebris,ad lucem æternitatis erumpens. Vel eſt veniens ad proſperitatem.

Apparet malum in oculis Domini,*l* quando eſt ab ipſo puniendum.*Iſa.*59.*c.*

Apparens oſtium Ezechieli quo videret abominationes. *Ezech.* 8. *d.* eſt *m* eſt manifeſtatio alicuius vitij, per quod alia occulta vitia perſpiciuntur.

Non apparet ſemita in pedibus iuſti,hoc eſt,Chriſti.*Iſa.*41.*a.*quia *n* via laborem non ſentiet, nec aliquam imbecillitatis humanæ laſſitudinem:ſed de torrente in via bibet,& propterea leuabit caput.

Hæretici.

Non apparet homo mundus coram Deo.*Iob.*25.*a.*Non parentes autem penitus in terra.*Iob.*30.*b.* ſunt hæretici, qui *o* dum hîc videri aliquid appetunt, à terra viuentium exortes fiunt. Item eſt in terra, & apparet qui in fide recta exiſtens,per virtutem operis nobilitatem mentis oſtendit.Eſt verò in terra,& penitus non apparet, qui in Eccleſia quidem per fidem conſiſtit,ſed nil dignum fide in opere demonſtrat.

Carere gratia.

Apparere vacuum in conſpectu Dei,*p* eſt non habere plenitudinem Spiritus ſancti. *Exod.* 23.*c.* 34.*c. Deu.*16.*d. Eccleſiaſt.*35.*b.*

Regnare peccatum.

Apparere aliquid fermentatum in domo,*q* eſt regnare peccatum in anima.*Exod.*13.*a.Deut.*16.*a.*

Diabolus tentans.

Apparens catulus leonis Samſoni.*Iud.* 14. *b.* deſignare poteſt *r* diabolum accedentem ad tentandum Chriſtum. Vel Saulum,qui perſequebatur Chriſtum.

Manifeſtare euangelium. Prædicatio.

Apparere herbas virentes. *Prou.* 27.*d.*Et apparere vultus ieiunantium meliores. *Dan.*1. *c.*Eſt manifeſtare *ſ* doctrinam Euangelicam.

Apparuerunt Apoſtolis diſpertitæ linguæ. *Act.* 2. *c.* ad *t* demonſtrationem futuræ prædicationis in vniuerſo mundo.

Opera Dei.

Apparuit ſignum magnum in cælo.*Apoc.*12.*a.*Hoc eſt,*u* opera Dei magna monſtrata in Eccleſia.

Contemplatio cæleſtium.

Parentia capita vectium,quibus portabatur arca,iis,qui propè erant. 2. *Par.*5.*b.* deſignant *x* perfectioribus dari cæleſtium contemplationem.

Apparitores.

Capientes Chriſtum.

APparitores dicuntur, quod appareant, & præſto ſint ad obſequium, vt ſunt hi, qui magiſtratus circunſtant.

Apparitores,quos miſit Saul ad comprehendendum Dauid.1.*Reg.*19.*c.*deſignare poſſunt eos, qui venerunt *y* vt comprehenderent Chriſtum.

Appellare.

Concordia vtriuſque teſtamenti.

APpellare idem eſt,quod nominare, aut nuncupare. Interdum verò eſt ad iudicium ſuperioris prouocare: vt Paulus appellauit Cæſarem.*Actor.*25.*d.*Raræ ſunt huius verbi allegoriæ.

Appellans Iſaac pueros iiſdem nominibus,quibus pater appellauerat.*Gen.*26.*d.* deſignat *z* concordiam veteris, ac noui Teſtamenti:quum ea,quæ in veteri prædicabantur,in nouo demonſtrantur impleta. Et etiam vnuſquiſque propheta eodem nomine appellatur in nouo,quo in veteri.

Concordia legis, & euangelij.

Appellare filium nomine fratris.*Deut.*15.*b.*eſt dicere *aa* opera, quæ facta ſunt ſecundum Euangelium, etiam facta eſſe ſecundum Legem quatenus Lex cum Euangelio concordat.

Collatio alicuius gratia.

Appellans Deus aliquo nomine hominem,vel aliam creaturam, *bb* collationem alicuius gratiæ, aut muneris etiam naturalis deſignare videtur.*Gen.*1.32.*f.*35.*b.*Fecítque vt ita appellarentur.

Appellans Adam animalia nominibus ſuis. *Gen.*2.*d.*deſignauit *cc* Gentes ad Eccleſiam venientes nomine Chriſti appellandas.

Appellatus Chriſtus à Deo pontifex ſecundum ordinem Melchiſedech.*Hebr.*5.*c.*

Appendere.

Conſeruat Deus ſanctos in proſperis, & aduerſis.

APpendere interdum eſt pendere,aut annumerare,ſed cum pondere:interdum verò eſt ſuſpendere.

Appendit Deus aquas in menſura.*Iob.*28.*d.*quum *dd* eleuat Sanctos ad ſumma, ſed tentationibus, & infirmitatibus ad ima trahi permittit.Atque inter proſpera,& aduerſa, inter dona & tentationes, inter ſumma,& infima,animarum ſenſum in humilitate cuſtodit.

Acceptatio paſſionis Chriſti.

Appendit Deus in ſtatera iuſta. *Iob.* 31. *a.* quando pro *ee* peccatis noſtris acceptauit merita Chriſti: & etiam quoties ad vitæ eius exempla prouocamur.Appendi etiam peccata in ſtatera.*Iob.*6.*a.*eſt comparari peccata noſtra meritis paſſionis Chriſti.

Fundatio eccleſiæ.

Appendit Deus terram ſuper nihilum.*Iob.* 26.*b.*quum *ff* fundauit Eccleſiam ſuper Gentes, quæ nihilum appellatæ ſunt.Appendit etiam Deus fundamenta terræ.*Prou.*8.*d.*Et appendit tribus digitis molem terræ. *Iſa.*40.*c.*quando *gg* prædeſtinauit,præcipuè Chriſtum,& benedixit eis,ordinans eos ad fœlicitatem.

Prædeſtinatio.

Eloquentia ſine doctrina.

Appendere argentum non in panibus.*Iſa.*55.*a.*eſt *hh* vti eloquentia abſque ſolida doctrina,quæ eſt ſenſus ſpiritualis & euangelicus.

Non appendi argentum in commutatione ſapientiæ. *Iob.* 28. *c.* eſt *ii* neminem poſſe diuinam ſapientiam pro merito ſentire,aut eloqui.Vel quia vita iuſtorum prædicantium, quantalibet ſanctitatis luce polleat, aduentum nobis ſupernæ ſapientiæ,per ſuam præſentiam non commutat.

Venditio Chriſti.

Appendentes mercedem Zachariæ,hoc,eſt,Chriſti.*Zach.*11.*c.*ſunt *kk* Iudæi, dantes Iudæ triginta argenteos, vt traderet Chriſtum.

Appendens Abraham pecuniam pro agro ſpelunc*æ.Gen.*23.*c.*

Vinci diabolum.

Appendi Hamam in ligno, quod parauerat Mardochæo. *Eſter.* 7. *d.* eſt *ll* vinci diabolum, & Iudæos in cruce. quam parauerant Chriſto. Sic intelligi poteſt de appenſione regis Babylonis in ſtatera.*Dan.*5.*g.*

Appendere velum templi ante quatuor columnas.*Exod.*26.*f.*40.*c.*1.*Mach.*4.*f.*eſt *mm* deſcribi vitam Chriſti per quatuor Euangeliſtas.

Appendens Ieremias ſeptem ſtateras,& decem argenteos pro agro. *Ierem.* 32.*b.* deſignauit impletionem *nn* decalogi,& perfectionem conſiliorum per ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti,pro agro diſciplinæ cæleſtis.

Appenſum ob recordationem inter oculos.*Exod.*13.*c.*Ad exaggerandam memoriam beneficij dicitur.

Appendens candelabrum tabernaculi talentum auri.*Exod.*37.*c.*Vide talentum.

a *Or.ſ.Ma. h.* 3.*Ricar.de.S. Vict.de* 12.*patriar.*79.
b *Ori.ſ.Matt. ho.*35.
c *Hil.ſ.Matt. Can.*9.
d *Gr.ſ.*1.*Reg.* 9.14.
e *Gr.ſ.*1.*Reg.* 14.
f *Gloſſ.ord.ſu. Leuit.*13.
g *Ori.ſ. Mat. ho.*25.
h *Ar.ſ.pſ.*17. *Hie.ſ.pſ.*17.
i *Gr.*7.*mo.* 1.
k *Gr.*16. *mo.* 29.
l *Lyr.ſ.Iſ.*59.
m *Hie.ſu. Ezech.*8.
n *Hi.ſ.Iſ.*41.
o *Gr.*20.*mor.* 11.17.
p *Amb.ſ.pſal. ſer.*18.
q *Glo.int.ſup. Exod.*13.
r *Lyr.ſ.Iu.*14.
ſ *Bed. ſ. Pro.* 27.
t *Gloſſ. ord. ſ. Actor.*2.
u *Lyr. ſ. Ap.* 12.
x *Glo.ord.ſ.*2. *Par.*5.
y *Gl.ord.ſu.*1. *Re.*19.
z *Ori.ſ.Gene. ho.*13.
aa *Or.ſ. Mat. ho.*22.
bb *Gl. ord. ſ. Ge.*1.
cc *Glo. ord. ſ. Ge.*2.
dd *Gr.*19.*mo.* 19.*& ſ.Ezec. ho.*14.
ee *Gr.*7.*mor.* 1.*&* 21. *mo.* 6.
ff *Gr.*17. *mo.* 12.
gg *Ru.* 4. *de gl.Trinit.*4.
hh *Greg.* 23. *mor.*25.
ii *Hier. ſ. Io.* 28.
kk *Hie.ſ. Za.* 11.
ll *Gl.ord.ſup. Eſter.*7.
mm *Lyr. ſ. Ex.*36.
nn *Iyr. ſ. Ie.* 32.

Digitized by Google

Appetere, Appetitus, Concupiscere, Desiderare, Expetere, Cupere.
Concupiscentia, Inhiare.

APpetitus vim animæ sensitiuæ dicere solet, qua fertur in id quod est sibi conueniens: & interdum dicit ipsum actum appetendi, qui etiam concupiscentia dicitur, sicut & ipsa vis appetitiua. Et hac ratione dicitur appetitus esse subter hominem. *Gen. 4. a.* Desiderare autem, & desiderium, dicunt actum voluntatis, quæ est eum ratione. Inhiare verò est luporum, qui aperto ore cibum appetere dicuntur: vnde sumitur pro vehementer appetere. Porro concupiscere, sæpè sumitur pro desiderare. Hæc autem non possunt propriè competere Deo, cùm dicant imperfectionem in desiderante, nempe carentiam eius, quod desideratur. Quum autem *Sapi. 16. d.* dicuntur desiderati à Deo, intelliguntur dilecti à Deo.

a *Bas. s. ps. 44.*

Concupiscit rex decorem animæ, *Psal. 44.* quum Christus amat *a* animam renouatam per gratiam, abiecta vita ve teri.

Amans Christus animam.

b *Hil. Ambr. Aug. s. ps. 118*

Concupiscit desiderare iudicia, *b* qui tantam optat habere innocentiam, vt tutò possit desiderare iudicia Dei. *Psalm. 118.* Vel concupiscit desiderare iustificationes Dei qui cupit ex vero amore implere præcepta Dei. Concupiscimus desiderare, quasi non sit potestatis nostræ desiderium, sed gratia Dei, Quum peccamus, non concupiscimus desiderare iudicia Dei.

c *Be. s. Ge. 49.* d *Hie. s. Da. 10* e *Amb. Apo. Dauid. 7.*

Desiderium collium æternorum, dicitur *e* Christus à sanctis Patribus, & Prophetis desideratus. *Genesi. 49. d. Can. 2. a. 5. d. Isa. 26. b. 53. a. Agge 2. b.* Et ipse est desiderabilis *d* pannis. *Dan. 10. a.* Et desiderans Dauid aquam Bethlehem, potest *e* intelligi orans, vt nasceretur Christus. *2. Regu. 23. b. 1. Par. 11. c.* Ad idem referri possunt desiderantes videre vultum Salomonis, *3. Regu. 10. d. 2. Par. 9. f.* quia in Christum desiderant etiam angeli respicere, *1. Pet. 1. b.*

Christus.

f *Basi. s. ps. 28 ho. 1. Aug. s. ps. 41.*

Desiderans cervus ad fontes aquarum, *f* est desiderans iustus principia Theologiæ, & doctrinam cælestem. *Psa. 41. Iob. 7. a. Mich. 7. d.* Ad idem refertur concupiscere sapientiam. *Sapien. 4. a. 6. b. Eccles. 1. d. 24. c.* Desiderant autem anima in nocte Deum, cum inter tribulationes magis ipsum appetit. *Isa. 26. b.* Concupiscere autem lac, est desiderare doctrinam facilem, *1. Petr. 2. a.* Desiderabilis autem thesaurus dicitur esse habitaculo iusti. *Prou. 21. c.* quia habet sapientiam, & ipsum Deum habitantem.

Desiderium doctrinæ.

g *Diony. cele. hie. 15.*

Concupiscentia dici potest esse in angelis erga Deum, *g* cuius amore satiantur, vt semper tamen ipsum desiderent.

h *Gl. in s. Ie. 3.*

Desiderabilis terra, *h* gloriam cælestem designat. *Psa. 105. Ier. 3. f. 12. c. Zach. 7. d. Mal. 3. c.* Hæc atria Domini concupiscit anima. *Psal. 83. Deus. 18. b.* Et desiderium bonum est desiderium cælestis patriæ: de quo *Iob. 30. b. 31. d. Psal. 9. 20. 39. 102. 139. Prou. 10. c. 11. c. Isa. 26. b. Ier. 2. c. Dan. 9. f. 2. Cor. 7. c. Philip. 2. d.*

Gloria cælestis.

i *Hie. s. Isa. 32* k *Ly. s. Iob. 37*

Desiderabilis regio fuit olim Iudæa, *i* cùm teneret fidem, & cultum Dei. *Isa. 23. c.*

Iudæa.

Desiderat frumentum nubes, quum *k* mens bonorum optat prædicantium verba. *Iob. 37. b. Actor. 13. b.* Dicuntur autem eloquia Dei desiderabilia super aurum, & lapidem preciosum. *Psal. 18.* Non quòd in tantum duntaxat sint desiderabilia: sed quia solas hasce materias vidit apud homines in maiori pretio haberi præ aliis. Sic dicuntur dulciora super mel, & fauum. Et fulgor iustorum dicitur esse sicut Sol.

Desiderium verbi Dei.

l *Hie. s. Is. 64.* m *Ru. s. Ioe. 3*

Desiderabilia in bonum dicuntur *l* virtutes, & dona Spiritus sancti: quæ fiunt in ruinam, quum quis peccat. *Isa. 64. d. Thr. 1. c. Exeo. 24. e. Dani. 10. a. Ioel. 3. b.* Vbi dici possunt desiderabilia *m* eloquia Dei: De quibus *Psalm. 18.* Desiderabilia super aurum, &c.

Virtutes, & dona Spiritus sancti.

n *Gre. 23. moral. 17.*

Desiderabilia in genere dicuntur ea, quæ solent homines appetere. *Prou, 3. b. Eccl. 7. a.* Et desiderabilis cibus, *n* est prosperitas huius vitæ. *Iob, 34. c. Prou. 8. b. Thr. 1. c.*

Eloquia Dei.

o *Gr. s. Can. 5.*

Desiderabilis totus dicitur sponsus. *Cant. 5. d.* quia *o* quantò amplius de Christo habetur, tantò magis concupiscitur.

Christus.

p *Hie. s. Is. 54.* q *Hie s. Ho. 9.*

Desiderabiles lapides in muris Ecclesiæ, *p* sunt electi, & perfecti in Ecclesia, *45. a.*

Electi.

Desiderabile dicitur argentum hæreticorum. *Hose, 9. b.* quia *q* artificioso eloquio ipsi componunt dogmata sua: dicuntur etiam ipsa eorum dogmata desiderabilia vasa. *Nahum. 2. c.*

r *Glo. ord. sup. Hos. 10.*

Iuxta desiderium suum dicitur corripere Deus, *Hos. 10. c.* quum *r* corripit ad correctionem.

Desiderare sicus præcoquas. *Mic. 7. a.* dici potest *s* de synagoga, tempore quo populus ille fame præmebatur iam periturus. Vel de ecclesia, quum vix in ea inueniebantur aliqui fideles.

s *Hie. Mic. 7.*

Desiderare de cibis potentis. *Prou. 23. a.* est *t* præsumere de suis meritis, quasi æquari velit Christo, putans se sine peccato esse. Sic desiderant diem Domini, *u* qui confidunt in iustitia sua nec se peccatores reputant: vnde & reprehenduntur. *Amos 5. e.*

t *Aug. s. Ioan. tra. 34.*

Præsumere de iustitia.

v *Hi. s. Amo. 5*

Iuxta desiderium suum dicitur corripere Deus, *Hos. 10. c.* quum *r* corripit ad correctionem.

x *Hie. ep. beatitudinis.*

Desiderare ficus præcoquas. *Mic. 7. a.* dici potest *s* de synagoga, tempore quo populus ille fame præmebatur iam periturus. Vel de ecclesia, quum vix in ea inueniebantur aliqui fideles.

Dare mercedem pro vitijs.

y *Cyri. s. sup. Ioan. 17.*

Desiderans vulgas carnes, & ollas Ægypti. *Num. 11. b. Deut. 12. c. 14. d. 1. Reg. 2. d. Sapi. 19. c. Apoc. 18. d.* typus est *y* eorum, qui retrocedentes à via Domini, ad pristina vitia reuertuntur.

Reuertentes ad vitia.

Concupiscentia ponitur carnis, & oculorum Carnis quidem refertur ad ea, quæ ad sensus tactus, gustus, & olfactus pertinent. Concupiscentia verò oculorum ad ea, quæ spectant ad visum, & auditum, & etiam ad sensus interiores. *Ezech. 23. a. Dan. 11. f. 13. a. f. Eccl. 2. b. 6. d. Eccl. 23. a. 36. d. 40. c. 45. b. Ro. 1. c. 13. d.* Ad hæc pertinent desideria erroris. *Eph. 4. c. 1. Pet. 1. c. 4. a.* Desideria etiam carnis dici possunt omnia vitia, & perfidia, & incredulitas. Voluptas enim carnis est sensibilibus oblectari, vt spiritus delectatur spiritualibus. *Eph. 2. a. Galat. 5. c. 1. Petr. 2. d. Iudæ f. Iob. 20. c. Psal. 9. 77. 80. 111. Ioan. 8. f. 1. Thess. 4. a. 1. Timot. 6. c. 2. Tim. 2. d. 3. b. Titum. 2. c. 3. b.*

z *G. s. 1. Re. 15*

Concupiscere aliquid de Amalec. *1. Reg. 15. a.* est admittere *z* scintillam carnalis cogitationis in corde, vel motum in carne. Et hoc pertinet ad concupiscentiam carnis.

Admittere carnales cogitationes.

Concupiscere diuitias, aut domum, aut aliquid proximi, ac etiam rapinas: pertinent ad concupiscentiam oculorum. *Exod. 20. e. Iosu. 7. d. Deut. 5. e. 7. d. 2. Par. 19. a. Iud. 12. d. Tobi. 3. e. Psalm. 61. Prouerb. 6. c. 21. d. Eccles. 14. a. 25. d. Hose. 9. b. Mich. 2. a. 1. Macb. 4. a. Matth. 5. d. Actor. 20. g. 1. Timoth. 3. a. 6. b. 2. Timot. 3. a. Titum. 1. b. 1. Petr. 4. d.*

aa *Ori. s. Ieue, hom. 4.*

Concupiscere diem hominis. *Iere. 17. e.* est optare vitam *aa* mundanam, & prosperitatem in hoc mundo: aut optare diu viuere etiam in hoc mundo.

Optare vitã mundanam. Sancti.

bb *Hier. sup. Hos. 13.*

Concupiscibilia vasa, quæ diripuit Christus. *Hose, 13. d.* sunt *bb* Sancti quos eduxit Christus è limbo. Vel sunt decepti ab hæreticis, qui ad fidem conuertuntur. *Nahum. 2. c. 1. Mach. 8. e.*

Decepti ab hæreticis.

cc *Glo. in sup Exo. 21.*

Desiderium Christi erat adimpletio passionis, & reliquorum illi adiunctorum.

Expetens maritus damnum abortientis vxoris. *Exod. 21. e.* est *cc* exigens pœnitentiam ab eo qui alterum peccare fecit. Ad idem referri potest cupiens vindicare sanguinem proximi. *Iosu. 20. d.* Et expetentes filij Israel vltionem de Madianitis. *Num. 31. a.* Et Sanson de Philistæis. *Iud. 15. b.*

Exigere pœnitentiam.

dd *Gl. ord. su. Luc. 19.*

Desiderans Dominus operam asini. *Lu. 19. f.* est *dd* cupiens obsequium Gentilitatis conuersæ.

ee *Lyr. s. Ios. 9*

Desiderare dicitur Spiritus, quum nos desiderare facit. *Rom. 8. e.*

Cupientes Gabaonitæ pacem facere cum Israel. *Iosu. 9. b.* designant *ee* eos, qui mores seculares inducere volunt in religionem.

Cupiunt Sancti superindui, quum optant corpora sua resuscitari. *1. Cor. 5.*

Inhiantes hostes Iudæorum sanguini: sunt dæmones animarum perditionem sitientes. *Ester. 9. a.* Sic expetiit Satanas discipulos Christi vt cribaret sicut triticum. *Luc. 22. d.* Et Hamam expetit Mardochæum in mortem. *Ester. 16. d.* Et expetiit Idumæa vindictam de filiis Iuda. *Ezech. 25. e.*

Applaudere, quare Plaudere.
Applicare, Admouere.

APplicare est alteri adiungere, quasique copulare: quod admouere dicitur.

Applicuit Deus pater filium ad se. *Iere, 30. d.* quum illum generauit *ff* in sua substantia, ita vt diceret ipse

Generatio filij. Incarnatio.

ff *Glo. inter. s. Iere. 30.*

filius.

Digitized by Google

filius. *Ioan. 14. b.* Ego in patre, & pater in me est. Potest etiam referri ad coniunctionem naturæ humanæ cum Verbo.

Venire ad fidem.

Applicantur gentes multæ ad Dominum,*a* quum Gentiles veniunt ad fidem. *Zach. 2. d.*

Docere simplices.

Applicare cor ad Deum, est intellectum,& voluntatem ad illum intendere. *Ier. 30. d.*

Applicare seruum ad ostium tabernaculi. *Exod. 21. a.* est *b* docere simplicem cælestia: vel adiungere ipsum ad Christum. Ad idem referri potest applicatio vituli:& applicatio Aaron & filiorum eius. *Exod. 29. a. Iere. 30. d.* Et applicatio tribus Leui ad ministerium tabernaculi. *Num. 3. b. 8. h.* Et Deus applicat sibi Sanctos. *Num. 17. a. Zach. 2. d. Eccl. 33. b.* Et sacerdotes applicant hircos pro peccato. *2. Par. 29. a.*

Cõferre Christum ad legẽ.

Appliciti filij Ioseph ad Iacob, designare possunt *c* vtrumque populum per Christum adductum ad Patrem cælestem. *Gen. 48. c.*

Meditatio legis.

Applicare Aaron ad Mosen, est *d* conferre Christum ad legem, vt intelligantur per Christum impleta, quæ in lege sunt prædicta. *Exo. 28. a. 40. b.* Vel ad sacerdotes debere semper in legis meditatione persistere.

Applicans Achias arcam Domini. *1. Reg. 14. c.* designat *e* peritum sacerdotem dantem rectum consilium regibus. Ad idem referri potest applicare Ephod. *1. Reg. 23. b. 30. b.*

Applicans Iosue Israel per tribus suas ad inquirendum peccatum præuaricationis. *Iosu. 7. b.* Et applicans Saul omnes angelos populi. *1. Reg. 14. f.* Admonet prius *f* diligenter inuestigandam esse culpam, deinde pœnam irrogandam.

Quærere gloriã ex opere.

Applicuit Samuel omnes tribus,& familias ad electionem regis. *1. Reg. 10. c.* Vt *g* ostendatur merito ex omnibus eligendum esse eum, qui præficitur.

Operariqua dicit.

Appicate manum ad os cum melle,*h* est gloriam ex opere quærere. Vnde nemo applicuit manum ad os. *1. Reg. 14. d.* quum nemo quæsiuit gloriã ex opere. Applicat etiam manum ad os, *i* qui, quæ dicit operatur: quod non faci piger. *Prou, 19. d. 26. c.*

Applicat Deus gladium Behemoth. *Iob. 40. b.* quum *k* diabolus punitur eo malo, quo alios interimit. Vel dicitur,*l* quia malitia eius nocere non potest, nisi quantum Deus permittit.

Applicari dominum domus ad Deos. *Exod. 22. b.* Hoc est,*m* ad sacerdotes, vel doctores, vt examinetur.

Complacentia in malo.

Applicant quasi clibanum cor suum,*n* qui cum feruore sequuntur errores. *Hose. 7. b.*

Applicare ramum ad nares. *Ezech. 8. g.* Opus est *o* hæreticorum turpi sonitu blasphemiæ. Deum ad iracundiam prouocantium. Designat etiam *p* complacentiam in peccatis. Et complacentiam Pharisæorum in suis traditionibus.

Applicabuntur Iudæis plurimi fraudulenter, designantes *q* Gentiles simulantes amicitias cum Iudæis aduersus Christianos. *Dan. 11. f.*

Appplicantes se viri virtutis ad ciuitatem Ephron. *1. Mac. 5. f.* Sunt doctores penetrantes sensus spirituales: vt possint vincere,& conuertere peccatores.

Applicans rex Antiochus castra ad Hierusalem. *1. Mac. 6. f. 9. a.* Est *r* diabolus, vel hæresiarcha: qui conantur perdere Ecclesiam.

Apponere.

APponere, est quasi iuxta aliud ponere quasique applicare, aut adiungere.

Apponere cor aliquid, *s* est applicare, quasique figere. *Exod. 7. d. Psalm. 61. Iob. 7. d. Prouerb. 22. e. Ecclesiastici. 8. d.*

Examinans Deus.

Apponit Deus cor in hominem. *Iob. 7. d.* quum *t* eum distincte examinat, vel ad præmium, vel ad pœnam.

Transire in consortiũ Sanctorum.

Appositus Isaac populo suo,*u* est transiens in consortium electorum. Sic etiam appositus est Abraham, factus videlicet similis angelis. *Gen. 25. b. d. 35. d. 49. d. Deut. 32. g. 1. Mac. 2. g.* Sic appositus est Achior ad populum Israel. *Iud, 14. b.* Et infideles ad fidem. *Act. 2. g. 11. d.* Vt autem de agris congregatur matura messis in horreum: sic de publico vitæ huius congregantur electi temporibus suis, singuli in secreta quiescentium.

Apponere panes *Gen. 24. d. 43. g.* est *x* proponere doctrinam.

Appositæ est iniquitatem, *y* quum Iudæi Christum etiam post mortem,& resurrectionem persequebantur. Vel apposuit Deus illis iniquitatem super iniquitatem: quia putantes se occidere purum hominem, filium Dei occiderunt. Hoc autem fecit Deus non vulnerando, sed non sanando. *Psal. 9, 68. 88. Actor. 12 a.*

Non apponunt Philistæi venire in terminos Israel, *z* quum dæmones non amplius tentant aliquos ex fidelibus. *1. Reg. 7. d. Act. 18. e.*

Libri sacræ scripturæ.

Apposuit Deus homini ignem & aquam. *Eccl. 15. d.* quum *aa* dedit libertatem arbitrij ad contraria. Vel cum dedit refrigerium & tribulationem.

Apposita ad mensam dicuntur *bb* libri esse sacræ Scripturæ. *Prou. 23, a. 4, Reg. 6. e. Eccle. 31. b. Mar. 8. a. Luc. 10. d. 1. Cor. 10. f. Actor. 16. f.*

Appositiones epularum circumpositæ sepulchro, sunt bona abscondita in ore clausulo. *Eccl. 30. e.*

Non apponere Iudæos calcare atrium Domini, *Isa. 1. d.* est *cc* ita destructum esse templum post mortem Christi, vt non amplius ædificetur.

Aponit dies timor Domini. *Prou. 10. d.* quia est *dd* initium perueniendi ad fœlicitatem.

Apponi sagittas cum carbonibus desolatoriis. *Psa. m. 119.* est *ee* proponi verba Dei,& exempla Sanctorum.

Appretiare, quare Pracium.

Apprehendere, Comprehendere, Incomprehensibilis.

Protectio Dei.

APprehendere, est quasi arripere, quadam videlicet vi capere.

Apprehendit Deus manum Christi: *ff* quia quicquid operatur Filius, operatur & Pater. *Isa, 41. c. 42. a. 45. a.*

Apprehendit Deus abraham, aut, arium, *gg* quum protegit,& succurrit in tentationibus. *Isa. 41. b. Iere, 31 f. Ma. 14. d. Marc. 7. d. Luc. 9. f. 14. a.* Et apprehendit arma,& scutum, *hh* quum nos munit virtutibus. *Psal. 34.*

Fructus crucis Christi. Dona Spiritus sancti. Venire ad finem, Adiuuare. Consolari.

Apprehendit Deus sapientes in astutia eorum. *Iob, 5. c.* quia inde *ii* coguntur voluntatem Dei facere, vnde hanc moliuntur commutare:& qua via ipsi putant consilium Dei euadere, ea ipsum implent. Vt fratres Ioseph ipsum vendiderunt, ne adorarent:& quia vendiderunt, coacti sunt adorare. Sic dicuntur comprehendi in consiliis suis. *Psalm. 9. Eccl. 23. a. d. Zach. 1. b. 1. Cor. 3. d.*

Apprehendit sponsus fructus palmæ. *Can. 7. c.* quum *kk* Christus in cruce fructum vitæ inuenit, & apprehendit, ac nobis tribuit.

Amplecti simplicitatem.

Apprehendentes septem mulieres virum vnum, *ll* sunt septem dona Spiritus sancti apprehendentia Christum,& in ipso roborata. *Isa. 1. a. 11. a.* Vel omnes Gentes apprehendentes Christum per fidem super quas inuocatur nomen Christi.

Apprehendunt Gentes fimbriam viri Iudæi, *mm* quum veniunt ad fidem Christi per doctrinam Apostolorum. *Zach. 8. d.*

Apprehendentes angeli manum Lot,& quasi compellentes. *Gen. 19. d.* sunt *nn* efficacius adiuuantes ad operandum,& consolantes, Sic non erat, qui apprehenderet manum Hierusalem, id est, consolaretur, *Isa. 51. f.* Ita apprehendit Petrus manum claudi. *Acto. 3. a.* Designatur etiam in angelis Deus seruans à perpetratione peccati.

Apprehendens Noe columbam. *Gen. 8. b.* designat iustum *oo* amplectentem simplicitatem,& virtutem.

Apprehendit messium tritura vindemiam. *Leu. 26. a.* quando *pp* simul cum pane, qui cor hominis confirmat, datur vinum scientiæ, quod lætificat cor hominis. Vel quum *qq* abundant opera corporis,& animi. Et apprehendit calcator vuæ mittentem semen. *Amos 9. d.* quum martyres *rr* sunt seminarium sermonis Dei. Comprehendit etiam arator messorem. *Amos 9. d.* quum *ss* est abundantia fidelium, & bene operantium in Ecclesia. Vel dicitur comprehendere arator messorem: quia Patriarchæ, & Apostoli gaudent in semine Abrahæ, quod est Christus: in quo promissam pariter accipiant benedictionem: vt qui seminat, simul gaudeat,& qui mittit.

Apprehendens Moses caudam colubri. *Exod. 4. a.* designat *tt* Iudæos Christum hominem crucifigentes Vel designat resurrectionem eius credentes. Vel ipsos Iudæos, in fine mundi fidem Christi amplectentes.

a *Hie. s. Za. 2.*
b *Glo. in sup. Exo. 21.*
c *Glo. ord. sup. Gen. 48.*
d *G. in s. E. 28*
e *Gr. s. 1. R. 14*
f *Gr. s. 1. R. 14*
g *Gr. s. 1 R. 10*
h *Gr. s. 1. R. 14 & s. Ex. h. 21.*
i *Be. s. Pro. 19.*
k *Hi. s. Io. 40.*
l *Gr. 32. mor. 26.*
m *Gl. in s. Ex. 22.*
n *Hie. s. Hos. 7*
o *Hie. s. Ez. 8.*
p *Ru. 1. s. E. 30*
q *Hi. s. Da. 11.*
r *Glo. ord. su. Mach. 5.*
s *Bas. s. ps. 61.*
t *Gr 8. mo. 20*
u *Phi. de sacri Abel & Cain. Ru. 6. s. Ge. 46*
x *Ly. s. Ge. 24.*
y *Au. s. ps. 64.*
z *Gr. s. 1. Re. 7*
aa *Gl. in sup. Eccle. 15.*
bb *Amb. 1. of. fic. 32.*
cc *Hi. s. Isa. 1.*
dd *Glo. in su. Prou. 10.*
ee *Gl. ord. su. Psal. 119.*
ff *Hie. s. Is. 42*
gg *Or. s. M. 14*
hh *A. s. ps. 34*
ii *Gre. 6. mor. 11. 12.*
kk *Gr. s. ea. 7.*
ll *Or. s. Is. h. 3. Hie. s. Isa. 4. Rup. s. If. 14.*
mm *H. s. Z. 8. Cyr. de ador. in Spiritu san cto,*
nn *Rup. 6. su. Gen. 10.*
oo *A. de Noe. 18.*
pp *Ori. s. Leu. ho. 16*
qq *Is. s. Le. 26*
rr *Hi. s. Am. 9*
ss *Ru. s. Am. 9*
tt *Au. s. ps. 73.*

Digitized by Google

Apprehendens Samſon ambas fores portæ ciuitatis. *Iudi.* 16. *a.* deſignat *a* Chriſtum, deuictis diabolo, & morte reſurgentem. *Reſurrectio Chriſti.*

Apprehendens Saul Agag Regem Amalec. 1. *Regum.* 15. *b.* deſignat *b* prædicatorem recipientem ad pœnitentiam conuerſos peccatores, non ſolum pœnitentes, ſed etiam confitentes. Et apprehendit eum viuum, quia nonnulli propriis paſſionibus non mouentur, ſed auditis aliorum obſcœnitatibus mouentur. *Recipere pœnitentes.*

Apprehendere diſciplinam plus eſt, *c* quàm ſimpliciter capere: quia regnum cœlorum vim patitur. *Pſal.* 2. *Eccl.* 27. *b.* Sic apprehendere ſapientiam. *Prou.* 3. *c.* eſt ſic eam capere, vt non facile nos effugiat.

Comprehendere veſtigia Dei: *Iob.* 11. *b.* eſt *d* cognoſcere, vnde, vbi, quibuſue modis veniant Spiritus eius dona: quod in hac vita fieri non poteſt, iuxta illud *Ioan.* 3. *a.* Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, aut quo vadat. Comprehendunt tamen Sancti, quæ ſit latitudo, & ſublimitas, & profundum. *Epheſ.* 3. *d.* Tenebræ tamen non comprehenderunt Chriſtum. *Ioan.* 1. *a.* Comprehendere autem Deum, eſt ipſum cognoſcere, quantum cognoſcibilis eſt: quod eſt homini impoſſibile, iuxta illud. *Eccl.* 43. *d.* Ne laboretis: non enim comprehendetis. Et *Rom.* 11. *d.* Sunt incomprehenſibilia iudicia Dei. *Cognoſcere diuinas inſpirationes.*

Apprehendit ſponſum. *Cant.* 8. *a.* quum *e* anima amore inhæret Verbo. Et quum percipit myſteria eius, quæ in ſcripturis habentur.

Apprehendit vir manum proximi ſui. *Zach.* 14. *c.* quum *f* mutuo auxilio ſe fideles ſubleuant. Apprehendit etiam vir fratrem ſuum, *g* quando Iudæi confidunt in Moſen, dicentes. Nos diſcipuli Moyſi ſumus. *Iſ.* 3. *a.* *Mutuum auxilium.*

Apprehendere, aut comprehendere vitam æternam, aut fœlicitatem, dicitur *h* quia ſemel accepta nunquam amittitur. *Prou.* 2. *c.* *Phil.* 3. *c.* *Cor.* 9. *d.* 1. *Timo.* 6. *c.*

Apprehendit Leuiathan gladium. *Iob.* 14. *c.* quum *i* diabolus aſſumit Antichriſtum ad ſuum miniſterium. Apprehendit autem gladius ipſum Leuiathan, quum in tantam vertetur inſaniam, vt dominari omnibus appetens, nequaquam ſuæ iræ dominetur. Nam qui iram in vſum iuſtitiæ aſſumit, gladium tenet: quia eam ſub æquitate iudicij poſſidendo moderatur.

Apprehendens domina Ioſeph laciniam veſtimenti eius. *Gen.* 39. *d.* deſignat *k* Iudæam apprehendentem & retinentem literam legis.

Apprehendit Saul pallium Samuelis. 1. *Reg.* 15. *f.* Et *l* deſignat ſuperbos, & ambitioſos, qui, cùm ab honore depulſi fuerint, per familiares prælati, vel adulando ſuperiori in priſtinum gradum reſtitui procurant. *Ambitio.*

Apprehendens mulier verenda eius, qui cum viro ſuo rixatur. *Deut.* 25. *c.* deſignat *m* portionem animæ inferiorem, præferentem generabilia, & corruptilia Deo. Vel deſignatur Synagoga apprehendens, & crucifigens humanitatem Chriſti. *Vincere affectus.*

Apprehendere captiuos, *n* eſt vincere paſſiones. *Iudi* 5. *b.* Ad idem referri poteſt, quum comprehendit Gedeon Zebee, & Salmana. *Iudi.* 8. *c.* Captiuitatem autem de hoſtibus capit, qui cæleſtis patris reſponſa cuſtodit.

Apprehendit diuitem, quaſi aquæ inopia. *Iob.* 27. *d.* Sicut *o* quum diues in inferno guttam aquæ petiit, qui pauperi micas panis negauit. Sic comprehendunt iniquitates ipſum peccatorem, quum non poteſt euadere, quin propter eas puniatur. *Pſalm.* 39. *Iere.* 42. *c.* *Ezech.* 17. *f.* Et apprehendit tremor malos. *Pſalm.* 47. Apprehendit etiam ipſum prauum captio quam abſcondit. *Pſal.* 34. quia malum prius *p* nocet ipſi peccanti. Sic ponuntur apprehendentia mala populum, & comprehendens dolor: & confuſio, & apprehendunt dolores, & parturientis, quum *q* ſubitò venit malum ineuitabile. *Iud.* 6. *c.* *Eccle.* 7. *a.* *Ierem.* 13. *d.* 34. *a.* *Hoſ.* 10. *c.* *Mich.* 2. *b.* 4. *c.* *Ioan.* 12. *f.* 1. *Theſſal.* 5. *a.* *Pœna malorum.*

Comprehenduntur in ſuperbia ſua Iudæi. *Pſalm.* 58. qui *r* putabant ſe viciſſe Chriſtum, quem poſtea reſurrexiſſe crediderunt. Comprehendit autem eos furor iræ Dei. *Pſalm.* 68. Erat autem in eis ſuperbia, qua dicebant ſe filios Abrahæ, &c. *Aſtutia dæmonum.*

Apprehendunt Gentes ab aquilone arcum, & ſcutum. *Ier.* 50. *b.* quum dæmones aſſumunt aſtutias tentationum. Et comprehendens Laban Iacob. *Gen.* 31. *c.* eſt mundus perſequens virum bonum. Et comprehendit inimicus animam, quum mundus, aut diabolus eam vincit. *Exod.* 15. *b.* *Pſalm.* 7. 1. *Cor.* 10. *e.* Et apprehendit catulus leonis. *Amos* 3. *a.* quum *ſ* diabolus aufert aliquem ab eccleſia.

Apprehendunt perſequutores Hieruſalem inter Anguſtias, *t* quum hæretici animam in varios inducunt errores. *Thren.* 1. *a.* 4. *Reg.* 25. *b.* *Prouerb.* 7. *b.* *Inducere in errores.*

Apprehendunt hæretici, & non ſaluant, *Mich.* 6. *d.* quando *u* multa quærentes intelligunt errorem ſuum: & demum vident ſe cum vniuerſis dogmatibus ſuis non poſſe ſaluari.

Apprehendens agricolæ ſeruos patrisfamilias. *Matth.* 21. *d.* *Marc.* 12. *a.* fuerunt *x* ſacerdotes, & Scribæ occidentes propheras: & demum ipſum filium hæredem. Sic comprehenderunt Iudæi Ieremiam, comprehenſionem Chriſti ſignificantes. *Ierem.* 26. *b.* 36. *f.* *Matth.* 26. *e.* *Luc.* 22. *f.* *Ioan.* 7. *d.* 8. *c.* 19. *a.* *Acto.* 1. *c.* 12. *a.* 2. *Cor.* 11. *g.* Comprehendunt etiam Ieſum, qui ſeipſos ligant peccatorum vinculis. *Sacerdotes Iudæorum occidentes prophetas.*

Non apprehendit meretrix amatores ſuos. *Hoſe.* 2. *b.* quum *y* non aſſequitur proſperitatem quam in hoc mundo ſperabat. Sic non apprehendere diuitias, eſt non eſſe fœlicem per eas. *Eccl.* 11. *b.*

Non comprehendit hæreticos prælium in Gabaa, ſeu in collibus. *Hoſ.* 10. *c.* quia *z* aduenienti tentationi mox ipſi ſine pugna conſentiunt. Vel ideo quia in perſequutionibus diabolus non impugnat ſuos.

Apprehendere altitudinem collium, eſt *aa* in ſuperbiam elenari. *Iere.* 49. *d.* *Superbia.*

Apprehendere mendacium. eſt *bb* colere idola. *Iere.* 8. *b.*

Apprehendit auribus canem, qui miſcetur rixæ alterius. *Prou.* 26. *c.*

Apprehendit ſcorpionem, qui tenet mulierem zelotypam. *Eccle.* 26. *b.*

Apprehendit vmbram, qui attendit ad viſa mendacia. *Eccl.* 34. *a.*

Comprehendit ignis aceruos frugum. *Exod.* 22. *b.* cùm *cc* indiſcretus zelus perturbat populum.

Apprehendit angelus draconem, *dd* hoc eſt diabolum. *Apoc.* 20. *a.* quem peccaſſe oſtendit & conuincit.

Apprehendit Sunamitis pedes Eliſæi. 4. *Reg.* 4. *d.*

Apprehendit Tobias branchiam piſcis. *Tob.* 6. *a.* typus *ee* autem fuit Chriſti ſeparantis nequitiam diaboli ab his, quos ſibi corpus fecerat.

Apprehenderunt digiti mulieris fortis fuſum. *Prou.* 31. *d.* Solent *ff* fœminæ nentes fuſum in dextera, colum tenere in ſiniſtra: in colo enim lana inuoluta eſt, quæ filio ducenda, & nenda, tranſeat in fuſum. Sæpe autem in ſcripturis dextera vitam perpetuam: læua præſentia Dei dona ſignificat: opulentiam videlicet rerum, pacem temporum, ſoſpitatem corporum: ſcientiam quoque ſcripturarum, & cæleſtium perceptionem ſacramentorum: hæc & huiuſmodi bona quum domino largiente percepimus: quaſi lanam colo inuolutam in læua geſtamus. At quum ea pro amore cæleſtium ſalubriter exercere incipimus: iam lanam agni immaculati, de colo infuſum, de læua in dexteram tranſicimus: quia de donis noſtri redemptoris, de exemplis operum eius, ſtolam nobis gloriæ cæleſtis ac veſtem charitatis nuptialem facimus. *Bene operari.*

Appropinquare, quare Accedere.

Aptare, Coaptare, Aptus, Accommodare, Concinnare, Idoneus.

APtare, eſt facere congruere aliquid ei rei, cui aptatur. Aptum autẽ dicitur, quod eſt accommodum, & conueniens, ac congruens alicui.

Aptans Noe arcam, deſignare poteſt *gg* Chriſtum fabricantem. Eccleſiam. *Hebe.* 11. *b.* poteſt etiam intelligi aptatio corporis Chriſti, de quo *Hebr*, 10. *a.* Corpus autem aptaſti mihi. *Fabricans Chriſtus eccleſiam.*

Aptata ſunt ſecula à Verbo Dei. *Hebr.* 11. *b.* Hoc eſt, *hh* ſapienter diſpoſita.

Aptare rationale cum ſuperhumerali, eſt *ii* facere conuenientiam intentionis & operis. *Exod.* 28. *d.* 39. *c.* *Le.* 8. *b.*

Aptari anſam cortinæ alteri anſæ. *Exod.* 26. *b.* mutuam *kk* proximorum charitatem deſignat. Et congruentiam virtutum inter Sanctos. *Mutua charitas.*

Apti ad prælium, ſed non fortes, dicuntur, *ll* qui habent ſcientiam ſine operibus. Apti verò, & fortes, qui habent vtrumque. 1. *Reg.* 14. *g.* 2. *Par.* 26. *b.*

a Glo. ord. ſu. Iud. 16.
b Gr. ſ. 1. Reg. 15.
c Hil. ſ. pſ. 2.
d Gr. 10. mor. 10.
e Amb. de Iſ. 8.
f Ru. ſ. Za. 7. Hie. ſ. Za. 14.
g Ru. ſ. 1. Iſa. 21.
h Glo. ord. ſu. Prou. 2.
i Gregor. 34. mor. 4.
k Be. ſ. Ge. 39.
l Greg. ſup. 1. Reg. 15.
m Phi. de ſpec. legibus. Ru. 1. ſ. De. 38.
n Gloſ. in ſup. Iudi. 5.
o Gr. 18. Moral. 10.
p Au. ſ. pſ. 34.
q Hier. ſ. Ie. 13.
r Au. ſ. pſ. 58. Hil. ſ. pſ. 68.
ſ Hil. ſ. Amo. 3.
t Lyra ſup. 4. Reg. 25.
u Hie. ſ. Mi. 6.
x Orig. ſ. Mat. hom. 19. Am. ſ. Lu. 22.
y Hier. ſ. Ho. 2.
z Hier. ſ. Ho. 10.
aa Lyr. ſ. Ier. 49.
bb Hie. ſ. Ie. 8.
cc Lyr. ſ. Eccl. 22.
dd Gloſ. ord. ſ. Ap. 20.
ee Gl. ord. ſup. Tob. 6.
ff Bed. ſ. Prou. 31.
gg Or ſ. Gen, ho. 2.
hh Gl. or. ſup. Hebr. 11.
ii Gl. ord. ſup. Exo. 28.
kk Gloſſ. ord. ſup. Exod. 26.
ll Gr. ſ. 1, Reg. 14.

Digitized by Google

Aptare lampades est *a* præparare se ad reddendam rationem. *Matth.* 25. *a.* Concinnare etiam luminaria tabernaculi ad idem referri potest. *Exod.* 25. *a.* 35. *a. Leuit.* 24. *a.*

Reprehendentes hæretici Ecclesiam. Conformitas operum cum lege.

Accommodare cor, vel ad aliquid aliud, facilem habet metaphoram. *Eccle.* 7. *c. Eccl.* 6. *d.* 38. *d.*

Concinnantes amici Iob eloquia ad increpandum, designant *b* hæreticos, qui recta ecclesia opera reprehendunt. *Iob.* 6. *d. Psal.* 49. 57. *Prou.* 12. *c. Isa.* 32. *b.*

Concinnant manus iniqui iniustitiam. *Ps.* 57. quum *c* peccatum annectunt peccato.

Coaptare vectes ad tabulas tabernaculi. *Exod.* 36. *d.* est *d* conformare vitam cum præceptis legis, vt nulla appareat discrepantia.

Aptæ terræ alendis animalibus. *Num.* 32. *a.* sunt *e* ante transitum Iordanis, hoc est, in hoc mundo ad pascendos sensus.

Nulli vsui aptum lignum vitis. *Ezech.* 15. *a.* designat *f* malos, qui non apti sunt, nisi vt mittantur in infernum. Sic ad nihilum apti dicuntur fructus malorum. *Sap.* 4. *b.* Et non aptus est regno Dei, qui mittit manum ad aratrum & respicit retrò. *Luc.* 9. *g.*

a *Au. ep.* 120. *ca.* 34. & 83. *q.* 59. & *de verbis Domini. ser.* 22.
b *Gr.* 7. *mor.* 24. *Hie. s. Isa.* 32.
c *Au. s. ps.* 57.
d *Glos. ord. su. Exod.* 26.
e *Lyr. su. Nu.* 32.
f *Ly. s. Ez.* 15.

Aqua. Inaquosus, Adaquare, Aquæductus.

AQuæ nomen tam latè patet in sacra Scriptura, quantus est eius vsus & necessitas in omnibus viuentibus, de qua prouerbio dicitur: Magis necessarius quàm ignis, & aqua quum volunt alicui omnia interdicta esse monstrare, interdum aiunt illi aqua, & igni: vt & Lactantius de origine erroris 10. ait: Exulibus ignis & aqua interdici solebat. Est autem elementum aquæ frigidum, & humidum, fluidum, ac perspicuum, aptum ad nutriendas plantas, & ad potum animalium, ad sordes abluendas, & ad alia innumera: & in ea suffocantur animalia, quæ respirando viuunt. Suntque aquæ maris, & pluuiales, & aquæ fluminum, fontium, puteorum, & stagnorum: de quibus in suis locis dicetur. Nunc autem de aqua in communi nonnulla à grauibus doctoribus dicta inferemus. AC primùm de ea sic ait Ambrosius: *g* De aqua quid loquar? Super aquam ante ipsos mundi natales sanctus vt legis, Spiritus ferebatur. O aqua, quæ humano asperum sanguine, vt præsentium lauacrorum figura præcederet, orbem terrarum lauisti. O aqua, quæ sacramentum Christi esse meruisti, quæ lauas omnia, nec lauaris. Tu incipis prima, tu comples perfecta mysteria. A te principium, in te finis: vel potius tu facis, vt finem nesciamus. Per te fœtor tabidæ carnis aboletur, & pereuntia situ viscera aspersо salo, in multam seruantur ætatem. Per te arentibus æstu corporibus, dulcis ad gratiam, salutaris ad vitam, suauis ad voluptatem potus infunditur. Tu nomen Prophetis, & Apostolis, tu nomen Saluatori dedisti: illi nubes cœli, illi sal mundi: illi fons vitæ est: quæ montibus pressa non clauderis: quæ scopulis illisa non frangeris: quæ terris infusa non deficis: sed intimus scaturiens venis, aut spiritum inclusa vitalem inhalas, aut succum diffusa fertilem præstas, aut rigatum superfusa accommodum ministrans, nec siccatis exinanita vitalibus solemnes neget terra prouentus. Omnium elementorum substantiam cælum, aer, mare & terra te reddunt. Te prophetico percussa tactu, vt sitientium rigares corda populorum vomuit petra te cùm de latere Saluatoris erumperes, percussores viderunt, & crediderunt, & ideo regenerationis nostræ, de tribus vna es testibus. Tres enim testes sunt, aqua, sanguis, & Spiritus: aqua ad lauacrum, sanguis ad prætium, spiritus ad resurrectionem.

g *Amb. s. Luc.* 22.

Deus, & diuinitas.

Aqua, vt est principium quodammodo rerum saltem materiale, designare potest Deum, à quo omnia, & quum aqua vertitur in sanguinem, significare potest *h* conuersionem diuini cultus in idololatriam, *Exod.* 4. *b.* 7. *c. Ier.* 2. *e.* 17. *b.* 18. *c.*

h *Gloss. ord. s. Exod.* 7.

Filius Dei diuina sapientia.

Est in coordinationibus superioribus suprema aqua: *i* quæ sapientia, & dei filius dicitur. Est media pietas, misericordia, & pax. Est inferior vber lacteum: quod omnes Prophetæ, & Paulus simul cum aliis, quibus datum est conscendere ad tertium cælum: vt illis in volucris propinarent, quibus permissum est cognoscere mysterium regni Dei tantummodo in parabolis: aqua in qua est seminaria virtus animalinm, cum filio conuenit: qui vera aqua existens continet seminariam virtutem omnium rerum, dicente Ioanne: Omnia per Verbum facta sunt. Sic dixit Deus: producant aquæ *k* scripturam, aut fœturam animi viuentis, & volatilis volitantis super terram, & super faciem globi cælorum. Et vt corporalis genitura non fit sine aqua, ita nec spiritualis fit sine aqua, quæ Dei filius est, vt ipsemet Nicodemo dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ex aqua enim illa, diuinam suscipit vim diuinæ genituræ: sed ex Spiritu illo igneo fomentum vitæ & nutrimenti. Est iterum aqua necessarius potus pro vita plantarum animaliumque omnium sustentanda. Quãuis homini tanquam regio animanti elegantior præparatus sit potus, aquæ videlicet, quam continuò stillat vitis illa, quæ ait: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. A qua vitæ virtutem, quandam solarem, & beneficam imbibens aquam, magis proficuum, & celebrius poculum efficitur pro homine omnium rerum creatarum antistite, & ipsius opificis legitimo hærede. Est & sapientia illa filij Dei potus expurgatæ mentis, vt in Ecclesiastico dicitur: Et aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Quæ etiam clamat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et iterum cum Samaritide illa loquens, ait: Si quis biberet ex aqua, quam ego dedero, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Sed hæc quoque aliquando distillata per vitem illam supramundanam conuertitur in vinum saluberrimum ipsius electæ familiæ propinandum: ad quod inuitabat Sapiens in Canticis, dicens: Venite, & inebriamini charissimi. Est etiam aqua hæc lauans, abluens, & purificans. Et de filio Dei inquit Ioannes: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, aqua videlicet illius fontis, de quo Zacharias vaticinatur: In illa die erit fons patens domui Dauid, in absolutionem peccatoris, & menstruatæ. Cum quibus Paulus cum Hebræis disserens, de hoc filio Dei inquit: Portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, aquæ videlicet virtute. Aqua sancta in vase fictili, *l* est diuina sapientia in humana carne, qua Christus lauat peccata nostra, Nu. 5. *b.* 24. *b. Ios.* 15. *b. Psa.* 21, 40. Et aqua fluminis est filius Dei eiusdem naturæ cum patre, *Exod.* 4. *b. Apo.* 21. *b.* 22. *b. d.* Versa est in sanguinem, quum Verbum caro factum est.

i *Georg. Vene. Cant.* 1. *to.* 4. *cap.* 15.

k *Geor. Vene. Cant.* 1. *to.* 7. *cap.* 4.

l *Arn. s. ps.* 21. *Amb. ser.* 31. *Cyr. de incar. vnigeniti* 26.

Diuina sapientia in humana carne. Compunctio. Labor pœnitentiæ. Sapientia. Materia prima. Creatura rationalis, seu intellectualis. Spirituales & carnales. Doctores. Mentes fidelium. Boni & mali. Baptizati. Desideria terrena & cælestia. Veteres & nouum Testamentum. Populi.

Aqua triplex fuit in Christo: *m* prima lacrymarum, secunda sudoris, vt sanguinis: tertia, quæ fluxit cum sanguine ex latere crucifixi. Sic debes habere lacrymas compunctionis, quibus lauentur præterita peccata. Secundo in sudore vultus tui vesci pane tuo, labore pœnitentiæ, corpus castigando, ac concupiscentiæ flammam restinguendo. Tertiò deuenire ad deuotionis gratiam, vt poteris aqua sapientiæ salutaris, de latere Christi dormientis sine omni modestia fluente.

m *Ber. ser. de S. Clemente.*

Aqua seu aquæ, si considerentur absolutè, statim in exordio mundi, secundum quod aqua de se nullius est figuræ, sumitque facilè continentis figuram: significare potest *n* materiam primam quæ ad summi artificis nutum variis ornarur formis: atque ita dicitur, *Gen.* 1. *a.* Spiritus Domini ferebatur super aquas: vt artifex videlicet intendit materiæ disponendæ quæ facilis & ductilis subiacebat operanti, vt de illa omnia formentur. Sic sumi potest, *Prou.* 8. *d. Eccl.* 39. *c.*

n *Aug.* 1. *de gen cont Manicha. Bed. s. Gen.* 1.

Aqua etiam significare potest *o* creaturam rationalem, seu intellectualem, in quam Spiritus Domini ferebatur, hoc est, in eorum voluntatem fluidam, vt eam virtutibus exornaret. Et diuiduntur aquæ cælestes à terrestribus, angeli videlicet ab hominibus: idque per firmamentum, hoc est per sacram scripturam, quæ est infra angelos, qui ea non egent: & supra homines captiuantes illi intellectum. Diuiduntur etiam aquæ ab aquis, *p* hoc est spirituales à carnalibus. Et aquæ, quibus teguntur superiora, sunt intelligentiæ angelicæ superiora cognoscentes, quæ tecta sunt hominibus. Et aquæ producentes volatilia, & reptilia sunt *q* doctores quosdam ad cælestia eleuantes, alios in inferioribus exercitantes, *Gen.* 1. *Psa.* 76. 103, 148. Aquæ etiam sunt habentes dona Spiritus sancti, *Eccl.* 11, *a.* Aquæ quoque sunt mentes fidelium fidei prædicamenta sequentium, *Isa.* 32, *d.* Beati, qui seminatis super omnes aquas, *Psal.* 28. Vox Domini super aquas. Has aquas appendit Dominus in mensura. *Iob.* 28, *d.* 11, *c.* 37, *b.*

o *Ori. s. Gen. ho.* 1. & *s. Ier. ho.* 8.
p *Aug.* 13. *cõfessi.* 4. & *de gen. cont. Manich.* 23. 25.
q *Bed. s. Gẽ.* 1. *Gre prol. s. Regũ & s. Ezec. ho.* 9. 17. & 19. *mor.* 5.

Aquæ Iordanis diuisæ in duas partes *r* stantes quidem, designant populum saluandum per baptismum, qui retinentur in dulcedine gratiæ: defluentes verò damnandorum, qui defluunt in mare falsum inferni, *Ios.* 3. *c.* 4. *b.* Aquæ etiam Iordanis decurrentes, & deficientes, *s* sunt desideria terrena, quæ in proficientibus deficiunt. Aquæ verò superiores in vna mole consistentes, sunt desideria cælestia, quod quum fit facillimè venitur ad terram promissionis. Aquæ etiam in quibus sunt mundi, & immundi, sunt multitudo baptizatorum in quibus sunt boni, & mali. Aquæ etiam defluentes, sunt iustificationes Iudæorum: consistentes verò sunt gratiæ noui Testamenti.

r *Euc. for. spiritu* 4.
s *Ori. s. Ios. ho.* 4. *Geor. Ven. Cã* 2. *to.* 3. *cap.* 1. *Ricar. de S. Vict. de extremi mali.* 14. *Rup. s. Ios.* 13.

Digitized by Google

Aquæ præterea in genere,*a* populi sunt, qui sunt velut congregationes aquarum. *Gen.* 1. *a.* de quibus dicitur *Apoc.* 1, *d.* 14, *a.* 17, *a. d.* Aquæ populi sunt. *Et Exo.* 7, *c.* quum Pharao dicitur exire ad aquas, est diabolus egrediens ad subuertendos populos. Et quum aquæ conuertuntur in sanguinem, designant populos venientes ad fidem sanguinis Christi, *Exod.* 4, *b.* Aquæ pro populis sumi possunt in his verò locis, *Num.* 24, *b.* 4. *Reg.* 2, *d. Iob.* 2, 6, *a. c.* 29, *c.* 37, *b.* 38, *c. Psa.* 7, 17, 28, 76, 92, 106, 135, 143. *Prou.* 8, *d. Eccl.* 6, *a. Cant.* 8, *b. Eccl.* 43, *c. Isa.* 17, *d.* 18, *a.* 19, *b.* 32, *a.* 37. *e.* 40, *c Ezec.* 1. *f.* 17, *a.* 43, *a.* Et aqua mendax, sunt homines mendaces, *Ier.* 15, *b.* Et aqua probaticæ piscinæ sunt *b* populi, & peculiariter Iudæi, qui continebantur sub lege, quæ mouebatur ad aduentum Angeli: quia Iudæi turbati sunt ad aduentum Christi, *Ioan.* 5, *a.* Et aquæ contradictionis, *c* sunt populi resistentes nobis ad bona opera, *Psal.* 80. Et aquæ, quæ durantur in similitudinem lapidis, *d* sunt Iudæi indurati. *Iob.* 38. *c.* — *Iudæi.*

Aquæ sunt etiam *e* Gentilium populi, vt *Psa.* 45. Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum. De his *Leu.* 11, *b. Iob.* 26, *b.* 29, *c.* 35, *c. Psa.* 17, 28, 32, 57, 92, 106, 123. 143, *Isa.* 40, *c.* 43, *c.* 64, *a. Ier.* 47, *a. Ezec.* 26. *b. Amos* 8, *b.* 9, *b.* Et aqua Iordanis decurrens, quæ non permanet, nec tamen mutat substantiam: mali sunt pereuntes in inferno, qui tamen permanet, & citra condignum puniuntur, *Ioſ.* 3, *c.* Et aquæ congregantur in locum vnum, *Gen.* 1, *a.* quum *f* mali separantur à bonis, vt boni fructificent, Et aquæ conuersæ in vinum, sunt Gentiles ab infidelitate ad fidem venientes, *Ioan.* 2, *a.* Idem designant aquæ Hiericò prius amaræ, postea dulces effectæ, 4. *Reg.* 2. *d.* — *Gentiles & peccatores.*

Aqua secundum quod fluida, & instabilis, *g* cor humanum designat: super quod spiritus Domini fertur, vt super aquas reptilia, & volatilia producant, cor humanum significant, proferens cogitationes bonas, & malas, terrenas, & ad cælestia volantes, *Gen.* 1, *b. Ioſ.* 7. *b. Prou.* 27, *c.* Et si mundum est cor, est aqua munda, si immundum è diuerso. Ipsum quoque consilium in corde viri, aqua dici potest, *Prou.* 20. *a.* Sicut aquam effundit cor, qui nullas reliquias peccati retinet, *Thre.* 2. *f.* — *Cor humanũ.* — *Consilium.*

Aqua in vtre, *h* obseruationem carnalem legis, & ipsam literam significare potest, *Gen.* 21, *b. Isa.* 1. *f.* Et aquæ amaræ significant terram, & aspera præcepta legis, quæ per Christum in dulcedinem spiritualis sensus conuertuntur, *Exod.* 1, *d.* 4, *b.* 15. *d. Num.* 5. *c. Psa.* 65. *f.* Significant voces Prophetarum, 4. *Reg.* 1. *d. Psa.* 17, 64. *Thr.* 5, *a.* Et aquæ, super quas ferebatur Spiritus Dei, *Gen.* 1, *a.* dici possunt Prophetæ, in quos venit Spiritus prophetiæ. Aquas conuertit Christus in vinum, *Ioan.* 2, *a.* quum *i* legis literam conuertit in spiritualem intelligentiam. Aqua profunda ex ore viri, dici potest *k* de veteri Testamento, *Prouerb.* 18, *a.* Et aquæ multæ sunt, *l* Lex, Prophetæ, & Psalmi, *Apocalip.* 1, *c.* — *Litera legis.* — *Prophetæ.*

Aqua præterea doctrinam significat in genere, & præcipuè *m* sacram Scripturam tam veteris quàm noui Testamenti, quæ reficit, & recreat animam, & quæ non inueniebatur in solitudine. Et aqua operiens montes, est sacra Scriptura vincens doctos, & superbos. Potest significare doctrinam, & sacram Scripturam, aut etiam sapientiam in his ferè locis, *Gen.* 7, *d.* 24. *c. Exod.* 2, *c.* 14. *e.* 15, *d. Num.* 14. *b. Iud.* 5, *a.* 7, *a. Ruth.* 2, *b.* 2. *Reg.* 22, *b.* 4. *Reg.* 2, *d.* 3, *c. Iudith.* 7, *b. Iob.* 12, *c.* 14, *b.* 22, *a.* 26, *a. c.* 28. *d. Psa.* 1. 17, 21, 23, 103, 113, 142. *Prou.* 5, *c.* 18, 20, *a.* 21, *a.* 30. *a. Sapien.* 11, *b. Eccl.* 15, *a.* 25, *d.* 39, *c.* 40, *c.* 48, *c.* 50, *a. Isa.* 12, *a.* 32, *d.* 41, *e.* 49, *d. Ier.* 2, *c.* 14. *g. Ezec.* 4, *c.* 32, *a. c.* 34, *e.* 47, *a. Nah.* 3, *c. Iudæ d. Apo.* 14, *a.* Seminat autem super omnes aquas, qui nouum & vetus testamentum tractat, *Amos* 4, *c.* Aquæ etiam sunt *n* doctrina practica, & theorica, inter quas diuidit firmamentum. hoc est. prudentia, *Gen.* 1, *a.* in his aquis resplendent vultus prosperitatium, *Prou.* 27, *c.* — *Doctrina.* — *Sacra scriptura.* — *Sapientia.* — *Practica & Theorica.*

Aquæ fontium *o* doctrinam noui Testamenti, & mysticorum sensuum significare possunt. Et aquæ in canalibus, sunt mysteria in sacra Scriptura contenta, *Gen.* 30, *f.* Idem designabunt, *Exod.* 15, *d. Num.* 33, *b.* 2. *Par.* 22, *a. Isa.* 1, *u.* 11, *b.* 12, *a.* 21, *d.* 30, *e.* 32, *a. d.* 33, *c.* 35, *c.* 44. *a.* 50, *b.* 55, *a.* Et aqua in hydria, est scientia prædicationis in mensura: aut sensus spiritualis in veteri lege inclusus, *Gen.* 16, *h.* 21, *e.* Idem est aqua in amphora, *Mar.* 44, *b. Luc.* 22, *a.* Et aqua viua nouum testamentum significat. Idem aquæ calidæ *Gen.* 36, *b.* Et aquæ de petra, *p* sunt mysteria per Christum reuelata, *Exod.* 17, *b.* Et aqua secunda, qua impleuit Agar vtrem, intelligentia est spiritalis, coniuncta literæ legis, *Gen.* 21, *c.* Et aquæ in nubibus, sunt mysteria in doctoribus, *Psal.* 14. Et aqua vsque ad genua, *q* est profectus in doctrina noui testamenti, & mysteriorum, seu profectus in ipsa doctrina, quum de terrenis ad altiora conamur ascendere. Aqua verò vsque ad renes est maior profectus in doctrina, & virtute, vt omnis in nobis libido truncetur, *Ezec.* 47, *a. c.* Hæ sunt *r* aquæ fideles, & aquæ viuentes, *Leu.* 14, *a.* Et aquæ Siloæ, sunt doctrina Christi pacifica, *Isa.* 8, *b.* Hæc aqua conuertitur in sanguinem Ægyptiis, qui corrumpunt sacram doctrinam. Aquæ etiam supra firmamentum, *s* sunt sensus spirituales, *Gen.* 1, *a.* Sumitur etiam aqua pro *t* doctrina noui testamenti in his verò locis, *Iob.* 12, *c.* 29, *c. Psal.* 22, 40. 77, *Nehe.* 9, *c. Cant.* 4, *d.* 5. *d. Ier.* 2. *c.* 17. *b, Sap.* 11. *a. Eccl.* 15, *a.* 48, *c. Ezech.* 36, *c. Nah.* 3, *c. Hab.* 1, *d. Zach.* 14, *b. Ioan.* 4, *b.* 7 *f.* 13, *a. Apo.* 16, *b.* — *Doctrina noui testamenti & mysteriorum.*

(Aquæ præterea sunt *u* autoritates, & doctrinæ philosophorum, ad quas exiuit Pharao. *Exo.* 7, *c.* 12, *b.* quia infideles illis se muniunt aduersus fidem. Et aquæ Ægypti, *x* sunt ipsa sapientia humana, *Exod.* 8. *b.* Et aqua Sior, hoc est, turbida, quæ est aqua Nili in Ægypto, est doctrina philosophorum, & hæreticorum, errorum admistione turbida. Aqua etiam fluminis, hoc est, Euphratis in terra Assyriorum, *y* idem designat, *Ier.* 2, *d.* Designat etiam sapientiam Scribarum & Pharisæorum, & malignantium. Et aquæ pessimæ sunt doctrina, cui admista sunt falsa, 4. *Reg.* 2, *b. d.* Hæc aqua *z* conuertitur in sanguinem: vt ab ipsis autoribus requiratur omnis sanguis, qui effusus est super terram: & fit eorum sapientia carnalis, animalis, & diabolica, *Psa.* 104. *Apoc.* 11, *b.* 12, *d.* 16. *c.* Et hæ sunt aquæ furtiuæ, *Prou.* 9, *d.* Et aqua consumptionis. de qua *Ier.* 2, *c.* Foderunt sibi lacus detritos, qui continere non valent aquas. Et sunt aquæ mendaces, *Ier.* 15, *d.* Idem designant aquæ de puteis Amorrhæorum, *Nu.* 21, *e.* Et aqua de fouea, *Isa.* 30. *c.* Et aquæ multæ. *Psal.* 31. De hac aqua intelligi possunt, *a. a* quæ dicuntur *Isa.* 8, *a.* 15, *c.* 19, *a.* 22. *c. Ezech.* 31, *a. Ier.* 48, *f.* 50. *f. Hoſ.* 6, *c.* 2, *b. Nah.* 2, *c.* Aqua putei Samaritanæ, doctrina philosophorum, *Ioan.* 4, *a.* — *Doctrina Philosophorum, & hæreticorum, & Scribarũ, ac Pharisæorum.* — *Sapientia humana.*

Aqua dici potest *bb* ipsa prædicatio veritatis, quæ animas ab ignorantia mundat, easque reficit: & ipsos prædicatores. *Iob.* 12. *c.* 28. *d.* 37. *b.* Vt supra has aquas tonat Dominus, quum fecit prædicatores sublimia dicere, aut terrere peccatores. *Psa.* 17. 28. 103, Et hæ aquæ producunt reptilia, & volatilia. — *Prædicatio.*

Aqua etiam significat baptismi sacramentum, *cc* quo abluuntur peccata, & ipsam gratiam, ac dona spiritualia. Et aqua in baptismo. est imago mortis, vt per aquam moriatur corpus peccati, qua ceu quodam tumulo corpus includitur. Et aquæ Marath, quæ per lignum factæ sunt dulces. *Exod.* 15. *d.* designant baptismum per passionem Christi dulcedinis gratiam infundentem. Et aqua vsque ad talos est baptismus, qui licèt mundet etiam pedes, tamè calcanei adhuc patent morsibus colubri. *Ezech.* 47. *a.* Hæ sunt aquæ viuæ. *Zach.* 15. *b.* Et aqua in pelui, est gratia in anima, *Iud.* 6. *g.* 3. *Reg.* 17. *l. Ioan.* 13. *a.* Et cum aqua sit igni contraria, in baptismo accendit ignem: vt aqua quam fudit Elias super altare. 3. *Reg.* 18. *e.* Et aqua ex igne, & ignis ex aqua, est spiritalis gratia, quæ per ignem exurit, & per aquam mundat peccata nostra. 2. *Machab.* 1. *e.* Et aqua de cistrina Bethlehem, est gratia per Christi natiuitatem allata, 2. *Reg.* 23. *c.* 1. *Par.* 11. *b.* Et aqua de petra, sunt dona spiritualia, & sacramenta de Christo prodeuntia. *Isa.* 48. *d.* Est hæc aqua refectionis. *Psa.* 22. in aqua ostenditur fons æternus, qui reficit, id est, iterum facit quomodo generatio, & regeneratio reficit animas, quia innouat in fides. Abluit sorde, tollit maculas, rudem facit aptum, expolians veterem hominem, &c. Hæc primatum tenet in elementis: quũ istud elementũ acceperit Spiritum sanctũ, fit sacramẽtum. Ipse quoque Spiritus sãctus interdũ aqua dicitur propter sua dona *Ioa.* 7. *f.* aqua etiã contradictionis, est baptismus iis, qui fictè accedunt. *Psal.* 80. Et aqua, in quã missi sunt pulueres vituli. *Ex.* 32. *e.* est baptismus, vbi omne vitiũ conteritur. Potest aqua significare baptismũ, & gratiã, ac dona spiritualia in his ferè locis permixtim. *Ge.* 1. 16. *d.* 43. *e. Ex.* 2. *c.* 4. *b.* 17. *a.* 14. *e. g.* 29. *a.* 30. *c.* 40. *b. Leu.* 1. *b.* 9. *c.* 11. *b.* 14. *a.* 15. *b, Nu.* 8. *b.* 19. *b.* 20. *a.* 21. *d.* 17. *c.* 31. *d.* 33. *b.* 34. *b. De.* 14. *b. Iud.* 7. *e.* 4. *Reg.* 2. *b* 3. *b. c. Iob.* 5. *b.* 8. *b.* 14. *b.* 29. *c. Psal.* 117. 22. 28. 31. 64. 73. 80. 103. 105. 106. 113. 135. 145. 142. *Pro.* 6. *d.* 21. *a.* 30. *a. Eccl.* 3. *d.* 4. *a. b.* 15. *d.* 29. *d.* 39. *d.* 50. *a. Isa.* 30. *f.* 35. *b.* 41. *d.* 43. *a.* 44. *a.* 58. *e. Ier.* 17. *b.* 31. *b. Ezech.* 16. — *Baptismus.* — *Gratia.* — *Dona spiritualia.* — *Spiritus sanctus.*

a *Ori. f. Ge. h.* 1 *Arn. f. ps.* 92. *Amb. epis.* 32. & 3. *exae.* 1. *Gre.* 17. *mor.* 11. & 19. *mo* 23. & 26. *mo.* 17. *Hie. f. Isa.* 40. & *f. Ezec.* 1. *Aug. cont. lit. Pet.* 33. & *de vnita eccles.* 19. & *f.*

b *Ioã. trac.* 17.

c *Aug. f. ps.* 70

d *Gregor.* 29. *mor.* 21.

e *Aug. f. ps.* 45 & *de gen. cõtr Mani.* 23. & *contra. Fulg. Cypri. epi* 13. 148. *Arn. f. psa.* 32. *Hil. f. psa.* 57. *Hie. f. Iob.* 31.

f *Bed. f. Gen.* 1 *Ori. f. Gẽ. ho.* 1.

g *Am. f. ps.* 118 *ser.* 10. & 3. *of fic.* 1. *Bed. f. Gen.* 1.

h *Ori. f. Gen. ho.* 7. *Amb. ser.* 78. *Arn. f. psa.* 64. *Hie. f. Eze.* 47.

i *Gre. f. Ezech ho.* 6.

k *Bed. f. Gen.* 1. & *f. Pro.* 18

l *Rup.* 1. *f. Apo*

m *Ori. f. Nu. ho.* 17. & *f. Is. ho.* 6. *Hie. f. Isa.* 32. 49. & *f. Ezec.* 22. 34. & *f. Nah.* 3. *Gre.* 17. *mor.* 11. & 19. *mo* 4. & 22. *mor.* 22. *Bern. f. Can. ser.* 22. *Rup.* 9. *f. Apoc*

n *Bed. f. Gen.* & *f. Prou.* 27.

o *Ori. f. Matt. ho.* 35. & *f. Gẽ h.* 13. & *f. Exo ho.* 11. *f. Is. h.* 6 *Hie. f. Isa.* 1. 8. 30. & *f. Nah.* 3. & *f. Ier.* 14. & *f. Dan.* 2.

p *Epiph.* 1. *cõt her. tom.* 3. *Gre. Nysse. de vita Mosis.*

q *Hie. f. Ezec.* 47.

r *Rup.* 2. *f. Leu.* 24.

s *Bed. f. Ge.* 1. *Cyr. contr. Iulia.* 9.

t *Gre.* 6. *mo. c.* 3. & *l.* 11. *c.* 11.

u *Ori. f. Exo. ho.* 4. & *f. Nu. ho.* 12.

x *Am. ser.* 87. y *Hie. f. Ier.* 2. *Chry. f. Gen. ho.* 3. & *f. ps.* 22. *Aug. f. Ioan. tract.* 97. & *f. psa.* 31. *Gre ho.* 22. & *f. Ps.* 31. *Glo. inter. f. Exo.* 12. z *Rup.* 6. *f. Apo.* 4. *f. Ioan.* aa *Hie. If.* 15. 19. 22. *Ezec.* 31. *Nah.* 2. bb *Basi. f. ps.* 28. *ho.* 1. *Gre.* 11. *mo.* 6. & 17. *mo.* 21. *Bed. f. Gen.* 1. cc *Ori. f. Lu. ho.* 8. & *f. Iud. hom.* 8. & *f. Ezec. ho.* 6. *Tert. de baptism. Arn. f. ps.* 17. 28. 73. 103. 111. *Hil. f. ps.* 1. 64. *Amb.* 3. *offici.* 14. & *de Elia* 22. & *apo. Dauid.* 7. & 1. *de Spiritu sancto.* 6. *Ba. f. psa.* 28. *ho.* 2. *Hie. f. Eze.* 47. & *f. Isa.* 48. *Chry. f. Ioan. ho.* 24. & *f. ps.* 22. *Aug. epis. fi.* 5. & *q. in Num.* 35. & *f. psa.* 61. 103, *Gre.* 6. *mor.* 7. & 12. *mor.* 3. & 19. *mor.* 449. *b. de vnita eccles ie.* 19. *Hie. f. ps.* 80. *Cyr. de incar. vnigenti.* 27. *Rup.* 2. *f. Gen.* 28.

Digitized by Google

Lachrimæ.

Pœnitentia.

Consolatio diuina.

Refrigerium hoſpitum. Opera miſericordiæ. Tentationes. Perſecutiones & ipſi perſecutores. Tribulationes.

Punitio diuina. Dæmones. Iudæi.

Sacramenta.

Fides. Conuerſio ad fidem. Innocentia. Humilitas. Verborum affinentia. Lingua.

Cogitationes. Anima mundana. Facultates propriæ. Temporalis ſubſtantia. Prudentia carnis. Cibus proficientium. Traditiones phariſæorum. Iuſtitia. Conſilium. Peccata. Hæreſes. Infidelitas. Superbia. Fœditas. Diuinæ ſortes Peccator.

Deſideria malorum.

Voluptates.

Infernus.

Facilitas ad peccandum. Inſtabilitas.

Ezech.16.a.19.c.31.a.36.c.Cant.4.d.Sap.19.d.Matth.3.d.Marc.1.a.Luc.3.c.Ioan.1.c.4.b.5.a. 7.e. Hoſ.2.b.Nahum 2.c. Ioel.1.d.3.d.Apoc.7.d.Eph.5.e.Hebr.10.d.Actor.8.f.10.g.1.Petr.3.d.Ioan.5.d.

Aqua ſecundùm quod lauat,*a* lacrymas,& pœnitentiam deſignare poteſt.*Gen.36.c.Exod.* 15.*d.* 29.*a.*30.*c.* 40.*b. Leu.*1.*b.c.*11.*e.*14.*a.*15.*b.Num.*8.*b.*19.*b.*31.*d.Deut.*23.*a.*1.*Reg.*7.*b.*9.*b.*3.*Reg.*19.*a.Iob.*3.*d.*9.*d.*37.*b.Pſa.*118.147.*Thre.* 2.*f.Ier.* 9.*a.*1.*Tim.*5.*d.*Et aquæ niuis, ſunt lamenta humilitatis cum deſiderio cæleſtium.Porrò aquæ maris rubri, ſignificare poſſunt lachrymas pœnitentiæ.Aquæ Arnon, lachrymas compaſſionis:Aquæ verò Iordanis lachrimas cupientium diſſolui,& eſſe cum Chriſto.

Aqua refrigerans,*b* conſolationem diuinam ſignificat:quæ etiam pro muro eſt bonis.*Exod.* 14.*e.Iudit.* 5.*b.Pſa.* 40.103.*Prou.*25.*d.Iſa.*32.*a* 44.*a.*Et infernus dicitur lacus,in quo non eſt aqua. *Zac,*9.*c.*quia in inferno nulla eſt redemptio,neque refringerium.

Aqua etiam refrigerans,*c* refrigerium impenſum hoſpitibus aut proximis ſignificare poteſt;& demum opera miſericordiæ:& actiones bonas. Sic dixit Abraham tribus viris : Afferam pauxillum aquæ & lauentur pedes veſtri. *Gen.*18.*a.*24.*d.*37.*e.*43.*e.Exod.*34.*d.Deut.*4.*c.Ioſ.*9.*d.Iud.*7.*a.*3. *Reg.*13.*b.*17.*b.*4. *Reg.*6.*e.*18.*g.*1. *Par.*11.*b.Iud.*7.*c. Iob.*22.*a.Prou.*25.*b.Eccl.*3.*d.*15.*d.Ier.*38.*b. Ezec.*4.*c.*19.*c.Matth.*10.*c.Marc.*9.*g.Luc.*7.*g.*

Aquæ contradictionis,vt eſt locus,qui eſt terminus auſtralis terræ promiſſionis poſt Thamar. *Exe.* 47, *d.*deſignant in hac vita etiam poſt victorias *d* non defuturas contradictiones tentationum. Deſignant etiam *e* populos renuentes aduerſus fideles:illisque contradicentes:& etiam exercitus perſequentium.*Pſal.*80.*Apoc.*12.*d.*Eoſdem deſignant aquæ maris.*Pſa.*32.quæ ſunt perturbationes ſeculi.*Ioſ.*2.*b.*3.*Reg.*22,*d. Iſa.*23.*a.*43.*a.*47. *a.*51.*d.Ier.*9.*e. Thr.*3.*f.Ione* 2.*c.Mar.*9.*c.Luc.*8.*d. Apo.*8.*d.*12.*d.*Et congregantur aquæ in locum vnum, *f* quum ſeparantur tribulationes ab homine,vt fructificet.*Gen.*1.*a.*Et aqua ſuffocans animalia,& eleuans arcam,tribulationes ſignificat mergentes imbecilles,fortes verò illuſtriores reddentes.*Gen.6.c.*7.*b.*8.*a.Exod.*14.*e.*15.*b.Pſa.*17.31. 65. 68.87.103.105. 123.143.*Cant.*8.*c.Sap.* 5.*d.*10.*d.*16.*c.Matth.*14.*c.*17.*c.*Et aquæ inundantes turbationem animi deſignant,quæ fit per tribulationes.*Iob.*3.*f.*8.*c.*14.*b.*22.*b.*26.*b.*Aquæ etiam amaræ,*g* ſunt tribulationes , quæ per lignum Crucis Chriſti fiunt dulces.*Exod.*15.*d.Num.*5.*c.*Et aquæ infideles, quæ non perpetuò durant , vt torrentium , ſunt tribulationes huius vitæ.*Ier.*15.*d.*

Aquæ multæ inundantes,*h* deſignant quandoque diuinam,& vehementem punitionem.*Iſa.*28.*a.e.*

Aquæ fluminis Aſſyriorum fortes, dici *i* poſſunt dæmones,quos infert Dominus contra hæreticos,& dicuntur aquæ multæ propter eorum multitudinem.*Iſa.*8.*b.*Et inundantes aquæ,ſunt dæmones aduerſus animam : aut Iudæi in Chriſtum,*Thr.*3.*f.Eze.*26.*d.*Et aquæ excauantes lapides,*k* ſunt dæmones.*Iob.*14.*d.* Et aquæ intrantes vſque ad animam Chriſti.*Pſa.*68.fuerunt *l* turbæ Iudæorum,pertingentes ad tollendam animam eius à corpore, diuina permiſſione.

Aqua mixta cineri,ſacramenta deſignat de latere Chriſti manantia,quibus fit peccatorum purgatio. *Num.*5.*b.* 8.*b.*19.*c.Nec.*9.*Sap.*11.*a.*Idem *m* deſignat aqua,quæ fluxit de latere Chriſti.*Ioan.*19.*f.*

Aqua in vaſe,quam petebat Elias.*3.Reg.*17.*b.*eſt fides,quam petit Chriſtus à Gentilitate. Et aqua poſt gelu,eſt *n* conuerſio ad fidem poſt infidelitatem.*Iob.*36.*b.Pſa.*147.*Eccle.*3.*d.*

Aqua videtur,ſecundùm quod lauat,*o* Symbolum eſſe innocentiæ:vt quum Pilatus lauit manus aqua. *Matt.*27. *c.*Deſignat etiam humilitatem.*Iob.*4.*d.Iſa.*30.*c.*

Aquarum congregatio,quæ fit immunda per contactum morticini, deſignat affluentiam verborum quæ fit immunda in turpi materia.*Leu.*11.*f.*Et verba ex ore viri,aqua profunda dicuntur. *Prou.* 18. *a.* Et ipſa lingua dicitur aqua *p* quam qui dimittit,caput eſt iurgiorum.*Eccle.*25.*d.Prou.*17.*c.Iob.*14.*b.*Ipſe quoque cogitationes,*q* aqua dici poſſunt & quum fit diuiſio aquarum,hoc eſt cogitationum terrenarum , & cæleſtium ſeparatio , & cogitationes terrenæ in vnum locum ſeparantur,terra poteſt reddere fructum.*Gen.*1.*a.* Et aqua torrentis , qui non poteſt pertranſiri,deſignat *r* torrentem cogitationum & incentiua vitiorum in corde : quæ non poteſt humana fragilitas, ſine lapſu pertranſire:ſed ſolus Chriſtus pertranſiit. *Ezec.* 47. *a.* Aquæ etiam maris, ſunt cogitationes in mente, velut fluctus agitatæ.*Iob.*14.*b.*

Aqua putei , vnde hauriebat Samaritana , deſignare poteſt animam mundanam : aqua verò Chriſti , *ſ* eſt ipſe Chriſtus.*Ioan.*4.*a.*

Aqua de vaſis propriis bibenda,facultates proprias deſignat,quibus vtendum.*Prou.*5.*c.*4. *Reg.* 18.*g.* Et aqua in genere,eſt temporalis ſubſtantia:de qua imperfecti bibunt,*t* curuatis genibus : perfecti verò eam lambunt , nihil de temporalibus attingentes,niſi quod ad vitam temporalem tranſigendam neceſſarium eſt.*Iud.*7.*a.Deut.*2. *a.*29. *b.*4.*Reg.*3.*b.Par.*32.*a.Thr.*5.*a.Ezech.*4.*c.*12.*d.*17.*a.Dan.*1.*c.*Poteſt etiam deſignare prudentiam carnis, *u* quæ effunditur,quum nimium creſcit ſolitudo temporalium.*Gen.*49.*a.*

Aqua comparata lacti ſignificare poteſt *x* cibum proficientium,quam non meruit accipere Siſara. *Iud.* 4.*d.*5.*d.*

Aqua,quam caupones miſcent vino,*Iſa.*1.*f.*22.*c.*deſignare poteſt *y* traditiones Phariſæorum,quibus illi legis ſyncceritatem deprauabant.

Aqua interdum poteſt ſignificare *z* proſperitatem:vt quum dicitur *Pſal.*65.Tranſiuimus per ignem & aquam. Et aquæ fluctuantes , ſunt proſperitates huius vitæ facile prætereuntes.*Sapi.*5.*b.*

Aqua,*aa* conſilium interdum ſignificat. *Prou.*16.*c.*Fons vitæ conſilium poſſidentibus eum.

Aqua maris,*bb* humorem peccati,aut ipſa peccata deſignare poteſt:& etiam hæreſes, & infidelitatem. *Exod.* 7. *c.*15.*c.Ioſ.*2.*b.*1.*Reg.*7.*b.*4.*Reg.*6.*a.Pſa.*17.32.108.*Sap.*19.*d.Eccle.*40.*c.*43.*c.*Et aquæ niuium *cc* iniquitatem frigidam deſignant.*Iob.*24.*c.Iſ.*1.*f.Ier.*2.*d.*6.*b.*8.*e.*13.*a.*15.*d.Pro.*9.*d.*In his aquis mortui ſunt porci.*Mat.*8.*d.*Et aqua,in quam merſum eſt ferrum,eſt profundum erroris,4.*Reg.*6.*b.Ezech.*27.*g.Hoſ.*2.*a.*Et aquæ piſcinæ inferioris,*dd* ſunt hæreſes.*Iſa.*22.*b.*Et aqua,quæ effunditur, ſuperbiam *ee* ſignificare poteſt,& etiam defectus virtutis.*Gen.*49.*a. Pſal.* 21. *Exec.*31.*a.Apoc.*12.*d.*Et aqua ſub terra libidinem in corpore latentem deſignare poteſt.*Exod.*20. *a.*Et genua fluxit aquis,quum *ff* quis illicitos quærit concubitus,& fluxum ſeminis.*Exec.*7.*e.*Aqua etiam,*gg* diurnas, ſeu quotidianas ſordes ſignificat,in quas crebrò lunaticus cadebat.*Matth.*17.*c.Mar.*9.*c.* Et aqua intolerabilis , vel ſine ſubſtantia,*hh* eſt peccatum,quo amittimus veram ſubſtantiam *Pſalm.*123.

Aqua vaſis immundi,eſt ipſe peccator baptizatus. *Leu.*11.*f.* Et aqua maris, quam Deus vocat, *ii* eſt peccator, quem conuertit:& tunc fit aqua dulcis.*Amos* 9.*b.Hab.*2.*d.*Et aqua maris mortui,ſunt peccatores, aut ipſa peccata. *Ezech.*47.*b.*

Aqua in vtre, *kk* deſignare poſſunt lubrica deſideria malorum : quæ quum operis effectum non inueniunt ſub carnali corde deprimuntur.*Pſa.*77.Et aqua extinguens ignem,eſt cupiditas rerum terrenarum extinguens ſpiritum.

Aquæ vehementes, deſignare poſſunt *ll* rationem ad ſe trahentes.*Exod.*15.*b.*Sic aquæ fluctuãtes, ſunt voluptates citò tranſeuntes.*Sap* 5.*b.*Et aqua,quæ effunditur,voluptatis eſt impetus.*Ge.*49.*a.* Idem deſignant aquæ Edom. *Num.*20.*c.*De hac aqua,qui biberit,*mm* iterum ſitiet.*Ioa.*4.*b.*Et aquæ multæ,ſunt voluptates.*Ezech.*27.*e* Et aqua in puteo,eſt volupras ſeculi in profũditate tenebroſa.*Ioan.*4.*a.*Et aqua,quæ conuerſa eſt in vinum,eſt vita voluptuoſa immunda conuerſa in vitam temperatam.*Ioan.*2.*a.* Et aquæ ciſternarum *nn* ſunt voluptates carnis , ſeu internæ,quas promittit Rabſaces,id eſt,Diabolus obtemperantibus ſibi.*Iſa.*36.*c.*50.*b.Deut.*29.*b.Ier.*13.*a.* 50.*f.Ione* 2.*c. Matth.*17.*c.Iob.*14.*d.Eccle.*26.*c.Thr.*5.*a.*

Aquæ vehementes,ſignificant etiam *oo* infernum,in quem quaſi plumbum mali demerguntur.*Exod.*15.*d.Prou.* 9.*d.Iob.*24.*d.Iſa.*64.*a.*

Aqua intrans in interiora,facilitatem ac procliuitatem ad peccandum,& inſtabilitatem ſignificare poteſt. *Pſa.* 108.Et malus dicitur leuis ſuper faciem aquæ : *pp* qui ſuperficies aquæ nulla ſtabilitate ſolidatur. *Iob.* 24. *c.* 14.*b. Eccle.*26.*c.*

Aqua,

a *Aug. ſ. pſ* 118.*Greg.ſ.*1. *Reg.*7.9.*Greg* 5. *mor.* 4. & 9. *mo.* 28. *Bern. ſer.par.*64. *Bed.ſ.Ex.* 14.
b *Hie.ſ.Zac.*9.
c *Amb.ſer.*30. *Bed.ſ.Pro.* 25.
d *Hie.ſ.Ez.*47
e *Aug.ſ.pſ.*32 80. & *ſ. Apo. hom.*10.& *de gen. contra Manich.*25.
f *Ori. ſ. Matt.* c.14.& *ſ. Ex. ho.*7. & *ſ.Ier. ho.*4. & *ſ, Le, ho.*7. *Amb.ſ.pſ.*118 *ſer.*21.23. *Baſi. hom. in principium proueribiorum. Hie. ſ. Iſa.*23. 51. *Hil.ſ.Mat.*17. *Greg.*12. *mor.* 11.& 19.*m.*4.
g *Tert. contra Iudæos.*
h *Hie.ſ.Iſ.*28.
i *Hie.ſ.Iſ.*8.
k *Hier.Io.* 14.
l *Aug.ſ.pſ.*68. *Gl.ord.ſ. Ioan.* 19.
m *Gloſſ. ord. Ioſ.*19.
n *Gre.*28.*mor.* 21.
o *Gloſſ. ord.ſ. Matth.*27.
p *Gr.*7.*mo.*24 & 12.*mor.*5.
q *Ber.ſer.p aſ uo.*22.*Hie.ſer. Ezech.*47.
r *Ricar.de S. Vict.de arca myſtica.*11.
ſ *Victori. adu. Arinm.*4.*Baſi ſ pſa.*14.*ho.*2.
t *Ori.ſer.Iud. ho.*9.
u *Ricar de S. vict.de* 12.*Patr.*62.
x *Glo. ord.ſ. Iud.*4.
y *Hie. ſ. Iſ.* 1. 22.
z *Euch. for. ſpiri.*4.
aa *Aug.ſ.epiſt. Ioan.trac.*6. *Tert.aduer. Iuda.*
bb *Arn. ſ. pſ.* 17.32. *Hie.ſ.Zac.*27.
cc *Gre.* 16. *mor.*30.& 19 *m.* 4. *Bed. ſ. Prou.*3.
dd *Hie.Iſa.*22
ee *Rup.* 13. *vict.verbi Dei* 6.
ff *Hie.ſ.Ez.*7.
gg *Hil.ſ.Mat. can.*17.
hh *Aug.ſ.pſa.* 123.

ii *Hie.ſ.Amos* 9.& *ſ. Ez.* 47. kk *Gre.* 8. *m.*10. *Chry. ſ. Ioan ho.*49. ll *Ambro. de pœn.* 14.*Phil. quod Deus ſit immutabilis. Hie.ſ. Ionã.* 2.*Epiph.* 2. *contra hæc.*to. 1. mm *Aug.* 1.*q.in euan.* 22.& 83.*q.*64. & *ſ.Ioan.tract.*15.*Cyr.de adora.in S.ſancto.* nn *Gre.*12.*m.* 11. oo *Glo.inter.ſ.Exo.*15. pp *Gr.*16.*mo.*30.

Digitized by Google

Aqua,quæ effunditur, *a* aliquando designare potest profectum in multos: vt Christus effusus est sicut aqua. *Psa.*21.quia multis profuit.

Aqua,qua vniuersa irrigantur, significare potest *b* laudes humanas. *Iob. 5. e.* Et hæ aquæ nutrierunt cedrum. *Ezec.* 31.*a.*

Aqua interdum videntur significare *c* res viles,& parui momenti,& tamen abundantes:vt quum *Psalm.* 78.21. dicitur sanguis Sanctorum effusus sicut aqua, ac si nullius esset momenti: & aqua hæc reprehensibiliter miscetur vino. *Isaiæ* 1.*f.*Et aquæ amaræ, sunt ipsæ creaturæ in se viles, quæ appetitum humanum satiare non valent. *Exod.* 15.*d. Deut.* 29.*b. Ios.* 9.*d.*Et ipsa fluxibilitas rerum,aqua dicitur. *Sapient.* 5.*c. Mich.* 1.*a.* Et fluctus sæculi. *Ezech.* 27.*e.*

Aqua in vinum mutata, *d* est natura corruptibilis incorruptionem adepta: vel vita peccati in vitam gratiæ conuersa:vel est timor conuersus in charitatem:vel tristitia in hilaritatem, vel etiam quum filius Mariæ ostenditur esse etiam filius Dei.Vel quum prudentia carnis,vertitur in contemplationem cælestium.

Aqua Ægypti *e* significare potest frigiditatem deuotionis:ideo non erat aliquid de agno comedendum coctum aqua,sed assum igni. *Exod.* 12.*b. Eccl.* 43.*c.*

Aquæ interdum sumuntur *f* pro vrina: vt quum dicuntur aquæ fluere super genua præ timore. *Ezech.* 7. *e.* 21.*b.*

Aquæ super quas fundatur terra,*g* significare possunt opiniones instabiles,quibus firmior est fides. *Psa.*135.

Aqua fellis, qua potabitur populus Iudæorum, dici potest *h* Antichristus, quem venientem Iudæi suscipient. *Ier.* 9.*e.*

Aqua conuertitur in sanguinem,*i* quum quis de rerum causis carnaliter sentit. *Psa.*77.

Adaquare pecora,aut camelos,*k* est docere simplices,*Gen.* 24.*e.* 29.*a. Exo.* 2.*c. Psa.* 78. *Luc.* 13.*d.*

Aquatica animalia. *Sap.* 19.*d.* vide Pisces.

Aquæ ductus est,qui fit ad deducendas aquas. 3. *Reg.* 18.*c.* 4. *Reg.* 18.*d. Nee.* 2.*c. Iud.* 7.*b. Eccl.* 24.*d.* Potest significare *l* sacra volumina,& sacramenta,quibus deducitur gratia ad animam.

Inaquosum,*m* locus carens aqua,significare potest *m* indigentiam doctrinæ veritatis. *Psa.* 62.77. 105.106. *Luc.* 11.*c.* Potest etiam significare *n* hunc mundum, vel gentilitatem,aut doctrinam philosophorum, vel etiam superbiam:quia elatum cor durum,& expers est pietatis,ignarum compunctionis,siccum ab omni rore gratiæ spiritalis.Et demum inaquosi sunt,qui nullo imbre lachrymarum rigantur.

Inaquosum videtur interdum designare *o* bonorum corda, vitiorum humore carentia: in quibus diabolus non inuenit requiem. *Luc.* 11.*c.*

Inaquosa etiam terra,*p* designare potest corpus ab omni libidinis defluxu desiccatum.

Aquæ contradictionis, *q* designat fluctuationem animi:vbi propter prauam consuetudinem contradicit legem mentis alia lex,quæ est in membris. *Psa.*80.

Laus humana. *Res viles.* *Creatura.* *Fluxibilitas rerum.* *Natura corruptibilis.* *Frigiditas deuotionis.* *Vrina.* *Opiniones.* *Antichristus.* *Docere simplices.* *Sacra volumina.* *Sacramenta.* *Indigētia veritatis.* *Mundus.* *Gentilitas.* *Doctrina philosophorum.* *Superbia.* *Corda bonorum.* *Corpus castū.* *Fluctuatio.*

Aquila.

AQVILA inter volatilia obtinet principatum:*r* estque carniuora: cumque binos excludat pullos, alterum expellit tædio nutriendi.Nam aquilæ dum nutriunt,degenerant, vnguesque eis inuertuntur paucis diebus: & pennæ albescunt,ideò meritò suos odere pullos.Eiectum pullum ossifraga benignè excipit, & educat,donec adolescat.Cùmque sint aquilarum multa genera,vnum,quod haliætus dicitur,hoc est,marina aquila, fertur clarissima oculorum acie valere:pullosque adhuc implumes ad Solem intuendum cogere, recusantes verò percutere,& ad Solem vertere,ac illum occidere, cuius oculi prius lachrymauerint, reliquum educare. Tanti autem dicitur esse contuitus:vt *s* cùm super maria immobili penna feratur,nec humanis pateat obtutibus,de tanta sublimitate pisciculos natare videat:& cum iuxta littus fuerint, tormenti instar descendere, raptamque prædam pennis ad littus pertrahere.Venantur locis à suo nido remotis.Estque illis pugna cum ceruis,& draconibus. Dicuntur longam viuere vitam.Dicitur aquila,*t* quum senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis cibum capere non posse.Itaque modo quodam naturali in mensura reparandæ quasi iuuentutis, aquila dicitur collidere,& percutere ad petram ipsum quasi labium suum superius,quo nimis crescente,edendi aditus claudebatur:atque ita conterendo illud ad petram excutit,& caret prioris rostri onere,quo cibus impediebatur:accedit ad cibum,& omnia reparantur:exit post senectutem tāquam iuuenis aquila, redit vigor omnium membrorum:nitor plumarum, gubernacula pennarum,volat excelsa sicut anteà, fit in ea quædam resurrectio. Referuntur aquilæ interdum immunda animalia. *Leu.* 11.*b. Deut.* 14.*b.*Et quia sunt volatu perniciissimæ:ideò dicuntur persequutores, aquilis velociores. *Thr.* 4.*d.*

Aquila in Deo significat *u* numen quoddam, aut effluxum, vel mensuram diuinitatis nobis domesticam:quæ nos ad intimiora diuinitatis, aut superiora deducit:de quo numine Moses in cantico ait. *x* Sicut aquila prouocans ad volandum filios suos,& super eos volitans,expandit alas suas & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis,vsque videlicet ad mansionem ipsi præparatam. *Deut.* 32. *b.* Probat suos Deus, vt aquila pullos ad radios Solis.

Numen diuinum.

Aquila etiam ob volatus sublimitatem,& visus perspicacitatem,*y* Christum significare potest. *Deut.* 32. *b. Psal.* 102. *Prou.* 30.*c. Ezec.* 1.*c.*Et vt aquila alienam prædam aliquando rapit, sic Christus prædam diaboli,& inferorum eripuit:vtque aquila est inimica draconibus,aut serpentibus:ita Christus diabolo. *Ier.* 48. *e.* Vt aquila probat pullos suos ad Solem:ita Christus iudicabit omnes in iudicio.

Christus.

Aquilæ etiam dicuntur Angeli,*z* ob regiam dignitatem,motumque ad superna tendentem, celeremque volatum,atque ad captandum necessarium reparandis viribus cibum,agilitatem,atque vigilantiam, & cursum, & facilitatem summam,ac præterea vim illam singularem speculandi,atque intendendi liberè, directè,in nullam partem inclinando aciem luminum in radium illum vberrimum lucidissimum Deitatis, quem ex se instar Solis emittit. *Ezech.* 1.*c. Apoc.* 8.*d.*

Angeli.

Aquilæ super quarum alas dicitur Dominus portare populum suum, *aa* significant Mosen,& Aaron,ac etiam Apostolos,& doctores:& alios Sanctos & iustos,aut eorum animas. *Exod.* 19.*a. Matth.* 24.*c. Luc.* 17.*g.* Cæterum *Isa.* 40.*g.*iniusti non tam dicuntur aquilæ, quam aliquid ad similitudinem aquilæ habere: quia dicuntur assumere pennas vt aquilæ.Et licet numeretur aquila inter immunda animalia,quum tamen refertur ad diuina,iam est mūdata,iuxta illud *Acto.* 10.Quæ Deus mundauit,tu ne commune dixeris.Sumi potest in bonum aquila. 2. *Reg.* 1. *b. Iob.* 39.*d. Prou.* 23.*a.*Et aquilæ iuuentus renouata *bb* nouitatem spiritus designat. *Psalm.* 102. Et aquila super alia animalia existens in rotis,designat spiritum in homine præsidentem. *Ezec.* 1. *c.* Et aquila volans per medium cæli,*cc* est prædicator. *Apoc.* 8.*d.*

Moses & Aaron. *Apostoli.* *Prædicatores.* *Iusti.* *Animæ iustorum.*

Aquila etiam *dd* Ioannem Euangelistam significare solet inter quatuor animalia: quia cæteris Euangelistis altiùs volauit,& in ipsam diuinitatem oculos mentis defixit. *Ezec.* 1.*c. Apoc.* 4.*c.* Designat etiam ipsam Ecclesiam liberam,& volantem duabus alis testamentorum.

Ioannes Euāgelista. *Ecclesia.*

Aquila etiam dici potest *ee* vis animæ perspectiua,& subtilis intelligentia sanctorum, & sublimis contemplatio:& etiam iustitiæ virtus,quæ maximè nos sublimes efficit. *Ezec.* 1.*c. Apo.* 4.*c. Iob.* 39.*d.*Verum aliquando designare potest *ff* superbientes in vita contemplatiua:vt aquila quæ ponitur *Dan.* 7. *a.* Cuius alæ sunt præcipitatio, & præsumptio.

Vis animæ perspectiua. *Cōtemplatio.* *Iustitia.* *Superbientes in vita cōtēplatiua.*

Aquila volans ad escam. *Iob.* 9. *d. Pro.* 23. *a.* significat genus humanum *gg* quod in primo parente conditionis suæ dignitate in rationis celsitudine, quasi in aeris libertate suspensum fuerat: sed quia contra præceptum cibum vetitum contigit per ventris concupiscentiam,ad terras venit, & quasi post volatum carnibus pascitur:quia illa libera contemplationis inspiracula perdidit,& deorsum corporalibus voluptatibus delectatur. Designat etiā antiquos patres,qui in quantum humanitatis infirmitas admittebat, creatoris lucem erecta mente contemplati sunt:sed incarnandum hunc in fine mundi præscientes,quasi à Solis radiis ad terram oculos deflexerunt, & quasi de summis ad ima veniunt,dum hunc Deum supra omnia,& hominem infra omnia agnoscunt.

Genus humanum. *Antiqui patres.*

a *Glo. ord. s. Psa.* 21.
b *Glo. inter. s. Ezec.* 31.
c *Amb. ser.* 78 & 2. *de sac.* 4.
d *Amb. ser.* 19. *Epiph.* 2. *cont. hæres.* 50.1. *Bern. s. Ca. ser.* 54. & *ser. dominica post octa. epiph. Ric. de S. vict. de* 12. *par.* 62.
e *Lyr. s. Exo.* 12
f *Hie. s. Eze.* 7.21.
g *Aug.* 2. *de. gen. ad lit.* 1.
h *Hie. s. Ie.* 9.
i *Au. s. ps.* 77.
k *A. s. Lu.* 13.
l *Glo. ord. s.* 1. *Reg.* 18.
m *Hi. s. ps.* 62. 106.
n *Ber. ser.* 1. *de S. Pet.* & *Paul.* & *ser. de falla. præsen. vita.*
o *Glo. ord. s. Luc.* 11.
p *Hiero. epist. quod ignotus.*
q *Ru. s. ps.* 80.
r *Aristo.* 6. *de hist. animal.* 6. & 9. *de histo. animal.* 34. *Basi. exa h.* 8. *Amb.* 5. *Exa.* 18. & *de Sa.* 2 *Plin.* 10. *nat. hist.* 3.4.
s *Hie. s. Abdi.*
t *A. s. ps.* 102.
u *Geor. Vene. cā.* 1. *t.* 7. *c.* 29
x *Ruper.* 2. *s. Deut.* 7.
y *Bas. s. ps.* 28. *ho.* 1. *Am. de Salo.* 2. & *ser.* 54.
z *Gr.* 31. *m.* 33 *Bed. s. Exo.* 19 *Rup.* 1. *s. Ex.* 5 *Diony. caleſt. Hie.* 15.
aa *Ori. s. Exo. ho.* 1. 11. & *s. Matt. ho.* 30. *Hil. s. Matth. can.* 25.
bb *Am. s. Lu.* 17. & *de bono mortis. Basi. s. ps a.* 32.
cc *Aug. s. Ap. ho.* 6. *Isy. s. Leu.* 11.
dd *Hie. prol. s. Matth. Aug.* 1. *de consen. Euan.* 6. & *s. Apo. h.* 1.
ee *Gre.* 31. *mo.* 33. *Amb. de vir.* 3. & *de Ab.* 8
ff *Hic. s. ps.* 63 *Gre.* 31. *m.* 33
gg *Rica. de S. Vict. de vitio. mutab.* 5. *Gre.* 9. *mor.* 23. 25.

Digitized by Google

Pœnitentes. Dæmones. Raptores. Superbi.

Aquila,vt amittit plumas,quæ sunt velut eius gloria, significare potest *a* pœnitentes assumentes caluitium pœnitentiæ.*Mich.1.d.*Et vt festinat ad comedendum, est peccator conuersus, festinans ad audiendum verbum Dei.*Hab.1.b.*

Aquila cum impetu volans ad rapiendum,& perdendum,designat diabolum, eiúsque membra, & rapinas potentium : & eos, *b* qui verbis dicunt sublimia,& opere res proximorum diripiunt : & demum superbos,& ipsam superbiam. *Ideo c* aquila inter immunda animalia numeratur. *Leu. 11.b. Deut.14.b.28.c.*Et aquilæ duæ magnæ Nabuchodonosor,& Pharaonem significant,ac etiam diuersos dæmones. Et aquila eleuata, & aquila decaluata *d* eosdem significant.*Iob. 39.d.Pro.30.c.Ier.4.d.40.d. Thre.4.d.Ezech.17.a.Dan.7.a.Hos.8.a.Abdi.b.Mich.1.d. Hab.1.c.* Solet aquila cæteris cunctis animantibus videre perspicacius, & volare sublimius. Capillos itaque quasi in similitudinem aquilarum habet. *Dan. 4.g.* qui multa prudentia, qui plurima astutia callet : qui fraudibus inueniendis, qui dolis nectendis nullo iam segnior, nullo inuenitur inferior : qui & vnguibus desæuit in aues, id est in spirituales.

Terrena potestas.

Aquila designat etiam *e* terrenam potestatem:vt aquila grandis magnarum alarum. *Ezec.17.a.*Vbi prior aquila designat regem Babylonis,posterior regem Ægypti,Idem designare poterit.*Dan.7.a.Iere. 4.d.48.f.* Et aquila super domum Domini, *f* Imperium Romanum,in cuius vexillis erat aquila.*Hos.8.a.*

Elementum aeris. Sacra scriptura.

Aquila seu facies aquilæ inter quatuor animalia, typus esse potest *g* elementi aëris, cum ipsa plurimum sit aërea,& volatu penetrans. *Ezec.1.c.*

Aquila volans per medium cœli. *Apo.8.d.* est sacra scriptura *h* quæ prænunciat triplex væ habitantibus in terra.Eius duæ alæ,sunt duo testamenta.*Apo.12.d.*

Aquilo,Boreas,Septentrio.

AQVILO, ventus frigidissimus,& vehementissimus, flans à parte axis, quam vrsam, & polum arcticum appellamus:hunc alio nomine dextrum dicimus,qui venientibus ab Oriente in Occidentem à parte dextra spirat : & in quatuor cardinibus cæli,à quibus venti præcipuè spirare dicuntur.Huic datur primatus frigoris,ac violentiæ.Dicitur etiam Boreas.Et interdum aquilo sumitur pro regione,à qua spirat hic ventus,sicut & septentrio. Peculiariter autem pro Syria,& Assyria,& perside:quæ sunt ad Aquilonem prouinciæ Palestinæ.

Diabolus, & eius regnum.

Aquilo solet esse figura: *i* contrariæ fortitudinis, hoc est, diaboli,qui verè est durissimus ventus. Et à facie aquilonis humani cordis olla succenditur,quum inuestigatione aduersarij spiritus illicitus desideriis inflammatur.*Ier.1.c.*Potest significare *k* diabolum,& eius regnum in his ferè locis.*Ios.11.a.Iob. 26.b.Psal.47.88. Prouer.2.c. Cant.4.d.Isa.14.d.g.Ier.3.f.4.b.6.a.f.10.d.13.c.25.b.46.c.47.a.50.a.51.c.Ezec.1.a.8.b.26.b.32.g.38.a.39.a.Dan.11. b.Ioel 2.c.Zach.6.c.d.14.a.Soph.2.d.*

Infernus. Gentiles. Status peccati.

Aquilo quandoque significat infernum : *l* vt quum lignum cadit ad aquilonem, hoc est homo detruditur in infernum. *Eccl.11.b.*

Aquilo designat interdum *m* Gentiles,& extremam partem orbis,vnde veniunt aliqui ad fidem:& *n* etiam statum peccati. Offertur vitulus ad latus respiciens ad aquilonem : quia Christus pro Gentibus oblatus est. *Leu.* tum peccati. Offertur vitulus ad latus respiciens ad aquilonem : quia Christus pro Gentibus oblatus est. *Leu. 1.c.* Et ab aquilone ab Orientem venire, est à statu peccati ad statum gratiæ transire. *Amos 8.d.* Sumitur aquilo pro Gentibus,aut statu peccati in his ferè locis. *Gen. 28.c. Exo. 26.d.g. 36.c.Num.2.d.Deut.2.a.Ios.8.c.15.b.17. b. Iob 37.d.Psal.47.106.Eccles.1.a.Isa.41.g.43.a.49.d.Ier.3.d.f.15.c.16.d.31.b.Ezech.9.a.20.g. 40.c.Soph.2.c.Luc. 13.f. Apo.21.d.*

Extinctio charitatis & fidei. Superbia. Ignorantia.

Est etiam aquilo *o* extinctio charitatis,& fidei per concupiscentiam. *1.Reg.84. a.Eccl.11.b. Cant. 4.d. Ier. 1.c.* Item superbia: vt quum Lucifer sedere voluit in lateribus aquilonis, hoc est, in sublimitate superbiæ. *Isa. 14. d.Ier.46.b.*

Aquilo interdum significare potest *p* ignorantiam.Aquilo etiam nebulosa semper pars est : obtinentur siquidem nebula,id est,ignorantia hi,qui ex toto se innocentiæ tradunt. Propterea & holocaustum dicitur etiam sine operatione iustitiæ,cessando videlicet à malo.*Leu.1.c.*

Tribulationes.

Aquilo interdum significat *q* tribulationes : & Sol flectitur ad aquilonem,quum Christus fauet in tribulatione. *Eccl.2.a.*

Historia legis.

Aquilonis gazophylacia *r* simplicitatem historiæ legis significare possunt.*Eze.42.c.*

Mortificatio appetitus. Decrepitudo.

Ad aquilonem ponebatur mensa:quia ex spiritibus maximè nutriunt boreales.*Exo.40.c.*

Septentrio *s* contractionem voluptatis, & mortificationem appetitus quandoque significare potest. *Gen.28.c. Exo.38.40.c.*

Aquilonaris porta Hierusalem,significare potest *t* tempus decrepitudinis : vel timorem diuini iudicij.

Aquiloni dissipanti pluuias comparatur *u* vultus tristis faciens cessare detractiones,*Prou.25.c.*

Ar.

Sapientia seculi.

AR,id est,aduersarius,aut æmulus,vel suscitatio,siue vigilia,aut euacuatio, aut denudatio. Ciuitatis principalis Moabitarum.*Num.21.d.f.Deut.2.b.d.Isa.15.a.*designat *x* sapientiam seculi,quæ aduersaria est sapientiæ Dei.

Ara,quare Altare.

Araba.

Astutia dæmonum.

ARABA, ciuitas in tribu Iuda.*Iso.15.f.*Interpretatur *y* insidiæ:quo misit Iabin rex Asor ad conuocandum gentes contra Israël:designat astutias dæmonum,quas conuocat Satan contra fideles.*Ios.11.a.* Verum hic non est idem nomen cum nomine ciuitatis:sed significat campestria vel planiciem.

Arabia.

Christus.

ARABIA regio meridionalis abundans aromatis,& auro optimo, estque calore feruidissima ob Solis vicinitatem. Interpretatur Arabs occidentalis, & vespertinus. Et arabia vespera.Et Arabiæ lupi *z* dicuntur quasi vespere rapientes.*Soph.3.a.*

Arabia dicitur Hebraice,*aa* Saba,per Sin:& differt à Saba,vnde Sabæi dicuntur:quia tunc scribitur per Samach. Et regina Saba erat regina Arabiæ, quæ fœlix dicitur:quæ regina quamuis sapiens, meliorem quæsiuit sapientiam Hierosolymis,innuens,quod lex sapientiæ data in Arabia viguit maiori sapientia in Hierusalem,potissimè quando completa,& explicata est ab illo,qui dixit:Ecce plusquam Salomon hic.

Arabia potest significare *bb* Christum qui ascendit super occasum : qui non ponit tentoria sua in Babylone. *Isa.13.d.*

Gentilitas. Ecclesia ex gentibus. Gentiles.

Arabia,designat sæpe *cc* gentilitatem,aut ecclesiam ex gentibus : & Arabes gentiles : & datur Christo de auro Arabiæ,quum sapientes gentilium amplectuntur fidem.*Psa.71.2.Par.21.d.Isa.13.d. 21.c. Acto.2.b.*

Vetus testamentum. Fraudulentus

Arabia, vt interpretatur humilis, & occidua, designat *dd* vetus testamentum : quò prius venit Paulus : sed non diu est ibi moratus, sed venit Damascum ad sanguinem Christi. *Galat. 1. d. 4. d.* Idem potest designare. *Ezec.27.d.*

Aradius.

Sensus carnis

ARADVM, *ee* est insula & ciuitas vicina Tyro,vnde Aradij,qui erant remiges nauis Tyri.*Eze.27.d.*Interpretatur deponentes:vnde omnis, qui prætendit falsi nominis scientiam, & habet in pharetra pectoris sui ignita Diaboli iacula,quibus deceptorum corda vulnerat atque succendit,Aridus appellandus est.

Aaron,Charan,Haran.

Zelus.

ARAN, id est, foramina, eadem quæ Mesopotamia,aut ciuitas Mesopotamiæ,à qua egressus est Abraham post mortem patris sui.*Gen.11.d.12.b.27.g.28.b.29.b.4.Reg.19.c.Tob.11. a.Iud.5.b.Isa.37.c.Act.a.* designare potest sensus carnis *ff* deseruientes deliciis Tyri. *Ezech.27.e.* Ab aliquibus scribuntur Haran, *gg* quod excandescentiam,iram,& zelum significat ,quo armari,quis debet contra peccatum ,& malum. Sed cauendum est, ne excandescentia sit nimia,& effrænata,vt non moriatur ibi cum Thare : sed mansuetudine corrigat,& frænet iram cum Abram,& cum ipso exeat de terra confusionis, & de progenie impetuosa, & de domo patris confracti impetu suo : & veniet mitis ad possidendam terram benedictam : de qua dicitur *Matth.5.*Beati mites , quoniam ipsi possidebunt terram.

a *Hie.s.Mich. 1.s.Hab.1.*

b *Cle. Ale.3. pæd.9.*

c *Ori.s.Leu.h. 7.& s.Ez.h.11*

d *Hie.s.Ez.17 & s. Hos.8. Isy.s. Leu.11. Gre.31.m.33 Ric.de S.vict. de secu.cõs.44 Bed.s.Pro.30.*

e *Hie.s.Ez.17 Euc.for.spi.5. Gre.31.mo.33*

f *Rup.s. Hos. 8.*

g *Geo. Venet. cãt.1.t.7.c.22*

h *Rup.5.& 7 s.Apo.*

i *Ori.s. Ezec. ho.1 s.Ex.h.9*

k *Hi.s.Isa.14 & s.Ier.3. Aug.Epi.120 Gre.17. mor. 11.& 18.mo. 11.& 33.m.40*

l *Lyr.s.Ecc.11*

m *Am.s. psa. 118.ser.12.*

n *Hie.s.Ier.3. & s.Amos.8. Cyr.4.s.Ioan. 31. Gre.27.m.26 & s.Ezec. ho. 18.19.*

o *Hie.s.Is.14 & s.Ier. 1. Gre.s.1.Re 14*

p *Isy.s.Leu.1.*

q *Hie.s.Ecc.1*

r *Hi.s.Ez.42 Clē.Ale.5.str*

s *Glo. inter.s. Gen.28.*

t *Geor. Venet. cã.3.t. 8.mod. 2.c.3.*

u *Bed. s. Pro. 25.*

x *Hie.s. Is.15*

y *Ori.s.Ios.ho. 14.*

z *His.s.Soph.3*

aa *Geor.Vene. cã.1.t.7.c.35*

bb *Hi.s.Is.13*

cc *Ar.Aug.s. psa.71.*

dd *Hi.s.Ga.1*

ee *H.s.Ez.27*

ff *Hi.s.Ez.27*

gg *Geo. Venc. cã.1.t.7.c.35.*

Digitized by Google

Haran iuxta Philonem *a* interpretatur ſpecus:ad quam venit Abraham,relicta Chaldea:deſignat ſenſus, *b* ad quos primò venit homo colligens ſe à mundo ad interiora.*Gen.*11.*d.*vel deſignat affectus. *Senſus. Affectus.*

Aranea,Tela aranea.

ARANEA eſt animal venenoſum,& immundum:quod telam ſubtilem gratia capiendi muſcas texit, ſed quæ facile rumpitur etiam ſolo venti flatu,licet ordine quodam, & pulchra diſpoſitione eius ſila connectantur.Vnde ſolet ſignificare *c* hypocritarum opera:quæ licet multo labore, & ordine peragantur, facili vento inanis gloriæ diſſipantur.*Iob.*8.*c.*Et in vniuerſum ſignificat opera huius vitæ:vt enim aranea huc,illucque diſcurrit,& texit tota die:& labor quidem grandis eſt,ſed effectus nullus:ſic & vita hominum huc,illucque diſcurrit.Poſſeſſiones quærimus,diuitias appetimus, procreamus filios,in regna ſuſtollimur, & omnia facimus, & non intelligimus, quod aranеæ telam teximus. Poſſumus autem ipſos homines in hac vita laborantes *d* aranеæ comparare:quorum vita,& labor ſimilis eſt labori aranеæ:quæ ex viſceribus ſuis profert telam facillimè diſſoluendam.Vnde dicuntur anni noſtri ſicut aranea meditari.*Pſ.*89.Poteſt eadem ratione peccatores *e* ſignificare opera vana texentes:aut etiam hæreticos:& præterea Iudæos ſpem Meſſiæ ſibi fingentes, *Iſa.* 59.*a. Hoſ.* 8.*b.* Tela autem aranеæ,ſunt res,& opera temporalia,quæ facile pereunt,nec vlla fortitudine charitatis roborantur.Et demum opera temporalis concupiſcentiæ. *Opera hypocritarum. Opera huius vita. Homines in hac vita laberantes. Peccatores. Hæretici. Iudæi. Res, & opera temporalia. Subtiles ſenſus.*

Vt autem aranea ſubtilem texit telam,ſignificare poteſt *f* eos, qui omnem ſenſus craſſitudinem à ſe abiiciunt. *Pſa.*38.

Arare,Arator,Aratrum.

ARARE, eſt terram aratro proſcindere, quod inſtrumentum trahunt boues,aut iumenta, homine ſtiuam tenente,ac ipſa animalia dirigente,& aratrum in terram figente:& qui arat, debet in ſpe fructus percipiendi arare.1.*Cor.*9.*b.Eccl.*6.*b.*Itaque arare in genere,*g* eſt operari.*Gen.*45.*b.Iob.*1.*c.*39.*b.Exo.*34.*c.*Vbi ſex diebus dicitur licere arare,ſeptimo autem non quia *h* tempore huius vitæ licet operari,non autem poſt hanc vitam. *Prou.* 20.*a.* Et arare impietem,eſt impiè operari.*Hoſ.*10.*d.Luc.*17.*b.*Et arans par bouum in die, deſignat operantes dum tempus eſt:*i* quia veniet nox,quando non licebit operari.1.*Reg.*14.*b.Ioan.*9.*a.* *Operari.*

Arare dicitur Deus,*k* quum caſtigat, & infert tribulationem, vt ita præparet animas ad ſuſcipiendum ſemen verbi Dei.*Iſa.*28.*g.* *Caſtigare.*

Arare eſt interdum prædicare.Et arans par bouum in die,*l* eſt prædicans,& operans,dum licet.1.*Reg.*14.*b.Iſa.* 27.*g.*Et arantur montes Iſrael.*m* quum fideles recipiunt verbum Dei. *Ezec.*36. *b.* Et arat in primogenito bouis, qui vtitur nimium adoleſcente ad prædicandum,nec eius expectat maturiorem ætatem.*Deut.*15.*d.Hoſ.*10.*d.* *Prædicare.*

Arare in boue, & aſino, *Deut.* 22. *b.* eſt *n* iungere amorem carnalem cum ſpirituali: eſt etiam iungere matrimonium *o* fidelis cum infideli: item miſcere Iudaiſmum cum Chriſtianiſmo. Præterea profiteri *p* Theologiam cum pari ſtudio mundanæ philoſophiæ.Irem communicare myſteria immundo æquè, ac mundo fideli, & infideli. *Seruire duobus dominis.*

Arari Sion quaſi agrum,*q* eſt refrigeſcere charitatem Eccleſiaſticorum.*Mich.*3.*d.Ier.*26.*e.*

Arari dicuntur Philiſthæi in vitula Samſon allegoria literali, & ænigmate, *r* quando interuentu vxoris eius ſecretum eius didicerunt.*Iud.*14.d.Et vlterius in vitula Chriſti arant, qui per Eccleſiam diſcunt myſteria. Et ſumitur arare pro exercere.*Prou.*20.*a.*

Arare in bubalis.*Amos*7.*d.*dicitur *ſ* pro re impoſſibili.

Aratores agrorum regis,in malum dicuntur, *t* qui arte ſecularis ingenij ſubditis ſuadent opera prauitatis. 1. *Reg.*8.*c.*Sic hæretici arant impietatem.*Hoſ.*10.*d.* *Exercere. Doctores prauitatis.*

In bonum verò aratores dicuntur *u* præparantes corda ſimplicium per exhortationem, vt dent fructus operum. 1.*Reg.*8.*c,*Et aratores ſunt duodecim Apoſtoli.3.*Reg.*19.*d.*Aratores comprehendentes meſſores,dici poſſunt *x* Patriarchæ gaudentes cum Apoſtolis.*Amos* 9.*d.* *Prædicatores. Apoſtoli. Patriarchæ.*

Terra nunquam arata.*Deut.*21.*a.*eſt,*y* quæ eſt indomita,nec vnquam ſuſcepit verbum Dei.

Aratiunculæ, quas fecit Elias in circuitu altaris.3.*Reg.*18. *e.* exempla *z* ſanctorum Patrum deſignare poſſunt. *Exempla Sanctorum.*

Aratrum,quo terra proſcinditur,& ſeminibus ſuſcipiendis præparatur, *aa* crucem Chriſti deſignare poteſt:& etiam ſacras admonitiones, quibus anima ad ſuſcipiendum ſemen fructificandi gratia præparatur. Deſignat præter ea laborioſa virtutis opera.1.*Reg.*19.*d.Eccl.*38.*c.Iſ.*17.*c.Luc.*9.*g.*Sed hæc aratra *bb* mali cõcidunt in gladios. *Ioel.*3.*d.* Vel aratra ſunt labores huius mundi: quæ concidunt in gladios,qui eos poſtponunt Euangelio Chriſti & verbo Dei. *Crux Chriſti. Sacra admoniones. Opera virtutum. Labores huius ſeculi.*

Arbee.

ARBEE,ſiue Arba,hoc eſt,quatuor ciuitas eadem,quæ Hebron, vbi ſepultus eſt Abraham, & Sara vxor eius. *Gen.*23.*a.*25.*a.*deſignat quatuor virtutes,cum quibus moriuntur,& ſepeliuntur iuſti. *Quatuor virtutes.*

Arbitrer,Arbitrari,Arbitrium.

ARBITER dicitur iudex ſponte electus, & interdum teſtis præſens rei gerundæ: vt quum Ioſeph aliquid faciebat abſque arbitris.*Gen.*39.*c.*Arbitrare autem,eſt iudicare,aut putare,& cenſere:& arbitrium, ipſum iudicium,aut voluntas,& libido.

Arbiter aliquando dicitur Deus.*Iud.*11.*e.*Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Iſrael,& filios Ammon. *Deus.*

Arbitri etiam dicuntur prælati.*Exo.*21.*c.*& arbitri iudicauerint. *Prælati.*

Arbitratur Deus aliquem inimicum.*Iob.*13.*d.*quando *cc* ipſum affligit,& lumine ſuæ viſionis,& conſolationis ipſum priuat adeò,vt iudicari poſſit ab intuentibus inimicus. *Caſtigans Deus.*

Arbitrari pro iudicare abſque allegoria videtur eſſe.1.*Mach.*6.*b.*2.*Mach.*4.*c.*6.*g.*9.*b.Matt.*20.*b. Marc.*10.*d.Ioan.* 16.*a.*21.*g.Iſa.*10.*b.Rom.*3.*d.Phil.*2.*a.*3.*b.*1.*Tim.*6.*a. Acto.*13.*d.*2.*Pet.*3.*d.*

Arbitrio ſacerdotis ſeparatur leproſus *Leu.*13.*f.* quia ſacerdotes conſtituuntur iudices abſoluendorum à peccatis.

Arbitrio viri vxor implet votum abſtinentiæ,aut non implet. *Num.*30.*c.* quia *dd* iudicio rationis moderanda eſt carnis maceratio.

Arbitrium pro ſpontanea voluntate.*4.Reg.*12.*a.Iud.*8.*b.*

Arbor.

ARBOR generale nomen eſt ad varias lignorum ſpecies, & variè ad ſpiritualia aptari poteſt. De ſingulis autem eius ſpeciebus,quæ in ſacra Scriptura habentur, ſuis agetur locis: hic tantum in genere agetur de arbore,ſecundum quod quædã eſt frugifera,quædam in frugifera, quædam bona, quædam mala. Et ſecundùm quòd habet radicem,ramos,flores,& folia,&c.

Arbor in primis eſt Chriſtus *ee* radicem habens in terra viuentium, vnde primam traxit originem: quamuis corpus,& organum ſuæ diuinitatis traxit à populo iam ſicco,& arido, inquit Iſaias: Aſcendit, vt virgultum de terra & ſicut radix de terra ſitienti. Diuiditur arbor primò in ramos maiores, & pauciores, poſtea in minores, quamplurimos: & Chriſti pleniſſima virtus, & gratia diffuſa primò fuit in paucos Apoſtolos,ſed magnos,& robuſtos virtute, & per illos in quamplurimos alios:quibus ideo illi meritò præferendi ſunt: Haurit arbor à terra continuè incrementa palmitibus,ramuſculis,floribus,& fructibus communicanda: viuit & Chriſtus in terra illa diuinitatis,& paterna,ſicut ipſemet perhibet,dicens:Sicut miſit me viuens pater,& ego viuo propter patrẽ,quam ſuſceptam vitam à patre cæteris impartitur,vt viuant:vnde ſubinfert. Et qui manducat me, ſumendo cibum, ſicut ramus à trunco, & radice ipſe viuet propter me. Et iterum: Si quis in me non manſerit, huriendo ſcilicet à me vitam, mittetur foras ſicut palmes,& arefcet.Viuunt, & pulchre ſcunt flores in arbore, ſuccisi autem ſtatim areſcunt,aut putreſcunt:viuunt & flores cogitationum noſtrarum ex nobis poſſumus, inquit. Matureſcunt quoque fructus in arbore ab ea ſuſcipientes continuè fomenta,ſicut ipſamet arbor loquitur dicens: Qui manet in me,& ego in eo, hic fert fructum multum. Diſtinguitur hæc arbor in radicem,truncum, ramos, flores, & fructus. Radix enim eſt ipſa pullulans Deitas:truncus eſt Verbum in ipſa à patre productũ:rami ſunt attributa ipſi *Christus.*

communicata

a Phil. de Abrah. & de ſo.
b Amb.de fu. ga ſeculi 4.& 2.de Abr.1.
cOr.ſ.pſa.38. ho.2. Hie.ſ.pſa.89. ad Cypria. Aug.ſ.pſ.89. Euc for. ſpi.5. Gre.9.mo.29. & 15.mo.8.
d Glo.inter. ſ. pſa.38.
e Rup.ſ. Hoſ. 8.
f Gl. or.ſ.pſ. 38.
g Gre.2.m.25
h Bed.ſ. pro. 20.
i Gre.ſa. Regum.14.
k Hieſ.If.28.
l Gr.ſ. 1.Reg. 14.& 31.mor 3.& ſ.Ex.h.2
m Hie. ſ. Ex. 36.
n Gre.ſ.1.Reg 11.& 31.m. 33.
o Hie.ad Geruntiam.If.1.
p Cle.Alex.2 ſtrom.
q Hie.ſ.Mich. 3.
r Aug.ſer. 107.
ſ Glo. inter. ſ. Amos.7.
t Greſ.1. Regum.8.
u Greſ.1. Regum.8.
x Rup.ſ. Amos 9.
y Glo.inter. ſ. Deu.21.
z Glo. or.ſ. 3. Reg.18.
aa Ori.ſ. Iud. ho.4.
bb Ru.ſ.Io.3.
cc Gre. 11. mor.23. Glo ord.ſ.Iob, 13.
dd Glo.ordi.ſ. Num.30.
ee Ori.ſ.Leui. ho.16. Geo.Ven.cant. 2.to.2.cap. 3.

Digitized by Google

communicata ab eo, qui dedit eidem omnia: folia, & flores sunt ideæ viuentes in ea: sed folia Ideæ sunt rerum irrationabilium, quæ in obsequium intellectualium productæ sunt creaturarum, sicut folia ad tegendum flores, & fructus, & quasi in eorũ obsequium constituta sunt. Flores autem ideæ intellectualium rerũ, à quibus expectantur debiti fructus. Sed sicut multi flores decidunt sine fructu, sic multi angeli, & homines absque fructu ceciderunt, & cadunt continuè: & ab illa vitæ arbore semoti arefiunt, igni inextinguibili cõburendi. Fructus verò sunt regulæ bene agendorum à nobis, & dona, atque charismata, quibus donamur continuè, vt secundum illas regulas viuentes possimus nos quoque operum nostrorum fructum præstare illi, qui & ipsam arborem vitæ, & nos qualiacunque arbuscula plantauit, vt ab ea arbore vitæ suscipiamus, vnde debitos producamus fructus secundum spiritum: quorum Paulus meminit, dicens: Fructus etiam spiritus est charitas, gaudium, pax, & cætera, quæ sequuntur. Ipse etiam Christus, *a* est arbor ex grano sinapis exurgens, vt in ramis eius requiescant aues. Dicitúrque arbor sinapis propter resurrectionem, & miracula: vel etiam propter diuinitatem. *Matth.* 13. *d. Luc.* 13. *d.* Et ipsa est arbor malus. *Cant.* 8. *b.* Dicitur etiam arbor bona, vel mala, secundum opinionem de eo iudicantium. *Matth.* 12. *c.*

Crux Christi. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum.

Arbor etiam est *b* crux Christi, subter quam Agar abiecit filium: quia lex populum Iudaicum, quem ipsa saluare non poterat, cruci & passioni Christi commisit. *Gen.* 21. *b.* Sub hac arbore inuitauit Abraham tres viros. *Gen* 18. *a.* Et arbor Sabech iuxta Septuaginta, vbi aries hærebat cornibus, ipsam crucem designat. *Gen.* 22. *c.* Dicitur. etiam crux arbor nauis. Hæc est arbor malus, *c* sub qua suscitata est Ecclesia ex Gentibus, & corrupta synagoga. *Cant.* 8. *b.*

Homines. Voluntas humana. Arbores generaliter homines significare possunt, *d* qui in bonas, & malas arbores diuiduntur. Et arbor bona non potest malos fructus facere, vt nix non potest esse calida. Et arbores benè, aut malè radicatæ, dicuntur fortes, aut infirmi in fide. Et arbor auulsa est, *e* qui decidit à spe. *Io.* 19. *b.* Et ipsa hominis voluntas arbor dici potest, qui fructum profert bonum aut malum per arbitrij libertatem. *Lau.* 26. *a. Matt.* 3. *c.* 7. *c.* 12. *c. Marc.* 8. *c. Luc.* 3. *b.* 6. *f.* 13. *b. Eccl.* 14. *c. Rom.* 11. *e. Apo.* 8. *b.* 9. *a.*

Sancti. Fortes. Ecclesia, Arbores, vnde cædebant ramos, vt sternerent in via, *f* Sanctos significant, quorum exempla simplicioribus sunt proponenda. *Mat.* 21. *a. Mar.* 11. *a. Iob.* 30. *a.* Arbores etiam dicuntur fortes, *g* qui seruarunt poma bonorum operum, etiam in grandine tentationum. *Exod.* 10. *d.* Et ipsa Ecclesia, quæ tentationibus impellitur, arbor est, *h* quam ventus diaboli auellere nititur. *Iob.* 19. *b.*

Superbi. Homo. Vir egregiis dotib. præditus. Arbor procera, quam vidit Nabuchodonosor pertingens cœlum, *i* typus esse potest superborum. *Dan.* 4. *b.* Vel designat hominem, *k* qui est magna arbor ad bona agenda, foris ad mala toleranda, procera ad sublimia contemplanda, magna in actionibus, fortis in tentationibus, sublimis in inuestigationibus. Vel est vir egregiis dotibus præditus: in cuius magnitudine miramur modum fortitudinis, in altitudine profunditatem sublimitatis: in aspectus dilatatione magnitudinem autoritatis: in pulchritudine foliorum facundiam sermonis: in nimietate fructuum multitudinem eruditionis: in esca vniuersorum doctrinam ædificationis: in subiectione bestiarum rigorem seueritatis: in cohabitatione volucrum, prouidentiam circumspectionis. Potest etiam significare virtutem, aut robur fortitudinis.

Opera misericordia. Virtutes. Intentio. Arbor etiam, opera misericordiæ significare potest: vt quum Abraham faciebat requiescere hospites sub arbore, *Gen.* 18. *a.*

Arbores quoque variæ, *l* diuersas virtutes significare possunt, *Ge.* 23. *d. Leu.* 23. *g.* 26. *a. Deu.* 20. *d.* 28. *d.* designant etiam intentionem. *Matt.* 7. *c. Iude, c.*

Arbores oliuarum, vnde oleum elicitur ad lucernas templi, *m* conscientiam puram designare possunt, *Exod.* 27. *d.*

Baptismus. Mortificatio carnis. Misericordia. Beata Virgo. Arbor vitæ *n* quandoque dici potest baptismus, quo vita spiritualis suscipientibus confertur, *Gen.* 2. *b.*

Arbor densarum frondium, qua vtebantur filij Israel in tabernaculis, *o* quæ dicitur esse myrtus, mortificationem carnis, & libidinum designare potest. Vel designat *p* misericordiam, vt olea, *Leu.* 13. *g.*

Arbor pulcherrima, qua seu eius fructu vtebantur in tabernaculorum festo, *Leu.* 23. *g.* dicitur esse *q* citrus, vel citrea, semper virens, & omnibus horis pomifera. Eius fructus valet contra venenum positum in vino, quod bibitur. Designat beatam Virginem: vel eum, qui fructum bonorum operum profert tempore opportuno.

Infideles. Hypocrita. Arbores infrugiferæ, dicuntur *r* infideles, qui non ferunt fructum bonorum operum: qualis erat ficus, quæ aruit. *Matt.* 21. *d. Iude, d.* Arbores autem facientes fructum, sed non suum, sunt hypocritæ cum Simone Cyrenæo crucem portantes, sed non suam: qui religiosa intentione carentes angariantur: & quæ non amant, amore gloriæ, quam desiderant, facere compelluntur.

Voluptates. Affectus. Vitia. Hæreses. Tempus. Lex vetus. Arbores significare possunt *s* voluptates huius vitæ, & etiam affectus, & vitia: & præterea hæreses: quæ omnes, vt noxiæ sunt excidendæ, & in ignem mittendæ, *Iud.* 9. *f.* 3. *Reg.* 14. *f. Iudith* 2. *d. Ester* 7. *c. Eccl.* 2. *a. Sap.* 10. *b. Matth.* 3. *c.*

Arbor vici, tempus significare videtur, *Matth.* 24. *c. Luc.* 21. *f.*

Arbor, quæ eradicatur, & transplantatur in mari, *t* lex vetus dici potest, quæ auellitur à Iudæa, & transplantatur in Gentilitate, *Luc.* 17. *b.*

Arbustum.

ARBVSTVM est planta media inter arborem & herbam.

Ceremonia. Doctores conuersi. Ministri mali principis. Arbusta vineæ, dici possunt *u* mysteria ceremoniarum Legis. *Psal.* 79. Vel doctores conuersi superantes antiquos Patres.

Arbustum videtur sumi *x* pro ramis: vt arbusta Cedri multiplicata, *Ezech.* 31. *b.* Et videntur significare homines malo principi adhærentes.

Arca.

ARCA est, quæ fit ex lignis ad recondendas vestes, aut alia preciosa seruanda. Inuenitur autem duplex arca memorabilis in sacra Scriptura, nempe arca diluuij à Noe fabricata, & arca fœderis per Mosen. Gazophylacium etiam arca dicitur, 2. *Par.* 24. *b.* Præcepit rex, & fecerunt arcam.

Ecclesia. Arca quam fecit Noe ex præcepto. Vel ad seruandos homines, & vniuersa animalium genera à diluuio, *y* sanctam significat Ecclesiam, in quam ingrediuntur ex omni genere hominum aliqui, qui saluantur. *Gen.* 6. 7. 8. Et vt arca eleuabatur quidem à fluctibus, sed non mergebatur: ita tribulationes non mergunt Ecclesiam, sed illustriorem reddunt. Et vt animalia, quæ non erant in arca, perierunt: ita omnes, qui sunt extra Ecclesiam, pereunt. Erat arca lignea, quia per Crucem Christi seruamur in Ecclesia. Erat arca de lignis non putrescentibus: est Ecclesia de hominibus in sempiternum victuris. Erat latior in inferioribus, vbi bestiæ habitabant: angustior supernè, vbi homines: quia plures sunt in Ecclesia, qui bestialem vitam sequuntur, & latam viam: pauciores verò rationem sequentes, & angustam viam.

Corpus Christi. Corpus humanum. Arca etiam significat *z* corpus Christi: nam *aa* & mensuræ ipsæ longitudinis, altitudinis, latitudinisque eius significant corpus humanum. Humani quippe corporis longitudo à vertice vsque ad vestigia sexies tantum habet, quàm latitudo, quæ est ab vno latere ad alterum: & decies tantum, quàm altitudo, cuius altitudinis mensura est à dorso vsque ad ventrem. Vnde facta est arca trecentorum in longitudine cubitorum, & quinquaginta in latitudine, & triginta in altitudine. Et quod ostium in latere accepit, *bb* profecto, illud est vulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum est. Hac quippe ad illum venientes ingredientur: quia inde sacramenta manarunt quibus credentes initiantur. Potest etiam significare *cc* hominem, vel ipsam animam: in quo varia sunt animalia, secundum diuersos animæ affectus.

Homo. Anima. Sancti. Status religionis. Crux Christi. Sancti etiam per arcam Noë designari possunt.

Potest etiam *dd* arca significare religionis statum, aut ipsum monasterium, vbi præteguntur religiosi à fluctibus huius seculi.

Significat itidem *ee* arca diluuij crucem Christi, per quam ab omni vitiorum, & tentationum diluuio liberamur. Et illi innitentes semper superiores euadimus.

a *Ori. s. Rõ. 6. Hil. s. Matth. cano. 12. 13. Amb. ser. 2. Gre. s. 19. m. 1.*
b *Am. ser. 56. Isy. s. Leu. 5. Bed. s. Gen. 18 21.*
c *Ru. 7. s. can.*
d *Ori. s. Rom. 6. 11. Cypri. contra Nouatianum Amb. s. Luc. 3. Aug. 2. ser. domini in mõte,*
e *Gre. 14. mo. 26. & ho. 20.*
f *Gre. 20. mor 13.*
g *Ber. ser. de S. Ben.*
h *Gre. 14. mor 20.*
i *Hie. s. Dan. 4.*
k *Ricar. de S. vict. de secur. conscien. 14. 15 18. 19.*
l *Ori. s. Leu. ho. 16.*
m *Glo. ord. s. Exo. 27.*
n *Hil. s. psa. 1.*
o *Hi. s. Za. 14 Georg. Venet. cã. 1. s. 7. c. 27.*
p *Geor. Venet. cã. 1. s. 7. c. 27.*
q *Isy. s. Le. 23*
r *Hil. s. Matt. can. 21. Ber. ser. de S. Ben.*
s *Hie. aduer. Heluidium. Philo. de agricultu.*
t *Amb. s. Luc. 17.*
u *Lyr. s. ps. 79.*
x *Glo. inter. s. Exec. 31.*
y *Ori. s. Gen. ho. 2. Hie. 1. aduer. Iouinia. Aug. de eate chizan. rudib. 27. & 15. Ciu Dei 26. & 12 cõt. Faust. 14 Gre. hom. 38.*
z *Aug. 15. Ci Dei 26. & 12 cõt. Faust. 14,*
aa *Am. 1. officiorum. 18. Philo. de Plãtatio. Noe. Ambr. lib. de Noe. c. 7.*
bb *Bed. Gen. 5*
cc *Geor. Vene. cã. 1. s. 6. c. 3.*
dd *Basi. de ab dic. rerum.*
ee *Am. de voca. gen. 4. & de initi. my s. 3.*

Digitized by Google

Quatenus autem erat *a* arca ex lignis læuigatis,optimèque connexis compacta, & lata inferius, in angustum verò supernè desinens:fabricam designat virtutum:quæ infernè est lata,supernè angusta:tum quia quò magis ad Deum accedimus,eò magis tendimus ad vnitatem. *Fabrica virtutum.*

Arca diluuij dici potest *b* doctrina in corde: longitudo eius est fides Trinitatis: latitudo charitatis affectus: altitudo spes cœlestium. Consummatur in vno,qui accipit brauium. Non fit autem ex agrestibus, & impolitis lignis,sed ex quadratis,id est,non ex secularium authorum,sed ex propheticis, & apostolicis voluminibus. Cœnacula,& tristega,narrationes historicæ. Bituminata intùs,& foris, corde fidem gerens, ore confessionem præferens,intus scientiam,foris opera habens. Magna animalia, memoria, intellectus, eruditio, examinatio, & iudicium illorum,quæ legimus. Immunda concupiscentia,& ira. *Doctrina in corde.*

Arca fœderis,quæ erat de lignis imputribilibus tota auro operta, quæ arca testamenti dicebatur,& arca sanctificationis,erat posita intra Sancta Sanctorum, habens supra se propitiatorium aureum tanquam operculum, & ad capita duo cherubim: continebat tabulas legis,& vrnam manna,& virgam Aaron,quæ fronduerat. *Exo.25. a.26.g.30.a.35.b.40.c.Num.4.a.10.d.14.g.Deu.19.a.Hebr.9.a.*

Significat in primis *c* carnem Christi habentem in se Verbum Dei, & animam omni virtute fulgentem. Erat de lignis sethim imputribilibus, hoc est, de purissimis membris, quæ non viderunt corruptionem: erat deaurata,quia plenus sapientia, & charitate: vrna manna anima eius sancta habens plenitudinem sanctitatis, & diuinitatis,&c. Virga Aaron, eius sacerdotium & imperium designabat. Arca autem intra velum, est Christus in cœlo,*Leu.16.a.Ios.3.a.6.a.2.Reg.6.a.7.a.15.c.3.Reg.8.a.1.Para.13.b.15.d.17.a. 22.d.2. Para.5.a.6.g.24. c. 35. a. Psa.131.Apo.11.d.* Potest etiam *d* ipsum Christum designare: vt lingua referatur ad corpus, aurum ad diuinitatem, & animam. *Caro Christi.* *Christus.*

Significat etiam *e* beatissimam virginem Mariam, quæ habuit intra se Verbum carne indutum: & fuit sacrarium Spiritus sancti,& intus,ac foris sanctitate, & virginitatis nitore fulgebat, auro ornata cœlesti. *Beata virgo.*

Arca etiam fœderis,quę dicebatur arca sanctificationis.*Psa.131.*designat *f* gratiam contemplationis,per quam qui accipit,non solùm emundatur,sed etiam sanctificatur. *Cõtemplationis gratia.*

Arca etiam fœderis designat *g* secreta Dei; in quibus sunt lex, virga,& manna, hoc est, præcepta, potestas & gratia:quia nisi cum gratia non est potestas præcepta faciendi. *Secretũ Dei.*

Designat etiam *h* Ecclesiam,Christum, & eius mysteria in se continentem, omnisque virtutum fulgore ornatam.*Exod.25.a.2.Reg.6.a.Psa.131.Apoc.11.d.* *Ecclesia.*

Præterea *i* cœlestes virtutes,Deum in se habentes, arca fœderis dici possunt:& *k* illud intelligibile seculum,in quo sunt rationes rerum clausæ:vt sapientia,potentia,& vita. *Virtutes cælestes.*

Item *l* cor humanum,mens,& hominis memoria, & ipsa animi constantia, & gratia contemplationis, & humana intelligentia cœlestis sapientiæ fulgore splendida,& diuinæ inspirationis luce irradiata arca dici possunt: est intus,& foris deaurata,vt sit in ea sapientia diuinorum,& humanorum *Ios.3.e.*Et arca inclinatur, quum mens prælati subiectorum populorum confusione concussa, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permouetur.*2.Reg.6.b.* *Cor humanũ.*

Arca præterea fœderis,dici possunt Sancti,*m* & Doctores,ac Prælati,quibus arcana mysteria credidit Deus, & occultorum prouidentię suæ iudiciorum secreta commisit.Erat autem in ea manna,& virga:quia quum scripturæ sanctæ scientia est in boni rectoris pectore virga distributionis,& manna dulcedinis. *Sancti.* *Doctores.* *Prælati.*

Litera etiam *n* legis & sensus secreti in litera absconditi, & etiam mysteria legis, quæ ipsi Iudæi habebant, arca dici possunt & ipsa sacra scriptura in templo mentis collocata: & rerum diuinarum cognitio, & sapientia. Et arcam ferri in Azotum,est mysteria gentilitati communicari. *Iud.10.d.1.Reg.3.a.4.a. 5. 6. a. 7. a.* Et arca sub pallibus,sunt præcepta legis sub obseruatione carnali.*2.Reg.11.b.* *Litera legis, & mysteria.*

Terra etiam *o* manens fixa inter duo hemispheria,vt inter duo Cherubim arca fœderis, dici potest. Et etiam mundus,*p* vnde cubito,& dimidio consummatur, nouem videlicet palmis. Cubitus enim sex palmos continet, dimidium vero cubiti tres palmos:quibus nouem cœlos repræsentaret. *Terra.* *Mundus.*

Arcanum, Secretum, Mysterium.

ARCANA, secreta dicuntur,quæ à nostra cognitione sunt semota. Mysteria autem sunt arcana diuina,& sacra.

Secreta sapientia Dei,*q* sunt eius opera,quorum iudicia assequi non possumus,*Iob.11.a.* Vt quum Deus, quos creauit,deserit:quum bona,quæ præueniendo cœperat, nequaquam prosequendo confirmat:quum claritate nos suæ illustrationis illuminat,& tamen permissis carnis tentationibus tenebris cæcitatis pulsat. Sic quum flagellauit Iob,& similes. *Opera & iudicia Dei.*

Arcanum Dei,quod violarunt gentes.*Exech.7.f.*Erat *r* templum: & nunc in Ecclesia, quæ est locus sanctitatis Dei.Et violatur per peccantes,& fit spelunca latronum. *Templum.* *Ecclesia.*

Arcana, quæ cantabant cantores in nablis, *s* mysteria Christi significare possunt, quæ futura præcinebant. *1. Par.15.c.Iob.11.a.Prou.25.b.Iud.10.c.Isa.24.c.40.f.45.a.Ezec.7.f.28.a.Dan.5.c.Amos 3.b.Matt.80.b.24.a.Marc.9.d. 2.Cor.12.a.* *Mysteria Christi.*

Secretum suum sibi,dicens Isaias,declarat *t* maiora mala esse ventura in mundum, quàm ipse verbis explicet. *Isa.24.c.*

Secretum cubiculum Iudith,designare potest cor,aut mentem, *Iud.8.a.Eccl.10. d.* Et secretò dicitur Deus esse in tabernaculo *u* quando est in corde.*Iob.29.a.*Secreta autem ventris, sunt occultæ cogitationes mentis. *Occultæ cogitationes.*

Secretum calami, in quo dormit Behemoth, designat *x* corda superborum, hypocritarum, & Iudæorum, in quibus quiescit diabolus. Vel sunt peccata, *y* quæ sunt velut abscondita à Deo,qui ea non approbat. *Iob.40. b.* *Corda superborum.*

Secretior pars natium,in qua percussi sunt Gentiles, *z* partem animi ad peccatum incuruatam designare potest.*1.Reg.5.b.Pro.20 d.Iud.1.c.* *Pronitas ad peccatum.*

Secreta,quorum scrutatores dat Deus,quasi non sint, dici possunt *aa* arcana rerum naturalium, & diuinarum, quæ Philosophi curiosè scrutantur,& non assequuntur. *Isa.40.c.f.Eze.28.b.* *Arcana naturæ.*

Arcana Magorum Ægypti.*Exo.7.b.*dæmonum fallacias,*bb* quibus homines decipiunt,significare possunt. *Fallacia dæmonum.*

Secretum quod non est,vbi regnat ebrietas.*Prou.31.a.* est vt homo portans iugum ab adolescentia sua, solitarius sedeat,& lugeat,quia mortalis in peccatis,aut in periculis peccatorum viuit,&c.

Archangelus, quare Angelus.

Archisynagogus.

ARCHISYNAGOGVS,est princeps Synagogæ. *Marc.13.c. Acto. 18.c.* designat *cc* populum Iudæorum: vel sacerdotem curam animarum habentem.

Architectus.

ARCHITECTVS, idem qui ædificator, & præcipuus artifex in ædificando. Potest significare eum *dd* qui doctrina & exemplo ædificat Ecclesiam,quæ est templum Dei. *Ecclesiast. 38.c. Isa.3.a.2. Machab. 2. g. 1. Cor.5.b.*

Architriclinus.

ARCHITRICLINVS dicitur is, qui erat princeps in conuiuio nuptiarum, & ordinabat agenda. *Ioan.2.b.*

Potest designare *ee* Deum patrem,qui principium est in Trinitate.

Vel designat *ff* Pontifices, quibus Saluatoris domus committitur: quibus primùm offertur vinum, quia laborantem agricolam oportet primùm fruges degustare. *Deus pater.* *Pontifices.*

Arctare, quare Angustus.

Arcturus.

ARCTVRVS est astrum in polo arctico seu axe nobis eleuato, qui est septentrionalis, vbi est vrsa minor, quæ ἄρκτος Græcè dicitur,quæ semper versatur,nec vnquam mergitur. Ponuntur autem septẽ splendentes,

quæ

a *Aug.15.ciu. Dei.16. Cyril.8.s.Ioã. 17. Ori.s. Num. ho.21.*
b *Bed.s.Gẽ.9.*
c *Hil.s.ps.131 Cyri. 4.s.Ioan.28. Isy.s. Leu.16. Gre.s. Ezech. ho.22. Th.1.2.q.102 ar.4.*
d *Cyri. de incar.vnigẽ.10.*
e *Amb.ser.80*
f *Ricar. de S. vict. 1. de arca mystica.*
g *Augu. q. in Exod.105.*
h *Aug.s.Apoc. ho.9.*
i *Ori.s. Rõ.3.*
k *Cle.Alex.5. stro. Th.1.2.q.102 ar.4.*
l *Ori.s. Num. ho.10. Arn.s.ps.73. Phi.de temu. Gre.5.mo.10. Ricar. de S. victo. de extremi mali. 20.& 1.de arca mysti.2.*
m *Ori.s.Nu. ho.5.*
n *Gr.20.mor. 6.& 2.past.6.*
o *Phi de Cherub.*
p *Geor.Venet. Cant.1.s.3. c. 6.& 1.4.c.32.*
q *Gre.10.m.4*
r *Hie.s.Ez. 7.*
s *Ori.s. Matt. ho.27.*
t *Hie.s.Is.24.*
u *Gre.12.mo. 27.& 19.mo. 10.*
x *Gre.33. m. A.*
y *Hie. s. Iob. 40.*
z *Gre.s.1.Reg. 5.*
aa *Glo. ord. s. Isa.40.*
bb *Ruper.1.de glorifi.Tri.13.*
cc *Glo. ord. s. Marc.15.*
dd *Glo.ord. s. Isa.3.*
ee *Ber.ser.par 1.*
ff *Cyr.2.s. Ioan.26.*

Digitized by Google

Ecclesia.

quæ arcturum constituunt. In parte autem arcturo subiecta maximè viget frigus.

Patriarcha. Vetus testamentum.

Arcturus significare potest *a* Ecclesiam, quæ dum dona in se septiformis gratiæ spiritus continet claritatem summæ virtutis irradians, quasi ab axe veritatis lucet: & semper versatur: nec vnquam mergitur: quia persequutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed tamen vsque ad mundi terminum sine defectu perdurat, *Iob.* 9.*b.*38.*c. Amos* 5.*b.* Potest etiam designare *b* tres Patriarchas, cum suis vxoribus peregrinantes.

Gentiles.

Designat etiam vetus testamentum, quod quasi ab aquilone venerat, quum tanta subditos rigiditatis asperitate terrebat: in quo septem sunt stellæ propter baptismum. Arcturus autem quacunque se vertat, pleïades ostendit, quia mysteria noui testamenti prædicit. *Iob.* 38.*d.*

Diabolus.

Quatenus autem regnat arcturus in regione frigida, ad quam vis, & ardor Solis non attingit, *c* gentiles significare potest, qui cum nullam scientiam supernæ cognitionis haberent, velut sine sole frigidi sub aquilone remanebant, *Iob.* 37.*b.* Vel designat ipsum diabolum, *d* è cuius climate ventus aquilo gelidus spirat contra meridiem diuini feruoris.

a *Gr.* 9.*mo.* 20 & 29.*mor.* 28. *Euch.fo.spi.* 3.
b *Rup. s. Am.* 5.
c *Gregor.* 29. *mor.* 29.
d *Gregor.* 27. *mor.* 20. *Hie.s.Iob.* 37.

Arcus, Iris.

Vis punitiua Dei. Sententia diuini iudicij. Comminationes diuinæ. Christus. Virtus Christi. Sacra scriptura.

Arcvs, est instrumentum cognitum ex ligno curuo, & chorda ad iaciendas sagittas. Iris verò est arcus in nubibus apparens.

Arcus Dei, significare potest *e* vim eius punitiuam. Et arcus æreus, est *f* sententia in extremo iudicio: quæ arcui comparatur, quia quasi ex insidiis percutit: & dicitur æreus, quia grauiter puniendo ferit, *Iob.* 20. *d. Psal.* 75.76. In arcu quantò longius chorda trahitur, tantò de eo districtior exit sagitta: sic extremi iudicij dies quantò longiùs differtur, vt veniat, tantò cùm venerit, de illo districtior sententia procedit. *Isa.* 5.*g.* 21.*d.* 41.*a. Thr.* 2.*b.* 3.*b. Hab.* 3.*b. Zach.* 9.*c. Apoc.* 6. *a.* Potest in eisdem locis significare *g* comminationes diuinas: aut etiam intentionem diuinæ comminationis.

e *Gregor.* 29. *mor.* 29.
f *Gregor.* 15. *mor.* 12. & 19 *mor.* 28. *Aug.s.psa.* 59. *Hie.s.Zac.* 9. *Euch.fo.spi.* 2.
g *Rup.* 4.*s. Ap.*

Arcus etiam dici potest Christus, cuius diuinitas sit velut cornu, humanitas verò chorda. Et arcus Ioseph, dici potest virtus Christi, *Gen.* 49.*c.*

h *Gregor.* 19. *mor.* 28. *Aug. s. psa.* 7. & *s. Apoc. ho.* 6.

Arcus interdum *h* sacra scriptura dicitur: Ipsa quippe arcus est Ecclesiæ. Ipsa arcus est domini: de qua ad corda hominum, sicut ferientes sagittæ, sic terrentes sententiæ veniunt. Vnde *Psa.* 7. dicitur Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in ipso parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Arcum namque suum Dominus tetendit, quia cunctis peccatoribus per Scripturam sacram minas exhibuit. In chorda Testamentum nouum, in cornu verò Testamentum vetus accipitur. In arcu autem, dum chorda trahitur, cornu curuatur: Sic in hoc eodem sacro eloquio, dum Testamentum nouum legitur, duritia Testamenti veteris emollitur. Ad eius namque spiritalia, & blanda præcepta illius literæ se rigor inclinat: quia Testamentum nouum, dum quasi quodam bonæ operationis brachio trahitur, in Testamento veteri seueritatis iura flectuntur. Nec indecenter dicimus chordam testamento nouo congruere, quod de incarnatione dominica certum est extitisse. Quasi ergo chorda trahitur, & cornua curuantur: quia dum in testamento nouo incarnatio mediatoris agnoscitur, ad spiritualem intelligentiam rigor testamenti veteris inclinatur. Dicit ergo *Iob* 29.*d.* Arcus meus in manu mea instaurabitur. Arcus in manu, est scriptura sacra in operatione. In manu etiam arcum tenet, qui diuina eloquia, quæ intellectu cognoscit, operatione perficit. Instauratur ergo arcus in manu, dum quicquid sacro eloquio studendo cognoscitur, viuendo completur. Sic arcus, quem habebat eques, *Apo.* 6.*a.* designat diuina præcepta. Lex enim vetus, *i* arcus dicitur: quem intendebant filij Ephraim, quum Iudæi promittebant seruare legem. *Psa.* 77. Idem potest significare arcus Esau, *Gen.* 27.*a.* Arcus etiam prælij Dei, *k* sunt doctores Ecclesiæ, *Zach.* 9.*c.* 10.*b.*

i *Aug.s.ps.* 17.
k *Hie. s. Zac.* 10. *Rup. s. Zac.* 9.
l *Hie.s.Iob.* 29. *Bed.s.Gen.* 49.
m *Cle. inter.s. Gen.* 49.
n *Rup.s. Zach.* 10.
o *Hie.s.ps.* 77. *Gre.* 27.*mor.* 26.
p *Aug.psa.* 77.
q *Rup.s.Hos.* 1.
r *Ori.s.*1. *Reg. h.*1. & *s. Mat. ho.* 14.
s *Hie.s.Hos.* 1. *Greg.s.*1.*Reg.* 2. & 19. *mor. Aug.* 17. *ciu. Dei. Basil. s.ps.* 44. *Gre.s.*1.*Reg.* 2.

Præcepta. Lex vetus. Doctor Ecclesia. Fortitudo. Intentio. Spes. Verbum Dei. Charitas. Iudæi. Arrogantes. Idololatria. Fiducia Iudæorum. Insidiæ Iudæorum, & hæreticorum. Intentio superborum. Superbia & insidiæ dæmonum. Os & lingua prauorum. Christus. Misericordia Dei. Vtrumque iudicium Baptismus.

Est etiam arcus æreus, fortitudo aduersus tentamenta diaboli, *Psa.* 17.43. *Gen.* 28.*d.* 49.*c.* Et arcus instauratur in manu, *l* quum bene operando fortitudo crescit, *Iob.* 29.*d.* Ipsa quoque intentio arcus æreus dici potest, 1.*Reg.* 2.*a.* Arcus fortium superatus est, *Psa.* 77. Conuersi sunt in arcum prauum.

Arcus Iacob, spem significare potest, quæ mittit animum ad sublimia. Et etiam *m* verbum Dei, quo superantur Sichimitæ, *Gen.* 48.*d.* 49.*c.* Arcus etiam prælij est *n* charitas, qua nihil fortius ad pugnandum contra diabolum, *Zach.* 10.*b.*

Arcus prauus aut peruersus: est *o* ille, qui dum contra iniquos sagittam putatur iacere, sauciat tenentem. Sic generatio peruersa Iudæorum, cùm esset recta à Deo condita, & haberetur in manu Dei quasi arcus, vt mitteret per eam sagittas, versa est quasi arcus peruersus in blasphemias creatoris sui. Arrogantes etiam arcus prauus sunt, qui cum contra elationem verba faciunt, seipsos feriunt. Arcus etiam prauus *p* est idololatria, ad quam conuersi fuerunt Iudæi praua intentione. *Psal.* 77. Arcus Israël contritus à Deo, est *q* fiducia circumcisionis, & ceremoniarum, &c. *Hos.* 1.*b.*

Arcus fortium, significare potest *r* fraudulenta semina Iudæorum, & insidias prauorum: & intentionem superborum, & eorum, qui tam potentes sibi videntur, vt sine dono Dei, atque adiutorio, humana sufficientia diuina possint implere mandata. Et arcus mendacij, & dolosus sunt *s* insidiæ hæreticorum & ora, vel potentia verbositatis eorum, 1.*Reg.* 2.*a. Psa.* 10.36.63.77. *Ier.* 9.*a. Hos.* 1.*b.* 2.*d.* 7.*d. Amos* 4.*d. Zac.* 9.*c.*

Est etiam arcus fortium superbia dæmonum, & graues eorum tentationes, & insidiæ quibus animas subuertere nituntur. 2.*Reg.* 2.*a. Psa.* 36.45. *Ier.* 50.*g.* 51.*f. Exec.* 39.*a. Amos* 2.*d. Zac.* 9.*c.* 10.*b.*

Arcus etiam dicitur os, & lingua prauorum inuidorum, & hæreticorum, quibus maledicta iaculantur in proximum. *Psa.* 10.36.63. *Isa.* 21.*d. Ier.* 9.*a.*

Arcus, seu iris in nubibus, datus in fœdus & pactum Dei cum genere humano, significat Christum Deum, & hominem, qui datus est nobis mediator Dei, & hominum, *Gen.* 9.*b. Sapi.* 5.*d. Eccl.* 43.*b.* 50.*a. Ezech.* 1.*g.* Est etiam arcus virtus, qua Deus interdum miseretur, interdum punit: & quia pronior est ad miserendum, dicitur ponere arcum, & non sagittam. Et quia ceruleus est, & igneus, significat vtrumque Dei iudicium, diluuij videlicet, & extremum igneum. In eo aqua & ignis apparent: & post mediatoris aduentum, eo virtus Spiritus sancti in humano genere claruit, quo electos Dei, & aqua baptismatis lauit, & igni diuini amoris incendit, *Ezec.* 1.*g.* Hæc etiam designat iris *s* in circuitu sedis Dei, *Apoc.* 4.*a.* 10.*a.*

Ori.s.psa. 36. *ho.* 3. *Hie. s.Is.* 21. *Hie.s. Eze.* 1. *Amb. de Noe.* 27. *Ori.s.psa.* 36. *ho.* 3. *Rup.* 4.*s. Gen.* 36. *Gre. s.Ez.h.* 8. *Bed.s.Gen.* 9.

Arcus etiam in nubibus est *u* gloria Dei in prophetis, & scripturis: & color aquæ designat vetus testamentum, color verò ignis nouum. Et sensus spirituales.

Gloria Dei in sacris scripturis.

Vt autem Deus posuit arcum in nubibus, vt tempestatem sedaret: *x* ita diabolus ponit arcum, vt suscitet tempestates.

Iris in capite angeli, *Apoc.* 10.*a.* designat *y* vel diuinam potentiam in Christo: vel reconciliationem eius erga Ecclesiam.

t *Glo.ord.s.Apoc.* 4.
u *Bed.s.Gen.* 5. 9.
x *Ori.s.psa.* 36 *ho.* 3.
y *Glo.ord.s.Apo.* 10.

Ardere, Ardor, Exardescere, Flagrare.

Mortalitas Christi. Beata virgo.

Ardere dicitur & ipse ignis suam vim obtinens caloris, & actiuitatis: & res igne inflammata, vt ligna accensa, aut aliud simile.

Ardere rubum, & non comburi, significat mortalitatem in Christo, quæ non absorbebatur à diuinitate. *Exod.* 3.*a.*

z *Bed.* 5.*Ex.* 5.

Ecclesia.

Ardens etiam rubus, *z* designat beatam Virginem, quæ genuit incorrupta virginitate. In ea diuinitas ardebat, & nullum detrimentum patiebatur.

Est etiam ardens rubus *aa* Ecclesia in tribulationibus, in quibus tamen non deficit, sed magis splendet loquente in ea Domino.

aa *Hie de mãsi. Bed. s. Exo.* 3.

Lex vetus. Iudæi. Splendor lucis spiritualis.

Significat etiam flamma illa rubi, legem veterem, quæ prohibebat peccata, sed non consumebat. Et præterea Iudæos significabat rubus qui habentes lucem Christi in duritia permanserunt.

bb *Ori.s.ps.* 39 *ho.* 1.

Ardens ignis in bonum significat *bb* splendorem lucis spiritualis, & feruorem amoris: & ardet in altari, hoc est in corde: ardet autem semper, *cc* ob perpetuam gratiarum actionem, *Exo.* 24.*d. Leu.* 6.*b. Psa.* 17.38. *Exec.* 1.*c.* Sic ardet mons, in quo loquitur Deus, *Deut.* 4.*b.* 5.*c.* 9.*c.* Et ardet terra, *dd* quum carnale relinquit concupiscentias

cc *Phi. de vict. offerentibus.*
dd *Gre.* 25. *mor.* 7. & *ho.* 30.

Digitized by Google

præsentis seculi & attenditur ad amorem Dei, *Luc.12.d.* Ardere etiam dicit magnum operum feruorem, *1.Cor.13.* Si tradidero corpus, ita vt ardeam. Et ardet cor. *Luc.24.c.Ier.11.c.*

a *Gre. ho.13.*

Ardens lucerna significare potest *a* Ioannem Baptistam: & prædicatorem prius quidem ardentem, deinde lucentem. Significat etiam splendentia opera, *Exod.27.a.Eccl.48.a.50.b.Ezec.1.c.Dan.10.b.1.Mach.12.d.Luc.12.d. Ioan.5.f.*

Ioannes Baptista. Prædicator. Splendentia opera.

b *Hil.s.ps.2.*

Exardet in breui ira Dei, *b* quum subitò venit vindicta, quando non speratur. Et ardor sæpè punitionem diuinam significat. *Leu.26.c.Deut.28.b.29.d.32.c.Iud.15.c.Psa.3.49.88.Isa.4.b.10.d.30.f.65.a.33.b.Ier.11.c.15.c.17.a.c.2.Pet.3.c.Apoc.4.c.*

Vindicta Dei

c *Bas.s.ps.7.*

Ardentia dicuntur *c* affectus intẽsi animæ tam concupiscentiæ quàm iræ, &c. quæ diabolus accendit. *Psal.7.*

Concupiscẽtia & ira.

d *Gre.33.mo.40.& 14.mo.45.*

105. Et Leuiathan flatu suo prunas ardere facit, *d* quum diabolus sua suggestione concupiscentias accendit, *Iob.41.b.Gen.31.e.3.Reg.11.a.Iudith.5.a.12.f.Ester.15.c.Iob.15.a.18.b.Prou.6.d.16.d.Eccl.9.b.18.b.16.a.22.c.28.b.40.d.Isa.43.a.Dan.13.a.Rom.1.d.* Et dicitur exardere ignis ad vocem grandis loquelæ, *e* quum in magnitudine fauoris flamma in corde accenditur de amore laudis, *Ier.11.c.* Ardens etiam ignis peccatum nonnunquam significare potest, *Eccl.3.d.* Flagrabant filij Israël desiderio carnium, *Num.11.a.*

Peccatum.

e *Gre.s.Ezec. ho.11.*

Ardor ignis *f* aliquando tentationes, & tribulationes significat. *Eccl.34.c.43.a.Iac.1.b.*

Tentationes.

f *Glo. inter.s. Eccl.34.*

Ardent aquæ igni, quum *g* peccatorum falsugo consumitur igne Spiritus sancti, *Isa.64.a.Psal.67. Sap.16.c.*

Consumptio peccatorum.

g *Hie.s.Is.64*

Ardet opus alicuius, quum *h* eius mala doctrina punitur. Aut cum *i* opera venialia superædificata igne tribulationis purgantur, *1.Cor.3.c.Ioan.15.a.*

Probatio operum & doctrinæ.

h *Am.s.1.Corinth.3.*

Ardens pix *k* pœnas inferni significare videtur, quum dicitur, *Isa.33.b.* Erit terra eius in picem ardentem nocte, & die, non extinguetur in sempiternum, *Apoc.19.d.21.b.* Stagnum ignis ardentis.

Pœna inferni.

i *Aug. enchi. ad Laurẽt.68*

Exardentes sicut ignis in spinis, *l* fuerunt Iudæi irridentes Christum in passione, quæ irrisio breui duravit: vt ignis in spinis ardet crepitando cum sonitu, breui tamen consumitur. *Psa.117.* Vel sunt detractores, per quorum flammas non iustorum vita comburitur: sed si quæ in eis esse poterant peccatorum spinæ, concremantur.

Iudæi.

k *Glo. ordi.s. Apo.19.*

Ardor conficiens oculos Iudæorum, *m* quantum ad literam dicitur esse scabies. Vel ἀντιγὸν & designat inuidiam, *Leu.26.c.Isa.33.c.*

Inuidia.

l *Amb.ex ho. ad vir.*

Arduus.

m *Gre.s.Ez.h.9. Is.s.Le.26. Glo. inter.s. Isa.33.*

Arduum significare solet locum altum, & difficilem aditu: vnde res difficiles, arduæ appellari solent. Ardua in quibus aquila ponit nidum suum, *n* significare possunt cœlestia, in quibus Sancti spem suam fixerunt, & vbi conuersantur. *Iob.39.d. Phil.3.c.*

Cœlestia. Crux Christi Superbia. Potẽtes seculi.

n *Gre.31.mo.34.*

Significant etiam ardua *o* crucem Christi, in qua pœnitentes nidum suum ponere debent, & ad ipsam confugere. *Ier.4.g.*

o *Glo.ord.s. Ier.4.*

Ardua etiam, in quibus nidum suum ponit aquila, *p* superbiam significant, vbi quiescit Diabolus, & etiam eminentes, ac potentes seculi, *Iob.39.d.*

p *Hie. s. Iob. 39.*

Area, Areola.

q *Ori. s. Iud. ho.8. Au.q.in Iud. 49.*

Area proprie dicitur locus purus in vrbe sine ædificio: & locus planus & mundus, vbi triticum teri, & ventilari solet. Areola est parua area.

Area Gedeonis prius arida, postea irrorata, Gentiles *q* significare potest prius aridos, postea in aduentu Christi rore diuinæ gratiæ perfusos. *Iudi.6.g.* Potest etiam mundum præter Iudæam significare, quæ ratione m velleris habet.

Gentiles.

r *Chry.s. Psa. 50.ho.2.& in Psal.71. Or.s.Iud.h.8.*

Area, vbi triticum separatur à paleis, significare potest *r* locum iudicij, in quo fiet separatio bonorum à malis. *Iudi.6.g. Num.18.d.Deut.16.c.25.b.Isa.30.f. Dan.2.c. Mich.4.d.* Potest etiam significare *s* tribulationes. *Ioel.2.f.*

Mundus. Locus Iudicij. Tribulationes.

s *Ru.s.Ioel.2.*

Potest eadem ratione significare *t* Ecclesiam, aut populum Christianum, vbi sunt boni & mali, vt triticum & palea, quorum discretio facienda est à Christo. *Matt.3.c.Luc.3.d.Ruth.3.a.1.Par.21.b.Iob.34.b. Hose.13.a. Ioel. 2.f.* Et area Nachor, est Ecclesia gentium. *2.Re.6.a.* Et etiam area Ornan. *2.Re.24.d.2.Para.3.a.*

Ecclesia.

t *Ori.s. Ezec. ho.1.& s.Luc hom.26.*

Area, in qua ventilantur cogitationes, *u* dicitur anima. *Num.18.d.1.Reg.23.a.4.Reg.6.f.Ier.51.d.Hes.9.a.Ioel.1.d. 2.f.* Item prudentia spiritus. Et area æstiua, est spiritualis intelligẽtia, in qua veritatis grana à figurarum paleis vehementis discussionis trituratione excutiuntur.

Anima. Spiritualis intelligentia.

u *Ambr.2.de Cain. & Abel.1.*

Area dici potest præsens seculum, aut seculi prosperitas, vt *3.Reg.22.b.* Reges sedebant in solio suo vestiti cultu regio in area. Idem *2.Par.18.c.*

Seculum. Seculi prosperitas.

Ric.de S. Vic. de somni Nabuch.28.

Area Atad, in qua filij Israël *x* fecerunt planctum Iacob patris sui, *Genesis.50.b.* figurabat ruinam populi futuram.

Areas habent hæretici, sed sine tritico. *Hose.9.a.*

x *Gl.ord.sup. Gen.50.*

Areolæ aromatum. *Cant.5.d.6.a.* dicuntur *y* martyres, qui dum in fidei constantia martyrio exercentur, per cultum virtutum sanctæ opinionis fama quasi aromata dilatantur.

Martyres.

y *Gr.s.Ca.5.*

Areolæ germinis vitis, vel aquilæ, designabant ad literam *z* fauorem, & auxilium regis Ægypti erga regem Sedechiam. *Ezech.17.b.*

z *Ly.s.Ez.17.*

Arena, Sabulum.

Arena est corpulentior quàm puluis, minutior quàm lapilli: quæ plurima est in littore maris. Est autem arena sterilis, & nihil de se habens humoris: ad ædificandum est inane arenæ fundamentum. Est arena grauis pondere. Ponitur in hyperbole copiæ innumerabilis. *Gen.41.f.Ios.11.a.Iud.7.d.*

Arena, quæ est in littore maris, *aa* significare potest Iudæos carnales, & steriles bonorum operum. *Gen.22.d.41.g.Isa.10.e.Ier.9.d.Hos.1.d.Rom.9.f.4.d.Hebr.11.c.*

Iudæi.

aa *Orig.s.Ge. h.9.& s.Ro.9*

Significat etiam terrenos, & inutiles: & etiam infirmos in Ecclesia, qui facilè obruuntur tentationum fluctibus. *Gen.22.d.41.g.Iudic.7.c.3.Reg.4.c.Isa.10.e.Haba.1.c.Apoc.12.d.20.c.*

Terreni. Infirmi.

Potest etiam designare *bb* sapientes, & bonos propter incomprehensibilem multitudinem sapientiæ: & quia, vt arena repercutit fluctus maris: ita sapientes resistunt aduersis, & tentationibus. *Isa.48.d.Ier.5.e.* Super arenam autem multiplicantur amici Dei & non sicut arena: quia sunt sicut stellæ, quæ arenam superant. *Psal.73.138. Ier.33.d.Hos.1.d.*

Sapientes & boni.

bb *Au.ep.48. Eu.for.spi.4.*

Significat etiam arena *cc* multitudinem cogitationum Secularium mentem obruentium. *1.Reg.13.b.2.Reg.17. c.3.Reg.4.d.Eccl.1.a.*

Cogitationes seculares.

cc *Phi de so. Hila.s.ps.138*

Arena designat etiam *dd* graues peregrinationis nostræ calamitates. Vt enim arena maris vndarum æstu exterius impellitur: ita delinquens homo quando tentationum fluctus mobiliter pertulit, extra se ab intimis exiuit. Magna autem arena maris est ponderis: sed calamitas hominis arena maris grauior dicitur, quia dura fuisse pœna ostenditur, dum per misericordem iudicem culpa, quæ leuigatur agnoscitur. *Iob.6.a.*

Calamitas.

Gr.s.1.Re.13

dd *Gr.7.mo.2*

Arena, quatenus est inane fundamentum ad ædificandum, significare potest *ee* infernum. *Exo.2.b.* Vbi abscondit Moses Ægyptium, hoc est, Christus Diabolum.

Infernus.

ee *Ly.s.Ex.2.*

Potest eadem ratione *ff* quemlibet finem citra, aut præter Deum significare, cui si quis innitatur, super arenam ædificat. *Matth.7.d.* Significat etiam inconstantiam: vnde inconstantes super arenam ædificare dicuntur.

Finis citra Deum. Inconstantia.

ff *Glo.in. sup. Matth.7.*

Arena, secundùm quod grauis, *gg* iram designare potest, quia grauis est præcipuè ira stulti. *Prouerb.27.a. Eccle.12.b.*

Ira.

gg *G.9.mo.5.*

Arena, quia est vilis pretij, in hyperbole rerum vilium, & contemptibilium ponitur. Vt quum omne aurum in comparatione sapientiæ, dicitur esse arena exigua. *Sap.7.b. Eccle.18.a. Iere.5.e.9.c.* Sic arenosus ornatus parietis rem inutilem significat. *Eccl.21.c.* Designat etiam abiectos, & pauperes, quos Dominus posuit terminum mari: quia ad frangendam mundi gloriam Apostolos elegit.

Res vilis.

Arenosus ascensus impeditus veterani, ponitur in comparatione mulieris linguatæ adiunctæ viro quieto. *Eccles.25.d.*

Intellectus vulgaris. Mali.

Sabulum, vbi abscondit Moses Ægyptum. *Exo.2.b.* designare potest *hh* intellectum vulgarem nullam habentem

hh *Ph.2.alle.*

cognatio

cognationem, aut familiaritatem cum honestate. Vel designat *a* malos non habentes stabile fundamentum, in quibus morticina præsentia diaboli latet.

Arere, Arefacere, Aridum, Siccare, Exiccare, Exarescere.

ARidum, cùm sit quod humore caret, secundum diuersitatem humoris, in bonum, & in malum sumi potest. Et quidem terra ipsa, cùm natura sua sit frigida & sicca, apparens à principio separatis aquis, arida fuit appellata.

Forma substantialis. Anima.

Potest etiam arida apparens congregatis aquis dici *b* forma substantiali producta in materia disposita. *Gen.1.a.*

Arida, si consideretur, vt erat prius operta aquis, & non valens reddere fructum, significare potest *c* animam, quæ non fructificabit, quandiu peccatorum humore est operta. Et tunc est terra. Si verò nullum in se habeat humorem, & fiat sterilis, significabit animam humore diuinæ gratiæ destitutam: & tunc ex terra fit arida. Tunc autem erit terra ad fructificandum apta, si non sit peccatorum humore operta, & tamen rore diuinæ gratiæ sit perfusa. *Genes.a.* Dicitur etiam arida *d* ipsa anima sitiens Deum, super quem aridam funditur aquæ diuinæ gratia. *Exod.4.b.* Eandem designant arida loca, quæ circuit diabolus. *Matth.12.d. Luc.11.c.* Idem potest designare. *Num.11.b. Iosu.15.d. Iud.1.c. Psalm.94.104. Sapient.19.b. Eccles.37.a.39.c. Ierem.14.c.50.b.* Eandem designat arefacta ficus. *Matth.21.d.* Sic cùm in mari, est sine humore peccati. *Exod.14.d.15.e.*

Fideles.

Præterea, fideles quum impediuntur ab infidelibus ne bonis operibus fructificent, *e* sunt terra aquis operta: quum autem ab ipsis liberantur, quasi congregatis aquis in locum vnum tunc vt arida fructificant. Sic arefacta est terra post diluuium tribulationum. *Genes.8.c.* Et conuertit Deus mare in aridam. *Psalm.65.* In hoc siccum *f* extractus est piscis diabolus, vt exentaretur. *Tob.6.a.*

Ecclesia ex gentibus.

Aridum lignum frondescens, *g* Ecclesiam significat ex Gentibus prius aridam, deinde per fidem, & gratiam floribus, & fructibus bonorum operum exornatam. *Ezech.17.g.* Et arida loca *h* eandem gentilitatem significant. *Matth.12.d.* Eandem designat. *Isa.35.b.44.a.56.b. Amos.4.c. Agge.2.b.* Item ossa arida. *Ezech.37.a.*

Natura humana. Populus Iudæorum.

Arida potest etiam ipsam naturam humanam significare. *Exod.4.b. Ioan.2.d. Agge.2.b.*

Arida, quæ apparuit congregatis aquis in locum vnum, fuit populus Iudæorũ separatus à gentibus, qui & tunc germinauit in cultu vnius Dei. *Genes.1.b.* Arefacta autem ficus fuit *i* eadem synagoga deserta à gratia Spiritus sancti. Vt quum discipuli dixerunt: Vobis oportebat prædicare verbum Dei: sed quia indignos vos iudicastis, ecce conuertimur ad Gentes. *Matth.21.d. Actor.13.b.* Sic autem arefacta est ficus synagogæ, *k* vt manserint radices: quia adhuc est spes in illo populo fructificandi in fide, ad quam venient, cùm plenitudo Gentium intrauerit. Arefacta quoque hedera cessationem *l* legis, & synagogæ designauit. *Iona.4.c.* Et arefacta arua deserti, designant synagogam sine gratia. *Ierem.23.b.* Et arefacta vinea, dicit destructionem populi Iudæorum. *Ezech.17.c.19.d. Ioel.12.c.* Siccauit etiam Deus lignum viride, *m* quum destruxit Iudæam: & frondere fecit lignum aridum, quum ex Gentibus instituit Ecclesiam. *Ezech.17.g.* Siccatus est vertex Carmeli, *n* quum sacerdotes & pharisæi perierunt. *Amos.1.a.* Ariditas etiam nerui femoris Iacob, incredulitatem designauit populi Israël à Iacob descendentis. *Genes.32.g.* Arefiet ficus, quum mali in iudicio audient: Ite maledicti in ignem æternum: quia non amplius ex eis sperabitur fructus. *Marc.11.c.*

Inutiles, & peccatores. Ociosi ad operandum.

Ariditas in lignis & herbis, *o* ad inutiles & infrugiferos homines refertur: vt peccator dicitur aridum lignum. *Luc.23.d.4. Reg.19.f. Iob.12.c.15.d.13.d.18.d. Psal.38.89. Eccles.6.a.10.c. Isa.15.c.16.b.40.f. Ierem.12.a. Ezech.17.c.g.18.d.19.d. Ioan.15.a. Thren.4.h. Ioel.1.c.*

Arida manus dicitur, *p* quæ otiosa est ad benè operandum. Sic erat arida manus Iudæorum, qui non faciebant opera Dei: & aridi sunt, qui operari non possunt. *1. Reg.13.a. Iob.15.d. Zach.12.d. Matth.12.a. Mar.3.a.9.b.21.c. Ioan.5.a.*

Arefactum brachium pastoris mali, *q* dicit sublatam potentiam Antichristi. *Zach.11.d.*

Aruisse dicitur virtus Christi, sicut testa: quia *r* vt lutea testa mollis igni applicata duratur: ita Christus excellentior apparuit in tribulatione, & per ignem passionis venit ad duritiem resurrectionis. *Psalm.21.* Sic etiam robustiorem reddidit Ecclesiam in tribulatione.

Theologia sine eloquentia Tribulationes.

Arida similia, Theologiam sine eloquentia significare potest. *Leuit.7.a.* Vel est arida *s* in eo, qui indiget sapientia.

Siccitas, *t* tribulationes quandoque significat. *Iob.12.c. Eccles.35.d.39.c. Ierem.14.a.5.f.17.b. Soph.2.c. Agge.1.c.*

Defectus verbi Dei.

Potest etiam in eisdem ferè locis significare *u* defectum verbi Dei. Sic arefactum semen *x* significat amissionem Verbi Dei, quod prius libenter susceptum fuerat. *Matth.13.a. Luc.8.a.*

Doctrina hæreticorum.

Arida stipula, *y* est doctrina hæreticorum igni cum ipsis tradenda. *Nahum.1.c.* Et arefacta radix, est deficiens doctrina hæreticorum. *Hos.9.d. Amos.4.c.* Arefacta aqua Euphratis, *z* sunt deficientes impostura Magorum. *Apocal.16.c.*

Caro humana.

Arida etiam stipula, *aa* est caro humana sine viriditate diuini amoris intimi. *Iob.13.d.* Et aresit fluuius vacuefactus, quum subducta anima, vacuum remanet corpus. *Iob.14.b.*

Defectus bonorum operũ.

Exarescens herba ante maturitatem, sunt qui pereunt, antequam bene operentur. *Isa.32.f.* Et arescens scirpus ante omnes herbas, & antequam carpatur, *bb* designat hypocritam, qui priusquam de carne transeat, ea quæ in se ostenderat virtutum facta, derelinquit. *Iob.8.c. Psal.128.* Et arefacit Deus gramen, quum delet Gentes, aut hypocritas. *Isa.42.c. Psalm.89.*

Breuitas rerum mundanarum. Tempus iudicij.

Ariditas fœni *cc* paruam rerum mundanarum durationem designat, & breuem fastum superborum. *Psal.36.128. Isa.15.c.40.b.51.*

Siccitas aliquando designare *dd* potest tempus iudicij, in qua siccitate habitabant mali. *Ierem.17.a.*

Arefacit flamma ramos impij, *ee* quem terrena desideria accendunt adhærentes ipsi. *Iob.15.d.*

Mortalitas Christi.

Necdum sicci funes neruicei, quibus ligatus est Samson. *Iudicum.16.b.* mortalitatem in Christo significabant.

Afflictio fortium Ecclesiæ.

Aruisse dicitur cutis, quæ arescendo contrahitur, *ff* quum mentes carnalium, quæ præsentia diligunt, & quasi iuxta posita concupiscunt, ad futura tendi per longanimitatem nolunt: qui dum internæ spei pinguedinem negligunt, vt attrahantur, arefiunt. Quia si eorum corda desperatio non siccaret, nequaquam æstus hæc pusillanimitatis attraheret. *Iob.7.a. Thren.4.b.* Aruisse etiam cutis, quum culpa tanto insensibilior reddirur, quanto etiam apud eos laudabilis habetur. Quæ ideo arida est, quia nulla sui cognitione virideſcit.

Doctrina hæreticorum. Confessio hæreticorum.

Arescunt ossa Christi, quum fortes *gg* Ecclesiæ zelo fidei contabescunt, & quum affliguntur in omnibus malis infirmorum. *Psal.101.* Sic Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et arescunt *hh* ossa, quum deficit virtus. Aruerunt etiam ossa sicut cremium, quum omnem delectationem boni prorsus amisisse videtur anima, solámque sibi aridæ intentionis fortitudinem reseruasse. Et arida ossa, sunt fortia opera sine intentione bona. *Ezech.37.a.*

Aresit lingua siti, *ii* quum Gentiles inter dogmata Philosophorum veritatem Euangelicæ doctrinæ velut aquam viuam non assequuntur. *Isa.5.d.41.d. Iudith.7.d.11.b.*

Carentia diuinæ gratiæ. Ablatio peccati.

Arentia vbera *kk* dicuntur habere hæretici, veritate doctrinæ carentes. *Hose.9.d.* Siccitas spinarum, est etiam in doctrina hæreticorum. *Soph.2.b.*

Aresit aqua de mari, quum *ll* confunditur hæreticorum doctrina, aut etiam Philosophorum, vt non amplius possint suadere sua mendacia. Sic siccatur fluuius, & riui aggerum, & sementis irrigua. Et arefiunt stagna. *Is.12.d.19.b.37.d.42.c.50.b.51.d. 3. Reg.17.a.4. Regum.2.b. Genes.8.b. Psal.65.73. Ierem.14.a.17.b.50.f.51.d. Eccle.35.d.39.c.40.b. Hose.13.d. Sopho.2.a. Agge.1.c.* Ad idem arens alueus Iordanis. *Ios.2.b.3.d.4.d.5.a.* Et exiccatus vertex Carmeli. *Amos.1.a. Nahum.1.a.* Et siccati fluuij Ethan, est confusa scientia peruersa.

Arefecit Deus stagna, quum abstulit doctrinam à Iudæis. *Isa.42.c. Ioel.1.d.*

Siccitas velleris, aut areæ. *mm* carentiam significat diuinæ gratiæ, aut in Iudæa, aut in Gentilitate. *Iud.6.g.*

Siccauit ventus vrens venas inferni, & mortis, *nn* quum Christus, & sermo Ecclesiasticus tulit peccati aculeum

a *Au.22.con. Faus.91.*
b *Au.de gen. imperf.10.*
c *Ori.s.& Ge ho.1.& s.Nu. ho.26.& sup. hom.16.*
d *Au.13.con. fessi.17. Gre.33.mo.5. Eu.for.spi.4. Hil.s.Matt. Can.13.23.*
e *Aug.s.psa. 65.94. Bed.s.Gene.1.*
f *Glo.int.sup. Tob.6.*
g *Ori.s.Ezec. Hos.21.*
h *Hila.s.Ma. Can.21. Aug.s.ps. 38.*
i *Or.s.Ma.16 Hil.s. Matth. Can.23.*
k *Au.epi.49 q.6.*
l *Hie.s.Ez.17 & s.Ionam.4 & s.Mat.21.*
m *Ber.ho.1.su miss.est.*
n *Ku.1.Amo 1.*
o *Hie.s.Isa.15 Gr.14.mo.10 Ori.s.Is.ho.6.*
p *Hil.s. Mat. Can.12. Hie.s.Mat.12 Gr.14.mo.25*
q *Hie. s. Za. 11.*
r *Ar. & Hie. s.Psa.21. Aug.epi.120. Gre.hom.22.*
s *Gl.in.s. L.7.*
t *Hie.s.Ie.17.*
u *Glo.int.sup. Matth.13.*
x *Hie.s.Na.1.*
y *Ru.9.s.Apo*
z *Gr.12.mo. 24. & 12. mor.5.*
aa *Gr.8.mo. 28.*
bb *Orig. s.ps. 36.Hie.s. Isa. 40. Aug.s.ps. 128.*
cc *Hie. s. Ie. 17.*
dd *Gr.12.m. 14.*
ee *Gr.8.mo. 11.& 32.mo. 23.& s. ps. 101.*
ff *Gr.20.mo. 20. Hie.s.ps.101. Ber.ser.de cute,carne. &c.*
gg *Rie. de S. Vict. de statu interi. hominis.7.*
hh *Hie. s. Is. 41.*
ii *Hie.s. Hos. 9.& s.Soph.2*
kk *Ori.s.Exo. hom.6. Hie.s.Isa.19. Aug.s.ps.73.*

Gre.32.mo.13. ll *Glo.in. sup.Isa.42.* mm *Ori.s.Iu.h.8.* nn *Hie.s.Hos.13.*

Digitized by Google

& dogmata hæreticorum. *Hoſe.*13.*d.Iob.*15.*d.* Et *a* quum Spiritus ſanctus aufert omnes cauſas incredulitatis. *Deſtructio doctrina hæreticorum.*

Siccatio ſagenarum facta eſt Babylon, & etiam Tyrus. *Ezech.*26.*a.*47.*b.* quum *b* retia, quibus hæretici, & philoſophi prius deceptam multitudinem piſcabantur, ceſſant, & in deſertæ vrbis ſolo expanduntur, atque ſiccantur: vt pro illis alij ſubeant piſcatores, quos Dominus ad piſcandum miſit.

Areſcere dicuntur, *c* qui paulatim veniunt ad ſenectutem, & mortem. *Pſalm.*89. *Seneſcere.*

Siccitas meſſis, *d* eſt tempus vaſtitatis Hieruſalem. *Iſa.*27.*c.* Et durabit ſiccitas infidelitatis in illo populo, donec Elias impetret aquam in vertice Carmeli. 3.*Reg.*18.*g.* *Deſtructio Hieruſalem.*

Exiccaſſe ſe dicens rex Aſſyriorum riuos aggerum, deſignat diabolum gloriantem de ſubiectione potentium. *Iſa.* 37.*e.*

Arens terra auſtralis, *e* deſignat animam cum feruore Spiritus ſancti, ſed ſine lacrymis. *Ioſ.*15.*d.*

Siccatus fons ſanguinis mulieris fluxum patientis. *Marc.*5.*c.* eſt *f* ceſſans radix immundæ cogitationis.

Sicci panes Gabaonitarum. *Ioſ.*9.*b.* ariditatem *g* doctrinæ ſecularis indicant.

Argentum, Argenteum, Deargentatum, Argentarius.

ARgentum eſt metallum candidum, lucidum, & ſonorum, quod inter metalla poſt aurum obtinet principatum. Eius vſus eſt ad vaſa preciosa, & ad pecuniam ſignatam: vnde interdum argentum dicitur ipſum pretium rerum. *Iſa.*52.*a.Amos.*2.*b.*8.*Actor.*3.*a.*20.*g.*

Quatenus igitur argentum eſt candore nitidum, & ſonorum, *h* ſignificare poteſt verbum Dei, cuius poſſeſſione diues erat Abraham. *Geneſ.*12.*a.*23.*c.Exod.*21.*d.*26.*d.*25.*a.*31.*a.*36.*c.Pſalm.*11.104.1.*Reg.*9.*b.Ezech.*7.*e.*16.*b.* 22.*d.*38.*d.Iob.*3.*c.*22.*d.*27.*c.*28.*a.*2.*Paral.*1.*d.Prouer.*8.*c.*10.*c.*16.*c.*25.*b. Eccleſ.*2.*b. Cant.*1.*c.Iſa.*1.*f. Hoſe.*2.*b.Ioel.*3.*b. Agge.*2.*b.Zach.*6.*c.*9.*a.Soph.*1.*c.* Deargentatæ pennæ columbæ, *i* dicuntur verbi, & rationis ornamento decoratæ, vel per dona Spiritus ſancti ornatæ, vel per apparentiam virtutis, vel per imitationem humilitatis Chriſti. Vel deſignant candorem innocentiæ, & pudicitiæ. *Pſal.*67. Deſignat etiam argentum *k* literam Legis: vt quum eduxit Dominus Iſrael de Ægypto cum argento, & auro. *Pſal.*104. Deſignat ſimili ratione Prophetas, qui ſunt baſes argenteæ. *Exod.*26.*b.*36.*c. Eccleſ.*26.*d.* Et vt argentum, ſi non exerceatur, obſcuratur, ſi exerceatur, nitet: ſic dicta Legis, & Prophetarum, antequam à Chriſto implerentur, obſcura erant: ipſo adueniente, omnia facta ſunt lucida, & perſpicua. *Verbum Dei.* *Litera legis Prophetæ.*

Argenteæ tubæ ſignificant *l* excellentem prædicationem Verbi Dei, & magnam eiuſdem Verbi Dei vocem. *Num.*10.*a.Matth.*24.*b.* *Prædicatio verbi Dei.*

Argentum etiam quo ornatur tabernaculum, *m* confeſſionem fidei, & puritatem cõſcientiæ ſignificare poteſt. *Exod.*35.*Pſalm.*67.*Iſa.*60.*c.* Idem deſignabit argenteus nummus. 1.*Reg.*2.*g.* *Confeſſio fidei.* *Puritas conſcientia.*

Argenteum pectus ſtatuæ, *n* veritatem deſignare poteſt. *Dan.*2.*e.* Et vt argentum, quò frequentiori vſu atteritur, eò clatius redditur: ſic veritas vehementi diſcuſſione, quo magis excutitur, eò melius commendatur: & veritatis conſilia experientiæ vſu, quò certiora, eò clariora redduntur. Poteſt etiam deſignare diſcretionem, & argenteum pectus & brachia, ſunt conſilia, & opera diſcreta. *Veritas.* *Diſcretio.*

In malum verò argenteum pectus ſtatuæ, deſignat iactantiam, quæ in ſuæ laudis præconio blandam, iucundámque ſe exhibet: & pectus, & brachia argentea circumferre videtur, quæ de conſiliis ſuis, & operis rectitudine gloriatur. *Iactantia.* *Prædicatores.*

Argenteæ columnæ, dici poſſunt *o* prædicatores, nitore eloquij quaſi ſplendore argenti decorati. *Cant.*3.*c.* *Corpora cæleſtibus eloquijs fulgentia.*

Argentum etiam dici poſſunt corpora eloquiis cœleſtibus refulgentia: quæ & *p* argentea vaſa dici poſſunt. Itidem *q* animæ, & quilibet iuſti. *Exod.*12.*e.*13.*a.Iud.*17.*a.Prou.*25.*a.*26.*d.*27.*c.Iſa.*1.*f.* Et etiam ſcriptores *r* veteris legis, quorum vita inter turbas hominum reſplenduit luce virtutum, *Iob.*18.*c.* Labia etiam iuſti dicuntur *ſ* argentum electum. *Prouerb.*10.*c.* *Anima.* *Iuſti.* *Scriptores veteris legis.*

Argentum etiam ſignificat *t* eloquentes, vi verbi, & ſermonis valentes. Ipſe etiam ſermo argentum dicitur: de quibus habes in his locis permixtim. *Geneſ.*24.*d.Ioſu.*7.*d.* 1.*Reg.*9.*d.*3.*Reg.*10.*d.*4.*Reg.*22.*b.*1.*Paral.*21.*d.*29.*a.* 2.*Par.*9.*e.*34.*d.Iob.*27.*c.*28.*c.Pſal.*54.11 3.1 54.*Prou.*22.*a.*25.*b.Sap.*7.*c. Eccleſ.*6.*b.*28.*d.*47.*c.*51.*d.Iſa.*13.*c.*30.*e.*55.*a. Ierem.*10.*a.Baruch.*3.*b. Ezech.*7.*e.*27.*c.Hoſ.*2.*b.*8.*a.Dan.*2.*c.Nah.*2.*c.Zach.*9.*a.*14.*c.*1.*Mach.*3.*d. Malac.*3.*a.*2.*Reg.*8.*c. Matth.*10.*a.* Argenteum acetabulum ſunt verba prædicatoris mordacia. *Num.*7.*c.* *Eloquentes.* *Sermo.*

Argentum quandóque ſignificare poteſt dona Spiritus ſancti, vel generaliter *u* dona Dei, de quibus faciunt ſibi idola, qui illis abutuntur. *Hoſ.*8.*a.* Et argentum commixtum, deſignat naturalia bona peccato vitiata. *Dona Dei.* *Vtrumque teſtamentum.*

Argenteæ baſes binæ, *x* vtrumque Teſtamentum ſignificare poſſunt. *Exod.*26.*d.*36.*c.* deſignat etiam Prophetas ante aduentum Chriſti obſcuros, ſed poſtmodum illuſtratos. *Prophetæ.* *Iudæi.*

Argentum in ſaccis filiorum Iacob, *y* ſignificare poteſt Iudæos confitentes in operibus legis. *Geneſ.*43.*e.*44.*a.* *Laudes angelorum.*

Argentum etiam habebat lex vetus, *z* vt ſponſa in viduis, & maritatis. *Cant.*1.*c.* *Chriſtus.*

Argenteus nummus ſignificare poteſt *aa* Iudæos prædicantes fidem. 1.*Reg.*2.*g.* *Subiicientes ſe verbo Dei.*

Argenteæ baſes, poſſunt etiam ſignificare laudes angelorum, & voces Euangeliſtarum. *Exod.*26.*d.* *Patientia rationalis.*

Argentea capita columnarum ſignificare poſſunt *bb* caput noſtrum Chriſtum. *Exod.*27.*c.*35.*a.*38.*b.d.* *Miracula.*

Vt etiam ſunt capita columnarum argentata, & non argentata, ſignificare poſſunt eos, *cc* qui in totum ſe ſubiiciunt verbo Dei. *Boni in Eccleſia.*

Argenteæ laminæ columnarum, *dd* patientiam rationalem ſignificare poſſunt. *Exod.*27.*c.*35.*a.*38.*b.d.* *Conſuetudines Gentilium.*

Argentea propugnacula. *Cant.*8.*c.* deſignare poſſunt *ee* miracula cum prædicatione verbi Dei coniuncta. *Anima cum ſuis corporib.*

Argentea vaſa, ſignificant *ff* bonos, qui tantùm in Eccleſia reperiuntur. 2.*Tim.*2.*c. Exod.*3.*d.*12.*f.Iſa.*48.*b. Zach.*13.*d.Mal.*3.*a.* Deſignant etiam conſuetudines Gentilium non inutiles, quas ab illis mutuare poſſumus: vel etiam animas cum ſuis corporibus. Boni etiam in ſynagoga vaſa argentea fuere, ſed multi eorum facti ſunt argentum reprobum. *Iudæi in ſynagoga.*

Argentum etiam dicuntur *gg* opera, quæ non corrumpit ignis: ſed manent firma, & purificata. 1.*Cor.*3.*c.*1. *Eſter.*1.*a. Nee.*7.*g.Tob.*1.*c.* deſignat etiam opera, quæ apparent bona. *Eſter.*3.*c.* *Opera incorrupta.*

Argenteus funiculus. *Eccleſ.*12.*c.* deſignat *hh* candidam vitam humanam, & ſpiramen de cœlo tributum. *Vita humana.*

Argentum interdum deſignat *ii* elementum aquæ, vt cùm in ferculo Salomonis factæ ſunt columnæ argenteæ. *Cant.*3.*d.* Significare etiam poſſunt columnæ quatuor humores, quibus fulcitur corpus, qui in Chriſto fuerunt argentei, hoc eſt, puriſſimi. *Elementum aquæ.* *Quatuor humores.*

Argentum etiam deſignat quandóque dignitates, aut nobilitatem, aut alia, vnde homines ſuperbire ſolent. *Soph.*1.*c.* Diſperierunt omnes inuoluti argento. *Dignitas.*

Argentum Tharſis *kk* eloquentiam hæreticorũ, & philoſophorum deſignare poteſt: & etiam argentum Niniue. 3.*Reg.*10.*d.Iob.*3.*c.Iſa.*30.*e.*45.*e.*46.*b. Hoſ.*9.*b.*13.*a.Nahum.*21.*c.Hab.*2.*d.Zach.*9.*a.* *Eloquentia hæreticorum.*

Hoc argentum fuit in ornatu regis Tyri, aut in theſauris eius. *Ezec.*28.*b.* Eſt etiam eloquentia ſecularis, quam non quærunt prædicatores. *Iſa.*13.*d.Iob.*27.*c.* Et argentum reprobum, ſunt *ll* ſermones mali, vt hæreticorum: ſine quo argento emitur vinum, & lac. *Iſa.*1.*f.*55.*a.Hoſe.*13.*a.* Et argentei dij, ſunt falſa verba philoſophorum, & hæreticorum. *Iſa.*31.*d.* Dicitur etiam argentum ſordidum. *Prouerb.*26.*d.* *Eloquentia ſecularis.* *Hæreticus.*

Argentarius, qui ex materia argenti fabrè operatur. *Iud.*17.*b. Iſa.*40.*d.* deſignare poteſt hæreticum, qui *mm* eloquentes ſermones fabricat ad ſuos perſuadendos errores. *Scientia Trinitatis.*

Argentei trecenti dati Beniamin à Ioſeph, ſignificare poſſunt *nn* ſcientiam Trinitatis, & crucis Paulo collatam. *Geneſ.*45.*f.* *Temporalia Sacra ſcriptura.*

Argentei mille pro fructu vineæ, deſignare poſſunt *oo* omnia temporalia pro Chriſto tradita. *Cant.*8.*d.* Ad idem referri poſſunt argentei mille, quos dedit Abimelech Saræ. *Gen.*20.*d.*2.*Reg.*18.*c.Iſ.*7.*b.*

Argentei viginti, quibus venditus eſt Ioſeph. *Geneſ.* 37.*f.* deſignare poſſunt argenteos, quibus venditus eſt Chriſtus, qui tamen fuerè triginta. *Zach.*11.*c.Matth.*26.*b.*27.*a.*

Argentei

a *Rupe.ſ. Hoſe.*13.
b *Hie.ſ.Ezec.* 26.47.
c *Hie.ſ.pſ.*89.
d *Hie.ſ.Iſ.*27.
Rup. ſ. Amo. 2.
e *Gr.*3.*di.*34.
f *Glo.int.ſup. Marc.*5.
g *Glo. or.ſup. Ioſu.*9.
h *Ori.ſ.Exo. ho.*9.*& ſup. Ezech. h.*34. *Am.*2.*de Abra* 5. *Au.*17. *de ci. Dei.*5.
i *Arn. ſ. pſ.* 67. *Hie.ſ.Aug.*2. *& de veſt.ſa. cerdota. Gre.ſ.*1.*Re.*2. *&* 4.*mor.*35. *Euc.q.in Pſa. Ber.ſer.* 4. *de adu.& de diligendo Deo. Gr.*18.*mo.* 9. *Bed.ſ.Pro.*15.
k *Am.pſ.*104.
l *Ori. ſ. Mat. hom.*30.
m *Ori.ſ.Exo. hom.*11. *Hilæ.ſ.pſ.* 67. *Hie.ſ.Iſ.*60.
n *Ric.de S.Vi ctо.de ſomni. Zabucho.*23. 24.25.26.
o *Gr.ſ. Cant.* 3.*& ſ.Ezech. hom.*15.
p *Abrant. de Abr.*9.
q *Hie.ſ.*1.
r *Ger.*15.*moral.*30.
ſ *Bed. ſ. Prouerb.*10.
t *Ori.ſ. Can. hom.*1. *Hie.ſ.Iob.*28. *& ſ.Iſ.*30.*& ſ.Nah.*2. *Greg.*18.*moral.*14. *Amb.*1.*offi.*3.
u *Georg. Ven. Can.*1.*tom.*7. *Cap.*6. *Orig. ſ. Ezec. hom.*1.
x *Lyra. ſupe. Exod.*26. *Rup.*4.*ſ.Exo.* 12.
y *Amb.de Ioſeph.*9.
z *Hie.*1.*adue. Iouin.*
aa *Gr.ſ.*1. *Re.* 2.*Glo. in ſ.*1. *Re.*2.
bb *Ori.ſ.Exo. ho.*9.
cc *Glo.ord.ſu. Exo.*27.
dd *Cl.in.ſ.Ex.* 27.
ee *Gr.ſ. Can.* 8.
ff *Am.ſ.*2.*Ti.* 2.*Bed. ſ. Ex.* 12.*Hie.ſ.Iſ.*1. *Iſa.*40.
gg *Amb.de virg.*3.
hh *Hie.ſ.Ecc.*12.
ii *Am.de vir.*3.*paulo poſt init.*
kk *Hie.ſ.Iſa.*2.30.13. 15.
ll *Be.ſ.Pro.*26.
mm *Hie.ſ.*
nn *Amb. de Ioſeph.*13.*Bed ſ.Ge.*42.
oo *Gre. Can.*8. *Glo.ord.ſup.Gen.*37.

Digitized by Google

Massa generis humani.

Argentei quindecim, quibus conduxit Hosee adulteram. *Hos.* 3.*a.* designant *a* eductionem populi Israel de Ægyto, factam quintadecima die mensis primi. *Exod.* 12.

Argenteus scyphus Ioseph. *Genes.* 44.*a.* vide Calix.

Argenteæ phialæ. *Num.* 7.*g.* vide Calix.

Argenteæ cælaturæ. *Exod.* 27.*b.* vide Sculpere.

a *Lyr.s.Hos.*3.

ARGILLA, ARGILLOSVS.

ARgilla, est terra rubra, & glutinosa, in qua Hiram fundebat vasa ænea, & columnas templi. 3.*Reg.*7.*g.* 2.*Paral.*4.*d.* Designare potest *b* sacram Scripturam, à qua bene viuendi regulam accipimus. Vel designat massam generis humani: vnde fiunt vasa etiam in obsequium templi Domini.

b *Gl.or.sup.*3. *Reg.*7. *Ru.s.*3. *R.*25.

Arguere, Reprehendere, Increpare.

ARguere, est verbis reprehendere, & insimulare, quasique accusare. Increpatio verò fit asperioribus verbis. Arguit interdum Deus: vt *Gen.* 31.*f.* Arguit Laban. Et increpat per dolorem in lectulo. *Iob.* 33.*c.* quum *c* in præsentis vitæ requie vel tentationis non stimulis, vel flagelli afflictione conturbat. Et arguit in virga virorum, quum *d* arguit, vt remittat. 2.*Reg.*7.*b.Iob.*5.*c.Psal.*9.49.*Isa.*54.*c.Hab.*2.*a.Hebr.*12.*b.Apoc.*3.*d.* Et increpat Gentes, quum arguit idololatriam. *Isa.*51.*g.*66.*e.Ezech.*5.*d.*2.*Mach.*7.*f.*

c *Gr.*23. *moral.*24.

d *Arn.s.ps.* 9.

Punitio Dei.

Arguit Deus in furore, quum *e* dat pœnam æternam: qua ratione orabat Dauid, ne argueretur à Domino. Corripit autem in ira per purgatoriam pœnam. *Psal.*6.34.37.49.118.*Deut.*28.*b.Iob.*13.*b.*22.*a.*1.*Paral.*16.*b.Isa.*17.*d.*50.*b.*66.*e.Ezech.*25.*d.Zac.*3.*a.Malac.*2.3.*c.Matth.*17.*c.Luc.*4.*f.*9.*e.*

e *Bas. Aug. Gre.s.Psa.*37.

Confundens Deus malos.

Increpat Deus feras syluæ seu arundinis, quum *f* confundit hæreticos, aut dæmones. *Psal.*67.*Isa.*17.*d.* Et arguit populos multos, & non iudicat, *g* quia Iudæos, qui non eum receperunt, arguet & non iudicabit. *Isa.*2.*a.* Increpat mare, quum facit cessare tribulationes. *Psal.*17.38.75.79.103.105.149.2.*Reg.*22.*b.*4.*Reg.*19.*a.Nahu.*1.*a.Luc.*8.*d.* Arguet Spiritus sanctus mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. *Ioan.*16.*b.*

f *Hil. Arn.& Au.s.ps.*67.

g *Hie.s.Is.*2.

Arguere dicitur Christus vtrumque, *h* hoc est, Deum, & hominem: quia Deo satisfecit innocens ipse pro culpa humana, & homini, exempla quæ imitaretur, præbuit. *Iob.*9.*d.* Arguit autem Christus in æquitate. *i Isa.*2.*a.*11.*a.* Et arguit pro mansueris terræ, hoc est, in defensione Apostolorum, & etiam ipsos mansuetos arguit. Et non arguit secundùm auditum aurium: quia Pharisæos adulantes acriter increpabat. Reprehendens Moyses eum, qui faciebat iniuriam, significat Christum redarguentem Iudæos. *Exod.*2.*c.*

h *Gr.*9.*m.*31.

i *Hi. s. Is.*11.

Confessio peccati.

Arguit vias suas in conspectu Dei, *k* qui se peccatorem confitetur coram eo. *Iob.*13.*c.* Sic conscientia aut cor reprehendit. *Ios.*27.*a.*42.*a.*1.*Ioan.*3.*d.*

k *Lyr.s.Iob.*13.

Arguens Iob amicos doctrina. *Iob.*20.*a.* designat *l* Ecclesiam instruentem hæreticos docendo veritatem.

l *Gr.*15.*mo.*1.

Arguere vim diaboli aut Antichristi dicitur non posse homo, sed solus Deus: quia *m* eum, coram quo expauescent, non videntur posse arguere. *Iob.*21.*a.*

m *Gr.*16.*mo.*28.

Christus. Quilibet iustus.

Arguens in porta dicebatur *n* iudex, qui reprehendebat vitia: & dici potest Christus, qui reprehendit in portis filiæ Sion, hoc est, Ecclesiæ. *Isa.*29.*g.* Et quilibet iustus reprehendit malos in Ecclesia. Increpare etiam Hierusalem, est eorum, qui habent curam animarum. *Ierem.*29.*f.*

n *Hie.s.Is.*29

Arguens Ioannes Herodem, designat *o* legem authoritate diuinorum præceptorum principes arguentem. *Matth.*14.*a.*

o *Ori.ho.*1.*in Matth. Hil.s. Matth. Gan.*14.

Conuincere Philosophos.

Increpans Abraham Abimelech propter puteum aquæ, quem serui eius abstulerant: designat *p* Theologum conuincentem Philosophos de veritate occulta, aut malè intellecta. *Genes.*21.*c.*

p *Ru.*6.*s.*25.

Increpat iustus, sed *q* in misericordia, sicut etiam increpat sapientia. *Psal.*140.*Prou.*1.*c.*5.*b.*6.*c.*10.*c.*12.*a.*15.*a. Sapient.*12.*d.* Vera enim iustitia compassionem habet: falsa verò indignationem.

q *Lyr.s.psal.* 140.

Duritia Iudæorum.

Increpans Iacob Ioseph propter somnia. *Genes.*37.*d.* designat *r* duritiam Iudæorum ad credendum Christo, quem natum ex se videbant. Et increpantes Christum, erant Iudæi ipsum blasphemantes. *Isa.*50.*c.* Increpabat etiam Petrus Christum. *Matth.*16.*c.Marc.*8.*d.*

r *Am. de Ioseph.*1. *Bed.s.Ge.*37.

Arguere Deum verbis, est *s* petere à Deo præmium bonorum operum. *Iob.*15.*a.*23.*a.*39.*d.Isa.*1.*c.*

s *Hie.s.Isa.*1.

Arguentes amici Iob ipsum opprobriis suis, sunt *s* hæretici, qui tribulationes Ecclesiæ ex peccato prouenire asserunt. *Iob.*6.*d.*19.*a.*

t *Gr.* 14. *moral.*16.

Increpat auersio aut malitia peccantem. *Ierem.*2.*d.* quia *u* illa testis est, vel ad vindictam vel ad agendam pœnitentiam. Redarguitiones autem, sunt peccati reprehensiones. *Psalm.*37.

u *Hie.s.Io.* 2.

Increpant renes vsque ad noctem, quum *x* delectationes carnales incitant ad peccandum. *Psal.*15.

x *Hie.s.ps.*15.

Increpantes discipuli eos, qui offerebant puerós Iesu: designant *y* doctiores magistros prohibentes minus doctos docere simplicem doctrinam. Aut sunt prohibentes gentiles venire adhuc ad fidem. *Matth.*19.*b.*

y *Ori.s. Mat. ho.*7.

Increpans turba clamantem cæcum. *Matth.*20.*d.Luc.*18.*e.* designat *z* verè credentes increpantes eos qui solam humanitatem confitentur in Christo. Vel sunt *aa* discipuli prohibentes Gentiles venire adhuc ad fidem. Vel sunt turbæ carnalium desideriorum, tumultúsque vitiorum: qui priusquam Iesus ad cor nostrum veniat tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & voces cordis in oratione perturbant. Idem ferè est cùm arguebant proximi Tobiam, quia sepeliebat mortuos. *Tob.*2.*b.*

*Am.s.Luc.*18.

z *Ori.s. Mat. ho.*15.

aa *Cr. hom.*2.

Arguens Isboseth Abner ob ingressum ad concubinam patris suis. 2.*Reg.*3.*b.* designat *bb* inter malè promotum & promouentem sæpè oriri discordiam, vnde ambo pereant.

bb *Lyr. ser.* 2. *Reg.* 3.

Arguit vinum sensatos, & corda superborum. *Eccles.*19.*a.*32.*d.* Hoc est, *cc* facit eos arguendos.

cc *Lyr.s. Ecc.* 19.

Argumentum.

Hierusalem, Hæretici. Christus.

ARgumentum, est ratio aut signum, rem aliquam probans. Vt Thamar in argumentum conceptus à Iuda socero susceptí, protulit annulum, & armillam, & baculum. *Genes.*38.*f.* Et domina Ioseph in argumentum intentati adulterij per Ioseph, pallium à se retentum protulit. *Genes.*39.*c.* Sic Sumitur. *Sapient.*8.*b.*10.*c. Actor.*1.*Hebr.*11.*a.*

dd *Hie. s. Is*29.

ee *Hie. s. Ez.* 43.

ARIEL.

Christus.

ARiel interpretatur leo *dd* Dei: ciuitas, quam expugnauit Dauid, quæ est Hierusalem, in qua expugnauit Dauid arcem Sion. *Isa.*29.*a.* Et dicitur ei, Væ Ariel: quia destruenda erat à Romanis. Vel significat hæreticos, quos subuertunt doctores Ecclesiæ.

ff *Ori.ser.Le. hom.*3. *Am.*2. *de Abra.*8. *Basi.s.ps.* 28.

Ariel etiam hoc est Leo Dei, vel fortitudo Dei, vel illuminatio Dei. Est altare *ee* quod ponitur: & *Exech.*43.*e.* Et designat Christum, & habet cornua quatuor, propter quatuor Euangelia per totum orbem dispersa.

ARIES.

ARies dicitur masculus, qui in grege pecudum aptus est ad saliendas oues, & generandum: solétque esse ductor gregis. Est natura cornupeta, iracundus, & assultorius: estque animal mundum: offerri solet in sacrificium.

gg *Aug. q. in Ex.* 108. & 16. *ciui. Dei* 32. *Isy.s.Le.* 6.8. *Cy. Iulia.* 9.

Corpus, & anima Christi.

Aries significare solet *ff* Christum, aut eius passionem, aut Eucharistiam, vt aries hærens cornibus inter vepres, est Christus crucifixus & spinis coronatus, qui oblatus est pro Isaac: quia sola humanitas passa est, manente libera diuinitate. *Genes.*22.*c.* Ipse est ductor ouium: & aries oblatus in holocaustum. Ipse *gg* aries secundus, oblatus videlicet post agnum figuratiuum, pro eo sumitur in his ferè locis. *Exod.*26.*c.*29.*c. Leui.*5.*d.*6.*a.*9.*a.*16.*a.Num.*5.*a.g.c.*28.*b.*29.*a.*1.*Esd.*10.*f.Prou.*30.*d.Isa.*43.*a.*

hh *Gl.int.sup. Exo.* 29.

Duo præcepta maiora.

Arietes duo oblati in sacrificium, designare possunt *hh* corpus & animam Christi, quæ oblata sunt pro vtroque populo. *Exod.*29.*c.*

ii *Isy. s. Le.* 23.

Designant etiam *Leui.*23.*c.* duo *ii* præcepta maiora, seu consilia perfectioribus data, nempe: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & sequere me.

kk *Ori.Num. hom.*2.

Item *kk* Petrum & Paulum. *Exod.*29.*c.Num.*28.*d.*29.*b.* Aries enim offerebatur, quum dicebat Paulus: Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis.

Petrus & Paulus.

Aries præterea dici potest *ll* verbum plenum tranquillitatis & moderationis, & perfecta conuersatio. Hic aries ascendit super fœminas, hoc est, animas, eásque fœcundat acreplet, & parere facit bona opera. *Gen.*22. *Exod.*36.*c.*

ll *Am.epi.*63. & 2. *de Ar.* 2. *Phi. de som.*

*Leu.*8.*d.*

Digitized by Google

Leuit.8.d. Potest etiam significare remissionem iniuriæ, ideo pelles eius ponebantur in tabernaculo.

Arietes etiam dicuntur *a* Apostoli, & doctores, qui duces gregum fuerunt in Euangelio : & etiam prælati,& sacerdotes, qui primum ordinem tenent : qui per exempla,sua & doctrinam gradientem populum , quasi subsequentē ouium gregem ducunt. *Exod.25.a.26.c.36.c.Leuit.16.b.Psal.28.64.65.113.Prou.30.d.Thr.1.b.Genes.15.c.* Et arietes Nabaioth sunt,qui de Gentibus allecti in sacerdotium;ministri sunt Saluatoris. *Isa.60.b.*Porro arietes differunt à pastoribus, quod pastores sunt rationales , arietes autem pars sunt ipsius gregis. Vnde arietes *b* dici possunt optimates & diuites populi:qui & ipsi pars gregis appellantur. *Ierem.25.g.*Iuxta Septuaginta. *Ezech.34.c.*

Arietes præterea dici possunt *c* Patriarchæ & Prophetæ, vt doctores & principes antiqui populi. *Psal.64.113. Isa.60.b.Ezech.43.c.*Sic erat aries Elias, ardens fide in defensionem populi Dei.

Arietes etiam qui robustiores in grege, significare possunt *d* fortes , & ipsam fortitudinem : & peculiariter Martyres,qui immaculati offeruntur Deo in holocaustum,& alios suo ducunt exemplo.*Gene.31.34.d.Exod.35.a. 2.Reg.6.c.4.Reg.3.a.1.Par.7.a.29.e.Ezech.45.g.Mich.6.*

Arietes etiam exultantes dici possunt *e* summi angelorum ordines , qui miris iucunditatis suæ lusibus,contemplationisque excessibus, supra semetipsos eleuantur , & se in suis superioribus suspendunt , nil aliud quam creatricem omnium substantiam supra semetipsos aspicientes. *Psalm.113.*

Aries quandóque significat plebem Iudaicam, *f* aliquando regnaturam:vt in illo ariete, quem trimum diuisit & obtulit Abraham, indicatum est. *Genes.15.b.*

Aries , qui coniungitur oui ad generandum , *g* significat intellectum coniunctum operationi. *Genes.30.e.* Et aries hærens cornibus,est ratio non assentiens,sed suspendens assensum,quum rem assequi non potest.*Gen.28.c.* Et aries diuisus, est ratio matura, parata certamini , idonea soluendis nodis Sophistarum : est annorum trium, propter perfectionem. *Genes.15.b.*

Aries interdum significat cognitionem *h* quæ prima est , vel in bono vel in malo , ex qua cætera nascuntur. Ipsa est aries primitiarum : & est quotidie offerenda Deo. *Ezech.43.g.45.e.46.b.*

Aries præterea significat *i* robur propriæ innocentiæ : quod vnusquisque debet offerre Deo , illi acceptum ferens. *1.Reg. 14.e.*

Quatenus arietis vis est masculā , significare potest aries *k* elementum aeris , quod omnium se generationi admiscet.

Designat etiam aries, secundum quod est iracundus, & cornupera ; *l* iracundiam , aut vim irascibilem. Vnde & arietes appellantur ea instrumenta, quibus muri quatiuntur.

Arietes Amalec, quos seruauit populus,significant *m* præcipitationem in libidinem.*1.Reg.15.b.Is.22.d.34.b.*

Arietes interdum sunt *n* superbi, principes hæreticorum. *Iob.42.b.Iere.51.e.Ezech.27.d.39.c.*

Aries , rex Medorum. *Dan.8.a.f.*

Aries instrumentum , quo muri concutiuntur,vt ponitur contra Hierusalem,designat *o* aculeos tentationum contra animam : & demum impugnationes dæmonum. *Ezech.4.a.26.b.*

ARIOCH.

ARioch, id est, longus, vel procerus, siue satietas, vel ebrietas tua,vel leo tuus: fuit rex Ponti, qui venerat aduersus regem Sodomorum. *Genes.14.a.*Designat principem Gentium errore circundatarum,hoc est,idola colentium.

Fuit & princeps militiæ Nabuchodonosor,qui exequebatur sententiam occidendi sapientes Babylonis.Interpretatur ad solitudinem redigens. Est typus *p* zeli, qui non consulata ratione,exequitur aliquando illicita.

Arma, Armare, Armamentarium.

ARma sunt instrumenta bellica , quædam *q* quidem ad impetendum & feriendum hostem , quædam verò munimentum præstant aduersus hostium ictus : & vtraque in bonam & malam partem sumi possunt.Nam milites Christi armati dicuntur : & item diabolus cum suis satellitibus. Singulæ armorum species in suis locis sunt quærendæ : hic tantum agetur de armis in genere.

Armatura Dei dicitur vis vindicatiua ipsius contra peccantes. *Sapient.5.d.Ezech.26.b.* Arma etiam Dei dicitur *r* adiutorium eius in Sanctos : & virtutes , quibus nos armat, & in nobis pugnat : & ipsa anima , cum qua vincit in nobis. *Psalm.34.*

Arma bona, quibus pugnandum est aduersus hostes, sunt *s* sacra eloquia, præcepta Christi, virtutes , & bona opera:quæ dicuntur arma lucis,& arma Dei.*1.Re.13.b.* His armis spoliauerunt Allophyli Saulē,hoc est,dæmones animam peccantem. *1Reg.31.c.* De his armis intelligi potest fieri mentio in his locis. *Num.6.a.31.a.Iudi.18.c. 2.Re.1.d.1.Par.10.c.12.g.2.Par.23.b.32.a.f.Iud.7.a.14.a.Psal.34.Can.4.b.1.Mac.3.a.10.b.13.d.14.e.15.b.2.Mac.3.e. 5.a 10.e.11.b.Rom.7.a.14.d.2. Corint.6.b.10.a.Ephes.6.b.1. Petr.4.a.* Et omnia arma Dei , quibus indui iubemur, significare possunt Saluatorem : vt idem sit dixisse. Induite vos arma Dei : quasi dixerit , Induite Dominum Iesum Christum.

Armatura fortium, dici possunt *t* exempla Sanctorum, quibus Ecclesia roboratur. *Cant.4.b.*

Arma etiam spiritualia designant *u* fidem incorruptæ prædicationis:quibus munitus erat Paulus.*2.Cor.10.a.*

Armati ascendentes filij Israel ex Ægypto , designantur *x* instructi virtutibus , aut Christi virtute muniti. *Exod.13.d.38.d.4.Reg.11.b.Iob.39.c.* Et fortis armatus, est Spiritus Dei timore munitus. *Luc.11.c.*

Armati præcedebant filij Ruben & Gad ante fratres suos,*y* designātes Prophetas & Sanctos veteris testamenti: qui doctrina & exemplis in terram promissionis nos ducunt. *Num.32 c.Ios.1.d.6.b.*

Arma iustitiæ & iniquitatis dicuntur *z* corpora nostra & membra.Iustitiæ quidem,quando mouentur ad bona opera explenda secundum rationis imperium. Iniquitatis verò, quum eis vtitur diabolus ad nos impugnandos. *Rom.6.b.* Et descendunt mali in infernum cum armis suis, hoc est,cum membris suis. *Ezech 32.f.*

Arma regis ,ad quæ constituit fabros, in malum quidem , sunt *aa* nocendi subditis instrumenta. In bonum verò , acuta consilia , quibus tanto validius hostes feriunt , quanto celerius eorum astutias deprehendunt. *1. Reg.8.c.Ephes.8.b.*

Arma Saulis , quæ non poterat ferre Dauid , sunt *bb* vana mundi, & luxuriosa opera : quibus tamen armatus erat Goliat *1.Reg.17.e.Eccles.9.d.*Vel designant sacerdotium vetus,& cultum illum veterem : quæ non competebant Christo pugnaturo aduersus diabolum.Idem designare possunt arma Esau. *Genes.27.a.*Designat etiam arma Saulis *cc* scientiam secularem,qua non vincitur superbia. Possunt etiam hoc designare arma Achab, quibus indutus est Iosaphat. *3.Reg.22.e.*

Arma Goliath, quæ posuit Dauid in tabernaculo suo.*1.Reg.17.g.*sunt *dd* subiecti diabolo,quos conuersos posuit Christus in Ecclesia.

Arma in malum, est *ee* publica oppugnatio dæmonum,& membrorum eius aduersus milites Christi,& erecta contra Deum Patrocinia humana : quæ arma confringit Deus. *Psal.45.Num.20.c.Iud.7.b.2.Reg.8.b.3.Reg.10.d. 2.Paral.9.f.Prou.22.a.Eccles.10.d.Eccles.9.d. Ezech.23.d.26.b.32.f.39.d.1. Mach.1.d.5.e.7.g.11.c.2.Mac.5.d.8.d.15. a.d.Luc 11.c.*

Arma etiam dicuntur dentes filiorum hominum, quia *ff* consumunt sæuitia potestatis. *Psalm.56.*

Armatus dicitur diabolus . *gg* qui fraudibus & insidiis latenter vitam bonorum supplantat. *Iob.5.a.Iere.47.b. Luc.11.c.* Et armati, in quorum occursum pergit equus , sunt *hh* hæretici,hostes Ecclesiæ. *Iob.39.c.*

Armatus pingui ceruice dicitur, *ii* qui temporalem abundantiam in superbiam assumit. *Iob.15.c.*

Arma ferrea , *kk* necessitates vitæ præsentis dici possunt.*Iob.20.d. Prou.6.b.24.d.* Et arma dicuntur , quæ sunt necessaria vitæ. *Deut.1.g.* Instructi armis pergetis.

Armat Deus creaturam ad vltionem inimicorum , quum *ll* ministerio creaturarum animaduertit in malos. *Sapient.5.c.* Armat etiam prædicatores aduersus perfidiam Iudæorum , & stultitiam Gentilium , & dolos hæreticorum.

Armari ferro contra spinas. *2.Reg.23.a.* est *mm* armari virtute contra vitia.

Armamen

a Hie. *Aug.s. Psal.28. Basi.s.Ps.28. hom.1. Arn.& Hila. s.Psal.65. Hie.s. Thr. 1. & s.Isa. 60. Au. s.ps.113. Isyc.s.Leu.16 Gr.30. mo.1. Bed.s.Pr. 30.*

b *Hi.s.Ie. 25. & s.Eze.34.*

c *Hil.s.ps.64. Arn.s.ps.113. Hie.s.Ez.45.*

d *Gr.23.mo.3. Hie.s. Ez.45.*

e *Ric.de S.Vi. de arca. mystica.14.*

f *Au.16. ciu. Dei 24. Bed.s.Ge.14.*

g *Phil.de profugis & quis rerū di. heres.*

h *Hi.s.Ez.53*

i *Gre.s. 1.Re. 14.*

k *Amb. 2. de Abra.8.*

l *Ori. s. Exo. h.9.13.& su. Rom.12. Phil.2.allego.*

m *Gr.s.1.Re. 15.*

n *Gr.35. mo. 6. Hie.s.Ez.27.*

o *Gre.26.mo. 5.& s.Ezech. hom.12.*

p *Ric.de Sa. Vict.de somn. Nabuch.8.15*

q *Ori s.ps.36. hom.2.*

r *Au.s.ps.32. Eu.for.spi. 2.*

s *Or.s.Ro.13. Cl.Ale.4. str. Hie.s. Eph.6. Cassio.lib.8. cap.13.*

t *Gre.s.Cā.4.*

u *Amb. su.2. Cor.10.*

x *Ori.s.Num. hom.17.*

y *Ori.s.Num. ho.26.*

z *Ori.s. Ro.6. Am.s.Ro.6. Gr.9. mo.46.*

aa *Gr.s.1.Re. 8.*

bb *Au.s. psal. 143. Ber.s. de Dauid,& Goliath.*

cc *Ru.ser. 2. Re.5.*

dd *Au.s.197.*

ee *Au.s.ps.45 Gr.33.mo.29.*

ff *Hil.s.ps.56.*

gg *Gr.16.mo. 24.& hh 31. mo.24.*

ii *Gr.12.mor. 22.*

kk *Gr.15.mo. 12.*

ll *Glo.ord. su. Sap.5.*

mm *Lyr. sup. 2.Reg.23.*

Verbum tranquillum.
Remissio iniuria.
Apostoli.
Pralati.
Doctores.
Sacerdotes.
Optimates & diuites.
Patriarcha, & Prophetæ.
Fortes.
Fortitudo.
Martyres.
Supremi angeli.
Plebs Iudaica
Intellectus, vel ratio.
Cogitatio.
Innocentia.
Elementum aeris.
Vis irascibilis.
Præcipitatio in libidinem.
Hæresiarcha.
Tentationes.
Zelus.
Vis vindicatiua Dei.
Adiutorum Dei.
Virtutes.
Anima.
Sacra eloquia
Præcepta
Christi Virtutes.
Bona opera.
Christus.
Exempla sanctorum.
Instructi virtutibus.
Prophetæ.
Corporæ nostra.
Opera munda
na sacerdotium vetus.
Scientia secularis.
Subiecti diabolo.
Oppugnatio dæmonum.
Necessitates vitæ præsentis.

Digitized by Google

Sacra scriptura.

Armamentarium est locus, vbi reconduntur arma. In bonum, significare potest *a* sacram Scripturam : vnde sumimus arma aduersus tentamenta diaboli. 3.*Reg.*14.*g.*2.*Par.*9.*d.*11.*b.Isa.*22,*b.*

a *Hi.s. Is.*22.

Armiger.

Obedientes perfectè. Ministri diaboli.

AMiger est, qui arma alterius portat, quibus ipse non pugnat : sic sunt in sancta Ecclesia, qui nouiter instruuntur, qui audiunt virtutes doctorum, quas ipsi nondum operantur, & arma Ionathæ, sunt hortamenta doctoris. Et cùm dicit armiger Ionathæ, 1.*Reg.*14.*c.* se illi ad omnia affuturum, designat perfectè *b* obedientem. Fit mentio de armigeris. *Iud.*9.*g.*1.*Reg.*16.*d.*31.*a.* 2. *Reg.*18.*d.*

b *Gl. ord. su.* 1.*Re.*14.

Armiger Goliath, ministros & auditores diaboli significare potest. 1.*Reg.*17.*d.*

Armenia.

ARmenia Hebraicè dicitur Ararat, & interpretatur, maledictio timoris : est prouincia, super cuius montes requieuit arca Noe. *Genes.*8.*a.*4.*Reg.*19.*g.*

Armentum, Armentarius.

Antiqui patres. Doctores. Laborantes in ecclesia. Simplices. Sectatores hæreticorum. Cogitationes libidinis.

ARmentum est grex boum : & potest significare antiquos Patres, vnde sumptus est vitulus ad conuiuium angelorum, & ad sacrificia, qui est Christus. *Genes.*18.*a.*26.*c.Deut.*24.*c.*32.*c.Ezech.*43.*f.*

Armentum significat etiam *c* multitudinem doctorum, & laborantes in Ecclesia : & etiam simplices. *Genes.*34.*d.*45.*a.*46.*d.*47.*a.*50.*b.Exo.*10.*c.*12.*f.*29.*a.Leuit.*9.*a.*1.*Paral.*27.*d.Par.*32.*g.Isa.*65.*b.Ier.*5.*d.*31.*b.Eccl.*2.*b. Hos.*5.*b.Ioel.*1.*g. Amos.*6.*b.Hab.*3.*d.Matth.*4.*g.*

c *Hie.s.*1*s.*65. *& s.Ecc.*2.*& s.Ioel.*1.

Armenta boum Holophernis, sectatores hæreticorum significare possunt. *Iudith.*2.*b.Ierem.*3.*g.*

Armenta Amalec, significant *d* fortiores, & molestiores libidinis cogitationes, aut etiam maiores culpas : vel sequentes libidinem. 1.*R.g.*15.*b.*

d *Gr.s.*1. *Re.* 15. *His.s.Ie.*3

Armentarius dictus Amos, Ecclesiasticum virum seu doctorem significare potest. *Amos.*7 *d.*

Armigatus.

ARmigatum idem ferè significat, quod *e* ornatum aut constitutum : vt armigata organa, dicuntur rectè constitutra, aut potius aut lignis cedrinis facta. 2.*Reg.*6.*c.*1.*Matth.*9.*d.*Armigata dicuntur instrumenta quædam musica. Armigatum volunt aliqui dici, quasi ad armum ligatum.

e *Glo.ord.s.*2. *Reg.*6.

Armilla, Viriola.

Occasiones bonorum operum. Materia præceptorum. Opera. Sponsio fidei. Obedientia Christi. Iustificatio. Opera prælatorum. Diuina. protectio.

ARmilla, est ornamentum manuum aut brachiorum, præcipuè fœminarum.

Armillæ, significare possunt *f* occasiones bonorum operum, quæ per manus intelliguntur : aut ornamenta quæcunque factorum. *Num.*31.*g.Isa.*3.*d. Ezech.*16.*b.*23.*f.*

f *Orig.s. Nu. ho.*1. *& sup. Ezec.ho.*6.

Armillæ decem siclorum datæ Rebeccæ, *g* significant obiecta seu materiam decem præceptorum, circa quam debent fidelium opera versari. Vel designdnt *h* opera perfecta sapientiæ : ideo pondus earum est in numero perfecto. Vel designant generaliter opera. *Genes.*24.*d.*

g *Am.* 1. *de Abra.*9. *Phi.de congr. &c.*

Armilla, quam dedit Iudas Thamar in pignus. *Genes.*38.*d.* designat *i* sponsionem fidei : aut legitima legis, aut obedientiam Christi Ecclesiæ collatam : & etiam iustificationem, quæ est post vocationem : & pignus immortalitatis. Designant etiam *k* charitatem, seu charitatis operationem.

h *Au ser.*75. *Bed.s.Ge.*24. *Orig.s. Cant. hom.*2.

Armillæ, quas obtulerunt filij Israel in opus tabernaculi, designant *l* opera prælatorum, quæ debent inferiorum opera excellere. *Exod.*35.*c.Num.*31.*g.*2.*Reg.*1.*b.*

i *Bed.s. Gen.* 38.

Armilla, qua Deus perforat maxillam Leuiatham, significat *m* diuinam protectionem erga nos, qua occulto iudicio de ore diaboli nos liberat. *Iob.*40.*d.*

k *Ru.*8.*s.Gr.* 10.

Armon.

ARmon, id est, *n* malum granatum, vel mons numerationis, aut mons præparationis, siue mons doni : est mons qui creditur esse in Armedia, quò ductæ sunt decem tribus captiuæ, & significare potest punitionem hæreticorum. *Amos.*1.*a.*

l *Gr.* 30. *mo.* 10.

Armus.

Bona opera. Concupicentia. Fortitudo.

ARmus in animalibus, est ea pars, quæ in homine humerus dicitur.

Armus dexter arietis, qui solet offerri in sacrificium, aut in partem cedit sacerdotis, bona opera designare solet : & est sacerdotis, quia Christus opera nostra debet operari in nobis. *Exo.*29.*d.Leu.*7.*d.*8.*b.*9.*d.*10.*c. Num.*6.*c.*18.*c.Deut.*18.*c.* Designare etiam potest *o* concupiscentiam.

m *Grego.*33. *mo.* 4.

Designat etiam armus dexter *p* fortitudinem ad sustentandos defectus inferiorũ, quæ necessaria est sacerdoti & armus positus seorsum Sauli, *q* designat fortitudinem debere esse singularem in prædicatore. 1.*Reg.*9.*d,*

n *His.f Am.*1

Armus qui ponitur in olla. *Ezech.*24.*a.* videtur significare electiores ex populo Israel.

o *Geor. Ven. Can.*2. *to.*3. *cap.*3.

p *Isy.s.Leu.*7. *Gre.*2.*past.*3. *Tho.* 1.2.*que.* 101.*arti.*3.

Arnon.

Cogitationes. Scientia veritatis.

ARnon, id est, exultans, siue arca eorum, aut lux filij, vel lux, aut maledictio permanens : est nomen torrentis inter Moabitas, & Amorrhæus. *Num.*21.*c.Deut.*2.*c.Ios.*13.*c.Iud.*11.*c.* interpretatur etiam lux eorum : & est in figura *r* cogitationem, quibus occupiscentiæ nituntur. Designat etiam *s* scientiam veritatis, ad quam debent transire, qui erant in erroribus. *Isa.*16.*a.*

q *G.s.*1.*Re.*9.

r *Phi.*2.*alleg.*

Aroer.

Idololatria.

ARoer, *t* id est, myrica : ciuitas in torrente Arnon : potest designare idololatriam. *Isa.*17.*a.*

s *Hie. Is.*16.

t *Hie.s.Is.*17.

Aromata.

Opera Christi. Charitas. Fides & bona opinio. Virtus. Doctrina legis, & Prophetarum. Scientia. Prædicatio. Opera præcipua misericordiæ. Pœnitentia. Oratio. Mendatia hæreticorum. Opera reproborum.

AROmata dicuntur res suauiter olentes, confortantes ac penetrantes : quarum odor spargitur : quum igne intenduntur. Sunt ergo odoramenta delectabilia. *Genes.*37.*e.*50.*a.*

Aromata in primis fuerunt opera Christi in cruce, voluntas prompta quæ se sponte offerebat, mors quam patiebatur, patientia, & immensa eius charitas erga homines : quæ omnia optima fuerunt aromata gratissima Deo patri. *Exod.*25.*a.*30.*d.*

Aromata significare possunt *u* odorem fidei & bonam opinionem. *Genes.*37.*c.*50.*a.d.Cant.*5 *d.* Et ipsas virtutes, vnde fluit odor bonæ opinionis. *Cant.*4.*d. Exod.*25.*a.*

u *Gr.s.Can.*5. *Glo. inte. sup. Exo.*25.

Significare etiam possunt *x* doctrinam Legis & Prophetarum, ac etiam scientias morales & naturales. *Exo.*25. *a.*30.*d.*33.*c.*37.*d.*40.*c.Cant.*3.*c.*4.*c.*5.*a.d.*6.*a.*8.*d.Isa.*33.*a.Eccles.*24.*b.* Potest etiam prædicatio designari.

x *Ori.s.Cant. ho.*1.

Designat *y* etiam opera bona, præcipuè misericordiæ in eisdem ferè locis. & 3.*Reg.*10.*b.*2.*Paral.*2.*a.*9.*a.*32.*f. Ester.*2.*c.* Possunt autem poni aromata mentis, aromata linguæ, aromata manus. Aromata mentis sunt affectus compassionis, zelus iustitiæ, spiritus discretionis : emuntur nummo propriæ voluntatis. Aromata linguæ sunt modestia in increpando, copia in exhortando, efficacia in persuadendo : emuntur nummo confessionis. Aromata manus sunt continentia in carne, misericordia in fratre, patientia in pietate : emuntur nummo subiectionis. Aromata sunt etiam opera pœnitentiæ : vt aromata myrrhæ & thuris. *Cant.*3.*c.*5.*b.*

y *Ori.s.Cant. hom.*2. *Gr.s.*1.*Re.*14. *&* 9.*mo.*9. *& s.Can.*4. *Ber. ser.*2. *resurre. & ser.par.*15.

Significant etiam aromata *z* humilem orationem ad Deum ascendentem illíque gratam. *Leuit.*16.*c.* Hæc aromata tulit regina Saba ad Salomonem, hoc est, Ecclesia ad Christum 3.*Reg.*10.*b.* Ad hanc pertinent montes aromatum. *Cant.*8.*d.*

z *Oris. Cant. hom.*2.

Aromata, quæ deferuntur ad Tyrum, sunt *aa* mendacia hæreticorum, quæ similitudinem habent cum verò. *Ezech.*27.*c.* Et aromata, quæ superat odor vnguentorum sponsæ, sunt *bb* opera reproborum, quæ videntur bona, & hominibus placent. *Cant.*4.*c.*

aa *Hie.s.Eze.* 27.

bb *Gr.s.Can.* 4.

Arrabo.

Pignus Spiritus sancti. Virtutes Theologicæ.

ARrabo, est pignus, quod datur in signum promissæ fidei, præcipuè *cc* inter sponsum & sponsam.

Arrabo, quem dedit Iudas Thamar, significat pignus Spiritus sancti collatum animæ in signum promissæ beatitudinis. *Genes.*38.*d.* Et erat triplex vt designaretur *dd* animam vocatione signari, iustificatione decorari, glorificatione exaltari : quos enim prædestinauit, illos & vocauit : quos autem vocauit, & illos & iustificauit : & quos iustificauit, illos & glorificauit. Designat etiam *ee* tres virtutes Theologicas, quibus defendentur coram Domino.

cc *Au.*22.*cõ. Fau.*86.

dd *Bed.s. Ge.* 38.

ee *Ru.* 8.*s. Gen.*30.

Digitized by Google

Arridere, quare Ridere.
Arripere, vide Rapere.
Arrogans, Arrogantia, quare Superbus.
Ars, Artifex.

ARS quæ dicitur recte ratio rerum factibilium, multiplex est in sacris libris: vt ars polymitaria, ars gemmaria, ars plumaria: & similes, quæ omnes suis locis quærendæ sunt. Artifex autem est, qui per artem operatur.

a Gr.ſ.Can.7. Rup.ſ.Can.6. Hie.ſ.Iſ.3.

Artifex aliquando dicitur Deus, aut sapientia. *Sapient.7.c.* 8.*a.*13. *a. Hebr.* 11.*c.* Et artifex monilium *a* est Christus. *Cant.7.a.* — *Deus. Christus.*

Artifices tabernaculi & templi, sunt Apostoli & prædicatores. *Exech.*36.*a.*2. *Reg.*5.*b.*3. *Reg.*7.*b.* 4. *Reg.*12.*c.*1. *Paral.*4.*b.*14.*a.*22.*d.*2. *Paral.*2.*c.*24.*c. Eccleſ.*9.*c. Cant.*7.*a. Eccleſ.*9.*d. Ierem.*10.*a. Hoſ.*8.*b.*13.*a. Actor.*19. *Apoc.*18.*g.* Eosdem designat artifex lignorum Ooliab. *Exod.* 38.*c.* Et artifices Hierusalem, quos transtulit Nabuchodonosor in Babylonem. 4. *Regum* 24. *c.* sunt aliqui ex doctoribus Ecclesiæ: quos transfert diabolus in confusionem peccati. — *Apostoli & prædicatores.*

b Hie.ſ.Ie.10. & Oſ.8.

Artifex lignarius faciens idola, *b* est hæreticus, qui & artifex sapiens dicitur propter calliditatem, qua sibi sapiens videtur. *Isa.*40.*c.*44.*b. Ierem.*10.*a.c. Hoſe.*8.*b.*13.*a.* — *Hæreticus.*

Articulus.

ARticulus dicitur particula inter nodos digitorum, & per metaphoram pars orationis, aut etiam pars temporis. *Geneſ.*8.*b. Dan.*5.*b.*10.*b.*

Aruus, quare Membrum.
Arnina, vide Adeps.
Arula, quare Altare.
Aruum, vide Ager.

Arundo, Arundinetum, Calamus.

ARundo seu calamus, est longa, & distincta nodis, ac intus vacua, foris virens: crescit iuxta aquas, estque fragilis, & facilè ob leuitatem omni vento agitatur, Datur calamus ad scribendum, & metiendum, & ad sustentandum, vt baculus. Et calamus, penna. Calamus etiam dicebatur stipes candelabri.

c Baſ.ſ.p.44.

Calamus scribæ. *Psalm.*44.*a.* Æternitatem Verbi diuini *c* significare potest: quia quod scribamus permanet: atque ita à patre cuius lingua calamus dicitur, Verbum illi coæternum, ac sine transitu generatum est. Et lingua *d* est calamus scribæ, cum dictat Spiritus sanctus dicenda: & quum lingua obtemperat rationi & cùm profert vehementes laudes Dei. — *Verbum Dei patris.*

d Hil.ſ.pſa.51 Hie. ad princ. Cyr. de adora. in Spiritu ſan. Gr.23. mo.4.

e Hie.ſ.Iſ.35.

Calamus etiam *e* scriptorum doctrinam designat: vt de sancta Ecclesia Isaias pollicetur, dicens. *Isa.*35.*c.* In cubilibus, in quibus dracones prius habitauerant, orietur viror calami & iuncus: vt scilicet scriberetur in cordibus Gentilium. Sacra autem Scriptura dicitur calamus *f* seu arundo, sicut vox dicitur lingua. Hac arundine dederunt Iudæi potum Christo, *g* cùm sacras Scripturas ineptis sensibus peruerterent. *Matth.*27.*f.* — *Sacra scriptura.*

f Au.ſ.pſ.63. & ſ.Ioan.tra-ctu 119.

Arundo autem illa, qua Christo obtulerunt Iudæi acetum, significat *h* scripturas hæreticorum Christo minimè gratas. *Matth.*27.*f.* Et arundo *i* aut sylua hæreticos ipsos & dæmones significare potest. *Psalm.*67. Vt autem arundo foris virescit, & intus est vacua: *k* sic sermo hæreticus nitet quidem verbis, sed intus vacuus est, nihil in se solidum habens. *Isa.*19.*b. Iob.*40.*c.* Potest etiam arundo illa significare synagogam Iudæorum, quæ acetum blasphemiarum obtulit Christo. — *Scriptura hæreticorum. Synagoga.*

g Gl. ord.ſup. Matth.27.

Arundo seu calamus ad metiendum seu etiam ad scribendum dici potest caro Christi, quæ est calamus Verbi: & etiam *l* caro vniuscuiusque temperata, vt obtemperet rationi: & sic calamus tingendus est sanguine. *Psal.*67. 2. *Corint.*3.*a.* Est etiam calamus gratia prophetalis. *Psal.*44. *Exec.*40.*a. Apoc.*11.*a.*21.*c.* — *Caro Christi, & aliorum. Gratia prophetalis.*

h Ort.ſ. Mat. ho.35.

Calamus mensuræ. *Ezech.*40.*a.* est *m* prædicator, vel ipsa prædicatio, per quam Christus metitur, quum facit prædicatores suos hæc vel illa dicere, & his prædicare, illis verò minimè. Vel est *n* sacra scriptura, quum quisquis legit, semetipsum metitur, vel quantum in spiritali virtute proficit, vel quantum à bonis, quæ præcepta sunt, longè disiunctus remansit, quantum iam assurgat ad bona facienda, quantum adhuc in prauis actibus prostratus iaceat. Vel vt erat sex cubitorum & palmi, designat *o* vitam actiuam existentem cum aliqua parte contemplatiuæ. Calamus etiam viridis, est ipse prædicator. *Isa.*35.*c.* Calamus præterea mensuræ dici potest *p* Spiritus sanctus: vt sex cubiti sint sex dona: palmus verò donum sapientiæ, quæ iam est quiescentium. — *Prædicator. Prædicatio. Vita actiua. Spiritus sanctus. Prædicatores. Filij ecclesiæ.*

i Arn.& Hil. ſ.Pſ.67.

k Hie.ſ.Iſ.19.

l Am.ſ.Lu.7.

Hie.ſ.Ez. 40.

m Hi.ſ. Ex h. 13.

n Gr.19.mor, c.28.

Gr.ſ.Ez.h.15.

o Ru.2.ſ. Ez. 5.

Calami sex in candelabro, designant prædicatores perfectos, & filios Ecclesiæ. Et sunt terni in vtroque latere, designantes eos, qui confitentur Trinitatem ante & post incarnationem. Vel tres status Ecclesiæ, nempe prælatorum, coniugatorum, & continentium. *Exod.*15.*d.*37.*c.* Hi dulcem sonum in mundo ediderunt, hoc est, canticum nouum.

p Gr.ſ.Ez.h.6

Arundo aurea, significare potest *q* fidem in fragili carne. *Apoc.*21.*d.* — *Fides.*

q Au.ſ.Apoc. hom.17.

Arundo quam in manibus Christi posuerunt, & qua caput eius percusserunt. *Matth.*27.*c.* significat sceptrum *r* inane ac fragile, super quo incumbebamus omnes priusquam crederemus: quòd est sceptrum maligni. Confidebamus enim in virga calami Ægypti. Arundineus etiam baculus est *s* ipse diabolus vanum & fragile, & citò comminuendum repromittens auxilium. *Ezech.*29.*b.* Est etiam arundineus baculus mundana sapientia, cui innituntur hæretici. — *Sceptrum inane. Diabolus. Sapientia mundana.*

r Hiſ.Ma.27. Cyril. dial.2.

ſ Hie.Ez.29.

Calamum etiam tenebat Christus in manu, vt sacrilegium scriberet Iudæorum: vel etiam vt venerata occideret animalia.

Designabat etiam calamus in manu Christi literam Legis de se vacuã, nisi Christus eam manu sua sustentet. — *Litera legis.*

t Ru.6.ſ.Apo.

Calamus similis virgæ. *Apoc.*11.*a.* Est *t* facultas scribendi cum magisterij autoritate: qualis est in Euangelistis, & aliis sacræ Scripturæ autoribus, quorum autoritas est irrefragabilis. — *Autoritas autorum sacra. Scriptura.*

u Am.ſ.Luca 7.23. Eu.for.ſpi.4. Gre.33.mo.4. & hom.6.

Arundo etiam in manu Christi sumus *u* nos nulla validioris naturæ radice fundati: & si leuis aspirauerit prosperioris aura successus, vago motu proximos verberamus. Fluuios amant arundines, & nos labentia mundi caduca delectant. Est autem homo de gloriæ seculi inanitate speciosus, fructu autem veritatis cauus exterior placens, & nullus interior, ad omnem ventorum motum spirituum immundorum flatu mouendus. Eadem ratione calamus est mentis mobilitas. Et arundo vento agitata, sunt qui in prosperis eleuantur, & in aduersis deprimuntur. Itaque oportet nos in manu Christi teneri, ne omni vento moueamur. *Matt.*11.27.*c. Luc.*7.*d.*3. *Reg.*24.*c.* 4. *Reg.*18.*e. Iſa.*36.*a. Ezech.*29.*b.* — *Humanum genus.*

x Gr.33.mo.4 Au.ſ.pl.83.

Calamus rursus, est *x* nitor gloriæ temporalis: vnde iustis per sapientiam dicitur. *Sap.*3.*b.* Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Arundinetum namque viram secularium appellat, qui more arundinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt, sed intus à soliditate veritatis inaresciunt. Sic sumitur. *Ioſ.*16.*c.*17.*b. Iob* 40.*d. Iſa.*29.*a.* Dicitur baculus arundineus, prosperitas temporalis: quia si quis ei innitatur, perforabit manum eius, & corruet. — *Gloria temporalis.*

y Hil.ſ. Mat. cap.12.

z Hil.can.33.

Arundo quassata *y* Gentiles designare potest. *Matth.*12.*b. Iſa.*42.*a.* Idem *z* sunt arundo in manu Christi, eius caput percutiens: quia infirmi corpore manu Christi comprehensi, etiam in Deum patrem qui caput Christi est, acquiescunt. *Matth.*27.*c.* Eadem dant illi bibere acetum, quia corporum nostrorum vitia accepit in se. *Matth.*15.*b.* — *Gentiles.*

aa Baſ. reg. breui.291.

bb Hie. ſ. Iſ. 42.

Calamus etiam quassatus dicitur *aa* exequens mandata, non ea, quæ requiritur animi synceritate. Aut etiam *bb* quilibet peccator, quem Christus ad confidentiam excitat. — *Peccatores.*

cc Tert.aduer Iudæos.

Arundo præterea quassata, est *cc* modica fides Iudæorum, & regnum eorum temporale, virens exterius sed interius vacuum, Aut ipsi *dd* Iudæi, qui impegerunt in Christum, & quassati sunt, & vt arundo quassa est diuisa & vnum ita in vno populo Iudæorum, erant diuisiones. — *Fides Iudæorum. Regnum Iudæorum.*

dd Gr.33.mo. 4. Hie. Aglaſia. Au.1.q.in eu-ang.3.

Calamus est etiam quidam inter aromata, qui & fistula dicitur, est odoriferus, & designat gratiam doctrinæ in Christo. *Exod.*30.*e. Iſa.*43.*d. Ier.*6.*e.* — *Gratia doctrina in Christo.*

Sumendo

Sumendo autem in malum, significat *a* in hæreticis sermonem vocalémque sonum. *Eze.* 37. *d.* — *Sermo hæreticorum.*

Arx quare Turris.

Asa.

ASA, id est, medicus, aut sanans, rex Iuda, filius Abiæ. 3. *Re.* 15. *b.* 2. *Par.* 14. *a. Matth.* 1. *a.*

Asael.

ASAEL, id est, fecit Deus, siue factura Dei: frater Ioab, qui occisus est ab Abner, quum eum nimium importunè persequeretur. 2. *Reg.* 2. *c.* 23. *d.* 1. *Par.* 2. *b.* Typus est *b* eorum, qui per abrupta furoris feruntur, nec blandis verbis mitigari volunt: vnde & confossus est. — *Iracundi.*

Asaph.

ASAPH, id est, congregans siue colligens, aut finiens: Leuites, filius Barachiæ, princeps cantorum. 1. *Paral.* 6. *a.* 16. *a. Nee.* 7. *a. Isa.* 36. *a.* Interpretatur etiam, synagoga, & est typus ipsorum Iudæorum. *Psal.* 72. 79. in tit. Et cùm dicitur in titul. *Psalm.* 37. Intellectus Asaph, designatur *c* noua synagoga fidelium intelligentium mysteria. — *Iudæi. Fideles.*

Ascalon.

ASCALON, *d* id est, appensio, vel statera, siue ignis infamiæ, vel ponderata, vel ignis homicida: ciuitas superioris Idumeæ aut potius Palestinæ. *Iud.* 1. *d.* 2. *Reg.* 1. *d. Ierem.* 47. *c. Amos*, 1. *c. Soph.* 2. *a. Zach.* 9. *a.* 1. *Mach.* 11. *f.* 12. *e.* Potest poni in figuram gentilitatis. — *Gentilitas.*

Vt interpretatur ignis homicida, typus esse potest *e* diaboli & hæresiarcharum, qui sagittas habent ignitas. *Amos*, 1. *c. Soph.* 2. *a.* Designat etiam *f* Iudæos, qui ingenti furore homicidia perpetrarunt. — *Diabolus. Hæresiarchæ. Iudæi.*

Ascella.

ASCELLA, pars in auibus sub ala: & hominibus sub brachio, aut sub humero.

Ascellæ auium confringendæ, significant *g* corpus proprium castigandum, seu membra hominis Deo seruientis. *Leui.* 1. *d.* Vel designant virtutes per humilitatem deprimendas. — *Corpus humanum. Virtutes.*

Ponere manum sub ascella, est *h* dare quietem corpori à bonis operibus cessando. Vel manus, sunt bonorum operum exordium, quas non mouisse imputatur pigro. *Prouer.* 9. *d.* 26. *c.* Vel designatur desidiosus prædicator. — *Pigritia.*

Ascendere, Ascensor, Conscendere, Subire.

ASCENDERE est motus ab inferiori loco ad superiorem: admittit allegoriam secundum loca ad quæ ascenditur, aut vnde ascenditur, & secundum ipsos ascendentes. Absolutè autem positum dicit excellentiam aut dignitatem. *Prou.* 25. *a.* Melius est vt dicatur tibi: Ascende huc: quàm vt humilieris coram principe. *Eccl.* 3. *d. Luc.* 14. *b.* Ascendere autem interdum est accedere. *Gen.* 30. *g.* Primo tempore ascendebantur oues. Aggredi. *Exod.* 15. *b.* Ascenderunt populi, & irati sunt. Parate bella. *Iosu.* 8. *a.* Ascende ad populum Hai. Crescere. *Ionæ.* 4. *b.* Ascendit super caput Ionæ. Egredi. *Gene.* 2. *a.* Fons ascendebat de terra. Equitare. *Iudi.* 5. *b.* Qui ascendistis super nitentes asinos. Exaltari. *Psal.* 103. Ascendunt montes & descendunt campi. Exaltari virtute. *Gen.* 41. *c.* Feeitque eum ascendere super currum suum secundum. Excedere. *Gen.* 49. *b.* Ad prædam fili mi ascendisti. Ingredi. 49. *a.* Ascendisti cubile patris tui. Proficisci. *Gen.* 38. *c.* Ascendebat ad tonsores ouium. Radere. *Iudi.* 16. *d.* Nouacula nunquam ascendit super caput meum. Regredi. 1. *Reg.* 1. *f.* Ascenderunt inde lætantes. Enecare aut molestia afficere. *Exod.* 8. *b.* Ascenderunt ranæ, per vindictam. *Psal.* 77. *c.* Ira Dei ascendit super eos.

Ascendere propriè *i* non potest Deo competere, qui moueri non potest secundum locum, sed solum conuenit illi secundum metaphoram: vt ascendit Deus ad Abraham, secundum quòd in sua æternitate se continet. *Genes.* 17. *d.* Et ascendit super Cherubim, *k* secundum quòd transcendit omnem scientiam. *Ps.* 17. Ascendit etiam Deus super Cherubim, quum in mentibus prædicatorum scientiæ altitudinem ponit. — *Punitio Dei. Inspiratio Dei.*

Ascendit etiam Deus sicut riuus super Sanctos, *l* vt eorum videlicet tertena opera consumat. *Amos.* 9. *b.* — *Missio Christi.*

Ascendit Deus in medio populi. *Exod.* 33. *a.* puniendo *m* videlicet populum, vt deinceps timeatur, & glorificetur à populo. Sic ascendit super Ephraim. *Hos.* 10. *c.* Et ascendens fumus de nanibus Dei. 2. *Reg.* 22. *a. Ps.* 17. 77. Designat vim diuinæ iræ & vltionis: aut inspirationem eius, qua excitat nos ad compunctionem. — *Docens Christus ecclesiam Celsitudo maiestatis Christi.*

Ascendit Iudas ad tondendas oues. *Gen.* 38. *c.* designans *n* Christum missum ad oues, quæ petierunt domus Israël.

Ascendit Iesus in montem, *o* cùm venit ad Ecclesiam ad docenda maiora præcepta iustitiæ, & docens quòd, qui debet orare, debet ascendere relinquendo terrena. *Matt.* 5. *a.* 14. *c.* 15. *c. Luc.* 6. *c.* 9. *d. Isa.* 53. *a.* Ascendit etiam in montem, hoc est, ad celsitudinē maiestatis: & ascendit solus: quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de scendit de cœlo. *Ioan.* 6. *a.* Designatur autem æqualitas cum Patre, quum dixit. *Ioan.* 20. *d.* Nondum ascendi ad patrem meum. Ascendit etiam Iesus in montem, vt ibi doceret: indicans *p* prædicatores prius per opera ad perfectionis culmen ascendere debere, vt tunc meritò alios docère valeant. — *Æqualitas Christi cum Patre.*

Ascendens Ioseph super currum, *q* typus est Christi in cœlum ascendentis: & quia ascendit super currum secundum, designat sessionem eius ad dexteram Patris. *Gen.* 41. *e.* Idem designauit ascendens Ioseph ad patrem suum, *r* aut obuiam patri. *Gen.* 45. *b.* 46. *c. Ma.* 5. *a.* Ascendit etiam super Cherubim, *s* cùm eleuauit naturam humanā in cœlum super omnes Angelos. *Ps.* 17. 46. 67. 138. Et ascendens Iudas ad prædam, designat Christum ascendentem in cœlum, captiuam ducentem captiuitatem, quum videlicet naturā nostram illuc deportauit, & omnes Sanctos ex limbo eductos. *Gen.* 49. *b.* Septuaginta dicunt, ex germine, vt declaretur incarnatio. Et ascendens Elcana cum omni domo sua ad immolandam hostiam solennē, designat Christum ascendentem in cœlū cum Patribus veteris Testamenti. 1. *Reg.* 1. *c.* Ascendit autem Christus pandens iter ante eos. *Mich.* 2. *d. Ephe.* 4. *b.* Et ascendens nubecula de mari, significat humanitatem Christi in cœlum eleuatam, & imbrem donorum Spiritus sancti in terram mittentem. 3. *Reg.* 18. *g.* Et ascendit super occasum, hoc est, in cœlum in occasum mundi, vincendo mortem sua resurrectione. Et super cœlum cœli, id est ad altitudinem diuinitatis. *Deut.* 33. *d. Prou.* 30. *a. Amos*, 9. *b. Baru.* 3. *c. Ioan.* 3. *b.* 6. *g.* Idem ascendens Dauid in lectum strati sui. *Psal.* 131. Et in tutiora loca. 1. *Reg.* 24. *a.* — *Æqualitas Christi cum Patre. Ascensio Christi in cœlum.*

Ascendens etiam Iudas ad prædam, *t* designabat ascensum Christi in crucem: vnde prædam accepit ab inferis. Et quum dicerent pueri Elisæo. Ascende calue: ascensum Christi in crucem in Caluariæ loco præfigurabant. 4. *Reg.* 1. *d.* Et ascendit Christus in altum, hoc est, in crucem, vnde captiuam duxit captiuitatem. *Psal.* 67. Et ascendisse dicitur Christus *u* in palmam, hoc est in crucem. *Cant.* 7. *c.* — *Ascensus Christi in Crucem.*

Ascendit Dominus super Occasum, *x* cùm eleuat mentem supra semetipsam per excessum, ita vt à seipsa deficiat. *Psal.* 67.

Ascendens Elcana de ciuitate sua, vt adoraret, &c. 1. *Reg.* 1. *a.* designat *y* Christum manifestantem se per sacram scripturam: vt cùm dicebat *Ioan.* 5. *f.* Scrutamini scripturas, &c. Et *Luc.* 7. *d.* Cæci vident, &c. Et ascendens puteus *z* designat manifestationem & exaltationem Christi & fidei. *Num.* 21. *d.* Idem possunt designare ascendentes exploratores de puteo. Ascendens angelus ab ortu Solis *aa* est Christus manifestatus, qui venit à Patre. *Apoc.* 7. *a.* — *Manifestatio Christi.*

Ascendens leo de cubili, *bb* designat Christum resurgentem. *Iere.* 4. *b.* Quantum ad literam verò dicitur de rege Babylonis: & potest intelligi de authore peruersorum dogmatum, & de diabolo.

Ascendit dominus super nubem leuem, *cc* quum Verbum factum est caro in vtero Virginis. *Isa.* 19. *a. Ps.* 103. Et ascendit flos de radice Iesse, *dd* quum Christus natus est secundùm carnem: & quum venit ad bonos, & eorum profectu ascendit. *Is.* 11. 53. *a.* Et ascendit ventus vrens de deserto, *ee* quum Christus natus est ex Virgine. *Hose.* 13. *d.* Ascensus diluculi. *Ionæ*, 4. *c.* est *ff* rempus aduentus Christi in mundum. — *Incarnatio Christi.*

Non ascendere dicitur Deus cum Mose, aut cum populo: quia est duræ ceruicis *gg* quasi nolens deducere & introducere ad mysteria ingratos: ne amplius puniantur. *Exod.* 33. *a.* — *Non deducens Deus.*

Ascendit Iesus Hierosolymam post prædicationem factam Samaritis, & Galilæis. *Ioan.* 5. *a.* vbi *hh* conuersionem Iudæorum in fine mundi indicauit.

a Hie. s. Eze. 27.

b Gre. 3. past. adm. 17.

c Au. s. ps. 72. 73.

d Hie. s. Za. 9.

e Hie. s. Am. 1.

f Ru. s. Am. 1.

g Isy. Leu. 1. Rup. 1. s. Le. 7.

h Glo. ord. su. Prou. 17.

i Au. de essen. diu. & s. ps. 17.

k Hi. s. ps. 17.

l Hi. s. Amo. 9.

m Au de esse. diuin.

n Glo. ord. su. Gen. 38.

o Ori. s. Matt. cap. 11. Hil. s. Matth. can. 4. Amb. s. Lu. 6. Au. ser. domi. in monte. 1. de ver. domin. ser. 14.

p Ber. ser. omni sanct. 1.

q Ori. s. Gen. ho. 17.

r Am. de ben. patria. 4. En. for. spir. 1.

s Arn. & Hil. s. ps. 67.

t Be. s. Ge. 49.

u Gr. s. Ca. 7.

x Ric. de Sa. Vict. de arca. mysti. 18.

y Gr. s. 1. Re. 1.

z Ori. s. Num. hom. 12.

aa Ru. 4. s. Ap.

bb Glo. or. s. Ie. 14.

cc Hie. s. Isa. 19.

dd Am. s. Lu. & exhor. ad virg. Ori. s. Is. ho. 3. Hie. Isa. 11.

ee Hie. s. Hos. 13. & ff s. Io. 4.

gg Ru. 4. sup. Exo. 32.

hh Cyril. 2. s. Ioan. 123.

Digitized by Google

Ascendit Christus in nauiculam, *a* cùm transit à synagoga ad Ecclesiam. Vel tempore iudicij, cùm fiet tranquillitas. *Mat.8.c.9.a.13.a.Marc.4.a.6.c.Luc.5.a.8.d.Ioan.6.b.* — *Conuersio Iudæorum.*

Ascendens Angelus cum flamma sacrificij. *Iud.13.d.* designabat Christum *b* in forma serui non accepturum sacrificium: sed futurum ipsum sacrificium.

Ascensus & descensus attribuitur angelis, sicut illis attribuitur motus: ascendunt autem contemplando *c* Deum, & ipsi inhærendo: descendunt verò nostris infirmitatibus condescẽdendo, & ascendunt, quum Deo nostras offerunt orationes: descendunt verò, quum nobis afferunt auxilium Dei, designantur etiam per illum ascensum, & descensum ministeria per angelos Deo incarnato exhibita. *Gen.28.c. Ioan.1.g. Apoc.7.a.* Ascensus etiam & descensus angelorum, est contemplatio Dei, & subuentio proximorum: & contemplatio diuinitatis, & humanitatis Christi. *d* Item ascendunt carnales, quum fiunt spirituales: & spirituales descendunt nutriendo carnales. Ascendunt etiam angeli, quum quis habet cogitationes cœlestium, & opera sublimia: descendunt verò, quum fit è diuerso. Prædicatione *e* etiam sublimium est ascensus: minorum verò & moralium, descensus. Ascensus etiam ille & descensus varietatem indicat fortunæ. — *Contemplatio Dei & subuentio proximorum.*

Ascendere de Ægypto *f* est transire de hoc seculo carnali ad vitam spiritualem: deserendo tenebras luxurię & fornicationis. *Gen.13.a.17.a.50.d.* Filij autem Israël armati inde ascenderunt, hoc est, *g* cum virtute Christi. *Exo.13.d.1.Reg.15.a.Ier.2.b.Hos.2.c.Amos.2.c.9.b.Iud.6.b.* Idem esse potest conscendere de fouea. *Ierem.48.g.* — *Deserere sæculum.*

Ascensus Lot de Segor in montem, designat progressum ad maiorem perfectionem, relicta carnis cura. *Gen.19.f.* Et ascendens Iacob in Bethel, designat profectum virtutum. *Genes,36.a.* Et passim ascensus in montem *h* designat progressum ad perfectionem. *Exod.19.a.24.a. Num.14.g.27.c. Deut.1.c.32.g.34.a.Ios.2.c.17.d.3.Reg.18.g.4.Reg.2. Iudith.4.b.13.b. Psal.23.103. Eccle.46.b.Iere.22.e.46.c.Ezech.40.b. Agge.1.b.* Et ascendit Euangelizator in montem, hoc est, ad altitudinem perfectionis doctrinæ & operis. Ascendunt etiam ipsi montes, hoc est, contemplatiui ad contemplanda cœlestia. *Psalm.103.* Et ascendere in superiora domus, est quæ sursum sunt, quærere: vt Petrus. *Acto.10.b.* Ascendentes etiam boues de flumine, profectum in virtutibus significant. *Gen.41.d.* Idem designat ascensus *i* ad vnam portam templi per octo gradus, & ad aliam per septem. *Ezech.40.g.* Idem ascendere in domum Dei. *Mach.1.4.e.Luca.18.b.Actor.3.a.* Et ascendens arca per viam confinium. *1.Reg.6.c.* designat *k* euntes viatores eodem itinere, quo ambulauerunt, qui iam sunt beati, semper videlicet proficiendo. Cùm autem dicerent Bethsamitæ, vt arca ascenderet à se, designant iudicantes se indignos susceptionis mysteriorũ, & perfectiores in quibus ascendant quærentes. Et ascendere cliuum ciuitatis. *1.Re.9.b.* est prætergredi infirmos, & ad robustiores & perfectiores venire. Ascendere autem in verticem collis seu in collem, *l* est ascendere ad minorem perfectionem. *Exod.17.c.* Et ascendens vulgus cum filiis Israël. *Exod.12.f.* designat imperfectos nitentes ad perfectionem exemplo & auxilio maiorem. Ascendere autem in *m* palmam, est ad charitatis perfectionem venire. *Cant.7.c.* Ascensiones in corde *n* dicunt profectum de virtute in virtutem: vel gradus amoris, qui indies perficitur. *Psal.83.* Ascendere sex gradibus in solium Salomonis, progressum ad perfectionem designat. *2.Par.9.e.* Et ascensus per cocleam in cœnacula domus Dei. *3.Reg.6.b.* Idem est ascendens fructus frumenti. *Marc.4.a.* — *Progressus ad perfectionem.*

Ascendit clamor filiorum Israël ad Deum, *o* hoc est orationes Sanctorum cùm ipse eas exaudit. Ascendens etiam vlulatus ad Deum, designat *p* dolorem pœnitentiæ & vocem laudis conuersorum. *1. Reg.5.d.Isa.15.c.Ier.48.a.* Ascendit sicut fluuius Ægypti, *q* qui agit pœnitentiam: descendit autem, qui perseuerat in delictis, & ingressus in mare absorbetur. *Amos,8.c.* Ascendit etiam domus Moab ad excelsa in planctu. *Isa.15.a.* Designans eum, qui plangit, & agit pœnitẽtiam super iis, de quibus ante superbierat. Ascendere etiam per ascensum Luith. *Is.15.c.* est agendo pœnitentiam ad altiora conscendere. Ascendens autẽ Christus super occasum. *Ps.67.* designat *r* quod non eum excipit noua vita se ad Christum conuertentis: nisi ipse Christus veterem eius vitam occiderit, huic seculo renunciantis. Ascendit fumus incensi ad Deũ, cum illi orationes sunt acceptæ. *Apoc.8.a.Acto.10.a.* — *Oratio & clamor pœnitentiæ.*

Ascendit ignis de petra, carnẽsque consumit. *Iud.6.d.* cum *s* afflatus à redemptore spiritus, tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, vt omne quod in eo illicitum est & operis & cogitationis exurat. — *Compunctio.*

Ascendentes super nitentes asinos, designant *t* eos, qui habent corpora sua subiecta & obedientia. *Iud.5.b.1.Reg.25.g.2.Reg.19.1.Isa.21.d.* Et Christus ascendit super asinam, hoc est, super animam sibi obtemperantem. *Zach.9.c.* Ascendere etiam super camelos est carnem subiicere. *Gen.24.g.1.Reg.30.e. Isa.22.b.* Ascendentes etiam mares super fœminas, *u* rationem designat sensualitati imperantem: vel sermones perfectos in animas iuuenum introductos. *Gen.30.g.* — *Corpus subiectum habentes.*

Ascendens Moses ad Dominum, designat ascensum per contemplationem & amorem. *Ezech.19.d.24.c.32.g.34.a.* Et cum ascendit solus, *x* designat legem vni populo datam. Ascendens autem Elcana cum omni domo sua ad immolandum hostiam solemnem. *1.Reg.1.a.c.* designat *y* ascensum ad altitudinem contemplationis & prædicationis. Non ascendens autem Anna cum Elcana, designat prædicatores hic remanentes ad erudiendum simplices, vt dicebat Paulus, *Phili.1.c.* Cupio dissolui & esse cum Christo: in carne autem manere necessarium propter vos. Et non ascendit Anna donec ablactaretur infans: quia prædicatores in principio non debent sublimia docere, vt tres priores Euangelistæ minora docuerunt. Ascendens autem Samuel in excelsum, contemplationem & sublimium prædicationem designauit. Et ascendit Saul ante Samuelem, *z* designans eleuationem mentis auditorum, & præparationem ad audienda verba prædicatorum. Ascendimus autem vsque ad cœlos, *aa* cùm summa penetramus: sed ad abyssos vsque descendimus, quum repente à contemplationis culmine per turpia tentamenta deiicimur. *Psal.106.* Ascendens Samuel de Galgala in Gabaa Beniamin. *1.Reg.13.c.* designat *bb* prædicatorem post reprehensionem peccatoris per sacram scripturam factam, redire debere ad collem filij dexteræ, hoc est, ad contemplationem Christi sublimem. — *Cõtemplatio.*

Ascendere super terram dominantium. *Ier.50.d.* est vincere hostes, quibus anima prius seruiebat: Et ascendere ex aduerso, est opponere se dæmonibus. *Exec.13.a.* Ascensus autem plures, quibus Ionathas nitebatur, vt expugnaret Philisthæos. *1.Reg.14.b.* designant *cc* profectum pugnandi perfectiorum, qui iam possunt dicere. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum. Et sunt plures ascensus: quia contra diuersa vitia prædicator debet habere remedia. De his *Iosu.7.c.8.a.10.b.Iud.1.a.2.Reg.5.d.* Ascendere autem loricatum, est esse munitum contra hostes. *Iere.51.a.* Ascendens sapiens ciuitatem fortium, *dd* cùm Christus vicit fortem armatum & abstulit tyrannidem diaboli à mundo, *Prouerb.21.c.* — *Vincere dæmones.*

Ascensus solij Salomonis purpureus. *Cant.3.d.* designat *ee* ascensum Martyrum in requiem cœlestem, per proprij sanguinis effusionem. Ascendentes mulieres à Galilæa in Hierusalem, *ff* designant ascendentes à volubilitate mundi ad quietem cœlestis patriæ. *Marc.10.f.15.d.* Item designat ascendens Ioseph à Galilæa in Iudæam. *Luc.2.a.* Illuc *gg* ascenderunt tribus Domini. *Psal.121.* hoc est, Apostoli primi in cœlum: & etiã in montem Sion. Et ascendere in montem Domini, *hh* est ad cœlestem patriam deuenire. *Psal.23. Abd.g. Mich.4.a.Zach.14.1.c.Mac.5.f.13.a. Matt.20.c.Luc.9.e.18.e.Ioan.4.c.5.a.7.a.Galat.2.a.1.Esther.1.b.Nee.3.c.* Ascendit per desertum, vel deserto sponsa. *Cant.3.c.8.b.* quum *ii* Ecclesia vel anima, hoc mundo relicta, ad cœlestia eleuatur. — *Ascensus in cælum.*

Ascendentes oues de monte Galaad, vel de lauacro. *Cant.4.a.6.b.* designant eos, *kk* qui susceptio baptismo ad bene operandum eleuantur. Et quod populus Ecclesiæ eo magis fide se ad æterna suspendit, quo fortius sanctos Martyres eidem fidei testimonium perhibuisse sciuit. Ascendentes quoque bellatores, sunt venientes ad fidem. *Ioel.3.b.* Ascendere etiam in mare rubrum, est venire ad baptismum. *Psal.105.* Ascendunt etiam in montem Domini, qui veniunt ad *ll* fidem *Mich.4.a.* — *Eleuari ad bene operãdum. Venire ad baptismum.*

Ascendentes in vallẽ Iosaphat, *mm* sunt venientes in iudiciũ. *Ioel.3.c.* Ascendent autẽ boni: nã mali descendẽt. — *Venire ad iudicium.*

Ascendit malitia coram Deo. *Iona.1.a.* quum *nn* præsentatur illi vt punienda. Sic ascendit superbia regis Assyriorum in aures Dei, *Isa.37.f.* — *Proponi malitiam coram Deo puniendam.*

Ascendit abies pro saliuncula. *Isa.55.d.* quum *oo* ex peccatoribus fiunt fortes prædicatores. Vel cum *pp* in Sanctorum corde pro abiectione terrenæ cogitationis, altitudo supernæ contemplationis exoritur. — *Prædicatores ex peccatoribus.*

Ascendere ex aduerso Dei dicuntur, *qq* qui orationibus se opponunt iræ Dei. *Exe.13.a.* Vel ascendere ex aduerso, *rr* est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. — *Orando placare iræ Dei.*

Ascen

a *Am.f.Lu.8.*
b *Aug. q. in Iud.54.*
c *Gre.5. Moral.21. Aug.12.cont. Fau.26.& f. Ps.44.& ser. 80. Am.2. de Iacob.4. Phil.de somn.*
d *Geor. Ven. Cant.2. to.7. cap.5.*
e *Be.f.Ge.28. Rup.1.f.Mat.*
f *Ori.in.Gen. ho.15.& sup. Num.ho.17.*
g *Gre.f.1.Re. 15.Hie.f.Hos. 2.Cyri.de ad. in Spiritu sã.*
h *Gr.f.1.Reg. 16.Arn.f. ps. 103.*
i *Gre.f. Exec. hom.15.*
k *Gre.f.1.Re. 6.*
l *Or.f.Ex. ho. 11.*
m *Ambr. de Isaac.8.*
n *Hie.& Au. f.Psa.83.*
o *Bed.f.Ex.2. Phil.2.alleg.*
p *Gr.f.1.Reg. 5.Hie.Is. 15. & f.*
q *Amos.8.*
r *Gr.ho.17.in Euangelia. Au.f.ps.67.*
s *Gr. 3. mor. 22.*
t *Or.f.Iu.h.6.*
u *Phi.de som.*
x *Hie.f.Mich. 2.in Lim.*
y *Gr.1.Re.1.*
z *Gr.1.Re.9.*
aa *Gr.9.mor. 15.*
bb *Gr.1.Reg. 13.*
cc *Gr.f.1. Re. 14.*
dd *Bed.f.Pro. 21.*
ee *Gre.f.Can. 3.*
ff *Ori.f. Mat. hom.35.*
gg *Arno.f.ps. 121.*
hh *Hie.f.psa. 23.*
ii *Gr.f.Ca.3.*
kk *Au.2.doct. Christia. 6. Gr.f. Can. 4.*
ll *Hie.f.Mi.7.*
mm *Gl.ord.f. Ioel.3.*
nn *Hie.f.Ion. 1.*
oo *Hier.f. Is. 55.*
pp *Gr.18.mo. 11.*
qq *Hie.f.Ez. 13.*
rr *Gr.2.pa.4.*

Digitized by Google

Defensio gregis.
Promotio ad dignitates & ordines.
Nixi auxilio angelorum.
Incrementum legis.
Eleuatio ad mysticos sensus.
Prædicatio redemptionis.
Fides passionis Christi.
Calcare dæmones.
Intercessores pro peccatoribus.
Gentiles.
Humiles.
Erubescentia peccati.
Mala custodia sensuum.
Ambitio.
Docere falsa.
Defendere errores.
Obseruare vmbras legis.
Christus.
Anima regens corpus, vel è diuerso sequens affectus.
Prælatus.
Superbire, Confidere in homine.
Niti authoritate hæreticorum.
Diabolus.
Christus, & diabolus.
Vtrumq; testamentum.
Sequi voluptates.
Causæ malæ defensio.
Superbia hæreticorum
Superãtes dæmones animas.
Vincere tentationes, & mundum.
Superbire.
Transgressio legis.
Iudæi crucifigentes Christum.
Vsurpãtes gloriam Dei.
Diabolus contra Ecclesiam & etiam hæretici.

Ascendentes de genere Dauid super currus. *Ier.* 22. *a.* sunt *a* Episcopi ascendentes in suas dignitates. Et ascensus Lot de Segor in montem. *Gen.* 19. *f.* est ascensus à laicorum statu ad sacerdotium: & quia non mox ascendit, designat non irrumpendum esse indignè in sacros ordines.

Ascendunt in curribus, *b* qui nituntur auxilio angelorum. *Iere.* 17. *d.*

Ascensus Lot de Segor in mõtem. *Gen.* 19. *f.* designat *c* incrementum Legis per additionem Prophetarum, & ornatum templi Salomonis. Idem designat ascensus Isaac in Bersabee. *Gen.* 26. *e.* Ascendere autem de terra, *d* est à terrenis sensibus, & ab humilitate literæ eleuari. *Hose.* 1. *d.* Ascendens autem hedera super caput Ionæ, est lex & templum super Israël. *Iona.* 4. *c.* Ascendunt etiam in montem, qui ad sermonis altitudinem in sacra Scriptura veniunt. *Agge.* 1. *b.*

Ascendere patrem Eli ad altare Dei. 1. *Reg.* 2. *f.* est *e* antiquos patres prædicare humani generis reparationẽ in redemptoris aduentu futuram. Idem potest designare ascensus Salomonis ad altare. 2. *Par.* 1. *b.* Ascensus autem purpureus ferculi Salomonis, *f* fidem passionis Christi designare potest. *Can.* 3. *d.*

Ascensus scorpionis, qui erat finis tribu Iuda, *g* designat calcandos esse dæmones, vt veniatur ad verã Iudæam, nempe confessionem. *Iosu.* 25. *a. Num.* 34. *b.*

Ascendere Saul in ciuitatem, quum quæreret Samuelem. 1. *Reg.* 9. *b.* designat *h* audienda esse præconia doctoris, non vbi est, sed vbi aliis manifestatur: & quod prædicator non est quærendus, aut perturbandus in suo secreto aut secessu.

Dixit Christus Mariæ Magdalenæ, nondum se ascendisse ad Patrem. *Ioan.* 10. *d.* quia *i* secundum Mariæ fidem, nondum ascenderat. Quisquis enim Dei filium secundum diuinam naturam æqualem patri non credit, nondum ille ad Patrem Christus ascendit.

Ascendentes super tectum, vt dimitterent paralyticum. *Luc.* 5. *d.* designant *k* intercessores, qui peccatorem interdum subleuant, interdum humiliant.

Ascendens Zachæus in arborem sycomorum. *Luc.* 19. *a.* designat *l* Gentiles calcantes vanitatem Iudæorum. At quia oleaster insitus est oleæ: & ascendit: quia nisi ascendissent Gentiles, & turbam transgressi essent, Christum videre non poterant. Sic ascendit sapiens in ciuitatem fortium. *Prouer.* 21. *c.* Designat etiam calcationem peccati per Sycomorum designati. Et præterea *m* humiles amplectentes crucem Christi, nec erubescentes.

Ascendens fœtor cadauerum, designat *n* abominationes vitiorum erga Deum. *Isa.* 34. *a. Ioel.* 2. *e. Amos*, 4. *d.* Ascendit autem fœtor in eius nares, qui erubescit, & confunditur de peccatis.

Ascendit mors per fenestras, *Ier.* 9. *f.* quum *o* peccata committuntur ac ingrediuntur in animam per sensus malè custoditos.

Ascendere in ouile ouium aliunde. *Ioan.* 10. *a.* est *p* illicitè acquirere dignitates Ecclesiasticas. Et ascendunt equos, qui *q* ambitiosè quærunt dignitates & imperia. *Psal.* 75. Et qui in præsentis vitæ honoribus confidunt & extolluntur.

Ascendit etiam aliundè, *r* Scriba, & Pharisæus, & hæresiarcha: qui cùm docerent, & facienda præciperent, ipsi legem transgrediebantur. Furis est enim sepem vel parietem ascendere, & omnia cum periculo moliri.

Ascendere in Berthauen. *Hose.* 4. *d.* est *s* ire ad colenda idola: vel ad defendendos errores.

Ascendentes fratres Iesu ad diem festum, ad quem ipse non ascendit. *Ioan.* 7. *a.* Sunt *s* Iudæi obseruantes vmbras figurarum, quarum veritatem attulit Christus, eiectis vmbris.

Non ascendere aliquem ad succidendas abietes aut cedros, extincto rege Babylonis. *Isa.* 14. *b. Isa.* 37. *c.* designat, *u* eiecto principe mundi diabolo, non esse quenquam, qui separet bonos à Deo.

Ascensor equi dicitur *x* Christus Deus. *Ge.* 49. *c. Hab.* 3. *b. Zac.* 1. *b. Iob.* 39. *e.* vbi Gregorius legit, ascensor equitis.

Ascensor equi in bonum, *y* est anima regens corpus suũ. Aut certè est ascensor equi, vel ascendit equos, quum sequitur corporis voluptates, & affectus: est verò eques, qui *z* equitat secundum artem, quum ipsos affectus regit & frænat. *Gen.* 49. *c. Exod.* 15. *a.* 4. *Reg.* 18. *e. Iob.* 39. *c. Psal.* 75. *Ierem.* 17. *d.* 46. *a. Isa.* 21. *c. Amos.* 2. *c. Zac.* 10. *b.* 12. *a.* Potest etiam ascensor equi designare prælatum imperantem obedientibus. *Ier.* 22. *b.*

Ascendere etiam equum, *aa* est superbire & è diuerso, non ascendere super equum, est non superbire. *Hos.* 14. *b. Zach.* 10. *b.* Item *bb* confidere in auxilio humano, aut terreno.

Ascendentes super veloces, dicuntur, *cc* qui autoritate doctorum hæreticorum nituntur, quos veloces, hoc est, doctos existimant. *Isa.* 30. *g.*

Ascensor equi dicitur etiam *dd* diabolus imperans malis superbis, & inquietis. *Exod.* 15. *a. Iere.* 6. *f. Ezec.* 38. *e. Amos.* 2. *d. Nahum.* 3. *a. Agge.* 2. *d. Zach.* 10. *b.* 12. *a.*

Ascensor asini, & ascensor cameli, designare possunt *ee* Christum, & diabolum: vel vtrumque Testamentum. *Isa.* 21. *b.*

Ascendentes ranæ in domos Ægyptiorum, designare possunt *ff* animas sequentes corporis voluptates. *Exod.* 8. *b.* Idem designare possunt locustæ ascendentes super vniuersam terram. *Exo.* 10. *d.* Vel ascendunt ranæ, quum aduocati sua loquacitate defendunt malas causas.

Ascendens vulpes super muros Hierusalem, *gg* est hæreticus insurgens in Euangelium. *Nee.* 4. *a.* Et dicitur ascendere. *Ioan.* 10. *a.* Ascendunt etiam hæretici super tecta. *Isa.* 22. *a.* quum *hh* contempta Ecclesiæ simplicitate, de sapientia seculari & variis erroribus superbiunt. Idem est ascendere ad Assur. *Hos.* 8. *c.* Ascendit etiam alia bestia de terra. *Apo.* 13. *a.* quum prædicatores Antichristi superbiunt de potestate terrena. Et ascendunt vsque ad cœlos *ii* per passionem audaciæ. *Psa.* 106.

Ascendunt hostes super muros Hierusalem, *kk* quum dæmones superant animas. *Ier.* 5. *c. Ioel.* 2. *b.* 3. *b.* Et ascendit leo de cubili suo, quum diabolus aut hæresiarcha nituntur decipere animas. *Ier.* 4. *b.* Et ascedentes Assyrij contra Hierusalem in meridie, & in nocte, designant tantam se habere virtutem, vt nec diem nec noctem putent sibi esse impedimento. *Ier.* 6. *b.*

Ascendunt etiam muros dæmones & mali. *Nahum.* 2. *b.* quum *ll* in iudicio cognoscentes se imbecilles ad repugnandum, & exterriti conabuntur fugere ad terminos mundi.

Ascendere super muros hostium, *mm* est superare tentationes dæmonum, & rationes hæreticorum. 2. *Mach.* 10. *g.* Et ascendunt principes Iuda super murum Hierusalem. *Nee.* 12. *c.* quum doctores & prælati defendunt Ecclesiam. *Nahum.* 2. *b.* Apostoli & prædicatores ascenderunt muros Niniue, *nn* quum superarunt omnia munimenta huius mundi.

Ascendere in montem, in malum est superbire. *Deut.* 1. *g.* Et ascendere in cœlum, *oo* vel vsque ad cœlos, est fiduciam sui habere. *Iob.* 20. *a. Psa.* 73. 106. 138. *Isa.* 14. *d.* 15. *a.* 21. *a.* 57. *h. Ierem.* 4. *g.* 49. *d. f.* 50. *g. Ezec.* 36. *a.* 38. *c. Hos.* 9. *c. Amos* 9. *a. Apoc.* 13. *a.* Et ascendens filij Israël in verticem montis contra præceptum Domini, vbi victi sunt ab Amalecitis & Chananeis: designant eos qui aliquid nituntur superbiendo, *pp* inuita Minerua, quos necesse est succumbere. *Num.* 14. *g.* Ascendit etiam Libanum, *qq* qui eleuatur in superbiam, & auxilia vana quærit. *Iere.* 22. *a.* Ascendunt montes *rr* quum superbi eriguntur ad persecutionem Ecclesiæ: sed descendunt campi, quum humiliantur. *Ps.* 103.

Ascendens Ruben cubile patris sui, designat *ss* transgressionem legis scriptæ, & etiam naturalis. *Genes.* 49. *a.* designat etiam *tt* Iudæos, qui corpus Dominicum, in quo plenitudo diuinitatis requieuit, raptum in cruce suspenderunt, & ferro commacularunt. Item designat eos *uu* qui sibi vsurpant gloriam soli Deo debitam. Designat etiam *xx* timorem occupantem imaginationem in temporalibus & vilibus tempore orationis.

Ascendens rex Assyriorum contra Iudam, *yy* est diabolus contra Ecclesiam: & super omnes riuos Israël; volens suffocare Ecclesiam. *Isa.* 8. *b.* Et ascendentes populi aduersus filios Israël, designant dæmones infideles aduersus fideles insurgentes. *Exo.* 15. *b.* Sic satrapæ Philistinorum. 1. *Reg.* 17. *b.* Et ascenderunt in Magmas, *zz* quum parvulorum corda decipere tentando moliuntur. 1. *Re.* 13. *a.* 14. Ascendẽtes autem reges Syriæ & Israël contra dominum Dauid, sunt hæretici contra Ecclesiam vniti. *Isa.* 7. *a. Ezec.* 38. *c.* 39. *a.* Et ascendit spiritus potestatẽ habentis

xx *Ricar. de S. Victo. de* 22. *Patriar.* 63. yy *Hie. s. Is.* 8. 6. zz *Gre. s.* 1. *Re.* 7. 11, 13. 14. *Hier. ad Demetriadem.*

a *Hie. s. Ie.* 22 *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
b *Hie. s. Ie.* 17
c *Ori. s. Genes. ho.* 5. 14.
d *Hie. s. Hos.* 1 & *s. Ion.* 4. & *sup. Agg.* 1.
e *Gr. s.* 1. *Re.* 2
f *Ru. s. Ca.* 3.
g *Ori. s. Iosu. ho.* 19.
h *Gr. s.* 1. *Re.* 9
i *Am. ser.* 18. *Fulgent. ad Transimũ.* 2.
k *Am. s. Lu.* 5
l *Am. s. Lu.* 19. *Hie. ep. si cuncta corporis.*
m *Au. de ver. apo. ser.* 8.
n *Hie. s. Is.* 34 & *s. Amos.* 4.
o *Hie. s. Ier.* 9.
p *Cyril.* 7. *s. Ioan.* 12.
q *Au. s. ps.* 75. *Gr.* 31. *mo.* 18 *Be. s. Gen.* 49.
r *Cyri.* 1. *sup. Ioan.* 12. *Chry. s. Ioan. ho.* 58.
s *Glo. ord. sup. Hose.* 4.
t *Cyr.* 4. *sup. Ioan.* 35.
u *Hie. s. Is.* 14.
x *Ori. s. Ex. h.* 6. & *s. Mat. ho.* 26.
y *Phil. de agricultu. Cle. Alex.* 5. *strom.*
z *Am. de bene. pat.* & *de Nabuth.* 15. *Hie. s. Zac.* 11
aa *Hi. s. Ho.* 14
bb *Ru. s. Ho.* 14.
cc *Hi. s. Is.* 30.
dd *Ori. s. Ma. ho.* 26. *Bed. s. Ex.* 15.
ee *Hi. s. Is.* 21.
ff *Lyra sup. Exo.* 8.
gg *Ori. s. Can. ho.* 4.
hh *Hie. s. Isa.* 22. & *s. Ho.* 8 *Gr. s.* 33. *moral.* 36.
ii *Aug. s. psal.* 106.
kk *Hie. s. Ier.* 4. 6.
ll *Hie. s. Nahum.* 2.
mm *Glo. ord. s.* 2. *Mach.* 10.
nn *Ru. s. Nahum.* 2.
oo *Arn. s. ps.* 106. *Hie. s. Is.* 14. & *s. Ie.* 22
pp *Phil. quod sit immutabilis.*
qq *Gre.* 15. *m.* 10.
rr *Au. s. ps.* 103
ss *Ori. s. Gen. ho.* 17.
tt *Am. de benedictione Patriar.* 2.
uu *Bed. s. Ge.* 49.

super aliquem. *Eccl.* 10. *a.* quando grauis & vehemens ingruit tentatio: aut quum diabolus prauas immittit cogitationes. Sic ascendit mare super Babylonem. *Ierem.* 51. *e. Ezech.* 26. *a. Ioel.* 1. *b.* 2. *b.* 1. *Macha.* 1. *c. Isa.* 14. *b.* 35. *d.* 2. *Par.* 20. *d.*

Ascendit Naas, id est gula, ad Iabes, id est, ad ieiunantes: quia *a* gula ieiunantibus grauiora ingerit bella. 1. *Reg.* 11. *a.* Et ascendens vepres super vineam, *b* sunt vitia in animam. *Isa.* 5. *b.* 32. *c. Mar.* 4. *a.*

Vitia contra animam.

Ascendunt quatuor bestiæ de mari. *Dan.* 7. *a.* quum *c* bestiales motus & irrationales impetus, post tentationum violentiam de cordis instabilitate exurgunt, & in apertum prorumpunt.

Motus bestiales in anima.

Non ascendit mala bestia per viam directam, quæ est Christus: *d* quia in eo princeps huius mundi, eiúsque satellites non habuerunt quicquam. *Isa.* 35. *d.*

Ascendere per gradus ad altare. *Exo.* 20. *d.* est *e* ponere inæqualitatem in fide Trinitatis: ideo prohibetur.

Ascendens Ioseph ad sepeliendum patrem. *Gen.* 50. *a.* indicat *f* solicitudinem, quam debent habere filij in explenda vltima voluntate parentum.

Consentiētes diabolo.

Ascendunt Hebræi aliqui cum Philistæis ad bellum, cùm *g* aliqui sunt cum malignis spiritibus proposito & voluntate peccati: sed cum eis ascendunt, quia ipsis impellentibus in audaciam se extollunt iniquæ operationis: vel cum eis sunt, cum peccato operando perficiunt: cum eis verò ascendunt, quum prauitatis suæ exempla aliis imitanda proferre non metuunt.

Præbētes mala exempla.

Ascendens Saul in domum derelictus à Deo. 1. *Reg.* 15. *g.* designat *h* malum peruenientem vsque ad extremum malitiæ suæ.

Peruenientes ad extremū malitia.

Ascendens nouacula super caput, designat *i* prælatos, aut milites temporalia rapientes. 1. *Reg.* 1. *b.*

Ascendens coturnix in castra filiorum Israël. *Exo.* 16. *e. k* eloquia legis volantia, carnaliter à Iudæis accepta.

Ascendens fumus Hai in cœlum. *Ios.* 8. *d.* Et fumus Gabaa. *Iud.* 20. *f.* Et fumus de Hierusalem. *Isa.* 34. *c.* memoria *l* diuinæ vindictæ.

Ascendit Hierusalem super cor alicuius. *Ier.* 51. *f.* Et ascendit aliquid super cor, *m* quum venit in memoriam, & benè vel malè erga illud afficimur. *Isa.* 65. *c. Ier.* 3. *e.*

Non ascendit qui descendit ad inferos: *n* quia in inferno nulla est redemptio, nec est locus redeundi ad præsentem statum. *Iob.* 7. *b.*

Non ascendere quenquam laneum in sacerdotes, quum ministrant. *Exe.* 44. *e.* est *o* exuto veteri homine, Christum induere.

Ascendens clamor ob defectum aquæ, designat *p* tumultuationem, quæ oritur ob defectum verbi Dei. *Ier.* 14. *a.* Designat etiam lapides clamaturos tacentibus Iudæis.

Ascendisse super labium linguæ dicuntur ij, de quibus aduersarij superbè loquuntur. *Ezec.* 36. *a.*

Ascendit sponsa vel humanus animus de deserto, *q* quando super semetipsum mentis eleuatione transit: quando semetipsum in imo deferens, & ad cœlum vsque pertransiens, solis diuinis se totum pel contemplationem immergit & deuotionem. *Cant.* 8. *a.*

Asceneth.

ASCENETH, seu Asnath, filia Putiphatis, vxor Ioseph: interpretatur periculum, siue infortunium: designat *r* Ecclesiam ex Gentibus, quæ per coniunctionem cum Christo à periculo & infortunio liberata est. *Gen.* 41. *f.*

Ecclesia ex gentibus.

Ascia.

ASCIA, est instrumentum fabrile ad dolanda ligna: potest significare *s* ingenium hæreticorum, quo fabricant errores, vel prauorum persecutionem. *Psa.* 73 *Ier.* 10. *a.*

Ingenium hæreticorum.

Ascopera, quare Vter.

Ascribere, vide Attribuere.

Asel.

ASEL, id est, *t* vicinus, vel ex latere. *Mich.* 1. *e.* Vbi legitur planctum domus vicinæ: vbi designantur hæretici, qui vicini sunt Ecclesiæ.

Hæretici.

Aser.

ASER, id est, beatitudo, filius Iacob è Zelpha ancilla Liæ, est typus *u* Christi: cuius est pinguis panis. *Ge.* 30. *b.* 49. *c. Num.* 1. *f. Deu.* 23. *d. Ios.* 19. *c.* designat etiam fœlicitatem ex bonis operibus prouenientem: & illum qui ab errore reuocatus, ad fœlicitatem perducitur, cuius pinguis est panis.

Christus. Fœlicitas.

Aser, vt nascitur ex Zelpha, id est, ex sensualitate edomita, *x* designat patientiam in aduersis, per quam ad magnam pacem, & tranquillitatem animus componitur: vnde magna oritur fœlicitas.

Aseroth.

ASEROTH, id est, atria siue vestibula, vel beatitudo: quartadecima mansio filiorum Israël in deserto: quò peruenerunt post sepulchra concupiscentiæ: vt designetur, *y* quòd qui ceciderunt, debent rursus ad virtutum vestibulum venire: quia positus est Iesus in ruinam & resurrectionem. *Nu.* 33. *c.* Vel designatur, *z* eam animam esse beatam, & cordis latitudinem habere, quæ concupiscentias mortificauit. Vel designatur perfectio Ecclesiæ.

Patientia in aduersis. Resurgere à peccato.

Asia.

ASIA tertia pars orbis, intra quam est Asia minor, continens aliquot prouincias, cuius etiam vna prouincia peculiariter Asia dicitur. *Actor.* 16. *a.* 19. *b.* Interpretatur elatio: & vt in ea erant septem Ecclesiæ, designare potest *aa* humanum genus. *Apoc.* 1. *a.* vel *bb* ipsum mundum.

Humanum genus. Mundus.

Asinus, Asina.

ASINVS est *cc* animal rude & pigrum, seruiens hominibus ad onera ferenda: vnde & iumenti nomen habet. Solet assumi in significationem *dd* fatuorum & desidum. Et asina designat animas stolidas & peruersas. *Gen.* 30. *g.* 32. *b.* 34. *d. Exod.* 22. *b. Deut.* 22. *a. Isa.* 30. *b.* Iuxta septuaginta. *Zach.* 14. *c. Ios.* 15. *d.*

Asinus sæpè solet significare *ee* Gentiles: vt asinus, quem strauit Abraham. *Gen.* 22. *a.* Et simplices ex Gentibus, qui ferebant onera vel legis naturæ, vel peccatorum, *Gen.* 49. *b. Exo.* 20. *b.* 21. *d.* 22. *a. Num.* 31. *d. Iob.* 1. *a.* 4. *Reg.* 7. *c. Isa.* 1. *a.* 21. *b.* 30. *e.* 32. *d. Zach.* 9. *b.* 14. *e. Matt.* 21. *a. Marc.* 11. *a. Luc.* 13. *c.* 14. *a.* 19. *e. Ioan.* 12. *b.* Et asina erit Ecclesia ex Gentibus.

Gentiles. Ecclesia ex Gentibus.

Asinus stratus significat *ff* Iudæos legis cultum & sacrificiorum ritum habentes & portantes mysteria non intellecta. *Gen.* 22. *a.* Ita significat insensatam stultitiam Iudæorum. *Gen.* 42. *e.* 43. *d.* 44. *c.* 47. *d.* 1. *Reg.* 16. *d.* 25. *c.* 2. *Reg.* 16. *a.* 17. *f.* 19. *e.* 3. *Reg.* 2. *g.* 13. *c. Iud.* 19. *a.* 1. *Par.* 12. *g.* 27. *d. Nee.* 13. *b.*

Iudæi.

Asina sæpè sumitur pro *gg* synagoga, quæ alligata erat & astricta legi, vel ligata funibus peccatorum. Potest etiam sumi pro Samaria, quæ partem legis habebat, cui alligata erat. *Gen.* 49. *b. Exo.* 20. *c.* 23. *a. Num.* 22. *d.* 3. *Reg.* 13. *d.* 4. *Reg.* 4. *d. Zach.* 9. *c. Matt.* 21. *Luc.* 19. *c.*

Synagoga. Samaria.

Designat etiam asinus *hh* corpus Christi, super quem dicitur Moses imposuisse vxorem & filios, quia in corpore suo tulit ipse peccata nostra. *Exo.* 4. *e.*

Corpus Christi.

Asini decem, quos misit Ioseph patri suo, significant *ii* doctores ex Gentibus. Asinæ verò totidem significant Pseudo-apostolos, qui miscentur prædicatoribus. *Gen.* 45. *f.* 34. *d.* 36. *b.*

Doctores ex gentibus. Pseudo-apostoli.

Asinus fortis Issachar, significat *kk* religiosos onus religionis portantes: & eos, qui laborant in sactis literis. *Gen.* 49. *b.*

Religiosi. Laborantes in literis sacris.

Asini nitentes, dici possunt *ll* corpora castitate ornata: & asinus absolutè *mm* ipsum corpus. *Gen.* 27. *a. Iud.* 1. *c.* 5. *b. Deut.* 28. *d. Ios.* 9. *a.* 15. *d. Prou.* 26. *a. Eccl.* 33. *d.* Asinus etiam significare potest laborem ipsius corporis: vt cum primogenitum asini mutatur oue. *Exo.* 13. *b.* Et asinæ Cis, significant ipsam carnem. 1. *Reg.* 9. *a.* 10. *a.*

Corpus. Labor corporis.

Asini dici possunt *nn* mites, quibus insidet Christus. *Matt.* 21. *a.* Et asinæ quæ sese onerantibus nulla ferocitatis insania resistunt, patientiam & mansuetudinem designant. *Iob.* 1. *a.*

Asinus errans aut sub onere iacens, significat *oo* laborantes sub cura maiorum, & per obedientiam laborum

a *Gre. s.* 1. *Regum.* 11.
b *Hie. s. Isa.* 5.
c *Ricar. de S. Vict. de vitio mutabilia.* 1.
d *Hie. s. Is.* 35
e *Bed. s. Exo.* 20.
f *Lyr. s. Gen.* 50.
g *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
h *Gre. s.* 1. *Re* 15.
i *Gre. s.* 1. *Regum.* 1.
k *Glo. ord. s. Exo.* 16.
l *Glo. inte. s. Isa.* 34.
m *Glo. inter. s. Ier.* 51.
n *Lyr. s. Iob.* 7
o *Glo. inter. s. Eze.* 44.
p *Lyr. s. Ier.* 14.
q *Rica. de S. Vict.* 5. *de arca mysti.* 14.
r *Amb. de Ioseph.* 7.
s *Euch. for. spiri.* 8.
t *Hie. s. Mich.*
u *Amb. de bene. Patriarc. Bed. Gen.* 49. *Richar. de.* 12 *Patria.* 25. 26
x *Geor. Venecā.* 2. *t.* 7. *c.* 7.
y *Hie. de mansionibus.*
z *Ori. s. Num. ho.* 13. 27.
aa *Au. s. Apo. ho.* 1.
bb *Ru.* 1. *s. Apoc. Am.* 6. *Exaeme.* 3.
dd *Ori. s. Leu. ho.* 16. *Gre.* 1. *mo.* 16. *Hie. s. Zac.* 14
ee *Gr.* 1. *m.* 16 17. *& s. m.* 18. *Ori. s. Gen. ho.* 17. *& s. Num. ho.* 13. 14. *& s. Ios. ho.* 15. *Lu. ho.* 13.
ff *Amb. s. Lu.* 11. *& de Abraham.* 8. *Hie. s. Isa. Hil. c.* 21. *in Matth. Ori. hom.* 13. *in Luc.*
gg *Be. s. Gē.* 22 *Ori. s. Gen. ho.* 17. *& s. Num ho.* 13. 14. *& s. Matth.* 14.
hh *Au. ser.* 71 *Glo. inter. s. Exo.* 4.
ii *Glo. inter. s. Gen.* 45
kk *Ł. s. Gē.* 49
ll *Ori. s. Iudi. ho.* 6. *Euch. for. spiritu.* 5. *Bed. s. Ge.* 22.
mm *Ph. de sa. crifi. Abel. & Cain. Rup.* 6. *s. Gen.* 32.

nn *Aug. s. ps.* 31. 33. *Gre.* 2. *mo.* 33.
oo *Gr. s.* 1. *Re.* 8. *& 16. m.* 22 *& 35. m.* 18.

Digitized by Google

onera portantes. *Exo.* 20. *c.* 23. *a.* 1. *Reg.* 8. *c. Gen.* 12. *c. Num.* 16. *c. Deut.* 25. *a.* Et asini pupillorum sunt simplices qui suis laboribus pascunt fideles Ecclesiæ. *Iob.* 34. *a.*

Bestiæ. Patientia. Laborantes sub cura maiorum. Gentilium sensus. Simplex. Infidelis. Simplices ex Iudæis. Simplices cogitationes & motus cordis. Onera coniugalia portantes. Humilia opera. Motus bestiales. Omnia vitia Superbi. Libidinosi. Animæ peccatrices. Brutum vitæ propositum. Artes victui seruientes. Caro. Asna. Pigritia stultorum. Pars animalis in homine. Immundicia. Cupiditas temporalium.

Asinus etiam pupillorum dici potest *a* animus eorum, qui non habent Deum patrem: vel est gentilis sensus dictus nomine rudis animalis.

Asinus cadens in cisternam, *b* est simplex ductus in errorem. *Exo.* 21. *d.* Vel est infidelis, forsan veniſſet ad fidem, nisi ab indiscreto prædicatore audisset, quæ nondum capere poterat, vnde in errorem incidit.

Asinæ sunt *c* simplices Iudæorum, qui ducebantur à Scribis & Pharisæis sicut asina ad Balaam. *Numer.* 12. *d. Iob.* 1. *c.*

Asina pigrum animal, sed portandis oneribus deditum, *d* simplices cogitationes designare potest: quia dum nostram plerunque ignorantiam cognoscimus, leuius onera aliena portamus. Cumque nos quasi singularis sapientiæ altitudo non eleuat, ad ferendam alieni cordis inertiam mens se nostra æquanimiter inclinat. *Iob.* 1. *a.* Vel asinæ pascentes, *e* sunt simplices motus cordis, quos dum studiosè à duplicitatis errore compescimus, quasi in campo liberæ puritatis nutrimus.

Asinus portans aliena onera, robur designat coniugalis copulæ: quia electi coniuges inuicem onera sua fortiter portant, ne per carnis infirmitatem in fornicationis barathrum remissius cadant. Sed Asinus Amalec est interficiendus, vt honestas thalami mundetur ab obscœnitate turpitudinis. 1. *Reg.* 15. *a.*

Asini quandoque designant *f* humilia opera. *Gen.* 36. *c.* Nonnunquam verò opera laboriosa, sed parum frugifera. *Exo.* 13. *b.*

Asini præterea dici possunt in homine *g* motus bestiales, & amor carnalis, vnde iubemur non arare in boue & asino. Ideo asinus inter animalia immunda computatur. *Exod.* 9. *a.* 13. *b.* 34. *c. Deut.* 22. *a.* 1. *Reg.* 8. *Ezec.* 23. *c.* potest etiam omnia vitia significare: & caput asini significauit superbiam. 4. *Reg.* 6. *f.* & designat *h* libidini deditos. *Prou.* 26. *a. Ier.* 22. *c.*

Asinæ Cis quas quærebat Saul. 1. *Reg.* 9. *a.* 10. *a.* designant *i* animas peccatrices, quas quærit prædicator.

Asina Balaam designare potest *k* brutum vitæ propositum, cui omnis insipiens insidet. *Num.* 22. *e.* Et artes victui deseruientes, quæ sunt indifferentes. Eadem loquens, designat *l* Deum stulta mundi electurum, vt sapientes confunderet. Designat etiam *m* carnem, quæ percussa flagello suo menti Deum indicat, quem mens ipsa carni præsidens non videbat. Et asina, cui insidebat Axa, est *n* caro, quam regit anima.

Asina mater pulli, significare potest *o* Euam matrem cunctorum viuentium. *Luc.* 19. *d.*

Asini, stultorum pigritiam quandoque significant. *Deu.* 22. *a.* Non iunges bouem & asinum, ac si diceret: Fatuos sapientibus in prædicatione non socies: ne per eum, qui implere rem non valet, illi, qui præualet obsistas.

Asina dici potest in homine *p* pars animalis, & vocatur vocabulo fœmineo, quia est pars inferior: nam superior ratio in masculino nuncupari solet.

Asinus immunditiam quandoque designare potest. *Exo.* 13. *b.*

Asinaria mola, *Matth.* 18. *a. Marc.* 9. *f.* designare potest cupiditatem rerum temporalium, cui stulti & cæci alligantur.

Asini maxilla. *Iud.* 15. *d.* vide Mandibula.

Asini sepultura. *Ier.* 22. *c.* vide Sepelire.

Asiongaber.

Princeps libidinis.

ASIONGABER, id est, lignum viri vel robusti, aut consilium viri vel robusti: trigesima secunda mansio filiorum Israël in deserto, quò peruenitur post Ebrona, *q* quando quis potest dicere: Cùm factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. *Num.* 33. *d.* 3. *Reg.* 22. *g.* 2. *Par.* 8. *d.* Vt interpretatur ligna viri, siue dolationis hominis: designat eos, *r* qui faciunt in domo Dei vasa apta Deo docendo & læuigando.

Asmodeus.

ASMODEVS, id est, destructor, vel dissipator, aut delicti abundantia, vel peccatum abundans, siue ignem mensurans: nomen dæmonis, qui impediebat copulam virorum cum Sara, quæ postea fuit vxor Tobiæ iunioris. *Tob.* 3. *b.* Solet poni pro principe libidinis.

Asor.

Mundus.

ASOR, id est, atrium, aut fœnum: nomen vrbis in tribu Iuda. *Ios.* 11. *a.* 15. *d.* 1. *Reg.* 12. *b.* 4. *Reg.* 15. *f.* Significat *s* mundum, cuius rex est Iabin, id est, diabolus. *Luc.* 11. *c.*

Aspergere, Respergere, Spargere, Conspergere, Dispergere.

Aperzio lateris Christi.

ASPERGERE est velut imbre aquam guttis dispersis infundere, aut etiam aliquid aliud spargere. Dispergere autem est in diuersas partes spargere. Coniunximus autem omnia, quæ sunt in titulo, propter cognatam significationem.

Aspergere septies sanguinem contra velum, & contra propitiatorium, & contra altare, designabat *t* dilacerationem futuram carnis Christi, vt inde fluerent Sacramenta. *Leu.* 4. *b. d.* 17. *b.* 16 *c. d. Num.* 19. *a.* Designabat etiam septuplex aspersio siue per sanguinem, siue per oleum fieret *u* septiformem gratiam donorum Spiritus sancti: & remissionem contra septem dæmonia eiicienda. *Leu.* 14. *a. c.* 2. *Par.* 29. *e.* Et manifestationem mysteriorum cœlestium per sanguinem Christi, collatis donis Spiritus sancti.

Dona Spiritus sancti. Manifestatio mysteriorum. Mundatio per sanguinem Christi. Baptizari. Baptismus.

Aspergens Moses Aaron, & filios eius ac eorum vestes vnguento & sanguine, *Leu.* 8. *f.* communicationem *x* sanguinis Christi, quo mundamur significauit. Idem designauit, cùm sanguinem vituli respersit Moses in populum. *Exo.* 14. *b. Heb.* 9. *f.* 10. *d.* Aspersit etiam Christus gentes multas, *Isa.* 52. *d.* quum eas abluit per passionem, & baptismum. Aspergi etiam aqua lustrationis *Num.* 8. *b.* 19. *b.* est *y* baptizari. Ad idem referri possunt aspergere superliminare, & postes domus sanguine agni. *Exod.* 12. *b.* Et aspergere de sanguine pulli columbæ parietem altaris, *Leu.* 5. *b.* Et asperserunt sacerdotes manus suas sanguine, 2. *Par.* 35. *b.* mundantes opera sanguine Christi.

Vindicta Dei.

Aspergens Moses cinerem de camino in cœlum, designat Christum aut Sanctos omnem populum Domino præsentantes, *Exo.* 9. *b.*

Aspera vestis sanguine hostiæ pro peccato *Leu.* 6. *d.* est quum *z* homo in carne baptizatur: qua asperſione lauari dicitur, quia per sanguinem Christi in baptismo homo mundatur.

Aspersus sanguis hostium super vestimenta Christi, *Isa.* 63. *a. Apoc.* 19. *c. Hebr.* 12. *f.* 1. *Petr.* 1. *a.* designat *aa* vindictam, qua Christus percutit dæmones, & malos.

Fuga Apostolorum. Puritas à vitiis. Misericordia Christi.

Aspergit Dominus hyssopo, *Psa.* 50. quum *bb* infundit humilitatem.

Dispersa ossa Christi. *Psa.* 21. fuerunt *cc* Apostoli, cùm in passione, relicto eo, fugerunt. Et quum missi sunt ad prædicandum, sicut oues in medio luporum.

Consperſa farina aut similæ oleo, *dd* puritatem à vitiis designat & misericordiam, qua Christus passus est pro nobis. *Exo.* 12. *e. Leu.* 6. *b.* 7. *a.* 8. *e.* 9. *a.* 14. *b.* Consperſa etiam oleo azyma aut panes, designant *ee* abundantiam misericordiæ: aut attribuere bona misericordiæ Deo donanti, *Exo.* 19. *a. d. Leu.* 1. *a. Num.* 6. *c.* 18. *a.*

Temperans Deus tribulationem. Pœnitentia. Confutatio hæreticorum. Prædicare Christum. Distractio ecclesiasticorũ.

Consperſio noua actus corporis & animæ designat, *ff* quorum primitiæ sunt opera spiritualia. Est etiam noua doctrina Christi, 1. *Cor.* 5. *d.*

Spargit Deus nebulam vt cinerem, *Psa.* 147. quum *gg* tribulationis rigorem temperat: vel quum per obscuram promissionem ducit ad pœnitentiam.

Asperguntur cinere, *hh* qui sunt in tristitia. *Esther*, 5. *d.* 1. *Reg.* 4. *c.* 2. *Reg.* 1. *a.* 13. *d.* 3. *Reg.* 20. *g. Ier.* 6. *g.* 25. *g. Iob*, 2. *d. Thr.* 2. *d. Mich.* 2. *c.* 2. *Mach.* 10. *f.* Solet autem significare humilitatem pœnitentiæ. Et conspergi puluere, est humiliari, *Mich.* 1. *c.*

Aspergere puluerem rasuræ parietis, *ii* est confutare hæreticos, *Leu.* 14. *f.* Idem designare potest, quum Iosias dispersit cinerem idolorum in torrentem Cedron.

Spargunt nubes lumen, *kk* cùm Apostoli aut prædicatores Christum prædicant: & quum spargitur lux fidei super corda credentium *Iob.* 37. *b.* 38. *c.*

Dispersi sunt lapides sanctuarij in plateas, *Thre.* 4. *a.* quum *ll* viri Ecclesiastici causa secularium foras lata itinera

a *Cle. Ale.* 5. *oma. Hie. s. Iob.* 24.
b *Gre.* 17.
c *Ori. s. Num. ho.* 14. *Gre.* 2. *m.* 25.
d *Gr.* 1. *m.* 30.
e *Gr.* 1. *m.* 33.
f *Amb.* 2. *de Cain & Abel*
g *Gre. s.* 1. *Reg* 8. 11. & 1. *mo* 16. 30. *Chry. s. Gen. ho.* 12. *Euch. for. spiritual.* 5.
h *Be. s. Pr.* 26.
i *Gre. s.* 1. *Reg.* 9. 10.
k *Phil. de Cherubim.*
l *Augu. q. in num.* 10. *Grego.* 3. *past ad.* 13.
m *Rup.* 1. *s. Iudicium.* 3.
n *Gre.* 3. *dial. c.* 34.
o *Euc. for. spir. Amb. Luc.* 19.
p *Geor. Vene. cã.* 2. *t.* 7. *c.* 17. *Euc. for. spi.* 5. *Aug. qu. in euang.* 24.
q *Ori. s. Num. ho.* 27.
r *Hie. de mãsio.*
s *Glo. inter. s. Ios.* 11.
t *Ori. s. Leu. ho.* 3. 8. *Aug. q. in Nu* 33. *Isy. s. Le.* 4. 16
u *Rup.* 1. *s. Le* 14.
x *Isy. s. Le.* 8
y *Glo. inter. s. Num.* 8.
z *Isy. s. Leu.* 6.
aa *Hie. s. Is.* 63
bb *Au. & Gr. s. psa.* 50.
cc *Au. s. ps.* 21 *Gl. int. s. ps.* 21
dd *Isy. s. Le.* 6.
ee *Gre. s. Eze. ho.* 12.
ff *Amb.* 2. *de Cain & s.* 1. *Cor.* 5.
gg *A. s. ps.* 147
hh *Gr. s.* 1. *R.* 4 *Hie. s. Thr.* 2. *& s. Mich.* 1.
ii *Glo. int. s. Leu.* 14.
kk *Hie. s. Io.* 38 *Gr.* 27. *m.* 22. *& 9. mor.* 12.
ll *Gr.* 1. *past.* 2. *& ho.* 17.

expetunt:qui ad ornamenta Ecclesiæ quasi in secretis sanctuarij vacare debuerant.

Dispersit Deus stercus solemnitatum in faciem sacerdotum. *Mala.2.a.*quum *a* eos confundit in peccatis solemnitatum malè celebratarum. *Dissipatio, & condemnatio hæreticorum.*

Dispergit Deus ædificantes turrim : *b* quia malorum est dispergi, ne simul se consolentur,& ne mala tractent. *Gen.11.b.Ier.13.c.*Et dispergit turbo fauillam,*c* quum ira Dei mittit malos in infernum,*Iob.21.c.Psal.88.51.Sap.11.d.Isa 33.a.Ezec.20.f.Dan.4.b.1.Mach.10.g.Luc.1.e.*Dispergit etiam Dominus habitatores terræ, quum mittet malos in tenebras exteriores,*Isa.24.a.*

Dispergi nuncios Saulis in vulgus,est prædicatores mitti ad simplices erudiendos,*1.Reg.14.e.Ioan.7.c.Acto.8.a.10.c.* *Prædicatio.*

Dispergit Deus virum à fratre suo, *d* quum facit discindi hæreticos in diuersos errores, *Ierem. 13.b.15.b.* Et dispersa ossa filiorum Israël circum aras,*Exech.6.a.*sunt *e* hæresiarchæ confusi circa suos errores, & ab inuicem separati. Dispergere etiam laminas sculptilium, est *f* dissipare errores hæreticorum, *Isa. 30.e.* Et dispersæ duæ partes populi sunt *g* Iudæi & Gentiles, qui in infidelitate permanserunt,*Zach. 13.d.*Et asperguntur parietes maculis, quum de ordinibus Ecclesiæ aliqui in hæresim incidunt, *Leu.14. e.* Sic aspersus partes sanguine Iezabelis, *4.Reg.9.g.* *Diuisio hæreticorum.*

Dispersus populus Assur super montes,designat *h* deceptos ab hæreticis reuertentes ad Ecclesiam,*Nahum.3.d.*

Conspersa sanguine Hierusalem,est *i* anima maculata peccatis & homicidiis, *Ezec. 16.a.* Et dispersit Hierusalem vias suas alienis,*Ier.3.e.*quum *k* anima conuersa est ad errores & ad vitia. *Resipiscentia deceptorũ ab hæreticis. Anima peccatrix.*

Disperguntur fructus succisæ arboris,*Dan.4.b.* quando *l* importuna variarum concupiscentiarum incursione studium meditationis dissipatur: & subtilitas inuestigandi, intelligendique facultas, cogitationum egressione confunditur. *Dissipatio cõtemplationis, Incitatio voluptatis.*

Aspergens meretrix cubile suum odoribus. *Prouer. 7. c.* designat *m* voluptatem varia afferentem incitamenta ad peccandum. *Eleemosyna.*

Spargendi tempus,*Eccl.3.a.* potest *n* dispersionem Gentilis populi indicare. Vel designat tempus dandi eleemosynam : iuxta illud,*Psa.111.*Dispersit dedit pauperibus.Vbi etiam considerandum,*o* quòd ille dispergit, & dat pauperibus,qui sermones disponit in iudicio.

Spargentes amici Iob puluerem super capita sua in cœlum , *Iob. 2. d.* sunt *p* hæretici , qui seculari intellectu mentem corrumpunt,& de verbis cœlestibus terrena sentiunt:atque diuina verba plus discutiunt, quàm capiũt: & in præceptis Dei per terronã intelligentiam vltra suarum mentium vires enituntur.Huc referri potest,quum Semei spargebat puluerem in Dauid.*2.Reg.16.c.* *Sensus terreni hæreticorũ.*

Aspergere puluerem vituli conflatilis in aquam. *Exod. 32. e.* est *q* adducere Gentes idololatriæ deditas ad baptismum. *Baptismus gentium.*

Dispersiones Israëlis , designabant *r* Iudæos per vniuersum orbem dispergendos . Vel designant eos , qui per hæresim,aut infidelitatem separantur ab Ecclesia,*Ps.58.145.Exo.5.b.Deut.4.d.28.g.Eccl.48.c.Ier.5.c.15.b.31.b.* 40. *f.Eze.5.a.6.a.28.g.36.a.34.b.Ioel.3.a.Zach.2.b.7.d.Mach.6.a.2.Mach.1. f.Io.11.g.Iac.1.a.* *Dispersio Iudæorum. Separatio hæreticorum ab Ecclesia.*

Disperguntur in Israël Simeon, & Leui : *s* quia non acceperunt sorte hæreditatem , vt aliæ tribus : & designant Iudæos dispersos inter Christianos.Vel designant vitia omnibus communia , nempe gulam, & libidinem. *Gen.49.b.Soph.9.b.* *Gula & libido communia vitia.*

Disperguntur ad manducandum , vel dæmones, *t* quum quærunt quem deuorent : vel Iudæi ad ea , quæ non illis licebant,nisi in templo,*Psa.58.* Vel Apostoli ad prædicandum Gentibus, ob Iudæorum infidelitatem. *Dæmones. Iudæi. Apostoli.*

Dispersi Ammonitæ in fuga,*1.Reg.11.c.* sunt *u* motus carnales , licet non extincti , non tamen vim habentes contra abstinentem. *Debilitas motuum carnalium.*

Dispergit oues lupus quum *x* diabolus in diuersa vitia trahit animas.*Ioan.10.b.16.g.*Dispergentes legem Dei sunt vel homines,vel dæmones trahentes animas ad vitia::vel schismata facientes. *Ier. 10. d.23.a.3. Reg.22.c.1. Par.10.b.e.2.Par.18.d.Isa.1 . c.16.e.Soph.5.b.Hab.3.e.Zach.1.d.13.c.Matt.26.c.Mar.14.* *Tentantes dæmones,& hæretici schismata facientes.*

Aspergitur sulphur in habitaculo iniqui,*y* quum accenditur fœtore libidinis.*Iob.18.c.* *Fœtor libidinis.*

Aspergitur caro viua lepra,*x* quum anima inficitur peccato,*Leu.13.e.*vel quum quis errorem habet de anima. *Peccatum. Error de anima.*

Aspergit aquilo niuem.*Eccl.43.c.*quum *aa* diabolus sibi in frigore malitiæ sedem parat. *Idololatria.*

Conspergentes mulieres adipem,*Ier.7.d.*erant *bb* idololatriæ vacantes. *Imitatio Sanctorum.*

Respersi agni & oues diuerso colore.*Gen.30.g.31.b.* Sunt diuersa *cc* sanctorum exempla imitantes.

Spargere cymimum,*Isa.28.g.*Est *dd* corripere simplices viuentes.

Aspernari,vide Contemnere.

Asperum, vide Acerbum.

Aspicere,Aspectus,Inspicere,Intueri,Perspicere.

Prospicere, Circumspicere,Respicere.

Aspicere est oculis aliquid contemplari. Adiunximus in titulo cognata verba , quia quantum ad allegorias, parum habent discriminis.Respicere autem præter hoc,quod est aspicere , est etiam vergere : vt respicere ad Orientem vel Aquilonem.Et intueri est considerare.

Aspicere secundum hoc competit Deo,*ee* quod nihil eum latet , sed omnia illi sunt præsentia , omniáque intuetur.Dicitur autem Deus aspicere seu respicere aliquos,quum illis succurrit,aut *ff* eos approbat : sicut dicitur respicere humilia : sicut respexit Deus munera Abel.*Gen.4.a.31.f.g.47.f.Exo.2.d.4.g.Leu 26.b.Deu.26.d.1.Reg.1.b.9.c.Iob.28.c.30.c.Psa.10.13.21.32.52.65.79.83.101.112.118.137. Eccl.2.d.3.d.11.b. 17.a.34.c. 35.d.39. c.42.c. Thr.5.a.Marc.10.c.Ioan.1.f.*Respexit etiam Christus Petrum,præueniendo per gratiam suam , & incutiendo dolorem.Nemo *gg* enim respiscit,nisi quem Christus respicit. *Luc.22.g.*Ita dicitur sapientia inspicere omnes dormientes.*Sapi.7.d.Eccl.24.d.*Et respiciens Dauid super Miphiboseth,est Deus fauens miseris.*2.Reg.9.c.16.c.3. Re. 8.c.Iudith 6.d.13.a.Psa.12.40.34.73.85.89.Prou.5.d.Isa.58.a.60.d.64.c.66.a.Ier.5.a. Hab.1.a.3.a.Num.16.c.Amo. 5.g.Mala.2.c.2.Mach.1.f,Luc.1.c.*Non aspicit autem visus hominis post hanc vitam. *Iob 7. b.* quia *hh* tunc Christus non miseretur. Prospexit iustitia de cœlo. *Ps. 84.* quum *ii* peccatore pœnitentem non punit,sed liberat , & iustificat.Et aspectus super rotas,designat curam,quam Christus habet de nobis.*Ezech.1.g.*

Prospicere, Circumspicere,Respicere.

Approbare. Considerare. Intendere. Misereri. Obsequi. Rationem habere.

Aspicit etiam Deus *kk* puniendo. *Deut.9.d.Gen.31.g.Iudith 6.d.9.b. Iob.28.d.35.d.40.a.Psa.14.103. Exod. 14.f. Prou.20.b.Eccl.5.b.2.c.16.a.Hab.1.b.3.c.*Sic autem aspicit sæpè,*ll* vt conuertantur. *Punitio.*

Respicit etiam Deus de cœlo *mm* bonos & malos,qui pro omnibus mortuus est. *Psa.32.Iob. 28. d. 33. d.* Circumspiciens Deus, aut Christus, est quærens credentes,& examinans vias hominum. *Isa.63. b. Mar.3. a. d. 5.c. Eccl. .b.23.c.* *Mortuus Christus pro omnibus. Cognitio Dei circa homines. Splendor diuinæ lucis. Illustratio doctrinæ Euangelicæ. Concordia veteris & noui testamenti*

Aspicere thesauros grandinis est *nn* cognoscere corda prauorum in bonum conuertenda,quod est Dei.*Ioh.38.c.*Vel potest intelligi tolerantia, qua Deus malos sustinet.Ipse quoque Deus dicitur inspector.*Prou.24.b.1.Reg. 16.b.Eccl.23.c.*

Aspectus æris candentis,designat *oo* splendorem diuinæ lucis,*Ezech.1.b.*Et aspectus lampadarum,*pp* est illustratio doctrinæ Euangelicæ:*Ezech.1.d.8 a.*Aspectus etiam horribilis rotarum & crystalli.*Eze.1.f.10.b.* designat miraculum doctrinæ Euangelicæ,& comminationem iudicij & inferni,quæ in Scriptura habentur.Respicientia se cherubim,designant *qq* concordiam veteris & noui Testamenti.Et respicit propitiatoriũ,quia commendant misericordiam Dei:vel prædicant Christum:vel quia nutui diuino intendunt. *Exo. 15.b.37.b.* Vel designant iuxta Originem *rr* concursum Verbi & Spiritus sancti in anima Christi : vel concordiam quæ est in cœlestibus. Respectantes se inuicem humeruli subter labium æneum,sunt scripturæ Propheratum inuicem concordantes. Respiciunt se etiam Cherubim , *ss* quum sic contemplamur vnitatem diuinam vt seruemus personarum Trinitatem:& sic contemplamur Trinitatem,vt non tollamus essentiæ vnitatem.

Conspiciens Moyses duos Hebræos rixantes.*Exo.2.b.* designat *tt* Christum tollentem discordias fratrum : & concordantem vtrumque populum.

Prospiciens

a *Hie.s.Ma.2*

b *Ori. s. Gen. ho.17.& s.Ie ho.9.* *Gr.15.m.22*

d e f g *Hie.s. Ier.13.& s.ps 21.& s.Is.30 & s. Zac.13.*

h *Hie.s.Na.3*

i *Ori.s. Ezec. ho.16.*

k *Hie.s.Ier.3.*

l *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien. 22.*

m *Am.li.1.de Cain.4.*

n *Hie.s.Ecc.3*

o *Clem.Alex 6. strom.*

p *Gr.3.m.19.*

q *Glo. inter.s. Exo.32.*

r *Hil.s.ps.58. Arn.s.ps.146 Aug.epist.59. & s.ps.58. Bed.s. Exo.5. Hie.s.Soph.3.*

s *Ruper. 7. s. Gen.8.*

t *Arn. s. psa. 58.*

u *Gre.s.1.Regum.11.*

x *Augus. de past.8. Hie.s.Ier. 23. Cyr.7.s.Ioã.5 Gre.ho. 14*

y *Gre. 14. m. 10.*

z *Glo. ord. s. Leu.13.*

aa *Glo. ord. s. Ier.7,*

bb *Glo. ord.s. Eec.7.*

cc *Glo. ord.s. Gen.30.*

dd *Glo. ord.s. Isa. 28.*

ee *Gre.19.mo 4.& s.1.Re.9*

ff *Hil.s.ps.52 65. Ori.s.Le.h.16 Am.s.ps.118. ser.17.*

gg *Rupe.11.s. Matth. Amb.s.Lu.22*

hh *Gr.8.m.13*

ii *Au.s.ps.84*

kk *Hi.s.p.118 Aug.s.ps.103*

ll *Rupe. 11.s. Matt.*

mm *Ba.s.& Ar.s.psa.32. Gre. 29. mor. 10.11.*

nn *Gr.32.m.3*

oo *Hi.s.Ez.1*

pp *Gr.s. Eze. ho.6.*

qq *Cyri.de in car.vnige.13.*

rr *Ori.s.Rom. l.3.*

ss *Ricar.de S. vict.4. de arca.myst.19.*

tt *Glo.ord.s. Exo.2.*

Digitized by Google

Illuminans Christus per sensibilia.

Prospiciens sponsus per fenestras. *Cant.2.c.* est *a* Christus illuminans per sensus: vt per sensibilia veniamus in notitiam spiritualium, vel est manifestans se in carne paulatim per mysteria Prophetarum, quæ ipse declarauit: & tunc partim se abscondebat, partim per miracula manifestabat: & prospectus hic est dilectionis. Prospexit etiam per retia seu cancellos,*b* quia solus vicit retia diaboli:& inde vocat nos,vt per multas tribulationes possimus in eius regnum intrare. Respicit etiam per fenestras, quum *c* mors non intrat in nos per fenestras.

Contemplatio cælestium. Diabolus. Vocatio gentium.

Respicientes oculi aquilæ de longè escam. *Iob.39.d.* sunt *d* contemplantes in hac vita beatitudinem cœlestem, per speculum in ænigmate.

Vel designatur diabolus, qui sagaciter considerat bonos vt eis insidietur.

Respexit Deus ad Abel & ad munera eius. *Genes.4.a.* quia *e* fidem noui Testamenti ex innocentiæ gratia Dominum laudantem, veteris Testamenti terrenis opibus antepositi.

Predicatio.

Respicere ad aquilonem, *f* est intendere ad vocationem Gentium. *Exod.26.d. Leuit.1.e.* Sic respiciebant lucernæ contra boream ad mensam panum propositionis. *Num.8.a.*

Respicit porta templi viam aquilonis. *Ezech.40.c.* quum *g* prædicator vitam peccatoris agnoscit, eique interiora vitæ per verbum prædicationis aperit. Et respicit turris Libani contra Damascum. *Cant.7.b.* quum *h* Gentilitas instruitur: vel cùm prædicatores impugnant peccatores: aut peccata.

Ducens Christus ad Patrē. Sapientia Christi.

Respicit ad Orientem facies templi, *i* hoc est, ad cœleste numen: & respicit ad vitam Orientalem porta templi, quum Christus ducit nos ad Patrem. *Ezech.40.b.43.a.44.a.47.a.*

Eleuari in cōtemplationem diuinorum. Quærere auxilium à Deo

Circumspiciens Moses occisurus Ægyptium. *Exod.2.b.* indicat *k* diligentiam cauentis: & designat sapientiam Christi, qua victus est diabolus.

Circumspicit onager montes pascuæ suæ. *Iob.39.a.* quum *l* Sancti eleuantur in contemplationem diuinorum & angelorum. Et quum *m* Iudæi aspiciunt suos doctores. Et quum *n* Christus respicit superbos, quos conuertit. Suspicere in cœlum, est contemplari cœlestia,& quærere auxilium à cœlo, vel à Deo. *Genes.15.b. Iob.35.a. Dan.13.d. Actor.1.b. Isa.38.c.* Respicere etiam in cœlum, *o* est in illud æternitatis lumen intelligentiæ oculos tota intentione figere. *Dan.4.g.* Item est respicere sursum. *Luc.13.e. Isa.8.d.38.c.* Et inspicere in montem, est contemplari alta. *Exod.25.d.* Aspicere etiam in Sion, est contemplari cœlestia, *Mich.4.d. Hebr.11.f.* Et aspicere ad Dominum, est ipsum inuocare. Intueri autem ipsum procul, *p* est per effectus ipsum cognoscere, *Iob.19.d.36.d. Isa.17.c.22.e. Ioel.1.d. Mich.7.b. Zach.12.c. Num.21.b. Hebr.7.a.11.c.12.a. Petr.7.c.* Suspicere etiam sursum & intueri terram, est vndique quærere auxilium. *Isa.8.d.*

Decor Christi.

Aspicit Christus in cœlum, *q* vt ostendat virtutem à Deo venire. *Matth.14.b. Actor.1.b. Marc.6.f.7.d. Luc.9.b.*

Aspectus decorus Ioseph, *r* designat Christum speciosa forma præ filiis hominum: cuius aspectu non est defraudatus Iacob. *Genes.39.b.48.b,39.c.* Et Dauid, qui etiam dicitur aspectu decorus, quasi radians decore, visionis interna contemplatione. *1.Reg.16.c.*

Aspectus gloriosus Christi, *s* fuit in passione. *Isa.52.d.53.a. Num.24.c.*

Studium sacræ scripturæ. Reditus ad vitia. Obseruare legem cum Euangelio. Contemplari promissa & rerum labilitatem. Quærere terrenum auxilium. Cognitio incarnationis. Velox Dei punitio. Cauere sibi alicui periculo Conuersio synagogæ.

Prospiciens Abimelech per fenestram, ludentem Isaac cum Rebecca. *Genes.26.b.* designat Christum respicientem fideles & Ecclesiam, ludētes in exercitatione laudum Dei: vel est *t* Philosophus admirans ludum ac disciplinam fidelium, cum tolerantia: vel est Constantinus magnus veniens in cognitionem fidei.

Aspiciunt arcam euntem prælati, *u* quum considerant, an ij, quos suo arbitrio viuere sinunt, vtantur libertate ad bonum. Sic aspiciebant satrapæ Philisthinorum arcam. *1.Reg.6.b.*

Respiciens larus superhumeralis, rationale. *Exod.28.d.* designat *x* ordinanda esse opera, & adaptanda ad rectam intentionem.

Aspectus virgarum, ad quem concipiebant oues. *Genes.30.f.* designant *y* contemplationem exemplorum & doctrinarum sacræ scripturæ.

Aspicere post tergum Mosi. *Exod.33.b.* est *z* intelligere inferiora legis, & superficiem literæ.

Prophetæ. Diabolus. Sacerdos examinans peccatum. Decor Eccle. & B. Mariæ. Diligere inimicum. Gaudere de malo proximi. Iudæi crucifigentes Christū. Diabolus persuadēs Ecclesiæ aut animæ. Furor dæmonum in iudicio. Cruciatus. Cognitio propriæ infirmitatis.

Respicere post tergum, *aa* est affectu redire ad pristinavitia. *Gen.19.d.1.Reg.24.b.2.Reg.2.d. Luc.9.g.* Est etiam *bb* velle seruare legem veterem post Euangelium.

Conspicions Abraham terram, est *cc* contemplans futura promissa. *Genes.13.d. Num.13.d. Iud.18.a.* Aspiciens auem Ieremias & Carmelum, *dd* est contemplans, quàm facile omnia caduca decorem suum amittant. *Ierem.4.f. Iob.7.b.* Aspicere etiam in terram, *ee* est quærere terrenum auxilium hominum. *Isa.5.g.* Non audendo quærere diuinum propter Deum offensum.

Aspectus arboris est vsque ad terminos vniuersæ terræ. *Dan.4.b.* quum *ff* notitia virtutis sic habetur, vt iam quid in singulis rebus possumus, multo studio, multo exercitio didicerimus.

Aspicere hominem, est cognoscere Verbum Dei incarnatum. *Isa.38.c.* Non est autem intuitus populus Iudæorum oculus vulturis. *Iob.28.b.* quia *gg* non cognouit intentionem incarnationis Christi,& operum redemptionis.

Aspectus equorum in locustis. *Ioel.2.a. Nah.2.b.* designare potest *hh* velocitatem diuinæ punitionis.

Intuens Abraham Sodomam & Gomorrham, quum destruerentur. *Genes.19.f.* designat eum, *ii* quem faciunt aliena pericula cautum. Sic prospiciunt Luciferum, qui eius naturam & casum contemplantur. *Isa.14.d.* Sic etiam licet intueri locum diuitis aut superbi post mortem eius. *Iob.27.d.*

Non intuetur locus hypocritæ ipsum hypocritam. *Iob.20.b.* quum *kk* linguæ adulantium non sequuntur hypocritam ad iudicium.

Intueri sponsam aut Sulamitidem. *Cant. 6.d.* est *ll* recognoscere & contemplari Synagogam in fine mundi fidem amplectentem. Ad idem referri potest, quum Balaam extremā partem populi Israël intuitus est. *Num.22.g.*

Non respicere vultum nec staturam Eliab maioris fratris Dauid. *1.Reg.16.d.* est *mm* non prædicare in Ecclesia opera nec scientiam sine humilitate.

Aspicientes dicuntur Prophetæ cognoscentes diuinam veritatem, *Isa.30.b.*

Aspiciens fructum ante maturitatem autumni. *Isa.28.a.* designat diabolum quærentem in hac vita, quem deuoret.

Aspiciens sacerdos vestem leprosam, aut considerās locum maculæ leprosi. *Leu.13.d.e.* est examinans *nn* vitia peccatoris. Sic respexit Aaron Mariam leprosam. *Num.12.e.*

Aspectus delectabilis ligni scientiæ boni & mali. *Gen.3.b.*

Aspectus elegans Iudith, designat *oo* decorem Ecclesiæ & beatæ Virginis Mariæ. *Iud.8.a.11.d.*

Aspicere iniquitatem in corde. *Psal.65.* est *pp* eam approbare, & diligere.

Aspicere nuditatem proximi. *Haba.2.c.* est *qq* gaudere de subuersione proximi: quod est diaboli & antichristi. Iudæi quoque aspexerunt *rr* nuditatem Christi, quando crucifigentes eum, iudicauerunt derelictum à Deo.

Intuens hostis Iob terribilibus oculis, *Iob.16.b.* designat *ss* Iudæos clamantes contra Christum Crucifige, crucifige. Vel designat diabolum, qui prauorum consiliis non cessat mala exquirere, quibus Ecclesiam, aut animam semper deterius affligat. Sic oculi eius vel Antichristi respiciunt in pauperem, *tt* quia persequuntur pauperes Spiritu. *Psalm.9.* Sic etiam intuita est ancilla Petrum. *Luc.22.f.* Aspiciunt oculi inimicorum in Sion, *uu* quum despiciunt Ecclesiam. *Mich.4.d.* Ad hæc referri potest aspectus terribilium bestiarum. *Sapient.11.c.* Et aspectus terribilis Assueri. *Ester.15.e.* Et intuitus terribilis statuæ. *Dan.2.a.*

Aspectus quadrigarum quasi lampades & fulgura. *Nah.2.b.* designant *xx* dæmones etiam in iudicio veterem spirare furorem, & quasi fulgura, huc illucque discurrere.

Aspicere per fenestras, videtur in malum sumi, & curiositatem dicere: vt prospexit Michol Dauid per fenestram. *2.Reg.6.c.4.Reg.9.f. Mach.3.d.* Et prospicit meretrix iuuenem de fenestra. *Prou.7.b.* Et stultus respicit in domum à fenestra. *Eccles.21.d.2.* Sed datur etiam in bonum respicere per fenestras sapientiæ. *Eccles.14.d.*

Respicere non audens Moses contra Deum. *Exod.3.b.* Cognitionem *yy* indicat propriæ infirmitatis, & Dei reuerentiam.

Respicere Beelsephon è Phiarioth, est *zz* tendere ad perfectionem. *Num.33.a.*

Respiciens Elias ad caput suum subcinericium panem. *3.Reg.19.a.* vide panis.

a *Ori.s.Cant. ho.23. Amb.de Is.4.*
b *Gre.s.Cā.2.*
c *Ber.s.Cant. ser.57.*
d *Gre.31. m. 35. Hie.s.Iob.39.*
e *Bed.s.Gē.4.*
f *Glo. ord. s. Leu.1.*
g *Gre.s.Exec. ho.19.*
h *Amb. s. ps. 18.ser.5. Gre.Cant.7.*
i *Amb.de instit.virgi.8. Hie.s.Ex.47. Gr.s.Ez.h.15.*
k *Glo. int. s. Exo.2.*
l *Gre.30. mo. 29.34.*
m *Hie.s. Iob. 39.*
n *Hie.s.Is.38.*
o *Ricar.de S. Vict. de secur. conscien.45.*
p *Grego. 27. mo.2. Hie.s.Isa.22.*
q *Ori.s. Mat. cap.14.*
r *Glo. inter.s. Gen.39.*
s *Glo.inter. s. Isa.52.*
t *Cle.Alex.1. pada.5.*
u *Gr.s.1.Re.6.*
x *Glo. ord. s. Exo.28.*
y *Gr.21.m.1.*
z *Glo. ord. s. Exo.33.*
aa *Amb. de Abrah.6. Gre.s. Ezech. ho.3.*
bb *Cyril. de adorat.in Spiritu sancto.*
cc *Ru.s. Gen. 13.*
dd ee *Gloss. ord.s.Ier.4.& s.Is.5.*
ff *Ricar.de S. Vict. de secur. consc ien. 15.*
gg *Gr.18.m. 21.*
hh *Hie.s.Ioel. 2.*
ii *Hie.s.Is.14*
kk *Gr.15.m. 3.*
ll *Gre.s.Cā.6.*
mm *Gr. s. 1. Re.16.*
nn *Glo. ord.s. Leu.13.*
oo *Lyr.s.Iu.8*
pp *A.s.ps.65.*
qq *Glo.ord.s. Haba.2.*
rr *Ru.s.Ha.2.*
ss *Gre.13.mo. 16.*
tt *Aug.s.ps.9.*
uu *Hie.s.Mic. 4.*
xx *Hie.s.Nahum.2.*
yy *Ly.s.Ex.3.*
zz *Ori.s.Nu. ho.27.*

Digitized by Google

Reſpicere ad gentem, quæ ſalutare non poterat. *Thr.4.c. Hoſ.3.a. Pſal.39. Iſa.17.c. Eccleſ.51.b.* eſt reſpicere *a* ad diuites potentes & hæreticorum principes.

a Glo.inte. ſ. Thr.4.

Reſpicientes rami cedri, aut vineæ ad aquilam. *Exec.17.b.* deſignabant *b* regnum Sedechiæ ſubiectum eſſe regi Babylonis.

b Hie.ſ. Eze. 17.

Circumſpicere in vicos ciuitatis, *c* curioſitatem vanam deſignat. *Eccleſ.9.b.* & occaſionem ruinæ paratam.

c Lyr.ſ. Ec.9.

Reſpectus dicit reuerentiam quandam honori alicuius exhibitam. *Pſal.72. Sap.2.d.3.b.4.c. Eccleſ.41.d.* *Curioſitas.*

Aſpectus ſanctuarij contra aſpectum altaris lignei. *Ezech.41.c.*

Reſpicit turris Libani contra Damaſcum, *d* quum per diſcretionem operamur opera ſpiritus contraria operibus carnis. *Cant.7.b.*

d Rup. ſ. Cã. 6.

Aſpirare, quare Spirare.

Aſpis.

ASPIS *e* eſt ſpecies venenati ſerpentis, gignitur in Aphrica, parit oua, eiúſque venenum ferè repente dicitur interficere: cuius ictui nullum eſt remedium: ferturque aliquando volare. Dicitur etiam alteram aurem, quàm preſſius poteſt terræ infigere, alteram verò caudæ immiſſione obturare, ne audiat vocem incantantis. *Pſalm.57.*

e Ariſt.8. de, hiſt.anim,19. Gre.15.m.7.8

Deſignare poſſunt aſpides *f* peſtilentiſſimos dæmones: interdum inuidos calumniantes, & variis commentis ſimplices circumuenientes: hæreticos *g* etiam, ac Iudæos. *Deut.32.c. Iob.26.c. Pſal.139. Iſa.11.b.30.b.59.a. Rom.3.b.* Obturat autem vnam aurem in terra, *h* quum amat præſentia: & obturat alteram cauda, quum rebus præteritis delectatur. *Damones. Inuidi. Hæretici. Iudai.*

Deſignat etiam latentes *i* ſuggeſtiones immundorum ſpirituum, qui cordibus hominum parua prius perſuaſione ſurrepunt. Vel è diuerſo, quia citò interficit, deſignat violentas tentationes. *Iob.20.c.* *Latentes ſuggeſtiones, vel violentæ tentationes.*

f Ori. ſ. Leu, ho.16. & ſ. Lu h.31. & ſ. Re.3

g Arn. ſ. pſa. 57.90.

h Hie.ſ.If.11 30.59.

Chry. ſ. Gen, ho.12.

Aug. ſ.pſ.57.

Aſportare, quare ferre.

Aſſare.

ASSARI dicitur, quod ad prunas abſque alio medio torretur.

Aſſæ carnis igni, ſignificare poſſunt laborem paſſionis Chriſti. *Exod.12.b.2. Paral.35.b.* Idem ſignificat piſcis aſſus. *Luca 24. ſ. Ioan. 21.c. Tob. 6.b.* Aſſum igni comedit, *k* qui totam operationem tribuit Spiritui ſancto. *Chriſti paſſio.*

Poſſunt etiam ſignificare *l* roborationem ad reſurrectionem: vt enim carnes aſſæ durantur, ſic Chriſtus per paſſionem venit ad robur reſurrectionis. *Robur reſurrectionis.*

Deſignant etiam *m* fidem charitate formatam. Fides enim ardentiſſima eſſe debet, firma & ſtabilis. *Fides.*

Item diuinitatem in humanitate. *Caro Chriſti.*

Aſſæ carnes bubalæ., 2. *Reg.6.d.* 1. *Paral.16.a.* deſignant *n* carnes illius vituli ſaginati, qui pro reuertente ad patrem filio iuniore mactatus, & igne paſſionis aſſatus, qui dicit, Aruit tanquam teſta virtus mea.

k Amb.2. de Cain & Abel.6.

Ru.2.ſ.Exod. 10.

l Gr.hom.22.

m Greg.Nyſſ. de vita Moſis.

Aſſequi, quare Attingere.

Aſſidei.

ASSIDEI, id eſt milui, vel hærodij, aut venantes, vel inſidiantes: hoc nomine dicebantur quidam ex Iudæis. 1. *Mach.7.b.2. Mach.4.a.*

n Glo. ordi.ſ. 2. Reg.6.

Aſſiduus,

ASSIDVVS idem quod continuus, aut frequens; vix recipit allegoriam, ſed eſt morale: vt aſſiduum eſſe in mandatis Domini. *Eccleſ.6.d.2.d.37.c.38.c. Iacob.5.d.*

Aſſiduum eſſe cum ſaltatrice, aut in malo, reprehenditur. *Eccleſ.7.b.9.a.12.a.20.d.*

Aſſidua nominatio Dei, hoc eſt, iuramentum reprehenditur. *Eccleſ.23.b.*

Aſſidua interrogatio ſerui, non vacat liuore percuſſionum. *Eccleſ.23.b.* Aſſidua etiam debent eſſe flagella filio, & opera ſeruo. *Eccleſ.30.a.33.d.*

Aſſiduum eſſe oportet in medio cogitantium, *Eccleſ.27.b.* hoc eſt, *o* eſſe de his, qui prius cogitant quàm loquantur.

o Gl.ord.ſup. Ecc.27.

Aſſimilare, vide Similis.

Aſſis.

ASSIS ſignificat pondus, cuius duodecima pars eſt vncia, ſignificat etiam ſpeciem monetæ parui pretij, qua ratione aſſis, quo duo paſſeres vænire dicuntur, *p* ſignificare poteſt paruam voluptatem. *Matth.10.c. Luca 10.a.* *Parua voluptas.*

p Hil.ſ. Mat. can.10.

Aſſiſtere, Aſtare.

ASSISTERE, & aſtare, eſt coram aliquo ſtare, præcipuè coram maiore: & adeſſe. Item contemplari. *Pſalm.5.* Manè aſtabo tibi, & videbo. Obſequi. *Pſal.44.* Aſtitit Regina à dextris tuis. Perſeuerare in malo. *Pſal.2.* Aſtiterunt reges terræ. *Fauens Deus.*

Aſſiſtere dicitur Deus per metaphoram aliquibus, *q* quum illis fauet. 2. *Tim.4.c.* Dicitur etiam aſſiſtere vel aſtare ad iudicandum. *Iacob.5.b. Sap.9.a.19.d. Eccleſ.24.d. Heb.9.d. Pſal.108.* Aſtitit à dextris pauperis. *Placatio patris.*

Aſtat Chriſtus patri in tempore malorum. *Ierem.15.* quia *r* cùm eſſemus mali, pro nobis mortuus eſt, ad placandam iram patris. *Actio gratiarum.*

Aſſiſtentes filij Dei ante Deum, deſignant *ſ* angelos pro beneficiis humano generi collatis gratias agentes Deo. *Iob.1.b.* Neque autem Deo ſancti angeli corporaliter aſtiterunt, neque Satan corporaliter: ſed omnis miniſtratio ſummi Dei aſſiſtentia dicitur: quemadmodum Elias ſuper terram verſatus Deo aſſiſtere dicebatur, ſic inquit: Viuit Dominus, cui aſſiſto in conſpectu eius hodie. 3. *Reg.17.a.2. Paral.9.b. Geneſ.45.a. Tob.12.c. Pſal.5. Dan.7.b. Zach.3.b.4.d.* *Miniſtrare Deo. Fauor angelorum.*

Aſtant angeli hominibus fauendo in aduerſis, aut monendo, & inſtruendo de diuinis, aut agendis. *Luc.24.a. Actor.1.b.*

q Glo. ord. ſ. pſa.108.

r Ori. ſ. Iere. ho.11.

ſ Or.ſ.Iob. 1. Chryſ. de patientia. Iob. ho.3.

Aſtat Regina à dextris Chriſti, *t* hoc eſt, Eccleſia, quum in iudicio omnes qui ad Eccleſiam pertinebant ſtatuentur à dextris. *Pſalm.5.44.*

Aſſiſtens populus Moſi à manè vſque ad veſperam. *Exod.18.b.* deſignat docilitatem ignorantium. Et aſtans claudus coram Apoſtolis ſanus. *Actor.4.b.* *Docilitas.*

Aſtantes Ægyptij coram Ioſeph, qui præcipiuntur egredi, ne interſint agnitioni mutuæ fratrum. *Geneſ.45.a.* deſignant malos intra Eccleſiam exiſtentes, qui arcentur à myſteriorum cognitione. *Mali in Eccleſia.*

Aſtiterunt reges terræ contra Chriſtum, *Pſalm.2. Eccleſ.41.a.* quando *u* adhibuerunt officium ſuum ad mortem Chriſti. *Mali miniſtri.*

t Baſ.ſ.pſ.44. Hie.ad principiam & ſ. pſa.44.

u Hil.ſ.pſ.2.

Aſſiſtens Doeg Saulis. 1. *Reg.22.b.* deſignat *x* malos miniſtros paratos ad exequendum prauam voluntatem. Sic aſſiſtebat vnus miniſtrorum pontifici. *Ioan.18.d. Actor.17.b.22.e.* Et aſtat viæ non bonæ, qui perſeueranter peccat. *Pſalm.35.* Ideo laudatur iuſtus, qui in via peccatorum non ſtetit. *Pſalm.1.*

x Au.ſ.pſ.35.

Aſtat laus ſapientiæ Dei, *Eccleſ.15.c.* quia meritò illi debetur laus.

Aſſueſcere, quare Conſuetudo.

Aſſumere, vide Accipere.

Aſſumentum, quare Confuere.

Aſſurgere, vide Surgere.

Aſtare, vide Aſſiſtere,

Aſtaroth, Aſtarthe.

ASTAROTH, id eſt, nemora, ſiue lucij, vel inſidiæ: nomen Idoli Sydoniorum, quod & Aſtarthe dicitur: creditúrque *y* Iuno, quæ lingua Punica dicitur Aſtarthe. *Iudicum 2.b. 1. Reg.7.b.31.d. 3. Regum 11.a. 4. Reg. 13.c.*

y Augu. q. in Iud.16.

Digitized by Google

Astringere, quare Stringere.
Astrum, vide Stella.
Astutus, Astutia, Callidus.

ASTVTIA est calliditas, vel animi viuacitas, præcipuè ad nocendum, vel decipiendum: quæ fere in malum sumitur: *a* vt sit astutia in primis dæmonum, deinde hæreticorum & hypocritarum dæmones imitantium. *Genes.* 3. *a. Deut.* 15. *b. Ios.* 9. *a. Reg.* 23. *c. Iob.* 5. *b.* 36. *b. Ester.* 16. *b. Eccl.* 42. *d.* 1. *Cor.* 3. *d.* 2. *Cor.* 4. *a.* 11. *a.* 12. *e. Eph.* 4. *c.*

Astutia interdum in bonum sumitur, *b* vt quæ veniat à sapientia: & astutus dicitur prudens, qui contrario modo quam stultus affectus est. *Prou.* 1. *a.* 8. *a.* 12. *c.* 13. *c.* 14. *b.* 15. *a.* 22. *a.* 27. *b. Eccl.* 18. *d.*

Assyrius, Assur, Assyria.

ASSVR, id est, insidians siue beatus, aut aspiciens, aut gradiens: filius Sem, à quo orti sunt Assyrij populi iuxta fluuium Tigrim, qui fuerunt hostes Israël.

Assur egressus de terra, *c* potest significare Christum, qui egressus de mundo, & fortis & vincens est. *Gen.* 10. *b.*

Assyrij contra quos vadit fluuius Tigris, hoc est, fortitudo, designant *d* dæmones hostes Ecclesiæ, contra quos fortitudine pugnandum est. Designant etiam *e* hæreticos, ac reliquos hostes Ecclesiæ. *Genes.* 2. *c.* 10. *b. Num.* 24. *d.* 4. *Reg.* 17. *c. Iudith.* 6. *a.* 15. *a. Psal.* 79. 82. *Isa.* 7. *d.* 10. *b.* 14. *f.* 19. *d.* 28. *a.* 25. *c.* 30. *g.* 31. *d.* 52. *b. Ezech.* 16. *c.* 23. *a.* 31. *a.* 32. *e. Ierem.* 2. *d. Thren.* 5. *b. Hos.* 5. *d.* 9. *a.* 10. *b.* 11. *b.* 12. *a.* 14. *a. Mich.* 5. *b.* 7. *c. Zach.* 10. *d. Nahum.* 3. *d. Soph.* 2. *d.* Possunt in multis ex his locis significare *f* Gentilitatem.

Assyrij interpretatur Dirigentes: & vt veniebat in mercatum Tyri, designant *g* eos, qui veniunt, vt praua dirigant, imò arguant pœnis, & corrigant quæ fuerant deprauata. *Ezech.* 27. *e.* Denique faciunt illud, *Psalm.* 8, Vt destruas inimicum & vltorem.

Assur interpretatur etiam diues & speculans: contra quos vadit Tigris, hoc est, *h* aër, quia tam diuites, quàm per se diuina speculantes vento implentur.

Athalia.

ATHALIA, id est, hora, vel tempus Domino: vxor regis Ioram, mater regis Ochoziæ, quæ occidit omne semen regium, præter Ioas. 4. *Reg.* 8. *g.* 11. *a.* 2. *Paral.* 22. *d.* 23. *d.* 24. *b.* Typus est *i* synagogæ, quæ nitebatur delere semen Christi.

Atramentum, Atramentarium.

ATRAMENTVM est humor niger ad scribendum deseruiens. *Eccles.* 12. *b. Ierem.* 36. *d.* 1. *Cor.* 3. *a.* 2. *Ioan. d.* 3. *Ioan. d.* Atramentarium verò est atramenti receptaculum. *Ezech.* 9. *a.* designat *k* in Christo notitiam omnium actionum nostrarum.

Atrium, Aula.

ATRIVM significare solet primam partem domus, quæ continet mediam aream, in qua collecta ex omni tecto pluuia descendit. Et ipsum vestibulum. *Leuit.* 6. *b.* In atrio tabernaculi.

Atrium tabernaculi fœderis, quod erat area ante tabernaculum, in quo offerebantur sacrificia, eaque comedebant ibi sacerdotes, qui debent verbo Dei alios purgare, nec licebat quicquam extra efferre: manifestè designat *l* Ecclesiam, quæ constat muro fidei, columnis spei, amplitudine charitatis, *Exod.* 27. *b.* 40. *a. Leu.* 6. *d. Psal.* 28. 91. 95. 133. 3. *Reg.* 6. *d.* 7. *b.* 8. *g.* 2. *Par.* 4. *c.* 7. *b. Iere.* 26. *a. Ezec.* 8. *e.* 10. *a.* 40. *c.* 46. *b.* 1. *Mach.* 4. *e. Apoc.* 11. *a.* Atrium etiam domus Domini, est *m* locus publicus in Ecclesia. *Psal.* 115 *Zach.* 3 *o.* Eadem Ecclesia dici potest aula regis Israël. 4. *Reg.* 7. *b.* Et aula Pharaonis, designat Ecclesiam ex Gentibus. *Genes.* 45. *e.* 1. *Mach.* 11. *c.* 2. *Mach.* 13. *e.* Idem designare potest aulam regis Assueri. *Ester.* 4. *a.* 5. *a.* 6. *b.*

Aula sancta Dei, *n* Christum designare potest. *Psal.* 28.

Potest etiam atrium designare *o* cœlum, & conuersionem cœlestem, & mansiones beatitudinis: præcipuè atria, quæ sunt interitus, de quibus. *Psalm.* 99. dicitur: Introite in atria eius. *Leui.* 6. *d. Psal.* 28. 64. 83. 121. 133. 134. *Isa.* 61. *c.* Atria sunt domui vicina amplitudinem habentia. In illis sunt *p* animæ sanctæ corporibus exutæ, quæ in latitudine sunt, depositæ carnis angustia. Atria habent fundamentum & non tectum: quia animæ, quæ amore Dei sunt, non ruunt: vnde, Stantes erant pedes nostri: sed non habent tectum adhuc expectantes augmentum: quod non erit, nisi in resurrectione corporum suorum.

Potest etiàm in eisdem locis significare *q* mentem in Deum dilatatam, siue cor dilatatum. Et atrium longitudinis & latitudinis centum cubitorum per quadrum, designat *r* fideles perfectos in fide, spe, charitate, & operibus. Vel in quatuor virtutibus cardinalibus, *Ezech.* 40. *g.* Et atrium, quod custodit fortis armatus, *s* est recessus cordis, quod spiritus custodit, Dei timore communitus. *Luc.* 11. *c.* Possunt etiam atria tabernaculi designare concordiam fidelium.

Atrium in circuitu frontium templi, designat *t* latitudinem charitatis, quæ debet circundare omnia opera exteriora nostra, vt sint bona, *Ezech.* 40. *c.* designant etiam atria dilatationem fidei Christianæ. *Exod.* 35. *b.* 40. *a.*

Et quia per atrium est introitus in domum, *u* potest significare rudimenta inchoantium viam Dei; & gradus Catechumenorũ, & rudem populum, qui sensibilia solum nouit: & in lege veteri eos, qui in litera sistebant pauca de Christo cognoscentes: qui pertinebant ad atrium exterius, *Exod.* 27. *b.* 38. *b.* 40. *a. Psa.* 133. *Ezech.* 42. *a.* 43. *a.*

Atria Domini, in quæ egrediendum: sunt *x* varia volumina Legis & Prophetarum, per quæ ingrediendum est in vnum atrium noui Testamenti. *Psalm.* 95.

Atrium exterius, *y* vitam præsentem designare potest: in qua omne, quod corporaliter agitur, corporaliter etiam videtur. *Ezech.* 40. *c. g.* Est autem atrium extra portam interiorem, sed intra portas exteriores: quia sunt in vita præsenti fideles, sunt intra Ecclesiam, sed extra secreta cœlestis patriæ, quæ sperantur.

Atrium quatenus nullo tecto, aut vmbraculo defendebatur, sed imbribus, niui, Soli, calori, frigoríque subdebatur: *z* istam mundi fabricam significat, omni transmutationi subiectam. Et quia atrium omnibus patet, potest significare terram & aquam, quæ omnibus sunt manifestæ.

Atriola in quatuor angulis maioris atrij, vbi coquebantur sacrificia, *Ezech.* 46. *g.* designant *aa* quod in quatuor plagis mundi in sudore vultus nostri debemus vesci pane nostro.

Atrium Caïphæ, designat Synagogam Iudaïcam, habentem traditiones Iudæorum: vbi negatur Christus. *Matth.* 26. *a. Marc.* 14. *f.* 15. *d. Luc.* 22. *f.* In hoc atrio clauditur Ieremias. *Ierem.* 31. *a.*

Atrium templi eiiciendum foras, designat *bb* hæreticos malè viuentes, qui non admittentur in templum Dei, *Apoc.* 11. *a.*

Attacus.

ATTACVS, genus locustæ, habens quatuor pedes, & saliens vt locusta: licèt nomen sit ignotum, tamen reputabatur hoc animal inter ea, quæ licitum erat comedere. *Leu.* 11. *c.* Aliqui putant Scarabæum esse. Sed mirum est hoc animal, quod habet in se quendam horrorem, inter animalia munda computari. Aliqui putant attelabum esse. Vtcunque sit, designare potest *cc* hominem mundum cum peccatoribus conuersantem: non ad consensum, vel imitationem.

Attelabus, quare Locusta.
Attendere, Intendere.

ATTENDERE, vel intendere, est alicui rei animum adhibere.

Intendere dicitur Deus voci nostræ, quum respicit fidem nostram, & tacitæ spei orantis subuenit: vt quum Christus intendit mulieri sanguinis fluxum patienti, *Matth.* 9. *c. Psalm.* 5. 16. 39. 54. 60. 65. 129. 140. 141. 2. *Par.* 6. *Iob.* 29. *d. Ierem.* 8. *c.* 18. *c. Dan.* 9. *e. Mala.* 3. *d.* Sic dicitur Deus intendere in adiutorium: & intendere animæ, vt ita digna sit liberari, *Psalm.* 34. 37. 68. 69. 76. 79.

Intendit Deus in visitandas Gentes, *Psal.* 58. vel *dd* per incarnationem filij, vel per punitionem malorum. Et dicitur attendere malis factis, *ee* quum ea notat, vt puniat. *Ierem.* 8. *c. Mala.* 3. *d.*

Attendit cœlum ad verba Mosis, *ff* quum spirituales laborant in spirituali legis intelligentia. *Deut.* 32. *a.*

Christus. Dæmones. Hæretici.
Gentilitas.
Correctores malorum. Diues. Synagoga.
Notitia Christi de nostris actibus.
Ecclesia.
Christus. Cælum. Anima.
Mens vel cor. Fideles. Concordia.
Latitudo charitatis. Dilatatio fidei. Inchoantes viam Dei. Volumina legis. Vita præsens.
Mundus. Terra & aqua.
Synagoga.
Hæretici.
Incarnatio. Punitio malorum. Intendere sacræ Scripturæ & spirituali intelligentiæ.

a Cle. Alex. 2. pæda. 5.
b Bed. s. pro. 1.
c Bed. s. Gen. 10.
d Gre. 9. mor. c. 50. Aug. s. ps. 82.
e Ori. s. Num. ho. 19. Hie. s. Is. 8. & s. Ier. 1. Bed. s. Gen. 2.
f Rup. s. Mich. 5. a.
g Hie. s. Ezec. 27.
h Georg. Ven. Can. 1. rom. 7. Cap. 22.
i Glo. ord. s. 4 Reg. 11.
k Glo. ord. sup. Ezech. 9.
l Ori. s. Leu. h. 5. Bas. s. ps. 28. ho. 1. Aug. s. ps. a. 95 Is. s. Leu. 6.
m Ba. s. ps. 115.
n Ar. s. ps. 28.
Bas. s. ps. a. 28. ho. 1.
o Hil. l. ps. 64 Gre. s. Ezech. ho. 16.
p Ber. ser. paruo. 42.
q Aug. s. ps. 28.
r Gre. s. Ezec. ho. 22.
s Cass. lib. 6. cag. 13. Gre. Nysse. de vita Mosis.
t Gre. s. Ezec. ho. 17.
u Ar. s. ps. 133.
x Hie. s. ps. 9.
y Gre. s. Ezec. ho. 19. 22.
z Geor. Venet. cã. 1. t. 4. c. 32 Hie. de veste sacerdotali.
aa Hie. s. Eze. 46.
bb Aug. s. Ap. ho. 8.
cc Glo. s. ord. s. Leu. 12.
dd Hil. ps. 68.
ee Hie. s. Mal. 3.
ff Glo. s. ord. s. Deut. 32.

Actor. 3.*a.* 8.*a.* 16.*c.* Et attendunt ad verba Dei, *a* qui præcepta eius & minas recogitant. *Isa.* 28.*f. Mich.* 1.*a.* Est autem attendere plus quam audire. Ad idem refertur attendere doctrinæ. 2.*Tim.* 4.*d.* Et attendit quæ sunt apposita ante se, *b* qui sacræ Scripturæ opere complendæ vocat. *Prou.* 23.*a.*

Intendit Christus prosperè, *c* quum prosequitur conuersionem nostram. *Psalm.* 44.

Intentio in Christum.

Attendere ad petram, vnde excisi sumus, quod est ad Abraham, *Isa.* 51.*a.* est *d* attendere ad Christum patrem & principium omnium fidelium.

Canere doctrinam erroneam.

Attendere à fermento Phariſæorum, *e* est cauere doctrinam eorum erroneam. *Matth.* 16.*a.*

Attendere erroribus.

Attendere ad visa mendacia, *f* est erroribus hæreticorum animum adhibere. *Eccles.* 34.*a. Prouerb.* 5.*a. Actor.* 8.*b.* 1.*Tim.* 4.1.2. *Tim.* 1.*a. Tit.* 1.*e.*

Cauere ab hæreticis.

Attendere sibi à pestifero, *g* est cauere ab hæreticis & à falsis prophetis, *Eccles.* 11.*d. Matth.* 7.*c. Luc.* 12.*c.* 17.*a.* 20.*g.* 21.*g. Actor.* 5.*f.* Attendendum etiam ab amico, *Eccles.* 6.*b.* 32.*d.* Et ab inertia, *Eccles.* 18.*d.* 29.*d.*

Attenuare, quare Tenuis.
Atterere, vide Conterere.
Atteſtari, quare Teſtis.
Attingere, vide Pertingere, & Tangere.
Attondere, quare Tondere.

Attonitus.

ATTONITVS est, qui ex aliqua re noua, seu insolita, & sibi admiranda, stupidos habet sensus.

Non assequi veritatem.

Attoniti oculi dicuntur, *h* quum intellectus non perspicit veritatem: aut non eam assequitur. *Iob.* 15.*b. Prou.* 16.*d. Ezech.* 26.*e.* Qua ratione quasi in stuporem vertitur.

Attrahere.

ATTRAHERE est ad se trahere. Rarum est in allegoriis.

Conuertens Deus animã.

Attrahit Deus animam miserans. *Ierem.* 31.*a.* quum *i* eam ad se conuertit, non eius meritis, sed Dei ipsius miseratione: sicut eduxit Israël de Ægypto.

Desiderium spiritualium. Iudæi.

Attrahere spiritum, *k* est vehementer concupiscere spiritualia. *Psalm.* 118. Vel attrahitur spiritus intelligentiæ, & virtus operandi, quæ datur desiderantibus.

Attrahens onager ventum amoris sui, *Ierem.* 2. designat *l* Iudæos, qui toto impetu ad desiderium libidinis, & ad cultum Idolorum ferebantur. Designat etiam imitatores eorum.

Hæreticus.

Vel designat hæreticum, *m* quum ea, quæ ex desiderio scientiæ in mente concipit, inflant, nec aliòs ædificant.

Attrahens Tobias piscem in siccum. *Tob.* 6.*a.* designat *n* Christum detegentem astutias diaboli.

Attrahere Ægyptum, *o* est homines mundanos in errores inducere. *Exech.* 32.*d.* Attrahit etiam malus pauperem. *Psalm.* 9.

Attrahere iugum linguæ tertiæ. *Eccles.* 28.*c.* dicitur, *p* qui se subiicit eius persuasioni.

Attribuere, Aſcribere, Imputare.

ATTRIBVERE est quippiam alicui assignare, quasique adiicere: vix vspiam inuenitur in allegoriis.

Imputatur alicui stultitia, *q* quum Deus eam condemnat vt culpabilem. *Iob.* 24.*b. Psalm.* 31. *Ezech.* 33.*b Rom.* 4.*b.*

Ascribi victoriam Dauid & non Ioab. 2.*Reg.* 12.*g.* est *r* quum omnis conatus & profectus prædicatoris, & prædicationis refertur ad Christum.

Ascribens sibi peccator bona repromissoris. *Eccles.* 29.*c.* Est *s* quum promissorem seu fideiussorem sibi obligatum esse.

Auarus, Auaritia.

AVARVS est nimium tenax, & appetens alieni, qui parcus & sordidus dicitur: & auaritia est ipsa sordes, & auiditas. Vix recipit allegoriam: sed dicit vitium cùm in omnibus reprehendendum, tum in iudicibus detestandum. *Exod.* 18.*d. Iob.* 27.*b. Psal.* 118. *Prou.* 1.*c.* 15.*d.* 28.*c.* 29.*a. Eccles.* 5.*b. Eccles.* 10.*b. Isa.* 35.*e.* 56.*d.* 58.*d. Ierem.* 6.*c.* 8.*d.* 22.*e. Ezec.* 20.*c.* 21.*e.* 33.*g. Amos.* 9.*a. Luc.* 12.*b.* 19.*c. Rom.* 1.*d.* 2. *Cor.* 9.*b. Epheſ.* 4.*e.* 5.*a. Col.* 3.*d.* 1.*Tim.* 2.*a. Hebr.* 13.*a.* 2.*Pet.* 2.*c.*

Auaritia mala est *t* diaboli, & hæreticorum, & Antichristi: qui quos possunt, in errorem inducere conantur. Auaritia verò bona est prædicatorum Ecclesiæ, qui deceptos ab hæreticis ad Ecclesiam reducere nituntur. *Hab.* 2.*c.*

Auceps, quare Venator.
Audere, Audax, Audacia.

AVDERE, dicit actum animi ad vim irrascibilem pertinentem erga ardua, actui timoris contrarium: qui actus dicitur audacia. Vix recipit allegoriam.

Prædicator aduersus hæreticos pugnans.

Audentes loqui fratres Ioseph ad ipsum iam agnitum, *Genes.* 45.*d.* designat discipulos Christi post resurrectionem audentes ad ipsum loqui: qui etiam dicuntur non audere interrogare ipsum tanquam verè cognitum & creditum ab ipsis, *Ioan.* 21.*d. Matth.* 22.*d. Luc.* 20.*g.*

Diabolus per sequens bonos.

Audacter exultans equus aduersus armatos, designat *u* prædicatores egregiè pugnantes aduersus hæreticos, *Iob.* 39.*c.* 1. *Mach.* 6.*f.* 2. *Mach.* 14.*g.* vel designat diabolum persequentem temere bonos. Sic audebat inimicus Haman perdere Esther, *Esther.* 7.*b.* 8.*b.* Verùm interdum non audent inimici mutire contra filios Israël. *Ioſ.* 10.*d.* 2.*Paral.* 17.*c.*

Cognitio sui.

Non audet Moses respicere contra Dominum, *x* humilitatem, & sui cognitionem designat. *Exo.* 3.*b.* 2.*Reg.* 16.*a. Iob.* 16.*c.*

Fiducia in Deum.

Audere in bonum, dicit spem & fiduciam erga Deum. 2.*Corint.* 5.*b.* 10.*a.* 11.*e. Epheſ.* 6.*d.* 2.*Paral.* 17.*b.* Sic audere resistere inimicis, est per fiduciam Dei audere resistere dæmonibus, aut hæreticis, *Leuit.* 26.*f. Iud.* 14.*c. Geneſ.* 34.*d.* 1. *Mach.* 4.*d.*

Audax ferè in malum sumitur, *Iud.* 20.*d.* 2.*Reg.* 18.*c. Iob.* 12.*b. Iud.* 16.*d. Sapient.* 12.*c. Eccles.* 8. *d.* 21.*b.* 22.*a.* 2. *Pet.* 2.*b.*

Non audet quisquam suscitare lœnam, *Num.* 24.*b* Hoc est, *y* Christum, qui propria virtute surrexit.

Audere testimonium dicere pro Iob, *Iob.* 9.*c.* est *z* audere defendere coram Deo: quod nemo rectam habens rationem, considerata Dei iustitia facere audebit.

Audire, Auſcultare, Exaudire.

AVDIRE, est sensu auditus aliquid percipere: quod etiam est auscultare, *Geneſ.* 3.*b.* Vocem tuam Domine audiui. Est etiam credere, *Exod.* 3.*f.* Audient vocem tuam. Discere, *Deut.* 30.*c.* Deferat illud ad nos, vt audiamus. Exaudire, *Geneſ.* 27.*b.* Fili mi tantùm audi vocem meam. Intelligere, *Geneſ.* 46. *a.* Audiuit eum per visionem nocte. Obedire, *Exod.* 5.*a.* Vt audiam vocem eius. Attribuitur etiam per metaphoram rebus inanimis, *Deut.* 32.*a.* Audite cœli quæ loquor. Exaudire autem, est petitionem implere.

Natus filius à patre.

Audire propriè non competit Deo, qui omni caret sensu, nec quicquam de nouo percipere potest. Dicitur autem Filius audire à Patre, *aa* secundum quod naturam diuinam habet à Patre, per quam omnia nouit sicut etiam Pater, *Ioan.* 3.*d.* 6.*a.* 8.*d.* 15.*c.*

Exaudire.

Audire Deo *bb* est sub semetipso surgentia desideria nostra percipere. *Iob.* 42.*a.* Et audit gemitum & clamorem, *cc* quum succurrit iis, qui conuertuntur. Et exaudit, quum facit, quod rogatur. Et dicitur exaudire de cœlo vel de templo. *Geneſ.* 17.*d.* 21.*c.* 30.*c. Exod.* 2.*d.* 3.*b.* 22.*d. Deut.* 3 3.*a.* 1. *Reg.* 9.*c.* 3. *Reg.* 8.*c.* 4. *Reg.* 20.*b. Nee.* 1.*b. Iob.* 31.*d.* 34.*c.* 35.*d.* 42.*a. Pſal.* 3. 4. 29. 33. 54. 64. 101. 68. 119. 137. 129. 140. 142. *Eccl.* 45.*a.* 48.*d. Iſa.* 38.*b.* 41.*d.* 49.*c.* 55.*d. Baruch.* 3.*a. Hoſ.* 14.*c. Zach.* 10.*c.* Exaudiuit Deus cœlos, *dd* quum dat Apostolis doctrinam, quam prædicent. Et cœli exaudiunt terram, quum Apostoli irrigant homines imbre doctrinæ cœlestis. Et terra exaudit triticum, vinum, & oleum, quum homines exercent bona opera: & hæc exaudiunt Iezrael, hoc est, Christum: qui omnium bonorum abundantia est per semen Dei, quod est Christus. *Hoſ.* 2. *d.* Non exaudit Deus Ecclesiam

a *Hie. ſ. Mich.* 1.
b *Bed. ſ. Prou.* 23.
c *Hie. ad Principi.*
d *Hie. ſ. Iſa.* 51.
e *Hil. ſ. Matt. cano.* 16.
f *Glo. ord. ſ. Prou.* 5.
g *Glo. inter ſ. Eccl.* 11.
h *Glo. or. ſup. Iob.* 15.
i *Glo. ord. ſup. Ier.* 31.
k *Glo. ord. ſu. pſa.* 118.
l *Hie. ſ. Ier.* 2.
m *Gr.* 16. *mo.* 23.
n *Lyr. ſ. Tob.* 6
o *Glo. ord. ſu. Eze.* 32.
p *Lyr. ſ. Eccleſiaſtici* 28.
q *Gre. pſa.* 31.
r *Glo. ord. ſ.* 2. *Re.* 12.
ſ *Lyr. ſ. Ec.* 29.
t *Hie. ſ. Hab.* 2.
u *Gr.* 31. *mo.* 23. *Hie. ſ. Iob.* 39.
x *Lyr. ſ. Ex.* 3.
y *Glo. ord. ſu. Num.* 24.
z *Glo. ord. ſu. Iob.* 9.
aa *Glo. ord. ſ. Ioan.* 3.
bb *Gre.* 35. *m.* 2.
cc *Baſ. ſ. pſ.* 29. 33. *Hil. ſ. pſ.* 54. 64.
dd *Hie. ſ. Hoſ.* 2. *Rup. ſ. Hoſ.*

Digitized by Google

clamantem per diem, *a* id est in prosperitate, vt non se extollat: & non exaudit per noctem, hoc est, in aduersitate, vt amplius munderur. *Psal.* 21.

Cognoscens Deus punienda. Approbare.

Audiens Iacob quod fecerat Sichen filius Emor. *Genes.* 34. *a.* designat Deum cognoscentem peccata, quæ suo tempore est puniturus. Sic *b* dicitur Deus audire murmurationes populi. *Exod.* 16. *b. Psal.* 77. *Sap.* 1. *c. Iere.* 8. *e.* 18. *d.* 31. *c.* 48. *e. Luc.* 16. *f.* Et audit opprobria, quum ea notata habeat & castiget. *Thren.* 7. *g. Ezech.* 7. *d.*

Non audit Deus cantica lyræ, *c* quum non ei placent voces synagogæ cum incredulitate. *Amos.* 5. *g.* Ea enim audire dicitur, quæ approbat. Item quia non est specioſa laus in ore peccatoris.

Audita est vox turturis in terra nostra, *d* quum sapientia Christi auditur in Ecclesia: aut sermo castitatis: aut quum auditur vox Ecclesiæ à Christo in fœlicitate. *Cant.* 2. *c. Isa.* 6. *c.*

Auditus interior.

Audire, *e* ad interiorem pertinet hominem: auribus verò percipere ad exteriorem & corporalem spectat auditum. *Iud.* 5. *a. Ier.* 13. *c. Ioel.* 1. *a.* Sic dicitur *Isa.* 1. *a.* cœlo, vt audiat: terræ verò, vt auribus percipiat. Vel aliter *f* audire, est omnium, bonorum videlicet, & malorum: auribus percipere, est eorum, qui auribus cordis audiunt. *Psalm.* 48. Quibus dicitur, *Luc.* 8. Qui habet aures audiendi, audiat. Hoc est, audire auditionem, *g* seu auditum Dei. *Hab.* 3, *a.*

Audire in spiritualibus, est prius quàm videre: *h* quia in diuinis per auditū fidei venitur ad visionem, *Psal.* 44. Audi filia, & vide. Huc pertinet, quod dicitur *Psal.* 47. Sicut audiuimus, ita & vidimus. Audire præterea pertinet ad vetus testamentum: cognoscere verò & videre ad nouum. *Psalm.* 77. Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis.

Lectio scripturarum. Obedientia.

Audire vocem domini Dei, *i* significare potest lectionem scripturarum, qua cognoscimus Deum scire cogitationes hominum: & audire eum vt præceptorem. *Genes.* 2. *b. Exod.* 5. *a.* 7. *d.* 11. *d.* 15. *d.* 18. *a.* 34. *d. Leuit.* 10. *a. Iob.* 42. *a.* 3. *Reg.* 29. *f. Psalm.* 33. 48. 80. 84. 96. *Eccles.* 4. *d. Ioan.* 5. *g.* Et audiunt oues voeem pastoris, *k* quum obtemperant præceptis Christi, & recti pastoris. *Ioan.* 10. *a.* Et audire vocem angeli, est obedire voci Christi. *Exod.* 23. *c.*

Percipere mysteria.

Audire in aure, *l* est secretam accipere doctrinam. *Matth.* 10. *c. Prou.* 25. *a.* Et audire occultè vel in abscondito, *m* est spiritualiter intelligere. *Iere.* 13. *c.* 2. *Cor.* 12. *a. Luc.* 12. *a.* Et audire vocem Dei, quasi auræ lenis, *n* est notitiam Dei temperatam accipere. *Iob.* 4. *c.* Et vox Domini auditur, quum gratiæ eius aspiratio mente concipitur, quum insensibilitas occultæ surditatis rumpitur: & cor ad studium summi amoris excitatum virtutis intimæ clamore penetratur. Sic dicitur. *Iob.* 37. *a.* Audiet auditorem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem. Ita vocem spiritus audire, est vi compunctionis intimæ in amorem summi conditoris assurgere. *Ioan.* 3. *a.* Audiuit etiam Iacob Deum per visionem, *Genes.* 46. *a.*

Prompta obedientia.

Audire paratus Dominum, designat *o* desiderium illustrationū interiorum, & promptam obedientiam. 1. *Reg.* 3. *b. Psal.* 44. 84. *Ioan.* 8. *f.* 10. *c.* Sic dicitur domui Dauid, vt audiat Dominum dantem signum. *Isa.* 7. *b.* 50. *a. Iere.* 13. *d. Ezech.* 2. *a.* 3. *c.* 44. *b.*

Considerare punitionem malorum.

Audire verbum, quod facit Dominus, *p* est considerare punitionem Dei in malos. 1. *Reg.* 3. *b.* Ad idem quum audit populus sermonem comminationis diuinæ. *Exod.* 33. *a.* Et sonitum buccinæ. *Ezech.* 35. *a.* Et auditum Dei. *Hab.* 3. *a. Deut.* 13. *c.* 19. *d.* 21. *d.* 31. *c. Iob.* 37. *a. Psal.* 75. *Isa.* 1. *a.* 8. 21. *a.* 28. *f.* 30. *e.* 62. *d. Nah.* 3. *d.* Audire sonitum tintinnabulorum, est prædicationem extendi. *Exod.* 28. *f.* Et audiri tonitrua. *Exod.* 19. *c.* Et audiri sonitum alarum Cherubim. *Ezech.* 10. *a.*

Obedire legi.

Audire vocem Mosis, *q* est obedire Legi. *Exod.* 4. *a.* 7. *b.* 11. *d.* 20. *c. Deut.* 32. *a.* 1. *Reg.* 2. *e.* 1. *Par.* 28. *a. Par.* 25. *f.* 29. *a. Prou.* 5. *c.* 13. *a.* 28. *b. Isa.* 30. *c.* Ad hæc referri potest, quum filij Israël audierunt patrem suum. *Genes.* 49. *a. Prou.* 1. *b. Eccles.* 3. *a.* Et cùm audiuit populus volumen fœderis. *Exod.* 24.

Inobedientia superborum.

Audisse se dicens Saul vocem Domini. 1. *Reg.* 15. *e.* designat *r* superbos inobedientes, qui non modò se obedisse asserunt, sed etiam præceptum in melius commutasse. Ad hæc ferè pertinent. 4. *Reg.* 17. *c. Iob.* 36. *b. Isa.* 28. *d.* 32. *a.* 33. *b.* 44. *a.* 46. *d.* 48. *e.* 49. *a.* 50. *a.* 51. *g.* 55. *a.* 66. *b. f. Ierem.* 5. *e.* 6. *c.* 7. *c.* 9. *f.* 31. *b.* 38. *f. Ezech.* 2. *b.* 3. *Ioel.* 1. *a. Amos.* 4. *a. Mich.* 3. *c.* 6. *a. Malac.* 2. *a. Marc.* 6. *c. Dan.* 10. *c.*

Nosse patrem & filium.

Audire duo loquente Deo semel, *s* est nosse Patrem, & Filium. *Psal.* 61. *Deut.* 6. *a.*

Obtemperare doctrinæ Christi.

Audire vocem incantantis, *t* est obtemperare doctrinæ Christi: & è diuerso, non audire, est non obtemperare. *Psal.* 57. Sic audire vocem exactoris. *Iob.* 39. *a. Sap.* 8. *c. Cant.* 8. *d. Matth.* 7. *d.* 11. *b.* 13. *b.* 17. *a. Marc.* 4. *c.* 7. *c.* 9. *a.* 12. *d. Luc.* 6. *c.* 8. *b.* 9. *c.* 10. *g.* 14. *g. Ioan.* 4. *f.* 8. *f. Rom.* 10. *c. Actor.* 3. *d.* 1. *Ioan.* 4. *b. Apoc.* 2. *b.* 3. *b.* 13. *b.* Et audiunt mortui vocem Christi, quum *u* peccatores conuertuntur, & illi obtemperant. *Ioan.* 5. *e.*

Fides vel obedientia.

Auditus, cui datur gaudium *x* in natiuitate Christi, est fides, vel obedientia. *Psalm.* 47. 49. 50.

Percipere prædicationem.

Audire vocem sponsæ, *y* est percipere prædicationem. *Cant.* 8. *d.* Idem est audire sonitum buccinæ. *Ezec.* 33. *a. g. Hebr.* 12. *e. Apoc.* 1. *b.* Et audiens Regina Austri sapientiam Salomonis, est Gentilitas suscipiens doctrinā Christi. *Matt.* 11. *a.* 12. *d.* Et audiens turba, est ad fidem veniens. *Matt.* 14. *b.* Et audire vocē laudis, *z* est prædicationi diuinæ obtemperare. *Psal.* 65. *Ios.* 9. *b.* 3. *Reg.* 10. *b.* 2. *Par.* 9. *b. Prou.* 1. *a.* 4. *c. Eccl.* 34. *g.* 32. *b.* 33. *c. Isa* 31. *a.* 1. *Ioan* 1. *a.* 3. *b. Apoc.* 1. *a.* 3. *d.* 21. *d.* Et audierunt surdi, *aa* quum Gentiles acceperunt doctrinam fidei. *Isa.* 29. *f.* 42. *c. Marc.* 7. *g. Luc.* 7. *d.* Et audiens Ioseph, vel populus exiens de Ægypto linguam, quam non nouerat. *Psal.* 80. est *bb* populus Gentium, accipiens in Ecclesia mandata, quæ prius ignorabat.

Suscipiens gentilitas fidem.

Natiuitas Christi.

Audire debebant Iudæi *cc* Christum sicut Mosen, hoc est, sicut Legem. *Deut.* 18. *e.* Ipsi autem audiebant aure, *dd* & nolucrunt intelligere ipsum esse Messiam. *Isa.* 6. *c.* Sic etiā audire Iosue sicut Mosen, est credere in Christum per verba Mosis. *Ios.* 1. *d.* Ideo dicebat Christus. *Ioan.* 5. *g.* Si crederetis Mosi, crederetis & mihi.

Auditus dicitur Christus in Ephrata, *ee* propter natiuitatem, quia ibi natus est. *Psalm.* 131. Vel locus eius auditus est in Ephrata, hoc est, in Prophetis. Non auditur autem vox eius in plateis. *Isa.* 42. *a.* quia *ff* omnis gloria eius ab intus. Non est etiam audita vox eius foris, quia Christus non prædicauit extra Iudæam. Nec auditur vox eius in plateis: quia ibi lata est via, quæ ducit ad perditionem. *Matth.* 12. *b.*

Fœlicitas sine tribulatione.

Non est auditus malleus in templo, cùm ædificaretur. 3. *Reg.* 6. *a.* quia *gg* designabat Ecclesiam triumphantem, in qua non sunt tribulationes. Nec etiam audietur ibi vox fletus. *Isa.* 65. *c.* Vel dicitur de Christo, qui sine vllo opere humano conceptus est.

Conceptio Christi sine opere humano.

Audient manè misericordiam Dei. *Psa.* 142. qui merebuntur audire in iudicio: Venite benedicti. Auditio autem mala erit *hh* vox iudicis, quando dicet in iudicio: Ite maledicti in ignem æternum. *Psal.* 111. Auditam autem faciet Dominus gloriam vocis suæ in iudicio: quia omnibus erit manifesta sententia condemnationis malorum, & saluationis bonorum. *Isa.* 30. *g.*

Exercere opera virtutis.

Audire dicuntur Hebræi famam victoriæ. 1. *Reg.* 13. *a.* quum *ii* admonentur ad imitanda perfectorum opera. Et audire laudes & gloriam iusti à finibus terræ, est cognoscere gloriam iustorum per Prophetas, & Apostolos. *Isa.* 24. *e.*

Iudæi amplectentes fidem in fine mundi.

Audiens Abraham vocem vxoris suæ. *Genes.* 21. *b.* designat *kk* eum, qui non solum audit doctrinam virtutis, sed etiam eam exercet.

Audiens Iacob, quòd Ioseph viueret. *Genes.* 45. *g.* designat Iudæos amplectentes fidem Christi in fine mundi. Audiens idem, quòd alimenta venderentur in Ægypto: designat eosdem Iudæos recognoscentes veram doctrinam transisse ad gentilitatem. *Genes.* 42. *a.* Et audientes cæci quod Iesus transiret, *ll* sunt Iudæi audientes de aduentu Christi. *Matth.* 20. *d. Luc.* 18. *f.* Et audiens nurus Eli captam arcam, & sonitum clamoris. 1. *Reg.* 4. *d.* designat *mm* Iudæos cognoscentes mysteria Scripturarum ad Christianos transisse.

Gentiles amplectentes prædicationem Christi.

Audientes Ægyptij vocem Ioseph. *Genes.* 45. *a. d.* designant Gentiles *nn* pædicationem Christi amplectentes. *Isa.* 52. *d. Ezech.* 19. *a.* Sic audiunt aliæ oues vocem eius, *oo* per suos videlicet prædicatores. *Ioan.* 10. *c.* Qui non audierant de Christo, & contemplati sunt ipsum, sunt Gentes, quæ non audierant Legem, & susceperunt Christum. *Isa.* 52. *d.*

Audiens Samuel verba populi. 1. *Reg.* 8. *d.* designat *pp* spirituales viros: qui dum superbæ locutionis voces audiunt, futurum eis diuinæ vltionis meritum recognoscunt.

Non

a *Hie. s. ps.* 21.

b *Glo. inter. s. Exo.* 16.

c *Glo. ord. s. Amos.* 5.

d *Gre. s. Cā.* 2.

e *Ori. s. Iud. h.* 6. *& s. Ier. ho.* 9. *Hie. s. Is.* 1. *& s. Gal.* 3. *& s. Ioel.* 1.

f *Au. s. ps.* 48.

g *Ru. s. Hab.* 3.

h *Aug. s. psal.* 44. 77.

i *Bas. s. ps.* 33.

k *Cyr.* 7. *s. Ioa.* 1. 2.

l *Hil. s. Mat. Can.* 10.

m *Orig. s. Ier. ho.* 4. *Hie. s. Ier.* 13. *Cle. Alex.* 6. *strom.*

n *Gre.* 5. *mor.* 25. *& 27. m.*

o *Bas. s. ps.* 44.

p *Gre. s.* 1. *Re.* 3. *& 27. mo.* 13. *Rup. s. Nah.* 3.

q *Lyr. s. Ex.* 4.

r *Gre. s.* 1. *Regum.* 15.

s *Hil. s. ps.* 61.

t *Arn. s. ps.* 57.

u *Aug. s. Ioan. tract.* 19.

x *Arn. s. psal.* 50.

y *Gre. s. Cant.* 8.

z *Hil. s. ps.* 65.

aa *Hie. s. Is.* 29.

bb *Hie. s. psal.* 80.

cc *Amb. s. ps.* 118. *ser.* 8. *ver.* 7.

dd *Hie. s. Is.* 6.

ee *Aug. s. psa.* 131.

ff *Hie. Aglasia & s. Is.* 42. *& s. Mat.* 12.

gg *Glo. ord. s.* 3. *Reg.* 6. *Rup. s.* 3. *Reg.* 11.

hh *Arn. s. psa.* 111. *Aug. s. ps.* 35. 111.

ii *Gre. s.* 1. *Re.* 13. *Hie. s. Is.* 24.

kk *Phil. de congres. &c.*

ll *Ori. s. Mat.*

mm *Gre. s.* 1. *Reg.* 4.

nn *Hie. s. Isa.* 52.

oo *Au. tr.* 47. *in Ioan.*

pp *Gre. s.* 1. *Regum* 8.

Digitized by Google

a *Gre.30.mo.25.26.* Non audiens onager clamorem exactoris. *Iob.39.a.* designat *a* virum spiritualem non consentientem grauì tentationi diaboli, nec appetitui gulæ. *Non consentire tentationi.*

b *Hie.ſ.Iſ.15.* Audiri vocem Moabitarum vſque ad Iaſa. *Iſa.15.c.* indicat *b* manifeſtam pœnitentiam deteſtantium errores & traditiones hæreticorum, quibus prius adhæſerant. *Pœnitentia.*

c *Gre.ſ.1.Reg.1.2.14.* Non audiri vocem Annæ orantis. *1.Reg.1.b.* eſt *c* non moueri Iudæos ad fidem per prædicationem Apoſtolorum. Et non audientes filij Eli vocem patris ſui, designant Iudæos non curantes percipere ſermonem Propheticum de Chriſto prædicantem. *1.Reg.2.e.Deut.21.d.* Et non audiens Ionathas adiurationem patris, designat inobedientem, aut negligentem præceptum Dei, & maioris. *1.Reg.14.d.* *Incredulitas Iudæorum.*

d *Gre.ſ.1.Regum.2.* Audiens Eli, quæ faciebant filij eius. *1.Reg.2.d.e.* designat *d* prægognitionem ſcelerum Iudæorum.

e *Gre.ſ.1.Regum.14.* Audientes abſconditi fugam Philiſthinorum. *1.Reg.14.c.* designant *e* religioſos gaudentes de conuerſione peccatorum.

f *Gre.13.mo.1.* Audiens Sara filia Raguelis improperium ab vna ancilla. *Tob.3.b.* designat *f* Eccleſiam audientem à Iudæis & hæreticis crimina ſibi impoſita. *Iob.16.a. Pſalm.30.37.Ierem.22.c.*

g *Hie. ſ. Iob.28. Gre.19.mo.2.* Audiſſe dicuntur perditio & mors famam ſapientiæ, vel timoris Dei: *g* quia dæmones non negare poſſunt, quin audierint famam timoris Dei: cùm in naturæ ſuæ bono inditam perceperint. *Iob.28.d.* Dicuntur autem audiuiſſe & non vidiſſe: quia & eius potentiam ex virtute illius cognouerunt: & tamen ſub ea humiliter ſtare noluerunt. *Incredulitas Iudæorum.*

h *Phil.2.allegoricis.* Audiens Adam vocem vxoris ſuæ. *Geneſ.3.c.* designat *h* rationem obtemperantem ſenſualitati. Et audit meretricem, qui carnis ſequitur voluptatem. *Ratio obtemperans ſenſualitati.*

i *Glo.or.ſ.Ex.18.* Audiens Moſes verba Iethro ſoceri ſui. *Exod.19.c.* oſtendit recta conſilia *i* etiam ab extraneis eſſe ſuſcipienda.

k *Gre.ſ.1.Regum.8.* Non audiens populus Samuelem ſed perſiſtens in rege petendo. *1.Reg.8.d.* designat *k* eum, qui contra voluntatem Dei verba promit, & pœnam prauæ locutionis minimè præuidet.

l *Glo.ord.ſup. Exo.2.* Audiens Pharao ſermonem de Moſe, eſt *l* diabolus de Chriſto percipiens. *Exod.2.c.* Et quærens per Iudæos mortem Chriſti.

m *Gre.4.mo.41.* Audire verba regis in malum, eſt conſentire ſuaſionibus diaboli. *1.Mach.2.b.* Et audire *m* vocem exactoris. *Iob.3.c.* Eſt etiam obtemperare hæreſiarchis. Et audire verba mendacia. *Prouerb.29.b. Eccleſ.19.d. Matth.27.b.* & audire ſonitum buccinæ, *n* eſt audire tumultum hæreticorum aduerſus Eccleſiam. *Ierem.4.e.* Audiunt autem clamorem turbæ omnes, hoc eſt prædicationem hæreticorum: quia ipſi omnes ſolicitant, vt eos in ſuos inducant errores. *Iſa.18.a.* *Conſentire diabolo & hæreticis.*

n *Hie.ſ.Ier.4. & ſ.Iſa.18.*

o *Glo.inter.ſ. Iſa.60.* Non audiri vltra iniquitatem in Hieruſalem. *Iſa.60.d.* Nec vocem Aetus. *65.d.* Nec audiri vltra vocem nuntiorum Niniue. *Nah.4.d.* eſt *o* ceſſaſſe prædicatores hæreticorum, & defenſores vitiorum. Nec audietur in terra viuentium. *Ceſſans defenſio vitiorum.*

p *Hie.ſ. Eze.16.* Non fuit audita Sodoma in ore Hieruſalem in die ſuperbiæ ſuæ: *p* quia cùm peccaret, non eſt recordata punitionis Sodomæ, vt ſibi caueret à ſimili pœna. *Ezech.10.g.* *Impœnitentia.*

q *Hie.ſ.Iſ.58.* Audiri ieiunantium clamorem in excelſo. *Iſa.58.a.* eſt *q* orationem fieri in angulis platearum, vt hypocritæ facere ſolebant. *Oratio hypocritarum.*

Audire clamorem in domibus Iudæorum. *Ierem.18.d.* indicat vim tribulationis eorum, & multitudinem mortuorum.

r *Ori.ſ.Iſa.ho.6.& ſ. Rom.11.* Audiunt grauiter, *r* qui ſunt in peccato, & Scripturas ſecundum literam ſolum intelligunt. *Iſa.6.c. Matth.13.b. Marc.4.d. Luc.8.b. Actor.28.f. Rom.11.b.* Et audire ſanguinem *ſ* eſt obedire peccato, & exercere iniuſtitiam. *Iſa.33.b.* *Eſſe in peccato.*

ſ *Hie.ſ.Iſ.33.*

t *Ori.ſ. Mat.ho.28.* Audire prælia, *t* eſt percipere concertationes opinionum & hæreſum. *Matth.24.a.*

Audita eſt vox lamentationis in excelſo, *u* quando Herodes occidit Innocentes. *Ierem.31.*

u *Glo.or.ſ.Ier.31.* Audire debent Iudices æquè paruum vt magnum. *Deut.1.a.2.Reg.15.a.*

x *Glo.ord.ſ.2.Reg.2.* Audire contemnens Aſaël admonitionem Abner. *2. Reg.2.e.* designat *x* iracundum nolentem obtemperare rationi. *Iracundus pertinax.*

Audire vocem cantorum. *2.Reg.19.f.2. Par.5.d. Nee.12.d. Luc.15.f.* Et audire vocem laudis. *Pſalm.25.63.105. Matth.21.b.*

Auſcultare pro obedire ponitur. *2.Reg.15.e.* Melior eſt obedientia, quàm victimæ: & auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum. *Obedire.*

y *Glo. inter ſ. Iſ.28.* Auditus aliquando accipitur *y* pro verbis, quæ audiuntur, aut digna ſunt audiri. *Iſa.28.c.53.a.* Designat etiam magnitudinem rei audiendi eſt & myſterium abſconditum.

Auditus fremitus equorum, eſt manifeſta punitio malorum.

Auellere, videre Euellere.

Auerſari.

AVerſari, eſt refugere, & recuſare quaſique ab aliquo ſe auertere.

Auerſari dicitur Deus impium, quando ipſum caſtigat. *Exod.23.a. Deut.12.d.25.d. 2.Macha.10.e. Iob.10.d.* *Caſtigans Deus.*

z *Greg.14.m.13.* Auerſatus eſt ipſum Iob is, quem maximè ipſe diligebat. *Iob.19.c.* hoc eſt, *z* Phariſæi, & legis doctores abominati ſunt Chriſtum. *Abominantes Phariſæi Chriſtum.*

Auertere.

AVertere, eſt quaſi à conſpectu alicuius amouere: & ſecundum id quod auertitur, allegoriam recipit.

aa *Aug.ſ.pſa.12.10.* Auertere nõ competit Deo, niſi ſecundum metaphoram: vt auertit faciem, *aa* quum non dat animæ notitiam ſui, quæ adhuc purum mentis oculum non habet. *Pſalm.12.* Auertit etiam faciem, quum quis facit indigna oculis Dei: vnde & auertere oculos dicitur. Auertit etiam faciem, quum dimittit in pugna, vt virtus hominis probetur. Et etiam quum non ſauet. *Pſal.9.11.26.29.43.63.68.101.103.142. Iſa.1.d. Ier.3. d. Ezech.7.f. 2.Para.30.b.* designatur autem in his ira Dei. Et auertit autem, quum non audit orantem. *Thren.3.f.* Et auertit manum de ſinu, *bb* quum relinquit peccantes. *Pſalm.73.* E diuerſo dicitur non auertere faciem, quum miſeretur. *Pſalm.21.50.131.* Et non auertit faciem à filio, quem dereliquit: quia derelinquendo non dereliquit. Auertit manum Deus, quum non præſtat auxilium, & quum abiecit populum Iſraël. *Pſalm.73. Thren.2.a.* Et non auertit manum à perditione, quum perdit. *Thren.2.c.* Et auertit aliquos retrorſum poſt inimicos, quum ſinit eos affligi ab inimicis. *Pſalm.45.* *Ira Dei.*

Baſi.ſ.Pſ.29. *Hie.ſ.Eζ.27. Gr.ſ.pſa.101.*

bb *Au.ſ.pſal.73.*

cc *Aug.epiſt.120.& ſ.pſa.50.* Auertit autem Deus furorem ſuum, *cc* quum parcit. *Num.25.a. Ioſ.7.d.2.Par.12.c.1. Eſdr.10.d. Pſal.77.84.105. Prouerb.29.b. Iſa.5.f. Ierem.18.d.30.d. Baruch.1.c.2.e. Dan.9.d. Hoſ.14.c.* *Parcens Deus*

dd *Arn. ſ. pſ.88.* Auertiſſe dicitur Deus adiutorium gladij Chriſti, & etiam faciem ab eo, *dd* quando eum dereliquit in paſſione. *Pſalm.87.88.* *Puniès Deus.*

ee *Gr.ſ.Exod.ho.21.* Auertit etiam Deus adiutorium gladij, *ee* prædicatoris mali in die belli: quia in tentationum certamine non permittit ei eſſe in adiutorium doctrinæ verba, quæ illi dedit.

ff *Hil.ſ. pſal.53. Au.ſ.pſ.84.* Auertit Deus mala inimicis, *ff* quando ea, quæ in iuſtos facere intendebant, illis infert. *Pſal.53.1. Mich.4.g.* Et auertit inimicos à bonis: vt à Ioſaphat. *2.Par.18.g.* Et auertit captiuitatem. *Pſalm.13.52.84. Soph.3.c.* Auertere etiam dicitur Deus eos, qui conuertuntur à via mala: quia niſi ipſe auertat non poſſunt auerti. *Ierem.23.c.* Et ſacerdos & peculiariter Chriſtus auertit multos ab iniquitate. *Mal.2.b.* Et auertit Deus hominem ab his, quæ fecit, *gg* quum liberat eum à peccatis. *Iob.33.c.* *Conuertens peccatores.*

gg *Gr. ſ. 23. moral.22.* Auertebat Chriſtus indignationem patris à Iudæis, *hh* quum orabat pro ipſis. *Ierem.18.d.* *Orans Chriſtus pro Iudæis.*

hh *Gl.or.ſ.Ie.18.* Auertens ſe Ioſeph parumper à fratribus, designat Chriſtum diſcedentem à Iudæis. *Geneſ.42.e.* *Chriſtus diſcedens à Iudæis.*

ii *Ori.ſ.Mat.ho.35.* Non auertit Chriſtus faciem ab increpantibus & conſpuentibus, *ii* quando libenter paſſus eſt. *Iſa.50.c. Matth.26.e.* Et Deus non auertit faciem Chriſti ſui, quum eum miſit in mundum. *2.Par.6.g. Pſalm.9.131.*

Digitized by Google

Obedientia. Non consentire morti Christi. Correctio moderata. Relinquens. Consideratio sui.

Auertens Saul humerum vt abiret. 1.*Reg.*10.*b.*designat *a* ordinatum disponentem agere, quod sibi de pastorali officio iniungitur.

Auersæ facies Sem & Iaphet,cùm operirent verenda patris. *Gen.* 9. *d.* designant *b* non consentientes passioni Christi. Vel designant Solem & Lunam,auertentes & retrahentes lucem tempore passionis Christi.

Auersa hasta percutiens Abner Asaelem persequentem se.2. *Reg.* 2.*f.* designat *c* furentem cum tranquillitate tangendum esse,& quasi parcendo superandum.

Auerti humilem *d* est relinqui in tentatione. Vel auertit Deus hominem in humilitatem, cum perpetuò ipsum relinquit in peccato.*Psal.*7 3.8 9.*Prou.*1.*d.*

Non est qui auertat operantem Deum:quia nemo potest opus redemptionis eius impedire. *Isa.*43.*d.*

Auertere oculos à sponso præcipitur sponsa. *Cant.*6.*a.* ne *e* scilicet arbitretur se adhuc intueri sponsum sicuti est. Vel *f* vt reuertatur ad se,& cognoscat incomprehensibilem esse sibi Deum,nec nisi per eius gratiam habere, quod habet.

Auertendi oculi à videnda vanitate,& ab erroribus. *Psalm.*118.*Eccle.*27.*a.* Et auertendi pedes à malo,*Prou.*4.*d.* Et auertendus pes à sabbato, quia *g* cauendum à peccato. *Isa.* 58. *d.* Auertenda etiam facies à muliere. *Eccl.* 9. *b. Mala.*2.*a.* Et auerti à dorso duro, est separari à seruitute peccati. *Baruch.* 2. *g. Ezech.* 3. *e.* 14. *b. Ecclesiast.* 9. *a.*

Auertunt oculos à Sabbatis Dei. *Eze.*22.*f.*qui *h* Dei requiem,quæ in notitia scripturarum est,non recogitant: nec dicunt cum Propheta:Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua.

Obstinatio.

Auertens se Pharao à Mose,designat pertinaciam in malo, & inobedientiam legis *Exod.* 7. *d.* Auerti autem à Deo,*i* fit per peccatum,aut per idololatriam. *Deu.* 13.*b.* 29. *c.* 30. *d. Ios.*22. *e.*3. *Reg.* 11. *a. Iud.*8 .*g.*2. *Par.* 29.*b. Psalm.* 77. *Isa.* 59.*c. Ierem.* 2.*e.* 14.*a.* 1. *Macha.* 3.*a. Soph.* 1.*b. Zachar.* 7.*c. Actor.* 5.*g.*13.*b.* 2. *Timoth.* Auersio autem contentiosa à Deo dicitur eorum, qui obstinatè perseuerant in peccato, nec flagellati emendantur. *Ierem.* 8. *b.*

Auertentur mali in iudicio,*k* quum dicetur illis:Ite maledicti in ignem æternum. *Ps.*34.65.

Auertens se asina Balaam de itinere. *Num.* 22. *d.* designat *l* carnem indicantem aliquando menti quid agere debeat.

Auertere semitas in quietem. *Isa.*58.*d.* est *m* opus Christi amouentis semitas errorum & inducentis in quietem fœlicitatis.

Auferre,Detrahere,Tollere,Remouere.
Amouere, Subtrahere,Sustollere.

AVferre est à loco, vel persona aliquid tollere, siue id fiat vi,siue alia ratione. Est etiam abiicere. *Exod.* 8.*b.* Orate Dominum,vt auferat ranas. Eripe. *Gen.* 21.*c.* Quem vi abstulerant serui eius. Propulsare. *Gen.* 30.*c.* Abstulit Deus opprobrium meum.

Mundus Deus à vitiis.

Aufert Deus opprobrium Ægypti,*n* quum mundat à vitiis.*Ios.*5.*c.Psalm.*118.Et aufert infirmitatem & iniquitatem à populo. *Exod.*23.*d.* 34.*a.Deut.*7.*c.*1.*Par.*21.*a.Ezech.*21.*Is.*6.*c.*16.*c.*27.*c.* Et aufert bella,*o* quum delet infidelitatem. *Psal.*45. Auferre etiam Deos alienos,est mundare peccata & cogitationes. *Iudi.*10.*b.*1.*Reg.*7.*a.*15.*e.*2. *Paral.*14.*a.*15.*b.*34.*g.*43.*c.Isa.*1.*e.*25.*c. Hose.*2.*d.Luc.*1.*c.* Et aufert cor lapideum,*p* quum tollit incredulitatem & obstinationem.*Ezech.*11.*d.*36.*f.Hose.*4.*c.* Et aufert malas bestias à populo suo, *q* quum expellit dæmones à fidelibus. *Leu.*26.*b.Ios.*13.*b.*1.*Reg.*7.*a. Zach.*13.*a.*

Aufert Deus Spiritum sanctum,*r* quum non miseretur impœnitentis: idque sua voluntate, sicut dat, vt vult. *Ps.*50.*Sap.*1.*b.Dan.*3.*d.Hos.*5.*b.* Et aufert *s* ornamentum calceamentorum. *Isa.*3.*d.*

Humilians Deus. Punitio Dei.

Aufert Deus spiritum,quum *t* tollit spiritum superbiæ,vt deficiant per humilitatem. *Psal.* 75.103.

Auferre dicitur Deus animam,*u* quum delet eam de libro vitæ, & quum illa ab exspectatione, & affectu spei suæ decidit. *Psa.*140.*Prou.*22.*b.* Et aufert coronam de capite, *x* quum tollit æternam remunerationem à mente vel à sacerdotibus. *Iob.*19.*d. Isa.*3.*d.* Et aufert vocem gaudij. *Iere.*16.*b.*48.*e. Baru.*1.*e. Ezec.*16.*e.*21.*f. Amos.*5.*g.*1. *Mac.*1.*f.* Et abstulit Deus sicut oues populum suum.*Psal.*77. Et detraxit fortitudinem eorum. *Amo.*2.*e.*Et aufert hominem & iumentum à terra,*y* hoc est,habentes aliquid rationis, & simplices. *Ez.*14.*f.* 25.*c.* Et abstulit Deus Sodoman & Samariam,quando eas destruxit. *Ezech.*16.*f.*Et ablata est multitudo Ægypti. *Ezech.* 30. *a.* Et auertur factio lasciuientium. *Amos.* 6. *c.* Et aufert equos, quum *z* violentos disperdit. *Mich.*5.*c. Iob.*15.*d.*34.*c.* Ablatus etiam dicitur populus Dei gratis,quum sponte consensit peccato.52.*f.*

Cessans castigatio, & lex vetus. Conuerti aliquos ex Iudæis.

Aufert Deus virgam,quum *aa* cessat à castigatione:& quum cessare facit legem veterem. *Iob.*9.*d.*

Non aufert Deus oculos à iusto. *Iob.*36.*a.* Nec misericordiam,*Dan.*3.*d.*

Auferri sacram doctrinam à sacerdotibus. Aperire mysteria.

Non aufert Deus penitus virum de domo Eli,qui ministret in altari.1. *Regum.*2. *g* quia *bb* conuertit aliquos sacerdotes veteris legis ad fidem.Ideo *Actor.* 6. dicitur. *cc* Plurima turba sacerdotum obediebat fidei.Vel dicitur. quia facit aliquos conuerti per malos prædicatores:& quia sunt pauci,ideo dixit:Non auferam penitus.

Aufertur regnum Dei à sacerdotibus,& Scribis,quum tollitur ab eis regimen populi,aut sacra Scriptura *Matt.* 21.*d.*3.*Reg.*16.*f. Dan.*12.*d.* Idem est ablata messis. *Isa.* 17. *d.* Dicitur etiam Deum auferre *dd* doctrinam senum. *Iob.*12.*d.*Et robur panis,hoc est,doctrinam spiritualem.*Isa.*3.*a.* Et aufert Deus vocem sponsi, quum tollit prædicationem Christi. Et aufert vocem sponsæ,quum tollit laudes Dei,quæ fiunt in Ecclesia.*Iercm.*16.*b.*

Abstulit Deus de spiritu Mosis,vt daret aliis iudicibus. *Num.*11.*d.*non *ee* vt minueretur in eo:sed sicut multæ lucernæ in eodem lumine accenduntur.

Aufert Deus Christum & Apostolos.

Tollit Deus manum,*ff* quum aufert velamen,vt possit quis admitti ad diuinorum mysteriorum cognitionem. *Exod.*33.*b.* Et auferens Moses velamen designat reserationem legis:& quod in patria nihil erit obscurum. *Exod* 34.*d.*2.*Cor.*3.*d.* Et detracti cortices à virgis.*Gen.*10.*g.* designat sensum spiritualem detectum.

Implens Deus promissa. Punitio perpetua.

Abstulisse dicitur Deus,iudicium Iob,hoc est, Christi. *Iob.* 27. *a.* quum *gg* non fecit quod Christus orabat secundùm voluntatem inferiorem,vt transferret calicem ab eo. Vel abstulit iudicium Iob, quando *hh* Ecclesia tribulationes quas patitur, ascribit occulto iudicio Dei, quod ipsa non assequitur. Sublatum etiam ducitur iudicium Christi in humilitate. *Isa.*53.*c.* quia de tribulatione ascendit ad Patrem. Vel quia iudex omnium in iudicio persequutorum Christi non reperit veritatem,sed absque culpa condemnatum ostendit.

Aufert Deus validum & fortem ab Hierusalem,*ii* quum abstulit synceros doctores à Iudæis. *Isa.*5.*a.* Et quum abstulit ab eis Christum & Apostolos.Abstulit etiam Prophetam & hariolum,hoc est,vera & falsa.Et aufert propagines eius.*Iere.*5.*c.*Et aufert sepem à vinea,hoc est, munitionem doctrinæ à synagoga. *Isa.*5.*b.* Abstulit etiam magnificos ab Hierusalem,hoc est,Sanctos,& prædicatores ab Ecclesia. *Thren.* 1. *c.* Abstulit præterea stellas pluuiæ.*Iob.*36.*d.*quum *kk* abstulit prædicationem Prophetarum,aut etiam Apostolorum.

Non aufert Deus verba sua,*ll* quum implet,quod promisit,vel quod minatus est. *Isa.*31.*a.*

Punitio perpetua. Conuersio Gentilitatis. Christus habens dona Spiritus sancti.

Auferentur mali sicut cera liquescens.*Ps.*57.quia *mm* sic peribunt in inferno,vt tamen semper permaneant:vel quia hic iam incipiunt puniri,per hoc quod peccatum est eis pœna peccati. Dicuntur etiam auferri de terra. 2. *Reg.*4.*d. Amos.*6.*c.* Et aufert turbo malos,sicut stipulam. *Isa.*40.*f.*Et iniquitates ipsæ dicuntur abstulisse nos quasi ventus.*Isa.*54.*c.*

Detrahit spolia Christus,quum ad fidem adducit Gentilitatem.*Isa.*8.*a.*

Dispersio sacerdotum Iudæorum. Tollitur Christus à malis.

Aufert opprobrium septem mulierum *nn* Christus:qui habet vera dona Spiritus sancti, & ea defendit à falsis. Vel dicitur,*oo* quia in Christo sunt dona,vt eis dignum est, quum in aliis non eis seruetur sua dignitas. *Isa.*4.*a.* Idem aufert *pp* opprobrium peccatorum & crucis. *Psal.* 118. Idem dicitur Spiritus auferens, quia tollit peccata nostra.*Eze.*1.*a.* Vbi nos habemus:spiritus turbinis.

Aufert ventus congregatos Hierusalem,*qq* quum punitio Dei dispergit Sacerdotes & Pharisæos.*Is.*57.*c.*

Aufertur sponsus ab anima per peccatum.*Matth.*9.*b.Mar.*2.*c.*Et aufertur paxillus de loco fideli. *Isa.*22.*g.*quum *rr* tollitur Christus ab iis, qui à fide transeunt ad infidelitatem. Et auferri viam, est tolli Christum à malis *Isa.* 30. *c.*

a *Gr.s.*1. *Regum.*10.
b *Bed.s.*Ge.9.
c *Gr.*3. *pasto. admo.*1.
d *Hie.Cypria. Au.s. ps.*89.
e *Gr.s. Ca.* 6.
f *Ru.s.Can.*6.
g *Amb.s.psal.* 118.*ser.* 5. *Hie.s. Is.*58.
h *Hi.s.*Ez.22
i *Hie.s.Is.*59.
k *Hil.s.ps.*65.
l *Glo. ord.sup. Num.*22.
m *Gl.ord.sup. Ierem.* 58.
n *Or.s. Io.h.*5 & *s. Rom.* 2.
o *Basi.& Au s.ps.*45.
p *Hi.s.*Ez.11
q *Ori.s. Leui. ho.*16. *Gr.*1. *Re.*7. *Isy s. Leu.*26.
r *Amb. Apol. Dauid.*14.
s *Hie.s. Isa.*3.
t *Aug.* 10.*de gen.ad lit.* & *s.Ps.*75.
u *A.s.ps.*140
x *Gr.*14.*m.*19
y *Hi.s.*Ez.25.
z *Gr.*25.*m.*19
aa *Gr.*9.*m.*32
bb *Gre.s.* 1. *Re.*2.
cc *Ori.s.Mat. hom.*19. *Hi.s.Isa.*3.17 & *s.Ier.*16.
dd *Gr.*11.*mo.* 10.
ee *Phi.de Gigant.*
ff *Glo.int.sup. Exo.*33.
gg *Hi.s.*Io.27
hh *Gr.*18.*mo c.*1.
i *Hi.s. Is.*53.
kk *Gr.* 27. *mo.*4.
ll *Hie.s.Is.*31
mm *H.& A. su. Ps.*57.
nn *Orig. s.Is. ho.*3.
oo *Hie. Is.* 4.
pp *Amb.sup. ps.*118.*se.*5.
qq *Am.ep.*13 *habet similia.*
rr *Hi.s.Is.*22.

Digitized by Google

Abstulit Deus mare, vt transirent filij Israël. *Exod.* 14. *e.* cùm abstulit impedimenta veniendi ad baptismum. Et aufert laqueum de terra, *a* quum tollit tentationes diaboli. *Amo.* 3. *b.*

Relinquens Deus.

Aufert Deus stannum ab Hierusalem. *Isaiæ.* 1. *f.* quum desinit castigare animam in hac vita. Aufertur etiam zelus Dei ab Hierusalem, *b* quum relinquit animam, nec eam castigat. *Ezech.* 16. *e.* Dicitur etiam ibi Deus auferre iustificationem Hierusalem, vel legitima: quia abstulit obseruantiam legis, quam etiam aufert ab anima peccante.

Confundens Deus hæreticos.

Aufert Deus regem in indignatione sua. *Hose.* 13. *c.* cum tollit *c* principes hæreticorum. Dicitur etiam auferre *d* nomina Baalim & sacerdotum. *Soph.* 1. *b.* Et aufert lætitiam de Carmelo, quum *e* confundit hæreticos. *Isa.* 16. *c.* Detrahitur etiã fortitudo Samariæ. *Amos.* 3. *c.* quum aufertur ab *f* hæreticis fortitudo syllogismorum, & verborum argutiæ, quibus suum dogma firmauerant. Ad idem referri potest auferre ranas & muscas ab Ægypto. *Exo.* 8. *b. g.* 3. *Reg.* 15. *b.* Et auferens Iudas gladium Apollonij. 1. *Mac.* 3. *b.*

Auferre vestimenta sordida ab Iesu. *Zachar.* 3. *b.* designat *g* tolli mortalitatem à Christo, & deleri peccata nostra.

Auferri Lunam. *Psal.* 71. est *h* omnem mutabilitatem mortalitatis absumi: vel *i* Ecclesiam in cælum eleuari.

Aufert Deus sanguinem de ore Azoti. *Zachar.* 9. *b.* quum *k* tollit à Gentibus verba blasphemiæ, & abominationes, & idolorum cultum, & esum eorum, quæ immolata sunt idolis.

Incarnatio Christi.

Sublatus Ioseph furtim in Ægyptum, designat Christum secretò incarnatum, & venientem in hunc mundum. *Gen.* 40. *c.*

Liberari à diabolo.

Auferri iugum Gentium ab Israël, est liberari à seruitute diaboli & vitiorum. 1. *Mach.* 13. *f. Hose.* 11. *b.* Et aufert Deus onus Assur de humero alicuius, *l* quum liberat eum à potestate diaboli. *Is.* 10. *f.* 14. *f.*

Ablata est fortitudo Damasci, *m* quum Magi aurum obtulerunt Christo, in quo auro seu diuitiis Damascus maximè confidebat. Ablata est etiam fortitudo Damasci, & spolia Samariæ, quum *n* sapientes seculi & hæretici victi sunt. *Isa.* 8. *a.* 2. *Par.* 20. *f.* 21. *d. Iob.* 12. Et abstulit tunc Deus spiritum principum, hoc est, superbiam. *Ps.* 75. 103. *Soph.* 3. *c. Luc.* 11. *c.* Ablata est etiam gloria Moab. *Isa.* 16. *d.* Et detraxit Deus vectes Babylonis, cum abstulit fortes Gentilitatis. *Isa.* 43. *c.*

Confundit sapientes seculi.

Auferri sceptrum de Iuda, aut non auferri, *Gen.* 49. *b.* designare potest *o* principes Christianos vsque ad aduentum Christi ad iudicium duraturos.

Auferre Iacob de terra Ægypti, vt sepeliretur in terra promissionis. *Gen.* 47. *g.* indicat non quiescendum in mundo & vitiis eius.

Tollere concupiscentias.

Auferre sal de sacrificio, est ignoranter aut indiscretè offerre. Ideo præcipitur *Leuit.* 2. *d.* Ne auferatur sal de sacrificio.

Auferre omnem adipem à capra, quæ offertur pro peccato. *Leu.* 4. *f.* est *p* tollere desiderium à carnalibus & terrenis, vt mens ad cælestia tendat. Et amouet malitiam à carne sua, qui tollit voluptates à corpore suo *Eccle.* 11. *d.*

Excludere hæreticos.

Auferre lapides leprosos à domo, est hæreticos excludi ab Ecclesia. *Leuit.* 14. *e.* 1. *Mac.* 14. *b.* 1. *Corin.* 5. *d.* Et auferre lapides de via, est amouere scandala à via Dei. *Iere.* 4. *a.* 50. *d.* Et tollere lapidem de monumento. *Ioan.* 11. *e.* est *q* remouere onera quædam delictorum: quod nos debemus facere, vt Christus suscitet animam mortuam. Vel dicitur Iudæis, vt tollant lapidem, qui onus legis volebant imponere venientibus ad fidem. Et amouere lapidem ab ore putei, *r* est tollere infidelitatem: vel literam legis, quam Christus, vt Iacob, amouit. *Gen.* 29. *c.*

Auferre scandala.

Scandalizare.

Auferre pignus à proximo, est ipsum scandalizare. *Deut.* 24. *c. Iob.* 22. *a.* Et auferre bouem viduæ pro pignore, est *s* tollere prædicatores ab Ecclesia. *Iob.* 24. *a. Prou.* 27. *c. Luc.* 6. *d.*

Tollere prædicatores.

Aufert etiam pro pignore bouem viduæ *t* hæreticus, qui sanctarum virtutum mundiciam, & vtilia animi opera auferre conatur ab anima, pro pignore perfidiæ confessionis.

Tollere hypocrysim.

Detrahere pellem hostiæ, est *u* à mentis nostræ oculis superficiem virtutis amouere: ne eius prætextu non omnibus perspectis erremus, *Leui.* 1. *b.* Vel est *x* tollere tegmina falsarum opinionum: vel offerre velamen literæ, Vel *y* expoliari diuitiis cæterisque secularibus rebus, & carnalibus cupiditatibus. 2. *Parali.* 35. *b.* Item omnem hypocrisim abiicere.

Conuertere peccatores.

Abstulit Iob de dentibus iniqui prædam. *Iob.* 29. quando *z* Christus aut Ecclesia Paulum & alios de potestate diaboli prædicando abstulit. Atque ita de cæteris, qui ad fidem conuertuntur.

Auferre malas cogitationes & opera.

Auferens rex seruos & ancillas & iuuenes, &c. vt ponat in opere suo. 1. *Reg.* 8. *c.* In malum quidem, *aa* significat malum prælatum facientem aliquando peccare bonos: in bonum verò è diuerso, quum bonus prælatus retrahit malos à peccato, & facit eos bene operari.

Auferre iniquitatem de manu, *bb* est non eam operari. *Iob.* 11. *c. Deut.* 13. *b.* 21. *b.* 2. *Par.* 29. *a. Isa* 1. *e. Hos.* 2. *a.* 14. *a.* Et auferre præputia cordis, *cc* est auferre malas cogitationes à mente. *Ie.* 4. *a.* Auferre autem præputia arborum recenter plantatarum. *Leu.* 19. *a.* est abiicere arrogantiam: vel non approbare prima nostra opera, quasi suspecti simus de nobismetipsis. Ad idem referri possunt detracti cortices à virgis. *Gen.* 30. *g.*

Conuertens Christus peccatores.

Tulit Iacob Sichen de manu Amorrhæi. *Gen.* 48. *d.* designans Christum *dd* qui conuertit peccatores, & liberat de potestate diaboli. Quod & de gentilitate dicitur.

Sublata Sara in domum Pharaonis. *Gen.* 12. *c.* designat *ee* sapientiam, quæ inducitur aliquando in mentem superbam, vel fit hoc, quum mali fingunt speciem virtutis, quam non habent.

Tollentes doctrinam veritatis.

Subtrahere dicitur Iob panem esurienti. *Iob.* 22. *b.* designans *ff* Ecclesiam secundum iudicium hæreticorum, quum non vult docere ea, quæ audienti non prodest accipere. At quum ea, quæ adhuc videntur incognita humiliter ignorare fatetur: eò usque ad ordinatæ humilitatis sensum reuocat, quum dicit: Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. *Rom.* 11. *c.* 12. *b. Prouerb.* 25. *a. Eccl.* 3. *c.*

Auferunt potum sitienti, qui tollunt doctrinam veritatis. *Isa.* 32. *d.* Et tollunt hæretici spicas esurientibus: *Iob.* 24. *b.* quum in *gg* pœnitentibus, qui pabulum verbi concupiscunt, pernicioſis persuasionibus patrum sententias destruunt. Tollunt etiam hæretici electam prædam à pauperibus. *Amos.* 5. *c.* quum *hh* deceptis simplicibus, quicquid boni eius inesse videbatur perdunt.

Auferre virtutes ab anima.

Aufertur Deus ab hæreticis, & malis. *Hos.* 5. *b.* Dicuntur autem sustulisse pallium desuper, quia *ii* abstulerunt à populo auxilium Dei. *Mich.* 2. *c.* Vbi etiam dicuntur tollere laudem Dei à paruulis, qui faciunt, vt simplices non laudent Deum.

Auferunt cor fornicatio, vinum, & ebrietas, *kk* quia peruertunt sensum, animúmque debilitant. *Ho.* 4. *c.* Et tollit gladius animam, quum quis tentationi obtemperat. *Ezech.* 33. *b.* Et tollunt violenter pelles bonorum qui virtutum decorem ab eis auferunt. Dicuntur etiam tollere carnem eorum ab ossibus. *Mich.* 3. *a.* Et auferunt Babylonij omnes thesauros domus Ezechiæ, hoc est, dæmones omnia bona ab anima peccante. Et aufert Assur spolia, quum diabolus, aut hæreticus inducit in errorem fideles. Sic auferre supellectilem: & vasa concupiscibilia, *ll* hoc est vim concupiscibilem. *Isa.* 20. *b.* Et 26. *c.* 38. *d.* 1. *Mac.* 1. *c.* Tollunt etiam principes pellem & carnem ab ossibus, quum *mm* auferunt temporalia à subditis. *Mich.* 3. *a.*

Mundare animum à terrenis.

Aufertur de ore verbum veritatis *nn Psal.* 118. quum dicitur malo. Quare tu enarras iustitias meas?

Tollunt custodes pallium sponsæ *Cant.* 5. *c.* quum *oo* si quid secularis pompæ residuum erat in corde, exhortationibus suis ab animo auferunt: & quia aliquando ante verba prædicatorum nos non cognoscebamus, ipsi omne quod interius latebat, dum loquuntur, detegunt.

Tollere cineres holocausti de altari, vt aliud holocaustum ponatur. *Leu.* 16. *b.* est *pp* deponere consumatas virtutes ascribendo eas Christo, vt alias rursus operemur.

Auferre manũ ab illo, qui abscondit: & tollere talentum à non laborante. *Matth.* 13. *b.* 25. *c. Marc.* 4. *c. Luc.* 8. *c.* iudicatur per hoc, *qq* eum, qui non exercet dona sibi à Deo collata mereri, amittere omne bonum.

Aufertur ab impijs lux sua. *Iob.* 38. *b.* quum *rr* ab eis tollitur gloria temporalis.

Auferuntur reliqui à mundanis. *Iob.* 4. *d.* quum *ss* contemptibiles mundi conuertuntur ad Christum.

a *Hi. ſ. Am.* 3.

b *Hier. ſ. Ezech.* 16.

c. d. e. f. *Hie. ſ. Hoſ.* 13. *& ſ. Soph.* 1. *& ſu. Iſa.* 10. *& ſu. Amos.* 3.

g *Hie. ſ. Za.* 9.

h *Au. ep.* 119. *& ſ. pſ.* 71.

i *Hie. ſ. pſ.* 71.

k *Hie. ſ. Za.* 9.

l *Hie. ſ. Iſ.* 14.

m *Tir. aduer. Iudæos.*

n *Hie. ſ. Iſa.* 8, 16. 43.

o *Orig. ſ. Gen. ho.* 17.

p *Iſ. ſ. Le.* 1. 4.

q *Ambr.* 2. *de pœn.* 7. *Aug.* 8. *q.* 65. *& ſ. Io. tract.* 49.

r *Bed. Ge.* 49. *Ambroſi. de Tob.* 20.

ſ *Gre.* 16. *moral.* 22.

t *Hier. ſ. Iob.* 24.

u *Gre.* 1. *mor.* 40.

x *Cl. Alex.* 5. *ſtr. Phi. de ſacrifc. Abel & Cain.*

y *Iſy. ſ. Leu.* 1. *Rup.* 1. *ſ. Le.* 5.

z *Gr.* 19. *mor.* 23. 24.

aa *Gr. ſ.* 1. *Re.* 8.

bb *Phi.* 1. *alle. & de plantatio Noe. Gr.* 8. *mo.* 35.

cc *Hie. ſ. Ie.* 4.

dd *Gl. ord. ſu. Gen.* 48.

ee *Amb.* 2. *de Abra.* 4. *Phi. de Abra.*

ff *Gr.* 16. *mor.* 3.

gg *Grego.* 16. *moral.* 25.

hh *Hi. ſ. Am.* 5.

ii *Hi. ſ. Mi.* 2.

kk *Hie. ſ. Hoſ.* 4. *& ſ. Mich.* 3. *& ſ. Iſa.* 20.

ll *Gen. Ven. cant.* 5. *to.* 6. *ca.* 10.

mm *Rup. ſu. Mich.* 3.

nn *Gl. ord. ſu. Pſal.* 118.

oo *Gr. ſ. Can.* 6.

pp *Iſy. ſ. Leu.* 8.

qq *Ori. ſ. Ma. ho.* 33.

rr *Hier. ſ. Iob.* 38.

ſſ *Gre.* 5. *mor.* 19.

Digitized by Google

Cessatio sacrificiorum veterum.

Auferre à templo columbas,&c.præcipit Christus. *Ioan. 2.e.* indicans *a* cessationem sacrificiorum veteris legis:de quibus. *Isa.* 1. Holocaustum arietum,&c.nolui.

Auferri terram quasi tabernaculum vnius noctis. *Isa.24.d.*dicitur, *b* quia præterit figura huius mundi & mali auferentur ab ea. Huc refertur auferri sicut vmbra quum declinat. *Psal.* 108. *Isa.* 52.*b.*

Condemnatio Christi per Iudeos. Fœlicitas.

Auferre iustitiam iusti ab eo. *Isa.* 5.*e.* factum est à Iudæis, *c* quum condemnarunt Christum dimisso Barraba. Sic auferuntur iudicia Dei à facie mali. *Psa.* 9.

Aufert Deus lachrymam ab omni facie, *d* eorum videlicet,quos beatificat. *Isa.* 25.*c.*

Aufert clauos de Hierusalem. *Isa.* 33.*d.*qui tollit firmitatem à fœlicitate. Et qui *e* tollit doctores ecclesiam firmantes.

Auferre catenam,est *f* remittere vsuras,aut à peccato cessare. *Isa.* 58.*c.*

Ablata dicitur generatio Ezechiæ. *Isa.* 38.*c.*quasi in eo finita:quia timebat *g* mori sine liberis.

Inferens diabolus mala.

Non abstuliſſe dicitur mala diabolus ab oculis generis humani. *Iob.* 3.*b.*quia *h* ea ipse intulit : quasi enim auferret,si ab inferendo malo quiesceret.

Aufertur spiritu oris sui malus. *Iob.* 15.*d.* quia *i* eo percussionis sententiam accipit, qui oris sui spiritum sub diuina formidine non restrinxit.

Tollit ventus vrens peruersum quemlibet. *Iob.* 27.*d.*quum *k* insidiator malignus spiritus,quo viuentem quemque accendit ad vitia,morientem trahit ad tormenta.

Abstuliſſe se dicit Assur terminos populorum. *Isa.* 10.*c.* quum *l* diabolus, aut hæreticus putat se præcipua dogmata Ecclesiæ destruxisse.

Detrahentes homines à sacrificio Domini. 1. *Regu.* 2. *d.* sunt *m* cogentes negare diuinitatem in Christo. Ad idem referuntur *n* tollentes laudem Dei à paruulis. *Mich.* 2.*c.*

Auferri zelum Ephraim. *Isa.* 11.*c.*est *o* cessare odium hæreticorum erga Ecclesiam.

Non auferetur signum,crucis videlicet Christi. *Isa.* 55.*d.*quia *p* semper eius manebit memoria.

Auferre rubiginem de argento, *q* est auferre impietatem de vultu regis. *Prou.* 25.*a.* Vel est auferre superficiem literæ à sacro eloquio.

Auferre panem in sudore,est quasi occidere proximum. *Eccl.* 34.*d.*

Non aufertur optima pars à Maria. *Luc.* 10.*g.*quia *r* vita contemplatiua perpetuò durabit.

Abutentes Philosophi sacris literis.

Auferentes serui Abimelech vi puteum ab Abraham, sunt *s* Philosophi abutentes sacris Scripturis. *Genesis.* 21.*d.*

Aufugere,vide Fugere.

Augere.

Multiplicatio fidelium.

AVgere,est à minori quantitate ad maiorem rem transferre. Augeri autem spiritualiter, est maiorem perfectionem acquirere:quia in iis,quæ non mole magna sunt,idem est maius,quod melius esse.

Auget Deus quos respicit,vt Sol segetes, quas respicit. *Gen.26.f. Leu.26.b.*

Auget Deus populum suum *t* multiplicando credentes inter Gentes. *Gen.* 17.*c.*47.*b.f. Exo.*23.*d.* 1. *Par.*21.*a. Psa.* 104. *Acto.*2.*g.*5.*b.* Et Christus auget fidem. *Luc.* 17.*b.* 2. *Cor.*9.*c. Ephe.*4.*d. Col.*2.*d. Pro.*4.*b.*

Adulari.

Augent siclum doctores & prædicatores,qui *u* diuitibus, & his,de quibus sectantur lucra loquuntur sermone longissimo,& adulatorio. *Amos.*8.*b.*

Defendere peccata.

Agetur custodia super muros Babylonis *Ierem.* 51.*b.*quum mundani augent peccata,& ea defendunt. Sic etiam augetur numerus inimicorum. *Deut.*20.*d.* 2. *Reg.*15.*c.* Et auget Pharao peccatum. *Exod.*9.*g.* Et augentur fornicationes. *Exod.*16.*d.*23.*c.*

Augent furorem Domini,qui augent peccata. *Nu.* 32.*c.* Et auget Dominus plagas populi inobedientis. *De.*28.*f.*

Augeri ignem *x* ab vna scintilla. *Eccl.* 11.est ab vno hæretico multiplicari multos.

Augur, Augurari, Augurium, Auspicium.

Tradere se dæmonibus.

AVgurari, est aliquibus superstitionibus diuinationem exercere. Augures autem erant, qui diuinationem exercebant.

Augurari dicuntur,*y* qui intendentes dæmonibus secundum eorum voluntatem viuunt:& cor suum volucribus tradunt : quæ rapiunt semen pietatis à nobis. *Leu.* 19.*e.* Vnde augures per incantationem dæmonum tacitam siue expressam,reprehenduntur. *Deut.* 18.*c.* 4. *Reg.*21.*a.*2. *Par.* 33.*b. Num.* 23.*d. Eccl.* 34.*a. Isa.* 2.*b.* 47.*d. Ier.*27.*b.*

Scientia Christi.

Auguratrix dicta est Hierusalem. *Isa.*47.*a.*quia *z* colebat idola.

Augurandi scientia in Ioseph,designabat scientiam Christi. *Gen.*44.*b.d.*

Augustus.

Christus.

AVgustus significat amplum & magnificum:vt augustum imperium, à quo deposuit Asa rex Iuda Maacham matrem suam. 2. *Paral.*15.*d.* Hoc cognomine honestatus est Cæsar Augustus, à quo exiit edictum, vt describeretur vniuersus orbis:cuius tempore natus est Christus. *Luc.* 2.*a.* Post eum omnes Imperatores Romani dicti sunt Augusti:vt Augusti cognitioni relicta est causa Pauli. *Acto.*25.*f.*

Auidus, Auiditas, vide Appetere.

Auis, Volucris.

AVis genus est ad omnia volatilia,quæ plumis vestiuntur, & in altum volando eleuãtur alarum remigio per aërem, quasi natantes,vt pisces in aqua.

Contemplatiui & spirituales.

Auis,quam vocat Deus ab Oriente. *Isa.*46.*d.*licet videatur primo sensu sumi pro Cyro, tamen verius sumitur *aa* pro Christo:qui manens in altitudine diuinitatis suæ,quasi quodam volatu sublimi cadauer nostræ mortalitatis conspexit infimis,*bb* & sese vt vultur de cælestibus ad ima submisit. *Iob.*28.*a.* Idem est auis volans & protegens,qui sicut gallina congregat pullos suos sub alas. *Deut.*32.*b. Isa.*31.*c. Matth.*23.*d. Luce* 13.*g.*

Scientia speculatiua.

Aues significare solent *cc* contemplatiuos & spirituales : & scientiam speculatiuam : quæ non diuiduntur ab Abraham,quia contemplationi vacantes non debent distrahi, sed potius mentem collectam habere, & sublimibus vacare. Et si fortè necessitas exegerit, vt ad terrena descendant, mox tamen reuolent ad sublimia. *Gen.*15.*c. Leu.*1.*d.*11.*b.*17.*d. Ioan.*5.*b.*12.*d.*28.*d. Psalm.*103. *Prou.*10.*a.*26.*a.*27.*b. Ierem.*5*f. Dani.*4.*b. Matth.*6.*d. Mar.*4.*d. Apoc.*9.*d.*

Iusti & sancti.

Significat etiam in eisdem locis,& aues in arca,*dd* iustos,& merita cælestia habentes:qui sunt aues mundæ,& in lege Domini meditantur die ac nocte,& dicere possunt : Nostra conuersatio in cælis est. Mundæ sunt autem non natura,sed gratia. Hæ comedunt cibos pistoris,dum pascuntur misteriis legis. *Gen.*8.*d.*40.*c. Leuit.*8.*c. Deut.* 8.14.*b. Bar.*6.*c. Apo.* 19,*d.*

Natura intellectualis.

Aues etiam non diuisæ. *Gen.* 15.*c.* significat *ee* naturam intellectualem, quæ non secatur in partes, vt natura sensitiua.

Cogitationes.

Volucres cæli possunt dici sublimes *ff* cogitationes,quæ habitant & pascuntur in ramis virtutis. *Dan.*4.*b.* Volucres autem descendentes ad cadauera,*gg* sunt viles cogitationes animæ,quæ subortæ corda iustorum polluunt, quas debemus abigere sicut Abraham.

Veteris legis doctrina.

Volucrum esca,seu volucres in escam datæ,*hh* sunt veteris legis eloquia:quæ populum carnalem tanquam carne eleuant per verba diuinitus missa:vnde & vespere dantur, quia quæcunque carnaliter dantur, finem habent. *Exod.*16.*b.*

Gentes conuersæ.

Volucres cæli, interdum sunt *ii* Gentes in spem cælestium aduolantes:qui dicuntur volucres cæli, quasi cælo ab aliis auibus distincti:qui re vera sunt mundi, & ad cælestis verbi cognitionem euolare possunt. *Matth.*13.*a. Apoc.*19.*c.* Hæc est auis,quæ nascitur ad volatum. *Iob.*5.*c. Hos.*2.*d.*

Sapientes mundi.

Volucres cæli dici possunt *kk* sapientes mundi. *Gen.*9.*a.* Qui dum more auium de creaturis vel elementis cæli & terræ disputare nitebantur,quasi aues in cælum volare videbantur.

a *Cyril.*2.*sup. Ioan.* 19.
b *Hie.sup.Is.*24.
c *Hie.sup.Is.*5.
d *Glo.ord. su. Isa.*25.
e *Gl.or.sup.Is.*33
f *Hie.sup.Is.*58.
g *Glo. in.sup. Isa.* 38.
h *Gr.*4.*mo.*16
i *Gre.*12. *moral.* 24.
k *Gr.*18.*m.*11
l *Hie.sup.Is.*10.
m *Gr.sup.*1.*R.*2
n *Ru.sup.Mic.*2
o *Hie.sup.Isa.*11
p *Glo.int. su. Isa.* 5.
q *Bc.sup.Pro.*25
r *Glo. ord. su. Luc.* 10.
s *Rup.* 6. *sup. Gen.*25.
t *Ori. sup. Leu. ho.*16. *Arn.sup.ps.*104.
u *Hie. su. Amos.*8.
x *Gl. int. su. Eccl.* 11.
y *Isy.sup.Le.*19.
z *Hie.sup.Is.*17.
aa *Hi.sup.Is.*31. 46.
bb *Gr.*18.*mo.* 21.*& ho.* 29.
cc *Isy.sup.Le.*1. 11.17. *Aug.*16.*ciui. Dei.*24. *& sup. ps.*103. *Gr.*1.*mor.* 2. *&* 10. *mo.*1.
dd *Ri.de S.Vi. de secur. conscien.*17. *Ru.*1.*sup. Apoc. Ambr. de Abra.*8. *Aretas. sup. Apoc.*19.
ee *Be.sup.Ge.*15
ff *Ph. Quis rerum diu. heres. Rica.de S. Vi. de securi.conscien.*18.
gg *Phil. Quis rerum diuin. hæres. Gr.*16.*mo.*10
*Eu.for.spir.*5.
hh *Be.sup.E.*16.
ii *Hila.sup.Ma. Can.*13.
kk *Cle.Alex.* 4.*strom.*

Digitized by Google

Auis capta relicta de manu, designare potest eos, qui euaserunt ab hæreticis. *Eccl.27.c.43.b. Ierem.5.g. Amos.4.a.* Et auis velociter fugiens, *a* designat eos, qui citò debent fugere ab erroribus hæreticorum, quibus capti fuerant. *Isa.16.a.* At quasi auis volant ex Ægypto, *b* qui velociter relinquunt tenebras errorum. *Hose.9.c.11.d*

Aues lacerantes carnes pistoris. *Gen.40.d.* designant Romanos destruentes Hierusalem.

Aues descendentes ad cadauera, *c* designant dæmones. *Gen.15.c.40.d. Deut.4.c.32.d.3. Reg.14.c. Isa.18.c. Ezech.39.a.2. Mach.15.f. Matth.8.c.13.a.* Designant *d* etiam superbos, & qui ponunt in cœlum os suum: & qui curiositatis studio sublimia perscrutantur. *Iob.35.c.40.d. Psal.8. Eccl.9.c. Sapi.5.b. Exa.44.g.* Quasi auis euolauit Ephraim, quum hæretici recesserunt ab Ecclesia. *Hos.9.c.* Volucres immundæ sunt superbi, tam dæmones quàm homines. *Apoc.18.a.*

Aues immundæ sunt, quæ vngulas fortes habent, & rostra vorantia, ex rapina viuentes: hæ illos significant, *e* qui semper aliena inuadunt, nunquam sua portione contenti. Aues verò mundæ sunt innoxiæ, quæ mites, mansuetos, & qui neminem lædunt, significant.

Auis discolor. *Ier.12.c.* sumitur pro pauone, & dicitur de Iudæa, *f* quam Deus variis muneribus ornauerat.

Aui auolanti *g* comparatur maledictum frustra prolatum, quod reuocari non potest: recidit tamen in caput loquentis. *Prou.26.a.*

Fugientes ab erroribus hæreticorum.

Romani. Dæmones. Superbi. Hæretici.

Raptores. Mites. Iudæa.

Auolare, vide Volare.
Aura, quare Aër.
Auriga.

AVriga, aut agitator currus est, *h* qui cum disciplina & arte pro arbitrio suo equos agitat, vel currentes incitat, vel reflectit indomitos, vel reuocat fatigatos, vel mansuetos pro sua voluntate conuertit. Ascensor autem equi est, qui sine arte agitur potius quam agit. *4. Regu.2.b.* Eliszeus Eliam aurigam currus Israël vocauit, vbi designatur Christus, qui regit nos: vel prælatus, aut prædicator.

Auriga dici potest *i* ratio regens sensus, vt equos. *3. Reg.22.e.2. Par.18.g.* Ascensores autem equorum & non aurigæ dicuntur, qui non moderantur corporis voluptates. *Psal.75.*

Christus. Prælatus. Prædicator. Ratio.

Auris, Auricula, Auricularius.

AVris dicit ipsum audiendi sensum, aut potius instrumentum. Auricula verò partem illam extrinsecus apparentem ac prominentem, quæ sit velut aurium custodia. Auris tamen sæpè pro auricula ponitur. Auris etiam interdum est ipse intellectus. *Iud.5.a.* Auribus percipite principes. Misericordia. *4. Reg.19.c.* Inclina aurem tuam, & audi. Intelligentia spiritualis. *Matth.11.b.* Qui habet aures audiendi audiat. Obedientia. *1. Re.22.d.* Auditu auris obedient mihi. Et ipsa aurium similitudo. *Ps.113.* Aures habent & non audient.

Aures in Deo, *k* dicunt vim illam, qua omnia percipit, nihil eum latet: & his dicitur eum percipere orationes & verba nostra, aut desideria, aut clamorem. Et interdum dicitur inclinare aurem, vt ad ægrotum vocem extollere non valentem. *Psal.9.38.53.85.114.124. Sap.1.c. Eccl.21.a. Isa.59.a. Iac.5.a*

In auribus autem *l* loqui, est familiarem esse Deo: & secretò orare. Item *m* laudare Deum: & confiteri fidem. *1. Reg.8.d. Cant.2.d.*

Aures etiam Domini, dici possunt *n* angeli recipientes orationes nostras, & eas in conspectu Domini offerentes. *Psal.33.129.*

Aures in angelis dici possunt *o* vis participandi, diuinámque participationem scitè suscipiendi.

Aures, quas Deus perfecit Christo, *p* obedientiam eius, vel membrorũ eius designare possunt. *Ps.39.* Vbi Septuaginta legunt, corpus.

Aures cordis sunt, de quibus dicit Christus. *Luc.8.a.* Qui habet aures audiendi, audiat: quæ aures sunt promptitudo *q* discendi & obediendi. *Psal.39.44.48.93 Exod.17.d.21.a.32.a. Iob.6.d.33.c. Prou.15.d.18.c.20.b.22.c.25.b.28.b. Eccles.3.d.25.b.51.c. Isa.35.b.50.a. Ier.2.a.5.c.6. Baru.1.a. Eze.16.b.23.c. Mich.7.d.g. Apoca.2.b.3.a.* Possunt etiam aures animæ in multis ex iisdem locis significare fidem.

Vis cognitiua Dei. Familiaritas cum Deo. Angeli.

Obedientia Christi. Promptitudo discendi & obediendi. Fides.

Auris perforata significare potest *r* mentem compunctione percussam, aut obedientiam promptam. *Exod.21.a. Deut.15.c.*

Mens compuncta. Obedientia. Inobedientia.

E diuerso auris perforata designare potest, *s* inobedientiam, pœna æterna puniendam. Idem designabit auris amputata. *Leu.22.c. Matth.26.e. Marc.14.f. Luc.22.e. Ioan.18.b.*

Auribus percipere & audire vbi iunguntur, *t* non ad simplicem tantum verborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere intelligendum est. *Iudi.5.a. Psa.48. Eccl.33. c. Isa.1.a. 6.c.11.a.28.f. Acto.18.f.* Auribus quidem percipere ad exteriorem auditum pertinere videtur: & aure audire. Audire autem ad interiorem auditum. Vel è diuerso auribus percipere, est corde percipere. Vel audit qui mysticè intelligit: auribus verò percipit, qui solam intelligit historiam. *Ezech.44.b.* vide Audire.

Aures in Ecclesia, *u* sunt rectè audientes verbum Dei, illique obedientes. Et auris audiens quæ beatificat Iob, est *x* gentilis populus, susceptа fide laudabat Christum. *Iob.19.b.*

Audientes verbum Dei. Gentiles.

Auris dextra, intentionem significare potest supernæ visionis: sinistra verò intentionem piæ operationis. Et ambæ aures *y* tinniunt: quia cùm summorum virorum ruina ostenditur, electorum intentio vtraque turbatur: quia & pauenti corde ad contemplanda æterna se erigunt, & sine ingenti formidine temporalia non disponunt. *1. Reg.3.b. Iere.19.a.*

Intentio supernæ visionis & operationis.

Aures habet, & non audit, *z* qui nouit, quæ sit virtus obedientiæ, & qualis debeat esse, nec tamen vult obedire. *Psal.113.*

Aures obturare, in bonum, est occasiones peccati tollere, *Isa.33.c. Eccl.28.d.*

Aures aggrauatæ dicuntur, *aa* quæ non eleuantur ad spiritualem intelligentiam. *Is.6.c. Zac.7.d. Ro.11.b.*

Auricula Samuelis designat *bb* humilem intelligentiam prædicatoris. *1. Reg.9.c.20.c.1. Para.17.d. Iob.4.f.11.b.34.a.36.b.*

Intelligentia prædicatoris.

Auriculæ extremum, quod eruitur de ore leonis. *Amos.3.d.* designat *cc* sacramenta dictorum, quæ leo auferre conatur.

Mysteria.

Auricula Aaron dextra, *dd* significare potest obedientiam, quæ vngitur, vt deinceps obtemperet verbo Dei: sic & auricula leprosi. *Exo.29.c. Leu.8.d.14.c.* Vel auricula extrema sacerdotis, quæ tingitur sanguine, designat *ee* sacerdotis sermonem debere esse purgatum. Designat etiã perfectam *ff* Christi & discipulorum eius obedientiam.

Obedientia.

Auricula mala est in eis, *gg* qui non bene audiunt, aut credunt, aut inobedientes sunt: amputata est Malcho, hoc est, Iudæis: vel amputatur, quum ab aliquo remouetur inobedientia. *Matth.26.c. Marc.14.f. Luc.22.e. Ioan.18.b. Ezec.13.d.* Dextram auriculam perdidit Malchus, hoc est Iudæus, vt totam literæ vilitatem audiat in sinistra. Sed Dominus in iis, qui ex Iudæis credere voluerunt, reddidit autem dextram, & seruum genus fecit regale & sacerdotale.

Inobedientia.

Auricularius Dauid Banaias. *2. Reg.23.d. 1. Par.11.f.* designare potest Christum *hh* qui est in secretis patris. Vel designat virum prudentem & fortem, qui coniunctus esse debet prælato.

Christus.

Aurora.

AVrora est tempus ante Solis ortum, quo iam radij Solis incipiunt terram illuminare.

Aurora cui ostendit Deus locum suum. *Iob.38. b.* est *ii* humanitas Christi, quam ipse induxit in cælum tanquam in locum suum.

Humanitas Christi. Eccl. fa. Virgo Maria.

Significat etiam *kk* Ecclesiam, qua prauitatis pristinæ tenebras deserit: & sese in noui luminis fulgorem conuertit: cuius ortus fuit exordium, quo clarescere cœpit: plena verò fit, quum mortalitatis atque ignorantiæ suæ tenebras funditus amittit. *Iob.3.b.38.b. Psal.73. Can.6.c.* Aurora consurgens *ll* etiam est beata Virgo præcedens Solem.

Lux gratia. Tempus Christi in hoc mũdo.

Aurora præterea, *mm* lucem gratiæ quæ in præsenti vita cõuertitur, significare potest: & illustrationẽ veritatis tollentem tenebras ignorantiæ. *Gen.32.f.2. Reg.23.a.* Potest etiam designare tempus ab angeli annunciatione vsque ad Christi resurrectionem: quo resurgente, quasi nouus ortus est Sol.

a *Hie.s.Is.16.*
b *Hie.Os.11.*
c *Hie.s.Is.18. & s.Eze.44. & s.Ho.9. Cyr.10.s.Io.4.*
d *Au.s.ps.8. Gr.19.mor.1. & 26.mo.11. & 33.mo.20 Bed.s.Gen.15*
e *Ge. Ve. Cã. 1.to.7. ca.3°.*
f *Hie.s.Ier.12*
g *Be.s.Pro.26*
h *Am.de Nabuch.c.15. & s.ps.118.s.4.*
i *Hie. aduer. Iouin. Amb. de Nabuthe.15.*
k *Bas.s.ps.114 Au.81.q.52. Eu.for.Sir.1. Cyr.co. Iul.5.*
l *Gr.s.1.Re.8.*
m *Ori.s.Can. ho.4.*
n *Bas.s.ps.33 Hila.s.ps.29*
o *Dion. cæles. Hier.15.*
p *Au.s.ps.39.*
q *Ori.s.Io.ho. 9. & s.Ez.ho 6. & 1.pia.1. Bas.ho.in pri. pro. Clem. Alex. 5.stro.*
r *Ly.s.Ex.21*
s *Hie.2. adu. Iouin. Isy.s.Leui.22*
t *Ori.s. Iu.ho. 6. & s.Is.h.6. Hie.s.Isa.1. & prol.in Ioel.*
u *Ori.s. Can. ho.2. & s.Roman.12.*
x *Hie.s.Io.29*
y *Gr.s.1.Re.3*
z *Ri.de S. Vi. de somno Nabuch.38.*
aa *Or.s.Is.h.6 & s.Rom.11.*
bb *G.s.1.R.9*
cc *Hi.s.Am.3*
dd *O.s.L.h.8.*
ee *Phil.de vi. Mosis.*
ff *Isy.s. Le.8.*
gg *Ori.s.Ma. hom.35. Hil.s. Matth. Cano.32. Am.s.Lu.22. Hie.s.Ma.26 Au.s. Ioa.tra 112. Isy.s.Leui.21.*
hh *Gl.in su.2 Reg.22.*
ii *Hi.s.Io.38.*
kk *Gre.4.mo. 15. & 29.moral.2. Rup.s.Can.6.*
ll *Ber.s.Cant. ser.32.*
mm *Cy.ho.5.*

Digitized by Google

Humilitas.

Aurora quoque dicitur mens iusti,quum à tenebris peccati in gratiæ lucem erumpit,sole iustitiæ eam illuminante.*Iob.24.c.* Et mens velut aurora consurgit,*a* quæ ex visionis admiratione paulatim ad incrementa cognitionis proficit. Aurora siquidem paulatim eleuatur, eleuando dilatatur, dilatando clarificatur , & per promotionis suæ incrementum ad defectum venit. *Leuit.6.c.*

Aurora finis est noctis,& initium lucis. Nox autem *b* vitam peccatoris,lux vitam iusti significat. Aurora ergo,quæ fugat tenebras,lucem nũciat,meritò humilitatem designat:quia sicut illa diem & noctem,ita ista diuidit iustum & peccatorem.

a *Gre.16.moral.19. Au.for.spir.3.* b *Ric. de Sa. Vict.5. de arca mysti. 9. Ber. ser. parue.60.*

Aurugo, AErugo, Rubigo.

Inuidia. Ira. Auaritia. Superbia. Vitia carnis.

AVrugo est *c* rubigo, quæ fit in metallis ea consumens:& etiam pallor quidam in frugibus reddens eas infrugiferas. *Deut.28.d.3.Reg.8.d.2.Para.6.e.Psal. 77.Prou.25.Eccle.12.b.Iere.30.a. Baru.6.d. Amos.4.c.Eze. 24.b.Agge.2.c. Matth. 6. Iacob. 5. a.* In aliquibus autem ex supradictis locis dicit pallorem vultus. Cæterùm.3.*Reg.8.d.* vbi legitur rubigo,in Hæbræo est, חסיל quod est bruchus,aut locusta.

Aurugo potest significare *d* inuidiam , quæ omnes demolitur virtutes. *Matt. 6. c.* Et etiam iram, *e* quæ, quod tangit,incendit. Comedit aurugo residuum bruchi. *Ioel. 1.a. 2.f.* quia sæpe dum ventris ingluuies per abstinentiam restringitur , iræ impatientia acrius dominatur. Potest etiam significare *f* auaritiam. Item fiduciam sui,& superbiam,quæ latenter nocet,quum quis se putat aliquid esse. *Psal.77.* Item significat vitia carnis,quæ flagitiorum sordibus aciem mentis obducunt:idque fit secundum varia vitia.

Imperium Romanorum.

Aurugo comedens residuum bruchi.*Ioel.1.a.* designare potest *g* imperium Romanorum , quod vltimò destruxit Iudæos.

Desiderium futurorum.

Aurugo inter affectus,significat *h* desiderium futurorum.*Ioel.1.a.*

Superficies literæ.

Rubigo operiens argentum,designat *i* superficiem literæ,tegentem sensum spiritualem.*Prou.25.a.*

c *Hiero.supe. Amos.4.* d *Ori.s. Cùm ieiunatis.* e *Gr.31.moral.39.* f *Au.s.ps.77.* g *Hie.s.Ioel.1. Rup.s. Ioel.1.* h *Hie.s.Ioe.1.* i *Bed.su. Prouerb.25.*

Aurum, Aureum, Deauratum, Inauratum.

AVrum *k* inter metalla & liquentia preciosissimum est.Estque suapte natura constantissimum , vt in tenuissimas bracteas extensum,minimè frangatur.Est etiam cum quadam cessione tenacissimum : cedit enim percutienti & plicanti:non autem cedit consumptori,non rubigini,nec ærugini,nec alicui liquori,qui eius bonitatem aut pondus diminuat , nec vsu deteritur : igne autem sæpius exustum , non modò non consumitur , verùm etiam purissimum redditur. Cor lætificat, vlcera sanat, melancholicis confert:& omni distemperamento inimicatur,ex suo forsan temperamento.Sæpè autem aurum sumitur pro diuitiis.*Deut.7.d.*Non concupisces argentum & aurum.

k *Georg. Ven. Can.3.tom.8 cap.1.*

Natura diuina. Diuinitas in Christo. Verbum. Christus, vel anima eius. Regia potestas Christi. Resurrectio Christi.

Aurum significare potest *l* naturam diuinam, quæ diffusa vsquequaque tota, & per totum protensa est,aptissimè contemnens cætera. Peculiariter autem significat *m* diuinitatem in Christo , cuius caput dicitur aurum optimum. *Cantic. 5. c.* Et ipsum Verbum ab interitu alienum : quod corruptionis virus minimè recipit. Designat etiam ipsum Christum,vel animam ipsius,præcipuè aurum propitiatorij:ideo erat aurum purum. Item *n* regiam ipsius Christi potestatem:vnde oblatum est Christo , quia est regni symbolum. *Exo. 12.e.25.a. 37.a. Matth.2.b. Isa.60.b.* Et aurea capita columnarum, *o* designare possunt Christum , qui non habet spiritum ad mensuram,vt Sancti,qui non aurei,sed deaurati dicuntur. *Exod.26.e. 36.d.*Et aureum reclinatorium ferculi Salomonis. *Cant. 3. d.* est *p* anima Christi purissima , vel *q* requies in sapientia diuina. Aureæ manus sponsi , designant miracula Christi,esse ex virtute diuina. *Can. 5. d.* Designat autem aurum oblatum Christo faciem leonis , id est, resurrectionem eius cum regia potestate.

l *Phil. quis rerum diui. hæres.* m *Or.s.Ro.3. Cle. Alex. 2. 2.pæd.8.* n *Basi. ho. de natiu. Hil.s. Matth. Can.2.* o *Gre. ho.10. in Eu.* p *Gre.Can.3.* q *Ru.s.Cant. 5.& 2.s.Mat*

Charitas.

Aurum secundum conditiones ipsius supra positas,significat *r* charitatem, quæ omnibus supereminet virtutibus:nec corrumpitur,sed per tribulationes purior redditur:& cessantibus reliquis virtutibus,ipsa permanet,vnde & aurum purum dicitur charitas patriæ , quæ est fundamentum illius ciuitatis cælestis. Ipsa est aureum reclinatorium:ipsa teguntur Cherubim:ipsa est aurum oraculi:ipsa est aurea zona.*Genes.13. a. Exod. 28.b. 37.a.39.a. Iob.28.b.Psalm.67.3.Reg.6.c.Canti.3.d.Isa.13.c.Dan.2.e.10.a.Apocalip.2.a.3.d.15.c.f.* Aurei annuli per singula latera altaris bini,designant charitatem cum synceritate fidei,& vitæ munditia.*Exod.30.a.37.d.*

r *Au.s.ps.67. Gre.18.m.30 & 14.mor.7. & s.Ez.h.15 Hil.s.ps.67. Rica. de San. Vict.de somn. Nabu.21. Georgi. Vene. Can.3.tom.8 cap.2. Orig.s. Cant. ho.4.*

Fides.

Aurum præterea,est fides *s* virtutibus florens *Gene.13.a. Exod.35.c.37.a. Cant.5.c.* Et aurum purissimum in lamina,quam ferebat sacerdos in fronte,significare potest fiduciam professionis fidei : vel venerationem humanitatis in Christo,sed cum diuinitate. *Exod.18.f.39.e.Leu.8.b.Isa.60.b.* Et obscuratum est aurum in Iudæa, quando in ea periit antiquus fidei splendor. *Thre.4.a.* Et aurum,quod obtulerunt Magi Domino *Ma.12.b.* dici potest fides probata omni virtutum splendore fulgens.*4.Regum.12.d.16.b.1.Para.29.b.Iob.37.d.*Aurea candelabra dicunt *t* probatam fidem. *Apoc.1.c.21.e.*

s *Amb. 2. de Abra.5. Hie.s.Is.60. Gr.18.mo.20 & 2.past.7.* t *Theo.Alex.1. pasc.*

Disciplina & virtutes. Prudentia. Sensus & disciplina rationes.

Aurum,quod nascitur in Phison,*u* disciplinam & virtutes,& inuenta secreta prudentiæ, & ipsam prudentiam significat,quæ ab omnibus sordibus:quasi decocta nitescit : sicut aurum optimum & verum , quod nulla falsitas vincit. *Gen.2.b.Num.31.d.3.Regu.22.g.2.Par.a.1.Esdr.2.d.7.c.Nee.7.g.Psalm.67. Prouer.12.d. Eze.16.b.1. Mac.6.a. Iac.5.a.* Item aurum sunt *x* sensus & disciplinæ rationales,quas attulit regina Saba ad Salomonem,hoc est,Ecclesia ex gentibus ad Christum,*3.Reg. 10.a.Iob.3.c.26.a.b.Isa.60.b.Hose.2.b.8.a.Nahum.2.c.Mala.3.a.Dan.10.a.* Hoc auro curant hæretici vestire idola,hoc est,ornare errores suos *Ier.10.a.*

Opera perfecta. Puritas mentis. Innocentia.

Aurum purum,*y* etiam significat opera perfecta,quæ nõ corrumpit ignis:aut sanctitatem. *Iob.41.d.Psal 77.Ecclesia.30.c.Cor.3.c. Thren.4.a.* Et deauratæ tabulæ tabernaculi , significant puritatem Sanctorum. *Exod.26.f.36.e. 36.d.*Et aurum Arabiæ *z* puritas mentis.*Psal.71.* Aurea manus etiam significat opera perfecta. *Cant. 5. d.* Designatur etiam innocentia.*3. Reg.6.d.1.Par.18.c.*

Diuini & spiritualis sẽsus. Sensus & verba.

Aurum præterea,potest significare diuinos sensus. Et aurum templi, *aa* est sensus spiritualis in litera contentus,& cum sacra scriptura concordans:quod si non concordat,non est aurum templi.*3.Regum.6.c.7.g.1.Par.22.e. 28.c.2.Para.32.f.4.Reg.20.c. Eccl.2.b. Psalm.67. Isa.19.a. Ezech.16.d.38.d. Ioel. 3.b. Augu.2.b. Zach.6.c.* Et aureus vestitus reginæ , *bb* sunt splendida dogmata. & sensus spirituales. Et aureæ fimbriæ , sunt diuinorum sensuum claritates,nunquam à mente deficientes. *Psalm.44.* Et aurea mala in lectis *cc* argenteis, sunt sensus spirituales in litera legis. *Proue.25.b.* Quum iungitur aurum & argentum, significare possunt sensus *dd* & verba : vt *Gen. 13.a.* Abraham diues erat in possessione auri & argenti.

r *Ru.1.s.Apo. Or.s.Nu.h.26* u *Am. de parad.1. Phil. 1. alleg. Au.1.de Gen cõt. Mani.10. Ori.s.can.h.2.* x *Hie.s.Is.60 & s.Ier. 10.* y *Ar.s.ps.67. Am.s.1.Co.3.* z *Hie.s.ps.71* aa *Or.s.Ezec. ho. 6. & sup. Mat.ho.25. Hie. de veste. sace.& s.Eze. 7.22. Eu.q.in.Ps.* bb *Ba.& Hi. s.Psa.44. Gre.s.1.Re.15* cc *Be.s.Pr.25* dd *A.2.de Abraham. c. 5.*

Sapientes. Sapientia. Doctrina cælestis.

Aurum itidem significat *ee* sapientes,& ipsam sapientiam,& doctrinam cælestem. Et aurei torrentes,sunt doctrinæ cælestis affluentia. *Gen.24.d.41.e.Exo.11.a.25.a.28.b.37.a.39.a.Ios.6.c.Iob.3.c.22.d.28.a.Psa.44. 6. Eccle. 14.a.28.d.45.b.41.d.Is.13.e.Thren.4.a.Ezech.28.b.Zac.14.c.Apoc.3.c.*Et aurum Christo offerimus, *ff* si in conspectu illius claritate supernæ sapientiæ resplendemus. *Matth.2. b.* Et aurum in arca testamenti exterius & interius,*gg* vitæ splendorem & sapientiam designat. *Exod. 25.a.* Et auri pallor in posterioribus dorsi columbæ , designat sapientiæ fulgorem habendum in fælicitate.*Psal.67.*

ee *Gre. 4.mo. 35.& 18.mo 14.& 16.m.9 Au.q.105.in*

Nouum testamentum. Sententia noui testamenti.

Aurum interdum est *hh* nouum testamentum. *Cant.5.e.*Et aurum verum dicuntur,*ii* quæ ad nouum testamentum pertinent : similitudines verò auri sunt figuræ veteris testamenti. *Cant.1.c. Psa. 104.* Et demum omnes *kk* sententiæ sacræ scripturæ,auri nomine significari possunt. *Ioel. 3. b.* Aurea Cherubin plenitudinem scientiæ significant,quæ continetur in vtroque testamento. *Exod.25.b.31.b.*

Apostoli. Martyres. Virgines. Perfecti. Sapientes ex gentibus. Gentiles venientes ad fidem.

Aurum Arabiæ *ll* optimum , significare potest Apostolos, Martyres,& Virgines, & omnes qui purgantur tribulationibus,& probantur quasi aurum in igne : & demum omnes perfecti in Ecclesia , cuius glebæ dicuntur *mm* aurum. Item sapientia vel sapientes gentium,qui ad fidem venerunt:qui sunt *nn* aurum,quod venit ab Aquilone. *Psa.71.Iob.23.c.28.a.37.d.2.Reg.8.b.3. Reg.10.d.1.Par.9.c.Num.31.d. Prou.17.a.27.c.Sap.3.b. Zac.14.c. Mal.3.a.1. Mach.4.c.1.Petr.1.b.*

Mens.

Aurum,seu aureum vas,designare potest *oo* mentem bene cẽsatam,aut cor,quod principatum obtinet in anima, & ipsam animam fidelem,& puram conscientiam,& intelligentiã diuinitatis,& optimos quosque in Ecclesia,qui

Exo.Hie.Za.14.ff Gr.ho.10.gg Bed.s.Exo.25.Ber.de dili. Deo.Ric.de S.Vi.2.de arca myst.10. hh Ori.s. Ca.h.4.ii Ar.s. p.104.kk Hie.s.Ioe.3.ll Ar.s.ps.71.mm Hie. Iob.37.nn Au.ps.71. Gr.18.mo. 10.& 27.mo. 26.oo Ambr.su.2. Tim.2. Au.s.Ap.l.3.Cyr.3.s. Io.34.Bed.s.Ex.12.

Digitized by Google

sunt aurum tabernaculi:& animas ipsas cum corporibus.*Gen.*13.*a.Ex.*12.*e.*16.*g.*35.*c.*4.*Reg.*25.*d.*1.*Par.*9.*e.Iob.*37.*d.Psal.*67.*Eccl.*28.*d.*50.*c.Thren.*4.*a.Apoc.*3.*d.* 5. *c.* Aurea capita columnarum designare possunt mentes præsentia diuinæ visionis illustratas.*Exo.*26.*f.*36.*d.*Et aurea vitta est *a* anima humana.*Eccle.*12.*c.*

Aurea etiam vasa ab Ægyptiis mutuata.*Exod.*12.*e.* sunt *b* doctrinæ gentilium non inutiles, quibus vti possumus in obsequium Theologiæ.

Aurum dici potest ingenium.Et illi aurum robur suum non deputant,*c* qui quantolibet ingenio fulgeant,nihil se esse ex suis viribus pensant.*Iob.*31.*c.Num.*31.*g.*1.*Par.*26.*b.*Aurum de Ophir allatum ad Salomonem, *d* ingenia Philosophorum venientium ad fidem.3.*Reg.*9.*d.*

Aurum obscuratum, *e* est vita prælatorum & sacerdotum quondam per gloriam virtutum clara,quæ postmodum per actiones infimas ostenditur reproba.*Thren.*4.*a.*

Aurum obrizum, *f* sunt Angeli claritate iustitiæ fulgentes:qui nullum habuerunt vnquam contagium culpæ. *Iob.*28.*b.*Sancti verò in hac vita sunt aurum,sed non obrizum.Deauratæ columnæ tabernaculi, designare possunt etiam Angelos gratia summæ claritatis illustratos.*Exo.*26.*f.*36.*d.*Eosdem designabunt aureæ columnæ. *Eccl.*26.*d.* Cùm autem essent columnæ intus lignæ,foris autem auro fulgentes:significare possunt eos,qui in omnibus operibus suis,quærunt gloriam Dei.

Aureum totum candelabrum, & vasa eius *g* significant Christum, & eius membra. Erat autem aurum purissimum,quia Christus est sine peccato.*Exod.*25.*c.*37.*c.*3.*Reg.*7.*g.*1.*Par.*28.*c.Zach.*4.*a.*

Significat etiam *h* legem naturalem continentem scientiam.

Significat præterea *i* legem, & sacram scripturam.*Zach.*4.*a.*

Auro texuntur colores vestium sacerdotis,*k* vt notetur vitalem calorem,& diuini sensus prouidentiam, omnia penetrare.

Aurum oblatum Christo,potest significare *l* futurum iudicium,per Christum regem faciendum.*Ma.*2.*b.*

Aurea corona arcæ,& etiam mensæ,& altari,significare potest *m* perfectionem,aut spem præmiorum.*Exod.*25.*a.*37.*a.Eccl.*45.*b.*1.*Mach.*4.*g.*2.*Mach.*14.*a.*Idem potest designare aureola corona.*Exo.*25.*a.*37.*d.*

Aureæ bases,timorem *n* domini, qui initium est sapientiæ, significare possunt. Item sapientiam in Prophetis. *Cant.*5.*d.*

Aurea emunctoria candelabri dici possunt *o* sapientiæ verba:& vasa ibi emuncta recipiuntur, sunt spiritualia corda.*Exod.*25.*c.*37.*c.*3.*Reg.*7.*a.*

Aurei circuli cortinarum tabernaculi,significare possunt perpetuam claritatem æternæ quietis.*Exo.*26.*d.*Aurei etiam circuli tabularum tabernaculi, sunt puritas & munditia Sanctorum: & corona æternæ beatitudinis.*Exod.* 29.*f.*36.*d.Iob.*28.*c.*Non adæquabitur ei aurum.

Aurei circuli in auribus,*p* sunt sacri intellectus in mente.*Exe.*16.*d.*Et aureæ inaures, *q* perfectam obedientiam & operationem significant:vel obedientiam cum claritate.*Gen.*24.*c.*32.*a.Iob.*42.*c.Prou.*25.*b.*

Aurea mensa templi vel tabernaculi.Et aureum labium mensæ,vide Mensa.

Aurum arcæ,designare potest virginitatem Mariæ & omnia,quæ erant regia in Christo, tam ex parte deitatis, quàm ex parte humanitatis.*Exod.*37.*a.Hebr.*9.*a.*Deauramus etiam arcam,*r* quandocunque rerum sensibilium causam,& effectum, vtilitatem, & rationem conseruamus. Constat ergo arcæ nostræ deauratio in contemplando rationem diuinorum operum,iudiciorum, sacramentorum, & humanarum nihilominus actionum, vel institutionum.

Aureus vestitus,seu deauratus reginæ. *Psal.*44. est *s* decor & honor corporis virginalis, vt enim omnis metalli species auro inferior est,ita omnis alia pudicitia decori virgineo comparari non potest.1.*Mac.*5.*a.*

Inaurati vectes altaris,designat *t* intentionem iustorum tendentem in cælum.*Exod.*30.*a.*

Aurea lamina in fronte pontificis *u* prouidentiam diuinam significare potest.*Exod.*28.*f.*

Aurum aliquando gerit typum *x* elementi ignis propter colorem & eminentiam,quam habet supra cætera metalla.*Cant.*5.*d.*

Aurum,quo intexti erant colores, aut colorata in veste pontificis, designat *y* vitale vinculum, quo elementa connectuntur in rebus compositis.

Aureus anus designat *z* dolorem de turpitudine peccati, per quem ad splendorem iustitiæ deuenitur:aut commutationem turpis vitæ,in splendorem supernæ vitæ.1.*Reg.*6.*a.*Iuxta hoc dicitur. *Rom.*6.*d.*Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem:ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.Et rursus:Quem fructum habuistis in his,in quibus nunc erubescitis?

Aureum caput statuæ.*Dan.*2.*e.*designabat *aa* regem Babylonis:vel designat deuotam intentionem, & feruorem cælestis desiderij.Vel in malum designat arrogantiam,quæ cæteros despicit.

Aurum ignitum significare potest *bb* martyrium.*Apoc.*3.*d.*

Aureæ murenulæ.*Cantic.*2.*c.*vel similitudines auri,erant in veteri lege: *cc* in qua nondum erat dedicata virginitas.

Aureum monile.*Iere.*4.*g.*significare *dd* potest meditationem sensus & intelligentiæ spiritualis. Et contemplationem.*Iob.*28.*a.Psalm.*67.*Eccle.*45.*b.*1.*Cor.*3.*c.*

Aurum templi.*Matth.*23.*b.*significare potest *ee* laudes Dei,& preces,quæ sanctificantur per Christum.

Aurum quandoque significare potest dona Spiritus sancti:*ff* aut alia Dei dona, siue naturalia,siue gratuita,de quibus superbientes faciunt sibi idola.*Hose.*8.*a.*

Aurum significare potest *gg* prosperitatem,aut gloriam temporalem.*Iob.*31.*c.*Si putaui aurum robur meum. Et *Iere.*51.*a.*dicitur aureus calix: quia dum visum exterioris pulchritudinis ostendit, sensum internæ rectitudinis subtrahit.Sic sumi potest.*Gen.*2.*b.Pro.*8.*b.*16.*c.Sapie.*7.*a.Eccl.*6.*b.*8.*a.*31.*a.Baru.*3.*b.Ezec.* 7. *e.* Aurum autem & cætera metalla,*hh* designant thesauros defectibiles,& contemnendos, concessus tamen ad nostros vsus, dum in hac fœculenta terra peregrinamur, & vt per ipsos acquiramus cælestes. Nitor gloriæ temporalis, dum pulchra esse temporalia ostentat,stultas mentes in sui concupiscentiam inebriat:vt speciosa temporalia apperant, & inuisibilia pulchra contemnant. Idem designat aurea fibula, quam misit Alexander rex Ionathæ pontifici. 1. *Mach.* 10.*g.*

Aureus vitulus significat *ii* ipsos idololatras,speciem habentes sapientiæ:vel designat sapientiam mundanam, quam etiam significant aurei Dij,& aurea statua:quæ etiam significat dogma hæreticum, eloquentia seculari refulgens.*Exod.*20.*d.*32.*a.*3. *Reg.*12.*g.Isa.*30.*c.*31.*d.*40. *e.*46.*b.Iere.*10.*b. Baruch.*1.*a.Eze.*7.*e.*27.*e.Dan.*3.*a.Ozee.*2.*b.*8. *Haba.*2.*d.Zach.* 9. *a.*

Aureus calix Babylonis, sunt *kk* scripturæ eloquentes Poetarum erroribus permixtæ.*Iere.* 51.*a.Ester.*1.*b.*Et aurum *ll* est sapientia secularis. *Isa.*13.*d.*Et aurea regula Hiericho,designat *mm* falsa dogmata philosophorum cum eloquentia.*Ios.*7.*d.*Et aurum Tharsis,sunt contorti syllogismi hæreticorum & philosophorum. 3.*Reg.*10.*d.*Et aurum Tyri *nn* inanis sapientia philosophorum.*Zach.*9.*a. Matth.*10. *a.* Idem est *oo* aureus ornatus meretricis. *Apoc.* 17.*a.* Qui etiam significat *pp* hypocrysim. Hoc auro deaurata est ciuitas magna Babylonis *Apoc.* 18.*e.* Et hoc aurum est in ornatu regis Tyri,hoc est,Luciferi,qui se transfigurat in angelum lucis. *Ezech.*18. *b.* Idem significare possunt aureæ pharetræ seruorum Adarazer.1.*Para.*18.*b.*2.*Regum.*8.*b.*Et aurea arma & scuta.1.*Mach.*6.*c.* 2.*Mach.* 3. *e.*

Aurea Tintinnabula in veste Aaron. *Exod.*29.*f.*39.*d.Eccl.*2.*e.*5.*a.*11.*b.*45.*b.*Vide Tintinnabulum.

Aureæ laminæ & bracteæ vectium & tabularum tabernaculi.*Exod.*36.*f.*39.Vide Lamina.

Aurea virga regis Assueri.*Ester.*4.*c.*5.*a.*vide Baculus.

Aurei mures,quære Mures.

Aurea thuribula.3.*Regum.*7.*g.Hebræ.*9.*a.*vide Thuribulum.

Aurea rostra.*Zach* 4.*d* vide Rostrum.

Aureum altare templi Salomonis.3.*Reg.*7.*g.*vide altare.

a *Hie.s.Ec.*12
b *Bed.s.Exo.*12.*Gre.Nisse. de vita Mos.*
c *Gr.*22.*m.*4.
d *Ru.*3.*s.*R.31.
e *Gre.ho.*17.
f *Gre.*18.*mo.*29. *Dio cele. hierar.*15.
g *Gre.s.Ez.h.*6.
h *Or.s.Cã.h.*2
i *Hi.s.Zac.*4.
k *Hie.de vest. sacer.*
l *Am.s. Mat. Cant.*2.
m *Glo.ord.su. Exo.*25.
n *Amb.s.psa.*118.*ser.*5. *Gr.s.Can.*5.
o *Glo. int. s. Exod.*25.
p *Ori.s.Ezec. hom.*6.
q *Gr.*35.*mo.*12.*Bed.s.Pro.*25.
r *Am.ser.*80. *Cyril.* 4. *sup. Ioan.*18. *Ricar. de Sa. Vict.*2. *de arca myst.*7.
s *Gregor. sup.* 1.*Reg.*15. *Hie. ad Principiam.*
t *Glo.inter.su. Exod.*30.
u *Hi.de vest. sacer.*
x *Am.de Virgin.*3.
y *Ge.Ven.Cã.* 2.*to.*3.*ca.*5.
z *Gre.sup.* 1. *Re.*6.
aa *Rica.de S. Vict. de somn. Nabu.*25.26.
bb *Au.s.Apo. hom.*3.
cc *Hier. adu. Iouin.*
dd *Hie.s.Ie.*4.
ee *Au.q. in Euang.*34.
ff *Geo.Vene. Can.*1.*tom.*7. *cap.*6.
gg *Grego.*22. *mor.*1.*&* 34. *mor.*7.
hh *Geo.Vene. Can.* 2. *to.* 7. *cap.*22.
ii *Hil.s.If.*30 *& s.Da.*3.*& s.Zach.*9.
kk *Orig.s.Iere.ho.*3.
ll *Hie.Isa.*10. *&* 13.
mm *Orig. s. Iosu.hom.*7.
nn *Hie.s.Za.* 9.
oo *Au.s. Ap. ho.*14.
pp *Rup.*10.*s. Apoc.*

Conscientia pura.
Intelligentia diuinitatis.
Optimi in Ecclesia.
Anima cum corporibus.
Doctrinæ gentilium nõ inutiles.
Ingenium.
Vita prælatorum.
Angeli.
Quarentes gloriam Dei.
Christus & eius membra.
Lex naturalis
Sacra scriptura.
Futurum iudicium.
Perfectio.
Spes præmiorum.
Timor Domini.
Sapientia in prophetis.
Verbi sapientia.
Corda spiritualia.
Claritas æterna quietis.
Beatus.
Perfecta obedientia.
Virginitas Mariæ.
Decor corporis virginalis.
Intentio iustorum.
Prouidentia diuina.
Ignis.
Vitale vinculum elementorum.
Dolor peccati.
Intentio donata.
Arrogantia.
Martyrium.
Meditatio spiritualium.
Contemplatio.
Laudes Dei.
Dona Spiritus sancti.
Prosperitas & gloria temporalis.
Auaritia.
Idololatra.
Sapientia mũdana.
Dogma hæreticum.
Scriptura prophetarum.
Falsa dogmata philosophorum & hæreticorum.
Hypocrysis.

Digitized by Google

Aurea scuta templi. 3. *Reg.* 14. *g.* vide Clypeus.
Aureæ phialæ. 1. *Par.* 4. *c.* vide calix.
Aureum scabellum solij Salomonis. 2. *Par.* 9. *c.* vide Scabellum.

Aurifex.

Hæreticum. AVrifex, est artifex, qui operatur in auri materia. *Sap.* 15. *b. Isa.* 40. *c.* 46. *b.* Significare potest hæreticum, qui cum verborum & sententiarum nitore erroneos fabricat sensus.

Aurichalcum.

Ecclesia. Humanitas Christi. AVrichalcum est metallum ex auro & ære permixtum. 3. *Regum.* 1. *g. Eccl.* 47. *c. Apoc.* 1. *c.* quum ex ære multo igne ac medicamine ad auri colorem perducatur, designat *a* Ecclesiam, quæ per tribulationes & passiones purior, & illustrior redditur. Designat etiam *b* humanitatem Christi: quæ per multas tribulationes perducta est ad gloriam diuinitatis. Cæterum. *Apoc.* 1. *c.* Græcè dicitur χαλκολιβάνω dictione composita ex ære & thure, seu nomine montis Libani.

a *Au. s. Apoc. hom.* 1.
b *Ru.* 1. *s. Ap. Aretas. s. Apoc.* 1.

Auscultare, quare Audire.
Auster, vide Aphrica.
Austerus, Austeritas, quare Acerbus.
Autumnus.

Tempus remunerationis. AVtumnus est *c* quarta pars anni, sequens æstatem: quo tempore colliguntur fructus seruandi in annum, & vindemia. *Isa.* 28. *a. Mich.* 7. *a. Iudæ. c.* Sumitur pro tempore, quo colligendus est fructus bonorum operum, quandò videlicet sunt remuneranda: quæ si quis antea colligere velit, quærens hic mercedem, vt immatura perdet.

c *Hie. s. Is.* 28.

Aunculus.

Aunculus, est frater matris: vt erat Laban Iacob. *Gen.* 18. *a. Leu.* 20. *c.*

Auus, Auia.

AVus dicitur pater patris, aut matris: & auia eorum mater. *Gen.* 28. *a.* Interdum autem aui dicuntur maiores, licèt longè distent à nepotibus.

Aui Pharaonis. *Exod.* 10. *b.* Antecessores.

Auxiliari, Auxilium, quare Adiuuare.

Axa.

Scientia de Deo. AXa, id est, composita vel adornata, aut lasciuiens, siue confractio, vel diruptio velaminis: filia Caleb, vxor Othoniel. *Ios.* 15. *d. Iud.* 1. *c.* Vt interpretatur composita vel adornata, typus est *d* scientiæ, quæ de Deo habetur: quæ dicitur filia Caleb, id est legis spiritalis: estque vxor Othoniel, hoc est, habentis ipsam scientiam, & venientis ex Gentibus.

d *Or. s. Ios. ho.* 20.

Anima. Significat etiam animam, *e* quæ sedet super asinam, quum regit irrationabilis motus: & datur ei irriguum superius & inferius, hoc est, duplices lacrymæ.

e *Gr.* 3. *dialo.* 34.

Ecclesia. Vel interpretatur *f* medicamentum: & designat nouam Ecclesiam, quæ iungitur Christo: & accipit irriguum superius & inferius, id est, gratiam baptismi, & cæleste desiderium.

f *Ru. s. Iud.* 2.

Axis.

Gentiles. Hæresiarchæ. AXis, est illud lignum, aut ferrum, super quod voluitur rota. 3. *Reg.* 7. *e. Eccles.* 33. *a.* Vbi præcordia fatui comparantur axi *g* propter instabilitatem.

g *Glo. or. sup. Eccle.* 33.

Azael.

AZael, siue Hazael, id est, videns Deum, vel factura Dei: licèt tunc aliter scribatur: vnctus est in regem Syriæ priusquàm Iehu vngeretur in regem Israel. 3. *Reg.* 19. *e.* Typus est Gentilis populi qui prælatus est Iudaïco. Vel est imago Dei, quæ obdurato Israële, est per fidem Christi Gentibus restituta. Is pluries percussit filios Israel: & designat *h* hæresiarchas, qui se dicunt Dei visionem habere. 4. *Reg.* 8. *c. Amos* 1. *b.*

h *Hi. s. Am.* 1.

Azarias.

AZarias, id est, auxilium Domini, siue atrium Domini: fuerunt multi huius nominis: vt Azarias, filius Amasiæ, rex Iuda. 4. *Regum.* 14. *e.* Et Azarias pontifex. 1. *Part.* 9. *b.* Sic etiam dictus est Raphael angelus. *Tobi.* 5. *c.*

Azor.

AZOR, id est, adiutor, vel accinctus, filius Eliacim. *Matth.* 1. *b.*

Azotus.

Gentilitas. Iudæi. Seruientes libidini. AZotus, id est, deprædatio, siue ignis dilecti, aut ignis patrui, seu ignis vberis siue generationis: ciuitas Palestinorum in tribu Iudæ: typum gerit *i* Gentilitatis, ad quam allata fuit arca Dei, hoc est, lex Christi. Et Azotij sunt Gentiles ad fidem conuersi. Sed qui nolebant arcam Dei apud se manere, sunt permanentes in infidelitate. *Ios.* 11. *d.* 15. *f.* 1. *Reg.* 5. *a.* 2. *Par.* 26. *a. Nee.* 13. *d. Isa.* 28. *a. Amos* 1. *b. Soph.* 2. *a. Zach.* 9. *b.* 1. *Mach.* 5. *g.* 9. *b.* 10. *g.* 11. *a.* 14. *Actor.* 8. *g.* Designat etiam Iudæos ardentes igne inuidiæ.

i *Gre. s.* 1. *Re.* 3.

Azotus vt interpretatur ignis generationis, designat eos, *k* qui generationi & libidini seruiunt: quos expugnat dux regis Assyriorum, hoc est, *l* minister diaboli per voluptates. *Isa.* 20. *a.*

k *Ru. s. Amo.* 1.
l *Hie. s. Is.* 40.

Hæreses. Designat etiam *m* hæreses, quæ promittunt generationem. *Amos* 1. *c.*

m *Hi. s. Am.* 1

Azur.

Auxilium Dei. AZur, id est, pulchrum, siue adiutorium, pater Iezoniæ. *Ezech.* 11. *a.* typus est *n* sustentationis, & auxilij Dei, quod habet is, qui diuinis obtemperat præceptis.

n *Hie. s. Ez.* 11.

Azymus.

Vitæ puræ. AZymus panis dicitur, qui fit ex farina & simplici aqua absque fermento: designare potest *o* vitam puram ab omni labe & corruptione peccati. *Gen.* 19. *a. Exod.* 12. *b.* 13. *a. Leui.* 8. *a.* 23. *a. Num.* 6. *c.* 28. *c. Deut.* 16. *b. Iudi.* 6. *d.* 1. *Reg.* 28. *d.* 4. *Reg.* 23. *c. Ezech.* 45. *c.* 1. *Cor.* 5. *c.* Et panes sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione inanis gloriæ exercet.

o *Ori. su. Nu. ho.* 23. *Is. s. Leu.* 23. *Gre. ho.* 22. *Bed. s. Exo.* 12. *Gre. Nyss. de vita Mosis. Am. s.* 1. *Co.* 5

Sapientia diuina. Azyma in vnctione sacerdotum. *Leui.* 8. *a.* designant diuinam sapientiam & doctrinam Christi, qua in ipso renouamur.

Doctrina Christi. Azyma etiam, seu azymi panes, & lagana, designare possunt *p* nouitatem vitæ: & synceram fidem: & catholicam doctrinam sine fermento scientiæ secularis, & doctrinæ hæreticorum. 1. *Corinth.* 5. *c. Exod.* 29. *a. Leuit.* 2. *b.* 7. *b.* 8. *b.*

Nouitas vitæ. Syncera fides. Catholica doctrina.

Azymus panis etiam est, *q* qui non inflatè, nec superbè sapit, nec se bonum reputat.

Humiles.

Azymorum solemnitas typum gerit *r* æternæ fœlicitatis, in qua nihil impurum, aut corruptum habet locum. *Exod.* 23. *b.* 34. *c. Nu.* 28. *c.* 2. *Par.* 8. *c.* 30. *d. Eze.* 45. *g. Matth.* 26. *c. Mar.* 24. *a. Luc.* 22. *a. Acto.* 12. *a.*

Fœlicitas.

Azyma, quæ coxit Loth angelis. *Gen.* 19. *a.* *s* vltimam cænam Christi designarunt.

Cœna Christi.

p *Amb. sup.* 1. *Cor.* 5. *Chrys. in Iob. & Abra. Isy.* 1. *Leu.* 2.
q *Climacus gra.* 14.
r *Hi. s. Ex.* 45
s *Ru. s. Ge.* 19.

Baal.

Errores hæreticorum. BAAL, id est, *t* idolum, aut dominans, vel subiiciens, aut possidens nomen idoli. Est etiam nomen aliquorum hominum. In plurali dicitur Baalaim, & interpretatur iuxtà Hieronimum, in sublimioribus. De eo fit mentio in multis locis, vt *Nume.* 22. *g. Iudi.* 2. *b.* 3. *a.* 6. *c.* 8. *g.* 1. *Reg.* 7. *a.* 3. *Reg.* 16. *g.* 18. *c.* 19. *d.* 12. *g.* 4. *Reg.* 3. *a.* 17. *c.* 2. *Par.* 17. *a.* 23. *d.* 24. *b.* 28. *a.* 34. *a. Ierem.* 2. *b.* 7. *b.* 9. *d.* 11. *c.* 12. *d.* 19. *b.* 23. *c.* 32. *f. Hose.* 2. *b.* 10. *d.* 11. *a.* 13. *a. Soph.* 1. *a.* Videtur esse iuxta Augustinum *u* nomen Iouis, qui lingua Punica dicitur Baalsamen, id est, dominus cæli. Erat idolum Sydoniorum: & designare potest errores hæreticorum. Dicitur etiam Baalberith, id est, idolum fœderis. *Iudi.* 9. *a.*

t *Hie. s. Ge.* 9. *& s. Soph.* 1.
u *Augu. q. in Iud.* 16.

Baalgad.

BAalgad, est planities ad radices Libani, & Hermon, pertinens ad tribum Manasse. *Iosu.* 11. *c.* 12. *e.* 13. *a.* Dicitur etiam Baal Hermon. 1. *Par.* 5. *c.*

Digitized by Google

Baalpharasim.

BAalpharasim,id est,idolum diuisionum:nomen loci.1.*Regum.*5.*d.*1.*Paralip.*14.*b.* Vel potius dicitur planities seu campus diuisionum:quod nomen impositum est à Dauid:quia ibi dispersi sunt eius hostes.

Baasa.

BAasa,id est,in factura,siue in tinea,aut in compressione,vel scrutationem tollens:nomen regis Israël. 3.*Reg.* 15.*c.*16.*a.*4.*Reg.*9.*b.*2.*Par.*16.*a.Ierem.*41.*b.*

Babylon.

BAbylon Hebraicè dicitur Babel,id est,confusio,siue commistio:ciuitas prima regni Assyriorum,& Chaldæorum,in qua regnauit Nemroth.

Babylon solet esse typus *a* huius mundi, qui plenus est confusione:& secundum quod fuit ciuitas insignis , & caput imperij,designat gloriam huius mundi.*Gen.*10.*b.*11.*b.*4.*Reg.*17.*d.*20.*c.*25.*b.*1.*Par.*9.*a.*2.*Par.*33.*b.*1.*Esdr.*2. *a.*6.*a.*7.*a.Is.*13.*a.*14.*f.*21.*b.*39.*a.*43.*b.*47.*a.*48.*c.Ierem.*10.*b.*34.*a.*40.*a.*51.*a.Dan.* 4.*f.*5.*b.*14.*f.Mich.*4.*c. Zach.*2.*c.*6. *d.Matth.*1.*b.Apo.*14.*b.*16.*d.*17.*b.*18.*a.* Potest etiam designare societatem iniquorum : & ipsi mundani dicuntur Babylonij.Potest etiam designari per Babylonem,aut Babylonios congregatio hæreticorum,

Mundus. Societas iniquorum.

Mundani. Congregatio hæreticorum.

Babylon etiam significare potest *b* Gentilitatem,in superbiæ confusionem.*Psal.*86.*Ierem.*5.*a.*

Gentilitas.

Babylon præterea dicitur *c* anima in confusione peccati existens:aut ipse status peccati.Quando enim anima confunditur,quando turbatur,quando pace deserta,bella sustinet passionum,quando tumultus militiæ circa eam fremit,tunc est in Babylone.*Psal.*136.*Iere.*50.*a.*51.*a.Exe.*17.*d.Mich.*4.*c.*

Anima peccatrix.

Babylon tenens captiuum populum Israël septuaginta annis,designat *d* carnem tenentem animam captiuam: cum qua tamen paulatim mitius agit & expeditius anima operatur & intelligit,donec expleto vitæ curriculo à vinculis corporis absoluatur.

Status peccati.

Caro.

Babylon designare etiam potest *e* humilitatem fictam , vnde aliquis gloriatur sicut Nabuchodonosor. *Daniel.*4.*f.*

Humilitas ficta.

Item *f* Roma sub typo Babylonis nominatur.1.*Pet.*5.*d.Apoc.*16.*d.*18.*a.*

Roma.

Baculus,Virga,Paxillus,Sceptrum.

BAculus , aut virga ex ramo arboris fieri solet:præbetque itinerantibus solatium , & imbecillibus sustentaculum : & est baculus rectus & curuus:deseruit etiam ad percutiendum , & aptior est arundine ad sustentandum. Sceptrũ autem dicitur virga regum.Baculus autẽ panis ponitur ponitur pro victu.*Leui.*26.*d.Exech.*4.*d.*5.*d.*

Virgæ,quas ponebat Iacob in canalibus, *g* mysterium Trinitatis significare possunt. *Gen.*3.*f.* Ponuntur autem in canalibus,quia in nomine Trinitatis confertur baptisma.

Mysterium Trinitatis.

Virga Mosis diuinam *h* virtutem significat,qua proiecta in terram,non operatur quis , nisi fauore colubri,qui præstigiorum autor facillimè pro virga subintrat , fauens ad præstigia , quum ad vera miracula conuenire nequeat:ad quorum præstigiorum exitum,qui semper malus est, aspicere debet sapiens , vt illa & eorum autorem contemnens,Deo vero operatori adhæreat. Ideo iussum fuit Moysi , vt apprehenderet caudam, id est, ad finem attenderet,& exitum venenatorum,& letalium præstigiorum,& ipsa fugans,soli Deo inniteretur:quæ etiam virga diuinæ virtutis proiecta coram Pharaone,serpens visa fuit , maximè ipsi,& suis sapientibus assuetis magicis artibus:quia omnia sua præstigia virtute antiqui serpentis perpetrabant.Hinc opinantes virtutem Mosi præstitam ab ipso antiquo serpente processisse,opposuerunt ex aduerso vires,quas verè à serpente malo acceperant,& versæ sunt in serpentes.Sed virga Mosis,id est,vera diuina virtus,quamuis serpens videretur,virgas illas & virtutes necromanticas deuorauit:vt indicaretur quod virga,id est, virtute diuina, quæ omnem vim dæmoniacam superat,miracula in Ægypto,mari rubro,& deserto profecerit. Est etiam virga in manu Mosis *i* potestas diuinitatis in Christo:quæ in serpentem versa est, quum Verbum caro factum est:vel *k* quum Christus in mortem transiuit.Rursus versa est in virgam,quum resurrexit.Deuorat autem alias virgas vel dracones, quia dispersit omnes fallacias diaboli.*Exod.*4.*a.d.*7.*b.*8.*d.*14.*d.*17.*c.*Virga etiam dicitur Christus,quum castigat. *Isa.*11.*a. Num.*24. *c.* Et ipsa est virga vigilans.*Iere.*1.*c.*Et virga quæ consolatur etiam castigando.*Psa.*22.73. Et virga virtutis,est corpus *l* Christi.*Psal.*109.Et virga Aaron cum floribus,frondibus,& fructu.*Num.*17.*c.*typus est Christi:& in virga *m* intelligitur eius potentia,in flore fragrantia,in fructu saporis eius dulcedo , in frondibus sedula eius protectio: sub cuius vmbra est miseris refugium.Designat etiam corpus Christi suscitatum, reliquis hominibus remanentibus aridis.Paxillus etiam in loco fideli,*n* est Christus in Ecclesia.*Isa.*22.*g.*

Mysterium Trinitatis. Diuina virtus.

Potestas diuinitatis in Christo. Christus. Corpus Christi.

Virga etiam in manu Moysis,designat imperium Christi. Estque virga *o* directiua,correctiua,consolatiua,& destructiua.*Psal.*2.22.44.88.109.117.119.*Num.*20.*b.Ester.*4.*c.*5.*a.Hebr.*1.*c.*11.*d.*Et virga pædagogi *p* est disciplinæ,imperij,& potestatis Christi.*Isa.*11.*a.*Reprehensio autem & increpatio, sunt quidam ictus animæ. *Prou.*23.*b.* Virga Ioseph,cuius summitatem adorasse dicitur Iacob, *q* regni potestatisque fastigium designat , in quo Christus intelligitur adoratus,qui futurus erat regni Hebræorum caput.*Gen.*48.*c.*Iuxta Septuaginta.*Hebr.*11.*d.*

Imperiũ Christi.

Baculus,qui est ad sustentandos imbecilles, & ad peragendum iter huius vitæ , *r* passionem & crucem Christi significare potest.*Exo.*7.*b.*12.*b.Psalm.*22. Et versa est crux in serpentem, quia cùm esset stultitia, versa est in sapientiam:& stultam fecit Deus sapientiam huius mundi : atque ita deuorauit serpentes magorum. Eandem designauit baculus Iacob,cum quo transiuit Iordanem.*Ge.*32.*c.*Cæterum virga Mosis & Iacob erecta erat tantummodo in altum, sed hæc Christi ad omnem partem extensa fuit, in longum, latum, sublime, atque profundum. Ideo non tantum ad liberandum vnicum populum Israëliticum præualuit,sed in totum humanum genus, & æreas poreſtates,hos debellans, & illos sustentans, vt nihil remanserit,in quod non præualuerit eius virtus.Et hæc crux visa fuit aliquando serpens salutaris:de quo dixit ipse Christus:Sicut Moses exaltauit serpentem in eremo, sic oportet exaltari Filium hominis,in cruce videlicet:vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et quamuis Christus horrorem senserit ex terrifica passione,& morte oblata, *s* nihilominus apprehendit caudam,id est,ad finem glorioſum aspiciens, iterum virga insignis apparuit:quæ iterum coluber visa fuit maleuolis dicentibus , In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Verùm ostendit virtutem illam diuinam,quæ deuorauit omnem vim diabolicam,probans dæmonem non à dæmone, sed à digito & virtute diuina eiici. Hac virga percussa est petra,hoc est,corpus Christi , vt fluerent aquæ sacramentorum. Percussa est autem bis,propter Iudæos,& Gentiles saluandos. *Num.*20.*b.* Eandem crucem designauit virga Aaron,quæ floruit in Gentibus mysterium Christi suscipientibus, *Num.*17. *d.* Et virga qua Gedeon excutiebat frumenta , est crux Christi, per quam boni separantur à malis. *Iud.*6.*b.* Idem est baculus Dauid, cum quo venit aduersus Goliath.1. *Reg.*17.*e.* Et baculus Iudæ in pignus datus Thamar, *t* est passio aut crux Christi.*Gen.*38.*d.*

Crux Christi.

Baculus Iacob, *u* potest etiam diuinum auxilium,& protectionem seruantem Christum in passione,& resurrectione designare.*Gen.*32.*e.*Vbi etiam ponitur in signum paupertatis.

Diuina protectio. Paupertas.

Baculus præterea designat *x* charitatem , cui innitendum est ad bene operandum & ambulandum in lege Domini. *Exod.* 21. *b. Psalm.* 22. Designat etiam fidem, quæ est substantia sperandarum rerum. Baculus autem Iudæ datus Thamar in pignus *y* significat spem , qua sustentamur , donec veniamus ad visionem. *Genes.* 38. *d. Exod.* 12.*b.*

Charitas. Fides. Spes.

Baculus,quem filij Israël manducantes phase in manibus habere debebant,parati ad itinerandum , significare potest *z* legem veterem,aut verbum legis, in qua illi debebant ambulare : quam etiam significabat virga Mosis. *Exod.*4.*a.*7.*b.*12.*b.*14.*d.*Item baculus Iacob.*Gen.*32.*c.*Et baculus Iudæ.*Gen.*38.*d.*Et baculus Eliszi, qui non potuit suscitare mortuum.4.*Reg.*4.*d.*Et virga ferrea,est vigor legis.*Psal.*2.22.1.*Corin.*4. *d.* Et virga Dei, *aa* est lex & telum,quo resistamus diabolo. *Iob.*9.*d.*

Lex vetus.

Baculus etiam in manibus, *bb* designare potest rectam rationem , quam sequi debent viatores huius vitæ. Vel est *cc* virtus præstita meliori homini à Deo,in cuius virtute omnia facimus.*Exod.*12.*b.*Hunc autem baculum tenere debemus,vt ipso percutiamus virtutem inimicam, & impedientem opera & iter nostrum:de qua Dominus: Ecce dedi vobis potestatem super omnem virtutem inimici.

Recta ratio.

Baculus panis, *dd* doctrinam sacram,& mysteria significare potest:quibus Deus animam sustentat. *Leui.*26.*d. Exod.*7.

Sacra doctrina.

a *Ori. s. Can. ho.*4.*& s.Ier. ho.*2. *Hie.s.Isa.*13. *Au. de chate. rudi.* 21. 86. *Cyr. de ador. in spum. Gre.*34.*m.*7. *Theo. Alexa.* 1.*pasc.*

b *Arn.s.ps.*86

c *Ori.s.Num. ho.*20.*& sup. Ier.ho.*23. *& s.Eze.h.*1,12. *Arn.s.ps.*136

d *Ge. Ve. Ca.* 1.*to.*7.*ca.*34.

e *Ric.de s. Vi. de secur. conscien.*40.

f *Glo.ord. s.*1. Pe.5.

g *Be.s.Ge.*30. *& de his Gr.* 21.*m.c.*1.

h *Geo.Ve.Ca.* 2.*to.*3.*ca.*4. *Am.s.ps.*118. *ser.*3.*& de offi* 14. *& de sacramen.*3. *Greg.Nyss. de vita Mosis. Bed.s.Exo.* 4. *Ori.s.Is. ho.*3. *Hie.s. Ierc.* 1. *Aug.s.ps.* 73. 109.

i *Au.*3.*de trinit.*10.

k *Gre.*14.*mo.* 29.

l *Am.ps.*109. *Cyr.de incarnat.vnig.* 14.

m *Bern.h.*2.*s. missus est.*

n *Hie.Isa.*22.

o *Bas.& Hil. s.ps.*44. *Hie. ad Prin.*

p *Cle.Alex.*1. *Pad.*79.

q *Cy.de incar. vnigen.*14. *Eu.q.ad Heb.*

r *Ar.s.psa.*22. *Amb.*5.*de sa.* 3.*Ori.s.Ex.h.* 4.*& s.Nu.ho.* 9. *Hie.s.Ez.* 19.*Aug.q. in Nu.*35.*& s. Is.s.*73.*& ser.* 80. *Bes.s. Exo.* 3. 7.17.

s *Ge.Ve.Can.* 2.*to.*31.*c.*14. *Aug.ser.*108. 191. *Cyr.*8.*s.Io.*17.

t *Bed.s.Ge.*38.

u *Bed.sup.Genes.*32.

x *Greg.Nysse. de vita Mosis.*

y *Rup.* 8.*sup. Gen.*30.

z *Or.s.Ex.h.*5 *Chr.s. ps.* 22. 93.

aa *Gr.*9.*mor.* 31. *Cassi. lib.* 1.*c.*9.

bb *Phi.de sacri. Cain. & Abel.*

cc *Geor. Ven.Cant.*2.*to.* 3.*cap.*19.

dd *Hie.s.Eze.*4.14.*Isy.s.Leu.*26.*Or.s.Exo.h.*9.*Isyc. Leui.*26.

Digitized by Google

Exo.7.b.1.Re.17.e.1. Par.11.c. Ezec.4.d.14.d. Et virga Aaron prius arida postea florens, doctrinam sacerdotalem designare potest,& seueritatem disciplinæ.*Num.17.Hebr.9.a.*

Ministri vindictæ Dei.
Vindicta Dei.

Baculus Dei,aut virga,dicuntur ij, *a* per quos Deus exercet vindictam. *Isa.10.b.f.14.g.30.g.* Et virga virorum percutit Deus,quando castigat ad correctionem, & non ad destructionem.*2. Regu.7.c.Iob. 9.a.21.b. Psal.44.88. Thren.3.a.Mich.5.a.7.c.* Et virga eius floret,quum appropinquat eius punitio in malos.*Eze.7.c.1. Cor.4.d.* Et baculus,aut virga,qua excutitur cyminum & panis,*b* est leuior punitio Dei. *Isa. 28. g. Ruth.2.d.* Virga autem correctionem declarat,quia ea fit percussio:baculus verò consolationem,quia sustentat. *Psalm.22.*Virga tua & baculus tuus,ipsa me consolata sunt, vt designetur correctioni miscendam esse consolationem. Virga autem cuius trãsitus est fundatus,æternam dicit punitionẽ.*Isa.30.g.*Et virga in dorso est *c* vindicta in posterioribus *Prou.10.b.*

Æterna punitio.
Iustitia.
Iustitia Christi.

Baculus rectus *d* iustitiam significare potest:ideo est sceptrum regibus: obliquus verò iniustitiam.Et baculus Iudæ significare potest iustitiam fidei. *Gen.28.d.Num.17.a.* Et virga aurea Assueri,rectitudinem iustitiæ Christi cum misericordia significare potest. *Ester.4.c.5.a.15.d.* Et virga ferrea est inflexibilis iustitia. *Ps.2.Apo.2.g.*Ideo dicitur virga directionis. *Ps.44.* Et virga Gedeonis, rectitudo est iudicii. *Iud.6.b.*

Rectitudo iudicij.

Baculus etiam *e* pastoralem curam designat,& ipsam correctionem:quia virga fit percussio,& correctio.*Exod. 12.b.Num.21.d.1.Re.14.c.17.c.Psa.2.22.44.88.Leu.27.d.Prou.10.b.13.d.22.c.23.b.26.a.29.e. Eccles.33.d.Ier.1.c.1. Cor.4.d.Apoc.2.g.12.b.*Sceptrum etiam sæpè ponitur pro regno, aut iudiciaria potestate:vt sceptrum de Iuda.*Gen. 49.b.* Interdum verò virga,est nimia correctio : vt percutiens seruum suum vel ancillam virga, vnde sequatur mors,fit criminis reus. *Exo.21.c.* Aliquando verò, est *f* correctio leuis : vt quum excutitur gith & cyminum baculo. *Is. 28. g.* Virgæ etiam solidæ vineæ factæ in sceptra dominantium, significant *g* fortitudinem imperii Iudæorum. *Ezech. 19.c.* Virga etiam Mosis,*h* est verbum directum regulis potestatis plenum,& insigne imperii. *Exo.7.b.*

Cura pastoralis.
Correctio.
Regnum aut iudiciaria potestas.
Exempla antiquorum patrum.

Virgæ,quas posuit Iacob in carnalibus. *Gen.30.f.*designare possunt *i* exempla antiquorum patrum,& testimonia legis,& Prophetarum,& agiographorum. Virgas enim virides amygdalinas,& ex platanis ante gregum oculos ponere,est Scripturæ factæ seriem,& antiquorum patrum vitas atque sententias, in exemplum populis præbere:quæ nimirum,quia iuxta rationis examen rectæ sunt, virgæ nominantur. Quibus ex parte corticem subtrahit,vt in his,quæ expoliantur,intimus candor appareat:& ex parte corticem seruat, vt sicut fuerant exterius, in viriditate permaneant:variusque virgarum color efficitur, dum cortex ex parte subtrahitur, ex parte retinetur. Ante considerationis nostræ oculos præcedentium patrum sententiæ, quasi virgæ variæ ponuntur.in quibus dum plerumque intellectum literæ sequimur,quasi corticem reseruamus:dúmque ab ipsis cortex literæ subducitur, allegoriæ candor interior demonstratur : & dum cortex relinquitur, exterioris intelligentiæ virentia exempla monstrantur.

Testimonia Scripturarũ.

Virginitas Mariæ, vel ipsa beata Maria.

Virga de radice Iesse virens,florens,ac solida,*k* virginitatem beatæ Mariæ, aut ipsam beatam Virginem significare potest:cuius flos est Christus. *Isa. 11.a.* Eandem potest significare virga Aaron, quæ floruit. *Numer.17.c.* Virgula etiam fumi,*l* est eius humilitas maximè accepta Deo. *Cant.3.c.*

Humilitas Mariæ.

Virga Aaron prius arida,postea florens,typus esse potest resurrectionis omnium.*Num.17.c.*

Resurrectio.

Designat etiam recenter baptizatos,*m* prius aridos,postea virtutibus florentes.

Recenter baptizati.

Virga eadem in arca fœderis,designare potest *n* potentiam regiminis in angelis,aut potentiam in Deo.Et virga angeli, qua tetigit sacrificium. *Iud.6.d.* Regis *o* ac Ducis insigne præfert:& quòd omnia rectè perficiant angeli:vel est potestas diuini adiutorij.

Potentia regiminis in angelis aut in Deo.

Virgæ Iacob,quæ ponuntur in aqua,designant *p* Ecclesiam vbique diffusam,quæ habet fontem baptismi,& ibi bibentes oues baptizatæ,& in Christum credentes, Christo concipiunt varietatem virtutum. *Gen. 30.f.* Eadem Ecclesia dicitur virgula fumi ex aromatibus. *Cant. 3.b.* Sancta enim ecclesia *q* sicut virgula fumi ex aromatibus ascendit:quia ex vitæ suæ virtutibus in interni quotidie incensi rectitudinem proficit,nec sparsa per cogitationes defluit:sed sese intra arcana cordis in rigoris virga constringit. Et quia odorem bonæ famæ, & subtilitatem mentis habere dicitur,rectè & virgula,& fumi dicitur. Virgula etiam, quia interdum in compunctionis ardore, tantæ subtilitatis est vis amoris, vt hanc nec ipse animus possit comprehendere, qui illuminatus meruit habere.

Ecclesia.

Paxilli tabernaculi significare possunt *r* Patriarchas & Prophetas Ecclesiam Dei sustentantes : erant ærei,quia sonabant,& non lucebant,propter obscuritatem sermonis. *Exod.27.35.38.c.* Possunt etiam *s* fidem significare,sine qua nec atrium nec tabernaculum stare potest. Paxillus etiam est spes.*Zach.10.b.*

Patriarchæ & Prophetæ.
Fides.
Spes.

Virgæ duæ,quas *Zach.11.b.*significant *t* vtrumque populum. Et virga, quæ dicitur decor,Zacharias assumpsit. est Gentilitas,quæ fuit decora in lege naturæ. Virga verò,quæ dicitur funiculus, est populus Israël, qui dicitur funiculus,& virga hæreditatis Dei,*u* quum est ex Ægypto liberatus,& in populum peculiarem acceptus. *Ps.73. Ie.10.c.*Vel prior virga,*x* est fœdus Dei cum genere humano:posterior verò cum populo Israël.

Vterque populus.
Fœdus Dei cum vtroque populo.

Paxillus in zona ferendus ad operienda egesta seu excrementa. *Deut.23.c.*designat *y* rationem paratam ad reprimendos illicitos motus appetitus, vel designat *z* compunctionem tegentem peccata. Est etiam virga carnis castigatio. *Exo.4.a.17.c.*

Ratio.
Compunctio.

Baculus interdum sumitur *aa* pro homine fragili,& qui nihil de se potest sine Deo : vt baculus non operatur, nisi quatenus ab alio mouetur *Isa.10.d.*quomodo si eleuetur virga contra eleuantẽ,exaltetur baculus:qui vtique ligni est. Designat etiam auxilium inane.*Ezech.29.b.* Pro eo quod fuisti baculus arundineus. Sic non fit paxillus ex ligno vitis Ezech.15.b.

Fundamentum contumeliæ.

Baculus contumeliæ,est fundamentum *bb* contumeliæ:cui innititur,& super quem requiescit contumelia:tale dicitur esse insipientis os. *Prou.10.a.*

Prosperitas mundana.

Baculus impiorum,dici potest *cc* mundi prosperitas,& potentia ad nocendum minoribus. *Exo.7.c.Psa.124.Nu. 22.e.Prou.14.a.22.b.Isa.14.b.Ier.48.c.Ezech.7.c.19.c.39.b.Hos.4.c.* Et virga malorum,quam conterit Deus : est *dd* eorum imperium in bonos, *Nah. 1.d.* Et virga exactoris, est tyrannus diaboli. *Isa. 9.a.* Designat etiam virga aliquando *ee* comminationes malorum:vt Assur percutit virga habitatorem Sion. *Isa. 10.f.*quum dæmones aut hæretici minantur fidelibus. Et virga percutiebant Iudæi iudicem Israël,hoc est,Christum, *Mich.5.a.*Cum fustibus venientes contra Iesum,designant errores contra veritatem insurgentes.*Matt.26.c.Luc.22.f.* Sceptra etiam Ægypti & Ascalon,& sceptrum impij,designant *ff* imperium diaboli,& hæresiarcharum. *Eccl.35.d. Amos.1.c. Hab.3. d. Zac.10.d.*

Potentia malorum in bonos.
Tyrannus diaboli & hæresiarcharum.

Baculus senectutis,consultationem & subsidium in senectute aut alio labore declarat.*Tob.5.d.10.b.*

Mina malorum.

Virgæ duæ magorum Pharaonis versæ in dracones, *Exo. 7.b.* designant duplicem mortem animæ videlicet, & corporis.

Consolatio.

Virga non ferẽda in via,est *gg* minima res necessaria prædicatoribus, quibus auditores debent omnia necessaria ministrare:& etiam præsidium humanum , quod non debent quærere prædicatores Dei præsidium habentes. Virga verò ferenda in via,est facultas data prædicatoribus vtendi rebus illorum,quos instruunt,*Matt.10.a.Marc. 6.a.Luc.9.a.*

Mors duplex.
Res minima necessaria.
Præsidium humanum.

Baculus seu lignum , quod interrogabant filij Israël *Hos. 4. c.* Est *hh* quoddam genus diuinationis & sortium, quod fiebat per virgas.Vnde Ezec.25.legimus quòd virgas miscuerit Nabuchodonosor contra Ammon , & Hierusalem. Dicitur autem Græcè ῥαβδομαντεία.

Diuinatio.

Paxillus potest quandoque *ii* sacerdotium significare, *Isa.22.g.Zac.10.b.*

Sacerdotium.

Baiulare,vide Ferre.

Bala.

Bala,id est,inueterata aut turbata , siue defluens, vel absorpta:ancilla Rachelis vxoris Iacob , quæ tradita est viro ab ipsa Rachele.

Imaginatio.
Phantasmata.

Bala,*kk* designare potest imaginationem garrulam , & perstrepentem rationi , vel phantasmata rerum sensibilium,quæ interponuntur contemplationi spiritualium,vt Bala fuit adiuncta Racheli,& cum eius viro coniuncta. *Gen. 30. a. 29. f.* Vel est *ll* potentia , qua per visibilia ad creatorem inuisibilem intellectus conscendit , quæ est

ratio

a *Gr.Nyss. de vita Mosis. Eu.q.h. in ps. & for.sstir.2. Hie.s.Isa.30.*
b *Hie.Isa.28.*
c *Bs. Pro.10.*
d *Or.s.Ma.h. 35.& s.Nu. hom.9. Aug.s.psal.2. 44.Gr.3.mo. 22.*
e *Or s.ps. 38. h.2.& s.Ma. hom.5.5.& s. Ge.ho.17. Gre.s.1.Reg. 14.& ho.22. Arn.s.ps.2. Au.2. de consen.Euang.4.*
f *Hie.s.Is.28.*
& g *s.Ez.19.*
h *Be.s.Exo.6. s.Pro.29.*
i *Gr.21.m.1.*
k *Ter.adu.Iu. Am. s.L.1.& de insti.Vir.9. Bern.ho.2.su. Missus est.*
l *Ru.s.Can.3.*
m *Chr.s.psal. 22. Epist. lib. ancor. Am.4. de sa.3.*
n *Tho. 1.2.q. 102.ar.4. ad 6.Dio.ca. hie. 15.*
o *Gre. 3.mor. 22.*
p *Chr. s.psal. 93.*
q *Greg.1.mo. 39.& s.Can. 3.& s.Ez. ho. 22.*
r *Gre.s. Exec. ho.15.*
s *Ru.4.s.Exo. 17.& s. Zac. 10.*
t *Hie.s.Is.54. & s.Zac.11.*
u *Augus. su. psal.73.*
x *Rup. supe. Zach.11.*
y *Phil. 2. allegor.*
z *Gr.31. moral.22.*
aa *Gl.o.s.Is.10*
bb *Cle.Alex. 2.ped.7.*
cc *Hil.s. psal. 124.Hie.s.Is. 9.14.*
dd *Hie.s.Nã. 1.*
ee *Au. s. psa. 124.Gre.3c. mo.31.*
ff *Hi.s.Is. 10. & s.Hab.3.*
gg *Rup.17.s. Matt.1. Aug.2.de cõsen.euãg. 30. Hi.s.Mat.10.*
hh *Hi.s.Ho.4. Rup.s.Hos. 4.*
ii *Hier.s.Zac. 10.*
kk *Ric. de S. vict.de duo de patria.6.63.*
ll *Geor. Vene. cãt.2.t.7.c. 5.*

Digitized by Google

ratio discurrens annexa sensibus : & coniungitur Iacob , quando per hæc inferiora conspecta venatur opificis magnitudinem.

Vt etiam coniuncta est Iacob, significare potest *a* regem, aut aliquam dignitatem : ad quam illicitè ingressus est Ruben, hoc est, Iudæi adulterantes legem : vel alij affectantes dignitates , etiam cum depositione prælati sui. *Gen.* 35.*d.*

Bala interpretatur etiam deglutio, designans *b* vim sumendi alimenta necessaria : quæ tamen vt ancilla debet esse, non vt domina.

Lex. Dignitas.

Appetitus cibi.

Balaam.

Balaam, id est vetustas populi, vel absque populo, siue deuoratio , aut destructio eorum , aut populus vanus, iuxta Origenem *c* Philonem *d* & Hieronymum: fuit filius Beor , hariolus , qui venit ad maledicendum populo Israël: cui tamen èdiuerso ex præcepto Dei benedixit. Postea tamen peccare fecit consilio suo filios Israël , cuius peccati gratia multi perierunt. Est natus de Beor, id est, de eo, qui pelle est, & semper commutat loca.

Designat Balaam Scribas & Pharisæos laudantes & zelantes legem, & contra eam agentes. *Num.* 22.*a.* 23.*a.* 24. *a.* 31.*c. Deu.* 23.*a. Ios.* 13.*f.* 23.*b. Nee.* 13.*a. Mich.* 6.*a.* Designat etiam prælatos malos Ecclesiæ, *e* qui publicè docent recta, quæ sunt fidei : & priuatim per auaritiam inducunt subditos ad peccandum : & promouent indignos , &c. *Apoc.* 2.*d.*

Scriba & pharisæi. Prælati mali.

Videns Balaam Israel in tentoriis per tribus suas , & prædicens futura de eis, designat *f* Iudæos , qui conuertentur in fine mundi. *Num.* 24.*a.*

Iudæi.

Optans Balaam mori morte iustorum, & dans prauum consilium per auaritiam , *g* eos significat , qui laudant virtutes, & sequuntur vitia. *Num.* 23. 24. 2. *Pet.* 2.*e. Iuda.d. Apo.* 2.*d.*

Mali laudantes virtutes.

Vt Balaam non videbat angelum, quem asina videbat , designat *h* mentem , quæ cum salute carnis Deum non videt, cum eius infirmitatem videt. *Num.* 22.*c.*

Mens cũ carne infirma.

Balac.

Balac, id est, inuoluens, aut destruens, vel excusio, seu deuoratio, vel elingens: filius Sephor, rex Moabitarum, qui per maledictiones Balaam conabatur perdere filios Israël. Typum gerit aduersariæ potestatis diaboli : qui semper quærit, quem deuoret. *Num.* 22.*a.* 23.*a.* 24.*b. Mich.* 6.*a. Apo.* 2. *d.*

Diabolus.

Designat etiam *i* principes seculares , qui tradunt dignitates Ecclesiæ indignis , propter commoda temporalia.

Principes seculares.

Balbus.

Balbvs est, qui non potest verba formare. *Isa.* 32.*a.* Sumi potest pro eo *k* qui nihil de Deo loquitur , sed sola mundana.

Motus in diuinis.

Baldad.

Baldad , id est, *l* vetusta dilectio, vel mamilla, siue inueteratus motus, aut absque motu , vel absque dilectione, vel mamilla: fuit vnus amicorum Iob, qui venerat ad consolandum eum, quem postea iniustè reprehendit. *Iob.* 2.*d.* Designat hæreticos singulariter præsumentes: qui dum vinci refugiunt, & peruerso studio esse victores quærunt: nouæ vitæ conuersationem negligunt, & ex sola vetustate est quod intendunt.

Hæretici.

Bale.

Bale, id est, deglutiens siue destruens , vel præcipitatio : ciuitas in prouincia Sodomorum : cuius rex superatus est à quatuor regibus : quia *m* pusillanimes in peccatum lapsi , facilè præcipitantur in desperationem *Genes.* 14.*b.*

Pusillanimes.

Balista.

Balista, est machina bellaca ad iacienda iacula, aut lapides. 1. *Mach.* 6. Potest in bonum, & in malum sumi.

Balsamum.

Balsamvm, est succus odoriferus in modum olei, aptus medicandis vulneribus, Nascitur in vineis Engaddi: designare potest *n* bonum odorem verbi Dei, *Eccl.* 24.*b. Exe.* 27.*d.*

Bonus odor verbi Dei.

Baltassar.

Baltassar, id est, *o* absconditè thesaurizans, siue in malleatore thesaurizans, vel occultè portans angustiam: nomen prophetæ Danielis impositum illi in Babylone , *Dan.* 1.*b.* 5.*a.* Item rex Babylonis dictus est Baltassar, seu potius Balsasar, *Daniel.* 5.*a.* 7. 8.*a.* Interpretatur etiam Baltassar capillus capitis , & dicitur Daniel Baltassar iuxta nomen Dei sui, designans Christum, cui conuenit dici capillus capitis , secundum quod procedit à patre. Et secundum nomen eius dicitur Baltassar quia à Christo & per Christum obtinemus, vt meritò filij Dei dici debeamus. Designat etiam Baltassar mentis deuotionem: quæ capillus capitis dicitur , quia per ipsam mens ad omnem subtilitatem acuitur.

Christus.

Deuotio mentis.

Baltheus, Cingulum, Zona, Lumbare.

Baltheus, est cingulum, quo cingebantur sacerdotes & reges: & ponitur aliquando pro regnantis gloria. *Iob.* 12. Cingulum verò generalius nomen est.

Baltheus pontificis quatuor coloribus variegatus, designare potest mysterium incarnationis Christi. *Exo.* 28. *g.* 39.*b. Leu.* 8.*a.*

Incarnatio.

Designat etiam *p* carnis castigationem omni virtute refulgentem. Baltheus etiam aliorum sacerdotum, designat continentiam, & inanis gloriæ regressionem, ne videlicet defluant non præcincti. Vel designat iustitiam & fidem, quibus ornati esse debent sacerdotes. *Exo.* 28.*e.* 29.*b. Leu.* 8.*a. Isa.* 5.*g.* 11.*a.* 22.*f. Ier.* 13.*a. Eccl.* 45.*a.* Erat autem Baltheus duplex, *q* vt sit sacerdos expeditus verbo & opere : & sanctus corpore & spiritu. Baltheus etiam regum designat *r* castitatem: & extinctionem omnis motus carnalis, præcipuè quum est zona linea. *Iob.* 12.*c. Deut.* 23.*b.* 1. *Reg.* 18.*a.* 2. *Reg.* 18.*c.* 3. *Reg.* 2.*b.* 4. *Reg.* 3.*c. Prou.* 31.*c. Exec.* 23. Et quia cingulo vestes laxæ stringuntur, designat *s* refrenationem omnium superfluitatum: & modestiam. *Exo.* 39.*b. Isa.* 3.*d.* Zona etiam linea accingens ad opus, *t* fortitudinem significare potest. *Leu.* 16.*a.*

Castitas. Refrenatio omniũ superfluitatum. Modestia. Fortitudo.

Zona præterea sacerdotis astringens lineam tunicam, *u* Oceanum cingentem terram significare potest, Vel in eo, quod circumuoluit pectus sacerdotis , *x* quod mundi minoris meditullium est , zodiacum significat , omnia mundi maioris centralia circumcingentem. *Leu.* 16.*a.*

Oceanus. Zodiacus.

Zona aurea, qua Christus erat præcinctus. *Apo.* 1. *c.* designant *y* chorum sanctorum Christo adhærentium , vt ab eius vberibus nutriantur. Vel designat scientiam spiritualem, & purum sensum.

Chorus Sanctorum. Scientia spiritualis.

Zonam auream circa mamillas habere , *z* est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris vincula restringere, *Apo.* 15.*c.*

Fœcundarum virtutum custodia.

Zona in angelis, est *aa* fœcundarum virtutum custodia diligens, cogens ipsos in habitum, qui in semet singulari facilitate conuertitur, ac per gyrum circa seipsum immutabili identitate versatur, *Apo.* 15. *c.* Vbi etiam designat *bb* charitatem prædicatorum.

Charitas.

Cingulum etiam lineum, designare potest Ecclesiam. Et lumbare Ieremiæ , est *cc* Ecclesia ex gentibus congregata. *Ier.* 13.*a.*

Ecclesia.

Zona pellicea Ioannis, designat *dd* efficacem in omne opus bonum apparatum, *Matt.* 3.*a.* 10. .*b. Marc.* 1.*a.* 4. *Reg.* 1.*b. Act.* 21.*b.* Item quod Christus carnem esset attenuaturus vsque ad pellem.

Efficacia ad bene operandum.

Cingulum sacci, *ee* rigorem pœnitentiæ significat, *Isa.* 22.*c.*

Pœnitentia.

Lumbare Ieremiæ *ff* populum Israël, aut iustos significare potest, quos sibi Deus copulauit *Ier.* 13.*a.*

Populus Israël. Iusti.

Cingulum etiam videtur significare *gg* superbiam, aut potestatem mundanam. *Isa.* 23.*d. Isa.* 108.

Superbia & potentia mundana.

Bamoth.

Bamoth, id est, altaria siue excelsa, vel in morte: nomen vallis, quò peruenerunt filij Israël de Nahaliel. *Num.* 21.*e.* designat *hh* quod acceptis donis à Deo mortificantur membra, quæ sunt super terram.

a *Aug.* 22. *cõt. Fau.* 4. *Bed. s. Ge.* 35.
b *Phil. de cõgr. &c.*
c *Ori. s. Num. ho.* 14. 15. 16.
d *Phil. quòd deterior portio ri insidi.*
e *Rup.* 2. *s. Apoc.*
f *Au. ser.* 103.
g *Gre. ho.* 15.
h *Gre.* 3. *past. adm.* 13.
i *Rup.* 2. *s. Ap.*
k *Glo. inter. s. Isa.* 32.
l *Grego. prol. mo.* 12. & 13. *mor.* 17.
m *Glo. ord. s. Gen.* 14.
n *His. s. Ezec.* 27.
o *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien.* 9. 34.
p *Ori. s. Leu. hom.* 6. *His. s. Is.* 11. 22 *Isy. s. Leu.* 8.
q *Ori. s. Leu. ho.* 9.
r *Gre.* 11. *m.* 9 & 33. *mo.* 22.
s *Hie. s. Isa.* 3. *Gre. Nyss. de vita Mosis.*
t *Isy. s. Leu.* 16
u *Hie. de vest. sacer.*
x *Geor. Ven. cãt.* 2. *t.* 3. *c.* 5.
y *Aug. s. Apo. ho.* 1.
z *Gregor.* 34. *mor.* 7.
aa *Dion. cale. hi.* 15.
bb *Rup.* 9. *s. Ap.*
cc *Or. s. Ier. h.* 7.
dd *Hil. s. Ma. can.* 1. *Amb. ser.* 65.
ee *Hier. s. Isa.* 22.
ff *Hier. s. Ier.* 13.
gg *Glos. ord. s. Isa.* 23.
hh *Ori. s. Nu. ho.* 12.

Digitized by Google

Banaa.

Diabolus. BANAA, id est, in motu, princeps latronum, qui cum fratre Rachab occidit Isboseth. Typus est *a* diaboli occidentis animas negligenter se habentes, 2. *Reg.* 4. *b.*

a *Greg.* 1. *mo.* 36.

Banaias.

Christus. BANAIAS, id est, filius Domini, aut intelligentia Domini, siue ædificatio Domini: filius Ioiade sacerdotis princeps partis exercitus Dauid, & Salomonis, qui percussit duos leones Moab, & descendit in cisternam, vbi occidit leonem, 2. *Reg.* 8. *d.* 20. *g.* 23. *d.* 3. *Reg.* 4. *a.* 1. *Par.* 4. *f.* 11. *e.* 15. *b.* 2. *Par.* 31. *c.* Vt descendit in cisternam, & occidit leonem, *b* typus est Christi descendentis ad inferos, & vincentis diabolum.

b *Gloss. ord. s.* 2. *Reg.* 23.

Banaias, id est, structor, pater Phaltiæ, id est, ruinæ declinantis. *Ezec.* 11. *a.* typus est *c* pessimæ ædificationis vitiorum, vel errorum, vnde oritur ruina.

c *Hie. s. Ezec.* 11.

Baptizare, Baptismus.

Baptismus interior. BAPTIZARE, est abluere: & baptismus ipsa ablutio: & est primum sacramentum, quo abluimur à peccatis, & resurgimus ad gratiam.

Baptismus Christi figura est nostræ *d* regenerationis: & in ipsa mersione configuramur morti Christi, & morimur peccatis: in eductione autem ab aqua conformamur resurrectioni eius, & resurgimus in nouam vitam. *Matt.* 3. *d.* Et baptizati in mari, designant regeneratos in Christo. 1. *Cor.* 10. *c.* 10. *a. Iud.* 12. *d. Ioan.* 1. *c.* 3. *d.* 4. *a. Actorum.* 2. *a.* 2. *f.* 8. *g.* 6. *f. Marc.* 10. *b. Romanorum* 6. *a. Galatas.* 1. *d Eph.* 4. *a. Colossenses.* 2. *b.* 1. *Petri.* 3. *d. Neem.* 4. *d.*

d *Amb. de sacri.* 2. *Cyr. s. Ioan. ho.* 24.

Baptizare dicitur Christus in Spiritu sancto & igne, *Luc* 3. *d.* In hac quidem vita *e* baptizat in Spiritu sancto: post hanc vero vitam in igne. Vel in Spiritu sancto, remittendo peccata: in igne, quum eiusdem Spiritus sancti feruore accensos, fortes in amore, & in fide constantes efficit: vel scientia lucentes, & zelo bono calentes.

e *Or. s. Ier. ho.* 13. *& s. Luc. ho.* 24.

Baptismus sanguinis. Baptismus dicitur *f* ipsum martyrium, secundum quòd mundat à peccatis. *Marc.* 10. *f. Luc.* 12. *f.* Baptismus etiam est *g* crux Christi, & abiectio operum carnis.

f *Rup. s. Ioan. Ori. s. Matth. ho.* 12.

Pœnitentia. Baptizari pro mortuis, est baptizari pro corporibus. 1. *Cor.* 15. *d.* Baptizari autem à mortuo, hoc est, *h* ablui vel mundari à contactu mortui. *Eccl.* 24. Est mundari à cognitione peccati.

g *Bas. de Spiritu sancto* 15.

Baptismus exterior. Baptismus Ioannis, erat baptismus pœnitentiæ. Et ipse dictus est Baptista, quia primus introduxit baptismum, *Matth.* 3. *a.* 11. *b.* 14. *a.* 16. *b.* 17. *b.* 21. *c. Marc.* 1. *a.* 6. *b.* 8. *c.* 11. *d. Luc.* 3. *d.* 7. *d.* 20. *a. Ioan.* 1. *c.* 3. *d.* 4. *a. Actorum.* 1. *a.* 10. *f.* 8. *g.* 19. *a.*

h *Hil. s. psal.* 118. *Chry. s. Ioan. ho.* 24. *Tert. aduer. Marcio.* 5. *Greg.* 3. *past. adm.* 31.

Baptismata Pharisæorum, *i* erant superstitiosæ quædam ablutiones vasorum, & corporum suorum. *Marc.* 7. *a. Hebr.* 6. *a.* 9. *c.*

i *Aug.* 2. *de gen. contra Manich.* 21.

Bara.

BARA, id est, in malo siue in socio, aut in clamore, vel in pastu, siue in constructione, aut malitia, vel creatura: fuit rex Sodomorum, id est, cæcitatis, vel pecudis silentis: ideo superatus à quatuor regibus, *Genes.* 14. *a.*

Barabbas.

Diabolus. BARABBAS, id est, filius patris, vel magistri, aut filius confusionis, vel ignominiæ: fuit latro, quem petierunt Iudæi dimitti pro Christo, *Matt.* 27. *b.* Dicitur filius patris significans *k* eosdem Iudæos, qui de patre diabolo erant. Et omnes, qui vacant seditionibus & latrociniis, petunt dimitti Barabbam. Significat etiam *l* ipsum diabolum, qui latro est & homicida, & seditionis author: quem Iudæi Christo prætulerunt. Simili ratione significat Antichristum, quem Iudæi suscipient. *Marc.* 15. *a. Luc.* 23. *c. Ioan.* 18. *g.*

Antichristus.

Prior populus.

Barac.

BARAC, id est fulgur, siue in vanum: fuit Iudex Israël, qui vicit Sisaram, vel eius exercitum. Typus esse potest *m* prioris populi, qui ad tempus fulsit per legem, quæ adueniente veritatis luce euacuata fuit. *Iud.* 4. *a.* 5. *a.*

k *Ori. s. Matt. ho.* 15. 35. *Hie. s. Is.* 5. *& s. Mala.* 2.

l *Hil. s. Matt. cano.* 33.

m *Ori. s. Iudi. ho.* 5. *Rup. s. Iudc.* 5.

Barachel.

BARACHEL, id est benedictio Dei: pater Elihu, hoc est, *n* arrogantium in Ecclesia, qui in prædicatione sua benedictionem Dei percipiunt. *Iob.* 32. *a.*

n *Greg.* 13. *m.* 5.

Barachias.

BARACHIAS, id est, benedicens Dominum, aut genu flectens Domino: pater Zachariæ, id est, memoriæ Domini: quia ex munere Dei venit, vt eius habeatur memoria. *Matth.* 23. *d. Zach.* 1. *a.*

Barathrum.

BARATHRVM, est locus profundus, à quo, si quis decidat euadere non potest. *Iud.* 5. *b.* Solet sumi pro inferno.

Barba.

Fortitudo diuinitatis. Christi. Virgo Maria. Apostoli. Perfecti. Robur.

BARBA in hominibus significat eos pilos, qui in mento & facie sunt.

Barba aliquando significat *o* fortitudinem diuinitatis Christi vt barba Dauid in quam mittebat saliuam 1. *Reg.* 21. *d.* Et generaliter *p* virtutem Christi, quæ infirmitate tegebatur.

Barba etiam significat *q* beatam virginem Mariam, vel Apostolos, vel quoscunque viros perfectos, qui maximè coniuncti sunt capiti Christo. *Leu.* 13. *d. Psa.* 132. Demum eos, qui sunt fortes in Ecclesia.

o *Hie. & Aus. s. Psa.* 33. *Euch. s.* 1. *Regum* 21.

p *Hil. s. psal.* 132.

q *Rup.* 2. *s. Le.* 4.

Barba præterea *r* robur significat: quod multiplex est, & aliquando bonum, & conseruandum, aliquando malum, & omnino resecandum. Est namque robur & virtus Græcorum (inquit Origenes) in sapientia humanis ingeniis acquisita. Et est robur Assyriorum, & Chaldæorum in cognitione stellarum & influxu inde suscipiendo. Est quoque robur, & virtus Persarum, & Ægyptiorum in secretiori Philosophia, vsque ad fœdera cum malis spiritibus. Est enim robur dominorum temporalium in pecuniis, militibus, & bellicis instrumentis. Est tandem robur carnalium vis ipsa generatiua: & similia multa, cuncta significata in barba, non vtique illa Nazaræorum, quæ nunquam abradi, neque diminui, neque pessundari debet. Sed illa, quæ robur significat eorum, qui extra gremium bonorum sunt, & vltra flumen, diuidens inter collectos in sinu Abrahæ & eos, qui sepulti aut sepeliendi sunt in inferno: vt aiebat *Isa.* 7. *d.* In illa die radet dominus nouacula conducta in his, qui sunt trans flumen, in rege Assyriorum caput, pilos pedum, & barbam vniuersam. Robur itaque & virtus, quæ est secundum carnem, & sanguinem, abradenda est, aut offerenda in sacrificium: vt hac debilitata, aut mactata, altera pars, melior scilicet, robustior fiat.

r *Geor. Venc. cant.* 2. *ti.* 3. *c.* 18.

Virtutes. Fortitudo. Discretio. Sapientia.

Barba etiam potest significare in genere *s* virtutes, & peculiariter fortitudinem: & quia nascitur in homine, cùm solet iam ratio vim suam habere, designabit *t* discretionem & sapientiam. *Leu.* 14. *a.* 19. *b.* 21. *b.* 1. *Reg.* 21. *d.* 2. *Reg.* 10. *b.* 19. *d.* 1. *Para.* 19. *b.* 1. *Esdr.* 9. *a. Isa.* 7. *d.* 15. *a. Ier.* 41. *a.* 48. *b. Baruc.* 6. *c. Ezec.* 5. *a.*

s *Arn. s. psal.* 132.

t *Aug.* 2. *cont. lit. Petili.* 104. *& s. psa.* 132. *Isy. s. Leu.* 21.

Significat item barba *u* milites, aut viros fortes radendos à Iudæa: & ipsum regnum Israëliticum. *Isa.* 7. *d.*

u *Hi. s. Isa.* 7.

Barba virorum Moab rasa. *Is.* 15. *a.* designat *x* nihil virilitatis esse in falsa doctrina hæreticorum, aut sophistarum: quam radunt sancti doctores, eorum ignauiam detegendo.

x *Greg.* 2. *mo.* 29. *Hie. s. Isa.* 15.

Barbarus.

BARBARVS dici solet, qui extraneus est à lingua Romana, aut Græca, aut certè, qui est incultis & feris moribus.

Barbarus dici potest, qui alienus est à diuina lege & fide. *Psa.* 113. 2. *Marc.* 10. *a.* 14. *a. Rom.* 1. *b.* 1. *Cor.* 14. *b. Col.* 3. *b. Acto.* 28. *e.*

Bariona.

BARIONA, id est, filius columbæ, dictus est Simon Petrus. *Matt.* 16. *e.* Sunt tamen, quibus legendum videtur Bario hanna, hoc est, filius Ioannis.

Barnabas.

BARNABAS, id est, filius Prophetæ, aut filius consolationis: fuit Cyprius discipulus Christi, & socius Pauli in prædicatione. *Acto.* 4. *g.* 9. *e.* 12. *d.* 13. *a.* 14. *b. Gal.* 2. *a.*

Digitized by Google

Barſabas.

BARSABAS, id eſt filius reuerſionis,vel quietis aut iuramenti: fuit diſcipulus Chriſti, qui ſtatutus fuit cum Matthia in ſortem Apoſtolatus. *Act.1.d.15.e.*

Bartholomæus.

BARTHOLOMÆVS, id eſt,filius ſuſpendentis aquas:vnus è duodecim Apoſtolis. *Matth.10. Luc.6.c.*

Baruch.

BARVCH, id eſt, benedictus,vel genu flexus:filius Neriæ, cuius extat libellus, erat ſcriba Ieremiæ. *Ieremiæ 32.c.*

Baſan.

BASAN, id eſt,in dente ſiue in ebore,aut in mutatione,vel in ſomno,ſeu dormitatione:vel ignominia, ſeu confuſio, vel turpitudo: ciuitas regis Og in Arabia, quam in principio, vel ante ingreſſum terræ promiſſionis expugnarunt filij Iſrael,propter non conceſſum tranſitum.Non tamen petitur tranſitus per eam,ſed ab initio expugnatur: quia *a* nullus acceſſus ad turpitudinem eſt habendus. *Num.21.g. Pſa.134. Ier.22.e. Mich.7.a.* Et quercus de Baſan dolantur in remos nauis Tyri: *b* quum hi,qui erant in ignominia peccatorum,poſſunt cum Apoſtolis nauigantes ad littora,& ad terram peruenire. *Ezech.27.a.*

Baſan,ſignificat etiam *c* Chriſtum, qui voluit confundi & ignominiam pati pro nobis: vel eius cruce, vnde conuertit nos. *Pſa.67.*

In Baſan erant paſcua vberrima: vnde deſignat *d* ſacram Scripturam: in qua qui paſcuntur, confunduntur de peccatis ſuis,eáque confitentur. *Mich.7.c.*

Baſan etiam interpretatur profundum,vel ſiccitas, &deſignat *e* infernum,cuius rex eſt diabolus. *Pſa.134.135. Deut.3.a. Num.1.a. Iſa.2.c.33.b. Zach.11.a.*

Quia verò Baſan,& alia terra illi coniuncta,quam duæ & dimidia tribus poſſederunt, interpretatur vberrima & pinguis:deſignat *f* opulèntiam Iudæorum,quæ in penuriam verſa eſt, *Iſa.33.b.* Deſignat etiam potentes & pingues,confuſione dignos. *Nah.1.b. Zach.11.a.*

Baſilica,vide Palatium.

Baſiliſcus,Regulus.

BASILISCVS eſt ſerpens,qui Latinè dicitur Regulus:vel maximè noxius: dicitúrque habere venenum in oculis,ipſoque aſpectu vel flatu interficere.

Significat Baſiliſcus *g* diabolum, generi humano peſtilentiſſimum: vel inuidiam eius, per quam introiuit mors in orbem terrarum: vel regnum ipſius diaboli. *Pſa.90. Iſa.11.b.14.g. Ier.8.f.* Regulus enim non morſu perimit,ſed flatu conſumit.Sæpè quoque aërem flatu inficit,& quicquid vel poſitum longè tetigerit,ſola narium inſpiratione tabefacit. Sic diabolus quaſi flatu narium caliginem emittit:quia in reproborum cordibus inſidiarum ſuarum inſpirationibus,ex amore vitæ temporalis æſtum congerit multiplicium cogitationum.Deſignat etiam *h* praua & peſtifera opera,& quemlibet errorem,& inanem gloriam.

Regulus volans. *Iſa.30.b.59.a.* ſignificat *i* principes Iudæorum:aut dæmones: vel etiam Antichriſtum: quem Iudæi pro Meſſia ſuſcipient.

Baſis.

BASIS, eſt fundamentum columnæ,aut alterius rei in modum columnæ ſe habentis.

Baſes aureæ,ſuper quas fundantur crura ſponſi,ſunt *k* rationes diuinæ iuſtitiæ & miſericordiæ in eius voluntate conſiſtentes. *Cant.5.d.*

Baſes binæ argenteæ ſub tabulis tabernaculi,deſignare poſſunt *l* vtrumque Teſtamentum. *Exo.26.d.36.c. Eccl.26.d. Ier.17.d. Iob.38.a.*

Baſis altaris, *m* Euangelium deſignat:pro quo maximè oportet nos præſentem vitam deſpicere, totã animam Deo offerendo. *Leu.4.b.5.b.* Vel deſignat futuros credentes,quibus per baptiſmum applicatur ſanguis Chriſti.

Baſes aureæ ſunt *n* Prophetæ luce ſapientiæ reſplendentes, & columnas Apoſtolicas ſuſtentantes. *Cant.5.d.* De quibus dicitur *2.Petr.1.d.* Habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco. Eoſdem *o* deſignant baſes argenteæ ſub tabulis tabernaculi:& baſes æneæ. *Exo.26.d. Gen.27.b.35.b.36.c.d.38.b.40.b.3. Reg.7.d.2. Par.4.c. Ier.27.d.52.e.*

Baſes ſub luteribus,ſunt *p* Apoſtoli & prædicatores portantes baptiſmum. *3.Reg.7.d.* Iidem ſunt *q* baſes terræ. *Iob.38.a.* qui Eccleſiam ſuſtentat verbo & exemplo. Sunt etiam baſes deargentatæ ſub columnis.

Baſes terræ ſignificant etiam *r* intentiones rectas in anima virtutum columnas ſuſtentantes. *Iob.38.a.*

Baſis altaris deſignare poteſt *ſ* infirmos in Eccleſia,vel homines expiandos,vel *t* prædicationem Euangelicam, vel etiam finem mundi. *Exo.29.b. Leu.4.b.9.b.*

Baſes æneæ ſignificare poſſunt *u* timorem Domini,qui eſt initium ſapientiæ. *Exo.26.g.27.b.35.b.* Eundem timorem poſſunt deſignare baſes aureæ. *Cant.5.d.* Et baſis labij, quæ etiam ſignificat *x* deſiderium cæleſtium, & potentiam ſubſequentem baptiſmum. *Exo.30.b. Leu.8.b.4. Reg.25.b. Eccl.6.c.*

Baſis in omni platea. *Ezech.16.c.* deſignat *y* doctrinam erroneam, quæ docet viam latam in infernum ducẽtem. Et baſis amphoræ,dicit *z*, *aa* firmitatem iniquitatis. *Zach.5.d.* vel perſeuerantiam pœnæ inferni.

Baſis ærea,ſuper quam orabat Salomon. *2.Par.6.b.* humilitatis ſoliditatem deſignat.

Bathuel.

BATHVEL,id eſt,filiatio Dei,aut menſura Dei,vel deſertum Dei:pater Rebeccæ, *Gen.28. a.22.d.25.g.* typus eſt *bb* ſapientiæ:& licèt ſapientia ſit nomen fœmininum, *cc* dicitur tamen pater Rebeccæ,id eſt, patientiæ: quia licèt virtutes habeant nomina fœminina, habent tamen vires maſculinas.

Deſignat etiam Bathuel *dd* diabolum,qui patet erat Eccleſiæ ex Gentibus ante conuerſionem.

Batillum,quare Thuribulum.

Batus,Cadus.

BATVS, *ee* menſura quædam rerum liquidarum,vt vini,& olei:eſt eadem,quæ Ephi,tres modios continens, eſtque decima pars cori. Cadum etiam menſura eſt rerum liquidarum,vt vini,& olei: Cadus etiam menſura eſt rerum liquidarum.

Batus ſignificare poteſt *ff* opera æquitatis,& iuſtitiæ, quibus hi,qui in remiſſionem peccatorum baptizantur, neceſſe habent inſtitui,& duo millia bati in mari æneo ponuntur propter duos populos. *3. Reg.7.d. f.1.Eſd.7.c. Eze.45.d.*

Cadi olei centum. *Luc.16.b.* deſignant *gg* magnam miſericordiam Dei, cui multum debebant Gentiles,& fiunt quinquaginta, quum datur illis remiſſio.

Bdelium.

BDELIVM,iuxta Plinium, *hh* arbor eſt aromatica,magnitudine oleagina,cuius lachryma lucida, guſtu amara, boni odoris,ſeu odoratior infuſione vini:naſcitur iuxta Phiſon,id eſt prudentiam:vnde ſignificare poteſt bonam famam,quam præcipuè nutrit & conſeruat prudentia. Hebraicè dicitur *ii* Bedolach, quod alij tranſtulerunt carbunculum. Verùm carbunculus Hebraicæ dicitur Nephech. *Gen.2.e. Num.11.b.* Alij interpretantur cryſtallum & talpum,quæ nullo ſunt calore reſolubiles,& deſignant eos qui terrena ſapiunt, vt induretur mens & anima eorum aqua veluti cryſtallus,vel talpus. Aliqui putant eſſe vniones.

Beatus,Beatitudo,Fœlix,Infœlix,Beatificare.

BEATVS quum propriè ſit is, qui eſt in ſtatu,quo habet omnia bona,nec vllo indigeat, propriè competit Deo,qui eſſentialiter eſt beatus,habens in ſe ipſo omne bonum, cuius participatione creaturæ rationales, & intellectuales efficiuntur beatæ,quum ad eius viſionem admittantur. Et quidem in hac vita dicuntur beati in ſpe, qui perſeuerantes in bono,meritò ſperare poſſunt fœlicitatem æternam, vbi eſt beatitudo in re. Beatitudo non habet allegorias ſed potiùs de ipſa ſunt allegoriæ,ſicut de charitate.

a *Ori.ſ.Num. ho.13. Hie.ſ.Ier.22. & ſ.Mich.7. Au.ſ.pſ.134.*
b *Hie.Ez.27.*
c *Hil.ſ.pſ.67. Euch.q.in pſ.*
d *Rup.ſ.Mic. 7.*
e *Arn.ſ.pſal. 135.*
f *Hie.ſ.Iſ.33. & ſ.Nahu.1.*
g *Arn.ſ.pſal. 90. Hier.ſ.Iſ. 11.14. Caſ. coll.7.c.32. Gre.35.mor. 38.*
h *Ber.ſer.13. ſ.Qui habita.*
i *Hie.ſ.Iſ.30. 59. Greg.15.mo. 8.*
k *Rup.ſ.cant. 5.*
l *Ori.ſ.Exod. ho.9. Greg.28.mo. 9.*
m *Iſy.ſ. Leu. 4.5. Rup.1.ſ.Leu. 15.*
n *Gre.ſ. Cãt. 5.*
o *Rup. ſ. Ex. 11.*
p *Ru. ſ.3.Re. 24.*
q *Hier.ſ. Iob. 38. Greg.28. mor.8. & ho. 17.*
r *Gregor. 28. mor.13.*
ſ *Iſy.ſ.Leu.4.*
t *Orlg.ſ. Leu. ho.3.*
u *Am. ſ.pſal. 118.ſer.5.*
x *Iſy.ſ.Leu.8.*
y *Ori.ſ. Eze. ho.8.*
z *Hie.ſ.Za.5.*
aa *Rup.ſ.Za. 5.*
bb *Gloſſ.inter ſ.2.Par.6. Ambr.de fuga ſeculi.4.*
cc *Phi.de pro fugis.*
dd *Bed.ſ.Gen. 4.*
ee *Hie.ſ.Eze. 45.*
ff *Gloſſ. ord.ſ. 3.Reg.7.*
gg *Hi.Aglaſ.ẽ.*
hh *Plin. 12. nat.hiſt.19.*
ii *Geo. Venc. cant.1.t.7.c. 22.*

Chriſtus. Crux Chriſti. Sacra ſcriptura. Infernus.

Opulentia Iudæorum. Potentes.

Diabolus. Inuidia diaboli. Regnum diaboli. Opera praua. Errores. Inanis gloria. Principes Iudæorum. Dæmones. Antichriſtus. Diuina voluntas. Vtrumque Teſtamentum. Euangelium. Credentes futuri. Prophæta.

Apoſtoli & prædicatores. Sancti potentes & fortes. Intentiones rectæ. Infirmi. Timor Domini. Deſiderium cæleſtium. Pœnitentia. Doctrina erronea. Firmitas iniquitatis. Humilitas. Sapientia. Diabolus. Opera iuſtitiæ. Miſericordia Dei.

Bona fama.

Terrena ſapientia.

Digitized by Google

Humanitas Christi. Beatus quem elegit Deus, dicitur peculiariter *a* de humanitate Christi: deinde de quolibet ad fœlicitatem prædestinato. *Ps.* 64.

a *Ar.& Hil. s.ps.a.* 64.

Beatum facians Deus. Beatificare de Deo quidem dicitur, quatenus aliquem beatum facit. *Eccl.* 45. *a.* De hominibus verò, quatenus aliquem laudando beatum dicunt. *Iob.* 29. *b. Eccl.* 25. *d. Isa.* 9. *c. Iacob.* 5. *c.*

Beatum dicere. Beatificat auris ipsum Iob, hoc est, *b* Ecclesiam. *Iob.* 29. *b.* Quum quis ea, quæ ab ipsa audierit: opere consummat.

b *Gre.* 19. *mo.* 15.

Bene operari. Beatitudo in hac vita est fallax: vbi fœlix dicitur, cui omnia prospera succedunt, *Iob.* 21. *c. Isa.* 3. *b.* 9. *c. Malach.* 3. *d. Acto.* 26. *a.*

Beatitudo huius vitæ. Beata dicta Lia, eo quod omnes generationes dicturæ erant eam beatam, *Gen.* 30. *b.* designauit spem Synagogæ, quam habebat de multiplicatione rerum temporalium: fœlix etiam dicitur de rebus irrationalibus: vt dies dicitur fœlix. 1. *Mach.* 10. *e.*

Spes synagogæ.

Fœlicitas irrationalium.

Fœliciter incedens dicitur stultus, postquàm eleuatus est in sublime. *Prou.* 30. *d.*

Superbia stulti. Infœlix diuersum dicit, quàm fœlix. Vnde infœlicitas ferè semper attribuitur malis, siue in hac vita, siue postea, *Prou.* 19. *d. Psa.* 13. *Sap.* 3. *c.* 13. *b.* 15. *c. Eccl.* 26. *c.* 2. *Mach.* 8. *g.* 12. *e.* Infœlices tamen sic dicunt boni in hac vita, eius considerantes molestias & peccandi pericula, licèt sint beati in spe.

Miseria. Infœlicem mulierem se dicens Anna. 1. *Reg.* 1. *c.* designat *c* Ecclesiam, quæ indiget fortitudine: & etiam quia non potest ad gaudia peruenire, nisi per multas tribulationes.

Ecclesia.

c *Gre. s.* 1. *Regum.* 1.

Potest autem beatitudo sic distingui: vt detur beatus beatitudine conscientiæ. *Apo.* 22. *c.* Beati qui lauant stolas suas. Et beatitudine experientiæ. 3. *Reg.* 10. *b.* Beati viri tui, & beati serui tui. Et beatitudine innocentiæ. *Ps.* 64. Beatus, quem elegisti. Et beatitudine patriæ. *Cant.* 6. *b.* Beatissimam prædicauerunt. Et beatitudine scientiæ. *Psal.* 40. Beatus qui intelligit. Et beatitudine spei. *Psa.* 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Et beatitudine timoris Dei. *Psal.* 111. Beatus vir qui timet dominum. Et beatitudine viæ. *Gen.* 30. *b.* Beatam quippe me dicent omnes generationes.

Beelmeon.

Secta philosophorum. BEELMEON, id est, idoli habitaculum, vel idolum de peccato: vel habens fontem, siue per fontem: ciuitas Moabitarum. *Ezec.* 25. *b.* designat *d* sectas Philosophorum, qui putant se fontem habere scientiæ, sed destruitur à filiis Orientis.

d *Hie. s. Exec.* ho. 25.

Beelphegor.

Libido. BEELPHEGOR, id est, idolum hiatus, vel aperturæ: est *e* dæmon turpitudinis idem qui Priapus: cui consecretur, qui aliquid turpe committit: & significat ipsam libidinem, omnem mentis vigorem deuorantem. *Num.* 25. *a. Deut.* 4. *a. Ios.* 28. *d. Psal.* 105. *Hos.* 9. *c.*

e *Ori. s. Num.* hom. 20. *Ar. s. ps.* 105. *Hie. s. Iso.* 25. *& s. Hos.* 4. 9.

Beelsephon.

BEELSEPHON, id est, idolum Aquilonis, vel idolum occultum, vel idolum, aut ascensio speculæ designat *f* subtilitatem cognitionis fidei, vel perfectionem. *Exo.* 14. *a. Num.* 33. *a.*

f *Ori. s. Num.* ho. 27.

Diabolus. Vel interpretatur, dominus Aquilonis, vel ascensus speculæ, aut habens arcana: & designat principem errorum diabolum, contra hanc Phiarioth, quia nobilitate virtutis diabolus est vincendus.

Beelzebub.

BEELZEBVB, id est, idolum muscæ, vel possessor muscæ: solebant sumere Iudæi pro principe dæmoniorum. 4. *Reg.* 1. *a. Matt.* 10. *c.* 12. *b. Marc.* 3. *c. Luc.* 11. *b.*

Beeri.

Deus pater. BEERI, id est, puteus meus: pater Hoseæ prophetæ. *Hos.* 1. *a.* typus esse potest *g* Dei patris, qui fons altus est, vnde ortus est filius.

g *Hie. s. Hos.* 1.

Behemoth.

Diabolus. Antichristus. BEHEMOTH, id est, lumenta, siue quadrupedia, vel in ipsa mors, aut in tumultu. *Iob.* 40. *b.* significat diabolum *h* omnes deuorare cupientem, vel etiam Antichristum.

h *Gr.* 32. *mo.* 10. *Hie. s. Iob.* 40.

Bel.

BEL, id est, vetustas, aut nihil, siue defluens etat idolum Babylonis: cuius nomine primum idolum dicitur fuisse factum in mundo. De hoc *Isa.* 46. *a. Ier.* 50. *a.* 51. *c. Dan.* 14. *a.*

Belial.

Diabolus. BELIAL, id est, pestilens, aut peruersus, vel absque iugo, siue non ascendens, *i* diabolum patrem superbiæ, dissensionis & omnis mali. *Deut.* 13. *c. Iud.* 19. *f.* 1. *Reg.* 1. *c.* 2. *c.* 25. *c.* 2. *Reg.* 16. *b.* 20. *a.* 3. *Reg.* 21. *c.* 2. *Paral.* 13. *b. Nahum* 1. *d.* 2. *Cor.* 6. *c.*

i *Hie. s. Is.* 27. 66.

Bellare, Bellum, Bellator, Militare, Miles, Militia, Pugnare, Pugnator, Prælium, Dimicare, Congredi, Agon, Certare, Certamen, Decertare.

Bellum fidelium contra infideles & dæmones. BELLVM notum est, quid significet. In sacra scriptura bella contra infideles, ferè semper significant *k* pugnam Sanctorum contra dæmones, aut contra vitia: vt cùm Abraham pugnauit contra quatuor reges. *Gen.* 14. *a.* Et hoc bellum timent dæmones: vt Pharao. *Exo.* 1. *b.* Horum bellorum varia est mentio. *Exo.* 13. *d.* 17. *d.* 32. *c. Num.* 1. *b.* 10. *a.* 21. *a.* 26. *a.* 31. *a.* 32. *d. Deut.* 3. *a.* 20. *a. Ios.* 5. *b.* 10. *a.* 14. *d. Iud.* 1. *a.* 3. *b.* 5. *a.* 10. *d.* 8. *b.* 11. *e.* 20. *e.* 1. *Reg.* 5. *b.* 7. *c.* 13. *a.* 14. *g.* 17. *f.* 18. *d.* 19. *b.* 25. *e.* 28. *a.* 2. *Reg.* 2. *c.* 10. *c.* 11. *d.* 12. *g.* 18. *b.* 21. *d.* 3. *Reg.* 2. *a.* 5. *a.* 12. *c.* 14. *g.* 15. *c.* 20. *c.* 22. *a.* 1. *Par.* 5. *d.* 10. *a.* 19. *d.* 2. *Par.* 6. *f.* 11. *a.* 13. *a.* 14. *b.* 19. *b.* 17. *d.* 32. *b.* 35. *g. Iob.* 5. *d.* 7. *a.* 14. *c.* 15. *c.* 17. *a.* 20. *d.* 38. *c.* 39. *c.* 40. *d. Psal.* 17. 45. 67. 77. 143. *Prou.* 20. *c.* 21. *d.* 24. *a. Eccl.* 3. *c.* 8. *b.* 9. *c. Sap.* 4. *a.* 8. *c.* 12. *b.* 10. *b.* 14. *d. Eccl.* 38. *b.* 46. *a. Isa.* 2. *a.* 11. *d.* 22. *d.* 27. *b.* 28. *b.* 42. *c. Ier.* 4. *e.* 6. *a.* 10. *d.* 41. *d.* 42. *c.* 46. *a.* 50. *d. Bar.* 3. *c.* 6. *Dan.* 1. *f.* 10. *d. Ioel.* 2. *b.* 3. *b. Mich.* 1. *c.* 3. *b.* 4. *b. Zach.* 9. *b.* 10. *b.* 14. *a.* 1. *Math.* 1. *b.* 2. *d.* 3. *g.* 4. *b.* 5. *b.* 6. *d.* 7. *d.* 8. *d.* 9. *e.* 14. *b. Luc.* 14. *g. Cant.* 3. *c.* 1. *Esd.* 4. *c. Mar.* 1. *a.* Surrexerunt autem bella post transitum Iordanis: quia *l* post baptismum pugnandum est contra vitia. *Ios.* 11. *d. Ephes.* 6. Specialius autem dicitur armari miles, qui confirmationis sacramentum recipit, & magis particulariter milites dicuntur clerici. 2. *Tim.* 2. *a. Luc.* 3. *c.* Et militia cœlestis dicitur *m* eorum, qui cœlestem ducem sequuntur. *Luc.* 2. *b.* Ad hoc prælium *n* docet Dominus manus contra dæmones. *Psal.* 17. 143. Bellum autem præcipuum & vniuersale erit in iudicio cùm mali separabuntur à bonis. *Isa.* 30. *g.* Dominus dicitur pugnator & bellator fortis, qui pugnat pro Israël, quũ defendit nos in tẽtationibus. *Ex.* 14. *f.* 15. *a. Ios.* 23. *a. Iu.* 5. *c. Par.* 20. *c.* 32. *b. Is.* 31. *c.* 59. *g. Ier.* 20. *d. Za.* 13. *a.*

k *Gre. s.* 1. *Re.* 4. 33. *mo.* 33. *Aug. de com. chordis* 9. *Ar. s. ps.* 143. *Georg. Venet. can.* 2. *t.* 8. *c. Ambr. ser.* 5. *Rup.* 2. *s. Reg.* 28.

Deus defendens in tentationibus.

Passio Christi. Bellum Christi fuit *o* eius passio. *Psa.* 23. 25. 88. 139. *Zach.* 14. *a. Apo.* 17. *d.* Et prælians Gad accinctus est Christus, vel quilibet castus. *Genes.* 49. *c.* Et pugnans Iosue aduersus Amalec pro Mose. *Exod.* 17. *c.* designat *p* Christum pugnantem aduersus dæmones, cui lex commisit victoriam. Et pugnator Iephte, est Christus. *Iud.* 11. *a.* Erit autem in iudicio dies belli Christi. *Amos*, 1. *d.* Et pugnabit Christus gladio oris sui, quando per præcepta reuincet malos. *Apo.* 2. *e.*

l *Or. hom.* 18. *& 12. in Ios.* m *Am. Iu.* 2. n *Arn. s. psal.* 143. *Aug. ps.* 143 o *August. q. in Iud.* 49. *& s. Apo. hom.* 2. p *Bed. s. Exo.* 17. *& s. Gen.* 49.

Bellum malorum & dæmonum in bonos. Cùm autem dicat bellum mutuam relationem, sicut est bellum bonorum in malos, sed iustum & æquum: ita est prælium malorum in bonos, sed iniustum, & iniquum. Itaque est prælium *q* Iudæorum & hæreticorum, dæmonum, & viriorum contra Christum, & contra prædicatores, & contra fideles. *Psa.* 139. Sic fuit prælium inter domum Saulis, & domum Dauid. 2. *Reg.* 3. *a.* Et prælians rex Syriæ & Israël contra domum Dauid, sunt hæretici contra Ecclesiam. *Isa.* 7. *a.* 29. *c.* 41. *c.* Et interfecti non in bello, sunt, qui sponte consenserunt hæreticis. *Isa.* 22. *a* Et bellantes Iudæi aduersus Ieremiam, sunt bellantes aduersus Christum & prædicatores. *Ier.* 1. *d.* 4. *c.* 12. *b. Psa.* 26. *Zach.* 14. *c.* Et bellantes aduersus semen mulieris, sunt dæmones aduersus filios Ecclesiæ. *Apo.* 12. *d. Cant.* 1. *b.* Prælium in cœlo, *r* est diaboli & membrorum eius in hoc aëre, & in Ecclesia, quando pellebatur è templis. *Apoc.* 12. *b.*

q *Hil. s. ps.* 129 *Amb. s. Lu.* 21 *Hie. s. Isa.* 7. 22. *& s. Ier.* 1. 12. *Ber. s. Cant.* 29.

Fortes contra diabolum. Dæmones. Iudæi. Hæretici. Vitia. Bellatores dantur in bonum & malum. Bellatores boni sunt *s* fortes contra diabolum, & vitia: pro quibus sumi potest in subiectis locis. *Num.* 2. *a.* 31. *g.* 32. *d. Deut.* 2. *c. Ios.* 5. *b.* 4. *c.* 8. *b.* 1. *Reg.* 16. *d.* 2. *Reg.* 11. *d.* 15. *d.* 16. *b.* 24. *b.* 3. *Reg.* 9. *d.* 4. *Reg.* 11. *a.* 15. *a.* 1. *Par.* 5. *c.* 11. *g.* 18. *b.* 28. *a.* 2. *Par.* 8. *b.* 13. *a.* 17. *b.* 28. *a. Eccl.* 26. *d. Iob.* 25. *a. Iud.* 11. *a. Isa.* 3. *a. Ierem.* 20. *c.* 39. *a.* 41. *a.* 51. *f. Ioel.* 2. *b.* 3. *b. Nahu.* 2. *b. Zach.* 9. *b. Matt.* 8. *b. Luc.* 7. *b.* 1. *Tim.* 2. *a. Acto.* 10. *b.*

r *Rup.* 7. *s. Apoc.*

Bellatores in malum, sunt dæmones, & vitia, Iudæi & hæretici. *Deut.* 20. *d. Ios.* 10. *a. Iud.* 8. *c.* 7. *b.* 14. *a.* 1. *Reg.* 17. *d.* 3. *Reg.* 10. 4. *Reg.* 8. *d Psa.* 55. *Isa.* 7. *a.* 13. *a.* 19. *b.* 41. *c. Ier.* 11. *a.* 34. *d.* 37. *b.* 51. *a. Dan.* 11. *g. Ezech.* 27. *b.* 39. *f. Hab.* 3. *c.*

s *Ori. s. Num.* ho. 26. *Hie. s. Isa.* 3.

Digitized by Google

Bellantia vasa iniquitatis dicti sunt Simeon & Leui. *Gen.*49. *a.* significantes *a* Scribas, & Pharisæos contra Christum: aut gulam, & luxuriam, quæ impugnant fideles. *Scribæ & pharisæi. Gula & luxuria.*

Bellum Dei contra hypocritam, *Ioan.*2c. *c.* est *b* quum iudiciorum suorum gladiis eius opera percutit. *Punitio Dei.*

Bella sunt *c* tentationes & tribulationes, *Iob.*5. *Psa.*77. Et hominis vita super terram dicitur militia vel tentatio, *Iob.*7. *a.* Quia in homine ex seipso nascitur vnde perimatur: qui etsi semper ex virtute succidit, quod ex infirmitate generet: semper tamen ex infirmitate generat, quod ex virtute succidat. *Tentationes & tribulationes.*

Agonia Christi. *Luc.*22. *c.* Mentis nostræ *d* certamen expressit: quia vim quandam terroris & formidinis patimur, quum per solutionem carnis æterno propinquamus iudicio.

Militia cœlestis, dicitur *e* multitudo angelorum. *Luc.*2. *b. Apo.*12. *b.* Dicuntur autem milites angeli, quia pugnant contra dæmones, *Iob.*25. *a.* Et militia belli dicuntur Angeli, vel Apostoli, & prædicatores, *Isa.*13. *a.* Et pugnantes quatuor venti in mari magno, *Dan.*7. *a.* sunt Angeli præfecti regnis & prouinciis: quorum vnusquisque satagit pro eo regno, quod sibi commissum est. *Angeli.*

Militia cœli etiam dicebatur de astris, quæ colebant Gentiles. Et militia cœli, super quam visitat Dominus, sunt dæmones, siue aëreæ potestates. Militia verò terræ, *f* sunt homines terreni, *Deu.*17. *a.*4. *Reg.*17. *c.*21. *a.*2. *Par.*33. *a. Isa.*24. *d.*34. *a.*40. *f.*45. *b. Ier.*8. *a.*19. *d. Soph.*1. *a. Acto.*7. *e.* *Astra. Dæmones. Homines terreni.*

Qui pugnauerunt contra Madianitas, *Num.*31. *g.* figura sunt eorum, *g* qui non implicant se negotiis secularibus: qui tamen ex sexcentis millibus non fuerunt electi, nisi duodecim millia. Pugnantes autem tribus, quæ erat trans Iordanem cum filiis Israël, eósque adiuuantes, *Ios.*1. *d.* designant *h* antiquos Patres, orantes pro nobis. Et pugna contra omnes inimicos per circuitum, designat *i* prædicationem vsque ad conuertendos inutiles se extendentem. 1. *Reg.*14. *g.*1. *Cor.*9. Et pugna aduersus Edom, est *k* contra hæreticos, vel contra Iudæos, vel contra carnem Abdiæ. *Renunciantes seculo. Antiqui Patres. Prædicatio.*

Bella, quæ aufert Deus à fidelibus, *Psal.*45. designant *l* impietatem. Et bella, à quibus quieuit terra tempore Iosue, *Ios.*11. *d.*14. *d.* designant *m* pugnas concupiscentiarum & reliquarum peruersarum affectionum tempore Christi, quando vires earum sunt imminutæ. Et bello capti dicuntur omnes aduersarij. *Ios.*11. *d.* quia non subiiciuntur vitia, nisi pugnando. Ad hæc pertinet pugna carnis in spiritum. *Impietas. Concupiscentia vitia. Carnis pugna in spiritum.*

In prælio stant in die iræ Domini, *Ezech.*13. *a.* qui *n* orationibus & ieiuniis se opponunt diuinæ vindictæ.

Pugnantes filij matris aduersus sponsam, *Cant.*1. *b.* sunt *o* Paulus, & alij de Synagoga persequentes Ecclesiam. Vel sunt *p* Apostoli, destruentes gentilicos sensus Ecclesiæ, quando instruebatur in fide: vel iidem Apostoli aduersus synagogam pugnantes: vel passiones aduersus animam, *Ier.*12. *b. q* Vel Iudæi contra beatam virginem, negantes eius virginitatem & puritatem. *Persequentes Iudæi Ecclesiam.*

Pugnat vir contra fratrem suum. *Isa.*19. *a.* quum *r* aliqui conuertuntur ad fidem, relictis sibi proximis in infidelitate.

Certaminis locus, 1. *Reg.*14. *a.* est cor audientis verba Dei, vbi certamen est prædicatoris cum diabolo. Vel est regio vbi multi conuertuntur. *Cor audientis.*

Pugnat Iudas contra Hierusalem. *Zach.*14. *c.* quum is, *s* qui quondam Domini confessus est nomen, & in persequutionibus coactus, Christi populum persequutus est, & ipse vertatur ad lætitiam. Vel certè inuitat Propheta, vt Iudas, hoc est omnis confitens, & fidelis, non aduersum Hierusalem pugnet: sed præparet se in Hierusalem, vt contra aduersarios dimicet.

Milites sub Centurione, *t* sunt suggestiones bonæ, aut malæ, quibus homo liberi arbitrij dicere potest: Vade, & vadunt, aut veni, & veniunt. *Luc.*7. *a.* *Suggestiones.*

Militare dicuntur terrores Domini aduersus Iob: quia *u* in pœna positus adhuc supplicia æterna pertimescit, *Iob.*6. *a.*

Militant pœnæ aduersum nos. *Iob.*10. *d.* quia *x* dum miranda Sanctorum facta conspicimus: vitam nostram, quæ ex eorum nobis comparatione displicet, studiosa afflictione cruciamus. *Pœnitentia.*

Prælia quæ audiunt perfecti, sunt *y* pugnæ opinionum, & errorum, *Matt.*24. *a. Psa.*67. *Luc.*21. *c.* Ad idem refertur, cùm pugnat gens contra gentem, *Ios.*22. *c.*2. *Par.*11. *a.*15. *a. Isa.*11. *d.*19. *a.*

Pugnans Naas contra Iabes, 1. *Reg.*11. *a.* designat *z* gulam procurantem esurientia abstinentium corpora, ad inordinatam ventris repletionem inducere. Sic pugnauit Amalech contra Israël post defectum panis & aquæ, *Exo.*17. *b.* quia *aa* tunc diabolus & caro magis tentant, quando abstinemus ab alimentis.

Pugnans rex bella Israël, 1. *Reg.*8. *d.* designat *bb* potentiam temporalem absque virtute spirituali.

Pugnat orbis terrarum cum Domino contra insensatos, *Sap.*5. *d.* quando *cc* in pœna delinquentium etiam elementorum aduersitas militat.

Prælium dicuntur sanctificare hæretici contra eos, qui eis non obtemperant, *Mich.*3. *b.* Cum affirmant *dd* prophetali authoritate quæ dicunt, & quasi imperio Dei minantur.

Pugnantium clamor est, quum *ee* appetitus excitantur aduersus animam, qui tamen etiam dicuntur ludentes, *Exod.*32. *d.*

Benadad.

BENADAD, id est, filius sonitus, vel clamoris, aut filius dilecti vel patrui, siue mamillæ: rex Syriæ aduersarius Iudæorum, 3. *Reg.*15. *d.*20. *a.*4. *Reg.*8. *b. Ier.*38. *e. Amos*1. *a.* typus est *ff* diaboli aduersus fideles, contra quos venit cum triginta duobus regibus, hoc, est cum omnibus vitiis. *Diabolus.*

Benedicere, Benefacere.

BENE, cum dicere & facere, nonnullas admittit allegorias. Benedicere autem est bonum alicui imprecari. Deus quidem benedicit largiendo bona, homines verò benedicunt optando, aut bona, quæ insunt laudando. Benedictio autem secundùm literam, aliquando sumitur pro munere, *Gen.*33. *b.*1. *Reg.*25. *c.*30. *g.* Aliquando dicit abundantiam. 1. *Cor.*9. *b.*

Benedixit Deus rebus creatis, *gg* dans eis vires naturales ad suas exercendas operationes, & ad generandum sibi similia. *Gene.*2. *d. Psa.*144. *Mal.*3. *c.* Maximè autem benedictio illa videtur fuisse ad multiplicationem: vnde non benedixit cœlum, aut lucem & cætera, quæ eadem perseuerat. Aliquando dicitur benedictio, is quibus Deus benedicit. *Zac.*8. *c.* *Dans vires naturales.*

Benedixit autem Deus *hh* peculiariter homini, *Gen.*1. *d.* vt cresceret spiritualiter: secundum potiorem sui partem. Sic benedixit Noë, & Abraham, & aliis. Et benedicet populo suo in pace. Et benedicit ex Sion, hoc est, dãdo bona cœlestis patriæ. *Gen.*9. *a.*12. *a.*17. *c.*24. *d.*28. *a. Exo.*20. *d. Num.*6. *d. Deut,*15. *a.*16. *c.*26. *d.*28. *a.*33. *c. Psa.*5.28.66.106.108.127. *Eccl.*1. *h.*24. *a.*33. *b. Isa.*61: *d.*19. *d.*65. *c. Ier.*31. *e. Ezec.*34. *f. Matt.*25. *c. Ephe.*1. *a. Iud.*5. *d.*2. *Reg.*2. *a. Tob.*13. *c. Iudi.*13. *c.*15. *d.* Benedictio Domini super caput iusti, *Prou.*10. *b.* quum dicet: Venite benedicti, &c. *Dans dona gratia.*

Benedictio data à Deo Abrahæ, designat *ii* gloriam prophetatam de Christo. *Gen.*12. *a.* Et benedictio post oblationem Isaac, designat *kk* multiplicationem Christianorum post passionem Christi. *Gen.*22. *d.* Et prima benedictio est de terrenis, secunda de cœlestibus, quia *ll* priùs quod carnale, deinde quod spirituale, *Gen.*17. *c. Isa.*51. *a. Gal.*3. *b. Heb.*6. *c.* Benedicuntur autem omnes gentes in semine Abrahæ, quia per Christum saluantur. Et benedictiones dulcedinis fuerunt benedictiones datæ Patriarchis super Christo venturo, *Psal.*20. *Gloria prophetata de Christo.*

Benedicens Deus Isaac post mortem Abrahæ, designauit multiplicationem populi Christiani post passionem Christi, *Gen.*25. *b.*26. *a.* Designauit etiam repromissionẽ & spem futuri regni. Et præterea benedictioné, *mm* qua Deus benedixit Christo, dans Ecclesiæ gratiarum dona, *Psa.*3.44. Et benedixit Deus viduam, *nn* hoc est, Ecclesiam. *Psa.*131. Et effundit benedictionem suam super stirpem Iacob, *oo* quum dat gratiam credentibus per prædicationem Apostolorum; *Isa.*44. *a. Mal.*3. *c.* Et dicitur benedicere iusto. *Psa.*5.83. Benedixit quoque Deus domui Ægyptij propter Ioseph, hoc est, *pp* Ecclesiæ propter Christum *Gen.*39. *a.* Sic benedixit Laban ad introitum Iacob, *qq* dans videlicet benedictionem Gentibus per aduentum Christi. *Gen.*30. *d.* Benedixit etiam Obededom propter arcam, 2. *Reg.*6. *b.*1. *Paral.*12. *d.* Et benedicens Iacob regi Pharaoni designauit fidem ad Gentes venturam. *Gen.*27. *b. Exo.*12. *a.* Benedicens Moses cum Aaron populo, designabant benedictiones futuras Ecclesiæ

per

a *Glo. ord. su. Gene.*49.
b *Gre.*15. *mo.*12.
c *Au. s. ps.*77. *Gre. s. mo.*18. & 8. *mo.*4. 5.
d *Gr.*74. *mor.*18.
e *Gr.*17. *m.*8. *Hie. s. Isa.*13. & *s. Dan.*7.
f *Hie. Isa.*24. & 34.
g *Ori. s. Num. ho.*25.
h *Ori. s. Ios. h.*10.
i *Gre. s.*1. *Regum.*4.
k *Hie. s. Abdiam.*
l *Ba. & Aug. s. psa.*45.
m *Ori. s. Ios. ho.*1. 15.
n *Hie. s. Ezec.*13.
o *Ori. s. Cant. ho.*1. 2.
p *Amb. de Is.*3. & *s. psa.*118. *ser.*2.
q *Rup. s. Cã.*1
r *Hie. s. Is.*19.
s *Hie. s. Za.*14
t *Cassia. coll.*7. *c.*5.
u *Gre.*7. *m.*3.
x *Gr.*9. *m.*43.
y *Ori. s. Matt. ho.*28.
z *Gre. s.*1. *Regum.*11.
aa *Ori. s. Exod ho.*11.
bb *Gr. s.*1. *Regum* 8.
cc *Gre.*6. *mo.*6.
dd *Glo. inter. s. Mich.*3.
ee *Phil. de temulentia.*
ff *Glo. ord. su.*3. *Reg.*20.
gg *Aug. s. ps.*66.
hh *Hil. s. psa.*66. *Aug. s. ps.*127.
ii *Tert. aduer. Marcio.*3.
kk *Ori. s. Gen. ho.*9.
ll *Hie. s. Gal.*3. & *s. psa.*10.
mm *Hie. psa.*44. *Bas. s. ps.*44.
nn *Hil. s. psa.*131.
oo *Aug s. psa.*83.
pp *Bed. s. Ge.*39.
qq *Rup.*1. *su. Gen.*37.

Digitized by Google

per Christum, *Exo.* 39.*g.* *Leu.* 9.*d.* *Deu.* 33.*a.* *Psa.* 117.128 *Eccl.* 36.*e.* Benedixit vterque, quia sacerdotes non propria virtute benedicunt, sed virtute Christi.

Multiplicatio fidelium.

Benedixit Deus domui Iacob, *a* nascendo in ea. *Psa.* 27.28.113. Et etiam domui Dauid. 2.*Reg.* 2.*d.* Et hæreditati suæ, 2.*Reg.* 21.*a.* 3.*Reg.* 8.*b.* Et benedixit terram suam per aduentum Christi. *Psa.* 84. Et benedixit fructui ventris, dans Christum, natus ex Iudæis. *Deut.* 7.*b.*

a Ar. s. ps. 84. 125.

Benedictio quam dat Deus anno sexto, quæ dat fructum vsque ad annum octauum durantem, *Leu.* 25.*c.* est *b* Christus, in quo resuscitamur, & à maledictione Adæ liberamur.

b Is. Leu. 25.

Missio Spiritus sancti.

Benedictio, qua Noë benedixit Sem, & Iaphet, *Gen.* 9.*d.* typus est benedictionis Christi in populum suum post resurrectionem. Idem designauit benedictio Melchisedech, *Gen.* 14.*d.* *Hebr.* 7.*a.* Et benedicens Salomon populo, *c* est Christus mittens Spiritum sanctum, 3.*Reg.* 8.*f.*

c Rup. [illegible]

Eligens Apostolos & prædicatores.

Benedixit Deus omnibus, qui timent Dominum, *d* eligens pusillos & maiores in Apostolos & prædicatores, *Psa.* 113. Et benedixit domui Aaron, tradens illi Ecclesiæ sacerdotium.

d Arn. s. psal. 133.

Dans rectum sermonem.

Benedicere dicitur Deus, *e* quum in sermone dat intentionem synceram, & inoffensam eloquutionem ad reuincendos aduersarios veritatis.

e Phil. de migrat. Abrahæ

Benedictio resurrectionis.

Benedixit Deus coronæ anni benignitatis suæ, *f* sanctificans diem sanctum paschæ. *Psa.* 64. Benedicet etiam coronæ anni, quum omnes sancti resuscitabuntur.

f Arn. & Hil. s. psa. 64.

Benedicens operibus Christi.

Benedixit Deus operibus manuum Iob, hoc est, *g* operibus Christi, vel Ecclesiæ. *Iob.* 1.*b.* Benedixit autem Deus nouissimis Iob, magis quam à principio. *Iob.* 42.*d.* hoc est, *h* benedixit Christo magis in nouo Testamento quàm in veteri: & in fine Ecclesiæ quando Iudæi venient ad fidem.

g Gre. 2. mo. 23.
h Gre. 30. mo. 16.
Hie. s. Iob. 42.

Dona Christi.

Benedictiones variæ, ad Ioseph per patrem datæ, *Gen.* 49.*d.* designant *i* benedictiones Dei patris Christo collatæ: Benedictiones cœli, quia dominatur omnibus cœlestibus: Benedictiones abyssi, quia dominatur terrestribus & infernis. Benedictiones vberũ, sunt duorum Testamentorum: quorũ altero nunciatus est, altero demonstratus. Vel benedictiones vberum & vuluæ, sunt beatæ Virginis parientis & nutrientis Christum sine corruptione. Benedictiones etiam cœli, sunt contemplatio cœlestium: benedictiones abyssi intelligentia scripturarum: benedictiones vberum, simplicior doctrina, vuluæ autem, parturiens iterum Ecclesia.

i Amb. de bene patriar. 11.
Bed. s. Ge. 49.

Quies æternæ gloriæ.

Benedixit Deus diei septimo, *Genes.* 24. *Exod.* 20. *b.* designans *k* benedictionem quietis æternæ gloriæ. Et benedicit Dominus ex Sion, vel in Sion eos, quos ducit ad gloriam cœlestẽ: qua ratione dicitur etiam benedicere filiis Sion. *Psa.* 127.132.133.147. Benedixit autem diei septimo, quia ad illũ diem soli benedicti perueniunt.

k Rup. 2. sup. Gen. 17.

Vocatio vtriusque populi.

Benedicens Iacob duos filios Ioseph, designauit vocationem vtriusque populi ad fidem. *Gen.* 48.*d.* *Hebr.* 11.*d.* Et benedictiones singulorum filiorum Iacob. *Gen.* 49. designant æqualiter vocandos ad hæreditatem regni cœlestis.

Promissio vitæ præsentis & futuræ.

Benedictio autem, quam dedit Caleb Axæ filiæ suæ. *Ios.* 15. *d.* est *l* promissio vitæ, quæ nunc est & futuræ.

l Ori. s. Iosu. ho. 20.

Confirmans in virtute.

Benedicens Iosue Caleb, *Ios.* 14.*d.* designat *m* Christum benedicentem iis, qui fortes se offerunt ad expugnandos errores. Idem designauit, benedicens Rubenitas, & Gaditas. *Ios.* 22.*d.* Et benedicens Dauid populum. 1.*Par.* 16. *a.* 2.*Par.* 6.*a.*

m Ori. s. Iosu. ho. 8.

Impletio prophetiarum.

Benedicens Eli Elcanæ & vxori eius, 1.*Reg.* 2.*d.* designat *n* prophetias antiquorum patrum de Christo & Ecclesia: quæ licet olim prædictæ sint, tamen cum sint impletæ, tunc videntur illis benedixisse.

n Gre. s. 1. Regum. 2.

Repromissio futuri regni Christi.

Benedicens Isaac iam senex Iacob. *Gen.* 27.*e.* designauit *o* repromissionem & spem futuri regni Christi. Benedixit autem ei, quem non cognouit, designans Iudæos, qui multa sciebant futura de Christo, quem præsentem non cognouerunt.

Vocatio Gentium.

Benedicens autem ei, quem præsentem non videbat, cui ventura in posterum præuidebat, designauit tunc quidem Gentilitatem in errore existentem, non cognosci à Deo: quam tamen post Christi aduentum credituram præuidebat. Et rapta est benedictio à Iacob, quia Gentiles præuenerunt Iudæos credendo. Fuit autem benedictio de rore cœli & pinguedine terræ, quia promissa sunt cœlestia & terrena. *Heb.* 11.*d.* Designat etiam Isaac Iudæos, qui benedicunt Christo, & alius benedici putatur, qui ab ipsis errantibus expectatur.

Conuersio Iudæorum in fine mundi.

Benedictio autem quæ postmodum data est Esau, designat conuersionem Iudæorum in fine mundi.

Prædicatio Christi.

Benedictio etiam Iacob, significare potest prædicationem Christi in omnibus gentibus.

o Or. s. Iud. h. 5.
Tert. aduers. Marcion. 3.
Hie. ad Damasum. q. 3.
Aug. 17. ciu. Dei. 37.
Gre. s. Eze. ho. 6.
Ber. ad milites templi. 7.
Bed. s. Ge. 27.

Manifestatio diuinitatis in humanitate.

Benedicens Angelus Iacob per nominis mutationem, designat *p* manifestationem diuinitatis in humanitate, in qua passus Christus attulit benedictionem, *Gen.* 32.*g.* Benedicuntur etiam illa benedictione credituri de genere Iacob in Christum.

p Tert. de Trinitate.
Aug. q. de gene. 14.

Eucharistia.

Benedictiones dulcedinis, sunt *q* sacramentum corporis & sanguinis Christi. *Psal.* 3.20.23.83.108.129.132. *Pro.* 10.*b.* 11.*d.* 20.*c.* 24.*c.* *Eccl.* 11.*c.* 38.*c.* *Isa.* 19.*d.* 44.*a.* *Ioel.* 2.*d.* *Zach.* 8.*c.* *Mal.* 3.*c.* 1.*Pet.* 3.*b.*

Gratia præueniens.

Designat etiam *r* gratiam præuenientem, adiuuantem, & consummantem: sed peculiariter præuenientem.

q Ar. s. ps. 20.
r Ber. ser. Par. 39.

Sanctificatio doctrinæ Christi.

Benedixit Christus panes, vt multiplicarentur, quum *s* sanctificauit doctrinam suam, vt augeretur. *Matt.* 14.*b.* 26.*c.* *Marc.* 6.*f.* 14.*c.* *Luc.* 9.*b.* 24.*e.* *Exo.* 23.*d.*

Consecrare.

hoc est, benedicere, consecrare, 1.*Cor.* 10.*c.d.*

s Ori. s. Mat. ca. 14.

Baptismus.

Benedictio, quam noluit iniquus, significare potest *t* baptismum. *Psa.* 108.

t Ar. s. ps. 108.

Benedicitur gloria Domini de loco suo. *Ezech.* 1.*c.* quum *u* benedicitur in his, qui prius erant locus diaboli, & postea conuersi fiunt locus Dei.

u Gre. s. Ezec. ho. 10.

Gratiarum actio.

Benedicere Dominum in omni tempore, *x* est gratias agere in prosperis & aduersis. Et in vita præsenti & futura, & secundum omnem statum. Demum benedicere Dominum, est illi gratias agere. *Psa.* 15.25.33.36.62.63. 102.103.113.133.134.144. *Deut.* 8.*c.* 1.*Par.* 29.*b.* *Nec.* 8.*b.* 9.*a.* *Tob.* 4.*d.* 8.*c.* 12.*b.* 13. *b.* *Iud.* 7.*c.* *Eccl.* 33.*c.* 39. *b.* 41. *b.* *Dan.* 2.*e.* 2.*Mach.* 10.*g.* 11.*b.* *Luc.* 1.*f.* 24.*g.* 1.*Cor.* 14.*c.* *Iaco.* 3.*b.* *Apoc.* 7.*c.* Benedicere autem Deum de fontibus Israël, *y* est laudare eum de sacra Scriptura, & Apostolis. *Psa.* 67.

x Bas. s. ps. 33.
y Glo. int. sup. psa. 67.

Bene operari.

Benedicere Christo, aut Deo, *z* est bonis operibus efficere, vt benedicatur. *Num.* 24.*b.* *Ps.* 67.117. *Matt.* 21.*a.* *Mar.* 11.*b.* *Luc.* 1.*d.* 2.*e.* 13.*g.* 19.*f.* *Ioan.* 12.*c.* *Apo.* 1.*d.*

z Ori. s. Num. hom. 17.

Benedictio data Leuitis propter cædem idololatrarum. *Exo.* 32.*f.*

Benedicens Moyses & Aaron populo, designare possunt *aa* quemlibet iustum idoneum esse ad benedicendum. *Exo.* 39.*g.* *Leu.* 6.*d.*

aa Is. s. Leu. 9.

Benedicit vias suas, & studia sua, qui bene operatur. *Ier.* 7.*a.* Et semen iusti est in benedictione, *bb* quum multiplicat bona opera. *Psa.* 36.

bb Hie. s. psal. 36.

Benedicens Samuel hostiæ. 1. *Reg.* 9. *b.* designat *cc* prædicatorem per prædicationem augentem fidelium deuotionem.

cc Gr. s. 1. Regum. 9.

Benedictum eloquium Abigail. 1.*Reg.* 25.*f.*

Crux.

Benedictum lignum, per quod fit iustitia. *Sap.* 14.*a.* est *dd* crux, per quam reparatus est orbis terrarum.

dd Gl. int. su. Sap. 14.

Sacra Scriptura.

Benedicta vena sapientiæ. *Prou.* 5.*d.* est *ee* sacra Scriptura.

ee Glo. ord. s. Prou. 5.

Benedicens Balaam filiis Israël. *Num.* 23.*b.* 24.*d.* *Deut.* 23.*a.* *Ios.* 24.*b.* ostendit eum benedicendum, cui Deus benedixit.

Palliare vitia.

Benedicere ore, est *ff* mala opera virtutis nomine palliare: vel per boni prætextum ad malum inducere. *Ps.* 61.

ff Bas. & Ar. s. ps. 61.

Benedicunt etiam ore, *gg* qui labiis Deum honorant non corde. *Psa.* 48.

gg Aug. s. ps. 48.
Glo. inter. sup. psa. 48.

Adulatio.

Benedicitur anima diuitis, ab adulatoribus videlicet, in vita sua. *Psa.* 48. *Eccl.* 31. *Luc.* 6.*d.* Aliter benedicunt Iob latera pauperis. *Iob.* 31.*b.* Nempe quia receperunt in eleemosynam vestimentum. Benedicit autem proximo suo grandi voce de nocte, *hh* qui eius vitiis adulatur: Ideo maledicenti similis est. *Prouerb.* 27.*c.*

Hie. s. Is. 3.
hh Bed. s. Pro. 27.

Donorum Dei abusus.

Benedictiones, quibus maledicit Deus. *Mal.* 2.*a.* sunt ea, *ii* quæ Dei dono quis possidet, & eis abutitur: vel sunt, quæ benedicuntur, aut offeruntur à sacerdotibus, sed malè & cum vitiis.

ii Hie. s. Mal. 2.

Consentire diabolo.

Benedicere Idolo, est consentire diabolo. *Isa.* 66. *a.* Benedictionem enim reputat diabolus, quum ei consentitur, sicut Rapsaces. *Isa.* 27.*c.*

Benedictiones datæ super montem Garizim. *Deut.* 11.*d.* 27.*b.* 28.*a.* 33.*b.* *Ios.* 8.*g.* designant *kk* eos accipere benedictionem æternam, qui à terrenis separantur, & hic se peregrinos arbitrantur.

kk Glo. ord. s. Deu. 11.

Maledicere.

Benedicere ponitur interdum pro *ll* maledicere. 3.*Reg.* 21.*c.* *Iob.* 1.*b.* 2.*c.*

ll Glo. ord. su. Iob. 1.

Benefacit Deus animæ, *mm* eripiens eã à peccatis & tẽtationibus. *Gen.* 32.*c.* 1.*Reg.* 25.*c.* *Tob.* 11.*d.* *Iud.* 11.*d.* *Ps.* 56. 77.114.

mm Bas. s. ps. 114.

Digitized by Google

77. 1.1 4.124. *Ier.*32.*g. Soph.*2.*c.*2. *Mach.*1.*a.*6. *Marc.*7.*d. Acto.*10.*f.*14.*c.*

a *Baſ.ſ.pſ.*48. Benefacere putatur Deus ab inſipientibus, diuiti, *a* quum dat ei proſpera. *Pſalm.*48. *Exod.*1.*d. Iudi.*7.*d. Actorum* 14.*c.*

Benefacere abſolutè, eſt bonum opus operari. 3. *Reg.*8.*b. Eccl.*14.*a.* 42. *c. Iſa.*1.*c. Ier.*4.*f.*13.*d. Matt.*12.*a. Marc.*5.*a.* 1. *Cor.*7.*g. Gal.*6.*b. Phil.*4.*c.*2. *Theſ.*6.*c. Acto.*10.*e. Iac.*2.*b.* 1. *Pet.*2.*c.* 3.*a.*4.*d.*2. *Pet.* .*d.*1. *Ioan.*3.*c.* *Bene operari.*

b *Bern.ſ.Apo.* Benefacere viduæ, hoc eſt, *b* animæ, eſt excolendis virtutibus operam dare. *Iob.*24.*c.*

Benefacere aliis, eſt in ſpiritualibus eos inſtruere, ac ſacramentorum participes efficere. *Num.*10.*d. Eccl.*12.*a.* 14.*b.*49.*c. Tob.*12. 1. *Mach.*11.*c. Matt.*5.*g. Luc.*6.*b.* *Inſtruere in ſpiritualibus.*

Bene Iaacan.

Bene Iaacan, id eſt, filius tribulationis vel laboris, &c. vigeſima octaua manſio filiorum Iſraël in deſerto, quò peruenerunt profecti de Moſeroth. *Num.*33.*d.* Origenes legit Banaim, id eſt, fontes, vel excolationes: deſignat *c* implentes præcepta quantumuis minima.

c *Ori.ſ.Num. ho.*27. Bene Iaacan iuxta Hieronymum, *d* interpretatur filij neceſſitatis, ſeu ſtridoris: quò peruenitur poſt Moſeroth: quia quum diuinis ſcripturis fueris eruditus, & leges earum ac teſtimonia, vincula ſcieris veritatis, contendens cum aduerſariis, ligabis eos: & vinctos duces in captiuitatem, & de hoſtibus quondam atque captiuis, liberos Dei facies. Et dicuntur filij ſtridoris, quo timore ſupplicij, & eius loci, vbi eſt fletus & ſtridor dentium, deſerens diaboli vincula, Chriſto Domino credentium turba colla ſubmittat.

d *Hie.de mãſioni.*

Beneplacere, Beneplacitum.

e *Hil.ſ.pſ.*68. Beneplacere, & beneplacitum vix habent vnde ſumant allegorias, ſed datur beneplacitum Dei, quod eſt bona voluntas ipſius Dei. Et tempus beneplaciti dicitur *e* tempus paſſionis Chriſti, quo gratum obtulit Patri ſacrificium. *Pſ.*67.68.88.146.140. *Eccl.*1.*d.*3.*d.*3 ..*a.*1. *Cor.*10.*a. Eph.*5.*c. Col.*3.*d.*

Beneplacitum in conſpectu Domini, dicitur bonum opus illi gratum. *Deut.*6.*c.*

Beneplacitum populi Dei, eſt bona voluntas ad implenda præcepta Dei. *Pſ.*105.

Beneplacitum malorum, eſt voluntas peccandi cum complacentia in ipſo peccato. *Pſa.*140.

Beniamin.

f *Gre.ſ.*1. *Regum.*9. Beniamin, vltimus filius Iacob, & Rachel, in cuius partu mortua eſt eius mater: interpretatur filius dexteræ, & ſecundum hoc ſignificat *f* Chriſtum ſedentem ad dextram Patris, vt dicitur *Marci vltimo.* Eſt vltimo genitus à Rachel & Iacob: quia omnes perfecti generare debent Chriſtum mente, poſt quem tanquam vltimam prolem parere ceſſant. In eius partu moritur Rachel, hoc eſt, *g* portio ſuperior, quæ vnita Chriſto moritur in parte, vt viuat in toto. *Chriſtus.*

g *Geor. Vene. cãt.*2.*t.*3.*c.*6. Beniamin ſignificat etiam *h* Paulum de tribu Beniamin. Et quum domi fuit retentus à patre exprimitur Paulus nondum credens. Dictus eſt à matre Benoni, id eſt, filius doloris mei, quia in dolore Eccleſiæ, quam perſequebatur, natus eſt. A patre verò dictus eſt Beniamin, id eſt, filius dexteræ: quia à Deo dictus eſt vas electionis. In eius partu mortua eſt mater, quia conuerſus Paulus, extinxit ſynagogam. Dictus eſt lupus rapax, comedens manè prædam, & veſpere diuidens ſpolia, quia ante fidem perſequebatur credentes, ſed poſtea dilatauit doctrinam fidei. *Geneſ.*35.*c.*42.*a.*43.*c.*44.*e.*49.*d. Ioſue* 10.*b. Pſal.*67.79. *Hoſe.*5.*c. Abdi.g. Philip.*3.*a. Apoc.*7.*a.* *Paulus.*

h *Ori.ſ.Ezec. ho.*4. *Arn.ſ.pſa.*67 *Ambr. de Ioſeph.*8. *& de ben.patri.*12. *Aug.ſ.pſ.*67. *Bed.ſ.Ge.*35. Beniamin interdum ſignificare poteſt *i* Iudæos propter Hieruſalem, quæ erat in tribu Beniamin. *Geneſ.*49.*d. Pſa.*9. *Iudæi.*

i *Bed.ſ.Gene.* 49. Poteſt eadem ratione ſignificare *k* Eccleſiam, & populum fidelem: coram quo manifeſtatur Deus. *Pſalm.*79. Et filij Beniamin ſunt filij Eccleſiæ, *Ierem.*6.*a.* Et porta Beniamin, eſt ſtatus virtutis in Eccleſia. *Zach.*14.*b.* *Eccleſia.*

k *Hie.ſ.Ier.*6. *Ber.virg. natiui. Domini. ſer.*6. Præterea deſignat humilitatem, *l* quæ maiores partes accipit à Chriſto: vt Beniamin à Ioſeph: & generaliter virtutem, quæ dextera eſt. *Gen* 43.*g. Ier.*31.*b.* *Humilitas. Virtus.*

l *Hie.ſ.Ier.*32 Vt natus eſt Beniamin poſt Ioſeph, ex eadem matre: deſignat *m* contemplationem diuinorum, quæ naſcitur poſt diſcretionem, & cognitionem, fit ex eadem ratione tanquam matre. *Contemplatio*

m *Ricar.de S. Vict. de* 12. *patriar.*71.

Benignus, Benignitas.

n *Gre.ſ.pſ.*50 o *Au.ſ.pſ.*84. Benignitas, licet ſignificare ſoleat, promptam & liberalem largitionem, tamen ſæpè ſumitur pro affectu amoris, quo quis afficitur erga alium, vt ei benefaciat, aut ignoſcat iniuriam facienti. Vix habet vnde allegoriam recipiat.

Benigne facit Deus in bona voluntate ſua Sion. *Pſal.*50. quum *n* ſuſtinet peccatores, & conuertit in Eccleſia. Item, quum factus homo, dignatus eſt mori pro peccatoribus. Et benignitas Dei eſt, o qua miſeretur, & dat gratiam ad operandum, cæteráque bona largitur. *Pſa.*64.68.84. *Sap.*1.*b.*7.*c. Ioel.*2.*c. Luc.* 6.*c. Roman.*2.*a.*1. *Cor.*13. *b. Tit.*3.*b.*

Beor.

Beor, id eſt, incendium, vel expurgatio, aut inſipiens, ſiue iumentum vel paſtus: pater Balaam arioli. *Num.* 22.*a.*24.*c.* Poteſt eſſe figura *p* hæreticorum. *Hæretici.*

p *Ori.ſ.Num. ho.*19.

Berillus.

q *Plin.*38.*na. hiſt.*5. Berillus, *q* lapis viridis coloris, viriditatem puri maris imitans: naſcitur præcipuè in India. Eius varia ſunt genera. Dicitur fauere contra hoſtes & lites, mitem reddere, & ingenium bonum præſtare. Ponebatur in quarto ordine rationalis, quod ferebat Pontifex in pectore. Et in octauo fundamento ciuitatis cœleſtis. *Exo.*28.*e. Ezec.* 28.*d. Apoc.*21.*f.* Poteſt ſignificare *r* ſobrietatem. Ipſi quoque comparatur *ſ* Thomas Apoſtolus, qui mari aſſimilatur, tum ob inſtabilitatem fidei, tum quia Apoſtolatum ſuum ad remotiſſimam ad Indos vſque regionem, ac per mare expleuit. *Sobrietas.*

r *Georg.Vene. cã.*3.*t.*8.*c.* 3. *Thomas.*

ſ *Aretas. ſ. Apo.*21.

Berith.

Berith, id eſt, pactum, ſiue fœdus: nomen idoli Sichimorum. *Iud.*9.*f.* videtur idem quod Baalberith.

Berotha.

t *Hie.ſ.Ezec.* 47. Berotha, id eſt, putei, terminus aquilonaris terræ promiſſionis, *Ezec.*47.*c.* deſignare poteſt puteos, *t* quos foderunt Patriarchæ.

Berſa.

u *Glo.ord. ſu. Gen.*14. Bersa, id eſt, *u* in anguſtia conſtitutus, ſiue in malo, vel in iniquitate, ſeu in condemnatione, aut filius deſpiciens. Fuit rex Gomorrhæ, id eſt, populi tumentis, & ſeditioſi: Superatus eſt à quatuor regibus quia vacabat curis ſecularibus, *Gen.*14.*a.*

Berſabee.

x *Hie.ſ. Am.* 8. Bersabee, id eſt, *x* puteus iuramenti, ſiue puteus ſaturitatis, ſiue puteus ſeptimus: ciuitas in extremis finibus Iuda, vbi habitauerunt Abraham, Iſaac, & Iacob: vbi etiam Iudæi coluerunt idola. *Gen.* 15.*e.*21.*d.*26.*c.*2. *Reg.* 17.*c.*3. *Reg.*4.*c.*19.*a.*4. *Reg.*12.*a.*23.*b.*2. *Par.*19.*b. Neem.*11.*d. Amos.*5.*b.*8.*d.*

y *Ber.ſer.par- uo.*64. *Bed.ſ.Ge.*23. Deſignat *y* Eccleſiam, quæ eſt puteus ſeptimus, propter abundantem ſeptiformem gratiam, & puteus ſaturitatis, propter abundantiam myſteriorum. Poteſt pari ratione baptiſmum ſignificare. *Eccleſia. Baptiſmus.*

z *Rup.* 7. *ſ. Gen.*11. Vt etiam eſt puteus ſaturitatis, vel abundantiæ deſignat *z* fœlicitatem æternam: in qua totius boni ſaturitas eſt. *Gen.*26.*c.* *Fœlicitas.*

aa *Hie.*|*prol.ſ. h. Ori.ſ.Ioſ.*

Berzellai.

bb *Phi.deſcom. Vicent. Gallus ad u. prophan. nouita.* Berzellai, id eſt, ferreus: ſiue filius contemptus: vir inſignis Galiadites, qui ſuccurrit Dauid cum alimentis in deſerto, quum fugeret Abſalom, 2. *Reg.*17.*g.*19.*e.*3. *Reg.*2.*b.*

Beſeleel.

cc *Ricar.de S. Vict. de arca myſti.*22. Beseleel, id eſt, in vmbra Dei: artifex præcipuus tabernaculi teſtimonij, & vaſorum eius. *Exod.* 31.*a.*35.*d.* 36.*a.* deſignat *aa* Petrum Apoſtolum ædificãtem Eccleſiam aut alioqui pontificem diſpenſantem, quod quiſque offert in loco ſuo. Et vt pingit vmbras à vero exemplari deſumptas *bb* deſignat doctorem & prædicatorem, qui veritates à Deo acceptas docet: vel eum, *cc* qui non per exceſſum accipit à Deo, ſed multo ſtudio & labore, & non ſicut Moſes in nube & monte. *Petrus Apoſtolus. Prædicato.*

Digitized by Google

Bestia.

BESTIA, generale vocabulum est ferarum, illarum præcipuè, quæ sunt hominibus noxiæ, vt Leones, Lupi, &c.

Dæmones.

Bestia ferè semper in malum sumitur: & in primis designat *a* diabolum: & dæmones dicuntur bestiæ agri, aut syluæ, *Gen.* 31. *c.* 37. *g. Exo.* 22. *c. d.* 23. *b. Deut.* 7. *d.* 32. *d.* 1. *Reg.* 17. *f.* 4. *Reg.* 14. *b.* 2. *Par.* 15. *e. Leu.* 5. *a.* 6. *a.* 7. *c.* 12. *d.* 22. *b.* 26. *b. Iudith* 11. *a. Iob.* 5. *f.* 37. *b.* 39. *b.* 40. *c. Psa.* 73. 78. 103. 148. *Prou.* 30. *d. Eccl.* 10. *b.* 39. *d.* 43. *c. Sapi.* 7. *c.* 11. *c.* 12. *b. Isa.* 13. *d.* 18. *d.* 35. *c. Ier.* 7. *g.* 12. *c.* 15. *a.* 44. *d. Ezec.* 5. *d.* 14. *e.* 29. *b.* 32. *a.* 33. *f.* 34. *f.* 38. *f.* 39. *a. Hos.* 2. *c.* 13. *b. Ioel.* 2. *d. Soph.* 2. *d.* 1. *Mach.* 6. *d.* 3. *Mach.* 4. *d.* 15. *d. Act.* 20. *f.* 1. *Pet.* 5. *c. Apo.* 13. *a.*

Hæretici. Infideles.

Designat etiam *b* hæreticos infideles, & satellites dæmonum, *Gen.* 9. *a.* 2. *Reg.* 21. *c. Iob.* 37. *b.* 39. *b. Ps.* 73. *Sap.* 16. *a. Isa.* 35. *d.* 43. *c. Ier.* 27. *b. Ezec.* 4. *d.* 31. *b.* 32. *a. Act.* 28. *b.* Et bestia tangens mentem, est hæreticus tractans diuina, *Exo.* 19. *b.* Bestia etiam est ciuitas impia, & populus infidelium, contrarius populo fideli, & ciuitati Dei. *Apo.* 17. *a.* 19. *d.* Et bestia alia, est hæresiarcha, *Apo.* 13. *c.* designat etiam bestia Antichristum: & alia bestia prædicatores Antichristi, *Apo.* 11. *d.* 13. *a.* 16. *a.* 17. *a.* 19. *d.* Item magos & cæteros facientes prodigia.

Antichristus. Prædicatores. Antichristi.

Bestiæ etiam sunt *c* homines ferocitate superbientes. *Gen.* 1. 9. *a. Ierem.* 12. *c. Ezec.* 31. *b.* 38. *f. Hos.* 2. *d.* 4. *a.* 2. *Mach.* 10. *b. Titum* 1. *c.* Et in vniuersum bestia est homo affectus bestiales habens, & mens irrationabilibus desideriis subdita: & peccator indignus, qui tangit montem, quum venit ad statum sacerdotij. *Exo.* 19. *b. Isa.* 43. *c.* 56. *c. Marc.* 1. *b. Dan.* 7. *a. Hebr.* 12. *c. Apo.* 17. *a.*

Homo peccator.

Bestiæ syluæ, *d* Iudæi, & principes Iudæorum dici possunt: & etiam persequutores Paulli & præterea gentiles. *Gen.* 18. *g. Ps.* 103. 1. *Cor.* 15. *d.*

Iudæi. Gentiles.

Bestiæ, vt distinguitur, contra animalia, designant *e* mentes iracundia dissolutas, *Dan.* 4. *b.*

Mens iracundæ.

Designat etiam *f* affectus irrationales, peruersos & noxios, quibus homo dominari debet: quæ bestiæ multiplicantur per prosperitatem, & quietem, & traduntur bestiis terræ, qui traduntur in passiones ignominiæ, & in reprobum sensum, & conscientiam peccatorum: quæ excruciant animum nostrum. Ad has pertinent dissensiones, hæreses, æmulationes. &c. *Gen.* 1. *c. Exo.* 23. *d. Ps.* 103. *Eccl.* 3. *c. Eccl.* 17. *a. Eze.* 5. *d.* Quatuor autè bestiæ, quæ ponuntur, *Dan.* 7. *a.* sic distribui possunt: g vt prima, quæ est similis leænæ, designet insolentiã quæ temerariè præsumit. Secũda similis vrso, est inuidentia, quæ habet sæuitiã, & crudelitatem vrsi aduersus aliorũ bona. Tertia similis pardo, est fraudulentia, vel ipse hypocrita: Bestia quarta dissimilis aliis, habens dentes ferreos, designat impudentiam cũ crudelitate. Bestiæ etiã sunt *h* sensus, qui arcẽdi sunt à monte, hoc est, à diuinorũ contẽplatione. *Ex.* 19. *b.*

Affectus irrationales.

Bestiæ quatuor, designare possunt *i* etiam quatuor præcipua regna: quorum feritas bestiæ nomine subindicatur, *Dan.* 7. *a.* bestia quarta sine nomine *k* imperium Romanum: quæ *Hos.* 13. *b.* dicitur bestia agri.

Sensus.

Bestiæ in arca quarto loco positæ, *l* designare possunt mundanos.

Quatuor regna.

Bestiæ bonæ dici possunt *m* mansuetudinem operum habentes, *Ioel.* 1. *d.*

Mundani. Mansueti.

Beta.

BETA est *n* viliſſimum holus & fragile, & ægrotantium cibus. Qui semel incredulus est, appellatur beta cruda: qui autem simplici contentus fide, absque ratione & dogmatum veritate facit opera iustitiæ, potest dici beta cocta. Porrò qui inter vitia atque virtutes medius fluctuat: & duplici corde accedit ad seruitutem Dei, iste rectissimè vocatur beta semicocta, *Isa.* 51. *g.* iuxta Septuaginta.

Seruiens Deo duplici corde.

Bethabara

BETHABARA est locus trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat: interpretatur autem domus transitus, aut iræ. *Ioan.* 1. *d.*

Bethaceren.

BETHACEREN, id est, domus vineæ. Est *o* vicus distans ab Hierosolymis duodecim milibus. *Ier.* 6. *a.* Super eam leuatur signum: qua ratione designat Ecclesiam: in qua leuatur signum crucis.

Ecclesia.

Bethania.

BETHANIA, id est, domus obedientiæ vel affluctionis, aut domus cantici, siue domus gratiæ Domini: vicus Lazari & sororum eius: vbi Lazarus fuit à Christo suscitatus. Designare potest *p* Ecclesiam, quæ vere domus est obedientiæ, in qua libenter moratur Christus. *Matt.* 21. *b.* 26. *a. Marc.* 11. *a.* 14. *a. Luc.* 24. *g. Ioan.* 11. *a.* 12. *a.*

Ecclesia. Obedientia.

Ipsa etiam obedientia Bethania dicitur *q* in qua suscitatur mortuus. Et quia ibi sunt Martha, Maria, & Lazarus, designat tam vitam actiuam, quàm contemplatiuam, quàm etiam pœnitẽtiam in obedientia debere fundari.

Mundus. Gentilitas.

Designat etiam mundum, *r* cuius pars est domus Simonis leprosi.

Quum Christus relictis sacerdotibus & Pharisæis venit Bethaniam, *s* vocationem Gentium designauit: & Bethania ipsam gentilitatem, quæ obediuit fidei. *Matt.* 21. *b.*

Suscipientes in se dæmones

Bethauen.

BETHAVEN, id est, *t* domus inutilis, aut vanitatis, vel doloris: nomen vrbis, quæ prius dicebatur Bethel: & post vitulos aureos, quos fecit Ieroboam, dicta est Bethauen. 1. *Reg.* 13. *b.* 14. *d. Hos.* 4. *d.* 5. *c.* designat eos, in quibus habitant dæmones: de quibus dicitur, *Matt.* 8. *c.* Vulpes foueas habent, &c. Et illos de quibus dicitur. *Luc.* 14. *e.* Exi citò in vicos & plateas & pauperes, ac debiles, &c. Interpretatur etiam domus doli: & designat *u* templum Hierusalem, in quo pontifices colebant idolum Mammon. *Hos.* 10. *a.*

Templum.

Bethcar.

BETHCAR, id est, domus agni, siue domus cognitionis, aut domus fodiens, nomen loci, 1. *Reg.* 7. *c.* designat *x* perfectionem Christi, sub qua est perfectio sanctorum: vel designat patriam cœlestem.

Perfectio Christi. Patria cælestis.

Bethel.

BETHEL, id est, domus Dei, ciuitas in tribu Beniamin: cui Iacob imposuit nomen: quum prius Luxa, hoc est, amygdalus, seu discessio diceretur. *Gen.* 28. *d.* 35. *a. Ios.* 19. *b.*

Bethel, id est, domus Dei, designat *y* Ecclesiam, in qua dominus habitat: & etiam Angelos sublimes. *Cant.* 2. *d.* Designat etiam viros, *z* altaris officio dedicatos, 1. *Reg.* 7. *d.* Iuxta Bethen tetendit Abraham tabernaculum, prius quàm habuit ad Occidentem: *aa* quia non possumus venire in domum Dei, nisi moriamur vitiis, *Gen.* 12. *e.* 13. *a.* 28. *d.* 35. *a. Ios.* 16. *a.* 18. *b. Iud.* 21. *c.* 4. *Reg.* 2. *a.* 2. *Par.* 13. *d. Hos.* 12. *b. Amos*, 4. *a.* 5. *a.* 7. *c.* Ibi residet Debora, id est, prophetia, quæ semper est cum Deo, *Iud.* 4.

Ecclesia. Angeli. Ministri altaris.

Bethel præterea designat *bb* lucem inaccessibilem, quam inhabitat Deus: & etiam lucem, quæ hic in contemplatione habetur, 1. *Reg.* 10. *a.*

Lex Dei.

In monte Bethel erant mille viri cum Saule, designantes *cc* defensores Ecclesiæ ipsi prælato coniunctos ad prædicationem, & ad cætera, in quibus eorum opera desideratur. 1. *Reg.* 13. *a.* 14. *c.*

Defensores Ecclesiæ. Sacræ Scripturæ.

Montes Bethel designant *dd* volumina sacræ scripturæ, *Cant.* 2. *d.* Et Bethel significat *ee* literam legis, *Amos*, 5. *a.* Dicitur etiam Bethel *ff* Iudæa, in qua erat domus Domini, quæ destructa est.

Iudæa.

Montes etiam Bethel *gg* designant hæreticorum conciliabula, secundùm quòd ibi colebatur vitulus, *Amos.* 3. *b.*

Conciliabula hæreticorum. Dogmataphilosophorum.

Bethiesimoth.

BETHIESIMOTH, id est, domus solitudinis: ciuitas Moab, designans *hh* dogmata Philosophorum, quæ redacta sunt in solitudinem, *Ezech.* 25. *b.* De quibus, 1. *Cor.* 6. Perdam sapientiam sapientum.

Ecclesia.

Bethlehem.

BETHLEHEM, id est, domus panis, siue domus belli: ciuitas in tribu Iuda, quæ & Ephrata dicitur, vbi natus est Dauid, qui vnctus est in regem, qui præcessit in typum Christi, qui secundùm prophetias natus est ibi: dicitur *ii* domus panis, propter panem vitæ. *Mich.* 5. *a. Matt.* 2. *b.*

Bethlehem designare potest *kk* Iudæam, quæ est domus panis, secundùm quòd continet sacras scripturas. *Ios.* 19. *a. b. Ruth.* 1. *a.* 1 *Reg.* 16. *a.* In ea *ll* fiunt martyres innocentes, persequentibus videlicet Iudæis, *Matth.* 2. *c.*

Bethlehem potest etiam significare *mm* Ecclesiam, quæ continet Christum, & sacras scripturas tanquam domus panis. 1. *Reg.* 20. *b.* 2. *Reg.* 23. *c.* 1. *Par.* 11. *d. Ier.* 41. *d. Mich.* 5. *a. Matt.* 2. *a. Luc.* 2. *a. Luc.* 1. *a. Ioan.* 3. *f.* Et Bethlehemitas dicitur, qui est de Ecclesia, 1. *Reg.* 16. *a.* 2. *Reg.* 21. *d.* 1. *Par.* 29. *c.*

Ecclesia.

a *Arn. s. ps.* 78
Gre. 22. *m.* 19. *Hie. s. Isa.* 13. & *Ezec.* 34. *Isy. s. Leu.* 26. *Ori. s. Le. h.* 3. 19. & *s. psa.* 36. *hom.* 3. & *Ier. ho.* 8. & *s. Ez. h.* 4. *Aug.* 7. *de gene. ad lite.* 10. & *s. ps.* 103. *The. Alexan. paſch. Rup. s. Hos.* 2. *Aug.* 20. *ciui. Dei.* 9. & *s. Apo. ho.* 1.

b *Gre.* 33. *mo.* 36. *Rup.* 8. *s. Apo.*

c *Gre.* 6. *m.* 17 *Ric. de S. Vict. de vitio mutabilita. Bed. s. Gen.* 1. *Rup.* 10. *s. Ap.*

d *Glo. inter. s. Gen.* 37.

e *Ricar. de S. Vict. de secura conscie.* 17. 18.

f *Bas. Ezae. ho.* 10. *Amb. de Paradi.* 11. *Au. q. in Iud.* 17. *Hie. s. Eze* 5.

g *Ricar. de S. Vict. de viti. mist.* 5. 8. 11. 15.

h *Gre. Nyss. de vita Moſis.*

i *Hie. s. Da.* 7.

k *Rup. s. Hos.* 13.

l *Bed. s. Ge.* 5.

m *Au.* 13. *cõ. s. s.* 21.

n *Hie. s. Is.* 51.

o *Hie. s. Ier.* 6.

p *Ori. s. Matt. ho.* 16. 31.

q *Am. epi* 16. *Bern. ad mi. templ.* 13.

r *Am. s. Lu.* 7.

s *Hie. s. Matt.* 21.

t *Gre. s.* 1. *Regum.* 13. *Hie. s. Hos.* 4. & *s. Mich.* 1.

u *Rup. s. Hose.* 10.

x *Gre. s.* 1. *Regum.* 7.

y *Gre. s. Can.* 2.

z *Gre.* 1. *Re.* 7.

aa *Ber. s. cant. ser.* 75. *Hie. s. Hos.* 12. & *s. Mich.* 1. *Bed. s. Gen.* 28

bb *Gr. s.* 1. *Re.* 10.

cc *Greg. s.* 1. *Re.* 13.

dd *Ori. s. Can. ho.* 2. 3.

ee *Hie. s. Am.* 5.

ff *Rup. s. Am.* 5.

gg *Hie. s. Am.* 3.

hh *Hie. s. Eze.* 25. ii *Hi. s. Mic.* 5. *Gr. hom.* 8. *Ber. ad milites templi.* kk *Gre. s.* 1. *Reg.* 16. ll *Hil. s. Matt. cano.* 1. mm *Glo. ord. s. Mich.*

Digitized by Google

Designate etiam potest Bethlehem *a* monasteria, vbi sunt, qui vruntur solido cibo: vnde sumendus est qui vngitur in regem, id est, in prædicatorem. *1. Reg. 16. a.* — *Monasteria.*

Significat etiam *b* animam suscipientem Christum, in qua nascitur per gratiam. *Gen. 35. c.* — *Anima.*

Bethoron.

BETHORON, id est, diuisio, siue in exploratione ipsis, aut filia cantic. seu iuxta Gregorium, domus iræ: nomen ciuitatis, *1. Reg. 3. a. 2. Reg. 2. g.* Designat mentem seruientem vsui linguæ litigiosæ: iuxta illud. *Eccl. 7. b.* Ira in sinu stulti requiescit.

Bethphage.

BETHPHAGE, id est, domus oris vallium, vel domus buccæ vallis, siue domus ficuum præcoquarũ, vel domus maxillarum: villula ad radices montis Olueti, quæ erat sacerdotum: ad eam venit Iesus, vt ingrederetur Hierosolymam, *c* quia per sacerdotes debet introduci Christus in animas. *Matt. 21. a. Luc. 19. c.* Vel designat confessionem, *d* quæ fit ore, & recipitur à sacerdotibus. — *Confessio.*

Bethsabe.

BETHSABE, seu Bathseba, id est, filia iuramenti, vel saturitatis: fuit vxor Vriæ, cum qua commisit Dauid adulterium: & mortuo Vria, duxit eam vxorem: genuit ex ea Salomonem, & alios. — *Secta aliena.*

Secundum quod introducta fuit ad Dauid viuente viro, *2. Reg. 11. a.* designat *e* sectam alienam à diuina sapientia, quam quis miscet legi diuinæ.

Vt etiam ducta est postmodum à Dauid, significat *f* Ecclesiam ex Gentibus, Christo copulatam, extincto priori viri diabolo. Designat etiam *g* legem literæ, prius carnali populo coniunctam, postmodum verò Christo spirituali intellectu sociatam, *2. Reg. 11. a. 12. f. 3. Reg. 1. b. 2. d.* — *Ecclesia. Lex litera.*

Bethsaida.

BETHSAIDA, id est, *h* domus frugum, vel cibariorum, aut domus venatorum, vel domus vallis, ciuitas Petri, & Andreæ, & Philippi Apostolorum. *Matt. 11. c. Marc. 8. Ioan. 1. g.* typus est huius mundi, in quem venit Christus, vt inde eligeret discipulos. — *Mundus.*

Bethsaida, seu potius Bethseda, interpretatur domus effusionis: est nomen probaticæ piscinæ in Hierusalem: quæ *i* figuram gerebat baptismi. *Ioan. 5. a.* — *Baptismus.*

Bethsemes, Bethsamites.

BETHSAMES, id est, domus solis: ciuitas, in quam vaccæ portarunt arcam Domini à terra Palestinorum. *1. Reg. 6 c.* typum gerit *k* cœlestis patriæ, in quam deportatum est corpus Christi & beatæ virginis Mariæ. Designat etiam *l* internam lucem, ad quam perueniunt ferentes arcam Domini.

Bethsamitæ, quidam fuere perfecti, *m* nunc habitantes in cœlesti patria per contemplationem, qui nunc dicunt: Conuersatio nostra in cœlis est: postea verò habituri per adoptionem. *1. Reg. 6. c.* — *Interna lux. Contẽplatiui.*

Bethsamitæ autem, qui fuere percussi à Domino, sunt *n* hæretici, curiositate, & præsumptione in errore peruentes vel sunt mali sacerdotes superbientes. — *Hæretici. Mali sacerdotes Christus.*

Bethsamites Iosue, in cuius area quieuit arca, designat *o* Christum qui de cœlo descendit in hunc mundum. *1. Reg. 6. c. Ioan. 3. b. 6. d.* — *Ecclesia.*

Bethulia.

BETHVLIA, id est, virga Domini, aut domus parturiens Dominum: erat ciuitas, vbi Iudith morabatur, quam obsidebat Holophernes. *Iud. 6. b. 7. c.* typus esse potest Ecclesiæ, quam obsidebat diabolus. — *Christus passus.*

Bibere, Potare, Potus.

BIBERE est animalium, quum sitim refrigerant, quæ est appetitus frigidi, & humidi: varias admittit allegorias. Et potus ipse refrigerans, potest esse bonus & malus.

Bibens Noë vinum, quo inebriatus est. *Gen. 9. c.* typus est *p* amoris Christi in genus humanum, quod dicitur extasim passus. Et in passione bibit de gemmine vitis vinum vetus: *q* quia passus est in veteri homine mortali: post passionem verò resurgens bibit vinum nouum, quod etiam bibent resurgentes. *Matt. 26. c.* Et bibit Christus de torrente in via, *r* quando saturatus est iracundia Iudæorum, & multas passus est afflictiones assumpta nostra mortalitate. Bibit verò in via: *s* quia in mortem transitoriè, id est, ad triduum contigit, atque in ea morte, quam contigit, nequaquam, sicut nos, vsque ad finem seculi remansit. *Ps. 109. 3. Re. 17. a.* — *Abiectio synagoga.*

Bibit Christus acetum, *s* quia vitium naturæ corruptæ aboleuit. Non bibit verò fel, ne synceritati amaritudo misceretur. *Luc. 23. e. Matt. 27. d. Marc. 15. b. Psalm. 68.* Noluit autem bibere, cum gustasset: quia erat de vinea illa, quæ expectata est, vt faceret vuas, & fecit labruscas, quæ repudiata est.

Bibere vinum, quod fuit prohibitum sacerdotibus, quum accederent ad altare. *Leui. 10. b.* designabat Christum *u* bibiturum fuisse vinum lætitiæ, quousque accessit ad altare crucis, & passionis. Tunc enim non bibet vinum lætitiæ.

Bibens Ioseph in scypho, est Christus bibens in Paulo, qui fuit illi vas electionis. *Gene. 44. b.* Bibit verò in eis, *x* qui veniunt ad fidem: ideo petebat potum à Samaritana *Ioan. 4. Ruth. 3. a.* Et bibit sponsus vinum cum lacte, *y* quando & perfectione quorundam se reficit, & innocentiam aliorum cum pietate diligens, vtrosque ad æternum conuiuium ingerit. *Cant. 5. a.* Et bibit optimum vinum, quando digna prædicatio ministratur membris eius. *Cant. 7. b.* Dat Christo poculum de vino condito sponsa, *z* per meditationem passionis eius. *Cant. 8. a.* — *Bibit Christus in membris.*

Bibere vinum, *aa* est consolationem Spiritus sancti, & doctrinam spiritualem accipere. *Deut. 32. c. 2. Re. 16. a. Nee. 8. b. Iob 1. e. Prou. 9. a. Eccl. 9. b. Cant. 5. b. Eccl. 24. c. Agg. 1. b. Luc. 5. g. 1. Cor. 10. a. Iob. a. 5. a.* Bibere autem refertur ad literam & clariorem doctrinam, quæ facilè percipitur: sicut comedere sensum spiritualem & difficiliorem doctrinam, quæ mandi debet, vt percipiatur. Ideo iunguntur ambo, vt vtrumque intelligatur. *Iob. 1. a. 5. a.* Et bibunt sitientes diuitias stulti, quum gentiles percipiunt doctrinam legis, & prophetarum quam habebant Iudæi. Et quum simplices studiosi fruuntur mysteriis, quæ ingeniosi, & eruditiores cognita negligunt. — *Consolatio Spiritus sancti. Simplicior doctrina.*

Bibere è diuerso, interdum est aduersitate torqueri: vt bibere vrinam. *3. Reg. 18. f. Isa. 36. e. Ierem. 2.* Vt bibas aquam turbidam. — *Aduersitate torqueri.*

Bibere calicem Christi, *bb* est sustinere martyrium. Et etiam cognitionem de Deo accipere. Item *cc* sapere secundum voluntatem eius, eámque perficere. *Matt. 20. c. 26. c. Marc. 10. f. 14. c. 1. Cori. 10. b. Isa. 62. e. 65. e. Amos. 9. d.* Bibere etiam sanguinem Iesu, est esse participẽ incorruptionis Domini. *Ioan. 6. f. 1. Cor. 11. g.* Bibere vinum, quod miscuit sapientia, *dd* est sumere calicem Domini. *Prou. 9. b.* — *Pati. Discere diuina.*

Bibit quoque calicem, *ee* hoc est, corpus suum, qui corporalem fragilitatem spiritali sorbet affectu, & quasi in mentem animúmque transfundit, vt interioribus exteriorum imbecillitas hauriatur. *Ioan. 18. b.* — *Absorberefragilitatem corporis.*

Bibens Anna, *ff* designat Ecclesiam, de Christi consolatione gaudentem: & etiam de conuersione aliquorum ex Iudæis, qui facilè fidem susceperunt: postea verò de gentium conuersione. Item designat gaudium de contemplatione. *1. Reg. 1. a.* Cibus & potus Isaac & Abimelech. *Gen. 26. f.* vnionem Iudæorum & gentilium in fide designant. Et bibere vinum aut calicem, est vniri Ecclesiæ. *Prou. 9. b. Eccl. 8. d. Isa. 62. c.* — *Gaudium de conuersione Iudæorum. Lætitia cœlestis.*

Bibentes fratres Ioseph cum ipso, *gg* designant lætitiam cœlestem in Christo habendam. *Gen. 43. g. Exod. 24. c. Tob. 12. d. Psal. 35. Isa. 23. d. 65. c. Zach. 9. Mat. 26. Marc. 14. c. Luc. 22. c. Acter. 10. f.*

Bibere vinum in malum, significat *hh* feruorem concupiscentiæ excipere, vel doctrinæ gentilicæ vacare: *Deut. 32. a. 3. Reg. 1. d. 16. c. 20. c. Iud. 12. c. Ester. 1. a. Iob. 5. b. Psal. 68. Prou. 23. c. Eccl. 31. d. Isa. 5. e. Ier. 35. b. 51. a. Dan. 5. a. Ioel. 3. a. Amos, 4. a. 5. a. Abdi. e. Soph. 1. e. Hos. 2. b. Hab. 2. a. Zach. 7. b. Matt. 24. d. Luc. 11. c. 17. f. Apoc. 18. a.* Et bibere vinum cum cantico, *ii* est vacare voluptatibus, quasi eas prædicando, aut addendo etiam voluptatem aurium, vt per omnes sensus animæ fortitudo molleſcat, quæ potio erit amara bibentibus in iudicio. *Isa. 24. b.* Ad idem refertur bibere in dulcedine. *Ioel. 1. b.* Et bibere in Phialis. *Amos. 6. b.* Hoc vinum bibit Loth, & inebriatus est à filiabus. *Gen. 19. b.* Bibunt vinum damnatorum hæretici, qui ex eo quòd egressi sunt de Ecclesia, damnati sunt tractantes doctrinam erroneam in domo Dei sui, quam sibi artifici sermone finxerunt. *Amos. 2. c. Mi. 6. d. Nah. 1. c.* Non bibens autem Anna vinum, *kk* est Ecclesia nõ quærens temporalia per prædicationẽ, nec docens falsa, aut hæretica. — *Vacare doctrinæ gentilicæ, & hæreticæ, & voluptatibus.*

a *Gre. s. 1. Regum. 16.* b *Am. epi. 18.* c *Ori. s. Matth. ho. 14.* d *Hie. s. Matt. 21.* *Ber. ad milites templi 12.* e *Ori. s. Rõ. 3.* f *Amb. Apol. Dauid. 3.* g *Au. 22. cõt. Fau. 8.* *Gre. 3. m. c. 21.* h *Hie. s. Marci 8.* i *Tertul. de baptis.* k *Gre. s. 1. Re. 6. & 7. m. 18.* l *Ruper. s. 1. Reg. 15.* m *Gre. s. 1. Re. 6.* n *Ru. s. 1. Re. 16.* o *Glo. ord. su. 1. Rs. 16.* p *Au. 16. Ciuit. 2.* q *Aug. 1. q. in Euan. 43.* r *Ar. s. ps. 109.* *Aug. s. ps. 57. 109.* s *Gr. 14. mor. 29. & 33. moral. c. 6.* *Eu. q. in ps.* t *Am. s. Lu. 23* u *Au. 5. de di. offic. 10.* *Ori. s. Le. h. 7.* x *Aug. 63. q. 64.* y *Gr. s. Ca. 5. 7* z *Ru. s. Ca. 7.* aa *Gr. 1. m. 21 & 6. mo. 34.* *Bed. s. Prou. 9.* bb *Ori. s. Matho. 20. 35.* cc *Cle. Alex. 2. ped. 2.* dd *Be. s. Pro. 9.* ee *Am. s. Lu. 11.* ff *Gr. s. 1. Re. 1.* gg *Ly. s. Ge. 43.* hh *Gr. s. 1. Re. 8.* *Ori. s. Ie. ho. 1. & s. Amo. h. 4.* *Au. s. ps. 68.* ii *Hie. s. Is. 24. & s. Amo. 2. & s. Mic. 6.* kk *Gr. s. 1. Re. 1.*

Digitized by Google

Sed nec bibit omne quod inebriare poteſt, *a* hoc eſt, neque concupiſcentiam, neque timorem, aut alium prauum affectum. 1. *Reg.* 1. *c. Deut.* 29. *b. Iud.* 13. *a. Eſdr.* 10. *b.* Bibere vinum, quod prohibitum fuit ſacerdotibus, quum accederent ad altare. *Leu.* 10. *b.* deſignabat *b* perfectos debere abſtinere ab omnibus, quæ delirium generant, & peculiariter ab inordinatis affectibus. *Iſa.* 5. *c.* Deſignat *c* etiam non ſequendam auſteritatem literæ legis.

Bibere vinum vetus cum ſuauitate, eſt frui amico antiquo. *Eccleſ.* 9. *c.*

Gaudium dæmonum de peccante.

Bibunt alieni vinum, in quo laborauitis, qui cecidit per peccatum, quum *d* dæmones gaudent de amiſſa gratia, & operibus bonis, quæ perduntur per peccatum. *Iſa.* 62. *c.*

Non bibunt vinum de vineis, quas plantarunt, *e* qui non poſſunt quieſcere in erroribus, quorum fuerunt authores. *Amos.* 5. *d. Soph.* 1. *c.* Bibunt verò vinum defœcatum, qui aliquos libros ſacræ Scripturæ ſuſcipiunt, aliquos verò reſpuunt. *Amos.* 6. *b.*

Cognitio veritatis.

Potus verus, *f* eſt agnitio veritatis. *Ioan.* 6. *f.* Vt autem prior eſt cibus, quàm potus, ita operatio debet præcedere ſcientiam. Sic fit mentio prius de cibo, quàm de potu. *Pſalm.* 22. *Iſa.* 32. *b.* Et in multis aliis locis.

Diſcere ſpiritualia.

Bibere aquam, *g* eſt doctrinam ſpiritualem accipere. *Geneſ.* 29. *a. Exod.* 2. *d.* Et bibere aquam de petra, eſt potum ſpiritualis doctrinæ à Chriſto ſumere. *Exod.* 17. *b. Num.* 20. *b.* 33. *b. Pſal.* 103. *Eccleſ.* 15. *a. Sapien.* 11. *a. Par.* 1. *c.* 2. *b.* De hac aqua non bibit hæreticus. *Iſa.* 44. *b.* 43. *c.* 49. *d. Thren.* 5. *a. Ezech.* 12. *e.* 34. *e. Amos.* 4. *c. Ioan.* 7. *f.* Potus autem camelorum, eſt doctrina ſimplicium. *Geneſ.* 24. *c.* Bibere verò aquam de vtre, vel de puteo, eſt in litera legis cognoſcere ſenſum ſpiritualem. *Geneſ.* 21. *b.* 30. *f.*

Defectus doctrinæ.

Bibit aqua in deſolatione & anguſtia, *h* qui defectum habet doctrinæ Dei. *Ezech.* 12.

Suſtinere legis aſperitatem.

Non poſſe bibere aquas Marath, quæ erant amaræ, *i* non poſſe ſuſtinere legis aſperitatem: bibuntur autem factæ dulces per paſſionem Chriſti, & in baptiſmo, quia factæ ſunt ſpirituales. *Exod.* 15. *c. Iudith.* 5. *e.* Sic fit dulcis potus lachrymarum. *Pſalm.* 79. Et potat nos Deus vino compunctionis, *k* quum cor penetrat, & quum facit nobis prædicare verba aſpera ad pœnitentiam. *Pſal.* 59. 101. *Iſa.* 24. *b. Num.* 5. *Ierem.* 8. *e.* 9. *e.* Bibunt omnes peccatores calicem Chriſti, hoc eſt, *l* legem: Gentiles quidem, vt emendentur, & myſteriis fruantur: Iudæi verò, vt in fœce literæ remaneant. *Pſalm.* 74.

Pœnitentia.

Vti propriis facultatibus.

Bibere aquam de vaſis ſuis, eſt *m* propriis vti facultatibus, vel proprio vti conſilio. *Prou.* 5. *c.* Bibit etiam prædicator aquam de ciſterna ſua. *Iſa.* 26. *c.* quum ad cor ſuum rediens, prius ipſe audit, quod aliis dicit.

Cognitio ſui.

Nolens bibere Dauid aquam allatam de Bethlehem. 2. *Reg.* 23. *c.* 1. *Paral.* 11. *d.* oſtendit *n* ſe ſitire fontem æternum, non qui periculis quæreretur alienis, ſed pericula aliena depelleret.

Refrigerium corporale.

Bibere aquam, interdum eſt corporale refrigerium accipere. *Ruth.* 2. *b.* 4. *Regum* 3. *c.* 4. *Regum* 9. *f. Iudith.* 5. *e. Pſalm.* 103. *Eccleſ.* 29. *d. Prouerb.* 25. *c. Iſa.* 32. *b. Ezech.* 4. 34. *e. Dan.* 1. *b. Amos.* 4. *c. Iona.* 3. *c. Matth.* 25. *f. Actor.* 9. *b. Rom.* 12. *d.*

Contemptus idololatriæ.

Potus de aqua vituli, quem adorarunt filij Iſraël in deſerto. *Exod.* 32. *c.* datus eſt illis *o* in contemptum ſuperſtitionis & idololatriæ, & vt diſcerent contemnere, quod in ſeceſſum iræ viderent. Deſignat etiam ſuſceptionem baptiſmi, *p* in quo vetus homo deſtruitur, & diabolus conteritur.

Suſceptio baptiſmi.

Labor Iudæorum.

Bibens Ezechiel aquam in menſura. *Ezech.* 4. *c.* deſignabat *q* laborem obſidionis Iudæorum: & defectum ſpiritualium bonorum.

Vacare temporalibus & vitiis, & voluptatibus.

Bibere in malum, eſt rebus temporalibus, & vitiis vacare. *Exod.* 32. *b.* Sic poteſt intelligi bibere aquam fluminis. *Exod.* 7. *d.* De hac aqua non bibit Moſes. *Exod.* 34. *d.* Ad idem referri poteſt bibere aliquid liquens. *Leui.* 11. *f.* Et bibentes aquam curuatis genibus, *r* ſunt tradentes ſe voluptatibus, & temporalibus. *Iud.* 7. *b.* Ad idem referri poſſunt, quæ dicuntur. *Num.* 20. *c. Iud.* 19. *b. Iob.* 15. *b.* 34. *a. Pſalm.* 77. *Prouerb.* 26. *a. Eccleſ.* 26. *c. Iſa.* 36. *a.* 37. *e. Ierem.* 2. *d. Ioel.* 3. *a. Abd. e.* Et bibens ouis de calice pauperis, *ſ* eſt homo bibens de calice dæmoniorum. 2. *Reg.* 12. *a.* 1. *Corinth.* 10. *e.*

Tractare ſcientias diabolicas.

Bibere aquam puteorum Seon, *ſ* eſt tractare ſcientias diabolicas. *Nume.* 21. *d.* Idem eſt bibere aquam Sihor, & aquam fluminis Aſſyriorum. *Iere.* 2. *d.* Bibens autem Baltaſar rex cum conuiuis in vaſis templi, coram Diis aureis, &c. *Dan.* 5. *a.* deſignat *u* hæreticos abutentes autoritatibus ſacræ Scripturæ, ad ſuos defendendos errores. Dat etiam potum fellis amico ſuo, qui docet eum errores. *Haba.* 2. *d.*

Abuti ſacra ſcriptura.

Bibit homo iniquitatem quaſi aquas, *x* quando prompto animo eam amplectitur. *Iob.* 15. *b.* quia hoc, quod comeditur, cum mora glutitur: quia manditur, vt glutiatur. Quod autem bibitur, tanto minus ad glutiendum moram habet, quanto nullam & ad mandandum neceſſitatem habet.

Libenter peccare.

Bibunt oues turbatam pedibus paſtorum aut arietum aquam. *Ezec.* 34. *e.* quum *y* ſubiecti ea ad exemplum viuendi appetunt, quæ prælati quique prauo opere peruertunt.

Imitatio malorum.

Simplicior doctrina.

Potus lactis, *z* eſt ſimplicior doctrina. 1. *Corinth.* 3. *a.* Lac potum dedi, id eſt, per auditum in Chriſto inſtitui: ſimplici verò & ex ſe naturali alimento ſpirituali: hoc autem verbum, potum dedi, eſt ſymbolicum, ac ſignum perfectæ participationis. Qui enim perfecti ſunt, dicuntur bibere: infantes verò ſugere. Sanguis enim meus, inquit Dominus, verus eſt potus. Nunquid ergo quum dixit, lac potum dedi, ſignificauit perfectam in verbo lactæ lætitiam, veritatis ſcilicet cognitionem? Quod autem deinceps ſubiungitur, Non cibum, nondum enim poteratis: euidentem, quæ erit in futuro ſeculo, reuelationem inſtar cibi facie ad faciem poteſt ſignificare.

Oratio.

Potus lactis datus Siſare, vt occideretur. *Iud.* 4. *c.* deſignat orationem, *aa* qua vincuntur dæmones.

Paſci fide reſpiſcentium.

Bibunt filij Orientis lac filiorum Ammon. *Ezech.* 25. *a.* Quum *bb* doctores paſcuntur ſimplici fide eorum, qui ab hæreſi reſpiſcunt.

Mollire duriciam mentis.

Ebibunt ſagittæ Domini ſpiritum hominis. *Iob.* 6. *e.* Quum *cc* ſupernæ ſententiæ exterioribus intentum introrſus trahunt: & quos in peccatis inueniunt dum vulnerant, immutant: vt duritiam ſuam tranſfixa mens deſerat, atque ex ſalutifero vulnere, ſanguis confeſſionis decurrat.

Gaudere de profectu diſcipuli.

Bibens ſeruus Abrahæ de hydria Rebeccæ. *Geneſ.* 24. *c.* deſignat *dd* prædicatorem, qui tunc bibit de hydria auditoris, quum gaudet de eius profectu. Item cùm ſcientiam ſecularem ſeruire facit ſacræ doctrinæ.

Puniri à Deo.

Bibere de furore omnipotentis eſt puniri à Deo: qui etiam potare dicitur vino compunctionis, & aqua fellis eos, *ee* quos per iram ſuam punit. *Ioel.* 21. *c. Pſalm.* 59. 74. *Iſa.* 51. *f. Ierem.* 9. *e.* 25. *d.* 51. *a. d. Ezech.* 23. *e. Amos.* 2. *c. Habr.* 1. *d. Apoc.* 14. *b.* 16. *b.* 18. *a.*

Paſci alienis peccatis.

Bibere ſanguinem. 2. *Reg.* 23. *c.* 1. *Paral.* 15. *d. Exech.* 39. *e.* eſt paſci peccatis & erroribus aliorum. Bibunt etiam ſanguinem, qui ſanguinem fuderunt, *ff* quia per quæ peccauerunt, per ea puniuntur. *Apoc.* 16. *b.*

Audire peſtiferas ſuaſiones.

Bibere mortiferum quid, dicuntur. *Matth.* 16. *b.* qui *gg* peſtiferas ſuaſiones audiunt, quod minimè nocet ſi ad operationem prauam non pertrahuntur. Item quum excitantur concupiſcentiæ, quibus mens non aſſentitur.

Bibunt, & inebriantur vino, qui virtutibus & *hh* virginitate fruuntur. Et qui mentem mutant, vt iam terrena non quærant, ſed ad cœleſtia anhelent. *Zach.* 9. *d.* Bibunt verò & non inebriantur, qui pauca bona opera faciunt permixta malis: vnde non fruuntur lætitia ſpirituali. Item qui ad votum prædicatoris *ii* aurem inclinant, ſed mentem non mutant. *Agge.* 1. *b.* Et Iudæi legentes ſcripturas, & nolentes recipere Chriſtum.

Subiiciès diabolus populos.

Bibens rex Aſſyriorum aquam, *kk* eſt diabolus ſubiiciens ſibi populos. *Iſa.* 37. *e. Abdi. f.*

Bibere ſomniando. *ll Iſa.* 29. *b.* eſt hæreticorum falſa tractantium, qui etiam dicuntur bibere in monte ſancto Dei, quum affligunt, vel peruertunt filios Eccleſiæ. *Abdi. f.*

Bibentes rex Aſſuerus & Haman cum Eſter regina. *Eſter.* 7. *a.* Sunt *mm* Deus & peccator. Deus miniſtrans Euchariſtiam, peccator indignè ſumens: vnde & condemnatur ſicut Haman.

Duplex ſit noſtra in potu beneuolentiæ gratia, inuitatio legis. Si enim diliges Dominum Deum tuum, deinde proximum tuum: prior quæ eſt in Deum beneuola inuitatio, fiat per gratiarum actionem & pſalmodiam. Secunda autem, quæ eſt in proximum, per honeſtam vitæ conſuetudinem.

Biblij.

BIblij creduntur populi Phœnicis prouinciæ. *Ezech.* 27. *b.* Hebraicè autem ſcribitur Giblij; de quo vide Giblij.

a *Phi. de temulentia.*
b *Hie. ſ. Iſa.* 5.
c *Rup.* 2. *ſup. Leu.* 8.
d *Hie. ſ. Iſ.* 62.
e *Hier. ſ. Amos.* 5. 6.
f *Ori. ſ. Matth.* 12.
g *Hie. ſ. Ez.* 34. *ſ. Au. pſa.* 103. *& ſ. Io. tra.* 32. *Gl. or. ſu.* 4. *Re.* 3.
h *Hie. ſ. Ez.* 12.
i *Or. ſ. Ex. hp.* 7.
k *Baſ. ſ. pſ.* 59. *Au. ſ. pſ.* 59.
l *Au. pſ.* 74.
m *Orig. h.* 12. *in Num. Baſi. ſ. pſa.* 14. *hom.* 2. *Am.* 3. *offi.* 1. *Greg.* 3. *paſto. admoni.* 25.
n *Amb. Apol. Dauid* 7.
o *Hie. de veſt. ſacr.*
p *Au. ſ. pſ.* 61. 73.
q *Hie. ſ. Ez.* 4.
r *Or. ſ. Iu. h.* 9. *Phil. quòd Deus ſit immutabilis. Cyri. de ador. in ſpiritu ſan.*
ſ *Amb. apol. Dauid.* 5.
t *Ori. ſ. Num. hom.* 2.
u *Hie. ſ. Dan.* 5. *& ſ. Hab.* 2.
x *Gre.* 12. *mo.* 17.
y *Gre.* 22. *mo. ral.* 24.
z *Cle. Alex.* 1 *ped.* 9.
aa *Am. de viduis.*
bb *Hie. ſ. Eze.* 25.
cc *Gre.* 7. *mo.* 3.
dd *Ori. ſ. Gen. ho.* 10.
ee *Glo. int. ſu. Iob.* 21.
ff *Ru.* 9. *ſ. Ap.*
gg *Gre. h.* 29. *Ber. ſerm.* 1. *de aſcenſ.*
hh *Hie. ſ. Za.* 9. *& ſ. Agge.* 1.
ii *Ru. ſ. Ag.* 1.
kk *Hie. ſ. Iſa.* 37.
ll *Hie. ſ. Iſa.* 29. *& ſ. Ab.*
mm *Lyr.* 1. *Eſt.* 7. *Cle. Alex. ped.* 4.

Digitized by Google

Bibliotheca.

BIBLIOTHECA est cella, vbi seruantur libri : non inuenitur in allegoriis. Sed legitur bibliotheca regis Babylonis. 1. *Esdr.* 5. *d.* 6. *c.* Et bibliotheca, quam fecit Esdras. 2. *Mach.* 2. *c.*

Bicamerata.

Diuersi gradus in Ecclesia.
Multiplex sēsus Scripturæ.
Intestina.
Duo populi.
Tres virtutes.
Triplex fructus.

a *Or. s. Gene, hom.* 2. *Am. de No.* 9. *Au. con. Faus. & 15. ciu. Dei,*

BIcamerata & tricamerata, in arca Noë, erant diuersa *a* loca ad recondenda necessaria, & ad separanda animalia. *Genes.* 6. *c.* designare possunt diuersos gradus in Ecclesia : & multiplicem sensum sacræ Scripturæ, Item intestina in homine. Vel bicamerata dicuntur propter duos populos, Gentium, & Iudæorum. Tricamenta verò propter tres filios Noë, ex quibus genus humanum propagatum est. Vel designantur tres virtutes theologicæ. Vel triplex fructus Euangelicus.

Biceps, quare caput.
Biduum, vides Dies.
Biennium, vide Annus.

Biga.

BIGAE equorum sunt, quas duo equi agitant. *Isa.* 21. *c.* Vbi dicuntur bigæ equitum, ascensoris asini, & ascensoris cameli.

Bilibris, vide Libra.

Bilinguis.

b *Bed. su. Prouerb.* 18.

BIlinguis dicitur, qui aliud profert ore, quàm *b* habeat in corde : atque ita fallit eum, qui loquitur. *Prou.* 8. *b.* 18. *b. Eccles.* 5. *d.* 6. *a.* 28. *b.* 1. *Tim.* 4. *b.* Non est illi locus in allegoriis, nisi dicamus, hæreticos & hypocritas esse bilingues.

Bitumen.

c *Pli.* 15. *nat. hi.* 15.

BItumen est materia habens vim *c* quandam sulphuris. Nam præstat nutrimentum igni : & præstat munimentum contra aquam, ne ea, quæ ipso lita fuerint, penetret aqua : vnde arca Noë bitumine illita fuit intrinsecus & extrinsecus. Habet vim sistendi, discutiendi, contrahendi, glutinandi. Eius etiam accensi nidore serpentes fugantur.

Virtutes.
Fides.
Charitas.
Tolerantia.
Virtus Ecclesiæ contra dæmones.
Patientia, Continentia.
Cutis & nerui.
Sensus viles legi dati.
Fomenta superbiæ.
Ignis inferni.
Baptismus.

d *Ori. s. Genes. hom.* 2. *& su. Nu. ho.* 12. *Aug.* 12. *cont. Faust.* 14. *& de vnitate Ecclesia.* 5.

Bitumen arcæ Noë intrinsecus *d* & extrinsecus muniens arcam. *Genes.* 6. *c.* designat virtutes intus & extra munientes animam. Vel est fides in corde, in ore confessio. Vel intus scientia, foris opera. Vel quum sit feruentissimum & violentissimum gluten, significat charitatis & dilectionis ardorem in magna fortitudine, ad tenendam societatem spiritalem omnia tolerantem, ne scandalis Ecclesiam tentantibus, siue ab eis, qui intus, siue ab eis, qui foris sunt, cedat fraterna iunctura, & soluatur vinculum pacis. Ipsa quoque charitas totam virtutum structuram continet ac copulat : & quia charitas est ad omnes : ideo intus, & foris erat arca bituminata. Aut certè quia scriptum est : Charitas omnia tolerat : vis ipsa tolerantiæ tenax veritatis, per bitumen significata est : quo ideo arca intus & foris illita est, quia intus & foris mali tolerandi sunt, ne pacis compago soluatur.

e *Epiphan.* 2. *cont. hæreses* 30. 1.

Bitumen etiam arcæ, *d* vt suo suffitu fugat serpentes, designat vim, quæ est in Ecclesia ad fugandos dæmones.

Bitumen etiam arcæ, *e* patientiam & continentiam corporis & animæ significare potest.

f *Bed. s. Ge.* 5. *Am. de. Noe.* 6.

Potest etiam bitumen in corpore humano designare cutem, & neruos, quæ totam corporis machinam conglutinant.

g *Glo. int. su. Exod.* 2.

Bitumen, quo lita erat fiscella, *f* in qua positus erat Moyses. *Exod.* 2. *a.* designat viles sensus per Iudæos literæ legis datos.

h *Ori. s. Num. hom.* 12.

Bitumen, quo vtebantur pro cæmento ædificatores turris Babel. *Genes.* 11. *a.* fomenta superbiæ *g* significare potest.

i *Amb. s. Lu.* 19.

Bitumen, vt est nutrimentum ignis, *i* ignem inferni designare potest. Et putei bituminis, sunt ipse infernus. *Genes.* 14. *b,*

Biuium.

BIVIVM est locus, in quo duæ occurrunt viæ.

Biuium itineris, in quo sedebat Thamar. *Genes.* 38. *c.* designat baptismum, in quo Ecclesia coniungitur Christo.

k *Glo. inte. su. Exod.* 21.

In biuio erat ligatus pullus, cui insedit Christus. *Marc.* 11. *a.* quia *k* vagus erat Gentilis populus, qui vt nullum habebat certum dominum, ita multos patiebatur.

l *Lyr. s. Gene.* 34.

Biuium, in quo stetit rex Babylonis. *Ezech.* 21. *e.* designat *l* varias astutias diaboli ad capiendas animas.

Astutia diaboli.

Blandiri, Blanditiæ, Blandus.

BLANDIRI, est verbis ac gestibus aliquem consolari, aut ad amorem pertrahere.

Fomenta diaboli.

Blanditiæ Sichen ad Dinam, designat fomenta peccati, quibus diabolus nititur ipsam animam in peccato retinere. *Gen.* 34. *a. Iud.* 14. *c.* 19. *a. Tob.* 11. *c. Prou.* 6. *c.* 7. *b. d.* 23. *d.* 28. *d. Ester.* 15. *e.*

Consolans Deus.

m *Glo. ord. su. Isa* 66.

Interdum dicitur Deus blandiri, quum *m* consolatur, sicut mater blanditur filio suo. *Isa.* 66. *d.* Sic Ioseph blandè loquutus est ad fratres suos, designans Christi mansuetudinem erga genus humanum. *Gen.* 50. *d.*

Blasphemare, Blasphemia, Blasphemus.

BLasphemare, est maledicere, attribuendo alicui quippiam iniuriosè vel auferendo, quod illi competit, estque præcipuè blasphemia in Deum.

Blasphemi Iudæorum.

n *Hie. s. Isa.* 1. 5. 52. *& sup. Soph.* 2. *Isy. s. Leu.* 24.

Blasphemare nomen Domini, est *n* in Christum blasphemias dicere : vt cum Iudæ dicebant : Non habemus regem nisi Cæsarem. Et blasphemātur tota die, quia Iudæi non cessant dicere quotidie blasphemias in Christum. *Leu.* 14. *c.* 4. *Regum* 19. *b.* 1. 1. *Paral.* 20. *d.* 2. *Par.* 32. *d. Iob.* 15. *a.* 34. *d. Isa.* 1. *b.* 2. *b.* 57. *a.* 48. *b.* 52. *b. Ezech.* 5. *d. Dan.* 3. *g.* 2. *Mach.* 9. *b.* 10. *a. Matth.* 12. *c. Marc.* 3. *d. Luc.* 23. *c. Rom.* 2. *d. Actor.* 13. *g.* 23. *c. Apoc.* 13. *a.* Et blasphemiæ dicuntur idololatriæ opera. *Neem.* 9. *e.* 2. *Mach.* 8. *a.* Et blasphemiæ filiorum Ammon, *o* sunt dogmata hæreticorum. *Soph.* 2. *b.* Et blasphemarunt Iudæi sermonem sancti Israël : quia dicebāt Christo : Samaritanus es, & dæmonium habes. *Isa.* 5. *f.* blasphemant hæretici, *p* quando ex odio & inuidia defendunt suos errores.

o *Rup. s. Soph.* 2.

p *Ru.* 9. *s. Ap.*

Opera idololatriæ.

Blasphemare etiam Israël, aut bonos dicitur, qui maledicit, aut malè loquitur de eis. *Isa.* 43. *d.* 51. *c. Soph.* 2. *b.* 2. *Mach.* 12. *c.*

Dogmata hæreticorum.

q *Am. s. Rom.* 14.

Blasphemantur bonum nostrum, *q* quum doctrina Dei per rem friuolam contemnitur, dubitando de creatura Dei. Aut quum quis bona habens opera, in re minima reprehensus, bona alia offuscat. *Roma.* 14. *c.*

Boanerges.

BOANERGES, hoc est, filij tonitrui : dicti sunt filij Zebedæi, Iacobus & Ioannes. *Matth.* 3. *b.* Sed ait Hieronymus super *Dan.* 2. *c.* Emendatius legi Benereem, aut Benerrem.

Bonus, Melior, Optimus.

BONVM dicit aliquam perfectionem naturalem, seu moralem, aut gratuitam. *Gen.* 1. 3. *a. Eccl.* 3. *b. Eccles.* 39. *b. Tim.* 4. *b.* Dicitur autem bonum aliquando beneficium. *Gen.* 44. *a.* Quare reddidi malum pro bono ? Item bonum, honestum. *Deut.* 12. *e.* Cùm feceris quod bonum est. Opes. *Genes.* 24. *b.* Ex omnibus bonis eius secum portans. Pulchrum. *Genes.* 1. *b.* Vidit Deus quòd esset bonum. Commodum. *Reg.* 19. *f.* Fac ei, quod tibi bonum videtur. BONUS etiam dicitur aptus. *Ierem.* 29. *c.* Suscitabo super vos verbum meum bonum. Gratus. *Exod.* 25. *a.* Thimiamatha boni odoris. Optatus. *Exod.* 3. *b.* Educam de terra illam terram bonam. Studiosus. *Reg.* 1. *g.* 1. Dixit Salomon : Si fuerit vir bonus. Tutus. *Reg.* 12. *d.* Docebo vos viam bonam. Vtilis. *Genes.* 1. *a.* Vidit Deus lucem, quòd esset bona.

Deus.

r *Ambr.* 4. *de inter.* 2. *s Hil. ps.* 62. t *Hie. Mic.* 2. *Am.* 1. *de Abra.* 5.

Bonum propriè competit Deo, *r* qui bonus est per essentiam, à quo cætera participant bonitatem : & de quo dicit ipse Christus. *Luc.* 18. *d.* Nemo bonus, nisi solus Deus. Et ipse dicitur bonum omne. *Exod.* 33. *d.* Et bonus dicitur Deus rectis corde, sicut medicus iis, quos sanat. *Psa.* 72. 117. 118. 134. 142. 2. *Par.* 30. *c. Sapien.* 12. *a. Thr.* 3. *c. Nah.* 1. *b.* 2. *Mach.* 1. *f. Matth.* 19. *b. Mar.* 10. *b.* Et bona manus Dei, est misericordia & liberalitas Dei. *Esdr.* 7. *a.* Melior autem dicitur misericordia Dei, quàm vitæ : *s* quia vita est misera, misericordia verò Dei, ducit ad æternitatem. *Psalm.* 62. Et bona sunt verba Dei. *t* cum iis, qui rectè gradiuntur. *Mich.* 2. *c.*

Digitized by Google

Christus.

Bonus magister est *a* Christus. *Matth.19.b. Marc.10. Luc.18.d. Ioan.7.b.* Et bonus Dauid in oculis Achis, est Christus creditus à Gentibus. *.Reg.29.d.* Et ipse melior hostia, secundum quòd passus est. Et tradidit nobis cœlestia. *Hebr. 9.f.* Et optimus vitulus diluens peccata. *Genes.18.a.* Melior existens Elcana Annæ, quàm decem filij. *1.Reg.b.* designat Christum meliorem esse Ecclesiæ, quàm omnes, qui conuerti poterant ex Iudæis.

Deus aut bonum spirituale.

Bonum quum ponitur absolutè sumitur aut pro Deo, aut pro bono *b* spirituali, vt in his ferè locis. *Gen.2.e. 50.d.Num.10.d Deut. .f.1.Reg. 4.d.3.Reg.3.b.22.b.2.Paral.6.g. Tob.4.d.Iob.2.c.9.d.30.d.Psalm.12.72.83.9 .10 2. 11 . 32.Prou.13.d.31.b.Eccles. .d.4.b.5.c.7.c.9.d.Sap 4.c.7.b. Eccles.12.a.Isa.5.e.5 .d. Ierem.5.f.8.b.17.a.18.d.Thr. 3.Hos.8.14.b.2.Mach.5.c.Amos.5.d.Mich.3.a.6.b.Zach.1.d.9.d.Matt.17.a.18.a.26.b.Mare.9.a.14.c.Luc.1.c.9.d.16.a. Rom.8.e.12.c.13.c. .Cor.8.d. Hebr.5.d.Iacob.5.b.*

Dona Spiritus sancti, & cælestia bona.

Bona domus Dei, sunt dona Spiritus sancti, & gratiæ gratis datæ, & quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. Item triplex fructus nempe tricesimus, sexagesimus, & centesimus. Idem designant bona Hierusalem: inter qua bona peculiariter intelligitur pax. *Psal.64.105.127.Ierem.31.b.33.b.Ezech.36.c.Hos.3.b. Zac.1.d.Matth.*

Triplex fructus.

25.b.Hebr.9.b. Et bona Ægypti, quæ promittit Ioseph fratribus suis. *Genes.45.c.* sunt spiritualis gratiæ, quas dat Christus: & virtutes præcipuè theologicæ. *Psalm. 12.* Et bona Abrahæ, quæ secum portabat seruus missus ad ferendam vxorem Isaac. *Gen.24.b.* designat bona opera prædicatoris, & thesauros virtutum. Et bonus spiritus, significat dona spiritualia. *Luc. 1.b.* Hæc sunt optimus thesaurus Dei. *Deut.28.a.*

Virtutes.

Eloquia Dei.

Doctrina veritatis.

Bona, quæ tradit homo peregrè profectus *c* seruibus suis. *Matth.25.b.* sunt eloquia Dei tradita sacerdotibus, & prædicatoribus. Et bonum semen, est doctrina veritatis. Et bonum verbum. *Matth.12.c.13.d.Luc.6.f.1.Reg.9.b. Psalm.38.44.Prou.15.c.1.Mac.15.b.Ephes.4.g.* Dicitur etiam bona doctrina & bona negotiatio sapientiæ. *Prou.13. c.3 .c.Tim.4.b.* Et bona verba Dei, quia promittunt salutem. *Mich.2.c. Zach.1.c. Hebr.6.a.* Et meliora dicuntur vbera sponsi, quàm vinum. *Cant.1.a.* quia *d* doctrina Christi melior est, quàm doctrina veteris testamenti: vel designat amorem Dei & proximi meliorem, quàm cura rerum temporalium: quia hoc vinum necat, illa nutriunt: hoc mentis oculos turbat, illa acuunt, &c. Et bonum sal, est sacra doctrina. *Marc.9.g. Luc.14.g.* Et bona Carmeli, sunt boni sensus sacræ scripturæ. *Ierem.2.b.*

Doctrina Christi.

Sensus spirituales.

Bonum mel dicitur bonus *e* sensus spiritalis: vel diuina cognitio, quæ melior est voluptatibus corporeis. *Prouerb. 24.b.25.d.*

Mysteria Christi.

Bona Christi, quibus pater non eget. *Psal.15.* sunt *f* incarnatio, passio, resurrectio, & redemptio nostra: vel sunt cœlum, & terra, & quæ in eis sunt, quæ fecit Deus propter nos.

Melius reputans Dauid seruari in terra Philistinorum. *1.Reg.27.a.* designat melius esse Christum prædicari in Gentibus, qui in Iudæa contemnebatur. Et melius iudicans Ionas esse sibi mori *Iona.4.d.* designabat *g* bonum redemptionis mundi, per mortem Christi futurum. Sic iudicabat Iudas melius mori, quàm videre mala gentis suæ. *1.Mach. 1.g.*

Vita contemplatiua.

Optima pars, quam elegit Maria, *h* est vita contemplatiua. *Luc.10. g.* Et hæc dicitur bonum absolutè, quia contemplatio superat cætera bona vitæ actiuæ. De hoc bono ait Apostolus. *Rom.7.d.* Non enim quod volo bonum, hoc facio.

Prædicatio.

Optimum vinum dicitur guttur *i* sponsæ. *Cant.7.c.* designans excellentem prædicationem, quæ est in Ecclesia.

Fœlicitas.

Bonum omne, quod ostendit Deus, *k* est fœlicitas in Dei visione consistens. *Exod.33.d.Psalm.33.118.* Et bona requies, est ipsa fœlicitas. *Genes.19.c.* E bona Domini. *Psal.26.* Dicitur etiam bonum simul & iucundum, habitare fratres in vnum: quod erit in fœlicitate. *Psal.132.Prou.11.c.16.c.Ierem.17.a.30.b.41.b.32.g.33.b.Num.10.d.* Hoc bonum nunciauit Christus. *Isa.32.c.* Boni etiam dies, sunt tempus gloriæ: & tempus bene operandi. *1.Reg.21.b. Eccles.4.b.7.b.Eccles.14.c.31.a.* Sic dicitur melior dies vna in atriis domini. *Psalm.83.* Bona etiam terræ, *l* dicuntur bona terræ viuentium. *Isa.1.e.* Optima etiam Israël, *m* sunt meliora præmia æternæ retributionis: quæ dicuntur esse Saulis, hoc est prædicatorum: quos constituit Dominus super omnia bona sua: qui cum non in omnibus, sed super omnia constituuntur, non tantum bona Israël, sed etiam optima habere declarantur. *1. Regum 9.c. 2.Paral.6.Iob.7.b.36.b.*

Bona opera.

Bona terræ, *n* dicuntur bona opera per corpus acta: vel erant bona terræ, hoc est, præsentis sæculi, quæ promittebat Deus Iudæ. *Isa. .e.* Et bonus Psalmus, *o* dicuntur bona corporis opera. *Psal.33.26. 117.146.* Et bonus fructus sunt bona opera. *Matth.3.c.7.b.12.c. Luc.6.f.22.c.Prou.8.b.* Et optimæ fruges terræ. *Genes.43.c.*

Seruantes legem naturalem.

Boni vocati ad nuptias sunt, qui seruabant *p* legem naturalem. *Matth.22.a. Psal.124. Prou.12.a.14.b. Sap.8.c. Eccles.12.a.29.c.*

Iusti.

Boni pisces, *q* dicuntur iusti. *Matth.13.f.* Et bona terra, est anima bene operando fructificans. *Sapient.8.d. Ezech.17.b. Luc.8.a.*

Anima.

Ecclesia militans vel triumphans.

Bona terra promissionis, est *r* Ecclesia militans vel triumphans. *Exod.3.c.Num.13.b.14.b.Deut.3.d.4.c.6.b.8.c. Ios.23.d.3.d.Reg.14.d.1.Reg.28.b.* Ad hanc terram pertinent bona pascua. *1.Paral.4.g.*

Prophetæ.

Bonæ margaritæ dicuntur *s* prophetæ, & sensus boni. *Matth.13.f.*

Bona via, est via mandatorum Dei. *2.Par.6.e.Prou.16.a.Ierem.2.g.6.d.7.a.36.d.Isa.65.a.* E diuerso via non bona, est via peccatorum. Bona etiam vita, est vita secundùm virtutem. *Tob.14.d.*

Meliores sunt Apostoli multis passeribus, hoc est, *t* infidelibus. *Matth.10.d.*

Melior dicitur iniquitas viri, quàm benefaciens mulier. *Eccl.42.c.* quia is, *u* qui indiscretus est, atque infirmus, nonnunquam de eo, quod bene egerit, amplius eleuatur, atque grauius in culpam cadit. Discretus verò etiam ex eo, quòd malè se egisse intelligit, ad districtionis regulam arctius se reducit: & inde altius ad iustitiam proficit: vnde ad tempus à iustitia cecidisse videbatur.

Optimi iuuenes in bonum quidem dicuntur, *x* qui faciunt, quod possunt in operibus misericordiæ. In malum verò dicuntur, qui cæteris peccatoribus nequiores sunt. *1.Reg.8.c.*

Bonum perfectum, portare iugum ab adolescentia, hoc est, *y* antequam quis peccet: nam post peccata iam non est perfectum bonum. *Thren.3.c. Eccl.44.b.*

Bonus thesaurus cordis, *z* sunt cogitationes bonæ, & boni affectus. *Matth.12.g. Luc.9.g.* Et bona intentio, & fides, & charitas.

Bona arbor, aut mala, quæ dicitur consimilem fructum facere. *Matth.12.c.Luc.6.f.* designat *aa* non claudicandum esse in fide Christi. Et quòd opera Christi, quæ erant boni fructus, non poterant attribui, nisi bono principio.

Bonus dictus Saul. *1.Reg.9.a.* designat *bb* prælatum malum, qui iuste ad vindictam regnare permittitur. Boni verò è diuerso dicuntur & sunt, qui verbo & exemplo aliis prodesse possunt. Bonus etiam dictus est Holophernes à Iudith, non simpliciter, sed in regno Nabuchodonosor. *Iud.11.b.*

Bonum opus Mariæ Magdalenæ in effusione vnguendi, fuit propter charitatem, & significationem. *Marc.14.a.*

Bona dicuntur aliquando falsa bona. *Sapient.2.b.Eccl.14.a.Luc.12.c.16.f.19.b.*

Bonum consilium Achitophelis: sed melius consilium Chusi. *2.Reg.17.b.*

Melius putantes filij Israël seruire Ægyptiis, quàm mori in solitudine. *Exod.14.c.* designat succumbentes *cc* peccato: vel nolentes incipere bonum. Idem designant melius putantes seruire Nabuchodonosor, quàm mori. *Iud.3. a.7.c.*

Turpes cogitationes.

Melius incidere in manus Dei, quàm in manus hominum. *2.Reg.24.b.1.Paral.21.b.*

Optimi greges Amalec, dicuntur *dd* turpes cogitationes, quæ videntur optimæ, dum placent. *1.Reg.15.b.*

Moderatio sensuum.

Optimæ stolæ quinque datæ Beniamin à Ioseph. *Genes.45.f.* Scientia *ee* & moderatio quinque sensuum.

Sermo hæreticus.

Optimus locus terræ Ægypti datus filiis Israel. *Genes.47.b.* designat terrena bona data Iudæis. Ad idem refertur optima habitatio ciuitatis Hiericho. *4.Reg.2.c.*

Optimus ager Moab repletus est lapidibus. *4.Reg.3.d.* cùm *ff* venustas loquutionis hæreticæ & philosophicæ anathematis pondere obruitur.

Optimus de populo, qui dicitur quasi paliurus. *Mich.7.a.* dicitur, *gg* non quia sit bonus, sed quia minus malus.

a *Gre.s.1.Re. 1.Phil.pf.64. Hie.s.Is.5. & psa.12.*

b *Aug.Pf.127.*

c *Ter. de præscriptioni.*

d *Ori.s. Can. hom.1. Gre.s.Cant.1.*

e *Ori.s.Isa.2. Am.de Isaac. 3.& s.ps.110. serm.1.*

f *Hie.s.ps.15.*

g *Hie.s.Ion.4.*

h *Amb.s. Lu. 10.Au.ser.43*

i *Gr.s.Can.7.*

k *Am.de fug. secu.6. Bas.s.ps. 33. Hie.s.Isa.52. & s.Hos.8.*

l *Hie.Isa.1.*

m *Gre.9.mor. 22.& 1.Reg. 9.*

n *Hie.Isa.1. Ter.de Resur.*

o *Hil. s. psal. 146. Hier.s.Zac.1.*

p *Ori.s. Mat. ho.20.*

q *Ori.s. Mat. cap.13.*

r *Bed.s.Ex.3.*

s *Ori. s. Mat. cap. 3.*

t *Hil.s.Matt. Can.10.*

u *Gr.11. moral. 6.*

x *Gr.s.1.Reg. 8.*

y *Am.s.ps.118 serm.2.*

z *Gl.ord. sup. Matth.12.*

aa *Gl.ord. su. Mat.12.*

bb *Gr.s.1.Regum.9.*

cc *Glo.ord.su. Exod.14.*

dd *Gr.s.1.Re. 15.*

ee *Gl.in.s.Genes.45.*

ff *Gl.ord.sup. 4 Reg.3.*

gg *Ly.s. Mic. 7.*

Digitized by Google

Booz.

BOoz, id est, in fortitudine, aut in hirco: filius Salmon, qui duxit Ruth viduam propter propinquitatem prioris mariti. *Ruth.2.a.4.d.1. Paral.2.d.Matth.1.a.* Fuit etiam nomen alterius è duabus columnis in porticu Salomonis positis. *3.Reg.7.c.2.Par.3.d.* designat autem cum altera columna *a* fortitudinem fidei doctorum vtriusque Testamenti. Designat etiam *b* fortitudinem Christi in iudicio, quando condemnaturus est malos.

Booz secundum quod duxit Ruth Moabitidem vxorem, significat *c* Christum adiungentem sibi Ecclesiam ex Gentibus.

Boreas, vide Aquilo.

Borith.

BOrith, *d* herba abluendis vestium sordibus apta, vim saponis habens: vel secundum aliquos, est ipse sapo. *Ierem.2.e.* designare potest verbum Dei, quod animarum eluit sordes, & lachrymas pœnitentiæ.

Bos, Vacca, Taurus, Vitulus.

BOs est animal notum, vigens cornibus, & capitis viribus ad trahendum aratrum & plaustrum. Vacca autem est fœmina. Taurus verò est bos masculus ad procreandum reseruatus, sicut hircus inter capras, & aries inter oues. Vitulus autem est bos iuuenis. Est bos animal mundum, quia diuidit vngulam, & ruminat, ideo offerebatur in sacrificium.

Bos significat interdum *e* Christum, qui oblatus est, vt hostia pacifica, ad reconciliandum Deo genus humanum. Et ipse est vitulus saginatus, qui comeditur cum butyro & lacte, hoc est, cum fidei puritate. Et oblatus est *f* pro peccato. *Genes.18.Exod.19.a.Leui.3.a.4.a.8.a.9.a.16.a.23.c.Num.7.a.c.15.b.3.Reg.18.f.Psal.68.Ezec.43.c.45.f.Luc.15.f.* Taurus etiam aliquando significat Christum, qui aliis est ferus & iudex, aliis mansuetus vt Saluator. *Deut.33.c.* Et taurus annorum septem, est Christus cum septem donis Spiritus sancti. *Iud.6.e.* Cæterum *Genes.49.a.* vbi nos legimus, suffoderunt murum, Origenes & Tertullianus *g* legunt taurum: & accipitur pro Christo. Vitulus etiam immaculatus, est caro Christi, qui peccatum non fecit, qui in cruce intelligibiles inimicos nostros ventilauit. Et ipse Christus est vitulus de bobus, *h* hoc est, de patriarchis ortus. *Leuit.1.b.* Et vitulus comminuens *i* cedros. *Psalm.28.* Vitulus etiam est splendor *k* imaginis redemptoris. *1.Reg.16.a.* Et vacca rufa, est caro Christi mortalis: ideo sumebatur fœmina, ne crederemus *l* expiationem fieri ex virtute ipsius animalis, sed ex diuino numine. Comburebatur tota, vt non ab ipso animali, sed à Deo fauor speraretur. *Num.19.a.*

Bouis facies, *m* in angelis fortitudinis ac robustatis eorum præfert speciem: & quia spirituales sulcos suscipiendis cœlestibus fœcundísque imbribus scindunt. *Ezech.1.c.Psal.8.*

Boues dicuntur literati *n* & fortes, & prædicatores: & demum fortitudinem exercentes in diuinis laboribus, & sub iugo Domini laborantes: & qui iustitiam operantur: vt boues Abrahæ. *Genes.12.d.20.d.21.d.24.d.32.b.33.c.Exod.24.b.34.c.Num.7.a.Deut.25.a.2.Reg.6.b.24.d.3.Reg.4.d.8.g.1.Paral.21.d.Iob.1.a.42.b.1.eui.3.a.7.c.9.a.Psalm.8.65. Prouerb.14.a.Eccles.22.a.Isa.7.d.30.e.52.d.65.d.1. Cor.9.b.1.Timoth.5.c.* Et boum par *o* sunt prædicatores Ecclesiæ, qui dum prædicant, arant, dum verbis cœlestibus corda auditorum aperiunt, quasi in bona terra semen spargunt. *1.Reg.14.e.* Sunt duo boues, quia gemina charitatis gratia pleni sunt, & se priuato amore non diligunt. Et boues tollit prædicator, quando labores cogitat prædicationis suæ: & quidquid aliis loquendo velut terram excolendo profecit, memorando coarceruat. Et boues viduæ, sunt prædicatores Ecclesiæ. *Iob.24.b.* Et vitulus nouellus, est prædicator. *Psalm.68.* Et boues duodecim sub mari æneo. *3.Reg.7.d.* sunt *p* Apostoli, & vniuersitas prædicatorum & prælatorum: quorum quidem nos opera cernimus, sed apud districtum iudicem, quæ illos posterius maneant in occulta retributione nescimus. Qui tamen cum condescensionis suæ patientiam diluendis proximorum confessionibus præparant, velut ante fores templi luterem portant: vt quisquis æternitatis ianuam intrare nititur, tentationes suas menti pastoris indicet, & quasi in boum lutere cogitationes vel operis manus lauet. Et vaccæ duæ fœtæ, quæ non nouerunt iugum, & portantes arcam, & mugientes pro vitulis. *1.Reg.6.b.* designant prædicatores geminam habentes charitatem, & iugo peccati minimè subiectos: qui compatiuntur necessitatibus cognatorum: sed non propter hoc viam rectam deserunt: designant etiam fideles, *q* qui dum sacri eloquij præcepta considerant, quasi superimpositam sibi Domini arcam portant: quorum pleríque foris carnalibus affectibus ligantur: sed non declinant à recto itinere, quia arcam Domini portant in mente. Vitulus etiam, aut vituli planta, designat *r* prædicatores, qui debent maturè incedere, & fortes esse, & vngulam diuidere. *Ezech.1.b. Num.7.a.* Tauri etiam dici possunt *s* sacerdotes Christi. *Psalm.67.* Et Sancti. *Deut.33.c.Matth.22.a.* Boues qui vendebantur in templo, *t* sunt prædicatores, quæstus gratia prædicantes, vnde meritò eiiciuntur. *Ioan.2.c.*

Bonum par dici possunt Ionathas, *u* & armiger eius: & sapientes, & simplices: vel minores & altioris ordinis sacerdotes. *1.Reg.14.b.*

Bouis aut vituli facies in Deo, designat *x* virtutem concupiscibilem, quum sit animal domesticum, & mansuetum, & licèt ponatur in parte, quæ sinistra est nobis, quatenus bos est armiger, in archetypo tamen est in dextera: & per ipsum mansueta animalia indicantur, quæ ex dextera sunt. Vnde agnus, & ouis, ad dexteram in iudicio collocandi dicuntur.

Vituli septem. *Ezech.45.g.* designant martyres, qui configurantur passioni Christi. Ipsi etiam sunt tauri *y* pro Christo immolati. *Matth.25.a.*

Bos aliquando animum aut rationem præcipuè mundam significare potest. *Exod.21.d.22.a.1.Reg.12.a.Iob.24.a.Isa.1.a.11.b.* Vacca etiam significat animam teneram, & iuuenem, sed rectoris patientem. Et vaccæ populorum, *z* sunt simplices. *Psalm.67.* Et vaccæ quadraginta sunt simplices & humiles, & vacca, ipsa humilitas. *Genes.32.d.* & vituli sunt *aa* mediocres in Ecclesia. *Isa.15.b. Leu.9.a. Luc.17.b.*

Boues & oues, sunt *bb* homines, qui nihil acuminis habent, neque ad virtutem, neque ad malitiam, sed trahuntur ab alio: nimis enim ad manum sunt consueta animalia, & eos, qui trahunt facilè sequuntur. *Leuit.1.a.* Portant autem arcam, quum subiecti sunt prælatis. *2.Reg.6.b.*

Bouis facies. *Ezech.1.c.* designat *cc* Lucam Euangelistam, qui exorsus est Euangelium à sacerdotio: quia boues in sacrificio offerri solebant. Vel designat ipsum Euangelium Lucæ.

Boues aliquando dici possunt *dd* Patriarchæ. *Leuit.1.a.16.a.* Tauri etiam sunt *ee* Patres veteris Testamenti, qui quasi cornu feriebant, quum de aduersariis vindicabantur. *Matth.22.a.*

Vitula in qua dicuntur arasse sodales Samsonis. *Iud.14.d.* designat *ff* Ecclesiam, per quam cognoscuntur mysteria Christi.

Vacca rufa, *gg* est beata virgo Maria, de progenie rufi Dauid. Et vt rua fuit rubea terrestris, ita Maria rubea cœlestis, & plena igneo spiritu, plenáque gratia & virtutibus. Ideo dicitur, quòd vitula illa eligenda erat perfecta, integra, & sine macula: quæ nec fuerit pressa iugo. Huius quoque sacrificium, & omnia eius mysteria celebrata fuere extra castra, & communem cœtum, etiam electi populi. Sic & Mariæ mysteria omnia celebrata sunt extra communem legem. Fuit enim ab angelo denunciata, à Spiritu sancto obumbrata, à virtute diuina grauidata, & repleta gratia non communi, sed ea, quæ erit apud Deum primarium fontem omnium bonorum, peperitque filium sine dolore, seruato claustro virginitatis, semper procedens vltra naturæ leges. Sicut ergo peccatum exordium habuit à muliere præuenta ab angelo mortis, ita & expiatio, exordium habuit in Maria præuenta ab angelo lucis, à quo Christus carnem in nostram expiationem assumpsit.

Vituli aliquando significant *hh* laudes Dei: & offeruntur vituli labiorum, hoc est, laudes & orationes & confessio peccatorum. *Hose.14.b. Psal.50.68.*

Vituli lactantes, sunt *ii* fideles adhuc in fide teneri. *46.e.* Bos autem anniculus est, *kk* qui solido incipit vti cibo: & quia annum Domini incipit prædicare. *Mich.6.b.*

Vituli etiam, qui imponuntur super altare Dei, sunt *ll* omnes Sancti in fœlicitate. *Psal.50.* Et vitulus nesciens iugum, designat libertatem cœlestis patriæ. Et vitula cõternans, seu trium annorum, *mm* perfectam salutem significare potest. *Isa.15.b.* Vituli sunt etiam *nn* corpora glorioſa, iuuentuti reddita. *Mal.4.a.* Salietis sicut vituli.

Fortitudo fidei doctorum. Fortitudo Christi. Christus. Verbum Dei. Lachrimæ pœnitentiæ. Christus. Caro Christi. Fortitudo angelorum. Prædicatores. Fortes sub iugo Dominilaborantes. Operantes iustitiam. Apostoli & probati. Fideles. Sacerdotes. Sancti. Prædicatores quæstuarij. Sapientes & simplices. Virtus concupiscibilis. Martyres. Anima. Simplices. Humiles. Humilitas. Mediocres. Homines ignaui. Lucas Euangelista. Patriarchæ. Ecclesia. Virgo Maria. Laudes Dei. Teneri in fide. Sancti in fœlicitate. Corpora glorioſa.

a Glo.ord.su. 3.Reg.7.
b Ru.s.3. Regum.19.
c Glo.ord.su. Ruth.2.
d Or.s.Ier.ho. 15. Hie.s.Ier.2.
e Orig.s.Gen. ho.4.17.& s. Iob.1.& s.Le. hom.1. Am.1.de Abra.5.& prol. de Spirit.san.
f Ar.s.ps.68. Hie.s.Ez.43. 45. Aug.ser.70. 108.
g Ter.adu.Iu.
h Isy.s.Le.49. 16.23. Bed.s.Gen.18
i Hie.s.ps.28.
k Gr.s.1.Reg. 16.& s.p.50.
l Augus.q.in Num.13.
m Geo.Ven.in Ca.1.to.4.c.6. Dio.ca.Hi.15 Au.s.ps.8.
n Ar.& Hil. s.ps.61. Hie.s.Isa.32. 65.Isy.prol.s. Leu.
o Gr.s.1.Reg. 14.& 1.mo. 16.& 7.mo. 6.& 35.mor. 19.& 16.mo. 22. Aug.s.ps.68. & s.Ioan.tra. 10.
p Be.s.Pro.14 Gr.16.m.22. Gre.2.past.5.
q Gr.s.ps.50. & 7.mo.18.
r Gr.s.Ez.h.3.
s Arn.s.ps.67
t Glo.ord.sup. Ioan.2.
u Greg.sup.1. Reg.14.
x Georg.Ven. Can.1.tom.7. cap.29.
y Hie.s.Mat. Can.22.
z Ar.s.Ps.67.
aa Hie.s.Is.15. Isy.s.Leu.9.
bb Isy.s.Le.1. Gr.1.mor.16.
cc Hie.prol.s. Matth. Am.prol.sup. Lucam.
dd Or.s.Le.h. 1.Is.s.Leu.16.
ee Gre.ho.38.
ff Au.se.107.
gg Geo.Vene. Can.2.to.c.6.
hh Gr.s.1.Re. 1.Hi.s.Ho.14.
ii Gle.Alex.1 pad.5.
kk Hi.s.Mi.6.
ll Gre.psa.50. & s.1.Re.1.
mm Hie.s.Is. 15.
nn Rup.s.Malach.4.

Digitized by Google

Iudæi.

Boues interdum dicuntur *a* Iudæi, vel ſapientes eorum, ac legis iuſtitiam facientes: qui etiam inutilibus ſenſibus literæ legis paſcuntur: & quia bos aſſuetus eſt iugo, populus eſt bos Iudæorum iugum portans legis, & opera terrena exercens. *Exod.*22.*a. Leuitic.*1.*a.*3.*a.*7.*c.*9.*a. Iob.*1.*a.*6.42.*d. Pſalm.*11.65. Et Bos cognoſcens poſſeſſorem ſuum, *b* deſignat ſimplices Iudæorum, qui crediderunt. *Iſa.*1.*a.*7.*d.*15.*b.*32.*d.* Vacca etiam triennis, deſignabat *c* plebem iudaicam iugo legis preſſam: quæ diuiſa eſt in duas partes: quia carnales in multa diuiduntur, aut diſtrahuntur. *Geneſ.*15.*b.*

Lex & Prophetia.

Quinque libri Moſis.

Boues duo, quos coxit Eliſæus in aratro. 3.*Reg.*19.*d.* deſignant Legem & Prophetiam, quarum vmbras & imagines Dominus *d* per myſterium incarnationis & paſſionis occidit in litera, & in crucis ſuæ coxit aratro, & ad comedendum fidelibus præbuit. Boues etiam quinque ſignificare poſſunt quinque libros Moſis. *Exod.*22.*a.* Idem deſignant quinque iuga boum. *Luc.*14.*d.* Et vitulus ſecundus, qui offertur in expiationem altaris, eſt lex & Moſes Offertur autem in holocauſtum, *e* vt craſſitudo legis eleuetur ad ſubtilitatem ſpiritus. *Ezech.*43.*g.* Et bos, quem mactauit Elias, eſt vetus Teſtamentum. 3.*Regum* 18.*d.*

Amor Dei & proximi.

Fides paſſionis Chriſti.

Baptiſmus.

Perfectum ſacrificium.

Fortia & perfecta opera.

Verbum Dei.

Dona Spiritus ſancti.

Virtutes.

Boues etiam, *f* amorem Dei, & proximi ſignificare poſſunt. 1.*Reg.*11.*d.* Et arare in boue & aſino, eſt coniungere amorem ſpiritualem Dei, & cum carnali amore proximi. *Deut.*22.*b.*

Vitulus *g* fidem paſſionis Chriſti quandóque deſignare poteſt, vel ipſam paſſionem, & etiam baptiſmum, in quo conformatur paſſioni Chriſti. *Leuit.*1.*b. Apoc.*4.*c.* Et vacca triennis, deſignat perfectum ſacrificium propter ternarium. *Geneſ.*15.*b.* Et vituli tres. 1.*Reg.*1. deſignant confeſſionem *h* Trinitatis: & vnus offertur propter eſſentiæ vnitatem.

Manſuetudo prædicatorū.

Grauiores cogitationes.

Boues quandóque ſignificant *i* fortia & perfecta opera, & labores propter proximum acceptos, & ipſos bene operantes, & pietatis opera, præcipuè prælatorum. *Exod.*20.*c.*22.*a. Leuit.*1.*a.*22.*c.*2. *Paral.*31.*b.*35.*a. Iob.*1.*a.*24.*a. Pſalm.*65. Et vitulus, qui offertur ſeptem diebus, opera ſignificat: quia vomeri & labori, & terrenis operibus mancipatus eſt. *Ezech.*43.*g.* Et vituli tres, quos obtulit Elcana. 1.*Reg.*1.*d.* triplicem actionem ſignificant: vnam ad ſubleuandos lapſos, alteram ad ſuſtentandos ſtantes, tertia eſt contemplatio: vel deſignant propoſitum fortitudinis.

Quinque ſenſus.

Fidelis cadens in peccatum.

Stultorum vecordia.

Vitulus *k* aliquando dici poteſt verbum Dei. *Leu.*1.*a.* Et tauri occiſi, ſunt ſolidæ & rationabiles myſteriorum eſcæ, & fortia eloquia Dei. *Matth.*22.*a.*

Boues pingues, deſignare poſſunt dona Spiritus ſancti, & abundantiam gratiæ: & etiam virtutes. *Geneſ.*41.*a.* Et iuga boum ſunt in vſu noſtræ poſſeſſionis, *l* dum concordes virtutes exarant duritiam mentis. *Iob.*1.*a.*

Boues in baſibus luterum. 3.*Reg.*7.*d.* deſignant *m* manſuetudinem in prædicatoribus, quæ non debet eſſe ſine leonibus. 2.*Par.*4.*a.*

Boues arantes. *Iob.*1.*c.* dici poſſunt *n* grauiores noſtræ cogitationes, quæ dum cor ſtudioſa exercitatione conficiunt, vberes profectuũ fructus reddunt. Vel ſunt cogitationes charitatis, quibus prodeſſe aliis conamur, quum fraterni cordis duritiam prædicando ſcindere cupimus.

Boues quinque, deſignare poſſunt quinque ſenſus. *Exod.*22.*a.* Quos etiam deſignant quinque iuga boum. *Luc.*14.*d.* quia *o* circa terrena verſantur, vt boues verſant terram.

Elementum terra.

Caro.

Vis concupiſcibilis.

Deſideria terrena.

Incontinentes & ſuperbi.

Superbia.

Vitia.

Motus beſtiales.

Conſilium ad libidinem.

Libido.

Voluptates.

Curioſi.

Sacerdotes Iudæorum.

Hæretici.

Principes mali.

Diabolus.

Bos cadens in ciſternam, deſignare poteſt *p* fidelem in peccatum lapſum: vel ſimplicem, qui audiens quod nondum capere poteſt, in errorem incidit. Eundem deſignat bos errans, vel ſub onere iacens, *Exod.*20.*c.*21.*d.* 23.*a. Deut.*22.*a. Iob.*1.*c. Pſalm.*84.9. *Iſa.*66.*a.* Deſignat etiam bos, ſtultorum vecordiam. *Prouerb.*17.*d.* Statim eam ſequitur, quaſi bos ductus ad victimam. Et vaccæ populorum, *q* ſunt ſimplices, quos decipiunt hæretici. *Pſalm.*67. Et bos quem mactauerunt Prophetæ Baal. 3.*Reg.*18.*e.* eſt populus reprobus, per Phariſæos & hæreticos deceptus.

Vituli, quos Domino immolare debemus, ſunt *r* tres nouæ conuerſionis effectus, quaſi vitulus nouellus cornua producens & vngulas: Sacræ religionis profectus, qui eſt vitulus tenerrimus de armento. Conſummare virtutis affectus, qui eſt vitulus ſaginatus.

Vacca ob laborem & fœcunditatem, *ſ* elementum terræ ſignificare poteſt. *Geneſ.*15.*b.* quod etiam ſignificat bouis facies. *Ezech.*1.*c.* Cùm ipſe ſit terreus, & terræ cultui ſemper addictus.

Vacca etiam ſeu vitulus, *t* ſignificat carnem laboribus ſubiectam. *Geneſ.*15.*b. Leuitic.*1.*a. Pſal.*50. *Ierem.*50.*b.* Et caro mactata, vt vacca, eſt offerenda cum cedro, hyſſopo & coccò. Bos etiam *u* eſt ipſum corpus. *Deut.*28. *c.*1. *Paral.*13.*c. Iob.*6.*a.* 21. *b. Pſalm.* 145. *Eccleſ.* 48.*e. Ion.*3.*e.* Vitula non aſſueta iugo, caro bruta & vitioſa. *Deut.*21.*a.*

Bouis facies in anima, *x* dici poteſt vis concupiſcibilis. *Ezech.*1.*c.* Et vituli clauſi domi. 1.*Reg.*6.*a.* ſunt deſideria terrena, quæ foras prodire prohibentur. Et vitulos tollit, qui de eo extollitur, quòd compreſſi motus laſciuiæ, ad mentem reducuntur. 1.*Reg.*14.*e.* Et vitulum in manu habens Samuel, deſignat Ioannem Baptiſtam, per abſtinentiam carnem mactantem: vel deſignat imitantem Chriſti paſſionem. 1.*Reg.*16.*a.* Et vitulus comedens fœnum, eſt humani fauoris appetitus, carnalem & temporalem gloriam ambiens. *Pſalm.*105.

Vituli quos non accepit Deus, *y* ſunt continentes & ſuperbi. *Pſalm.*49. Et vitulus taurus interdum ſignificat ſuperbiam: & vitulum immolat, qui ſuperbiam vincit. 1.*Reg.*14.*d.* 3.*Reg.*18.*e.* Et boues macilentæ, ſunt vitia. *Geneſ.*41.*a.* Boues etiam ſunt *z* motus beſtiales. *Exod.*9.*d.* Et boues Amalecitarum, ſunt conſilium fraudulentum, quod de exemplo veterum carnis voluptatem ſuggerit, qui videlicet inter carnis opera Deo placuerunt. Vitulus etiam eſt *aa* libido, & ipſi libidinoſi. Et vitulus de medio armenti deſignat voluptates. 1.*Reg.*15.*a.* 1.*Reg.*6.*b. Pſal.*49. *Prouerb.*7.*c. Hoſe.*12.*d. Amos.*4.6.*b.* Et vitulus Libani, *bb* deſignat ſuperbos mundi. *Pſal.*28. Boues etiam dicuntur *cc* terrenis curis implicati, quia boues verſant terram. *Exod.*22.*a.*34.*c.* 3.*Reg.*19.*d. Luc.*14.*d.* Et vacca laſciuiens, aut percuſſa æſtro, deſignat eos, *dd* qui ſine fræno tranſgrediuntur diuina præcepta, pleni vitiis carnalibus. *Hoſe.*4.*d.*

Idololatria.

Errores hæreticorum.

Diabolus.

Tauri pingues circundantes Chriſtum, *ee* erant ſacerdotes Iudæorum contra Chriſtum in paſſione inſurgentes, & etiam hæretici contra Eccleſiam. Dicuntur autem tauri propter ſuperbiam. *Pſal.*21.67. *Eccleſ.*38.*c. Ezech.* 39.*e. Iob.*42.*b.* Demum tauri dicuntur *ff* principes mali. *Iſa.*34.*b.* Et vitula docta diligere trituram, quod dictum eſt de Ephraim. *Hoſe.*10.*c.* deſignat *gg* contentioſos hæreticos. Et vaccæ pingues *hh* ſunt hæretici. *Amos.*4.*a.* Bos cornupeta, eſt habens potentiam ad nocendum. *Exod.*21.*d.* Et bos carpens herbas vſque ad radices. *Num.*22. *Iſa.*11.*b.* deſignat diabolum. *Iob.*24.*b. Dan.*4.*e.f.* Vaccæ Bethauen, erant pontifices Iudæorum in templo. *Hoſ.*11.*a.* Qui & vaccæ pingues in monte Samariæ. *Amos.*4.*a.* Peculiariter autem Caïphas & Annas. Dicuntur autem ibi ad literam, vaccæ pingues, ſacerdotes idolorum, colentes vitulos.

Gentilitas.

Obſtinatus.

Exercitus Romanus.

Vitulus conflatilis, idololatriam ſignificat. *Exod.*3.*a.* Et vitulus Libani, *ii* vbi verenda vituli offerebantur Veneri. *Pſal.*28. Deſignat etiam vitulus conflatilis *kk* corpus malorum: & vt Moſes contriuit vitulum, ita deſtruentem eſt corpus malorum, vt conuertantur. Poteſt etiam deſignare diabolum. Et vituli Samariæ, ſunt *ll* terreni ſenſus hæreticorum. *Hoſe.*8.*b.* Et dicuntur eſſe ex Iſraël, quia ipſi adinuenerunt ſibi vitulos in Deos. Et hæretici fabricarunt ſibi errores non acceptos à Philoſophis. Et boues quibus immolant hæretici, ſunt errores eorum. *Hoſe.*12.*d.* Vaccæ populorum indicare videntur *mm* idola Samariæ. *Pſalm.*67. Vaccæ quoque Bethauen dicebantur vituli, quos colebat Iſraël: & deſignat errores hæreticorum. *Hoſe.*10.*b.* Boues hæreticorum dicuntur craſſæ: quia ipſi hæretici ſtudent diuitiis, quibus impinguantur. *Pſalm.*143.

Taurus patris Gedeonis. *Iud.*6.*e.* typus eſſe poteſt *nn* Gentilitatis.

Iuuencus indomitus, dicitur *oo* is, qui flagellis Domini non emendatur. *Ierem.* 31.*c.*

Vitulus, qui paſcetur in vinea Hieruſalem. *Iſa.*27.*c.* deſignabat *pp* exercitum Romanorum, qui venit ad deſtruendam Hieruſalem.

Vitulus poteſt ſignificare quidquid in terris amabile eſt, quod offerendum eſt Deo. *Geneſ.*18.*a.*

Bou-

a *Cle. Alex.*6. *ſtrom. Amb. epi.*72. & *ſ. Luc.*13. *Iſych. ſ. Lu.*1. & *prolo. Aug. epi.*120. *Gre.*7.*mor.*4. & 31.*m.*18.

b *Hie. ſ. Iſa.*1. 7.31.

c *Arn. ſ. pſ.*21. *Au.*16. *ciuit. Dei.*24. & *ſ. pſ.*103.

d *Gr. Nyſſe. ſe. de natiuitat.*

e *Hie. ſ. Ez.*34

f *Hie. ſ.*1. *Regum.*11.

g *Aug. ſ. Apo. hom.*3.

h *Gr. ſ.*1. *Re.*1,

i *Gre. ſ.*1. *Re.* 1. & 2.*m.*25. *Hie. ſ. Iób.*24. & *ſ. pſ.*67. & *ſ. Eze.*43. *Orig. ſ. Leuit. ho.*1.

k *Ori. ſ. Leui. ho.*1. & *ſ. Ma. ho.*20.

l *Gr.*1.*mo.*30.

m *Gr. ho.*7. & *ſ. Eze. ho.* 21.

n *Gr.*2.*m.*33.

o *Au. de verbis Domini ſer.*33.

p *Cle. Alex.*5. *ſtrom. Gre.*17.*m.*13. *Au. ſ. pſa.*54. 106.

q *Hie. pſ.*67. *Au. pſ.*67.

r *Ber. in ſententiis.*

ſ *Ambr.*2. *de Abra.*8. *Georg. Vene. Can.*1.*to.mo.* 7.*c. cap.*22.

t *Ori. ſ. Leu. ho.*1. *Iſych. ſ. Leu.*1.

u *Cre.*6. *mor.* 25. *Rup.*1. *ſu. Deu.*7. *Amb. de virg.*3. & 2. *de Abra.*8.

x *Ori. ſ. Eze. hom.*1. *Gre. ſ.*1. *Reg.* 6.14. 16. & *hom.*37. *Ricar. de San. Vict. de ſomn. Nabuch.* 40.

y *Hie. ſ. pſ.*49.

z *Ori. ſ. Ex. h.* 9. & *ſ. Num. ho.*27. & *Roman.*12.

aa *Gr.*7. *Mor.* 15. & 23. *Mor.*3. & *ſu.* 1. *Regum.*14.

bb *Au. pſ.*28.

cc *Geor. Vene. Cant.*2. *tom.* 3. *cap.*8. *Gre. ſ.*1. *Re.*15. & 32.*mo.*18. *Hie. ſ. Amo.*6.

dd *Hie. ſ. Hoſ.* 4. *Eu. for. ſtir.* 5.

ee *Arn. ſ. pſ.*21. *Aug. epi.*120. *ca.*14. & *ſu. Pſa.*67. *Hie. ſ. pſ.*21. *Hie. Iſa.*34. ff *Hie. Oſe.*17. *Rup. Oſe.*10. gg *Hie.* & *Rup. Amos.*4. hh *Gr.*35.*mo.*6. ii *Baſ.* & *Arn. ſ. Pſ.*28. kk *Au. ſ. pſ.*61.73. ll *Hie. ſ. Hoſ.*8.10. & *ſ. Amo.*4. mm *Hil. ſ. pſal.*67. nn *Amb. prol. de ſpiri.* oo *Hie. ſ. Ier.*31. pp *Hie. ſ. Iſ.*27.

Digitized by Google

Boues, qui vendebantur in templo. *Dan.2.c.* sunt *a* laborantes in ministerio prælatorum, vt promoueantur, licèt indigni: ideo meritò eiiciuntur. *Ministri prælatorum.*

Vitulus concisus in duas partes, inter cuius diuisiones fiebat transitus, signum erat fœderis. *Ierem.34.d.* *Fœdus.*

Taurus dici potest *b* diues. *Psal.91.* Tauri pingues obsederunt me. *Isa.34.b.Ezech.3.9.c.* *Dines.*

Boses.

BOSES, id est cœnum, aut in ipso flos, siue in ipso respiciens, vel in primatu: nomen scopuli. 1.*Reg.*14.*a.* typus est concupiscentiæ, quæ primatum tenet in peccando.

Bosphorus.

BOSPHORVS, est fretum angustum in Thracia, & ostium Ponti: videtur poni Abdi. *c* vt cunctos terminos remotos significet. ET quia est ad Aquilonem, *d* designat infideles: qui possident ciuitates Austri, quando conuertuntur. *Infideles.*

Bosor.

BOSOR, id est, munitio, vel vindemia, siue ablatio, vel prohibitio, aut in angustia, vel in tribulatione: ciuitas Moabitarum. *Deut.4.g Iosu.20.c. Mach.1.c.* Fuit ciuitas fugitiuorum in tribu Ruben.

Bosra.

BOSRA idem interpretatur, quod BOSOR: est Bosra eadem quæ Idumæa, vel ciuitas eius. *Genes.36.c.Iosu.20.c. Isa.34.b.63.a.Ierem.48.d.49.a.Amos.1.d.* Iuxta Hieronymum *e* interpretatur munita, atque circundata, siue firmata, designans orbem terrarum Domini voluntate solidatum vel Romam. *Orbis terrarum Roma.*

Quum dicitur *Isa.63.a.* Venisse Christus de Bosra tinctis vestibus, Bosra *f* non significat carnem, quæ est בשר sed scribitur בצרה: quod interpretatur firma atque munita: & accipi potest pro Hierusalem, quæ firmissis muris fuit antè circundata, in qua passus est Christus. Vel pro inferno, vbi clausæ sunt animæ mortuorum. Vel designatur *g* caro Christi tincta sanguine. *Hierusalem. Infernus. Caro Christi.*

Botrus, Racemus, Vua.

BOTRVS est racemus vuarum, & aliquando alterius rei: Vuæ autem sunt ipsi fructus vitis, hoc est, grana, quæ sunt in botro. Indifferenter autem sumuntur vua & botrus.

Botrus, quem portabant exploratores in vecte. *Num.13.c.* designat *h* Christum in cruce. Et idem Christus significatur *i* vuis. *Genes.40.b.49.b.Deut.22.b.* ET ipse est vua primitiarum *k* in sacramento Eucharistiæ. *Leu.25.a.* quæ non colligetur septimo anno: quia post hanc vitam non suscipietur sacramentaliter. Has vuas non colligunt de spinis. *Luc.6.g.* Et botrus Cypri *l* de vineis Engaddi, dicitur Christus in hac vita, siue botrus siue vua florida dans odorem iis, qui incipiunt: siue sit arbor habens vim calefaciendi, quia ipse calefacit in amorem Dei. *Cant.1.d.* Dicitur etiam Christus botrus Cypri, *m* secundum quòd habet zelum amoris ad eradenda vitia infusione vini: & qui eius zelum imitatur, est illi botrus Cypri, sed in vineis Engaddi, vbi oritur balsamum: quia zelus est cum oleo compassionis. *Christus. Antiqui Sancti & Prophetæ. Doctrina legis. Iudæi puniendi. Peccatores. Fidelis non peruersus. Sensus mystici.*

Botri erant *n* antiqui Sancti, & Prophetæ, quos non potuerunt colligere Iudæi, sed collegerunt eos pauperes, hoc est, fideles Ecclesiæ. *Leuit.19.b.* Designant etiam doctrinam Legis non intellectam à Iudæis, sed relictam ECCLESIÆ. BOTRI etiam vindemiandi, *o* erant Iudæi puniendi in destructione Hierusalem. *Apoc.14.d.* Et generaliter *p* peccatores.

Racemus relictus à vindemiatoribus, est *q* fidelis relictus in Ecclesia, quem hæretici peruertere nequiuerunt. *Abdia.b.Mich.7.a.* Sunt etiam *r* sensus mystici: qui non sunt relicti Iudæis.

Vuæ in deserto *s* erant patres incipientis Ecclesiæ. *Hos.9.c.* Vuæ etiam dicuntur perfecti. *Genes.40.b.* *Patres incipientis Ecclesiæ. Perfecti.*

Botri, interdum dicuntur fructus animæ, hoc est, opera, siue sint maturi, siue acerbi, aut amari. *Deut.32.e. Cant.7.c. Eccles.39.c.Isa.65.d.Mich.7.a Apoc.14.d.* Et botrus in flore, *t* est operatio bona inchoata. *Iob.15.d.* Ipsa quoque iustitia *u* est botrus: & vuæ sunt fructus iustitiæ: & opera virtutum sunt vuæ gratæ Deo, quas expectabat vt faceret vinea. *Isa.5.a.* *Opera. Iustitia. Virtutes.*

Vua, est actus concupiscentiæ. *Deut.32.e.* ET dicitur vua fellis: quia ducit ad amaritudinem inferni: & vua acerba & malitia eius, qui non obliuiscitur posteriora, nec appetit priora. Item peccata *x* & praua intelligentia scripturarum, vuæ acerbæ sunt. *Ierem.31.c.Ezech.18.a.* *Concupiscentia. Peccata. Praua intelligentia scripturarum.*

Brauium.

BRAVIVM est, quod datur victori in præmium. 1. *Corinth.9. d. Philip. 3.c.* sumitur pro præmio æternæ fœlicitatis.

Brachium, Lacertus.

BRACHIVM est pars humani corporis cõiuncta humeris, in cuius extremo, est manus quo instrumento opera, & labores exercemus.

Brachium secundùm metaphoram ponitur in Deo, & potest significare *y* virtutẽ eius gubernatiuam: & etiam diuinitatem in Christo. *Isa.53.a.* ET brachium excelsum Dei dicitur *z* ipse Christus, aut virtus eius, quæ operata est redemptionem in passione. ET brachia Ioseph, eandem virtutem significare possunt. *Genes.49.e.Exod.6.a.15.b. 3.Reg.8.e.Iob.40.a.Psalm.43.70.76.78.88.97.135.Sap.5.c.11.d.16.c.Eccles.36.a.Isa.10.g.33.a.40.b.48.c.51.b.52.c. 59.d.62.c.63.b.Ierem.72.a.32.c.Ezech.4.b.Dan.10.a.Hos.11.a. Ioan.12.f.Luc.1.e.* Brachia sempiterna Christi, dici possunt dona Spiritus sancti. *Deut.33.d.* Item sacra scriptura. *Cant.8.b.* Designatur etiam virtus miraculorum. *Virtus gubernatiua Dei. Diuinitas in Christo. Christus aut virtus eius. Dona Spiritus sancti. Sacra scriptura. Virtus miraculorum.*

Brachia Dei, quæ iudicabant populos, dici possunt *aa* sancti, in quibus, aut cum quibus Deus iudicabit mundum. *Isa.51.b.* *Sancti.*

Brachium etiam nostrum dicitur Deus, quum præstat nobis auxilium. *Isa.33.a.* *Deus.*

Brachium interdum dicitur Ecclesia, quæ & brachium est hæreticorum: cuius carnem hæretici vorant quum *bb* eius fideles in errorem inducunt. *Isa.9.d.* Vbi etiam significatur proximus, sicut *Dan.11.e.Hos.7.d.* *Ecclesia. Proximus.*

Brachium etiam legens spicas, *cc* sunt Apostoli & prædicatores, aliquos ex Iudæis ad fidem conuertentes. *Isa.17. b.51.b.* *Apostoli & prædicatores.*

Brachium interdum significat *dd* opera: & ipsam vim operandi: & ponitur aliquando in signum laboris & afflictionis. 2.*Reg.22.c. Iob.18.c.26.a.31.c.40.a.Psalm.9.17.36.Prou.31.c. Cant.8.b. Eccles.7.d.21.d. Isa.17.a.44.b. Ezech.13.c.* Proiicit illud brachium Deus, quum mala sunt opera. *Mal.2.b.* Brachium dextrum hostiæ est sacerdotis: *ee* quia habet meritum bonorum operum eorum, quos ad opera dextra conuerti fecit. Et etiam vt aptus sit & armatus ad pugnandum contra diabolum: & vt, quod mente conceperit, exemplo probet. ET brachia statuæ. *Dan.2.e.* designant *ff* actionem: & sunt argentea, quum actio est discreta. *Opera. Vis operandi. Facultas sacrificandi.*

Brachium, quod pertinet ad sacerdotes, dicitur separationis, *gg* quia qui separantur ad Deum, nil commune habere debent cum mundo: & vt opera sacerdotis comparatione virtutum eius, à cunctis hominibus separata sint. Et quia *hh* debet virtutis studium non sibi anima tribuere, sed auferre à se, & ad Deum autorem referre. *Dignitas. Violentia tyrannidis.*

Brachium Eli, & brachium domus patris eius præcisum, *ii* designat facultatem sacrificandi à pontificibus & sacerdotibus veteris legis ablatam. 1.*Reg.2.f.Mal.2.a.* Vbi etiam significatur ipsa dignitas.

Brachium quandóque significat *kk* violentiam tyrannidis, & potestatis temporalis: & *ll* vim diaboli. *Iob.35.c. Psal.9.36.43.2. Paral.32.b.1. Esdr.4.d.Eccles.38.d. Isa.9.d.Ierem.17.a.48.d. Ezech.22.30.f.31.g. Hos.7.d.Zach.11.d. Mala.2.a.* Et brachium excelsum erit Antichristus superbus, qui confringetur. *Iob.38.b.* *Vis diaboli. Antichristus.*

Brachium ponitur interdum pro fortitudine, aut fulcimento: vt qui ponit carnem brachium suum. *Iere.17.a. Psal.17.* Et brachium pastoris mali, *mm* est potestas Antichristi. *Zach.11.d.* *Fortitudo seu fulcimentum.*

Lacerti pupillorum comminuti à Iob, sunt *nn* discipuli hæreticorum conuicti ab Ecclesia. *Iob.2.b.* *Discipuli hæreticorum.*

Brachiola solij Salomonis. 2.*Par.9.c.* designant *oo* solatia diuinæ gratiæ: quæ Ecclesiam prouchunt ad regnum cœleste. *Solatia diuinæ gratiæ.*

Brachia Austri. *Dan.11.c.* dicuntur *pp* fortes milites regis Ægypti.

Brachium aliquando significat *qq* vindictam. *Deut.33.e.* Subter brachia sempiterna. *Iere.21.b.32.d. Ezec.4 b.20.c.* Vbi designatur potestas Christi, qua bonos liberat, malos damnat. *Vindicta.*

a *Lyr.s.Ioa.2.*
b *Ly.s.ps.21.*
c *Hie.s.Abdi.*
d *Rup.s.Abdi*
e *Hie.s.Is.34.* & *s. Amo.1.*
f *Hie.s.Is.63.*
g *Cyr.epis.39*
h *Am.de fide. 9.* & *s.72.* & *s.Lu.6.*
i *Ori.s. Gene. ho.17.s.Num. hom.16. Au.ser. 100.*
k *Isy.s.Le.25.*
l *Ori.s. Cant. hom.2.*
m *Ber.s.Can. ser.44.*
n *Isy.s.Le.19.*
o *Ru.9.s.Ap.*
p *Aretas sup. Apo.14.*
q *Hie.s. Abd.*
r *Ru.s. Abdi.*
s *Hie.s.Ho.9.*
t *Gr.12.mor. 15.16.*
u *Hie.s.Isa.5. Euc. q. in sa.* & *for.spir. 4.*
x *Gre.s.1.Re. 8.* & *11. mor. 18. Eu.for.spi. 4.*
y *Au.de essen. diuin. Ar.s.ps.135.*
z *Cyp.8.s.Ioa. 20.*
Fulg. ad Timum 3.
Aul.s.Ioa.tra. 53.
Hie.Ier.27.
Cassia. lib.8. cap.8.
Gr.32.mor.5.
Rup.s.2.Deu. 20. & *s.Can. 7.* & *s. Hos. 10.*
aa *Hie.s. Isa. 51.*
bb *Hie.s.Is.9.*
cc *Hi.s.Is.17.*
dd *Ori.s.ps.al. 36.ho.3.* & *s. Le.ho.5. Am. de Isaac Gr.14.mo.8. Phil.2. Alleg.*
ee *Hie.de ve. sacer.*
ff *Ricar.de S. Victo. somno. Nabu.25.*
gg *Ori.s.Le.h. 1.*
Hier. de vest. sacer.
hh *Phi. 2.alleg.*
ii *Gr.s.1. Re. 2.*
kk *Au.s.ps.a. 36.*
ll *Gre. 29.m. 5.*
mm *Hi.s.Za. 11.*
nn *Gr.16.m. 4.*
oo *Gl.ord.su. 2.Par.9.*
pp *Lyr.s. Da. 11.*
qq *Gl.in.sup. Deu.33.*

Bractea, vide Lamina.

Branchia.

Nequitia diaboli.

BRANCHIÆ sunt *a* in piscibus pulmone carentibus, quibus humorem reddunt, quem ore acceperint. Per branchias accepit Tobias piscem. *Tob. 6. a.* Possunt autè significare *b* nequitiam diaboli, quã apprehẽdit Christus.

Brevis, Abbreviare.

BREVE dicitur, quod est longo contrarium, siue sit in tempore, siue in magnitudine.

Breue tempus appellat Isaias, & alij prophetæ, *c* à Tuo tempore vsque ad aduentum Christi, & conuersionem gentium ad comparationem videlicet æternitatis. *Isa. 29. f.* Ad id faciunt abbreuiatæ hebdomadæ. *Dan. 9. f.*

Incarnatio. Præceptum charitatis. Symbolum fidei. Repentina punitio. Doctrina Euangelica. Consolatio breuis. Anima.

Abbreuiatum verbum, quod fecit Dominus, dici potest, *d* quia venit Verbum Dei in carne mortali in nouissimo tempore breui. *Isa. 10. f.* Vel dicitur, *e* quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Vel quia latitudo præceptorum legis, reducta est ad præcepta charitatis. Vel quia fides symboli paucis nexa est sermonibus. *Ro. 9. f.*

Abbreuiatio, quam facit Dominus *f* est repentina punitio aduenies malis, quando non sperabatur. *Isa. 28. f.* Sic dicitur in breui exardescere ira Dei. *Psal. 2.*

Breuis aqua quam dat Deus. *Isa. 30. c.* est *g* doctrina Euangelica duobus præceptis charitatis abbreuiata. Vel est breuis consolatio, quæ recipitur in hac vita.

Non est abbreuiata manus Domini ad redimendum: quia copiosa est apud *h* eum redemptio. *Isa. 50. a. 59. a. Mich. 2. b.*

Breue pallium non potens vtrumque operire. *Isa. 28. f.* Est *i* anima non potens simul Deum & diabolum in se recipere.

Abbreuiati dies Antichristi, designant *k* præcisionem errorum à dogmatis veritatis. *Ma. 24. b. Mar. 13. c. Apo. 17. c.* Dicuntur autem breuiati non mensura, sed numero. Et laus impiorum dicitur breuis.

Breues dies hominis, & breuis finis est in hac vita. *Iud. 7. d. Iob. 10. d. 13. d. 14. a. 16. d. 17. a. Sapien. 15. b. Eccles. 10. b. 1. Cor. 7. e.*

Breuis numerus filiorum Israël. *Psal. 104.* ad paucitatem electorum referri potest: quia multi sunt vocati, pauci verò electi.

Breuiata manus aliquorum dicitur, *l* quum eorum imminutæ sunt vires. *Isa. 37. c.*

Bruchus.

BRuchus est de genere locustarum, minus saliens, quàm locusta, éstque vorax, magnum habens ventrem. Numeratur inter munda animalia. *Leu. 11. c.*

Conuersantes cum peccatoribus. Gula. Homines terreni.

Bruchus designare potest eos, *m* qui conuersantur cum peccatoribus, sed non eos imitantur: vt bruchus est inter locustas. *Leu. 11. c. Nah. 3. d.*

Bruchus, vt est vorax ac penè totus venter, *n* gulam significare potest. *2. Par. 6. e. Psa. 104. Iere. 51. b. Ioel. 1. a. 2. f. Na. 1. d.* Designat etiam homines terræ deditos, sententiæ leuitate huc illuc discurrentes.

Bruchus comedens residuum locustæ. *Ioel. 1. a.* designat *o* imperium Græcorum, quod diu afflixit Iudæos. Et inter affectus, designat timorem deuorantem radices sapientiæ.

Bubalus.

Imperium Græcorum.

BVBALVS est *p* quadrupes, boui similis, cuius cornua ferè inutilia sunt: quia feroces & pugnaces belluas fugit: ponitur inter animalia munda: quia ruminat & diuidit vngulam: deseruit arationi, vt bos. *Deut. 14. a. 2 Reg. 6. d. 3. Reg. 4. e. 1. Para. 16. a. Amos, 6. d.* Iuxta Hieronymum sunt *q* boues syluestres, & indomiti, qui iugum cerusicibus non recipiunt: & propter ferocitatem nolunt terram vomere scindere. Dicitur de Iudæis indomitis & induratis.

Iudæi.

Bubo.

BVBO, est auis nocte volans & vlulans: numeratur inter animalia immunda. *Leuit. 11. c.* Significat libidinosos *r* nocte quærentes voluptates: & eos, qui lucem Euangelij capere nequeunt.

Bucella.

BVCCELLA est frustum panis, aut alterius rei esculentæ, quantum videlicet vno morsu accipitur, dicta Bucca, quasi buccam impleat.

Æternitas Christi.

Buccella, quia rotunda, *s* æternitatem Christi significare potest, *1. Reg. 2. g.* Et quidem torta panis à nobis offerri & non buccella potest: quia qui passionem Dominicam imitari moriendo, siue carnem affligendo possumus: æternitatem verò in nobis, quam præsentemus eius conspectui, non habemus. Et buccella panis nobis in perfectione desiderij esse, non torta panis debet: quia, qui humani generis redemptorem temporaliter sequimur, in superna patria non mortalem iam, nec patientem, sed æternum, atque regnantem possidere desideramus.

Eucharistia. Roboratio infirmorum. Opera cum fide. Mollificans Deus duros. Res vilis.

Buccella etiam panis, *t* significare potest Eucharistiam, *1. Reg. 2. g. Iob. 9. 1. b.*

Buccella panis interdum *u* roborationem infirmorum significat, & consolationem in tribulatione. *Gen. 18. a. Ruth. 2. c. 3. Reg. 17. b. Psal. 147. Prou. 17. a.*

Buccella panis quam petebat Elias à vidua Sareptana, designare potest *x* opera cum fide, quæ exigit Christus ab anima. *3. Reg. 17. b.*

Sicut buccellas mittit Deus crystallum, *y* quum duratos in peccatis molles reddit, & capaces diuinæ gratiæ: adeò vt cibum etiam aliis præstare valeant, vt Paulus. *Psal. 147.*

Buccella interdum *z* pro re vili sumitur. *Prou. 28. c.* Iste pro buccella panis desinit veritatem.

Buccella, postquam introiuit diabolus in Iudam. *Ioa. 13. c.* est *aa* demonstratio fictionis & ingratitudinis ipsius Iudæ, qui per beneficia magis exasperatus est.

Buccella sicca cum gaudio, designat, *bb* parua opera cum charitate. *Prou. 17. a.*

Buccina, vide Tuba.

Bulla.

BVLLA est ornamentum colli: & erant etiam bullæ ornamenta collorum regalium camelorum Zebee & Salmasia: *Iudi. 8. 4.*

Bullire, quare Feruere.

Burdo vide Mulus.

Butyrum.

Mysterium incarnationis. Natura humana. Doctrina Euangelica. Sensus rudes litera. Doctrina minorum. Diuina consolatio. Fides, charitas. Bona opera. Gentiles infideres. Iuniores fideles.

BVTYRVM est pinguedo lactis.

Butyrum, quum sit ex carne, designare potest *cc* mysterium incarnationis Christi. *Iob. 20. c.* Vbi dicitur contra hypocritam. Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri.

Designat etiam butyrum *dd* naturam humanam sine peccato, sine corruptione & duritie casei: quale butyrum comedit Emmanuel, *Isa. 7. c.*

Butyrum significat sublimiores *ee* sensus in litera contentos, & Euangelicam doctrinam. *Gen. 18. b. Deut. 32. c. Iudi. 5. d. Iob. 20. c. 29. a.* E diuerso etiam potest significare sensus rudes literæ, quibus pascuntur Iudæi: *Isa. 7. d.* Et *ff* doctrinam exhibitam minoris. *Prou. 30. d.* Vbi etiam designat vbertatem internæ pinguedinis.

Butyrum præterea, *gg* potest diuinam consolationem significare. Et pinguedinem fidei, & charitatis. *Deu. 32. c.*

Significat etiã *hh* pinguedinem bonorum operum, quibus pascitur Emmanuel, & refrigeria data prædicatoribus. *Gen. 18. b. Isa. 7. c. Iob. 29. Pro. 30. c.* Vbi etiam designat gratum responsum, bonis verbis elicitum.

Buxus.

BVXVS, est arbor syluestris, semper virens, cuius folia similia sunt foliis myrti: non in altum eleuatus, nec fert fructum aptum ad cibum: eius lignum deseruit ad multa instrumenta: éstque imputribile. Vnde scribi iubet Deus super buxum, *ii* quum vult ostendere id, quod prophetatum est, firmum esse, & minimè delendum. *Isa. 30.*

Buxus designat *kk* insignes viros Gentilitatis ad fidem venientes, *Isa. 60. c.* vbi Septuaginta dicunt, pinus.

Designat etiam *ll* eos, qui intra Ecclesiam adhuc ex ætatis infirmitate bona opera ferre non valent, sed tamen parentum fidelium crudelitatem sequentes, fidem perpetuæ viriditatis tenent.

a *Ari. 2. de histo. animal. 13.*
b *Glo. ord. sup. Tob. 68.*
c *Hie. s. Is. 29.*
d *Ori. s. Ro. 9. Hie s. Is. 10.*
e *Idacius au. varima.*
f *Hie. s. Is. 28.*
g *Hie. s. is. 30.*
h *Hie. s. Is. 59.*
i *Hie. s. Is. 28.*
k *Ori. s. Matt. ho. 29. Hie. s. 24.*
l *Glo. inte. sup. Isa. 37.*
m *Isy. s. Lem. 11.*
n *Hie. s. Nah. 3. Gr. 33. m. 39. Ru. s. Nah. 3.*
o *Hie. s. Ioel. 1. Rup. su. Ioe. 1.*
p *Arist. de par. animal. 2.*
q *Hie. s. Amo. 6. Ru. s. Amo. 6.*
r *Glo. or. s. Leuit. 11.*
s *Gr. s. 1. Re. 2*
t *Gl. ord. su. 1. Reg. 2.*
u *Hil. s. psal. 147.*
x *Glo. ord. su. 3. Re. 17.*
y *Aug. s. psal. 147. Ceor. Ven. cãt. 1. to. 7. ca. 20.*
z *Glo. int. sup. Prou. 28.*
aa *Gl. ord. su. Ioan. 13.*
bb *Bed. s. Prouerb. 17.*
cc *Gre. 15. m. 9.*
dd *Ber. serm. de aduen.*
ee *Ori. s. Is. ho. 2. Be. s. Gen. 18. Hie. s. Isa. 7. Gr. 19. mo. 11. 22.*
ff *Be. s. Pro. 30*
gg *Glo. inte. su. Deu. 32.*
hh *Or. s. Is. ho 2. Bed. s. Pro. 30*
ii *Hie. s. Is. 30.*
kk *Hie. s. Isa. 60.*
ll *Gre. ho. 20.*

Digitized by Google

Buzi.

a Or. ſ. Ez. h. 1.

BVzi, id eſt, contemptus, ſiue deprædatus: pater Ezechielis Prophetæ. *Ezech.* 1. *a.* figura eſſe poteſt *a* hæreticorum contemnentium Chriſtum.

Hæretici.

b Hie. ſ. Ez. 1.

Vel eſt typus *b* Dei patris, quem hæretici contempſerunt, vetus teſtamentum negantes: cuius filius eſt Ezechiel, id eſt, Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia.

Deus Pater.

c Gre. ſ. Ez. ho. 2.

Poteſt etiam ſignificare *c* populum Iudæorum deſpectum à Deo: ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem.

Populus Iudæorum.

d Gr. 23. m. 5.

Buzites Elihu, deſignat *d* arrogantes prædicatores, qui ad arrogantiam contemptibilem reddunt ſuam prædicationem. *Iob.* 32. *a.*

Arrogantes prædicatores.

Byſſus.

BYſſus eſt genus lini tenuiſſimi & candidiſſimi, ex quo fit tela tenuiſſima, & candida, quæ byſſus, aut byſſina dicitur.

Byſſina ſtola, qua indutus eſt Ioſeph, carnem Chriſti ſignificare poteſt ſplendentem & immortalem: firmitatem ſplendidiſſimi luminis, quod ex nulla re mortali fit, ſicut byſſus difficilè rumpitur. Idem deſignabit byſſina ſtola Dauid. 1. *Par.* 15. *d.*

Caro Chriſti.

e Ori. ſ. Exod. ho. 13.

Byſſus quia oritur ex terra, inter quatuor colores, qui ad conſtructionem tabernaculi offerebantur, terram *e* ſignificat. *Exod.* 25. *a. Ezech.* 27. *b.* Et byſſina fœminalia, deſignant *f* terram, à qua traximus, vnde genitalia nobis tegenda ſunt, quia inde voluptatem ſentimus.

Terra.

f Hie. de veſt. ſacer. Phil. de congre. &c. Cle. Alex. 5. ſtrom.

Byſſus retorta, *g* carnem deſignat ieiuniis, vigiliis, & meditationibus maceratam: ſicut maceratur byſſus, vt candorem recipiat. Et byſſina ſtricta, *h* eſt carnis caſtigatio. *Exo.* 25. *a.* 26. *a.* 27 *c.* 28. *c.* 35. *a.* 36. *a.* 38. *b.* 39. *c. Leui.* 8. *a. 2. Par.* 3. *d.* 5. *d. Prou.* 31. *c. Ezech.* 27. *b. d.*

g Ori. ſ. Exod. ho. 13.

h Iſy. ſ. Leu. 8. Bed. ſ. Pro. 31.

Caro macerata.

Byſſus etiam in eiſdem locis ob candorem, & munditiam, *i* virginitatem, caſtitatem, ac vitæ puritatem ſignificare poteſt. *Ezech.* 16. *b.*

i Ori. ſ. Exod. ho. 9. Hie. ſ. Ez. 16.

Virginitas.

Byſſus interdum ſignificat *k* profunditatem ſenſuum ſacræ ſcripturæ. *Ezech.* 16. *b.* Et byſſinum cingulum veritatem ſignificat. *Exod.* 29. *c.* de qua *Ephe.* 6. *c.* Succincti lumbos veſtros in veritate.

k Or. ſ. Ez. ho. 6.

Profunditas ſenſuum ſacræ ſcripturæ. Veritas.

Byſſinum quandoque ſignificare poteſt *l* iuſtificationes Sanctorum, vt apertè dicitur. *Apoc.* 19. *b.* Per ſplendorem byſſi, ſplendor virtutum ſignificatur, quibus ſplendor & ſubtilitas contemplationibus diuinarum texitur iuſtificationum.

l Aug. ſ. Apoc. ho. 17. Aretas ſupe. Apo. 17.

Iuſtificationes ſanctorũ. Virtutes.

Byſſus præterea figura poteſt eſſe cœleſtium: vt byſſina Thiara. *Exod.* 28. *g.* 39. *c.* Deſignat *m* etiam contemptum firmum humanorum cum appetitu immortalitatis.

m Am. de Tobi. 20. Phil. de ſomn.

Cœleſtia.

Byſſus etiam mollitiei deſeruit: vt qui delicatè & molliter viuunt, byſſo veſtiri dicuntur. *Leui.* 6. *d. Apo.* 19. *d. e. Eſter.* 1. *a.*

n Glo. ord. ſu. Euc. 16.

Mollities vitæ.

Caath, Caathitæ.

AAT H, id eſt, congregatio ſiue ruga, aut obtuſio filius Leui, à quo dicti ſunt *n* Caathitæ vna familia Leuitarum, quorum officium, erat portare arcam fœderis tectam humeris ſuis, & alia interiora vaſa tabernaculi.

o Ori. ſ. Num. ho. 4.

Caathitæ portantes arcam opertam, deſignare poſſunt *o* credentes, ac per fidem ambulantes, ſimúlque bene operantes. *Num.* 4. *a.*

Ambulantes per fidem.

Poſſunt etiam deſignare angelos *p* cuſtodes, quibus mandauit Deus, vt Sanctos velut arcam Dei portent.

Angeli cuſtodes.

p Ori. ſ. Num. hom. 5.

Cabus.

CAbus eſt ſpecies menſuræ, vt quarta pars cabi ſtercoris columbarum in fame Samariæ vendebatur quinque argenteis. 4. *Reg.* 6. *f.* Eſt autem cabus, iuxta Rabi Salomonem, ſexta pars ſati, & decima octaua pars Ephi.

Cacabus, Caldaria.

CAcabus eſt inſtrumentum æreum, quo carnes & alia coqui ſolent: differt ab olla, quòd cacabus æqualem habeat ventrem ori, ollæ verò anguſtius eſt os, quàm venter.

Cacabus mentes fidelium ſignificare poteſt. 1. *Reg.* 2. *c.* 2. *Para.* 35. *b.* Verum *Eccleſ.* 13. *a.* videtur poni *q* pro potentiori, ſed vili, cùm dicitur, Quid communicabit cacabus ad ollam?

q Ly. ſ. Ecc. 13

Mentes fidelium. Potentior.

Cacumen, Culmen, Faſtigium, Vertex.

CAcumen dicitur ſuprema pars montis, aut domus, vltra quam non eſt quò aſcendatur.

Cacumina montium, *r* ſublimiorem perfectionis gradum deſignare poſſunt, quæ apparuerunt decimo menſe poſt diluuium, hoc eſt, per obſeruationem decem præceptorum. *Gen.* 8. *a. Exo.* 18. *d.*

r Gl. or. ſ. Ge. 8.

Cacumen ſcalæ, quam vidit Iacob. *Geneſ.* 28. *c.* Chriſtum, *ſ* aut eius diuinitatem ſignificare poteſt.

ſ Gl. inte. ſup. Gen. 28.

Culmen ſeu tectum domus, protectionem à periculis, & requiem à laboribus deſignare poteſt. *Geneſ.* 19. *b.* 2. *Reg.* 18. *f.*

Cacumen ficus. *Hoſe.* 9. *c.* Principium *t* Eccleſiæ ſignificare poteſt.

t Hie. ſ. Hoſ. 9.

Culmen turris Babylonis, quod nitebantur perducere ad cœlum, *u* ſuperbiam deſignat. *Gen.* 11. *a.* Et cacumen cedri, eſt altitudo ſuperbiæ diaboli. *Ezec.* 21. *a.* Et vertex Carmeli, eſt ſuperbia hæreticorum. *Amos.* 8. *a.*

u Glo. inte. ſu. Gen. 11.

Cacumen pyrorum, 2. *Reg.* 5. *d.* 1. *Par.* 14. *d.* eſt *x* ſublimitas vitæ Sanctorum.

x Glo. ord. ſup. 2. Reg. 5.

Cacumen petræ, ſuper quod ſonant radices immundæ *y* *Eccl.* 40. *c.* duritia cordis, quæ ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit.

y Glo. in ſ. Eccleſ. 40.

Faſtigium virgæ Ioſeph *z*. *Hebr.* 11. *d.* Chriſtum, vel ſublimitatem regni Chriſti deſignat.

z Glo. int. ſup. Hebr. 11.

Sublimior gradus perfectionis. Chriſtus. Protectio. Principium Eccleſiæ. Superbia. Sublimitas vitæ. Duritia cordis. Chriſtus.

Cadauer.

CAdauer eſt corpus animalis mortui.

Cadauer, cui adeſt aquila. *Iob.* 39. *d.* corpus Chriſti *aa* deſignare poteſt: cui adſunt animæ Sanctorũ. Idem deſignare poteſt cadauer leonis, in quo erat fauus mellis. *Iud.* 14. *b.*

aa Gr. 31. mo. 36.

Cadauera, quæ diuiſit Abraham. *Gen.* 15. *c.* deſignat *bb* carnales: ad quos deſcendunt volucres, hoc eſt, dæmones, vt illis paſcantur. Et de his cadaueribus *cc* aſcendit fœtor. *Iſ.* 34. 66. *b.* Et cadauer bouis, dicitur peccator. *Exod.* 21. *d. Leu.* 7. *c.* 11. *a.* Et cadauer hominis eſt exiſtens in peccato. *Num.* 14. *e. Deut.* 14. *b.* 21. *a. d.* 28. *c. Ioſ.* 8. *f. Iud.* 5. *c.* 19. *g.* 1. *Reg.* 17. *f.* 31. *d.* 3. *Reg.* 13. *e.* 4. *Reg.* 13. *d.* 1. *Par.* 10. *d.* 2. *Par.* 20. *e. Iudith*, 14. *c. Ierem.* 61. *a.* 26. *g.* 33. *a.* 36. *g.* 41. *b. Ezec.* 6. *a. Nahum.* 3. *a. Hebr.* 3. *a.* Et cadauera damnatorum, ſunt corpora peccatorum, quæ torquebuntur in inferno.

bb Am. 16. ciu. Dei 24. Gr. 31. m. 36.

cc Hie. ſ. Iſa. 66.

Cadauer poſitum in ſepulchro Eliſæi, *dd* deſignat genus humanum, pro quo mortuus eſt Chriſtus. 4. *Reg.* 13. *d.* Cadauer regis Babylonis, ſignificat *ee* diabolum in infernum eiectum. *Iſa.* 40. *c.* 1.

dd Gl. ord. ſu. 4. Reg. 13.

ee Hie. ſ. Iſa. 14.

Carnales. Peccatores. Genus humanum. Diabolus.

Cadauer hominis occiſi inuentum, *ff* deſignare poteſt corpus Chriſti, in quod ſacrilegium commiſſum eſt. *Deut.* 21. *a.*

ff Rus. 1. ſ. De. 7.

Corpus Chriſti.

Cadere, Incidere, Decidere, Ruere, Corruere, Labi, Procidere, Procumbere, Supercidere, Ruina.

CAdere dicitur, qui ab alto, non leniter, vt qui deſcendit, ſed impetu quodam ruit. Ruina dicitur excidium, & miſeria, & ſcandalum. Interdum verò cadere eſt contingere. *Actor.* 1. *d.* Cecidit ſors ſuper Matthiam. Deficere, *Leuit.* 12. *f.* Si à fronte ceciderint pili. Humiliari. *Gen.* 17. *a.* Cecidit Abraham pronus. Peccare. *Prouer.* 24. *b.* Septies in die cadet iuſtus. Interire. *Gen.* 14. *b.* Terga verterunt ceciderúntque ibi. *Leui.* 26. *b.* Cadent inimici veſtri gladio.

Cadit verbum in Iſraël, *gg* quum Verbum Dei factum eſt caro. *Iſa.* 9. *b.* Et procidens Iob in terram. *Iob.* 1. *d.* deſignat Chriſtum exinanientem ſe vſque ad formam ſerui.

gg Hie. ſ. Iſ. 9. & ſ. Iob.

Incarnatio Verbi.

Digitized by Google

Prædicatio ad gentiles.

Cecidit etiam verbum Domini in Israël, hoc est ad gentilitatem, cui prædicatum est. Corruit quoque Iob in terram, [a] quum Christus saluandis se peccatoribus dedit: dumque eos, qui sibi iusti videbantur, deseruit hos, qui se inuitos & fatebantur & nouerant, assumpsit.

Contemptus verbi Dei.

Cecidit præterea verbum in Israël, hoc est, [b] ad gentes, vel ad hæreticos: in quibus propter contemptum ipsius verbi Dei, non dicitur verbum ipsum stare, sed cadere. Sic cecidit semen in petrosa loca, vbi non facit fructum. *Matt.* 13. *a. Marc.* 4. *a. Luc.* 8. *a. Ioan.* 12. *d.*

Christus crucifixus.

Collabens Dauid in manibus seruorum Achis. 1. *Reg.* 21. *d.* designat [c] Christum crucifixum à Iudæis.

Amor Christi in Paulum.

Cadens Ioseph super collum Beniamin. *Genes.* 45. *d.* designat [d] largitatem amoris Christi erga Paulum. Cecidit etiam in collum filij pater. *Luc.* 15. *d.* quum Christus ceruicem peccatoris reflectit ad cœlum: & cum iugum suaue suspendit ad collum.

Conuersio peccatorum.

Reuelatio.

Cadere dicitur Spiritus sanctus super aliquos, quum venit in aliquo signo sensibili. *Actu.* 10. *g.* Et dicitur cadere manus Domini super Prophetam, cùm illi fit reuelatio. *Ezech.* 8. *a.*

Cadere inpeccatum.

Cadere absolutè, est [e] sponte peccato consentire: & à statu virtutis desidere. Et aliquando cadit iustus peccando, licèt postea resurgat. Est etiam cadere, per obstinationem in infernum labi. De lapsu in peccatum, aut infernum, aut de cœlo, permixtim intelligi possunt hæc ferè loca. *Deut.* 7. *c.* 28. *c.* 32. *e. Iudi.* 21. *e. Iob.* 30. *c.* 31. *c.* 2. *Reg.* 1. *a.* 3. *g. Psalm.* 21. 26. 36. 55. 64. 104. 105. 114. 117. 144. *Prouer.* 4. *c.* 11. *a. c.* 13. *c.* 14. *d.* 17. *c.* 18. *b.* 20. *d.* 24. *b.* 26. *d.* 28. *c.* 30. *b. Eccle.* 9. *b.* 19. *a.* 29. *d.* 31. *d.* 32. *d. Isa.* 3. *a.* 8. *c.* 9. *b.* 10. *a.* 14. *c.* 22. *g.* 24. *d.* 31. 40. *g.* 51. *b.* 61. *d. Ierem.* 6. *d.* 8. *b.* 20. *d.* 23. *c.* 25. *g.* 44. *c.* 46. *d. Ezec.* 18. *g.* 27. *f.* 30. *a. Dani.* 11. *f. Thre.* 1. *c.* 3. *f. Iudit.* 13. *d. Ester.* 14. *c. Hose.* 4. *a.* 7. *b.* 5. *b.* 9. *b.* 14. *a. d. Amos.* 3. *a.* 5. *a. Nahum.* 2. *b.* 3. *a. Sopho.* 1. *a.* 2. *Macha.* 12. *f. Luc.* 2. *e. Roman.* 11. *c.* 14. *a.* 1. *Corint.* 6. *b.* 10. *b. Apoc.* 9. *a.* 11. *c.* Et cadunt pastores quasi vasa pretiosa, vt confracta non valeant instaurari: & quanto antea fuere pretiosiora, tanto maius eorum in confractione sit damnum. *Ierem.* 25. *g. Amos*, 8. *d. Mich.* 7. *b.* Et cadunt ficus in os comedentis. *Nahum.* 3. *c.* quum [f] fragiles peccando incidunt in potestatem diaboli. Cadere in puteos bituminis, [g] est vinci à diabolo, & incidere in infernum. *Gen.* 14. *b.* Et cadere in cisternam, est scandalum pati erga profundum sensum: & etiam cadere in foueam. Sic cadit asinus, aut bos in via. *Exod.* 21. *d.* 22. *a. Iosu.* 7. *a. Ier.* 48. *f. Matth.* 15. *b. Luc.* 6. *f.* 14. *a.* Et detrahuntur gigantes in ruinam, quum superbi mittuntur in infernum. *Isa.* 26. *d.* Cadunt, vt vnus de principibus, qui à statu gratiæ decidunt: vt Adam. *Psalm.* 81. Et cadens Miphiboseth, & factus claudus. 2. *Reg.* 4. *b.* designat lapsum generis humani. Et cecidit tabernaculum Dauid, quando natura humana lapsa est à statu innocentiæ per peccatum primorum parentum. *Amos*, 9. *c.* Corruunt etiam coram hostibus, qui consentiunt tentationibus Diaboli. *Leuit.* 26. *c. Num.* 14. *g.* 4. *Regum*, 9. *c.* 1. *Para.* 5. *d.* 2. *Para.* 13. *d.* 25. *f.* 29. *b.* Decidit inanis, [h] qui cadit à plenitudine gratiæ Christi. *Psal.* 7. Et cadit corona capitis, quum quis decidit à gratia, & virtutibus. *Thren.* 5. *c.* Sic decidit flos, *Isa.* 28. *a.* Et decidunt peccantes sicut olera herbarum. *Psal.* 36. 89. Cadit apertis oculis sicut Balaam, qui sciens peccat. *Num.* 14. *a.* Ruina etiam domus spiritualis, est animæ lapsus. *Matth.* 7. *d. Luc.* 6. *g. Eccle.* 4. *c.* Corruunt in corporibus suis fornicantes. *Nahu.* 3. *a.* quia [i] cum perditione animæ suæ, carnem quoque frangunt, cui seruiunt: & in cadaueribus suis, dicuntur offendere.

Labi in infernum.

Lapsus diaboli.

Vinci à diabolo.

Scandalum pati.

Inuolui peccatis.

Cadunt peccatores in retiaculum diaboli, quum non resipiscentes, magis inuoluuntur peccatis, *Psal.* 34. 35. 140. 1. *Timot.* 6. *b.* Ceciderunt in deserto, qui conuersationem habuerunt cum Ægyptiis: quia qui vacant operibus tenebrarum, non intrant in terram promissionis. Et incidit in latrones, [k] qui venit peccando in manus dæmonum. *Luc.* 10. *c.* Idem incidere in manus Saulis, aut inimicorum, 1. *Reg.* 27. *a. Prou.* 6. *a. Eccl.* 23. *a. Dan.* 13. *c.* Et cadere in gladio, est perire per supetbiam. *Isa.* 3. *d.*

Peccare in negligentia.

Cadere morticinum super aliquid, [l] est ex negligentia peccare. *Leui.* 11. *f.* Et cadit morticinum hominis, quasi stercus. *Ierem.* 9. *f.* quum per peccatum homo fit abominabilis Deo. Cadens morticinum super sementem perfusam aqua, hoc est, super baptizatum, facit illam immundam. Si verò ceciderit super sementem non perfusam aqua, hoc est, super non baptizatum, non polluit eum, quia ille iam iudicatus est. *Leuit.* 11.

Reuerentia honoris.

Perfectio humilitatis.

Cadere in faciem, [m] reuerentiam dicit, & perfectionem humilitatis: & cecidit Abraham, & alij. *Gen.* 17. *a.* 44. *d. Leu.* 9. *d. Ios.* 7. *b. Iud.* 13. *d. Num.* 20. *a.* 24. *a.* 1. *Reg.* 20. *c.* 25. *d.* 2. *Reg.* 9. *b.* 14. *c.* 3. *Reg.* 18. *b.* 4. *Reg.* 4. *f.* 1. *Par.* 21. *c. Ruth.* 2. *b. Tob.* 12. *c. Iud.* 13. *d. Ester*, 16. *e. Iob.* 1. *d. Isa.* 21. *a. Eze.* 2. *a.* 9. *c.* 44. *b.* 47. *a. Dan.* 2. *g. Luc.* 8. *f.* 17. *d. Ioa.* 11. *d.* Cadimus etiam in faciem, quum erubescimus: & quum in hac vita, suas vnusquisque culpas agnoscit, & eas pœnitendo deflet. Cadentes discipuli in faciem, sunt nondum assequentes mysteria, quæ videbant, *Matt.* 17. *b. Apocal.* 1. *d.* Ad tonitruum diuinæ vocis cadunt: quia ad id, quod diuinitus inspiratur, humani sensus capacitas succumbit: & nisi humanæ ratiocinationis angustia deserat, ad sapiendum diuinæ inspirationis arcanum, intelligentiæ sinum non dilatat.

Erubescentia peccati.

Non assequi mysteria.

Contemptus sui.

Depressio malorum.

Perire.

Cadere etiam in faciem, [n] est Christi resurrectionem adorare, *Gen.* 17. *a.*

Cadere etiam in faciem, [o] est illud esse, quod in se præcipuum, & optimum est, alta consideratione despicere: & illud vtique vnum aliis notum facere: & qui velut venerandus apparere consueuerat, se tanquam infimum, & penè vel penitus nihilum reputare, *Dan.* 2. *g.*

Cadere in faciem, [p] interdum etiam est malorum, qui coacti subiiciuntur Christo: vt Goliath cecidit ante Dauid, 1. *Reg.* 17. *f.* 2. *Reg.* 22. *d. Psa.* 17. *Dan.* 3. *a.*

Cadere retrò, [q] dicitur in malum, & est malorum, *Gen*, 49. *c.* Boni quidem cadunt, vbi videnti: mali verò cadunt in ea mala, quæ non vident. *Iudith.* 9. *e. Ester.* 6. *d. Psa.* 9. 19. *Isa.* 27. *c. Ioan.* 18. *b.* Cadere etiam retro vbi cadens non videt, est ex hac vita repentè decidere, & ad quæ supplicia ducatur, ignorare. Et cadens Eli retrorsum, [r] mortem in peccato designauit, 1. *Reg.* 4. *c.*

Cadere autem retro, in bonum, est, quum anima resiliit à voluptatibus, quas sequebatur, & cùm pœnitendo humiliatur, à mala decidens altitudine.

Resipiscere.

Cessatio veteris sacerdotij.

Cadens Eli retrorsum de sella, audita arcæ captura, 1. *Reg.* 4. *c.* designauit [s] cessationem sacerdotij Iudæorum: quod cognito, legem spiritualiter haberi apud Christianos, amplius de magisterio superbire non potuit. Et cecidit iuxta ostium, quia impegit in Redemptorem. Vel quia offendit in literam legis, quum non est ingressus in spiritualem sensum. Et cadentes aut ruentes ciuitates & domus, designant destructionem Iudææ, & Hierusalem, 1. *Par.* 10. *b. Isa.* 25. *d. Nahum.* 3. *a.* Et corruerunt Iudæi coram hostibus, hoc est, [t] coram fidelibus, *Leu.* 26. *c.* Et ceciderunt muri Hierusalem aut Synagogæ die, quia [u] apertam lucem accipere noluerunt, *Isa.* 27. *a.* iuxta septuaginta. Et ruinæ, quibus percutit Deus domum maiorem, [x] significat destructionem populi Israël: vel percussionem hæreticorum, vel principum Ecclesiæ, *Amos*, 6. *d. Abdi.* Ruinæ autè Sion reparatæ, designant lapsum Synagogæ, & reparationem Ecclesiæ. *Isa.* 49. *e.* 51. *a.* Et cadens paxillus de loco fideli, *Isa.* 21. *g.* Est infidelitas sacerdotum & Scribarum, & ipsius populi. Et cadens tabernaculum Dauid, est lapsus Synagogæ, *Amos*, 9. *d.* Et cadens cedrus, *Zach.* 11. *a* Et decidit flos, [y] quum periit literalis gloria legis Iudæorum & regnum, &c. Et ruina magna in populo Israël, [z] est mors æterna infidelium Iudæorum, 1. *Reg.* 4. *c. Exo.* 34. *b.* Fuit etiam ruina Scribarum & Pharisæorum erga Christum, *Isa.* 8. *c. Iob.* 31. *c.* Cadentes stellæ, ad eundem populum referuntur, *Apo.* 6. *d.*

Destructio Iudææ.

Inuidia Iudæorum.

Incidit populus Iudæorum in foueam, quam fecit, [aa] quum volentes perdere Christum, ipsi perierunt, *Psa.* 7. 56. *Eccl.* 10. *b. Eccl.* 27. *d. Isa.* 8. *c.* Et quilibet peccator incidit in foueam, quam fecit: quia in operibus manuum suarum comprehenditur, *Psa.* 9. Cæcidit ignis de cœlo, quum [bb] inuidia apprehendit principes Iudæorum, *Iob.* 1. *c.*

Tribulationes.

Cadit iustus septies, & resurget, *Prou.* 24. *b.* hoc est [cc] quotiescunque ceciderit, non peribit: quod non de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatem pertinentibus intelligi voluit. Vel dicitur [dd] de peccatis venialibus, vnde non dicitur corruere in malum sicut impius.

Peccatum veniale.

Cadunt populi sub Christum, [ee] quum veniunt ad fidem, *Psa.* 17. 44. 71. Et cadunt, qui à peccatis resipiscunt, & Christum credentes adorant, *Exo.* 32. *f.* Et ruina Damasci est. [ff] quum gentiles ad fidem veniunt. *Isa.* 17. *a.* Et dicuntur non cadere habitatores terræ, cùm mali non resipiscunt, sed in peccatis persistunt. *Isa.* 26. *d.* Ad hæc facit ruina equi & muli, &c. *Zach.* 14. *c.* Et cadentes ante faciem Ionathæ, [gg] sunt, qui dum bona, quæ sunt in mente prædicatoris, agnoscunt, statim prauitatis deserunt, 1. *Reg.* 14. *b.* Et cadunt in gladio, qui cõuicti verbo Dei deserunt

Subiici Christo.

Cognitio sui.

N 2 errores.

a *Gr.* 2. *m.* 30.
b *Hie. s. Isa.* 9.
c *Glo ord. su.* 1. *Reg.* 21.
d *Am. de Ioseph.* 12. *& s. Luc.* 15.
e *Amb. s. Ro.* 11. *Hil. s. p. f.* 114. *Ori. s. p. s. l.* 36. *ho.* 4. *& s. Ro.* 11. *Hie. s. Isa.* 14. *& s. Ier.* 25. *Gr.* 20. *m.* 27. *Rup.* 5. *s. Apo.*
f *Ori. s. Ie. h.* 1. *Chry. s. Ioan. ho.* 10.
g *Ori. s. Num. hom.* 12.
h *Bas. s. p. sa.* 7. 114. *Hie. s. Isa.* 28. *Ori. s. p. sal.* 36. *hom.* 1. *Gr.* 27. *m.o.* 23 *Chry. s. Cene. hom.* 6.
i *Hie. s. Nah.* 3.
k *Ori. s. Matt. hom.* 27. *& s. Lu. ho.* 34. *Am. s. Lu.* 10.
l *Isy. s. Leu.* 11.
m *Gre. s. Eze. ho.* 8. *Ric. de S. Vict. de secur. conscien.* 10. *Bed. s. Ge.* 49. *Gre.* 31. *m.* 18. *& s.* 1. *Reg.* 16 *Ricar. de Sa. vict. de* 12. *patriar.* 82.
n *Amb.* 2. *de Abr.* 11.
o *Ricar. de S. Vict. de somnio Nabu.* 36.
p *Glo. ord. s.* 1. *Regum.* 17. *Bed. Gen.* 49.
q *Amb. de bẽ. patria.* 7.
r *Ori. s. Leu. h.* 6. *& s.* 1. *Reg. ho.* 1.
s *Gre. s. Ez. h.* 9. *& s.* 31. *mor.* 18.
t *Isy. Leu.* 26.
u *Hie. s. Is.* 25. 27.
x *Hie. s. Amos* 6. 9. *& s. Isa.* 49. *& s. Zac.* 11.
y *Ber. ho.* 1. *s. Missus est.*
z *Gre. s.* 1. *Regum.* 4.
aa *Hie. s. Isa.* 8 *Rup.* 4. *s. Apo. Arn. s. p. s.* 7. *Au. s. p. s.* 7. 58.
bb *Gr.* 2. *mor.* 36.
cc *Au.* 11 *ciu. Dei.* 31.
dd *Bed. s. Pro.* 24.
ee *Bas. s. p. sal.* 44. *Tert. adu. Iudæos.*

ff *Hie. s. Is.* 13. 17. 20. *& su. Amos* 7.
gg *Gre. s.* 1. *Re.* 14. *& 2. mo.* 38.

Digitized by Google

errores. *Isa.*15.*d.*Et cadunt inimici coram fidelibus,quum mali se eis subiiciunt, *Leuit.*29.*a.*1.*Par.*7. *a.Ier.*18.*a.* Cadere autem in terram,est in semetipso,quàm infirmus sit,agnoscere,*Iob.*1.*d.Sap.*7.*a.Isa.*14.*c.Zac.* 11.*b.Act.*22.

a *Ori.s.Matt. ho.*4. *Hil.s. Matth. Can.*17.

Cadere in ignem,*a* est vel in ignem iudicij incidere, vel vinci à libidine, & adulterari : vel etiam incidere in iram,*Matt.*17.*d.Luc.*9.*d.*Cadere verò in aquam,est incidere in mala pessima huius vitæ,quæ assimilantur mari,in quo est draco : vel est labi in sordes vitiorum , & in voluptates. Vel cadit lunaticus modò in ignem,modò in aquam, *b* designans gentiles quosdam colentes ignem, quosdam verò aquam.

Lapsus in diuersa vitia.

b *Aug.*1.*q.in Euan.*22. *Hie.s.Mar.*9.

Supercecidit ignis,*c* quum exarsit malitia Iudæorum in Christum,vt non viderent Solem veritatis, *Psal.*57. 131.Vel supercecidit ignis inferni in eos, qui mittuntur in tenebras exteriores. Vel ignis concupiscentiæ, seu alterius inordinati affectus,impedientes cognitionem veritatis.

Malitia Iudæorum in Christum. Ignis inferni. Inordinati affectus.

c *Hil.* & *Ar. s.psa.*57. *Aug.s.ps.* 57.

Cadere interdum pro mori sumitur:& cadit iustus ad austrum,*d* quum moritur in feruore charitatis , & venit ad gloriam.Peccator verò cadit ad Aquilonem,dum incidit in pœnas inferni, *Eccl.*11.*b.Deut.*1.*c.Iud.*12.*c.*1. *Reg.*17.*g.*28.*d.*2.*Reg.*5.*f.*4.*Reg.*13.*c.*2.*Par.*25.*e.Psal.*89.*Eccl.*28.*c.* Idem est cadens flos & decidens quasi folium, *Isa.*3.*d.*10.*a.*31.*d.*40.*b.g.*64.*c.Ier.*50.*e.*51.*a.Ezec.*11.*b.Hos.*7.*a.Amos,*7.*d.*1.*Mach.*3.*b.*4.*b.*5.*g.*6.*e.*7.*e.*9.*e.*2.*Mach.*10. *f.Luc.*21.*e.*1. *Cor.*10.*b.Acto.*5.*a.*28.*b.Iac.*1.*c.*

Mori.

Cadere super lapidem *e* est impingere in Christum,& ipsum contemnere,ac iniuriis afficere. *Matt.* 21. *d.Luc.* 20.*c.*Qui etiam peccator est,& tamen in Christum credit,cadit quidem super lapidem,& confringitur,sed non omnino conteritur:reseruatur enim per pœnitentiam ad salutem.Super quem verò ille ceciderit, hoc est,vbi lapis ipse irruerit:& qui Christum penitus negauerit : sic conteret eum , vt nec testa quidem remaneat , in qua hauriatur aquæ pusillum.Idem de lapide cadente super iacientem ipsum in altum,*Eccl,*27.*d.Amos,*9.*c.*

Impingere in Christum.

d *Hi.Cyp.s.ps.* 89.& *s.Ec.*11

e *Hie.s.Matt.* 21. *Angu.*1.*q. in Euan.*30.

In ruinam & resurrectionem multorum positus est Christus,*Luc.*2.*e.*vt *f* videlicet cadat vetus homo,& resurgat nouus. Vel in ruinam eorum,qui stabant pessimè in resurrectione verò eorum,qui ceciderunt.

Renouatio veteris hominis Scandalizari.

f *Ori. s. Luc. ho.*16. *Hie.s.Ez.*11.

Cadit bos,aut asinus in cisternam, *g* quum quis simplex offenditur , & deuoratur verbi magnitudine , quum tantas opes minimè capere possit,aut quum quis rudis traditur ad contemplationem:vnde fit,vt rudi & illaborata fide abducatur per occasionem, *Exo.*21.*d.* Cadere etiam de tecto,est *h* per scandalum exponentis scripturas in errorem incidere,*Deut.*22.*d.Prou.*17.*c.Acto.*20.*b.*

g *Cle.Alex.*5. *strom.*

h *Ori.s.Matt. ho.*19.

Cadunt inimici coram fidelibus,*i* quum dæmones vincuntur,& confitentur se victos, *Leu.*26.*b. Deut.*28.*a.*2. *Par.*7.*a.Ier.*18.*d.*Sic corruit auxiliator, *Isa.*51.*b.Ezec.*20.*b.*Cadunt mille à latere,id est,libero arbitrio, & decem millia à dextris , id est per auxilium diuinum, *Psa.* 90. Et ruens Nicanor cum armis suis,est diabolus victus.2. *Mach.*15.*f.*Et Heliodorus,2.*Mach.*3.*e.Ios.*8.*e.Ier.*40.*d.*Cecidit etiam Satan de cœlo, vt doctor erroris, ne esset inter doctores veritatis,*Luc.*10.*c.Isa.*14.*c.* Et cecidit cedrus.*Zach.*11. *a.* Et cecidit Sisara ad pedes Ioëlis, *Iud.* 5. *d.* Et Æthiopes, 2. *Paral.*14.*d.*4.*Reg.*19,*e.Psa.*81.109.*Ezech.*29.*a.*32.*e. Hab.*1.*c.* Et Babylon,*Apoc.*14.*b.* Et Haman, *Ester,*7.*c.*

Vinci dæmones.

i *Isy. s.Le.*26. *Aug.psa.* 81.

Cadunt in latere Christi mille, *k* quum tempore grauis persequutionis cadunt multi , in quibus erat spes sedendi ad iudicandum cum Christo.Sed decem millia,hoc est, multo plures cadunt à dextris qui statuendi erant in iudicio à dextris Christi,& audituri: Venite benedicti, &c.si in gratia perseueraſſent.*Psal.*90.

Deficere in persequutione.

k *Au.s.ps.*90.

Cadent stellæ de cœlo,*l* quum docentes falsa,peribunt in iudicio:vel quum boni perturbantur in persecutionibus. Vel *m* quum Sancti nobis non lucent,nobis ab eorum vita oculos auertentibus. *Matt.*24.*c Marc.*13.*c.Apoc.*al.6.*d.*8.*c.*Vbi cadens stella de cœlo,*n* est diuina vindicta in peccatores.

Pereuntes hæretici. Non lucentes Sancti nobis. Diuina vindicta.

l *Orig.s.Mat. hom.*30.

m *Am.Lu.*21. *Aug.s. Apoc. hom.*5.

Corruens vnusquisque ad fratrem suum:& vir ad virum,*Isa.*3.*a.Ezec.*4.*b.* designant *o* seditiones Hierusalem, quæ futuræ erant tempore obsidionis à Romanis.Deficientibus etiam pane & aqua Ecclesiæ corruit vir contra fratrem suum,*p* per discordiam & schismata varia inter se introducentibus hæreticis.*Leu.*26.*f.*

Seditiones.

n *Ru.s.f.Ap.*

o *Hie.s.Isa.*3. & *s. Ezec.* 4.

Cadentes muri Hierico ad aduentum Iosuæ & arcæ.*Ios.*6.*c.*designant *q* victa diaboli machinamenta in aduentu Christi,& dissolutam spem huius seculi.Idem designant cadentes turres. *Isa.*3.*a.*8.*c.*17.*a.*23.*c.*24.*d.*25.*d.*26.*d.* 30.*e.*49.*e.*61.*b.*Et cadens paries malè fabricatus. *Eze.* 13.*b.*21. *c.* 26.*c.*27.*f.*31.*e.*32.*e.*33.*c.*36. *c.* Et cadens domus fundata super arenam.*Matt.*7.*b.*Et cadens domus supra domum.*Luc.*6.*c.*11.*c.* Et cadentes portæ Iudææ, *Ier.*14.*a. Ezec.*38.*g.Iud.*8.*f.Psal.*143.*Bar.*4.*f.Amos,*3.*d.*6.*d.Abd.e.Heb.*11.*f.* Et corruens Ioram in curru suo, 4.*Reg.*9.*f.*designat superbos cadere,qui confidunt in virtute sua,2.*Mach.*9.*b.*Et cadens Babylon , est *r* destructio imperij diaboli,*Apoc.*18.*a.*

Victa diaboli astutia.

p *Isy.s.Le.*26.

q *Or.s.Ios.ho.* 7. *Hie. s. Is.* 25. *Au.epi.*119.

Cadens Ochozias rex Samariæ per cancellos cœnaculi,4.*Reg.*1.*a.*designat hæreticos, quasi patentibus & non solidis laterum præsidiis,semper ad vitiorum infirma relabi,dum diuino destituti auxilio, suæ pertinaciæ fastu intereunt.Et corruunt præuaricatores in viis Domini , quum *s* hæretici cadunt in scripturis sacris prauè intellectis,*Hos.*14.*d.*Dicitur etiam cadere super montes Israël,*Ezec.*39.*a.*Cadit etiam in gladio, qui hæreses & schismata facit,*Ezech.*6.*c.*1.*b.*26.*b.*Et cadentes dicuntur adorare idola: quia res illicitas aut hæreses , non potest quis adorare aut colere,nisi cadendo,*Dan.*3.*a. Ma.*4.*b.* Ruinosa autem in Israël sunt *t* conciliabula hæreticorum : & quæ in Ecclesia à virtutis rectitudine deficiunt.*Ezech.*33.*e.*36.*b.*

Lapsus hæreticorum.

r *Geor.Venet. can.*1.*s.*8.*c.*5. *Rup.*10.*s.Ap.*

Conciliabula hæreticorum.

s *Hie. s. Hos.* & *s.Exec.* 6. & *s.Dan.*3.

t *Hie.s.Ezec.* 33.

Incidere in manus viuentes,est puniti à Deo,*Heb.*10.*f.*Et ruere in gladio, & in flamma, & peste, & fame,ad idem referuntur. 1.*Reg.*4.*c.*2.*Reg.*1.*b.*15.*c.Thr.*2.*g.Hos.*7.*d.Amos,*7,*d.* Cadens etiam grando super iumenta Ægypti,est punitio Dei.*Exo.*19.*f.*Et cadere in gladio non viri,est per vindictam Dei,siue interuentu hominis perire, *Isa.*31.*d.*65.*b.*Et ruens procella super caput malorum,*u* est diuina vindicta. *Ierem.*30 *d.*

Punitio Dei.

u *Hie. s. Ier.* 30.

Cadere dicitur aliquis, quum à statu prosperitatis.incidit in aduersa. *Prouer.*16.*c.*17.*a.*24.*c.Sap.*4.*d.Eccl.*13.*d.* Et ruina domus Iob,dici possunt *x* persequutiones Ecclesiæ,*Iob.*1.*d.*Dicitur etiam non cadere Sol super aliquos, quum non aduenit eis tribulatio,*Apo.*7.*d.*

Aduersitates. Finis mundi. Conuersio peccatorum. Anima terrena.

x *Hie.s.Iob.*1.

Cadens Babylon subitò,*y* finem mundi significare potest,& etiam conuersionem peccatorum ad pœnitentiam. *Isa.*21.*c.Ier.*51.*a.Apoc.*14.*b.*

y *Ori Ier.h.*1.

Cadit vnus passer in terram,*z* quum anima sit terrena sequens corpus. *Matt.*10.*d.*

Misteria recta Ecclesiæ.

z *Hil.s.Mat. Can.*10.

Decidere dicuntur grana vuarum.*Leu.*19.*b.*quum *aa* aliqua relinquuntur de lege Iudæorum à Christianis colligenda.Et cadunt micæ de mensa dominorũ,*bb* quando reliquiæ mysteriorum datæ sunt Gentilibus. Vel quando fides à Iudæis abiecta,suscepta est à Gentilibus. *Matt.*13.*c.Luc.*16.*c.*

Contemptus Christi.

aa *Isy.s. Leu.* 19.

bb *Am.s. Lu.* 16.

Corruit veritas in platea, *Isa.* 59. *c.* quum *cc* Christus contemnitur in via lata, quæ ducit ad inferos, à Iudæis ipsum crucifigentibus.

Sudor Christi Optimus eligendus.

cc *Hi.s.Is.*59.

Ceciderunt opprobria super Christum exprobrantibus Iudæis: *dd* quia fuerunt grauissima,*Psal.*68.*Rom.*15.*a.* Vel opprobria exprobrantium Christo,cadunt super fideles horrentes ea audire.

Ecclesia recipiens peccatores.

dd *Gl.ord.su. psa.*68.

Cecidit formido mortis super Christum,*ee* quando sudauit sanguinem,sed non præualuit.*Psa.*54.

ee *Hil.s. psal.* 54.

Cecidit sors eligendi regis,prius super tribum,& deinceps vsque ad Saulem, 1.*Reg.*10.*c.* quia *ff* licèt multi inueniantur boni ad onus ministerij,tamen optimus est eligendus.

Lapsus generis humani. Amissio intelligentiæ.

ff *Gre.s.*1.*Re.* 10.

Cadunt montes super aliquos , *gg* quum Ecclesia recipit prædicatores pœnitentes , vt si abscondantur ab ira Agni,*Apo.*6.*d.*

Immoderata correctio.

gg *Au.s. Ap. ho.*6.

Cadunt etiam colles super aliquos , *hh* quum hæresiarchæ in erroribus opprimunt sectatores suos.*Hos.* 10. *c. Iob.*14.*d.Luc.*23.*a.Apo.*6.*d.*

Verba inania.

hh *Hie.s.Hos.* 10.

Cadens ferrum securis de manubrio in aquam. 4.*Reg.* 6.*a.* designat *ii* genus humanum de manu omnipotentis per superbiam exclusum & lapsum,& in flumine luxuriæ, vel omnium peccatorum gurgite submersum. Vel designant intelligentiæ donum perditum.Vel significat increpationem excedentem modum rectæ rationis.

Despecta vita prædicatoris.

ii *Auguſt.ser.* 120.

Cadunt in terram verba superuacua , quæ pro nihilo habenda sunt , & omnium calcanda despectu. Sic non ceciderunt verba Samuelis in terram,*kk* quia fuerunt impleta,1.*Reg.*3.*d.*Vbi designatur prædicator seruans omnia,quæ docet:quia cum vita despicitur,restat vt eius prædicatio contemnatur. Et ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus.*Luc.*16.*b.*Sic lux vultus Iob,non cadebat in terram, *Iob.*29.*d.* quia *ll* ea quæ terrena sunt,per concupiscentiam non aspexit. Vel quia visionis Christi claritas peccatoribus non apparet:vel quia occupatis in terrenis actionibus,vetat Ecclesia summa contemplationis suæ mysteria prædicare.

Non concupiscere terrena. Non apparens Christus peccatoribus.

kk *Gr.s.*1,*Re.* 3.

ll *Gr.*20. *mo.* 48.

Cadere

Dæmones per sensus intrantes. *Discordia.*

Cadere per fenestras dicuntur Babylonij in Hierusalem,& per eas intrare, *Ioel.2.b.* ad designandam *a* fortitudinem,& promptitudinem eorum aduersus Hierusalem. Vel sunt dæmones ingredientes per quinque sensus ad animam.

Cadit humerus à iunctura sua,*Iob.31.c.* quum *b* aduersitatis aliquid ferre animus non valens, fraternam concordiam relinquit.

Dicere nondicenda.

Cadere verbo,aut lingua,aut dicere non dicenda,*Eccl.1.d.14.a.19.c.20.c.22.d.25.b. 28.d.* Sic incidere in promissionem nequam.*Eccl.29.c.*

Decidit alter de electo angusto,*Isa.28.f.* quum *c* in animo hominis non possunt simul quiescere Deus & diabolus.

Obmi exemplis Sanctorũ. Cessantes defessiones falsi. Mala exempla.

Cadunt carbones super malos,*d* quum eis proponuntur exempla Sanctorum:quæ cum cõtemnant,obruuntur ab eis,& deiiciuntur,*Psa.139.*

Ceciderunt squamæ ab oculis Pauli, *e* quum cessarunt defensiones, quibus contra lucem veritatis tegebatur, *Acto.9.c.*

Ruina multiplicata,est *f* destructio ciuitatum,per mala exempla prælatorum,*Psa.105.*

Ruinæ impletæ,*g* sunt sedes,à quibus Angeli mali ceciderunt:quę implentur hominibus.*Psa.109.*Sunt etiam superbi humiliati à Deo,vt postea ab eodem exaltentur.

Exaltari humiliatos. Defensio errorum grauis. Conuictio in iudicio.

Non est ruina maceriæ hæreticorum,*h* quum sic defendunt suos errores,vt semper inuicti videantur, *Ps.143.*

Verba Dei. Tolli arrogantiam hæreticorum.

Decidunt à cogitationibus suis, *i* qui in iudicio condemnabuntur accusantibus cogitationibus suis: & testimonium perhibente conscientia.*Psa.5.*

Superbia. Inuidia.

Cadentes coturnices circa tabernacula filiorum Israël,*Psa.77.* Sponte *k* veniunt venti ad homines, & portant eis verba diuina.

Deficientes sensus.

Cadentia cornua altaris super terram,*Amos,3.d.*est *l* amputari & deiici arrogantiam hæreticorum.

Incidentia stercora hirundinis in oculos Tobiæ,*Tob.2.b.*designant *m* superbiam excæcantem oculos.

Concidens vultus Cain,*n* gestum inuidentis indicat, *Gen.4.a.1.Reg.17.d.Nee.6.d.Iudith.6.a.*

Corruentes portæ Hierusalem,sunt *o* deficientes sensus ob ignorantiam Dei,*Ier.14.a.Ezec.38.g.*

Concidens cadauer regis Babylonis,*Isa.14.c.*est *p* quum Lucifer detractus est in infernum.

Cades.

Virgo.

CADES, id est, sanctitas, ciuitas, quæ aliàs fons Misphat,id est,iudicij dicitur, *Gen.14.a.*Peregrinatus est Abraham inter Cades & Sur: quia in hac peregrinatione, cum tribulamur, oportet vt de nobis ipsis iudicium faciamus,sanctéque viuamus,*Gen.20.a.*

Cades significat virginem & innuptam,quæ sancta est corpore & spiritu.

Anima.

Cades etiam est nomen solitudinis, quæ *Num.13.c.*dicitur desertum Pharan.Et *Num.33.d.* desertum Sin. Et iuxta Origenem, *q* Cades Pharan interpretatur *r* fructificatio sancta: & fuit trigesimaquarta mansio filiorum Israël in deserto, quò peruenerunt post Sin: quia per tentationes fit sancta fructificatio *Nu.33.d.* Alia fuit terminus tribus Iuda,*Ios.15.a.*vbi dicitur Cades Barne,quæ est occidentalior,& iuxta Sur solitudinem Ægypti. Ex hac missi sunt exploratores in terram promissionis.

Desertum Cades,*s* designare potest animam prius sterilem,postea sanctificatam & fructificantem: quale erat desertum,vbi Ioannes baptizabat,*Psa.28.Ezech.47.d.*

Translatio legis veteris.

Cades desertum,quæ & Sin dicitur,iuxta Hieronymum,*t* est trigesima tertia mansio filiorum Israël, & non interpretatur sancta,sed mutata,siue translata:sicut, *Gen.* 38. vbi Iudas meretricem putans Thamar,dona transmisit,& sequester munerum interrogat,vbi est cadesa,hoc est, scortum, cuius habitus à cæteris fœminis immutatus est:designat translationem legis veteris in nouam.Vnde ibi moritur Maria,hoc est, prophetia, & Moses & Aaron, hoc est,Lex & sacerdotium vetus.

Cadus, vide Batus.

Cæcus, Cæcitas, Excæcare.

Ignari,& simplices. Excæcati aliquo affectu. Iudæi.

CAECVM dicitur animal, ineptum habens organum visiuæ potentiæ, cuius gratia videre non potest. Cæci differant *u* à claudentibus oculos, & ab existentibus in tenebris: quòd cæci careant visiua potentia quam illi habent.

Cæcitas refertur ad intellectum:vt cæcus dicatur *x* omnis ignarus: & ipsa ignorantia cæcitas. Sic sunt cæci idiotæ & simplices,qui dum cœlestia nequaquam vident,lumine mentis carent, nec quòd iustum est, vel iniustum cognoscunt,aut considerant, & qui supernæ contemplationis lumen ignorant. Cæci etiam sunt, qui non intelligunt etiam si obtemperent iubentibus, *Exo.4.c.Leu.21.d.22.Deu.27.c.2.Reg.5.b Iob.29.c.Psa.145.Isa.59.b. Ier.31.b.Thre.4.c.Matth.15.b.20.c.Marc.10.g.Luc.14.c.18.f.Rom.2.c.2. Petr.1.b.* Cæca est animæ victima, *y* quæ non illustratur Christi lumine: nec habet oculum de Euangelio contuentem.*Mal.1.b.*

Peccator. Infidelis.

Cæci etiam sunt,*z* qui licèt cognoscant veritatem,tamen excæcantur concupiscentia,vel ira,vel odio,aut alio praua affectu,vt eam non videant vel considerent:qualis cæcitas erat in Pharisæis,& Iudæis,quos excęcauit malitia.Et dicitur populus Iudæorum cæcus habens oculos,*Isa.6.c.42.c.43.b.56.d.Matt.13.b.23.c.Mar.3.a.4.b.Luc.6.f.8.b. Ioan.12.f.Acto.13.b.28.f.Roman.11.b.* Talium oculos dicitur excæcare Deus huius seculi, *2.Corint.4.a.* Et munera excæcant prudentes,*Exo.23.a.Deut.16.d.28.c.Sopho.1.d.Malac.1.b.4.Reg.6.c.Sap.2.d.19.c. Zacha. 12.a. Eccl.20.d.2.Mac.10.f.Eph.4.c.*Cæcitas Sodomorum,*aa* est cæcitas Iudæorum,*Gen.19.c.*

Genus humanum. Gentilis populus. Populus Israël & Iuda. Pharisæi & Sadducæi. Iudæi & Gentiles. Pharisæi & discipuli Ioannis. Populus Iudaicus.

Cæcus etiam dicitur *bb* omnis peccator auertens oculos ab incommutabili bono, nec considerans dum peccat,quæ debet auertere.*Soph.1.d.Ioan.5.a.9.g.*

Cæcus itidem est *cc* omnis infidelis qui viam veritatis non videt.*Exo.4.c.*

Cæcus à natiuitate, *Ioan.9.a.* genus humanum significat: *dd* quia sumus natura filij iræ. Nam quia à paradisi gaudiis expulsum in hoc exilio natura edidit,quasi à natiuitate sine oculis processit.

Cæcus etiam à natiuitate *ee* Gentilem populum designat.Itidem cæci duo Hierico,*Matt.20.d.* Et alius cæcus ante Hierico,*Luc.18.f.*Et præterea cæcus dæmoniacus,& mutus, quem curauit Iesus. *Matt.12.b.Marc.8.c.* Idem designatur.*Isa.29.f.35.b.*

Cæci duo Hierico,populum Israël,& populum Iuda designare possunt, *Matt.* 20.*d.* Et dicuntur ab aliis Euangelistis vnus,quia facta est vtriusque populi commixtio,*Marc.10.g.Luc.19.f.* Vel designant Pharisæos & Sadducæos, vel Iudæos, & Gentiles credentes humanitatem Christi, sed cupientes cognoscere aliquid de diuinitate. Cognoscebant eum transeuntem,sed non stantem.

Infidelis. Genus humanum. Gentilis populus. Populus Israël & Iuda. Pharisæi & Sad lucæi. Iudæi & Gentiles. Pharisæi & discipuli Ioannis. Populus Iudaicus.

Duo alij cæci petentes salutem audita fama Iesu,*Mat.9.c.*Pharisæos & discipulos Ioannis designant, *ff* qui nisi admoniti,non crediderunt Christum.

Cæcus illuminatus post egressum ab Hierico,*Marc.10.g.*designat *gg* populum Iudaicum illuminandum in fine mundi.Mendicat iuxta viam:quia scripturam habet,quam non complet.

Sensus.

Cæcus etiam dicitur *hh* ipse sensus,seu sensualitas,quem serpens,id est,voluptas decepit,ponens illi offendiculum.

Confusio peruersorum.

Cæcitas Sodomitarum,designat confusionem peruersorum,*Gen.19.c.*

Cognitio Dei.

Cæci vident, *ii* quum per visibilia veniunt aliqui in Dei cognitionem. Aut quum ij qui adorabant idola, transeunt ad verum Dei cultum,*Matt.11.a.Luc.4.c.7.d.14.c.Psa.145.Isa.29.f.36.b.42.a.61.a.*

Cadere, vide Abscindere,& Percutere.

Celare,vide Abscondere, & Sculpere.

Cæmentum,Cæmentarius.

Charitas. Animi leuitas.

CAEMENTVM significat lapides fractos & minutos,qui ponuntur in ædificio,quasi ad implendum,& coagulum,quod fit ex calce & arena,ad conglutinandos lapides.

Cæmentum significare potest charitatem animas copulantem,qua non vtebantur ædificantes turrim Babel,sed bitumine.*Gen.11.a.*

a *Glo.ord.sup. Ioel 2.*
b *Gre.21.mo. 15.*
c *Hie.s.Is.28.*
d *Aug.s.psal. 139.*
e *Gr.33.mo. 31.*
f *Arn.s.psal. 105.*
g *Ar.& Aug. s.psal.109.*
h *Hie.s. psal. 143.*
i *Aug.s.ps.5.*
k *Gl.ord.s.ps. 77.*
l *Glo.ord.ser. Amos.3.*
m *Gl. ord.ser. Tob.2.*
n *Glo.inter.s. Gen.4.*
o *Glo.ord.ser. Ier.14.*
p *Glo.inter.s. Isa.14.*
q *Amb.Exa. ad vir.*
r *Ori.s.Num. ho.17.*
s *Bas.s.Ps.28 h.1.2.*
Hie.s.Exe.47
t *Hie.de mansionibus.*
u *Ori.s.Is. ho. 6.*
x *Ori.s.Matt. c.15.& hom. 4.15.*
Gr.s.1.Re.14. & 19.mo.21. & 1.pas. 11.
Aug.1. qu.in Euan.19.
Isy.s.Le.21. 22.
y *Hie.s.Mal. 1.*
z *Ori.s.Isa. h.6.& s.Mat. cap.15.*
Hie.s.Is.6.56.
aa *Ru.s.Ge. 10.*
bb *Au.s.Ioa. tra.44.*
cc *Bed.s.Exo. 4.*
dd *Gre.8.mo. 21.& hom.2.*
Cyr.6.s.Io.15
Ori.s.Is.ho.2.
ee *Hil.s.Mat. cant.12.20.*
Am.s.Lu.18.
Ori.s.Matth. ho.13.
Hie.s.Matth. 20.& Epis.si euncta corp.
Aug. 1.qu.in Euan.28.& de verbis Domini ser.18.
ff *Hil.s.Mat. Can.9.*
gg *Hie.s.Ma. 10.*
hh *Phil.2.alleg.*
ii *Ter. aduer. Iudæos.*
Ori.s.Is.ho.6. & s. Matt.c. 15.& s. Luc. ho.17.

Digitized by Google

Cæmenta sine impensa posita,designare possunt *a* animi leuitatem.*Eccl.*22.*c.*

Cæmentarij dici possunt *b* angeli, & Moses, & Prophetæ, & Apostoli, & prædicatores, doctrina & exemplo Ecclesiam Dei ædificantes,3.*Reg.*5.*d.*4.*Reg.*12.*b.*1.*Par.*22.*c.Esdr.*3.*b.Amos*,7.*b.*

Cera,Cereus.

CERA est quod remanet ex fauo apum, detracto melle:est apta ad fouendum lumen: vnde ex ea fiunt cærei ad illuminandum.Cæra calore liquescit,frigore verò indurescit.

Factum dicitur cor Christi sicut cæra liquescens, *c Psal.*21.Quia cæra non perit, licet liquefiat: ita Christus, licèt amore liquefactus sit in mortem,non tamẽ vidit corruptionem.Infirmiores etiam Ecclesiæ,fiunt ficut cæra liquescens, *d* qui dolore pœnitentiæ liquefiũt. Vel ipsa Ecclesia, quæ ante passionem Christi dura videbatur in discipulis,in ipsa passione mollis inuenta est.Sacra etiam Scriptura,vt cæra,liquescit,quum explicatur, vt etiam simplicioribus pateat.

Cæra liquescens, etiam dici possunt *e* mali in inferno: qui licèt perpetuo dolore tabescant, semper tamen persistunt, *Iud.*16.*c.Psa.*57.67.69.*Mich.*1.*a.*Hic etiam auferri dicuntur,sicut cæra,quum peccatum est eis pœna peccati.

Cæra non ardebat in templo Domini,*f* quia continet aliquid dulce.

Cærei ad illuminandum parati admonent,vt accenso lumine,sponsum expectemus.

Cæsar, Cæsarea.

CAESAR Imperator mundanus, figura est principis huius mundi, aut domini corporum, vt quum dicitur: Reddite quæ sunt Cæsaris,Cæsari:& quæ sunt Dei,Deo.*Matt.*22.*b.Marc.*12.*b.Luc.*2.*a.*3.*a.*20.*e.*23.*a. Ioan.*19.*c. Act.*17.*b.*25.*d.*

Cæsarea,ciuitas dicta à Cæsare,quædam est Palestinæ,quædam Philippi, alia Cappadociæ, *Matt.*16.*b.Marc.*8.*c.Act.*8.*g.*11.*b.*25.*a.*

Casaries, vide Capillus.
Cæteri, quare Reliquus.
Cain.

CAIN, primogenitus Adæ & Euæ: fuit agricola, & obtulit de fructibus terræ Deo:ad cuius tamen munera Deus non respexit. Occidit Abel fratrem suum ob inuidiam: cuius gratia vagus & profugus seu tremens fuit super terram.Ædificauit primam ciuitatem nomine filij sui Enoch.Interpretatur Cain, possessio, vel possessus.

Natus est Cain ante Abel, *g* quia prius,quod carnale est, interpretatur possessio, quia possidet terrena,ideo agricola. Eius munera non fuerunt accepta: quia non ex recto animo oblata.Occidit fratrem: quia mali persequuntur bonos. Vagus & profugus est super terram: quia non inuenit requiem in terrenis: in quibus tamen ædificat ciuitatem diaboli. Ideo designat malum & peccatorem, aut ipsum peccatum,*Gen.*4.*a.Hebr.*11.*a.Ioan.*3.*b.Iudæ d.*

Cain etiam dicens se nescire vbi sit frater suus,*h* Iudæos significat, qui adhuc dicunt se ignorare Christum, quem ob inuidiam occiderunt.Et non vult Deus occidi Cain, *i* quia vult permanere Iudæos, vt testes scripturæ suæ.Et maledicitur populus Iudæorum à terra,hoc est,*k* ab Ecclesia, à qua ostenditur esse maledictus. Potest significare *l* populum hæreticorum,alios hæreticos generantem.

Cain etiam est figura *m* praui dogmatis, quod persequitur rectum. Dignitate tamen prior est Abel, hoc est, bonum dogma & virtus:ideo quum eorum narrantur officia,Abel præcedit.

Typus est etiam *n* praui sensus:& dicitur possessio,quia vacantes sensibus,putant se omnia sensibilia possidere. Vel designat ipsos vacantes cognitioni sensibili.

Caiphas.

CAIPHAS, id est,inuestigator,vel sagax,seu vomens ore,aut vomitus oris: princeps sacerdotum tempore passionis Christi, qui prophetauit necessitatem passionis Christi, in eius domum conuenerunt Scribæ,& seniores,*Matt.*26.*f.*27.*a.Luc.*3.*a.Ioan.*11.*f.*18.*c.* significare potest sermonem seruitutis Iudaicæ, secundum quod ipsi Iudæi seruiebant literæ Legis.

Calamitas, vide Miseria.
Calamus,vide Arundo.
Calathus, vide Canistrum.
Calcare,Conculcare.

CALCARE dicimur illud,quod sub pedibus terimus,vt rem parui momenti,aut nullius.Conuenit Deo secundùm metaphoram.

Calcat Dominus excelsa terræ,*Mich.*1.*a.*quum *o* mentes sublimes sibi subiicit,& philosophos mundi ad fidem conuertit.Et conculcat humum plastes, quum Christus subigit superbum mundi, *Isa.*41.*g.Habac.*3.*c.* Et calcat Christus in domibus nostris,quum habitat in anima, *Mich.*5.*b.*

Calcare terram pedibus *p* est vincere dæmones & vitia,*Ios.*1.*a.*6.*c.Deut.*1.*f.*11.*c.*28.*c.* Sic calcare colla regum, est subiicere dæmones,*Deut.*33.*Ios.*10.*e.*Et conculcare leonem & draconem,*Psa.*90.*Iud.*5.*c.*4.*Reg.*7.*d.Isa.*14.*f.*28.*a.Mich.*1.*a.Haba.*3.*b.Mala.*4.*a.Zach.*10.*a.Luc.*10.*c.*Vbi est vincere libidinem.

Calcare etiam terram, est despicere eam, cum omnibus terrenis, & subiicere carnem. *Isa.*42.*a.* Et calcare lutum, *q* etiam est subiicere carnem,*Nah.*3.*c.*Conculcare etiam leonem & draconem, *r* est subiicere carnem, quæ solet aduersus spiritum surgere,simul cum dæmone incitante,*Psa.*90.

Calcare item terram,est possidere eam,*Deut.*1.*f.*11.*c.Isa.*26.*b.*57.*d.*

Conculcat etiam terram,qui superbia alios sibi subiicit:vt facit diabolus,& hæreticus,*Isa.*16.*b.*

Terra est in conculcationem pecoris,*Isa.*7.*d.*quum Iudæi dant inutiles sensus sacræ Scripturæ.

Calcauit Christus torcular,*s* quum pependit in Cruce, *Isa.*57.*d.*63.*a.Thren.*1.*e.* Et calcauit Hierusalem in lacu *t* quum resurrexit,*Nah.*3.*c.Exe.*26.*b.*Et puniendo malos *u* calcat torcular iræ Dei *Apo.*14.*d.*19.*d.Hab.*3.*b.* Sic dicitur conculcasse populos in furore suo.*Isa.*63.*b.*Quando destructa est Hierusalem, calcauit torcular.

Calcantes domini gentium vindemiam Esebon, *Isa.*16.*d.* sunt *x* Apostoli & doctores Catholici, destruentes doctrinam peruersam hæreticorum. Calcantes verò eandem vindemiam in malum,sunt hæretici peruersam doctrinam exprimentes:qui cessant calcare vinum,quum cessant docere.

Calcantes vuas & torcularia, *y* dici possunt Martyres,sanguinem suum effundentes, *Iudith*,9.*d.Nee.*13.*b.Iob.*24.*b.Isa.*16.*c.*42.*a.*63.*a.Ier.*25.*f.*48.*e.Amos*,9.*d.*sunt etiam *z* Apostoli, qui mustum sancti Spiritus à Christo acceperunt,& aliis communicarunt.

Calcare etiam torcularia dicuntur, *aa* qui persequuntur Ecclesias,*Iob.*24.*b.*

Calcare oliuam,*Mich.*6.*d.*est *bb* docere, aut tractare sacram scripturam:quod etiam est calcare vuam.

Calcare atrium Domini,*Isa.*1.*d.*est *cc* frequentare cultum exteriorem Dei, sine interiori.

Conculcat pes pauperis & gressus egenorum ciuitatem sublimem. *Isa.*16.*a.* hoc est,*dd* Christus & Apostoli Hierusalem:cuius puluerem etiam de pedibus suis excusserunt.

Conculcant pastores partem Domini,*Ier.*12.*c.*quũ *ee* prælati praua doctrina,& exemplis destruunt Ecclesiam. Et conculcat pes oua struthionis.*Iob.*39.*b.*quando *ff* prauorum exempla peruertunt simplices, & nouos in fide.

Conculcatur Sal infatuatum ab hominibus, *Matt.*5.*b.* quum *gg* quis in peccato existens fit contemptibilis. Nam qui verè est sal,licet persequutiones patiatur, non conculcatur: quia inferior conculcatur à superiore:boni autem non sunt inferiores.

Conculcat draco aquas,quum *hh* diabolus & hæretici perturbant sacram scripturam. Et conculcat draco flumina,quum diabolus non parcit hæresiarchis semel in suam potestatem redactis,*Ezech.*32.*a.*34.*e.*

Calcat etiam bos & asinus aquas,*ii* quum fidelis contemnit literam occidentem,vt metat spiritum viuificantem.*Isa.*32.*d.*

Concul

Angeli. Prophetæ. Apostoli & prædicatores.

Christus in passione. Infirmiores Ecclesiæ. Ecclesia. Sacra Scriptura. Mali in inferno.

Princeps huius mundi.

Peccator. Peccatum. Populus Iudæorum. Hæretici. Prauum dogma. Praui sensus.

Subiiciens sibi Deus mentes. Habitans Christus in anima. Vincere dæmones & vitia. Despicere terrena & subiicere carnem. Possidere terram. Subiiciens sibi alios. Inutiles sensus Iudæorum. Christus in cruce. Diuina punitio. Destruentes hæreses. Docentes hæreses. Martyres. Apostoli. Persequi Ecclesiam. Tractare sacram scripturam. Cultus exterior Dei. Praua exempla Contemptus peccantium. Perturbantes Scripturam. Contemptus literæ.

a *Glo.ord.su. Ecc.*22.
b *His.s.Ez.*40
c *Ar.& Hie. sps.*21. *Au.ep.*120.
e *Hil.& Au. s.psa.*57.
f *Hie.demansionibus. Hie. epist. vt abse.*
g *Glo.ord.su. Gen.*4.
h *Tertul. de carne Christi. Am. de Cain* 2.5.
i *Aug.epi.*59, & 11.*contra Faust.*9.11.
k *Bed.s.Ge.*4.
l *Ru.*4.*s.Genes.*4.
m *Phi.de sac. Abel & Cain Bed.s.Gen.* 4.
n *Phil.de cherubim.*
o *Hie.s.Mich.* 1.*& s.Isa.*41.
p *Ori.s.Ios.ho.* 1.11.*& s.Luho.*31. *Hie s.Isa.* 14. *& s.Nahu.*3. *& s.Zach.*10. *Ori.*1.*Peri.*3.
q *Hie.s.Mich.* 2.*& s.Nah.*3
r *Cli. grad.* 25. *Hie.s.Isa.*16. *Hie.s.Isa.*7.
s *Hie.s.Is.*63.
t *Gre.s.Exec. ho.*13.
u *Aug.s.Apo. ho.*11. *Rup.*11.*s.Ap.*
x *Hie.s.Is.*16.
y *Hie.s. Am.* 9.
z *Rup.s.Am.* 9.
aa *Gr.*16.*mo.* 25.
bb *Hi.s.Mi.*6.
cc *Hie.s.Is.*1.
dd *Hie. s. Isa.* 16.
ee *Hie.s. Ier.* 22.
ff *Gre.* 31.*m.* 8.
gg *Au.*1.*ser. Domini in monte.*
hh *Hie.s.Ez.* 32.34.
ii *Hie. s. Isa.* 32.

Digitized by Google

Dissipans bona opera. *Diabolus subiiciens animã* *Persecutio Ecclesiæ.* *Homo exterior subiiciens interiorem.* *Negationes Petri.* *Negantes resurrectionem.* *Contemptus verbi Dei.* *Vindicta Dei.* *Exercere opera superbia.* *Non resistere suggestionibus Christus.*

Conculcans bestia pedibus suis reliquias, *Dan. 7. b.* designabat *a* Romanum Imperium subiicientem alia regna. Designat etiam *b* impudentem hominem dissipantem omnia bonorum opera.

Conculcat inimicus animam, *c* quum diabolus eam vitiis immersam tenet, *Psalm. 7. 55. 56. Isa. 1. b. 10. b. Ezech. 16. a. 26. b. 36. a.* Et conculcant inimici sanctificationem, *Isa. 63. d.* hoc est, *d* dæmones animam, quæ prius erat sanctificata. Vel Gentiles conculcant Hierusalem. Calcabunt hostes Ecclesiæ ciuitatem, id est, *e* ipsam Ecclesiam, tempore Antichristi. *Apoc. 11. a.*

Conculcata gens, *f* dicuntur discipuli hæreticorum, *Isa. 18. a.*

Conculcans homo, *Psal. 55. 56.* est *g* cùm homo exterior subiicit interiorem. Aut cùm inimici Christi ipsum opprimebant. Et mali calcant populum Dei, *h* qui dicitur gens conculcata: & calcantur boni, sicut vuæ, *Isa. 18. a. Mich. 5. b. Haba. 1. a. 1. Mach. 15. g. 2. Mach. 8. a. Luc. 21. c. Hebr. 10. f.*

Conculcantes tenebræ, dici possunt negationes, *i* quæ opprimebant Petrum, *Psalm. 138.* Conculcant etiam tenebræ mortis eum, cui non est spes resurrectionis.

Non calcant filij iustorum semitam, hoc est, *k* Iudæam, quam Apostoli & prædicatores non reduxerunt ad fidem, *Iob. 28. b.*

Conculcatum semen, designat *l* contemptum verbi Dei, *Matth. 13. a. Luc. 8. a.* Idem est calcare sancta. *Mal 4. a. Ierem. 12. c. Ezech. 32. a. 34. e.* Sic calcant porci margaritas, quum impuri contemnunt verbum Dei, & reliqua, quæ sunt veneratione digna. *Matth. 7. b. 1. Mach. 3. g.*

Calcat super impium quasi rex interitus, *m* quia vel hic vitiis premitur, vel mortis suæ tempore, per hoc, quòd ad supplicia rapitur, potestati dæmoniacæ subiugatur, *Iob. 18. c.* Et dies conculcationis *n* est tempus diuinæ vindictæ, *Isa. 22. b.* Et conculcabitur pedibus corona superbiæ Ephraim, quum hæretici & Pharisæi diuina punitione opprimentur, *Isa. 28. a. e. Mich. 7. b.*

Calcant iniqui semitam seculorum, hoc est, superbiã, *o* qui per huius vitæ desideria in elatione perambulant. Et calcant semitas curuas, qui exercent opera à rectitudine deficientia: & qui sequuntur errores, *Iob. 22. c. Is. 59. b.*

Non calcantes sacerdotes Dagon super limen templi eius, *1. Reg. 5. a.* designat *p* non resistentes immundis suggestionibus, nec prauis operibus.

Calcat sapientia virtutem excellentium, & humilium corda, *Eccles. 24. a.* Christus *q* videlicet.

Calcat fauum anima saturata, *Prou. 27. a.* quum *r* diuites contemnunt consolationẽ diuinam, & gloriã cœlestẽ.

Contemptus diuinorum.

Calcaneus, Calcitrare, Calces.

Calcaneus est postrema pars pedis humani. Calcitrare autem, est calces in aliquem quasi renitendo mittere. Calces autem sunt percussiones seu ictus, qui fiunt pedibus, & ipsi pedes, præcipuè quadrupedum, vt *Mac. 3. c.* Equus elisit calces priores in Heliodorum.

Finis boni operis. *Lapsus in peccatum.* *Finis vitæ Christi, vel alterius.* *Vestigia peccatorum.* *Iudas.* *Dolus.* *Persequentes Christum.* *Affectiones terrenæ.* *Subditi.* *Apostoli.*

Calcaneus mulieris, designat *s* finem boni operis, cui insidiatur diabolus. Aut gressus operum, & vestigia, placitáque, quibus ad bene operandum insistimus. Vel est lapsus in peccatum, quem obseruat diabolus. Vel designat Christum, cui etiam diabolus insidiabatur. Aut finem vitæ ipsius Christi, vel etiam alterius. *Gen. 3. c. Psal. 55.*

Calcaneus etiam, dici possunt *t* vestigia peccatorum, *Psalm. 48.*

Calcaneus corporis Christi, cui insidiatus est diabolus, dici potest Iudas cum erat Apostolus.

Calcaneus etiam est *u* dolus, *Ioan. 13. b.* Qui manducat panẽ meum, leuabit contra me calcaneum suum. Quod etiam dicitur de Ecclesiasticis & religiosis, qui contra Deum eriguntur.

Calce abiiciebant Iudæi victimam, *x* quando sine discutione, ferarum more, persequebantur Christum, & eius discipulos, *1. Reg. 1. f.* Sic & Iudas leuasse calcaneum suum contra Christum. *Ioan. 13. c.*

Sunt etiam calces affectiones terrenæ, quibus dediti prælati retrahunt alios à pugna contra dæmones, & à gratiarum actione, atque ita calce abiiciunt victimas, & munera.

Calcitrantes boues, qui ferebant arcam, *2 Reg. 6. b.* designant *y* subditos, qui molesti sunt prælatis, vt cum eis dispensent. Vel designant Apostolos nolentes seruare ceremonias veteris legis.

Calcitrare contra stimulum, *Actor. 9. a.* manifestum est prouerbium *z* renitentium contra fortiores, vnde non possunt nisi incommodum reportare.

Recalcitrauit dilectus, *Deut. 32. c.* cùm populus Israël resiliuit à charitate in Deum, donec omnino aufugiens, maneret diuinorum bonorum expers.

Humanitas Christi. *Apostoli.* *Prædicatio Christi & Apostoli Euangelium.*

Calceamentum, Calceare, Caliga, Discalceatus.

Calceamentum est operimentum coriaceum, quo teguntur, & muniuntur pedes, & præparantur ad iter.

Calceamentũ dici potest *aa* humanitas Christi, *Psal. 59. 107. Isa. 5. g. Matth. 3. c. Ioan. 1. d.* Potest etiam significare Apostolos coniunctos corpori Christi, vt calceamentum pedibus. Et præterea *bb* prædicationem Christi, & Apostolorum: & ipsum Euangelium, quod ita affectus nostros munit à noxiis mundi curis, & cupiditatibus, quæ spinarum more pungunt: sicut calcei muniunt pedes corporis, & protegunt à vepribus, & sentibus acuminatis: & vt à pedibus nostris carnalibus munimenta calceorum molestiam & læsiones repellunt: haud secus Euangelica institutio vitam nostram, & mores rectè dirigit: vt tali præsidio circumfulti peregrinationem huius mundi sine aliqua læsione pertranseamus. Soluit Moses calceamenta, quæ Apostoli induunt: quia prædicatio Euangelij, non Mosi debebatur, sed Apostolis. Soluit etiam Iosue: quia non Moses, aut Iosue ducunt Ecclesiam, sed Christus, *Exod. 3. b. Ios. 5. d.* Sic calceati transeuntes flumen Ægypti, *Isa. 11. c.* sunt *cc* Apostoli prædicantes in mundo sine impedimento. Calceamenta etiam, sunt munimenta fidei: vt filia principis dicitur pulchra in calceamentis, *dd* quum fides est munita aduersus serpentem insidiantem calcaneo, *Cant. 7. a.*

Munimenta fidei. *Corpus B. Virginis.* *Timor humanus.* *Exempla Patrum.* *Vita dura.* *Ratio.* *Præparantia ad cursum boni vel mali operis.* *Libertas angelorum.* *Diuina protectio.* *Idem.* *Desperatus pauperum.* *Error.*

Calceamentum etiam dici potest corpus beatæ virginis Mariæ, & etiam cuiusuis alterius, *Cant. 7. a. Ioan. 1. d.*

Calceamentum, rursus significare potest *ee* timorem humanum, qui soluendus est iis, qui prædicare debent Christum. *Exod. 3. b.*

Calceamenta, præterea dicuntur *ff* exempla patrum: ideo in Ægypto calceatos esse oportebat, quia in mundo timenda sunt noxia, & venenosa. *Exod. 12. b. Deut. 19. a. 2. Par. 28. c. Cant. 7. a. Luc. 15. e.* Designat etiã *gg* vitam duram & asperam, quam habere debent exeuntes de Ægypto, ne à spinis vitiorum lædantur.

Calceamentum etiam significat *hh* rationem, qua vtentes contineant carnis molem. Et discalceatus est, *ii* qui peccando nudatus est, & destitutus à ratione: vnde postea confunditur, *Deut. 25. c. Isa. 20. b.*

Calceamenta præterea sunt *kk* ea bona, quæ ad cursum & prædicationem Euangelij præparant. Si autem pedes velociter currant ad effundendum sanguinem, mala calceamenta sunt, & ad malum præparant. Bona quidem calceamenta erant caligæ Petri. *Actor. 12. b.*

Discalceati dicuntur angeli, *ll* quod liberi & absoluti, & expediti, atque exterioris omnis adiectionis labe sint puri, & ad diuinæ simplicitatis similitudinem pro viribus tendant.

Calceari hyacintho, *mm* est præparari ad Euangelium, vel suscipiendum, vel prædicandum, *Ezech. 16. b. 24. e. Ephes. 6. c.* Sic calceantur, *nn* qui diuinam habent protectionem, vt perfectius ambulent aut prædicent. *Luc. 15. e.* Et aufert Deus ornamentum calceamentorum *oo* quum propter peccata aufert ornatum virtutum, & donorum Spiritus sancti, *Isa. 3. d.* Calceari etiam hyacintho, vel ianthino, est præparari, vt rapiatur in occursum Domini in aerem: vt ad cœlestia regna valeat festinare.

Calceari dicitur Ecclesia, *Cant. 7. a.* quãdo *pp* ex prædicatione sua, ad perferenda insurgentia mala, morte Christi munitur. Et calceamentum Aser, est ferrum & æs, *qq* quum prædicatio est munita perseuerantia. *Deut. 33. d.*

Calceamentum, pro quo diues vendit pauperem, *Amos. 2. b. 8. b.* est *rr* quum diuites ita pauperes conculcant, vt quasi pro calceamentis eos habeant.

Calceamentum quod tollit mulier à nolente suscitare semen fratris, qui ideo discalceatus dicebatur, *Deut. 25. c. Ruth. 4. b.* designat *ss* errorem abiicientem. Discalceatur etiam, qui non suscitat semen fratris, hoc est, *tt* qui non prædicat, quum possit: quia non habet calceatos pedes in præparationem Euangelij pacis, *Deut. 29. a.* Discalceatus

a *Hie. s. Dã. 7.*
b *Ricar. de S. Vict. de vitio mutabil. 15.*
c *Bas. s. psa. 7.*
d *Hie. s. Is. 63.*
e *Rup. 6. s. Ap.*
f *Hie. s. Is. 18.*
g *Ar. s. ps. 55. Hil. s. psa. 56.*
h *Hie. s. Mich. 5.*
Aug. s. psa. 55
i *Arn. & Hil. s. psa. 138.*
k *Gre. 18. mo. 21.*
l *Aug. 2. ser. Domini in monte. Chry. s. G ene ho. 16.*
m *Gr. 14. m. 9*
n *Hie. s. Is. 22. 28.*
o *Gr. 16. m. 5. Hie. s. Isa. 39.*
p *Gr. s. 1. Re. 5.*
q *Glo. ord. su. Ecc. 24.*
r *Bed. s. Prou. 27.*
s *Phi. 2. alleg. Cassi. lib. 4. c. 27.*
Au. s. ps. 103. Arn. & Hie. s. ps. 48. 95.
Bed. s. Gen. 3.
t *Bas. s. ps. 48. Georg. Venet. cãt. 2. t. 5. c. 18*
u *Glo. ord. su. Ioan. 13.*
x *Gre. s. 1. Re. 2.*
y *Gr. 5. m. 10.*
z *Cyri. contr. Iul. 9.*
aa *Bas. & H. s. psa. 59. Arn. s. ps. 104*
bb *Am. s. Lu. 3. Gre. hom. 7. Cyril. s. s. Ioan. 9. Bed. s. Ex. 12. Amb. de fuga seculari 7. & de fide 5.*
cc *Hi. s. Is. 11.*
dd *Ru. s. Cãt. 6. Amb. de insti. virgin. 14. & de obitu Valentiniani & s. psa. 118. ser. 17.*
ee *Be. s. Ex. 3.*
ff *Amb. s. Lu. 10. Gr. s. Cant. 7. & hom. 22.*
gg *Gre. Nyss. de vita Mosis.*
hh *Phi. de sacri. Abel & Cain.*
ii *Hie. s. Is. 20.*
kk *Ori. s. psal. 16. ho. 2. Am. s. Lu. 16.*
ll *Dionys. celest. hierar. 15.*
mm *Ori. s. Ex. ho. 6.*

in oo *Hie. ep. beatitudinus.* & *s. Isa. 3.* & *s. Ezech. 16.* pp *Gr. s. Cã. 7.* qq *Glo. ord. s. Deu. 33.* rr *Hie. s. Am. 8.* ss *Ori. s. Matt. 9. 22. Gre. 1. past. 5.* tt *Am. s. Lu. 10. Ori. s. 1. Re. 1.* & *s. Rom. 10. Amb. de fuga seculi. 3.*

Digitized by Google

est etiam, qui sibi solum prodesse curat, neglectis proximis: ideo altero pede est calceatus, altero discalceatus.

Calceamenta, quia sunt ex pelle animalis mortui, mortem ipsam significare possunt: vt non portare calceamenta, *a* sit non timere mortem, *Matth.10.b. Luc.10.a.* Sic designant calceamenta mortalitatem, & ipsa mortua seu terrena vitia, *Exod.3.b. Ios.5.d.* Et non sunt portanda calceamenta, quia non est operienda pulchritudo pedum animæ. Et non ferre calceamenta, *b* est etiam in terra sancta non alium ingressus nostri habere, quàm quem à Christo accipimus apparatum. *Isa.3.d.20.a. Amos.2.b.* Ferunt autem calceamenta, qui prauitatem suam ex alienis prauitatibus tuentur.

Calceamenta vetera Gabaonitarum, designare possunt *c* mores veteris hominis. *Ios.9.a.*

Calceari scandalis, *Marc.6.b.* vt pes neque tectus sit, neque nudus ad terram, hoc est, *d* nec Euangelium occultetur, nec terrenis commodis inuitatur.

Mors.
Mortalitas.
Opera mortua.
Terrena vitia.
Mores veteris hominis.

Calcedonius.

Calcedonivs, lapis varij coloris lucens, quasi pallens ignis lucernæ: habet tertium locum in fundamentis ciuitatis Hierusalem cœlestis, *Apocal.21.f.* designat *e* charitatem, quæ in abscondito bona agit: sed quum aliis prodesse potest, mox apparet, quid fulgoris intus habeat & ponitur charitas in tertio loco, quia post fidem & spem ordinatur, *1.Corinth.13.d.* Est varij coloris, vt designet, charitatem formam esse omnium virtutum. Potest calcedonius comparari *f* Andreæ Apostolo, cuius charitas in vocatione apparuit, quando alios duxit ad Christum.

Charitas.
Andreas.

Calculus, vide Lapis.
Caldaria, vide Cacabus.
Caleb.

Caleb, id est, quasi cor, aut canis, siue canistrum: filius Iephone de tribu Iuda, vnus exploratorum terræ promissionis: quam solus ingressus est cùm Iosue ex iis, qui erant viginti annorum, quando egressus est populus Israël de Ægypto, *Num.13.a.14.a. Ios.14.b.15.c.1.Par.2.b. Eccles.46.b.1.Mach.2.f.* Designat *g* virum prudentem & eruditum, qui rectè sibi & aliis consulere nouit, vt ad debitum peruenit finem. Designat etiam Deum, qui est quasi cor nostrum: & dat Ecclesiæ irriguum superius & inferius.

Prudens.
Deus.

Calenda, Neomenia.

Calendæ dicuntur primus dies mensis à καλέω quod est, voco: quia tunc pontifex conuocabat populum. Dicebantur etiam neomenia, hoc est, nouiluuium, quia nouilunio incipiebat mensis. In calendis autem offerebantur sacrificia, *Ezech.45.f.*

Calendæ Iudæorum, & non Dei dicebantur, *Isa.1.d.* quia *h* illis Iudæi ad suas voluptates abutebantur, non ad cultum Dei. Sic non ferebat Deus neomenias eorum: quia illas iniquè celebrabant.

Neomenia festum erat, quum Luna coniungebantur Soli: & designat *i* coniunctionem Ecclesiæ cum Christo: quæ coniunctio non percipitur à carnalibus. Tunc autem renouatur Ecclesia, aut anima cum Christo coniungitur: & vt Luna non videtur coniuncta Soli, ita perfectio Ecclesiæ, aut animæ nihil videtur esse, si perfectioni Christi comparetur. Designat etiam Neomenia initium supernæ lucis, & annos æternos, qui semper sunt in nouitate, *Num.28.b.1.Paral.2.a. Iud.8.a. Psal.80. Ezech.45.f.46.a.*

Neomenia, potest etiam significare aduentum *k* Christi, quo renouamur, quo transactis iam priscis, omnia noua facta videmus. Significat etiam Christi resurrectionem, *Psalm.80.*

Neomenia est *l* intelligentia innouata, & diuinitus inspirata: sicut Luna accepit lumen à Sole.

Coniunctio Ecclesiæ vel animæ cum Christo.
Initium supernæ lucis.
Aduentus & resurrectio Christi.
Intelligentia renouata.

Calidus, Calor, Æstus, Cauma, Calefacere, Incalescere, Æstuare.

Calor, est qualitas manifesta satis, igni cum primis competens, & frigori aduersa. Eius vis est actiua, & sursum motiua, estque calor necessarius animalibus ad vitam & operationes: eoque omnia generabilia foueutur.

Calor *m* feruorem charitatis designare solet, sed etiam æstus, *Genes.8.d.31.f. Psal.18.38.* Eundem charitatis feruorem designat calida similia, *Leuit.6.c.* Et calidus dicitur fidelis feruens charitate, *Apoc.3.c. Iob.28.a.31.b.37.c.38.c. Eccles.4.c. Isa.47.d. Agg.1.b.* Calefacit Deus oua struthionis in puluere, *n* quum inter peccatores accendit aliquos feruore charitatis. *Iob.39.b.*

Feruor charitatis.

Calefaciens Abisag Dauid, qui vestibus calefieri non poterat, designat *o* solam sapientiam vigere in senibus, quum cætera eos destituunt, *3.Reg.1.a. Prou.4.a.* Non sunt prunæ, quibus calefiant augures, quum non habent sapientiam, qua se protegant, *Isa.47.d.*

Sapientia.

Calida vestimenta perflata austro, sunt *p* fideles inhærentes per fidem Ecclesiæ: qui feruentibus charitatis studiis inardescunt, dum eorum mens sancti Spiritus afflatu perfunditur, *Iob.37.c.*

Fideles.

Calefaciunt se duo, *q* quum Christus accedentem ad se fouet, & in ardorem charitatis accendit, *Eccles.4.c.* Sic calefacta est caro pueri ab Elisæo resuscitati, *4.Reg.4.f.*

Fouens Christus fideles.

Incalescens Sol illuminat luce, & accendit feruore, qua ratione significare potest *r* feruorem desiderij, *1.Reg.11.c. Nee.7.a. Sapient.16.d. Ierem.20.c.*

Feruor desiderij.

Calidæ aquæ dici possunt *s* lachrymæ, *Genes.36.c.* tam compunctionis, quàm deuotionis.

Lachryma.

Calefieri interdum est, *t* refrigerium temporale accipere, *Iob.31.b. Isa.44.c. Iacob.2.c.*

Refrigerium temporale.

Æstus, quandóque significat *u* laborem & tentationes, ac etiam scandala. Item tribulationē passionis Christi: & persequutiones infidelium, *Gen.11.f. Iob.30.d.38.c. Isa.4.b.25.b.27.b.49.d. Matt.20.b.*

Labor.
Tentationes.
Scandala.
Tribulatio passionis Christi.

Calefaciens se Petrus ad prunas, designat eos, *x* qui eum frigefiant in spiritualibus, recurrunt ad solatia temporalium, *Marc.14.f. Ioan.18.c.*

Quærere temporale solatium.

Æstuare vino, *y* est abundare delitiis & voluptatibus. *Isa.5.c.* Et sequuntur æstum, *z* qui libidine corrumpuntur, *Hos.12.a.* Æstuat etiam auarus, *aa* ob curam rerum custodiendarum, *Iob.20.c.* Et calefiunt, *bb* qui velut ebrij, proni tendunt in malum: & hæretici instructi ad lites verborum, *Iud.13.d. Isa.5.c.44.e. Hos.7.d. Apoc.16.b.*

Abūdare voluptatibus.

Æstuans Ionas post arefactam hederam, *Ioan.4.c.* designat *cc* labores Iudæorum post euersum templum & legis cessationem.

Labores Iudæorum.

Æstus quandoque *dd* iram feruentem designare potest, *Gen.8.d.*

Ira feruens.

Æstus in siti, & calor sub nube, *ee* est ira & punitio Dei, & Christi hominis in Iudæos: quam non possunt euadere *Isa.25.b. Hos.12 a. Iob.6.c.* Et incalescens Sol, designat iram Christi in iudicio futuram, *Exo.16.c. Deu.28.b. Isa.5.f. Ier.17.b. Baruc.2.c.2. Pet.3.e.*

Punitio Dei.

Calor nimius, *ff* significat pœnas inferni, *Iob.24.b. Ierem.51.d.* Vel designat inordinatum feruorem eorum, qui plus volunt sapere, quàm oportet sapere.

Pœna inferni

Calidus ventus dicitur *gg* interdum diabolus, aut diabolica suggestio, aut tentatio. Et idem significat æstus *Iud.8.a. Iob.20.b.38.c. Eccl.51.a. Isa.4.c.25.b.27.e.49.c. Ier.17.b.39.g. Dan.13.b. Hos.12.a. Ioan.4.c. Mar.4.a. Luc.12.g. Apoc.7.d.16.b.* Æstus etiam est ibi *hh* pœna murmurantium contra prælatos, qui æstuant, quum sunt impœnitentes & rebelles etiam excommunicati.

Diabolus & eius suggestio.

Calida stercora hirundinum, *Tob.2.b.* designant *ii* feruentem superbiam: & temporalia bona, quæ reputanda sunt vt stercora, quæ excæcant oculos.

Superbia.
Temporalia bona.

Caligare, Caligo, Tenebræ, Obscurare, Obscurus, Obscuritas, Obtenebrare, Fuscus.

Caligo est obscuritas prouenies ex nebulis, aut nubibus radios luminosi corporis detinentibus. Obscurum autem dicitur latens & absconditum, & sine lumine. Tenebræ verò dicunt plenum defectum lucis: vnde in enebris dicuntur esse, *kk* qui licèt habeant apertos oculos non vident ob defectum luminis. Tenebræ super faciem abyssi, aërem caliginosum significare possunt, donec facta est lux, *Gen.1.a.*

Aër.
Obscuritas legis & allegoria.

Caligo nubis, in qua erat Deus, designat *ll* obscuritatem Legis & allegorias: & posuit Deus tenebras latibulum

suum,

a *Hilari.4.s. Matt.c.13.10.*
b *Hie.s.Am.2. Aug.de sanct. ser.42. Epip.lib. Ancho.a. Gre.ho.17.*
c *Bed.s.Ex.3. Ori.s.Ios. ho. 10.*
d *Glo.ord.sup. Marc.6.*
e *Tho.s.Apo. 21. Georg. Venet. cãt.3.t.8.c.3.*
f *Aretas.s.Apo.21.*
g *Rup.s.Iud. 2.*
h *Hie.s.Is. 1.*
i *Ori.s.Num. ho.23. Hie.s.Ez. 45. 46. Au.s.psa. 80.*
k *Cyril. 4. s. Ioan.28.*
l *Ricar.de Sa. Vict. de somn. Nabuchodonosor.13.*
m *Ori.s.ps.38. ho.1. Am.s.ps.118. ser.2. Hie.s.Agg. 1.*
n *Gr.31.m.7.*
o *Hie.epi. ad Nepotianum.*
p *Gre.27.mo. 24.*
q *Am.epi.17.*
r *Gre.s.1.Regum.11.*
s *Lyr.s.Ge.36.*
t *Lyr.s.Iob.31.*
u *Ori.s.Matt. ho. 0. Hie.s.Isa.25. Gr.19.m.14.*
x *Glo.ord.su. Marc.14.*
y *Hie.s.Is.5.*
z *Rup.s.Hos. 12.*
aa *Gr.15.mo. 11.*
bb *Aug.s.Ap. ho.12.*
cc *Aug. epist. 49.q.6.*
dd *Ambro.de Noe.23.*
ee *Hi.s.Is.25. & s.Ier.17.*
ff *Gre.16.mo. 30.*
gg *Gr.29.m. 14.*
hh *Rup.9.su. Ap.*
ii *Glo.ord.su. Tob.2.*
kk *Ori.s.Is.h. 6.*
ll *Ru.1.s.Ge. 8. Gr.s.1.Reg. 1. & 17.mo. 13. & 28.m. 17. Hie.s.Isa. 29. 59. & s.Dan. 2. & s.Iob.22 & s.ps.17. Bed.s.Exo.19 & s.Gen.1. Gre.s.Ex.h.4*

suum, cum abscondit mysteria à reprobis, *Exod.14.c.19.d,20.d.24.b,Ios.24.b. 2.Reg.12.b.22.b,2.Paral.5.d.6.a. Psalm.17.96.Isa.29.f.45.c.50.b. Matth.8.b.19.c. Luc.12.a. 2.Corinth.4.e. Dan.2.c.* Et caligo sub pedibus Dei, est profunditas scripturarum in sanctis,vel in Christo,Et caligo,qua obuoluitur mare,est obscuritas præceptorum legis sub allegoriis, *Iob.38.b.* Tenebræ quoque significant vetus Testamentum comparatum nouo, *Genes.1.a.* Et caliginosus locus, est litera legis non intellecta à Iudæis, *Isa,59.c.60.a.* Tenebrosa aqua in nubibus aëris,obscura doctrina in Prophetis.

Iudicia Dei. Incomprehensibilitas Dei.

Tenebræ aliquando dicunt *a* arcana & occulta iudicia Dei: vt,Posuit Deus tenebras latibulum suum.*Psal.17. Iob.3.d.Exod.10.c.* Et caligo in qua erat Deus, designat quod his,qui possunt intelligere, Deus nec est aspectabilis,nec verbis potest enunciari. Dicitur etiam caligo operimentum diuinorum secretorum.*Exod.20.2.Reg.22.b. Amos.5.f.*

Apostoli.

Contenebrati cœli ad pluuiam, *b* designant Apostolos plenos doctrina Spiritus sancti, & mysteriis ad infundendas mentes hominum, *3.Reg.18.g.* iidem sunt caligantes cœli rore, *Deut.33,d.*

Mors Christi Dies iudicij. Mors Abrahæ Sepulchrum. Limbus.

Obscura, in quibus collocatus est Christus, mortem eius significare possunt, *Psalm.142.*

Caligo tenebrosa facta super Abraham in occasu Solis,designat diem iudicij,qui dicitur dies caliginis.Et tenebrosus horror ipsius Abrahæ, est eius mors,aut finis mundi, *Gen.15.d.Psal.96.Ierem.13.c.Ezech.32.b.34.c.Ioel.2.a. Amos.5.e.Soph.1.d.* Tenebræ etiam significant *c* ipsum sepulchrum, *Iob.17.d.* In tenebris straui lectulum meum. Vbi etiam limbus significari potest.

Admiratio iudiciorum Dei.

Caligantes palpebræ Iob, dicuntur *d* præpositi Ecclesiæ: qui licèt vigilent, nondum occulta Dei iudicia intelligunt, *Iob.16.d.* Et caligat oculus ad indignationem Dei, quando hi, qui in Ecclesia lumen veritatis habent, dum se diutius à prauis despici,ac dedignari conspiciunt, de occulti iudicij admiratione turbantur,& secretum Dei penetrare nequeunt,cum prævalere perspexerit contra bonorum innocentiam permittuntur, *Iob.17.b.*

Defectus fidei in populo Hebræorum & in fine mundi.

Caligantes oculi Isaac & Iacob, designant *e* defectum fidei & religionis in populo Hebræorum, & fidem periisse de mundo,& tenebras infidelitatis in fine mundi futuras, *Genes.27.a.48.b.Iob.15.d.Isa.32.a.59.b.* Idem designant caligantes oculi Abiæ prophetæ, *3.Reg.14.a.* Obscuratus etiam Sol est, quum *f* Iudæi colebant Deos alienos, *Apoc.9.a.*

Ignorantia prælatorum, & scribarum, & Iudæorum.

Caligantes oculi Eli, *g* designant cæcitatem & ignorantiam malorum prælatorum,& etiam pontificum & scribarum Iudæorum. *1.Reg.3.a.2.b.4.c.Iob.3.a.28.a.Psal.68.Ezech.12.b.Zach.11.d.Ioan.1.a.* Et caligo, qua operitur mare,*h* est ignorantia persequutorum Ecclesiæ,*Iob.38.a.Isa.60.a.* Et tenebrescit terra in die luminis,quum Iudæi in aduentu Christi excæcati sunt,*Amos.8.c.* Tenebræ autem factæ in morte Christi, designant *i* tenebras mentis Iudæorum. Et cum postea reddita est lux, typus est conuersionis eorum in fine mundi. *Psal.54.103. Matth.27.e. Marc.14.e.Luc.23.e.Ioel.2.c.*

Obliuio mundi. Status tribulationis & aduersitatis.

Caligo sub pedibus Dei est, *k* quum impij homines à sua cæcati malitia, Christi incarnationem cognoscere nequiuerunt, neque non possunt. *Psalm.17.*

Caligo,in quam ingressus est Moses,designat eum loqui cum Christo,qui omnium mundanorum obliuiscuntur, *Exod.19.c.*

Tenebræ aliquando dicunt *l* statum tribulationis & aduersitatis, *Iob.7.b.17.c.22.b.23.d.24.c.26.b.Psal.54.87. 103.104.Eccles.11.d.Eccles.23.c.37.c.Isa.5.g.21.a.47.a.49.c.50.d.Thre.3.a.Amos.5.b.Mich.7.b.Nahum.1.b.Ioan.10.a,* Sicut lumen sunt tenebræ, *m* quum quis ita æquo animo fert aduersa, vt prospera, *Psalm.138.* Obtenebrescit lux in tabernaculo impij, quando *n* in eius conscientia, quam malè inhabitat gaudium, quod de temporalibus rebus habebat, deficit. *Iob.18.b.* Obscuratus dicitur sol, *Apoc.8.d.* & non occidisse, quia peccata malorum & superborum hominum obscurare videntur solem, dum Sanctis & iustis, interdum per multas tribulationes & vexationes obscuritatem faciunt: sed eorum lumen extinguere non possunt,quia illis ad malum iusti consentire non acquiescunt.

Imperfectio rerum. Peccatum & status.

Tenebræ quandóque imperfectionem rerum significare possunt; vt tenebræ, quæ erant super faciem abyssi, antequam res perficerentur, *Gen.1.a.Ioan.1.b.*

Tenebræ etiam, significant *o* statum peccati, vel ipsum peccatum lumine gratiæ priuans animam, *Genes.1.a. 2.Reg.22.c.Iudith.9.b.Tob.5.b. Iob.5.c.15.d.20.d.28.a.Psalm.87.Prou.2.c.4.d.Isa.5.e.29.e.42.b.50.b.Mich.7.b.Matth. 6.c.Luc.16.e.Ioan.1.b.3.c.Rom.13.d. 1.Corinth.4.a.2.Cor.6.c.Ephes.5.c.1. Thess.5.a.Actor.26.d.* Et obscura lepra, est peccatum obscurans mentem. Et subobscura cicatrix, est peccatum, de quo habetur suspicio, nec adhuc plenè cognoscitur, *Leuit.13.g.* Tenebrosa ostia *p* dicuntur latentia mentis mala,quæ & haberi intrinsecus possunt, & tamen videri ab altero non possunt, *Iob.38.b.* Tenebræ quoque,in quibus non cognoscuntur mirabilia Dei,sunt ipsa infidelitas, *Psalm.87.*

Ignorantia. Cæcitas.

Obtenebrescit Sol, hoc est, *q* Christus peccantibus, *Eccl.12.a.*

Obscuratio Solis in fine mundi erit,*r* quum Lucifer mittetur in tenebras exteriores,*Matth.24.c.*

Tenebræ præterea,significant *s* ignorantiam & cæcitatem,*Gen.1.a.Deut, 28.c.Ios.2.b.Iud. 18.e.2.Reg.22.c.Iob.7. a.12.a.15.d.19.b.34.c.37.d.28.a.Psal.34.81.103.111.Prou.7.b.20.c.Eccl.2.b.5.d.Sapi.17.a.Isa.5.e.42.a.c.49.c. 50.d. 58.c.59.b.60.a.Ier.23.c.Mich.3.c. Luc.11.e.Ioan.3.c.6,8.b.12.f. Matth.6.c. Rom.2.c. Ephes.4.e.1.Ioan.2.b.* Obscurum etiam dicitur ipsa iniquitas cum ignorantia, *Psal.10.36.143.* Subobscurus autem albor,est ignorantia legalium. Tenebræ autem dicuntur ignorantia,quia per eam in peccata incidimus,circa veritatem hallucinantes.*Thre.2.a. 3.a.Dan.2.c.Amos.5.b.* Et tenebræ Ægypti sunt *t* cæcitas & ignorantia, *Exod.10.f.*

Dæmones. Peccatores. Gentiles.

Tenebræ etiam, significant *u* dæmones & peccatores, & corda peccatorum, in quibus quiescunt dæmones,& gentiles, & infideles, & demum mundum, & mundanos, quorum princeps est diabolus, *Genes.1.a.1.Reg.2.b.Iob. 26.c.28.a.Ioan.1.b.Ephes.4.b.6.b.* Hi sunt caligo sub pedibus Dei, *x* quia ab ipso puniuntur, *Psalm.17.* In tenebris pretiosi lapides nullam speciem, nullum præferunt fulgorem, non sua, sed caligantium oculorum culpa. Et veluti, *y* qui per obscuram noctem iter faciunt, vt nihil metuendum sit,metu tamen concutiuntur:sic qui scelus aliquod admittunt: etsi nemo id videat,nihilo tamen melius sibi fidunt,sed omnia formidant,omnia suspicantur.

Infideles. Mundus & mundani.

Pœnitentia.

Obscurant tenebræ diem delectationis, *z* quando delectationem inflicta pœnitentiæ lamenta transuerberant, *Iob.3.b.* Vel quum flendum nostræ delectationis gaudium, ab illo iustæ animaduersionis radio,inscrutabilia Dei iudicia misericorditer occultant.

Deletio peccati per mortem Christi.

Obscurat vmbra mortis peccati delectationem, *aa* quum per mortem Christi,& mors vmbra mortis in nobis deletur, *Iob.3.c.* Obscurant etiam tenebræ & vmbra mortis diabolum, aut Antichristum, quum sic erroris sui cæcitate obruuntur, vt nequaquam vlterius ad pœnitentiæ lucem, per diuini respectus memoriam resurgant.Sic dicitur obscurari tenebrescens oculus dexter mali pastoris, *Zach.11.d.* Et regnum bestiæ, hoc est, diaboli, vel Antichristi dicitur tenebrosum, quia mali plagis obcæcantur. *Apoc.15.c.*

Obtenebratio diaboli.

Obscuratio per leuia peccata, & per res temporales.

Obtenebrantur stellæ caligine noctis peccati, *bb* quum sancti in hac misera vita semper obscurantur aliquibus leuibus peccatis, *Iob.3.c.* Vel quum cupiant vacare claræ Dei contemplationi, semper hic obscurantur, quousque veniant ad claram visionem Dei, sicut est.

Excæcatio pharisæorum & sacerdotum.

Obtenebrari etiam stellas, *cc* est sacerdotes & pharisæos excæcari:& eos,qui ante humanos oculos quasi bonis operibus splendent, malitia antiqui hostis obscurari: vel quum eorum vita aperto errore confunditur, vt tales foris appareant, quales apud semetipsos intus diuino iudicio non formidant.

Mors.

Obscura Luna dicitur, *dd* vel quando non apparet ob coniunctionem ad Solem:vel quando nubes interponuntur,vel quando patitur eclipsim.Primum refertur ad nouitatem Ecclesiæ,quando nondum terris maior effulserat, nec gentilium tenebras superstitionum vicerat. Secundum, ad linguas blasphemorum, qui Christianorum nomen infamant, & quasi nebulis Ecclesiæ faciem obscurant. Tertium ad martyrium cædes, cum tanta sanguinis effusione, tanquam defectu & obscuratione cruenta facies Ecclesiæ apparet, & à nomine Christiano deterrentur infirmi. *Psalm.10.*

Tenebræ non comprehendentes lucem, *Ioan.1.a.* designant *ee* mortem, quæ non comprehendit Christum, licèt non eam tetigerit.

a Ori.s.Exod. ho. 4. Gre.4.m. 19. Clem.Alex.5 strom. Gre,Nysse. de vita Mosis.
b Glo.inter.s. Deu.33. Au.s.ps. 142. Ori.s.Ier.h. 9.
c Glo.ord.sup, Iob.17.
d Gre.13.mo. 11.18.
e Hie.ad Da. masum qu.3, & s.Iob.15. Bed.s.Ge. 27.
f Rup.5.s.Ap.
g h Gre.s. 1. Regum. 2. & 28.mor.17.& 28.mor.15. Hie.s. Iob. 3. & s.Amos 8.
i Ori.s. Matt, ho.35. Hil.s.psa.54. Ar.s.ps. 103.
k Aug.de esse diui. Euc.for.spi.1. Exercitatorium a.38.
l Gr.13.m.20 & 8.m.10. Hie.s.Iob. 22.
m Aug.s.psa. 138.& s.Ap. h.7. Euc. for. spi.8.
n Gr.14.m.3.
o Ori.s. Rom. 13. Gr.15.m.12. Hie.s.Iob.22. Aug.s.ps. 87.
p Gr.29.mor. 8.9.
q Hie.s.Ec.12.
r Ori.s. Matt. ho.30. Ter.adu. Iud.
s Hie. s. Iob. 22.& s.Dan. 2. Or.s.ps.36.h. 3. Gr.14.m.18. Bed.s.Gen. 1. & s.Exo. 10.
t Cle.Alex.1. pad.6.& 5.str. Gre.Nysse. de vita Mosis.
u Ori.s.Num. ho.27. Gr.s.1.Reg.2.
x Au.s.ps.17. 34.& s.Ioan. tracta.1.
y Chry.s.Ioan. ho.4. Ru.1.s.Ge.13.
z Gr.4.m.19.
aa Gre.4. mo. 9.20. Aug. s. Apoc. ho.12.
bb Gre.4.mo. 24.25.
cc Ori.s.Iob.3 Gre.4.mo.15.
dd Aug.s.psa. 10.
ee Chry. s. Ioan.ho.4.

Digitized by Google

Fusca dicitur sponsa *a* comparata sponso, quantumuis perfecta sit, & aliis præluceat, *Cant.* 1. Vel *b* beata Virgo erat fusca quum inuenta est in vtero habens, antequam sciretur mysterium.

Tenebræ aliquando significant *c* pœnas inferni: vt tenebræ Ægypti, *Exod.*10.*c. Isa.*45.*a.* Et dicitur tenebræ exteriores, quasi extra promissa cœlestium mandatorum existentes, *Matth.*8.*b.*22.*b.*25.*c. Iob.*4.*b.* Vel designant *d* limbum, vbi strauerunt Sancti sibi lectum ante aduentum Christi, *Iob.*17.*d. Sapi.*18.*a. Eccles.*11.*b. Isa.*45.*b.*49.*c. Ezech.*32.*c. Mich.*3.*c. Nah.*1.*b. Soph.*1.*d. Apoc.*16.*b.* Caligo etiam significat infernum, aut obscuritatem peccati in his ferè locis, *Iob.*3.*a.*10.*d.*23.*d. Prou.*7.*b. Isa.*5.*g.*8.*d.*9.*a.*29.*f.*59.*b.*60.*a. Iere.*13.*c. Thren.*2.*a.*2. *Mach.*3.*e. Actor.*13.*b.* 2. *Petr.*2.*d. Iudæ.b.d.*

Caliginosi montes, *e* dicuntur dæmones, *Isa.*5.*c.*13.*a.*59.*b.* Ipsi etiam intelligi possunt per tenebras, *Genes.*1.*a.* Et tenebrosus turbo dici potest diabolus, *Iob.*3.*a.* Et dæmones sunt ostia tenebrosa. *Iob.*38.*a.*

Caliginosi etiam montes, dici possunt *f* sacramenta abscondita Ecclesiæ, *Isa.*13.*a.*

Caliginosus locus, aliquando dici potest *g* mundus. 2. *Pet.*1.*d. Luc.*22.*f.*

Tenebræ & caligo, aliquando significare potest *h* falsum, & fallaces rationes hæreticorum, *Genes.*1.*a. Prou.*7.*b.* 20.*a.* Et caligo, quam obseruat oculus adulteri. *Iob.*24.*c.* est obscuritas verborum, qua vtuntur hæretici ad decipiendos simplices. In tenebris quoque sunt *i* opera hæreticorum, aut scribarum, aut phariſæorum, quum putant ea non videri à Deo, *Isa.*29.*e. Ezech.*8.*e.* Et in obscuro sagittant hæretici, *Psalm.*10. quia *k* fraudulenter inducunt errores. Et quia quum viderint in Ecclesia imperitos, ac simplices, laqueis dolosis, & occultis eos irretire conantur. Tenebrosum regnum bestiæ *l* est in hæreticis pertinaciter suos errores defendentibus. *Apoc.*16.*b.*

Tenebræ aliquando dicunt *m* redargutionem ipsius cæcitatis, & cognitionem tenebrarum, & confusionem, qua quis erubescit peccatum. Et tenebrosus turbo, *n* est impetus amaritudinis pœnitentiæ. *Exod.*10.*e. Iob.*3.*a. Eccles.*12.*a. Isa.*47.*a. Ierem.*13.*c. Amos.*8.*e.*

Tenebræ aliquando significare possunt *o* iram Dei, aut punitionem: vt sol conuerteretur in tenebras. *Ioel.*2.*g.* Et contenebrescit, quum venit dies mortis, aut iudicij, *Ierem.*13.*c.* Et obtenebrati cœli in iudicio, terrorem iudicis indicant, sicut obscuratio solis & lunæ. *Ioel.*3.*c.*

Tenebræ, in quibus erat spes, designant *p* Gentilitatem, in qua erat spes credendi, *Eccles.*9.

Tenebrosus dies Iob, designare potest Iudam, qui factus est tenebrosus, quum factus est proditor, *Iob.*3.*a.*

Tenebræ conculcantes *q* dicuntur fuisse tempore mortis Christi, quum etiam Petrus eum negauit. Vbi etiam non est spes resurrectionis, tenebræ conculcantes sunt, quæ tamen non obscurabuntur in Christo, *Psal.*138.

Tenebræ etiam, interdum dicunt *r* stupiditatem mentis ex contemplatione alicuius magni mali prouenientem, *Isa.*21.*b.*

Negotium perambulans in tenebris, *s* dici potest concupiscentia occulta, *Psal.*90.

Obscuratæ portæ Hierusalem, *t* sunt obscurati sensus, ob defectum scientiæ Dei, *Ierem.*14.*a.* Ipsi etiam sensus *u* dicuntur ostia tenebrosa, *Iob.*38.*b.*

Tenebræ aliquando dicitur *x* intentio mala, vt cùm lumen est tenebræ: tenebræ verò maiores sunt ipsum opus, cuius exitum ignoramus, *Matth.*6.*c.* Si lumen quod in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Significatur etiam dubium, *Luc.*11.*e. Ephes.*4.*d.*

Obscuratur aurum, *y* quum terrenis actibus sanctitatis vita polluitur, *Thren.*4.*a.* Obscuratum est etiam aurum in Iudæa, quando antiquus ille fidei & innocentiæ splendor, irruente perfidia, malitiæ se nocte fuscauit: Sic etiam obscuratur aurum, quum subsequentibus iniquitatum tenebris iustitiæ pulchritudo deseritur.

Obscurantur tenebræ, *z* quum quis non confitetur peccatum suum, sed potius defendit. Sic non obscurantur à Deo, sed potius illuminantur, *Psalm.*138.

Obtenebrescit lux in tabernaculo impij. *Iob.*18.*b.* quum *aa* in eius conscientia, quàm malè inhabitat gaudium, quod de temporalibus rebus fuerat, deficit.

Tenebræ aliquando significare possunt *bb* tempus huius vitæ, Iob.29.*a.* quando splendebat lucerna eius super caput meum & ad lumen eius ambulabam in tenebris, *Psalm.*17. *Prou.*2.*c. Ioan.*1.*a.*

Tenebræ aliquando significant *cc* corpus ipsum cum vitiis, quod diuiditur ab anima, sicut tenebræ à luce, *Genes.*1.*a.*

Tenebræ *dd* timorem indicare videntur, *Matth.*10.*c.* Quod dico vobis in tenebris, prædicare in luce. *Luc.*12.*a.* Hoc est, quod dico vobis, dum adhuc in timore estis, dicere in lumine, id est, in fiducia veritatis, accepto Spiritu sancto.

Calix, Poculum, Crater, Cyathus, Phiala, Scyphus.

Calix, est vas deseruiens ad bibendum, ad quod etiam deseruiunt cætera in titulo posita, licèt in aliquo differant.

Calix Pharaonis, quem habebat princeps pincernarum in manu, passionem Christi designat. *Gen.*40.*c. Matth.* 20.*c.* Et calix in manu Domini, *ee* est calix sanguinis Christi, quem ipse nobis dispensat. *Psal.*74.1. *Co.*10.*d.*11.*f.*

Calix etiam designat *ff* martyrium præparatum, & etiam labores huius vitæ, & carnis mortificationem. *Psa.*22. 115. *Matth.*20.*c.*26.*c. Mar.*10.*f.*14.*c. Luc.*22.*b.c. Ioan.*18.*b.*1. *Cor.*10.*d.*11.*f.*

Calix in manu Domini, *gg* vetus Testamentum significare potest, mysteriis plenum, *Psalm.*74. Vel cùm sit mistus, dicit misericordiam & iudicium.

Calix inebrians, *hh* designat doctrinam & sapientiam, quæ per charitatem actu exhibetur. *Psal.*22. Et poculum ex vino conditum est, quum nouum Testamentum veteris Legis, quæ aspera est, testimoniis roboratur, *Cant.*8.*a.* Phiala quoque, quia est lata, *ii* vberiorem doctrinam, magnosque doctores, & eloquentes significare potest: & etiam mensuram prædicationis iuxta cuiusque capacitatem, *Exod.*25.*c.*37.*c. Num.*7.*c. Iud.*5.*d.*4. *Reg.*25.*c.*1. *Paral.* 28.*v.*2. *Par.*4.*c.*24.*d. Eccl.*2.*b. Ierem.*52.*d. Zach.*14.*d.*1. *Mach.*1.*b.* In phialis offeruntur aromata in altari Dei, *Apo.*5.*c.*

Calix Christi, est *kk* consolationis & amoris, *Thren.*4.*d. Psalm.*15. *Cant.*8.*a.* Per calicem accipit vnusquisque iuxta mensuram, sed Christus plus quàm membra sua: vt ait Paulus, primogenitus in multis fratribus. Potest etiam dicere beatitudinem, vt calix salutaris, *Psalm.*115.

Crater sapientiæ, *ll* est communis & vniuersalis bonorum participatio, *Prou.*9.*a.*

Crater tornatilis dicitur *mm* vmbilicus beatæ virginis Mariæ, propter ornatum virtutum: & quia in ea requieuit sapientia, *Cant.*7.*a.* propter excellentiam castitatis mentis & corporis.

Crater, quia est poculum latum & capax, significare potest *nn* ipsum Christum: & Apostolos & doctores, *Isa.*22.*g.* Et crater tornatilis, *oo* in spirituali doctrina abundantes, *Cant.*7.*a. Exod.*24.*b.* Et scyphi in candelabro, designare possunt ora prædicatorum, vel etiam ipsos auditores. Scyphi autem quatuor in hastili candelabri, designant quatuor Euangelia, *Exod.*25.*d.*37.*c.* Cyathus autem, qui est paruus calix, disignare potest angustiã prædicationis scientiam, aut doctores pauca docere valentes, *Exod.*25.*c.*37.*c. Leu.*2.*d. Nu.*14.*a.* Phialæ sunt etiam *pp* eloquentiam in prædicatione habentes. *Zach.*9.*d.* Item cor latum in Deum, *Apo.*5.*b.*15.*a.*

Scyphus argenteus, in quo diuinabat Ioseph, *qq* significare potest Paulum eloquentem, qui est vas electionis. Vel *rr* diuinorum mysteriorum doctrinam in Paulo prædicante, in quo prius latebat: sed quum apertus est saccus, & conciderunt squamæ ab oculis eius, apparuit, *Genes.*44.*a.*

Phialæ, quibus libabatur Deo, significare possunt *ss* eos, qui sacrificia illi accepta & grata de seipsis offerunt, *Zach.*9.*d. Apoc.*5.*c.*

Scyphus aquæ Saulis, quem accepit Dauid, 1. *Reg.*26.*b.* designat gratiam legis, à Iudæis ablatam.

Crateres in quos funditur sanguis, significare possunt *tt* sensus, qui reguntur sapiẽtia morali, quæ vim habet à passione Christi. *Exod.*24.*b. Num.*4.*a.*1. *Esdr.*8.*c. Isa.*22.*g.*

Calix interdum est *uu* corpus fragile: vt calix vitreus, qui facile frangitur, *Matt.*23.*c. Mar.*7.*a. Luc.*11.*c. Ioa.*18.*b.*

Calix aquæ frigidæ, designat *xx* minimum obsequium, discipulis Christi præstitum. *Matth.*10.*d. Marc.*9.*f.*

Qui

Pœna inferni.
Limbus.
Dæmones.
Sacramenta abscondita.
Mundus.
Falsum.
Fallaces rationes hæreticorum.
Redargutio cæcitatis.
Ira Dei.
Terror iudicij.
Gentilitas.
Iudas.
Stupiditas mentis.
Concupiscentia occulta.
Obscuritas sensus.
Intentio mala.
Dubium.
Deficiens sanctitas & fides.
Abscondere peccatum.
Deficiens temporale gaudium.
Vita præsens.
Corpus.
Timor.
Passio Christi.
Sanguis Christi.
Martyrium.
Labores & tribulationes.
Vetus testamentum.
Misericordia & iudicium.
Sapientia & doctrina noui Testamenti.
Consolatio Christi.
Beatitudo.
Participatio bonorum.
Virgo Maria.
Christus.
Apostoli.
Doctores.
Euangelia.
Cor.
Paulus.
Offerentes se Deo.
Gratia legis.
Sensus.
Corpus fragile.

a *Gre. s. can.* 1.
b *Rup. s. can.* 1.
c *Basi. quod Deus non est autor malorũ. Ori. s. Matth. ho.* 20. 33. *Amb. s. Lu.* 14.
d *Gre.* 13. *mo.* 21. *Aug. epi.* 120.
e *Hie. s. Isa.* 5. & *s. Iob.* 18.
f *Hie. s. Is.* 13.
g *Glo. ord. s.* 2. *Pet.* 3.
h *Gr.* 16. *mor.* 28.
i *Hie. s. Is.* 29. *Euc. for. spi.* 8.
k *Arn.* & *Hi. spsa.* 10.
l *Ru.* 9. *s. Apo.*
m *Ori. s. Exo. ho.* 4.
n *Gr.* 4. *m.* 17. 21. 22.
o *Hie. ser. Ier.* 13.
p *Aug. q. vet. test.* 39.
q *Ar. s. ps.* 138
r *Lyr. s. Is.* 21.
s *Arn. s. ps.* 90
t u *Hie. s. Ier.* 14. & *s. Iob.* 38.
x *Aug.* 2. *ser. Domini in monte.*
y *Gre.* 18. *mo.* 20. & 34. *mo* 7. & 2. *Pastora.* 7.
z *Aug. s. psal.* 138.
aa *Gre.* 14. *mo ral.* 3.
bb *Greg.* 19. *mo.* 9.
cc *Bed. s. Ge.* 1.
dd *Glo. ord. s. Matt.* 10.
ee *Ar.* 3. *s. ps.* 74.
ff *Ori. s. Matt. hom.* 12. & *s. Rom.* 3. *Arn.* & *Basi. s. psa.* 115. *Hie. epist. vt absent.*
gg *Aug. s. psa.* 74. *Euc. q. in psa.*
hh *Ori. s. cant. ho.* 3. & *s. Ier. ho.* 9. *Hie. s. ps.* 22.
ii *Gre. s.* 1. *Re.* 1. & *s.* 8. *cant.* & 20. *mor.* 2. *Hie. s. Zac.* 14 *Rup.* 1. *s. Nu.* 18. *Ori. s. Ier. h.* 9 1 *Amb. s. ps.* 118. *ser.* 21.
kk *Hie. s. psal.* 15. *Dionys. epi.* 9.
ll *Basi. hom. in princ. Prouer.*
mm *Amb. de instit. vir.* 14. *Rup. s. can.* 6.
nn *Hie. s. Isa.* 22. & *s. Eccl.* 2.
oo *Amb. epist* 62.

Gr. s. cant. 7. & 20. *mor.* 2. & *ho.* 6. pp *Rup. s. Zach.* 9. & 4. *s. Apo. Aretas. s. Apoc.* 5. qq *Amb. de Ioseph.* 11. rr *Bed. s. Gen.* 44. ss *Hie. s. Zach.* 9. tt *Amb. epi.* 2. uu *Am. s. Luc.* 11. xx *Hil. s. Mat. Cant.* 10.

Digitized by Google

Minimumnobſequium.
Caſtigatio Dei.
Pœnæ malorũ Scripturæ prophanæ.
Hæreſes.
Hypocriſis.
Nitor gloriæ temporalis.
Voluptates.
Rationes hæreticorum.
Calix dæmoniorum.
Perſequutiones illuſtrium virorum.
Libido.

Chriſtus.

Factor peccatorum.
Simplex.

Pœnitentia.
Mens ſine oratione.

Detectio peccatorum.
Ablatio eloquentiæ ſecularis.
Macula prædicatorum.
Renouatio Iſraël.

Iudæi.

Dæmones.

Hæretici cum ſuis dogmatibus.
Scandalizantes.

Chriſtus.

Prædicatores.

Portantesonera proximorum.

Bonæ diſtenſationesrerum terrenarum.

Pœnitentia.

Iudæi.

Qui partim ſunt boni, partim mali, duplici calice potantur: *a* vnde illis conuenit: Inclinauit ex hoc, in hoc. *Pſalm.* 22.

Calix furoris Domini, *b* diuinam caſtigationem ſignificat: qui calix bibendus eſt peccatoribus, ad conſequendam ſanitatem, *Iere.* 25. *b.* 48. *d.* 49. *c. Thre.* 4. *d. Iſa.* 51. *c. Ezech.* 23. *c. Hab.* 12. *Apoc.* 5. *d.* 16. *a.* Eſt etiam calix pœna malorum, *Pſal.* 10. Dicitur autem calix, ne quid præter modum atque menſurã, vel in ipſis peccatorum ſuppliciis, per diuinam prouidentiam fieri arbitremur.

Calix aureus Babylonis, *c* ſcripturas deſignare poteſt poëtarum, & aliorum gentilium ac prophanorum, eloquentia & ſententiis fulgentes, ſed idololatriæ & aliorum errorum venena continentes, *Ierem.* 51. *a.* Deſignat etiam ſcripturas hæreticorum & hypocriſim, & nitorem gloriæ temporalis: & etiam voluptates ſeculi, *Ier.* 35. *a. Iud.* 9. *c. Eſter.* 1. *b. Cant.* 7. *a.* Eadem deſignat *d* poculum aureum meretricis. *Apoc.* 17. *b.* Phialæ quoque ſunt fallaces rationes hæreticorum, quibus ſuppeditant ſimplicibus vinum erroris, *Amos.* 6. *b. Apoc.* 17. *a.*

Calix pauperis, de quo bibebat ouis, ſignificare poteſt *e* calicem dæmoniorum, 2. *Reg.* 12. *a.*

Phiala, quæ effunditur in Solem. *Apoc.* 16. *b.* deſignat *f* perſecutionis ſupplicium, viris ſplendore ſapientiæ illuſtribus irrogatum.

Pocula interdum deſignant *g* libidinem: & non indigere poculis, eſt non vri vel ſitire per appetitum libidinis, *Cant.* 7. *a.*

Callidus, quare Aſtutus.
Callis, vide Via.
Caluaria, Caluus, Caluitium, Recaluaſter, Decaluare.

CALVARIA eſt ea pars capitis, quæ inter frontem & occiput ſupereminet, quæ ſolet capillis defluentibus glabra apparere. Caluus autem eſt, cui in ea parte capilli defluunt.

Caluus dictus Eliſæus irriſus à pueris, 4. *Reg.* 2. *d.* deſignauit *h* Chriſtum à Iudæis irridendum, & in caluariæ loco crucifigendum.

Caluariæ locus, deſignat *i* fœtorem peccatorum noſtrorum, pro quibus crucifixus eſt Chriſtus, *Matth.* 27. *d. Marc.* 15. *b. Luc.* 23. *e. Ioan.* 19. *c.*

Caluus aut recaluaſter, cuius capilli defluunt, deſignat *k* hominem ſine fraude, paucas habentem cogitationes, *Leuit.* 13. *f.* 4. *Reg.* 2.

Caluitium facere ſuper mortuum nõ debent Nazarei, hoc eſt, ſancti *l* qui non habent mortis opera. *Deu.* 14. *a.*

Caluitium ponitur pro dedecore in fœminis, quibus comæ ſunt in ornatum: Vnde dominus punit eas, dans pro criſpanti crine caluitium. Et hac ratione ſumitur pro *m* pœnitentia, aut ſigno doloris. Dat etiam Deus pro criſpanti crine caluitium, hoc eſt, pro continuis, longis, & aſcendentibus orationibus, quæ per crines ſignificantur, mentem vndique abſtruſam, & ad tacentum ab orationibus firmatam, *Iſa.* 3. *d.* 15. *a.* 22. *d. Ierem.* 16. *b.* 47. *c.* 48. *f. Ezech.* 7. *c.* 27. *g.* 29. *d. Amos.* 8. *c. Mich.* 1. *d. Nee.* 13. *d.*

Decaluat dominus verticem filiarum Sion, *n* quum in publicum iudicium adducit peccata, *Iſa.* 3. *d. Am.* 8. *c.*

Caluitium Moab, deſignat *o* ablationem eloquentiæ à ſcientia ſeculari, & erronea, vt nudi appareant errores, & deformes, *Iſa.* 15. *a.*

Decaluatum omne caput exercitus Babylonis dicitur, *p* propter labores geſtantium cophinos terræ & lapides, ad obſidionem Tyri. *Ezech.* 20. *d.*

Decaluans Anon pueros Dauid, 1. *Paral.* 28. *a.* Eſt *q* diabolus aliquorum prædicatorum ſermonem vel conuerſationem corrumpendo maculans.

Decaluari ſicut aquila dicitur Iſraël *Mich.* 1. *d.* quia *r* ſicut aquila amiſſis veteribus plumis, nouas recuperans renouatur: ita abiecto veteri Iſraël, ſurrexit nouus in Eccleſia.

Calumnia, Calumniari.

CALVMNIA, eſt falſa accuſatio: & calumniari, eſt falsò aliquem opprimere. Vix habent allegoriam: ſed fit mentio de calumnia, in his ferè locis, *Leu.* 6. *a.* 19. *c. Deut.* 28. *c. Iob.* 10. *a. Pſalm.* 118. *Prou.* 14. *d.* 22. *c.* 28. *c. Eccleſ.* 4. *a.* 5. *b.* 7. *b.* 16. *a. Iſa.* 33. *c.* 54. *d.* 59. *c. Ierem.* 6. *a.* 50. *e. Ezech.* 22. *c. g.* 18. *d. Hoſ.* 5. *c. Mich.* 2. *a. Mal.* 3. *b. Zach.* 7. *c. Luc.* 3. *b.* 6. *d.* 1. *Pet.* 3. *c.*

Calumniator dicitur *s* Iudaicus populus contra Chriſtum: contra quem loquuti ſunt calumniam, quum eum falsò accuſauerunt. 1. *Paral.* 16. *b. Pſalm.* 71. *Iſa.* 59. *c.*

Calumniatores etiam ſunt *t* dæmones, & contra Chriſtum, & contra bonos & ſanctos, *Pſalm.* 71. 118. *Iere.* 21. *d.* 22. *Iſa.* 12. *b.*

Calumniatores etiam ſunt *u* hæretici: & calumniæ ſunt falſa eorum dogmata, & argutiæ, quibus opprimunt ſimplices, *Iſa.* 30. *c. Ezech.* 22. *g. Hoſ.* 12. *b. Amos.* 3. *c.* 4. *a.*

Calumniatores dici poſſunt *x* non ſolùm, qui exteriora bona rapiunt, ſed etiam, qui malis ſuis moribus & vitæ reprobæ exemplo interna noſtra diſſipare contendunt, *Iob.* 35. *c.*

Calumnia dictus eſt puteus, quem foderant ſerui Iſaac, propter rixam inde ortam, *Geneſ.* 26. *d.*

Calumnia, quam timebant fratres Ioſeph, *Geneſ.* 43. *d.*

Calx.

CALX, fit ex lapidibus coctis: & mixta cum arena, eſt cæmentum ad colligandos lapides: ſeruit etiam ad eos, ſeu parietes læuigandos. Et calx viua dicitur, quæ, ſuperiniecta aqua, feruet & fumat.

Calx, qua leuigati ſunt lapides ad ſcribendam Legem, *Deut.* 27. *a.*

Camera.

CAMERA, eſt arcus, ædificium ſuſtinens, tectúmque deuexum & incuruum, quod fornix, & teſtudo dicitur. 3. *Reg.* 7. *a.* 4. *Reg.* 10. *c.* vide Laqueare.

Caminus, vide Clibanus.
Camelus, Dromedarius.

CAMELVS, eſt animal ferendis oneribus ſeruiens, obedit verberibus, metu coercetur: ieiunij patiens eſt, & oneri ſuo quadam diſciplinæ ratione ſuccumbit, habet gibbum in dorſo, eſtque animal immundum, ruminans quidem, ſed non diuidens vngulam, & præ ſe fert quandam oris & totius corporis fœditatem: dicitúrque ſeruare iram, donec vindicari poſſit. Dromedarij ſunt de genere camelorum, apti ad curſum, vnde nomen acceperunt.

Camelus ferens onus, ſignificare poteſt *y* Chriſtum, qui ſupra ſe tulit onus peccatorum noſtrorum: & vt camelus ad ſuſcipienda onera ſponte ſe humiliat, ita Chriſtus humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem crucis, *Geneſ.* 24. *c.* Hunc camelum *z* Iudæi deglutierunt, *Matth.* 19. *c.* 23. *c.*

Camelus etiam ſignificat *aa* prædicatores, patientes & ſuſtinentes onera prædicationis, *Geneſ.* 24. *c. Tob.* 9. *b. Ezech.* 25. *a. Iob.* 1. *a.* Camelos enim poſſidemus vt Iob, ſi, quod altum ſapimus, humiliter deponamus: & quum cogitationes noſtras ad infirmitatis fraternæ compaſſionem flectimus, vt viciſſim onera noſtra portantes, alienæ infirmitati compati condeſcendendo nouerimus. Poſſunt etiam per camelos, qui vngulam nequaquam findunt, ſed tamen ruminant, terrenarum rerum bonæ diſpenſationes intelligi: quæ quia habent aliquid ſeculi, & aliquid Dei, per commune eas neceſſe eſt animal deſignari. Neque enim terrena diſpenſatio, quamuis æternæ vtilitati ſeruiat, ſine perturbatione mentis valet exhiberi. Quia igitur per hanc, & ad præſens mens confunditur, & in perpetuum merces paratur, quaſi commune animal, & aliquid de lege habet, & aliquid non habet, vngulam non findit, quia non ſe penitus ab omni terreno opere diſiungit: ſed tamen ruminat, quia bene diſpenſando temporalia, per certitudinis fiduciam cæleſtia ſperat. Terrenæ igitur diſpenſationes quaſi camelorum more capite legi concordant, pede diſcrepant. Nos ergo, cùm eaſdem terrenas diſpenſationes cogitationi Trinitatis ſubdimus, quaſi camelos, fide poſſidemus.

Camelus etiam ferens onus, deſignare poteſt *bb* pœnitentiam, & ipſos pœnitentes, *Gen.* 12. *b.* 30. *g.* 31. *c.* Horum pilis veſtiebatur Ioannes Baptiſta. *Matt.* 3. *a. Marc.* 1. *a.*

Camelus, vt eſt animal immundum ruminans, ſed non diuidens vngulam, ſignificat *cc* Iudæos ruminantes

legem,

a *Ori. ſ. Ierem. ho.* 9.
b *Ori. ſ. Matt. ho.* 35. *Aug. ſ. pſa.* 10. *Gre.* 15. *m.* 21. *Ru.* 9. *ſ. Apoc. Arctas. ſ. Ap.* 15.
c *Ori. ſ. Ier. ho.* 29. *Chryſ. ſ. pſal.* 115. *Gre.* 34. *mo.* 7. *Theophi. Alex.* 1. *Paſchalis.*
d *Rup.* 10. *ſ. Apoc.*
e *Amb. Apo. Dan.* 1.
f *Gre.* 34. *m.* 6
g *Rup. ſ. Cã.* 6
h *Au. ſ. pſ.* 83. *Ber. ad militem.* 10.
i *Gloſſ. ord. ſ. Marc.* 15.
k *Iſy. Leu.* 13.
l *Hie. ſ. Ezec.* 7.
m *Hie. ſ. Iſ.* 3. *& ſ. Ezec.* 8.
n *Hie. ſ. Iſa.* 3
o *Hie. ſ. Iſ.* 15.
p *Hie. ſ. Ezec.* 29.
q *Glo. ord. ſu.* 2. *Reg.* 10.
r *Rup. ſ. Mic.* 1.
ſ *Arn. ſ. pſ.* 71. *Hie. ſ. Iſa.* 59.
t *Hil. ſ. pſal.* 118.
u *Hie. ſ. Iſ.* 30. *& ſ. Hoſ.* 12.
x *Gre.* 26. *mo.* 9.
y *Gre.* 2. *mor.* 14. *&* 35. *m.* 17. *Euch. for. ſpi.*
z *Aug.* 1. *q. in Euan.* 35.
aa *Gr.* 1. *m.* 28. *&* 2. *mor.* 35.
bb *Glo. int. ſ. Gen.* 31.
cc *Hie. ſ. Zac.* 14. *Iſy. ſ. Leu.* 11.

Digitized by Google

legem,sed non diuidentes, aut eius intelligentiam non discernentes,& tamen legis onera portantes. *Genes.*24.c *Leuit.*17.a.*Deut.*14.a.*Isa.*21.b.30.b.*Zach.*14.c. Designat etiam Samaritanos & hæreticos,partim recipiētes legem, partim respuentes. Item *a* doctos & prædicatores malè viuentes,non habentes discretionem vitæ præsentis & futuræ: qui sunt fortes, sed tortuosi, *Genes.*31.c.

Samaritani & hæretici.

Prædicatores malè viuentes.

Camelus, vt habet beluinam quandam horriditatem, & oris fœditatem, & absurda vestigia, & obedit verberibus, &c. significare potest *b* Gentiles per cultum idolorum deformes: quos etiam significant Dromedarij Median. Rebecca super camelum, est Ecclesia in Gentibus, *Genes.*24.c.g. 3.*Reg.*10.a.4.*Reg.*8.a. 1.*Paral.*5.c.2.*Paral.*9.a.1. *Esdr.*2.b.*Tob.*11.d.*Iudith.*2.b. *Isa.*60.a.*Iob.*1.a.42.a.

Gentiles.

Camelus etiam ratione significat *c* mundanos,& superbos contra diuinam sapientiam se erigentes,& diuites, & vitam eneruem & criminibus tortuosam degentes: & animas stolidas & peruersas, & qui videntur sibi rectè legere sacras Scripturas,sed vngulam non findunt,quia ruminantes eloquia diuina, ea quæ scripta sunt, negligunt, *Exod.*9.a.*Iud.*6.a.7.c.8.c.c.1.*Reg.*30.e.*Isa.*21.b.30.b.60.a.*Ezech.*25.a. *Zach.*14.c. Vt habet gibbum, significat *d* diuites gibbo suarum diuitiarum tumentes. *Matth.*19.c.*Luc.*18.c.

Mundani.

Superbi.

Diuites.

Camelus præterea significat *e* carnem,& simplices, *Iob.*1.a.d.42.d.*Ierem.*50.f.*Genes.*24.c.

Caro & simplices.

Cameli Amalec interficiendi, designant *f* cogitationem luxuriæ, quæ quasi à ratione incipit,sed per discretionem non finitur. Dum cogitat,quasi intus camelus ruminat: sed dum quod cogitat, per veritatem non disponitur, eius vngula non diuiditur, 1.*Reg.*15.a.

Cogitatio luxuriæ.

Camelus comparatus culici, *g* grauia peccata significat, quæ Pharisæi glutiebant. *Matth.*23.c.

Grauia peccata.

Camelus vt seruat iram, donec vindicari possit, significat *h* homines vindictæ tempus expectantes.

Vterus beatæ Virginis.

Anima.

Campus, Campestris.

CAMPVS dicit planitiem quandam vndequaque latam & extensam, ac sine montibus.

Campus florens sine humano adminiculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, non impinguatus fimo: fuit *i* Virginis aluus, quæ fuit inuiolata & integra: cuius viscera tanquam pascua æterni vitoris florem protulere, cuius pulchritudo non videat corruptionem, cuius gloria in perpetuum non marcescat. *Cantic.*1.a.

Campus etiam, est *k* anima cum simplicitate fidei, & etiam virgines floridæ. Est campestris locus, est locus imperfectorū & simplicium. *Deut.*1.a.4.g.*Ios.*5.c.13.c.1.*Reg.*17.d.3.*Reg.*7.g.10.d.26.d.1.*Par.*27.d.*Psal.*95.*Isa.*63.c. *Luc.*6.e. Et campi syluæ, *l* significant pectus hominis, vbi pascuntur virtutes. *Psalm.*131.

Campi syluæ,vbi inuentus est Dominus,dici possunt,vbi pastoribus annunciatus est. Designant etiam *m* Gentilitatem,in qua inuentus est Christus,quando Gentiles amplexati sunt fidem. *Psal.*8.77.131.4.*Reg.*25.c.*Iere.*39.b. *Abdi.*g. In medio horum camporum aperuit Deus fontem doctrinæ,& donorum Spiritus sancti, *Isa.*41.e. In hunc campum *n* egreditur Ezechiel, id est,prædicator. *Ezech.*3.f. Campestria etiam,quæ fiunt in caulas gregum, designant Gentilitatē, quæ mutata est in Ecclesiam. *Isa.*65.b. Campestria Pharan, Gentilitatem significare possunt *Genes.*14.a. In eisdem locis designatur ipsa Ecclesia ex gentibus, *Cant.*2.a.b.3.b.

Locus pastorum.

Gentilitas.

Campi etiam, *o* sunt humiles & humilia sapientes: quorum flos est Christus, *Cant.*2.a. Et populi iusti propter æqualitatem. Hi campi replentur vbertate, cùm campi legis nullum incunditatis fructum in litera protulerint, *Deut.*8.b.*Ios.*11.a.*Psal.*64.95.*Ierem.*21.d.48.b.*Abdi.*g.

Ecclesia ex gentibus.

Humiles & iusti.

Campus præterea,vt est planities,quæ colitur,designat *p* populum Iudæorum,qui colebatur in Lege. *Cant.*2.a. *Psalm.*84.*Isa.*65.b.

Populus Iudæorum.

Campus quoque dicitur *q* sacra Scriptura, *Genes.*24.g.*Iudith.*8.a.*Eccles.*24.b.*Isa.*41.e. Et campestria,significant planam historiæ intelligentiam, *Ierem.*17.d.

Sacra scriptura.

Campus, in quem egressus est Isaac, *r* latitudinem contemplationis designat, *Genes.*24.g.*Psal.*64.*Ezech.*3.f. Et cerui camporum, *s* sunt in latitudine contemplationis salientes, *Cant.*2.b.

Contemplatio.

Campi descendentes, *t* sunt actiui & ad actiones terrenas venientes, vel subiicientes se prælatis, *Psalm.*103. *Dan.*14.f.

Actiui.

Campestria Moab,vbi est vltima mansio filiorum Israël in deserto, *Num.*22.a.26.a.31.b.33.b. designant *u* accessum humilem ad Euangelium, relicta veteri lege.

Accessus ad Euangelium.

Campus Taneos *x* designat planiciem mandati humilis, vbi Deus facit mirabilia, *Psalm.*77.

Mandatum humile.

Campus in terra Sennar, quod interpretatur fœtor, designat errores hæreticorum,in quibus ædificatur turris superbiæ, *Genes.*11.a.*Dan.*3.*Zach.*12.d. Et campus idoli, vel On, designat *y* conciliabula hæreticorum,vbi magno labore & dolore quærendi, ordinem aliquem & consequentiam hæreseos suæ reperire conari sunt, *Amos.*1.d.

Errores & cōciliabula hæreticorum.

Campus etiam in terra Sennar, designat *z* viam latam huius mundi, & ipsum mundum, *Genes.*11.a.*Cant.*2.a. 2.*Reg.*18.b.2.*Paral.*35.b.*Iudit.*1.c.1.*Mach.*4.a.10.f. In hoc campo constituit Nabuchodonosor statuam, *Dan.*3.a. Et campi pleni ossibus, designant hunc mundum, *Ezech.*37.a.

Via lata.

Mundus.

Campus in mari rubro, *Sap.*19.b.*Isa.*63.c. ad *aa* baptismum refertur,sicut & ipsum mare, est autem campus, propter facilem & promptam salutem in eo paratam.

Baptismus.

Camus, vide Frenum.

Cana.

CAna,id est zelus,vel æmulatio,siue possessio: vel adepta ciuitas Galilææ,vbi factæ sunt nuptiæ,*bb* in quibus Christus conuertit aquam in vinum. *Ioan.*2.a. designat *cc* Ecclesiam, quam magno zelo aduersus diabolum corruptorem, sibi coniunxit Christus.

Ecclesia.

Canalis.

CANALIS, est velut aquæ ductus apertus, per quem transit aqua in alium locum: aut etiam vt ibi detineatur ad aliquod ministerium.

Canales significare possunt *dd* vulnera Christi,per quæ descendit ad nos remissio. Et etiam supernum influxum,per quem fluunt omnia charismata,à fonte omnium bonorum. *Cant.*7.c.

Vulnera Christi.

Baptismus.

Carnales etiam in quos effunditur aqua, vt cameli bibant, designare possunt *ee* baptismum, in quo ponuntur virgæ per inuocationem Trinitatis. *Gen.*24.c.30.f.

Sacra scriptura.

Canales etiam designant *ff* sacram Scripturam, & fusiorem explicationem sensuum ipsius: & libros Euangeliorum: in eis ponuntur virgæ, hoc est,recta Patrum exempla. *Genes.*24.e.30.f. *Exod.*2.c. Et purpura in canalibus, sunt cogitationes in sacra scriptura. *Cant.*7.c. Possunt etiam ibi designare *gg* arcana consilia Dei.

Consilia Dei.

Cancelli.

CANCELLI sunt,velut retiacula lignea vel ferrea,transitum cohibentia,non tamen aspectum.

Cancelli,per quos dicitur prospicere sponsus,designare possunt *hh* cognitionem diuinorum per similitudines & imagines, quæ retinent animam intra sensibilia. *Cant.*2.c. Vel erant opera mirabilia Christi in humanitate facta: quæ partim ipsum manifestabant, partim abscondebant. Vel designant sensus corporis Christi. Et præterea *ii* confessionem peccatorum, per quam prospicit sponsus mentem confitentis.

Cognitio diuinorum per imagines.

Opera Christi.

Sensus corporis Christi.

Confessio peccatorum.

Cancelli sunt etiam *kk* laquei & decipulæ tentationum diaboli. Sic dicitur meretrix, per cancellos prospicere iuuenum *Prouerb.*7.b.

Laquei diaboli.

Cancelli, per quos cecidit rex Ochozias. 4.*Reg.*1.a. designant *ll* præsidia hæreticorum inania: Et etiam Iudæorum: qui vnde putabant se defendere, inde perierunt.

Præsidia hæreticorum.

Cancer.

CANCER, est *mm* piscis multa habēs brachia, qui fraude iniecto lapillo in ostias sese aperientes,ne claudantur, eis vescitur: designat eos, qui fraude rapiunt aliena.

Cancer etiam est morbus paulatim serpens, qui sermonem hæreticum significat, qui velut cancer serpit. 2.*Tim.*2.c.

Sermo hæreticus.

Canda

a *Gre.*1. *mor.* 15.27. *Ori.*f.*Le. h.*7. *Bed.*f.*Ge.* 31. b *Ori.*f.*Ge.ho.* 10.& f.*Mat. ho.*8. *Hil.*f. *Matth. Can.*19. *Gr.*1.*mo.*13. & 35.*mo.*17 c *Be.*f.*Ge.*24. *Tert. de cibis. Iudai. Ori.*f.*Leu. ho.* 16. d *Amb.*f.*Luc.* 18.& *ser.*4. *Hie.* f. *Zach.* 14.& f*Is.*60. *Isy.*f.*Leu.*11. e *Hie.*f.*Iob.*1. f *Gre.*f.1.*Regum* 15. g *Ori.*f.*Matt. ho.*25. h *Basi. Exae. ho.*8. i *Ber.serm.* 2. *de aduen.* k *Hie.*f.*ps.*95. *Amb.de virg.* 3.& f.*Luc.*6. *Arn.*f.*ps.*131. *Greg.*2.*mo.*2. l *Ar.* f. *psal.* 131. *Hil.* & *Aug.* f.*psa.*131. m *Hi.*f.*ps.*131 & f.*Is.*41.65 n *Gre.*f.*Ezec. ho.*12. o *Ori.*f.*Ios.ho.* 14. *Hie.*f.*psa.*64. *Aug.*f.*ps.* 64. 95. *Euc.for.spi.* 4. *Ori.*f.*cā.ho.*2. p *Hil.*f.*ps.*64. q *Hie.*f.*Ier.*17 *Euc.for.spi.*4. r *Philo.* 2. *all.* f *Ber.*f. *Cant. ser.*52. t *Ar.* & *Hie.* f.*psa.*103. u *Hie.de mā sionibus.* x *Au.*f.*ps.*77. y *Hie.*f.*Amb.* 1. z *Ori.* f.*Cant. ho.*2. aa *Glo. inte.*f. *Sap.*19. bb *Epi.*2. *con. hare.tom.*1. cc *Ru.*2.f.*Ioa* dd *Geor.Vene. Can.*1.*tom.*6. *cap.*11. ee *Bed.*f.*Gen.* 10. ff *Hie.*f.*Exec.* 15. *Gre.*21.*mo.*1. & f.7. gg *Ru.*f.*Can.* 6. hh *Ori.*f.*Can. ho.*3. *Am.de Isaac.* 4. *Gre.*f.*Can.* 2. ii *Ber.*f. *Can. ser.*56.

kk *Ori.*f.*Can.hom.*3. ll *Gl.ord.sup.*4.*Reg.*1. mm *Basi ex.hom.*7. *Am.*5.*exa.*8.

Digitized by Google

Candace.

Gentilitas. CANDACE regina Æthiopum, cuius erat Eunuchus à Philippo conuersus, *a* typus esse potest Gentilitatis. *Actor.* 8. *e.*

a Glo. int. su. Acto. 8.

Candelabrum.

CANDELABRVM iustrumentum notum, deseruiens ad sustinendas lucernas domum illuminantes.

Humanitas Christi. Candelabrum aureum templi, *b* humanitatem Christi puram à culpa designare potest: & dicitur ductile per passionem. In candelabro autem erant septem lucernæ: ita Christus illuminat multipliciter credentes per septé dona Spiritus sancti. *Exod.* 25. *c.* 35. *b.* 37. *c.* 40. *a. Leuiti.* 24. *a. Nume.* 4. *a. Zachar.* 4. *a.* 1. *Mach.* 4. *f. Hebræ.* 9. *a.*

b Cle. Ale. 5 strom. Gr. s. Ez. h. 6. Isy. s. Le. 24. Cyr. 4. lo. 28.

Cognitio Dei in hac vita. Manifestatio sapientiæ. Potest etiam candelabrum aureum designare *c* cognitionem, quæ de Deo habetur in hac vita: & ponitur contra mensam in latere meridiano: quia cognitio Dei priùs data est Iudæis, deinde Gentibus. Ponitur etiam ad dexteram, quia spiritualia pertinent ad dexteram. Et quoniam in eo lucent lucernæ, designant manifestationem sapientiæ. *Exod.* 26. *g.* 30. *c. Num.* 8. *a.* 4. *Reg.* 4. *b.* 2. *Par.* 13. *c. Eccle.* 26. *c.* 1. *Mac.* 1. *c.*

c Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4.

Candelabrum aureum, etiam significare potest *d* Legem & sacram Scripturam in eisdem locis: *Zac.* 4. *a.*

d Hie. s. Za. 4.

Candelabrum *e* dici potest conuersatio Euangelica, in qua ponuntur lucernæ virtutum. *Leuiticum* 24. *a. Luce* 11. *e.*

e Isy. s. Le. 24.

Lex & sacra scriptura. Conuersatio Euangelica. Ecclesia. Apostoli & doctores. Designat præterea *f* Ecclesiam, & Apostolos ac doctores, demum omnes bene operantes. Et etiam ipsum corpus, cui superponitur lucerna, cùm seruit corpus doctrinæ & bonis operibus. *Exod.* 25. *e.* 3. *Reg.* 7. *g.* 1. *Paral.* 28. *c. Para.* 4. *b. Zach.* 4. *a. Matth.* 5. *b. Marc.* 4. *c. Luc.* 8. *c.* 11. *e. Hebr.* 9. *a.* Septem candelabra vniuersalis Ecclesiæ. *Apoc.* 1. *c.* 11. *a.*

f Or. s. Nu. h. 5 Am. s. ps. 118. ser. 14. & sup. Luc. 11. Au. 1. se. dom. in monte.

Candelabrum etiam dici potest *g* lex naturalis, scientiam continens: aut intellectus luminis, in quo splendet omne lumen interioris hominis tam naturale, quàm diuinum.

Corpus. Lex naturalis. Intellectus hominis. Crux Christi. Candelabrum in quo posita est lucerna, *h* crucem Christi designare potest, in qua ipse resplenduit. *Matth.* 5. *b.* Designat etiam *i* statum corporis: cui lucerna superponitur, dum eidem corpori gratia prædicationis antefertur.

g Or. s. ca. h. 2. Geo. Ve. Can. 1. tom. 6. c. 10.

h Augu. de 5. har. 7.

Status corporis. Populus Ecclesia. Candelabrum vnius Ecclesiæ, *k* populum illis significare videtur. *Apocal.* 2. *b.* Vel designat opus bonum, quod est veritatis.

i Greg. 30. mo. 34.

Opus bonum. Fides. Candelabrum, quod præparauerat mulier Eliæo. 4. *Reg.* 4. *b.* significare potest illuminationem fidei, siue claritatem virtutum.

k Au. s. Apoc. hom. 2.

Claritas virtutum. Candelabrum habens septem lucernas, designat *l* cælum cum septem planetis, quorum medius est Sol, loco & dignitate: & est ad gratiarum actionem pro cœlestibus beneficiis. Scyphi autem sunt planetæ, qui sunt vasa recipientia, quæ à supernis influuntur, & flores ac cætera producunt circa inferiora influendo.

l Ric. de S. Vi. de somn. Nabuc. 24.

Calum cum planetis.

Candidus, Candor, vide Albus.

Canere, Cantare, Concinere, Præcinere, Clangere, Psallere.

Iubilare, Cantus, Canticum, Carmen, Psalmus, Psalterium, Hymnus,

Decantare, Cantor, Psaltes.

CAnere, est voce modulari & est ferè vox lætitiæ & laudis. Psallere verò est cum instrumento, siue adiuncta voce humana, siue non.

Laudare Deum. Canere Domino, est ipsum laudare. Iubilare verò Deo, est voce concordiæ, quæ beatum facit populum, Deum laudare. 1. *Par.* 15. *d. Iob.* 8. *d.* 33. *d.* 38. *a. Psalm.* 12. 20. 46. 58. 65. 67. 70. 74. 80. 88. 94. 99. 100. 104. 137. *Isa.* 5. *a.* 23. *d.* 26. *a.* 27. *a.* 42. *b.* 44. *d.* 49. *d.* 55. *d. Ier.* 20. *d. Soph.* 2. *c. Zac.* 9. *b. Eph.* 5. *d. Col.* 3. *c.* Canere etiam Domino, est habere vitam puram, vt cantica delectent Dominum. *Iud.* 5. *a.* 15. *d.* Et cantat Domino gloria hominis, quum spiritu laudat Dominum. *Psal.* 29. Et cantare Domino nouum, est in nouitate vitæ & spiritus ambulare, non in vetustate literæ: quod non potest fieri in terra aliena, hoc est, in statu peccati. *Psal.* 32. 39. 41. 68. 95. 97. 143. 149. 1. *Para.* 6. *c.* 26. *c. Ester.* 13. *d. Hos.* 2. *c.* 2. *Reg.* 19. *f.* 22. *d.* 3. 10. *b.* Psallere etiam Domino, est ipsum laudare, non voce rauca sed pura, id est, puro corde. Et psallit Deo, qui spiritu & ore psallit: & qui ea, quæ canit, operatur. Et psallit in conspectu angelorum, qui laudando officium angelorum exercet. *Iud.* 5. *a. Psal.* 7. 9. 47. 91. 103. 107. 134. 145. *Eccl.* 50. *c.* 2. *Par.* 29. *f.* 1. *Esdr.* 3. *d. Deut.* 31. *e.* 1. *Cor.* 14. *c. Iacob.* 5. *d. Apoc.* 14. *a.* 15. *b. a.* Et cantare de canticis Sion, est *o* in laudem Dei exultando canere. *Psal.* 136. Et præcinere Domino in confessione. *Psal.* 46. Sic præcinebat Maria. *Exod.* 15. *e.* Et canere canticum in terra Iuda, hoc est, *p* in Ecclesia, quod non cantatur in terra aliena. *Isa.* 20. *a.*

n Or. s. Ios. h. 7. & s. Iud. ho. 6. Bas. s. psa. 29. 32. Arn. s. ps. 149. Cli. gradus. 7. An. s. ps. 91. Hie. s. Isa. 23.

o Hi. s. ps. 136.

p Hie. s. Is. 26.

Laudantes Deum. Cantores & cantatrices, in bonum sunt, qui laudat Deum. 2. *Reg.* 19. *f.* 4. *Reg.* 11. *c.* 2. *Par.* 20. *c.* 35. *c.* 1. *Ester.* 2. *e. Nee.* 7. *g.* 11. *d.* 12. *b.* Cantores etiam dici possunt altiora canentes: cantatrices verò minora. *Eccles.* 2. *b.* Cantores sunt *q* iusti, qui opere complent diuina præcepta. *Ezech.* 40. *g.* Et his sunt cantabiles iustificationes Dei. *Psalm.* 118. Psaltes etiam, aut psallens est, qui corde & opere laudat Dominum cum lætitia. 2. *Reg.* 23. *a.* 4. *Regum* 3. *c.* 1. *Para.* 23. *a. Thre.* 5. *c.*

q Gr. s. Ezec. ho. 22.

Gratiarum actio post baptismum. Canentes filij Israël carmen Domino post transitum maris rubri, designant gratiarum actionem post baptismũ. *Exod.* 15. *a. Deut.* 31. *e.* Canticum Mosi, *r* dicitur canticum Agni, *Apoc.* 15. *a.* quia quod gestum est in transitu maris rubri secundùm historiam, hoc fit in baptismo secundùm spiritum.

r Rup. 9. s. Ap.

Laudes in fœlicitate. Canunt in domo Domini Psalmos, qui laudant Deum in fœlicitate. *Isa.* 38. *d.* 49. *d.* 54. *a.* Et canticum tibiarum in gloria erit *s* laus Dei cum lætitia cordis. *Is.* 30. *g.* Ibi psallitur in sæculum sæculi. *Ps.* 60. *Mi.* 2. *a. Eph.* 5. *d.*

s Hi. s. Isa. 30.

Laudare Dei verbis propheticis & Apostolicis. Canere in viis Domini *t* est verbis Propheticis & Apostolicis, in quibus viæ Domini declarantur Deum laudare. *Psal.* 137. Cantant autem Domini misericordiam & iudicium, quum fiducialiter eius iudicium per susceptam misericordiam expectant. *Psalm.* 100. Canticum autem sæpè significat legem Dei. *Iud.* 5. *b. Psalm.* 39. 136. *Deut.* 31. *e.*

t Hil. & Hie. s. ps. 137. Arno. s. ps. 97. Hil. s. ps. 143.

Lex Dei. Annunciare incarnationem. Lex noua. Cantare canticum, *u* est annunciare incarnationem Christi, & resurrectionem. *Psal.* 32. 39. 95. 97. 143. Et cantantes Dauid victori. 1. *Regum.* 29. *b.* sunt laudantes victoriam Christi. Cantant etiam canticum nouum, qui cantant in nouo Testamento. *Isa.* 42. *b. Apoca.* 5. *b.* Psallit etiam Domino in vociferatione & iubilo, *x* qui laudat ipsum Christum de victoria *Psal.* 32. 67. Canticum vetus, erat in vno populo Iudæorum. Canticum verò nouum est per omnem terram, vbi est *y* laus crucis Christi, quæ inusitata erat mundo. *Psal.* 93. 147. 149. Vel in lege veteri cantabant quasi canticum nouum, *z* quia in figuris præcinebant, quæ futura erant in lege noua. *Apoc.* 14. *b.*

u Au. s. ps. 32. Bas. s. ps. 32.

x Ch. s. ps. 93. Hier. s. ps. 97.

y Ru. 9. s. Ap.

z Orig. su. Ios. ho. 7. Am. de Elia. 1. Hier. s. Isa. 27.

Prædicare. Canere tubis, est *a* prædicare, & ex scripturis Deum laudare, qui clangor excitatio est ad bellum spirituale. *Exod.* 36. *a. Num. Io.* 8. 31. *a. Ios.* 6. *a.* 2. *Reg.* 6. *c.* 18. *b.* 1. *Para.* 6. *c.* 15. *c.* 23. *a.* 52. *b.* 2. *Para.* 5. *d.* 13. *c.* 29. *f.* 31. *a. Nee.* 4. *d.* 12. *d. Leu.* 25. *b. Iud.* 15. *a. Isa.* 21. *d. Ezech.* 31. *a. Ierem.* 4. *b.* 6. *a.* 51. *c. Hos.* 5. *c. Ioel.* 2. *a. Zach.* 9. *d.* Et clangor buccinæ est fortis prædicatio & lætitia de pœnitentia. *Exod.* 19. *c.* Et concentus cæli *bb* est concors prædicantium sermo. *Iob.* 38. *d.* Et canens buccina Saul post victoriam. 1. *Reg.* 13. *a.* designat prædicatorem electorum virtutes prædicantem in aliorum exemplum. Hic est clangor victoriæ regis. *Numer.* 23. *e.* Est etiam expressio diuinæ vindictæ. Et canens primus angelus *cc* dicit subuersionem Sodomorum. *Apoc.* 8. *b.* Canens tuba secundus angelus, indicat clamorem filiorum Israël in Egypto. Canens tuba tertius angelus, clamorem Amorrhæorum, quorum iniquitates completæ sunt egressis filiis Israël de Ægypto. Canens tuba quartus angelus, murmurationes filiorum Israël in deserto, & cultus vituli, quibus auditis à Deo, magna pars populi periit. Cecinit tuba quintus angelus, quando quasi nunciatum est à Deo, filios Israël in terra sua variè fornicatos esse post Deos alienos. Cecinit sextus angelus tuba, quando contra Iudæos peccantes, surrexerunt quatuor regna diuersis temporibus, vsque ad destructionem per Romanos factam. Canet septimus angelus, quando fiet conuocatio ad iudicium. *Apoc.* 11. *d.* Sicut etiam in his locis. *Num.* 29. *a. Isa.* 27 *d. Iere.* 42. *c. Amos.* 2. *a.* 3. *b. Soph.* 1. *d.*

a Glo. int. su. Acto. 8.

b Cle. Ale. 5 strom. Gr. s. Ez. h. 6. Isy. s. Le. 24. Cyr. 4. lo. 28.

c Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4.

d Hie. s. Za. 4.

e Isy. s. Le. 24.

f Or. s. Nu. h. 5 Am. s. ps. 118. ser. 14. & sup. Luc. 11. Au. 1. se. dom. in monte.

g Or. s. ca. h. 2. Geo. Ve. Can. 1. tom. 6. c. 10.

h Augu. de 5. har. 7.

i Greg. 30. mo. 34.

k Au. s. Apoc. hom. 2.

l Ric. de S. Vi. de somn. Nabuc. 24.

m Phi. qvis rerum diu. har. Cle. Ale. 5. str. Ge. Ven. Can. 1. to. 4. ca. 32.

n Or. s. Ios. h. 7. & s. Iud. ho. 6. Bas. s. psa. 29. 32. Arn. s. ps. 149. Cli. gradus. 7. An. s. ps. 91. Hie. s. Isa. 23.

o Hi. s. ps. 136.

p Hie. s. Is. 26.

q Gr. s. Ezec. ho. 22.

r Rup. 9. s. Ap.

s Hi. s. Isa. 30.

t Hil. & Hie. s. ps. 137. Arno. s. ps. 97. Hil. s. ps. 143.

u Au. s. ps. 32. Bas. s. ps. 32.

x Ch. s. ps. 93. Hier. s. ps. 97.

y Ru. 9. s. Ap.

z Orig. su. Ios. ho. 7. Am. de Elia. 1. Hier. s. Isa. 27.

aa Grego. 30. mor. 7. & s. 1. Re. 13.

bb Rup. 5. su. Ap.

cc Bed. s. Pro. 25.

Arguere impium. Exhortationes prophetarum & noui Testamenti. Cantat carmina cordi pessimo, *dd* qui arguit impium, & dicitur acetum in nitro, quia plus habet impius quod respondeat, quàm valeat prædicator reprehendere. *Prouer.* 25. *c.*

dd Bas. s. ps. al. 29. Ambro. 2. de pœn. 6.

Cantus tibiarum, *ee* sunt exhortationes Prophetarum: aut etiã canticũ & prædicatio noui Testamenti. *Mat.* 11. *b. Luc.* 7. *e.* Cecinerunt etiam viri opus Dei, quando Prophetæ prædicauerunt mysteria Christi. *Iob.* 36. *c.* Et canens

ee Ori. s. Iud. hom. 6.

Debora cãticũ, *a* designat exultationẽ prophetiæ in fine mundi super eius adimpletione. *Iud.5.a.Tob.13.d.Ie.51.b.*

Canentes pueri in foro, designare possunt *b* Prophetas & prædicatores, ad seruanda Dei præcepta exhortantes. Aut etiam ipsum Christum remissionem peccatorum prædicantem. *Mat.11.b.Luc.7.c.*

Concentus cæli significare potest *c* laudes angelorum, quum dicunt: Sanctus, Sanctus, Sanctus. *Iob 38.a.* Quod fit cum summa concordia post eiectum Luciferum.

Cantionũ verba sunt, quæ in statu gratiæ canuntur, & cantica lætitiæ spiritualis: ad quæ pertinent etiã cantilenæ Salomonis. *Ps.39.136.Reg.22.a.3.Reg.4.d.1.Par.16.d.2.Par.7.b.Iob.35.c.Eccl.47.c.* Canticum autẽ Mosis pertinet ad vetus Testamentum. Canticũ *d* verò agni, aut nouum. *Apo.15.b.* Carmen etiam est canticum laudis Dei ad iustos pertinens. *Exec.2.d.* Hymnus autem tria includit, & canticum & laudem, & quod sit Dei. Si vnum desit non erit hymnus. Hymnus autem decens Deum in Sion, *e* est laus in Ecclesia, vel militãte, vel triumphante. *Ps.64.148.*

Carmina in nocte, *f* designant lætitiam in tribulatione, *Iob.35.c.*

Iubilus est vox *g* inarticulata militum inuicem se protegentium, & adhortantium in bello. Est victoriæ vox in dæmones. *Psal.32.46.65.88.Iob.8.38.a.* Iubilus est *h* sonus significans cor parturire, quod dicere non potest. Et quem decet ista iubilatio, nisi ineffabilem Deum? Ineffabilis enim est, quem fari non potes. Et si eum fari non potes, & tacere non debes, quid restat nisi vt iubiles?

Canticum, quum fit voce sine instrumento psalterij, *i* designat speculationem subtilem diuinorum, & ad theoriam pertinet: & carmina sunt mysteria. Psalmus verò, quod est canere cum instrumento Psalterij, ad practicen spectat. *4.Reg.3.c.1.Par.5.c.13.c.23.a.2.Par.5.d.23.c.Num.21.d.Psalm.4.in tit.19.Ezech.33.g.Prouerb.25.c.Amos.6.b.Hab.3.d.* Psalmus ergo dicit *k* concinnitatem bonorum operum: & Psalmus bonus, sunt bona cordis opera. Et psallit in nomine Domini, qui dat ei laudem operum. *Psalm.17.48.96.60.65.145.148.Iud.16.a. Hab.d.Eph.5.d.* Designat etiam *l* Psalmus doctrinam spiritualium, & meditationes & laudes.

Canticum graduum, quindecim Psalmos continens, qui numerus ex hebdomade, & Ogdoade constituitur *m* viam in patriam cælestem demonstrat, per vetus, & nouum testamentum.

Canticum patruelis erat *n*, quum Christus fleuit super Hierusalem. *Isa.5.a.*

Cãtabiles iustificationes Dei dicũtur, *o* nõ segnibus, sed solicitis, & iis, qui eas habẽt in memoria, *Psalm.118.*

Psalterium *p* instrumentum triangulum, decemchordarum inferne percutitur, supernè verò resonat: ita anima sanctæ Trinitatis fide formata, decem legis præceptis instructa, inferius affligendo carnem percutitur, superiùs verò suauissimum Deo melos reddit. Designat etiam Psalterium *q* æternorum gaudiorum prædicationem: quia dum superna amare suggerit, quasi à superiori parte sui dulcedinis sonum emittit. Et *r* qui regni æterni Christũ regem nominat, Psalterium sonat. Item *s* vt cognoscamus gratiam de superius ad nos venire: & vt ad ipsa superna eleuemur. *1.Reg.10.b.* Designat etiam Psalterium *t* dispositionem corporis humani, & ita formam corporis Christi facientis miracula. Item *u* concordiam operum cum voce: & virtutes theologicas. *Psal.29.32.48.56.146.149.1.Par.13.c.2.Par.9.c. Eccle.40.c.Ier.52.d.* Et psallit Domino in Psalterio decachordo, qui mente cum obseruantia præceptorum & fidei integritate psallit: & ipsa mens vel spiritus de superius resonans, est psalterium decachordum: & vas Psalmi: & præterea lingua laudes Dei resonans. *Ps.79.91.143.150.* Psalterium etiam decachordum, verbum Iesu significat, qui elemento decadis manifestatur.

Psallens Domino in cithara, est *x* Christus in cruce. *Psal.146.* Et psallit in gentibus, *y* quum gentes credunt. *Psal.56.* Eundem Christum designat psallens Dauid ad mitigandum spiritum Saulis. *1.Reg.16.c.19.b.*

Canit vinea Meri Leuiathan, quum synagoga concordat diabolo. *Isa.27.a.* Et psallunt in Christum bibentes vinum, *z* quum Iudæi & hæretici docent errores de Christo. *Psal.68.*

In canticum malorum vertitur Iob, hoc est Ecclesia, quando crescentibus iniquis boni irridentur, & in opprobrium habentur. *Iob.30.b.*

In canticum & carmen musicum vertunt verba prophetæ, qui sic ea audiunt, vt solent carmina poetarum in theatro, & non vt eis obtemperent. *Ezech.33.g.*

Cantans in fenestra, dici potest diabolus suggerens sensibus voluptates. *Soph.2.d.*

Canticum mereticis dici potest *aa* animæ planctus pœnitentis. *Isa.23.d.* Et canere carmen lugubre est pœnitentium. *Eze.2.d,17.g.32.d.*

Cantus galli, *bb* ætatem senectutis designat, aut signa appropinquantis lucis gratiæ. *Marc.14.g. Matth.13.d.26.d.g.Luc.22.d.Ioan.13.d.Tob.8.b.*

Canere tuba ante se, *cc* est manifestare opera sua bona per hypocrisim. *Matth.6.a.*

Canens buccina Siba, designat *dd* voces hæreticorum, & schismaticorum retrahentium fideles ab vnitate Ecclesiæ. *2.Reg.20.a.4.Reg.9.c.Prou.25.e.Isa.18.a.25.d.Thren.3.b.Ezec.33.g.Soph.2.d.1.Mach.6.d.* Et fideles sunt canticum hæreticorum, quum irridentur ab eis. *Iob.30.b.* Clangor etiam tubæ designat *ee* minas hæreticorum & principum secularium. *Iob.39.c.* Carmina etiam lyræ, sunt voces hæreticorum. *Amo.5.f.*

Carmina & cantica lyræ, sunt *ff* voces synagogæ labiis honorantis Deum. *Amos.5.f.* Psallunt etiam Iudæi in Christum, ipsum blasphemantes. *Psa.68.* Et Christus dicitur psalmus eorum. *Thren.3.g.*

Canentes cithara & organo, sunt *gg* hortantes ad voluptates. *Gen.4.d.31.Re.1.f.Apo.18.g.* Et cantores in malum, sunt etiam ad vitia & voluptates incitantes. *Eccleſiaſte.2.b.11.b.Exo.31.d.Iud.9.d.Amos.5.f.6.b.8.c.* Et cantica cum vino, designant publicationem prauarum voluptatum, & voluptates aurium. *Isa.24.b.16.c.Ezechiel.26.c.*

Psaltes adductus ad Elisæum, vt prophetaret. *4.Reg.3.e.* designat *hh* exultationem cordis in Deum, & laudes Dei & gratiarum actiones pro beneficiis, quibus inflammamur ad amorem Dei, & supra nos eleuamur.

Canis.

CAnis est *ii* animal deseruiens homini ad societatem & blanditiem, latrãs aduersus extraneos, est animal immundum, iracundum, & salax: est custos gregis, lupos arcens: est vorax, & carniuorus: & reuertitur ad vomitum suum.

Canes patientes famem, erant Apostoli, non inuenientes fidem in Iudæis. *Psalm.58.*

Canis, vt est custos gregis, *kk* designat prælatos & prædicatores custodientes gregem Domini: & vt blanditur, designat *ll* bonum & fidelem amicum. *Tob.6.a.11.a.Iob.30.a.* Interdum verò vt blanditur, designat adulatores. Et canes facti ex inimicis, *mm* sunt pastores Ecclesiæ, facti à Deo ex Iudæis, vel gentibus. *Psalm.67.* Iidem sunt canes lingentes vlcera Lazari.

Canes muti designant pastores superbos, non curantes defendere gregem domini à Dæmonibus & hæreticis. *Isa.56.d.* Designat etiam *nn* ingratos qui non aperiunt os ad agendum gratias benefactori. Latrantes verò designabant gratos.

Canes, quia seruant amorem, & fidelitatem ad dominum suum, designare possunt perfectos, qui omni tempore seruant amorem ad Deum. Et vt canes lambunt aquam lingua, designant eosdem, *oo* qui non accipiunt de temporalibus, nisi quod necessarium est. *Iud.7.b.*

Canes dicuntur *pp* contemptibiles mundi, quos elegit Deus *qq* ad vincendos hostes fidei: qui lambunt aquam, vt canes *Iud.7.b.* Et humiles, qui famem patiuntur petentes misericordiã à Deo, vt Chananæa. *Psalm.58. Matt.15.c.*

Canis dici potest mundus, non natura, sed consuetudine, contra insolitam veritatem latrans. Est enim canum natura, vt cum quibus habent consuetudinem, siue illi boni siue mali sint, non ad eos latrent: insolitorum autem personis visis, etiam innocentibus irritantur. *Psal.21.*

Canes latrantes erant *rr* Iudæi, aduersus Christum & membra eius latrantes. *Psal.21.58.67. Phil.3.a. Apoc.22.c.* Designat etiam *ss* hæreticos. Et canes muti erant principes sacerdotum, quia non prædicauerunt Christum qui fuerunt impudentissimi, & nescientes saturitatem. *Isa.56.d. Eccle.10.d.* Et canes, quibus non est dandum sanctum, sunt oppugnatores veritatis. *Matth.7.a.*

Canes

---

a *Hil.ſ.Matt. Can.11. Am.ſer.8. & ſ.pſ.118. ſer.7. & ſ.Lu.7.*
b *Hier.ſ.Iob 38. Greg.30. mo:7.8. Rup.7.de glor.Trinit.14.*
c *Arn. & Hi. ſ.pſ.136.*
d *Au.ſ.Apoc. ho.12. & ſ.pſ.148.*
e *Hil.ſ.pſ.64. 148. Hie.epiſt. Samuel quondam, & ſ. Amos.5.*
f *Greg.26.m.11.*
g *Ba.ſ.pſ.32. Hil.ſ.pſal.65. Aug.ſ.pſ.32. 46.*
h *Gre.8.mor. 39. & 28.m.14.*
i *Arn.ſ.pſal.4. Baſi.ſ.pſal.19. Eu.q.in pſal.*
k *Hil.ſ.pſ.65. Au.ſ.pſ.80.*
l *Ori.prol.ſ.7. Pſalm.*
m *Hil.pro.ſ.pſal.*
n *Hie.ſ.Iſa.5.*
o *Amb.ſ.pſal. 118.ſer.7.*
p *Gr.Prol.ſu.7.pſal. & ſ.1. Re.10. Baſſ. pſal.1.29.48. 32.*
q *Hi.pro.ſ.pſ. Hie.ſ.pſ.56.*
r *Au.ſ.pſ.42. 48. 56. 32. 70. 80.*
ſ *Ar.ſ.pſ.32.*
t *Cle. Ale.1. pæd.4.*
u *Eu.for.ſpir. 10. Rup.1.ſu. Re.18.*
x *Arn.ſ.pſal. 146.*
y *Hil.ſ.pſ.56.*
z *Au. ſ.pſal. 68.*
z *Grego.20. moral.19.*
aa *Hie.ſ. Ez. 33.*
bb *Glo.ord.ſu. Soph.2.*
cc *Hi.ſ.Iſ.23.*
dd *Or. ſ.Mat. ho.30.*
ee *Gl.ord ſu. Matth.6.*
ff *Hier. ſ. Iſ. 18.*
gg *Gr.31. m. 25. Hier. ſup. Amos. 5. Hiero.ſup. Iſ. 24.*
hh *Rica.de S. Vict.5.de are. myſt.18.*
ii *Pli.8.nat.hiſ.40.*
kk *Rup.7.ſ.Gen,8.*
ll *Gr.20.mo.7. & ho.40. Hie.ſ.Iob.30.*
mm *Aug.Pſ.67.*
nn *Greg.ſ. 1.Reg.3.*
oo *Or.ſ.Iud.hom. 9. Au.ep.59.*
pp *Aug.q.in Iud.37. & ſ.pſ.58.*
qq *Aug.epiſt.120.*
rr *Au epi.120. & 2.ſer.dom.in monte.*
ſſ *Hie.ſ.Iſ.56. & ſ.pſ.21. Eu.q.in pſ.*
tt *Hil.ſ.Matth.Cant.6.15. Amb.ſ.Lu.16.*

Proph.ta. Prædicatores. Chriſtus. Laudes angelorum. Laudes iuſtorum.

Lætitia in tribulatione.

Subtilis ſpeculatio diuinorum. Concinnitas bonorum operum. Via in patriã cæleſtem. Fletus Chriſti. Prædicatio cæleſtiũ & Chriſti regis. Corpus Chriſti & corpus humanum. Virtutes theologicæ. Concordia operum cum voce. Spiritus. Lingua. Verbum Ieſu. Chriſtus. Synagoga in Chriſtum. Irriſio bonorum. Segniter audientes verbum Dei. Diabolus. Pœnitentia. Senectus. Signa lucis gratiæ. Hypocriſis. Voces hæreticorum. Mina hæreticorum & principum ſecularium. Honorantes labiis Deum. Hortantes ad voluptates. Exultatio cordis in Deum. Apoſtoli. Prælati & prædicatores. Fidelis amicus. Adulatores. Paſtores ſuperbi. Ingrati. Perfecti. Contemptibiles. Humiles. Mundus. Iudæi. Hæretici. Principes ſacerdotum.

Digitized by Google

oppugnatores veritatis. Gentiles. Mundani.

Canes etiam latrantes, designant *a* gentiles rabide latrantes aduersus verum Deum: & vt canes allatrãt ignotis, sic ipsi latrant in Deum sibi ignotum. *Matth. 7. a. 15. c.* Verùm iidem lingebant vlcera Lazari, nempe qui veniebant ad fidem. *Luc. 16. c. Psal. 67.* Mundani etiam lingunt vlcera Lazari, quum gaudent de lapsu religioti, omnes tales, reputantes. Catelli etiam edentes de micis cadentibus de mensa dominorum suorum, designant, *b* Gentiles. *Matt. 15. d. Marc. 7. d.* Et canis viuus, qui dicitur melior leone mortuo. *Eccle. 9. b.* est gentilis *c* aptior ad fidei susceptionem, quàm apostata: vel melior Iudæo.

Peccatores.

Canes item dicuntur *d* peccatores non plenè pœnitentes, qui facilè reuertuntur ad vomitum, quibus non est dandum sanctum. *Matth. 7. a. Deute. 23. c. 1. Regum. 17. f. Prou. 26. b. Petr. 2. d.*

Diabolus.

Canis interdum significat *e* diabolum. *Exod. 11. b. 22. d. 3. Reg. 14. e. 21. f. 4. Reg. 8. d. 9. b. Psal. 58. Prou. 26. e. Ecc. 1. c. Ier. 15. a. Mat. 7. 15. c. Mar. 7. c.* Pretium huius canis *f* non admittitur in domum Domini. *Deu. 23. c.*

Vis irascibilis. Iracundi.

Canes, quia iracundi, designant *g* affectum & vim irascibilem in homine, & etiam homines impetum iræ habentes. *Isa. 56. d.*

Canis mortuus dicitur, qui nullius est momenti ad aliquid, *1. Reg. 24. e. 2. Reg. 9. b. 16. b.*

Canistrum, Calathus, Cartallus.
Fiscella, Sporta, Sportula.

Saera scriptura. Abundantia doctrinæ. Lingua Christi. Apostoli. Traditiones Iudæorum. Sensus terreni legis. Christi caro. Corda sanctorum. Doctrina. Gratuitas peccati, Lex prophetæ & agiographia. Septem Ecclesiæ. Memoria. Seruitus Iudæorum. Peccata.

CANISTRVM est vasculum ex viminibus contextum, deseruiens portandis panibus, aut fructibus aut aliis ad vsum hominum pertinentibus. Sporta autem est vas ex sparto confectum.

Canistrum, *h* sacram scripturam significare potest vnde sumuntur necessaria ad victum animæ: & continet tres panes, hoc est, tres sensus. *Exod. 29. a. d. Num. 6. c. Ieu. 8. e. Iud. 6. d.* Et cophini duodecim fragmentorum, designant superabundantiam doctrinæ. *Matth. 14. c. Marc. 6. f. Luc. 9. b. Ioan. 6. b. Deut. 26. a. Ier. 6. b.* Potest etiam canistrum significare linguam Christi, vnde sumitur abundantia doctrinæ.

Cophini fragmentorum panis duodecim, dici possunt *i* Apostoli, qui acceperunt abundantiam doctrinæ legis declaratæ per Christum: vel designant abiecta mundi, quæ elegit Dominus. Et quod in eis multiplicatur gratia, qui eam administrant. *Ioan. 6. b.*

Fiscella scirpea in qua positus fuit Moses, designare potest *k* traditiones Iudæorum, & terrenos ac viles sensus quos ipsi adiungunt legi. *Exod. 2. a.* Designat etiam carnem Christi, bitumine ac pice litam, hoc est, mala suspicione, quam habebat synagoga de corpore Christi, & eius diuinitate. Vel designat credulitatem carnis Christi in bonis operibus. Potest etiam significare *l* corda sanctorum, qui glutino vnitatis coniuncti, vnum corpus effecti sunt.

Fiscella etiam scirpea ex diuersis virgultis compacta, doctrinam designat, quæ ex multis atque variis disciplinis in vnum collecta, super fluctus huius vitæ fertur, nec immergi patitur sed impetu exagitata, tandem ad ripam extra huius vitæ turbationes animum educit.

Canistra tria super caput pistoris Pharaonis. *Gen. 40. c.* designant grauitatem peccati: & canistrum excelsius, superbiam: vel designant legem, propheras, & agiographa: & canistrum excelsius, est ipsa lex mysteriis densa, & excelsa: est super caput pistoris, quia Iudæi non percipiebant mysteria quæ portabant.

Sportæ septem fragmentorum, significare possunt *m* septem Ecclesias latitudinem cordis habentes. *Matth. 15. d. Marc. 8. a.*

Spertula. *1. Reg. 9. b.* licèt sit munusculum, tamen Gregorius *n* sumit ibi pro sporta, & significat memoriam, in qua panis doctrinæ ponitur. Sic impleuerunt septem sportas. *Matth. 15. d.* hoc est, *o* abundantiam doctrinæ in memoria condiderunt.

Cophinus, in quo manus Iudæorum seruierunt, designat *p* seruitutem luti Iudæorum in Ægypto. Designat etiam opera seruilia peccatorum, quia cophinis portantur stercora, & terra. *Psalm. 80.*

Cophini, in quibus posuerunt Samaritæ capita filiorum Achab. *4. Reg. 10. b.*

Calathus ficuum bonarum, designat *q* credentes ex Iudæis. Calathus verò ficuum malarum, sunt non credentes. *Ierem. 24. a.*

Canthus.

CANTHI in rotis sunt, vbi figuntur radij, & intra quos voluitur axis. *3. Reg. 7. c.*

Canus, Canities, Incanescere.

CANI in hominibus sunt capilli, ob frigiditatem, quæ in senibus augetur dealbati.

Longanitas Dei. Vetustas legis. Honorabilis. Inueteratus error. Sapientia.

Canities in Deo, *r* longæuitatem eius & antiquitatem significat, quæ sine vllo principio est, & omnia tempora, & creaturas excedit vniuersas.

Cani Iacob, vetustatem Legis designare possunt. *Gen. 42. g.* Ad idem videtur referri posse canities Ioab. *3. Reg. 1. b.* Item canities Samuelis. *1. Reg. 12. a.*

Canum caput, designat *s* eum, cui honor debetur. *Leu. 19. f. Sap. 2. b. 4. b. Eccles. 6. b. 25. b. Is. 3. a. 46. b. 2. Mach. 6. f.*

Cani effusi in Ephraim ipso ignorante. *Hos. 7. c.* dicuntur, *t* quum quis multo errauit tempore, ignorans se prope exterminium esse. Dicitur etiam *u* de Iudæis in errore perseuerantibus.

Canities, quæ est dignitas senum, est *x* sapientia, cui debetur honor. *Prou. 20. c.*

Caper, Capra, Hircus, Hœdus.

Diuinitas in Christo. Christus. Caro Christi. Culpa mactata. Christus Barabbas, vel Antichristus. Diuinitas & humanitas in Christo. Christus. Contemplatiua vita. Sermones de sublimibus & perfectis. Penitentia. Penitentes. Exprobatio peccati.

CAPER, est animal petulans, sed mundum, nam ruminat, & diuidit vngulam, ideo in sacrificiis offertur: idemque hircus dicitur, & quum est tener, & recens, hædus. Capra verò est minus quietum animal, quàm agnus: ascendit saxa, & difficilia loca. Dicitur *y* caper aut hircus, cùm est admissarius. Hircinarum carnium esus dicuntur conferre ad morbum comitialem.

Caper emissarius, qui in desertum mittebatur. *Leui. 16. b.* designare potest *z* diuinitatem in Christo, quæ non est passa. Hœdus etiam qui immolabatur cum agno in Phase, *aa* designat Christum in parte sinistra habentem iustitiam & veritatem, sicut in dextera habet cum agno misericordiam. & pacem. *Exo. 12. a.* Hircus etiam pro peccato populi oblatus. *bb* est Christus pro toto genere humano oblatus, asperum indumentum pilorum gerens, peccato generis humani refertum. Hœdus etiam oblatus à Gedeone, est *cc* caro Christi pro culpis nostris oblata. Vel ipsa culpa à Christo mactata. *Iud. 6. d.* Caper etiam emissarius, Christus missus in desertum Gentilitatis.

Hirci duo, quorum vnus immolatur, alter in eremum mittitur. *Leuit. 16. b.* designare possunt Christum & *dd* Barabbam, vel Antichristum. Vel designat *ee* ipsum Christum extra ciuitatem passum & oblatum, vt sit nobis suauis cibus, in quo sunt diuinitas & humanitas: & humanitas est oblata, diuinitas verò in eremum emissa, quia impassibilis. Idem significant hœdi duo optimi, quibus vescebatur Isaac. *Gen. 27. b.* Et hircus, & hœdus, designat *ff* Christum, qui venit in similitudinem carnis peccati, & pro peccatis oblatus est: & Iudæis est hœdus, quorum delicta cumulauit. *Exod. 12. a. 23. c. 34. d. Deut. 14. c. Leui. 23. c. Num. 7. b. 28. e. 29. a.* Ipsum potest significare capra, quæ pro peccato iubetur offerri.

Capra, quæ in summis sæpè extremisque rupibus pendens pascitur, *gg* contemplatiuam vitam designat, quæ cælestia meditatur. *Leui. 5. b. Cant. 4.* Et hircus ad alta semper ascendens, excelsam conuersationem designat, & sermonem de sublimibus. *Ezech. 43. g.* Et hirci salientes capras, sunt sermones perfecti, purificantes animas à peccatis. *Gen. 31. b. Michæ. 6. b.* Capræ verò sunt animæ iuuenum paratæ susceipere verbum.

Hircus de *hh* capris grauem pœnitentiam designare potest, vel ipsos pœnitentes. Idem designat capra. *Gen. 30. 1. c. 32. d. Exod. 25. a. 35. a. Leui. 1. c. 3. c. 4. e. 5. b. 7. c. 9. c. 10. d. 12. d. 16. b. 22. c. Num. 15. c. 1. Reg. 19. c. 20. a. 4. Regum. 20. c. Prouerbio. 27. d. Cantic. 4. a. 6. b. Ezech. 43. f. Dan. 8. a. Psalm. 65.* Et hœdus, quem misit Iudas ad Thamar per Odollamitem, *ii* est exprobatio peccati per Ioannem Baptistam dicentem: Generatio viperarum, &c. Sed non eam inuenit peccati exprobatio, quam mutauit confessionis amaritudo: *Gen. 38. d.* Et hœdi duo oblati Isaac. *Genesis. 27. b.* designant confessionem & pœnitentiam: qui ideo sunt optimi, quia grati Deo, & vtiles peccatori. Et detrahuntur illis pelles, designant peccatorem relictis peccatis. Et hœredi tres, *kk* designant tres partes pœnitentiæ: cordis contritionem, oris confessionem, operis satisfactionem. *1. Regum. 10. a. 16. d. Deutero. 32. b. Iudith. 15. a. 2. Paralip. 29. c. Esdr. 6. b. d. 8. g. Tobiæ. secundo. d. Psalm. 49. Michæa. 6. b.*

a *Au. ep. 137. & q. vet. testamentum. 39.*
b *Eu. for. spir. 5.*
c *Hie. Eccl. 9.*
d *Ambr. 2. de pœn. 9. Hie. s. Mat. 7.*
e *Ori. s. Matt. ca. 18. Arn. s. ps. 58.*
f *Augu. q. in Deut. 38.*
g *Basi. exaem. ho. 10. Chry. su. Gen. hom. 12.*
h *Or. s. Leu. h. 5. & s. Matt. c. 14. Isy. s. Leu. 8.*
i *Hie. s. psa. 8. August. 83. q. 61. Cyr. 3. s. Io. 8.*
k *Ori. s. Exod. ho. 2. Bed. 1. Exo. 2.*
l *Gre. Nyss. de vita Moys.*
m *Aug. 83. q. 61.*
n *Gre. s. 1. Re. 9.*
o *Am. s. Lu. P.*
p *Aug. s. psal. 80.*
q *Hie. s. Ie. 24.*
r *Cassia. lib. 7. cap. 4.*
s *Eic. s. Is. 3.*
t *Hie. s. Ho. 7.*
u *Ru. s. Hos. 7.*
x *Bed. s. Pro. 20.*
y *Cle. Alexã. 7. Strom.*
z *Isy. s. Le. 16.*
aa *Bed. s. Ex. 12. Geo. Ven. Can. 2. to. 3. ca. 3.*
bb *Cyr. con. Iulia. 9. & ep. 39.*
cc *Augu. ser. 108.*
dd *Am. epi. 1. & de Isaac. 4.*
ee *Ru. 2. s. Le. 11. Ter. aduer. Iud. & aduc. Marcion. 3.*
ff *Is. s. Le. 16. Amb. de Iose. 1. & pro. de Spi.*
gg *Geo. Vene. Cant. 1. to. 3. ca. 13. Cyr. con. Iul. 6.*
hh *Or. s. Exo. h. 10. Gre. 32. mo. 1. Eu. for. spir. 5. Hier. s. Ez. 43. Phil. de somn. Ru. s. 1. Leuit. 22. Aug. 12. cont. Faust. 86. & s. psa. 65. Isy. s. Leu. 9. 16. 23.*
ii *Bre. s. G. 38.*
kk *Rup. 1. su. Iu. 18. Gre. s. 1. R. 10.*

Digitized by Google

Hirci duo, quorum alter immolatur, alter in eremum mittitur designare possunt *a* iustos, & peccatores in populo: vt qui immolatur, designet iustos: qui verò in eremũ mittitur, peccatores in suis peccatis relictos. *Leu.* 16. *b.* Designare etiam possunt duplicem rationem: *b* vnam, quæ in Deum fertur, alteram quæ in creaturas. Vel hœdus in eremum missus, est id, quod est animale & turpe ac pilosum in homine, quod trahitur diabolo cultori deserti, hoc est, desertorum à Deo. Oblatus verò Deo est illud animale, quod est in homine, quod mutatur in melius, & offertur Deo in hostiam immaculatam. Vel aliter: Hœdus, qui immolatur, *c* carnem, & concupiscentiam eius designat, iuxta illud Apostoli: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. Hœdus autem, qui statuitur viuus coram Domino, est caro cum spiritu viuens.

Iusti & peccatores. *Duplex ratio.*

Hœdus de quo quæritur filius senior, quod pater ipsi non dederit, designat *d* sanctos veteris Testamenti, qui non potuerunt redimere populum. *Luc.* 15. *g.*

Caro. *Sancti veteris Testamenti.*

Hirci viginti, designare possunt *e* martyrium eorum, qui sine magna cognitione se ad mortem offerunt. *Genes.* 32. *d.* De his *Psalm.* 65. Offeram tibi boues cum hircis.

Martyrium.

Hœdi ante greges, designare possunt *f* principes populi. *Ierem.* 50. *b. Ezech.* 34. *e. Zach.* 10. *a.*

Principes populi.

Grex caprarum, *g* significat populos Ecclesiæ: qui dum præcepta legis ruminantes, cælestia fide contemplantur, munda sunt animalia, & in altis pascuntur. *Can.* 4. *a.* Capræ etiam sunt *h* simplices versati quidem in peccatis, sed postea conuersi. *Leui.* 3. *e.* Hircus etiam significat *i* minores de populo. *Isa.* 11. *b.*

Populi Ecclesia. *Simplices.*

Hœdus etiam, quia est animal petulans, & inquietum, & amans præcipitia, designat *k* peccatores inquietam habentes conscientiam, & semper in præcipiciis existentes: vel designant ipsa peccata. *Gen.* 27. *b.* 37. *f. Exod.* 23. *c.* 34. *d. Leui.* 1. *c.* 10. *d.* Ideo hœdi in iudicio statuentur ad sinistram. *Matth.* 25. *c.* Sic frater maior petebat hœdum, hoc est, *l* Iudæi fœtorem peccatorum, vel Barabbam, vel Antichristum. *Luc.* 15. *g. Ezech.* 24. *e.* 27. *b.* 39. *e. Zach.* 10. *b.* Idem designat capta. *Is.* 34. *b.* Sic designat vniuscuiusque peccatoris fœtentẽ, ac luxuriosam plenamque verbis impudicis petulantiam, & lasciuos sensus. *Cant.* 1. *d. Iudith.* 6. *c. Psalm.* 49. 65. *Isa.* 1. *c.* Hœdi quoque duo oblati Isaac. *Gen.* 37. *b.* designant peccatores ex vtroque populo per Christum seruandos. Lex autem non sacrificat hircum, præterquam propter solam malorum emendationem. Voluptas enim est vitij metropolis. Hœdi & capræ nocent viti, hoc est, *m* diuinæ iustitiæ ipsam prouocantes: quæ decerpitur, & excitatur ab his, qui Deum offendunt & peccant. Ideo tanquam petulantes hœdi reponendi dicuntur ad sinistram in iudicio, ab ipso pœnam flagitiorum suscepturi. Quando autem iubetur dari hircus pro peccato, *n* reddi præcipitur scoria, fex, & quod suum est, ipsi diabolo: vt quod Dei est, purum & mundum Deo reddi possit: est autem in hirco maior & magis inueterata lasciuia quàm in hœdo: adeò vt valde fœteat, sicut carnes nimium lasciuientium, & multò magis, quàm carnes castè viuentium. Hœdi ad agri pretium, *o* peccatores conuersi à prædicatore. *Prou.* 27. *d.*

Caro. *Sancti veteris Testamenti.* *Martyrium.* *Principes populi.* *Populi Ecclesia.* *Simplices.* *Peccatores.* *Peccata.* *Barrabas.* *Antichristus.* *Lasciui sensus.* *Libidinosi.*

Capra trina, designat *p* plebem Iudæorum, quæ futura erat peccatrix. *Gen.* 15. *b.* Vel designat pœnitentiam propter tres sui partes. Vel significat *q* elementum aquæ, propter cursum & fœmineam fœcunditatem: vel *r* sensus nostros cirò salientes, & in hunc mundum sensibilem nos inducentes.

Plebs Iudaica. *Pœnitentia.* *Elementum aquæ.* *Sensus.*

Hœdi significare possunt *s* cogitationes immundas, quas pascit sponsa, quum ignorat se. *Can.* 1. *b.* Vel sunt *t* oculi & aures, quæ pascit curiosus: & per eas fenestras introducit peccatum.

Cogitationes immunda. *Visus & Auditus.*

Hircus veniens ab Occidente habens cornu insigne. *Dan.* 8. *b.* designat *u* Alexandrum magnum, cuius quatuor cornua fuerunt successores eius, inter quos regna eius diuisa sunt.

Alexander magnus.

Caprinæ pelles. *Hebr.* 11. *g.* mortificationem carnis designant. Hœdinæ verò pelles, quibus tectus est Iacob. *Genes.* 27. *b.* peccata nostra designant *x*, quæ Christus portauit. Vel designant, quòd gentilis populus veniens ad fidem, se coopertum peccatis carnalibus confiteri non erubuit.

Mortificatio carnis. *Gentilitas.*

Capere, vide Accipere.
Captio, vide decipere.
Capharnaum.

Capharnaum, id est, *y* ager pœnitentiæ, vel villa consolationis, aut propitiatio pœnitentis: ciuitas Galilææ maritima, in qua Christus sæpè prædicauit, & fecit miracula. *Matth.* 4. *b.* 8. *a.* 11. *c. Luc.* 4. *d.* 10. *c. Ioan.* 1. *c.* 4. *f.* 6. *b.* Designare potest *z* Gentilitatem, & etiam Ecclesiam, quæ ciuitas pulcherrima & fructifera est, & maritima, quæ tunditur fluctibus seculi.

Ecclesia.

Capillus, Cincinnus, Crines, Coma, Cæsaries, Pilus, Pilosus, Hispidus, Depilare.

Capilli, & crines, & comæ, sunt pili capitis humani. Cincinnus autem partem dicit capillorum, quæ manu apprehenditur. Pili verò sunt totius corporis. Vnde pilosus, pilis abundans.

Capillus capitis, quandoque significare potest *aa* Christum, qui est verbum Dei, procedens à Patre, vt capillus à capite. *Dan.* 7. *c.* 14. *g.*

Christus.

Capilli Samson, in quibus habebat vires, designare possunt *bb* virtutem diuinitatis in Christo: vel virtutes Spiritus sancti, vel legis velamentum, quod Iudæi contempserunt. *Iudith.* 16. *c. Ezech.* 8. *b. Dan.* 14. *g. Matthæi.* 5. *f.*

Diuinitas in Christo. *Virtutes Spiritus sancti.* *Velamentum legis.*

Capilli capitis Dei candidi, dici possunt *cc* angeli, & sancti, candore diuino nitentes. *Dan.* 7. *c.* Sunt etiam multa *dd* verba, ab vno verbo procedentia, quæ loquutus est per Prophetas. *Apo.* 1. *c.*

Angeli & sancti. *Verba.*

Capilli sponsæ dici possunt *ee* doctores Ecclesiæ. *Can.* 4. *a.* 6. *b.* Vel sunt populi, qui Ecclesiæ ornatum tribuunt. Capilli verò albi, neophyti ex baptismo prodeuntes. Cincinni autem sunt *ff* fideles frigidi: ideo plenè dicuntur guttis noctium. *Cant.* 5. *a.* Crinis vnus colli sponsæ, humilitatem *gg* Virginis Mariæ flectibilem & minimè resistentem, indicat. *Cant.* 4. *c.*

Doctores Ecclesiæ. *Populi.* *Humilitas Mariæ.*

Capilli numerati, sunt *hh* virtutes animæ, ac etiam omnia, quæ seruare oportet. 1. *Reg.* 14. *g.* 2. *Regu.* 4. *c.* 3. *Reg.* 1. *c. Psalm.* 68. *Dan.* 3. *g.* 7. *c. Matth.* 10. *Luc.* 12. *a.* 2. *d. Apoc.* 1. *c.*

Virtutes animæ.

Comæ sponsi tinctæ, designare possunt *ii* martyres sanguine rubricatos. *Cant.* 5. *a.* 7. *b.* Designant etiam sacramenta, quæ plenæ sunt guttis noctium, quum abundant peccantes in Ecclesia, qui solùm exteriora sacramenta habent, nec ad interiora penetrant.

Martyres. *Sacramenta.*

Crines fœminarum longi & multi, designare possunt *kk* continuas, longas, & ascendentes orationes. *Isaia.* 4. *d.*

Orationes cõtinua.

Coma arboris, *ll* multitudinem operum, siue bonorum, siue malorum designare potest. *Iob* 14. *b.* Designat etiam multitudinem credentium post resurrectionem Christi.

Multitudo operum & credentium.

Capilli capitis & barbæ, *mm* pulchritudinis ac virilitatis indicium sunt: qui si radantur, fœda nuditas apparet, & vniuersi corporis pars est extrema, atque vt ita dicam, emortua in capillis atque pilis est: ita Hierusalem & populus eius emortuus, & à viuo Dei corpore separatus, fami & pestilentiæ, ac cædi, & gladio captiuitati, ac dispersioni traditur. De qua dispersione sub figura capillorum aliqua pars ligatur in summitate pallij, vt modicum quid rursum tradatur incendio, de quo infinita flamma, ac penè vniuersa deuastans egreditur in omnem domum Israël. *Exech.* 5. *a.*

Populus Iudæorum.

Capilli superciliorum, designare possunt, *nn* in altioribus positos, & sensu contemplatiuo deseruientes: & cogitationes de sublimibus & diuinioribus rebus. *Leui.* 14. *a.*

Contemplatiui. *Cogitationes de sublimib.*

Pili camelorum, quibus vestitus erat Ioannes Baptista, designat, *oo* quòd Christus circundatus esset exuuiis gentilium. *Matth.* 3. *a. Marc.* 1. *a.*

Exuuiæ gentilium.

Pili caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas texitur, *pp* pœnitentiam & mortificationem designare possunt. *Exod.* 25. *a.* 35. *a.* 36. *b.* 1. *Reg.* 19. *c.* 4. *Reg.* 1. *b.* Idem designant capilli nigri. *Leui.* 13. *e.* Sunt etiam symbolum mortis, quia sine sensu præciduntur, præcipuè mortis Christi.

Pœnitentia. *Mors Christi.*

Pili pro *qq* hominibus ac militibus Iuda sumuntur. *Isa.* 7. *d.* Quos rasit Dominus, quum transtulit in Assyrios. Et quia dicit pilos pedum, designantur infimi populi.

Milites Iuda.

Capilli capitis, quum sint multi, & ad ornatum facientes, *rr* cogitationes, & disceptationes de diuinis significare possunt. Capilli verò barbæ, cogitationes ad discretionem & vtilitatem facientes. *Leu.* 14. *a.* Capilli etiam defluctes, sunt cogitationes, facilè abeuntes. *Leu.* 13. *a. f.* 14. *b. Ier.* 51. *d.* Et capilli coloris albi, aut coloris pristini, sunt *ss* cogita

Cogitationes.

a *Or. s. Le. ho.* 9.
b *Phil. de pla. Noe.*
c *Geo. Ve. Cã.* 1. *tom.* 7. *c.* 10. *& Ca.* 2. *t.* 3. *c.* 25.
d *Hi. ep. Beat.*
e *Hila. s. psal.* 65.
f *Hier. s. Eze.* 34.
g *Gre. s. Can.* 4.
h *Isy. s. Le.* 3.
i *Hie. s. Is.* 11.
k *Orig. s. Exo. ho.* 9. *& s. Le. h.* 2. *& s. Nu. h.* 47. *& s. c.* 5. *h.* 2. *& s. Ma. ho.* 34. *& in di. ho.* 9.
l *Amb. s. Lu.* 15.
m *Ber. s. Can. ser.* 35.
n *Cy. con. Iu.* 9. *& Epi.* 39.
o *Rup. s. Zac.* 10. *Bed. sup. Pro.* 27.
p *Ambr.* 2. *de Abra.* 8.
q *Phi. quis de ve. di. ha.*
r *Be. s. Ge.* 15.
s *Gr. s. Ca.* 1.
t *Ber. de gra. humi.*
u *Hi. s. Da.* 8. *Cas. li.* 1. *ca.* 8.
x *Aug. contr. menda.* 10.
y *Ru.* 1. *s. Ioa.*
z *Glo. ord. su. Matth.* 4.
aa *Ric. de S. Vi. de secuti. conscien.* 9.
bb *Amb* 2. *de Spir. san. prol. Ori. s. Matth. ho.* 35. *Au. ser.* 107.
cc *Aug. de es. sen. diuin.*
dd *Rup.* 1. *su. Apo.*
ee *Am. s. psal.* 118. *ser.* 15.
ff *Gre. s. Can.* 4. 5. *Au. s. Ap. h.* 1.
gg *Ru. s. Can.* 3.
hh *Ori. s. Nu. ho.* 1. *Hil. sup. Matth. Cant.* 1. *& s. Psal.* 68. *Eu. for. spir.* 1. *Au. s. Io. t.* 57. *& s. Ap. ho.* 1.
ii *Ru. s. Cant. hom.* 5.
kk *Hi. s. Is.* 3.
ll *Glo. ord. su. Iob.* 14.
mm *Hier. s. Ezech.* 5.
nn *Isy. s. Leu.* 14.
oo *Am. serm.* 65.
pp *Hie. pro. s. Orig. in Ios. Greg.* 30. *mo.* 10. *Gr. Nys. de vita Mosis.*
qq *Hie. s. Is.* 7.
rr *Is. s. L.* 13. 14.
ss *Gr.* 2. *m.* 38. *& 5. m.* 23. *& s. Can.* 7. *& 2. past.* 7. *& 31. m.* 9. *Ru. s. Can.* 7.

Digitized by Google

cogitationes vitæ veteris:quas ſic à mente recidimus,vt de earum amiſſione,nullo dolore fatigemur. *Nu.8.a.Iob.4.c.Iſa.7.d.Ezech.5.a.16.a.Cant.7.b.* Et capilli numerati, ſunt cogitationes, de quibus reddetur ratio in iudicio. *Matth.10.d.* Cincinnus autem deſignat collectas cogitationes mentis,vt non ſparſæ diffluant,ſed per diſciplinam conſtrictæ ſubſiſtant. *Exech. 8. a.* Non ſunt radendi, nec nutriendi, ſed tondendi,vt mens occupetur ſolùm in neceſſariis.

Temporalia bona.

Capilli etiam ſignificant *a* terrena & temporalia. Vt enim pili non ſunt pars corporis,ſed quædam ſuperfluitas à corporis humore procedens:ſic bona temporalia non ſunt nobis naturalia, ſed aliena & ſuperflua. Vnde pili in prælatis non ſunt radendi,nec nutriendi,ſed tondendi, vt tantum accipiant de temporalibus, quantum opus eſt. Sic etiam deſignant dignitates & honores temporales. *1.Eſdr.9.a.Iud.13.a.Iere.7.f.Ioan.12.a.Luc.7.f.1. Corinth.11.c.* Et capilli Mariæ,temporalia,quæ cùm dantur pauperibus, capillis pedes terguntur.

Conſilia profunda.

Capilli ſubtiles,& longi,*b* profunda & peracuta conſilia deſignare poſſunt. *Dan.4.g.*

Amor ſuperflui ornatus.

Capilli Mariæ Magdalenæ ſoluti, prædicabant liberationem *c* à nimio amore ſuperflui ornatus: & quæ cum prædicatione propter Dominum ſuſcipienda erat,afflictionem,tolerantiam. Capilli *d* etiam ſoluti ſunt,flens Hieruſalem,quæ inuncta fuerat:propter quam propheticæ fuerunt lamentationes.

Peccata.

Capilli capitis,barbæ,ac ſuperciliorum radendi tanquam ſuperflui,deſignare poſſunt peccata. *Leu.14.a. Num.7.c.8.a.Pſalm.39.67.Iere.7.f.* Hos capillos nudat Dominus,quum in *e* publico iudicio condemnat peccata. *Iſa.3.d.* Pilus,ſpecies emortua,exanguis,& exanimis:hanc qui offert, oſtendit in ſe ſenſum peccati iam mortuum: nec in membris ſuis vltra viuere,aut regnare peccatum:raduntur in leproſo,non autem in ſanctis,in quorum caput non aſcendit ferrum. Piloſus Eſau ſignificat malum rebus mundanis & ſuperfluis copioſum: & illis inhiantem *Gen.25.d.27.b.* Piloſi dicuntur hi,*f* quos Græci faunos vel panas, Latini verò incubos vocant: quorum nimirum forma ab humana effigie incipit, ſed beſtiali extremitate terminatur. Piloſi nomine cuiuslibet peccati aſperitas deſignatur:quod & ſi quando quaſi ab obtentu rationis incipit, ſemper tamen ad irrationabiles motus tendit, & quaſi homo in beſtiam deſinit, dum culpa per rationis imaginem inchoans, vſque ad irrationabilem effectum trahit:nam ſæpè edendi delectatio ſeruit gulæ, & ſeruire ſe ſimulat indigentiæ naturæ:cùmque ventrem in gluuiem extendit,membra in luxuriam erigit.

Dæmones.

Piloſi etiam videntur dici *g* dæmones,quorum imaginem monſtra illa gerebant. *Iſa.13.d.34.e.* Dicunt eos eſſe incubos.

Ignorantia.

Capilli obumbrantes caput,qui ſunt radendi,*h* ignorantiam deſignare poſſunt obnubilantem rationem.

Superflua gentilica ſcientia.

Capilli mulieris captæ radendi,deſignant *i* ſuperflua ſcientiæ gentilium reſecanda: & ornatum verborum tollendum:& erronea opera gentilitatis præcedenda. *Deu.21.c.1.Par.3.a.Apoc.9.b.*

Laſciuia.

Coma *k* laſciuum aliquid & muliebre dicitur:ideo non permittitur viro nutrire comam. *Ezech. 44.e. Iud.10.a.16.b.Eſte.14.a.Eccl.9.c.Iſa.3.c.1.Corin.11.c.Tim.2.c.* Idem deſignant *l* capilli locuſtarum. *Apoc. 9.b.* Ad hæc referri poſſunt capilli Abſalon. *2.Reg.14.f.*

Lætitia.

Capilli olim deſignabant *m* lætitiam:vnde in luctu tondebantur. *Iere.7.g.*

Infidelitas. Idololatria. Hæreſes.

Capillus flauus dicitur eſſe *n* in eo, qui iam declinat ad infidelitatem, à vero fidei colore decidens. *Leui. 13. b.* Capillus verò niger, fumum idololatriæ deſignare poteſt. *Leuit.13.e.* Sicut etiam coma in rotundum attonſa. *Leu.19.f.Iere.9.g.* Pili etiam ſignificare poſſunt circumſtantias hæreſeos:& ſunt quidem decidentes à fronte,quum aliqui reſipiſcunt ab errore.

Labor militum.

Depilatus omnis humerus exercitus Babylonis geſtantium cophinos terræ & lapides, *o* quibus radebantur humeri in obſidione Tyri. *Ezech.29.d.*

Cappadocia,Cappadoces.

Frigentes in fide.

CAPPADOCIA *p* Hebraicè dicitur Caphtorim,quod interpretatur ſpherulæ,vel poma, aut vola,vel palma turturum,vel exploratorum:Eſt prouincia Aſiæ minoris verſus Aquilonem,vnde deſignat eos, qui in frigore fidei ſunt. *Deut.2.a.Amos.9.a1.Petr.1.a.*

Capparis.

Libido. Iudæa.

CAPPARIS *q* eſt arbuſtum reddens flores, qui leguntur antequam aperiantur: qui conditi reddunt guſtum ſuauem. *Eccleſiaſt.12.b.* Videtur poni pro libidine,& concupiſcentia. Vel deſignat *r* Iudæam,quæ,vocata ad fidem gentilitate,ſterilis permanſit.

Capra,vide Caper.

Caprea,Dama.

Chriſtus.

CAPREA,Græcè dicitur *ſ* dorcas,à videndo dicta, de qua aſſerunt ij, quibus medicinæ peritia eſt, ineſſe illi intra viſcera humorem quendam, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoſque viſus exacuat:paſcuntur in montibus,& ſunt animalia munda.

Angeli. Contemplatiui. Eccleſia. Nuper baptizati. Ratio fidei. Virtutes theologica. Synagoga. Virgo Maria. Hæreticus. Perſpicax inſidiarum. Memoria.

Caprea deſignare poteſt *s* Chriſtum,qui maximè perſpicax eſt,& cùm ſit iudex,omnia ſcrutatur, noſque videre facit. *Cant.2.b.d.7.b.8.d.*

Deſignat etiam *u* Angelos, & contemplatiuos, qui ſunt acuti viſus, & paſcuntur in montibus cæleſtibus. & ſacræ ſcripturæ. Deſignat etiam Eccleſiam, *x* quæ dum mente in cæleſtibus habitat, quaſi in montibus paſcitur.

Poteſt etiam caprea ſignificare *y* nuper baptizatos, qui lumen fidei receperunt. Et etiam ipſam rationem fidei, quæ nos videre facit. Et præterea virtutes theologicas.

Synagoga. Virgo Maria. Hæreticus.

Capra etiam ſignificare poteſt *z* ſynagogam,vnde Chriſtus carnem traxit. *Canti. 2.b. 4.b.7.b.* deſignat etiam *aa* beatam virginem,cuius vbera dicuntur,vt duo hinnuli capreæ.

Perſpicax inſidiarum.

Damula, videtur eadem quæ caprea aut ei multum affinis: eſt animal timidum, & velox ad curſum:& hæreticus *bb* dicitur quaſi damula fugiens,quum confunditur à fidelibus,nec eorum poteſt rationes ſuſtinere. *Iſa. 13.d.* Eruitur quaſi damula, *cc* qui perſpicax eſt in deprehendendis malorum inſidiis. *Pro.6.a.*

Memoria.

Capſella.

CAPSELLA eſt parua theca:& capſella, in qua erant repoſita aurea vaſa Philiſtinorum,memoriam deſignare poteſt. *1.Regum.6.c.*

Initium operum.

Capitium.

CAPITIVM,eſt operimentum capitis,& colli,ſed quod tunicæ ſolet adhærere.

Capitium tunicæ ſacerdotum,cuius ora textilis erat,deſignat *dd* perfectum initium operum,præcipuè prædicatorum,quia tegit caput,& collum. *Exod.28.c.39.d.* Quaſi capitio tunicæ reprobi corpus ſanctæ Eccleſiæ cinxerant: quia conſtrictis prædicatoribus,velut eius collum prementes,in ea claudere iter voces volebant. *Iob.30.c.*

Anima ſubiecta verbo Dei.

Captiuus, Captiuitas.

CAPTIVI dicuntur,qui iure belli in capientium ſeruitutem redacti ſunt.

Captiui boni ſunt, *ee* qui captiuarunt intellectum in obſequium fidei. Et captiuæ gladio dicuntur mentes, quæ ſe ſubiecerunt verbo Dei. *Geneſis.30.d.34.d.Pſalm.67.* Sic captiui de Madian,ſunt ſubiicientes ſe fidei. *Nu.31.c.* Et mulier pulchra capta in bello,deſignat animam prius in peccato exiſtentem, ſed redemptam à Chriſto. *Deut.21.b.* Et captiuitas dicuntur fideles redempti,quaſi à Chriſto iure belli capti. *Amos.5.b.1.Mach.14.a. Eph.4.b.*

Eccleſia ex Gentibus. Gentiles. Iudæi.

Captiua puella,quæ ducta fuerat de Iſraël, *ff* deſignat Eccleſiam ex Gentibus. *4.Reg.5.a.*

Peccantes in Eccleſia.

Captiuitas plebis Dei erant cum Gentiles erant in peccatis. Et captiuitas Babylonica eſt, quum *gg* fideles ſubiiciuntur principibus huius mundi. *Pſ.58.84.Iſa.45.c.Iere.29.c.Eze.39.g.Mic.1.d.Nah.2.b.3.c.Hab.1.c.Soph.3.d.Zach.14.a.1.Mach.1.d.2. Mach.4. d.Apoc. 13. c.* Et captiuatæ duæ vxores Dauid ab Amalecitis,deſignant duos populos, Iudæorum, & Gentilium captiuos à dæmonibus. Captiui etiam ducti ex Iſraël ſunt, qui peccatis obnoxij ſunt in Eccleſia. Vel etiam, qui ex hæreticis in poteſtatem diaboli trahuntur. Captiui etiam primi, ſunt homines ſub Adam, in qua captiuamur, antequam à ſecundo homine Chriſto liberemur. Captiuitas etiam Sion, eſt fidelium peccantium in Eccleſia. De his captiuis & captiuitate intelligi poſſunt hæc loca. *1. Regum. 30. a.*

a *Au. de con. mundi. 4. & ſ.pſ.51. & h. 24.Gregor.5. mor.23. & ſ. 1. Reg. 1. & hom.33. Ambro. 2. de pæd.8.*
b *Ricar. de S. Vi.de ſec. conſcien. 40.*
c *Cl. Alex. 2. pæd.8.*
d *Am.ep.13.*
e *Hie. ſ.Iſ. 3. Iſy.ſ.Le.14. Ori.ſ. Ex. ho. 13.& ſ.Leui. hom.8.*
f *Gre.7. mor. 15.*
g *Hier. ſ. Iſ. 13.*
h *Cle. Alex. 1.pæd.2.*
i *Or.ſ.Le.h.7. Hier. epi. Senato vulneri. & ad Magnum. Ge.Ven. Can. 3.to.7.ca.3.*
k *Hi.ſ.Ez.44*
l *Ru.5.ſ.Apo.*
m *Hi.ſ.Ier.7.*
n *Glo. in ſup. Leu.13.*
o *Hie.ſ.Ezec. 29.*
p *Hie.ſup.Amos.9.*
q *Hier.ſu.Eccle.12. Eu.q.in Eccl.*
r *Gr. 31.moral.20.*
ſ *Ori.ſ. cant. ho.3.*
t *Ori.ſ. cant. ho.23.*
u *Bir. ſ.cant. ſer.5.73.*
x *Am. ſ. pſ. 118.ſer.16. Gre.ſ.cant. 2.*
y *Ber.ſu. can. ſer.51. Ori.ſ.can. ho. 2.3. Am.ſ.pſ.118. ſer.16.*
z *Gr.ſ.can.2.*
aa *Gr.ſ.ca.2. 4.Ru.ſ.ca. 3.*
bb *Hie.Iſ.13.*
cc *Bed.ſ.Pro. 6.*
dd *Greg. 20. moral.24.*
ee *Ori.ſ. Nu. hom.25. Am.epiſt.13. Au.ſ.pſ.67.*
ff *Am. de ſacramen.3.*
Christus. Corripit Deus in ira, *d* quum dat pœnam æternam, *Psa.6.37.38. Ier.2.d.19.d.Hos.5.c.10.c.Mich.4.a.Haba.1.c.*

Pœna æterna. Castigare corpus, est ipsum ieiuniis & laboribus affligere, vt obtemperet rationi, *1.Cor.9.d.*

Corripit iustus in misericordia, *e* quia corripit ad emendationem, *Psa.140. Prou.15.b.19.c.28.d. Sap.1.a.Eccl.10.a.19.b. Amos.5.c. Matt.18.c.1.Thessa.5.c.2.Thessa.3.d.*

d *Bas.ps.37.*
e *Ru.s.Amos.5.*

Puniri septuplum, qui occiderit Cain, *Gen.4.c.* vide septenarium.

Correptionis defectus nocuit, *1.Reg.3.c.3.Reg.1.a.*

Castitas, Castus, Impudicus.

CASTITAS dicit mundicinam à libidine corporis & animi: & quia est morale, non habet allegoriam, de eo fit mentio, *Iudith.15.c.16.d.Sap.4.a.1.Mach.14.f. Acto.24.g.2, Cor.6.b.11.a.1. Tim.2.a.3.a.4.c.5. a.d.ad Titum.2.b. 1. Pet.1.d.* Impudicus autem est contrarius pudico, & casto.

f *Au.s.ps.11.*

Casta dicuntur eloquia Domini, *f* quia sunt sine corruptione simulationis, *Psa.11.*

Castra, Castra metari.

Angelorum custodia. CASTRA sunt, vbi milites in bello residunt, & figunt tentoria: & dicuntur castra metari, cùm figunt tentoria.

Ecclesia. Castra Dei dici possunt *g* angelorum custodia, & protectio, quum videlicet nos muniunt aduersus dæmones, *Gen.32.a.Cant.6.d.7.a.Eccl.43.b.Ezec.1.f.Ioel.2.c.*

Concordia fidelium. Castra etiam designant *h* Ecclesiam, præcipuè militantem, in qua fideles, ceu milites proteguntur. Et etiam concordiam fidelium in hac vita contra dæmones. Cùm enim sunt in pace, suut acies ordinata castrorum, *Cant. 6.a.7.a.Exod.14.a.32.d.Leu.10.a.13.f.14.a. Num.10.a.11.d.14.d.Deut.23.b. Ios.3.a.9.a.2.Reg.17.f. Iudith.16.a.Psa. 15.Sap.19.b. Mach.3.a.9.a.10.f.11.g.Apo.20.c.*

g *Glo.ord.su. Gen.32.*
h *Gre.9.mor. 40.& s.cant. 6.& s.Ezech. ho.8. Isy.s.Leu.14.*

Fides. Possunt etiam castra designare *i* fidem, qua protegimur aduersus omnes errores, quum firmiter credimus, *Exo.14.a.*

i *Glos.ord.su. Exod.14.*

Vita præsens. Præsens seculum. Castra præterea significare possunt *k* vitam præsentem: in qua manentes oportet nos timere vocem Domini, *Exo.19.c. Leu.6.b.* Hæc castra operit coturnix, quum temporalia nobis abundant, *Exo.16.e. Psa.77.* Vel designant præsens seculum, extra quæ effunduntur cineres, quum opera reseruantur ad iudicium post hoc seculum, *Leu.6.b.*

k *Is.s.Leu.6.*

Hierusalem. Synagoga. Castra, extra quæ crematur vitulus, *l* designare possunt Hierusalem, extra quam passus est Christus, *Leu.4.c.8. c.9.b.* Designant etiam synagogam, extra quam comburitur vacca, & effunduntur eius cineres, quia honor resurrectionis Christi, est extra celebrationem Iudaicæ consuetudinis, *Num.9.a.b.*

l *Augu.qu.in Num.33.*

Dæmones. Insidiæ diaboli. Vitia & mali. Castra Dei multa dicuntur, interdum *m* dæmones, & mali, per quos Deus exercet vindictam, *Ioel.2.c.*

m *Hie.s. Ioel. 2.*

Castra contra Hierusalem, sunt *n* insidiæ diaboli contra animam, quæ ponuntur secundùm viciniam vitiorum, & secundùm quod ipsa vitia offeruntur sub specie virtutis, *Ezec.4.a.*

n *Gre.26.mo. 5.& s.Ezech. ho.12.*

Castra Naas designant *o* vitia sequentia gulam, *1.Reg.11.c.* Et generaliter dantur castra malorum & vitiorum contra bonos. *Iud.7.c.1.Reg.13.d.14.e.28.a.2.Reg.23.c.4.Reg.7.a.Iud.9.d.14.b.Psa.26. Eccl.48.d. Ezec.4.a. Amos. 4.d.1.Mach.4.a.6.f.7.g.12.d.2.Mach.13.e.Heb.11.g.*

o *Gre.s.1. Re. 11.*

Tranquillitas sapientis. Fortitudo in tribulationibus. Ordo in Ecclesia. Extra castra ponens tabernaculum Moses, *Exod.33.b.* designat *p* sapientem migrare à bello ad pacem, & à mortali confusoque exercitu, ad pacatam rationalium, fœliciumque animarum vitam diuinam.

p *Phil. de tomulen.*

Castra metari sunt super mare, *q* est fortem effici in tribulationibus, *Exod.14.a.* Castra metari iuxta aquas fontium, est fortem effici per doctrinam sacræ Scripturæ, & prædicationem Apostolorum. *Exod.15.d.*

q *Gloss.ord.s. Exod.14.*

Castra metari in deserto, *r* dici potest is, qui in aliquam se recipit religionem. *Exo.18.a.*

r *Lyr.s.Exod. 18.*

Castra metari per turmas iuxta tabernaculum fœderis, *Num.2.a.* designat *s* ordinem seruandum in Ecclesia.

Error Iudæorum de Messia. Castra metati Iudæi iuxta lapidem adiutorij, *1.Reg.4.a.* designabant *t* futurum, vt alium Messiam ipsi expectarent. Et castra ibidem, designant errorem illum, quem habent.

s *Ori.s.Num. ho.2.*

Castra metati sunt Philisthiim in Magmas, *1.Reg.13.a.* quia *u* per iniqua consilia in eis dæmones habitant, qui alta virtutum culmina tenere non curant. Nam dum terrena quærunt, velut plana & humilia incolunt, vbi inuisibiles hostes castra ponere leuiter possunt.

t *Gre.s.1. Re. 4.*

Castra metari in Ethan, *Exo.13.d.* vide Ethan.

u *Gre. 1.Reg. 13.*

Castra metari in Raphidim, *Exo.17.a.* vide Raphidim.

Castrorum chori, vide Chorus.

Castrare, vide Eunuchus.
Cassus, vide Accidere & Cadere.
Cataclysmus, vide Diluuium.
Cataplasma.

Consolatio Scripturarū. CATAPLASMA, est fomentum, quod applicari solet ad locum, quò materia putrida concurrit, & tuber facit.

Cataplasma Ezechiæ regi factum de ficis. *Isa.38.d.* fomenta designare potest, quæ fiunt per consolationem scripturarum.

Cataracta, vide Nubes.
Catellus, vide Canis.
Catechizare.

CATECHIZARE est instruere in fide, *Gal.6.b.* Vnde dicti sunt Catechumeni, qui instruebantur in fide ad suscipiendum baptismum.

Catena, Catenula, Murenula.

CATENA, fit ex multis annulis mutuò connexis, & variatur secundùm materiam ex qua fit. Nam catenæ ferreæ, quæ ex magnis annulis constant, sunt ad ligandum, & detinendum aliquem in vinculis, aut ad aliquid simile. Catenæ verò aureæ, quæ ex paruis annulis constituuntur, ad ornatum deseruire solent, præcipuè colli, quæ & murenulæ dicuntur.

Charitas. Catenulæ duæ aureæ positæ in rationali, quod gerebat pontifex in pectore, *Exo.28.c.39.c.* designant *x* continuationem castæ & non fictæ dilectionis cordi firmiter affixæ, quæ nunquam manum & linguam ab æquitate puri sensus dissentire permittat. Et benè duæ, vt & in his, quæ ad cultum Dei, & in his, quæ ad fraternæ subsidium, necessitatis pertinent ornatus incedat. Bene autem per catenas aureas multos habentes annulos, opus charitatis significatur, propter multifaria charitatis opera, quæ *1.Cor.13.* enumerantur. Catenæ etiã capitellorum

x *Gloss.ord.s. Exod.28.*

colum

columnarum, quas fecit Salomon, 3. *Regum c.* 3. *Paral.* 3. *b. d.* connexionem fidelium in eadem fide & charitate designant.

Catenæ etiam duæ in rationali, significant *a* industriam mentis, quæ intellectum doctorum cum operatione coniungit.

Catenulæ, seu murenulæ aureæ, designant *b* verbi Dei & doctrinæ connexiones. Texuntur auro & argento: quia sacræ Scripturæ sunt aureæ propter sapientiam, vermiculatę verò argento propter eloquium prædicationis: *Num.* 31. *g. Cant.* 1. *c. Isa.* 3. *b.* Designant etiam similitudines diuinorum ornatas eloquio.

Catenæ, quibus ligatus fuit Ieremias, *e* captionem Christi designabant, *Ierem.* 40. *a.* Catena autem in manu angeli, est potestas Christi, *Apoc.* 20. *a.* Et catena magna, qua ligatur diabolus, est virtus diuina, qua velut ligatus reprimitur, ne noceat.

Catenæ obligationis, sunt ipsa retentio peregrinationis in hac vita, *Iob.* 36. *a.* His catenis se ligatum aspexerat Paulus, cùm dicebat *Philip.* 1. Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo,

In catena Paulus legatione fungebantur, quia sanctus quantumuis ligatus, liberior est ligante se, *Eph.* 6. *d.* 2. *Tim.* 1. *d. Acto.* 12. *a.* 21. *f.* 27. *e.*

Catena sæpe designant *d* graue vinculum peccati: & grauem consuetudinem peccandi, *Leu.* 26. *b. Iudic.* 16. *c.* 4. *Reg.* 25. *b.* 2. *Para.* 33. *b.* 36. *a. Eccl.* 4. *d. Sap.* 17. *d. Isa.* 58. *c. Ier.* 27. *a.* 28. *d. Exec.* 19. *a.* 34. *g. Mar.* 5. *a. Luc.* 8. *c.* Potest etiam in multis ex his locis, doctrinam hæreticorum significare, & præterea vinculum legis.

Caterua, quare Populus.

Cathedra, Sedes, Sedile, Sella, Solium, Thronus, Tribunal.

CATHEDRA, aut sedes deseruit ad quietem hominis, sic, vt nec ster, nec iacear: & habet autoritatem docentis, aut aliàs imperantis: quæ & thronus dicitur: Tribunal autem erat locus excelsus arcuata figura, in quo residebat, qui ius tribubus reddebat.

Cathedra Dei, designat *e* imperium Dei, & dignitatem Deo conuenientem & solium excelsum Dei, sunt sublimes virtutes angelicæ & peculiariter throni. Cælum etiam anima iusti, cathedra Dei dici possunt. Et solium regni Pharaonis, imperium Dei designabat, *Gen.* 41. *e.* 3. *Reg.* 22. *c. Psa.* 9. 10. 44. 79. 88. 92. 102. *Iob.* 23. *a.* 26. *c. Sap.* 7. *d.* 9. *a.* 18. *c. Isa.* 6. *a.* 22. *g.* 28. *b.* 63. *d.* 66. *a.* 2. *Par.* 18. *d. Ier.* 3. *e.* 14. *d.* 17. *b.* 43. *d.* 49. *g. Exec.* 1. *f.* 10. *a.* 28. *a.* 43. *b. Dan.* 7. *c. Matt.* 5. *g. Col.* 1. *c. Heb.* 1. *c.* 4. *b.* 8. *a. Apo.* 1. *b.* 12. *b.* 14. *a.* 22. *a.*

Thronus eburneus Salomonis, *f* altitudinem maiestatis Christi in nouissimo & tremendo iudicio designat: cuius puritatem demonstrat ebur. Erat autem vestitus auro: quia aurea diuinitatis institia tunc reuelabitur. Habebat sex gradus: sex enim sententiis iudicium perficietur. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c. Duæ manus hinc atque inde, designant iudicium, & misericordiam. Duo leones iuxta manus singulas, sunt vtrobique fortis atque formidabilis iudicij veritatis. Nam & à sinistra omnis iniquus condemnabitur: & à dextra vix iustus saluabitur. Duodecim leunculi super sex gradus stantes, duodecim erunt Apostoli, duodecim, id est, vniuersi iudices super condignas vtriusque manus præpositi retributiones, 3. *Reg.* 10. *c.*

Solium Domini dicta Hierusalem, designat *g* Ecclesiam, in qua sedet, qui sedebat in veteri lege super Cherubim. Et totum corpus Christi, & sedes Dei, aut Christi, super quod sedet ipsum caput: & hæc sedes est sicut Sol, quia iusti fulgebunt sicut Sol, *Psa.* 44. 88. 92. *Isa.* 6. *a. Ier.* 3. *f. Apo.* 4. *a.* 5. *c.* 7. *c.* 20. *c.* Vel est thronus requies Dei, quam in Sanctis habet.

Thronus etiam Dei, *Dan.* 7. *c.* sunt custodes animarum: qui mutare locum minimè permittuntur & sic flamma ignis, quia diuinitatis præsentiam in se portant, & ardent.

Throni similitudo super firmamentum, *h* designat superiores spiritus cælestes qui throni dicuntur: & etiam Sanctos, vel regnandi potestatem, *Exe.* 1. *g. Psal.* 44.

Cathedra regis, hoc est regnum Saul, & Dauid, designare potest *i* autoritatem magisterij, & gubernationis, 1. *Reg.* 20. *d.* 2. *Reg.* 3. *b.* 7. *c.* 14. *c.* 3. *Reg.* 1. *c. f.* 2. *d.* 3. *a.* 10 *c.* 4. *Reg.* 10. *f. Deut.* 17. *d.* 1. *Par.* 17. *c.* 28. *g. Iob.* 29. *b. Psa.* 88. 121. *Eccl.* 7. 1. *Mach.* 2. *f. Ier.* 17. *d.* designat etiam *k* dignitatem episcopalem, & sacerdotium in Ecclesia, cum potestate ligandi & soluendi. *Ier.* 21. *a.* Et cathedræ vendentium columbas, *l* designant statum eorum, qui docent in Ecclesia, vel Ecclesiis prouident. *Matt.* 21. *b. Apo.* 20. *b*

Sedes etiam Dauid, designat paupertatem, & crucem Christi, *Luc.* 1. *c.* Et ediuerso, *m* designat dexteram Patris, & gloriam, ac iudiciariam potestatem Christi: quæ etiam designat sedile Salomonis. 3. *Reg.* 7. *a.* 8. *b.* 9. *a.* 10. *c.* 1. *Par.* 17. *c.* 22. *c.* 29. *f.* 2. *Par.* 7. *d.* 9. *d. Psa.* 9. 88. 92. 131. *Isa.* 9. *b.* 16. *b.* 22. *g. Eccl.* 24. *a. Zach.* 6. *d. Matt.* 19. *d. Apo.* 4. *a.* 20. *c.* 21. *d. Dan.* 7. *c. Luc.* 22. *c.* Tribunal iudicium Dei, *Rom.* 14. *b.* 2. *Cor.* 5. *b.*

Solium gloriæ tenere, *n* est bonæ famæ odorem ad eos spargere, quibus dignitate præeminet, vel in sublimitatis honore miraculis coruscare. 2. *Reg.* 2. *b.* Vel est in æterna gloria requiescere, de qua, *Psa.* 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, & *Isa.* 51. *b.* Gaudium, & lætitia inuenietur in ea.

Cathedra videtur interdum gradum honoris significare, cùm dicitur *Eccle.* 12. *c.* Ne fortè conuersus in locum tuum, inquirat cathedram tuam. Sic potest sumi, 2. *Par.* 18. *b.* 23. *d.* 3. *Reg.* 2. *d.* 4. *Reg.* 25. *g. Ester.* 3. *a. Iob.* 36. *a. Prou.* 16. *b.* 20. *b. d.* 25. *a.* 19. *c. Eccl.* 40. *a. Dan.* 5. *e.* 7. *c. Luc.* 22. *c.*

Cathedra Mosis, designat *o* doctrinam legis, quæ postea facta est cathedra Christi: designat etiam docendi potestatem, *Matt.* 23. *a. Marc.* 12. *d. Luc.* 11. *f.* 4. *Reg.* 4. *b.* Idem designat cathedra seniorum, *Psa.* 106. Sella etiam Eli, *p* honorem sacerdotij Iudæorum designat & superbiam Scribarum, & Pharisæorum, 1. *Reg.* 1. *b.* 4. *c.*

Sedes aliquando ponitur pro loco in quo quis habitat, & quiescit: vt *Iud.* 9. *g.* 20. *c.* Reuersi sunt in sedes suas. Sic *Isa.* 10. *g. Exec.* 34. *d.* 4. *Reg.* 4. *b.*

Cathedra pestilentiæ, designare potest habitus vitiorum iam firmatos. Item peruersam doctrinam hæreticorum, quæ verè pestilens est. Item potestas secularis malè imperans. Et theatra, & iudicia, vbi exequuntur exitiales potestates. Et sedes bestiæ, est Ecclesia malorum, & thronus diaboli qui est ad Aquilonem, *Psa.* 1. Dicuntur etiam sedes iniquitatis, *Psa.* 93. Idem designat solium Pharaonis, *Exo.* 12. *e. Iud.* 3. *c. Iudith.* 1. *d. Ester.* 3. *a.* 6. *c. Sap.* 5. *d.* 6. *d. Eccl.* 10. *b.* 11. *a.* 38. *g. Isa.* 14. *c.* 22. *b.* 47. *a. Ier.* 1. *c.* 43. *d. Abdi. a. Iona.* 3. *c. Agge.* 2. *d. Amos.* 6. *a. Apo.* 2. *d.* 16. *d.* Et sella mulieris meretricis, *s* fastum humanæ scientiæ & eloquentiæ exprimere potest, *Prou.* 9. *c.* Et solium regis Niniue, designat *t* autoritatem philosophorum, & oratorum apud Gentiles, *Iona.* 3. *c.* Sedes bestiæ, est ipsum mendacium, cui innititur diabolus, & hæretici.

Sedes pelliceæ Philisthinorum, 1. *Reg.* 5. *a.* ad infirmitatem carnis referri possunt.

Catulus.

CATVLVS propriè significat canem recenter natum, sed sumitur pro fœtu multorum animalium quadrupedum, vt leonis, & vrsi, &c.

Catulus leonis, fertur natus triduo dormire, & leænæ fremitu excitari: *u* qua ratione significare potest Christum, filium Patris æterni, & eiusdem naturæ cum eo, cuius immensa est fortitudo: qui tertia die mirabili virtute excitatus est, *Gen.* 49. *b. Isa.* 5. *g.* 31. *b.* 11. *b. Hos.* 5. *d.* Et Deus in castigando dicitur catulus leonis, quia nemo ei resistere potest.

Catulus leonis potest etiam significare *x* populum in Christum credentem. Iidem dicuntur catuli læenæ, & catuli vrsæ, *Gen.* 49. *b. Deut.* 33. *c.* 2. *Reg.* 17 *b. Iob.* 38. *d. Isa.* 11. *b. Hos.* 13. *b. Mach.* 3. *a.*

Catuli leonum *y* dicuntur Iudæi, sacerdotibus subiecti, *Psa.* 16. Item hæretici à diabolo nutriti & instructi. Et *z* quilibet reprobi ad iniquam vitam malignorum spirituum errore generati, *Iob.* 4. *b. Psa.* 56. 103. *Mich.* 5. *e. Nahum.* 2. *c.* Ipsum *aa* quoque dogma peruersum, catulus leonis dici potest, *Ioel.* 1. *b.*

Catuli lamiarum, *Thren.* 4. *a.* dici possunt *bb* discipuli Iudæorum, aut hæreticorum. Et catulus leonis, *Psalm.* 16.

Catuli hericij, *Isa.* 34. *d.* significare possunt *cc* sectatores auaritiæ, quia sunt circundati spinis. Et astutos ad abscondenda vitia.

Catulus leonis, quandoque dicitur *dd* ipse diabolus feruens & fremens aduersus bonos, *Iud.* 14. *g. Psa.* 16. 56. 103. *Isa.* 31. *b. Amos.* 3. *a.*

Catuli

a *Glo. inter s. Exod.* 28.
b *Hie. s. Isa.* 3. *Gre. s. cant.* 1. *Ber. sup. cant. ser.* 43.
c *Gre.* 26. *mo.* 27.
d *Ori. s. Leuit. ho.* 16. *Hie. s. Isa.* 54. *Aug. de ouibus* 15. *Isy. s. Leu.* 26. *Cyr.* 7. *s. Ioan.* 23.
e *Or. s. Gē. ho.* 1. & *s. Isa. ho.* 1. *Hiero. ad princip. Greg.* 16. *mor.* 14.
f *Ru. s.* 3. *Regum* 21.
g *Hie. s. Ier.* 3. *Aug. s. ps.* 88. & *s. Apoc. ho.* 3. *Ber. ser.* 3. *de aduen.* *Aretas s. Ap.* 4.
h *Gre. s. Eze. hom.* 5. 14. & 7.
i *Gre.* 19. *mo.* 13.
k *Hiero. s. Ier.* 21.
l *Epip.* 1. *cont. hæres. tom.* 2. *Ru.* 11. *s. Apo.*
m *Arn. s. psa.* 92. 131. *Hie. s. Isa.* 9. *Rup.* 3. *s. Apo.*
n *Gre. s.* 2. *Re.* 2.
o *Rup.* 3. *sup. Ioan.*
p *Gre. s.* 1. *Re.* 1. 4.
q *Hie. epis. vt absentiam.*
r *Basi. s. psa.* 1. *Cle. Alex.* 2. *strom. Hil. s. psal.* 1. *Hie. s. Isa.* 14. 22. *Aug. s. psal.* 1. & *s. Apoc. ho.* 12. *Euch. for. spiritu* 3.
s *Bed. s. Pro.* 9.
t *Hie. s. Ion.* 3. *Rup.* 9. *s. Apo.*
u *Orig. s. Gen. ho.* 17. *Hie. s. Hose* 5.
x *Greg.* 30. *m.* 11. *Hie. s. Isa.* 11.
y *Arn. s. psal.* 16. 103.
z *Greg.* 5. *mo.* 16.
aa *Hie. s. Ioel.* 1.
bb *Gr.* 19. *m.* 15.
cc *Glo. ord. s. Isa.* 34.
dd *Ori. s. Leu. ho.* 16.

Industria mentis.
Connexiones verbi Dei.
Captio Christi.
Potestas Christi.
Peregrinatio huius vitæ.
Peccatum & consuetudo peccandi.
Imperium & potestas Dei.
Sublimes virtutes angelicæ.
Cælum.
Anima iusti.
Maiestas Christi.
Ecclesia.
Requies Dei in Sanctis.
Custodes animarum.
Throni.
Sancti.
Regnum.
Autoritas magisterij.
Dignitas episcopalis.
Sacerdotium.
Paupertas & crux Christi.
Dextera Patris.
Iudiciaria potestas.
Spargere odorem bonæ famæ.
Gradus honoris.
Doctrina legis.
Docendi potestas.
Honor sacerdotis.
Superbia Scribarum.
Locus habitationis.
Statio.
Habitus vitiorum.
Doctrina hæreticorum.
Secularis potestas.
Ecclesia malorum.
Fastus mundanæ scientiæ.
Autoritas philosophorum.
Mendacium.
Christus.
Deus.
Populus Christianus.
Iudæi.
Hæretici.
Reprobi.
Dogma peruersum.
Discipuli Iudæorum.
Auari.
Diabolus.

Digitized by Google

Filij Iob. Fideles. Corpus humanum. Sermo hominis. Litera legis. Contemptus prophetiæ. Consummatio operum. Finis mundi. Vita Christi. Christus. Errores hæreticorum, & fines. Fallacia hæreticorum. Pseudo prophetæ. Hæretici. Præpositi mali. Secularis potestas. Infimus locus. Decepti ab hæreticis. Vltima diaboli. Sapientia secularis & sermo hæreticus. Hæreses. Infernus. Cauere peccata. Insidiæ diaboli. Sacerdotes. Pharisæi. Hæretici. Fides simplicium. Animæ sine curis. Damones. Infernus. Corpus humanum.

Catuli leonum dicuntur filij Iob, ab Eliphaz: quia *a* hæretici iudicant filios Ecclesiæ esse superbos, & auaros, *Iob. 4. b.*

a Gr. 5. m. 15.

Catinus, Paropsis, Discus, Patina.

CATINVS est vas escarium lance profundius, quòd & paropsis Græcè dicitur. Idem etiam discus, & patina. Discus item erat globus plumbeus, aut stanneus, quo exercebantur ad ludum.

Catinus, vt est vas terreum, & fragile, *b* corpus humanum significare potest, vel ipsum hominem, aut sermonem eius: & præterea literarum legis, *Matth. 23. s. 26. b. Marc. 14. e Luc. 11.*

Discus, in quo caput Ioannis Baptistæ positum est, designat *c* contemptum Prophetiæ, aut etiam legis. *Matth. 14. a. Marc. 6. d.*

b Ori. s. Matth. 25. Amb. s. Lu. 11

c Ori. s. Matt. ca. 14. Hil. s. Matth. can. 14.

Cauda.

CAVDA est extrema pars multorum animalium, extrinsecus prominens.

Cauda hostiæ, significare potest *d* operis consummationem. Vnde offerre totam caudam, & perseuerare in bono opere, *Exod. 29. d. Leu. 3. c. 7. a. 8. e. 9. c.*

d Gr. 1. m. 40.

Cauda colubri, *Exod. 4. a.* designare potest *e* finem mundi, quam apprehendit Moses, vt verteretur in virgam, quia tunc cessauit mors, resurgente toto corpore Christi.

e Aug. 3. de Trinit. 10. & s. psa. 73.

Designat etiam *f* vitam Christi tempore passionis: aut *g* ipsum Christum, qui est A. & Ω. Cauda apprehensa est virga, quia postquam occisus est Christus, peractis omnibus ad quæ fuerat missus, ad cœlum resurgendo reuersus est. *Exo. 4. a. Isa. 9. c. 19. c.*

f Amb. s. psal. 118. ser. 20.

g Bed. Exo. 4.

Caudæ vulpium designant *h* errores hæreticorum, & extrema, ac finem eorum, qui est incendium ideo in caudis ligantur, vt incendio tradantur, *Iud. 15. a.* Et caudæ locustarum, similes caudis scorpionum, sunt fallaciæ hæreticorum, quibus interficiunt, quos blandis verbis, ceu brachiis amplectuntur. Designant etiam pseudoprophetas & ipsos hæreticos, quos etiam designat cauda draconis, *Apo. 9. b. 12. b.*

h Ori. s. cant. ho. 4. Amb. s. Luc. 9 Aug. s. ps. 80. & ser. 107. & s. Apo. ho. 7. 9.

Caudæ equoũ, designant *i* præpositos malos adiutores dæmonum: aut potestatem secularem, quæ adiungitur hæreticis, ad nocendum fidelibus, *Apo. 9. d.*

i Gr. 33. mor. 29.

Cauda bouis, aut ouis amputata, *k* est cum de nouissimis non cogitatur, nec thesaurizatur ad futurum seculum, *Leu. 22. d.*

k Isy. s. Leu. 22.

Cauda designat sæpè *l* infimum & despectum locum, & vulgus deceptum ab hæreticis, *Deut. 28. b. Isa. 9. 10. 19. c.*

l Hie. s. Le. 19.

Cauda Behemoth, designat *m* vltima diaboli, hoc est, Antichristum, à quo veniet extrema persequutio Ecclesiæ. Ideo cauda, *Iob. 40. b. Apo. 12. b.* Designat etiam posteriora peccata, quæ fiunt iam ex consuetudine.

m Gre. 32. m. 12. 17. 18. Euc. q. in Iob.

Caudæ duæ titionum fumigantium, *Isa. 7. a.* dicti sunt *n* duo reges, quia eorũ regna in proximo erant destruenda: designant autem sapientiam secularem & sermonem hæreticum aduersus Ecclesiam venientes.

n Hie. s. Isa. 7

Cauea.

o Glo. ord. su. Ecc. 11.

CAVEA est, in quam includuntur aues, aut alia animalia, facta in modum cancellorum.

Cauea, in quam inducitur perdix, *Eccl. 11. d.* designat *o* errores hæreticorum, in quos inducitur etiam, qui prudentior æstimatur.

p Lyr. s. Exec. 19.

Cauea, in quam inductus est leo, *Ezech. 19. c.* infernum *p* designare potest, in quem inducitur superbus.

Cauere, Cautus, Præcauere, Cautio.

CAVERE, dicit obseruantiam, qua quis vitare curat periculum. Cautus autem dicitur, qui prudenter scit cauere. Rara sunt in allegoriis.

Cauentes Philisthiim, ne Hebræi facerent gladium, aut lanceam, *1. Reg. 13. d.* designant dæmones *q* procurantes, ne Christiani vacent scientiis liberalibus.

q Gne. s. 1. Regum. 13.

Cauere in fermento Pharisæorum, & Sadducæorum, est cauere ab eorum doctrina, *Matth. 16. a. Marc. 8. d. Luc. 12. b.*

Cauere immundicias, *r* est cauere peccata, *Leu. 15. d. Iob. 35. e. Eccl. 26. b.* Sic cauere ab ineundis amicitiis cum Gentibus, *Exo. 34. b. Tob. 4. a. Ecol. 9. d. 22. d. 32. d. 41. Matt. 10. c. Marc. 13. d.*

r Glo. inter. s. Leu. 15.

Cauens Saul Dauid, designat malos insidiantes bonis, *1. Reg. 18. c.*

Cautio est scriptura, quæ fit ad securitatem mutuantis, *Luc. 16. b.* designat obligationem peccatoris erga Deũ.

Cauerna, vide Spelunca.

Caula, vide Ouile.

Caupo.

CAYPO dicitur venditor, præcipuè vini, qui & tabernarius.

Caupones dici possunt *s* sacerdotes, *Isa. 1. f.* iuxta Septuaginta. Item Scribæ, & Pharisæi, & hæretici: qui sunt caupones, qui non iustificantur à peccato, *Eccl. 26. d.*

s Amb. ser. 78 Hie. s. Isa. 1.

Causa.

CAVSA est, ad quam sequitur effectus: cuius quadruplex genus, poni solet, nempe effectrix, finalis, formalis, & materialis. Sumitur autem causa, pro negotio, seu lite.

Causa odij fratrum Ioseph, fuerunt somnia eius, seu potius occasio, *Gen. 37. c.* Vbi designabatur *t* prædicationem Christi, quæ à sacerdotibus & Pharisæis, veluti somnium habebatur, fuisse occasionem, vt ab illis Christus odio haberetur.

t Glo. inter. s. Gen. 37.

Causa necis populi Israël, futuri erant Ruben & Gad, si non sequerentur populum, *Num. 32. c.*

Causa finalis, Deus, *3. Reg. 21. g.*

Causa rebellionis Ieroboam aduersus Salomonem, *3. Reg. 11. e.* designat occasiones, quas quærunt hæretici, vt recedant ab Ecclesia.

Causa omnis mali, idololatria, *Sap. 4. d.*

Causa pro negotio sumitur, in his ferè locis, *Exod. 22. b. Num. 27. b. 35. b. Deut. 25. a. Ios. 20. b. 2. Par. 19. c. Iob. 29. c. 35. d. 36. c. Psa. 34. 42. Prou. 22. b. 25. b. 26. b. 29. b. 31. a. Eccl. 32. b. Isa. 1. f. 21. a. Ier. 5. d. 11. d. 20. d. Thren. 3. g. Mich. 7. b. Matt. 19. b. 27. c. Luc. 6. b. 23. a. Ioan. 18. g. 19. b. Act. 25. b.*

Causa humilium, *u* est fides simplicium, qui hæretici vim faciunt, *Isa. 10. a.*

u Hie. s. Is. 10.

Causa Christi erat, *x* quod sine culpa moreretur. *Ier. 11. d.*

x Hie. s. Ierem 11.

Causari.

CAVSARI, est excusando causam, aut rationem reddere. *Deut. 30. c. Eccl. 13. a. Rom. 3. b.*

Cauterium.

CAVTERIVM est instrumentum ferreum, quo ardente infligitur vulnus, vel in signum, cum fit in facie, vel ad eliciendum pus, quod intra cutem latebat.

Cauteriata conscientia, *y* dicitur simulatione corrupta: quia cauterium, corium corrumpit, & notam infligit, *1. Tim. 4. a.* Ita conscientia adusta erroris & malitiæ igne, & signo aperti mendacij notabilis.

y Glo. inter. s. 1. Tim. 4.

Cauum.

CAVVM, seu concauum dicitur, quod alicuius rei intra se capax est, vt vas.

Cauum altare, designat *z* animam terrenis curis vacuam, vt igne diuini amoris accensa, gratum Deo sacrificium offerat, *Exo. 27. b. 38. a.*

z Glo. ord. su. Exo. 27.

Cedar.

CEDAR, id est, nigredo, seu tristitia, nomen vrbis à filio Ismaël sic dictæ ad meridianam plagam Palesthinæ: sunt autem Cedareni, qui Sarraceni, seu Agareni dicuntur, qui habitant in tentoriis, vagas habentes sedes.

aa Arn. s. psa. 113.

Cedar, designare potest *aa* dæmones, aut locum dæmonum, vbi abundat nigredo, tristitia, & tenebræ, *Psa. 119. Iud. 1. c. Cant. 1. b. Isa. 21. d. Eccl. 27. d.*

bb Hil. s. psal. Aug. s. ps. 119.

Cedar designare potest *bb* corpus humanum tenebrosum, & habitantes Cedar, sunt pertinentes ad promissiones terrenas, & populum seruilem, per Ismaëlem designatum, *Psa. 119. Cant. 1. b. Isa. 42. b.*

Cedar etiam designat *a* hunc mundum,qui *Ioan.*1.tenebræ dicitur.Ac etiam Gentiles ad fidem venientes, hoc est,à tenebris ad lucem,*Isa.*21.*d.*42.*b.*60.*b.Ier.*2.*c.*49.*f.* — *Mundus. Gentiles.*

Cedar præterea *b* nigredinem peccatorum designat,*Cant.*1.*b.*vnde sponsa nigra dicitur, vt tabernacula Cedar, propter malos in Ecclesia adhuc existentes. — *Nigredo peccatorum.*

Cedere.

CEDERE,est locum dare,aut in sortem alicuius venire,vix habet allegoriam.

Non cedens gladio equus, *Iob.*39. *c.* designat *c* prædicatorem non cessantem à prædicando propter persequutiones.*Gal.*2.*a.*Vel designat diabolum perseuerantem in tentando,etiam si fuerit victus. — *Perseuerans prædicator.*

Cedens armus in partem sacerdotum,& in partem eius,qui obtulerit,*Exo.*29.*c.Luc.*7.*d.Num.* 18. *b.* designat *d* sacerdotes habere debere excellentiam operum. — *Nõ cessans tẽtator. Excellentia operum sacerdotum.*

Cedentes spicæ,& racemi remanentes,in vsus aduenæ,pupilli, & viduæ,*Deut.*24.*d.* designant mysteria legis e neglecta à Iudæis , susceptа esse à Gentibus. Et quòd non debet quisquam sibi ascribere gloriam,sed relinquere posteris.

Cedentes loco filij Israël fugam simulantes,*Ios.*8.*c.*designant *f* cedendum persequutioni,ad tempus.

Cedens propinquus Booz iuri propinquitatis,*Ruth.*4.*a.*est *g* cedens Lex Euangelio.

Cedrus.

CEDRVS,*h* est arbor insignis,imputribilis,odorifera,bonam præbens vmbram,infrugifera,inflexibilis , & ædificiis apta,nascitur plurima in monte Libano. Aut aliquibus dicitur esse tya,resinam præbens electissimam, quæ cedria dicitur,& cedrium,quæ est dentium doloribus vtilissima,in quorum cauernas immissa, eos frangit : expirantibus quoque vitam aufert,quia vires assumit , adiuncto calore vitali, sed defuncta corpora incorrupta conseruat,vitiosos humores exterens,& absumens : ictibus ceratæ impositæ cum sale remedio est : elephantias curat,& ad pulmonis vlcera,si cyathus eius sorbeatur,valet : aduersus vermes in clystere iniecta,confert : & tineas inter vestes posita,interimit:& contra quadrupedum scabiem,canum,& boum,valet:& ardet sicut facula.Oleum quoque quod ex ea fit,multum celebratur,indicans forsitan veri olei fontem, misericordiæ videlicet, & pietatis diuinæ locum,cui illa arbor respondet.

Cedrus, quandoque designat *i* angelos incorruptibiles , & sublimes dignitates : qui sunt cedri prope aquas, *Num.*24.*a.Cant.*5.*d.Eccl.*24.*b.Ezech.*31.*a.* — *Locus diuinæ misericordiæ. Angeli.*

Potest etiam cedrus designare *k* Apostolos & Prophetas,propter vitæ eorum excellentiam, & doctrinæ sublimitatem, qua ædificant Ecclesiam Dei.Et omnes etiam *l* iusti cedri Dei dici possunt. Et qui prius erant mali & infrugiferi,vt cedri,postea conuersi operiuntur ab vmbra Christi.Demum, qui virtutes, & signa exhibent in sua operatione, & dicere possunt,Christi bonus odor sumus Deo: quorum corda ita in amore Dei solidata sunt : vt ea iam terreni amoris putredo nulla corrumpat,*Num.*24.*a.*2.*Reg.*5.*b.*3.*Reg.*4.*d.*5.*b.*6.*b.*7.*a.*10.*d.*4.*Reg.*19.*d.*1.*Par.* 14.*a.*2.*Par.*1.*d.*2.*b.*1.*Esdr.*3.*b.Psal.* 69.36.91.103.148.*Cant.*5.*d.*8.*c.Isa.*13.*d.*37.*e.*41.*c.Ier.*22.*d.Ezech.*17.*d.*Et cedrina ligna,designare possunt *m* presbyteros in Ecclesia:& maiorum gloriam,& validos,& constantes,qui super alios ordinantur : longanimes in spe, & ad superna mẽtis verticem attollentes,& bonum fidei odorem spargentes:qua ratione,cedrus perseuerantiam famámque piæ designat actionis,3.*Reg.*6.*d.Cant.*1.*d.* — *Apostoli & prophetæ. Iusti. Magnæ operantes. Presbyteri. Maiorumgloria. Perseuerantia Fama bona.*

Et cedri suauis odor,& materia eius formandis literarum elementis, quibus puerilis ætas imbuitur apta. Est ergo materia ista *n* sublimis ad gratiam,leuis ad onus,suauis ad odorem : vtilis ad instrumentum scientiæ, habilis ad ministerium cognitionis æternæ.Potest ergo significare sacram scripturam, vnde hæretici suas succidunt hæreses,prauè etiam intelligentes,*Isaiæ.*44.*c.* — *Sacra scriptura.*

Cedrinum lignum,quo vtebantur in purificatione leprosi, & in expiatione aliorum immundorum : quod est robustum & imputribile, designare potest *o* crucem Christi : aut etiam spem, quæ facit in supernis firmiter habitare,vt lignum cedrinum in sublime eleuatur,*Leu.*14.*a.* — *Crux Christi. Spes.*

Cedrus interdum *p* cœlestis gloriæ celsitudinem exprimit,*Psal.* 91. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur , *Eccl.* 50, *b.* Quasi plantatio cedri in monte Libano. Cedro etiam comparatur sponsus. *Cant.*5.*d.* — *Celsitudo cœlestis gloriæ. Christus.*

Cedrus magna,quam plantauit Deus , *q* Christum designare potest : & etiam Ecclesiam : quam significat cedrina domus Dauid.2.*Reg.*7.*a.*1.*Par.*17.*a.Ezech.*17.*d.* — *Ecclesia.*

Cedri libani,*r* significare possunt diuites in Ecclesia existentes,*Psal.*103. — *Diuites in Ecclesia.*

Cedri quoque Libani,dici possunt *s* Philosophi,& loquentes, ac principes gentilium ad fidem venientes. *Isa.* 60.*c.*iuxta septuaginta.Hæc ligna mittebat Hiram regi Salomoni,3.*Reg.*5.*d.* — *Philosophi & principes gentilium.*

Cedri præterea Libani,quas comedit ignis *t* ligna indicant templi ab ignedeuorata,*Zach.*11.*a.* — *Ligna templi.*

Cedri etiam dici possunt *u* potentes,& optimates Iudæorum:quos volebat succidere rex Assyriorum. *Isa.*37.*c.* Et medulla cedri,erat Ioachin,rex Iuda,*Ezec.*17.*a.Zach.*11.*a.* — *Potentes Iudæorum.*

Cedri etiam dicuntur *x* superbi,infrugiferi,& inflexibiles,ac ipsa eorum duritiei:& cedri Libani, sunt altitudine terrena elati:ac etiam ipsi dæmones:quas omnes cedros confringit vox diuina.Cedros autem,quæ sunt dæmones,eiecit Deus de paradiso,& collocauit pro eis,homines, *Iud.*9.*b.*3.*Reg.*4. *ii.*4.*Reg.*14.*b.*2.*Par.*25.*d. Iob.*40. *Psa.*28.36.*Isa.*2.*c.*9.*c.*14.*b.*37.*c.*44.*b.Ier.*22.*b.f.Ezech.*27.*a.*30.*a.Amos,*2.*c.Zach.*11.*a.* — *Superbi. Dæmones.*

Cedrina laquearia, vel contignationes in ædificationes in ædificiis hæreticorũ , *y* designant pulchritudinem apparentem in eorum doctrina,& factis,sed quæ ad imbres,& persequutionum tempestatem citò putrescat, & corruat,*Ier.*22.*d.*

Cedron torrens,siue cedrorum , videtur aliquibus non significari per nomen cedron , arbores cedros : sed esse nomen proprium torrentis : & interpretati denigratum, aut tristem:quæ interpretatio conuenit ei,quia ibi captus est Christus,*Ioan.*18.*a.*De eo fit mentio,2.*Reg.*15.*c.*3.*Reg.*15.*b.*4.*Reg.*13.*b.*2.*Par.*15.*d.*30.*c.*

Ceelatha.

CEELATHA,id est,cœtus, vel congregatio, siue Ecclesia : vbi Origenes *z* legit Macelach,id est principatus, siue virga.Est decimanona mansio filiorum Israël in deserto:quò peruenitur è Ressa : quia post tentationes,non solùm corpus,sed & mundus est perfecto crucifixus,& subiectus,*Num.*33.*c.*Iuxta Hieronymũ *aa* scribitur Caaltha : & designat eum,qui post frenum carni impositum , recto cursu ad Ecclesiam intrare festinat. — *Ecclesia.*

Ceila.

CEILA,id est,dissoluens eam,siue diuidens,aut scindens eam,vel fictio eius : est ciuitas in tribu Iuda,*Ios.*15.*f.* 1.*Reg.*23.*a.*1.*Par.*4.*c.*Typus est *bb* Ecclesiæ,quam dæmones & hæretici dissipare nituntur.

Celebrare.

CELEBRARE est frequentare prædicare, & publicè colere. Et celebris sermo est frequens in ore. *Gen.*45.*d.*

Celebrare diem exitus de Ægypto,est *cc* celebrare dies passionis & resurrectionis Christi,*Exo.*12.*c.*13.*a.*idem est celebrare Phase.2.*Par.*30.*d.Heb.*11.*c.* — *Memoria passionis.*

Celebrationes *dd* sunt frequens & solemnis cultus Dei.Celebrabantur autem tribus vicibus,*Exo.*23.*b.Reg.*30. *d.Nah.*1.*d.Eccl.*47.*d.*Et festum victoriæ Iudith contra Holophernem.*Iud.*16.*d.*Et celebres dies dicuntur , qui solemniter coluntur.Et celebris locus,multum frequentatus,*Leu.*23.*a.Num.*24.*d.*3.*Reg.*8.*g.*2.*Par.*30.*d.*1.*Mach.*11. *d.*14.*g.*2.*Mac.*15.*g.* — *Cultus Dei.*

Celebrare sabbatum *ee* est memoriam agere futuræ æternæ quietis.*Exo.*31.*d.*1.*Par.*36. *d.*2.*Mac.*6.*c.*

Celebrat festiuitatem tabernaculorum,*ff* qui est in profectu,cursu,& certamine : & omni mente nititur,vt de tabernaculis ad firmam,& stabilem sedem transeat,id est,domum Dei,*Zach.*14.*d.*

Celebrare ritè,*Leu.*16.*b.Num.*29.*c.*est seruare ceremonias in sacrificiis statutas.

Celebrari emptionem equorum,quos emebat Salomon, 2.*Par.*1. *d.* est *gg* institui prædicatores nouæ legis. — *Institutio prædicatorum.*

Celebrantur in terra,qui in veneratione habentur:& de quibus frequens est sermo in populo,1.*Par.*17.*b.*Sic fuit celebre nomen Dauid, *Rut.* 4.*c.*1.*Reg.*18.*d.*Ita optat Baldath,non celebrari in plateis nomen iniqui hoc est, Antichristi,*Iob.*18.*d.*

Celebrare

a *Hie. epistol. ignis dubit.*
b *Aug.*3.*doctrina Christiana.*32.
c *Gre.*31.*mo.*14. *Hie.s.Iob.*39.
d *Gloss. ord.s. Leu.*7.
e *Lyr.s.Deut.*24.
f *Glo.ord.sup. Ios.*8.
g *Glo. ord.su. Ruth.*4.
h *Geor.Venet. ca.*1.*t.*9.*c.*27. *Theophrastus. Dioscorides lib.*1.*cap.*99. *Plinius.*
i *Ori.s. Num. ho.*17. *Gr.*23.*m.*24.
k *Or.s.Ex.ho.* 6. *&s. Ezec. ho.*11.
l *Basi.s.ps.*28. *hom.*1. *Aug.s.ps.* 79. 103. *Gre.*32.*m.*12. *&s.can.*9. *& ho.*20.
m *Ori.s. cant. ho.*2.3. *Am.s.ps.*118. *ser.*4. *Ber.s.cãt. ser.* 46.
n *Amb.s. psa.* 118.*ser.*24.
o *Geor.Venet. cã.*2.*t.*3.*c.*17. *Augus. q. in Num.*33. *Isy.s.Leu.* 14.
p *Gre.*32.*mo.* 12.*&s.cãt.*5.
q *Or.s.Ez.ho.* 12. *Hie.s.Ez.* 17.
r *Ar.s.ps.*103.
s *Hie.s.Is.*60.
t *Hie.s.Za.*11.
u *Hie.s.Is.*37. *&s.Ezec.*17. *&s.Zach.*11.
x *Basi.s. psal.* 28.*ho.*1.2. *Greg.*23.*mor.* 11.17. *Hie.s.Is.*2. 9. *Georg. Venet. cãt.*1.*t.*3.*c.*28 *Aug.s.ps.* 79.
y *Hie.s.Ie.*22.
z *Ori.s.Num. ho.*27.
aa *Hie. de mansion.*
bb *Gl. ord.su.* 1.*Reg.* 23.
cc *Gl.ord. su. Exo.*12.
dd *Glo.ord. s. Exo.*23.
ee *Glo.ord su. Exo.*31.
ff *Hie.s.Zach.* 14.
gg *Glo.or.s.*2. *Par.*1.

Digitized by Google

Festa diaboli.

Celebrate conuiuium,vt celebrauit Aman, *a* designat festa diaboli,eorum videlicet, qui ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt, *Ester*, 3. *d*.

a *Gl. inter su. Ester.3.*

Celer, Celeritas, vide Accelerare.

Celeusma.

CELEVSMA, est cantus lætitiæ, præcipuè nautarum in prospero cursu.Dicitur etiam celeusma calcantium vuas, *Ier.25.f.48.e.51.e.*

Cella, Cellarium, vide Apotheca.

Cendebeus.

Ministri diaboli.

CENDEBEVS, id est,zelus,vel possessio doloris,aut zeli emanatio,fuit dux regis Antiochi,1.*Mach.*15.*g*. Potest esse typus ministrorum diaboli.

Cenereth.

Dæmones, & hæretici.

CENERETH, aut Ceneroth,id est,cithara,vel quasi lucerna;ciuitas in tribu Nephtalim, iuxta lacum Genesareth, quæ nunc Tiberias dicitur : designare potest *b* dæmones & hæreticos transfigurantes se in Angelos lucis, *Ios.*11.*a.*13.*d.*19.*c.Deut.*3.*c.*3.*Reg.*15.*d.*

b *Glo.ord. su. Ios.*1.

Census.

CENSVS dicebatur bonorum æstimatio,& ipsa bona.Et annua pensio,quæ regi, aut alij domino datur,census dicitur,*Eccl.*30.*c.*Non est census super censum salutis corporis.

Necessitas corporis.

Census Cæsaris dici potest, vel *c* quod datur corpori ob necessitatem, vel vitia reddenda diabolo. *Matth.* 17. *d.*22.*b.*

c *Ori.s.Matt. ho.*21.

Centurio.

Gentilitas.

CENTVRIO est dux centum militum.

Homo.

Centurio,cuius seruum curauit Dominus, *Matt.* 8.*a. Luc.*7.*a.*gentilitatem *d* designat,aut principes gentium & reliquarum.

d *Hie.s.Matt. can.*7. *Amb.s.Luc.*7.

Perfecti.

Designat hominem,qui habet sub se milites, hoc est,*e* suggestiones : & bonis dicit : Veni & veniunt : Malis autem:Vade & vadunt : seruo corpori,Fac hoc & facit.

e *Cassia.col.*7. *cap.*6.

Potentes ad malum.

Centuriones regis in bonum quidem sunt *f* perfecti, & qui verbo & exemplo alios erudire possunt, *Exo.*18. *d.*1.*Reg.*18.*c.*4.*Reg.*11.*d.Matt.*27.*g.Marc.*15.*d.Luc.*23.*f.Acto.* 10.*a*. In malum verò centuriones regis sunt audaces & potentes,ad omnem exequendam iniquitatem pro tyrannis, contra innocentes,1.*Reg.*8.*c.Acto.*27.*a.*

f *Gre.s.*1. *Regum.*8. *Bed.s.Ex.*18.

Cepa.

Vita præsens cum molestiis.

CEPA genus cibi est grauis gustui,quæ etiam lachrymas elicit à comedentibus, designare potest *g* difficultatem,& molestias vitæ præsentis,aut potius ipsam vitam cum suis molestiis : quæ à delectoribus suis non sine luctu agitur:& tamen cum lachrymis amatur,*Num.*11.*b.*

g *Gr.*20.*mor.* 16.

Cerastes.

Antichristus Potentes.

CERASTES est coluber cornutus,vnde nomen habet : designare potest *h* Antichristum : qui contra fidelium vitam, cum morsu pestiferæ prædicationis,armatur etiam cornibus potestatis.Designat etiam eos *i* qui potentia alios terrent,*Gen.*49.*c.* Et in bonum sumi potest pro iudice prudente & potente.

h *Amb.de bene Patriar.*7.

Christus.

Potest etiam significare Christum in iudicio,qui repentè veniet ad condemnandos malos.

i *Gre.*31.*mo.* 18. *Lyr.s.Gen.*49

Cerasum.

CERASA rubentia,*k* virginalem verecundiam significant.Non tamen inuenitur in sacra scriptura.

k *Hie.ep.paruus specie.*

Cerebrum, Excerebrare,

CEREBRVM, quod est in capite animalium præcipuè hominis,est instrumentum omnium sensuum,non habet allegorias, nisi quod aliquando per metaphoram sumitur pro iudicio : & dicatur non habere cerebrum, qui recto caret iudicio.

l *Lyr.s.Is.*66.

Cerebrum Sisaræ,*Iud.*4.*d.*Et Abimelech,*Iud.*9.*b.* ad astutias & calliditates diaboli referri possunt.

m *Lyr.s.Eccl.* 22.

Excerebrare canem, *Isa.*66.*a.*est *l* offerre vile & immundum sacrificium Deo.

n *Gl. ord.sup. Iob.*15.

Ceremoniæ.

CEREMONIÆ,sunt ritus & formæ,quæ seruantur in cultu diuino.Non videntur habere allegoriam.

o *Glo.inte.su. psa.*50.

Ceremoniæ generaliter ponuntur, *Gen.*26.*a.Exo.*18.*c.Leu.*5.*d.*10.*d.Num.*1.*g.*15.*c. Deut.*4.*b.*3.*Reg.*2.*a. Nee.c.*1. *Ester*,9.*g.Ezec.*44.*b.*Erant autem iam ceremoniæ diuini cultus ante legem.

p *Hie.s.Marc.* 4.

Ceremoniæ sacrificij matutini,*Leu.*9.*c.*dici possunt, quæ ad sacrificium Eucharistiæ pertinent. Ad idem spectant ceremoniæ Phase,*Exod.*12.*d.*Et ceremoniæ tabernaculi:& Leuitarum,*Exo.*27.*d.*38.*c.*

q *Ori.s.Cant. ho.*2.*& s.Ez. ho.*3.

Cernere, quare videre.

Certare, vide Bellum.

Certus, Certitudo, Incertus.

Prudentia.

CERTVS aduersatur dubio : & vix admittit allegoriam,licèt sæpè inueniatur in sacra scriptura.

Certum signaculum super labia,*Eccl.*22.*d.*est *m* prudentia loquendi.

Certam facit vocationem suam,qui in bonis operibus perseuerat,2.*Pet.*1.*b.*

In incertum mittens sagittam, 1.*Reg.*22.*e.Par.*18.*g.*est diabolus variè tentans.

Iudicia Dei.

Incertus numerus annorum tyrannidis hypocritæ,*Iob.*15.*c.* timorem *n* amittendæ potestatis in malis indicat, Incerta sapientiæ Dei,*Psa.*50.sunt *o* iudicia eius,vtrum aliquis dignus sit odio, an amore. Incertus etiam erat aliquibus aduentus Christi : sed prophetæ fuit manifestatus.

Ceruical, Puluillus.

Corpus Christi.

CERVICAL,aut puluillus est, quod supponitur capiti dormientis,ad ipsum sustentandum,& fouendum:quod ex Jana aut pluma fieri solet.

Ceruical sub capite Christi,*Marc.*4.*d.* corpus *p* ipsius designare potest,cui diuinitas, sicut caput inclinata est

Adulationes. Fomenta libidinis.

Ceruicalia dici possunt *q* verba blanda,quibus quis alterum fouet in vitiis:præcipuéque designant fomenta libidinis.Et ponere puluillos sub omni cubitu manus, est candentes in sua rectitudine animas, atque in huius mundi se dilectione reclinantes,blandam adulatione fouere,*Ezech.*13.*c.*

Ceruix, vide Collum.

Ceruus,Cerua.

Christus.

CERVVS, est animal quadrupes,velox ad cursum,magna habens cornua,quorum suffitus serpentes fugare dicitur, quibus ipse maximè est infestus. Nam flatu eos extrahere fertur à caueis, atque interficere. Est animal inundum,ruminans,& diuidens vngulam.Quando cerui flumina transeunt,capitum suorum onera,dorsis præcedentium superponunt,sibique inuicem succedentes,laborem ponderis, omnino non sentiunt.

Ceruus, designare potest *r* Christum,qui suis operibus ac virtute, capita draconum contriuit, flatúque & imperio, ab obsessis corporibus eiecit,ac etiam è caueis templorum, in quibus colebantur, *Psa.*73.*Isa.*35.*c.* Ipse est ceruus matutinus, *Psa.*21.in titulo.Et cerua carissima,vel ceruus amicitiæ, qui soluit inimicitias, quæ erant inter Deum & homines,*Prou.*5.*d.*Ipse ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis, *Gen.*49.*c.*

Patriarchæ. Ecclesia.

Cerui etiam dici possunt *s* patriarchæ : & hinnulus ceruorum,ipse Christus, ex eis ortus, *Cant.*6.*d.* 8.*d.*

Cerua charissima,siue gratissima dicitur *t* Ecclesia, quæ serpentinam solet odio habere, & conterere doctrinam,*Prou.*5. *d.* Cerua autem relinquens quod peperit,est Ecclesia Patriarcharum relinquens Iudæos ex se genitos,*Ierem.*14.*a.*

Apostoli.

Ceruus, vt est velox ad cursum, & serpentes interimit, designare potest *u* Apostolos, quorum prædicatio in omnem terram exiuit : & qui potestatem acceperunt calcandi supra serpentes & scorpiones. Et eadem ratione

Sancti & iusti.

sancti,& iusti,& perfecti,dici possunt cerui, quia veloces sunt ad bona. Et præterea Angeli,*Gen.*49.*c.Iob.*7.*a.*39. *a.Psal.*17.28.41.103.*Isa.*35.*c.*iuxta septuaginta, *Cant.*2.*b.Hab.*3. *d.* Hos ceruos *x* præparat vox Domini lauacro baptismi,& sermone Christi,ad pugnandum contra serpentem antiquum diabolum : vnde accensi fontem veræ aquæ desiderant. Hi cerui pascuntur in montibus Propheticis,& Apostolicis.

r *Basi.s.ps.*28. *Amb.s.ps.*118 *ser.*6. *Gr.*30.*mo.*16 *Aug.*8.*q.*71. *& s.ps.al.*41. 129. *& de verbis apost. ser.*21.

s *Ori.s.cã. ho.* 2.3.*& s.Mat. cap.*15. *Basi.s.ps.*28. *ho.*1. *Hie.s.Isa.*21. *Aug.*83.*q.*71 *& de verbis apost.ser.*21.

t *Euch.qu. in Prou. Rup.*7.*de diu. offi.*27.

u *Ori.s.Cant. ho.*3. *Gre.s.Can.* 2. *Ber.s.ca.s.*55. *Bed.s.Pro.*5. *Ru.s.Ier.*9. *Ori.s.cã. h.*3.

x *Bas.s.ps.*28. *ho.*1.2. *Hie.s. Isa.*34. 35. *Gre.s. Ez. h.*9.

Digitized by Google

Ceruæ parturientes, sunt *a* doctores prædicantes, *Iob.39.a.* de quibus genitos filios incautè deserentibus dicitur, *Ier.14.a.* Cerua in agro peperit, & reliquit, ipsi more ceruarum interemptis vitiis quasi extinctis serpentibus, viuunt, & de ipsa extinctione vitiorum, ad fontem aquę viuæ acrius inardescunt: iuxta illud, *Psa.42.* Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Ipsi etiam dum labentia huius temporalitatis momenta, quasi quædam flumina transeunt compatientes charitate, onera sua sibi inuicem portant, *Gal.6.a.* Qua ratione quilibet proximi cerui dici possunt, quum inuicem per charitatem onera portant.

Doctores.

Contemplatiui.

Cerui, quos præparat vox Domini, dici possunt *b* vitæ contemplatiuæ dediti, *Psa.28.*

Perfectio operum.

Ceruus quandoque designat perfectionem operum, *Deut.14.a.* 3. *Reg.4.c.* *Psa.28.* Et cerui camporum sunt *c* virtutes theologicæ, per quas ad montes contemplationis ascendimus, *Cant.2.b.*

Virtutes theologicæ.

Ceruus emissus, dicitur Nephtalim, *Gen.40.c.* designans *d* imaginationem ducentem ad contemplationem cœlestium: quæ ceruus dicitur, quum per contemplationis gratiam multa percurrere potest: & emissus quia propter contemplationis dulcedinem, multum ei currere placet.

Imaginatio.

Ceruorum cornua, quorum suffitus serpentes fugat, *e* cùm sint gemina, duo testamenta designare possunt, quibus dæmones fugantur, & vt alterum cornu ferunt non inueniri: ita vetus testamentum non inuenietur nunc quantum ad literalem obseruationem.

Vtrumque Testamentum.

Vbi *Iob,7.a.* dicitur: Sicut ceruus desiderat vmbram, legendum est seruus.

Cessare, Desistere, Desinere.

Cessare, est ab aliquo opere agendo desistere.

Cessauit Deus die septimo ab omni opere, designans *f* quietem futuram in septima ætate, *Genes.2.a.* *Exo.31.d.* Idem designant alij cessantes etiam die septimo ab opere, *Exod.23.b.34.c.* *Eccl.4.b.* Cessare etiam facit Deus pastores à pascendo, *Ezech.34.b.* quum videtur eos deserere. Et cessat à benefaciendo, & è diuerso, *Ier.32.g.*

Quies septimæ ætatis.

Cessans terra à præliis tempore Iosue, designabat *g* per Christum cessatura bella, quia ipse est pax nostra, *Ios.11.d.14.d.*

Desierant Saræ muliebria, designando *h* eum, qui iam est alienus à cupiditatibus carnis, & ab affectibus leuium & vilium rerum, *Gen.18.b.*

Desiuit Damascus esse ciuitas, *i* quum gentilitas relicto cultu Idolorum, venit ad fidem Christi, *Isa.17.a.* Et cessat regnum à Damasco, quum diabolus non amplius regnat in gentilitate ad fidem conuersa. Sic cessant impij à tumultu in luce, *k* quum gentiles conuersi requiescunt in Christo, *Iob.3.c.*

Conuersio gentilitatis.

Cessans prophetare Saul, designat *l* prædicatorem completo prædicationis ministerio quiescentem, 1. *Reg.10.c.* Idem designant cessantes exire in regionem Machabæi, 1. *Mach.7.d.* Et cessans loqui Christus, *Luc.5.a.* Et cessantes linguæ, 1. *Cor.13.c.* *Is.58.a.* Cessarunt fortes in Israël, *m* quum cessarunt prædicatores in lege. *Iud.5.a.*

Quies à prædicatione.

Cessans ventus ascendente Christo in nauiculam, *n* designat diabolum tentatorem, ad præsentiam Christi euanescere, aut quod in fine mundi cessabunt tribulationes Ecclesiæ, *Matt.14.d.* *Marc.4.d.6.g.* *Luc.8.d.* Ad idem refertur cessans quassatio, *Psa.115.* Et cessans exactor, *Isa.14.b.* Et cessans multitudo Ægypti, & bestiæ pessimæ. *Ezech.30.c.34.f.* Et cessans mare, *Ionæ,1.d.* Et cessans gladius, 1. *Mach.g.* *Hab.1.d.* Et cessat adiutorium Ephraim, hoc est, Pharisæorum contra fideles, *Isa.17.a.* Ad idem refertur cessans Saul persequi Dauid, 1. *Reg.23.d.27.a.* Non cessat autem diabolus interficere gentes, quum semper instigat homines ad peccandum, *Habæ.1.d.* Designans autem Baasa ædificare Rama, significare potest diabolum cessantem à tentando. 2. *Par.16.b.* *Iob.3.c.*

Euanescens diabolus.

Cessatio tribulationis.

Cessant mali à gemitu, quum *o* luctum castigationis Dei mutant in luctum pœnitentiæ, *Isa.21.a.* Ad hoc pertinet cessans flere vxor Tobiæ, *Tob.5.d.*

Conuersio ad pœnitentiam.

Cessantes loqui principes, loquente Iob, designant *p* hæreticos per doctrinam Ecclesiæ conuictos, *Iob.29.b.* Sic cessat memoria eorum, *Eccl.10.c.* *Par.35.d.*

Conuicti hæretici.

Cessare murmurationem populi, *q* est cessare peccata, *Num.20.a.* *Iud.19.f.* *Iob.3.c.* *Eccl.2.d.10.a.* Idem est cessare idola. *Ezech.6.b.16.e.30.d.* *Psal.36.* *Prou.25.c.* *Eccl.23.c.16.d.48.a.* *Isa.33.a.38.c.* 2. *Mach.4.a.* 1. *Pet.4.a.* Et cessare à fornicatione, *Hos.4.b.* Et cessans lepra, *Leu.13.g.* Non cessans autem fluere sanguis, designat perseuerantiam in peccato, *Leu.15.g.*

Cessare peccata.

Cessans plaga à populo, orante Aaron, designare potest *r* cessationem punitionis Dei per Christum mediatorem. *Num.16.g.25.b.* 3. *Reg.24.d.* Et cessat manus Dei à puniendo videlicet. 1. *Par.21.b.* 2. *Mach.9.c.* *Iud.3.a.* *Iob.34.d.* Idem designat cessans Dauid persequi Absalon, 2. *Reg.13.g.* Cessare autem tonitrua, est cessare comminationes diuinas, *Exod.9.g.*

Cessans vindicta Dei.

Cessat transiens per semitam, quum *s* non est qui faciat bonum. *Isa.33.b.* Et cessans parere Lia: & etiam vxor Iudæ, cessationem designant à bene operando, *Gen.29.g.* *38.a.* Ad idem referri potest cessatio à muneribus offerendis, *Exo.26.a.* Et cessans opus ædificandi muros Hierusalem, *Nee.4.b.* Ponitur cessare à bene operando, *Prou.21.e.24.b.* *Eccl.11.c.* *Ier.3.f.* *Luc.7.g.* Iustus autem non cessat, quia non desinit facere fructum, *Ier.17.b.* Cessant autem clamare ad Dominum, qui cessant ab oratione, 1. *Reg.7.b.* *Col.1.b.* Et cessare audire doctrinam, & negligere præcepta Dei, *Prou.19.d.*

Non esse qui faciat bonum.

Cessare sanctum Israël à facie malorum, est *t* cùm mali nolunt Deum habere præ oculis, nec monita eius audire, *Isa.30.c.*

Cessat gaudium, & tympanum, & festi dies, *Isa.23.b.* *Hos.2.c.* quum *u* in iudicio omnes voluptates, etiam aurium à malis tollentur. Et tunc cessabit Moab esse populus. *Ier.48.g.* Et Ephraim, *Isa.7.b.* Et multitudo Ægypti, *Ezec.30.b.* quia omnis societas malorum destruetur. Et desinet contemnere diabolus, vel hæreticus, aut superbus, quum omnes mittentur in infernum, *Isa.33.a.*

Dissipatio malorum.

Cete, aut Cetus.

Cete, aut cetus, est piscis ingentis magnitudinis: qui Hebraicè dicitur Thannin.

Cete grandia, in bonum, significare possunt fortissimos animos, omnes huius seculi fluctus rumpentes, *Gen.1.c.* *Dan.3.f.*

Fortissimi animi.

In malum autem, *x* designant diabolum, qui & Leuiathan, & draco dicitur: qui natat, vt in mari, in lubrica cogitatione secularium, *Iob.7.c.* *Isa.27.a.* designant etiam impias cogitationes in conspectu Dei producendas, vt separentur: & omnes diaboli tentationes. Dicuntur autem cete inter reliquos pisces bona, *Gen.1.c.* quia per tentationes vir bonus efficitur clarior.

Diabolus.

Cogitationes impiæ.

Cetus, in quo fuit Ionas, designat *y* mortem, quæ Christum deuorauit: quem tamen retinere nequiuit, *Ion.2.a.* *Iob.7.c.* *Isa.27.a.* *Matt.12.c.*

Mors.

Cetæus.

Cetaeus, vel Chetæus, id est, confractus, vel formidolosus, vel qui ipse insanit, vel alios mittit in amentiam: Populus de stirpe Chanaan. Dicitur mater Hierusalem Chetæa, designans *z* diabolũ, qui multos in amentiam vertit. Vel seculi huius incentiua, quæ captiuam animam ducunt ad interitum, & à viro suo separant, haud dubium quin à verbo Dei, *Ezech.16.a.*

Diabolus.

Cethim.

Cethim, id est, conterentes, siue contritio maris, aut diatema, siue aurum, vel tinctura: erat filius Iauan. Sic autem dicti sunt Itali, & Græci. Iuxta Origenem *aa* dicuntur Cithij, id est, plaga finis. Iuxta Hieronymum *bb* verò interpretatur mare congelascens, aut plaga consummata, siue perfecta. Designat eos, qui effugiunt plagam in fine seculi venturam. *Num.24.d.* *Ier.3.c.* Et è diuerso, significat malos & hæreticos, aut mundanos, quibus omnia congelascent in fine seculi, aduenientes super eos ira Dei, *Isa.24.a.*

Euadentes iram Dei.

Incidentes in iram Dei.

Cetura.

Cetvra, id est, aromatizans, vel fumigans, siue ligata: fuit vxor Abrahæ ducta post mortem Saræ.

Oratio.

Cetura, vt interpretatur aromatizans, siue thimiama, figura est *cc* orationis, & bonorum operum: coniungitur seni, quia senes aptiores sunt ad vacandum orationi, bonisque operibus. *Gen.25.a.*

Bona opera.

Designat *dd* eruditionẽ ad docendum alios aptã aut scientias encyclias: quæ non cibum sed odorem præstant.

Eruditio.

Encyclia scientia.

a *Georg.Vene.* cã.1.t.7.c.3. *Aug.s.ps.* 41. *Cassi.col.* 10. c.11. *Ber.s.cant.ser.* 52. *Gre.30.m.16.*

b *Euc.for.spiritu.s.* 5.

c *Gre.s.cãt.* 2.

d *Ricar. de S. Vi.de* 12. *Patriarch.* 24.

e *Basi.s. psal.* 28. *ho.*1.2. *Am.s.ps.*118. *ser.6.*

f *Glo.ord.sup. Gen.*2.

g *Ori.s. Iosue. ho.*1.

h *Amb.defuga sec.*3. *Phil.*

i *Hie.s.Is.*17.

k *Gre.*4. *mor.* 39.

l *Gre.s.*1. *Regum* 10.

m *Ru.*1. *s.Iudic.*5.

n *Amb.s.Luc.* 8. *Hil.s. Matth. cant.*14. *Hie.s.Isa.* 14. 17. & *s.Ezec.* 34.

o *Hie.s.Is.*21.

p *Gre.*19. *mo.* 14.

q *Gl. ord.sup. Iob.*3.

r *Gloss. ord. s. Num.*16.

s *Hie.s.Is.*33.

t *Glo. inte. su. Isa.*30.

u *Hie.s.Is.*24.

x *Hie.s.Is.*27. *Gre.* 8. *m.*16 *Ori.s.Gen.h.*1

y *Glo.ord.sup. Ionan.*2.

z *Hie.s.Ezee.* 16.

aa *Ori.s.Num ho.*19.

bb *Hie. s.Isa.* 23.

cc *Bed.s.Gen.* 23.

dd *Ori.s.Gen. ho.*11. *Phil. de sacri. Abel & Cain*

Digitized by Google

Hæretici. Carnales.

Cetura,& filij eius,designare possunt *a* hæreticos noui testamenti: quia non spectant ad semen promissionis, quæ facta est in Isaac filio Saræ,id est Ecclesiæ,vel designant carnales noui testamenti, *Genes.25. a.*

Chabul.

CHABVL, id est, compeditus,vel quasi germinans,aut quasi defluens,vel quasi veterascens: Hoc nomine vocauit Hiram,rex Tyri,ciuitates Galilææ,sibi à Salomone traditas. *3.Reg.9.c*

Chalanne.

CHALANNE,id est,omnes nos,*b* siue omnia hæc,aut consummatio nostra,vel sicut manens,aut quasi murmurans:est prouincia,quæ nunc appellatur Ctesiphon,in Persida, *Amos,6.a.*

Chaldæa, Chaldæus.

Dæmones. Vitia. Incitantes ad peccatum. Superstitiosi. Romani. Hæretici. Sadducæi, & Pharisæi. Philosophi. Mundus.

CHALDÆA,id est,quasi dæmones, aut quasi deprædatores, vel quasi mammillæ,aut quasi agri : vel iuxta Gregorium,feroces,aut captiuantes.Hebraicè dicitur Chasdim.Est regio,in qua erat Babylon.

Chaldæi designare possunt *c* dæmones,aut vitia:& homines,qui alios ad peccatum pertrahunt,vt dæmones,& etiam homines superstitionibus deditos,vt erant Chaldæi,*Gen.21.d.15.b.4.Reg.24.a.25.a.f. Iob.1.c.Isa.13.d.23. c.43.47.a.48.c.d.Ier.21.b.32.d.37.c.39.b.40.c.50.b.51.d.Ezech.1.a.16.d.23.b.Dan.1.a.2.a. Acto. 7. a.* Designantur etiam Romani,*d* quos Christus suscitauit aduersus Iudæos, *Hab.1.b.*

Chaldæi , hoc est quasi dæmones , sunt *e* hæretici , qui similitudinem habent dæmonum , cum quibus fornicatur anima , quæ illis obtemperat. Possunt etiam designare Sadducæos,*f* Pharisæos & Herodianos, *Iob.1.c. Ezech.16.a.*

Significare etiam possunt Chaldæi Philosophos,*g* ad quos transfugiunt aliqui ab hæreticis, *Ier.21.c.*

Chaldæa quandoque *h* mundum designare potest, quam primò reliquit Abraham veniens in aram,hoc est in regionem quinque sensuum,*Gen.11.d.*

Cham.

Iudæi. Hæretici.

CHAM, id est,calidus, vel calor, aut niger, filius Noë pater Chanaan : reuelauit verenda patris sui vnde ab eo maledictus est.

Cham,designare potest *i* Iudæos vituperantes Christum in passione,aut ipsam eius passionem,*Gen.9.d.*

Cham,vt ab vtroque fratre se discreuit,designat *k* hæreticos,genus callidum versipellis astutiæ:qui nec inter Israël,nec inter gentes computantur.

Malè.

Designat etiam malos *l* ridentes leuia delicta sapientum,vt eorum opinioni derogent. Et etiam irrisores legis Dei.Et eos,qui passionem Christi profitendo honorant & malè viuendo exhonorant,*Psa.15.*

Ira.

Cham,vt interpretatur calor,designat *m* iram:estque pater Chanaan , id est , turbationis eorum , quia ex ira nascitur turbatio. Designat etiam habitum malum, ex quo generatur actus malus. Maledicitur autem Cham in filio,hoc est *n* in fructu & opere.

Chamæleon.

Simulatores.

CHAMÆLEON est *o* animal timidum vertens se in colorem rei cui adhæret , & fingens se mansuetum: est magnitudinis lacerti,& animal immundum. Designare potest simulatores & deceptores:& eos , qui diuersis peccatis adhærent,*Leu.11.e.Soph.2.d.*

Chamos.

Cæcitas mentis.

CHAMOS,id est.*p* quasi palpans,aut quasi recedens , vel quasi auferens:erat Idolum Mohabitarum , quod & Beelphegor dicebatur,*Num.21.f.3.Reg.11.a.4.Reg.23.Ierem.48.b.g.* Designare potest *q* cæcitatem mentis sequentis falsas opiniones per sensus illatas.

Chanaan,Chananæus.

Iudæi & Iudæa. Mala opera. Vitia.

CHANAAN,id est,mercator, vel negociator,siue cõtritus, vel confractus,aut rectè respondens, aut rectè affligens:fuit filius Cham , à quo dicti sunt Chananæi, qui pulsi sunt suis sedibus à filiis Israël. Interpretatur etiam iuxta Hieronymum,fluctuantes,atque commoti,vel quasi fluctuantes.Fuit maledictus Chanaan à Noe pro patre, & in seruitutem condemnatus.

Chananæus,id est,mercator,aut negociator , erat in terra,ad quam iuit Abraham,& quando diuisus est à Lot, quia ex diuitiis oriuntur diuisiones,*Gen.12.b.13.b.*

Chanaan,designare potest Iudæam,& etiam mala opera.In ea moritur Sara,hoc est,virtus,*Gen.33.a 42.b.45.e.* Et populus Chanaan,*r* sunt Iudæi commoti, *Soph.1.c.* Chananæi etiam & Iebusæi,*s* sunt diuersa vitia. *Gen.15.d,* Peculiariter autem potest Chanaan significare vitia adolescentiæ:quæ quis sequitur , quum incipit vti ratione. Et Chananæus habitans inter filios Israel,designat leuia vitia,quæ etiam perfectis miscentur in hac vita,*Ios.16. d.* Maledicitur autem Chanaan filius,& non Cam pater:quia *t* non malus habitus, sed malus actus punitur : vnde interpretatur motus eorum,quasi opus eorum.Chanaan,*u* Iudæi tempore Christi,*Hos.12.b.*

Gentilitas.

Chanaan potest quandoque significare *x* gentilitatem:& Chananæus est Gentilis,*Gen.12.a.16.a. Leu.14.e.* Et peculiariter significat Babylonem,*Ezec.17.a.c.* Chananæus.1.commutatus,est gentilis veniens ad fidem.*Prou.31.d.*

Ecclesia ex gentibus.

Chananæa mulier,designare potest *y* Ecclesiam ex gentibus,vel animam,vel Hierusalem cælestem.Iuxta Origenem interpretatur parata demissioni.Orat pro filia,vt Ecclesia pro singulis,quorum dicitur mater.Et vt filiam eius curauit Christus,non vadens ad eam,designat conuersionem gentium,sine eius præsentia factam,*Matt.15. c.Marc.7.c. Luc.19.b.*

Statvs Ecclesiæ militantis.

Chanaan etiam id est , quasi commotio , siue quasi respondens,designare potest *z* statum Ecclesiæ militantis, qui medius est inter statum mundanum,& Ecclesiæ triumphantis : & lingua Chananitis,est lingua Ecclesiæ militantis.*Isa.19.c.* Et Chananæus est negotiator humilis , qui deposita Iudæorum superbia,humilitatem Christianam sectatur,*Psa.64. Abdi.g.*

Contemptibilis. Dæmones. Irrisiones legis Dei. Mali. Prauæ cogitationes. Hæretici.

Chananæus,iuxta Rupertum,*aa* interpretatur contemptibilis : & tradit mulier fortis cingulum Chananæo, quum contemptibilem in mundo,fides facit honoratum coram Deo,*Prou.31.c.*

Chanaan,id est,commotio,designare potest *bb* dæmones & irrisores legis Dei , qui sunt in motionibus & fluctibus,Et habitantes Chananæi cum Ephraim, sunt mali permixti bonis , vel sunt malæ cogitationes in mente. *Gen.24.d.Exo.15.b.33.a.34.b.Leu.18.a.Num.13.d.21.a.Ios.11.a.Iud.1.a.2.Reg.24.a.3.Reg.9.d.Nee.9.d.Iud.5.c.Psa. 104.105.134.Prou.31.c.Isa.19.c.23.c.Ier.41.d.Dan.13.f.Soph.1.c. Abdi.g.* Sermo etiam mobilis Chananæus dici potest,*Ezech.16.a.* Chanaa dictus est Ephraim,*Hos.12.b.* designans *cc* hæreticos , qui sunt quasi mouentes , quum incitant fideles ad suos errores.Erant autem Chananæi septem gentes,designantes *dd* septem spiritus nequam.

Distantia meritorum.

Chanaan fit seruus fratrum suorum : quia mali debent subiecti esse bonis. Et quidem prius facti sunt tributarij,& designabant carnem concupiscentem aduersus spiritum:deinde fiunt serui, quum caro obtemperat spiritui,tertio exterminantur,quando membra mortificantur,& crucifigitur caro cum vitiis & concupiscentiis.

Cultus bestiæ.

Channe.

CHANNE,id est,præparatio:prouincia,vnde veniebant negociatores ad Tyrum.*Ezech.27.e.* Designat *ee* præparationem secularium,quæ fit per sensus,ad vitia.

Chaos.

Superbia. Barrabbas. Impudentia peccandi.

CHAOS, est hiatus magnus,aut apertura terræ.

Chaos magnum,quod est inter bonos & malos,designare potest *ff* distantiam,& immutabilitatem meritorum, quæ erit post mortem.*Luc.16.g.*

Character.

CHARACTER est signum impressum,qualia sunt signa literarum.

Character bestiæ in fronte, vel in manu, *Apo.10.d.14.b.c.17.a.19. d.* In fronte quidem designat *gg* professionem cultus bestiæ,in manu verò opera conformia bestiæ. Designant etiam *hh* superbiam : & habent charitatem bestiæ,qui peccant ex contemptu. Character etiam bestiæ fuit Barrabas, quem Iudæi elegerunt. Demum character bestiæ,est *ii* impudentia peccandi, *Apo.20.b.*

a *Aug.s. Gal. 3.& 16. ciu. Dei.34. Bed.s.Gen.25*

b *Hie.s.Amos 6.*

c *Ori.s. Ezec. ho.7. Hie epis. Audi filia & Isa 13.*

Gre.s. Ezech. ho.2.

d *Rup. s.Habac.1.*

e *Hie.s.Ez.16*

f *Gre. 2. moor. 27.*

g *Hie.s.Ier.21.*

h *Phil.de Abraham.*

i *Hie. ad Euagrium. Bed.s.Gen. 9,*

k *Aug.16.de ciuit.Dei 2. Rup.4.s.Gen, 38.*

l *Ambr. de Noe.30. Arn.s.psa.15. Augu. 16. de ciuit Dei 2.*

m *Ambr. de Noe 28. Phil.de resipiscentia Noe.*

n *Aug.16. de ciuit.Dei.2.*

o *Hie.s.Sop.2.*

p *Hie.s.Is.15.*

q *Phil.2.allego.*

r *Hie.s.Sop.1.*

s *Phi.de cong. &c. Gre.4.mo.24.*

t *Phil.de resipiscentia Noe. Aug.16.ciuit. Dei.2.*

u *Rup. s.Hos. 12.*

x *Hie.s.Ezec. 17. Gr.33.m.22. Bed.s.Gen.12 & s.Prou.31.*

y *Ori.s.Matt. ca.15. Hil.s. Matth. cant.15. Aug.1. qu. in Euan.18.*

z *Hie.s.Is.19. & s. Abdiam Au.s.ps. 140, 134.*

aa *Rup. 6. de glorifi.Trini.*

bb *Or. s.Exo. h.7.& s.Ios.h. 21.& s.Ezec. ho.7.11. Am.s.ps.105. Phil. de resipiscentia Noe. Ambr. 1. de Cain 10.*

cc *Hie.s. Isa. & s.Hos.12.*

dd *Rup. 5. s. Gen.30. Isy.s.Leu. 14. Ori.s.Ios.h. 3.*

ee *Hie.s.Ezec. 27.*

ff *Am.Lu.16.*

gg *Aug.s.Ap.hom.11.* hh *Rup.9.11.Apo.* ii *Aretas s. Apo.20.*

Charadath.

CARADATH id est,idoneus effectus:seu Harada, id est stupor, aut tremor, vicesima prima mansio filiorum Israël in deserto,quo peruenerunt filij Israël profecti de Sepher. *Num.* 33. *c.* designat *a* idoneos ministros noui testamenti: vel interpretatur miraculum: quia peruenientes ad Christum, admirantur in eo.

Ministri noui testamenti.

Charadrion.

CHARADRION est *b* auis garrula: & computatur inter animalia immunda, *Leu.* 11. *b. Deut.* 14. *b.* designare potest loquaces.

Loquaces.

Charan, vide Aran.
Charitas, Charus, vide Amare.
Charta, quare Epistola.
Cartilago.

CARTILAGO,*c* est media inter carnem & os,accidítque amplius ad naturam ossis: quia est sicca & solida: solúmque differt ab osse,ratione pluris & maioris.

Cartilago ossis quidem speciem habet,sed ossis fortitudinem non habet.Quid est ergo,quod *Iob.*40.*c.*cartilago Behemoth,laminis ferreis comparatur,*d* nisi quod illi, qui in illo debiliores sunt, ad perpetranda mala, nequiores existunt? Hi enim,qui in corpore Antichristi ad ostensionem virtutum non sufficiunt, connecem fidelium acrius accenduntur.

Mali ministri. Antichristi.

Cartilago etiam Behemoth, designat *e* similitudinem diaboli, qua fallit mentes speciæ virtutis. Cartilago enim ossis ostendit speciem,sed ossis firmitatem non habet: sic sunt nonnulla vitia, quæ præ se ferunt rectitudinis speciem,sed ex prauitatis prodeunt infirmitate,*Iob.*40.*b.*

Simulatio diaboli.

Chelmad.

CHELMAD,id est,vineæ: est prouincia,vnde veniebant venditores variarum mercium ad Tyrum.*Ezech.*27.*e.* designat vineam Sodomorum,hoc est,*f* abundantiam errorum, & vitiorum.

Abundantia vitiorum.

Chen.

CHEN,id est,gratia,vnus ex illis,qui dederunt aurum ad coronas pontificis. *Zach.* 6.*d.* Designat quadrigam *g* equorum ruforum,hoc est,martyrum,quorum meritis dicitur fieri corona Christo.

Martyres.

Cherub.

CHERVB,aut Cherubim interpretatur quasi magister,vel quasi multiplicans,aut quasi pugnans,vel cognitionis aut scientiæ multitudo.

Verbum Spiritus sancti.

Cherubim duo in arca, hoc est, in Christo, dici possunt *h* Verbum & Spiritus sanctus. Vel designant ipsum Christum,in quo facta est vera propitiatio & remissio peccatorum.Et geminus cherubinus,*i* geminam eiusdem Christi naturam indicat.

Gemina Christi natura.

Cherubim etiam in oraculo,sunt *k* angeli in cœlo:erant de lignis oliuarum, vt indicent gratiam,in qua fuerunt confirmati à principio,& lucem sapientiæ,qua splendent.3.*Reg.*6.*c.*

Angeli.

Cherubim in visione Ezechielis, significare possunt *l* idealem scientiam Dei qua cuncta disponuntur. Et Cherub vnum,est particularis idea rei faciendæ.*Ezec.*1.

Idealis scientia Dei.

Cherubim custodiens viam ligni vitæ.*Gen.*3.*d.*designat *m* plenitudinem scientię,per quam venitur ad lignum vitæ:& etiam geminam charitatem.Et præterea ipsum hominem,habentem gladium versatilem,hoc est,liberum arbitrium.

Plenitudo scientia. Gemina charitas. Homo.

Cherubim,super quos sedet Dominus,designarè possunt *n* mentes prædicatorum,prælatos, & habentes charitatem:quia ponuntur duo,propter consortium charitatis. Semper autem sedet gloria Domini super Cherubim, hoc est,in scientiæ multitudine, & tunc manifestatur quãdo cuncta regi prouidentia demonstrantur.*Exo.*25.*b.* 37.*b.*1.*Reg.*4.*a.*2.*Reg.*6.*b.*22.*b.*3.*Reg.*6.*c.*7.*d.*8.*a.*1.*Par.*13.*b.*28.*d.*2.*Par.*3.*b.*5.*b.Psa.*17.79.98. *Eccle.* 49.*c.Isa.* 37.*c. Ezech.* 9.*a.*10.*a.*11.*d.*41.*c.*

Mentes prædicatorum. Prælati. Habentes charitatem & multitudinem scientia.

Cherubim etiam dici possunt *o* firmamentum,& cœli septem planetarum: vel duo hemisphæria. Habent autem duodecim alas, quæ sunt signa Zodiaci. Possunt etiam bonitatem & potentiam Dei designare secundum quæ dicitur Deus,& Dominus.

Firmamentum & cæli planetarum. Duo hemisphæria. Bonitas & potentia Dei.

Duo etiam Cherubim,designant *p* duo testamenta. Et sunt aurea, propter scientiam, quæ in eis continetur. *Exo.*25.*b.*Respiciunt autem propiciatorium,quia commendant misericordiam Dei:& respiciunt se mutuò, propter consonantiam mysteriorum. Sunt in oraculo, id est, in consiliis diuinæ promissionis dispósita. Erant de lignis oliuarum,quia per viros misericordiæ vnctione Spiritus sancti illustratos sunt tradita:& quia lucem scientiæ tribuunt.Erant in basibus luterum, hoc est, in Apostolis, 3. *Reg.* 7. *d.* Cherub etiam ipsa *q* scientia sanctæ Trinitatis dici potest.Vnum cherub,contemplatio eorum, quæ sunt supra rationem humanam, sed non præter rationem. Alterum, contemplatio eorum,quæ sunt supra & præter rationem.

Duo testamenta. Scientia sanctæ Trinitatis.

Cherubim figura dictus est princeps Tyri pro Lucifero,*r* vel quia fuit de ordine Cherubim,vel propter multitudinem scientiæ,qua vsus est sine charitate Dei.*Ezec.*28.*c.*

Obligatio peccati.

Chirographum.

CHIROGRAPHVM, est scriptura manu propria confecta, qua quis confitetur se ad aliquid obligatum. Designare potest obligationem peccati,quam quisque propria voluntate incurrit. Et dicitur chirographum decreti,hoc est,*s* scientiæ contra homines latæ propter peccatum.*Col.*2.*c.Tob.*1.*c.*4.*d.*5.*a.*9.*a.*

Chirogrillus.

CHIROGRILLVS, est *t* spinosum animal, vt herinacius, rapax, ruminans, sed non diuidens vngulam: ideo inter immunda animalia computatur. *Leuit.* 11. *a. Deut.* 14. *a.* Designare potest cupiditatem terrenorum, & rapacitatem,& auaritiam contra iustitiam.Et prætorea Iudæos ruminantes legem, sed non diuidentes literam à spiritu.

Rapacitas & auaritia.

Chlamys, quare Pallium.
Chobar.

CHOBAR, id est,fortitudo, *u* vel potentia,aut quasi filius,siue quasi puritas, vel gratitudo, aut quasi frumentum.Videtur sumi pro Tigride & Euphrate.*Ezech.*1.*a.*43.*a.* designare potest grauedinem & molestias huius seculi:vel onus aut pondus, siue grauitatem rerum seculi, quæ præterent. Vel ipsum genus humanum grauedine peccati defluens.

Molestia seculi. Genus humanum.

Chodorlahomor.

CORDORLAHOMOR,id est, quasi generatio seruitutis,aut quasi habitatio seruitutis, siue spherula, vel rotunditas manipuli, vel,decorus manipulus,fuit rex Elamitarum, victus ab Abraham. Designare *x* potest hypocritas, qui regnant in hoc seculo. Vel diabolum principem huius mundi,qui transfigurat se in Angelum lucis: qui venit cum tribus regibus,hoc est,cum concupiscentia carnis,& oculorum,& superbia vitæ.Sed vincitur à viro forti. *Gen.*14.*a.*

Hypocrita. Diabolus.

Chodchod.

CHODCHOD, id est,*y* iapsis, aut hydria hydriæ. *Ezech.*27.*c. Isa.*54.*c.* Aliqui dicunt esse carbunculum. Est in nundinis Tyri,vbi similitudo virtutum inuenitur.Aiunt Hebræi,hoc nomine precioſas merces significari.

Cholera.

CHOLERA est vnus è quatuor humoribus,qui in corpore humano ponuntur,naturæ igneæ nempe calidus & siccus, qui & bilis dicitur. Solet poni pro ira,aut fastidio, qua commouet stomachum, quando in eo abundat. *Eccl.*21.*c.*37.*d.*

Chorda.

CHORDA,est funiculus,sed sumitur præcipuè pro iis,quæ deseruiunt instrumentis musicis.

Chordæ psalterij,dici possunt *z* præcepta, quæ tunc pulsantur, quum opere complentur,*Psal.*32.

Præcepta.

Chordæ citharæ designare possunt *aa* castitatis integritatem. *Psal.*150.

Integritas castitatis.

a *Ori.s.Num. ho.*27. *Hic. de mansionibus.*
b *Ter. de cibis Iudaicis.*
c *Arist.* 1. *de hist.anima.*1. & 3.*de histo. animal.*8.
d *Gr.*32.*mor.* 17.
e *Gre.* 32. *m.* 22.25.
f *Hie.s.Ez.*27
g *Rup.s.Za.*6
h *Ori.s.Ro.* 3.
i *Georg. Vene. cãt.*1.*t.*4.*c.*21.
k *Gl. ord.sup.* 3.*Reg.*6.
l *Georg.Vene. cãt.*1.*t.*4.*c.*3.
m *Aug.* 2.*de Ge.cont.Man.* 23.
n *Geo.Ve.Ca.* 1.*to.*7.*cap.*11 *Ori.s.Num.h.* 5.& *s.Ezech. ho.*1. *Hie. s.Ezech.* 10. *Aug.s.psa.*79. 98. *Gre.s.*1.*Ro.*4. & *s.Ez.h.*21.
o *Phil.de cherubim* & 3.*de vita Mosis. Cl.Ale.*5.*stro. Ori.s.cã. h.* 2.
p *Au.q. in Exod.*105. *Gre.s.Ez.h.*6.
q *Ori.s.Num. ho.*10. *Ric.de S.Vict.* 4.*de arcamysti.*3.
r *Hi.s.Ez.*28.
s *Euc.for.spiritual.*10.
t *Isyc. s. Leu.* 11.
u *Hie.s.Exec.* 1.43. *Ori.s.Ex.ho.*1 *Gr.s.Ez.ho.*2.
x *Gl.inter.su. Gen.*14.
y *Hie.s.Ezec.* 27.
z *Bas.*& *Ar. s.ps.*32. *Au. de decem chor.*
aa *Arn.s.psa.* 150. *Au.s.ps.* 150.

Digitized by Google

Concordia cæleſtium. Chordæ diuerſæ concordantes,concordiam diuerſorum graduum in cœlo deſignare poſſunt.*Pſalm.*150.

Chorus.

Concordia charitatis. CHORVS eſt multitudo pſallentium ordinatè.

Multitudo fidelium. Chorus ſignificare poteſt *a* concordiam charitatis:vel multitudinem fidelium. Laudant autem in tympano & choro,qui abſtinentiæ addunt concordiam.*Exo.*15.*c.Iud.*11.*f.*21.*d.*1.*Reg.*18.*b.*29.*b.*2.*Reg.*6.*c.*2.*Par.*30.*d.Nee.*12.*e. Pſal.*149.150.*Ierem.*31.*a.Thren.*5.*c.Luc.*15.*f.*

Pugna contra vitia. Chori caſtrorum, dicuntur *b* variæ pugnæ animæ contra vitia.*Cant.*7.*a.*Et laudes Dei in Sunamitide,hoc eſt, in vnitate fidei.

Laudes Dei. Chorus in malum,eſt vacantium voluptatibus.*Exod.*32.*a.Iud.*5.*c.*

Chriſtus.

CHRISTVS dicitur vnctus:& reges,aut ſacerdotes dicebantur Chriſti,*c* quia vngebantur:& deſignabant Chriſtum redemptorem noſtrum,& eius membra,qui Chriſtiana dicuntur.

Dicebant etiam Patriarchæ & Prophetæ Chriſti, propter gratiam prophetandi. Et omnes qui egreſſi ſunt de Ægyto,Chriſti dicebantur,deſignantes baptizatos,qui per bapciſmum egrediuntur de Ægypto. 1.*Reg.*2.*b.*16.*b.* 24.*b.*26.*b.* 2.*Regum* 1.*c.* 2.*Paral.*6.*g.Pſalm.*17.83.88.104.131.*Eccleſ.*47.*b.Iſa.*45.*a.Thren.*4.*d. Dan.*9.*g. Habac.*3.*c. Matth.*1.*d.Actor.*11.*d.*Chriſtianiſmus autem iuxta Gregorium Nyſſenum,*d* eſt imitatio diuinæ naturæ.

Chryſolithus.

Caſtitas. CHRYSOLITHVS eſt gemma,aureum habens colorem.Ponebatur in quarto ordine rationalis:Hebraicè dicitur Tharſis, Spiritualibus confert,*e* & in auro ligatus nocturnis obſtitit timoribus. Deſignare poteſt caſtitatem. *Exod.*28.*c.*39.*c.Ezech.*10.*b.*28.*c.Dan.b.*Ponebatur in ſeptimo fundamento ciuitatis cæleſtis:cui aſſimilatur *f* Bartholomæus reſplendens in modum auri virtutum ſplendore.*Apoc.*21.*f.*

Bartholomæus

Chryſopaſſus.

Charitas. Thaddæus. CHRISOPASSVS eſt gemma, *g* quæ ponebatur in decimo fundamẽto ciuitatis Hieruſalem cæleſtis.*Apoc.*21.*f.* dicitur rarus inuentu, pallorem habens auri. Vnde typus eſt charitatis.

Huic comparatur Thaddæus, *h* qui Abagaro regi Edeſſæ,Chriſti prædicauit fidem.

Chub.

Nigredo vitiorum. CHVB prouincia, *i* eadem eſt,quæ Arabia.*Ezech.*30.*a.*

Chus.

CHVS interpretatur Æthiops, aut niger : fuit filius Cham.*Geneſ.* 10. *a.* Deſignare *k* poteſt nigredinem vitiorum : ideo terram Chus, ſeu Æthiopiæ circuit fluuius Cion , vt eam à nigredine vitiorum emundet. *Geneſ.*2.*c.*

Chuſai.

Secretum conſilium Dei. CHVSAI, id eſt,ſenſus,aut feſtinans, vel ſilens:fuit amicus & conſiliarius regis Dauid, qui deſtruxit conſilium Achitophelis. 2.*Regum.*15.*g.*16.*c.*17.*a.*1.*Paral.*27. *d.* Deſignare poteſt *l* altiſſimum Dei ſecretum , quo deſtructum eſt conſilium Achitophelis:quando cæcitas ex parte facta eſt in Iſraël, cùm Dominum perſequebatur, vt plenitudo gentium intraret,& ſic omnis Iſraël ſaluus fieret : & ruinam fratris,hoc eſt, ſcelus traditoris in ſuæ miſericordiæ ordinem vertit : vt quod ille ad perniciem vnius hominis faciebat , iſte ad ſalutem omnium conferret. Typus eſt etiam Apoſtolorum fugientium in Paſſione,& Petri negantis ore,non corde.

Apoſtoli.

Chuſamraſathaim.

Diabolus. CHVSAMRASATHAIM interpretatur Æthiops, vel nigredo iniquitatum: & fuit rex Meſopotamiæ , cui ſeruierunt filij Iſraël.*Iudi.*3.*a.*deſignate poteſt *m* diabolum principem huius mundi.Interpretatur etiam humiliatio eorum:qua ratione etiam ſignificat diabolum,in cuius manu traditi ſunt filij Iſraël, quia deſeruerunt Dominum: ſic enim Deus humiliat ſuperbos.

Chuſi.

Fideles ex gentibus. Humilitas. Diabolus. CHVSI, id eſt,Æthiops,vel Æthiops meus,aut niger:nuncius, qui nunciauit Dauid victoriam contra Abſalom,eiuſque mortem.2.*Reg.*18.*e.* Fuit alius pater Sophoniæ,qui *n* typus eſt fidelium ex gentibus. *Soph.* 1. *a.* Vbi etiam interpretatur humilitas,cuius filij ſunt Prophetæ,& Apoſtoli.Porrò *Pſalm.*7. in titulo Chuſi ſumitur pro Saule:& eſt typus Diaboli, qui dicitur Chuſi,hoc eſt,Æthiops per culpam,ſed filius Iemini,hoc eſt,dextera,per creationem.

Cibus, Eſca, Alimentum, Alere, Edulium, Cibare.

Euchariſtia. Chriſtus. CIBVS eſt,quo animalia nutriuntur,& ſuſtentantur habens rationem calidi & ſicci.

Sacra ſcriptura. Cibi dulces,deſignare poſſunt *o* Euchariſtiam.*Pſalm.*54.64.80.110.145.*Iud.*14.*c.* Et hic eſt cibus, qui permanet in vitam æternam.*Ioan.*6.*f.* Et ipſe Chriſtus eſt eſca,ad quam volat aquila. *Iob.*9.*c.*

Cibus deſignare poteſt *p* ſacram ſcripturam,nutrientem mentes: vbi eſt cibus lactantium & infirmorum , ac robuſtorum. *Geneſ.*6.*d.*14.*b.*28.*c.*42.*a.* 43.*a.*45.*b.f.* Et 1. *Cor.*3.*a.*10. *a.*dicitur eſca ſpiritalis , quia ſpiritualem cibum deſignabat. Quaſi autem acceptus cibus , ſtomacho languente reiicitur , quando auditus ſermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quiſquis alimenta non retinet, huius profectò vita deſperatur. Dicitur etiam ſacra ſcriptura eſca iumentorum,hoc eſt,ſimplicium:Et hanc eſcam dat Deus in tempore oppottuno.*Pſalm.*32.54.77. 103.106.135.144.145.146.Sapientia etiam dicitur cibus:& cibi varij creati à Deo,variam doctrinam ſignificant pro cuiuſque capacitate:& cibus fortis,ſenſus ſpiritualis.Altilia quoque ſunt ſolidæ myſteriorum eſcæ , & ſuauia & delectabilia eloquia Dei.*Num.*15.*c.Exod.*16.*g. Leuit.*11.22.*b.*25.*b.*2.*Regum* 9.*c.*3.*Regum* 4.*c.*4.*Regum* 6.*e.*2. *Paralip.* 11. *b.*28.*c. Iudith.*12.*b. Ruth.*1. *Eſter.*9.*c. Iob.* 34.*a.* 36.*d.*38.*b. Eccleſ.*15.*a.*36.*c. Tob.*1.*c. Ierem.*52.*b. Thren.* 1.*g.Prouerb.*31.*b.Ezech.*39.*e.*44.*g.Ioel.*1.*d.Agge.*2.*c.Malach.*3.*c.*1. *Machab.*6.*f.*9.*e.*13.*e.*14.*b. Matth.*22.*a.*24.*d.Marc.* 6.*e.*1.*Corinth.*5.*d.*13.*b.Coloſſenſ.*2.*c.Hebræ.*5.*d.*6.*c.Actor.*2.*g.* Sacra autem doctrina in rebus obſcurioribus, quæ intelligi nequeunt niſi exponantur , cibus eſt : quia quicquid exponitur , vt intelligatur , quaſi manditur , vt glutiatur.In rebus verò apertioribus,potus eſt:potum enim non mandando glutimus. Apertiora ergo mandata bibimus : quia etiam non expoſita intelligere valemus. Eſca vniuerſorum in arbore procera. *Dan.* 4. *b.* Eſt plena eruditio omnium , & diſcreta admonitio ſingulorum. Hanc habebat Paulus , qui omnibus erat debitor. Cibat autem Deus volumine. *Ezech.* 3. *a.* quum dat intelligentiam ſacræ ſcripturæ : quam per noſmetipſos habere non valemus.

Sapientia.

Doctrina ſecularis. Doctrina ſacra. Cibus Ægypti portatus in deſertum per filios Iſraël.*Exod.* 20.*f.* deſignate poteſt *q* doctrinam ſecularem , & artes liberales,quas quis affert veniens ad fidem.Manna verò in deſerto , eſt doctrina ſacra in hac vita fidelibus neceſſaria:fructus autem terræ promiſſionis,deſignabant fructum æternæ gloriæ. *Geneſ.* 41. *g.* 42. *a. Exod.*16.*g. Deut.*8.*d.*

Cognitio beatifica. Cibaria , quæ dedit Ioſeph fratribus ſuis,deſignare poſſunt *r* auxilium gratiæ Dei:vel ſacramenta quæ Chriſtus reliquit Eccleſiæ.*Gen.*42.*e.*Alit autem Deus hoc pane de cœlo,quouſque tangantur fines Chanaan,hoc eſt, vſquè ad extremum vitæ præſentis.*Exod.*16.*g.Num.*21.*b.Ioſ.*1.*c.Iudi.*19.*b.*3.*Reg.*19.*d.Tob.*8.*d.*Eadem dicuntur cibus deſiderabilis. *Iob.*33.*c.Ezech.*47.*c.*

Auxiliũ gratia Dei.

Sacramenta.

Dona ad præſentem & futuram vitam. Cibi duplices,qui colligebantur à filiis Iſraël die ſexto.*Exod.*16.*e.*deſignant *ſ* quæ dantur à Deo ad præſentem vitam & futuram. Vel ad animam,& corpus.

Vita æterna. Cibaria, quæ præbuit Ioſeph ſingulis.*Gen.*47.*c.* deſignant *t* præmia vnicuique ſecundùm merita in futura vita tribuenda.Hic cibus eſt euidens,quæ erit in futuro ſæculo reuelatio facie ad faciem. *Cor.* 3. *a.* Hic etiam eſt cibus ſeptimi anni,in quo non laboratur.*Leuit.*25.*a.* Eſca autem aquilæ,*u* eſt Deus viſus in gloria à beatis, aut hic per reuelationem. *Iob.* 39.*d.* Et cibat Deus hæreditate Iacob , quum dat æternam fœlicitatem. *Iſa.* 58.*d. Tob.*13.*d.*

Opus redemptionis. Cibus Salomonis dicitur ille, *x* de quo Chriſtus dixit:Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius , qui miſit me:hoc eſt,opus redemptionis,& conuerſio infidelium ad fidem. 3.*Reg.*4.*c.*10.*a.Paral.*9.*a.Ioan.*4.*c.* Et cibus corui, hoc eſt,Chriſti,*y* ſunt gentes ad fidem venientes. *Iob.*8.*d.* Sunt etiam cibus prædicatorum.

Conuerſio infidelium.

Bona opera.

a *Arn.& Aug. ſ.pſ.*149. *Gr.ſ.Ez.ho.*8.

b *Am.de obi. Valen. Rup.ſ.Can.*6.

c *Cyril.de in-carn.verbi.*1.

d *Gre.Nyſ. de profeſſione Chriſtianorum.*

e *Hie.ſ.Da.*10 *Ge.Ven. Can. ſ.tom.*8.*ca.*3.

f *Aretas ſup. Apoc.*

g *Ge.Ven.Ca. ſ.to.*8. *cap.*3.

h *Aretas ſup. Apo.*21.

i *Hie.ſ.Ez.*30

k *Glo.ord.ſup. Gen.*2.

l *Au.ſ.pſ.*7.

m *Orig.ſ.Iud. ho.*3.

n *Hie.ſ. Soph.* 1.*& ſ.pſ.*7.

o *Ar.ſ.pſ.* 54. *Gre.*9.*mo.*23.

p *Geo.Ve.Ca.* 2.*to.*5.*ca.*6. *Ori.ſ. Nu. ho.* 27.*& ſ. Mat. ca.*14. *& ho.* 20.*Diony.epi.* 9. *Hil.ſ.pſ.*64. 135.*& Mat. Can.*14. *Hie.ſ.Iob.* 36. *Gr.*27.*mor.*8. *& ſ. Eze. ho.* 10.*& ho.*1. *Ric. de ſ.Vict. de ſecuri. conſcien.*16.

q *Ori.ſ. Ioſue. ho.*6.

r *Gre.*23.*moral.*25.

ſ *Glo.ord.ſup. Exod.*16.

t *Cle. Ale.* 1, *pæd.*6.

u *Hie.ſ.Iſ.*58. *Iſy.ſ. Leu.*25. *Gre.*35.

x *Ori.ſ.Cant. ho.*2.

y *Cle.Alex.*1 *pæd.*6. *Hie.ſ.Iob.* 38. *Gre.*30.*m.*12.

Digitized by Google

Cibus etiam dicuntur *a* bona opera aut opera vitæ actiuæ : & demum facere voluntatem Dei. *Geneſ.27.a. 43.a.45.b. Leuit.11.e. 2.Reg.19.f.20.a. Prouerb.6.a.13.d. Eccleſ.14.c. Ezech.44.g. Habac.3.d. Malac.3. Ioan.4.a.6.b.* Hæc ſunt cibaria ad tranſitum Iordanis præparanda. *Ioſ.1.b.* In his includitur elemoſyna. *1.Corinth.13.b.* In cibos pauperum.

Bona opera. Eleemoſyna.

Cibi parandi in diem tertium, *b* fidem Trinitatis deſignare poſſunt. *Ioſ.1.b.* Edulium autem hoſtiæ in tertium diem reſeruatæ, videtur ſignificare cognitionem de Deo, quæ in hac vita haberi non poteſt. *Leuit.7.a.*

Fides Trinitatis.

Eſca Iſaac, deſignare poteſt *c* pœnitentiam Chriſto gratam. Et cibus, quem obtulit Iacob, ſpiritum Dei, & peccatorum remiſſionem : cibus verò, quem obtulit Eſau, literam legis. *Geneſ.28.d.* Cibi enim delectabiles ipſi Iſaac, deſignant hoſtiam Deo placętem, quæ eſt ſalus peccatorum. Eſca etiam, in quam datus eſt draco, deſignare poteſt pœnitentiam, & lachrymas de peccatis. *Pſalm.73.79.* cibat Deus cinere, quum dat virtutem pœnitentiæ. *Thren.3.b.* Hi ſunt cibi lugentium. *Ezech.24.c. Sapient.19.b.*

Pœnitentia.

Eſca Ioannis Baptiſtæ, quæ erat locuſtæ, & mel ſylueſtre. *Matth.3.a.* deſignat *d* peccatores conuerſos ad pœnitentiam : aut gentiles etiam pœnitentiam & fidem amplectentes. Cibi etiam Iob, quos prius nolebat tangere. *Iob.6.b.* ſunt *e* gentiles venientes ad fidem, quos Iudæi abominantur. Sed ſunt cibi Eccleſiæ. Vel deſignant doctrinam legis, quam nolebant tangere gentiles : ſed poſtea conuerſos ad fidem fit cibus in Eccleſia, amoris æſtibus anxia. Vel deſignant labores & tribulationes, quæ prius refugiebant, poſtmodum verò libenter amplexus eſt.

Peccatores. Gentiles. Doctrina legis. Labores & tribulationes.

Sicut Samaritani incipientes conuerti erant cibus Chriſti, ſic & vnuſquiſque noſtrum, *f* dum bene operatur, eſt cibus eius : & dum proximo doctrinam, vel aliquam vtilitate m impartitur, eſt cibus ipſius, cui ſeruit : ſic Chriſtus factus eſt cibus noſter, ſeipſum nobis multipliciter tradendo. Panis & cibus vtique vitæ erat, adminiſtrans nobis doctrinam vitæ, cibum vitæ & opera vitæ. Sic & nos dum talia proximis noſtris exhibemus, ſumus eis cibus vitæ, & cibus purus & mundus. Sunt autem cibus mortis, & immundus, qui docent doctrinas peſtiferas, vel ſcandalum vitæ præbent, aut factis negant, quod verbis prædicant.

Fideles.

Cibus, quem dedit Ioſeph fratribus ſuis, deſignare poteſt *g* victum prædicatoribus dandum. *Geneſ.45.b. Matth. 6.d.19.a. Ioan.4.a.* Idem poſſunt deſignare cibaria ſacerdotum. *Geneſ.47.c. Luc.3.c.9.12. Rom.4.c.*

Victus prædicatorum.

In eſcam datum eſt fel Chriſto. *Pſalm.* 68. quod ſit *h* quum aliqui contradicunt Chriſto, & ſacramento Euchariſtiæ.

Contradicere Chriſto.

Eſca electa diaboli, dicuntur *i* mali. *Hab.1.d. Pſalm.103.* qui & cibus ignis dicuntur. *Iſa.9.b.d. Ierem.7.g.16.a. 34.d. Ezech.15.a.21.g.34.c.* cibus etiam electus diaboli, dici poſſunt boni, quos deuorare conatur. *Iob.39.d.* Et corpora Sanctorum in Eſcam dantur beſtiis, & volatilibus, quum laniari permittuntur à tyrannis. *Pſalm.13.78. Eccleſ.51.a.* cibi etiam regis Pharaonis, & regis Babylonis, eoſdem malos ſignificare poſſunt. *Geneſ.40.c. Exod.8.a. Dan.1.c.14.c. Tob.1.b.*

Mali. Corpora Sanctorum.

Cibus interdum ſumitur pro voluptatibus & conſolationibus huius vitæ. *Thren.1.g.* Huc referri poteſt eſca vniuerſorum, quæ erat in arbore ſuccidenda. *Dan.4.b.* Edulium etiam lentis, quod expediuit Eſau, mundanas *k* & vanas ſignificat voluptates. *Geneſ.25.d. Num.11.g. Iud.1.2. Reg.13.b.19.f. Eſter.1.b. Pſal.77. Prouerb.23.a.27.d.30.c. Sap.16.a. Eccl.14.c.36.c.37.d.41.a. Ezech.4.c. Hab.3.d. Rom.14.c.1.Cor.6.c. Heb.12.d.13.b.*

Voluptates & conſolationes huius vitæ.

Cibum non capiens Anna. *1.Reg.1.b.* deſignat *l* Eccleſiam non gaudere, quia non conuertuntur Iudæi. Vel eſt ipſa Eccleſia non recipiens conſolationes mundanas, ſed dicens : Renuit conſolari anima mea. *Pſalm.76.* Et ſolo illo cibo delectatur, de quo dicit, Memor fui, & delectatus ſum : & omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Ma.4.a.* Et cibi conſumpti, poſſunt deſignare defectum temporalium. *Geneſ.43.a.*

Non gaudens Eccleſia, ob incredulitatem Iudæorum.

Cibi alieni, dici poſſunt ſenſibilia, aut errores hæreticorum. *Eccleſ.40.b.29.d. Geneſ.6.d. Leuitic.25.b. Tob.1.b. 1.Mac.1.g.*

Temporalia. Senſibilia.

Cibus ſanguis, ſignificare poteſt *m* contemptum animæ proximi. *Leuitic.7.c.*

Errores hæreticorum.

In cibum dantur animalia, vt ex illis cognoſcatur creator. *Geneſ.9.a.*

Alere pecora, eſt inſtruere ſimplices. *Geneſ.46.d.47.d. Num.32.a. Ioſ.24.b. Eccleſ.33.d.* Et eſca ceruorum & iumentorum, eſt *n* doctrina data Gentilibus. *Iob.38.d. Pſalm.146.*

Contemptus animæ proximi. Inſtruere ſimplices.

Cibat Deus hoſtes Hieruſalem carnibus ſuis, *o* cùm dimittit dæmones, & carnales, vt propriis veſcantur vitiis. *Iſa.49.g.*

Propriis paſci vitiis.

Cibat Deus populum abſinthio, quum dat tribulationes. *Ierem.9.e. 23.c.* Sic cibat carnibus filiorum. *Iere.29.c. Thren.4.b.* Et cibat cinere, quum in rebus vilibus relinquit animam. *Thren.3.d.* Et cibus Ezechielis in pondere datus, ſignificabat *p* famam Iudæorum, & defectum verbi Dei. *Ezech.4.c.* cibus fœni ad hæc referri poteſt *Geneſ.1.d.2. Mac.5.d.*

Tribulationes.

Cibus hypocritæ, de quo nihil remanet, eſt *q* omne illud, quod peruerſo deſiderio concupit. *Iob.20.c.*

Auaritia.

Cibus hæreticorum *r* eſt radix iuniperorum, hoc eſt, auaritia, quæ profert peccatorum ſpinas : quia dum totis ſuæ mentis ſenſibus auaritiam cogitant, quaſi eo alimento veſcuntur, de quo naſci proculdubio peccatorum ſequentium punctiones ſolent. *Iob.36.a.*

Ali mulierem in deſerto loco. *Apoc.12.d.* eſt *ſ* paſci Eccleſiam doctrina Chriſti in hoc mundo.

Cicatrix.

Cicatrix eſt ſignum & veſtigium ex vulnere curato derelictum.

Peccatum. Veſtigium peccati.

Cicatrix deſignare poteſt *t* peccatum, aut vulnus peccati, ſeu veſtigia peccati. Et cicatrix alba, erit ſecta peccati apparens in vulnere ſanato. *Leuit.13.c.22.e. Pſalm.37. Ierem.8.g.30.c.*

Libido. Inuidia.

Cicatrix exuſtionis erit libidins, aut inuidiæ. Vel eſt carnis maceratio, cum infidelitate, qualis erat Manichæorum. *Leuit.13.d.*

Lepra in cicatrice, eſt *u* reuerſio ad prius peccatum. *Leuit.14.f.*

Reuerſio ad peccata.

Cicatrices parietum templi, aut murorum Hieruſalem. *2.Paral.24.b. Nee.4.b.*

Cicer.

Cicer, eſt legumen notum, natura calidum & humidum, nonnihil habens ſalcedinis : vnde nocet tenræ, in qua ſeminatur. De hoc *2.Reg.17.g.* Frixum oleo cicer.

Ciconia.

Ciconia eſt *x* auis lacus & fluuios petens, vt inde cibum quærat. Pennæ inferiores ciconiarum pallidæ ſunt, ſuperiores ceruleæ, poſtremæ rubeæ, vt halcedinis. Feruntur ciconiæ parentũ ſenectutem educare. Et cùm vulnus in pugna acceperint, cunilam herbam plagæ apponunt.

Ciconia cuſtodiens tempus aduentus ſui. *Ierem.8.c.*

Cidaris, vide Corona.

Cilicium, Saccus, Sagum.

Cilicium, eſt veſtis aſpera, corpus affligens : & etiam ſaccus, aut ſagum. Saccus tamen deſeruit ferendis frumentis & ſimilibus granis.

Luctus Chriſti. Corpus Chriſti mortale.

Cilicium ſignificare poteſt *y* luctum Chriſti, aut corpus eius mortale, ſeu eius mortalitatem, & ſimilitudinem carnis peccati. *Pſal.29.34.68.*

Dolor paſſionis Chriſti. Sacramenta, Imitatio Chriſti.

Cilicium *z* poteſt deſignare dolorem ex paſſione Chriſti : & compunctionem cordis, quia pungit. *Geneſ.37.g.* Et ſagum ſextum & tabernaculi duplicatum deſignare poteſt ſacramenta & imitationem Chriſti. *Exod.26.b.36.b.*

Pœnitentia. Recordatio peccatorum. Pœnitentes.

Cilicium præterea, deſignat *aa* pœnitentiam quia ſumi ſolet, quum quis de aliqua re dolorem habet : vnde & recordationem peccatorum ſignificare poteſt : & etiam erit ſignum orationis, atque ieiunij, quæ ſunt opera pœnitentiæ. Et ſaga cilicina, ipſos pœnitentes ſignificare poſſunt. Sacco etiam induebantur Prophetæ, vt alios ad pœnitentiam incitarent : vnde pſeudo-Prophetæ ſaccum aſſumebant, vt deciperent. *Leuit.11.e. Exod.26.b.36. b.2.Regum 21.b.3.Reg.21.g.4.Reg.6.f.1.Paral.21.c. Iud.4.c.8.a.10.a. Iob.16.c. Pſalm.29.34. Iſa.3.d.15.a. 20.a.22.d. 37.a.50.b. Ierem.6.g.48.f.49.a. Thren.1.c. Ezech.7.e.27.f. Ioel.1.b. Iona.3.c. Zach.13.b. Mac.19.f. Matth.13.c. Luc.10.c. Apoc.6.d.11.a.*

Rectores & Doctores.

a *Ori.ſ. Matt. 12.& ſu. Ioſ. hom.1. Iſy.ſ.Leu. 11.*
b *Au.ſer.160,*
c *Am.epi.20. Hier. ad Damaſcum.q. 3. Gr.ſ.Ezec.ho. 6, Bed.ſ.Ge. 27. Arn.& Aug. ſ.pſ.173.*
d *Hil.ſ. Mat. Can.2. Amb.ſ.Lu. 2.*
e *Gre. 7.mor. 5.7.*
f *Geor. Venet. cant.1.tom.7. cap.32.*
g *Gl. ord.ſup. Gen.47.*
h *Au.ſ.pſ.68.*
i *Gre.ſ.1. Re. 8. Arn.ſ.pſ.103, Hi.ſ.Iſ.9.& ſ. Hab.1.*
k *Glo.ord. ſu. Gen.25.*
l *Gre.ſ.1. Re. 1.*
m *Gl.in.ſ. Le.*
n *Gr.30.mor, 12.*
o *Hie.ſ.Iſ.49.*
p *Hie.ſ.Ez.4.*
q *Gr.15.m.11,*
r *Gre.20.moral.20.*
ſ *Glo.ord.ſup. Apoc.12.*
t *Ori.ſ. Leuit, ho.8.& ſ. Pſ. 37.ho.1. Gre.9.mo.40. & 7.regi.epi. 53.& ſ.pſ.37.*
u *Ori.ſ.Le.ho. 8.*
x *Ari.8.de hi. animal.5.16. & 9.de hiſt. animal.6.13. Amb.1.Exae. 16.*
y *Hie.ſ.pſ.29. Hil.ſ.pſ.68.*
z *Gr.25.m.2. Bed.ſ.Ge. 42.*
aa *Au. 15.de ciuitate Dei. 20.& quæ in Exod.108. Hie.ſ.Exec.6. & ſ.Zach.13. & Epiſ.Vt abſentiam. Baſ.ſ.pſ.29. Gr.13.m.10*

Digitized by Google

Cilicina ſaga tabernaculi, deſignare poſſunt *a* Rectores & Doctores Eccleſiæ, qui ſeipſos reprehendunt. Saga quidem quinque, ſunt Doctores veteris legis, in quinque ætatibus: ſaga verò ſex, ſunt Doctores noui teſtamenti. Poſſunt etiam ſignificare *b* laborantes circa temporalia, & tegentes ſpirituales. Item ſeruos & rudes, qui etiam aliquod obſequium, licèt infimum, præſtant Eccleſiæ Dei: demum craſſas & duras mentes. *Exod.* 26. *b.* 36. *b.* *Pſal.* 34.

Laborantes circa temporalia.
Rudes & infimi.

Saccus Beniamin, *c* corpus Pauli deſignare poteſt, in quo erat ſcyphus doctrinæ legis. *Geneſ.* 44. *a.* Vel cor eius.

Pauli corpus.

Saccus ſuper cutem Chriſti, deſignat *d* Iudæos Chriſtum affligentes. *Iob.* 16. *c.*

Iudæi.

Cilicium ex ſetis confectum, *e* vitia mentem exaſperantia, & abiicientia ſignificare poteſt. *Tre.* 2. *d.*

Vitia.

Saccus Iudæorum, *f* eſt dolor, ſed non veræ pœnitentiæ. *Amos.* 8. *c.*

Pœnitentia ficta.

Saccus aliquando *g* pro tenebris. *Iſa.* 50. *b.* Saccum ponam operimentum eorum. *Apoc.* 6. *d.* Sol factus eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus.

Tenebræ.

Cincinnus, vide Capillus.

Cinæus.

CINÆVS, id eſt, poſſeſſio, vel emptio, ſiue nidus, aut lamentatio: nomen viri, & populi.

Cinæus ſignificare poteſt *h* fideles, qui ſunt poſſeſſio Dei. *Num.* 24. *d.* Vt autem Cinæi habitabant inter Amalecitas, & eos admonuit Saul, vt recederẽt ne perirent cum Amalecitis. 1. *Reg.* 15. *a.* 1. *Par.* 2. *g.* deſignant *i* coniugatos, qui iubentur diſcedere ab Amaleeh, hoc eſt, ne vacent obſcœnitatibus libidinis, quaſi dicatur eis: ſi continere ab inuicem non poteſtis, ſit vobis honorabile coniugium, & thorus immaculatus: & ſit illud, quod dicit Paulus. 1. *Cor.* 7. *g.* Si ſe non continet, nubat tantùm in domino, non in Amalech.

Fideles.
Coniugati.

Cingere, quare Accingere.
Cingulum, vide Balthcus.
Cinis, Subcinericius.

CINIS eſt, quod relinquitur ex lignis igne combuſtis, eſt puluis calidus, & ſiccus.

Cinis poteſt deſignare *k* paſſionem Chriſti: & ſacramenta, & mortem ſanctorum. Et vt cinis eſt ſignum præteriti ignis, ita poteſt deſignare memoriam paſſionis Chriſti. *Exod.* 27. *a.* *Num.* 19. *b.*

Paſſio Chriſti.
Sacramenta.
Mors ſanctorum.
Memoria paſſionis Chriſti.

Cinis aliquando deſignat *l* pœnitentiam, & etiam ſubcinericius panis. Dantur autem ab Abraham ſubcinericij panes angelis: vt per pœnitentiam præteritorum delictorum, Spiritus ſancti vapore decocti, velut eſca beneplacita, Deo acceptibiles efficerentur. *Geneſ.* 18. *a.* *Leuit.* 4. *c.* 2. *Reg.* 13. *b.* *Iudith.* 4. *d.* *Eſter.* 4. *a.* 14. *a.* *Iob.* 16. *c.* 42. *a.* *Pſalm.* 101. 147. *Iſa.* 58. *b.* 61. *a.* *Ierc.* 6. *c.* 25. *g.* 31. *g.* *Thren.* 2. *c.* 3. *b.* *Ezec.* 27. *f.* *Dan.* 9. *Iona.* 3. *b.* 1. *Mach.* 3. *f.* 4. *c.* *Matth.* 11. *c.* Deſignat etiam cinis cognitionem miſeriæ, & mortalitatis: & comeditur cinis tanquam panis, quando autori ſuo peccator per pœnitentiam tanquam innocens reuocatur. Cineres *m* etiam ſunt ſordidæ cogitationes: quos ponit iuxta altare: qui paruulos cogitatus allidit ad Chriſtum.

Pœnitentia.
Cognitio miſeriæ & mortalitatis.
Cogitationes ſordidæ.

Cinis interdum deſignat conſummata virtutum opera, vel ipſas virtutes. Ideo ponuntur cineres iuxta altare, vt aliæ virtutes exerceantur. *Leuit.* 6. *b.* 2. *Mach.* 13. *c.*

Opera virtutum, vel ipſa virtutes.

Subcinericius panis ſignificare poteſt *n* myſteria abſcondita, & indignis celanda.

Myſteria abſcondita.

Subcinericius etiam panis, dicitur oratio abſcondita, lentum adhuc habens colorem. *Geneſ.* 18. *a.*

Oratio.

Cinis vitulæ, qui erat ad purificandum. *Num.* 19. *b.* deſignare poteſt *o* cognitionem propriæ naturæ, quæ hominem purificat: & cinis, vt eſt relictum ex morte, vel combuſtione, deſignat famam paſſionis & reſurrectionis Chriſti: quia Chriſtus velut mortuus ab infidelibus condemnabatur, & tamen mundabat, quia reſurrexiſſe à fidelibus credebatur.

Cognitio propriæ naturæ.
Fama paſſionis & reſurrectionis Chriſti.

Cinis, quem manducat quis tanquam panem, eſt nimius amor ſui, & vana opinio, & perſuaſio, & deſideria terrena. *Pſalm.* 101. *Thren.* 2. *d.* Et habentes *p* deſideria terrena. *Amos.* 2. *a.*

Amor ſui.
Vana opinio.
Deſideria terrena.

Subcinericius panis, deſignat hæreticos ex omni parte immundo cinere, & ignium ardore circundatos. *Hoſc.* 7. *c.*

Hæretici.

Cinis quandóque ſignificare poteſt *q* ſenſus inutiles, & leues, quos dant Iudæi, vel hæretici; legi. *Amos.* 2. *a.*

Senſus inutiles legis.
Iudæi.

Cineres erant *r* Iudæi, qui dum principem tenebrarum, magis quàm authorem ſequerentur luminis, in eorum cordibus, quaſi extinctus fuerat prorſus ignis diuini amoris, & iam nulli apti erant vſui, nempe ſine charitatis glutino diſſoluti. *Pſalm.* 101. Sunt etiam *ſ* ſubcinericius panis. *Hoſ.* 7. *b.*

Punitio.

Cinis interdum deſignat *t* punitionem: vt cum Moſes, & Aaron tulerunt manus plenas cineris, quem effuderunt, & facta ſunt vlcera in Ægyptiis. *Exod.* 9. *b.* *Deut.* 28. *c.* *Mala.* 4. *a.* 2. *Petri.* 2. *b.*

Temperamentum tribulationis.

Vt autem cinis eſt calidus, deſignare poteſt *u* temperamentum tribulationis. *Pſalm.* 147.

Cinis relictus de incendio. *Iſa.* 33. *b.* ſignificare poteſt *x* infelicitatem relictam ex punitione Dei, quales ſunt Iudæi relicti poſt deſtructam Hieruſalem. Sic datur Lucifer in cinerem, quia relictus eſt in miſeria. *Ezech.* 28. *a.*

Reliquiæ punitionis.

Cinis etiam ſignificat *y* vtilitatem rerum terrenarum, & humilitatem, & miſeriam humanam, & corpus mortuum. Et quia cinis facilè rapitur à vento, ideo memoria malorum comparatur cineri. *Geneſ.* 18. *d.* *Leu.* 1. *d.* 3. *Reg.* 13. *a.* 4. *Reg.* 23. *c.* *Iob.* 13. *c.* *Pſalm.* 147. *Sap.* 2. *a.* *Eccleſ.* 10. *b.* 17. *d.* 40. *a.* *Iſa.* 27. *c.* 33. *b.* *Amos.* 1. *a.*

Vilitas rerum terrenarum.
Miſeria humana.
Corpus mortuum.
Memoria malorum.

Cinnamomum.

CINNAMOMVM eſt *z* frutex odoriferus, qui naſcitur in Æthiopia, duorum cubitorum, quum viret non odoratus, ſiccitate gaudens, eius cortex eſt in vſu, eſtque ferè coloris cinerei.

Cinnamomum, vt eſt coloris cinerei, deſignare poteſt *aa* cognitionem humanæ infirmitatis, & fragilitatis. *Exod.* 30. *c.*

Cognitio humanæ fragilitatis.

Cinnamomum immaculatum, & odorum, *bb* inter bona Eccleſiæ numeratur, quæ non habet maculam, neque rugam. *Cant.* 4. *d.* *Eccleſ.* 24. *b.*

Cinnamomum in malum ponitur. *Prouerb.* 7. *c.* *Apoc.* 18. *d.*

Circinus.

CIRCINVS eſt inſtrumentum fabrorum, & mathematicorum ad metiendum & conficiendos circulos: de quo fit mentio. *Iſa.* 44. *b.*

Circulus, quare Annulus.
Circumadificare, vide Ædificare.
Circumagere.

CIRCVMAGERE eſt in circulum ducere.

Circumagit Deus Gog, quum *cc* hæreticos in ſua ſententia fluctuare facit. *Ezech.* 38. *a.* 39. *a.*

Circumagens Dauid ferrata carpenta ſuper populum Rabbath. 2. *Regum.* 12. *g.* perpetuam adumbrat pœnam.

Circumamictus, vide Induere.
Circumcidere, Circumciſio, Incircumciſus.

CIRCVMCIDERE apud Iudæos, erat præciſio, ſeu ablatio præputij, & fiebat in omnibus paruulis octauo die, inferebat dolorem & cicatricem.

Circumciſio carnalis, figura erat *dd* circumciſionis ſpiritualis, quæ poteſt eſſe omnium membrorum. Et quia fiebat in maſculis, deſignabat circumciſionem mentis, quæ rationem maſculi habet. *Geneſ.* 17. *b.* 21. *a.* 34. *Exod.* 4. *f.* Circumcidi autem debet quis, antequam comedat Phaſe, ne manducet videlicet Chriſti indigne. *Exod.* 21. *g.* Circumciſus autem eſt Chriſtus pro nobis, vt *ee* illo circumciſo, nos circũciderem ur in illo circumciſione non manu facta. *Luc.* 2. *e.* *Coloſ.* 2. *b.* Circumciſio cauſat dolorem & cicatricem: *ff* quia in initiis eſt difficultas bene operandi, donec contrarij habitus deleantur.

Circumciſio mentis.

h Gr. Nyſſe. de vita Moſis.
b Rup. 4. ſup. Exod. 11.
c Glo. ord ſup. Gen. 44. Hie. ſ. Iob. 16.
d Glo. ord. ſu. Tren. 2.
e Hie. ſ. Amo. 8.
f Lyr. ſ. Iſ. 50.
g Ori. ſ. Num. ho. 19.
h Gr. ſ. I. Re. 15.
i Gl. inter. ſu. Exo. 27.
k Gr. 13. mo. 10. & 25. mo. 2. & ſ. Ezec. hom. 19. Hie. ſ. Iere. 31. & ſ. Ezec. 27. Au. ſ. pſ. 147. Iſy. ſ. Leu. 1.
l Ru. 1 ſ. Leu. 28.
m Iſy. ſ. Leu. 6
n Phi. de ſacr. Abel & Cain. Am. 1. de Cain. & Abel. 9. ante medium.
o Phi. de ſom. & de offeren. victim. Auguſt. q. in Num. 33.
p Gre. 32. mo. Hie. ſ. Amo. 2. Hie. ſ. Hoſ. 7.
q Hi. ſ. Am. 2.
r Gr. ſ. pſ. 101.
ſ Ru. ſ. Hoſ. 7.
t Gre. Nyſ. de vita Moſis.
u Hilar. ſ. pſa. 147.
x Hie. ſ. Iſ. 33. & ſ. Ez. 28.
y Gre. 11. mo. 17.
z Plin. 12. na. hi. 19.
aa Glo. int. ſu. Exod. 30.
bb Ori. ſ. cant. ho. 1.
cc Hie. ſ. Eze. 38.
dd Amb. 2. de Abra. 11. Ori. ſ. Luc. h. 14.
ee Au. epiſt. 200. & de ver. ap. ſer. 15. Cyril. con. Iulia. 10.
ff Ori. ſ. Ioſu. hom. 6.

Circumcisus corde *a* dicitur is, de quo *Matth.5.a.* Beati mundo corde. Habet enim animam ab omni vitio purgatam. Incircumcisus verò corde dicitur, aut immundus, aut qui malè sentit de fide. *Leuit.26.g. Deut.10.d.30.b. Ierem.4.a.9.g. Ezech.34.b. Actor.7.f.*

Munàus corde.

Circumcisæ aures sunt, quæ non patent ad audienda praua verba. Ediuerso autem se habent incircumcisæ aures. *Ierem.6.b. Actor.7.f.*

Obturata aures.

Circumcisus carne dicitur *b* is, de quo dicitur *Psalm.57.* Alienati sunt peccatores à vulua, &c.

Vacans libidini.

Incircumcisus carne dicitur, *c* qui non habet bona opera, vel qui libidini vacat: vel qui iis, quæ ad corpus necessaria sunt superfluè abutitur. *Isa.52.a. Ezech.44.b.*

Paupertas.

Circumciditur quis à superfluis per paupertatem, ab aliis verò affectibus per pœnitentiæ laborem, & regularis obseruationem disciplinæ.

Pœnitentia.

Circumcisio carnis peculiariter designat *d* castitatem, ideo fiebat in genitalibus, vt designaret tollendum incentiuum carnis. *Rom.2.d.* Vnde Ismaël circumcisus est tertio decimo anno, quia *e* tunc in primis coercenda est libido. Est etiam circumcisio carnis *f* abscindere à corde omnem voluptatem cogitationum. *Gen.17.d. Iudit.14.b. 1.Mach.2.e. Mach.6.c.*

Castitas.

Circumcisio Isaac, figura est *g* baptismi; quo Christus circuncidit in nobis veterem hominem. Et quia octauo die fiebat, typus est resurrectionis, quando præcidetur omnis corruptio, & quia in resurrectione Christi circumcidimur. Fit ergo circumcisio in hiis, qui futuro seculo militant. *Gen.21.a. Leuit.12.a.* circumcisio prima, *h* typus erat baptismi, secunda resurrectionis corporum, quæ fit à Iosue, id est, à Christo. *Ios.5.a.*

Baptismus.

Resurrectio.

Circumcisio prima facta in lege fuit, qua à populo idolorum cultus, vel commenta philosophicæ persuasionis Deus exsecuit. Secunda verò facta à Iosue, *i* est purificatio introducta per Christum post legem, qua & veteris hominis consuetudinem, & mundanam conuersationem, & passiones, ac vitia carnis abscidit. Vnde & dicitur per hanc Deus abstulisse opprobrium de Israël. *Iosu.5.a.*

Purificatio Christiana.

Circumcidi demum, est *k* declinare malo, à custodire legem, & facere bonum. Item separari à malis quantumlibet propinquis. *Rom.2.d.4.b. Ierem.4.a. Luc.1.f. Ioan.7.c. Philip.3.a.*

Declinare à malo.

Circumcidens Sephora filium suum, designat *l* philosophiam præcidentem à se errores. *Exod.4.f.* Sic circumcidere vngues mulieris captiuæ, est præcidere omnia superflua à philosophia. *Deut.21.c.*

Præcidere errores philosophia.

Circumcisio Sichimitarum non ad veritatem fidei facta. *Genes.34.b.* designare potest transfigurationem Satanæ *m* in angelum lucis. Eadem è diuerso in bonum, significare potest abrenunciationem Satanæ, & præcisionem omnium, quæ pudenda sunt, sed non recta intentione factam.

Circumcidebantur autem, *n* non solum Iudæi, sed etiam Ægyptij, & Idumæi, & Ammonitæ, & Moabitæ, & Ismaëlitæ, qui dicuntur, attonsi in comam habitantes in deserto. *Ierem.9.g.*

Malus. Dæmones.

Incircumcisus, dici potest *o* omnis malus aut existens in aliquo peccato. *Gen.34.b. Exod.12.d. Iosu.5.b. Ier.9.g. Ezech.28.c.31.g.32.d.f.*

Incircumcisi etiam dici possunt *p* dæmones. *1.Reg.14.a.17.e.2.Reg.1.c. Ester.14.c. Isa.52.a. Mach.1.f.*

Incircumcisus labiis Moses. *Exod.6.b.* indicat *q* legem à se non duxisse salutem, sed à Christo.

Salus non à lege sed à Christo.

Incircumcisus labiis dici potest hæreticus, aut qui nõdum cessauit à stultiloquio, detractione, cæterisque vitiis labiorum & linguæ. *Exod.6.b.*

Hæreticus detractor.

Circumcingere, vide Accingere.
Circumcludere, vide Claudere.
Circundare.

CIRCVNDARE, id est, vndiquaque claudere.

Dans Deus gloriam.

Circundat Deus lætitia, *r* quum dat vestem gloriæ: & circundat diploide, hoc est, gloria corporis & animæ: qui etiam iustitia circundare dicitur. *Psalm.29. Isa.61.d.*

Concursus fidelium ad Christum.

Circundans synagoga populorum Deum, *s* designat fidelium concursum, & accessum ad Deum. *Psalm.7.* Vel è diuerso, significat persequutionem infidelium contra Christum.

Persequutio infidelium.

Circundata mensa auro, designare potest sacram doctrinam mysteriis refertam. *Exod.37.b.* Hanc autem doctrinam debet vnusquisque circundare gutturi suo. *Prou.3.a.6.c.*

Sacra doctrina.

Circundantur vectes arcæ auro, *t* quum prædicatores implentur sapientia. *Exod.25.c.*

Sapientia prædicatorum.

Circundant Sion, hoc est, *u* ecclesiam fideles, vt filij matrem, qui sequuntur bonos, vt eos imitentur. *Psal.47. Zach.9.b.*

Imitatio bonorum.

Circundat doctor Hierusalem, *x* quum ostendit animæ in omnibus, quæ in hac vita aguntur adesse tentationes. *Ezech.4.a.*

Demonstratio tentationum.

Circundata varietate vestis Ecclesiæ, designare potest varia *y* dogmata in Ecclesia, quæ tamen à veritate non discrepant. Vel designat *z* multitudinem fidelium, varia gratiarum dona habentium, quibus ornatur Ecclesia. *Psal.44. Ester.25.b. Isa.49.c.*

Varietas doctrinæ in Ecclesia.

Circundat Deus vineam vallo, *aa* quando munit Ecclesiam præceptis, & angelorum custodia aduersus circundantes tentationes. Et circundat eius misericordia, & etiam veritas, vt scuto. Idem etiam est circundare vicos, aut ciuitates. *Iudith.4.a. Psalm.31.90. Prouerb.18.b. Matth.21. Marc.12.a.*

Varia dona.

Circundat Deus hominem tenebris. *Iob.3.d.* quia quamuis *bb* cœlesti desiderio ferueat, quid de semetipso sit dispositum intrinsecus, ignorat.

Munies Deus Ecclesiam.

Circundat Deus carcere mare, vel cetum. *Iob.7.c.* quia *cc* malignus spiritus, vel sequaces illius, in quorum se mentibus colligit, atque in eis vndas tumentium cogitationum voluit, vt implere mala, quæ appetunt nequeant, superna eos districtio angustat. Bonos verò circundat carcere, quum adhuc infirmitatis suæ incertis motibus in carne subduntur. *Hebr.5.a.*

Ignorantia hominis.

Circundedit Deus terminum aquis. *Iob.26.c.* quia *dd* humani generis ita scientia moderatur, vt quousque vicissitudines alternantium temporum transeant, perfectè ad cognitionem claritatis intimæ, non pertingat.

Repressio diaboli.

Circundat Deus mare terminis suis. *Iob.26.b.* 38.*b. Prou.8.b.* Quando *ee* iras persequentium iudiciorũ suorum dispensatione moderatur: vt insani tumida vnda feruoris, plano frangatur littore occultæ dispensationis. Et *ff* quando cor nostrum adhuc corruptionis suæ molestia & cura turbulentum, sub mensura contemplationis humiliat, vt licèt plus appetat, vltrà tamen, quàm sibi conceditur, non ascendat. Vel quia cor nostrum tentationibus tumidum, occultis donorum distributionibus mitigatur.

Parua hominis cognitio.

Moderatio per sequutionum.

Circundat Deus collo equi hinnitum. *Iob.39.c.* quando, ne *gg* ad peruersa opera quis prodeat, suis vocibus etiam vita prædicantis obsidetur, ne voci vita contradicat. Circundat etiam gutturi misericordiam & veritatem, *hh* quia ea, quæ loquitur, operatur. *Prou.3.a.*

Concordans vita sermoni.

Circundare sibi librum, quasi coronam. *Iob.31.d.* est mandata Dei, quæ *ii* bene portantur in opere, postmodum coronam victoriæ exhibere in retributione.

Præmium æternum.

Circundat Deus sibi decorem, quem homo sibi non potest circundare. *Iob.40. a.* quia *kk* Deus habet à seipso.

Ornatus fidei per opera.

Circundare altare Dei. *Psalm.25.* est *ll* bonis operibus ornare fidem, & amplecti sublimia in Dei laudem.

Maria concipiens Christum.

Circundat fœmina virum, hoc est, *mm* Maria Christum, sine virili semine ipsum concipiendo. *Ierem.31.d.*

Circundederunt Christum gemitus mortis, *nn* eorum videlicet, qui erant in limbo, & qui hic sunt in ecclesia. *Psalm.17.*

Persequentes Christum.

Circundederunt Iudæi Christum, sicut apes. *Psal.117.* quia nescientes *oo* persecutores fecerunt eum nobis dulciorem, vt gustemus & videamus, quàm suauis est Dominus, &c. Et circundantes inimici animam Christi, fuerunt *pp* Iudæi Christum persequentes in passione, & iidem sunt vituli multi. *Psalm.16.21.87. 108. Iudit.16.a. 2.Reg.17.c.2.Par.18.g. Eccl.51.b. Ioan.10.d.* Circundedit etiam Israël Deum in negatione & in dolo. *Hos.12.a.* quando *qq* dicebat Christo: Si tu es Christus, dic nobis palàm, & similia. Et circundans flumen Ionam, *qq* sunt tribulationes

& per

a Ori.s.Ro.2.
b Ori.s.Gene. hom.3.& sup. Rom.2.
c Ori.s.Leuit. ho.8. Ori.s.Rom.2. Hie.s.Isa.52. & s.Eze.44.
d Ber.ser.1.de circum.
e Ori.s.Ro.2.
f Amb.1.de Abr.4.& 2. de Abra.10.
g Cyril.4.sup. Ioan.51.
h Ori.s.Ro.2. Isy.s.Leu.12. Cyr 4.s.Io.51 Bed.s.Gen.17. Rup.5.s.Gen. 32.
i Rup.s.Ios. 16. Ori.s.Ios.ho.5 26.& s.Ro.2.
k Hie.1.adue. Iouin.
l Ori.s.Ro.2. Am.epist.72.
m Gr.Nyss.de vita Mosis.
n Ric.de Sa. Vi.de 12.patriarch.53.
o Hie.s.Ier.9.
p Hie.s.Eze. 23. Gre.s.1.Reg. 14.
q Bed.s.Ex.6. Ori.s.Rom.2.
r Bas.s.ps.29.
s Bas.& Au. s.ps.7.
t Glo.ord.sup. Exod.25.
u Arn.& Au. s.ps.47.
x Gl.inte.sup. Ezech.4.
y Bas.s.ps.44.
z Hie.s.Is.49. & s.ps.44.
aa Amb.3.Exaem.12. Ber.serm.5.s. Qui ha.
bb Gre.5.mo. 4.
cc Gre.34.m. 16.
dd Gre.17.m. 14.
ee Gr.28.m. 15.19.
ff Hie.s.Iob. 26.
gg Gre.31.m. 19.
hh Bed.s.Pro. 3.
ii Gre.22.mo.
kk Gl.inte.su. 40.
ll Hil.s.ps.25.
mm Hie.s.Ier. 31.
nn Hie.s.ps.a. 17.
oo Aug.s.ps.a. 11.7.
pp Ar.s.ps.16. 21. Aug.epi.120.
qq Hie.s.Ion. 2.

& persequutiones Iudæorum circundantes Christum. *Ion.2.a. Iob.16.c.* Sic circundederunt eum veste purpurea, ad irrisionem. *Ioan.19.a.*

Opprimentes dæmones Ecclesiam. *Opprimentia peccata.*

Circundantes inimici vel exercitus vallo Hierusalem, dici possunt dæmones *a* animam opprimentes, vel Ecclesiam, quam circundant lanceis, quando *b* tentationibus ab omni parte fideles impetunt. *Luc.10.g.21.d. Ios.7.b. Iud.19.f.20.a.4.Reg.8.e.19.g.24.b.25.a. Iob.16.c. Psalm.3.31.117. Ezech.26.b.*

Circundant dolores mortis, cùm *c* opprimunt peccata aut suggestiones. *Psalm.17.114.2.Reg.22.a.* Et circundat super muros ciuitatis iniquitas, *d* quum Iudæorum iniquitas vicit custodiam angelorum, & quum potentes mundani sunt iniqui. *Psalm.54. Hos.7.a.*

Circundabit iniquitas calcanei. *Psal.* 48. quando *e* peccata accusabant in morte, aut in iudicio.

Circundat Behemoth salices torrentis. *Iob.* 40.*b.* quando *f* amatores vitæ mortalis à bonis actibus, quasi à fructibus alieni, tanto arctius diabolo inhærent, quanto eos largius delectatio transitoriæ voluptatis infundit.

Mendacia hæreticorum.

Circundedit Ephraim Deum negatione sua. *Hos.11.d.* quia *g* quidquid loquuntur hæretici, negatio, imò mendacium est.

Circundant tribulationes, *h* quum non est locus euadendi. *Psal.31.39.87. Eccl.51.a. Thr.3.a. Ion.2.c. Ha.2.d.*

Opprimere munitiones. Philosophorũ.

Circundare ciuitates inimicorum. *Deut.20.d. Iud.9.f.4.Reg.3.d. Isa.29.a. Ezech.4.b.26.b.* est munitiones philosophiorum *i* opprimere.

Circundans Rebecca pelliculas hœdorum manibus Iacob. *Genes.27.c.* designat *k* peccata nostra in manibus Christi crucifixi.

Circundare atrium tabernaculi tentoriis. *Exod.40.a.* est munire & ornare Ecclesiam prædicatoribus, & virtutibus.

Circundati lapides preciosi auro. *Exod.28. c.39.c.* designant *l* actionem & intentionem pontificis munitam sapientia debere esse.

Circundant regem, qui ipsum protegunt, & venerantur. *2.Paral.23.b.*

Circundare abundantiorem honorem ignobilioribus membris. *1.Cor.12.c.*

Crudelitas tyrannorum. Fouens Deus. Prædicare mysteria. Inconstantia in fide. Mortificare affectus.

Circundata mulier purpura & coccino. *Apoc.17.a.* designat *m* regiæ potentiæ coniunctam crudelitatem.

Circumducere, Circumferre.

CIRCVMDVCERE, est quasi per circuitum ducere. Raram habet allegoriam.

Circumducit Deus Israël per viam deserti, *n* quia suauiter duxit eos fouendo. *Exod.13.d. Num.32.c. Deuter.32.b.*

Circumduci aream fœderis, est *o* veræ mysteria publicè prædicari. *1.Reg.5.c*

Circumferri omni vento doctrinæ, vt non esse stabilem in doctrina fidei. *Eph.4.c. Iacob.1.a.3.a. Iud.d.*

Circumferre mortificationem Christi in corpore suo, est mortificare omnes affectus corporis. *2.Cor.4.c.*

Circumducens Deus Ezechielem per campum, vbi erant ossa dispersa. *Ezech.37.a.* benignitatem suam designat erga populum Israël.

Circumducens Dauid fundam contra Goliath. *1.Reg.17.f.* designat afferentes authoritates sacræ Scripturæ, ad reuincendum diabolum, seu hæreticos.

Circumducere totum corpus, aut equum fræno. *Iac.3.a.* virtutem prudentiæ & discretionis exprimit.

Circumferens Moses ad Occidentem, & cæteras partes terræ promissionis oculos. *Deut.3.d.* designat legem *p* ostendentem terram cælestem, ad quam ipsa non introducit, sed Iesus Christus.

Circumferentes Philisthæi caput Saulis per templa. *1.Paral.10.c.* designat *q* gloriantes dæmones de lapsu fidelium.

Circumferentes infirmos vbi erat Christus. *Marc.6.c.* designat fortiores procurantes salutem minorum.

Circumfodere, videre Fodere.

Circumfulgere, vide Fulgere.

Circumire, Circuitus, Gyrus, Perilolus.

CIRCVMIRE, est in circuitu alicuius rei ire. *Num.21.a.* Vt circumirent terram Edom. Item cingere. *3.Reg.7.d.* Circuibat illud decem cubitis. Considerare. *Genes.41.f.* Circuiuit omnes regiones. Exquirere. *Num.11.b.* Circuibátque populus, & colligens illud. Lustrare. *Genes.2.b.* Circuit omnem terram Euilath. Munire. *Iud.11.c.* Circuiuit ex latere terram. Obsidere. *Ios.6.a.* Ite & circuite ciuitatem. Vagari. *Iob.1.b.* Circuiui terram & perambulaui eam. Circuitus autem est assistentia. *Psal.88.* Qui in circuitu eius sunt. Circuitio. *Ios.6.c.* Quumque septimo circuitu. Conspectus. *Exod.16.e.* Iacuit per circuitum castrorum. Cupiditas. *Psalm.11.*

In circuitu impij ambulant. Custodia. *2.Paral.23.b.* Per circuitum regis. Error. *Ios.5.b.* Per longissimos vitæ circuitus. Obsidio. *Iud.20.d.* Per circuitum vrbis Gabaa.

Manifestatio Dei. Prædicans vndiquaque Christus. Gentilitas.

In circuitu Dei dicitur esse tabernaculum eius. *Psal.17.* per quod designatur *r* manifestatio, qua Deus innotescit fidelibus. Vnde in circuitu Domini sunt omnes, qui intelligunt veritatem, & non superbiunt de veritate.

Circumiens Ioseph regiones Ægypti, designat Christum vniuersis prædicantem. *Genes.41.f.* Idem designat circumiens Iephte Galaad, & Manassen. Vbi etiam designatur *s* Christum despicere contemnentes & minantes superbos. *Iud.11.c.* Circumiens autem clamor terminum Moab, designat dilationem prædicationis ad Gentes. *Eccles.1.a. Eccl.43.b. Isa.15.d.60.a. Matth.4.d.9.d. Marc.6.a. Luc.9.a. Heb.1.g. Actor.14.a.*

Circuitus castrorum, vbi apparuit manna. *Exod.16.c. Iud.1.7.* designat *t* Gentilitatem, in qua apparuit manna doctrinæ Euangelicæ. In circuitu nubis, hoc est, Iudææ est *u* splendor. *Ezech.1.b.* quando lux veritatis *x* prædicata & manifestata est Gentibus, remanentibus Iudæis in infidelitate. Circuitus autem Hierusalem, est *y* quantum Ecclesia per orbem dilatatur. *Psal.78.*

Litera legis. Plenitudo doctrinæ.

Circuitus montis designare potest *z* literam legis. *Exod.19.b.*

Circuitus mensæ, designat *aa* plenitudinem doctrinæ, & sacræ scripturæ, aut etiam corporis Christi. *Exod.25. c.87.b. Psalm.127.*

Proponere exempla.

Circumiens Samuel Bethel, Galgala, Masphat, designat *bb* prædicatorem omnium ordinum electorum exempla sequentem, vt subditorum omnium censor doctus esset valeat. Vel quidquid doctor in subditorum profectu exhibet, aut de exemplo electorum accipit, aut de magisterio sacri eloquij, aut reuelatione internæ ac secretæ contemplationis: idque per singulos annos; vt respiciat singulorum ordinum perfectiones. *1.Reg.7.d. Ios.18.a. Iud.11.e.1.Par.21.a.2.Par.17.c. Ezech.39.d.1.Mac.10.g.*

Admonitio varia.

In circuitu pauimenti sunt gazophilacia templi. *Ezech.40.d.* quum *cc* doctores boni in sanctæ eruditionis verbis, modò vomẽtis dulcedinis, modò asperitate increpationis inuigilant, vt auditorum suorum vitam, à vitiis defendant. Sed habent ipsa quoque gazophylacia in circuitu pauimentum, quia sæpè etiam doctorum cor, vitiorum tentationibus tangitur: sed quum bonorum auditorum vitam considerant, eámque profeciſſe suis exhortationibus pensant, erubescunt tales non esse, quales autore Deo per se conspiciunt alios factos esse.

Gubernans prudentia. Calcaria. Ecclesia. Fideles. Tutela Angelorum. Diuina protectio.

Circumiens Phison terram Euilath, designat *dd* prudentiam gubernantem imprudentiam. Et Gion circumiens Æthiopiam, designat fortitudinem quæ circumcludit, & vincit timiditatem. *Gen.2.b.1.*

Circuitus altaris, significare potest Caluariæ locum, vbi immolatus est Christus, & eius effusus sanguis. Potest etiam significare *ee* fideles in circuitu Christi, eius sanguinem suscipientes. *Exod.29.d.30.a.37.d. Leuit.1.c.3.a. 8.c.e.9.3. Regu.18.f. Psal.26.1. Mach.1.d.*

Circuitus timentium Dominum, exprimit *ff* tutelam angelorum, vt & montes dicuntur esse in circuitu populi Dei, & ipse Dominus est in circuitu populi sui, protegens eum per scripturas, & auxilium peculiare. *Iosue.21.d. Nec.12.e. Tob.13.d. Iudith.4.a. Iob.10.d.29.a. Psalm.33.78.124. Sapient.6.c.8.d. Eccle.24.a. Ier.31.c. Ezech. 34.f.40.a. Zacha.2.b.1. Machab.13.b.* In gyro ciuitatis munitiones, designant diuinam protectionem. *Ecclesiast.9.d.*

Circuit ciuitatem sponsa, quum *gg* quærit in Ecclesia sanctos, à quibus instruatur. *Cant.3.a.* Ad idem referri

potest

a *Ori.s. Luc. hom.35. Am.s.Lu.21.*
b *Gre.13.mo. 9.& ho.39.*
c *Ar.& Basi. s.ps.114.*
d *Hil.& Au. s.ps.54.*
e *Ar.& Basi. s.ps.48.*
f *Gr.33.m.6. Hie.s.Iob.40.*
g *Hie.s. Hos. 11.*
h *Glo.int.s.ps. 87.*
i *Glo.int. sup. Deut.20.*
k *Glo. int. su. Gen 27.*
l *Glo.int. sup. Exod.28.*
m *Rup. 10.s. Apo.*
n *Gl.inte.sup. Exod.13.*
o *Gre.s.1. R. 1.*
p *Glo. ord.su. Deut.3.*
q *Glo.ord. su. 1.Par.10.*
r *Gr.s.1.Re.. Au.s.psal.75.*
s *Auguſt.q.in Iud.49.*
t *Cyril. 3. s. Ioan.14.*
u *Gr.s.Ez.h.2.*
x *Au.s.ps.28.*
y *Glo.inte.su. Exod.19.*
z *Glo.int.sup. Exod.25.*
aa *Gr.s.Re. 7.*
bb *Gr.s.Ezec. 18.*
cc *Phil.2.all.*
dd *Or.s. Le.h. 1. Isy. s. Leu. 8.*
ee *Basi.s.ps.33*
ff *Arn.s.psal. 124.*
gg *Amb. de Isaac.5. Gr.s.Can.3.*

Digitized by Google

potest circumiens mater Tobiæ omnes vias. *Tob.10.b.Ierem.5.a. Amos.8.d.* Et circumiens populus ad colligendum manna. *Num.11.b.* Circumeunt etiam ciuitatem *a* prædicatores ad conuertendas gentes mundum peragrantes. *Psalm.58.*

a *Aug.ſ.pſ.58.*

Circumeunt ciuitatem Iudæi, quia vellent ædificare Hierusalem, & non possunt. Et quia contra Ecclesiam blasphemias proferunt, eamque persequuntur, & in eam ingredi detractant. *Psal.58.* Circumeunt etiam ciuitatem *b* quærentes verbum Dei, quod extra Ecclesiam inuenire nequeunt. *Amos.8.d.* Sic circuit meretrix ciuitatem. *Isa.23.d.Ierem.49.a.* quod & de hæreticis intelligi potest.

b *Hil.ſ.pſ.58.*

Quærens Ecclesia sanctos.

Circumeuntes filij Israël Hiericho, designare possunt *d* annunciationem regni cœlorum, qua omnia mundi munimenta dissoluuntur. *Ioſ.6.a. Hebr.11.f.* idem cum in gyro Babylonis sunt inimici. *Ierem.50.c.* Et in gyro Tyri. *Ezech.26.c.* Idem designare possunt circumeuntes filij Israel terram Edom. *Num.21.a.Deut.2.a.*

c *Hier.ſu. Amos 8.& ſup. pſ.58.*

Persequentes Ecclesiam, & extra eam veritatem quærentes.

d *Aug.epi.119 Rup.ſ.Ioſu.19.*

Annunciatio regni cœlorum.

Non circumiens *e* rota plaustri cyminum. *Isa.28.g.* designat Deum non percutere graui castigatione ignorantes & simplices.

e *Hie.ſ.Iſa.28.*

Percutiens leuiter simplices.

Circuitus regionis aut ciuitatis non vastandus. *Deut.20.d.25.d.* designat *f* veritates ex libris gentilium conseruandas esse, & non cum erroribus perdendas, & homines, qui vtiles esse possunt Ecclesiæ, non perdendos.

f *Glo.or.ſ.28. Deut.20.*

Veritas seruanda.

Gyrans sol per meridiem, &c. designant *g* Christum dantem feruorem charitatis. *Eccl.1.a.Iob.38.c.Eccl.24.a. 43.b.* Gyrat etiam per meridiem, quum intelligentia fertur in contemplationem cœlestium.

g *Ric.de S.Vi. 5.de arca myſtic.7.*

Potentes seculi

Gyrus arcturi, designare potest *h* connexionem donorum Spiritus sancti in Ecclesia. Vel designat *i* labores Ecclesiæ, qui prætereunt Ecclesia perdurante. *Iob.38.b.*

h *Hi.ſ.Iob.38*

i *Gr.29. mor. 28.29.*

Gyrus dentium Leuiathan, designat *k* potentes seculi, defendentes malos prædicatores diaboli. *Iob.41.a.*

k *Gr.33 mor. 29.*

Circumiens clamor terminum Moab. *Isa.51.d.* est *l* prædicatio pœnitentiæ ad omnes existentes in erroribus.

l *Hie.ſ.Iſa.15*

Circumiens Hierusalem Goatha, id est, electos lapides, est *m* Ecclesia continens electos fideles. *Ierem.41.g.*

m *Hie.ſe.Ier. 31.*

In circuitu plena oculis animalia. *Ezech.1.e.* designant, *n* nihil esse in Euangelio, quod non Spiritus sancti fulgeat maiestate. Vel circuitus designat *o* vitam actiuam, quæ turbatur erga plurima. *Apoc.4.c.*

n *Hie.ſ. Ez.1*

Circumeunt & immolant, *p* qui in omnibus conantur cognoscere & laudare Deum. *Pſalm.26.*

o *Ru.3.ſ. Ap.*

In circuitu tecti aut domus positus mutus, *q* designat ablationem scandalorum in interpretatione scripturarum. *Deut.22.a.40.a.*

p *Aug.ſ.pſ.26.*

In circuitu existunt inimici, hoc est, *r* dæmones impugnantes nos in cogitationibus, verbis & operibus, & in omnibus sensibus exterioribus & interioribus: & in prosperis, & aduersis; & in memoria præteritorum, & suggestione futurorum. Sic etiam sunt impij in circuitu: quorum caput in circuitu esse dicitur, quia nunquam perueniunt ad fidem. *Ioſ.23.a.1.Reg.10.a.14.g.4.Reg.4.c.5.a.4.Reg.6.c.25.a.1. Paral.15.d.32.e.Iſa.37.g. Ierem.4.d.6.f. 21.b.46.d.50.c.Thr.1.f.2.g.Ezech.5.b.16.g.Ioel.3.c.Zach.12.a.Iob.19.b. Pſal.30.43.78.117.159.1.Mach.3.c.*

q *Ori.ſ.Matt. hs.19.*

r *Gre.ſ.1.Re. 10.14. Aug.ſ.Pſ.139.*

Circumit terram diabolus, aut ciuitatem, quum imperat in cordibus terrenis: idque præcipuè ante incarnationem, quando nullum hominem, qui sibi resistere, inuenit. Circumit autem terram; quia humana corda circumuenit, vt bona tollat, vt mala mentibus inferat, vt inserta cumulet, vt cumulata perficiat, vt perfectos in iniquitatibus, ad pœnam socios acquirat. *Iob.1.c.2.d.37.b.Pſalm.11.Iudith.7.b.Ezech.39.d. Amos.3.c. Matth.23.b. 1.Petr.5.b.*

s *Ori.ſ. Iob.2. Arn.ſ. pſ. 58. Gr.2.mo. 22. 32.*

In circuitu ambulant impij. *Pſalm.11.* quia *s* modo amant hoc, modo illud, nec amorem figunt in Deo, in quo firmi persistere valeant.

t *Ber. de diligen. Deo.*

Circuitu fluminis, vbi fodiebant Ægyptij: designat *u* diuerticula hæreticorum, quæ quærunt ad defendendos errores. *Exod.7.d.* Vel designatur inuestigatio veritatis extra Philosophiam, quando in ea non inuenitur.

Diuerticula hæreticorum.

Inuestigatio veritatis.

u *Glo.ord. ſu. Exod.7.*

Circuitus inimicorum, qui inflammatus, designat *x* vndique malis imminere pœnam inferni, quam vitare non poterunt. *Pſalm.96.Iſa.42.d. 2.Reg.5.d. Thren.2.a.* Idem designat circuitus Ægypti, & Assur. *Ezech.32.c. Nahum.3.b.* In circuitu Assur sunt sepulchra multitudinis eius: quia diabolus in inferno secum habet eos, quos peccare fecit.

Imminens pœna inferni.

x *Hie.ſ.Ezec. 32.*

Circumeunt in platea plangentes, *y* qui lamentantur mortuos. *Eccleſ.12.b.*

Lamentari mortuos.

y *Hie.ſ.Ec.12*

Gyrus Hierusalem, in quo Deus ædificat tribulationem, designat neminem posse euadere vindictam Dei, nisi ipse liberet. *Thren.3.a.Ezech.4.a.* Sic dicitur in circuitu Domini esse potestas, quia nullum malum relinquet impunitum. *Pſal.49.75.88.96.Ezech.1.a.Apoc.7.a.*

Non posse euadere vindictam Dei.

Circuitus animalium plenorum oculis. *Ezech.1.c.10.c.* circumspectionem *z* Sanctorum designat.

z *Glo.ord.ſup. Ezech.1.*

Circumspectio.

Circuitus tunicæ sacerdotis: & circuitus capitij tunicæ. *Exod.28.f.39.d.* fiduciam *aa* prædicandi designat.

aa *Glo.ord.ſu. Exod.25.*

Fiducia prædicandi.

Circuitus arcæ fœderis. *Exod.25.b.37.a.* plenitudo *bb* Ecclesiæ, & gloriæ Christi.

bb *Glo.int.ſ. Exod.25.*

Gyrus atrij, & tabernaculi, & peribolus templi, qui erat murus templi. *Exod.28.c.3.Reg.6.a.1.Par.9.g.2.Par.4.a. Ezech.42.b.* Hæc quia erant exteriora, designant *cc* minora, per quæ veniendum est ad maiora.

cc *Hie.ſ.Eze. 42.*

Circumiens filia Iepthe mentes, *Iud.11.g.* designat *dd* Ecclesiam agentem pœnitentiam in hac vita.

dd *Gl.or.ſ.Iu. 11.*

Circumeuntes serui Achab regiones, ad quærendas herbas equis. 3. *Reg.18.a.* laborem designant qui suscipitur in voluptatibus quærendis.

Circuitus ciuitatum vbi mortuus inuenitur. *Deut.21.a.*

Circuitus radicum cedri. *Ezech.31.a.* commistio *ee* diuersorum vitiorum.

ee *Gl.ord.ſu. Eze.31.*

Gyrat repromissio nequissima viros potentes. *Eccleſ.29.c.* quum *ff* adhærentes erroribus hæreticorum promittentium salutem, extorres fiunt à veritate & salute.

ff *Glo.in.ſup. 29.*

Gyrans Dauid ex aduerso pyrorsù contra Philisthæos. 2. *Reg.5.d.* designat *gg* virum ecclesiasticum, declinantem contentionem aduersus contentiosos, sed circuitu rationis eos vincentem.

Vitanda contentiones.

gg *Rup.8.ſ. Ioa.*

Circumligare, vide Ligare.
Circumlinere, vide Linere.
Circumornare, vide Ornare.
Circumplecti, vide Amplecti.
Circumponere, vide Ponere.
Circumsedere, quare Sedere.
Circumspicere, vide Aspicere.
Circumstare, Circumstantiæ, quare Stare.
Circumtegere, vide Operire.
Circumuallare, quare Vallare.
Circumuenire, vide Decipere.

Cis.

Cis, interpretatur durus, aut stipula, vel cucumerarium, fuit pater Saulis. 1. *Reg.9.a.* designat *hh* eum, qui non habet charitatem fraternam, qui est pater Saulis, hoc est, carnalis prælati. Et hoc in malum. In bonum verò designat eum, qui dura pœnitentiæ opera exercet, & prædicat: vt Ioannem Baptistam. *Matth.3.b.* Et ipsum Christum, qui languores nostros tulit. *Isa.53.* De his *Ezech.3.b.* Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum.

Non habent charitatem.

Vita aspera.

Christus.

hh *Gr.ſ.1.Re. 9.*

Cisterna.

Cisterna est, in qua congregantur aquæ pluuiales, nec habet aquam ibi manentem, vt puteus: & sæpè aquis turbidis è terra completur.

Cisterna Bethlehem, cuius aquam desiderauit Dauid, significare potest *ii* Christi natiuitatem in Bethlehem factam. 2. *Reg.23.c.1.Par.11.d.*

Natiuitas Christi.

ii *Amb.Apo. Dauid.7.*

Cisternæ aquarum, sunt verba *kk* sanctarum Scripturarum: & in cisternis abscondimur, quando ad sacri eloquij aquas ingredimur, vt per aurium officium, mentium prata rigemus. 1. *Reg.13.b.2. Paral.26.f. Nee.9.e. Iudith.7.b.* Cisterna autem, quam aliquis aperit, profundum scripturarum sensum significat. *Exod.21.d. Deut.6.b. 1.Paral.11.e.*

Sacra Scriptura.

Sensus profundus.

kk *Gr.ſ.1.Re. 13.& 17.mo. 13.*

Digitized by Google

Cisterna,quam quis non fodit, designat *a* alieno labore parata præmia, & conceptacula cœlestis liquoris potabilis,& thesauros ad conseruandas virtutes accommodos:quos accipimus à Deo.*Deut.6.b.*

Cisterna in quam cadit immundum aut morticinum,quæ tamen non fit immunda,designat *b* linguas mediocria loquentes.*Leu.11.f.*

Cisterna vetus, in quam missus est Ioseph, designare potest *c* infernum, aut crucem, & mortem Christi. *Genes.37.d.* Idem designare potest cisterna, in quam descendit Banaias, & interfecit leonem.*2.Regum 23.c.1. Paral.11.e.*

Potest etiam cisterna significare *d* occultationém veritatis,aut errorem cognitionis.

Cisterna præterea significare potest absolutè *e* mortem,vt *Eccl.12.c.*Confringitur tota super cisternam.

Cisternæ dissipatæ dici possunt *f* synagogæ, quas nunc habent Iudæi. Et etiam dæmones, & hæretici quia *g* aquas turbidas errorum dant in potum discipulis.*Iere.2.c.4.Reg.10.e.*

Cisterna propria,de qua bibendum est. *Prou. 5.c.* designare potest *h* vel propriam vxorem, vel propriam substantiam,vel etiam proprium consilium.Designat etiam internas affectiones,quæ non externæ afferuntur, sed in nobis scaturiunt,ab ipsa carne originem habentes:quarum aquam promittit Rabsaces,id est diabolus. *Isa. 36. c.* Idem designant cisternæ,quas dedit Nabuzardan.*Iere. 39.c.*

Cisterna faciens frigidam aquam.*Iere.6.b.* Iniquitas *i* frigefaciens charitatem.

Cithara, Citharœdus.

CITHARA est instrumentum musicum,auditu iucundum,sonans ab inferiore parte.

Cithara ab inferiore parte resonans, *k* designare potest corpus Christi, seu carnem eius humana patientem: vel ipsum Christum,& labores eius ad corpus pertinentes:vt lassitudinem,famem,sitim,&c. Et sex *l* opera misericordiæ:& tolerantiam tribulationum.*Psal.32.42.56.70.91.97.107.146.150. Eccl.39.c.Apoc.5.c.14.a.15.b.* Generaliter autem designare potest corpus humanum.

Cithara etiam *m* crucem Christi designare potest,in qua ipse Patri gratum edidit sonum. *Psa.146.150.*

Cithara etiam designare potest *n* verbum solatij electorum:quia velut ad sonum citharæ hilarescimus,quando nos electi prædicatores inter ærumnas præsentis exilij,consolantur de promissione cœlestis hæreditatis.*Gen. 4.d.31.d.1.Reg.10.b.16.c. 2.Reg.6.a.3.Reg.10.b.1. Par.13.b.25.a.2.Para.9.c.20.f.29.f. Nee.12.b.Iob.30.d. Isa.16.d. 23.d.24.b.30.g.1.Mach.13.g.1.Cor.14.d.*

Cithara præterea *o* pectus deuotum,aut voluntatem,vel ipsam animam designare potest, quæ pulsata spiritus plectro interiorum chorda venarum,boni operis sonum reddit. Et vt cithara non benè sonat, nisi omnes habeat chordas,eásque benè aptatas: Ita *p* anima,nisi omnes habeat virtutes,rectè citharizare non valet. *Isa. 16.d. 23.d.* Corpus *q* etiam ipsum cithara dici potest.*Apo.5.c.15.a.*Item mortificatio membrorum.

Cithara etiam *r* recta operatio dici potest,& ipsa virtus.*Iob.30.d.* Per chordas intentio rectè viuentium intelligitur,quæ dum ad vitam aliam per afflictionem carnis tenditur, quasi extenuata chorda in cithara per intuentium admirationem sonat.Siccatur enim chorda, vt congruum in cithara cantum reddat: quia & sancti viri castigant corpus suũ,& seruituti se subiiciunt,atque ab infimis ad superiora tendunt.Pensandum quoque est,quod chorda in cithara si minus tenditur, non sonat, si amplius, raucum sonat: quia nimirum virtus abstinentiæ aut omnino nulla est,si tantum quisque corpus non edomat,quantum valet,aut valde inordinata est, si corpus atteris,plusquam valet.

In cithara psallunt Domino,*s* qui de temporalibus,tam prosperis, quàm aduersis, gratias agunt,& peculiariter in aduersis.Item qui benè operantur.*Psal.32.42.70.146.*Et qui Christum resurrexisse à mortuis, & ad cœlos ascendisse prædicant,citharam sonant.

Cithara etiam significat *t* ipsum os,quod spiritu tanquam plectro pulsatur.

Cithara præterea,significat *u* instrumentum mundanarum voluptatum,præcipuè aurium.Vnde dicuntur quidam magistri prurientes auribus.*Gen.4.d.Iob.21.b.Isa.5.d.24.b.Ezec.26.c.Dan.3.d.*

Citharœdi dici possunt *x* prædicatores, & qui proximè ac continenter pulsant animas: & omnes laudantes Deum.*Apoc.14.a.18.g.*

Cito,Citatus, vide Accelerare.

Ciuitas, Ciuis, Oppidum, Vrbs.

CIVITAS, est congregatio hominum firmata, ac secundùm legem gubernata. Sumitur aliquando pro loco continente,aliquando pro ipsis habitatoribus.

Ciuitas potest Ecclesiam significare, tam militantem, quàm triumphantem. Et ciues sanctorum, sunt fideles & sancti in Ecclesia.Dicitur autem ciuitas *y* munita,aut mutata,propter custodiam Dei,& angelorum, præcipuè cœlestis, quæ libera est iam ab omni periculo. Eadem dicitur ciuitas Dei,& ciuitas sancta.Et ciuitas Christi,dicitur plebs fidelium. Et ciuitas Solis in Iudæa, est ciuitas Christi. Et ciuitates, quæ inhabitantur, sunt Ecclesiæ fidelium. Et ipse Saluator, dicitur vrbs fortitudinis Sion: quia ipse est fortitudo Ecclesiæ. Eandem Ecclesiam designat ciuitas Dauid.De hac ciuitate agitur in subiectis locis. *Leu.14.e.19.d.21.a.24.c.25.d.Nu.32.c. 35.a.Deut.1.c.25.b.Iosu.15.b.Ruth.3.d.2.Reg.6.e.17.c.20.f.4.Regum.10.d.19.g.24.b.1.Para.11.a.2. Paral.8. a. 23. d.27.a.1.Ester.4.c.Neem.7.a.Iob.24.b.29.b.39.a.Psalm.45.47.58.68.71.72.86.100.106.107.121. Prouerb.1.c.9.a. 11.b.29.b.Ecclesiaste 9.d.10.c.Canti.3.a.5.c.Sapien.9.b.Eccles.24.b.38.d.40.c.49.b.Isa.1.g.22.b.23.d.26.a.33.d.45. c.51.a.60.c.61.b.62.d.Ierem.4.f.5.b.10.d.20.c.31.g.49.e.Ezech.36.a.40.a 48.d.Daniel 9.d.Hose.7.b.10.d. Amos 3.d. 4.b.Mich.4.c.6.c.Zach.1.d.8.a.1.Machab.1.2.Machab.4.b.5.a.9.c.11.a.Matth.5.a.5.b.9.a.27.f.Marc. 1.d. Luce 1.c.2. a.24.g.Ephes.2.d.Hebr.11.c.12.f.Tit.1.b.Apoc.11.a.21.a.22.c.* Ciuitas circumstantiæ, vbi nos legimus ciuitas munita.*Psalm.30.*est *z* Ecclesia ex Gentibus,quæ circũstat Iudæã, seu Hierusalem. Et ciuitas, quam custodit Deus, sine quo frustra vigilat, qui eam custodit *aa* est Ecclesia,vel anima.*Psalm.126.*Et ciuitas fortis,quæ oppugnatur, sed non vincitur,est *bb* Ecclesia.*Isa.27.a.*Iuxta Septuaginta.*Haba.2.b.*Et ciuitas redempta. *Soph. 3. a.* Et ciuitates Austri,sunt Ecclesiæ,veri & perfecti luminis participes. *Abd.g.*Et ciuitates Iuda,sunt Ecclesiæ, in quibus est vera Christi confessio.*Ier.32.g.*Ciuitates verò montanæ,de quibus vna est, de qua dicitur: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.Ciuitates campestres sunt in Ecclesia, vt de profundis atque depressis, per camporum æqualitatem ad summa gradiamur.Et ciuitas Austri,*cc* vbi est meridies & plena lux veritatis.Ciuitates multæ sunt Ecclesiæ,quæ in vna includuntur.*Iob.24.c.*

Ciuitas etiam dicitur *dd* anima in multis supradictorum locorum:& hoc est ciuitas,quam ædificat Iosue, hoc est,Christus,ornans eam virtutibus,quæ vt habet lumen scientiæ,dici potest ciuitas Solis.*Iosu.19. d. Psa.58.100. Iudith,2.b.Prou.18.c.Eccle.28.c.Isa.1.b. 18.c.23.d.33.b.36.b.61.b.64.d.Ierem.1.d.2.d.33.b.17.d.40.c.48.b. Amos. 4.c. 9.d.1.Mach.3.a.*Et ciuitates,quibus præponitur seruus,sunt animæ inferiores.*Luc.8.19.c.*Et ciuitas Elcana.*1.Reg. 1.a.*dici potest *ee* cor ornatum virtutibus, circumspectionis custodia munitum, de quo *Prouer.3.c.* Omni custodia serua cor tuum. Et in hac ciuitate debet quisque sedere iuxta illud. *Luc.24.g.*Sedere in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Et redit ad ciuitatem suam, qui redit ad seipsum, vt possit rursum ascendere in contemplationem, & de Angelis & Martyribus tractare. Qui autem in Hierusalem cœlesti non potest semper morari, moretur in Ramatha, vel Hierusalem terrestri. Vrbes autem in quibus seruatur frumentum, sunt sancti Prædicatores. *Gen.41.f.44.c.*Et vrbs murata, *ff* est mens sanctarum Scripturarum eruditione circundata. *1.Reg.6.d.*

Ciuitas etiam in malum,est *gg* anima, quæ malarum cogitationum & prauarum afflictionum thesaurus est. *Isa.14.g.*Et ciuitates exustæ,sunt animæ vitiorum igne flagrantes.*Ierem.2.c.*

Vrbs patens,& absque murorum ambitu dicitur *hh* vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum, sed peccat per loquacitatem.*Prouerb.25.d.*

Ciuitas supra montem posita, *ii* carnem Christi designare potest Diuinitati coniunctam: & homines, qui per carnis consortium, dici possunt habitatores.Potest etiam designare *kk* Apostolos,qui & lux mundi dicuntur. *Matth.5.b.*

Præmia à Deo.
Lingua.
Infernus.
Crux & mors Christi.
Occultatio veritatis.
Mors.
Synagoga Iudæorum.
Dæmones & hæretici.
Propria vxor
Propria substantia.
Propriumconsilium.
Affectus innati.
Iniquitas.
Corpus Christi.
Labores Christi.
Opera misericordiæ.
Tolerantia tribulationũ.
Corpushumanum.
Crux Christi.
Verbumsolatij electorum.
Pectus deuotum.
Voluntas.
Anima.
Corpus.
Mortificatio membrorum.
Recta operatio.
Virtus.
Prosperitas & aduersitas.
Os.
Instrumẽtum mundanarum voluptatum.
Prædicatores.
Ecclesia militans & triumphans.

Anima.

Prædicatores.
Mens erudita
Anima peruersa.
Loquax.
Caro Christi.
Homines.
Apostoli.

a *Philo. quòd Deus sit immutabilis.*
b *Gl.inter.su. Leu.11.*
c *Bed.s.Ge.37*
d *Cl.Alex. 5. str.*
e *Hie.s.Ee.12.*
f *Ter. aduen. Iudæos.*
g *Hie.s.Ier.2.*
h *Cyr.de adora. in Spiritu sancto.*
i *Glo.ord.sup. Iere.6.*
k *Bas.s.ps.32. Hil.ps.56.*
l *Clem.Alex. 6.strom. Hie.s.ps.56. Aug.s.psa.56 70.80.*
m *Gre.s.1.Re. 10.*
n *Hie.s.Is.23*
o *Ambr.s.Lu. 7. Hie.s.Is.16.23*
p *Clem. Ale. 6.strom. Euch.for. spirit.10.*
q *Aretas sup. Apo.15.*
r *Gre.20.mo. 81.*
s *Gr.s.1.Re.10 Aug.s.ps. 32. 42.146.*
t *Cle.Alex.2. pæd.4.*
u *Glo. ord. su. Gen.4.*
x *Clem.Alex. 6.strom.*
y *Ori.s.Matt. ho.22. 35. & s.Iosu. ho. 19. & s.Isa.ho. 8. Bas.s.Psa.45. 59. Arn.s.ps.106. 107. Am.de Isaa.5 Hi.s.ps.59. & s.Matt.Ca. 8. Hie.s.Isa.1.& 22.26. & su. Ezec.40. Gre.16.m.25. & 19.mo.13. Bed.s.Pro.1.*
z *Au.s.ps.30.*
aa bb *Hi.s.ps. 120. & s. Isa. 27. & s. Abdi.& su. Iere.32.*
cc *Gre.16.m. 25.*
dd *Ori.s.Ge.h. 9.& s.Ios. ho. 24.26. Arn.s.ps. 58. Amb.s.Lu.19. Hie.s.Is. 164.*
ee *Gr.s.1.Re. 1.*
ff *Gr.s.1.Re.6*
gg *Hie.s. Isa. 14.& s.Ier.2*
hh *Bed s.Pro. 25.*
ii *Hil.s. Mat. Can.4.*
kk *Au.1. ser. do.in mon.*

Digitized by Google

Ciuitas Elcana,dici potest *a* sacra Scriptura,quæ ciuitas est Christi,in qua ipse cognoscitur cuius munimina sunt præcepta,& arma,consilia salutis.1.*Reg.*1.*a*.Sic sumitur ciuitas *b* pro sacra Scriptura.*Deut.*6.*b.*9.*a. Ios.* 24.*c.* 3.*Reg.*9.*b.*2.*Para.*8.*a.Prou.*10.*b.*18.*b.Iere.*13.*g.Abdi.g.Matt.*10.*c.*

Sacra scriptura.

Ciuitates refugij sex,in quibus habitabant Leuitæ,*c* designant loca, ad quæ confugiunt fugientes seculum:& sunt ciuitates Leuitarum,qui nihil habent in seculo.Ponuntur autem tres trans Iordanem, quæ sunt *d* verbum Dei,potentia creatiua,& regia:tres verò citra Iordanem,sunt virtus propitia,imperatiua,& prohibitoria.Possunt etiam designare ipsos sacerdotes,ad quos confugere debent prophani,vt purificentur. *Deut.*4.*f.*19.*a.Iosu.*20.*c.*1. *Par.*6.*d.*Ciuitates etiam munitæ,sunt Prædicatores & Doctores.*Ierem.*4.*b.*31.*d.*Ciuitates etiam tres refugij, tres virtutes theologicas designare possunt.

Separatio à seculo. Diuina protectio. Sacerdotes. Prædicatores. Virtutes theologicæ.

Ciuitas etiam refugij,dici potest *e* remissio peccatorum,quæ datur in pœnitentia. Et tres ciuitates refugij, sunt *f* Fides,Spes,& Charitas:in quibus saluatur peccator per pœnitentiam.

Remissio peccatorum.

Ciuitates comparatæ domibus,significare possunt *g* generales virtutes,sub quibus sunt speciales.*Deuter.*6 *b.*

Virtutes theologicæ. Generales virtutes.

Ciuitas quandoque designat *h* munimenta fidelium,& locum communem,non eorum, qui simpliciter verbo & contemplatione perfecti, sunt mediocrium & infirmorũ: & in ciuitate est Samuel aũt in oppido, quum prædicator plana verba pronunciat:in excelso verò,quum sublimia.1.*Regum.*9.*a.Deut.*21.*d.*

Munimenta fidelium. Mediocris cõuersatio.

Ciuitates quinque Ægypti,designate possunt *i* quinque sensus corporis.*Isa.*19.*c.* Ciuitas autem Solis in terra Ægypti,dici potest in corpore sensus visus.Sicut enim vt videatur ciuitas,Sole & Luna,indiget, ita vt oculi nostri illuminentur, Sole iustitiæ indigemus.

Sensus.

Ciuitas ædificatã à Cain,quæ est ciuitas diaboli,& terrena, designare potest *k* mundum istum, & templa dæmonum.Idem significauit ciuitas Sodomorum.Et ciuitas Amalec, est multitudo carnalium & lasciuorum. Designant etiam Gentilitatem.*Genes.*4.*c.*13.*c.*19.*a.*34.*e.Num.*24.*d.*1.*Reg.*15.*a.*3.*Reg.* 14.*c.*16.*d.*21.*f. Iudic.*9.*c.* 14. *d.* 19.*c.Iudith.*1.*a.*2.*c.Iob.*3 9.*a.Psal.*9.*Eccle.*7.*a.*9.*b.*26.*a.Isa.*17.*a.*24.*b.*25.*a.*26.*a.*32. *d. Ierem.*4.*c.*29.*b. Hos.*6. *c.* 11. *d. Amos* 5.*a.Mich.*5.*d.Iona* 3.*a.*2.*Mach.*12.*b.Matt.*10.*a.Luc.*9.*a.*10.*a.*18.*a.*2.*Petri,*2.*b.Apoc.*11.*b.*16.*d.* Et ciuitas sanguinum dicta Niniue, *l* designat mundum vitiis & sanguine plenum.*Nahum.*3.*a.Habac.*2.*c.*Et ciuitas,quam circumeunt canes,*m* est mundus,quem peragrant prædicatores.*Psalm.*58.Dicitur autem ciuitas munita aut circunstantiæ,quia Gentes circumstabant Iudæis.*Psal.*59.71.Et mundus est ciuitas magna, quæ diuiditur in tres partes,in infideles,& hæreticos & Ecclesiam.*Apo.*16.*c.*Hæc est *n* ciuitas fortium.*Prou.*21.*c.*

Templa dæmonum. Carnales & mundani. Gentilitas. Superbia.

Ciuitas Babel,superbiam significare potest.*Gen.*11.*a.*Et ciuitates, quas ædificarunt filij Israël in Ægypto, designant multitudinem *o* vitiorum,*Exod.*1.*b.*9.*g.Deut.*2.*g.*3.*a.Iosu.*8.*d.*10.*g.Psal.*9.*Ezec.*26.*a.Soph.*1.*d.*2.*d.*3. *a.* Potest etiam ciuitas Babel,designare *p* Ecclesiam hæreticorum.

Multitudo vitiorum. Ecclesia hæreticorum.

Ciuitates per circuitum,designare possunt *q* varios tentatores,qui nos circundant:*Gen.*35.*a.*Et ciuitas solis, *r* est Satanas, transfigurans se in angelum lucis. Et ciuitates desolatæ, *s* sunt cunei peruersorum obsequentium diabolo,aut malo principi,quorum clamoribus peruersus laudatur,quum ad praua opera per nequitiam rapitur. *Iob.*18.*d.Psal.*9.*Mich.*6.*d.Soph.*3.*a.*Idem designant ciuitates montis Seir. *Ezec.*35.*c.Amo.*6.*c.* Et ciuitates munitæ, sunt *t* suspectæ mentes,& fallaci semper defensione circumdatæ,quæ quoties illorum culpa, corripitur, veritatis ad se iacula non admittunt.*Soph.*1.*d.*

Tentatores varij. Satanas.

Ciuitates munitæ aut fortium,dici possunt *u* argumenta philosophorum,& hæreticorum: *Ios.*6.*c.*11.*c.* 14. *d. Prou.*21.*c.*Et ciuitates ciuitatum,sunt variæ hæreses. *Ezech.*6.*b.*16.*c.Psal.*138. Et ciuitas homicidarum Hierusalem,designat congregationem hæreticorum in vno dogmate. *Matt.*22.*a.*Et vadunt de ciuitate in ciuitatem, qui transeunt ab Euangelio ad opiniones extraneas. *Matt.*23.*d.Gala.*1. Et ciuitates ad quas eunt turbæ vt sibi proprias, sunt propriæ opiniones, & superstitiones. *Matth.* 14. *b.* Et ciuitates Samaritanorum, sunt Ecclesiæ hæreticorum.*Matt.*10.*a.*Dicitur autem congregatio hæreticorum,vrbs frequens, & ciuitas exultans, ob multitudinem deceptorum,& propter superbiam.*Isa.*19.*a.*22. 37.*c.*Hæ sunt ciuitates,super quas non pluit.*Amos.* 4.*b.* De his ciuitatibus intelligi possunt sequentia loca. *Leu.*26.*d.Num.*15.*b.*31. *b.Ios.*11. *Iud.*18.*g.* 20.*d.*2. *Reg.*14.*g.* 20.*b.f.*4.*Reg.*3.*d.*2.*Par.*15.*b.*26.*a.Eccl.*7.*c.Eccl.*36.*d.Ier.*48.*c.Dani.*11.*c.Hos.*8.*d.*11.*b.Mich.*7.*c.Hab.*2.*c.*

Sacerdotes. Ecclesia hæreticorum. Congregatio hæreticorum.

Ciuitates Gentium captæ à filiis Israël, designant doctrinam philosophorum seruientem fidelibus secundum id,quod habent Catholicæ doctrinæ consentaneum.*Deut.*3.*b.*6.*b.*Ciuitates verò Ægypti subuersæ, sunt opiniones *x* eorum falsæ per Catholicam doctrinam confutatæ.*Ezec.*29.*b.*

Doctrina philosophorum.

Ciuitas exultans fuit Iudæa,cùm haberet rectam fidem.*Isa.*32.*c.* Et ciuitas munita erat Hierusalem. *Psal.*30. Et ciuitas absolutè pro Iudæa sumitur.*Psal.*54. 58. Et ciuitas diuisa erat *y* Hierusalem, quam reliquerunt Apostoli.*Matt.*12.*b.*21.*a.*22.*a.*Eadem dicitur ciuitas sublimis.*Isa.*26.*a.* Ciuitates etiam proiectæ à Deo significant *z* Iudæam.*Isa.*1.*c.*25.27.*c.*29.*a.*33.*b.*52.*a.*Et ciuitas significãs synagogas Iudæorum *Mat.*14.*b.* Et ciuitates Gerasenorum,significant ipsam Iudæam,*Matt.*8.*b.*Ciues autem qui noluerunt hominem nobilem regnare super se, *aa* fuerunt Iudæi,qui noluerunt Christum recipere.*Luc.* 19. *b.* De his ciuitatibus intelligi possunt loca sequentia. *Leui.*26.*e.Deut.*28.*b.*1.*Reg.*4.*c.Ierem.*4.*b.*5.*b.*6.*b.*8.*f.*21.*c.*19.*c.*25.*f.*32.*d.*39.*a.Thren.*1.*a.*2.*d.Ezech.*7.*a.*7.*f.*9.*d.*22.*a. Hose.*8.*d.*13.*c.Mich.*4.*c.Nahum.*3.*a.Zach.*14.*a.Marc.*5.*b.*14.*b.Luc.*7.19.*g.*22.*a.*

Iudæa. Hierusalem. Iudæi. Gentilitas.

Ciuitas Hierico sterilis,designat *bb* gentilitatem,quæ nullum faciebat bonorum operum fructum. 4.*Reg.*2.*d. Ios.*6.*d.*8.*f.Isa.*14.*g.Ion.*3.*a.Mich.*6.*Io.*4.*a.* 11.*g.* Et ciuitas negociatorum Babylon, eandem gentilitatem designat. *Eze.*17.*a.*Et ciuitates desertæ,sunt Gentiles relicti à Deo,sed postea conuersi ad fidem.*Isa.*54.*b.*

Vrbes,quas tulerunt Philisthiim à filiis Israël.1.*Reg.*7.*d.*designant *cc* vel ruinas Angelorum,vel deceptos à dæmonibus.

Ruina angelorum. Decepti à dæmonibus.

Ciuitas munita,designare potest *dd* inferos,vnde nemo reuocatur, nisi quos eduxit Christus à limbo. *Psalm.* 107.Et ciuitates austri,designant inferos,vbi est ignis inextinguibilis.*Ierem.*13.*c.*

Inferi.

Oppidum aliquando significat *ee* tumultum secularem: vnde prædicator est extra oppidum, quando se à seculari tumultu segregat.*Gen.*24.*b.*44.*c.*

Tumultus secularis.

Ciuitas palmarum.*Iud.*1.*c.*2.*Par.*28.*c.*dicebatur *ff* Hierico.

Ciuitas pugnat contra ciuitatem, quum infideles *gg* persequuntur fideles,& fideles laborant, vt conuertant infideles.*Isa.*19.*a.*

Vrbani sunt,qui postposita intentione cœlestium,exterioribus studiis se ostendere strenuos conantur.

Clades,quare Interficere.

Clamare,Clamor,Conclamare,Exclamare,Clamosus.

CLAMARE, notum est,quid significet.Clamare autem eorum ferè est, qui aliqua necessitate sunt constricti. Vnde interdum est conqueri.*Gene.*4.*b.*Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.Inuocare. *Exo.*8.*c.* Clamauit Moses ad Dominum.Laudare.*Psal.*64. Glamabunt, etenim hymnum dicent. Prædicare. *Isa.* 30. *b.* Vox dicentis: Clama,& dixit:Quid clamabo? Vociferari.*Ios.*3.*a.*Et clamate cœperunt.Clamor autem est desiderium.2.*Re.*22.*a.* Clamor meus veniet ad aures eius. Oratio. *Exod.*22.*c.*Ego audiam clamorem eorum. Querela,*Exod.*3.*b.*Clamorem eius audiui.Rumor sceleris.*Gen.*18.*c.*Clamor Sodomorum venit ad me.Vociferatio.*Exod.*12.*c.*Ortus est clamor magnus in Ægypto.

Clamare proprie non competit Deo,sed dicitur clamare,quum *hh* castigat,quia per verbera,maximè se audiri facit. *Isa.*42.*c. Dan.* 4. *b. Mich.* 6.*b.* Clamat etiam Deus ad ciuitatem, hoc est, ad Ecclesiam in Scripturis sanctis. *Mich.*6.*c.*

Castigans Deus.

Clamantia Seraphim.*Isa.*6.*a.* designant *ii* manifestationem Deitatis, quam faciunt Filius & Spiritus sanctus. Vel melius,designant vtrumque Testamentum. Et clamat alter ad alterum, quia miram habent inter se duo Testamenta consonantiam, vt quod vnum futurum prædixit, alterum impletum ostendat. Sunt etiam *kk* Apostoli prædicantes concorditer,Christum Deum,& hominem.

Prædicatio Dei in vtroque Testamento. Christus.

Clamans pauper, designat *ll* Christum in cruce clamantem ad Patrem. *Psalm.* 33. 68. 141. Et clamauit per diem.hoc est,*mm* in prosperitate,& noctem,id est,in passione:vel prædicando in claritate paterna, inter tenebras Iudæorum,*Psam.*21.87.Idem dicitur non clamasse,quia nulli fuit amarus. *Isa.*42.*a.* Clamor autem *nn* Christi in

ciuce

a *Gr.f.*1.*Re.*1.
b *Hier. f. Ma.* 10.
c *Am.de fug. sec.*2.
d *Phil.de sacr. Abel.& Cain & de prof.*
e *Amb.* 2, *de Cain.*4.
f *Gr.*10.*mo.*9 & 2.*past.*10.
g *Philo quòd Deus sit immutabilis.*
h *Gre.f.*1.*Re.* 9.
i *Hie.f.If.*19.
k *Ori.f.Num. hom.*18.
*Arn.f.ps.*9.
*Hie.epi. Mensuram charita.& f.Isa.*17.
Gre. f. 1.*Reg.* & 30.*mo.*22.
l *Hier.f. Na.* 3.
m *Au.f.psal.* 58.59.71.& *f.Apoc.ho.*13.
n *Bed.f.Prou.* 21.
o *Ori.f.Exod. ho.*1.
Phi. de confu. ling.
Bed. f. Genes. 11.
p *Ori. f. Ex. ho.*1.& *f. Ios. hom.*29.
q *Gre.*12.*mo.* 23.
r *f Gr.*3. *past.* 11.
t *Or.f.Ios.b.*8 & *f.Ma.c.*14. & *ho.*20, 26. 28.& *f.Ez.*6
u *Bed.f. Prou.* 21.
x *Hie.f.Ezec.* 29.
y *Hil.f.Mat. Can.*8.12.14. & *f.ps.*58.
z *Hier. f. Isa.* 25.26.32.
aa *Ori.f. Luc. hom.*7.
bb *Am.f.* 87. *Hie.f. Isa.*54. & *f.Ez.*17.
cc *Gre.f.*1.*Re.* 7.
dd *Hie. f.psal.* 107.& *f.Iere.* 13.
ee *Glo.or.sup. Gen.*24.
ff *Lyr.f. Iud.* 1.
gg *Hier.f.Isa.* 19.
*Gr.f.*1.*Re.*16.
hh *Hie.f.Mi.* 6.
ii *Ori.f.Is.h.*1. *Hie.ep.& factum est.*
kk *Rup.* 1. *f. Is.*28.
ll *Arn.f.ps.*3
mm *Bas.f.ps.* 33.
Hie. Aglasia.
nn *Rup.*10. *f. Apo.*

Digitized by Google

cruce exprimitur. *Matth.* 27. *c. Marc.* 15. *c. Luc.* 23. *f. Heb.* 5. *Apoc.* 18. *a.* Et clamor Iob, designat *a* clamorem Christi. *Iob.* 16. *d.* Clamor autem Iesu in suscitatione Lazari, designat *b* difficultatem suscitandi & conuertendi peccatorem inueteratum, & induratum in peccatis, ad quod magna gratia & inspiratione est opus. *Ioan.* 11. *e.* Designauit etiam tubam futuram in iudicio, qua mortui suscitabuntur. Clamans Ionas in tribulatione, fuit *c* Christus in cruce. *Iona.* 2. *a. Hab.* 1. *a.* Clamauit sapientia foris, *d* quum Christus prædicauit factus homo, & post resurrectionem in latitudine mundi. *Prou.* 1. *c.* Ipse est angelus clamans auibus, id est, vocans Apostolus. *Apoc.* 19. *d.*

Prædicare.

Clamare, est etiam *e* prædicare, & à malo retrahere, vt quum Dauid clamauit ad populum Saulus. 1. *Reg.* 26. *c.* 1. *Reg.* 17. *b. Iona* 3. *b. Zach.* 1. *a.* Et clamant de vertice montium Apostoli prædicantes. *Isa.* 42. *b.* Clamauit etiam Christus prædicando. *Luc.* 3. *a.* 8. *a. Ioan.* 7. *c.* 11. *f.* De clamore prædicantium intelligi possunt sequentia loca. *Ios.* 6. *b. Iud.* 7. *e.* 2. *Reg.* 17. *f.* 20. *e.* 3. *Reg.* 1. *f.* 4. *Reg.* 4. *g. Prou.* 8. *a. Eccles.* 50. *c. Isa.* 21. *c.* 30. *b.* 58. *a. Iere.* 2. *a.* 4. *b.* 20. *b.* 22. *e.* 31. *a. Ezec.* 25. *c. Ioel.* 3. *b.* 1. *Mac.* 4. *c.* 16. *b. Matt.* 3. *a. Marc.* 1. *a. Apoc.* 7. *a.* 10. *a.* Et clamans præco ante Ioseph, designare potest Ioannem Baptistam Christi præcursorem *Gen.* 21. *c.* Et dicitur vox clamantis propter commination em iudicij. *Is.* 40. *a.* Clamor etiam exactoris, *f* est prædicatio exigentis fidem ab auditoribus. *Iob* 39. *a.* Clamantes foris, fuerunt Apostoli extra Iudæam prædicantes. *Isa.* 33. *b.*

Ioannes Baptista.

Vehementia orationis interioris.

Clamant ad Deum pulli coruorum, *Iob*, 38. *d.* quum prædicatores non in se præsumunt, sed in viribus Redemptoris sui.

Clamans Moses ad Dominum etiam sine voce, designat *g* efficaciam orationis mentalis. Significat etiam orationem prælati, pro subditis, quæ fit summis desideriis. Et clamat ad Dominum, qui magna & cælestia petit: nam qui terrena petit, tenui voce loquitur. *Exod.* 14. *d.* 15. *b.* 17. *b.* 1. *Reg.* 7. *b.* 12. *b.* 15. *b. Psalm.* 3. 29. 33. 60. 118. 140. clamat etiam ad Dominum, qui longè se esse cognoscit. *Psal.* 76. Et clamat, qui non pro se, sed pro bono communi petit, vt Moses. Clamat etiam ad Deum toto corde, qui magna postulat, qui cœlestia precatur, qui æterna sperat, qui innocentis timoris viuit officiis. Est autem clamor cordis, magna cogitationis intentio, & affectus vehementia. Et clamat ad Dominum de profundis, qui magno affectu inuocat. *Psalm.* 129. Et clamans Chananæa, designat instantiam orationis. *Matt.* 15. *c.* De his *Num.* 22. *d.* 2. *Par.* 13. *c.* 15. *a.* 18. *f. Nee.* 9. *e. Iud.* 4. *b. Ester.* 4. *a.* 11. *d. Iob.* 19. *a.* 30. *b. Isa.* 29. *d. Iona* 2. *a.* 30. *c.* 1. *Mac.* 5. *d. Rom.* 8. *c. Gal.* 4. *b.* Sic non clamant hæretici in corde suo.

Clamor ad pœnitentiam.

Clamat etiam ad Dominum, *h* qui tribulatur per pœnitentiam, & veniam petit de erroribus, & peccatis. Hoc designauit clamor filiorum Israël. *Exod.* 2. *d.* 3. *b.* 1. *Reg.* 9. *c.* 2. *Reg.* 13. *d.* 4. *Reg.* 6. *f. Iud.* 7. *d.* 9. *g. Tob.* 1. 6. *a. Iob.* 36. *b. Psa.* 101. 113. 118. *Isa.* 15. *c.* 19. *d.* 26. *c.* 30. *e.* 33. *b.* 38. *c.* 58. *c.* 65. *d. Ierem.* 20. *d.* 33. *a. Thren.* 2. *f.* 3. *a. f. Bar.* 4. *d. Hos.* 7. *b. Ioel.* 1. *c. Iona.* 1. *b.* 2. *a.* 3. *c. Mic.* 3. *b. Soph.* 1. *c. Zac.* 7. *d.* 1. *Mach.* 4. *a.* 9. *e.* 13. *f. Mar.* 9. *d.* Et clamat ad Dominū de profundis, *i* qui scit altitudinē diuitiarum sapientiæ Dei, & qui se cognoscit in profundo peccatorum esse, & in grauibus tribulationibus. *Psal.* 129. Magnus autem clamor, magnum est desiderium. Et clamor Petri, luctum pœnitentiæ designat. *Matt.* 14. Est etiam clamor indigentium. *Prou.* 21. *b.* Clamat autem ex Seir, qui conuertitur ex Gentilitate. *Is.* 21. *c.*

Petere vindictam.

Clamare ad Dominum, interdum est *k* vindictam petere: vt sanguis Abel clamabat de terra, designans sanguinem Christi aduersus Iudæos clamantem. *Gen.* 4. *b. Exod.* 22. *d. Deut.* 15. *b.* 24. *c. Reg.* 8. *b. Iob* 16. *d. Hab.* 1. *a.* 2. *c. Matt.* 23. *d. Luc.* 18. *a. Iacob.* 5. *a.* Et clamant martyres, dum fidem atque innocentiam suam ipsa passione commendant. *Apoc.* 6. *c.* Clamor autem est confessio fidelium aduersus Iudæos, quum in sacrificio dicunt: Amen. Clamat tota die corpus Christi, membris sibi inuicem succedentibus, quia *l* semper aliqui sunt in tribulatione. *Psal.* 85.

Bene operari.

Clamant ad Dominum, qui *m* gratiæ Christi bonis operibus congruunt: nam qui sine operibus clamant, muti sunt, *Matt.* 20. *d.*

Inuocatio Dei in tentationibus.

Clamor discipulorum, & signanter Petri, est *n* inuocatio Dei in tentatione. *Matt.* 14. *c. Mar.* 6. *g.* Mali tamen non audiuntur. 2. *Reg.* 22. *d.* Clamantes autem nautæ in proiectione Ionæ in mare, *o* sunt plangentes in passione Christi. *Iona.* 1. *d.*

Confitentes Gentiles Deum.

Clamant lapides in laudem Christi, tacentibus Iudæis, quum *p* Gentiles Christum confitentur, *Luc.* 19. *f.* Et clamant iidem præcedentes & sequentes Christum: propter *q* eandem fidem prioris & posterioris populi. Sic autem clamare est laudare. *Matt.* 21. *a. Marc.* 10. *b.* 11. *Ioan.* 12. *b. Iud.* 7. *Psal.* 64.

Manifestatio prophetiæ.

Clamantes cæci ad Christum, vt eorum misereatur, designant *r* aliquos ex Iudæis timentes, ne fortè pertransiret eos. *Matt.* 20. *d. Marc.* 10. *g. Luc.* 18. *f.*

Clamans angelus ad Abraham, designat manifestationem prophetiæ in immolatione Isaac latentis, *Genes.* 22. *c.* Et clamor filiorum Israël in Ægypto. *Exo.* 3. *b.* designat *s* voces Prophetarum orantium aduentum Christi, & inuitantium ad assumptionem carnis, & redemptionem generis humani.

Accusans Moses Iudæos.

Clamans angelus de altari. *Apoc.* 14. *d.* est *t* Moses, accusans Iudæos incredulos.

Feruens deuotio.

Clamans populus post Saulum, designat eos, *u* qui de audita prædicatione magnæ deuotionis ausum ad operandum suscipiunt. 1. *Regum* 13. *a. Iudi.* 7. *d.*

Manifestatio peccati.

Clamor Sodomorum, qui venit ad Deum, est manifestatio peccati vindicandi. Et peccatum cum voce, est culpa in actione: peccatum verò cum clamore, est culpa cum libertate & iactantia. De his dicitur *Isai.* 3. *b.* Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt. Demum omnia peccata clamant ad Dominum, *x* tanquam ad iudicem. *Gen.* 18. *c.* 9. *c. Isa.* 58. *b. Iere.* 14. *a.* Et mali clamabunt in inferno, præ dolore cordis, *Isai.* 65. *c.*

Confessio peccati.

Clamans leprosus se sordidum & contaminatum. *Leuit.* 13. *f.* designat *y* confitentem errorem suum.

Excitatio per angelos.

Clamor factus media nocte, dici potest *z* excitatio per angelos facta ad bene operandum. Vel est vox Domini ad ignorantes eius aduentum. Est etiam manifestum signum aduētus Christi ad iudicium in tuba Dei. *Matt.* 25. *a.*

Tuba iudicij.

Clamauit fortiter angelus bonus angelis malis. *Dan.* 4. *b.* vt ex hoc distantia inter eos ostendatur, non loci, sed voluntatis. Sic in Apocalypsi clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari.

Distantia malorum & bonorum angelorum.

Clamat terra contra possessorem. *Iob* 31. *d.* quando *aa* contra regentis iniustitiam rationabiliter subiecti dolent, & quando contra pastorem suum iustè Ecclesia murmurat.

Dolor subditorum de tyranno.

Clamat tota die, *bb* qui opera sua prædicat. *Psal.* 31. Et clamat tacendo, quia non confitetur peccata.

Prædicatio sui.

Clamat à finibus terræ ad Dominum, *cc* qui necessitatem habet in carne viuendi, & spem tenet à carnis vitiis recedendi. *Psal.* 59.

Refugientes pœnitentiam.

Clamantes ad Dominum à facie regis, sunt *dd* volentes recedere ab austeritate vitæ, quam vident in prælato, ideo non exaudiuntur. 1. *Reg.* 8. *d.*

Insanientes Iudæi in Christum & in Christianos.

Clamor Esau pro surrepta benedictione, designat Iudæos in Christianos insanientes. *Gen.* 17. *e.* Et clamor dominæ Ioseph, designat voces Iudæorum in Christum. *Gen.* 39. *d.* Clamor etiam grandis, Iudæorum, designat eorum voces sine mente in Christianos. 1. *Reg.* 4. *c.* Idem designat clamor Athaliæ. 4. *Reg.* 11. *c.* Et clamantes filij Israël contra Mosen, *ee* designant suam remunerationem contra legem. *Exo.* 14. *c. Num.* 20. *b. Nee.* 5. *a. Isa.* 5. *b.* 14. *g. Dan.* 13. *c. Ier.* 8. *g.* 12. *d. Matt.* 27. *c. Mar.* 15. *a. Luc.* 23. *c. Ioan.* 18. *g.* 19. *c. Actor.* 7. *g.* 23. *b. Ezec.* 27. *f.*

Diuina vindicta in Iudæos.

Clamor autem in domibus Iudæorum, indicat *ff* vim diuinæ castigationis & vindictæ aduersus eos. *Ierem.* 18. *d. Soph.* 1. *d.*

Furor Gentilium & hæreticorum in Christianos.

Clamor magnus Ægyptiorum, designat *gg* furorem Gentilium & infidelium in Christianos. Et clamor prælij, est etiam hæreticorum in fideles. *Exod.* 11. *b.* 12. *a. Iudi.* 12. *d.* 3. *Reg.* 18. *e. Iudit.* 14. *d. Isa.* 14. *g.* 15. *b. Ier.* 4. *e.* 47. *b.* 48. *a. Dan.* 5. *b. Mar.* 1. *c.* 3. *d.* 5. *a.* 9. *d. Luc.* 4. *g.* 9. *e.*

Appetitus cōtra rationem.

Clamor adhortantium ad pugnā, & idem ludentium est, *hh* quum appetitus surgunt aduersus rationē. *Ex.* 32. *d.* Et clamor voce præconis, est eorum, qui alios incitant ad vitia. *Exo.* 32. 1. *Is.* 24. *b. Dan.* 3. *a.* 1. *Mach.* 5. *d.*

Incitans diabolus ad vitia.

Clamans perdix, & congregans, quæ non peperit, est *ii* diabolus conuocans ad se, quos potest à bono retrahere. *Ier.* 4. *c.* 17. *b.* Et clamor exactoris. *Iob*, 39. *a.* Est violenta tentatio diaboli. & etiam appetitus cibi nos infestans, & sub necessitatis colore decipiens. Et clamor principis inter stultos, est etiam tentatio diaboli. *Eccles.* 9. *d.* Clamant etiam pilosi alter ad alterum. *Isa.* 34. *c.* quum *kk* perpetrata nequitia ad aliam perpetrandam prouocat: & quasi quadam cogitationis voce commissa iam culpa, culpam adhuc, quæ committatur, inuitat.

Contentiones.

a Gr. 13. *m.* 12
b *Au. s. Ioan. tra.* 49. *Cyr.* 7. *s. Io.* 23
c *Ru. s. Ione.* 2 & *s. Ha.* 1. & 11. *s. Apo.*
d *Bed. s. Pro.* 1
e *Hie. s. Is.* 21. *Ru. s. Ioel.* 3. *Am. ser.* 68.
f *Hi. s. Iob.* 39.
g *Gre.* 30. *mo.* 12.
h *Ori. s. Exod. hom.* 5.
i *Bas. s. psal.* 29. 33. *Hil. s. ps.* 118. *Am. s. ps.* 118. *Au.* 2. *q. in Euange.* 28. & *s. ps.* 118. *Cyr.* 8. *s. Io.* 23 *Gre. s.* 1. *Re.* 7. & 20. *mo.* 25.
k *Phil. quod deterior potiori insidietur. Hil. s. Matth. Can.* 14. *Gr.* 19. *m.* 28. & 1. *mo.* 6. & *s. ps.* 101. *Hie. s. Is.* 15. 26 & *s. ps.* 120.
l *Au. s. ps.* 129. *Hie. epi. beat.*
m *Ori. s. Mat. ho.* 26. *Am. se.* 65. 76 *Gre.* 17. *m.* 12 *Bed. s. Gen.* 4. *Ru.* 4. *s. Gen.* 5
n *Au. s. ps.* 58.
o *Aug. de verbis Domini ser.* 18.
p *Ori. s. Matt. cap.* 14.
q *Rup. s. Io.* 1.
r *Amb. s. Luc.* 19.
s *Ori. s. Matt. ho.* 14. *Gre. s. Exo. ho.* 13.
t *Ori. s. Matt. hom.* 13.
u *Bed. s. Ex.* 3.
x *Rup.* 9. *s. Apo.*
y *Gre. s.* 1. *Re.* 13.
z *Amb.* 1. *de Abra.* 6. *Gre.* 19. *mor.* 2. 3. & 3. *past. ad mo.* 23. & *s. Ps.* 101.
aa *Isych. s. Le.* 13.
bb *Ori. s. Mat. ho.* 32. *Hila. s. Matt. Cano.* 27. *Au. epi.* 120. & *li.* 83. *q.* 59 *Cyr.* 3. *s. Io.* 24 *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien.* 20.
cc *Gr.* 32. *mo. ral.* 13. & *ho.* 17.
dd *Gr.* & *Au. s. Ps.* 31.

ee *Hil. s. Psa.* 59. ff *Greg. s.* 1. *Reg.* 8. gg *Hie. s. Is.* 5. & *s. Iere.* 12. *Gre. s.* 1. *Re.* 4. hh *Lyr. s. Iere.* 18. ii *Hier. s. Ie.* 4. kk *Phil. de temulentia.* ll *Ori. s. Exec. he.* 5. & *s. Ier. ho.* 4. *Amb. epi.* 48. *Greg.* 30. *mor.* 25. 26. mm *Gr.* 7. *m.* 15.

Digitized by Google

Clamor interdum *a* contentiones & rixas significat: qua ratione non clamauit Christus. *Isa.42.a.* Huius clamoris plena est ciuitas hæreticorum: quorum doctrina non in sensu, sed in multiloquio & clamore versatur. *Isa.22.a.* Et clamant pilosi alter ad alterum, quum vitiosi, aut dæmones, & hæretici aduersus fideles mutuo se defendunt. *Isai.34.c.* Clamosa mulier, sapientia inanis. *Prou.9.c.* Et clamor hæreticorum est, quum *b* appetitu laudis, sua dicta ad aures hominum effundere conantur.

Arrogantia.

Clamant peruersi homines, siue *c* nequitiæ spirituales coram domino, super muros filiæ Sion. *Thre.2.f.* quum potestate, qua dominantur plebi, vel animæ peccatrici, suæ ascribunt potentiæ non iudicio diuinæ promissionis.

Prædicatio hæreticorum.

Clamat lapis de pariete, & scarabeus de ligno. *Hab.2.c.* quum *d* & stolidi, & magistri hæreticorum defendunt & prædicant sua dogmata.

Clamor ob defectum aquæ, designat tumultuationem esse, vbi non est verbum Dei. *Ierem.14.a.*

Clamare ad transeuntes. *Iere.22.e.* est *e* petere auxilium à perituris.

Dolor in iudicio.

Clamor super vino in plateis. *Isa.24.b.* erit *f* publicus dolor peccatorum in iudicio, super vino & ebrietate errorum & voluptatum, quorum gratia videbunt se condemnati.

Non est clamor in plateis hæreticorum. *Psal.143.* quia *g* clamor Iesu non est in via lata, sed in via angusta, quum clamat ad se, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. *Ioan.7.f.*

Non clamant in gutture suo, *h* qui supplicandi & orandi doctrinam habent, & nolunt supplicare. *Psal.113.*

Exclamans Elizabeth voce magna, *i* dicit admirationem. *Luc.1.d.* Et clamor ille potius dicit deuotionem interiorem quàm sonum vocis exteriorem.

Hæresis. Ecclesia.

Clamosa mulier est *k* hæresis, quæ habet garrulitatem & pertinaciam. *Prou.9.d.*

Clamans mulier parturiens designat *l* Ecclesiam in filiis Israël, quando affligebantur in Ægypto. *Apo.12.a.*

Clangere, quare Canere.

Claritas, Clarus, Clarescere, Clarificare.

Perspicuus.

Claritas obscuritati contraria, dicit præsentiam luminis in aëre, aut alio corpore diaphano: & per metaphoram refertur ad gloriam & excellentiam alicuius rei: & inter colores album dicitur clarum: & res, quæ intellectu percipiuntur, dicuntur claræ & perspicuæ, *2.Par.9.a.* Exposuit Salomon reginæ Saba omnia, quæ proposuerat: neq; quicquam fuit quod non perspicuum ei fecerit.

Gloria Dei.

Claritas cuius pater dicitur Deus, est *m* omnis gloria. Clarificat autem pater Filium in miraculis, resurrectione, ascensione, & ad dexteram suam collocatione, &c. Filius verò clarificat Patrem, ipsum manifestando hominibus. Clarificat etiam Spiritus sanctus Filium, non quia melior, aut sublimior sit Spiritus: sed quoniam Spiritu suo ad ostensionem diuinitatis suæ, in mirabilium patratione est vsus: perinde ac si quisquam ex nobis, vel de virtute, quæ in ipso est, vel de scientia, quacunque in re dicat: Virtus mea, vel scientia mea glorificabit me. *Sapi.7.d.8.b.10.c. Ioan.5.g.12.e.13.d.15.b.16.c.17.a.21.c. Acto.4.d.22.c.2. Cor.3.d. Galat.1.d. Philip.3.c. Ephes.1.c.2. Thes.1.d.3.a. Colos.1.b. Hebr.5.b. Luc.2.b. Apo.21.g.*

Aduentus gratiæ. Diuersitas gloriæ. Cæcitas Iudæorum. Manifesta culpa.

Inclarescens manè, dicit *n* aduentum lucis gratiæ. *Exod.19.c.* Et clara lux. *3.Reg.3. Isai.18.b.*

Claritas Solis dici potest *o* eorum, qui centesimum dant fructum: claritas autem Lunæ, qui sexagesimum: stellarum verò, qui tricesimum. *1.Cor.15. Tob.13.d. Iob.31.c.*

Non potens Iacob clare videre, designat cæcitatem Iudæorum. *Gene.48.b. Marc.8.e.*

Perspicua immunditia lepræ, manifestam culpam indicare videtur. *Leuit.13.b.*

Non satis clarus candor in plaga combustionis. *Leui.13.d.* non *p* apertum errorem designare potest: qui videatur in aliquo sensu posse saluari.

Claritas in argento & auro Simonis pontificis, sapientiam & eloquentiam eius indicat. *1.Mach.15.f.*

Classis.

Classis, est nauium multitudo congregata, vel ad pugnandum, vel ad exportandum. *Deut.38.g.3. Regum.9.d.10. d.2.g. Ezech.26.f. Dani.11.g.*

Claudere, Includere, Concludere.

Recludere, Intercludere.

Claudere notam habet significationem. Recludere autem interdum est claudere, interdum verò contrariam habet significationem.

Custodia domini.

Clausit Deus ostium arcæ, quia *q* nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. *Gen.7.e.* Includit ergo Deus seruando. *Iob.12.c.* Item quia muniuit corpus humanum contra frigora, & æstus, clausisse dicetur arcam.

Relictus Christus Iudæis, & caro diabolo.

Conclusit Deus Iob apud iniquum. *Iob.16.c.* quum *r* reliquit Christum in potestate Iudæorum. Et quum fidelium caro antiqui hostis persequutionibus temporaliter datur.

Virtus Christi.

Claudit Christus, & nemo aperit: quia si ipse condemnat, nemo potest saluare. Et sicut nemo obsistit largitati vocantis, ita nullus obuiat iustitiæ relinquentis. *Isa.22.g. Apoca.3.b.11.b.* Includere etiam Dei, *s* est clausis non aperire. *Iob.12.c.*

Latentes Sancti.

Claudit Dominus cœlum, quum *t* non dat pluuiam gratiæ. *Deut.11.c.3. Reg.8.d.2. Par.6.e. Luc.4.c. Apo.11.b.*

Claudit etiam stellas sub signaculo. *Iob.9.a.* quum *u* Sanctos latere facit in mundo. Et quia dum *x* prædicatores suos per silentium intra semetipsos retinuit, cæcis iniquorum præcipuè, Iudæorum mentibus cœleste lumen abscondit. Quod autem sub signaculo clauditur, ad aliquod tempus reseruatur. Sic in fine mundi lucebunt prædicatores Iudæis.

Resistentes boni malis.

Conclusit Deus ostiis mare. *Iob.38.a.* quando *y* contra persequentium tumores, sancti viri quasi quædam ostia opposita sunt: vt eorum miraculis atque respectu, ira persequentium frangeretur. Sic conclusit ora leonum. *Dan.6.f.1. Mach.15.e.* Et concludit aduersus persequutores: quum non habent quod loquantur aduersus Sanctos. *Psal.34.77.*

Virgo Maria.

Concludit Deus omnia sub peccato, aut incredulitate, quando *z* omnes peccato obnoxios esse ostendit. *Roma.11.d. Gala.3. Psal.30. Isa.42.b. Ezech.7.2. Petri 3.d.* vt de amaritudine infidelitatis pœnitendo confusi, ad misericordiam Dei humiles confugerent.

Conclusionem dicitur facere Deus. *Ezech.7.f.* quando non dat locum euadendi ab imminentibus miseriis.

Ecclesia.

Clausa porta templi, per quam ingreditur princeps, apertè designat *aa* sacratissimam Virginem Mariam, per quam intemeratam ingressus, & egressus est Christus. *Exe.44.a.46.d.* Eadem est hortus conclusus. *Cant.4.b.* Et *bb* liber signatus & scriptus intus, & foris.

Calata mysteria. Ministrare in templo. Christus in sepulchro.

Conclusus hortus, *Cant.4.d.* est *cc* Ecclesia, quæ charitatis vallo circunquaque munitur, nec inter numerum electorum, reprobus aliquis ingrediatur. Item anima, quæ dum bona sua intentione vitæ æternæ abscondit, dum humanas laudes omnino contemnit, ipsa bona intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumpere possit.

Operationes virtutum. Pœnitentia.

Clausa porta templi sex diebus. *Exe.46.a.* designat *dd* cælata mysteria tempore huius vitæ.

Claudere ostia templi, interdum *ee* est ministrare in templo. *Mal.1.c.*

Franare affectus.

Claudere ianuas templi in malum, est auertere à se diuinum auxilium. *2.Par.28.d.29.b. Neem.6.c.*

Clausus Ioseph in carcere, designat *ff* Christum in sepulchro. *Genes.39.d. Iud.16.e. 1.Reg.23.a. Ier.32.a.36.a. Ezech.3.g.35.a. Luc.3.e.*

Inclusi lapides auro. *Exo.20.c.39.c.* designant *gg* operationes virtutum sapientia circumclusas: vt nullum vitium. Vel virtutes charitate circumornatas.

Includere secundò leprosum, dicit *hh* secundam probationem de peccatore faciendam: vt recludere sit probare. *Leui.13.c.* Et claudere domum leprosam est iniungere peccatori pœnitentiam. *Leu.14.e.*

Claudere vitulos domi, est *ii* terrena desideria intra conscientiam retinere. *1.Reg.6.b.* Et recludere bouem cornupetam, est affectus refrænare, præcipuè iræ. *Exod.21.c.*

a *Hier. s. Isa. 22.42.*
b *Gre.20.mo. 10.*
c *Glo.ord.sup. Thre.2.*
d *Hie.s.Ha.2.*
e *Hie.s.Ie.22.*
f *Hie.s.Isa.24*
g *Hie. s. psal. 143.*
h *Ric.de Vict. de somnio Na buc.38.*
i *Lyr.s.Luc.1.*
k *Bed.s.Prou. 9.*
l *Rup.3. Vict. verbi Dei.12. Aug. s. Ioan. tra.52. Cyril. 8.s. Ioan. 15. & epis.10.*
m *Gl.inte.su. Exo.19.*
n *Ambr.s. 1. Cor.15.*
o *Glo. ord.su. Leu.13.*
p *Hie.s.Iob.12 Amb.de Noe. 15.& 1.de Cain.9. & 6. de sacramentis 3.*
q *Hieron. s. Ioan.16. Gre.13.mo.8.*
r *Gre.11.mor. 5.*
s *Areas sup. Apo.3. Rup.6.s. Apo.*
t *Hiero.s. Iob. 9.*
u *Gr.9..mo.3.*
x *Gre.28.mo. 15.*
y *Glo.ord.sup. Rom.11.*
z *Hie.s.Exec. 7.*
aa *Hie.s.Exe. 44. Amb. de instit.virg. 7.*
bb *Gr.s.1.Re. 14.*
cc *Gre.s.Can. 4.*
dd *Hie.s.Eze. 46.*
ee *Hie.s.Mal.*
ff *Gl.inte.sup. Gen.39.*
gg *Gl.int. su. Exod.28.*
hh *Isyc.s.Leu. 13.14.*
ii *Gre.s.1.Re. 6.*

Digitized by Google

Conuersio Iudæorum. *Custodia sensuum.* *In malum.*

Ineluditur Ezechiel in medio domus suæ,*a* designans Iudæos in fine mundi conuersos, recepturos esse prædicatores, *Eze.3.f.*

Clausas ianuas habent, qui *b* contra humani lapsus negligentiam, officia corporis sub forti custodia stricta tenent. Idem erit claudere ciuitates muris. *Iud.9.g.4.a.e.6.g. 2.Par.11. b.Nee.4.b.Iud.5.a.Ecclesiast.12.b.Is.26.d. Ierem.19.c. Thre.3. b. Ezech. 35.a. Amos.1.c.1.Mach.c.4.c.5.a.6.c.Ioan. 20. e.* Claudunt etiam hostes ciuitatem obsidendo. 4. *Reg. 25. a. Actor. 21. f.* Sic clausit Amnon ostium in malum. 2. *Reg. 13. e. Ios.2. b.4.a.Iudi.13, a. 1. Mach.5.a.*

Finis mundi. *Securitas beatorum.* *Non laudare.* *Non prædicare errores.* *Non confiteri.* *Nolle intueri veritatem.* *Cauere à malo.* *Non docere veritatem.* *Mala exempla.* *Munire aduersus tentationes.*

Clausa etiam ianua, designat *c* transactum esse tempus operandi, quia post iudicium iam non est tempus meritorum. Designat etiam securitatem beatorum. *Matt.15.a.1.Mach.2.g.Luc.13.e.11.a.*

Clausum os debebat habere leprosus, quia *d* non est speciosa laus in ore peccatoris. *Leu. 13.f. Ecc.15,30.c.* Et clausum os habet mali ad confitendum & laudandum: boni verò ad maledicendum: & ne lapsus sermonis per ipsum exeat. *Ester.13.d.14.b.*

Claudunt oculos, *e* qui patentem lucem veritatis nolunt intueri. *Isa. 6. c.* Et clausit Deus Iudæorum oculos, quum Prophetas reddidit illis obscuros: & quum principes eorum percussit ignorantia. *Isa.29.c.*

In bonum verò claudit oculos, *f* qui cauet ne videat malum, hoc est, qui omne, quod rectitudini aduersum est, non approbat. *Isa.33.e.*

Claudunt regnum cœlorum Phariſæi per clauem scientiæ, nolentes intelligere *g* Christum in scriptura. *Matt. 23.b.* Et concludunt captiuitatem in Idumæa. *Amos 1.b.* qui sequuntur occidétem literam. Et prælati malo exemplo claudunt regnum cœlorum minoribus: quod bono exemplo aperitur. Et omnis magister, qui malis operibus discipulos suos scandalizat, claudit ante eos regnum cœlorum. Clausæ fenestræ templi. *Eze.41.c.* Sunt *h* prælati & prædicatores, non dantes lumen verbi Dei, & exempli subditis.

Dissoluta mandata Dei.

Claudere ostium post tergum, *i* est munire sè aduersus tentationes, vel redire ad internam quietem. Et claudere sensus exteriores, & os. *Gen.19.c.* Et clausi sunt interius quiescentes. *Iud.8.a.* Clauso ostio orat, *k* qui carnales & perturbantes cogitationes non admittit. *Matt.6.a.* Claudit etiam ostium cubiculi, qui in oratione sua, non petit à Deo res exteriores & temporales, sed spirituales & cœlestes, & qui non inanem quærit gloriam. Sic clauso ostio vidua infundebat oleum in vasis. 4. *Reg.4.a.* quia opera misericordiæ faciebat propter Deum, non vt laudaretur ab hominibus. Claudit quoque ostia cubiculi, qui desideria illicita coërcet. *Isa.26.d.*

Obscuritas legis. *Conuenticula hæreticorum.* *Moderatè corrigere.* *Cessatio malorum.*

Non concluſit ostia ventris diabolus. *Iob.3.b.* hoc est, aperuit, cum *l* persuasione callida in corde hominis mandatum cœleste dissoluit. Non concluſit etiam ostia ventris, sed aperuit, culpa videlicet: quia concepto ad peccatum homini desideria concupiscentiæ carnalis reserauit.

Clausum os putei, *m* obscuritatem legis designat. *Gen.29.a.* Et clausus, & signatus liber est, lex, & Prophetæ. Clausus scienti literas, hoc est, Iudæis. *Dan.12.c.*

Clausa domus leprosa, designat *n* conuenticula hæreticorum. *Leu. 14.f.* Claudere verò domum leprosam septem diebus, est moderatè corrigere.

Detrudi in infernum. *Libertas & securitas beatorum.* *Nemo volens resistere Christo.* *Feruor verbi Dei.* *Difficultas bene operandi & prædicandi.* *Non misereri.* *Perplexitas in tentationibus.*

Clausæ domus absque habitare. *Isa.24.b. Ier.13. e.* designat cessationem malorum in mundo. Et clausi fontes abyssi, & cataractæ cœli designant *o* remotas esse causas peccati. *Gen:8.a.*

Claudi in carcere, est detrudi in infernum. *Deut.32.e. Nu.15.d. Ios.d. Iud.3.c. Sap.5.c.17. a.c. Is.24. d.* Et concluduntur in manus inimici, *p* qui perseuerant in peccato. *Psal.30.* Et clausæ ciuitates Austri, designant clausum infernum, vnde non possit quis effugere. *Ier.13.c.* Clausus etiam dicitur abiectus, qui est in peccato. 3. *Reg. 14.b.21. Isa.61.a.1. Regum.26.b.*

Firmare malitiam in corde. *Munientes sepulchrũ Christi.* *Infirmus.* *Synagoga.*

Non claudi portas Hierusalem, significat *q* libertatem Beatorum & securitatem. In Ecclesia verò militanti, indicat omni tempore paratam esse Ecclesiam ad suscipiendum omnes ad se venientes. *Isa.45.a.60.b. Apoc.21.g.*

Non clauduntur portæ Cyro, *Isa.45.a.* quia nemo *r* ei resistere valuit: & multo minus clauduntur Christo, & eius prædicatoribus.

Correcti.

Clausus ignis in ossibus, designat *s* feruorem verbi Dei. *Ier.20.a.* vnde tandem retineri non valet, quin foris prædicetur.

Firmata fundamenta Ecclesiæ. Infidelitas partis Iudæorum. *Languescens caro.* *Defectus in fide.*

Concluſa vulua mulieris. *Gen.16.a.20.d.1.Reg.3. b.* designat *t* animal non depositum ad bene operandum: & difficultatem contemplationis. Et concluſit Deus vuluam Annæ, quum non cõuertit Iudæos per prædicationem Ecclesiæ. Vt cùm distulit generationem Ecclesiæ ex gentibus.

Claudit viscera proximo, qui eius non miseretur. *1.Iohan.3.c.*

Concluſi filij Israel inter desertum & mare, designant perplexitatem in tentationibus, & tribulationibus. *Exo. 14.a. Sa.18.* Et simplices concluduntur ab hæreticis, *u* quum non inueniunt, quomodo illorum cauillationes possint euadere. *Abdi. c.* Et concluſerunt terræ vestes Ionam, hoc est, dæmones, aut hæretici, seu peccata hominum. *Iona.2.c.*

Virtutes. *Christus.* *Potestas Christi.*

Concludere adipem suum. *Psal.16.* est *x* malitiam in corde firmare, vt fecerũt Iudæi contra Christum: vel concludentes adipem suum, sunt impinguati.

Concluderunt vectes terræ Ionam: quando *y* principes Iudæorum munierunt sepulchrum Christi cum custodibus. *Iona 2.d.*

Claudus, Claudicare.

CLAVDVS est, qui ob defectum pedum, aut tibiarum, vel nequit ambulare, vel non rectè.

Claudus est, *z* qui, quò pergere debeat, aspicit: sed per infirmitatem mentis vitæ viam, quam videt, perfectè tenere non valet, & qui ex parte, diuina mandata subuertit. Et claudi sunt, qui gressum bonorum operum perdiderunt: & qui diuina præcepta non implent. Et claudicans erat synagoga, quæ non bene incedebat in lege Domini. *Leuit.21.d. Deut.15.d.2.Reg.4.b.9.d.19.e. Iob.29.1. Psal.17. Prou.26.a. Is.35.b. Ier.31. b. Mich.4.b. Soph.3.d. Malach.1.d. Matt.11.a.15.c.18.a. Mar.9.f. Luc.14.e. Iohan.5.a. Hebr.11.c.*

Claudi ambulant, quum is, qui erat in peccato, nunc propter discipulorum doctrinam, iter verum edoctus stabili graditur pede: sicut & gentiles prius claudi, recta suscepta fide ambulant viam Christi. *Matt.11.a. Luc.7. d. Is.35.b.* Et claudi diripiétes prædã Hierusalem, sunt *aa*, qui non confidétes in viribus suis, mysteria legis percipiunt. *Isa.33.d. Soph.3.d.*

Claudus curatus à Petro. *Actor.3.a.14.b.* designat *bb* fundamenta Ecclesiæ firma ab eo, qui est petra: petra autem erat Christus.

Claudicatio Iacob, typus erat *cc* infidelitatis magnæ partis Iudæorum: vel designat mortificationem desiderij humani remanente valido desiderio cœlestium. *Gen.32.g.2.Reg.18.d.*

Claudicans etiam Iacob altero pede, quum luctatus est cum angelo, designat *dd* quòd qui vero amore sublimia respicit, iam in hoc mundo duplicibus incedere desideriis nescit. Vno enim pede innititur, qui solo Dei amore roboratur: & necesse est vt alius marcescat, quia mentis virtute crescente, oportet vt carnis fortitudo langueſcat.

Claudicauerunt à semitis suis, *ee* qui Patrem credunt, & Filium non credunt: vel qui in aliquo fidei articulo deficiunt. *Psal.17. Iob.29.e.*

Clauis.

CLAVIS, est instrumentum, quo seras portarum claudimus, & reseramus.

Solet poni duplex clauis, nempe scientiæ, & potentiæ, seu iurisdictionis: & hæ dicuntur *ff* claues regni cœlorum datæ Petro à Christo. *Matth. 16. c.* Petro quidem dicitur præcipuè collata esse clauis potentiæ ligandi, & soluendi. Paulo verò scientiæ. De his, *Isa.22.f.* Dabo clauem domus Dei.

Claues etiam regni cœlorum, dici possunt *gg* virtutes, & signanter fides cum iustitia, & misericordia.

Clauis dicitur ipse *hh* Christus, qui claudit, & nemo aperit: & aperit & nemo claudit. Et clauis Dauid, dici potest *ii* regia potestas Christi ad parcendum & condemnandum. Et clauis mortis & inferni, & abyssi, est potestas Christi in malos. *Apoc.20.a.* seu finita ineuitabilisque damnatorum detentio.

a *Gr.f.Ez. ho. 12.*
b *Gre.22.mo. 18.*
c *Ori.f. Matt. ho.32. Aug.83.q.59 & de verbis domini ser.22*
d *Gl.inter.su. Leu.13.*
e *Ori.f.Isa.ho. 6.*
f *Gre.23. mo. 25.*
g *Hil.f.Matt. cano.24. Orig.f. Matt. hom.25. Hie. f.Matt.23.*
h *Gr.f.Ez.ho. 11. Ori. f. Ezech. ho. 14.*
i *Hie.f.Is. 26. Hilar.f.Matt. can.5.*
k *Aug. 2.ser. domini in monte, & f.ps. 35. & serm. 206.*
l *Greg.4.mor. 16.26.*
m *Glo.int.su. Gen.29.*
n *Glo.int.sup. Leu.14.*
o *Ambr. de Noe.17.*
p *Hie.f.ps.30. & f.Ier.13. & f.Isa.61.*
q *Hie.f.Is.60.*
r *Hie.f.Is.45.*
s *Gl. ord. sup. Ier.20.*
t *Ori. f. Gene. ho.6. Gre.f.1.Re.1. Ambr. 2. de Abr.10.*
u *Hie.f.Abdi. & f.Ionam.2.*
x *Arn. & Hie.f. ps. 16.*
y *Rup.f.Ion.2*
z *Ori.f. Matt. cap.15. Hie.f.Mal. 1. Au.qu. in Euan.19. Isy.f. Leu.21. & Gre.19.m. 21. & 1.past. 11. Rup.f.Mich.4*
aa *Hier.f. Isa. 33. 35. Rup.f.Soph.3.*
bb *Tert. de Trinitate.*
cc *Amb.2. de Iacob.7. Aug. q. in Gen.104. Cyr. exposi. symb.*
dd *Gr.27.mo. 40. Rup. 8.f. Gen.9.*
ee *Hie.f.Ps.17 44. Gre.f.Eze. ho.14. Bed.f.Gen.32 33.*
ff *Ori.f.Matt. ho.1.*

Amb.ser.66. gg *Ori.f. Mar.hom.1. Amb.ser.38. Euc.form. spiritual.8.* hh *Am.ser.8.* ii *Au.f.Ap.6. Rup.1.f.Apoc. & 20. Aretas f.Apo.3.*

Digitized by Google

Clauis domus Dauid,dici potest *a* crux Christi, per quam aperitur nobis ianua regni cœlorum. Potest etiam significare clauem scientiæ,& peculiariter *b* cognitionem Psalmorum Dauid. *Isa.22.f. Apoc.3.* Hanc clauem,seu clauem regni cœlorum dicuntur tulisse Scribæ & Pharisæi *c* negantes Christum,& cognitionem legis tollentes. *Luc.11.g.* Est etiam clauis Dauid, gratia Spiritus sancti.

Clauis putei abyssi,est *d* potestas,quam mali habent super cor suum,vt ipsum aperiant diabolo: *Apo.9.a.* Vel *e* potestas mentiendi,quam habet diabolus,qui pater est mendacij.

Clauis. Crux Christi. Scientia legis & Psalmorū. Gratia Spiritus sancti. Potestas cordis malorum. Potestas mentiendi.

Claustrum.

CLAVSTRVM dicitur id, quod aliquid concludit, vt parietes aliquid claudentes. Et dicitur clausstrum oris ipsum os,vndique claudens linguam. *Mich.7.b.*

Clauus.

CLAVVS,est ad figendum & coniungendum inter se tabulas,aut aliquid aliud: estque præcipuè ferreus.

Clauus,quo Iahel occidit Sisaram designat *f* crucem Christi,qua diabolus est confixus. *Iudi.4. d. 5. e.* Eandem designant claui aurei templi. *3.Reg.6.c.8.Para.3.c.*

Claui,qui non auferentur de Hierusalem, designare possunt *g* firmitatem æternæ fœlicitatis. *Isa. 33. d.* Vel doctores Ecclesiæ.

Claui tenentes tentoria Ecclesiæ, dici possunt *b* rationes, & omnia, quæ fidem Catholicam confirmant. *Isa.54.a.*

Claui aurei templi,significare possunt *i* affectus timoris & charitatis: vt autem ligant per violentiam, timorem designare possunt,præcipuè gehennæ:vt verò ligãt per beneuolentiam,designant affectum charitatis, *3.Reg. 6.c.2.Par.3.c.* Et claui vitis,quibus amplectitur vicinas arbores, vt sustententur, designant *ik* amplexus claritatis. In genere autem claui,dici possunt *l* affectus,seu passiones animi,& erunt tam boni claui,quàm mali,secundum diuersitatem affectuum. *1.Par.22.a.Eccle.12.d.Isa.54.Iere.10.a.*

Clauus,quo fixi erant crines Samsõn,designare possunt *n* clauos crucis Christi. *Iud.16.c.Ioan.20.f.*

Claui defixi in altum,dicuntur *m* verba in animo radicata. *Eccle.12.d.*

Claui,quibus firmantur idola,sunt *o* fallaces rationes hæreticorum, quibus suos muniunt *m* defendunt errores. *Isa.41.b.Ier.10.a.* Et hostes dicuntur claui in oculis. *Num.33.g.* designantes hæreticos, qui faciunt sequaces suos lumen amittere veritatis.

Clauus nauis,significare,potest *p* intentionem prouidam. *Pro.23. d.* & clauum in mari amittere, est intentionem prouidam inter procellas huius seculi non tenere. Designat etiam legem Dei dirigentem nos ad cœlum.

Claui crucis Christi. Verba in animo. Rationes hæreticorum. Intentio prouida.

Clemens, Clementia.

CLEMENS dicitur,qui illatas sibi iniurias facilè remittit, aut alioqui benignus est erga miseros:vix recipere potest allegoriam.

Clementia in primis datur Deo,qui promptus est ad ignoscendum. *Exod.23.d.2.Par.3.b.Neemi.9.c.Iona. 4.a.*

Clementia Ioseph,typus erat clementiæ & benignitatis Christi. *Gen.43.f.45.b.*

Cleophas.

Cleophas vnus ex discipulis Christi: cui visus est Christus post resurrectionem eunti in Emaus, cum alio discipulo. *Luc.24.c.Ioan.19.e.*

Clerus.

CLERVS Græcè idem est, quod sors,aut terminus:& cleri, seu clerici dicuntur in Ecclesia, qui ad ministerium spirituale Ecclesiæ deputati sunt.

Cleri,inter quos dormitur. *Psal.67.* Si ibi vocabulum Hebraicum consideretur, sunt tripodes ferreæ quæ superponuntur igni ad sustentandas ollas. Sed sumendo allegoricè, cleri dici possunt *q* diuersa iudicia Dei: aut *r* duo populi,vel duo testamenta, aut etiam singuli libri sacræ scripturæ. Vel significant hæreditatem huius vitæ & futuræ,inter quas dormit,qui negligit præsentia,& sperat futura. Vel sunt *s* duo aduentus Christi,inter quas dormit,qui eum recipit in anima sua.

Iudicia Dei. Duo populi. Duo testamenta. Hæreditas huius vita est futura. Duo aduentus Christi.

Clibanus, Caminus, Fornax, Furnus,

CLIBANVS est, vbi coquuntur panes. Fornax autem & caminus, latius sumuntur.

Clibanus, in quo coquitur sacrificium,designare potest *t* vterum Virginis, in quo formatus est Christus igne Spiritus sancti. *Leui.2.b.7.a.*

Clibanus quandoque significare potest *u* doctores, qui fiunt immundi, contractu immundorum. *Leu. 12. f. Zach.12.b.*

Clibanus etiam,dicitur *x* sensus mysticus,vel legalis:& etiam difficiliora legis. *Leu.7.a.26.d.*

Clibanus etiam,designat *y* feruorem charitatis. *Leu.2.b.Isa.31.d.*

Clibanus fumans, designare potest *z* tempus iudicij: & cùm esset super sacrificium Abrahæ, signum est diuinæ acceptationis. *Gen.15.d.* designat etiam *aa* Iudæos in iudicio: de quibus *Thr. 5.b.* Pellis nostra quasi clibanus exusta est. *Psalm. 20.* Succensi sunt à diabolo contra Christum. *Hose. 7. a.Zach.12.b. Malach.4.a. Matth.6. Luc.10.d. Apo.9.a.* Designabat etiam *bb* labores Iudæorum in Ægypto, quum affligebantur in luto & lateribus.

Clibanus etiam fumans,dici potest *cc* anima peccatis obuoluta,quæ & fornax dici potest. *Gen.19.f. Exod. 19. e. Deut. 4. c. 3. Reg. 8. f.* Potest in multis ex eisdem locis ardorem libidinis significare. Ad hæc pertinent etiam furni Pharaonis. *Exod. 8. a.* Et anima virtutibus ornata, seu cor hominis, clibanus dici potest, vbi coquuntur virtutes, vt in clibano panes. Et cocta in clibano, sunt *dd* digesta in corde: quæ non sunt cruda proferenda, nec tamen omnibus euulganda. Et ponitur,vt clibanus ignis, quum *ee* per pœnitentiam in corde comburuntur peccata, *Psal.20.*

Caminus plus est quàm ignis: *ff* quia ignis paruus esse potest:in camino verò vastior flamma succenditur. Ex amore ergo Domini ignis est in Sion,in Hierusalem verò caminus: quia hic amoris eius flammis aliquatenus ardemus,vbi de illo aliquid speculando contemplamur: Sed in Hierusalem,vbi est visio pacis plenè ardebimus, vbi de illo plenè videbimus,quem amamus. *Isa.31.d.*

Caminus in Hierusalem est vis punitiua Dei, qua purgat peccata in Ecclesia. *Isai.31.d.* Et caminus paupertatis,est *gg* probatio,quæ fit in paupertate. *Isa.48.b.* Et fornax,in quam missi sunt tres pueri,est *hh* paupertas,qua affliguntur iusti in hac vita:sed non ejs nocet,sed eius flamma diuites comburit. *Dan.3.c.* Et fornax,in qua probatur aurum,est hic mundus,in quo probantur boni igne tribulationis.

Clibanus item aut caminus,*ii* est pondus tentationis,& tribulationis. *Leu.2.b.7. Prou.19.a.27.c. Sap.3. a. Eccles. 2.a.27.a.38.c.43.a. Isa.48.b. Iere.11. a. Ezech. 22. d.* Fornax autem ferrea,dicitur tribulatio Iudæorum in Ægypto: quorum patientia non splendebat. *Deut.4.c.* Nam fornax aurea erat trium puerorum in Babylone: quorum patientia etiam nunc fulget. *Dan.3.c.Zach.12.b.Apoc.1.d.* Est etiam typus Ecclesiæ,in qua sancti gaudent in tribulationibus,vt in aura rorida,&c.

Tentatio & tribulatio. Ecclesia.

Caminus vnde sumebant cineres Moses & Aaron, vt fierent vlcera in Ægyptiis, sunt *kk* fundamenta iræ & insaniæ. *Exod.9.b.Eccle.22.d.*

Fundamenta iræ.

Fornax,quem incendit rex Babylonis. *Dan.3.c.* significare potest *ll* libidinem, quam incendit diabolus.

Libido.

Caminus ignis,in quem mittentur mali, *mm* est infernus. *Matt.13.g.Exo.19.b. Apoc.1.c.* Vt clibanus ignis ponentur mali in iudicio: quia vt clibanus interius inflammatur, ita mali in iudicio ardebunt in conscientia, & deuorabuntur ab igne foris, sed non consumentur,quia carnem perpetuò cruciabit gehenna.

Infernus.

Cliuus.

CLIVVS, est *nn* locus ab alto montis deorsum vel defossus, per quem est difficilis ascensus in montem. Designare potest eos, qui in altiorem perfectionem adhuc minimè profecerunt. *1. Reg. 9.a. 2. Reg.15.f.2. Par.20.d.*

Minus perfecti.

Clypeus, Scutum.

CLYPEVS, seu scutum est,quo quis se protegit à telis,& ictibus inimici.

Diuina protectio.

Clypeus

a *Ori.s. Exec. hom.14.*
b *Hil.pro.s.ps.*
c *Hie.s.Is.22.*
d *Aug.s.Apo. hom.3. Rup.2.s. Apo.*
e *Aug.s.Apo. hom.7. Rup.5.s. Apo*
f *Ori. s. Iudi. ho. 5. Rup. s. Iudic.7.*
g *Gl.inter.su. Isai.33.*
h *Hie.s.Is.54.*
i *Bern.de triplici vincu.*
k *Bas.Exaem. hon.5.*
l *Amb.de bono mortis 5. & s.ps.118. ser.15.*
m *Ru.s.Iu.22*
n *Hieron. s. Eccl.ten. 12.*
o *Euch.form. spirit.8.*
p *Gre.3. past. adm.33. Theo.Alex.3. pascha.*
q *Ori.s.Cant. ho.3.*
r *Hie.& Au. s.ps.67. Euch.q. in ps.*
s *Ber. serm.5. de aduentu.*
t *Isy.s.Le.2.7 Th.1.2.q.102 art.3.*
u *Isyc.s. Leu. 11.*
x *Isy.s.Le.26.*
y *Lyr.s.Leu.2.*
z *Gl.inte.sup. Gen.15.*
aa *Rup.s.Hos. 7.*
bb *Rup. 5. s. Gen.22.*
cc *Amb.2.de Abr.9. Philo. quis verum diuin.hæres.*
dd *Ori.s. Leu. hom.4.*
ee *Hie.s. ps. 20.*
ff *Gre.s.Ezec. hom.21.*
gg *Hie.s. Isa. 48.*
hh *Am s.ps. 118.ser.20. Chry.s. Matt. hom. 4. Aug. sermo.254. Hie.s.Dan. 3.*
ii *Cyr.epis.37*
kk *Gr.Nys.de vita Mosis.*
ll *Cassi.lib. 6. cap.17.*
mm *Greg. 6. mo.20.& 15. mor.14.*
nn *Gr.s.1.Re. 9.*

Digitized by Google

Clypeus, quem leuauit Ioſue in ſignum. *Ioſu.8.d.* Typus eſt *a* diuinæ protectionis per Chriſtum, & ſuos prædicatores. Scutum autem ſupernè latius, infernè anguſtius, deſignat Deum plenius nos protegere erga ſpiritualia, quàm erga temporalia. Idem autem eſt ſcutum fidei, & veritatis. *Deut.* 33.*d.*2. *Reg.*22.*a.*3. *Reg.*10.*c.*14.*g.*1. *Paral.* 5.*c.*12.*d.*2. *Paral.* 9.*d.*11.*b.*12.*c.*14.*d.*26.*b. Iob.* 39.*d. Pſal.* 5.34.90. *Cant.*4.*b. Sap.*5.*d.*18.*d. Iſa.*21.*b. Ier.*46.*a. Naum.*2.*a.* 1. *Mach.*15.*e. Epheſ.*6.*d.* Et ſermo Dei dicitur clypeus ignitus. *Prouerb.*30.*a.*

Verbum Dei.

Clypei mille, *b* perfectam multitudinem virtutum deſignant, & perfectam munitionem, quæ in ſacra ſcriptura habetur. *Cant.*4.*b.* Et ſcuta aurea, veritates ſacræ ſcripturæ, pro quibus fecit Roboam ærea. 3. *Reg.*14.*g.*

Virtutes & ſacra ſcriptura.

Clypeus Iſraël, ſignificat poteſt defenſionem humanam. *Iud.*5.*a.*2. *Reg.*1.*d. Iudith.*5.*c. Pſal.*75. *Eccleſ.*29.*c.*37.*a.* 2. *Mach.*15.*b.*

Defenſio humana.

Scutum Iudæorum, *c* erat labor Chriſti, hoc eſt, eius infirmitas: quia inde contra Deum ſuperbè obſtinati fuerunt, vnde ipſe pro nobis in infirmitate laborauit. *Thren.*3.*g.*

Infirmitas Chriſti.

Clypeus Goliath munitiones Diaboli ad defendẽda peccata ſignificat: & vanam præſumptionem, & ſuperbiam, & infidelitatem. 1. *Reg.*17.*a.*4. *Reg.*19.*g. Pſal.*45.75. *Eccleſ.*29.*c. Iſa.*22.*b. Ierem.*6.*f. Thren.*3.*g. Ezech.*23.*d.*26.*b.*27.*b.* 38.*b.*39.*d.*1. *Mach.*6.*a.* Et clypeus, qui vibratur ſuper equum, *d* deſignat defenſiones prauorum contra prædicatorem. *Iob.* 39.*c.* Et corpus Leuiathan dicitur habere ſcuta fuſilia, quia *e* omnes iniqui per obſtinationem duri ſunt, & per vitam fragiles: quum enim verba prædicationis audiunt, nulla correptionis iacula ſe penetrare permittunt: quia in omni peccato, quod faciunt, ſcutum ſuperbæ defenſionis opponunt. *Iob.*41.*a.*

Defenſiones diaboli & prauorum.

Scutarius qui ſcuta facit, aut ſcutorum curam habet, dici poteſt *f* prælatus, aut prædicator. 3. *Regum.* 14.*g.*2. *Paral.*14.*b.*

Prælatus. Prædicator.

Scutulatum dicitur genus veſtis, quæ habet quoſdam orbes, vel circulos, quaſi ſcutulis diſtincta. Hæc ſcutulata ait Ezechiel, fuiſſe in mercatu Tyri. *Ezech.*27.*c.* deſignant *g* rationes hæreticorum arte dialectica concinnatas.

Rationes hæreticorum.

Coaceruare, vide Congregare.
Coadunare, quare Congregare.
Coædificare, vide Ædificare.
Coagitare, Coagitatus.

Coagitata menſura dicitur, quæ ſufficienter impleta eſt, quaſi de induſtria, quantum capere poteſt, vt nihil vacuum in ea remaneat. Deſignat fœlicitatem, in qua eſt omnium deſideriorum adimpletio. *Luc.*6.*f.*

Fœlicitas.

Coagulare, Concreſcere.

COAGVLARE, eſt id quod liquidum eſt, in quandam duritiem pinguem redigere: vt lac coagulatur in caſeum.

Chriſtus.

Coagulatus mons dici poteſt *h* Chriſtus, qui in vna eſſentia eſt cum Patre & Spiritu ſancto. *Pſalm.*67.

Hæretici. Verba ſuperborum. Vitia.

Coagulati montes, conſiderata lactis coagulatione, quæ fit per lactis ipſius corruptionem, deſignare poſſunt hæreticos, qui prauos & corruptos ſenſus de Chriſto proferunt. *Pſal.*67. Et coagulatum cor, vt lac, *i* dicuntur aſpera ſuperborum verba, & corruptio vitiorum, ſicut lac corrumpitur, quum coagulatur. *Pſal.*118.

Firmitas mentis.

Coagulat Deus, vt caſeum, *k* quum firmat mentem bona cogitatione, ne in ſuperflua defluat. *Iob.*10.*b. Sap.*7.*a.*

Doctrina Apoſtolorum: Induratio.

Concreſcunt nubes rore, hoc eſt, ſtillant rorem, quum *l* Apoſtoli ſacram inſtituunt doctrinam. *Prouerb.*3.*c.*

Concreſcit gelu flante Deo, *m* quum Deus ob merita malorum relinquit homines, vt à vera Dei cognitione, & ſyncero amore, tanquam frigore conſtricti deficiant. Et quum Iudæi viſis miraculis Chriſti, magis in infidelitate indurabuntur. *Iob.*37.*b.*

Peccatum verborum.

Concretus humor fœdus, deſignat *n* peccatum verborum. *Leuitic.*15.*a.* ſiue ſit hæreticorum, ſiue ſuperborum, ſiue loquacium.

Coanguſtare, vide Anguſtus.
Coaptare, quare Aptare.
Coarctare, vide Anguſtus.
Coccus, Coccinum, Vermiculus.

COCCINEVS color, eſt ferè idem cum purpureo: tingebantur enim veſtes grano quodam purpureo: videtur etiam idem cum oſtrino colore, qui & muricinus dictus eſt, à ſanguine oſtreorum, quo veſtes tingebantur, vel cuius referebant ſimilitudinem. Dicitur etiam vermiculus.

Paſſio & ſanguis Chriſti. Sanguis martyrum. Charitas gemina.

Coccineus color, ſignum eſſe ſolet *o* paſſionis & ſanguinis Chriſti: & coccineus funis. *Geneſ.*38.*g.* Item coccus bis tinctus, eſt in Chriſto, propter duplicem naturam, quæ in ipſo eſt. *Exod.*35.*c.*38.39.*e. Leuit.*14.*a. Num.*19.*b. Cant.*4.*a. Hebr.*9.*e.* Coccino autem veſtitur *p* qui ſanguinis, & paſſionis Chriſti, aſſumpſit fidem *Ierem.*4.*g.*

Coccinea veſtis Chriſti, deſignabit martyrum ſanguinem pro eo fundendum. Et *q* quòd caro Chriſti martyrum ſanguinem eſſet ſuſceptura. *Matth.*27.*c.*

Coccus bis tinctus, *r* deſignare poteſt duplicem amorem, Dei videlicet, & proximi, & feruorem charitatis. *Exod.* 25.*a.*26.*f.*27.*c.*28.*b.*35.*c.*36.*d. Leu.*14.*a.*19.*a. Eccleſ.*45.*b.* Et coccinea vitta, eſt charitas, qua prædicatores ardent, & alios accendunt. *Cant.*4.*a.*

Ignis.

Deſignare poteſt etiam ignem, *ſ* duplicem habentem virtutem, illuminandi, & comburendi, atque ita etiam *t* ſacerdos veritatis doctrina illuminet, & reprehendendo vitia deſtruat, vel ſimùl conſoletur & reprehendat. Eſt etiam duplex ignis, Spiritus ſancti, & inferni.

Gloria confeſſionis fidei. Peccata libidinis & homicidij.

Coccus præterea bis tinctus, *u* gloriam confeſſionis fidei deſignare poteſt. *Exod.* 35.*a.c.* 2. *Regum.* 1.*d.*4.*a. Ierem.*4.*g.*

Coccus interdum deſignare poteſt *x* peccata libidinis ignea: & etiam peccata homicidij, tyrannicam crudelitatem, & ſimilia: quia color ſanguineus. *Iſa.*1.*e. Nah.*2.*a. Apoc.*17.*a.*18.*d.*

Luctus inferni.

Coccineus funis in manu Zaræ, deſignabat, *y* ſanguinem in conſcientia Iudæorum, vel ediuerſo gratiam ſpiritualem gentibus communicatam. *Geneſ.*38.*g. Nah.*2.*a.*

Coclea.

COCLEA, eſt animal teſta opertum, in qua quibuſdam ſpiris, ſeu circulis circuncluditur. Sumitur pro ſcala ad modum cocleæ circumuoluta: qualis erat coclea, per quam aſcendebatur in cœnaculum domus Domini, quam fecit Salomon. 3. *Reg.*6.*b.* Et quam vidit Ezechiel in templo. *Ezech.*41.*b.*

Cocytus.

COCYTVS, fingebatur fluuius inferni: ſignificat *z* luctum, quo deſignabant Poetæ, quòd ij, qui digna doloribus opera faciunt, in infernum ad luctum decurrunt. *Iob.*21.*d.*

Codex, vide Liber.
Cœlum, Cœleſtis.

Deus. Sublimitas Diuinitatis. Diuinum iudicium. Chriſtus.

COELVM, eſt ſuprema pars orbis, Sole, Luna, & ſtellis ornatum: In quo ſunt intelligibiles naturæ: quod & firmamentum dicitur. Et poteſt dici cœlum *aa* ab ea parte aëris ſubtili, ad quam non attingunt, nubes, nec aues. Interdum verò ſumitur cœlum pro aëre: vnde dicuntur volucres cœli. Cùm autem dicitur cœlum & terra, mundus deſignatur per eius præcipuas partes.

Angeli. Cæleſtia.

Cœlum ſummum, dicitur ipſe Deus, & altitudo Dei, & diuinũ iudicium: & cœlum cœli, eſt *bb* ipſa ſublimitas diuinitatis. *Geneſ.*11.*a.*28.*c.*19.*e.*1. *Reg.*5.*c.*2.*d.*2. *Reg.*22.*b. Iob.*26.*d.*38.*c. Pſal.*13.18.31.67.72.79.113.122.143. *Prou.* 30.*a. Eccleſ.*5.*a. Eccl.*35.*c.*2. *Par.*18.*b.*30.*d. Iſa.*45.*b.*64.*a. Iere.*51.*b. Ezech.*1.*a. Dan.*13.*d.*1. *Mach.*12.*d.*2. *Mach.*3.*d.*7.*c.* 9.*a.*11.*b.*15.*a. Matth.*6.*d.*15.*b.*16.*a. Marc* 7.*d.*16.*d. Luc.*9.*b.*17.*f.*18.*b.*20.*a.*24.*g. Ioan.*3.*b.d.* 1. *Cor.*15.*f.*1. *Ioan.*3.*b.d.* 1. *Cor.*15.*f.*1. *Ioan.*5.*b.* Et cœli aperiuntur baptizatis: quia Deus dat illis dona gratiæ. Et de cœlo dicitur mittere auxilium. *Pſal.*56. Et *cc* ipſe Chriſtus eſt cœlum, vnde proſpexiſſe dicitur Deus. *Pſal.* 101. Et cœleſtis, aut ſupercœleſtis, dicitur Chriſtus, ſuper omnes cœlos exiſtens. *Pſalm.*67.

Cœlum *dd* interdum ſignificat angelos, ſeu intellectualem ſubſtantiam, & mundum intelligibilem. Et cœlum cœli, dicitur natura angelica: & aliquando cœli metonymicos, dicuntur angeli & cœleſtia: *Gen.*1.*a.*14.*d.*28.*c. Deut.* 32.*a. Iol.* 11.*b.*15.*b.*26.*d.*38.*d.*2. *Par.*2.*b. Pſal.*8.17.35.32.56.68.113.123.134.135.143.145.148. *Prou.*8.*c. Sap.*8.*d.*

a *Ori.ſ.Pſ.*36. *hom.*2. *Hie.ſ.Iſa.*21. & *ſ.Epheſ.*6. *Aug.ſ.Pſ.*34. *Gr.*31.*mo.*25 & 33.*mo.*29. *Bern.ſer.*5.*ſ. Qui hab.tat. Bed.ſ.Pro.*30. *Rup.ſ.Nah.*2.

b *Gre.ſ. Can.* 4. & *ſ. Ezec. hom.*15. *Lyr. ſ.*3. *Reg.*7.

c *Gre.*33.*mo.* 29.

d e *Greg.*33. *mo.*30. & 31. *mo.*25.

f *Glo.ord.ſup. Reg.*14.

g *Gl.inte.ſup. Ezech.*27.

h *Hil.ſ.pſ.*67.

i *Ambr.ſ.pſa.* 118.*ſerm.* 9.

k *Gre.*9. *mor.* 37.

l *Glo.ord.ſup. prou.*3.

m *Hie. ſ. Iob.* 37. *Gre.*27.*m.*21

n *Glo. ord.ſu. Leu.*15.

o *Ori.ſ.Matt. hom.*35. & *ſ. Ioſ.hom.*3. *Amb.ſ.Luc.*3. *Aug.ſ.pſa.*87 *Aug.q.*33. *in Num.*

*Orig.ſ. Exod. hom.*9.13.

p *Hie.ſ.Ier.*4.

q *Amb.ſ.Luc.* 23.*l.*10.

r *Iſye. ſ. Leu.* 14.

ſ *Georg.Vent. Cant.*2. *tom.* 3.*cap.*17.

t *Hil.ſ. Matt. cano.*33. *Hier. de veſte ſacerd. Clem. Alex. h.ſtrom.*

u *Gre.ſ.*1.*Re.* 16. & 6.*mor.* 25. & 30.*mo.* 10. & *ſ. Can.* 4. & *ſ. Ezec. ho.*16.

x *Rup.* 10. *ſ. Apoc.*

y *Hie. ad Gerontiam. Bed.ſ.Gen.*38

z *Gre.* 15.*mo.* 29.

aa *Aug.*3. *de Gen.ad lit.*7.

bb *Ori. ſ. Ier. hom.*2. *Arn.ſ.pſ.*142. *Hil.ſ.pſal.*67. *Amb.ſer.* 38. *Aug.* 2. *ſerm. dom. in monte & ſ.pſ.* 67.

cc *Gre.ſ.pſal.* 101.

dd *Orig.ſ.Ge. hom.*1. *Hil.ſ.pſ.*68. *Amb.* 2. *de Abr.*8. *Baſ.ſ. pſ.*2. *Hie.ſ.Iſ.*1.13. *Au.*12.*conf.*9

Digitized by Google

Eccleſ. 1.*a.* 16.*b.Iſa.* 1.*a.* 12.*d.* 41.*a.* 44.*d.* 49.*d.* 66.*a.Ierem.* 2.*c.* 33.*e.Matth.* 5.*c.Luc.* 2.*b.* 21.*c.Hab.* 8.*a.Hebr.* 4.*d.* 7.*d.* Dicuntur etiam angeli, militia cœleſtis. *Luc.* 2.*b.*

Cœlum etiam, dicuntur *a* ſpirituales & conuerſationes cœleſtes. *Geneſ.* 1.*a.* 11.*a.* 26.*a. Exod.* 20.*a.* 31.*d.* 32.*c. Deut.* 32.*a.* Pſ. 2. 10. 49. 101. 112. 118. 122. 134. 135. *Prou.* 30.*c.Iſa.* 1.*a.* 40.*c.* 48.*c.* 50.*b.* 65.*c.* 66.*a.Ierem.* 10.*c.Ioel.* 2.*c.* 3.*d. Apoc.* 12.*b.* Et dicuntur ſpirituales, tertium cœlum: vt primum ſit corporalis homo: ſecundum animalis: tertium autem ipſum ſpirituale intelligendum eſt: quia corporei multi ſunt. 2.*Cor.* 12.*a.* Et hoc cœlum dicitur tranſire, quia ſancti tranſibunt ad futura, & omnis ſtatus eorum, vt veniant ad eminentiora & meliora. *Mat.* 6.*b.* 10.*d.* 24.*c. Marc.* 13.*d. Luc.* 11.*g.* 21.*f.* In his cœlis tonat Dominus, vincendo dæmones. 1.*Reg.* 2.*Iob.* 20.*d.*

Spirituales. Conuerſationes cœleſtes.

Cœlum quandóque dicitur *b* gloria cœleſtis, & imperium Chriſti in cœlo. *Gen.* 14.*d.* 49.*d. Deut.* 28.*a. Ieb.* 26.*c. Pſal.* 32. *Eccl.* 43.*a. Matth.* 23.*b. Luc.* 18.*d. Apoc.* 19.*a.* 22.*a.* Cœlum creatum primo die, eſt inuiſibilis ſanctorum angelorum patria. *Geneſ.* 1.*a.*

Gloria cœleſtis. Imperium Chriſti.

Cœlum dicitur etiam *c* beatiſſima virgo Maria: vt *Pro.* 30.*c.* Eſt difficilis via aquilæ in cœlo: hoc eſt incarnatio filij Dei in Virgine. Eius ianuas aperuit Deus, hoc eſt, mentem & ventrem ad pluendum manna.

Virgo Maria.

Cœlum etiam, dicitur *d* ipſa mens, vel anima, præcipuè ſapientis: vt quæ habet lucida ſidera, ſtatos motus: concinnas choreas, diuinos circuitus, virtutum ſplendores fulgidiſſimos, & ſtellis ſimillimos: eamque ornant intelligibilia incorporeáque omnia, & Idea. *Geneſ.* 1.*a.* 7.*d.* 11.*d. Iob.* 11.*b.* 26.*b. Pſal.* 18. 112. *Iſa.* 40.*f.* 66.*a.Iere.* 10.*a.* Fit voluntas Dei in cœlo, hoc eſt in anima. *Ma.* 6.*b.* Et ſilentium in cœlo, eſt in anima. *Apoc.* 8.*a.*

Mens vel anima.

Cœlum præterea, dicuntur *e* Apoſtoli, & ſublimes prædicatores: in quibus tonabit Dominus, quia ipſi condemnabunt Iudæos. 1.*Reg.* 2.*b.* de ipſis enim dicitur. *Mat.* 19.*d.* Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes Iſraël. Et *Luc.* 11.*c.* Ipſi iudices veſtri erunt. Et ipſi ſunt cœli, qui enarrant gloriam Dei. Pſal. 10. 17. 18. 32. 49. 67. 88. 96. 101. *Iob.* 9.*a* 11.*a.* 15.*b.* 26.*d.* 35.*a.* 37.*a.* 38.*d. Prou.* 3.*c.Iſa.* 45.*b.* 51.*e. Hoſ.* 2.*d. Agg.* 1.*c.Zac.* 8.*c. Ierem.* 10.*c.Iud.* 5.*a.* Et vbi fit voluntas Dei, ibi eſt cœlum, in quo Deus habitat. *Iſa.* 63.*d. Matth.* 6.*b.* Prophetæ etiam cœlum dici poſſunt, vnde loquitur Deus. *Pſal.* 17. 146. *Ierem.* 4.*f.* 10.*c.* Et cœlum dicuntur prædicatores, diſcipuli Apoſtolorum: cœlum cœli, ipſi Apoſtoli. Pſal. 113. 143. 5. *Reg.* 18.*g.*

Apoſtoli & prædicatores. Prophetæ.

Cœlum præterea, dicitur *f* ipſa Eccleſia, & fideles in ea: Et de hoc cœlo loquitur Dominus, quum per Eccleſiam manifeſtat ſuam voluntatem. Et cœlum ſerenum, eſt Eccleſia ex hominibus aſſumpta. *Exod.* 24.*c. Iob.* 26.*b.* 38.*d.* 2. *Paral.* 6.*f. Pſal.* 102. 146. *Prou.* 30.*c. Eccl.* 24.*a.* 44.*a. Ierem.* 4.*f. Ioel.* 2.*g. Marc.* 13.*c.* Luc. 19.*f.* 1. *Cor.* 15.*f. Apoc.* 4.*a.* 6.*d.* 8.*a.* 12.*e.* 18.*f.*

Eccleſia.

Cœlum, ex quo loquitur Dominus, dici poteſt *g* ſacra ſcriptura: de qua nobis & Sol ſapientiæ, & Luna ſcientiæ, & ex antiquis patribus ſtellæ exemplorum atque virtutum, lucent. *Geneſ.* 21.*c.* 22.*b. Exod.* 16.*a.* 20.*d. Deut.* 18.*a. Iob.* 9.*a.* 38.*c. Pſalm.* 8. 73. 103. 146. *Iſa.* 34.*a.* 40.*c.* 44.*d.* 50.*b. Iere.* 51.*b. Agg.* 1.*c. Zac.* 12.*a. Matth.* 3.*d.* 24.*c. Luc.* 3.*c. Marc.* 1.*a. Ioan.* 1.*g. Actor.* 10.*b. Apoc.* 6.*d.* 10.*d.*

Sacra Scriptura.

Cœli dicuntur etiam variæ perfectiones electorum. Et cœleſtia, dicuntur ad eas perfectiones pertinentia. *Pſal.* 107. 138. *Matth.* 24.*c. Epheſ.* 1.*a. Heb.* 6.*a.* Item vita cœleſtis. *Apoc.* 4.*a.*

Variæ perfectiones electorum. Vita cœleſtis.

Cœli aperti Ezechieli, deſignant *h* apertionem factam Chriſto, & per Chriſtum aliis. Item confeſſionem veræ fidei. *Ezech.* 1.*a. Actor.* 7.*g.*

Apertio Chriſto facta. Cõfeſſio fidei.

Cœlum tertium, in quod raptus eſt Paulus. 2.*Cor.* 12.*a.* Eſt viſio intellectualis Dei: vt primum ſit viſio corporalis, ſecundum imaginaria, ſeu ſpiritualis, tertium ipſa viſio intellectualis. Vel ad primum cœlum pertinet cognitio ſui. Ad ſecundum, perfecta cognitio creaturæ: Ad tertium, contemplatio Dei. Vel primum, imaginatio: ſecundum, ratio: tertium, intelligentia.

Viſio intellectualis.

Cœlum ſæpè pro *i* aëre ſumitur. Et cœlum ferreum dicitur, cùm non generantur in eo pluuiæ. Et in hoc cœlo inebriatur gladius Dei, hoc eſt, in aëreas poteſtates. *Leu.* 26.*c.* 3. *Reg.* 8.*d.* 18.*g.* 2. *Paral.* 6.*c. Prou.* 30.*c. Iſa.* 34.*a. Ierem.* 8.*d. Luc.* 4.*d. Iac.* 5.*d. Apoc.* 12.*c.*

Aër.

Cœli noui, quos creat Deus, *k* ſunt iidem cœli antiqui in melius commutati tempore generali reſurrectionis: vel ſunt noui gentibus ad fidem venientibus, quia prius eos tanquam Deos colebant, poſtea verò cognouerunt ipſos eſſe Dei creaturas. *Iſa.* 65.*c.*

Cæli in melius commutati.

Cœli cõplicati ſicut liber, ſunt *l* quum non vltra in eis, peracto iudicio hominũ delicta ſcribentur. *Iſa.* 34.*a.*

Ceſſatio ſcribendi delicta.

Cœlum, in quod volebat aſcendere Lucifer, ſiquidem dixit, Aſcendam, adhuc in cœlo poſitus, intelligetur *m* cœlum, vbi ſolium Domini eſt, quò cupiebat aſcendere, non humilitate, ſed ſuperbia & ambitione. Sin autem poſtquam de cœlo corruit, loquitur iſta verba: arrogantiam debemus intelligere, quod nec præcipitatus quieſcat, ſed adhuc ſibi grandia repromittat: vt non inter aſtra, ſed ſuper aſtra Dei. *Iſa.* 14.d.

Solium Dei.

Cœlum deſuper, deſignat *n* ſuperbiam & altitudinem erroris extollentis ſe aduerſus ſcientiam Dei. Inde cecidit Satan: Inde cadunt ſtellæ. Et ros cœli, dicuntur errores, in quos inducunt dæmones. *Exod.* 20.*a. Deut.* 2.*e. Pſal.* 49. *Iſa.* 13.*c.* 14.*d.* 50.*b.* 51.*b. Ierem.* 4.*f. Ezech.* 29.*b.* 31.*b.* 12.*a. Dan.* 4.*c. Luc.* 10.*c. Apoc.* 9.*a.* Et cœli volatilia dicuntur dæmones, aut ſuperbi: quia ſibi ſublimia repromittunt,

Superbia. Errores.

Cœlum, vnde cecidit ignis, *o* dicuntur ſcribæ & ſacerdotes aliis ſupereminentes: ex quibus cecidit ignis inuidiæ; & infidelitatis in minores. *Iob.* 1.*c.*

Scribæ & ſacerdotes.

De cœlo vocauit Angelus Abraham, quia promittebat cœleſtia, *Gen.* 22.*c.*

Cœna, Cœnare, Incœnatus.

Cœna, eſt vltima refectio, quam capiunt homines in fine diei, aut noctis principio. Sumitur ſæpè pro conuiuio.

Cœna magna, quam fecit homo quidam, pro *p* conuiuio cœleſti accipi ſolet: poſt quod non erit aliud, ſed idem perpetuò durabit. *Luc.* 14.*b. Apoc.* 19.*b.d.* Cœna nuptiarum Agni.

Conuiuium cœleſte.

Cœnat cum aliquo Chriſtus, *q* quando comedens de noſtris ſermonibus, operibus, & intellectu, repaſcit nos ſuis eſcis ſpiritualibus & diuinis, multóque melioribus. *Apoc.* 3.*d.* delectatur bonis conſcientiæ: charitas autem ad minus eſt inter duos.

Incœnatus dormiens rex Babylonis, propter Danielem periclitantem. *Dan.* 6.*c.* deſignat *r* multò magis nobis eſſe ieiunandum in propriis periculis, ad diuinam clementiam impetrandam.

Cœna, quam *ſ* fecerunt Chriſto Martha & Maria. *Ioan.* 12.*a.* deſignat *t* opera charitatis, quibus paſcitur Chriſtus.

Opera charitatis.

Cœna Chriſti. *Matth.* 26.*c. Luc.* 22.*b. Ioan.* 13.*a.* 21.*f.* 1. *Cor.* 10.*c.* 11.*f.* miniſtratio Euchariſtiæ.

Cœna, quam fecit Holophernes ſeruis ſuis. *Iudith.* 12.*b.* Et cœna Herodis. *Marc.* 6.*c.* miniſtrationem voluptatum, quam facit diabolus, deſignant.

Cœnæ, quarum primos recubitus quærebant Phariſæi. *Mat.* 14.*a. Marc.* 12.*d.* gradus ſuperiores honoris, quos ambiebant, exprimunt.

Cœnaculum.

Cœnaculum, eſt locus ſuperior domus, vbi cœnari ſolet. *Actor.* 9.*g.* 20.*c.*

Cœnacula & triſtega in arca Noë, manſiones varias deſignant in Eccleſia, ſeu diuerſos gradus. *Gen.* 6.*c.*

Gradus in Eccleſia.

Cœnacula templi deaurata, *u* æternam fœlicitatem deſignant, vbi omnia ſunt ſplendida, & charitate feruentia. 3.*Reg.* 6.*b.*

Gloria cœleſtis.

Cœnaculum grande, in quo Chriſtus cœnat, eſt *x* anima habens latitudinem charitatis. *Mar.* 14.*b. Luc.* 22.*b. Actor.* 1.*b.*

Anima.

Cœnaculum medium domus Dei, quod fecit Salomon, *y* profectum in virtutibus deſignare poteſt. 3.*Reg.* 6.*b.* 2.*Par.* 3.*b. Ezech.* 41.*b.*

Profectus. Vita cœleſtis.

Cœnaculum Eliæ, & etiam Eliſæi. *Reg.* 17.*d.* 4. *Reg.* 4.*b.* ſignificare poteſt ſtatum ſuperiorem fidelium confirmatorum: vel vitam cœleſtem, vel altitudinem fidei, vel altitudinem meritorum.

Cœnacula

Collum aliquando *t* designat mentis elationem, & circundatur hædinis pellibus, quum per cognitionem peccatorum, homo ducitur ad humilitatem. *Gen.* 27. *c.* Collum etiam extentum significat superbiam. *Is.* 3. *c.* Et collum erectum, & ceruix pinguis, designat opulentam superbiam. *Iob.* 13. *b.* 15. *d.* 16. *b.* Et collum Leuiathan, est superbia diaboli. *Iob.* 41. *c.* Idem designat dura ceruix. *Exo.* 32. *c.* 33. *a.* 34. *b. Ps.* 128. *Eccl.* 30. *b.* 33. *c.* 38. *b. Gen.* 27. *f.* 28. *c. e.* 30. *b.* 48. *f. Thr.* 1. *e. Ezec.* 2. *b.* 21. *g. Mich.* 2. *a. Hab.* 3. *c. Marc.* 9. *f. Luc.* 17. *a.* Colla quoque regum calcata designant vires & superbiam dæmonum à Sanctis separatas. *Deu.* 3. *a.* 10. *d.* 21. *a.* 28. *e.* 31. *f.* 33. *d. Ios.* 10. *c.* Ceruices etiam inimicorum, significant superbiam dæmonum & malorum. Cedũtur autem inimici in tergo, vel in ceruicibus, quandiu sunt infideles, quia adorantes idola vertunt terga Deo. Ceruice quoque fracta mortuus est Eli: quia perfidiæ magnitudine, quæ fuit in sacerdotibus & principibus Iudæorum, amissa regni potentia, & superbia condemnatur. 1. *Reg.* 4. *d.* 4. *Reg.* 17. *c.* 2. *Par.* 18. *g.* 30. *b.* 36. *c. Nee.* 9. *c. Iud.* 13. *c. Pro.* 29. *a. Bar.* 2. *f. Act.* 7. *f.* Et ceruix ferrea dicit duram inobedientiam. *Is.* 48. *a.* — *Elatio mẽtis, Superbia dæmonum.*

Ceruix, aliquando ponitur pro vita, vt Prisca, & Aquilo dicuntur suppositisse ceruices suas pro anima Pauli. *Rom.* 6. *a.* — *Inobedientia.*

Collyrida, quare Crustula.

Collyrium.

COLLYRIVM, est medicamentum oculorum: designare potest *u* cognitionem propriæ infirmitatis, vel opera quibus inungendi sunt oculi mentis. *Apoc.* 3. *d.* Peculiarius humilitatem.

Colocynthis.

COLOCYNTHIS, est cucurbita syluestris, per terram repens, habens fructum in speciem mediocris pilæ, vehementer amarum, cuius vsus est medicaminibus. Vt autem missa fuit in ollam Prophetæ, & dixerunt: Mors est in olla, designat amaritudinem *x* hæreticæ doctrinæ, quæ re vera mortem infert. 4. *Reg.* 4. *g.* — *Hæretica doctrina.*

Colonus, Colonia, vide Habitare.

Color, Decolorare, Discolor, Vnicolor.

COLOR est, qui visu percipitur, & eo mediante percipitur res, cuius est color. — *Diuersi status.*

Colores varij in tabernaculo fœderis, designant diuersos hominum status, diuersasque virtutes. *Exod.* 25. *a.* Idem designant colores auro misti. *Exod.* 39. *a* — *Virtutes.*

Color optimus. *Thr.* 4. *a. Eze.* 27. *d.* designat *y* reuerentiam religionis cunctis amabilem, & splendorem innocentiæ. Est immutatus color optimus, quando ille sanctatis habitus per terrena & abiecta opera ad ignominiam defectionis venit. — *Reuerentia religionis. Splendor innocentiæ.*

Colores Indiæ. *Iob.* 28. *c.* designare possunt, fucatam *z* religionem Gentilium, sermone vario ornatam. Vel designant sapientes huius mundi, qui quamuis per infidelitatem, & plerunque per actionem fœdi sint, ante humanos tamen oculos superinducto honestatis colore fucãtur. Ad hæc referri potest color optimus lanarũ Tyri. *Ez.* 27. *d.* — *Fucata religio Gentiliũ. Sapientes mundi.*

Color diuersus in cute, designat *aa* inconstantiam doctrinæ, vbi non est simplex veritas, & diuersos errores. *Leu.* 13. *a.* 14. *f.* — *Inconstantia doctrinæ.*

Color albus in cicatrice, designat *bb* peccatum non mortale. Color verò albus per totum corpus, designare *cc* potest simplicitatem sensus, sine vafricie. *Leu.* 13. *f.* — *Peccatum nõ mortale. Simplicitas.*

Color rufus in cicatrice, *dd* peccatum mortale designare potest. *Leu.* 13. *f.* — *Peccatum mortale.*

Color pristinus in capillis, designat *ee* non mutatum esse affectum per peccatum. *Leu.* 13. *c.* — *Doctrina vtriusq; Testamenti.*

Discolores vestes, vel multicolores designant *ff* doctrinam legis, Prophetarum, & Apostolorum. Vel designant varias virtutes. *Ezech.* 16. *b.* Idem significant lapides diuersorum colorum. 1. *Par.* 29. *b.* — *Virtutes varie.*

Decolorauit Sol *gg* sponsam. *Cã.* 1. *b.* quia non vt Solis dignitas expetebat, eius radios accepit. Vel despexit eam Sol, quando non rectis, sed deflexis radiis, eam illuminat. Vel dicitur, quia *hh* anima quantumuis perfecta, comparata Christo, non lucet: vel quia in persecutionibus offuscatur. Vel decolorauit Sol beatam Virginem, *ii* quando fecit eam prægnantem, & ignorabatur mysterium. — *Sensus Scripturæ.*

Color Bdelij in manna, *Num.* 11. *b.* est *kk* color albus & lucidus in modum crystalli.

Color aërius in tentoriis Assueri. *Esther.* 1. *b.* cœlestem *ll* conuersationem designat.

Vnicoloria in ouibus. *Gen.* 30. *f.* habentes simplicem sensum *mm* scripturæ intelliguntur: colores verò varij, diuersos, & mysticos sensus insinuant.

Coluber, vide Serpens.

Columba.

COLVMBA, simplex animal, & lætum non felle amarum, non morsibus sæuum, non vnguium laceratione violentum, hospitia humana diligens, vnius *nn* domus consortium noscens, quum generant, simul filios ædunt: uum commeant, volatibus inuicem cohærent, communi conuersatione vitam suam degunt, oris osculo concordiam pacis agnoscunt, legẽ circa omnia vnanimitatis adimplent, & pullos alienos nutriunt. Est animal mundum

d

& fœcundum,

a *Hier. epist. Multum in vtramque.*
b *Glo. int. s. Exec.* 26.
c *Glor. s. Eze* 25.
d *Ori. s. Ezec. ho.* 6. *ver. fin.*
e *Hie. s. Is.* 52.
f *Isic. s. Le.* 5.
g *Geor. Ven. Can.* 1. *tom.* 8 *cap.* 29.
h *Gre. s. Ezec. ho.* 15. *&* 13. *moral.* 8.
i *Ori. s. Cant. hom.* 2.
k *Gre. s. Can.* 1. 4.
l *Bern. s. Can. ser.* 41.
m *Ru. s. ca.* 7.
n *Gre.* 13. *mo.* 8.
o *Hier. epist. Beatit. Amb. s. Luc* 15.
p *Gre.* 33. *moral.* 19.
q *Ricar. de S. Vict. de.* 12. *Patr.* 87.
r *Ori. s. Mat. cap.* 14.
s *Glo. ord. s. Isa.* 30.
t *Euc. for. Spirit.* 7. *Ori. s. Ios. ho.* 11. *& s. Gen. hom.* 17. *Gre. s.* 1. *Re.* 4 *&* 11. *mo.* 17 *&* 12. *mo.* 22 *&* 34. *mo.* 1. *Aug. s. ps.* 128
u *Gr.* 1. *pa.* 11 *Rup.* 2. *s. Apo.*
x *Ru.* 5. *s. Reg.* 27.
y *Gr.* 34. *mo.* 7. *&* 2. *past.* 7 *&* *hom.* 17.
z *Hie. s. Io.* 2 8 *Gr.* 18. *m.* 30.
aa *Cle. Ale.* 3 *ped.* 9.
bb *Ori. s. Leu. hom.* 8.
cc *Phi. de pla Noe.*
dd *Ori. s. Leu. hom.* 8.
ee *Is. s. Le.* 13.
ff *Ori. s. Eze. ho.* 6. 7. *Hie. s. Eze.* 16
gg *Or. s. Can. hom.* 1. 2.
hh *Gr. s. C.* 1.
ii *Ber. s. Cant. ser.* 23. *Rup. s. can.* 1.
kk *Lyr. s. Nu.* 11.
ll *Glo. int. s. Esther.* 1.
mm *Gl. ord. s. Gen.* 30.
nn *Cyp. cont. Nou.* *Ori. s. Le. h.* 3. *Aug. s. Ioan. tract.* 6.

Digitized by Google

& fœcundum, habet gemitum pro cantu: est velox in volando: non pascitur rebus mortuis, vt coruus, sed seminibus. Ferunt hoc genus auis, quum ad aquas venerit, quia ibi solet accipitris insidias pati, venientem desuper inimicum, volantis vmbra in aquis inspecta, deprehendere, & oculorum perspicacia, fraudem periculi imminentis euadere.

Ecclesia.

Columba, secundum ea, quæ de ipsa descripsimus, significare potest *a* Ecclesiam. *Gen.* 15. *b. Ps.* 54. 67. *Matt.* 10. *b.* Vnde *Cant.* 2. *c.* 5. *a.* 6. *c.* Sponsa dicitur columba, quia habet dona Spiritus sancti, qui apparuit in columba, estque tota mansueta, & plena gratiæ spiritalis. Et columbæ, quas vendunt aliqui, sunt Ecclesiæ particulares. *Matt.* 21. *c.*

Christus. Spiritus sanctus. Spiritalis natura. Virgo Maria.

Columba portans ramum oliuæ. *Gen.* 8. *b.* significat *b* Christum, qui attulit pacem mundo, & ipse est pax nostra. Ideo in eius baptismo apparuit Spiritus sanctus, vt columba. Atque ita etiam columba portans ramum oliuæ, designare potest Spiritum sanctum, qui in doctrina spirituali pacem portauit. Est etiam columba, spiritalis natura in Christo. Et ira columbæ, *c* est ira Christi, qui mitis est. *Ps.* 54. 67. *Ier.* 25. *g.* 50. *c. Mat.* 3. *d. Marc.* 1. *b. Luc.* 3. *d. Io.* 1. *e.*

Apostoli.

Columba etiam significat *d* beatissimam Virginem, quæ ramum oliuæ, filium Dei ad nos tulit. *Genes.* 8. *b.* Ideo oculi eius dicuntur columbarum. *Cant.* 4. *a.* Ipsa enim est sine felle inuidiæ & odij. Nihil etiam viuum comedit, vt columba, quia non est ex illis, qui deuorant plebem Dei. Ipsa alit pullos alienos, nos qui eramus alieni, & secundum carnem, & secundum spiritum: ipsa colligit grana candidiora, conferens scripturarum testimonia in corde suo. Nidificauit in petris, in soliditate fidei permanens. Habuit gemitum pro cantu, quia ipsi gemere dulce fuit. Residet iuxta fluenta, habens in pectore suo flumina scripturarum: vnde aduentus spiritualis accipitris, nunquam illi fuit improuisus, nec eam consequi, imò nec illi appropinquare potuit.

Doctores. Fideles simplices.

Columbæ ad fenestras suas. *Isa.* 60. *b.* dici possunt *e* Apostoli & alij, qui concupiscenda quidem respiciunt, sed simplicitatem mundi cordis concupiscendo non perdunt, quia vident quæ appetant: sed illicitè appetere quod cernunt, vitant. Item qui ad exemplum per bona opera se nobis, quasi per foramina porrigunt, sed de ostensa vitæ munditia laudis appetitu nequaquam capiuntur.

Contemplatiui. Monachi in monasterio.

Columbæ cum pullis sunt *f* doctores Ecclesiæ cum discipulis. *Isa.* 60. *b.* iuxta Septuaginta.

Columbæ aliquando significant *g* fideles: & vt columbæ sunt sine felle, ita ipsi acceptæ iniuriæ sunt immemores: iidem sunt pulli columbarum. *Num.* 6. *b. Deut.* 14. *b. Ezech.* 7. *e. Cant.* 2. *c. Matth.* 21. *b.* Columbam autem offerre, *h* est alios ad simplicitatem, & pacem reducere. *Leu.* 1. *e.*

Gratia. Charitas. Doctrina Spiritus sancti. Dona Spiritus sancti. Sacra Scriptura.

Columbæ etiam sunt perspicaces, & in altum volantes, significare possunt *i* sublimius viuentes, contemplationique vacantes.

Gemitus cordis & oris. Perspicacia cognoscendi insidias. Cogitationes. Sapientia humana. Insensati.

Columba etiam significare potest *k* monachos in conuentu vitam agentes. Vnde columba egressa ab arca, non inuenit requiem in terra, in qua sancti sunt peregrini. *Gen.* 8. *b.* 15. *b. Psal.* 54. *Hos.* 11. *e. Nahum.* 2. *b. Soph.* 3. *a.* Hi sunt columba nidificans in summo ore foraminis. *Iere.* 48. *e.* Et columbæ conuallium trepidantes. *Ezech.* 7. *c.*

Columba præterea, significat *l* spiritualem gratiam, & charitatem, vt gregatim volant: & par columbarum geminam charitatem: & præterea dona Spiritus sancti, quæ vendunt aliqui: vnde columba annunciatrix est præsentiæ Spiritus sancti, quales esse oportet eos, qui circa contemplandas scripturas studium habent. *Leu.* 1. *d.* 5. *a.* 12. *c.* 15. *b. Isa.* 38. *c. Matth.* 10. *b.* 21. *c. Mar.* 2. *b. Luc.* 19. *g. Ioan.* 2. *c.* Columba etiam est *m* ipsa sacra Scriptura, quæ pennas habet deargentatas, hoc est, sacra eloquia extrinsecus lucida in litera, & pallorem auri sacrorum mysteriorum. *Psalm.* 67.

Gemitus cordis & oris.

Columbæ mundicia & simplicitas, ac cantus, designare potest *n* gemitum cordis, & oris: offertur autem in holocaustum propter *o* excellentiam volatus, & pro peccato propter gemitum. *Leu.* 1. *d.* 5. *a.* 12. *c. Psal.* 67. Et ipsi pœnitentes meditantur, vt columba, quum *p* gemitum habent pœnitentiæ. *Isa.* 38. *Cant.* 2. *c.*

Monachi in monasterio.

Quasi columba volat de terra Assyriorum. *Hos.* 11. *d.* qui sic *q* fugit hæreticos vt dicat: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? vt qui apud hæreticos laborauerant, requiescant in Ecclesia.

Perspicacia cognoscendi insidias.

Secundum autem quod columba perspicax est ad deprehendendum inimicum, oculi eius significabunt *r* perspicaciam cognoscendi insidias inimici. Et columbæ dici *s* possunt cogitationes sanctæ, aut generaliter cogitationes, vt columbas offerre, sit vagos cogitationum volatus reprimere. Designat etiam meditationem legis, & rectam intelligentiam scripturarum. *Leu.* 14. *e. Psal.* 54. *Cant.* 1. *d.* 4. *a.* 5. *d. Isa.* 38. *c.* 59. *c.*

Sapientia humana. Insensati.

Columba, quam obtulit Abraham. *Genes.* 15. *b.* significabat *t* aliquos simplices & spirituales futuros inter Iudæos.

Columba in altum se eleuans, gregatim viuens, ac inter homines conuersans, typus *u* est humanæ sapientiæ. *Gen.* 15. *b.*

Columba insipiens, in malum sumitur pro his, *x* qui nesciunt sibi perspicere ad salutem animæ. Vnde & sola columba, ablatis pullis, non dolet, nec eos requirit. *Hos.* 7. *d. Soph.* 3. *a.* Sicut hæ columbæ meditantur Iudæi & gemunt, quum tractant literam legis non intellectam. *Isa.* 59. *c.*

Columna, Intercolumnium.

Christus. Spiritus sanctus.

COLVMNA versus cœlum erecta, firmitudinem præstat ædificio, sic vt spacium relinquat ad habitandum sub ædificio, quod columnis sustentatur. Intercolumnium autem dicitur spacium, quod est inter columnas.

Columna ignis & nubis, quæ illuminabat nocte filios Israël, & die à feruore Solis protegebat, significare *y* potest Christum, & illuminationem Spiritus sancti: vel sic vt columna lucis sit Christus: nubis verò Spiritus sanctus. Præcessit autē hæc columna filios Israël per mare, vt Christus præcesserit nos in baptismo. *Exod.* 13. *d.* 14. *c.* 33. *b. Num.* 22. *b. Nee.* 9. *b. Psal.* 98. *Eccles.* 24. *b. Ierem.* 1. *d. Apoc.* 10. *a.* Columna etiam significat, *z* non posse effingi Dei imaginem: Illuminata autem columna, præter hoc quod significat, non posse effingi Dei imaginem, Dei quoque stabilitatem significat, ac firmitatem, & immutabilem eius lucem, quæ figurari non potest. Columnæ duæ in porticu templi, sunt *aa* viæ Domini, quæ sunt misericordia, & veritas: misericordia est columna dextra, veritas sinistra, quæ apparebunt in iudicio. 3. *Reg.* 7. *c. Cant.* 5. *d.*

Firmitas Dei Misericordia & veritas. Sacra Scriptura.

Columna etiam illa significare potest *bb* scientiam sacræ Scripturæ: & est tenebrosa Ægyptijs, quia mysteria non patent mundanis. Columna quidem nubis, significare potest vetus Testamentum. Colūna verò ignis, nouum.

Gratia & timor. Angeli. Cogitationes. Apostoli.

Potest etiam columna esse gratiæ & timoris *cc* indicium, & si obedieris, lucem, si non obedieris, ignem exhibebit. Vnde terribilis erat nocti igne: blandiens verò diei nube.

Columnæ cœli, dici possunt *dd* angeli, qui firmati sunt in gratia. *Iob.* 26. *c.*

Columnæ etiam cœli, sunt cogitationes animæ ipsam sustentantes.

Prædicatores. Spes & fortitudo. Ecclesia. Patientia rationalis. Euangelistæ. Doctores. Sensus corporis.

Columnæ quoque cœli, sunt *ee* Apostoli. Et ipsi sunt columnæ firmatæ à Deo, qui etiam sunt columnæ marmoreæ. *Psal.* 24. *Cant.* 5. *d. Gal.* 2. *b. Ezech.* 40. *g.* Et ipsi sunt pedes Christi tanquam columnæ ignis. *Apocal.* 10. *a.* Columnæ quoque terræ, quas Deus firmauit, sunt Apostoli. *Psal.* 74. *Apoc.* 3. *c.* Eosdem designat columnæ septem sapientiæ. *Prou.* 9. *a.* Et columnæ duæ in porticu templi. 3. *Reg.* 7. *e.* 2. *Par.* 3. *d.* sunt Apostoli. Sunt autem duæ, vt Gentes & circumcisionem in Ecclesiam introducant. Vel dextra sunt prædicatores, primitiuam Ecclesiam in Hierusalem instituentes: sinistra verò Gentibus destinati. Vel dextra sunt Prophetæ, sinistra verò prædicatores noui Testamenti. Columnæ quoque argenteæ ferculi Salomonis, significare possunt Apostolos & prædicatores iustitiæ rectitudine roboratos. *Cant.* 3. *d.* Eosdem designant columnæ tabernaculi. *Exo.* 27. *c.*

Columna, vt est in cœlum erecta, & firmitudinem præstat ædificio, significare potest *ff* spem, & fortitudinem. Qua ratione etiam *gg* Ecclesia dicitur columna. 1. *Tim.* 3. *b.* Columnæ etiam argenteæ, vel argento vestitæ, significare possunt *hh* patientiā rationalem. *Exo.* 27. *c.* 36. *d.* 38. *b. Cāt.* 3. *d. Apo.* 3. *c.* Vbi significant fortes & parietes.

Columnæ quatuor, velum templi sustinentes, designare possunt *ii* quatuor Euangelistas, quibus tota fidei machina innititur. Possunt etiam designare *kk* quaternionem veterum testamentorum, & nomen Tetragrammaton. *Exod.* 26. *f.* 27. *c.* 38. *b.* 36. *d.* 40. *f.*

Columnæ quinque sustentantes tentorium tabernaculi, designare possunt *ll* doctores quinque libris Mosis vtentes. Significant etiam quinque sensus corporis. *Exod.* 26. *g.* 36. Item ipsos quinque libros Mosis.

74. *Gr. f. Can.* 5. *& 33. mo.* 41. *Bo. f. Pro.* 9. *Gre. f. Can.* 3. *& f. Eze. h.* 15. *Gre. Nyss. de vita Mosis. Greg.* 17. *mo.* 15. ff gg *Ori. f. Leu. hom.* 4. 8 *f. Exod. ho.* 9. hh *Gr.* 18. *mo.* 15. ii *Ori. f. Exod. hom.* 9. kk *Cl. Ale.* 5. *str.* ll *Cl. Al.* 5. *str. Rup.* 4. *sup. Exod.*

a *Cyp. cont. Noua. Ori. f. Cant. hom.* 4. *& f. Matt. ho.* 15. *Am. de Isa* 4. *Hil. f. ps.* 67. *Bern. f. Cant. ser.* 61.

b *Am. ser.* 11. *&* 21. *Tert. de bap. Ori. f. Cant. hom.* 2. 3. *Basil. f. ps.* 28. *hom.* 1.

c *Hil. f. ps.* 54. *Euch. q. in ps.*

d *Be. f. Ge.* 8. *Rup. f. Can.* 4.

e *Gre. f.* 1. *Re.* 11. 14.

f *Hie. f. Is.* 60. *Isy. f. Leu.* 14. *Cl. Al.* 1. *pa.* 5

g *Hie. f. Eze.* 7. *Ori. f. Mat. hom.* 15.

h *Isyc. prolo. f. Leu. & c.* 5.

i *Bas. de abd. rerum.*

k *Hie. f. Soph.* 3. *Rup.* 1. *sup. Leu.* 7.

l *Orig. f. Luc. hom.* 38. *Am. de Abr.* 8. *Hil. & Hie. su. Matt.* 21. *Isy. f. Leu.* 1. 15. *Ast. su. Io. tr.* 10.

m *Greg.* 4. *regist. epi.* 51. *Ru.* 6. *sup. Ge.* 45.

n *Arn. f. psal.* 67.

o *Th.* 1. 2. *q.* 102. *art.* 3.

p *Amb. f. Lu.* 3. *Gre. f. Can.* 2. *Ber. f. Cant. ser.* 57.

q *Hi. f. Ho.* 11

r *Orig. f. Leui. ho.* 3. *& f. Ca. ho.* 2. *f. Roma.* 12.

s *Gre. f. Cant.* 5.

t *Au.* 16. *Ciu. Dei* 24. *Bed f. Ge.* 15.

u *Philo. quis rerū diu. hær.*

x *Hier. f. Isa.* 59. *& f. Ho.* 7. *Rup. f. Hos.* 7.

y *Ori. f. Exod. h.* 3. *& f. Nu. hom.* 27. *Amb. ser.* 18. *& de sacr.* 6.

z *Au. 12. cōt. Fa.* 29. *Cy.* 4. *f. Io.* 28. *Gre. hom.* 21. *Cl. Ale.* 1. *str.*

aa *Ru. f.* 3. *Re.* 19. *& f. Can.* 5.

bb *Bed. f. Ex.* 13.

cc *Cle. Al. de adho. ad Cēt.*

dd *Hie. f. Iob.* 26.

ee *Hie. f. Gal.* 2. *Au. f. Apo. ho.* 7. *& f. Psa.*

Digitized by Google

Columnæ tres introitu atrij, designant *a* tres virtutes Theologicas. *Exod.* 27. *c.* 38. *d.* Vel sunt prædicatores ipsis virtutibus fulgentes.

Columnæ atrij æneæ in longitudine viginti, & in latitudine decem cubitorum, designare possunt *b* prædicatores. Et columnæ vestitæ argento, prædicationem diuinorum. *Exod.* 27. *b.* 38. *c.* 3. *Reg.* 7. *a.* 4. *Reg.* 25. *b. Ier.* 52. *d. Ezech.* 42. *b.* Columnæ aureæ super bases argenteas *e* sunt prædicatores sapientia & eloquentia fulgentes. *Eccl.* 26. *d.*

Columnæ argenteæ ferculis Salomonis, quatuor humores corporis humani designare possunt, qui in Christo fuerunt purissimi. *Cant.* 3. *d.*

Columnæ terræ commotæ, designare possunt *d* principes sacerdotum, qui vehementer commoti sunt aduersus Christum tempore passionis. *Iob.* 9. *a.* Designant etiam *e* delectabiles cogitationes, sed noxias, quibus quis incubat. Et demum columnæ sunt omnia firmamenta nequitiæ. *Iudith.* 13. *a. Esther.* 1. *a.* Hoc designant columnæ, quibus innitebatur templum Dagon. *Iudi.* 16. *g.* Et columna fumi. *Iudi.* 20. *f.* Columnæ etiam templi Dagon, erant regnum & sacerdotium Iudæorum, quæ corruerunt in morte Christi.

Columnæ septem dici possunt septem dona Spiritus sancti *Prou.* 9. *a.* Vel quia septenarius dicit vniuersitatem designabunt *f* Ecclesiam in Christo fundatam, quæ 1. *Tim.* 3. *b.* dicitur columna, & firmamentum veritatis. Vel designant *g* fidem Trinitatis, cum quatuor virtutibus moralibus.

Columnæ aureæ super bases argenteas. *Eccles.* 26. *c.* dicitur de muliere constante, quæ & columna dicitur. *Eccle.* 36. *d.*

Columnæ quas posuit Simon Machabæus supra sepulchrum patris sui. 1. *Mach.* 13. *d.* firmitatem *h* fidei patris indicabant.

Inter columnia *i* quadrata erant, super quæ luteres, quos fecerat Salomon, ponebantur: habentia supernè locum cauum, in quo luter reciperetur. 3. *Reg.* 7. *c.*

Virtutes theologicæ. Prædicatores. Prædicatio diuinorum. Quatuor humores. Principes sacerdotum. Cogitationes noxiæ. Firmamentũ nequitiæ. Regnum & sacerdotium. Dona Spiritus sancti. Ecclesia. Fides Trinitatis. Constans mulier.

Coma, quare Capillus.
Comburere, vide Accendere.
Comedere, Edere, Esus, Manducare, Mandere, Vesci.

Comedunt animalia, quum accipiunt cibum, quo nutriantur. Habet autem cibus rationem calidi, & ficci: sicut potus frigidi & humidi: vnde cibus durior esse solet, & est conterendus ab animalibus priusquam in ventrem recipiatur, vt nutrire possit. Comedere autem interdum est apprehendere. *Ezech.* 3. *a.* Comede vuas quantum tibi placuerit. Corficere. *Psal.* 68. Zelus domus tuæ comedit me. Cosumere. *Deuter.* 23. *d.* Comede vuas quantum tibi placuerit. Corrodere. *Iob.* 13. *d.* Quasi vestimentum, quod comeditur à tinea. Euertere. *Psalm.* 78. Comedere. *Iob.* 13. *d.* Quasi vestimentum, quod comeditur à tinea. Euertere. *Psal.* 78. Comederunt Iacob. Frui. *Gen.* 2. *c.* Ex omni ligno paradisi comede. Gustare. *Gen.* 24. *d.* Non comedam donec loquar. Comburere. *Psal.* 77. Iuuenes eorum comedit ignis. Rapere. *Gen.* 31. *b.* Comedit pretium nostrum. Recipere. *Prou.* 1. *d.* Comedet fructus viæ suæ. Vorare. *Gen.* 49. *d.* Manè comedet prædam. Manducare etiam præter id, quod est comedere, est affligere. *Baruc.* 2. Vt manducaret homo carnes filij sui. Et communicare. *Psal.* 77. Panem angelorum manducauit homo.

Victa actiua

Comedere absolutè, pertinet ad exercentes vitam actiuam: bibere verò & inebriari, ad *k* vacantes vitæ contemplatiuæ. *Cant.* 5. *a.* Comedere tamen ipsius animæ, est *l* supernæ lucis contemplationibus pasci. *Iob.* 3. *d. Prou.* 6. *a.* 9. *a.* 13. *d. Isa.* 55. *d.* Comedere quoque refertur ad solidiora: vt ad robustos & sublimes sensus scripturæ. Bibere verò ad simpliciores. *Iob.* 1. *a.* Comedunt illi, *m* qui multo studio & longa meditatione, vix possunt ad veritatis delicias pertingere. Bibunt autem, qui ex diuinis reuelationibus, summa cum facilitate, & iucunditate hauriunt, quod de intima veritate ardenter concupiscunt.

Solido vti cibo.

Comedit sermones Dei, *n* qui eos libenter recipit, & opere complet. *Ier.* 15. *d.*

Implere præcepta.

Comedere etiam panem, *o* est sacræ scripturæ doctrinam accipere. *Gen.* 37. *e. Exod.* 2. *d.* 16. *g.* 18. *b.* 29. *f. Leu.* 16. *a. Deut.* 8. *b. Ruth.* 2. *e.* 2. *Reg.* 12. *a.* 3. *Reg.* 17. *d.* 4. *Reg.* 4. *b. g.* 7. *b. Tob.* 4. *c. Psal.* 21. 40. 101. *Pro.* 31. *d. Eccle.* 8. *b. Ierc.* 15. *f.* 41. *a. Ezech.* 1. *a. Amos.* 7. *c. Matt.* 14. *b.* 15. *d.* Non comedit panem ociosa anima, quæ hoc, quod de sacro eloquio intelligendo percepit, ante æterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. *Prou.* 31. *d.* Comedere & bibere de labore suo, *p* est vacare doctrinæ quam didicit, eáque frui. *Eccl.* 2. *d.* 3. *c.* Comedens panem vir Dei in domo alterius prophetæ designat sepè vnum Propheram per alium mysteria percipere. 3. *Reg.* 13. *d.* Comedere etiam fructus Carmelis, est pasci doctrina sacræ scripturæ. *Iere.* 2. *b.* Et comedere panes propositionis in loco sancto, est in corde Christum, & eius doctrinam suscipere. *Leu.* 24. *b.* Comedere eadem die sacrificium, est tractare doctrinã nouæ legis. *Leu.* 7. *b.* Non comeditur autem altera die: quia post hanc vitam non erit tractatio scripturarum. *Exod.* 29. *f.* Non comedere autem reliquias sacrificiorum, est reseruare non intellecta Deo. *Exod.* 29. *f.* Vesci quoque agno, est vacare studio scripturarum. Comedere autem totum agnum, est nihil permittere perire de mysterijs: quia rerum precioſarum nihil perire debet nostra incuria. Vnde comedere iubetur Ezechiel quodcunque inuenerit: quia tam minima, quàm summa sacræ scripturæ sunt recipienda, & nihil aspernandum. *Ezec.* 3. *a.*

Accipere doctrinam.

Comedit sponsus fauum cum melle, *q* quando resurrexit, & caro velut cera coniuncta est animæ, ceu melli, & facta est immortalis. *Can.* 5. *a.*

Resurrectio Christi.

Comedens Isaac cibos illatos à Iacob *r* designat Deum accipientem bona opera fidelium. *Gen.* 27. *e.*

Acceptans Deus opera cum fide.

Vescebatur etiam Isaac de venationibus Esau, designans Deum *s* acceptantem ad tempus carnales Iudæorum, obseruationes. *Gen.* 25. *d.*

Acceptans ob seruationes. Iudæorum.

Comedit princeps panem coram Domino. *Ezech.* 44. *a.* quum *t* Christus cognoscit mysteria, quæ nemo alius nouit. Et sacerdos comedens in loco sancto, designat Christum cognoscentem aliqua ab aliis ignorata. *Leu.* 8. *f.*

Cognoscens Christus mysteria.

Comedere cum Ioseph meridie, est splendorem sapientiæ à Christo accipere. *Gen.* 43. *b.* Et hoc modo non licet Ægyptiis comedere cum Hebræis. Sic comederunt cum Iob amici, & cognati eius. *Iob.* 42. *c. Luc.* 15. *e. Act.* 10. *b.* Comedit sponsus fauum cum melle. *Can.* 5. *a.* quando *u* desiderium sanctum in sanctis operibus latens, perficit, & ad Sanctorum conuiuium, sanctam animam sua delectatione impinguandam transigit. Comedit etiam Emmanuel butyrum & mel, *x* quum pascitur bonis operibus, & verbis nostris. *Isa.* 7. *c.* Hoc designauit Samson comedens fauum mellis in via. *Iud.* 14. *b.* Comedit etiam Christus fructum pomorum suorum, quum pascitur bonis operibus, quæ operatur in nobis. *Can.* 4. *a. Iud.* 14. *c.* Manducabat quoque Christus cum Publicanis, & peccatoribus. *Luc.* 5. *f.* 15. *a.* vt ipsis conuersis, eorum bonis operibus pasceretur. Manducare etiam dicitur Christus, *y* quum facit voluntatem Patris, & quum acceptat opera nostra iusta. *Matth.* 25. *c. Luc.* 14. *a. Ioan.* 4. *d.*

Accipere sapientiam à Christo. Perficiens. Christus desiderium Sanctorum. Pascitur Deus bonis operibus.

Comedit sacerdos hostiam pro peccato. *Luc.* 6. *c.* designans *z* Christum qui suscepit in se iniquitates nostras. Et non potest quisquam comedere de sacrificio sacerdotum: quia nemini licet quicquam minuere de verbis Christi & Euangelij. Vel quia Christus integrè se obtulit in redemptionem generis humani, quicquam alij reseruauit. Alij autem comedunt carnes hostiæ pro peccato: *aa* quia faciunt opera pœnitentiæ, licet solus Christus faciat remissionem. Vel *bb* quia peccata soli sacerdoti sunt communicanda: qui debet ea secretò seruare, ne ab alijs exprobrentur. *Ezech.* 44. *g.*

Suscipiens Christus peccata nostra.

Comedit etiam Christus butyrum. *Isa.* 7. *c.* quum *cc* assumpsit naturam humanam sine peccati corruptione.

Assumẽs naturam humanam Christus.

Manducare omnia, est *dd* omnes sensus spirituales percipere. *Rom.* 14. *a.* Comedens autem Ezechiel librum, est percipiens mysteria sacræ scripturæ, & præcepta. *Ezech.* 2. *d.* Idem Ioannes Euangelista. *Apoc.* 10. *d.* Comedere autem multum *ff* mellis, etiam mel, *ee* est pasci spirituali sensu scripturæ. *Prou.* 24. *b. Ezec.* 16. *b. Marc.* 1. *a.* Comedit autem multum *ff* mellis, qui nimium curiosè scrutatur diuina. *Prou.* 25. *d.* Comedere etiam similam, est *gg* pasci delicatis sacræ scripturæ sensibus. *Ezech.* 16. *b.* Idem comedere oleum. Comedere autem similam, mel & oleum, est confiteri Trinitatem. Comedunt Aaron & filij eius reliquam partem similæ, quum percipiunt eam Theologiæ cognitionem, quæ in hac vita haberi potest. *Leuit.* 6. *c.* Comederunt & biberunt, qui viderunt Dominam, quum fruntur mysteriis sacræ scripturæ: quod etiam ad saturitatem æternæ felicitatis referri potest. *Exod.* 24. *c. Ierem.* 22. *d. f. Ioel.* 2. *f.*

Percipere omnes sensus spirituales.

Luc. 1. *g.*

a *Gl. int. s. Exod.* 27.
b c *Glo. ord. s. Exod.* 27. *& s. Eccl.* 26.
d *His. s. Io.* 9.
e *Gr.* 9. *mo.* 3. *Ru. s. Iud.* 25.
f *Gr.* 16. *mo.* 14.
g *Ber. se. parua* 9.
h *Gl. ord. s.* 1. *Mach.* 13.
i *Glo. ord. s.* 3. *Reg.* 17.
k l *Gr. s. Can.* 5. *& 1. m.* 21. *& 5. mor.* 4.
m *Rica. de S. Vict.* 4. *de ar. myst.* 16.
n *His. s. Ie.* 15.
o *Or. s. Exo. h.* 17. *& s. Leu. hom.* 16. *Arn. s. ps.* 40. *Gr. s.* 1. *Re.* 9. *& 35. m.* 25. *& s. Ez. h.* 10.
p *Hier. s. Eccl.* 2. 3. *& s. Ie.* 2. *Amb. de parad.* 15. *Geor. Venet. Can.* 2. *tom. cap.* 13. 19.
q *Ru. s. Ca.* 5.
r *Glo. ord. s. Gen.* 27.
s *Glo. int. s. Gen.* 25.
t *Ori. s. Ezec. hom.* 14. *Hier. s. Ezec.* 44.
u *Gr. s. Can.* 5
x *Ori. s. Is. hom.* 2.
y *Or. s. Mast. hom.* 34. *Am.* 1. *off.* 31.
z *Ori. s. Leu. hom.* 4.
aa *Phil. de victimis.*
bb *Isy. s. Leu.* 6.
cc *Ber. ser.* 2. *de aduent.*
dd *Ori. s. Ro.* 14. *& s. Is. h.* 2. *& s. Ezec. hom.* 6.
ee *Hie. s. Eze.* 1. 16.
ff *Bas. prol. in prin. Prou. Gr.* 14. *m.* 14. *Bed. Pro.* 25.
gg *Ber. se. pa.* 47. *Isyc. s. Leu.* 6.

Digitized by Google

*Luc.*5.*g.*22.*c.*Comedunt ſacerdotes in gazophilaciis,quum tractant literam & ſpiritum legis.*Exech.* 42.*c.*Comedit quoque de manna,quod quis poteſt, quum ſecundùm facultatem intellectus percipit myſteria. *Exod.* 16. *g.* Dicuntur autem comedentes manna,comediſſe eſcam ſpiritualem.1.*Cor.*10.*a.*quia figurabat *a* eſcam ſpiritualem *Iſa.*21.*b.*24.*d.*55.*a.Ioan.*6.*e.* Comedere etiam medullam terræ, eſt apprehendere ſenſum ſpiritualis intelligentiæ. *Gen.*45.*e.*Comedere animalia, quæ ruminant & diuidunt vngulas. *Leu.*11.*a.*eſt tractare legem diuidendo literam à ſpiritu. Comedere etiam carnem,*b* eſt vti ſolido cibo. *Dan.* 10. *a.* Comedere panem ſapientiæ eſt percipere *c* diuina eloquia *Prou.*9.*b.*23.*a.*31.*d.*

Frui fœlicitate.

Comedere buccellam panis,eſt *d* paſci Chriſto in æternitate,fruiq́ue beatitudine.1.*Reg.*2. *g. Iob.*31.*b. Pſal.*77. *Iſa.*61.*b.* Comedere etiam abſolutè, eſt frui cœleſti gloria. *Iſa.* 65. *c.* Idem deſignare poteſt comedere pinguia. *Nee.*8.*c.*9.*e.Zach.*11.*d.* Comedunt autem beati fructus vinearum, quas plantarunt : quia fruuntur æterna gloria ſecundùm merita,quæ operati ſunt. Comedunt quoque labores manuum ſuarum , *e* qui per opera laborioſa acquirunt fœlicitatem:& qui gaudent in laboribus huius vitæ,ob ſpem fructus vitæ æternæ.*Pſalm.*127.Et comedere bona terræ,eſt frui cœleſti gloria. *Iſa.*1.*e.* Ad hæc referri poteſt comedere fructus ficus ſeruatæ. *Prouerb.*27. *c.* Erant tamen & ficus,qui comedi non poterant. *Ierem.*24.*b.*29.*d.*

Nutriri Eccleſiam fide & ſpe.

Sumere Euchariſtiam.

Comedit carnem Chriſti,& bibit ſanguinem eius. *Ioa.*6.*f.* quum *f* Eccleſia tanquam homo ex multis conſtans membris irrigatur & augetur,& ex vtriſque conflatur,& coaleſcit,corpore quidem fide , anima verò ſpe , quemadmodum Dominus quoque ex carne , & ſanguine.Reueta enim ſanguis fidei,eſt ſpes,in qua continetur , vt fides ab anima:quum autem fides expirauerit:perinde ac ſi ſanguis effluxerit,vitalis fidei facultas diſſoluitur. Comedere etiam agnum,deſignat communionem ſacri corporis Chriſti in Euchariſtia.*Exod.*12.*a.*29.*f.*Non erat comedendus crudus,ne Chriſtum fateremur purum hominem. Erat comedendus feſtinanter , vt celeriter tranſeamus ad Dominum,& ad cœleſtem patriam properemus. Comedendus eſt in vna domo , hoc eſt intra vnam ſanctam Eccleſiam.Non comedit ex eo alienigena,hoc eſt,infidelis. Comedit autem caput cum pedibus agni , qui perfectè conuertitur in Chriſtum.De eius ſacramenti eſu dicitur.*Pſa.*21.Edent pauperes,& ſaturabuntur.Ad hæc etiam referri poſſunt.*Leu.*8.*f.*3.*Reg.*19.*a.Cant.*5.*a.Iſa.*21.*b.*22.*c.*30.*e.*55.*a.*1.*Cor.*11.*d.*Quod dicitur.*Eccleſiaſt.*2.*d.* Non eſt bonum homini,niſi quod manducabit, & bibet:quid credibilius dicere intelligitur, quàm quod ad participationem menſæ huius pertinet, quàm & ſacerdos ipſe mediator teſtamenti exhibet ſecundum ordinem Melchiſedech,de corpore,& ſanguine ſuo?Veſci quoque carnibus arietis conſecrationis , eſt ſumere corpus Chriſti. *Exod.*29.*e.* Et veſci hoſtia pro peccato & pro delicto. *Leu.*6. *d.* 7.*b.*Comedit autem ſanctificata per ignorantiam. *Leu.*22.*b.*qui *g* corpus & ſanguinem Chriſti percipit , & virtutem eius & dignitatem ignorat , qui neſcit , quia corpus hoc,& ſanguis eſt ſecundùm veritatem:ſed myſteria quidem percipit, neſcit autem myſteriorum virtutem.Comedentes autem bibentes ſuper tumulum *h* ſunt ſumentes Euchariſtiam in Eccleſia. *Gen.* 31.*f.* Et comedere cum principe. *Prou.* 23. *a.* eſt corpus & ſanguinem Chriſti ſumere:vel *i* beneficia Dei accipere.Comedunt carnes cum panibus ſacerdotes , qui *k* credunt in myſterio Chriſti carnem eſſe panem viuum , qui de cœlo deſcendit.*Leu.*8.*f.*Comedunt panem ſapientiæ:qui ſumunt *l* Euchariſtiam. *Prouerb.*9.*b.* Non comedit panem ociosa,quæ ſacrificium dominici corporis percipiens,ſtudet imitari actu,quod in myſterio celebrat.*Prou.*31.*d.* Porrò cùm dicitur *Ioan.*6.aut alibi , comedere panem aut carnem Chriſti,& non additur, indignè : ſemper intelligendum eſt *m* dignè.

Audiens & faciens verbum Dei.

Manducat ille panem Domini,qui de cœlo deſcendit,qui eſt *n* vir prudens, & audiens verba Dei,& faciens ea. *Ioan.*6.*f.*Et manducant turbæ panes benedictos à Chriſto *o* non in ciuitatibus ſed quando , illis relictis , eum ſequuntur.*Matt.*14.*c.*15.*d.*Ad hæc referri poſſunt,quæ dicuntur. 1. *Reg.* 2. *g. Pſal.* 40.*Eccl.*20.*c.*24.*c.*45.*d.Hoſ.*11.*b. Luc.* 13. *e.*

Iudas.

Comedens panes cum Chriſto erat Iudas,qui allidebat menſæ Chriſti:& *p* cui dedit Chriſtus buccellam. *Pſal.* 40.Et homo exterior comedit panes hominis interioris, quum ad dolorem interioris , exterior vbertim lachrymas fundit.

Benè operari.

Comedere interdum,eſt bene operari.Sic dicebat Chriſtus. *Ioan.* 4. *d.* Meus cibus eſt , vt faciam voluntatem patris mei.Et comedere labores manuum ſuarum,ſeu fructum, *q* eſt bonis operibus inſiſtere. *Pſ.* 127. Comedere autem de terra in laboribus,eſt difficulter benè operari. *Gen.*3.*d.* Comedit autem, quæ alius ſeuit , qui ex prædicatione alterius benè operatur.*Iob* 31.*a.*Comedere eadem die ſacrificium,eſt *r* in hac vita bene operari,nec expectare in craſtinum.*Exod.*29.*f.Leu.*7.*b.*Comedere autem partem ſimilæ in loco ſancto,eſt intelligere & operari. *Leu.*6.*c.*Et comedere *ſ* bona terræ,eſt exercere bona opera per corpus,eiſque gaudere.*Iſa.*1.*e.* Demum comedere *t* vniuerſum,eſt voluntatem Dei facere.

Frui virtutibus.

Fruens gentilis myſteriis Iudæorum.

Comedere de omni ligno paradiſi.*Gen.*2.*c.*eſt ſpiritualibus *u* delitiis virtutum frui:vt charitate,pace,iuſtitia, &c.Et veſci azymis,eſt vitam puram & virtutibus exornatam exercere.*Exod.*34.*a*

Comedit famelicus meſſem ſtulti.*Iob.*5.*a.*quia gẽtilis populus verba legis *x* intelligendo edit,in quibus plebs Iudaica ſine intellectu laborauit. Et comedit alienus diuitias viri abundantis , quum fideles in Eccleſia fruuntur myſteriis Iudæorum.*Eccl.*6.*a.*Sic *y* comedunt aduenæ deſerta in vbertatem verſa. *Iſa.*5. *d.* quum gentiles fruuntur ſenſibus myſticis,quos deſeruerunt Iudæi.Et cùm is,qui eſurit panem iuſtitiæ,operatur mandata,quæ odit:& prædicator fructum non habet,qui ſeminando laborauit. Edunt catelli de micis cadentibus de menſa dominorum ſuorum.*Matt.*15.*c.*quum Gentiles ſuſcipiunt fidem,& myſteria Chriſti,à diſcipulis ipſius, quæ Iudæi contempſerunt.

Prædicantes. Apoſtoli in Iudæa.

Comedentes & bibentes filij Iob in domo fratris primogeniti. *Iob* 1. *c.* erant Apoſtoli prædicantes ſolùm in populo Iudæorum,in primitiua Eccleſia. Vel deſignant virtutes , quæ *z* in noſtræ fidei habitaculo ſacri eloquij cibo ſatiantur. Tunc enim virtutes noſtræ veras vitæ epulas ſumunt,quum nutriri fidei ſacramentis incipiunt. Comedentes *aa* autem fratres & ſorores Iob panem cum ipſo , poſt tribulationem.*Iob* 42.*d.* deſignant fideles in Eccleſia,aut fœlicitate cum Chriſto gaudentes.Vel deſignant Iudæos in extremo tempore , iam Chriſtum non quaſi purum hominem contemnentes:ſed ipſum Deum & hominem confitentes , & myſticis ſcripturæ ſenſibus fruentes. Comedentes etiam ſorores filiorum Iob cum fratribus ſuis , deſignant virtutes theologicas , quæ eiuſdem cibis paſci videntur,quibus dona Spiritus ſancti.

Gaudentes prædicatores de conuerſione peccatorũ.

Comedentes iuuenes Abrahæ de præda , deſignare poſſunt prædicatores gaudentes de conuerſione peccatorum.*Gen.*14.*d.*Idem eſt comedere de ſpoliis hoſtium.*Deut.*20.*c.Iſa.*61.*c.Ezec.* 25. *a. Num.* 2. *d.* Comedunt etiam aues *bb* carnes regum,cùm Eccleſia & prædicatores gaudent de conuerſione Principum.*Apoc.* 9.

Sacerdotes veſcentes ſacrificiis.

Comedens Beniamin prædam mane.*Gen.*49.*d.*deſignat ſacerdotes *cc* veteris legis comedentes antiqua ſacrificia. Vel deſignat Paulum ante conuerſionem perſequentem Eccleſiam. Dicitur etiam , quia populus Iudaicus legem,quam accepit,edit adhuc,& meditatur:& ſequens legem iuſtitiæ,ad legem fidei non peruenit.

Paulus perſequens Eccleſiam.

Comedit prædam inimicorum, qui per opera,quibus *dd* occultos hoſtes deuicit,quaſi ſua virtute hæc fecerit, ſe inaniter & vehementer extollit.1.*Reg.*14.

Inanis gloria.

Difficulter intelligere veritatem.

Comedere de terra *ee* in laboribus,eſt difficulter intelligere veritatẽ.Idem veſci pane ſuo in dolore vultus ſui. *Gen.*3.*d.*39.*b.* Comedere autem *ff* panem in ſolicitudine. *Eze.*12.*c.* eſt parum & difficulter percipere ſermonis & doctrinæ veritatem.

Conuertens verbum Dei hæreticos.

Comedit gladius ipſum Ephraim.*Hoſ.* 1. *b.* quum verbum *gg* Dei conuertit aliquos ex hæreticis. Et comedit capita eorum,quum conuertit,aut confundit eorum principes. *Nah.*2.*d.*

Fides incarnationis.

Comedere neruum femoris.*Gene.*32.*g.*eſt credere incarnationem *hh* Chriſti.Hunc Iudæi non comedunt,quia Chriſti incarnationem non credunt.

Frui orationibus Sanctorum.

Comedunt pauperes populi fructus terræ quieſcentis. *Exod.*23.*b.* quum ſimplices fruuntur orationibus Sanctorum. Edunt etiam & ſaturantur , quum ita audiunt verbum Dei , vt in eius amorem incaleſcant. *Pſal.*21.Et comedunt poſt benedictam hoſtiam, qui *ii* paſcuntur deuotione , quam ex benedictione verbum acquirunt. 1. *Reg.*9.*b.Iob.*31.*b.*37.*f.*

Pœnitentia in Eccleſia.

Comedere in loco ſancto. *Leu.* 8. *f.* 10. *b.* deſignare poteſt pœnitentiam intra *kk* Eccleſiam eſſe faciendam.

a *Hie.ſ.Iſ.*23. 55. *Iſyc.ſ.Leu.*11.
b *Hie. ſ.Dan.* 10.
c *Bed. ſ. Pro.* 9.23.31.
d *Hier. ſ. Iſa.* 65.
e *Au.ſu.Pſal.* 127.*Hier.Pſ.* 127. *Tert. de Reſurrect.*
f *Cle.Alex.*1. *ped.*6. *Orig.ſ.Eccleſ.* 6.*Aug. epiſt.* 120.*Greg.ſu.* 1.*Reg.*2. *Phil. de ſacri. Abel. & Cant. Georg. Vene. Can.*2. *to.*3.*cap.* 19. *Aug.*17. *ciu. Dei* 20.
g *Iſyc.ſ. Leu.* 22.
h *Bed.ſ.Gen.* 31.
i *Am.* 1. *offi.* 31.
k *Iſyc.ſ. Leu.* 8.
l *Bed.ſ.Prou.* 9.31.
m *Rup.* 6.*ſu. Ioan.*
n *Ori.ſ. Pſal.* 36.*hom.*1.
o *Baſil. reg. breui.* 66.
p *Gloſſ. int.ſ. Pſal.*40.
q *Hil.ſu.Iſa.* 127.*Gre.*22. *mor.* 7. *Orig. ſ.Matt. hom.* 2.
r *Iſyc.ſ. Leu.* 7.
ſ *Ter. de Reſurrect.*
t *Bed.ſ. Gen.* 2.
u *Gre.*6.*mor.* 1.*&ſ.Ezech. hom.*3.
x *Hier.ſ.Iſa.* 5.
y *Gre.*1.*mor.* 33.*&* 2.*mo.* 24. 33. *&* 35.*mor.*9.
z *Hie.ſu. Iob.* 42.
aa *Rup.*11.*ſ. Apoc.*
bb *Ori.ſ.Eze. hom.*4. *Bed. ſ. Gene.* 49.
cc *Grego.ſ.*1. *Reg.*14.
dd *Phil.*2.*alle. Amb. proſ. ſ.Luc. Auguſt.*2. *de Geneſ. contra Manich.*20.
ee *Hie.ſ.Eze.* 12.
ff *Hi.ſ.H.*11.
gg *Amb.*2.*de Iacob* 31.
hh *Greg.ſ.*1. *Ro.*9.
ii *Hier. epiſc. Beatus Pamphilus.*

Digitized by Google

Manducare quoque panem doloris, est pœnitentiam agere. *Psalm.* 126. Gementes *a* autem in hac vita manducant panem doloris. Et manducare cinerem tanquam panem, est pœnitentiam agere. *Psalm.* 101. Comedere etiam terram in laboribus, aut tristitia, est pœnitentiam agendo viuere. *Gen.* 3. *d.*

Comedens sacerdos in loco sancto. *Leu.* 8. *f.* 10. *b.* quum *b* auditorum conscientias verbo Dei purgat. Ad idem referri possunt comedere ante fores tabernaculi: & comedere iuxta altare. *Leu.* 8. *f.* 10. *c. Deut.* 12. *a.* 14. *c.* 1. *Par.* 29. *d.* 1. *Esdr.* 2. *d. Hab.* 1. *c. Matt.* 12. *a. Marc.* 2. *d.*

Comedens leo paleas quasi bos, designat principes, qui pascuntur simplici litera sacræ scripturæ, vt alij minores. *Isai.* 10. *b.* Comedere etiam paleas cum *c* hordeo, est pasci litera legis: per quam transire debent ad fructum spiritus. *Isa.* 30. *c.* 65. *a.* Comedunt quoque Iudæi butyrum. *Isa.* 8. *d.* quia infantilibus sensibus scripturæ pascuntur. Comedere etiam insulsum, est intelligere legem carnaliter, & solum secundùm literam, vt intelligunt Iudæi. *Iob* 6. *a.* Comedunt vt *d* cameli. *Leu.* 11. *a.* qui vt Scribæ & Pharisæi, in legalis literæ meditatione gloriantur: & in cultu sabbati, & ceremonialibus, & tamen non discernunt spiritum à litera: vnde & camelum dicuntur glutire. *Mat* 23. *c.* Comedere etiam fermentatum, est miscere veteris legis obseruantiam cum noua, aut vitia cum virtutibus. *Exod.* 12. *c.* 13. *a.*

Comedere die tertia de carnibus *e* hostiæ pacificorum, est illicitum. *Leu.* 7. 19. *b.* quia pro mundatione animæ & corporis, gratiæ sunt agendæ: & non est aliud, pro quo offeratur. Vel comedere die tertia, est differre operari in futuram vitam, quando iam non licebit.

Comeditur zelo domus Dei, qui omnia, quæ fortè ibi videt peruersa, satagit emẽdare, cupit corrigere, non quiescit. Si emundare *f* non potest, tolerat, gemit, nõ excutitur de area granũ, sustinet paleam, vt intret in horreum, quando palea fuerit separata. *Psal.* 68. *Ioan.* 2. *c.*

Edere armum & pectusculum hostiæ. *Leu.* 10. *c.* est quum quod exterius de forti actione præcipitur, per *g* propositum in mente reconditur. 1. *Reg.* 9. *d.*

Comedere vetustissima *h* veterum. *Leuit.* 26. *b.* est tractare legem naturæ, quæ fuit ante legem scriptam: & recipere promissiones factas Patriarchis, qui fuerunt in lege naturæ. Ad idem referri potest comedere fruges veteres. *Leu.* 21. *e.*

Comedens Anna post orationem. 1. *Reg.* 1. designat Ecclesiam *i* accipientem consolationem à Christo, vel est rediens ad contemplationem prius perturbatam & impeditam. Vel est Ecclesia recipiens aliquos ex Iudæis ad fidem, qui difficulter conuertebantur, vt Paulus: Postea verò iterum comedit in gentibus conuersis. Cùm autem dictum est Petro. *Actor.* 10. *b.* Macta, & manduca: designatur, quòd Ecclesia non manducat, nisi mactatos. Mactatur autem, qui renunciat seculo: manducatur verò, qui credit.

Comedit Saul cum Samuele. 1. *Reg.* 9. *d.* quia *k* prædicator, pascitur ipse, & pascuntur audientes. Mali autem prædicatores pascunt alios remanentes ipsi ieiuni. Manducantes etiam discipuli Christi, sunt gaudentes *l* de profectu auditorum. *Matt.* 12. *a. Luc.* 6. *a.*

Comedunt panem suum *m* septem mulieres. *Is.* 4. *a.* designantes dona Spiritus sancti quæ ipso Deo pascuntur.

Comedere fructus quinto anno. *Leu.* 19. *e.* est vti rebus *n* per quinque sensus acceptis ad intelligendum, post actas gratias Deo. Vel est proficere doctrinam legis tempore prædicationis Apostolorum, quum iam spiritualiter suscipitur, simul cum profectu operum. 4. *Reg.* 14. *f. Thr.* 2. *g.* Et comedere fructus Carmeli, & fructus hortorum, est frui sapientia & virtutibus. *Ier.* 2. *b.* 29. *d.*

Comedunt fortitudinem gentium, qui gaudent *o* de triumphis Martyrum, qui ex gentibus ad fidem venerunt. *Isa* 61. *c.*

Comedere homines, dici potest de Ecclesia. *Eze.* 36. *c.* quæ quasi *p* comedebat homines, quum multi fierẽt martyres tempore persequutionum.

Comedunt principes in *q* tempore suo. *Eccl.* 10. *d.* quum Apostoli, non in hoc seculo quærunt voluptatem: sed tempori futuræ resurrectionis reseruant.

Comedere nolens seruus Abrahæ, donec suam perageret *r* legationem. *Gen.* 24. *d.* designat prædicatorem nolentem metere carnalia, nisi prius seminauerit spiritualia.

Comedit ignis vineam, quum vindicta Dei venit super Iudæam: vel super *s* animam. *Ezech.* 19. *d.* Sic comedit speciosa deserti. *Ioel* 1. *d. Nah.* 3. *e. Zach.* 11. *a.* Et comedit ignis regem Tyri, quum diabolus in ignem inferni mittitur. *Ezech.* 28. *e.* Comedunt etiam stercora sua, qui accipiunt pœnam peccati. Ita dicuntur comedere fructum adinuentionum suarum. *Isa.* 2. *b.* 3. *b. Eze.* 2. *c.* 4. *c.* Comedere autem stercora sua, reputat diabolus eos, qui nolunt sibi assentiri: vt Rabsaces reputabat. *Isa.* 36. *c.* Comedunt quoque mulieres fructum suum. *Thr.* 2. *g.* quando animæ peccatrices, iusto iudice retribuente, operum suorum condignam mercedem recipiunt. *Prouerb.* 1. *d.* Et comedunt blasphemantes linguam *t* suam. *Apocal.* 16. *c.* quia sibi ipsis nocent in vindictam peccati. Comedit eruca hortos hæreticorum, &c. quum veniunt ad *u* vltimum supplicium. *Amos* 4. *c.* Sic comedit cynomia Ægyptios. *Psal.* 77.

Comedere de ligno *x* scientiæ boni & mali. *Gen.* 3. *c.* 3. *b.* est mediocritatem, qua subest homo Deo, & præest creaturæ, transgredi: vel gustare de libero arbitrio, relicta gratia: & frui seipso ac propria ratione. Vel est consentire malitiæ.

Comedere herbas terræ, est sequi affectiones partis *y* sensitiuæ: vel viuere brutorum more. *Gen.* 3. *d. Dan.* 4. *e.* Sic manducauerunt *z* Pharisæi terrena. *Psal.* 21. 105. Comedere autem olus, est recipere simpliciores sensus sacræ scripturæ: aut temporalibus vacare. *Rom.* 14. *a.*

Comedit fructus terræ absque pecunia, qui Ecclesiastica *aa* commodata ad vsum corporis percipit: sed exhortationis mysterium populo non impendit. *Iob.* 31. *d.*

Comedere fœnum, est carnalem & temporalem gloriam ambire, illaque delectari. *Psal.* 105. Et comedit fœnum, *bb* quasi bos. *Dan.* 4. *f.* qui omne gaudium in temporali gloria, & carnalibus oblectamentis ponit, & spirituales delicias omnino nec per studium, nec per desiderium requirit. Comedit etiam multum mellis, qui laudibus delectatur mundanis. *Prou.* 24. *b.* Comedere etiam ante vesperam, est quærere gloriam de operibus ante diẽ Iudicij: vel ante *cc* mortem. 1. *Reg.* 14. *d.* Comedere dicuntur in montibus. *Eze.* 18. *a.* qui superbiunt, & cogitationibus superbis pascũtur. Et dicunt *dd* cum Pharisæo. *Luc.* 18. *b.* Gratias ago tibi Deus, quòd non sum sicut cæteri homines. Et comedere carnes bouis, est imitari opera mortua viri superbi. *Exod.* 21. *c.*

Mandunt herbas terræ, & cortices arborum. *Iob.* 31. *a.* qui *ee* ea scire appetunt, ex quibus docti nequaquam sint, sed esse videantur: dum in sacris voluminibus vim charitatis erga Deum, & proximum non exquirunt. Vel herbas mandere, est de scriptura sacra minima præcepta seruare, maiora contemnere. Et mandere cortices arborum, est in sacris voluminibus solùm literæ superficiem venerari. Mandunt quoque herbas, & arborũ cortices, qui vel studia benè inchoantium, vel operationes quorundam iam morte arborum ad superiora repentium, pestiferis persuasionibus, quasi quibusdam malitiæ suæ dentibus dissipant. Herbas mandunt reprobi, quum peruersis consiliis à vita rectè crescentium tegmen bonorum operum subtrahunt: vel certè herbas mandere, est leuia quædam de antiquis patribus imitari. Arborum verò cortices edere, est eorum opera superficie tenus agere: sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenere. Sic comedit immundus de carnibus hostiæ pacificorum. *Leu.* 7. *c.* quum *ff* hypocrita fraudulenter exercet opera virtutum.

Manducat cinerem tamquam panem. *Ps.* 101. qui *gg* se nimium amat, bonamque de se ipso opinionem & persuasionem habet. Potest etiam dici de Christo *hh* qui traiiciebat Iudæos tanquam cinerem in corpus suum.

Comedens Ezechiel panem subcinericium, mixtum frumento, hordeo, & cæteris leguminibus, & stercore pollutum. *Eze.* *c.* 4. designat *ii* Iudæos habentes cognitionẽ vnius Dei, sed miscentes errores, & tenentes legem, quam non intelligunt, admiscentes ei stercora traditionum humanarum.

Comedunt Iudæi carnes filiorum suorum. *Leu.* 26. *e.* quum *kk* discipulos suos, quos quasi in filios sibi assumunt, ad eandem doctrinam, seu errorem, verbis callidis, animamque subuertentibus inducunt. Idem mandunt herbas, quia pascuntur inanibus & puerilibus sensibus legis. *Iob.* 39. *a.* Vnde dicuntur comedere, & non satiari. *Aggi.* 1. *b.*

Purgare conscientias auditorum. Pasci litera sacra scriptura.

Differre opera ad futuram vitam. Cupiens emẽdare mala membrorum Ecclesia. Recondere opera. Tractare legem naturæ. Consolatur anima à Christo.

Prædicator operans. Dona Spiritus sancti. Rectè vti sensibus. Proficiens doctrina legis. Frui virtutibus. Gaudium de martyribus. Multiplicatio martyrum. Frui futura gloria. Seminare spiritualia. Vindicta Dei.

Transgredi mediocritatẽ. Gustare de libero arbitrio. Sequi affectus sensitiuos. Percipere fructus sine ministerio. Ambire gloriam temporalem.

Doctrina appetentia.

Amor sui.

Cognitio Iudæorum de Deo cum erroribus. Docentes Iudæi errores.

a *Aug. s. Psal.* 126. 101. *Amb. de par.* 15.
b *Orig. s. Leu. hom.* 5. 13. *& s. Ezech. hom.* 14. *Amb. epist.* 3. *Isyc. s. Leu.* 6. 8.
c *Hie. s. Isa.* 7. 30. 65. *Greg.* 7. *mor.* 4.
d *Isyc. s. Leui.* 10.
e *Phil. de Vic. Isyc. s. Leu.* 19.
f *Augu. s. Io. tract.* 10.
g *Gre. s.* 1. *Re.* 9.
h *Ori. s. Leuit. hom.* 16. *Isy. s. Leu.* 20.
i *Greg. s.* 1. *Re.* 1. *Aug. s. Psal.* 123.
k *Gr. s.* 1. *Re.* 9.
l *Hil. s. Matt. Can.* 11. *Amb. s. Lu.* 6.
m *Orig. s. Isa. hom.* 6.
n *Philip. de plan. Noe. Isyc. s. Leu.* 19. *Hie. s. Ier.* 29.
o *Hier. s. Isa.* 61.
p *Hier. s. Eze.* 36.
q *Hiero. s. Eccleſiaſten* 10.
r *Gloss. ord. s. Gen.* 24.
s *Hier. s. Ezec.* 28. *& s. Is.* 3.
t *Aug. s. Apo. hom.* 12.
u *Hieron. sup. Amos* 4.
x *Phil.* 2. *alle. Aug. de Gen. cont. Man.* 9.
y *Bed. s. Gene.* 3.
z *Phil.* 2. *alle. Arn. s. Ps.* 21.
aa *Gr.* 22. *mo.* 23. *& ho.* 17.
bb *Rica. de S. Vict. de somn. Na.* 40. *& de secu. conse.* 41.
cc *Gr. s.* 1. *Re.* 14.
dd *Isyc. s. Leu.* 19.
ee *Grego.* 20. *mor.* 9. 23.
ff *Isych. s. Leui.* 7.
gg *Cle. Alex.* 5. *strom.*
hh *Gr. s. Eze.* 4.
ii *Hie. s. Ezec.* 4.
kk *Isyc. s. Leui.* 26. *Rup. s. Amos.* 8. *& s. Agge.* 1.

Digitized by Google

Comedunt patres filios, & filij parentes. *Eze.* 5. *c.* quando *a* in Ecclesiam magistri sunt contra discipulos,& discipuli contra magistros. Et impletur quod per Apostolum dicitur. *Galat.* 5. *c.* Si autem inuicem mordetis,& accusatis, videte ne ab inuicem consummamini. Idem est comedere carnes filiorum suorum: & carnes amicis sui. *Deut.* 28.*f.Iere.* 19.*c. Baruch.* 2.*a.* Et comedere hominem. *Ezech.* 5.*c.* 36.*e.* Et comedere carnes suas. *Ecclesiaste.* 4.*b.* Commanducant linguas suas hæretici, *b* quando sibi inuicem aduersantur, & contraria sentiunt. *Apoc.* 16.*b.*

Detrahere.

Comedit vuam acerbam is, *c* qui peccat,& qui peruersè intelligit scripturas. *Ierem.* 31.*e. Ezech.* 18.*a.*

Peccare.

Comedere adipem,est *d* sectari carnalia: & sinistrè interpretari scripturas: eaque transferre à Deo ad mores seculares *Leu.* 13.*d.* 17.*e. Deut.* 32.*e.* Comedit etiam adipem afferendum Deo, qui suadet, aut cogit eum qui semetipsum obtulit Deo,non ad supernorum oculum,desiderium habere, sed ad placendum sibi. Item qui adulatur diuitibus vtilitatis gratia. Comedere etiam carnes suillas,est *e* voluptatibus carnis vacare. *Isa.* 65.*a.* 66.*e.* Idem comedere carnes,& bibere vinum:& etiam comedere & bibere absolutè. *Isa.* 21.*b.* 22.*d. Iere.* 16.*a. Zach.* 7.*b. Matt.* 24.*d. Luc.* 12.*f.* 17.*f.* Idem comedere agnum de grege. 1. *Reg.* 20.*d. Amos.* 6.*a. Agge.* 1.*b.* 2. *Mach.* 6.*d.* Ad hæc pertinent commessationes. *Deut.* 21.*d. Iudith.* 12.*d. Psal.* 77. *Prou.* 23.*c.* 2. *Mach.* 6.*a. Rom.* 13.*b.* 1. *Cor.* 10.*b.* 15.*d.* 1. *Petri.* 4.*a. Apo.* 2.*d.* Comedere vineam suam & ficum suam, est corporis voluptatibus vacare: vel voluptatibus externis ad concupiscentiam oculorum pertinentibus, *Isa.* 36.*c.* Idem etiam est comedere manè, *Eccle.* 10. *d.* Vescentes voluptuosè erant Iudæi, qui semper conquerebantur de cibis. *Thren.* 4. *a.* Non comedere quod ex vinea nascitur, est non vacare voluptatibus. *Iudi.* 13. *d. Mich.* 2. *a.* Manducat venter omnem escam, hoc est, voluptates. *Eccl.* 36.*c.*

Peccare. Sectari carnalia. Interpretatio sinistra scriptura. Adulari diuitibus.

Comedere sanguinem, *f* est homicidium perpetrare:vel rationem appetitui subiicere, vel sectari carnales Iudæos:vel peccatum proximi diffamare. *Leu.* 17.*d.* 26.*d. Num.* 21.*b. Deut.* 12. *c.* Et comedere carnem cum sanguine, *g* est gaudium de bono opere sumere permistum vanitatis intentione. Vel est vulneribus animæ cruentatas corporis voluptates refectionis loco habere. Vel est cum peccato infideles ad fidem recipere. *Genes.* 9.*a. Leuit.* 3.*d.* 1. *Regum.* 14.*e.* Comedere etiam in sanguine,est alios scandalizare,& in peccatum inducere.

Homicidium, Seruire appetitui. Sectari Iudæos. Infamare. Inanis gloria. Scandalizare, Sectari voluptates.

Comedunt, & non saturantur. *Hose.* 4. *c.* qui *h* sectantur voluptates, quæ non implent appetitum, quia iniquitas & voluptas substantiam non habens, vana comedentes fraude deludit. Item qui pauca bona faciunt multis malis permixta. *Agge.* 1. *b.* Et qui multa legunt, & lucra vel gloriam seculi concupiscunt. Iudæi quoque *i* tractantes sacram scripturam sine fructu,comedere dicuntur,& non saturari. *Leuit.* 26.*d.* Comedunt etiam & non saturantur hæretici: quia tractant sacram scripturam sine fructu. *Mich.* 6. *b.* Comedunt hæretici somniando,*k* quum tractant dogmata falsa,quæ non satiant mentem. *Isaiæ.* 29.*c.* Et comedunt frugem mendacij. *Hos.* 10.*d.* Comedunt ova aspidum, *l* qui amplectuntur errores Iudæorum & hæreticorum, & qui recipiunt consilia dæmonum. *Isa.* 59.*a.*

Comedunt peccata populi sacerdotes. *Hose.* 4. *b.* quum *m* consentiunt sceleribus delinquentium, eaque laudant,atque sustollunt. Vel sunt hæretici,qui cum viderint delinquentes,aiunt, Nihil aliud quærit Deus,nisi fidei veritatem,quam si custodieritis,non curat quid agatis.

Consentire peccantibus.

Comedens,à quo egressus est cibus,*n* est mors,quæ omnes deuorat, sed non potuit retinere Christum, qui est panis vitæ. *Iudi.* 14.*d.*

Manducare panem doloris, *o* est accipere sacramenta ab hæreticis. *Psal.* 126. Comedere etiam in domo leprosa, *p* est communicare cum hæreticis in sacrificiis: quod prohibetur *Leu.* 14.*f.* Comedere panem impietatis. *Prou.* 4.*c.*

Mors. Cõmunicare cum hæreticis.

Comedere in montibus,*q* est idolis immolare. *Eze.* 18.*a.* Comedere autem de immolatis idolis, est vacare doctrinis gentilium. *Exo.* 32.*b.* 34.*d. Tobi.* 1.*d. Ezec.* 22.*b.* 1. *Cor.* 8.*c. Apoc.* 2.*f.* Item est comedere pollutum. *Thren.* 4.*a. Hose.* 9.*a. Actor.* 10.*b.* Et comedere carnem,quæ tetigerit immundum. *Leu.* 7.*c.* 11.*f.* Et comedere frugem mendacij. *Hose.* 10.*d.* Comedere etiam carnes vsque ad nauseam,est nimium vacare sapientiæ seculari. *Nu.* 10.*d. Deut.* 6. *c.* Idem designant comedentes Prophetæ Baal de mensa Iezabel. 3. *Reg.* 18. *c.* Et comedens panem Ioachin in conspectu regis Babylonis. 4. *Reg.* 25. *g.* De hoc pane nolebat comedere Angelus. *Iud.* 13. *d.* Comedere ad sinistram, est operari vitia, & pasci erroribus, quibus non satiabitur. *Isa.* 9. *d.* Idem est comedere de ouis aspidum. *Isa.* 59.*a.*

Idola colere.

Edens pollutus de carnibus pacificorum. *Leuit.* 7.*c.* est *r* intrans impurus ad tractanda mysteria scripturarum. Ideo sanctificari iubentur huiusmodi carnes manducaturi. *Num.* 11.*d.*

Impurè tractãs mysteria.

Comedebant sacerdotes primitias omnis sacrificij Dei. 1. *Reg.* 2. *d. f.* quia *s* ipsi sacerdotes volebant occidere Christum,ne amitterent temporalia. Vnde dicebant. *Ioan.* 11.*f.* Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum:& venient Romani,&c. Et *Ioan.* 12.*c.* Videte,quia nihil proficimus, &c. Comedunt etiam primitias, qui ad hoc habent dignitatem, vt ditentur, boniſque fruantur, 2. *Paral.* 31.*c. Mich.* 3.*a.* Comedere bona terræ, hoc est *t* bona præsentis seculi,pollicebatur Deus Iudæis. *Isa.* 5.*e.* quia spiritualia capere non valebant.

Occidentes Christum.

Comedere sacrificia mortuorum. *Psa.* 105. est *u* dare malis honorem pro muneribus.

Dare honorẽ pro munerib.

Comedere morticinum, est *x* defendere peccata aliorum: & abuti aliorum peccatis: vt principes Iudæorum abusi sunt peccato Iudæ. *Leu.* 11.*f.* 17.*d. Eze.* 4.*d.* 44.*g.* Idem est comedere captum, seu comestum à bestia. *Exod.* 22.*c.* 23.*b. Hose.* 2.*c.*

Defendere aliorum peccata.

Comedere arietes,est *y* confringere fortes, *Genes.* 31.*e.*

Abijcere laboriosam vitam.

Comedens Laban pretium filiarum, *Genes.* 31.*b.* designat *z* eum,qui habet pro voluptate, quod alienauerit à se laboriosam disciplinæ tenacem vitam.

Perdentes dæmones opera nostra.

Comedunt aues cibos,quum dæmones opera nostra disperdunt:aut verbum Dei à nobis tollunt, ne fructificet *Gen.* 40.*c. Matt.* 13.*a. Marc.* 4.*a. Luc.* 8.*b.* Et comedunt locustæ,quod residium fuerat grandini, quum dæmones puniunt malos in inferno, post punitionẽ huius vitæ. *Exod.* 10. *a.* Et comedit locusta annos, quum per peccatum opera bona mortificantur:quæ tamen per pœnitentiam reuiuiscunt. *Ioel.* 1.*a.* 2.*f. Eccles.* 6.*a. Eze.* 25.*a. Hose.* 7.*c.* 8.*a. Amos.* 7. *a.* Comedit etiam locusta residium erucæ. *Ioel.* 1. *a.* quia sæpe cùm luxuriæ vitium à mente recesserit, inanis gloria succedit,&c. Et comedunt canes aliquos. Et etiam vermes. 3. *Regum.* 14.*c.* 21.*g. Iob.* 30.*c. Isa.* 51.*c. Ierem.* 50.*c. Eze.* 39.*e. Dani.* 7.*b. Hose.* 1.*b. Apoc.* 19.*d.* Et comedit Behemoth fœnum quasi bos. *Iob.* 40.*c. Psal.* 104. *Isaiæ.* 11.*b.* quum *aa* diabolus his pascitur, qui vitam videntur habere mundam. Vel quia deuorat carnales. Comedit etiam fœnum quasi bos, quum aufert temporalia à Sanctis, non valens auferre spiritualia. Et comedunt alieni robur Ephraim quum dæmones quicquid boni in hæreticis est,deuorant. Et etiam eorum farinam. *Hose.* 7.*c.* 8.*b.* quum virtutem mentis peruertendo consumunt. Comedit etiam confusio laborem patrum hæreticorum. *Iere.* 3. munt. *Iob.* 30.*c.* Idem designant comedentes Iacob, *Psal.* 78. *Iere.* 10.*d.* 30.*c.* Vel comedunt Iacob inimici,quum in suos errores pertrahunt fideles. Comedunt etiam carnes nostras inimici, quum persequendo consumunt carnalia nostra. *Psal.* 26.

Affligens diabolus corpus.

Comedit terram serpens,*cc* quum diabolus affligit corpora humana. Vel comedit terram voluptas *dd* quia circa terrena versatur. Vel *ee* curiositas,quæ profunda penetrare cõnatur. *Gen.* 3.*c. Psal.* 26.

Versari circa terrena.

Comedi vestimenta à tinea, est *ff* mentem transfigi, aut tentari propriis cogitationibus:sicut tinea rodit vestimentum à quo generatur,sine vllo strepitu. *Iob.* 13.*d. Iacob.* 5.*a.* Et comedit tinea malos, quum *gg* propriis peccatis affliguntur. *Isai.* 50.*d.*

Tentari mentem à proprijs cogitationibus.

Comedere sacrificia mente lugubri,non videtur congruum. *Leui.* 10.*d.* Et designatur *hh* sacerdotem non debere acceptare inutilem pœnitentiam,sed dolere pro huiusmodi.

Non acceptãda inutilis pœnitentia.

Vt comederet carnes plurimas,dicebatur vrso. *Dani.* 7.*b.* vbi designatur *ii* Haman,qui per regem Persarum Israëliticam gentem perdere conatus est. Vel comedit vrsus carnes plurimas, quum inuidus detrahit vitæ proximorum. De his dicitur. *Psal.* 26. Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Comedunt etiam carnes suas,*kk* qui inuidia tabescunt. *Ecclesiastæ* 4.*a.*

a *Hie.f.Eze.* 5

b *Rup.* 9. *f. Apoc.*
c *Hie.f.Ier.* 31 *Gr.* 11.*mo.* 18
d *Isyc. f. Leui.* 7.
e *Hier. f. Isa.* 22. 65. *Rup.f. Le.* 37. *Cyril. de Ado. in Spiritu sancto.*
f *Ori. f. Leui. hom.* 5.
g *Greg. f.* 1. *Reg.* 14. *Am.f. Luc.* 17 *Hie.f. Eze.* 33 *Isych. f. Leu.* 7. 17.
h *Hie.f. Ho.* 4. *& f. Mich.* 6. *& f. Ho.* 1.
i *Gre. f. Eze. hom.* 10. *Isyc.f. Leu.* 26.
k *Hiron. f. Isa.* 29. 59.
l *Gr.* 15.*mo.* 8.
m *Ru.f. Ho.* 4.
n *Au.fe.* 107.
o *Hie. epist. Beatus Pamphilus.*
p *Isyc.f. Le.* 14
q *Ori.f. Num. ho.* 20. *Hie. de Man. sio. Aug. q. in Iudi.* 10. *Aretas f. Apoc.* 2. *Hier. f. Isa.* 9. *hom.* 9.
r *Ori. f. Leui. hom.* 5.
s *Gr. f.* 1. *Re.* 2
t *Hie. f. Isa.* 5.
u *Arno. f. ps.* 105.
x *Glo. int. f. Leui.* 11.
y *Glo. int. f. Gen.* 31.
z *Am. epist.* 4.

aa *Gr.* 20.*mo.* 24.*&* 33.*mo* 39. *Gre.* 2.*mo.* 39. *Hier. f. Iob.* 40 *& f. Hose.* 7.
bb *G.* 34.*m.* 2
cc *Hi. f. ps.* 26.
dd *Am. de pœnit.* 13. *& de Fara.* 15.
ee *Aug.* 2. *de Gene. contra Manich.* 18.
ff *G.* 10.*m.* 25
gg *Hi. f. Is.* 50
hh *Glo. ord. f. Leu.* 10.
ii
kk *Hier. f. Dan.* 7. *& f. Eccl. ten.* 4. *Ricar. de S. Vict. de vitio mutabilit.* 10.

Digitized by Google

a *Hier.ſ. Mich.3. & ſ. Zach.11.& ſ. Eze.34.*

Comedunt principes carnes populi,quum *a* omnia eorum pinguia ſibi accipiunt. *Mich.* 3. *a.* Comedet etiam carnes pinguium paſtor,quum Antichriſtus peruertet Iudæos. *Zach.* 11. *d.* Dicuntur etiam comedere inopes de terra,quum eorum deuorant ſubſtantiam. *Prou.*30.*b.* Comedunt paſtores lac ouium. *Eze.*34.*a.*quum varios cibos & voluptates prælati à ſubditis accipiunt. *Detractio. Peruertere ſimplices.*

b *Hier. ſ. Dan.* 7.

Comedens beſtia omnes alias beſtias. *Dan.*7.*b.* indicauit *b* imperium Romanorum,quod ab omnibus exactu-rum erat tributa.

c *Hie.ſ.Ioel.*1.

Comedentes eruca,locuſta,bruchus,& rubigo reſiduum, &c.deſignant *c* varios reges captiuantes Iudæos. Vel diuerſos animi affectus ſapientiam deuorantes. *Ioel.*1.*a.*2.*f. Amos.*7.*a.* *Affectus deuorantes ſapientiam.*

d *Glo. ord. ſ. Prou.*30.

Comedere dicuntur filiæ aquilæ oculum,qui ſubſannat patrem,& qui deſpicit partum matris ſuæ. *Prou.*30.*c.* quum *d* prædicatores deſtruunt hæreticos,& contemptores Dei,& Eccleſiæ.

e *Glo. ord. ſ. Prou.*30.

Comedere,interdum eſt *e* adulterium committere. *Prou.*30.*c.* Talis eſt via mulieris adulteræ,quæ comedit,& tergens os ſuum dicit:Non ſum operata malum. *Adulterari.*

f *Hie.ſ.pſ.*58.

Ad manducandum diſperſi ſunt Iudæi. *Pſal.*58. quum extra Hieroſolymam *f* obtulerunt ſacrificia: quæ non niſi in Hieroſolymis offerre licebat. *Merces peccati.*

g *Bed.ſ.Pro.*1

Comedunt mali fructus vitæ ſuæ,quum *g* recipiunt mercedem peccatis ſuis dignam in inferno. *Prou.*1.*d.*

h *Be.ſ.Pr.*23.

Comedit cum homine inuido, qui *h* arctat ſcripturas cum hæretico. *Prou.*23.*b.* *Tractare ſcripturas cum hæretico.*

i *Ru.ſ.Hoſ.*7.

Comederunt alieni robur Ephraim,quando *i* Romani abſtulerunt regnum à Iudæis. *Hoſe.*7.*b.* *Deſtructio regni Iudæorũ.*

Comitari, Comes, Comitatus.

Comes idem eſt ferè quod ſocius:niſi quòd ſocius,eſt æqualis:comes verò minor. *Imitatores Apoſtolorum.*

Comites ſerui Abrahæ,ſunt ſequentes veſtigia Apoſtolorum,& Prophetarum. *Gen.*14.*g.* *Apoſtoli.*

Comitatus Ioſeph. *Gen.*50.*b.* deſignare poteſt Apoſtolos & diſcipulos Chriſti. Comitatus verò Reginæ Saba, deſignat varias gentes venientes ad fidem. 3.*Reg.*10.*a.* Idem deſignat comitatus Naaman.4.*Reg.*5.*c.* *Gentes ad fidem venientes.*

Commaculare,vide Macula.
Commemorari,quare Memoria.
Commendare,vide Committere,& Laudare.
Comminari,quare Minari.
Comminuere,vide Conterere.
Commiſcere,quare Miſcere
Commiſſura,vide Conſuere.
Committere,Commendare, Commodare.

k *Amb. ſ. Luc.*23.

COMMITTERE, vel commendare,eſt alicui quippiam velut depoſitum ſeruandum tradere. Commodatur autem id,quod alicui traditur in vſum,qui idem ipſum reſtituturus eſt.

Commendauit Chriſtus ſpiritum Patri:quia *k* quod commendatur,ſeruatur,vt depoſitum, vt iterum reſumatur:ſic Chriſtus poſt commendatum ſpiritum,ipſum reſumpſit reſurgens tertia die. *Pſalm.*30. *Luc.*23.*f.*

Commendans Dauid gregem cuſtodi,pugnaturus cum Goliath.1.*Reg.*17.*b.*deſignat Chriſtum tempore paſſionis commendans diſcipulos Patri.

l *Hie.ſ.Iſ.*10.

Commendans Deus vaſa ſua apud Magmas. *Iſa.*10. Vel potius *l* Aſſyrius dicitur ponere ſarcinas in Magmas, veniens contra Hieruſalem.

m *Greg.ſ.* 1. *Reg.*1.

Commendans,vel commodans Anna filium ſuum Domino cunctis diebus.1. *Reg.* 1.*d.*1.*d.* deſignat *m* Eccleſiam offerentem Deo fideles in claritate virtutum: vt eos in æterna gloria recipiat: quæ etiam toto huius vitæ tempore pro fidelium ſalute ſupplicat. *Offerens Eccleſia fideles Deo.*

Commendatur fœnus Domino,quum prædicatores illi dedicantur.1.*Reg.*2.*d.*

n *Ori.ſ. Matth.*33.*& ſ. pſ.*36.*ho.*4. *Am.ſ.Luc.*11

Commendare amico pecuniam,vel aliquid aliud,aut numulariis: *n* eſt docere proximum, vt ipſe etiam alios docere poſſit. Sic commodat iuſtus,quum docet alios, *Deu.*23.*d. Nee.*5.*b. Pſal.* 36. 111. *Exod.* 22. *a. Matt.* 25. *c. Luc.*11.*f.* *Docere proximum.*

o *Glo. ord. ſ. Exod.* 12.

Committere ſe mari. *Actor.*27.*g.*eſt exponere ſe periculis.

Commodantes Ægypti Iſraëlitis vaſa,& reliqua vtenſilia, *Exo.* 12. *f.* deſignant *o* ex libris Philoſophorum, & autorum Gentilium ſuſcipiendas eſſe veritates,relictis erroribus. *Vti libris Philoſophorum.*

Commitere, Admittere, Perpetrare.

COMMITTERE, eſt aliquod facinus aggredi, ſeu operari: quod ferè ſemper in malum ſumitur. Vt committere flagitium, aut peccatum, aut aliquid dignum morte. *Gen.* 33.*b. Num.* 12.*c.* 15. *d.* 18. *d Eccl.* 9.*c.*49.*b. Actor.*25.*g.*

Committere prælium, in malum, & in bonum ſumi poteſt. Vt dæmones & praui homines committunt prælium aduerſus iuſtos:& è diuerſo,iuſti aduerſus dæmones & prauos homines. 3. *Reg.*20.*e.* 22.*e.*2. *Mach.*4.*f.*13.*f. Luc.*14.*g.*

p *Glo. int. ſ. Exod.*22.

Perpetrare homicidium,*p* eſt inducere proximum in peccatum. Perpetrare verò fraudem, eſt ipſum inducere in errorem. *Exod.*22. *Inducere proximum in peccatum aut errorem.*

Commodare,vide Committere.
Commolere,vide Molere.
Commonere,quare Admonere,
Commorari,vide Habitare.
Commori,quare Mori.
Commouere,vide Mouere.
Commune.

q *Or.ſ.Ro.*14 *Hie.ſ.Ma.*15.

COMMVNE eſt,quod ad omnes, vel ad plures ſe extendit: & aliquando commune *q* pro immundo ſumitur, ad differentiam vaſorum ſacrorum,quæ cùm non liceat in alios vſus exponere,non ſunt communia. Alia verò ſunt communia & ita immunda,vt non poſſint ſacris vſibus applicari. Sic communes,hoc eſt, immundi ſunt peccatores. Et cibi communes, qui ſecundùm legem erant immundi. *Prou.* 21. *b. Matt.* 15. *b. Mar.*7. *a. Rom.* 14. *c. Actor.*10.*b.* *Peccatores.*

r *Glo. ord. ſ. Gen.* 13.

Non valentes communiter habitare Abraham, & Loth.*Ge.*13.*b.*deſignant *r* non eſſe congruam conuerſionem Spiritualium cum carnalibus.

ſ *Glo. int. ſ. Deut.*20.

Communis vinea dicitur,*ſ* de qua omnibus veſci licet. Vnde qui plantabat vineam apud Hebræos,debebat in principio facere eam communem. *Deut.* 20. *b.* Deſignatur autem feruor nouæ conuerſationis, qui nondum eſt traditus aliis in exemplum.

Communia erant omnia fidelibus in primitiua Eccleſia. *Actor.*2.*g.*4.*f. Hebræor.*3.*c. Iuda.a.*2. *Mach.*14.*d.*

Communicare.

COMMVNICARE, eſt participem facere,aut participem eſſe.Et cõmunicat bonis ſapientiæ, qui ſic ea fruitur vt aliis etiam,quantum poteſt,ipſam impertiatur. *Sap.*7.*b.*8.*b. Eccl.*13.*a. Rom.*12.*e.*1. *Cor.*10.*d.*2. *Cor.*8.*a. Phil.*1. *a. Actor.*2.*g.*

Communicare malis,eſt ſociari illis in vitiis. *Eccl.* 8.*a. Eccl.* 13.*a.c.*26. *b. Epheſ.* 5.*c.* Communicat cum electis iniquorum,*t* qui participat cum hæreticis. *Pſal.*140. *Societas vitiorum.*

t *Hilar. ſ. Pſal.* 104.

Commutare,vide Mutare.
Compago,Compingere,quare Componere.
Comparare,Conferre,Incomparabilis.

COMPARARE vnum alteri,interdum eſt æquare,interdum verò,vnum alteri committere,vt eorum ſimilitudo vel diſſimilitudo,ſeu æqualitas,vel inæqualitas appareat. Comparare etiam,nonnunquam eſt acquirere.

Comparauit Deus Rachaelem cum ſorore ſua. *Gen.*30.*a.*quia facit vacantes contemplationi, etiam exercere opera vitæ actiuæ.

Digitized by Google

Incomparabilis decor Iudith, peculiarem Beatæ Virginis Mariæ excellentiam designare potest. *Iud.10.b.*

Nemo comparatur Deo: quia finiti ad infinitum nulla est proportio. *Deu.4.d. Iob.9.a.22.a.25. Is.46.d.*

Non est potestas super terram, quæ comparetur diabolo: *a* quia secundùm naturam superior est homine. *Iob.41.d. Nu.13.d.*

Nihil comparatur sapientiæ: *b* nec fucata Gentilium religio, coloribus Indiæ designata, nec ipsi sapientes mundi, qui longè à diuina sapientia distare à verè sentientibus agnoscuntur. *Iob.28.c. Pro.3.b.8.b. Sap.7.a.*

Conferens Beata Virgo verba in corde suo. *Luc.2.g.* Indicat, quid faciendum in percipienda sacra doctrina. Sic contulit Paulus Euangelium. *Gal.2.a.*

Conferentes principes Iudæorum ad inuicem contra Apostolos, designat concilia impiorum contra iustos, *Actor.4.c.*

Confert se cedro, *c* qui se viris perfectis æquare audet. *Ier.22.e.*

Comparantur mulier litigiosa & tecta per stillantia in die frigoris. *Prou.27.e.*

Comparatur homo iumentis, quum non viuit secundùm rationem. *Psal.48.* Et comparatur luto secundùm corpus. *Iob.30.c.*

Compati, vide Pati.
Compedes, Neruus.

COMPEDES sunt, quibus pedes ligati tenentur, ne possit quis liberè ambulare. Neruus etiam est ad ligandos pedes, vel detinendos.

Præcepta. Compedes sapientiæ, dici possunt *d* præcepta detinentia hominem, ne amb ulet in viis peccatorum. *Eccl.6.c.21 c.33.d.* His compedibus ligantur reges. *Psal.149.* De his compedibus dicitur. *Psal.101.* Vt audiret gemitus compeditorum.

Mortalitas est necessitas. Compedes sunt mortalitas & corruptibilitas carnis. De quibus *Sap.9.c.* Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. *Thr.3.a.* Et compediti sunt, *e* qui mortalitatis & passibilitatis vinculis se astrictos intelligunt, & miseriis humanæ necessitatis afflicti, indesinenter gemunt. *Psa.78. 101. 145.* Vel sunt *f* sancti ligati vinculis disciplinæ Dei, qui nequaquam ad exteriora vagantur, & quasi gressum operis immobiliter figunt, dum à conditoris desiderio nunquam discedunt. *Psal.149.*

Disciplina Dei. *Præcepta.* *Vincula Christi.* Compedes Ioseph, *g* vincula Christi designare possunt, *Ps.104.2. Paral.16.c. Iob.13.d.33.b. Ier.20.a.39.b. Thren.3.a.* Idem designant neruicei funes, quibus ligatus est Samson. *Iudi.16.a.*

Compedes etiam dici possunt carceres inferni. *Psal.149. Nahum.3.c.*

Inferni. Neruus ferreus dicitur cervix Israël. *Isai.48.a.* propter duritiam & inobedientiam.

Compedes etiam designant *h* vitia hominem impedientia, ne per viam Dei possit ambulare. Et compediti, sunt vitiis abuoluti, quos tamen soluit Dominus. *Psal.101.145. Sapien.17.a.2. Reg.3.g.2. Par.33.b. Thren.3.a. Nahum.3.c. Marc.5.a. Luc.8.c.*

Vitia.

Compellere, vide cogere.
Compescere, quare Reprimere.
Compingere, vide Componere.
Compita.

Compita, sunt concursus multarum viarum, quæ se intersecant, vt duæ lineæ: designare possunt quatuor partes terræ. *2. Reg.1.c. Thren.2.g.*

Complacere, vide Placere.
Complecti, quare Amplecti.
Complere, vide Perficere, & Implere.
Complicare, quare Plicare.
Complodere, vide Plaudere.
Compluere, quare Pluere.
Complures, vide Multitudo.

Componere, Condere, Compingere, Compago, Incompositus.

Componere, est ex multis velut partibus aliquid constituere, & aptare: quod & compingere dicitur. Compago autem, seu compages, est coniunctio seu copulatio aliquarum rerum, quæ sibi coaptantur.

Dans Deus fortitudinem. Compegit Deus hominem ossibus, & neruis. *Iob.10.e.* quia *i* dedit ei fortitudinem virtutum contra tentationes. *Eccles.11.b.*

Resurrectio. Compinguntur glebæ. *Iob.38.b.* quum *k* firma corpora ex puluere collecta consurgunt. Vel quando diuersi populi, qui prius quasi in dispersione puluveris diuersa sentiebant, postmodum sancti Spiritus gratia quasi aqua accepta, in illa pacatissima vnanimitatis concordia conueniunt: vel etiam cùm diuersi gradus in vnam Ecclesiam copulantur.

Concordia. *Charitas.* Compago, vna tabularum tabernaculi, designare potest *l* charitatem, qua totum corpus Ecclesiæ est per Christum copulatum secundùm diuersa membra, & in vnum redactum cum ipso capite, Christo Iesu. *Exod.26.e.36.c. Canti.8.c. Eccles.27.a Ephes.4.d. Col.2.d. Hebr.4.d.*

Decor variarum virtutũ. Compingitur ostium, hoc est, *m* Ecclesia tabulis cedrinis, quum decoratur variis fidelium virtutibus, *Cant.8.c.* Idem designant compingere arcam fœderis, *Exod.25.b.* Et componere interrupta templi, est reducere peccatores ad integritatem Ecclesiæ, *4. Reg.22.b.1. Esdr.4.b.* Et ponere struem lignorum, est ordinare fideles in Ecclesia, *Leu.1.b.3. Reg.18.e.* Et componere strues ostium, *Ezech.24.b.* Et componere ligna in ratibus, *3. Reg.5.b.*

Ordo fideliũ. Compositio thimiamatis, designat *n* orationes acceptas Deo, & varietatem virtutum in vnum concordantium. Idem designat compositum vnguentum opere vnguentarij, *Exod.30.c.35.d.37.d. Leu.16.b.* Compositio autem altera non facienda thimiamatis, designat orationes non iustè petentes, quæ non sunt faciendæ.

Orationes. Componere lucernas in tabernaculo fœderis, est *o* instruere prædicatores in Ecclesia, qui verbo & exemplo eam illuminent, *Exo.30.a.*

Instituere prædicatores. Compages aliquando dici possunt cogitationes, *Hebr.4.d.* Idem designabunt compages Danielis, *Dan.10.d.*

Cogitationes. *Defensiones vitiorum.* Compages renum regis Babylonis, significare possunt *p* defensiones vitiorum, *Dan.5.b.* Sic corpus Leuiathan est compactum squamis, *q* quum peccatores mutuò se defendunt, *Iob.41.b.* Idem est idolum compactum *Ierem.10.a.*

Ordinare prædicationem. Componere retia, est ordinare prædicationem, *Marc.1.b.* Compositus autem sermo, benè, & malè sumi potest *Ester.14.c. Iob.41.a. Prou.17.b. Eccl.43.c. Heb.9.a.*

Fingere. Condunt leges iniquas Scribæ, & Pharisæi, & etiam hæretici, *Isa.10.a.*

Componit etiam, qui fingit, *Nee.6.b.* De corde tuo compones hæc, *Dan.13.e.* Ecce morior, quum nihil horum fecerim, quæ isti malitiosè composuerunt aduersum me.

Compositus gradus, designat *r* motus animi non viriles, *Isa.3.e.*

Incompositi sunt, qui prauos habent mores, *Rom.1.d.*

Comportare, vide Ferre.
Comprehendere, quare, Apprehendere.
Comprimere, vide Premere.
Comprobare, quare Probare.
Compungere.

COMPVNGITVR, *s* quia intra se ob aliquid malè actum dolore ac pœnitentia afficitur. Compunctiones vim, designat verbum Dei pungens animas, *Psal.4.34.59.118. Thren.4.a. Actor.2.f.*

Non compungere, *t* est non committere digna compunctione, *Psalm.29.*

Mens inuidẽs Compunctionis spiritus, videtur esse *u* excæcatio. *Rom.11.b. Isa.6.c.* Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant. Vbi mentem inuidentem significat: vnde prouenit excæcatio.

a *Gregor.34. mor.11.*
b *Hi.s.Iob.28 Gregor.18, mor.30.*
c *Hie.s.Ie.22*
d *Hie. s. Ps. 149. Aug. s. Psal. 101.*
e *Aug.s.Psal. 68.78.145.*
f *Greg. s. Eze. ho.12. & s. Psal.101.*
g *Glo. int. s. Psal.149. Glo. ord. s. Ps.104.*
h *Glo. int. s. Psal. 145.*
i *Gregor. 9. mor. 38.*
k *Gregor.30. mor.8.10.*
l *Glo. int. s. Exod.26.*
m *Gre.s.ca.8.*
n *Ori.s. Leui. ho.9.*
o *Glo. ord. s. Exo.30.*
p *Gre. s. Eze. ho. 21.*
q *Gre.33.mo. 31.33.*
r *Hie.s.Isa.3.*
s *Amb. s.ps.a. 118.ser.9. Basi.s.ps.a.59.*
t *Bas.s.ps.29.*
u *Clo. ord.s. Rom.11.*

Digitized by Google

Computare, vide Numerare.
Computrescere, quare Putredo.
Conari, Niti.

CONARI, est vim ad aliquid agendum applicare.

Conatus Haman contra filios Israël, *Ester.9.f.* designat diligentiam diaboli ad subuertendas animas. Idem designant conatus Abimelech. *Iud.9.g.* Et conatus filiorum Dan, *Iud.18.d.* Sic conatus Saulis, & aliorum, *1.Reg.19. b.2.Reg.21.c.2.Par.20.b. Iob.6.d.14.b.2.Mach.4.f.* — *Diligētia diaboli.*

Conatus Ioseph eleuare manum patris à capite Ephraim, designat eos, qui diuinæ prouidentiæ resistere nituntur, *Gen.48.d.* — *Resistere diuinæ prouidentiæ.*

a *Gr.11.m.16* Nititur iudicare prò Deo, qui *a* cùm infirma quæque in altero reprehendit, apud se intus per compassionem non infirmatur, *Iob.13.b.*

b *Glo. inter.s. Ier.49.* Nititur apprehendere altitudinem collis, *b* qui in superbiam eleuatur, & qui nititur bonam ostendere viam suam, *Ier.9.g.49.d.* — *Superbire.*

c *Gre.8.m.1* Nituntur amici Iob subuertere amicum suum, *c* quum hæretici nituntur perdere Ecclesiam, *Iob.6.d.*

Niti mendaciis, est proponere idola, vel errores Deo. *Prou.10.a.*

d *Glo. ord. s. Prou.30.* Nititur manibus stellio, *Prou.30.d.* designans *d* solertiam eorum, qui tradi ingenio, multo labore sapientiam acquirunt.

Concedere, Permittere, Indulgere, Sinere.

CONCEDERE, est locum dare, aut facultatem, ad aliquid faciendum.

e *Glo. ord. s. Iob.34.* Concedit Deus pacem iis, quos saluat: quod refertur *e* ad Gentilitatem, *Iob.34.c.* Et dicitur concedere & indulgere, quum ignoscit peccanti. Et è diuerso, non concedit, quum non ignoscit peccanti, *Iudith.8.b. Isa.26.c. 61.a 63.c. Ier.13.c.*

f *Gre.9.m.17.* Non concedit Deus requiescere spiritum iusti, *f* quando interius & exterius vires eius per tentationem exercet, *Iob.9.b.*

g *Glo. ord. s. Exo.12.* Non sinit Deus ingredi percussorem in domum signatam sanguine agni, *Exod.12.d.* quum *g* redemptos sanguine Christi, & prædestinatos, non permittit opprimi à diabolo.

h *Glo. ord. s. Luc.8.* Non permittens Iesus intrare secum in cubiculum puellæ mortuæ, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ, *Luc.18.g.* designauit *h* non esse admittendos indignos ad contuenda mysteria, & paucos ex Iudæis credituros.

i *Glo. ord. s. Luc.8.* Concedens Christus dæmonibus, vt ingrederentur in porcos. *Mar.5.b. Luc.8.d.* designauit *i* potestatem concessam dæmonibus in homines carnaliter viuentes.

k *Glo. ord. s. Gen.47.* Permittens Ioseph Ægyptiis quatuor partes frumenti in sementem, *Gen.47.f.* designauit *k* doctrinam euangelicam traditam mundo per Christum: vel quia actualis vitæ vsus cuique conceditur, vt seminet virtutum opera, & fructus iustitiæ metat in vitam æternam.

Glo. ord. s. Deut.20. Sinere paruulos venire ad Christum, est non contemnere simplicem cognitionem simplicium, *Matth.19. b. Luc.18.c. Marc.10.b.*

m *Or.s.Num. ho.12.* Non permittere viuere quempiam de ciuitatibus inimicorum, *Deut.20.d.* est *l* extinguere omnia vitia, nullo relicto. — *Extinguere omnia vitia.*

n *Gr.s.1. Regum.11.* Concedere nolens Seon transitum filiis Israël, designat *m* diabolum conantem semper in vitiis detinere, & transitum ad virtutes intercludere. Sic non est concessus transitus per filios Edom, Moab, & Ammon, *Num.20.d. 21.e. Iud.11.d.2.Par.20.b.* Sic non concessit Saul, vt reuerteretur Dauid in domum patris sui, *1.Reg.11.a.* — *Detinens diabolus in vitiis.*

Concedens Naas filiis Israël septem dies induciarum, *1. Reg.11.a.* designat *n* gulam, quæ non nimium vexat, quando est spes satiandi aliquando ipsum appetitum.

o *Amb.s.Luc. 9.* Sinere mortuos sepelire mortuos suos, *o* est humana posthabere diuinis, *Luc.9.g.*

p *Glo. ord. s. Exod.12.* Non sinentes Ægyptij filios Israël facere moram in Ægypto, *Exod.12.f.* sunt vrgentes *p* dæmones, ne euangelij sapore austeritatem legis, vel mundani dogmatis condiamus.

q *Glo. ord. s. Matt.19.* Concedens Assuerus domum Haman Ester Reginæ, *Ester.8.c.*

Permittens Moses Iudæis libellum repudij, *Matt.19.a. Marc.10.a.* fecit *q* ad vitandum maius malum homicidij.

Permittens angelus Thiatyræ Ecclesiæ mulierem Iezabel docere, *Apo.2.f.* est permittens prædicare hæreticos & molles, *1.Cor.13.g.1.Timo.2.c.*

Permittens Antiochus Simoni pontifici facere percussuram proprij numismatis, *1. Machab.15.a.*

Concha, vide Peluis.
Concidere, quare Abscindere.
Concidere, vide Cadere.
Concilium.

CONCILIVM, est congregatio aliquorum ad aliquid consultandum, aut tractandum.

r *Hi.s.Isa.16. & s. Eze.13.* Concilium congregandum, in bonum, est *r* Ecclesia collecta ex iis, qui prius erant infideles, *Isa.16.a. Ezec.13. b.* Ad hanc pertinet concilium seniorum, *1.Par.26.b, Psal.9. Prou.26.d. Matt.5.c.* — *Ecclesia.*

s *Aug. epist. 120.* Concilium Core, designare potest *s* congregationem Iudæorum in Christum, vel congregationem hæreticorum, aut prauorum contra bonos, *Num.16.a. Isa.21.25. Ier.15.d. Ezec.13.b. Matt.10.b. 26.a. Marc.13.b.14.f. Acto. 4.c.5.g.6.d.g.d.22.g.* — *Iudæi in Christum.*

t *Aug.s.ps.25* Concilium vanitatis, est *t* eorum, qui rebus transeuntibus, & ideo vanis vacant, *Psa.25.* Et concilium ludentium, est congregatio vacantium voluptatibus in hac vita, *Ier.15.d.* Ad hos pertinet concilium iuuenum, *Ier.6.c.* — *Vacantes vanis.*

Concinere, vide Canere.
Concinnare, quare Aptare.
Concio, vide Congregatio.
Concipere.

u *Ori.s.Matt. ho.29.* CONCIPIVNT fœminæ, *u* quum intra vuluam receptum semen retinent, vt inde formetur animal. Potest esse spiritualiter bonus & malus conceptus. — *Generatio æterna.*

x *Glo. inter.s. Prou.8.* Concepta scientia, designat *x* æternam generationem verbi Dei in eadem substantia Patris quasi in vulua. *Prou.8.c.* — *Generatio fidelium, vel Christi.*

y *Glo. ord.s. Gen.21.* Conceptus Saræ. *Gen.21.a.* Et Rebeccæ, *Gen.25.c.* Et filiæ Sue, *Gen.38.a.* Et vxoris Manue, *Iud.13. Ruth.4.c.* Et Bethsabeæ, *2.Reg.11.a.* Et hospitæ Elisæi, *4. Reg.4.c.* designare possunt *y* generationem fidelium, intra Ecclesiam. Vel in Sara conceptio Christi. — *Spiritus sanctus.*

z *Hie.s.Isa.8.* Concipiens Prophetissa, *Isa.8.a.* designat *z* vel Spiritum sanctum, cuius virtute conceptus est Christus: vel beatam Virginem concipientem ipsum Christum. — *Virgo Maria.*

aa *Gr.s.1.Regum.1.* Concipit Anna, quum *aa* intra Ecclesiam in mentibus auditorum verbum Dei recipitur. Et concipit post dierum circulum, quum in superni luminis visione desideratæ fœcunditatis munus accipit, *1.Reg.1.c.2.d.* — *Cōceptus verbi Dei.*

bb *Gl. inter.s. Exo.2.* Conceptus vxoris Amram, designare potest *bb* conceptum rationis, vel sensualitatis. Aut etiam conceptum beatissimæ virginis Mariæ, quo filium Dei concepit, *Exo.2.a. Isa.7.c. Luc.1.c.* — *Conceptus rationis. Cōceptus Mariæ.*

cc *Ori.s.Exo. hom.13. & s. hom.20. & s. Matt.ho.29.* Concipit mente, *cc* qui vacans ab extraneis, totus intus vigilat corde, tractans in mente, quæ Dei sunt. Et dicitur anima concipere verbum Dei, ex desponsatione cum Christo, *Isa.26.c.59.c. Ier.52.g.* — *Viligans corde. Susc ipere doctrinam à Christo.*

dd *Hi.s.Io.30 Gr.30.m.20.* Conceptus ceruarum, *Iob.39.a.* erant *dd* cum Apostoli susc ipiebant doctrinam à Christo: vel quum Doctores intra se cogitationes formant, quibus opportuno tempore minores instruant. — *Subditum superbia.*

ee *Gr.s.1.Regum.3.* Conceptus Agar, cuius gratia ipsa eleuata est contra dominam suam, *Gen.16.a.* designat *ee* subditum in scientia, vel conuersatione proficientem, cuius profectus gratia, contra prælatum suum eleuatur. — *Imitatio.*

ff *Gr.21.m.1* Concipientes oues in aspectu virgarum, designant *ff* eos, qui ad bene operandum exemplis maiorū mouentur,

Digitized by Google

Tumor ex scientia.
Iudæus sub lege.
Peccatum originale.
Non recipientes Christum.
Consensus in peccatum.
Sensus carnalis legis.
Mutatio cœli.
Separatio malorum à bonis.
Fructificatio animæ & gẽtilitatis.
Terror iudicij.
Turbatio principum Iudæorum.
Persequens Lucifer Ecclesia.
Discretio in operibus.
Nouum testamentum.
Desertè Gentiles.
Disponè ad cæsuram.
Consumi inuidia.
Virtutes ex mortificatione.

*Gen.*30.*f.* Conceptus autem multiplicati eum dolore, designant initia bonorum operum difficilia, *Gen.*3.*c.*4.*a.* *Isa.*26.*c.*

Conceptus Thamar, *Gen.*16.*e.* designare potest *a* eos, qui adepta aliqua scientia ex indifferentibus tument, eamque vendicant. Vel designant susceptionem doctrinæ Christi.

Conceptus eius, qui non pervenit ad lucem. *Iob.*3.*c.Ier.*20.*d.* designat *b* eos, qui fuerunt sub lege formati: sed non peruenerunt ad aduentum Christi.

Concipi in peccatis dicimur, *c* propter peccatum originale, quod in ipso conceptu contrahimus, *Psal.*50.*Iob.* 14.*d.* In iniquitatibus enim conceptus quis dicitur, non in iniquitatibus matris suæ, vel suis, sed in iniquitatibus humanæ conditionis, vnde & Apostolus. *Rom.*5.*c.* Regnauit mors ab Adam vsque ad Mosen, etiam super eos, qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ.

Conceperunt Iudæi transgressionem, *d* quum decreuerunt non recipere Christum, *Isa.*59.*c.*

Concipit malus dolorem *e* quum consentit prauis moribus, & cum praua cogitat in videndo, *Psal.*7.*Iob.*3.*a.*4.*a.*15.*d.Isa.*59.*a.Iacob.*1.*b.* Et concipiunt ardorem, *f* qui proponunt digna igne inferni facere, *Isa.*33.*b.Hos.*9.*c.*

Conceptus filiarum Loth, designant *g* machinationem malæ operationis vel sensus carnales legi datos, quos lex ipsa non agnoscit, *Gen.*19.*g.*

Conceptus meretricis, quam accepit Hosee, *Hos.*1.*b.* demonstratio est *h* transgressoris populi Israël.

Conceptus ignis de lapidibus, 2. *Mach.*10.*a.* designare potest suscitatos filios Abrahæ, ex Gentibus, qui igne charitatis arserunt.

Concitare, vide Irritare.
Conclamare, quare Clamare.
Conclaue, vide Cubiculum.
Concludere, quare Claudere.
Concordare, Concordia, vide Pax.
Concreare, quare Creare.
Concrepare, vide Sonus.
Concrescere, vide Crescere, & Coagulare.
Conculcare, quare Calcare.
Concumbere, Concubina, vide Coire.
Concupiscere, Concupiscentia, quare Appetere.
Concurrere, vide Currere.
Concutere.

CONCVTERE, est aliquid velut tremefacere, ac commouere, vt periclitetur de lapsu.

Concutiet Deus cælum, *i* quum in iudicio mutabit eius ordinem: vel designatur admiratio angelorum. *Is.*31.*d.*

Concutiet Deus extrema terræ, *k* quum in iudicio separabit malos à bonis, *Iob.*38.*b.* vel designatur concussio, & commotio Iudæorum, qui varia de Christo sentiebant, & agitabantur. Concutientur etiam fundamenta terræ in iudicio, *Isa.*24.*c.* quum principes terræ contremiscent.

Concurrit Dominus desertum, quum *l* fructificare facit animam prius sterilem, & cum gentilitatem excitauit ad idem suscipiendam. Item quum prædicatione Ioannis, ipsum desertum sanctificauit, *Psal.*28.

Concussi pauore filij Israël terrorem futurum in die Iudæi indicabant, *Exod.*29.*c.* Concutit etiam horrore Dominus, quum *m* permittit in cordibus electorum perturbantes cogitationes diuini iudicij, *Iob.*7.*c.*21.*a.* *Isa.* 14.*b.Amos* 9.

Concussæ columbæ fuerunt *n* principes sacerdotum conturbati inuidia in passione Domini: vel electi in terra propria, *Iob.*9.*a.*38.*b.Iud.*16.*g.*2.*Reg.*22.*f.Nee.*2.*c.Eccl.*16.*c.Isa.*24.*c.*33.*b.Amos* 9.*c.* Et concussa ligna, & concussa Gasan, & Carmelus, *o* designant dissipatam esse Iudæam, *Isa.*33.*b.Exe.*31.*f.*

Concutit Lucifer regna, quum *p* persequitur principes Ecclesiæ, *Isa.*14.*d.* Et concutiens ventus vehemens quatuor angulos domus filiorum Iob, designat *q* fortem tentationem, quæ occultis motibus quatuor virtutes quatit, ac commouet, *Iob.*1.*d.* Concussæ etiam ficus, *Nah.*3.*c.* sunt, *r* qui facilè diaboli tentationibus cedunt. Sic concussum est cor Holopherнis *Iudith.*12.*d.*

Concutere aliquem, est *s* vim illi inferre: ideo Ioannes Baptista admonebat milites, ne quenquam conterent. *Luc.*3.*c.* Est etiam nimis asperis verbis quasi ad desperationem inducere.

Condemnare, vide Damnare.
Condensus, quare Densus.
Condere, vide Componere, Recondere, Ædificare, & Creare.
Condicere, vide Pactum.
Condignus, vide Dignus.
Condire.

CONDIRE, est aliquid aromatibus, aut rebus appetitum excitantibus conficere: vel vt diu seruetur, vel vt gustui sit sapidum.

Condire sacrificia sale, est *s* operibus discretionem adiungere, vel literæ legis spiritum addere *Leu.*2.*d.Iob.*6.*a.Marc.*9.*g.Col.*4.*b.*

Conditum vino poculum, *Cant.*8.*a.* est *u* nouum testamentum veteris legis testimoniis comprobatum, & roboratum.

Condientes corpus Iacob aromatibus, *Gen.*50.*a.*

Condolere, vide Dolere.
Conducere.

CONDVCERE, est alicuius operas emere, *Exod.*22.*c.*

Conducens Lia Iacob mercede pro mandragoris, *Gen.*30.*b.* designat *x* contemplatiuos quasi coactos venire ad regimen vitæ actiuæ: per quos tamen acquiritur bona opinio vitæ contemplatiuæ.

Nemo conduxerat operarios otiosos, hoc est, *y* gentiles: quia nullus ad eos propheta, aut prædicator missus fuerat. *Matth.*20.*a.* Conducere etiam operarios ad templum, est ad constitutionem Ecclesiæ per prædicatores vocare, 2. *Par.*34.*c.*25.*d.*

Conducentes mercede Balaam hariolum, designat *z* hæreticos subiicientes se illis, quos putant suis erroribus fauere posse, *Deut.*23.*a.Iud.*9.*a.*18.*b.*2.*Reg.*10.*b.*1.*Par.*18.*b.Nee.*13.*a.Isa.*46.*b.Hos.*8.*c.*1.*Mach.*6.*d.*

Conducta nouacula, dicuntur milites stipendiarij Assyriorum, *Isa.*7.*d.* quia *aa* vt conducti à Deo ad destructionem Hierusalem, mercedem acceperunt Ægyptum.

Confabulari, vide Loqui.
Conferre, quare Ferre, Dare, & Comparare.
Conficere.

CONFICERE aliquid, est quasi componere, aut concinnare, vel aliter afficere.

Conficere vnguentum sacerdotum, & thimiama, est disponere mentem ad orationes, *Exod.*35.*a.Par.*9.*e.*2. *Cor.*13.*e.*15.*d.*

Confici labore aut dolore, aut etiam ardore, *Leu.*26.*c.Deut.*25.*d.Thr.*1.*c.* est *bb* consumi inuidia, aut alio praua affectu.

Confectum aliquid ex pelle, *Leu.*13.*f.* designat *cc* virtutes ex mortificatione prodeuntes, vt patientiam, humilitatem, & huiusmodi.

Conficere lateres, *Exod.*5.*b.* est *dd* vacare operibus carnis.

Confectæ boues macie, *Gen.*41.*a.* cuacuationem *ee* pinguedinis gratiæ indicant.

a *Phi. de congr. &c.*
b *Gre.*4.*mor,* 36.37.
c *Hie.f.Ezec.* 47.
d *Hier.f. Isa.* 59.
e *Bas.psal.*7, *Greg.*12.*mor.* 18.
f *Hie.su. Isa,* 33.
g *Ori.f. Gen. ho.*5.
h *Hie.f. Hos.* 1.
i *Hier. f. Isa.* 13.
k *Hier.f. Iob.* 18. *Greg.*29. *mor.*2.
l *Bas.f. psal.* 28. *ho.*1.2. *Hie.f.ps.*28. m *Greg.*9.*m.* 18.
n *Ambr.*1. *de interpella.* 5. *Gre.*9.*mor.*3.
o *Hier.f. Isa.* 33.
p *Hier. f. Is.* 14.
q *Greg.*2.*mo.* 36.
r *Hie.f. Nah.* 3.
s *Ly.f.Luc.*3.
t *Greg.*7.*mo.* 4.
u *Gre. f.cant.* 8.
x *Gloss. ord.f. Gen.*30.
y *Gre.ho.*19.
z *Glo. inter f. Deut.*23.
aa *Hier f.Isa.* 7.
bb *Isy.f.Leui.* 26.
cc *Glos.ord.f. Leu.*13.
dd *Glo.ord.f. Exod.*5.
ee *Lyr.f.Gen. Exod.*5.

Confidere, vide Fidere.
Configere, quare Figere.
Confinis, vide Vicinus.
Confirmare, quare Firmus.
Confiteri, Confessio.

CONFITERI, est aliquid fateri, & affirmare: datúrque confessio laudis, & confessio peccatorum, & confessio fidei. Confessio autem actionis gratiarum, ad confessionem laudis refertur. Confiteri etiam, est potestari, *Num.* 32.*b.* Possessionem suscepisse confitemur trans Iordanem. Et sanctificare, 1.*Par.* 16.*a.* Vt confiteamur nomini tuo.

Laudare.

a *Basi.s psal.* 29.32.
b *Arn.s. psal.* 70.
Hie.s.Isa. 38.

Confessio laudis est, *a* quum dicitur, *Psal.* 29. Confitemini memoriæ sanctitatis eius, hoc est, laudare Deum, qui facit nos sui meminisse. Hæc confessio complebitur in futuro seculo, vbi confitebimur illi in æternum. Hac ratione non confitetur illi puluis, quia non laudat Deum peccator. Confiteri autem Domino in cithara, est laudare ipsum castigando corpus. Et confiteri illi in vasis psalmi, est veritatem corde & ore dicere. Et confitetur toto corde, *b* qui integro affectu Deum laudat. *Psal.* 6.7.9.32.70.146. *Isa.* 12.*a.* 25.*a.* 38.*d.* Sic confitetur Christus, Patri, ipsum laudando, *Psal.* 138.141. *Matt.* 11.*d. Luc.* 10.*d.*

Confiteri peccata.

c *Gloss.ord. s. Leu.* 16.

Confessio peccatorum, est, *c* quum quis fatetur, aut dicit peccata sua Deo vel homini loco eius: de qua confessione intelligi possunt hæc loca, *Gen.* 41.*b. Leu.* 16.*d.* 26.*f. Num.* 5.*a. Ios.* 7.*c. Nee.* 1.*b.* 9.*b. Ps.* 31. *Eccl.* 4.*d.* 17.*d. Matth.* 3.*a. Marc.* 1.*a. Act.* 19.*d. Iac.* 5.*c.* 1. *Ioan.* 1.*c.* Et confitetur Domino cogitatio hominis, quum quis cognitum peccatum confitetur, *Psal.* 75.

d *Hila.s.p psal.* 135.

Confitendum Domino, quoniam bonus, *d* tam confessione laudis, quàm confessione peccatorum: quia propter bonitatem suam ignoscit confitenti, *Psal.* 135.137.144.

e *Basil. & Arn. s.ps.* 48.

Confitetur diues Domino, *e* vel in prosperis, vel in iudicio coactus, *Psal.* 48.

Credere.

f *Ori.s. Matt. ho.* 7.

Confessio fidei est, de qua dicit, Apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, *Rom.* 10.*b.* Porrò, qui *f* confitetur Christum, abnegat semetipsum: & qui confitetur semetipsum, abnegat Christum, *Matt.* 16.*d.*

Conflare, Conflatile.

CONFLARE, est ex aliquo metallo per ignem quippiam formare.

Quasi coacta ira Dei probari pœna.

g *Hier.s. Ieue.* 7.

Conflari ira Dei dicitur, *g* quia Deus quasi peccatis nostris coactus, & diu sustinens, malos castigat, *Ier.* 7.*d.* 42.*d.* 44.*b.* Conflat etiam Deus aliquos, quum eos probat castigando, *Ier.* 9.*b.* Et ipse Deus dicitur quasi ignis conflans, *Mal.* 3.*a.*

Considerare scientiã Dei, &c.

h *Ricar. de S. Vict.* 2. *de arca mystica* 21.

Conflare quatuor annulos aureos, ad arcam fœderis, *Exo.* 37.*a.* est *h* considerare diuinam scientiam, & præscientiam, & diuinam prouidentiam, & prædestinationem erga homines, &c.

Purgari afflictione & martyrio.

i *Gre.* 18.*mo.* 14.

Conflari aurum & argentum, est *i* per afflictionem carnis, aut per tribulationem, vel etiam per martyrium purgari, *Iob.* 28.*a. Eccl.* 28.*d. Ier.* 9.*b. Ezec.* 22.*e.* Hæc autem contingit fidelibus: nam de hæreticis dicitur, *Ier.* 6.*c.* Frustra conflauit conflator, quia quantumuis ardeant, minimè purgantur, quia non ardent igne charitatis.

Mutare sauitiam in mansuetudinem.

k *Tert. aduer. mar.* 4.

Conflare gladios in vomeres, & lanceas in falces, *Isa.* 2.*b.* est *k* sæuos animos, in sensus probos, & in bonæ frugis operarios permutare: vel duritiam animi in obedientiam bene operandi. Vel arma Philosophorum conuertere in instrumenta cultus Ecclesiæ, vt eorum lingua, & doctrina seruiat Ecclesiæ. Et conflare bases argẽteas sanctuarij, *Exo.* 38.*d.* est instituere prædicatores in Ecclesia.

Errores hæreticorum.

l *Hie.s. Hab.* 2.
Isy.s. Leu. 19.

Conflatiles Dij, & conflatilis vitulus, designant *l* errores hæreticorum philosophia, & eloquentia palliatos: & designant diuitias congregatas, sub quarum dominio constituti, timent eas vel quantulumcunque contingere, sed eas adorant vt Deum, *Exod.* 32.*b.* 34.*c. Leu.* 9.*a. Iud.* 17.*b.* 3. *Reg.* 14.*b.* 4. *Reg.* 17.*c.* 2. *Par.* 33.*b. Isa.* 40.*d.* 42.*c.* 44.*b. Ier.* 10.*c. Hos.* 13.*a. Nah.* 1.*b. Hab.* 2.*d.* Et conflatile aurum, est *m* sapientia inanis hæreticorum, *Isa.* 30.*e.* Et ipse hæreticus dicitur conflator sculptilium, *Ier.* 51.*b.*

m *Hie.s. Isa.* 30.

Conflare pecuniam, benè & malè fieri potest, tam in doctrina, quàm in operibus, 4.*Reg.* 22.*a.* 2. *Par.* 34.*d.*

Confluere, vide Venire.
Confodere, quare Vulnerare.
Confortare, vide Fortis.
Conformare, Conformis.

CONFORMARI dicitur aliquid quando in aliqua forma, qualitate, aut actione fit alteri rei simile.

Vitiosè viuere.

n *Gloss.ord. s. Rom.* 12.

Conformari huic seculo, est *n* viuere vitam vitiosam, quæ est mundana, *Rom.* 12.*a.* & formam sæcularis concupiscentiæ accipere.

Imitari Christum.

o *Gloss.ord. s. Rom.* 8.

Conformes imaginis filij Dei sunt, *o* qui Christum, qui est imago Dei, imitantur: vnde & filiationem adoptiuam recipiunt, quæ fit similis naturali, *Rom.* 8.*f.*

Confricare, vide Fricare.
Confringere, quare Frangere.
Confugere, Refugere, Refugium, Recurrere.

CONFVGERE, est ad aliquem velut patronum, & defensorem, recurrere. Refugere autem interdum est confugere, quandoque deuitare & recusare. Refugium autem est quasi confugium, quo velut ad tutelam quis fugit. Recurrere etiam & recursus eodem referuntur.

Deus.

p *Hie. Cypr. & sup. psal.* 30. *Aug.s. ps.* 30.

Refugium dicitur *p* Deus iis, qui sunt in tribulatione: vnde ad ipsum est confugiendum, *Ruth.* 2.*c.* 2. *Reg.* 22.*a. Ester.* 14.*a. Psa.* 9.70.89.142. *Iere.* 16.*d.* Et refugium Christi dicitur Pater, *Psa.* 143. Et dicitur domus refugij, *Ps.* 30. quia non possumus ab ipso fugere, nisi ad eundem confugiamus.

Christus.

q *Arn.s.psal.* 103. *Greg.su. Ezech.ho.* 9.

Refugium herinaciis est petra, hoc est, *q* Christus iis, qui sunt spinis peccatorum obsiti. Et doctrina simplex fidei est refugium simplicibus, subtiliora capere non valentibus, *Psa.* 103.

Recurrere ad Ecclesiam.

r *Gloss.ord. s. Sap.* 14.

Confugere ad ratem, vel ad nauem, est *r* recurrere ad Ecclesiam, extra quam non est salus, *Sap.* 14.*a.* Idem potest designari, quod filij Israël confugiebant in vrbes, & serui Pharaonis in domos, *Exo.* 9.*c. Leu.* 26.*d. Ios.* 20.*a.* 21.*d. Iud.* 9.*g.* 1. *Par.* 6.*e.* 1. *Mach.* 10.*a.* 2. *Mach.* 5.*b.*

Quærere auxilium fragile.

s *Glo. inter. s. Isa.* 20.

Confugere ad Ægyptios, est *s* quærere auxilium mundanum, & fragile, relicto auxilio diuino, *Is.* 20.*b.*

Confundere, Confusio, Erubescere, Impudens, Procax.

CONFVNDITVR aliquis, quum erubescit quasique rubore perfunditur, quum aliquid malè se patratum coram aliis obiicitur. Confusa etiam sunt, quæ nullum habent ordinem, sed indistincta manent. Contingit etiam erubescere de eo: quod reputatur inhonestum: sic non erubescebant Adam & Eua nudi ante peccatum, quia non reputabatur inhonestum, *Gen.* 2.*d.* Impudens verò dicitur, qui nullo pudore ducitur, & perfrictæ est frontis.

Velatus & percussus Christus.

t *Arn.s. psal.* 88.
u *Aug. epist.* 120.
x *Ori.s.Ezec. ho.* 10.

Confusio operuit faciem Christi in Passione *t*, cùm cõsputus, & velatus, & percussus est, *Ps.* 68.83.88. Sic antiqui patres non sunt confusi, quia non tali morte vitam finierunt, *Psa.* 21.

Pœnitere.

Confundi in bonum, post peccatum, est *u* erubescere per pœnitentiam. *Ezech.* 7.*e.* 19.*f.* 43.*c. Psa.* 118. Et confundi ab idolis, est *x* pœnitentiam agere de peccatis idololatriæ: & erubescere super hortis, est dolere de peccatis & locis luxuriæ, *Isa.* 1.*g.* Et domus Iacob non est confusa in principio, quando in primitiua Ecclesia manserunt increduli: sed postquam vidit filios sanctificantes nomen Dei, *y* hoc est, post fidem gentilium, *Isa.* 29.*g.* 32.*c. Ier.* 14.17.*c.* 31.*d. Sop.*

Implẽs Deus promissa.

y *Hier. s. Isa.* 1.29. *& sup. Ezc.* 16.
Aug.s.ps. 34.

Non confundit Deus ab expectatione, *z* quia implet promissa: & non confunduntur, qui quærunt Dominum, & qui confitentur eius Passionem, etiam in conspectu Regum: quia Dominus respondet pro eis, *Psa.* 78. 118. 126. 131. Sic non confunditur Apostolus Christi veritatem prædicando, *Rom.* 5.*a.* 2. *Corint.* 5.*c. Phil.* 1.*d.* 2. *Tim.* 1.*c.*

Confiteri passionem Christi.

z *Amb.s.psa.* 118. *ser.* 15.
Aug.ep. 120.

Non sunt confusi antiqui Patres sperantes in Deum, quia etiam à temporalibus periculis liberati sunt, *Psal.* 21. *Isa.* 50.*c.*

aa *Gre. pasto. admon.*

Erubescat Sidon, ait mare, *Isa.* 23.*a.* hoc est *aa* Gentes sine lege sanctius viuentes quã Iudæi, qui erant sub lege,

eos confun

Paulus.

eos confundent. Hoc etiam ait mare: quia non culpa maris est, si qui pereant in eo, sed mercatorum & nauigantium, qui se mari committunt. Erubescere etiam dicuntur filiæ Palestinarum, in via scelerata Hierusalem, *Eze.* 16. *c.* quando *a* tanta est corruptio, atque ignominia peccantis, vt erubescant etiam ipse aduersariæ potestates super magnitudine peccatorum.

Peccantes.

Erubescens mendicare vilices, *b* designare potest Paulum qui non accepit Euangelium ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi, *Luc.* 16. *d.*

Schismata.

Confunduntur agricolæ. *Ioel.* 1. *c.* hoc est, *c* prædicatores, qui non vident fructum suæ prædicationis. Sic dicitur ibidem confundi vinum, quum non prodest prædicatio, aut non inuenitur.

Conuicti mali & hæretici.

Confundunt Iob decies, hoc est, *d* Ecclesiam, qui per omne quod peccant, prauis suis moribus decalogi præcepta relinquunt: & toties bonis confusionem faciunt, quoties in suis actibus diuinis vocibus obsistunt, *Iob.* 19. *a.*

Confusio linguarum, *Gen.* 10. *b.* designare potest schismata superborum & hæreticorum. Confunduntur autem, quæ non permanent in suo genere, sed corrumpuntur: vnde in hoc designantur *e* potentiæ per vitia inordinatæ, nec propriam originem seruantes.

Confunduntur mali, & qui derelinquunt Dominum in iudicio videlicet, & in inferno. Et confundit Deus sapientes, & fortia mundi, quum *f* ostendit eos confusione dignos, *Iob.* 30. *a. Psa.* 44. 34. 52. 69. 82. 85. 96. 168. 121. 131. *Isa.* 1. *g.* 20. *b.* 26. *b.* 30. *a.* 36. *b.* 37. *f.* 41. *c.* 42. *c.* 44. *b.* 65. *c.* 66. *b. Ier.* 2. *g.* 3. *g.* 8. *d.* 10. *c.* 13. *e.* 17. *b.* 20. *c. Ezech.* 4. *c.* 16. *a.* 32. *g.* 43. *c. Hos.* 4. *d.* 10. *b. Mich.* 3. *c.* 7. *d. Zach.* 10. *b.* 13. *b.* 1. *Cor.* 1. *d.* Confunduntur etiam qui operantur linū, *g* quum hæretici & philosophi subtilitates dialecticas texentes, mendacij reuincuntur, & à suis sectatoribus relinquuntur, & causa cadunt in iudicio, sicut fornicaria. *Hos.* 2. *a. Isa.* 19. *b.* 45. *c. Ioel.* 1. *f. Abdi. c. Haba.* 2. *c. Soph.* 3. *c. Zach.* 9. *a.* Sic non confunduntur boni in tempore malo, hoc est, in iudicio *h* quia nihil in eorum actibus inuenietur confusione dignum, *Psa.* 30. 33. 36. 68. 118. *Isa.* 49. *f.* 54. *b.*

Obscuratio Solis & Lunæ

Erubescet Luna, & confunderur Sol in iudicio: quum *i* Sol conuerteretur in tenebras, & Luna in sanguinem, ad peccatorum confusionem. *Isa.* 24. *d.*

Confunduntur videntes signum, hoc est, *k* dæmones videntes crucem, & resurrectionem Christi, *Psal.* 85. Et confunduntur hæretici à sacrificiis suis, hoc est, ab erroribus suis, *Hos.* 4. *d.* 9. *c.* Et Prophetæ confunduntur à visione sua, quum non euenit, *Zach.* 13. *b.*

Mundus. Temporalia.

Confusionis terra dicitur *l* hic mundus, vbi mali affligunt bonos, *Soph.* 3. *d.*

Confusio Hierusalem, quam congregare debebat de terra, *Ier.* 10. *c.* dici possunt, *m* vel res temporales, & alimenta, quæ debebat parare ad futuram obsidionem, quibus tamen non erat liberanda: vel auxilium idolorum, & vitia, quibus confundi debebat.

Confusio duplex indicatur esse, *Ier.* 6. *d.* 8. *d.* vbi dicitur: Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: vbi *n* prius confusi dicuntur ob cultum idolorum: & quia non euenichant, quæ à falsis Prophetis dicebantur: & tamen postea non resipuerunt pœnitendo.

Confundi distributionem fortium in Israël, quod non debebat fieri, *Num.* 36. *b.* designabat *o* confusionem graduum, & ordinum in Ecclesia non admittendam: designant etiam cauendum, ne bonorum operum possessio ad alienos transferatur.

Iudæi. Hæretici. Anima peccatrix.

Impudens populus dicuntur *p* Iudæi, præcipuè sacerdotes, & Pharisæi, qui dicuntur canes impudentes. *Isa.* 33. *c.* 56. *d.* Idem hæretici & Philosophi. Procax autem mulier, *q* est anima impudenter peccans, vel hæresim defendens, *Eze.* 16. *d.*

Confutare

CONFVTARE, est rationes alicuius refellere. Et à nullo confutari Iob, est Ecclesiam non vinci ab hæreticis, quum defendat veritatem. *Iob.* 11. *a.*

Congaudere, vide Gaudere.
Congemere, quare Gemere.
Congerere, vide Congregare.
Congeries, quare Aceruus.
Conglobare, vide Globus.
Conglutinare, quare Glutinum.
Congratulari, vide Gratulari.
Congredi, quare Bellum.

Congregare, Congerere, Congregatio, Coneio, Conuocare, Cœtus, Cogere, Conuenire, Coaceruare.

Reuocans Deus ad Ecclesiam.

CONGREGARE, est in vnum locum, vel homines, vel aliqua alia coniungere: & congregatio est ipsa multitudo coniuncta. Porrò, conuocari propriè est hominum: congregari verò pecorum: vnde *r* synagoga dicta est à congregatione: Ecclesia verò à conuocatione.

Congregat Deus dispersiones Israëlis, quum *s* separatos ab Ecclesia, ad ipsam reuocat: vel quum in iudicio bonos vndiquaque dispersos, in vnum colliget. Congregat autem non in vnum locum, sed in vnum corpus Ecclesiæ. *Psal.* 101. 146. *Isa.* 11. *c.* 40. *c.* 43. *a.* 45. *c.* 49. *e.* 52. *d.* 54. *c.* 55. *b.* 56. *c.* 66. *f. Ier.* 3. *f.* 23. *a.* 29. *d.* 31. *b.* 32. *a.* 29. *d.* 31. *b.* 32. *a. Ezech.* 11. *c.* 28. *g.* 29. *c.* 34. *d.* 37. *d. Hos.* 1. *d.* 4. *a.* 8. *c. Ioel.* 1. *c.* 2. *d.* 3. *a. Amos*, 3. *c. Mich.* 2. *d. Hab.* 1. *b. Soph.* 3. *b. Zach.* 10. *c.* 14. *a. c. Ioan.* 11. *g.* Et congregat Deus malos ad victimam, *t* quum eos conuertit, vt per pœnitentiam fiant victima acceptabilis Deo, *Ier.* 11. *a. Ezec.* 39. *d.* Et congregari dicuntur, vt triturentur, *Mich.* 4. *d.* Cogere etiam consilium in Moab, *Isa.* 16. *a.* est de vagis & errantibus Ecclesiam constituere vniendo eos in fide.

Cōuocatio ad iudicium.

Congregabit Deus omnes gentes in valle Iosaphat, hoc est, *u* ad iudicium, *Ioel.* 3. *a.* Congregabuntur autem quasi fœnum areæ *Mich.* 7. *d.* Et congregabuntur sancti & electi à summis cœlorum, &c. *Matt.* 24. *b.* Cōgregabuntur in iudicio dæmones, & peccatores in congregationem vnius fascis: *x* vt mittantur in lacum inferni, *Isa.* 24. *d.*

Repressio persequentorum.

Congregat Deus aquas maris sicut vtre, *Psal.* 32. quando retinet *y* persequutores Ecclesiæ, ne audeant eam persequi, sed intra seipsos iram retineant, & tabescant. Et quum miro moderamine cuncta disponens, in suis clausas cordibus carnalium minas frænat.

Vnio ad fidem.

Congregata maria, *Iob.* 26. *d.* sunt *z* gentiles & Iudæi in vnum Ecclesiæ corpus, atque in vnam fidem copulati. Et congregatio populorum circundans Christum, est multitudo credentium, *Psa.* 7. Congregationes aquarum, designant *aa* vnionem fidelium in Ecclesia. Et congregat Deus aquas quasi vtrem, vel quasi in vtre, vel in vtrem, quia *bb* vnit fideles in Ecclesia etiam ex diuersis sectis, *Psal.* 32. *Isa.* 43. *b.*

Dispositio materiæ.

Congregatio aquarum in locum vnum vt appareret arida, *Gen.* 1. *a.* significare potest *cc* dispositionem materiæ, quæ fit ad introductionem formæ.

Separatio infidelium ab Ecclesia.

Congregationes etiam aquarum factæ, vt appareret arida, designant *dd* separationem infidelium ab Ecclesia, quæ solent impedire fideles, ne fructificent. Et etiam sunt *ee* multitudo vitiorum, quæ congreganda est in locum vnum seorsum, per confessionem & pœnitentiam: ne nobis impedimento sint ad bene operandum, *Gen.* 1. *a. Exod.* 15. *b.*

Munientes hæretici errores suos.

Congregant hæretici aquas piscinæ inferioris, *Isa.* 22. *b.* quum *ff* suos errores authoritate sacræ scripturæ munire conantur. Sed vniuersam terram dicunt se congregasse, quasi omnes fideles in suos traxerint errores, *Is.* 10. *c.*

Assistentia verborum.

Congregatio aquarum, quæ non fit immunda per contactum immundi, *Leu.* 11. *f.* designare potest verborum affluentiam.

Congregariad Christum.

Congregati principes cum Deo, *Psal.* 46. 47. fuerunt *gg* Angeli in natiuitate Christi, vel Apostoli ad Christum prædicandum. Congregantur etiam aquilæ ad corpus, hoc est, *hh* Sancti ad Christum, vel intra Ecclesiam, *Matt.* 24. *c.* Et conueniunt reges in vnum, hoc est, ad lapidem angularem in fundamento positum. Et congregat Christus fideles, vt gallina sub alas, hoc est, ad protegendum, *Matt.* 23. *d.*

Ecclesia.

Congregatio filiorum Israël, designare potest *ii* congregationem Ecclesiæ, aut religiosorum, *Exo.* 16. *b.* 35. *a.* Et congregans Moses seniores Israël, designat conuocationem Apostolorū, *Ex.* 3. *c.* 4. *b.* 12. *a.* 19. *a.* Congregare autem

a *Hie. s. Eze.* 16.
b *Hier. Aglasia.*
c *Hie. s. Ioel.* 1.
d *Gre.* 14. *mo.* 13.
e *Phil. de confu. lin.*
f *Ori. s. Ezec. ho.* 10. *Hil. s. psa.* 52. *Arn. s. psa.* 24. *Hie. s. Isa.* 19. *Aug. s. ps.* 34.
g *Rup. s. Hos.* 2.
h *Ori. s. ps.* 36. *ho.* 3. *Basi. s. psa.* 33. *Arn. s. psa.* 68.
i *Hie. s. Is.* 24.
k *Gl. ord. sup. psa.* 85.
l *Hie. s. Sop.* 3.
m *Hi. s. Ier.* 10
n *Glo. ord. s. Ier.* 6.
o *Glo. ord. s. Num.* 36.
p *Hie. s. Is.* 33.
q *Ori. s. Ezec ho.* 8.
r *Aug. s. Roman.* 1.
s *Arn. & Hi. s. psa.* 146. *Hie. s. Isa.* 11. *Gre. s. psa.* 101
t *Hie. s. Ier.* 11 *& s. Isa.* 16.
u *Hie. s. Ioel.* 3.
x *Hie. Isa* 24
y *Aug. s. ps.* 32
z *Gre.* 9. *m.* 5. *& 19. mor.* 8. *Hie. s. Iob.* 26.
aa *Am.* 3. *Exaem.* 1.
bb *Bas. & Ar. s. psa.* 32.
cc *Aug. de Gē imperfec.* 10.
dd *Ori. s. Gen. ho.* 1.
ee *Aug.* 13. *confes.* 17. *Bed. s. Gen.* 1.
ff *Hie. s. Is.* 22.
gg *Ar. s. ps.* 46. *Aug.* 1. *q. in eua lib.* 42. *& s. psa.* 47.
hh *Aug.* 1. *q. in eua lib.* 42. *& s. psa.* 47.
ii *Ori. s. Leu. ho.* 6. *Hie. s. Isa.* 23.

c cœtum, designat prædicationem Apostolorum, & collectionem virtutum, *Leu.* 8. *a.* 10. *a.* 16. *d.* 19. *a.* 23. *f.* Congregari etiam filij Leui ad Mosen, designant prædicatores paratos ad legis confessionem, *Exo.* 32. *f.* De hac congregatione fit mentio in his ferè locis, *Num.* 8. *b.* 10. *a.* 11. *d.* *Deuter.* 31. *g.* *Ios.* 22. *c.* 24. *a.* *Iud.* 20. *b.* 1. *Reg.* 10. *c.* 2. *Reg.* 20. *e.* 3. *Reg.* 8. *a.* 18. *c.* 4. *Reg.* 10. *e.* 1. *Para.* 13. *b.* 15. *a.* 20. 21. *a.* 23. *a.* 28. *a.* 2. *Para.* 5. *b.* 10. 25. *a.* 29. *a.* *Iudith.* 6. *d.* 1. *Esdr.* 9. *a.* 10. *b.* *Neem.* 9. *a.* *Ester.* 8. *c.* *Isa.* 23. *a.* *Ier.* 4. *b.* 30. *b.* 31. *b.* *Ioel* 1. *c.* *Ezech.* 38. *b.* *Mich.* 2. *b.* *Zac.* 10. *d.* *Matt.* 10. *a.* 15. *b.* *Mar.* 6. *a.* *Luc.* 15. *b.* Congregat autem Moses synagogam ad ostium tabernaculi, *Leu.* 8. *a.* quia *a* Iudæi, vt saluentur, ad Ecclesiam congregari debent.

a *Isyc. s. Leu.* 8

Congregantes bonos & malos ad nuptias, sunt *b* vocantes eos, qui tam benè, quàm malè viuebant in gentilitate. Sic etiam congregat sagena Ecclesiæ bonos & malos pisces, *Matt.* 13. *g.* 22. *a.* Cõgregare autem dicitur Christus, vbi non sparsit, *Mat.* 25. *c.* *Luc.* 19. *d.* quia dicet in iudicio: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. De his congregationibus, *Psal.* 49. 101. 105. 106. *Sopho.* 2. *a.* 3. *b.* *d.* 1. *Mach.* 3. *b.* 5. *e.* *Marc.* 1 5. *c.* *Ioan.* 4. *e.* 10. *g.*

b *Ori. s. Matt. c.* 13. & *h.* 20. 26. 30. 33. *Am. s. Luc.* 17. *Arn. s. ps.* 49.

Conuocatio communis.

Congregari dicuntur filij Israël vnus, & vnus. *Isa.* 27. *d.* quia *c* pauci ex eis venerunt ad fidem. Et dicitur de populo illo, *Isa.* 49. *b.* 60. *b.* Non congregabitur: quia maior eorum pars non veniet ad fidem. Cœtus autem Iudæorum dicuntur iniqui, *Isa.* 1. *d.* quia cum iniquitate conueniebant aduersus Christum. Idem designabant conuenientes aduersus Mosen, & Aaron, *Nu.* 20. *a.* *Amos.* 5. *f.* Congregatio quoque taurorũ, *d* est congregatio Iudæorum aduersus Christum: vel hereſiarcharum aduersus simplices, quos perdere conantur, *Psa.* 67. Cœtus etiam Simeon & Leui, designat congregationem Scribarum & sacerdotum contra Christum. *Gen.* 49. *a.*

c *Amb. de inst. vir.*

Pauci fideles. ex Iudæis.

Congregati duo in nomine Christi sunt, quum *e* corpus subest animæ: vel quum cogitationes factis, & facta cogitationibus consentiunt, *Matt.* 18. *c.*

Congregare frumenta in horreum est *f* colligere bonos, quod facit Christus, cuius typum gessit Ioseph, *Gen.* 41. *f.* *Exo.* 23. *b.* *Iudith.* 4. *a.* *Matt.* 3. *c.* 6. *d.* 13. *e.* *Luc.* 3. *d.* Et congregari aream, est suadendo perdocere aliquos ad vitam æternam, *Iob.* 15. *d.* 39. *b.* Et congregare greges ad puteum, est conuocare simplices ad doctrinam, *Gen.* 29. *b.* Et congregare iumenta, est liberare simplices à periculis, *Exo.* 9. *d.* Congregare autem triticum *g* est etiam multiplicare bona opera, *Isa.* 62. *c.* Congregatus autem Salomon aurum, & argentum', *Eccl.* 2. *b.* designat Christum multiplicantem sensum & verba in discipulis, & prædicatoribus. Congregat etiam Rhinoceros aream Dei, *Iob.* 39. *b.* quum *h* prædicatores ex gentilibus, congregant suscipientes fidem in Ecclesiam, *Prou.* 10. *a.*

e *Amb. de inst. vir.*
f *Gre.* 31. *mor.* *Bed. s. Ge.* 41.

Obediens corpus animæ.
Colligere bonos.

Congregans Ioseph omnem pecuniam Ægypti, designare potest, omnes Philosophorum veritates fidei Christi esse subiiciendas. *Gene.* 47. *g.* 2. *Paral.* 32. *f.* 34. *b.* *Prou.* 31. *d.* 21. *a.* 28. Sic congregantur merces Tyri, *i* non ipsis Tyriis, sed habitantibus coram Domino, *Isa.* 23. *d.* Congregantur diuinæ gentium ad Hierusalem *k* quum doctrina Iudæorum & Gentium congregantur ad Ecclesiam. *Zach.* 14. *c.*

g *Hie. s. Is.* 62. & *s. Eccl.* 3. & *s. Iob.* 39.
h *Greg.* 31. *m.* 5. *Bed. s. Pro.* 10.
i *Hie. s. Isa.* 23
k *Rup. s. Zach.* 14.

Subiicere philosophiam fidei.

Congregabantur olim Sancti Patres ad populum suum, quum ex hac vita ad limbum transibant, vt Abraham. *Gen.* 25. *a.*

Congregantes Azotij satrapas Philisthinorum, 1. *Reg.* 5. *d.* designant *l* venisse fidei prædicatores, vbi magis feruebat gentilitas.

l *Gre. s.* 1. *Regum.* 5.

Prædicatores ad gentes.

Congregati in Masphat. 1. *Reg.* 7. *a.* est *m* de Dei omnipotentis miseratione confidere.

m *Gre. s.* 1. *Regum.* 7.

Confidere in Deo.

Congregat Spiritus Dei prophetias, *Isa.* 34. *d.* quum facit eas *n* seruari tempore suo implendas. Et cogit Spiritus Domini fluuium violentum, *Isa.* 59. *d.* quum dona Spiritus sancti multiplicantur in Ecclesia.

n *Hier. s. Isa.* 34. 59.

Seruari prophetias.
Dona Spiritus sancti in Ecclesia.

Congregans Saul exercitum contra Amalec, 1. *Reg.* 14. *g.* designant *o* prædicatorem conuocantem virtutes contra libidinem, nempe humilitatem, abstinentiam, orationem, sacram doctrinam, exempla Sanctorum, &c. Idem designat congregans Salomon currus & equites, &c. 3. *Reg.* 10. *d.* 2. *Par.* 1. *d.*

o *Gre. s.* 1. *Regum.* 14.

Conuocatio virtutum.

Coactus est subito aër in nubes, *Iob.* 37. *c.* quum *p* per respectum supernæ gratiæ fluxa corda piscantium in soliditatem versa sunt prædicatorum: vt eorum infirmæ cogitationes, fortia sentiendo densescerent, ac more nubium aquas scientiæ caperent, & subteriacentem terram verbis prædicationis irrigarent.

p *Gr.* 27. *mo.* 26.

Cõuersio peccatorum in Apostolos.

Congregat formica in messe, quæ hyeme comedat, designans benè operandum in hac vita, vt possimus viuere in æterna. *Prou.* 6. *a.* 10. *a.* *Eccl.* 15. *a.* Et congregant omnes fructus terræ, *q* *Leu.* 23. *f.* qui ab operibus terrenis cessantes, opera faciunt, quibus perpetuam festiuitatem Deo celebrent.

q *Isyc. s. Le.* 23

Bene operari in hac vita.

Congregare in messe spicas. *Isa.* 17. *b.* designat *r* Apostolos conuertentes paucos ex Iudæis.

r *Hier. s. Isa.* 17.

Conuerti paucos ex Iudæis.

Congregati inopes & latrones ad Iephte. *Iud.* 11. designant *s* peccatores conuenientes ad Christum per fidem & pœnitentiam. Idem designant conuenientes ad Dauid, qui erant in angustia, &c. 1. *Reg.* 22. *a.*

s *Au. q. in Iudi.* 49.

Peccatores ad Christum.

Congerere carbones super caput inimici, *Rom.* 12. *d.* est *t* per patientiam, & beneficentiam prouocare eum ad pœnitendum, & ad diligendum benefactorem. *Prou.* 25. *c.*

t *Ori. & Aug. s. Rom.* 12. *Bed. s. Pro.* 25.

Per patientiã conuertere.

Conuocans Iacob domum suam, *Gen.* 35. *a.* designat prælatum intendentem sibi subditorum instructioni.

Prælatus curam habens suorum.

Congregantur, vt bruchus, *u* qui tantas sibi parat virtutes, quæ multitudinem exequent vitiorum, quæ prius habebat, *Nah.* 3. *c.*

u *Hier. s. Na.* 3.

Congregans Seon exercitum contra Israël. *Num.* 21. *e.* designat *x* diabolum congregantem malos aduersus bonos. Et congregans perdix, quæ non peperit, *Ier.* 4. *a.* 17. est diabolus, *y* vel hæreticus trahẽs ad se animas, quas non creauit. Et congregati reges aduersus Christum, fuerunt Herodes & Principes Iudæorum, *Isa.* 2. 15. 30. 34. 47. 63. 102. *Matt.* 2. *a.* Congregatus autem populus aduersus Aaron, designat seditionem subditorum aduersus prælatum, *Exo.* 32. *a.* Et congregatæ bestiæ, designant vitia in corde mali. *Psa.* 103. Vel congregatæ bestiæ aduersus hæreditatem Domini, sunt dæmones aduersus Iudæos, *Ier.* 12. *c.* Congregatio verò taurorum, dici possunt duces idololatriæ. *Psal.* 67. Congregant autem pseudoprophetæ greges, hoc est, hæretici discipulos, *Psal.* 40. *Prouer.* 6. *d.* *Eccl.* 2. *d.* *Isa.* 8. *b.* 10. *d.* *Ier.* 10. *c.* *Mich.* 4. *d.* *Hab.* 2. *c.* Congregantes etiam Philisthæi agmina sua, sunt dæmones varias patrantes tentationes aduersus fideles, 1. *Reg.* 4. *a.* 17. *a* 28. *a.* 4. *Reg.* 6. *f.* 2. *Par.* 18. *a.* 1. *Mach.* 1. *a.* 3. *a.* *Ios.* 10. *a.* *Ester* 5. *c.* *Ier.* 1. *c.* *Matt.* 22. *d.* 26. *f.* *Mar.* 14. *f.* 15. *d.* *Luc.* 20. *a.* 22. *g.* *Ioan.* 18. *d.* *Act.* 9. *d.* Idem designant congregati mlui alter ad alterum, *Is.* 8. *b.* 13. *a.* 14. *d.* Quum autem confundentur hæresiarchæ, & non erit qui congreget eorum sectatores, *Isa.* 13. *d.* *Ezec.* 31. *b.* 38. *b.* 39. *e.* *Hos.* 9. *b.* *Ioel.* 3. *c.* Cœtus quoque Gigantium, est congregatio dæmonum, *Pro.* 21. *c.* *Ezech.* 20. *b.* 38. *e.* Et congregatio populorum circundans Christum, *z* *aa* erit multitudo persequentium eum, *Psal.* 7. Et conuentus malignantium. *Psa.* 61. Congregare etiam dicitur diabolus captiuitatem quasi arenam, *Haba.* 1. *c.* diabolus etiam, *bb* aut hæreticus, vel Antichristus congregat auaritiam malam domui suæ, *Haba.* 2. *e.* Conuenientes volucres ad victimam. *Ezec.* 39. *d.*

x *Ori. s. Num. h.* 12. & *s. Ez. h.* 1. & *s. Exod. ho.* 1. & *s. Iere. ho.* 48. *Arn. s. ps.* 47. 30.
y *Hil. s. ps.* 67. *Clyma grad.* 25. *Hie. s. Isa.* 66. *Aug.* 13. *cont. Faust.* 12. & *ps.* 54. *Hie. s. Is.* 13.
z *aa* *Aug. s. ps.* 7. 62.
bb *Hie. s. Hab.* 2.

Gentes aduersus Hierusalẽ
Volentes seruire legi.

Congregat Deus amatores Hierusalem, tanquam meretricis aduersus eam, quum *cc* conuocat gentes vicinas ad eius destructionem, *Ezec.* 16. *d.* Et dæmones aduersus animam.

cc *Glo. ord. su. Ezec.* 16.

Munitio inanis philosophorum.

Congregati filij ad leniendum dolorem patris, designant volentes seruire legi. Ita etiam congregantur ad audiendum ipsum, *Gen.* 37. *g.* 49. *a.* & conuenientes Scribæ & Pharisæi ad Caipham, *Matt.* 26. *f.* sunt collecti ad defendendam literam legis. Et congregati Hierusalem erant, *dd* qui fauebant illi in erroribus & vitiis, *Isa.* 57. *c.*

dd *Hier. s. Isa.* 57.

Punitio malorum

Coaceruat Tyrus aurum & argentum quasi humum, & lutum, *ee* quum Philosophi se muniunt inani sapientia, & loquacitate, *Zach.* 9. *a.* Congregat autem Iudas diuitias gentium, quum doctrina Philosophorum inducitur in Ecclesiam, *Zach.* 14. *c.*

ee *Hier. s. Zac* 9. 14.

Congregare ranas in aggeres, vt putrescerent, est inducere malos & loquaces in infernum, *Exod.* 8. *d.* Sic congregat *ff* Deus malos, quasi gregem ad victimam. *Ier.* 8. *e.* 12. *c.* & dicitur congregare super eos mala, quum multiplicat punitionem, *Deut.* 32. *d.* 4. *Reg.* 4. *b.* Et congregat famem, *Ezec.* 5. *d.* *Haba.* 1. *d.* *Soph.* 1. *a.* Sic congregantur flagella, quum multiplicatur punitio. *Psa.* 34. & spinæ congregatæ, sunt mali comburendi, *Isa.* 33. *b.* Congregabit etiam Deus in iudicio opera & cogitationes malorum, quum ea adducet, vt omnibus manifestentur & iudicentur, *Isa.* 66. *f.* Et congregat malos in fornacem, vt puniat in inferno, *Ezc.* 22. *b.* *Hos.* 4. *a.* Ad hæc referri potest congerere ossa. *Eze.* 24. *c.*

ff *Gl. int. Ier.* 8.

Congregatæ mercedes meretricis, sunt *gg* errores hæreticorum, qui non sunt ex paterna hæreditate, sed ipsi hinc inde colligunt. *Mich.* 1. *b.* Congregat etiam meretrix mercedes, cum per peccata & errores, quis quærit gloriam mundi. Non congregat etiam mercedes *hh* quum etiam in aduersis defendit errores. *Ezech.* 16. *d.*

gg *Hie. s. Mic.* 1.

Erreres multiplicati.

hh *Ori. s. Ezec.*

Digitized by Google

Exercere opera misericordiæ.
Quærere terrena auxilia.

Congregat etiam mercedes,*a* qui opera meritoria exercet,quibus præmium æternæ vitæ percipiat, *Agg.* 1.*b.*
Congregat Hierusalem confusionem suam de terra,*b* quum relicto Deo,quærit terrena auxilia, quæ illi sint in confusionem,*Ier.*10.*c.*
Non congregatur draco lapsus in terram,quum *c* diabolus non sepelitur in iis, qui crediderant ei,quum ab eo fuerint liberati,*Ezech.*29.*b.*
Conuenientes Reges in valle salinarum,sunt *d* principes prauarum affectionum, qui coniunguntur in parte animæ affectiua,*Gen.*14.*a.*
Congregare conuenticula malorum, vel Iudæorum de sanguinibus, *Psa.*15. est *e* conuenire ad sacrificia, in quibus offertur sanguis: qua ratione non congregat Christus.
Conuocat villicus singulos debitores,*Luc.*16.*b.*cum *f* habens bona vel naturæ, vel gratiæ, omnibus curat benefacere.
Congregantes filij Israël aceruum lapidum super Acan,*Ios.*7.*d.*in memoriam peccati *g* fecerũt, vt cæteri sibi cauerent.
Congregauerunt multæ filiæ diuitias,quum *h* Ecclesiæ hæreticorum fecerunt multa bona opera:sed Ecclesia supergressa est vniuersas,*Prou.*31.*d.*

a *Hie.s.Ag.*1. *Gre.s.*Ez.*h.*4.
b *Glo. ord. su. Ier.*10.
c *Hie.s. Ezec.* 29.
d *Phi.de conf. ling.*
e *Gl. ord.sup. psa.*15.
f *Lyr.s.Lu.*16
g *Lyr.s.Ios.*7.
h *Bed.s.Prou.* 31.

Congruere, Congruum.

Congruum dicitur,quod rectè alteri aptatur,& conuenit.
Congrua somniorum interpretatio, designare potest rectam explicationem mysteriorum sacræ scripturæ, *Gen.*40.*a.*
Congruum loco Marath nomen impositum,*Exod.*15.*d.*propter *i* amaritudinem aquarum congruentem amaritudini legis.
Congrua organa officio sacerdotum,rectam,& decentem prædicationem significare possunt,2.*Par.*30.*d.*

Recta explicatio.
Recta prædicatio.

i *Glo.ord.sup. Exo.*15.

Coniicere, Coniector.

Coniicere dicitur quis, quum ex aliquibus visis,seu auditis elicit aliquam occultorum,aut futurorum quasi diuinando notitiam. Vnde & diuini,coniectores dicebantur: & ipsa opinio, aut diuinatio, seu ipsum signum,vnde coniiciebantur,coniectura dicitur.
Coniector Ioseph,typus esse potest Christi omnia cognoscentis:vel sapientiam Ecclesiæ, qui mysteria sacræ scripturæ rectè nouerunt.*Gen.*40.*d.* Coniectores autem Ægypti, sapientes mundanos designare possunt, qui non pertingunt ad cognoscenda diuina mysteria,*Gen.*41.*b.Ezec.*21.*b.Dan.*2.*a.*

Christus.
Sapientes Ecclesiæ.
Sapientes mũdani.

Coniungere,vide Iungere.
Coniunx,quare Vxor.
Coniugium,vide Matrimonium.

Coniurare,Conspirare.

Coniurare dicuntur, qui conspirant, ac iuramento se astringũt, vt in vnum veniant consensum contra aliquem,præcipuè principem aut rempublicam.
Coniuratio Absalom,& Achitophel contra Dauid, 2.*Reg.*15.*c.* designare potest conspirationem Iudæ & Iudæorum aduersus Christum. Ad idem referri possunt aliæ coniurationes seruorum contra dominos, aut Reges, 4.*Reg.*9.*c.*15.*b.*2.*Par.*33.*d.*

Conspiratio Iudæorum in Christum.

Coniuratio contra Deum,*k* est cum multi concordant in offendendo Deo,*Isa.*8.*c.Ier.*11.*b. Ezec.*22. *e.Ioan.*9.*e.*
Coniuratio contra Paulum est,quæ fit contra prædicatores,*Act.*23.*c.*

Concordia offendentium Deum.

k *Hi.s.Ier.*11.

Connectere, vide Nectere.
Conopeum.

Conopeum est velum,quo cubile tegitur,quasi ad arcandos culices.
Conopeum Holophernis,*Iudith,*10.*d.*13.*a.*designat *l* insidias dolosæ cogitationis, quibus diabolus simplices & incautos decipit.

Insidiæ diaboli.

l *Glo.inte.sup. Iudith.*13.

Conregnare, vide Regnare.
Conridere,quare Ridere.
Conquassare, vide Quassare.
Conquiescere, quare Quiescere.
Conquirere,vide Quærere.
Consanguineus, quare Cognatus.
Conscendere, vide Ascendere.
Conscius, Conscientia.

Conscius dicitur, qui aliquid quasi cum alio scit: vt conscius criminis, qui scit aliquem crimen commisisse,quasique testis est oculatus,*Leu.*5.*a.*3.*Reg.*2.*g.Iob.*16.*d.Act.*5.*a.*
Conscientia verò est animæ scientia circa aliquod factum,quæ velut testis aut accusat,aut defendit.*Gen.*43.*e. Prou.*12.*c.Eccl.*7.*c.Rom.*2.*e.*9.*a.*
Conscientia fratrum Ioseph, *Gen.*43.*e.*
Conscius iuramenti falsi,*Leu.*6.*a.*

Conscribere,vide Scribere.
Consentire, Consensus, Conuenire,

Consentire,est cum alio idem sentire: dicitque præcipuè actum voluntatis.
Consensus Elcana,vt remaneret Anna domi,1.*Reg.*1.*d.*designat *m* ea, quæ decernit Ecclesia, fieri ex inspiratione diuina.
Consentientes duo ad inuicem,vt fiat, quod petunt, *Matt.*18.*c.* sunt *n* vir & vxor ex consensu ad tempus abstinentes,vt orationi vacent.Item caro subiecta animæ in perfectis, quibus additur tertius,nempe spiritus. Et dicuntur ambulare anima & caro cum consensu in domo Dei,quando caro in omnibus obtemperat animæ, ad seruanda præcepta Dei. Præterea consentiunt duo ab inuicem, quum quis habet concordiam veteris & noui testamenti,& tertium Spiritum sanctum. Item *o* populi duo in vna fide, & charitate concordantes. *Eccl.*25.*a. Amos*3.*a.*1.*Cor.*7.*a.*

Vir & vxor.
Caro & animæ.

m *Gre.s.*1.*Regum.*1.
n *Ori.s.Matt. ho.*6. *Ambr.s. Luc.* 13.
o *Hie.s.Amos* 3.*& s. Matt.* 18. *Ricar.de San. Vict.*2 *de arca mystic.*17.

Consentire aduersario in via,*Matt.*5.id est *p* obtemperare legi diuinæ in hac vita:vel ipsi Deo.
Consentiens Syria cum Ephraim contra domum Dauid, *Isa.*7.*a.* designat *q* hæreticos alioqui inter se dissentientes,concordare tamen aduersus Ecclesiam.

Obtemperare legi.
Concordia hæreticorum aduersus Ecclesiam.

Consequi, Assequi.

Consequitur,vel assequitur aliquis quum peruenit ad id, quod insequebatur.
Consequens hæreditatem,*r* est Ecclesia,quum pacem adipiscitur, *Psa.*5.*in titul. Eccl.*46.*a. Esther.*6.*a. Hos.*2.*a. Matt.*5.*a.*1.*Pet.*2.*b.*
Non consequuta misericordiam,*s* est plebs Israëlitica ducta in captiuitatem,nec amplius liberata.Consequuta verò misericordiam,est Gentilitas ad fidem vocata,*Hos.*1.*b.c.*
Consequenter respondentes fratres Ioseph, *Gen.*43.*b.* designare possunt eos, qui factis respondent præceptis Christi.
Consequens Tobias benedictionem tertia nocte. *Tob.*6.*d.*erat,*t* vt deinceps cum benedictione Dei posset ad vxorem accedere,& prolis benedictionem habere.
Consequens petra fideles,1.*Cor.*10.*b.*est Christus defendens eos ab insequentibus aduersariis.
Consequens Laban Iacob,designat *u* persequutionem diaboli aduersus fideles.*Gen.*31.*d.* Idem designare possunt consequentes viri sagittarij Saulem, 1.*Reg.*31.*a.*
Consequi vltionem volentes iniqui ex Ieremia, designat Principes Iudæorum aduersus Christum: & prauorum aduersus prædicatores reprehendentes vitia,*Ier.*20.*c.*

Plebs Israëlitica. Gentilitas.

p *Au. q. noui te.*70.*& 1.ser. domini in mont.*
q *Hie.s.Isa.*7.
r *Arnob.s.psa.* 5.
s *Rup.s. Hose.* 1.
t *Lyra.s. Tob.* 6.
u *Glo.inter. s. Gen.*31.

Digitized by Google

Conferere, Confitus.

CONSERERE, est vel seminare, vel inserere: vt cum surculus vnius plantæ adiungitur alteri, vt vna fiat arbor, *Eccl.* 2.*a*.

Conferere manus ponitur in signum pigritiæ, quasi sint ligatæ ad operandum, *Prou.* 6.*b*.24.*d*.

a *Gr.s.Can.* 5. Confitæ aureolæ aromatum à pigmentariis, *Cant.* 5.*d*. *Ester*, 1.*a*.7.*c*. designare possunt *a* sanctos martyres, qui & à præcedentibus prædicatoribus, ad confessionem fidei roborantur: & à subsequentibus ad imitationis exemplum populis adducuntur. *Martyres.*

Conseruare, vide Seruare.
Conseruus, quare Seruus.
Consepultus, vide Sepelire.
Considerare, Contemplari, Recogitare.

CONSIDERARE, est secum cogitare, quasique mentis oculis rem intueri, quod & contemplari dicitur. *Examinans Deus intentiones.*

b *Gre.* 11.*mo* 25. Considerat Deus vestigia pedum nostrorum, *Iob*, 13.*d*. quum *b* intentiones nostrorum operum, quam rectè ponantur examinat: ne & hoc, quod bonum agitur, non recto desiderio agatur. Examinat etiam exempla operum, quæ sunt velut vestigia.

c *Gre.* 27.*mo.* 15. Considerat subter cœlos Deus, *Iob*, 37.*a*. quia *c* & ablatis summis prædicatoribus, incessanter etiam infirma nostræ infirmitatis curat.

Considerat Christus ad dexteram, quum cognoscit qui sint seruandi. *Psa.* 141.

d *Philo. quòd Deus sit immutabilis. Isy.s. Leu.* 27. Considerans sacerdos leprosum, & vestem, & domum, *Leu.* 13.*b*.14.*e*. designat *d* verbum Dei, per quod interiora vitia cognoscuntur. Et considerat domum sanctificandam Deo, *Leu.* 27.*b*. quum examinat omnes fideles sibi oblatos.

e *Greg.* 31.*m.* 35. Considerare lilia agri, est gloriam angelorum contemplari: vt in spem illius adipiscendæ eleuemur, *Matt.* 6. *d.Luc.* 12.*c*. Et contemplans aquila ex petris escam, *Iob*, 39.*d*. designat *e* contemplatiuos, qui ex contemplatione angelorum, eleuantur ad contemplandam supernæ maiestatis gloriam. *Contemplari gloriam angelorum.*

f *Hier. s. Na.* 2. Considerans Iacob rem filij sui Ioseph tacitus, *Gen.* 37.*c*. designat præcognitionem futurorum Christi mysteriorum, quam habebat.

g *Gre.* 35.*mo.* 25. *Bed.s.Pro.* 31. Contemplari viam, *f* est considerare quà eundum sit ad fœlicitatem: & contemplari ipsum Christum, qui est via, *Nahum.* 2.*a*. Vnde & gentes, quæ de ipso non audierunt, cõtemplatæ sunt ipsum, *Isa.* 52.*d*. Et considerare opera manuum Dei, *g* est contemplari opera redemptionis *h* per Christum facta, *Isa.* 5.*c*. *Contemplari Christum.*

h *Hie.s.Isa.* 5. Considerat semitas domus suæ anima, quæ cunctas suæ conscientiæ cogitationes subtiliter inuestigat. *Prou.* 31.*d*. Item, quæ diligenter inspicit præcepta & actus, quibus ad domum cœlestem peruenire debeat. *Inuestigans cogitationes & præcepta.*

i *Hier. Isa.* 57. Non est qui recogitet pereuntem iustum, *Isa.* 57.*a*. quia *i* videlicet in passione Christi non erat, qui ei compateretur.

k *Hie. s. Eccl.* 11. Considerat nubes *k* qui ad prædicandum fauore populari accedit: & etiam qui persecutiones prauorum hominum metuit, *Eccl.* 11.*b*.

Greg. 3. *past. adm.* 16. Contemplatio virgarum, ad quarum aspectum concipiebant oues, *Gen.* 30.*g*. designat *l* contemplationem exemplorum, vnde quis mouetur ad operandum.

l *Glo. ord. sup. Gen.* 30. Contemplans seruus Abrahæ Rebeccam, *Gen.* 24.*c*. designat *m* præcognitionem Ecclesiæ, quam Prophetæ habebant.

m *Glo. ord. s. Gen.* 43. Contemplantes fratres Ioseph pecuniam in ore sacci, *Gen.* 42.*c*. sunt propter fructum spiritalis intelligentiæ, non deserentes nitorem eloquentiæ.

Considerans soror Mosis euentum rei circa Mosen, *Exod.* 2.*a*.

n *Ori.s.ps.* 36 *ho.* 5. Considerans peccator iustum, *n* est diabolus bonis insidias tendens, *Psa.* 36. Et contemplans aquila ex petris escam, *o* est diabolus quærens quem deuoret, *Iob*, 39.*d*. Ipsius etiam est considerare immunita terræ, *Gen.* 42.*c*. vt videlicet incautos opprimat. *Insidiæ diaboli.*

o *Hier. s. Iob* 39. *Consilium, Consulere, Consiliarius, Consul.*

CONSILIVM est sententia, qua decernimus aliquid faciendum, aut non faciendum. Consulere autem est vel dare consilium, vel petere. Consilium, interdum est arbitrium, *Eccles.* 15.*c*. Reliquit eum in manu consilij sui. Cogitatio, *Nee.* 5.*c*. dissipat Deus consilia eorum. Consensus, *Ier.* 23.*d*. Intelligetis consilium eius. Deliberatio, *Genes.* 41.*a*. Placuit consilium Pharaonis. Pœnitentia, *Psa.* 13. Consilium inopis confudistis. Prudentia, *Prouer.* 13.*b*. Agunt omnia cum consilio. Decretum, 2.*Reg.* 19.*b*. Et consilium totius Israël. Donum Spiritus sancti, *Isa.* 11.*a*. Spiritus consilij & fortitudinis.

p *Bas.s.ps.* 32. *Hil.s.psa.* 62. *Amb.s.Col.* 1. Consilium Domini, dicitur *p* veritas Euangelij, *Psa.* 32. Et consilia Dei super filios hominum, fuerunt miracula in eorum liberatione facta, & quibus decreuit genus humanum seruare, *Psa.* 62. *Col.* 1.*c*. Consilium etiam Dei, interdum sumitur pro punitione, aut comminatione pœnæ, *Isa.* 5.*e*.14.*f*.19.*c*.28.*g*.46.*c*. *Ier.* 23.*e*. *Mich.* 4.*d*. Consilium quoque Dei, dici potest lex Mosis, *Col.* 1.*c*. *Veritas Euangelij. Miracula. Punitio. Lex Mosis.*

q *Hie.s.Isa.* 9 Consiliarius dicitur *q*. *Isa.* 9.*b*. Christus tum quia ipse est in omnibus consiliis Dei, tanquam verus Deus: tum quia semper nobis recta consulit. Et nemo alius est consiliarius Dei præter ipsum, *Isa.* 40.*d*. *Mich.* 4.*c*. Eius consilium designat consilium Ioseph ad Pharaonem, *Gen.* 41.*c*. *Christus.*

r *s Greg.* 4.*m* 31. 33. & 11. *mor.* 18. & 14 *mor.* 23. *Hie.s.Isa.* 1. Consules terræ sunt Angeli *r* quibus nunciantibus, voluntatem Conditoris cognoscimus, *Iob*, 3.*c*. Item prædicatores, qui terrenas mentes, per exhortationis suæ consilium, ad cœlestia pertrahunt. Consiliarij quoque dicuntur *s* Apostoli & Prædicatores, rectum iter cœli monstrantes, *Iob*, 12.*c*. *Isa.* 1.*f*. Consiliarij quoque Christi sunt, qui eius membris dant consilium. Et consiliarij abominati sunt Iob hoc est, Christum, quum Scribæ & legis doctores negarunt eum præsentem, quem venturum prædicarant, *Ioan.* 19.*d*. Ad hos pertinet consilium fratrum Ioseph, *Gen.* 45.*c*. Consilium autem Rebeccæ ad Iacob, *Gen.* 27.*b*. est consilium Ecclesiæ ad singulos fideles. *Angeli. Apostoli & prædicatores. Scribæ.*

t *Gre.s.* 1. *Regum.* 9. 14. Consulens Saul puerum de reuersione. 1.*Reg.* 9.*a*. designat *t* prædicatorem debere consulere Spiritum, ne proprio ductus arbitrio erret. Consulere autem Dominum de agendis, est ad orationem confugere, eiusque voluntatem diligenter exquirere, *Gen.* 35.*c*. 1.*Reg.* 14.*c*.

u *Ori.s.Exod. ho.* 11. Consilium Iethro ad Mosen, designat *u* intelligentiam spiritualem, legi à Gentilibus fidelibus superadditam, *Exo.* 18.*c*. *Intelligentia spiritualis.*

x *Hie.s.Is.* 19. Consiliarij Pharaonis, sunt *x* Philosophi & hæretici principi huius seculi fauentes: quorum consilium est insipiens: quo merguntur animæ illis adhærentes in infernum, *Isa.* 19.*b*. *Philosophi & hæretici.*

y *Ori.s. Gene. hom.* 17. *Amb. de bene patria.* 3. *Bed.s.Ge.* 49. *Ricar. de San. Vict.* 12. *de Par.* 58. Consilium Simeon, & Leui, *Gen.* 49.*a*. designat *y* tractatum Scribarum & Pharisæorum, in mortem Christi: de quo etiam, *Isa.* 3.*a*. *Ier.* 11.*d*. Vel designat singularitatem eorum, qui aliorum consiliis acquiescere nolunt, sed malunt temerè agere. *Tractatus scribarum & sacerdotum in Christum. Singularitas.*

z *Bas.s.ps.* 32. aa *Clem. Ale.* 2.*strom.* bb *Arn. s.psa.* 1.25. *Hil.s.ps.* 1. *Bern.s. Paruo.* 35. Consilia gentium viderunt idololatria, aut consilia Pilati, & eius militum: aut consilia principum Sacerdotum, & Scribarum, ac Pharisæorum, *Psa.* 32. Et consilium impiorum dici potest error *aa* Gentilium, vel *bb* scelleratæ scientiæ, quæ à Deo defecerunt: vel erronea & fluctuans cogitatio. Et consilium vanitatis, est doctrina hæreticorum, *Psa.* 25. *Isa.* 8.*b*. Et consilium Ægypti, *cc* sunt machinamenta Philosophorum, & hæreticorum ad detinendos alios in erroribus, *Isa.* 19.*a*. Et consilium, quod mali abscondunt à Domino, sunt *dd* prauæ cogitationes & machinamenta quæ putant non intelligi à Deo, quæ consilia non sunt à Deo. *Is.* 29.*c*. 30.*a*.47.*d*. Consilium etiam impiorum, est suggestio serpentis, & mulieris: vel concursus carnis & animæ, cum suggestionibus diaboli ad malum. *Idololatria. Consilia Pilati & Iudæorum. Doctrina gentilium & hæreticorum. Prauæ cogitationes. Suggestiones serpentis & mulieris.*

cc *Hier.s. Isa.* 19. dd *Ber.ser.par.* 35. ee *Glo.int.su. Tob.* 11. *Consobrinus.*

CONSOBRINI dicuntur, quasi consororini: quia sunt filij duarum sororum, aut etiam fratris & sororis.

Consobrina Iacob Rachel, *Gen.* 29. *c*. designat cognationem Ecclesiæ cum Christo post assumptam naturam humanam. *Incarnatio.*

Consobrini Tobiæ, *Tob.* 7.*a*.11.*d*. ad *ee* gentiles ad fidem venientes referri possunt.

Conselari

Digitized by Google

Consolari, Solatium.

CONSOLARI, est tristem aut afflictum verbis, aut factis subleuare. Solatium autem est consolatio, quæ propriè fit rebus.

Consolatio Dei ad Abraham post pugnam & victoriam, *Gen.* 15. *a.* significat consolationem Dei ad laborantes post deuictas tentationes. Sic consolatur misericordia Dei. Et consolatur Deus populum suum, quando mittit Filium suum, *Psa.* 118. *Luc.* 2. *d.* Et consolatus est Ioseph fratres suos, hoc est, Christus discipulos, *Gen.* 50. *d. Isa.* 49. *d.* 51. *e.* 52. *c.* 61. *a. Ier.* 31. *c. Zac.* 1. *d.* Consolatio populi Dei est *a* quæ fit per Spiritum sanctum, *Isa.* 40. *a.* Et consolatur Deus Sion, hoc est, Ecclesiam, vel animam, *Isa.* 51. *a.* 66. *d.* Et consolatoria verba sunt, quibus promittit Deus fœlicitatem, *Zach.* 1. *c.*

Emendari. Consolatur virga Dei & baculus bonos, *b* quia per correptionem redduntur meliores. *Psa.* 22. *Isa.* 12. *a.* Consolatur etiam baculus & virga Dei per incarnationem filij sui. Consolaturus Noë parentes ab operibus & laboribus, &c. *Gen.* 5. *d.* designat *c* Christum, à quo venit omnis consolatio in genus humanum.

Christus veniens. Consolari dicitur Deus super hostibus suis, *Isa.* 1. *f.* quando *d* castigat peccatores, vt videlicet mala minuantur in mundo, & bonum iustitiæ eius appareat.

Castigans Deus. Consolari dicitur Christum, qui credit in eum. *Psa.* 68. quia *e* tunc apparet fructus passionis eius.

Credere. Consolantes fratres & sorores Iob ipsum Iob, hoc est, Christum, vel Ecclesiam, *Iob.* 42. *c.* sunt *f* Iudæi ab infidelitatis pristinæ errore in fine mundi resipiscentes: & prauitatem vitæ, per quam recta docentibus repugnauerant, deserentes.

Resipiscentes Iudæi. Consolatur cor viduæ, *g* qui fideli cuique animæ æternas Domini tribulationes narrat, & quasi viri sui bona ad memoriam reuocat, *Iob.* 29. *c.*

Commemorare calestia. Consolans Elcana Annam, *h* est dicens animæ suæ: Quare tristis est anima mea, &c. 1. *Reg.* 1. *b. Psa.* 42. Et consolatur lectulus aliquem *i* quando quis in mente sua requiescit. *Iob.* 7. *c.*

Consolatio animæ. Consolator, quem non inuenit Christus in passione, est *k* proficiens in fide, quia tunc omnes ferè deficiebant à fide, *Psa.* 68.

Proficiens in fide. Sicut consolati dicuntur, *l* boni in hac vita, spe gaudentes: & non consolati, quia hic non est plena consolatio. *Psal.* 125. Vel sicut, sumitur quasi Verè: quia consolatio fidelium est vera consolatio.

Spe gaudentes. Non consolatur Rachel super filiis, qui non sunt, designans *m* Ecclesiam, quæ non consolatur super infidelitate Iudæorum. Vel designantur matres Innocentium, putantes se eos perpetuò perdidisse, *Mat.* 2. *c. Ier.* 3. *g.* 31. *c. Thre.* 1. *a.* Non etiam consolatur Ecclesia *n* super hæreticorum pertinacia: *Isa.* 22. *a.* Non consolatur etiam, *o* donec fiat resurrectio corporum Sanctorum.

Observatio legis. Consolatio, quam noluit accipere Iacob, *p* est obseruatio legis non admittenda in Ecclesia, *Gen.* 37. *g.* Vel sunt Christiani nolentes in hoc seculo consolari, sed in futuro.

Gaudens diabolus de peccantibus. Consolatus dicitur Pharao super vniuersa multitudine sua interfecta, *Ezec.* 32. *g.* designans *q* diabolum habentem adhuc in inferno malitiam pristinam: vt gaudeat se multos pœnæ suæ socios, habere: vel certè consolatus est, videns illos confundi in suppliciis, & erroribus suis. Sic consolata est Hierusalem Sodoma & Samariam peccando, *Ezech.* 16. *f.* quia eorum peccata visa sunt leuiora, quàm peccata Hierusalem.

Defendere hæreses. Consolantur in Diis, *r* qui defendunt hæreses, simul voluptatibus vacantes, *Isa.* 57. *b.* Et consolantur hæretici, vel pseudoprophetæ auditores suos, vanè salutem illis promittentes, *Zach.* 10. *a.*

Hæretici volentes docere Eccl. siam. Ad consolandum Iob venientes amici eius, *Iob.* 2. *d.* designant *s* hæreticos, qui sanctam Ecclesiam de æternitate docere desiderant, quam ipsa melius nouit. Et sunt consolatores onerosi, *t* qui blandis verbis in errorem, aut peccatum pertrahere conantur. *Iob.* 16. *a.*

Non est, qui consoletur Hierusalem, hoc est, *u* animam peccatricem, ex omnibus charis eius, *Thre.* 1. *a.* quum nec ex dæmonibus, nec ex hæreticis, qui eam antè per illecebras voluptatum in diuersa trahebant, non valent eam à peccati amaritudine liberare. Et non habet consolatorem anima, quæ non habet Deum. *Ibidem c.* Nec est, qui consoletur Ecclesiam ex omnibus prælatis malis, qui sua peruersitate eam affligunt.

Consolidare, vide Solidus.
Consors, Consortium, quare Socius.
Conspergere, vide Aspergere.
Conspicere, quare Aspicere.
Conspectus, Coram.

CONSPECTVS dicit præsentiam alicuius, coram quo aliquid geritur.

Coram Deo est corpus eius, quum opus redemptionis Christi semper est illi recens miserendum, *Isa.* 40. *c.*

In conspectu Dei inuenire gratiam, est ab illo acceptari, eique beneplacitum esse, *Exo.* 23. *b.* 25. *c.* 28. *b.* 29. *b.* 33. *c.* 34. *a.*

Pœnitere. In conspectum Dei venire dicitur vno modo, qui *x* peccata sua subtiliter perpendens, in eius conspectu se punit, & flendo diiudicat. Nam quoties conditoris nostri potentiam ad sensum reducimus, toties in conspectu illius stamus. Sic Elias stabat in conspectu Domini, 3. *Reg.* 17. *a.* Sic non venit in conspectum Dei omnis hypocrita, *Iob*, 13. *c.* Sed alio modo veniet in conspectum Dei iudicandus in iudicio.

Contemplari Deum. In conspectu etiam Dei apparere, *y* est, quæ placita sunt illi, facere. *Exo.* 34. *c. Leu.* 15. *b.* quod etiam coram Deo ambulare, *Gen.* 7. *a.* In conspectu quoque Dei comedunt panem Sancti: qui omnia, quæ faciunt, in conspectu Dei faciunt. Peccator autem à conspectu Dei fugit: sicut Adam, & Cain, qui exiit à facie Dei. Qui malum coram Deo facit, continuò pœnitet & dicit: peccaui. Qui autem discedit à conspectu Dei, nescit conuerti & peccatum pœnitendo purgare, *Exo.* 6. *b.* 18. *b. Psa.* 50. 67. *Eze.* 16. *f.* Et in conspectu Domini est is, *z* quem in oblatione obsequiorum diuina dignatio libenter aspicit: qui dicit, Viuit Dominus, in cuius conspectu sto: & orat ne proiiciatur à facie Dei, ante quam venire & apparere optet, 1. *Reg.* 6. *d.* 4. *Reg.* 6 3. *b. Psa.* 61. Demum coram Deo sunt iusti, vt recipiant bona, vt Noë, *Gen.* 6. *b.*

Bene operari. In conspectu Dei effundit orationem, *aa* qui non verbis de lingua excidentibus, sed de profundo, & intimo fidei fonte eam precando effundit, *Psa.* 141. In conspectu autem Domini effundere aquam, est *bb* quærere per lachrymas solum diuinæ placationis fructum, 3. *Reg.* 7. *b.*

Intima fide orare. In conspectu Dei non iustificatur omnis viuens. *Psa.* 142. hoc est, *cc* nemo comparatus Deo inuenitur iustus: vel secundum eius iudicium, quod est rectissimum, nemo est sine peccato.

Coram Domino concidere Agag, est *dd* per contemplationem Dei carnales cogitationes dissipare, 1. *Reg.* 15. *g.*

Coram Deo sunt mali, *ee* vt puniantur: vt corrupta est terra coram Deo, *Gen.* 6. *b.* Et Nemroth dicitur robustus venator coram Domino, *Gen.* 10. *b.* Et Sodomitæ pessimi & peccatores coram Domino, *Gen.* 13. *c.* 19. *c.* Et Her, filius Iudæ, dicitur nequam coram Domino, *Gen.* 38. *a.* Ponit etiam Deus in conspectu suo iniquitates, vt eos puniat. *Psa.* 89. Coram Deo autem habere Deos alienos, est in contemptum veri Dei, eos habere, *Exo.* 20. *a.*

In conspectu angelorum psallendum Deo: quia ipsi curam nostri habent, *Psa.* 137.

Manifestatur Deus puniendo. In conspectu filiorum Israël scripsit Iosue Deuteronomium, *Ios.* 8. *f.* designans *ff* Christum baptizatum coram Angelis illi assistentibus.

Christus pro omnibus immolatus. In conspectu omnis populi glorificatur Deus, *gg* quum eius maiestas per aliquorum punitionem fit manifesta, *Leu.* 10. *a.* Ideo etiam, vt fiat propitius, reddenda sunt ei vota in conspectu omnis populi eius. *Psa.* 115. Et ipse descendit coram omni plebe cum tonitruis, &c. vt sui timorem eis incuteret, ne eius transgrederentur legem, *Ex.* 19. *b.*

Prædicare Gentilibus. In conspectu omnium immolatur vacca rufa, *Num.* 19. *a.* quia *hh* Christus immolatus est pro omnibus: vel in conspectu Eleazari, sacerdotum nouæ legis.

Coram altari offerre, est *ii* offerre secundùm quòd Christus reuelauerit, *Leu.* 6. *d.*

Coram Pharaone proiiciens Moses virgam, *Exo.* 7. *b.* designauit *kk* prædicationem Gentilibus faciendam.

Verè pœnitere. In conspectu est dolor de peccatis semper, quum quis verè pœnitet, *Psal.* 37. Et contra peccatorem, vel coram peccatore, est peccatum, *ll* quum illud agnoscit & detestatur, *Psa.* 50.

a *Hiero. s. Isa.* 40. *& s. Zac.* 1.
b *Arno. s. psa.* 22.
c *Ori. s. Gen. ho.* 2.
d *Hie. s. Isa.* 1.
e *Hil. s. ps.* 68.
f *Gre.* 35. *mo.* 11.
g *Gr.* 19. *mor.* 16.
h i *Grego. s.* 1. *Reg.* 1. *&* 8. *mor.* 17.
k *Aug. s. ps.* 68.
l *Aug. s. psal.* 125.
m *Hil. s. Mat. can.* 1.
n *Hie. s. Is.* 22.
o *Rup.* 2. *s. Matt.*
p *Bed. s. Gen.* 40.
q *Hie. s. Eze.* 32.
r *Hie. s. Is.* 57.
s t *Gre.* 3. *mo.* 18. *&* 13. *m.* 1.
u *Lyr. s. Th.* 1.
x *Gr.* 10. *mor.* 20.
y *Ori. s. Exo. hom.* 5. *Arm. s. ps.* 67.
z *Gre. s.* 1. *Regum.* 2.
aa *Hil. s. psal.* 141.
bb *Greg. s.* 1. *Regum.* 7.
cc *Gl. ord. su. psa.* 142.
dd *Gre. s.* 1. *Regum.* 15.
ee *Lyr. s. Gen.* 10.
ff *Ori. s. Iosu. ho.* 9.
gg *Basi. s. ps.* 115.
hh *Au. q. in Num.* 33.
ii *Glo. ord. su. Leu.* 6.
kk *Glo. ord. s. Exo.* 7.
ll *Aug. s. psa.* 50.

Digitized by Google

Coram malis est semen eorum,*a* quum faciunt opera sua,vt videantur ab hominibus,*Iob.21.a.* *Inanis gloria.*

In conspectu Beelsephon castra ponere,*Exo.14.a.*est *b* nobilitate virtutis diabolum vincere.

a *Amb.s.2.de inter.4.*
b *Hie.de mãsioni.*

Consopire.

CONSOPIRE, est in soporem, & quasi in stuporem inducere.Et agitatores curruum dicuntur consopiti, *Nahum.2.a.*vt intelligantur *c* dæmones, vel hæretici,aut tyranni, velut ebrij perturbati. In aliquibus malè legitur,compositi. Consopiti etiam sunt,id est,profundo somno mortis sepulti: vnde non euigilabunt,nisi ad mortem æternam,*Hab.2.d.*

c *Rup.s. Na.*

Conspirare; vide Coniurare.
Conspuere, vide Saliua.
Constare,Constantia,Inconstantia.

CONSTARE dicitur aliquid,vel quod est manifestum, vt *Iudit. 1.b.* Constat Deum nostrum peccatis nostris offensum:vel quod est firmum & fixum in bono: vnde est constantia virtus. Constat etiam, quod ex aliquibus ceu partibus constituitur.Et constat quod aliquo pretio emitur: vt *Leu.25.c.* Quanto minus temporis numeraueris,tanto minoris & emptio constabit,vix vllam habet allegoriam.

De constantiæ virtute agitur,*Iud.9.d.16.b.Sap.5.a.1.Mach.2.b.9.b.2.Mach.8.c.Actor.4.c.13.g.23.c.*

Inconstantia est vitium contrarium constantiæ,*Sap.4.c.14.d.Iaco.1.a.3.d.*

Consternare, vide Terrere.
Constituere.

CONSTITVERE est ordinare,decernere,proponere,& statuere,assignare, & ponere. Item parare, præficere, & definire.

Mittens pater filium. Præfici Christum aut prædicatorem.

d *Amb.s.psa. 118.ser.13. v.6.*
Hie.s.psal. 9.
e *Ar.s.ps.104*
f *Gre.s.1.Regum.10.*
g *Orig.s.Ier. h.1.*
h *Bas.s.ps.44*
i *Hier.s. Isa. 62.& s.Ier.1. & s.Ezec.33.*
k *Or.s.Exod. ho.7.*
l *Arn.s. psal. 108.*
m *Gl.inte.su. Exo. 9.*
n *Glo.ord. su. Exod.21.*
o *Arno.s.psa. 106.*
p *Gl.int. sup. Ezec.39.*
q *Aug.s.psa. 117.*
r *Glo.ord. su. Exo.32.*
s *Hil. s. psal. 139.*
t *Lyr.s. Ge.9.*
u *Lyr.s. Gen. 30.*
x *Glo.int.sup. Exod.8.*

Constituit Dominus legislatorem super gentes,quum *d* misit filium suum, *Psa. 9.* Vel constituet legislatorem malis,quum eis dabit Antichristum:quia Christi veritatem recipere noluerunt. Constituens autem rex Ægypti Ioseph dominum domus suæ,designat *e* potestatem Christo à Patre collatam,*Psa.104.*

Constituit Dominus principem,vt liberet populum, quia *f* non sui gratia constituitur princeps,sed populi, *1.Reg.10.a.12.a.15.a.*Constitutus autem Ieremias super gentes,& regna,*g* est Christus aut prædicator, *Ier.1.b.* Et constituti principes super omnem terram,*h* sunt Apostoli in Ecclesia. Constituit etiam Dominus custodes, vel speculatores super muros Hierusalem,quum *i* ordinauit Angelos custodes, & posuit Apostolos & Prælatos in Ecclesia.*Isa.62.b.Ezech.33.a.*

Præcedẽs admonitio. Conuersio peccatoris.

Constituit dominus iudicia in filiis Israël,& Ægyptij,*Exo.15.d.*quum per Christum,& eius crucem dedit salutem mundo:& aquas amaras tribulationum reddit dulces.

Constituens Dominus tempus ad puniendos Ægyptios, designat *k* admonitionem suam præcedere punitionem,*Exo,9.a.Dan.7.c.*

Non plus sapere quàm oporteat.

Constituit Deus peccatorem super diabolum, *Psal. 108.* quum *l* conuersum à peccatis facit aduersarium diaboli: vt Paulum.

Dare locum pœnitentiæ.

Constituere terminos populo in circuitu montis, *Exo. 19.b.*est *m* dare modum intelligentiæ: ne plus velint sapere,quàm oporteat.

Instituere Ecclesiam.

Constituere locum refugij homicidæ,*Exo.21.b.*est *n* dare locum pœnitentiæ peccatori in Ecclesia.

Constituere ciuitatem habitationis,*Psa.106.*est *o* instituere Ecclesiam in qua habitant fideles.

Ordinare prælatos & doctores.

Constituunt viros ad lustrandum terram,*Ezc.39.d.*quum *p* statuuntur doctores ad inquirendos hæreticos.Sic constituit Moses tribunos & centuriones,hoc est,prælatos,& doctores.*Exod.18.d.* Et constituit Ioseph de fratribus suis magistros pecorum Pharaonis.*Gen.47.b.*

Parari ad fœlicitatem.

Constituunt diem solemnem,*q* qui præparantur ad recipiendam fœlicitatem,*Psal.117.*

Constitutus gratia Dei.

Constitutus est nudus populus inter hostes.*Exod.32.f.*quando *r* gratia destitutus est.Dicitur eum constituisse nudum Aaron,quia peccatum populi attribuitur prælato consentienti.

Iudæi in Christum. Christus. Subsidiũ prædicatorum.

Constituentes prælia tota die,*s* sunt Iudæi contra Christum,& mali aduersus bonos.*Psal.139.*

Constitutus arcus in nubibus in signum fœderis. *Geneseos*, 9. *c.* est *s* Christus mediator inter Deum & homines.

Constitutus Abraham Pater multarum gentium. *Geneseos* 17. *a.* est propter fidem, quàm gentes imitari debebant.

Constituens Laban mercedem Iacob pro pastu ouium. *Gen.30. d.* designat *u* dantem temporalia prædicatori pro suo labore.

Constitutus Moses Deus Pharaonis. *Exod. 7. a.* nuncupatiuè videlicet, vt ageret diuina opera, virtute diuina.

Constituit Pharao diem, quo abigerentur ranæ.*Exo.8.c.*vt *x* ostenderetur ea, quæ fiebant à Mose, fieri virtute diuina.

Constituta domus omni viuenti dicitur mors.*Iob.30.c.*quia omnes à morte recipiuntur.

Constringere,vide Stringere.
Construere, quare Ædificare.
Constuprare,vide Stuprum.
Consuere, Assuere, Assumentum,Dissuere.
Commissura, Inconsutilis.

y *Hie.s.Ecclesiasten.3.*
z *Hie.s. Iob. 16.Greg. 13. m.10.*
aa *Amb. de Parad.3.*
Bed.s.Gen.3.
bb *Ori.s.Can. hom.2.& su. Ezec.ho.3.*
cc *Hie.s. Ez. 13.16.*
Gre.18.mo.3
dd *Ori.s.Exo. hom.6.*
ee *Ori.s.Leui. ho.4.*
Isy.s.Leu.13.
ff *Hil.s. Mat. Can.9.*
Am.s.Luc. 5.
gg *Cypr.con. Noua.*
Ber. in Apol.
Cyr.12.su.Ioan.32.
hh *Gl.or.sup. Iosu.9.*

CONSVERE, est pannum panno, aut similia filo coniungere, & sarcire: Dissuere verò, est consuta dissoluere, Assumentum autem est,quod alteri assuitur. Commissura verò est vel iunctura,vel ipsum assumentum.

Afferre testimonia legis. Pœnitere.

Consuendi tempus,*Eccl.3.b.*dici potest cùm Euangelistæ *y* afferunt testimonia aduentus Christi,à lege & prophetis.

Operire peccatum.

Consuere saccum super cutem. *Iob.16.c.* designat *z* eum, qui post lapsum carnis ad pœnitentiam reuertitur. Vel Iudæos,qui tanquam asperi facti circundederunt,& afflixerunt Christum.

Intelligere legem carnaliter.

Consuere folia ficus, *aa* est texere operimenta mendacij,vel peccati. *Gen.3.b.* Et Iudæi consuunt folia ficus, quum legem carnaliter interpretantur. Et hæretici mendaciorum tegmenta. Et qui cooperantur aliis in transgressione. Designatur etiam in consuendo laboriosa vita, & immortalitas relicta: de quibus ambobus primi parentes miseram tunicam vniuerso generi suo consuerunt.

Laboreshuius vitæ parare. Prædicare vitia.

Consuere ceruical sibi,*Ezech.13.c.*est *bb* extra Christum requiem quærere. Vel prædicare, quæ faciunt ad libidinem.Et dixit consuere,aut assuere:quia hæc non sunt contexta, vt Christi tunica, sed malè connexa. Consuunt etiam puluillos & ceruicalia, *cc* quia malè agentibus adulantur, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat.

Adulari.

Consuta hinc inde idola,vel excelsa.*Ezec.16.b.* sunt *dd* hæreses ex variis scripturæ locis malè intellectis, malè collectæ.

Hæresum consarcinatio.

Dissuta vestimenta leprosi.*Leu.13.f.* designare possunt *ee* virtutum dissolutionem per peccatum factam.Cúmque per vestimenta dissuta nuditas appareat,designat manifestantes errores,nec abscondentes peccata: quod bene,& malè fieri potest.

Dissolutio virtutum.

Assumentum panni rudis additum vestimento veteri. *Mar. 2. c.* designat *ff* noua sacramenta, quæ non benè cohærent cum veteribus. Vel sunt opera noui hominis, quæ non possunt copulari operibus veteris hominis. *Matt.9.b.Luc 5.g.*

Noua sacramenta nonconpulandavetèribus. Opera noui hominis.

Inconsutilis tunica Christi,designat *gg* vnitatem Ecclesiæ,quæ durat per indissolubilem charitatem.*Ioan.19.d.* Designat etiam corpus eius assumptum ex Virgine sine virili admixtione.

Vnitas Ecclesiæ.

Consuti vtres vinarij Gabaonitarum.*Iosu.9.a.*veteris *hh* hominis opera.

Opera veteris hominis.

Commissuræ templi,quæ & iuncturæ,*1.Para.22.a. 2. Par. 34. e.* connexionem virtutum & charitatis designare possunt.

Connexio virtutum.

Consuescere,

Digitized by Google

Consuescere, Consuetudo, Assuescere, Mos.
Solere, Solitum.

CONSVESCERE, seu assuescere, est per multos actus, seu operationes habitum exercere, seu acquirere, & consuetudo est ipsa actio frequentata, seu quod ex eius frequentatione relictum est, & etiam est conuersatio. Dicitur etiam, mos, mores autem sunt habitus, seu cuiusque inclinationes, siue bonæ, siue malæ, Vix habent hæc allegoriam.

Fragilitas infirmorum. Consuetudo fœminarum, dici potest *a* fragilitas infirmorum. *Genes.31.e. Ezech.16.d.* Mos autem filiarum in bonum sumi potest. *Exod.21.b.*

Consuetudo peccandi. Assuetus onager in solitudine. *Ierem.2.e.* designat eum, *b* qui sine fræno sequitur gulam & voluptates. Et solitum opus laterum, est consuetudo peccati. *Exod.5.b.*

Consuetudo sacerdotij. *Leuitic.1.a.* Et mos sacrorum. *Exod.13.a. 1.Regum 2.c.* cultum *c* interiorem Dei designant.

Solere effundi cineres altaris in loco separato. *Leuit.1.d.* Vide Fundere.

Mos vniuersæ terræ, naturalem consuetudinem quæ omnibus inest, significare videtur. *Genes.19.f.* Consuetudo autem terræ Ægypti, mortem mundanorum significare videtur. *Leuit.18.a. 4.Reg.17.f. Sapient.12.d.14.b. Eccles.20.d.2.Mac.10.d.11.b.*

Naturalis consuetudo. Consuera mors hominum, est quum moriuntur senio, aut morbo. *Num.19.d.*

Mos mundanorum. Moris vnius dicuntur, qui sunt vnanimes. *Psalm.67.*

Consumere, Absumere.

CONSVMERE, est in nihilum redigere, aut destruere, quasi vorando: vt ignis consumit.

Consumens ignis dicitur *d* Deus, secundùm quod delet peccata. *Deut.4.d.9.a. Hebr.12.g.* Et ipse consumit malos, mittens eos in infernum. *Num.14.b. Deut.7.d.28.b. 2.Reg.22.d. Iob.13.c.30.c. Eccles.27.d.45.d. Ierem.46.g.49.g. Ezech.15.b.22.g. Mich.1.a. Nahum.1.c.* Consumit autem quasi leo, quia vt leo parcit prostratis, *e* ita Deus punit peccantes, sed parcit pœnitentibus. *Hos.13.b.*

Oblatus Christus. Consumit ignis sacrificium. *Leuit. 6.b.* quum *f* totus Christus nobis oblatus est: cùm mortale hoc absorbetur à vita.

Absorpta mortalitas. Absumit ignis reliquias sacrificij. *Leuitic.7.b.a.g:* quum *g* relinquuntur Spiritui sancto Mysteria, quæ mens capere non potest, Ad hoc referri potest, quum consumuntur cineres hostiæ. *Leuit.6.b.*

Reseruare mysteria Spiritus sancto. Consumit ignis ius, & carnes. *Iud.6.e.* quum *h* afflatus à redemptore spiritus, tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, vt omne quod in eo illicitum est operis & cogitationis, exurat.

Exuri illicita opera, & cogitationes. Consumens ignis de cœlo oues, & pueros Iob, designat *i* à præpositorum cordibus flammam inuidiæ corruisse, & quidquid boni in plebibus oriebatur, incendisse: quia dum mali præpositi, suum contra veritatem honorem exigunt, ab omni rectitudine corda sequentium subuertunt. *Iob.1.c.* Et ignis inuidiæ consumit ciuitates, &c. *Num.31.b. Sap.16.b. Ierem.6.g.*

Incendens inuidia. Consumit Deus innocentē, & impium: *k* innocentem quidem, quia quantalibet eius simplicitas fuerit, diuinæ magnitudinis simplicitate superatur, vel deuoratur: Impium verò, quia Deo cuncta mirabiliter ordinante, ipsis suis versutiis, eius impietas ligatur. Vel consumit vtrumque, quia licet meritis vitæ diuisi sint, primæ tamen culpæ merito æquè ad carnis interitum pertrahuntur. Post resurrectionem autem corporum, iustus transit ad gloriam, malus verò etiam corpore non consumitur, vt perpetuò crucietur. *Iob.4.b.9.c. 14.b.20.c. Sapient.5.c. Ezech.43.c. Hose.13.c. Zach.5.b.*

Nil mundum in conspectu Dei.

Conterens Euangelium errores. Consumit hostilis terra Iudæos. *Leuitic.26.f.* quum *l* Euangelium, totius erroris Iudæorum conterit substantiam.

Incredulitas Iudæorum. Consumpsisse se dicit Christus vanè fortitudinem suam. *Isa.49.a.* quia *m* pauci ex Iudæis, propter quos peculiariter passus videtur, crediderunt in ipsum.

Corruptio hominis. Consumitur homo quasi putredo. *Iob.13.d.* dum *n* carnis suæ corruptione conteritur, Et quasi vestimentum, quod comeditur à tinea: quia quum immunda tentatio non aliunde, sed à semetipso nascitur, more tineæ, carnem de qua exiit, quasi vestem consumit.

Discipulorum Christi incredulitas. Consumptæ carnes Iob, designant *o* discipulos Christi deficientes à fide, in eius passione. *Iob.19.d.* Designant etiam defectum bonarum affectionum.

Deficere malos. Consumi nubem, est *p* malos & superbos districto respectu superni iudicis, quasi Solis calore liquefieri. *Iob.7.b.* Et consumere dicitur mors brachia, quum superbia perdit opera. *Iob.18.c.* Sic etiam consumit rubigo fruges. *Deut.28.d.* Et consumit quis carnes proprias, quum per superbiam, aut inuidiam, omnes in se virtutes destruit. *Iob.13.d.19.c.33.d. Prou.5.b. Isa.10.e.49.a.* Sic consumpta est omnis caro per diluuium. *Genes.7.d.*

Perdere mentis integritatem. Consumuntur mali velut à tinea. *Iob.4.d.30.c.* quum eorum *q* mentes, quia damna sua considerare negligunt, integritatem quasi nescientes perdunt.

Vir perfectus. Consumptus ætate Isaac, designat virum perfectum, in quo omnia temporalia deficiunt sola mente semper renouata. *Genes.35.d.* Consumpti sunt etiam dies bonorum, absque vlla: quia in *r* præsenti vita fiduciam non posuerunt. *Iob.7.b.*

Incommoda deficiente verbo Dei. Consumi terram inopia, aut fame, designat incommoda ob defectum verbi Dei emergentia. *Genes.41.e.* Sic consumi cibos, est *s* deficere verbum Dei. *Genes.43.a. Deut.32.d. Eccles.4.c. Ezech.5.c. Thren.1.f.4.b.* Consumitur autem gladio, *t* qui conuincitur, aut condemnatur per verbum Dei. *2.Regum 11.d.18.b. Iosu.10.g. Ierem.16.a. Hose.11.b.*

Labor Iudæorum cassus. Consumi stulto labore. *Exod.18.e. Leu.26.c.* est *u* Iudæorum quorum labor incassum consumitur: quia laborant in lege, quam implere non valent.

Cessatio veteris populi. Consumpta multitudo Israël in deserto, designauit cessationem veteris populi, vt nouus per Christum introduceretur. *Num.32.c. Deut.2.e.* Consumens autem vitulus ciuitatem Hierusalem, designauit *x* exercitum Romanorum, qui eam destruxit. *Isa.27.c.66.c.* Et consumpserunt locum Iacob, qui destruxerunt Hierusalem: & etiam, qui fecerunt aliquem cadere à statu gratiæ. *Ierem.10.d.* Et consumunt bestiæ Iudæos. *Leuitic.16.d.* quum *y* dæmones eorum opera, quæ bona putant, deuorant.

Perdens fidē, & opera. Consumens prodigus omnem substantiam suam. *Luc.15.c.* designat peccatorem, qui perdidit fidem, & opera: vel designat gentilem populum, qui omnibus creaturis ad idololatriam abusus est.

Compunctio. Consumitur tacens, qui *z* de stulta se cogitatione reprehendens, apud semetipsum dente conscientiæ mordetur. *Iob.13.c.*

Perire malos, & eorum defensores. Consumuntur pariter auxilium, & cui præstatur auxilium. *Isa.31.b.* quum *aa* mali, & eorum defensores pariter puniuntur in inferno. Et consumitur conuiuium hæreticorum, quasi stipula, quum igni inferni deputantur hæretici. *Nahum.1.c.*

Amissa dignitas animæ. Consumpti sunt sacerdotes & senes in vrbe. *Thren.1.g.* quum in anima, quæ voluptatibus, & desideriis prauis innititur, sacerdotij dignitas, & concilij maturitas propter indigentiam sapientiæ, & virtutum inopiam amittitur.

Permanens memoria sanctorum patrum. Non consumptæ vestes, neque calceamenta filiorum Israël in deserto. *Deut.29.a.* designant non debere *bb* perire in nobis memoriam sanctorum patrum.

Resurrectio.

Consummare, Consummatio.

CONSVMMARE est aliquid ad finem, seu ad perfectionem perducere: vnde omnis consummatio finem dicitur habere, quo clauditur. *Psal.118.* Omnis consummationis vidi finem.

Consummari dicitur Christus tertia die. *Luc.13.g.* vt expulsio *cc* dæmonum, quæ est remissio peccatorum, sit velut prima dies in Ecclesia. Secunda perfectio sanitatum, dum de die in diem proficit Ecclesia. Tertia verò die consummatur, dum resurrectionem in seipso initiandam monstrauit Ecclesiæ, qua ad incorruptionis consummationem, summamque perueniat sanitatem. Et corpus Christi per generalem resurrectionem perficiatur.

a *Phil. de temulen.*
b *Hie.s.Ier.2.*
c *Glo.int.sup. Exod.13.*
d *Ori.1.s.Periarcon.*
e *Rup.s. Hos. 13.*
f *Isyc.s.Le. 6.*
g *Am.3. offi. 14.*
h *Gre.3.mor. 22.*
i *Greg.2.mo. 26.*
k *Gr.9.mora. 19.& 15.Mo. 9.*
l *Isy.s.Le.26.*
m *Hier.s.Isa. 49.*
n *Gre.11.mo. 25.*
o *Gre.14.m. 23. Ber.ser.de cute, & carne, &c.*
p *Gre.8.mor. 14.& 14.moral.8.*
q *Gre.5.mor. 28.*
r *Gre.8. mor. 12.*
s *Lyr.s. Gen. 43.*
t *Hier. s. Ho. 11.*
u *Isyc.s. Leu. 26.*
x *Hie.s.Is.28.*
y *Isy.s.Le.26.*
z *Ambr.2.de pœni.3. Hie.epi. beat. Gr.11.m. 12.*
aa *Hier.s.Isa. 31.*
bb *Ly.s.Deu. 29.*
cc *Au.9.con. Iulia.8. & s. Ps.105.& 2. de cōs. Euan. 75.*

Digitized by Google

Consummatio tabernaculi, *a* designat perfectionem Ecclesiæ, & finem mundi. *Psalm.*28. in titulo. 3. *Reg.*6. *b.* 1. *Mach.*13. Et consummatur seculũ in perfectis, *b* quibus est crucifixum, *Matth.*24. *a.* Et consummationis ita, *c* est finis mundi. *Psal.*58. *Isa.*10. *f.* — *Perfectio Ecclesiæ.*

Consummatio, quam facit Dominus, est *d*, legis impletio & cessatio per Christum facta. *Isa.*10. *f.*28. *f.* Vel est dies iudicij, quando Deus expleturus est, & consummaturus omnia. — *Finis mundi.*

Consummata vindemia, *e* dicit vltimam vastationem Hierusalem per Romanos factam. *Isa.*32. *c.* — *Impletio legis.*

Consummatio, quam non facit Deus, dicitur, *f* quia saluaturus est reliquias populi Israël. *Ierem.*4. *f.*5. *c.* — *Destructio Hierusalem.*

Consummare arcam diluuij in cubito, est *g* corpus hominis in capite absoluere, & perficere. *Genes.*6. *c.* — *Saluari reliquias Israël.*

Consummatio loci diluuij, dicit *h* cessationem diuinæ vindictæ. *Nahu.*1. *b.* — *Perficitur homo in capite.*

Consummari nequitiam peccatorum, *i* est malitiæ finem imponi. *Psal.*7. *Dan.*9. *f.* Et consummatæ iniquitates Amorrhæorum dicuntur, quum *k* deteguntur fallaciæ, & mendacia sophistarum & impostorum. *Genes.*15. *d.* Et consummatur miser, *l* quum vincitur diabolus aut hæreticus. Consummantur autẽ sic mali, & non boni. *Isa.*16. *b.* 29. *f.*33. *a. Ierem.*30. *b.* — *Cessatio vindictæ Dei.*

Consummari in terra dicuntur, *m* qui labuntur in corporis vitia. *Psalm.*118. — *Finem imponi malitiæ.*

Consurgere, vide Surgere.
Contabescere, quare Tabescere.
Contagio, vide Macula.
Contaminare, quare Immundus.
Contegere, vide Tegere.
Contemnere, Spernere, Despicere, Paruipendere, Respuere.

Labi in corporis vitia.

Contemnere, est vilipendere, & quasi pro nihilo ducere. Respuere autem est contemptum eiicere.

Spernit Deus non omnes peccatores, sed *n* discedentes à iudiciis eius, & apostatantes. *Psalm.*118.

Despexit oculus Christi *o* super inimicos suos. *Psal.*53. quando resuscitatus, omnes superauit. — *Abiectio peccati.*

Contemptibilis anima, dici potest *p* anima Christi, quia eam posuit pro ouibus suis, quasi preciosiores iudicaret oues. *Isa.*40. *c.* — *Contemptus martyrum.*

Contemptum se dicens Dauid, & adolescentulum. *Psalm.*118. designat *q* vel Christum in passione, vel iuniorem populum ad fidem venientem à Iudæis despectum. Et contemnens mulier amatorem suum, *r* est synagoga despiciens Christum. *Ierem.*3. *f.* Idem designat despiciens Michol Dauid in corde suo. 2. *Regum* 6. *d.* 1. *Paralip.*15. *d.* — *Contemnens sensualitatem rationem.*

Contempta lampas apud cogitationes diuitum. *Iob.*12. *a.* est *s* iustus, qui despicitur à superbis: boni autem replentur despectione in hac vita, vt Lazarus. *Psal.*122. 1. *Reg.*17. *c. Iob.*19. *c.*31. *b.* — *Contemptus prælatorum.*

Non despexit Dominus vinctos suos, nec opera manuum suarum, quia *t* fauet iis, qui pro eius amore affliguntur. *Psal.*68. 137. — *Contemptus vitæ actiuæ.*

Nemo despicit sponsam post osculum sponsi. *Cant.*8. *a.* quia post incarnationem Verbi, Ecclesia etiam ab angelis honoratur. Vnde angelus noluit adorari à Ioanne Euangelista. *Apoc.*22. *b.* — *Contemptus Ecclesiæ.*

Contemptus, quem aufert Deus, est *u* abiectio, quam quis acquisiuit per peccatum. *Psalm.*118. Vel est contemptus, quo martyres despiciebantur, qui nunc ablatus est, quando in honore habentur. — *Despiciens Christus traditiones Iudæorum.*

Despiciens Agar dominam suam. *Genes.*18. *a.* designat *x* sensualitatem contemnentem rationem, vel subditum contemnentem prælatum suum, quum putat se profecisse. Vel designat Ecclesiam ex Gentibus despicientem synagogam. Despicientes etiam Saulem, designant *y* contemptum prælatorum. 1. *Reg.*10. *d.* — *Despicientes Iudæi fideles.*

Despiciens Iacob Liam. *Genes.*29. *g.* designat *z* contemptum vitæ actiuæ, propter amorem contemplatiuæ. — *Contemptus huius vitæ.*

Spernere dicuntur Sion, qui *aa* contemnunt Ecclesiam. *Amos.*6. *d.* Sic despexit rex Assyriorum, hoc est, diabolus, Ecclesiam, vel animam. *Isa.*37. *d. Thren.*1. *a. Abdi.*1. Contemnit etiam matrem, quia intra Ecclesiam existens vt filius, non vult patere præceptis eius. *Prou.*30. *c.* — *Contemptus legis naturalis.*

Contemnit onager multitudinem ciuitatis. *Iob.*39. *a.* quum *bb* Christus non est sequutus humana & vulgaria iudicia, nec traditiones Pharisæorum. Et quum contemplatiuus deuitat humanæ conuersationis praua studia. Vel designat Iudæos contemnentes fideles Ecclesiæ. — *Contemnentes Iudæi prædicationem Christi.*

Despicere dies paruos. *Zach.*4. *d.* est *cc* contemnere hanc vitam breuem. — *Contemnentes Iudæi Christianos.*

Despicit vxorem adolescentiæ suæ, qui *dd* contemnit legem naturalem. *Malach.*2. *d.* — *Relinquens Christus synagogam.*

Contemnens Hebræus correptionem Mosis, designat Iudæos contemnentes Christi prædicationem. *Exod.*2. *b.* Idem est contemnere angelum Dei. *Exod.*23. *c.* Et contemnentes Dominum, sunt *ee* Iudæi, negantes Christum esse redemptorem: vbi etiam designantur prælati mali. *Leui.*6. *a.*26. *b. Num.*15. *d. Deut.*9. *d.*1. *Reg.*2. *g.*12. *b.*2. *Reg.*12. *b. Iob.*19. *d. Isa.*1. *a.*33. *a. Mal.*1. *b.* Ad idem refertur despiciens Hierusalem iuramentum Dei. *Ezech.*16. *g.* Et contemnens seruus dominum suum. 2. *Reg.*19. *e.* — *Despiciens carnem suam.*

Paruipendens Esau benedictionem primogenitorum. *Genes.*25. *b.* designat *ff* Iudæos contemnentes Christianos, in quos transiuit regnum Dei tanquam ius primogenitorum; vel designat ignauos, virtutis excellentiam contemnentes. — *Iudæi hæretici & caro contemptibilis.*

Despiciuntur orationes *gg* leues, diffidentes, inutiles, &c. *Psalm.*54. sicut despexit Christus petitionem adolescentis, qua petebat hæreditatem diuini. *Luc.*11. *b.* — *Pertinacia diaboli in tentando.*

Contemnens Ioseph dominam suam, designare potest *hh* Christum relinquentem synagogam. *Genes.*39. *c.* — *Despiciunt dæmones animam seductam.*

Spernens dominus ancillam suam. *Exod.*21. *a.* designare potest despicientem carnem suam. Cæterum despicit carnem suam malè, *ii* qui non bene facit consanguineis suis, aut fidelibus Ecclesiæ, aut denique proximis. *Isa.*68. *b.* — *Contemnens hæreticus Ecclesiam.*

Contemptibiles sacerdotes fiunt, quum non seruant pactum Dei. *Malac.*2. *b.* Contemptibilis autem Edom, designat *kk* Iudæos, vel hæreticos, aut ipsam carnem. *Abdi. a.*

Contemnit pauorem equus. *Iob.*39. *c.* quum *ll* diabolus procaciter & impudenter etiam victus reuertitur ad tentandum.

Contemnunt amatores ipsam Hierusalem, *mm* quum dæmones despiciunt animam, quam seduxerunt. *Ier.*4. *g. Thren.*1. *a.*

Respuere immunda. *Leuit.*11. *g.* est vitare peccata.

Despicit partum matris, *nn* hæreticus contemnens Ecclesiam, à qua ipse prodiit. *Prou.*30. *c.*

Contemplari, vide Considerare.
Contendere, quare Rixari.
Contenebratus, vide Caligare.
Contentus.

Contentvs est, qui animo satiatus, aut cui satisfactum est.

Contenti debent esse milites stipendiis suis. *Luc.*3. *c.* hoc est, *oo* viri Ecclesiastici contenti esse debent donis Spiritus: & etiam contenti doctrina sacra, ne amplius curiosè exigendo, in hæresim incidant. Sic contenti esse debent decimarum oblatione. *Num.*18. *d.*1. *Tim.*6. *b.*

Conterere, Atterere, Comminuere.

Conterere, est comminuere, quasique in puluerem redigere, & consumere.

Conterit Deus iugum de collo, vel catenas, *pp* quum liberat à seruitute diaboli. *Iere.*30. *b. Ezech.*34. *g. Psal.*123. Et conterit dentes peccatorum in ore, quum in irritum deducit verba prauorum, seu principes eorum: vel cùm mali verbis & rationibus propriis confunduntur. Vel cùm Christus confundebat Iudæos volentes eum capere in sermone. Aut cùm Ecclesia dissipat insidias diaboli, & membrorum eius. *Iob.*29. *c. Psalm.*3. 57. Conterit etiam Deus virgam malorum, hoc est, imperium eorum de dorso bonorum. *Nahum.*1. *c. Soph.*1. *c.* Et contritus laqueus est, quum remota sunt incitamenta peccati. *Psalm.*123. Et conterit brachium peccatoris, quum diabolus à Deo non permittitur malignitatem suam in bonos implere, & cum vis eius tollitur, & cùm suggerẽte diabolo, — *Liberat Deus à seruitute diaboli.*

peccator

a *Hie.ps.* 28. *Aug.s.ps.* 28.
b *Ori.s.Matth.* 20. 30.
c *Hil.s.ps.* 58.
d *Hie.s. Isa.* 28.
e *Hier.s. Isa.* 32.
f *Hie.s.Ier.* 4.
g *Am.de No.* 7.
h *Hie.s.Na.* 1.
i *Bas.s.ps.* 7.
k *Philo. quis verum diui. har.*
l *Hie.s.Is.* 16.
m *Hilar. & Amb.sup.psa.* 118.
n *Hil.s. psal.* 118.
o *Hil.s.ps.* 51.
p *Hier. s. Isa.* 49.
q *Am. & Hil. s.psa.* 118.
r *Hie.s.Ier.* 3.
s *Gr.* 10. *mo.* 29.
t *Glo.ord.sup. psa.* 68.
u *Glo.ord.su. Ps.* 118.
x *Bed.s. Gen.* 16.
y *Gre.s.* 1. *Regum.* 3. 10.
z *Gl.ord. sup. Gen.* 29.
aa *Ori.s.Eze. hom.* 9. *Gr.* 18. *m.* 18.
bb *Hie.s. Iob.* 39. *Gr.* 30. *moral.* 25. 30.
cc *Hie.s. Za.* 4.
dd *Hie.s.Malach.* 2.
ee *Gr.s.* 1. *Re.* 2.
ff *Ambros. de Cain.* 4.
gg *Hil.s.psa.* 54.
hh *Glo.ord.s. Gen.* 39.
ii *Hie. s. Isa.* 58.
kk *Hie.s.Ab.*
ll *Hier.s.Iob.* 39.
mm *Hie.s.Ie.* 4.
nn *Bed.s.Pro.* 30.
oo *Amb.s.* 7. *Au.de verbis Domin.ser.* 19
pp *Hie.s. Ieremiam* 30. *& s.Nahum.* 1. *& s.Hos.* 1. *& s. Amo.* 2. *Au.s.ps.* 3. 57 *Gre.* 10. *mor.* 24. *Ori.s.psa.* 36. *ho.* 3. *& s.Ier. ho.* 2. 3. *Arno.s.psa.* 9.

Digitized by Google

Aueri diabolum.

Puniens Deus

Auferens Deus prauas consuetudines.
Inferens Deus compunctionem.
Perturbans Deus humana corpora.
Destruens hæreticos.
Tolli effœminatos de Ecclesia.
Auferens Deus Doctores
Reprobatio actionum malorum.
Perdens Deus principes Iudæorum.
Sensus spiritualis.
Passio Christi.
Peccata.
Admittens ad pœnitentiam.
Nullam virtutem iustorum amitti.
Excludere initium suggestionis.
Destruens Christus potentiam diaboli.
Iudæi dissipati.
Grauis castigatio Dei.
Contritio bona & mala.
Humiliata superbia gentilium.
Dissipare prauos affectus.
Cessans vita humana.
Vexantes hæretici humiles.
Amittens virtutem.
Pœna temporalis & aterna.
Confundentes prælati pauperes.
Conuersio simplicium.
Resurrectio.
Cessans motus calorum.
Reuocans Ecclesia deceptos.
Cessans correctio.

peccator non mouetur ad bona opera. *Psalm.* 9.36. Sic etiam conterit Deus arcum, *a* quum occulta insidiarum machinamenta dissoluit. *Psalm.*45.Et contritus malleus vniuersæ terræ est,quum victus est diabolus. *Ierem.* 50.*d.*Et conteritur baculus impiorum, *b* quum tollitur potentia diaboli. *Isac.*14.*b.* Et conteruntur impugnantes Christum. *Isa.*8.*c.*De his contritionibus intelligi possunt quæ sequuntur.*Leuit.*26.*c. Iosue.*7.*c. Iob.*20.*b.*24.*d.*34.*c.* 40.*b.Prou.*10.*c.*18.*b. Eccl.*48.*d. Isa.*1.*g.*6.*c.*13.*b.*14.*g.*24.*b.*26.*c.*28.*c.*30.*c.*41.*c.*43.*c.*46.*a.*50.*d.*51.*b.Thr.*3.*d.Ezec.*25. 29.*b.*32.30.*b. Dan.*8.*g.*11.*c. Hose.*1.*b.*2.*d.b.*27.*g. Amos.*2.*c.*6.*d.*9.*c. Mich.*4.*d.*1.*Mach.*3.*c.*4.*b.*9.*b.*13.*g. Matth.*21.*d.*

Conterens malleus, est *c* diuinum verbum,& sententia Dei punitiua.*Ier.*23.*f.*Idem est spiritus conterens petras,hoc est, puniens induratos. 3.*Reg.*19.*c.* Conteret autem Deus Ægyptios, seu Ægyptum. *Exod.*10.*a.*quum puniet malos, vel in hac vita, vel in futura. Et conterentur non credentes in iudicio. *Exod.*23.*d. Psalm.*17.45. *Luc.*20.*c.*Contrita etiam Babylon, designat mundi vastationem.*Ierem.*22.*e.*48.*a.*51.*a.*Et attrita ciuitas est Roma, vel mundus in iudicio, *Isa.*42.*b.* Et conterentur in porta mali. *Iob.*5.*a.*quum eis dicetur in iudicio,Ite maledicti in ignem æternum.Sic conteret malos Deus in turbine.*Ieb.*9.*b.*Conteritur etiam impius in loco suo, *d* quum per ipsam superbiam,qua eleuatur,opprimitur.*Iob.*40.*a.*Contriti sunt montes seculi,quum dæmones à Christo sunt victi. *Habac.*3.*b.* Conterit etiam Deus fortitudinem regni Gentium. *Agge.*2.*d.*

Conterit Deus portas æreas, *e* quum malas consuetudines tollit, & quum aufert pertinacem contradictionem, *Psalm.* 106. Et ipse conterit bella malorum, & ciuitates, & confidentiam eorum. *Iudith.* 9.*c. Isa.* 24.*b. Ierem.*2.*g.*5.*d.*19.*c.*

Conterit Deus in spiritu vehementi naues Tharsis.*Psal.*47.quum *f* vis compunctionis validas mentes nostras huic mundo quasi mari deditas,salubri terrore confundit,castigante Deo ad pœnitentiam.Vnde & contriti corde, quos sanat Deus, sunt *g* pœnitentes aut etiam tribulati. *Iudith.*8.*b.Psal.* 50.146.*Isa.*57.*d.*61.*a. Ierem.*5.*b.*23.*b. Dan.*3.*d. Mich.*4.*d.*Comminuit etiam populos multos, quum eis ingerit spiritum contritionis. *Iob.*6.*b.* Hæc dicitur *h* contritio filiorum. *Hose.*13.*c.*

Conterit etiam Deus naues Tharsis, quum *i* perturbat corpora hominum, aut cùm eos perdet in iudicio.Vel dissipat superbiam Gentium, aut quum destruit hæreticos.*Psal.*27.2.*Paral.*20.*g.*Et conteruntur mulieres Hierusalem, quum *k* effœminati tolluntur in Ecclesia.*Isa.*27.*c.*Contritio autem dicitur esse in viis malorum. *Isa.*59.*b. Hose.*13.*c.*

Contriuit Deus vectes Hierusalem, quum abstulit doctores. *Thren.* 2. *c.* Conterit etiam virgam panis, aut firmamentum panis, cùm *l* tollit robur verbi Dei:vel cùm destruit defensiones eorum, & idololatriæ. Sic etiam dicitur conterere ligna. *Psal.*104.*Ezech.*4.*d.*5.*d.*14.*d.Isa.*14.*b.Amos.*2.*c.* Et filij hypocritarum atteruntur egestate. *Iob.*20.*b.*

Atteritur messis malorum. *Iob.*18.*d.* quum *m* eorum operatio à superno iudice reprobatur,licèt humanis oculis bona videatur. Atteritur etiam messis iniqui sursum, quia qui hìc sterilis persistit, post hanc vitam ad nulla præmia vocatur.

Contriuit Deus electos Hierusalem, quum perdidit sacerdotes & principes Iudæorum. *Thren.*1.*e. Mach.*2.*a.*Et contritio Hierusalem, est destructio illius aut animæ peccatricis. *Isa.* 51.*f.* Conterens etiam Ieremias lanunculam. *Ierem.*19.*e.* perpetuam *n* Iudæorum vastationem per Romanos factam designauit. Contriuit Deus arcam Israël, *o* quum destruxit illum populum,& eorum inanem fiduciam. *Hos.*1.*b.*

Conterere manu spicas,est *p* asperitati literæ dare sensus spirituales. *Deut.*23.*d.*

Contritio Ioseph,*q* passionem Christi designat. *Amos.*6.*b.*

Contritiones terræ, quas sanat Dominus, sunt *r* peccata, quæ sanat per pœnitentiam. *Psalm.*59. Sic dicitur Dominus alligare contritiones, quum remittit peccata. *Psal.*146.

Conterere Christum, est *s* molere granum frumenti,vt fructum afferat.*Iere.*10.*d.Isa.*53.*b.c. Iob.*19.*a.*Contritio quoque Ioseph, est passio Christi. *Amos.*6.*b.*

Non conterit Christus arundinem quassatam, *t* quia non in totum fidem Iudæorum destrui permisit.Et quia peccatores non reiecit,sed ad pœnitentiam inuitat. *Isa.*42.*a.*

Non conteri vnum os iustorum, *u* est nec vnam quidem eorum virtutem amitti. *Psal.*33.*Isa.*38.*c.Thre.*2.*c.*3.*a. Dan.*6.*g. Ioan.*19.*g.*Et non comminui os agni,est *x* non perire quenquam ex Apostolis,nisi filium perditionis,qui non erat os. Conterit etiam ossa agni, *y* qui curiosè scrutatur secreta Dei.

Conuertit mulier caput serpentis, quum *z* anima in initio suggestionis malæ ipsum diabolum excludit. *Genes.*3.*c. Eccles.*16.*b* 46.*d.*47.*a. Agge.*2.*d. Rom.*16.*c.*Vel conterens mulier caput serpentis,fuit beata *aa* Virgo,quæ nullam diaboli suggestionẽ admisit, sed semper diabolum sub pedibus habuit,libera etiam ab originali peccato. Vel potius semen mulieris, *bb* quod est Christus, contriuit caput serpentis, hoc est,destruxit potentiam diaboli. Sed contrito capite, adhuc viuit corpus,ad exercitationem fidelium.

Contritus grex Domini, *cc* sunt Iudæi dissipati. Et contritio populi, sunt peccata, *Ierem.*6.*c.*14.*e. Zach.*11.*d.* 2.*Reg.*22.*a.Psal.*13.59.146.*Isa.*15.*d.*65.*c.Thre.*2.*d.Ezech.*7.*c.Hos.*14.*b.Amos.*6.*b. Nahum.*3.*d. Soph.*1.*b.* Et contriti in porta sunt Iudæi.*Iob.*5.*a.*

Comminuitur panis plaustro, *dd* quum Iudæi aut proceres Ecclesiæ grauiter castigantur à Deo:non comminuitur autem, quia castigantur ad emendationem. *Isa.*28.*g.*

Conteritur cor *ee* per dolorem peccati,in pœnitentibus quidem ad salutem, in impœnitentibus verò conteritur per pœnam inferni. *Isa.*13.*b.* Contritionis autem clamor, est grauis dolor de peccato. *Isa.*15.*c.*61.*a.*65.*c.* 66.*a. Ierc.*23.*b.*Comminuitur etiam statua. *Dan.*2.*e.*quum cor conteritur & humiliatur,incipiens à deteterioribus.

Conterens Moses vitulum vsque ad puluerem. *Exod.*32.*e.* designauit *ff* Gentilium superbiam humiliandam, omniáque impietatis vestigia abolenda. Idem est conterere idola. 4.*Reg.*11.*d.*18.*a.*2.*Paral.*15.*d.*34.*a. Num.*33.*g. Deut.*12.*a.Isa.*21.*c.*46.*a. Ierem.*43.*d. Mich.*5.*b.* Et comminuit vox Domini cedros, aut Libanum sicut vitulum, *gg* quum destruxit superbiam, & idololatriam. *Psalm.*28.

Comminuit inimicus vt puluerem ante faciem venti, *hh* qui dissipat prauos affectus. *Psalm.*17.

Conteri hydriam super fontem, est *ii* cessare vitam humanam. *Eccles.*12.*c.*

Conterunt pauperem diuites,vel hæretici,quum vexant humiles. *Amos.*8.*a.*Et comminuit bestia cibos, *kk* quum vir impudens facta bonorum dissipare conatur.*Dan.*7.*b.*Et conterit bestia agri ouas struthionis, quum *ll* diabolus superat discipulos hypocritarum.*Iob.*39.*c.* Et conterunt hostes ciuitates munitas, quum perdunt dona animæ. Contritio autem magna, quam adducit Deus,est diabolus, & hæretici.*Ierem.*4.*b.*Conterere dicuntur etiam mali capita pauperum. *Amos.*2.*b.*8.*a.* 1.*Mach.*13.*a.*

Contritis testiculis est, *mm* qui paulatim crescente malitia, conterit suam in virtutibus prolem, & signa,per quæ vir possit agnosci.*Leuit.*22.*c.*

Contritio duplex,qua conterit Deus:vel contritio super cõtritionem,est,*nn* quum pœnæ temporali superuenit pœna æterna:vel est mors gehennæ,super mortem culpæ. *Ier.*4.*e.*17.*c.* Et attritum nomen à facie Dei,est eorum, qui castigantur, & quasi obliuioni traduntur à Deo,quippe qui carceri inferni mancipantur.*Isa.*48.*d.*

Atterunt populum Dei, *oo* prælati, qui pauperes peccantes publicè confundunt, quum aduersus diuites ne mutire quidem audeant.*Isa.*3.*c.*

Atterens asina pedem Balaam.*Num.*22.*e.*designat *pp* conuersionem simplicium ad fidem,manentibus Scribis & sacerdotibus in infidelitate.

Non attrita vestimenta populi in deserto. *Deuter.*29.*a.* symbolum fuerunt *qq* futuræ resurrectionis.

Atteritur cælum, *rr* quum in fine mundi à motu cessabit. *Iob.* 14.*b.* Et atteretur terra sicut vestimentum.*Isa.* 51.*b.*corpora videlicet humana suscitanda.

Comminuit Iob lacertos pupillorum.*Iob.*22.*b.* quũ *ss* Ecclesia reuocat ab operibus superstitionis,aut erroneis, deceptos ab hæreticis.

Comminui virgam percussoris.*Isa.*14.*g.* est *tt* cessare correctionem,& castigationem malorum.

Commi

a *Aug.ps.*45. *Gr.*33.*m.*29.
b *Hie.s.*8.14.
c *Au.s.ps.*45. *Hie.s. Isa.*24. *& s.Hab.*3.
d *Au.*18.*ciui. Dei.*32.
e *Ar. & Au. s.ps.*106. *Ric.de S.Vict. de securi conscien.*25.
f *Gre.* 4. *mor.* 22.*& Augu. Psa.*47.
g *Arn.& Hil. s.psa.*146.
h *Rup.s. Hos.* 13.
i *Amb.* 2. *de interp.*5.
k *Hie.s.Is.*27.
l *Ar.s.ps.*104. *Ori.s.Ezec.ho.* 4. *Hie. s. Ezech. ho.*14. *Gre.*15.*mo.*3.
m *Gre.*14.*moral.*10.
n *Hie.s.Ie.*29.
o *Ru.s.Hos.*1.
p *Rup.s.*1. *De ccr.*27.
q *Ru.s. Amos* 6.
r *Au. s.ps.* 59.
s *Ori.s.Ie.h.*8. *Ru.*1.*s.Is.* 19.
t *Ter. aduer. Iudæos. Hie.s.Isa.* 42.
u *Basi.& Au. s.psa.*33.
x *Geo. Ve.can.* 2.*to.*3.*cap.*13.
y *Gre.Nyss. de vita Mosis.*
z *Bed.s.Ge.* 3.
aa *Ge.Ve. Ca.* 2.*to.*5.*cap.*17.
bb *Gr.Nyss.ser de Natiuita.*
cc *Ori.s.Ie.h.* 9. *Greg.*6.*mo.* 2.
dd *Hie. s. Isa.* 28.
ee *Hie.s.Is.*13. 15. *Rica.de S. Vi. de somn. Nabuch.*27.
ff *Am.epi.*56. *Greg.Nysse.de vita Mosis.*
gg *Basi.s. psa.* 28.*hom.*1. 2. *Arn.s.psa.*28. *Rup.*4.*s. Exo.* 26.
hh *Hie.s.psal.* 17.
ii *Hie.s.Ecclesiasten.*12.
kk *Rica.de S. Vict. de vitio mutabili.* 15.
ll *Gr.*7.*mo.*7. 8.*&* 31.*m.*8.
mm *Isyc.s.Le.* 22.
nn *Lyr.s.Ie.*4.
oo *Hi.s.Is.* 3.
pp *Ori.s. Nu. hom.*14.
qq *Amb.*2.*de fide* 1.

rr *Glo.ord.su.Iob.*14. ss *Gr.*16.*m.* 4. tt *Hier. s. Isa.*14.

Digitized by Google

a Hil.ſ.Da.7. Comminuens rex.quartus, ſiue quarta beſtia omnia, ſicut ferrum. *Dan.* 2.*f.*7.*c.* deſignat *a* Romanos omnia ſubiicientes. — *Imperium Romanorum.*

b Gre.ſ. Ezec. hom. 10. Attrita frons. *Ezech.*5. *b.*23.*g.* dicit *b* inuerecundiam in peccando. Eſt etiam eorum qui non ſolùm labores non fugiunt,ſed neque importuni videri in laboribus, qui ſibi negantur, erubeſcunt. — *Impudentia.*

c Hie.ſ.Ez.27 d Ly.ſ.Ez.27. Conterens ventus auſtri Tyrum. *Ezech.*27.*e.* eſt *c* exercitus Chaldæorum, magno impetu eam deſtruens. Vel vis *d* diuina conſumens mundum in iudicio. — *Perfecta pœnitentia.*

Conternans.

e Hie.ſ.Iſ.15. CONTERNANS dicitur, *e* quod eſt trium annorum, vt vitula conternans. *Iſa.*15.*c.* eſt trium annorum: & deſignat perfectam pœnitentiam ſecundùm ſuas tres partes: vel perfectam ſalutem.

Conterritus, vide Terrere.
Conteſtari, quare Teſtis.
Contexere, vide Texere.
Conticere, quare Tacere.
Continere.

CONTINERE interdum eſt retinere,vel coërcere, aut abſtinere: interdum intra ſe tenere, vt locus continet locatum. — *Ceſſans Deus à puniendo.*

f Hie.ſ.Iſ. 64. Continet Deus manum,quum ceſſat puniendo. 2.*Reg.*24.*c.* Et continet ſe Deus, quum *f* non ſuccurrit miſeris,nec punit malos. *Iſa.*64.*d.* — *Subtrahens ſcientiam prædicatorum.*

g Gre.11.mo. 16. Continet Deus aquas, *g* quum ſubtrahit ſcientiã prædicatorum: aut non dat gratiam & dona Spiritus ſancti. *Iob.*12.*c.Pſalm.*76.*Prou.*30.*a.* Et continuerunt ſe miſerationes Dei ſuper Iſraël, *h* quum non miſertus eſt eorum. *Iſa.*63.*d.* Continuit Deus aquas apud Iudæos. *Iob.*12.*c.*quum *i* reliquit eos cum litera, & ſic aruerunt. — *Non miſertus Iſraëlis.*

h Hie.Iſa.63. i Hie.Iob. 12. — *Relicti Iudæi cum litera legis.*

Continet omnia ſpiritus Dei per *k* creationem & gubernationem.*Sap.*1.*b.*10.*a.Eccleſ.*48.*a.*Attingit enim à fine vſque ad finem. Vel homo continet omnia, cum omnibus conuenientiam habens. — *Gubernans omnia.*

k Glo.ord. ſu. Sap.1. Continuit Chriſtus opprobrium multarum gentium, *l* qui omnium peccata tulit. Vel quando fideles in primitiua Eccleſia continebant opprobria,quæ audiebant in corde. *Pſalm.*88.143. — *Portans Chriſtus peccata.*

l Hil.ſ.pſ.143. Aug.ſ.pſ. 88. Continentes vectes tabulas tabernaculi,deſignant *m* vim legis,firmantem fideles. *Exod.*26.*e.*36.*d.* — *Firmans lex fideles.*

m Gl.int. ſup. Exod.26. Ea quæ continebant parietes templi, deſignant *n* Sanctos ſuſtentantes Eccleſiam. *Ezec.*41.*b.* — *Sancti ſuſtentantes Eccleſiam.*

n Hie.ſ.Ez.41 Continere à mulieribus, eſt frænare concupiſcentias. 1.*Reg.*21.*b.Tob.*6.*b.Sap.*8.*d.Eccleſ.*6.*e.*26.*c.* — *Franare concupiſcentias.*

o Hie.ſ.Ier.2. Non continentes aquas ciſternæ. *Ierem.*2.*c.* ſunt *o* hæretici non habentes veram & ſanam doctrinam. — *Hæretici ſine ſana doctrina.*

p Hie.ſ.Iſ.52. Continent reges os ſuum ſuper Chriſtum, *p* quum principes & Philoſophi obedient fidei nil contra eam dicentes. *Iſa.*52.*d.* — *Obedientes principes fidei.*

q Hie.ſ.Ag.1. Continet terra germen ſuum, quum *q* anima non benè operatur. *Agge.*1.*c.* — *Non bene operari.*

Contingere, vide Tangere, & Accidere.
Contorquere, vide Torquere.
Contrarius, Contra, vide Aduerſarius, & Eregione.
Contradicere.

CONTRADICERE, eſt verbis contrarium alterius dicere.

r Au.1.d.Trinita.13. & ſ. pſ.30.54.79. Contradictio in ciuitate, erat *r* contradictio Iudæorum aduerſus Chriſtum, quæ etiam erat contradictio linguarum. *Pſal.*30.54.*Iob.*16.*b.Iſa.*65.*a.Habac.*1.*a.* Deſignat etiam, contradictiones,calumnias hæreticorum aduerſus fideles. Contradictio etiam vicinorum deſignat perſequutionem Gentilium aduerſus fideles. *Pſalm.*17.79. *Iſa.*41.*c.* — *Contradicentes Iudæi Chriſto, & infidelesfidelibus.*

ſ Gl.in.ſ.Iob.6 Rup.ſ.Hoſ. 4. Contradicunt Deo homines, qui *ſ* curiosè iudicant opera Dei. *Iob.*6.*b. Eccleſ.*4.*d.Iſa.*45.*b.*50.*e. Luc.*2.*e.*21.*c. Actor.*4.*c.Hebr.*12.*a.*Simile eſt contradicere ſacerdoti. *Hoſ.*4.*a.Iud.*4.*d.* Eſt idem defendere peccata. — *Curiosè iudicantes diuina.*

t Auguſt.q.in Num.36. Contradictiones aquæ,ſignificare poſſunt *t* baptiſmum & gratiam Chriſti:quia multi ſunt, qui contradicunt gratiæ Chriſti. *Num.*20.*d.*27.*c.Pſal.*103. — *Defendere peccata.*

u Lyr.ſ.Iud.1. Contradicentes *u* Nabuchodonoſor. *Iud.*1.*d.* ſunt reſiſtentes diabolo. — *Baptiſmus & gratia Chriſti.*

Contrahere.

CONTRAHERE, interdum eſt conſtringere, aut retrahere: vt quum cerui contrahuntur rigore, aut metu, vt extendi nequeant. Interdum colligere,& in vnum congregare, aut etiam ſibi conciliare. — *Reſiſtentes diabolo.*

x Hie.Ezec.7. Contradictio veniens ſuper populum Iſraël, *x* citam, & velocem Dei punitionem ſignificat. *Ezech.*7.*b.*Vbi in aliquibus libris ſcribitur Contritio. — *Pœnitentia punitio Dei.*

y Lyr.ſ.Za.11 Contracta dicitur anima Zachariæ in paſtoribus, *y* deſignans animam Chriſti iratam malis prælatis. *Zach.* 11.*b.* — *Iratus Chriſtus prælatis malis.*

z Ly.ſ.1.Reg. 14. Contrahens Achias manum à conſultando Domino. 1.*Reg.*14.*c.* deſignat, *z* vbi præſenti opus eſt auxilio, prætermittendam eſſe longam conſultationem. — *Præſenti vti auxilio.*

aa Glo.in.ſup. Deut.15. Contrahit etiam manum, *aa* qui non extendit ad dandam eleemoſynam.*Deut.*15.*c.* — *Non dare eleemoſynam.*

bb Glo.ord.ſu. Ioſu.8. Contrahere etiam manum, eſt à pugnando ceſſare.Sic Ioſue non contraxit manum.*Ioſ.*8.*f.*docens non ceſſandum *bb* ab impugnandis vitiis. — *Non ceſſare ab impugnandis vitiis.*

cc Gre. 8.mo. 11. Contracta cutis Iob, *cc* deſignat eos, qui ſolis exterioribus curis in Eccleſia dediti, in authoris ſui amorem non tenduntur,ſed in ſemetipſis rugoſa cogitatione replicantur. *Iob.*7.*c.* — *Exterioribus vacantes.*

dd Gr.6.mor. 15. Contrahet iniquitas os ſuum.*Iob.*3.*c.*quum *dd* hoc,quod non vult per ſtudium,per ſupplicium clauderi:& quia reſurrectionis Chriſti clareſcente miraculo, dum copioſa multitudo infidelium credidit, à redemptoris ſui iniuriis contumeliiſque ceſſauit. — *Ceſſans à contumeliis Chriſti.*

Contrahens Dauid omnem Iſraël aduerſus Syros. 1. *Regum* 10.*d.* eſt Chriſtus congregans fideles aduerſus diabolum. — *Chriſtus congregans fideles.*

Contrahi mœrore, aut timore. *Eſter.*15.*b. Mich.*4.*c.* dicitur, quia affectus illi quandam in corpore naturaliter generant contradictionem.

Contrectare, vide Tangere.
Contremiſcere, quare Tremere.
Contribulare, vide Tribulatio.
Contriſtare, quare Dolere.
Controuerſia, vide Lis.
Contumax, Contumacia.

CONTVMAX eſt,qui per tumorem,& ſuperbiam inobediens eſt,& renuit parere,aut comparere in iudicio. Et morale,neque vix recipit allegoriam.De eo agitur.*Deut.*21.*d.Eccleſ.*1.*d.Mach.*3.*c.*Contumax ſeruus,eſt *ee* corpus rebelle. *Prou.* 29.*d.* — *Corpus rebelle.*

ee Bed.ſ. Pro. 29.

Contumelia, vide Iniuria.
Contundere, quare Tundere.
Conturbare, vide Turbare.
Contus.

CONTVS eſt ſudes, ſiue haſta,longior, ſed ad percutiendum apta.

ff Hie.ſ.Ezec. 39. Conti militum Holophernis. *Iudi.* 9.*c.* Et conti Gog. *Ezech.*39.*b.* deſignare poſſunt *ff* inſtrumenta hæreticorum, quibus lata & inſanabilia inferunt vulnera doctrinarum. — *Inſtrumenta hæreticorum.*

gg Hie.ſu. Amos. Conti, in quibus leuantur vaccæ montis Samariæ.*Amos.*4.*a.* ſignificare poſſunt *gg* armaturam Dei, qua vincuntur hæretici. — *Armatura Dei.*

Digitized by Google

Conualescere, vide Sanare.
Connallis, quare Vallis.
Connubium, vide Matrimonium.
Conuenire, quare Congregare, & Pacisci.
Conuentus, Conuenticulum, vide Congregare.
Conuersari, Conuersatio.

Quiescentes spirituales in doctrina.

CONVERSARI, est consuetudinem cum aliquo, aut aliquibus habere.

Conuersatus est Christus cum hominibus, quando videlicet *a* naturam assumpsit humanam. *Baruch.3.d.*

Conuersantes volucres in ramis arboris magnæ. *Dan.4.b.* designant spirituales in sublimiori doctrina & statu quiescentes.

Viuere vitiosè.

Conuersari in desideriis carnis, est viuere in incredulitate. *Ephes.2.a.* Ita conuersantur cum meretricibus, qui *b* sequuntur voluptates & errores. *Hose.4.d.*

Conuertere.

Reducēs Deus ad pœnitentiam.

CONVERTERE idem ferè est, quod vertere, aut mutare: quæ conuersio præcipuè fit in actibus, aut habitibus creaturæ rationali: quum ab vno mutatur in suum contrarium.

Conuertit nos Deus, *c* quum à peccato ad pœnitentiam nos reducit. *Psal.79.84.* Et conuertit, & restituit Sodomam, & Samariam, & Hierusalem in antiquum statum, quum recipit ad pœnitentiam ex gentibus, ex hæreticis, & Christianis peccantibus. *Ezech.16.g.* Et conuertit captiuitatem plebis suæ, aut Sion, quum liberat animam à peccatis. *Psal.52.125.* Et conuertit de profundo maris, quum liberat à fundo vitiorum. *Psal.67.* Et conuertit petram in stagna aquarum, quum *d* dura corda gratię Spiritus sancti capacia facit. *Psal.113.3. Reg.18.f.2. Par.11.a. 1. Ester.8.d. Isa.21.c.49.b.52.c. Iere.30.c.* Prius autem conuertit nos Deus, quàm nos conuertamur, propter gratiam præuenientem. *Ierem.31.c.32.g. Thren.5.d. Amos.1.a. Soph.3.d.* conuertet Deus captiuitatem Iuda, & Hierusalem, *e* quum in resurrectione, fideles resurgent incorrupti. *Ioel.2.g.*

Resurrectio.

Conuersio infidelium.

Conuertit Deus tenebras in mane, *f* quando hi, qui erant in tenebris, & vmbra mortis, viderunt lucem magnam, & qui erant filij noctis & tenebrarum, facti sunt filij lucis. *Amos.5.b.*

Reduci ad Ecclesiam.

Conuertit Deus gregem ad rura sua, *g* quum reducit ad Ecclesiam, & pastum scripturarum. *Ierem.23.a.*

Dans Deus gratiam.

Conuerti dicitur Deus, *h* quum dat nobis gratiam, aut nos reuocat ad pœnitentiam. *Psal.6.74.* Sic conuersus Christus respexit Petrum. *Luc.22.g.* Et eundem reprehendit. *Matth.16.d. Ioan.1.e.* Hoc designauit conuertens Salomon faciem suam ad populum. *3. Reg.8.b.2. Par.6.a.* Dicitur etiam Deus conuerti post nostram conuersionem, quia post pœnitentiam dat dona gratiæ. *Zach.1.a.10.b.* Ita dicitur de sponso. *Cant.7.d.* Ad me conuersio eius. Et conuertitur cùm præstat auxilium. *Zac.13.d.*

Cessans Deus à puniendo.

Conuertitur etiam Deus, aut furor eius, *i* quum à puniendo cessat. *Isa.12.a.63.d. Ierem.12.d. Zach.8.e.* Convertens etiam angelus gladium in vaginam, designat Deum cessantem à puniendo. *1. Paral.21.d.* Et non conuerti donec deficiant inimici, est non cessare à castigando. *Psalm.17.*

Castigans Deus.

Conuertitur præterea Deus puniendo. *Iosu.24.e.* Et conuertit manum suam ad aliquem, quum eum castigat. *Isa.1.f. Nee.4.a. Ester.14.b. Amos.3.c. Abdi.e.* Et conuertit vsque ad profundum, *k* quum in maximas inducit tribulationes. *Psalm.67.* Et dicitur conuerti Deus in inimicum, *l* quum punit aliquem pœna æterna, vel quum eum deserit. *Isa.63.c.*

Consolatio diuina.

Conuertit Deus manum suam ad paruulos. *Zach.13.d.* quando *m* Christus post resurrectionem apparuit discipulis, quos consolatus est.

Remunerans pœnitentiam.

Conuertit Deus planctum in gaudium, quum *n* remunerat pœnitentiam. *Psal.29. Ester.13.d. Ierem.31.c.*

Resipiscentia.

Conuerti dicitur, *o* qui resipiscens à peccato, redit ad Deum. *Psal.40.* Et conuertitur in ærumna, qui grauem pœnitentiam agit de peccatis. *Psal.21.31.* Et conuertitur superbus à vita superba & ambitiosa, ad vitam & affectum puerilem. *Matth.18.a. Tob.2.b.3.c.13.b. Iob.17.c.* Et dicuntur peccatores conuerti ad cor. *Psalm.58.84. Isa.6.c.10.e.* Et conuertuntur ad populum suum, qui de hæresi redeunt ad Ecclesiam. *Isa.13.d.55.b.60.a. Hose.11.b.12.b.14.a. Ioel.2.c. Mich.5.a.* Et Iudæi conuertuntur ad vesperam, *p* cùm in fine mundi suscipient fidem, & agent pœnitentiam. *Psal.58.* Et conuersa Magdalena in monumento vidit Christum suscitatum, designans *q* conuersionem gentium. *Ioan.10.d.*

Conuersio Iudeorū & Gentilium.

Conuertitur ad Deum in toto corde, *r* qui super omnia diligit Deum, & reliqua propter ipsum: & ipsum timet, & de eo gaudet, & de verè malis tristatur. *Ioel.2.c.*

Diligens Deū super omnia.

Conuertit Deus flumina Ægypti in sanguinem, *s* quum doctrinam Philosophorum confundit, & per eam ipsos castigat. *Psal.77.* Conuertuntur etiam flumina in sanguinem *t* iis, qui peruersè intelligunt sacram scripturam. Conuertit etiam Deus sapientes retrorsum, quum confundit Philosophos & hæreticos. *Isa.44.d.* Sancti etiam conuertunt aquas in sanguinem. *Apoc.11.b.*

Confundere doctrinam vanam.

Conuertit Deus mare in aridam. *Psalm.65.* quum *u* mundum amarum salsitate, turbulentum tempestate, sæuientibus persequutionibus, fecit sitire aquam dulcem.

Conuersio mūdanorum.

Conuertit Deus retrorsum, quos retrahit à cursu voluptatum ad luctum pœnitentiæ. *Thren.1.e. Psalm.39.55.* Conuertitur etiam retrorsum Iordanis. *Psal.113.182.* quum *x* baptizatus, qui per vitia in mare ferebatur, conuertitur ad Deum, quem sibi retrò posuerat. Et quum *y* quis confitendo laudat Deum, & proficit à bono in melius, qui sursum sunt quærens, non quæ super terram, nec deorsum fluens.

Retrahens à voluptatibus.

Conuertit Deus petram ex Basan in profundum maris, *z* quum de confusione huius seculi conuertit humanum genus per passionem suam ad amaritudinem pœnitentiæ: *Psal.67.* Et conuertit captiuitatem nostram sicut torrens in austro, hoc est, per abundantiā gratiæ. *Psal.125.* quum videlicet diuinæ miserationis aspiratione, homo ex peccatorum captiuitate soluitur, sicut constricti glacie torrentes Austri tempore soluuntur.

Conuersio per passionē Christi.

Conuertit Deus in stagna aquarum. *Psal.113.* quum *aa* percusso Christo in passione, venit abundantia doctrinæ & gratiæ in mundum: vel quia cùm ante passionem sermo eius videretur durus, postea factus est mollis.

Abundantia doctrinæ.

Conuerti animam in requiem suam, *bb* est deduci in cœlum, quasi post labores: vt equus ad stabulum, & nauis ad portum. *Psal.114.* Sic dicebat Paulus. *1. ad Tim.4.b.* Reposita est mihi corona iustitiæ. Conuertuntur etiam Sancti ad munitionem suam, *cc* quum ad cœlestem gloriam deueniunt. *Zach.9.c.*

Reduci ad cælestem gloriā.

Conuertit semitas in quietem, *dd* qui iram Dei placat. *Isa.58.d.*

Placare iram Dei.

Conuertit pedes in testimonia Dei, *ee* qui dirigit operationes ad implenda præcepta Dei. *Psalm.118.*

Dirigere opera ad præcepta.

Conuertens Ezechias faciem suam ad parietem. *4. Reg.12.a.* est *ff* contemplans humanitatem à Verbo Dei assumendam, cuius gratia implorabat auxilium.

Contemplans humanitatem Christi.

Conuertet Elias cor patrum in filios, quum Iudæi venient ad fidem, quam habuerunt Patres de Christo. Et cor filiorum in parentes, *gg* quum Iudæi & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione consentient. *Malach.4.b.*

Conuersio Iudeorum.

Conuertitur oratio Christi in sinum suum. *Psal.34.* quia *hh* in eo erat humanitas, quæ orabat: & Diuinitas, quæ orabatur.

Fugans diabolum.

Conuertit Dauid Ioab, hoc est, inimicos: & *ii* quum fugauit diabolum, & quum conuertit fideles ad fidem. *Psalm.59.* in titulo.

Iusti iudicabunt.

Conuertetur iustitia in iudicium, *kk* quando iusti constituentur iudices in iudicio. *Psal.93.*

Obtemperans caro rationi.

Conuersio mulieris ad virum, est, *ll* vt carnalis, quæ cum dolore gignit filios, ne corruat, obtemperet rationi quasi viro dominanti. *Genes.3.*

Conformare verbis opera.

Conuertere manum ad os, est *mm* voci prædicationis suæ opera conformare. *Prou.26.c.*

Gloria inanis.

Conuertit manum cum melle ad os, *nn* qui recipit gloriam ex opere. *1. Reg.14.d.* Sic dicuntur conuerti in Ægyptum, qui reuertuntur ad mundanos fauores; vt hæretici. *Hos.8.d.*

Defensio peccatorum.

Non conuerti montes ad operiendam terram. *Psalm.103.* est *oo* non confugere ad operimenta peccati: sicut Adam se texit foliis ficus, quasi fugiendo Deum.

a *Ric.de S.Vi. de securi conscien.17.*
b *Hie.s.Ho. 4.*
c *Ori.s. Ezec. hom.10. Hi.s.ps.52.58 Arn.s.ps. 47. Au.ps.125.*
d *Au.s.ps.113 Arno.ps.113. Hier. Isa. 21.*
e *Ru.s.Ioel.2.*
f *Hie.s.Am.5.*
g *Hie.s.Ie.23.*
h *Ori. s. Mat. hom.1. Rup.2.Ioan.*
i *Hie.s. Is.12. & s.Za.8. Au.epi.50.*
k *Hil.s.ps.67.*
l *Hie.s. Is.63.*
m *Rup.11.su. Matth.*
n *Bas.s.ps.29.*
o *Hie.Cypria Gr.s.1. Reg.6. Ori.s. Matth. hom.5. Hier. s. Isa. 13.*
p *Hil.s.ps.58. Aug.ps.58.*
q *Ru.14 s.Io.*
r *Ber.ser.2.in capite ieiunij.*
s *Hie.s.ps.77.*
t *Gr. Nysse.de vita Mosis. Rup.6.s. Apo.*
u *Aug. s. ps. 65.*
x *Au.s.ps.39. 55.113.*
y *Ric.de S. Vi. de extermin. mali.*
z *Hie.s.ps.67. 125. Euthym. q.in psal.*
aa *Hi.& Au. s.ps. 113.*
bb *Bas.s.ps.114 Amb.de. obit. Theodosij.*
cc *Hi.s.Za.9.*
dd *Hi.s.Is.58.*
ee *Glo.ord.su. Psa.118.*
ff *Au.2.de vi sitatio infirmorum. 2.*
gg *Hi.s Ma.4*
hh *Au. s. ps. 34.*
ii *Au.s.ps.59.*
kk *Au.s.ps.93 Gr.26.mo.26*
ll *Bed.s.Ge.3.*
mm *Be.s.Pro. 26.*
nn *Gr.s. Re 14.*
oo *Ar. s. ps. 103.*

Digitized by Google

Conuertit iudicium in absynthium, *a* qui iniquè iudicat,& qui per iram iudicat antequam iudicij noueritatem. *Amos.5.b.6.d.*

Conuersa in amaritudinem vitis, designat *b* animam in peccatum lapsam. *Ierem.2.e.* Sic conuertuntur retrorsum, omnes qui peccant. *Psalm.128.*Idem est conuerti ad Deos alienos. *Deut.31.e.Isa.42.e.* Et conuertuntur ad cursum suum, qui ad priora vitia reuertuntur. *Ierem.8.c.Thren.1.c.*Et in arcum *c* prauum. *Psalm.77.*

Omnis, qui Euangelium alio interpretatur spiritu & mente,quàm scriptum est,credentes turbat, & conuertit Euangelium Christi, *d* vt id quod in facie est, post tergum faciat: & ea,quæ post tergum sunt,vertat in faciem. Si quis tantùm literam sequitur, posteriora ponit in faciem. Si quis Iudæorum interpretationibus acquiescit, post tergum mittit ea,quæ de natura in faciem constituta sunt. *Galat.1.a.*

Conuersi in vaniloquium sunt, *e* qui docent literam legis esse seruandam. *1.Tim.1.b.*

Conuertunt hæretici in bellum transeuntes, *f* quum audientes faciunt inimicos Dei. *Mich.2.c.*

Conuersus est in tenebras Sol,*g* quũ in passione Christi non dabat lumen.Et Luna conuersa est in sanguinem, quum synagoga Iudæorum dixit: Sanguis eius super nos,& super filios nostros. *Ioel.2.g.*Et conuersæ sunt festiuitates Iudæorum in luctum,quando eorum ciuitas destructa est. *Amos.8.c.*

Conuertens Ioram,rex Israël,manum suam,vt fugeret,sed fugere nõ valuit.*4.Reg.9.e.*designat serò resipiscentes. Idem designat conuertens auriga regis Achab manum. *2. Par.18,g.*

Conuerti ad aliquem Sanctorum. *Iob.5.a.* est *h* inuocare Sanctos, vt sint intercessores apud Deum.

Conuersum cor Ægyptiorum in odium Israël, designat *i* persequutionem Gentilium in Christianos.*Psalm.104.1.Reg.11.c.*

Conuertitur dolor in caput malorum.*Psalm.79.*quia *k* omnis,qui facit peccatum,fit seruus peccati.*Ioan.8.e.*

Conuersum est iudicium retrorsum ,*l* quum Christus reliquit Iudæos. *Isa.59.c.*

Conuerti torrentes in picem, est *m* Iudæos fieri materiam ignis æterni. *Isa.34.c.* Et doctrinam Ecclesiæ conuerti,in contemptum & vilitatem , propter malè viuentes prædicatores.

Conuersus est inimicus retrorsum, *n* quum diabolus est victus à Christo. *Psalm.9.*

Conuersi filij Ephraim in die belli, sunt *o* Iudæi non obtemperantes legi , tempore tentationis. *Psalm.77.*

Conuertuntur etiam prædicatores in die belli, *p* quum post semetipsos redeunt in tentationem vitiorum,nec pectus opponere volunt, quia in tentationum certamine non resistunt.

Conuertuntur in arcum prauum, *q* qui dum contra aliqua vitia prædicant, semetipsos feriunt. *Psalm.77.*

Conuerti ad idola. *Leuit.19.a.* est *r* condescendere his,quæ idolorum lex multa profanáque exigit.

Conuiciari, Conuicium, vide Iniuria.

Conuincere.

Convincere , est aliquem alicuius facti , & præcipuè criminis sic vincere , vt negare nequeat.Sic ponitur conuinci delicti. *Exod.21.b. Leuit.6.a. Dan.12.g.1.Cor.14.e.* Vix habet allegoriam.

Conuiuere , vide Viuere.

Conuiua, Conuiuium Epulari, Epula.

Convivivm, à viuendo dictum, honestius appellatur, quàm comporatio, & concœnatio apud Græcos. Conuiuæ sunt, qui ad conuiuium sunt inuitati. Epulæ autem idem sunt , quod conuiuium.

Conuiuium,quod fecit Abraham angelis,& etiam Loth.*Genes.18.a.19.a.*designare potest *f* confessionem fidei, & opera misericordiæ proximis exhibita, quæ grata sunt Deo, & angelis.

Conuiuium , quod fecit Abrahã in ablactatione Isaac. *Genes.21.a.* designat *t* gaudium de profectu minorum, quando iam non lacte indigent, sed solido vescuntur cibo. Designat *u* etiam conuiuium Christi in Eucharistia, quæ est cibus adultorum.

Conuiuium propter matrimonium Rebeccæ , designat *x* gaudium de conuersione peccatoris,Idem designat conuiuium in matrimonio Rachaelis.*Gen.24.f.29.e.Tob.7.b.8.d.11.d.*

Conuiuium,quo Isaac excepit.Abimelech,designat cõmunicationem consolationum spiritualium,& salubrioris doctrinæ.*Gen.26.f.*Idem designat conuiuium Ioseph ad fratres suos. *Gen.43.g.Iudi.14.b,2. Reg. 3.d. Iob.1.a. Luc.9.*

Conuiuia,quæ faciebant filij Iob per domos. *Iob.1.a.* designant *y* prædicationem Apostolorum in diuersis, Ecclesiis.Item singularum virtutum aut donorum operationes , quibus mutuò se subleuant.

Epulari in reuersione filij prodigi.*Luc.15.a.*designat *z* gaudium de conuersione peccatoris, quæ epulatio est, sicut epulantur iusti in conspectu Dei, hoc est, Apostoli post resurrectionem. Et conuiuium pinguium,est gaudium iustorum. De his *Deuter.12. b.14.d. 16.c. 26.c. Tob. 2.a. Numer. 10.b. Ester. 9. d. Psalm. 41. 67. Isa. 25.b. 1. Corinth.5.b.*

Conuiuium quod fecit Matthæus Christo, designare potest *aa* doctrinam Euangelij eius, quæ fuit grata Christo. *Matth.9.b.*

Epulari volebat filius senior, non cum patre, sed cum amicis, quasi sine Deo cum mundanis.*Luc.15.g.*Et hoc est conuiuium prophanum cum Ægyptiis,vacare videlicet voluptatibus.*Genes.43.g.Isa.5.c.*Ad hæc pertinet conuiuium Pharaonis,factum pueris suis,& alia conuiuia prophana, quæ etiam designant *bb* hæreticorum sacrificia, aut doctrinam peruersam. *Genes.40.d. 2.Reg.13.c.3.Reg.1.f. Iud.9.d.16.f.Iud.12.b. Ester.1.a.2.d.8.d. Prouerb.23.c. Ierem.16.a.Dan.5.a.Hos.4.d.Nahu.1.c.*

Epulans splendidè diues. *Luc.16.d.* designat *cc* populum Iudæorum , qui copiam legis non ad necessitatem salutis, sed ad pompam elationis assumpsit ,atque in præceptorum verbis non semetipsum ordinatè reficiebat, sed actanter ostentabat.

Conuocare, vide Congregare.

Conuoluere , quare Voluere.

Conuulnerare , vide Vulnerare.

Conuulsus , quare Euellere.

Cooperire , quare Operire.

Cophinus , vide Canistrum

Copia, quare Abundantia.

Copulare, vide Iungere.

Coquere, Coquus, Excoquere, Culina, Discoctus.

Coqvere, est igne cibum esui aptum reddere :& stomachus coquit cibum vi natiui caloris , vt animali nutriendo aptus sit in chilum versus. Excoquere autem est coquendo purgare. Coquus verò est , qui coquendi officio fungitur.

Coquens Elisæus carnes boum in aratro. *3.Reg.19.d.*designauit Christum in cruce,qui Legem & Prophetiam impleuit, quantum ad mysteria.

Excoquit Deus ad purum scoriam , *dd* quum per castigationem emundat omne peccatum. *Isa.1.f.48.b.*

Coquere vitulum,est Christi passionem prædicare. *Gen.18.a.*Idem est coquere hœdum.*Iud.6.d.*Idem designauit Abigail coquens quinque arietes.*1.Reg.25.c.* Coquere autem carnes in loco sancto,& ante fores tabernaculi, *ee* est in Ecclesia deuotè cõfiteri humanitatem Christi vnitam diuinitati in vnitate personæ.*Exod.29.e.Leu.8.f. Deut.16.b.1.Reg.2.c.2.Par.35.b.Ezec.46.f.Zach.14.d.*Coctum etiam in clibano offerre, est incarnationẽ *ff* Christi confiteri, aut ex charitate docere. *Leu.2.b.*

Coquere azyma,est *gg* purificare vitam ab omni fermento peccati igne Spiritus sancti.*Genes.19.a. Exod.12.f. 1.Reg.28.d.*

Coquentes decem mulieres in clibano vno designant *hh* decem præcepta tractata in lege. *Leuit.26.d.*

Coctum aqua comedere , *ii* est inuestigare doctrinam sine feruore charitatis , aut cum curiositate humanæ sapientiæ, vt hæretici faciunt: ideo agnus non comedebatur coctus aqua. *Exod.12.*

a *Hier.sup.Amos.5.*
b *Ori. s. Iere. hom.13.*
c *Au.s.ps.77.*
d *Hi.s. Gal.1.*
e *Ori.s.Matt. hom.34.*
f *Hie.s.Mi.2.*
g *Hie.s.Ioel.2*
h *Lyr.s.Iob.5.*
i *Ar.s.ps.104.*
k *Au.s.ps.79.*
l *Hier.s. Isa. 59.*
m *Lyr.s.Is.34.*
n *Aug.s. ps.9.*
o *Au.s.ps.77.*
p *Gre.s. Ezec. hom. 21.*
q *Gre.27.moral.26.*
r *Isy.s.Leu. 19*
s *Glo. ord.sup. Gen.18.*
t *Ori.s.Genes. hom.7.*
u *Bed.s Ge.21*
x *Ru.6.s.Gen. 19. Ori.sup.Gene. hom.14.*
y *Gre. 1. mor. 19.32.*
z *Hie.epi.bea. Arn.s.psa.67.*
aa *Hil.s.Mat. Can.9.*
bb *Hie.s. Hos. 4.*
cc *Gr.25.mo. 18.*
dd *Hie.s. Is.1.*
ee *Gr. s.1.Re. 2. Hie.s.Za. 14. Isyc.s. Leu.8.*
ff *Isyo. s. Leu. 2.*
gg *Gl.inte.su. Exod.12.*
hh *Isy. s.Leu. 26.*
ii *Gr.s.1.Re. 2.& ho. 22.*

Labi in peccatum.
Interpretari malè Euangelium.
Docere obseruandam legem.
Peruertentes hæretici.
Obscuratio Solis.
Obscuratio synagoga.
Serò resipiscens.
Inuocare Sanctos.
Persecutio Gentilium.
Fieri seruum peccati.
Relinquens Christus Iudæos.
Pœna Iudæorum.
Contemptus doctrinæ sacræ.
Victus diabolus.
Iudæi non obedientes legi.
Cedentes tentationi.
Prædicantes contra seipsos.
Confessio fidei.
Opera misericordiæ.
Gaudium de profectu minorum.
Eucharistia.
Gaudium de conuersione peccatoris.
Comminatio spiritualium.
Prædicatio Apostolorum.
Opera virtutum.
Gaudium de conuersione peccatoris.
Euangelium Matthæi.
Vacare voluptatibus.
Doctrina hæreticorum.
Populus Iudæorum.
Christus.
Castigatione mundari Deus.
Prædicare passionem Christi.
Purificare vitam.
Tractata præcepta in lege.
Tractare doctrinam sine charitate.

Cocti cibi de venatione, quos intulit Esau patri suo. *Gen.* 27. *e.* designant scientias per humanos præceptores acquisitas.

Coquens Iacob pulmentum, *a* est præparans temporalia: Et ideo fortasse deficiebat Esau, quia coctum aqua desiderabat. *Gen.* 25.*d.*4.*Reg.*4.*f.* Hoc videtur significare coquens Thamar sorbitiunculas. 2. *Reg.*13.*b.* Designat etiam Iacob Gentiles crucifigétes Christum, pro qua coctione Iudæi vendiderunt primogenita dicentes: Sanguis eius super nos.

Coquere ante sabbatum, *b* est laborare, & operari in hac vita. *Exod.* 16.*e.*

Coquere lateres, est *c* confirmare affectus, & vitia calido motiuóque sermone, ne à sapientiæ satellitibus delere queant. *Gen.*11.*a.Isa.*16.*b.*

Coquere hœdum in lacte matris. *Exod.*23.*b.*34.*d.Deut.*14.*e.* est *d* de Christo non nisi humana sentire, vel Christum lactentem occidere, vt voluit Herodes, vel eum occidere tempore incarnationis. Est etiam adulari.

Coquere panes propositionis, est *e* præparare doctrinam Apostolicam, qua audientes nutriantur. *Leuit.* 24. *a. Iud.*6.*d.* Idem est coquere similam. *Leu.*7.*a.* Et coquere manna. *Num.*11.*b.*

Coquit panes hæreticus, & etiam carnes, quum fabricat errores. *Isa.*44.*c.*

Semicocta beta, *f* sunt fluctuantes inter virtutes & vitia, & tepidi, quos euomit Deus. *Isa.* 51.*g.* iuxta Septuaginta.

Coquere mulieres filium, est perdere opera sua. 4. *Reg.*6.*f.Thren.*4.*b.* Et coqui carnes & ossa hominum, est dissipari virtutes: & ossa dicuntur discocta. *Ezech.*24.*b.*

Coquus in bonum, significare potest *g* sacerdotes, qui dum fidelibus in feruore spiritus loquuntur, cibos mentis, velut igne coquunt. 1.*Reg.*9.*d.*

Coqui in malum, dicuntur *h* ministri voluptatum, & adulatores, qui vulgò hominum leuium, & voluptates sequentium, operam suam præstant. Coquens autem, qui succendit clibanum, est *i* diabolus instigans ad errores, & etiam hæresiarcha. *Hos.*7.*b.* qui etiam instigauit Iudæos aduersus Christum

Culina, est locus & officina ad coquendum, & potest designare *k* locum laborum huius vitæ. *Eze.* 46.*g.*

Cor.

COR, est præcipua pars animalium, vnde dicitur vita procedere. Et dicitur sedes animæ, & sæpè pro anima sumitur, & pro intellectu & voluntate, & pro ipsa cogitatione, & proposito. Et quia cor est in medio animalis, sumitur pro media rei, vt cor maris.

Cor attribuitur Deo secundùm metaphoram, designans interdum eius voluntatem, *l* nonnunquam intellectum. *Genesis.*6.*d.* Et ipse Christus dicitur cor & anima Dei, qui vitam suppeditat, quum pater per filium cognoscitur. Cor etiam Dei dicitur *m* eius iudicium, vel examen, & arcanum sapientiæ diuinæ, vnde pater eructauit verbum. *Iob.*7.*d.* Et vir iuxta cor Dei, dicitur habens charitatem, qua gratus est Deo. 1.*Reg.*13.*c.* Sic pascunt boni pastores iuxta cor Dei. *Ier.* 3. *e.* Cor etiam Dei est sacra Scriptura, vbi Deus cor suum explicat: & ille facit iuxta cor & animam Dei, *n* qui implet omnia, quæ sunt perfectionis. Qui verò facit, quæ dispensantur, vt de libello repudij, solùm facit iuxta cor, & non iuxta animam. 1.*Regum.*2.*g. Psal.*44.*Ierem.*32.*g.Cant.*8.*b.*

Cor Christi factum sicut cera. *Ps.*21. designare potest *o* sacram Scripturam explicatam, quæ prius latebat. Vel designat *p* Ecclesiam, quæ ante eius passionem dura videbatur, sed in passione visa est liquefieri more ceræ.

Cor in angelis *q* est signum vitæ præ se ferentis diuinam speciem, quæ vitalem vim, summi boni instar in inferiora disseminat.

Cor in hominibus, significat *r* voluntatem, seu animum, & mentem, seu partem cognitiuam, vel etiam ipsas cogitationes. *Gen.*17.*c.*18.*a.*20.*a. Exod.*4.20.31.35.36.1. *Reg.*7.*c. Psal.*7.25.32.44. 104.140. *Mat.*22.*d.* Et ipsa mentis intentio cor dicitur. *Mat.*6.*c.* Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Hæc corda *s* viuunt in seculũ seculi in bonis. *Ps.*21. Hoc cor, hoc est, *t* anima, est lauandum à malitia. *Ier.*4.*d.*23.*b.* Cor etiam, est ipsa vis rationis. *Dan.*7.*a.Hos.*4.*c.Cant.*8.*b.* Cor etiam dicitur spiritus, aut spirituales sensus, & mens ad cælestia eleuata. *Psal.*37. Vnde carnales dicuntur sine corde, quasi derelicti à corde.

Cor Annæ, *u* designat deuotam beatitudinem intra Ecclesiam cum eruditione. 1. *Reg.* 1. *b.* 2. *a.* Et dicens cor suum, ostẽdit cordis libertatem, quam non sic habebat Iudas, in cuius cor diabolus miserat, vt traderet Christum. *Ioan.* 13.*a.*

Cor sponsi sunt, *x* qui vacant sapientiæ, & mysteriis percipiendis. *Cant.* 5.*a.*

Cor, interdum est *y* consilium: quia vt cor medium locum, & intimum obtinet in animali, ita salubre consilium vix de occulto erui, & in secreto inueniri valet. *Isa.*1.*b.* Omne cor mærens. *Hose.*7.*c.* Et cor altum est *z* cor secretum. *Psal.*63.

Cor hominis datum bestiæ, est *aa* cor carnale datum ei, qui comparatus est iuuenibus insipientibus. *Dan.*7.*b.*

Cor regis perit, quum *bb* deficiunt à fide prælati, aut doctores Ecclesiæ. *Ier.*4.*c.*

Cor induratum & ingrauatum, & lapideum, dicitur *cc* in malitia obstinatum, vt nullis castigationibus resipiscat. *Exod.*7.*a.d.*9.*b.*14.*b.*1.*Reg.*6.*a.Ezech.*11.*d.*36.*e.* Et cor incrassatum est, quum nihil præter humanas, & carnales solicitudines est in mente. Et cor excæcatum fuit Iudæorum, in aduentu Christi: & tale cor, est cor immundum. *Isa.*6.*c.*46.*d.Matth.* 13.*b.* Et cor exaltatum, est animus superbus. *Psal.* 129. Et cor coagulatum vt lac, est *dd* asperitas superborum. *Psal.*118. Cor tabescens Niniue, est cor mundanorum. *Nah.*2. *c.* Et cor feræ datum, est animus crudelis. *Dan.* 4.*c.*

Cor verò tenue, & subtile, est mens cogitans, quæ Domini sunt, &c. quod cor mundum dicitur. *Psal.* 50. 117. *Matth.*5.*a.* Idem est cor carneum, & flexibile ad obtemperandum diuinis præceptis. *Ezech.*11. *d.*36.*e. Prou.*20.*b.* Comparatur autem cor mundum puro fonti, vnde aqua fluit pura, & perspicua. Cor verò turbatum est, quod vexatur tentationibus, quibus renititur. *Psal.*142. Cor autem contritum est *ee* quo quis despiciens seipsum, totum se tradit diuinis. *Psalm.* 33. 50. Cor autem dilatatum est per charitatem, aut sapientiam. *Psal.* 118. Cor etiam vnum dicitur esse infidelibus charitatem habentibus. *Iere.*32.*g.*

Cor aliud immutat Deus, *ff* quum dat septiformem gratiam Spiritus sancti. 1. *Regum.* 10. *b.* Vt Apostoli prius timidi, accepto Spiritu sancto, facti sunt fortes. *Acto.*2.

Corde toto reuerti ad Dominum, est vt nullus sit in eo vitiis locus. 1.*Regum.*7.*a.* Sic confiteri toto corde. *Psal.* 137. Et corde toto diligere Deum, est *gg* omnes cogitationes & operationes in ipsum dirigere. *Matth.*22.*d.Ier.*3. *c.Ioel.*2.*c.*

Cor maris, dicuntur *hh* Gentilium, aut medium vitiorum, & intima cordis malitia, & inquietudo. *Psal.*4. *Eze.* 27.*f.* Cor etiam maris, sunt *ii* graues tribulationes vsque ad mortem, in quas profectus est Christus. *Iona.* 2. *a.* Et corda inimicorum regis, *kk* sunt eorum, qui prius erant infideles, & inimici Christi. *Psa.*44.

Cor terræ, est *ll* sepulchrum Christi. *Matth.*12.*d.* Vel sunt corda eorum, qui habitant in terra.

Cordis meditatio, *mm* est fides in corde. *Psal.*48.

De corde suo prophetant *nn* qui scripturas peruersè interpretantur, & reuelationes sibi fingunt. *Ezec.* 13. *a.* Corde autem maledicere, *oo* est malis operibus fauere, aut malum sub boni specie suadere. *Ps.*61. 139.

Coram, vide Conspectus.

Corban, Corbana.

CORBAN, siue Corbana, id est, donum, vel oblatio. *Marc.*7.*b.*15.*a. Mat.*27.*a.* Sumebatur pro arca, vbi oblata *pp* Deo reponebantur. Cùm Iudæi dicebant parentibus, Corban: ostendebant per votum esse oblatum Deo, quod daturi erant parentibus, atque non licere dare parentibus per traditionem Pharisæorum.

Cordatus, vide Sapiens.

Core, Corita.

CORE, id est, caluus, siue caluitium, seu glacies, vel gelu. Filius Isaac Leuites, qui fuit princeps seditionis

T motæ

Scientiæ acquisitæ. Præparans temporalia. Crucifixio Christi. Laborare in hac vita. Confirmare affectus. Sentire de Christo solum humana. Eundem lactentem occidere. Adulari. Parere doctrinam Apostolicam. Fabricare errores. Fluctuantes in bono. Perdere virtutes. Sacerdotes. Ministri voluptatum. Adulatores. Diabolus. Hæresiarcha. Locus laborũ. Intellectus & voluntas Dei. Christus. Arcanum sapientiæ Dei. Sacra Scriptura. Ecclesia. Vita diuina.

Voluntas. Mens. Cogitationes. Intentio mentis. Vis rationis. Deuotio Ecclesiæ.

Vacantes sapientiæ. Consilium. Cor carnale. Prælati. Obstinatus.

Mens cogitãs diuina.

Firmamẽtum donis Spiritus sancti. Collectio potentiarum interiorum. Corda Gentilium. Graues tribulationes. Sepulchrum Christi. Fides in corde. Malè interpretantes Scripturæ. Hæretici.

a *Ru.*7.*s.Ge.*7. b *Glo.ord.su.Exod.* 16. c *Phi.de con.ling. Hie.s.Is.*16. d *Aug. q. in Exod.*90. e *Glo.ord.su.Leu.*24. f *Hie.s.Is.*51. g *Gr.s.*1.*Re.*9. h *Phi.*2.*alle.* & *de Ioseph.* i *Hie.s.Hos.*7 *Rup.s.Hos.*7. k *Glo.ord.su.Exod.* 46. l *Gr.s.*1.*Re.*2 13.*Cle. Ale.* 5.*str.* m *Gr.* 8.*mo.* 20. *Eu.for.spir.*1. n *Ar.s.ps.*44 *Hie.ad Principiam.* o *Au.ep.*102 & *de essen.diuinita. Bas.s.ps.*7.44 p *Geo.Vc.ca.*1.10.6.*ca.*34. *Rup.s.can.*7. *Au.epi.*102. *Hie.s.ps.*21. q *Diony.cæl.Hie.* 15. r *Ori.*1.*peria* 1.& *s.Matt.ho.* 23. s *Au.ep.*120 & *s.ps.*7. t *Hie.s.Ier.*4. u *Gl.ord.sup.*1.*Reg.*2. *Gr.*1.*Re.*9. x *Gr.s.Cã.*5. y *Ri.de S.Vi.de statu.inte.hominis.*2.& *de vul.chari.* z *Au.s.ps.*63 aa *Ri.de S.Vi de vitio mutabi.* bb *Hie.s.Ie.*4 cc *Ori.*3.*per.*1.& *s.Is.ho.*6 *Gr.s.*1. *Re.*6. & 10.*mo.*15 *Ric.de S. Vi. de securi conscien.*27.*Ori.s.Is.ho.* 6. & 2.*patria.*1. dd *Am.se.*10 ee *Ba.s.ps.*33 *Euc.for.spir.* ff *Gr.s.*1.*Re.*10. gg *Ori.s.Ma hom.* 33. *Ori.s. Ie.h.*2. hh *Arn.* & *Aug.s.ps.*45. *Rica.de S.Vi. de vitio mutabil.*6. ii *Hie.s.Io.*2. kk *Ba. s. ps.* 44. ll *Gl.ord.sup. Matth.* 12. mm *Bas. s. ps.*48.

nn *Ori. s. Ezec. hom.* 2. oo *Arn.* & *Bas. s. ps.* 61. pp *Ori. su. Maca.*27.

motæ contra Moſen & Aaron ſimul cum Dathan, & Abyron. Typum gerit *a* hæreticorum, qui contra prælatos eleuantur. *Num.*16.*a.*26.*b.*

Core, vt interpretatur calmus, deſignare poteſt *b* Chriſtum in caluariæ loco crucifixum, & filij Cori, dicentur Apoſtoli. *Pſalm.* 41.45. in titulo. Coricæ etiam dicuntur iidem Apoſtoli filij Core, hoc eſt, Chriſti. 1. *Par.*9.*c.* Et pſalmi, qui prætitulantur, *filiis Core*, *c* dicunt læta, ſignificantes Chriſti reſurrectionem, poſtquam in caluaria crucifixus eſt. *Pſal.* 83.84.

Chriſtus. Apoſtoli.

Coriandrum.

CORIANDRVM, ſiue coriannum, eſt herba foliis ſimilis petroſelino, cuius ſemen confert capiti, & ſtomacho. Aiunt rei ruſticæ periti, etiam ſi ſemen hoc minutiſſimè concidatur, ſingulas particulas & micas ſatas germinare: non ſecus quàm cotiannum ſolidum. Talis *d* eſt ſermo Dei, qui vel integer adiuuare poteſt, vel quacunque ſui particula. Et cùm coriandrum ſit olus infirmis competens, deſignare poteſt doctrinam minus ſolidam, & ſimpliciorem. *Exod.* 16.*g.*

Sermo Dei. Doctrina ſimplicior.

Corium, Coriarius, vide Pellis.

Cornelius.

CORNELIVS centurio ad fidem conuerſus, & inſtructus, & baptizatus à Petro, typus eſſe poteſt Gentilium, *e* per prædicationem Apoſtolorum fidem amplectentium. *Actor.*10.*a.*

Gentiles.

Cornix, Cornicula.

CORNICVLA, eſt *f* auis nigra, minor coruo, quæ ſola inter aues, pullos ſuos iam enutritos, & volantes paſcens comitatur. Cornices autem fœminæ tantùm incubant, mares verò cibum ſuggerunt, & paſcunt incubantes. Corniculæ inter medium cæli & terræ, comparantur Dij gentium. *Bar.*6.*f.*

Dij gentium.

Cornu, Cornutus, Corneus.

CORNVA in animalibus ea habentibus, ſolent eſſe *g* inſtrumenta fortitudinis, eorúmque tela: quibus aduerſantes ſibi impetunt. Sunt terrenæ materiæ: & gignuntur ex cute: Ideo colorem cutis ſequuntur. Non liqueſiunt igni, ſed molleſcunt. Cornua etiam dicuntur vtraque pars exercitus: vt cornu dextrum, aut ſiniſtrum. 2. *Mach.* 9.*a.b.* Et anguli: vt cornua altaris.

Cornu ſalutis Eccleſiæ, eſt *h* Diuinitas Chriſti: quam etiam ſignificat cornu altaris. *Pſal.* 17.117. Cornu etiam Annæ ſublimatum, *i* eſt regnum Chriſti, quod poſt iudicium dicetur ſublimatum: quia tunc cognoſcetur eius ſublimitas. Vel eſt regnum Eccleſiæ, quod tunc erit ſublimatum. 1. *Regum.*2.*b.*16.*a.*2. *Reg.*22.*a. Luc.*11.*g.* Et exaltatur hoc cornu, ſicut cornu vnicornis. *Pſal.*91. Cornu etiam Dauid, ſignificat cæleſte *l* regnum. *Pſalm.* 13. *Hab.* 3.*a.* Ipſe quoque Chriſtus *k* eſt cornu ferreum Eccleſiæ. *Mich.*4.*d.* Cornua ſeptem agni, fortitudo Chriſti in ſeptem donis. *Apoc.* 5. *b.*

Diuinitas Chriſti. Regnũ Chriſti. Regnum cæleſte. Chriſtus.

Cornua arietis hærentis inter vepres, *m* brachia Chriſti in cruce deſignare poſſunt. *Gen.*22.*c.*

Cornua etiam, ſunt *n* brachia ipſius crucis, vt cornua altaris. *Leu.* 4.*b.* Et cornua in manibus Chriſti. *Hab.*3.*a.* ſunt brachia crucis, in quibus manus Chriſti confixæ ſunt. Idem deſignant cornua vnicornis, *Pſa.*21. Et cornua iuſti, *o* ſunt crux Chriſti. 1. *Reg.*2.*b. Pſa.*43.74.111. Crux autem habet duo brachia, & vnum medium: vt etiam exprimant cornua tauri, & Rhinocerotis. *Deut.*33.*c.*

Brachia Chriſti. Crux Chriſti.

Cornu Annæ, ſignificare poteſt *p* poteſtatem Eccleſiæ, ſed & virtus, gloria, aut excellentia, & ſublimitas virtutis alicuius, cornu dici poteſt. 1. *Reg.*2.*a.*16.*a.*2. *Reg.*22.*a. Pſalm.*74. 88. 111. 148. Idem deſignat cornu domus Iſraël. *Ezech.*29.*d. Mich.*4.*d.*

Poteſtas Eccleſiæ. Sublimitas virtutis.

Cornua quatuor altaris deaurata, deſignare poſſunt *q* virtutes in corde: vel iuſtos ſeu Apoſtolos eas habentes: aut ſunt paſſio Chriſti, in quatuor Euangeliis prædicata. *Exod.*27.*a.*29.30.37.38. *Leu.*4.*b.*8.*c.*9.*b.*16.*d. Eze.*43.*d. Zac.*9.*d.* Deſignant etiam *r* diuinas virtutes circumuallantes perfectum altare Chriſti. *Apoc.*9.*c.*

Virtutes in corde iuſti ſeu Apoſtoli. Paſſio Chriſti. Diuina virtutes.

Cornua in angelis, deſignant *ſ* ſeruatricem illam, atque inſuperabilem eorum virtutem.

Virtus angelorum.

Cornua vituli. *Pſal.* 68. deſignare poſſunt *t* duo teſtamenta, quibus prædicator ventilare poteſt hæreticos. Et cornua in manibus prædicatorum, *Hab.*3.*a.* ſunt vtrumque teſtamentum. Et vt ibices ruentes cornibus ſe ſuſtentant, ac excipiunt: *u* ita prædicatores vtroque teſtamento. Cornua etiam duo alterius beſtiæ. *Apo.*13.*c.* duo *x* teſtamenta ſunt, quibus abutuntur hæretici, aduerſus Eccleſiam: ideo dicuntur ſimilia agni. Vel erunt ſimilia agni in Antichriſto: quia per *y* hypocriſin ſanctitatis, eam, quam in ſe veraciter Dominus habuit ſingularem, ſibi ineſſe, & ſapientiam mentietur Antichriſtus, & vitam.

Duo teſtamenta.

Cornu de carne eſt, ſed clauſum in carne non eſt: Cornu ergo, ſpiritualis conuerſatio doctoris eſt: qua carnem ſuperat. Et cornu oleum effundit, *z* quum ille altè prædicat, qui hæc alta conuerſatione demonſtrat. 1. *Regum.* 16.*a.*

Spiritualis conuerſatio.

Cornu plenum oleo, eſt *aa* abundantia gratiæ. 1. *Reg.*16.*a.* Et cornu olei à Samuele tollitur, vt tota vita pontificis ſpiritualis eſſe doceatur. Et cornu oleum recipit: vt increpando purget, & miſerendo per blandimenta alliciat. Cornu etiam recipit in ſublimitate ordinis, oleum ad fomenta virtutis. Sed pleno cornu vngitur, vt virtus pontificis plena doceatur: cornu namque plenum in vnctione ſua habet, ſi tam in virtute miſericordiæ, quàm charitatis, & verbi perfectus eſt. Cornu etiam oleo plenum, eſt poteſtas Eccleſiæ cum miſericordia: vt vbicunque cornu acumen exhibet, exhibeat refuſæ gratiæ vnctionem. Et cornu foris cernitur, intus plenitudo olei occultatur: vt foris textus literæ inſinuetur, intus ſacramenta declarentur. Et foris eſt cornu, & intus oleum, cùm ſubditorum duritia meretur, vt paſtoris increpationem ſentiat: & charitatem, qua corrigitur, non videat. Cornua in plurali, dona Spiritus ſancti deſignare poſſunt. *Pſalm.*74. Exaltabuntur cornua iuſti.

Abundantia gratiæ. Increpatio in charitate. Poteſtas Eccleſiæ. Litera cum ſpiritu. Dona Spiritus ſancti.

Cornu præterea, eſt auſteritas legis, quæ quaſi cornu percuſſit, dum peccata, non per miſericordiam indulſit, ſed pœnam infligendo vindicauit, Sic Moſis cornua præferebant, qui de muliere in adulterio deprehenſa, domino dicebant: Moſes iubet huiuſmodi lapidare: tu quid dicis de ea? Sed qui plenè olei cornu vnctus fuerat, dicit Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in eam lapidem mittat. Atque ita in ſimilibus.

Auſteritas legis.

Cornu etiam, *bb* & mẽtis affectus dicitur: quod cornu impleri præcipitur: quia perfectè debet redemptoris noſtri vnctio, id eſt, ſanctificatio ante ſciri, quàm ſufficienter valeat prædicari.

Mentis affectus.

Cornu præterea, *cc* iram aut zelum deſignare poteſt: vnde & ferire cornu, eſt acutè redarguere peccatores. Sed quia vngere Chriſtum prædicator nititur, cornu oleo lenitatis implere debet.

Ira vel zelus.

Cornu ſtibij dicta eſt vna filia Iob, deſignans *dd* Eccleſiæ copias, & diuitias Euangelicas ſpiritualium theſaurorum. *Iob.* 42. *d.* Vel deſignat canticum victoriæ poſt pugnas huius vitæ. Legit autem Gregorius, Cornu ſtibij vt deſignet canticum fortitudinis.

Myſteria legis.

Cornuta facies Moſis. *Exod.*34.*c.* deſignat *ee* myſteria legis ſplendentia: quorum fulgorem, infirmi ſuſtinere nequibant.

Prædicatio excellens.

Cornea turba, deſignare poteſt *ff* excellentem prædicationem. *Iud.*7.*c. Pſ.*97.

Cornu generaliter *gg* regnum & potentiam deſignare ſolet vt. *Pſal.*43.74. *Iſai.*5.*a. Thren.*2.*a. Amos.*6.*d. Zac.*1.*d. Luc.*1.*g.* Et cornua in manibus Chriſti, ſunt omnia regna ſubiecta poteſtati Chriſti. Et cornua beſtiæ decem ſunt omnia regna mundi. *Apoc.* 12. *b.* Vel ſunt decem regna ſub Romanis: vel in quæ diuidendum erat regnum Romanorum. *Dan.*7.*c.* Cornu autem paruum, deſignat Antichriſtum. *Dan.*8.*c.* Cornua verò quatuor, quæ ventilauerunt Iudam. *Zach.*1.*d.* ſunt *hh* quatuor regna, nempe Caldæorum, Perſarum, Macedonum, Romanorum. Vel ſunt quatuor dæmones, principatus, poteſtates, rectores tenebrarum, ſpiritualia nequitiæ. Vel ſunt quatuor præcipui affectus animi. Vel decẽ cornua, *ii* ſunt ſeptem regna, quorum vnum, nempe Græcorum, diuiſum eſt in quatuor regna poſt mortem Alexandri.

Regnum & potentia. Quatuor regna. Dæmones.

Cornu præterea, *kk* elationem, & ſuperbiam deſignare ſolet, & potentiam ſuperborum: & ſuperbum animi motum: vnde & cornupeta dicitur ſuperbus, alios feriens. *Exod.* 21.*c. Pſ.*21. 74. *Thre.*2.*f. Eze.*34.*f. Amo.*3.*d.*6.*d.* Et cornua vnicornium, *ll* fuerunt odium, & inuidia Iudæorum in Chriſtum. *Pſa.*21. Et cornua peccatorum, ſunt *mm* vitia. *Pſal.* 74. Et cornua decem beſtiæ quartæ, *Dan.* 7. *b.* ſunt vitia comitantia impudentiam, tam erga Deum, quàm erga proximũ, quàm etiam erga ſeipſum. Et cornu alterum eſt deſperatio. Et cornua altarium Gentilium,

Affectus animi. Superbia. Potentia ſuperborum.

Inuidia Iudæorum in Chriſtum. Vitia varia.

deſignant

a *Gr.ſ.Num.ho.*9.
b *Aug.ſ.pſal.* 41.45.83.
c *Hie.ſ.pſ.*45 83.
d *Phi.*2.*alle.*
e *Gl.ord.ſup. Actor.*10.
f *Ar.*6.*de hi. Animal.*6.8. *Baſ.Exo.h.*8.
g *Ariſt.*3.*de parti.anima.* 2.*& de gener.animal.* 4.*& de gener.anim.*11.
h *Hie.ſ.pſ.*17 *Aug.ſ.pſ.*117.
i *Gr.ſ.* 1. *Re.* 2.16. *Baſ.ſ.pſa.*28. *hom.* 1.
k *Hi.ſ.Ha.*3.
l *Ru.ſ.Mi.*4. *& ſ.Apoc.* 5.
m *Be.ſ.G.*22.
n *Iſy.Leu.* 4. *Ter.adu.Iud.*
o *Ori.ſ.*1.*Re. hom.*1. *Arn. ſ.pſ.*111. *Hie ſ.Hab.*3.
p *Ori.ſu.Iud. hom.*9. *Greg. ſ.*1.*Reg.*2.16 *Arn.ſ.pſ.*74.
q *Am. de be. patri.*11. *Hie. ſ.Am.*6. *Hie. ſ.Eze.*43. *Eu. q.in Iſ. Iſy.ſ. Le.*4.16. *Rup.ſ.Zac.*9.
r *Areta. ſup. Apoc.* 9.
ſ *Diony. cal. hier.* 15.
t *Ar. & Au. ſ.pſ.*68.
u *Gr.*30.*mo.* 16.
x *Au.ſ. Apo. hom.*11.
y *Gr.*33.*mo.* 36.
z *Gr.ſ.*1. *Re.* 16. *Rup.*1.*ſ. Re.* 5.
aa *Gr.ſ.*1.*Re.* 16.
bb *Gr.ſ.*1.*Re* 16.
cc *Gr.ſ.*1.*Re* 16.
dd *Hi.ſ.I.*42 *Gr.*35.*m.*23.
ee *Ori.ſ.Exo hom.* 12.
ff *Ori.ſ. Iud. hom.*9.
gg *Hi.ſ.Iſ.*5. *& ſ. Dan.*7. *Aug.*18. *ciui. Dei.*32.*& ſu Apo. ho.*9.
hh *Hie.ſ.Za.* 1.
ii *Rup.* 7.*ſ. Apo.*
kk *Hi. Amos* 3.6.*& ſ.Ex.* 32.*Gr.*31.*m.* 1.33.*mo.*29. *Au.Ex.*120.
ll *Ba.ſ.pſ.*21.
mm *Ar.ſ.pſ.* 74.

Digitized by Google

Superbia diaboli. Hæresiarcha. Potestas magorum.

designant duritiam Iudæorum. *Ier.* 17. *a.* Et cornu, quo Pharao ventilabat, est *a* superbia diaboli, vel hæresiarchæ. *Ezech.* 32. *a.* Cornua duo alterius bestiæ similia agni, *b* est potestas Magorum, qui videntur facere miracula similia miraculis Christi & Sanctorum: qua potestate pollebit Antichristus: eiúsque prophetæ: *Apoc.* 3. *c.* Cornua etiam decem draconis, *c* sunt decem vitia oppositis decem præceptis. *Apocal.* 12. *a.*

Corona, Cidaris, Diadema, Coronare, Sertum. Tiara, Mitra, Pileus.

Diuinitas & gloria Christi. Gloria Beatæ Virginis. Potestas Christi. Operimentũ diuinitatis. Deus. Gloria Christi cum carnibus Martyrum. Corona spinea. Gloria æterna.

Corona solet esse capitis ornamentum, insigné que victoriæ: & habet circularem figuram, éstque insigne regium, & sacerdotale: & interdum est ornamentum capitis fœminatum. Dicitur autem Cidaris ornamentum capitis, quo Persarum Reges vtebantur, quod & diadema, & Tiara dicitur. 2. *Regum.* 1. *b.* 12. *f.* 4. *Reg.* 11. *c.* 1. *Par.* 20. *a. Par.* 23. *c. Ester.* 6. *c. Eze.* 23. *b.* 1. *Mac.* 1. *a.* 8. *c.* 11. *b. e.*

Corona aurea arcæ, designare potest *d* gloriam Christi aut etiam beatæ Virginis. *Exod.* 25. *b.* 30. *a.* 17. 59. *e.* Et pileus aureus, qui est extensus, est regalis domini potestas: siquidem caput Ecclesiæ, est Christus. Signum certè principalis Imperij, est pileus capiti impositus: & Christi caput, est Deus. Vnde & cidaris munda in capite Iesu pontificis, est *e* splendor diuinæ maiestatis in Christo: & honor Christo datus, & quem ipse dat Patri. *Exod.* 28. *b. Leui.* 8. *b.* 16. *a. Zach.* 3. *b.* Cidaris etiam tegens caput pontificis, designat *f* incomprehensibilem nobis esse originem diuinitatis Christi: ideò caput eius, id est, diuinitas tegitur.

Gloria Beatæ Virginis. Potestas Christi. Operimentũ diuinitatis. Deus. Gloria Christi cum carnibus Martyrum. Corona spinea. Gloria æterna.

Corona gloriæ, & sertum exultationis, est *g* Deus residuo populi sui, quos ipse glorificat, *Isa.* 28. *b.* 61. *a.* Apostolis, videlicet & cæteris, qui crediderunt ex Iudæis.

Corona spinea capitis Christi, designare potest *h* gloriam eius cum carnibus Martyrum laceratis. *Matt.* 27. *d. Marc.* 15. *b. Ioan.* 19. *a.* Item gloriam ex laboribus partam. Vt autem in eius capite non fuit corona rosea, sed spinea: ita prælati non debent esse molles, sed asperitatem vitæ agentes. *Can.* 3. *b.* Diademata etiam multa, *i* gloriam eius, & membrorum eius significant. *Apoc.* 19. *c.* Diadema autem, quo coronauit mater Salomonem. *Cant.* 3. *d.* designat coronam spineam, quam synagoga infixit Christo.

Peccata nostra. Ecclesia. Discipuli Christi.

Corona sponsi dicitur *k* æterna fœlicitas. *Isa.* 61. *d.* Et corona in labio mensæ, designat remunerationem perfectorum: & ideò erat duplex. Et corona aureola superaddita coronæ, designare potest statũ gloriæ perfectorum, peculiariter autem Martyrum, Virginum, & Doctorum. Corona etiam altaris, & demum corona in genere, gloriam significat beatorum. *Exod.* 25. *c.* 37. *b. Iob.* 19. *b.* 31. *d. Sapient.* 5. *c.* 18. *d. Isa.* 62. *a.* 2. *Timoth.* 2. *a. Apoc.* 4. *b. Ezech.* 43. *e.* Corona etiam aurea, est immortalitas ad imaginem Domini: non enim veluti flos flaccescit.

Corona etiam spinea in capite Christi, significat *l* peccata nostra, quæ caput Christi pupugerunt. Ideo non fuit corona gloriæ, sed doloris. *Ioan.* 19. *a.* In corona autem spinea Christus maledictum soluit antiquum.

Christus. Fides. Remunerans Deus. Suscipientes fidem principes. Apostoli. Patriarchæ. Cõuersio peccatorum. Perfecta expositio scripturæ. Desiderium vitæ perennis. Gratia & virtutes. Dies Paschæ Sancti. Tempus gratiæ. Incarnatio Christi. Gloria Sanctorum. Prophetia. Cõtemplatio. Gloria cœlestis. Regnum & sacerdotium Iudæorum. Verba sacra scripturæ. Cælum. Sapientia pontificis. Continentia. Promissa Spiritus sancti. Gloria Dei.

Corona de lapide pretioso, *m* est Ecclesia, ex variis gentibus congregata: vel vnitas ipsius Ecclesiæ: vel discipuli Christi. *Psalm.* 20. Et Ecclesia dicitur corona gloriæ in manu Christi. *Isa.* 62. *a.* quia per eum martyres triumpharunt. Corona quoque Domini, *n* nos significabat, qui fuimus aliquãdo infugiferi: qui circa illum circumpositi fuimus per Ecclesiam cuius, ipse est caput. *Zach.* 6. *c.* Vbi coronæ pontificis, sunt coronæ membrorum eius: quia in omnibus ipse coronatur. Corona equitis, chorus Apostolorum Christi. *Apoc.* 6. *a.*

Corona gratiarum capiti, est Christus. *Prouerb.* 1. *b.*

Corona Domini, typus est *o* fidei: & est vitæ quidem propter ligni substantiam: lætitiæ autem propter coronæ appellationem: periculi verò propter spinam. Neque enim citra sanguinem licet ad verbum accedere. Contexta autem corona marcescit: & prauitatis perplexum sertum dissoluitur, & flos exsiccatur. Marcescit enim gloria eorum, qui Domino non crediderunt. In altum autem elatum Christum coronauerunt suam testantes insciticiam.

Iudicia iustorum. Dans Deus tribulationẽ vndique. Vitia. Decem tribus.

Coronare dicitur Deus securo bonæ voluntatis. *Ps.* 5. quia *p* quos protegens adiuuat, remunerans coronat.

Coronatur sponsa de capite Amana. *Cant.* 4. *c.* quum reges & principes *q* humiliantur ad suscipiendam fidem.

Corona duodecim stellarum in capite mulieris. *Apoc.* 12. *a.* designat *r* duodecim Apostolos in Ecclesia: & duodecim Patriarchas.

Coronatur sponsus de cubilibus leonum. *Cant.* 4. *b.* quum *s* peccatores conuersi confitentur Dominum vicisse diabolum, & mortem per resurrectionem.

Corona, aut murus in circuitu tecti. *Deut.* 22. *b.* est perfecta *t* expositio sensus spiritualis, tollens ab infirmis ruinæ occasionem. Indicat etiam *u* finem boni operis ascribendum Deo.

Coronulæ in basibus luterum. 3. *Reg.* 7. *d.* designant *x* infatigabile desiderium vitæ perennis in Apostolis, & prælatis.

Corona capitis nostri, sunt gratia & virtutes in mente: & gloria, & honor Sanctorum: quæ per peccatum cadit. Coronæ seniorum aureæ, *y* participatio, gloriæ & nominis Christi. *Apoc.* 4.

Corona anni benignitatis Dei, dici potest *z* dies sanctus Paschæ. *Psalm.* 64. Item circulus Sanctorum cum Christo. Item tempus gratiæ & conuersionis infidelium ad fidem.

Diadema, quo coronauit mater Christum. *Cant.* 3. *d.* significare potest *aa* incarnationem virtute Spiritus sancti in Christo factam, qui caput est. Item *bb* omnes glorificatos, quos ipse redemit: vel gloriam Sanctorum, qui sunt membra Christi. Item *cc* prophetias de Christo: quarum singulæ, sunt velut gemmæ in corona.

Corona arcæ. *Ex.* 25. *b.* designare potest *dd* genus contẽplationis existens in ratione, secundùm imaginationem, in quo solemus, per visibilia ad inuisibilia ascendere, & ad eorum cogitationem imaginationis manuductione assurgere. Nam corona quidem in summitate arcæ lignis affigebatur: lignorum tamen suprema alta protensione supergrediebatur. Sic hoc contemplationis genus, imaginationi quidem innititur dum ex rerum imaginabilium similitudine rationem trahit: & quasi scalam erigit, per quam ad inuisibilium speculationem ascendere possit. Corona etiam mensæ aurea, *ee* requiem contemplationis designat: aureola verò cuius mensura tacetur, gloriam, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.

Cidaris, est insigne pontificis, corona verò, hoc est, diadema, est Regis indicium. Et cùm Deus dicit. *Eze.* 21. *f.* Aufer cidarim, tolle coronam: designat *ff* delendum regnum, & sacerdotium Iudæorum.

Diadema aureum *gg* verba sacræ scripturæ significare potest. *Ps.* 44. Et mitra pontificis, *hh* est insigne potestatis verbi Dei. *Exod.* 29. *b.* 39. *a. Leu.* 8. *e. Isa.* 3. *d.*

Cidaris & vitta hyacinthina sacerdotis colore suo, & loco, *ii* cœlum significare potest. *Exod.* 28. *b. Leu.* 8. *b.* 16. *a.* Item designat in eo *kk* eminentiam sapientiæ, & virtutum: & quòd cùm sacerdos suo fungitur ministerio, non solum priuatis hominibus est eminentior, verùm etiam cunctis regibus. Tiara etiam byssina, continentiam, & omnium sensuum consecrationem significare potest: quæ peculiariter esse debent in pontifice. *Exod.* 28. *g.* 27. *a.*

Corona equitis, *ll* promissa per Spiritum sanctum significare potest. *Apoc.* 6. *a.*

Cidaris fœminarum, cùm sit ornatus capitis, designat *mm* nomen & gloriam Dei: quam debemus capiti, hoc est, menti superponere: & dicitur corona decoris. *Isa.* 3. *d. Exe.* 16. *b.* 21. *f. Zach.* 3. *b. Ester.* 1. *b.* 2. *c.*

Corona prædicatorum, dicuntur conuersi ab ipsis. *Thessal.* 2. *d. Philip.* 5. *a.*

Diademati comparantur iustorum iudicia. *Iob.* 29. *c.* quia *nn* per magni operis gloriam, ad retributionis ducunt coronam: & quia per ea non in terrenis & infimis, sed sursum remunerari concupiscunt.

Coronat Deus tribulatione, *oo* quum vndiquaque tribulationem, & afflictionem immittit. *Isa.* 22. *e.*

Diademata septem in capitibus draconis, designare possunt septem vitia capitalia, aduersus septem virtutes & dona Spiritus sancti. *Apoc.* 12. *a.* Et diademata decem alterius bestiæ, sunt vitia contra decem præcepta. *Apoc.* 13. *a.* Vel designant diademata septem, *pp* quòd qui dæmoniacas operationes viderint, inde coronas reportent, vnde de laboribus & sudoribus victoriam reportent.

a *Ric. de S. Vi de vitio mutab.* 19.
b *Ru.* 8. *f. Ap.*
c *Aretas f. Apoc.* 12.
d *Bed. f. Ex.* 25. *Cle. Ale.* 5. *str.*
e *Hi. f. Za.* 3. *Isych. Leu.* 8.
f *Rup.* 4. *sup. Exod.* 23.
g *Glo. ord. su. Isa.* 28.
h *Ori. f. Ma.* 35.
i *Ber. f. se.* 5. *omnium Sãctorum.*
k *Hi. f. Is.* 61. *& f. Eze.* 43. *Greg.* 22. *mo.* 10. *& 14. mo. ral.* 19. *Cle. Alex.* 2. *ped.* 8.
l *Au. f. Ioan. tract.* 19.
m *Hi. f. ps.* 20 *& f. Isa.* 62. *Aug. f. ps.* 20. *Cle. Alex.* 2. *ped.* 8.
n *Ru. f. Zac. & 4. f. Apo.* 6 *Isy. f. Leu.* 27.
o *Cle. Ale.* 2. *ped. Cyr.* 12. *f. Io.* 15. *Hi. f. Ma.* 27.
p *Gr.* 33. *m.* 29.
q *Gr. f. Cã.* 4.
r *Au. f. Apoc. hom.* 9. *Rup.* 3. *vict. verbi Dei.* 11.
s *Gr.* 17. *m.* 18.
t *Ori. f. Mat. hom.* 19.
u *Phi. de agri cultu.*
x *Gl. ord. sup.* 3. *Reg.* 7.
y *Au. f. Apo. ho.* 3. *Rup.* 3. *f. Apo.*
z *Arn. & Hilar. f. ps.* 64.
aa *Am. de in. vir. & Isa.* 5.
bb *Gr. f. Ca.* 3.
cc *Ru. f. Cã.* 3.
dd *Ric. de Vi.* 1. *de arc. my.* 11. *& 2. d. arc. myst.* 12.
ee *Rup.* 4. *su. Exod.* 7.
ff *Hieron. f. Ezech.* 21.
gg *Hierõ. ad Principiam.*
hh *Philo. de profugis.*
ii kk *Hie. de veste sacerd. Phi.* 3. *de vit. Mos. Ori. f. Leu. hom.* 9. 11. *Georg. Ven. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 5.

Isyc. f. Leu. 16. ll *Aug. f. Apoc. hom.* 5. mm *Hie. f. Eze.* 16. *& Isa.* 3. nn *Gregor.* 19. *mor.* 18. oo *Hier. f. Isa.* 22. pp *Arct. f. Apoc.* 12.

Digitized by Google

a *Hi.ſ.Iſ.28.* b *Aug.ſ. Apo. hom. 7.* c *Rup. 5. ſ. Apo.*

Corona ſuperbiæ Ephraim. *Iſai. 28. a.* deſignat *a* regnum & ſuperbiam decem tribuum ſeparatarum à tribu Iuda:& ſuperbiam Phariſæorum, & hæreticorum.

Superbia hæreticorum.

Locuſtæ dicuntur habere non coronas, ſed tanquam coronas, *Apoc. 9. b.* quia *b* hæretici non habent veritatem, ſed eius ſimilitudinem. Vel *c* principes infidelium non habent veram gloriam, aut poſtetatem, ſed tyrannicam.

Similitudo veritatis in hæreticis.

Corozaim.

COROZAIM, id eſt, ſecretum, vel hîc eſt myſterium: ciuitas Galilææ, in qua Chriſtus prædicauit, & fecit miracula. *Matt. 11. c. Luc. 10. c.*

Corpus.

CORPVS generaliter dicitur ſubſtantia habens triplicem dimenſionem, vel quæ ſenſu percipitur: & etiam pars hominis craſſior, & materialis.

d *Au. epiſ. 57.*

Corporaliter inhabitat in Chriſto omnis plenitudo Diuinitatis, id eſt, non vmbraliter, *d* non figuraliter, vt in templis, ſed reuera: vel quia & in Chriſti corpore, quod aſſumpſit ex Virgine tamquam in templo Diuinitas habitat. *Coloſſ. 2. d.* Et ipſe Chriſtus dicitur corpus, hoc eſt, veritas, comparatus vmbræ legis, corporaliter etiam, id eſt, ſecundùm *e* omnia dona, quaſi ſecundùm omnia membra.

Vera deitas in Chriſto.

e *Ru. 2. ſ. Ioël.*

f *Ori. ſ. Mat. hom. 30. Am. ſ. Luc. 17 & 4. de ſacramentis. Aug. ſ. pſ. 39. Am. ſ. Luc. 7.*

Corpus Chriſti, ad quod congregantur aquilæ, deſignare poteſt *f* ipſum Chriſtum: vel altare, ad quod congregantur fideles. *Matt. 24. c. Luc. 17. g. Pſal. 39.*

Veritas. Chriſtus. Altare.

Corpus etiam Chriſti dicitur *g* Eccleſia: quod corpus vngitur prædicatione crucis Chriſti. Et dicitur corpus vnum multa habens membra propter vnitatem Eccleſiæ, & multos gradus in ea exiſtentes. *Epheſ. 1. d. 4. a.*

Eccleſia.

Corpus præterea Chriſti ſignificare poteſt ſacras ſcripturas, in quibus ipſe continetur, velut anima in corpore. Et corpus viri, *h* eſt verbum doctrinale Chriſti. *Leui. 15. a.*

Sacra ſcriptura.

Corpus interdum, *i* pro toto homine ſumi poteſt, vt quum dicitur. *Rom. 8. b.* corpus quidem mortuum eſt propter peccatum. Et corpora cœleſtia dicuntur Chriſtiani: Corpora verò terrena, Iudæi. *1. Cor. 15. e.*

Totus homo. Chriſtiani. Iudæi.

Corpus Ioannis Baptiſtæ ſepultum, ſignificare poteſt, *k* populum Iudaicum vel literam legis ſepultam. *Marc. 6. d.*

Populus Iudaicus.

Corpus lucidum, ſignificare poteſt *l* opera recta intentione facta: corpus verò tenebroſum, opera mala intentione facta. *Matt. 6. c.* Vbi corpus totam fabricam operum deſignat.

Fabrica operum.

Corpus Leuiathan, dicuntur *m* omnes iniqui *Iob. 41. a.* Et corpus peccati dicuntur *n* membra diaboli, qui eſt caput: vel tota vitiorum machina. *Rom. 6, a.* Et corpus totum lauare, eſt omnia vitia mundare. *Leui. 15. b.*

Membra diaboli. Vitia.

Corpus mortis, eſt *o* conſenſio eorum, qui detrahuntur in vitium. *Rom. 7. d.* vel eſt lex peccati in membris, per tranſgreſſionem in nobis deliteſcens & ad mortem iniquitatis animam ſemper ſeducens.

Conſenſus in vitium. Lex peccati.

Corpus vituli. *Leu. 4, c.* deſignat *p* corpus Chriſti, qui extra portam paſſus eſt, vt corpus vituli efferebatur extra caſtra.

Corpus Chriſti.

Corporis pili, *Leu. 14. a.* vide capillus.

Corrigere, Emendare, Correctio,

CORRIGERE, eſt ad rectum reducere, quod erratum eſt.

Corrigit Deus caſtigando, aut inſtruendo. *Pſal. 17. 95. Leu. 26. c. Iudith. 11. a.* Et corrigunt ſuperiores inferiores. *Iob. 13. a. Prou. 1. d. 17. 6. 27. a. 29. c. Eccl. 19. d.*

Corrigit adoleſcentior viam ſuam, hoc eſt, *q* actus vitæ ſuæ, qui prius errauerat à via Dei. *Pſal. 1180*

Corrigia.

CORRIGIA, eſt cingulum, quo cingimur: aut quo caligæ, & calceamenta aſtringuntur.

Corrigia calceamenti Chriſti *r* ligaturam myſterij incarnationis eius, ſeu coniunctionem naturæ humanæ cum verbo ſignificare poteſt. *Marc. 1. a. Luc. 3. d. Ioan. 1. d.*

Myſterium incarnationis.

Corripere, vide Caſtigare.
Corroborare, quare Robur.
Corrodere, vide Rodere.
Corruere, quere Cadere.

Corrumpere, Incorruptus, Incorruptio, Incorruptibilis.

CORRVMPITVR res, quum à naturali puritate & perfectione labitur, & vitiatur, aut deſtruitur, Maximè autem *ſ* vitij nomen ſolet eſſe corruptio. Nam & illud in rebus facilè animaduerti poteſt, quòd plerumque in nonnullos vſus explendæ indigentiæ ſuæ natura potentior inferiorem corrumpit, vel iuſtitiæ ordine, dum vindicat culpam: ex qua regula illud dictum eſt ab Apoſtolo: Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus, vel ordine mutabilium rerum, ſibi ſuccedentium ſecundùm leges congruentiſſimas pro valentia cuiuſque partes vniuerſitati datas.

Peccata libidinis.

t *Or. ſ. Pſ. 37. hom. 1. Baſil. ſ. pſ. 29. Hil. ſ. pſ. 52. Gre. ſ. cant. 8.* u *Hier. ſ. Eph. 6.* x *Hier. ſ. Mich. 2.*

Corruptio præcipuè fit in *t* peccatis carnalibus: vt cùm corrupta eſt terra: & omnis caro corruperat viam ſuam. *Gen. 6. b.* Et corruptæ cicatrices deſignant fœtorem peccatorum: tunc autem ſunt corruptæ, quum non cognoſcuntur. *Pſal. 13. 29. 37.* Et corrupti dicuntur in iniquitatibus: quia iniquitas corruptionem affert. *Pſal. 52.* Et corrumpitur vetus homo ſecundùm deſideria erroris. *Epheſ. 4. c. Iob. 33. c. Tob. 3. d. Cant. 8. b. Ierem. 51. c. Mich. 2. c. Soph. 3. b. Ion. 2. b. 1. Mac. 15. a. Luc. 12. d. 1. cor. 15. f. 1. Tim. 6. a.* Demum corruptio eſt in omni peccato: incorruptio verò, *u* eſt integritas ab omni peccato, *Ephe. 6. d.* Quæ incorruptio proximum facit Deo. *Sap. 6. c. Rom. 2. b. 1. Cor. 15. f.*

Omnia vitia.

Corruptio duplex.

Corrumpi corruptione. *Mich. 2. c.* eſt *x* eorum, qui voluptati & corporis libidini ſeruientes, non ſolùm animam ſed corpus quoque ſuum corrumpunt, voluptatum amatores magis quàm Dei. Dicitur autem hoc, ad diſtinctionem corruptionis ſalutaris: iuxta quam Apoſtolus loquitur. *2. Cor. 4. d.* Et ſi is, qui foris eſt homo noſter corrumpatur: ſed qui intus eſt renouatur de die in diem. Qui ſemper mortificationem Ieſu portat in corpore ſuo, & exteriorem corrumpit hominem, & carnem imperio animæ ſubiicit: iſte corrumpitur quidem, ſed non corruptione: quia corruptio illius ſalutaris eſt.

Tollens Deus à peccatore omnia iucunda.

y *Glo. ord. ſ. Hoſe. 2.* z *Glo. ord. ſ. Soph. 3.* aa *Aug. ſ. pſ. 56.* bb *Glo. int. ſ. Exod. 8.*

Corrumpit Dominus vineam meretricis. *Hoſe. 2. c.* quum *y* tollit omnia iucunda ab anima peccatrice. Sic corrumpit propagines Niniue. *Nahum. 2. a.*

Corrumpunt cogitationes ſuas *z* mali ſacerdotes, & principes, quum iuſtitiam, & quæ ad Deum pertinent, relinquunt. *Sophon. 3. b.*

Relinquere iuſtitiam.

Corrumpunt tituli inſcriptionem, *aa* qui Chriſti imperium negant. *Pſal. 56.*

Negare imperium Chriſti.

Corrumpit modicum fermentum totam maſſam, quum peruerſa doctrina fidem deſtruit. *Galat. 5. b. 2. Cor. 7. a. 11. a.* Et corrupta eſt terra à muſcis, hoc eſt, *bb* anima à prauis cogitationibus: vel ab hæreticis. *Exod. 8. f. Malach. 3. c.*

Peruerſa doctrina deſtruens fidem

Incorruptibilis propriè dicitur Deus, in quem nullus cadit, nec cadere poteſt defectus. *Rom. 1. c.*

Incorruptum lumen dicitur eſſe legis, quia ſub illa nulla cadit corruptio, aut obſcuritas erroris. *Sap. 18. a.*

Incorrupta corona, erit æterna fœlicitas, ad quam etiam mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent incorrupti. *1. Cor. 9. d. 15. g. 2. Tim. 1. c. 1. Petr. 1. a.*

Fœlicitas.

cc *Rup. ſ. cant 7.*

Corrupta dicitur mater ſponſæ ſub arbore malo, hoc eſt, *cc* ſynagoga ſub cruce, quando Iudæi crucifixerunt Chriſtum. *Cant. 8. b.*

Peccatum Iudæorum ſub cruce.

Cortex, Decorticare.

CORTEX, eſt veluti corium cuiuſque rei: vt in arboribus, liber dicitur cortex.

Opera moralia.

dd *Greg. 21. mor. 1.*

Cortex in virgis Iacob. *Gen. 30. ſ.* deſignat *dd* bona opera moralia, vel literam legis: decorticata verò, ſignificant ſenſus allegoricos, qui intra corticem literæ latebant, vel cortex ſunt præcepta rudiora, quæ Chriſtus ex parte decorticauit: vt Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Chriſtus decorticauit, quum dixit: Diligite inimicos veſtros.

Litera legis. Præcepta rudiora.

Digitized by Google

Opera exteriora. *Litera scriptura.* *Sancti vtriusque testamenti.* *Martyres.* *Ablatus decor à Iudæa, & humilitas ab operibus.* *Doctores.* *Sancti.* *Subditi.* *Lex.*

Cortices arborum dicuntur *a* exteriora opera eorum, qui iam sublimia appetunt, vel eloquia exteriora scripturæ, seu litera sacræ scripturæ. *Iob.* 30. *a. Sap.* 13. *c.*

Cortex mali punici. *Can.* 6. *b.* designat *b* Sanctos vtriusque testamenti facientes miracula: & eorum exempla & præterea Martyres, qui erunt tempore Antichristi.

Decorticata ficus, designat ablatum decorem & munimentum à Iudæa, vel ablatam humilitatem ab operibus. *Ioel.* 1. *b.*

Cortina.

CORTINÆ dicuntur aulæ, & vela ad locum aliquem contegendum, & velut stramenta parietum.

Cortinæ decem in tabernaculo. *Exod.* 26. *a.* 36. *b.* designant *c* doctores defendentes & ornantes legem contra hæreticos. Item sanctos, qui ex diuersis virtutum coloribus, in Sanctæ Ecclesiæ ornamenta proficiunt. Sunt etiam subditi vacantes spiritualibus, tecti à ciliciis & pellibus. Eosdem designare possunt cortinæ atrij. *Exod.* 35. *b.*

Designant etiam cortinæ decem *d* legem propter decalogum: & erant vigintiocto cubitorum, vt designent legem nouam insertam veteri: quia quater septem faciunt vigintiocto. Possunt etiam designare charitatem.

Cortina lecti Holophernis. *Iudith.* 14. *c.* tegimenta peccati & voluptatis insinuat.

Corus, mensura.

CORVS, *e* est mensuræ genus quadraginta quinque modios tenens, aut iuxta aliquos, triginta. Batus autem est decima pars cori. *Ezec.* 45. *c.*

Cori tritici centum, designare possunt *f* Iudæorum obligationem ad diuina præcepta: & fiunt octoginta, quum credunt Euangelio, & confitentur resurrectionem. *Luc.* 16. *b.*

Corus hordei *g* perfectionem, vel plenitudinem Euangelij significare potest: Semicorus verò, est *h* diminuta perfectio legis veteris. *Hose.* 3. *a.* Vel cum recedat ab vnitate, nec attingat ad binarium, designat synagogam nec virginem esse nec aptam coniugio Christi.

Cori tritici, & similæ, & hordei in cibum Salomonis, & seruorum eius, *i* libros noui & veteris testamenti significare possunt. 3. *Reg.* 4. *c.* 5. *c.* 2. *Para.* 2. *b.* 1. *Esdra.* 7. *c.*

Coruscare, vide Fulgur.

Coruus.

Obligatio Iudæorum ad legem. *Perfectio Euangelij.* *Libri sacra scriptura.*

CORVVS *k* est auis nigra, rostrum habens robustum & prædurum: pugnat cum miluo: eripit enim miluus à coruo quicquid tenet: quia vnguibus & volatu coruo præstantior est.

Est coruus *l* tauro, & asino hostis, quippe qui aduolans feriat, & eorum oculos petat. Est autem vulpis amicus, & cum æsalone pugnat: pascitur mortuis animalibus, estque animal immundum, & affectionis expers, vnde non est reuersus in arcam. Odit *m* prolem suam coruus, & natam non educat: id quod Propheta insinuans dixit: Et pullis coruorum inuocantibus eum. *Psal.* 146. Expositis autem ad aërem, vtpote à parentibus neglectis, obuolitant animalcula quædam diuina prouidentia suppeditata, quæ captantes illi crescunt, & aluntur.

Christus. Coruus, cui præparat Deus escam. *Iob.* 38. *e.* est *n* Christus, cui præparauit gentes: dicitur coruus, sicut & maledictum pro nobis factus est.

Iudæx. Designat etiam *o* Iudæam infidelitate nigram: cui pullis clamantibus, hoc est, Apostolis prædicantibus, præparauit Deus escam per fidem & gratiam, quum multi conuersi sunt, & postmodum vagantibus pullis, hoc est, dispersis per orbem prædicatoribus, demum exemplo gentium, fidem amplectentur. Et coruus emissus ab arca, nec reuersus, *p* est populus Iudaicus egressus ab Ecclesia, nec reuersus per fidem.

Prædicator. Coruus editis pullis, *q* fertur escam plenè præbere dissimulare, priusquam plumescendo nigrescant: eosque inedia affici patitur, quousque in illis per pennarum nigredinem sua similitudo videatur. Qui huc illúcque vagantur in nido, & ciborum expetunt aperto ore subsidium. At cùm nigrescere cœperint, tanto eis præbenda alimenta ardentius requirit, quanto eos alere diutius distulit. Coruus, est doctus prædicator, qui per peccatorum suorum memoriam, & infirmitatis propriæ cognitionem, quasi quandam coloris nigredinem portat. Cui nascuntur in fide discipuli, qui adhuc infirmitatis propriæ nigredinem considerare nesciunt, &c. Hi velut ad accipiendas escas os aperiunt, quum doceri de secretis sublimibus quærunt. Sed doctor tanto minus sublimia tribuit, quanto illos peccata præterita minus dignè flere cognoscit. Corui etiam de torrentibus, sunt *r* prædicatores per sacram doctrinam eruditi. *Iob.* 27. *a.* 38. *d. Cant.* 5. *c. Prou.* 30. *c.*

Christiani. *Prædicatores* *Peccatores.* *Infideles.* *Carnales.* *Versuti.* *Auari.* *Iudæi.* *Peccatores ex gentibus.* *Diabolus.* Pulli coruorum dici possunt *s* Christiani ex gentibus infidelibus, aut etiam ex Iudæis orti: & præterea prædicatores. *Iob.* 38. *d. Psal.* 146.

Coruus egressus ab arca, designare potest *t* peccatores, qui res mundanas, amantes ad Ecclesiam non redeunt. *Gen.* 8. *a.* Sic designat etiam *u* infideles obscuros nigredine peccatorum, & qui pascuntur mortuis: & carnales bonę affectionis expertes: item versutas animi voluntates. Ideo omne coruinum genus inter immunda reputatur. *Leu.* 11. *b. Psal.* 146. Designat etiam cornus *x* auaritiam, & eos, qui sua quærunt, quia solet coruus cibos abscondere, *Soph.* 2. designat etiam coruus *y* Iudam, qui non est reuersus ad Christum, vt coruus ad arcam.

Pascit coruus Eliam quum *z* peccatores gentiles veniunt ad fidem, quam eiiciunt Iudæi. 3. *Reg.* 17. *a. Psal.* 146. Et his coruis præparat Deus escam, quum mittit ad eos prædicatores. *Iob.* 38. *d. Luc.* 12. *c.*

Coruus etiam immundus & maleuolus, dici potest *aa* diabolus. *Leu.* 11. *c. Isa.* 34. *c. Soph.* 2. *d. Io.* 38. *d.* Et pulli coruorum sunt discipuli diaboli. *Iob.* 38. *d.*

Costa.

Vis amoris viri & fœminæ. *Virtus Christi.* *Sensus animi.*

COSTA in animalibus, sunt ossa spinæ cohærentia, ac intestina sub lateribus complectentia.

Costa viri, ex qua formata est mulier. *Gen.* 2. *c.* significare potest vim amoris inter virum & fœminam.

Designat etiam *bb* virtutem Christi, vnde formata est Ecclesia: de qua virtute ipse dicebat: Sentio de me virtutem exiisse. Et formata est caro pro costa, quia assumpta nostra infirmitate fecit nos fortes.

Costæ vniuscuiusque, sunt *cc* sensus animi, qui latentes cogitationes muniunt. *Iob.* 18. *c.*

Coturnix, Ortygometra.

Meditatio cœlestium. *Prædicatio.* *Lex vetus.*

COTVRNIX auis *dd* perdicę minor, paruum habens volatum, propter pondus corporis magnum, respectu alarum, quas exiguas habet. Earū multa est ingluuies & libido. Abeúnque à nobis hiematum mense Augusto: cumque proficiscuntur, duces habent ortygometram, id est, matricem coturnicum: quæ forma auis lacustris est, Otum etiam, & lingulatam, atque cinchramum, à quo etiam reuocantur noctu: cuius vocem cùm senserint aucupes, discessum parari intelligunt.

Cornix *ee* meditationem cœlestium designare potest, quatenus volat quidem in altum, sed ægrè propter corporis grauedinem: designat etiam prædicationem. *Exod.* 16. *c. Num.* 11. *g. Psal.* 104. *Sap.* 16. *a.* 19. *c.*

Coturnix præterea, veteris legis eloquia, literaliter intellecta designat, quæ tradita fuere Iudæis carnes desiderantibus. Coturnix enim non in altum affertur volatu, sed propè terram semper volat: Ita legis disciplina terrestris quodammodo, est animalium oblationes, & purificationes Iudaicas continens: quibus illi non multum è terra eleuabantur.

Cozbi.

Blasphemia. *Libido.*

COZBI, interpretatur mendax, aut cessans siue quasi fluens, aut quasi fluxus. Mulier Madianitis, quæ confossa est à Phinees cum Zambri in ipso actu venereo, *Num.* 25. *d.* Vel interpretatur calix immensus, vel immola mihi: & est *ff* typus blasphemiarum in Deum, & libidinis, quæ confodiuntur.

Crapula, vide Ebrietas.

Cras, Crastinus.

Visitationis diuinæ & aduentus Christi tempus.

CRAS dicitur de die proximè sequente diem præsentem: & solet sæpe accipi in sacra Scriptura *gg* pro tempore futuro, vel quod non multùm distat à præsenti: vt *Gen.* 29. *c. e. Exod.* 13. *c. Isa.* 22. *d. Matt.* 6. *d.*

Crastinus dies, in quo venit salus populo ab hostibus oppresso, designat *hh* diuinæ visitationis aduentum valde vicinum esse tentatis. 1. *Reg.* 11. *c.* vn de dicitur Deus de vicino, & non Deus de longinquo. Et *Psalm.* 144.

a *Gre.* 20. *mo.* 9. 13.
b *Gre. s. cant.* 6. *& s. Ezec.* 16. *Gr.* 8. *mo.* 37.
c *Gre.* 25. *mo.* 22. *& s. Eze. hom.* 10.
d *Ori. s. Exod hom.* 9. *Aug. q. in Exod.* 107.
e *Hie. s. Ez.* 45.
f *Hier. Aglasia.*
g *Am. epi.* 39
h *Rup. s. Hos.* 3.
i *Glos. int. s.* 3. *Reg.* 4.
k *Arist.* 9. *de histo. anim.* 1.
l *Isy. s. Leu.* 11.
m *Chrys. de Elia.*
n *Hie. s. Iob.* 28.
o *Gre.* 3. *mo.* 14.
p *Rup.* 4. *s. Gen.* 22.
q *Gre.* 39. *mo* 15. *& 1. mo.* 18. *Chry. de Elia.*
r *Beda. s. Prou.* 30.
s *Arn. s. psal.* 146. *Gre.* 30. *mor.* 13. 14. *Arn. s. ps.* 146
t *Amb. de Noe.* 17.
u *Tert. de cibis Iudæi. Cle. Alex.* 5. *strom. Aug. s. Ioan. tract.* 6.
x *Isy. s. Le.* 11.
y *Bed. s. Ge.* 8.
z *Hi. s. ps.* 146 *Amb. s. Lu.* 3.
aa *Gre.* 30. *m.* 13. 14. *Chry. de Elia. Aug. ser.* 201. *Hie. s. Iob.* 38.
bb *Am. s. Lu. Aug. s. Ioan. tract.* 15. *Bed. s. Gen.* 2.
cc *Gr.* 14. *mo.* 7.
dd *Arist.* 8. *hi animal.* 14.
ee *Cyril.* 3. *s. Ioan.* 34. *Rup.* 3. *s. Exo.* 15.
ff *Glo. ord. s. Num.* 25.
gg *Hi. s. Mat. Canon.* 5.
hh *Greg. s.* 1. *Reg.* 11. *Hie. s. Ioan.* 4.

Digitized by Google

Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum. Et crastinum est tempus aduentus Christi post noctem legis. *Ione. 4. c.*

Tempus fœlicitatis.

Cras,*a* est post hanc vitam,tempus videlicet fœlicitas:& tempus præterea iudicij: & respondebit cras iustitia Christo,quum in iudicio apparebit iustus. *Gen.29.*

Tempus iudicij.

Cras,pro tempore huius vitæ,& tempore gratiæ, quo operandum est, & pugnandum contra hostes interdum sumitur. *Exod. 16.c. 17.c.* Et cras vincere hostes, *b* est post hanc vitam triumphare de dæmonibus. *Iosu. 11. b.* Cras etiam *c* dicit perfectionem operis sequentem intentionem cordis. *1. Reg. 9.c.*

Tempus huius vitæ & gratiæ.

Perfectio operis.

In crastinum minatur vindictam Deus, *Exod. 9.a* vt det tempus resipiscendi.

Tempus resipiscendi.

In crastinum sanctificari, dicit Parasceuen, hoc est, præparationem faciendam ad Pascha ritè celebrandum. *Exod. 19.b. Ios. 7.b.*

Præparatio ad festa Dei.

In crastinum differens Pharao orationem Mosis pro abactione ranarum. *Exod. 8.c.* typum gerit *d* negligentium qui ad vana quidem soliciti sunt, conuersionem verò ad Deum, semper in crastinum differunt. Crastinus dies significat etiam *e* ipsum diabolum,in quo est malitia:Ideo non est expectandum. *Matt. 6.d.*

Neglectus cõuersionis.

Diabolus.

Cras dicit *f* tempus quo est votum emissum. *Leu. 7.b.* cùm licet in crastinum comedere, quod remanserit de sacrificio ex voto facto:designat etiam tempus huius vitæ, sed quasi incertum ad operandum.

Tempus huius vitæ.

Crassus,Crassitudo,vide Adeps.

Crater,vide Calix.

Craticula,Cratis.

Cratis, seu craticula,est rara quædam lignorum, vel viminum, vel etiam ferramentorum in modum retis facta connexio.

Craticula altaris thimiamatis deaurata. *Exod. 30.a. 37.d.* designare potest *g* splendorem diuinæ gratiæ,mentem interius illustrantis. Item crucem Christi, vbi obtulit Christus thimiama suauissimi odoris. Præterea publicam Diuinæ veritatis prædicationem. Item sensum literalem,extrinsecus apparentem. Designat etiam mortem & sepulturam Christi,ac resurrectionem,quia craticula ponitur in prunis iam inflammatis, & mors & sepultura sequuntur flammam passionis.

Splendor diuinæ gratiæ.

Crux Christi.

Prædicatio veritatis.

Sensus literalis.

Mors & sepultura Christi, & resurrectio.

Craticula altaris,interdum est *h* feruor deuotionis: vel apertio cordis ad ignem Spiritus sancti, vt sacrificia bonarum cogitationum inflammentur. *Exod. 27.a. 30.a. 35.b. 37.a.*

Feruor charitatum.

Craticula præterea in modum retis facta,Ecclesiam,quæ sagenæ comparatur,designare potest.

Cor.

Ecclesia.

Coctum in craticula,aut sacrificium de articula, designare potest *i* ea,quæ sunt clara in scriptura. *Leu. 5.d.*

Clara in sacra scriptura.

Craticula præterea,potest significare *k* multiplicem dæmonum impugnationem, quibus Sancti coquuntur,& purgantur,vt sint gratum Deo sacrificium.

Multiplex dæmonum impugnatio.

Creagra,vide Olla.

Creare,Creatura,Condere,

Creare propriè est de nihillo aliquid facere: quod est propriè opus Dei, quod nulli creaturæ communicatur. Condere autem interdum est creare. *Marc. 13.c.* Ab initio creaturæ,quam condidit Deus.

Generatio verbi Dei.

Quum dicitur *Prou. 8.c.* Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua, creauit *l* debet referri ad humanitatem. Et præparatio cœlorum ibi intelligitur in mente diuina: & tunc erat ibi sapientia diuina. Vel aliter Ex perfecto Deo perfectus Deus natus est:idcirco ait creatam se sapientia, iam omnes passiones in generatione sua corporales excludens:At verò vt ostenderet non creationis in se,sed natiuitatis naturam esse subiecit,& genitam vt quum creatam se & genitam confitetur, absolutam natiuitatis suæ intelligentiam præstaret. Vel aliter. Creauit,non ad esse de nihilo produxit, sed initium viarum suarum in opera sua. Legalis enim vita in Iudæa colebatur:gentes autem nullo modo iustitiæ vitam cognoscebant. Filius ergo Dei factus est homo, & creatus secundùm carnem, vt initium viarum Domini & operum suorum omnibus daret. Vel creauit me, hoc est fecit super legem,& Prophetas initium,hoc est,potestatem:non in verbis illorum sistere faciam, sed ad opera meliora traducam.

Creauit Deus nouum super terram,quum *m* Verbum Dei incarnatum est in Virgine. *Ier. 31.d.*

Incarnatio.

Creari,*n* refertur ad animam,& ad nouam creaturam: creatio enim atque conditio nunquam nisi in magnis operibus nominantur:verbi causa,mundus creatus est, vrbs condita est: domus verò quamuis magna ædificata potius dicitur, quam condita vel creata. In magnis enim operibus atque facturis, verbum creationis assumitur. Ex quo animaduertendum,istum nouum hominem, qui secundum Deum in Christo creatus est, magnum Dei opus esse,& eminere vltra cæteras creaturas:cùm sic conditus esse dicatur, vt mundus, & initium variarum Dei. Quando autem ea,quæ iam sunt,creari dicuntur, *o* non potest significari de nihillo ad esse produci:sed ad aliud ab alio translatio:sicut quando Dauid dicit *Psal. 101.* Cor mundum crea in me Deus. Et Paulus *Ephes. 2. b.* Qui creatus est in iustititia,& sanctitate veritatis. Et nouus homo dicitur creatus,secundum Deum. *Ephes. 4. f. Psal. 32. 103.* Et Christus creatus quantum ad humanitatem. *Isa. 43.a.c. 45.b.*

Protegens. Deus.

Creat Deus spiritum,*p* hoc est ventum,aut animam Christi. *Amos. 4.d.*

Creat Deus in omni loco Ecclesiæ ignem,& nubem,hoc est,*q* protectionem in prosperis & aduersis. *Isai. 4.b.*

Mutat Deus malum in bonum.

Creat Deus tenebras,qui est autor vtriusque contrarij. *Isa. 45.b.* Et creat malum, *r* quum mutat ipsum in bonum:vt dicitur creare cor mundum, quod prius erat immundum. Vel creat malum pœnæ. Creare enim se mala dominus indicat, *s* quum res benè conditas, nobis malè agentibus, in flagellum format: vt ea ipsa per dolorem, quo feriunt, in delinquentibus mala sint,& per naturam,& qua existunt,bona.

Renouans facium cœlorum.

Creat Deus cœlos nouos. *Isa. 65.a.* quum *t* eos mutat à statu mutabilitatis, quem nunc habent, ad meliorem statum æternitatis:quod fiet in iudicio. Vel quum conuertendo gentiles qui cœlos colebant,facit eos cognoscere,cœlos esse creaturas Dei.

Attulit Deus pacem per Christum.

Creauit Deus fructum labiorum pacem *u* quum per Christum attulit,& prædicauit pacem. *Isai. 57.d.* Et creauit Hierusalem in exultationem,& populum eius in gaudium,in gloria videlicet cœlesti. *Isa. 65.c.*

Fecit Deus diabolum.

Creauit Deus terram non in vanum: *x* quia fecit eam, vt habitetur. *Isai. 45. d.* vt videlicet terra viuentium habitetur.

Homo.

Creauit Deus fabrum. *Isa. 54.d.* hoc est,*y* diabolum, omnium malorum artificem:non necessitate naturæ, sed mentis arbitrio. Non quòd Deus sit causa perditionis malorum:sed quod creatus aduersarius ad pugnandum, & victis perditio,& victoribus causa sit præmiorum.

Credendo ad hærere Deo.

Creatura interdum ponitur pro homine,qui dicitur omnis creatura:*z* quia aliquid habet commune cum omni creatura. *Marc. 16.d.* Et creatura omnis ingemiscens,est homo,qui etiam dici potest omnis creatura, propter spiritum,animam,& corpus. *Rom. 8.d.*

Credere,Incredulus, Incredibilis.

Credere est fidem alicui adhibere,& assentiri:& confidere,& existimare,& sperare,& obedire.

Suscipere veritatem legis.

Credere in Deum,*aa* plus est,quàm credere Deo. Nam & homini cuilibet plerunque credendum est, quamuis in eum non sit credendum. Hoc est ergo credere in Deum,credendo adhærere,ad benè operandum, & bona operanti Deo. Credidit autem Abraham Deo, tanquam vera loquenti. *Gen. 4.b.* Credere etiam Mosi in perpetuum, est suscipere veritatem legis secundum sensus spirituales qui sunt perpetui. *Exod. 4. 14.c.*

Suscipientes fide gentiles.

Credentes Niniuitæ,designant *bb* gentiles suscipientes fidem. *Iona. 3.c.*

Non fidens Christus Iudæis.

Non credens Christus fratribus. *Ier. 12.b.* est *cc* non fidens Iudæis & Pharisæis adulantibus, vt eum in sermone caperent. Sic non est credendum amico,hoc est,hæretico amicitiam simulanti. *Mich. 7.a.*

Suspecti de tentatione.

Non credunt Deo tidenti,*dd* qui sic de spe,& diuina gratia certi sunt,vt tamen semper sint de tentatione suspecti. *Iob. 29.d.*

Contemnens opera.

Non credit vitæ suæ malus,licèt,stet,*ee* quia recta quidem sunt,quæ per fidem de conditore intelligit, sed tamen fidei opera tenere contemnit:& incredulitatis redarguitur, qui ab eo, quod se ostendit credere, viuendo reprobatur. *Iob. 24.d.*

Non

a *Bern. serm. Vigil. Natiu. Domini. Isyc. s. Leu. 24*
b *Ori. s. Iosu. hom. 14.*
c *Gr. s. 1. Reg. 9.*
d *Phil. de sacrif. Abel & Cain. Ambr. 1. de Cain. 9.*
e *Rup. 6. s. Matth.*
f *Isyc. s. Leu. 7*
g *Isyc. s. Leu. 27.*
h *Glos. ord. s. Exod. 27. 30.*
i *Ori. s. Leu. hom. 5.*
k *Hie. 12. de Trinitate, & de synodis.*
l *Cyril. 5. Thesaur. 4.*
m *Hie. s. Ie. 32*
n *Orig. 1. periar. 3. Basi. s. ps. 32. Hie. s. Eph. 4.*
o *Cyril. 5. Thesauri.*
p *Am. de Spiritu sancto. 7.*
q *Hie. s. Isa. 4.*
r *Bas. quòd. Deus non est causa malorum.*
s *Gr. 3. mo. 6.*
t *Hie. s. Is. 65.*
u *Hier. s. Isa. 57. 65.*
x *Lyr. s. Is. 45.*
y *Hie. s. Is. 54.*
z *Hie. s. Mar. 16. Au. 83. q. 67.*
aa *Au. s. ps. 77*
bb *Hi. s. Ion. 3*
cc *Hi. s. Ie. 12. & s. Mich. 7.*
dd *Gre. 20.*
ee *Gr. 17. mo. 3.*

Digitized by Google

Difficultas fidei Iudæorum. Negantes diuinitatem Christi.

Non credens Iacob filium suum Ioseph viuere, designat *a* difficultatem Iudæorum in credendo resurrectionem Christi. *Gen.* 45. *g.*

Non credentes inhabitare Dominum Deum, sunt, *b* qui non credunt diuinitatem in Christo, nec ipsum esse mediatorem. *Psal.* 67.

Credere pro committere, Creditor.

Dona Dei.

CREDERE, interdum est committere: & creditor est, qui pecuniam alicui mutuò commisit. 4. *Reg.* 4. *a. Prou.* 29. *b. Isa.* 26. *a.*

Creditum depositum sunt *c* dona nobis à Deo tradita, quorum reddituri sumus rationem. *Leu.* 6. *a.* præcipuè autem ipsa anima ad imaginem Dei facta.

Ecclesia.

Credita domus Ioseph, designare potest *d* Ecclesiam commissam prælato. *Gen.* 39. *a.* vel etiam Christo.

Damones.

Creditores, qui volebant tollere filios viduæ. 4. *Reg.* 4. *a.* designare possunt *e* dæmones, qui tollere nituntur filios Ecclesiæ.

Creditor nullus est, cui Deus vendiderit synagogam, sed suis peccatis venditi sunt. *Isa.* 50. *a.*

Prædicator.

Creditor dici potest *f* prædicator: vt cum pauper & creditor obuiauerunt sibi. *Prou.* 29. *b.*

Cremare, vide Accendere.

Cremium.

Dolor de scandalo minorũ.

CREMIVM est, vel caro frixa in frixorio: quæ quo magis torretur, magis arescit: vel illud adustum, quod in frixorio remanet: vel, vt alij volunt, est ipsum frixorium. *Psal.* 101. Designare potest *g* dolorem, quem Sancti, & doctores habent ex scandalo minorum.

Crepare.

Crepare est sonare, & interdum rumpi cum sonitu, vt rumpi solet vesica inflata: 2. *Par.* 25. *c. Actor.* 1. *a.*

Crepido.

Euangelium Christi. Christus.

CREPIDO est *h* ora terræ, quam aqua fluminis alluit, dicta ob crepidum fluentis aquæ.

Crepido altaris dici potest Euangelium, aut Christus. *Leu.* 1. *d.* Et crepido minor, est Christus secundùm infirmitatem carnis: maior autem idem fuscitatus. *Ezech.* 43. *d.*

Crepido aluei fluminis, in qua positus fuit Moses. *Exod.* 2. *a.*

Crepusculum, vide Diluculum.

Crescere, Accrescere, Succrescere, Increscere, Incrementum.

CRESCERE dicuntur animalia, aut etiam plantæ quum à minore quantitate, ad maiorem, & perfectiorem accedunt.

Christus.

Crescens Ioseph in terra paupertatis suæ. *Gen.* 41. *g.* 49. *e.* designat *i* Christum secundùm humanitatem. Ideo natus est Christus, quum crescunt dies, vt Ioannes, quum decrescunt: quia adueniente Sole, lucerna obscuratur. Ideo Ioannes dicebat: Illum oportet crescere, me autem minui. *Ioan.* 3. *d.* Eundẽ Christum designarunt crescentes Samson & Dauid. *Iud.* 3. *d.* 2. *Reg.* 5. *b.* 1. *Par.* 11. *b. Ester.* 9. *b.* Et crescens sinapis in arborem, *k* significat Christum post resurrectionem. *Matth.* 13. *d. Luc.* 2. *f.* 13. *d.* Crescit etiam Christus, quum multiplicatur fides in Ecclesia. Et crescit corpus Christi, *l* quandiu fideles crescunt in hoc mundo, quod designat crescens possessio Iob in terra. *Iob.* 1. *b.*

Christus.

Profectus anima.

Crescit anima, *m* quum proficit in virtutibus & doctrinis, hoc est, quum parua eius bona facit Deus magna, deletis eius vitiis & peccatis. Eundem profectum designat crescens vitis & crescens aqua & crescens Ioannes. *Gen.* 1. *c.* 9. *a.* 17. *a.* 21. *a.* 24. *g.* 36. *c.* 35. *b.* 40. *b.* 48. *c. Leu.* 26. *b.* 2. *Paral.* 10. *c. Psal.* 83. *Prou.* 4. *d. Isa.* 25. *b. Matth.* 6. *d. Marc.* 4. *a. Luc.* 1. *g.* 12. *c.* 1. *Cor.* 3. *c.* 2. *Cor.* 8. *c. Ephes.* 4. *d. Col.* 1. *a.* Crescit etiã lux iustorum, vsque ad perfectum diem. *Prou.* 4. *d.* quia iusti proficiunt, quousque perueniant ad fœlicitatem.

Multiplicatio fidelium post mortẽ Christi.

Crescentes filij Israël post mortem Ioseph, designant *n* Christianos post mortem Christi multiplicatos. Et crescentes per oppressionem, designant profectum virtutis per tentationes. *Exod.* 1. *a. c.* 5. *a. Leui.* 26. *b. Iud.* 4. *d. Iob.* 2. *d. Iere.* 23. *a. Ezech.* 17. *b.* 36. *b. Eph.* 2. *d.*

Augmentum legis.

Succrescens Isaac donec factus est magnus. *Gen.* 26. *c.* designat *o* augmentum legis prius in Prophetas, deinde in Euangelium. Idem designat crescens Moses. *Exod.* 2. *b.*

Prodiens prædicator è peccatore.

Crescit myrtus pro vrtica. *Isa.* 55. *d.* quum *p* pro spinoso & fœtido peccatore, exit prædicator, odorem, & virorem doctrinæ, & operum habens. Et crescens paulatim in matus sonus buccinæ, est extensio prædicationis per orbem. *Exod.* 19. *c. Actor.* 6. *b.*

Profectus conuersorum.

Crescens paulatim tumultus in castris. 1. *Reg.* 14. *c.* designat *q* quotidianum profectum conuersorum ad fidem. Sic succrescit caro in ossibus aridis. *Ezec.* 37. *b.* quum infideles, aut peccatores conuersi proficiunt.

Multiplicatio fidelium.

Crescens Samuel, designat *r* discipulorum multiplicationem, & augmentum in dignitate: Ita tamen vt dominus sit cum eo. Et crescens idem post comminationes à Deo factas ad Eli sacerdotem, designat augmentum populi Christiani, quum Apostoli relictis Iudæis, conuersi sunt ad gentes. 1. *Reg.* 2. *c.* 3. *d. Psal.* 18. 44. *Actor.* 6. *b.* 19. *b.*

Regnum Sedechiæ.

Crescens semen cedri in vineam latiorem, *s* erat regnum Sedechiæ sub rege Babylonis *Ezech.* 17. *b.* Idem designant crescentes frondes, & fructus vineæ. *Ezech.* 19. *c.*

Profectus hypocritæ inanis.

Crescens carectum non sine aqua. *Iob.* 8. *c.* designat *t* hypocritam, viriditatem boni operis ex superno munere habentem: sed qui hanc in vsum propriæ laudis arripit, inaniter, & sine fructu crescit.

Crescentes concupiscentiæ.

Crescunt aut multiplicantur bestiæ contra hominem, quum *u* non habet hostes, contra quos pugnet. *Exod.* 23. *d.* quia cum homo datur ocio, augentur concupiscentiæ, & libidines, &c.

Prævalentes sacerdotes in Christum.

Crescentes fratres Iephte. *Iud.* 11. *a.* designant *x* scribas & sacerdotes prævalentes ad occidendum Christum.

Multiplicatio Iudæorum.

Crescens Ismaël, designant *y* Iudæorum multiplicationem per orbem. *Gen.* 21. *a.* Cum autem dicat Iacob ad Ruben: Non crescas, designat *z* non multiplicandos Iudæos in fide post mortem Christi: vel orat vt non crescat timor pertinens ad solicitudinem rerum temporalium per Ruben designatus.

Prodiens peccatum.

Crescens lepra, *aa* est prodiens peccatum, quod latebat, in publicum. Et iterum crescens, est relapsus in peccatum, posterioribus actionibus multiplicatum. *Leu.* 13. *d.* 14.

Profectus.

Crescens paruus fons in fluuiũ. *Ester.* 11. *d.* Ad literam est somnium de Ester. Sed non est in editione Hebraica.

Augmentum peccatorum.

Crescentes capilli capitis, aut barbæ. *Num.* 6. *a.* 2. *Reg.* 10. *b.* 1. *Par.* 19. *b.* profectum *bb* designat in vouente.

Succrescens cornu arietis excelsius altero. *Dan.* 8. *a.* Exponitur de *cc* Cyro.

Crescunt zizania cum tritico, quum *dd* mali viuunt in hoc seculo permixti bonis. *Matth.* 13. *d.*

Increscere dicitur clamor Sodomorum coram Domino. *Genes.* 19. *a.* quum *ee* adeò illorum augebantur peccata, vt non posset vltra differri vindicta.

Cribrare, Cribrum.

Examen diuinum. Dans doctrinam. Tentans diabolus.

CRIBRVM est instrumentum ex pelle, crebris pertusum foraminibus, ad frumenta purganda. Cibrare autem, est frumentum à paleis, & puluere, rebúsque immundis cribro purgare.

Cribrum designare potest *ff* diuinum examen, quo singuli examinantur, & boni à malis separantur. *Amos* 9. *c. Eccl.* 27. *a.*

Cribrat Deus aquas de nubibus. 2. *Reg.* 22. *b.* quum *gg* per Apostolos & prædicatores distribuit doctrinam.

Cribrare volebat Satanas Apostolos sicut triticum. *Luc.* 22. *c.* vt *hh* videlicet tentationibus concuteret, & à fide si posset ipsos amoueret.

Cribrans Daniel cinerem per totum templum Belis. *Dan.* 14. *c.*

Crimen, vide Peccatum.

Crines, quære Capilli.

Cripta, vide Spelunca.

Crispare.

a *Gloss. ord. s. Gen.* 45.
b *Arn. s. psal.* 67.
c *Gloss. ord. s. Leu.* 6.
d *Gloss. ord. s. Gen.* 59.
e *Aug. serm.* 206.
f *Bed. s. Prou.* 29.
g *Au. Ps.* 101.
h *Hie. s. Exec.* 43.
i *Amb. serm.* 12. *& de benedic. patriar.* 11. *& s. Lucam.* 13.
k *Hil. s. Mat. Cant.* 13.
l *Gre.* 2. *mor.* 23. *&* 19. *mor.* 1. *& su. Eze. hom.* 6.
m *Bas. Exae. hom.* 11. *Orig. s. Luc. hom.* 11. *Hil. s. Ps.* 66. *Am. de Noe.* 24. *& sup.* 1. *Cor.* 3.
n *Isy. s. Leuit.* 26. *Greg. s. Ezec. hom.* 5. *Bed. s. Exo.* 1.
o *Ori. s. Gen. hom.* 12.
p *Hier. su. Is.* 55. *Greg.* 18. *mo.* 11.
q *Gr. s.* 1. *Re.* 14.
r *Gr. s.* 1. *Re.* 2.
s *Hie. s. Ezec.* 17. 19.
t *Gre.* 8. *mor.* 17.
u *Aug. q. in Iudi.* 17.
x *Augu. q. in Iudi.* 49.
y *Bed. s. Gen.* 49.
z *Ricar. de S. Vict. de* 12. *patriar.* 62.
aa *Gl. inter. s. Leu.* 13.
bb *Glo ord. s. Num.* 6.
cc *Glos. ord. s. Dan.* 8.
dd *Glos. int. s. Matth.* 13.
ee *Gloss. int. s. Gen.* 19.
ff *Hicron. s. Amos* 9.
gg *Glo. ord. s.* 2. *Reg.* 22.
hh *Glo. ord. s. Luc.* 22.

Digitized by Google

Crispantes,aut crispati crines,dicuntur *a* intorti,quales solent fœminæ facere ad decorem, designare possunt frequentes orationes. *Isa.3.d.*

Orationes frequentes.

a *Hie.s.Isa.3.*

Crocodilus.

b *Arist. 2. de histor. animali.*

Crocodilvs est *b* amphibium animal, figura simillimum lacerto terrestri, magnitudine verò ingenti: habet cutem durissimam contra omnem ictum:habet dentes ad morsum exertos: hostisque est hominum:est malitiosus,lutoque pascitur: Computatur autem inter immunda animalia. *Leu. 11. e.* designare potest *c* inuidos, & maleuolos.

Inuidi & maleuoli.

c *Ilye. s. Leu. 11.*

Crocus.

Crocvs est herba folia habens velut capillos, flores purpureos, è quibus colliguntur veluti fibræ plurimùm odoris habentes: quarum vsus est in medicamentis & condimentis: ex eis fit croceus color: computatur crocus inter aromata. *Cant.4.d.*

d *Glos. ord. s. Thre.4.*

In croceis nutriuntur, *d* qui pompam mundi appetunt, & carnalem legis obseruationem sequuntur. *Thr. 4.a.* vel per crocum designatur ignis Spiritus sancti & sancti Patres nutriebantur in croceis,hoc est,in sacramentis,& donis Spiritus sancti.

Pompa mundi. Carnalis legis obseruantia. Dona Spiritus sancti.

Cruciare vide Affligere.

Crucifigere,Crux,Patibulum.

Crvx,est patibulum,in quo solebant clauis malefactores figere: Sed post Saluatorem nostrum crucifixum, versa est in honorem.

Crux Christi in medio latronum, *e* non fuit supplicium,sed tribunal,vbi alterum duxit ad gloriam, alterum condemnauit ad supplicium æternum.

c *Aug. de cataclys.4.*

f *Hier.s.Mar. 15.*

Crux Christi,*f* mundum designat:& quatuor eius cornua,quatuor mundi partes: vertex,est Oriens:dextra Septentrio:læua Auster:inferior Occidens. *Marc. 15. c.* Designant etiam diuinam *g* potentiam & prouidentiam erga omnia,ad omnes partes se extendentem.Ideo Christus in cruce mori voluit,vt virtus passionis eius ad omnes se extenderet sine personarum acceptione.

Mundus Prouidentia diuina.

g *Gre. Nysse. de resur. 1.*

Crux etiam in qua fixus est Christus,est *h* ipse homo formam crucis habens,extentis brachiis.

h *Bern. ser.4. Nat. Domin.*

Crux generaliter significare solet *i* labores,tentationes,& tribulationes. *Matt.10.g.16.d. Mar.8.d. Luc.2.c. 14.f.* Et nos tunc crucifigimur mundo,quum veniens princeps huius mundi,in nobis non inuenit quicquam. Et nobis mundus crucifigitur,quum peccati concupiscentias non recipimus. *Gal. 3.a. 6. d.* Vel crucifixus est mundo, qui omnia,quæ mundus amat,reputat crucem,vt carnis voluptates,honores,diuitias,vanas hominum laudes. Mundus autem illi crucifixus est, cum *k* eis adhæret, quæ mundus reputat crucem:vt paupertati,contemptui,&c. Vel crucifixus est ei mundus reputatione:ipse verò mundo compassione. Crucifigitur etiam cum Iesu, qui mortificatis membris,configuratur Christo. Duobus etiam modis crux tollitur:quum aut per *l* abstinentiam corpus afficitur, aut per compassionem proximi affligitur animus.

Homo. Labores. Tentationes. Tribulationes

i *Ori.s. Matt. ho.2.& s. Ios. hom. 8. Au.epis.119. Hie.s. Gal.3.*

k *Bern. ser.7. quadrages.*

l *Gre.31.ho.*

Crux nostra,timor *m* Domini est. Sicut ergo crucifixus,qui iam non pro animi sui motu membra sua quoquam mouendi,vel conuertendi habet potestatem:ita & nos voluntates nostras ac desideria, nō secundùm id,quod nobis suaue est,ac delectat ad præsens,sed secundū legē Domini,quo nos illa constrinxerit,applicare debemus. Et sicut is, qui in patibulo crucis affigitur, non iam præsentia contemplatur, nec de suis affectationibus cogitat, non pro die crastino solicitudine,curaque distenditur,nulla possidendi cōcupiscētia permouetur,nulla superbia, nulla contentione,nulla æmulatione succenditur,non de præsentibus dolet iniurijs,non de præteritarum iam recordatur, seque cum adhuc spirat in corpore, cunctis elementis credit esse defunctum, illuc præmittens sui cordis initium,quò se non dubitat illicò transiturum. Ita non quoque timore Domini crucifixos, oportet his omnibus,id est, non solùm carnalibus vitiis, verùm etiam ipsis Elementis mortuos esse, illic habentes oculos animæ nostræ defixos, quò nos sperare debemus momentis singulis migraturos. Hoc enim modo mortificatas poterimus vniuersas concupiscentias nostras, & affectus habere carnales.

Timor Domini.

m *Cas.li.1.c. 35.*

Crucis latitudo,quæ est in ligno transuerso,quò extendunt pendentes manus:significat *n* opera bona, in latitudine charitatis. Longa est à transuerso ligno,vsque ad terram:vbi dorsum pedesque figuntur:& significat perseuerantiam in longitudine temporis vsque ad finem. Alta est in cacumine, quod per transuersum lignum sursum versum excedit:& significat supernum finem,quò cuncta opera referuntur:quoniam cuncta,quæ longitudine aut latitudine benè, ac perseueranter fiunt: propter altitudinem diuinorum facienda sunt præmiorum. Hæc pertinent ad spem. Profunda est in eius parte,qua in terram figitur:ibi quippe occulta est, nec videri potest:sed cuncta eius apparentia,& eminentia,inde consurgunt: sicut bona nostra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi ac diiudicari non potest,vniuersa procedunt. Hæc referuntur ad fidem. Cornua etiam crucis quatuor, *o* sunt virtutes, continentia,patientia, prudentia,& humilitas.

Charitas. Perseuerātia. Finis cœlestis. Spes. Gratia Dei. Fides. Crux Christi.

n *Au.s.Ioan. tract.11. Ru. 5.de diu. offi.9.& 13.s. Ioan.*

Patibulum in quo suspensus est rex Hai,*p* crucem Christi designat,vbi crucifixus est diabolus. *Ios.8.f.10.c.* Idem designant patibula in quibus suspensi fuerunt princeps pistorum,& principes populi,& Haman, &c. *Gen. 40. d. 41.c. Num.25 a. Esther.2.d.7.d. Coll.2.c.*

o *Bern. ser.2. S. Andrea.*

p *Ori.s.Ios.h. 8.*

Crucifixus vetus homo dicitur,*q* quum mortui sunt actus mali. *Ro.6.d.* Et carnem suam crucifigunt, qui opera carnis & mundi non sequuntur. *Gal 5.d.*

Morí actus prauos.

q *Amb.s.Roman.6.*

Crucifigunt Iesum, *r* qui anathematizant eum,& eius doctrinam tollere nituntur: & in non credentibus, & hæreticis crucifigitur Christus. *Matt.10.c.Gal.3.a.*

Negantes Iesum. Detractio.

r *Ori.s. Matt. hom.11. Amb.s.Gal.3*

Crucifigunt Iudæi,vel alij Scribas,& prædicatores Christi, quum eis detrahunt. *Matth.23.d.*

Crudelis,Sæuus,Dirus.

Crvdelis est qui sine misericordia infert malum aliis,præcipuè iniustè. Quæ crudelitas maximè conuenit *s* diabolo,deinde membris eius. *Ester.7.b.16.b. Prou.5.c.11.c.12.a.17.b. Sap.3.c. Isa.14.b.19.a. Ier.6.f.50.g. Thren.4.a. Ezec.31.d.*

s *Hie.s.Isa.19 Gre. 3. past. adm. 25.*

In crudelem dicitur mutatus Deus alicui, *t* quum eum respirare non sinit: quæ crudelitas non in Deo, sed in iudicio eius,qui patitur,est. *Iob.30.c.* Et non quasi crudelis dicitur suscitare diabolum. *Iob.41.a.* quia de eius fortitudine electos suos potenter eripit: & reprobos non iniustè, sed rationabiliter condemnando illi subiicit. Et dies Domini dicitur crudelis,quia in die iudicij non erit locus misericordiæ. *Isa.13.b.* Et tunc erit castigatio crudelis,quæ erit secundùm exigentiam iustitiæ. *Ier.30.c.*

Iusta punitio Dei in malos.

t *Greg. 29. mor.26.& 33 mor.25.*

Crudelis quasi struthio dicitur *u* synagoga,quæ persequebatur filios suos, hoc est, Apostolos in deserto gentium. *Thren.4.a.*

Synagoga.

u *Glo. int. s. Thren. 4.*

Sæui dæmoniaci, designant eos qui faciunt *x* aliis viam vitæ præsentis infestam. *Matt. 8. d.* Designant etiam crudelitatem mortis animæ & corporis,quas nemo potest euadere.

Infesti proximis.

x *Hil.s.Mat. Can. 8. Rup.7.s.Mat.*

Crudum.

Crvdvm dicitur, quod non est aptum ad cibum humanum, nisi coquatur,aut assetur: vt carnes crudæ. Et cruda sunt etiam non macerata,vt crudum linum. *Eccl.46.a.*

Crudum agnum comedere: *y* est Christum purum hominem credere,vel dubitare in fide: vel ad communionem corporis Christi,sine sufficienti sui probatione accedere. *Exod. 12. d. 1. Reg. 2. c.* Vel nil, nisi quod videtur æstimare.

Purum hominem Christū confiteri.

y *Gre.s.1.Reg 2.& ho.22. Bed.s.Exo.12. Rup.2.s. Exo. 10.*

Cruor,vide Sanguis.

Crus.

Crvra dicuntur à genibus,vsque ad imum pedem constantque in hominibus,tibia & sura.

Crura sponsi. *Can.5.d.* dici possunt Apostoli,per quos *z* vniuersum mundum circuiuit;& fidem eis prædicantibus,inter populum sparsit. Vel sunt viæ Christi, misericordia & veritas, quæ sunt columnæ marmoreæ: quia à nullo possunt infirmari ideo non sunt illi fracta crura. *Ioan.19.f.*

Via Christi.

z *Gre.s. Can. 5. Rup.s.Can. 5.& 5.de diuin.offi.14.*

Crura eruta de ore leonis. *Amos. 3.d.* designant viam *a* doctrinæ erutam à diabolo,& hæreticis.

Digitized by Google

Respiscentia.

Crura longiora retro in locustis,aut similibus,quæ sunt apta ad saliendum, designare possunt *a* respiscentiam à peccato.*Leu.*11.*c.*

Despicientes terrena.

Designant etiam *b* habitudinem earum animarum, quæ mox se possunt in cœlum attollere, terrena quam minimum attingentes:& in carne non secundùm carnem militantes. Et licèt cum peccatoribus ad eorum vtilitatem conuersentur,tamen mox à terrenis resiliunt.

Reuelata turpitudo peccati.

Crura discooperta.*Isa.*47.*a.*turpitudinem *c* peccatorum reuelatam designare possunt : vel praua desideria manifestata.

Crustula,Collyris.

Crustula,seu crustum,est placentæ genus,quæ & collyris dicitur.

Conuersio pura.

Crustula absque fermento conspersa oleo,designare potest puram *d* conuersationem.Et etiam *e* animam, quæ dum egreditur à Deo,sentit naturam parentis,& Dei ipsam insufflantis: vnde dicitur inuoluta & subacta diuinitate tanquam oleo:vnde ad diuina gestit,quousque per peccatum obtenebretur.Designat etiam doctrinam legis & prophetarum.Et præterea Eucharistiam.*Exod.*29.*a.Leu.*6.7.8.2.*Reg.*6.*d.*3.*Reg.*14.*a.*

Crystallus.

CRYSTALLVS est gelu *f* concretum & diaphanum:& lapis,qui dicitur ex gelu diuturno durari : vehementissimis Alpium frigoribus,& inaccessis Soli speluncis,concrescere aquæ dicuntur in crystallum. Et crystallus tactu quidem lapis,visu verò aqua.

Humanitas Christi.

Crystallus significare potest *g* humanitatem Christi susceptam, quæ prius erat velut aqua passibilis:sed versa est in crystallum impassibilis facta.*Exec.*1.*f.Apoc.*4.*b.*21.*b.*22.*a.*

Natura angelica.

Crystallus vt fit ex aqua,designat *h* naturam angelicam, quæ ante confirmationem mobilis erat, vt aqua , sed aliis peccantibus ipsa fortis facta est,& immutabilis.*Eze.*1.*e.Apo.*4.*b.*

Luminaria cœlestia.

Crystalli aspectus *i* purissima quæque,atque lucentia in cœlestibus demonstrare possunt,quæ nostrum oculatum corpus illuminant.*Exec.*1.*f.*

Fides.

Crystallus tactu lapis est,visu aqua,vt ostendatur eos, *k* qui in foribus Ecclesiæ sunt,nulla debere sorde maculari,sed fidei esse purissimæ.*Isa.*45.*c.*iuxta Septuaginta.*Apoc.*21.*c.*

Durè peccatores.

Crystallus adeò constipata est,vt euacuatis & ablatis penitus porositatibus,non possit vltra calorem intrinsecus admittere,vt resoluatur,designare potest eos,*l* qui in abysso peccatorũ iam indurati congelati sunt,& solo calore Spiritus sancti,cui nihil est impossibile,resolui possunt.De quo Propheta.*Ps.*147.Mittit crystallum suam sicut buccellas,buccella enim porosa est valde,& susceipiens peregrinum humorem madefacientem. Et vnde hoc fiat, quod natura non potest,admirans ipse Propheta subnectit, Ante faciem frigoris eius (scilicet crystalli) quis stabit potens dissoluere illam?Sed statim sancto lumine collustratus subintulit. Mittet verbum suum & liquefaciet eam,flabit spiritus eius,& fluent aquæ lachrymarum,& gratiarum profluuia in locum peccati , iuxta illud Apostoli : Vbi abundauit iniquitas , superabundauit & gratia , adeò vt ex magnis peccatoribus , fiant insignes prædicatores.

Conuersi.

Crystallus vt est gelu,significare potest tribulationem *m* frigidam,quam Deus conuertit in buccellam,& mollem aquam.*Psal.*147.*Eccl.*43.*b.*

Tribulatio.

Crystallus cui simile est mare *Apoc.*4.*b.* corpora glorioſa,quæ ex fragilitate facta sunt fortia.

Cubare, Accubare.

CVBARE est iacere,præcipuè ad somnum capiendum.Idem ferè est accubare, nisi quod aliquando est accumbere,ad cibum videlicet sumendum.

Christus in sepulchro.

Accubans leo designat *n* Christum in sepulchro,in quo non necessitate,sed potestate iacuit: & vt catulus leonis,quia tribus diebus,& noctibus in cubili sepulchri iacens,in ipsa morte,mortis imperium vicit. Accubuit autem sicut voluit,& quandiu voluit.

Quiescere in gloria.

Cubat sponsus in meridie. *Can.*11.*b.*quum requiescit *o* Christus in habentibus splendorem sapientiæ, aut in æterna quiete.Et dicitur esse in accubitu vsque ad iudicium,quando apparebit quasi de accubitu surgens.

Apostoli.

Accubare deuorata præda,*p* est in regno cœlorum quiescere.*Num.*23.*c.*Sic accubare faciet Deus oues in regno cœlesti.*Ezech.*43.*d.*

Prædicatores.

Cubantes catuli leonum in antris.*Iob.*38.*d.*designare possunt *q* Apostolos adhuc sedentes in ciuitate,quousque induerentur virtute ex alto,vel sunt prædicatores per silentium in suis cogitationibus se retinentes,prædicandi opportunitate non inuenta,vel sunt dæmones in cordibus peccatorum quiescentes.

Dæmones.

Cubare in sacco,est pœnitentiam *r* agere.*Ioel.*1.*c.*

Pœnitere.

Accubantes greges ouium iuxta puteum,designare possunt *s* petentes humiliter gratiam baptismi.*Gen.*29.*Isa.*27.*Ier.*33.*b.Ezech.*34.*d.Sophon.*2.*d.*3.*c.*

Petentes baptismum.

Accubant greges in ciuitate destructa. *Sopho.*2.*d.* quum *t* multitudo vitiorum est in anima.

Vitia in anima.

Accubant super vestimentis pignoratis iuxta altare.*Amos* 2.*c.*hæretici videlicet,*u* qui sub nomine Christiano fornicantes,erroribus suis atque mendaciis,obtundunt testimonia Scripturarum.

Hæretici abutentes scripturis.

Cubans draco Ægypti in medio fluminum suorum.*Ezech.*29.*a.*est *x* diabolus quiescens in diuersis hæresibus. Et cubans lamia in Idumæa.*Isa.*34.*c.*est *y* diabolus quiescens in Iudæis.Et accubans Amnon quasi ægrotus.2.*Reg.*13.designat fallacias diaboli.

Diabolus.

Accubans vitulus in ciuitate Hierusalem.*Isa.*11.*e.* designat *z* exercitum Romanorũ,qui destruxit Hierusalem.

Exercitus Romanorum.

Accubans pardus cum hœdo.*Isa.*27.*c.*est *aa* superbus cum humili peccatore in Ecclesia.

Cubans lœna inter leones.*Ezech.*19.*a.* Crudelis *bb* & rapax inter sibi similes.

Cubiculum, Thalamus.

CVBICVLVM , est locus, vno vel pluribus cubilibus instratus,nocturnæque quieti destinatus.ac proinde à tumultu segregatus:

Arcana contemplationis.

Cubiculum Ioseph , secreta Christi , & arcana theoricæ *cc* contemplationis designare potest. Et cubiculum Regis sponsi designat arcana sensus spiritualis. *Gen.*43.*g.*3.*Reg.*1.*b.*2.*Par.*21.*d.Esther.*2.*d.Cant.*3.*d.*8.*a.*Idem designant *dd* thalami templi. *Ezech.*40.*b.*possunt etiam significare *ee* requiem cælestis gloriæ.

Gloria cœlestis.

Designat etiam *ff* corpus ipsius Christi : & etiam beatam virginem : quæ fuit thalamus , à quo processit sponsus.*Psal.*18.

Corpus Christi.

Cubiculum etiam dici potest *gg* cor nostrum , vel anima, in qua quiescit sponsus , & delectatur cum sponsa. Item conscientia & secretum mentis.*Matt.*6.*a.Luc.*12.*a.Tob.*3.*a.Iudith* 8.*a.*Isa.26.*d.Ezech.*8.*e.*Et thalami hinc & inde *hh* in templo,designare possunt Patres veteris & noui Testamenti.*Ezech.*40.*b,*

Beata Virgo.

Cubiculum quandoque significat *ii* sepulchrum,in quo Sancti quiescunt, vsque ad diem iudicij.*Isa.*26.*d.*

Cor.

Thalamus,à quo egrediendum est,locum voluptatis significare potest. *Ioel.*2.*d.* Idem possunt designare varia cubicula.*Exod.*8.*a.Iud.*15.*a.*16.*b.*3.*c.*20.*e.*22.*d.*2.*Paral.*18.*e.Iudith.*13.*a.*

Anima.

Cubile, vide Lectus.

Cubitus, brachij pars.

Patres veteris testamenti.

CVBITVS brachij,dicitur ea pars exterior, vbi est flexura brachij. Vel cubitus brachium simul & manum importat,vt designet *kk* bona opera,quæ exterius patimur,& efficimus.Et cubito mensuratur templum , & cœlestis Hierusalem:quia iuxta opera debetur cuique præmium,proportione geometrica.

Sepulchrum.

Cubitus manuum,designare potest *ll* appetitum in libidinem procliuem.*Eccle.*9.*b.Ezech.*13.*c.*

Locus voluptatis.

Cubitus mensura.

CVBITVS est mensura sex palmos continens:videtur sumpsisse nomen à cubito brachij , qui à curuatura, vsque ad extremum manus extenditur. Est & cubitus geometricus, qui iuxta.Origenem *mm* & Augustinum , *nn* sex nostros cubitus continet:quo cubito aiunt arcam Noe fuisse mensuratam.

Appetitus libidinis.

Cubitus , præcepta Dei designare potest , quibus nitimur arcam , hoc est Ecclesiam : quia per præceptorum obser

Præcepta.

a *Phil. quæst. rerum. diuers. haret.*
b *Isyc.*s. *Leu.* 11.
c *Gre.*6. *mor.* 11.
d *Greg. Vene. Can.* 2. *tom.* 3.*cap.*20.
e *Isyc.*s. *Leu.* 8.
f *Hier.*s. *Isyc.* 54.
g *Gre.*s. *Eze. hom.*7.
h *Gre.*s.*Ezec. hom.* 7. *Aretas*s. *Apoc.*4.
i *Hier.*s. *Eze.* 1.
k *Hier.*s.*Isyc.* 54. *Rup.*2.s. *Apoc.*
l *Aug.*s. *psal.* 147.*Geor.Venet. Cant.* 1. *tom.*7.*ca.* 20.
m *Hil.sup.*ps. 147.
n *Gri.*s. *Gen. hom.*17. *&* s. *Can. hom.* 2. *Au.*1. *de Trinit.Bed.*s. *Ge.* 49.
o *Aug. de vnit. Eccl.* 14. *Bern.*s. *Cant. ser.*33.*Ori.* s. *Cant.hom.*1. 2.
p *Or.*s. *Num. hom.*16.
q *Gregor.*30. *mor.*11.*Hier.* s.*Iob* 38.
r *Gloss. ord.*s. *Ioel.*1.
s *Gloss. int.*s. *Gen.*29.
t *Gloss. int.*s. *Sophon.*2.
u *Hieron.sup. Amos* 2.
x y *Hier.*s.*Is.* 34.*&* s. *Eze.* 29.
z *Hier.*s. *Isy.* 27.
aa *Gloss.int.*s. *Isa.*11.
bb *Glos.int.*s. *Exec.*19.
cc *Ori.*s.*Can. ho.*1.3.*Amb.* s.*psa.*118.*ser.* 17.
dd *Hie.*s.*Eze.* 40.
ee *Ber.*s.*Can. serm.* 23.79.
*Ru.*s.*Ezec.* 6.
ff *Amb.*s.*psa.* 18.*se.*1.*ve.*7.
gg *Hil.*s.*Ma. Cant.*5.*Hier.* s.*Mat.*6.*Am. de instit. vir. &* 1.*de Cain.* 9.*&* 6.*de sacra.*17. *Aug.* s.*ps.*35.
hh *Gr.*s.*Exe. hom.* 16. *&* 4.*mor.*26.
ii *Hier.*s. *Isy.* 26.
kk *Geor.Ven. Cant.* 3.*to.*3. *mod.*3.*con.*3.

ll *Orig.*s.*Ezech.hom.*3. mm *Orig.*s.*Ezech.hom.*3. nn *Aug.*12.*cont.Faust.*16.

Digitized by Google

obseruantiam constat Ecclesia. Et cubitus, in quo consummatur arca, designare potest humilitatem, in qua consummantur virtutes. Item vnitatem Ecclesiæ in Christum collectæ. Et etiam caput humanum, in quo consummatur homo. *Gen. 6. c. Exod. 25. 30. 37. Matth. 6. b. Luc. 12. d.*

Humilitas. Vnitas Ecclesia. Caput humanum.

a *Gloss. int. s. Gen. 6. Gre. s. Ezech. ho. 21.*

Cubitus vnus, & finis vtriusque Testamentorum, est *a* Christus, qui etiam est cubitus, in quo consummatur arca, hoc est, Ecclesia. *Gen. 6. b. Ezech. 40. b.*

Christus.

b *Hie. s. Ezec. 40. Gregor. s. Eze. hom. 21.*

Cubitus vnus altitudinis mensarum. *Ezech. 40. f.* designare potest vnitatem *b* fidei in corde omnium Sanctorum.

Vnitas fidei.

Cubitus ac semis, dicere potest initium contemplationis, & diuinæ cognitionis, cum perfectione operis. *Exod. 25. b. 36. 37.*

Initium contemplationis.

Cubitus vnus & dimidius longitudinis altaris, & totidem latitudinis: qui sunt tres cubiti, cum vno cubito altitudinis, demonstrant Trinitatem in vnitate. *Ezech. 40. f.* quam expositionem non approbat Gregorius *c* cùm in illa summa Trinitate, nihil sit dimidium, nec ex duobus dimidiis aliquid vnum.

Vnitas Trinitatis.

c *Gre. s. Exec. hom. 21.*

Cubitus & dimidius in longitudine mensarum. *Ezech. 40. f.* sic se habet: quia sancti Patres atque Doctores, qui se longanimiter ad secreta spei intimè extendunt, per hoc quòd in virtutibus viuunt, quantum ad humanam quidem mensuram pertinet, valde perfecti sunt: quantum verò ad diuina mysteria, quæ plenè ab homine capi non possunt (quamdiu in hac mortali carne subsistit) perfecti non sunt: in semetipsis ergo iam cubitum habent, in Deo autem adhuc cubitum non habent, sed dimidium. Sic cubitus & dimidius in latitudine, refertur ad charitatem, cubitus quidem ad amorem proximi, dimidius verò ad amorem Dei, quem tantum diligere non possunt quantum debent.

Perfectio Sanctorum quantum ad humana, imperfectio quantũ ad diuina.

d *Ricar. de S. Vict. de 2. ar. myst. 6.*

Cubitus & dimidius latitudinis arcæ, *d* in operationibus naturæ & industriæ considerari potest: in opere enim artificiali, scientia humana cubitum habet: quia si illud comprehendere non valeret, ipsum vtique non inuenisset: sed in opere naturali plenum cubitum habere non potuit: quia ipsum non nisi fortè ex parte comprehendit.

Scientia humanorum, & naturalium.

e *Ricar. de S. Vict. 2. de ar. mystic. 6.*

Cubitus & dimidius altitudinis arcæ, *e* pertinet ad scientiam institutionum diuinarum, & humanarum, in humana institutione, scientia humana cubitum habere potest: quia illud quod inuenire potest, illud nimirum comprehendere potest. In sacramentis autem diuinis duo esse non dubitamus. Aliud est enim, quod exterius in re, vel opere cernimus: Aliud virtus illa spiritualis, quæ latet intrinsecus. Rem itaque Sacramenti quæ intrinsecus latet, credere potes: videre autem omnino non potes. Et idcirco scientiam tuam in hac parte vsque ad plenum cubitum extendere non potes.

Scientia humanorum & diuinorum.

f *Ric. de S. Vi. 3. de ar. myst. 16. 17.*

Cubitus vnus & dimidius propitiatorij *f* designant, cubitus quidem vnus id, quod pertinet ad nostram deliberationem in operibus meritoriis, quæ assequi cognitione possumus: Dimidius verò, ea quæ pertinent ad diuinam inspirationem, & gratiam, quæ solùm ex parte assequimur.

Deliberatio & inspiratio.

g *Gloss. ord. s. Exod. 25.*

Cubiti duo mensæ, *g* munditiam, & innocentiam designare possunt. *Exod. 25. c. 37. b.*

Munditia & innocentia.

h *Ricar. de S. Vict. 2. de ar. myst. 4.*

Duo cubiti & dimidius in longitudine arcæ fœderis *h* sic considerari possunt, vt cubitum plenum dicatur habere scientia humana, vbi certitudinem tenet, vbi ea quæ sciri oportet sensu aliquo comprehendere valet. Habet ergo sensus corporeus cubitum vnum in conspectione materiæ. Habet alium cubitum in consideratione formæ. Habet verò dimidium cubitum in perceptione naturæ, quam non penetrat, nisi ex parte.

Cognitio varia natura.

Longitudo propitiatorij dicitur, neque duos solùm cubitos habuisse, qui numerus sociandis, generandisque aptari corporibus solet: neque tres integros, qui numerus appellationem naturæ excedere consuevit, & naturæ incorporeæ consecrari. Ita anima Christi, qui est mediator, excedit cæteras creaturas, & non pertingit ad Deum. Latitudinis verò erat cubitus & semis, quia caro Christi non peruenit ad dualem numerum, qui pro rebus immundis interdum ponitur. *Exod. 25. b.*

Cognitio anima Christi.

i *Ric. de S. Vi. 3. de ar. myst. 12. 13. 14.*

Cubiti duo & dimidius longitudinis propitiatorij, designant *i* in anima: cubiti quidem duo cognitionem operationum intellectus, & voluntatis, quæ integræ haberi possunt: dimidius verò cognitionem essentiæ ipsius animæ, quæ non perfectè habetur.

Cognitio de anima.

k *Gre. s. Exec. hom. 15.*

Cubiti quinque longitudinis & latitudinis altaris, designare possunt *k* exercitationem quinque sensuum in patientia, & charitate. Idem designare possunt *l* cubiti quinque altitudinis atrij. *Exod. 26. 27. 38.* Et cubiti quinque inter thalamos, sunt *m* imperfecti, sed bonum desiderium habentes, & sensus regentes. *Ezech. 40. b.*

Exercitatio sensuum.

l *Gloss. int. s. Exod. 27.*

Cubiti tres altitudinis altaris, tres pœnitentiæ partes significare possunt. *Exod. 27. a. 38. a.*

Tres partes pœnitentiæ.

m *Hieron. s. Eze. 40.*

Cubiti sex & palmus calami mensoris, designant *n* notam esse Deo conuersationem nostram, quæ in sex diebus, quibus factus est mundus continetur: & notam esse rationem operum singulorum, vt aliud opera, aliud ad mentem pertineat. *Eze. 40. b.* Cubiti etiam sex & palmus thalamorum, designant eos, qui opere & contemplatione perfecti sunt. Cubiti verò sex sine palmo, sunt qui sola opera vitæ actiuæ exercent.

Cognitio Dei erga homines.

n *Gre. s. Eze. hom. 17.*

Cubiti centũ longitudinis atrij, & quinquaginta latitudinis, designant *o* vitam cœlestem, æternamque requiem. Cubiti verò quindecim in vtroque latere requiem resurrectionis corporum. *Exod 27. d. 38. b.*

Requies cœlestis.

o *Glo. ord. s. Exod. 27.*

Cubiti arcæ diluuij trecenti *p* symbolum sunt signi domini propter T. quinquaginta autem, spei & remissionis, quæ datur in Pentecoste. Triginta vero, aut, vt est in nonnullis codicibus, duodecim, signum sunt prædicationis: quia tricesimo anno prædicauit Dominus: duodecim autem, fuerũt Apostoli. Et in cubitum consummatum est ædificium, iusti profectu desinente, in monadem, & vnitatem fidei.

Crux Christi.

p *Cl. Alex. 6. strom.*

Cubiti *q* virtutum exercitia interdum designant. Et bis mille cubitis antecedit arca populum, vt quilibet proficiens sciat se, aut iudicet multum à perfectione distare *Ios. 3. a.*

Exercitia virtutum.

q *Ricar. de S. Vict. de extermin. mali. 28*

Cucumeres, Cucumerarium.

Cucumeres fructus sunt noti, natura frigidi, quibus homines vtuntur ad cibum in æstate. *Numer. 11. b.* Cucumerarium verò est locus, vbi sati sunt cucumeres. *Isa. 1. c. Baruch. 6. g.*

Cudere.

r *Hie. s. Is. 41*

Cudere est ferire, & feriendo signum imprimere, vt cuditur pecunia. Cudunt autem *r* hæresiarchæ, quum fabricant errorum idola. *Is. 41. b.*

Fabricare errores.

Culex, Cynips.

Culex est minimũ insectum, qui Græcè cynips dicitur: quorum est quoddam genus acriter pungens, & volando sonitum quendam, veluti sibilum faciens. Et pennis quidem suspenditur in aere, sed ita subtile & minutum animal est, vt oculi visum nisi acutè cernentis, fugiat, corpus tamen, cui insederit, acerbissimo terebrat stimulo, vt quem volitantem quis videre non poterat, sentiat stimulantem. Qua *s* ratione philosophiam, & dialecticas argutias hæreticorum designare potest: quæ minutis & subtilibus verborum stimulis animas terebrant, & tanta calliditate circumueniunt, vt deceptus quisque nec videat, nec intelligat vnde decipitur. His vt tertia plaga percussa est Ægyptus. *Exod. 8. d. Psal. 104.*

Dialectica argutia.

Possunt etiam cyniphes designare *t* malignas & molestas cogitationes, & inquietudinem, & inordinationem. Item pertinaces Iudæos Ecclesiæ infestos.

Cogitationes molestæ. Iudæi.

Mordacitas cyniphum aculeos discutit libidinum *Exod. 8. d.*

Culex camelo comparatus, leuia *u* peccata significat. *Matth. 23. c.* Et quia pungit, & gaudet sanguine, designat latrones & Barabbam, quem Iudæi colarunt, glutientes Christum.

Leuia peccata.

s *Ori. s. Exod. hom. 4. Bed. s. Exod. 8. Aug. ser. 87.*

t *Au. de Plagis. 3. Bed. s. Exod. 11.*

u *Ori. s. Matt. hom. 25. Gre. 1. mo. 14. Au. q. in Euang. 35. Euch. for. spirit. 3.*

Culina vide Coquere.
Culmen, quare Cacumen.
Culmus, vide Palea.
Culpa, quare Peccatum.
Culter vide Gladius.
Cumulus, quare Aceruus.
Cunctari vide Morari.
Cunctus, quare Omnis.
Cuneus, vide Exercitus.

Digitized by Google

Cupere, vide Appetere.

Cura, Curare, Curator.

Instaurans Christus fidem.

CVRA dicit solicitudinem, quam quis habet erga rem aliquam, ad eius prouidentiam spectantem. Curare autem, est curam habere. Curator vero, qui curam alicuius habet.

Curauit Elias altare, *a* quum Christus instauarit in mundo fidem sanctæ Trinitatis 3. *Reg.* 18. Et Apostolicam tradidit doctrinam, mundans corda.

Curans Christus hominē.

Curam agens Samaritanus vulnerati. *Luc.* 10. *f.* designat *b* Christum adhibentem solicitudinem, vt homo peccator per pœnitentiam, & præceptorum obseruationem, salutem recuperet.

Cura prælatorum.

Cura alendorum pecorum, est cura prælatorum. *Gen.* 46. *a.*

Curatores habebant, qui erant sub lege. *Gal.* 4. *a.*

Curare pro Sanare, vide Sanare.

Curiosus, Curiositas.

Curiosus est, qui inordinatè quærit cognoscere ea, quæ non ad eum spectant. *Eccles.* 3. *c. Act.* 19. *d.* Non habet allegoriam.

Currere, Accurrere, Cursus, Decurrere.

Percurrere, Præcurrere.

Promptitudo misericordiæ Dei.

Currere dicit velocem motum animalium terrestrium. Ei affinia sunt composita. Est item conuersari. *Psal.* 58. Sine iniquitate cucurri & direxi. Certare. 1. *Cor.* 9. *d.* Nescitis quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt. Fluere. 3. *Reg.* 18. *f.* Currebant aquæ iuxta altare.

Præcedens Christus diabolum.

Accurrit pater ad filium prodigum. *Luc.* 15. *d.* designans promptitudinem misericordiæ *c* Dei, ad suscipiendos peccatores recipiscentes: currit autem, ne quis bonum desiderium pœnitentis impediat. Accurrit etiam, quum sine hominum meritis filium suum misit in terram, qui etiam ante venit ad terras, quam peccator domum confessionis intraret. Sic currens Dauid ad locum certaminis, designat Christum festinantem ad pugnam cum diabolo pro salute hominum. 1. *Reg.* 17. *c.* Et exultauit vt gigas ad currendam viam huius vitæ. *Psa.* 18. In qua cucurrit sine iniquitate. *Psal.* 58. Cucurrit autem in siti. *Psal.* 61. quia *d* nostram salutem sitiebat. Et pro ea cursum laborum huius vitæ peregit.

Suscipiens Deus pater filium.

Currens Elias ante Achab, designat Christum præcedentem diabolum. 3. *Reg.* 18. *g.*

Iudæi credentes.

Currens Tobias, vt occurreret obuiam filio suo, designare potest *e* complacentiam Dei patris, in suscipiendo Christo homine in cœlum ascendente. *Tob.* 11. *e.* Designat etiam populum Iudæorum suscipientem Christum, à quo illuminatus est.

Festina conuersio multorum.

Currit velociter sermo Dei. *Psal.* 147. quia *f* multos breui tempore conuertit. Quod etiam dicitur, quia vbique est. Dedit etiam Deus vehementissimo imbri cursum, *g* quum prædicationem verbi Dei per orbem dilatauit. *Iob.* 38.

Abundantia donorum Dei.

Currentes aquæ circa altare. 3. *Reg.* 18. *f.* *Isa.* 30. *f.* designat *h* abundantiam donorum Dei, quæ veniunt nobis per crucem Christi.

Præpta fides.

Cursus Abrahæ de ostio tabernaculi ad tres viros. *Gen.* 18. *a.* designat *i* promptitudinem fidei Trinitatis, & bonam voluntatem hospitandi, beneque operandi. Et promptitudinem contemplantis, ad suscipiendas diuinas reuelationes. Hic cursus non est velocium, *k* quia sine peculiari Dei auxilio non habetur. *Eccle.* 9. *c.*

Conuersus alios conuertēs.

Currens Rebecca ad nunciandum in domo patris aduentum serui Abrahæ. *Gen.* 24. *d.* designat *l* fidelem conuersum ad Deum, qui alios ad ipsum pertrahere conatur. Sic cucurrit Samaritana. *Ioan.* 4. *d.*

Obedientia in contemplando.

Currens Samuel ad Eli, dum vocatur à Domino, & ab eodem iussus redire ad somnum. 1. *Reg.* 3. *a.* designat *m* per obedientiam vacandum esse diuinæ contemplationi, & omnia prælati arbitrio esse dimittenda. Et currit ad Eli, id est, ad legem & prophetas: quia per eorum vocem Dominus loquitur. Cùm etiam aliquid reuelatur, recurrendum est ad Eli, vt videamus, an cōcordet cum dictis legis, & Prophetarum: quia ibi est vox Domini. Nam Satanas (vt dicitur. 2. *Cor.* 11. *c.* transfigurat se in Angelum lucis.

Festinare ad Christi perfectionem.

Currere in odorem vnguentorum sponsi, est festinare *n* ad Christi perfectionem feruore amoris: vel ad famam & prædicationem misericordiæ Dei. Currunt autem Sancti, & non laborant, *o* quia velocius magna celeritate & cum iucunditate prædicant. *Cant.* 1. *a. Isa.* 55. *b. Ier.* 49. *d.* 2. *Reg.* 19. *g. Nee.* 4. *d. Iud.* 13. *b. Mar.* 5. *a.* 6. *c.* 9. *d. Luc.* 11. *d.* Currere etiam in *p* odorem vnguentorum, est gaudere de bonis collatis proximis.

Gaudere de bono proximi.

Currit viam mandatorum *q* Dei, qui latum habet cor. *Ps.* 118. Et currit benè, qui rectam fidem cum dilectione habet. *Gal.* 5. *a.* 2. *Reg.* 22. *c.* 3. *Reg.* 19. *d. Psal.* 58. *Isa.* 40. *g.*

Promptitudo operandi.

Decursus aquarum. *Psal.* 1. significare possunt doctrinam legis: vel gratias *r* paradisi à Christi cruce manantes. Possunt etiam designare lapsum peccatorum: & etiam fluxum populorum.

doctrina legis.

Decursus aquarum sunt tres, *s* incitamenta scripturarum: quæ per minas & promissa, honestam in homine suscitant voluntatem. Charismata gratiarum, quæ hominem spiritualem ex animali efficiunt. Stillicidia lachrymarum, quæ dum venas intentionis & propositi suo rore irrigant, & infundunt, ne lignum moriatur, perseuerantiam largiuntur.

Gratia.

Lapsus peccatorum.

Decurrens aqua, designat *t* defluentes superbos persequutores, & malos in inferno pereuntes, ibique manentes *Psal.* 57. *Mic.* 1. *b.*

Fluxus populorum.

Decurrere, est deorsum currere: & decurrens sanguis auis super crepidinem altaris. *Leu.* 1. *d.* designat curas paulatim esse dimittendas.

Incitamenta scripturarum.

Decurrentes guttæ sanguinis sudoris Christi in *u* terram. *Luc.* 22. *e.* designant fructum passionis Christi in corda terrena, quæ mundauit.

Charismata gratiarum.

Cursus solis & stellarum, & cursus anni designare possunt *x* tempus huius vitæ. *Iud.* 5. *e. Sap.* 7. *b.* Possunt etiam designare auxilium angelorum contra dæmones.

Stillicidia lacrymarum.

Currens vir vnus ex acie filiorum Israël. 1. *Reg.* 4. *c.* designat *y* eum, qui velocitate deuotionis ab erroris Iudaici prauitate desistit.

Defluentes superbi.

Currentes Ægyptij aduersus Ægyptios. *Isa.* 19. *a.* designant *z* diuisionem fidelium ab infidelibus.

Dimittenda cura.

Cucurrit Ioannes, citius quàm Petrus ad monumētum, sed non intrauit, vt designaret *aa* per intellectū nos venire ad scripturas, sed per fidem eas intelligere. *Ioan.* 20. *a. Luc.* 24. *b.*

Fructus passionis Christi.

Currere in siti, est *bb* continuam pati tentationem dæmonum, perditionem nostram sitientium: vel est totam viam integram etiam intra contradictiones seruare. *Psal.* 61.

Tempus huius vitæ.

Currit in incertum, aut in vacuum, qui operationes suas non dirigit in Deum. 1. *Cor.* 9. *d. Gal.* 2. *a.*

Auxilium Angelorum.

Currit aduersus Deum erecto collo, *cc* qui ea, quæ creatori displicent, cum audacia perpetrat. *Iob.* 15. *e.* Et currit cum Deo, qui superbiendo præsumit de iustitia, ac si esset Deus. *Iob.* 34. *a.* Et currunt ad malum, qui libenter malum operantur. *Prou.* 1. *b.* 2. *Reg.* 15. *c. Isa.* 59. *b. Ier.* 8. *c.* 23. *b.*

Desistens cito ab errore.

Currunt cum clamore ad radices iuniperorum, *dd* qui superbo spiritu dicta Sanctorum, quasi sua proferentes, appetitu laudis in aures hominum inferre conantur. Et qui pro infimis terræ acquirendi, litigant, & rixantur. *Iob.* 30. *Ier.* 23. *e.* Et Iudæi currebant ad pueriles sensus legis. *Iob.* 30.

Diuisio fidelium ab infidelibus.

Currentes velociter quasi equites, indicant *ee* subitam punitionem malorum in iudicio futuram. *Ioel.* 2. *a.* Idem designant flumina, quæ concurrent duriter. *Sap.* 5. *d.* Et volucres currentes ad victimam, quam præparauit Dominus, sunt dæmones ad rapiendos malos. *Ezech.* 39. *e. Ioel.* 2. *b.*

Integritas intertētationes Peccans audacter.

Currentes Prophetæ non missi à Deo, sunt *ff* hæretici solliciti laborantes in seminandis erroribus, ac si essent à Deo. *Ier.* 23. *e.*

Superbè dicta Sanctorū proferentes.

Currit cum fure, *gg* qui furanti consentit, eumque laudat. *Psal.* 49.

Rixari pro terrenis.

Non possunt currere equi super petras. *Amos* 6. *d.* quum dæmones *hh* non possunt quiescere, aut figere pedem in Christo, & in Apostolis.

Subita punitio malorum.

Percurrit legendo, qui *ii* apertè eam intelligit. *Habac.* 2. *d.*

Solicitudo hæreticorum.

Consentiens furonti.

Infirmi dæmones in Christū & Apostolos.

a *Glo. ord. f.* 3. *Reg.* 18.

b *Amb. f. Lu.* 10.

c *Hiero. epist. beat. Et Psal.* 18.

d *Au. f. psal.* 61.

e *Gloss. ord. f. Tob.* 11.

f *Ar. & Au. f. psal.* 147.

g *Hiero. f. Iob.* 38.

h *Hiero. f. Isa.* 30.

i *Amb.* 1. *de Abr.* 5. *Ric. de S. Vi.* 4. *de arc. myst.* 11.

k *Hier. f. Eccl.* 9.

l *Gloss. int. f. Gen.* 24.

m *Greg. su.* 1. *Reg.* 3.

n *Ori. f. Cant. hom.* 1.

o *Gr.* 19. *mor.* 26.

p *Ru. f. Cā.* 1

q *Glo. ord. f. psal.* 118.

r *Arn. Hila. Aug. f. ps.* 1.

s *Ber. in Sententiis.*

t *Hil. & Au. f. ps.* 57. *Gre.* 19. *mor.* 27. *ali. paulo.*

u *Glo. ord. f. Luc.* 22.

x *Glo. ord. f. Iud.* 5.

y *Gr. f.* 1. *Re.* 4.

z *Hie. f. Is.* 19.

aa *Ori. in diuer. hom.* 2.

bb *Ba. & Hi. f. Psa.* 61.

cc *Gr.* 12. *mo.* 21.

dd *Gr.* 20. *mo val.* 10. *Ru. f. Amos.* 8.

ee *Hie. f. Io.* 2

ff *Glo. ord. f. Ier.* 23.

gg *Aug. f. ps.* 49.

hh *Hie. f. Amos* 6.

ii *Hier. f. Ha.* 2.

Digitized by Google

Cursor, Veredarius, Præcursor.

CVRSOR, qui velociter currit, & cursores dicuntur, qui subinde mutatis equis nuncia ferunt, & futura nunciant. Sumitur aliquando in bonum, quandoque in malũ. 1. *Reg.* 2. *c.* 2, *Par.* 30. *a. Esther.* 3. *d. Iob.* 9. *d. Pron.* 24. *d. Ier.* 2. *e.* Omnes autem electi, qui ante aduentum Redemptoris orti sunt, *a* quia hunc, aut audiendo tantummodo, aut etiam loquendo nunciauerunt, quidam quasi in mundo cursores fuerunt.

Præcursores quadrigarum regis 1. *Reg.* 8. *c.* in malum quidem *b* sunt ministri consiliariorum adulantium regi, aut prælato. In bonum verò sunt, qui verbo laudant exempla iustorum.

Præcursor angelus. *Exo.* 23. *c.* 33. *c.* Sumi potest pro Christo, & pro *c* angelo custode, aut etiam pro prælato.

Currus, Quadriga, Plaustrum, Carpentum. Carruca, Rheda.

CVRRVS, est vehiculi genus, dictus ab eo, quod veteres ipso ad cursum vterentur, trahiturque binis rotis, aut pluribus, ab equis vel bobus: & si duo sint equi, dicuntur bigæ, si quatuor, quadrigæ. Carruca autem est molle vehiculum.

Currus Dei dici potest mundus, quem *d* mouent angeli, velut aurigæ. *Psal.* 67.

Currus etiam Dei dici possunt *e* angeli, qui coniunctam similium & æqualium societatem habent, qui etiam dicuntur quadrigæ, & carrucæ, vehentes fideles in celestem Hierusalem, eosque protegentes. 4. *Reg.* 6. *b.* 1. *Par.* 28. *d. Isa.* 66. *f.*

Currus Ioseph dicitur fastigium sublime meritorum *f* Christi: & etiam cœleste regnum: quod etiam designant alij currus. *Gen.* 41. *e.* 46. *c.* 3. *Reg.* 10. *d.* 2. *Par.* 1. *d.* 8. *a.*

Currus Israël dictus Elias. 4. *Reg.* 2. *b.* designat Christum, qui nos patienter tolerando portat: & etiam doctorem portantem discipulos.

Plaustrum nouum, in quo ponitur arca, dici potest *g* Ecclesia, vel anima fidelis: cuius rotæ sunt vetus & nouum Testamentum: vel desiderium deserendæ peregrinationis, & desiderium aquirendæ felicitatis. 1. *Reg.* 6. *b.* 2. *Reg.* 6. *a.* 24. *d.* Plaustra etiam noua ad triturandum, sunt *h* Apostoli, & prædicatores conterentes aduersarias potestates. *Isa.* 41. *d.* Et plaustra, quæ obtulerunt principes Israël, idem significare possunt. *Num.* 7. *a.* 1. *Paral.* 13. *c.*

Quadrigæ Dei, sunt *i* quatuor Euangelistæ: & dicuntur esse saluatio. *Hab.* 3. *b.* quia Euangelium Dei salus est eis, qui credunt eum. Idem designant quadrigæ quatuor. *Zach.* 6. *a. Nah.* 2. *a.* Currus etiam vel rotæ maris fusilis templi Salomonis, *k* quatuor Euangelia designare possunt. 3. *Reg.* 7. *e.* Eosdẽ designant currus Aminadab. *Cant.* 6. *d.* Plaustrum etiam nouum, sunt quatuor Euangelia resurrectionem Christi prædicantia. 2. *Re.* 6. *b.* Quadrigæ *l* quatuor designant quatuor gradus in Ecclesia. Nam equorum ruforum, est Apostolorum & Martyrum: alborum est Virginum: nigrorum, pœnitentium variorum, prælatorum, & prædicatorum.

Currus dici possunt *m* deuota & feruentia desideria, quibus boni vehuntur in cœlum: vt currus igneus Eliæ: & alia plaustra. 1. *Reg.* 8. *c.* 3. *Reg.* 10. *d.* 4. *Reg.* 2. *b.* 13. *c.* Hi sunt currus Dei decem millium lætantium. *Ps.* 67. Currus etiam in comitatu Ioseph, Sanctorum merita designare possunt in comitatu Christi. *Gen.* 50. *b.*

Currus Aminadab. *Can.* 6. *d.* dici potest *n* corpus nostrum animæ coniunctum: cuius quatuor equi sunt ira, cupiditas, voluptas, timor: vel equi boni sunt quatuor virtutes: auriga verò est Aminadab, id est Christus. Rotæ autem sunt, de quibus dicitur, *Ezech.* 1. *d.* Spiritus vitæ erat in rotis. Vel quadrigæ Aminadab, sunt *o* Euangelica sacramenta Christi, scilicet, incarnatio, passio, resurrectio, ascensio.

Quadrigæ quatuor. *Zac.* 6. *a.* quatuor *p* regna præcipua designare possunt, nempe Babylonicum, Persicum, Macedonicum, & Romanum.

Currus gloriæ sacerdotum legis, erat *q* splendor litteræ, & ceremoniarum veteris legis, & sanctum seculare. *Isa.* 22. *e.*

Currus Pharaonis, quibus comparatur sponsa. *Can.* 1. *a.* designat, *r* quod anima comparata Deo, est quasi currus Pharaonis, hoc est, quasi iumentum: vel comparatur equitatui pugnanti aduersus cursus Pharaonis: vt currus Pharaonis sint aduersariæ virtutes, sintque currus malitiæ, luxuriæ, auaritiæ, superbiæ, &c.

Plaustrum, quod est ad triturandum, designare potest *s* grauiorem Dei punitionem. *Isa.* 28. *g. Amos.* 2. *d.* Eandem designare possunt carpenta ferrata, quæ fecit transire Dauid super filios Ammon. 1. *Par.* 20. *b.* Quadrigæ etiam in iudicio, terrorem iudicis venientis cum potestate magna, & maiestate indicant. *Ioel.* 2. *b.* Plaustrum etiam onustum fœno *t* dicit diuinam punitionem peccatorum. *Amos.* 2. *d.*

Plaustrum graue, *u* est grauitas peccati. *Isa.* 5. *d.*

Currus Pharaonis, superbiam volubilis seculi designare possunt: & fastum mundanæ elationis, & honores: & modum quomodo mala inferantur. Et currus secundus Pharaonis, est minor turpitudo rerum mundi: primus autem maior. Et currus & equi sunt *x* dæmones, & affectus animæ. *Gen.* 41. *e. Exod.* 14. *b.* 15. *a. Deut.* 20. *a. Ios.* 11. *b.* 17. *d. Iud.* 4. *d.* 4. *c.* 1. *Reg.* 8. *c.* 2. *Reg.* 1. *a.* 15. *a.* 3. *Reg.* 1. *a.* 1. *Par.* 18. *a. Iud.* 1. *b.* 2. *c. Cant.* 1. *c. Isa.* 2. *b.* 37. *e. Eze.* 26. *b. Mich.* 1. *d.* 5. *d. Nah.* 2. *a.* 3. *a. Agg.* 2. *d. Zach.* 9. *c. Apoc.* 18. *c. Psal.* 19. Currus etiam Pharaonis, erant Imperatores Romani persecutores fidelium.

Currus etiam Pharaonis, sunt *y* animæ peruersæ cum gula, & fornicatione, & ira, & superbia: quas agitant dæmones, eisque contra bonos vruntur. *Exod.* 14. *a. Cant.* 1. *c.* Et quadrigæ Ephraim, sicut & currus Pharaonis, sunt *z* conuenticula hæreticorum, & machinamenta eorum. *Isa.* 22. *b.* 31. *a.* 43. *c.*

Currus præterea, sunt *aa* oblatio blandimentorum ad sensus corporis spectantium & suggestio, & incitatio ad ea suscipienda, quæ quasi voluendo rotas, diabolus sensim in mentem inuehit. Idem designant plaustra de terra Ægypti: quæ etiam designant voluptatem mundi, & mundanorum cupiditatem. *Gen.* 25. *e.* 1. *Reg.* 13. *a. Psal.* 19.

Currus Achab sequens Eliam, designare potest potestatem diaboli post Christum. 3. *Reg.* 18. *g.* Currus etiam Sisara, *bb* superbia est diaboli: à quo desiluit victus à Christo. *Iud.* 5. *d.*

Currus etiam Achab, in quo interiit, *cc* fiduciam humanam designat: in qua perit superbus. 3. *Reg.* 22. Idem de curru Ioram. 4. *Reg.* 9. *f.*

Quadrigæ regis, in malum, sunt *dd* consiliarij adulatores prælatorum, omnem eius appetitum laudantes. In bonum verò, bona exempla prædicatorum. 1. *Reg.* 8. *c.*

Curuare, Curuus, Incuruare.

CVRVARI dicitur aliquid, quum flectitur à rectitudine: & curuus homo, est inflexus facie inclinata versus terram.

Incuruatio signum esse solet *ee* honoris, & reuerentiæ, qua videlicet incuruatus humiliatur coram eo, quem honorat: vt incuruatio fratrum Iacob, & Ioseph. Et incuruatio populi Israël. Et etiam Mosis. *Gen.* 27. *d.* 43. *f. Exod.* 12. *d.* 34. *a. Psal.* 37. *Luc.* 18. *c.* Et incuruatus est, qui non audet leuare oculos ad cœlum, vt Publicanus. *Isa.* 45. *d.*

Curuantur sub Deo, qui portant orbem. *Iob.* 9. *b.* quum *ff* potestates gentium misericorditer flectuntur à Deo. Vel quum virtutes cœlorum, se inclinant Deo. Et quia diuinitatis eius celsitudinem, quamuis subleuatæ videant nec virtutes tamen angelicæ ipsum comprehendunt.

Curuant collum regis Babylonis iugo, *gg* qui se peccatores esse cognoscunt. *Ier.* 27. *b.*

Incuruat Deus aliquos, quum eorum confundit superbiam. 2. *Reg.* 22. *d. Is.* 27. *a.* Et incuruantur sub vinculo, *hh* qui incidunt in pœnam inferni. *Isa.* 10. *a. Hab.* 3. *b. Iob.* 34. *c.*

Incuruans se Elisæus super puerum mortuum, designauit Christum humiliantem *ii* se, ad assumptionem naturæ humanæ, vt resuscitaret genus humanum. 4. *Reg.* 4. *f.*

Incuruantur *kk* ceruæ, vt pariant. *Iob.* 39. *a.* quum prædicatores, à summo contemplationis gradu descendunt, vt auditorum infirmitatem instruant.

Incuruarunt Iudæi animam Christi in passione, quum *ll* nomen eius delere conati sunt. *Psalm.* 56.

Curuatus dicitur. *Psa.* 37. qui *mm* terrenis adhæret, & is, de quo dicitur. *Sap.* 9. *c.* Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam Et dorsum prauorum incuruatur, quum terrena inquirunt. *Psal.* 68. Et curuata mulier decem & octo annis, est *nn* genus humanum, in triplici lege curuatum ad terrena. *Luc.* 13. *c.* Et curuatis genibus bibentes

sunt'

a *Gre.* 9. *mor.* 22.
b *Gre. f.* 1. *Re.* 8.
c *Lyr. f. Exod.* 23.
d *Tert. de Tri.*
e *Diony. cœl. Hier.* 15. *Hil. f. pf.* 67. *Hier. f. Isa.* 66. & *f. Hab.* 3.
f *Am. de Ios.* 7. *Bed. f. Gen.* 41.
g *Gre. sup.* 1. *Reg.* 6.
h *Hiero. f. Isa.* 41. & *f. Amos* 2.
i *Au.* 18. *ciu. Dei.* 32.
k *Gr. f. Ca.* 6.
l *Rup.* 2. *f.* 3. *Reg.* 27. & *f. Nah.* 2. & *f.* 2. & *f. Zach.* 6.
m *Grego. f.* 1. *Reg.* 8.
n *Amb. de virg.* 3. & *de Isaac* 8.
o *Rup. f. Can.* 6.
p *Hieron. sup. Zach.* 6.
q *Hieron. sup. Is.* 22. *Hier. f. Hab.* 3.
r *Gre. f. Cant.* 1. *Ber. f. Can. serm.* 39.
s *Hier. f. Isa.* 28.
t *Ru. f. Amos.* 2.
u *Hier. f. Is.* 5.
x *Gre. f.* 1. *Re.* 8. *Orig. f. Ioh.* 15. *Aug. f. ps.* 19. *Phis. de nigra. Abra.*
y *Gr. Nyss. de vita Mosis. Rup.* 2. *f. Exo.* 31.
z *Ori. f. Cant. hom.* 2. *Hier. f. Is.* 22. *Bed. f. Exod.* 14.
aa *Grego. f.* 1. *Reg.* 13. *Hier. f. ps.* 19.
bb *Ru. f. Iu.* 7.
cc *Geor. Ven. Cant.* 1. *tom.* 8. *cap.* 5.
dd *Grego. f.* 1. *Reg.* 8.
ee *Orig. f. Ps.* 37. *hom.* 1.
ff *Gre.* 9. *mor.* 13. 14.
gg *Gloss. ord. f. Ier.* 27.
hh *Hie. f. Isa.* 10. *Greg.* 25. *mor.* 2.
ii *Gloss. ord. f.* 4. *Reg.* 4.
kk *Greg.* 30. *mor.* 22. *Hie. f. Iob* 39.
ll *Hi. f. pf.* 56.
mm *Aug. su. ps.* 37. 68. & *epist.* 156. & *hom.* 49.
nn *Grego. ho.* 31.

Adulatores. Laudantes exempla Sanctorum. Christus. Angelus. Prælatus. Mundus. Angeli. Merita Christi. Cœleste regnum. Christus. Doctor. Ecclesia. Anima fidelis. Apostoli & prædicatores. Euangelista, vel quatuor Euangelia. Gradus in Ecclesia. Desideria deuota. Merita Sanctorum. Corpus humanum. Virtutes. Sacramenta Christi. Quatuor regna. Litera legis. Aduersaria potestates. Grauior punitio Dei. Grauitas peccati. Superbia volubilis seculi. Honores. Dæmones & affectus animæ. Maior & minor turpitudo rerum seculi. Persequutores Ecclesia. Anima peruersa. Oblatio blandimentorum. Suggestiones. Voluptates. Cupiditates. Potestas diaboli & superbia. Fiducia humana. Adulatores prælatorum. Bona exempla prædicatorum. Signum honoris. Conuersio principum. Inclinantes se virtutes cœlorum. Cognitio peccati. Confundi superbos. Christus. Prædicatores condescendentes. Persequentes Iudæi Christum. Inhærens terrenis.

Digitized by Google

Subijciens se erroribus. Subiecta falsitas. Subijci Ecclesiæ. Docentes Iudaicos errores. Obstinatio Iudæorum. Peccantes minores. Opera prauæ. Errores. Deus.

sunt, qui *a* nimium corporis necessitatibus indulgent, aut etiam voluptatibus. Vnde inepti bello reputantur. *Iud.7.b.*

Incuruatus, est *b* vir qui se subiicit falsis opinionibus. *Isa.2.c.44.c.* Et curuare genua ante Baal, est seruire peccato, *3.Reg.19.b. Rom.11. Isa.5.d.* Et incuruari, vt transeant inimici, est subiicere se sponte peccato. Ideo dicunt inimici homini: Incuruare, quia non possunt dæmones animam cogere, nisi ipsa se incuruet. *Isa.51.g.* Incuruatus etiam est hæreticus decipiens. *Isa.9.c.*

Incuruatur altitudo virorum, *Isa.2.c.* quum *c* falsitas subiicitur veritati. Et curui veniunt ad Ecclesiam filij eorum, qui eam humiliauerunt. *Isa.60.c.* quum metu, aut alia ratione, fidei colla submittunt.

Incuruata pariens nutus Eli. *1.Reg.4.d.* designat *d* Iudæos docentes ea, quæ in damnationis suæ barathrum eos profundius deponant. Et incuruari semper eorum dorsum *e* est ipsos obstinatos esse. *Ps.68. Ro.11.c.*

Incuruatur dorsum peccatorum, *f* quum peccantes minores, qui sunt, vt dorsa, se subiiciunt ad portanda onera peccatorum. *Psal.68.*

Incuruatæ semitæ, sunt *g* opera à rectitudine virtutis diuertentia. Et etiam doctrina erronea. *Isa.59.c.*

Custodire, Custos, Custodia.

CVSTODIRE dicitur aliquis illud, quod diligenti cura seruat, ne perdat.

Christus. Dirigès Deus præcepta in ore Christi.

Custos in primis, *h* est Deus. *Gen.28.c.* Et ipse custodit à laqueo. Et custodit veritatem, & aduenas. Et custodit ossa iustorum, quũ eos conseruat in virtutibus. Et custodit paruulos, hoc est existentes in vtero, vel humiles. Et custodit Israël, quum seruat à malo, hoc est, à peccato. Et custodit introitum in cœlum, & exitum à corpore. Et nisi ipse custodiat ciuitatem, frustra custoditur, *Psal.33.114.120.126.140.145.* Et ipse dicitur custodire misericordiam in millia. *Exod.34.a. Deut.32.b.3. Reg.3.a.8.c.* Et ipse custodit nobis plenitudinem annuæ messis, *Ier.5.f.31.b. Eccl.3.a.* Et ipse Christus dicitur custos. *Isa.21.c. Zac.3.b.*

Flagellans Deus. Angeli. Apostoli. Præfecti.

Custodit Christus fortitudinem suam ad patrem. *Psal.58.* quum *i* eam patri seruandam reliquit ad resurrectionem.

Custodit os regis Deus, qui dirigit præcepta in ore Christi. Custodit etiam os regis, *k* qui seruat præcepta Christi. *Eccl.8.a.*

Custodit sacerdos primitias, hoc est, Christus *l* bona opera illi oblata, quæ reseruat remuneranda.

Custodit spiritum hominis visitatio Dei. *Iob.7.d.10.c.29.a.* Quum *m* hunc virtutibus ditatum, vel flagellando percutit, vel compungere amore non desinit.

Prælati & prædicatores. Sancti patres Operantes. Virgo Maria. Doctrina sacerdotum. Cessare ab operibus carnis. Resurrectio Christi. Tempus adolescentia. Rudimenta fidei. Seruare virtutes. Obseruare legem Dei. Seruare literam legis. Regimen spirituale.

Custodes ciuitatis, dici possunt *n* Angeli curam animarum habentes. *Can.5.c. Exo.23.c. Iud.13.c.* Et ipsi custodiunt *o* viam ligni vitæ. *Gen.3.d. Is.62.b. Eccle.12.b.* Custodes etiam ciuitatis & murorum erant *p* Apostoli.

Custodes vasorum templi, sunt Leuitæ quinquaginta annorum, designantes *q* præfectos, qui depositum fidei & scientiæ in memoria seruant. Et dicuntur custodire custodias Domini. *Leu.8.g.* Et custodiunt arcam Domini, *r* qui dispensant mysteria Dei, *1.Reg.7.a.* Et custodia primitiarum, est custodia verbi Dei, vt augeatur. Et sic dicuntur sacerdotes *s* custodire sacerdotium suum, *Num.3.8.d.18.b.4. Reg.12.b.1. Par.23.d.*

Tacere & audire.

Custos in vineis, est *t* quilibet prælatus in Ecclesia. *Cant.1.b.3.a.8.d.* Qui tunc non custodit vineam suam, quando, vt Paulus detrimentum patitur, & infirmatur, vt alios lucrifaciat. Item custos in vineis, est exercens se Ecclesia ex gentibus in sacris voluminibus, & non custodit vineam suam, quum deserit doctrinam, quam habebat ante fidem. Item synagoga non custodit vineam suam, quando cultum legis amisit. Custodientes etiam pastores vigilias noctis, curam designant prælatorum. *Luc.2.a. Ier.31.a. Zach.3.b.* Custodes etiam ciuitatis, *u* sunt doctores, & authores sacræ scripturæ. *Cant.5.c.* Et custodes vineæ, Moses & alij sancti patres. Et custodientes fructus vineæ, sunt operantes. *Cant.8.d.* Custos in vineis, *x* est Beata Maria aduocata Gentilitatis: quæ non custodiuit vineam suam, quia reliquit synagogam.

Memoria passionis. Non præsumens de se. Seruans innocentiam. Intentionem præcipientis seruare. Cauens blanditias carnis. Seruare legem naturalem. Cauens offendere. Misericorditer & iustè operari. Humilitas. Detinentes animas in peccatis. Limbus. Inferni. Oppressores veritatis.

Custodiunt scientiam labia sacerdotum. *Mal.2.b.* quia *y* sacerdotum est exemplo & doctrina alios instruere. Et custodiunt Man in futuras generationes, quum eorum doctrina ad posteros extenditur. *Exod.16.g.*

Custodire Phase, & sabbatum, & solemnitatem Domini, *z* est ab omnibus operibus carnis cessare: & manus suas custodire, ne faciat omne malum. *Exod.12.c.13.b.13.c.34.c. Leu.19.a. Isa.56.a.* Sacerdotes autem non solùm debent docere, sed & custodire. *Ezech.44.f.*

Custodia matutina. *Psal.129.* resurrectionem *aa* Christi designare potest. Vnde speranda est nobis nostra resurrectio, vsque ad noctem mortis. Vel designat tempus adolescentiæ: aut rudimenta fidei.

Custodire Paradisum, quum quis operatur, vt Adam. *Gen.2.c.* est *bb* cauere, ne per inanem gloriam virtutes amittat. Et cauere, ne talia operetur, per quæ Paradisum meritò perdere debeat. Et etiam meminisse bonorum operum, vt amplius operetur.

Custodire pactum Dei, & testamentum Dei, *cc* est legem Dei seruare. *Exod.19.a. Leu.11.a. Psal.131.* Et vult Deus custodiri nimis mandata sua, *Psal.118.* quia etiam de verbo ocioso est reddenda ratio. Custodire etiam vias Domini, & iustificationes eius, est obseruare præcepta. *Psal.36. Deut.4.f.9.c. Ios.1.b.23.a.2. Reg.22.d.3. Reg.2.a. Iob.23.c.*

Custodit legem, *dd* qui viuit secundùm literam legis: perficit verò legem, qui viuit secundùm spiritum. *Rom.2.g.* Custodia autem pecuniæ, est obseruatio legis, & rectæ fidei, & regimen spirituale, *Exod.22.b.*

Custodire vias suas, *ee* est tacere, & audire. *Psal.38. Deut.4.b.23.b. Tob.1.b. Mich.7.b.* Et custodire debet se quisque à proximo suo tempore persequutionis hæresum. *Ier.9.a.* Ita custodire se à gladio. *Exec.33.a.* Et super hac custodia standum. *Hab.2.a.* Custodit etiam animam suam, qui *ff* non portat onera peccatorum, in die quietis, & sabbati. *Ier.17.a.*

Custodia cinerum vaccæ. *Num.19.b.* designare potest *gg* memoriam passionis & resurrectionis Christi.

Custodit fortitudinem suam ad Deum, *hh* qui quicquid potest Deo ascribit, & nihil de se præsumit. *Ps.58.*

Custodit vestimenta sua. *Apoc.16.c.* qui *ii* præcepta innocentiæ seruat in mente: vt cum nos iudicij culpa nudat, ad amissam innocentiam redeuntes pœnitentia operiat.

Custodire mandata Dei *kk* est proprie nihil eorum corrumpere, neque secundùm nostram intentionem sed secundùm eius, & quæ eius sunt agere.

Custodit clausura oris sui ab ea, quæ dormit in sinu suo, *ll* qui cauet à blanditiis carnis suæ, *Mich.7.b.* Et custodit atrium suum, *mm* qui recessus cordis sui Dei timore communit, *Luc.11.c.*

Custodiunt spiritum suum, *Mal.2.d.* qui *nn* custodiunt vxorem, & legem Dei erga vxorem: & *oo* qui seruant legem naturalem: & qui intelligunt legem spiritualiter.

Custodit pedem suum, *Eccl.4.d.* qui cauet, ne *pp* offendat, & in aliquod incidat peccatum. Et custodit vias duras, *Psal.16.* qui seruat præcepta, & exercet opera pœnitentiæ.

Custodire misericordiam, & iudicium, *qq* est misericorditer & iustè operari cum proximo, *Hos.12.b.*

Custos fratris sui quum dixit Cain de Abel, *Gen.4.b.* Nunquid custos fratris mei sum ego? Diceretur de Iudæis, *rr* qui fratres, & custodes essent Christi, si seruarent legem Christi. Et custodientes latus Ieremiæ, erant Iudæi erga Christum, *Ier.20.c.*

Custodia, super quam standum, *ss* est perfecta cordis humilitas, *Hab.2.a.*

Custos carceris dici potest *tt* is, qui alios detinet in peccatis, quasi princeps eorum. *Gen.40.a.* Et custodia vinctorum, significare possunt limbum, aut inferos, *Gen.39.c.42.c. Ios.10.c. Psal.141.* Custodes etiam sepulchri Christi sunt, qui veritatem Christi opprimere conantur, *Matt.27.g.28.a. Act.12.a.16.c.*

In custodiam pomorum posuerunt Hierusalem hostes eius, quum *uu* persequutores Ecclesiæ, eam quasi desertam reddiderunt. *Psal.78.* Est tamen etiam custodia pomorum, hoc est, Sanctorum. Ponunt etiam Hierusalem in pomorum custodiam: *xx* sicut enim poma, cum matures cere cœperint, à suis custodiuntur, maturáque facilius deuorantur: Ita aduersarius noster custodit sibi consentientem animam, donec eam plenam voluntatis

V suæ

a *Ori. s. Iud. hom.19. Amb.s.Exae. 12.*
b *Hie.s.Is. 2. 9.51.*
c *Hie.s.Isa.2. 60.*
d *Gr.s.1.Reg. 4.*
e *Ori.s.Ro.11*
f *Gr.1.past.1.*
g *Hie.s.Is.59.*
h *Basi. s.psa. 33.& 114. Hil.s.ps.120. Au.s.ps.126. Hie.s.Isa.21.*
i *Hil.s.ps.58.*
k *Hie.s.Ecclesiasten 8.*
l *Georg. Ven. Cans.2. tom. 3.cap.3.*
m *Gre.9.mo. 38.*
n *Ambr. de virg.3.*
o *Hier. s. Ecclesiasten.12.*
p *Rup.s.Ca.5*
q *Phil. quod deteriorpotiori insidietur.*
r *Gre.s.1.Reg 7.& 2.dial.2*
s *Ori.s.Num. hom.11.*
t *Ori.s. Can. hom.1.2. Amb.sup.psa. 118.ser.2.& s.Luc.2. Ber. s. Cant. ser.30.76.*
u *Gre.s.Ca.5.*
x *Rup.s.Can. 1.*
y *Hie.s. Mal. 2.*
z *Hie.s.Is.56. & s.Ezec.44. Isy.s.Leu.19.*
aa *Aug.s.psa. 129. Gre.s.ps.129.*
bb *Gr.19.m. 17. Amb. de Parad.4. Phil.1. allcg. Aug.8.deGe. ad lit.10.*
cc *Am.s. psa. 118.*
dd *Or.s.Rom. 2.*
ee *Am.1. of. 2.*
ff *Hier. s. Ier. 17.*
gg *Aug.q. in Nu.33.*
hh *Aug.s. ps. 58.*
ii *Gr.12.moral.5.*
kk *Isyc.s.Leu 26.*
ll *Hier.s.Mic. 7.*
mm *Cas.li.6. c.15.*
nn *Hi.s.Mal. 2.*
oo *Ru.s.Mal 2.*

pp *Hier.s.Eccles.4.& s.ps.16.* qq *Gl.ord.su.Hos.12.* rr *Bed.s.Gen.4.* ss *Ru.s.Hab.2.* tt *Phil.quòd Deus sit immutabilis.* uu *Aug.s.ps.78.* xx *Hie.s.psa.78.*

suæ consensum adducens, valeat deuorare. Quamdiu enim in ea scintilla lucet fidei, acerba est dentibus inimici.

a Hier. s. Mic. 2. In custodia pomorum ponitur Samaria: quia a multò melius est subuerti inutilem ciuitatem, & lapides eius: quibus extructa fuerat: & in præceps detrahi, & præparari eam in pomarium, plantationémque vinearum, quàm in ædificatione pessima permanere, *Mich.* 1. *b.* Vbi dicitur: In aceruos lapidum.

Custodiunt vanitates, qui colunt idola, & errores defendunt: & vitiis incumbunt, *Ion.* 2. *d.* Et custodiunt præcepta Amri & Achab, *b* qui sequuntur hæresiarchas, *Mich.* 6. *d.* — *Defendere errores.*

b Hier. s. Mic. 6. Custodiens Saul Dauid, vt interficeret eum, designat *c* diabolum insidiantem animæ. *Psal.* 20. 58. Et custodientes domum Dauid, vt eum occiderent, designare possunt *d* Iudæos, Christo insidiantes: vel sepulchrum eius seruantes: vt nomen eius delerent, suppressa resurrectione, 1. *Reg.* 19. *b. Iud.* 16. *a. Iud.* 4. *a.* 7. *b.* — *Insidians diabolus.*

c Arn. & Hil. s. psa. 58. Custodire bouem cornupetam. *Exod.* 21. *d.* corrigere *e* corruptionem proximorum. — *Corrigere.*

d Au. s. ps. 58. Greg. ho. 21. Custodire virum captum. 3. *Reg.* 20. *g.* cauere *f* sibi etiam victo diabolo. — *Cauendum.*

e Glo. inter. s. Exod. 21. Custodire semitas seculorum, *g* est ambulare in superbia. *Iob*, 22. *c.* — *Superbire.*

f Glo. ord. su. 3. Reg. 20. Custodientes turtur, & hirundo tempus aduentus sui. *Ier.* 8. *b.*

g Gre. 16. mo. 5.

Custodia pro vigilia, vide vigilare.

Cutis, vide Pellis.

Cyathus, quare Calix.

Cygnus.

h Arist. 9. de hist. anim. 12. Cygnus, *h* auis candida palmipes, longo collo & rostro, apud lacus paludésque viuens, de profundo aquæ cibum trahens. Pugnat cum aquila. Canere solitus est, præcipuè morti *i* proximus, vt fertur. Computatur inter animalia immunda. *Leu.* 11. *c.* Designare potest hypocritas, candore sanctitatis quæstum facientes. Vt habet collum oblongum, significare potest superbos ceruicis altæ. — *Hypocrita. Superbi.*

i Tert. de cibis Iudaicis.

Cymbalum.

Cymbalvm, est instrumentum musicum, æneum.

k Ar. & Au. s. ps. 150. Euch. for. spirit. 10. Laudare Deum in cymbalis benè sonantibus, *k* est bona persuasione', & spiritali explanatione aptare labia. Cymbalum oris, est lingua, quæ pulsatis labris resonat. Cymbala sunt etiam mutuò se hortantes. *Psal.* 150. 2. *Reg.* 6. *a.* 1. *Par.* 15. *c.* 25. *b.* 2. *Par.* 5. *d.* 1. *Esdr.* 3. *c. Nee.* 12. *b. Iudith*, 16. *a.* 1. *Mach.* 4. *f.* 13. *g.* — *Hortari ad bona.*

l Hie. s. Is. 18. Gre. 13. mo. 7. Cymbalū alarum. *Isa.* 18. *a.* rauco concrepans sonitu, est *l* sermo hæreticorum erroneus, & propter leuitatem in diuersa currens. Vel est Antichristus sonans per prædicatores suos: qui etiā sunt cymbala tinnientia. 1. *Cor.* 13. *a.* — *Sermo hæreticorum. Antichristus.*

Cyminum.

m Dioscorides. Cyminvm, *m* est herba quædam satiua, quædam syluestris: est natura calida, eiusque semen deseruire solet ad condituram ciborum. Significare potest *n* ceremonias, res spirituales condientes. *Matt.* 23. *c.* — *Prædicatores. Antichristi. Ceremonia.*

n Ori. s. Matt. ho. 25. Significat etiam cyminum *o* ignorantes, ac simplices, qui leuius castigantur à Deo, quàm doctiores. *Is.* 28. *g.* — *Ignorantes & simplices.*

o Hie. s. Is. 28.

Cynipes, quare Culex.

Cynomia, vide Musca.

Cyperus.

p Pli. 21. nat. hi. 18. Cypervs *p* est herba, porri folia habens, longiora tamen, graciliora, & solidiora: caulem cubitalem & angulosum. Nascitur in locis cultis, & palustribus. Eius radici vis inest calefaciendi, & exsiccandi citra mordacitatem. Vide Cyprus, & botrus Cypri.

Cypressus.

q Plin. 16. na. hi. 33. Cypressvs, siue cupressus, *q* est arbor nota, morosa quidem natu, fructu superuacua, baccis torua, folio amara, odore violenta, ac ne vmbra quidem gratiosa, materie rara, vt penè fruticosi generis: semper virens.

r Amb. s. psa. 118. ser. 4. Cypressus, vt est semper virens, nec à ventis vincitur, & in altum assurgit, designare potest *r* Apostolos, & Martyres, & viros insignes virtute & doctrina. *Eccl.* 24. *b.* 50. *b.* Potest etiam significare *s* eloquentes, & Philosophos gentilitatis venientes ad fidem. *Isa.* 60. *c.* iuxta Septuaginta. — *Apostoli & Martyres. Philosophi ex gentibus.*

s Hie. s. Is. 60. Cupressus etiam odorifera, *t* odorem virtutum designat, naribus expurgatis semper fragrantem. — *Odor virtutum.*

t Georg. Ven. Cant. 2. to. 5. cap. 7. Cypressina laquearia, quæ bonum præstāt odorem, & tectum sustinent, designare possunt *u* Episcopos & Prælatos, Ecclesias suas fortitudine sustentantes, & odore doctrinæ & exemplorū subditos perfundētes, & demulcētes. *Cant.* 1. *d.* Designant etiam eos, qui ad statum Ecclesiasticum pertinent: & præterea simpliciores benè viuētes. — *Episcopi & prælati. Clerici. Simpliciores.*

u Ori. s. Can. hom. 3. Gre. s. Cāt. 1. Bern. s. Cant. ser. 46. *Cyprus.*

Cyprvs insula est nota, habens vineas optimum vinum ferentes. Cæterum. *Can.* 1. *d.* & 4. *d.* vbi ponitur: Botrus Cypri, Hebraicè dicitur Copher, quod camphoram significat, quæ est arbor aromatica. Sed siue botrus Cypri accipiatur pro botro illius insulæ, dicetur Christus botrus Cypri propter excellentiam vini illius insulæ. Siue botrus Cypri sit botrus camphoræ, dicetur de Christo, propter odoris eius excellentiam. — *Christus.*

x Gre. s. Can. 1. Cyprus insula, typus est Ecclesiæ *x* vniuersalis, quæ multas vineas nutrit, dum in multas Ecclesia diuisa, vinum, quod lætificat cor hominis, gignit. *Can.* 1. *d.* — *Ecclesia.*

Cyrene.

Cyrene est prouincia, inter Ægyptum & Lybiam. Interpretatur autem paries. De ea fit mentio. 4. *Reg.* 16. *b. Actor.* 2. *b.* 6. *c.* 11. *c.* 13. *a.*

y Hie. s. Amos 1. Cyrene, in qua transferuntur Syri. *Amos* 1. *b.* est *y* Ecclesia vbi est vocatio Dei: in qua Deus transfert, quos conuertit ex hæreticis superbis. De Cyrene quoque transfert in Syros, id est, de infimo pariete, eleuat in sublimes. *Amos*, 9. *c.* — *Ecclesia.*

Cyrenensis Simon, vide Simon: de quo *Matt.* 27. *d. Marc.* 15. *b. Luc.* 23. *d.*

Cyrus.

z Hie. s. Is. 45. Cyrvs, rex Persarum, qui iussit restitui templum Iudæorum, à Chaldæis euersum. 2. *Par.* 26. *e.* 1. *Esdr.* 1. *b. Isa.* 44. *d.* 45. *a. Dan.* 13. *g.* Licèt autem apud Isaiam prophetia de Cyro, ad literam de ipso Cyro sit, vt ait Hieronymus, *z* nec possit intelligi de Christo, quod ibi dicitur: Non cognouisti me: tamen quatenus ipse liberauit populum Israël de captiuitate, & restitui iussit templum, typum gerit Christi, & prædicatorum. — *Christus & prædicatores.*

Cyson.

aa Aug. s. psa. 82. Cyson, id est duritia eorum, torrens, vel fluuius, qui è monte Tabyrio in mare cadit. Ibi corruunt inimici *aa* Dei, & Ecclesiæ, *Iud.* 4. *a.* 3. *Reg.* 18. *g. Psal.* 82. Melius tamen scribitur Cison. — *Ecclesia.*

Dabir.

bb Ori. s. Iosu. hom. 20. Dabir, id est, oratorium, siue verbū aut res, vel subiectio. Est ciuitas in tribu Iuda, quæ dicebatur ciuitas literarum: designare potest *bb* Ecclesiam, quæ nunc loquitur, & docet spiritualiter, quæ in lege prius secundum literam accipiebantur. *Ios.* 15. *c. Iudith*, 1. *b.* 1. *Paral.* 6. *e.* — *Ecclesia.*

Dadan.

cc Hie. s. Eze. 27. Dadan, id est, *cc* mamilla, vel dilectio, aut patruus seu cognatus, vel iudicans: est filius Regma, & populus Æthiopiæ occidentalis. *Gen.* 30. *a. Ezech.* 27. *c.*

dd Glo. ord. s. Matth. 15. *Dæmon, Dæmoniacus, Diabolus.*

ee Ori. s. Mat. hom. 4. Dæmon, vocabulum Græcum, interpretatur sciens: & licèt de se commune nomen sit tam bonis, quàm malis Angelis, tamen apud fideles, solùm accipitur pro malis: & dicitur Dæmon etiam diabolus, hoc est, calumniator. — *Peccatum.*

ff Hier. s. ps. al. 90. Au. s. ps. 90. Bern. ser. 6. s. Qui habitat. & ser. 2. de S. And. & s. Can. ser. 33. Dæmonium vexans animam, est *dd* peccatum, quod semper vexat propter conscientiam. *Matth.* 15. *c. Isa.* 34. *c.* — *Impetus irrationalis.*

Dæmonium mutum & surdum, dici potest *ee* impetus irrationalis, qui boni speciem videtur habere: qui non recipit discipulorum admonitionem. Sed Christi sermone opus est ad eum expellendum. *Matt.* 17. *c.* — *Dæmon trāsfigurans se in Angelum lucis.*

Dæmonium meridianum. *Psal.* 90. dicitur, *ff* quum Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Et quum hæretici — *Hæretici hypocrita.*

exercent

Aperta tentatio. *Antichristus.* *Spiritus superbiæ.* *Gentiles.* *Hæretici.* *Mors animæ & corporis.* *Idololatria.* *Dæmones.* *Ecclesia.* *Synagoga.* *Gentilis populus.* *Sapientes seculi.* *Hæretici.* *Mundus.* *Peccatores.* *Passio Christi.* *Nouum testamentum.* *Iudæi.* *Ablatum imperium peccati.* *Hæretici.* *Blasphemare Deum.* *Reparans Christus oues perditas.* *Teneri ad pœnitentiam.* *Iudicii Dei.* *Christus.* *Vis animæ indicatiua.* *Bonus iudex.* *Imaginatio rerum malarum.* *Iudas.* *Antichristus.*

exercent pietatis opera, quibus decipiunt ignorantes. Et quũ est grauis & aperta tentatio, aut persequutio. Vel ipse Antichristus: vel superbiæ spiritus, qui in maiori virtutum splendore consurgere solet, & grauius decipere.

Tradunt Hebræi, *a* quomodo in Euangelio princeps dæmonum dicitur esse Beelzebub, ita Reseph dæmonis esse nomen, qui principatum teneat inter alios. Et propter nimiam velocitatem atque discursum, auis & volatile nuncupatur. Ipsumque esse qui in paradiso sub figura serpentis mulieri sit loquutus, & ex maledictione qua à Deo condemnatus est, accepisse nomen. Siquidem Reseph reprans ventre interpretatur. *Habac. 3. a.*

Diabolus aliquando pro malo homine accipitur: vt pro Iuda traditore. *Ioan. 6. g.*

Et diabolus, est ad diabolum spectans, aut diaboli exercens officium. *3. Reg. 21. b. Iac. 3. d.*

Dæmoniaci duo curati à Christo, designare possunt *b* gentiles ex Cham, & Iaphet descendentes. *Mat. 8. d.* Dæmoniacus etiam alius surdus, & mutus *c* gentium plebs est, totius salutis indiga. Et præterea dæmoniacus cæcus & mutus. Et dæmoniacus desperatus, & terribilis. *Matt. 9. b. 12. Mar. 5. a. Luc. 8. d.* Dæmonia quæ non sinebat Christus loqui, sunt hæretici, quibus vetatur loqui: quia ficte loquuntur. *Luc. 4. g.* Dæmoniaci etiam duo sæui, designant vtramque mortem, *d* corporis videlicet & animæ, quas nemo potest euadere.

Dagon.

DAGON, id est, frumentum, vel piscis: nomen idoli Philisthinorum. *Iud. 16. f. 1. Reg. 5. a. 1. Mach. 10. g.* designare potest superstitionem idololatriæ. Et quum iacuit præcisis manibus & capite coram arca fœderis, *e* cessationem idololatriæ designauit, adueniente fide Ecclesiæ. Designat etiam *f* totam dæmonum massam, qui ceciderunt coram Christo, abscissis manibus & capite, hoc est, ablatis ab eorum cultu regibus & principibus.

Dalila.

DALILA, id est, paupertas vel situla eius: aut ramus eius, siue exhauriens, aut macilenta: meretrix, quam adamauit Samson: quæ eum prodidit Philisthæis. *Iud. 16. a.* designare potest *g* Ecclesiam, propter quam mortuus est Christus.

Dalila etiam significat *h* synagogam, quæ situlæ more limpidum liquorem non tenet, & quisquilia immunda collegit. Eadem rasit Samson, quando Christum in Caluaria crucifixit.

Dalmanutha.

Dalmanutha, id est, situla præparata, vel exaustio numerata, siue macies, vel ramus præparatus, vel *i* humeratus: regio in tribu Isachar, quæ & Magdalum dicitur & Mageddan, *Mar. 8. b.*

Dama, quære Caprea.

Damascus.

DAMASCVS, id est, sanguinis saccus, vel sanguinis poculum, aut sanguis femorum, vel incendiorum, vel procuratoris. Fuit filius procuratoris domus Abrahæ: à quo dicta est ciuitas Damascus in Syria. *Gen. 15. a.*

Damascus etiam interpretatur sanguinis osculum, aut sanguine bibens, aut sanguis cilicij, Et designat *k* Gentilem populum, qui ante fidem Christi amicus erat sanguinis & crudelitatis, & digna opera planctu & sacco agebat: quem postea per pœnitentiam sanguini copulauit. *Cant. 7. b. Isa. 8. a. 17. a. Ezech. 27. d. 47. c. Zachar. 9. a.* Potest etiam significare sapientes *l* seculi & præterea hæreticos, qui bibunt sanguinem eorum, quos decepe-rint. *Amos 1. e.*

Damascus etiam significat *m* hunc mundum, qui non pascitur nisi his, quæ sunt secundùm carnem & sanguinem: nunc molestat hominem, nunc absque molestia ipsum dimittit. Dicitúrque Damascus caput Assyriæ, vel Assur, quod interpretatur diuitiæ: quarum non quidem supernarum, sed inferiorum mundus hic caput & receptaculum est, *3. Reg. 19. c.* Huius *n* virtutem abstulit Christus. *Isa. 8. a. Cant. 7. b.* Vbi designat etiam peccatores, qui sanguinei sunt per peccata.

Damascus, hoc est, sanguineus, *o* passionem Christi, & nouum testamentum significare potest. *Gal. 1. d.* Et trans Damascum est, qui non bibit sanguinem Christi. *Amos, 5. g.*

Designat etiam *p* Iudæos sanguineos: super quos venit omnis sanguis iustus, qui effusus est, à sanguine Abel iusti, &c. *Amos, 1. a.*

Damnare, Condemnare.

DAMNARE, est reprobare, vel rem, vel personam. Condemnare verò est, per sententiam iudicis reo, vel mulctam vel pœnam irrogare: pro eodem tamen ferè accipiuntur. De his *Psal. 36. Luc. 20. g. 23. e. Ro. 3. b. 14. d. 1. Cor. 11. g. 2. Cor. 2. c. 1. Tim. 5. b. 2. Pet. 2. b.*

Damnasse dicitur Christus peccatum, *Rom. 8. a.* Primo *q* dum non peccauit, dissentiens peccato. Deinde in cruce ipsum peccatum damnatum dicitur: quia sublata est illa peccati quasi authoritas, qua detinebat homines in inferno propter delictum Adæ, vt de cætero eos, in quibus signum crucis est, detinere non audeat. Tertiò damnauit peccatum dum irrita fecit delicta, remissione peccatorum concessa.

Damnati, sunt *r* hæretici, qui ex hoc quòd egressi sunt de Ecclesia, damnati sunt. *Amos, 2. c.*

Non condemnat Deus frustra, hoc est, ex parte, *s* sed in extremo iudicio punit omne, quod hic quisque iniquè commiserit. *Iob. 34. b.*

Condemnat Deus eum, qui non debet puniri. *Sap. 12. c.* quia *t* nemo iustus, est comparatus Deo. Vel affligit iustum ad probationem.

Condemnat Deum, *u* qui dicit eum iniustè aliquos punire. *Iob. 34. b. 40. a. Isa. 50. c.* Sic condemnat Christum morte, qui blasphemant eum. *Matt. 20. c. Marc. 10. e. 14. f. Psal. 93. Prou. 17. c.*

Condemnant Niniuitæ, hoc est, Gentiles *x* credentes, Iudæos incredulos: quia magis Iudæi credere tenebantur, qui habebant prophetias: condemnabunt ergo non potestate, sed comparatione, *Matt. 12. d.* Item de regina Austri. *Luc. 11. d.*

Condemnat os proprium aliquem, quum ex verbis suis conuincitur. *Iob, 9. c. 15. a.*

Condemnat iustus mortuus viuos impios. *Sap. 4. c.* hoc est, *y* Martyr persequutores suos.

Condemnare caput alicuius regi, *z* est ipsum reum facere coram rege. *Dan. 1. b.*

Condemnare virum, qui iniustè accusauit vxorem, centum siclis argenti. *Deut. 22. c.* Est *aa* prælatum cogere ad perfectionem doctrinæ & solicitudinis, quam impendat subiectæ plebi, vel ad pœnitentiam.

Damnum, Detrimentum.

DAMNVM à demendo dictum est, quum diminutione res fit deterior.

Damnum reddens Iacob. *Gen. 31. e.* designat *bb* Christum, oues perditas ad ouile restituentem.

Damno subiacere, est ad pœnitentiã teneri, aut pœna peccati non ad mortẽ. *Exod. 21. c. 22. a. Leu. 6. a. Iudith, 3. a. Prou. 19. c. 22. a. 1. Cor. 3. c. 2. Cor. 7. c.* Est etiam detrimentum in mortem animæ, *Mat. 16. d. Mar. 8. d. Luc. 9. d.*

Detrimentum propter Christum, est corporis, vel rerum fortunæ, quod redundat in lucrum. *Phil. 3. b.*

Inuentio in detrimentum dicitur esse in viris malis, aut indisciplinatis. *Eccl. 20. b.*

Dan.

DAN, id est, *cc* iudicans, siue iudicium: filius Iacob è Bala ancilla: de cuius nomine dicta est tribus, & ciuitas Dan: quæ postea Paneas & Cæsarea dicta est. Ab ea sumpsit nomen Iordanis fluuius. Est autem ciuitas Dan, iuxta montem Libanum.

Dan significare potest iudicium Dei in malos: quum vox auditur à Dan, quia tribus Dan, est in parte aquilonari: vnde *dd* venit malum in Hierusalem. *Ier. 4. d.* Potest etiam significare Christum, qui morte sua mortem superauit. *Gen. 49. c.*

Dan designare potest *ee* vim animæ scrutantem, examinantem, discernentem, & quodam modo singula iudicantem, quæ draconi assimilatur. *Gen. 49. c.* Peculiarius autem designat *ff* iudicium existimatiuum magnitudinis rerum diuinarum ex his creatis, quæ contemplatur: vnde filius est ancillæ Rachelis. *Gen. 30. a.*

Designat etiam Dan bonum iudicem. *Gen. 30. a. 49. c. Nu. 1. e. 2. d.* Potest etiam designare *gg* imaginationem rerum malarum, vt gehennæ ignis, & inferni, quæ fit in contemplatione ad ea mala vitanda.

Potest præterea Dan significare *hh* Iudam traditorem, qui de ea tribu creditur fuisse, & etiam Antichristum, *ii*

a *Hier. s. Habac. 3.*

b *Hil. s. Matt. cano. 8. 9. 12.*
c *Am. s. Luc. 8.*
d *Hie. s. Mar. 5.*
Ru. 7. s. Matt.
e *Gr. s. 1. Reg. 8.*
f *Rup. s. 1. Re. 14.*

g *Hie. pro in Hose.*
h *Rup. s. Iud. 21. 22.*

i *Hie. s. Mar. 8.*

k *Amb. s. Ps. 118. ser. 5.*
Tert. adu. Iud.
Hier. s. Isa. 8. 17. & s. Zac. 9.
l *Hie. sup. Amos 1.*
m *Geor. Ven. Cant. 1. tom. 7. cap. 34.*
Aug. ser. 4. de Epiphania.
n *Gre. s. Can. 7.*
o *Hie. s. Gal. 1. & s. Amos 5.*
p *Rup. s. Amos 1.*
q *Amb. s. Romar. 8.*
r *Hie. s. Amos 2.*
Gre. 14. moral. 26.
s *Lyr. s. Sap. 12.*
t *Ori. s. Mat. hom. 11.*
x *Glo. int. su. Matt. 12.*
y *Glo. int. su. Sap. 4.*
z *Glo. int. sup. Dan. 1.*
aa *Gl. ord. su. Deut. 22.*
bb *Glo. inte. s. Gen. 31.*
Ori. s. Exod. hom. 10.
cc *Hie. s. Eze. 27.*
dd *Hier. s. Ier. 4.*
ee *Phil. de agricult.*
ff *Geor. Ven. Can. 2. tom. 7 cap. 6.*
gg *Rica. de S. Vict. de 12. patriarch. 18.*
hh *Ambr. de be. patriar. 7.*
ii *Gre. 31. m. 18.*
Bed. s. Ge. 49.

Digitized by Google

qui iudicabit suo tempore. *Gen.* 49. *c. Deut.* 33. *d.* Et præterea *a* hæreticos, qui in extremis finibus scripturarum sitiunt. *Amos*, 8. *d.* — *Hæretici.*

Dan, vt est nomen loci, designare *b* potest simplices. *Gen.* 14. *c.* 1. *Reg.* 3. *d.* — *Simplices.*

Designat etiam Dan persequutionem futuram tempore Antichristi, quum auditur fremitus equorum, à Dan. *Ier.* 8. *f. Ezec.* 27. *d.* — *Persecutio Antichristi.*

Daniel.

DANIEL, id est iudicium Dei, fuit vnus è quatuor Prophetis maioribus, tempore captiuitatis Babylonicæ: notus est in sua Prophetia.

Daniel quum ponitur. *Ezec.* 14. *e.* designat *c* imitatores vitæ ipsius. Et peculiariter est typus continentium, qui dum mundanas voluptates despiciunt, ad altitudinem contemplationis, & Prophetiæ eleuantur. — *Continentes.*

Vt autem missus est in lacum leonum, vnde illæsus prodiit, typus est *d* Christi mortui, descendentis ad inferos, & suscitati. *Dan.* 6. *e.* — *Christus.*

Daniel, quum quærebatur, vt interficeretur, *e* deuotionem mentis significat: quam interficit, qui negotiis secularibus vacat. Per eam autem habetur diuinorum secretorum cognitio. *Dan.* 2. *g.* 4. *a.* — *Deuotio mentis.*

Daphca.

DAPHCA, vbi legit Origenes *f* Raphaca, id est, sanitas, nona mansio filiorum Israël, quo peruenitur à deserto Sin, quia post tentationes acquiritur sanitas. *Num.* 33. *b.* Sed melius dicitur *g* Daphca, id est, pulsatio siue impulsio: & designat instantiam orationis, qua debemus pulsare, quæ necessaria est patientibus tentationes. — *Instantia orationis.*

Dare, Donare, Præbere, Præstare, Impartiri, Largiri. Tribuere, Deditus, Conferre.

DARE, est rem aliquam, cuius dans habet dominium alicui tribuere, sic vt in eum dominium transferatur. Dare etiam, assignare. *Gen.* 12. *b.* 15. *d.* Semini tuo dabo terram hanc. Committere. *Gen.* 38. *e.* Vt reciperet pignus, quod dedi mulieri. Eiicere. *Num.* 21. *f.* Dedit filios eius in fugam. Emittere. *Exod.* 9. *d.* Dedit dominus tonitrua. Erogare. *Gen.* 20. *d.* Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. Exhibere. *Gen.* 24. *e.* Dedit ei potum. Ignoscere. *Eccl.* 17. *c.* Pœnitentibus dedit viam iustitiæ. Incumbere. *Gen.* 18. *b.* Voluptati operam dabo. Manifestare. *Exod.* 6. *c.* Dedit mandatum ad filios Israël. Dare nuptum. *Gen.* 3. *b.* Mulier, quam dedisti mihi. Offerre. *Gen.* 3. *a.* Comedit, dedítque viro suo. Permittere. *Exod.* 13. *c.* Requiem dabo tibi. Promittere. *Psa.* 118. In quo mihi spem dedisti. Reddere. *Exod.* 2. *b.* Ego dabo tibi mercedem tuam. Præstare autem, quandoque est exhibere.

Dare propriè competit Deo, cuius sunt omnia, nec quicquam potest ab aliquo recipere, quod non sit suum. Et ipse dat thesauros gratiæ & sapientiæ. Qua ratione dicitur beatius esse dare, quàm accipere. *Act.* 20. *g.* quia magis acceditur ad imitationem Dei.

Dat Deus semini Abrahæ terram Chanaan, hoc est, *b* Ecclesiam vel militantem, vel triumphantem, quæ est terra fluens lacte & melle. *Gen.* 12. *b.* 13. *b.* 15. *d.* 17. *b.* 26. *a.* 28. *c. Exo.* 6. *a.* 13. *a.* 20. *b.* 33. *a. Leu.* 14. *a.* Et dat Deus omnẽ terram, quam videt ipse Abraham, hoc est, dominum omnium: quia sapienti debentur omnia. Dat enim Deus terram Chananæorum, quum substituit optimas cogitationes, placida consilia, tranquillas inuentiones, pro leuibus & inconstantibus. *Exod.* 13. *a.* Dat quoque Deus terram Regum hæreditatem populo suo, *i* quum facit eum dominari corpori suo. *Psal.* 134. 135. *Gal.* 3. *c.* Dat etiam terram desiderabilem. *Ier.* 3. *f.* Et dedit terram patribus, hoc est, Ecclesiam Apostolis: & confessionem fidei, & doctrinam sacram. *Leu.* 23. *b. Ier.* 7. *a.* 11. *a. Ezech.* 36. *f.* Dat enim Deus sabbatum, quum dat requiem. *Exod.* 16. *f.* 33. *c.* Et dat pacem non huius mundi. *Leu.* 26. *a. Isa.* 14. *b.* 58. *d.*

Dat Deus pluuiam temporibus suis. *Leu.* 26. *a.* 3. *Reg.* 17. *g.* cùm *k* incarnari fecit filium suum, adueniente temporis plenitudine. Dedit etiam Deus Euangelistam, *l* quum pater dedit Filium: vel quum Filius dedit Ecclesiæ Euangelistas, & testes, & pastores iuxta cor suum. *Isa.* 41. *g.* 43. *b. Ier.* 3. *c.* Dedit etiam Deus pater doctorem iustitiæ Christum. *Ioel*, 2. 1. — *Incarnatio.*

Dat Deus signum in quo saluamur, *m* partum Virginis, in quo maximum opus salutis operatus est. *Isa.* 7. *c.* Et dedit signum Ionæ Prophetæ, in morte & resurrectione Christi. *Matt.* 12. *c.* Dat enim Deus timentibus se significationem, sanguinem *n* videlicet Christi, vt liberarentur fideles ab Angelo percutiente. Vel dat tribulationes, quibus admoneantur fugere à ventura ira. *Psal.* 19. *Ezec.* 9. *b.* — *Dans Christus Euangelistas & pastores.*

Dedit Deus gaudium & lætitiam. *Psal.* 50. in Natiuitate *o* videlicet Christi, quum dixit Angelus: Euangelizo vobis gaudium magnum. Et dedit ex Sion salutare Israël, quum dedit filium suum, & quum eum constituit super omnia. *Psalm.* 52. *Ephes.* 1. *c.* Et dat salutem in Sion, dans filium suum, quem dedit in lucem Gentium, & in fœdus populi: & dedit eum testem, & ducem populis, quibus dando filium, dedit multitudinem bonorum. *Isa.* 42. *a.* 46. *d.* 49. *c.* 55. *b.* 63. *b.* Et dedit Deus veritatem Iacob, & misericordiam Abraham. *Mich.* 7. *d.* quum *p* supplantatori populo & nouello, & semper in lucta posito, dedit Christum, qui est veritas & misericordia. Et datus est filius nobis, quum filius Dei factus est homo. *Isa.* 9. *b.* — *Dans partum virginis.*

Dedit Christus dilectam animam suam in manus inimicorum, *q* quum se tradidit Iudæis, vt crucifigeretur pro nobis. *Iere.* 12. *b.* Dedit etiam corpus suum percutientibus. *Isa.* 50. *c. Thren.* 3. *d.* Data quoque est terra in manus impij, *r* quum corpus Christi, & etiam corpora Sanctorum dimittuntur in manibus persecutorum. *Iob.* 9. *c.* Dans autem Abraham vitulum puero. *Gen.* 18. *a.* est *s* tradens doctrinam passionis Christi. Dedit etiam Christus dona hominibus, vel quum orauit in cruce pro eis, vel quum post ascensionem misit Spiritum sanctum. *Psal.* 67. *Ephes.* 4. *c.* — *Resurrectio Christi.* — *Dans Deus pater filium.* — *Oblatus Christus.*

Dans Ioseph omnia bona Ægypti, & possessionem fratribus suis, designauit *t* Christum dantem bona spiritualia, qui etiam præbet cibaria singulis, quum dat vnicuique secundùm merita. *Gen.* 42. *e.* 43. *e.* 45. *c.* 47. *e.* Et dat panem, hoc est corpus suum vel doctrinam. *Exod.* 16. *d.* Et dans Elcana Phenennæ & filiis eius partes. 1. *Reg.* 1. *a.* est *u* Christus dans gloriam patribus veteris Testamenti. Dans verò Annæ partem vnam, designat tribulationes collatas Ecclesiæ, vt postea glorioſior fieret. Dat etiam Phenennæ & filiis eius partes, quum consilia pietatis ad splendorem supernæ gratiæ in operum bonorum deuotione pinguescunt. Partes sunt præparationes sanctorum operum. Dat verò partem vnam Annæ tristis, quia quamdiu ad supernam fœlicitatem spirat, hîc tristatur, & flet, & dicit: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &c. *Psal.* 41. Dat etiam Deus escam esurientibus & iumentis. *Ps.* 145. 146. Et dat argentum & aurum, quia dat verba & sensus eorum. *Hos.* 2. *b. Isa.* 2. *d.* Et dat legem in visceribus, quod est summi eruditoris. *Ierem.* 31. *f.* Et dat linguam eruditam vt nemo sibi eam arroget. *Isa.* 50. *b.* Et donauit benedictionem Iacob. *Gen.* 33. *b.* Dedit etiam verba in ore, tangendo per Christum hominem factum. *Iere.* 1. *b.* Dat etiam hæreditatem, *x* ipsam veritatem. *Iere.* 17. *a.* Dedit etiam Christus cæcis visum. *Luc.* 7. *c.* — *Dans Christus bona spiritualia.*

Præbens Ioseph Ægyptiis semina, designat Christum largientem verbum Dei. *Gen.* 47. *d.* Dedit etiam Deus Mosi tabulas legis, & testificationem, aut testimonium. *Exod.* 25. *b.* 31. *d.* Et dat verbum *y* Euangelizantibus. *Psal.* 67. Et dat verba in ore. *Ier.* 1. *b.* Dat etiam talenta varia, hoc est, diuersa *z* doctrinæ dona. *Matt.* 25. *d. Luc.* 19. *b.* Datur autem talentum à pigro ablatum habenti decem talenta, quia semper augentur dona operantibus. Dedit autem Deus legem nouam in visceribus, vt vetus data est in lapidibus. *Ier.* 31. *f.* Dat quoque Deus frumentum, & aurum, &c. *Hos.* 2. *b.* quum *aa* dat doctrinam & varia dona. Et dat Deus panem arctum, hoc est, doctrinam Euangelicam, præceptis dilectionis abbreuiatam. *Isa.* 30. *e.* — *Dans Christus doctrinã.*

Præstabilis super malitia dicitur Deus, *Ioel*, 2. *c.* quia *bb* facilè pœnitentibus remittit pœnã, quam minatus est. — *Facilè ignoscens Deus.*

Præstat Deus panem de cœlo, *cc* quum dat Eucharistiam. *Sapien.* 16. *c.* 2. 9. *c.* 1. *Timot.* 6. *d.* Et in ea dedit panem arctum. *Isa.* 30. 33. *c.* Et dat hodie panem quotidianum. *Matth.* 6. *b.* Et dat Deus escam omni carni, quum præbet se panem *dd* viuum, & vitam dantem huic mundo. *Psal.* 135. 145. Et dat escam in tempore opportuno, quando cognoscit cuique expedire. *Psa.* 144. Sic dederunt panem & aquam Ægyptio, vt refocillaretur in mandatis Domini, 1. *Reg.* 30. *c.* Et præbens panis Aser delicias Regibus, Eucharistiam designat. *Gen.* 49. *c.* Dat etiam panem esurienti, qui *ee* Eucharistiam, & sacram doctrinam ministrat. *Ezech.* 18. *b. Matth.* 14. *b.* Dedit etiam Deus panes manè, quum dedit filium suum incarnatum & doctrinam eius. *Exod.* 16. *Ioan.* 6. *d.* — *Eucharistia.*

Dedit Deus sacerdoti de hostiis *ff* pectusculum, & armum dextrum. *Leuit.* 7. *d.* 10. *c.* vt sciat sacerdos se debere — *Rectitudo operum.*

accedere

a *Hie. f. Amos* 8.
b *Gre. f.* 1. *Re.* 3.
c *Ori. f. Eze. hom.* 4. *Gre.* 1. *m.* 13. *Aug.* 2. *de pec. mer.* 10. *& f. ps.* 132. *Bern. ser.* 3. *de assum. Euch. q. in Ezech.*
d *Rup. f. Dan.* 11.
e *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabuch.* 7. *& de sec. conscri.* 8.
f *Ori. f. Num. hom.* 27.
g *Hie. de mansionibus.*
h *Amb.* 2. *de Abr.* 7. 1. *de Cain.* 10. *Arn. f. ps.* 135 *Hie. f. Ier.* 37.
i *Ori. f. Leu. ho.* 16. *Isyc. f. Leu.* 23 *Hie. f. Isa.* 14. 18. *& f. Eze.* 36.
k *Amb. de vid.*
l *Hie. f. Ier.* 3.
m *Ori. f. Isa. hom.* 2. *Hier. f. Isa.* 7.
n *Aug. f. psa.* 59.
o *Arn. f. psal.* 50.
p *Hier. f. Mic.*
q *Ori. f. Iere. ho.* 8. *Hie. f. Ier.* 12. *& f. Iob.* 9.
r *Gr.* 9. *m.* 22.
s *Amb.* 1. *de Abra.* 5. *& f. Ephes.* 4.
t *Amb. de Ioseph.* 9.
u *Gre. f.* 1. *Regum.* 1.
x *Hier. f. Ier.* 17.
y *Ar. f. ps.* 67.
z *Ori. f. Matt. hom.* 33. *Aug.* 1. *de doctrin. Christ.*
aa *Hie. f. Hos.* 2. *& f. Is.* 30.
bb *Hie. f. Ioel.* 2.
cc *Hi. f. Is.* 30. *& f. ps.* 135.
dd *Aug.* 2. *ser. dom. in monte, & f. Ps.* 144.
ee *Hie. f. Eze.* 18. *Cyr.* 1. *f. Ioan.* 14.
ff *Gr. f.* 1. *Re.* 2.

Digitized by Google

Temporalia sacerdotum. *Fortitudo sacerdotum.* *Dans Deus Pater omnia Filio.*

accedere ad altare sine ira, & cum operum rectitudine. Dat etiam Deus sacerdotibus cuncta de sacrificiis filiorum Israël, quum dat illis abundantiam temporalium. 1.*Reg.*2.*f.* Et dans Samuel coquo partem reponendam, vt daretur Saul.1.*Reg.*9.*d.* designat *a* fortitudinem debere esse in sacerdotibus,& prædicatoribus.

Dans Abraham omnia,quæ habuit,Isaac filio suo.*Gen.*24.*b.* designat Deum patrem, qui omnia dedit filio suo Sic dicitur Deus dare iudicium Regi.*Ps.*71.quia *b* Pater non iudicat quenquam,sed omne iudicium dedit filio: cui etiam dedit imperium,& Gentes in hæreditatem.*Ps.*2.85.1.*Reg.*2.*b.*Et dat illi pueros, quia nemo venit ad eum, nisi dante aut trahente Patre. Dedit autē Christo pueros in signa, & portenta,hoc est,Apostolos, eligens stulta mundi,vt fortia cōfunderet.*Isa.*8.*a.*42.*Ioa.*6.*g.Heb.*2.*d.*Et præstitit Deus Dauid,hoc est,Christo,omnia quæ promiserat,2.*Par.*6.*c.* Et dedit illi gloriā sacerdotij veteris, & clauem domus Dauid, *Isa.*22.*f.*41.*a.Dan.*7.*d.Phil.*2.*b.* Dans etiā Iacob Ioseph filio suo vnā partem hæreditatis extra fratres suos. *Gen.*48.*d.* designauit authoritatē sacramentorū,datam Christo homini:quia hic est,qui baptizat.Dedit etiā Deus linguam eruditam Christo.*Is.*50.*c.*

Faciēs fortem animam speculantem.

Præstat Deus decori virtutem,*c* quum speculantem animam fortem facit ad operandum.*Psal.*29. Et dat virtutem populo suo,*d* tunc quidem contra hostes:in iudicio verò faciens eos immortales.*Psal.*28.67.Et dedit Ieremiam in ciuitatem munitam.*Iere.*1.*d.*quia *e* nemo potest eum vincere, quem ipse protegit. Sic dat etiam Hierusalem multiplicatam.*Ezech.*16.*a.*Et dabit Deus virtutem & fortitudinem plebi suæ. *Ps.*67. quum in *f* iudicio corpus seminatum in infirmitate,resurget in virtute,& inimica destruetur mors. Dat quoque Deus neruos ossibus quum dat vires ad operandum,& dat spiritum,quo viuant Deo.*Ezech.*37.*b.*

Vnitas fidelium. *Multiplicans Martyres.* *Imperium datum homini.*

Dat Deus cor vnum *g* fidelibus intra vnitatem Ecclesiæ se continentibus. *Ier.*32.*g.* Dat autem ipse, quia nisi ipse dederit,hæc vnitas non potest haberi.

Donauit Deus Ecclesiam maioribus,quam à principio,*h* quum multiplicauit in ea Martyres. *Eze.*36.*e.*

Dat Deus herbas,&c.homini in escam, *i* post datum illi imperium super animalia: vt ostendat maiorem curam habendam esse animi,quàm corporis. Dat autem herbas in cibum,hoc est, affectus *k* ad merendum. Bestiis autem non dat,quia non sunt capaces ad accipiendum, sed solùm ait prædicendo, fore illis in cibum. *Gen.*1.*d.* Dat autem Deus escam in tempore opportuno,quum pascit prædicatores operibus auditorum. *Psal.*44.

Dans affluentiam doctrinæ cœlestis.

Dat Deus multitudinem aquarum in cœlo,*l* quum dat affluentiam doctrinæ cœlestis. *Ier.*10.*c. Iob.*5.*b.* Et dat rorem suum.*Agg.*1.*c.Zach.*8.*c.* Et dat intellectum paruulis, *m* quum dat nouum testamentum, declarans vetus. *Psal.*118. Dat etiam Samaritanus duos denarios stabulario.*Luc.*10.*f.* hoc est, *n* Christus vtrumque testamentum Episcopo.

Dat regnum Dei genti facienti fructum.

Dat Deus diuitias Iudæorum in deprædationem. *Iere.*8.*d.*15.*c.* quum *o* aufert ab eis regnum Dei, & dat genti & facienti fructum.Sic dat vineam,hoc est,Ecclesiam,quæ est regnum Dei,genti facienti fructum, hoc est,Apostolis,eorúmque successoribus.*Matt.*21.*g.*Et dedit Israëli libellum repudij,quando reliquit illum populum. *Iere.*3.*c.*Et data est gloria Libani deserto.*Isa.*35.*a.*quando cultus Dei & sapientia scripturarum, quam habebant Iudæi,tradita est Gentibus.Sic dedit Deus vxores Iudæorum externis,quum legem, & Prophetas & doctrinam eorum dedit Ecclesiæ ex gentibus.*Iere.*17.*a.Ezec.*17.*f.*

Exeitans Deus corda peccatorum.

Dat Deus discurrentia fulgura,& voces,& pluuias. *Exod.*9.*c.*1.*Reg.*12.*c.* quum *p* excitat corda peccatorum, vt prauitatis suæ nequitiam recognoscant, & excitata corda per infusionem supernæ gratiæ adiuuet. Et dat in deserto aquas *q* quum conuertit peccatores.*Isa.*30.*c.*43.*c.*

Prædicatio & punitio.

Dat Deus vocem suam *r* vtroque Testamento,& per prædicatores,& etiam puniendo.*Psal.*46.*Amos,*1.*a.*Dabit etiam voci suæ vocem virtutis *s* in resurrectione generali. *Psal.*67.*Ioel.*2.*c.* Dat quoque Deus pluuiam temporibus suis, *t* quum mittit prædicatores,qui profint audientibus. *Leu.*26.*a.*3.*Reg.*17.*g.*

Impleus Prophetias.

Dat Deus os apertum Prophetis,quum *u* eorum implet Prophetias.*Ezech.*29.*d.*

Mutatio vitæ carnalis.

Dat Deus pro terra silicem.*Iob.*22.*d.* quum *x* vitam carnalem mutat in boni operis fortitudinem. Et dat pro silice torrentes aureos,quum bonum opus munere cœlestis doctrinæ remunerat. Dat quoque pro terra silicem, quum pro infirma actione,robusti operis fortitudinem tribuit,& pro silice torrentes aureos, quum pro robusto opere prædicationis,doctrinam multiplicat.

Institutio Ecclesiarum.

Dedit lignum fructum in tempore suo.*Psal.*1.quum *y* Christus postquam clarificatus est, instituit Ecclesias. Et quum ℨ dabit dona immortalitatis in iudicio.

Virtutes in Gentibus.

Dedit Deus in solitudine cedrum, &c.*Isa.*41.*e.* quum *aa* in Gentilitate produxit insignes sanctitate viros, aut varia virtutum genera.

Bene operari. *Fidei pignus.* *Conuersiones malorum.* *Custodia angelorum.* *Adiutores.* *Christi Apostoli.*

Dat Deus armillas in manibus Hierusalem,quum *bb* facit animam bene operari. *Ezec.*16.*b.* Et dat pater annulum in manu filij prodigi.*Luc.*15.*e.*quum *cc* dat Deus fidei pignus, Spiritus sancti signaculum,ad operandum.

Dat Deus prædicatorem in murum æneum, *dd* quum per prædicationem conuertit malos. *Iere.*15.*d.* Et dat ei virtutem ad resistendum aduersariis.

Dedit Deus Iesu sacerdoti ambulantes de iis,qui sibi assistunt,*ee* quum dedit Angelos Christo ministrantes, & fideles Ecclesiæ custodientes,*Zach.*1.*c.*

Dans bona opera.

Dedit Deus Beselecli socium Ooliab ad opera tabernaculi. *Exo.*31.*a.* designans *ff* dandos Apostolos & prædicatores Christo,vt coadiutores ad ædificationem Ecclesiæ:vel designatur Paulus adiutor Petri.

Dans Apostolos Christus.

Donauit Dominus filios Iacob.*Gen.*33.*b.*Et etiam Ioseph.*Gen.*48.*b.*hoc est,bona opera vel Apostolos, & credentes in Ecclesia.

Conuertens Gentes. *Gloria Apostolorum.*

Dat etiam Deus Israëli propitiationem Ægyptum. *Isa.*43.*a.* quum *gg* conuertit Gentes per prædicationem Apostolorum,quod illis cedet in gloriam. Dicitur etiam dedisse homines pro Israël. Dare quoque possessionem aduenæ inter tribus Israël,*hh* est admittere in Ecclesia Gentiles ad fidem venientes.*Ezech.*47.*e.*Et dans Dominus petitionem Annæ.1.*Reg.*1.*c.*designat *ii* conuersionem infidelium ad Ecclesiam.

Discretio prædicatoris.

Dat Deus *kk* Apostolos,& Sanctos in nomen, & laudem omnibus populis, quia ab omnibus beatificantur. *Sopho.*3.*d.*E diuerso dat Deus sacerdotes contemptibiles omnibus populis, quum ipsi pactum eius irritum faciunt. *Malach.*2.*b.*Dat autem Deus timorem suum plebi,quum venerari se facit à sacerdotibus. *Malach.*2.*b.* Dat etiam Deus locum eunuchis in domo sua.*Isai.*56.*b.*quum *ll* honorat contemnentes mundum.

Tranquillitas mentis.

Dat Deus gallo intelligentiam.*Iob.*38.*d.*quum *mm* doctori veritatis virtutem tribuit discretionis, vt noverit, quibus,quid,quando,vel quomodo doctrinam inferat.

Liberans à peccato.

Dat Deus onagro domum in solitudine. *Iob,*39.*a.* quum *nn* in secreto cordis dat tranquillitatem à tumultibus terrenarum cogitationum.

Consolans in tribulatione.

Dat Deus auxilium de tribulatione,*oo* quum facit in tribulatione prouentum, & quum liberat à peccato, qui etiam dat salutem regibus.*Psal.*49.143.

Dat Deus ignem in Ægypto.*Ezech.*30.*b.*cùm videlicet,*pp* quem venit Christus mittere in terram.

Dat Deus viam in mari,& in aquis,hoc est,*qq* in mari rubro,& in Iordane,vel in Gentilibus. *Isa.*43.*c.*

Dat Deus carmina in nocte.*Iob,*34.*c.*quum *rr* dat consolationem in tribulationibus, & Prophetas, & Sanctos ante aduentum suum.

Potestas Ecclesiæ.

Dedit Deus vindictam Dauid,hoc est Ecclesiæ.*Psal.*17. qua dedit ei *ss* potestatem ligandi & soluendi, & calcandi supra serpentes & scorpiones.

Calefacta non tepida frigida.

Dat Deus niuem sicut lanam. *Psal.*147. quum *tt* corda frigida facit apta etiam ad calefaciendum alios, & vt sint cum Ecclesia vestis Christi.

Dedit Deus Iudæos,vt regnarent, &c. vsque ad tempus in quo parturiens peperit. *Mich.*5.*a.* quia *uu* non est ablatum sceptrum de Iuda,donec beata Virgo peperit Christum, & Ecclesia ex Gentibus dedit fructum fidei, & bonorum operum.

Dedit Iob filiabus suis hæreditatem inter fratres suos.*Iob,*42.*d.*quia *xx* animas, quas per spiritum gratiarum in testamento diuinarum scripturarum incorporat.eas vtique promissionum suarum Christus fecit esse participes. Vel quia infirmis, qui opera perfectorum facere nequeunt, etiam datur hæreditas cœlestis patriæ. Ad hæc referri potest,quum Abraham largitus est filiis concubinarum munera.*Gen.*25.*a.*

a *Gre.s.*1.*Regum.*9.
b *Arn.s. psal.*71. *Hil.s.ps.*2. *Ori.s.Isa.h.*7. *Hie.s.Is.*8.22
c d *Bas.s. ps.*29.*& s.Psal.*28.*h.*1.
e *Hie.s.Ier.*1.
f *Hie.s.ps.*67.
g *Glo. ord.su. Ier.*32.
h *Hie.s.Eze.*36.
i *Bas.Exaem hom.*10.
k *Ori.s. Gen. hom.*1. *Au.*13. *conf.*26.
l *Hie.s.Ier.*10 *Isy.s.Leu.*26. *Gre.*6.*mor.*7.
m *Hil.s. psal.*118.
n *Amb.s.Luc.*10.
o *Ori.s.Ier. hom.*11.14. *& s.Matth. hom.*19. *Hie.s.Isa.*35.
p *Gre.s.*1.*Re.*12.
q *Hie.s.Is.*50.
r *Hie.s.Amos*1.
s *Hil.s.ps.*67.
t *Orig.s.Leu. hom.*6.
u *Hier.s.Eze.*29.
x *Gre.*16.*m.*9.
y *Au.s.psa.*1.
z *Hil.s.psa.*1.
aa *Hil.s.Is.*41.
bb *Hie.s.Eze.*16.
cc *Amb.*2.*de pœnitent.*
dd *Glo.int.su. Iere.*15.
ee *Hie.s.Zac.*3.
ff *Lyr.s. Exo.*31.
gg *Hie. s.Isa.*43.
hh *Hie.s.Ez.*47.
ii *Gr.s.*1.*Reg.*1.
kk *Hie.s.Sop.*3.*& s.Mala.*2.*& s.Is.*56.
ll *Glo.inter.s. Isai.*56.
mm *Gre.*38.*mo.*5.
nn *Gre.*30.*mo.*23.
oo *Basil. & Hila.s.ps.*49.
pp *Hie.s.Ex.*30.
qq *Hier.s. Is.*43.
rr *Hier.s.Iob.*34.
ss *Hie.s.ps.*17.
tt *Aug.s. psa*147.
uu *Hi.s.Mic.*5.
xx *Hier.s.Iob.*42.

Digitized by Google

Dare dicitur Deus tempus pœnitentiæ. *Apoc.2.e.* quia *a* ante pœnas comminationes præmittit. *Comminans Deus.*

Dedit Deus mulierem Adæ in sociam, & non in ancillam. *Gen. 3. c.* quia *b* mens non dominatur sensualitati dominio despotico, sed politico.

Dat Deus dilectis suis somnum *c* quum dat eis requiem gloriæ cœlestis post huius vitæ labores. *Psal. 127. 2. Par. 15. d. Hebr. 4. c.* *Gloria cœlestis.*

Dat Deus draconem in escam populis Æthiopum. *Psal. 73.* quum *d* dat pœnitentibus pœnam pro peccatis, quæ suasu draconis commiserunt. Dat etiam eum deuorandum bestiis terræ, & volatilibus cœli. *Ezec. 29. b. 32. b.* quia nunc omnes eum mordent reprehendendo. Dans etiam Moses populo potum de aqua, in qua erant pulueres vituli conflatilis. *Exod. 32. e.* designauit diabolum tradendum pœnitentibus, vt consumatur. *Pœna pro peccatis.*

Dedit Deus impios pro sepultura sua, hoc est, e Gentiles: & diuites pro morte sua, hoc est, Iudæos: quia pro omnibus mortuus est. Vel tradidit Romanorum manibus impios, & diuites, sacerdotes & pontifices Iudæorum in vltionem mortis suæ. *Isa. 53, c.* *Pro omnibus mortuus Christus.*

Dat Deus Hierusalem in cubilia draconum. *Ierem. 9. d.* quum *f* relinquit Iudæos in potestatem diaboli, aut aliquas Ecclesias propter hæreses: sic etiam dat ciuitates in desolationem. Dedit quoque Iudæos in feruorem tribulationis, & inquietudinis. *Iere. 15. a.* Dedit etiam Deus Iudæis laborem Christi scutum cordis. *Thren. 3. g.* quum ostensa eius humanitate infirma, permisit eos in infidelitate obstinari. Dat etiam Deus scrutatores secretorum, hoc est, scribas Iudæorum, quasi non sint. *Isai. 40.* Dat etiam Deus lapides prægrandes. *Ezech. 13. b.* quum grauem mittit tribulationem. Et dat Hierusalem in animas filiarum Palesthinarum. *Ezech. 16. c.* quum *g* relinquit eam aduersariis potestatibus puniendam. Sic dat Deus Gog feris ad deuorandum. *Ezech. 39. a.* Et dat vias Hierusalem in capite eius, quum castigat eam secundùm merita. *Ezech. 16. c.* Et dat malitiam terræ in occisionem, quum malos punit in inferno. *Isa. 34, a.* Et dat Iudæos in direptionem. *Isai. 42. d. 43. d.* Et dat animam in manu, de qua non potest surgere, quum diabolo puniendam reliquit. *Thren. 1. e.* Dat etiam Deus gladium suum in manu regis Babylonis aduersus regem Ægypti, *h* quum malos punit per peiores. *Ezech. 30. g.* Et dat tenebras super terram, quum confundi facit hæreticos & peccatores. *Ezech. 32.* Dabat etiam Deus triticum Iudæorum inimicis suis, *i* quum opera eorum mala relinquebat diabolo. *Isa. 62. c.* Dat etiam Deus stuporem dentium in vrbibus hæreticorum, *Amos. 4. b.* quum facit, vt non possint tractare sacram scripturam. Datur in opprobrium insipienti ille, *k* cui diabolus exprobraturus est in iudicio. *Psal. 38.* Sic dat Deus in opprobrium conculcantes Christum. *Psal. 56.* Et dedit Deus populum suum in manu regis Babylonis, vt castigarentur. *Isa. 42. b, Ioel. 2. d.* *Relinquens Deus Iudæos.*

Dat Deus Luciferum in cinerem. *Ezech. 28. e.* quia *l* omnia, quæ agit Lucifer, malæ conscientiæ ignis absumit, & omnia eius opera pereunt.

Dat Deus regem in furore, quum *m* permittit regnare tyrannum, aut hypocritam hæresiarcham: ac demum propter peccata populi, malis peiorem præesse decernit. *Hose. 13. c.* *Permittens Deus regnare tyrannum.*

Dari Christo de auro Arabiæ, est *n* offerri illi Apostolos, Martyres, ac Virgines. *Psal. 71.* Et dat illi Aquilo, quum ex partibus aquilonaribus aliqui conuertentur. *Isai. 43. a.* *Offerri Christo perfectos.*

Dari Christo pennas sicut columbæ. *Psal. 54.* dicitur *o* interrogando: quia non est qui det ei, sed ipse iam habet à Patre.

Dat Christo manducare, aut bibere, qui exercet opera misericordiæ. *Matth. 25. e.*

Dederunt Christo in escam fel *p* Iudæi in passione. *Psal. 68. Marc. 15. b.* Et dant illi fel omnes peccatores, & ingrati, & infideles. *Ingratitudo & infidelitas.*

Dedit Deus gratiam filiis Israël coram Ægyptiis, tempore discessus ab Ægypto. *Exod. 3. d. 12. f.* Vt commodarent videlicet eis vasa aurea & argentea, &c.

Dominus dedit, Dominus abstulit: *q* dicimus humiliter de donis Spiritus sancti gratis datis, quæ non manent perpetuò in nobis, sed sicut Domino placuerit. *Iob 1, d.* *Confirmans in bono.*

Cùm dicitur *Eccles. 12. c.* Deus dedisse Spiritum: ostenditur *r* animam humanam non cum corpore, & à parentibus seri, sed à Deo creari.

Non dat Deus in æternum fluctuationem iusto, nec pedes eius in commotionem, quia *s* confirmat eum in bono. *Psal. 54. 65.*

Non dat Deus gloriam suam alteri, quia non vult eam communicari dæmonibus, & idolis. *Is. 42. b. 48. b.*

Dat bonus seruus cibum in tempore, quum *t* temporalia, & spiritualia, vt expedit, ministrat. *Matt. 24. g. Luc. 9. b.* Sic dant discipuli cibum turbis, sed à Christo accipientes. *Matt. 14. b.* Dedit etiam seruus Abrahæ dona Rebeccæ. *Gen. 24. f.* Dare quoque potum ouibus, & pabulum iumento, est docere simplices. *Genes. 29. b. 42. e. 43. Leu. 25. b.* Et dat Deus, vel Ecclesia potum frustra synagogæ, *u* quia illa non recipit doctrinam veritatis. *Isa. 27. a.* Iuxta Septuaginta. *Bona ministratio temporalium & spiritualium.*

Dans Abraham decimas omnium Melchisedech. *Genes. 14. d.* designat *x* virum perfectum, qui etiam perfectionem suam offert Deo. Dat etiam Deo placationem suam, *y* qui sufficienter satisfacit pro peccatis. *Psalm. 48.* *Offerre perfectionem sensuum.*

Dans Nephtalim eloquia pulchritudinis, *z* prædicator docens mysteria Christi. *Gen. 49. e.* *Docens mysteria.*

Dat Dominus seruo vxorem. *Exod. 21. a.* quum *aa* prædicator inducit auditorem ad bonam operationem. *Inducens ad bene operandum.*

Dans Sara ancillam Abrahæ viro suo, *Gen. 16. a.* designat *bb* virtutem facientem exerceri in scientiis inferioribus eum, qui ad sapientiam nondum est aptus.

Præbens Rebecca aquam seruo Abrahæ & camelis. *Gen. 24. c.* designat *cc* subiicientem eloquentiam verbo Dei, & docentem simplices. *Subiycere eloquentiam verbo Dei.*

Dari sibi filios petit Rachel à Iacob. *Gen. 30. e.* designans *dd* rationem cupientem producere opera cognitionis supernæ veritatis.

Dare pro anima pretium, est agere pœnitentiam, & sedulò seruire Deo. Item, dare dimidium sicli. *Exod. 21. d. 30. b.* Dat autem pauper secundùm æstimationem sacerdotis, *ee* quum peccator agit pœnitentiam sibi indictam à sacerdote. *Leu. 27. a.* *Pœnitentia.*

Dedit vnusquisque amicorum Iob, ipsi Iob ouem, & inaurem auream, *Iob. 42. c.* quum *ff* quisque se exhibuit Christo per obedientiam mandatorum innocentem: & simplicem, & fidelem operarium. *Obedientia simplex.*

Datur talentum habenti quinque, & non habenti duo. *Matt. 25. c.* quia *gg* quinque talenta sunt quinque sensus, id est, exteriorum scientia. Duo verò talenta sunt intellectus & operatio; Plus ergo habuit, qui duo, quàm qui quinque talenta acceperat: quia qui per quinque talenta exteriorum administrationem meruit, ab intellectu interiorum adhuc vacuus fuit. Vnum ergo talentum, quod intellectum significat, illi dari debuit, qui benè exteriora quæ acceperat, administrauit.

Dabitur habenti, & abundabit, quia *hh* quisquis charitatem habet, etiam dona alia percipit: qui verò charitatem non habet, etiam dona, quæ percepisse videbatur, amittit. *Matt. 25. c.* Vel datur habenti, & aufertur à non habente, quum multi sapientes naturaliter, & ingenij acumen habentes, si fuerint negligentes, & desidia bonum naturæ corruperint, ad comparationem eius, qui paululum tardior labore & industria compensauit, quod minus habuit perdunt bonum naturæ: & præmium, quod eis fuerat repromissum, vident transire ad alios. Potest & sic intelligi: ei, qui fidem habet, & bonam in domino voluntatem: etiam si quid minus in opere, vt homo habuerit, dabitur à bono iudice. Qui autem fidem non habuerit: etiam cæteras virtutes, quas videbatur naturaliter possidere, perdet. Et eleganter etiam quod videtur, inquit, habere auferetur ab eo. Quicquid enim sine fide Christi est bonum, non ei debet imputari, qui malè eo abusus est: sed illi, qui malo etiam seruo naturæ bonum tribuit.

Dans puella caput Ioannis Baptistæ matri. *Marc. 6. c.* designat *ii* Ecclesiam tradentem Christum, vel sensum spiritualem synagogæ in fine mundi. *Tradens Eccl. sia sensum spiritualem synagoga. Communicare dona Dei.*

Dare pecuniam ad mensam, aut ad vsuram est *kk* communicare dona Dei proximis. *Luc. 19. d. Exod. 22. d.* Dare autem omnia pauperibus *ll* est relicta confidentia legis communicare bona spiritualia Gentibus ad fidem

a *Rup. 2. s. Apoc.*
b *Phil. 2. alle.*
c *Gl. inte. sup. psa. 126.*
d *Arn. & Au. s. ps. 73.*
e *Hie. s. Is. 53.*
f *Hier. s. Ier. 9. 15.*
g *Hie. s. Ezec. 13. 39.*
h *Hie. s. Eze. 30. 32.*
i *Hie. s. Is. 62. & s. Amos 4.*
k *Ori. s. ps. 38. ho. 2.*
Hil. s. Psal. 56
l *Hie. s. Ezec. 28.*
m *Hie. s. Hos. 13.*
Greg. s. 1. Regum. 9.
n *Ar. s. ps. 71.*
o *Hil. s. ps. 54.*
p *Glo. ord. su. Psa. 68.*
q *Gr. 2. m, 41.*
r *Hier. s. Ecclesiasten. 12.*
s *Lyr. s. ps. 65.*
t *Ori. s. Matt. 31.*
u *Hie. s. Is. 27.*
x *Amb. 3. de Abra. 8.*
y *Bas. s. ps. 48.*
z *Glo. ord. su. Gen. 49.*
aa *Gre. s. Eze. hom. 3.*
bb *Phil. de congre. &c.*
cc *Ori. s. Gen. hom. 10.*
dd *Ric. a. de S. Victo. de 12. patriar. 13.*
ee *Isyc. s. Leu. 27.*
ff *Hier. s. Iob. 42.*
gg *Gre. ho. 9.*
hh *Gr. hom. 9.*
Hier. s. Matt. 25.
ii *Hie. s. Mar. 6.*
kk *Bas. regu. Bre. 254.*
Arn. s. ps. 14.
ll *Hil. s. Matt. Can. 21. 19.*

Digitized by Google

Docere lucri gratia. *Nimium exigere a simplicibus.* *Contemplatiui prosperati.* *Detegere vitia.* *Dare optima Deo.* *Prædicare infidelibus.* *Communicare mysteria indignis.* *Non orare.* *Bene operari.* *Offerre se Christo.* *Promissio vitæ præsentis & futuræ.* *Duplices lachrymæ.* *Abscribens Deo conuersionem peccatoris.* *Prædicatio diuinitatis Christi.* *Bonæ opinio.* *Negare diuinitatẽ Christi.* *Seruãs bonos.* *Bene operari.* *Dans Christus cognitionem Dei.* *Generans Mariã Christum.* *Iudæi tractãtes inutiliter legem sensus ministrans mentí sensibilia.* *Dare virtutes prouoluptatibus.* *Præparantes animas Christo.* *Tribuere corpori necessaria.* *Vitia diabolo.* *Reliquiæ tentationum.* *Quærens diabolus animas.* *Corrumpi iudiciũ.* *Dantes Iudæi literam legis.* *Affligẽs diabolus.* *Dare occasionem tentandi.* *Offerentes.* *principes temporalia pro spiritualibus.* *Eucharistia.* *Meditatio cœlestium.* *Emendare peccantem.* *Non Deus Ecclesia malignantium.* *Docere errores.* *Permissio diuina.* *Resipiscens castigatus.* *Tradita lex scribis.* *Gloria cœlestis.*

Venientibus. *Matth.* 19. *c.* Datur etiam habenti quum habenti, fidem datur mysteriorum cognitio. *Matth.* 13. *b.* Dare autem partes septem & octo, *a* est vtrumque testamentum prædicare. *Eccles.* 11. *a.*

Dare autem pecuniam ad vsuram fit malè, *b* quum quis doctrinam præbet diuitibus, à quibus magnum accipiat stipendium, prætermissis pauperibus, à quibus nihil potest accipere. *Psalm.* 14. dat etiam ad vsuram fratribus suis, *c* qui docens plus exigit à simplicibus, quàm illi percipere valeant, *Leuit.* 25. *f.*

Datur lux miseris. *Iob.* 3. *c.* quando *d* hi, qui sublimia contemplantes esse se in hac peregrinatione miseros agnoscunt, claritatem transitoriæ prosperitatis accipiunt.

Dat prædicator castra contra Hierusalem. *Ezech.* 4. *a.* quum *e* demonstrat diuersitatem vitiorum etiam sub specie virtutis animum oppugnantium,

Dare primogenitũ filiorum Deo. *Exod.* 22. *d.* Et dat primogenita pro scelere suo, *f* qui quidquid habet, primùm offert Deo. *Mich.* 6. *b.* Donati sunt autem Leuitæ Deo pro primogenitis. *Num.* 8. *c.*

Dare vnguentum pauperibus, est *g* prædicare infidelibus Iudæorum, aut etiam Gentilium. *Matth.* 26. *a. Marc.* 14. *a. Ioan.* 12. *a.*

Dare vnguentum sanctum alieno. *Exod.* 30. *d.* est dare sanctum canibus. Dare autem sanctum canibus, *Matth.* 7. *a.* est præcepta, & promissa Dei communicare gentibus infidelibus. Vel dare Eucharistiam non pœnitentibus.

Dat silentium Deo, *h* qui non orant, nec laudant Deum. *Isa.* 62. *c.*

Dantes mulieres, quæ venerant ad opus tabernaculi. *Exod.* 35. *c.* Et viri etiam, ac mulieres dantes necessaria ad tabernaculum: sunt *i* mens & caro bonis operibus & obedientia Ecclesiam ædificantes.

Dare aues sacerdoti, vt offerat, aut etiam arietem, &c. *Leuitic.* 5. *b.* 6. *a.* 15. *b.* est *k* offerre animam & corpus Christo.

Dans Caleb filiæ suæ irriguum superius & inferius. *Ios.* 19. *d. Iudi.* 1. *c.* designat *l* legem habentem promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Vel designat duplices lachrymas, nempe quæ sunt ex dolore peccatorum, & ex desiderio cœlestis patriæ. Dantes etiam tres viri duos panes Sauli. 1. *Reg.* 10. *a.* designant *m* duplices lachrymas, quas debet habere prædicator, pro suis videlicet & subditorum peccatis.

Dans Anna filium Domino. 1. *Reg.* 1. *d.* designat *n* Prædicatorem ascribentem Deo conuersionem peccatoris, per suam prædicationem factam. Dare etiam gloriam Deo, est illi attribuere conuersionem suam.

Dat nardus odorem suum, existente rege in accubitu suo. *Cant.* 1. *d.* typus existens *o* effusionis vnguenti in sepulturam Christi, & prædicationis diuinitatis eius.

Dant odorem vineæ florentes. *Cant.* 2. *c.* quum *p* recenter conuersi, per bona opera incipiunt bonam habere opinionem.

Diri crudam carnem sibi petunt sacerdotes, 1. *Reg.* 2. *c.* designantes eos *q* qui Christum purum hominem confitentur.

Non dat Deus bonos in captionem dentibus peruersorum. *Psalm.* 123. qui *r* more ferarum sitiunt sanguinem iustorum, sed seruat eos.

Dans Rex agros, & vineas, & oliueta seruis suis. 1. *Reg.* 8. *c.* designat *s* malos principes, qui bonos in vitia detractos subdunt suis nequissimis ministris. Vel è diuerso designatur bonus princeps, qui conterens malos, eorum vitia relinquit dæmonibus.

Dans itidem Rex decimas, eunuchis suis, designat *t* hypocritas, quorum virtus quum non agnoscitur facilè bonos decipit, vt in malum aliquod inducantur. Vel, in bonum, dat decimas, quum subditis Sanctorum exempla proponit. 1. *Reg.* 8. *c.*

Dat terra germen suum, *u* quum homo benè operatur: & quum Christus attulit nobis cognitionem Dei. Et quum *x* Maria genuit nobis Christum. *Leuit.* 26. *a. Psalm.* 66. Sic dat terra semen serenti, & panem comedenti. *Isa.* 55. *d. Ezech.* 34. *f. Ioel.* 2. *e.* Ediuerso nõ dat terra fructum Cain operanti, *y* quum Iudæi tractant sacram scripturam sine fructu.

Dedit mulier de ligno Adæ. *Genes.* 3. *b.* quia *z* mens non percipit sensibilia nisi per sensus. Designat etiam post electionem carnalis concupiscentiæ, etiam rationem subiici ad peccandum.

Datur pretium pro aqua Idumæi. *Num.* 20. *c.* quum mali gloriantur, videntes graues viros gustare voluptates, quasi suis fauentes vitiis. Et dant preciosa pro cibo, qui dant virtutes pro voluptatibus. *Thren.* 1. *d.* Sic dat meretrix mercedes amatoribus. *Ezech.* 16. *d.* quum *aa* quis per peccatum virtutes amittit, quas dæmones rapiunt. Et quum nomine virtutum, abutitur ad vitia, & abutitur etiam ingenio & eloquentia. *Hos.* 8. *c.*

Non dedit pater hœdum filio seniori. *Luc.* 15. *g.* quia *bb* nullus Sanctorum veteris legis sufficiens erat ad genus humanum redimendum.

Dantes filij Israël ciuitatem Iosue in possessionem. *Iosu.* 19. *d.* designant *cc* præparantes animas suas, vt in eis habitet Christus.

Dare censum Cæsari, est *dd* tribuere corpori necessaria: vel relinquere vitia diabolo. *Matth.* 22. *c.*

Dari sibi animas petit Rex Sodomorum, *Genes.* 14. *d.* quia *ee* post victorias libidinis, adhuc subrepunt tentamenta. Vel designat diabolum, qui nil aliud quærit, nisi animas.

Dari sibi nam vxorem Sichen, esset *ff* corrumpi iudicium à temerario: Qui etiam promittit dare, quæcumque statuerint. *Genes.* 34. *b.*

Dantes filij Iacob pecuniam pro frumento, designant Iudæos antes literam legis, vnde eliciatur sensus spiritualis. *Genes.* 43. *e.*

Non dat Pharao requiem ab operibus, quum *gg* diabolus occupat peccatores in vitiis, ne resipiscant. *Exod.* 5. *b.* Et non dat paleas, quum tollit temporalia, vt magis affligat, aut in peccatum inducat. Non dant etiam alij alieni requiem. *Ierem.* 16. *b.* quia *hh* semper dæmones impellunt, vt delictis augeamus delicta, & cumulum faciamus peccatorum.

Præbere gladium Pharaoni, est *ii* dare diabolo occasiones tentandi. *Exod.* 5. *d.* Et dare locum diabolo, est eius sequi tentationem. *Ephes.* 4. *f.*

Dans Pharao hostias filiis Israël, vt pro se orarent. *Exod.* 10. *f.* designare potest principes seculares offerentes temporalia Ecclesiasticis, vt accipiant spiritualia.

Dat Dominus carnes filiis Israël *kk* iratus. *Exod.* 16. *b.* Sed tamen cum misericordia dedit nobis carnem filij sui: & dat meditationem cœlestium, per cornices significatam.

Dare triginta siclos argenti domino, pro seruo inuaso à boue. *Exod.* 21. *d.* est *ll* secundùm legis mandata per fidem, spem, & charitatem lapsum emendare.

Non dat luna splendorem suum, *mm* quum Ecclesia malignantium lucis splendorem amittit. *Matth.* 24. *c.*

Dant consiliarij Pharaonis consilium insipiens. *Isa.* 19. *b.* quum *nn* hæretici & Philosophi docent errores, quibus perdantur animæ. Sic præstat cæcus cæco ducatum. *Luc.* 15. *b.* Et dare aliquid in ore pseudoprophetarum, est sustentare hæreticos. *Mich.* 3. *b.*

Data potestas bestiæ. *Dan.* 7. *b.* indicar, *oo* quod nisi potestas daretur à Deo, nil possent reges aut hæresiarchæ. Dedit etiam draco virtutem suam bestiæ, hoc est. *pp* hæreticis, & Antichristo ad nocendum bonis, permittente Deo. *Apoc.* 13. *a.*

Dat vexatio intellectum auditui, *qq* quum quis castigatus à Deo resipiscit, *Isa.* 28. *e.* datur etiam cor bestiæ, quum datur resipiscentia peccatori. *Dan.* 7. *a.*

Datus liber scienti, aut nescienti literas. *Isa.* 29. *d.* designat *rr* legem, & prophetas, qui traditi sunt Scribis Iudæorum, & reliquo populo,

Donare seruum, vel ancillam libertate. *Deuter.* 15. *c.* est *ss* post labores huius vitæ gloriam cœlestem promittere.

Donari sibi de substantia hæreticorum non petit Iob, hoc est, Ecclesia. *Iob.* 6. *d.* quia *tt* non vult ab eis subtili

a

a *Hie. s. Ecclesia.* 11. *Greg. ho.* 9.
b *Hie. s. Ps.* 14.
c *Isyc. s. Leu.* 25.
d *Gre. s. m.* 1.
e *Gre. s. Ezec. hom.* 12.
f *Hi. s. Mic.* 6.
g *Hil. s. Matt. Can.* 29. *Hil. s. Matth. Can.* 6. *Ambr.* 2. *de pœni.* 9.
h *Hie. s. Is.* 62.
i *Glo. int. su. Exod.* 35.
k *Glo. int. su. Leuit.* 5.
l *Ori. s. Iosu. hom.* 20.
m *Gr.* 3. *dialo.* 34. *& s.* 1. *Reg.* 10.
n *Gr. s.* 1. *Regum.* 1. 6.
o *Ori. s. Cant. ho.* 2. 4.
p *Glo. ord. su. Cant.* 2.
q *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
r *Glo. int. sup ps.* 123.
s *Gre. s.* 1. *Re.* 8.
t *Gre. s.* 1. *Re.* 8.
u *Ori. s. Leu. ho.* 16. *Hil. s. ps.* 66.
x *Tert. adue. Iuda. Hie. s. Is.* 55.
y *Rup.* 4. *s. Gen.* 6.
z *Phil.* 2. *alle. Bed. s. Gen.* 3. *Phil. q Deus sit immu.*
aa *Ori. s. Eze. hom.* 10. *Hie. s. Eze.* 16.
bb *Hier. epist. Beatitu.*
cc *Ori. s. Iosu. hom.* 24.
dd *Ori. s. Mat. hom.* 21.
ee *Amb.* 2. *de Abr.* 8.
ff *Bed. s. Ge.* 14.
gg *Gl. ord. su. Exod.* 5.
hh *Hier. s. Ier.* 16.
ii *Glo. ord. su. Exod.* 5.
kk *Gl. ord. su. Exod.* 16.
ll *Glo. s. or. sup. Exod.* 21.
mm *Or. s. Mat. hom.* 30.
nn *Hie. s. Isa.* 19.
oo *Hie. s. Dã.* 7.
pp *Au. s. Apo.*
qq *Hi. s. Is.* 28. *& s. Dan.* 7.
rr *Lyr. s. Is.* 29
ss *Glo. ord. su. Deut.* 15.
tt *Greg.* 7. *mor.* 21.

Digitized by Google

de tentationibus audire : quia dum vera quædam de conuersatione asserunt, ad falsa perfidiæ suæ auditores perducunt.

Donans Pilatus Corpus Christi Ioseph. *Marc.* 15. *g.* designat *a* admissionem Iudæorum ad fidem in fine mundi.

Dans Rachel ancillam Balam Iacob, vt pareret in sinu suo. *Genes.* 30. *a.* designat *b* rationem permittentem, vt imaginatio prius producat phantasmata sensibilium, vt inde ad contemplanda intelligibilia possit eleuari.

Præbet delicias regibus. *Genes.* 49. qui *c* loquitur sapientiam inter perfectos. Item martyres qui per insignia patientiæ opera gaudium præstant in cœlo beatis.

Dari sibi tempus petens Daniel ad indicandum somnum regi. *Dan.* 2. *c.* designat *d* deuotionem recurrentem ad orationem, ad sedandum impetum iræ, quum aliter non potest eam moderari.

Præbere alteram maxillam percutienti, est *e* paratum habere cor ad sustinendas iniurias, vt etiam diligat percutientem. *Matth.* 5. *a.* Multi enim alteram maxillam præbere nouerunt : diligere verò eum, à quo feriuntur, ignorant.

Non datur aurum obrizum pro sapientia. *Iob.* 28. *c.* quia *f* nullus angelorum missus est, vt redemptor : ne quis spem in Angelis poneret, sed per semetipsum ipsa sapientia manifestata est.

Dat somnum oculis suis prælatus, qui *g* intentione cessante, subditorum curam omnino negligit. *Prou.* 6. *a.*

Dat honorem suum alienis, *Prou.* 5. *b.* qui *h* ad imaginem, & similitudinem Dei conditus, vitæ suæ tempora malignorum spirituum voluptatibus administrat. Annos etiam suos crudeli tradit, qui ad voluntatem malè dominantis aduersarij accepta viuendi spatia expendit.

Data dicitur terra solis patribus hæreticorum. *Iob.* 15. *c.* quia *i* solos errorum suorum magistros rexisse veraciter Ecclesiam ipsi iudicant. Datam etiam sibi terram Iuda in possessionem dicunt hæretici, *k* in se confidentes. *Ezech.* 33. *e.*

Dare aquam lasso se putant hærerici, quum *l* quibusdam sub terreno face laborantibus sui poculum erroris præbent. *Iob.* 22. *a.*

Dari sibi oleum petunt *m* virgines fatuæ, quum ab aliis testimonium suorum operum quærunt. *Matth.* 25. *a.*

Dedit vocem contra Christum hæreditas eius. *Iere.* 12. *b.* quum *n* Iudæi clamauerunt. Crucifige, Crucifige. DAT etiam catulus leonis vocem capta præda. *Amos.* 3. *a.* quum diabolus gaudet de labente in peccatum.

Dant pastores portionem Dei in desertum. *Ierem.* 12. *c.* quum *o* faciunt prælati suo exemplo, & praua doctrina, vt non inueniantur boni in Ecclesia.

Non dant sculptilia pluuiam. *Ierem.* 14. *d.* quum *p* hæretici non dant sanam doctrinam.

Dare vxores filiis, & viros filiabus. *Ierem.* 29. *b.* est *q* veritati fidei copulare bona opera.

Non dabatur laßis requies. *Thren.* 5. *a.* quum Iudæi non desistebant ab onere legis suarum traditionum.

Dant manum Ægypto, & Assyriis, *r* qui ad mundana, & temporalia se conuertunt. *Thren.* 5. *b.*

Dat filios idolis, *s* qui bonas cogitationes abiicit, ad mala opera conuersus. *Ezech.* 16. *e.*

Dant gloriam Tyro Persæ, &c. *t* quia aliunde habent mundani gloriam, & non à seipsis. *Ezech.* 27. *b.*

Dare symbola, est sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum, ita in confabulationem *u* detractionis verba conferre. *Prou.* 23. *c.*

Dare dextras, erat symbolum pacis. *Mach.* 6. *g.* Demus dextras hominibus istis.

Darius.

Darius interpretatur requirens, aut inquirens : Rex Medorum, qui dedit facultatem perficiendi opus templi, quod fuerat intermissum. 1. *Esdr.* 4. *d.* 5. *b.* Vel interpretatur generationes factæ, siue quæ fuerunt : & quia eius tempore non erat templum, & populus habitabat in speluncis, designare potest *x* diabolũ, aut libidinem. *Agge.* 1. *a.* Alius fuit, qui cœpit Babylonem. *Dan.* 5. *g.* qui, vt misit Danielem in lacum leonum, typus est *y* Pilati, & imperij Romani. *Dan.* 6. *b.*

Dathan, quare Abyron.

Dauid.

DAVID interpretatur *z* dilectus : filius Issay, Rex Israël, & insignis Propheta, & autor Psalmorum : fuit pater Salomonis, quem genuit è Bethsabee. Eius historia fusa habetur. 1. & 2. *Reg.* & 1. *Paralipomenon.* Secundùm aliquos, Dauid interpretatur manu fortis.

Dauid, vt fuit filius Issay Bethelehemitæ, typus est *aa* Christi : qui de Iudæa domo panis est ortus : & vnctus in regem, de quo canit ipse DAVID. *Psalm.* 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis : vnde & Christus dicitur. Et vt Dauid occidit Goliath gigantem, ita Christus missus à Patre vicit diabolum. 1. *Reg.* 17. Quum etiam mutauit vultum suum coram Abimelech, Christum designat, qui factus est gentibus stultitia. *Psal.* 33. *in tit.* Vt autem accessit ad Bethsabee. 2. *Reg.* 11. *a.* designat accessum Christi ad legem intellectam spiritualiter : vel ad Ecclesiam ex gentibus : quam duxit quasi adulter, quia non per legem Mosis. Et seruauit Ægyptium. 1. *Reg.* 30. *c.* Christus est seruans peccatorem. Et vt Dauid multa perpessus est, imago fuit Christi patientis in carne. *Psalm.* 56. Eundem significat. 2. *Reg.* 8. 16. 21. *Psalm.* 17. 51. 52. 77. 75. 121. 131. 142. 143. *Isa.* 7. *a.* 22. *c.* 55. *a. Ierem.* 30. *b. Ezech.* 34. *f.* 37. *f. Hose.* 3. *b. Amos* 9. *d. Cant.* 4. *b.* Vt autem Dauid factus est Rex, reprobato Saule, designauit *bb* regnum Christi, reprobato veteri populo. Vt verò senuit, nec vllis poterat calefieri vestibus, typus est Dei patris, qui non placabatur sacrificiis & operibus veteris legis. 3. *Reg.* 1. *a.*

Dauid quum vngitur in regem. 1. *Reg.* 16. *b.* figura est *cc* eorum, qui eliguntur prælati : & quum esset rufus, & pulcher aspectu, faciéque decorus, denotat, quòd pastor debet esse feruens in opere, & pulcher aspectu, per sublimem contemplationem, & decora facie per ineffabilem charitatis pulchritudinem. Hæc tria requirebat Christus in Petro, quum tertiò dixit ei : Amas me ? *Ioan.* 21. *d.*

Dauid etiam significat interdum *dd* fidelem quemlibet, *vt Psalm.* 17. 33. 56. 58. Et vt interpretatur secundùm aliquos, manu fortis, designat eum, qui diabolo præualet, & qui bonum, quod accipit, per perseuerantiam vsque in finem tenet. Vt autem designat Dauid Christum, qui est caput Ecclesiæ, ita eius membra. Vnde in psalmis sæpe loquitur, quæ pertinent ad caput, & sæpe, quæ ad membra spectant. *Psalm.* 131.

Dauid, vt comedit cum sociis panes propositionis. 1. *Reg.* 21. *b.* Ipse quidem *ee* designat eos qui crediderunt ex Israël : socij verò eos, qui crediderunt ex gentibus. Designauit etiam sacerdotium iungendum regno in Christo, qui est rex sacerdos.

Vt autem Dauid prohibuit Abisai, ne occideret Saulem. 1. *Reg.* 26. *d.* designat rationem frænantem iram. Sic quum eundem retinuit, ne occiderit Semei. 2. *Reg.* 16. *b.*

Vt defecerunt hymni Dauid, typus est *ff* synagogæ cessantis à laudibus Dei. *Psalm.* 72. in titulo.

Dauid, vt abscidit oram chlamydis Saulis, typus est *gg* subditi, leuiter murmurantis aduersus prælatum suum. 1. *Reg.* 24. *b.*

Dealbare, quare Albus.

Deambulare, quare Ambulare.

Deargentatus, vide Argentum.

Deauratus, vide Aurum.

Debellare, quare Expugnare.

Debere, Debitum, Debitor.

DEBERE, est alicui obligatum esse : & debitor est, qui aliquid debet. Debitum autem est, quod debetur.

Debitores duo, sunt *hh* Ecclesia ex gentibus, & synagoga. *Luc.* 17. *f.* Et debens centum batos olei, est gentilis populus, multa egens misericordia. Debens verò centum coros tritici, est Iudaicus populus, qui prætermisit tritici mandatorum Dei. *Luc.* 16. *b.*

Debita dicuntur *ii* peccata : & debitor est peccator. Et nemini quicquã debere, est non habere peccatũ. *Luc.* 11. *a. Matth.* 6. *b.* 18. *d. Rom.* 15. *f.* debitor etiam est, qui audit verbum regni Dei, & non intelligit, vel non operatur.

a *Glo. ord. su. Mar.* 15.
b *Ricar. de S. Vict. de 12. patriarch.*
c *Bed. s. Gen.* 46. *Ricar. de S. Vict. de* 1. *R. patriarch.* 35.
d *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabuch.* 11.
e *Aug.* 1. *ser. domini in monte.*
f *Gr.* 18. *mor.* 29. 30.
g *Gre.* 3. *past. admo.* 5.
h *Gre.* 3. *past. admo.* 13.
i *Gre.* 11. *mo.* 18.
k *Hier. s. Eze.* 33.
l *Gr.* 16. *m.* 3.
m *Au.* 83. *q.* 59.
n *Hie. s. Ie.* 12. & *s. Amos* 3.
o *Hie. s. Ie.* 12.
p *Hier. s. Ier.* 14.
q *Hie. s. Ie.* 29.
r *Glo. ord. su. Thr.* 5.
s *Hi. s. Ez.* 16.
t *Hie. s. Eze.* 27.
u *Bed. s. Prou.* 23.
x *Hie. s. Ag.* 1.
y *Rup. s. Dan.* 11.
z *Hie. s. Is.* 22.
aa *Hi. s. Is.* 22. *Aug. s. ps.* 26. 33. 54. 56. & *ad Dulcitium q.* 6. & 22. *cont. Faus.* 27. & *s.* 107. *Gre.* 5. *m.* 29. *Georg. Vene. Can.* 2. *com.* 5. *cap.* 13. *Rup.* 1. *dediu. of.* 17. 1. *s. Mat Rup. s.* 1. *Re.* 2.
bb *Rup.* 3. *s. Reg.* 25.
cc *Greg. s.* 1. *Reg.* 16. *Amb. sup. psa.* 118. *se.* 18. & *apol. Dan.* 3. *Hie. ad Principiam. Hil. s. Ps.* 51.
dd *Arn. s. psa.* 17. *Gre. Pro. s.* 7. *psal. Bern. ser. de Dauid & Goliath. Aug. s. ps.* 54. 131.
ee *Cyril.* 4. *s. Ioan.* 28.
ff *Au. s. ps.* 72.
gg *Gr.* 3. *past. admo.* 5.
hh *Amb. de Tob.* 22. *Hie. Aglasia.*
ii *Ambr. de Tob.* 20. & 1. *de sacramentis* 4.

Non audire hæreticos. Conuersio Iudæorum. Productio phantasmatum. Sermo sapientiæ. Patientia martyrum. Recursus ad orationem. Promptitudo ad sustinendas iniurias. Redemptio non per angelos. Neglectus subditorum. Peccando placere diabolo. Arrogantia hæreticorum. Docere errores. Inanis gloria. Clamantes Iudæi in Christum. Scandalizare. Copulare bona opera fidei. Conuerti ad mundana. Conuerti ad mala opera. Detrahere. Paciſci. Diabolus. Libido. Romani Imperatores.

Christus.

Regnum Christi.

Deus pater.

Prælatus.

Fidelis quilibet. Fortes contra diabolum. Credentes ex Israel & ex gentibus. Sacerdotium & regnum in Christo. Ratio. Synagoga. Subditus murmurans.

Gentiles & Iudæi. Peccata. Prædari vel prædamali. Afflicto pœnitentia.

Digitized by Google

Debitor decem millium talentorum, eſt, *a* vel prælatus, vel prædicator malus. *Matth.* 18. *c.*
Debitum pro peccato, eſt *b* afflictio pœnitentiæ. 1. *Reg.* 6. *a.*
Debetur lege vxor fratris defuncti alteri fratri. *Deut.* 25. *b. Ruth.* 4. *a.* quando *c* ſucceſſores Apoſtolorum ſuſcipiunt Eccleſiam, vt generent filios ſpirituales in ea nomine Chriſti.

Deblaim.

Voluptas. Deblaim, id eſt, palatæ ficuum, pater Gomer, typus eſſe poteſt *d* voluptatis. *Hoſe.* 11. *b.*

Deblata.

Dulcedo hæreticorum. Deblata, id eſt, maſſa ficorum. *Ezec.* 6. *d.* deſignat *e* ſimulatam dulcedinem hæreticorum, quæ vertitur in amaritudinem. Eadem videtur Reblata in terra Emath.

Debilis, quare Infirmus.

Debora.

Lex vetus. DEBORA id eſt apes, vel verbum, aut res, ſiue ſubiectio, vel Syra: nutrix Rebeccæ. *Geneſ.* 24. *g.* 35. *b.* deſignat *f* legem veterem, quæ nutrix fuit populorum, & velut apis mella diuinæ cognitionis, & cultus populis præbuit. Et mors eius ceſſationem indicat legis.

Prophetia. Rex. Fuit alia Debora Prophetis, vxor Lapidoth, cuius ducatu Barach vicit infideles. *Iudi.* 4. *a.* 5. *b.* Typus eſt *g* prophetiæ, quæ dulcior eſt ſuper mel & fauum. Deſignat etiam *h* ipſam legem, quæ tanquam mel in cera, id eſt, in litera ſpiritus continet dulcedinem.

Decachordus, quare Canere.
Decaluare, vide Caluus.
Decanus, Decurio.

Decanus, eſt dux conſtitutus ſuper decem viros.

Implentes decalogum. Decani dici poſſunt, *i* qui decalogum implent, vel qui curant, vt ſubditi ſibi decalogum impleant: vnde decani ſuper populum conſtituuntur. *Exod.* 18. *d.* 1. *Mach.* 3. *g.* Idem deſignare poteſt decurio Ioſeph ab Arimathia. *Marc.* 15. *d. Luc.* 23. *g.*

Decapolis.

Decapolis, eſt prouincia decem ciuitatum in Galilæa. *Matth.* 4. *d. Marc.* 7. *d.*

Decere.

Decere dicitur illud, quod conuenit, honeſtum eſt, & aptum conſentaneumque tempori, loco, ac perſonæ.

Laudandus Deus in Eccleſia. Decet hymnus Deum in Sion: *k* quia laudandus eſt in eccleſia, *Pſalm.* 64. Et decet rectos collaudatio: quia ipſi debent laudare Deum. *Pſalm.* 32.

Decet ſanctitudo domum Dei. *Pſalm.* 92. hoc eſt, *l* aduentus eius benedictio, quod eſt decus eccleſiæ æternum.

Decernere, Decretum, Definire.

DECERNERE eſt conſtituere, definire, aut de rebus magnis certam ſententiam proferre.

Firmitas diuina ſententiæ. Decernente Deo nemo poteſt infirmare. *Iſa.* 14. *f.* Definitum autem erat de Chriſto, vt moreretur. *Luc.* 22. *c. Dan.* 11. *f.*

Præcepta Dei. Decreta Dei, ſunt eius præcepta, quæ ſeruanda conſtituit. 3. *Regum* 8. *g.* Decreta autem erant veteris legis. *Epheſ.* 2. *c.*

Effectus boni propoſiti. Decernit bonus, & venit ei: quum *m* virtus, quæ ex deſiderio appetitur, largiente Deo etiam effectu proſperatur. *Iob.* 22. *d.*

Antiqua hominis condemnatio. Decretum etiam erat *n* ſententia antiqua cunctis aduerſa hominibus ex peccato parentum primorum, quod decretum Chriſtus deleuit. *Coloſ.* 2. *b.*

Perſeuerantia prædeſtinatorum. Definientes multi de populo Iſraël non manducare immunda. 1. *Mach.* 1. *g.* ſunt *o* prædeſtinati, qui perſiſtunt in mandatis Domini.

Abſoluere pœnitentem. Decernens ſacerdos mundatum eſſe leproſum. *Leuit.* 13. *c.* eſt *p* abſoluens pœnitentem ritè confeſſum.

Vis hæreticorum. Decretum Nabuchodonoſor de adoranda ſtatua. *Dan.* 3. *a.* deſignat *q* cogentes hæreticos, vt eorum ſuſcipiantur errores.

Definitio altaris cubiti vſque ad labium. *Ezech.* 43. *d.* eſt *r* terminus altaris, hoc eſt, altitudo vſque ad labium.

Definiens Saul occidere Dauid. 1. *Reg.* 20. *d.* indicat obſtinationem diaboli contra bonos.

Decertare, quare Bellum.
Decidere, vide Cadere.
Decima, Decimare, Addecimare.

DECIMA, eſt fructuum decima pars, quæ miniſtris templi dari ſolebat. Decimam quidem partem omnium frugum Leuiticæ tribui populus ex lege debebat. Rurſum ex ipſis decimis Leuitæ, hoc eſt, inferior miniſtrorum gradus decimas dabat ſacerdotibus: & hæc eſt, quæ appellatur Δευτερόδεκάτη. Erant quoque & aliæ decimæ, quas vnuſquiſque populo Iſraël in ſuis horreis ſeparabat, vt comedere eas, quum iret ad templum in vrbe Hieruſalem, & in veſtibulo templi: & ſacerdotes, & Leuitas inuitarent ad conuiuia. Erant & aliæ pauperum, quæ appellabantur πτωχοδεκάται.

Perſeuerentia boni operis. Perfectiones operum. Perfecti. Decimarum oblatio, deſignare poteſt *s* boni operis perſeuerantiam: aut operum perfectiones. *Geneſ.* 14. *d.* 28. *d. Exod.* 21. *d. Num.* 18. *c. Deut.* 12. *a.* 14. *c.* 26. *b.* 2. *Par.* 31. *b. Nee.* 10. *b. Tob.* 1. *b. Eccleſ.* 35. *b. Iſa.* 6. *d. Ezech.* 20. *f. Amos.* 4. *b. Malach.* 3. *c. Hebr.* 7. *a.* Decimæ etiam animalium mundorum, deſignant perfectos. Ideo non redimuntur. *Leu.* 27. *d.* Decimatio ex mille centum, & ex centum, eſt electio gentium. *Amos.* 5. *a.*

Obſeruantia decalogi. Decima pars Ephi. *Leu.* 5. *c.* deſignare poteſt *t* obſeruantiam decalogi. Et præterea carnem Chriſti.

Caro Chriſti. Obſeruatio præceptorum. Cuſtodire ceremonias. Decimæ frugum, aut pomorum terræ. *Leuit.* 27. *d.* deſignare poſſunt *u* obſeruationem præceptorum propter terrena: redimit autem, qui addit rectam intelligentiam.

Non integrare opera bona. Decimare mentam, & anethum, & cyminum, eſt *x* curam habere ceremoniarum, & præcipua legis non curare. *Matth.* 23. *c. Luc.* 11. *f.*

Proponere Sanctorum exempla. Addecimans rex ſegetes, & redditus vinearum, in malum quidem, *y* eſt faciens, ne opera bonorũ ſint integra. In bonum verò, eſt proponens ſingulorum Sanctorum exempla virtutum. 1. *Reg.* 8. *c.* Addecimans autem greges, eſt faciens numerum virtutum imperfectum: quia denario numero perfectio deſignatur: vt mulier è decem drachmis vnam perdidit. *Luc.* 15. *b.* In bonum verò addecimare greges, eſt tollere à cogitationibus eas, quæ non ſunt ex Deo: vt numerus perfectus Deo detur.

Decipere, Fallere, Falſus, Fallax, Seducere, Deludere.
Circumuenire, Imponere, Supplantare, Decipula, Captio.

DECIPERE, eſt arte aliquem deludere. Supplantare autem, eſt pedem alicui ſupponere, vt cadat: atque ita ſumitur pro decipere, ſeu inſidiari. Decipula eſt laquei genus ad capiendas aues & mures.

Seductus dicitur Ieremias à Domino. *Ierem.* 20. *c.* quia quæ prophetauit mala non putabat contra populum ſuum ventura, ſed contra gentes: vel quia non ſtatim veniebant mala, quæ prædicabat: vnde factus eſt in deriſum pòpulo. Decipit etiam deus falſos prophetas. *Ezech.* 14. *c.* quum *z* permittit eos à diabolo decipi, propter ſuas, & audientium iniquitates. 3. *Reg.* 22. *d.*

Decepti Iudæi. Deludit deus illuſores, quum *aa* comprehendit eos in aſtutia ſua. *Prouerb.* 3. *d. Pſalm.* 34. vt Iudæos, qui eum deriſerunt.

Deſerens deus mentem reprobum. Præcipitare. Supplantauit deus Iudæos reſurgendo: *bb* qui & amiſerunt priuilegium primogenituræ, vt Eſau, *Pſalm.* 16. Et decipit eos, vt fruſtra incederent per inuium: *cc* quando noluerunt credere Chriſto, *Iob.* 12. *d.* Supplantat quoque diabolum, eius aſtutias ſubuertendo.

Supplantat deus optimates. *Iob.* 12. *d.* quum *dd* mentem regentium iuſto iudicio deſerit: vt dum vera cœleſtis patriæ præmia negligunt, in ſuis hic voluptatibus cadant.

Seducere, aliquando eſt ab vno ad aliud perſuadendo ducere: ſiquidem fit à bono in malum, malus ſeductor

eſt.

a *Aug.* 2. *ſer. domini in monte.*
b *Ori. ſ. Matt. hom.* 7. *Gre. ſ.* 1. *Re.* 6.
c *Lyr. ſ. Deut.* 25.
d *Gre. ſ. Hoſ.* 1
e *Hie. ſ. Ez.* 6.
f *Rup.* 8. *ſ. Gen.* 35.
g *Ori. ſ. Iudi. hom.* 5.
h *Rup. ſ. Iud.* 6.
i *Be. ſ. Exod.* 18.
k *Glo. int. ſu. Pſal.* 64.
l *Gl. inte. ſup. pſa.* 92.
m *Greg.* 16. *mor.* 11.
n *Glo. ord. ſu. Coloſ.* 2.
o *Glo. ord. ſu.* 1. *Mach.* 1.
p *Glo. ord. ſu. Leu.* 13.
q *Hier. ſ. Dan.* 3.
r *Lyra ſ. Eze.* 43.
ſ *Hiero. ſ. Ez.* 45.
t *Iſyc. ſ. Leu.* 27. *Rup. ſ. Amos.* 5.
u *Iſy. ſ. Leu.* 5.
x *Ori. ſ. Mat. hom.* 25.
y *Gre. ſ.* 1. *Re.* 8.
z *Hieron. ſ. Ezech.* 14.
aa *Glo. inte. ſ. Prou.* 3.
bb *Arn. ſ. pſa.* 16. *Hie. ſ. pſ.* 10.
cc *Gre.* 11. *m.* 13.
dd *Gr.* 10. *m.* 9.

Digitized by Google

a *Aug.ſ.Ioan. tra.29.*
b *Phil.1.alle. Bed.ſ.Gen.3. Ambr. 1. de Cain.c. 5. & c.12.de parad.*
c *Aug.ſ.Ro.7*
d *Ori.ſ.pſ.36. ho.4. Aug.pſ.139.*
e *Arn.ſ. pſal. 40.*
f *Gre.ſ.1. Regum.1. Ori.ſ. Matth. ho.27. Hie.ſ.Iſa.19. 29.*
g *Bed.ſ.Prou. 15.*
h *Baſ.& Hil. ſ.pſ.61.*
i *Hie. ſ. Hoſ. 12.& ſ.Ier.9. & ſ.pſa.40.*
k *Hie.& Baſ. ſ.pſa.32.*
l *Hie.ſ.Amos 2.*
m *Hie.ſ. Hoſ. 7.*
n *Hier.ſ. Iob. 16. Gre.13.mo.5.*
o *Hie.ſ.Matt. 7.*
p *Glo. ord.ſu. pſ.39.*
q *Gre.14.mo. 6.*
r *Hier.ſ. Iſa. 66.*
ſ *Au.ſ.pſ.26.*
t *Au.ſ.pſ.43.*
u *Hier.ſ.Hoſ. 11. Ru.ſ.Hoſ.11.*
x *Hier. ſ. Ier. 14.*
y *Aug.ſ.Ioan. tract.17. Rup.5.ſ.Ioan*
z *Gr.ſ.pſ.101.*
aa *Or.ſ.Rom. 3.*
bb *Hie.ſ.Am. 2.*
cc *Ori.ſ. Nu. ho.12.*
dd *Gr.ſ.1.Re- gum.6. Amb.ſup.pſa. 118.ſer.5. Hie.ſ.Iſ.9.57 Aug.epiſ.47. & q. in Deu. 48. & 2. de peccat. merit. 35.& ſ.pſ.31 Bed.ſ.prou.4.*
ee *Gre.25.m. 7.*
ff *Hie.& Au. ſ.pſa.80.*
gg *Hie.ſ.Ez. 40.*
hh *Gr.ſ.Eze. hom.13.*
ii *Gre.ſ.1.Re. 8.12.*

eſt. Si à malo in bonum, bonus ſeductor eſt. Sic ſeducebat Chriſtus turbas, *a* ducens eas à malo in bonum? *Ioan. 7.a.*

Decepiſſe dicitur ſerpens mulierem: quia *b* voluptas facit rem apparere ſenſui aliter quàm eſt, fucans eam vtilitate, aut iucunditate, vt ſic res videatur appetenda, *Geneſ.3.c.2.Cor.11.a.Apoc.12.b.13.c.19.d.20.c.* Sic deceperunt Babylonem ſapientia & ſcientia eius, *Iſa.47.c.* Fallax quoque mulier, eſt voluptas, quæ facilè decipit. *Prouerb.5.a.7.d.Iud.6.b. Iob.31.a.Dan.13.f.Hoſ.4.c.Habac.2.a.Apoc.2.f.* Fefellit peccatum per mandatum *Rom.7.c.* quia *c* magis incitauit concupiſcentiam ad prohibita, *Prou.9.e.* Aquæ furtiuæ dulciores ſunt. Non poteſt autem ratio decipi, niſi præcedente carnali delectatione. Ideò decipitur per mulierem. Ad hæc referri poteſt decipiens Dalila Samſonem, *Iud.16.a.* Supplantantur greſſus, *d* quum inſidiis ſerpentis, quiſpiam decidit in affectum peccati, *Pſalm.36.139.*

Voluptas decipiens.

Circumueniens Laban Iacob, eſt diabolus decipiens animas, *Geneſ.31.a.* Decipientes amici quoque animam, ſunt caro, mundus, diabolus, & hæreticus, *Thren.1.g.* Idem deſignat fallens Pharao Moſen. *Exod.8.g.* Et ſeducens aliquis virginem, *Exod.22.c.* Et decipiẽtes Gabaonitæ Ioſue. *Ioſ.9.d.* Et decipiens ſpiritus malus Achab. *3.Reg.22.d. 2.Par.18.e.* Supplantat autem caro ſpiritum, *e* quum amorem ſenſibilium ſuggerit. *Pſalm.40.*

Diabolus decipiens animas.

Seducentes populum Prophetæ, deſignant *f* prædicatores, qui auditorum ſuorum iudicia confundunt, *Mic.3.b.* Et ſeducunt ſermones falſi in nomine Chriſti, quum habent veritatis ſpeciem. *Matth.7.b.24.a.Marc.13.a.Pſa.36.* Et principes Mempheos, hoc eſt, eloquentes Philoſophi deceperunt Ægyptum, *Iſa.9.c.10.e.19.c.47.c.Ierem.14.c. 23.c.38.f.50.a.Thren.1.f.2.e.Ezech.13.b.Dan.2.a.Deut.2.a.3.Reg.13.d.4.Reg.21.b.2.Paral.33.b.Sap.14.d.Rom.16.c. 1.Ioan.2.d.Actor.8.* Ad hæc referri poteſt fallacia inanis Philoſophiæ. *Col.2.a.* Et ſupplantant argumentem in porta, quum dæmones aut hæretici, & phariſæi, decipiunt maiores eccleſiæ, *Iſa.29.f.* Fallacia mulieris *g* eſt philoſophia inanis aut hæreticorum, *Prou.5.a.*

Deceptiones hæreticorum, & philoſophorum.

Decipere, de vanitate in idipſum, *Pſalm.61.* eſt, *h* exemplo ſuo alios in peccatum trahere: vel eſt, quum aliqui dicunt ſe liberare alios à vanitate, & in eandem recidunt.

Prauum exẽplum.

Supplantauit Iacob fratrem ſuum in vtero, deſignans *i* eum, qui intra eccleſiam decipit proximum, *Gen.27.f. Hoſ.12.a.* Et ſupplantat frater fratrem tempore perſequutionis eccleſiæ, *Ierem.9.b.* Et ſupplantatio aduerſus Chriſtum magnificata, fuit traditio Iudæ, *Pſal.40.*

Deceipiens proximum intra Eccleſiam.

Fallax equus eſt ad ſalutem, hoc eſt, *k* ſuperbia eſt inutilis, quæ ſubitò perdit ſuperbum, & eius opera: & etiam proſperitas temporalis, & præterea corpus humanum, *Pſal.32. Matth.13.e.* Decipit etiam vnum potantem, hoc eſt ſuperbia, *Hab.2.b.*

Superbia inutilis.

Decipit iter impiorum ipſos impios, *Prou.12.d.* quum per viam, quam reputabant rectam, feruntur in infernum. Et decipiunt eos idola ſua, *Amos.2.b.* quum *l* ea ſequuntur, quæ maximè amant, vnde & pereunt. Et dicuntur hi decipere animas ſuas, *Ierem.37.b.42.b.Gal.6.a.1.Ioan.1.c.Iacob.1.d.*

Via fallax.

Deluſus eſt Chriſtus à Iudæis, & gentibus in paſſione, qui etiam circumueniſſe iuſtum dicuntur, *Matth.20.c. Sapient.2.c.10.b.Hoſ.12.d.*

Irriſio Chriſti.

Seduci dicit diabolus, aut hæreticus eos, qui credunt doctoribus eccleſiæ, *Iſa.56.c.*

Hæretici.

Seducta columba Ephraim, *Hoſ.7.c.* deſignat *m* hæreticos in erroribus, & deſideriis terrenorum exiſtentes.

Diabolus.

Falſiloquus eſt diabolus, & Iudas & populus Iudæorum, qui falſum teſtimonium dixerunt aduerſus Chriſtum. Et *n* hæreticus, qui contradicit Eccleſiæ, *Iob.16.b.* Ad hos referuntur, quæ dicuntur de falſis teſtibus, & falſis teſtimoniis, *Exod.20.e.23.a.Deut.5.c.19.d.3.Reg.21.c.Prou.6.b.19.a.25.c.Matth.19.c.26.f.Marc.14.f.Rom.13.c.Acto.6.b.* Iidem *o* falſi Prophetæ, *Matth.7.b.* Et falſa amant, *2.Cor.2.f.Gal.2.a.*

Hareſes.

Falſæ inſaniæ dicuntur *p* eorum qui falſa amant, *Pſa.39. Deu.4.c.30.d. Amos.2.a.* ſunt autem hæreſes, & cultus idolorum.

Inſidiæ diaboli, hæreticorum, & Iudæorum.

Decipula ſuper ſemitam, *Iob.18.b.* eſt, quum *q* diabolus intuetur vniuſcuiuſque mores, cui vitio ſint proclinati & illa opponit ante faciem, ad quæ cognoſcit facilius inclinari mentem: vt blandis ac lætis moribus ſæpè luxuriam, nonnunquam vanam gloriam: aſperis verò mentibus iram, ſuperbiam, vel crudelitatem proponit: ſunt etiam decipulæ hæreticorum, *Ierem.5.g.* Et captiones Iudæorum in Chriſtum: vt caperent eum in ſermone, *Pſalm.34.*

Dans Deus doctrinam & pacem.

Declarare, quare Manifeſtare.
Declinare, Diuertere, Deflectere, Vergere.

Caſtigans Deus grauiter.

Declinare, eſt deorſum aliquid flectere, & etiam diuertere ab itinere deflectendo, ac etiam deuitare.

Faciens reſipiſcere.

Declinat Deus quaſi flumen pacis, *Iſa.16.d.* quum *r* dat eccleſiæ triumphanti perpetuam pacem, & militanti abundantiam doctrinæ & gratiæ.

Dans ſe Chriſtus in cibum.

Declinat Deus in ira à ſeruo ſuo, *Pſalm.26.* quando *ſ* ei non præſtat auxilium, quaſi auertens ab eo faciem, vel quando non hic miſericorditer caſtigat, ſed relinquit perpetuò puniendum.

Tranſiens Chriſtus ad gentes.

Declinaſſe dicitur Deus ſemitas noſtras de via ſua, *Pſal.43.* quum *t* per verbera facit nos deſerere viam latam, & ambulare viam arctam.

Declinans Deus ad Iſraël, vt ipſe Iſraël veſceretur, *Hoſ.11.b.* fuit *u* Chriſtus, qui aſſumpta humanitate ſe dedit in cibum. Idem deſignatur, quum diuertit ad hominem peccatorem, *Luc.19.a.* quia aſſumpta humanitate apud nos diuertit.

Diuertens Iudas ad virum Odollamiten, *Gen.38.a.* deſignauit Chriſtum tranſeuntem ad gentes. Idem deſignauit Eliſæus diuertens ad domum mulieris Sunamitidis, *4.Reg.4.b.* Declinans etiam viator ad manendum, *Ierem. 14.b.* fuit *x* Chriſtus, qui relicta Iudæa tranſit ad Eccleſiam ex gentibus. Diuertens etiam Dauid arca in domum Obededon, tranſitum eccleſiæ ad gentilitatem deſignat. *2.Reg.6.b.1.Paral.13.d.*

Secretus locus Chriſti.

Declinans Ieſus à turba. *Ioan.5.b.* deſignauit *y* non eſſe aptum locum, ad cognoſcendum inter turbas, *Pſal.26.* declinat etiam ſponſus, vt maiori deſiderio quæratur, *Cant.5.b.*

Caligo peccati.

Declinant dies ſicut vmbra, *Pſal.101.* quum *z* peccatorum noſtrorum nebulas propitiationi diuinæ opponentes, & mentis patimur caliginem, & diuinæ extinguimus charitatis ardorem.

Deficere à virtute.

Declinare abſolutè, *aa* eſt à rectitudine virtutis, & à fortitudine deficere, *Pſal.13. Iſa.41.c.* declinauerunt autem omnes ab illa rectitudine viæ, in qua Deus poſuerat Adam, ſecundùm quòd ipſe Adam declinauit. Et prius quidem fiunt inutiles per peccatum, poſtea fugiunt à Deo, ſicut Adam abſcondit ſe. Declinare quoque à mandatis Dei, vel à iudiciis, eſt à rectitudine deflectere: quia illa ſunt recta. Et declinant viri ſanguinum à Chriſto, vel à iuſto. *Pſal.43.52.118.138. Deut.31.g. Iob.23.c.31.a.36.c. Iſa.29.g.30.c.53.b.56.d. Ierem.5.f.6.g. Baruc.4.c.Hoſ.4.d.* declinant etiam viam humilium, qui *bb* declinant à Chriſto, *Amos.2.b.*

Labi ad voluptates.

Declinare ad agros, & vineas Sion, *cc* eſt labi ad terrenas voluptates, *Num.31.e.*

Extrema vitioſa.

Declinare ad dexteram, *dd* eſt nimium abſtinere: ad ſiniſtram verò eſt nimium carni indulgere, *Num.20.c. Deut.5.b.16.d.16.b.1.Reg.6.c.2.Par.34.a.Prou.4.d.Iſa.30.d.* declinat etiam ad dexteram aliquis ſuperba præſumptione iuſtitiæ, & quum bona ſibi aſcribit: ad ſiniſtram verò ſecura delectatione peccati. Declinant quoque hæretici ad dexteram, quum bona ſimplicium deuorant, *Iſa.9.d.* declinat ad dexteram, qui vult plus ſapere quàm oportet ſapere: declinat ad ſiniſtram, qui ſtultitiæ famulatur.

Eiicere omne peccati.

Declinare à malo notum eſt, *Pſal.33. Prou.13.c.14.b.15.c.16.a. Pet.3.b.* Sed declinare de ſemita, & de via *ee* interdum eſt declinare à malo, *Iob.31.a. Iſa.57.c.* diuertens quoque Ioſeph deorſum ab oneribus. *Pſalm.80.* deſignat *ff* deiicientes à ſe onera peccatorum, quibus in Ægypto premebantur, & ſuſcipientes onus Chriſti leue.

Tendens Eccleſia ad verum lumen.

Vergens ad auſtrum templum, aut ciuitas, eſt *gg* eccleſia tendens ad verum lumen, quod eſt Deus. Vergit autem ad Aquilonem, & non eſt in Aquilone: quia *hh* pugnandum eſt contra ipſum Aquilonem, *Exod.26.d. Ezech.40.a.42.a.*

Appetere terrena.

Declinare poſt auaritiam, eſt *ii* ambitione rerum terrenarum tota intentione defluere. Et declinandi cauſa eſt acceptio munerum, *1.Reg.8.a.Iſa.56.d.* declinare etiam poſt vana, eſt in appetitum rerum temporalium defluere, & amorem illorum diuino amori præferre, *1.Reg.12.d.*

Digitized by Google

Defendere peccatum.
Non considerare cœlestem iudicem.
Exercere vsuras.
Sequi proprium errorem.
Confundentes subditi mentem prælati.
Decipientes hæretici simplices.
Dæmones.
Non deficient dæmones puniendo.
Fauere pauperi iniustè.
Recedens Christus à Iudæis.
Opprimentes iniquitates.
Persequentes Iudæi Christum.
Verecundia.
Diuinitas in Christo.
Discipuli Christi.
Decor Christi

Spiritus sanctus.
Angeli.
Ecclesia.
Gloria cælestis.
Virgo Maria.

Apostoli.
Ecclesia.

Decor morum
Decor præmiorum.

Anima virtutibus ornata.

Virtus continentium.
Virtutes.
Mentes fidelium.
Puræ vitæ doctorum.
Castitatis decor.
Honestas operum.
Exemplamaiorum.
Doctrina decor.
Gratia.
Vbertas.
Laus per opera.

Declinat cor in verba malitiæ, *Psal.* 140. qui *a* nititur peccatum defendere : & qui in corde cogitat mala: vel consentit in mala.

Declinare oculos in terram. *Psal.* 16. est *b* non considerare cœlestem iudicem, vel est de terrenis cogitare : vel est Christum purum hominem iudicare. Declinans autem populus à Dauid est deficiens à Christo 2. *Reg.* 19. *a*.

Declinare in obligationes, est *c* incidere in anathema: aut vsuras exercere, *Psal.* 124. declinare etiam ad magos, est ad auaritiam, & ad dæmones declinare, *Leui.* 19. *f.* 29. *b.* declinat etiam vnusquisque in viam suam, quum quisque suum sequitur errorem, & quod sibi rectum videtur facit. *Isa.* 59. *d.*

Declinantes boues arcam, 2. *Reg.* 6. *b.* sunt *d* populi confundentes mentem prælati, vt condescendat eis.

Declinant sacerdotes victimas in profundum, *Hos.* 5. *a.* quum *e* hæretici suis insidiis simplices dæmonibus subiiciunt. Et quum *f* sacerdotes inducebant ad immolandum idolis.

Diuertentes aliquando dicuntur *g* dæmones : & etiam angeli, *Ezech.* 16. *b.*

Non declinabunt hostes Hierusalem à semitis suis, *Ioel.* 2. *b.* quum *h* dæmones non deficient à puniendo.

Declinare in iudicium pauperis, est *i* fauere pauperi in iudicio, sed iniustè, *Exod.* 23. *a.*

Declinans Dauid à facie Saulis, 1. *Reg.* 18. *e.* est *k* recedens Christus à Iudæis.

Declinant iniquitates in aliquem, quum *l* multiplicatæ ipsum opprimunt, *Psal.* 54. vel iniquitates Iudæorum declinarunt in Christum, quum eum persequebantur.

Declinanti vmbræ comparatur homo, *m* quia sicut vmbra declinante fit nox, ita ex mortali carne fit mors, *Psalm.* 108.

Declinantes mulieres vultum in terram, *Luc.* 24. *a.* signum dederunt *n* verecundiæ.

Diuersorium viatorum, quod optabat Ieremias in solitudine, *Ierem.* 9. *a.* Monasteria significare potest, apta ad pœnitentiam.

Decolorare, vide Color.

Decor, Decorus, Pulcher, Species, Speciosus, Formosus, Forma, Venustus, Elegans.

DECOR, & pulchritudo nascitur ex quadam partium ad inuicem proportione, aptáque compositione : & in natura humana, maximè lucet in vultu, quæ & venustas dicitur. Amittitur autem decor per infirmitatem, & vetustatem. Ipsa quoque mundicia, pulchritudo dicitur, *Eccles.* 44. *a.* Pulchritudinis studium habentes.

Species decoris Dei dici potest *o* diuitias in Christo, *Psalm.* 49. Et species decoris eius erat ex Sion, quia inde cœpit prædicari Christus : discipuli etiam Christi habentes varia dona Spiritus sancti, species decoris Christi dici possunt.

Decorus Ioseph, *p* pulchritudinem Christi designat, *Genes.* 39. *d.* 49. *c.* Christus autem *q* est decorus sponsus, *Cant.* 1. *d.* decor etiam faciei Dauid, designat gloriam maiestatis Christi, in quam desiderant angeli prospicere: quæ facies non est ostensa Mosi, sed posteriora. Sed & decora est facie, *r* quia omnia bona fecit, & quia est splendor gloriæ Dei, *Hebr.* 1. *b.* 1. *Reg.* 16. *b.* qui etiam speciosus dicitur forma præ filiis hominum, *Psalm.* 29. 44. 103. Est etiam decor faciei eius, splendor incomparabilis conuersationis eius, & præclara honestas : ac perfecta charitas, reliquarumque virtutum splendor. Potest etiam eius species ad Patrem referri, qui decor est filij, *Iob.* 40. *a. Isa.* 33. *c.* 35. *a.* 52. *d.* 61. *d.* 63. *a. Ierem.* 25. *f.* 31. *e.* Pulcher etiam Dauid, est Christus, qui resurgendo immortalitatis pulchritudinem induit, & mortales nos ex magna charitate respexit. Pulchritudo etiã Christi referri potest ad Spiritum sanctum, Christi animam exornantem. Pulchritudo autem Christi dicitur quasi primogeniti tauri, *Deut.* 33. *c.* propter excellentiam virtutis eius, In ipso quoque est pulchritudo pacis, *Isa.* 32.

Speciosæ vestes, quibus induitur Deus *Iob.* 40. *a.* sunt *s* sanctorum angelorum chori, quos condidit, & in vsum sui decoris assumpsit. Designant etiam Ecclesiam, quam sibi gloriosam exhibet non habentem maculam, neque rugam. Et induit Dominus decorem, quum exornat Ecclesiam, *Psalm.* 92. Ad hæc referri potest species gloriæ Domini, *Exod.* 24. *d. Psal.* 95. *Ezech.* 10. *a.* decoris etiam regnum est in gloria cœlesti, *Sap.* 5. *c. Eccl.* 4. *c.* 6. *d.*

Species Iacob dici potest *t* beatissima virgo Maria, quæ eius stirpem miram exornauit. *Psal.* 46. decor etiam Iudith eiusdem Virginis decorem indicat, *Iud.* 10. *b.* Et decor Ester, *Ester.* 2. *a.* & species Abigail, 2. *Reg.* 25. *a.* Pulcherrima etiam arbor dici potest *u* beata Virgo, *Leu.* 23. *g. Dan.* 4. *b.*

Species etiam Iacob *x* designare potest Apostolos ex genere Iacob descendentes, *Psalm.* 46.

Pulchritudo Rebeccæ, typus est *y* pulchritudinis Ecclesiæ ex gentibus, *Genes.* 24. *b.* 26. *b.* quæ pulchritudo consistit in confessione fidei, & cultu pietatis & virtutum. Species quoque domus, est pulchritudo Ecclesiæ, *Psal.* 25. 67. *Thren.* 1. *b.* Eandem pulchritudinem designare potest pulchra Bethsabee, & elegans Thamar, 2. *Reg.* 11. *a.* 14. *f.* Pulchritudo quoque Ephraim, est *z* ipsa Ecclesia, in qua decorabantur hæretici, antequam ab ea exirent, *Hos.* 9. *d.* dicitur autem Ecclesia formosa sponsa propter bonos in ipsa existentes, *Cant.* 1. *b.* & dicitur formosa & nigra *aa* per pœnitentiam peccatorum, & per dona, & virtutes à Christo acceptas. Species cœli, est decor Ecclesiæ, *Eccl.* 43. *a.*

Pulchra dicitur sponsa, & pulchra replicatur, *Cant.* 4. *a.* quia *bb* alia est ei pulchritudo morum, in qua nunc cernitur, atque alia pulchritudo præmiorũ, in qua postmodum per conditoris sui speciem subleuabitur. Pulchra etiam, quæ cœlesti desiderio fulgens, supernæ contemplationis decorem se induit, horis duntaxat, quibus commodè, & opportunè id potest.

Decor animæ est *cc* ex coniunctione & connexitate virtutum, & potentiarum conformitate. Et amittitur hic decor per infirmitatem affectuum & vetustatem peccati. *Ezech.* 16. *b.* 28. *b. Psal.* 20. 29. 44. Et anima est pulchra sponsa, ex hoc, quod est proxima sponso : & pulchritudo eius consistit in fœcunditate operum, & dicitur pulcherrima mulierum, per profectum, quo alias superat : & bis pulchra, hoc est, in hoc seculo vel in futuro: vel intus, & extra : vel per humilitatem, & innocentiam. Et pulchra in calceamentis, hoc est, *dd* in operibus castigandi corporis. *Cant.* 1. *d.* 2. *c.* 4. *a.* 5. *d.* 6. *a.* 7. *c. Amos.* 8. *d.* Est etiam speciosa, & decora facie *ee* cuius imago renouatur de die in diem per gratiam, & omni virtutis ornatur perfectione. Et decora oculo spiritali, à quo mundi huius puluerem, squaloremque deterfit. Et decora facie, non erubescens confiteri fidem. *Prou.* 31. *c. Eccl.* 26. *c.* 36. *d. Ier.* 6. *a. Thren.* 1. *b.* 2. *e. Bar.* 5. *a. Ezech.* 9. *c.* 27. *a. Dan.* 1. *a. Ioel.* 2. *f. Hab.* 2. *a.* Speciosæ quoque filiæ Iob, designant *ff* animas virtutum pulchritudine decoratas, *Iob.* 42. *d.* Pulchræ etiam virgines, sunt animæ, quæ lumen habuere virtutum, & sponsæ *gg* thalamum ingressæ sunt, *Amos.* 8. *d.*

Pulchriores sapphiro Nazaræi dicuntur, *Thren.* 4. *b.* quum *hh* continentes vincere videntur eos, qui cœlestem habent conuersationem.

Species domus Dei, sunt *ii* virtutes, *Psal.* 67. *Num.* 24. *a.* 2. *Par.* 3. *b.* dicuntur etiam speciosa Iacob, *Thren.* 2. *a. Zach.* 9. *d.* Species quoque seu pulchritudo agri, dicuntur virtutes Ecclesiæ: *Psalm.* 49. 64. Speciosa etiam deserti, sunt rectè viuentes in Ecclesia. Et speciosa pastorum, *Isa.* 35. *a. Ierem.* 9. *c. Ioel.* 1. *d.* 2. *e. Amos.* 1. *a. Soph.* 2. *c.* Et pulcherrimi, sunt excellentes virtute, *Isa.* 3. *d.* Pulcherrima quoque arbor dicitur, qui bene operatur in tempore opportuno, *Leuit.* 23. *Dan.* 4. *b.*

Decor faciei, designat *kk* splendidas fidelium mentes, *Psal.* 92. Pulchritudo autem oculorum, designare potest *ll* puram vitam doctorum. Et pulchriores sunt oculi Christi vino, *mm* quum Apostoli excedunt austeram doctrinam legis, *Genes.* 49. *b.* Pulchritudo autem genarum, est castitatis decor in Ecclesia, *Cant.* 1. *c.* Pulchritudo autem gressuum sponsæ, designat honestatem operum. Et etiam pulchritudo pedum, tam sponsi, quàm sponsæ, vel etiam Apostolorum, *nn* quæ consistit in exemplis maiorum, *Cant.* 7. *a. Isa.* 52. *b. Rom.* 10. *c.* Pulchræ autem mammæ sponsæ, ad decorem doctrinæ referuntur, *Cant.* 4. *c.* dictum est veterum, Solus sapiens decorus est: omnis nequam, turpis.

Pulchritudo vaccarum, significare potest gratiam, quæ reddit animas pulchras, *Genes.* 41. *a.* qua ratione dicitur elegans & formosa vitula Ægyptus, *Ierem.* 46. *e.* Pulchritudo autem vaccarum, quantum ad literam indicabat vbertatem, quæ etiam significatur pulchritudine agri, *Psal.* 49. *Hos.* 9. *c.* 10. *c.*

Decora laudatio Dei est, *oo* quæ fit per bona opera, *Psal.* 146. 1. *Par.* 16. *c. Nee.* 12. *d.*

a *Au. de continent. c.* 2. *to.* 4.
b *Hie. f. ps.* 16. *Arn. f. ps.* 16.
c *Arn. & Hil. f. psal.* 124.
d *Gre.* 5. *mor.* 10.
e *Hie. f. Hos.* 5.
f *Ru. f. Ho.* 5.
g *Ori. f. Ezec. hom.* 6.
h *Hi. f. Ioel.* 2.
i *Glo. int. sup. Exod.* 23.
k *Glo. ord. su.* 1. *Reg.* 18.
l *Gl. inte. sup. psa.* 54.
m *Glo. ord. f. Ps.* 108.
n *Lyr. f. Luc.* 24.
o *Au. f. ps.* 49.
p *Amb. de bene patria.* 10. 11.
q *Ori. f. cant. ho.* 2.
r *Gre. f.* 1. *Regum.* 16. *Basi. & Arn. f. ps.* 44. *Hie. ad principiam. Bern. f. cant. ser.* 45. *Bed. f. Ge.* 39.
s *Gre.* 25. *mo.* 5.
t *Arno. f. psal.* 46.
u *Isye. f. Leu.* 23.
x *Hi. f. ps.* 46.
y *Gl. inte. sup. Gen.* 24.
z *Hier. f. Hos.* 9. *& f. Soph.* 2.
aa *Ber. f. cant. ser.* 45.
bb *Gr.* 9. *m.* 9. *Ber. f. can. ser.* 57.
cc *Ori. f. Exe. hom.* 13. *& f. can. h.* 2. 3. 4 *Amb. d. Isaac* 7. *& f. ps.* 118. *ser.* 2. 6. 17. *Hie. f. Ez.* 16.
dd *Gr. f. cant.* 2.
ee *Am. exhor. ad virgin. & de init. my.* 7. *Aug.* 3. *de doctri. Christ.* 32
ff *Gre.* 35. *m.* 23.
gg *Hie. f. Am.* 8.
hh *Gl. ord. su. Thren.* 4.
ii *Hil. f. ps.* 64. 67. *Hie. f. ps.* 49.
kk *Gr. f.* 1. *Regum.* 15.
ll *Ori. f. Gen. ho.* 16.
mm *Bed. f. Gen.* 49.
nn *Ori. f. Re.* 10. *Hie. f. Isa.* 52. *Gre. f. cant.* 7.
oo *Glo. ord. f. psa.* 146.

Digitized by Google

Pulchra eloquia, designant doctrinam Euangelicam, *Genes.* 48. *c.* Hæc sunt pulcherrima Dei, quæ *a* miscuerunt, aut posuerunt hæretici in suis erroribus. *Ioel.* 3. *b.* Et decor Carmeli datus est deserto, quum scientia Iudæorum data est Gentibus. *Isa.* 35. *a. Thren.* 2. *e.* decoris vasa, *b* sunt sensus diuini cum eloquentia. *Ezech.* 16. *b.* — *Doctrina Euangelica.*

Pulchra mulier capta *c* designat sapientiam, *Deut.* 21. *b.* Idem significat pulchra Sunamitis, 3. *Regum* 1. *a. Prouerb.* 3. *c.* 22. *c.* — *Sapientia.*

Pulcherrima mulierum dicitur *d* synagoga, quæ sequuta est Euam, *Cant.* 5. *d.* Ecclesia verò dicitur pulcherrima virginum. Dicitur etiam synagoga pulchra sicut Hierusalem, post conuersionem, *Cant.* 6. *a.* Et dicitur filia Sion speciosa & delicata, *Iere.* 6. *a.* Et Hierusalem, hoc est synagoga, erat olim speciosa: quæ tamen derelicta est, *Isa.* 27. *c.* Pulchra etiam oliua erat prius synagoga: postea verò ecclesia, *Ierem.* 11. *c. Eccles.* 24. *b.* — *Synagoga. Ecclesia.*

Pulchritudo Iudæorum *e* dicitur arca fœderis: quæ data fuit in manus inimici, *Psalm.* 77. 1. *Mach.* 2. *a.* Et decor domini super quem rugiit dominus, *f* erat templum Hierusalem, quod destruxit Deus, *Ierem.* 25. *f.* Hæc sunt speciosa pastorum, *g* quæ luxerunt, *Amos.* 1. *a.* — *Arca fœderis. Templum.*

Species electri de medio ignis, est *h* quando in tribulatione, & castigatione, diuina splendet prouidentia, est animus purior, *Ezech.* 1. *a.* 40. *a.*

Pulchritudo Rachëlis, designare potest *i* pulchritudinem vitæ contemplatiuæ, & etiam ecclesiæ, *Genes.* 29. *d.* Pulcher etiam aspectu Dauid, 1. *Reg.* 16. *c.* designat eum, qui est interna contemplatione conspicuus. — *Contemplatiua vita.*

Decor vestium Aaron, designat splendorem bonorum operum, qui esse debet in sacerdote, *Exod.* 28. *a. Psal.* 95. decor etiam cutis, est *k* ornamentum virtutum, *Iob.* 18. *c.* Et pulchra varietas veli tabernaculi, decorem virtutum designat in sacerdote, vel in ecclesia. *Exod.* 26. *f.* — *Opera bona. Ornamẽtum virtutum.*

Non erat species neque decor Christo in passione, *Isa.* 53. *a.*

Elegantia Mosis, ordinem *l* legis significare potest: & præterea decorem Christi: ac etiam boni operis, *Exod.* 2. *a. Hebr.* 11. *c.* — *Ordo legis. Christus. Bonum opus.*

Decorum pretium Christi dicitur triginta argenteorum, *Zach.* 11. *c.* quasi *m* per irrisionem, seu ironiam: quia Iudæi parui faciebant ipsum Christum. — *Contemptus Christi.*

Pulchritudo cutis. *Iob.* 18. *c.* significare potest *n* gloriam temporalem: quæ dum foris cõcupiscitur, quasi species in cute retinetur. Pulchritudo etiam stulti, *Iob.* 5. *a.* est *o* gloria huius mundi, quam stulti in magno pretio habent. Ad hæc referri potest decor Absalom, 1. *Reg.* 14. *f.* Et Adoniæ, 3. *Reg.* 1. *a. Ierem.* 49. *d. Ezech.* 16. *b.* — *Gloria temporalis.*

Pulchritudo hypocritarum, sunt bona eorum opera: *p* quæ propter eorum iactantiam traduntur in manus inimici, *Psalm.* 77. — *Bona opera hypocritarum.*

Decor dicta vna virga, quam præcidit Zacharias, *q* designabat gentilem populum, qui decorus erat, quando seruabat legem naturæ. Vel designabat fœdus Dei cum omnibus gentibus, *Zach.* 11. *c.* — *Gentilis populus. Fœdus Dei.*

Pulchri rami cedri, *Ezech.* 31. *a.* designare possunt *r* dona naturalia, & gratuita Luciferi, vel Antichristi. Idem designare potest pulchritudo Tyri, *Ezech.* 27. *c.* 28. *b.* — *Dona naturalia & gratuita Luciferi.*

Pulchra de Amalec, designant *s* turpitudines libidinis: quæ dicuntur pulchræ, cum placent animæ, 1. *Reg.* 15. *b. Nah.* 3. *a.* Idem designare potest pulcherrimus lectus, *Ezech.* 23. *f.* — *Turpitudines libidinis.*

Pulchræ domus hæreticorum, *t* sunt rationes eorum fallaces, & verisimiles, *Isa.* 5. *c. Mich.* 1. *c.* Species etiam variæ colorum in lepra, sunt diuersi errores hæreticorum, *Leuit.* 13. *a.* 14. *f.* Et pulchrum visu, quod destruet Dominus, est ornatus verborum hæreticorum, & prophanorum. Vel est scientia & virtutes, quæ dissipantur in anima peccante, *Isa.* 2. *c. Thren.* 2. *b.* Species etiam mulieris alienæ, elegantiam in erroribus hæreticorum designat, *Eccl.* 9. *b.* 25. *d. Ezech.* 16. *d.* Speciosa etiam pastorum, designant *u* doctrinam compositam hæreticorum, *Amos.* 1. *a.* Et speciosus homo dicitur idolum, *Isa.* 44. *b.* designans elegantiam hæreticorum. Decorat etiam artifex idolum argento, & auro, *Ierem.* 10. *a.* quum errori addit pulchros sensus, & elegantiam verborum. — *Errores hæreticorum.*

Pulchritudo colli vitulæ Ephraim, *Hos.* 10. *c.* designat *x* superbiam hæreticorum vel etiam Iudæorum. — *Superbia hæreticorum.*

Species hominis dicitur alter homo, *Iob.* 5. *d.* Et visitat speciem suam, *y* qui bene facit proximo. — *Bene operari.*

Secundùm speciem suam lignum semen producit, quum *z* mens nostra, ex sui consideratione, se in alterum colligit, & recti operis germen parit, *Genes.* 1. *b.*

Species quatuor malorum, quibus visitat Deus populum, sunt gladius ad occisionem, canes ad lacerandum, volatilia cœli, & bestiæ terræ, ad deuorandum, & dissipandum, *Ierem.* 15. *a.* — *Varia hominum genera.*

Species piscium in aquis torrentis, quem vidit. *Ezech.* 47. *b.* varia *aa* hominum genera designant,

Pulchritudo agri, dicuntur maturi fructus, quantum ad literam, *Psalm.* 49. — *Maturi fructus.*

Decorticare, vide Cortex.
Decrescere, vide Minuere.
Decurio, quare Decanus.
Decurrere, vide Currere.
Decus, quare Honor.
Dedan.

Dedan, id est, *bb* cognitio, siue mamilla, vel dilectio eorum, aut patruus vel iudicans; Ciuitas Idumææ, *Ezech.* 25. *c.* 38. *d. Ierem.* 25. *e.*

Dedecus, vide Ignominia, & Turpitudo.
Dedicare, quare Sacrum.
Deducere, vide Ducere.
Deesse, quare Deficere.
Defœcatus.

Defoecatvm dicitur, quod est mundum à fœcibus.

Defœcata vindemia erit, *cc* quum auferet Christus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, & separabuntur boni à malis, *Isa.* 25. *c.* — *Ablatio lacrymarum.*

Defendere, Protegere, Tueri, Præsidium.

Defendere dicitur is, qui prohibet damnum, aut periculum ab aliquo qui & protegere, & tueri dicitur. Præsidium autem, est ipsa defensio aut locus, defensioni accommodus.

Protexit pater Christũ in vmbra manus suæ, *Isa.* 49. *a.* vt *dd* carnis videlicet vilitas, diuinitatis potentia tegeretur: Angelo ad Virginẽ nunciante: *Luc.* 1. *d.* Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. — *Confirmans in fide.*

Protegit Deus, quum confirmat in fide, *Exod.* 33. *d.* Et protegit sub vmbra alarum, vel in nube, hoc est, in domo Dei, quæ est Ecclesia. Et protegit in abscondito tabernaculi sui hoc est, *ee* in Christo, *Psalm.* 19. 16. 60. 26. 104. Et protegit à conuentu malignantium, hoc est, hæreticorum, aut dæmonum, *Psal.* 63. Et ipse dicitur protectio nostra super manum dextram, quia protegit in spiritualibus, *Psal.* 120. 143. Et protectio super omnem gloriam, *Isa.* 4. *b.* 31. *c.* 51. *e. Ierem.* 15. *c. Zach.* 9. *d.* Et defendit in iudicio causam filiorum Israël, quum defendit in se credentes, *Ierem.* 50. *f. Gen.* 14. *d. Iud.* 6. *g. Psal.* 21. *Thren.* 2. *f.*

Protexit aut texit Deus Mosen, hoc est, *ff* Iudæos, quum transiret in passione, posito velamine carnis, ne eum agnoscerent: cuius tamen posteriora in resurrectione, qui statuti sunt supra petram, viderunt, *Exod.* 33. *d.* — *Velamen Iudæorum.*

Defendens Moses puellas sacerdotis Median, *Exod.* 2. *c.* designat *gg* Christum protegentem Ecclesiam. Eadem defensio designatur, 1. *Par.* 11. *c. Iud.* 5. *d.* 9. *a. Eccl.* 30. *a.* 2. *Mach.* 4. *a.* — *Christus defendẽs Ecclesiam.*

Protegens Cherub arcam, *hh* significare potest Luciferum, qui quum creatus est & positus in monte sancto Dei, protegebat, vel habebat sacramenta Dei, antequam caderet, *Ezech.* 28. *d.* — *Lucifer.*

Protegens hedera Ionam, designat legem protegentem Iudæos, *Ion.* 4. *c.* & defendentes montes Iudæos, *Iud.* 7. *b.* dici possunt lex & Prophetæ. — *Lex.*

Protegentia saga vtrumque latus tabernaculi, *Exod.* 26. *c.*

Protegens Rebecca nuda colli Iacob, *Genes.* 27. *c.* designat *ii* per memoriam peccatorum deprimendam esse superbiam.

a b *Hie. s. Ioel. & s. Ezec.* 16.
c *Amb. epi.* 7.
d *Am. exhor. ad vir. Hier. s. Isa.* 27 *& s. Ier.* 11.
e *Arn. s. psal.* 77.
f *Hier. s. Ier.* 25.
g *Rup. s. Am.* 1.
h *Hie. s. Ezec.* 1.
i *Glo. ord. sup. Gen.* 26.
k *Hier. s. Iob.* 18.
l *Lyr. s. Exod.* 2.
m *Hie. s. Za.* 11.
n o *Greg.* 14. *m.* 8. *& 6. m.* 3.
p *Gr.* 8. *m.* 37. *& pastor. ad-mon. p.* 4. *c.* 1.
q *Hier. s. Zac.* 11.
r *Hie. s. Eze.* 31.
s *Gre. s.* 1. *Regum.* 15.
t *Hier. s. Isa.* 2. 5.
u *Hie. su. Am.* 1. *& s. Ier.* 10.
x *Hie. s. Hos.* 10. *Ru. s. Hos.* 10.
y *Greg.* 6. *mo.* 23.
z *Gr.* 6. *m.* 23.
aa *Glo. ord. s. Ezec.* 47.
bb *Hie. s. Ez.* 28.
cc *Hie. s. Isa.* 25.
dd *Hie. s. Isa.* 49.
ee *Arn. s. psa.* 16. 104. *Aug. s. psa.* 26 120.
ff *Aug.* 2. *de Trin.* 17. *& q. in Exo.* 2.
gg *Glo. int. s. Exod.* 2.
hh *Hie. s. Ez.* 28.
ii *Gl. ord. sup. Gen.* 27.

Digitized by Google

Roborare abstinentiam.

Defendere Iabes, est *a* roborare abstinentiam, 1. *Reg.* 11. *b.*

Principes hæreticorum.

Defendentes fratres Beniamin, ne traderetur Ioseph, *Gen.* 44. *d.* demonstrant exercendam fraternam charitatem in accusatos.

Monumenta hæreticorum.

Protectores Ephraim, *b* sunt principes hæreticorum, *Hos.* 4. *d.*

Defensio peccatorum.

Præsidia dici possunt munimenta hæreticorum, 14. *b.* 21. *e. Ios.* 10. *a. Ezec.* 33. *f.*

Proteguntvmbræ vmbram Behemoth, quum *c* diabolus peccata omnium superat, & defendit, suáque aliorum peccatis confirmat. Et quum *d* nequissimorum facta, nequiores peruersis patrociniis tuentur, *Iob.* 40. *c.*

Deferre, vide Ferre & Accusare.

Deficere, Deesse, Indeficiens.

Deficiens virtus Christi in passione.

Deficere, interdum est debilitari, *Iud.* 8. *a.* Quia valde defecerunt. Item deesse, *Gen.* 47. *e.* Quum deficeret emptoribus pretium. Derelinquere, *Prou.* 3. *b.* Nec deficias, quum ab eo corriperis. Desinere. *Leu.* 6. *b.* Qui nunquam deficiet. Deserere, *Psa.* 70. Quum deficiet virtus mea. Exinaniri, *Num.* 14. *f.* In solitudine hac deficiet. Falli, *Iob.* 17. *b.* Oculi filiorum eius deficiant. Recedere. *Psa.* 16. Non conuertatur donec deficiant.

Deficiens anima Samsonis, & virtus eius, *Iud.* 16. *d.* designauit Christum, cuius virtus defecit in passione, quum mortuus est. Et oculi eius defecerunt *e* in cruce, *Psal.* 67. 70. 118. *Iere.* 15. *b.* 20. *c.* Deficit etiam Christi virtus in peccantibus, quum gratiam amittunt: & in iis, qui maledicunt ei.

Deficientes discipuli in passione.

Defecerunt oculi Christi sperando, *Psa.* 68. quum *f* discipuli eius in passione, in fide, & spe defecerunt, vnde quidam dicebant, *Luc.* 24. *c.* Nos sperabamus, quod ipse redempturus esset Israël.

Deesse dicuntur passionibus Christi, *g* quæ patiuntur membra corporis eius, in quibus ipse pati dicitur, *Col.* 1. *d.*

Obtemperans caro spiritui.

Defecit simul omnis caro, *h* quando iam nullis suis motibus seruit: quia præsidens spiritus, cuncta eius fluxa restringit, & quodam districtionis suæ gladio omne, quòd in illa malè viuebat, interficit, *Iob.* 34. *b. Psa.* 72. Sic dicuntur deficere renes, *Nah.* 2. *c.* Et deficiunt inimici, quum à vanitate desistunt. *Psa.* 17. Et deficit terra, quum quis efficitur cœlestis, *Soph.* 1. *a.* deficit etiam iniquitas filiæ Sion, quum quis à peccando cessat, & agit pœnitentiam, *Thr.* 1. *e.* 4. *c.* Et deficiunt auferente Deo spiritum, qui prius erant superbi, sed conuersi ad humilitatem, cognoscunt, quàm sint debiles & infirmi, *Psal.* 103. deficit autem spiritus hominis ex se: quia sine Deo nihil boni potest. *Psal.* 141. Et deficit spiritus superbiæ in proficiente.

Cessare à peccando.

Nunquam deficiens ignis in altari, *Leu.* 6. *b.* designat *i* charitatem nunquam excidentem. Et non deficiens columna ignis, & nubis, idem designat, & continuam Dei protectionem, *Exo.* 13. *d.*

Nunquam excidens charitas.

Non deficiens farina & oleum viduæ, 1. *Reg.* 17. *c.* designat gratiam sacramentorum permanere in Ecclesia. Sic non deficiunt aquæ *k* in anima irrigata à Deo, nec in fonte donorum Dei, *Isa.* 58. *d.*

Permanens gratia in Ecclesia.

Non deficiens vnus è militibus Israël, *l* designat fidelium cor vnum & animam vnam, *Num.* 21. *c.* Et non deficiens semen Israël, indicat perpetuitatem Ecclesiæ, *Ier.* 31.

Cor vnum fidelium.

Deficiens panis in toto orbe, *m* designat verbi Dei indigentiam in mundo, *Gen.* 47. *c.* 1. *Reg.* 9. *b. Num.* 21. *b. Isa.* 51. *b.* Idem designat *n* deficiens aqua, *Num.* 23. *b. Iudith* 7. *c. Ierem.* 14. *a. Ezech.* 4. *d.* defecit quoque manna filiis Israël in Pascha, *Ios.* 5. *c.* quia doctrina Euangelica defecit Iudæis, quando in Pascha occiderunt Christum. Deficere autem oleum de capite, est non esse sapientiam in mente, *Eccles.* 9. *b.* Deficiens etiam vinum in nuptiis, *Ioan.* 2. *a.* defectum doctrinæ spiritualis, & Euangelicæ significauit. Idem *o* designat deficiens prophetia, *Prouerb.* 29. *c.*

Defectus verbi Dei.

Deficere fame, est ob defectum verbi Dei perire, *Thre.* 2. *f. Amos*, 8. *d.* Sic etiam deficere in via, est *p* sine verbo Dei, & gratia Christi perire: & non perseuerare in fide & operibus virtutum, *Matt.* 15. *d.*

Perire defectu verbi Dei.

Deficiunt oculi expectantium, & desiderantium Christum: aut etiam spiritus, vel anima in salutare Dei, hoc est, *q* magno desiderio ipsum expectant, *Psa.* 33. 36. 68. 118. 141. 142. Et deficit anima à seipsa, vt Christum inueniat, *Thren.* 4. *c. Baru.* 2. *b.*

Expectare Deum magno desiderio.

Deficere etiam dicuntur oculi mentis *r* per ignorantiam, *Ier.* 14. *a. Thre.* 4. *g.*

Ignorantia.

Deficientes oculi Eli, 1. *Reg.* 2. *g.* designant *s* sacerdotes non videntes, quæ de fide Christi prædicabantur: vel designant confusionem sacerdotis mali videntis alios sua prædicatione profecisse, quum ipse perseuerauerat in iniquitate, *Deut.* 28 *g.*

Confusio sacerdotum.

Defecerunt hymni Dauid, *t* quum deficiente statu Iudæorum, non amplius synagoga laudauit Deum: quæ pro temporalibus ipsum laudabat, *Psa.* 72. *in fin.*

Cessans laudare synagoga.

Deficere dicitur anima in atria Domini, *Psa.* 83. quia *u* dum premitur vt vua, deficit quantum ad mundum: sed seruatur in vasis Domini ad gloriam æternam.

Deficere mundo.

Defecerunt homo, deficiant iumenta, deficiant volatilia, deficiant pisces, dicitur, *Soph.* 1. *a.* Et non dixit, *x* deficiant bestiæ, deficiant reptilia terræ: hæc enim non debent deficere, sed perire: verùm deficiant ea, quæ possunt habere correctionem: quomodo defecerunt Saræ muliebria, & iubetur Abraham, vt audiat, quæcunque Sara præceperit, *Gen.* 18. *b.* 21. *b.* deficit ergo quis vt homo, si contemnat humana, & non vltrà moriatur, vt homo, & audiat: Ego dixi, dij estis, *Psa.* 81. deficit alius vt iumentum, qui ad altiora conscendens accusatur sermone prophetico, *Psa.* 48. Homo, cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Deficit quasi volatilia cœli, qui facit pennas aquilæ, & reuertitur ad domum præceptoris sui dimes & deserens omnem paupertatem. Deficit quasi piscis maris, qui comprehensus sagenis Domini, cum bonis piscibus separatur.

Euanescentes superbi & Iudæi.

Deficiunt, vt fumus, superbi, *Psa.* 36. 67. 101. Fumus *y* quippe ascendendo deficit: & sese dilatando euanescit: Sic videlicet fit, quum peccatoris vitam præsentem fœlicitas comitatur: quia vnde ostenditur, quòd altus sit, inde agitur, vt non sit. Sic Iudæi superbiæ fumo inflati, & ponentes in cœlum os suum, atque clamantes: Crucifige, crucifige, capto illuserunt, pendentem irriserunt: & vnde victores tumuerunt, mox victi euanuerunt, *Psal.* 63. defecerunt *z* scrutantes scrutinia.

Impatientia.

Deficit populus, cùm non laudatur: quia nullo vigore verba proferunt, quæ non laudari cernunt: velut enim lassi deficiunt, *aa* dum despecti, obtumescunt, 1. *Reg.* 16. *a.* Et deficere dicitur aliquis, quum in tribulatione decidit per impatientiam à statu gratiæ. *Iob.* 4. *a. Psa.* 11. 38. 70. 89. *Isa.* 5. *g.* 40. *g.* 47. *d. Ier.* 4. *g. Thre.* 2. *d. Hos.* 5. *d. Amos*, 8. *b. d. Nahum.* 2. *c. Gal.* 6. *c. Ephes.* 3. *c. Apo.* 2. *a.* Et deficiunt pueri, hoc est, in propria virtute confidentes, quum tamen confidentes in Deo non deficiant, sicut nec ipse Deus, *Isa.* 46. *g. Amos*, 8. *a.*

Victi dæmones.

Deficiunt inimici gladio, quum dæmones obsistere nequeunt verbo Dei. Et deficiunt sicut fumus in altum assurgens, *bb* quum vincuntur ab iis, quos tentant, *Psa.* 9. 17. 36. 63. 67. 72. *Isa.* 16. *b.* Et defecit, qui prævalebat quando princeps huius mundi eiectus est foras. *Isa.* 29. *f.* 47. *d.*

Conuicti hæretici.

Deficiunt scrutantes scritinia, *cc* quum Philosophi, & hæretici conuincuntur à veritate, *Psa.* 63. *Isa.* 44. *b.* & deficit superba fortitudo eorum, *Ezech.* 33. *f.*

Mori.

Defecimus in ira Dei: *dd* quia per sententiam Dei mortem incurrimus, *Psa.* 89. Sumitur autem deficere interdum pro mori, *Gen.* 25. *a. Num.* 14. *f. Deut.* 22. *e. Iud.* 4. *d. Iob.* 27. *a. Psa.* 30. 77. 103. *Zach.* 13. *d. Luc.* 16. *b.*

Deficiens eloquentia hæreticorum.

Deficit germen Moab, *Isa.* 15. *c.* cum *ee* perit vigor eloquentiæ hæreticorum, detectis eorum erroribus. Deficiunt etiam flumina Ægypti, *Isa.* 19. *a.* quum hæretici, Philosophi non amplius valent suos errores docere. Sic deficiunt frameæ inimici. *Psa.* 9. & deficiunt oculi filiorum diaboli, *ff* quum eorum intentiones cadunt, *Iob.* 17. *b.* & deficit sufflatio in igne. *Ier.* 6. *g.* & deficit domus Saulis, 2. *Reg.* 3. *a.*

Deficiens synagoga.

Deficiens anima eius, quæ peperit septem. *Ier.* 15. *b.* designat *gg* deficientem virtutem synagogæ.

Multitudo vitiorum.

Deficiens nix de petra agri in Libano, *Ier.* 18. *b.* ponitur quasi impossibile: quia *hh* nunquam ibi deficit nix.

Gloria cælestis.

Non deficiunt quærentes Hierusalem: *ii* quia sine magno labore inueniuntur passim vitiosi, *Ier.* 2. *a.*

Indeficiens thesaurus erit in cœlo bonis, *Luc.* 12. *d.* & indeficiens lumen, *Eccl.* 24. *a.*

Cessatio legis veteris.

Deficere hostiam & sacrificium in dimidio hebdomadis, *Dan.* 9. *g.* est *kk* cessare ritum legis veteris in aduentu Christi.

a *Gre. s.* 1. *Re* 11.

b *Hie. s. Hos.* 4.

c *Hi. s. Iob.* 40

d *Gr.* 25. *m.* 5.

c *Ori. s. Ier. h.* 11.

f *Au. s. ps.* 68.

g *Glo. ord. su. Col.* 1.

h *Gr.* 24. *mo.* 26. *Hie. s. Nah.* 2. & *s. Soph.* 1. *Aug. epis.* 50. & 10. *de Gen ad lit.* 8. & *ps.* 103. 141. *Am. s. ps.* 118. *ser.* 9. 22.

i *Gr.* 25. *m.* 7.

k *Hier. s. Isa.* 58.

l *Ori. s. Num. ho.* 26.

m *Gr. s.* 1. *Re.* 9.

n *Hier. s. Ier.* 14. *Epiph.* 2. *contra hareses t.* 1.

o *Bed. s. Prou* 39.

p *Hil. s. Matt. can.* 15. *Am. s. Luc.* 9. *Aug.* 83. *q.* 61

q *Amb. s. psa.* 118. *ser.* 11. *Au. s. ps.* 118. *Gre.* 4. *m.* 39.

r *Hier. s. Ier.* 14.

s *Gr. s.* 1. *Reg.* 2.

t *Au. s. ps.* 72.

u *Au. s. ps.* 83.

x *Hie. s. Soph.* 1.

y *Gre.* 1. *Regi.* 5. & *s. ps.* 101. *Aug. s. ps.* 67.

z *Au. s. ps.* 63.

aa *Gr s.* 1. *Reg* 14. *Hie. s. Isa.* 40.

bb *Arn. su. ps.* 9. *Hie. s. Is.* 16.

cc *Hil. s. psal.* 63.

dd *Hiero. Cypriano.*

ee *Hier. su. Is.* 15. 19. *Au. su. psa.* 9.

ff *Gre.* 13. *m.* 17.

gg *Hie. s. Ier.* 15.

hh *Hie. s. Ier.* 18.

ii *Hie. s. Ier.* 2

kk *Gl. ord. su, Dan.* 9.

Deficere leges Solis,& Lunæ,&c.*Ierem.*31.*g.*est *a* cessare ordinem naturæ. — *Cessare ordinem naturæ.*

Deesse nihil ex vasis tabernaculi,*Exo.*39.*g.*

Deficiens pretium emptoribus frumenti,*Gen.*47.*c.*est *b* diuitias nihil esse in comparatione sapientiæ. — *Viles mores habentes.*

Non deficient de stirpe Gabaonitarum ligna cædens,& aquam comportans in domum Dei.*Ios.*9.*d.*designant *c* non defuturos in Ecclesia aut in monasteriis,qui vilioribus moribus viuant.

Non deficientia vestimenta filiorum Israël vetustate.*Deu.*8.*a.* designant *d* virtutum habitus, non debere deficere in hac vita,qui tamen à Deo conseruantur. — *Virtutum habitus permanentes.*

Deficientes oculi onagrorum. *Ier.* 14.*a.* sunt *e* cùm in Ecclesia sunt aliqui habiles ad percipiendam doctrinam:& tamen non est,qui doceat. — *Defectus doctorum.*

Defluere, vide Fluere.
Deformare,quare Formare.
Deformis.

DEFORMIS,est formoso contrarius,& fœdus aspectu.

Deformes parietes per lepram,*Leu.*14.*e.*designant *f* prauam opinionem,seu famam doctorum per peccatum. — *Fama doctoris mala.*

Deforme primogenitum non offerendum Deo, *Deut.* 15.*d.* hoc est, *g* qui habent opera minus placentia propter intentionem:quæ tamen proximo prodesse possunt. — *Opera non recta intentione facta.*

Deformes boues,*Gen.*41.*c.* sunt *h* gratia,& virtutum decore carentes. — *Carentes gratia.*

Defraudare, quare Dolus.
Defunctus, vide Mortuus.
Deglutire, quare Glutire.
Deiicere.

DEIICERE, est deorsum iacere,vel deorsum mittere,& humiliare. — *Mittens Deus in infernum, aut humiliās Conculcari sapientiam secularem.*

Deiecit Deus equum & ascensorem in mare,hoc est,i peccatorem & diabolum, in ignem inferni. Et deiicit superbos,humilians,& confundens eos.Deiicit autem eos dum eleuātur:quia in ipsa eleuatione cadunt. *Exo.*15. *a.*4. *Reg.*19.*b.Psal.*72.139.*Eccl.*47.*a.*48.*a.Ier.* 48.*f. Ezech.*39.*a.Zach.*1.*d.*1.*Mach.*4.*d.*2. *Mach.* 13. *b.* 15. *c. Iudith* 4.*d.*9.*c.*

Deiecit Deus in terram munitiones Iacob, *Thren.* 2. *a.* quum *k* conculcari fecit doctrinam sapientia seculari conditam, in qua peccatrix anima confidebat:vel aufert auxilium speciale, relinquens vnumquemque iusto iudicio in desideria cordis sui. — *Subtrahens auxilium gratia.*

Deiicit Deus interfectos ante idola eorum,*Ezec.*6.*a.*quum *l* sentire eos facit, nihil prodesse idola & errores. — *Recognoscere errores.*

Deiiciens Elias à se ignem terræ,*Eccl.*48.*a.*fuit *m* quando confudit sacerdotes offerentes sacrificia Baal. — *Confundens prophetas Baal.*

Deiiciens Daniel vultum in terram, *Dan.*10.*c.* ostendit *n* fragilitatem hominis in comparatione Angelorum. — *Cognitio sui.*

Deiicientes hostes, in securi,& ascia Hierusalem, *Psalm.*73. *Threno.*2.*a.* 2. *Corinth.* 4. *c.* sunt dissipantes Ecclesiam. — *Dissipatio Ecclesiæ.*

Deiecta tabernacula Iudæorum,*Ier.*9.*f.*destructionem *o* illius populi significarunt: deiecta sunt etiam tabernacula eorum,qui in tribulatione,& persequutione Ecclesiæ deficiunt. — *Deficientes in persequutione.*

Deiicit meretrix multos vulneratos, *Prouerbior.* 7. *d.*quum *p* eloquentia hæreticorum, aut voluptas multos perdit. — *Perdens eloquentia hæreticorum & voluptas multos.*

Delator, quare Accusare.
Delectare, Deliciari, Delicia,Voluptas.
Delectabile, Oblectare.

DELECTARE, est voluptate aliquem afficere,quod benè & malè contingere potest.Deliciæ sunt oblectamenta,quæ & voluptates dicuntur. — *Contemplationis iucunditas.*

Delectat Dominus in factura sua,*Psa.*91. quia *q* in contemplatione creaturarum,vt sunt à Deo,est magna delectatio. — *Eucharistia & dona spiritualia.*

Delectatur anima in crassitudine.*Isa.*55.*a.*hoc est,*r* in sumptione corporis Christi,& in donis spiritualibus.

Delectatur infans super foramine aspidis,*Isa.*11.*b.*quum *s* simplices eiiciunt dæmonia. — *Eiicientes simplices dæmonia.*

Delectari in Domino, seu deliciari,*t* est in spiritualibus sensibus sacræ scripturæ cum iucunditate meditari, *Psa.*34.36.Et delectari in lætitia,est gaudere,de quibus gaudendum est,*Psa.*67.*Iob.*27.*b.Isa.*58.*d.* 66.*d.* — *Meditari sensus spirituales.*

Delectatio exitus matutini,& vesperè, *Psa.* 64. significat *u* laudes, & hymnos, qui illis horis Deo offeruntur. Vel delectat Deus exitum matutinum,& vespertinum: *x* quum facit libenter decedere sanctos, siue sint in prosperis,siue in aduersis. — *Gaudere de honestis. Laudare mane & vesperè.*

Delectant filiæ regum Christum,*Psa.*44.per fidem *y* videlicet,& memoriam passionis eius, vel per sui mortificationem,& cantica laudis. — *Casus in peccatum.*

Delectari dicuntur inimici, *z* quum homo cadit in peccatum, *Psa.*29. delectatur etiam anima malorum in abominationibus,*Isa.*66.*b.* — *Confusio Iudæorum & damnum.*

Non delectauit Deus inimicos Christi super ipsum,*Psal.*29.quia *aa* ipso resurgente, confusi remanserunt, & dæmones,& Iudæi. — *Victoria Christi in beneficia.*

Non delectatur Deus holocaustis,*Psa.*50.*Isa.*66.*a.*quia *bb* ipse potius amat cor contritum & humiliatum. — *Sapientia & amor.*

Delectabile aspectu erat lignum scientiæ boni & mali,*Gen.*3.*a.* — *Sensus spirituales.*

Delectabile germen vineæ domus Israël,dicuntur *cc* viri Iuda,*Isa.*5.*b.* in comparatione decem tribuum, quæ coluerunt vitulos aureos. — *Amor Dei & contemptus mundi.*

Delectationes in dextera Dei,sunt *dd* in fœlicitate,*Psa.*15.

Deliciæ Christi sunt *ee* victoria eius contra diabolum, & beneficia in homines collata, & similia, *Psal.* 138. *Prou.*8.*d.*

In deliciis est nox illuminata,quum quis cognitionem Dei,& amorem in deliciis habet,*Psa.*138.deliciæ quoque sponsæ,sunt *ff* in lectione sacræ scripturæ,*Cantic.*7.*c.*

Deliciæ,quas præbet pinguis panis, *Genes.*49.*c.* sunt sapientiæ & amoris, & etiam *gg* sensus spirituales sacræ scripturæ,quæ ideo paradisus voluptatis dicitur,*Gen.*2.*b.*3.*d.*2.*Reg.*1.*d.Nee.*9.*e.Iob.*22.*d.*30.*a.Psa.*35.138.*Prou.*19. *b.*29.*c.Cant.*6.*c.*8.*b.Isa.*51.*a.*66.*d.Ezec.*26.*g.*28.*c.Mich.*2.*c.Ioel,* 2.*a.*1. *Mach.* 3.*f.* Hæ sunt deliciæ filiorum hominum,*hh* quas congregauit Salomon,id est,Christus,*Eccl.*2.*b.*

Deliciæ,quibus affluit sponsa,*Cant.*8.*b.*sunt *ii* quum innititur super dilectum, adeò, vt nulla exterior delectatio possit ei aliquatenus sapere:nec aliqua huius mundi gloria aliquid consolationis afferre: Ita vt veraciter audeat profiteri, & dicere. Renuit consolari anima mea eo quòd veraciter sentiat, & pro certo definiat, quòd omnis caro fœnum, & omnis gloria eius,quasi flos fœni. Dona gratiæ sunt eius deliciæ.

Voluptates carnis & deliciæ,sunt omnes,quæ vitio dantur, inter quas etiam incredulitatem includit Apostolus. *Ephes.*2.*a.Eccl.*2.*a.*5.*d.*12.*a.Isa.*13.*d.Ier.*7.*e.*22.*g.*31.*d.Mich.*1.*d.*6.*d.Luc.*7.*d.*8.*b.*1. *Timoth.* 5.*a.*2. *Timot.*3.*a. Tit.* 3.*a.Thren.*4.*a.Amos,*1.*b.*2.*Pet.*2.*c.Apo.*18.*b.*

Delegare, vide Legatus.
Delenire.

DELENIRE, siue delinire,accipitur pro permulcere,placare,& illecebris quibusdam allicere.

Deliniens Sichen Dinam, *Gen.*34.*a.* designat *kk* diabolum promittentem impunitatem peccatori, vt pœnitentiam differat.Modò enim proponit aliorum facta grauiora,modò nihil esse,quod perpetratum est,modò misericordem Deum alloquitur,modò pœnitentiam pollicetur in sequens tempus. — *Promittens diabolus impunitatem.*

Delinitus rex Ioas obsequiis principum,dereliquit templum Dei,2.*Para.*24.*e.* ostendit *ll* quantum adulatores insanire faciant reges. — *Adulatio.*

Delere, Abolere, Demere.

DELERE, est propriè scripturam, picturam, vel aliud simile, inducere, siue exterere: sumiturque pro

a *Glo.in.Hie.*

b *Lyr. s. Gen.* 47.
c *Lyr.s.Ios.*9.
d *Gl.inte, su. Deut.*8.
e *Glo. ord.su. Ier.*14.

f *Glo.inte.su. Leu.*14.
g *Gl.ord.sup. Deut.*15.
h *Lyr.s.*1.*Gen.* 41.

i *Aug.*14.*ciu. Dei* 13. *Gre.*1.*Reg.*5.

k *Glo.ord.su. Thre.*2.

l *Hie.s.Ezec.* 6.
m *Lyr.s.*3.*Ec.* 48.
n *Lyr.s.Dan.* 10.
o *Glo. ord.su. Ier.*9.
p *Glo. inter.s. Prou.*7.

q *Hier.s.psal.* 91.
r *Hie.s.Is.*55.
s *Hie.s.Is.*11.
t *Ori.s.ps.*36. *ho.*1. *Hil.s.ps.* 67.
u *Hil.s.ps.*64.
x *Au.s.ps.*64.
y *Bas.s.ps.*44. *Hie.ad princi piam.*
z *Bas.s.ps.*29.
aa *Aug.s.psa.* 29.
bb *Lyra. s.ps.* 50.
cc *Glo.inte.s. Isa.*5.
dd *Glo. ord.s. psa.*15.
ee *Hil.s.psal.* 138. *Au.s.ps.*138.
ff *Gre.s.cant.* 7.
gg *Ori.s.psa.* 36.*hom.*1. *Gre.*16.*m.*10.
hh *Hie.s.* Ec. 2.
ii *Ricar.de S. Victo.*5.*de arca mysti.*16. *Ru.*4.*s.Cant.*

kk *Gr.*3.*past. adm.*3. *Bed.s.Ge.*34.
ll *Lyr.s.*2.*Para.*24.

euertere,seu destruere,& in nihilum redigere:vt *Mach.8.d.*Deus potest vniuersum mundum vno nutu delere. Et Angeli deleuerunt Sodomam,*Gen.18.d.19.b.*

Destruès carnalem hominem vt spiritualem erigat

Delet deus hominem,aut populum suum,vt melius scribat:& *a* delet id quod est, hominis carnalis, vt faciat ipsum Deum per baptismum. Et delet ab homine, vsque ad animantia, quia destructa mente, etiam sensus illi seruientes dissipantur,*Gen.6.b.7.a.19.b.Exod.32.c.53.a.Num.16.b.*Delet etiam peccata,vt nubem,& vt nebulam. *Isa.44.d.*

Decidere à gratia.

Deleri de libro viuentium, est à gratia decidere. Delentur autem de libro viuentium *b* non qui scripti sunt in libro vitæ,sed qui putabant se scriptos,*Psal.68.Iob.4.b.Ier.50.a.Apoc.3.a.* Petebat Moses, vt deleret eum Deus de libro,quem scripsit,si non ignosceret populo,*Exod.32.g.*ac si diceret, *c* Non facies istud, aut & me vnà cum eis impende. Vel cùm dicit: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti, sic intelligendum est. *d* Si non dimiseris, si propter peccatum eorum, promissionem tuam implere desieris: vt deletis illis, non veniat semen,quod Abrahæ promisisti,vnum est,ac si deleas:& planè consequitur,vt deleas me,de libro tuo,quem scripsisti.Nullus enim,nisi ille venerit,saluari poterit: proinde si non tu ipse præcedas,ne educas nos de loco isto. Quomodo enim nobis intrare in terram aliquam,nisi ex populo isto,secundum promissionem tuam nascatur,qui nos inducat in vitam æternam.

Destruens vitia & affectus prauos.

Delet Deus memoriam Amalec,quum *e* destruit vitia, & cùm tollit omnes prauos affectus, ne aduersus rationem insurgant,*Exod.17.d.*Et delet iniquitatem, *f* vt non recordetur eius ad puniendum. *Psa.* 50. Et delere vt lutum platearum,est tollere reliquias peccatorum. Delet autem per sanguinem Christi,*Psal.17.Deut.25.d. Nee.4.a.Isa.43.d.44.d.Ier.18.d.*

Expellens dæmones.

Delet Deus Sidonios,& cæteras gentes *g* expellit dæmones,*Ios.13.a.*Et deleuit nomen inimicorum, *h* quum destructa sunt idola, *Psalm.9.Num.22.a.Deut.7.a.13.d.31.a.Iud.1.d.2.d.15.d.2.Reg.22.d. 4.Reg.10.f.Eccl.41.b. Ezech.6.b.*

Auferens antiquam maledictionem.

Deleuit chirographum peccati Christus, quum *i* abstulit antiquam maledictionem primorum parentum,*Colos.2.c.*deleuit etiam fœdus cum morte,& diabolo,*Isa.28.e.*

Auferri à cœtu Sanctorũ.

Deleri de populo suo,*k* est auferri de cœtu Sanctorum, *Gen.17.b.*Idem deleri nomen Israël, *Deut.25.d.29.c. Ios.7.c.Iud.21.e. .Reg.24.d.4.Reg.21.c.*

Confutari hæreticos in Ecclesia.

Deletur nomen peccatoris in generatione vna,*l* cùm in Christianismo confutantur hæretici,*Psa.108.* vel deletur nomen Iudæorum in generatione vna,quia pereunt non regenerati.

Perire non regeneratos.

Deletur nomen impiorum in seculum,& in seculum seculi, *Psal.* 9. quum *m* conuersi non amplius dicuntur impij.

Conuersi iam non impij.

Non deletur peccatum matris, quum peccata potestatis malorum in Ecclesia recitantur. Sed nec peccatum Iudæorum,quo Christum occiderunt,deletur,*Psa.108.Ier.18.d.*

Peccata potestatis malorum recitantur in Ecclesia.

Non deleri opprobrium malorum,est ipsos malos in inferno perpetuò puniri,*Ier.20.c.23.g.*

Puniri in inferno.

Abolitæ leges,*2.Mach.2.c.*erant,per iniquos ablatæ.

Abolita promissio esset,si qui erant ex lege,quæ iam operatur,essent hæredes,*Rom.4.c.*

Deliberare,Delibatio,vide Sacrificare.

Deliberare.

DELIBERARE, est consultare,& consultando decernere,*2.Reg.24.c.*Non inuenitur in allegoriis.

Delicatus.

DELICATVS,est deliciis assuetus,& mollis,ac tener:qui præ teneritudine laborem perferre nequit,*Deut.28.f. Isa.47.b.Iere.6.a.49.a.*

Gẽtiles in Ecclesia.

Deliicatus Dauid,Salomon, & Ephraim, significare possunt *n* Gentiles intra Ecclesiam, qui in Domino delectantur,*2.Reg.3.g.1.Par.22.a.Ier.31.d.*

Delicatum sabbatum *o* dicitur,*Isa.58.d.*In quo nihil mali liceat operari.

Delinquere, vide Peccare.

Delicia,quare Delectare.

Deludere,quare Decipere.

Demens, quare Stultus.

Demere,quare Delere.

Demetrius.

DEMETRIVS,filius Seleuci,fuit Rex Syriæ.*1.Mach.7.a.*

Alius Demetrius argentarius,qui Epheſi faciebat ædem Dianæ,vbi mouit seditionem contra Paulum,*Act.19.c.*

Demittere, Submittere:

Dans Pater Filium.

DEMITTERE, est velut deorsum mittere.

Pudor.

Demisit Deus lapidem angularem,*Iob.38.a.*quum *p* filium suum incarnari fecit.

Demissum caput,designare solet pudorem,aut tristitiam,*3.Reg.21.d.Iob.32.b.*

Veneratio Ecclesiæ.

Demissò vultu adorant reges Ecclesiam, *Isa.49.f.* quum *q* Apostoli humiles ipsam venerantur. Et reges conuersi ad fidem.

Veneratio Dei.

Demittentia animalia pennas. *Ezech.1.f.* designant *r* venerationem sublimitatis, Dei quam ferre non poterant. Demittunt quoque animalia alas, quum fieret vox supra firmamentum: quia virtutem Dei,siue in natura sua contemplari requiramus, siue in occultis iudiciis inuestigare cogitemus,pro eo;quòd eius alta nobis impenetrabilia sunt, nostra nobis, si qua inesse bona credebantur, vilescunt. Et qui in quantulacunque scientia volare credebamur, inuisibilem super nos naturam, & impenetrabilia eius iudicia perpendentes, submissis alis humiliter stamus. Et etiam quum vident filium Dei mortem perpeti sine culpa,ideo humiliantur, & alas demittunt.

Libertas prædicatorum.

Demittens Rahab exploratores de fenestra per funem, *Ios.2.c.* designat *s* libertatem concessam prædicatoribus in Gentilitate.

Demoliri, vide Destruere.

Demonstrare, quare Ostendere.

Denarius.

Fœlicitas. Præmium obedientiæ. Nouissima salutis.

DENARIVS apud Romanos,erat nummus argenteus,quatuor valens sesterties: ita dictus,quod pro decem assibus in solutionem cedebat:diciturque eiusdem ponderis,quo drachma apud Græcos.

Denarius diurnus, *Matth.21.a.*designare potest *t* ipsam fœlicitatem, quam omnes, quantum ad obiectum, æqualiter accipiunt: licèt quantum ad gradus meritorum differant: vel aliter est vna vita, & vna de gehenna liberatio. Peculiariter autem dici potest præmium obedientiæ. Vel aliter denarius diurnus, designat nouissima salutis:nam nouissima gloriæ sunt super denarium. Denarius quoque diurnus,quum sit rotundus,est perfectio, quæ laborando in singulis sensibus acquiritur.

Perfectio sensuum. Anima. Vtrumque testamentum.

Denarius, quem petiit Christus ostendi sibi designat *u* animam, quæ signata est vel imagine Dei, vel Cæsaris,*Matt.22.b.Marc.12.d.Luc.20.e.*

Dona Dei. Peccata.

Denarij duo, quos protulit Samaritanus, designat *x* notitiam Patris & Filij, vel potius *y* nouum & vetus testamentum, *Luc.10.f.*

Prædicatio. Perfectio bonæ actionis & rationalis scientiæ.

Denarij, quos,vt serui, debemus Domino, *z* sunt merita, & virtutes, & quæcunque accepimus à Deo, *Luc. 7.f. Matth.18.d.* Denarij quoque sunt peccata, quæ debemus, & pro illis oportet nos satisfacere aut petere veniam.

Denarij trecenti, quibus venundandum erat vnguentum,designant prædicationem, per quam Christus postquam crucifixus fuit,venit ad Gentes,*Ioan.12.a.Marc.14.a.*

Denarij ducenti, non sufficientes ad emendum panes, *Marc.6.e. Ioan.6.a.* designant *aa* perfectionem bonæ actionis, & rationalis scientiæ,quæ etudiendis in fide non sufficiunt,nisi eis altitudo Theologiæ addatur.

a *Ori.s.Ro.3. Amb.de Noe. 4.11.13.*

b *Au.s.ps.68.*

c *Tertul. aduer. Marcionem 2.*

d *Ruper. 4.s. Exo.30.& de glorifi.Trin.7*

e *Phil.2.alle.*

f *Ori. s. Iere. ho.1. Ambr. apolo. Dauid 13.*

g *Ori. siloſu. ho.16.*

h *Arn.s.ps.9.*

i *Glo.ord.sup. Col.2.*

k *Glo.in.sup. Gen.17.*

l *Arn.su.ps. 108.*

m *Au.s.ps.9.*

n *Hier. s. Ier. 31.*

o *Hie.su.Isa. 58.*

p *Hier.s.Iob. 38.*

q *Lyr.s.Is.49*

r *Hie.s.Ez.1. Gre.s. Ezech. ho.8.*

s *Lyr.s. Ios.2.*

t *Ori.s.Matt. ho. 10. Hil.s. Mat.can.20. Hier. aduers. Iou.2. Au. de verbo Domini ser.39.*

u *Ricar.de S. Vict.de statu. inter.hominis 95.Ori.s.Luc. ho.39.*

x *Ori. s. Luc h.34.& s.Rõ 13.*

y *Fulgent. 2. ad Monim.c.*

z *Am.Lu.7.*

aa *Glo.ord.su. Ioan.6.*

Digitized by Google

Denarius vnus bilibris tritici,& hordei,*Apo.6.b.* passionem *a* Christi significare potest. *Passio Christi.*

Dens, Molaris.

DENTES,sunt instrumenta ossea in ore animalium ad terendum, & mandendum cibum, quò facilius in stomacho digeratur.Molares autem sunt maiores & latiores,fixi in maxillis,& ad terendum cibum aptiores.

Dentes Christi candidiores lacte, *Gen. 49. b.* significant *b* candidum, & manifestum fore iudicium in fine mundi. *Iudicium Christi.*

Dentes in Angelis,significare possunt *c* diuisionem indultæ sibi perficientes alimoniæ, alentísque perfectiones. Quælibet enim substantia spiritalis,quam ab angustiore susceperit, vnicam & vniformem intelligentiam, prouida virtute diuidit atque multiplicat, dum inferiorem quoque pro captu suo promouet, atque ad altiora sustolsit. *Vis diuidendi spiritalem cibum.*

Dentes in Ecclesia,dicuntur *d* Apostoli,& Prædicatores, qui permansum verbum Dei præbent auribus fidelium. Et qui præcidunt homines ab erroribus,& infideles consumunt: qui dum sanctam scripturam exponendo minoribus fratribus elucidant, quasi panem paruulis, tanquam matres filiis commasticant, quo infirmi ad fortiora conualescant,*Genes.49.b.Iob.19.c.Cant.4.a.7.c.* His dentibus molestum est acetum, hoc est, hæretici. *Prou.10. d.* *Apostoli & prædicatores, Monachi.*

Dentes candidi sunt,& fortes, carnem non habent, carent corio, nihil intra se pati possunt, non est dolor sicut dolor eorum, clausi sunt labiis, ne videantur, &c. Designare possunt monachos intra Ecclesiam, qui exuti omnibus rebus mundi,fortes sunt in doctrina & operibus,*Cant.4.a.* *Monachi.*

Dentes in anima,designant *e* vim meditatiuam verbi Dei, & vim discernendi bonum à malo, quæ discretio dicitur:& etiam sensus interiores,*Exod.21.c.Leu.24.d.Deut.19.d.34.c.Iob.13.b.Psa.3.Cant.4.a.6.b.Thren.3.b. Matt.5.f.* Hi dentes obstupescunt per peccatum,*Ier.31.e.Ezec.18.a.Amos,4.b.* *Vis meditatiua animæ. Discretio. Sensus interiores.*

Dentes præterea,designant virtutem verborum.Et dentem pro dente reddit, *f* qui alium in verbis decipiens, eius sermones infructuosos habebit coram iudice,*Leu.24.d.*dentes autem eburnei,quos ferebant ad Salomonem, sermonem mortuum significare possunt.*3.Reg.10.d.Ezech.27.c.* *Virtus verborum. Sermo mortuus.*

Dentes malorum, sunt arma & sagittæ, quia consumunt sæuitia potestatis, & obtrectationum iaculis vulnerant;sunt enim dentes eorum *g* verba maledica, *Psal.3.34.56.58.111.Prou.30.b. Thren.2.c.Mich.3.b.Zach.9.b.* In modum dentium erant scopuli,*1.Reg.14.a.* quia *h* qui prædicatorum hortamenta despiciunt, eorum vitam detractionibus mordere conantur. *Verba maledicta.*

Dentes bestiarum dicuntur *i* persequutiones dæmonum,aut prauorum hominum in bonos, *Deut.32.c.Iob.4.b.16.b.*Vel dentes indicant apertam persequutionem: molares autem,latentem & insidiosam,*Psa.57.*dentes etiam sunt apertæ iam culpæ perpetratio,*Iob.29.c.*dentes autem Leuiathan,seu diaboli,sunt peruersi prædicatores,*Iob, 41.a.Prou.25.c.30.b.Sapien.16.b.Eccl.21.a.39.d.Ioel,1.b.*dentes autem ferrei quartæ bestiæ,*Dan.7.b.k* grauem potestatem,& crudelium impudentiam designant, *Iud.15.d.* dentes locustarum, sicut dentes leonum,*l* ferocitatem hostium indicant,*Apo.9.b.* *Persequutiones malorum. Peruersi prædicatores. Grauis potestas & crudelitas impudentium.*

Dentes peccatorum,*Psal.3*, sunt *m* principes peccatorum: quorum authoritate, quisque de societate rectè viuentium præciditur,& quasi incorporatur malè viuentibus. *Principes peccatorum.*

Molaris dens in maxilla asini,vnde Dominus aperuit fontem aquæ Samsoni,*Iud.15.d.* *Affectus animæ.*

Dentes etiam significare possunt *n* affectus animæ,& hos dentes,& molas leonum, & catulorum leonum confringit Dominus,*Psa.57.123.*designant etiam dolosa verba & inclinationes mortis Iudæorum in Christum. *Instrumenta rapacitatis.*

Dentes præterea significare possunt *o* instrumenta rapacitatis. Et dentes terrentium, sunt numerositas vitiorum,*Num.3.b.Psa.123.Dan.7.a.Zach.9.b.* *Humanitas Christi.*

Dentium stridor erit in inferno,*Matt.8.b.13.g.22.b.23.f.24.d.25.c.Marc.9.c.Luc.13.f.* *Mysteria scripturarum.*

Denti putrido comparatur,qui sperat in homine fragili, *Prou.25.c.* *Ciuitas cælestis.*

Densus, Condensus, Densari.

DENSVM dicitur quod est firmum,& compactum,ac spissum habens partes admodum coarctatas. *Simplices facti prædicatores.*

Densissima nubes,in qua apparuit Dominus in monte Sinai,*Exo.19.c.*humanitatem Christi significare potest, in qua filius Dei apparuit nobis. *Multiplicitas rerum terrenarum.*

Condensa,quæ reuelat Deus,*Psa.28.*sunt *p* obscura diuinarum Scripturarum mysteria. *Diligëtia hypocritæ propter gloriam.*

Condensa, vbi constituitur dies solemnis,*Psa.117.*significant *q* frequentiam ciuitatis cœlestis, vbi est perpetuus,dies solennis. *Mentes peccatrices.*

Densatur aër in nubes,*Iob,37.e.*quando *r* qui prius erant leues, vt nubes raræ, postea fiunt prædicatores, imbrem doctrinæ fundentes. *Solicitudines seculi.*

Densum lutum.*Hab.2.b.*multiplicitatem *s* rerum terrenarum significare potest. *Obscuritas doctrinæ hæreticorum.*

Densari radices scyrpi super aceruum petrarum, *Iob.* 8. *d.* est *t* hypocritam cogitationes suas in inquirenda hominum admiratione multiplicare. *Varia dona Luciferi.*

Condensa loca infrugiferarum arborum apta feris, & venenatis bestiis, *u* mentes designant peccatis obsitas, vbi habitant dæmones.Item solicitudines seculi, & etiam errorem iudicandi bonum malum, & malum bonum. Et præterea densitas saltus,est obscuritas doctrinæ hæreticorum,*Psa.28.Isa.9.d.10.g.* Ad hæc referuntur densitas tenebrarum Ægypti,*Exo.10.e.*

Condensæ frondes cedri,*Exec.31.a.*significare possunt varia dona Luciferi.

Densæ frondes arboris, qua vtebantur Israëlitæ in festo tabernaculorum, *Leuit.* 23. *g.* Creduntur esse folia myrti.

Denudare, vide Nudus.

Denunciare.

DENVNCIARE,est futurum aliquid nunciare,& quasi præcipere.

Denuncians Ioseph fratribus suis,vt non venirent sine Beniamin,*Gen.43.a.*

Deorsum.

DEORSVM,significat versus centrum terræ.

Deorsum se mittere,suadet diabolus,nempe vt relictis cœlestibus,terrena eligamus,*Matt.4.a.*

Deorsum tunicæ sacerdotis,designat extrema opera,*Exo.28.f.39.d.*

Deorsum in terra,sunt diuitiæ,& reliqua,quæ à deo separant. *Exo.20.a.*quæ colunt, qui ea præferunt Deo.

Deosculari, vide Osculari.

Depasci, quare Pascere.

Dependere, vide Pendere.

Depilare, vide Capillus.

Deponere, Depositum.

DEPONERE,est deorsum ponere: vel abiicere,vt deponere sarcinam. Est etiam deponere quasi à se dimittere, & deponere inuidiam,curas,fastum.Est præterea priuare,vt deponere de imperio. Et deiicere, *Exod.* 15. *a.* deposuisti aduersarios meos.Depositum autem est,quod cuipiam ad custodiam commendatur, qua ratione deponere est etiam commodare,seu commendare,*2.Mach.3.c.*His, qui deposuerant ea.

Deponens Rebecca hydriam de scapulis,*Genes.* 24. *c.* designat *x* Gentilitatem demittentem eloquentiam ad humilem sermonem propheticum: deponit autem super vlnas, hoc est, in humilitate permanens,duas leges ostendit. *Humiliatio eloquentia. Humilitas Ecclesia.*

Deponens magnitudinem Iob, *y* designat Ecclesiam non confidere se habere magnitudinem, quasi subductis prioribus patribus iam non habeat,de quorum vita glorietur.Quod illi dicitur ab arrogantibus, *Iob* 36.*c.* deponit quoque robustos fortitudine,qui humiliatur in virtutibus.

Deponit Deus Sobnam de ministerio,quum *z* abstulit sacerdotium veteris legis,& templum deleuit. *Ifa.22.e. 2.Par.*15.*d.Luc.1.e.*Sic deposita est Hierusalem,*Thren.1.c.* *Ablatum sacerdotium veteris legis.*

a *Glo. inter.f. Apo.6.*

b *Chry.f. Ge. ho.67.*
c *Diony. cal. hiera.* 15.

d *Ori.f.Gen. ho.17. Amb.ad bene patriar.4. Gre.14. mor. 24.& 11.m. 18.& f.cant. 4. Aug. 2. doct. Christian.6. & f.psa.77. Bern.par.63.*
e *Ori.f. Exo. ho.10.& f.periar.1. Am.f.ps.118 ser.16. Hie.f.Ier. 31. Gr.11.m.18.*
f *Isy.f.Le.24.*
g *Hil.f.ps.56. Au.ps.3.56*
h *Gre.f.1.Re. 14.*
i *Gr.5.m.15. & 13.mo.6. & 10.m.24. & 33.m.29.*
k *Ricar.de S. Victo.de vitio mutabil. 15. Hier.f.Ioel.1.*
l *Rup.2.f. Apo.*
m *Au.f.ps.3.*
n *Au.f.ps.57. Gr.f.1. Re.1.*
o *Hier.f.psal. 123.*
p *Hie.& Au. f.psa.28.*
q *Aug.f.psal. 117.*
r *Gre.27.mo. 26.*
s *Gre.34.mo. 8.*
t *Gr.8.m.36.*
u *Bas.f.ps.28. hom.1. Hier.f.Isa. 9. 65.*

x *Ori. f.Gen. ho.10. Bed.f.Ge.24.*
y *Gre.26.mo. 34.37.*

z *Hier. f. Isa. 22.*

Digitized by Google

Confundens superbos. Deponit Deus aduersarios, quum *a* eorum confundit superbiam, *Exo.* 15. *a. Psal.* 58.

Remittens peccata. Deponit Deus iniquitates, quum *b* eas remittit, *Mich.* 7. *d.* ne vltra appareant ad confusionem.

Pœnitentia. Deponentes filij Israël ornatum ad præceptum Mosis, designant pœnitentiam, & depositionem veteris hominis, quæ fit, quum relinquitur conuersatio peccatorum, *Exod.* 33. *b. Ester.* 14. *Neem.* 4. *d.* 2. *Machab.* 8. *g. Ephes.* 4. *f. Col.* 3. *b.*

Proponentes doctrinam legis. Deponentes fratres Ioseph saccos in terram, designant Iudæos proponentes doctrinam legis, *Gen.* 44. *c.*

Admonere proficientes vt humilientur. Deponere arcam & capsellam, 1. *Reg.* 6. *e.* est *c* admonere proficientes, vt humilientur.

Nil supra vires aggredien dum. Deponere Dauid loricam & arma, non sibi apta, 1. *Reg.* 17. *e.* designat *d* non debere quenquam magna opera aggredi, quæ sint supra suas vires.

Deponens sacerdos vestes sanctas, *Leuit.* 16. *e.* dici potest *e* de Christo deponente mortalitatem, qua indutus obtulit sacrificium.

Deponens mulier capta vestem, cum qua capta est, *Deut.* 21. *c.* est *f* relinquens pristinum errorem, & circumstantias vanitatis, & falsitatis, cultúmque idololatriæ.

Deponens Elias infantem suscitatum, de cœnaculo in inferiorem domum, 3. *Reg.* 17. *d.* est Christus *g* manifestans hominibus liberationem, quam ipse fecit generis humani.

Relinquens Christus mortalitatem. *Relinquens errorem.* *Liberans sapientia.* Deponens Michol Dauid per fenestram, 1. *Reg.* 19. *b.* designat *h* sapientiam, quæ liberat eum, cui copulatur.

Docere humilitatem. Deponere tabernaculum, *Num.* 1. *g.* 2. *c.* 9. *d.* 10. *b.* 2. *Petr.* 1. *c.* est *i* docere, quomodo quisque humiliari debeat.

Reuelatio mysteriorum. Deponentes filij Aaron velum tabernaculi, *Num.* 4. *a.* sunt sacerdotes reuelantes mysteria legis.

Peccans anima. Deposita Hierusalem, *k* est anima per peccatum abiecta, *Thren.* 1. *c.* & à statu regio præcipitata.

Quies post pœnitentiam. Deponere de patibulo, *Ios.* 8. *f.* 10. *e.* est *l* dare quietem post perfectam pœnitentiam.

Christus. *Gratia.* *Virtus.* *Dona Dei.* Depositum, quod quis à Deo accepit, est *m* corpus & anima, Christus, gratia, virtus omnis siue naturalis, siue moralis, & dona Spiritus sancti, *Leu.* 6. *a.* 1. *Timoth.* 6. *d.* 2. *Timot.* 1. *c.*

Depopulari, vide Pradari.
Deprauari, quare Malus.
Deprecari, quare Orare.
Deprehendere.

Honorari Ecclesiam. DEPREHENDERE, est incautum quempiam capere, præcipuè in crimine: & interdum cognoscendo percipere. Vix habet allegoriam.

Cognoscens prælatus errores subditorum. Deprehensa Sara per Abimelech. *Gen.* 20. *d.* quòd videlicet esset vxor Abrahæ: designat *n* Ecclesiam cognitam esse à principibus gentium, esse sponsam Christi, atque ita honoratam.

Homo pronus ad malum. Deprehendens sacerdos colorem lepræ, aut eius incrementum, *Leu.* 13. *f.* designare potest deprehensionem *o* hæreseos, aut peccati. Ad idem refertur deprehendere adulterium, *Num.* 5. *b. Ier.* 50. *d. Ioan.* 8. *a.* Et deprehendi filiam sacerdotis in stupro, *Leu.* 21. *d.* Et deprehendi furem, *Ier.* 2. *c. Ios.* 7. *c. Prou.* 6. *d.* 26. *c.* Et deprehensus homo solicitans fratrem suum, vt vendatur, *Deut.* 24. *b.* Et deprehensus Ionathas in transgressione præcepti patris, 1. *Reg.* 14. *f.*

Blasphemantes Christum. Deprehendens meretrix filium mortuum non esse suum. 3. *Reg.* 3. *e.* designat eum, *p* qui recognoscit opera sua non esse mortua, sed recta intentione facta.

Deprimere, vide Humiliare.
Depulsus.

DEPVLSVS, à depellendo dicitur, quasi eiectus, & maceria depulsa, est *q* homo pronus ad malum, *Psa.* 62.

Deputare.

DEPVTARE, idem est quod amputare, aut resecare: interdum verò idem quod existimare, & censere, aut in aliquorum numerum adscribere: vt Christus à Iudæis, cum iniquis deputatus est, *Isa.* 53. *d. Marc.* 15. *c. Luc.* 22. *d.* Illi autem Christum deputant cum iniquis, qui eum blasphemant.

Derelinquere, Deserere, Destituere.
Relinquere, Pratermittere.

Non præstans auxilium. DERELINQVERE, est penitus dimittere, aut deserere, & destituere. Relinquere autem interdum est auxilio deesse, 1. *Reg.* 22. *a.* Et reliquit eos ante faciem regis Moab. Dimittere, *Num.* 32. *c.* Pecora & iumenta relinquemus. Permittere, 1. *Reg.* 27. *c.* Relinquebat viuentem. Postponere, *Gen.* 2. *d.* Relinquet homo patrem & matrem. Reseruare, *Exod.* 16. *d.* Nullus ex eo relinquat in manè.

Derelinquit Deus aliquem, *r* quum propter peccata, illi gratiæ suæ non præbet auxilium. *Psa.* 37. 93. 139. derelinquit autem vsquequaque eum, quem condemnat, *Psal.* 118. In partem verò relinquit, quum tentari, & affligi permittit: vt Iob. Dicitur autem iustus non derelictus: quia licèt egeat & tentetur, semper habet Deum adiutorem, *Psa.* 36. *Num.* 32. *c.* 2. *Par.* 12. *e.* 15. *a.* 32. *g. Iudith,* 13. *b. Eccl.* 51. *b. Isa.* 27. *c.* 49. *d.* 54. *c. Thren.* 5. *d. Exec.* 9. *d.* Quod autem dicitur Deus quosdam deserere, vel non deserere, *s* non naturæ illius terminus ponitur, sed eorum merita describuntur, apud quos esse vel non esse dedignatur. Derelinquere etiam Babylonem, & deserere peccatorem induratum, *Ier.* 51. *a.* Et derelinquuntur auibus & bestiis mali, hoc est, dæmonibus, *Isa.* 13. *d.* 42. *c.* derelictus in tabernaculo suo affligetur, *Iob.* 20. *d.* quum *t* post resurrectionem in corpore perpetuò cruciabitur.

Passio Christi. Dereliquisse dicitur Pater filium, *u* quia non pepercit ei, quin grauissima propter nos afficeretur pœna: quum tamen non dereliquerit patres, quos à temporalibus periculis liberauit, *Psa.* 21. *Matt.* 27. *f. Rom.* 8. *f.* Vbi enim lapsum reparaturus, in corruptionem venit vnigenitus Dei, Verbum, & assumpsit semen Abrahæ, & similis factus est fratribus, oportebat cum antiquo illo maledicto, & introducta corruptione finire derelictionem, quam sustinuit à principio humana natura. Itaque quasi derelictorum vnus existens, secundum quod & ipse similiter nobiscum particeps fuit sanguis, & carnis, dixit: Vt quid me dereliquisti, id quod erat soluentis manifestè derelictionem, quæ nobis acciderat, & quasi placantis in hoc Patrem, & vocantis ad beneuolentiam erga nos, tanquam erga seipsum, & primum.

Christus passus à Iudæis. Derelinquens Dauid oues, vt pugnaret cum Goliath, 1. *Reg.* 17. *d.* designat Christum, qui reliquit Angelos, vt pugnaret cum diabolo. Qui etiam dicitur reliquisse nonaginta nouem oues in montibus, vt quæreret ouem quæ perierat, hoc est, *x* genus humanum, *Matt.* 18. *b. Luc.* 15. *a.*

Merita Christi Gentibus data. Derelinquens Ioseph pallium in manu fœminæ, *Gen.* 39. *c.* designat *y* Christum, qui corpus suum dedit percutientibus, in manu synagogæ, vel reliquit literam legis ipsi synagogæ. Aut reliquit bona temporalia in manu Iudæorum.

Remittens Deus peccata. Dereliquit Deus labores suos rhinoceroti, *Iob.* 39. *b.* quum *z* ea, quæ passus est Christus, reliquit gentibus in precium, & in exemplum: vel quia conuerso terreno principi, ea, quam sua morte mercatus est Ecclesia, credidit, quia videlicet in eius manu, quanta solicitudine pax fidei fit tuenda, commisit.

Permittens persequutores. Relinquit Deus post se benedictionem, *Ioel.* 2. *c.* quum *aa* remittit peccata, & dat gratiam & gloriam.

Non dare locum cogitationi & motibus carnis. Dereliquit Deus Gentes, vt in eis erudiret Israël. *Iud.* 3. *a.* quia *bb* semper permittit esse persequutores bonorum, vt eorum patientia confirmetur. Vel quia reliquit alia vitia in bonis, vt exerceantur pugnando aduersus ea.

Protector pauperum Deus. Non relicti duo pariter, 1. *Reg.* 11. *c.* sunt *cc* cogitatio immunda, & naturalis motus carnis: quæ in viro perfecto non relinquuntur pariter, quum non eis datur locus, vt excitentur. Nec relinquuntur duo, quum sensibus exterioribus non adiungitur appetitus animæ. Sic non relinquere virum ex Philisthæis, est necare omnia capitalia crimina: licèt alia minora penitus tolli nequeant, 1. *Reg.* 14. *e.* 27. *c.* Idem est non relinquere vnum de stirpe Enachim. *Ios.* 11. *d.*

Paucitas credentium. Derelictus dicitur pauper Deo, *Psa.* 9. quia *dd* ipse est eius defensor. Et Christus non dereliquit suos, hoc est, Christianos. Relinquitur etiam Deo Gentilis veniens ad fidem, *Zach.* 9. *b.*

Deserentes Ecclesiam in persecutione. Destituta & desolata dicebatur Ecclesia in populo Iudæorum & inter Gentes, *Isa.* 49. *f.* quando *ee* non erant inter eos, qui facerent bonum. Quam tamen promittit Deus non amplius vocandam derelictam, *Isa.* 62. *b.*

Deserere errores. Derelinquentes filij Israël ciuitates suas, designant *ff* derelinquentes Ecclesiam tempore persequutionis.

a *Glo. inte. su. Exo.* 15.
b *Lyr. s. Mic.* 7.
c *Gre. s.* 1. *Re.* 6.
d *Gr. s.* 1. *Regum.* 17.
e *Glo. int. su. Leu.* 16.
f *Glo. int. sup. Deut.* 21.
g *Glo. ord. su.* 3. *Reg.* 17.
h *Lyr. s.* 1. *Re.* 19.
i *Glo. ord. sup. Num.* 1.
k *Gl. inte. su. Thren.* 1.
l *Lyr. s. Ios.* 8.
m *Ori. s. Leui. ho.* 4. *Amb. de Tob.* 20.
n *Gl. ord. sup. Gen.* 20.
o *Gl. ord. sup. Leu.* 13.
p *Glos. or. sup.* 3. *Reg.* 3.
q *Bas. s. ps.* 62
r *Amb. s. psa.* 118. *serm.* 1. *Ori. s. psa.* 36. *ho.* 4. *Hie. epi. Magnis me prouocas & Isa.* 18.
s *Ori. s. Ier. homil.* 2.
t *Gre.* 15. *mo.* 14.
u *Amb. s. psa.* 118. *ser.* 21. *Aug. epi.* 120. *Cyril.* 2. *de recta fide ad reginas.*
x *Hie. s. Mat.* 18.
y *Bed. s. Gen.* 39.
z *Hier. s. Iob.* 39. *Gre.* 31. *mo.* 4.
aa *Gl. inte. su. Ioel* 2.
bb *Lyr. s. Iud.* 3.
cc *Gr. s.* 1. *Re.* 11.
dd *Glo. ord. su. psa.* 9.
ee *Hier. s. Isa.* 49.
ff *Glo. int. sup. Exec.* 36.

Digitized by Google

1.*Reg.*31.*c.Ezech.*36.*a.*derelinquunt etiam terram,qui deſerunt Eccleſiam. *Ier.*9.*f.* Relinquunt etiam ciuitates, qui relinquunt habitacula errorum,*Ier.*48.*d.*

Relinquens Iacob Ioſeph ſuperſtitem,*Geneſ.* 46. *d.* deſignat ſynagogam relinquentem Chriſtum reſuſcitatum.

Dereliquiſſe dicitur Chriſtus domum ſuam,*Ier.*12.*b.*quum *a* de cœlis & de ſinu patris venit ad nos. Et relinquens homo patrem & matrem,vt adhæreat vxori,*b* eſt Chriſtus adhærens Eccleſiæ,quia reliquit patrem,quum non apparuit hominibus,ſicut eſt apud Patrem:& reliquit matrem,hoc eſt,ſynagogæ obſeruantiam veterem, atque carnalem.*Gen.*2.*d.Matt.*19.*a.Marc.*10.*a.Epheſ.*5.*g.*Et dereliquit leo vmbraculum ſuum, quùm *c* Chriſtus deſeruit templum,& Iudæam,*Ier.*25.*g.*

Reliquit Dominus nobis ſemen,quum *d* dedit nobis Chriſtum,& doctrinam eius.Aut quia conuertit aliquos ex Iudæis,*Iſa.*1.*b,Rom.*9.*f.*11.*a.*Et reliƈtus de Sion, & reſiduus de Hieruſalem : deſignat *e* reliquias Iſraël, quæ ſaluæ fient,*Iſa.*4.*a.Ezec.*6.*b.Soph.*3.*c.Zach.*9.*b.*13.*d.*1.*Theſ.*4.*d.*

Non relinquens Ioſue quicquam ex iis,quæ præcepit Moſes, deſignat *f* Chriſtum factum ſub lege qui venit non ſoluere legem,ſed adimplere,*Ioſ.*8.*g.Matt.*5.*b.Galat.*4.*a.*

Non relinquere manna in manè,*g* eſt non plus ſapere,quàm oportet ſapere.*Exo.*16.*d.*Idem eſt non relinquere de Phaſe,ſeu de agno vſque manè.*Num.*9.*b.*Relinquere autem ſexta die manna in manè ſabbati, eſt reſeruare intelligentiam occultorum ad futuram vitam.

Relinquere omnia,*h* eſt deſerere vitia & affectus,vt nihil vitioſum remaneat, *Matt.*4.*c.*19.*d. Marc.*1.*b.*10.*d. Luc.*5.*c.f.*17.*c.* Et hoc eſt relinquere mundum. *Ioan.*16.*f.*Et relinquere Ægyptum. 3.*Reg.*19.*d.Hebr.*11.*e.* Relinquere etiam patrem,& matrem &c. eſt in præcepto,quum in hac ſumus conditione,vt Chriſtus,aut pater ſit deſerendus. Reliquit quoque Chriſtus ciuitatem ſuam Nazareth.*Matt.*4.*d.*deſignans deſerendam patriam, quando nobis eſt impedimento,vt diuinis vacemus. Idem deſignauit relinquens Ruth parentes ſuos, *Ruth.*2.*c.* Et delinquens Dauid concubinas in Hieruſalem,2.*Reg.*15.*c.* Et relinquens Maria Martham ſolam ad miniſtrandum, *Luc.*10.*g.*

Derelicti ab Aſſyriis *i* ſunt liberati à poteſtate diaboli, *Iſa.*11. *c.*17.*b.*24.*b.* 30. *d.* Derelinquit etiam Dominus in Hieruſalem populum pauperem & egenum,hoc eſt,humiles in Eccleſia,*Soph.*3.*c.*4.*Reg.*24.*d.*25.*b.Nee.*1.*a. Ier.* 42.*a.*49.*b.Ezech.*12.*d.*14.*g.Amos* 5.*a.*Et derelicta oua,ſunt fideles ſine defenſione mundana.*Iſa.*10.*c.*

... Non relinquit Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, *Pſal.* 124. quum *k* non permittit iuſtos vinci ab hæreticis,aut aliis prauis.

Relinquunt alienis diuitias ſuas Iudæi,*Pſal.*48. quum relinquunt *l* Chriſtianis patriarchas, & ſacras ſcripturas.Idem eſt relinquere aliis labores ſuos,*Eccl.*14.*c.*Licèt autem mali relinquant filiis ſuis diuitias : tamen alienis relinquunt,quia non eis proſunt.

Derelinquit ſtruthio oua in terra. *Iob,*39.*d.* quum *m* Eccleſia non reſiſtit aduerſantibus, vel cùm hypocrita, natos per conuerſionem filios,ſiue exhortatione,& ſine exemplo dimittit.

Derelicta labia circa dentes Iob,hoc eſt,Chriſti,*Iob.*19.*d.*Erant,cùm *n* in paſſione ſola confabulatio de Chriſto relicta eſt Apoſtolis,abſque fide,& ſpe.

Relinquens mulier Samaritana hydriam,*Ioan.*4.*d.*eſt *o* deſerens amorem carnalium voluptatum.

Derelinquit cor aliquem,*p* quum irrationabilia cogitat:& quum eſt in peccatis, nec ſeipſum cognoſcit, *Pſal.* 39.Et derelinquit virtus,quum *q* quis tradit ſe peccato,*Pſal.*37.quia tunc caro eſt fortis. In virtute enim, ſpiritus eſt fortis,& caro infirma.

Relinquit munus ante altare,*r* qui antequam offerat bonum opus Deo, intendit ſatisfacere proximo offenſo, *Matt.*5.*d.*

Relinquit cerua fœtum ob herbæ penuriam, *Ier.*14.*a.*quum *ſ* incipiens benè operari , ceſſat ob defectum doctorum.

Relinqui domum Iudæorum deſertam , eſt *t* Iudæam manere ſine Spiritu ſancto : & *u* relinqui animam ſine gratia. *Matt.*23.*d.Leu.*26.*g.Ier.*4.*g.*17.*a.Luc.*13.*g.Ioan.*4.*a.* Relinqui autem filiam Sion,vt vmbraculum in vinea: eſt relinqui populum Iudaicum,cum inutilibus cæremoniis,*Iſa.*1.*c.*30.*d.*27.*c.*49.*d.*54.*b.* Relicta ſolitudo in vrbe,erit in iudicio, quum mali auferentur à mundo, *Iſa.* 24.*b.* Derelinquens Ieſus principes ſacerdotum & Hieruſalem, deſignauit *x* deſertionem Iudæorum,*Matt.*16.*a.*21.*b.Iſa.*32.*c.Ierem.*11.*b.* Idem deſerens nubes tabernaculum,*Exod.*40.*d.*

Non relinquens Eliſæus Eliam, 4.*Reg.*2.*b.* deſignat Apoſtolos non relinquentes Chriſtum. Idem deſignauit non derelinquens Sunamitis Eliſæam,4.*Reg.*2.*a.*Et non relinquens Ruth Noëmi,eſt gentilitas adhærens Eccleſiæ,quæ erat ex Iudæis,*Ruth,*1.*c.*

Relictus dicitur & circundatus,vel obſeſſus , *Ezech.*6.*d.* qui *y* intra Eccleſiam ſimplici contentus eſt fide ſine operibus,qui fame moritur.

Relinquens Saul Dominum,1.*Reg.*15.*c.* deſignat *z* prædicatorem lapſum in peccatum impœnitenter. Derelinquunt autem Dominum,*aa* omnes peccantes:qui & deſerere dicuntur viam Domini,*Deu.*9.*c.*32.*b. Iudith.*2.*c.* 3.*Reg.*3.*b.*18.*c.*19.*b.*4.*Reg.*17.*c.*1. *Paral.*28.*b.*2.*Par.*12.*b.*15.*a.*24.*c.Tob.*1.*a.Iob,*27.*a. Prou.*2.*c.Ier.*1.*c.*2.*c.*15.*a.*17.*b. Eze.*39.*f.Dan.*11.*e.Hoſ.*4.*c.*Et deſertores filij dicuntur *bb* Iudæi,hæretici,& peccatores,qui non audierunt vocem Chriſti , quem Deus miſit,*Iſa.*30.*a.*65.*b.* Et derelinquentes propinqui Iob ipſum Iob,*cc* deſignant Iudæos deſerentes Chriſtum , *Iob.* 19.*b.* Reliquerunt iidem iudicium : quia dereliquerunt Chriſtum, *Iſa.*58.*a. Ier.*2.*c.* Reliquit mulier ducem pubertatis ſuæ,quum *dd* hæreticus reliquit Deum,& doctorem,qui eum in fide inſtruxerat, *Prou.*2.*c.*

Derelinquunt miſericordiam ſuam,*ee* qui peccando faciunt,vt Deus non eorum miſereatur:*Iona* 2.*d.*

Derelinqui terram contrariam Iudææ , eſt abiici aduerſarios Eccleſiæ, *Iſa.* 7. *c.* Et derelinqui ciuitates Aroer gregibus,*ff* eſt ciuitates Gentilium poſſideri à fidelibus , *Iſa.* 17. *a.* Et Tyrus relinquitur in obliuionem ad tempus,vt confuſa reſipiſcat.*Iſa.*23.*c.*

Derelinquunt perdicem, qui *gg* abrenunciant diabolo. *Ier.*17.*b.* Et diuitiæ *hh* relinquunt auatum,aut ipſe eas relinquere cogitur.

Derelinquens Dominus Ægyptij ipſum Ægyptium ægrotum,1.*Reg.*3.6.*d.* deſignant mundum relinquentem contemptibiles:quos Dauid,id eſt,Chriſtus amplectitur.Idem deſignant derelinquentes Vriam , vt percuſſus interiret,2.*Reg.*11.*c.*Et derelinquentes amatores meretricem Hieruſalem nudam , *Ezech.*16. *c.* Et in his eſt deſerta lætitia mundi,*Iſa.*24.*b.*54.*b.*60.*c.*62.*a.* Et relinquit pater & mater aliquem,hoc eſt, *ii* diabolus & ciuitas Babylon,*Pſa.*26.Et derelinquit paſtor ſtultus gregem,id eſt,*kk* Antichriſtus ſuos in poteſtate diaboli,*Zach.*11.*d.*12.*d.* Relinquuntur etiam auibus mali,hoc eſt,dæmonibus,*Iſa.*18.*c.*

Relinquens Roboam conſilium ſeniorum,3.*Reg.*12.*a.*2. *Par.*10. *b.* vnde perdidit maximam partem regni , *ll* exemplum eſt Principibus.

Derelicta terra latiſſima,quæ non erat diuiſa filiis Iſraël,*Ioſ.*13.*a.*deſignat *mm* multos cõuertendos poſt paſſionem Chriſti,1.*Paral.*28.*b.*

Deſerere locum ſuum,*Eccl.*10.*a.*eſt *nn* dare locum tentationi : aut incidere in peccatum : vel non ſeruare cor: vel deſerere Deum,*Pſal.*32.*Prou.*27.*a.*1.*Mach.*10.*a.*

Non relinquet dies Domini ſuperbis radicem,& germen, *Malac.*4.*a.* quia poſt iudicium , *oo* non erit tempus pœnitendi,aut bene operandi.

Nõ relinqui in templo lapidẽ ſupra lapidem,eſt *pp* animã deſtitutam eſſe omnibus virtutibus,& tranſgreſſam eſſe omnia mandata, *Matt.*24.*a.Luc.*19.*g.*22.*b.Marc.*13.*a.* Cùm etiam quis diſcedit à fide non relinquitur lapis dogmatis ſuper lapidem mandatorum Dei,qui non deſtruatur.

Relinqui vnum aſſumpto alio , eſt deſeri ad pœnam , vel *qq* relinqui ſynagogam in ſua perfidia. *Matth.*24.*d. Luc.*17.*g.*

Relinquens ſynagogæ Chriſtum reſuſcitatum.
Deſcendens Chriſtus de cælo.
Derelinquens ſynagogam.
Dans Deus nobis Chriſtũ.
Reliquiæ Iudæorum.
Chriſtus implens legem.
Non plus ſapere quàm oportet.
Deſerere vitia.

Liberati à diabolo.
Non permittens iuſtos vinci ab hæreticis.
Relinquentes ſcripturas fidelibus.
Non reſiſtens Eccleſiæ aduerſantibus.
Confabulatio de Chriſto in paſſione.
Deſerens carnalium amorem.
Ignorãtia ſui.
Satisfaciens proximo.
Ceſſare ab operando.
Iudei ſine Spiritu ſancto.

Apoſtoli adhærẽtes Chriſto.
Simplici contentus fide.
Peccare.

Abiici aduerſarios Eccleſiæ.
Abrenunciare diabolo.
Deſerens mũdus contemptibiles.

Multiconuertendi poſt paſſionem.
Incidere in peccatum.
Deſtitutam omnibus virtutibus anima.
Diſcedere à fide.
Deſeri adpœnam.
Deſertio ſynagogæ.

a *Ori.ſ.Ier. hom.*8.
b *Aug.* 2. *de Gene. contra Manich.* 24. *& ſ. tract.* 9. *Ioan.*
*Bed.ſ.Gen.*2.
c *Hie.ſ.Ie.*25.
d *Or.& Amb. ſ.Rom.*9.
*Hie.ſ.Iſa.*1.
e *Hier.ſ.Iſ.*4. *& Eze.*6.
f *Ori.ſ. Ioſu. ho.*15.
g *Glo. ord.ſu. Exo.*16.
h *Ori.ſ.Matt. hom.*9.
Aug.epi. 88.
i *Hie.ſ.Iſ.*11.
k *Arn.ſ.pſal.* 124.
l *Baſ.& Aug. ſ.pſ.*48.
m *Hier.ſ.Iob.* 39.
*Gre.*31.*mo.*7.
n *Gre.*14.*mo.* 25.
o *Aug.* 83.*q.* 64.*& ſ.Ioan. tract.*15.
p *Hie.& Au. ſ.pſa.*39.
q *Baſ.ſ.pſ.*37.
r *Aug.*1. *ſer. domini in monte.*
ſ *Hie.ſ.Ie.*14.
t *Ori.ſ.Matt. h.*16.27.*& ſ. Luc.ho.*5.
u *Hil.ſ. Mat. cant.*24.
x *Hier. ſ. Ier.* 11.
y *Hie.ſ.Ezec.* 6.
z *Gre.ſ.*1.*Re.* 15.
aa *Ori.ſ.Ie.h.* 4.
bb *Hie.ſ. Iſa.* 30.58.
cc *Gr.*24.*mo.* 21.
dd *Bed.ſ.Pro.* 2.
ee *Hie.ſ. Ion.* 2.
ff *Hie.ſ.Iſ.*17. 23.
gg *Ori.ſ.Io.h.* 4.
*Hie.ſ.Ie.*17.
hh *Gr.*5.*mo.* 39.
ii *Au.ſ.pſ.*26.
kk *Hie.ſ.Zac.* 11.*& ſ.Iſ.*18.
ll *Lyr.ſ.*3.*Re.* 12.
mm *Ori.ſ.Io. hom.*16.
nn *Gre.ſup.*1. *Reg.*11. *Hie. ad Demet.*
Baſi.ſ.pſ. 32.
*Bed.ſ.Pro.*27.
oo *Glo.ord.ſ. Mala.*4.
pp *Or.ſ.Mat. ho.*27.
qq *Or.ſ.Mat. hom.*30.
*Am.ſer.*5.

Digitized by Google

Gentilitas. Non resurgere ad priorem statum. Liberum arbitrium debilitatum. Sensus spiritualis intactus. Mali iudices raptores.

Derelicta mulier erat *a* gentilitas relicta in idololatria. *Isa.* 54.*c.* derelicti quoque dicuntur omnes, qui sunt in peccato. *Zachar.* 1.*d.*

Relinquuntur centum in vrbe, vnde egrediebantur mille, quum *b* quis post peccatum, non resurgit ad priorem statum. *Zach.* 1.*d.*

Relictus homo semiuiuus à latronibus, designat *c* liberum arbitrium non penitus esse ablatum à peccatore. *Luc.* 10.*e. Eccles.* 15.*e.* vel dicitur, quia licèt immortalitatem homo amiserit, rationis tamen sensus aboleri non potuit.

Relinquere manipulum segetis in agro. *Deut.* 24.*d.* est *d* relinquere aliquem sensum spiritualem intactum. Item *e* dare exemplum boni operis minoribus.

Non relinquentes vindemiatores saltem racemum. *Abdi.b.* dicitur de Babyloniis, *f* nil reliquentibus in Iudæa. Vel sunt *g* Gentiles nullum sensum spiritualem relinquentes Iudæis, sed tantùm folia literæ.

Non relinquentes in manè iudices, qui erant lupi vespere. *Soph.* 3.*a.* sunt *h* mali iudices Ecclesiæ, qui semper in vespera tenebrarum manentes: nec ad ortum Solis respicientes quasi in nocte nemine videnti, populantur possessione Ecclesiæ.

Relinquit febris aliquem, quum cessat à fauore peccati. *Ioan.* 8.*g.*

Deripere, Derisor, vide Illudere.

Descendere.

Habens Deus curam hominis. Faciens miracula. Mittens angelos. Incarnatio. Prabens auxilium. Ad vindictã. Condescendès infirmis. Incarnatio. Christus ad certamẽ cum diabolo. Extrema abiectio Christi. Veniens Christus in mundum, vt pateretur. Mori. In infernum mitti. Debellans Christus inferos. Christus ad saluandum genus humanum. Spiritus sanctus datus ministerio sacerdotum. Spiritus sanctus ad baptizatos. Christus ad prophetas & sacerdotium & corda perfectorum. Christus ad Ecclesiam. Christus ad extremos Iudæorum. Quia cadit fit malum, & descendat à Domino. Punitio Dei. Ferentes angeli beneficia. Profectus & defectus. Varietas fortunæ. Descendens angelus hominem. Pœnitentia. Veniens gratia cum doctrina. Gratia veniens & virtutes.

Descendere, est à loco superiori ad inferiorem, qui est versus centrum modi, moueri. Est etiam cadere. 4.*Reg.* 1.*c.* Descendit ignis de cœlo. Deprimi. *Psalm.* 103. Ascendunt montes & descendunt campi. Fluere. *Ezech.* 47.*a.* Aquæ autem descendebant. Irruere. *Genes.* 15.*c.* Descenderuntque volucres.

Descendere attribuitur Deo metaphoricôs: vt quum dicitur descendisse ad videndum. *Genes.* 11.*b.* 18.*e.*

Descendit enim Deus, *i* quum habere curam fragilitatis humanæ, euidenter indiciis dignantissimæ pietatis ostenditur. Et quum aliquid facit in terra, quod præter vsitatum naturæ cursum mirabiliter factum, præsentiam quodammodo eius ostendit. Vnde & descendit ad liberandum populum Israël ab Ægyptiaca seruitute: vbi descendisse dicitur, quia *k* misit angelum. *Exod.* 3.*b.* Et descendit in montem coram omni plebe, condescendens humanæ infirmitati. *Exod.* 19.*c.* descendit autem in igne, vt ostenderet claritatem legis suæ, & aduentum Spiritus sancti in bonis. Descendit etiam in nube, vt ostenderet incarnationem Verbi. *Exod.* 33.*b.* 34.*a.* Et descendit in montem, ad quem ascenderat Moses. *Exod.* 19.*c.* quia quantumuis homo ascendat per contemplationem, opus est, vt Deus descendat, vt cognoscatur. Descendit etiam cum Iacob in Ægyptum, præbens se adiutorem in tentationibus. *Genes.* 46.*a. Num.* 11.*b.* 12.*b.* Descendere autem dicitur tam ad vindictã, quàm ad auxilium. Dicitur etiam descensio Dei, *l* maiestatis eius ad inferiora decursus. *Mich.* 1.*a.* Et quum aliquid nouum in creatura operatur. Descendit quoque Deus inclinatis cœlis. *Psalm.* 17.143. quum incarnatus est Christus præmissis angelis, & Prophetis. Et quum *m* per simplicem prædicationem venit ad auditores, qui altiora capere non possunt.

Descendens Iesus de monte, indicat *n* accessum suum ad imperfectos, & ad nostras infirmitates curandas. Est etiam eius descensus *o* accommodatio doctrinæ suæ ad captum turbarum. *Matth.* 8.*a.* 17.*b. Luc.* 6.*c.* 9.*c. Psalm.* 143. *Ephes.* 4.*b.* Idem designauit descendens Iesus Nazareth. *Luc.* 2.*g.* Et descendens Capharnaum. *Marc.* 9.*a. Luc.* 4.*e. Ioan.* 2.*c.* 4.*g.*

Descensus montis Oliueti. *Luc.* 19.*f.* designat *p* descensum Christi è cœlo per incarnationem. Descendit autem sicut pluuia in vellus, *q* vel quia incarnatus est sine virili semine, & *r* sine strepitu & inquietudine hominum, & sine fide. Vel quia venit ad Iudæos relicta area totius mundi. *Psal.* 71. *Isa.* 64.*a.* Et descendens Iacob ad Ioseph, in Ægyptum. *Genes.* 45.*a. Actor.* 7.*b.* designauit descensum Christi in mundum: Vel fideles descendentis ad mundi agones.

Descendens Dauid ad singulare certamen cum Goliath. 1.*Reg.* 17.*d.* designauit *s* aduentum Christi mundum ad expugnandum diabolum. Idem designauit descendens ad petram deserti Maon. 1.*Reg.* 23.*d.* Et descendens in desertum Pharan. 1.*Reg.* 25.*a.* Et descendens Iudas à fratribus suis. *Genes.* 38.*a.* designat Christum ad infirma mundi descendentẽ: aut religiosum, à clausstro egredientem. Et descendens Gedeon in castra hostium, Christum designat. *Iudi.* 7.*d.* Ipse est descendens in prælium. *Iudi.* 1.*b.* 1.*Reg.* 30.*f.* 2.*Par.* 20.*d. Iud.* 14.*a.* Et descendens Samson in Tamnatha. *Iud.* 14.*a.* Descendens Ionas ad extrema montium, *t* est Christus ad extremam abiectionem in passione. *Iona.* 2.*c.*

Descendit Christus in corruptionem. *Psalm.* 29. Vel *u* quia venit ad locum corruptionis, qui est mundus. Vel quia sponte pati voluit & mori. Et ascendit quilibet in corruptionem, quum venit in mortem, aut in infernum detruditur. *Iob.* 33.*c.*

Descendens Iacob ad filium suum Ioseph in inferos, designat Deum debellantem per filium suum infernum. *Genes.* 37.*g. Psalm.* 138. Et descendens Banaias in cisternam, aut lacum, vbi interfecit leonem: designat Christum descendentem ad inferos, & expugnantem diabolum. 2.*Reg.* 23.*c.* 1.*Par.* 11.*c.* Idem Ieremias. *Ierem.* 38.*b. Amos.* 9.*a. Matth.* 10.*c. Rom.* 10.*b.*

Descendens angelus in piscinam, ad mouendam aquam, vt sanaretur vnus. *Ioan.* 5.*a.* est Christus factus *x* homo ad saluandum genus humanum. Vel est Spiritus sanctus descendens ad nos ministeria sacerdotum.

Descendit Spiritus sanctus super Christum baptizatum, *y* vt designetur post lauacrum descendere in nos. *Matth.* 3.*d. Luc.* 1.*e.* Prius autem baptizatus est Christus, quàm descenderet Spiritus sanctus, *z* vt ostenderetur nos egere sanctificatione. *Marc.* 1.*b. Ioan.* 1.*d.*

Descendit sponsus in hortum nucum. *Cant.* 6.*d.* hoc est, *aa* Christus ad Prophetas, & sacerdotium: & ad corda perfectorum: vt per eos ad infirmiores postmodum veniat. Vel *bb* descendit Christus ad Ecclesiam post ascensionem, secundùm quòd ipse dixit, Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi. *Cant.* 6.*a.* Descendit etiam in *cc* hortum nucum, secundùm quòd factus est sub lege.

Descendens Ionas in Ioppem. *Iona.* 1.*a.* est *dd* Christus veniens ad extremos Iudæorum, qui omnes saluare cupiebat.

Descendit malum à Domino. *Mich.* 1.*d.* hoc est, *ee* sicut cecidit Lucifer de cœlo, sic mala à domino ceciderunt, quæ antequam caderent, non erant, mala: sed quia corruerunt à domino, ideò facta sunt mala. Et descendit grando in saltum, hoc est, punitio Dei in Iudæam. *Isa.* 32.*d.* Et descendit deus sicut fluuius Ægypti super malos. *Amos.* 9.*b.* vt in tormentorum amaritudinem impetu domini detrudantur. Et ascendit gladius domini in Idumæam, hoc est, ad terrenos homines puniendos. Vel ad Iudæos puniendos. *Isa.* 34.*b.* Descendens etiam ignis de cœlo, vel à Deo, est diuina vindicta. 4.*Reg.* 1.*c. Apoc.* 20.*c.*

Descendentes angeli per scalam, quam vidit Iacob. *Genes.* 28.*c.* sunt *ff* ferentes ad nos Dei beneficia. Vel sunt bonæ cogitationes & inspirationes ad nos venientes quasi de cœlo. Item etiam descendentes sunt cogitationes terrenæ. Vel ascensus ille, & descensus, est profectus & defectus vitæ: vel varietas fortunæ. *Dan.* 3.*c. Matth.* 28.*a.* 1.*Thessa.* 4.*d. Apoc.* 18.*a.* Et descendunt vigiles. *Dan.* 4.*b.* quum *gg* angeli terrena nostra curant: & secundùm quòd in summis diuinitus discunt, in imis humana disponunt. Descendens autem quasi animal in campo, est angelus facilè vincens dæmones in auxilium hominum. *Isa.* 63.*c.*

Descendentes aquæ Iordanis in mare. *Iosu.* 3.*d.* sunt, quum *hh* quis gaudium, & voluptates vertit in dolorem pœnitentiæ. Descendere etiam in fletum, *ii* est pœnitentiam agere. *Isa.* 15.*a.*

Descendit Man cum rore. *Num.* 11.*b.* quum gratia venit cum doctrina mysteriorum sacræ scripturæ. Et descendit ros in montem Sion, hoc est, diuina *kk* gratia, in Ecclesiam triumphantem. *Psalm.* 132. Idem est descendens imber matutinus. *Ioel.* 2.*f.* Descendit etiam imber in terram, hoc est, *ll* doctrina in Ecclesiam. *Isa.* 55.*c.* Et descendunt aquæ ad plana deserti. *Exech.* 47.*d.* hoc est, mysteria ad gentilitatem.

Descendens vnguentum in barbam, est *mm* chrisma gratiæ veniens in virtutes: vel à Christo ad perfectos. Et descendit in oram vestimenti, hoc est, vsque ad minores, & simpliciores. *Psalm.* 132.

a *Glo. in. s. Is.* 34.
b *Hie. s. Amo.* 5.
c *Glo. ord. su. Luc.* 10.
d *Lyr. s. Deut.* 24.
e *Rup. s. Deu.* 33.
f *Glo. ord. su. Abdi.*
g *Ru. s. Abdi.*
h *Glo. ord. So.* 3.
i *Ori. s. Gen. hom.* 4. 15. *Eu. q. in Mic. & for. spir.* 1. *Au. de esse di. Cyril.* 3. *s. Ioa.* 3.
k *Be. s. Ex.* 3. 19. & *s. Gen.* 11. 18.
l *Hi. s. Mic.* 1. *Theoph. Ale.* 1. *Pas.*
m *Gre.* 30. *m.* 22.
n *Ori. s. Matt. ho.* 3. & *diue. ho.* 5.
o *Aug. s. psa.* 143.
p *Amb. s. Luc.* 16. 19.
q *Or. s. Iud. h.* 8.
r *Lact. lib.* 4. *cap.* 16.
s *Lyr. s.* 1. *Re.* 17.
t *Ru. s. Ion.* 2.
u *Ori. s. Iere. ho.* 11. *Bas. s. ps.* 29. *Au. epi.* 44.
x *Ambr.* 2. *de sacrament.* 2. & 1. *de Spiritu sancto.* 7.
y *Aug. s. Ioan. tract.* 17. *Hil. s. Matth. can.* 2.
z *Am.* 1. *de sacramen.* 5.
aa *Am. de vir* 3.
bb *Gr. s. Can.* 6.
cc *Ru. s. Can.* 5. 6.
dd *Hie. s. Ion.* 1.
ee *Hie. s. Mic.* 1. & *s. Is.* 32. 34. & *sup. Amos.* 9.
ff *Phi. de som. Eu. q. in Mic.*
gg *Rica. de S. Vict. de secur. consicien.* 20.
hh *Ric. de S. Vict. de exter. mali.* 17.
ii *Hie. s. Is.* 15.
kk *Hil. s. psa.* 132.
ll *Hie. s. Is.* 55 & *s. Eze.* 47.
mm *Arn.* & *Hil. s. ps.* 132. *Au. s. ps.* 132. *Be. s. Exo.* 19.

Digitized by Google

Descendens Moses de monte, est descendens ab altitudine contemplationis. *Exod.* 19. *c.* 32. *b.* 34. *d.* Et descendens Aaron oblatis holocaustis. *Leuit.* 9. *d.* designat *a* doctores post prædicationem, debere descendere, ad orandum pro populo. Et descendentes Samuel & Saul in oppidum, *b* sunt prædicatores à sublimi contemplatione, ad infirmiores erudiendos descendentes, eorumque infirmitates tolerantes. 1. *Reg.* 9. *d.* 1. *Corinth.* 9. *d.* Factus sum infirmis infirmus, &c. Idem designant Prophetæ descendentes de excelso in vrbem. 1. *Reg.* 10. *b.* Et Ieremias in domum regis. *Ierem.* 22. *a. Actor.* 10. *f.* Descendit etiam nix in terram, *c* quum candida Sanctorum corda, quæ iam solida contemplatione pascuntur, pro fraterna charitate, ad humilia prædicationis verba descendunt. *Iob.* 37. *a. Isa.* 55. *c.*

Descendentes viri Cariathiarim ad reducendam arcam fœderis. 1. *Reg.* 6. *d.* designant *d* perfectos in contemplatione, qui sumunt onus sacerdotij ad saluandos alios.

Descendentes curandi in piscinam turbatam. *Ioan.* 5. *b.* sunt *e* venientes ad Christum per fidem, vt curentur. Vel humiliter credentes. Descendit Iudas cum Deo, *f* quando fidelis humiliter confitetur humilitatem Christi. *Hose* 12. *a.*

Descendere ad fontem, est *g* humiliari sacræ scripturæ. *Genes.* 47. *b.* ad hauriendam aquam vitæ.

Descendens filia Pharaonis ad fluuium, *h* est humiliatio gentilitatis ad Baptismum. *Exod.* 2. *a.* 4. *Reg.* 5. *c.*

Descendentes exploratores Dauid in puteum. 2. *Reg.* 17. *d.* sunt *i* subiicientes se humiliter pœnitentiæ, quæ cunctis necessaria est ante finem præsentis vitæ.

Descendentes fratres Ioseph in Ægyptum, designant *k* Iudæos ad Ecclesiam venientes. *Genes.* 42. *a.* 43. *d.* Vel designant venientes ad prosperitatem mundanam: vbi postea seruire coguntur vitiis.

Descendere in Ægyptum, *l* est à spiritualibus ad temporalia descendere: & ad curam carnis accedere. *Genes.* 12. *c.* 26. *a.* 46. *a.* Et quidem Abrahæ, & Iacob, & Mosi, bene cessit descendere in Ægyptum: non ita Ieroboam, & multis aliis. *Isa.* 52. *b.* Vxor Mosis, & Iethro non valuerunt descendere, quia non erant apti ad pugnam. Est etiam descedere in Ægyptum, venire in miserias, & tenebras huius mundi. Descendere quoque in lacum, *m* est descendere in miseriam profundam huius seculi. *Psalm.* 27. 29.

Descendere etiam in Ægyptum, est incidere in tenebras peccati, & in errores. Et descendere illuc ad quærendum auxilium, est *n* confidere in fauore mundano. *Isa.* 30. *a.* 31. *a.* 52. *b.*

Descensus de camelo, est *o* derelictio vitæ carnalis, & idololatriæ, & etiam elationis. *Genes.* 24. *g.* Idem est descensus de asino. 1. *Reg.* 25. *d.*

Descendens Saul ante Samuelem in Galgala. 1. *Reg.* 10. *b.* designat *p* obedientiam futuri prædicatoris: in qua prius debet esse probè exercitatus.

Descendens rursus Saul in Galgala. 1. *Reg.* 15. *c.* designat *q* prædicatorem malum, quærentem gloriam de sua eloquentia apud eruditos, sed malos.

Descendere ad Philisthæos ad exacuendum vomerem. 1. *Reg.* 13. *d.* est *r* descendere ab altitudine Christianæ simplicitatis, ad discendas scientias seculares. Idem designant descendentes optimates Israël in Geth. Palestinorum. *Amos.* 6. *a.*

Descendens ignis in sacrificium, est *s* Spiritus sanctus, veniens in animam. 2. *Par.* 7. *a.*

Descendens ignis de cœlo virtute bestiæ. *Apoc.* 13. *a.* designat *t* hæreticos recedentes ab Ecclesia persuasione Antichristi, aut hæresiarcharum.

Descendens homo ab Hierusalem in Hiericho. *Luc.* 10. *e.* designat lapsum *u* hominis à statu innocentiæ in statum peccati. Sic non descendit Nehemias ad hostes, ne consentiret dæmonibus. *Nee.* 6. *a.* Descendere etiam in mortem, aut occisionem, est peccare aut condemnari. *Prouer.* 5. *a. Ierem.* 8. *b.*

Descendens Petrus de nauicula in mare. *Matt.* 14. *d.* designat *x* eum, qui putat se liberum à tentatione. Descendunt autem in mare, qui ad mundi conuersationem veniunt. Et Apostoli descenderunt in mare in nauibus, *y* venientes in mundum in Ecclesiis: & ad prædicandum gentibus. *Psalm.* 106. *Isa.* 42. *b. Ioan.* 6. *b.*

Descendunt campi, *z* cùm actiui exercent actiones terrenas. *Psalm.* 103. Idem est descendere in puluerem. *Isa.* 47. *a.* Vel descendunt campi, *aa* quum populus se subiicit ordinationi prælatorum.

Non descedere de tecto, *bb* est in vestigio veritatis & perfectionis permanere: & non relinquere conuersationem cœlestem: nec descendere ad curam carnis. *Matth.* 24. *b. Marc.* 13. *b Luc.* 17. *f.*

Descendit cum Deo Iuda, seu tribus *cc* Iuda, quum fideles Ecclesiæ humiliantur cum Deo. *Hos.* 11. *d.*

Descendere in terram, est *dd* terrena quærere, eáque Deo præferre. *Psalm.* 21.

Descendere autem in terram, in bonum, *ee* est descendere à statu superbiæ. *Isa.* 47. *a.* Sic descendit corona de capite, quum quis abiicit fastum superbiæ. *Ierem.* 13. *c. Ezech.* 26. *c.*

Descendentes volucres ad cadauera, sunt *ff* cogitationes in mente, quæ circa res viles versantur. *Genes.* 15. *c.*

Descendentes serui Pharaonis ad Mosen, sunt subiicientes se legi. *Exod.* 11. *c.*

Descendens vas linteum de cœlo, designare potest *gg* Ecclesiam à cœlo originem habentem. *Actor.* 10. *b. f.* 11. *a.*

Descendere vsque ad abyssos, *hh* est peccare ex infirmitate: vt Petrus. Vel est turbari per timorem. *Psal.* 106.

Descendens Ionas ad interiora nauis: *Iona* 1. *b.* designat *ii* peccatorem in profundum malorum venientem. Et descendit ad extrema montium, qui deuenit in extrema peccata. *Iona* 2. *c.*

Descendit iniquitas in verticem ipsius iniqui: quia *kk* iniquitas est superior ipso iniquo: & grauat illum: & onerat: & ad requiem Sanctorum reuolare non sinit, *Psalm.* 7.

Descendere Christum de cruce perebant Iudæi instinctu diaboli, *ll* vt impediretur redemptio generis humani. *Matth.* 27. *e. Marc.* 15. *c.* Ne etiam patientiæ exemplum demonstraret.

Descendere de cœlo *mm* conuenit Christo, qui venit ad redimendum genus humanum, assumpta carne. *Prou.* 30. *a. Ioan.* 6. *d. Apocal.* 3. *e.* Descendit etiam Hierusalem de cœlo, hoc est, Ecclesia originem habens à Christo. *Apocal.* 21. *a. d.* Descendit, inquam, non *nn* cecidit, vt lucifer. Cadere namque superbiæ est, descendere humilitatis.

Descendens Saul in desertum Siph contra Dauid, *oo* est diabolus & Iudæi contra Christum & contra fideles. 1. *Reg.* 23. *c.* 16. *a.* Idem designant descendētes equi contra fideles. *Agg.* 2. *d.* Et descendens Achab in vineam Naboth, vt possideret eam. 3. *Reg.* 21. *e.* Et descendens Holophernes in campos Damasci. *Iudith.* 2. *d.*

Descendens Elias in occursum Achab. 3. *Reg.* 21. *e.* est *pp* prædicator se opponens regibus peccantibus, vt Ioannes Baptista.

Descendens rex Ioas in domo Domini. 2. *Par.* 23. *d.* ad regendum videlicet populum: quia reges à Domino accipere debent gratiam rectè gubernandi.

Descendentes Ægyptij in profundum. *Exod.* 15. *a.* sunt mali descendentes in infernum. Et descendentes in lacum, *qq* sunt facientes opera mergentia in infernum, in quem & ipsi descendunt. *Psal.* 27. 29. 87. 113. 142. *Isa.* 5. *d.* 14. *d. Ezech.* 31. *e.* 32. *d.* Et descendunt in infernum viuentes, hoc est, *rr* animam immortalem habentes: vel quia cum corpore viuente punientur. *Psal.* 54. Non tamen descendit cum diuite gloria eius. *Psal.* 48. *Num.* 16. *d. Iob.* 7. *b.* 17. *d.* 21. *b. Prou.* 9. *d. Baruch.* 3. *d.* 3. *b.* Descendunt etiam in infernum viuentes, hoc est, suam perditionem sentientes: vt hæretici pertinaces, & descendunt vnicornes, & tauri, *ss* hoc est, reges & principes iudicandi, & puniendi. *Isa.* 34. *b.* 38. *d. Ezech.* 26. *d.* 31. *e.* 32. *d.* Descendere etiam in voraginem, & descendere in infernum. *Isa.* 40. *b.*

Descendens Ieremias in domum figuli. *Ierem.* 18. *a.* est *tt* considerans Dei potentiam, & fragilitatem propriam.

Descendere, quia plenum est torcular. *Ioel.* 3. *c.* est *uu* venire ad iudicium vniuersale, quando completus erit numerus saluandorum, & damnandorum.

Descendens

Turbari timore. Veniens in profundum malorum. Iniquitas grauans iniquum. Christus è cælo. Ecclesia à Christo. Diabolus & Iudæi in Christum & fideles. Prædicator obsistens peccantibus. Descendentes in infernum. Consideratio Dei & sui. Venire ad iudicium.

a *Isy. s. Leu.* 9.
b *Gr. s.* 1. *R.* 9.
c *Gre.* 72. *mo.* 17.
d *Gr. s.* 1. *Re.* 6
e *Au. s. Ioan. tract.* 17.
f *Rup. s. Hos.* 12.
g *Glo. inter. s. Gen.* 24.
h *Bed. s. Ex.* 2.
i *Glo. ord. su.* 2. *Red.* 17.
k *Cyr. de ado. in Spiritu san.*
l *Ori. s. Exod. ho.* 11, *Ambr.* 2. *de Abr.* 4. *Cyri. de ador. in Spir. sanct.*
m *Aug. s. psa.* 27. 29.
n *Hie. s. Is.* 30. 31.
o *Gr.* 1. *m.* 14. & 35. *mo.* 17. *Bed. s. Ge.* 24.
p *Gre. s.* 1. *Regum.* 10.
q *Gr. s.* 1, *Regum.* 15.
r *Gr. s.* 1. *Re.* 13
s *Amb.* 3. *of.* 14.
t *Au. su. Apo. hom.* 11.
u *Ori. s. Ios. ho.* 13. & *s. Luc. hom.* 34.
x *Ori. s. Mat. c.* 14.
y *Arn. sup. ps.* 106. *Hie. su. Isa.* 2. 42. & *sup. ps.* 106.
z *Arn. su. psa.* 103.
aa *Hie. s. psal.* 103.
bb *Ori. s. Mat. ho.* 29. *Hil. s. Matth. Can.* 25. *Am. s. Luc.* 17 & *epist.* 11. *Aug. epist.* 80.
cc *Hie. s. Hos.* 11.
dd *Aug. epist.* 120.
ee *Hi. s. Is.* 47.
ff *Phi. quis rerū diu. hares.*
gg *Glo. ord. s. Acto.* 10.
hh *Ar.* & *Au. su. psa.* 106.
ii *Hie. s. Ion.* 1.
kk *Au. s. ps.* 7.
ll *Gl. ord. sup. Mat.* 27.
mm *Gl. or. su. Prou.* 10.
nn *Rup.* 12. *s. Apoc.*
oo *Glo. or. su.* 1. *Reg.* 23.
pp *Gl. ord. su.* 3. *Reg.* 21.
qq *Basi. s. ps.* 29.
rr *Ar. s. ps.* 54.
ss *Hie. s. Is.* 34 & *s. Eze.* 26.
tt *Lyr. s. Ie.* 18.
uu *Gl. int. su. Ioel.* 3.

Christus ad perfectos & infirmos. Descendere ab altitudine cōtemplationis addocendum. A prædicatione ad orationem. Cōtemplatiui sumentes onus sacerdotij. Humiliter credentes. Humiliari sacræ scripturæ. Humiliatio gentilitatis. Subiicientes se pœnitentiæ. Venientes Iudæi ad Ecclesiam. Venientes ad mundanam prosperitatē. Venire à spiritualibus ad temporalia, & ad curam carnis. Venire ad miserias mundi. Peccare vel errare. Considere in homine. Deserere vitam carnalē, idololatriam & elationem. Obedientia futuri prædicatoris. Inanis gloria prædicatoris. Discere scientias seculares. Veniens Spiritus sanctus in animam. Recedentes hæretici ab Ecclesia. Lapsus in statum peccati. Peccare. Condemnari. Præsumptio securitatis. Venire ad conuersionem mundi. Venire ad mundum gratia prædicandi. Exercere actiones terrenas. Permanere in fastigio veritatis & perfectionis. Humiliari cū Deo. Quærere terrena. Abijcere superbiam. Cogitationes de vilibus. Subiicientes se legi. Ecclesia ortū habens è cælo. Peccare ex infirmitate.

Digitized by Google

Non resipiscentes Iudæi. Dānatio superbi.

Descendens publicanus de templo iustificatus à Pharisæo, vel præ Pharisæo. *Luc.* 18.*a.*

Non descendens Vrias in domum suam. 2.*Reg.* 11.*b.* designat Iudæos *a* non redeuntes ad conscientiam suam, nec recognoscentes mysteria legis.

Non descendens Ochozias de lectulo. 4.*Reg* 1.*a.* damnationem *b* superbi obstinati designat.

Describere.

DESCRIBERE est, quasi de exemplari exscribere. Item delineare, & depingere, & quasi in numerum scribere, & disponere, seu designare.

Crucifixio Christi. Ordo mansionum cælestiū. Institutio nouæ Ecclesiæ. Triplex sensus scripturæ. Declarans prædicator cælestia. Seruans vex legem.

Descripsit Deus Sion in manibus suis, quum Christus crucifixus est. *Isa.* 49.*d.*

Descriptio templi, quam dedit Dauid Salomoni, designat *c* ordines mansionum cœlestium. 1.*Par.* 28.*c.* *Ezech.* 43.*d.* Idem designauit describens Moses mansiones filiorum Israël in deserto. *Num.* 33.*a.* Et describentes diuisores terram promissionis. *Iosu.* 18.*a.* Et describens Dauid populum. 2.*Reg.* 24.*d.* designantur etiam in his diuersi gradus in Ecclesia militante.

Descriptio vniuersi orbis primò facta in ortu Christi. *Luc.* 2.*a.* designat *d* institutionem nouæ Ecclesiæ ex gentibus, dimisso veteri populo.

Descripta sapientia tripliciter, designare potest triplicem sacræ scripturæ sensum. *Prou.* 3.*a.* 22.*c.*

Describens Ezechiel ciuitatem Hierusalem in latere. *Ezech.* 4.*a.* designat *e* prædicatorem, qui terrenis cordibus curat summopere quanta sit supernæ ciuitatis visio demonstrare.

Describens sibi rex Deuteronomium. *Deut.* 17.*d.* est *f* vt omnia, quæ gerat, faciat secundùm ordinem diuinæ legis.

Deserere, vide Derelinquere.

Desertum, Solitudo, Eremus.

Deus. Christus.

DESERTVM est *g* locus, vbi non est hominum habitatio, sed ferarum. Deserti autem montes quantum ad literam dicuntur partes ad vtrumque polum inhabitabiles propter frigus, & torrida zona.

Desertum, in quod mittitur caper emissarius. *Leuit.* 16.*d.* designare potest sinum Dei *h* patris: cui relinquitur Christus quantum ad naturam diuinam, quæ immolari non potuit. Et dicitur Deus factus esse solitudo Israëli. *Ierem.* 2.*b.* Et Christus volebat esse solitudo domui Israël, ostendens *i* se relicturum Iudæos. *Ierem.* 9.*a.* Ab hoc deserto ascendit ventus vrens, *k* hoc est, spiritus sanctus. *Hos.* 13.*d.*

Vterus Beatæ Virginis.

Desertum, vnde venit ventus vrens. *Hos.* 13.*d.* dici potest *l* vterus virginalis ab omni carnali affectu purissimus. In hac solitudine apparuit ros, & Man. *Exod.* 16.*c.*

Ecclesia ex gentibus.

Desertum etiam dicitur *m* Ecclesia ex gentibus, aut potius deserta, quasi derelicta: de qua dicitur: Lætabitur deserta. Et multi filij desertæ. *Isa.* 35.*a.* 40.*a.* 41.*c.* 42.*b.* 43.*c.* 48.*d.* 51.*a.* 52.*c.* 61.*b.* 63.*c.* Et ipsa est desertum Cades. *Psal.* 28. 54. 64. 135. 1.*Reg.* 23.*b.d.* 25.*a.* 26.*a.* 3.*Reg.* 19.*a.* 2.*Par.* 8.*a.* 26.*b.* *Sap.* 11.*a.* *Iere.* 2.*a.* 31.*a.* *Thren.* 4.*a.* 5.*b.* *Ind.* 10.*g.* *Ezech.* 36.*b.* 47.*b.* *Ioel.* 2.*e.* *Mach.* 5.*c.* *Matth.* 11.*a.* 14.*b.* 15.*d.* *Luc.* 3.*a.* *Ioan.* 3.*b.* *Amos.* 2.*c.* 9.*d.* *Num.* 10.*d.* 14.*f.* 16.*b.* 21.*e.* 24.*a.* Eadem dicitur saltus. *Isa.* 22.*c.* Desertum etiam dicitur *n* gentilitas. *Psalm.* 28. 67. 106. 4.*Reg.* 3.*b.* *Iob.* 38.*c.* Et desertum, ex cuius petra emittitur agnus, erat gentilitas: vnde erat Ruth Moabitis. *Isa.* 16.*a.* Et desertum reputatur in Charmel, quum gentilitas venit ad fidem. *Isa.* 32.*d.* 49.*e.* 58.*d.* *Zach.* 4.*d.* Et desertæ ciuitates, quæ inhabitantur, designant gentilitatem fidem amplectentem. *Isa.* 54.*b.* In solitudine apparuit manna, quum doctrina Euangelica apparuit inter gentes. *Exod.* 16.*c.*

Gentilitas.

Calum.

In regionem iuxta hoc desertum *o* abiit Christus, derelicta Iudæa. *Ioan.* 11.*g.* Et solitudo, in qua dedit Dominus onagro domum. *Iob.* 39.*a.* est gentilitas, quam dedit pater Christo.

Anima.

Desertum, vbi reliquit Dauid oues, intelligi potest *p* cœlum, vbi Christus reliquit nonaginta nouem oues. 1.*Reg.* 17.*d.* *Matth.* 18.*b.* *Luc.* 15.*a.* Dicitur autem desertum, quia derelictum est ab homine peccante.

Deserta domus, dicitur *q* anima in peccato existens. Et in hoc deserto prædicat Ioannes. *Matth.* 3.*a.* 4.*a.* 23.*d.* *Luc.* 3.*a.* 4.*a.* 8.*e.* *Isa.* 1.*b.* 5.*b.* 64.*d.* Et desertum Cades, *r* est ipsa anima priùs sterilis. *Psalm.* 28. 64. Et deserta terra, dicitur anima relictis vitiis. *Psal.* 62. Et in hoc deserto dat Dominus manducare, *s* quia non est aptus ad cibum Christi, nisi qui se à secularibus separauerit. *Luc.* 9.*b.* Et manna dedit Deus in deserto, *t* hoc est, in animo vitiis & affectibus vacuo. *Exod.* 16.*a.* *Iud.* 20.*f.* *Ierem.* 12.*c.* 17.*a.* 23.*b.* *Hose.* 9.*c.* 12.*b.* *Ioel.* 3.*d.* *Nahum.* 1.*a.* *Soph.* 2.*a.d.* *Zach.* 7.*d.* *Marc.* 1.*d.* 6.*d.* Et terra Ægypti fit deserta, quum *u* anima non amplius admittit malum habitatorem diabolum. *Ezech.* 29.*b.* Anima etiam est mons Seir, qui datur in desertum. *Ezech.* 35.*a.* 36.*a.* *Hose.* 13.*b.* *Amos.* 9.*d.* In desertum ponitur vinea Domini. *Ioel.* 1.*b.* quum plena fructibus anima, humanæ laudis cupiditate dissipatur.

Cor humanū. Diabolus. Multitudo immūdorum spirituum. Conscientia.

Desertum dicitur cor *x* humanum: vnde ascendit deliciis affluens, qui ad cœlestia eleuatur. *Cant.* 8.*b.* Desertum etiam seu regio deserti. *Iob.* 1.*c.* est *y* cor infidelium: quod dum Creator deserit, nullus inhabitator colit nisi diabolus. Et ipse diabolus, vel immundorum spirituum multitudo, desertum interdum dicitur. *Gen.* 21.*c.* *Iob.* 15.*d.* 30.*b.* *Psal.* 106. *Isa.* 14.*d.* 21.*a.* 33.*c.* 44.*c.* *Ierem.* 2.*b.* 9.*g.* 12.*c.* *Exec.* 13.*a.* *Ioel.* 2.*a.*

Iudæa.

Solitudo in qua manet iustus, est conscientia. *Psalm.* 54. *Ezec.* 34.*f.* Et dicuntur iusti ædificare sibi solitudines. *Iob.* 3.*c.* quia *z* separant se à tumultu cogitationum & affectuum. ET dicunt cum Propheta. *Psalm.* 26. Vnam petij à Domino. ET desertum, quò venerunt Hebræi de Ægypto per transitum maris, est *aa* conscientia quæ est terra deserta, inuia, & inaquosa, quum est diu neglecta & inculta, spinis & tribulis obsita, omnique horrore plena. *Exod.* 15.*d.*

Desertum in quo prædicabat Ioannes, dici potest *bb* Iudæa, à Deo deserta. Nam & habitatio Iudæorum, facta est deserta, quum Hierusalem destructa est. *Leu.* 26.*d.* *Nee.* 2.*d.* *Psalm.* 62. 67. 68. 77. 106. ET factus Saron, sicut desertum, quum Hierusalem destructa est. *Isa.* 17.*c.* 32.*d.* 33.*b.* 42.*c.* 44.*d.* *Ierem.* 4.*f.* 9.*e.* 17.*a.* 22 *b.* 23.*b.* 25.*c.* 27.*d.* 51.*d.* *Ezech.* 6.*a.* 19. *d.* 26.*d.* 35.*d.* 38.*d.* *Hos.* 2.*a.* *Ioel.* 1.*d.* 2.*a.c.* *Soph.* 3.*a.* *Aggeo* 1.*c.* *Malac.* 1.*a.* 1. *Mach.* 2.*c.* 4.*e.* *Matth.* 3.*a.* 23.*d.* *Luc.* 23.*g.* *Actor.* 1.*d.* 1.*Cor.* 11.*b.* *Hebræor.* 3.*d.* Ipsa Iudæa, est desertum, in quod missus est caper emissarius, id est, Barabbas, *Leuit.* 16.*c.*

Caro.

Desertum interdum, est *cc* caro nostra afflicta & macerata, in qua habitat Christus. *Matth.* 4.*a.* Per hoc desertum ducit equum, qui animam exercet in carne sibi subiecta. *Isac.* 63.*c.* ET deserta Idumæa, est destructio carnalium affectuum. *Ioel.* 1.*d.* *Psalm.* 64. 104. 106. Ab hoc deserto ascendit anima, quum seipsam deserit eleuata ad cœlestia, sicut virgula fumi per mentis excessum. *Can.* 3.*c.* 8.*b.*

Pœnitentia. Contemplatio. Tranquillitas mentis. Consilium spirituale. Separatio à vitiis. Monasteriū. Status religionis. Contemptus mundi. Difficultas fidei.

Desertum etiam designat *dd* pœnitentiam, contemplationem, tranquillitatem mentis à tentationibus, & consilium à secularibus curis alienum, & separationem à vitiis. Ideo in deserto sacrificari sibi vult Deus, hoc est, in mentis quiete, non in Ægypto. *Exod.* 3.*a.* 4.*c.* 5.*a.* 8.*g.* 13.*d.* 14.*c.* *Iob.* 3.*c.* 39.*a.* *Psalm.* 64. 135. 136. *Isa.* 35.*c.* 48.*d.* *Ierem.* 50.*d.* *Luc.* 1.*g.* 7.*d.* *Ioan.* 6.*d.* 11.*g.* *Apocal.* 12.*b.d.* ET ea ibi apparet ros, atque aluntur manna à Deo. *Exod.* 16.*c.* Ibi quoque Christus *ff* morabatur. *Marc.* 1.*d.* In deserto quoque sunt fideles: quia nemini est fides nostra perspicua. *Psalm.* 77.

Desertum Sin, id est, tentationis, vbi videtur Deus, designare potest *gg* monasterium, & religionis statum, & locum extra mundanam turbam, & laborantium in Dei obsequio: qui multas patiuntur tentationes: & tamen vident Deum, per interiores consolationes. *Exod.* 16.*a.* 18.*a.* 19.*a.* *Num.* 21.*b.* 33.*b.* *Deut.* 2.*a.* 4.*g.* 8.*c.* 9.*b.* 11.*a.* 32.*b.* *Iob.* 39.*a.* *Psal.* 101. *Thren.* 4.*d.* 2. *Mach.* 5.*d.* 2. *Cor.* 11.*f.* In hac solitudine inueniuntur aquæ calidæ, *Genes.* 36.*c.* Hoc desertum non seminatur, quia caret delitiis. *Ierem.* 2.*a.* In hoc deserto veniunt de Ægypto qui à vitiis mundi separantur. *Ezech.* 20.*b.* 34.*f.* *Amos.* 2.*c.* Et solitudines ædificant, qui à secreto cordis terrenorum desideriorum tumultus expellunt. *Iob.* 3.*c.* Hoc est desertum Sur. *Exod.* 15.*d.* *Apoc.* 12.*b.*

Desertum, quò fugit Elias. 3.*Reg.* 19.*a.* est contemptus *hh* huius mundi, in quo quiescitur à tumultu. Et imperturbatus mentis status, & purus, vnde ab initio hominis natura egressa est.

Desertum, vbi conclusus est populus, vt non posset euadere. *Exod.* 14.*a.* designare potest *ii* fidei difficultatem, quum

a *Glo. ord.* 1. *Reg.* 11.
b *Lyra. su.* 4. *Reg.* 1.
c *Hie. s. Ezec.* 43.
d *Am. s. Lu.* 2, *Hie. epi. Ignota vulgo.*
e *Gr.* 2. *m.* 10. & 26. *mor.* 5. & *s. Ez. h.* 12.
f *Glo. int. sup. Deus.* 17.
g *Rup.* 1. *sup. Gen.* 41.
h *Orig. s. Leu. hom.* 9. *Isy. s. Leu.* 16.
i *Hie. s. Ier.* 9.
k *Rup. s. Hos.* 13.
l *Hie. epi. Lugubri nuntio. Ru.* 1. *s. Matt.*
m *Ori. s. Io. h.* 2. & *s. Ier. ho.* & *s. Lu. ho.* 21 *Bas. s. psa.* 28. *Hie. s. Isa.* 51. *Hil. s. psa.* 54. *Gre. ho.* 20. & 29. *mo.* 16.
n *Cle. Ale. ad hort. ad gētes. Arn. s. ps.* 106. *Isy. s. Leu.* 25. *Hil. s. Mat. cā* 14. 15. & *su. Psa.* 67. *Hie. s. Isa.* 32. 52. 54.
o *Cyr.* 3. *s. Ioa.* 34. & 8. *s. Io.* 4.
p *Au. s. ps.* 62. *Gr. hom.* 34. *Ori. s. Matth. ho.* 27. & *su. Luc. ho.* 11.
q *Hie. s. Isa.* 1. s. *Et epi. quod ignotus.*
r *Bas. s. ps.* 28. *Hil. s. psa.* 64.
s *Am. s. Luc.* 9.
t *Phil.* 2. *alle. Geo. Ve. Can.* 1. *co.* 7. *ca.* 10.
u *Hier. s. Eze.* 29.
x *Gr.* 8. *m.* 27. *Ric. de S. Vict.* 5. *de arc. my.* 14.
y *Ori. s. Iob.* 1. & *s. Eze. h.* 2. *Hil. s. Matth. can.* 11. *Am. s. Luc.* 8. *Hie. s. Is.* 14.
z *Gr.* 2. *m.* 28 & 12. *mo.* 22.
aa *Aug. s. psa.* 54. & *de ouib.* 14. *Ric. de S. Vict. de exter. mal.* 5.
bb *Hil. s. psal.* 68. & *s. Mat. can.* 2. *Au. s. ps.* 106. *Hie. s. Isa.* 33. *Ru. s. Psa.* 62. *Ru. s.* 11. *Mat.*

cc *Amb. ser.* 13. *Ric. de S. Vict.* 5. *de arc. myst.* 6. *Ori. s. Ier. ho.* 3. *Am.* 2. *de Abra.* 4. & *de vir.* 3. dd *Ar. s. ps.* 136. *Gre.* 4. *mo.* 34. *Bed. s. Ex.* 5. ee *Geor. Ven. Can.* 1. *to.* 7. *cap.* 10. ff *Hie. s. Matt.* 1. gg *Ori. s. Num. ho.* 27. & *s. Ios. h.* 4. *Hie. s. Eze.* 20. *Gre.* 4. *mo.* 34. & 30. *mo.* 34. *Cyr. de recta fide. Rup.* 7. *s. Apo.* hh *Ber. ser. paruo.* 94. *Cyr. de ador. in Spiritus sancti.* ii *Glo. ord. su. Exo.* 14.

Digitized by Google

quum non occurrunt rationes, ad obiectiones hæreticorum dissoluendas.

Deserta in vbertatem versa, sunt litera *a* legis,& Prophetarum dicta: quæ apud Iudæos per intellectum mysticum non colebantur. In Ecclesia tamen est spiritualium sensuum abundantia. *Isa.*51.*b.*25.*c.*41.*e.Iob.*30.*b.* Sic desertum conuertit Deus in stagna aquarum. *Psalm.*106. Solitudo autem vbi inuenitur Agar, est desertio ceremonialium. *Genes.*16.*b.*21.*b.* In hac solitudine dedit Deus domum onagro, *b* hoc est, Iudæis. *Iob.*39.*a.*

Desertum, aliquando dicitur mundus, *c* in quem proiectus est Adam expulsus de Paradiso. Designat etiam *d* vitam humanam miseriis plenam. *Genes.*47.*e.Exod.*15.*d.*16.*a.*23.*d.Num.*14.*e.*27.*c.*32.*e.Deut.*11.*e.Ios.*5.*b.*8.*c.*16.*a.* In hoc deserto plangit filia Iephte virginitatem suam. *Iud.*1.*c.*8.*b.*11.*g. Psal.*62. *Cant.*3.*c.*8.*b. Ierem.*49.*d.Ioel.*2.*e. Luc.*7.*d. Apoc.*2.*b.*17.*a.* In hunc eremũ mittitur hircus. *Leu.*16.*b.e.* quum peccatores relinquuntur in suis delictis. Desertum etiam, in quo clamabat Ioannes, est mundus: & desertum, quò fugit Elias. 3.*Reg.* 19.*a.* est mundus vniuersus: qui propter dæmonum culturam, in maligno fuerat positus: ad quem venit Christus per Apostolos. Desertum etiam, Ægyptus: *e* vt quasi vuas in deserto inuenit Deus Israël. *Hos.*9.*c.*

Solitudo etiam est oblivio. Ideò fratres Ioseph miserunt ipsum in cisternam, quæ erat in solitudine, vt eius deleretur memoria. *Genes.*37.*e.* Sic Iudæi volebant tradere Christum perpetuæ obliuioni.

Deserta torrentium. *Iob.*30.*a.* sunt *f* commoda temporalia: quæ sancti prædicatores deserunt, & pro nihilo habent: quæ Apostolus tanquam stercora reputabat. *Phil.*4.*c.*

Solitudo in qua erratur, est *g* singularitas superborum: qui solos sese reputant, solos appetunt reputari. *Psalm.* 106.

Desertum præterea est *h* infernus, contra quem est vallis Seboim, id est, vita Sanctorum. 1.*Reg.*13.*b.*3.*Reg.*2.*f. Tob.*8.*a.Sap.*10.*a.Isa.*56.*c.Ezech.*29.*a.Ioel.*2.*e.*

Deserta lætitiæ, erit tempore iudicij malis. *Isa.*24.*b.* Desertum etiam faciet Christus mare in iudicio, quum *i* tollet impios à mundo. Et quum tollit amaritudines seculi à bonis. *Isa.*50.*b. Ierem.* 51.*Ios.*3.*d.* Et ponit montes Idumææ, hoc est, terrenæ, & sanguinariæ in solitudinem: quia nihil de terra crescere finit & esse perpetuum. *Mal.*1.*a. Psalm.*74.

In deserto dicunt esse Christum, *k* qui secretos docent errores: aut qui docentes manifestos errores, ab Ecclesia, separant auditores. *Matth.*24.*c.* Et desertæ aquæ Nemrim, designant *l* destructam hæreticorum prauam doctrinam. *Isa.*15.*c.* In hac solitudine *m* rodunt hæretici. *Iob.*24.*a.*30.*a.Ierem.*39.*b.*50.*d. Thren.*4.*a. Ezech.*6.*d.*13.*a.* 19.*d.* In hac solitudine vastantur gentes. *Isa.*60.*c.* Et deserta fiunt suburbana Esebon, quum prauæ cogitationes hæreticorum reiiciuntur, quæ destituræ sunt diuino præsidio. *Isa.* 16.*b.* Et terra eorum datur in solitudinem. *Ezech.*33.*f.* Et Idumæa fit deserta. *n* quum hæretici & terreni tolluntur. *Ioel.*3.*d.*

Solitudo terræ, est defectus bonorum operum, quem etiam designat desertus Carmelus. *Genes.*27.*e.* 4.*Reg.*25.*a.* 2.*Par.*20.*a. Isa.*13.*b.*24.*b. Ierem.*4.*b.f.*10.*d.*

Desertæ fiunt ciuitates Ægypti, *o* quum nulla congregatio manet infidelium habens aliquid firmitatis. *Ezech.* 30.*b.* Sic redigitur mons Seir in solitudines sempiternas, *Ezech.*35.*b.Soph.*1.*c.*2.*a.*

In solitudinem ponitur speciosa, quum *p* relinquitur Ecclesia, vel Iudæa, aut anima peccans. *Soph.*2.*c.*

Desertæ fiunt viæ malorum, *q* quum iter impiorum perit. *Soph.*3.*b.*

Eremus locusque diaboli, nil aliud est, quàm *r* ipsum peccatum: vnde diabolus vt serpens de infimis & terrenis tentat; & inter spineta latet: quæ si præsidas, aufugit.

Desiderare, Desiderium, quare Appetere.
Designare, vide Instituere.
Desinere, Desistere, vide Cessare.
Desolare.

Desolare, est desertum facere, & destruere.

Desolata anima est, *s* quæ per gratiam Dei separatur ab omnibus voluptatibus, & cæteris, quæ ei ad vitia fauebant, vt resipiscat. Et etiam ipsa Ecclesia dicitur desolata quasi separata ab omnibus mundanis. *Thre.*1.*e.Ezec.*25.*a.* Et desolata ciuitas, est anima sine Christo, *Isa.*3.*d.*6.*d.*34.*c.*64.*d.*

Desolata, quam impleuit Deus, est *t* gentilitas. *Iob.*38.*c.* Et desolatus mons Seir, est gentilitas: quam promittit Deus, non amplius vocandam desolatam. *Isa.*62.*b.Ezech.*35.*c.*

Desolatæ ciuitates, sunt *u* multitudo peruersorum, qui à Deo relinquuntur. Et desolati colles. *Iob.*15.*d.Psal.*72. *Bar.*4.*g.Ezech.*30.*g.Nah.*1.*b.Ioel.*3.*d.Soph.*3.*a.*

Desolauit Dominus linguam maris Ægypti, quum *x* eorum destruxit idololatriam. *Isa.*11.*d.* Et desolatio Ægypti, erit desolatio mundi & mundanorum in iudicio. *Ezech.*32.*c.Ioel.*3.*d.* Et desolari profundum, & destruit Babylonem, aut mundum. *Isa.*44.*d.* Et desolatur fluuius Ægypti, quum relinquuntur hæretici & Philosophi in suis erroribus, nemine illis fidem adhibente. *Isa.* 19.*a. Mich.* 7.*c.Soph.*3.*b.* Ad hæc pertinet desolata fornicaria. *Apocal.* 17.*d.*

Desolatio terræ, dicit *y* destructionem Hierusalem propter mortem Christi. *Isa.*1.*b.*3.*d.*27.*c.*34.*c.*62.*b.Iere.*7.*g.* 12.*c.*18.*c.* Et desolatur regnũ diuisum, quum cessat lex, Iudæis non admittentibus Christum. *Matth.*12.*b.Luc.*11.*b.* 21.*d.Psal.*78.*Thren.*1.*d.Ezech.*12.*e.*14.*e.*33.*f.Dan.*9.*g.Mich.*7.*c.Zach.*7.*d.*1.*Mach.*1.*e.*

Desolationis abominatio, est *z* hæresis desolans animam, ac separans à Deo. *Matth.* 24.*b. Marc.*13.*b.Dan.*9.*g. Ezech.*6.*d.Amos.*7.*c.*1.*Mich.*1.*f.*

Desolari dicitur fons mortis Israël. *Hos.*13.*d. Ezech.*12.*d.* quum *aa* aufertur stimulus peccati, & incitamenta diaboli.

Desolari cœlorum portas, præ stupore peccantis populi petit Ieremias, vt *bb* ostendat grauitatem peccati idolatriæ: & quòd omnis creatura congemiscit, & condolet super peccatis hominum. *Ierem.*2.*c.*

Desolatorij carbones, sunt *cc* separantes à Deo per punitionem. Vel designant *dd* feruorem Spiritus sancti: vel *ee* ignem purgantem peccata. Vel sunt *ff* exempla bonorum, quibus dissipatur lingua dolosa malorum. *Psalm.*44.119.

Desperare.

Desperare, est à spe decidere. Vix habet allegoriam.

Desperasse se dicens Iob, ostendit *gg* præsentis vitæ bona æternitatis electione deserenda: mansura quærenda, & in rebus temporariis fiduciam non habendam. *Iob.*7.*c. Ierem.*2.*f.*

Desperabilis plaga, *hh* est cùm non admittit curationem. Sic est, quum peccatum non emendatur per flagella: vel quum tribulatio multum durat. *Ier.*15.*d.Mich.*1.*c.*

Desperant mali peruersè deserentes Deum. 2. *Reg.*2. *f. Eccles.* 27. *c. Ierem.* 15. *d.* 18.*b. Mich.*1.*e.*2.*Mach.*9.*c. Ephes.*4.*e.*

Desperans Dauid posse euadere Saulem. 1.*Reg.*23.*d.* designat fugiendas occasiones incidendi in peccatum.

Desperans Saul posse occidere Dauid. 1.*Reg.*27.*a.* typus est diaboli, non valentis vincere virum fortem.

Despicere, vide Contemnere.
Despondere, Desponsare, vide Sponsa.
Desternere, vide Sternere.
Destinare, quare Proponere.
Destituere, vide Derelinquere.
Destruere, Dissipare, Deuastare, Vastare.
Diruere, Exterminare, Demoliri.

Destruere est, quod structum erat, ac stabat, dissoluere, & dissipare. Exterminare autem, est extra terminos eiicere, & demoliri.

Destruit nos Deus, quum *ii* tollit à nobis peccata, nostríque miseretur, & cum destructa vita veteri, etiam per infirmitatem, & tribulationes, nobis benefacit. *Psal.*59. Et destruitur corpus peccati, quum *kk* omnibus vitiis

morimur.

a *Gre.s.Ezec. hom.*3. *Hie.s.Iob.*39.
b *Ter.ad.Iud.*
c *Amb.se.*37. *& de Isaac.* 5.*& s.Luc.*7.
d *Ori.s. Leui. ho.*9. *Chr.de Iepht. Gre.s. Can.*3. *Vi.edu.Arriũ*
e *Rup.s. Hos.* 9.
f *Gre.*20.*mo- ral.*14.
g *Bern.ser.de fallacia vita præsentis.*
h *Gr.s.*1.*Reg.* 13. *Geo.Ve. Can.* 1.*to.*7.*ca.*10. *Ori.s. Matth. ho.*35.
i *Hie.s.Is.*50. *& s.Mal.*1.
k *Ori.s.Mat. ho.*29.
l *Hie.s.Is.*15. 16.
m *Gr.*20.*mo.* 9.10.
n *Hie.s.Ioe.*3.
o *Hie.s.Ezec.* 30.
p *Hie.s. Soph.* 2.
q *Hie.s.Soph.* 3.
r *Chry. sup. Rom.ho.*8.
s *Hie.s.Ezec.* 25.*& s.Is.*3.
t *Hie.s.Iob.*38 *& s.Is.*62.
u *Gr.*12. *mo.* 23.
x *Hie.s.Is.*11. 19.44.*& su. Ioel.*3.
y *Ori.s.Ier. h.* 7. *Hie.s.Isa.*1. *Hil.s. Matth. Can.*12. *Am.s.Luc.*11.
z *Ori.s.Matt. hom.*29.
aa *Hie.s.Hos.* 13.
bb *Hier.s.Ier.* 2.
cc dd ee *Bas. Ar.& Hilar. & Hie.s.psal.* 119.
ff *Aug.s.psal.* 119.
gg *Gre.*8.*mo.* 19.
hh *Hie.s. Ier.* 15.
ii *Bas. & Hil.s.ps.*59.
kk *Am.s.Ro.* 6.

Litera legis. Desertio ceremonialium.
Mundus. Vita humana misera.
Ægyptus. Obliuio.
Commoda temporalia. Singularitas superborum. Infernus. Condemnatio malorum.
Errores hæreticorum.
Defectus bonorum operũ. Dissipari conuenticula hæreticorum. Relinqui à Deo. Periens iter impiorum. Peccatum.
Anima. Ecclesia.
Gentilitas. Multitudo peruersorum. Destructio idolatriæ, & mundi.
Destructio Hierusalem.
Hæresis.
Auferri stimulum peccati. Punitio Dei. Feruor Spiritus sancti. Ignis purgans Exempla bonorum. Desertio temporalium. Obstinatio. Fugienda occasiones peccati. Non valens diabolus vincere fortem.
Delens Deus peccatum.

Digitized by Google

Conuertens peccatores.

Dissoluens literam legis.
Corrigens carnalium stultitiam.
Christus.
Auferès Deus bona pacis.
Destruens sëplum.
Auferens verbum Dei.
Confusa spes inanis.
Relinquens Deus.
Auferens literam legis.
Ablata virtutes.
Ablata diuina protectio.

Punitio Dei.

Dissipatio populi Israel.
Synagoga Iudæorum.
Dæmones.
Idola.
Dissipare templa Iudæorū.
Tollere errores.

Confundere hæreticorum dogmata.

Auferre omnes carnales cogitationes.
Auferri fidē & spem.
Tollere virginitatem aut vnitatem Ecclesiæ.
Amissio virtutum.
Confusa scientia secularis.
Iudæi firmantes traditiones, & prauè interpretantes prophetas de Christo.
Dissoluentes legem naturalem.
Impedire bona opera.
Dissolui insidias hæreticorum.
Destructio simplicium.
Vastãs diabolus Ecclesias.
Spiritus fornicationis.

morimur, *Rom.* 6.*a.* Sic destruxit Christus mortem. 1.*Cor.* 15.*c.* 2.*Tim.* 1.*c.* ET vastat Philistæos & filios Seth, *a* eos conuertendo. *Num.* 24.*c.* 1.*Reg.* 14.*e.* Vastitas autem veniens à DOMINO, *b* est quum destruit peccata, conuertendo peccatores. *Eccles.* 3.*a.* *Prou.* 20.*b.* *Isa.* 13.*a.* *Ierem.* 4.*d.* *Ioel.* 1.*d.* *Amos.* 5.*a.* *Mich.* 7.*a.*

Dissipat Deus gyrum arcturi. *Iob.* 38.*c.* quum *c* in testamento veteri adueniente Christo, literæ laborem soluit, vt fidelis quisque, iam cum libertate Spiritus, illud intelligat, cui prius in formidine, inter tot discrimina seruiebat. Aut quum carnalium stultitiam corrigit, manifestando se per carnis stultitiam. Vel dissipat gyrum arcturi, *d* qui dono Spiritus sancti dissoluere conatur. Vel qui liberat Ecclesiam à laboribus. Vel qui tollit laborem literæ legis.

Exterminator dici potest Christus, qui sua passione destruxit primogenita Ægypti, hoc est, abstulit peccata mundi. *Exod.* 12.*d.*

Vastat Deus pascua arietum. *Ierem.* 25.*g.* quum *e* aufert bona pacis, quæ non cognoscebant vacantes ocio, & luxui. Vastauit etiam pascua, quum destruxit templum. Et vastat terram per siccitatem, quum aufert verbum Dei & doctrinam cœlestem ab Ecclesia. *Ierem.* 14.*a.* 31.*e.* *Ioel.* 1.*a.* *Iud.* 6.*a.*

Dissipat DOMINUS ossa placentium hominibus. *Psalm.* 52. quum *f* confundit spem, quam frustra habent de æternitate. Et dissipantur ossa nostra secus infernum. *Psalm.* 140. quum *g* admittimus malas cogitationes, aut dæmonis suggestiones: aut hæreticorum rationes: vel quum pereunt proximi nostri peccando. Aut fuerunt corpora Martyrum abiecta à persecutoribus.

Destruit DEUS cor humanum, quum *h* relinquit. *Iob.* 12.*c.* Et destruit vndique Iob, hoc est, Ecclesiam, quando non solùm in infirmis membris ipsa deperit, sed etiam quæ videbantur fortia, corruunt. *Iob.* 19.*b.* *Ierem.* 12.*c.* *Thren.* 2.*a.*

Destruit DEUS maceriam vineæ. *Psalm.* 79. quum facit legem non seruari, nec intelligi secundùm literam, sed secundùm spiritum. Et destructio templi est *i* dissipatio obseruantiæ literalis legis. *Matth.* 24.*a.* 26.*f.*

Dissipati muri, designant *k* destructam machinam virtutum, & oblatam diuinam protectionem. *Ierem.* 5.*c.* *Thren.* 2.*b.* *Nahu.* 2.*b.* ET destructio templi, est dissolutio virtutum in anima. *Matth.* 24.*a.* 26.*f.* 27.*d.* *Marc.* 13.*a.* 15.*e.* *Luc.* 21.*b.* Idem designat destructio altarium Dei. 3.*Reg.* 19.*b.* *Ierem.* 10.*d.* *Rom.* 14.*d.* Dissipatum vas, quod faciebat figulus. *Ierem.* 18.*a.* lapsum hominis in peccatum designat.

Vastator leo, est *l* gladius punitiuus Dei. *Ierem.* 2.*f.* Idem est dissipans ventus. *Ezech.* 13.*b.* Destruit autem DEUS inimicum, quum diabolum in infernum detrudit. *Psal.* 8. 34. 52. 143. *Deut.* 32.*d.* *Iob.* 5.*d.* 6.*c.* *Num.* 16.*d.* *Eccles.* 16.*a.* *Ierem.* 1.*b.* 49.*f.* *Amos.* 2.*c.* *Soph.* 3.*a.* *Zach.* 11.*a.* Et dissipat ossa inimicorum, quum eorum aufert robur. Dissipantur autem inimici, dæmones, aut Iudæi resurgente Christo. DISSIPAT etiam Deus terram & montes, quum in iudicio confundit malos, & in infernum demergit. *Isa.* 13.*a.* 24.*a.* 42.*c.* *Ezech.* 14.*e.* 22.*g.* 35.*d.* Illa est vastitas à potente. *Ioel.* 1.*d.* *Zach.* 11.*a.* *Psalm.* 17. *Eccles.* 5.*b.* DE hac dicitur, *Iob.* 5.*d.* In vastitate & fame ridebis. DISSIPAT quoque Deus gentes, quæ bella volunt, cùm *m* destruit hæreticos pertinaces. *Psalm.* 67. Gentes autem vastatæ solitudine, erant derelicta gentilitas. *Isa.* 60.*c.* Et dissipatæ hæreditates, *n* erant gentiles perditi. *Isa.* 49.*c.* EXTERMINAT etiam DEUS prædam leonis, quum vincit diabolum. *Nahu.* 2.*d.* *Iud.* 5.*c.* *Sap.* 16.*a.* *Apoc.* 11.*d.* ET dissipat DEUS superbos, & demolitur domum superborum, *o* eos puniendo, vel conuertendo. *Psalm.* 103. *Prouerb.* 15.*c.* Et destruit fundamenta Ægypti, quum *p* tollit hæreticos & Philosophos, & superbiam, de mundo. *Ezech.* 30.*a.* *Hos.* 7.*d.* Sic exterminauit Amorrhæum. *Amos.* 2.*c.*

Destruit Deus vltorem, *q* quum dissipat Iudaicum populum, & hæreticos. *Psalm.* 8. 67. *Ierem.* 31.*a.* *Thren.* 2.*b.* *Mala.* 1.*a.* *Actor.* 6.*d.* ET destruxit Deus maceriam vineæ, & spes, quum populum Israel dissipauit: & quum destructi sunt muri Hierusalem. *Isa.* 5.*b.* 42.*d.* *Psalm.* 79. *Mich.* 5.*a.* Et destruxit Deus Israël ab emendatione, quum *r* eos reliquit in infidelitate. *Psal.* 88. Et vastata tabernacula Hierusalem. *Iere.* 4.*e.* designant destructionem Sancti secularis. Dissipatæ etiam cisternæ, *s* sunt synagogæ Iudæorum: & item dæmones, & idola. *Ierem.* 2.*c.* Dissipatum vas figuli, *t* destructio templi, & populi Iudæorum. *Ierem.* 18.*a.*

Destruxit DEUS ciuitates inimicorum, *u* quum dissipata sunt templa idolorum, & ablatus est cultus eorum. Ad idem refertur vastatio ciuitatis Sichen per filios Iacob. *Genes.* 34.*e.* *Num.* 32.*g.* *Deut.* 3.*a.* *Ios.* 8.*b.* *Iud.* 9.*f.* 1.*Esder.* 6.*c.* *Psal.* 9. 27. 51. *Isa.* 61.*b.* *Iere.* 24.*c.* 42.*b.* 45.*b.* 47.*c.* 49.*a.* 50.*b.* 51.*f.* *Ezech.* 26.*b.* 30.*a.* 32.*c.* 35.*a.* *Nahu.* 2.*c.* 3.*b.* *Soph.* 2.*a.* Et destruere DEOS gentilium, & aras eorum, est tollere errores. *Exod.* 23.*c.* 34.*b.* *Deut.* 12.*a.* *Iud.* 6.*e.* 4. *Reg.* 10.*f.* 11.*d.* 18.*a.* 23.*b.* 2. *Paral.* 23.*d.* 31.*a.* *Iud.* 3.*d.* *Amos.* 7.*c.* ET destruere lupanar Hierusalem, est *x* tollere errores, & idolatriam, & seminarium libidinis, & vitiorum. *Ezech.* 6.*a.* 16.*e.* Ad hæc pertinent, quum viri Iuda destruxerunt caulas ouium inimicorum. 2. *Par.* 14.*d.*

Destruere domum leprosam, est confundere, & proiicere hæreticos, & eorum dogmata. *Leuitic.* 14.*b.* Idem erit destruere clibanum immundum, & scytropodes. *Leuitic.* 11.*f.* Destruere autem ædificia diaboli, & hæreticorum, officium *y* est Christi, & prædicatoris. *Ierem.* 1.*b.* 50.*c.* DESTRUIT etiam sapiens robur ciuitatum fortium, quum *z* dissoluit, & euacuat rationes Philosophorum. *Prouerb.* 21.*c.* De hoc 2.*Cor.* 10.*a.* Consilia destruentes, &c. Sic destruere munitiones, & destruere turrim Phanuel, est dissoluere rationes vitia defendẽtes. *Iud.* 8.*b.* *Deut.* 28.*e.* 2. *Reg.* 20.*e.* Et destruere murum Geth. 2. *Par.* 26.*a.* *Eccles.* 10.*c.* *Mich.* 5.*d.* ET destruit Deus ea, quæ sunt, hoc est, superbos. 1.*Corinth.* 1.*d.* *Ierem.* 19.*b.* DISSIPAT etiam Deus muros & turres Tyri, quum destruit munimenta hæreticorum. *Ezech.* 16.*b.* *Hos.* 10.*d.* ET dissipans Chusai consilium Achitophel, est dissipans consilia hæreticorum. Et dissipauit DOMINUS consilia gentium: quum destruxit idololatriam. ET in resurrectione *aa* consilium facerdotum, & Pharisæorum, Pilati, & militum. 2. *Reg.* 15.*g.* 17.*c.* *Neem.* 4.*c.* *Iob.* 5.*b.* *Psalm.* 32. *Prouerb.* 15.*c.* *Isa.* 5.*b.* *Ierem.* 19.*b.*

Demoliri vniuersa, quæ erant Amalec. 1.*Reg.* 15.*x.* est *bb* auferre omnes carnales cogitationes à corde. Et demoliri vile & reprobum de Amalec, est respuere ea quæ non perinde delectant.

Dissipatæ cogitationes, dicuntur *cc* per subtractionem temporalium, quæ mentem torquebant. *Iob.* 17.*c.*

Dissipat DEUS munitiones Israël, *dd* quum aufert ab anima fidem, & spem, & charitatem. *Thren.* 2.*a.*

Dissipare spem, *ee* est virginitatem tollere: vel est vnitatem Ecclesiæ dissoluere. *Eccles.* 10.*b.*

Destructa maceria vineæ stulti. *Prou.* 24.*d.* *Eccles.* 10. est, *ff* quum incepta virtutum munimina, vel improbitate hominum deceptus, vel diaboli persuasione, quisque negligens perdit.

Vastata dicitur Moab nocte: quia *gg* scientia secularis, aduersaria scientiæ Dei, relicta est in tenebris perpetuæ ignorantiæ. *Isa.* 15.*a.* 23.*a.* 42.*c.* *Ierem.* 48.*a.* 49.*a.*

Dissipantes legem Dei, sunt Iudæi suas traditiones volentes statuere. *Psalm.* 118. Et dissiparunt itinera Iob, hoc est, *hh* Christi. *Iob.* 30.*b.* quum prophetias de Christo loquentes prauè interpretati sunt. Et destruentes Iudæi domos ad muniendum murum. *Isa.* 22.*c.* sunt Scribæ & Pharisæi malè interpretantes legem, vt suas firmarent traditiones. Vel sunt hæretici destruentes doctrinam veteris testamenti, vt ædificarent conciliabula malignantium.

Dissipantes fœdus sempiternum. *Isa.* 24.*a.* sunt *ii* quicunque legem naturalem dissoluunt. Dissipare etiam dicitur prodigus substantiam suam *Luc.* 15.*c.* quum *kk* peccator perdit ornamenta naturæ: aut abutitur donis Dei.

Dissipant viam gressuum, *ll* qui benè operandi impedimenta appetunt. *Isa.* 3.*c.* 33.*b.* Sic faciunt, qui dissipant opera sua. *Prou.* 18.*b.*

Dissipari arcum belli, est *mm* dissolui insidias peccatorum & hæreticorum. *Zach.* 9.*c.*

Vastitas animalium, seu iumentorum. *Habac.* 2.*d.* est *nn* destructio simplicium, quæ fit ab hæreticis.

Destruxit vrbes diabolus, *oo* quum vastauit Ecclesias. *Isa.* 1.*c.* 14.*d.* 21.*a.* 17.*d.* 49.*e.* 22.*b.* 42.*d.* 51.*f.* 4. *Reg.* 25.*c.* 2. *Par.* 25.*f.* 36.*d.* *Psal.* 10. *Iere.* 5.*b.* 4.*f.* 6.*a.* 30.*c.* *Thren.* 1.*b.* 2.*a.* *Ezech.* 13.*b.* 26.*a.* 36.*g.* 39.*e.* 1.*Mach.* 1.*d.* 6.*g.* 9.*e.* Et vastant locustæ omnia, hoc est, dæmones opera. *Exod.* 10.*d.* Et vastantes Madianitæ segetes Israël, sunt dæmones procurantes corrumpere bona opera nostra. *Iud.* 6.*a.* 18.*b.* *Deut.* 28.*d.* *Hos.* 10.*d.* 12.*a.* *Mich.* 5.*a.* Vastator autem dicitur interdum spiritus fornicationis, perdens omnia bona, quæ sunt in mente. 1. *Reg.* 14.*g.* quo dicitur *Iob.* 23. Ignis est

a *Gr.s.* 1.*Reg.* 14.
b *Au.s.ps.* 59. *Hie.s.Is.* 13.
c *Gre.* 28.*mo.* 28. 29. 30.
d *Hier.s. Iob.* 38.
e *Hie.s.Ie.* 14. 25.
f *Hil.s.ps.* 52. 140.
g *Ar. s. spal.* 140. *Au.s.ps.* 140.
h *Gr.* 11.*m.* 5. & 14.*m.* 20.
i *Ori.s.Matt. ho.* 27.
k *Hier.s.Ier.* 5. 18. *Ori.s. Matt.ho.* 27. *Am.s.Lu.* 20. *Hie.s.Isa.* 10.
l *Hie.s.Ier.* 2. & *s.Is.* 13. 60. *Gre.* 6.*m.* 20.
m *Arn.* & *Hil. s. ps.* 67. *Aug.s.psa.* 67
n *Hie.s.Is.* 49.
o *Au.ps.* 143.
p *Hier.s.Eze.* 30.
q *Ar.* & *Hil. s.psa.* 8. *Hie.s.ps.* 8. & *s.Isa.* 5.
r *Au.s.ps.* 88. *Eu.for.spir.* 8. *Ter. adu. Iudæos.*
s *Hie.s. Ier.* 2
t *Rup.s.Ie.* 10
u *Arn.s.ps.* 9. *Ori.s.Ion.* 18. *hom.* 13.
x *Hie.s.Ez.* 16
y *Isy. Leu.* 14. *Ori.ho.* 1 *sup. Iere.*
z *Amb.su.* 2. *Cor.* 10. *Phil. de conf. ling.*
aa *Basi.s.psa.* 12. *Hier.s.Isa.* 8.
bb *Gr.s.* 1.*Regum.* 15.
cc *Gre.* 13.*m.* 20.
dd *Gre.* 11.*m.* 11.
ee *Am. de in. vir.* 9. *Hie.s. Eccle. siasten.* 10.
ff *Glo.ord.su. Pro.* 24.
gg *Hie.s.Isa.* 15. 23. *Ar.s.psa.* 118
hh *Hie.s.Iob.* 30. & *s.Is.* 22
ii *Hie.s.Is.* 24 *Hieron.epi.ad Damasum.*
kk *Am.s.Lu.* 15. *Ber.ser.de asse. anima.*
ll *Hie.s.Is.* 33 *Ori.s. Matth. hom.* 14.
mm *Hier. s. Zac.* 9.
nn *Hie.s.Ha.* 2.

Digitized by Google

est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. EVNDEM designare potest destruens mulier insipiens domum structam. *Prou.14.a.* ET vastitas hostilis est, quum dæmones perdunt animas. *Isa.1.b.16.a.23.c.42.d.60.d. Num.24.d. Iud.1.c.9.d.1. Esdr.6.c. Ierem.6.c.10.d.20.b.40.d. Ioel.1.c. Nahum.2.a. Abdi.e. Zach.14.a.* ET dissipant inimici itinera Iob, quum dæmones, aut aperti persequutores in quorundam infirmorum mentibus, veritatis vias, callida persuasione perturbant. *Iob.30.b. Leu.26.e. Neem.1.a.2.c. Prouerb.29.b. Isa.51.f. Amos.3.d. Luc.9.e.* Exterminator etiam dicitur diabolus. *Exod.12.d. Iud.8.c. Ierem.12.c.1. Cor.10.b. Apocal.8.b.* Ipse est ventus Aquilo dissipans pluuias, hoc est tollens gratiam, & virtutes ab anima. Exterminans vineam aper de sylua. *Psalm.79.* fuit *a* Iudaicus populus, qui crucifigens Christum, etiam Ecclesiam & synagogam, quantum in se fuit, deuastauit. Vel est diabolus dissipans Iudæam propter incredulitatem: aut etiam Ecclesiam. Et vastans lupus Iudæos, fuit rex Medorum vel diabolus, vel rapacitas & gula. *Ierem.5.b.9.e.* DEMOLIVNTVR quoque vulpes vineas. *Cant.2.d.* quum hæretici in *b* errorem inducunt animas, & dissipant Ecclesias: & cùm detractores & adulatores perdunt animas bonorum. Hi sunt pastores dissipantes vineam, hoc est Ecclesiam, vel synagogam. *Ierem.12.c.* Destruunt quoque hæretici, quæ DEVS perfecit, *c* quum dissipant vnitatem ECCLESIÆ. *Psalm.10.*

Dissipans villicus substantiam domini, dici poterat *d* Paulus, quando persequebatur fideles. *Luc.16.a.*

Dissipare granum botri. *Isa.65.b.* est perdere *e* iustum relictum inter malos: quod non facit Deus, qui non perdit iustum cum impiis.

Exterminatur de populo suo, qui *f* separatur à cœtu Sanctorum. *Exod.30.d. Psalm.36. Sapient.3.d.11.c.16.a. Actor.3.d.*

Exterminare vel obscurare faciem, *g* est foris tristitiam ostendere. *Matth.6.b.*

Non destrui nouam Hierusalem in æternum, indicat *h* durationem ECCLESIÆ. *Ierem.31.g.* ET etiam sepulchri Christi, quod adhuc durat, etiam inter Sarracenos.

Destructæ portæ Hierusalem. *Thren.1.b.* sunt sensus *i* omnibus delictis aditum dantes.

Dissipatur capparis. *Eccles.12.b.* quum *k* vis libidinis in sene extinguitur. Vel dicitur, quia *l* gentilitate fidem amplectente, Iudæa in sua sterilitate remanens, bene viuendi ordinem amisit.

Destruit auarus terram. *Prou.29.a.* quum videlicet *m* habet dominium, & exercet tyrannidem super eam.

Vastitas dici potest *n* ipsa iniquitas. *Hos.12.a. Ioel.1.d.* Et interitus sequens iniquitatem.

Non vastanda ligna regionis fructifera. *Deut.20.d.* hoc est, *o* non sunt occidendi illi, qui conuersi fructificare possunt in ECCLESIA.

Dissipatur populus deficiente prophetia. *Prou.29.c.* quia *p* cùm sacerdotis eruditio cessauerit, soluetur continuò disciplina diuinæ legis.

Dissipantes filij Israël tentoria sua, recedente nube. *Num.9.d.* sunt *q* non sequentes motum passionum, sed sequentes lumen rationis aut gratiæ.

Dissipatæ apothecæ. *Ioel.1.d.* sunt *r* pereuntes doctores malam vitam.

Desudare, vide Laborare.
Desuper.

Desuper, indicat locum superiorem: Desuper in cœlo significabit elationem superbiæ. *Exod.20.a.*

Deterior, vide Malus.
Detestari, vide Abominari.
Detinere.

DETINERE, est tenere, siue remorari aliquem.

Detinentes Rebeccam, ne tam citò iret ad Isaac. *Genes.24.f.* sunt impedientes conuersionem alicuius vel ad Christum vel ad religionem.

Detineri infirmitate. *Ioan.5.a. Eccles.3.c. Rom.7.b.* est grauari peccato.

Detentio sapientiæ, est in plenitudine Sanctorum. *Eccles.14.b.*

Detinere veritatem Dei in iustitia, est eorum, qui multos colunt Deos, aut colendos docent. *Rom.1.b.*

Detrahere, vide Auferre.
Detrahere, pro Deorsum trahere, vel Derogare.

DETRAHERE, interdum est deorsum trahere: quandóque verò derogare, & maledicendo famam, gloriam aut honorem alicuius adimere. ET detractor dicitur, qui sic derogat.

Detrahere dicitur DEVS, *s* quum humiliat, & abiicit: & dicitur in terram detrahere, aut in infernum proiicere. *Isa.23.b.26.a.d.63.b. Ierem.49.d. Ezech.26.e.32.d. Amos.9.a. Abdi.3. Mich.1.b.* ET hæretici detrahuntur quasi volucres. *Hos.7.c.*

Detrahitur superbia diaboli ad inferos: *t* quia ad illum locum est condemnatus. Et dicitur Lucifer illuc detrahi, quia inuitus trahitur. Sic detrahentur mali. *Iob.20.d. Isa.14.c.d.25.d. 2. Petr.2.a.*

Detrahit Assur in sublime residentes, *u* quum diabolus, aut hæreticus, vincit doctores aliquos, aut pastores Ecclesiæ, aut validas eorum rationes. *Isa.10.e. Iob.24.d.*

Detrahere DIIS. *Exod.22.d.* est derogare *x* sacerdotibus, & prælatis.

Detrahunt hæretici sermonibus veritatis. *Iob.6.d.* ET detrahebant Christo recedenti, quia ipsi à miraculis quiescenti, fidem adhibere nolebant. *Iob.19.c. Psalm.37.108. Eccles.10.c.* DETRAHVNT etiam DOMINO, qui verbis eius credere nolunt. *Num.14.b. Deut.31.e.* Sic detrahere Mosi, est *y* non adhibere fidem legi. *Num.12.b.*

Detrahere terræ promissionis, est præferre terrena cœlestibus. *Num.3.d.*

Detrahunt dæmones, quum opera nostra calumniantur. *Psalm.37.*

Detrimentum, vide Damnum.
Deturpare, quare Turpis.
Denastare, vide Destruere.
Deuoluere, vide Voluere.
Deuorare, Deglutire, Glutire, Vorare.

DEVORARE, est cibum non mansum præcipitanter deglutire.

Deuorans virga Mosis virga Magorum. *Exod.7.b.* typus est *z* crucis Christi, vincentis sapientiam seculi, & sacræ doctrinæ, ac veritatis, doctrinas falsas, & sophismata dissipantis. DESIGNAT etiam *aa* Christum cõdemnantem mundanos, qui non resurgent, nisi ad mortem æternam: & eundem destruentem corpus diabolo. Verbum etiam Dei *bb* dira venena euacuauit per remissionem peccatorum.

Deuoratur homo, quum loquitur de Deo. *Iob.37.d.* quia *cc* ab eius immensitate, quasi in profundum raptus absconditur; quia fari ineffabilem cupiens, ipsæ suæ ignorantiæ angustia deglutitur. Loquitur autem caro de spiritu, circumscriptus spiritus de incircumscripto, creatura de creatore, temporalis de æterno, mutabilis de immutabili, mortalis de viuificante: & quum in tenebris positus, internum lumen, sicut est, nesciat: homo de æternitate disserere cupiens, cæcus de luce loquitur.

Glutire saliuam. *Iob.7.d.* est supernæ *dd* charitatis, quam quis contemplatur, gustu etiam satiari. Saliua autem ex capite defluens, os tangit, sed ad ventrem minimè peruenit: quia liquore supernæ contemplationis, iam quidem intellectus noster infunditur, sed nequaquam mens plenè satiatur. In ore etenim gustus est, in ventre satietas. Deuorans Ioannes librum, *ee* susceptionem doctrinæ in die Pentecostes indicat. *Apoc.10.d.*

Vorare caput agni, cum pedibus & intestinis. *Exod.12.b.* est *ff* auidè corpus Christi sumere, & diuinitatem illius fide percipere, & humanitatis eius vestigia amando, & imitando perquirere, & verba vitæ cum auiditate sumere, & occulta mysteria venerari.

Deuorans ignis holocaustum, est ignis Spiritus sancti consumens omnia carnalia in mente, & faciens ipsam diuinam. Et ipse Deus dicitur deuorans ignis. *Leu.6.b.9.d. Nu.19.a. Deut.5.c.3. Reg.18.f.2. Par.7.a.* Et deuorat ignis

abyssum,

Diabolus.
Iudaicus populus.
Rapacitas & gula.
Hæretici.
Detractores & adulatores.
Paulus persequens Ecclesias.
Perdere iustum.
Separari à cœtu Sanctorum.
Ostentare tristitiam.
Duratio Ecclesiæ.
Sensus.
Sterilitas Iudæi.
Iniquitas & interitus.
Non occidendi viles.
Non sequi passiones.
Pereuntes doctores.

Impedientes conuersionem.
Grauari peccato.

Humilians & abiiciens Deus.

Contemnatio diaboli.
Vincens diabolus doctores.
Derogare prælatis.
Incredulitas.
Præferre terrena cœlestibus.
Calumniantes opera nostra.

Crux Christi.
Sacra doctrina.
Christus.
Rapta loquitis de Deo.

Satiari gustu supernæ claritatis.
Susceptio doctrinæ cæl. sit.
Sumere auide corpus Christi.
Consumens Spiritus sanctus carnalia.

a *Hie.s.pf.79. & s.Ier.5.f2. Arn.s.pf.79.*
b *Ori.s.Cant. hom.4. Gre.s.Can.2.*
c *Hie.s.pf.10.*
d *Hie. Aglasia.*
e *Hie.s.Is.65.*
f *Glo.inte.su. Exod.30.*
g *Bas.de iciu. hom.1.*
h *Lyr.s.Ie.31.*
i *Glo.ord.sup. Thren.1.*
k *Hie.s.Eccle-siasten.12.*
l *Eu.q.in Ecclesiasten. Gr.31.m.20.*
m *Lyr.s. Pr. 29.*
n *Gl. ord.sup. Hos.12.*
o *Lyr.s. Deu. 20.*
p *Gl.ord.sup. Prou.29.*
q *Lyr.s.Nu.9*
r *Lyr.s.Ioel.1.*
s *Hie.s.Is.63. & s.Hos.7.*
t *Hie.s.Is.14. Gr.15.m.16.*
u *Hie.s.Is.10. Gr.17.mo.2.*
x *Glo.int.sup. Exod.22.*
y *Glo. ord.su. Num.12.*
z *Gre.Nyss.de vita Mosis.*
aa *Au. 3. de Trinit.10.& su.Ps.73.*
Bed.s.Exo.7.
bb *Cyr.de incarnat. Vnigenit.14.*
cc *Gre.17.m. 26.*
dd *Gre.8.moral.21.*
ee *Ru.6.s.Apo.*
ff *Gre.ho.22. Bed.s.Ex.12.*

Digitized by Google

abyssum,*a* quum Deus consumit peccata. *Amos.7.a. Psal.* 20. Et deuoratur igne fortitudo Tyri, quum rationes philosophorum destruuntur igne,quem venit Dominus mittere in terram.*Zachar.9.a.12.b.*

Deuorans etiam ignis,est Dei vindicta,sicut & ira Dei deuorauit Ægyptios. *Exod.* 15. *a.* Et deuorans gladius, est diuina punitio.2.*Reg.18.b.Isa.31.d.Iere.2.f.12.c.* Idem deuorans mensis,aut rubigo. *Hose.* 5.*b.* Et vorabit maledictio terram. *Isa.* 24. *b.* quum *b* dicet Christus in iudicio : Ite maledicti in ignem æternum. Deuorans ignis Nadab & Abihu,*c* destructionem sacerdotij Iudæorum,& Iudææ indicauit. *Leuitic.10.a.Amos.7.a.*

Deuorans ignis Nadab & Abihu,typus est ignis inferni. *Leuit.10.a.Num.11.a. Iudi.9.b.20.g.2. Re.22.a.4.Reg.1.c.Iob.15.d.20.d.* Et deuorat ignis spinas,& vepres,hoc est,*d* infernus hæreticos. *Isa.9.d.26.b.29.b.30.f.33.e.Ier.5.d.17.d.21.d.48.g. Thren.2.a.4.b.Ezech.15.b.16.c.23.d. Hose.8.b. Ioel.1.d.2.b. Amos.1.b.2.a.5.b.7.a. Soph.1.d.3.b. Zach.9.a.12.b.Malach.1.c.Apoc.11.b.20.c.* Et deuorat ignis reliquias malorum, quum corpus *e* hic relictum, post resurrectionem igne inferni deuorabitur. *Iob.22.c.Psa.20.Ecclesiastici.36. b.43.e.* Deuorantur etiam comedentes Israël,quum dæmones & persequentes Ecclesiam in infernum traduntur.*Ieremia.30.c.*

Deuorans ignis,dicitur *f* peccatum libidinis. *Iob.32.b.*

Deuorat ignis vestes. *Num.3.c.* quum *g* tollit robur animi.

Deuoratricem hominum dicebant Gentes Ecclesiam, *h* qui videbant fideles ob defensionem fidei à tyrannis occidi,& alios ad fidem conuerti,& Ecclesiæ copulari. *Ezech.36.c.*

Deuorare prædam,est *i* arripere regnum cælorum. *Num.23.d.*

Deuorauit fera pessima Ioseph,secundùm opinionem Iacob. *Gen.* 36.*g.* vbi *k* designantur Iudæi, qui præcipitanter, & cum maxima crudelitate crucifixerunt Christum. Idem designauit deuorare volens piscis Tobiam. *Tob.6.a.12.a.Iona.2.a.* Volebant eum deuorare,sicut infernus viuentem:vt penitus memoria virtutum eius,& doctrinæ,extingueretur,& an talis vnquam inter eos vixerit,penitus ignoraretur. *Prouerb.1.b. Apocal.* 12.*a.* Deuorauerunt iudices suos,*l* quum persequuti sunt Christum,& Apostolos. *Hose.7.b.*

Deuorantes bestiæ agri hæreditatem Domini, sunt dæmones, trahentes Iudæos in infernum. Et deuorant alieni terram,*m* quum dæmones inducunt animas in infernum. *Isa.1.b.12.c.28.a.56.c. Psal.34.123.Ierem.3.a.8.f.10.d.12.c.15.g.51.d.Ezech.16.c.22.f.23.f.34.b.39.a. Hose.8.c. Haba.1.d.Mala.3.c.1.Petr.5.c.Apoc.12.b.* Deuorans leo homines,dicitur de Sedechia rege. *Ezec.19.b.* Deuorant nos viuos, qui in peccatum nos inducunt, dum sumus in corpore. *Psa.123.Ezec.22.f.* Et deglutit diabolus Sion,hoc est, Iudæos. *Thre.2.a.3. Reg.14.c.* Et deuorant bestiæ terræ,& volucres cæli draconem,quum *n* dæmones mutuis malis se afficiunt.*Ezec.29.b.33.f.*

Deuorantes boues macilentæ boues pingues. *Gen.* 41. *a.* designant *o* vitia virtutis decorem dissipantia. Itidem spicæ tenues deuorantes plenas. Et deuorantes locustæ herbas. *Exod.* 10. *c.* designant elationem, virorem bonorum operum destruentem.

Vorant carnem brachij sui hæretici,*p* quum vastant Ecclesiam. *Isa.9.d.* Et deuorant plebem Dei vt cibum panis,*q* qui Sanctorum iniuriis viuunt,qui obtrectationis morsu,& inuidiæ laniatu, eos dilacerant:qui se collationibus,& muneribus plebis,religionis prætextu ditant. *Psalm.*14.52.De his. *Phil.* 3. *d.* Quorum Deus venter est. Et *Matth.* 23.*b.* Comeditis domos viduarum. Et deuorant fructum iumentorum. *Deu.28.e. Ierem. 2.a. Zach.11.b. Haba.1.d.*E diuerso fideles deuorant malos sicut panem, quum eos conuertunt ad fidem. *Num.* 14. *b. Deut.* 7. *c. Zach.* 9. *d.*

Deuorata dicitur sapientia,quum quis *r* peccando,à recta ratione discedit. *Psa.* 106. Sic est deuoratum robur. *Ierem.* 51. *d.*

Deuorant hostes Israëlem toto ore,*s* quum philosophi confundunt hæreticos. *Isa.9.b.*

Deuorat mors pulchritudinem cutis hypocritæ,*t* quum eius gloriam superbia supplantat. *Iob.* 18.*c.* Deglutiūtur viui,qui scientes timore peccant. *Psal.*123.

Deuorat hypocrita diuitias,*u* quum legit sacram scripturam. *Iob.20.b.*

Deuorantes iudices suos. *Hose.2.b.* sunt *x* hæretici,qui si quid habent virtutum in anima,dissipant,vel perdunt sensus,quibus mala discernunt à bonis. Vel duces hæreticorum,eorum dæuorantur assensu.

Glutire, interdum peccatum aliquod committere. *Ecclesiastici.* 23. *c.* Non extinguetur, donec aliquid glutiat. Deglutire autem camelum, est grauia peccata committere. Et Iudæi deglutierunt camelum, quum *y* occiderunt Christum. *Matth* 23.*c.*

Deuorat terra eos,*z* qui terrenis inhiant,eisque vacant. *Exod.15.b.*Et deuorat superbos,vt Core,Dathan,& Abiron. *Deut.16.d.* Et deuorat tinea malos,vt lanam. *Isa.51.c.Num.16.e.Psal.*105. Et deuorantur peste, qui pereunt, propter malorum consortium. Deuorantur autem fame, qui pereunt, ob defectum audiendi verbum Dei. *Ezech.* 7. *c.*

Deuorat fragmenta calicis,*aa* qui extrema etiam patitur supplicia. *Ezech.* 23.*e.*

Deuorantes Pharisæi domos viduarum. *Marc.12.d. Luc. 20.g.2. Cor.11. d.* sunt *bb* consummentes bona viduarum sub specie sanctitatis.

Deuorans prodigus substantiam suam. *Luc.15.f.* est *cc* dissipans dona Dei,tam naturalia, quàm gratuita: cùm dæmonibus videlicet fœda cupiditate fornicando.

Deuorans lepra carnem Mariæ sororis Mosis. *Num.12.d.* est *dd* consumens peccatum populum synagogæ.

Deuorare,vide Vouere.

Deus,Diuinus,Diuinitas.

DEVS, secundùm scripturas,aut verus Deus est,aut tantummodo nuncupatius, aut falsus. Verus,vt Pater, Filius,& Spiritus sanctus. Nuncupatiuus,vt sancti,& Angeli,& Iudices,ac Sacerdotes. Falsus, vt Dæmones, & Simulacra,& Tyranni,ac Magnates.

Deus dicitur esse *ee* eorum, quibus se ipse largitur:vt dicitur Deus Patriarcharum, & Prophetarum, & Deus patris,& Deus filiorum Israël:& demum dicitur Deus omnium,qui sunt in gratia. *Exod.3.d.5.a. 6.a.7.c. 18.b.29.g.Psal.45.Ierem.31.a.*

Deus existens cum *Mose*,designat diuinitatem cum humanitate. *Exod.* 3. *c.* Et Christus dictus est *ff* Deus, & Deus absconditus. *Isa.9.b.45.c.* Et dicitur *gg* Deus Deorum,quia omnes,qui nuncupatiui dij dicuntur,ab eo creati sunt. Et Deus Deorum, Christus Christianorum. *Psalm.*49.83.135.

Diuinitas,quam accipere dignus est Agnus, *Apoc.5.d.* designat honorem latriæ exhibendum Christo homini, tanquam vero Deo.

Deus & non homo dicitur Deus. *Hose.11.c.* quia plus *hh* miseretur,quàm homo.

Dij nuncupatiuè dicuntur sancti,*ii* angeli,antiqui patres,sacerdotes,iudices,prædicatores,sublimes, & sapientes. *Exod.21.a.22.b.1.Reg.6.a.Psal.*134.135. Et dij sunt, qui quoad eius fieri potest, mortalia omnia repudiant. *Psal.*81. Et dicuntur dij fortes terræ:& dij per participationem. *Psalm.* 46.49. Et Moses dictus est Deus Pharaonis. *Exod.7.a.* designans prædicatorem, qui simili modo est Deus Gentilium. Quum dicuntur filij Dei accessisse ad filias hominum. *Gen.6.a.* Enos dicitur ibi Deus. Iudices dicuntur dij,quia agunt officium Dei in terra.

Dij fortes terræ dicuntur *kk* dæmones. *Psal.*46. Et ipse diabolus dicitur Deus huius seculi.2.*Corin.4.a.*Et Deus diaboli *ll* dicitur ipsa eius superbia,qua vult coli vt Deus. *Haba.1.c.*

Dij per irrisionem dicuntur *mm* filij Israël,degenerantes à patribus suis,&c.1. *Reg.4.b.* Et dij, fortes terræ dicuntur. *Psal.*46. quia superbiebant *nn* de terra,& non de cælo.

Dij aurei sunt,*oo* qui seculari ratione compositi sunt argentei,qui habent eloquij venustatem,& rhetorica arte instructi sunt. Qui autem inferunt fabulas Poetarum, & vetustis vtuntur traditionibus, habentes inter se multam,vel elegantiæ, vel stultitiæ differentiam, isti vocantur ænei, & ferrei. Qui autem inepta proponunt, lignei appellantur,& lapidei. *Dan.5.a.*

Dij alieni,*pp* sunt extranei à Deo vero:& sunt,quæcunque homo Deo præfert.Item peccata ipsa,& cogitationes prauæ,& vitia,quæ infodit Iacob. Et Dij Laban,designare possunt auaritiam, quam etiam significant Dij argentei & aurei. *Gen.31.c.35.a.Exod.20.a.23.d.32.a.34.c.1.Reg.7.a.*Dicūtur & Dij conflatiles,quia *qq* vnusquisque

Vindicta Dei. — *Destructio Iudæorum.* — *Ignis inferni.* — *Peccatum libidinis.* — *Tolli robur animi.* — *Multiplicatio Martyrum.* — *Occidentes Iudæi Christum.* — *Dæmones perdētes Iudæos. & peccatores.* — *Vitia dissipātia virtutes.* — *Vastantes Ecclesiam.* — *Discessus à recta ratione* — *Confundūtes philosophi hæreticos.* — *Peccantes superbia vel timore.* — *Legēs sacram scripturam.* — *Dissipantes virtutes hæretici.* — *Peccare.* — *Consumi malos.* — *Pati extrema supplicia.* — *Consumentes bona viduarum.* — *Dissipans dona Dei.* — *Consumens peccatū Synagogam.* — *Deus peculiariter bonorū.* — *Diuinitas in humanitate.* — *Honor latriæ.* — *Plus miserēs Deus quàm homo.* — *Dij varij nūcupatiuè.* — *Dæmones.* — *Filij Israël per ironiam.* — *Variè vtentes sermone.* — *Quæ homo præfert Deo.* — *Vitia.*

a *Hie.s.ps.20. & s.Zac.9.*
b *Hie.su. Isa.24.31.*
c *Ru.s. Le.7. & s. Amo.7.*
d *Hie.s. Is.9.*
e *Gr.15.m.14 & 16.mo.7.*
f *Gr.21.m.9.*
g *Hi.s.Na.3.*
h *Hi.s.Ez.36*
i *Ori.s.Num. ho.16.*
k *Am.de Ioseph.3. Bed.s.Ge.3[illegible] & s. [illegible]*
l *Ru.[illegible] 7.& 7.s.Ap.*
m *Ori.s.Iere. hom.8. Hier.s. Isa.1. Amb.s.ps.118 serm.7.*
n *Rup. 3.vi. verb.Dei.10.*
o *Glo.in.sup. Gen.41.*
p *Hie.s. Is.9.*
q *Hi.s.ps.52.*
r *Ar.s ps.106*
s *Hie. s. Is.9.*
t *Gr.14.m.8. Au.s.ps.123.*
v *Gr.15.m.6.*
x *Hie.s. Ho.7*
y *Or.s. Mat. hom.25. Gr.1.mo.14. Au.[illegible].q.in Euang.33.*
z *Ori.s. Exo. hom.6.*
aa *Ly.s.E.43.*
bb *Gl.ord.su. Luc.20.*
cc *Glo.or.su. Luc.15.*
dd *Glo or.su. Num.12.*
ee *Am.5.de. fide.2. Ori.s.Ie.h.6.*
ff *Hie.s. Is.9.*
gg *Au.s.ps. 49.83.*
hh *Glo.or.su. Hose.11.*
ii *Or.s.E.h.6 Dio.ca.hi.2. Cl.Ale [illegible] Cy.co [illegible] Au.[illegible] de[illegible] 1.Re.[illegible] s. Eze ho 8.*
kk *Cl.[illegible] [illegible] 2.Cri. s.Matth.cap. 15. Am.s.ps. 46.*
ll *Hie.s.Ha.1*
mm *Gr.s. 1. Re. 4.*
nn *Au. s.ps. 46.*
oo *Hi.s.Da.5*
pp *Phi.2.all. & de mona. Gr.s.1.Re.7. Au.9.Ci.Dei 23.*
qq *Hi.s.Ie.16 & s.Ma.2.& s.ps. 80. Isy.s. Ie. 19. Be.s. Ex. 20.*

sibi eos fingit:quod peculiariter dicitur de pecunia. Dij etiam Ægypti, in quibus facit Deus iudicia, sunt ea, quibus seruit animalis homo,vt venter,& diuitiæ,& diabolus,errores etiam,& peruersa dogmata. *Exod.*12.*b.Leuit.*19.*a.* In his consolantur hæretici. *Isa.*44.*c.*46.57.*a.Iere.*7.*a.*16.*b. Hose.*3.*a.*14.*b. Amos.*2.*c.*8.*d. Malach.*2.*a.* Et Deus recens,est *a* quicquid homo præfert Deo vero.*Psalm.*80.

Deuteronomium.

DEVTERONOMIVM, id est, secunda lex, quo nomine vltimus liber Mosis appellatur, in quo fit breuis repetio legis.

Deuteronomium,quod scripsit Iosue,designat *b* legem nouam per Christum traditam. *Deut.* 17. *d. Iosuc.* 8.*f.* Vnde super lapidem scripsisse dicitur,vt ipsum indicaret Christum. Ideo ipse Christus instituens legem nouam dixit. *Matth.*5.*e.* Audistis,quia dictum est antiquis,&c. Ego autem dico vobis,&c.

Dextera,Dexter.

DEXTERA pars,quæ propriè in animalibus inuenitur,sinistræ opposita,solet haberi nobilior,& fortior.

Dextera in genere *c* significare solet potiora bona,vt fœlicitatem,prosperitatem,fortitudinem,& similia. *Gen.* 13.*b.*24.*f.Exod.*14.*c.*4.*Reg.*11.*d.Neem.*12.*c.Iob.*40.*b.Psal.*15.44.120.136. *Prouer.*4.*d. Isa.*54.*a.*63.*c. Ezech.*10.47.*a. Zach.*4.*a.*

Potiora bona.

Dextera Dei patris,dicitur gloria Patris. Et dextera Dei dicitur potentia, vel virtus operatiua Dei, præcipuè virtus in salutem,seu virtus gratiæ spiritalis,& auxilium Dei. Item *d* ipse filius Dei,qui & dextera excelsi dicitur,& brachium dextrum Dei. *Exod.*15.*a.*33.*d.Deut.*32.*f.*33.*a.*3. *Reg.*22.*c.Iob.*14.*c. Psal.*17.20.43.44.47.59.62. 77.79.88.89.97.107.109.117.136.137.138.*Sapien.*5.*c.Eccle.*36.*b. Isa.*48.*c.*62.*c. Ierem.*22.*f. Thren.*2.*a. Habac.*2.*d. Matthæi.*26.*f.Mar.*16.*d.Luc.*22.*g.Rom.*8.*g.Ephe.*1.*d.Colos.*3.*a.Heb.*1.*a.*10.*c.*12.*a.Acto.*7.*g.Apoc.*1.*d.*5.*a.* Dextera autem Dei,quæ exaltari petitur. *Psa.*88.est vel maiestas Dei, vel *e* Ecclesia ex Gentibus acquisita.

Gloria Patris
Virtus operatiua.
Auxiliũ Dei.
Filius Dei.

Dextera Christi,sunt *f* bona intelligibilia,& virtus eius,quæ etiam designabat dextera Salomonis. 3. *Reg.* 2.*d. Psalm.*44.109. *Isa.*41.*c.*45.*a. Dan.*12.*c. Matth.*20.*c.*27.*c. Marc.*10.*a.* 16.*a. Apocal.*1.*c.* A dextris Iesu stabat Satan. *Zach.*3.*a.* quia virtuti Christi audebat se opponere.

Maiestas Dei.
Ecclesia.
Bona intelligibilia.
Virtꝰ Christi.

Dextera altaris,*g* est insigne misericordiæ Dei. *Luc.*1.*a.Psal.*15.120.

Misericordia Dei.

Læua dicitur esse *h* Christus Iesus, & hic crucifixus. Dextera verò est Christus Iesus, & hic gloriosus. *Cantic.*2.*a.*

Christus gloriosus.

A dextris Dei ponuntur *i* boni angeli,à sinistris verò mali.3.*Reg.*22.*d.*

Boni angeli.

Dextera significare solet *k* vitam æternam:& hæc est dextera sponsi,amplexans sponsam.*Cant.*c.2.*b.*8.*a.* De qua *Prouerb.*3. *b.* Longitudo dierum in dextera eius. Vbi etiam dextera, est dispensatio eorum, quæ ad diuinitatem Christi pertinent:vbi longitudo dierum ponitur propter æternitatem. *Psal.*15. *Matth.*6.*a.* A dextris monumenti dicitur sedisse angelus. *Marc.*16.*b.* quia *l* iam Redemptor noster præsentis vitæ corruptionem transierat, & ipse angelus nunciare perennem eius vitam venerat.

Vita æterna.

Dextera pertinet ad vitam futuram, sinistra ad præsentem. Sed quum dextera malorum dicitur repleta muneribus,*m* ipsi faciunt de sinistra dextram,fœlicitatem ponunt in muneribus,siue à lingua,siue à manu,siue ab obsequio. *Ps.*25.59. Et dextera malorum dicitur dextera iniquitatis. *Psalm.*143.quia ipsi ponunt fœlicitatem in temporalibus. Quum ponitur dextra,& sinistra,dextra accipi potest pro prosperitate.2.*Regum.*16.*b.*

Fœlicitas.
Prosperitas.

Dextera manus,significare potest dignitatem, aut vitam contemplatiuam, quæ nobilior est, quàm actiua: vt dextera manus Iacob,& Ioseph. *Gen.*48.*b.Leu.*14.*b.c,Eccles.*10.*a.Eccl.*12.*c.*Hanc dexteram nouit Dominus.*Prou.*4. *d.* Sedent etiam ad dexteram,qui sunt primates. *Matth.*20.*c.*

Dignitas.
Vita contemplatiua.
Primates.

Dextera etiam,designat *n* actuosam animi virtutem. *Psal.* 82. *Prou.* 27.*c.Eccle.*21. 47.*a.Isa.*45.*a. Actor.*3.*c.Apo.* 13.*d.* Vnde & cor sapientis dicitur esse in dextera eius. *Eccle.*10.*a.*

Vis animi actuosa.
Scribæ, & Pharisæi.

Dextra manus arida, fuerunt *o* Scribæ & Pharisæi,qui erant nobiliores in populo,sed inepti ad operandum,ob suam peruersitatem. *Luc.* 6. *b.* Et dextra manus scandalizans, sunt prælati, & prædicatores peccantes. *Matthai.* 18. *b.*

Bona operationes.

Dextra ad quam cadunt decem millia,designare potest *p* bonas operationes,quæ diriguntur à Deo:vel spiritualia bona, quæ dextra non est in malis. Designat *q* etiam auxilium Dei, qui dicitur à dextris esse bonis. *Psal.* 15.90.108.137.

Bona spiritualia.
Auxiliũ Dei.

A dextris quatuor animalium,ponuntur homo & leo. *Ezec.*1.*c.*quia dextera *r* solent designare læta: & per hominem,& leonem,designantur incarnatio,& resurrectio Christi,quæ sunt læta.

Incarnatio & resurrectio.

Dextra in iudicio,*s* est locus bonorum,& electorum,vel ipsi electi,& etiam dextra in cruce.Collocantur enim electi in dextra,quia opera dextera operati sunt. *Matth.*25.*c.Marc.*14.*e.Luc.*23.*e.Ps.*19.44.141.

Locus electorum.
Electi.

Dextera nauigij,in qua capiuntur pisces. *Ioan.*21.*b.* est illa:*t* in qua est charitas, pietas, amor, misericordia, benignitas,& cætera id genus. Idem designant septem stellæ in dextera Christi.*Apoc.*1.*d.*Designat etiam dextera nauigij, in qua pisces capiuntur doctrinam nouæ legis. Et dextra oliua, *u* est Euangelium, aut Prophetia. *Zach.* 4.

Virtutes.
Doctrina noua legis.
Euangelium aut Prophetia.

Dexter oculus,*x* est intuitus æternæ claritatis.1. *Reg.*11.*a. Zach.*11.*d.Matth.*5.*d.*

Intentio.
Scientia.

Dexter oculus pastoris stulti. *Zach.*11.*d.* designare potest *y* scientiam,quam sibi falso nomine arrogabit Antichristus.

Dexter armus arietis,designat *z* opera recta,& etiam dextrum brachium. *Exod.*29.*d.Leu.*7.*d.*9.*d.Ecclesia.*21.*d.* Et dexter pes,est incessus rectus. *Exod.*29.*c.Leu.*14.*c.Apoc.*10.*a.*

Opera recta.
Intentio bene faciendi.

Dextera faciens eleemosynam,*aa* est intentio benefaciendi. *Matth.* 6.*a.*

Auditus rectus.

Dextra auricula,significat *bb* auditum rectum:quæ amputata est Iudæis in Malcho,quia auditum rectum amiserunt. *Exod.*29.*c.Leuit.*8.*c.*14.*c.Matth.*26.*e.Luc.* 22.*c.Ioan.*18.*b.*

Bona temporalia.

Dextra interdum *cc* designat bona temporalia,ad quæ declinat hæreticus. *Isa.* 9. *d.* Et hæc est dextra iniquitatis. *Psalm.*143.

Res pluris æstimata.

Pro dextro habere dicimur,*dd* quicquid pro magno pensamus:pro sinistro verò,quod pro nihilo ducimus.Sancti Martyres igitur in dextera tubas, in sinistra verò lagenas tenuerunt. *Iud.* 7.*f.* quia pro magno habent prædicationis gratiam,corporum verò vtilitatem pro minimo. Quisquis enim pluris facit vtilitatem corporis, quàm gratiam prædicationis,in sinistra tubam,atque in dextera lagenam tenet.

Intelligentia cum vita institutione.

A dextris & à sinistris muniri.2.*Cor.*6.*b.* est vt humilior intelligentia vitæ teneat institutionem, exemplaque maiorum,& spirituales,atque sublimes de præsentibus non transferat ad futura. Et penetrat ad dexteram læuamque,*ee* qui reddit,quæ sunt Cæsaris,& quæ sunt Dei,Deo. *Isa.*54.*b.*

Reddere quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei Deo.

Dextera & sinistra eligẽda inter Abraham,& Loth,sic accipi possunt,*ff* vt quasi in dexteram declinasse videantur Iudæi Loth designati,quando ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non fuerunt subiecti:sed Christus quasi sinistram elegit,quando ait:Non veni vocare iustos,sed peccatores. Et iterum:Amen dico vobis,quia gaudium erit in cælis super vno peccatore pœnitentiam agente,&c. Sed ad sinistram rursum illi elegerunt quando dixerunt. Hic homo non est à Deo,qui sabbatum non custodit. Et ad Pilatum: Hic si non esset malefactor,non eum tibi tradidissemus.Sed Dominus iterum in suis prædicatoribus dexteram elegit: quando post suam resurrectionem præcepit,dicens:Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium, &c. Dextera autem in electione Abrahæ est fides,vel regnum Sanctorum. Sinistra verò confractio voluntatis.

Arrogantia iustitia.

Ad dexteram oriuntur calamitates Ecclesiæ,*gg* quum hi,qui sub Christi nomine militant,Christi in ea nomen impugnant. *Iob.* 30.*b.* Id enim pro dextera habere dicimur, quod pro magno pensamus. Et potest dexterum significare Iudaicum populum,quem Deus magnificabat.Vnde *Zach.*3.*a.* Satan à dextris Iesu stetisse dicitur,quia post quàm filius Dei factus est homo,Satan in populo Iudæorum aduersus Christum per infidelitatem regnauit.

Impugnantes Ecclesiam nomine Christi.

Dextera,ad quam non est declinandum,designare potest extremum *hh* virtuti oppositum, quod virtutis speciẽ habet: vt parcitas,aut nimia abstinentia.est in dextera, luxurics in sinistra. Et ad dexteram vertitur, qui de virtutibus eleuatur,& qui nimium est iustus,& qui in bono peccat. *Num.*20.*c.*22.*c.Deuter.*28.*b.Iosu.*23.*b.*1.*Regum.*6.*c.*

Extremum virtutis speciem habens.

2.*Reg.*

a *Ge.Ve. Ca.* 2.*to.*3.*ca.*13.
b *Or.f.Io.h.*3.
c *Hi.ad.Principium. Au.de essent. diu.& f.Psa.* 120.& 136. *Eu.for.spi.*1.
d *Ori.f.Ro.*1. *Tertul. aduc. Iude. Gre. Nysse.de vita Mosis.Gr.*12. *mo.*12. *Au.f. psa.*44. & *f. Apo.h.*4.*Eu. for.spir.*1.
e *Hi.f.pf.*88.
f *Cy.co.Iu.*9. *Ori.f.Matth. hom.*12.*Bas. f.pf.*44.
g *Am.f.Lu.*1
h *Be.fe.*4.*vigilia natiuit. Domini.*
i *Gr.*2.*mo.*21
k *Ori.f.Can. hom.*2.3. *Am.f.pf.*118 *ser.*5.14.*Be. f.Prou.*3.*Gr. f.*1.*Re.*14.& *f.Can.*2.*Ber. ser.omn. san.*
l *Gre.ho.* 21.
m *Hi.f.pf.*25 *Aug.f.pf.*58. 120.143.
n *Hi.f.Ec.*10
o *Am. ser.*8. *Ori.f. Io.h.*7.
p *Ar.f.pf.*90. *Cassia. colla.* 12.*c.*5.
q *Ber.fe.sup. qui habit.*
r *Gr.f. Ez.h.* 4.
s *Ori.f.Mat. hom.*34. *Ar. f.pf.*19. *Gre. ho.*24. *Au. de esse.di.*
t *Au.f.Ioan. tract.*122. *Geo.Ven.Ca.* 1.*to.*8. *ca.*6. *Cy.*12.*f.*1.62
u *Hi.f.Za.*4.
x *Gr.f.*1.*Re.* 11.
y *Hi.f.Za.*11.
z *Or.f. Ex.h.* 6.
aa *Au.* 2.*fe. Do. in mõte.*
bb *Ori.f.Ma. hom.*35.
cc *Hi.f.If.*9.
dd *Gr.*31.*m.* 34.
ee *Hi.f.If.*54
ff *Be.Ge.*13.
gg *Gr.*20. *mo.* 20.
hh *Am.f.pf.* 118.*serm.*5. *Gre.f.*1.*Re.*6 & 16.*mo.*16 *Hie. f.If.* 30. 57.& *f.Zac.* 12.

Digitized by Google

2.Reg.14.e.4.Reg.22.a.Iob.23.b.Pſa.141.Prou.4.b.Eccleſiaſten.7.c. Iſa.30.e. Zachar.12.b. Plus ſapere quàm oportet ſapere, Prou.4.d.

Fraudulenter blandiri.

Dextera manu tenens Ioab Amaſæ mentum.2.Reg. 20.b. deſignat *a* quaſi ex benignitate blandientes, ſed ſiniſtram ad gladium mittit, qui latenter ex malitia percutit. Hæc eſt dextera iniquitatis, quæ fuit Iudæorum in Chriſtum.Pſal.25.43.

a Glo.or.ſu.2. Reg. 20.

A dextris Hieruſalem dicitur eſſe Sodoma,*b* propter grauiora peccata: vel quia minora erant peccata Gentilium,quàm Iudæorum. Ezech.16.f.

b Ori.ſ.Ex.9

Dextrum femur Aod. Iud.3.c.in quo accinctus erat gladio, *c* deſignat per verbum Dei omnia fieri dextra, ad vincendum diabolum.

c Gl. int.ſup. Iud. 3.

Paciſci.

Dextræ manus ſolent ad inuicem porrigi in ſignum pacti & amicitiæ, aut coniugij.Tob.7.c.2.Mach.11.f.Vbi obſeruatio fidei attribuitur dexteræ. 1.Mach.6.g.11.e.Galat.2.b.

Doctores primitiua Eccleſiæ.

Dextra columna,quam fecit Salomoni in atrio domus Domini.3.Reg.7.c.2.Par.3.d.deſignat *d* doctores primitiuæ Eccleſiæ.

d Glo.or.ſup. 3.Reg.7.

Status ſaluãdorum.

Dextrum latus ſuper quod dormiebat Ezechiel. Ezech. 4. b. deſignare poteſt *e* ſtatum ſaluandorum per pœnitentiam.

e Lyr.ſ.Ex. 47.

Dextrum latus templi,eſt *f* latus meridianum. Eze.47.a.

f Hi.ſ.Ex.47

Fauor diaboli.

Dextera regis Babylonis,& dextera manus Gog. Ezech.21.e. ad fauorem diaboli pertinere videntur: qui ſtat à dextris malorum. Pſal.108. Et dextra malorum, eſt ipſa impietas. Pſalm.25.88.143.Zach.3.a.

Impietas.

Dogma veritatis.

Dextra maxilla.Matth 5.f.eſt *g* dogma veritatis:quod percutit hæreticus,quando impugnat.

g Glo.ord.ſu. Mat. 5.

Opera bona.

Opera carnalia.

Dextrale.

DEXTRALIA ſunt ornamenta dexteræ manus,communia viris & mulieribus.

Error de Chriſto.

Dextralia ſunt *h* opera bona,quæ per carnem geruntur & primæ operationis ornamenta. Exod. 33.e. Num.31. g.Iudith.10.a.

h Or.ſ.Ex.h. 13.& ſ. Nu. hom. 26. Gr. 30.mo.10.

Dextralia pura legit Origenes, *i* inter ea,quæ furatus eſt Achan,filius Charmi in Hiericho. Ioſu.7.d.Et deſignant opera, in quibus diuinum nihil miſcetur, ſed totum ſecundùm hominem geritur. Deſignat etiam errorem aſſerentium Chriſtum eſſe purum hominem.

i Ori. ſ. Ioſu. hom.7.

Diabolus,vide Dæmon.

Diaconus.

DIACONVS,idem eſt quod miniſter,& ſignificat in Eccleſia miniſtros proximos preſbyterum.

Diaconi ſeptem. Acto.6.a.21.b.ſunt in myſterio ſeptem archangelorum.

Diadema,vide Corona.

Dibon,& Dimon.

Contentiones Sophiſtarum.

DIBON,id eſt,iudicatio,ciuitas Moab:deſignare poteſt *k* contentiones Sophiſtarum. Iſa.15.a.

k Phi.2.alle.

Sermo fluens.

Vel Dibon,id eſt fluxus eorum: deſignat *l* ſermonem fluentem more torrentis. Dicitur etiam Dimon, id eſt, ſufficiens dolor,& deſignat pœnitentiam. Iſa.15.d.

l Hie.ſ.Iſ.15.

Pœnitentia.

Dibon Gad.

Dubia in Scriptura.

Dibon Gad,id eſt,abundantia fœlicis,vel abundãtia intellectus:vel iuxta Origenem,*m* apiarium tentationum: eſt trigeſima nona manſio filiorum Iſraël in deſerto. Num.13.f. Et deſignat dubia, quæ occurrunt in ſacra Scriptura, quæ ſunt velut tentationes. Vel interpretatur *n* fortiter intellecta tentatio: quia pugnandum eſt cum Amorrhæis.

m Ori.ſ. Nu. hom. 27.

n Hie. de manſio.

Dicere,vide Loqui.

Didrachma,quare Drachma.

Dies,Biduum,&c.

DIES ponitur quidam naturalis,qui eſt vnus Solis circuitus,quo totum orbem percurrit, viginti quatuor horarum ſpacio. Alius verò dicitur artificialis,qui eſt Solis motus, ſupra noſtrum orizontem, aut hemiſpherium: qui fit ſpacio duodecim horarum, licèt inæqualium:& hic opponitur nocti,& ſecundùm lucem,qua pollet,varia ſignificare ſolet.

o Hi.ſ.pſ.80. Cle.Ale.5.ſtr Au.q.in.Ex. 98.

Deus pater.

Dies eſt *o* claritas paterna, qui eſt lux inacceſſibilis,& initium omnis lucis. Pſal. 87. In die clamauit Chriſtus, hoc eſt,in claritate paterna cum ipſo degens,quam ſemper habuit,pœnitentiam populis prædicauit.Dies etiam,*p* ipſum verbum Dei patris,quod occulta illuminat,& per quod in lucem, & ad generationem acceſſit vnaquæque creatura. Geneſ.2.a. Et dies ex die,& lumen de lumine,eſt Filius de Patre. Pſalm. 95. Ipſe eſt dies,quem fecit DOminus ſecundùm carnem.Pſal.117.Ipſe etiam *q* Filius,eſt dies ſeptimus,in quo Deus complet, opus ſuum beatificando angelos & homines.

p Phi.1.alle. Greg.6.regis. epi. 7.

Deus Filius.

q Ru.2.ſ.Ge. 13.

Æternitas Dei.

Dies Dei, *r* eius æternitatem deſignant, & aliquando dicuntur vna dies vt. Pſal. 83. Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Aliquando plures dies, vt Iob.24.a.Qui nouerunt eum,ignorant dies illius.

r Gr.16.m.21

Pater,Filius, & Spiritus ſanctus.

Dies diei eructans verbum. Pſal.18.eſt *ſ* Pater generans Filium. Vel *s* quum Pater dixit: Hic eſt Filius meus dilectus. Vel eſt *u* ipſe Chriſtus docens Apoſtolos. Vel eſt *x* Spiritus ſanctus pro ſpiritualibus proferens plenitudinem ſapientiæ Dei,quæ Chriſtus eſt. Vel ſunt *y* Petrus & Paulus, ex intimo cordis theſauro, fidem Chriſti prædicantes:atque ita cæteri. Aut quum die & nocte annunciatione fidelium verbum & ſcientia propagatur.Hic dies dicitur eſſe Dei. Pſal.37.

ſ Arn.ſ.pſ.18.

t Am.de virgin.3.

u Gr.ſ.pſ.96.

x Hi.& Au. ſ.pſ.18.

y Eu.q.in.Pſ. Aug.ſ.pſ.73.

Petrus & Paulus.

Diuina iudicia.

Dies interdùm dicuntur *z* diuina iudicia,quia in lumine veritatis, & in luce rectitudinis fiunt. Siquidem iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſa. Talium dierum finis impletur, quando diuinæ ſeueritatis animadueriio in miſericordiam commutatur.Horum dierum finem in ſua Nabuchodonoſor attritione accepit,quando eum diuina miſeratio reſpexit. Dan.4.g.

z Ri.de S.Vi. de ſecur. conſcien.15.

Incarnatio Chriſti.

Dies Domini,quandoque dici poteſt *aa* aduentus Chriſti in carne,in qua immolatus eſt pro nobis. Sopho. 1. b. Hic eſt dies,quem fecit Dominus. Pſal. 117. Et dies vnctionis ſacerdotum, deſignant incarnationem Chriſti: & etiam conſecrationem ſacerdotum nouæ legis. Leu.6.c.8.g. Et dies deſponſationis Salomonis. Can.3.d. deſignat *bb* tempus incarnationis.Et dicitur dies lætitiæ cordis eius,quia gaudet Chriſtus de redemptione generis humani. Vel dicitur de lætitia membrorum eius. Dies nouiſſimi. Geneſ.49.a. ſunt tempus Chriſti. Et tempus, *cc* quo expletur id quod prophetatum eſt. Iſa.30.b. Et dies quædam,eſt aduentus lucis Chriſti in mundum.1. Reg. 3.a. Nam & ipſe dixit. Ioan.8.b. Ego ſum lux mundi. Sic dicitur dies luminis. Amos. 8. c. Et dies ſalutis, hoc eſt redemptionis, Iſa.49.b.Ioel.3.d. Per hunc diem incurrerunt Iudæi tenebras. Iob.5.c. quia *dd* dum diuinæ virtutis in Chriſto miracula cernerent, incredulitatis tenebras paſſi ſunt: quia viſum in luce perdiderunt: vnde in eorum perſona dicitur. Iſa.59.b. Impegimus meridie,quaſi in tenebris.

aa Hi.ſ.Sop.1.

bb Gr.ſ.Ca.3.

cc Hi.ſ.Iſ.30.

dd Gr.6.m.14

ee Am. 1.de interp.5.Au. 2.deTrin.17. & q.in.Exo. 154.& 2.de peccato originali.27.

Incarnatio.

Paſſio.

Reſurrectio.

Æternitas Chriſti.

Chriſtus.

Myſterium Trinitatis.

Paſſio Chriſti.

Dies Chriſti,quem vidit Abraham, deſignare poteſt *ee* eius incarnationem, vel paſſionem, aut etiam reſurrectionem. Ioan.8.g.Phil.1.a. Vel eſt dies æternitatis eius:vel myſterium Trinitatis, quod vidit Abraham, quum tres vidit,& vnum adorauit.Et ipſemet Chriſtus eſt dies,qui eſt lumen indeficiens. Et ipſe eſt dies cæli. Pſa.88. Dicuntur autem dies Chriſti,non ſolùm tempus, quo hîc viuebat,ſed tempus,quo quis eſt in gratia, vt in ipſo viuat Chriſtus.Pſal.71.Dies etiam Ioſue, ſunt *ff* dies Chriſti,in quibus etiam per eius gratiã illuminamur Iu.2.a.

ff Ori.ſ. Iud. hom.1.

Dies exitus de Ægypto. deſignat tempus paſſionis Chriſti. Exod. 21.c. Idem *gg* deſignat dies tranſitus Iordanis. Ioſu.3.a. Et dicuntur eadem die tranſiſſe Iordanem,vt totum tempus vitæ præſentis, quo confertur nobis meritum paſſionis Chriſti,reputetur vnus dies. Dies autem exitus de Ægypto,dicitur dies Phaſe,id eſt, tranſitus, qui debet eſſe nobis memorabilis,propter memoriam paſſionis Chriſti. Exod.13.a. Dies etiam,quo immolauit Elcana 1. Regu.1.a.eſt *hh* tempus paſsionis Chriſti. Vel ſtatus, quo quis dicere poteſt. Oſculetur me oſculo oris ſui. Et quo loquitur,vt Moſes ad amicum ſuum.Can.1.a.Exod.33.b. Dies quoque tribulationis Chriſti, & dies belli, eſt tempus paſſionis eius. Iob.33.c.Pſal.19.138. Et dies inclinata,eſt dies paſſionis. Gen.24.g.

gg Or.ſ.Io.h. 4.

hh Gr.ſ.1.Re 3.Am.ſe.52. Arn.ſ.pſ.19. Hie.ſ.Iob.38.

Reſurrectio Chriſti.

Aſcenſio.

Dies altera, qua offertur manipulus ſpicarum. Leuit. 23. b. eſt *ii* dies reſurrectionis Chriſti, quæ eſt altera poſt paſſionem. Et dies altera Samaritani,*kk* eſt tempus reſurrectionis Chriſti,vel aſcenſionis.Luc. 10. f. Et die

ii Iſy.ſ.Le.23

kk Am.ſ.Lu. 10.

Digitized by Google

post conturbantus confidentes. *Isa.32.c.*sunt *a* tempus Christi, post quod destructa est Hierusalem. Et dies tertia,qua Abraham immolauit. *Gen.22.a.*designat resurrectionem Christi tertia die factam. Et dies tertia,qua consummatur Christus,est tempus generalis resurrectionis, quando mysticum eius corpus perficietur. *Luc.* 13. Et dies Domini magnus,& horribilis. *Ioel.2.g.*est dies resurrectionis Christi:qui fuit magnus ostensa potentia Christi,& horribilis iudæis incredulis. Dies etiam propitiationis est,quum Christus ascendit in cælum. *Leu.23.c.*

Resurrectio generalis.

Dies festi Dei,& angelorum,sunt *b* conuersio peccatorum:sicut è diuerso dies luctus, est auersio à Deo. *Num.* 28.*b.* 29.*a.Psal.*75. Gaudium enim est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. Et dies festus primitiuorum,vel modorum,est fructus bonorum operum. *Num.28.d.*

Conuersio peccatorum.

Dies anni,*c* inter quos non computari optat Iob diem natiuitatis suæ. *Iob.* 3.*a.* dici possunt festiuitates Sanctorum,vel singuli iusti,& etiam angeli,& præterea virtutes. Dies diuisus à nocte, *d* significat angelos sanctos, qui diuisi sunt à dæmonibus. *Genes.* 1. *a.*

Festa Sanctorum. Iusti. Angeli. Virtutes.

Dies pristini Iob,designare possunt *e* statum generis humani ante lapsum. *Iob.* 31.*a.* Et dies antiqui, designant statum,in quo quis erat in gratia.*Thren.* 1. *c. Amos.*9.*d.* Et etiam tempus prophetarum.*Ezec.*38.*f.* Dies etiam seculi,dicuntur dies,quibus aliquis erat in statu gratiæ. *Malach.*3.*a.* Designat etiam aliquando dies antiqui *f* tempus lapsus primi hominis. *Psal.*141.*Thren.*2.*f.*

Status hominis ante lapsū Status gratia. Tempus primi lapsus.

Dies quandoque dicitur ipsa fides,& dies prima,est initium *g* fidei. *Exod.*12.*e.* Et dies plantationis, *h* est tempus fidei. *Isa.*17.*c.*

Fides.

Dies etiam significat *i* intelligentiam veritatis : & in die suo faciebant vnusquisque filiorum Iob conuiuium. *Iob.*1.*a.* designantes prædicatores,qui iuxta suam intelligentiam, cæteros instruunt. Dies quoque tertia post circuncisionem,designat *k* cognitionem,seu intelligentiam diuinorum:vt prima dies sit cognitio exteriorum,secunda interiorum, tertia diuinorum. *Genes.*34.*c.*Dies etiam septimus potest aliquando designare contemplationem Dei. *Exod.*24.31.34.35. *Leu.*13. *a.*

Intelligentia veritatis.

Dies aliquando est *l* illustratio diuina:& dies quædam est illustratio pro sua,& aliorum salute. 1. *Reg.* 3.*a.* Et dies multiplicati,illustrationes diuinæ:& incrementa virtutum. Et dies Samuelis, sunt radij fulgentis æternitatis:& virtutum spiritualium claritatis. 1.*Regum.*7.*a.d.* Et dies,quo eueniunt signa,est doctrina prædicatoris,illustrans discipulum.1. *Regum.*10.*b.* Et dierum numerus sunt variæ illustrationes diuinæ, quæ etiam dicuntur dies menfurabiles. *Psal.* 38. Et dies,quos discernunt luminaria,sunt diuinæ illustrationes,& lux gratiæ & charitatis. *Genes.*1.*b.*18.*a.Exod.*13.*a.*1.*Regum.6.c.*14.*a.Psalm.*38.*Rom.*13.*d.* Dies etiam est lux scientiæ. *Exod.*16.*a.* Et dies cuiusque,*m* est propria cuiusque illuminatio. *Iob.*1.*a.* Et dies statuti,sunt illustrationes diuinæ: quæ ideo statuti dies dicuntur,quia dat eas Deus, quando vult:& sunt velut ascensus quidam.Dierum etiam circulus, sunt manifestationes diuinæ voluntatis:& infusiones diuinæ lucis.1.*Reg.*1.*c.* Cùm dicitur,die ac nocte, dies significare potest *n* mysteria aperta:nox verò occulta. *Apoc.*7.*d.*

Illustratio diuina.

Dies cuiusque filiorum Iob, in quibus faciebant conuiuium. *Iob.* 1.*a.* designant *o* proprias cuiusque virtutis operationes,quibus mutuò virtutes se subleuant, & confirmant. Et dies significat etiam ipsas virtutes. Et de die in diem salutare Dei annunciant,*p* qui varias exercentes virtutes,Christum prædicant. *Psal.* 95. Et ordinatione Dei perseuerat dies,hoc est virtus.*Psal.*118.Et dies dicta est filia Iob,nata post eius tribulationes:*q* quia post lapsum hominis,Deus rursum virtutum & donorum splendore ipsum illustrauit. *Iob.*42.*d.* Dies etiam Saulis, sunt lucis opera:& omnibus diebus Saulis pugnat,qui cum multa alios doceat,nihil docendo profert,nisi quod in suo prius fulget opere.Et omnibus diebus,est à virtutes luce nunquam separari.1.*Reg.*14.*g.* Omnibus etiam diebus *r* seruiunt Domino,qui rectè se habent secundum omnes virtutes. *Iudi.* 2.*a.* 1. *Reg.* 1.*b.* Et dies multi significant multitudinem virtutum. *Zach.*8.*a.* Et dies boni dicuntur gratiæ,& bonorum operum.*Psal.*33. Dies sex,designant perfectionem operum:sicut & numerus ille perfectus est.*Exod.*24.31.34.35. Et dies immaculatorum,sunt *s* opera virtutum. *Psal.* 36.

Lux scientia.

Operationes. virtutum Virtutes.

Dies interdum,*t* est sensus spiritualis sacræ scripturæ. *Psal.*135. Et dies, qui iudicantur, sunt dies & sensus sacræ scripturæ. *Rom.*14.*a.* Dies autem statuti,sunt *u* varia testimonia Prophetarum, quæ Christus implebat. 1. *Reg.* 1. *a.* Die eadem comedere hostiam. *Leu.*7. *a.*est intelligere scripturas in sensu nouæ legis.

Sensus spiritualis.

Dies dicta est filia Iob,*x* designans legem Dei, quæ ad cognitionem veritatis humanæ ignorantiæ noctem illuminat.*Iob.*42.*d.* Et de die in diem salutare Dei annunciat,qui ex vtroque testamento Christum laudat,*Psal.*95. Dies septem priores,quos expectauit Noe in emissione columbæ ab arca *y* ad veterem legem spectant. Dies autem alij septem nouum testamentum indicant sequens vetus. *Gen.* 8. *b.* Dies autem duo quibus vescimur sacrificio,*z* sunt duo testamenta,tertio verò die non vescimur,quia non est danda autoritas alia par sacræ scripturæ. Sed consumitur igne,id est,reseruatur Spiritui sancto.*Leu.*7.*b.*Dies seniorum,*aa* qui fuerunt cum Iosue,designant doctrinam,& gratiam Apostolorum. *Iud.*2.*a.* Dies etiam breuiati sunt dogmata veritatis, à quibus præciduntur omnia folia,velut superflua. Et dies parui. *Zach.*4.*d.*

Sacra scriptura. Dogmata veritatis.

Dies hæreditatis, *bb* est tempus,quo dant Ecclesiæ dona,quæ synagogæ fuerant promissa. *Isa.*17.*c.*Et dies vna, qua peperit terra. *Isa.*66.*c.* est tempus gratiæ,& principij Ecclesiæ.Dies etiam, quo dat Deus pluuiam super terram,tempus indicat gratiæ.3. *Reg.*17.*a.* Et dies tertius,qua immolauit Abraham. *Gen.*22.*a.* est *cc* tempus gratiæ, quo gratum sacrificium offertur Deo per Christum. Et primus quidem dies est, quia fit per aspectum rerum pulchrarum,& honestarum. Secundus est animæ optimæ desiderium. Tertiò mens perspicit spiritualia, aperris oculis à magistro,qui die tertio resurrexit. *Matth.*15.*d.Ios.*1.*c.* Dies autem adolescentiæ, Iob,*dd* designant tempus,quo vigebat prædicatio in Ecclesia,& infidelium. *Iob.* 29.*a.* Dies autem innouantur à principio. *Thren.* 5. *d.* quum peruenitur ad perfectionem antiquorum.

Tempus gratiæ.

Dies statuti,designant *ee* splendores miraculorum Christi.1.*Reg.*1.*a.*Et dies antiqui,designant tempus mirabilium,quæ fecit Dominus. *Isa.*51.*d.* Dies quoque Christi sunt eius miracula. *Psal.*31.

Miracula Christi.

Dies super dies dicuntur,*ff* quum diebus huius vitæ,adduntur dies æternitatis. *Psal.*60. Et dies perseuerans,*gg* eandem æternitatem designat. *Psal.*118. Et dies boni,& dies Hierusalem,sunt *hh* dies fœlicitatis. *Psal.* 33. 127. 136. Et dies illuescens,est lux futuræ gloriæ. Et dies immaculatorum, *ii* est cœlestis gloria. *Psal.* 36. Et dies *kk* ligni vitæ. *Isa.*65.*d.* Et dies cœli,*ll* sunt tempus æternitatis,non recipientes successionem,vt dies terræ. *Psal.* 88. Dierum etiam plenitudo, *mm* est immortalitas, & complementum virtutum. *Gen.* 25. *a.* Et longitudo dierum, *Psal.*90. Dies etiam tertia *nn* futurum seculum designat,quando non licet comedere de sacrificiis. *Leu.*7. *b.*19.*b.* Et dicitur comedere die tertia,qui sibi,post resurrectionem putat agere debere reliquias huius vitæ,& tunc operari,quod nunc prætermittit. Dies quoque octauus *oo* significare potest futurum seculum, in quo fit circuncisio ab omni mortalitate. Designat etiam *pp* resurrectionem,quæ debet nos inuenire purgatos. *Gen.* 7.*b.Leu.*6.*a.*12.*a.* 14.*b.*15.*b.*22.*d.*Et dies primus & octauus est celebris,quia prius cessandum est à malo,vt operemur bonum, & ad æternam quietem veniamus. *Leu.*23.*f.*Dies quoque septimus;& dies sanctus sabbati,*qq* æternam quietem significat. *Exod.*24.31.34.35.*Leu.*13.*a.Isa.*58.*d.* Et dies solennis.*Psal.*17. Dies etiam spirans,*rr* est vita æterna apparés. *Cant.*2.*d.* Dies enim inspirans fuit in corporis vita:dies respirans, in sanctificationis gratia. Dies verò aspirans, erit in resurrectionis gloria. Et dies perfectus,est lux æternæ fœlicitatis,vsque ad quã crescit lux iustorũ.*Pro.*4.*c.*

Miracula Christi. Vita aterna.

Dies sex in creatione mundi distincti. *Gen.*1. Sic allegoricè ordinari possunt : *ss* vt primus dies sit velut infantia,ab Adam vsque ad Noe:quo Deus fecit lucem, qua homo exit ad lucem huius vitæ, habens decem generationes:cuius vespera est diluuium : quia & infantia nostra tanquam obliuionis diluuio deletur: Secundus dies est à Noe vsque ad Abraham, generationibus decem : quo tempore fit arca ceu firmamentum, diuidens aquas inferiores, in quibus natabat, à superioribus, quibus compluebatur. Et in homine fit firmamentum discretionis diuidens,ceu aquas,operationes rationales,ab animalibus. Hæc obliuionis diluuio non deletur, sicut nec pueritia: eius vespera fuit linguarum confusio. Non generauit populum Dei, vt nec pueritia apta est ad generandum. Fit etiam firmamentum disciplinæ,discernens inter carnalia & spiritualia, vt inter aquas inferiores,& superiores. Tertius dies est adolescentiæ, cuius manè fuit in Abraham: & separatur terra ab aquis, quum à vanitate doctrinæ gentilium separatur populus Dei per Abraham:& apparuit arida,sitiens imbrem cœlestem diuinorum mandatorum:

Ætates mũdi & hominis.

a *Hie.s.*Is.32. *Au.*1.*de consensu Euangelistarum.*75. *Ori.s.Ex.h.*3. *& s.Leu.h.*9.
b *Ori.s. Nu. hom.*23.
c *Or.s.Io.li.*3. *Gr.*4.*m.*10.11
d *Ru.*1.*s.Ge.* 18.
e *Hie.s.Iob.*31 *Aug.*20.*ciu. Dei.*26.
f *Hi.s.ps.*142
g *Am.de virgin.* 3.
h *Hie.s.*Is.17
i *Gr.*1.*mo.*20
k *Ri.de S.Vi. de* 12.*pat.*55
l *Ori.s.ps.*38. *Gr.s.*1.*Re.*1. 3.6.7. 9.10.
m *Ori.s.Iudi hom.*1.*& s. Roma.* 13. *Phil.*2. *alleg. Gre.*1.*mo.*20
n *Aretas s. Apoc.*7.
o *Gr.*1.*mo.*32
p *Hie.s.ps.*95 *Bern.s.Cant. serm.* 49.
q *Gre.*35.*mo.* 22.*& s.*1. *Reg.*14.
r *Ori.s. Iudi. hom.* 1.
s *Ori.s.ps.*36 *hom.*3.
t *Ar.s.ps.*135 *Ori.s.Ro.*14.
u *Gr.s.*1.*Re.*1
x *Hie.s.Io.*42 *& s.ps.*95.
y *Bed.s.Ge.*8
z aa *Orig. s. Leu.ho.*5. *& s.Iud.hom.*1.
bb *Hi.s.*Is.17 66. *& s. Matth.*15. *Ambr.de viduis.*
cc *Cle.Ale.*5 *strom. Aug.ser.*106
dd *Greg.* 19. *mor.*4.
ee *Gr.s.*1.*Re.* 1.
ff *Hil.s.ps.*118 60.
gg *Am.s.ps.* 118.*ser.*12.
hh *Ba.s.ps.*33 114.
ii *Ori.s.ps.*36 *hom.*3.
kk *Hi.Isa.*65
ll *Aug.ps.*88.
mm *Ber. ser.* 17.*s.psa.* 90.
nn *Isy.s.Leu.* 7. 19.
oo *Am.*2.*de Abr.*11. *Cyp. Epist.*8.
pp *Isy.s.Leu.* 22.23.
qq *Hi.s.*Is58. *Aug.s.ps.*60. 117.
rr *Gr.s.Cã.*2 *& s.Ez.ho.*5 *Bern. s. Can. ser.*72.
ss *Au.*3.*de Ge.cont.Man.*23.*Geo.Vere.Can.* 10.8.*cap.*19.11. *Be.s. Gen.*1.

Digitized by Google

mandatorum:& cœpit generare populum Dei., quia pater multarum gentium constitutus est Abraham. In hoc die est homo aptus ad generandum,generatione corporali,& spirituali:& fit sequestratio aquarum,id est,virtutum & germinat terra nostra fructum. Porrigitur hic dies vsque ad dauid:cuius vespera,est in populi peccatis,aut in Saule. Quartus dies est iuuentus,cuius manè in dauid:fiunt sydera in firmamento,Sol vt regnum : Luna,vt plebs obtemperans regno:& tunc fuit populus,vt in iuuentute:Et in homine fiunt Sol, & Luna, ratione superioris,& inferioris. Eius vespera fuit in captiuitate Babylonica , vel in peccatis regnum. Quintus dies à captiuitate Babylonica,vsque ad Christi aduentum,declinans à iuuentute ad senectutem:& produxerunt aquę reptilia,& volatilia, Iudæos vndiquaque dispersos , qui & multiplicati sunt. In homine hic dies est virilitas , qua facit grandia opera:& producuntur volatilia,& pisces,id est , grandia opera per aquam sapientiæ , vespera huius diei fuit peccatorum multiplicatio in populo Iudæorum. Sextus dies est ab ortu Christi , quo defecit populus Iudæorum , & templum,vt in senectute:& producuntur serpentes,&c. hoc est,diuersæ gentes ad fidem venientes:homo ad imaginem Dei,hoc est Christus,& masculus,& fœmina,sunt Christus,& Ecclesia. In hoc die,quando homo deficere putatur,recipit nouas vires sapientiæ:ideo producitur homo. Vespera huius diei,est finis mundi. Deinde sequitur dies septimus in æterna requie. Possunt etiam hi septem dies *a* aptari septem donis Spiritus sancti:vt primo diei aptetur spiritus timoris domini : Secundò spiritus pietatis , atque ita deinceps. Aptantur etiam septem ætatibus mundi.

Dona Spiritus sancti.

Visio beatifica.

Dies quos,discernunt luminaria. *Genes.* 1. designare possunt *b* cognitionem,seu visionem beatificam,secundùm quam dicuntur esse mansiones multæ in domo patris Christi., *Ioan.* 14. *a*.

Intelligibilia Apostoli.

Iusti.

Dies etiam,quos discernunt luminaria,dici possunt *c* intelligibilia,à sensibilibus. Aut animæ deditæ intelligibilibus & spiritualibus. Et dies,cui præest Sol, *d* est qui illuminatur à Christo tanquam filius lucis. Et dies perseuerans *e* dici possunt Apostoli,& iusti,qui perseuerant in luce gratiæ,& doctrinæ. *Psal.* 118. *Exod.* 13. *b*. et dies qui formantur,sunt Sancti. *Psal.* 118.

Intentio bona

Dies quandoque est intentio bona. Et dies ante diem , est *f* bona intentio præcedens bonam operationem. 1. *Reg.* 9. *c*.

Confessio Trinitatis.

Dies tres itineris Niniue. *Iona.* 3. *b*. designant *g* confessionem Trinitatis in mundo : prædicauit Ionas itinere vnius diei:vt vnitas personarum in essentia signaretur. Et dicuntur dies , non nominata nocte,quia in deo nihil est obscurum. Et dies tertia , qua immolauit Abraham , *h* designat cum fide Trinitatis immolandum esse Deo. *Gen.* 22. *a*.

Dies Iudicij, & punitionis malorum.

Dies Domini, dicitur dies , *i* quo Deus publicam exercet punitionem : vel dies iudicij , quo velut in vno die Deus disperdet omnes malos. Pulchrè autem dicitur dies Domini, quando omnis seculi conuersatio destruetur: & errore sublato,vna veritas apparebit. Dicitur etiam dies visitationis,& dies vltionis : & dies æstus , & dies tribulationis,& afflictionis:& dies malus,& dies iræ,& furoris domini:& dies nubis,& caliginis, *Exod.* 32. *b*. *Iob.* 15. *c*. *Psal.* 40. 48. 109. *Prou.* 16. *a*. *d*. 13. *a*. 31. *d*. *Isa.* 2. *c*. 10. *a*. 22. *b*. 27. *b*. 34. *c*. 63. *b*. *Iere.* 16. *d*. 17. *c*. *Thr.* 2. *a*. *g*. *Ezech.* 7. *b*. *f*. 13. *a*. 34. *d*. 39. *b*. *Ioel.* 1. *d*. 2. *a*. *g*. Dicitur etiam interfectionis. *Iere.* 12. *a*. quæ tamen potest intelligi conuersio peccatoris per castigationem. Multa autem ex his intelligi possunt de die mortis. Et dies peccatoris , quum quæretur & non inuenietur,*k* est dies iudicij,vel mortis eius. *Psal.* 36. Et dies Madian,& Babylonis , sunt *l* dies punitionis malorum. *Isa.* 9. *a*. 14. *a*. Et dies gentium sunt,quando non ad vnam gentem,sed ad omnes spectabit vindicta. *Eze.* 30. *a*. *Hos.* 5. *c*. 9. *a*. *Abdi. d*. Dies etiam solemnis,est dies iudicij,quo Deus vocat inimicos animarum , hoc est , dæmones. *Thr.* 2. *g*. Et dies nominata,qua sepelitur Gog. *Ezech.* 39. *c*. Et dies belli,& dies commotionis,& dies iudicij. *Amos.* 1. *d*. Reprehenduntur autem desiderantes diem Domini:quia omnes eum timere debent, quum nemo sit sine peccato. *Amos.* 5. *e*. 6. *a*. 8. *c*. *Nahum.* 1. *b*. Dicitur etiam dies præparationis. *Nah.* 2. *a*. *Sopho.* 1. *c*. Et dies nota deo, est dies iudicij,quæ non est dies, neque nox, quia cessabit tunc vicissitudo dierum & noctium. *Zacharia.* 14. *b*. *Malach.* 3. *a*. 4. *b*. *Ecclesiastæ* 7. *b*. *Apoc.* 16. *c*. Dies altera , qua venerunt Iudæi trans mare , quærentes Christum post esum panum. *Ioan.* 6. *b*. est tempus iudicij,quum dicent:Domine , nomine aperi nobis. Nouissimus etiam dies,est dies iudicij,& vltionis diu comminatæ. *Ierem.* 23. *a*. *Hos.* 3. *b*. *Ioan.* 11. *c*. 12. *g*. Et dies inclinata , est finis mundi. *Genes.* 24. *g*.

Conuersio peccatoris.

Dies mortis.

Vltio diu. comminata.

Finis mundi.

Dies dicitur aliquando *m* tempus prosperitatis huius seculi:& gaudia de rebus temporalibus. *Leu.* 8. *g*. *Isa.* 4. *b*. 28. *e*. 60. *c*. Sic dies natalitius Herodis. *Matth* 14. *a*. Et hi dicuntur dies hominis,& dies perditis. *Ier.* 17. *b*. *c*. *Psal.* 21. 31. 90. 101. 120. Hæc est dies transiens. *Sopho.* 2. *a*. Et dies malorum , est tempus prosperitatis , quando mali persequuntur bonos. *Psalm.* 26. In die mandat deus misericordiam suam,id est,in prosperitate iubemur esse misericordes. *Psalm.* 41. Die accusat diabolus,id est,in prosperis. *Apocal.* 12. *c*. *Iob.* 1. *d*. 3. *a*. Hi transierũt iusti *n* quum post breuem tranquillitatem,mox occupantur tentationibus & tribulationibus. *Iob.* 17. *c*. Dies autem tota , dicit tempus prosperitatis,& aduersitatis. *Psal.* 70. Die ac nocte,est in prosperis & aduersis. *Apoc.* 4. *c*.

Tempus prosperitatis.

Dies interdum sumitur *o* pro tempore vitæ præsentis: & tota dies , est totum tempus huius vitæ : & dicuntur dies terræ,quia sunt viuentium in terra. *Genes.* 8. *d*. *Psal.* 21. 31. 37. 43. 51. 55. 114. 139. 143. *Thr.* 1. *e*. *Matth.* 6. *d*. Et tota die dicitur Christus expandere manus suas. *Isa.* 65. *a*. *Rom.* 8. *g*. 10. *d*. hoc est,ad Iudæos,toto tempore vitæ suæ & prædicationis,vsque ad crucem:& quia toto tempore vitæ præsentis nos inuitat ad suscipiendum fructum redemptionis suæ. Et dies hodiernus , dici potest de toto tempore huius seculi. *Iosu.* 15. *g*. 1. *Reg.* 4. *b*. *Ioan.* 9. *a*. Et dies operariorum varias habens horas, est tempus præsentis seculi:aut vita vniuscuique. *Matt.* 20. *b*. Dies etiam peregrinationis,sunt dies vitæ præsentis. *Genes.* 47. *b*. Dies cuncti,quibus commodatur Samuel domino , sunt,vel totum tempus vitæ fidelium:vel claritates virtutum. 1. *Reg.* 1. *b*. 2. *d*. *Exod.* 10. *g*. De his *Ephes.* 5. *b*. Fuistis aliquando tenebræ,nunc autem lux in Domino. Et dicuntur dies tribulationis. *Psal.* 67. *Ier.* 16. *d*. quia tentatio est vita hominis super terram, *Iob.* 7. *a*. Et dies completi sunt cùm dies huius vitæ finiuntur. *Thre.* 4. *d*. *Ioan.* 9. *a*. Dies sextus,in quo colligitur manna ad diem septimum. *Exod.* 16. *e*. designat *p* vitam præsentem,in qua acquirenda sunt merita ad fœlicitatem. Et dies sex,quibus clausa est porta orientalis templi. *Ezech.* 46. *a*. sunt *q* tempus huius vitæ. *Leu.* 32. *c*. Idem designare possunt dies iuuentutis. *Eccles.* 12. *a*. Septem dies,quibus recluditur leprosus. *Leu.* 13. *a*. designare possunt *r* tempus vitæ præsentis:quod est tempus veniæ,& pœnitentiæ. Idem designant septem dies,quibus iubetur manere leprosus extra castra,aut extra tabernaculum. *Leu.* 14. *a*. 15. *b*. 22. *d*. Et dies septem plagæ sanguinis. *Exod.* 7. *d*. sunt dies vitæ præsentis, in qua castigat deus ad emendationem , & pœnitentiam. Idem designant dies septem,aut quatuordecim separationis menstruatæ:& dies triginta tres, aut sexaginta sex purgationis nempe vitam præsentem,aut tempus huius mundi. *Leuit.* 12. *a*. *Num.* 12. *d*. *Ezech.* 44. *f*. dies etiam septem , quibus debebant sacerdotes consecrati esse in tabernaculo. *Leuit.* 28. *g*. 1. *Reg.* 10. *b*. designare possunt tempus vitæ præsentis, & etiam dona Spiritus sancti,quæ debent esse in sacerdotibus,& præterea adimpletionem omnium mandatorum: designabant etiam tempus,quod est à Pascha , vel Ascensione vsque ad Pentecosten , in quo non debebant Apostoli egredi de Hierusalem. Dies etiam seculi,significant *s* tempus huius vitæ:qui dicuntur etiam dies hominis, & dies afflictionis,& dies nostri,dies miseriæ. *Isai.* 63. *c*. *Ierem.* 17. *c*. *Psalm.* 77. 114. Et dies mali vel malorum , est tempus huius vitæ,in quo patimur mala. *Psalm.* 26. De hoc die. *Ioan.* 9. *a*. Me oportet operari opera Patris mei, donec dies est.

Tempus vitæ præsentis.

Claritas virtutum.

Species rei.

Dies interdum significare potest *t* speciem rei , siue perfectionem : vt quum factum est vespere & manè die vnus. *Gen.* 1. *a*. Et dies ponitur aliquando pro re bona:vt iudicare inter diem & diem.

Submersio Aegyptiorũ.

Dies certaminis Dei fuit, *u* quando pugnauit contra Ægyptios pro Israël , submergens eos in mari rubro. *Zach.* 13. *a*.

Lex naturæ.

Dies Abrahæ,& etiam Isaac significare possunt legem naturæ. *Gen.* 25. *a*. 26. *a*. 35. *d*. Eandem designat dies patrum. *Genes.* 47. *b*.

Lex scripta.

Dies altera,dici potest tempus legis scriptæ,quod est post diem legis naturæ. *Exod.* 9. *a*. 18. *b*. 32. *g*. Post dies duos viuificat nos Deus. *Hos.* 6. *a*. hoc est,in lege gratiæ,quæ est post leges naturæ,& scripturæ.

Gradus fidei.

Die altera viderunt Azotij iacentem Dagon:& rursum altera , quæ est tertia , viderunt eum abscissis manibus

a *Rup.* 1. *s*. *Gen.* 21. & 3. *s*. *Gen.* 36.
b *Aug.* 3. *confes.* 18.
c *Ori. s. Gen. hom.* 1.
d *Ambr. de Virg.* 3.
e *Ber. s. Cant. ser.* 49.
f *Gre. s.* 1. *Re.* 9
g *Hie. s. Ion.* 3
h *Cle. Alex.* 1 *strom.*
i *Hie. s. Isa.* 2. 13. 26. & *s. Ezech.* 39. *Ori. s. Le. ho.* 8. *Hie. s. Ioel.* 2. & *s. ps.* 40.
k *Aug. s. ps.* 36. 40. 109. *Orig. s. ps.* 36. *hom.* 2.
l *Hi. s. Isa.* 14 & *s. Ho.* 9. & *s. Amos.* 5.
m *Ori. s. Ma. cap.* 14. & *s. Iere. hom.* 4. *Hil. s. Matth. Can.* 1. *q. Hi. s. Is.* 4. 60. & *s. Ier.* 17.
n *Gre.* 3. *mo.* 9 & 4. *mo.* 17. & 15. *mo.* 20 & *s. ps. a.* 101. *Rup.* 3. *s. Apo*
o *Hil. s. Mat. Can.* 5. *Ori. s. Ios. ho.* 21. & *s. Mat. hom.* 10. & *s. Rom.* 8. 10. *Chry. s. Gen. hom.* 29. *Gre. s.* 1. *Reg.* 19. 14. *Basi. s. ps.* 31. 114. *Hie.* & *Cyp. s. Ier.* 16. *Cy.* 6. *s. Io.* 14 *Orig. s. Exod. hom.* 7.
p *Bed. s. Exo.* 16.
q *Hi. s. Ez.* 46 *Isy. s. Leu.* 23.
r *Ori. s. Leu. hom.* 8. & *s. Num. ho.* 7. *Isyc. s. Leu.* 22 *Hie. s. Ez.* 44. *Gr. s.* 1. *Re.* 10 *Isyc. s. Leu.* 8.
s *Hie. s. Ie.* 17 *Aug. s. ps.* 26. 114. *Rup.* 9. *s. Ioan.*
t *Rican. de S. Vict. de statu. interi. hom.* 2.
u *Hie. s. Zach* 13.

Digitized by Google

a *Gr.ſ.*1.*Reg.* 1.
b *Amb.* 1.*de Cain* 8.
c *Aug.* 2. *de ſymbo.ad catechum.* 6.*& de verbis domi.ſerm.* 12. *Beda.ſ. Gen.* 22.34.
d *Am.epi.*13
e *Hi.ſ.Ie.*12.
f *Gr.ſ.*1.*Re.*7 *Au.ſ.pſa.*76. *&* 2.*de ſym. ad catec.*6.*& de verbis domini.ſer.* 12. *Beda. ſ. Gen.* 22.34.
g *Hi.ſ.Ez.*43
h *Gr.ſ.* 1.*Re.* 11.
i *Hie.ſ.Hoſ.*2
k *Hi.ſ.Iſ.*63.
l *Ori.ſ. Iudi. hom.*1.*&ſ. Matt.ho.* 29.
m *Ambr. de fug.ſecu.*4.
n *Hie.ſ. Iſai.* 27. 60.
o *Aretas.ſ. Apoc.*7.
p *Hi.ſ.Iſ.*52.
q *Hie.ſ.Hoſ.*3
r *Hie.ſ.Ho.*8.
ſ *Phil. de ſacrifi. Abel.& Cain.*
t *Hiero. ſ. Mich.* 7.
u *Ori.ſ. Iob. lib.*3.*&ſ.Iu. hom.*1.*& ſ. pſ.*36.*ho.*3.
x *Ar.ſ.pſ.*48. *Ba.ſ.pſ.*33.48 *Hie.ſ.pſ.* 36. *Aug.ſ.pſ.*26. 36.77. 136. *Orig.ſ. Iudi. hom.*1.
y *Gr.ſ.*1.*Re.*3 14.*&ſ.pſal.* 142.
z *Hie.ſ.Ho.*7.
aa *Hie.ſ.Io.*3.
bb *Gre.*4.*mo.* 1.17.22. *Euch.for.ſpiritu.*3.
cc *Ly. ſ. Ge.* 40.
dd *Glo.ord.ſ. Leu.* 15.
ee *Cle.Alex.* 2.*ſtrom.*
ff *Hie.ſ.Iſ.*27
gg *Rup.ſ.Le.* 36.
hh *Glo.ord.ſ. Pſal.* 88.
ii *Glo. ord.ſ. Gen.* 43.
kk *Glo.ord.ſ. Num.*30.

& capite.1, *Reg.*5.*a.*vt prima dies ſit *a* prædicatio contra Idololatriam : Secunda cognitio fidei , & priſtini erroris:Tertia deliberata certitudo,& oblatio profeſſionis,& proteſtationis fidei.

Dies tertia,qua Abraham immolauit. *Gen,* 22.*a.*deſignat *b* triplici tempore debere nos agere gratias Deo,nempe præſenti,& præterito, & futuro.

Dies etiam tertia,qua immolauit Abraham. *Gen.*22.*a.*eſt *c* tempus gratiæ,quando immolatus eſt Chriſtus,vt prima dies ſit tempus legis naturæ,ſecunda ſcripturæ,tertia die puniti ſunt Sichimitæ, id eſt,peccatores, & diaboli. *Gen.*34.*d.*

Dies,quo ceciderunt multi de Iſraël,deſignat *d* tempus pœnitentiæ,& conuerſionis malorum.*Exod.*32.*f.*Idem eſt dies *e* interfectionis. *Iere.*12.*a.* Et dies aduentus in ſolitudinem. *Exod.*19.*a.* Et dies triginta , quibus debebat mulier captiua eſſe in fletu. *Deut.* 21.*c.* Et dies ieiunij , qui pertinet ad pœnitentiam *f* dicit ſpem conſequendæ indulgentiæ,in diuini verbi promiſſione.1. *Reg.*7.*b. Ezec.*33.*c.* Et dies tres in immolatione Abrahæ. *Gen.* 22. *a.* deſignant tres partes pœnitentiæ,poſt quas remittit Dominus peccatum. *Gen.*34.*d.*40.*c. Exod.* 3.*f.*10.*f.*15.*d.* In die tertia ſuſcitat nos Deus. *Hoſe.*6.*a.Matt.*12.*d.* Ad hæc pertinet tres anni ficus.*Luc.* 13.*b.* Dies quadraginta ſolent etiam deſignare tempus pœnitentiæ. *Gen.*50.*a.Exod.*24.*d.Ioan.*3.*b.* Dies ſecunda,qua offertur hircus.*Eze.*43.*f.* deſignat *g* ſecundum paſcha , & oblationem pœnitentium : ſicut dies prima eſt iuſtorum , non indigentium pœnitentia.

Dies ſeptem induciarum,quos petierunt viri Iabes à Naas,ad quærendum auxilium , deſignant *h* inueſtigationem exemplorum omnium perfectorum.1. *Reg.*11.*a.*

Dies ortus Hieruſalem , deſignare poteſt baptiſmum , quo renaſcitur anima. Et dies adoleſcentiæ Hieruſalem,dicunt ſtatum gratiæ poſt baptiſmum. *Eze.*16.*a.c.g.* Dies etiam egreſſionis de Ægypto , ſignificant *i* tempus baptiſmi. *Hoſe.*2.*c.* Poſſunt etiam dies adoleſcentiæ Hieruſalem,deſignare priorem ſtatum peccati.

Dies ſeculi Moſis,indicant *k* tempus,quo populus Iſraël eductus eſt de Ægypto,& fuit in deſerto. *Iſai.*63.*c.*

Dies longi dicuntur *l* dies boni : ſicut ediuerſo, dies breues ſunt dies mali : qui & breuiantur propter electos. *Matth.*24.*b.*

Diebus paucis habitare Iacob in Haran , *m* eſt paruo tempore conuerſandum eſſe cum ſenſibus , vt eorum beatur ſcientia. *Gen.*27.*g.*

Dies mortis Iacob,eſt ceſſatio legis. *Geneſ.* 47.*g.*Et etiam dies luctus ſuper morte eius.*Gen.*50.*a.* Et dies Ioannis Baptiſtæ,ſunt finis legis,& Prophetarum.*Matth.*11.*b.*

Die noctuque,*n* dicit perpetuam ſolicitudinem. *Gen.*31.*f.* Et die ac nocte ſeruat Deus ſynagogam,vel Eccleſiam.*Iſai.*27.*a.* Die ac nocte non claudentur portæ Eccleſiæ , *o* quia ſemper recipiuntur venientes ad fidem. *Iſa.* 60.*b.*62.*b.Apoc.*7.*d.*

Die ac nocte flere, eſt continuè dolere de peccatis. *Iere.* 14.*c.* 16.*c. Thr.* 2.*f.* Et die ac nocte non extinguetur ignis inferni. *Iſa.*34.*c.*

A diebus in dies,dicit perpetuam continuationem.*Exod.*13.*b. Leu.*6.*b.*

Die tota nomen Dei blaſphemari dicitur , *p* vel per Iudæos , vel per continuè peccantes, *Iſa.* 52.*b. Thr.* 3.*g. Hoſe.*12.*a.*

Dies multi , quibus fornicaria expectat virum , nec eſt alteri viro. *Hoſe.* 3.*b.* Sunt *q* dies à tempore paſſionis Chriſti,vſque ad finem,quando conuertentur Iudæi : quo tempore licèt ſint increduli , non tamen colunt alium Deum:& Deus etiam eos expectat:quia non eos delet,ſed ſuſtinet, vt conuertantur.

Dies Gabaa. *Hoſe.*9.*b.*dicuntur *r* dies , quando peccauerunt Gabaonitæ in vxorem Leuitæ: vnde & perierunt: vel ſunt dies,quando elegerunt Saulem regem, qui erat de Gabaa.

Dies multi,poſt quos offert Cain munera. *Geneſ.* 4.*a.* ſignificant *ſ* negligentiam, & tarditatem conuertendi ſe ad Deum.

Dies ſpeculationis Samariæ,ſiue Hieruſalem,*s* fuit dies captiuitatis eorum *Mich.* 7.*a.* Dies autem ſpeculationis in Eccleſia,eſt quando ſancti,& electi de Eccleſia aſcendent ad ſpeculam,& in ſublimitate doctrinarum,atque operum ſuorum,de rebus cœleſtibus diſputabunt.

Dies mali ſunt,quando *u* carnalia pro ſpiritualibus,terrena pro cœleſtibus, &c. quærimus. Sunt etiam dies famis,*x* quando videlicet deficit prædicatio verbi Dei:& eſt tempus tribulationis. *Iob.*3.*a.Pſal.*33.46.48.*Epheſ.*5.*d.* Et dies Hieruſalem,ſignificant tempus tribulationis Eccleſiæ. *Pſal.* 136. Dies etiam belli, eſt tempus tentationis & tribulationis. *Pſal.*77.

Dies Pharaonis,Achab,Achaz,& Manaſſæ,cæterorumque malorum regum,deſignant tempus, quando regnant peccata in mundo. Et in diebus Eli,y hoc eſt,quum malus paſtor regnat,non erat viſio manifeſta.1. *Reg.*3.*a.* quia dum rector agenda,quæ nouit,deſpicit,agitur cum eo diſtricto iudicio,vt agenda non videat : quia implere noluit,quod videbat. Dies etiam antiqui dici poſſunt dies malorum principum.*Pſal.*142. In his diebus non reſpondet Dominus,quum eſt cogitatio in mente,quæ bona putatur,cùm tamen non rectè cognoſcatur.1. *Reg.* 14.*f.* Et dies vna mortis filiorum Eli,eſt idem error infidelitatis multorum.1.*Reg.*2.*g.* De quibus dicitur, *Iob.* 24.*c.* Sic in tenebris,ſicut in luce ambulant. Vel eſt proſperitas malorum ſacerdotum cum breuitate vitæ de quibus:*Iob.*20.*a.* Gaudium hypocritæ,ad inſtar puncti. *Et* 21.*b.* Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Dies regis noſtri dicunt hæretici *z* congratulando proſperitati hæreſiarchæ. *Hoſe.*7.*d.*

Dies,in qua natus eſt Iob,cui maledixit. *Iob.*13.*a.*deſignat *aa* delectationem peccati : & optat Iob perire hanc diem,vt omne,quod blandiri culpa cernitur,vigore iuſtitiæ interueniente deſtruantur.Huic maledicunt,qui maledicunt diei. Deſignat etiam *bb* mortalitatem,quam homo incurrit per peccatum:vel ipſum diabolum,qui transfigurat ſe in Angelum lucis:qui diem ſe oſtendebat,quum dicebat:In quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri,& eritis ſicut dij. *Geneſ.*3.*a.*

Dies tres,poſt quos ſuſpenſus eſt piſtor Pharaonis. *Gen.* 40.*c.* deſignant *cc* perpetrationẽ peccati , aſſuefactionem, & deſperationem:quibus poſitis peccator in infernum detruditur.

Diebus multis pati fluxum ſanguinis,*dd* eſt perſeuerare in peccato , aut idololatria. *Leu.* 15.*d.* Et quæ ad hæc pertinent, docere.

Dies ſeptem,quibus debebat fœtus eſſe cum matre,antequam offerretur Domino. *Exod.*22.*d.*erant ideo,*ee* quia cùm nihil fiat ſine cauſa,& enixis animantibus,lac redundet ad fœtus nutriendos : qui à diſpenſatione lactis fœtum auellit,naturam afficit contumelia.

Die cadunt muri Hieruſalem,*ff* quia Iudæi apertam lucem non receperunt. *Iſa.*27.*a.* iuxta Septuaginta.

Dies tertia,in qua non licet comedere ſacrificium *gg* eſt extremus ſtatus peccati, quum quis eſt impœnitens, nam in tali ſtatu ſacrificium non eſt acceptum Deo. *Leu.*7.*b.*

Diffamare,vide Fama.

Differre,Dilatio.

Differre eſt,ſpacium temporis extendere , aut rem in aliud tempus prorogare. Interdum verò eſt diſtare , & diuerſum eſſe:vnde differentia.

Diſtuliſſe dicitur Deus Chriſtum ſuum, *Pſalm.*88. *Prou.* 23.*b.* quia *hh* Chriſtus multum deſiderabatur à Sanctis:& miſeria ſemper creſcebat in mundo. Vel diſtulit Chriſtum,ne tam cito haberet gloriam corporis.

Diſtuliſſe dicitur Deus vindictam tentantium eum,propter iram inimicorum. *Deut.* 32.*c. Pſal.* 77. Sic differt ſapiens ſpiritum in poſterum. *Prou.*29.*b.*

Dilatio filiorum Iacob eundi in Ægyptum frumentandi gratia , eſt *ii* negligentia audiendi verbum Dei. *Gen.* 43.*b.*3.*Reg.*17.*d.Eccleſ.*5.*b.*7.*b.*

Differens vir ſententiam voti vxoris in alterum diem. *Num.* 30.*d.* eſt *kk* ratio non determinans tempeſtiuè quod agendum eſt.

Differentia mundi & immundi cognoſcenda à ſacerdotibus. *Leu.* 11.*g.* quia ſacerdotes nouæ legis debent cognoſcere differentias peccatorum.

Tempus gratiæ.

Tempus pœnitentiæ.

Inueſtigatio exemplorum. Baptiſmus. Status gratiæ poſt baptiſmũ Prior ſtatus peccati. Tẽpus egreſſionis de Aegypto. Dies boni. Breui conuerſari cum ſenſibus. Ceſſatio legis Continua ſolicitudo.

Cõtinuus dolor peccatorũ. Continuatio.

Tempus à paſſione Chriſti , vſque ad conuerſionem Iudæorum. Tarditas conuerſionis. Captiuitas Iudæorum. Sublimitas doctrinæ, & operum. Proſperitas terrenorum. Defectus verbi Dei. Tempus tribulationis Tempus quo regnant peccata.

Delectatio peccati. Mortalitas. Diabolus. Peccare. Aſſuefieri. Deſperare. Perſeuerare in peccato. Honor naturæ ſeruandus.

Extremus ſtatus peccati.

Negligentia audiendi verbũ Dei. Ratio ſuſpenſa.

Digitized by Google

Quantum differt lux à tenebris,præcellit sapientia stultitiam. *Eccl.* 2.*b.*

Differentia seruitutis Dei,& seruitutis regni terrarum.2.*Par.*12.*b.Sap.*18.*a.*

Differentius nomen Christi ab angelis.*Hebr.*1.*a.*est,quia ipse verè est filius Dei, & Deus.

Difficilia.

Difficile, est quod non est in promptu,vt habeatur,vel vt fiat.2.*Reg.*13.*a.Reg.*1.*b.*

Difficile nihil est Deo,qui est omnipotens.*Gen.*18.*b.*1.*Reg.*14.*b.Ier.*32.*c.Zach.*8.*a.*

Occultatio mysterij incarnationis.

Difficilis cognitu via aquilæ in cœlo:designat *a* occultationem mysterij incarnationis, & ascensionis Christi. *Prou.*30.*c.*

Difficultas fidei Iudæorũ.

Difficile diuitem intrare in regnum cœlorum, indicat *b* difficultatem Iudæorum in credendo. *Matth.*19.*d. Marc.*10.*c.Luc.*18.*d.*

Conuersio Pauli.

Difficultas partus Rachelis.*Gen.*45.*b.*designauit *c* difficultatem conuersionis beati Pauli.

Difficilia cognitu referenda ad maiores.*Deut.*1.*c.*17.*b.Eccl.*1.*b.Sap.*9.*d.Eccl.*13.*d.*

Difficilè rumpitur funiculus triplex. *Eccles.*4.*c.* quia vbi sunt duo vel tres congregati in nomine Christi,ipse est in medio eorum.

Difficilè exuitur negotians à negligentia.Et caupo à peccatis labiorum. *Ecclesiastici*26.*d.*

Difficiles dicuntur viæ malorum. *Sap.*5.*b.*2. *Mich.*13.*e.*quia cum magno labore exequuntur voluntatem,quam habent peccandi:difficilè etiam peruersi corriguntur. *Eccl.*1.*d.*

Difficultas nulla filiis Israël in pretio emendorum alimentorum ab Idumæis.*Num.*20.*c.*

Diffidentia, vide Fidere.

Diffinire, seu Definire, quare Decernere.

Diffugere, vide Fugere.

Diffundere, quare Fundere.

Digerere.

Prohibens Iudæi prædicationem Apostolorum.

Digerere, interdum est ordinare,& disponere, & diuidere & distinguere:quandoque verò concoquere, vnde digestio.

Expressio nouæ legis.

Vt digereret vinum, iubebat Eli pontifex Annæ, designans *d* Iudæos, qui minis & verberibus prohibebant Apostolos,ne Christum prædicarent. 1.*Reg.*1.*c.Actor.*4.*a.*5.*c.*

Redire ad vsum rationis.

Digerens Moses Deuteronomiũ coram filiis Israël.*Ios.*8.*g.* expressionem *e* nouæ legis in veteri signate indicare videtur.

Digerere vinum, est *f* ad rationis vsum redire, à quo vinum alienauerat: vt dicitur de Nabal. 1.*Reg.*25.dicitur de ira,aut quouis alio affectu mentem perturbante.

Digitus.

Virtus operatiua Dei.

DIGITI sunt partes manus, quibus cum tota manu aliquid apprehendimus,stringimus,& operamur:suntque quini in singulis manibus,ac pedibus. Digitus etiam est mensura. *Exo.*23.*c.* Altam quatuor digitis.

Spiritus sanctus.

Digitus Dei dici potest *g* virtus Dei, quæ est operatiua rerum. Et etiam ipse Spiritus sanctus. *Exod.*8.*c.*Vbi magi Pharaonis defecisse dicuntur in tertio signo,dixisse: DIGITVS DEI EST hic:quia Spiritus sanctus aduersatur malis. Idem designare potest digitus Mosis,*h* aut sacerdotis, *Exod.*29.*b.*31.*d. Leu.*4.*b.*8.*c.*9.*b.*16. *Deut.*8.*b.Psal.*8. *Num.*19.*a.Matth.*12.*b.Luc.*11.*c.* Digiti etiam Christi,dici possunt, *i* verba spiritus,vel ipse Spiritus sanctus. *Marc.*7.*b.Ioan.*8.*a.*Tribus digitis appendit DEVS molem terræ.*Isa.*40.*c.*hoc est,virtute diuina, quæ est in tribus personis. DIGITI quasi manus hominis scribentis in pariete. *Daniel.*5.*b.* Ad *k* Spiritum sanctum referuntur.

Verba Spiritus. Trinitas.

DIGITI DEI in plurali, dicuntur *l* Prophetæ & Apostoli, per quos DEVS libros sacræ scripturæ sua inspiratione conscripsit: ideo dicuntur opera digitorum DEI. *Psalm.*8.

Prophetæ, & Apostoli.

DIGITI varij,*m* diuersa dona Spiritus sancti designare possunt, quibus pugnamus aduersus dæmones. *Psalm.*8. 143.

Dona Spiritus sancti.

Digiti docti ad bellum, quum sint extremæ partes corporis, designant *n* omnes operationes diuina illustratione instructas esse in nobis:ne dæmonum fallaciis capiamur.*Psal.*143.Digiti etiam distillantes myrram,sunt *o* eminentiora opera.*Cant.*5.*b.Prou.*7.*a.*

Opera.

DIGITI sæpè significant virtutem operatiuam: & etiam varias virtutes tam morales, quàm theologicas. *Prou.*7.*a.*31.*c.Cant.*5.*b.Sap.*15.*d.Isa.*59.*a.*Et aliquando digitus est minima virtus operatiua.*Matth.*23.*a.Luc.*11.*f.*Ad hæc referri potest digitus minimus Roboam.3.*Reg.*12.*b.*2.*Par.*10.*b.*

Vis operatiua.

Digiti quatuor altitudinis coronæ mensæ tabernaculi.*Exo.*25.*e.*37.*b.*designant *p* quatuor Euangelia,per Spiritum sanctum ædita.

Virtutes.

Digiti facientium idola. *Isa.*2.*c.*sunt falsæ rationes,quibus hæretici errores confingunt,& consarcinant.

Quatuor Euangelia.

Digiti statuæ partim testei, partim ferrei, *q* regnum diuisum indicabant,quod de plantario ferri orietur.*Dan.*2.*f.* quod in regno Romanorum impletum est.

Rationes falsa.

Digitus dexter sacerdotis intinctus oleo.*Leu.*14.*c.*dicitur,*r* quum Christus dat gratiam Spiritus sancti.

Regnum Romanorum.

Digitus super os ponere, silentium designat. Et digitus est tunc *s* discretio, qua discernere debemus verba, quæ locuturi sumus, *Iud.*18.*e.Iob.*21,*a.Psal.*143.*Cant.*5.*b.*Digiti apprehendentes fusum,ipsam intentionem discretionis,qua quisque operatur insinuant:quia nulla corporis nostri membra, pluribus sunt distincta articulis, ac flexibus apta,quam digiti.*Prou.*31.*c.*

Dans gratiã Spiritus sancti.

Digito loqui. *Prou.*6.*b.* arrogantiam,*t* & superbiam indicat: Et etiam digitum extendere.*Isa.*58.*c.*quod etiam est *u* detrahere,& proximos notare.

Discretio.

Arrogantia.

Detractio.

Dignus, Dignitas.

DIGNVS dicitur, qui aliquid meretur. Et cui aliquid meritò debetur, Dignum etiam, quod æquale, ac iustum est.

Dignitas Dei.

Dignus dicitur Deus gloria & honore,& cæteris,quæ ad eius maiestatem pertinent, quæ ei *x* iure naturæ debentur. *Apocal.*4.*d.*Et dignus est agnus accipere virtutem,& diuinitatem, &c. *Apocal.*5.*d.* quia illa meruit per ea, quæ gessit,& passus est secundùm carnem, & ratione vnionis naturæ humanæ cum Verbo.

Dignitas Christi.

Digni DEO dicuntur boni: sed *y* ratione gratiæ gratum facientis, per quam efficitur, vt mereantur Deum de condigno.*Sap.*3.*a.*6.*c.*7.*c.*9.*c.*2.*Mach.*15.*d.*Digni quoque amore vel odio Dei dicuntur aliqui propter opera,quæ Deus acceptat,aut detestatur.*Eccl.*9.*a.*Et digni fructus pœnitentiæ sunt,quos Deus acceptat ad remissionem culpæ,& pœnæ peccato debitæ. *Matth.*3.*b.*8.*b.*10.*d. Marc.*1.*a.Luc.*3.*b.*7.*a.*20.*f.*21.*g.Ioan.*1.*d.Coloss.*1.*b.*2. *Thess.*1.*b. Actor.*5.*g.Apoc.*3.*a.*16.*b.*Sic dignus operarius cibo suo.*Matth.*10.*b.Luc.*10.*b.*1.*Tim.*5.*c.*

Dignitas Christi per gratiam.

Dignè non potest inueniri Deus in hac vita,quia *z* non potest hic tanta eius haberi cognitio,quæ sufficiat ad fœlicitatem, *Iob* 37.*d.Ephes.*4.*a.Philip.*1.*d.*1.*Thess.*2.*b.*

Parua Dei cognitio.

Dignus,dicitur *aa* fidelis quisque:apparens autem dignus,est hæreticus,aut Iudæus.*Matt.*10.*b.*22.*a.*

Fidelis.

Digna domus Deo non potest ædificari.2.*Par.*2.*b.*Dignas autem oblationes Deo dicimus, quas *bb* Deus acceptare dignatur.*Eccl.*14.*b.Mich.*6.*b.*quod præcipuè dicitur de bonis operibus.

Acceptatio Dei.

Dignissimum thimiama est, *cc* quod ritè confectum est, Deoque sanctificatum. *Exod.*30.*d.*Et designat synceras debere esse orationes Sanctorum,nihilque corpulentum retinere,sed tantùm cœlestia quærere.

Puræ orationes.

Digna principe dicuntur, *dd* quæ Christo competunt. *Isa.*32.*b.*

Conuenientia Christo.

Dignitas sumitur aliquando pro imperio,& magistratu. *Ester*10.*a.Prou.*14.*d.Eccl.*10.*b. Ecel.*32.*a.*44.*a.*45.*d. Baru.*4.*a.Ezech.*24.*b.*

Magistratus.

Dignitas senum dicitur canities:sed corona dignitatis eorum,est in viis iustitiæ.*Prouerb.*16.*d.*20.*d.*

Optima doctrina.

Dignum vinum sponso ad potandum.*Cant.*7.*c.* est *ee* optima doctrina. Et dignum vinum magnificentia regia, quod erat in conuiuio Assueri.*Ester*,1.*b.*

Diuina bonitas.

Dignum dicit Deus aperire oculos suos super hominem. *Iob* 14. *a.* vbi non est alia dignitas,nisi diuina bonitas.

a *Ambr. de Salomon.*2.
b *Hil.s.Matt. Can.*19.
c *Lyr.s.Gene.* 35.
d *Gre.*1. *Reg.* 1.
e *Glos. ord. s. Iosu.*8.
f *Gloss. ord. s.* 1.*Reg.*25.
g *Tert. aduc. Marc.*4. *Cle. Alex.* 6. *strom. Augu. epis.* 119. *&* q.25. *in Exo. &* 2. *de consen. Euangel.* 38.
h *Isyc.s.Leui.* 4.16.
i *Hier.s.mar.* 7. *Euch. for. spiritu.* 1.*Cyril.*13. *Thess.* 2.*Gre.s.Ezec. hom.*10.
k *Lyr.s.Dan.* 5.
l *Aug. de eff. diu.& s. Psa.* 8.*Rup.psa.* 8. *Euch. for.spiritu.*1.
m *Aug.s.psa.* 143.
n *Hil.su.psal.* 143.
o *Bed. s.Pro.* 7.*Gre.s.Can.* 5.
p *Gloss.int. s. Exod.* 25.
q *Glos. ord. s. Dani.*2.
r *Gre.*15.*mo.* 17.18.
s *Rup.s.Cãt.* 5.*Bed.s.Prou.* 31.
t *Lyr. s. Pro.* 6.
u *Glos.ord. s. Isa.*58.
x *Lyra. sup. Apoc.*
y *Gloss.int. s. Sap.*3.
z *Gloss.ord. s. Iob.*37.
aa *Hi.s. Mat. Cant.*10.
bb *Glo. ord.s. Eccl.*14.
cc *Gl.int.Ex.* 30.
dd *Gloss.int.s. Isai.*32.
ee *Gre.s.Cãt.* 7.

Digitized by Google

Non erat dignus vocari filius Dei prodigus, hoc est, *a* gentilis populus: qui seruus esse maluerat idolorum *Luc.* 15. *c.*

Gentilis populus.

Non dignabatur Iob ponere derisores suos cum canibus gregis sui. *Iob.* 30. *a.* designans *b* Ecclesiam, quæ inuentores errorum diiudicando respuit, eosque inter veros patres numerare contemnit.

Contemnens Ecclesia autores errorum.

Diiudicare, vide Discernere.

Dilabi.

Dilabi, est diffugere, & quasi clam discedere.

Dilabimur quasi aqua, quia paulatim, & sine sensu tendimus in mortem. 2. *Reg.* 14. *d.*

Dilabens populus à Saule. 1. *Reg.* 13. *b.* designat deficientes ab obedientia prælati, & recedentes à virtute.

Deficere ab obedientia.

Dilacerare, Dilaniare, vide Lacerare.

Dilatare, quare Latitudo.

Diligere, vide Amare.

Diligentia, quare Solicitudo.

Diluceſcere, vide Lucere.

Diluculum, quare Manè.

Diluuium, Alluuio.

DILVVIVM, est inundatio terræ ab immodicis imbribus: qualis fuit tempore Noe, quæ per antonomasiam dicitur diluuium. Alluuio quoque est immoderata aquarum violentia, vel pluuialium vel fluuialium, quæ non tantum agros confundit, sed quandoque erepit aut etiam funditus destruit.

Diluuium per aquam factum, est contra ardorem libidinis: designare autem potest tumultus, & tribulationes seculi: contra quæ est opus arca, ne mergamur. *Gen.* 6. *c.* 7. *b.* 9. *b.* Alluuio quoque designat *c* graues tentationes: vt quum terra dicitur alluuione perire. *Iob* 14. *b.* Vel significat leuem suggestionem, qua subacta, mentis duritia mollitur. Diluuium autem præteriens, dici potest *d* punitio non perpetua. *Nahum.* 1. *b.* *Psal.* 28. 31.

c *Gregor.* 12. *mor.* 12.
d *Hier. ſ. Na.* 1.

Tribulationes seculi.
Tentationes graues.
Leuis suggestio.
Punitio.

Diluuium præterea, significare potest *e* finem mundi. *Isai.* 54. *c.* *Nahum.* 1. *b.* *Matth.* 24. *d.* *Leu.* 17. *f.* 2. *Petr.* 2. *b.* quia fuit finis generis humani præter eos, qui in arca seruati sunt.

e *Ori. ſ. Gen. hom.* 2.

Finis mundi.

Diluuium præterea typus est *f* baptismi, quo perit peccatum, & seruatur iustitia, vt mali perierunt in diluuio, & Noe iustus seruatus est. *Psal.* 27. 31. omnis autem caro, quam terra sustentabat, præter eos, qui in arca erant, consumpta est: quia præter Ecclesiæ societatem, aqua baptismi, quamuis eadem sit, non solùm non valet ad salutem, sed valet potius ad perniciem. 1. *Petri.* 3. *d.*

f *Baſil. ſ. pſal.* 28. *hom.* 1. *Arn. ſ. pſ.* 31. *Ambr.* 2. *de ſacra.* 1. *Tert. de baptiſmo.* *Aug.* 12. *con. Fauſt.* 17, *Cyr.* 6. *ſ. Ioan.* 15. *Amb. de Noe* 9.

Baptiſmus.

Diluuium suffocans & submergens, *g* est corruptio intemperantiæ, aut etiam omnium vitiorum inundatio in anima, concurrentibus sensibus & intellectu, vt aquis inferioribus & superioribus. *Eccl'ici.* 44. *c.* *Isa.* 54. *Nahum.* 1. *b.*

g *Phil. de profugis.*

Corruptio vitiorum.

Diluuium aquarum multarum. *Psal.* 31. designare potest *h* varietatem doctrinarum, aut potius errorum hæreticorum: per quod diluuium, non possunt appropinquare Deo.

h *Hie. An. & Greg. ſ. pſ.* 31.

Varietas errorum.

Dimetiri, vide Metiri.

Dimicare, quare Bellum.

Dimidium, Dimidiare, Medietas.

Dimidium rei solet esse pars altera rei dimidiatæ, seu in duas partes æquales diuisæ. Dimidiare autem, est rem in duas partes æquales diuidere.

Medietas similæ, quæ offertur manè, *i* est litera legis. Medietas verò, quæ offertur vesperè, est sensus spiritualis qui post aduentum Christi offertur in noua lege. *Leu.* 6. *d.*

i *Orig. ſ. Leu. hom.* 4.

Litera legis.
Sensus ſpiritualis.

Medium montis Oliueti separatum ad meridiem, designare potest *k* fideles Ecclesiæ: medium autem ad Aquilonem, significat infideles, *Zach.* 14. *a.* Sic media pars ad Orientem, designat fideles Ecclesiæ: media verò ad Occidentem, Iudæos infideles.

k *Hier. ſ. Zac.* 14.

Fideles.
Infideles.

Dimidius cubitus longitudinis, & latitudinis, & altitudinis arcæ, designare potest *l* huius vitæ imperfectionem, aut initium contemplationis. *Exod.* 25. *a.* 37. *a.* Et quod ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus.

l *Bed. ſ. Exod.* 25.

Imperfectio huius vitæ.
Initium contemplationis.

Dimidium sicli, aut didrachmi, designare potest *m* fidem & præcepta. *Exod.* 30. *b.* Dimidium autem solidi vix offert, qui non se, & sua offert Deo, sed reseruat mundo. *Eccl.* 29. *b.*

m *Gloſſ. ord. ſ. Exod.* 30. *Amb. epiſt.* 1.

Fides.
Præcepta.

Dimidiare dies, est *n* tempus vitæ malè in voluptatibus ductum ad pœnitentiæ lamenta diuidere: atque hoc ad bonum vsum patiendo reparare. Sic non dimidiant dies suos, qui non respiscunt. *Psal.* 54. Item, qui ante tempus constitutum moriuntur, vt non diuidant dies suos, dimidium autem dierum, est *o* tempus vitæ imperfectum. *Iob.* 21. *c.* *Psal.* 101. *Isa.* 38. *c.* Et dimidium dierum perdicis. *Ierem.* 17. *b.* est tempus imperfectum vitæ diuitum: quibus dicitur. *Luc.* 12. *a.* Stulte, hac nocte repetunt à te animam tuam.

n *Hi. ſ. p. ſ.* 54.
o *Gr. ſ. pſ.* 101.

Reſipiſcentia.
Mala acta vita.
Bene operantes virtutis amore.

Dimidia pars substantiæ Raguelis, quam dedit Tobiæ. *Tob.* 8. *d.* 10. *c.* designat illud, quod fecit Zachæus, qui dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, hoc est, Christo. *Luc.* 19. *b.*

Media pars populi in monte Garizim, vbi dabantur benedictiones *Ioſ.* 8. *g.* designat *p* benè operantes virtutis amore. Medietas verò in monte Hebal, vbi dabantur maledictiones, significat bene operantes formidine pœnæ: qui etiam videntur esse media pars ciuitatis Hierusalem ducta in captiuitatem. *Zach.* 14. *a.*

p *Ori. ſ. Ioſu. hom.* 9.

Bene operantes formidine pœna.

Media pars iugeri, est *q* tempus vitæ presentis: vt alia medietas sit futura vita. 1. *Reg.* 14. *b.*

q *Greg. ſ.* 1. *Reg.* 14.

Tempus vitæ præſentis.

Media pars operum, & sapientiæ Salomonis, non fuit nunciata Reginæ Saba. 3. *Reg.* 10. *a.* 2. *Par.* 9. *b.* vt designetur *r* semper aliqua restare prædicanda de Christo.

r *Gloſ. ord. ſ.* 3. *Reg.* 10.

Reſtant prædicanda de Chriſto.

Dimidia pars sanguinis victimarũ, quas obtulerunt iuuenes filiorum Israël. *Exod.* 24. *b.* designare potest *ſ* sanguinem Martyrum in honorem Christi fusum.

ſ *Lyr. ſ. Exod.* 24.

Sanguis martyrum.

Media pars iuuenum faciens opus murorum Hierusalem: & media pars parata ad prælium, *Nee.* 4. *c.* designare possunt *t* diuersos status in Ecclesia.

t *Lyr. ſupra. Neem.* 4.

Diuerſi gradus in Eccleſia.

Dimidia pars barbæ rasa nunciis Dauid. 2. *Reg.* 10. *c.* *u* pristina conuersatio, vel sermo prædicatorum.

u *Gloſ. ordi. ſ.* 2. *Reg.* 10.

Converſatio, vel ſermo prædicatorum.

Dimidium hebdomadis. *Dan.* 9. *g.* indicat *x* tempus, in quo passus est Christus.

x *Gloſ. ord. ſ. Dan.* 9.

Tempus paſſionis Chriſti.

Dimidius corus hordei, *Hoſ.* 3. *a.* continet *y* quindecim modios, ad quem numerum refertur allegoria.

y *Gloſ. ord. ſ. Hoſ.* 3.

Dimidia hora silentij in cœlo. *Apoc.* 8. *a.* tempus *z* persecutionis Iuliani apostatæ, quando Ecclesiæ claudebantur.

z *Lyr. ſ. Ap.* 8.

Perſecutio Iuliani.

Dimidium temporis. *Apo.* 12. *d.* solet intelligi *aa* pro dimidio anni.

aa *Gloſ. ord. ſ. Apoc.* 12.

Dimidium anni.

Medietas ligni vitis redacta in fauillam. *Ezech.* 15. *a* designat *bb* peccatorem præcisum à Christo, & gehennæ traditum.

bb *Gloſ. ord. ſ. Ezech.* 15.

Peccator.

Diminuere, vide Minuere.

Dimittere.

DIMITTERE, interdum est abiicere. *Geneſ.* 31. *f.* Forsitan modò me nudum dimisisses. Annuere. *Matt.* 15. *c.* Dimitte eam, quia clamat post nos. Condonare, seu remittere. *Exod.* 10. *d.* Sed nunc dimitte peccatum mihi. Emittere. *Gen.* 8. *a.* Dimisit coruum. Liberare. *Exod.* 23. *a.* Anno septimo dimittes eum. Permittere. *Gen.* 24. *f.* Dimitte me, vt pergam. Relinquere. *Gen.* 42. *f.* Fratrem vestrum vnum dimittere. Repudiare *Mach.* 5. *e.* Quicunque dimiserit vxorem suam.

Dimittere dicitur Deus aliquando, quum cessat præstare auxilium. Sicut ediuersò, non dimittit eos, quibus auxilium præstat. *Gen.* 28. *c.* *Deut.* 4. *e.* 21. *c.* *Ioſ.* 1. *b.* 1. *Par.* 28. *d.* *Prou.* 29. *c.* *Zac.* 8. *d.* Dimittit autem Deus malos secundùm desideria cordis eorum, quum *cc* tradit illos in reprobum sensum. *Pſal.* 80. Et admittit diuites inanes, & frustratos videlicet fœlicitate temporali & æterna. *Luc.* 1. *e.*

Ceſſans præſtare auxiliũ.

Dimisisse dicitur Christus vxorem fornicariam, *dd* quum deserit synagogam, quæ tamen prior eiecit virum, quando dixit: Non habemus Regem nisi Cæsarem. Et, Tolle, tolle, crucifige eum: de his. *Deut.* 22. *b.* *Iſ.* 50. *a.* *Ier.* 3. *a.* *Zac.* 8. *c.* *Mal.* 3. *d.* *Math.* 5. *f.* 19. *a.* *Mar.* 10. *a.* *Luc.* 16. *b.* Dimissa etiam domus est Iudæa. *Iſa.* 32.

cc *Aug. ſ. pſa.* 80.
dd *Ori. ſ. Mat. hom* 12. *Hier. ſ. Iſa.* 50

Repudium Chriſtus ſynagogam.

Digitized by Google

Remittens culpas. Liberari à seruitute diaboli. Mittens pater cœlestis Filium suum. Illuminatio intellectus. Eiectio diaboli. Incarnatio. Suscitans puer Filium. Dans libertatem contemplandi. Factus Christus inter mortuos liber. Auferre mysteria ab inutilibus. Libertas operandi. Absolui à regimine. Non attingi diuinitatem Christi à persecutoribus. Liber transitus ad cõtemplationem. Amissio amici. Deserẽs Christus tumultus Exercere obedientiam. Volens Deus exorari. Remuneratio Iudæorum conuersorum. Prædicans didicit. Mitti à Christo ad prædicandum. Expectans ad pœnitentiam. Audiri orationem. Deserere virtutem. Infundens Deus saporem gratiæ. Gratis redimens Christus. Separari ab hæreticis. Dilatatio Ecclesiæ. Non impedire conuersionem gentium. Concordia Philosophorũ cum Ecclesia. Translatio mysteriorum ad gentes. Missi Apostoli ad prædicandum. Effrenari linguam. Detestatio Iudæorum. Deserere verbum Dei. Recedere à cultu Dei. Tollere paruos etiam cogitatus.

Dimittit Deus debita, hoc est, *a* culpam, & pœnam peccatorum. *Exod.* 32. *g. Leu.* 4. *f.* 5. *e.* 6. *a. Num.* 14. *d.* 25. *c.* 2. *Par.* 6. *g. Isa.* 22. *c.* 27. 40. *a. Matth.* 6. *b.* 18. *c. Marc.* 2. *a.* 11. *c. Luc.* 5. *e.* 6. *f.* 7. *g.* 17. *a.* 23. *e.* Et dimittere paratus erat pœnam euersionis ciuitatis Sodomorum propter decem iustos. *Gen.* 18. *d.* Dicitur *Isa.* 40. *a.* Dimissa est iniquitas Hierusalem: & *b* iuxta Septuaginta, Soluta: vbi sciendum non esse idem solui peccata, atque dimitti. Cui enim dimittuntur, solutione non indiget, audiens in Euangelio *Matt.* 9. *a.* Confide filia, dimittuntur tibi peccata tua. Cum autem sõluuntur, propterea soluuntur, quia pagata sunt, & soluta per pœnas. Dimissa mulier curua ab infirmitate, est liberata anima à seruitute diaboli, & carnis. *Luc.* 13. *c.*

Dimisit Isaac Iacob, vt iret in Mesopotamiam, ducturus vxorem. *Gen.* 28. *a.* designat Patrem celestem, qui misit Filium suum in mũdum. Dicitur etiam Deus dimisisse lapidem angularem. *Iob.* 28. *a.* cùm *c* dedit Filium suum hominibus: qui est lapis, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est caput anguli. Vel dimittit lapidem angularem, quum *d* relinquit intellectum liberum ab ignorantiæ tenebris: vt in præceptis Dei sufficiat, & exequendo exteriora agere, & contemplando interna sentire, vel deorsum misit lapidem angularem, id est principem huius mundi eiecit è cælo.

Dimisit Christus quodammodo Patrem. *Genes.* 2. *d.* non omnino veluti ad separationem; sed ad susceptionem humanæ carnis: *e* quia cùm in forma Dei esset, seipsum exinaniuit formam serui accipiens. Dimisit & matrem, gentem Iudæorum, synagogam illam hærentem veteribus sacramentis. Dicitur etiam Christus dimisisse hæreditatem suam, *f* cùm descendens de cœlis, factus est homo. *Iere.* 12. *b.* Sic dimisit Dauid pauculas oues, vt iret ad prælium, hoc est, Christus angelos. 1. *Reg.* 17. *d.* qui etiam dimisit nonaginta nouem oues in deserto. *Luc.* 15. *a.*

Dimisit rex Ægypti Ioseph, liberans eum à carcere. *Psal.* 104. designans Deum patrem, qui suscitauit Filium à morte.

Dimisit Deus onagrum liberum. *Iob.* 39. *a.* quum *g* eum, qui calcatis terrenis desideriis, ab appetitione temporalium se exonerauit, securitati mentis, contemplationi cœlestium, ac desiderio vacare permittit. Dimisit etiam onagrum liberum, quia Christum fecit inter mortuos liberum.

Dimittere arcam Dei in locum suum. 1. *Regum.* 5. *d.* est *h* auferre mysteria ab his, qui non adferunt fructum. Et dare fructificantibus in vitam æternam. *Matth.* 7. *a.* Nolite sanctum dare canibus. *Et cap.* 10. *c.* Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Dimittitur etiam arca, vt vadat, quando eruditæ mentes subditorum à suis rectoribus liberè permittuntur viuere, & ad æternam patriam properent, non iam maioris imperio, sed propriæ arbitrio voluntatis. 1. *Reg.* 6. *b. Isa.* 58. *c. Ezech.* 13. *d.* Dimittere autem ancillam liberam, est dare potestatem operandi, vel est absolui ab onere regiminis. *Exod.* 21. *a. c.*

Dimittere pafferem viuum. *Leu.* 14. est *i* non attingi diuinitatem, vel animam Christi à persecutoribus. Idem est dimittere caprum in desertum. *Leu.* 16. 1. Designat etiam liberum transitum mentis ad contemplationem diuinitatis.

Dimittere auem de manu sua, *Eccl.* 27. *c.* ponitur in similitudinem eius, qui perdit amicum, quem non amplus recuperabit.

Dimittit Iesus turbas, cùm deserit *k* exteriores tumultus: & etiam quum finit eas ab aliis doceri: & quum eas admittit in cœlum. Non vult autem dimittere ieiunos, *l* hoc est, sine spirituali doctrina: *Matth.* 14. *c.* 15. *d. Marc.* 8. *b.* Ac prius quidem antequam saturaret, rogatus à discipulis, vt dimitteret turbas, non dimisit, donec aluissent eas panibus benedictionis: post satutitatem verò dimittit, discipulis prius compulsis ingredi nauem. Et relinquit eos, in loco quopiam humiliore. Nam deserium inferius est, ipse autem ascendit in montem, vt oraret.

Dimittuntur singuli de populo à Samuele in domum suam. 1. *Reg.* 10. *d.* quum *m* subditi se colligunt, vt faciant imperata: vel se præparant ad obediendum.

Dimitti postulans Deus, aut angelus, à Iacob, *Gen.* 32. *f.* designat Deum volentem orari, & exorari. Postulat *n* etiam Deus dimitti à Mose, vt irascatur furor eius in populum peccantem, quasi orationibus Sanctorum detineatur à vindicta peccatorum. *Exod.* 32. *c. Deut.* 9. *c.* Sic non dimittens Sunamitis Eliseum. 4. *Reg.* 4. *c.* indicat instantiam orationis ad Deum.

Dimittens Iosue tribus Ruben, Gad, & Manassæ cum multa substantia. *Ios.* 22. *b.* 1. designat remunerationem faciendam *o* populo Israel, quum reuertentur ad fidem post ingressum Gentium.

Dimittitur Saul à Samuele manè 1. *Regum.* 9. *d.* quum *p* verbum scientiæ, quod discipulus à prædicatore didicit, prædicare aliis intendit.

Dimittit asinam & pullum confestim Dominus eorum ad præceptum Christi *Matth.* 21. *a.* quia *q* voluntati Dei nemo potest resistere. Vel dimittet eos ipse Christus, designans conuersos ex gentibus & Iudæis à se instructos, mittendos ad prædicandum.

Dimittit Dominus ficum ad tempus, quum *r* expectat malos, & peculiariter Iudæos, ad pœnitentiam. *Luc.* 13. *b. Exod.* 10. *e.*

Dimitti Chananæam à Christo, est *s* illius operationem audiri. *Mat.* 15. *c.*

Dimittit locum suum. *Eccle.* 10. *a.* qui *t* deserit patientiam, sapientiã, rationem, & cætera huiusmodi. Et demum, qui deserit virtutis statum.

Dimittit Deus glutire saliuam, quando *u* saporem suæ claritatis vsque ad abundantiam sacietatis infundit.

Dimittit Christus captiuitatem Dei, non in pretio, neque in muneribus. *Is.* 45. *c.* quia *x* proprio sanguine populum Dei liberauit à seruitute peccati, & à limbo. Sic dimisit Simeonem in pace. *Luc.* 2. *e.*

Dimittere Ephraim, y est separari ab hereticis. *Hos.* 4. *d.* Dimittere autem liberos eos, qui confracti sunt. *Isa.* 58. *b.* est deceptos ab hæreticis ab eorum erroribus liberare.

Dimittens Noe columbam ab arca. *Gen.* 8. *b. e.* dilationem Ecclesiæ in mundo significauit.

Dimittunt parentes & fratres Rebeccæ ipsam, vt iret ad Isaac. *Gen.* 24. *g.* quum non impediunt conuersionem venientium ex gentilitate ad fidem Christi. Sic iubetur Giezi dimittere Sunamitidem ad pedes Elisæi. 4. *Reg.* 4. *d.*

Dimittens Isaac pacificè Abimelech, & socios eius, qui etiam dicunt se dimisisse in pace ipsum Isaac. *Gen.* 26. *g.* designant *z* concordiam Philosophorum cum Ecclesia, in his quæ rectè dixerunt.

Non dimittentes filij Israël quicquam de supellectili, quod non ferrent in Ægyptum. *Gen.* 45. *e.* designant *aa* omnia veteris testamenti mysteria, translata esse ad gentes.

Dimissi fratres *bb* Ioseph ab ipso, cum asinis & frumento, &c. *Gen.* 44. *a.* 45. *f. c.* Apostolos ad prædicandũ missos designant.

Dimittere aquam, est, *cc* quum linguæ fluxus effrenatur: vnde sequuntur iurgia. *Prou.* 17. *c.*

Dimiserunt Iudæi nomen suum in iuramentum electis Dei *Isa.* 65. *c.* vt videlicet *dd* pro malorum exemplo eos habeant: & detestentur talia sustinere, qualia ipsi passi sunt, & iurent sic: Non hæc patiar, quæ passus est populus Iudæorum: vel dimittitur nomen eorum in societatem: vt eorum sit odiosa recordatio, & memoria quasi vsque ad nauseam, vel relinquetur nomen suum electis, vt dicantur filij Abrahæ, &c.

Dimittere sponsum, *ee* est deserere verbum Dei. *Cant.* 3. *b.* Et dimittere Deum, est ab eius cultu & honore recedere. *Iud.* 2. *b.* 10. *b.*

Dimittentes filiæ Iethro Mosen. *Exod.* 2. *b.* sunt nondum suscipientes legem. Dimisit quoque eum vxor sua: vel ipse dimisit filium cum vxore, *ff* ne illi essent impedimento ad legationem.

Nõ dimittere ex aduersariis vllas reliquias, est, etiam paruulos motus aut cogitatus malos, ad petram allidere. *Ios.* 10. *e.* 11. *d. Psal.* 136.

Dimitti petens ad vnam partem sacerdotalem. 1. *Reg.* 2. *g.* designat *gg* Iudæos petentes ad fidem admitti post plenitudinem gentium, vel ad pœnitentiam, per quam acquirant beatitudinem.

Dimiserunt Iudæi reliquias suas paruulis suis, *hh* quum clamauerunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Item heretici relinquentes discipulos ad paruulos decipiendos, eandem iniquitatem reliquerunt posteris. *Psal.* 16.

Dimittit

a *Aug.* 2. *ser. domini in monte.*
b *Hier. f. Isa.* 40.
c *Gr.* 28. *mor.* 14.
d *Rup.* 1. *de Vict. verbi Dei.* 19.
e *Aug. f. psal.* 44. *& serm.* 197.
f *Orig. f. Iere. hom.* 8. *Greg. hom.* 34.
g *Gre.* 30. *moral.* 23. 30.
h *Gr. f.* 1. *Reg.* 5. 6.
i *Isy. sup. Leu.* 14. *Cyr. epist.* 39.
k *Ori. f. Mat. cap.* 14. 15.
l *Hil. f. Mat. Can.* 14. 15. *Amb.* 16. *Luc. Hier. f. Mast.* 15.
m *Gre. f.* 1. *Re.* 16.
n *Glo. inter. f. Exod.* 32.
o *Ori. f. Ios. h.* 26.
p *Gre. f.* 1. *Re.* 10.
q *Ori. f. Mat. hom.* 4.
r *Am. f. Luc.* 13.
s *Glos. int. su. Matth.* 15.
t *Amb.* 1. *offi.* 12. *Hie. f. Eccl.* 10.
u *Gre.* 8. *mor.* 21.
x *Hi. f. Is.* 45.
y *Hie. f. Hos. & f. Isa.* 58.
z *Gloss. ordi. f. Gen.* 26.
aa *Glos. inp. f. Gen.* 45.
bb *Glos. int. f. Gen.* 45.
cc *Gr.* 5. *mor.* 12. *Bed. f. Pro.* 17.
dd *Hier. f. Isa.* 65.
ee *Ambr. de Vir.* 3.
ff *Glo. inter. f. Exod.* 4.
gg *Gre. f.* 1. *Reg.* 2. *Aug.* 17. *ci. Dei.* 5.
hh *Arn. & Hi. Psal.* 16. *Au. epist.* 59.

Dimittit

Dimittit oues mercenarius,*a* quum tempore neceſſitatis,non adhibet curam neceſſariam.*Ioan.*10.*b*.

Non poteſt maritus dimittere vxorem,quam falsò accuſauit.*Deut.*22.*c*.deſignat *b* non poſſe prælatum dimittere Eccleſiam ſibi commiſſam,ambitione maioris principatus.

Dimittere terram,vt requieſcat anno ſeptimo,& dimittere fructus eius pauperibus & peregrinis.*Exod.* 23.*b*. *Leu.*19.*b*.23.*d*.deſignat *c* Sanctos in cœleſti gloria orantes pro exiſtentibus in terra.

Dimittere iumentum vt depaſcatur aliena.*Exod.*22.*a*.non *d* frænare appetitum ad rapienda aliena.

Dimittere velũ ante arcam fœderis.*Exo.*40.*a*.eſt *e* habere cognitionem in hac vita per ſpeculum in enigmate.

Dimittens columna ignis priora filiorum Iſraël.*Exod.*41.*e*.deſignant *f* ſcientiam , aut doctores opponentes ſe erroribus,& quaſi tergo defendentes fideles.

Dimittere nolens Pharao populum Iſraël ad immolandum in deſerto, deſignat *g* diabolum impedientem conuerſionem peccatorum.*Exo.*3.*f*.4.*e*.5.*a*.14.*b*.Et non vult dimittere vxores & paruulos,hoc eſt,occaſiones redeundi ad peccata:vel ad ſeculum:vt ſic recuperet,quos per pœnitentiam amiſit.*Exod.*10.*c*.*f*.

Demittentes manna vſque manè.*Exod.*16.*e*.deſignant auaros,& ob præſens ſeculum operantes.

Demittere ſeruos aut iumenta in agris.*Exod.*9.*e*.eſt *h* finere peccatores perſeuerare in voluptatibus.

Dimiſit Deus reliquias hæreditatis ſuæ.*4.Reg.*21.*c*.quia reliquiæ Iudæorum ſaluæ fient.

Dimittitur ciuitas Hieruſalem,quaſi deſerta,quum *i* deſtructa eſt à Romanis. *Iſa.*27.*c*.

Dimittere fieri templum Domini.1.*Eſdr.*6.*b*. eſt *k* permittere prædicationem ad conuerſionem infidelium , & ædificationem Eccleſiæ.

Dimittunt hæretici homines nudos.*Iob.*24.*a*.quum *l* in eorum mentibus veſtes bonorum operum diſſipant:vt ſolum culpæ frigus interimas,quos calor boni operis prius tegebat. Sic dimittunt amatores fornicariam Hieruſalem nudam.*Ezech.*44.*d*.*Hoſ.*4.*d*. quum dæmones aut hæretici contemnunt animam , quam virtutibus & donis gratiæ expoliarunt.

Dimittens Ionathas Dauid inimicum Saulis.1.*Reg.*20.*c*.eſt *m* liberans bonos ab inſectatione malorum.

Dimittens Dauid Semei,vt ſibi malediceret.2.*Reg.*16.*b*.voluit *n* per patientiam placare Deum.

Dimittens Achab,rex Iſraël,regem Syriæ dignum morte. 3.*Reg.*20.deſignat *o* eos , qui deuicto diabolo,ſecuritatem ſibi promittentes pereunt.

Dimittentes ſerui Holophernis Achior vinctum.*Iud.*6.*b*.ſunt *p* perſecutores cõfeſſorum veritatis, qui eos opprimere conantur.

Dimittes Nabuzardan pauperes in Hieruſalem.*Ier.*33.*c*.eſt diabolus procurans, ne ſint in Eccleſia, qui poſſint ei reſiſtere.

Dimitere pallium auferenti tunicam.*Matth.*5.*f*.eſt *q* tradere corpus ad martyrium,ne pereat anima.

Dimittere mortuos ſepelire mortuos ſuos.*Matth.*8.*f*.eſt *r* dimittere omnes carnales affectus.

Dimiſit Pilatus Iudæis Barrabbam.*Matt.*27.*c*.*Mar.*15.*b*. *Ioan.* 18.*g*.quia ille moribus Iudæorum par erat.Sic faciebant iudices Iſraël in Babylone,noxios dimittentes.*Dan.*13.*f*.

Dimittentes agricolæ ſeruum patris familias vacuum,fuerunt *s* ſacerdotes & ſcribæ tranſgredientes legem, & ſermonem propheticum *Marc.*12.*a*.*Luc.*20.*b*.

Dimittere vólens Pilatus Chriſtum emendatum. *Luc.* 23.*b*. *Ioan.* 19.*b*.eſt malus iudex affligens iuſtum ſine culpa.

Non dimittens Reſpha aues nec beſtias , lacerare filios ſuos ſuſpenſos.*2.Reg.*21.*b*.deſignat , *t* eos , qui carnem ſuam crucifixerunt , cauendum eſſe , ne ab auibus inanis gloriæ lacerentur , neque à beſtiis , de minima affliction tentantibus.

Dina.

Dina , id eſt , iudicium iſtud : filia Iacob & Liæ,quam oppreſſit Sichen : cuius gratia direpta eſt ciuitas Sichimorum.*Gen.*30.*c*.34.

Dina,deſignare poteſt *u* animam infirmam, & per exteriora vagantem,vt illa vagata eſt:vnde fit vt corrumpatur à diabolo:deſignat etiam Eccleſiam,quæ ante aduentum Chriſti vagabatur per mundana , quam in membris ſuis corrupit diabolus,ſed Chriſtus aduenies eam vindicauit.

Dina ſignificat etiam verecundiam:naſcitur poſt Zabulon,*x* quia ſæpè nimium zelum, interueniente culpa,ſequitur verecundia.Eſt fœmina pulchra,vt temperet impetum zeli.

Vt autem Dina interpretatur iudicium,nititur Sichen,hoc eſt ,*y* temerarius,corrumpere Dinam,hoc eſt,ipſum iudicium.

Dinumerare,vide Numerus.

Diplois.

Diplois,eſt genus veſtis duplicis,& vtilis,*Pſal.*108. deſignare poteſt *z* multiplicem confuſionem contemnentium quatuor Euangelia.

Dipondium,ſiue Dupondium,vide Aſſis.

Dipſas.

Dipſas,eſt ſerpentis genus,viperæ ſimile.*Deut.*8.*c*.poteſt ſumi pro diabolo,aut hæreticis.

Dirigere.

Dirigere,eſt obliquum emendare, & rectum facere.

Dirigitur voluntas Dei in manu Chriſti.*Iſ.*53.*e*.quia *aa* omnia operatus eſt ſecundùm voluntatem Dei patris. Et dicitur Chriſtus ambulaſſe in directione ſua:quia recto itinere aſcendit ad patrem.*Iſa.*57.*a*.

Dirigit Dominus *bb* viam proſperando,& ad rectum finem ducendo. Et dirigit opera,& filios, & prædicationem,& greſſus hominis.Et directa via,eſt via virtutum.*Ge.*24.*e*.39.*d*.*Ioſ.*1.*b*.2.*Pa.*27.*c*.*Tob.*4.*b*.*Iud.*13.*c*.*Pſ.*5.7.24. 25.26. 20.34.36.44.66.89.98.101.118.*Prou.*3.*a*.4.*d*.11.*a*.16.*b*.18.*d*.20.*d*.23.*c*.*Sap.*9.*b*.10.*a*.*Eccl.*4.*c*.36.*c*.37.*c*.39. *c*.40.*a*.*Iſa.*40.*a*.45.*b*.48.*d*.53.*c*.*Ier.*10.*d*.18.*b*.20.*b*.31.*d*.*Hoſ.*14.*b*.*Luc.*1.*g*.3.*b*.2.*Theſ.*3.*a*.

Directa via eſt Chriſtus *cc* per quem debet ambulare, qui non vult errare.*Iſa.*35.*c*.Et dirigunt viam Domini, qui ambulant per viam Chriſti.*Ioan.*1.*c*.*Luc.*3.*b*.Directa etiam via eſt , quum quis regreditur pœnitendo à peccatis,in quæ ceciderat.*Ier.*31.*d*.quod non poteſt fieri,niſi per viam Chriſti,quæ via etiam eſt fides Chriſti,& obſeruatio mandatorum.

Directus dicitur eſſe ſpiritus Domini in Dauid à die vnctionis.1.*Re.*16.*c*.quod fit in nobis,quando *dd* ſic foris Chriſti ſacramenta percipimus , vt intus ſancti ſpiritus gratia repleamur. Et dirigitur in reliquum, quando à gratia quam percipimus , nunquam recedimus. Dirigitur autem in ſingulis in baptiſmo,tanquam in die vnctionis. Et in tota Eccleſia vſque ad finẽ ſeculi:idque abiecta Synagoga,ſicut Saule:vt in Dauid ſignetur Eccleſia,quæ eſt corpus Chriſti.

Dirigitur oratio ſicut thimiama, aut incenſum in conſpectu Domini.*Pſal.*140.quando *ee* oratio Chriſti, aut cuiuſcunque membrorum eius, grata & accepta eſt Deo.

Dirigere aciem,eſt paratum eſſe aduerſus omnes tentationes.2.*Reg.*10.*b*.3.*Reg.*20.*e*.1.*Par.*19.*c*.Et dirigit exercitus aciem ad aquilonem,contra Hai.*Ioſ.*8.*c*.hoc eſt,contra dæmones,qui ſunt in lateribus aquilonis. Et dirigentes pugnatores Dauid ſagittas. 1.*Par.*12.*a*. ſunt prædicatores afferentes auctoritates ſacræ ſcripturæ , & exempla contra omnia tentamenta. Aduerſarij quoque & dæmones dicuntur dirigere aciem & ſagittas contra fideles. 2. *Reg.*11.*d*.3.*Reg.*22.*e*.

Directus Iacob cum Angelo.*Hoſ.*12.*b*. eſt *ff* accipiens à Chriſto benedictionem ad bene operandum,& ad vincendas contrarias poteſtates.

Dirigere oculos ad Deum,eſt *gg* cor ad ipſum dirigere:dirigere autem cor ad Deum,eſt ipſum ad ſuperna ſubleuare , & rectum facere , conformando ipſum Deo recto:vnde tantò rectius eſt cor quantò magis voluntati Dei conformatur.2.*Par.*20.*c*.*g*.*Iob.*34.*b*.*Pſal.*58.77. 118.*Eccl* 51.*c*.*Sap.*9.*a*.

Neglectus mercenarij.
Non dimittenda Eccleſia per ambitionem.
Orationes beatorum pro viatoribus.
Non frangere appetitum.
Cognitio obſcura.
Defenſio fidelium.
Impediens diabolus conuerſionem.
Auari.
Perſeuerare in peccatis.
Salus reliquiarum Iſraël.
Deſtructio Hieruſalem.
Libertas prædicandi conceſſa.
Diſſipantes bona opera.
Liberatio bonorum.
Patientia.
Falſa ſecuritas.
Oppreſſores veritatis.
Pati martyrium.
Abijcere carnales affectus
Peruerſum iudicium.
Trãſgredientes ſacerdotes legem.
Cauens extrema vitia.
Anima.
Eccleſia.
Verecundia.
Iudicium.
Confuſio contemnentium Euangelia.
Diabolus.
Rectitudo Chriſti.
Via virtutum
Chriſtus.
Pœnitentia.
Fides Chriſti.
Obſeruatio mandatorum.
Directio gratia.
Oratio grata Deo.
Parari ad tentationes.
Tentantes.
Benedictus à Chriſto.
Cor ad ſuperna eleuare.

a *Euc.q.in pſ. Glo,ord.ſ. Ioan.*10.
b *Gloſ. int. ſ. Deut.*22.
c *Lyr.ſ.Exod.* 23.
d *Gloſ.int. ſ. Exod.*22.
e *Gloſ. int. ſ. Exod.*40.
f *Ori. ſ. Exo. hom.*3.
g *Ori.ſ. Exo. hom.*7.
h *Lyr.ſ. Exo.* 9.
i *Gloſ. int. ſ. Iſ.*27.
k *Gloſſ.ordi.ſ.* 1.*Eſd.*6.
l *Gr.*16. *mor.* 22.
*Hie.ſ.Iob.*24.
m *Ly.ſ.*1.*Re.* 20.
n *Ly.ſ.*2.*Reg.* 16.
o *Lyr.ſ.*3.*Re.* 20.
p *Gloſ. ord. ſ. Iudith.*6.
q *Gloſ. ord. ſ. Matth.*5.
r *Lyr.ſ. Mat.* 8.
ſ *Glo. ord. ſ. Mar.*12.
t *Lyr.ſ.*2. *Re.* 20.
Greg. 2. *regis epiſ.*62. & 3. *paſt.adm.*30.
u *Be.ſ.Ge.*34.
x *Ricar.de S. Vict.de* 12.*patriar.*45. 49.
y *Phi. de Mi. Abr.*
z *Arn. ſu. pſ.* 108.
aa *Hier.ſ.Iſa.* 57.
bb *Or.ſ.pſ.*36 *hom.* 4. & *ſ. Luc.hom.* 22. *Gre.ſ.pſ.*101.
cc *Glo.inte.ſ. Iſa.*35.
dd *Gr.ſ.*1. *Re.* 16.
ee *Ar.& Au. ſ.pſal.*140.
ff *Hi. ſ. Hoſ.* 12.
gg *Gre.* 24. *mor.*26.*Aug. ſ.pſ.*77.

Digitized by Google

Intueri veritatem. *Decreta sententia Dei.* *Approbari.*

In directum leuare oculos, est *a* ipsos dirigere ad veritatem, in qua est rectitudo. *Gen.15.d. Ier.3.a.* Tunc etiam est directus sensus. *Eccl.20.c.*

Dirigentes angeli oculos contra Sodomam. *Gen.18.c.* designant *b* decretam Dei sententiam ad puniendos malos. Item videtur designare dirigens Balaam vultum suum contra desertum. *Num.24.a.*

Dirigere aliquem in conspectu oculorum alicuius, est *c* ipsum approbari, aut defendi: quod in malis non est faciendum. *Psal.109.* Is qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

Directio. *Non ambulans rectà via.* *Pugnantes in uicem hæreses.* *Instruere simplices.*

In directum euntes vaccæ, designant *d* tenendam esse discretionem in afflictione carnis. *1. Reg.6.c.*

Non dirigitur linguosus in terra: vt Iudas, qui *e* nil directum, & simplex loquebatur. *Psal.139. Prou.18.c.* Sic non dirigitur vas fictum à fabro, *Isa.54.d.*

Dirigitur gladius vniuscuiusque in fratrem suum. *Ezech.38.g.* quando *f* hæresis pugnat aduersus heresim.

Dirigere causam pupilli. *Ier.5.g.* est instruere simplices ne decipiantur.

Directæ emissiones fulgurum. *Sap.5.d.* sunt *g* tonitrua prædicationis, & coruscationes miraculorum.

Prædicatio. *Miracula.*

Diripere.

Educens Deus Sanctos è limbo. *Conuertens deceptos ab hæreticis.* *Continere hæreticos.* *Percipientes humiles mysteria legis.* *Relinquens Deus peccantes in potestatem diaboli.*

Diripere, est depopulando, & spoliando, ex diuersis partibus, & in diuersas partes rapere: vt quum milites diripiunt bona ciuitatis expugnatæ.

Diripit Dominus thesaurum omnis vasis desiderabilis Ephraim. *Hos.13.d.* educens videlicet *h* Sanctos è limbo, & conuertens, quos hæretici peruerterant. Tunc etiam diripi dicuntur ædes Samariæ. *Amos.3.c.* Diripiuntur autem domus hæreticorum, quum eorum deteguntur errores. Et decepti ab eis redeunt ad Ecclesiam. *Isa.13.c.*

Diripiuntur etiã alieni labores peccatoris. *Ps.108.* quum *i* doctores Christiani docẽt hæreticos malè scripsisse. Et diripiunt vastatores suos. *Ezech.39.c.* quando confundunt hæreticos, qui Ecclesiam vastabat. Diripere autem vasa fortis, est liberare peccatorem à potestate diaboli. *Mat.12.c. Deut.3.a.4. Reg.7.d.*

Damones. *Auferri à mundo doctrinam.* *Inducentes hæretici simplices in errorem.* *Destructio Hierusalem.* *Amissio virtutum.* *Mitti malos in tenebras exteriores.* *Prædicare.* *Tradere filiæ nuptui.*

Diripiunt claudi rapinam Hierusalem. *Is.33.d.* quum non confidentes in viribus suis legis mysteria percipiunt, Et in direptionem dat Deus diuitias Iudæorum, *k* quum ablatũ est ab eis regnũ Dei, & datum genti facienti fructum. *Ier.15.c.17.a. Ezech.26.a.* Et diripiunt alieni labores iudæorum, quum fideles accipiunt scripturas eorum. *Psal.108.*

In direptionem dat Deus Iacob, quum relinquit peccantes in potestatem diaboli. *Isa.42.d. Ezech.7.f.25.b.26.a.* Et diripiunt alieni labores Iudæorum, *l* quum dæmones tollunt eorum opera indigna Deo. *Psal.108.* diripientes autem dicuntur *m* dæmones qui animas rapere conantur. *Iud.2.c. Is.17.d.* Diripit spolia Assur, quum diabolus rapit malos. *Isa.10.b. 1. Reg.23.a.4. Re.3.17.d. Tob.3.a. Psal.34.43. Ezec.38.d.* Idem designat diripiens Nabuchodonosor spolia Ægypti. *Ezech.29.d.*

Diripiuntur thesauri Babylonis. *Ier.50.e.* Et aurum, & argentum Niniue. *Nah.2.c.* quum *n* quicquid videtur in mundo eloquij, sensus, aufertur.

Diripiunt hæretici pupillos, & pauperes, quum *o* simplices in errorem inducunt. *Isa.10.a. Ezech.38.d.* Et diripiunt greges. *Iob.24.a.* Diripiunt quoque flumina terram, quum hæretici perdunt animas. *Isa.18.a.* Diripuerunt Christum, omnes transeuntes viam, quum hæretici in errorem inducunt membra Christi. *Psal.88.* Diripuerũt Iudæi pauperem, *p* quando diuiserunt vestimenta eius & multò magis, quando auertebant ab eo plebem. *Amos.5.c.*

Direptio vineę, est destructio Hierusalem: vel amissio *q* virtutum ab anima. *Isa.5.b. Eccl.36.d.* Et populus Iudaicus, est direptus populus. *Isa.42.d.*

Direptio terræ erit in iudicio, quando *r* mali mittentur in tenebras exteriores. *Isa.24.a.*

Diruere, vide Destruere.

Dirumpere, quare Abrumpere.

Dirus vide Crudelis.

Discalceatus, quare Calceamentum.

Discedere, vide Abire.

Disceptare, quare Disputare.

Discere.

Experimentum Christi. *Institutio morum à præceptore.*

DISCERE, est rem prius ignotam assequi meditando, vel ab alio docente accipere. Item experiri, & assuescere.

Didicit Christus ex his, quæ passus est. *Hebr.5.c.* quia *t* accepit per experientiam, quod iam antè per speculatiuam scientiam nouerat.

Discẽdum est benefacere, quia *u* virtutes non natura habentur, sed institutione: ideo magistrorum sapientiæ tereda sũt limina. *Is.1.c.26.b.29.e. Le.23.e. Deu.4.b.5.a.14.c.17.d.31.c.3. Re.8.e.18.f. Ps.118. Pro.6.a.24.d. Eccl.1.d.3.b. Sap.6.b.7.b.9.d. Eccl.8.b.16.c.18.c.34.d. Ez.23.g.* Discendum autem à Christo, tanquam à vero præceptore. *Mat.11.d. Ioan.6.e.*

Suscipere doctrinam fidei. *Sera resipiscentia.*

Discunt vias populi Dei, qui *x* discunt doctrinam fidei Ecclesiæ. *Ier.12.d.*

Discent habitatores orbis iustitiam, quum faciet Deus iudicia sua in terra. *Isa.26.b.* quia *y* in iudicio cognoscent mali Deum esse iustum in puniendo, quum ipsi non didicerint facere iustitiam, quandiu à Deo non punichantur, sed expectabantur, vt resipiscerent.

Fraudes diaboli. *Discere errores.* *Mala regum institutio.*

Discere certare contra Gentes, est *z* exerceri aduersus tentationes diaboli, mundi, & carnis. *Iud.3.a. Mich.4.a.b.*

Discens Dalila, in quo esset fortitudo Samsonis. *Iud.16.a.* fraudes diaboli designat vigilantis ad supplantandũ. Discens etiam Herodes à Magis tempus stellæ, quæ apparuerat in Christi ortu. *Matth.2.a.* Ad idem refertur.

Discentes filij Israël opera Chananæorum. *Psal.105. Prou.22.d. Iere.9.d.* sunt *aa* discentes hæreses, & cultum Idolorum.

Discens catulus leonis prædam capere. *Ezech.19.a.* ad *bb* malam regum institutionem referri potest.

Discernere, Diiudicare, Distinguere.

Distributio Apostolorum. *Separatio malorum à bonis.* *Institutio Ecclesiarum.* *Varietas Christi in passione, & miraculis.* *Decernere votum.* *Scintilla spiritualis intelligentiæ.*

DISCERNERE, est separare, ac distinguere, atque dissoluere. Distinguere autem est etiam diuidere, & variegare.

Discernit cœlestis reges, *Psal.67.* quum *cc* Deus distribuit Apostolos, dans eis diuersa dona ad ministerium Ecclesiæ. Diiudicat etiam Deus. *Psalm.8.81.* quum *dd* per gratiam suam quosdam instituit in altiori gradu, quosdam in inferiori.

Discernet Deus populum suum. *Psal.49.* quum *ee* in iudicio separabit hœdos ab agnis.

Discretor cogitationum, est Spiritus sanctus. *Heb.4.e.*

Discerni causam à Deo petit Dauid, non pœnam. *Psal.42.* quia eadem pœna potest esse martyrum, & hæreticorum: sed diuersa est causa,

Distinxit Deus in labiis suis, quando aliqua *ff* expressè mandauit. *Psal.105.* Vel potius Moses distinxit in labiis suis, quando dubitanter loquutus est in eductione aquæ de petra, vel vt iugiter supplicaret pro populo.

Distinxit deus ab institutione hominum partes illorum. *Eccle.16.d.* quia *gg* à tempore institutionis Ecclesiæ, diuersas instituit particulares Ecclesias, sub vniuersali.

Distinctus sapphyris venter sponsi. *Cant.5.d.* designat, *hh* quòd dum inter passiones carnis, diuina miracula Christus operabatur, quasi cum incorruptione, corruptio variabatur.

Distinguunt labia vota. *Psal.65.* quum *ii* quis cum assertione vouet. Et hæc distinctio, est quasi definitio, qua secernitur aliquid à cæteris, quæ solo dicto non tenentur.

Distinctiones argenti. *Cant.1.c.* iuxta Septuaginta, vbi nos habemus vermiculatas argento, designant *kk* raras

a *Hie.s.Ier.3.*

b *Glos. int. s. Gen.18.*

c *Glos.ord.s. Psal.100.*

d *Gre.s.1. Re.6.*

e *Hil.s.ps.138*

f *Hier.s.Eze. 38.*

g *Glo.int.s. Sap.5.*

h *Hier.s. Hos.13.& s.Amos.3.& s.Isa.13.*

i *Ar.s.ps.108.*

k *Glo.ord. s.8. Ier.15.*

l *Hier. Sop.1. Aug.s.ps.108.*

m *Ori.s. Iud. hom.2. Hier.s. Isa 17.*

n *Hie.s. Nah. 2.*

o *Hier.sa.10. 18. Greg.16. mor.21.*

p *Rup.s. Amos 5.*

q *Hi.s. Isa.5.*

r *Hie.s.Is.24.*

s *Gr.3.past. adm.25. Bed. s.Pro.*

t *Cyr. de recta fide ad reginas.*

u *Hier.s. Isa.*

x *Glo.int.s. Ier.14.*

y *Hie.s.Is.26.*

z *Lyr.s.*

aa *G lo.ord.s. Ier.9.*

bb *Lyr.s.Eze. 19.*

cc *Aug. & Arn. & Hie. ps.67.*

dd *Aug. psal. 81.*

ee *Glo. ord. s. psa.49. Aug.epis. 50.*

ff *Glo.ord.s. Psal.105.*

gg *Glo.ord.s. Eccl.16.*

hh *Gr.s.Ca.5.*

ii *Aug.q. in Luc.3.*

kk *Ori.s.Ca. hom.2.*

Digitized by Google

interpretationes fulgentes in Prophetis. Vel ſcintillas ſpiritalis intelligentiæ, quæ intimantur incipientibus, vt maiora deſiderent.

Diſtinctio elementorum.

Diſtinctum cingulum ſacerdotis quatuor coloribus, arte plumaria: & etiam velum templi. *Exo.* 39. *e.* diſtinctionem *a* elementorum in mundo inferiori ſignificare poteſt. In ſuperiori verò diſtinctionem Zodiaci.

a *Glo. ord. ſ. Exod.* 26.

Diſcernere cibos. *Rom.* 14. *d.* eſt eorum, qui non habent perfectam ſcientiam, ſed infirmam conſcientiam, quod non debet intelligi de diſcretione ieiuniorum.

Familiares verbo Dei. Petrus & Paulus. Apoſtoli.

Diſcernere inter ſanctum & prophanum, eſt ſacerdotum. *Leu.* 10. *b.* 3. *Reg.* 3. *b.* 1. *Eſdr.* 10. *a.* debent enim, tam *b* res, quam homines diſcernere.

b *Gloſ. ord. ſ.*

Diſcernere ſuaue, vel amarum. 2. *Reg.* 19. *f.* referri poteſt ad diſcretionem boni, & mali. *Heb.* 5. *d.* Sicut & diſcretio ſpirituum. 1. *Cor.* 12. *b.*

Diſcerpere, vide Lacerare.
Diſcindere, quære, Abſcindere.
Diſcinctus, vide Accingere.
Diſcipulus, Diſciplina.

Diſcipulus eſt ille, qui diſciplinam, aut doctrinam ab alio percipit, & imitatur. Diſciplina autem eſt inſtitutio, quæ fit à magiſtro, prout à diſcipulo percipitur, & ipſa caſtigatio & correctio. Item eruditio, & præcepta, & ipſa ſapientia.

Diſcipuli ſunt, qui *c* magis familiares ſunt verbo Dei: vt diſcipuli Chriſti. *Iſa.* 8. *c. Ma.* 5. *a.* 9. *b.* 10. *c.* 11. *a.* 16. *a.* 26. *b.* 23. *g.* 28. *b. Marc.* 4. *b.* 8. *a.* 9. *e.* 14. *f.* 16. *b. Luc.* 6. *f.* 7. *b.* 9. *b.* 14. *f.* 22. *b. Ioan.* 2. *b.* 6. *g.* 8. *d.* 9. *f.* 13. *d.* 19. *e.* 20. *c. Actor.* 2. *a.*

c *Glo. ord. ſ. Iſa.* 8.

Diſcipuli duo miſſi ad ſoluendam aſinam & pullum deſignare poſſunt *d* Petrum miſſum ad Iudæos, & Paulum ad Gentes. Vel deſignant omnes Apoſtolos, cum duobus præceptis charitatis ad Gentes miſſos. *Matth.* 21. *a. Luc.* 19. *e.*

d *Ori. ſ. Mat. hom.* 14. *Amb. ſ. Luc.* 19.

Magiſtri doctiores. Scribæ & Phariſæi. Iudæi. Vterque populus.

Diſcipuli difficultatem ponẽtes in panum multiplicatione. *Matt.* 15. *d.* deſignant *e* difficultatem ſuam tranſeundi ad Gentes.

e *Hil. ſ. Matt. Can.* 15. *Ori. ſ. Matth. hom.* 7.

Diſcipuli hæreticorum.

Diſcipuli Chriſti increpantes eos, qui pueros offerebant Ieſu, *Matth.* 19. *b.* deſignant doctiores magiſtros prohibentes minus doctos ſimplicem docere doctrinam.

Caſtigatio Dei.

Diſcipuli non valentes curare lunaticum. *Matth.* 17. *c.* ſunt *f* Scribæ, & Phariſæi, fine Chriſto non valentes curare populum Iudæorum.

f *Hil. ſ. Mat. Can.* 17.

Peccatorum noſtrorum ſatisfactio per Chriſtum.

Diſcipuli Ioãnis Baptiſtæ, deſignare poſſunt *g* populum Iudæorum aduerſantem Chriſto, & diſcipulis eius. Aut etiam vtrumque populum. *Matth.* 9. *b. Luc.* 7. *c.*

g *Hil. ſ. Mat. Cant.* 9. *Am. ſ. Luc.* 7.

Traditiones Phariſæorũ.

Diſcipuli quos perdidit dominus cum magiſtris, ſunt *h* diſcipuli hæreticorum. *Mal.* 2. *c.*

h *Glo. ord ſ. Mal.* 2.

Docens Deus humiles.

Diſciplina Dei, & populi Dei, *i* eſt caſtigatio, quâ Deus corripit omnem filium, quem recipit. *Deut.* 11. *a. Leu.* 26. *d. Iob.* 17. *b.* 33. *c.* 34. *d. Pſal.* 2. 117. *Ezech.* 13. *b.* Diſciplina patris, *k* doctrina noui teſtamenti. *Pro.* 1. *b.*

i *Ori. ſ. Exec. hom.* 2.

k *Bed. ſ. Pro.* 1

Diſciplina pacis noſtræ fuit ſuper Chriſtum *Iſa.* 53. *b.* quia *l* quod nos debebamus pro noſtris ſceleribus ſuſtinere, pro nobis paſſus eſt pacificans per ſanguinem crucis ſuæ, ſiue quæ in terra, ſiue quæ in cœlis ſunt. Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum.

l *Hi. ſ. Iſ.* 53.

Diſciplina Scribarum & Phariſæorum, erãt *m* falſæ traditiones eorum, cuius diſciplinæ peccata Chriſtus illis improperabat. *Sap.* 2. *c.*

m *Glo. int. ſ. Sap.* 2.

Diſcooperire, Reuelare.

Diſcooperire, eſt detegere quod apertum erat & reuelare, eſt ignota manifeſtare.

Venientes Gẽtes ad fidem. Dans Deus gratiam diſcretionis. Inſpiratio.

Reuelat Deus myſteria paruulis. *Matth.* 11. *d.* hoc eſt, *n* humilibus, & Gentilibus. Et reuelat oculos, quum tollit velamen legis, & conuertit ad ipſum Deum. Et dicitur tunc reuelare profunda de tenebris. *Iob.* 12. *d. Pſa.* 118. *Dan.* 2. *c. Amos.* 3. *b. Luc.* 10. *d. Acto.* 9. *c.* & reuelat condenſa. *Pſ.* 28. quum *o* obſcura diuinarum ſcripturarum myſteria per Spiritum ſanctum patefacit. Reuelata facie dicuntur etiam credentes gloriam Domini ſpeculari qui ſine velamine literæ legis. 2. *Cor.* 3. *d.*

n *Tert. adu. Marcion.* 4. *Am. ſ. pſ.* 118 *Gr.* 11. *m.* 12

o *Hi. ſ. pſ.* 28.

Reuelatio Gentium, eſt *p* quum Gentes veniunt ad fidem. *Luc.* 2. *e. Rom.* 8. *d.*

p *Glo. ord. ſ. Luc.* 2.

Reuelat Deus faciem indumenti Leuiathã. *Iob.* 41. *a* quum *q* ſeruorum ſuorum mentibus gratiam ſubtiliſſimæ diſcretionis inſpiratve reuelata malitia, faciem eius nudam videant, quam coopertam, ille ſub habitu ſanctitatis occultat.

q *Gr.* 33. *mo.* 28. *Hie. ſ. Iob.* 41.

Reuelare aurem alicuius, *r* eſt aperire illi ſecretum: vt reuelat Deus auriculam Samuelis, quum Spiritus ſanctus prædicatoris intelligentiam inſtruit: vt quæ facturus eſt, audiat, & audita diſponat. 1. *Reg.* 9. *c.* 2. *Reg.* 7. *d.* 1. *Par.* 17. *d.* Et reuelat aurem, vt corripiat, quum aperit cognitionem peccati, vt ſic peccator pœnitendo erubeſcat. *Iob.* 36. *b.* Reuelauit Ionathas aurem Dauid. 1. *Reg.* 20. *c.* quum aperuit illi ſecretum patris ſui.

r *Gr. ſ.* 1. *Re.* 9. & 29. *mo.* 27.

Detegi vitia. Manifeſtatio diſcipulorum Chriſti. Conuerſatio cœleſtis cum fide.

Reuelat vox Domini condenſa, *ſ* quum ſecundo à nobis infrugifera, facit aperiri vitia. Et quum ſolicitudines ſeculi à nobis tollit. Et quum dubia diſcernit, ne erremus. Et quum reprehendit in nobis peccata. Et cum in iudicio ea reuelabit ad condemnationem. Reuelat etiam femora, quum *t* manifeſtat occulta, & pudenda peccata. *Pſa.* 28. *Eccl.* 2. *d. Mat.* 10. *c. Luc.* 12. *a. Ier.* 13. *d. Hoſ.* 2. *b.*

ſ *Baſ. ſ. pſ.* 28 *hom.* 1. 2. *Hie. ſ. Iſa.* 65.

t *Au. ſ. pſ.* 28.

Reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. *Pſalm.* 17. quum *u* diſcipuli Chriſti manifeſtati ſunt mundo: vel cùm myſteria Prophetarum ſunt aperta.

u *Hie. pſ. ſ.* 17

Mittens Pater Filium. Manifeſtatus Chriſtus Iudæis.

Reuelare dicitur pater, *x* quando cum fide habemus conuerſationem cœleſtem. Reuelat verò caro, & ſanguis, quando cum vita carnali credimus, quæ à carnalibus parentibus accepimus. *Matt.* 16. *c.*

x *Ori. ſ. Mat. hom.* 1.

Reuelat Deus deprecationem pacis, mittens *y* filium ſuum in terras. *Ier.* 33. *a.* Et tunc reuelauit iuſtitiam ſuam in conſpectu Gentium. *Pſal.* 97.

y *Iy. ſ. Ie.* 33

Diſcuſſio myſteriorum.

Reuelatus dicitur Dominus apertè domui patris Eli, hoc eſt, *z* populo Iſraël, ne videlicet Iudæi ignorantiam allegare queant. 1. *Reg.* 2. *e.*

z *Greg. ſ.* 1. *Reg.* 2.

Raritas fidelium Iudæorum.

Reuelatus dicitur ſermo Domini, quum *aa* quis non ſolum Deum ardenter diligit, ſed arcana myſteriorum diſcutere per ſpiritum nouit. 1. *Reg.* 3. *a. Luc.* 10. *d. Ioan.* 17. *a.* 2. *Cor.* 2. *c.*

aa *Gre. ſ.* 1. *Re.* 3.

Quum interrogat Iſaias. *ca.* 53. *a.* Brachium Domini cui reuelatum eſt? vbi reſpondendum, Nulli, aut paucis. Indicat *bb* paucos ex Iudæis in Chriſtum creditu ros fuiſſe.

bb *Hie. ſ. Iſa.* 53.

Veniẽs Chriſtus ad iudicium.

Reuelabitur gloria Domini in iudicio, hoc eſt, *cc* maieſtas Chriſti, quæ in primo aduẽtu latuit. *Iſ.* 40. *b. Luc.* 17. *g.* 2. *Corinth.* 3. *c.* Reuelabitur etiam iuſtitia Dei, & iudicium in conſpectu Gentium. *Pſal.* 97. *Iſa.* 56. *a. Amos.* 5. *g. Rom.* 1. *d.* Reuelabitur autem quaſi aqua. & quaſi torrens: quia omnia diſcooperiet, & grauiter puniet. Et diſcooperiet tunc Eſau, quum hominum detegetur peccata, ad eorum confuſionem. *Iere.* 29. *Thr.* 4. *d.* Reuelabit quoque terra ſanguinem in ſe fuſum, quum detegentur homicidia tunc punienda. Et peccata ſcandali, quibus aliquis occidit proximum, inducens in peccata. *Iſa.* 26. *d. Ezec.* 13. *c.* Reuelatur etiam iniquitas in auribus Dei, quum eam vult punire in iudicio. *Iſa.* 22. *d.* 22. *d. Hoſe.* 2. *b.* 7. *a. Ierem.* 13. *d. Nahum.* 3. *b.*

cc *Hier. ſ. Amos.* 5. & ſ. *Iſa.* 26.

Detectio peccatorum. Declarans Deus ſententiam ſuam.

Reuelat Deus profunda de tenebris, quando *dd* apertam ſententiam ex occultis conſiliis ſuis indicat: vt de vnoquoque, quæ ſentiat, oſtendat. *Iob.* 12. *d.*

dd *Gre.* 11. *m.* 12.

Proponere Deo tam bona quàm mala.

Reuelamus nos Deo viam noſtram, quum quantum *ee* eſt in nobis, licet ipſe iam nouerit, proponimus ei tam bona quàm mala noſtra. *Pſal.* 36. *Pro.* 16. *a.* Idem erit reuelare cauſam ſuam Deo. *Ier.* 11. *d.* 20. *a.* Id autem fit, vt illius in omnibus flagitemus auxilium.

ee *Ori. ſ. pſ.* 36. *hom.* 1. *Red. ſ. Pro.* 16

Iuſti condemnãtes malos.

Reuelabunt cœli iniquitatem impij. *Iob.* 20. *d.* quum *ff* iuſti in iudicio ſtabunt in magna conſtantia, aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt.

ff *Gre* 15. *m.*

Detegi munimenta hæreticorum.

Reuelat Deus fundamentum parietis, & fundamenta Samariæ, fundamenta orbis terrarum, *gg* quum detegit munimenta errorum hæretico rum. *Ezech.* 13. *c. Mich.* 1. *b.* 2. *Reg.* 22. *b.*

gg *Hie. ſ. Mi.* 1.

Reuelantur qui ſunt in tenebris. *Iſa.* 49. *c.* quum *hh* Gentiles exeunt ab infidelitatis errore.

hh *Hie. ſ. Iſ.* 49.

Conuerſio Gentium.

Diſcoopertæ nates ſignificant *ii* diſcoopertam ignominiam peccati ad peccatoris confuſionem. *Iſa.* 20. *b.* Idem ferè eſt diſcoperire humerum. *Iſa.* 47. *a. Ezech.* 16. *g.* 22. *e.* 23. *c.* Et diſcooperiens ſe iuxta Deum ad ſuſcipiendum

Detegi peccata.

ii *Hier. ſ. Iſa.* 29. & ſ. *Eze.* 16.

adulterum,

Digitized by Google

adulterum,est anima sine vllo pudore,& timore Dei,perpetrans peccata.*Isa.57.b.*

Manifestare haresim.

Reuelare turpitudinem,est manifestare hæresim:aut docere inutilem esse voluptatem, & carnis sapientiam. *Exod.20.Leu.20.c.Ezech.23.b.* Reuelatur etiam turpitudo, *a* dum vilis mens, abiectáque sin actionis ostentatione cognoscitur,quæ cùm quiesceret prius,magna putabatur. Humerum quoque mens discooperit quãdo opus suum,quod ignorabatur ostendit. Reuelat quoque crura, quando quibus desideriorum passibus, lucris mundi inhiet,manifestat. Reuelata est iniquitas Ephraim, hoc est, Iudæ, & malitia Samariæ, hoc est, Sacerdotum, & Pharisæorum,quando *b* Christus voluit sanare Israël,id est,quando cœpit prædicare. *Hose.7.a.*

Detecta malitia Iudæorũ. Manifestare vitia intellectus & sensus Retect. præcipua animi sententia.

Discooperite turpitudinem patris & matris.*Leu.18.a.Deut.27.c.*est *c* manifestare vitia intellectus, & sensus: vbi mater est concupiscentia pariens prauos filios:vel est detegere proximorum vitia.

Habens sacerdos mentem in cœlestibus.

Discoopertum caput mulieris.*Num.5.c.*designat retectam præcipuam animi sententiam.

Christus non separatus à Patre.

Non discooperit caput Pontifex.*Leu.21.b.* quia *d* semper debet in mente habere cœlestia.Christus etiam non discooperit caput,quia à Patre suo,qui caput eius appellatur,nec passiones carnis sustinens,separatur.

Detectamalitia Iudæorum & infir. disc.

Reuelantur cogitationes multorum cordium per passionem Christi.*Luc.2.e.*quia *e* in eius passione & insidiæ Iudæorum,& discipulorum infirmitas patefactæ sunt.

Aperta doctrina Ecclesia.

Reuelatur operimentum Iudæ. *Isa.22.b.* quum *f* doctores manifestant doctrinam Ecclesiæ, aduersus hæreticos.

Aperiens literam legis.

Discooperiens Ruth pallium Booz. *Ruth.3.a.*est *g* excutiens operimentum literæ legis, in qua latebat mysterium incarnationis.

Manifestatio Patris per Christum.

Reuelare opera Dei est laudabile. *Tob.12.b.* quod fecit *h* angelus magni consilij Christus, qui manifestauit nobis Patrem.

Nolens reuelare Samson parentibus,quod mel esset de ore leonis. *Iudi.14.b.* designare potest Christum non reuelantem mysteria Patribus, quæ posteris reuelata sunt.

Reuelabitur homo perditionis,Antichristus. *2.Thessal.2.a.*

Discordia,Dissensio,Dissentire,

DISCORDIA,iuxta Tul.4.Tusculan.est ira acerbior,intimo odio,& corde concepta:quæ & dissensio, & dissidium dicitur,quamuis hæc leuiora videantur.

Positus Christus in ruinam & resurrectionem multorum.

Discordiæ vir dicitur Christus. *Ier.15.c.*qui venit *i* non mittere pacem,sed gladium:& positus est in ruinam, & resurrectionem multorum:& super eo contendunt hæretici cum fidelibus,quin & dissensio facta est in turba de Christo.*Ioan.7.f.10.c.*

Discrimen, vide Periculum.
Discriminare, Discriminalia.

DISCRIMINALIA sunt acus, quibus mulieres crines diuidunt ac separant,ad concinnandum,& ornandum caput.

Visiudicandi.

Discriminalia,designare possunt *k* vim iudicandi in singulis. *Isa.3.d.* & discriminalia offert, qui bene nouit discernere,quid agendum,quid vitandum,&c.

Discernens cogitationes.

Discriminans Iudith crinem capitis sui.*Iudith,10.a.*est distinguens solerti discretione singulas cogitationes mentis.

Discumbere, vide Accumbere.
Discurrere.

Cognitio Dei. Magnificentia Dei. Prædicatio Apostolorum. Ignis Spiritus sancti.

DISCVRRERE,est in diuersas partes currere.

Discurrentes septem oculi per omnem terram.*Zach.4.d.*designant *l* cognitionem Dei omnia penetrantem.

Discurrentes nubes,magnificentiæ Dei sunt indices.*Deut.33.Ester,8.c.* designant autem *m* Apostolos discurrentes per mundum prædicando.

Discurrens visio in medio animalium.*Ezech.1.d.*designat *n* ignem Spiritus sancti,qui,quia vbique præsto est, discurrere dicitur:& etiam,quantum ad dona gratuita,vt prophetiæ linguarum,& miraculorum,&c.cum quibus aliquando adest sanctis,aliquando abest.Et nunc in vno,nunc in alio est.Sic dicitur sapientia mobilis, *Sap.1.c.*

Ecclesia Gentium. Anima. Romani. Apostoli & prædicatores. Dæmones. Diligentia hæreticorum. Prædicatores. Vitia exteriora. Apostoli prælati,& prædicatores. Incarnatio.

Discurrentes filiæ per murum.*Gen.49.c.*sunt *o* Ecclesiæ Gentium,vel animæ ad fidem properantes,& de virtute in virtutem progredientes.

Discurrentes venti,aut equi per omnem terram.*Zach.6.b.*intelligi possunt *p* Romani,vel Apostoli, & prædicatores.Eosdem possunt discurrentes equites per aëra. *2.Mach.5.a.* Iusti etiam discurrunt tanquam scintillæ in arundineto.*Sap.3.b.*Discurrentes etiam nubes,sunt *q* Apostoli,& prædicatores.*Deut.33.d.*

Discurrentia fulgura.*Exo.9.e.Nahu.2.b.*erunt *r* dæmones in iudicio,qui adhuc veterem furorem spirabunt.

Discurrentes vulpes huc atque illuc.*Iud.15.a.*designant *s* diligentiam hæreticorum, in peruertendis hominibus:possunt etiam designari prædicatores ferentes ignem,quem Christus misit in terram, ad comburenda omnia carnalia.

Discurrens lepra in cute.*Leu.13.b.*est *t* præuaricatio legis exterior.Et vitia libidinis,& auaritiæ.

Discus, quare Catinus.
Dispensare, Dispensator.

DISPENSARE, est in diuersa expendere.Et dispensator est, qui familiæ necessaria dispensat, & distribuit.

Dispensator domus Ioseph.dici potest *u* Episcopus,aut prædicator,qui ministrant verbum Dei, & sacramẽta familiæ Christi.Sic Ananias,vt dispensator,missus est ad Paulum. Et Moyses & Apostoli dispensatores Christi. *Gen.43.d.44.a.3.Reg.18.a.Luc.12.e.1.Corinth.4.a.9.c.Ephes.3.a.Coloss.1.d.Tit.1.b.Pet.4.b.*

Dispensatio adimpletionis temporum,est incarnatio Christi.*Eph.1.b.3.b.* Quæ facta est quum venit plenitudo temporis.

Disperdere, vide Perdere.
Dispergere,vide Aspergere.
Disperire,vide Mori.
Dispertiri,vide Abscindere.
Displicere.

DISPLICET id, quod non placet,aut quod est fastidiosum.

Peccatum. Resipiscentia. Non approbans prædicator sensum carnalem. Inuidia sacerdotum & scribarum. Spiritualia molestia carnalibus. Non recipientes Scribæ mysteria Christi. Christus.

Displicens sermo Deo,est peccatum,quod Deus abominatur.*2.Reg.11.d.1.Par.21.a.Pro.24.c.Eccl.5.a.*

Displicent sibimet super malis ij,*x* quos pœnitet peccatorum.*Ezech.6.c.20.g.*

Displicens Samueli sermo populi de regno.*1.Reg.8.b.* designat *y* prædicatorem non debere approbare sensum carnalem.

Displicens Sauli sermo populi in laudem Dauid.*1.Reg.18.b.* designare potest *z* inuidiam Sacerdotum & Pharisæorum in Christum,laudante eum populo.

Displicens terra promissionis populo Israël.*Num.14.e.*est,*aa* quia carnalibus non sunt grata spiritualia, quæ acquirenda sunt cum labore carnis.

Displicens propinquo Booz possidere agrum Noemi,& ducere vxorem. *Ruth.4.a.* designat *bb* doctores legis, nolentes suscitare semen Christi,per confessionem mysteriorum.

Displicens famula in oculis domini sui.*Exod.21.a.*est *cc* quum doctor non vult docere subiectum:vnde debet eum dimittere,ab alio docendum,& non vendere extraneo,id est,hæretico.

Disponere, vide Ordinare.
Disputare,Disceptare,Altercari.

DISPVTARE, est rem aliquam verbis agitare,gratia inueniendæ veritatis. Eodem tendunt, Altercari, & Disceptare.

Disputans Salomon super lignis,à cedro vsque ad hyssopum,*3.Reg.4.d.*designat *dd* Christum, qui à sublimitate cœli,venit ad humilitatẽ crucis:qui etiam iudicaturus est superbos,& humiles:cui etiam aperta sunt omnia.

a *Phil.de Gigantibus. Gre.6.m.11.*

b *Rup.s.Hos.7.*
c *Phil.de profugis. Isyc.s. Leu.18.*
d *Phi.de Cherubim. Geor.Venet. Can.2.tom.3. cap.6. Isyc.s. Leu.21.*
e *Au.epi.59.*
f *Hie.s.Is.22.*
g *Glo.ord.su. Ruth.3.*
h *Glo.ord.su. Tob.12.*
i *Hie.s.Ier.15*
k *Hier.s.Is.3. Ori. s. Exod. hom.13. Glo. int.su. Iudith 10.*
l *Hie.s. Za.4.*
m *Glo.or.sup. Deut.33.*
n *Gre.s. Eze. hom.5.*
o *Glo.inter.s. Gen.49.*
p *Hier.s.Zac. 6.*
q *Rup. 2. s. Deut.20.*
r *Hier.s. Nahom.2.*
s *Lyr. s. Iud. 15.*
t *Glo.ord.sup. Leu.13.*
u *Am.de Ios. 9.Fulg. hom. de confes.*
x *Hie.s.Ezec. 6.*
y *Gre.s.Re.8.*
z *Lyran.s. 1. Reg.18.*
aa *Gl. ord.su. Num.14.*
bb *Glo. ord.s. Ruth.4.*
cc *Glo.ord. s Eze.21.*
dd *Glo.ord.3. Reg.4.*

Disceptat Deus cum filiis Israël in iudicio. *Iere.2.c. Ioel.3.a* quia ratione *a* conuincit eos,& cæteros peccantes, non violentia. — *Conuincens Deus peccantes.*

Disputat cum Deo,*b* qui illius iustitiæ se coniungens, facta sua subtili indagatione discutit, & se indicat Deo scienti,vt se ille indicat nescienti : vel qui hic eius præceptis paruit,vt postmodum cum illo ad iudicandos populos iudex veniat. *Iob.12.a.13.a.21.a.* — *Indicans se Deo.*

Disputans seruus Iob cum ipso,& amici Iob cum eodem disputantes,designant hæreticos contendentes cum Ecclesia. *Iob,31.b.32.c.* — *Contendentes hæretici cum Ecclesia.*

c *Glo. ord.su. Eccl.3.*

Disputationi hominum tradidit Deus mundum. *Eccl.3.b. 6. d.* vt *c* videlicet exerceantur in inuestigandis rerum causis.

Dissecare, quare Abscindere.
Disseminare,vide Seminare.
Dissentire,quare Discordia.
Disserere,Edisserere.

DISSERERE, est velut disputando enarrare,& declarare, vnde Disertus. Edisserere autem, est disserendo explicare.

Edisserens Ioseph somnia. *Gen.41.b.* designat Christum interpretantem mysteria scripturarum:& disserentem parabolas. *Matt.13.c.* Vnde & discipulis disserebat omnia. *Marc.4.d. Act.16.a.* Eundem Christum designauit Salomon,disserens de iumentis,& volucribus,&c.3.*Reg.4.d.* — *Christus.*

d *Glo.inte.su. Sap.10.*

Disertæ linguæ infantium. *Sap.10.d.* fuerunt *d* linguæ Apostolorum, qui ante aduentum Spiritus sancti,erant velut infantes,sed postea facti sunt diserti. — *Apostolorum lingua.*

e *Hie.s.Is.33.*

Disertitudo linguæ philosophorum, & oratorum huius mundi, quæ non potest intelligi, est *e* ornatus filiorum,& vmbra sermonum sine fructu veritatis. *Isa.33.c.* — *Sermo floridus sine veritatis fructu.*

Dissimilis,vide Similis.
Dissimulare.

DISSIMVLARE,est diligenter,& astutè celare,ne quid deprehendi possit. Et dissimulat, qui ostendit se verbis aut factis,aliquid non intelligere,aut percipere cùm aliter sit.

Dissimulare dicitur Deus peccata propter pœnitentiam,quum ea remittit, *Sap.11.d.* — *Remittens Deus peccata.*

Dissimulans Saül se audire murmurantium verba.1.*Reg.10. d.* docet Prælatum expectare debere opportunum tempus,ad subditorum correctionem. — *Expectanda opportuna correctio.*

f *Gre.5.m.6.*

Dissimulasse dicitur Iob,*f* quia propter potentiam non se extulit in corde suo. *Iob,3.d.* — *Humilitas Iob.*

g *Rup. 3. s. Gen.10.*

Dissimulans Loth exire de Sodomis adhortantibus Angelis. *Gen.19. d.* designat *g* mons peccatorum, & procrastinationem in deserenda vita vitiosa. — *Neglectus conuersionis.*

h *Lyran.s. 3. Reg.14.*

Dissimulans vxor Hieroboam,se esse,quæ erat.3.*Reg.14.b.* designat *h* eum qui se simulat bonum, vt possit ascendere. — *Hypocrita.*

Disipare, quare Destruere.
Dissoluere.

DISSOLVERE,est quod ligatum erat soluere,aperire,ac recludere, ac etiam dissipare.

i *Aug.de ess. diu.& 18.ciu Dei.32. Hie.s.Hab.3.*

Dissoluit Deus gentes,à vinculis videlicet peccatorum,*i* quum ad fidem veniunt, & quum facit populos resipiscere:& quum prauas dissipat cogitationes. *Hab.3.a.* — *Resipiscentia. Christus prædicans.*

Dissoluens Ioseph somnia. *Genes.40. e.* designat *k* Christum explicantem mysteria, & vocantem Gentes ad fidem.

k *Lyr.s. Gen. 40.*

Dissoluta vincula brachiorum Ioseph. *Gen.49.c.* designant *l* suscitationem Christi à morte, confusis Iudæis, qui eum vinxerant. — *Resurrectio Christi.*

l *Glo.inte.su. Gen.49.*

Dissoluit Dominus contumeliam gloriantium,*m* quum hæreticorum iniurias punit,*Isa.23.b.* Et dissolui idolum,est dissolui hæreses. *Ier.10.a.* Dissoluit etiam Deus in his superbiam,& opera diaboli, 1.*Ioan.3.b.* — *Puniri hæreticos.*

m *Hier.s. Is. 23.*

Dissoluit Deus baltheum regum. *Iob,12.c.* quando *n* in his, qui benè regere membra sua videbantur, propter elationis culpam,castitatis cingulum destrui permittit. Et dissoluit Pharao draco renes,quum inducit diabolus in libidinem. *Ezech.29.Prou.18.b.* — *Dissolui hæreses. Lapsus in libidinem.*

n *Gr.21.m.9.*

o *Hie.s.Is.58.*

Dissoluere colligationes impietatis. *Isa.59.b.* est *o* rumpere iniquas cautiones, quibus pauperes opprimuntur calumnia diuitum. Vel est remittere omnibus iniurias. — *Tollere vsuras. Remittere iniurias.*

p *Hie. s. Zac. 11.*

Dissoluens Zacharias propheta germanitatem inter Iudam & Israël. *Zach.11.d.* designat *p* Deum separantem credentes ab infidelibus Iudæorum. — *Separãs Deus fideles Iudæorum ab infidelibus.*

Dissoluitur domus nostra cùm morimur. 1. *Cor.* 1. *Phil.* 1. *c.* Sic dicebatur dissoluendum templum corporis Christi. *Marc.14.f.*

q *Hie.s.Na.1.*

Dissolutæ petræ. *Nah.1.b.* designant *q* dura corda mollita. — *Mollitum cor.*

r *Ori. s. Ezech. hom.12.*

Dissoluere pactum dicitur,*r* qui non sustinet pœnam peccati,quam Deus infert. *Ezech.17.44.d.* — *Impatiens.*

Dissolutæ manus,designat *s* remissam vim animæ ad bene operandum. Et ipsa anima dicitur dissoluta. 2. *Reg.4.a.2.Par.15.b.Prou.19.c.Eccl.2.c.Isa..8.d.13.b.35.a.Ier.31.d.38.a.47.c.50.g.Ezec.7.e. Dan.10.d. Nah.2.c.Soph.3.d.* Sic dicuntur dissolui renes,vt non possit quis stare. *Ezech. 29.b.* Idem designat dissolutus paralysi Alchimus, 1. *Mach.9.f.* Et dissolutum cor regum Gentium. *Ios.5.a.2.Mach.3.e.* — *Remissus animus.*

t *Hier.s. Zac. 11.*

Dissoluit malus pastor vngulas ouium. *Zach.11.d.* quum *t* Antichristus & hæresiarchæ peruertunt simplices, ne recto ingrediantur pede. — *Peruertere simplices.*

u *Glo. ord.su. Eccl.28.*

Dissoluit lingua tertia gentes fortes. *Eccles.28.a.* quum *u* hæretici perturbant Reges,& Regna. — *Perturbantes hæretici.*

x *Glo.int. su. Iudith.16.*

Dissoluit Iudith Holophernem in specie faciei suæ. *Iudith,16.b.* quum *x* alacritate virtutum,Virgo Maria,vel anima sancta confundit diabolum. — *Confusio diaboli.*

Dissuere,vide Consuere.
Distare, Distantia.

DISTARE,est abesse,vel disiungi aliquo spacio,& etiam differre : Vix habet allegoriam.

Distantia boni & mali. *Deut.1.f. Eccl.6.c. Ezech.22.f.*

Distantia personarum. *Deut.1.c.* apud iudices,est *y* acceptio personarum. — *Acceptio personarum.*

y *Lyr.s.Deut. 1.*

Distantia ortus ab occidente,ponitur in hyperbolica comparatione. *Psal.102.* — *Confessio mortis Christi.*

Distendere, vide Extendere.
Disterminare, quare Separare.
Distillare.

DISTILLARE, est paulatim fluere, vel etiam fundere. — *Bene operari.*

Distillant labia myrrham,quum *z* quis confitetur mortem,& passionem Christi. Distillant verò manus,quum quis abiicit opera mortua,benéque operatur. *Cant.5.b.6.d.* Distillabant etiam labia sponsi myrrham,quum Christus & Apostoli prædicabant pœnitentiam. — *Prædicare pœnitentiam.*

z *Am.de vir. 3.& de instit. vir.15. Hier. ad Principiã. Rup.s.Can.5.*

Distillans fauus dicuntur labia sponsæ. *Cantic. 4. c.* Et designant *aa* prædicatorem cœlestia gaudia annunciantem. — *Prædicator annuncians cœlestia.*

aa *Gr.s. Can. 4.*

Distillant mel aut fauum labia meretricis. *Prou.5.* quum *bb* hæretici decerpunt nonnullas authoritates ex sacris libris,vt faciliùs in errorem inducant. — *Decipientes hæretici verbis sacræ scripturæ.*

bb *Ori.s.Exo. hom.8.*

Distillasse dicuntur cœli, quando videlicet *cc* stellam miserunt, aut quum manna fluxerunt : aut quum data est doctrina cœlestis. *Psal.67.* — *Stella Magorum. Manna. Doctrina.*

cc *Ar.& Hil. s.ps.67.*

Distinguere, vide Discernere.
Distribuere,Erogare,Supererogare.

DISTRIBVERE,est diuersis aliquid tribuere. Erogare autem est, quasi rogatoribus distribuere. — *Dans Deus gloriam.*

Distribuit Deus hæreditatem populo suo Israël. *Ier.12.d.* quum dat fidelibus cœlestẽ patriam. Distributiones

autem

Communicãs Christus doctrinam.
Collatæ dignitates secundum merita.
Operari præter obligationem.
Stipendia prædicatorũ.
Relinquere bonos discipulos.
Consumens inaniter bona naturæ.
Perdens Antichristus virtutes Ecclesiæ.
Diuersitas fidelium.
Diuersitas operum.
Diuersæ virtutes & dona.
Opera.
Animadocta.
Sensus scripturæ.
Peccatores.
Dogmata varia.
Sensus sacræ scripturæ.
Consuetudines Ecclesiæ.
Diuersa lingua.
Diuersa regna.
Doctrina erronea.
Infirmus in fide.
Persecutiones Eccles. apud Iud. & gentes.
Varia hæreticorum secta.
Consideratio peccatorum, & pœnarum, &c.
Fulgentes doctrina & operibus.
Variæ tentationes.
Concentus Angelorum.
Bona opera.
Contraria operæ doctrinæ.
Pœna peccatorum varia.
Deus.
Christus.

Prælatus aut prædicator.
Boni.
Humiles.

Gentiles.
Philosophi.

Iudæi.
Sacerdotes. & principes Iudæorum.
Hæretici.
Philosophi.
Superbi.

autem domus domini. *Ezech.* 43. *c.* dici possunt *a* mansiones cœlestes, & dona Spiritus sancti. Distribuit quoque Christus spolia fortis. *Luc.* 11. *e.* quum Sanctos eductos à limbo in diuersis cœlorum sedibus collocauit.

Distribuit Christus panes, *b* quum communicat doctrinam, quæ distributa multiplicatur. *Luc.* 9. *b. Ioan.* 6. *b.* Sic etiam distribuunt sacerdotes hostias vniuersæ plebi. 2. *Par.* 35.

Distribuere domus, aut gradus, est *c* conferre pro meritis dignitates in Ecclesia. *Psal.* 47. 77. *Num.* 36. *a. Heb.* 2. *a.* Vel erat hæc distributio, quum Apostoli mittebantur, quidam ad gentes, quidam ad circumcisionem.

Supererogare. *Luc.* 10. *f.* est *d* addere opera præter obligationem: vt supererogabat Paulus, quum non viuebat de prædicatione Euangelij.

Distribuere pecuniam fabris præfectis operum templi. 4. *Reg.* 22. *b.* 2. *Par.* 31. *c.* est dare prædicatoribus, & laborantibus in ministerio Ecclesiæ stipendia. Dignus est enim operarius mercede sua.

Distribuere hæreditatem suam in tempore exitus sui. *Eccl.* 33. *d.* est *e* quum prælatus relinquit bonos discipulos, hæredes virtutum, & doctrinæ.

Erogans mulier emorrhousa omnia sua in medicos. *Marc.* 5. *c. Luc.* 8. *f.* est *f* anima inaniter consumens dona naturæ. Sic distribuit fatuus non directo sensu, quod habendum erat, & quod non erat habendum. *Eccles.* 20. *a.*

Erogabant sacerdotes idolorum aurum & argentum eorum in semetipsis. *Baruch.* 6. *a.* quia ipsi fruebantur iis, quæ populus idolis offerebat.

Distribuere volens rex Antiochus terram Iudæorum. 1. *Mach.* 3. *a.* designat *g* Antichristum, qui curabit euertere Ecclesiam Dei, & loco virtutum, vitia & errores introducere.

Diuersus, Varius, Variare.

Diversvm est, quantum hîc sufficit, quod est ab alio separatum, aut illi contrarium, vel dissimile: vel quod in varias partes est distributum: quod & varium dicitur.

Diuersa genera vasorum præcipuè tabernaculi, diuersitatem *h* fidelium in Ecclesia designare solent, *Isa.* 22. *g. Exod.* 17. *c.* 38. *a.* Diuersitas quoque lignorum, in quibus operabatur Beseleel, ad diuersitatem hominum in Ecclesia, & ad diuersitatem operum referri potest. *Exod.* 31. *a.* 35. *c.* 36. *b.* 2. *Para.* 34. *d. Eccli.* 38. *c.*

Diuersus color lapidum preciosorum, diuersas virtutes designare potest. 1. *Par.* 29. *a. Esther.* 1. *b.* Varietas etiam veli tabernaculi, & varietas in superhumerali, & in cortinis, *i* diuersas virtutes & dona in anima Christi, & aliorum designat. *Exod.* 26. *a. f.* 28. *b.* 26. *d. Reg.* 6. *d. Heb.* 2. *b.*

Variæ oues, multitudinem operum designare possunt: vel *k* animas literis, & scientiis picturatas. Vel diuersos sensus sacræ scripturæ. *Gen.* 30. *e.* 31. *a. Psal.* 44. Vel designantur peccatores: de quibus Dominus dicit, Non veni vocare iustos, sed peccatores.

Varietas vestium sponsæ, sunt *l* dogmata varia, tam naturalia, quàm moralia: vel sunt doctrina, & sensus sacræ scripturæ. *Psal.* 44. *Iud.* 5. *d. Ezec.* 26. *c.* Et varia byssus ex Ægypto. *Ezec.* 27. *b.* designat diuersas consuetudines in Ecclesia: Vel diuersas linguas in eadem sapientia sicut & variæ linguæ fuerunt in Apostolis. *Act.* 2. *a.*

Varietas aquilæ. *Ezec.* 27. *a.* diuersa regna sub Nabuchodonosor designabat. Diuersæ quoque bestiæ, *m* diuersitatem regnorum indicant. *Dan.* 7. *a.*

Diuersus color in cute leprosi, designat *n* doctrinam, quæ habet falsa dogmata veris intermixta. *Leu.* 13. *a.* 14. *f.* Idem designat diuersum semen in agro. *Leu.* 19. *d.* Et varietas pardi. *Ier.* 13. *d.*

Variare dicitur anima alicuius in Deum. *Zach.* 11. *c.* quum *o* in eius fide non est firmus homo.

In diuersa non murati vultus Annæ. 1. *Reg.* 1. *c.* designant *p* similes persequutiones habuisse Ecclesiam, apud gentes, sicut apud Hebræos.

In diuersa tendentes filij Beniamin fugientes filios Israël. *Iudith* 20. *g.* designare possunt diuersarum hæresum sectatores. 2. *Tim.* 3. *b. Heb.* 13. *b.* Idem designare possunt diuersi viatores, *Ier.* 9. *a. Num.* 15. *d.*

In diuersa rapitur mens, quando modò mala, quæ egit, modò bona, quæ agere neglexit, modò reprehensibilia, in quibus est, modò recta, quæ sibi adhuc deesse conspicit, solicito pauore perpendit, *Iob.* 20. *a. Zac.* 11. *b.*

Varij equi in quarta quadriga. *Zac.* 1. *b.* 6. *a.* designare possunt *q* eos, qui operibus & doctrina, & varietate signorum decorati sunt.

Varius apparatus armorum hostium, tentationes varias designare potest. 2. *Mach.* 15. *d. Iac.* 1. *a.* 1. *Pet.* 1. *b.*

Diuersa genera animantium, quæ tulerunt filij Israël de Ægypto. *Exod.* 12. *f. Eccli.* 43. *e.* Et varia supellex inter cadauera hostium reperta. 2. *Par.* 20. *f.* Et diuersæ opes Tyri. *Ezech.* 27. *b.* ad idem referri possunt.

Diuersa genera musicorum in deportatione arcæ, sunt *r* concentus Angelorum in Assumptione Virginis Mariæ. 2. *Par.* 5. *d.*

Varia pigmenta, quæ habebat rex Ezechias. 4. *Reg.* 20. *c.* designare possunt bona opera, quæ perduntur per inanem gloriam. Idem sunt varij odores, quibus delectatur cor. *Prou.* 27. *b.*

Diuersa pondera in sacco. *Deut.* 25. *d.* sunt, *s* quum quis non agit, quæ docet: & imponit aliis onera grauia, quæ digito suo non vult contingere.

Variæ plagæ Ægypti. *Iud.* 5. *b.* diuersas peccatorum pœnas indicant.

Varia baptismata legis veteris. *Heb.* 9. *c.* erant ablutiones, quæ non mundabant conscientiam, sed præfigurabant mundationem per Christum.

Varius vsus adipis morticini. *Leu.* 7. *c.* est cùm *t* desiderium naturale transferimus ad exercitationem virtutum.

Diuertere, Diuersorium, vide Declinare.
Dives, Locuples, Diuitiæ, Ditare, Facultates.
Opes, Thesaurus, Gaza, Mammona, Loculi.

Dives dici solet, qui multis abundat possessionibus, auro & argento, & reliquis, quæ inter diuitias computari solent.

Dives in primis dicitur Deus in omnes: *u* quia omnibus benefacit, & peculiariter in omnes, qui inuocant illum. *Rom.* 2. *a.* 9. *a.* 10. *c.* Vnde & dicitur diues in misericordia. *Ephes.* 2. *a.* Quia miserationes eius super omnia opera eius. Ipse est dives qui habebat villicum. *Luc.* 16. *a.*

Dives Iacob, hoc est, pinguis meritis, & perfectus. *Gen.* 30. *c.* 31. *a.* est *x* Christus, ditatus de facultatibus Laban, hoc est diaboli, gentilitate videlicet ad fidem veniente. Eundem designat dives Salomon. 3. *Reg.* 3. *b.* 10. *a.* 2. *Par.* 9. *f.* Et opulentus Iob ante aduersitates, *Iob*, 16. *c.* Erat Christus, *y* ante humanitatis assumptionem, qui pro nobis in hac vita factus est pauper.

Dives Abraham in possessione argenti & auri. *Gen.* 13. *b.* designat *z* prælatum præditum facultate prædicandi, & charitate. Vel sensum sermone, & mente. Dives etiam Ioseph ab Arimathia, quia iustus. & quia accepit corpus Christi. *Matt.* 27. *g.* Et diuites plebis dici possunt abundantes fide. *Psal.* 44. 64. Et diuites in omni verbo, & opere sunt, qui in omnibus Sacræ Scripturæ voluminibus eruditi sunt, cum operibus bonis, 1. *Cor.* 1. *a.* Verè dives est *aa* bonus. *Pro.* 10. *c.* 13. *b.* Et humilis. *Apoc.* 2. *c.*

Dives factus Laban ad introitum Iacob. *Gen.* 30. *g.* designat gentiles, quibus collatæ sunt diuitiæ gratiæ, & doctrinæ per aduentum Christi. Et diuites plebis dici possunt *bb* Philosophi. *Psal.* 44.

Diuites, qui eguerunt, dicuntur *cc* Iudæi habentes cognitionem Dei; quem tamen negauerunt. *Psa.* 33. Ipsi sunt diuites *dd* difficilè intrantes in regnum cœlorum. *Matth.* 19. *c.*

Dicuntur etiam *ee* Iudæi diuites plebis, propter doctrinam legis. *Psal.* 44. Et passus dives pro morte, & sepultura Christi, est idem populus traditus Romanis, in pœnam mortis Christi. *Isa.* 53. *e. Marc.* 10. *b. Luc.* 2. *c.* 6. *d.* 12. *c.* 18. *c.* Ipsi sunt opulenti in Sion. *Amos*, 6. *Nah.* 2. *c.* Peculiariter autem dicuntur diuites sacerdotes, & principes Iudæorum. Et populus Iudæorum erat dives ille, qui indutus purpura, epulabatur splendidè. *Luc.* 16. *d.* Opulentæ mulieres, dicuntur ciuitates Iudææ: vel vxores principum Iudæorum. *Isa.* 32. *c.*

Diuites etiam dicuntur *ff* hæretici, & Philosophi, qui inanium verborum abundant vbertate. *Luc.* 6. *d.* 18. *c.* Et dives dicitur qui multis vitiorum spiritibus abûdat. *Mat.* 19. *c. Ps.* 48. Peculiariter autem diuites sunt *gg* superbi,

a *Hie. s. Ezech.* 43.
b *Aug.* 1. *doct. Christ.* 1.
c *Arn. Hie. s. psa.* 47. *Aug. s. ps.* 47.
d *Amb. s. Luc.* 10.
e *Gl. ord. sup. Eccl.* 33.
f *Am. s. Lu.* 8.
g *Gl. ord. sup.* 1. *Mac.* 3.
h *Hie. s. Is.* 22
i *Glo. ord. sup. Exod.* 26.
k *Philo. de somniis.*
l *Gre.* 21. *mo. Bas. s. ps.* 44. *Hier. ad principiam & s. ps.* 44. *Aug. epi.* 87. *& s. ps.* 44.
m *Hier. s. Dan.* 7.
n *Lyr. s. Leu.* 13.
o *Hier. s. Za.* 11.
p *Gr. s.* 1. *Reg.* 1.
q *Hie. s. Za.* 1.
r *Lyr. s.* 2. *Par.* 5.
s *Glo. ord. su. Deut.* 25.
t *Glo. inte. su. Leu.* 7.
u *Ori. s. Ro.* 10. *Hie. Aglasia.*
x *Bed. s. Ge.* 31 *Aug. s. Ioan. tract.* 54.
y *Hier. s. Iob.* 16.
z *Amb.* 2. *de Abr.* 5. *& s. Luc.* 23. *Ori. s. Ier.*
aa *Bed. s. Pro.* 10.
bb *Hie. ad Principiam.*
cc *Bas. s. psa.* 33.
dd *Hi. s. Mat. Cas.* 19.
ee *Ori. s. Ier. hom.* 11. *Hie. ad prine. & s. Is.* 53. *& s. Iob.* 27. *Gre. hom.* 40. *Ru. s. Amos* 6. *Hier. s. Is.* 32. *ff Amb. s. Luc.* 6. 18. *Ori. s. Matth. hom.* 8.
gg *Gr.* 10. *m.* 28. *& 25. m.* 15. *Hie. s. Iob.* 12. *Au. su. ps.* 48. *Gre.* 24. *m.* 17 *Basil. ps.* 48.

Digitized by Google

qui venturi iudicis respectum non habent, dum superbis apud se cogitationibus tument. *Iob.* 12.*a.* 27.*d. Prou.* 28. *a. Ier.* 9.*g.* 49.*a.* 51.*b. Hos.* 12.*c.* 13.*d. Mich.* 4.*c. Zach.* 1.*c.* 11.*a.* 14.*c. Apoc.* 3.*c.* 18.*a.e. Eccl.* 8.*a.* Hi sunt opulenti in Sion. *Amos*, 6.*a. Iac.* 5.*a.* Auari quoque diuites dicuntur: qui difficilè intrabunt in regnum cœlorum. *Matt.* 19.*c.*

Ambitiosi. Auari.

Diuites etiam dicuntur dæmones. *Ps.* 9. Locupletati dicuntur inimici Hierusalem, quum dæmones multas animas pertrahunt in peccatum, *Thren.* 1.*b.*

Dæmones.

Diuites erant Iacob & Esau. *Gen.* 36.*a.* Sed Iacob diues erat in Deo, Esau autem in mundo.

Diues Naaman, sed leprosus. 4. *Reg.* 5. *Prou.* 8.*c.* designat diuites huius mundi, qui vix liberantur à lepra peccatorum, vnde diues magis indiget disciplina, quàm pauper, quia grauiùs laborat.

Diuites mundani. Romani. Raptores.

Diuites facti occidendo. *Zachar.* 11.*a.* erant *a* principes Romani occidentes Iudæos. Vel principes Iudæorum inducentes in infidelitatem minores & diuites sunt raptores. *Psal.* 9. Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis.

Felicitas.

Opulenta requies erit in felicitate, vbi *b* Sancti omnibus bonis abundabunt. Dicitur etiam opulenta habitatio. *Is.* 32.*d.* 33.*d.* Et thesauri in cœlo, dicunt ipsam felicitatem, *Mat.* 19.*c. Mar.* 10.*c. Luc.* 12.*d.* 18.*f. Eccl.* 15.*b.*

Diuinæ perfectiones.

Diuitiæ Dei, quæ dicuntur inæstimabiles, sunt gloria Dei, sapientia Dei, & gratiæ dona. *Psal.* 36. *Prou.* 3.*b.* 8.*c.* 1. *Par.* 29.*c. Rom.* 9.*a.* 11.*d. Ephes.* 1.*b.d.* 3.*b. Colos.* 1.*d.* 2.*a.* 2. *Cor.* 8.*a.* Has diuitias figurabant diuitiæ Assueri. *Ester* 1.*a.* Et thesauri, in *c* quibus ponuntur abyssi. *Psal.* 33. sunt diuina sapientia, & occulta Dei iudicia. *Deu.* 32.*e. Sap.* 7.*b.* Est autem venatu difficilis diuina sapientia. Thesaurus quoque Dei dicitur potentia eius, & iustitia, vnde protulit vasa iræ. *Ier.* 50.*d.* Et eius sapientia. *Eccl.* 1.*c.d. Ier.* 35.*a.* Thesauri quoque Domini dicuntur, quæ sunt consecrata Domino. *Ios.* 6.*c.* 3. *Reg.* 14.*g.* 15.*d.* 4. *Reg.* 12.*d.* 20.*d.* 24.*c.* 1. *Paral.* 9.*d.* 26.*c.* 2. *Paral.* 12.*c.* 36.*c. Nee.* 10.*d.* 12.*d.* Thesauri niuis & grandinis. *Iob*, 38.*c.* designant diuitias *d* sapientiæ, prouidentiæ, & voluntatis diuinæ: quæ secreta nemo ingreditur.

Sapientia Dei. Iudicia Dei.

Thesauri Dei aliquando significant Ecclesiam in cœlo collocatam. *Ier.* 50.*d.* 3. *Reg.* 7.*g.* Prædicatores *e* quoque dici possunt diuitiæ: qui addunt amicos ad Christum, *Prou.* 19.*a.*

Ecclesia. Prædicatores.

Diuitiæ terræ, hoc est, Ecclesiæ, est *f* ipse Deus, *Psal.* 36. Et thesaurus absconditus in agro, est mysterium Trinitatis in sacra scriptura, quod omnibus est expositum, licèt non ab omnibus inueniatur. *Matt.* 13.*f.*

Deus. Mysterium Trinitatis.

Thesauri Christi, sunt *g* dona Spiritus sancti, & sapientiæ & cæteræ virtutes, quos thesauros designabant opes Booz, & diuitiæ Iosaphat, & thesauri Ezechiæ. *Ruth.* 2.*a.* 2. *Paral.* 17.*a.* 32.*f. Psal.* 143. *Prou.* 13.*a. Isa.* 39.*b. Iere.* 10.*c.* Diuitiæ quoque Ægypti sunt doctrina Ecclesiæ, & gratiæ, ac dona Spiritus sancti, quæ possidebat Ioseph, hoc est, Christus, *Gen.* 45.*f Deut.* 6.*b. Dan.* 11.*g.*

Dona Spiritus sancti. Sapientia. Doctrina Ecclesiæ. Gratia. Christus.

Diuitiæ propriæ sunt spirituales, quæ ab inuitis auferri non possunt. Ipse Christus, & *h* virtutes, & misericordiæ opera quum quis sibi facit amicos de mammona iniquo. *Prou.* 10.*a.* 13.*b.* 14.*c.* 21.*c.* 31.*d.* Et diuitiæ mundi, vel gentium, sunt gratiarum dona à Christo collata. *Rom.* 11.*b.* Diuitiæ quoque terræ sunt *i* multitudo bonorũ operum spiritualium in mente: vel bonorum operum per sensus corporis perpetratorum. *Psal.* 36. Has autem diuitias relinquunt alienis peccantes: *Psal.* 48. *Iosu.* 22.*b.* 3. *Reg.* 3.*b.* 2. *Par.* 17.*a.* 18.*a.* 32.*f. Iudith.* 3.*h.* 8.*a. Eccle.* 7.*b.* 9.*c.* 10.*b. Eccl.* 44.*a. Iac.* 2.*a. Apoc.* 2.*c.* 3.*d.* Diuitiæ autem super camelos, sunt thesauri virtutum super infirmitatem carnis prædicatorum. *Genes.* 24.*b.* Has *k* diuitias habent robusti. *Prouerb.* 11.*c.*

Virtutes. Dona gratia. Bona opera. Sapientia. Doctrina vtriusque testamenti. Diuinitas in Christo. Timor Domini. Cœleste desiderium. Spes. Iex & Prophetæ. Dogmata Philosophorũ. Sancti in limbo. Discipuli hæreticorum. Sensus Apostolici. Cœlum. Sapientia, & eloquentia gentilium. Scientia seculares. Abundantia temporalium. Gentes. Mysteria. Frigida pectora. Deceptiones diaboli. Mali. Superbia. Auaritia. Multiplicatio fidelium. Multiplicatio operum vitæ actiuæ. Operari propter Deum. Docentes errores. Dæmones. Propria voluntas. Abundantes doctrina & donis Spiritus sancti.

Thesauri, quos dat Deus, sunt *l* Sapientia. *Gen.* 43.*e.* Et hunc thesaurum habemus in vasis fictilibus, hoc est, in rudi sermone. 2. *Cor.* 4.*b.* Eandem sapientiam designant thesauri absconditi arenarum. *Deu.* 33.*c. Iob.* 3.*d.* 20.*b. Prou.* 2.*e. Eccl.* 29.*b.* 30.*d.* Et thesaurus absconditus in agro, est *m* vtrumque testamentum in Ecclesia: vel *n* sapientia in scripturis sacris, aut in Christo: quæ constat ex manifestis, & occultis, & inde proferuntur noua, & vetera. Vel est diuinitas in Christo. *Matt.* 13.*f. Colos.* 2.*a. Iere.* 41.*b.* In thesauros ponit Deus abyssos. *Psal.* 32. quum non omnibus exponi vult scripturarum mysteria. Et diuitiæ stulti, quas bibunt sitientes, sunt *o* doctrina sacræ scripturæ: quas diuitias stultus oculis aspicit, & in ornamenti sui vsum minimè assumit: quia verba legis audiens, magna quidem esse considerat, sed ad hæc comprehendẽda, nullo studio amoris elaborat. *Iob.* 5.*b.* Et has diuitias, *p* quas deuorauit hypocrita legendo, euomet obliuiscendo. *Iob*, 15.*d.* 16.*c.* 20.*a.* 31.*c. Sap.* 8.*a. Isa.* 32.*d.* 33.*b.* 49.*b.* 1. *Pet.* 3.*a. Nah.* 3.*b.* Diuitiæ salutis dicuntur sapientia, & scientia: & thesaurus Domini est timor eius. *Isa.* 33.*a.*

Thesaurus etiam in agro, est *q* cœleste desiderium, vel spes in pœnitentia, quæ, quia non cernitur, quasi in terra cordis suffossa continetur. *Ierem.* 41.*b.*

Diuitiæ populi Iudæorum, *r* sunt lex, & Prophetæ, *Ier.* 15.*c.* 17.*a.* Hæ sunt diuitiæ, quas reliquerunt alienis. *Psal.* 48. *Prou.* 17.*c.* Diuitiæ etiam conseruatæ, in malum Domini sui, *s* sunt lex & Prophetæ, quæ conseruant Iudæi, & per ea redarguuntur, & condemnantur. *Eccl.* 5.*b.* Eadem dicuntur thesauri Iudæorum. *Ierc.* 20.*b. Iob.* 5.*a.*

Diuitiæ quoque custodiæ in malum possidentis, sunt *t* dogmata Philosophorum, ex quibus, nec repertores, nec sectatores fructum aliquem percipiunt, sed potiùs damnum. *Eccl.* 5.*d.*

Thesaurus vasis desiderabilis, *u* erant Sancti in limbo. Vel designantur discipuli hæreticorum. *Hos.* 13.*d.*

Thesauri, vnde producit Deus ventos, dici possunt *x* sensus Apostolici. Vel etiam *y* ipsum cœlum. *Psal.* 134. *Deut.* 28.*a. Eccl.* 43.*b. Ier.* 10.*c.*

Facultates Laban, designare possunt eloquentiam gentilium. *Gen.* 31.*a.* Et diuitiæ reginæ Saba, quas attulit Salomoni, *z* doctrinam Philosophicam significant. 3. *Reg.* 10.*a.* 2. *Par.* 9.*a.* Ad hæc refertur locupletatio Madian. *Iudith*, 2.*d.* Et opes Sidoniorum, & Tyri, sunt sapientia, & eloquentia gentilium. *Iud.* 18.*b. Ezech.* 16.*c.* 27.*c.* 1. *Mach.* 4.*c.* Idem designare possunt thesauri Magorum. *Matt.* 2.*b.* Et diuitiæ gentium. *Zach.* 14.*c.* Et diuitiæ Assueri. *Ester* 1.*a.* 4.*b.* Et Holophernis. *Iudith*, 12.*a. Dan.* 11.*a. Ier.* 48.*b. Nah.* 2.*c.* 3.*b.*

Diuitiæ peccatorum, sunt sapientia huius seculi, & scientiæ seculares sine fide. *Psa.* 9. 36. Et etiam *aa* abundantia rerum temporalium, quæ diuitiæ dicuntur affluere, quia non perseuerant. *Psal.* 61.

Thesauri absconditi quos dat Deus Cyro, erant *bb* diuitiæ Babylonis. *Isa.* 45.*a. Ier.* 50.*f.* 51.*b.* Designabant autem datas Christo: & mysteria data prædicatoribus.

Thesauri niuis, & thesauri grandinis. *Iob.* 38.*c.* designant *cc* frigida aduersariorum pectora, quæ Deus ingreditur, quum eos conuertit.

Diuitiæ super humeros iumentorum, & super gibbum camelorum. *Isa.* 30.6. Et diuitiæ leonum & aspidum, *dd* sunt deceptiones diaboli.

Diuitiæ perdicis. *Ier.* 17.*b.* designant *ee* malos subiectos diabolo, vel deceptos ab hæreticis.

Thesaurus est fidelis amicus, quem qui inuenit, thesaurum inuenisse dicitur. *Eccl.* 6.*b.*

Mammona est vocabulum Syrum, significans pecuniam, vel diuitias, aut cupiditatem. Dicuntur autem mammona iniquitatis: quia per illas *ff* auaritia nostros tentat affectus: vel quia ab iniquis & mundanis iniquè appellantur diuitiæ, quum non sint veræ diuitiæ. *Matt.* 6.*c. Luc.* 16.*b.* Ad hæc referuntur diuitiæ, superbiæ & auaritiæ. *Ester* 1.*a. Iob.* 5.*a.* 20.*b.*

Ditatio Isaac, qui locupletatus dicitur. *Gen.* 26.*c.* designat *gg* incrementum fidelium in Ecclesia.

Ditatio Liæ per filiorum multitudinem. *Gen.* 30.*c.* designat multitudinem operum vitæ actiuæ. Ditat autem Dominus, quum *hh* gentilitatem tam thesauro fidei quàm bonorum operum fulgoribus exornat. 1. *Reg.* 2. *Ps.* 64.

Thesaurizare in cœlo, est bene agere propter *ii* Deum. Thesaurizare autem in terra, est bene agere propter inanem gloriam. *Matt.* 6.*c.* Et thesaurus bonus, est prudentia omnis, (quæ est in Christo) virtutis ad gloriam Dei: contráque prudentia malitiæ eorum, quæ interdicta sunt à Domino, thesaurus est malus. *Matt.* 12.*c. Luc.* 6.*g.*

Thesaurizat sibi iram, qui diuina abutens misericordia, addit peccata peccatis. *Roman.* 2.*a.*

Thesaurizant hæretici iniquitatem, *kk* quum docent errores. *Amos*, 3.*c.*

Locupletati hostes Hierusalem, *ll* sunt dæmones gaudentes de anima peccante, & omnia spiritualia bona amittente. *Ier.* 5.*g. Thre.* 1.*b.* Sic ditauit Tyrus reges terræ. *Ezech.* 27.*g.*

Loculos habent, *mm* qui propriam faciunt voluntatem sicut Iudas dicebatur habere. *Ioan.* 12.*a.* 13.*c.*

Gazophylacium, *nn* est locus, vbi diuitiæ seruantur in templo: designat eos qui pleni sunt doctrina, & donis spiritualibus. *Ezec.* 40.*c.*

Domus Bathuelis, in quam venit Iacob, significare potest *aa* continentiam, & sapientiam, *Genes.28.a.*

Domus Ioseph, significare potest *bb* imitationes castitatis Ioseph. *Zach.10.b.*

Domus patris Abrahæ, à qua egressus est. *Genes.12.a.* significat *cc* Iudæam, à qua egressus est Christus. Eadem dicitur aliquandò domus Dei. *Genes.29.d.* Et domus Iacob. *Genes.42.a. Isa.2.b.6.a.27.c.29.g.* Eandem significat domus principis, cuius filia erat mortua. *Matth.9.c.* Ipsa est domus non stans, & domus immundi spiritus, mundata lege, & ornata Prophetis. *Matth.12.b. Luc.11.c.* domus etiam Caiphæ, est synagoga, in qua negatur Christus, vt Petrus negauit. *Matth.26.g. Isa.3.b.* Eadem est domus patris filij prodigi, vbi Deus colebatur. *Luc.15.d.* Et domus duæ Israël, quibus factus est Christus lapis offensionis, sunt Scribæ & Pharisæi. *Isa.8.c.* Eadem Iudæa, & Hierusalem, est domus alienorum, quæ destructa est, vt non sit ciuitas. *Isa.25.a.* Et domus Dagon euersa. *Iud.16.g.* Eandem significat domus Esau. *Genes.27.b.* Et domus patris Iephte, à qua ipsum eiecerunt fratres eius. *Iud.11.a.* est Iudæa, seu domus Dauid, à qua eiecerunt Iudæi Christum, ne regnaret. Et domus Aaron, pro qua orat sacerdos, est populus Iudaicus, pro quo orauit Christus, & obtulit vitulum, propter iugum legis. *Leu.16.b.* Domus Eli, & domus patris eius, significat sacerdotes maiores sacerdotij. *1.Reg.2.b.3.c.* domus quum non amplius dicitur esse ministratura, designat abiectionem veteris & minores veteris legis. Et etiam Saræ, in qua

a *Orig.s.Exod. hom.2. & s. Cant. hom.3. Hie.s.Is.22. 42.& s.ps.47 Aug.s.ps.47.*
b *Ber.s. Can. ser.46. Ber.s.2.assum & ser.paru.9.*
c *Aru.s.ps.83*
d *Ori.s.Num. hom.17.*
e *Gre.1.Re.9*
f *Gre.s.1. Re. 1.2.*
g *Hil.su. psa. 134.*
Isyc.s.Leu.16
h *Isy.s.Le.25.*
i *Rup.s.Abdi. Hil. s. psal. 134.*
k *Ricar.de S. Vict.de somn. Nabuc. 4.*
l *Ori. s. Mat. cap.13. Gr.s.1.Re.10 & 30.m.23.*
m *Arm.& Aug.s.ps.44. Hie ad Principiam. Phil. de Cherubim. Ori.s.Matth. ho.27.31.35. & s.Cant. hom.23. Amb. de dig. fac.4. Hil.s.ps.127. & s. Matth. can.8.9. Basi.s.ps. 48. Hie.s. Is. 64. & s.Agge. 1.*
Chry.s.ps.22.
n *Phi.2.alleg. Gr.10.mo.16 & hom.22. Bern.serm. 2. Assumpt. Gre.5.m.28. & ho. 22.& 9.mor.14.*
o *Gre.s.1.Re. 6.& 3.m.21. 24.& 16. & mor.28. & s. Ezec.ho.12. Ricar. de St Vict.de secur. conscien.*
p *Ori.s. Leui. hom.15.& s. Is.ho.1. & s. Iere.hom.8. Hil.s. Matth. Can.8. & s. ps.65.138. Am.s. Luc.5. Hier.s.Is. 14. 65. Chry.s.ps.22. Gr.s.1.Reg.1. 2. Euc.q. in Ecclesiasten: Bern.ser. par. 42. Rup.3.s.Reg. 16.*
q *Gr.s.1.Reg. 2.*
r *Gr.s.1.Reg. 15.*

s *Bas.s.ps.44.* t *Gre.s.1.Re.1.* u *Rup.3.s.1.Reg.14.* x *Gre.14.mo.21.* y *Rup.s.Mic. 2.* z *Philo.quòd Deus sit immutabilis,* aa *Ambr. de fug.sec.4.* bb *Ru.s. Zac.10. Ambr.de Ioseph.8.& su.Luc. 7.* cc *Ori.s. Isa.hom.4. Hil.s. Matth. can.9.12. Hier. epis.Beati. & s.Is.2.8.21. Gr.s.1. Reg.2. Ru.s.Iud.25. Aug. q. in Iud.49. Isyc.s.Leu.16.*

Digitized by Google

qua intro ducta est Rebecca. *Genes.* 24. *g.* est *a* synagoga, in cuius locum introducta est Ecclesia Gentium. Et domus matris sponsæ, *b* est plebs Iudaïca. *Cant.* 3. *b.* 8. *a.* Et domus Simonis Pharisæi, est Iudæa: in qua peccatrix remissionem inuenit, quam Iudæi non meruerunt. *Luc.* 7. *e.* Et hæc est domus exasperans. *Ezech.* 17. *c. Amos* 2. *b.* 3. *c.* Et domus Patris Christi, quæ pugnauit aduersus eum, est Iudæa. *Ierem.* 12. *b.* 17. *d.* Et domus Abimelech, ad quam venit Dauid. *Psal.* 51. *in titulo.* Et domus primogeniti Iob, *c* in qua perierunt fratres, filij ipsius Iob, est Iudæa, *Iob* 1. *c.* Et domus Ezechielis, in qua includitur, est Iudæa. *Ezech.* 3. *g.* 5. *a.* Domus etiam deserta, est Iudæa deserta à Spiritu sancto. *Matth.* 24. *d.* Domus etiam Dauid, in qua custodiebatur ab aduersarijs, vt occideretur in Hierusalem, in qua Christus occisus est. 1. *Reg.* 19. *b. Psal.* 58. Et domus pessimorũ, dici potest Iudæa, vel congregatio hæreticorum, vel princeps seculi. *Isa.* 31. *a.* Domus etiam gladij, erat olim synagoga Iudæorum, quum habebant veram fidem: sed postea facta est domus dimissa: in qua oriuntur spinæ, vrticæ, &c. *Isa.* 32. *c.* 34. *c.* Eadem est domus meretricis, & locus voluptatum. *Ierem.* 5. *c.* Dici quoque potest synagoga domus onagri, hoc est, Christi. *Iob.* 39. *a.* Domus, intra muros, *d* erat Iudæa intra legem, quæ redimi debebat intra annum, hoc est, intra tempus Christi. *Leuit.* 25. *e.* Domi reliquerat Esau vestes optimas, quibus indutus est Iacob. *Genes.* 27. *b.* quia *e* sacræ Scripturæ præceptis, quæ maiori populo data fuerant, in bona operatione minor vestitus est. Et illa Gentilis populus præcepta tenet in mente, quæ Iudaicus populus habere non potuit, dum solam literam in eis attendit. Domus etiam Loth potest designare Iudæam. *Genes.* 19. *a.*

Congregatio hæreticorum. Principes seculi.

Domus, aut gradus Sion *f* sunt gradus & dignitates in Ecclesia *Psalm.* 47. Et domus Dauid, dicuntur *g* prælati ecclesiæ, qui regunt Iudam, hoc est, Ecclesiam. *Zach.* 12. *b.* Et domus Aaron, est *h* status sacerdotum, & Pontificum ecclesiæ. *Psalm.* 134.

Dignitates Ecclesiæ.

Domus Nachor, legem naturalem significare potest: quæ dicitur esse præparata: quia seruantes legem naturalem parati sunt ad suscipiendam legem Christi. *Genes.* 24. *d.* Domus etiam matris, designat *i* internum naturæ secretum: vel doctrinam moralem. *Cant.* 3. *b.*

Lex naturalis. Secretum naturæ. Doctrina moralis.

Domus Esau, significare potest vetus testamentum. *Genes.* 27. *b.* Et domus absolutè, sunt scripturæ legis & Prophetarum: quæ transierunt ad extraneos, quum datæ sunt gentibus. Domus autem regum, vbi habitat stellio. *Prou.* 30. *d.* sunt mysteria sacræ Scripturæ, quibus fruitur simplex. Et domus noua, est sensus sublimis de Deo in scriptura. *Deut.* 22. *b.* Et domus fratris est dogma veritatis. *Deut.* 25. *b.* Domus etiam interior templi, *k* significat secretiora mysteria scripturæ. *Ezech.* 41. *e.*

Verus testamentum. Mysteria sacra scriptura.

Domus Pharaonis, cui præpositus est Ioseph, designat Gentilitatem, cui præpositus est Christus. *Genes.* 45. *a. Psalm.* 104.

Gentilitas.

Domus autem Pharaonis, in quam ipse ingressus est, auersus à Mose, designat quietem prauorum in sua iniquitate. *Exod.* 7. *d.* Idem designabunt domus Ægyptiorum. *Exod.* 8. *a.* 10. *b.* Et domus seruitutis. *Mich.* 6. *a.* Et domus patris deserenda, *l* sunt habitus vitiorum, imitatio diaboli, & Adæ, & conuersatio Iudæorum, secularia omnia, demum ipsa caro. *Genes.* 12. *a.* 20. *a.* 34. *d.* 38. *b.* 41. *e. Psalm.* 44. Idem designat domus Laban, *Genes.* 31. *b.* Quæ etiam significat verba, quæ regit mens: vt paterfamilias domum. Et vt paterfamilias è vestibulo æstimatur, ita mens ex verbis. Et domus patris Eli, *m* est societas malorum fauentium in malo: qui sunt ex patre diabolo. 1. *Reg.* 2. *e.* Domus etiam Thogorma. *Ezech.* 27. *c.* designat societatem malorum.

Quies in vitijs. Habitus vitiorum. Imitatio diaboli. Conuersatio Iudæorum. Secularia. Caro. Verba. Societas malorum.

Domus, ad quam non reuertitur, qui in infernum retruditur, *n* est id, in quo per desiderium, habitare, & quiescere consueuerat: ad quod non amplius reuertetur. *Iob.* 7. *b.* Et domus hypocritæ, est delectatio fauoris, quam quasi quietus inhabitat, quia per cuncta sua opera, ad hanc se intra animum reclinat. *Iob.* 8. *c.*

Delectatio fauoris.

Domus Israël, separata à domo Iuda, designat *o* hæreticos, quorum non miseretur Deus. *Hos.* 1. *c.* 5. *a.* Idem est domus Ioseph, & domus Ephraim *Amos.* 5. *b.* Domus etiam leprosa radenda, est congregatio hæreticorum dissipanda: quæ etiam claudenda est, ne prædicare permittantur. *Leuit.* 14. *e.* Et domus hæreticorũ, est peruersa dogmata. *Isa.* 13. *c.* Et domus Moab, est peruersa sapientia. *Isa.* 15. *a.* Et domus ad domũ coniuncta, est hæresis hæresi addita. *Isa.* 5. *b. Ierem.* 5. *g.* Et ipsi hæretici ædificant domos in iniustitia, non magnas, sed paruas. *Ierem.* 22. *b. Hos.* 8. *d.* Et domus Samariæ, sunt *p* conciliabula hæreticorum. *Amos.* 3. *c. d.* 5. Domus regis designat eadem cõciliabula. *Hos.* 5. *a.* Inter hæreticos domus hyemalis, est eorum, qui laborant continentiis, & ieiuniis, xerophagiis, chameuniis, è quibus Taciaũs est, & Manichæus. Et domus æstiua sunt Nicolaitæ, & Eunomiani, qui propter ventris ingluuiem omnem recipiunt voluptatem. Domus autem eburneæ, quæ artifici dente, & Rhetorici nitoris splendore composita sunt. Et domus Asel, seu vicina, est domus hæreticorum. Et Domus mendacij, est collectio hæreticorum. *Mich.* 1. *c. d. Hab.* 2. *c. Soph.* 1. *c.* Domus etiam Gazæ, & domus Carioth, significant *q* argumenta hæreticorum. *Amos.* 1. *c.* 2. *a. c.* Et domus leprosa, dici potest *r* doctrina habens aliquid erroneum. Vel particularis Ecclesia, cum aliqua doctrina erronea. *Leuit.* 14. *e.* Domus etiam discalciati, est dogma erroris. *Deut.* 25. *c.* Domus mulieris alienæ, *f* congregatio hæreticorum. *Prou.* 2. *d.* 5. *b.*

Hæretici. Peruersa dogmata. Argumenta hæreticorum.

Domus maior, quam percussit Dominus ruinis, significat decem tribus quas destruxit Deus. Domus verò minor, quam percussit scissionibus, est tribus Iuda, & Beniamin, quas post septuaginta annos instaurari fecit. Vel domus maior, est *s* synagoga: domus verò minor, Ecclesia. *Amos.* 6. *d.* Domus etiam Dauid, potest significare *u* credentes ex Iudæis, domus verò Iuda credentes ex Gentibus, *Zach.* 12. *b.*

Decem tribus. Duæ tribus. Synagoga. Ecclesia.

Domus impij, sunt *x* mali, in quibus habitat diabolus, *Hab.* 3. *c.* Et domus desertæ, sunt mali, *Iob.* 15. *d.* 27. *c.* Et domus ædificata amphoræ in terra Sennaar, est *y* permanentia iniquitatis in mundo. *Zach.* 5. *d.* Domus quoque regum, sunt libidinosi, cæterisque vitiis infecti: in quibus habitant dæmones, vel sunt ipsa corpora vitiis tradita, *Luc.* 7. *d. Prou.* 30. *d.* Et domus fortis, hoc est, diaboli, sunt *z* animæ peccatrices, *Matth.* 12. *d.* Et domus laqueatæ sunt *aa* voluptates, & luxuria secularis, *Agg.* 1. *a.* Itidem ædes secundæ regis Assueri, *Ester.* 2. *c.* Et domus Saulis iam mali, est *bb* consuetudo praui operis, & mensura nequitiæ, 1. *Reg.* 15. *g.* Et domus exasperans, sunt qui peccant in ecclesia, *Ezech.* 17. *c.* Et domus Centurionis, in qua seruus infirmabatur, sunt vitia, *Matth.* 8. *a.* Et domus Matthæi, vnde Christus ipsum euocauit, sunt peccata corporis. *Matth.* 9. *b.* Hanc domum euertit, seu euertit mulier, *cc* diuina videlicet sapientia, destruens seu expellens vitia, *Luc.* 15. *d.* Ad hæc pertinent ædiculæ effœminatorum, 4. *Reg.* 23. *b.* & ædes reptilium, *Mich.* 7. *d.* Et domus pulueris. *Mich.* 1. *c.*

Monstra. Consuetudo praui operis. Vitia & peccata.

Domus populi, ad quas vnusquisque reuertitur, *dd* consideratione sui designant, ad quam vnusquisque redire debet, 1. *Reg.* 10. *d.*

Consideratio sui.

Domus seruitutis, dici possunt *ee* negotia secularia, opera carnis: & familia diaboli, *Exod.* 13. *a.* 20. *a. Leu.* 26. *b.* Vnde è diuerso, domus libertatis, est relinquere mundum, carnem, & diabolum. Domus etiã negotiationis, dicitur is, qui vacat negotiis secularibus, *Ioan.* 2. *c.*

Negotia secularia. Relinquere mundum.

Domus Simonis leprosi, significare potest *ff* terram: in quam dignatus est venire filius Dei, *Matth.* 26. *a.* Vel designat eam partem populi Iudæorum, quæ in Christum credidit.

Terra. Credentes ex Iudæis.

Domus Herodij, est aqua, quia ibi nidificare solet, si est fulica, *Psal.* 103. Vel sunt *gg* petræ, designantes fortitudinem Christi, quæ non vincitur fluctibus.

Aqua. Fortitudo Christi.

Domus carceris, dici potest *hh* mors, & status peccati, & hic mundus, & vterus matris: & præterea pectora Scribarum, & Pharisæorum, *Eccles.* 4. *d. Isa.* 42. *d.* Domus etiam æternitatis, *ii* dicitur sepulchrum hominis, *Eccles.* 12. *b.* Domus impij, *kk* dici potest mundus sub diabolo, *Hab.* 3. *c.*

Mors. Status peccati. Mundus. Vterus matris. Sepulchrum.

Domus omnium viuentium constituta in morte, ante aduentum Christi, erat *ll* limbus, *Iob.* 30. *c.*

Limbus.

Domus meretricis, ad quam ingressus est Samson, typus erat *mm* inferni, quò ingressus est Christus. *Iud.* 16. *a.* Hæc est domus in terra Senaar, *Zach.* 5. *d.*

Infernus.

Domus meretricis inclinata ad mortem, est *nn* caro, in qua turpitudini substernitur, *Prou.* 2. *d.*

Domesticus.

Domesticvs, dicitur familiaris, seu ad domum pertinens.

Domestici Dei, sunt fideles in ecclesia, *Ephes.* 2. *d. Matth.* 10. *c.* Eosdem designant domestici Dauid, hoc est, Christi. 2. *Reg.* 16. *a.*

Domestici

a *Bed. s. Gen.* 24.
b *Gre. s. Can.* 3. *Bern. s. Cant. ser.* 79. *Hie. s. Ier.* 12. *& s. ps.* 51.
c *Gr.* 2. *m.* 24. *& s. Ezech. hom.* 12. *Hie. s. Matth. Cano.* 24. *s. ps.* 58. *Hieron. epis. Multum in vtramque & su. Is.* 31. *Gre. s. Eze. ho.* 9.
d *Is. s. Leu.* 25.
e *Gre. s. Ezec. hom.* 6.
f *Arn. s. ps.* 47
g *Hier. s. Zac.* 12.
h *Hilar. s. ps.* 134. *Ambr. de vir.* 3. *& s. psal.* 118. *ferm.* 17.
i *Ori. s. Cant. hom.* 3. *Gre.* 6. *mor.* 4.
k *Ori. s. Mat. hom.* 29.
l *Arn. & Basi. s. ps.* 44. *Hier. epi. Audi filia. Amb. epis.* 4. *& 2. de Abr.* 1. *Phil. de mi. Abr.*
m *Gr. s.* 1. *Re.* 2.
n *Gr.* 7. *m.* 24. 31.
o *Hie. s. Hos.* 1. *& s. Amos* 5. *& s. Isa.* 6. 13. 16.
p *Hie. s. Amos* 3. *& s. Mic.* 1.
q *Hie. s. Amos* 1.
r *Isy. Leu.* 14.
s *Bed. s. Prou.* 2. 5.
t *Hie. s. Am.* 6
u *Rup. s. Zac.* 12.
x *Hie. s. Ha.* 3.
n *Gre.* 12. *mo.* 23.
y *Hier. s. Za.* 5.
z *Hie. s. Mat. can.* 7. 9. 11. 12.
aa *Hie. s. Agg.* 1.
bb *Gr. s.* 1. *Re.* 15.
cc *Ber. de gratia & libero arbitrio.*
dd *Gr. s.* 1. *Re.* 10.
ee *Ori. s. Ex. h.* 7. *& s. Leu. ho.* 16.
ff *Am. s. Luc.* 7. *Hie. s. Matth.* 26.
gg *Arn. & Au. s. ps.* 103.
hh *Ter. aduc. Iudæos. Hie. s. Isa.* 42.

ii *Hie. s. Eccle. siasten.* 12. kk *Ru. s. Ha.* 3. ll *Gre.* 20. *m.* 27. mm *Aug. ser.* 107. *Rup. s. Zac.* 5. nn *Bed. s. pro.* 2.

Digitized by Google

Fideles in Ecclesia.

Domestici mulieris fortis, sunt *a* beati in patria, *Prou.31.c.* Vel etiam fideles in Ecclesia.

Beati.

Domesticus fidei est, *b* qui eadem tibi fidei religione coniungitur: quem à consortio fraternitatis peccata non separant, *Gal.6.c. Rom.16.a.1.Cor.16.d.1.Tim.5.a. Eccl.30.a.* Ad idem referri potest domesticus patris, *Isa.3.a.* & domestici Centurionis, *Actor.10.b.*

Eiusdem religionis.

Domestici carnis, *c* sunt voluptates, diuitiæ, honores, &c. ad quæ non est accedendum affectu: à quibus domesticis est cauendum, *Eccles.32.d. Mich.7.b.*

Voluptates. Diuitiæ. Honores.

Domestici hominis, qui sunt inimici, sunt *d* Iudæi, & hæretici, qui videntur esse de domo Christi, & tamen illi aduersantur, *Mich.7.b.*

Iudæi. Hæretici.

Donare, quare Dare, & Remittere.
Donum, Donarium, Munus, Remunerare.

DONVM, seu munus est, quod liberaliter datur, aut Deo propiciando, aut hominibus, aut pro benefactis, aut pro beneuolentia, seu honoris gratia. Munera autem à quibus excutiendæ sunt manus, iuxta *Isa.33.c.* sunt tria. *e* Munus à corde, est captata gratia à cogitatione. Munus ab ore, est gloria per fauorem. Munus ex manu, est præmium collatum. Vel ponitur munus ab obsequio, à manu, à lingua. Munus ab obsequio, est subiectio indebitè impensa. Munus à manu, est pecunia, vel æquiualens. Munus à lingua, est fauor humanus. Dona autem seu munera oblata Deo, dicuntur oblationes, & sacrificia.

Dona Spiritus sancti.

Dona sunt propriè quæ dat Deus, quæ sunt merè gratuita, & principaliter dona spiritualia, quæ dicuntur dona cœlestia, & Spiritus sancti, de quibus passim fit mentio in nouo testamento, *Ioan.4.b. Rom.5.c.11.d.1.Cor.7.d.2.2.Cor.9.d. Ephes.2.b.3.b. Hebr.6.a. Actor.2.f.8.d.*

Labores, & orationes Christi.

Dona, quæ dedit Christus hominibus, fuerunt *f* omnes labores passionis suæ, & orationes quas pro illis fudit in cruce. Et dona, quæ misit post ascensionem suam, mittens Spiritum sanctum, *Psal.67. Ephes.4.b.* dona verò, quæ accepit in hominibus, sunt Gentiles ad fidem venientes. Idem designare possunt dona, quæ misit Dauid senioribus Iuda, *1.Reg.30.c.* & dona, quæ dedit Salomon Reginæ Saba, *3.Reg.10.c.* & dona, quæ largitus est Assuerus, iuxta magnificentiam principalem, *Ester.2.d. Prou.4.a. Sap.3.b.7.b. Eccl.1.c. Isa.66.g.* & munera Iudæ data Thamar, *Genes.38.f.* designant *g* gratiam vocationis, iustificationis, &c. Et munera, quæ misit Ioseph ad patrem suum, sunt dona spiritualia data per Christum populo Israël, *Gen.45.f.* & dona meliora, quæ debemus æmulari, *h* sunt dona spiritualia, quæ in primis sunt petenda à Christo, *Gal.4.c.* Munus etiam familiæ, designat dona gratiæ, *Leuit.5.c.* & est sacerdotis, quia gratiæ dantur per Christum. Donum hominis, quod dilatat viam eius, est *i* gratia, quam Christus attulit mundo, *Prou.18.x.*

Dona Spiritus sancti. Anima. Credentes. Confessio fidei Gratitudo. Vota. Bona opera. Laudes & preces.

Dona, quæ adducunt reges ad Christum, sunt *k* animæ propriæ, *Psalm.67.71.* Idem designant munera data Salomoni, *3.Reg.4.c.10.d.2.Paral.9.f.* designant etiam credentes ex gentibus, & Iudæis. Idem designant munera data Regi Iosaphat, *2.Par.17.a.* & Oziæ, *2.Par.26.b. Ezech.2.Par.32.f. Tob.13.c. Isa.39.a.60.f.* & munera filiarum Tyri, designant gratitudinem fidei, *Psalm.44.*

Munera, quæ deferunt filij Iacob Ioseph, designant gratitudinem offerendam Christo, *Genes.43.c.d.*

Donum altaris sunt *l* vota, & bona opera, quæ in corde bono sanctificantur: vel sunt laudes & preces, quæ sanctificatur per Christum. *Matt.5.c.23.b. Marc.7.b. Luc.21.b. Hebr.8.a.9.c.11.a.* Donaria quoque bona, *m* sunt emendatio vitæ, & pœnitentia, & gratiarũ actio, *Exod.26.f.25.c.28.a.36.a.38.d. Num.7.a.15.a.18.31.g. Deut.12.a.1.Reg.2.f.1.Par.29.e. Neem.13.a. Eccles.50.g. Psalm.44. Isa.19.c.19.d. Ierem.41.a. Soph.3.c. Matth.8.a. Luc.21.a. Heb.5.a.*

Emendatio vitæ.

Munera filiarum Tyri designare possunt *n* eleemosynas à diuitibus factas, *Psal.44.* Munus autẽ absconditum, & donum in sinu, *o* est eleemosyna citra inanem gloriam, *Prou.21.b.22.b.*

Eleemosyna diuitum. Bona temporalia.

Munera data matri à fratribus Rebeccæ per seruum Abrahæ, *Genes.24.f.* sunt *p* bona temporalia, quibus abundant gentiles, & mali: qui etiam si fidem habeant, tamen propter malam vitam non admittuntur ad hæreditatem Rebeccæ. Munera etiam, quæ dedit Abraham filiis concubinarum. *Genes.25.a.* sunt bona temporalia, data Iudæis, hæreticis, & carnalibus, qui non sunt cohæredes Isaac, hoc est, Christi. Ad hæc munera inuitabat Sichen filios Israël, *Genes.34.b.* Possunt etiam designare munera Abrahæ, quædam Dei dona vel in signis, vel in sacramentis Iudæis collata.

Placatio principum seculariũm. Honor & subiectio prælatis Eloquia Dei. Dona Luciferi.

Munera data sunt Esau à Iacob, *Genes.32.d.* quæ *q* designant placandos esse temporalem potestatem habentes, ne noceant spiritualibus: vel designant eos, *r* quos reliquit Christus in potestate diaboli.

Munera offerenda prælatis, sunt *s* reuerentia honoris, & humilitas subiectionis. Hæc munera non obtulerunt filij Belial Sauli, *1.Reg.10.d.*

Dona, in quibus Ruben erat prior, *Gen.49.a.* sunt, *t* quæ primi acceperunt Iudæi, vt fuerunt eloquia Dei, legislatio, testamentum, siue prómissio. Designare etiam possunt dona collata Lucifero, & superbis.

Donaria idolis oblata, significare videntur peruersam mentem cum prauis operibus. Talia fuerunt munera, quæ misit Balac ad Balaam, *Num.22.g. Par.28.d. Ezech.20.f. Ho.f.8.c.1. Mach.12.g.*

Praua opera. Hæreses. Hæretici.

Munus delatum regi vltori, fuit *u* vitulus aureus, qui colebatur Samariæ, qui datus est regi Assyriorũ, *Hos.10.b.* & designat hæreses, vel ipsos hæreticos, qui traduntur diabolo. Munera etiam dant amatoribus hæretici, *Hos.8.c.* quum quidquid habent boni, relinquunt dæmonibus.

Munera fermenti & mellis, offeruntur Domino, sed non in sacrificium. *Leuit.2.c.* vide *Fermentum, & Fauus.*

Munus primitiarum de spicis, *Leuit.2.d.* quære Primitiæ.

Auaritia. Auari. Prouentus sacerdotum.

Munera accipientes iudices, designant *x* auaritiam, vel auaros, *1.Reg.8.a.* & munera, pro quibus Iudæi iustificarunt impium Barabbam, & iustitiam iusti Christi abstulerunt, sunt prouentus, quos sacerdotes accipiebant à populo, *Isa.5.f.33.c. Iob.15.d. Psal.14.25. Prou.17.d. Mich.3.d.* Hæc sunt munera praua, *Eccl.35.c.40.b. Amos.5.f. Malach.1.c.*

Munera oblata Deo à Cain, quæ non fuerunt accepta, *Genes.4.a.* vide *Cain.*

Verbum Dei. Fauor principum in prædicatores.

Munus gladij datum Machabæo à Ieremia, *2.Mach.15.c.* designare potest *y* verbum Dei.

Munuscula, quæ dedit magister militiæ, *Ierem.40.b.* designant fauorem principum secularium erga prædicatores.

Munera, quæ mittent homines inuicem super morte duorum Prophetarum, *Apoc.11.b.* Praua congratulatio malorum.

Donec.

DONEC, interdum est nisi. *Matth.5.c.* Iota vnum non præteribit à lege, donec omnia fiant. Et nunquam *Matth.1.d.* Donec peperit filium suum primogenitum. Et quamdiu, *Ioan.9.a.*

Me oportet operari, donec dies est. Et quousque, *Exod.24.d.* expectate hic, donec reuertantur.

Dormire, Somnus, Obdormire, Dormitare.
Sopire, Sopor, Insomnis.

Excellentia diuinitatis.

DORMIRE. est animalium, & dicitur somnus, qui fit *z* per conuentum caloris ad interiora, ascendentibus vaporibus ad cerebrum, maximè post sumptum cibum, quæ euaporatio, & tollitur, & refluit, & regreditur, sicut cripus. Vnde sequitur impotentia, & quies omnium sensuum, eiúsque finis est salus animalium, quia quiescunt cum somno, quum operari semper non possint: dicitúrque somnus ipse quies per metaphoram, quia est causa quietis.

Cum nos dormimus. Deserès Deus.

Dormire non conuenit Deo, *aa* nisi anthropopathos: & diuinis somnus est illa excellentia excepta à creaturis omnibus, & nulli communicabilis, ex his, quæ prouidentiæ ratione gubernantur. Dicitur etiam dormire Deus, *bb* quum videtur inuocantibus non adesse, & dormit, quum nos dormimus, & quum in nobis fides dormit. Dormire etiam dicitur in malis, cùm ipsi dormiant, *Psalm.43.56.120.131.* dicitur etiam dormire Deus, *cc* quando ab eo deserimur, & non iudicamur, indignúsque sumus correptione Domini, *Psalm.77.* Surrexit tanquam dormiens Dominus.

Mors Christi. Dissimulans in tentationibus.

Dormiuit Christus vt leo, *dd* quia moriendo vicit diabolum, *Genes.29.b. Num.24.b. Psal.3.* & dormit Christus in naui, quum *ee* dissimulat in tentationibus, & quum non vocatur orando, & quum nos dormimus, *Ioan.1.b.*

a *Bed.s.Prou.31.*
b *Hie.epist.ignota vulgu.*
c *Phil.de Gigantib.*
d *Hie.s.Mi.7.*
e *Hie.s.ps.25. Gr.9.mo.26. & ho.4.*
f *Arn.& Hil.s.ps.al.67.*
g *Bed.s.Gen.38.*
h *Am.s.Gal.4.*
i *Bed.s.Prou.18.*
k *Ar.s.ps.71. Hil.s.ps.a.67.*
l *Ori.s.Matt.ho.25. Aug.1.qu.in Euan 34. & de conflictu vitiorũ & virtutum.*
m *Gr.s.1.Re.2. Hil.s. Matth. can.7.*
n *Au.s.ps.44.*
o *Bed.s.prou.21.*
p *Glos.or.sup. Gen.24. Augu. qu. in Gen.70. Bed.s.Gen.25.*
q *Glo.inte.su. Gen.32.*
r *Bed.s.Gen.32.*
s *Gr.s.1.Reg.10.*
t *Lyr.s.Gen.49.*
u *Hi.s.Hos.8.10.*
x *Lyr.s.1.Re.12.*
y *Lyr.s.2. Mac.15.*
z *Aristot. de somno & vigilia,23.*
aa *Dyo. Ario pagita epi.9.*
bb *Basil.s.ps.29. Ori.s.Cant.h.2. Aug.d. essen. diui. & s.ps.a.25. Hie.s.Dan.9.*
cc *Euc. qu.in ps. & for. spiritual.1.*
dd *Ori.s.Nu, hom.17. & in diuers.ho.6.*
ee *Arn.s.ps.a. Hil.s. Matth, Can.8. Amb.ser.11. & s.Luc.5. Aug.de essen, diui. & 2.de Gene. contra Mani.24. & 22.ciu. Dei 17. & s.ps.a.56.*

Digitized by Google

Matth.8.e. Psalm.4.40.56.77. dormit autem, cùm in nauicula est Iudas cum Petro, hoc est, perfidia cum fide. Et domiens Iacob super lapidem, designat Christum in Cruce, *Genes.28.b.* eundem designauit dormiens Samson vsque ad medium noctis: & super genua meretricis, *Iud.16.a.e. Luc.8.d.* & hic somnus fuit ei dulcis, *Ierem.31.e.* dormiuit etiam in nauicula, *a* quum mortuus est, *Marc.4.d.* Sopor etiam Adæ, *b* mortem Christi designauit: cuius exanimis in Cruce pendentis latus lancea perforatum est, atque inde sanguis, & aqua effluxit, quæ sacramenta esse nouimus, quibus ædificatur Ecclesia. *Genes.2.d.*

Obdormiens Elias sub vmbra iuniperi, *3.Re.19.a.* designat Christum quiescentem in Ecclesia Gentium.

Dormiens Iacob in itinere. *Genes.28.b.31.d.* designat *c* quietem contemplationis, & occlusionem oculorum curis rerum temporalium. Dormit autem super lapidem, vt denotetur contemplationem debere esse cum obedientia, qualis fuit Christi. Dormire etiam dicitur in vestimento, qui quiescit in verbo Dei, & sermone doctrinæ, *Exod.22.d. Deut.24.d.* & dormiens Samuel in templo domini, vbi erat arca, *d* est quiescens ab omni malo, & vacans contemplationi rerum diuinarum, & secretorum sacræ Scripturæ, *1.Reg.3.c.* & dormit vsque manè, qui quousque venturi Redemptoris splendor appareat, in incœptæ bonæ operationis conuersatione requiescit. Dormit autem prædicator, vt Samuel in templo, quum à se repulsa penitus omni mundana solicitudine, sese per considerationem rerum spiritualium recondit in mente, iuxta illud. *Actor.6.a.* Non est bonum relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Et *Exod.18.c.* Estoitu populo, in his quæ ad Deum pertinent. Dormiuit autem Samuel in loco suo, quum *e* doctorum ordo spiritualium rerum cognitionem cum veritatis certitudine retinuit. Et dicitur quintò dormisse, vt designetur prædicatorum debere tranquilla mente, dicendi modum disponere, vt audientibus prosit. Dormiens etiam Saul in solario, *1.Reg.9.d.* designat *f* prædicatorem sublimi contemplatione considerantem, quale onus sibi iniungitur. Sopor etiam Abrahæ, typus est contemplationis, *Genes.15.c. Psalm.3.4.* Et sopor Adæ, qui fuit Propheticus, contemplationem Dei significauit, ad quam nemo eleuatur, nisi se ab exterioribus abstrahat sensibus, *Genes.2.d.* Defessi securi dormiunt, *g* qui dum sua intima, vigilanter penetrant, à laboriosis se huius mundi oneribus, sub quietis ocio occultant. Et dormiens silet, qui clamorem carnis non sentit. *Iob.3.b.4.c.7.b. Ierem.31.e. Hos.2.d. Zach.4.a.* Dormit vigilante corde, *h* qui sic vacat ocio, vt illud percipiendæ sapientiæ impendat. Et dormit sponsus in eo, hoc est, quiescit. Et dormit sponsa, per excessum contemplationis, *Cant.2.b.5.a.* Dormiens Elias, quietem etiam contemplationis significauit, *3.Reg.19.a.* dormit etiam & somnium videt: qui per mentis excessum, in sublimium contemplationem ascendit, *Dan.4.a.* Dormiens etiam sponsa, erat beata virgo, continens mysteria in silentio, conferens in corde suo, vt opportuno tempore euigilaret, ea prædicando Discipulis.

Dormit in pace in idipsum, *Psal.4.* qui *i* est in fœlicitate, quum corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate. Ibi dormitur sine terrore, *Leuit.26.b. Hose.2.d.*

Dormire inter medios cleros, *k* est cognoscere diuini iudicij causas, vel quiescere inter duos populos, vel inter duo testamenta, vel morte consummari, *Psalm.67.* Vel cum verbum Hebraicum cleri, potius significet tripodes, quibus sustentantur ollæ in igne, & non cleros, hoc est, fortes. Dormire inter medios cleros, erit quiescere inter graues tribulationes. Dormiunt etiam inter medios cleros, *l* qui inter vtrumque aduentum Christi meditando quiescunt, ipsum in corde habentes.

Dormire facit Deus concentum cœli, *Iob.38.d.* quando *m* concordes angelorum hymnos, atque illa cœlestium virtutum gaudia, reproborum cordibus iusto iudicio abscondit: qui concentus cœli, quamuis se intrinsecus vigilet, in ipsa tamen reproborum ignorantia, extrinsecus dormit. Vel dormit, *n* quum angeli quiescunt in Deo magna cum pace electo Lucifero: vel cùm cessant vaticinia Prophetatum, & prædicatio Sanctorum, quæ non erunt in patria.

Dormiunt securi greges quos pascit Deus. *Ezech.34.f.* Et dormiunt fiducialiter, *o* qui cõfidunt in Deo, *Hos.2.d.* Et somnus dulcis operandi est, quum quis moritur cum operibus bonis. *Eccles.5.c.* Hunc somnum dat Deus dilectis suis, *Psalm.126.* Dormit etiam securus, qui nullo se reatu criminis morderi deprehendit.

Dormiens in sinu, à qua cauendum, est *p* caro, cuius blanditiis non fidendum, *Mich.7.b.*

Obdormiens ostiaria Isboseth, *2.Reg.4.a.* designat *q* infirmam custodiam menti facilè deficere. Designat etiam cessantem discretionem.

Dormitant palpebræ, *Prouerb.6.a.* quum *r* cogitationes prælati ea, quæ in subditis arguenda cognoscunt, pigredine deprimente dissimulant. Plenè enim dormire, est cõmissorum acta nescire, nec corrigere. Dormientibus custodibus furari dicuntur Christum, quia tunc tollitur Christus à subditis, quum custodes prælati dormiunt, *Matth.28.c.* dormiens Isboseth meridie in strato suo occisus est, *2.Reg.4.b.* Somnus autem fugit ab oculis, quum prælatus est solicitus, *Gen.31.d. Prou.6.a.*

Obdormiens meditatur in lege Dei, qui in morte in ea meditatur. *Deut.6.b.*

Dormiens vna meretrix, *s* est synagoga, non considerans prophetiam, quam sic dormiens oppressit. Alia verò meretrix dormiens, est inaduertẽtia, aut dissimulatio Ecclesiæ, *3.Re.3.a.* Et sopor Iudæorum, est eorum cæcitas, in intelligendis scripturis de Christo, *Isa.29.d.51.f.g. Hab.2.d.* Et somnus grauis Iacob, est longa infidelitas, & torpor vitæ carnalis Iudæorum. Idem ferè obdormiens Tobias, *Tob.2.b.*

Dormientes discipuli, absente Christo, *Matth.26.d.* sunt ij, quibus *t* infidelitatis torpor obrepit. Quum verò vltimò dixit Christus, vt dormirent ipso præsente, designatur securitas, quæ ex Christi præsentia habetur: de qua dicitur. *Leuit.26.a.* dormietis, & non erit qui exterreat. Ita dicebat Dauid, *Psal.56.* In medio catulorum leonum dormiui conturbatus, quia inter tribulationes, quadam fruebatur securitate, *Marc.4.c.14.c. Luc.9.d.22.e.* Hoc designabat Petrus dormiens inter duos milites. *Actor.12.a.*

Dormitantes, & dormientes virgines, sunt *u* remissius agentes in opere spirituali, vel est quies credentium: & mors temporalis vniuersorum. Et dormientes, sunt omnes negligentes, *Matth.13.d.25.a. Psa.1.12.56.75.118.126.131.* Et dormiens in saltu, *x* est qui vitam habet infrugiferam, *Isa.21.d. Tob.2.c. Prou.6.b.20.b.24.d. Eccl.8.d.* *Dan.6.e. Nahum.3.d. Zach.4.a. Iere.31.c.1. Mach.6.b. Marc.13.d. Rom.13.c.1. Cor.11.g.* Dormit in medio mari, qui in huius mundi tentationibus positus prouidere motus irruentium vitiorum, quasi imminentes vndarum cumulos negligit. *Prou.23.d.*

Dormit in vestimento, qui securus & laxus iacet in peccato, *Exod.22.d. Deut.24.d. Iob.7.b.* & dormiens seminiluus, & menstruata in strato, est requiescens in laude hominum, *Leu.15.d.* & dormiens ouis in sinu pauperis, & quiescens in persuasionibus diaboli, *2.Reg.12.a. Psal.40. Prou.6.a.24.d. Epheſ.5.d.1.Thes.5.b.* Dormitant etiam ab increpatione Dei, qui per eius flagella non incitantur, sed indurantur, vt Pharao, *Psa.75.* Sic dormiebat Saul, hoc est, Iudæi, *1.Reg.26.a.* Culpa etiam somni appellatione signatur, quum dicitur, *1.Cor.15.e.* Euigilate iusti, & nolite peccare. Dormiens Ionas sopore graui, designat *y* peccatores non sentientes pericula peccati, *Ion.1.b.*

Dormire interdum dicitur, qui quodam mentis stupore alienatur à vero, *Eph.5.d.* & dormit in domo leprosa, qui in verbis & doctrina hæreticorum requiescit, *Leu.14.f.* Et dormiunt in delubris idolorum, qui *z* erroribus Ethnicorum & hæreticorum adhærent, *Is.56.d.65.a.* & dormit seminfluus in strato, quum *aa* hæreticus quiescit in discipulis, eius opinionibus adhærentibus, *Le.15.a.* dormiunt autem in confusione sua, qui obliuiscuntur Dei, *Ierem.3.g.* Obdormire in morte, est à sacrorum dogmatum rectitudine excidere, *Psa.12.*

Dormiens Abisac in sinu Dauid, *3.Reg.1.a.* designat *bb* sapientiam quiescentem in senibus, licèt vires corporis deficiant.

Dormiens Achab in sacco, designat pœnitentes, *3.Reg.21.g.* & dormiunt in confessione sua, qui *cc* cognoscentes peccata sua pœnitentiam agunt, *Ierem.3.g.*

Dormiunt in lectis eburneis, *dd* qui deliciis vacant, *Amos.6.a.* & dormierunt diuites vacantes deliciis somnum suum: & excitati in morte, nil inuenerunt in manibus suis, neque *ee* ipsas diuitias, neque bona opera, *Psalm.75.*

Dormita

a *Hie.ſ. Mar.4.*
b *Bed.ſ.Ge.2.*
c *Amb. 2. de Iaco.4. & de Tobi.20. Phil. de ſomniis.*
d *Gre.ſ.1.Re.3.& 4.m.30. & 5.m.21.& 8.m.9.& 23.mo.20.21.*
e *Ber. ſ. Par.62.& ſ.Can.ſer.52.57.*
f *Gre.ſ.1. Re.9.& 10. mo.22.& 5.mor.21.& 23.m.21. Hier.ſ.Za. 4. Aug. ſ. Ioan. tract.17.*
g *Ricar.de S. Vict.de ſecur. conſcien.*
h *Rup.ſ.cant.2.*
i *Aug.ſ.pſ. 4. Iſy.Leu.26. Rup.ſ. Hoſ.2. Ori. ſ. Cant. ho.3.4.*
k *Ar.& Hil. ſ.pſ.67. Aug. ſ.pſ.67. Ber.ſer. 5. de adue.*
l *Gre.3. mor. 7.8.*
m *Hie.ſ. Iob. 38.*
n *Ru.3.de glorificat. Trinit. 14.*
o *Hie.ſ.Ho.2. & ſ.Ecc.5.& ſ.Ezech.37. Au.ſ.pſ.126. Gr.10.m.22.*
p *Gl. ord.ſup. Mich.7.*
q *Gr.1.m.36.*
r *Gr.3.paſt.5.*
ſ *Ori.ſ.pſ.36. ho.5. Hieron. epiſ. Multum in vtramque & ſu. Iſ. 29.*
t *Hil.ſ.Matt. Can.7. Ori.ſ. Leui.h. 16. Ori.ſ.Ma. cap. 13. & hom.32.& ſ. Rom.13. Hil. ſ. Matth.can. 27. Arn.ſ.pſ. 56.*
u *Am.ſer.13.*
x *Hi.ſ.Iſ.21. & ſ. Ier. 31. Aug.epi.120. cap.32. & ſ. pſ.131. Greg. 3.paſt. admo. 23. Bern.ſer. Cant.ſer. 52. Ambr. Apol. Daui.5. Aug.ſ.pſ.75. Gr.8.m.10.*
y *Hie.ſ.Iona. 1.*
z *Hie.ſ.Iſ.65. & ſ.Ier.ho.3. Au.ſ.pſa. 62.*

Quieſcens Chriſtus in Gentibus.
Quies contemplationis.
Extaſis.
Silentium virginis Mariæ.
Quies fœlicitatis.
Cognoſcere diuini iudicij cauſas.
Quieſcere inter duos populos, vel inter duo teſtamenta.
Quieſcere inter graues tribulationes.
Meditari vtrumque aduentum Chriſti.
Abſcondi cæleſtium gaudia cordibus reproborum.
Quies angelorum in Deo.
Ceſſare prophetias & prædicationem.
Fiducia in Deum.
Caro.
Ceſſans diſcretio.
Negligentia.
Ignauia.
Neglectus ſynagoga.
Diſſimulatio Eccleſiæ.
Infidelitas Iudæorum.
Torpor infidelitatis.
Securitas ex Chriſti præſentia.
Remiſsè agentes.
Quies credentium.
Mors temporalis.
Negligentes.
In peccato iacens.
Quieſcens in laude humana.
Quieſcens in perſuaſionibus diaboli.
Indurati flagellis.
Stupor mentis.
Quieſcere in erroribus.
Sapientia in ſenibus.
Pœnitentes.
Vacantes deliciis.
Perire bona acta hypocritarum.

aa *Iſyc.ſ. Leu.14.15. Cyr. expoſitio ſymboli Nyceni.* bb *Hie. ad Nepotianum.* cc *Hie.ſ. Ier.3.* dd *Hie.ſ. Am.6.* ee *Au.ſu. pſ.75.*

Digitized by Google

Perſeuerantia prauæ conſuetudinis.
Quieſcere in terrenis.
Quieſcens diabolus in malis.
Diligentia de mouum.
Torpor in initio virtutum.
Cruciari in inferno.
Certa malorum perditio.
Diuites.
Captiuitas domus Iſraël, & Iudæ.
Cura Dei in populum ſuũ.
Vigilantia prælati.
Quieſcentes Iudæi in litera legis.
Mutua charitas.
Diuina protectio.
Pudor de peccato.
Sequi præcepta Dei.
Iræ Dei.
Pœna Chriſti & Eccleſiæ.
Memoria paſſionis Chriſti.
Conſtantia fidei.
Conuerſio Iudæorum.
Nouum teſtamentum.
Conſcientia pura.
Fœlicitas.
Suſtentatio.
Iudæorum per legem.
Rudiora legis
Vis vitalis Angelorum.
Exercitatio operum.
Elatio gentilitatis.
Tempus futurum.
Non dare locum diabolo.
Vita præterita.
Vincì à diabolo.
Peccare.
Negare Chriſtum.
Obſtinatio.
Idololatria.
Non valentes reſiſtere ſapientiæ fidelium.
Conuerſio peccatorum.
Suſcipere doctrinam, & pœnitentiam.
Cæcitas hæreticorum.
Pœnitentia.
Pœna æterna.
Temporalia.
Puntio malorum.
Memoria Chriſti.
Bona opera.
Temporalia.

Dormitauerunt, qui aſcenderunt equos, *a* hoc eſt, in morte animæ mentis oculos à veritatis luce clauſerunt, qui in præſentis vitæ honore confiſi ſunt, *Pſal.* 75.

Dormire oſſa hypocritæ cum in eo in puluere, eſt *b* cum eius prauis actibus, etiam ſi qua ſunt bene acta, deperire, *Iob.* 20. *b.* Vel deſignantur prauæ & duræ conſuetudines, quæ non deſerunt hypocritam, etiam cum redigitur in puluerẽ. Dormiunt etiam in puluere, qui in terrenis deſideriis quieſcentes, oculos mentis clauſos habent, *Iob.* 21. *d.*

Dormit Behemoth ſub vmbra, *Iob.* 40. *c.* quum *c* diabolus in illis requieſcit: quos à veri Solis ardore ſubtrahendo, frigidos facit. Et dormit cedrus, ſeu Aſſur, vel Pharao in medio incircumciſorum, *d* quum diabolus eſt inter immundos in inferno, *Ezec.* 31. *g.* 32. *f. Hoſ.* 7. *b.*

Non dormiunt, qui comedunt Iob, quia *e* maligni ſpiritus, qui carnales quoſque de Eccleſia conſumunt, tantò magis quieſcere à tentatione neſciunt, quanto nullo carnis pondere grauantur, *Iob.* 30. *c. Iſa.* 5. *g.*

Dormierunt in capite omnium viarum, *f* qui non habitant in domibus, quæ virtutibus extruũtur: ſed in principiis viarum & in exitu tangentes omnia, & omnia relinquentes: qui rectè propter teporem dormire dicuntur, comparati betæ ſemicoctæ, parati ad nauſeam, vt videlicet euomantur à Deo, *Iſa.* 51. *g.*

Dormient in doloribus, *g* qui perpetuò in inferno cruciabuntur, *Iſa.* 50. *d. Ezec.* 31. *g.* 32. *d. Ier.* 51. *e.* Et obdormiunt, vt non reſurgant, *Iſa.* 43. *e.* Obdormiunt etiam in morte, qui cùm moriuntur, in infernum detruduntur. *Pſa.* 12. 87.

Non dormit perditio malorum, 2. *Pet.* 2. *a.* quia certiſſimè illis eueniet.

Dormientes in ſepulchris, ſunt *h* diuites, qui quieſcunt in ipſis diuitiis, *Pſa.* 87.

Dormiens Ezechiel ſuper latus ſiniſtrum trecentos & nonaginta dies, deſignauit *i* captiuitatem domus Iſraël tot annis duraturam. Dormiens autem ſuper latus dextrum quadraginta diebus, deſignauit tot annos reſtare de captiuitate domus Iuda, *Ezec.* 4. *a.*

Inſomnem noctem ducens rex Aſſuerus, *Eſter*, 6. *a.* inſinuat *k* vigilantiam Dei erga populum ſuum: & eam, quam prælati habere debent erga ſubditos.

Dormiens Vrias ad portam domus regiæ, 2. *Reg.* 11. *b.* eſt *l* populus Iudaicus permanens in litera legis: & nolens ingredi ad ſenſus ſpirituales.

Dormientes duo, qui ſe mutuo fouent, *Eccl.* 3. *c.* ſunt *m* quieſcentes in mutua dilectione.

Dormire, pro Coire, vide Coire.
Dormire, pro Mori, quare Mori.
Dorſum, Scapula, Tergum.

DORSVM, eſt in animalibus *n* pars oppoſita pectori: cuius partes ſunt ſcapulæ, & ſpina, & infra lumbi è regione ventris: ſuntque in eo vtrinque octouæ coſtæ communes partibus ſuperioribus, & inferioribus. Dicitur etiam tergum.

Scapulæ Dei per metaphoram, ſignificant *o* diuinam protectionem, *Pſa.* 90. quia aues in ſcapulis fixas habent alas, quibus pullos fouent. Ita & Deus infirmos, quaſi in ſcapulis portat, & portando protegit.

Tergum Domini ſic accipitur, vt peccatores cum mala committunt, à facie domini fugere dicantur, ſed quum redire per pœnitentiam deliberant, quaſi poſt tergum Domini ſunt, quia *p* & diſcedere longius nolunt, & tamen præſumere de Deo, quaſi amici non poſſunt, 1. *Reg.* 12. *d.* Nolite recedere à tergo Domini. Hinc eſt, quod peccatrix mulier retrò ſtetiſſe dicitur, vt pedes Domini oſculari mereretur, *Luc.* 7. *f.* Retro etiam illa ſtetit, quæ fimbrias eius tetigit, & à fluxu ſanguinis ſui curari meruit: retrò quidem eſt pro verecundia peccati, ſed tangit per virtutem ſpei, *Matt.* 9. *c.* Poſt tergum domini ire, eſt eius ſequi peccata, *Iſa.* 59. *c.*

Dorſum oſtendit Deus iis, quibus iraſcitur, *Ier.* 18. *c.* & dorſum ponit Deus malos, *q* à quibus quaſi contemptis auertitur, *Pſa.* 20.

Supra dorſum Chriſti fabricauerunt peccatores, *Pſa.* 128. quum *r* Iudæi eum crucifixerunt quorum peccata ipſe ſupra ſe portabat. Et hæretici fabricant contra Eccleſiam, eos ſuſtinentem.

Dorſum filiorum Noë, cui pallium impoſuerunt, *Gen.* 9. *d.* memoria *ſ* paſſionis Chriſti, quam tranſactam fideles venerantur, ſignificat.

Dorſum columbæ in pallore auri, *Pſal.* 67. eſt *t* conſtantia fidei, & dogmatum ſtabilitas perfectorum, vel eſt vltima conuerſio Iudæorum in fine mundi. Vel *u* in poſterioribus temporibus munus noui teſtamenti. Vel *x* deſignat conſcientiam puram, quæ inter pectus & dorſum latet. Vel vim ferendi onus leue Chriſti, per charitatem. Vel æternam fœlicitatem ſequentem tempus huius vitæ.

Scapulæ Agar, *Gen.* 21. *b.* deſignat ſuſtentationem populi Iudæorum per legem. Tergum autem Moſi, quod aſpiciebant filij Iſraël, *y* rudiora legis ſignificat, *Exod.* 33. *b.*

Dorſum in angelis dicitur *z* vis illa, quæ continet omnes virtutes vitales.

Scapula Rebeccæ, *Gen.* 24. *b.* exercitationem *aa* operum deſignare poteſt, & elationem gentilitatis.

Tergum, interdum ſignificat futura, vt poſt tergum vidit Abraham arietem, vt deſignaretur futuro tempore paſſurum Chriſtum, *Gene.* 22. *c.* Tergum autem tabernaculi, finem mundi & bonarum operationum deſignat, *Exod.* 26. *e.*

Poſt tergum claudere oſtium, eſt *bb* non dare locum maligno, *Gen.* 19. *b.* Et ratione contra prauos motus muniri.

Terga deſignant aliquando vitam præcedentem vitioſam, vnde iubetur Loth, vt non reſpiceret poſt tergum, *Gen.* 19. *d.* & terga vertere, eſt vinci à diabolo, *Gen.* 14. *b. Exo.* 23. *d.*

Poſt tergum monet Deus, vt paſtor agens oues, *Iſa.* 30. *e.* Nam antequam *cc* homo peccet, faciem habet verſam ad Deum, peccando verò deorſum illi vertit. Deus tamen non ceſſat monere poſt tergum. Dorſum ergo præbent Deo, qui legis eius obliuiſcuntur, 2. *Par.* 29. *b. Eccl.* 21. *c.* Item negantes Chriſtum eſſe Deum, *Ezec.* 8. *g.* & dorſum durum eſt eorum, qui obſtinati ſunt contra Deum, *Baru.* 2. *g. Zach.* 7. *c.* Dorſum etiam incuruatum, eſt *dd* obſtinatio incredulitatis, *Pſa.* 68. *Rom.* 11. *b.* & dorſum cameli, eſt cultus deorum gentilium, *Gen.* 24. *g.*

Terga vertentes Iudæi, ſunt *ee* non valentes reſiſtere ſapientiæ doctorum Chriſtianorum, 1. *Reg.* 4. *a.* Vnde non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui in Stephano loquebatur, *Acto.* 6. *c.*

Dorſum dantur inimici Chriſto, aut iuſto, *Pſa.* 17. Quum *ff* perſecutores conuertuntur: & ſequuntur eos, quos perſequebantur. Et dorſum ſunt, qui aliorum ſuſcipiunt doctrinam, & exempla: & curuantur ad portanda onera peccatorum.

Poſt tergum Beniamin dicuntur eſſe hæretici, *Hoſ.* 5. *c.* quia *gg* non habent oculos ad perſpiciendã veritatem.

In dorſo ſit caſtigatio verberum, vnde poteſt ſignificare *hh* pœnitentiam, & caſtigationem pro peccatis aſſumptam, vel illatam, *Prou.* 10. *b.* 26. *a. Ier.* 48. *f. Amos*, 8. *d.* Hoc ſignificant tribulationes in dorſo, *Pſa.* 65. 80. Et virga malorum dicitur eſſe in dorſo bonorum, quum mali affligunt bonos, *Nahum.* 1. *d.* E diuerſo, ſuper dorſum inimicorum ſunt manus bonorum, quum mali puniuntur, *Gen.* 49. *b. Deut.* 33. *b.* 2. *Reg.* 22. *d. Pſa.* 17. & ponet Deus inimicos dorſum, quum Chriſtus dicet illis in iudicio. Ite maledicti in ignem æternum, *Pſa.* 20. *Iſa.* 45. *a.* Sic virga in dorſo, erit vindicta extrema, *Prou.* 10. *b.*

Dorſum interdum ſunt temporalia, quæ ſunt obliuioni tradenda, *Pſa.* 128. *Phil.* 3. *c.*

Inter ſcapulas percuſſit Iehu regem Ioram, 4. *Reg.* 9. *c.* & miles Syrus percuſſit regem Achab inter ceruicem & ſcapulas, 2. *Paral.* 18. *g.* vt deſignetur ita perſequendos eſſe ſuperbos, qui nolunt dorſum ſubiicere Deo, & eius præceptis.

In dorſo atramentarium, *Ezec.* 9. *d.* deſignat memoriam actuum noſtrorum in Chriſto iudice.

Dos, Dotare.

DOS eſt, quæ datur virginibus quando nubunt, quæ eſt velut hæreditas earum.

Dos bona, qua Deus dotat, ſunt bona opera cum gratia facta, *Gen.* 30. *c.*

Dos, quam offert Sichen Dinæ, ſunt *ii* temporalia bona, quæ offert diabolus ſibi conſcientibus, *Gen.* 34. *b.*

a *Gr.* 3. *m.* 18.
b *Gr.* 15. *m.* 4. 5. 56.
c *Gr.* 33. *mo.* 31.
d *Hier. ſ. Exe.* 31.
e *Gre.* 20. *mo.* 42.
f *Hier. ſ. Iſa.* 51.
g *Hie. ſ. Iſ.* 43 50. & *ſ. Exe.* 31. 32.
h *Hie. ſ. pſ.* 87.
i *Hie. ſ. Eze.* 4.
k *Gl. ord. ſup. Eſter.* 6.
l *Glo. ord. ſu.* 2. *Reg.* 11.
m *Lyr. ſ. Eccl.* 4.
n *Ariſt.* 1. *de hiſt. ani. c.* 14.
o *Au. de eſſen. diui. Euc. for. ſpiri.* 1.
p *Gre. ſ.* 1. *Re.* 12.
q *Au. ſ. pſ.* 20.
r *Gr.* 13. *m.* 1.
ſ *Auguſt.* 16. *ciu. Dei.* 2.
t *Ori. ſ. Cant. hom.* 3. 4.
u *Hie. & Au. ſ. pſ.* 67.
x *Ber. de diligendo Deo.*
y *Glo. or. ſup. Exod.* 33.
z *Dyon. cele. Hie.*
aa *Ori. ſ. Gen. hom.* 10. *Glo. ord. ſup. Gen.* 22.
bb *Glo. inte. ſ. Gen.* 19.
cc *Gre.* 3. *paſt. adm.* 29. *Hie. ſ. Eze.* 8.
dd *Gl. ord. ſu. pſa.* 68.
ee *Gr. ſ.* 1. *Re.* 4.
ff *Gre.* 1. *paſt.* 1.
gg *Hie. ſ. Hoſ.* 5.
hh *Hie. ſ. Nahum.* 1. *Amb. de bene patriar.* 4. *Bed. ſ. Pro.* 10.
ii *Glo. int. ſ. Gen.* 34.

Digitized by Google

Dotare virginem,est *a* honorare sensum historicum, *Exo.22.c.* quando videlicet ille sensus ædificat, honoratur autem dote rectæ fidei. *Honorare sensum historicū.*

Dos,quam dedit Pharao filiæ suæ,vxori Salomonis,fuit ciuitas Gazer,quam abstulit à Chananæis. *3.Reg.9.e.* vide *Gazer.*

Dothaim.

DOTHAIM,id est,ritus,aut lex,vel defectus idoneus.Est locus vbi inuenit Ioseph fratres suos, *Gen.37.d.* Potest designare *b* defectionem à lege,& *c* defectionem per cupiditates,& fœmineas affectiones.Ibi inuenit Ioseph fratres suos, hoc est,Christus peccatores. Fratres etiam Christi Iudæi, erant in Dothaim,*d* quia in grandi defectione erant,qui de eius nece cogitabant. *Defectio à lege.*

Drachma, Didrachma.

DRACHMA est *e* numi genus,& etiam pondus, quinque obolos continens, *Nee.7.g.2.Mac.4.c.12.g.*Didrachma verò continet duas drachmas. Est drachma octaua vnciæ pars, Drachmæ enim octo, Latinam vnciam faciunt.Siclus autem,quatuor habet drachmas.

Drachma,quam mulier perdidit, designare potest *f* fidem, & gratiam, & misericordiam, qoæ perdidit homo peccando.Item vetus testamentum,*Luc.15.b.* *Fides, gratia, & misericordia. Vetus testamentum.*

Drachma etiam perdita,est *g* genus humanum, vel gentilis populus,vel imago Dei in anima,drachmæ autem nouem sunt nouem ordines angelorum. *Genus humanum. Gentiles. Imago Dei. Angeli.*

Didrachma,quod dabatur Cæsari in tributum,*Matth.17.d.Luc.15.b.*est *h* figura substantiæ terrenæ,quam exigunt iniustè à filiis, vel est subiectio legis, ad quam non tenebatur Christus, vel *i* est integrum pretium nostræ salutis, qui est Christus confitendus, vel est vtrumque testamentum. Vel *k* designat Patrem & Filium. In vna drachma Filius intelligebatur, quæ ab altera separata non erat. Sic Pater ad Filium, & Filius ad Patrem se habent in vna quidem natura, sed tum diuisum, quoniam vterque subsistit, tum coniunctum, quia alter sine altero non est. *Subsstantia terrena. Christus. Vtrumque testamentum.*

Draco.

DRACO, est genus serpentis magni corpore,in aqua degentis,quod est pestiferum,& horribile.

Dracones significare solent *l* satanam, eiúsque socios, ac membra. Et dicitur Lucifer draco magnus, ad comparationem minorum draconum,*Deut.32.e.Iob.40.b.41.a.Psa.90.73.103.Sap.16.b.Isa.13.d.34.c.35.c.51.d. Ier.9.d.10.b.49.g.51.d.Ezec.29.a.32.a.Marc.1.c. Dan.14.c.Mal.1.a.Apo.12.a.13.4.16.c.20.a.* Draco est diabolus in hæreticis, per quos occultè insidiatur sicut leo,erat in principibus, per quos apertè fideles persequebatur. Potest etiam in aliquibus ex dictis locis,Antichristum significare: & tyrannum. Cœpit diabolus esse draco, à tempore Pharaonis. *Damones. Antichristus Tyrannus.*

Dracones,in quos versæ sunt virgæ magorum,*Exo.7.b.*significare possunt astutias *m* diaboli,& fallacias scientiæ humanæ. *Astutia diaboli. Fallacia scientia humana.*

Draco conculcandus,est *n* caro spiritui aduersaria, & rebellis. Et etiam spiritus iracundiæ,quæ ignem efflat, *Psa.90.* *Caro. Spiritus iracundiæ.*

Dracones etiam sunt homines peruersi & malitiosi, & inuidi. Et peculiariter Iudæi. Et ipsa *o* malitia, draco est,cuius cubile est mens praua.*Iob.30.d.Isa.34.c.Ier.14.a.Mich.1.c.* *Peruersi & inuidi Iudæi. Malitia.*

Dracones,qui inuitantur ad laudandum Deum,sunt gentiles,qui inuitantur ad fidei susceptionem, vt cum ea laudent Deum,*Psa.148.Isa.43.c.* *Gentiles.*

Dromedarius, vide Camelus.

Dubitare, Hæsitare, Anceps.

DVBITARE dicitur,qui circa alicuius rei iudicium ita est anceps,vt neutri parti adhæreat.

Dubitatio Petri in mari,fuit velut *p* nuntia negationis eius.*Matt.14.d.*

Dubitantes quidam ex discipulis de resurrectione Christi,*Matt.28.d.21.d.Mar.12.c.Rom.4.d.Iac.1.a.*

Hæsitans Herodes, de Christo, an esset Ioannes Baptista, *Luc. 9. a.* Hæsitabat quidem prius,sed postea asserebat ipsum esse Ioannem: & designat *q* curiosos,qui facta mirabilia bonorum,videre quærunt,& audire, sed non imitari. *Curiosi.*

Ducere, Abducere, Deducere, Perducere.

DVCERE,est, quasi viam ostendendo,in aliquem locum quempiam comitari:à qua significatione non longè absunt, Abducere, & Deducere. Perducere autem, est vsque ad finem ducere.Ducere autem, interdum est dirigere,*Iudi.4.a.* Duc exercitum ad montem Thabor. Exercere, *Iud.9.a.*duc lætum diem. Existimare, *1.Esdr.4.c.* Legiones regis videre nefas ducimus. Tendere, *Gen.35.c.*In via,quæ ducit Ephratam. Trahere, *2.Par.6.f.* captiuos duxit eos.

Deduxit Christum mirabiliter dextera sua, vel Patris, quia *r* sua potentia, ac virtute spirituali ductus est in cœlum. Et etiam secundum quòd fecit diuina,& passus est humana. Et malitias hominum sua bonitate strauit, *Psa.44.138.*Et adduxit Deus orientem,quum dedit filium suum mundo,*Zach.3.d.Isa.48.c.*& ipse deducit Christum ad inferos,& reduxit,*1.Reg.2.b.* & deducit Deus velut ouem Ioseph,*Psa.79.*Hoc est Christum, qui deductus est sicut ouis ad occisionem,*Isa. 5. 3. c.* Adducit etiam Deus Dauid, hoc est, Christum,in statum regium, *7.Reg.7.c.* *Potentia Christi. Dans pater filium mundo.*

Ducentes Ioseph in Ægyptum,sunt *s* prædicantes Christum in mundo,*Gen.37.f.39.a.* idem designant ducentes Philisthæi Samson in Gazan,*Iud.16.f.* *Prædicantes Christum in mundo.*

Ducens Rahab exploratores ad tectum domus suæ,*Ios.2.b.* designat *u* susceptionem Christi à Patre venientis. *Susceptio Christi.*

Ducens Gedeon populum ad aquas,*Iud.7.b.*designat *x* Christum ducentem credentes ad baptismum. Et ducere in altum rete, *y* est prædicationem inducere in cor hominis: aut multitudinem credentium ad Christum, (quia Synagoga non erat alta) vel adducere homines ad fidem, vel ad profundam disputationem: vel adducere Ecclesiam,ceu nauiculam ad cœlestia,*Luc.5.Rom.11.c.*Deducunt Tyrum pedes longè ad peregrinandum, quum quis *z* conuertitur à peccatis,*Isa.23.b.*ducere etiam bouem,aut asinũ adaquare, est docere Iudæos & Gentiles,& ad baptismum inducere,*Luc.13.d.* Et ducere bouem, aut ouem errantem in domum suam, est reuocare peccantes ad gratiam.*Deut.22.a.*Adducuntur etiam reges gentium ad Ecclesiam, quum Philosophi veniunt ad fidem. *Is.60.b.*Et ducens Samaritanus vulneratum in stabulum est Christus ducens errantes ad Ecclesiam,& suscitans à terra inopem,*Luc.10. f.*Et ducens in ciuitatem munitam,est *aa* introducens in Ecclesiam,*Psal.59.Ezech.34.d.36. e.37.e.*idem est adducere ad terram Galaad,& Libani,*Psal 42.Mich.1.d.Zach.8.b.10.d.1.Mach.5.c.Ioan. 10.c.* adducit etiam Deus Iacob, reuertentem ex Ægypto,*Genes.46.a.Isa.63.c.*deduxit etiam populum suum in manu Mosi & Aaron,hoc est,per legem,& sacerdotes, *Psal.76.77.* deducit etiam Deus in via, quos etiam in via æterna per Christum deducit. Deducit autem ad viam,*bb* quos ad fidem Christi ducit, *Psal.85.138.* duxerunt discipuli pullum ad Iesum,gentiles ad fidem,*Marc. 11.a. Luc. 19.e.Matth.21.a.* adducit etiam Deus semen Israël ab Oriente, & de longinquo,*cc* quum à remotis partibus conuertit gentiles.Et adduxit filias Ecclesiæ de longè, *Isa.43.b.60. b.66.f.* & qui veloces sunt in fide, equis vehuntur: qui multiplices in gratia quadrigis, qui consolatione indigent, tectis lecticis,& vmbraculis, &c. Adducit etiam filios Israël de terra aquilonis, quum liberat à potestate diaboli,*Ier.23.b.31.b.Ezech.36.c.38.f.Sopho.3.d.*Adducit etiam benignitas Dei peccatores ad pœnitentiam, *Rom. 2.a.* ducit etiam Deus in solitudinem eos, quos ducit in Ecclesiam, *Hose. 2. c.* ducentes Salomonem in Gion, vt vngeretur, *3. Reg 1.e.* designant eos,qui ducuntur ad baptismum, & fiunt Christiani, erigi in reges. Ad hæc pertinent,quum adductus est Ægyptius ad Dauid, *1.Reg. 30.c.* & surdus & mutus ad Christum, *Marc. 7. d.8.c. Luc.9.18.g.* *Conuersio gentilium. Liberans à potestate diaboli.*

Duci ablactatum in conspectu Domini, est *dd* per exhortationem maiorum bonis operibus exornari, *1. Reg. 1.d.* & adduci virgines post sponsam, *ee* est virtutes mentibus tradi, *Psal.44.Isa.66.g.* deducit autem Deus super semitas iustitiæ, quum facit hominem exerceri in operibus iustitiæ, *Psal.22.30.60.72.77.85.106.142.Sap.9.e. 10.b.*& adducens Andreas Simonem ad Iesum,est per exercitationem bonorum operum efficiens,vt alij etiam ad *Exhortatione maiorum proficere.*

ipsum

a *Glo. ord.su. Exod.22.*

b *Amb.de fuga secu. 8. & de Ioseph.3.*
c *Philo. quod deterior potiori insidietur.*
d *Aug.ser.81. Bed.s.Gen.37*
e *Hie.sEze.4.*
f *Amb.epi.1. Am.s.Luc.15 Ter. de pudicitia.*
g *Ber.de gratia & lib.arb. Gre.ho.34.*
h *Ori.s.Matt. ho.4.*
i *Hil.s.Matt. can.14. Am. epi.1.& s.Lu. 5.*
k *Cyri.3.sup. Ioan.29.*
l *Ori. s. Leu. ho.7.& s.Ez. hom.13.& s. Lucam hom. 31. Ar.s.psa. 73. Hie.s.Isa.13. & s.Ezec.29. Aug.s.ps. 39. 73.103. Euc.q. in psa. Glo.inter.sup. Apo.16. Rupe.1. Vict. verbi Dei 7.*
m *Lyr.s.Exo. 7.*
n *Cly.gradu. 25.Ber.serm. 13.Qui habitat.*
o *Gr.7.m.15. & 20.m.29. Hie.s.Iob.30.*
p *Hil.Matth. can.14.*
q *Lyr.s.Lu.9.*
r *Ter. aduer. Iudæos. Hie. & Aug. s.ps.44.*
s *Au.s.ps.79.*
t *Glo.int.sup. Gen.37.*
u *Or.s.Ios.ho. 1.*
x *Ori.s. Iudi. ho.9.*
y *Ori.s. Luc. ho.34. Amb.de virg. 3.& ser.9.& s.Lu.5.10.13*
z *Hie.s.Is.23. 60.*
aa *Basi.s.psa. 59.*
bb *Au.s.ps.85 138.*
cc *Hier.s.Isa. 44.66.*
dd *Gr.s.1. Re. 1.*
ee *Arn.s.psa. 44.*

Digitized by Google

ipſum appropinquent, *Ioan.*1.*f.* Adducere pecora ad Ioſeph, eſt ducere ſimplices ad Chriſtum, *Gen.*47.*d.*

Eleuans ad perfectionem & contemplationem. Ducens Chriſtus Petrum & Iacobum, & Ioannem in montem excelſum *a* eſt ad vitæ perfectionem, & contemplationem eleuans, *Matt.*17.*a.* Idem deſignauit ducens Barach exercitum in montem Thabor, *Iud.*4.*a. Ier.*2.*d.* & adducit Deus ſeruos ſuos ad montem ſanctum ſuum, hoc eſt, *b* ad dogmata veritatis: ad quæ, niſi ipſe ducat, non poſſumus aſcendere, *Iſa.*56.*b.* Et ipſe deducit in ſemitam mandatorum ſuorum. *Pſa.*118.142. quia difficilia egent ductore.

[a *Ori.ſ.Matt. ho.*3. b *Hie.ſ.Iſ.*56. *Ricar. de S. vict de*12.*patriar.*80.]

Emendans Deus caſtigando. Deducit Deus in ira populos, *c* quum per tribulationes eos à vitiis ad meliorem ſtatum reuocat, *Pſa.*55. deducit autē eos, quorum factus eſt ſpes. *Pſ.*60. Et deducit in ſpe quia ſpe ſalui facti ſumus, *Pſ.*77. Ducet Deus tertiam partem populi per ignem, quum per tribulationes purgabit bonos, *Zach.*13.*d.* dicitur etiam ducere eos per abyſſos, *Iſa.*63.*c.*

[c *Au.ſ.pſ.*55.60.67.]

Dans Chriſto gloriam. Ducit Chriſtus in ciuitatem munitam, *d* hoc eſt, in cœleſtem Hieruſalem, vt in portum tutiſſimum, & acropolim, *Pſa.*59.106.107. eſt autem arcta via, quæ ducit ad gloriam, *Matth.* 7.*b.* dicitur quoque Deus adducere in montem ſanctum ſuum, quos ducit ad gloriam, *Iſ.*56.*c.* & adducit Deus omne bonum, quum dat gloriam, *Ier.*31.*g.* & adducit diem conſolationis poſt flagella, *Thren.*1.*g.Sapi.*6.*c.Haba.*3.*d.* Zach.8.*b.Hebr.*2.*c.Apo.*7.*d.* & deducit in pace. *Iſa.*55.*d.* & quum duxit tres diſcipulos in montem ſeorſum, vt viderent ſuam gloriam *e* deſignauit paucos eſſe electos, *Matt.*17.*a.* ducens autem Moſes populum in locum, de quo loquutus eſt Dominus, deſignat per obſeruantiam præceptorum ducendos homines ad terram promiſſionis, *Exo.*32.*g.* deducit quoque Deus ſicut oues populum *f* in paſcua videlicet cœleſtis gloriæ, *Pſa.*76.

[d *Arn.ſ.pſal.*106. *Hil.ſ.pſa.*59. *Hie.ſ.Iſa.*56. e *Hie.ſ.Matt.*17. f *Au.ſ.pſ.*76.]

Remuneratio bonorum, & malorum. Ducit Deus vnumquodque in terminos ſuos, *Iob.*38.*b.* bonos videlicet *g* remunerando, & malos puniendo. Et aliquando malos conuertendo, & labi bonos permittendo. Ducti duo nequam crucifigendi cum Ieſu, diſtinctionem ſeruandorum, & damnandorum in iudicio per Chriſtum faciendam deſignarunt. *Luc.*23.*d.*

[g *Gre.*26.*mo.*9.]

Prædicare gentibus. Deducere Chriſtum Idumæam, *h* eſt ipſum prædicare populo maiori, hoc eſt, gentilibus, *Pſa.*59. ducit voluntas gubernantis nubes, hoc eſt. *i* Deus prædicatores, vbi vult eos prædicare, *Ioan.*7.*b.* & ducit ſponſa ſponſum in domum matris ſuæ, quum Chriſtus inducitur in gentilitatem per prædicatores, *Cant.*8.*a.* Idem deſignant ducens Laban Iacob in domum ſuam, *Gen.*29.*c.* & ducens Ægyptius Dauid in cuneum Amalecitarum, 1.*Reg.*30.*d.* eſt *k* prædicator prædicans Chriſtum mundanis, vt percutiantur per pœnitentiam.

[h *Hil.ſ.pſ.*59. i *Gr.*27.*mo.*22. k *Gr.*5.*m.*29.]

Comminatio pœnæ inferni. Deducit Deus ad inferos, *l* quum terrorem inferni incutit peccatori. Reducit autem ab inferis, quum per pœnitentiæ lamentum, ad ſpem veniæ ipſum erigit. 1.*Reg.*2.*b.Tob.*13.*c.Sapi.*16.*b.* deducit etiam Deus ad inferos, relinquens Iudæos in errore, & ita condemnans. Sic deducuntur cani Iacob per filios ſuos cum mœrore ad inferos, quum per filios eiuſdem populi periit ipſe populus, & propter mortem Ioſeph, hoc eſt, Chriſti, qui tamen viuit condemnantur increduli ad pœnas inferni, *Gene.*42.*g.* Sic non deducta eſt canicies Semei, neque canicies

Pœna inferni Ioab pacificè ad inferos, ſed cum ſanguine per Salomonem, vt Iudæi condemnati ſunt per Chriſtum, 3.*Reg.*2.*b.* deducit etiam Deus in puteum interitus *m* malos, hoc eſt, in infernum, *Pſal.* 54. & ad nihilum deducit omnes gentes, cùm ex omnibus condemnat, *Pſa.*30.58.59.107.*Prou.*14.*b.*16.*d.* Adducit etiam Deus declinantes in obligationes cum operantibus iniquitatem. *Pſa.*124.*Ezech.*26.*d.*27.*g.*32.*g.* ducit etiam via lata ad inferos, *Matt.*7.*b.*

[l *Gre.ſ.*1.*Re.*2. m *Hil.ſ. pſ* 54.53. *Auguſt.* 17. *ciu.Dei.*4.]

Tentationes. Non duxit Deus filios Iſraël eductos de Ægypto per viam terræ Philiſthiim. *Exo.*13.*d.* ſed per deſertum, quia non dat recenter conuerſis graues tentationes. Ductus eſt autem Ieſus in deſertum à Spiritu poſt baptiſmum, *Matth.*4.*a.* quia *n* baptizatos offert Spiritus ſanctus tentationi diaboli, qui non poteſt tentare, niſi quantum permittitur. Filij autem Iſraël in typum infirmorum, & non valentium ſuſtinere labores pœnitentiæ, & tentationum, ducti in deſertum, dicebant ſe ductos in locum peſſimum, *Num.*20.*a. Deut.*29.*a.*

[n *Hil.ſ.Matt. can.*3.*Gr.*24.*mo.*13.]

Sequi Spiritus ſancti inſtinctum. Duci ſpiritu, *o* eſt agere, quæ ſunt ſpiritus, *Gal.*5.*c.* & ſequi inſtinctum Spiritus ſancti.

[o *Lyr.ſ.Gal.*5]

Traditus Chriſtus Iudæis. Mors fidelium Deducit Deus in puluerem mortis Chriſtum, *p* quum traditus eſt in manus Iudæorum, *Pſal.*21. Vel deducitur Chriſtus in puluerem mortis in membris ſuis, quæ non tam citò reſurgunt.

[p *Au.ep.*120.]

Confundens Chriſtus Philoſophos & hæreticos. Adducit Deus magiſtratus quaſi lutum, *Iſa.*41.*g.* quum *q* Chriſtus confundit omnem ſuperbiam principum huius mundi, philoſophorum, & hæreticorum. Et deducit eos in nihilum, *Ezech.*27.*g.* Hoc deſignauit Elias ducens propheta Baal in torrentem Cyſon, vt occiderentur. 3.*Reg.* 18.*g.* Sic ducuntur Moabitæ ad torrentem ſalicum, quando hæretici ſuis verbis confunduntur. *Iſa.*15.*d.* Sic duxit Eliſæus Syros in Samariam. 4.*Reg.*6.*d.*

[q *Hie.ſ.Iſa.*5.41.]

Sacerdotes ſine fructu. Ducit Deus ſacerdotes inglorios, *Iob.*12.*c* quum *r* ipſi ſacerdotes, vitam diſcipulorum negligentes, nullum de eorum profectibus fructum referunt.

[r *Gr.*11.*m.*9.]

Diſperſio Iſraël. Ducens Ezechiel nouaculum per caput & barbam, *ſ* diſperſionem populi Iſraël ſignificauit. *Ezech.*5.*a.* 5.*f.*26.*b.*28.*b.* & duxit Deus ſuper filios Iſraël gentem magnam. Et regem Chaldæorum, *Deut.*28.*c.*2.*Par.*36.*c. Iſa.*37.*e.*66.*b.Ier.*4.*b.*5.*d.*6.*e.*18.*d.*45.*b.* & duxit Deus vineam ſuam in ſolitudinem, *Hoſ.*2.*c.*

[ſ *Glo.ord. ſu. Eze.*5.]

Congregari ad iudicium. Vindicta Dei. Deducet Deus omnes gentes in vallem Ioſaphat, quum *t* congregabuntur vt iudicentur in vniuerſali iudicio, *Ioel.*3.*a* Ducetur etiam impius quiſque ad diem furoris, hoc eſt, ad iudicium. Et ducetur iniquus, hoc eſt, diabolus, aut Antichriſtus ad ſepulchra, id eſt, ad prauorum corda, vt cum eis in inferno ſepeliatur, *Ioan.*21.*d. Luc.*19.*d.* & adducit Deus vltionem retributionis, quum dat vnicuique ſecundùm opera ſua, *Iſa.*35.*a.*

[t *Gre.*15.*mo.*29.]

Diſſipatio hæreticorum & philoſophorū. Adducit Deus malum in aliquos, hoc eſt, *u* dæmonem & pœnam, *Iſa.*31.*a.* & contritionem magnam, *Ier.*4.*b.*15.*c.* & adducit fortiſſimos gentium, hoc eſt, immiſſiones per Angelos malos, *Ezech.*30.*c.*

[u *Hier.ſ. Iſa.*31.& *ſ.Ier.*]

Relinquens Deus gentes. Perducit Deus flumina ad deſertum, *Nah.* 1.*a.* quum *x* Oratores, & Philoſophos ac hæreticos deſtruit illuſtratione aduentus ſui.

[x *Hier.ſ. Nahum.*1.]

Dans Pater, Filium & gratiam & doctrinam. Deduxit Deus fœdus, quod percuſſerat cum omnibus gentibus, in irritum, *y* quando reliquit gentes ad idololatriam conuerſas, *Zach.*11.*c.*

[y *Hier.ſ.Zac.*11.]

Deducit Deus imbrem tempore ſuo, *z* quum dat Chriſtum mundo in plenitudine temporis, & gratiam & doctrinam fidelibus, *Ezech.*34.*f.*

[z *Lyr. ſ.Eze.*34.]

Prædicare Chriſtum in Eccleſia. Ducit ſponſa ſponſum in domum genitricis ſuæ, *Can.*8.*a.* quum *aa* anima erudita prædicat Chriſtum & eius myſteria in Eccleſia.

[aa *Ru.ſ.Zac.*7.]

Præparatio ad pugnam cō tra diabolum. Ducens via ad aquilonem, *Ezech.*42.*a.* eſt quæ præparat ad pugnandum contra diabolum, ideò erat in atrio templi: Sed malignus ad nihilum deducitur in conſpectu iuſti, *Pſa.*14.

Caro Chriſti immolanda. Ducere vitulam ad vallem aſperam, & ſaxoſam propter cadauer inuentum, *Deu.*21.*a.* eſt *bb* duci carnem Chriſti in Hieruſalem, vt ibi immolaretur.

[bb *Glo.or.ſup. Deut.*21.]

Pœnitentia. Deducentes oculi exitus aquarum, ſunt lachrymantes per pœnitentiam. *Pſa.*118.*Thre.*1.*e.*1.*f.*3.*f.*

Credere in Chriſtum. Ducens Barach exercitum in montē Thabor, deſignat *cc* credendū in Chriſtum, qui eſt verum lumen, *Iud.*4.*b.*

[cc *Rup.ſ.Iud.*6.]

Conuerſari cum infidelibus. Ducere iugum cum infidelibus, eſt *dd* cum eis conuerſari, 2.*Cor.*6.*d.*

[dd *Amb.ſ.*2.*Cor.*6.]

Condemnantes Iudæi Chriſtum. Adducentes Iudæi vaccam rufam ad Moſen, ſunt *ee* condemnantes Chriſtum ſecundùm legem, vt ſibi videbatur, quaſi eſſet tranſgreſſor legis, *Num.*19.*a.* Sic duxerunt Chriſtum ad Caipham, & ad Pilatum, & demum ad crucifigendum, *Matt.*26.*f.*27.*d.Mar.*14.*e.*15.*a.Luc.*22.*f.*23.*a.Ioan.*18.*c.e.*19.*a.c.Iſ.*53.*c.Acto.*8.*f.*

[ee *Aug.qu.in Num.*33.]

Eliminantes ſapientem. Deducentes Abraham, & vxorem eius extra Ægyptum, ſunt *ff* eliminantes à ſe ſapientem cum ſua ſapientia, *Gen.*12.*d.*

[ff *Ambr.*2.*de Abr.*4.]

Incitantes ad voluptates. Aſſumptio Eccleſiæ, & Mariæ. Ducentes ſerui Holophernis Iudith, ad tabernaculum Holophernis, *Iudith,* 10.*d.* ſunt miniſtri diaboli, incitantes ad voluptates. Sic ducta eſt Eſter *gg* ad cubiculum regis, *Eſter,* 2.*c.* Quod tamen, in bonum, deſignare poteſt ductam Eccleſiam ad Chriſtum: vel virginem Mariam in cœlum.

[gg *Lyr.ſ.Eſt.*]

Suggeſtiones diaboli, & perſecutiones. Ducens Balach Balaam in verticem montis Phaſga, *Nu.* 23.*c.* deſignat diabolum ſuggerentem voluptates. Sic dicebat ſocer Leuitæ ipſi genero, vt duceret lætum diem. *Iud.*19.*c.* & mulieres alienigenæ duxerunt Salomonem ad peccatum. *Nee.*13.*d.Iob,*21.*b.Iud.*21.*d.* Sic ductus eſt bos ad victimam, *Prou.*7.*c.* Hoc deſignat diabolus ducens Chriſtum in montem, & in Hieruſalem. Et ducentes eum ciues ad ſupercilium montis, *Luc.*4.*a.b.c.* vt in concupiſcentias, aut ſuperbiam præcipitetur. Et ducens Petrum, quo non vellet, deſignat legem carnis trahentem ad id, quod volumus, *Ioan.*21.*f.* ducebantur etiam Apoſtoli ad reges & præſides, *Matt.*10.*b.* & producentes Ægyptij vitam filiorum Iſraël ad amaritudinem, *Exo.*1.*c.* ſunt dæmones affligentes fideles.

Digitized by Google

Deducere gloriam in puluerem, vel collocare in puluere, est *a* gloriari in terrenis. *Psa.* 7.

Adducentes remiges Tyri ipsam Tyrum in aquis multis, *Ezech.* 27. *e.* sunt *b* deceptores animarum, qui eas ad profunda errorum & ignorantiæ demergunt. Sic adduxerunt Iudæi eum, qui fuerat cæcus ad Pharisæos, *Ioan.* 9. *c.* & ducit cæcus cæcum, *Matt.* 15. *b. Luc.* 6. *f.*

Ducuntur paruuli in captiuitatem, *Thre.* 1. *b.* quum *c* per paruulos cogitatus, & varia desideria, anima huc illúcque trahitur, nec vllam habere quietem permittitur. Idem de filiabus Taphnis, *Ezech.* 30. *d.* vel ducuntur simplices in errores.

Ducentes captiuos, sunt *d* dæmones, vel concupiscentiæ subiicientes homines, *Psa.* 136. Ab his ducta est captiua Tyrus. *Isa.* 5. *e.* 23. *a.* & ducuntur ad mortem, qui suggestionibus impelluntur in peccata, aut in errorem. *Prou.* 24. *b. Deut.* 28. *d.* 1. *Reg.* 30. *a.* 4. *Reg.* 5. *a.* 25. *b.* 1. *Par.* 5. *d.* 2. *Par.* 6. *g.* 28. 33. *b.* 36. *a. Ier.* 39. *b. Thre.* 1. *b. Baruc.* 5. *a. Luc.* 21. *e. Rom.* 7. *d.* 1. *Cor.* 12. *a. Apo.* 13. *d.*

Ducere filium, aut filiam per ignem, *Deut.* 18. *b.* erat *e* purificatio idololatriæ. Est autem nutrire filios in carnalibus lasciuiis, & cupiditatibus indecenter: sic enim faciunt eos stipulam ad incendium gehennæ.

Ductus longus membrorum aquilæ, *Eze.* 17. *a.* Potentiam *f* Nabuchodonosor indicat.

Ducere vxorem.

DVCERE vxorem, notum est quid sit.

Ducens Iacob Rachelem, *Gen.* 29. *c.* designat *g* amplectentem vitam contemplatiuam.

Ducens Achab Iezabelem, 3. *Reg.* 16. *g.* est amplectentes vitam carnalem. Idem ducere vxores alienigenas, 1. *Esdr.* 10. *e. Luc.* 12. *f.* & qui se excusat à nuptiis, est abstinens à diuino mandato propter voluptates, *Luc.* 14. *e.*

Ducit vxorem matrem & filiam, *h* qui concupiscentiæ addit peccatum, *Leu.* 20. *b.*

Non ducit scortum aut repudiatam sacerdos, *Leu.* 21. *b.* quia *i* non debet vti iis, quæ ad synagogam pertinent, quantum ad ritum literalem legis.

Ductilis.

DVCTILE metallum dicitur, quod malleando, & ducendo formatur.

Ductile candelabrum tabernaculi, designat *k* Christum eiusque membra passionibus afflicta. Idem designat ductile aurum, & ductilia ex auro, *Exod.* 25. *d.* 37. *c. Num.* 8. *a.*

Ductiles tubæ significare possunt *l* sacram scripturam, vnde ducuntur mystici sensus. Designant etiam Apostolos & prædicatores tribulationibus probatos. Item martyres, cæteróque qui tribulationum tonsionibus perficiunt, *Num.* 10. *a. Ios.* 6. *a. Psa.* 97.

Ductilia Cherubim propitiatorij, *Exo.* 37. *b.* designat *m* laborem sumendum in cognitione inferiorum, & mente purificanda, vt ad aliqualem cognitionem eorum, quæ supra rationem sunt, peruenire valeamus.

Dux, Ductor.

DVX est, qui aliis præit, vel princeps aliorum: & moderator, ac rector.

Dux itineris filiorum Israël erat *n* Deus per columnam ignis, & nubis: cuius ducatus est securissimus, *Exod.* 13. *d.* 15. *b. Deu.* 1. *e.* 8. *c.* 31. *b.* 32. *b. Iud.* 4. *c. Nee.* 9. *b.* 2. *Par.* 13. *c. Psal.* 79. *Sap.* 7. *c. Isa.* 63. *d. Ier.* 3. *b.* erat etiam Angelus dux datus à Deo.

Dux Israël constitutus Iudas, designabat *o* Christum, *Iud.* 1. *a.* 20. *c.* 1. *Reg.* 13. *c.* 25. *e.* 2. *Reg.* 6. *d.* 7. *d.* 3. *Reg.* 1. *c. Isa.* 55. *b. Ier.* 29. *f.* 30. *d.* 1. *Mach.* 2. *f. Matth.* 2. *a.*

Dux passerum dicitur domus fulicæ, hoc est, aquæ: vel est *p* petra, quæ est Christus, in qua debent firmari minores, *Psal.* 103. vel est conuersatio apostolica, quæ dux est contemplatiuorum, & deserentium mundum.

Dux de femore Iuda non deficiens, *Gen.* 49. *b.* designat *q* Apostolos, & prædicatores non defuturos in Ecclesia. Et duces vel reges parantes puteum, sunt Apostoli & doctores Ecclesiæ. *Num.* 7. *b.* 21. *d. Iud.* 11. *d.* 3. *Reg.* 14. *g.* 4. *Reg.* 20. *a.* 1. *Par.* 9. *d.* 28. *a.* 2. *Par.* 8. *b.* 35. *a. Neem.* 5. *d. Psa.* 67. *Iob.* 39. *c. Isa.* 13. *a.* 32. *b. Dan.* 3. *d. Haba.* 1. *a. Agge.* 1. *a. Zach.* 11. *b. Mala.* 1. *b. Mich.* 3. *a.* 1. *Mach.* 3. *g.* 2. *Mach.* 9. *c.* 10. *f.* 13. *d.* 14. *c.* dux pubertatis mulieris alienæ est *r* ductor hæretici, à cuius doctrina ipse recessit, *Prou.* 2. *c.*

Dux ordinatus Saul super populum, 1. *Reg.* 9. *c.* vbi notandum, aliquando *s* ordinari pastorem pro se, & populo: vt cùm sibi & subditis prodest. Aliquando nec pro se, nec pro populo: quum nec sibi, nec aliis prodest, iuxta illud, *Hos.* 13. *d.* dabo eis reges in furore meo. Pro se, non pro populo, quum sibi prodest, non aliis vt *Ezech.* 2. *b.* Mitto te ad gentem apostatricem. Aliquando non pro se, sed pro populo, vt *Matt.* 23. *a.* quæ dicunt, facite.

Dux Iuda fit populus Philistiim, *t* quum gentiles in Ecclesia præcedunt Iudæos, *Zach.* 9. *b.*

Dux, quem volebant constituere filij Israël ad redeundum in Ægyptum, est *u* diabolus, aut hæresiarcha, qui ducunt sectatores in tenebras exteriores, *Num.* 14. *a. Iud.* 4. *a.* 4. *Reg.* 7. *d. Ezec.* 21. *f.* 30. *d.* 32. *g. Mich.* 7. *b.* 1. *Mach.* 5. *a.* 7. *a.* & duces Moab, sunt dæmones, *Num.* 24. *e. Iud.* 2. *a.* Hos duces vocat Deus *x* impios, *Iob.* 34. *b.* & duces cohibentes vocem suam, sunt hæretici conuicti ab Ecclesia: vel Philosophi, qui tacuerunt post aduentum Christi, *Iob.* 29. *b.* 39. *c. Eccl.* 10. *c. Matt.* 15. *b.*

Dux hominis dicitur *y* homo exterior, *Psa.* 54. quia nisi per corporeum sensum animus ad exteriorum notitiam peruenire non potest, sed nec ad inuisibilium, quum ad illa cognoscenda, sine sensibilium notitia assurgere non valeat.

Duces exercitus Pharaonis, sunt *z* grauiores diaboli tentationes, *Exo.* 14. *b.* Duces etiam exhortantes, sunt *aa* capitalia vitia, quasi ex ratione ad peccandum incitantia, *Iob*, 39. *c.*

Dux incredulus verbis Elisæi, 4. *Reg.* 7. *a.* typus est Scribarum & Pharisæorum, qui noluerunt credere Christo.

Dulcedo, Dulcis, Suauis.

DVLCEDO, est *bb* sapor gustui gratus, éstque dulcedo varia, vt dulcedo mellis, & dulcedo vini & aliorum multorum. Transfertur etiam in voces, vt dicatur vox dulcis, quæ grata est auditui. Est autem dulce nimis nutritiuum, & omnia nutriuntur dulci, vel simplici, vel commixto. Demum dulce dicitur, quod placet, & prospera fuut dulcia, quia placent.

Suauis dicitur Dominus, & suaue nomen eius, *cc* quia in ipso est vera, & plena iucunditas, fœlicitas, ac satietas. Est autem dulcis bonis, nam malis non talis videtur, quum sint malè affecti, & corrupti sensu. Et dicitur suauis misericordia eius. Et suauis spiritus eius, quæ suauitas maximè patet in incarnatione. Et ipse Christus est dulce, quod mali dicunt amarum, *Psalm.* 14. 30. 33. 67. 85. 99. 108. 134. 144. *Prou.* 27. *a. Sap.* 2. *c.* 12. *a.* 15. *a.* 16. *c. Eccl.* 24. *c.* 1. *Petr.* 2. *a.* & dulce mel in ore leonis, est suauitas, quam fideles suscipiunt ex Christo. *Iud.* 14. *a, Prou.* 24. *b.* Suauiter etiam dicitur Deus omnia disponere, *Sap.* 8. *a.*

Dulces cibi sunt *dd* in sacramento Eucharistiæ, in quo sunt benedictiones dulcedinis, *Psa.* 20. 54. & Christi conuersatio est suauis. Et suauissimus odor ex victima cuiuscunque, est odor gratus Dei ex sacrificio Christi, *Gen.* 8. *d. Exod.* 29. *d.* 35. *a. c. Leu.* 1. *b.* 2. *d.* 3. *b.* 4. *f.* 6. *c. Num.* 15. *a.* 28. *b. Eccl.* 35. *b.* 38. *a.* 39. *b. Eph.* 5. *a.*

Dulces cibi, significant etiam doctrinam Christi. Et dulcia dicuntur eloquia Dei faucibus, quum *ee* interius placent animæ, *Psa.* 68. 118. *Ioel.* 3. *d.* Vnde & dicitur suauissimum guttur sponsi. *Cant.* 5. *d* vbi etiam significatur *ff* dulcedo cœlestis gloriæ. Et dicitur suauissimum sine comparatione: quia oculus non vidit, &c.

Dulcedo etiam significat intelligentiam spiritualem: vt quum aquæ amaræ in dulcedinem versæ sunt, hoc est, amaritudo literæ in dulcedinem spiritus, *Exo.* 15. *d. Psa.* 67. *Iocl.* 3. *d. Amos*, 9. *d.* Sic dulcis factus est liber sicut mel in ore, hoc est, *gg* spiritualibus spirituales sensus percipientibus: & iis, qui post multa bona opera, alios suauiter docent, *Ezec.* 3. *b. Apo.* 10. *d. Psa.* 18. 118. Et suauitas vnguenti, quam perdunt muscæ morientes, *Eccl.* 10. *a.* est dulcedo mysteriorum, & sacramentorum, quam perdunt hæretici. Hoc est dulce lumen oculis, *Eccl.* 11. *c.*

Dulcis fructus sponsi est *hh* quum quis delectatur loqui de sponso. *Cant.* 2. *a.* quum videlicet dicit illud, *Psal.* 118. Quàm dulcis faucibus meis eloquia tua. Est etiam dulcis in ipsius sponsi cõtemplatione, *Eccl.* 24. *d. Paru.* 5. *d.* Sic est dulcis vox sponsæ *ii* quum in laudibus Dei, & veritate versatur, & cum fidem in conspectu regum confitetur. Et dulcis eloquio est, qui prædicat recta, *Cant.* 2. *d.* 4. *a. Prou.* 16. *c. Eccl.* 6. *a.* 40. *c.* 47. *b. Mich.* 2. *b.* Ad hæc facit suauis sonus auium, *Sap.* 17. *d.*

a *Bas. s. ps.* 7.
b *Glo. ord. su. Ezec.* 27.
c *Gl. ord. sup. Thre.* 1.
d *Arn. & Hil. s. psal.* 136.
e *Lyr. s. Deut.* 18.
f *Hie. s. Ezec.* 17.
g *Glos. or. sup. Gen.* 29.
h *Isyc. s. Leu.* 20.
i *Isy. s. Leu.* 21
k *Gre. s. Ezech.* 6.
l *Or. s. Ios. h.* 7. *Au. s. psa.* 97.
m *Ricar. de S. Vict.* 4. *de arca mystica.* 6.
n *Glo. ord. su. Exod.* 13.
o *Hier. s. Iere.* 30.
p *Ar. & Au. s. ps.* 103.
q *Rsper.* 6. *s. Matth. Ori. s. Gen. hom.* 17. *& s. Num. ho. Hie. & Is.* 13. *& s. Zach.* 12.
r *Bed. s. pro.* 2.
s *Gr. s.* 1. *Reg.* 9.
t *Hie. s. Zac.* 9
u *Ori. s. Num. ho.* 18.
x *Gr.* 19. *mo.* 14. *& 31. m.* 26. *Hie. s. Iob.* 31. *& s. Ez. h.* 30. *& s. Mic.* 7.
y *Ar. s. ps.* 54.
z *Ricar. de S. Vict.* 2. *de arca mistica.* 17
aa *Gre.* 31. *m.* 31. 32.
bb *Ari. de sen su & sensibili* 4.
cc *Hie. s. Is.* 5. *Au. s. ps.* 134. *& ser.* 16.
dd *Arn. s. psa.* 20. 54.
ee *Hi. s. ps.* 67.
ff *Ru. s. can.* 5.
gg *Hie. s. Ez.* 3. *Au. su. ps.* 43. *& s. Apo. h.* 8. *Gre. s. Eze. ho.* 10. *Epiph.* 1. *cons. hareses.* 30. 3.
hh *Ori. s. Ca. hom.* 2. *Gre. s. Can.* 2. *Ber. s. Can. ser.* 48.
ii *Ori. s. cant. hom.* 4. *Am. s. ps.* 118. *ho.* 6. *Phil de conf.* [illegible]

Gloriari de terrenis.
Deceptores perdentes animas.
Trahi ad varia desideria, vel in errores
Subiicientes Dæmones, vel concupiscentia homines.
Nutrire filios in deliciis.
Potentia Nabuchodonosor.
Amplectens vitam contemplatiuam.
Amplectens vitam carnalem.
Addens peccatum concupiscentiæ.
Non vti ritu synagoga abrogata.
Christus & eius membra.
Sacræ scripturæ.
Apostoli.
Prædicatores.
Martyres.
Labor in studiis.
Deus.
Angelus.
Christus.
Aqua.
Christus.
Conuersatio Apostolica.
Apostoli.
Prædicatores.
Rex.
Præcedentes Iudæi gentibus
Dæmones.
Hæretici.
Philosophi.
Homo exterior.
Grauiores tentationes.
Vitia capitalia.
Scribæ & pharisæi.
Deus.
Christus.
Eucharistia.
Doctrina.
Christi.
Gloria cælestis.
Spiritualis intelligentia.
Loqui de sponso.
Contemplari.

Digitized by Google

Laudes Dei.

Dulcis facta aqua designat honestatis amorem, & zelum, ac desiderium ad suscipiendos pro virtute labores: qui prius erant amari, *Exo.* 15. *d.*

Dulcis somnus operanti est, quum quis surrexit à peccato. Et quum quis per bona opera fœlicitatem adeptus est. Et Christo fuit dulcis, *a* quum per mortem, quam libenter perpessus est, operatus est nostram salutem, *Eccl.* 5. *d. Prou.* 3. *c. Ier.* 31. *e.*

Dulcedo animæ est suauitas ossium, hoc est, debita virtutum proportio, *Prou.* 16. *d.*

Suaue fragrans incensum, est oratio grata Deo, *Exo.* 30. *a.* Suauis est etiam odor sapientiæ, *Eccl.* 24. *c.*

Suaue iugum Christi, dicitur *b* propter amorem & cognitionem Dei, *Matt.* 11. *d.*

Dulce est malum in ore hypocritæ: *c* quia ei suauis est iniquitas in mente, *Iob.* 20. *b.* & dulcis omnis panis homini fornicario, *Eccl.* 23. *c. Ezech.* 33. *g.* & dulciores sunt aquæ furtiuæ id est, voluptates prohibitæ, *Prou.* 9. *d.*

Dulcis dicitur diabolus, aut Antichristus, glareis Cocyti: quia *d* dum dona peruersis tribuit, dum eos in hoc mundo honoribus extollit, dum eorum oculis prodigia ostendit, dum fluxæ mentis hunc in suis prodigiis admirantur, & sequuntur, & gustum dulcedinis in vitiis recipiunt, dulcem eum iudicant, *Iob.* 21. *b. Prou.* 7. *a.* Habent etiam dulces sermones ad decipiendum, *Rom.* 16. *c.* Dulcedo etiam malorum dicitur vermis, *Iob.* 24. *d.* quia inde delectabiliter pascitur, vnde per inquietudinem incessanter agitatur: vel quia carnis desideriis, quæ vermis dicitur, anhelat, & delectatur. Et suauis est illi panis mendacij, *Prou.* 9. *d.* 20. *c. Ezech.* 33. *g.* Suauiter autem viuentes sunt, qui vacant voluptatibus, *Iob.* 28. *b.* Dulcedo citharæ dicitur, *e* aurium voluptates, *Isa.* 24. *b.* Dulcedo vini voluptates gulæ, *Ioel.* 1. *a. Eccl.* 9. *c.*

Suauis odor est idolis, *f* quum bonis scripturis quis abutitur in errorem, *Exec.* 16. *c.*

Dulcedo ficus, *Iud.* 9. *b.* Si fideles sint ficus, dulcedo est *g* pinguedo gratiæ Christi in eis existens, qui ad maturitatem Euangelicæ disciplinæ peruenerunt.

Duma.

DVMA, id est *h* similitudo, vel silentium. Ciuitas in tribu Iuda, typus est gentilitatis, in qua magnum silentium erat de Deo vero, *Isa.* 21. *c.* Duma etiam, iuxta Hieronymum dicitur Idumæa.

Duplex, Duplum.

DVPLEX, seu duplum dicitur, quod bis continet alterum.

Duplicia, quæ possidebunt Sancti in terra, sunt *i* bona animi vel corporis, vel temporalia, & æterna, vel mystica, & moralis intelligentia, vel gaudium Apostolorum de conuersione gentium & Iudæorum, *Isa.* 40. *a.* 61. *c. Prou.* 31. *c.* Sic accipit primogenitus vxoris odiosæ duplicia, *Deut.* 21. *e.* vt Isaac accepit duplicia, Ismaël verò simpla, hoc est, terrena, *Eccl.* 20. *b.* 26. *a. Zach.* 9. *b.* Duplicia sunt reddita omnia Iob, vt *k* fides resurrectionis commendaretur, filij verò totidem, vt quos amiserat, resurrecturos speraret, *Iob.* 42. *c.* Duplex funiculus hæreditatis Ioseph, ad eadem facit, *Ezech.* 47. *c.*

Duplicia sunt reddita Christo: *l* quando data est illi potestas in diuina & humana natura, quam prius habebat in diuina, & quia dantur ei ex Iudæis & gentibus, *Zach.* 9. *d.*

Duplicia accepit Hierusalem pro peccatis suis: *m* quia bis destructa est, *Isa.* 40. *a. Zach.* 9. *c.* designatur autem conuersio gentium, & Iudæorum in Ecclesia. Designatur etiam duplex pœna pro peccatis, corporis videlicet, & animi.

Duplex argentum, quod tulerunt filij Israël in Ægyptum, *Gen.* 43. *d.* designare potest *n* Apostolicum, & propheticum sermonem. Vel indicat *o* sensum historicum, & spiritualem, vel corpus, & animam, vel innuit duplicem honorem, quo laborantes presbyteri digni sunt. 1. *Timo.* 5. *c.*

Duplex rationale in pectore sacerdotis, *Exo.* 20. *c.* 39. *b.* designat *p* concordiam interiorum & exteriorum, secundùm rectam rationem.

Duplum manna parare sexta die, *Exod.* 16. *d.* est *q* in sexta ætate parare cibum animæ, & corporis, vel facere opera perfecta, quæ sufficiant ad vitam præsentem, & futuram.

Duplex confusio, *Isa.* 61. *c.* designat *r* tristitiam Apostolorum dolentium in infidelitate Iudæorum & Gentium.

Duplices iniustitias reddit Deus *s* quando seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis. *Ier.* 16. *d.* duplex etiam contritio erit malorum animæ videlicet & corporis: vel in hoc seculo, & futuro, *Ier.* 17. *d. Apo.* 18. *b.* Ad idem pertinet duplex tribulatio. *Nah.* 1. *c.* & cùm dicitur, *Ezec.* 21. *f.* Mucro, mucro, geminata indicatur contritio.

Duplex spelunca, in qua sepulta est Sara, vide *Spelunca.*

Duplex spiritus Eliæ in Elisæo, vide *Spiritus.*

Duplex erat vtrumque ostium templi, 3. *Reg.* 6. *d.* vt *t* in dilectione Dei sit fides veritatis, & puritas operationis: in dilectione proximi, patientia & benignitas.

Duplicatum signum in fronte tecti tabernaculi testimonij. *Exod.* 26. *b.* est *u* cùm omnes, qui sanctam intrant Ecclesiam, ita fide & Sacramento dominicæ passionis initiantur: vt huius quoque imitatione, semper sibi viuendum esse intelligant.

Duplicare numerum ciuitatum fugitiuorum, *Deu.* 19. *c.* est *x* multiplicare, & perficere virtutes in anima.

Duplum restituit, qui furatus est, quod adhuc est viuens, *Exo.* 22. *a.* vt *y* pœnitentiam agat animo & corpore.

Duplex murus Hierusalem *z* protectionem intus & extra habendam aduersus vitia designat, 4. *Reg.* 25. *a.* & duplicem murum duorum testamentorum.

Duplex cor est, quum aliud extra ostenditur, quàm in corde habeatur, *Eccli.* 1. *d.* 2. *c. Iacob.* 1. *a.* 4. *b.* Idem est duplex lingua, *Eccl.* 5. *c.* & duplicare sermones, *Eccl.* 42. *a.*

Duplicia peccata videntur eorum, qui fauent aliorum peccatis, *Eccl.* 7. *a.* Sic faciunt Pharisæi proselytum duplo filium gehennæ, *Matt.* 23. *e.*

Durus, Durare, Indurare.

DVRVM dicitur, quod non cedit prementi, vel diuidenti, vt lapis, & ferrum. Et per metaphoram durum dicitur, quod est graue, & molestum.

Dura manus Dei, dicit grauem eius punitionem, 1. *Reg.* 5. *b. Iob.* 30. *c.* Et dicitur durissimum iudicium Dei, quum quis condemnatur ad pœnam æternam. *Sap.* 6. *a.* Et durus homo dicitur Deus in malo seruo, *Matt.* 25. *c. Acto* 9. *a.* dura quoque ostendit Deus, *aa* quum minatur, *Psa.* 59. Sic dicitur dura visio, qua iudicatur grauis pœna, quam Deus comminatur, *Isa.* 21. *a.* Et durus nuncius Dei, 3. *Reg.* 14. *b.* Et durus spiritus Dei, est eius grauis ira, *Isa.* 27. *b.* Et durus gladius Dei, est vltima condemnationis sententia, *Isa.* 27 *a.*

Dura etiam, quæ ostendit Deus populo suo, fuerunt persecutiones Martyrum, *Psa.* 59.

Durus visus est sermo Christi incredulis, *Ioan.* 6. *f.* qui *bb* ea iudicant dura, quæ suo intellectu non assequuntur. Sic autem decet occultari mysteria indignis.

Durior frons Ezechielis frontibus Iudæorum, *Exec.* 3. *b.* designat *cc* fortitudinem prædicatorum, non pertimescentis impudentiam peccantium. Designat etiam patientiam Christi, quam etiam significant durissima petra, durus lapis, durum ferrum, *Ios.* 4. *a. Sap.* 11. *a. Eccl.* 31. *d. Isa.* 50. *c. Deut.* 8. *c.* 32. *b.*

Durantur aquæ in similitudinem lapidis, *Iob.* 38. *c.* in malum quidem, *dd* quando aduenientè Satana, mali eius malitiam imitantes, mollia viscera charitatis amittunt. Vel è diuerso in bonum, quando infirmus quisque per acceptam desuper tollerantiam, passiones sui Redemptoris imitatur.

Duratur struthio ad filios suos, quasi non sint sui, *Ioan.* 39. *b.* quando *ee* hypocrita, viscera charitatis nescions, quanto per mundi concupiscentiam in exteriora resoluitur, tanto per in affectionem suam interius obduratur, & torpere insensibili frigescit intrinsecus. Vel designatur *ff* Ecclesia, quæ non dolet pro filiis, quos videt martyrio coronari. Vel est synagoga contra Apostolos filios suos, quos durè persequebatur.

Duræ viæ virtutis, sunt opera laboriosa. *Psa.* 16. Et durissimum opus *gg* sunt tentationes. *Exo.* 6. *b.*

Durum cor dicitur, *hh* quod diuinæ voluntati, & præceptis eius & motionibus resistit, nec percussionibus emollitur,

Oratio. Pinguedo gratiæ. Gentilitas. Bona anima & corporis. Temporalia, & moralis intelligentia. Bis destructa Hierusalem. Conuersio Iudæorum & gentium. Pœna corporis & animæ. Sermo apostolicus & propheticus. Duplex sensus. Corpus & anima. Duplex honor. Concordia interiorum, & exteriorum. Opera sufficientia in futurum. Dolor de infidelitate Iudæorum & gentium. Pœna corporis & animi. Gemina virtutes charitatis. Fides, & imitatio passionis Christi. Multiplicata virtutes. Pœnitentia animi & corporis. Duo testamenta. Grauis Dei vindicta. Persecutiones Martyrum. Mysteria occulta indignis. Fortitudo prædicatoris. Patientia Christi. Duritiæ malorum. Tolerantia bonorum. Aridita affectus charitatis. Nō dolens Ecclesia pro martyribus. Persequens synagoga apostolos. Opera laboriosa. Tentationes. Cor nec monitionibus, nec percussionibus emollitum.

a *Hie. s. Ecclesiasten.* 5.

b *Hil. s. Matt. can.* 11.

c *Gr.* 35. *mo.* 29.

d *Gre.* 16. *mo.* 31.

e *Hie. s. Is.* 24.

f *Ori. s. Ezec. ho.* 7.

g *Gl. ord. sup. Iud.* 9.

h *Hie. s. Is.* 21. & *s. Eze.* 25. & *s. Ab.*

i *Amb. epi.* 14 *Bed. s. Ge.* 42. & *Prou.* 31. *Aug. epi.* 120. *Hi.* & *Is.* 40. 61. & *s. Eze.* 16.

k *Ge.* 35. *m.* 9.

l *Ru. s. Zac.* 9.

m *Lyra. s. Is.* 40.

n *Amb. de Ioseph.* 4.

o *Bed. s. Gen.* 43.

p *Glo. ord. su. Ezec.* 28.

q *Ori. s. ps.* 36. *hom.* 3. *Bed. s. Ex.* 16.

r *Hie. s. Is.* 61.

s *Ori. s. Iere. hom.* 21.

t *Glo. ord. sup.* 3. *Reg.* 6.

u *Glo. ord. su. Exod.* 26.

x *Glo. or. sup. Deut.* 19.

y *Glo. inter. s. Exo.* 22.

x *Gl. ord. s.* 4. *Reg.* 25.

aa *Hil. s. psal.* 59. *Gr.* 20. *m.* 26. *Aug. s. ps.* 59.

bb *Glo. ord. s. Ioan.* 6.

cc *Hie. s. Eze.* 3.

dd *Gre.* 20. *m.* 22. 27. *Hie. s. Iob.* 38.

ee *Gr.* 31. *mo.* 9. 16.

ff *Hie. s. Iob.* 39.

gg *Bed. s. Ex.* 6. *Orig. s. Exo. h.* 4. & *s. cant. h.* 2.

hh *Au. de ess. diui. Ber.* 1. *de eōs. Euc. for. spiri.* 1. *Greg. Nyss. de vita Mosis.*

emollitur. Vel aliter cor durum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicia sæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens. Ipsum est, cui præteritorum, præter solas iniurias, nihil omninò non præterit, præsentium nihil non perit, futurorum nulla, nisi fortè ad vlciscendum, prospectio seu præparatio est. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est, quod nec Deum timet, nec hominem reuereretur. Induratur autem cor, vt lutum induratur à Sole: quia luteas habeat cogitationes. Indurat autem cor Deus, quum *a* quorundam corda malorum, sicut de Pharaone scriptum est, ex gentibus culpis, iusto iudicio indurari permittit, in vindictam videlicet, & pœnam peccatorum, *Exod.4.e.7.a.9.b.10.a.g.11.d.13.c.14.a.17.d. Deut.2.f. Iosu.11.b. Iob.41.c. Psa.89. Prou.28.c. Eccl.3.c. Isa.46.d.47.c.48.a.63.d. Matth.19.a. Marc.10.a.16.c. Ioan.12.f. Rom.2.a.9.d. Ephe.4.e. Acto.19.b.*

Obstinatio. Permittens Deus indurari.

Induratur cor Leuiathan quasi lapis, *Iob.41. c.* quia *b* antiquus hostis nulla vnquam conuersionis pœnitentia mollietur.

Duritia diaboli.

Dura ceruix, & durum dorsum, duram & obstinatam superbiam significat, *Exo.32.c.33. a.34.a. Leu. 26.c. Deut. 9.b.10.d.31.g.4. Reg.17.c.2. Par.30.c. Nee.9.e. Prou.29.a. Eccl.33.d. Isa.48.a. Ier.7.f.17.c. Baru.2.f. Acto.7.f.* Et durè ligati sunt principes hæreticorum, *c* quia obstinati sunt, obturantes aures suas, *Isa.22.a.47. c.* Ad hæc durus vir, & durus rex, *1. Reg.25.a.2. Reg.3.g. Sap.11.b.* Et durus equus, *Eccl.30.b.*

Superbia. Impudentia.

Dura facies, designat *d* impudentiam peccantis. *Ezec.2.b.3.b. Ier.5.b.*

Odium & persecutio Iudæorum in Christum.

Dura indignatio Simeon & Leui, *Gen.49.a.* fuit *e* Sacerdotum & Scribarum, quæ peruenit vsque ad crucifigendum Christum. Et dura emulatio sicut infernus, *Cant.8.b.* fuit *f* Iudæorum aduersus Christum, quia vt infernus sine misericordia, quos tenet, cruciat, ita Iudaica plebs Christum apprehendens, sine vllo pietatis respectu ipsum ad crudelissimam mortem adegit.

Peccata.

Dura opera filiorum Israël in Ægypto, significant *g* opera peccati, & dura seruitus est seruitus peccati, *Exod.1.c.3.b.6.b. Isa.14.a. Esther,14.b.* & durissimum iugum, *3. Reg.12.a.2. Par.10.a.* & ipsa peccata Hierusalem dicuntur dura, *Ier.30.c.* & durissima via, sunt opera peccati & idololatriæ, *Iud.2.d.*

Corruptiones molestæ.

Duri sermones, aut responsiones, vel increpationes, sunt molestiam inferentes, *Gen.31.d.42.b.f. 3. Reg.12.c.2. Reg.19.g.2. Par.10.c. Prou.15.a.25.b. Sap.18.c. Eccl.19.b. Iuda 2. Cor.23.d. Titum,1.c.*

Ægrèpuniens prælatus.

Durè accipiens Abraham eiectionem ancillæ & filij eius, *Gen.21.b.* designat *h* grauem debere esse prælato punitionem subditorum.

Cognoscere vtilitatem passionis Christi.

Durum non videri fratribus Ioseph eius venditionem, *Gen. 45.b.* est *i* recognoscere venditionem & passionem Christi salutem esse generis humani.

Durum bellum inter domum Iuda & Israël, 2. *Reg. 2. d.* dicitur, quia obliti sunt fraternitatis, quæ erat inter eos.

Opera veteris hominis.

Duri panes Gabaonitarum. *Ios.9.a.* opera *k* veteris hominis designat inutilia.

Ebrietas, Ebrius, Temulentus, Inebriare, Crapula.

EBRIETAS, est *l* sensuum perturbatio, quæ fit à vino, aut aliquo simili, ascendente multitudine spirituum ad cerebrum, & simulachra, & phantasmata perturbante, quo fit, vt ebrij somnia terribilia, & monstruosa videant. Et aliquando ebrij sunt læti, aliquando tristes, quandoque verò graui opprimuntur somno. Vel generalius ebrietas nihil aliud est, quàm excidisse à recta ratione, deliratióque & sanæ mentis priuatio, siue ab ira, siue ab alio morbo animi id fiat. Crapula autem, est nimia cibi repletio.

Immensitas Dei.

Ebrietas in Deo, est *m* plenissima bonorum omnium immensitas, quæ in ipso secundùm causam præexistit. Sed in illum, qui ebrietatem comitatur, excessum sensus atque sciendi Dei excellentiam, quæ omnem refugit intellectum, accipi oportet, per quam excipitur ab intelligendi ratione, quum ea sit excellentia, vt intelligere, atque intelligi, ipsumque esse trascendant, ac omnia, simpliciter, quæcunque sunt bona, inebriatus esse, atque excedere dicitur Deus, quippe qui eis omnibus immensitatis totius eminentia plenissimus est, & rursus extra omnia & vltra omnia segregatus.

Oblatio spiritus contribulati.

Inebriare Deum adipe victimarum, *Isa.43.d.* est *n* offerre illi sacrificium spiritus contribulati.

Correptio Dei Christi passio Iucunditas sapientia.

Inebriat Deum malitia nostra, quæ quando in nobis ab ipso corripitur, ipse euigilare dicitur, & de sua ebrietate consurgere, vt nos peccato ebrios euigilare faciat, *Psa.77.*

Inebriatus Noë, designat *o* Christum, qui amoris ebrietate excessum, & passionis ignominiam pati voluit, & à Iudæis nudari, & in cruce soporari, *Genes.9.c. Ier.23.b.*

Inebriati fratres Ioseph cum ipso Ioseph, designant *p* iucunditatem, quæ ex sapientia habetur, *Genes.43.g. Psal.22.35.* Et inebriati sunt ab vbertate domus Dei, qui per passionem Christi adepti sunt gloriam. Et dicitur ita Deus inebriasse terram sanguine suo: quam etiam inebriauit multiplicando in ea doctores. Et inebriauit fluuios, hoc est, *q* ipsos homines Apostolos in Pentecoste, *Psal.64. Acto.2.c.* & vt ebria iudicata est Anna ab Eli, ita *r* Apostoli à Iudæis, *1. Reg.1. b.* erant tamen ebrij mutatione cordis, & ardore amoris in Deum: licèt Iudæi verbis calumniam eis impegerint: vel iudicauerunt eos terrenam sublimitatem appetere, & non cœlestia: vel falsa, & hæretica prædicare. Sic præpositi carnales ebrios iudicant contemplationi vacantes, *Prou.5.d. Isa.55.c. Cant.5.a. Eccl.24.d.32.c.39.c. Ier.23.b.31.e. Mich.2.d. Zach.9.d. Ioan.2.b.* Inebriantur autem, qui voluntatem à malo in bonum mutant. *Agg.1.b.*

Contemptus mundi. Cœlicitus.

Inebriat calix passionis Christi martyres, *Psa.22.35.* quia *s* propter Christum dicunt patri & matri: Non noui vos. Quid autem tam ebrium, quàm non agnoscere vxorem flentem, non filios, non parentes.

Ebrietas autem magis propriè erit *t* in felicitate, quum in totum Sancti transfundentur in Deum. Ideo dicitur. *Psa.35.* Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: De his etiam. *Psa. 64. Cant.5.b.* Est hæc ebrietas, obliuio præteritorum malorum.

Grauis vindicta Dei.

Inebriat Deus sagittas suas sanguine, quum *u* grauem & generalem exercet punitionem, *Deu.32.f. Ier.46.c.* & inebriatus est gladius Dei in cœlo, quum eiecti sunt dæmones & grauiter puniti, *Isa.34.a.* & inebriantur mali calice iræ Dei, & absynthio. *Ier.48.d. Thr.3.b.* Inebriat quoque Deus hostes Sion sanguine suo ipsorum, quasi musto, quum eos punit in inferno, *Isa.40.g.* & inebriat eos in indignatione, *Isa.63.b. Thre.4.d.*

Affectus animi inordinati.

Vt autem ebrietas ipsa est in se mala, & vituperabilis: ita sæpè in malam accipitur partem, vt ebrij dicantur, *x* qui vel ira, vel concupiscentia, aut aliquo alio affectu, mentem à statu suo dimouente, perturbantur. Inebriat etiam tumor ex prædicatione proueniens, *1. Reg. 1. c.* Inebriatur autem absynthio, *y* qui in voluptatibus, aut propter voluptates se tradit spontaneis laboribus, & tribulationibus, quæ & amaræ sunt, & cæcitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis ignorantur, *Thr.3.b.* Superbia *z* etiam ebrietas dici potest, *Prou.31.a.* & cupiditas, *Apo.17.a.*

Superbia. Cupiditas. Affectus temporalium. Praua intelligentia Iudæorum & hæreticorum. Crudelitas.

Ebrietas Loth, designat *aa* peruersam rerum temporalium affectionem. Item prauam Iudæorum intelligentiam, *Gen.19.g. Ps.68. Is.5.c.* & ebrij sunt, *bb* qui erant sequetes hæreticos, *Is.19.c.* Item Pharisæi & Iudas inebriati sunt non à vino, *Isa.24.d.28.a.29.c.51.g.* & inebriat omnem terram calix Babylonis, quum *cc* res terrenæ, omnium terrenorum sensum peruertunt, *Ierem.23.b.25.f.51.d. Deut.29.c.1. Reg.25.f. Iudith,13.a. Iob.12.d. Psal.106. Prou.11.d. Eccl.26.b. Exec.23.c.39.e. Hos.4.c. Ioel,1.a. Mich.2.d. Nah.3.c. Hab.2.d. Matt.24. d. Luc.21.g.* & inebriatur nocte, qui faciunt opera tenebrarum, *1. Thes.5.b.* est etiam ebria mulier sanguine Sanctorum, crudelitas *dd* videlicet Iudæorum & gentium in Sanctos. *Apo.17.b.*

Inebriare

a *Bed.s.Exod.5.*

b *Gre.44.mo.3.*

c *Hie.s.Is.22.*

d *Hie.s.Ier.5. Gre.s.Eze.ho.9.*

e *Glo.inte.su. Gen.49.*

f *Gre.s. Can.8.*

g *Hie.s.Is.14.*

h *Lyr.s. Gen.21.*

i *Glo.inte.su. Gen.4.*

k *Gl. ord.sup. Ios.9.*

l *Ari.de som. ca.3. Chry.adu.Iu. ho.5.*

m *Dyon.areopa.epi.9.*

n *Hier.s. Isa.43. Hie.s.Dan.9.*

o *Au.16.ciu. Dei.2. Bed.s.Gen.9. Rup.4.s.Gen.38.*

p *Ori.s.Cant. h.3. Am.s.ps.118 ser.13.*

q *Ar.s.ps.64. Hie.s.Ier.31. & s. Mic.2. & s.ps.80. Au.s.psa.64.*

r *Gr.s.1.Reg. 1. & s.Can.5. & s.Eze.h.10. Ricar. de S. Vict.de 12.pa triar.38.*

s *Chry.s.psal. 22.*

t *Au.s.ps.74. Ber.de diligẽdo Deo. Rup.s.Can.4.*

u *Hie.s.Is.34. 89.*

x *Ori. s. Leu. ho.7. Basi. de ieiunio ho.1. Gr.s.1.Reg.1.*

y *Gr.20.m.15*

z *Ru.10.Vict. verbi Dei 4. & 10.s.Apo.*

aa *Or.s.Ge.h. 5. & s.Ier.ho. 2.*

bb *Hier.s.Isa. 5.19.28. & s. Eze.8.*

cc *Gre.11.m. 13.*

dd *Rup.10.s. Apo. Am. de Elia s.*

Digitized by Google

Confundere vitio.

Inebriare etiam, est vitio confundere, *Leuitic.10.b.* & hæc ebrietas est *a* causa auditatis, vt in Noe, *Genes.19.c.* quæ ebrietas, etiam est impetus delectationis, *Num.6.a. Prou.7.c.26.b. 2.Reg.13.c.3.Reg.16.c. Dan.5.a. Nahum.3.c. Habac. 2.c.*

a *Am.de Noe c.19.*

Deflere hæreticos.

Inebriat Esebon lachrymis, *b* qui vehementer deflet prauas hæreticorum cogitationes, *Isa.16.c.*

b *Hie.s.Is.16.*

Inebrians Dauid Vriam. *2.Reg.11.b.*

Satietas in Ecclesia.

Crapula sumi potest in bonum, vt cùm Hierusalem ponitur superliminare crapulæ, *Zach.12.a.* hoc est, *c* Ecclesia est domus, in qua est vera satietas, in qua editur verus agnus, nam extra eam est fames.

c *Rup.s.Zac. 12.*

Ebrona.

Ebrona, id est, *d* transitus, trigesima prima mansio filiorum Israël in deserto, quo peruenerunt ex Ietabatha, quia semper est transeundum, donec deueniatur ad perfectam quietem, *Num.35.c.* & tunc fit illud, *Psalm.41.* Transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.

d *Ori.s.Num. ho.37. Hi. de mans.*

Ebullire.

Abundantia loquacium. Hæretici.

EBVLLIRE, est quasi bulliendo & feruendo producere.

Ebulliens fluuius Ægypti ranas, designat *e* ampullas verborum, quibus mundani abundant, *Exod.8.a.* Sic dicitur, *Prou.15.a.* Os fatuorum ebullit stultitiam.

e *Glo. ord.su. Exod.8.*

Ebulliens villæ & agri Philisthinorum mures, *1.Reg.5.b.* designant *f* hæreticos vndique consurgentes, & Ecclesiam perturbantes.

f *Lyr.s.1. Re. 5.*

Ebur, Eburneus.

Resurrectio & immortalitas Christi.

EBVR sunt *g* dentes elephantorum prominentes, qui sunt illis velut cornua, quos deciduos casu aliquo, vel senecta defodiunt. Ex aliis elephantorum ossibus, licèt ob penuriam fit vsus, pro ebore, non tamen propriè sunt ebur.

g *Plin.8.nat. hist.3.*

Eburneus venter sponsi, designat *h* Christi resurrectionem, & immortalitatem, ac gloriam, quam habet ad dexteram Patris, quia ebur, est admodum diurnum, & regiæ sedis ornamentum, *Cantic.5.d.* vel quia ebur est id quod preciosius est in elephante, designat *i* excellentiam naturæ humanæ in Christo, super cæteros homines.

h *Greg.s.can. 5.*

i *Ru.s.can.5.*

Charitas. Apostoli.

Eburneæ domus, *Psalm.44.* abundantiam *k* charitatis Christi designare possunt. Et etiam corpus castum.

k *Basi.& Ar. s.ps.44.*

Prædicatores.

Domus eburneas, propter magnitudinem elephantorum, domus *l* amplas accipimus. Ampla enim est via, quæ ducit ad perditionem. Sed ebur nisi radatur limis, diuidatur serris ac subulis perforetur, obscurum & horribile est: Sic & Apostoli erant antequam vocarentur, & inhabitarentur: sed postquam vocati sunt, serris secti, vngulis rasi, scalpellis sculpti, flammis igniti, ac diuersis suppliciis elimati, facti sunt domus Dei: in qua ipse Christus dignaretur inhabitare, *Psal.44.* designant etiam domus eburneæ prædicatores, sunt preciosi propter sapientiam. Eosdem designat turris eburnea, cui comparatur collum sponsæ, *Cant.7.b.* quia *m* prædicatores Ecclesiæ, & alti per contemplationem, & fortes per sanctorum operum exercitationem, & preciosi per diuinam sapientiam habentur.

l *Hie. s. psal. 44.*

m *Gre.s. can. 7.*

Doctrina hæreticorum. Feruor patrũ antiquorum. Mors. Vox. Delicia.

Eburneæ domus, etiam dicuntur esse *n* hæreticorum, *Amos.3.d.* quæ artifici dente, & rhetorici nitori splendore compositæ sunt.

n *Hie.s. Am. 3.*

Ebur antiquum, *o* feruorem antiquorum patrum designare potest. *Thren.4.b.*

o *Gr.33. mo. 23.*

Ebur & dentes insigne est mortis, & vocis, *3.Reg.10.d. 2.Par.9.e. Ester.1.a. Ezech.26.c. Amos.3.d.e.b.*

Eburnei lecti, *p* delicias significare possunt, *Amos.6.a.*

Hier.ad principiam & s. ps.2.

Ecclesia, Ecclesiastes.

Cœtus beatorum. Prælatus. Templum. Congregatio cogitationum Congregatio Iudæorum & hæreticorum. Christus. Sapientia. Quarentes voluptates per sensus. Vocatio gentium. Prohibentes reges cultum vnius Dei. Pacis Christi publicatio.

ECCLESIA, est congregatio conuocata: & sumitur pro congregatione fidelium, etiam in lege veteri, vt *Num.20.a. Deut.23.a.* Sed magis propriè dicitur ecclesia in lege noua, quæ dicitur Ecclesia magna, *Psalm.21.* quia synagoga erat Ecclesia parua. Et illi conuenit magis nomen synagogæ, *q* quæ potest esse etiam congregatio irrationalium, & cum quadam coactione. Ecclesia verò est congregatio ratione viuentiũ, & spontaneè conuocatorum. Et Ecclesia magna reuerentium, est multitudo venientium ad fidem, *Ierem.31.b. Thren.1.d.* Est etiam Ecclesia magna cœtus beatorum, *Psalm.88.149.* Ecclesiam etiam *r* prælatus, *Matth.18.b.* Si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Et ipsum templum. *Thren.1.d.* Ne intrarent Ecclesiam tuam.

p *Hie.s. Amos 6.*

q *Aug. epist. 120.*

r *Lyr.s.Matt. 18.*

Ecclesiæ, in quibus benedicendus est Dominus, sunt *s* congregatio cogitationum, & congregatio desideriorum, *Psalm.67.*

s *Ricar. de S. Vict.de 12.patriar.84.*

Ecclesia malignantium, est *t* congregatio Iudæorum & hæreticorum, *Psal.25.*

t *Hie.s.ps.25.*

Ecclesiastes, id est, concionator: typus est *u* Christi, *Eccles.1.a.*

u *Hie.s. Eccl. 1.*

Eden.

EDEN, id est, delitiæ: Sic dicitur paradisus voluptatis, & designat *x* sapientiam, quæ gaudet solius Dei patris maiestate. Vel designat animam, in qua Deus deliciatur, *Genes.2.*

x *Phi.1.alleg. & de plantatio. Noe.*

Eden in negotiatoribus Tyri, designat *y* eos, qui per carneos sensus quærunt voluptates, *Ezech.27.e.*

Edere, quare Comedere.

Edere pro emittere, vide Emittere.

Edicere, Edictum.

y *Hie.s.Ezec. 27.*

Vocatio gentium.

EDICERE, est iubere voce præconis: vnde edictum, quod, vt lex, publicè præcipitur.

Edictum regis Cyri vt ædificaretur domus Dei, *1.Esdr.5.d.* Ad vocationem gentium & renouationem Ecclesiæ referri possunt: & etiam edicta regis Assueri, *Ester.1.d.3.d.8.d.*

Edictum regis Darij, ne quis adoraret Deum, &c. *Dan.6.c.* decreta indicat. Imperatorum aduersus Christianos, ne vnum Deum colerent. Ad idem quoque faciunt edicta regis Antiochi, *1.Mach.6.c. Hebr.11.f.*

Prohibentes reges cultum vnius Dei.

Edictum Cæsaris Augusti, vt describeretur vniuersus orbis, *Luc.2.a.* publicationem *z* pacis per Christum futuram designauit.

z *Glos.or.sup. Luc.2.*

Pacis Christi publicatio.

Edisserere, vide Disserere.

Edom, vide Esau.

Educare, vide Nutrire.

Educere, Eximere, Extrahere.

EDVCERE, est ab interiore loco ad exteriorem ducere, & emittere, ac extrahere, & producere, & interdum vocare.

Liberãs Deus à vitiis. Producens Christum. Liberans ab incredulitate. Liberans à tentatione, & tribulatione, & à prauis affectibus.

Educit Deus de Vr Chaldæorum, quum liberat ab incendio vitiorum. *Genes.11.d.15.b.* Et de fornace ferrea. *Deut.4.c.* Sic educit Deus de Ægypto, & ab ergastulo Ægyptiorum, hoc est, separat *aa* de mundo, & à vanitatibus eius, & à superstitionibus, & tenebris vitiorum. *Exod.3.c.6.a.7.a.12.g.16.b.18.b.20.a.29.g.32.a.c. Leuit.10.g.26.g. Numer.20.a.21.a.23.d. Deut.4.f.6.b. Iosu.24.d. Iud.2.a.6.16.f.3.Reg.8.f. Psalm.90.104.106.136. Sapient.10.d. Ierem.38.d.52.g. Ezech.37.d. Amos.9.e. Mich.7.b. Hebr.13.d. Actor.5.c.12.e.* Sic educit de terra aquilonis. *Ierem.16.c.23.b.32.d. Baruc.2.c. Hos.12.c. Amos.2.c. Mich.6.a.* Et educit oues suas de populis. *Ezech.34.d.38.a.*

aa *Arn.s.psa. 135.*

Educit Deus panem de terra, quum *bb* produxit Christum ex Virgine. *Psal.103.* Quem etiam extraxit de ventre matris. *Psalm.21.* Et eduxit lapidem primarium. *Zach.4.c.*

bb *Arn.s.psa. 103.*

Eduxit Deus Gentes, *cc* quum liberauit eos ab incredulitate. *Isa.48.d. Ezech.38.d.* Et eduxit cæcos, in viam, quam nesciunt, quum Gentiles ducuntur ad viam fidei, quam prius ignorabant. *Isa.45.c.* Et eduxit eos in nube diei, hoc est, *dd* per assumptam carnem Christi in hac vita. *Psalm.77.*

cc *Hie.s.Eze. 38.& s.Is.42.*

dd *Aug. s.ps. 77.*

Educit Deus de laqueo venantium, *ee* quum liberat à tentatione. *Psalm.30.36.67. Sapient.4.c.10.a.* Et extrahit de aquis, quum liberat à tribulationibus, & tentationibus. *2.Reg.22.b.* Et de mari. *Isa.63.c. Ezech.37.d. Amos.9.a.* Ad idem referri potest extrahere bouem, aut asinum de cisterna. *Luc.14.a.* Liberat enim de laqueo, quum liberat à prauis affectibus.

ee *Gl. ord.su. Psal.30.*

Digitized by Google

Educi Ioseph de carcere, est Christum à mortuis resurgere. *Genes.* 40.*c.* 41.*b.* 42. Idem est extrahere Ioseph de cisterna. *Genes.* 37.*f.*

Educit etiam Deus de carcere, quum *a* liberat à fastidio rerum bonarum, & ab inferis. *Genes.* 42.*d. Psal.* 141. Et educit de inferno, quum eum, qui ex infirmitate in peccatum cadit, liberat à peccato. *Psalm.* 29. Et educit *b* victos à diabolo in fortitudine. *Psalm.* 67.

Educit Deus Mosen ad dexteram, *c* quum ad prospera ducit, liberans ab aduersis. *Isa.* 63.*c.* Sic educit in latitudinem, hoc est, ab angustia tribulationum in spem cœlestium. 2. *Reg.* 22.*b. Psalm.* 17. Et educit in refrigerium, præcipuè *d* in generali resurrectione. *Psalm.* 65. Educit etiam Deus de deserto, quum liberat à miseriis huius mundi. *Exod.* 33.*c.*

Educit Deus foras ad suscipiendum cœlum. *Genes.* 15.*b.* quum *e* eleuat mentem in cœlestium cõtemplationem: aut extra carnis angustias eam educit. Et educit foras populum cæcum. *Isa.* 43.*b.* quum *f* Iudæos ab angustiis legis transfert in latitudinem Euangelij. Et educens Moses populum in occursum Dei. *Exod.* 19.*c.* designat legem introductione pædagogica parantem populum ad susceptionem Christi, eiusque doctrinæ. Ad hæc refertur, *g* quum eduxit Christus discipulos foras in Bethaniam. *Luc.* 24.*g.*

Educit Deus panem de terra, *h* quum dat solidam doctrinam. *Psalm.* 103. Et educit riuos de petra durissima: & aquam de petra. *Deut.* 8.*c. Psal.* 77. hoc est, doctrinã Euangelicam de Christo in Apostolos & doctores, tanquam fontes, flumina, ac torrentes: & etiam fontem baptismi, & martyrij.

Educit Christus iudicium in veritate, aut perducit ad victoriam. *Isa.* 42.*a.* quia *i* iustificatur in sermonibus suis, & vincit cùm iudicatur. Educet etiam iudicium in veritate, quia in iudicio iustè iudicabit.

Educet etiam Deus iudicium iusti, tanquam meridiem. *Psal.* 36. quando *k* in iudicio declarabitur, quàm rectè iustus crediderit. Item ponendo *l* opera iusti in exemplum, vt luceant coram hominibus.

Educit Deus in numero militiam cœlorum. *Isa.* 40.*f.* quia numerat *m* multitudinem stellarum & angelorum.

Eduxit Deus semen de Iacob, hoc est, *n* Christum, & Apostolos de semine Iacob. *Isa.* 65.*b.*

Educit Deus nubes ab extremo terræ, quum *o* facit ex humilibus prædicatores. *Psalm.* 134. 143. *Ierem.* 10.*c.* Et eduxit sapientiam de nubibus, hoc est, de prædicatoribus, per quos eam manifestauit. *Bar.* 3.*c.*

Educit Deus ventos de thesauris suis, *p* quum dat dona Spiritus sancti quæ sunt in Christo. *Psal.* 143. *Iere.* 10.*c.*

Educentes sagenam, erunt *q* angeli conuocantes omnes ad generale iudicium. *Matth.* 13.*d.*

Eductus est coluber tortuosus de cauernis suis, obstetricante manu Dei, *Iob.* 26.*d.* Quia dum *r* uobis diuina gratia medetur, is qui nos tenuerat, antiquus à nobis hostis eiicitur, sicut incarnata Veritas dicit. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

Educens Noë secum animalia ab arca. *Genes.* 8.*c.* designat *s* prælatum facientem exerceri simplices in bonis operationibus. Et educentes filios, & filias in Hierusalem. *Ezech.* 14.*g.* sunt instruentes discipulos. Et reducit pastor oues. *Ioan.* 10.*b.* quando ex quiete & otio, ad ambulandum in via mandatorum Dei, & boni operis exercitium ipsas euocat, admonitorióque sermone incitat.

Extraxit Christus Leuiathan hamo. *Iob.* 40.*c.* quum *t* proposita carne mortali per latentem immortalitatis potentiam, quasi per hamum, diabolum laborantem transfixit, & foras eiecit. *Ezech.* 29.*a.* 32.*a.*

Extrahit Deus diuitias de ventre hypocritæ. *Iob.* 20.*b.* quando *u* doctrinam, quam ille seruare noluit, Deus iusto iudicio de eius memoria aboleri facit.

Educens Christus cæcum extra vicum. *Marc.* 8.*c.* designauit *x* deserendum esse prauorum consortium, vt veritatis lucem videre valeamus. *Isa.* 43.*b.*

Eduxit Dominus quadrigam. *Isa.* 43.*c.* quum *y* indurauit Pharaonem, & cæteros persecutores, in quibus ostendit potentiam suam.

Educuntur ranæ in Ægypto, quum *z* oriuntur Poëtæ, & loquaces in mundo. *Exod.* 8.*b.*

Educentes vaccam rufam extra castra. *Num.* 19.*a.* designant *aa* Iudæos educentes Christum extra ciuitatem, vt crucifigeretur. *Marc.* 15.*b.* Idem designarunt educentes Naboth ad lapidandum. 3. *Reg.* 21.*c.*

Educere gladium, idem quòd stringere gladium.

Educens Dauid gladium Goliath de vagina sua, ad occidendum eundem Goliath. 1. *Reg.* 17.*g.* designat doctorem, *bb* qui per doctrinam Philosophorum conuincit eosdem Philosophos. Vel designatur Christus, qui per eosdem, quos de potestate diaboli abstulit, eundem diabolum vicit.

Eximens autem Petrus gladium suum ad percutiendos adaersarios. *Matth.* 26.*d.* designat doctorem vtentem sacra doctrina aduersus peccantes, & hæreticos. Non educens autem Iether, filius Gedeon, gladium aduersus Zeb, & Zebee reges. *Iud.* 8.*d.* designat eos, qui non dum sunt apti ad pugnandum aduersus hæresiarchas, & infideles. Non educens autem Ehud gladium, quem infixerat in ventrem Eglou. *Iud.* 3.*c.* designat doctorem cõuincentem hæreticos, & infideles, & perseuerantem in victoria.

Educentes gladium aduersarij Israël. *Iud.* 8.*c.* sunt hæretici rationibns, & authoritatibus pugnantes aduersus fideles.

Extrahi vectes à circulis arcæ. *Exod.* 25.*b.* est *ee* prædicare, aut docere, quæ non sunt in Euangelio.

Educit Ephraim filios suos ad interfectorem suum. *Hos.* 9.*d.* hoc est, *dd* hæreticus discipulos suos adducit ad diabolum. Educentes autem Chaldæi ducem Iuda de Hierusalem, perfosso pariete. *Ezech.* 12.*a.* sunt hæretici fraudulenter educentes aliquos ab Ecclesia.

Educi de vulua, *ee* est peccatum opere perpetrari. *Iob.* 10.*b.* Eductus quoque de vagina sua dicitur, *ff* qui ducente diabolo, malum, quod mente conceperat, opere exequitur. *Iob.* 20.*c.*

Educere blasphemum extra castra, *Leuit.* 24.*c.* est eiicere hæreticum *gg* ab Ecclesia. Sic ducta est Athalia extra septa templi. 4. *Reg.* 11.*d.* 2. *Par.* 23.*c.* Et Adonias de altari. 3. *Reg.* 1.*g.*

Efferre, Elatus, vide Altum.

Efferre.

Efferre, vt nunc sumitur, est extra ferre.

Efferre verbum Domini vsque ad extremum terræ. *Isa.* 48.*d.* est *hh* prædicare Christum Gentibus, quantumuis remotis.

Efferre carnes vituli extra castra. *Leuit.* 4.*c.* fuit *ii* crucifigere Christum extra Hierusalem: quia extra portam passus est. *Hebr.* 13.*b.* Efferens autem foras Ezechiel vasa transmigrationis, designare potest *kk* Christum educentem sanctos Patres è limbo. *Ezech.* 12.*a.*

Efferre cineres holocausti extra castra. *Leuit.* 6.*b.* est *ll* reseruare perfecta opera ad diem iudicij.

Efferre de carnibus agni foras, *mm* est tractare sacramenta extra Ecclesiam. *Exod.* 12.*g.* vel tradere Eucharistiam hæreticis, vel ea abuti ad sortilegia, &c. Efferre vuas extra vineam, *nn* est operari ob inanem gloriam. *Deut.* 23.*c.*

Efferri de domo, de cuius lepra est dubium, vniuersa. *Leuit.* 14.*c.* est *oo* separare fideles ab infidelibus.

Efferri lucem de domo Domini foras Hierusalem. 4. *Reg.* 23.*b.* est auferre doctrinam peruersam ab Ecclesia.

Efferre ossa hæretici combusti de domo. *Amos.* 6.*c.* est *pp* tollere reliquias hæreticorum de Ecclesia.

Efferri filium viduæ extra ciuitatem. *Luc.* 7.*b.* est *qq* peccatum opere patratum foras prodire.

Efferri Ezechielem in caligine. *Ezech.* 12.*b.* signum erat *rr* captiuitatis, & excæcationis regis Iuda.

Efferre ossa Ioseph de Ægypto. *Exod.* 13.*d.* prædicationem resurrectionis indicare videtur.

Efficere, quare Facere.

Effigies, vide Imago.

Effluere, vide Fluere.

Effodere, quare Fodere.

Effugare, quare Fugare, & Fugere.

Effugere,

a *Arn. & Hil. s. psal.* 141.
b *Ar. s. ps.* 67.
c *Hie. s. Is.* 63. *& s. ps.* 65.
d *Hil. s. ps.* 65.
e *Amb.* 2. *de Abr.* 8. Phil. 2. *alleg.*
f *Hie. s. Is.* 43.
g *Cyri.* 3. *sup. Ioan.* 3.
h *Ar. s. ps.* 103
i *Hie. Aglas. & s. Is.* 42.
k *Glo. in s. ps.* 36.
l *Ori. s. ps.* 36. *hom.* 1.
m *Hi. s. Is.* 40.
n *Hie. s. Is.* 65
o *Ori. s. Ier. h.* 5. *Arn. s. ps.* 134 *Hie. s. Ier.* 10.
p *Orig. s. Ier. hom.* 5.
q *Ori. s. Matt. ca.* 13.
r *Gr.* 17. *mor.* 18.
s *Cy.* 7. *s. Io.* 2.
t *Gre.* 33. *mo.* 12. *Hier. s. Iob.* 40
u *Gr.* 15. *m.* 6.
x *Hie. s. Mat.* 8.
y *Hie. s. Is.* 43
z *Glo. ord. su. Exod.* 7.
aa *Aug. qu. in Num.* 33.
bb *Glo. ord. s.* 1. *Reg.* 17.
cc *Gl. ord. su. Exod.* 28.
dd *Hie. s. Hos.* 9.
ee ff *Gre.* 41. *mo.* 40. *&* 15 *mo.* 13.
gg *Lyr. s. Leu.* 24.
hh *Hie. s. Isa.* 48.
ii *Isy. Leu.* 4.
kk *Glo. ord. s. Ezech.* 12.
ll *Isy. s. Leu.* 6.
mm *Lyr. s. Ex* 12.
nn *Rup.* 1. *su. Deut.* 26.
oo *Isy. s. Leu.* 14.
pp *Hier. s. Amos.* 6.
qq *Glo. ord. s. Luc.* 7.
rr *Glo. int. su. Ezec.* 12.

Resurrectio Christi.
Liberans ab inferis, & peccatis.
Ducens ad prospera.
Eleuans mentem in contemplationem cælestium.
Dans solidam doctrinam.
Iustè iudicans. Claritas bonorum operum.
Numerans stellas & angelos.
Christus, & Apostoli de semine Iacob.
Faciens ex humilibus prædicatores.
Dans dona Spiritus sancti.
Conuocantes angeli ad iudicium.
Eiectio principis huius mundi.
Instruere simplices.
Capiens diabolum per carnem.
Auferens doctrinam ab hypocrita.
Deserere prauorum consortium.
Inãurans persecutores.
Loquacium productio.
Ducentes Iudæi. Christum extra ciuitatem.
Conuincere Philosophos sua doctrina.
Vtens sacra doctrina aduersus peccantes & hæreticos.
Conuincens hæreticos.
Hæretici pugnãtes aduersus fideles.
Docere quæ non sunt in Euangelio.
Hæreticus ad ducens discipulos ad diabolum.
Operepeccare.
Eiicere hæreticos.
Prædicare Christũ Gentibus.
Extra portã passus Christus.
Educens Patres è limbo.
Reseruare perfecta opera.
Tradere sacramenta hæreticis.

Inanis gloria. Separare fideles ab infidelibus. Tollere doctrinam peruersam ab Ecclesia. Tollere reliquias hæreticorum. Opere peccare. Excæcatio Sedechiæ.

Digitized by Google

Effugere, vide Euadere,
Effundere, vide Fundere.
Egere, Egenus, vide Pauper.
Egerere.

EGERERE, est superflua alimentorum per secessum emittere.

Obsequium appetitus. Abiicere prauas cogitationes. Fœtor malorum. Proferre machinationes pessimas.

Egesta dici possunt *a* actiones, quibus seruimus naturalibus appetitibus. *Deut.* 23. *c.* Vbi monemur fragilitatem naturalem considerare. Sunt etiam *b* cogitationes impuræ, & prauæ concupiscentiæ.

Egerere stercora, *c* est abiicere prauas cogitationes. *Deut.* 28. *c.* Vel designatur ibi fœtor malorum post hanc vitam.

Egerens Ioram viscera sua tabe consumpta. 2. *Paral.* 21. *d.* designat *d* machinationes pessimas procedentes exterius in opera, quæ per infamiam coram Deo, & hominibus sunt fœtidissima.

Eglon.

EGLON, id est, vitulus, aut currus, siue rotundus: Rex Moab, qui confortatus est contra filios Israël. *Iud.* 3. *b.* designat maiorem virtutem dæmonis, contra eos, qui addunt peccata peccatis. Iuxta Origenem interpretatur rotatus, vel orbita, designans *e* diabolum volubiles & inquietos motus inducentem. Occisus est ab Ehud, gladio ventri infixo, hoc est, rationibus concludentibus, & penetrantibus.

Est etiam Eglon nomen ciuitatis, cuius rex fuit Dabir. *Ios.* 10. *a.* 15. *c.*

Egredi, Exire, Prodire.

Virtus dæmonis. Diabolus.

EGREDI, est à loco interiori, seu occultu, ad locum exteriorem, siue publicum progredi. Item discedere. *Exod.* 21. *a.* Egredietur liber. Et fugere. *Genes.* 12. *a.* Egredere de terra tua. *Ierem.* 2. 2. *Reg.* 18. *a.* Egrediar & ego vobiscum. Oriri. *Genes.* 2. *b.* Fluuius egrediebatur. Procedere. *Num.* 2. *a.* Primi egrediẽtur. Protendere. *Ios.* 18. *c.* Egreditur terminus cõtra mare. Statuere. *Deut.* 8. *a.* Quod egreditur de ore Domini. Exire quoque, diuulgari. *Gen.* 10. *d.* Ab hoc exiuit prouerbium. Fluere. *Eccles.* 1. *b.* Ad locum vnde exeunt flumina. Liberari. *Isa.* 49. *c.* Vt diceres his, qui vincti sunt, Exite. Mori. *Psal.* 145. Exiuit spiritus eius, & reuertetur. Occurrere. *Ios.* 8. *b.* Cumque exieritis contra nos. Oriri. *Iud.* 14. *a.* Cùm exierit Sol. Prodire. *Isa.* 2. *a.* De Sion exibit lex. Proficisci. *Matth.* 11. *a.* Qui existis in desertum videre.

Manifestatio Dei.

Egrediens paterfamilias ad conducendos operarios. *Matth.* 20. *a.* designat *f* Deum manifestantem se per creationem. Egressus est autem quinquies ad mundum sensibilem, secundum aliquas manifestationes, quas imaginari, & distribuere possumus per quinque sensus, vt tactus sit, in hoc, quòd formauit Adam, quasi plastes, & præcepit non tangi lignum scientiæ boni, & mali. Odoratus in hoc, quod odoratus est sacrificium Noë. Gustus in hoc, quòd Abraham pauit angelos: Auditus in Mose: Visus, quum Christus apparuit, vt fons egrediens de domo Dei. *Ioel.* 3. *d.* Egreditur etiam paterfamilias ad vineam, *g* quum Deus suam voluntatẽ per internam aspirationem cognoscere facit: vt eius egressio sit manifestatio. Egreditur etiam consilium aut præceptum, aut etiam verbum à Domino, quum eius voluntas extra ostenditur. *Isa.* 28. *g.* 45. *d.* Egressus est Deus in salutem cum Christo suo. *Hab.* 3. *c.* quia per *h* Christum in carne apparentem dedit vitam mundo. Egreditur etiam Christus, vt alias ad mysteria intelligenda introducat, & loquatur eis, qui difficiliora non capiunt. *Ezech.* 44. *a.* Egreditur autem Deus in conspectu populi sui, deducendo eos per exempla, & doctrinam ipsius Christi. *Psalm.* 67. Egreditur etiam Deus præbens auxilium. 1. *Reg.* 5. *d.* Egreditur Dominus ante faciem tuam.

Manifestatio diuinæ voluntatis. Docens mysteria. Auxiliari. Castigare.

Egreditur Dominus de loco suo. *Isa.* 26. *d.* quando *i* quietem, & mansuetudinem, & clementiã suam pro emendatione peccantium rumpere cogitur, vt puniat: quia proprium est illi misereri semper, & parcere. Et egreditur vt ignis indignatio eius. *Matth.* 4. *a.* 30. *d. Mich.* 1. *a.* Sic egreditur ad præliandum. *Zach.* 14. *a.*

Prædicatio. Desertio Iudæa. Generatio Filij Dei & incarnatio. Exempla Christi.

Egreditur etiam Dominus de loco suo, *k* quum eius sermo à Sanctis, & Apostolis egreditur ad audientes. Vel quum reliquit Iudæam, & transiuit ad Gentes. *Mich.* 1. *a.* Et egreditur ad turbas. *Matth.* 14. *b.* hoc est, ad Gentes instruendas.

Egrediens iustitiæ verbum de ore Dei. *Isa.* 45. *d.* designat *l* generationem æternum Verbi Dei, ad nos per carnem prodeuntis. Et egrediens fluuius de loco voluptatis. *Genes.* 2. *b.* est *m* Christus qui egressus de sinu Patris, venit ad nos. Et egrediens de vtero Abrahæ: & de lumbis Iacob, est *n* Christus secundùm carnem. *Genes.* 15. *a.* 35. *b.* Et egressus est ad turbas *o* per humanitatis assumptionem, ad quas egrediens, miseretur earum: quia eius incarnatio fuit opus misericordiæ. *Matth.* 14. *b.* Egressus autem eius est à summo cœlo, hoc est, *p* de sinu patris. *Psalm.* 118. Egreditur autem Deus in conspectu populi sui, *q* quum Christus factus homo, dat nobis exemplum, & præcedit in deserto exeuntes de Ægypto. *Psalm.* 67. Et exiit seminator ad seminandũ, hoc est, Christus *r* factus homo ad prædicandum. *Matth.* 13. *a. Luc.* 18. *a.* Egressus autem pater filij prodigi ad filium maiorem, est *s* Christus prædicans Iudæis. *Luc.* 15. *g.* Egressus est etiam Iesus in desertum, quum prodiit *t* in hunc mundum, quasi ad videndos homines. *Luc.* 9. *b.* Et egrediens Ioseph ad terram Ægypti, vel egrediens foras, est Christus veniens in mundum. *Genes.* 39. *c.* 41. *f.* Egrediens quoque Moses die altero ad fratres suos, est Christus veniens ad Iudæos. *Exod.* 2. *b.* Et egrediens Iosue ad pugnam, est Christus veniens in mundum ad pugnandum cõtra diabolum. *Exod.* 17. *e.* Egressio autem Isaac ad meditandum in agro, *u* est aduentus Christi in mundum. *Genes.* 24. *g.* Exiens sacerdos extra castra, est Christus ad peccatores. *Leuit.* 14. *a.* Egrediens quoque Moses ad tabernaculum, indicat manifestationẽ Christi in Ecclesia. *Exod.* 13. *b. Isa.* 51. *b.* 62. *a.* Egressus eius dicitur præparatus quasi diluculum, *x* quia apparuit lux diuinitatis cum tenebris humanitatis. *Hose.* 6. *a. Hab.* 3. *c.* Egreditur Dominus sicut fortis, quum filius Dei factus est homo ad vincendum diabolum. *Isa.* 42. *b.* Egreditur sponsus cum sponsa in agrum, quando *y* Christus venit in mundum. *Cant.* 7. *d.* Egressus nudus Iob de vtero matris. *Iob.* 1. *d.* designat *z* Christum natum sine originali macula. Egrediens virga de radice Iesse, *aa* est Christus natus de stirpe Iesse. *Isa.* 11. *a.* Egressus dicitur de Ephrata, quia ibi natus est. Egressus autem eius est ab æterno, quia est à Patre, & ab initio seculi: quia ab initio locutus est per Prophetas. *Mich.* 5. *a.*

Prædicatio Christi. Manifestatio iustitiæ Dei. Creatio per Spiritum. Missio Spiritus sancti. Christus passus extra portam. Prodire mysteria & Sacramenta à Christo. Prodiens Ecclesia à Christi latere. Resurrectio Christi. Aduentus Christi ad iudicium. Ascensio Christi.

Egrediuntur iudicia Dei quasi lux. *Hose.* 6. *c.* quum *bb* apertè ostenduntur iusta, quod maximè fiet in iudicio, vt sciant quam iustè mali condemnentur.

Egressus dicitur spiritus à facie Domini. *Isa.* 57. *d.* quia *cc* ipse creauit omne, quod spirat, & viuit. Vel egressus est Spiritus, quum Pater & Filius miserunt Spiritum sanctum à se procedentem.

Egrediens sacerdos extra castra ad leprosum. *Leuit.* 14. *a.* designat *dd* Christum extra portam passum, propter peccata nostra. Egreditur autem princeps per eandem portam templi, per quam ingreditur. *Ezech.* 46. *c.* quia Christus *ee* potestatem habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam.

Exiens aqua de petra. *Exod.* 17. *b.* designat sacramẽta, & mysteria de Christo prodeuntia. Idem designant *ff* egredientes aquæ subter limen domus Domini: quæ ad tumulus egredi dicuntur. *Ezec.* 47. *a.* Et egrediens fons de domo Dei. *Ioel.* 3. *d.* Et egredientes aquæ de Hierusalem. *Zach.* 14. *b.* Egredientes quoque calami de lateribus candelabri. *Exod.* 25. *d.* designare possunt virtutem à passione Christi manantem. Exiens autem sanguis & aqua, designat, aqua quidem emundationem delictorum per Christum factam, sanguis verò redemptionem. *Ioan.* 19. *f.* Exiens quoque virtus de Christo, est Ecclesia prodiens de latere eius. *Matth.* 9. *c. Marc.* 5. *c.*

Exiuit cibus de comedente. *Iud.* 14. *c.* quum Christus *gg* resurrexit, deuicta morte, quæ omnes deuorat.

Egressio Solis super terram in subuersione Sodomorũ. *Genes.* 19. *e.* Aduentum *hh* Christi ad iudicium præsignat, quando Deus manifestè veniet.

Egressus est Iesus de Hierico, quum *ii* post resurrectionem, relicta terra, ascendit in cœlum. *Matth.* 20. *d.* Idem designauit Ionas egressus de Niniue. *Ioan.* 4. *b.* Et egressus Abram de terra sua, hoc est, *kk* de lege naturæ, & de cognatione sua, de lege literæ, & de domo patris sui, de nouo testamento, in terram quam monstrat Deus, id est, in cœlum. *Genes.* 12. *a.* Et egrediens Noë cum filiis de arca. *Genes.* 8. *d.* est Christus cum suis ascendens de hoc mundo in cœlum. Egressus etiam Iesus de Hierico, *ll* dedit nobis exemplum exeundi ab hoc mundo. Egrediens de carcere ad regnum, *mm* est Christus, qui abiit in regionem longinquam post resurrectionem, vt acciperet cœleste regnum. *Eccles.* 4. *d.*

a *Phi.* 2. *alleg. Glo. ord. supe. Deut.* 23.
b *Rup.* 1. *sup. Deu.* 24.
c *Glo. inte. su. Deu.* 28.
d *Lyr. sup.* 2. *Par.* 21.
e *Ori. su. Iud. hom.* 34.
f *Ori. s. Matt. ho.* 10. *Chry. s. Mat. ho.* 45.
g *Ric. de S. Vi. de statu inter hominis.* 35.
h *Hie. s. Hab.* 3. *& s. Ezech.* 44.
i *Hie. s. Is.* 26, *Zach.* 14.
k *Hie. s. Mi.* 1. *& s. Mat.* 14.
l *Au. de* 5. *ha.*
m *Am. de parad.* 3. *& 1. de*
n *Abra.* 3.
o *Ori. s. Matt. cap.* 14. *Hie. s. Mat.* 13. *& s. ps.* 118.
p *Ar. s. ps.* 18.
q *Hil. s. ps.* 67.
r *Chry. s. Ma. ho.* 45.
s *Hie. epi. bea.*
t *Am. s. Lu.* 9.
u *Bed. s. Gen.* 24.
x *Ru. s. Hos.* 6.
y *Greg. s. can.* 7.
z *Hie. s. Iob.* 1.
aa *Hier. s. Is.* 11. *& s. Mic.* 5.
bb *Glo. inte. s. Hos.* 6.
cc *Hier. s. Isa.* 57.
dd *Isy. Le.* 14.
ee *Hie. s. Eze.* 46.
ff *Hie. s. Ezec.* 47. *& s. Zac.* 14.
Am. 5. *de sacram.* 1. *& su. Luc.* 3.
gg *Au. serm.* 117.
hh *Rup.* 6. *s. Gen.* 10.
ii *Au.* 1. *q. in Euan.* 28.
kk *Bed. s. Gen.* 8. 12.
ll *Ori. s. Mat. ho.* 13.
mm *Hi. s. Eccle. siaſten.* 4.

Digitized by Google

Non egredi pontificem de Sanctis. *Luc.21.c.* est *a* Christum semper manere in sanctitate. Non egrediebatur autem Christus, quum traditus est, *b* quia non demonstrabat in passione diuinitatem suam. *Psalm.87.*

Egreditur Christus aliquando, *c* vt alios ad mysteria intelligenda introducat: & loquatur iis, qui difficiliora non capiunt. *Exech.44.a.*

Egrediens Iesus à Iudæa, *d* desertionem Iudæorum significauit. *Matth.25.b.* Sic egrediens de templo, *e* est deserens Iudæam, vel animam. *Matth.14.a.* Idem egrediens à Genesareth. *Matth.8.d.* Egrediens etiam Abraham *f* de domo patris sui, idem designauit. *Genes.12.a.*

Non egreditur Deus in virtutibus Iudæorum. *Psal.59.* quia deseruit *g* eius, à peculiari eorum custodia cessando. Non egreditur etiam Deus in virtutibus Martyrum, quando in eorum tribulationibus exterius se non manifestat, sed solùm eos interius consolatur.

Egredientes reges de lumbis Iacob. *Genes.35.b.* sunt Apostoli, & alij fideles, designati etiam per animas egressas de femore Iacob. *Exod.1.a.* Egressi etiam de radice Iacob, sunt *h* Apostoli. *Isa.27.b.*

Egredi per Christum ad pascua, est *i* virtutum perfectionem inuenire. Vel ita vt ingredi dicatur, qui adhuc in seculo est, & ex creaturis intelligit creatorem. Qui autem egreditur, transcendit omnem creaturam, & omnibus, quæ videri possunt, pro nihilo computatis, inueniet pascua super cœlos. *Ioan.10.b. Mich.2.d.* Egredi etiam per Christum, est eius ductu, & auxilio, ad bona opera exterius exercenda prodire. Egredientes picturæ de pariete templi. *3.Reg.6.d.* designat virtutes intrinsecus genitas, extra verò per opera prodeuntes.

Exiuit lex de Sion, & sermo Domini de Hierusalem: quia *k* lex spiritualis cœpta est in Hierusalem per Christum, & Apostolos: vbi tamen non permansit, sed transiuit ad Gentes. *Isa.2.a. Mich.4.a.* eadem lex dicitur exisse à Deo. *Isa.51.b.* exiens fulgur in Oriente, & parens in Occidente. *Mar.24.b.* est *l* veritas in omnem terram prædicata: vel ab initio vsque ad finem sacræ scripturæ explicata: vel ab ortu Christi, vsque ad finem mundi. Et egrediens fulgur ab igne, est *m* veritatis splendor à Deo. *Ezech.1.d. Zach.9.d.*

Egrediens Lazarus foras extra monumentum. *Ioan.11.e.* designat *n* peccatorem resipiscentem, & confitentem peccata sua. Egreditur onus de Chaldæis. *Hab.1.b.* quum peccator relinquit diabolum, conuersus ad pœnitentiam. Et exitus, quem custodit Dominus, *o* est victoria tentationis. *Psalm.120.* Exire etiam de monumentis, est cessare esse in peccato, & in vita carnali. *Matth.27.g.* Et exeunt ad baptismum, qui pristinam deserunt vitam. *Luc.3.e.* Egrediuntur quoque de terra *p* sua, qui separantur à conuersatione, & passionibus corporis, & ab eius seruitute, & de cognatione sensuum, & de domo patris, hoc est, rationis, vt subiiciantur fidei. *Genes.12.a.* Egredi etiam de Ægypto, est *q* separare se à mundo, & à rebus mundanis, & abrenuntiare Satanæ. Inde Abraham egressus est cum substantia, hoc est, cum scientiis. *Genes.15.c.* Inde egressi sunt filij Israël, sed non vacui: idque non proprio Marte, sed in manu Dei excelsa. *Exod.1.b. 5.g. 11.a. 14.b. 17.g.a. 34.c. Psalm.80. 113.* Exeunt autem inde velociter: quia in conuersione non est trahenda mora. *Exod.12.c. Deut.25.d.* Et egrediuntur mense nouarum frugum, quia reuocantur per baptismum, & pœnitentiam. *Exod.13.a.* Egreditur etiam de Ægypto, qui de errorum tenebris ad lumen adducitur cognitionis. Et qui de terrena conuersatione, ad spiritualia instituta conuertitur, & venit ad solitudinem, id est, ad quietem, &c. Item, qui transit de hoc mundo ad gloriam. Egredi etiam de Babylone, est à confusione mundi se separare, & mores Babylonicos relinquere. *Isa.48.d. Apoc.18.b.* Egreditur etiam de Sodomis, qui ardentis concupiscentiæ incendia declinat. *Gen.19.c.* Egrediens Iacob de Mesopotamia, est discedens à seculo. *Genes.31.b.* Egrediens Ioseph foras relicta adultera, est separans se ab omni vitio. *Gen.39.c.* Egressa Cananæa à finibus Tyri, & Sidonis, est relinquens Gentilitatem & peccata: quia non poterat habere salutem anima, nisi inde egrediretur. *Matth.15.b. Agge.2.a.* Egredi etiam de Hierico, est *r* relinquere mundū. *Matth.20.d.* Exeunt vincti de carcere. *Isa.49.c.* quum *s* Gentiles, qui erant irretiti peccatis, veniunt ad lucem veritatis. Egreditur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. *Ioel.2.d.* quum se separant à voluptatibus, & pœnitentiam agunt. Egredi dicitur cum liberis. *Leuit.25.b.* qui recuperat *t* virtutes bene operando, & pœnitentiam agendo, quas per peccatum amiserat. Egredientes mulieres cum tympanis & choris. *Exod.15.c.* sunt separantes se à carnis delectatione. Egredi quoque extra castra, vel ad Mosen, est separari à consortio malorum. *Exod.33.b.* Sic egressus atrium Petrus fleuit amarè, *u* qui intus Christum negauerat. *Matth.26.g.*

Egrediuntur filij Israël, quasi vir vnus in prælium, quando *x* per concordiam charitatis, fideles vincunt dæmones. *1.Reg.11.b. Ezech.39.b.*

Egredi promittentes viri Iabes ad Naas, si non fuerit, qui defendat. *1.Reg.11.b.* designant dantes *y* spem corpori, quòd aliquando satiabitur. Egrediuntur autem ad Naas in pugnam, quando progrediuntur ad impugnandam gulæ concupiscentiam, per lucem superbi auxilij.

Egrediuntur filij ceruarum. *Iob.39.* quum *z* discipuli doctorum, relicto corpore, transeunt ad fœlicitatem. Vel egrediuntur ad operandum, & docendum alios. Egredi autem absolutè, videtur poni aliquando pro transitu ad fœlicitatem. *Malac.4.a.* Egrediemini, & salietis sicut vitulus de armento. Egredi autem dicuntur beati ad videnda cadauera præuaricatorum, non corpore, sed *aa* dum contemplantur pœnas damnatorum. *Isa.66.g.* Non egredi autem Hierusalem sabbatho, est *bb* beatos non egredi à fœlicitate. *Ierem.17.c. Exod.16.g.*

Egredi foras, aut in campum, vel egredi vrbem, est *cc* transire ad contemplationē. *Genes.15.a. 44.a. 47.c. Exo.9.g.* Et egrediuntur filiæ Sion, aut Hierusalem, *dd* quum animæ à vanitatibus mundi, & corporalibus curis transeunt ad spiritualia, & contemplando diuina, quasi extra se fiant. *Cant.3.d.* Egrediuntur autem in lætitia. *Isa.55.d.* Exiens quoque Petrus de carcere, excessum mentis, qui est in contemplatione, designat. *Actor.12.b.* Duobus autem modis extra nosmetipsos egredimur. Non modò extra nosmetipsos, sed infra nosmetipsos descendimus: modò extra nosmetipsos, sed supra nosmetipsos leuamur: In illo ad mundana captiuamur, in isto ad supermundana reducimur: In illo à Domino elongamur, in isto Domino appropinquamus, per mentis videlicet excessum, per quem supra semetipsam rapta, in diuinæ contemplationis arcana sustollitur. Egrediuntur equi varij ad terram Austri, *ee* quum habentes diuisiones gratiarum Spiritus sancti, accedunt per contemplationem ad tractandam sacram scripturam. *Zach.6.b.*

Egredi liberum, designat *ff* libertatem vitæ contemplatiuæ. Non egredi verò liberum, est perseuerare in vita actiua. *Exod.21.* Egrediens autem vxor, cum seruo libero facto, est bona actio perseuerans, vel sapientia, quæ vitam contemplatiuam comitatur. Egreditur autem cum quali veste intrauit, quando perseuerat in bona operatione.

Egredi dicuntur nuntij à facie Dei, quum *gg* angeli mittuntur ad aliquod munus exequendum. *Ezech.30.b.*

Egrediens Samuel ad ciuitatem. *1.Reg.9.c.* est prædicator *hh* de secreto prædicationis prodiens ad prædicandum. Qui existens in secreto, non est perturbandus, iuxta illud. *Cant.2.b.* Ne euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Egressi autem Samuel, & Saul simul. *1.Reg.9.d.* designant ab interiori consideratione prodeuntes, vnum ad ordinandum, alterum ad suscipiendum ordinationis onus. Egredi etiam de cauernis dicuntur Hebræi. *1.Reg.14.b.* quum prædicatores è remotioris vitæ secreto ad prædicandum prodeunt. Et egredi in agrum, est ministrare solidiorem cibum. *Cant.7.d.* Exiuit etiam sonus Apostolorum in omnem terram, hoc est, simplex prædicatio ad simpliciores. Et verba eorū in fines orbis terræ, hoc est, *ii* doctrina subtilior ad eruditiones. *Psal.18. Rom.10.d.* Et egrediens Ezechiel in campum, est *kk* prædicator egrediens ad Gentes *Ezech.3.f.* Egressio Loth ad Sodomitas, est egressio prædicatoris ad corrigenda vitia. *Gen.19.b.* Egrediens sacerdos extra castra ad considerandum leprosum, est prælatus examinans hæreticum, an verè resipuerit. *Leuit.14.a.* Exiens seruus ad vicos & sepes, est prædicator ad varia genera hominum peccatorum. *Luc.14.c. Zacha.10.b.* Exitus quoque de templo, *ll* est eorum, qui de quiete egrediuntur ad eos, qui foris sunt, instituendos. *Ezech.43.c.*

Non exiens Aaron, & filij eius extra tabernaculum post mortem Nadab, & Abihu. *Leu.10.d.* designat non *mm* debere sacerdotes egredi ianuam scientiæ Christi, & traditionis eius, hoc est, non transgredi eam, quam ipse mandauit, prædicationem: sed sequi Domini præceptum per omnia.

Egressus nudus Iob de vtero matris, *Iob.1.d.* designat *nn* fidelem quemque qui à gratia sine meritis in fide generatur: & nudus reuertitur, cùm in ea cognitione saluatur.

Egredi ad hauriandam aquam. *Gen.24.b.* est separare se à corporalibus, vt spiritualia suscipiantur. Egressus

etiam

Perpetua Christi sanctitas.
Latens diuinitas in passione.
Reuelans Christus mysteria.
Desertio Iudæorum.
Non se ostentãs in tribulatione Martyrum.
Apostoli de Iacob.
Inuenire perfectionem virtutum.
Transcendere omnem creaturam.
Operari exterius.
Initium Euãgelij in Hierusalem.
Veritatis splendor à Deo.
Pœnitentia. Conuersio.
Relinquere mundum.
Separari à carnis voluptatibus.
Separari à consortio malorum.
Concordia charitatis.
Impugnatio gulæ.
Transire ad fœlicitatem.
Transitus ad contemplationem.
Libertas vitæ contemplatiuæ.
Missio angelorum.
Prodire ad prædicandum
Persistentes sacerdotes in præceptis, & doctrina Christi.
Generari in gratia sine meritis.
Transire à corporali. ad spiritualia.

a Ori. s. Leu. hom. 12.
b Au. s. ps. 87.
c Hier. s. Eze. 44.
d Ori. s. Matt. hom. 27.
e Hie. s. Mat. 14.
f Bed. s. Gene. 12.
g Hil. & Au. s. ps. 59.
h Hie. s. Is. 27.
i Hie. s. Mi. 1. Gr. s. 1. Re. 16.
k Hier. s. Is. 2. & s. Mic. 4.
l Ori. s. Matt. ho. 29. 30.
m Gr. s. Ez. h. 5. Hie. s. Eze. 1.
n Au. s. Ioan. tra. 49. Cy. 7. s. Io. 23.
o Aug. s. ps. 120.
p Ambr. 2. de Abra. 1. & de Isaac. 6. Phil. de mig. Abra. & quis rerum di. har.
q Ori. s. Num. hom. 19. 26. Aug. s. ps. 8. 113. Cyr. de ador. in Spiritu san. Au. s. ps. 64. Gre. s. 1. Re. 2. Phil. 2. alleg. Orig. s. Exo. h. 1.
r Ori. ho. 13.
s Hie. s. Is. 13. 40. & s. Ioe. 2
t Isy. s. Le. 25.
u Ori. s. Mat. hom. 35.
x Gr. s. 1. Re. 11.
y Gre. s. 1. Re. 11.
z Gre. 30. mo. 22. Hie. s. Iob. 39.
aa Hier. s. Isa. 66.
bb Cy. 4. s. Io. 51.
cc Phi. 2. alle. Ori. s. Le. 14. ho. & s. Matt. h. 35. & s. Lu. hom. 22.
dd Am. de in. virg. 16. & de Isaac. 5. Aug. 83. q. 65. Ber. ser. 2. Epipha. Ric. de S. Vict. 5. de arca my. 8. 13.
ee Ru. s. Zac. 6.
ff Gr. s. Ez. h. 3.
gg Hie. s. Ez. 30.
hh Gr. s. 1. Re. 9. 14.
ii Or. s. Ro. 10
kk Gr. s. Eze. hom. 12.
ll Hie. s. Eze. 43.
mm Isy. s. Le. 10.
nn Gr. 2. mo. 40.

Laborare in hac vita.
Timor paratus ad obediẽdum etiam hominibus.
Bene operari post baptismũ
Deserere errores per veram fidem.
Egressio ad iudicium.
Laudare Deũ bonis operibus
Conuersio Iudæorum.
Laudare Deũ manè & vesperè.
Egredi à seculo prosperè.
Contemplatio diuinorum
Sensus spiritualis occurrens literali.
Sacerdotium legi.
Deserens diabolus Iudæos data lege.
Fugiens à respiscente.
Multitudo lacrymarum.
Prius carnale
Natiuitas hominis.
Mori.
Non seruantes carnaliter legem.
Euagari circa exteriora.
Transire ad regimen aliorum.
Curiositas.
Gentiles.
Dogmata philosophorum.
Gentiles prælati Iudæis.
Dare locum appetitui naturali.
Fama donorum Dei.
Deserere Hierusalem destruendam.
Euagatio.
Cognitio sui.
Natus ad vitia.
Defectus exercitationis virtutum & pietatis.
Liberè peccantes.

Non inueniẽs exitum calamitatis.
Refrigescens charitas.
Diuina punitio.
Pœna inferni
Sententia cõdemnationis.
Immoderata correctio.

etiam Laban ad fontem, designat Gentium promptitudinem ad suscipiẽdum verbum Dei. Egredi autem ad colligendum manna, ad quod non est egrediendum sabbato. *Exod. 16. f.* designat in hac vita laborandum esse ad percipiendam doctrinam, & virtutes, ac mysteria. Egressæ quoque puellæ ad hauriendum aquam. *1. Reg. 9. b.* sunt *a* mentes electorum laborantes in percipienda doctrina, & demonstrãtes quales sunt, per lachrymas, quas fundunt. Egrediens Ruben filius Liæ, in agrum post natos Gad, & Aser. *Genes. 30. b.* designat *b* timorem paratum ad obedientiam etiam hominum, post exercitationem in prosperis, & aduersis: & eum, qui honestè ambulat ad eos, qui foris sunt. Egredi etiam in desertum Sur, est egredi ad bene operandum post baptismum. *Exod. 15. d.* Sic egredi dicuntur filij Israël, vt facerent præceptum Domini. *Exod. 15. d. 35. c.* Egressi autem filij Israël, percutiunt Philisthæos. *1. Reg. 7. c.* quia prius *c* in contemplatione didicerunt, quomodo vincant dæmones exterius in opere. Exit etiam ad opus suum. *Psalm. 103.* ad bene *d* videlicet operandum.

Egredientes obuiam sponso, & sponsæ. *Matth. 25. a.* sunt deserentes *e* errores per veram fidem: & in iudicio occurrent sponso, vt iudici, & sponsæ Ecclesiæ, vt congregetur totum Christi corpus. Et tota Ecclesia egredietur resurgendo, vt sponso Christo copuletur.

Egreditur laus, & vox laudantium ab iis, qui sunt in Sion. *Ierem. 30. d.* quum existentes in Ecclesia, laudant Deum, & ludunt coram eo bonis operibus: vt Dauid coram arca. Et egreditur virgo Israël cum choro ludentium. *Ierem. 31. a* quum *f* Iudæi adiunguntur Ecclesiæ gentium.

Exitus matutini temporis & vesperè delectat Deus. *Psalm. 64.* cùm *g* laudare facit manè & vesperè, vt laudabant illis horis exeuntes de templo, post oblata sacrificia. Vel exitus matutinus est, quum quis egreditur à seculo cum prosperitate, vespertinus cum aduersitate. Vel exitus matutinus, est *h* contemplatio diuinorum, in quibus est delectatio. Introitus vespertinus est consideratio sui, vbi est tristitia.

Egrediens Aaron in occursum Mosis, est *i* sensus spiritualis occurrens literali. *Exod. 4. c.* Vel sacerdotium congratulans legi, & eam amplectens.

Exiit immundus spiritus ab homine, hoc est, *k* à populo Iudæorũ, quando data est illi lex. *Matth. 12. d. Luc. 11. d.* Exit etiam *l* ab eo, qui resipiscit, & abrenunciat Satanæ: quæ tamen egressio aliquando est ad tempus: & tunc fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Exitus aquarum oculorum, designant *m* multitudinem lachrymarum. *Psalm. 119.*

Egreditur prior Esau, quàm Iacob. *Genes. 25. d.* quia *n* prius est carnale, quàm spirituale, & prior vita vitiosa, quæ tamen superatur virtutibus.

Egreditur homo quasi flos, *o* quando nascitur in mundo. *Iob. 14. a.*

Egredi de arca dici possunt, qui egrediuntur ex hoc mundo. *Genes. 8. c.* Exit autem cum vestitu suo, qui hinc discedit cum meritis. *Exod. 21. a.* Et exit cum eadem veste, qui in bonis operibus perseuerat. Exitus etiam de tabernaculo, est mors. *Psalm. 125.* Et exitus mortis Domini dicitur, *p* quia Christus per mortem exiuit de hoc mundo: & quia resurgendo, dominus est mortis. *Psalm. 67.* Exit quoque spiritus hominis, quasi de carcere, cùm homo moritur. *Psalm. 135.*

Egrediuntur animalia, quæ ingressa fuerant cum Noe, de arca: quia *q* gentes saluandæ ingrediuntur quidem in illam antiquorum patrum expectationem, sed non permanent intra carnalem illorum religionem.

Egredi iubetur sponsa ignorans se. *Cant. 1. c.* vt ostendatur eum, *r* qui se ignorat, interiora deserere, & ad exteriora euagari. Vel à diuinæ contemplationis conspectu recedere, & circa creaturas versari. Sic exit ad videndam villam, qui sola exteriora cogitat propter terrenam substantiam. *Luc. 14. d.* Potest etiam bene egredi sponsa, quum iis, qui sibi solùm intendebat, & carnem suam regebat, à carnis imperio transit ad publicum regimen aliorum. Egreditur autem malè, vt abeat post vestigia gregum pastorum, qui exit ab vnitate Ecclesiæ, & transit ad sodalitia hæreticorum. Egrediens Dina ad videndas mulieres regionis, designat *s* mentis euagationem. *Genes. 34. a.* Vnaquæque enim mens sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum, ac extra ordinem proprium vagatur, quam Sichen opprimit, quia inuentam in curis exterioribus, diabolus, aut in anis gloria corrumpit.

Exitus viarum, sunt gentes extra Israël: ad quas vocandas egrediuntur serui patris familias, hoc est, Apostoli *t* de Iudæa. *Matth. 22. a.* Exitus etiam viarum sunt *u* dogmata Philosophorum: in quibus exitibus stant hæretici, vt interficiant fideles. *Abdiæ e.* In his egressibus abundant oues hæreticorum. 143.

Egrediens prior Phares, quàm Zara. *Gen. 38.* designat *x* gentiles prælatos Iudæis, qui iuxta finem mundi sunt conuertendi.

Egredi ad requisita naturæ, est *y* dare locum appetitui naturali, in iis, quæ necessaria sunt. *Deut. 23. c.*

Egressum est nomen decoris Hierusalem in gentes. *Ezech. 16. b.* quum *z* bona fama donorum Dei, quæ sunt in anima, extenditur ad multos.

Egredi de Hierusalem hortatur Isaias omnes fideles, quando *aa* destruenda erat: qui exierunt sine tumultu, quia cum victoria fidei, quam in gentibus dilatarunt. *Isa. 52. d.* Egrediens quoque Moses iratus à Pharaone, designat prædicatorem relinquentem auditores, quibus prodesse non potest. *Exod. 6. d. 11. d.*

Egreditur ostium, qui *bb* verbis quibus potest, secreta cordis sui aperit: & qualis intus manet in conscientia, talis foras egreditur per linguam. *Iob. 31. d.* Aliter Christus non egressus, est ostium: quia sub ipsam passionis horam cùm humanitatis infirma pateretur, diuinitatis potentiam exerere noluit. Non egredi etiam ostium domus, dum celebratur Phase, est non euagari, dum offertur sacrificium. *Exod. 12. a. Leuit. 9. 10. 14. 16.*

Egreditur extra castra pollutus in somnis. *Deut. 23. b.* quia dignum est, *cc* vt qui immunda cogitatione polluitur, indignum se cunctorum fidelium societatibus arbitretur: culpæ suæ meritum ante oculos ponat, & ex bonorum se æstimatione despiciat.

Egrediens de carcere ad regnum, est, *dd* qui de vtero ad hoc exiuit, vt regnaret in vitiis, *Eccles. 4. d.*

Egressus est omnis decor à filia Sion. *Thren. 1. b.* quum *ee* ob incuriam prælatorum, deficit in populo Christiano diuinæ legis meditatio, cultus pietatis, & exercitatio sacrarum virtutum. Item quum *ff* anima quælibet peccando, amittit virtutum ornamentum. Egreditur quoque de Sanctis, qui peccat. Non egreditur autem, qui manet in Ecclesia, aut in gratia. *Exod. 21. c.* Vnde pontifex nõ debet egredi de Sanctis, qui Sancto sanctorum ministraturus est. Egredientes autem ad opus suum quasi onagri in deserto. *Iob. 24. a.* sunt, *gg* qui liberè peccant. Vel sunt hæretici, qui affectus suos per doctrinas prauas, in eos, quos seducunt, ostendunt: qui ad opus suum, & non Dei peragendum egrediuntur, dum non recta dogmata, sed propria desideria sequuntur. Exire autẽ à vulua, est, quum peccator, quæ inocculto commiserat, hæc etiam in aperto committere non erubescit. *Iob. 3. b.* Egreditur etiam impius de vagina sua. *Iob. 20. c.* quum per liberum arbitrium, malum, quod in cogitatione habebat, opere exequitur. Egrediens amphora, *hh* manifestationem iniquitatis dicit. *Zach. 5. c.* Prodiit quasi ex adipe iniquitas. *Psalm. 72.* quum non *ii* est parua & exilis, sed grauis, & plena. Vel dicitur, quando quis propter diuitias est iniquus. Et quia nemo est, qui diuites peccantes audeat reprehendere, ob eorum superbiam. Egreditur iudicium, aut onus Chaldæorum, ex semetipsis, quia *kk* dæmones & mali, ex propriis condemnantur, quæ sponte fecerunt. *Hab. 1. b.*

Egredi non valens Sion, est *ll* anima non inueniens exitum calamitatis. *Thren. 3. a. Iob. 19. a.* Nec valens à peccatis liberari.

Egreditur glacies de vtero Dei. *Iob. 38. c.* quando *mm* hi, qui iam intus incaluerant, ex virtutũ dono frigescunt: & inde exteriorem gloriam torpentes appetunt, vnde ad interna diligenda flagrare ardentius debuerunt. Vel egredietur glacies, *nn* quando iusto Dei & secreto consilio, aliqui indurantur.

Egressus ignis à Domino, significat diuinam punitionem, & etiam pœnam inferni. *Exod. 10. a.* Sic dicitur egredi vt ignis indignatio Dei. *Ierem. 1. d. 23. c.* Et fluuius igneus, & rapidus egrediens à facie antiqui dierum, idem designat. *Dan. 17. c.* Et egressa contractio dicitur, *oo* quum acceleratur punitio. *Ezech. 7. c.* Egredi etiam dicitur ignis de ore Ecclesiæ. *Apoc. 11. b.* quia *pp* ad preces eius in malos vindicabitur in die iudicij. Vel est sententia condemnationis ab ore Sanctorum.

Egrediens ignis, qui comburat spicas. *Exod. 22. a.* designat *qq* correctionẽ immoderatam, & zelum indiscretum.

Egrediens

a *Gr. s. 1. Re. 9.*
b *Ricar. de S. Vict. de Be. 12 Pat.*
c *Gr. s. 1. Re. 7*
d *Arn. s. psal. 103.*
e *Ori. s. Matt. ho. 32. Au. epi. 129. cap. 32. & lib 83. q. 59.*
f *Hier. s. Iere. 30. 31.*
g *Au. s. ps. 64.*
h *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien. 35.*
i *Glo. inter. s. Exo. 4.*
k *Hil. s. Mat. Can. 12.*
l *Am. s. Lu. 11. Hie. s. Ma. 12. Aug. 1. qu. in Euan. 8.*
m *Glo. int. su. Psa. 118.*
n *Glo. or. sup. Gen. 25.*
o *Gre. 11. m. 27.*
p *Bas. s. ps. 28. hom. 1. Arn. s. ps. 67. 120. Hil. s. ps. 60.*
q *Rup. 4. sup. Gen. 26.*
r *Am. de Is. 4. Aug. epi. 48. Greg. s. can. 1. & 16. m. 22. & hom. 36. Ber. s. Can. se. 55. Greg. 3. Past. adm. 30.*
s *Bed. s. Gen. 34. Ric. de S. Vict. de 12. Pat. 51*
t *Ori. s. Matt. ho. 20. Au. 1. q. in E-uang. 37.*
u *Hie. s. Abd.*
x *Hier s. Gal. 3. & s. Mic. 2.*
y *Phi. 2. alleg.*
z *Glo. inte. su. Exec. 16.*
aa *Hier. s. Isa. 32.*
bb *Gr. 22. m. 16. 17.*
cc *Gr. 9. m. 4.*
dd *Hi. s. Eccle-siasten. 4.*
ee *Hie. ep. quis dabit. & de veste sacerd. & s. Iob. 24.*
ff *Geo. Ve. can. 2. to. 3. cap. 6.*
gg *Gre. 4. mo. 28. & 15. m. 13. & 16. m. 23.*
hh *Hie. s. Zac. 5. Am. 4. de interp. 5.*
ii *Hi. s. ps. 72.*
kk *Aug. s. ps. 72. Rup. s. Hab. 1.*
ll *Gl. ord. sup. Thre. 3.*

mm *Gre. 29. mo. 23.* nn *Hie. s. Iob. 38.* oo *Hie. s. Ezech. 7.* pp *Aug. s. Apo. hom. 8. Rup. 6. s. Apo.* qq *Glo. ord. s. Exod. 22.*

Digitized by Google

Egrediens ignis in omnem domum Israël. *Ezech.5.b.* fuit *a* quando ex eisdem Iudæis prodierunt, qui populum Iudæorum destruerent, vt tempore Antiochi. Et egressus ignis de virga ramorum Sedechiæ, qui fructus eius comedit. *Ezech.19.d.* Fuit Ismaël de genere regio, qui destruxit reliquias Israël. *Ierem.41.a.* Et egrediens ignis de ore equorũ, designat blasphemias de ore prauorum. *Apoc.9.c.* Egreditur etiam flamma de ore Leuiathan. *Iob.41.b.* quum, *b* quod diabolus, aut Antichristus loquitur per suos prædicatores, ignis est, quæ infructuosa ligna concremantur.

Praui ex Israël. Blasphemia de ore prauorum.

Non egreditur dolor de humo. *Iob.5.b.* quia pœna *c* nequaquam de ea nascitur creatura, quæ percutit: sed de ea proculdubio, quæ peccando, vim percussionis extorsit.

Pœna ex peccãte nascens. Peccantes intra Ecclesiã. Contentiosus.

Exit ciuitas vltra normam mensuræ. *Ierem.31.g.* quia *d* vsque ad eos quoque extenditur Ecclesia, qui normam iustitiæ transgredientes intra mensuræ cœlestis numerum non sunt.

Egrediens foras Cain in campum, & ad hoc incitans Abel fratrem suum. *Genes.4.b.* designat eos, *e* qui incitant quietos & pacificos ad contentionem.

Relinquere Ecclesiam.

Egreditur foras, *f* qui relinquit Ecclesiam. *Psalm.40.* Dicuntur etiam egredi ripas torrentis, qui *g* à gremio Ecclesiæ separantur. *Ezech.47.c.* Et egrediuntur de ciuitatibus ad agros, qui relinquunt loca tuta Ecclesiæ. *Ezech.5.b.6.g.14.d. Mich.4.c.* Et egrediuntur de terra Domini, qui separantur ab Ecclesia. *Ezech.36.e.* Ex hæreticis egreditur, vel prodit, qui cogitat contra Dominum malitiam. *Nahum.1.c.* Et egreditur pollutio à prophetis, quum ipsi sunt causa, vt alij peccent. *Ierem.23.d.*

Egrediuntur vaccæ pingues per aperturas. *Amos.4.a.* quum *h* hæretici cõfunduntur, & mittuntur in infernum. Et egreditur altera contra alteram, quando mutuò se cognoscunt in errore.

Auctores peccandi. Mitti hæreticos in infernũ. Carnales observatio legis. Abscõsio notitiæ.

Egrediens Esau ad venationem, designat *i* carnalem obseruationem legis Iudæorum. *Genes.27.a.* Et egrediens Moses cum velamine, est lex proposita Iudæis sine sensu spirituali. *Exod.34.d.* Et egredientes Iudæi foras, *Ioan.8.a.* sunt in litera legis persistentes. Ediuerso, non egredi filios Iacob de carcere, est persistere in angustia literæ legis, donec veniret frater minimus, hoc est, Paulus, qui tradidit latitudinẽ spiritus. *Genes.41.c.* Egreditur semen coitus ab aliquo. *Leuit.15.c.* quum *k* quis prædicat literam legis, eámque sectatur.

Egrediuntur foras Ægyptij, ne interfint mutuæ cogitationi Ioseph & fratrum eius: quia tolletur impius ne videat gloriam Dei. *Genes.45.a.*

Egressus Cain à facie Domini. *Genes.4.c.* designare potest *l* Iudæos à misericordia dilectionis Dei, & à participatione lucis eius se separantes. Sic egrediuntur omnes peccantes. Et egressus est filius Ægyptij, & Israelitidis. *Leui.24.b.* Et egressus est Satan à facie Domini, per propositum firmatum in malum. *Iob.1.c.* Qui & exiisse dicitur, quum relaxatus diuinitus ab internæ intentionis angustia, ad sui desiderij effectum venit. Cùm enim id, quod voluit, implere non valuit, quasi ante faciem Domini stetit, quia illum ab effectu malitiæ superna dispensatio coarctauit. Sed à facie domini exiit, quia potestatẽ tentationis accipiens, ad malitiæ suæ vota peruenit. Omnes etiam, qui ab eo in errorem ducuntur, atque seducuntur, & omnes, qui voluntatem eius faciunt, & qui ad pœnitendum corda sua obdurant, egrediuntur à facie Dei. Sic egressus est seruus nequam à rege. *Matth.18.d.* Exiit etiam Iudas continuò post bucellam: quia adueniente diabolo deseritur Christus. *Ioan.13.d. Ierem.15.a.* Egreditur quoque diabolus ante pedes Christi, *m* velut victus, & calcatus ab eo, illíque subiectus. *Habac.3.d.*

Discedentes Iudæi à Deo.

Egressus Israël in prælium, in quo terra vertit. *1.Reg.4.a.* designare potest *n* hæreticos munimenta fidei relinquentes. De quibus dicitur. *1.Ioan.2.c.* Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.

Relinquentes hæretici munimẽta fidei.

Egreditur regulus de radice colubri. *Isa.14.g.* quum ex *o* prauis cogitationibus, pestifera prodeunt & verba, & opera: Idem designare potest egrediens vitulus de igne. *Exod.33.f.*

Ex prauis cogitationibus prava verba & opera.

Non exire de carcere, est *p* perpetuò in inferno manere. Dicitur autem non egredi, donec reddat nouissimum quadrantem, hoc est, nunquam. *Matth.5.d. Luc.12.g.*

Æternitas pœnæ inferni.

Non dicitur egressa, quæ habitat in Sennan, *Mich.1.c.* Si intelligatur de Israel, *q* quando ducti sunt in captiuitatem, dicentur non egressi sponte, sed vi ab hostibus educti. Si de Ecclesia, dicetur non esse egressa de finibus suis, sed habitasse inter scripturas.

Egreditur maledictio de libro volante super faciem vniuersæ terræ, quia *r* per ipsum condemnabuntur mali. *Zach.5.b.* Egredientes autem sanguis vsque ad frenos equorum. *Apoc.14.b.* designat *s* vindictam extendi vsque ad rectores populorum.

Sententia condemnationis.

Egressi perfecti operum ad lacessendum populum. *Exod.5.b.* sunt dæmones ad tentandum. Et egrediens Pharao ad aquas. *Exod.7.c.* est diabolus ad subiiciendos populos. Vel hæreticus refugiens ad Philosophorum authoritates in erroris sui defensionẽ. Egrediuntur quoque Philistim, aut eorũ statio. *1.Reg.3.d.* quando malorum *t* spirituum turba electis mentibus per suggestiones noxias demõstratur. Et egreditur leo de loco suo. *Ierem.4.b.* quum *u* diabolus aut hæresiarcha nouas innectit fraudes.

Dæmones ad tentandum.

Egredientes duæ mulieres, sunt *x* decem tribus Israël, & præterea duæ, quæ sunt tribus Iuda, & Beniamin, quarum alteræ ab Assyriis, alteræ à Chaldæis captæ sunt. *Zach.5.d.*

Captiuitas Israël.

Egrediuntur quadrigæ de medio duorum montium æneorum. *Zach.6.a.* hoc est, *y* fortes reges de superbia. Vel prædicatores è duobus testamentis. Egredientes autem equi nigri ad terram aquilonis, sunt agentes pœnitentiam de peccatis.

Fortes de superbia. Prædicatores abutroque testamento.

Egressa est tempestas ab interioribus, *z* quum persecutio in Christum venit à Iudæis. Et frigus ab arcturo, quum gentiles executi sunt voces Iudæorum. *Iob.37.b.* Egrediens amphora, *aa* fuit iniquitas Iudæorum in Christum quæ prius latebat: sed postea ipsam opere manifestarunt. *Zach.5.c.*

Agentes pœnitentiam.

Egrediens Moses in occursum cognati sui. *Exod.18.a.* designat prælatum *bb* libenter recipientem eum, qui venit ad religionem.

Persequentes Iudæi Christum & gentes exequentes. Recipiens venientem ad religionem.

Non egrediens filia vendita in famulam, sicut egrediuntur ancillæ. *Exod.21.a.* est *cc* quando operatio bona fit ob honorem Dei: quæ libera dimittitur, non sicut ea, quæ fit ob inanem gloriam.

Egrediens gratis ancilla, quæ non tradita fuerat in vxorem filio domini sui. *Exod.21.b.* erat *dd* quando iam apta erat, vt traderetur nuptui, etiam si non esset expletus annus septimus libertatis.

Sapiẽs prædicator. Martyres. Sacra scriptura. Gloria cœlestis.

Egregius.

Eloquentia hæreticorum.

Egregius dicitur, qui insignis est in aliqua re, quasi super alios, aut ab aliis segregatus.

Egregius artifex lignorum Ooliab. *Exod.38.c.* designare potest prælatum aut prædicatorem sapientem, ad instruendos inferiores. Idem designare potest psaltes egregius Israël Dauid. *2.Reg.23.a.*

Egregij pugnatores, qui venerunt ad Dauid. *1.Paral.12.a.* designare possunt *ee* Martyres venientes ad Christum cum martyrij victoria. Et studiosos ac fortes in prosperis & aduersis.

Egregia, quæ sibi reseruant Leuitæ polluentes oblationes filiorum Israël. *Num.18.d.* pertinere possunt ad honorem debitum superioribus, quem sibi vsurpant, qui sunt inferioris gradus.

Egregius mons & egregia terra, & quum possident filij Israël. *Deut.3.d.4.d. Ezech.20.a.* Ad sacram Scripturam & ad gloriam cœlestem referri potest.

Egregius ager Moab. *4.Reg.3.c.* designat *ff* venustam loquutionem hæreticorũ, qui operitur lapidibus, quando hæretici anathematizantur.

Eiicere, Abiicere, Proiicere, Reiicere. Expellere, Repellere, Excludere, Exturbare.

Eiicere, est quasi extra iacere. Abiicere, quasi despiciendo à se eiicere. Proiicere autem est, quasi procul iacere. Reiicere verò, quasi retro iacere. Porrò eiicere interdum est emittere. *Genes.5.d.* Eiecit Deus Adam de Paradiso. Excludere. *Genes.21.a.* Eiicere ancillam, & filium eius. Expellere. *Exod.2.c.* Et eiecerunt eas. Extrahere. *Ezech.21.a* Eiiciam gladium meum. Fugare. *Iosu.24.e.* Eiecit vniuersas gentes. Relegare. *Exod.6.a.* Eiicit illos de terra sua. Proiicere quoque est abiicere. *Genes.37.e.* Proiicere eum in cisternam. Auferre. *Ezech.18.g.* Proiicere

à vobis omnes iniquitates. Excutere. *Exod.* 32. *d.* Proiecit de manu tabulas. Expellere. *Leu.* 4. *f.* Proiecit eos extra ciuitatem. Exponere. *Exod.* 7. *b.* Proiicere eam coram Pharaone. Negligere. 1. *Reg.* 15. *e.* Quia proiecisti sermonem Domini. Obliuiscì. 3. *Reg.* 14. *c.* Me autem proiecisti post tergum tuum.

Tradens pater filium.

Proiecit Deus Ionam in profundum, quum *a* Christum tradidit pro nobis in mortem. *Ion.* 2. *a. b.* Et dicitur ibi Ionas abiectus, quia Christus factus est opprobrium hominum, & abiectio plebis. *Psal.* 21. Vbi etiam Christus dicit Patri: In te proiectus sum ex vtero. Proiiciens se Elias fatigatus. 3. *Reg.* 19. *a.* Fatigationem, & mortem, ac sepulturam Christi voluntariè assumptam significauit.

Mors & sepultura Christi.

Repellit Deus, & non abiicit in sempiternum, quando *b* castigat, vt misereatur, & emendet, ac sanet. *Thren.* 3. *d. Psal.* 42. 59. 73. 107. *Ierem.* 23. *b.* 29. *c.* Sic dicitur eiecta anima, quam Deus castigat, vt eam postea recipiat. *Sopho.* 3. *d.*

Castigãs Deꝰ ad emendandum.

Proiicit Deus abominationes super aliquem. *Nahu.* 3. *b.* quum *c* eum pro peccatis castigat, & abominabilem ostendit, ac pudefacit. Et eiicit gladium de vagina, quando grauem intentat punitionem. *Exe.* 21. *a.* Dicitur autem proiecisse Deus, & non homo. *Iob.* 13. *c.* quando aliquis est *d* in prosperitate apud homines & est abominabilis apud Deum.

Grauis Dei punitio.

Eiecta, seu abiecta erat Ecclesia ex gentibus, *e* cuius Dominus misertus est. *Isa.* 54. *b. Ierem.* 30. *c. Mic.* 4. *c. Soph.* 3. *Zach.* 10. *c. Psal.* 76.

Vilitas gentilitatis.

Proiicit Deus post tergum peccata, *f* quum ea remittit. Et proiicit in profundum maris: quia illa perpetuæ tradit obliuioni. *Isa.* 38. *d. Mich.* 7. *d.* Et eiicit Deus gentes, quando confessionis edicto, professionis voto, interminatur peccatis, vitiis abrenunciatur. *Psal.* 79.

Remittens Deus peccata.

Repellit Deus orationem, quum non facit quod rogatur. *Psalm.* 87. *Thren.* 3. *a.* Proiecit etiam festiuitates Iudæorum, *g* postquam in festiuitate dixerunt: Crucifige, crucifige. Et etiam festiuitates hæreticorum. *Amos.* 5. *f.*

Non audiens Deus.

Proiiciens Samson mandibulam asini, designat *h* Deum permittentem occidi Apostolos, & prædicatores. *Iudith.* 15. *d.*

Permittens occidi Apostolos.

Eiectio gentium à facie Israël, est *i* victoria fidelium contra dæmones, contra idola, contra hæreticos, & contra omnes errores, ac vitia. *Exod.* 23. *d.* 33. 34. *b. Psalm.* 77. 79. *Isa.* 31. *d.* Eiicere etiam Iebusæum, & Chananæum, & cæteras gentes, est excommunicare & eiicere aduersantes Ecclesiæ. Vel vitia & prauas cogitationes expellere. *Iosu.* 15. *g.* 16. *d.* Et abiicere opera tenebrarum, est abrenunciare peccatis. *Rom.* 13. *d. Genes.* 35. *a.* Abiicere nuncios Nabuchodonosor sine honore, est resistere tentationibus, aut suggestionibus diaboli. *Iudith.* 1. *d. Ezech.* 18. *g.* 20. *b.* Et eiicere leprosos de castris: & lapides leprosos domus extra oppidum: est abiicere hæreticos, & praua dogmata extra Ecclesiam. *Leuit.* 14. *e. Num.* 5. *a. Deut.* 22. *c. Ierem.* 22. *c. Dan.* 4. *e. Hos.* 9. *d.* Sic excluſa est Maria, soror Mosis, extra castra. *Num.* 12. *d.* Eiicere quoque trabem de oculo suo, est excludere peccatum à mente. *Matth.* 7. *a. Luc.* 6. *b. Iudi.* 10. *d.* 2. *Par.* 26. *d. Eccle.* 1. *c.* Idem est proiicere de templo Domini in torrentem Cedron vasa consecrata. *Baal.* 4. *Reg.* 23. *a.* 2. *Para.* 30. *c.* 33. *c. Hose.* 8. *a. Apoc.* 12. *b.* Non eiicit autem Deus gentes Chananæorum anno vno. *Exod.* 23. *d.* quia nemo repentè fit summus. Eiicere foras Nadab, & Abihu, *k* est expellere hæreticos ab Ecclesia. *Leuit.* 10. *a.* Et eiiciens Iesus turbam, *l* est expellens infideles. *Matth.* 5. *e.* 9. *c. Marc.* 5. *g. Ioan.* 6. *d.* Et eiiciens dæmonium, est liberans gentes à potestate diaboli: & quicquid malorum Adæ corpori, Satanæ instinctus intulerat, hoc rursum de communione dominicæ potestatis emundare. *Matth.* 8. *d.* 10. *a.* 17. *c. Marc.* 1. *d.* 3. *c.* 9. *d. Luc.* 9. *f.* 11. *b.* 13. *g. Ioan.* 12. *c. Deut.* 33. *d. Psal.* 35. 43. *Ezech.* 34. *a. Actor.* 7. *f.* Proiectus vitulus, *m* est dissipata idololatria, & confutatæ hæreses. *Hos.* 8. *b. Amos.* 8. *c.* Eiicit Deus de terra Ægypti, quum liberat à tenebris vitiorum huius seculi. *Ezech.* 20. *b.* Eiiciunt dæmonia sacerdotes in nomine Christi. *Marc.* 16. *d.* quum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mentibus contradicunt. Item quicunque peccata à mentibus suis per compunctionem expellunt. Eiicere derisorem, est *n* expellere hæreticum à consortio fidelium. *Prouerbior.* 22. *c.*

Excommunicatio.

Deserẽs Deus induratos.

Abominans superbos.

Eiecit Deus Adam de Paradiso voluptatis, quasi excommunicando, *o* & interdicendo illi habitationem sancti loci. *Genes.* 3. *d.* vt designentur ij, qui excommunicantur ab Ecclesia: qui dici possunt eiici de Paradiso voluptatis. Eiecit quoque Deus Cain à facie sua: vt eos dicatur eiicere, quibus induratis non præstat misericordiam. *Genes.* 4. *b. Ezech.* 28. *e. Ioel.* 2. *e. Soph.* 2. *a.* Eiicit Deus Eliab, fratrem Dauid, ne esset rex, hoc est, *p* abominatur superbos. 1. *Reg.* 16. *b.* Repellit autem Deus, *q* quatenus quis ab eo per peccata recedit. *Ps.* 59. Dicitur proiecisse de cælo in terram filiam Sion, quando animam, quæ in culmine virtutum consistebat, in fœditatem terrenorum desideriorum prolapsam, iusto iudicio conculcandam hostibus reliquit. *Thr.* 2. *c.* 3. *e.* 5. *d.* Eiecit Iesus vendentes, & ementes de templo, hoc est, malos ab Ecclesia. *Matth.* 21. *b. Marc.* 11. *b. Luc.* 19. *g. Ioan.* 2. *c.* Eiectus Absalon à Dauid, repulsam malorum à Deo significauit. 2. *Reg.* 14. *d.* Ad excommunicationem facit *r* eiectio ancillæ cum filio. *Gen.* 21. *b.*

Derelictio Iudæorum cum carnali lege.

Eiectio ancillæ cum filio Abrahæ, *Genes.* 21. *b.* designat, *s* derelictionem Iudæorum cum carnali lege. *Gala.* 4. *d. Leuit.* 26. *b. Psal.* 59. 70. 77. 88. 108. *Prou.* 22. *b. Isa.* 2. *b.* 27. *b.* 51. *g. Ierem.* 14. *b.* 15. *c.* 30. *c. Thren.* 2. *a. Ezech.* 16. *a.* 28. *e.* 29. *a.* 43. *c. Hose.* 9. *d.* Et proiicit Deus ciuitates, quum destruxit Iudæam. *Isa.* 33. *b.* Proiecit etiam templum à conspectu suo peccante Israël. 3. *Reg.* 9. *b.* 4. *Reg.* 17. *d.* 1. *Pa.* 19. *c.* 2. *Par.* 7. *d. Ios.* 7. *d. Hose.* 4. *b. Ioel.* 1. *b. Amos.* 4. *a.* Et eiecta, quã colligit Deus, est synagoga, de qua reliquiæ crediderunt. *Mich.* 4. *b. Zach.* 10. *c.* Eiiciens etiam Iesus vendentes, & ementes de templo, eiectionem populi Iudæorum significauit. *Ioan.* 2. *c.* Ad hæc referri potest, quum Ioannes præcipitur eiicere foras atrium, quod erat extra templum. *Apoc.* 11. *c.* Proiecta in terram dicitur Hierusalem, *t* quum decidit à prospero statu. *Ezech.* 19. *d. Amos.* 1. *a.* Et proiicitur silentiũ in omni loco Iudææ. *Amos.* 8. *a.* quum omnia destructa sunt: & quum cessat sensus spiritualis inter eos, sed omnes sunt muti.

Expelli à dignitate.

Abiicitur Saul à Domino, ne sit rex, designans eum meritò expelli à dignitate, qui dignitatis eiusdem merito præsens esse noluit. Dignitatis autem meritum *u* est diuini verbi obseruatio, quod non obseruauit Saul. 1. *Reg.* 15.

Eiectio veteris sacerdotij.

Eiectus Abiathar à Salomone, ne esset sacerdos, eiectionem veteris sacerdotij indicauit. 1. *Regu.* 2. *e.* 1. *Esdr.* 2. *d.* Expulit quoque Deus Sobnam præpositum templi, de statione sua. *Isa.* 22. *f.* Vbi designauit *x* cessationem veteris sacerdotij & sancti secularis. Eiicit etiam Deus brachium sacerdotum, quum eorum abominatur opera. *Mal.* 2. *a.* Vel proiicit brachium in eos, quum eos castigat. Repellit etiam Deus repellentes scientiam, ne sacerdotio fungantur. *Hose.* 4. *b.*

Castigans Deus.

Expellere tumultũ cogitationum.

Eiiciens Iesus foras turbam, vt suscitaret puellam. *Matth.* 9. *c.* designauit *y* eiiciendum tumultum cogitationum, vt mens ad considerationem sui, & cælestium excitari valeat.

Amplectens Deus humiles.

Non abiicit Deus potentes, quia *z* rectè vtentes potentia, & aliis prodesse humiliter cupientes, amat Deus, *Iob.* 36. *a.* Sic non abiecit Deus Israël, quia multos ex eo populo elegit. *Isa.* 41. *c.* Nec eiicit Christus venientes *aa* ad se. *Ioan.* 6. *d. Psal.* 93. 94.

Applicatio passionis Christi.

Proiicere cadauer in sepulchrum Eliszi, est *bb* applicare mortem Christi ad genus humanum mortuum. 4. *Regum.* 13. *d.*

Deducere peccatores ad infimum locum Ecclesiæ.

Proiicere surdos, & cæcos, & alios infirmos ad pedes Iesu, *cc* est deducere catechumenos & peccatores ad infimum locum Ecclesiæ, vt sanentur à Christo. *Matth.* 15. *c.*

Cessatio legis veteris.

Proiiciens Moses tabulas legis, *dd* designauit lapsum primi hominis à lege Dei. Et præterea cessationem & abiectionem veteris legis. *Exod.* 32. *d.* Et proiicere vetera, est literæ legis obseruationem relinquere. *Leu.* 26. *b. Deut.* 9. *c.* Abiectus clypeus fortium, est quum cessauit antiquus ritus legis. 2. *Reg.* 1. *d.*

Prophetare incarnationem.

Proiicere virgam Mosis in terram. *Exod.* 4. *a.* 7. *b.* est *ee* prophetare Deum in carne venturum, aut credere incarnationem ipsam, vel prædicare Christum gentibus. Vertitur autem proiecta in serpentem, designans crucem Christi, quæ quando ad crudelitatem hominum venit, tunc stultam fecit Deus sapientiam huius mundi per mysterium crucis. Proiiciunt autem etiam malefici virgas suas, designantes hæreticos, qui simulant se veram fidem habere.

Oppressio iniquitatis.

Proiicere impietatem in medio amphoræ. *Zachar.* 5. *c.* est *ff* eam opprimi, vt quæ prius lætabatur in scelere, æterno silentio conticescat. Proiicit etiam Deus malos in terram, quam ignorans, quum eos mittit, in infernum

Mitti malos in infernum.

a *Hie. s. Io.* 2. *Aug. epi.* 120.

b *Hi. & Au. s. ps.* 59. *Hie. s. Soph.* 3.

c *Hie. s. Nah.* 3.

d *Gr.* 33. *mo.* 8.

e *Hie. s.* Is. 54.

f *Ri. de S. Vi. de somn. Nabucho.* 14.

g *Hie. su. Amos.* 5.

h *Ru. s. Iu.* 20

i *Ar. s. ps.* 79. *Hie. s. Isa.* 31. *Ori. s. Io. h.* 21. *& s. Ro.* 13. *Aug. s. ps.* 77.

k *Isy. Leu.* 10.

l *Hil. s. Matt. can.* 9. *Au. s. Ioan. tra.* 25. 53. *Cyr.* 3. *s. Io.* 40.

m *Ru. s. Hos.* 8. *Gre. ho.* 29. *Ber. se.* 1. *Ascensio.*

n *Bed. s. Pro.* 22.

o *Glo. in. sup. Gen.* 3.

p *Gr. s.* 1. *Re.* 16. *Am. Apo. Dauid.* 14.

q *Ba. s. ps.* 59

r *Ly. s. Ge.* 21.

s *Hi. s. ps.* 59. *Hie. s. Isa.* 2. 33. *& s. Mic.* 4. *Cy.* 2. *sup. Ioan.* 19.

t *Hie. su. Amos.* 8.

u *Gr. s.* 1. *Re.* 15.

x *Hi. s.* Is. 22. *& s. Mala.* 2. *Cyr. epi.* 25.

y *Gre.* 18. *m.* 28.

z *Gr.* 26. *mo.* 24

aa *Aug.* 2. *de cõsensu. Eua.* 75.

bb *Gl. ord. s.* 4 *Reg.* 13.

cc *Or. s. Mat. cap.* 15.

dd *Ori. s. Ro.* 5. *Is. s.* Is. 26.

ee *Ori. s. Exo hom.* 4. *Bed. s. Exo.* 7. *Cy. de incarnat. vnigeni.* 14.

ff *Hie. s. Za.* 5. *& s. Amo.* 4.

Digitized by Google

*Ierem.*16.*c.* Et proiiciuntur vaccæ Samariæ in Arnon,ſeu in montem Remmam, quum hæretici in ſua pertinacia conteruntur. *Amos.*4.*a.* Proiiciuntur etiam occiſi gentium,quum mittuntur in infernum. *Iſaia.* 34. *a.* Idem eſt eiici in tenebras exteriores *Matthai* 8.*d.*25.*c.* Et hos dicitur Deus eiicere à facie ſua.*Pſal.*5. 30.50.87. *Iere.*7.*c.*8.*f.*15.*a.* 52.*a.* Expellitur etiam de luce in tenebras,*a* qui de honore vitæ præſentis, ad ſupplicia æterna damnatur. *Iob.*18.*d.Prouerb.*14.*d.Marc.*5.*a.Luc.*13.*f.* Et proiectus de ſepulchro *b* dicitur Nabuchodonoſor, aut diabolus,quia etiam in inferno non habet requiem. *Iſa.*14.*e.* Proiici iniquitatem Babylonis, eſt fieri alienum à beatitudine. *Iere.*51.*a.g. Nee.*9.*c.Ioel.*2.*e.* Proiicere canibus prægustatum à beſtiis, eſt relinquere peccatores dæmonibus. *Exod.*22.*d.* Proiectus dicitur Lucifer in conſpectu omnium regum,*c* vt alij eius terreantur exemplo. *Ezech.*28.*e.* Proiicit eum Deus velociter,quum non dat ei locum amplius nocendi,vt ipſe optat.*Eze.*28.*e.*Proiecta quoque cedrus ſuper montes,eſt Lucifer in ſuam ſuperbiam delapſus. *Ezech.*31.*d.*32.*a.*

Eiecit ancillam,qui carnis blanditias à ſe excutit,& filium,hoc eſt,appetitum,aut ipſa opera carnis.*Geneſis.*21.*b.Galat.*4.*d.* Eiicere etiam vxores alienigenas,eſt abiicere carnales concupiſcentias. 1. *Eſdr.* 10. *a.e.* Abiecit quoque Agar filium ſuum in ſolitudine ſubter arborem. *Gen.* 21. *b.* deſignans *d* paruulos appetitus abiiciendos ad crucem Chriſti.

Eiecit etiam Abraham Iſmaëlem,cum matre ancilla, deſignans Deum, *e* qui eiecit Luciferum de Paradiſo, & quodammodo abiecit voluptatem, ſeu delicias, quas habet in exiſtentibus in gratia. Proiectus etiam draco in terram, eſt eiectus, *f* ne amplius coleretur per idololatriam. *Apoc.* 12. *c.* Et dimiſſus eſt in cordibus terrenorum hominum.

Proiiciens ventus locuſtas in mare rubrum. *Exod.* 10. *e.* Et proiecti Ægyptij, & equus, & aſcenſor in mare. *Exod.*15.*a.*deſignat *g* multiplex & belluinum id quod appetitionis impetu fertur in vitium,vnà cum auriga,qui aſcenderat,& habenas laxarat voluptatibus, proiectum eſſe in mundi tumultus & perturbationes. Proiicere auaritiam,notum eſt:ſed proiicere auaritiam ex calumnia dicitur:*h* quia auaritia mater eſt calumniæ,quia ex alterius damno,alteri pecunia coaceruatur. *Iſa.*33.*c.*

Excludi interdum ſumitur pro manifeſtari : vt excluduntur ij, qui probati ſunt argento, quum manifeſti *i* fiunt. *Pſalm.*67. *Galat.* 4. *c.* In arte enim argentaria excluſores vocantur, qui de confuſione maſſæ formam vaſis exprimere nouerunt. Vel excluduntur à vaccis populorum,qui ſeparantur ab hæreticis.

Proiicere à ſe oculum, vel manum ſcandalizantem. *Matth.*5.*e.*18.*a.* eſt *k* amouere à ſe retrahentes à Chriſto, quantumuis charos. Ad idem referri poteſt,abiicere offenſiones oculorum. *Eze.*20.*a.*

Proiicit à ſe capillos,*l* qui eſt in luctu. *Iere.*7.*g.* Abiicens quoque rex Niniue veſtimentum ſuum, deſignat abſtinentiam à mollibus & voluptuoſis,neceſſariam agentibus pœnitentiam. *Ioan.*3.*b.Ezech.* 26.*c.*

Proiicere veſiculam,& plumas auis oblatæ ad orientalem plagam altaris in locum cinerum. *Leui.*1.*d.* eſt reminiſci *m* priſtini ſtatus. Et conſiderare diem natiuitatis & mortis. Vel abiicere ſuperbiam & curioſitatem. Curioſitas enim,ad Orientem proiicitur:quia inquiſitio ſublimium videtur eſſe. Et extra altare, quia non neceſſariam, ſuperfluam & noxiam ſcrutationem poſſidet. In locum verò cinerum,quòd digna ſit cinere, & deorſum manere. Vel eſt contemnere in ſe memoriam,& ingenium,& ſupernam confiteri gratiam.

Reiecta ſindone fugiens adoleſcens,deſignat abiiciendas laudes inanes,ne bona opera pereant.*Mar.*14.*e.*Sic excluſa dicitur gloriatio Iudæorum,quia non poterant de operibus legis gloriari. *Rom.*3.*d.*

Proiiciens cæcus veſtimentum. *Marc.*10.*g.* deſignat *n* Iudæos ad fidem venientes:qui cæcitatis, & mendicitatis velamentum à ſe abiiciunt.

Abiectus in domo Dei dicitur,*o* qui minimus eſt in regno cælorum. *Pſalm.*83. Abiectus autem in domo Dei dicitur,beatior,quàm habitans in tabernaculis peccatorum,quia quod in deſpectione eſt, & neglectu, hoc non proiicitur,ſed abiicitur. Quod verò foris eſt à ſalute,& à beatitudine alienum,hoc proiicitur.

Proiiciens florem oliua,*p* eſt incipiens benè operari,nondum tamen bene firmatus in bono:vnde facilè reuertitur ad vitia. *Iob.*15.*d.*

Proiicere à ſe iugum principum, & gentium. *Pſal.*2.eſt auferre à ſe *q* obligationes peccati, & eius ſubiectionem. Vel eſt abiicere iugum legis.

Proiicientes fratres Ioſeph,ipſum Ioſeph in ciſternam veterem, *r* ſunt Iudæi tradentes Chriſtum in mortem. *Gen.*37.*e.* Idem deſignarunt proiicientes Ieremiam in lacum. *Ier.*38.*b.* Expellentes Iſaac, deſignant eoſdem repellentes à ſe Chriſtum,aut Deũ.*Ge.*26.*f.*Et eiicientes fratres Iephte,ipsũ Iephte,*ſ* ſunt Iudæi eiicientes Chriſtũ. *Iud.* 11.*a.* Idem deſignant eiicientes Dauid.1.*Re.* 26.*c.*Et paſſim dicuntur proiicere Dominum.*Num.*11.*d.*1.*Reg.*10.*c.*3.*Reg.*14.*b.Iudith.*5.*Pſalm.*16.*Sap.*11.*b.Ierem.*23.*a.*51.*d.Thren.*2.*e. Ezec.*33.*b.Mich.*2.*c.* Eiicientes Phariſæi foras eum,qui fuerat cæcus à natiuitate,ſunt eiicientes Chriſtum,& etiam Apoſtolos. *Ioan.* 9.*f. Iſa.*66.*b. Actor.*7.*g.* Eiicientes autem agricolæ filium patrisfamilias extra vineam. *Matth.*21.*d.* fuerunt *t* Iudæi eiicientes Chriſtum, vt tranſiret ad Gentes,& iudicantes eum alienum ab hæreditate. *Marc.*12.*a. Luc.* 4.*c.*6. *d.* 20. *c.* Repellens Dalila Samſonem,eſt ſynagoga repellens Chriſtum. *Indi.*16. *e.* Repellit pretium noſtrum, *u* qui facit nobis ſanguinem Chriſti inutilem. *Pſal.*61.

Proiicientes Ægyptij infantes Iſraël in flumen, ſunt *x* dæmones impellentes ſimplices ad inanem gloriam, aut in fluctus huius ſeculi,vt ſubmergantur.Deſignant etiam eos,*y* qui curant non ſeruare bona opera, quæ fecerunt,ceu liberos, ſed ea peccando ſuffocant. *Exod.* 1. *Ezech.* 23. *e.* Eiecta quoque dicitur anima *z* per peccatum. *Amos.*5.*a.* Et repulſa à pace. *Thre.*3.*c.* Et eiecta in faciem campi, vel terræ, vt ſequatur viam latam, relicto Deo. *Ezech.*16.*a.* Et abiectio animæ,eſt prauitas animæ. *Ezech.*34.*a.* Abiectæ quoque oues,ſunt, qui in peccatum,aut in grauem hæreſeos errorem prolapſæ ſunt. *Ezech.*14.*b.*

Eiicientes paſtores puellas,filias Iethro, ne adaquarent pecora, deſignant *aa* Philoſophos,& mundanos perſequentes Eccleſias. *Exod.*2.*c.* Sic ſunt electi Moſes,& Aaron à Pharaone. *Exod.*6.*a.*10.*c.* Eiiciunt quoque paſtores gregem Domini, *bb* quando prælati aliquos contra iuſtitiam de Eccleſia ſeparant. *Iere.* 23. *a.* Et abiiciunt calce victimam Dei,*cc* qui feræ more perſequuntur confitentes Chriſtum.1. *Reg.*2.*f.* Et eiiciens Ieroboam Leuitas, deſignat Iudæos expellentes miniſtros Chriſti.2.*Para.*11.*a.Num.*22.*b. Iſa.*66.*b. Ier.*30.*c.*Et eiicientes Hieruſalem,*dd* ſunt perſequentes Eccleſiam. *Ezech.*36.*b.*

Proiicit auarus intima ſua in vita ſua. *Eccle.*10.*a.*quum *ee* exit à Deo,& ab his, quæ ad Deum pertinent, quæ intus dicuntur eſſe. Idem dicitur de ſuperbo,qui auidus eſt gloriæ.

Abiicit gratiam Dei *ff* tam ille,qui poſt euangelium viuit in veteri lege, quàm is, qui poſt baptiſmum peccatis ſordidatur. *Galat.*2.*d.*

Abiicere Samuelem,ac proinde Deum,*gg* eſt deſpicere ſpiritualem paſtorem propter carnalem.1.*Reg.*8.*b.* Abiiciens etiam populus filios Samuelis tanquam malos,vt acciperet regem peiorem, figura eſt, quòd cùm populus propria autoritate vult prælatos, malos eiicere,meritò peiores recipit.

Eiiciunt mulieres de domo deliciarum ſuarum, *hh* qui ſeparant infirmos à templo, & cultu Dei. *Mich.* 2. *c.*

Abiicere ſermonem Domini quaſi ipſum longè à ſe repellendo; eſt ſuperborum, qui dum proprium ſequuntur arbitrium,longè fiunt à Deo.1.*Reg.*15.*f.* Abiecerunt quoque Iudæi legem Dei, hoc eſt, euangelium, & aquas Siloë,*ii* hoc eſt,doctrinam euangelicam. *Iſa.*5.*f.*8.*b.Leuit.*26.*g.*4. *Reg.*17.*c. Nee.*9.*c. Hoſe.*8.*a.* Idem eſt abiicere ſapientiam,& expellere mulierem bonam. *Prou.*3.*b.*18.*b.d.Sap.*3.*c.Eccleſ.*6.*e.*23.*c. Ezech.*20.*b.Amos.*2.*a.* Proiicit etiam ſermones Dei retrorſum prædicator malus,*kk* dum ea,quæ prædicat,non vult ipſe videre *Pſalm.*49 Proiiciens Iudi volumen Ieremiæ in ignem, contemptum ſermonis Dei ſignificauit. Et proiiciens mater Hieruſalem,& ipſa Hieruſalem virum ſuum,eſt anima proiiciens verbum Dei.

Eiiciens Amnon omnes,qui erant in cubiculo,vt violaret Thamar.1. *Reg.*13.*b.* deſignat diabolum auferentem ab anima omnia auxilia, vt facilius eam in peccatum inducat. Eiiciens autem ipſam Thamar à ſe violatam, eſt diabolus contemnens animam in peccatum lapſam.

Eiecerunt linguam *ll* Scribæ & Phariſæi,quum blaſphemabant Chriſtum dicentes : Samaritanus es, & dæmonium habes,& reliqua falſa teſtimonia. *Iſa.*57.*a.*

a *Gr.*14.*mo.* 11.*ſ.pſ.*50. *Ori.ſ. Ier.ho.* 2.*& ſ.Matt. ho.*15.*& ſ. Lu.hom.* 18.
b *Hie.ſ.Iſ.*14
c *Hie.ſ. Eze.* 28.
d *Geo.Ve.Ca.* 2.*to.*7. *ca.*3.
e *Ru.*13. *Vi. verbi Dei.*5. *& ſ.ſu.Apo.*
f *Cle.Ale.*5. *ſtrom.*
g *Bed.ſ. Ez.* 15.
h *Hie.ſ.Iſ.*33.
i *Au.ſ.pſ.*54. 67. *Hil.ſ.pſ.* 67.
k *Au.*1.*ſer. dom.in mon.*
l *Hi.ſ. Ier.*7.
m *Iſy.ſ.Le.*1. *Ru.*1.*ſ.Le.*7.
n *Ori.ſ.Mat. hom.*13.
o *Hie.ſ.pſ.* 83. *Ori.ſ.Ie.h.* 2.
p *Gr.*12.*mo.* 26.27.
q *Ori.ſ.Mat. hom.* 4. *Hil.ſ.pſ.*2.
r *Glo.ord.ſu. Gen.*37.
ſ *Au.q.in Iu di.*49.
t *Hie.ſ. Mat.* 21. *Ori.ſ. Mat. ho.*12.
u *Ba.ſ.pſ.*61.
x *Ori.ſ. Exo. hom.* 2.
y *Gr.Nyſſ.de vita Moſis.*
z *Ori.ſ.Eze. hom.*6.*Hie.ſ. Ez.* 16. *Cyr.* 7.*Ioan.* 5.
aa *Be.ſ.Ex.*2
bb *Hie.ſ. Ie.* 23.
cc *Gr.ſ.*1.*Re* 2.
dd *Hie.ſ.Ez.* 36.
ee *Au.ſ.Ioa. tract.*25.
ff *Hie.ſ.Gal.* 2.
gg *Gr.ſ.*1.*Re* 8.
hh *Ru.ſ.Mi.* 1.
ii *Hie. ſ. Iſa.* 58. *Epip.*1. *Con. har.tom.*3.
kk *Au. ſ.pſ.* 49.
ll *Hie. ſ. Iſa.* 59.

Excutere blãditias & opera carnis.
Eiiciẽs Deus Luciferũ de Paradiſo.
Abiectio belluini appetitus.
Manifeſtari.
Separari ab hæreticis.
Expellere retrahentes à Chriſto.
Pœnitentia.
Conſiderare priſtinum ſtatum.
Abiicere ſuperbiam & curioſitatem.
Recognoſcere diuinam gratiam.
Abiectio laudis inanis.
Abiectio velamenti cæcitatis.
Minimus in regno calorũ.
Incipiens bene operari.
Abiicere peccata & iugũ legis.
Tradẽtes Iudai Chriſtũ in mortem.
Eiicientes Chriſtum & Apoſtolos.
Dæmones impellentes ſimplices ad inanem gloriã.
Perdentes bona opera peccando.
Perſequentes Philoſophi Eccleſias.
Prælati iniuſtè excommunicantes.
Diſcedere à Deo.
Peccare.
Deſpicere ſpiritualem paſtorem.
Separare à cultu Dei.
Contemptus legis Euangelicæ.
Auferẽs diabolus auxiliũ à tentato.
Contemnens animã in peccatũ lapſam.
Blaſphemantes Chriſtũ.

Auaritia. Publica peccata. Proiectio in infernum. Auaritia idoloru seruitus. Inconstantia. Relinquere argentum mundanis. Proponere mysteria impuris. Pretiũ Christi. Abiectio tepidorum. Subuersio mundi. Transeuntes haretici ab erroribus in errores. Prædicãs peccata sua. Mors prædicatorum. Liberalis cõmunicatio doctrinæ Gentibus. Veneratio passionis Christi. Mali. Haretici.

Proiecta ossa regum & sacerdotum Iuda,*a* quantum ad literam, fuerunt ab hostibus è monumentis eiecta, vt deriperent aurum,& argentum,quod cum ipsis sepultum erat. *Ierem.8.a. Baru. 2.f.* Proiecta quoque cadauera regum & aliorum in speluncas & foueas,designare possunt proiectos in infernum. *Iosu.8.f.10.e.2.Regum.18.d.20. f.3.Regum.13.e.4.Reg.9.f. Ierem.36.g.41.b.*

Proiiciens Aaron aurum in ignem,vnde prodiit vitulus aureus. *Exod.32.f.* Et proiicientes milites in aures de præda,ex quibus fecit Gedeon Ephod,in quo fornicatus est Israël. *Iud.8.f.* designare possunt *b* auaritiam, quæ est idolorum seruitus.

Proiicit ventus puluerem à facie terræ,hoc est,malos & *c* inconstantes,qui omni vento agitantur. Vel est superbia proiiciens impios à facie terræ viuentium. *Psal.1.*

Proiicitur argentum in plateis,quum relinquitur iis,qui latam sequuntur viam. *Ezech.7.e.* Et proiicit margaritas porcis, *d* qui diuina mandata proponit hominibus porcinos mores habentibus, qui conculcant ea, quum nos faciunt ea transgredi,vt diabolus in serpente. *Matth.7.a.*

Proiiciens Zacharias argentum mercedis suæ ad statuarium, significauit *e* pretium Christi datum in agrum figuli. *Zach.11.e. Matth.27.a.*

Repellitur à mandatis Dei,*f* qui non toto corde exquisit Deum, vt medicus negligenter curans expellitur à medicando. *Psalm.118.*

Proiiciens Saraias librum prophetiæ contra Babylonem iussu Ieremiæ,in Euphratem. *Ier.51.g.* Subuersionem *g* Babylonis significauit,& spiritualis Babylonis, nempe mundi cum mundanis in infernum mergendi.

Proiicientes sorores Hierusalem viros suos. *Ezech.16.e.* designant *h* hæreticos,& Ethnicos ab erroribus in errores transeuntes.

Eiicit onera sabbato à domo ea portando. *Iere.17.c.* qui manifestat *i* peccata sua, non vt ea abiiciat, sed vt in eis delectetur.

Proiiciens Samson mandibulam asini de manu sua. *Iud.15.d.* designat *k* corpora prædicatorum morti tradita, quæ aquas miraculorum fuderunt.

Proiicientes messores Booz manipulos,vt Ruth eos colligeret. *Ruth.2.c.* sunt *l* liberaliter tradentes doctrinam Gentibus.

Proiiciens se Ruth à parte pedum lecti Booz. *Ruth.3.a.* designare potest animam *m* peccatricem proiicientem se ad pedes Christi,& passionem eius venerantem.

Eiulare,vide Flere.

Elam,Elamita.

Elam, id est,ascensus eorum,*n* est regio Mediæ,& Persidis, à qua dicuntur Elamitæ, qui interpretatur despicientes. Secundùm aliquos, Elam interpretatur adolescens, vel virgo masculini generis, siue occultus, aut seculum.

Elam & Elamitæ designare possunt omnes malos despicientes bona. Item hæreticos, qui Christi humilitate contempta, in diaboli ascendere superbiam conantur, & se in falsi nominis scientia, aliquid esse præsumunt. *Gen.10.c.14.a.1.Paral.8.e.1.Esdr.2.a. Isa.11.c.21.a.22.b.Ierem.49.g. Ezec.32.e.Acto.2.d.*

Elatus,Elatio,vide Altum.

Elate.

Elate arbor,quam quidam abietem,alij palmam,alij spathen putant, ex qua fiunt odorifera quædam vnguenta. His arboribus comparantur comæ sponsi. *Cant. 5. c.* propter *o* odorem. Quamquam in Hebraica editione non elate, aut nomen arboris est, sed *p* crispantes dicuntur, quæ designant in viris fortitudinem animi: & possunt mystice sanctos Angelos designare, vel designant sacras scripturas, quæ fortes sunt, vt iota vnum præterire non possit.

Angeli. Scriptura

Elcana.

Vir perfectus Christus. Contemptus mundi.

Elcana,id est,*q* Deus zelotes,aut Dei possessio,vel Dei calamus, siue Deus nidus eius. Pater Samuelis, quem genuit ex Anna. *1.Regu.1.a.* Secundùm quòd dicitur vir vnus, *r* designat virum perfectum, qui vnus est, & non multi: quia dæmones pertinent ad multitudinem. Vel designat Christum. Et quum numerantur quatuor parentes eius,notatur Christum ab his descendere,qui virtutibus ornati sunt. Interpretatur etiam Elcana, Dei feruor: & designat contemptorem mundi,ex amore Dei,cuius quatuor parentes sunt Euangelistæ.

Eleale.

Superbia secularis sapientiæ. Sacerdotes noua legis.

Eleale, id est,ascensus,ciuitas Moab in tribu Ruben. *Isa. 15. a.* Per eam intelligi potest *s* ascensus superbiæ secularis sapientiæ.

Eleazar.

Eleazar, id est, Dei adiutor,siue Dei atrium:pontifex,filius Aaron,qui successit patri in pontificatu.

Eleazaro tradita est vacca rufa,vt immolaretur, & non patri suo. *Num.18.a.* vbi designat *t* sacerdotes nouæ legis succedentes sacerdotibus veteris legis. Potest etiam significare arcanum & mysticum sermonem. *Num.20. d.27.d.Iosu.24.g.Iudi.20.d.*

Sacerdotes. Victores victi per superbiam.

Fuit alius Eleazar filius Abinadab,qui sanctificatus est,vt custodiret arcam Domini. *1.Reg.17.a.* designat sacerdotes,*u* qui debent sanctificari,vt sint adiutores Dei. *1. Cor.3.b.* Dei adiutores sumus.

Alius fuit Eleazar. *1.Mac.6.e.* qui in prælio elephantem feriens strauit,& sub ipso accubuit,designat eos, *x* qui vitia superant,sed ipsis superbiendo succumbunt.

Electrum.

Electrum est *y* metallum,auro & argento mixtum,cuius quinta portio est argenti, cuius natura est, ad lucernarum lumina clarius argento resplendere. Quod est natiuum,venena deprehendit,nam discurrunt in calicibus arcus cælestibus similes cum igneo stridore.

Est aliud electrum,*z* quod succinum & glessum dicitur, quod nascitur defluente medulla pinei generis arboribus,vt gummi in cerasis, resina in pineis,coagulatur autem ex molli in durum, quod indicant bestiolæ quædam in eo interceptæ, & inclusæ:erumpit quidem humoris abundantia:Densatur verò rigore,vel tempore autumnali, color eius candidus,aut cæreus,aut fuluus,cuius est maior autoritas:Candidum verò odoris est præstantissimi. Calefactum trahit paleas,& vestium fila.

Christus.

Electrum mixtum auro & argento,significare potest *aa* Christum,in quo est natura diuina & humana. In electro enim,dum aurum argento miscetur,argentum ad claritatem crescit,aurum verò à suo fulgore pallescit. Quia igitur in vnigenito Dei filio,naturæ diuinitatis vnita est natura nostra, in qua adunatione, humanitas ad maiestatis gloriam excreuit,diuinitas verò à sui fulgoris potentia, humanis se oculis temperauit, quasi electrum factum est. Et electrum in igne,est Deus factus homo in persequutione. *Ezec.1.b.*

Supremæ corporæ. Corp. Christi. Angeli.

Electrum ab aliquibus dicitur metallum præciosius auro,qua ratione significabit *bb* suprema corpora,aut etiam corpus Christi. *Ezech.1.b.8.a.*

Perfecta animi purgatio.

Electrum prætera significare potest *cc* naturam angelicam. Nam ex qua parte auri color ostenditur, splendorem illum inuiolabilem designat,qui neque consumi, neque imminui possit, neque vlla ratione maculari, quia verò argentum lucet,nitidum illud ac purum cælestéque iubar ostenditur.

Electrum nihil habens admixtum metalli inferioris,designare potest,*dd* perfectam animi purificationem,quæ fit igne tribulationis,& electrum purgatur igne. *Eze.1.a.8.a.*

Eleemosyna.

Eleemosyna, Græcè est munus,quod inopi datur,ab *eleos*,quod misericordiam, aut miserationem significat. Quum moraliter sumatur,vix allegoriam admittit,nisi quòd est duplex eleemosyna, corporalis, qua subuenitur corpori,& spiritualis,qua subuenitur animæ.

Elegans,Elegantia,quare Decor.

a *Glo. ord.su. Ierem. 8.*

b *Glo.in.sup. Exod.32.*
c *Hil.& Au. su.Psal.1.*

d *Chrys.su. Gen.ho.16.*
e *Hie.s.Za. 11.*
f *Au.s.ps. 118.*
g *Glo.ord.su. Iere.51.*
h *Hier.su.Ezech.16.*
i *Hie.s.Ie.17.*

k *Gr.13.mo. 7.8.*
l *Gl. ord.sup. Ruth.2.*
m *Ly.s.Ru.3.*

n *Hie. s. Isa. 21.22. & s. Ez.32. Plin. 12.nat. hi.2.*

o *Gr.s.Ca.5.*
p *Titelma. su.Can.5. Rup.s.Can5.*

q *Ori.s.1.Re. hom. 1.*
r *Gr.s.1.Re.1.*

s *Hie s.Is.15.*

t *Augu. q.in Num.33.*

u *Glo.ord.su. 1.Reg.7.*
x *Gr.19.m.17*

y *Pli.33.nat. hist. 4.*

z *Ari.4.met. Plin.37.nat. hist.3.*

aa *Gr.s.Ez.h. 2.Ru.1.s.Ez. 3.*

bb *Ori.s.Ie.h. 7.*
cc *Dio. ca. Hierach.15.*

dd *Ori.s.Ez. hom. 1. Hie. s.Eze.c.1.*

Digitized by Google

Elementum.

ELEMENTVM in rebus naturalibus, est principium materiale rei mixtæ, quæ ponuntur quatuor, nempe, aër, ignis, aqua, & terra, de quibus. *Sap.7.c.19.c.2.Petr.3.c.*

a *Am.s.Gal. 4.Hie.Aglasia.& s.Gal. 4.*

Elementa huius mundi dicuntur *a* sabbata, & neomeniæ, demum lex Mosis, & omne vetus instrumentum, quibus quasi elementis, & religionis exordiis Deum discimus, vt literæ dicuntur elementa sermonis. Elementa autem infirma & egena, dicuntur obseruationes Iudaicæ legis post aduentum Christi: quia iam infirmata fuerunt, quæ ante aduentum Christi dicebantur solùm elementa mundi. *Galat.4.a.b.Coloss.2.b.d.Hebræo.5.d.*

Obseruationes Iudaicæ.

b *Au.s.Ga.4. Clem.Ale.6. strom.*

Elementa quoque huius mundi. *Galat.4.a.b.* dici possunt *b* idola, & dæmones, quibus gentes seruiebãt, & etiam gentilium philosophia, nam Apostolus ibi loquitur cum gentibus.

Cultus & Philosophia Gentilium.

c *Geo.Venet. Cans.1.som. 3.cap.16.*

Elementa similitudine quadam dicuntur esse *c* & in cœlo, & angelis, & in Deo. Vt enim & in terra est circa centrum stabile firmamentum pedibus, & omnium seminum matrix fœcundissima: Ita est in cælo densitudo, quæ videri potest, in Sole potissimum, & Luna, & stellis quæ radiis solaribus, non sunt peruiæ. Est in angelis, vt firma sint Dei sedilia, & nobis fœcundi, dantes tanquam ministri Dei, terræ huic fœculentè fœcunditatem. Et in archetypo omnium firma, fœcundissimáque natura: de qua dicitur, Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Est aqua hæc leuis, & æquatissima, mundans & lauans omnia. Est in cælis suo affluxu terram irrigans, & commixtibilis virtus: est in angelis docens & mundans, de qua quum de cælo agitur, in psalmis canitur: Qui tegis aquis superiora eius. Est in opifice, quum ablutionem peccatorum facit, & regenerat, mundificat, colluſtrat, & pascit: sed est harum aquarum differentia: Humor hic vitæ obruit: cælestis irrigat, supercælestis intelligit: diuinus mentes purgat, & pascit. Est aër hic elementaris, quo respiramus, videmus, audimus, & odoramus: Est in cælis translucens natura; vltra quam stellas fixas prospicimus. Est in cælo, superiori spatium vbi resonant suauissimi beatorum concentus: vbi paret visio illa & corporis principis, & reginæ, & omnium militum. Est in angelis & vitalis flatus, & aura tenuis. Est in opifice summa, & perfectissima vita, & spiritus: quo spirans in omnes, dat omnibus vt viuant, atque respirent: & quo tanquam sibilo auræ tenuis Eliæ, & aliis domesticis loquitur. Est ignis elementaris apud nos, calefaciens, coquens, & perficiens. Est in cælo Sol lucens, & calefaciens inferiora, & Mars agitans, & dans robur. Est in angelis seraphicus feruidúsque amor: De quo Psalmographus canit: Qui facis angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem. Est in archetypo ignis idealis: & spirituale lumen ad omnia producenda egrediens. Omnium enim est artifex, omnem habens virtutem. In infima quoque parte sub terra est ignis, de quo dicturus est Christus: Ite maledicti in ignem æternum. Est aër de quo Isaias, Percutiet te Dominus aëre corrupto. Est aqua, de qua in Iob: Ad nimium calorem transibunt ab aquis niuium. Est denique terra, de qua iterum Iob: Dimitte me ergo, vt plangam paululum antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum.

Elephas.

d *Ari.1.de historia animal. 1.11. Plini.8.nat. hist.1.*

ELEPHAS *d* inter terrestria animalia est maximum, proximúmque humanis sensibus: quippe qui sermonem patrium intelligat: imperiísque obediat, officiorúmque, quæ didicit, meminerit, insitóque illi amoris & gloriæ voluptates, ac etiam probitas quædam, prudentia & æquitas: feruntúrque maria transituri, non antè naues conscendere, quàm inuitati rectoris iureiurando de reditu. Habent longam promuscidem, qua pro manibus vtuntur, colligentes ea cibos tam siccos, quàm humidos, orique admouentes: eáque reflat atque respirat. Habet etiam dentes prominentes, ex quibus perfectum fit ebur. Ferunt ingens onus, nempe turrim ligneam & milites, faciléque instruuntur ad bellum. 1. *Machab.1.c.3.d.6.d.2.Mach.11.a.* Vide *Dens & Ebur.*

c *Eu.for.spi. 5.*

Graues peccatores.

Elephantes, quorum dentes afferebantur ad Salomonem, designare possunt *e* immanes peccatores, quos conuertens Christus, vtitur illis ad ornatum Ecclesiæ. 3. *Reg.10.d.*

Eleuare, vide Altum.

Eli.

ELI, id est, Deus meus, pontifex domus Domini in Silo, qui reprehendebat Annam orantem, cui tamen postea consensit. Habuit duos filios sacerdotes pessimos: quos ipse leniter, & non, vt æquum erat, reprehendebat, quamobrem, & illi mortui sunt in bello, capta arca Domini, & Eli hoc audito nuncio, sedens in sella retrorsum cecidit, ac mortuus est. Erat senex valde, & caligantibus oculis, ipsique oblatus est Samuel, qui eius fuit minister.

f *Gr.s.1. Re. 1. 2.*

Incredulitas Iudæorum.

Eli quatenus obsistebat Annæ oranti, cui postea consensit. 1. *Reg.1.b.* designat *f* Iudæorum incredulitatem in principio Ecclesiæ, cui tamen postea consensit, quando multi Iudæorum, ad fidem venerunt, & in fine seculi venturi sunt vnde increduli denunciauerunt Apostolis ne prædicarent. *Acto.5.c.* Sed turba sacerdotum obediebat fidei. *Actor.6.c.*

g *Gr.s.1.Reg. 1.4.*

Sacerdotium Iudaicum. Propositi carnales.

Vt sedebat in sella orante Anna. 1. *Reg.1.b.* sacerdotium Iudaicum significat, *g* adhuc manens in honore, & vt manens sic reprehendebat Anna, carnales exprimit præpositos, non intelligentes vim contemplatiuæ vitæ, & reprehendentes eos, qui illi vacant. Vt verò secundò sedit in sella, & cecidit. 1. *Regu.4.c.* designat Scribas & Pharisæos, qui super cathedram Mosis sederunt, vnde & ceciderunt.

h *Ori.s.1.Re. 1.2.*

Scribæ & Pharisæi. Lex vetus.

Vt ei oblatus est puer Samuel, typus *h* est doctrinæ veteris legis, & prælatorum, sub quibus tanquam sub prædagogo, paruuli in fide sunt instruendi. Et vt verbis reprehendit filios suos, sermonem antiquorum patrum designat, aut ipsos patres veteris testamenti. Vt autem erat senex valde, designat illos Antiquos, qui reprehensibiliter viuebant, & inueterati erant in malo. 1. *Reg.1.d.1.e.3.a.4.c.*

Prælatus. Antiqui patres.

i *Ori.s.1.Re. hom.1. Hie.prol.fra. Amb.*

Vt cecidit retrorsum, & mortuus est, designare potest *i* malos, ad quos vitia conuertuntur, qui retrorsum, eisque immoriuntur. 1. *Reg.4.c.* Eius etiam mors, legis cessationem significare potest.

Antiqui mali. Mali. Cessatio legis.

k *Gr.s.1. Re. 2.*

Interpretatur Eli secundùm aliquos, Arabs, seu extrarius, quia *k* extra disciplinam, quia non correxit filios, & ita extrarius, & adulter. Iuxta illud. *Hebr.12.c.* Si extra disciplinam, estis, adulteri, & non filij estis. Et damnatus est, quia non correxit filios, vt intelligatur subditorum culpam in prælatos recidere.

Extranei à lege Dei.

Eliab.

l *Gre.s.1.Regum.16.*

ELIAB, id est, Deus meus pater: primogenitus Issai, frater Dauid quem despexit Deus, ne esset rex, 1. *Reg.16.b.* designat *l* doctores bonos, sed superbos: qui ideò à Deo tanquam indigni abiiciuntur.

Doctores superbi.

Vt autem reprehendit Dauid venientem ad prælium. 1. *Regu.17.c.* typus est Iudaici populi aduersantis Christo in operibus redemptionis.

Populus Iudaicus. Christus.

Eliacim.

m *Hie.s. Isa. 22.*

ELIACIM, id est resurgens Deus, siue Dei resurrectio filius Chelciæ, id est, patris Domini pontifex subſtitutus à Deo pro Sobna ejecto. *Isa.22.s.* typus est *m* Christi, qui institutus est Sacerdos, & Pontifex in æternum, secundùm ordinem Melchisedech, veteri sacerdotio despecto.

Elias.

ELIAS, id est, Deus Dominus, aut fortis Dominus: insignis propheta, ad cuius sermonem non cecidit pluuia tribus annis, eodémque postea orante, occisis prius prophetis Baal, rursum data est pluuia. Idémque fugiens Iezabelem, impiam reginam, aliquandiu latuit: ac demum in curru igneo raptus, adhuc viuit, tempore Antichristi reuersurus. Idem in Christi transfiguratione cum Mose apparuit.

Christus.

n *Orig.s.Luc. hom.33. Au.12.contr. Faust.34.& ser.201. Ber.ser.3.Ascensio. Rup. 5.s. Reg.7.*

In multis Christum exprimit, vt in idololatriæ persecutione, & in aquæ impetratione, & in persecutione, quam à Iezabele passus est, vt Christus à Synagoga. Et vt raptus est in curru igneo, Christi *n* ascensum in cælum adumbrauit. 3. *Reg.17.a.18.b.19.a.4. Reg.2,a.1. Machab.2.f. Luc.4.e.* Vt autem pascebatur à coruis, manè panibus, & vesperè carnibus, est Christus, qui pascitur in peccatoribus recipientibus primitia spiritus, & fidem naturæ resurrectionis. Vt etiam suscitauit filium viduæ Sareptanæ, Christus est suscitans gentilem populum. 3. *Reg.17.a.d.*

o *Hier.Aglæ.*

Ioannes Baptista.

Exprimit etiam in multis *o* Ioannem Baptistam: cuius nomine etiam Christus Ioannem appellauit. *Matth.11. b.17.b. Marc.9.a. Luc.1.b.* Non quòd anima Eliæ esset in Ioanne: sed quod eandem habuerit Spiritus sancti gratiam. Erat enim zona cinctus, vt Elias: Vixit in eremo, vt Elias, persecutionem passus est ab Herodiade, vt illic à

Digitized by Google

Prophetia. Iussus.

Iezabele. Et vt Elias secundi aduentus Christi præcursor erit,ita Ioannes fuit prioris. *Malac.4.b.*

Elias in transfiguratione typum gessit *a* prophetiæ,quæ testimonium perhibuit de Christo. *Mat.17.b.Mar.9.a.* Vt fugiebat Iezabelem,designare potest *b* quemlibet iustum,qui persecutionem patitur propter iustitiam.

Elicere.

Elicere, est educere,aut extrahere,veluti mungendo:vt qui nimis premit vberta, ad eliciendum lac, seu butyrum,elicit sanguinem. *Pro.30.e.* Elicit butyrum, *c* qui dum nutriri vel tenui intellectu quærit, vbertate internæ pinguedinis vngitur. Elicit verò sanguinem, quum carnale efficitur hoc quod ex nimia spiritus discutione sentitur.

Intelligentia spiritualis. Intelligentia carnalis. Confidentes in Deo.

Eliezer.

ELIEZER, id est, Dei adiutorium,siue Dei atrium:filius procuratoris Abrahæ,& alius filius Mosis,&c. possent suo nomine designare eos,qui dicunt Deo, Adiutor meus, & liberator meus es tu. *Gen.* 15. *a. Exod.* 2. *d.* 18. *a.* 1. *Par.* 23. *b.*

Electio Christi.

Eligere.

ELIGERE, est à multis vnum legere,& segregare quasi optimum inter omnia,ad id,ad quod eligitur. Aliquando tamen eligitur aliquid,vt eiiciatur.

Electio Ecclesia.

Elegit Deus Dauid,hoc est,*d* Christum:& homo, quem eligit Deus, est Christus, seu eius humanitas. *Psal.* 64.77.88. Et ipse est electus vir ad pugnandum cum Goliath.1. *Reg.* 17. *a.*2. *Reg.6.e.*16.*d.* Eundem designauit electus Salomon ad ædificandum domum Domini.1. *Par.*28.*c.*29.*a.Cant.*5.*c.d.Isa.*42.*a.Ierem.*49.*d.Ayge.*2.*d.Luc.* 23.*e.*1.*Petri.*2. *a.* Electus ex millibus dicitur sponsus. *Cant.* 5.*c.* quia *e* ex totius generis humani massa,nullus sine peccato reperitur. Ipse verò non solùm sine peccato fuit,sed etiam peccatores sua iustitia, & sanguine redemit. Dicitur etiam electus vt cedri, *Ibidem.d.*

Præcellentes virtute & doctrina.

Elegit Dominus Sion,hoc est,*f* Ecclesiam,tam militantem,quàm triumphantem. *Psal.* 64. 77. 104. 105.131. Et elegit Deus Iacób,hoc est,luctatores ex gentibus. *Psal.*134. Et elegit Israël hoc est, *g* victores dæmonum, & hæreticorum. *Isai.*14.*a.*44.*a.*41.*c.*45.*a.*65.*b.* Eius autem electio,est ante mundi constitutionem. *Ephes.*1.*a.Num.* 16.*a.*17.*a. Deut.*4.*f.*7.*b.*14.*a.*16.*a.*26.*a.*2. *Paral.*6.*a.*7.*c. Tob.*13.*b. Sap.*3.*b.* 4.*b. Eccl.*1.*b.* 11.*b.*24.*a.*46.*a. Iere.*33.*d. Thre.*1.*a. Agge.d. Zach.*1.*d.* 3.*a.*9.*d. Matt.*20. *b.*23.*b.*24. *Marc.* 13.*b.Luc.*18.*b. Rom.*8.*f.*2. *Thess.* 2.*c. Coloss.*3. *d.*1. *Timoth.* 5.*d.*2. *Timoth.* 2.*d. Iac.*2. *a.* 1. *Petri.*1. *b.*2.*b. Apoc.* 17.*d.* Elegit quoque Deus stulta mundi, hoc est, ea, quæ mundani stulta reputant. 1. *Cor.* 1. *d.* Sic Deus dicitur elegisse Iacob in camino paupertatis. *Isai.* 48. *b.* Cum hoc electo dicitur Deus electus. 2. *Reg.* 22. *e.Psal.* 17. Et electi dicuntur omnes fideles saluandi. *Psalm.* 88.

Colligere ad felicitatem. Ecclesia. Eligere viam Christi. Electio vitæ contemplatiuæ.

Electi dicuntur aliquando,*h* qui sunt præcipui in Ecclesia,virtute,& doctrina. *Zach.*9.*d.* Hos designauit Moses eligens viros strenuos de Israël in principes,&c. *Exod.*18.*d.* Et eligens Iosue viros ad pugnandum, & non Moses designat Christum eligentem apostolos,& prædicatores,quos lex non eligit. *Exod.*17.*c. Num.*31.*a. Iosu.*8.*e.*18.*a.* Elegit quoque Dominus noua bella in noua lege. *Iud.*5.*a.*20.*a.*1.*Re.*13. *a.*2.*Re.6.a.*10.*c.* Et electi bellatores, sunt Apostoli,& martyres, & doctores. 2. *Par.*11.*a.*13.*a. Iudi.*13.*b.*15.*c. Act.*1.*a.* Elegit autem Christus duodecim in Apostolos *i* non tamen ita,vt Iudas electus dicatur ad fœlicitatem: quamquam potius dicetur elegisse illum numerum: quia illo extincto, alius in locum eius suffectus est,vt completus esset numerus. *Ioan.* 6.*g.* Nam ab electione ad fœlicitatem excludit eum cap.13. dicens:Ego scio quos elegerim. Electum quoque labium, *k* est peculiariter prædicatorum,& generaliter confidentium fidem. *Sopho.*3.*b.*

Sapientia & lingua iusti. Anima. Iudæa.

Elegisse dicitur Deus ex omnibus tribubus patrem Eli,hoc est,*l* Aaron,aut tribum Leuiticam in sacerdotem. 1. *Reg.*2.*c.*1.*Paral.*15.*a.* Et electi sunt Leuitæ in ostiarios,& ministros domus Domini.1.*Par.*9.*d.*22.*a.*

Amouens Dei à Iudæis impedimenta diuini cultus. Tollens duritiam.

Eligere bonos pisces in vasa sua,est *m* colligere bonos ad fœlicitatem. *Matth.*13.*f.Psa.*64.

Separans infideles à credentibus.

Electa dicitur Ecclesia vt sol,& electa genitricis suæ,hoc est,*n* electa à regenerante gratia. *Cant.6.c.Zach.*1.*d.*

Ioannes Baptista.

Eligere viam veritatis,*o* est eligere viam Christi,vel ipsum Christum. *Psal.*118. Et eligere Deum. *Deut.*26.*d.* Et eligere viam. *Deut.*30.*d.Iosu.*24.*d.Isa.*56.*b.* Et electum donum,dicitur donum fidei. *Sap.* 3.*c.*

Præferentes carnalia spiritualibus.

Elegit Maria optimam partem,hoc *p* est vitam contemplatiuam. *Luc.*18.*g.* Sic elegit Moses affligi cum populo Dei,quàm temporalis peccati habere iucunditatem. *Hebr.* 11.*e.* Electum quoque opus, est opus vitæ contemplatiuæ,aut etiam quodlibet opus meritorium. *Eccl.*14.*c.* Eligunt,quæ Deus vult,*q* qui non solùm præcepta, sed etiam consilia eius amplectuntur. *Isai.*56.*b.*

Tentationes diaboli.

Electum argentum,& aurum electum,sunt genimina sapientiæ,& lingua iusti. *Prou.* 8 *c.*10. *c. Baruch.* 3. *d.* Et electum labium,est iustorum. *Sopho.*3.*b.*

Carnis mortificatio.

Electa vinea est *r* anima existens in gratia, & etiam Iudæa electa à Deo. Idem significat electa ciuitas Ierusalem. *Ierem.*2.*d.Eccl.*49.*b.Zach.*2.*d.*3.*a.*

Potentes ad malum.

Elegit Deus lapides ex vinea, hoc est, *s* elapidauit eam, quum amouit à Iudæis omnia impedimenta diuini cultus. *Isaia.*5.*a.* Eligit quoque lapides de via prædicator,qui omnem emollit de credentium corde duritiam. Vel proiicit lapides,infideles,à credentibus separando. *Isai.*62.*d.* Elegit quoque Deus,trangressores, quum eos separat à bonorum cœtu,vt puniat. *Ezech.*20.*f.* Eligere etiam lapides,est tollere scandala ab Ecclesia Dei.

Sancti.

Electa sagitta,dici potest *t* Ioannes Baptista,& Prophetæ,& Apostoli,ac prędicatores per vniuersum mundum discurrentes. *Isai.*49.*a.*

Incitamenta peccati.

Eligens Loth regionem Sodomorum ad habitandum. *Gen.*13.*c.* designat eos, *u* qui carnalia, & mundana spiritualibus præferunt:Designat etiam Iudæos, qui relicta pollicitatione cœlestium, totam spem suam fixerunt in amore temporalium.

Anima.

Electi sexcenti currus Pharaonis. *Exod.*14.*b.* exprimunt grauiores diaboli tentationes, quibus impugnat eos, qui à se fugiunt. Et electi principes Pharaonis, sunt præcipui iniquorum, & hæretici quibus vtitur diabolus ad perdendas animas.

Bona simplicium.

Electa myrrha, quæ ponitur in vnguento vnctionis tabernaculi, & aliis, designare potest *x* perfectam carnis mortificationem. *Exod.*30.*c. Eccl.*24.*b.*

Permissio electionis pastoris mali.

Electa esca diaboli,sunt potentes ad faciendum malum:quibus pascitur diabolus. Item ij,*y* qui virtutibus pollere videbantur quos diabolus decipit,eisque pascitur:vt Saul,& Iudas. *Habac.*1. *d.* Sancti etiam dici possunt electi esca diaboli,secundùm quòd ipse appetit eos deuorare. Electæ præterea escæ,sunt incitamenta peccati. Electa autem præda,quam tollunt diuites à paupere. *Amos.*5.*c.* est anima,vel bona,quæ habent simplices: quæ tolluntur ab hæreticis eos decipientibus.

Perfecti eligendi.

Electus Saul in regem,secundùm quidem quòd fuit malus,*z* designat pastorem malum,qui diuino iudicio aut permissione,ex eius indignatione contra subditos, regnare permittitur. In bonum verò idem à Deo electus designat eos,qui perfectionis habent in se plenitudinem,esse eligendos. *Deut.*17.*c.*1.*Reg.*9.*a.*2.*Reg.*21.*b.*

Contemnens Deus superbos.

Electa sepulchra filiorum Chet,in quibus volebant,vt Abraham sepeliret Saram. *Gen.*23.*a.*

Vtens mysteriis legis contra dæmones.

Non elegit Deus gigantes,hoc est,*aa* turbulentos,& superbos:quia pacificos,& humiles amat. *Baruch.*3.*c.*

Bene vtens sensibus.

Eligens Dauid quinque lapides de torrente ad pugnandum contra Goliath.1. *Reg.* 17. *e.* designat *bb* eum, qui vtitur mysteriis legis contra dæmones,& hæreticos. Et qui rectè vtitur quinque sensibus ad bene operandum.

Principes Iudæorum.

Electæ abietes,sunt optimates Iudæorum. *Isai.*37.*e.* Et electi Hierusalem, sunt principes & sacerdotes. *Hose.* 11.*b.* Elegit quoque Deus illusores Iudæorum,*cc* quum dedit eis principes,Scribas,& Pharisæos hypocritas. *Isa.* 66.*b.Thr.*1.*e.* Electæ quoque cedri succidendæ,erant principes Iudæorum,& Ecclesiæ superbi,& infrugiferi. *Iere.* 22.*b.* Et electi iuuenes Moab,& etiam Electi Ephraim, sunt principes errorum, & hæreticorum. *Ierem.* 48. *e.* Et electi malorum,sunt excellentes in malo,& hæresiarchæ,& qui defendunt peccata:& qui iustos se arbitrantur, vt Pharisæi,& Manichæi. *Psal.*140. Hi sunt electi regis aquilonis,hoc est,diaboli. *Dan.*11. *c.* Et electa frusta, quæ boni iubentur in olla,hoc est mitti in infernum. *Ezech.*24.*a.*

Scribæ & Pharisæi. Superbi. Hæresiarchæ. Eligere voluptates.

Eligunt ho..os, *dd* qui quærunt loca voluptatibus apta, quæ Deo præferant. *Isa.* 1.*g.* Sic qui eligunt Deos

a *Ori.s. Mat. hom.* 7.
b *Au.epi.*119. *Gre.s.*1.*Re.*1. *Ber. ser. paruo.* 64.
c *Gr.*21.*mo.*1.
d *Arn.s.Psa.* 64.77. *Aug. s. psal.* 64.77.
e *Gr.s.Cã.* 5. *Ku.j. Can.* 5.
f *Arn.& Hi. s.psal.*131.
g *Hie.s.Is.*14.
h *Hie.s.Za.*9 *Ori.s. Exod. hom.*11.
i *Au.s. Ioan. trac.*27. 59.
k *Hie.s.Sop.*3.
l *Lyr. s.* 1. *Reg.* 2.
m *Ori s.Ma. cap.*13.
n *Gr.s.Cã.*6.
o *Glos. int.s. Psal.*118.
p *Ambr. s. Luc.* 10.
q *Hi.s.Is.*56
r *Glos. ord. s. Ierem.* 2.
s *Hie.s Isa.*5. 65.*& s. Ezech.*20. *Cyril.in anathematismis.*
t *Hie.s.Is.*49
u *Amb.* 2.*de Abra.* 6.
x *Glos. int. s. Exod.* 30. *Gr.s.*1. *Re.*8. *Hi. epist. Audi fil.& s. Ezech.*6.
y *Hie. Ab.*1. *Amos.*5.
z *Gr.s.*1.*Re.*9
aa *Ambro.de Cain.* 5.
bb *Lyr.s.*1. *Reg.*17.
cc *Hie. s.Isa.* 66.*& s.Iere.* 22.
dd *Hie.s. Is.*1.

Digitized by Google

alienos. *Iudi.*10.*c.* Ita eligebant sibi homines vxores,nempe voluptates. *Gen.*6.*a.* Et electæ virgines offerebantur Assuero,quia regibus semper offeruntur insigniores voluptates. *Ester.*2.*b.*

a *Glos. ord.s. 2.Reg.* 24.

Eligit Dauid magis incidere in manus Dei,hoc est,*a* puniti magis à Deo, quàm ab hominibus.2. *Reg.* 24. *&* 1. *Par.* 21. *b.*

b *Gr.*8.*m.*18.

Eligit anima suspendium,vt ossa moriantur,quia *b* dum mentis intentio ad alta se subleuat, omnem in se fortitudinem vitæ exterioris necat.

c *Hie.s.Is.*40

Eligit sapiens artifex lignum imputribile,ad faciendum idolum,hoc est, *c* hæretici rationes dialecticas, quas putant perpetuas,assumunt,ad firmanda sua falsa dogmata. *Isai.*40.*e.*41.*f.*

Necare fortitudinem vitæ exterioris.

d *Ly.s.Is.*65.

Eligunt quæ non vult Deus,*d* qui relinquentes præcepta & consilia,malunt ea facere, quæ permittuntur *Isai.* 5.*b.* 66. *b.* Et quæ simulationem habent sanctitatis.

Parantes hæretici rationes dialecticas.

Electas decimas & optimas debent offerre Leuitæ sacerdotibus,vt videlicet eis ministrent meliori modo,quo possunt. *Num.* 18. *g.* Non eligendum autem bonum aut malum in offerendis decimis, sed decimum quodque sanctificandum Domino, vt designetur *e* gradus perfectorum non esse discernendos ab omnibus, sed à Deo. *Leuit.* 27.*d.*

Relinquentes præcepta.

e *Is.s.Le.* 27.

Elihu.

Perfectorum gradu non discernendi ab hominibus.

ELIHV, id est,*f* Deus meus iste,aut fortitudo ipsius,fuit vnus amicorum Iob, qui eum superbè reprehendit, *Iob.* 32. *a.* Designat arrogantes in Ecclesia, vel rectam fidem arrogantium in Ecclesia positorum. Typum etiam gerere potest *g* philosophorum,qui foris, hoc est, extra fidem positi,insidiantur Ecclesiæ Dei.

f *Gre. prolog. moral.*13.*& 23.mor.* 5.

g *Hie. prolo. s.Iob.*

Arrogantes. Philosophi.

Elim.

ELIM, id est,*h* arietes,aut fortes,vel cerui,siue valles,ciuitas Moabitarum:ad eam venit clamor Moab,hoc est, ad maiores Ecclesiæ. *Isai.*15.*d.*. Fuit etiam sexta mansio filiorum Israël in deserto,quò peruenerunt è Marath,vbi erant duodecim fontes,& septuaginta palmæ. Typus est *i* noui testamenti, vbi sunt magistri spiritalis doctrinæ Apostoli, & discipuli, & consolationes spirituales : ad quas peruenitur post tribulationes amaras. *Exod.* 15.*d.* *Num.*33.*a.*

h *Ori.s. Exo. hom.*7.*& s. Num. ho.*27.

i *Hie.s.Is.*15. *& de mansionibus.*

Elim,iuxta Philonem,*k* interpretatur portæ,& designat doctrinas rationales, ad maiorem doctrinam & virtutem aditum aperientes.

Nouum testamentum.

k *Philo. de profugis.*

Elimelech.

Elimelech, id est, Deus meus rex,fuit maritus Noemi. *Ruth.*1.*a.* Typus esse potest *l* Christi, qui venit ad peregrinandum in mundum.

Doctrina rationales.

l *Glos. ord.s. Ruth.* 1.

Eliphaz.

Christus.

Eliphaz, id est,Domini contemptus,vel Dei nisus,seu conatus, aut Dei obrizum, aut Deus meus disperdidit, fuit filius Esau,qui genera Amalech,hoc est,*m* affectum brutum, & immoderatum, quo contemnitur Deus, & ipse disperditur à Deo. *Gen.*36.*a.*

m *Philo.de congres.*

Alius fuit Eliphaz,amicus Iob,qui venit ad eum consolandum. *Iob.* 2.*d.* & vt interpretatur Domini contemptus,significat *n* hæreticos,& etiam vt interpretatur Dei mei aurum,seu obrizum:quia hæretici preciosa sibi nomina imponunt,quasi ipsi sunt aurum Dei,vel præcipui speculatores eius.

Producens immoderatos affectus.

n *Gre. prolo. mor.*12.*& 3. mor.*17.

Hie. pro.s.Io.

Hæretici.

Elisabeth.

Elisabeth, id est Deus iuramenti,vel saturitatis,siue Dei septenarius,filia Aminadab vxor Aaron. *Exod.*6.*d.*Alia fuit vxor Zachariæ mater Ioannis Baptistæ. *Luc.* 1.*a.*

Elisabeth prægnans,sed nondum pariens,designat *o* bonos,sed nondum spirituales.*Luc.*1.*a.*

o *Greg.s.*1. *Reg.*2.

Elisæus.

Incipientes.

p q *Or.s.Lu. hom.*3.*Chry. s.ps.*22. *Hie. s.ps.*97. *Gr.*9.*mo.*32. *Au.s. ps.* 83. *& de verb. Apost.ser.*11. *Bern.s.Cant. serm.* 16.

ELISÆVS, id est,*p* Dei salus,siue Deus saluans,filius Saphat, Propheta:super quem requieuit spiritus duplex Eliæ,qui curauit Naaman à lepra:& suscitauit puerum, eiusque cadauer mortuum superiniectum suscitauit. 3. *Reg.*19.*c.*4.*Reg.*1.*b.*3.*b.*4.*f.*6.*d.*13.*c.d.Eccl.*48.*b. Luc.*4.*d.* vt cadauer eius suscitauit mortuum, typus est Christi,*q* qui per mortem suam genus humanum à morte suscitauit. Et puerum contrahens se, & applicans os ad os, & manus ad manum,&c. Christus est,qui se minorauit,factus similis nobis,vt nos suscitaret:Christus enim,vt Elisæus,oculis suis tetigit meos:interioris hominis frontem claris luminaribus ornans, fide, & intellectu : ori meo iunxit suum,& mortuo signum pacis impressit,quoniam quum adhuc peccatores essemus,reconciliauit nos Deo, iustitiæ mortuos. Os ori applicuit,iterato inspirans in faciem meam spiraculum vitæ sanctioris, quàm primo: nempe in spiritum viuificantem:manus suas meis superposuit, exemplum præbens bonorum operum, formam obedientiæ,& misit eas ad fortia, vt doceret manus meas ad prælium. Quando etiam pueri dicebant illi : Calue, calue:Christum significauit in Caluariæ loco crucifixum.4. *Reg.*2.*d.*

Christus.

Sermo Prophetæus.

Elisæus,vt consuluit mulieri viduæ,& quæreret vasa ad olei multiplicationem.4.*Reg.*4.*a.*typus est *r* sermonis prophetici instruentis Ecclesiam.

Quum vidit Eliam ascendentem in currum igneum.4. *Reg.*2.*b.* typum gerit *s* chori Apostolorum in ascensione Domini. Eosdem designat, quum Elias posuit pallium super eum:& ipse relictis bobus sequutus est eum. 3. *Reg.* 19. *d.*

Apostoli.

Quum parauit Elisæus ollam,ex herbis agrestibus,inter quas erant etiam herbæ amaræ.4.*Reg.*4.*d.*Prædicatorem exprimit *t* parantem aliquando reprehensionem asperam.

Prædicator reprehẽdens.

Elisaphan.

Doctores.

ELISAPHAN, id est, Deus aquilonis,siue Deus absconditus,aut Deus speculator,vel Dei illuminatio : Leuites filius Oziel,qui cum Misaele eiecit cadauera Nadab,& Abihu à conspectu Sanctuarij extra castra. *Leu.*19.*a. Exo.* 6.*c.* typus est *u* doctorum Euangeliorum,qui expellere curant hæreticos ab Ecclesia.

r *Gre. s. Eze. hom.* 3.

s *Bern. ser.*3. *Ascensio. Ru.s.*5.*Re.*5.

t *Bern. serm. par.* 65.

u *Isy.s.Le.*19.

Eloquium,quare Sermo.

Eman.

Fidelis.

EMAN, siue Heman,iuxta Augustinum,interpretatur,fratres eius:ponitur *in titulo Psal.*87.Et dicitur de *x* quolibet fideli,qui est frater Christi.

x *Aug.s.ps.* 87.

Emat,quare Hemat.

Emendare,vide Corrigere.

Emere,Redimere,Comparare.

EMERE, est comparare aliquid dato pretio,siue pecuniæ,siue alterius rei. Qui emit,alienum emit dato pretio. Qui redimit,quod suum erat,recuperat. Redimit autem,qui dat æquiualens,& satisfacit.

Emens aliquando dicitur absolutè:& est, *y* qui vtitur hoc mundo:qui non debet lætari, vt sit quasi non vtens. *Ezech.*7.*d. Deut.*28.*g. Leu.*25.*d. Prou.*20.*c. Eccl.*37.*b. Isa.*24.*a. Luc.*17.*c.*1.*Cor.*7.*e.*

y *Hi.s.Ez.*7.

Redimens Deus Dauid de gladio maligno,*z* est pater liberans Christum in passione,à linguis Iudæorum,quæ confutata fuit in resurrectione. *Psalm.*143. Redimit etiam virgam hæreditatis suæ. *Psal.*73.

Liberans pater Christũ.

z *Hil. s.ps.* 143.

Emens Ioseph Ægyptios,& terram eorum in seruitutem regiam. *Gen.* 47. *d.* est Christus redimens mundum, vt seruiamus Deo. Empti autem sumus pretio magno.1.*Cor.*6.*d.*7.*d.*2.*Petr.*2.*a. Apo.*14.*a.*Et redemit Deus animas de manu inferi,quando Christus eas eduxit à limbo. Et redemptus populus ab inimicis *aa* est liberatus ab imperio dæmonum per passionem Christi. *Exod.*6.*a.*15.*b. Iob.*19.*b. Psal.*34.48.129.135. *Isai.*29.*g.*35.*d.*52.*c. Eph.*1.*b.*4.*e. Colos.*1.*c.*1. *Timoth.*2.*b. Heb.*9.*c.*11.*g.* Emens Dauid aream Areuna, ad sacrificandum. 2. *Reg.* 24. *d.* designauit *bb* emptionem,qua Christus redemit Ecclesiam. Et redimit Christus ex vsuris animas. *Psal.* 81. quum *cc* liberat eas ab idololatria. Et quum liberat à peccatis, quæ committuntur in pœnam aliorum peccatorum. Dicitur passim Deus redimere,aut redemptor. *Deut.*13.*b.*2.*Reg.*7.*d. Nee.*1.*d. Psal.*18.25.30.54.73.76.77. 102.105.106.110.118. 143. *Isai.*41.*d.*43.*a.*44.*d.*47.*a.*48.*d.*49.*b.*50.*b.*51.*d.*52.*a.*54.*b.*59.*d.*63.*e. Ier.*31.*b.*50.*e. Thr.*3.*g.*5.*b. Hos.*7.*d.*13.*d. Mich.*4.*d. Sopho.*3.*a. Zach.*10.*d.*1. *Mach.*4.*b. Matth.*20.*d. Marc.*10.*d. Luc.*1.*f.*21.*f. Rom.*8.*c.*1. *Corim.*1.*d. Gal.*3.*b.*4.*a. Titum.* 2. *d. Actor.* 7. *e. Apoc.* 5. *c.*

aa *Ba.s.ps*48.

Liberans pater Christũ. Redimens. Christus mundum.

bb *Au.se.*198

cc *Ar.s.ps.*71 *Am.de To.*4. *Aug.s.ps.*71.

Non valens homo purus redimere genus humanum.

Non redimit frater, neque homo: *dd* quia non Moses frater populi Israël redimere potuit genus humanum,

dd *Ba. Ar.& Hie.psal.*48. *Aug.s.ps.*48.

neque

neque alius homo purus: Sed redemit homo, hoc est, Christus. *Psal.* 48. vel quum dicitur frater non redimet, redimet homo: legendum interroganter, vt sit sensus, Nisi Christus, qui est frater noster redimat, nullus est homo, qui redimere possit.

Dicitur Christus fuisse Redemptio angelorum: *a* quia qui erexit hominem lapsum, dedit stanti angelo, ne laberetur. Sic illum de captiuitate eruens, sicut hunc à captiuitate defendens: est ergo redemptio soluens illum, & seruans istum.

Redimetur Sion in iudicio. *Isa.* 1. *g.* quia *b* reliquiæ Israël saluæ fient. Qui enim in iudicio redemit, eligit redimendos.

Emere triticum, aut escas in Egypto, est *c* emere Christum per fidem in hoc mundo, etiam vsque ad mortem. *Gen.* 42. *a.* 43. *a.* 47. *c.* Et emere preciosam margaritam, *d* est emere Christum. *Matth.* 13. *f.* *Isai.* 55. *a.* *Luc.* 9. *b.* *Ioan.* 4. *a.* 6. *a.* 13. *c.*

Emens Phutiphar Ioseph in Ægypto. *Gen.* 39. *a.* designat populũ Christianum suscipientem Christum. Vel designatur *e* vulgus emens viros ciuiles.

Emere etiam escas in Ægypto, vel à filiis Esau, aut alias, est quærere *f* doctrinam & scientiam legis, quã Iudæi venalem habent. *Gen.* 42. *a.* *Deut.* 2. *a.* *Matth.* 14. *b.*

Emit agrum, *g* qui comparat sibi otium ad tractandas scripturas: & qui laborando acquirit ipsas Scripturas: & Christum per fidem: qui eleemosynis acquirit Deum vt ipsum possideat. *Matth.* 13. *f.* *Ruth.* 4. *a.* *Iere.* 32. *g.* Emit etiam mulier fortis agrum, hoc est, cœlestem gloriam bonis operibus. Vel *h* mundum pretio prædicationis conuertens mundanos. *Prou.* 31. *b.*

Emptio agri figuli, *i* significauit redemptionem mundi factam per sanguinem Christi, *Matthæi* 27. *a.* *Ierem.* 32. *b.* *Zach.* 11. *c.*

Redimere agrum tempore iubilei. *Leu.* 27. *c.* est *k* conuersationem suam alteri gubernandam tradere.

Emens Iacob partem agri à filiis Emor centum nouellis ouibus. *Ios.* 24. *g.*

Emens Ieremias agrum Hanameel, *Iere.* 32. *b.* designat *l* sublimibus dari dona gratiarum.

Emere oleum, est, *m* adhibere diligentiam, & laborem ad suscipiendam doctrinam moralem. *Matt.* 25. *a.* Vel est quærere laudem ab adulatoribus, & aliquid illis dare propter inanes laudes.

Emere gladium, est *n* acquirere verbum Dei, aut martyrium subire, exposito corpore. *Luca.* 22. *d.*

Emere seruum Hæbræorum, est *o* adducere aliquem ad seruitutem Dei. *Exod.* 21. *a.* Et emptus à sacerdote, *p* est per eum cõuersus, qui potest comedere de sanctificatis. *Leu.* 22. *b.* Emptitius autem dicitur populus gentilis, Christi sanguine redemptus, & etiam motus animi bonus, ratione, & doctrina acquisitus. Emptitius autem circuncidit ur; quia omnes vult Deus saluos fieri, quum omnes redemerit. *Genes.* 17. *b.* *Exod.* 12. *g.*

Ementes iuga boum quinque, sunt *q* Iudæi sub lege laborantes: vel sunt, qui se quinque sensuum seruituti tradiderunt. *Luc.* 14. *d.*

Emens villam, qua impeditur à nuptiis, designat gentiles auaritiæ vacãtes, qua impediebantur à suscipienda fide. *Luc.* 14. *d.* Designat etiam *r* superbos, & procurantes imperium in alios. Idem designauit emens Giezi oliueta 4. *Reg.* 5. *g.* Sic non emit Nehemias agrum. *Nee.* 5. *d.*

Emere aromata, est per laborem boni operis, bonæ opinionis odorem circunquaque dilatare. *Marc.* 16. *a.* Idem erit emere calamos. *Isa.* 43. *c.*

Emere ligna, & lapides ad instaurandum templum. 4. *Reg.* 22. *b.* est *s* bonis operibus & exemplis ædificare proximos ad augmentum Ecclesiæ. Comparant autem Iudæi ligna pretio, quum exercent virtutum opera sine fide & charitate. *Tren.* 5. *a.*

Redimere decimas terræ addendo quintam partem, est *t* obseruationi decalogi addere intelligentiam. *Leu.* 27. *d.*

Non redimitur decima animalis mundi. *Leu.* 27. quia *u* perfectus non indiget instrui ab alio. Sic non redimitur primogenitum ouis, aut animalis mundi. *Num.* 18. *c.* Nec redimitur consecratum Deo. *Leu.* 17. *d.* quia non debet ascribi homini integra perfectio, sed soli Deo.

Redimere primogenitum asini oue, est *x* venire ad innocentiam vitæ per passionem Christi, vel liberare, desistendo ab operibus infrugiferis. Vel *y* non repugnare naturæ. *Exod.* 13. *c.* 34. *c.* Redimere autem primogenitum immundum, *z* est suscipere peccatorem erudiendum. *Leu.* 27. *d.* *Num.* 18. *c.*

Redimere primogenitum hominis. *Exod.* 13. *c.* 34. *Num.* 3. *g.* redemptionem *aa* per Christum futuram, qui verè primogenitus erat, indicabat.

Redimere potest quilibet eum, qui se vendidit aduenæ. *Leu.* 25. *g.* quia potest *bb* quilibet docere eum, qui se instruendum subiecit neophyto. Redimit autem seipsum, qui bonis operibus & pœnitentiæ insistendo, potest adeò instructus fieri, vt alio non indigeat.

Redimere domum intra annum, *cc* est tempore vitæ præsentis, & tempore Christi liberari à peccato: dicitur autem hoc de synagoga. Domus autem sacerdotis & Leuitæ, semper potest redimi: quia sanctorum patrum peccata excusantur per posteros, quòd omnia illis in figura contingerent. *Leuit.* 25. *e.* Redimit autem propinquus, & quum proximus liberat proximum à peccato. Et redemit vnusquisque per opera contraria iis, quæ peccauit: vt auaritiam contemnendo diuitias.

Redimere domum oblatam Deo. *Leuit.* 27. *b.* est *dd* sumere laborem exhortationis ad eos, qui indigent, instruendos: non redimit autem agrum, qui non proficit per alterius institutionem. Redimuntur etiam domus Leuitarum, quum ex Iudæis per Apostolos, aut eorum discipulos aliqui conuertuntur. *Leu.* 25. *e.*

Emere aliquid à ciue, iuxta numerum annorum iubilei. *Leuit.* 25. *b.* est *ee* discernere doctrinam, quæ tradenda sit proximo.

Ementes in templo sunt, *ff* qui alienantes à se bona, pro eis acquirunt mala. *Matth.* 21. *b.* *Marc.* 11. *g.* *Luca.* 19. *g.* *Ioan.* 2. *c.*

Redimere tempus. *Ephes.* 5. *d.* *Colos.* 4. *a.* est *gg* iracundis cedere, & cum singulis ad vtilitatem loqui: & vbi loqui non prodest, tacere: vel est ante actam vitam, quam lasciuiendo perdidimus, fluendo reparare.

Redimere peccata eleemosynis, est satisfacere pro peccatis. *Dan.* 4. *c.* Non valet autem redimere *hh* elemosyna superbi diuitis, quam perpetrata simul rapina pauperis, ante Dei oculos ascendere non permittit. *Iob.* 15. *d.* De his *ii* dicitur. *Prou.* 6. *d.* Pro redemptione non suscipiet Dominus dona plurima. Redemptio autem animæ viri dicuntur propriæ diuitiæ eius, hoc est, opera bona, quibus liberabitur in iudicio. *Prouerb.* 13. *b.*

Non redempta mulier, cum qua quis dormierit. *Leu.* 19. *d.* intelligi potest *kk* synagoga subdita legi ante redemptionem Christi.

Emere ex armentis vel ouibus in sacrificium pro decimis. *Deut.* 14. *d.* *Bar.* 1. *b.* est *ll* operari in hac vita, quod valeat ad futuram.

Emere arietem duobus siclis. *Leuit.* 5. *d.* est *mm* dilectione Dei & proximi cum innocentia peccata redimere.

Emens pauper ouiculam. 2. *Reg.* 12. *a.* dicitur de Vria, qui vnicam duxerat vxorem.

Emere veritatem consulitur. *Prou.* 23. *c.* Et non vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.

Emere aurum ignitum, & probatum suadet Ioannes. *Apoc.* 3. *d.* videtur significare *nn* parandam esse charitatem, cum cæteris virtutibus, per excitationem in bonis operibus.

Emere quadrigas equorum. 2. *Par.* 1. *d.* est *oo* prædicando adducere infideles ad fidem Christi.

Emere merces negociatorum Babylonis. *Apoc.* 18. *c.* est vacare mundanis, & vitiosis actionibus.

Emergere.

Emergere, est quasi ex loco, vbi quis submersus fuerat, prodire: absolutè in lucem prodire, quod latebat.

Emergentes boues macilentiæ de fluuio post pingues. *Gen.* 41. *a.* sunt quasi furtim prodeuntia vitia, quæ virtutes deuorent. Sic post obitum Iudæ Machabæi, emersorunt viri iniqui. 1. *Mach.* 9. *c.*

a *Ber. s. Can. serm.* 22.
b *Hie. s. Isa.* 1.
c *Ambr. de Ioseph.* 7.
d *Ori. s. Mat. cap.* 13.
e *Phil. de Ioseph.*
f *Ori. & Hi. s. Matth.* 14.
g *Au.* 1. *q. in Euang.* 13. *Ori. & Hi. s. Matth.* 13.
h *Bed. s. Pro.* 31.
i *Hil. s. Matt. Cano.* 32.
k *Glos. ord. s. Leu.* 37.
l *Hie. Ie.* 32.
m *Ori. s. Ma. hom.* 32. *Au.* 83. *q.* 59. & *epis.* 120. *Gr. hom.* 12.
n *Glos. ord. s. Luc.* 22.
o *Amb.* 2. *de Abrah.* 11.
p *Isy. s. Le.* 22.
q *Am. s. Luc.* 14. *Aug. de ver. dom. ser.* 33. *Bern. s. ecce nos reli.*
r *Au. de ver. domini. ser.* 33.
s *Greg. s.* 1. *Reg.* 14.
t *Is. s. Le.* 27.
u *Is. s. Le.* 27.
x *Amb.* 2. *de Cain.* 2. 3.
y *Phi. de sac. Abel & Cain*
z *Is. s. Le.* 27.
aa *Ru.* 1. *s. Nu.* 6.
bb *Isy. s. Leu.* 25.
cc *Ori. s. Le. hom.* 15. *Isy. s. Leu.* 25.
dd *Isy. s. Leu.* 25. 27.
ee *Glos. int. s. Leuit.* 25.
ff *Ori. s. Mat. hom.* 15.
gg *Gr.* 5. *mo.* 28.
hh *Gre.* 12. *mor.* 24.
ii *Bed. s. Pro.* 13.
kk *Glo. ord. s. Leu.* 19.
ll *Glo. ord. s. Deut.* 14.
mm *Glos. in. s. Leu.* 5.
nn *Glo. ord. s. Apoc.* 3.
oo *Glo. ord. s.* 2. *Par.* 1.

Seruãs Christus angelos, ne laberẽtur. Redemptio reliquiarum Israël. Emere Christum per fidẽ. Suscipiens Christum. Emens virũ ciuilem. Quærere doctrinam legis apud Iudæos venalem. Comparare otium ad scripturas. Acquirere Christum, & gloriam cœlestem. Conuertere mundanos. Redemptio mundi per Christum. Tradere se regendum alteri. Cõferri gratiam sublimibus. Adhibere diligentiam doctrinæ. Quærere inanem laudem. Acquirere verbum Dei. Pati martyrium. Adducere ad seruitutẽm Dei. Gentilis populus. Iudæi laborãtes sub lege. Seruientes sensibus. Auaritia comparare bonam opinionem. Aedificare proximos exemplis. Addere intelligentiam obseruationi decalogi. Non indigens instrui ab alio. Desistere ab operibus infrugiferis. Suscipere peccatorem erudiendum. Redẽptio per Christum. Instruere subiectum Neophyto. Verè pœnitẽs. Liberari à peccato in hac vita. Laborare docendo. Discretio doctrinæ. Perdentes bona, vt acquirant mala. Cedere iracundis.

Loqui ad vtilitatem. Reparare malè actam vitam. Satisfactio. Synagoga. Bene operari in hac vitta. Redimere peccata dilectione. Parare sibi charitatem. Conuertere infideles. Vacare vitiis. Prodeuntia furtim vitia.

Digitized by Google

Eminere, Prominere, Supereminere.

Eminere dicitur, quasi extra aliis, vel præ aliis, aut super alios manere, vel extare.

Prominens petra protegens à tempestate. *Isai.* 32. *a* designat *a* Christum paratum ad auxiliandum.

Eminens mons, in quo plantatur cedrus. *Ezec.* 17. *g.* significat Ecclesiam, quam etiam significat prominens petra. *Isai.* 32. *a.*

Eminentes porticus atrij templi super gazophilacia. *Eze.* 42. *a.* Et ea, quæ eminebant in parietibus templi. *Eze.* 41. *b.* sunt *b* Sancti virtutibus præcellentes. Eminentes quoque creaturæ templi, designant exempla Sanctorum. 3. *Reg.* 6. *c.* & Et eminentia vasa, *c* fuerunt Prophetæ & iusti insignes sanctitate. *Iob.* 28. *c.*

Eminens Saul super populum & humero, & sursum. 1. *Re.* 9. *a.* in malũ quidem, *d* significat prælatum carnalem, qui in exterioribus fortior est cæteris, ac eminentior. In bonum verò, est prælatus bonus, excellens cæteros fortitudine, doctrinæ subtilitate, contemplationis altitudine.

Eminentes petræ, quæ ascensum non admittant, designare possunt *e* concupiscentiam & peccatum: quæ non cedunt prædicatoribus. *Reg.* 14. *a. Isaie.* 57. *a.*

Prominentes extales Philisthinorum, designant *f* fluxum ad peccatum. 1. *Reg.* 5. *c.*

Eminentes circuli in lateribus altaris. *Exod.* 38. *a.* prædicationem *g* Euangelij designant.

Eminentes vncini in angulis superhumeralis. *Exod.* 39. *c.* designant *h* eminentiam charitatis & bonæ intentionis.

Emittere, Emissari, Edere.

Emittere, est extra mittere. Idem est edere: quod etiam significat parere. *Gen.* 30. *b.* Qua post conceptum edente filium.

Emisit Deus agnum dominatorem terræ. *Isa.* 16. *a.* quando *i* dedit nobis filium suum hominem factum: emisit quoque manum suam de alto, *k* mittens filium suum. *Psa.* 143. Ita emisit lucem, & veritatem suam. *Psal.* 42. Et emisit virgam virtutis suæ ex Sion. *Psal.* 109. quia ibi cœpit prædicatio. Et emittet eam, quum veniet Christus ad iudicandum. Emittit etiam eloquium suum terræ, mittendo Verbum filium suum, quem etiam mittit per prædicationem Apostolorum in corda terrena gentium. *Psal.* 147.

Emittit Deus manum, sed non ad consumptionem, quum feriendo *l* corripit à peccatis, & corruentes erigit & saluat. *Iob.* 30. *d.* Emittit etiam ignem puniendo. *Ezech.* 39. dicitur etiam emittere furorem suum. *Ezech.* 7. *a.* Et emissæ aquæ inundantes super terram spaciosam. *Isa.* 28. *a.* exprimunt *m* impetum tribulationis, aut castigationis Dei, cui resistere nemo potest.

Emittit Deus spiritum suum, *n* quum dat Spiritum sanctum. *Psa.* 103. Et emittit aquas, *o* quum dat dona Spiritus sancti: quæ subuertunt terram, quando conuertunt peccatorem, vt Paulum. *Iob.* 12. *c.* Et emittit fontes in conuallibus, hoc est, dona Spiritus sancti humilibus. *Ps.* 103. Emittit quoque ignem dando Spiritum sanctum. *Eze.* 39. *b.* Et emissiones Christi dicuntur paradisus. *Cant.* 4. *d.* propter varia dona Spiritus sancti.

Emittere caprum vel hircum, qui emissarius dicitur, in solitudinem. *Leu.* 16. *b. d.* designat *p* diuinitatem Christi, tempore passionis eius emissam in solitudinem: qui cohibuit propriam virtutem, ne influeret in humanitatem, sed sineret eam pati: ipsa tamen mansit impassibilis in loco digno sibi, in sinu videlicet Patris. Emittitur quoque caper quum peccatores tolluntur qui inepti sunt, vt offerantur Deo.

Emisit Deus coruscationes, *q* mittendo prædicatores doctrinam veritatis, & etiam comminationes. *Eccles.* 43. *b. Sap.* 5. *d.*

Emisit Christus vinctos suos de lacu. quum *r* liberauit sanctos patres è limbo. *Zach.* 9. *b.*

Emissus seruus designat Apostolos & prædicatores missos ad prædicandum. *Gen.* 49. *c.* Emissarios etiam dat Deus super hæreditatem Geth. *Mich.* 1. *d.* quando *s* dat prædicatores ad destructionem hæreticorum.

Emittit Deus sagittas prædicantibus Apostolis. *Psalm.* 143. hoc est, *t* præcepta, & verba penetrantia corda: emissiones quoque sponsæ vel Ecclesiæ, sunt *u* sancta verba eum sanctis operibus. *Cant.* 4. *d.*

Emissiones sponsæ *x* partus virgineus, cum miris operibus & doctrina. *Can.* 4. *d.*

Emittentes ceruæ rugitus. *Iob.* 39. *a.* designant *y* Apostolos, & prædicatores: qui euntes ibant & flebant, mittentes semina sua, quando ab inimicis crucis Christi grauabantur qui orabant pro persecutoribus, & pro perseuerantia fidelium: vel gemebant cogitantes pericula huius vitæ, &c. *Galat.* 4. *e. Philip.* 3. *d.*

Emittitur homo. *Iob.* 14. *d.* quum ab his, *z* quæ tenuit volens, transire ad æterna cogitur etiam nolens.

Emissa columba post coruum. *Genes.* 8. *b.* designat *aa* simplicitatem resoluentem ac dissipantem malitiam.

Emittit Christus oues, quando *bb* pascit simplices. *Ioan.* 10. *a.* Et educit de tenebris ad lucem, & ad pastum æternæ fœlicitatis.

Emisit Christus spiritum clamans voce magna. *Matth.* 27. *f.* designans *cc* ex magna charitate se pro nobis obtulisse.

Emittens Noe in primis coruum extra arcam, *Gen.* 8. *b.* designat *dd* eiicienda esse primò opera tenebrosa.

Emisit Deus Adam de paradiso. *Gen.* 3. *d.* Sicut *ee* malus eiicitur de consortio bonorum, aut excommunicatur.

Emittunt vindemiatores populum Esau vsque ad terminum, *ff* quum hæretici reducuntur ad Ecclesiam. *Abdi. b.* Vel fœderati id est principes Iudæorum emiserunt populum extra terminum benedictionis Abrahæ, per incredulitatem.

Emittens propagines vinea, designat *gg* populum Iudæorum sub rege Sedechia. *Ezech.* 17. *d.*

Emittens riuos cedrus ad vniuersa ligna regionis. *Ezech.* 31. *b.* est *hh* Lucifer aut Antichristus, qui nitetur alios facere participes erroris sui.

Emissarius equus est, qui emittitur ad equas fœcundandi gratia: sumitur pro *ii* hominibus libidinosis. *Ier.* 5. *c.* Cui etiam comparatur amicus subsannator. *Ecc.* 33. *a.*

Emissarij, qui intrauerunt in arcanum Dei. *Eze.* 7. *f.* fuerunt *kk* gentiles in templum, & viri pestilentes in Ecclesiam. Ad hos referri potest emissarij Saulis. 1. *Reg.* 22. *c.*

Emisit Abessan triginta filias foras, tradens eas maritis. *Iud.* 12. *c.*

Emissa est tertiò columba ab arca. *Gen.* 8. *b.* vt designetur *ll* triplex Spiritus sancti gratia: prima, remissio peccatorum: secunda, collatio donorum: tertia, remuneratio meritorum, quæ fiunt per Christum verum Noe.

Emissa similitudo manus ad Ezechielem. *Exech.* 8. *a.* designatur *mm* virtus diuina, quæ non est manus: ideo dicitur similitudo manus.

Emittens ficus grossos. *Apoc.* 6. *d.* est *nn* perdens Ecclesia infirmos, qui facilè decidunt à fide.

Emmanuel.

Emmanuel, id est, nobiscum Deus: est *oo* nomen filij Dei, qui sic est dictus, quando factus est filius hominis. *Isai.* 7. 8. *b. Matth.* 1. *c.*

Emmaus.

Emmaus, id est, timens consilium, vel matris augentis consilium, seu populus abiectus: est castellum distans ab Hierusalem stadiis sexaginta: vbi Christus post resurrectionem, agnitus est à duobus discipulis in fractione panis. *Luc.* 42. *b. Marc.* 16. *c.* Interpretatur *pp* mater dulcedinis: & designat viam consequendæ beatitudinis: quæ per resurrectionem Christi aperta est.

Emolumentum, vide Vtilis.

Emor.

Emor, id est asinus, siue lutum, aut vinosus: pater Sichen, hoc est temerarij: nam *qq* temeritas oritur ex asinina inconsideratione. *Gen.* 24. *a.* 33. *d. Actor.* 7. *c.* Vel est diabolus superior, cuius velut filius est inferior.

Emor, vt fuit circuncisus propter filium, designat *rr* eum, qui laborat pro verecundia, non pro Deo: ideò vel est hypocrita, vel pater hypocritæ.

a *Glos. int. s. Isaia.* 32.

b *Hie. s. Ez.* 41.
c *Gr.* 18. *mo.* 32.
d *Gr. s.* 1. *Re.* 9
e *Gr. s.* 1. *Re.* 14.
f *Gr. s.* 1. *Re.* 5
g *Glos. ord. s. Exod.* 38.
h *Glos. ord. s. Exod.* 39.

i *Hil. s. Is.* 16.
k *Hil. s. psal.* 143. 147. *Au. s. ps.* 109. 143.
l *Greg.* 20. *mor.* 27.
m *Hie. s. Is.* 28.
n *Ori* 1. *Pe.* 3.
o *Greg.* 11. *mor.* 67.

p *Isy. s. Le.* 16.

q *Glos. int. s. Eccl.* 43.
r *Hie. s. Za.* 9.
s *Hi. s. Mic.* 1.
t *Hil. & Au. s. psal.* 143.
u *Gr. s. Cã.* 4.
x *Ru. s. Cã.* 4.
y *Ori. s. Can. hom.* 3. *Ori. s.* 30. *mo.* 21. *Hie. s. Iob.* 39.
z *Greg.* 12. *mor.* 22.
aa *Ambr. de Noe.* 18.
bb *Glo. ord. s. Ioan.* 10.
cc *Lyr. s. Ma.* 27.
dd *Ambr. de Noe.* 17.
ee *Glo. ord. s. Gen.* 3.
ff *Hie. s. Abd. Rup. s. Abdi.*
gg *Hie. s. Ez.* 17.
hh *Hie. s. s. Ez.* 31. *Rup.* 1. *Vict. verb. Dei.* 11.
ii *Glos. ord. s. Ecc.* 33.
kk *Hie. s. Ez.* 7.
ll *Rup.* 4. *s. Gen* 23.
mm *Glo. in. s. Ezech.* 8.
nn *Glo. or. s. Apoc.* 6.
oo *Ori. s. Isa. hom.* 2.
pp *Ly. s. Luc.* 24.
qq *Plu. de mi gra. Abr.*
rr *Rica. de S. Vict. de* 12. *patriar.* 50.

Christus. Ecclesia. Sancti. Exempla Sanctorum. Prophetæ. Excellentia boni aut mali prælati. Concupiscentia & peccatum. Fluxus ad peccatum. Prædicatio Euangelij. Eminentia charitatis & intentionis Dans Deus lium. Castigans ad emendationẽ. Dans dona Spiritus sancti. Diuinitus Christi latens in passione. Tolli peccatores. Prædicatio & cõminatio Liberans Christus patres. Missi Apostoli ad prædicandum. Verba prædicatorum. Partus Virginis. Prædicantes apostoli inter persecutiones. Cõpelli intrare ad æterna. Dissipãs simplicitas malitiam. Pascens Christus simplices Magna Christi charitas. Eiicienda prius opera tenebrosa. Excommunicatio. Reductio hæreticorum ad Ecclesiam. Incredulitas Iudæorum. Conatus diaboli ad decipiendum. Libidinosi. Gentiles. Triplex Spiritus sancti gratia. Virtus diuina Lapsus infirmorum. Christus. Via beatis dinis. Pater temerarij. Diabolus superior. Hypocrita.

Digitized by Google

Emori, vide Mori.
Emundare, quare Mundare.
Emungere, Emunctorium.

EMVNGERE, est nares purgare. Et emungere lucernã, est eam purgare vt clariùs luceat. Emunctoria autem sunt instrumenta, quibus emundantur lucernæ.

Diuina verba. Emunctoria aurea, *a* sunt diuina verba tollentia sensus carnales à lege & legales obseruantias, vt sensus spirituales clarius splendeant. *Exod.* 25. *d.* 37. *c.*

Mortalitas. Literalis obseruantia. Emuncta, quæ à lucernis auferuntur, significare possunt *b* mortalitatem ab homine auferendam, & penitus absorbendam in resurrectione: vel literalem obseruantiam à lege separatam. *Exod.* 25. *e.* 37. *c.*

Emungere vehementer. *Prou.* 30. *d.* est *c* scripturæ sacræ verba plusquam decet discutere.

Enac.

ENAC, id est, gigas, aut torques, vel monile, siue ornatus: aut, iuxta Origenem, *d* humilitas inanis, quæ est in peccato: fuit pater gigantum, quos expulerunt Chananæi: huius ciuitatem cepit Caleb, destruendo talem humilitatem: cuius filij Susai, id est, extra me, hoc est, extra Deum: & Achiman, id est, frater meus sine consilio: & Tholmai, id est, præcipitium, & interimuntur à Caleb. Dicuntur in plurali Enacim. *Num.* 13. *d. Deut.* 2. *d. Ios.* 11. *d.* 15. *Iud.* 5. *d.* potest designare sensus falsos Philosophorum de Deo: qui gladio veritatis interimendi sunt.

Deus falsus.

Encænia.

ENCÆNIA dicuntur, quando fit dedicatio cuiuscunque rei: vel festum, quo res qualiscunque innouatur: vt apud Iudæos erat festum ob memoriam instaurati templi post captiuitatem Babylonicam. Et aliud tempore Machabæorum, de quo nunc fit mentio: ideò dicitur, quod hyems erat. *Ioan.* 10. *e.*

Endor.

Carnalis generatio. ENDOR, id est, fons generationis, carnali videlicet: *e* vbi pereunt inimici Ecclesiæ. *Psal.* 82. Ibi inuenitur mulier habens pythonem. 1. *Reg.* 28. *a.* Erat ciuitas in dimidia tribu Manassæ citra Iordanem.

Engaddi.

Mundus. Vitæ præsens. ENGADDI, id est, fons, siue oculus hœdi, vel fœlicitatis: aut, iuxta Origenem, *f* oculus tentationis: fuit oppidum iuxta mare mortuum: ipsum mare finitur. *Ios.* 15. *d.* 1. *Reg.* 24. *a. Can.* 1. *d. Eze.* 47. *b.* potest esse typus *g* huius mundi, aut vitæ, quæ est tentatio super terram. Designat etiam *h* baptismum, in quo dum corpus mergitur, anima abluitur: & per illius fidem, qui pro peccatoribus mortem pertulit, anima humana à peccatis omnibus mundari se credit. *Can.* 1. *d.*

Bapt. ismus.

Ecclesia. Vel designat Ecclesiam, *i* quæ habet oculum tentationis, ad resistendum ipsis tentationibus.

Engallim.

Apostoli. ENGALLIM, siue Eneglaim, id est, fons, vel oculus vitulorum vel curruum, aut rotunditatum: est vicus in principio maris mortui: vbi Iordanis in ipsum mare ingreditur. *Ezec.* 47. *b.* designare potest *k* Apostolos, per quos venit Christus in mare huius seculi: Nam & ipsi vituli sunt, qui offeruntur in altari Dei.

Ennon.

Fõs æternus. ENNON, seu Ennom, id est, ecce illi, siue duritiæ eorũ, aut decipiens vel contristans eos: Nomen viri, à quo dicta est vallis ENNON. *Ios.* 15. *b.* 4. Re. 23. *c. Iere.* 7. 19. *b.* 32. *e.*

Ennon etiam, vel Enon, id est, nubes, vel iubilatio, siue fons, aut oculus eius, vel augurium: est terminus Damasci, & locus iuxta quem baptizabat Ioannes Baptista. *Ezech.* 47. *d. Ioan.* 3. *c.* designare potest *l* fontem æternum.

Enoch.

Dedicatio Christi. ENOCH, id est, dedicatus vel disciplinatus, aut mortigeratus: filius Cain. *Gen.* 4. *c.* Et alius filius Iared, qui translatus est in Paradisum terrestrem, venturus tempore Antichristi: fuit septimus ab Adam: & est typus *m* dedicationis Christi, & corporis eius in sabbato æternæ quietis. *Genes.* 5. *c. Eccles.* 44. 49. *d. Hebr.* 11. *a. Iude. e.*

Terreni. Enoch autem filius Cain, cuius nomine vocata est prima ciuitas in terra: typus est *n* terrenorum, & qui terrenis dedicati sunt. Iniqui enim, se in primordiis dedicant: quia in hac vita, quæ ante est, cordis radicem plantant: vt hic ad votum floreant, & à sequenti patria funditus arescant.

Enos.

Fideles. ENOS, id est, vel vir, siue oblitus, aut desperatus filius Seth, qui cœpit, aut sperauit inuocare nomen Domini *Ge.* 4. *d.* 5. *a. Luc.* 3. *g.* typus est *o* fidelium sperantium in Dominum: in confessionem enim venit omnis homo, qui est filius resurrectionis, quamdiu peregrinatur in terris.

Ensis, quare Gladius.

Epha.

Gentilitas. EPHA, ist est, resolutus, siue effundens, vel lassus, aut volans: filius Madian, filij Abrahæ. *Gen.* 25. *a.* Ab eo Arabia dicta est Epha. *Isa.* 60. *a.* typus est *p* gentilitatis.

Ephi.

Christus. EPHI, seu potius, Epha, est *q* eadem mensura, quæ batus: sed Epha est aridorum, batus verò liquidorum: est autem Epha decima pars cori, tres modios continens. *Exod.* 16. *g. Leu.* 5. *b. c. Nu.* 25. *a.* 28. *a. Rut.* 2. *c. Ezec.* 45. *d.* 46. *d.* Potest Epha designare *r* Christum, qui est mensura nostra, aut carnem eius: quia verò continet tres mensuras, siue modios, *s* Trinitatis mysterium indicat. 1. *Reg.* 17. *d.*

Caro Christi. Trinitas.

Ephod, vide Superhumerale.

Ephabus, Ephabia.

EPHÆBVS dicitur, qui ad annos venit pubertatis: & ephæbia dicitur pubertas, hoc est prima ætas adolescentiæ. Ephæbia etiam. 2. *Mach.* 4. *b.* ditur locus, vbi Ephebi prostituebantur, vt in lupanari.

Ephraim, Ephrateus.

EPHRAIM, est, frugifer, aut crescens, seu fructificatio, filius secundus Ioseph, à quo dicta est tribus Ephraim, quæ principatum habuit in decem tribubus, à tribu Iuda separatis. Inde dictus est Elcana Ephrateus, quia erat de monte Ephraim.

Iudæi. Actiui. Ecclesia. Ephraim interdum significat *t* Iudæos qui fructificabãt, quum legem seruabant. *Gen.* 41. *g.* 48. *b. Psal.* 79. vt etiam *u* actiui designari possunt fructificantes in Ecclesia.

Significat etiam Ecclesiam ex gentibus, quæ cùm esset posterior Manasse, hoc est Iudæis, primatum tamen obtinuit: fuit autem filius Ioseph, vt intelligatur fructificationem Ecclesiæ esse per Christum. Et dicitur fortitudo capitis, *x* quia in ea ostenditur fortitudo Christi. *Ge.* 48. *b. Ps.* 59. 79. *Ie.* 31. *a.* Za. 10. *c.* significat etiã Ephraim prælatos fructificantes. *Psal.* 79. Ephraim etiam est ciuitas deserta, & potest significare eandem Ecclesiam. *Ioan.* 11. *a.* Ephraim, id est fructificatio, dicitur fortitudo capitis Ecclesiæ, quod est Christus: quia post mortẽ Christi facta est fructificatio in resurrectione. Ephraim sunt electi ex gentibus. *Zacharia.* 9. *c.*

Prælati. Electi ex gẽtibus.

Mens. Memoria. Ephraim nonunquam significat *y* ipsam mentem fructificantem bonas cogitationes, & fructus vitæ sublimioris. Vel designat memoriam: Ideo in capite Ephraim fuit posita dextera Iacob. In medio quoque Ephraim fuit Chananeus: *z* quia menti fructificanti non desunt tentationes. *Gen.* 48. *b. Ios.* 16. *d.* 1. *Reg.* 13. *d.* 14. *c.*

Quum venit vox doloris per montem Ephraim in Hierusalem. *Ie.* 4. *d.* designat *aa* diuinam vindictam cum magna vbertate, & grauitate, venire in malos.

Gloriæ cœlestis. Hæretici. Ephraim designat interdum *bb* cælestem gloriam: in qua vera est fructificatio diuinarum laudum, & bonorum omnium plenitudo. *1. Reg.* 1. *a.*

Vt autem separauit se tribus Ephraim à tribu Iuda, significat *cc* hæreticos separantes se ab Ecclesia: qui putant se fructificare. Item Scribas, & Pharisæos, & Iudæos, qui se ab Ecclesia separarunt. *Psal.* 77. *Isa.* 7. *a.* 9. *b.* 17. *a.* 28. *a. Hos.* 4. *d.* 7. *a.* 10. *b. Zac.* 9. *c. Abdi. g.*

a *Glos. ord. s. Exod.* 25.
b *Glos. ord. s. Exod.* 25.
c *Gr.* 21. *mo.* 1.
d *Orl. s. Ios. hom.* 20.
e *Au. s. ps.* 82.
f *Ori. s. Cant. hom.* 2.
g *Hie. s. Eze.* 47.
h *Gr. s. Ca.* 1.
i *Ru. s. Cã.* 1. *Bern. s. Cant. ser.* 44.
k *Hieron. s. Ezech.* 47.
l *Hieron. s. Ezech.* 47.
m *Au.* 15. *Dei.* 19.
n *Au.* 15. *ciu. Dei.* 17. *Gre.* 8. *mo.* 41.
o *Au.* 15. *ci. Dei.* 18. *Bed. s. Gen.* 4.
p *Hie. s. Is.* 60
q *Hie. s. Ezec.* 45.
r *Is. s. Le.* 5. 6.
s *Au. ser.* 197.
t *Glo. ord. s. Psa.* 79.
u *Am. de Ioseph.* 7. *& de bene Patri.* 1.
x *Hi. s. ps.* 59. *Hie. s. Za.* 10. *Cyr. s. Ioa.* 4. *Bed. s. Ge.* 48. *Bern. ser.* 6. *vir. natiuit. Domini. Au. s. ps.* 59.
y *Ori. s. Io. Ho.* 21. *Gre. s.* 1. *Re.* 13.
z *Phi.* 2. *alle.*
aa *Hie. s. Ie.* 4
bb *Gr. s.* 1. *Re.* 1.
cc *Ori. s. Ma. hom.* 26. *Hie. s. Isa.* 7. 27. 28. *& s. Psalm.* 77. *Rup. s. Hos.* 7.

Digitized by Google

Ephrateus,id eſt fructificans, dicitur *a* Chriſtus , quia tanquam lignum , quod plantatum eſt ſecus decurſus, aquarum,dedit fructum in tempore ſuo.1.*Reg.*1.*a*. *Pſal.*1. Diabolus fuit de monte Ephraim , quia de cœlo ſed non Ephrateus,quia non bene fructificauit. *Chriſtus.*

Ephrateus etiam de monte Ephraim, *b* eſt vir bonus,qui reddit fructum in Eccleſia. Mali autem , qui ſunt in Eccleſia,ſunt quidem de monte Ephraim,ſed non Ephrateiideo abſcindentur,vt ficus infrugifera,ad quorum radicem iam ſecuris poſita eſt,vt auferatur ab illis regnũ Dei,& detur genti facienti fructum:& mali malè perdantur.*Matt.*3.*b.*21.*d.Luc.*13.*b.*quæ omnia ad Phariſæos,& Scribas referri poſſunt,qui fuerunt de monte Ephraim, quando erant ſub lege,ſed non fuerunt Ephratei. *Vir bonus.*

Ephrata.

EPHRATA,id eſt,vbertas,ſiue frugifera,vel creſcens,aut incinerata,ciuitas in tribu Iuda, eadẽ quæ Bethlehem cui benè conuenit frugiferæ nomen , quia protulit fructum vitæ Chriſtum qui primò ibi dicitur auditus , quia primam vocem ibi emiſit.*Gen.*35.*c.*48.*d.Pſal.*131.*Mich.*5.*a.*

c *Aug.ſ.pſ.* 131. Iuxta Auguſtinum *c* Ephrata interpretatur ſpeculum,& deſignat prophetas in quibus auditus eſt locus Chriſti figuratus. *Prophetæ.*

d *Hie.ſ.Mic.* 5. Iuxta Hieronymum *d* Ephrata interpretatur furor , & deſignat furorem Herodis , qui inſaniuit in cæde innocentium. *Furor Herodis.*

e *Geor. Ven. Can.2.tom.* 7.*cap.*6. In Ephrata,quæ eſt inter Hieruſalem,& Bethlehem,hoc eſt,in abundantia,& diuitiis cœleſtibus ſepelitur Rachel,nam *e* qui moritur mundo, & animali homini,ſepelitur in diuitiis abundantiſſimis,quæ collocatæ ſunt inter viſionem ſupernæ pacis,& panem vitæ. *Diuitiæ cœleſtes.*

Ephron.

EPHRON,id eſt,puluis,ſiue hinnulus , vel plumbeus , filius Seor,à quo emit Abraham agrum ad ſepeliendum Satan, deſignat *f* eos qui terrenis affectibus ſunt ſubiecti. *Gen.*23.*b.*

f *Phil.de cõf. ling.* *Subiecti terrenis affectibus.*

Epinicium.

Epinicia erant cantica victoriæ,vt ipſo Græco nomine indicatur.2.*Mach.*8.*g.*

Epiſcopus.

EPISCOPVS vocabulum Græcum,quaſi ſuperintendens,quia aliis regendis debet intendere,vt locum,ita & typum Chriſti gerit.*Nee.*11.*c.*1.*Tim.*3.*a.Titum.*1.*d.Act.*20.*f.*1.*Pet.*2.*d.*

g *Aug.ſ.pſa.* 108. Epiſcopatus autem eſt ipſa cura, aut ſtatus. 1. *Tim.* 3. *a.* Et epiſcopatum Iudæ accepit alter , quando *g* in eius locum ſubrogatus eſt Matthias, & cùm gentilis populus accepit dignitatem populi Iudæorum.*Pſ.*108.*Actorum.*1.*d.* *Dignitas Iudæ & Iudæorum.*

Epiſtilium,vide Capitellum.

Epiſtola.

h *Gr.*3.*mor.* 21. EPISTOLA,eſt ſcriptura,quæ mittitur ad abſentes,aliquid nunciandi gratia.

Epiſtola,quam ſcripſit Dauid ad *Ioab*,vt moreretur Vrias.2.*Re.*11.*c.*deſignat *h* legem,quæ Chriſti diuinitatem loquitur , quam idem populus Iudaicus portat,qua conuincente moritur,dum enim mandata legis implere renititur,ipſe defert iudicium,vnde damnetur. *Lex.*

i *Gloſ.ord. ſ.* 4.*Reg.*5. Epiſtola quam miſit rex Syriæ ad regem Iſraël,per Naaman. 4.*Reg.* 5.*a.* confeſſionem *i* gentium venientium ad fidem deſignat. *Confeſſio gẽtium.*

k *Ly.ſ.*2.*par.* 30. Epiſtolæ,quas miſit rex Ezechias ad Ephraim,& Manaſſen,vt venirent ab celebrandum Phaſe in Hieruſalem 2.*Par.*30.*a.*prædicationem *k* Euangelij ad gentes factam deſignare poſſunt. *Prædicatio ad gentes.*

l *Glo.inter.ſ. Eſter.*8. Epiſtolæ nouæ , quas ſcripſit Aſſuerus, reuocantes veteres.*Eſter.*8.*b.* legem *l* nouam indicant reuocantem veteris literalem obſeruationem. *Lex noua.*

Epiſtolæ dicuntur, quæ ſunt in corde per charitatem , vt Paulus dicebat , Corinthios eſſe ſuam epiſtolam.2. *Cor.*3.*a.*

m *Hie.epiſ. paruæ ſpecie,* Epiſtolæ plenæ blaſphemiæ in Deum , quas ſcripſit Sennacherib.2. *Paral.* 32.*d.*deſignant *m* ſcripturas hæreticorum. *Scripturæ hæreticorum.*

Epulari,Epulæ,vide Conuiuium.

Equus,Eques,Equitatus.

n *Ari.*6. *Hi. ani.*22. EQVVS *n* eſt animal notum, aptum ab bellum,& ad curſum , eſt equus pronus ad libidinem , viſisque fœminis,mox hinnitum emittit.In allegoriis frequentius ſumitur in malum,quàm in bonum. *Caro Chriſti.*

o *Am.de bene Patriar.*7. *& de Nabu.* 5.*Hier.Hab.* 3.*Zach.*1. Equus velox & leuis,in bonum,ſignificare poteſt *o* carnem,aut corpus Chriſti. *Gen.* 49.*c.* Et equus albus erit caro eius,vel anima,vel etiam vtrunque.*Apoc.*6.*a.*19.*d.* Equus etiam rufus ; eſt caro Chriſti ſanguine rubricata. *Hab.*3.*b.Zach.*1.*b.*vel equus albus & ſedens ſuper eum , eſt Chriſtus Deus & homo,qui albus eſt propter ſingularem mundiciam. *Anima Chriſti. Chriſtus.*

p *Ori.ſ.Can. hom.*2. Equus non impingens in deſerto,eſt anima bene ſe exercens in corpore.*Iſa.*63.*c.*Equitatus quoque ſponſi,dici poſſunt *p* animæ beatæ.*Can.*1.*c.* *Anima. Apoſtoli.*

q *Hie.ſ.Zac.* 1.6.14. *Aug.*18.*ciu. Dei.* 32. *Gr.*31.*m.*12. 17.18.19. Equi rufi , *q* Apoſtolos & Martyres ſignificare poſſunt,ſanguine rubricatos.*Zach.*1. *b.*6. *a.* Apoſtoli etiam & prædicatores ſunt equi,quibus præbet Deus fortitudinem,& hinnitum.*Iob.*39.*c.Zach.*14.*d.* Et equi nigri ſunt Apoſtoli & doctores,obſcura Chriſti myſteria cognoſcentes.*Zach.*6.*a.*Equus gloriæ Dei,eſt Iudas Machabæus , & eius ſucceſſores,& poſtmodum Apoſtoli,& prædicatores.*Zach.*10. *b.* Et equi varij ſunt doctores & prædicatores, qui operibus,& variis doctrinis,& varietate ſignorum ornati,modo huc, modo illuc ſcribendo , & docendo tanquam equi diſcurrunt.*Zachar.*1.*b.*6.*a.*His equis fecit Deus viam in mari.*Hab.* 3. *c.* Equus albus referri poteſt ad prædicationem Apoſtolorum,ſicut rufus ad Martyres.*Apoc.*6.*b.* *Martyres. Prædicatores.*

r *Aretas.ſ. Apoc.* 6. ſ *Ori.ſ.Cant. h.*2.*& ſ.Ma. hom.*26.*Am. ſ.pſ.*118. *ſerm.*4.*& de Iſaac.* 8. Equus albus,ſignificare poteſt Eccleſiam,cui inſidet Chriſtus. Equi etiam albi dicũtur virgines *ſ* niueæ virginitatis candore decoratæ , & præterea corpora glorioſa. Item ſancti , & corpora mundata in baptiſmo , vt ſeruiant animæ.*Gen.*49.*c.Exod.*9.*a.*4.*Reg.*6.*c.Hab.*3.*b.Zach.*1.*b.*6.*a.Apoc.*6.*a.*Equi etiam Salomonis dici poſſunt fideles Chriſti. 3. *Reg.* 4.*c.* 10.*d.* 2. *Par.*1. *d.* 9.*f.* 1. *Eſd.* 2. *d. Iob.* 39. *c. Ier.* 31. *g. Apoc.* 19. *d.* Equitatus etiam ſponſi ſunt *t* viriliter pugnantes aduerſus dæmones , quaſi aduerſus currus Pharaonis.*Cant.*1.*b.* Vel ſunt angeli, *u* vel virtutes animæ. *Eccleſia. Virgines. Corpora glorioſa. Corpora mundata baptiſmo. Sancti. Angeli. Virtutes animæ.*

Equi nigri,deſignare poſſunt *x* pœnitentes & monachos , qui egrediuntur contra aquilonem : quia pugnant contra vitia.*Zach.*6.*a.* *Pœnitentes.*

t *Gre.ſ.Ca.*1. u *Bern.ſ.Ca. ſerm.* 39. Cæterum.*Ioh.*39.*c.*vt dicitur de ſtruthione,deridet equum & aſcenſorem eius.Gregorius legit *y* deridet equitem & aſcenſorem eius.Et ſumit pro Chriſto,vt idem Chriſtus ſit eques & aſcenſor. *Chriſtus.*

x *Ru.ſ.Za.*6. y *Greg.*31.*m.* 12.17.18.19. Equi etiam ipſi *x* angeli dicuntur,propter obedientiam,qua diuinis obtemperant iuſſis. Qui , ſiquidem albi ſint,candorem,ac diuinæ propinquitatem lucis,quàm maximè ſignant,ſin verò pulli, occulta diuinitatis inſinuãt ſi autem rubei , vigorem ignis,& ſtrenuam efficaciam indicant,quod ſi ex albo nigroque permiſti,vis illa ſignatur,qua traducente nectuntur extrema,& prima ſecundis, ac ſecunda primis , conuerſionis ac prudentiæ ratione iunguntur. *Zach.*1.*b.*6.*a.* deſignant etiam equi præſidium angelorum. 4.*Reg.*6.*d.Iſa.*66.*f.Habac.*3.*b.* Et aſcendunt equos,qui proteguntur ab angelis.*Ier.*18.*d.* *Angeli. Præſidium angelorum.*

z *Dion. cale. Hie.*15. *Hie.ſ.Iſa.*66 *& ſ.Ier.*17. Equus , qui paratur in diem belli. *Prouerb.* 21. *d.* eſt recta *aa* intentio,qua animus contra tentationem ſe præparat. *Recta intentio.*

aa *Gr.*31.*m.* 18. Equi quinque , remanſerant in Samaria tempore famis , liberos Moſis deſignare poſſunt.4.*Regum.*7.*c.* *Libri Moſis.*

bb *Gr.*31.*m.* 18. Equus aliquando ſignificat *bb* dignitatem temporalem. *Eccle.*10.*b.*Vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes,quaſi ſeruos ſuper terram. Sic ſumi poteſt. *Pſal.*75. 146. Idem deſignare poteſt equus Aſſueri , quem inſedit Mardochæus.*Eſter.*6.*c.*Equites etiam deſignare poſſunt fauorem temporalem. 1 *Eſdr.* 8.*d.* Equus etiam fallax ad ſalutem.*Pſalm.*2.deſignare *cc* poteſt honores & potentiam mundanam cum ſuperbia.*Zacha.*9 *c.* *Dignitas temporalis. Superbia.*

*Aug.ſ.pſ.*32. 75.146. cc *Ru.ſ. Za.* 9.*Gre.*31.*m.* 18. Equus interdum dicitur præſens ſeculum.Et coluber mordebit vngulas equi.*Gen.*49.*c.* quia Antichriſtus apprehendere nitetur extrema mundi feriendo. *Præſens ſeculum.*

Digitized by Google

Gentilis populus. Equus indomitus designare potest *a* gentilem populum, qui lege Dei non frænabatur. *Psal.* 31.

Corpus humanum. Equus fallax ad salutem, designare potest *b* corpus humanum. *Psal.* 32.

Virga Aaron. Mala cogitationes. Equitatus Dei in curribus Pharaonis, *c* est virga, qua percussum est mare, & submersi sunt currus Pharaonis, cui comparatur virgo Maria, quæ vicit diabolum, & floruit sine humore. *Can.* 1. *c.*

Equi ad cursum celeres, & ad impetum fortes, dici possunt *d* malæ cogitationes, quæ ad cor velociter veniunt, & acriter pungunt. Equites contra nos in prælium veniunt, quando maligni spiritus malas nobis cogitationes, & celeriter excitant, & nos per eas fortiter impugnant. Et duo veniunt contra vnum, quum per insidias nituntur tollere charitatem. 1. *Reg.* 13. *a.*

Superbia. Felicitas mundana. Equis non vtebatur populus Israel neque Sancti: sed Pharao, & Sennacherib, & alij principes mundani: vnde possūt designare *e* superbiā. *Deu.* 17. *d.* Et equi fortitudo, est fortitudo terrena, quæ nō potest saluare. *Psa.* 19. 32. 75. 146. Vnde equi malorum dicuntur caro, quia tota fortitudo eorum, est fragilis *Isa.* 31. *b.* Equus etiam est ipsa fœlicitas, aut prosperitas mundi, per quam mali impetu quodam in omne malum feruntur. Hos equos abstulit Iosias. 4. *Reg.* 23. *c. Hose.* 14. *b. Ezech.* 27. *c.* 39. *e. Agge.* 2. *b. Apoc.* 9. *d.*

Sēsus corporis Concupiscentia. Quatuor affectus. Equi etiam dici possunt *f* sensus corporis & concupiscentiæ, quas ascendunt dæmones, quum eas incitant. Et equus mas dici potest *g* furor, aut vis irascibilis: fœmina verò concupiscentia, seu vis concupiscibilis. Et quatuor equi, sunt quatuor animi perturbationes: nempe cupiditas & timor, voluptas & dolor. *Gen.* 49. *e. Exod.* 15. *a.* 3. *Reg.* 18. *a.* 4. *Reg.* 14. *e.* 2. *Par.* 25. *g. Eccli.* 30. *b.* 33. *a. Ierem.* 6. *f. Amos.* 4. *c. Mich.* 5. *d. Nahum.* 3. *a. Zachar.* 10. *b.*

Amatores mulierum. Doctores hæreticorum. Mali. Persecutores fidelium. Equi libidinosi dicuntur *h* amatores mulierum: & ipsa lubrica prauorum vita. Hi sunt quemcumque sessorem admittentes, *Ier.* 5. *c. Psal.* 31. *Prou.* 26. *a. Ezech.* 23. *c. Mic.* 5. *c. Zac.* 9. *c.* 14. *c. Apoc.* 18. *d*

Equi præterea dicuntur *i* doctores hæreticorum, quibus insidet diabolus, & generaliter mali, & grauiores hostes fidelium. *Gen.* 47. *d. Exod.* 15. *a. Iosu.* 11. *b. Iudi.* 5. *c.* 4. *Reg.* 7. *b.* 18. *e.* 23. *c.* 1. *Par.* 18. *a. Iudith.* 9. *d.* 16. *a. Psa.* 19. 31. 32. *Isa.* 30. *d.* 31. *a.* 43. *a. Iob.* 39. *c. Ierem.* 4. *d.* 5. *c.* 6. *f.* 12. *b.* 46. *a.* 51. *c. Ezech.* 17. *d.* 23. *b.* 26. *b.* 38. *a.* 39. *e. Apoc.* 19. *d. Ioel.* 2. *a. Amos.* 2. *d. Hab.* 1. *b. Agg.* 2. *d. Zach.* 9. *b.* 12. *b.* 14. *c.* Et equus pallidus designat malos & hæreticos, qui persecutiones excitare non desinunt aduersus bonos: vnde sessor eius diabolus dicitur mors. *Apoc.* 6. *b.* 9. *c.* 14. *d.* Et equus rufus est populus prauus & sanguinolentus. *Apoc.* 6. *b.* Equus etiam niger est populus siniſter diabolo consentiens, & falsi fratres ex Iudæis. *Apo.* 6. *c.* Equo etiam, qui impetu fertur ad prælium comparantur ij, qui impetu feruntur in vitia, non curantes monitorem Deum. *Ier.* 8. *c.* Comparantur etiam equino pullo. *Eccli.* 23. *d.*

Dæmones. Dæmones *k* etiam in eisdem ferè locis equi dici possunt, qui veloces sunt ad nocendum hominibus. *Ier.* 8. *g. Amos.* 6. *d. Nahum.* 3. *a.* Hi sunt equestris exercitus, quem vidit Ioannes. *Apoc.* 9. *c.* 14. *c.*

Regna varia. Equi in quadrigis, quas vidit Zacharias, sic distribui possunt, *l* vt equi rufi quadrigæ primæ sint Babylonij cruenti, & sanguinarij, equi nigri, regnum Medorum, atque Persarum, quod bigæ sedens & egrediens, per Assueri regis edictum, mortem omnium Iudæorum tristi nuntio præferebat. In quadriga tertia equi albi, Macedones: sub quorum rege Antiocho, Machabæorum victoriam legimus. In quadriga quarta, equi varij fortes. Scimus enim Romanorum Reges alios in gentem Iudæam fuisse clementes, vt C. Cæsarem, Augustum, & Claudium, alios persequutores, atque terribiles, vt C. Caligulam, Neronem, Vespasianum, & Hadrianum, *Zach.* 6. *a.*

Bella, fames pestis. Equi tres, videlicet rufus, niger, & pallidus. *Apoc.* 6. *b.* designant *m* bella, famem, & pestem, quæ grauiora erunt in fine mundi.

Apostoli, & Sancti. Equites in comitatu Ioseph, sunt Apostoli cum Christo, & alij Sācti. *Ge.* 50. *b.* Eques autem dicitur, *n* qui arte regit equum: Ascensor verò equi, qui non arte ipsum regit, sed potius ab ipso regitur: vnde eques dici potest intellectus prudens: ascensor equi intellectus imprudens. Equites etiam sunt, qui in virtute spiritus carnis suæ voluptatis fluxa restringunt, & cunctis illecebrosis motibus, magna potestate dominantur. Ex his constat equitatus sponsi. 1. *Reg.* 8. *c.* 3. *Reg.* 10. *d.* 2. *Par.* 1. *d. Can.* 2. *c. Hab.* 1. *b.* 3. *b.*

Intellectus prudens.

Dæmones. Superbi. Hæretici. Tyranni. Equites dicuntur *o* dæmones, & equitatus est multitudo dæmonum, & superborum. Et præterea equites sunt hæretici insidentes simplicibus, quos decipiunt. Item qui feroces cordis sui motus contra impotentes dirigunt, & ad omne, quod per tyrannidem exercere volunt sunt veloces. *Exod.* 14. *b.* 15. *c.* 1. *Reg.* 8. *c.* 13. *a.* 2. *Reg.* 1. *b. Iudith.* 2. *b. Isa.* 22. *b.* 31. *a. Iere.* 4. *g.* 46. *a.* 51. *c. Ezech.* 23. *a.* 26. *b.* 38. *a.* 39. *e. Dan.* 11. *g. Ioel.* 2. *a. Nahum.* 3. *a. Hab.* 1. *c. Apoc.* 9. *c.* Flagellum equi, *p* est castigatio in superbum vt humilietur. *Prou.* 26. *a.*

Christus & Diabolus. Equites duo. *Isa.* 21. *b.* sunt *q* Christus, & diabolus, qui prodierunt ad singulare certamen, Christus tamen victor euasit.

Equites suos dixit rex Iosaphat, esse equites Achab. 3. *Reg.* 22. *a.* de qua re est reprehensus: quia *r* boni non debent inire societatem cum ipsis.

Eregione, vide Aduersarius. Eremus, quare desertum.
Ergastulum, vide Carcer.
Erigere.

ERIGERE, est id, quod iacebat, rectum statuere, aut quouis alio modo aliquid in rectum & altum, & quasi supra terram eleuare.

Incomprehēsibilitas Dei. Liberās Deus à peccatis. Eleuans ad diuina. Liberans. Deus Iudæos & gentiles. Incarnatio Christi. Imitatio cœlestium. Resurrectio Christi. Roboratio mentis. Instituere doctores. Erectio Ecclesia. Superbia. Erigitur Deus in sublime. *Iob.* 40. *a.* quum *s* nostris mentibus in natura sua impenetrabilis esse demonstratur.

Erigit DEUS elisos, *t* quum liberat à peccatis, vt rectè incedere valeant per viam mandatorum Dei, qui & erecti ambulare dicuntur. *Leuit.* 26. *b. Nee.* 9. *a. Psal.* 19. 112. 144. 145. *Isa.* 22. *b. Luc.* 13. *c.* Et erigit orbem in sapientia. *Ier.* 10. *b.* quum animam, quæ per stultitiam ceciderat, per sapientiā erigit. Et dicitur de toto orbe, quia omnes per peccatum cecidimus, & erigimur per Christum. *Iudith.* 13. *a. Iob.* 5. *b. Eccli.* 11. *b. Luc.* 1. *g.* Erigit etiam pauperem de stercore. 1. *Reg.* 2.

Erigit Deus aures, *u* vt attentè audiamus diuina, quas nisi ipse erigat, nos erigere non valemus. *Isa.* 50. *b.* Vel dicitur de Christo, quia à seipso non loquitur.

Erigens Nehemias muros, & domos Hierusalem, & ruinas antiquas, designat *x* Christum liberantem Iudæos & Gentiles à peccatis, *Eccli.* 49. *d. Isa.* 61. *b.* 2. *Mach.* 3. *f.*

Erectio tabernaculi, *y* incarnationem Christi designare potest. *Exod.* 40. *a.* Idem potest significare erectio altaris. *Gen.* 33. *d.*

Erigere etiam tabernaculū, iuxta exemplar in monte monstratum, est *z* componere vitam ad imitationem cœlestium. Et erigere tabulas tabernaculi, est eleuare mentes ad cœlestia. *Exod.* 26. *c.* 40. *a. Num.* 2. *c.* 7. *a.* 9. *d. Actor.* 15. *d.* Et erigit struthio alas in altum, *aa* quum Ecclesia per fidem & spem, ad cœlestia eleuatur. *Iob.* 39. *b*

Erectio lapidis facta à Iacob in titulum. *Ge.* 28. 31. *g.* typus est *bb* resurrectionis Christi in gentibus prædicandæ. Est etiam roboratio mentis, ad bona exercenda, tentationesue sustinendas. Erigens se Christus, cum scriberet in terra. *Ioan.* 8. *a.* suam exaltationem post humiliationem significauit.

Erigere lapides ad scribendam legem. *Deut.* 27. *a.* est *cc* suscitare doctores ad instruendum populum.

Erigens Iacob titulum lapideum. *Gen.* 35. *c.* futuram *dd* Ecclesiæ sublimitatem designauit.

Erigit struthio alas in altum, quum *ee* quis per effrænatam superbiam cogitationes aperit. *Ioan.* 39. *b.* Erigi enim, est per superbiam eleuari, vt Core. *Nu.* 16. *b. Iudi.* 9. *d.* 2. *Par.* 25. *d. e. Iob.* 11. *c.* 19. *a.* 22. *c.* 36. *a.* 19. *c. Iere.* 48. *d.* 50. *e. Thren.* 1. *c.* 2. *Mach.* 15. *b.* Et eriguntur argento, *ff* qui superbiunt de diuitiis, honoribus, & cæteris vanitatibus. *Soph.* 1. *c.* Erectum etiam collum, designat audaciam superbiæ. Et erigere titulos, est insignem memoriā in re vana de se relinquere. *Leu.* 26. *a.* Et erigens Saul fornicem triumphalem in carmelo. 1. *Reg.* 15. *c.* est prædicator qui de sua prædicatione, apud simplices & rudes gloriam quærit: quum tamen ipse malè viuat. Ad hæc referri potest erectio altarium, seu ararum Baal: qui enim superbiunt, *gg* aram Baal, hoc est diabolo, in se erigunt. 4. *Reg.* 21. *a. Leu.* 26. *a. Dan.* 3. *a.*

Imitare perfectionem Christi. Erigi quasi leonem, est *hh* imitari perfectionem Christi. *Numer.* 23. *d.* Et eriguntur aduersus Philisthim, hoc est, contra dæmones, qui resipiscunt à peccatis, in quibus prius dæmonibus seruiebant. 1. *Reg.* 13. *a.* Et erigens angelus Danielem super genua. *Dan.* 10. *b.* designat aliquem profectum in operando, sed non plenum, nec ex omni parte *Heb.* 12. *b.*

Erigit

a *Hi. s. ps.* 31.
b *Hie. s. ps.* 32.
c *Ru. s. Ca.* 1.
d *Gr. s.* 1. *Re.* 13.
e *Ba. s. ps.* 32. *Ar. s. ps.* 146. *Hie. s. Isa.* 31. & *s. Amo.* 6. & *s. Zach.* 9. *Aug. s. ps.* 33. *Ru. s. s. Apo.*
f *Hie.* 2. *adu. Iouinian. Cle. Alex.* 2. *pada.* 9. & 5. *stroma.*
g *Philo. de agricultu. Hie. s. Mic.* 5. & *s. Nah.* 3. & *s. Zac.* 10.
h *Bas. Exae. hom.* 10. *Gre.* 31. *m.* 18 & *s. Psal.* 31. *Hier. s. Mi.* 5. & *s. Amos.* 6.
i *Ori. s. Mat. ho.* 14. 26. & *s. Exod. ho.* 6. & *s. Ca. h.* 2. *Hie. s. Is.* 30. 31. & *s. Ier.* 12. & *s. Ha.* 1. & *s. Za.* 14 *Aug. s. Apoc. hom.* 5. 6. *Be. s. Ex.* 15.
k *Ori. s. Iosu. hom.* 15. *Hie. s. Amos.* 6. & *s. Na.* 3. *Ru.* 9. *s. Apo.*
l *Hie. s. Za.* 6.
m *Au. s. Ap. hom.* 5.
n *Philo. de agricultu. Gr. s.* 1. *Re.* 8.
o *Or. s. Io. li.* 1 *Hie. s. Isa.* 22. *Gr. s.* 1. *Re.* 8.
p *Bed. s. Exo.* 15. & *s. Pro.* 26.
q *Hie. s. Is.* 21
r *Lyr. s.* 3. *Re* 22.
s *Gr.* 32. *m.* 5
t *Ori. s. Ier. h.* 5, *Aug. s. ps.* 112. 145. *Gre.* 6. *mor.* 8.
u *Ly. s. Is.* 50.
x *Hie. s. Is.* 61
y *Cyr.* 4. *sup. Ioan.* 28.
z *Phil. de so.*
aa *Hie. s. Iob.* 39.
bb *Bed. s. Ge.* 28.
cc *Glo. in. su. Deut.* 27.
dd *Glos. in. s. Gen.* 35.
ee *Gre.* 31. *m.* 11. & 12. *mor.* 21.
ff *Hie. s. Sop.* 1
gg *Isy. s. Leu.* 26.
hh *Orig. s. Nu. hom.* 16. *Gre.* 22. *mo.* 21.

Digitized by Google

Erigit prædicator castra contra Hierusalem. *Ezech.* 4. *a.* quando *a* rectæ intentioni audientium hostis callidi circumuentiones, quasi incomprehensibiles insidias prædicit.

Non erat, qui erigeret vltra pelles Hierusalem, *Iere.* 10. *d.* quando non erat, *b* qui eam reædificaret.

Erectis pedibus stantes Cherubim. 2. *Par.* 3. *c.* ostendunt *c* desiderium, vt nos ab huius peregrinationis ærumna erectos ad suum ducant cosortium.

Erigere oculos ad Deum, est *d* implorantis eius auxilium. *Tob.* 3. *c.* Est autem mentem eleuare.

Erigi lignum iubebat Darius, vt in eo configeretur is, qui impediret ædificationem templi. 1. *Esdr.* 6. *b.* vbi *e* designatur pœna, quæ infligitur impedientibus ædificationem Ecclesiæ.

Erigit oculos ad opes, quas non potest habere, *f* qui scrutatur arcana, quæ penetrare non potest, *Prou.* 23. *a.*

Eripere, vide Liberare.

Errare, Error.

ERRARE est iudicare, vel approbare verum esse, quod falsum est, vel è diuerso. Et interdum est vagari, & discurrere.

Errans Ioseph in agro quærens fratres suos. *Gen.* 37. *c.* designat *g* Christum discurrentem per Iudæam, & quærentem, qui se agnoscerent. Nam & errantes quærebat. Designat etiam eos, *h* qui sequuntur sensibilia, & contentionibus vacant verborum.

Errauerunt in deserto Domini gentium, *i* quum Apostoli, & doctores Ecclesiæ nullum reliquerunt hæreticum non confusum, qui veritati rectè posset obsistere. *Isa.* 16. *Heb.* 11. *g.*

Non errant stulti, qui ambulant per Christum, hoc est, *k* qui stulti reputantur à mundanis ambulantes per eum, qui est via, veritas, & vita. *Isa.* 35. *c.*

Errans Agar in solitudine. *Ge.* 21. *b.* designat *l* Iudæos dispersos per orbem: vel ignorantiam legis habentes: & à Christo deficientes. *Psal.* 106. Et errauerunt ab vtero. *Psal.* 57. quia defecerunt ab Abraham, *m* & à bona voluntate, facti increduli & peruersi. Et fecit Deus errare principes quasi ebrios, *n* quum permisit sacerdotes & pharisæos ex praua affectione, circa Christum errare. *Iob.* 12. *d. Tren.* 4. *c.* Errantes etiam spiritu, sunt errantes in fide, vt Iudæi, gentiles & hæretici. *Isa.* 29. *g.* 30. *c.* 45. *c.* Errant autem in inuio, qui idola colunt, aut hæreses sequuntur. *Psal.* 94. 16. Et idololatria est verus error. *Isa.* 26. *a.* Et omnes isti dicuntur errare, sicut ebrij, *o* quia rectam rationem non sequuntur. *Isa.* 19. *c.* 28. *a.* 47. *d.* sic faciunt errare pseudoprophetæ populum. *Deut.* 4. *c.* 13. *d.* 27. *c.* 30. *d. Iob.* 15. *d. Sapien.* 2. *d.* 5. *a.* 13. *b.* 14. *c. Eccli.* 15. *c.* 17. *d.* 34. *a. Iosu.* 23. *c. Thren.* 4. *c. Baruch.* 4. *f. Ezech.* 14. *c.* 34. *b.* 44. *c. Matth.* 22. *c. Marc.* 12. *b.* 1. *Timoth.* 1. *b.* 6. *b. Titum.* 3. *a. Hebr.* 5. *a. Iacob.* 5. *d.* 2. *Petr.* 2. *c. Dan.* 14. *d.* Hi dicuntur errantia sidera. *Iud. d.*

ERROR in ceremoniis, est neglectus diuini cultus. *Leu.* 5. *d.* Et errans sicut ouis perdita, est *p* peccans. *Psal.* 118. Dicit autem Dauid de præterito se errasse, & non de præsenti: quia non perseuerauit in peccato, sed pœnitentiam egit. Errans bos, aut asinus, aut ouis, est simplex peccans. *Exod.* 23. *a. Deu.* 22. *a. Prou.* 10. *c.* 13. *a.* 14. *c.* 21. *c. Eccle.* 1. *d.* 2. *a.* 7. *d.* 10. *b. Sap.* 1. *c.* 17. *a. Eccli.* 11. *b. Isa.* 53. *b.* 63. *g. Thren.* 4. *c. Ezech.* 34. *d. Matth.* 18. *b. Ephes.* 4. *c. e.*

Dicens Elihu ad Iob: Si erraui tu doce me, *Iob.* 34. *d.* est *q* vox propriè arrogantium: vt tunc de errore acquirere studeant, quãdo se nouerint non errasse, qui rursum requirere, vel argui de errore despiciunt, si quando se errasse veraciter prægnoscunt.

Erubescere, vide Confundere.

Eruca.

ERVCA, *r* vermis genus est, toto corpore repens: quæ noxia solet esse segetibus, & aliis plantis. Non auolat, vt locusta, nec huc illucque discurrens semesa demittit, sed permanet & instat perituris frugibus, & tardo lapsu, pigrisque morsibus vniuersa consumit. Videtur significare extremam pœnarum omnium. *Amos.* 4. *c.*

Eruca deuorans segetes, significat *s* reges Assyriorum, & Babylonios qui deuorarunt, & destruxerunt Iudæam. *Ioel.* 1. *a.* 2. *f.* Significat etiam inter affectus animi *t* tristitiam, quæ mentem consumit & desiccat ossa.

Potest etiam eruca significare *u* libidinem, quæ cor quod tenuit, ita polluit, vt in superioris munditiæ surgere amorem non possit. *Ioel.* 2. *f. Amos.* 4. *c.*

Eructare.

ERVCTARE, est ructum extra mittere, vel ructando aliquid emittere: solet fieri ex abundantia cibi.

Eructauit cor Dei verbum bonum. *Psal.* 44. quum *x* Deus pater de substantia sua produxit filium: eructat etiam dies diei verbum, quum pater generat filium. *Psal.* 18.

Eructat etiam cor verbum bonum, quum *y* ex abundantia boni cordis, bonum ore profertur. *Psalm.* 44. Et eructat dies diei verbum, quum quis ex intimo cordis thesauro profert prædicationem fidei Christi. *Psal.* 18. *Matth.* 12. *Luc.* 6. *g.* Eructauit etiam Christus abscondita, quum manifestauit nobis cœlestia ex immenso amore. *Matth.* 13. *e.*

Eructare hymnum, est *z* diuino instinctu Deum laudare. Sic dicitur: Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Cum enim quis plenus est cibo diuino, tunc eius os impletur laude. *Psal.* 118. 144.

Eructantia promptuaria mundanorum, ex hoc in illud. *Ps.* 143. sunt *aa* verba hæreticorum, quæ habent præparata aduersus fideles, Philosophorum autoritatibus munita, sic vt si illos in vno tenueris testimonio, ad aliud confugiant, & modo ad sacram scripturam, modo ad Aristotelem, aut Platonem recurrunt.

Eructans fluuius Ægypti multitudinem ranarum. *Sap.* 19. *c.* designat sapientiam mundanam facientem loquaces.

Erudire, quare Docere.

Eruere, vide Euellere, & Liberare.

Erugo, quare Aurugo.

Erumpere, Prorumpere.

ERVMPERE dicitur illud, quod extra prodit, quasi rumpendo superficiem eius, in quo latebat. Vnde interdum est emanare. *Deut.* 8. *g.* Erumpunt fluuiorum abyssi. Exire. *Num.* 18. *c.* Quicquid primum erumpit è vulua. Exultare. *Gal.* 4. *d.* Erumpe, & clama, quæ non parturis. Pullulare. *Num.* 17. *g.* Turgentibus gemmis eruperant flores.

Erumpit lumen quasi manè. *Isa.* 58. *b.* quum sal iustitiæ, *bb* dissoluens tenebras peccatorum nostrorum, & errorum, lumine scientiæ, & veritatis mentes nostras illustrat.

Erumpens spiritus procellæ, *cc* est ira Dei, aut virtus Spiritus sancti, dissipans ædificia errorum hæreticorum. *Ezech.* 13. *b. Ierem.* 23. *d.*

Erupta crassitudo terræ super terram, dici potest *dd* fructus de passione Martyrum prodiens. *Psal.* 140.

Non erumpunt pariter aquæ de nubibus. *Iob.* 26. *a.* quia *ee* Apostoli, & & Prædicatores paulatim infundunt infirmorum mentibus doctrinam, prius facilia proponentes, ne mentes eorum obruantur. *Prou.* 8. *c. Ierem.* 18. *b.*

Eruperunt abyssi per sapientiam Dei. *Prou.* 3. *c.* quum *ff* mysteria per Christum aperta sunt.

Erumpentes flores ex virga Aaron. *Num.* 17. *c.* natiuitatem Christi ex Virgine designarunt.

Erumpentes lachrymæ Ioseph. *Gen.* 43. *g.* lachrymas *gg* Christi pro nobis fusas designarunt.

Erumpens in germen id, quod abcissum est de cedro, *hh* designat Gentiles in fide fructificantes. *Ez.* 17. *g. Hos.* 14. *c. Ioel.* 3. *c. Gal.* 4. *d.*

ERVMPENTES papulæ in cicatrice, sunt vitia extra prodeũtia. *Leu.* 14. *f.* Idem designat crassitudo, terra *ii* erupta super terram. *Psal.* 140.

Erumpit in regulum ouum aspidis, quod confotum est. *Isa.* 59. *a.* quum *kk* ex mentibus hæreticorum & pharisæorum prodeunt verba erronea, & blasphema. Designatur etiam spes Iudæorum de Messia quæ deueniet ad suscipiendum Antichristum. Designatur etiam, quum quis fouendo in se praua consilia, fit membrum Antichristi.

Erumpentes hostes ex ciuitate, sunt multitudo tentantium aduersus bonos. *Iosu.* 8, *Iudi.* 20. *d.* Et erumpens

mare,

a *Gr.* 26. *mo.* 5.
b *Hi. s. Ier.* 10.
c *Gl. int. s.* 2. *Par.* 3.
d *Glo. int. s. Tob.* 3.
e *Ly. s.* 1. *Esd.* 6
f *Bed. s. Prou.* 23.

Detegere insidias diaboli. Desiderantes angeli salutẽ nostram. Implorare auxilium Dei. Persequutorũ Ecclesia pœna. Scrutator mysteriorum. Christus. Sensibilia sequentes.

g *Am. de Ioseph.* 3. *Aug. ser.* 81. *Bed. s. Gen.* 37.
h *Philo. quod dete. poti. insi.*
i *Hie. s. Isa.* 6.
k *Hie. s. Isa.* 35.
l *Orig. s. Gen. hom.* 6. *Bed. s. Gen.* 21.
m *Ar. s. ps.* 57 106. *Am. epis.* 14.
n *Gre.* 11. *m.* 13.
o *Hi. s. Is.* 19. *Aug. de pastori.* 7.
p *Amb. s. ps.* 118. *ser.* 22.
q *Gre.* 26. *m.* 1.

Confusio hæreticorum. Sequi Christum. Iudæi. Falli in fide.

Delinquere.

Arrogantia. Extrema pœna. Reges Assyriorum. Tristitia. Libido. Pater generans filium. Prædicatio Christi, & Apostolorum. Laudare Deum. Verba hæreticorum. Sapientia mundana. Illustrans Christus. Ira Dei. Fructus martyrij.

r *Arist.* 3. *de gene. animal.*
s *Hie. s. Amo* 4. *Hie. s. Ioel.* 1.
t *Ru. s. Ioe.* 1.
u *Gr.* 33. *m.* 39.
x *Hier. ad Principiam. & s. ps.* 44. *Arn. s. ps.* 18. *Aug. s. ps.* 44.
y *Ba. s. ps.* 44.
z *Amb. de virgi.* 3. *Aug. s. ps.* 73. *Am. s. ps.* 118 *serm.*
aa *Aug. s. ps.* 143. *Ber. ser.* 3. *de aduent. Hie. s. ps.* 143.

Moderatio doctrinæ. Apertio mysteriorum. Natiuitas Christi. Lachryma Christi. Gentiles fructificantes in fide. Vitia extra prodeuntia. Blasphemia hæreticorum.

bb *Hi. s. Is.* 58
cc *Hie. s. Eze.* 13.
dd *Au. s. ps.* 140.
ee *Gr.* 17. *m.* 12
ff *Bed. s. Pro.* 3.
gg *Glo. ord. s. Gen.* 43.
hh *Hie. s. Ez.* 17.
ii *Hil. s. ps.* 140.
kk *Hie. s. Isa.* 50.
Gr. 15. *mo.* 8.

Multitudo tentantium.

Multitudo tentantium.

mare,quasi de vulua procedens,*a* est quum miseriarum secularium fluctus, de carnalis cogitationis iniquitate concepti,in sanctæ Ecclesiæ interitum sæuiunt. *Iob.*38.*a.Ioel.*3.*b.*

a *Greg.*28.*m.* 15.

Esaias.

ESAIAS,seu potius Isaias,id est,salus,vel saluator Domini: filius Amos,id est, fortis aut robusti, Propheta satis notus in sua prophetia.

b *Hie.f.Isa.*1.

Quatenus vidit visionem, designat eos,qui saluantur à Domino, videre visionem super Iuda,& Hierusalem,*b* hoc est,confessionis plangendo peccata,& pacis post pœnitentiam,*Isa.*1.*a.*

Domini sermo.

Vt autem ingressus est ad reprehendendum regem Ezechiam,typus est sermonis Domini, ingredientis mentem ad ipsam redarguendam *Isa.*39.*c.*

Esau,Edom,Idumæa.

ESAV,filius Isaac,frater Iacob,cum natus est, prior ipse quidem,tenente Iacob plantam eius.Erat totus hispidus,& pilosus: vnde dictus est Seir. Vendidit primogenituram fratri suo Iacob, pro decoctione rufa lenticularum:vnde dictus est Edom,id est,*c* rufus,siue terrenus,& ab eo dicta est regio Idumæa, quæ prius dicebatur Seir, nunc Gebalene, Hebraicè dicitur Darom, & Theman, & Nageb, & Duma. Abdi. Erat Esau venator, & in agro subditus est ipsi Iacob,simulans esse Esau,in qua benedictione suffuratus est Iacob,cumque postmodum ipse intulisset cibos patri,etiam ab ipso benedictus est:ita tamen,vt à subiectione Iacob non eximeretur.

c *Hie.f.Abdi.*

Iudæi.
Principes Iudæorum.
Superbi.
Sacrificia veteris legis.
Iudæa.
Prauum dogma.
Hæretici.
Carnales.
Terreni sensus legis.

Esau typum gerit populi Iudæorum, qui primogenituram habebat, quam amisit per infidelitatem. *Gen.*25.*d.* Et attulit cibos post Iacob ad patrem,designatur conuersio Iudæorum in fine mundi. *Gen.* 27.*d.* Vt autem occurrit Iacob cum armatis, figura est *d* principum Iudæorum contra Christum, & etiam superborum, qui cum humilitate suscipiunt fidem.*Gen.*32.*b.*33.*a.*Vt verò dicitur Edom, hoc est, sanguineus, designat veteris legis sanguinolenta sacrificia.Idumæa quoque significat Iudæam,*Isa.*34.*b.Amos,*1.*c.*9.*d.Abdi.b.Malach.*1.*a.*

d *Ori.su.Iud. hom.*5.*Hie.f. Is.*34.*Gre.su. Ezech.hom.*6 *Bed.f.Ge.*15. 27.*Rup.f. Amos* 1.*& sup. Abd.*

Secundùm quod pugnauit Esau cum Iacob in vtero, designat *e* prauum dogma, quod veritate aduersatur, & etiam hæreticos, qui & Idumæi dicuntur.Et Edom, id est,sanguis,dicitur de carnalibus,tam Iudæis, quàm hæreticis. Et filij Edom,sunt *f* qui carnalia sectantur. Et Idumæa significat sensus terrenos legis. *Gen.* 15.*d.*1.*Reg.* 21.*b.*4.*Reg.*8.*f.*1.*Paral.*28.*c.Iudith,*3.*d.Psal.*51.82.136.*Thren.*4.*d.Amos,*1.*b.*2.*a.Abdi.a.* Vt etiam erat venator, & agricola,typus est eorum,*g* qui in exterioribus voluptatibus fusi,carnem sequuntur,& tanto magis exteriora colunt,quanto magis interiora sua occulta derelinquunt.Idumæa quoque significat carnem, & omnia carnalia, & terrena.Est autem Idumæa finis Iudææ,quia à terrenis venitur ad spiritualia.*Num.*24.*c.Ioel.*15.*a.Psal.*59.*Ezec.*25.*c.*Et ipse Edom.Est homo animalis, qui prior est,quam spiritualis, cui tamen carnalis subiicitur regendus, & gubernandus,& accipit benedictionem,si illi obtemperet.

e *Amb. de Cain. Hier.f. Amos* 1. *& su. Abdiam.*

Caro.
Carnalia & terrena.
Animalis homo.
Gentilitas.
Mundus.
Terra.
Terrenus homo.
Mali.
Mores prani.
Feruor peccandi.
Appetitus.
Insipiens.
Hypocrita.

Significat etiam Edom, ante Idumæa Gentilitatem ad Ecclesiam venientem.Et extenditur calceamentũ Christi vsque in Idumæam,quum *h* prædicatio Christi venit ad Gentes,vel ad genus Esau. *Psal.*59.107.136.*Deut.*2.*a.*23.*b.Ioſ.*24.*a.Dan.*11.*g.Amos,*9.*c.Marc.*3.*b.*Significat etiam Idumæa mundum vel terram. 2.*Reg.*8.*d.Psal.*62.*in tit.*Et venit Christus de Edom,*i* quum ascendit de terra in cœlum, sanguine rubricatus. *Isa.*34.*b.*36.*a.*Edom autem,hoc est terrenus homo est percutiendus,vt viuat cœlestis. *Psdl.*50.*in tit.* Edom etiam, hoc est terrenus, non vult concedere transitum filiis Israël, vt eant ad terram promissionis cœlestem. *Num.*20.*c.*3.*Reg.*22.*g.Ezech.*25.*d.*32.*Ioel.*3.*d.Amos.*2.*d.Malac.*1.*a.*

f *Aug. f.psal.* 136. *Gre.e.mo.*7.

g *Ori.f.Num ho.*18. *& su. Ioſ.hom.*19.

h *Ar.f.ps.*59. *Georg. Venet. can.*2. *tom.*3. *cap.*4. *Basi.f. ps.*59.*Arn.& Hil.f.ps.*107.

Esau,vt habitabat in agro,typus est *k* malorum,& morum Deo odibilium.*Gen.*25.*d.* Et vt dicitur Edom,id est, rufus,designat *l* feruorem peccandi,& peccatum ex consuetudine,& inimicos bonorum.1.*Reg.*14.*Ps.*82.136.*Ier.* 49.*b.Rom.*9.*c.Heb.*12.*d.*Idem designat Doeg Idumæus,1.*Reg.*21.*d.*

i *Au.de essen. diuini & f. Psal.*59.62.

k *Hier.f. Isa.* 34.63.*& su. Ezec.ho.*25.

Typus est etiam Esau *m* appetitus, vnde subiicitur Esau Iacob,hoc est,appetitus rationi, & insipiens sapienti.*Gen.*27.*f.*4.*Reg.*8.*c.*14.*b.*1.*Par.*18.*e.*2.*Par.*21.*c.*2.*Reg.*8.*d.Num.*24.*c.*

l *Phil.*1.*alleg.*

m *Ori.f.Mat. hom.*29. *Gr.f.*1.*Re.*14. *Hie.f.ps.*82.

Interpretatur Esau iuxta Philonem, *n* factura, aut quercus, significans insipientem, qui quercus est, quia duræ ceruicis, &c. Factura autem, quia figmentum, & fabula, est vita insipientis, aut factura propter mala opera. Generat autem Eliphaz, id est, Deus me dispersit,quia anima insipientis dissipatur,& relinquitur à Deo. *Gen.*36.*a.*

n *Phil.*2.*alle.*

Esau,vt accepit aliam vxorem,non relictis prioribus.*Gen.*28.*a.*designat hypocritas, assumentes bonorum operum apparentiam quandam,non relictis malis prioribus.

o *Phi.de congre.&c. Hie.su. Amos* 2.

Esau interdum est typus *o* diaboli,& Edom,seu Idumæi,hoc est,terreni,& sanguinei,sunt dæmones & eorum sequaces. Et Idumæa potest significare inferos,locum videlicet dæmoniorum. *Psal.*82.107.136.*Exod.*15.*a.Ezec.* 32.*g.*35.*d.Ioel.*3.*d.*

Diabolus.
Inferi.
Ira.

Esau,& Iacob vna stirpe generati, sunt *p* vitia,& virtutes,ex vno cordis fonte procedentes,dum ex arbitrij libertate in vtramque partem,vt volumus, declinamus,sed priora nascuntur vitia, per infantiam, pueritiam, iuuentutem,quæ postea ætas firmior corripit,atque supplantat.Maior frater hispidus & sanguinarius, venationibus,syluis,& bestiis delectatur: minor lenis,& simplex,& innocenter habitans domum:ideò Deus Iacob dilexit, Esau autem odio habuit.*Mal.*1.*a.*

p *Ori. f. Exo. ho.*6. *Hier.ad Dam.q.*2. *& f.ps.*107.

Esca quare Cibus.

Eschol.

Bona indoles.

ESCHOL, id est,botrus, siue orbatio, aut ignis omnis: frater Mamre,socius Abrahæ in pugna contra quatuor reges.*Gen.*14.*b.*Secundùm quod ducit nomen ab igne, designat bonam indolem, quæ omnia generosa prosequitur:ideò est socius Abrahæ,id est viri perfecti.

q *Bed.f. Gen.* 27.

Esdras.

Diuinum auxilium.

ESDRAS, id est,*q* adiutor,siue atrium:sacerdos,scriba, & Propheta, Princeps in reductione populi Israël de captiuitate Babylonica,est satis notus in suis libris.1.*Esdr.*1.*a.Nehe.*8.*a.*typus esse potest diuini auxilij.

Esdrelon.

ESDRELON,id est, adiutorium fortitudinis,vel quercus auxilij: ciuitas quædam. *Iudith.* 1. *c.* Et campus magnus inter montes Gelboë,& Hermon minorem.

Esebon.

Vanæ cogitationes.

ESEBON, id est,*r* festinatio filij,aut festinatio intelligentis,vel ædificantis:filius Gad.*Gen.*46.*b.*Item interpretatur *s* cogitationes, & est ciuitas Seon regis Amorrhæorũ,id est,diaboli præcipua, quia de corde exeunt cogitationes malæ:ideò est igni Spiritus sancti succendenda. *Num.* 21.*e.* Est etiam ciuitas Moab in tribu Ruben, quæ videtur eadem,& designat ænigmata Sophistarum,& vanas cogitationes.*Isa.*15.*a.*16.*b.*

r *Ori.ho.* 1.*f. Ezech.*

Diuina mens.

Esebon etiam,vt interpretatur *t* cogitationes,designare potest diuinam mentem, in qua sunt veluti piscinæ, vbi continebantur omnia,antequam crearentur.*Cant.*7.*b.*

s *Ori.f.Num. hom.*13. *Philo.*2.*alleg.*

Mœror pœnitentiæ.

Esebon,iuxta Gregorium,*u* interpretatur cingulum mœroris, & designat mœrorem huius peregrinationis,& pœnitentiæ.

t *Hie.f.If.*15.

Esmona.

Patientia.
Perseuerantia.

ESMONA, seu Hasmona, id est, *x* festinatio munerationis, vel muneris, aut festinatio præparationis, vel legatio, est vicesimasexta mansio filiorum Israël in deserto,quo venitur à Methca, à Septuaginta dicitur Aselmona,ab Origene *y* Asena,designans robur patientiæ. Hebraicè dicitur Hasmona,id est, festinatio, iuxta Hieronymum,*z* estque in deserto Pharan, ad eum peruenitur post Methca: quia post dulcedinem consolationis est ad vlteriora properandum. *Num.*33.*d.*

u *Geor. Vene. Cant.*2. *to.*6. *cap.*8.

x *Gr.f.can.*7. *Ru.f.Can.* 6.

y *Ori.f.Num ho.*17.

z *Hie.de Mãsioni.*

Esse,Existere.

Esse Dei.

ESSE,à verbo Sum,notam habet significationem.

Esse absolutè conuenit maximè propriè Deo, cuius esse est æternum, nullam admittens variationem, aut compositionem,& nomen eius proprium dicitur,*aa* qui est:& ipse dicit. *Exod.*3.*d.* Ego sum, qui sum. Et esse se dicit Deus,quum vult ostendere se habere potestatem ad vindicanda peccata.*Iere.*7.*b.*

aa *Glo. inte.f. Exod.*3.

Esse dicũtur,qui *bb* adhærẽt Deo,& sunt in gratia non esse verò peccatores,& à Deo separati.*Ps.*38.*Ro.*4.*c.*Nõ

bb *Ori.f.ps.al.* 38.*hom.*2.*& f.Rom.*4. *Hil.f. Matth. Can.*1.*& f.ps.* 38.*Aug.f.ps.* 38.58.103.

Digitized by Google

esse etiam dicuntur Gentiles,& incredvli Iudæi.Esse è diuerso dicuntur aliquando qui præsumunt de sapientia, non esse verò simplices.1.*Cor.*1.*d.Matt.*2.*d.* Dicuntur etiam non esse qui conuertuntur ad fidem & desinunt esse superbi,& peccatores.*Psal.*58.103.Esse ex Deo dicuntur,*a* qui sunt ex benedictione illa,qua Deus omnes ad vitam pertinentes nasci iussit.*Ioan.*8.*f.*

Esse dicitur Deus cum suis in tribulationibus.*Psal.*90.*Isa.*43.*a.*quia *b* tunc maximè eos adiuuat. Sic dicitur esse anima Dei ad eos,quibus est beneuolus,non esse verò ad eos,quibus est iratus,*Ier.*15.*a.*

Esse iuxta Ioseph, *c* est non longè esse à Christo.*Gen.*45.*b.*Sicut & ipse Christus dicebat. Vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi. Et esse in Deo, est esse in veritate,& charitate. *Actor.*17.*f.* Existens etiam Ezechiel in medio captiuorum,designat *d* Christum inter peccatores.*Ezec.*1.*a.*

Nullum hominem esse in tabernaculo testimonij ingrediente sacerdote in sancta sanctorum. *Leu.* 16. *d.* designat *e* in incarnatione, & passione Christi, sic ipsum fuisse solum ad opus redemptionis, vt nullus fuerit sine peccato,sed omnes egeant eius redemptione.

Quasi non esset,erat *f* Ecclesia in principio,sed postea facta est glorioſior,quàm synagoga, quæ iam facta est, quasi non sit. *Agge.*2.*a.*

Erat filius senior,hoc est,*g* Iudæi semper cum Patre,propter legem,& cultum Dei, & quia peccando corripiebantur à Deo.*Luc.*15.*g.*

Non esse substantiam in Christo.*Psal.*68. est *h* corpus eius defecisse à vita in passione.

Esse in via,*i* est viuere in hac vita,in qua sumus viatores,& peregrinamur à Domino.*Matt.*15.*d.*

Esse dicuntur ipsius domini filij seruorum eius. *Exod.*21.*a.* quia *k* bona opera subditorum ascribuntur prædicatori eos instruenti.

Existens vir Dei in ciuitate.1.*Reg.*9.*b.* est *l* prædicator manens cum subditis, muniens ipsos, manens & ipse munitus. Et habitat in excelsis,quia munimenta saxorum sublimitas eius. *Isa.*33.*a.* In ciuitate verò, hoc est, in loco non plenè perfecto existit,quia pro captu subditorum,ab illa sublimitate se demittit.

Non esse Prophetam,cùm non sunt signa.*Psal.*72.est non adesse prædicatorem, qui habeat dona Spiritus sancti. Et non esse fabrum ferrarium in Israël.1.*Reg.*13.est *m* non esse in Ecclesia eruditos in secularibus scientiis.

Sunt reliquiæ homini pacifico.*Psal.*36. quia Sancti *n* corporis resurrectionem expectant.

Erant simul meretrices,quæ venerunt coram Salomone. 3.*Reg.*3.*a.* quia *o* multitudinis credentium, erat cor vnum,& anima vna.Nullus autem erat cum eis,quia infideles sunt extra Ecclesiam.

Non esse dicebantur filij Rachelis,hoc est,innocentes occisi ab Herode,quia *p* matres reputabant eos perpetuò periisse.*Iere.*31.*c.*vel non sunt,vsque ad resurrectionem corporum,quia tunc verè erunt.

Esse sub lege,est esse *q* in peccato,quos enim reos tenet lex,traditi sunt illi à peccato.*Rom.*6.*a.*

Esse in carne,*r* est esse in vitiis,carnales sensus sequendo. *Rom.*7.*b.* Et esse cum Philisthæis, est *s* esse in peccato,& in dæmonum consortio.1.*Reg.*14.*c.*

Consistens peccator aduersus Christum,*s* erat Caiphas,quando ipsum interrogabat.*Psal.*58.

Erit in iudicio sicut populus sic sacerdos,quia *ss* tunc sola erit distinctio meritorum.*Isa.*24.*a.*

Non fuisse à principio,nec fore postea simile,designat *t* grauitatem vindictæ in iudicio futuram, *Ioel*,2.*a.*

Non esse dicitur diabolus.*Iob*,28.*c.*Et sunt quasi non sint,qui *y* mittuntur in infernum. *Psa.*38. *Isa.*41.*c.*65.*a.* iuxta Septuaginta.Demum omne quod falsum est,non subsistit, & quod veritati aut virtuti contrarium est, non est,vnde est illud.*Esther*,14.*c.*Ne tradas Domine sceptrum tuum his,qui non sunt.*Ezech.*26.*d.*28.*c.Abd.f.*Sic bestia fuit & non est.*Apoc.*17.*b.*

Esther.

ESTHER, id est,occulta,siue abscondita,vel demoliens,siue Syro,& Hebræo,medicinæ exploratio,vel contemplatio,aut medicina turturis. Mulier,quæ licèt esset Iudæa,fuit vxor regis Assueri,liberauit populum Iudæorum ab interitu,crucifixo Haman,qui eum perdere volebat, typus est *u* beatissimæ Virginis Mariæ, quæ victo diabolo,liberat peccatores.*Esther*,2.*b.*5.*a.*14.*a.*potest etiam Ecclesiam designare.

Esurire,Fames,Famelicus,Inedia.

ESVRIVNT animalia, quum habent appetitum cibi propter exinanitionem alimenti prius susceptì, & hic appetitus,qui est calidi,& sicci,dicitur fames.

Esurit Christus,quum *aa* quærit fructum operum in anima,aut in synagoga,& esurit opera iustitiæ in nobis, quum nos esurimus.*Matth.*4.*a.*21.*b.*25.*d.*

Esurire dicuntur iustitiam,qui *bb* eius quærunt augmentum, qui nunquam se satis iustos putant, ideò diligenter laborant, vt iustiores fiant.*Matt.*5.*a.*Et famem patiuntur vt canes,*cc* qui misericordiâ à Deo petunt. *Psal.* 58.Esuriens etiam est,qui non est incrassatus vitiis,& voluptatibus,sed optat saturari pane Christi,& verbo Dei. *Ezech.*18.*b.*Hic esuriens amarum amplectitur,id est, *dd* tribulationes. *Prou.*27.*a.*

Esuriebant discipuli,quum quærerent spicas.*Matt.*12.*a.* designantes *ee* famem, quam habebant de salute humana.Sic esuriebat Petrus salutem Iudæorum.*Act.*10.*b.*Et dara est illi salus gentium.

Fames interdum est *ff* desiderium ex gustu sapientiæ,& quum anima caret suo cibo,hoc est verbo Dei.Et hæc fames est in terra Ægypti,hoc est in mundo,& præcipuè inter malos. *Gen.*12.*c.*26.*a.*41.*d.g.*43.*a.*47.*c. Psal.*52. 36.38.106.145.*Isa.*5.*d.*14.*g.*49.*c.*3.*Reg.*17.*c.*4.*Reg.*6.*f.Ierem.*11.*d.*31.*c.Luc.*4.*d.*15.*c.Thren.*2.*f.*4.*b.Ezech.*34.*g.*36. *f.*Inedia inuadit costas iniqui, *gg* quia fames interna sensus mentis extenuat, vt cogitationes suas nullatenus regant. *Iob*,5.*d.*18.*c.*30.*a.*Porrò qui simplici contentus fide,instar brutorum animalium,versatur quidem in Ecclesia, sed tamen in nullo bono opere proficit,nec imitator est formicæ, quæ in messe præparat sibi cibos, atque comportat.Iste fame morietur.*Exec.*6.*d.*14.*c.*4.*Reg.*4.*d.* Fames etiam in regione, vbi erat filius prodigus, *hh* est defectus virtutum,& bonorum operum in mundo,vbi enim non colitur Deus,sed idola,vbi veritas in iniustitia detinetur,fames est valida.*Luc.*15.*c.*Hæc fames verbi Dei,est in Iudæis,*ii* quia circumferunt verbum Dei, & fame pereunt,*Amos*,8.*d.*

Fames præterea,est *kk* ignorantia veritatis,& discessio à fide,quum non est,qui faciat bonum. *Gen.*41.*d. Psal.* 104.106.145.*Isa.*8.*d.*65.*c.* Et esurierunt diuites, hoc est, Iudæi, qui occiderunt panem vitæ. Et hæretici, qui se priuauerunt veritate. Et esuriens,& sitiens est *ll* hæreticus carens doctrina veritatis, aut turba Iudæorum. *Ps.*33. *Isa.*9.*d.*29.*c.*32.*b.*44.*b.*

Fames præterea,vel dies famis,designant tempus *mm* huius vitæ,vel tempus tribulationum, vel etiam tempus iudicij vniuersalis.*Psal.*32,36.*Thren.*5.*b.Matth.*24.*b.*

Fames *nn* carnalium voluptatum erat, quam patiebantur filij Israël in deserto. *Exod.*16. *a.* fames quæ cogit descendere in Ægyptum, est cupiditas carnis,& rerum temporalium.*Gen.*12.*c.*Hac fame peribat filius prodigus. *Luc.*18.*c.*

Famelici saturati sunt,*oo* Gentiles plenam mysteriorum fidei notitiam recipientes, 1.*Reg.*2.*a.*Et famelici saturantur,quia sancti viri humilitatis arce præditi,dum se de alta non sentiũt, excelsa virtutum dona promerentur,iuxta illud,*Isa.*66.*a.*Super quem requiescet Spiritus meus,nisi super humilem & quietum ? Et famelici saturantur,dum ij,qui mundi,& vacui sunt à vitiis Eucharistiã sumunt.Esuriens etiam erat Gentis populus,carens *pp* pane verbi Dei. *Isa.*58.*b.Ierem.*31.*a.*Sed hic famelicus comedit messem stulti populi Iudæorum,*Iob.*5.*a.*

Esuriens,interdum est *qq* curiosus,& qui vult plus sapere,quàm oportet sapere:cui Ecclesia subtrahit panem. *Iob*,22.*a.*

Fames etiam est *rr* dæmone contra animam,quam deuorare cupiunt,*Psal.*58.

Etham.

ETHAM, id est, *ss* fortitudo eorum,aut vomer,vel aduentus eorum : desertum magnum, & arenosum ad mare rubrum,respiciens Melonos,vbi fuerũt tertia castra filiorum Israël post Sochor, in extremis finibus solitudinis, & iuxta

Existentes in gratia.

Fauens Deus suis.
Esse iuxta Christum.

Solus Christus in opere redemptionis.
Ecclesia parua.
Iudæi cũ Deo per legem.
Deficiens corpus Christi à vita.
Viuere in hac vita.
Bona opera ascribuntur instructori.
Prædicator manens cum subditis.
Non adesse prædicatorem
Expectatio resurrectionis.
Multitudinis credentium cor vnum.
Esse in peccato.
In vitijs carnis.
Caiphas in Christum.
Æqualitas in iudicio.
Grauitas iudicij.
Mitti in infernum.
Virgo Maria.
Ecclesia.
Quærẽs Christus fructum in anima.
Quærentes augmentum iustitiæ.
Desiderantes discipuli salutem humanã.
Desiderium verbi Dei.
Defectus verbi Dei & virtutum.

Defectus veritatis & fidei.

Tempus huius vitæ, & tribulationũ, & iudicij.
Cupiditas carnalis.
Gentiles.

Curiosus
Hiantes dæmones contra animam.

a *Ru.*9.*f.Ioël.*
b *Glo. ord.su. Psal.*90.
c *Am. de Ioseph.*12.
d *Ori.f. Exec. hom.*1.
e *Isy.s.Le.*16.
f *Hier.s.Agg.* 2.
g *Hie.ep.bea.*
h *Hil. s.p.psal.* 68.
i *Aug.* 1.*ser. Dom.in monte.*
k *Gre.s.Exec. hom.*3.
l *Gre.s.*1. *Re.* 9.
m *Gre.s.*1.*Re.* 10.13.
n *Ori.s.p.s.*35. *hom.*5.
o *Hie.ep.multum in vtraque.*
p *Rup.* 2.*sup. Mat.*
q *Amb.s.Ro.* 6.
r *Am.s.Ro.*7.
s *Gre.s.*1. *Re.* 14.
t *Ori.s.Matt. hom.*35.
u *Hier.s. Isa.* 24.
x *Hier.s. Ioel.* 2.
y *Hie.epo.aduer. Iouian.* & *s.Is.*65.& *s.Gal.*1. & *s. Exech.*26. *Gre.* 14.*m.*9. *Ru.*10.*s.Apo.*
z *Lyr.s.Est.*2.
aa *Ori.s.Mat. hom.* 16.34. *Hil.s. Matth. Can.*3. *Hie.s. Isa.*21. *Am.s. Lu.*6.
bb *Hie.s.Ma.* 5.& *s.Ezech.* 18.
cc *Aug.s.ps.* 58.
dd *Bed.s.Pro.* 27.
ee *Hil.s.Mat. can.*12. *Hie.ad Rust. Au.hom.* 45.
ff *Ori.s. Gen. hom.*16.& *s. Luc.ho.*33. *Hil.s.ps.*58.
gg *Gr.*14.*m.* 7.& 6.*m.*18. & 20.*m.*8. *Cyril. de ado. in Spiritu S. Hier.s.Exe.*6.
hh *Hie. epist. beatitud.tua. Am.s.Lu.*15.
ii *Ru.*9.*s. Amos* 8.
kk *Hie.s.Isa.* 8.32.65. *Amb. de Ioseph.*7.
ll *Arn.s.ps.al.* 104.106.
mm *Bas.s.ps.* 33.
nn *Amb.de Abr.*4.*Ber.ser. de affect.anim.*
oo *Gr.s.*1.*Re.*2.& 6.*mo.*2.
pp *Hie.s.Is.*58.& *s.Ier.*31. *Aug.*17.*ciu.Dei.*4.
qq *Gre.*16.*m.*3.
rr *Ar.s.ps.*58.
ss *Ori.s.Exod.hom.*5.& *s. Num.ho.*27.

Digitized by Google

Resurrectio Christi.

& iuxta Hieronymum,*a* est idem,quod desertum Sur.*Exod.*13.*d.Num.*33.*a.* Ethan typus est resurrectionis Christi,& aliorum mysteriorum,est in extremis finibus solitudinis, vbi sumenda est fortitudo , ideò primum ibi videtur Dominus in columna ignis per noctem, & nubis per diem , vt designetur lumen Christi,necessarium nobis ad vitandos errores. Est enim conuallis,vbi sunt pugnæ & victoriæ: quia pugnandum est nobis post egressionem de Ægypto,& vincendus Pharao.

a *Hier.de mil siionibus.*

Ethan.

ETHAN, id est,fortitudo.*Psal.*73.Non est nomen loci, sed significat fortitudinẽ.Et sicut Deus fluuios Ethan, hoc est,flumina fortia,& vehementia,designat autem *b* diabolum , cuius flumina siccat Deus , quum eius vehementes tentationes ad nihilum redigit.

b *Aug.s.psal.* 73. *Gr.*33.*m.*13.

Diabolus.

Petra autem Ethan est in tribu Iuda,in qua latebat Samson, designat *c* conscientiam tutam & solitariam , in qua quiescit Christus.

Conscientia bona.

c *Rup.s.Iudi.* 18.

Ethæus.

Infideles.

Ethæus, siue Chetæus,id est, confractus,vel formidans, aut stupens: populus Chananæorum , eiectus à filiis Israël.*Gen.*10.*c.Exod.*33.*a.*34.*b.*designat Gentiles,vel hæreticos , aut alioqui infideles ab Ecclesia expellendos.

Ethnicus, vide Gentilis.

Euæ.

Ecclesia.

EVA,id est,viua,vel viuens , prima mulier producta ex costa Adæ dormientis , quæ postmodum serpenti consentiens,comedit de ligno vetito,& virum etiam suum peccare fecit.

Typus est *d* Ecclesiæ,de latere Christi in cruce dormientis productæ.Facta est autem de costa:quæ est os:quia Ecclesia in Christo est fortis. Appellata est autem vita post peccatum , quia est viuificata à Christo , & parit in dolore filios,quum vocat ad pœnitentiam peccatores:concipit autem per coniunctionem viri,hoc est,Christi,cui coniungitur tanquam capiti,à quo habet sacramenta.*Gen.*2.*d.*3.*d.Tob.*8.*b.*1.*Timot.*1.*d.*

d *Am.s. Luc.* 3.

Sensus.

Significat etiam *e* sensum,qui medius est,aut indifferens ad bonum,& ad malum, ideò eget viro, hoc est, ratione:à qua si separetur,decipitur,sicut Eua fuit decepta, & dicta est vita, propter bona opera , quæ sensus parit, quando coniungitur rationi,tanquam viro.*Gen.*3.*d.*2.*Cor.*11.*a.*Pari ratione significat *f* carnem animæ,seu menti copulatam.

e *Am.de Para.*2. *Philo.*2.*alleg. Aug.* 2. *de Gen. cont. Manic.* 21.

Caro.

f *Bed.s.Ge.*4.

Euadere,Effugere.

EVADERE,est effugere,aut fugiendo ab aliquo periculo liberari:vt qui euadit manus persequentis. Est etiam per aliquam difficultatem ad aliquid insigne peruenire,vt qui euadit doctus.Est etiam declinare.*Iosu.*20.*a.* Quo possit euadere iram proximi.

Sermo propheticus.

Euadens nuncius,qui venit ad Iob solus,*Iob.*1.*c.*est *g* sermo propheticus,qui dum fiunt mala omnia, quæ prædixit , quasi sanus ad dominum solus redit. Dum enim vera dixisse de perditorum casu cognoscitur,quasi inter mortuos vixisse monstratur. Vel est rationis discretio,quæ aliis pereuntibus domum redit, dum turbata tentationis motibus discretio ad conscientiam recurrit , vt , quod repentinis incursibus præoccupata mens se perdidisse pensat,hoc compunctionis studio afflicta recipiat.

g *Gre.*2.*mor.* 25.34.

Non subditus diabolo.

Euadens vnus,ne caperetur in bello Sodomorum.*Gen.*14.*b.* est qui non *h* est subditus potestati diaboli. Idem designat euadens Abiathar à cæde , quam exercebat Saul in sacerdotes. 1.*Reg.* 22. *d.* Et euadens Iudith ab Holopherne,*Iudit.*13.*c.Iudi.*3.*d.*2.*Reg.*15.*e.Prou.*12.*b.*19.*a.Eccli.*11.*b.*20.*a.d.* Et effugere fumum , est *i* euadere peccatum. *Isa.*14.*g.*Et effugere mulierem.*Eccl.*7.*d.*

h *Lyr.s. Gen.* 14.

i *Hie.s.Is.*14.

Non euadere vindictam Dei.

Effugit nemo manus Domini,*k* quia nemo potest eius vindictam euadere , nisi ad eundem ipsum recurrendo. *Iob.*1.*c.*11.*d.Sap.*16.*b.Thren.*2.*g.Rom.*2.*a.*1.*Thess.*5.*a.Heb.*2.*b.*12.*f.*

k *Gre.*10.*moral.*23.

Fugientes correctionem.

Effugit Spiritus sanctus fictum disciplinæ.*Sap.*1.*b.* quia *l* non est in eo, qui solam habet ostentationem exteriorꝭ disciplinæ.

l *Lyr.s.Sap.*1.

Euadens exercitus Syriæ , de manu Regis Asa , videtur designare malos fugientes correctionem bonorum, 2.*Par.*16.*c.* Sic dantur multæ euasiones, quæ in bonum, & in malum ad allegoriam deduci possunt. *Deuter.*3.*a. Iosu.*10.*d.*1.*Reg.*30.*e.*2.*Reg.*20.*b.*2.*Par.*20.*e.*36.*d.Iudith.*18.*a.Eccli.*40.*a.Ier.*38.*b.*48.*c.*50. *c.* 2. *Cor.*11.*g. Dan.* 11.*g. Actor.*27.*g.*28.*a.*

Liberari à peccato.

Euadens homicida casualis in ciuitate refugij.*Deu.*19.*a.Ios.*20.*a.*est *m* qui liberatur à peccato , confugiens ad Christum,& pœnitentiam.

m *Lyra. sup. Deut.*19.

Euadit durus equus indomitus,& filius remissus euadit præceps. *Eccles.*30.*b.*

Eueus.

Eueus,id est,iniquus & peruersus , fuerunt populi ex Chananæis , qui habitabant in Aserim , vsque Gazam, quos expulerunt Cappadoces. *Exod.*33.*a.*34.*b.Deut.*2.*e.Iosu.*13.*a.*4.*Reg.*17.*f.*

Euaginare,vide Vagina.

Euangelium,Euangelizare, Euangelista.

Christus.

EVANGELIVM, est bonum nuncium,quod nomen attribuitur nouæ legi , cuius initium annunciat nobis regnum cœlorum.Euangelista verò est,qui annunciat bonum nuncium.

n *Hier. s.Isa.* 41.

Mulieres nunciantes resurrectionem.

Euangelista,quem dat Deus Hierusalem, hoc est,Ecclesiæ, est *n* Christus,qui euangelizauit pacem:aut etiam alij Euangelistæ. *Isa.*41.*g.Nah.*1.*d.*

o *Ar.s.ps.*67.

Apostoli prædicantes.

Euangelizantes , quibus Deus dat verbum. *Psal.* 67. dici possunt *o* mulieres , quæ annunciauerunt Apostolis Christi resurrectionem.Vel sunt *p* ipsi Apostoli prædicantes.Euangelizans Sion, est prædicans Iudæis.*Isai.*40.*b.*

p *Hie.s.ps.*67. *& s.Is.* 40.

Prædicatum Euangelium peccatoribus.

Euangelizatum est Euangelium Christi mortuis,quum *q* peccatoribus est prædicatum. 1.*Petr.*4.*b.*

q *Au.epi.*99.

Liberãs Deus à voluptatibus.

Euangelizare *r* perpaucorum est , Baptizare autem cuiuslibet , modo fungatur sacerdotio. Ideò ait Paulus, 1. *Corint.*1.*c.*Non ne misit Dominus baptizare,sed euangelizare.

r *Chrys.s.* 1. *Cor.hom.*3.

Euellere, Auellere,Eruere,Vellere,Conuellere.

Liberans Ecclesiam ab hæreticis.

EVELLERE, est radicare,aut extirpare,quod alicubi fixum est,aut etiam liberare.

Euellit Deus de laqueo pedes.*Psal.*24.quum *s* sensus liberat à voluptatibus,per quas capiebatur à diabolo.

s *Hil.s.ps.*24.

Euellit Deus hæreditatem suam,de medio vicinorum,*Iere.*12.*d.* quum *t* liberat Ecclesiam ab hæreticis.

t *Hier.s. Iere.* 12.

Castigans Deus.

Euellit Deus cùm castigat.*Ier.*31.*e.*Et euellit tangentes hæreditatem Israël,de terra sua. *Iere.*12.*d.* quum perdit *u* hæreticos cum erroribus suis,& euellit euulsione,quia eos in inferno perpetuo perdit.Et auellit Iechoniam de manu dextera sua, quum abiecit regem, & regnum Iudæorum. *Ierem.*22.*f.*45.*b.*51.*c.* Euellit etiam Deus eum, qui gloriatur in malitia. *Psal.* 51. quum *x* expellit diabolum à corde.Et euellit de tabernaculo , quum dispergit Iudæos, destructa Hierusalem. Et euellit radicem eorum de terra viuentium , quando tollitur eis spes,vt recipiantur in sinu Abrahæ.Euellitur de tabernaculo suo fiducia diuitis superbi,*Iob.*18.*c.*quum *y* perdit Deus & dissipat cogitationes diuitis,quidus intendebat requiescere,comedere,bibere,& epulari.Et auelluntur præuaricatores,quasi spinæ quæ non tolluntur manibus.2.*Reg.*23.*a.*3.*Reg.*14.*d.*2.*Paral.*7.*d.*Et euellit Deus cedrum , hoc est, synagogam destruit.*Ezech.*17.*c.*Et euellit lucos Hierusalem.*Mich.*5.*d.*Et vineam.*Ezech.*19.*d.*

u *Hier.s.Iere.* 12.

x *Arn. & Hi.s.ps.*51.

y *Gre.*14.*mo.* 8.

Non euellit vltra Deus,quum non amplius castigat,sed dat salutem æternam. *Ier.*24.*c.*31.*g.*42.*b.Amos,*9.*d.*Et auulsa arbor est,z qui perdit spem cœlestium præmiorum.*Iob.*19.*b.*

z *Gr.*14.*mor.* 20.

Conuertentes Apostoli auditores.

Vellentes Apostoli spicas.*Matth.*12.*a.*erant *aa* conuertentes auditores , fructus fidei ab infidelibus eruentes. Euellere autem radices vitiorum,est *bb* officium Christi,& prædicatoris.*Ier.*1.*b.*31.*e.*

aa *Hil.s.Mat. Can.*2. *Am.s.Luc.* 6.

bb *Ori.s.Iosu. hom.*13.*& s. Ier.ho.*1.*& s. Ezec.ho.*1.

Repelli à communione.

Euellitur de altari,qui per industriam occidit aliquem.*Exo.*21.*b.*hoc est,*cc* repellitur à communione,qui alios in hæresim inducit.Et eruere lapides leprosos à domo,est ejicere hæreticos ab Ecclesia. *Leu.*14.*e.*

cc *Glo. inte.s. Exod.*21.

Abijcere scãdalizantem.

Eruere oculum scandalizantem.*Matth.*5.*e:*est *dd* amouere à se retrahentes à Christo.

dd *Au.* 1.*ser. Domini in monte.*

Caritas ad cœlestia.

Eruitur oculus dexter.1.*Reg.*11.*a.*quando *ee* mens ea cæcitate percutitur, vt vltra ad videnda cœlestia nõ aperiatur. Sic eruerunt Philisthiim oculos Samson.*Iudi.*16.*e.*Eruens autem rex Babylonis oculos Sedechiæ , occisis prius eius filiis,designat,quod maligus spiritus, subductis prius bonis operibus , post etiam , intelligentiæ lumen tollit. *Ier.*39.*b.*52.*c.*

ee *Gr.s.*1.*Re.* 11.*&* 2.*m.*16

Digitized by Google

Erui oculos suos à Mose, quærebantur filij Israël, *Num.* 16. *b.* quasi indicantes se deceptos à Mose. *Virginitas.*

Euellendi tẽpus dicitur esse in virginitate, *a* quæ omnes carnis concupiscentias præcidere conatur. *Ecclesi.* 3. *b.* *Colligi opera.*

Euelli fœnum tectorum, est *b* colligi opera, vel mori superbum. *Psal.* 128. *Eccli.* 1. 4. *c.* *Mori superbi*

Aulsus Christus à discipulis, quantum est iactus lapidis, vt oraret. *Luc.* 22. *d.* Innuit *c* orationem debere esse solitariam. *Solitaria oratio.*

Aulsi ab vberibus. *Isa.* 28. *c.* sunt, *d* qui ad solidiorem doctrinam percipiendam, iam sunt apti. Vel qui separati sunt à deliciis, & voluptatibus. *Apti ad solidioremdoctrinam.*

Auellens aquila summitatem cedri. *Exec.* 17. *a.* est *e* diabolus, qui perdere nititur principes Ecclesiæ. Vel est *f* Nabuchodonosor tollens principes Hierusalem in Babylonem. Et euulsit Pharao radices vineæ, quum destruxit reliquias Iudæorum confugientium ad se. *Ezec.* 17. *c.* *Diabolus perdere nitens principes Ecclesia.*

Euellens Esdras capillos capitis sui & barbæ præ dolore. 1. *Esdr.* 9. *a.* designat *g* euellendas malas cogitationes, vt bonæ inducantur. *Abijcienda mala cogitationes.*

Euulsa tria cornua bestiæ quartæ. *Dan.* 7. *c.* designant *h* ablatam potestatem regum. Et euulsæ alæ bestiæ, designant ablatam potestatem regni Babylonis. *Dan.* 7. *b.* Vel designatur ablatos esse sublimes contemplandi volatus *i* propter præcipitationis & præsumptionis audaciam, infirmitate vrgente, & cogente necessitate. *Ablata potestas.*

Vellentes, quibus dedit Christus genas, fuerunt principes Iudæorum, & carnifices. *Isa.* 50. *c.* Eruentes Philistim oculos Samson, fuerunt *k* Iudæi occidentes Christum. *Iud.* 16. *f.* *Iudæi & carnifices in Christum.*

Eruens pastor de ore leonis, duo crura, aut extremum auriculæ ouis, *Amos*, 3. *c.* est *l* liberans aliquos à diabolo. *Liberans prælatus à diabolo.*

Conuulsa tempestate, seu instabilis, erat *m* gentilitas: quæ seculi turbinibus, & variis idolorum cultibus iactabitur. *Isa.* 54. *c.* Et Ecclesia persequutionibus afflicta. *Gentilitas. Ecclesia.*

Vellicans Amos sycomoros, *Amos*, 7. *d.* est *n* vel legens frondes ad pastum ouium, vel colligens mora rubi ad cibum.

Auelli erumpentes aquas. *Ierem.* 18. *b.* hoc est, deficere fontes, ponitur, vt impossibile, vt intelligatur, nec diuinam *o* bonitatem posse dicere. Aut certè auelli sitientem à frontibus, est graue: quum tamen filij Israël reliquerint Deum fontem viuum.

Euertere, Subuertere, Obruere.

Evertere, est interdum deflectere, *Dan.* 13. *a.* Euerterunt sensum suum. Delere. 2. *Par.* 12. *c.* Cùm euerteret Iehu domum Achab. Deiicere. *Matt.* 21. *a.* Mensas numulariorum euertit. Destruere. 1. *Reg.* 23. *b.* Vt euertat vrbem propter me.

Subuertit Deus rotas curruum Ægypti, quum destruxit potentiam superborum. Ita subuertit inimicos suos. *Exod.* 14. *f.* *Numer.* 32. *d.* *Iudi.* 5. *a.* 7. *d.* Et subuertit spiritus montes, quum Deus humiliat aut perdit superbos. 3. *Reg.* 19. *e.* Subuertit etiam Sapientia à radicibus montes, *p* quum ad colendum Deum potentes seculi, ab imis cogitationibus prosternuntur. *Ioan.* 18. *b.* Euertit quoque, seu euertit diuina sapientia domum vitiorum. *Luc.* 15. *b.* *Destruens Deus potentiam superborum.*

Euertit Iesus cathedras vendentium columbas, quum *q* eiecit à statu suo malos prælatos & prædicatores, & spiritalem gratiam, vel dona Spiritus sancti vendentes, qui vel ante humanos, vel ante diuinos oculos sacerdotio priuantur. Et euertit mensas numulariorum, hoc est doctrinam hæreticorum. *Matt.* 21. *b.* *Marc.* 11. *b.* *Luc.* 19. *g.* *Ioan.* 2. *c.* Et euertendi facultatem habet Ieremias, designans Christum. *Ierem.* 1. *b.* *Eccli.* 49. *d.* *Agg.* 2. *d.* *Eijciens Christus malos prælatos, & prædicatores.*

Subuertet Deus Babylonem sicut Sodomam, *r* quando in iudicio statum mundi mutabit. *Isai.* 13. *d.* *Genes.* 13. *b.* 19. *c.* *Deuter.* 29. *d.* *Iudic.* 2. *d.* *Ierem.* 20. *d.* 49. *d.* *Thren.* 4. *a.* *Ezech.* 29. *c.* *Amos* 4. *d.* *Ion.* 3. *b.* *Agg.* 2. *d.* 2. *Petr.* 2. *b.* Et subuertit montes, hoc est, dæmones, & superbos. *Iob*, 28. *b.* Et subuertit insidias impiorum. *Prouer.* 10. *a.* *Ier.* 19. *b.* 46. *d.* *Perdens doctrinam hæreticorum.*

Subuertit Deus in furore suo Iudæos, quum *s* eorum destructa ciuitatẽ, dispersi sunt per orbem: & cum litera legis: & Prophetarum abiecta, induxit Deus sensum spiritualem. *Iob*, 9. *a.* Subuertuntur etiam condensa saltus, in destructione Iudææ, & abiectione literalis obseruantiæ legis. *Isa.* 10. *g.* *Ezech.* 38. *g.* Et terra, de qua oriebatur panis, subuersa est igne, *t* quando Iudæi inuidiæ igne aduersus Christum accensi, putantes illum perdere, ipsi perierunt. *Iob* 28. *a.* *Deut.* 28. *g.* 3. *Reg.* 19. Si euersi sunt muri Hierusalem, & subuertit Deus semitas Hierusalem. *Eccli.* 49. *d.* *Ier.* 39. *d.* *Thren.* 3. *b.* *Ezec.* 21. *e.* *Amos* 4. *d.* 1. *Mach.* 2. *f.* *Mutans mundi statum in iudicio. Perdens dæmones & superbos.*

Subuertit Deus semitas animæ, *u* quando permittit ipsam à diabolo subuerti. *Thren.* 3. *b.* Et subtiles intellectus diuinarum rerum scientia mundana & vana opprimi. *Destructio Iudæorum & litera legis. Oppressio mentis.*

Euertens Iudith Holophernem, est beata Virgo Maria conterens Satanam, *Iudith*, 9. *c.* *Conterens Satanam Regnia.*

Subuertit Deus omnia. *Iob*, 11. *b.* hoc est, *x* subuertit cœlum quidem, quum terribili, & occulta dispensatione, humanæ contemplationis celsitudinem destruit: Subuertit infernum, cùm cuiuslibet mentem in suis tentationibus pauidam, cadere etiam ad deteriora permittit. Subuertit terram, cùm fructificationem boni operis, aduersis irruentibus intercidit. Subuertit mare, quando fluctuationem nostræ titubationis emergenti subitò pauore confundit. *Humilians Deus. Molliri mentem. Tolliconcupiscentias. Destruere auaritiam. Grauiter tentatus.*

Subuertunt terram aquæ. *Iob*, 12. *c.* quando *y* diuinæ inspirationes, & dona Spiritus sancti, mentem terrenam & dura emolliunt, & ad pœnitentiam conuertunt. Terra etiam subuertitur igni, *Iob*, 28. *b.* quum *z* amoris desiderio, carnalis concupiscentia comburitur. Subuertere etiam Chananæum, *aa* est mortificare membra. *Iosu.* 17. *c.* *Num.* 21. *a.* *Conuersi ab infidelitate. Inducentes in errores, & vitia.*

Euertere simulachra deorum, & aras, est destruere auaritiam, quæ est idolorum seruitus. *Deut.* 7. *a.* 12. *a.* 3. *Reg.* 15. *c.* 2. *Par.* 14. *a.* 13. *a.*

Euersus, vt caderet, est *bb* qui graui tentatione impellitur, quem Dominus suscipit, ne cadat. *Psal.* 117. Euertere autem nemo potest, quæ Deus operatur, aut sustentat, *Isa.* 43. *b.*

Subuersæ gentes, quas Dominus restituit, sunt *cc* populi infideles, quos Dominus ab infidelitate conuertit. *Io.* 12. *d.*

Subuertunt munera verba iustorum. *Exod.* 23. *a.* quia faciunt iudicem iniquam proferre sententiam.

Subuertunt animas hæretici, *dd* quum eas ad vitia & errores trahunt. *Ezech.* 13. Et malignitas euertit sedes potentium, *Sap.* 5. *d.* Sic euertunt sensum suum senes Babylonis. *Dan.* 13. *b.* *Num.* 32. *b.* 3. *Reg.* 13. *g.* *Thren.* 1. *g.* *Actor.* 13. *a.* Et subuertere nituntur amici Iob amicum *ee* suum, hoc est, Ecclesiam. *Iob*, 6. *d.* Subuertuntur etiam hæretici seu aduersarij pedes Iob, hoc est, ipsius Ecclesiæ, quum extrema membra illius, ad sui dogmatis errorem pertrahunt. Et subuertunt viam pauperum, *ff* quum eos qui simpliciter ad Deum tendunt, erroribus implicant. *Iob*, 24. *a.* 30. *b.* Subuertitur ciuitas ore impiorum. *Prou.* 11. *b.* *Thren.* 1. *g.* 2. *Timot.* 2. *c.* Et subuersores sunt hæretici. *Ezech.* 4. *c.*

Subuertit fluuius fundamenta malorum. *Iob*, 22. *c.* quando ipse cursus mutabilitatis, statum in eis subruit peruersæ constructionis. Et subuertit rex Babylonis domos præclaras Tyri, quum omnis hæreticorum gloria perit. *Ezech.* 26. *c.* Et subuertit grando spem mendacij. *Isa.* 28. *e.* quum diuina vindicta disperdit fiduciam hæreticorum. *Destrui statum malorũ.*

Euertere matrem in Israël, fuisset destruere in eo populo vnam ciuitatem, 2. *Reg.* 20. *f.*

Euertit mulier domum. *Luc.* 15. *b.* Potiùs legendum euerrit: Vnde & Gregorius *gg* ait, in aliquibus exemplaribus legi emundat.

Euphrates.

Evphrates, id est: *hh* frugifer, siue fructificans, aut crescens, est vnum è quatuor fluminibus, quæ egrediuntur de paradiso terrestri, ponitur que terminus terræ promissionis, transitque per Babylonem. *Genes.* 2. *c.* 15. *d.* *Deut.* 11. *c.* *Iosu.* 1. *a.* 2. *Reg.* 8. *a.* Et *Apoc.* 9. *c.* Ponitur pro cunctis terminis Israël.

Typus est *ii* iustitiæ, quæ maximè bonis operibus fructificando in proximos redundat, & etiam virtutum corporis, per quas bonę operationes exercent. Non describitur qua fluat sicut alia flumina, quæ de paradiso oriuntur *Iustitia. Virtutes corporis.*

propter

a *Hier.* 1. *gdu. Iouinian.*
b *Hil.* & *Aug. ſ. pſ.* 128.
c *Gl. ord. ſup. Luc.* 22.
d *Hie. ſ. Iſ.* 28.
e *Ori. ſ. Ezech.* 11.
f *Hier. ſ. Exo.* 17.
g *Glo. ord. ſu.* 1. *Eſdr.* 9.
h *Hie. ſ. Dan.* 7.
i *Ricar. de S. Victo. de vitio mutab.* 6.
k *Rup. ſ. Iud.* 24.
l *Lyr. ſup. Amos* 3.
m *Lyr. ſu. Iſa.* 54.
n *Glo. ord. ſu. Amos* 7.
o *Glo. ord. ſu. Ierem.* 18.
p *Gre.* 18. *mo.* 22. *Bern. de gratia, & libero arbitrio.*
q *Ori. ſ. Matt. ho.* 15. *Hil. ſ. Mat. Can.* 21. *Am. ſ. Lu.* 19. *Gre. ho.* 17.
r *Hie. ſ. Iſ.* 13. & *ſ. Iob.* 28.
ſ *Ambr.* 1. *de incarn. pr.* 5.
t *Gre.* 9. *m.* 2. & 18. *m.* 19.
u *Glo. int. ſup. Tren.* 3.
x *Gre.* 10. *m.* 11.
y *Gr.* 11. *m.* 7.
z *Hier. ſ. Iob.* 28,
aa *Ori. ſ. Ioſu. ho.* 22.
bb *Glo. ord. ſ. Pſal.* 117.
cc *Gre.* 11. *m.* 13.
dd *Ori. ſ. Ezech. hom.* 3.
ee *Gre.* 8. *mo.* 18. & 20. *m.* 22.
ff *Hier. ſ. Iob.* 24. *Gre.* 16. *m.* 6. *Hie. ſ. Eze.* 26
gg *Gre. hom.* 34.
hh *Rup. ſ. ſu. Apo.*
ii *Am. de Parad.* 3. & 2. *de Abra.* 10. *Phil.* 1. *alleg. Bed. ſ. Gen.* 2.

Digitized by Google

propter generalitatem iustitiæ, quæ vndiquaque extenditur. *Geneſ. 2. c.* Tunc autem oritur Euphrates, quum irascibilis & concupiſcibilis obtemperant rationi. *4. Reg. 24. b. 2. Par. 9. f. 35. c. Iudith, 1. b. Eccl. 24. d. Ier. 13. a. 36. b. Apoc. 9. c. 16. c.*

Ignea vis.

Designat *a* etiam calorem & vim igneam, quæ omnibus fœcunditatem præstat. Nam adueniente calore, incipiunt omnia germinare, & ipso feruescente matureſcere, & eodem recedente ſpoliatur terra, & arbores dimittũt fructus & folia. Sol enim, qui pater vitæ dicitur, mediante calore rebus inferioribus vitam præstat, & conuenit cum Deo, qui ignis existens dat omnibus fœcunditatem & fructum.

Populus peccator. Fluxus voluptatum. Magi.

Designare etiam potest secundùm quod est fluuius Babylonis, *b* populum peccatorem, & fluxum voluptatum & vitiorum. *4. Reg. 6. a. Apoc. 9. c. 16. c.* Vel designat *c* Philosophos, & magos, & Poëtas, qui in mundo dementabant Reges, & Gentes.

a *Geo. Ve. can. 1. tom. 7. cap. 22.*

b *Aug. ſ. Apo. hom. 10. & ſ. 210.*

c *Rup. 9 ſ. Apo.*

Euidens, quare Manifeſtum.
Euigilare, Expergeſieri, Excitari, Suſcitari.

EVIGILARE dicitur, qui à somno excitatur, & etiam expergefieri, & suscitari. Et exurgere. *Eccli. 6. d.* Si videris sensatum, euigila ad eum. Excitare autem est commouere. *Psal. 77.* In iram excitauerunt Excelsum. Suscitare verò est erigere. *18. c.* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum. Exaltare, *1. Reg. 2. b.* Suscitat de puluere egenum. Excitare. *Num. 24. b.* Quam suscitare nullus audebit. Incitare. *3. b.* Qui parati sunt suscitare Leuiathan. Inspirare. *Agge. 1. d.* Suscitauit Dominus spiritum Zorobabel. Renouare. *4. Reg. 23. a.* Et suscitarent verba fœderis huius. Resuscitare. *1. Reg. 18. b.* Suscita mihi, quem dixero tibi. Reuocare. *Hoſe. 6. a.* In die tertia suscitabit vos. Statuere. *Psal. 77.* Suscitabit testimonium in Iacob. Supplere. *Deut. 25. b.* Suscitabit semen fratris sui.

Prouidentia Dei. Punitio Dei. Succurrens Deus. Ostendens Christum mũdo. Resurrectio Christi. Implens pater verba Christi. Dans nouam legem. Orantes ad Christum. Irritatio Iudæorum ad inuidiam. Dans Deus ſacerdotes & pradicatores. Dans Apoſtolos & Prophetas. Instituens legem nouam. Vocatio gentilis populi, & ſuſcitatio generis humani. Viuificans Christus Eccleſiam in cruce. Vacare tẽporalibus. Manifeſtans virgo. Maria myſteria. Transitus pradicatoris à terrenis ad cœleſtia. Pradicare iudicium. Opera noua legis. Vocari nomine Christi. Generare filios in Fide. Resurrectio. Caſtigans Deus. Perceptio myſteriorum. Conuerſio Iudæorum in fine mundi. Reſipiſcere. Eleuatio mentis. Facilitas fidei Gentium & difficultas Iudæorum.

Euigilare non conuenit Deo, nisi secundùm metaphoram. Euigilatio autem in Deo, dicit *d* attentionem ipsius ad eorum prouidentiam, qui disciplina vel salute indigent. *Iob, 8. a.* Euigilat etiam cogitatio Domini contra Babylonem, quando grandem intendit punitorem inferre. *Iere. 51. c. Ezech. 7. b. Dan. 9. b.* Et peccantes dicuntur iracundiam eius excitare. *Leu. 10. b. 2. Par. 36. d. Iudith, 8. b. Eccl. 36. a.* Et suscitat flagellum, *e* cùm castigat, vel hîc, vel in iudicio. *Iſa. 10. f.* Et excitatur tanquam dormiens Dominus. *Psal. 77.* quando *f* succurrit in tribulatione, cùm priùs videretur dissimulare.

Suscitat Deus iustum ab Oriente, quando *g* ostendit Christum mundo à Patre natum, vel cùm prædicari facit Christum inter gentes. *Iſa. 41. a. 45. b. 23. a.* Et suscitauit Dauid, hoc est, Christum, *Ier. 30. b. Ezech. 34. f.* Et suscitauit tabernaculum Dauid, quum Verbum naturam humanam assumpsit. *Amos, 9. c.* Et suscitauit sacerdotem fidelem, *1. Reg. 2. g.*

Euigilatio Noë post soporem ebrietatis. *Gen. 9. d.* typus est *h* resurrectionis Christi. Idem designauit suscitatio ipsius Christi à somno. *Matth. 8. c.* Et excitauit Deus potentiam suam, *i* quando Christus resurrexit à mortuis. *Psal. 79.* Et excitauit Christus templum post triduum, vel intra triduum *k* suscitando corpus suum. *Ioan. 2. d.* Nemo audet suscitare leonem, aut potest, quia Christus propria virtute resurrexit. *Gen. 49. b. Hab. 3. b.* Et suscitauit Deus spiritum Zorobabelis, hoc est, Christum ad ædificationem Ecclesiæ, *Agge. 1. d.* Et suscitauit de terra inopem, Christum videlicet ex Iudæis. *1. Reg. 2. b.*

Suscitauit Deus verbum serui sui, quum *l* implet verba Christi. *Iſa. 44. d.* Et suscitauit testimonium in Iacob, *Psal. 77.* dando legem nouam per Christum, qui testis dicitur Patris. Vel suscitauit testimoniuum, quia dando legem, aliquid suscitatum est. Sine lege enim ait Apostolus peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam aliquando sine lege. Adueniente autem mãdato, peccatum reuixit: Ecce quod suscitatum est per testimonium, quod est lex, vt appareat quod latebat.

Suscitantes discipuli Christum, sunt *m* orationibus ipsum pulsantes. *Matt. 8. c. Marc. 4. d.*

Suscitauit Christus zelum. *Iſa. 42. c.* quando *n* mittens Apostolos ad prædicandum gentibus in zelum, & inuidiam excitauit Iudæos.

Suscitat Deus sacerdotem fidelem, hoc est, sacerdotem noui testamenti. Vel dicitur, quia ipse non eligit nisi bonos, *1. Reg. 2. g.* Et suscitauit pastores super gregem suum, o quando misit Apostolos & doctores. *Iere. 23. a.* Et suscitat Medos, cùm mittit prædicatores. *Iſa. 13. c. Hab. 1. b.*

Suscitat Deus fundamenta generationis, & generationis, *p* quum in vtroque populo excitauit Apostolos, & Prophetas, qui sunt fundamenta Ecclesiæ. *Iſa. 58. d.* Et suscitauit Dominus septem pastores, & octo primates, hoc est, principes veteris ac noui testamenti. *Mich. 5. b.* Suscitat etiam Deus de filiis Ecclesiæ Prophetas, & Nazaræos, *Amos, 2. c.*

Suscitat Deus pactum sempiternum, *q* quum instituit legem nouam. *Ezec. 16. g.* Et suscitauit tabernaculum Dauid, hoc est, Ecclesiam. *Amos, 9. d.*

Suscitans Elias filium viduæ, est *r* Christus gentilem populum. *3. Reg. 17. c.* Et suscitans Eliæus aliũ puerum, est Christus suscitans genus humanum. *4. Reg. 4. f.* Et suscitauit Deus egenum de puluere, & inopem de terra, *ſ* quum gentilem populum liberat à peccatis, & quum abscindit deliberationem peccati à corde, & terrenum ad cœlestia eleuat, & magnificat contemptorem inanis gloriæ, & honorum, *1. Reg. 2. b. Pſal. 112.* Et suscitat de lapidibus filios Abrahæ, quum ad fidem Abrahæ conuertit gentiles, *Matt. 3. b. Luc. 3. b. Iſa. 4[illegible]. g.* Et suscitat terram Christus, quum conuertit gentiles terrenos. *Iſa. 49. c.* Et suscitat fideles de loco, in quo venditi fuerant *t* quum liberat eos ab erroribus, quibus decepti fuerant, *Ioel. 3. b. Zach. 4. a. 9. c.*

Suscitat sponsus sponsam sub arbore malo. *Cant. 8. b.* quando in *u* cruce positus subditam sibi Ecclesiam ad vitam reuocauit, vt à somno mortis resurgeret, & cum illo se crucifigens, ad nouam resurrectionem properaret, & ad apertam fidei confessionem eleuaretur.

Euigilare sponsam. *Can. 2. b.* est *x* animam dimissa contemplatione, temporalibus & exterioribus vacare. Et *y* beatam Virginem Mariam tempore oportuno manifestare mysteria Incarnationis Christi.

Suscitauit Deus equum quasi locustas. *Iob, 39. c.* quando *z* de loco ad locum transilire facit peccatorem, nempe vt de præsentium delectatione, ad desiderium futuri seculi inflammatus amore transferatur. Vel est, *aa* quando Deus, eo ad altiora prædicatorem excitando subleuat, quo grauiore persecutionis æstu ipsum excruciari permittit. Suscitat enim Deus arcum suum, quando *bb* prædicari facit iudicium. *Haba. 3. c.*

Suscitatur semen fratris, cum *cc* fiunt opera iuxta Euangelium, quæ etiam erant dicta secundùm legem. Et quia fideles nominantur nomine Christi. *Gen. 38. b. Deut. 25. b. Matt. 22. c.* Suscitat etiam semen fratris defuncti *dd* prædicator, qui generat filios in fide. Vnde meritò expuitur in faciem eius, qui electus ad ministerium Euangelizandi, renuit officium, & excalceatur, quia non habet calceatos pedes in præparationem Euangelij pacis.

Suscitauit nos Deus in die tertia, hoc est, *ee* in resurrectione. *Hoſ. 6. a.* Et euigilare dicuntur, qui resurgunt, quia quasi excitantur à somno, *Iob, 14. b. Iſa. 26. d. Ioan. 11. b.*

Suscitat Deus gentem super domum Israël, quando castigat peccantes, *Amos, 6. d.*

Euigilatio Iacob post visam scalam in somniis, *Gen. 28. c.* designat *ff* susceptam cognitionem rerum diuinarum. Idem designat euigilatio Salomonis, *3. Reg. 3. c.*

Euigilatio alia eiusdem Iacob, postquam cognouit viuere Ioseph. *Gen. 45. g.* typus est *gg* conuersionis Iudæorum ad fidem in fine mundi futuræ.

Euigilant, qui à peccatis resipiscunt. *Da. 12. a. 2. Co. 15. d.* Et euigilant somniantes, *hh* quũ hæretici suos agnoscunt errores. *Iſa. 26. d. 29. c. Ioel. 1. a. Actor. 12. b.* Ad hæc referri potest euigilatio Pharaonis post visa somnia. *Gen. 41. b.* Non suscitant autem medici, quia Philosophi non laborant animas à peccatis. *Iſa. 26. c.* iuxta Septuaginta. Non est etiam, qui suscitet virginem Israël, quia non surgit ad priorem statum, quo erat sine peccato: licet meritis surgat ad æqualem. *Amos, 1. a.*

Euigilantes discipuli viderunt gloriam Christi: *ii* quia nemo dormiens eum videt. *Luc. 9. d.* Ita dicitur. *Ier. 31. c.* Expergefactus sum, & vidi.

Suscitauit Iesus publicè filium viduæ, secretò verò filiam Archisynagogi, designans citò creditura Ecclesiam ex Gentibus: Iudæos verò, ex pluribus pauciores, *Luc. 8. g.* Venerat Christus ad suscitandas tribus Iacob. *Iſa. 49. b.*

d *Dion. epi. 9.*
e *Hier. ſ. Iſa. 10.*
f *Ar. ſ. pſ. 77.*
g *Hie. ſ. Iſ. 41. & ſ. Ier. 30. Chry ſ. ſ. Ioan. hom. 10.*
h *Bed. ſ. Gen. 9. Ori. ſ. Gen. ho. 17.*
i *Au. ſ. pſ. 79.*
k *Am. epi. 12.*
l *Au. ſ. pſ. 77.*
m *Ori. in diuer. hom. 6.*
n *Hier. ſ. Iſa. 42.*
o *Hier. ſ. Iere. 23.*
p *Hi. ſ. Iſ. 58. & ſ. Mic. 5. & ſ. Amos 2.*
q *Hier. ſ. Eze. 16. & ſ. Am. 9.*
r *Au. ſer. 201. Gre. 9. m. 32. & ſ. 1. Reg. 2.*
ſ *Ori. ſ. Luc. hom. 22. Au. ſ. pſ. 112. Hie. ſ. Gal. 3.*
t *Hie. ſ. Ioel. 3.*
u *Gr. ſ. can. 8. Am. de Iſa. 8.*
x *Gre. ſ. cant. 2. Ber. ſ. Can. ſer. 52.*
y *Rup. ſ. Can. 2.*
z *Hier. ſ. Iob. 39.*
aa *Gr. 31. m. 21.*
bb *Rup. ſ. Ha. 3.*
cc *Ori. ſ. Mat. hom. 22. Au. 3. cont. Fau. 10. & ſ. pſ. 44.*
dd *Gre. 1. paſt. 5. Ber. ſer. 3. in feſto Petri & Pauli. Rup. 1. ſ. Deu. 37.*
ee *Hie. ſ. Hoſ. 6.*
ff *Glo. ord. ſu. Gen. 28.*
gg *Am. de Ioſeph. 13.*
hh *Hie. ſ. Iſa. 26. & ſ. Amos 3.*
ii *Ambr. ſup. Luc. 9. Amb. ſ. Luc. 8.*

Suscitat Leuiathan. *Iob.3.b.* qui *a* resipiscens à peccatis, diabolum in se prius quiescentem & quasi dormientem,excitat ad tentandum:quia iecit eum à se. *a Gr.4.m.24.*

Irritatio diaboli per pœnitentiam.

Excitauit Deus Pharaonem,vt in ipso ostenderet potentiam suam. *Rom.9.c.* quia permisit eum indurari, qua occasione fecit mirabilia erga populum suum.Ita suscitauit pastorem stultum,hoc est,*b* Antichristum.*Zac.11.d.* Et suscitauit equum,quasi locustas. *Iob.39.c.*quia *c* permisit dæmonem, ad diuersas vastandas regiones prosilire. Sic suscitatur Leuiathan.Dicitur autem Pharao excitari, hoc est in regnum erigi: atque ita de cæteris. *b Hier.s.Zac. 11. & s. Iob. 39.*

Permittens indurari malos.

Non expergefient mali in sempiternum. *Ierem.51.g.*quia licet resurgent in iudicio,morti tamen æternæ tradentur. *c Gr.4.m.12. Au.11.s.Ap.*

Mors æterna.

Suscitant Siim turres Chaldææ,quando *d* dæmones exigunt turrem superbiæ.*Isa.23.c.* *d Hier.s. Isa. 23.*

Erectio turris superbiæ.

Suscitat infernus gigantes in occursum Luciferi.*Isa.14.b.*quando damnati maledicunt diabolo,per quem peccauerunt.

Maledicunt damnati diabolo.

Suscitatur falsiloquus aduersus faciem Iob,quando *e* hæretici, aut praui fidem exterius, quam in corde non habent,tempore pacis Ecclesiæ confitentur: quam tempore aduersitatis eius denegant,& ipsi Ecclesiæ contradicunt,*Iob.16.b.* *e Gre.13.m. 5.*

Simulata fides hæreticorum.

Suscitans Hiel Hiericho,prius à Iosue destructam.*Ios.6.d.3.Reg.16.g.* designat *f* eum, qui cùm abrenunciasset diabolo,& actibus eius, iterum malè viuendo eadem vitia repetit. *f Glo. ord.su. 3.Reg.16.*

Reuertens ad vitia.

Euilath.

Evilath,seu potius Chauila,id est,dolens,vel parturiens: regio Indiæ Orientalis, per quam transit Phison, qui est Ganges,dicta à filio Iectam:est abundans auro optimo,& lapidibus pretiosis,estque terminus Orientalis Ismaëlitarum.*Gen.2.b.10.d.25.b.*Quanquam hæc Euila, quæ est terminus Ismaëlitarum, videtur esse ea, quæ ponitur terminus Amalec.*1.Reg.15.b.*quum dicitur, percussisse Saul Amalec, ab Euila vsque Sur:& Ismaël dicitur habitasse,ab Euila vsque Sur,quæ respicit Ægyptum.Fuit alia Euila,quæ est regio Getulorum,vltra Numidiam,dicta ab Euila filio Chus,*Gen.10.a.*

Euila,designare potest *g* imprudentiam,quam circuit Phison,hoc est,prudentia: quia per prudentiam imprudentia est corrigenda,quod non fit per voluptates,sed per laborem:& dolorem: & tunc nascitur aurum & lapides pretiosi virtutum.*Gen.2.b.* *g Phil.1.alleg.*

Impudentia.

Vt etiam Euila interpretatur parturiens, designat concupiscentiam, quæ parturit peccata: Et percussit Saul Amalec ab Euila vsque Sur,hoc est,*h* abstulit prauam concupiscentiam,& deliberationem,& opera,vsque ad eos qui habent prauam consuetudinem.*1.Reg.15.b.* *h Gr.s.1. Re. 15.*

Concupiscentia.

Euin.

Euin,id est,ve,aut desiderans, vel desiderium meum, aut belluinus, vel ferinus, Rex Madian occisus à filiis Israël.*Num.31.a.*designat *i* belluinos mores in nobis occidendos. *i Ori.s.Num. ho.25.*

Beluini mores.

Eunuchus, Castrare.

Evnvchvs,dicitur castratus,hoc est,exectus membris,seu vasis generationi deseruientibus: Solebant autem adolescentes fieri eunuchi, vt cubicula regum seruarent. Eunuchi autem dicuntur *k* quidam de matris vtero, qui sunt frigidioris naturæ.Eunuchi autem facti ab hominibus,dici possunt,qui propter verba hominum, & inanem gloriam casti sunt: & quos Philosophi faciunt: vel qui propter idolorum cultum emolliuntur in fœminas, vel persuasione hæretica simulant castitatem, vt mentiantur religionis veritatem. Eunuchi verò propter Christum, sunt verè casti, qui castrauerunt se propter regnum cœlorum. *Matt. 19. b.* Hi sunt Eunuchi regis, qui non generant mala opera, sed animi veritate,omnia in se libidinis fomenta contriuerunt,*1.Reg.8.c.Isa.56.b. Actor.8.e.* *k Ori.s.Mat. hom.7. Hie.s. Isa.56.& su. Mat.19. Cassi. colla. 22.cap.6.*

Casti ob inanem gloriam. Effœminati.

Verè casti.

Eunuchus Pharaonis Phutiphar qui emit Ioseph. *Genes.39.a.* designare potest *l* mentem simplicem superfluis vacantem: vel est vulgus simplex, qui emit Ioseph, quia vir ciuilis seruit ei non habet virtutis opera: licet videatur vir, & laudet virtutem. Vel est populus Christianus, emens Ioseph, hoc est, Christum. Designat etiam populum castum sub malo principe.*Gen.37.g.Iere.38.b.*Eunuchus Æthiops. *Actor.8.a.* typus est Ecclesiæ ex gentibus. *l Phi.2.alleg. & de Ioseph. Ori.s.cant.ho. 2. Rup. 8. de diu.offi.11.*

Mens simplex. Vulgus. Populus Christianus & castus.

Eunuchi duo Pharaonis in carcere.*Gen.40.a.*significare possunt *m* gentiles & Iudæos: quorum alter, Christi gratiam adeptus est,alter verò suspensus, & reprobatus, nempe populus Iudæorum. Vel sunt duo genera peccatorum,hoc est,remissibilium,& non remissibilium. Demum eunuchi Pharaonis,aut regis,Babylonis,aut alterius regis,dici possunt, qui non proferunt fructum fidei,& bonorum operum.*Deut.23.a.4.Reg.9.g.20.d.Ester 1.b. 2.c. Isa.39.d.* Eunuchi etiam regis,designare possunt *n* hypocritas,sub malo prælato, qui secularem voluptatem, se abiecisse ostentant: sed reproborum propositorum impositum iugum portant.*1.Reg.8.c.* *m Ori.s.Mat. hom.7. Bed.s. Gen.40.Phil. de temulent. n Gre.s.1.Re. 8.*

Ecclesia ex gentibus. Gentiles, & Iudæi. Duplicia peccata. Inutiles. Hypocritæ.

Eunuchi, etiam dicuntur *o* negantes Deum, & ideas, quasi tollentes generationem seu creationem rerum à Deo.

Negantes Deum.

Eunuchus,qui non intrat in Ecclesiam,designat *p* mores impios, & diuina virtute, ac genitali priuati. Et eos, qui possunt aliis prodesse docendo, nec curant. *Deut.23.a.* *o Phi.de mig. Abr. & de victi.offerent. p Cle. Alex. adho. ad gentes.Rup.1.su. Deut.22.*

Mores impij.

Euphrates, vide supra.

Exacerbare, quare Acerbus.

Exaltare, vide Altus.

Examen.

Examen dicit nouam apum sobolem, quam parentes ex suis alueariibus ad noua quærenda domicilia exire compellunt.

Examen apum in ore leonis mortui,quod vidit Samson.*Iudi.14.b.* est *q* multitudo fidelium in ore Christi:Vel sunt *r* fideles, quos eruit Christus de ore diaboli. *q Au.se.107. r Rup. s. Iud. 16.*

Fideles in ore Christi.

Examinare, Examen.

Examinare,est aliquid scrutari, & quasi ad libellam perpendere. Est enim examen in bilancibus, aut statera stylus ille medius ponderis æqualitatem,& inæqualitatem indicans.

Examinat Deus igne sicut argentum, *s* quando per verbera, & martyrium omnem malam permissionem aufert,*Psal.16.65.Iere.9.b.1.Cor.2.d.* *s Hil.s.pf.65. Hier. Iere. 9.*

Purgãs Deus.

Examinata dicuntur eloquia Dei igne.*2.Reg.22.c.Psal.11.17.* Non *t* quòd ipsa sint examinata ab igne, quasi fuerint inquinata: sed qui illa susceperit libenter in corde suo,fiet per illa vt aurum & argentum mundum, per ignem purificatum. *t Hie.s.pf.16.*

Mundantia verba Dei cor.

Exarare, quare Scribere.

Excauare,vide Fodere.

Excedere,Excessus,Extasis.

Excedere,est vltra cedere,& prætergredi, ac superare. Extasis iuxta multas differentias modum habet: Dicit enim extasis stupor,ob excellentiam admirationis.Dicitur & extasit insania, eo quod à proposito dimoueat. Verùm illa somni extasis, hoc est, sopor, iuxta alium modum dictus est *u* iuxta naturalem actionem maximè eo quòd profundissimè sancto Adam inductus esset, qui manu Dei formatus erat. Extasis etiam dicitur mentis excessus qui fit vel pauore,vel aliqua reuelatione.

Eleuatio mentis Prophetica. Admiratio ignorantiæ humanæ. Perturbatio Christi in passione.

Excessus,aut sopor Abrahæ,*x* est eleuatio prophetica,ad diuina intuenda,& cognoscenda,*Gen.15.c.*

Excessus Dauid,indicat *y* admirationem modicæ cognitionis humanę erga diuina.*Psal.113.* Designat etiam *z* perturbationem Christi in passione. Accepit enim pauorem Christus pro nobis, & in nobis, vt eius membris. *Psal.30.in tit.*

Defectus cognitionis humanæ comparata Deo.

Excedere dicuntur scientiam Iob ea,quæ loquutus est postquàm audiuit Deum loquentem.*Iob, 42.a.*quia,*aa* qui comparatus aliis,sapiens esse videtur,comparatus Deo inuenitur insipiens.

Raptus Pauli.

Excessus mentis Beniamin, designare potest *bb* raptum Apostoli Pauli. *Psal.67. 2.Cor.5.c.* Datur etiam excessus mentis Petri. *Actor.10.b.*

uEpiph.2.hæreses tom.1. Au.s.pf.30. x Ambr.2.de Abr.9. y Basi.s. psal. 115. z Aug.s.psa. 30. aa Greg. 25. mor.1. bb Arn. & Aug.s.pf. 67.

Perturbatio fidelium in persecutione.

Extasis potest significare *a* perturbationem populi Dei in persecutione gentium: & defectum fidei per orbem. *Psalm. 30. in titulo.*

a *Aug.s.ps.30.*

Dona Paulo collata.

Excedens pars Beniamin data sibi Ioseph, partes aliorum fratrum quintuplo. *Genes. 33.g.* designat *b* excellentiam donorum Paulo à Christo collatorum, qui factus est vas electionis.

b *Glo. int.su. Gen.43.*

Abundantia donorum mundo à Christo collatorum

Excedens copia tritici mensuram tempore Ioseph in Ægypto. *Genes.41.f.* designat abundantiam donorum spiritualium mundo per Christum allatorum: cui non est datus spiritus ad mensuram.

Excelsus, vide Altus.
Excidere, vide Abscindere.
Excidere, vide Cadere.
Excipere.

Maria suscipiens Christũ in vtero.

Excipere, est quasi extra capere, & separare, seu excludere: quandóque verò est recipere: vt *Eccles.6.b.* A iuuentute tua excipe doctrinam. Quod etiam est adipisci. Est item admittere. *Galat.4.b.* Sicut angelum Dei excepistis me. Et experiri. *Iud.6.b.* Dum dignas gladij mei pœnas exceperint. Et suscipere. *1.Mach.12.f.* excepit eum cum honore.

Anima suscipiens verbum Dei.

Excipiens Martha Christum in domum suam. *Luc.10.d.* designat *c* Mariam suscipientem filium Dei in suo virginali vtero: Designat etiam animam suscipientem in se verbum Dei: ad quod referri possunt aliæ exceptiones. *Luc.19.a. Ioan.4.f. Actor.21.c.*

c *Bern.ser. 2. Assumpt.*

Suscipiens Gentilitas Apostolos, & vtrumque testamentum.

Excipiens Rahab exploratores missos à Iosue. *Hebr.11.f.* designat *d* gentilitatem suscipientem Apostolos & prædicatores à Christo missos, & vtrumque testamentum.

d *Glo. ord.su. Heb.11.*

Consentire in dilectionem.

Exceptus genibus dicitur Iob, aut peccator. *Iob.3.b.* quia *e* ad delectationem carnis prodiit: nimirum culpam per confessionem spiritus, subiectis cunctis sensibus, quasi suppositis genibus, consummauit.

e *Greg.4.mo. 27.*

Admittens anima omnem voluptatem.

Excipiens mulier omnem masculum. *Eccles. 36.d.* est anima admittens *f* omnem voluptatem, aut dæmonem. Idem designant excipientes Holophernem cum coronis, & lampadibus. *Iud.3.c.* Vel excipit mulier masculum, hoc est, libenter parit masculum.

f *Lyr.s. Eccl. 36.*

Exceptus sæpe est demptus. *Genes.14.d.* Exceptis his, quæ comederunt iuuenes.

Excitare, vide Euigilare.
Excludere, quare Eiicere.
Excogitare.

Studium prædicatoris.

Excogitare, excogitando inuenire, quasi veniendo ad perfectionem cogitationis.

Machinationes diaboli.

Excogitans Beseleel, quod fabrè fieri poterat. *Exod.31.a.35.e.* designat *g* prælatum, aut prædicatorem excogitantem, quæ faciunt ad ædificationem Ecclesiæ.

g *Glo.int.sup. Exod.31.*

Decreta tyrannorum contra fideles.

Excogitans Haman mala contra Iudæos. *Ester.8.a.* typus est *h* diaboli cogitantis varias tentationes aduersus fideles. Idem designat excogitans Ieroboam consilium prauum, vt auerteret populum Israël à Deo, fabricatis vitulis aureis. *3.Reg.12.g.* Designantur etiam statuta. Principum gentium aduersus fideles.

h *Lyr.s.Ester. 8.*

Excolere, vide Agricola.
Excoriare, quare Pellis.
Excors, vide Stultus.
Excubare, Excubia, Excubitor.

Feruentes amore celestium.

Excubare, est vigilare, & custodiam facere, vt milites extra castra obseruãtes ad custodiam castrorum: & Excubitor dicitur, qui excubat: & Excubiæ, vigiliæ.

Vigilantia prælatorum.

Excubantes in ostio tabernaculi, sunt *i* amore cœlestium feruentes, & introitum æterni tabernaculi expectantes. *Exod.38.a. Num.1.g.3.b.e.9.d.18.a.38.e. 3.Reg.14.g.4.Reg.11.b.* Excubant antiqui patres ad ostium tabernaculi cœlestis nondum aperti.

i *Gre.ho. 17. Rup.2.s. Leu. 3.*

Transferentes culpam in alterum.

Excubantes sacerdotes ad custodiam templi, sunt *k* prælati, & prædicatores vigilantes ad custodiam subditorum. *Exech.40.g.*

k *Gre.s.Exec. hom.22.*

Excusare, Obtendere.

Negligentes salutem suam Hypocrisis.

Excusare se dicitur, qui crimen obiectum à se repellit: aut causam adfert, quare aliquid, quod culpabile videatur, fecerit: aut ne faciat, quod ei mandatur. Idem est obtendere. *Genes.44.d.*

Iudæi castigatio Dei.

Excusat excusationes in peccatis, *l* qui non defendit crimen, vt cædem, aut adulterium: sed dicit. Mulier importuna adblandiens pellexit me: aut ille conuiciis me mouit ad iram. *Psalm.140. Prouerb.3.d. Sapient.16.a. Ioan.15.d.*

l *Hil.s.ps.140*

Eiiciens Deus malos.

Excusantes se à cœna. *Luc.14.d.* sunt *m* sua culpa negligentes venire ad regnum cœlorum: quia nemo excluditur à regno Dei, nisi sua sponte. Excusant se, quod duxerint vxorem, *n* qui abstinent à diuino mandato propter voluptates.

m *Am.s.Luc. 14.*

Mergens diabolum in infernum.

Obtentus prolixæ orationis est hypocritarum. *Matth.12.d.* qui *o* simulata sanctitate decipiunt simplices.

n *Cle. Alex. 5.stro.*

o *Glo. ord.su. Matth.12.*

Excutere.

Separans Christus bonos à malis.

Excvtere, est commouendo, & quatiendo aliquid ab aliquo reiicere. Et dicimus excutere, vestem, & excutere puluerem à veste.

Abstractio fidelium à Iudæis

Excutere dicitur Deus gith, aut cyminum baculo, quum *p* leuiter castigat. *Isa.28.g.*

p *Hie.s.Is.28.*

Probatio fidelium.

Excutiet Deus impios de terra, quum *q* aufert malos de Ecclesia. *Iob.38.b.* Et excussi sunt peccatores eiecti à Deo. Iudæi etiam excussi dici possunt. *Psal.26. Isa.18.c. Nee.5.c.*

q *Hier.s. Iob. 38.*

Verbum Dei excutiens iacula inimici.

Excutiens Deus Pharaonem, & in mari rubro, *r* est mergens diabolum, & eius sequaces in infernum. *Psalm.135.*

r *Ar.s.ps.135. Amb.prol. de Spiritu sancto*

Parati ad opus.

Excutiens Gedeon frumenta virga. *Iud.6.b.* designat *s* Christum separantem bonos ab inani malorum palea: vel est rectitudine iudicij à vitiorum paleis virtutum grana separare. *Ruth.2.c.*

s *Aug.ser.108*

Prophetæ.

Excussio oliuarum, est *t* abstractio aliquorum fidelium ex Iudæis. Vel probatio & persecutio fidelium, quæ fiet tempore Antichristi. *Isa.17.b.24.c.* Excutiuntur etiam fideles, sicut locustæ, *u* quando per persecutionem dispergũtur. *Psalm.108.*

Vtilitas munerum.

Excutiens angelus flammam ignis de fornace. *Dan.3.e.* designat *x* verbum Dei executiens iacula inimici.

Abiicere temporalia.

Excussi sunt iuuenes parati ad opus, nulla re impediti. Ita excussi erant *y* Prophetæ & Apostoli, tanquam sagittæ in orbem missi, nulla re impediti: qui etiam eiiciebantur, quasi excussi: & ipsi excutiebat puluerem de pedibus suis: Prophetæ etiam excutiuntur, quum explicantur. *Psalm.126.*

Abiectio discretionis.

Excutere manus à munere. *Isa.33.e.* est *z* fugere acceptionem munerum. Tunc autem quis ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus, non solùm nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.

Conuersio peccatorum.

Excutere puluerem de pedibus, est *aa* abiicere diuitias, cæteráque temporalia, ac demum omnia vna ab affectu. Vel excutit puluerem, *bb* qui nil temporale recipit à non recipientibus verbum verbi. *Matth.10.b. Marc.6.b. Luc.9.a. Actor.13.g.18.b.* Excuti autem de puluere, est à terrenis affectibus segregari. *Isa.52.a.*

Non dare locum Deo in nobis.

Excutere dentem seruo, est *cc* tollere simplicibus discretionis virtutem. *Exod.21.c.*

Abscissio gratiæ prædicationis.

Excutiens Esau à se iugum seruitutis Iacob, designat *dd* conuersionem iudæorum in fide mundi, quando excutient onus legis. *Genes.27.g.*

Dolor mandatorum.

Excutiunt Deum à mente, qui non dant ei locum in mente sua. *Tob.6.d.* In aliquibus exemplaribus legitur, excludant.

Excutere folia magnæ arboris, est *ee* tollere gloriam regis Babylonis. *Dan4.b.* Vel excutiuntur folia, quando deficiente virtutum proposito in prædicatore, gratia bene loquendi tollitur, & fiducia, & authoritas loquendi, aut prædicandi amittitur.

Excutientes leones comas suas super Babylone. *Ierem.51.d.* dici possunt *ff* dolentes principes mundani.

aa *Am.s.Lu. 9.*
bb *Hieron.su. Matt.10.*
cc *Glo.s. Ex. 21.*
dd *Bed.s.Gen. 27.*
ee *Ricar.de S. vict. de secun. consciен.22.*
ff *Glo.ord.su. Ierem.51.*

Digitized by Google

a *Glo. ord. ſu. Actor. 28,*

Excurriens Paulus viperam in ignem. *Actor. 28. d.* deſignat *a* prædicatores, excutientes diabolum per bona opera & exempla, qui in gehennam mergitur.

Expulſio diaboli.

Execrari, quare Abominari.

Exedra.

Exedra, eſt locus ſpacioſus, quaſi triclinium, quæ ferè ad Occidentem verſa eſſe ſolebat.

Exedra Nathamelech. *4. Reg. 23. c.* vbi fouebantur equi, & currus ſolis, ad fauorem idololatriæ pertinet.

Exedræ templi, in quibus erant Theſauri. *1. Paral. 9. d. Ierem. 35. a.* corda eruditorum deſignare poſſunt: vbi ſeruantur Theſauri doctrinæ.

Corda eruditorum.

Exemplar, Exemplum.

Chriſtus. Angelica conuerſatio.

EXEMPLAR eſt, quod nobis proponitur, vt ſimile faciamus. Exemplum autem eſt actio, quæ proponitur ſequenda, vel vitanda.

b *Glo. inte. ſu. Exod. 25.*

Exemplar monſtratum Moſi in monte, eſt *b* Chriſtus: vel angelica, & perfecta conuerſatio. *Exod. 25. d. 26. f.* Idem erit exemplar, quod debet accipere rex à ſacerdotibus. *Deut. 17. d. Num. 8. a. Hebr. 8. a. b. 9. f.* Et exemplar templi, quod dedit Dauid Salomoni. *1. Par. 28. d.*

c *Gre. 13. mo. 17.*

Exemplum, dicitur *c* bonus coram vulgo. *Iob. 17. b.* quia & pœna iuſti ab eis damnatio creditur: & quæ illi maneat gloria nulla ſpe fidei præuidetur.

Contemptus bonorum apud vulgu. Grauis punitio.

d *Hie. ſ. Nah. 3.*

In exemplum dicitur fieri, *d* quod grauiter punitur, aut deſtruitur à Deo: vt aliis ſit admirationi, & emendationi, vt ſimile caueant. *Num. 5. c. Deut. 29. d. 3. Reg. 9. b. 2. Par. 7. d.* ET è diuerſo ad imitandum in bonum. *Ruth. 4. c. Tob. 2. c. Nahu. 3. b.*

Labor Adæ.

e *Hieron. ſ. Zach. 13.*

Exemplum dicitur eſſe Adam homini agricolæ: *e* quia in ſudore vultus ſui, veſcitur pane ſuo, ſicut ille. *Zach. 13. c.* Vel ſi dicitur *f* à Chriſto, ſumitur contrario modo, quia Chriſtus non quæſiuit gloriam ſuam, ſicut Adam.

f *Ruper. 11. ſ. Matth.*

Exemplar altaris Damaſci, quod miſit Achaz ad Vriam ſacerdotem. *4. Regum 16. b.* Ad idololatriam pertinet.

Exenterare.

Exenterare, eſt perforare, aut interiora aperire.

Apertio lateris Chriſti. Detegens Chriſtus aſtutias diaboli. Aſſertio iuſtitiæ in bonis operibus. Vendere iuſtitiam. Parare aduerſus diabolum. Conuerſio per ſecutorum. Puniens Deus Liberans Deus à diabolo. Operatio ſalutis per Chriſtum.

g *Glo. ord. ſu. Tob. 6.*

Exenterans Tobias piſcem. *Tob. 6. a. g* apertionem lateris & corporis Chriſti ſignificare poteſt: vnde oculis mentis noſtræ ſalubria fluxerunt medicamenta: Vel ipſe Chriſtus piſcem exenterauit, quum nequitiam diaboli latiùs Sanctis aperuit: & quaſi arcana inſidiarum eius reſerauit.

Exequi.

h *Greg. 9. mo. 19.*

EXEQVI, eſt operationi mandare, quod iuſſum, aut decretum eſt.

Exequi iuſtè, quod iuſtum eſt. *Deut. 16. d.* eſt *h* in aſſertione iuſtitiæ eandem iuſtitiam quærere: Iniuſtè autem, quod iuſtum eſt, exequitur, qui ipſam, quam prætendit iuſtitiam, venundare minimè veretur.

Exequentes ſerui Dauid, quod Rex iubebat, ad fugiendum Abſalonem. *2. Reg. 15. c.* parati ad reſiſtendum diabolo.

Exequens Ioab inuitus præceptum regis Dauid, ſuper numeratione populi. *1. Paral. 21. a.*

Exequentes miniſtri regis Darij diligenter præceptum regis ſuper ædificatione templi. *1. Eſdr. 6. c.* deſignant *i* eos, qui per mutationem dexteræ excelſi, ex perſecutoribus fiunt miniſtri Eccleſiæ.

i *Lyr. ſ. 1. Eſdr. 6.*

Exequiæ, vide Funus.

Exercere.

Exercere, eſt operam ponere, aut tractare, aut etiam fatigare.

Exercuit Dominus manum magnam in Ægyptios, quando eos grauiter puniuit. *Exod. 14. g.*

k *Or. ſ. Num. hom. 27.*

Exercet etiam Deus vindictam in Deos Ægypti. *Num. 33. a.* quum *k* conuertit peccatores liberans eos à poteſtate diaboli.

l *Hil. & Au. ſ. pſal. 54.*

Exercitatio Chriſti, eſt *l* operatio ſalutis noſtræ. *Pſalm. 54.* Nos etiam exercitamur patiendo perſecutiones ab aduerſariis. Malus enim viuit, aut vt corrigatur, aut vt bonus per ipſum exerceatur.

Exercens Salomon poteſtatem ſuper reges à flumine Euphrate, vſque ad terminos Ægypti. *2. Par. 9. f.* imperium Chriſti in gentes deſignauit.

Imperium Chriſti in gentes.

m *Ori. ſ. Cæt. hom. 1.*

Exercitati ſenſus, ſunt *m* ſenſus interiores, in ſpiritualium doctrina perfecti. *Hebr. 5. d. Pſalm. 67. 118. 2. Tim. 4.* Idem deſignant exercentes iudicium Dei. *2. Par. 19. b. 2. Mach. 4. c. 15. c.* Ad hæc referri poteſt excitatio Ionathæ, ad ſignum: & exerceri ad prælium, quod non erit in gloria. *1. Reg. 20. d. Iſa. 2. b.*

Senſus interiores perfecti. Perſecutio Iudæorum in Chriſtum.

n *Ambroſ. de Noe. 29. Gr. 10. m. 16. Bed. ſ. Pro. 24.*

Exercentes fratres Ioſeph malitiam in ipſum Ioſeph, ſunt Iudæi Chriſtum perſequentes. *Geneſ. 50. c. Mac. 7. d.*

Exercere terram, interdum eſt *n* moderari corpus, & per ipſum operibus virtutũ vacare. Et exercere diligenter agrum, eſt foris bene operari. *Geneſ. 9. c. Prou. 24. d. 1. Tim. 4. c.* Et corpus in bonis operibus excolere.

Moderari corpus. Bene operari.

o *Gloſ. or. ſup. 2. Petr. 2.*

Exercere etiam terram, interdum eſt *o* peccatis & vitiis vacare. Sic dicebat Sichem filiis Iacob. *Geneſ. 34. b.* Terra in poteſtate veſtra eſt, exercete, negotiamini, & poſſidete eam. Et cor exercitatum in auaritia ponitur. *2. Petr. 2. c.*

Vitiis vacare.

p *Lyr. ſ. 2. Par. 24.*

Exercentes Syri ignominioſa iudicia in regem Ioas, ſunt *p* gentiles deſtruẽtes Iudæos poſt necem Chriſti, &c. *2. Par. 24. e. Ezech. 23. d. 1. Mach. 9. e.* Et dæmones perdentes adulatores, & adulationibus acquieſcentes.

Gentiles perdentes Iudæos. Confundi acquieſcentes adulationibus.

Exercentes latrocinia viri Sichen in prætereuntes. *Iudith. 9. c.* deſignare poſſunt dæmones, quærentes, quos deuorent.

Quærentes dæmones quos deuorent.

Exercitus, Acies, Agmen.

q *Gre. 20. m. 4. & ſ. 1. Reg. 1. & ſ. Cant. 6. Rup. 11. ſ. Ap.*

EXERCITVS, eſt multitudo militum ordinata, dicta ab exercendo, quia exercendo fiunt aptiores ad pugnam.

Fideles. Martyres. Angeli. Dæmones. Fortes. Romani. Angeli vindices. Credentes ex gentibus. Multitudo virtutum. Multitudo vitiorum. Dæmones. Infideles. Mali.

r *Gre. 2. mo. 21. Hier. ſ. Ioel. 2.*

Exercitus Dei, vel acies, dicuntur *q* boni, & fideles, & martyres. *Exod, 7. a. 12. g. Ioſ. 5. d. Nee. 9. a. Iud. 5. b. Iob. 29. d. 39. c. Sap. 12. a. Ezech. 37. e. Ioel. 2. c. Apoc. 19. c.* Eoſdem deſignat exercitus Iacob. *Abdi. d.* Et Deus dicitur Dominus exercituum, hoc eſt, Iudæorum & gentilium ad fidem venientium: vel etiam angelorum. *1. Reg. 1. b. Iſa. 48. a. Par. 12. g. 2. Paral. 13. a. 14. d. 18. g. 20. e.* Et ſtat ſacerdos ante aciem, cùm Chriſtus ſuo exemplo & doctrina, ac auxilio protegit ſuos. *Deut. 20. a. 25. d.* Et dirigunt aciem contra aquilonem, qui pugnant contra diabolum. *Ioſ. 8. c. 1. Reg. 4. a. 17. a. 3. Regum 1. b. 4. a. 20. e. 22. c.* Et dicuntur fideles in Eccleſia, acies ordinata. *Cantic. 6. b. Iudith. 15. b. Ezech. 12. d.*

ſ *Ori. ſ. Ioſ. ho. 11.*

Exercitus cœli, eſt *r* miniſtrantium angelorum multitudo, tam bonorum, quàm malorum. *3. Reg. 22. c.* Vnde & exercitus Dei dicuntur dæmones & mali, exequentes vindictam Dei. *Ioel. 2. c.*

t *Gre. ſ. 1. Reg. 10.*

Exercitus Ioſue in defenſione Gabaonitarum. *Ioſu. 10. f.* ſignificare poteſt *ſ* fortes exemplo & doctrina. De quibus. *Rom. 15. a.* Imbecillitates infirmorũ ſuſcipite. Et *1. Theſſ. 5. c.* Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos. Et exercitus pars, qui iuerunt cum Saule. *1. Reg. 10. d.* ſunt *t* fortes prædicatorum adiutores.

u *Ori. ſ. Matt. ho. 20. Hier. ſ. Mat. 22. Gre. ho. 38.*

Exercitus, quos miſit rex ad perdendos homicidas ſeruorum ſuorum. *Matth. 22. a.* fuerunt *u* Romani, per quos deſtruxit Deus Iudæos: vel ſunt angeli ſuper pœnas conſtituti.

x *Hie ſ. Iſ. 17.*

Exercitus Syriæ, qui aſcendit in Hieruſalem, ſignificare poteſt *x* credentes ex gentibus. *2. Par. 24. f.*

y *Gre. ſ. 1. Re. 14.*

Exercitus congregatus cum Saule, quo ipſe percuſſit Amalec, eſt *z* multitudo virtutum, quibus vitia ſuperantur. *1. Reg. 14. g.*

z *Gr. 31. mor. 23. 31. 32.*

Exercitus Pharaonis, & Ægyptiorum, eſt *y* multitudo vitiorum, & potentia malorum. *Geneſ. 39. a. Exod. 14. f.* ET agmen fumi, ſunt diuerſa peccata. *Iſa. 14. g.* Et exercitus vlulantes, ſunt multitudo vitiorum. *Nahum. 2. a.* Et exercitus Seon, ſunt *aa* miniſtri nequitiæ, & iudices mundi, &c. *Num. 21. e.* Et tres cunei Philiſthinorum, ſunt *bb* dæmones conantes nobis inferre cordis negligentiam, oris effrænationem, & peruerſi operis audaciam. Et dirigunt Philiſtim aciem contra Iſraël, hoc eſt, *cc* dæmones, aut infideles contra fideles. *1. Reg. 4. a. 13. d. 17. a. 28. a. Iudith. 5. b. 8. c. 15. b. 4. Reg. 6. c. 25. a. 2. Paral. 24. f. 33. b. Iud. 5. b. 10. b. Iſa. 14. g. 43. c. Ierem. 32. a.* Exercitus etiam regis Babylonis, ſunt dæmones, aut mali. *Ezech. 27. b. 29. d. 38. a. 39. a.*

aa *Ori. ſ. Nu. ho. 12.*

bb *Gre. 1. Re. 13.*

cc *Hier. ſ. Iſa. 14.*

Digitized by Google

Exhalare, Halitus.

Exhalare, est extra spirando emittere, aut euaporare. Halitus verò dicitur ipse spiritus, qui emittitur. Et exhalare animam, est mori.

Halitus Iob, quem exhorruit vxor eius, est *a* caro Christi, aut carnis eius prædicatio: in quo synagoga exhorruit confiteri, aut credere diuinitatem. *Iob.19.c.*

Caro Christi.

Halitus interdum dici potest virtus, & auxilium Spiritus sancti. *Iob.27.a. 3.Reg. 17.c. Dan.10.d.*

Auxilium Spiritus sancti.

Halitus intercluditur. *Dan.10.d.* quando desunt verba ad explicanda diuina mysteria.

Deficere verba.

Halitus Leuiathan, est *b* peruersa dæmonis suggestio. *Iob.41.b.*

Suggestio dæmonis.

Exhalantes paruuli animas suas in sinu matrum suarum. *Thren.2.d.* sunt, *c* qui etiam inter doctores ad hoc deuenerunt, vt iam non possint recta operari: sed iudicandi sint in iudicio.

Non valentes bene operari sed pereuntes.

Exhibere.

EXHIBERE, est proferre, quasi sui, vel alterius facultatem præbere, vel re ostendere.

Exhibet sibi Christus Ecclesiam sine macula, &c. *Ephes.5.a. 2.Corinth.11.a.* Exhibere etiam se Deo, est offerre se illi. *Rom.6.c.12.a. 2.Cor.6.a.7.c. Col.1.c. 2.Tim.2.c.*

Conuertens peccatores.

Exhibens Tobias sepulturam mortuis. *Tob.1.d.* designat *d* doctorem, qui mortuos in peccato mortali, per pœnitentiam sepelire curat.

Dare locum diabolo.

Exhibent membra sua arma iniquitatis, qui dant locum diabolo, vt propriis ipsorum membris ad seipsos impugnandos abutatur. *Rom.6.c.*

Exigere, Exactor.

EXIGERE, est debitum repetere: & exactor dicitur, qui debitam pecuniam exigit.

Exigit Deus minora, quàm debemus. *Iob.11.a.* quia *e* castigat citra condignum. Exigit autem à nobis quadruplex debitum, nempe creationis, redemptionis, remissionis, & glorificationis.

Castigat Deus citra condignum.

Exigit Deus talentum cum vsuris. *Luc.19.d.* quia *f* vult nos exercere dona, quæ nobis contulit. Et vt quod docemus, opere compleamus.

Exercitatio donorum Dei.

Exactor dicitur *g* prædicator nimium exigens ab auditoribus. *Exod.21.d. Zach.10.b.* Huic dicit Dominus. *Leui.25.f.* Frugum superabundantiam non exiges. Huius exactoris clamorem non audit onager, quum Iudæi non credunt. *Iob.39.a.* Exactor etiam est is, cui propter merita debetur præmium.

Prædicator minimum exigens.

Exactores Iudæorum erant *h* sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi, qui quæstum exercebant in populum. *Isa.3.b.*

Sacerdotes Iudæorum.

Exigens Pharao aurum, & argentum à tribu Iuda, est diabolus, qui conatur à fidelibus tollere animi bona: qui exactor dicitur. Et exactores Pharaonis, sunt *i* diaboli membra, qui exigunt, aut exercent supplicia in peccantes. *Exod.5.c. Iob 3.c.39.a. Isa.9.1. 4.b. Zach.9.b. Luc.12.g.*

Diabolus & eius membra.

Exactores etiam erant *k* Philosophi, & Sophistæ, omnia lucri gratia agentes. *Isa.14.a.*

Philosophi.

Exactor præterea dici potest *l* venter, qui quotidianum fructum sibi humani laboris impendi, quasi debitum per naturam exigit. *Iob.39.a.*

Venter.

Exigens Laban à Iacob, quod furto perierat de ouibus. *Genes.31.c.* est *m* imputans prælato, quod per ignorantiam à subditis peccatur.

Iustadamnatio hæresiarchæ.

Exigere debitum anno septimo à peregrino & aduena. *Deut.15.a.* indicat *n* charitatem maximè exercendam cum domesticis fidei.

Exigere à falso teste animam pro anima, oculum pro oculo, &c. *Deut.19.d.* est *o* meritò damnari eum, qui proximum errare fecit.

Exiguus, quare Paruus.

Exilire.

EXILIRE, est quasi saliendo egredi, vel erumpere: & interdum gaudere, quasi præ gaudio salire.

Incarnatio filij Dei.

Exiliens sermo Dei à regalibus sedibus. *Sapient.18.c.* incarnationem *p* filij Dei significare potest: qui exultauit vt gigas ad currendam viam.

Punitio superborum per Angelos.

Exiliens populus super capita montium, sicut sonitus quadrigarum. *Ioel.2.b.* designare potest *q* venientes angelos vel dæmones ad puniendos sublimiores, & superbos.

Christus suscipiens matrem.

Exiliens Assuerus de solio suo ad Esther, designare potest Christum recipientem matrem suam de cœlo. *Esther.15.c.*

Feruor pœnitentiæ.

Exiliens cæcus, vt iret ad Christum. *Marc.10.g.* designat *r* verè pœnitentem, qui festinat ad misericordiam Christi.

Feruor ad operæ pietatis.

Exiliens Tobias de accubitu suo ad sepeliendum mortuum. *Tob.2.a.* fauorem ostendit *s* erga opera pietatis.

Exilium, Exul.

Exul, est qui extra solum eiectus est: & exilium est ipsum eiectionis supplicium. 1. *Esther.7.d.* Dicuntur autem exules homines eiecti à paradiso, qui in hoc mundo tanquam peregrini viuunt.

Eximire, vide Excipere, & Educere.
Exire, vide Egredi.
Existimare, quare Putare.
Existere, vide Esse.
Exordium, vide Principium.
Exossare, quare Os.
Exosus, vide Odium.
Expandere, Extendere, Obtendere, Tendere.
Porrigere, Protendere, Superextendere, Intendere.

EXPANDERE, seu extendere, est aperire, dilatare, & explicare, quod constrictum, & plicatum erat. Expandere etiam est extollere. 3. *Regum.8.c.* Expandit manus suas ad cœlum. Extendere autem est erigere. *Genes.31.d.* Iacob extenderat in monte tabernaculum. Leuare. *Exod.8.b.* Extendit Aaron manum suam. Percutere. *Ierem.15.b.* Extendam manum meam. Porrigere. *Prou.31.c.* Palmas suas extendit ad pauperem. Protendere. *Exod.4.b.* Extende manum tuam. Tendere quoque est extendere. *Isa.45.b.* Manus meæ tetenderunt cœlos. Conari. *Iob.15.c.* Tetendit aduersus Deum manum suam. Habitare. *Genes.12.b.* Tetendit ibi tabernaculum suum. Insidiari. *Iudi.9.c.* Tetendit insidias iuxta Sichimam. Intendere. 3. *Reg.22.e.* Vir autem quidam tetendit arcum. Pergere. *Num.34.c.* Tendent vsque ad Iordanem. Offerre. *Esther.4.c.* Nisi fortè rex auream virgam tetenderit.

Mittens Deus filium suum.

Extendit Deus Iudam, quasi arcum, *t* quando Filium suum misit in mundum. *Zach.9.c.* Dicitur etiam tetendisse lineam super terram, quando dedit filium, qui esset regula generi humano. *Iob.36.a.* Et porrexit dexteram operi manuum suarum. *Iob.14.d.* quia *u* vt abiectum atque in infimis iacens, ad summa erigeret genus humanum, incarnatum ad hoc vnigenitum misit.

Protegens Deus.

Expandit Deus alas, quam protegit, & adiuuat. *Deut.32.b.* Porrigit etiam Deus manū, quum *x* præstat auxilium. *Iob.8.d.* Et porrexit dexteram operi manuum suarum ab benefaciendum homini, vt liberalis, & vt clemens pater suos filios in sinu suo recipere gestiens. *Iob.14.c. Psalm.54.137.* Expandit etiam Deus nebulam super solium suum, *y* quum defensionem suam obiicit contra persecutores Ecclesiæ. *Iob.26.c.*

Benefaciens hominibus.

Extendit Deus cœlum prudentia, quum *z* facit animam capacem sapientiæ Dei, *Ierem.10.b.51.b.*

Faciens Deus animam capacem sui.

Extendit Deus cœlos vt nihilum, & quasi tabernaculum: quia ex nihilo fecit eos ad protectionem generabilium, & corruptibilium. *Isa.40.f.42.a.44.d.45.b.51.c.* Extentum etiam brachium Domini in creatione, designat *aa* magnam virtutem verbi Dei. *Ierem.27.a.*

Faciens ex nihilo mundum.

Extendit Dœus cœlum sicut pellem. *Psal.103.* quia *bb* recipit pœnitentes in cœlo, cùm prius non nisi Angeli reciperentur. In extensione autem pellis, designatur velocitas actionis diuini Verbi.

Recipiens pœnitentes in cœlo.

Expandit Deus nebulam super solium. *Iob.26.c.* quia *cc* occultam tenet gloriam suam, quam manifestaturus est bonis.

Occultans Deus gloriam suam.

a *Greg.14.m.22.*
b *Gr.33.mo.4.*
c *Glo.ord.su. Thren.2.*
d *Lyr.s.Tob.1.*
e *Gr.10.m.8. Bern.serm. de quadruplici debito.*
f *Glo.ord.sup. Luc.19.*
g *Isyc.Le.25. Hie.s.Iob.39. Ru.s.Zac.10.*
h *Hie.s. Is.3.*
i *Glo.or. sup. Luc.12.*
k *Hie.s Is.14.*
l *Gre.30.mo.26.*
m *Glo. inte.s. Gen.31.*
n *Glo. ord.su. Deut.15.*
o *Gl. ord.sup. Deut.19.*
p *Glo. ord.su. Sap. 8.*
q *Hie. s. Ioel. 2.*
r *Glo. ord.su. Marc.10.*
s *Lyr.s.Tob.2.*
t *Hie.s.Za.9.*
u *Gre.12. m. 10.*
x *Gre.8.mor. 39.*
y *Hier. s. Iob. 25.*
z *Ori. s. Iere. hom.3.*
Lætitia cordis sponsi, est *i* gaudium Christi de redemptione generis humani, *Cant.* 3. *d.* Et dicitur exultasse, vt gigas ad currendam viam, quia libenter amplexus est opus redemptionis, *Psa.* 15. 18. *Luc.* 10. *a.* 15. *a.* & gaudet sponsus super sponsa, hoc est, *k* Christus super Ecclesia. *Isa.* 62. *b.* Dicitur etiam Deus lætificare regem Christum in gaudio cum vultu suo: secundùm videlicet *l* naturam assumptam: & in corpore mystico. *Psa.* 30.

Gaudium antiquorum patrum super Christo venturo.

Exultans in gaudio Ioannes in vtero matris, *Luc.* 1. *e.* designat gaudium antiquorum patrum super Christo venturo. Idem designare potuit in gaudentibus multis in natiuitate eius. Exultantes quoque ad horam in luce Ioannis possunt esse gaudentes in lege & Prophetis de Christo: quod gaudium, adueniente Christo, in ipsum est translatum. Sic dicitur gaudere amicus sponsi propter vocem ipsius, *Ioan.* 3. *d.* 14. *d.* Exultare est *m* gaudenter credere: vt Abraham exultauit, *Ioan.* 1. *g. Ioel.* 2. *f.*

Credere.

Lætificans Deus.

Exultatio bonorum dicitur Deus: *n* qui lætificat cum vultu suo: & ei seruiendum est in lætitia, *Psa.* 20. 31. 99. *Deut.* 28. *e.* 1. *Paral.* 12. *g.* 29. *b.* 2. *Paral.* 30. *d. Nehem.* 7. *c.* Gaudium autem cordis est existentium in gratia: qui lætantur super eloquia Dei, *Psa.* 118. *Thre.* 5. *b. Baru.* 4. *d. Zach.* 8. *c.* Exultationis etiam voce laudatur Deus ab illis, quorum os repletur gaudio, *Psa.* 41. 46. 47. 64. 106. 117. 135. 149. *Isa.* 55. *d.* 65. *c. Soph.* 3. *c. Nehe.* 12. *d. Tob.* 11. *d.*

Lætitia in vita, anima, & corporis.

Lætitia salutaris Dei, est vita animæ, & corporis, *Psal.* 50. 85. Et lætari in adolescentia est gaudere de bonis operibus, quæ sunt noui hominis, *Eccl.* 11. *d.* Lætificat autem Deus bonos in domo orationis, hoc est, in Ecclesia, vel militante, vel triumphante, *Isa.* 56. *c.* Habitantes autem in Sion, *o* hoc est, in Ecclesia, vel militanti, dicuntur sicut lætantes, quia in hac vita non est syncera lætitia, sed mixta dolori, *Psal.* 86. Millia autem lætantium, sunt exultantes in gloria cœlesti, præcipuè Angeli. *Psa.* 67.

Ecclesia gaudium omniũ.

Gaudium vniuersæ terræ dicta filia Hierusalem, hoc est, *p* Ecclesia, per vniuersum orbem dispersa, *Thre.* 2. *e.* Et ipsa Hierusalem, cœlestis, & populus eius dicitur gaudium & exultatio, *Isa.* 65. *c.* Gaudent autem cum Hierusalem, hoc est, cum Ecclesia, qui lugebant super eam in infidelitate synagogæ, *Isa.* 76. *c.* Lætificans autem fluminis impetus ciuitatem Dei, est abundantia gloriæ, qua omnes in cœlo lætantur, & exultabunt vsque in sempiternum, *Psa.* 45.

In Ecclesia triumphante propriè gaudium.

Lætificat cor hominis vinum, hoc est, *q* sanguis Christi, *Psal.* 103. *Ier.* 31. *c.* Et exultant quasi à vino, sumentes Eucharistiam, *Zach.* 10. *c.* Est autem lætitia transferens animam à terra ad cœlum.

Sanguis Christi lætificans.

Non lætatur Deus super adolescentulis, quum *r* propter peccata punit eos æterna morte, *Isa.* 9. *c.*

Fumitio Dei.

Exultans Anna in Domino, designat *s* exultationem Ecclesiæ de conuersione gentilium: quæ debet esse in Domino, non in rebus caducis, 1. *Reg.* 2. *a. Ps.* 32. 47. 64. Hæc autem exultatio est manifestatio lætitiæ cordis, quam habet anima, quæ post multos labores, ad perfectionem, & vnionem cum sponso venit: quæ non potest nisi prædicare illa bona interiora sponsi, & dicit illud, *Psa.* 72. Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? mihi autem adhærere Deo bonum est, Et *Psa.* 26. Vultum tuum Domine requiram. Et *Cant.* 1. *a.* Osculetur me osculo oris sui. Est autem hæc exultatio quædam cordis saltatio foras prodiens, quasi non capiens intra se diuinum afflatum, qui fit iniustis, per inhabitantem Dominum. Et exultant victores capta præda, quum *t* gaudent Apostoli de conuersione infidelium, *Isa.* 9. *a.* 13. *a.* Et exultant pauperes in Sancto Israël, quum Apostoli Deo ascribunt victoriam, vel cum Gentiles agunt gratias Deo, pro beneficio conuersionis, *Isa.* 29. *f.* Exultat solitudo, hoc est, gentilitas: & Iordanis, vbi baptizauit Ioannes Christum, *Isa.* 35. *a.* 51. *a.* 60. *a.* 61. *d.* Et exultant ligna syluarum, *u* hoc est iusti, *Psa.* 95. 131. Et exultat terra, hoc est, caro Sanctorum resuscitata, *Psa.* 96. Et habitantes in terra fideles, *Isa.* 49. *d.* Exultantes etiam montes, sunt Prophetæ gaudentes de Christo, *Psa.* 113. Et exultatio collium, est gloria Martyrum, *Psal.* 64. Et exultatio cordis & etiam linguæ, sunt testimonia Dei, quum Apostoli, & Sancti gaudent testes esse Dei, *Psa.* 118. 125. *Iere.* 31. *a. c. Ioel.* 2. *e. Habac.* 3. *d. Sopho.* 3. *c. Zach.* 9. *b.* 10. *c Luc.* 1. *e.* Lætatur autem rex, hoc est, quilibet iustus, non in virtute propria, sed Dei, *Psa.* 20. Lætantur autem in cubilibus suis, qui gaudium habent in propria conscientia, *Psa.* 149. 2. *Corinth.* 1. Et lætari coram Domino, est *x* in eum credere, & pro eo pati, *Leu.* 23. *g.* Ad hoc gaudium inuitat Deus fideles ex Iacob, *Ier.* 31. *a. Soph.* 3. *c.* Vocem autem gaudij tollit Deus ab Ecclesia, quum non est, qui dicat integro animo: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, *Ierem.* 25. *c. Phil.* 4. *a.*

Virtutes sine pugna in patria.

Exultabunt ossa humiliata, quum *y* virtutes in cœlesti patria erunt sine pugna: vel exultabunt per gratiam, quæ humilitate acquiritur. Vel designatur *z* æternitas spei, quæ peccante homine humiliata fuerat & Deo indulgente persultat, *Psa.* 50. Et gaudium post planctum, est bonorum, qui nunc lugent, & postea consolabuntur, *Psa.* 29. 125. *Tob.* 13. *c. Iudith.* 15. *d. Isa.* 61. *c.* 66. *d. Matth.* 5. *a. Luc.* 6. *d.* 10. *c. Ioan.* 4. *b.* 16. *d. Apo.* 19. *a. Ier.* 31. *c.* 33. *b.* Et lætitia ad matutinum, est *aa* gaudium de resurrectione Christi: vel gaudium futuræ gloriæ, & resurrectionis, quando circundabuntur lætitia, *Ps.* 29. 59. 89. 121.

Æternitas spei.

Gaudium resurrectionis.

Exultare in velamento alarum Dei, est *bb* de eius protectione gaudere, *Psa.* 62.

Gaudium de diuina protectione.

Exultare manè in misericordia Dei, *cc* est de expulsione tenebrarum peccati Deo gratias agere, *Psa.* 68. Gauisa quoque dicitur terra de monte regis Babylonis, hoc est, *dd* Sancti de eiectione diaboli, *Isa.* 14. *b.* Exultat etiam cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ super ciuitate Babylonis destructa, hoc est, super amoto imperio diaboli, *Apo.* 18. *f. Iudith.* 13. *c.* 16. *d.* 2. *Paral.* 20. *f. Esther*, 8. *d.* Ita gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente nempe à tyrannide diaboli liberato, *Luc.* 15. *b.* Lætatur autem iustus, quum videt vindictam, non *ee* super vindicta, sed quia ipse euasit. *Psa.* 57. *Exe.* 35. *d.*

Gaudere de remissione culpæ.

In exultatione adducuntur regi virgines, quia *ff* libenter Christo est offerenda virginitas, *Psal.* 44.

Oblatio liberalis virginitatis.

Exultare iustitiam Dei, est *gg* exultando eam laudare, *Psa.* 50. 144.

Laudare iustitiam Dei.

Exultant agri, *hh* quum abundantes fructu bonorum operum, gratias agunt Deo, & simplices Christiani,

Gratias agere Deo de bonis operibus & donis.

a *Rup. f. Gen.* 37.

b *Glo. inte. su. Iudith.* 15.

c *Lyr. f. Exod.* 29.

d *Glo. or. sup. Amos* 3.

e *Lyr. f. Luc.* 16.

f *Glo. ord. su. Exod.* 28.

g *Rup. 9. f. Ion.* 2.

h *Lyr. f. Is.* 65.

i *Gre. f. can.* 3.

k *Hier. f. Isa.* 62.

l *Glo. int. su.*

m *Rup. f. Ioel.* 2.

n *Ambr. exh. ad virg.*

o *Hier. f. psal.* 86.

p *Glo. inter. f. Isa.* 65.

q *Glo. inte. su. Psal.* 163.

r *Hie. f. Isa.* 9.

s *Ori. f.* 1. *Re. ho.* 1. *Gre. f.* 1. *Re.* 2. *Basi. f. ps.* 32. *Tertul. de resurrec. Arn. f. psal.* 15. 20. 113. *Hil. f. ps.* 64. 118.

t *Hie. f. Isa.* 9. 13. 35. *& su. Iere.* 25. *& f. ps.* 67.

u *Au. f. ps.* 64. 149. *Rup. su. Zac.* 10.

x *Isy. f. Le.* 23.

y *Amb. Apol. Dauid.* 1.

z *Hie. f. ps.* 50. *& Cypriano.*

aa *Basi. f. psa.* 29. *Hil. f. psa.* 59.

bb *Hil. f. psal.* 62.

cc *Arn. f. psa.* 58.

dd *Hie. f. Isa.* 14.

ee *Hie. f. psal.* 57.

ff *Basi. f. psal.* 44.

gg *Gr. f. ps.* 50.

hh *Lyr. su.* 1. *Par.* 16.

Digitized by Google

1.*Par.*16.*c.*Et cum gaudio bibere vinum, est libenter percipere doctrinam, & consolationes spirituales, *Eccles.* 9.*b.*Idem est haurire aquas in gaudio de fontibus saluatoris, *Isa.*12. *b.* Et hoc est,cum gaudio suscipere verbum Dei, *Luc.* 8.*b.*Et lætatur germinans,*a* qui gaudet bene operando secundùm virtutes, & dona Spiritus sancti, *Psal.*64.

Prædicator fortis.

a *Hil.s.ps.*64.

Exultans audacter equus,*b* est prædicator, qui nec aduersis frangitur, nec prosperis eleuatur, *Iob.* 39. *c.* Sicut Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij,*Acto.*5.*g.Psa.*113.vel è diuersò,est *c* diabolus superbè persequens bonos.

b *Gre.*31.*mo.*26.

c *Hier.s. Iob.*39.

Diabolus. Contemplatiui.

Exultant montes,vt arietes,& colles sicut agni ouium, sunt *d* contemplatiui, & speculatiui supra semetipsos miræ iucunditatis lusibus in contemplationem veritatis eleuati, *Psa.* 113. Gaudentes cum inuenerint sepulchrum,*e* sunt sancti,qui gaudent de inuenta quiete contemplationis:vel de inuentis exemplis patrum, quibus in contemplationis virtute subleuantur,*Iob.*3.*d.*

d *Ricar.de S. Vict.*5.*de arca mystica.*14

Gaudens Ecclesia gentium de conuersione Iudæorum.

Gaudium Pharaonis de aduentu fratrum Ioseph, est *f* gaudium Ecclesiæ ex gentibus de conuersione Iudæorum,*Gen.*45.*e.*Gaudium quoque est Ecclesiæ de conuersione peccatorum,*Matt.*18.*b. Luc.*15.*b.* Et gaudens suscepit Christum Zachæus,*Luc.*19.*a.f.*Lætitia quoque Iethro de liberatione populi Israël de Ægypto, est concordia gentium in fide,*Exo.*18.*b.Isa.*35.*a.*Qui autem lætantur in messe, sunt *g* Apostoli gaudentes de conuersione multorum,*Isa.*9.*a.*

e *Gre.*5.*m.*3.

f *Am. de Ioseph.*13.

Gaudens de profectu minorum.

Gauisi Bethsamitæ de aduentu arcæ fœderis,designant *h* perfectos gaudentes de profectu aliorum, 1.*Reg.*6.*c. Phil.*4.*a.*Lætitia mansuetorum,est de bono proximi.*Psa.*33.*Isa.*29.*f.*

g *Hie.s.Isa.*9.35.

Gaudium de adepta sapientia.

Gaudium in inuento thesauro,est *i* gaudium de adeptione sapientiæ,*Matth.*2.*b.*13.*f.*18.*b.Ier.*15.*d.*Ita gauisus est Abraham,viso die Christi,*Ioan.*8.*g.*20.*e.*

h *Gre.s.*1.*Re.*6.

*Basil.s.ps.*33.

i *Ori.s. Matt. ca.*13.

Gaudium de natiuitate Christi.

Gaudium dandum auditui Dauid, & aliorum veterum patrum erat *k* de Natiuitate Christi, quem venturum credebant,& sperabant,*Psa.*50.

k *Ar.s.ps.*50.

Gaudium gentium conuersarum.

Gaudium onagrorum,id est,*l* gentilium, facta est Iudæa, *Isa.*32.*c.* quia Iudæis abscissis per incredulitatem,insiti sunt gentiles fidem suscipientes.

l *Hie.s.Is.*32.

Gaudium de baptismo.

Lætari in fluminibus Iordanis est *m* gaudere in baptismo,*Psa.*65.*Isa.*35.*a.*

m *Glo. ord. s. Psal.*65.

Accipere chrisma.

Exhilarare faciem in oleo, est *n* recipere sanctum chrisma, *Psalm.* 103. Vel exhilaratio faciei in oleo, est quum *o* est gratia quædam perspicua hominum,ad homines,quæ quodam nitore amorem conciliat.

n *Arn.s.psal.*303.

Gratia faciei ad homines.

Exultant cor & caro in Deum, *Psa.*83. quando *p* caro concordat spiritui in laude Dei. Sic est iucundum bonum habitare fratres in vnum,*Psa.*132.

o *Aug.s.psal.*103.

Concordans caro spiritui ad laudem Dei.

Lætatus Ionas sub vmbra hederæ, *Ion.* 4. *c.* designat *q* gaudium Iudæorum in cæremoniis legis. Vel designant lætitiam Christi super synagoga seruante legem.

p *Hie.s.ps.*83.

Lætitia Iudæorum in cæremoniis.

Non lætabuntur nouissimi in adolescente rege, *r* quando Iudæi, qui erunt tempore Antichristi ipsum suscipientes,non gaudebunt super Christo,*Eccl.*4.*d.*

q *Glo. ord.su. Ion.*4.

Lætitia Christi in lege.

Lætatus Ezechias super nuntiis & muneribus Herodach, *Isa.*39.*a.* designat *s* gaudentem de adulatione: vnde adulatione deceptus ostendit eis omnes thesauros.

r *Hie.s.Ecclesiasten.*4.

Non gaudentes Iudæi super Christo.

Non debet lætari qui emit,*Ezech.*7.*d.*hoc est,*t* debet vti hoc mundo,quasi non vtatur, 1.*Cor.*7.*c.*

s *Lyr.s.Is.*39.

Gaudens de adulatione.

Gaudium tympanorum,& tibiarum, voluptates aurium designat:& lætantur corde, *u* qui suam consolationem habent in hoc seculo,*Gen.*31.*d.Iob.*21.*b.Eccl.*8.*c. Isa.*24.*b.Ier.*7.*g.*20.*d.*25.*e,Ezech.*24.*g.Hos.*2.*c.Ioel.*1.*c.*

t *Hie.s.Ez.*7.

Vtendum mundo quasi non vtamur.

u *Hie.s.Is.*14.

Voluptates aurium.

Exultans ciuitas,*x* dicitur congregatio hæreticorum propter superbiam,qua intumescunt, *Isa.*22.*a. Iob.*21.*b.* Et exultant dæmones *y* de motu bonorum: & supergaudent inimici de peccato & condemnatione hominum, *Psa.*12.37.*Iob,*20.*a.Eccl.*2.*a.Ezech.*25.*b.*35.*d. Mich.*7.*b. Marc.*14.*b. Luc.*22.*a.*23.*b.* Lætantur etiam hæretici super murum cocti lateris,hoc est,*z* super fallacibus rationibus, quibus decipiunt simplices, *Isai.* 16. *b.* Et lætantur in nihili,hoc est,in idolis, & erroribus, *Amos,*6.*d.* Et de perditione fidelium, *Abdi. d.* Sic exultauerunt super gloria vituli Samariæ,*Hos.*10.*b.*Dicitur autem de præterito, quia eorum exultatio citò præterit. Lætantur inimici dæmones de malo & punitione, qua Deus affligit animas, *Thre.* 1.*g.* Dicitur etiam lætificare inimicum animæ, quum eam castigat: quia inde gaudet inimicus,*Thre.*2.*f.*Lætificant etiam regem in malitia sua, hoc est, *aa* diabolum, & hæresiarchas,qui illis obtemperant, *Hos.*7.*b.* vel *bb* Iudæi lætificarunt Pilatum & Herodem tradendo Christum.

x *Hier.s. Isa.*22.

Congregatio hæreticorum.

y *Basi.s.psal.*37.

Gaudium dæmonii, & hæreticorum super deceptis.

Cum gaudio sepelientes Tobiam,*Tob.*14.*d.*indicant *cc* spem resurrectionis.

z *Hie.s.Is.*16. *& s.Hos.*10. *& s.Amos* 6.

Spes resurrectionis.

Exurere, quare Accendere.

Ezechias.

aa *Hie.s.Hos.*7.

Hypocrita.

Ezechias, id est, *dd* imperium Domini: rex Iuda plurimum laudatus.cuius tempore vidit Isaias visiones, quia manentis sub imperio Domini, est eas videre, *Isa.* 1.*a.* fuit tactus elatione quando Chaldæi venerunt ad ipsum propter signum repressionis Solis, vbi designat bonos principes quandoque tangi elatione, 4. *Reg.* 20.*a.* 2.*Par.*29.*a.Isa.*36.*a.*37.*a.*38.*a.*39.*a.Matth.*1.*b.* Vt etiam indicauit Chaldæis omnes thesauros suos, typus est *ee* hypocritarum opera sua laudantium.

bb *Ru.s. Hos.*7.

cc *Glo.ord.su. Tob.*14.

dd *Hier.s.Isa.*1.

Ezechias etiam interpretatur *ff* fortitudo Domini: de qua nascitur sermo Domini, & de sermone Domini, & magnitudo Domini, & de magnitudine Domini humilitas,*Soph.*1.*a.*

ee *Gre.*8.*mo.*35.

ff *Hie.s.Sop.*1.

Ezechiel.

Ezechiel, id est,*gg* imperium Domini:filius Buzi,id est, contemptus, insignis Propheta tempore captiuitatis Babylonicæ,satis notus in sua prohetia.Cœpit prophetare cùm esset triginta annorum: iuxta fluuium Chobar, designans Christum, qui cùm esset triginta annorum, venit ad baptismum: ac deinceps cœpit prædicare cum potestate,& imperio:qui filius Buzi, hoc est, contemptus dicitur, quia contemptui erat Iudæis, præcipuè principibus,& postmodum etiam hæreticis,*Ezech.*1.*a.*24.*g.*Vel Ezechiel interpretatur roboratus à Deo,& Christus est Dei virtus,& Dei sapientia.Et quum apertum est os eius post vastatam Hierusalem, designat prædicationem Christi dilatatam in mundo post euersam Hierusalem,*Exec.*33.

gg *Ori.s.Eze. hom.*5. *Gre.s. Eze. hom.*1. *Hie.s.Ezec.*1.33.

Christus.

Vt autem Ezechiel perfodit parietem,*Eze.*8.*d.*designat *hh* prælatum examinantem vitam subditorum.

hh *Greg.* 29. *mor.*4.

Prælatus.

F A B A.

Faba, *ii* est legumen notum,quod excitat inflationem stomacho, ægrèque concoquitur: tumultuosáque facit somnia: est mediæ naturæ inter calidum & frigidum, confert tussi & inflammationibus: Pythagoreis est cibus detestabilis.Fabæ,si comedantur, steriles efficiunt mulieres. Et fabarum siliquæ,si ponantur ad radices arborum, quæ nuper plantatæ sunt, eas exsiccant: Quin & gallinæ domesticæ,quæ eas assiduè comedunt redduntur steriles.

ii *Dioscorides. Cle. Alex.*3. *stro. ex Theophras. de causis naturalib.*

Fabam inter alia obtulit Berzellai regi Dauid in deserto,2.*Reg.*18.*g.* Et Ezechiel sumpsit fabam inter alia,in præsignanda obsidione Hierusalem,*Ezech.*4.*c.* Sunt fabæ *kk* cibus iumentorum, quibus venter inflatur,& mens opprimi dicitur.

kk *Hie.s.Eze.*4.

Faber, Fabricare, Fabrica.

Faber est generale nomen iis,quorum opera circa duram versatur materiam, & in opificio suo, malleo vtuntur:& dicuntur fabricare,quum aliquid operantur.

Faber dicitur *ll* Deus, qui fabricator est mundi,& arcæ,& tabernaculi: & eius securis ad radices arborum posita est: vnde & Christus dicitur filius fabri,*Matt.*13.*b.*Et ipse fabricatus est *mm* surdum,& mutum:videntem & cæcum,*Exod.*4.*c.Iob.*34.*b.*37.*c.Psal.*77.*Cant.*7.*a.Eccl.*11. *b.Marc.*6.*a.*

Deus.

Fabri quatuor,*Zac.*1.*d.*qui erãt angeli,significare possunt *nn* quatuor virtutes,quę destruũt vitia,& affectus animi inordinatos,vt crescat ipsa fabrica virtutũ:vel sunt doctores dissipantes errores:vel secundũ aliquos, quatuo

Angeli. Virtutes. Doctores.

ll *Hie.s.Mat. can.*4.

mm *Am. ser.* 16.*& s.Lu.*3.

nn *Hie.s.Za.*1.

Digitized by Google

Euangelista. Dæmones. Legis doctor. Doctus scientia secularis. Hæresiarcha. Diabolus.

Euangelistæ. Fabrefacta vasa ex ære. *Exod. 27.a.* dici possunt instituti prædicatores. Vel fabri quatuor erant *a* dæmones, principes regnorum gentilium.

Faber translatus in Babylonem. *Ier. 24.a.* est legis interpres, & doctor.

Faber etiam ferrarius, dici potest eruditus in scientiis secularibus, *Gen. 4.d.* Et non inuenitur faber ferrarius in Israël, quum *b* in Ecclesia non sunt viri eruditi in scientiis secularibus. *1. Reg. 13.d. Neh. 9.e. Eccl. 38.c.*

Faber ferrarius, seu etiam ærarius, & faber sculptibilium, est *c* hæresiarcha, & omnes fabricatores errorum & ipse diabolus. *Deuter. 4.d. 4. Reg. 17.e. Sapien. 13.c. Isa. 40.e. 41.b. 44.b.d. 45.c. 54.d. Baruc. 6.a. Ezech. 21.g. 43.b. Zach. 1.d.* Fabrefactum autem ferrum, sunt rationes dialecticæ hæreticorum. *Exe. 47.d.* Et fabricatores mendacij, sunt *d* hæretici. *Iob. 13.a.* Et fabricatum idolum in similitudinem palmæ, sunt errores hæreticorum quos ipsi componunt ad similitudinem doctrinæ Ecclesiæ. *Ierem. 10.*

Errores hæreticorum. Inuentores malorum.

Fabri armorum regis in malum, sunt *e* inuentores artium nocendi: & fabri curruum sunt inuentores formarum, quibus mala illa inferantur, *1. Reg. 8. c.* Fabri autem curruum in bonum sunt qui in mentibus auditorum rectæ intentionis altitudinem exigunt, & fabri armorum, qui dant acuta consilia contra tentationes dæmonum: vt qui dicunt illud, *Eph. 6.c.* Sumentes scutum fidei, in quo possitis tela inimici ignita extinguere. Hi etiam fabricant caulas ouium vt defendat subditos à luporum incursu, *Num. 32.c. Iud. 5.c. 4. Reg. 11.c. 22.a. 2. Paral. 24. c. 34.d.*

Instructores bonorum.

Fabricat sibi lupanar Hierusalem, *Ezec. 16.d.* quum *f* quis impudenter peccat, & omnibus se tradit erroribus, idque in capite omnis viæ, hoc est, in libris sacræ scripturæ.

Peccans impudenter.

Fabricantur limen suum iuxta limen Dei, *g* qui non faciunt discrimen inter sanctum & profanum. *Exe. 43.*

Non discernentes sacra à profanis.

Fabricant peccatores supra dorsum bonorum, *h* quum machinantur fraudes ad auferenda ab eis temporalia, quæ illis retro sunt, quasi in dorso: vel quia persequuntur bonos, qui eos tolerant. Vel illi fabricant supra dorsum prælati, *i* quos quum ipse corrigere nequeat, quasi superimpositum onus portat, *Psa. 128.*

Machinantes fraudes in bonos. Onerosi prælatis.

Fabricatæ culinæ in domo Domini, subter porticus atriorum, *Exe. 46.g.*

Fabrefacta iunctura rationalis, & superhumeralis, *k* coniunctionem fidei & operum designare potest, *Exod. 28.d.*

Coniunctio fidei & operum.

Fabrefacta iunctura tabularum, & fabrefacta ligna, *l* institutionem fidelium in Ecclesia significare possunt, vt apti sint ad ædificium Ecclesiæ, *2. Reg. 6.b. 20.c. 3. Reg. 6.c.* Et fabrica domus Domini, *Ezech. 23.c.* est institutio ipsius Ecclesiæ. Ad hæc pertinet carpentarium opus, *Exo. 35.d.*

Institutio fidelium in Ecclesia.

Fabrefacta Cherubim, *Ezech. 41.c.* plenitudinem *m* scientiæ in Ecclesia designat ab instructore habitam.

Scientia in Ecclesia.

Non fabricatur paxillus ex vite, *Exe. 15.a.* vbi *n* designatur peccatorem à Christo separatum, ad nihil esse aptum, nisi ad æternum ignem.

Doctrina hæreticorum.

Fabula, Fabulari.

Fabvla, est propriè sermo & rumor populi, & res passim diuulgata, siue vera sit, siue falsa. Dicitur etiam fabula narratio ad delectationem, & vtilitatem conficta, etiam si non sit verisimilis.

Fabulationes dici possunt *o* idololatria, & adinuentiones præter sacrã scripturam, qualis est doctrina peruersa hæreticorum, *Psa. 118.* Quæ & fabulæ aniles dicuntur, *1. Tim. 1.a. 4.b. 2. Tim. 4.a. Tit. 1.d. 2. Pet. 1.c.*

In fabulam dantur boni malis in hoc mundo, *Deut. 28.d. 3. Reg. 9.b. Tob. 3.a. Eccl. 20.c.* Et etiam, qui prius erant in honore, quando veniunt in publicum contemptum.

Facere.

Facere, dicit *p* actionem transeuntem in materiam extra ipsum facientem: & operari, sicut agere, dicit actionem manentem in ipso agente. Est autem facere, aliquid in rerum natura producere, siue secundùm formam substantialem siue accidentalem, aut secundùm materiam & formam, vt in creatione: vnde generalius est facere, quàm creare. Facere autem propriè competit Deo: vt Deus fecit cœlum, & terram, *Gen. 1. Exo. 20.d.* Et dicitur fecisse hominem quantum ad animam, quam fecit ad imaginem & similitudinem suam: formasse verò quantum ad corpus, *Gen. 1.c. 2.c.* Et fecit os hominis, quia dedit rationalem sermonem homini, *Exod. 4.c.* Et fecit omnia, quæ voluit, etiam in homine conuerso, *Psal. 134.* Et fecit mirabilia & ostenta in Ægypto, & coram Pharaone, & coram populo & Ægyptiis, *Exod. 3. 4. 14. 15. 19. 34.* Et fecit Deus terram in fortitudine sua, *q* cum dedit robur homini: & cùm per Filium, qui est Dei virtus terram firmauit, *Ieremia. 10.b. 27.a. Ioannis. 1.a.* Et dicitur factor operis, hoc est, formator hominis, *Isaiæ. 29.* Et dicitur fecisse hominem, vt lutum: quia ex anima & carne, quasi ex aqua, & puluere ipsum constituit, *Iob. 18.a.* Ipse fecit arcturum, & Oriona, &c. *Amos, 5.b.*

Cæterum facere interdum est adducere, *Num. 20.a.* Quare fecistis nos ascendere, &c. Celebrare, *Exod. 12.g.* Et facere phasc Domini. Colligere. *Acto. 9.d.* Consilium fecerunt in vnum. Collocare. *Leu. 16.b.* Duos hircos stare facies. Committere, *Gen. 3.c.* Quare hoc fecisti? Compellere, *3. Reg. 14. d.* Peccare fecit Israël. Conferre, *Exod. 21.b.* iuxta morem filiarum faciet illi. Conficere, *Exo. 12.f.* Fecerunt subcinericios panes. Constituere, *Gen. 12. a.* Faciámque te in gentem magnam. Condere, *Gen. 6.a.* Fac tibi arcam de lignis. Creare, *Gen. 2.a.* fecit Deus firmamentum. Dicere, *Tob. 5.d.* fecit Tobias Vale, patri suo. Dirigere, *Isa. 4.a.* Rectas facite semitas Dei nostri. Educere, *Iud. 6.b.* Ego vos feci conscendere de Ægypto. Efficere, *Exod. 5. d.* fœtere fecistis odorem nostrum. Elongare, *3. Reg. 13. c.* Longos faciam dies tuos. Erudire, *Tob. 12.c.* facit inuenire vitam æternam. Tollere ac remittere, *Deut. 32.d.* Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Imperare, *Num. 21.b.* fac serpentem æneum. Implere, *Gen. 6.d.* fecit Noë omnia, quæ præcepit Dominus. Imponere, *2. Par. 10.c.* Quod ego grauius faciam. Inferre, *Num. 21. g.* faciésque illi, sicut fecisti Seon. Irritare, *Gen. 17.b.* quia pactum meum irritum fecit. Iudicare, *Gen. 18.d.* Nequaquam faciam iudicium hoc. Manifestare, *Deut. 4.f.* De cœlo audire te fecit vocem suam. Misereri, *Gen. 19.d.* Misericordiam, quam fecisti mecum. Mundare, *Iob. 14.a.* Quis potest facere mundum de immundo? Occidere, *Isa. 37.b.* Corruere eum faciam in gladio. Sacrificare, *Leu. 15.b.* faciet vnum pro peccato. Ostendere, *Ioan. 19.b.* Quia filium Dei se fecit. Parare, *Gen. 26.f.* fecit eis conuiuium. Obedire, *Exo. 29.f.* Omnia quæ præcipio tibi, facies. Perficere, *Exe. 17.c.* fecit Iosue, vt loquutus erat Moyses. Permittere, *Deut. 31.a.* faciétque eis Dominus, sicut fecit Seon. Perscribere, *1. Mach. 11.c.* Vt immunem faceret Iudæam. Præuaricari, *Gen. 44.b.* Pessimam rem fecistis. Priuare, *Gen. 42.g.* Absque liberis me esse fecistis. Producere, *Lenit. 25. c.* fasiet fructus septem annorum. Sublimare, *Deut. 26.d.* Et faciam te excelsiorem cunctis. Suscitare. *Deut. 32.f.* Ego occidam, & ego viuere faciam. Transferre, *Thr. 3.a.* Vetustam fecit pellem suam. Tentare, *2. Mach. 10.a.* Impetum fecerunt in munitiones. Vlcisci, *Exec. 25.c.* Pro eo, quòd fecit Idumæa vltionem. Facere saluum, aut sanum, est saluare, aut sanare: facere votum, vouere: factum esse, accidere, *Gen. 4.a.* factum est autem post multos dies. Factum autem, est gestum, *Ios. 20. b.* Causam reddens facti sui.

Incarnatio.

Fecit Deus surgere iustitiam in Oriente. *Isa. 46. d.* quando *r* Pater misit è sinu suo filium in hunc mundum. Et faciens homo rex nuptias filio suo, est Deus pater dans Ecclesiam sponsam Christo, *Matth. 22.a.* & fecit Deus consummationem, & abbreuiationem, *s* quando filius Dei factus homo abbreuiatus consummauit legem, & dedit breue præceptum charitatis, *Isa. 10.f.* Et fecit Dominus lutum ex sputo & puluere, cùm *t* Verbum caro factum est, *Ioan. 9.a.* Fecit Dauid absconditè verbum Bethsabee, & Vriæ, *u* Christi incarnationem, & redemptionem occultè factam designat, *2. Reg. 12.b.* Et faciendi tempus, erat tempus incarnationis, & conuersionis Christi in hoc mundo, *Psa 118.* vnde & factus dicitur in salutem, cum factus est homo, *Isa. 12.a.* Et faciens iter Samaritanus, est Christus in hoc mundo conuersans, *Luc. 10.f.* Et fecit voluntatem Patris in Babylone, hoc est in mundo, *Isa. 48.b.* quod ad literam dicitur de Cyro. Factus autem Spiritus Domini in Iephte, *x* est Spiritus sanctus in Christo, *Iud. 11.e.* Et facta manus Domini super Ezechielem, *y* incarnationẽ filij Dei designat, *Ezech. 1.a.* sit quoque manus Domini in Philisthæos, *z* quum Christus opprimit dæmones, *1. Reg. 7. c.* Et faciens sibimet vmbraculum Ionas, vt non alius cum ipso habitaret, designat Christum, qui non habet parem in mundo, *Ion. 4.b.*

Conuersans Christus in mundo.

Spiritus sanctus in Christo. Dans crucem & passionem Christi.

Fecit Deus nobis signum in bonum, *aa* quum dedit nobis crucem, per quã saluemur, *Psa. 85.* Et fecit iter prosperum, quum per crucem & passionem Christi, certam nobis præparauit salutem, *Psal. 67.* fit nobis Christus iustitia, quum per ipsum iustificamur, *1. Cor. 1.d.* Facit autem ipse iudicium & iustitiam, *bb* quia Pater nõ iudicat

a *Rup. s. Luc. 1.*

b *Gre. s. 1. Re. 13.*

c *Hie. s. Is. 40. 54. & s. Exe. 27.*

d *Gre. 11. mo. 15.*

e *Gr. s. 1. Regum. 8.*

f *Hier. s. Exe. 16.*

g *Hie. s. Exe. 43.*

h *Aug. s. ps. 128.*

i *Gre. 2. past. 2.*

k *Glo. ord. su. Exod. 28.*

l *Glo. ord. sup. 3. Reg. 6.*

m *Gl. ord. su. Ezec. 41.*

n *Gloss. ord. s. Eze. 15.*

o *Aug. s. psal. 118.*

p *Ori. s. Iereho. 15. Au. 5. de Trinit. 7. Hil. s. ps. 134. Au. epi. 120.*

q *Hie. Ier. 10.*

r *Ori. s. Isa. h. 5. & s. Matt. hom. 20.*

s *Hie. s. Is. 10. 12. Hil. s. psa. 54.*

t *Cyr. 6. s. Ioa. 15.*

u *Amb. Apo. Dauid 5.*

x *Aug. qu. in Iud. 49.*

y *Gre. s. Eze. hom. 2. & su. 1. Reg. 7.*

z *Hie. s. Ioan. 4.*

aa *Arn. s. psa. 67. 85.*

bb *Ori. s. Iere. hom. 11. Au. epi. 85. Hie. s. Iere. 23. & s. Is. 9. Amb. de fide. 5. & se. 16. & s. Luc. 10. Ori. s. Matth. hom. 19. 32.*

Digitized by Google

quenquam,sed omne iudicium dedit Filio. *Ier.*23.*b.* & factus est princi patus Christi super humerum eius, quia portauit crucem,vel quia fortiter sustinuit passionem,*Isa.*9.*b.*Et factus est opprobrium vicinis suis,hoc est,*a* Iudæis,& gentibus non ei adhærentibus, *Psa.*68.Et raucæ factæ sunt fauces Christi in cruce.Et ipse factus est extraneus fratribus suis, hoc est, Iudæis, quia eos reprehendebat, quibus etiam factus est in parabolam , *Psal.* 68. dicitur Christus factus,sicut qui colligit racemos post vindemiam,quia pauci recipiunt fructum passionis eius, *Mich.*7.*a.*Dicitur etiam Deus fecisse longè à Christo notos eius , quando *b* permisit eum reliquì ab Apostolis in passione,*Psa.*87.

Fecit Deus pater saluum filium suum,quum eum suscitauit post passionem à mortuis,*Psa.*54.Et factus lapis in caput anguli,est Christus,qui est fundamentum duorum populorum,*Ps.*117.*Matt.*21.*d.*

Facit Verbum Dei omnia,quæ vult Deus: *c* quia Christus in omnibus obtemperat Patri:& verbum prædicationis conuertit quos Deus vult,*Isa.*55.faciens autem moram sponsus , est Verbum Dei non tam cito veniens ad consummationem vitæ credentium,*Matt.*25.*a.*

Faciens Noë arcam,*d* designat Deum,aut Christum instituentem Ecclesiam, *Gen.* 6.*b.*dicitur autem Deus peculiariter fecisse credentes in gloriam suam,*Isa.*43.*b.Psa.*21.Et fecit lunam in tempora,*Psa.*103.Hoc est Ecclesiam ad tempora persequutionis & pacis.Et fecit mirabilem terram Gessem,hoc est, Ecclesiam, *Exo.*8.*f.* Facere tabernaculum,aut sanctuarium & tentorium,est instituere Ecclesiam militantem:quia tabernaculum, est ambulatorium,*Exo.*25.26.35.36.37.Et erat faciendum secundùm exemplar monstratum in monte,hoc est,secundùm conformitatem,& imitationem Christi,*Exod.*25.Et fiunt tabulæ in opere tabernaculi,quum instituuntur homines intra Ecclesiam : vt per charitatem copulari possint,*Exod.*35.*c.*Et fiunt ansulæ in cortinis , ad designandam proximorum charitatem, *Exod.*26.*a.* fit etiam velum in tabernaculo,quia nunc per fidem ambulamus. Et facere spatium Ecclesiæ, est *e* ipsam dilatari ad gentes, *Isa.*49.*e.*Et facere longos funiculos eius, est extendere prædicationem.*Isa.*54.*a.*

Facere pacem, est conciliare. Fecit pacem Deo fortitudo eius : *f* quia Christus reconciliauit mundum Deo, *Isai.* 27. *d.* Aut iuxta septuaginta. Faciunt habitatores synagogæ, id est , Apostoli , pacem illi, id est , Christo, quia prædicant mundo pacem, reconciliantes ipsum Christo. Et Deo competit facere pacem, *Isa.*45.*a.* hoc est, subiicere appetitum hominis rationi. Et fecit Christus vtraque vnum, *Eph.*2.*c.*Et pacem iis, qui longè, & iis,qui propè, quia vtrunque populum reconciliauit Deo,*Isa.*57.*d.Eph.*2.*d.*Et facit pactum pacis cum ouibus,*Ezec.*34.*f.*

Facit Deus opus suum,quum miseretur:facit verò opus alienum quum castigat:quia proprium Dei,est misereri:nec castigaret,nisi essent peccantes.Et facit mirabile consilium suum,quum *g* castigat,& miseretur,*Isa.*28. *f.g.*Et facit auditam misericordiam suam,quum dicit alicui.Remittuntur tibi peccata tua. *Psa.* 142. Et facit benignè,quum liberaliter miseretur,*Psa.*50.Et non facit furorem iræ suæ,quum non castigat secundùm meritum, sed miseretur,*Hos.*11.*c.*

Fecit Deus mirabilia,*h* in incarnatione,passione,resurrectione,& ascensione Christi,&c.*Psa.*32.77.97.135.*Is.* 25.*a.*64.*a.*Non fecit autem mirabilia mortuis,*i* quia Christi miracula non profuerunt obstinatis, *Ps.*87.

Facta est lux primo die,hoc est,*k* prima ætate infantiæ,qua homo producitur in lucem : vbi etiam designatur prima ætas mundi,quæ fuit ab Adam vsque ad Noë : Vel facta est lux fidei, quando quis prius visibilibus credit: propter quam fidem Dominus visibiliter apparere dignatus est.Vel facta est lux , quum creatura intellectualis conuersa est ad Deum,*Gen.*1.*a.*

Fecit Deus luminaria magna,quando *l* misit Spiritum sanctum in igneis linguis , *Gen.*1.*b.* Et facit Dominus conuiuium in monte Sion,*m* quando in Ecclesia,dat sacramenta & dona Spiritus sancti,&c.*Isa.*25.*c.*Fecit etiam Deus angelos spiritus , quando *n* Apostolos impleuit Spiritu sancto, *Psal.*103. Hunc spiritum posuit in medio Israël,quum educeret eos de Ægypto qui ductor eorum fuit,*Isa.*63.*c.*

Fecit Deus cœlos intellectu,*Psa.*135.quando fecit *o* spirituales non solum credere,sed etiam intelligere diuina. Et facit matutinam nebulam,*p* quum dat in hac vita cognitionem sui obscuram, *Amos*,4.*d.*

Fecit Deus Iacob in gentem magnam in Ægypto,*q* quum multiplicauit Christianos in hoc mundo . & cum fecit in Ecclesia viros excellentes virtute,*Gen.*46.*a.*Sic facturus erat Mosen in gentem magnam. *Exo.*32.*c.*Facit etiam in gentem magnam eos,quibus dat immortalitatem. Et facit gentem vnam , hoc est , vnam Ecclesiam ex omnibus,*Exec.*37.*d.*

Fecit Deus iudicium in diis Ægypti,egredientibus filiis Israël,*Exod.*12.*b.*quia *r* egredientibus nobis de Ægypto errorum,idola corruunt,& omnis peruersarum doctrinarum structura concutitur. Et dicitur fecisse sibi nomen gloriæ quum glorificatur ab iis,quos liberauit.*Isa.*63.*e.*Et fecit iudicia in Moab,quum eos conuertit.*Exec.* 25.*c.*30.*e.*Fecit è diuerso iudicia in populum Iuda,quando eos destruxit, *Exec.*5.*b.* Et fecit Deus velut inane iudices terræ,quando inanes eos esse ostendit,*Isa.*40.*f.* Et facit quiescere superbiam infidelium , quum confundit hæreticos,*Isaiæ*,13.*d.*Et facit de persequentibus iudicium,*s* quum confundit dæmones , *Psa.* 118. Et faciet iudicium inopis, quum ob passionem Domini impij iudicabuntur:& vindictam pauperum eorum,qui clamant. Vindica sanguinem nostrum,&c.*Psa.*139.145.Et faciet iudicia sua in terra , quando in iudicio condemnabit malos, *Isa.*26.*b.*& faciet Deus auditam gloriam vocis suæ , quum omnes in iudicio vocem maiestatis Christi audient, alios glorificantis,alios condemnantis , *Isa.*30.*g.* & faciet tunc desertum mare increpatione sua: cùm dicet , Ite maledicti.*Isa.*50.*b.*Quanquam & desertum facit mare,quum tollit à bonis omnem amaritudinem seculi. Et efficit sagittas suas ardentibus , *t* quum ex ardore peccatorum elicit ignem punitionis : vt ignis non introducitur nisi in materiam aridam,& dispositam,*Psa.*7.

Fecit Deus fulgura in pluuiam, quum *u* dedit lucem doctrinæ Sanctis:& quum fecit doctos prædicare,dando illis prius cognitionem Dei,postea imbrem doctrinæ;*Psal.*134.143.*Ier.*10.*e.*etiam fulgura in pluuiam,quando *x* territos nimis reuocat ad cognitionem & implorationem misericordiæ Dei. Ipse etiam facit niues, *Zach.*10.*a.* fit autem verbum Dei in gaudium iis,qui ipsum seruant,*Ier.*15.*d.*facere etiam panes de simila triticea.*Exo.*29.*a.* est tradere delicatos sensus sacræ scripturæ.

Facit Deus noua,*y* quum dat nouum testamentum,*Isa.*43.*c.* Et ipse fecerat piscinam veterem , quando dederat vetus testamentum,*Isa.*22.*c.*Et fecit Deus os in occulto,*z* quia dedit mysteria Ecclesiæ,sed non omnibus nota,*Psa.*138.

Fecit Deus requiescere bonos super humum suam,hoc est,*aa* in æterna gloria,*Isa.*14.*a.*vbi voluntatem timentium se facit , *Psa.* 144. Et facit inhabitare vnanimes in domo,hoc est,in Ecclesia militante, vel triumphante, *Psa.*67.& facit habitare sterilem in domo,*bb* quum facit Ecclesiam domum , in qua fideles habitant , & ipse in medio eorum,*Psa.*112.& facit stare cœlum nouum,& terram nouam,& semen Israël : quia in fœlicitate,nullam recipient mutationem,*Isa.*66.*g.*& facit ibi habitare confidenter:quia in fœlicitate est securitas,*Ier.* 32.*g.* facere autem solennitatem hebdomadarum,est celebrare memoriam futuræ quietis,*Exod.*34.*c.*facere autem solennitatem hebdomadarum, est celebrare memoriam futuræ quietis,*Exod.*34.*c.*& facere requiescere terram anno septimo,est dare requiem corpori resuscitato in fœlicitate.*Exo.*23.*b.*

Facit Deus cessare gemitum malorum , *Isa.*21.*a.* quum dolorem , quem ex castigatione patiuntur mutat in gemitum pœnitentiæ,qui iam est cum gaudio.Et dicitur Deus facere malum grande,cõuertendo peccatorem, *cc* quia facit eum mori peccato, 1.*Reg.*6.*b.*& facit inhabitare diluuium , quum dat lachrymas pœnitentiæ, *Psa.* 28. & facit viuere,quum animam à morte peccati viuificat , *Deut.* 32. *f.* facit etiam tremere terram , quum excitat cordis compunctionem.*Psa.*103.facere etiam subcinericios panes,est exercere opera pœnitentiæ,*Exod.*12.*f.*

Facit Salomon,id est,Christus Cherubim in parietibus templi. 3.*Reg.* 6. *d.* quum *dd* electos suos Dominus ad regulam scripturarum sanctarum,in quibus est multitudo scientiæ,vitam suam dirigere donat:& quum in hoc mundo castitatẽ Angelicæ conuersationis, pro modulo suo facit imitari.Palmas facit , quum memoriam æternæ retributionis,eorum mentibus infigit. Facit picturas prominentes de pariete quum multifarias virtutum operationes fidelibus tribuit.

Faciunt oculi sponsæ auolare sponsum, *ee* quum ipsum sequuntur ad sublimia , quæ alij capere non possunt:

quem

Iustificatio per Christum. Iudex Christus. Opprobria Christi. Relictus Christus solus in passione. Resurrectio Christi. Obedientia Christi. Institutio Ecclesiæ.

Reconcilians Christus mundum Deo.

Misericordia Dei.

Incarnatio. Resurrectio. Ascensio.

Prima ætas hominis & mundi. Fides. Missio Spiritus sancti.

Faciens spirituales intelligere. Multiplicatio fidelium.

Destructio errorum.

Destructio Iudææ. Confusio hæreticorum.

Condemnatio malorum in iudicio. Dans doctrinam & faciens prædicare.

Dans nouum testamentum.

Quies æterna gloria.

Mutatio doloris in gemitum pœnitentiæ.

Doctrina sublimior.

a *Hil.*ſ.pſ.68.

b *Hie.*ſ.pſ.87.

c *Gloſſ. ord.*ſ. *Iſa.*55.

d *Ambro.* 4. *Exam.*2.

e *Hil.*ſ.Iſ.49.

f *Hie.*ſ.Iſ.27. *Baſili. quòd Deus non eſt cauſa mali.*

*Hie.*ſ. Ez.34.

g *Hie.*ſ.Iſ.28. & ſ.*Hoſ.*11.

h *Ar.*& *Hie.* ſ.pſ.97.

i *Au.*ſ.pſ.87.

k *Au. de Ge. cõtra Manic.* 23.25.*Bed.*ſ. *Gen.*1.

l *Au.*13.*Conſe.*19.

m *Hier.*ſ.Iſa. 25.63.

n *Arn.*ſ.pſal. 103.

o *Aug.*ſ.pſal. 135.

p *Hie.*ſ.*Amo.* 4.

q *Ori.*ſ. *Gen. ho.*15.*Phil.de mig.Abr. Ambro.* 2. *de Abr.*1.

r *Glo. ord.*ſu. *Exo.* 12.*Hie. de manſio.*& ſ.*Ezech.*5.& ſ.*Iſa.*13. 26. 30.40.50.

ſ *Hilar.*ſ.pſa. 118.139. *Ori.*ſ. *Matth. hom.*35.

t *Baſil.*ſ.pſ.7.

u *Hier.*ſ.pſal. 134. *Ori.*ſ. *Iere.h.* 5. *Hier.*ſ.*Ier.*10. & ſ.pſa.134.

x *Aug.*ſ.pſal. 134.

y *Hie.*ſ.Iſ.22. 43.

z *Hilar.*ſ.pſa. 138.

aa *Hier.*ſ.*Iſa.* 14.66.

bb *Arn.*ſ.pſa. 112.

cc *Gr.*ſ.1.*Re.* 7.*Baſili.quod Deus non eſt cauſa mali.*

dd *Glo.ord.*ſu. *Reg.*6.

ee *Ambr. de Iſaac.*7.

Digitized by Google

quemadmodum si doctor sequens alicuius discipuli perspicacitatem, prætermissis rudioribus, sublimia disserat, *Cant. 6.b.*

Generatio multorum in fide. Facit Deus parere alios, *Isa.66.c.* quum *a* facit in Ecclesia priùs sterili, multos per fidem generari. Facit autem Ephraim absque liberis, quum tollit discipulos ab hæreticis, *Hos.9.d.*

Implens Christus legem. Facit Deus verbum Mosis, *Exod.33.d.* quum implet, quæ prædixit Moses. Et facit Iosue, quæ loquutus est Moses, *Exod.17.c.* quum implet Christus omnia in lege Mosis prophetata.

Perfectio prophetarum. Fit verbum Domini, & manus Domini in Prophetis: vt *b* denotentur perfecti esse verbo & opere, *Ezech.1.a.* Quum autem dicitur facta manus Domini, aut factus Dominus adiutor, &c. intelligendum est, ac si diceret: factum est, vt adiuuaret Dominus, & ita de similibus. Quum autem dicitur: factum est verbum Domini: designatur, ea, quæ dicuntur esse irreuocabilia, & inexitabilia, quasi iam facta sint, pertinentia ad promissiones de Christo factas.

Tentatio Christi. Factum est ieiunium Christo in opprobrium, *Psal. 68.* quia *c* tentatus est à diabolo, exigens ab eo etiam adorationem.

Fides incarnationis. Facere altare de terra, est credere incarnationem Christi. Et facere altare lapideum, est constituere corpus Christi mysticum ex viuis lapidibus. Et facere candelabrum, & lucernas, est *d* prædicare Christum, *Exod. 20.d. 25.c.*

Institutio sacerdotum. Faciunt vestes sanctas Aaron, quum docent Apostoli & doctores, quales debeant esse sacerdotes, *Exod.28.a.* & faciens Samueli mater eius tunicam paruam, est *e* ministrans indumenta iustitiæ, iuxta cuiusque capacitatem, *1.Reg. 2.d.*

Caro obtemperans spiritui Sequi inspirationem. Fit voluntas Dei sicut in cœlo, & in terra, quum *f* corpus obtemperat spiritui ad bona opera: & quum Ecclesia facit voluntatem Dei, sequens caput suum Christum, *Matth.6.b.* facere autem voluntatem Dei, est *g* facere opera, quæ nobis inspirat, & in nobis operatur eius voluntas.

Dispersio Iudæorum. Fecit Dominus longè homines ab Hierusalem, quum *h* dispersit Iudæos per orbem, *Isa.6.d.* & facit desertos montes & colles, quum perdit Iudæos & superbos, aut ipsam superbiam, *Isa.42.c.* & facta est Saron sicut desertum, quum Hierusalem destructa est, nec erant in illo populo facientes fructum operum, *Isa.33.b.* & facta est habitatio Iudæorum deserta, quum Hierusalem desolata est, *Psalm.68.* & facta est palpatio in Iudæa, quum relicti sunt in tenebris: & facta est gaudium onagrorum, hoc est, gentium, quæ illis abiectis admissæ sunt ad fidem, *Isa.32.c.* & factus dicitur populus Iudæorum longè à sanctis, *i* quia per infidelitatem longè recessit à cultu Dei, *Psa. 55.in titulo.* Non facit Deus consummationem, *k* quia non in totum perdidit populum illum: & quia reliquias eorum saluabit, *Ierem.5.c.* facti sunt autem Iudæi quasi in principio, quum *l* destructum est templum, quod in principio non habebant, *Isa.63.d.*

Mortalitas hominis. Fecit Deus tunicas pelliceas Adæ, & Euæ, quum *m* fecit eos mortales, & tunicis pelliceis indigentes propter frigus, *Genes.3.d.*

Diabolus intellectualis naturæ. Fecisse dicitur Deus Behemoth cum homine, *Iob.40.b.* quia *n* tam angeli, quam homines sunt supra cæteras creaturas rationalis, vel intellectualis naturæ.

Tollens verbum Dei. Facit Deus interire fame, in malum quidem, *o* quum tollit verbum Dei à non merentibus audire. In bonum verò quum aufert mala verba, & occasiones, quibus carnalis & vetus homo malè viuebat: vt moriatur vetus homo, & viuat nouus, *Isa.14.g.*

Tollens occasiones peccati. Facit Deus errare malos in viis suis, quum *p* cessat à castigando: vnde fit, vt magis errent. Item quum relinquit eos in reprobum sensum ire, *Psal.43.106. Isa.62.d. Hos.2.c.*

Cessans flagellum Dei in obstinatis. Cùm dicit Deus, quid faciam tibi Ephraim, &c. ostendit *q* se fecit quidquid debuit, & amplius, *Hos.6.b. Mich.a.*

Conuincens Deus omnes peccati. Non facit Deus innocentem mundando, *Nah.1.a.* quia *r* quem mundat, per hoc quod mundat, ostendit non fuisse innocentem.

Cessatio vindictæ. Facit Deus consummationem loci diluuij, quum *s* cessare facit pœnam vindictæ, *Nah.1.b.*

Grauitas animæ contra leuitatem. Facit Deus ventis pondus, *Iob.28.d.* quando *t* dedit animabus grauitatem, ne cordis euagationem patiantur.

Institutio baptismi compunctionis & confessionis. Facere labium æneum, est *u* instituere baptismum, *Exod.30.b.* Item compunctionem, & confessionem, quibus sæpe debent lauari sacerdotes.

Dare Deo vel sum debitum. Facere coronam, & vectes mensæ, *Exod.30.b.* Vide *Corona*, & *Vectis.*

Exercere virtutes. Facere oleum vnctionis, & etiam thimiama, *Exod.38.c.d.* est *x* præstare cultum debitum Deo: iuxta cuius compositionem non debet fieri oleum, aut thimiama in alios vsus: quia cultus latriæ soli Deo est exhibendus. Est etiam per gratiam exercere virtutes, quibus non vngitur caro, quia non conueniunt hæc amantibus voluptates carnis.

Bene operari in hac vita. Facere opera sex diebus, est bene operari in hac vita: & non expectandum sabbatum, aut dies festus: quia post hanc vitam non erit locus operandi. Nihil etiam operis faciendum in sabbato, *y* quia non est peccandum in diebus Deo dicatis, hoc est, toto tempore huius vitæ, quod nobis ad eius obsequium concessum est, *Exod.12. 16.18.20.31.35. Ierem.17.c.*

Radicare virtutes in corde Bene operari. Faciens semen herba, est *z* cùm virtutes radiantur in corde, *Gen.1.b.* Et facit imber, & nix germinare, quum *aa* verbum Dei in mente susceptum, germinare facit animam, *Isa.55.c.* facere quoque bonitatem, est producere fructum spiritus, *Psalm.33.36.* Et facit fructum vinea, quum quis facit opera digna regno Dei, & fructus dignos pœnitentiæ, *Matth.3.b.21. Luc.3.c.* Et facere fructum sursum *Isa.36.f.* est *bb* per efficaciam operis recta, quæ cogitauit, ostendere. Facere etiam voluntatem Dei, est eius præcepta seruare, ac etiam consilia, *Psal.39.142.* faciunt etiam bonas vias suas, qui bene operantur, *Ierem.7.a.* Et facere iudicia Dei, est eius præcepta seruare, *Ezech.11.b.* Et facere opus in domo domini, *cc* est bene operari *Agge.1.d.* Et facit coronas ex auro & argento ad ornandum pontificem, qui opera pœnitentiæ, & virtutum exercet, quibus in ipso dicitur Christus coronari, *Zach.6.c.2. Tim.4.b. Iacob.1.b.*

Sequi virtutem consulentem. Faciens Abraham, quę dixerit ei Sara, designat *dd* eos, qui libenter consulentem virtutem sequuntur, *Gen.21.b.* Sic faciens Moses, quæ suggessit Iethro, docet exequenda esse, quæ suggerit lex naturalis: & quod recta consilia etiam ab Ethnicis sunt suscipienda, *Exo. 18.d.* Hoc est facere iuxta cor Dei, *ee* quia est facere voluntatem Dei, *1.Reg.2.g.* Et faciens Saul, quæ ostendit Samuel, est prædicator imperans aliis, quæ didicit, *1.Reg. 10.b.* facere autem bene, aut malè, est prodesse, aut nocere aliis, *Isa.41.f.* & facit salutes, *ff* qui exercet opera misericordiæ Dei digna. *Isa.26.d.* & facientes operationes in aquis multis, *gg* sunt verbo & exemplo multos docentes. *Psalm.106.* & facere virtutem in Deo, *hh* est vincere dæmones, *Psal.59.* Et facere amicos de mammona iniquitatis, est *ii* eleemosynis comparare gratiam Sanctorum. *Luc.16.c.*

Prodesse aut nocere aliis.

Reprimere voluptates naturales. Facere vim in regnum cœlorum, *kk* est voluptates naturales reprimere propter regnum cœlorum, *Luc.16.d.* Et hoc est facere iter Deo, & rectas facere semitas eius, nempe *ll* subiiciendo appetitum rationi, mentem rectè disponere, *Psal.67. Isa.40.a.* & fieri sicut vtrem in pruina, est refrigeratas habere carnis concupiscentias, *Psal.118.* faciunt etiam Apostoli iter populo, *mm* quum tollunt omnia impedimenta veniendi ad regnum cœlorum, *Isa.57.c.* Et facere iudicium, & iustitiam, est *nn* subiicere carnem spiritui, *Psal.118.* facit etiam iustitiam, qui imitatur opera Christi *Isa.58.a.* facere etiam iudicium, est *oo* nihil absque ratione, & consilio facere: vt ante mens iudicet, quid factura sit, & postea opere compleat, *Mich.6.c.*

Tollere impedimenta regni calorum. Facti sicut consolati, sunt *pp* boni in hac vita: in qua non sunt quidem plenè consolati, sed per spem, sicut consolati, æternam consolationem expectantes. *Psal.125.*

Agere secundum rationē. Fit onus visionis propheticæ mortuo Achaz, malo principe, vt *qq* ostendatur tunc Deum reuelare nobis mysteria, quum diabolus non regnat in nobis, *Isa.14.g.*

Cōsolatio imperfecta in hac vita. Facere holocaustum, aut sacrificium, & facere vitulam, hoc est, sacrificare, *rr* est offerre Christum, & passionem eius, *Leuit.9.a.14.c. Ezech.43.g.75.f.* Et facere stare duos hircos coram Domino, est offerre Christum Deo patri, confitendo ipsum Deum & hominem, *Leu.16.b.*

Offerre Christum.

a *Hie.s.Is.66.*

b *Ori.s.Ezec. hom.1. Aug.1.qu. in num.51. Ru.s.de vict. verb.Dei.24.*

c *Hil.s.ps.68.*

d *Glo. int.su. Exod.20.*

e *Gre.s.1. Re. 2.*

f *Aug. 2. ser. Dom.in monte.*

g *Fulgent. de dupli.prædest.*

h *Hiero. s.Is. 6.32.33.42.*

i *Hil. s.ps.55*

k *Hie.s.Ier.5.*

l *Hie.s.Is. 63.*

m *Ru.3.s.Ge. 27.*

n *Gre.23.m. 10.*

o *Hie.s.Is.14.*

p *Hie.s.Is.63. Au.s.ps.106.*

q *Hier.s.Hos. 6.*

r *Hie.s. Na.1*

s *Hie. s.Nah. 1.*

t *Gre.19.mo 4.*

u *Glo.inter.s. Exod.30.*

x *Glo.inte.su. Exod.30.*

y *Hier.s.Iere. 17.*

z *Orig.s.Gen. ho.1.& s.ps.a. 36.h.1.& s. Mat.h.19.& s.Lu.hom.22.*

aa *Hier.s.Is.a. 55.65.*

bb *Gre.8.mo. 35.*

cc *Hie.s.Agg. 1. & s.Zach 6.*

dd *Phi.2.alle.*

ee *Gr.s.1.Re. 2.10.*

ff *Hier.s. Is. 26.*

gg *Arn.s.psa. 106.*

hh *Hilar.s.ps. 59.*

ii *Amb.s.Lu. 16.*

kk *Am.s.Lu. 16.*

ll *Hila. s. ps. 118.*

mm *Hie.s.Is. 57.58.*

nn *Arg. s.ps. 118.*

oo *Hie.s.Mic. 6.*

pp *Lyr.s.psal. 125.*

qq *Hie.s. Isa. 14.*

rr *Glo. ord.s. Leu.8.*

Digitized by Google

a *Glo. inte. Su. Leu. 1.*

Facit sacerdos consumi cineres sacrificij extra castra, quum Christus reseruat nobis bona opera remunerada in futura vita. *Leuit. 6. b.*

Reseruans nobis Christus præmium.

b *Ori. s. Matt. ho. 25.*

Facere decurrere sanguinem columbæ, aut turturis, est *a* paulatim huius mundi curas abiicere, *Leuit. 1. b.*

Abijcere curas.

c *Ori. s. Matt. ho. 5.*

Fieri pascha dicit Christus, *Matth. 26. a.* vt *b* demonstret nouum pascha à se instituendum.

Bonum paschæ.

d *Gre. s. 1. Re. 11.*

Effici sicut paruulus, *c* est carere affectibus inordinatis, & ambitione, *Matth. 18. a.*

Carere inordinatis affectibus.

e *Gr. s. 1. Reg. 13.*

Fecerunt Saulem regem coram Domino, *1. Reg. 11. d.* quia *d* tunc doctor subiectorum suorum deuotione colitur, quum ipsi vitam eius acceptam esse Domino recognoscunt.

Eruditus in scientia seculari.

f *Gre. s. 1. Re. 15.*

Facere gladios, & lanceas, *e* est eruditum esse in scientiis secularibus, *1. Reg. 13. d.*

Admittere ad conjugium incontinentes.

g *Ori. su. Isa. ho. 6.*

Faciens Cinæus misericordiam cum Israël, cùm ascenderet de Ægypto, designat *f* admittendos esse ad indulgentiam coniugij eos, qui à libidinosa vita conuertuntur, *1. Reg. 15. b.* iuxta illud *1. Cor. 7. b.* Hoc secundùm indulgentiam dico, non secundùm imperium.

Conuersio animarum maior suscitatione corporum.

h *Hier. s. Psal. 106.*

Fecerunt discipuli Christi maiora quàm Christus, *g* comparando videlicet suscitationem animarum, quam ipsi fecerunt prædicando, suscitationi corporum, quam fecit Christus, *Ioan. 14. b.* faciebant autem operationem in aquis multis, *h* quum prædicando populis illos conuertebant, *Psalm. 106.*

Copulari animam Christo.

i *Hie. s. Ezec. 16.*

Fieri dicitur Hierusalem Deo, *Ezech. 16. b.* quando *i* anima, vel Ecclesia illi copulatur, in sponsam assumpta.

Prædicatio.

k *Gr. 1. m. 16. 20.*

Faciebant filij Iob conuiuia vnusquisque in die suo, *Iob. 1. a.* quando *k* sanctus quisque prædicator, iuxta mensuram illuminatæ intelligentiæ, mentes audientium epulis veritatis pascit. Vel designabant Apostolos per diuersas prouincias prædicantes. Et facit iter Deo. *Psalm. 67.* qui *l* prædicando peruia facit illi corda credentium: vel qui viam bonorum operum præparat illi, qui supergressus est occasum, morte deuicta. Faciunt etiam panem suum in risu *m* doctores qui prædicant populo, quæ eos audire delectat, vel qui prædicant Christum cum iucunditate: quo præsente lugere non possunt, *Eccles. 10. d.*

Nimium contemplationi vacare.

l *Au. s. ps. 67. Euc. q in psa.*

Faciens Moses moram in monte. *Exod. 32. a.* designat *n* prælatos nimium contemplationi vacantes: vnde contingit, subditos ad illicita dissolui.

Punit Deus per malos.

m *Hie. s. Eccl. 10.*

Facit vallis viatorum obstupescere prætereuntes. *Ezec. 39. e.* quando humiles vident hæreticos habere pro altis errores suos, quos ipsi in imis iacere conspiciunt: vnde & mirantur.

Obtemperantes venti Deo.

n *Hie. s. Ezec. 39.*

Faciunt verbum Dei castra eius, etiam malorum. *Ioel. 2. c.* quando *o* eius voluntatem puniendo exequuntur.

Exempla iustorum post mortem.

o *Hie. s. Ioel. 2.*

Facit Deus spiritus, hoc est, *p* ventos esse angelos suos, hoc est, nuncios: quia facit, vt sibi obtemperent, ac si essent nuncij eius. *Psalm. 103.*

Reformata fides Christo suscitato.

p *Rup. s. Gen. 26.*

Facit comam lignum præscissum. *Iob. 14. b.* quum *q* extinctus corporaliter iustus, ipso suæ passionis exemplo, multorum corda suscitat: & ex fide recta virorem veritatis ostendit, sicut prædestinatum est. Vel Christus fecit comam, sicut quum primò plantatus est: quia illa Apostolorũ debilitas, quæ in morte illius expirauit, & negauit, & negando aruit, per resurrectionis eius gloriam rursus ad fidem viruit.

Separare fideles ab Ecclesia.

q *Gre. 12. m. 3. 4.*

Faciunt longè fideles à terminis suis, qui *r* eos separant ab Ecclesia. *Ioel. 3. a.*

Separare legi & prophetas à Christo.

r *Hie. s. Ioel. 3*

Facere tria tabernacula, *s* est separare legem & Prophetas à Christo: ideo cùm hoc Petrus diceret, nesciebat quid diceret. *Matth. 17. a.*

Malè viuere in Ecclesia.

s *Ori. s. Matt. ho. 3.*

Facere domum Dei speluncam latronum, est *s* malè viuere in Ecclesia. *Matth. 21. b. Ierem. 7. b.*

Conuerti ad creaturas.

t *Ori. s. Matt. hom. 15. Hie. s. Ier. 7.*

Facere sibi sculptile: & facere Deos argenteos, vel aureos, est *u* conuerti ad creaturas, relicto Deo. *Exod. 20. 32. 34.* Faciunt etiam sibi Deos, quicunque proprios errores statuunt, & Deo præferunt. *Ierem. 16. b.* Et faciunt idola subtilia & imagines masculinas ex vasis Domini, qui ex locis sacræ scripturæ malè coniunctis hæreses constant, *Ezech. 16. b.* Et faciunt digiti vel manus idola, quum falsis rationibus fingunt errores. *Isa. 2. c. 31. d. 44. b. 46. b.* Et faciunt Baal ex auro & argento, quod dedit Deus. *Hose. 2. b.* qui vruntur sensibus sacræ scripturæ, & eloquentia ad constituendas hæreses. Facientes etiam interitum, *x* sunt fabricantes idola, aut errores. *Psalm. 9.* Et facientes lacunas ad capiendos pisces, sunt *y* hæretici machinantes rationes ad decipiendos simplices. *Isa. 19. d.* Et fecerunt lácum inter duos muros, qui præferebant doctrinam suam nouo & veteri testamento. Sicut etiam Pharisæi prætulerunt traditiones suas nouæ & veteri legi. *Isa. 22. c.* Et faciunt hæretici errare Ægyptum, sicut erat ebrius, quum suis cauillis, quasi fascinant simplices, ne verum videant. *Isa. 19. c.* Et facientes peccare homines in verbo. *Isa. 29. f.* sunt dæmones, aut hæretici facientes errare in variis dogmatibus. Aut etiã Scribæ, & Pharisæi suadentes populo, ne crederent in Christum. Et faciunt vim causæ humilium hæretici, quum cogunt simplices suis erroribus adhærere. *Isa. 11. a.* Et facit luscum proximum, qui peruersa docet. Idem est facere abortiuum. Et faciunt ex argento & auro imagines abominationum suarum, qui eloquia Dei, & sensus diuinos ad suos errores peruertunt. *Ezech. 7. f. 13. a. Amos. 5. g. Nahu. 2. d.* Et faciunt opera deorum, *z* qui colunt idola, & errores, aut faciunt opera grata diabolo. *Exod. 23. d.* Faciunt etiam idola aurum & argentum, qui colunt auaritiam, quæ est idolorum seruitus: quod faciebant sacerdotes Iudæorum. *Hos. 8. a.*

Auaritia.

z *Ru. s. Exod. hom. 8.*

aa *Ori. s. Exo. hom. 2.*

Factus rex Assyriorum in eradicationem collium, est *aa* diabolus carnifex, & vexator hominum. *Isa. 37. e.* Et faciens perdix diuitias, non cum iudicio, est diabolus peruertens malos sine lege. *Ierem. 17. b.*

Diabolus vexans homines.

Facere secum benedictionem petit Rabsaces, hoc est, vt ei consentiant, designans diabolum, qui benedictionem reputat, si ei consentiatur. *Isa. 36. e.* Et faciens superbiam, est diabolus, qui suadet superbiam. *Psal. 100.* Et facientes vim animæ, sunt *bb* dæmones impellentes eam, postquam semel in peccatum incidit, vt perseueret. *Psalm. 37.*

Suadens diabolus superbiam.

bb *Basi. s. psa. 37.*

cc *Ori. s. Ezec hom. 8. Hie. s. Ez. 16. 33.*

Faciunt opera meretricis, *cc* qui impudenter peccant: qui etiam dicuntur facere sibi prostibulum in cunctis plateis, sequentes viam latam: & faciunt abominationes, turpissima exercentes peccata. *Ezec. 16. c. 33. f.* Et faciunt malum in oculis Domini, qui impudenter peccant, eius vltionem non curantes. *Isa. 66. b.* Et facere lateres, est *dd* firmare vitia, eaque distinguere, quærendo varias voluptates in eis, secundùm diuersos sensus. *Genes. 11. a. Exod. 1. c. 5. b.* Faciunt etiam consilium non ex Deo, *ee* quicunque agunt contra legem Dei. *Isa. 30. a.* Et fecit iniquitatem cor fatui, quum Scribæ, & Pharisæi trepidauerunt timore, vbi non erat timor. *Isa. 32. b. 65. b.* Facere autem peccatum cum inferno, est desperare: vt qui noluit à peccato cognito recedere. *Isa. 28. d.* Facere etiam sibi nomen volunt mali, qui prædicant peccata sua. *Genes. 11. a.* Et faciens populus libenter, quod malè iussit Aaron, designat pronitatem ad malum. *Exod. 32. a.* Et facit voluntatem suam, aut vias suas, qui peccat. *Isa. 58. d.* Fiunt autem immobiles quasi lapides, qui in duritiam incidunt incredulitatis. *Exod. 15. b.* Faciunt autem decem iugera vinearum lagunculam vnã: & triginta modij sementis modios tres, quum *ff* hæretici & eorum sectatores exercent inutilia opera. *Isa. 5. c.* Faciunt etiam iniquam viam suam, qui peccant. *Ierem. 3. g.*

dd *Phi. de con fus. lin.*

ee *Hier. s. Isa. 30. 32. 58.*

ff *Hie. s. Isa. 5.*

gg *Glo. in. su. Gen. 3.*

Facientes sibi Adam & Eua perizomata. *Genes. 3. b.* designant *gg* eos, qui consarcinant excusationes in peccatis.

Excusatio peccati.

hh *Hil. s. psa. 52.*

Fit homo similis iumentis peccando. *Psalm. 48.* quia *hh* subiicit se sensibus, qui sunt homini communes cum brutis, & fit homo inutilis declinando à Deo per peccatum, vt Adam. *Psalm. 52.* Et fit vilis plebs Dei, quando prauorum numero crescente, non summa & cœlestia, sed abiecta, & terrena sectantur. *Thren. 1. d.* Et fiunt sicut fœnum rectorum, qui operibus carnis, & erroribus insistunt: & sicut fœnum agri, qui facilè cedunt diabolo. *Psalm. 128.* Facti etiam albi rami ficus, ariditatem operum significant. *Ioel. 1. b.*

Peccare.

ii *Hil. s. Matt. Can. 12.*

Facere arborem bonam, aut malam, est *ii* iudicare Christum vtilem, aut inutilem. *Matth. 12. c.*

kk *Hie. s. Isa. 5. 43. & s. Ez 16.*

Fecit Israël laborare Deum, & seruire in peccatis suis. *Isa. 43. d.* siue *kk* quia Deus patienter sustinuit populum peccantem: siue quia propter peccata, Verbum Dei assumpsit formam serui, quia passus est. Faciens etiam spinas vinea pro vuis, est *ll* synagoga affligens Christum, quem suscipere, & colere debebat. *Isa. 5. a. 9. d.* Designat etiam ingratitudinem & cætera vitia, quæ quis, pro acceptis beneficiis Deo reddit. Facit etiam synagoga abominabilem decorem suum, quando cultum Dei vertit in idololatriam: quod etiam dicitur de anima, quæ erat in gratia, & turpiter peccat. *Ezech. 16. c.* Et faciens Hebræus iniuriam proximo, designat Iudæos impedientes salutem gentilium. *Exod. 2. b.* Et filij Eli facientes res pessimas vniuerso Israëli, sunt *mm* Iudæi conantes in errorem pertrahere omnes. *1. Reg. 2. e.* Et faciunt dolum sicut nouacula acuta. *Psalm. 51.* quia nouacula *nn* cùm sit ad læuigandam faciem, si vulnerat, dolum facit, ita lingua Iudæorum, quum electa esset ad laudandum Deum, dolum fecit, quando

Patientia Dei Christus passus pro peccatis.

ll *Am. ser. 73.*

mm *Gre. s. 1. Reg. 2.*

nn *Hil. s. psal. 51.*

Persequentes gentiles Christianos.

dixit:

Digitized by Google

dixit: Crucifige, crucifige. Et præterea, qui nititur alios à veritate auertere. Iudæi etiam faciunt calumniam aduenæ, pupillo,& viduæ, hoc est, gentibus. *Ierem.7.a.*

Facientes Ægyptij dolum in seruos Dei,sunt *a* gentiles persequentes Christianos. *Psalm.104.*

Faciens sacerdos delinquere populum,est expectans alios ad pœnitentiã non corrigendo eos. *Leuit.4.a.* Et facit dilectus Dei scelera in domo Dei, *b* quando propinquiores Dei dignitate peccant. *Ierem.11.e.*

Faciens Agag mulieres absque liberis,designat, *c* quòd delectatio luxuriæ instar gladij, dum fructus mentium percutit, cogitationes virtutis,aut bonum operis viuere nequaquam sinit. *1.Reg.15.g.*

Fieri mensam Iudæis in laqueum, *d* est ipsos peruersè intelligere scripturas de Christo loquentes: vnde in errorem inducuntur. *Psal.68. Rom.11.b.*

Fiunt filij peccatoris orphani *e* quando imitatores diaboli conuertuntur ad Christum. *Psalm.108.*

Facit hypocrita sicut custos vmbraculum,quum *f* operatur, vt hic recipiat mercedem suam. *Iob.27.c.*

Factæ sunt plagæ hæreticorum sagittæ paruulorum, *g* quum hæretici confunduntur per rationes eorum,quos ipsi contemnebant. *Psal.67.*

Fiunt retrorsum, *h* qui veluti canes reuertuntur ad vomitum. *Ierem.7.e.*

Facit perdix diuitias non cum iudicio,quum *i* auarus absque cogitatione diuini iudicij vndique rapit. *Ier.17.b.* Et facit dolum sicut nouacula acuta, *k* qui fraudulenter auferit temporalia. *Psal.51.*

Non facit farinam culmus, *l* quum is,qui in præsenti seculo proficit, nil subtilitatis intelligit: nullum boni operis fructum reddit. Nec facit farinam germen hæreticorum: & si facit, facit inutilem. *Hos.8.b.*

Fiunt amici animæ illi inimici,quum *m* dæmones,quam hic voluptatibus demulcebant in inferno cruciant. Et fiunt hostes in capite,quando maligni spiritus gaudent de eius damnatione. *Thren.1.a.b.*

Faciunt sibi latrones viam per animam,quando *n* inter aduersa,quæ exterius tolerantur, cogitationes quoque prauas immittere dæmones non desistunt. *Iob.19.b.*

Faciunt ceruicalia sub capite, *o* qui fouent alios in vitiis, aut in errores eos inducunt. *Ezech.13.c.* Facit etiam fidem pro extraneo, *p* qui impœnitenti impunitatem promittit. *Prou.11.b.*

Fecisse se dicit draco,aut Pharao fluuius Ægypti,quum *q* diabolus vsurpat sibi diuinam potentiam. *Ezech.29.b.*

Factus dicitur Ephraim in nationibus,quum *r* hæretici similes sunt gentibus. *Hos.8.c.*

Fieri omnia,quæ sunt in domo leprosa,immunda,ingrediente sacerdote. *Leuit.14.c.* est *s* participes fieri pœnæ, qui non recedunt à consortio hæreticorum.

Facere moram in Ægypto,est *t* diu viuere secundùm mundanos mores. *Exod.12.f.* Sed Moses facit exire populum Israël de Ægypto,quum lex Dei liberat obtemperantes sibi à tenebris & vitiis huius seculi. *Exod.17.b.*

Facere ancillæ iuxta morem filiarum. *Exod.21.b.* est *u* dotare eam, quando ducitur à filio.

Fit transeuntium Hierusalem. *Ezech.16.b.* quum *x* faciens peccatum seruus fit peccati.

Facit fidem pro extraneo, *y* qui indignus curam suscipit animarum. *Prou.11.*

Facies; Vultus.

FACIES in homine,est ea pars,in qua sunt omnes sensus,& qua homo maximè innotescit,& ab aliis discernitur. Dicitur etiam vultus, secundùm quod in ea animi exprimuntur affectus: vt vultus iratus,aut lætus, aut tristis. Aliquando autem facies sumitur pro vultu,& è diuerso. Et vtrumque aliquando sumitur pro cognitione, & conspectu,& præsentia. Facies etiam interdum est idem quod è regione. *Iud.2.c.* Qui erant contra faciem deserti. Furor. *Genes.16.c.* A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Iudicium. *Isa.30.b.* Quomodo sustinebis faciem iudicis? Superficies. *1.Reg.14.d.* In quo erat mel super faciem agri. Vindicta. *Leuit.20.a.* Ponam faciem meam super hominem illum.

Facies non conuenit Deo,nisi secundùm metaphoram. Et dicitur facies Dei,Verbum Dei,quod est figura substantiæ Patris,Et mittitur angelus ante faciẽ Dei, hoc est, & Ioannes Baptista ante filium Dei factum hominem. *Malac.3.a. Psal.66.79.* Moses autem,hoc est *aa* Iudæi non viderunt faciem Dei,hoc est,priora Christi,sed posteriora,hoc est,humanitatem. Et Iacob vidit Deum facie ad faciem,quando vidit eum in forma humana, & incarnandum agnouit. *Genes.32.g. Exod.33.d.* Dicitur autem populus videre Deum facie ad faciem. *Num.14.c.* propter miracula,quæ ab eo fieri videbant,& propter apertam collationem legis.

Facies etiam Dei, quam Moses videre non poterat, est *bb* ipsa diuinitas sine velamine considerata. *Exod.33.d. Psal.26.34.45.66.79.139.* Et vis,qua se manifestat, atque dignoscitur, facies Dei dici potest. *Mal.1.b.*

Facies quoque Dei dici potest ipsa lux,& *cc* reuelatio diuina,quæ est velut speculum Dei,& sic videbat Moses Deum facie ad faciem. Et etiam Iacob. *Gen.31.g. Exo.34.d. Isa.c.* Et hæc est facies *dd* fauoris, & misericordiæ Dei, quæ est plena gratiarum, & ab hac eiiciuntur mali. *Iudi.6.e.2.Par.9.f.30.b. Iob.1.b.13.b.33.d. Psal.29.30.50.103. 118.131.142. Isa.59.a.b.c.64.b. Mich.3.b. Matth.8.b.1.Cor.13.d. Apoc.22.a.* Et facies Dei, manifestatio eius intelligenda est,& præsentia eius,& per Ecclesiam eius. Et fugiunt inimici à facie Dei,quum timent præsentiam eius, & Ecclesiæ. *Psalm.67.104.* Et coram facie Dei dicuntur facta, quæ sunt *ee* illi præsentia,nec sunt illi antiqua. *Hose.7.a.* Et eiicitur aliquis à facie Dei,hoc est,à præsentia Dei. *Gen.4.a.* Coram faciem adorabunt Deum, qui videbunt eum facie ad faciem. *Isa.66.g.*

Facies quoque Dei dici possunt ea,quæ fuerunt ante mundi constitutionem,quam faciem velabant Seraphim, quia illa sunt nobis incognita. *Isa.6.a.*

Facies etiam Dei dici potest *ff* Spiritus sanctus: quia Deus se nobis manifestat. *Ps.138.* Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam.

Facies præterea Dei dici potest *gg* ira Dei,qua castigat,& iustitia Dei. Et facies manus Dei, est illa percussio iusti iudicij,qua superbientem hominem à paradiso repulit: & in hac cæcitate præsentis exilij inclusit. *Leu.17.c. 20.a.26.c. Iob.23.d.25. Psalm.20.33.67.138. Eccl.8.c. Isa.19.c. 26.c.64.a. Thren.4.c.5.b. Ierem. Ezech.13.c.14.c. Ioel.2.c. Agge.1.d.* Et facies iræ Dei,dici potest contemplatio iræ Dei. *Psal.37.* Et facies arcus. *Psal.59.* Facies quoque ollæ succensæ à facie aquilonis. *Ierem.1.c.* imperum apertæ vindictæ Dei, quam etiam per malos exercet, designare potest.

Facies Christi splendida,dici potest manifestatio diuinorum secretorum per Christum facta. *Matt.17.a.26.g. Ps. 118.* Facies quoque eius dici potest *hh* diuinitas eius, & sanctitas, & vident faciem eius,qui perfectam eius habent in cœlo cognitionem. Et hæc est facies Dauid decora. *1.Reg.16. Psal.131. Iob.29.d.30.b. Mar.14.g. Apoc.1.d. 10.a.* Hic vultus eius fuit absconditus in passione. *Isa.53.a.* Facies etiam Christi, *ii* est secundus eius aduentus, quando apertè cognoscetur,sicut vnusquisque cognoscitur per faciem. *Psal.49.*

Facies etiam Dei obscura aut velata, dici *kk* potest humanitas Christi, & infirmitas carnis. *Psalm.79.* Et hanc faciem operuit confusio in passione. *Psal.68.* quam tamen faciem,non auertit à conspuentibus,sed habuit eam,vt petram durissimam. *Isa.50. Ezech.3.b.*

Facies etiam Christi,dici possunt *ll* Prophetæ,qui nouerunt,& prædixerunt futura. *Iob.16.c.* Et ipsa prophetia dicitur facies. *Ierem.21.c.* Posui faciem meam super ciuitatem hanc.

Facies Iob,designat *mm* faciem Christi,quam suscepit Dominus,quum eius orationem audiuit. *Iob.42.b.*

Facies quatuor animalium,quæ vidit Ezechiel, variè distingui possunt, *nn* nam in Christo nascente consideratur facies hominis,in ipso moriẽte facies vituli,in eodem resurgente facies leonis,in ascendente in cœlos facies aquilæ. *Ezech.1.b.* Designatur etiam in Christo diuinitas,& humanitas,regnum,sacerdotium.

Designant etiam quatuor facies, *oo* quatuor Euangelistas, facies hominis Matthæum, facies leonis Marcum, facies bouis Lucam,facies aquilæ Ioannem. Dicuntur autem facies initia Euangeliorum, & notitia fidei, & sunt facies quatuor,vni quia vnus idem sentit,quod reliqui.

Vel quatuor facies,designant *pp* quatuor elementa,quorũ est vna facies, quia composita simul,vnam ostendunt formam,& virtutem. Et in diuinis sunt vna facies,quia omnes virtutes in vnam rediguntur.

Designant

Non corrigens sacerdotes peccantes.
Perdens libido bona opera.
Iudæi peruersè intelligentes scripturam.
Conuersio peccatorum.
Recipere hic mercedem.
Iugulari hæreticos proprio gladio.
Reuerti ad vomitum.
Rapina auari
Non bene operari.
Cruciantes dæmones animam.
Suggestiones dæmonum.
Fouentes vitia.
Superbia diaboli.
Similes gentilib. hæretici.
Participatio cum hæreticis.
Diu viuere mundanè.
Dotare ancillam.
Seruitus peccati.
Cura animarum indignè susceptæ.
Verbum Dei.
Diuinitas.
Reuelatio diuina.
Fauor, & misericordia Dei.
Præsentia Dei.
Præcedentia mundum.
Spiritus sanctus.
Ira Dei.
Vindicta Dei.
Manifestatio diuinorum secretorum.
Diuinitas & sanctitas Christi.
Secundus aduentus Christi.
Humanitas Christi.
Prophetæ.
Prophetia.
Facies Christi.
Christus.
Euangelistæ.
Elementa.

a *Arn.s.psal.104.*
b *Hier.s.Iere.11.*
c *Gre.s.1.Re.15.*
d *Or.s.Re.11.*
e *Arn.s.psal.108.*
f *Glo. ord.su. Iob.27.*
g *Hil.s.ps.63.*
h *Gl.in.s.Ie.7.*
i *Hie.s.Ier.17.*
k *Au.s.ps.51.*
l *Gr.8.m.29. Hier.s.Hos.8.*
m *Gl.int.s.1. Thren.1.*
n *Gr.14. moral.20.*
o *Hie.s.Ezec. 13.16.*
p *Bed.s.Prou. 11.*
q *Glo.inte.su. Ezec.29.*
r *Hie.s.Ho.8.*
s *Glo.int.sup. Leu.14.*
t *Glo.int sup. Exod.12.*
u *Glo.inte.su. Exod.21.*
x *Hi.s.Ez.16.*
y *Bed.s. prou. 11.*
z *Hie.s.ps.79. Au.s.ps.138. Cyr.de incar. unigen.*
aa *Gal. lib.3. cap.12.*
bb *Aug.2. de Trinit.17. & 83.q.52. Eu. for. spiri.1.*
cc *Gr.s.1.Re. 10. & 11.m. 23. & 24.m. 7. Hie.s.Is.8.63.*
dd *Basi.1.s.ps. 29. Hila.s.ps. 66. Aug.de essen. diuin. Isyc.Leu. 15. Au.22. ciuit. Dei.29. & s. ps.67.104.*
ee *Hi.s.Ho.7. Ori.s.Is.h.14. Hier.epist. Et factum est.*
ff *Cyr.13.the sau.2. Arno.s.ps.67. Hil s.ps. 138.*
gg *Ori.s.ps.u. 37.hom.1.*
hh *Gre.4. m. 35. & 16.m. 19. Hie.s.Ez.13. Gre.s.Ez.h.2 Ori.s. Matth. hom.3. Gr.s.1.Re.16. Hil.s.ps. 131. Au.de esse.di.*
ii *Ru.s.ps.94.*
kk *Arno.s.ps. 79.*
ll *Hier.s. Iob. 16.*
mm *Hier.su. Iob.42.*

nn *Gre.s.Eze.hom.4. Ru.1.s.Ezech.3. & s.Matt. & 3. Apocal.* oo *Hie.prol.s.Matth. & s.Ezec.1. Gre.s.Ezech.hom.34.*
pp *Geor. Ven. Ca.1.to.7. ca.22.29.*

Digitized by Google

Designant præterea in homine, vel in anima, *a* diuersas vires ac virtutes. Nam facies hominis indicat partem rationalem in cerebro, facies leonis, vim irascibilem, seu furorem, qui significatius Græcè dicitur *Tymos*, furorem autem dicimus non eum, qui perturbationi, & vitio proximus est, sed qui mentis consolidat mollitiem, & fortiorem facit animum dimicantis. Hæc vis ponitur in felle. Facies vituli, est vis cõcupiscibilis in hepate. Facies aquilæ, est syntereſis corrigens cæteras. Vel aliter. Iustus per rationem, est homo, per sacrificium mortificationis, vitulus, per fortitudinem securitatis, leo, per contemplationem, aquila. *Ezech.* 41. *c.* Facies etiam hominis inter animalia, designare potest doctrinam in homine, facies quoque Cherubim, symbolum sunt animæ rationalis. Vel homo prudenter exteriora administrãdo, aquila contemplando, leo seuerè corrigendo, vitulus compatiendo.

Vires & virtutes animæ.

Doctrina. Anima rationalis.

Facies in homine, dici potest *b* ipsa mens, seu principale cordis, & cõscientia, & mentis obtutus: vt enim principalis pars corporis est facies, ita præcipuum in anima est ipsa mens, & in hanc faciem inspirauit Deus, vt aduersus sensuum illecebras hominem muniret. *Genes.* 2. *b.* 39. *b.* 40. *b. Thren.* 4. *b. Ezech.* 13. *c. Matth.* 6. *c.* Et hæc facies est decora in sponsa, *c* quando est virtutibus ornata. Et vt cor lætum reddit lætam faciem, ita charitas mentem. Hæc facies non erubescit, nec confunditur, quum audacter prædicat Christum. *Psalm.* 33. 103. 118. Idem designat facies Iudith. *Iud.* 10. *c.* Et facies Esther. *Esther.* 2. *b.* Et quia per faciem corpus vniuscuiusque cognoscitur, facies erit mens, perfectæ charitatis radiis illustrata, sine qua nemo cognoscitur à Deo, nec aptus est vt sit rex. Sic erat facies Dauid decora, vbi etiam designatur præclara morum honestas. 1. *Reg.* 16. *c.* Vultus etiam intellectus, & voluntas dici possunt, quum in sudore vultus sui, hoc est, labore intellectus, & voluntatis, vescitur homo pane suo, hoc est, acquirit scientias, & virtutes. *Gen.* 3. *b.* Et facies in oleo exhilaratur, est imago Dei. *Psal.* 103. Et facies Lazari ligata sudario, est *d* mens obnubilata. *Ioan.* 11. *a.* Ipsa quoque mentis *e* intentio quãdóque facies dicitur, quam in malis Deus demergit in foueam, quum se erigentem ad ima deiicit. *Iob.* 11. *c.* 15. *c.* 40. *b. Nahum.* 2. *c.* Et vultus Cherubim versi ad propitiatorium, designant mentis intentionẽ dirigendam in Christum, *Exod.* 25. *b. Mala.* 1. *c.* 2. *a.* Et facies Ionathæ, est affectus charitatis prædicatoris. 1. *Reg.* 14. *b.* Et facies animalium extentæ desuper, designant *f* intentionem Sanctorum ferri in Deum. *Ezech.* 1. *c.* Et vultus cordis humani, est similitudo Dei. *Iob.* 24. *d.* Facies quoque terræ dicitur cor hominis aridum, quod dicitur de Gentilibus. *Iob.* 5. *b.*

Mentis. Conscientia. Honestas morum. Intellectus, & voluntas. Imago Dei. Intentio mentis. Affectus charitatis.

Facies Mosis, quam abscondit, ne videret Dominum. *Exod.* 3. *b.* designat humiliationem mentis. Facies verò eiusdem velata, in quam detectam Iudæi aspicere non valebant, designat *g* velamen cordis Iudæorum in lectione veteris testamenti. *Exod.* 34. *d.* 2. *Cor.* 3. *c.* Idem designare potest facies Ezechielis velata. *Ezech.* 12. *b.* Idem etiam designare potest vultus Thamar opertus. *Genes.* 38. *c.* Et facies Iacob defuncti. *Genes.* 50. *a.*

Humiliatio mentis. Velamen legis, & cordis Iudæorum.

Facies, aliquando significat *h* Ecclesiam, quam lauat aliquis, quum à membris eius sordes peccatorũ abluere conatur. *Mat.* 6. *c.* Vultus autem Annæ non mutati in diuersa, designant *i* Ecclesiam perinde pati persecutiones apud Gentes, vt apud Iudæos. 1. *Reg.* 1. Vultus etiam Ecclesiæ, quam deprecantur diuites plebis, *k* Christum significare potest. *Psalm.* 44. Facies quoque Ecclesiæ, sunt rectores Ecclesiæ, ex quorum specie fit honor fideli populo, etiam si quid in corpore lateat deforme. *Iob.* 16. *c.* 30. *b.*

Ecclesia. Christus. Rectores Ecclesiæ.

Facies Ioseph, designare potest *l* prædicationem Christi per Paulum factam. *Genes.* 43. *g.* 46. *d.* Quam faciem lauit Christus, quando Paulus baptizatus est.

Prædicatio Pauli de Christo.

Ante faciem Christi dicitur ire mors, quia *m* est illi subiecta. *Hab.* 3. *b.* vel dicitur de diabolo, qui post baptismum aggressus est tentare Christum.

Subiecta mors Christo.

Facies interdum sumitur pro *n* conuersatione cum proximis, quam lauat qui cauet ne vllum offendiculum ponat proximis in conuersatione. *Matth.* 16. *c.* Et vultus Eliab, *o* exteriorem conuersationem significat, per quam fit quis notus, vt per vultum. 1. *Regum.* 16. *b.* Sic prælatus debet agnoscere vultum pecoris sui, *Prouerbiorum.* 27. *d.*

Conuersatio exterior.

Facies sponsæ, dici potest *p* fides, qua anima cognoscitur à Deo. *Cant.* 2. *d.*

Fides.

Vultus Dauid mutatus, *q* transitum à vitiis ad virtutes significare potest. *Psalm.* 33. *in titulo.*

Transitus à vitiis ad virtutes.

Facies, interdum dignitatem, & authoritatem significat, vt quum reprehenduntur, qui facies sacerdotum non erubuerunt. *Thren.* 4. *c.* 4. *Reg.* 3. *b.* Et minas. *Ierem.* 1. *d.* Nec timere te faciam vultum eorum. *Ezech.* 2. *c.* Et vultus eorum ne formides.

Dignitas. Mina.

Facies rotarum quatuor. *Ezech.* 1. *d.* designant *r* prædicationem Euangelij futuram in quatuor mundi partibus. Vel designantur quatuor partes scripturæ, nempe in veteri Lex, & Prophetæ: in noua Euangelia, & Acta cum Epistolis.

Prædicatio. Partes sacræ scripturæ.

Facies abyssi super quam erant tenebræ, designare potest *s* multitudinem hominum. *Genes.* 1. *a.*

Multitudo hominum.

Facies Lazari ligata sudario. *Ioan.* 11. *f.* impedimentũ *t* cognoscendæ veritatis significare potest, & erubescentiam peccati, & etiam vim cognitiuam, quæ nunc cognoscit per speculum in ænigmate.

Impedimenta cognoscendæ veritatis.

Facies Laban, *u* fauor mundanus dici potest. *Genes.* 31. *a.* Idem designauit facies Esau. *Genes.* 33. *d.* Et facies Pharaonis. *Exod.* 10. *f.* Et facies Saulis, à qua fugiebat Dauid. *Psalm.* 56. *in titulo.* Et facies Philisthinorum, dici potest *x* concupiscentia secularis, & aspectus rerum mundanarum alliciens. 1. *Reg.* 7. *b.* Hæ facies sunt sicut nigredo ollæ, & facies combustæ. *Isa.* 13. *b. Nahum.* 2. *c.*

Fauor mundanus. Concupiscentia secularis. Fauor secularium.

Facies agri super quem erat mel, designare potest *y* fauorem secularium prædicatori præstitum. 1. *Reg.* 14. *d* Et facies terræ, vel campi, est via lata, & spaciosa, quæ ducit ad mortem. *Psal.* 103. Et super faciem terræ disperguntur greges, quum tertena quærunt. In hac debacchatur Chaldæorum exercitus. Super faciem terræ cadit Lucifer præcipitatus de cœlo. *Ezech.* 16. *a.* 29. *a.* 32. *a.* 34. *b.* 39. *b.*

Via lata. Conuersio Iudæorum ad diabolum.

Facies ollæ à facie aquilonis. *Ierem.* 1. *c.* significare potest ℣ conuersionem Iudæorum ad diabolum in persequutione Christi.

Simulatio rationis.

Facies Dagon idoli Philisthinorum. 1. *Reg.* 5. *a.* designare potest *aa* simulationem rationis, sicut facies eius non erat vera facies. Et facies nolentis suscitare semẽ fratris, est *bb* apparentia erroris, in qua miscetur aliquid verum, in quam faciem expuit, qui errori abrenunciat. *Deut.* 25. *c.* Et faciem exterminare, seu obscurare, *cc* est aliud foris ostendere, quàm intus habeatur. *Matth.* 6. *b.*

Humiliatio, & reuerentia.

In faciem cadere, ferè semper est in bonum, quia dicit humiliationem, & honorem maiori præstitum. *Gen.* 17. *a. Leu.* 9. *d. Num.* 16. *a. Matth.* 16. *d. Luc.* 16. *b.* Et vultu demisso in terrã adorabunt Reges Sion, quia venerabuntur *dd* in Ecclesia ipsum Christum. *Isa.* 49. *f. Ezech.* 2. *a.*

Ministerium Gentium in Ecclesia.

Ante faciem Eli ministrabat Samuel. 1. *Reg.* 2. *b.* designans *ee* ministerium Gentium, Prophetarum esse per antiquos patres: iuxta illud. *Psal.* 71. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Et *Isa.* 11. *c.* Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes. Designat etiam Apostolos probantes mysteria Christi authoritatibus antiquorum patrum. Ante faciem etiam Eli ministrat Samuel, designans ministrum admitti ad Ecclesiæ ministerium, non per proprium arbitrium, sed per ordinationem institutoris.

Ad anteriora se extendere.

Ante faciem suam ambulabant animalia. *Ezech.* 1. *a.* designantia eos, *ff* qui ad interiora se extendunt, obliti eorum, quæ retrò sunt. *Phil.* 3. *c.* Idem designabat facies Christi euntis in Hierusalem. *Luc.* 9. *g.*

Honor passionis Christi.

Facies auersa Sem, & Iaphet, ad tegenda verenda patris. *Genes.* 9. *d.* designat honorem exhibitum à fidelibus passioni, & ignominiæ Christi.

Pudor. Tristitia.

Quoniam in facie pudor ostenditur, dicitur non posse leuare faciem ad aliquem *gg* qui illum offendit, 2. *Reg.* 2. *e.* Vultus autem concidens aut declinatus in terram, tristitiam, & pudorem naturaliter indicat. *Genes.* 4. *a.* Et confusio faciei, est pudor, & erubescentia peccatorum. *Ezech.* 7. *f.* Et facies dura supra petram, designat *hh* impudentiam perfricto frontis in peccando. *Ierem.* 5. *a. Ezech.* 1. *b.* Et facies meretricis. *Ierem.* 3. *b.* Confunditur etiam facies, quum quis non assequitur quod petit. 3. *Reg.* 2. *d.* 1. *Esdr.* 9. *b.* Et leuat faciem suam absque macula in oratione, qui prius se præparans, abiicit à se quidquid in oratione potest reprobari. *Iob.* 11. *c.* Et facies bonorum non confunduntur. *Psal.* 33. quia approbantur à Deo. Statuit autem Deus contra faciem malorum, quum eos conuincit, & reprobat. *Psalm.* 49. 82.

Impudentia.

Facies peccatorum, dicitur *ii* recordatio peccatorum. *Psal.* 37. qua ratione dicebat Dauid. *Psalm.* 50. Peccatum meum contra me est semper.

Recordatio peccatorum.

Facies

a *Ambr. de vir.* 3. & 2. *de Abr.* 8. *Hie. s. Ez.* 14. *Gre. s. Ez. ho.* 4. *Cle. Ale.* 5. *strom. Ru.* 3. *s. Apoc.*
b *Phi.* 1. *alleg.*
c *Ori. s. Cant. ho.* & 4. *s. Ez.* 3. & *ho. Cum ieiunatis* & 1. *periar.* 3. *Ber. s.* 40. *in Cant. Am. de Isaac.* 4. & *s. ps.* 118 *serm.* 6. & *de Elia.* 10. & *epi.* 42. *Basil. s. ps.* 33. *Hil. s. Matth. Can.* 5. *Chry. s. ps.* 22.
d *Cyril.* 7. *in Ioan.* 23.
e *Gr.* 12. *mor.* 32. & 32. *m.* 8. & 10. *mo.* 17. & *s.* 1. *Re.* 14. 16.
f *Gre. s. Exec. ho.* 4. & 6. *m.* 7. & 10. *mor.* 28.
g *Tert. aduer. Marc.* 5. *Ori. s. Exo. ho.* 11.
h *Ori. h. cũ ie.*
i *Gre. s.* 1. *Re.* 1. & 3. *mo.* 11. & 20. *m.* 18.
k *Bas. s. ps. al.* 44.
l *Glo. ord. su. Gen.* 43.
m *Hie. s. Ha.* 3.
n *Ber. serm.* 1. *inca. Ieiu.*
o *Gr. s. Re.* 16. *Bed. s. Pro.* 27
p *Gr. s. Can.* 2.
q *Arn. s. ps. al.* 33.
r *Gre. s. Exec. hom.* 6.
s *Bed. s. Ge.* 1.
t *Ambr.* 2. *de pœn.* 9.
u *Aug.* 83. *q.* 65. *Arn. s. ps.* 56.
x *Gre. s.* 1. *Re.* 7.
y *Gre. s.* 1. *Re.* 14. *Hier. s. Ezech.* 16. 29. 34.
z *Gre. s. Ezec. hom.* 2.
aa *Gr. s.* 1. *Re.* 3.
bb *Ori. s. Mat. hom.* 22.
cc *Ba. de ieiu. hom.* 1.
dd *Hie. s. Isa.* 49. & *s. Ez.* 2.
ee *Gr. s.* 1. *Re.* 2.
ff *Gre. s. Ezec. hom.* 3.
gg *Gre.* 10. *m.* 17. & *s. Eze. ho.* 9.
hh *Hie. s. Ier.* 5. & *s. Eze.* 7.
ii *Orig. s. ps. al.* 37. *hom.* 1.

Digitized by Google

Imperiũ mortis.

Facies vinculi colligati, eſt *a* imperium mortis, & peccati, *Iſa.25.c.* Vel etiam Antichriſtus.

Antichriſtus

Facies combuſtæ, ſunt *b* peccatorum, nempe igne, quem ſibi ipſi peccatores accenderunt. *Iſa.13.b.*

Fœditas peccatorum.

Facies indumenti Leuiathan, eſt *c* praua diaboli ſuggeſtio, quam boni ſpecie tegit, transfigurans ſe in angelum lucis. *Iob.41.b.* Et facies Leuiathan, eſt cognitio diaboli. Facies eius eſt contra mare Orientale, id eſt, *d* intentio contra baptizatos. *Ioel.2.e.*

Suggeſtio diaboli, & intentio.

Facies peccatorum ſumere dicuntur, *e* qui eos in errore defendunt, vel qui perſonas accipiunt, vel qui peccatores imitantur. *Pſalm.81.*

Defendere errores.

Contra faciem ponit Deus poſteriora: quum *f* vitia, quæ negligebamus, proponit nobis ad confuſionem. *Ierem.13.d.* Sic dicitur reuelare pudenda ciuitatis ſanguinum in facie ſua. *Nahu.3.b.* Humiliantur etiam hæretici in facie, quando confunduntur. *Hoſ.7.c.*

Acceptio perſonarum.

A facie alicuius dicitur fieri, vel eſſe aliquid, hoc eſt, propter illud in aliquo genere cauſæ: & refertur etiam ad inanima, vt à facie inſipientiæ ſunt corruptæ cicatrices, hoc eſt, quis non agnoſcit peccatum, tunc magis inoleſcit. *Pſalm.77.* Et à facie ſuperbiæ plorare, *g* eſt propter ſuperbiam, & contumaciam. *Ierem.13.c.* Et ante faciem venti eſt, quod vento obiicitur. *Iob.21.c.* Sicut puluis ante faciem venti.

Obiecta nobis peccata commiſſa.

Facies priſtina veſtis. *Leuit.13.g.* eſt *h* ſtatus pœnitentiæ.

Status pœnitentia.

Facies equitum, vt ventus vrens. *Hab.1.c.* hoc eſt, facies, *i* vel ſuperbia prauorum, ſimplices deuorans.

Superbia.

Facies cœli. *Matth.16.a. Luc.12.g.* aſpectum ipſum cœli ſignificat, clarum, vel nubilum, vel tubicundum, &c.

Hypocriſis diſcipulorũ Antichriſti.

Facies locuſtarum, tanquam facies hominum. *Apoc.9.b.* deſignant *k* diſcipulos Antichriſti ſpeciem ſanctitatis aſſumentes. Vel deſignant *l* ſimulationem rationis in hoſtibus Iſraël.

Facilis.

FACILE, dicitur, quòd nullo negotio, aut leui expediri poteſt. Eius allegoriæ potius inueniuntur in aliis vocabulis, quibus hoc adiungitur.

Faciliora, quæ debent iudicare minores iudices, ſunt ea, quæ nec quantum ad iudicium habent obſcuritatem, nec quantum ad exequutionem difficultatem. *Exod.18.d.*

Facilior ritus ſanctificandi Leuitarum, quàm ſacerdotum. *2.Paral.29.g.* quia ad inferiora munera ſanctificabantur.

Facilè rumpi veſtem ſacerdotalem. *Exod.28.e.* eſt facilè diſſolui, ideò fit ora textilis, ne facilè rumpatur.

Facilius tranſire camelum per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. *Matth.19.c. Luc.18.e.* eſt *m* facilius Gentilem populum gibbo peccatorum deformem, per anguſtæ vitæ viam ingredi, quàm Iudæum de meritis gloriantem, & ad iugum Chriſti ſe humiliare nolentem.

Facilius cœlum tranſire, quàm de lege vnum apicem cadere. *Luc.16.d.* quia *n* minima etiam legis non carent ſacramento.

Facilitas fornicationis Iuda. *Ierem.3.c.* pronitas, & promptitudo idololatriæ.

Facinus.

FACINVS, eſt inſigne aliquod factum, ſiue bonum, ſiue malum, ſæpius tamen in malum accipitur. Et iuxta Auguſtinum, *o* facinus dicitur id, quod agit indomita cupiditas, vt alteri noceat. *Deut.91.d. Ioſu.7.e.* Vnde facinoroſus. *2.Mach.4.c.8.g.*

Factio, vide Secta.

Facultates, quare Diuitiæ.

Fœdus, quare Turpis.

Fax, Defæcatum.

FÆCES, dicuntur craſſior materia, quæ ex re aliqua liquida relinquitur, & cuiuſcunque rei excrementum, vt fæces vini, aut olei, aut animalium ſordes. Defæcatum verò dicitur, quod à fæcibus mundum, vt defæcata vindemia. *Iſa.25.c.*

Vitia libidinis.

Fæces interdum deſignare poſſunt *p* vitia ſordida libidinis, vt cùm liberat Deus de luto fæcis. *Pſ.39. Ierc.48.b. Soph.1.c.* Poſſunt etiam eos ſignificare, qui ſecuri in peccatis iacent, tanquam fæces in fundo vaſis.

Iacentes in peccatis.

Fæces calicis iræ Dei, ſignificare poſſunt vltimam *q* deſtructionem Hieruſalem. *Iſa.51.f.* Et fex calicis non eſt inexinanita, quia ſemper aliquid reſtat puniendum, nempe Deo citra condignum puniente, vel quia adhuc remanent fæces carnalium obſeruationum apud Iudæos. Vel quia adhuc reſtat vltimum iudicium. *Pſalm.74. Ezech.23.e.*

Vltima deſtructio Hieruſalem.

Vltimum iudicium.

Fæces Iſraël, ſunt *r* reliquiæ Iſraël. *Iſa.49.b.* ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſraël conuertendas.

Reliquiæ Iſraël.

Fallere, quare Decipere.

Falx. Falcatus.

FALX, eſt ferramentum aduncum, & dentatum, quo ſegetes, & herbæ ſecantur. Et etiam illud, quo vites, & arbores putantur.

Bonæ frugis homines.

Falces, in quas mutantur lanceæ, ſunt bonæ frugis homines, qui veniunt portantes manipulos ſuos. Vel ſunt *ſ* doctores Gentium mutati in doctores Eccleſiæ. *Iſa.2.b. Mich.4.b.*

Iudiciũ Dei.

Falces præcidentes ramuſculos, deſignat *t* poteſtatem ſuperni iudicij, quæ euitari non poteſt, ſed omnia circumplectendo præcedit: ſic deſignant mortem, & iudicium, ſeu vltimam ſententiam condemnationis malorum. *Iſa.18.c. Ioel.3.c. Marc.4.c. Apoc.14.d.* Erat falx ad vindemiandam vineam.

Falcem mittens in ſegetem, aut falce metens. *Deut.16.b.23.d. Ierem.50.c.* Videre *Metere.*

Grauiores tẽtationes.

Falcati currus, *Iud.1.c.4.c.2. Mach.13.a.* ſignificare poſſunt grauiores tentationes, aut tribulationes.

Prædicatio Chriſti.

Falx acuta in manu Angeli, *u* eſt prædicatio Chriſti. *Apoc.14.e.*

Fama, Famoſus, Diffamare, Infamis, Infamare, Opinio.

FAMA, eſt quod de aliquo diuulgatur, ſiue in bonum, ſiue in malum. Famoſus autem ferè ſemper in malum ſumitur, ſicut & infamis eſt, cuius mala eſt fama.

Prædicatio de Chriſto.

Fama Salomonis, *x* prædicationem de Chriſto ſignificare poteſt, quæ audita eſt apud Gentes. *3.Reg.10.a. 2.Par.9.a. Matth.9.e.14.a. Luc.4.b.*

Publicatio virtutum electorum.

Fama victoriæ Saulis, eſt *y* publicatio virtutum electorum. *1.Reg.13.a. Ioſu.9.b. Eſdr.9.b.* Poteſt etiam referri ad prædicationem victoriæ Chriſti.

Paulus ante conuerſionem.

Famam ſapientiæ maligni ſpiritus audierunt, ſed eam non viderunt, *z* quia eius potentiam ex virtute illius cognouerunt, & tamen ſub ea humiliter ſtare noluerunt. *Iob.28.d.*

Dæmones.

Diffamatus villicus de diſſipatione ſubſtantiæ Domini. *Luc.16.a.* dici poteſt *aa* Paulus ante conuerſionem, cuius erat fama in Eccleſia, quòd perſequeretur omnes fideles.

Superbi.

Famoſi gigantes, dæmones dici poſſunt, *bb* vel ſuperbi, vel fortes in malum. *Geneſ.68.*

Infamia hæreticorum.

Famoſæ mulieres, dicuntur Samaria, & Hieruſalem. *Ezech.23.b.* hoc eſt, *cc* omnibus vitiis deditæ. Deſignant autem infamiam hæreticorum.

Fames, Famelicus, quare Eſurire.

Familia.

Fideles in Eccleſia.

FAMILIA, eſt multitudo in vna domo, quæ patrisfamilias iuri ſubiecta eſt, comprehendens tam liberos, quàm ſeruos vtriuſque ſexus.

Eccleſia multa.

Familia Abrahæ, & etiam Iſaac, ſignificare poteſt fideles in Eccleſia. *Geneſ.12.c.26.c.* Et familiæ per quas editur agnus, *dd* ſunt multæ Eccleſiæ per orbem diſperſæ participantes ſacramento Euchariſtiæ. *Exod.12.a. Ioſ.14. Pſal.106.* Et familia Pharaonis, eſt Eccleſia eſt Gentibus. *Geneſ.45.e.* Et familiæ tribus Beniamin, ſunt diuerſi gradus in Eccleſia. *1. Reg.9. c. Num.2.d.26.a. Ruth.4.b.1.Paral.24.a. Iudith.8.a. Pſalm.21. Zach.14.d.* Familia etiam Salomonis, & familia Iob, deſignare poſſunt *ee* prædicatores Eccleſiæ, vel generaliter fideles. *Eccleſ.2.a. Iob.1.a. Matth.d. Luc.12.e.*

Eccleſia ex gentibus

Diuerſi gradus in Eccleſia.

Prædicatores Eccleſiæ.

Principes peccantes.

Familia domus Dauid plangens, deſignat *ff* eos, qui peccauerunt ex regibus, & magnatibus. Et familiæ domus

a *Gl. in. Iſ.25.*
b *Hie. ſ. Iſ.13.*
c *Gre.33. m.28. & 34. moral.2. Hier. ſ. Iob.41.*
d *Rup. ſ. Ioe.2.*
e *Hie. ſ. pſ.81.*
f *Glo. ord. ſu. Iere.13.*
g *Hie. ſ. Ier.13*
h *Glo. inte. ſu. Leu.13.*
i *Lyr. ſ. Ha.1.*
k *Gloſſ. ord. ſ. Apoc.9.*
l *Rup.5. ſ. Ap.*
m *Gl. ord. ſu. Matth.19.*
n *Gl. ord. ſup. Luc.16.*
o *Au.3. doct. Chri.10.*
p *Arn. ſ. pſal. 39. Hie. ſ. Sop.1. Aug. ſ. pſ. 39. Eu. for. ſpir.8.*
q *Hier. ſ. Iſa. 51.*
Au.3. de doct Chriſtiana.2. & ſ. Pſal.74. Eu. for. ſpir.8.
r *Hie. ſ. Iſ.49.*
ſ *Tert. aduer. Marcionẽ.4. Hier. ſ. Iſa. 2.*
t *Hier. ſ. Mar. 4. Gr.33. m.14. Rup.9. ſ. Apo.*
u *Ru.9. ſ. Apo*
x *Ly. ſ. 3. Reg. 10.*
y *Ly. ſ. 3. Reg. 13.*
z *Gre.19. mo. 2.*
aa *Hie. Agla.*
bb *Bed. ſ. Gen. 5.*
cc *Glo. ord. ſu. Ezech.23.*
dd *Ori. ſ. Io. h. 18. Ar. ſ. pſ. 106. Gr. ſ. 1. Re. 9. & 1. m.19. Fulg. hom. de conf.*
ee *Ori. ſ. Mat. hom.30.*
ff *Hie. ſ. Zac. 12.*

Digitized by Google

Nathan, sunt doctores, qui peccauerunt. Familiæ autem domus Leui, sunt sacerdotes, & præpositi, qui non bene suam præfecturam dispensarunt. Familiæ verò domus Semei, aut Simeon, sunt reliquum vulgus, quod peccauit. *Zac.12.d.* Vel familiæ domus Dauid, sunt status regius. Familiæ domus Nathan, prophetalis ordo. Familiæ domus Leui, sacerdotes. Familiæ Semei doctores.

Doctores peccantes. Sacerdotes peccantes. Vulgus peccans.

Familia Abrahæ, cum qua egressus est de terra sua. *Gen.18.a.* significare potest *a* cogitationes, quas non debemus relinquere in terrenis. Familia quoque multa Iob, est *b* multitudo inordinatarũ cogitationum, quæ absente ratione ceu domina, tumultuantur: ea verò præsente, conquiescunt, & ordinantur. *Iob.1.a.*

Cogitationes.

Familia Iudæorum, super quam Dominus cogitabat malum. *Mich.2.a. Nahum.3.a.* Familia quoque Ægypti, hoc est, Iudæi, qui colebant templum Ægypti, designare possunt *c* hæreticos. *Zach.14.d.*

Hæretici.

Familia pristina, ad quam reuertuntur possessiones. *Leuit.25.b.* designare potest *d* cœlestem patriam, & singulas virtutes, quæ sunt velut familiæ.

Cœlestis patria. Virtutes.

Familia Gedeonis minima in Manasse, humilitatem indicat. *Iud.6.c.*

Humilitas.

Famulus, vide Seruus.

Far.

FAR, erat generale nomen ad omnia frumenti genera, dictum à ferendo, quod ipsum terra ferat, & far triticeum, pro tritico, & far hordaceum, pro hordeo, & far adoreum, quod dicitur ador ab edendo, & pro hoc nunc sumitur far, quod edi solet tostum, & frangitur, non autem molitur.

Far serotinum non læsum in Ægypto. *Exod.9.g.*

Far confractum offerre, vide *Frangere, & Offerre.*

Farina.

FARINA, à farre dicta, est frumentum in puluerem reductum, vnde panes conficiuntur.

e Amb.ser.5. 29. Gr.8.mo.29. Ber.ser.paruo. 65.

Farina conspersa, dici potest *e* puritas à vitiis. Significat etiam spiritualia, & intima cordis munda, & adhærentes Christo. *Genes.40.c. Exod.12.e. Hose.8.b.*

Puritas à vitiis. Charitas.

Farina temperans amaritudinem pulmenti. *4.Reg.4.d.* est charitas mitigans asperitatem præceptorum.

f Glo.ord.sup. 3.Reg.17.

Farina etiam dici potest *f* communis doctrina, qua omnes fideles pascuntur, quæ non defecit in domo viduæ, hoc est, in Ecclesia. *3.Reg.17.b.* Vel est lex naturalis, qua discernitur bonum à malo. Et farinæ fata tria, dici possunt Lex, Prophetæ, & Euangelia. *Matth.13.e. Luc.33.d.4.Reg.4.g.* Potest etiam designari fides Trinitatis.

Communis doctrina. Lex naturalis. Lex Prophetæ, & Euangelia. Fides Trinitatis.

g Gr.s.1.Reg. 1.

Farina præterea in tribus modiis, dici potest *g* præparatio prædicatoris ad prædicandum, & deuotio, & intelligentia coniuncta laudibus Dei. *1.Reg.1.d. Iud.6.d.*

Præparatio prædicatoris. Deuotio.

h Bed.s.Ex. 12.

Farina conspersa, designare potest *h* literam legis sparsam in sensu cum operibus bonis nondum spiritualibus, sed adhuc carnalibus. *Exod.12.e.*

Litera legis.

i Gre.6.mor. 10.

Farina etiam dici possunt *i* minutissimæ cogitationes rerum mundanarum, de quibus *Isa.47.a.* Tolle molam, & mole farinam.

Cogitationes leues.

k Eu.for.spir. 8.

Farina quam miscuit Pythonissa Sauli, *k* refrigerium temporale significare potest. *1.Reg.28.d. 2.Reg.13.b. 1.Par.12.g. Isa.47.a.*

Refrigerium temporale.

l Glo.ord.sup. Num.5.

Farina hordeacea, quæ offertur in suspicione zelotypiæ. *Num.4.b.* scientiam *l* veteris legis significat. Vide *Hordeum.*

Scientia veteris legis.

Fas, id est, Licitum, vide Licere.

Fascia, Fascire.

FASCIA, est latior quam zona, astringens corpus seu pectus, aut crura. Fascire autem est fascia ligare.

m Hie.ad Principium. & s. Ier.2.

Fascia pectoralis protegens pectus, significare potest *m* sensus sacræ Scripturæ protegentes mentem, in qua sunt cogitationes astringendæ. *Isa.3.d. Ierem.2.f.*

Sensus sacræ scripturæ.

n Hie.s.Exo. 30.

Fascire brachium fractum linteolis, est *n* reddere fortitudinem amissam. *Exod.30.f.* Vbi Hieronymus legere videtur Farcire.

Reddere fortitudinem.

Fascinare.

FASCINARE, est malefico aspectu alicui nocere: quod faciebant quædam fœminæ pestiferis oculis infantes, quos aspiciebant, inficientes. Fascinant autem spiritualiter, *o* qui pestifera laudatione alicui nocent, & qui alios in errorem inducunt. Omnis enim qui fascinatur, transit de bono in malum. *Sap.4.c. Gala.3.a.*

o Am.& Hie. s.Gal.3.

Fascis, Fasciculus.

FASCIS, est lignorum, aliarúmve rerum colligatarum congeries. Fasciculus autem, est paruus fascis.

p Ori.s.Cant. hb.2.

Fasciculus myrrhæ, dicitur sponsus, hoc est, *p* Christus pro nobis humiliatus, assumpta humanitate mortali sine macula. *Cant.1.d.* Dicitur etiam fasciculus mirrhæ ipsi sponsæ, secundum quod *q* anima ex omnibus eius actis, & laboribus fasciculum sibi facit ad contemplandum. Et etiam quia diligentibus eum, onus laborum eius est leue.

Christus. Memoria humilitatis Christi.

q Gr.s.Can.1. Ber.su. Cant. ser.43.

Fasciculus hyssopi, *r* est memoria humilitatis Christi, & credulitas incarnationis eius, & etiam diuinitas illius. *Exod.12.d.*

Diuinitas Christi.

r Be.s.Ex.12.

Fasciculus Dei, quem fundauit super terram. *Amos.9.b.* est *s* religio, qua populus eius constrictus tenetur. Vel sunt *t* Apostoli charitate vniti, & facti fundamentum Ecclesiæ.

Religio. Apostoli.

s Hie.s.Amos 9.

t Ru.s. Amos 9.

Fasciculi deprimentes, sunt *u* cautiones fœneratorum in pauperes, & dogmata hæreticorum. *Isa.58.b.*

Cautiones fœneratorum Dogmata hæreticorum.

u Hie.s.Is.58.

Fascis malorum, est *x* dæmonum in inferno. *Isa.24.d.* Et fasciculi zizaniorum. *Matth.13.d.* sunt collectiones malorum in infernum mittendorum.

Dæmones. Mali.

x Hie.s.Is.24.

Fasciculus spicarum. *Leuit.23.b.* corpus *y* Christi suscitatum designare potest, qui est primitiæ dormientium.

Corpus Christi.

y Glo.ins.sup. Leu.23.

Fastigium, vide Cacumen.

Fastus, quare Superbia.

Fasti.

FASTI dies, *z* dicti sunt, quibus siue piaculo licebat Prætoribus tria verba fari, scilicet, Do, Dico, Addico. Et fasti dicuntur libri, in quibus totius anni res populi Romani scriptæ continebantur, & causæ dierum festorum explicantur. Sic dicuntur fasti Dauid, libri in quibus res eius gestæ describebantur. *1.Par.17.c.*

z Phi.de mig. Abr.

Fatigere, Defatigari, Lassus, Lassitudo.

FATIGARE, est ad lassitudinem perducere; & lassitudo est, quum quis præ nimio labore non potest amplius operari. Est quidem vna lassitudo facilè succumbens per debilitatem rationis non valentis labores oneraque perferre, quæ virtus postulat, quales in extremo agmine deprehensi, opprimuntur absque negotio. Alia verò honesti laboris patiens, & quæ bona sunt, omnia fortiter perferens, quidquid autem vile, etiam si leuissimum, baiulare dedignans, & abiiciens, vt sarcinam grauissimam.

Passio Christi.

aa Am.de Ioseph. 3. Aug. 83.q.64. & s. Ioan.tra. 15.

Fatigatus dicitur Iesus ex itinere. *Ioan.4.a.* quia *aa* non inueniebat populum Dei, quem quærebat. Fatigatus est etiam per dolores passionis, quos pro nobis sustinuit.

Deficere carne.

bb Gl.ord.su. Iob.3.

Fessi robore sunt, *bb* qui fortes in amore Dei deficiunt, & liquefiunt carne. *Iob.3.c.* Psalm.83. *Cant.5.b. Dan.8.*

Iudæi.

cc Glo.or.su. Thren.5,

Lassi quibus non dabatur requies, erant *cc* Iudæi sub onere legis, & Pharisaicarum traditionum. *Thre.5.a.* Et qui degunt vita carnali, quæ est laborioſa.

Carnales.

dd Gl.ord.su. Deut.25.

Lassitudo est *dd* in his, qui debiles sunt ad bene operandum, qui lassi dicuntur in via Domini. *Deut.25.d. Isa.28.c. 50.c.1.1. Reg.30.c.* Dat tamen Deus huic lasso virtutem. *Isa.40.g.46.a.* Idem potest significare lassitudo manuum Mosis. *Exod.17.d. Iud.8.d. Iob.4.a.22.b. Prou.25.c. Ierem.31.e. Thre.5.a.*

Debiles ad bene operandum.

ee Gr.s.1.Re. 14.

Defatigatus populus pugnando, quia non comedit mel, sicut Ionathas. *1.Reg.14.c.* designat *ee* prædicatores, qui eum non laudantur, obmutescunt à prædicando.

Prædicatores sine laude muti.

ff Lyr.s. Iud. 7.

Fatigari populum fame, & siti in deserto. *1.Reg.16.e.17.g. Iud.7.b.d. Isa.44.b.* est *ff* pati laborem in hoc mundo, ob defectum verbi Dei.

Defectus verbi Dei.

gg Glo.inte.s. Isa.33.

Fatigatus à contemnendo erit *gg* diabolus, aut superbus, quum dicent: Lassati sumus à via iniquitatis. *Isa.33.d.* Sic fatigati sunt Ægyptij à tenebris. *Iudi.9.b.* Et lassitudo Esau, est lassitudo populi Iudæorum, & etiam

Diabolus. Superbi.

Digitized by Google

hæreticorum,pertinaciter insistentium in suis erroribus. *Gen.*25.*d.Is.*29.*c.*44.*b.*Et hæc est lassitudo in portandis idolis. *Isa.* 46. *a.*

Fatuus,vide Stultus.

Fauilla.

Confusio ex peccato

Reliquiæ peccati.

FAVILLA, est scintilla extincta,quæ iam est cinis.

Fauilla remanens ex combustione stipulæ. *Dan.*2.*e.*designare *a* potest confusionem verecundiæ, quæ remanet ex peccato.

Fauilla,quia est velut reliquiæ ignis,significare potest *b* reliquias peccati, qualis erat fauilla ex igne Sodomorum. *Genes.*19.*f.* Sic debebat consumi holocaustum,vsque ad fauillam. *Leui.*6.*b.*

Ecclesia.

Fauillæ,& cineri assimilatur *c* Ecclesia in reproborum iudicio:quia dum bona eius interiora non vident,ad sola iam peruenisse æstiment quæ in ea exhiberi corporaliter vident. *Iob.*30.*c.Ezec.*15.*b.*

Mali.

Mali dicuntur sicut fauilla,quam turbo dispersit:quia *d* consumptioni æternæ deputati sunt. *Iob.*21.*c.*

Fauilla stupæ,designare potest *e* opera igni inferni præparata, tam Iudæorum, quàm hæreticorum: & etiam prauas cogitationes. *Isa.*1.*g.*5.*f. Ezec.*15.*b.*

Prauæ opera, & cogitationes.

Fauilla pertransiens,fuit exercitus contra Hierusalem:quia *f* repentè venit,& omnia vastauit, nihil sanum relinquens. Item ignis inferni destruens hæreticos. *Isa.* 29.*a.*

Ignis inferni.

Fauus, Mel.

FAVVS, est *g* opus apûm, continens cellulas cereas, in quibus fouent apes suos fœtus: quas postea melle implent: constat igitur fauus ex cera & melle.Mel exedit quæ sunt putrida & noxia in vulneribus. Ipsum tamen, cùm sit dulcissimum, bilem generat:quemadmodum quod bonum est:contemptum parit apud malos.

Christus.

Fauus mellis. *Luc.*24.*f.* Christum *h* significare potest in quo humanitas est veluti cera, mel verò intra ceram, est dulcedo diuinitatis eius,quia mel,errore fit aëris. *Iob.*20.*e.Ecclesiastici.*24.*c.* Vel fauus cum melle, est corpus resuscitatum cum anima. *Cant.*5.*a. Iud.*14.*b.*

Corpus Christi suscitatũ.

Spiritus sanctus.

Mel,quod comedit Hierusalem cum simila & oleo. *Ezec.*16. *c.* Spiritum *i* sanctum designare potest, cui attribuitur prophetia.

Anima

Bona verba, & opera.

Fauus mellis oblatus Christo. *Luc.*24.*f.*significat *k* animam illi gratam in hac vita,vt mel sit anima, cera vita, & mel elicitum cera,anima fœlix soluta corpore per expressionem,& laborem mortis. *Psal.* 18.

Mel significare potest *l* bona verba & opera,quæ Emmanuel dicitur cõedere: vel designat sanctum desiderium cum sanctis operibus. *Isa.*7.*c.Prou.*24.*b.*25.*c.Cant.*5.*a.*

Latitia de victoria Christi.

Fauus in ore leonis. *Iudi.* 14. *b.* esse potest *m* lætitia de victoria, quam Christus habuit contra dæmones. Vel designat sapientiam in Christo. Vel etiam confessionem fidei,& laudis Dei, in ore gentilium conuersorum. Vel designauit,*n* quod leges regni terreni,quæ aduersus Christum antè fremuerat, nunc iam perempta feritate, dulcedini euangelicæ prædicandæ etiam munimenta præbeant.

Sapientia in Christo.

Confessio fidei.

Fauus significare *o* potest sacram scripturam,sensu literali & spirituali constantem:vt cera sit litera, mel verò spiritualis sensus. Possunt etiam subtiliores sensus faui dici. Et hic fauus aut mel non fluit de labiis meretricis, sed distillat. *Prou.*5.*a.*6.*d.*24.*b.*27.*a.Psal.*18.118.*Ezc.*3.*a.* Mel quoque significare potest doctrinam euangelicam, & perfectam,& diuinam sapientiam,vel de Deo,quæ primatum tenet dulcoris in escis cordis. *Exod.*3. *b.*13.*a.*16.*g.*33.*a. Leui.*20.*d. Num.*13.*d.*16.*b. Deut.*8.*b.*32.*b. Psal.*80. *Prou.*25.*b.Eccle.*39.*c. Ezec.*3.*a.*16.*b.*27.*d. Apocali.*10.*d.* Et verba consolatoria mel dici possunt.Ideò mel dicitur esse sub lingua sponsæ. *Can.*4.*c.*5.*a.* Mel, quia in promptu est, moralem literæ superficiem insinuare potest. Fauus,in quo mel de cera exprimitur, allegoricam loquutionem denunciat, vt subducto literæ velamine, suauitas sensus spiritualis aliquando cum labore vel mora percipiatur.

Obsequium legum.

Sacra scriptura.

Doctrina Pauli.

Mel,quod obtulerunt filij Iacob ad Ioseph in munus,designare potest *p* doctrinam Pauli Apostoli,nam vt melle putrida & noxia vulneris interius exeuntur: ita doctrinæ Pauli lectione vulnera mentis curantur sine acerbitate. *Gen.*43.*c.*2.*Reg.*17.*g.*

Suauitas diuina sapientia.

Mel quoque,*q* gustum & suauitatem,quæ habetur ex diuina sapientia delibata,significare potest, ideò copulatur butyro.

Prædicatores.

Fauus distillans,in quo mel latet,& cera videtur. *Can.*4.*c.*designat *r* prædicatores, qui dum in carnis fragilitate sapientiam magnam habent,quasi mel in cera latens possident:Quum verò prædicant,fauus distillat.

Ecclesia ex Gentibus.

Mel sylueſtre designare potest *s* peccatores, non ex lege, seu ex gentibus conuersos: Vel ipsam Ecclesiam ex gentibus. Est cibus Ioannis,hoc est, Christi,qui in redemptionem nostram veniens,infructuosæ gentilitatis dulcedinem sumpsit. *Matt.*3.*a. Marc.* 1.*a.*

Dulcedo verborum.

Mel interdum,*t* dulcedinem verborum,quibus delectantur Iudæi,relictis solidis sensibus,significat. *Isa.* 7.*d.*Et mel non offertur in sacrificiis Dei,designans eloquentiam gentilium vanam non admittendam ad diuina. Offeruntur tamen Deo primitiæ mellis,*u* vt de eloquentia,& scientia gentilium tantùm sumatur,quantum ad Theologiam necessarium est. *Leui.*2.*c.*Et etiam,quia mel offerebatur idolis,excluſum est à sacrificio Dei. Item *x* quia resoluti blandimentis deliciarum,aut dulcedine voluptatum,non possunt mysteriorum Dei esse participes.Hinc est,quod Pascha Domini comedi cum amaritudine iubetur:*y* quia sit semper austera districtio veritatis. Oportet ergo absque vllo adulationis,& voluptatis melle noxio,salutares nos hostias semper offerre, & dicere, Ergo inimicus factus sum vobis,verum dicens? Hoc autem mel dulcedinis verborum & voluptatum est, quod distillat à labiis meretricis. *Prou.*5.*a.*16.*d.*3.*Reg.*14.*a.*2.*Par.*31.*b.Eccle.*24.*c. Ierem.*41.*b.Ezech.*27.*d.*

Voluptates.

Fauus interdum,*z* est dulcedo gloriæ cælestis:quem fauum calcat anima saturata. *Prou.*27.*a.*

Gloria cælestis.

Fauus mellis,dici potest *aa* dulcedo gloriæ,quam quis ex prædicatione,vel alio bono opere publico accipit. Et mel in agro,est dulcedo fauoris,& laudis in secularibus:Et fama ipsa. 1. *Reg.*14.*c.* Et hoc mel est parcè comedendum. *Prouer.*25.*b.*

Gloria seu fama dulcedo.

Faux,quare Guttur.

Fax,Facula.

Prophetæ, & Apostoli.

FAX erat fustis,ex tæda,cera vel oleo inunctus,ac compositus. Facula verò,parua fax.

Facula splendens & illuminans,dici possunt sancti Prophetæ,& Apostoli.*Ecclesiastici.*48.*a.*quod ibi dictum est de Elia zelante gloriam Dei.

Argumenta contra hæreticos.

Faces in caudis vulpium, quas ligauit Samson, dici possunt *bb* argumenta hæreticos reuincentia. *Iudith.*15. *a. Zach.*12.*b.*

Proceres Ecclesiæ.

Sicut facem ignis in fœno,ponit Deus principes Iuda. *Zach.*12.*b.*quum *cc* principes, & prædicatores Ecclesiæ deuorant aduersarios eius.

Odiũ Iudæorum.

Cum facibus venerunt Iudæi ad capiendum Christum. *Ioan.* 18.*a.* quæ indicant eorum odium, & ignem,quo arsuri erant.

Diabolus.

Tanquam facula ardens erat stella,quam vidit Ioannes. *Apo.*8.*c.*designans *dd* diabolum, & superbos hæresiarchas,lucentes falsa luce.

Superbus.

Febris,Febricitare.

FEBRIS dicta videtur à feruore,est enim quædam intemperies calida totius corporis.

Tribulationes.

Febris in socru Simonis Petri,vel in aliis,significare potest *ee* feruorem peccatorum, & cupiditates inordinatas,& intemperantiam. *Deut.*28 *b.Mat.*8.*b.Mar.* 1 *c.Luc.*4.*g. Ioan.*4.*g. Actor.*28.*b.*

Diuina punitio.

Fel.

FEL, est humor amarissimus,qui flaua bilis dicitur,in vesicula quadam contentus in sinu hepatis.

Vita peruersa.

Fel aliquando significare potest *ff* tribulationes,& diuinam punitionem. *Ier.*8.*f.*9.*e.*23.*e.Thre.*3.*a.*

Verba malitiæ.

Fel etiam designare potest *gg* vitam peruersam, quæ amara est Christo, vt fel illi obiatum. Item verba ex malitia prodeuntia. *Deu.*29.*c.*32.*e. Iob.*20.*b. Psa.* 58. *Thre.* 3. *a. Matth.* 27. *d. Luc.* 23. *e. Actor.* 8.*d.* Non bibit ante Christus fel sibi oblatum, ne synceritati misceretur amaritudo, vt ostenderetur sine amaritudine futuram esse

a *Ri.de S.Vi. de somn.Nabuch.*29.
b *Glo.int.su. Gen.*19.
c *Gr.*20.*mo* 24.
d *Gr.*15.*mo.* 22.
e *Hie.s. Is.*5.
f *Hie.s.Is.*29
g *Cle.Ale.*1. *pad.* 11.
h *Gr.*15.*m.*9. *& hom.* 24.
i *Ru.s.Ca.*4. *Hie.s.Ez.*16.
k *Au.s.ps.*18.
l *Ori.s.Is.h.*2. *Gre.s.Can.*5. *Hie. de man.*
m *Am.* 2.*de Spiritu. prol.*
n *Au.s.ps.*80.
o *Ori.s.Is.ho.* 1.*& s. Ezec. ho.* 87. *Am.s.ps.*118. *serm.*13. *Hie.s.Ez.*3. *Ber.s. Ca.s.*7. *Phi.quod deterior potiori insidietur. Au.s. ps.* 88.
p *Gr.*14.*m.*14. *& s. Can.* 4. *Be.s. Pro.*24. *Am. de Ioseph.*9.
q *Ge. Ve.Ca.* 1.10.7.*ca.*24.
r *Gr.s. Ca.*4.
s *Hil.s. Mat. Can.*2. *Am. s.Luc.*3. *Gre.* 31.*mo.*19.
t *Hie.s.Isa.*7. 23.*& epi.par ua specie & de mansioni.*
u *Phil.de Vi. offeren. & de congr.&c.*
x *Isy.s. Le.*2. *Eu.q. in Leu.*
y *Theo.*1.2.*q.* 102. *art.* 3.
z *Be.s.Pr.*27.
aa *Gr.s.*1.*Re.* 14.*Ber.serm. paruo.*47.
bb *Ori.s. Ca. hom.* 4.
cc *Gl. ord.su. Zach.*12.
dd *Glo.or.su. Apo.*8.
ee *Hi.s.Mat. Can.*7. *Amb.s.Lu.*4. *Hie.s. Mar.*1.
ff *Hie.s.Ie.*9.
gg *Orig. s. Mat. ho.* 35. *& s.Isa.ho.*2. *Am.s.Le.*23. *Au.s.psa.*68.

Digitized by Google

immortalitatem beatorum resurgentium. Fel dederunt Iudæi amico suo *a* Christo. *Hab. 2.c.*

Fel præterea designare potest *b* doctrinam peruersam, & fel aspidum persuasionem diaboli, vel hæresim. *Iob. 20.c. Hab. 2. d.*

Fel præterea significare potest *e* Antichristum, cuius amara doctrina cibabantur Iudæi. *Iere. 9.e.*

Fel piscis, quem cepit Tobias. *Tob. 6.a. 11.a.* designat *d* furorem malitiæ diaboli erga homines.

Feminalia, vel Femoralia.

FEMINALIA, seu femoralia, dicuntur tegumenta femorum, & obligacula.

Feminalia, quibus astringi sacerdotes debent, in ministerio *e* templi, castitatem designare solent, & feminalia linea, cælibatum sacerdotum. *Exod. 28.g. 39. e. Leuit. 6. a. 16.a. Ezech. 44. e.* Eodem tendunt perizomata. *Genesis. 3.*

Possunt etiam feminalia linea, Christi *f* puritatem designare, vel etiam ipsum Christum, qui tegit ignominiam, & turpitudinem generis humani, & plagam peccati originalis excluſit.

Et quoniam linum nascitur ex terra, possunt feminalia partes generationis tegentia designare *g* rationem generationis & seminis deputati terræ, & etiam causas harum rerum esse obuolutas. Possunt etiam ipsam terram designare, à qua traximus vnde genitalia tegenda sunt, quia inde voluptatem sentimus.

Femur.

FEMVR, est ea pars crurium, quæ est à genuum flexura vsque ad corpus. Ipsa sustentant corpus, & humani seminis indicium esse solent.

Femur Abrahæ, sub quo seruus eius manum posuit iuraturus, præfigurabat *h* ex semine Abrahæ incarnationem Christi futuram. *Gen. 24.a.* Quia enim femur coniungitur partibus generationis, dicuntur geniti egressi esse de femore, vel Isaac, vel Iacob, vel alterius. *Gen. 46.c. 47.g. 49.b. Exod. 1.a.*

Femur in Christo, *i* natiuitatem eius carnalem significat: vel eius humanitatem. *Psal. 44.c. Apoc. 19.c.* Et femur Iuda, de quo prodeunt duces, designat *k* fortitudinem Christi, in quo firmantur hi, qui omne corpus Ecclesiæ sustentare videntur, & ferre. Item verbum Dei, à quo prodeunt duces prædicatores, qui ministerium verbi Ecclesiæ exhibent. *Genes. 40.b. Iudi. 3.b. Can 3.c. 7.a.*

Femora duo sponsæ, hoc est, *l* Ecclesiæ, vtrumque populum in ea significant. *Cant. 7. a.* Et iuncturæ femorum, in beata Virgine dicunt castitatem custoditam.

Femur etiam designare potest ea, *m* quæ ad nuptias pertinent, & virgines accinguntur gladio super femur, quum castitati vacantes, omnia nuptiarum opera gladio verbi Dei in se iugulant. *Psal. 44.* Designant etiam carnis appetitum, & illecebras, ac voluptates. *Num. 5.c. Can. 3.c. Ecclesiastici. 19.b. 47.c. Iere. 31.d.*

Femur Iacob, cuius neruus emarcuit. *Gene. 32.g.* Iudæos *n* significat ex ipso Iacob genitos: Designat etiam genealogias eorum veteres, quæ necessariæ erant ad incarnationem Christi: sed postea emarcuerunt.

Femora statuæ æneæ. *Dan. 2.e.* designare possunt *o* doctrinam ad inanem gloriam ordinatam: vel designant humilitatem fictam.

Femur virginis nudatum, designare videtur *p* occulta & pudenda peccata, quæ manifestat Deus. *Iudi. 9. a. Ierem. 13. d.* Hæc femora sunt tegenda feminalibus. *Exod. 28.* Ad hæc pertinet femur, quod ponitur in olla. *Ezech. 24. a.*

Femori imponitur sura, *q* per admirationem, aut stuporem *Iudith. 15.b. Iere. 31.d. Ezech. 11.c.*

Fenenna, vide Phenenna.

Fenestra.

FENESTRA est, per quam ingreditur lumen Solis in domum: & per metaphoram fenestra dicitur aditus & via, aut occasio ad aliquid faciendum.

Fenestra domus Rahab, dici potest *r* Christus incarnatus: in qua pependit coccinum, eius passionem designans: & vt fenestra non in totum illuminat: ita Christus non illuminat nunc plenè Ecclesiam, sed quantum fidelium saluti sufficit, postmodum illustraturus plenissimè. *Iosu. 2. c.* Fenestra etiam, per quam prospiciebat Abimelech. *Genes. 26. d.* carnem Christi designat, qua manifestatus est nobis, & ostendit faciem suam Ecclesiæ. Et opera miranda Christi, *s* fenestræ erant, per quas prospiciebat sponsus. *Cant. 2. b.* Et etiam sensus *t* corporis Christi.

Fenestræ etiam, per quas prospicit sponsus, dici possunt *u* Prophetæ, per quos illustrationes diuinorum mysteriorum ad nos mittuntur: Possunt etiam designare *x* confessionem peccatorum, per quam ipse non prospiciet, & emundat.

Fenestra dici potest *y* oratio, qua lux gratiæ venit ad nos, quam orationem præfigurabat fenestra arcæ Noe. *Genesis. 6. c. 8. a.*

Fenestra etiam dici potest *z* inspiratio diuina, qua mentis nostræ domus ad veritatis cognitionem illustratur. *Gen. 26. b.*

Fenestra præterea, quæ aperienda est sponso, est *aa* ipsa mens. *Can. 2. b.* In hac fenestra orabat Daniel. *Danielis. 6. c.*

Fenestræ præterea *bb* sunt sensus corporis, & præcipuè visus. Per has fenestras prospicit meretrix, & per easdem intrat mors. Os etiam Euæ fenestra fuit, qua respondit serpenti. *2. Reg. 6.c. 1. Par. 15. d. Prou. 7. b. Ecclesiastici. 14. d. 21. d. Isa. 60. b. Ier. 9. f. Ioel. 2. b.* Per fenestram fugere, *cc* vt fugit Dauid, & Paulus, est auribus audire præcepta Dei, & oculis castitatem seruare. *1. Reg. 19. c. 2. Corinth. 10. g.* Et fenestræ columbarum, sunt oculi simplices, nil alienum cupientes. *Isa. 60. b.*

Fenestræ templi. *Ezechi. 40. d.* sunt *dd* prædicatores, & prælati, qui in populo Dei lumen sanctæ prædicationis profundunt, qui dum ea, quæ in occulto vident, publicè fidelibus pandunt, quasi susceptio lumine Solis, fenestræ cuncta templi penetralia replent.

Fenestræ templi obliquæ. *3. Reg. 6.a. Ezech. 40.c. 41.c.* erant *ee* exterius angustæ, interius latiores, vt per parua quædam foramina possimus ad interiora penetrare, & ad clarissimi luminis, quod in templo versatur, plenitudinẽ peruenire, sunt occultæ viæ, & occultæ diuisiones gratiæ in Christo, vnde diuidit singulis prout vult.

Fenestræ arcæ Noe duæ, altera superior, tãquam *ff* spiraculum ad aërem cæteraque necessaria capessenda, altera deorsum, ad euacuanda superflua, duas fenestras in corpore humano designant, cui est fenestra superior, multiplex tamen, qua & necessaria pro sustentando corpore, & lucem pro eo conducendo suscipimus, sed hæc cubito dicitur consummata, modico quidem mensura, cùm paruum sit os in comparatione cæterorum animantium. Ostij autem inferiores, nec mensura, nec officium ob honestatem describitur. *Gen. 6.c.*

Fenestra in latere arcæ, designat *gg* neminem intrare in Ecclesiam, nisi per sacramentum remissionis peccatorum: hoc autem de Christi latere aperto manauit.

Fenestra interdum dici potest *hh* demonstratio operum exemplaris, siue in bonum, siue in malum. *1. Reg. 19.c.* Et resurrectionem Christi, qua euasit à custodibus.

Fenestræ, per quas intrat mors in animam, designare possunt *ii* etiam latam viam, quæ ducit ad inferos *Ierem. 9.f.*

Fenestræ, quas sibi aperiunt hæretici, dici possunt *kk* rationes, quibus illustrant sua dogmata. *Ier. 22.d.*

Fenestra Orientalis, per quam iaciebat sagittas rex Ioas ad Imperium Elisæi. *4. Reg. 13. c.* lucem scientiæ *ll* designare potest, per quam vincuntur hostes Ecclesiæ.

Fera, Ferus, Ferox.

FERA dicuntur propriè, quæ ferocitatem habent, vt leones, pardi, lupi, quæ difficulter curantur, & si quando mitiores reddantur, non tamen penitus innatam exuunt ferociam ac feritatem. Ferus autem dicitur, qui naturam habet syluestrem, & quasi ferinam. Ferox verò dicitur elatus, & sæuus.

Feræ dici possunt *mm* dæmones, aut homines crudeles, & qui nullis beneficiis ad mitiorem vitam trahi possunt. Et feræ arundinis, aut syluæ, sunt dæmones, vel hæretici. *Psal. 67. 49. Ezec. 39. a. Dan. 4. c. 2. Macab. 4. d.*

Et

Hæreses. Persuasio diaboli. Antichristus. Malitia diaboli.

Castitas.

Puritas Christi. Ratio feminalis terræ.

Principium generationis. Natiuitas carnalis Christi. Fortitudo Christi. Verbum Dei. Vterque populus. Castitas Mariæ. Pertinentia ad nuptias. Appetitus carnis. Voluptates. Iudæi. Genealogiæ Iudæorum. Doctrina inanis. Humilitas ficta. Peccata. Stupor.

Christus. Caro Christi. Opera Christi. Sensus corporis Christi. Propheta. Confessio peccatorum. Oratio.

Inspiratio.

Mens.

Sensus corporis.

Prædicatores & prælati. Angustus ingressus ad mysteria.

Duæ corporis humani fenestræ.

Baptismus. Exempla. Resurrectio Christi. Lata via. Rationes hæreticorum. Lux scientiæ.

Dæmones. Crudeles homines. Hæretici.

a *Ru.s.Ha.2.* b *Gr.15.m.6.* *Hie.s.Aba.2.* c *Hie.s.Ier.9.* d *Glo.ord.su. Tobi. 6.* e *Ori.s. Leu. hom.4.6. Isy. s.Leu.6.16.* f *Or.s.Re.h.9. Geo.Ve.Ca.2 to.3.cap.7. Rup.4.s. Ex. 23. Hie. de ve.sa.* g *Geo.Ve.Ca. 2.to. 3. ca.5.* h *Chr.s.ps.22 Au.s.ps a.72. & s.Io.tr.43.* i *Ba.s.ps. 44.* k *Ori.s. Gen. hom. 17. Hie.s. ps. 44. Au.s. ps. 44.* l *Gr.s. Cã.7. Rup.s. Ca. 6.* m *Hie. ad Principiam. Gre.s.Can.3. & 20. mo.3. 24. mo. 26.* n *Ru.s.Ma.* o *Ri.de S.Vi. de somn.Nabuch. 25.* p *Hie.s.Ie.13.* q *Glo.ord.su. Iud.15.* r *Or.s.Io.h.3. Cle. Alex.1. ped. 5.* s *Gr.s. Ca.2.* t *Ber.s.Cant. ser.56.* u *Ambro. de Isa. 4. & su. ps.118.ser.6.* x *Ber.s. Can. ser.56.* y *Lyr.s.Ge.6.* z *Cle. Alex. 1.ped. 5.* aa *Hie. epi. Audi fili. Am.de vi.3.* bb *Amb. de Cain.4. & de virg.3. & de fug.secu. 19. Ori.s. Can.h. 2. & 3. Hie.epi. Audi filia. & su. Ioel.2.* cc *Gr.s.1.Re. 11. & 21.m. 2. & ho.5.* dd *Gr.s.Eze. hom. 11.* ee *Hie.s. Ez. 40. Gr.s. Ez. h.17. Ru.s.3. Reg.8.* ff *Geor.Vene. Can. 1.to. 6. cap. 3.* gg *Au.12.co. Fau. 16.* hh *Gl.or.s.1. Re.19.* ii *Hie.s.Is.23* kk *Hie.s. Ie. 22.* ll *Gl.ord.s.4. Reg.11.* mm *Arn. & Hie.s. ps. 67. Au.s. ps. 67. Ri. de S Vi. de secuti conscien.27.*

Digitized by Google

Et ferus singularis, significare potest superbum. *Psal.* 79.

Superbus. Fera pessima, quæ dicitur deuorasse Ioseph. *Gen.* 37. *g.* designat *a* Iudæos Christum occidentes. Item inanem gloriam, quæ deuorat viros ciuiles.

Iudæi. Ferus homo Ismael, designat *b* Iudæos separatos ab Hierusalem, hoc est, ab Ecclesia: sicut Ismael separatus fuit ab Isaac. *Gen.* 16. *d.* quorum feritas, non tam leoni nobili quam stulto onagro est comparabilis.

Vulgus carnale. Fera, quæ accipitur accupio, dici potest *c* quispiam de vulgo carnalis, & passionibus incubans. *Leuit.* 17. *d.* 24. *c. Psalm.* 39.

Periculagrauia. Feri fluctus. *Sapi.* 14. *a. Iude. d.* grauia pericula, & tentationes designant.

Ferculum.

Corpus Christi Ecclesia. Sacra scriptura. Libri sacræ scripturæ. FERCVLVM dictum à ferendo, est gestamen, quo pompa deferri solet, sumitur etiam pro cibis, qui ad mensam inferuntur.

Ferculum quod fecit Salomon. *Can.* 3. *c.* designat *d* corpus Christi, vel Ecclesiam ex sanctis & fortibus patribus, tanquam de imputribilibus mentibus constitutam, quæ dicitur ferculum, quia ipsa fert quotidie animas ad æternum conuiuium conditoris sui. Ferculum etiam Salomonis, est sacra scriptura, quæ est mensa Domini.

Ferçula diuersa, quæ ad mensam apponuntur, dici possunt *e* diuersi libri sacræ scripturæ.

Feretrum, Loculus.

Spes resurrectionis. Quatuor elementa. FERETRVM à ferendo dicitur lectus, vel arca, aut quicquid aliud, quo mortuus efferri solet: quod & capulus dicitur, & loculus.

Loculus, in quo repositus est Ioseph, significare potest *f* spem resurrectionis. *Gen.* 50. *d.* Et loculus, in quo portabatur filius viduæ potest significare quatuor elementa, quibus corpus humanum fertur in corruptionem: & quia loculus ligneus erat, superadditur corruptioni spes resurrectionis. *Leu.* 7. *b.* Idem potest designare feretrum Abner, quod sequebatur Dauid. 2. *Reg.* 3. *f.*

Feria, vide Festum.

Ferire, vide Percutere.

Fermentum.

Christus. FERMENTVM est *g* farina, quæ subigitur priusquam addatur sal, in pultis modum decocta, & relicta, donec arescat: dictum, quòd feruendo crescat, confert autem ad faciliùs miscendam & subigendam totam farinam. Habet enim fermentum hanc vim, vt si farinæ mixtum fuerit, quod paruum videbatur, crescat in maius, & ad saporem suum vniuersam conspersionem trahat: & quandoque sumitur in bonum, quandoque in malum.

Fermentum absconditum dici potest *h* Christus, quo fermento tota massa dicitur fermentata, quia lex Prophetæ, & Euangelia nil, nisi Christum prædicant. Fermentatum est etiam totum, quum omnes fideles participes fiũt doctrinæ fidei, & quia Christus transmutat hominem in sortem, & gradum superiorem, & in eandem imaginem, quæ est Filius Dei: Ideoque intrat in nos, vt diuinos & cælestes nos efficiat. Et vt fermentum conteritur & comminuitur ad fermentandam massam, sic Christus confractus est doloribus, vt omnes in se conuerteret. *Matth.* 13. *e. Luc.* 13. *d. Hose.* 7. *b.*

Fides Mariæ. Fermentum etiam dici potest fides *i* beatissimæ virginis Mariæ: per quam confectus est panis vnus Christus ex tribus satis farinæ.

Charitas. Fermentum præterea dictum à feruendo, est *k* dilectio, quæ absconditur in satis tribus, quum diligitur Deus ex toto corde, anima, & viribus: Vel in fructu centesimo, sexagesimo, & tricesimo: Vel in tribus viris, Noe, Daniel, & Iob.

Doctores. Fermentati panes dici possunt *l* doctores fortes in fide. *Leuit.* 7. *a.* 23. *c.* Dicuntur etiam fermentum, quod est vtile ad fermentandos panes, & non sibi.

Symbolum fidei. Euangelium. Fermentum præterea, dici potest *m* symbolum fidei: & etiam ipsum Euangelium per quod tota doctrina Ecclesiastica fermentatur.

Homo. Fermentum ex farina & aqua confectum, significare potest *n* hominem ex multis compactum. Et fermentum vetus, est *o* exterior homo cum actibus suis, inueteratus peccatis, vitiisque concretus. 1. *Cor.* 5. *b.*

Scientia seculares. Fermentum quoque dici potest *p* doctrina humana, & secularis scientia. *Matth.* 16. *b.* Et fermentati panes dici possunt seculares scientiæ, quæ deseruiunt Theologiæ. *Leui.* 2. *b.* 7. *a.*

Vitia. Inanis gloria Cogitationes immundæ. Fermentum corruptum habens saporem, significat *q* ipsa vitia, etiam parua in anima residentia: & tumorem inanis gloriæ, & immundas cogitationes. Et hoc est fermentum malitiæ, & nequitiæ. Ideo Deus non vult hoc fermentum inueniri in esu agni. Dicitur autem fermentum vetus, quia est prope interitum. *Exod.* 12. *c.* 23. *c.* 29. *a.* 34. *c.* 1. *Cor.* 5. *c. Gala.* 5. *b.*

Doctrina litera carnalis. Traditiones humanæ. Doctrina hæretica. Malitia. Fermentum Pharisæorum, & Sadducæorum, dicitur *r* doctrina literæ, Iudaica & carnalis, & etiam traditiones humanæ. Et præterea *s* doctrina hæretica, & erronea. *Leu.* 2. *c.* 6. 7. *a. Exod.* 13. *a. Num.* 7. *d. Deut.* 16. *a. Mat.* 16. *a. Marc.* 8. *b. Luc.* 12. *a.* Et fermentare dicitur totum, *t* quando est consensus multorum in errore. *Hose.* 7. *b.* Vel cùm tota ciuitas Hierusalem in diebus azymorum *u* consensit malitiæ sacerdotum, & Pharisæorum aduersus Christum.

Non offerebatur in sacrificiis Dei fermentum, ad *x* excludendam omnem corruptionem ab offerentibus: ne quis elatus, ac tumidus fastu & arrogantia ad altare Dei accedere præsumat. *Leuit.* 2. *c.* 6. *c.* 7. *a.* 8. *e.* 10. *c. Deut.* 16. *a. Amos.* 4. *b.*

Ferre, Adferre, Portare, Asportare, Baiulare, Afferre, Gerere, Gestare, Reportare, Transportare, Transuehere.

Intendẽs Spiritus Domini formandis rebus. FERENDI, & portandi verba, quia parum inter se differunt, quantum ad allegorias attinet, in hac classe coniunximus. Ferre autem, & portare, sæpe sunt idem. Ferre etiam est accipere. *Gen.* 12. *a.* Tulit quoque Sarai vxorem suam. Adducere. *Gen.* 24. *a.* Qui tulit me de domo patris mei. Dare. *Iudi.* 20. *b.* Vt illi ferrent præsidium: Dicere. *Iudi.* 19. *g.* Ferre sententiam. Eleuare. *Exod.* 2. *b.* De aqua tuli eum. Extrahere. *Genes.* 2. *d.* Tulit vnam de costis eius. Pati. *Iob.* 31. *c. Num.* 22. *a.* Impetum eius ferre non possent. Ferri autem, ruere. *Exod.* 14. *f.* Ferebantur in profundum. Portare interdum est admittere. *Numer.* 18. *a.* Portabitis iniquitatem sanctuarij. Compati. *Galat.* 5. *a.* Alter alterius onera portate. Gignere. *Luc.* 11. *d.* Beatus venter, qui te portauit. Imitari. 2. *Cor.* 6. *d.* Portare Deum in corpore vestro. Pati. *Num.* 19. *a.* Nec portauerit iugum. Portare in manibus, est obsequi. *Psalm.* 90. In manibus portabunt te. Gerere autem, est agere, & operari. *Deut.* 9. *c.* Quæ gessistis contra dominum. Et habere. 1. *Reg.* 18. *g.* Prudentius se gerebat Dauid.

Ferebatur Spiritus Domini super aquas. *Genes.* 1. *a.* quum *y* voluntas Dei intendebat formandæ materiæ rerum, quasi fouendo, vt gallina fouet oua. Vel intendebat formandis, & firmandis voluntatibus angelorum. Ferebatur etiam Spiritus Domini super aquas, *z* sanctificando baptismum, quando venit supra Christum baptisatum. Ferebatur etiam super aquas, quando venit super Prophetas. Rectè autem superferri dicitur aquis Spiritus Domini, quia non ex indigentia operatus est ipsam creaturam, sed ex beneplacito.

Sustentans nos Deus & defendens. Portat Deus nos, quum sustentat, regit, & defendit. *Exod.* 15. *b.* 18. *a.* Et portari dicitur domus Iacob ad vtero Dei, vsque ad senectam & canos: quia *aa* semper erant graues Iudæi Deo benefactori ipsorum. *Isa.* 46. *a. Deut.* 1. *c.* 32. *b.* Et dicitur portare in brachiis, hoc est, *bb* per Christum. *Hose.* 11. *a.* Et portat omnia verbo virtutis suæ. *Heb.* 1. *a.* Et portauit Christus fœtas, quum sustentauit Apostolos & prædicatores. *Isa.* 40. *c.* Portauit autem Deus in brachiis Ephraim, id est, Israël, quum virtute miraculorum eduxit eos de Ægypto, & patienter sustinuit improbitatem eorum.

Pater amore tradens Filium. Portans Abraham ignem & gladium ad immolationem Isaac. *Gen.* 22. *b.* typus fuit *cc* Dei patris qui ob ignem amoris erga genus humanum, tradidit Filium suum in sacrificium, & satisfactionem peccatorum nostrorum.

Castigans Deus. Afferre dicitur Deus mala, quum castigat, *dd* quia is, qui castigatur, indicat ea mala. *Ier.* 23. *c. Amos.* 5. *c.*

Non fert Deus festiuitates, quæ non ritè, & cum interiori cultu celebrantur. *Isa.* 1. *d.*

a *Am. de. Ios.* 3. *Phi. de Ios. Bed. s. Ge.* 37.
b *Ru.* 5. *s. Ge.* 26.
c *Isy. s. Le.* 17.
d *Gr. s. Ca.* 3. *& s. Ex. h.* 11. *Ru. s. Can.* 3.
e *Amb.* 1. *of.* 32.
f *Am. s. Lu.* 7.
g *Ori. s. Nu. hom.* 23. *Hie. s. Matth.* 16.
h *Hil. s. Mat. Can.* 13. *Amb. ser.* 5. *Geo. Ve. can.* 2. *tom.* 3. *c.* 20
i *Ber. serm.* 2. *nati. dom. & de consi.* 5.
k *Au. q. in eu.* 12. *& s. Ioa. tract.* 9.
l *Chry. s. Ioa. hom.* 51.
m *Am. ser.* 5.
n *Ph. de sacr. Abel & Cain*
o *Amb.* 1. *de pœn.* 14. *Am. s.* 1. *Co.* 5
p *Ori. s. Leu. hom.* 5. *Isy. s. Le.* 2. 7.
q *Ori. s. Nu. hom.* 23. *Phil. de congre, &c. Geo. Ven. ca.* 2. *to.* 3. *ca.* 13. *Chr. s.* 1. *Cor. hom.* 15.
r *Cyril. cont. Iulia.* 9. *Orig. s. Matt. cap.* 16.
s *Ambr.* 1. *de pœni.* 14. *Chry. hom. in Iob, & Abraham.*
t *Hie. s. Ho.* 7.
u *Ru. s. s. Hos.* 7.
x *Phi. de vi. offe. Thom.* 1. 2. *q.* 102. *ar.* 3.
y *Au.* 1. *de Ge. ad literam.* 18. *&* 13. *Conf.* 4.
z *Amb.* 2. *de Spiri. sa. prol. Bed. s. Gen.* 1.
aa *Hie. s. Isa.* 40. 46. *& su. Hose.* 11.
bb *Rup. s. Ho.* 1.
cc *Glo. in. su. Gen.* 22.
dd *Glo. or. Ie.* 23.

Digitized by Google

Vacca, quæ non portauit iugum. *Num.* 19. *a.* est *a* caro Christi, quæ non fuit subiecta iugo peccati non legi mortis: quia potestatem habebant ponendi animam suam, non obligationem.

Caro Christi. Passus Christus pro peccatis.

Tulit Christus languores, & dolores nostros, quum pro peccatis nostris passus est. *Isa.* 53. *d.* 63. *c.* Hoc designabat portans pontifex iniquitates populi. *Exod.* 28. *f. Leuit.* 10. *d.* Sic portabant Aaron, *b* & filij eius iniquitatem sanctuarij. *Num.* 28. *a.* Christus videlicet in passione, & Apostoli & Martyres moriendo. Portatus autem est Christus, quasi agnus ad victimam. *Ier.* 11. *d.* Et portans Isaac ligna, fuit *c* Christus baiulans sibi crucem. *Gen.* 22. *b.* Idem designauit portans Samson portas ciuitatis humeris suis in montem. *Iudi.* 16. *a.* Asportabantur etiam vitulus & hircus, vt comburerentur extra castra, vt designaretur Christus extra portas Hierusalem passus. *Leui.* 16. *f.* Suppositi etiam Christus humerum ad portandum, quum se subiecit labori crucis pro nobis. *Gene.* 49. *c. Num.* 10. *c.*

Christus in gloria, & glorificatus. Christus cõmunicãs apostolos.

Portans Iesus Filius Iosedech gloriam. *Zach.* 6. *c.* designat *d* Christum sedentem ad dexteram Dei patris, & accipientem virtutem & decorem, ac profectum & gloriam singulorum.

Ferri dicebatur Dauid in manibus suis. 1. *Reg.* 21. *d.* Iuxta Septuaginta, & designabat *e* Christum tradentem seipsum in sacramento Eucharistiæ.

Portans venter Christum, de beata virgine Maria dicitur. *Luc.* 11. *d.* Eadem cum Ioseph tulit Christum in Hierusalem, offerens illum Patri ad salutem Ecclesiæ.

Portare arcam fœderis, est prædicare Christum, quod est munus sacerdotum. *Exod.* 25. *b.* 37. *a.* Idem portare alzare, *Exod.* 27. 30. 38. Et portantes vuam à terra promissionis in vecte, erat *f* vterque populus prædicans Christum, populus videlicet Iudæorum præcedens Christum, & populus Christianorum sequens. *Num.* 13. *c. Ios.* 8. *g.* 3 *Re.* 8. *a.* 1. *Pa.* 15. *a.* 2. *Pa.* 5. *a. Act.* 9. *b.* Ferentes etiam Philisthim arcã fœderis à lapide adiutorij, sunt *g* prædicatores auferentes mysteria scripturæ à falso Messia, quem Iudæi fingunt, & ferunt eam in templum Dagon, hoc est, ad animam gentilitati deditam, vt conuertatur. 1. *Reg.* 5. *a.* Portare etiam calceamenta Christi, est *h* prædicare Christum per orbem. *Matth.* 3. *c.* Portare etiam tabernaculum fœderis, est prædicare Christum, & defendere Ecclesiam. *Num.* 10. *c.*

Prædicare Christum.

Portant filias Sion in humeris *i* Apostoli & prædicatores, quum animas infirmas, prædicationis labore sustentant. *Isa.* 49. *f.* 60. *c.* iuxta Septuaginta. Eosdem designant portantes onera ad constructionem templi, qui cum Salomone, hoc est, Christo Saluatore grauia gentium peccata portabant, & portabant minores ad diuina. 3. *Reg.* 5. *d.* 2. *Par.* 2. *d. Agge.* 1. *b.* Et comportantes vinum, sunt *k* docentes spiritualia, & consolantes afflictos. *Isa.* 62. *c.*

Apostoli sustentantes animas.

Portare mensam, est *l* prædicare sacram doctrinam. *Exod.* 25. *c.* 37. *d.* Et portans Moses tabulas, est prædicans legem. *Exod.* 32. *d.* 34. *a.* Idem designabat portans Moses virgam Dei in manu sua. *Exod.* 4. *c.* Et portans homo amphoram aquæ, est ferens legem Mosis, quæ sine spiritu est aqua. *Marc.* 14. *b. Lu.* 22. *a.* Et portat Aaron nomina filiorum Israël, quum sacerdos & prædicator proponit sibi & aliis exempla maiorum, & orat pro populo. Vbi etiam designatur intercessio Sanctorum. Portat etiam iniquitates populi docendo, ad pœnitentiam prouocando, & orando. *Exod.* 28. *f. Leuit.* 10. *d. Nume.* 18. *c.* Discipuli autem Christi nondum poterant in principio eius mysteria portare. *Ioan.* 16. *c.*

Prædicare. Ferentes prædicatores mysteria in vasis fictilibus.

Portans seruus Abrahæ diuitias domini sui in camelis. *Genesi.* 24. *b.* designat *m* prædicatores ferentes Thesaurum mysteriorum Dei, & bonorum operum in vasis fictilibus. Idem designat regina Saba, portans munera ad Salomonem in camelis. 2. *Para.* 9. *a.* Ad hæc potest referri, ferre frumenta in asinis. *Genes.* 42. *e.* 45. *f.* Et deferre arcam pecuniæ coram rege. 2. *Para.* 24. *b.*

Prædicator laudans misericordiam Dei.

Portans columba ramum oliuæ ad vesperam, *Gen.* 8. *b.* est *n* prædicator vel religiosus, prædicans, & laudans sapientiam & misericordiam Dei. Vel designant nonnullos etiam extra Ecclesiam baptizatos: si eis non defuerit affectus, vt conuertantur, posteriori tempore quasi vespere in ore columbæ, tanquam in osculo pacis, ad vnitatis societatem posse perduci.

Indicans prædicator molt tentationis.

Comportat aggerem prædicator contra Hierusalem, *o* quando molem crescentis tentationis auditoribus indicat. *Ezec.* 4. *a.*

Prædicare humanitatem Christi.

Portare calceamenta Christi, *p* est eius humanitatem assumptam à Verbo prædicare, cuius rei indignum se aiebat Ioannes Baptista. *Matth.* 3. *c.*

Habentes doctrinã sacræ scripturæ.

Ferunt vasa Domini. *Isa.* 32. *d.* qui *q* habent doctrinam sacrorum librorum. Ferentes etiam vasa Domini, sunt Apostoli ferentes animas in ministerium Domini, & armaturam Dei. Et portant librum Dei in humero, qui *r* sacram scripturam operando perficiunt. *Iob.* 31. *d.* Idem est portare sapientiam humeris. *Ecclesiastici.* 6. *c.*

Operantes quæ docent.

Portabant currus Pharaonis Iacob & omnem substantiam eius in Ægyptum. *Gene.* 46. *c.* designantes omnia Iudæorum mysteria translata esse ad gentes in Ecclesia.

Translatio mysteriorum ad gentes.

Portat peccatum subditi prælatus, *s* quum peccatorem corrigendo ad pœnitentiam suscipit. *Num.* 18. *a.* 1. *Reg.* 15. *f.* Idem designauit baiulans crucem Christus. *Ioan.* 19. *c.* Et portare alterius onera, est tollere illius peccata: vel sustinere infirmitates proximi. *Gal.* 6. *a.* Et portantur pueri in humeris, *t* quum simplices, & imbecilles consolationem accipiunt à maioribus, eorum infirmitates sustinentibus. *Isa.* 66. *d.* Et gestans Aaron iudicium filiorum Israël coram Domino, *u* est prælatus orationibus se opponens iræ Dei. *Exod.* 28. *e.*

Suscipiens prælatus pœnitẽtiã peccatoris. Consolatio minorum.

Portantes filij Caath sancta operta quæ non videbant, sunt *x* obedientes præceptis malorum, non ea curiosè scrutantes: & portabant in humeris, quia opere exequebantur, *Num.* 4. *a.* Possunt etiam designare *y* angelos deferentes Sanctos in cælum.

Simplex obedientia. Puritas vita.

Portat Ephod coram Domino, *z* qui puram habet vitam, Deoque placentem. Et generaliter portat Ephod, qui bonis fulget operationibus. 1. *Reg.* 2. *c.* 14. *a.*

Matura pœnitentia.

Portare iugum Domini ab adolescentia. *Thren.* 3. *c.* est tempestiuè pœnitere: vel à prima ætate benè operari. Et portare Deum in corpore, aut stigmata Christi, est *aa* ipsum imitari, eius præceptis obtemperare: aut pati pro Christo. 1. *Cor.* 6. *d.* 15. *f. Gal.* 6. *d.* De hoc dicitur. *Gen.* 49. *b.* Supposuit humerum ad portandum. Afferre etiam fructum est bene operari. *Exech.* 36. *b.* 47. *c. Ioel.* 2. *e.* Et portant manipulos suos, qui cum bonis operibus veniunt ad gloriam. *Psalm.* 125.

Imitari Christum. Bene operari.

Portat lagenam vini, *bb* qui inflammatus est feruore Spiritus sancti. 1. *Reg.* 10. *a.* Et portat igniculum de incendio, id, quòd continet aliquam veritatem: aut quod re accendit feruorem Spiritus sancti. *Is.* 30. *c.*

Feruor Spiritus sancti. Conferre cum doctoribus.

Deferre similam ad filios Aaron, est *cc* conferre iudicia sua & opiniones cum doctoribus, ne fortè fallatur. *Leuit.* 2. *a.*

Cõuersio hæreticorum. Offerre fidem & orationes.

Defertur munus Domino à gente conuulsa, quum *dd* hæretici conuertuntur. *Isa.* 18. *d.* Et deferunt aurum & thus Domino, qui offerunt ei fidem, & sacrificium orationum. *Isa.* 60. *b.* Idem designauit portans regina Saba munera ad Salomonem. 2. *Para.* 9. *a. Ier.* 17. *d. Soph.* 3. *c.* Et portantes mulieres aromata ad vngendum Christum. *Luc.* 24. *a.* Et Nicodemus misturam myrrhæ, & aloes. *Ioan.* 19. *b.* Et deferentes filij Israël munera ad Ioseph: sunt Iudæi confitentes Christum. *Gen.* 43. *b.* Deferre etiam primitias in domum Domini: & ferre manipulos spicarum, ad idem referre possunt. *Exod.* 23. *c. Leu.* 23. *b. Deut.* 14. *c.* Et deferens puerpera agnum anniculum in holocaustum, est offerens passionem Christi, per quam genus humanum salutem accepit. *Leuit.* 12. *c.* Portant etiam holocausta, qui seipsos offerunt Deo. *Ier.* 17. *c.*

Conuersio gẽtium. Doctrina Philosophorum allata ad Ecclesiam.

Asportans Dauid prædam de Rabbath filiorum Ammon. 2. *Reg.* 12. *g.* designat conuersionem gentium per Apostolos factam. Idem potest designare *ee* deferens Naaman argentum & aurum & vestes ad Eliæum, & literas ad regem Israël. 4. *Reg.* 5. *b.* Vbi etiam significari potest doctrinam Philosophorum, quæ veritatem continet, illata ad obsequium Ecclesiæ.

Simpliciter docentes Apostoli.

Non portabant Apostoli virgam, *ff* quia neminem cogebant ad fidem: nec vi potestatis vtebantur, sed simpliciter docebant. *Matth.* 10. *b. Luc.* 10. *a.*

Expectãs præmium laborum.

Portat mulier fortis de longè panem suum, *gg* cùm Ecclesia, vel anima ex bonis operibus hic actis, cælestem retributionem expectat. *Prouer.* 31. *b.*

a *Augu. q. in Num.* 33.

b *Ori. ho.* 10. *& s. Num.*
c *Au. s. ps.* 30

d *Gl. or. s. Zachar.* 6.
e *Au. s. ps.* 33.

f *Am. ser.* 72. *Cy.* 4. *s. Io.* 28.
g *Gr. s.* 1. *Re.* 5.
h *Am. s. Lu.* 3

i *Hie. s. Is.* 49. *& s. ps.* 89. *Amb. de ben. patriar.* 6. *Gre.* 2. *past.* 2.
k *Hie. s. Isa.* 61.
l *Glo. in. s. Exod.* 25.

m *Glo. or. su. Gen.* 24.

n *Am. de No.* 19. *Bas. s. de abdicatione.*

o *Gr.* 26. *mo.* 5. *& s. Ezec. hom.* 12.
p *Ruper.* 2. *s. Matth.* 3.
q *Hie. s. Is.* 52.
r *Gr.* 22. *m.* 10
s *Gr. s.* 1. *Re.* 15. *Bas. Reg. bre.* 178.
t *Hie. s. Is.* 66.
u *Au.* 83. *qu.* 71.
x *Ori. s. Nu. hom.* 5.
y *Gr. s.* 1. *Reg.* 2. 14.
z *Am. s. ps.* 118. *ser.* 2.
aa *Au. s. Gal.* 6. *Be. s. Ge.* 49
bb *Gr. s.* 1. *Re.* 10.
cc *Glo. ord. s. Le.* 2.

dd *Hie. s. Isa.* 18. 60. *& s. Io.* 17.

ee *Lyr. s.* 4. *Re.* 5.

ff *Glo. ord. s. Matth.* 10.

gg *Be. s. Pro.* 31.

Digitized by Google

Libertas mētis. *Gubernatores mundi.* *Orantes.* *Continentes.* *Angeli.* *Insiti Gentiles in fide.* *Antiqui patres prophetantes incarnationem.* *Patientia in flagellis.* *Imitatio Christi.* *Tribulatio Ecclesiæ.* *Pœnitentia.* *Spes resurrectionis.* *Eiectio hæreticorum.* *Infimi in Ecclesia.* *Promptitudo frænandi appetitum.* *Possidere pecuniam.* *Occultare sapientiam.* *Euangelia.* *Virtutes.* *Inutilis pœnitentia.* *Ignorantes.* *Proditio Christi.* *Cum periculo viuere.* *Testimonia veteris legis adnouā ferre.* *Facilè amplectētes errores.* *Miscere mysteria erroribus.* *Docere errores.* *Abuti donis Dei.* *Adulari.* *Translatio Israël & Iuda.* *Vniofidelium in charitate.* *Tentationes.* *Superbi pascunt diabolū.* *Fama popularis vita actiua.* *Gētilitas offerens Christo fidem.* *Tradere mysteria Iudæis* *Orare pro peccante.* *Quærenda Ecclesia.* *Fugiens diabolos orantes Iudæorū obstinatio.* *Iustitia symbolum.* *Dicere malū bonum.* *Sustinere malum.* *Peccare.* *Pœna peccati.* *Mittit in infernum.*

Portare animam in manibus, dicit *a* libertatem mentis: & animam in manibus portare, est intentionem cordis in operatione ostendere. *Iob.* 13. *c.*

Portantes orbem, *Iob.* 9. *b.* dicuntur *b* principes & gubernatores mundi: & qui orationum fortitudine mundum sustinent, ne ruat, & pereat. Item qui corpus proprium continent, aut constringunt per gratiam Dei, ne in vitia soluatur. Portantes etiam orbem, sunt Angeli rectores orbis: & Angeli custodes portant iustum in manibus. *Psalm.* 90.

Portat radix ramos insitos, quum gentiles asciti sunt in fidem Iudæorum. *Rom.* 11. *c.*

Portantes naues poma, erant *c* antiqui patres qui diuinæ incarnationis mysterium prophetantes, ipsi quidem spei odore potiti sunt, sed nobis fructum de eadem spei perfectione detulerunt. *Iob.* 9. *d. Prou.* 31. *b.*

Portare iram Domini. *Mich.* 7. *b. Isa.* 30. *f.* est *d* patienter ferre eius flagella. Et portantes pondus diei, & æstus, sunt *e* ferentes tribulationes, & labores huius vitæ. *Matth.* 20. *b.* Et portans Simon Cyrenæus crucem post Iesum, designat *f* ipsum Iesum imitandum, qui præcessit in ferenda cruce. *Luc.* 23. *d.* Et hoc est portare improperium Christi. *Hebr.* 13. *c.* Et ferri arcam super aquas diluuij, est Ecclesiam afflictari tribulationibus mundi: quibus tamen non mergitur. *Gen.* 7. *d.* Et portant opprobria gentium *g* ij, quibus Gentes exprobrant: qui & opprobrium famis portare dicuntur, quum à Gentibus reputantur derelicti à Deo. *Ezec.* 34. *g.* 36. *f.* 2. *Petr.* 2. *b.* Et portare ignominiam suam, est patienter ferre pœnam illatam pro peccato: & portare tormentum suum, est in hoc seculo pœnitentiam agere. *Ezech.* 16. *f.* 23. *e.* 32. *g.* 36. *b.*

Portans tres hœdos, significat *h* agentes pœnitentiam peccatorum corde, ore, & opere. Et portans tres tortas panis, est affligens & torquens se per pœnitentiam, quasi pastus pane lachrymarum. 1. *Regum.* 10. *b. Micha.* 4. *b.*

Asportare ossa Ioseph de Ægypto in terram promissionis, est *i* significatio futuræ resurrectionis. *Genes.* 15. *d.* Idem designauit Dauid asportans ossa Saulis & Ionathæ, de Iabes Galaab. 2. *Reg.* 21. *c.*

Asportantes corpora Nadab & Abihu extra castra. *Leui.* 10. *a.* designant eiectionem hæreticorum ab Ecclesia. Et asportatus Sobna pontifex, vt gallus gallinaceus. *Isa.* 22. *e.* designat *k* sacerdotium vetus eiiciendum, substituto sacerdotio nouæ legis.

Gestatores aquæ Gabaonitæ, designant *l* eos, qui infimi meriti sunt in Ecclesia. *Ioel.* 9. *d.*

Gerere paxillum in baltheo, ad tegenda stercora. *Deut.* 23. *c.* est *m* habere paratam rationem ad frænandum appetitum.

Portare sacculum aut peram, est *n* possidere aurum seu pecuniam. *Matth.* 10. *a. Luc.* 10. *a.* Sic portabat Iudas, quæ mittebantur. Vel portare sacculum, est occultare sapientiam & scientiam, quæ eroganda est, & communicanda proximis.

Portantes quatuor Paralyticum ad Christum. *Marc.* 2. *a. Luc.* 5. *Actor.* 3. *a.* sunt *o* quatuor euangelia, vel virtutes quibus venitur ad Christum.

Deferunt victimas in profundum, *p* qui opera pœnitentiæ exercent ob inanem gloriam, aut ob alium terrenum finem. *Hos.* 5. *a.*

Reportant vasa vacua, *q* qui non acquirunt scientiam Dei. *Iere.* 14. *a.*

Attulerunt mercedem Christo Iudæi, quum *r* eius proditori dederunt triginta argenteos. *Zach.* 11. *c.*

Afferebant Iudæi in animabus panem in deserto, *s* quum inter gentes cum periculo vitæ sibi victum quærebant. *Thren.* 5. *b.* Vel fideles cum labore portantes mysteria.

Ferre arcam fœderis in medium, *t* est veteris legis sacramenta ad reprobandam nouæ fidei veritatem, recolendo adducere: quia eandem legis scientiam Iudæi neminem suorum ignorare patiuntur, in medium eorum arca adduci præcipitur. 1. *Reg.* 4. *a.*

Ferentes aurum ad Aaron, vt fieret idolum, sunt facilè amplectentes errores. *Exo.* 32. *a.* Ipsi sunt *u* portantes idola, quæ non possunt saluare portantem. *Isai.* 46. *a.* Affertur etiam argentum de Tharsis, hoc est eloquentia hæreticorum sumitur à philosophis. Et aurum de Ophaz, hoc est, sensus in superficie splendentes. *Iere.* 10. *b.* Portarunt etiam filij Israël tabernaculum Moloch in deserto. *Amos.* 5. *g.* quia eum coluerunt: quòd etiam dicitur de dogmatis hæreticorum.

Fert oleum in Ægyptum, *x* qui mysteria scripturarum miscet inani philosophiæ Et qui defert oleum peccatoris, docendo falsa, & adulando. *Hose.* 12. *a.* Et portant diuitias suas super humeros iumentorum in Ægyptum, qui donis Dei abutuntur ad mundana & vana. Vel fuerunt Iudæi qui tulerunt legem, & cætera quæ habebant, in Ægyptum, cùm fugerent Chaldæos: vbi etiam designarunt, transferēdam legem cum sensu spirituali ad gentilitatem. *Isai.* 30. *b.* Et asportans Nabuchodonosor partem vasorum templi in Babylonem. *Dan.* 1. *a.* designat Philosophos miscentes aliquas veritates, & non omnes suis erroribus.

Deferentes mulieres amphoram cum talento plumbi in terram Sennaar, vel in Babylonem, designat *y* iniquitatem Israël: & Iuda illuc esse translatam, vt gentibus appareret, quales fuerint Iudæi in terra sua. *Zach.* 5. *c.*

Ferri tabulas tabernaculi in vnam compaginem. *Exod.* 36. *c.* est *z* omnes fideles copulari in vna charitate.

Comportat aggerem diabolus, *aa* quum multiplicat tentationes. *Hab.* 1. *c.* Hoc designauit Abimelech ferens ramos cum sociis suis ad comburendam turrim Sichen. *Iudi.* 9. *f.*

Ferunt montes herbas Behemot, *bb* cùm superbi huius seculi nequiter operando, suas fluxas & lubricas voluptates offerunt diabolo. *Iob.* 40. *b.*

Deferens Ruben mandragoras ad matrem. *Gen.* 30. *b.* est *cc* deferens popularem gloriam & famam ad vitam actiuam.

Deferentes corui panem & carnes ad Eliam. 3. *Reg.* 17. *a.* designant *dd* gentilitatem per gratiam Christi illuminatam, offerentem illi panem fidei & carnes spei resurrectionis.

Ferre vinum architriclino. *Ioan.* 2. *b.* est ministrare *ee* mysteria principibus Iudæorum.

Referre comestum à bestia ad dominum suum. *Exod.* 22. *c.* est orare *ff* pro peccante, ne in totum pereat.

Deferens ventus coturnices in castra filiorum Israël. *Num.* 11. *g.* est *gg* admonitio, vt quærerent cœlestia, & non terrena.

Non potens ferre Amorrhæus impetum filiorum Israël. *Num.* 22. *a.* designat *hh* diabolum non sustinentem vim orationum Sanctorum.

Portantes filij Israël duodecim lapides de alueo Iordanis. *Iosu.* 4. *a.* designant *ii* eundem populum, qui translatus est ab humore gratiæ in obstinationis ariditatem.

Portat princeps gladium in signum vindictæ faciendæ, in defensionem iustitiæ. Idem designant portantes hastas, & scuta. 1. *Par.* 5. *c. Sap.* 18. *c. Rom.* 13. *a.*

Portat immundum, aut mortuum, qui dicit malum bonum, aut falsa testimonia profert. Item *kk* subdentes semetipsos incongruis doctrinis, & substernentes animas suas, tanquam vasa, in quæ distillet impietatis venenum. *Leu.* 11. *c.* 15. *b.* Et portant idolum, qui totis viribus hæreses defendunt. *Iere.* 10. *a.* Et portat venter aliquem, *ll* quum concupiscentia carnis manet in eius anima. *Iob.* 3. *b.* Et afferunt ignominiā, *mm* qui alios inducunt in errores. *Hose.* 4. *d.* Portat etiam immundum *nn* qui pro necessitate ad horam sustinet malum.

Portare onus sabbato, *oo* est peccare: & etiam ferre pœnam pro peccato. *Iere.* 17. *c.* Qua ratione vnusquisque sarcinam suam portabit. *Gal.* 6. *a.* Et portant filij iniquitates patrum. *Thr.* 6. *b. Ezech.* 18. *a.* quando similiter peccantes similiter puniuntur.

Ferri in profundum, vt Ægyptij ferebantur, est mitti in infernum. *Exod.* 14. *g.* Sic ferunt mali confusionem suam, quum condemnantur. *Psal.* 39. Et portant opprobrium populi Dei hæretici, quum puniuntur propter eos quos deceperunt. *Mich.* 6. *d.* Sic delatus dicitur vitulus Ephraim in Assur. *Hos.* 10. *b.* gloria videlicet hæreticorum ad inferos. Portantes etiam quatuor mortuum ad sepulturam. *Luc.* 7. *b.* sunt *pp* vitia quatuor elementis respondentia, quæ ducunt animam ad inferos. Et portat iniquitatem suam, *qq* qui obligatus est ad pœnam pro peccato, & qui punitur pœna æterna. *Leu.* 5. *a.* 19. *b.* 20. *c.* 24. *c.* Et portat iudicium, *rr* qui condemnatur. *Num.* 9 *c.* 15. *b. Prou.* 9. *c. Ierem.* 10. *c.*

a *Gr. s. 2 Re. 2 & 11. mo. 19.*
b *Gre. 9. mor. 13. 14. Hie. s. Iob. 9.*
c *Gre. 9. moral. 22.*
d *Hi. s. Mi. 7*
e *Ori. s. Mat hom. 10.*
f *Amb. s. Lu 23.*
g *Hie. s. Eze. 16. 34. Ori. s. Ezech. hom. 10.*
h. *Grego. su. 1. Reg. 10.*
i *Glo. ord. su Gen. 50.* 2
k *Hie. s. Is. 2 s*
l *Orige. s. Io hom. 11.*
m *Phi. 2. alle*
n *Am. s. Luc 10. Aug. ser de sanctis. ser 42. Gr. ho. 17*
o *Glo. ord. su Mar. 2.*
p *Gre. s. Hos. hom. 4.*
q *Hie. s. Ie. 14*
r *Hi. s. Za. 11.*
s *Glo. ord. su. Thre. 5.*
t *Gre. s. 1. Re. 4.*
u *Hie. s. Is. 46 & su. Ier. 10. & s. Amos 5.*
x *Hie. s. Ho. 12. & s. Isa. 30. & s. Da. 1. Ru. s. Ho. 12.*
y *Hie s. Za. 5*
z *Glo. ord. su. Exod. 36.*
aa *Hie. s. Ha. 1.*
bb *Greg. 33. mo. 2. Hie. s. Iob. 40.*
cc *Glo. ord. s. Gen. 30.*
dd *Glo. ord. s. 3. Reg. 17.*
ee *Glo. ord. s. Ioan. 2.*
ff *Glo. int. s. Exod. 22.*
gg *Glo. ord. s. Num. 11.*
hh *Glo. ord. s. Num. 22.*
ii *Lyr. s. Io. 4.*
kk *Is. s. Le. 15*
ll *Gre. 4. mo. 26.*
mm *Hie. s. Ho. 4.*
nn *Ru. 2. s. Leu. 13.*
oo *Ori. s. Nu. hom. 23. Hie. s. Ier. 17. Cyr. 4. s. Io. 51.*
pp *Am. s. Lu. 6.*
qq *Ori. s. Le. hom. 14. Aug. q. in Leu. 75. Isy. s. Le. 17.*
rr *Hie. s. Ier. 10. & s. Mic. 6.*

Non feruntur fulmina,quæ mittit Deus in Leuiathan,in locum alium.*Iob*.41.*c*.quia *a* sententia condemnationis extremi iudicij,solos malos comprehendet,quia iam separata erunt grana à paleis.

Portatus in humeris Ezechiel,significabat,*b* quomodo in captiuitatem ducendus erat Rex Iuda.*Eze*.12.*b*.

Portans Ruth sex modios hordei ad socrum suam. *Ruth*.3.*c*.est *c* Ecclesia donata donis spiritualibus,& virtutibus à Christo:quæ communicat synagogæ.

Portans Mardochæus coronam auream in capite. *Ester*. 8. *d*. designat *d* dignitatem æternam acquiri per sapientiam.

Portant aues vocem detrahentis regi ad ipsum regem. *Ecclesiasta*.10. *d*. quia multi volunt illa ratione gratificari regi.

Importabilia onera sunt *e* literalis obseruantia legis. *Matth*.23.*a*.*Actor*.13.*c*.

Ferrum,Ferrarius.

FERRVM dictum videtur à feriendo,quòd eo cætera feriantur,& domentur:est enim durissimum inter metalla: ex eoque fiunt instrumenta bellica,& alia,in quibus multa duritia opus est.

Ferrum, ex quo fiunt iacula ad feriendum aduersarium, typus est *f* fortis prædicationis: quam tamen reputabit Leuiathan,vt paleas tempore Antichristi. *Iob*.42. *c*. Et ferrea columna, est *g* fortis prædicator, & patiens. *Iere*. 1. *d*.

Ferrum fortitudinem animi significare potest, *h* qua terram,id est, carnis nostræ malitiam tollimus. Vel ferrum de terra tollitur, designans eos, *i* qui è vita terrena fortes efficiuntur. *Iob*.28.*a*.41.*c*.

Ferrea virga. *Psal*.2.dici potest *k* rigida iustitia,nec cedens fortibus,nec despiciens miseros, sed pro natura solidati firmissima. Et ferrea sartago. *Ezech*.4.*a*.dicitur *l* fortis ira Dei: quam significat ferreus murus: & ferrum *Isa*. 19.*g*. Potest etiam ferrea sartago dici *m* fortis zelus prædicatoris.

Ferreum cornu *n* Ecclesiæ insuperabilem potentiam Ecclesiæ designat. *Mich*.4.*c*. Et ferrum,in quod mutantur lapides,sunt qui iam sunt vtiles in Ecclesia, & aliquam fortitudinem præstant: sed qui proficere possunt, & in argentum mutari. *Isaia*. 60.*d*.

Ferreæ manicæ dicuntur, *o* quum quis timore reprimitur à peccando:nam si amore,tunc sunt aureæ manicæ. *Psalm*. 149.

Ferrum, vt est vile metallum comparatum auro & argento,significare potest *p* peccatores, qui in genere humano vilissimi reputantur. *Iere*.7.*g*.*Ezech*.22.*d*. Et ferrum retusum significare potest ingenium hebetatum.*Eccle*. 10.*b*. Et ferrum mersum in aquam, dici potest *q* homo mersus in peccatis. Ferrum autem supernatans, est baptizatus,à peccatis mundatus.4. *Reg*.6.*b*. Ferrum etiam mersum in aquam, dici potest duritia huius seculi mersa in profundum erroris. Designat etiam *r* animam Christi descendentem ad inferos, & postmodum ad corpus redeuntem.Ferrum quoque in manubrio,est donum intellectus in corde:& mergitur in aquam,quum ex dissoluto opere intelligentia fatuatur.

Ferrum dici potest omnis huius vitæ necessitas: quæ vitam inopis mœroris vulnere cruciat: hoc ferrum pertransit animam Ioseph. *Psal*.104. Arma etiam ferrea,sunt *s* vitæ præsentis necessitates,quæ durè premunt, & vitam insequuntur. *Iob*.20. *c*. Ferrum etiam pertransiens animam Ioseph, dici potest *t* dura tribulatio: aut etiam peccatum,quod in animas omnium pertransiit. Ferrum autem pertransiens animam Christi,dici possunt falsa testimonia,quæ Iudæi aduersus Christum protulerunt. *Psal*. 164.

Ferrum securis,*u* increpationem duram significare,qua indiscretè aliquando proximus percutitur. *Deu*. 19. *b*.

Ferrum potest aliquando significare *x* ipsa instrumenta bellica:& ipsum est velut insigne discordiæ & dissensionis. *Gen*.4.*d*.*Exod*.35.*d*.*Ezech*.27.*c*.*Apoc*.11.*b*.19.*c*.

Ferrum interdum significat *y* duritiam Iudæorum. *Iere*. 15.*e*. Et ferreæ laminæ, sunt durities & impœnitentia diaboli. *Iob*. 40. *b*. Sic dicitur ferreus neruus ceruix Israël propter pertinacem inobedientiam Iudæorum. *Isai*. 48. *a*.

Ferrum omnia domans metalla, & maledicentiam significare potest omnes virtutes deprimentem, *Dan*. 2. *e*. Item *z* concupiscentias ignitas,ac lites & contentiones. *Iosu*. 8.*f*. Et ferrum quod non debebat diuidere ascellas auium, quæ offerebantur in sacrificio, significare potest hæreticam prauitatem à diuinis expellendam. Et ferrei vectes,dici possunt *aa* rationes Philosophorum,& hæreticorum:& etiam ipsi dæmones, *Psal*.106. *Isa*.45. *a*. Ipsæ etiam *bb* rationes dicuntur ferrum fabrefactum. *Ezech*.27.*d*. Et ferrea plaustra Damasci,sunt verba hæreticorum: quorum dentes,sunt arma & sagittæ. *Amos*.1.*a*. *Psal*.56. Ferrarius autem faber dici potest hæresiarcha, & diabolus,& philosophi,& cæteri artificiose mentientes. *Isai*.44.*b*.

Ferrei dentes bestiæ,designant *cc* potentiam Romani imperij. *Dan*.7.*b*. Vel designant crudelitatem imprudentium,qui omnibus nocere cupiunt. Et ferreæ laminæ,sunt *dd* fortes ad nocendum bonis. *Iob*.40. *c*. Ferrum etiam in statua,crudelitatis est violentia, & indignatio. Et tibiæ ferreæ,sunt *ee* securitas crudelis. Ferreas enim tibias habere se ostendit, qui contra superiores se per audaciam erigit, & inferiores per sæuitiam premit. Et vincula ferrea sunt, quum quis,nec minis cedit, nec consiliis acquiescit. *Dan*. 2. *e*. 4. *c*. Et vectes ferrei dicunt audacem rebellionem. *Psal*. 106.

Ferrea fornax,vide *Clibanus*.

Fertilis.

FERTILIS dicitur terra,quæ multum fert fructum:quæ & ferax dici solet.

Fertilitas terræ,tempus gratiæ significare potest,in quo est abundantia bonorum operum. *Gen*.41.*f*.

Fertilis vinea,erat *ff* synagoga,ante aduentum Christi,quæ postea sterilis facta est. *Isai*. 32.*c*.

Fertilem terram appellat dux regis Assyriorum terram suam: quia diabolus promittit voluptatum abundantiam sibi obtemperantibus.4.*Reg*.18.*g*.1.*Par*.4.*g*. Sic fuit fertilis Moab. *Iere*. 48.*b*.

Feruere,Feruor,Bullire.

FERVERE dicitur,quod nimio calore ex igne supposito agitatur,ac commouetur: vt aqua supposito igne feruet:quod etiam bullire dicitur.

Feruor autem dicit calorem nimium,qualis est in æstate,quando plurimùm calefacit Sol.

Feruor diei dici potest *gg* calor fidei,& illustratio diuinæ veritatis,& inflammatio charitatis. *Gen*.18.*a*. Et feruens equus dicitur prædicator, qui nullo terrore à prædicanda fidei veritate compescitur. *Iob*. 39. *c*. *Rom*. 12. *c*. *Actor*. 18.*f*.

Bulliunt vnguenta,*hh* quando boni fragrantiam suauitatis bonorum operum emittunt.*Iob*.41.*d*.

Feruentes quadrigæ, significare possunt *ii* diuinam punitionem in malos. *Nahum*.3.*a*. Et feruentes ollæ, indicant punitionem hæreticorum. *Amos*.4.*a*. Vel feruentes quadrigæ, designant impetus dæmonum persequentium fideles in mundo. Et feruens equus dicetur diabolus. *Iob*.3.9.*c*.

Feruor vesicarum,& vlcerum in Ægyptiis, dici potest *kk* ira, & furoris insania. *Exod*. 9. *b*.iuxta Origenem. In feruorem quoque dedit Deus *ll* Iudæos,hoc est,in perturbationem tribulationis. *Iere*.15.*a*.

Feruens mare,erat *mm* insania & malitia Iudæorum aduersus Christum. *Isa*.57.*d*. Et Leuiathan facit feruescere profundum mare,quasi ollam, *nn* quum reproborum corda valido succendit ardore: & quæ hoc pacis tempore intra suam malitiam clausa latuerunt,tunc in æstum immanissimæ persecutionis ebulliunt, ac per abruptam credulitatis apertæ licentiam ea, quæ diu presserant,odia antiqui liuoris exhalant. *Iob*.41.*d*. Et olla feruens,est vnaquæque anima cogitationum suarum impetus, quasi spumas ardentium vndarum sustinens: quas & ignis cœli commouet,& ipsa temporalis oppressio,more ollæ intrinsecus clausas tenet. *Iob*.41.*b*.*Prou*.19.*a*. *Amos*.4.*a*. *Iona*.1. *a*. *Eccle*. 14.

Fessus,quare Fatigare.

Festinare,vide Accelerare.

Festuca.

Festuca dicitur minima quæque res & leuissima.

a Greg. 14. mor. 3. b Glos. ord. s. Ezech. 12. c Glos. int. s. Ruth. 3. d Glos. ord. s. Esther. 8. e Ori. s. Matt. hom. 24. f Gr. 34. m. 5 g Hie. s. Ier. 1. h Hie. s. Io. 28. i Gregor. 18. mor. 16. k Arn. & Hil. s. ps. 2. l Hie. s. Ez. 4. m Gr. s. Eze. hom. 12. n Hie. s. Mic. 4. & s. Is. 60. o Au. s. ps. 149 p Hie. s. Eze. 22. & s. Ecclesiasten. 10. q Amb. 2. de sacris. 4. Tertul. adu. Iudæos. r Au. 12. co. Faust. 35. Gr. 22. mo. 5. Cy. 8. s. Io. 17. s Greg. 15. mor. 12. t Euc. q. in ps. Arn. s. ps. 104 Amb. epis. 7. Aug. epi. 28. u Greg. 10. mor. 9. x Ambros. de Virg. 3. Hie. s. Eze. 27. Geo. Ven. Can. 1. tom. 7. cap. 6. y Hie. s. Ier. 15. & s. Iob 40. z Ori. s. Iosu. hom. 9. aa Arn. s. ps. 106. bb Hie. s. Ez. 27. & s. Am. 1. & s. Is. 44. cc Hie. s. Dã. 7. dd Greg. 37. mor. 17. ee Rica. de S. Vict. de somn. Nab. 23. 24. 25. 26. & de sec. conscien. 25. & de vitio mutabilit. 15. ff Glos. int. s. Isaia. 32. gg Ph. de Ab Gr. 31. m. 25. Bed. s. Ge. 18. hh Greg. 34. mor. 10. ii Hie. s. Am. 4. & s. Na. 3. kk Ori. s. Ex. hom. 4. ll Hie. s. Ier. 15. mm Hie. s. Is. 57. nn Greg. 33. mor. 37. 40. & 34. mo. 9.

Comprehendens sentẽtia iudicis solos malos. Captiuitas Sedechiæ. Ecclesia cum donis. Dignitas æterna. Literalis obseruatio legis. Prædicatio. Prædicator. Fortitudo. Fortes. Rigida iustitia. Ira Dei. Zelus prædicatoris. Potentia Ecclesiæ. Vtiles Ecclesiæ. Timor pœnæ. Peccatores. Ingenium. Duritia huius seculi. Anima Christi. Donum intellectus. Necessitates vitæ præsentis. Tribulatio. Peccatum. Falsa testimonia in Christum. Increpatio dura. Instrumenta bellica. Insigne discordiæ. Durities Iudæorum & diaboli. Maledicẽtia. Concupiscentia. Rationes philosophorũ, & hæreticorum. Dæmones. Hæresiarcha. Diabolus. Philosophus. Potentia Romanorum. Crudelitas. Fortes ad nocendum. Tempus gratiæ. Synagoga. Abundantia terrenorum. Calor fidei. Inflammatio charitatis. Prædicator. Odor bonorũ operum. Punitio Dei. Impetus dæmonum. Diabolus. Ira. Tribulatio. Malitia Iudæorum. Anima.

Digitized by Google

Leuissimum peccatum. Ira.

Festuca in oculo fratris, est *a* leuissimum peccatum in fratrem. *Matth.7.a.Luc.6.f.* Vel est ira, quæ initium est trabis, hoc est, odij.

Festus dies, Festiuitas, Solemnis dies, Solemnitas. Feria.

Conuersio peccatorum.

FESTVS dies, dicitur dies solemniter lætus, & feriatus, in quo solemnia sacrificia à toto populo offerebantur: qui dies etiam solemnitas dicitur. Erat autem olim festus dies sabbatum, qui erat septimus quisque dies, computando à primo die creationis mundi. *Exod.*12.*c.Num.*28.*b.* De quo quære *Sabbatum.* Et feriæ domini dicuntur, quia *b* Domini triumphi in eis celebrantur. *Leu.*23.*a.*

Festi dies Dei, & angelorum, dici possunt, *c* quando peccatores conuertuntur, & ab inuoluntario seruitutis iugo liberantur, & Deo subduntur, & quæ grata sunt illi, faciunt, nullo obsistente & cogente: quum diligimus, quod illi placet. *Num.*28.29. *Psal.*75. Festa etiam Dei dicebãtur, quum fiebant oblationes sine peccato: Quum verò mixtum est peccatum, non dicuntur *d* festa Dei, sed hominum: De quibus dicebat Deus apud Isaiam Calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea. Et festus dies domini est vbi est perfectarum virtutum gratia. *Exod.*10.*b.*12.*c.*23.*b. Isai.*1.*d.*30.*f.*33.*d.*3.*Reg.*8.*g.*2.*Par.*7.*d. Thr.*1.*b. Hose.*2.*b. Zach.*8.*d. Malach.*2.*a.* Et solemnitas in exitu anni, est virtutum perfectio. *Exod.*23.34.

Oblationes pura. Perfectio virtutum.

Festum Neomeniæ, hoc est, nouilunij, est *e* ex coniunctione Ecclesiæ cum Christo. *Num.*28.*b. Psal.*80. Et tunc in festiuitatem est terra Iuda Ægypto, quando mundum, ac gentiles recipiunt Christi fidem, & sacram doctrinam *Isai.*19.*c.*

Coniunctio Ecclesia cum Christo.

Solemnis dicitur dies prima in Phase propter *f* resurrectionem Domini. *Exod.*12.*c.*

Susceptio fidei. Resurrectio Domini.

Solemnitas azymorum dicitur baptismus: & tempus passionis Christi: & secundum quod celebrabatur quintadecima die, designant *g* legem nouam, sequentem veterem. *Exod.*23.*b.*34.*c. Leui.*23.*a. Deuter.*16.*c. Leu.*23.*a. Deut.*16.*c.*2.*Par.*30.*c.*1.*Esdr.*6.*d. Iere.*31.*b.*

Baptismus. Passio Christi Lex noua. Confirmatio.

Solemnitas primitiuorum, designare potest *h* sacramentum confirmationis. *Exod.*23.*b.* Et primitias operum, quæ debemus offerre Deo.

Dona Spiritus sancti.

Solemnitas hebdomadarum, est *i* solemnitas donorum Spiritus sancti, quæ est in Pentecoste. *Exo.*34.*c.* Est idem festum cum festo primitiuorum.

Cessare à peccatis.

Festum continuum agit, *k* qui nunquam peccat. *Num.*28.*a.* Et festi quidem dies, nunc sunt ex parte, vt festum Azymorum in Sochoth. In gloria verò erit festum perfectum. Et solemnitas tabernaculorum celebratur in hac vita, *l* in qua sumus peregrini: ideò celebratur de anno in annum, donec veniatur ad domum Dei cœlestem. *Deut.*16.*c.*1.*Esdr.*3.*b. Zach.*14.*c.* Et festiuitates celebrat Iuda, quum fideles, non in vino & epulis, vt carnei Iudæi existimant: sed in spiritualibus delicijs, & voluptate torrentis lætantur. *Nahu.*1.*d.*

Humanitas Christi.

Solemnis hostia, est *m* humanitas Christi in cœlo. 1.*Reg.*1.*c.*

Festa Iudæorum & hæreticorum.

Solemnitates euolutæ *n* sunt Iudæorum, aut hæreticorum. *Isai.*29.*a.* Et solemnitas Domini dicitur ab erantibus cultus idolorum. *Exod.*32.*b.* quæ potest sumi per ironiam. Hæ solemnitates sunt traditæ, vel tradendæ obliuioni. *Thren.*2.*b. Hose.*2.*b.*

Iudicium vniuersale.

Solemnis dies, dicitur *o* dies generalis vindictæ diuinæ. *Hose.*9.*a.*

Fibula.

FIBVLA, est propriè ornamentum cinguli, ad vestem subligandam. Et circulus quilibet æneus, aut etiam argenteus, & aureus ad aliquid astringendum, ac religandum, fibula dicitur.

Fibulæ æneæ, quibus cortinæ tabernaculi retinebantur, designare possunt *p* sonum confessionis, & prædicationis, quibus Ecclesia confirmatur, & etiam charitatem vnientem omnes fideles ad constitutionem tabernaculi Ecclesiæ. *Exod.*26.*d.*36.*c.*

Confessio & prædicatio. Honor Ecclesiæ.

Fibula aurea insigne erat honoris. 1.*Mach.*10.*g.*11.*f.*14.*g.* Et designat *q* honorem datum Ecclesiæ à principibus secularibus.

Ficus, Grossi.

FICVS, est arbor nota, cuius fructus etiam ficus dicitur, habet folia aspera, quæ amittit hyeme, fructum verò dulcem & suauem, si maturus sit. Grossi verò sunt ficus præcoces: & quidam sunt decidentes ante maturitatem, quidam verò matureſcunt.

Ecclesia.

Ficus agitata vento *r* est Ecclesia persecutionem patiens: à qua decidunt grossi, hoc est, infirmi in fide. *Apo.*6.*d.* Eadem protulit grossos, quum *s* produxit Martyres. *Cant.*2.*c.* Fuerunt autem, si grossi syluestris ficus alligentur domesticæ, seruati fructus, ne decidant: Ita conueisi ex Gentibus aut hæreticis ad fidem Ecclesiæ, retinent alios fideles, ne in errores incidant.

Bonꝛi.

Ficus, vt habet absconditam virtutem hyeme, & eam æstate profert, designare potest *t* bonos, qui in hoc mundo inter persecutiones latent: sed postmodum fructum referunt in vita æterna. *Matth.*24.*c. Deut.*8.*b. Iud.*9.*b.*

Sacra scriptura.

Ficus proferens suauem fructum, significare potest *v* sacram scripturam, de qua dicit Propheta. *Psal.*118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. *Prou.*27.*c. Iere.*5.*d. Ioel.*1.*b.*2.*f. Mich.*4.*b. Mach.*14.*b.* His ficis curatus est Ezechias *Isa.*38.*d.* Ficus etiam *x* est lex, sub cuius vmbra erat Nathanael. *Ioan.*1.*g.* Et ficus seruata, est lex custodita. *Prou.*27.*c. Zach.d.*

Lex. Felicitas.

Ficus propter dulcedinem fructus, *y* fœlicitatem potest designare: & requiescent sub ficu, qui tranquillitate, & dulcedine fœlicitatis fruentur.

Gentilitas. Genus humanum. Natura humana.

Ficus priùs sterilis, quæ postea fossa & culta dedit fructum, significat *z* gentiles priùs steriles, postea verò in fide fructificantes. *Leu.*13.*b. Iere.*2.*f. Agg.*2.*d.* Vel designat genus humanum non habens fructum pœnitentiæ. Vel ipsam naturam humanam, quæ per peccatum facta est inutilis: in qua tribus annis Dominus quæsiuit fructum. Et ficus, vt est signum æstatis designat genus humanum propter pruritum carnis: cum ramus eius iam tener fuerit, id est, cùm filij hominum per fidem Christi ad spirituales fructus profecerunt *a* & in eis honos adoptionis filiorum Dei eminuerit, prope est æstas fœlicitatis. *Matth.*24.*c. Marc.*13.*c. Luc.*21.*f. Hose.*9.*c.*

Patriarchæ.

Ficus primi temporis bonæ, quæ est ficus præcoces dicuntur, erant *aa* patriarchæ: Ficus autem in calatho, fuerunt credentes ex Iudæis: Ficus verò malæ, non credentes. *Iere.*24.*a. Mich.*7.*a. Hose.*9.*c.*

Dona Spiritus sancti.

Ficus aliquando significare potest *bb* dona Spiritus sancti, quæ dulcia sunt, & sub quibus est quiescendum. *Mi.*4.*b. Agg.*2.*d. Zach.*3.*d.* Grossi autem dici possunt *cc* dona gratuita Spiritus sancti: vt scientia, prophetia linguæ: quæ debent cedere melioribus. *Cant.*2.*c.* Grossi etiam sunt *dd* sensus spirituales gustui animæ suauissimi. *Nahu.*3.*c. Ap.*4.*d.* Hi sunt non decidentes, sed perfectè matureſcentes.

Martyres.

Grossi etiam, quos pertulit Ecclesia dici possunt *ee* Martyres præmissi ad æternam patriam. *Cant.*2.*c. Mich.*7.*a.*

Mundus.

Ficus, cuius folijs se operuerunt Adam & Eua. *Gen.*3.*b.* significare potest *ff.* hunc mundum qui protulit Ecclesiam, in qua operiuntur peccata per baptismum, & pœnitentiam.

Synagoga.

Ficus maledicta à Christo, designare potest *gg* synagogam, seu populum Circũcisionis. habentem folia ceremoniarum sine fructu operum. *Matth.*21.*b.* Erat ficus secus viam, quæ protulit prius grossos, qui eijciuntur, hoc est, præcepta decidentia, & populum magna ex parte inutilem: postea verò ex parte protulit bonum fructum, quando Apostoli, & alij credentes, è synagoga prodierunt, *Luc.*13.*b. Cant.*12.*d.* Increduli autem fuerunt velut spinæ, è quibus non colliguntur ficus. *Luc.*6.*g.* Non fuit autem arefacta ficus in radicibus; *hh* quia germinabit in fine mundi. *Iere.*8.*e. Hos.*2.*c.*9.*c. Ioel.*1.*c. Hab.*3.*d. Marc.*11.*b. Ioan.*1.*g.*

Anima.

Ficus etiam habens folia sine fructu, *ii* est anima habens professionem fidei sine operibus. *Mat.*21.*b.* Hæc ficus profert fructum, cum foditur, & stercus ad radices eius immittitur. *Luc.*13.*b. Marc.*11.*e.* Hanc ficum decorticat diabolus, quum seductam mentem in fauoris appetitum rapiens, quo hanc ad ostentationem pertrahit, tegmen ei humilitatis tollit, eamque nudans expoliat. *Ioel.*1.*b.*

Hypocrita. Diabolus. Malus.

Ficus etiam cum folijs sine fructu, sunt, *kk* qui videntur habere veram & sanam doctrinam: quos si cominus inspicias, sine veritatis fructu inuenies. Et ipse diabolus est ficus sterilis, & etiam quilibet malus. *Isa.*34.*a.* Et

a *Au. de ver. do. ser.*16.
b *Isy. s. Le.*23.
c *Orig. s. Nu. hom.*23. *Cyr. de ado. in Spiritu san.*
d *Amb.* 2. *de Cain.*2. *Hie. s. Isa.*30.
e *Orig. s. Nu. hom.*23. *Hie. s. Isa.*19.
f *Glos. ord. s. Exod.*12.
g *Hie. s. Ier.*23. *Isy. s. Leu.*23.
h *Glos. ord. s. Exod.*23.
i *Glos. int. s. Exod.*34.
k *Ori. s. Nu. hom.*23.27.
l *Hie. s. Zach.*14. *& s. Na.*1
m *Gr. s.*1. *Re.*1.
n *Hie. s. Is.*29
o *Hie. s. Ho.*9.
p *Tert. de cibis Iuda.*
q *Glos. ord. s.*1. *Mach.*
r *Aug. s. Apo. hom.*6.
s *Gr. s. Cã.*2.
t *Lyr. s. Matt.*24.
u *Grego.*18. *mor.*23. *Bed. s. Pro.*27
x *Ru. s. Za.*3.
y *Hie. s. Is.*65 *& s. Mich.*4.
z *Ori. s. Mat. hom.*30. *Aug. de tempore barbarico.*2. *& de ver. dom. ser.*12. *& 1. q. in euan.*39. *Gre. hom.*31. *Euch. for. Spirit.*4. *Rup. s. Hos.*9.
aa *Hie. s. Ier.*24. *Rup. s. Hos.*9.
bb *Hie. s. Ag.*2. *& s. Za.*3.
cc *Ber. s. Cãt. serm.*60.
dd *Am. s. Lu.*13. *& de Isaac.*4.
ee *Gr. s. Cã.*2
ff *Hie. adu. Iouinianũ.*
gg *Ori. s. Ma. ho.*3. 16.30. *& s. Cã. ho.*4 *Hil. s. Ma. Cain.*21. *Amb. de viduis, & de resurrectione.*
hh *Hie. s. Ha.*3. *& s. Matt.*21. *& 1. ad. Ieu.*
ii *Au. s. ps.*44 *Ber. s. Cant. serm.*60. *Ori. s. Matt. hom.*16. *Am. de virg.*

*& s. Luc.*13. *Gre.*8. *mo.*37. kk *Ori. s. Matth. hom.*16.

grossi habentes similitudinem ficuum,sed non saporem, designant *a* hypocritas speciem virtutis præ se ferentes, quam non habent.*Cant.2.c.*

Ficus fructus,significare possunt *b* bona opera,& interdum mala,*Iere.5.d.8.f.24.b.29.d.Isa.38.d.* Et bonæ sunt, qui placent Deo,hoc est,qui non sunt tepidi,sed perfecta habent opera. Et ficus dulcis sine odore , est suauitas innocentiæ sine fragrantia spiritus,qualis erat in Nathanael.Et subtus ficum sedere,*c* est in bonis operibus quiescere.*Num.13.c.Deut.8.b.Mich.4.b.Matth.7.e.Luc.6.g.Ioan.1.g.*

Ficus interdum,est *d* illecebrosa deliciarum, ac mundi prurigo , quam qui habent , humiles sunt , vt ad alta virtutis eleuare nequeant:& fragiles ad laborem,& molles ad vsum, & interdum steriles ad fructum.Vel sunt voluptates externæ,ad concupiscentiam oculorum pertinentes : quas promittit Rabsaces,id est,diabolus,obsequentibus sibi.*Isa.36.c.Nu.20.d.3.Reg.4.c.4.Reg.18.g.Psal.104.Ier.29.d.Nah.3.c.Apoc.6.d.*Vel est conditio carnis, sub qua nascuntur omnes in peccato originali.Sub hac ficu vidit Christus Nathanaelem. Et folia ficus,sunt peccata. Et sub ficu est,qui est in peccato.*Ioan.1.g.*

Grossi fuerunt *e* Iudæi tempore aduentus Christi, qui fructum inutilem dederunt nolentes credere in Christum.*Cant.2.c.*Designant etiam vulgus coniugatorum.

Ficus etiam protulit grossos suos,*f* quum conuersi prius producunt timorem iudicij, qui postea expellitur, & amaritudinem peccatorum,quæ per confessionem,& lacrymas cedit.

Possunt etiam grossi designare *g* sublimitatem,& excellentiam dignitatum , quæ præcedunt fructus in æterna gloria futuros,& decidunt cum gloria huius seculi.

Ficetum,vbi sunt multæ arbores ficus.*Amos.4.c.*designat *h* libros hæreticorum, multas habentes ficus amaritudine plenas.

Fidere,Confidere,Fiducia.

FIDERE,est fidem habere,aut spem fiduciamque in aliquo repositam habere:& idem est confidere.Fiducia verò,idem penè est quod fidentia,hoc est,certa quædam opinio,& spes de se,vel alio concepta.

Confidere in Domino,est *i* bonorum,qui & fiducialiter agere dicuntur, quia per auxilium Dei operantur,& in ipso requiescunt. *Psalm. 10. 24. 56. 117. 124. Sapien. 3. b. Ecclesiastæ.11.c.32. d. Isai. 12. a. 14. g. Ierem. 17. b. 2. Mach. 15. b. Matth. 9. a. 27. e. Marc. 6. g. Ioan. 16. g.* Et iustus dicitur confidere quasi leo. *Prou. 28. a.* propter securitatem conscientiæ,& fiduciam,quam in Deum habet.Mali autem non confidunt in Domino. *Soph.3.a.* Confidenter autem habitabit Israël,hoc est,fideles in Ecclesia,sub Christi protectione.*Ierem.23.b.32.g.Ezech.28.g.38.c.Prou.3.c.*

Confidit cor viri in vxore forti. *Prou.31.b.*quum *k* Christus cognoscit fidelitatem Ecclesiæ,quæ non est ab ipso defectura.Et quia fidei reuelat omnia secreta.

Confidentes filiæ dicuntur *l* synagogæ , vel ciuitates Iudææ, quia confidebant in operibus legis. *Isa.32.c.Eze. 16.b.*Et qui confidunt in virtute sua.*Psal.48.*sunt *m* qui viribus corporis,vel animi,& non Deo nituntur.

Fiducia suæ pulchritudinis est, *n* quum quis ex virtutibus eleuatur.*Ezech.16.b.*Confidenter etiam dicitur habitasse Babylon propter superbiam,quum nullum timeret. *Isai.47.b.Ezech.39.b.*

Confidentis in idolis,*o* sunt qui præferunt temporalia,aut errores Deo. *Psal.113.134.* Et confidunt in monte Samariæ, qui fiduciam habent in hæreticis , & superbis *Amos.5.g.*Et confidunt in quadrigis , & equitatu,aut in vmbra Ægypti qui fiduciam habent in incerto diuitiarum,& fauore mundano,& in principibus, & filiis hominum , quibus non est salus. *Iud. 9. b. Iud. 20. c.Psa.145.Pro.11.d.12.a.17.b.28.d.Sap.14.d.Isa.30.a.31.a.36.a. 42. c.59.a.Iere.2.g.7.c.28.d.49.a.Bar.3.b.Amos.6.a.Mich.7.b.1.Mach.10.f.2.Mac.8.d.11.a.Luc.11.c.18.b.* Confidit etiam in homine,qui confidit in seipso. Et confidit in mendacio,qui confidit in idolis,aut in homine. Confidit etiam in homine,qui *p* Christum purum hominem confitetur. *Ierem.13.d.17.a.*

Fiduciam habet diabolus , quòd influat Iordanis in os eius. *Iob. 40. c.* quia *q* omnes fideles perdere nititur , & sperat.

Confidenter pronunciat sacerdos leprosum sanatum.*Leu.13.c.*vbi designatur certitudo remissionis peccatorum in sacramento pœnitentiæ,per sacerdotem ministrato.

Fides,Fidelis,Infidelis.

Fides, est *r* qua fit quod dictum est quæ dicitur dictorum conuentorumque constantia,& veritas , secundùm quam dicitur fidelis qui seruat dicta, & conuenta : & qui promittit , dicitur dare fidem : qui verò dictis credit,fidem dicitur accipere.Qua ratione etiam fides dicitur,qua credimus Deo,& melius cùm credimus in Deum: & fideles dicuntur,qui credunt reuelatis à Deo.Et datur fides virtus theologica.Et actus seu fructus fidei. *Matth. 17.c.* Si habueritis fidem sicut granum synapis.

Fidelis dicitur Dominus in verbis suis,qui implet quod promisit.*Psal.144.* Et fideles cogitationes Dei, *s* designant promissionem redemptionis,quam impleuit.*Isa.25.a.49.e.*Et fideles misericordiæ Dauid , sunt firmæ promissa Dei, ex eius misericordia prodeuntia. *Isai.55.a.* Ex fide promittentis Dei,dicitur eius iustitia reuelari in fidem credentis.*Rom.1.b.*

In fide dicuntur esse opera Dei.*Psal.32.*quia *t* ducunt nos in fidem,& ad Dei cognitionem.

Fides dicitur præcipuè *u* in lauacro baptismi,quod dicitur sacramentũ fidei,eaque est prima fides. *Timoth.5.b.*

Fidelis sacerdos,quem sibi elegit Dominus.*1.Reg.2.g.* est *x* sacerdos noui testamenti, & qui quærit gloriam Dei,& animarum commodum.

Fides Chananææ magna, *y* est constantia,& typus fidei Gentilium,quæ superauit fidem Iudeorum.*Matth.15. c.*Idem est de fide Centurionis.*Matth.8.b.*Fides magna est,propter quam mors non timetur.

Fides modica Petri.*Matth.14.d.*designat *z* fidem nondum perfectorum,sed tendentium ad perfectionem.Modica est, vbi propter metum mortis sub articulo persecutionis, vocem quis abscondit confessionis. Minima est, cùm propter temporalia quis acriorem vitam subterfugit.

Fidelis ciuitas,erat prius Hierusalem,& *aa* anima antequam peccet, & nunc est fidelis ciuitas Ecclesia : quæ etiam fideis locus dicitur,& fidelis domus.*Isa.1.f.22.g.*Eandem designant sancti fideles cum Iuda.*Hos.11.d.*

Fidelis in minimo dicitur *bb* qui fidelis est in temporalibus,fidelis autem in multis, vel in magno, qui fidelis est in spiritualibus. *Luc.16.c.*

Fideles aquæ significare possunt *cc* synceram doctrinam , quam qui accipit , rectè instituitur circa veritatem. *Isa.33.c.*

Fidelis plantatio,dici potest *dd* recta fides de Deo patre.*Isai.17.c.*

Infideles præcipuè dicuntur *ee* hæretici,deinde alij incredeuli,de quibus dicitur:Qui incredulus est, infideliter agit.*Isai.13.c.21.a.*

Infideles principes,seu inobedientes,fuerunt *ff* Adam,& Eua. *Isai.1.f.*

Infideles aquæ,quæ videntur duraturæ, & deficiunt,vt torrentium,designant *gg* tribulationes huius vitæ, quæ quantumus durent,tandem cum vita deficiunt.*Iere.15.d.* sic dicitur infidelis homo,*hh* qui fragilis est,& in quem non potest homo confidere.*Prou.25.c.*

Fidei argumentum,quod dedit domina Ioseph, ostenso pallio.*Gen.39.c.*designare potest *ii* Iudæos prohibentes credere in Cristum , quem ipsi crucifixerant, corpus eius velut pallium tenentes.

Fides Iudæ,qua accepit Beniamin à patre,vt irent in Ægyptum. *Gen.44.g.*designare potest *kk* Ananiam baptizantem Paulum.

Fidei creditum depositum,vide *Depositum.*

Figere,Affigere,Configere,Infigere.Difigere.

FIGERE est aliquid intra aliud vi quadam immittere , vt firmum ibi maneat : vt figere clauum, aut palum. Idem ferè significant eius composita.

Infixus dicitur *ll* Christus in limo profundi , quando mortuus est : vel quando erat in homine corruptibili: vel quia peccatis nostris tenebatur:& orat,vt non infigatur,hoc est,vt non videat corruptionem. *Psal.68.* Confi-

xerunt

Opera.

Concupiscentia mundi aut oculorum

Conditio carnis.

Iudæi.

Vulgus coniugatorum.

Timor iudicij

Amaritudo peccatorum.

Dignitates.

Libri hæreticorum.

Fiducia bonorum.

Synagoga.

Elatio ex virtutibus.

Præferentes temporalia aut errores Deo.

Audacia diaboli.

Remissio in confessione.

Implẽs Deus promissa.

Ducunt ad fidem opera Dei.

Fides in baptismo.

Sacerdotes noui testamenti.

Fides Gentilium.

Fides imperfectorum.

Ecclesia.

Fidelis in temporalibus aut spiritualibus.

Synceva doctrina.

Recta fides.

Hæretici.

Adam & Eua.

Tribulationes.

Iudæi prohibentes fidem Christi.

Ananias baptizans Paulum.

Moralitas Christi.

a *Ber.s.Cant. serm.59.*
b *Ori.s.Matt. hom.30. Hie. epi.paruæ spe-cie.*
c *Ambros. de Isaac.8.*
d *Ambr.1.de virg. Cyr. de orat.in Spirit. S. Aug.s.ps. 31.& s. Ioan. tract.7.& de verbis Domini serm.40.*
e *Ber.s.Cant. serm.60.*
f *Ber.s.Cant. ser. 60.*
g *Ber.s. Eccenos reliquimus omnia.*
h *Hieron.s. Amos.4.*
i *Bed.s. prou. 3.*
k *Bed.s.Prou. 31.Ru. 7.de glorifi.Tri.6.*
l *Hi.s.Is.32. & s.Eze. 16.*
m *Basi.s.psa. 48.*
n *Gr. 4. past.*
o *Hie.s.Is.31. & s.Amos 5. Aug. de. continen.4.& de lib.arbit. ad Valentinum.*
p *Hi.s.Ie. 17.*
q *Hi.s.Io.40.*
r *Tullius.*
s *Hier. s. Isa. 25.55.Ru.4. Vict. verbi Dei.21.*
t *Basi.s.psal. 32.*
u *Am.de vir. 3.*
x *Gr.s. 1.Re. 2.*
y *Hieron. s. Matt.8. Rup.2.d.glorifi.Trin. 15.*
z *Ori.s.Matt. cap.14.Rup. 2.de.glorifi. Trinit.15.*
aa *His.s.Is.22.*
bb *Hie.Aggl.*
cc *Hie.s. Isa. 33.*
dd *Hier.s.Isa. 17.*
ee *Hi. s.Is.13.*
ff *Bern.ser.1. ad aduen.*
gg *Hi.s.Ie.15.*
hh *Bed.s.Pro. 25.*
ii *Glos. or. s. Gen.39*
kk *Lyr.s. Ge. 44.*
ll *Arn. & Hil s.psa.68. Hie.s.ps.68. & s.Zac.12. Aug.s.ps. 68. Ben. serm. 4. vigil. natiu. Domini.*

Digitized by Google

Delens Christus peccata in cruce.

xerunt autem eum Iudæi. *Zach.* 12. *c.* 13. *b. Malach.* 3. *b.* Eos dem designauit figens Dalila clauum in terra, circumligatum crinibus Samson. *Iudi.* 16. *c.*

Affixit Christus chirographum cruci, *a* quando ibi deleuit peccata nostra voluntate propria, velut chirographo à nobis perpetrata, & firmata. *Coloss.* 2. *o.* Affixus quoque cruci Haman, est diabolus victus à Christo. *Esther.* 8. *b.*

Nulla capi concupiscentia.

Confixus est cruci cum Christo, *b* qui vestigiorum eius æmulus, nulla mundi concupiscentia capitur. *Galat.* 2. *d.*

Firmatus Christus in Ecclesia.

Fixit Deus Christum *c* vt paxillum in loco fideli, firmans ipsum in Ecclesia, cuius ipse est caput. *Isa.* 22. *g.*

Pœna æterna Castigatio diligentium.

Configit Deus eos, qui confixerunt animam pauperis. *Prou.* 22. *d.* quando *d* eos punit pœna æterna.

Crucifigentes Christum.

Configunt pater, & mater pseudoprophetam, *e* quum diligentes castigant eum, qui falsa docet. *Zach.* 13. *b.* Vel ediuerso, confingentes prophetantem in nomine Domini, sunt *f* Iudæi crucifigentes Christum.

Peregrinatio huius vitæ.

Figere tabernacula, pertinet *g* ad huius vitæ peregrinationem, quia tabernaculum est ambulatorum. Sic fixit tabernaculum Abraham. *Gen.* 13. *a.* Et fixum est tabernaculum testimonij inter populum, & in Silo: quia Deus hic est cum suis. *Luc.* 16. *d. Iosu.* 18. *a. Hebr.* 8. *a.* Et filij Israël *h* figebant tabernacula ad imperium Dei. *Num.* 9. *d.*

Sublimitas cœlestium.

Fixisse etiam dicitur Dominus tabernacula filiorum Israel. *Num.* 24. *a.* vbi designatur *i* sublimitas cœlestium, quæ acquiritur post hanc peregrinationem.

Videntes tentationes à longè.

Figentes filij Israel tentoria è regione montis Sinai. *Exo.* 19. *a.* & super mare rubrum. *Num.* 33. *b.* sunt videntes tentationes à longè & ad eas se præparantes.

Dæmones.

Figentes hostes Israël tentoria in valle. *Iud.* 7. *c.* sunt *k* dæmones in villibus habitantes. Et figentes pastores tentoria in circuitu Hierusalem. *Iere.* 7. *a.* sunt *l* hostes obsidentes Hierusalem, vel dæmones impugnantes animam. Idem designat figens Ismael tabernaculum è regione fratrum suorum. *Gen.* 16. *d.* Et figens Laban tentorium in Galaad. *Gen.* 31. *d.* Et figens Rex aquilonis tabernaculum suum Apadno inter duomaria. *Dan.* 11. *g.*

Ligari cura.

Defigitur manus apud extraneum. *Prou.* 6. *a.* quum *m* apud curam solicitudinis, quæ antè deerat mens ligatur.

Verbum Dei.

Infixæ sagittæ Dei, significant *n* verbum Dei penetrans cor, vel ea, quæ dolorem inferunt, vel propter absentiam sponsi, vel propter peccata: vt sunt castigationes dolorem inferentes. *Psalm.* 37. Et defixi claui in aluum, sunt *o* verba in animo radicata. *a. Eccl.* 12. *d.*

Castigationes.

Configitur spina. *Psal.* 31. cum *p* cor alicuius compungitur & configuntur carnes timore Dei. *Ps.* 118. quũ quasi quibusdam clauis timor retinet, ne quis in malum labatur: vel quum carnales cogitationes reprimuntur. vel configuntur carnes in cruce, & passione Christi.

Compunctio.

Infixæ dicuntur Gentes interitu, quem fecerunt, *q* quum adhærent idolis, quæ ipsi fecerunt, quorum gratia interemt. *Psal.* 9. Et defixi sunt in fœcibus suis, *r* qui adhærent peccatis suis. *Sophon.* 1. *c.*

Adhærentes idolis perire.

Fili palum in medio compaginis lapidum. *Eccle.* 27. *a.* est peccatum interueniens in emptione & venditione.

Custodia cordis.

Figere dicitur gradum super munitionem. *Habac.* 2. *a.* cũ quis *s* custodit cor suum, & veram habet humilitatem.

Perire doctores Iudæorum.

Defixæ sunt in terra portæ Hierusalem, quum *t* doctores Iudæorum petierunt. *Thre.* 2. *c.* Et terrenis mentem applicarunt.

Ornatus operum.

Affixit Salomon laminas aureas clauis aureisin oraculo, 3. *Reg.* 6. *c.* 2. *Par.* 3. *a.* quum *u* Christus ornat in nobis bona opera, præceptis charitatis, & promissis æternæ claritatis.

Conatus diaboli ab ligandos bonos, & iudeorum in Christum.

Configere volens Saul Dauid cum pariete, designat *x* diabolum conantem ligare bonos, ne moueantur ad bene operandum. 1. *Reg.* 18. *c.* 19. *b.* Et optimates confixi dicuntur in compedibus, quum à dæmonibus vitijs irretiuntur *Nah.* 3. *c.* Est enim Saul typus Iudæorum qui conabantur mortem inferre Christo.

Capi triplici concupiscentia.

Affixit Ioab tres lanceas in Absalon. 2. *Reg.* 18. *d.* tribus lanceis configitur, *y* qui triplici concupiscentiæ assentitur.

Fixerunt patrẽs terminos, qui non sunt transgrediendi. *Deut.* 10. *d.*

Figura, Figurare, Configurare, Transfigurare.
Forma, Formare, Transformare, Reformare.

Filius in substantia patris Incarnatio.

FIGVRA, *z* est forma, seu species, à fingendo dicta: & in homine est forma & statura corporis ad naturam apta, & præcipuè effigies vultus. Forma autem iuxta philosophos generaliter sumendo est, quæ dat esse rei, siue specificum, si est substantialis: siue accidentale, si est accidentalis, vt qualitas. Interdum autem forma est exemplar: vt pastores debent esse forma gregis. 1. *Petri* 5. *a.* Reformare autem, est ad pristinam formam reducere. Formare etiam, est fabricare. *Exod.* 32. *a.* Formauit opere fusorio. Instruere. *Isa.* 43. *c.* Populum istũ formaui mihi. Plasmare, *Ge.* 2. *b.* Formauit igitur dominus Deus hominem. Forma verò, imago. *De.* 4. *b.* Formã penitus non vidistis. Virtus. 2. *Timoth.* 1. *c.* Formam habet sanctorum verborum.

Deus author perfectionis rerum.

Figura substantiæ Patris dicitur *aa* Filius. *Heb.* 1. *a.* secundùm quòd est genitus in eadem substantia Patris dicitur pater formasse Filium secundùm diuinam naturam, quia genuit eum in forma Dei. *Psal.* 138. Et ipse dicitur esse in forma Dei. *Philip.* 2. *a.* Formauit autem eum Pater ex vtero seruum sibi, *bb* quia in vtero Virginis formam serui accepit. *Isa.* 49. *b. Iere.* 1. *a. Gen.* 2. *b.* Forma autem nulla est dei, quæ videatur nisi quatenus Filius accepit naturam humanam. *Deut.* 4. *b.*

Institutio Ecclesiæ.

Formator omnium dicitur Deus. *Isaia.* 44. *a.* Nec alius est formator, quem ipse non fecerit.

Deus creator naturæ diaboli.

Format Deus lucem: *cc* qua est autor perfectionis cuiusque rei. *Isai.* 45. *a.* Et formantur dies quum res perficiuntur. *Psal.* 138. Et format montes, id est *dd* perfectos: vt Mariam, & Apostolos. *Amos.* 4. *d.*

Illustrans Christus perfectos.

Formauit Deus hominem *ee* quantum ad corpus, cui conuenit forma, vel figura. *Gen.* 2. *b. Ierem.* 1. *b.*

Baptizatus.

Et formauit Deus Israël, quum instituit Ecclesiam. *Isai.* 43. *a.* Peculiariter autem formauit bonos in gloriam suam. *Isai.* 43. *b.* Et formari terram, est corpus humanum à deo stabiliri in bono. *Psal.* 89. 94. 138. Format etiam deus montes. *Amos.* 4. *d.*

Humilitas.

Formauit Deus draconem, *ff* quia ipse creauit diaboli naturam, qui per malam voluntatem factus est draco. *Psal.* 103. *Isa.* 57. *e.*

Susceptio doctrinæ fidei.

Transfiguratus est Iesus post dies sex, non coram omnibus, sed coram eis, qui transcendunt temporalia, *gg* per dies sex significat: & qui ascendunt in montem excelsum perfectionis, & contemplationis, his apparet non in forma serui, sed cum illustratione diuinæ claritatis. *Matth.* 17. *a. Marc.* 9. *a.*

Disciplina.

Configuratur morti Christi, *hh* qui baptizatur, & moritur vitæ veteri. *Philip.* 3. *b.* Configurabitur autem corpus humilitatis nostræ corpori claritatis Christi in resurrectione. *Philip.* 3. *d.* Et transformari in eandem imaginem Christi, est effici similem eius per gratiam & gloriam. 2. *Cor.* 3. *d.* Et reformari in nouitate sensus, est transformari in imaginem Christi per virtutes. *Rom.* 12. *a.*

Redire ad vitia.

Formatio in vulua, dicit *ii* humilitatem, quia omnes homines æqualiter in ea formantur. *Iob.* 15. *a.* 31. 33. *a.*

Similitudines corporales.

Formari dicitur Christus in aliquibus *kk* per fidem, & sanam doctrinam. *Galat.* 4. *c.* cùm illis sacramenta gratiæ panduntur, & ea quæ obscura videbantur perspicua fiunt.

Forma scientiæ, doctrinæ recta, *ll* est in veteri & nouo testamento. *Rom.* 2. *c.* 6. *c. Philip.* 3. *c.* 2. *Timoth.* 1. *d.* Figuræ autem, erant gesta veteris testamenti. 1. *Cor.* 10. *c.* Sicut Adam dicitur forma futuri. *Rom.* 5. *c.*

Figura Nabuchodonosor. *Da.* 4. *g.* designat *mm* disciplinam corporis, formam religionis, habitum, & compositionem exterioris hominis.

Deus absolutè vtitur rebus.

Configurari prioribus ignorantiæ desiderijs, est, *nn* redire ad pristina vitia. 1. *Petri.* 1. *c.*

Figuræ, per quas non videbat Moses Dominum, *oo* videntur significare similitudines corporales, quales solent videre Propheræ. *Num.* 12. *b.* vel designant obscuritatem Legis ante aduentum Christi, sed adueniente Christo, ore ad os loquebatur: quia apertè implebat omnia, quæ erant obscura.

Transfigurantur omnia deseruiẽtia nutrici gratiæ Dei. *Sa.* 16. *d.* quia Deus, quando vult, vtitur rebus ad ea, quæ suæ naturæ sunt contraria.

a *Glo. ord. s. Colos.* 2.

b *Ambro. s. Galat.* 2.

c *Hier. s. Isa.* 22.

d *Glos. int. s. Prou.* 22.

e *Hier. s. Za.* 13.

f *Rup. s. Zac.* 13.

g *Glo. ord. s. Gen.* 13.

h *Ori. s. Nu. hom.* 17.

i *Orig. s. Nu. hom.* 27.

k *Ori. s. Iudi. hom.* 8.

l *Hier. s. Ier.* 6.

m *Gre.* 3. *past. adm.* 5.

n *Orig. s. psa.* 77. *ho.* 1. *Bas. & Au. s. psa.* 37.

o *Hier. s. Eccl.* 12. *Aug. q. in Exod.* 154.

p *Am. s. psal.* 118. *ser.* 15. *Bas. & Hil. s. ps.* 33.

q *Ar. s. ps.* 3.

r *His. s. So.* 1.

s *Hi. s. Ha.* 2. *Ru. s. Ha.* 2.

t *Glos. ord. s. Thren.* 2.

u *Glos. in s.* 3. *Reg.* 6.

x *Glo. ord. s.* 1. *Reg.* 19.

y *Lyr. s.* 2. *Re.* 18.

z *Cicero.* 5. *de finibus. Arist.* 2. *physicorum.*

aa *Hil. s.* 138.

bb *Hi, s. Is.* 49.

cc *Bas. quòd Deus non est author mali.*

dd *Rup. s. Amos.* 4.

ee *Ori. s. Iere. hom.* 1. *Hier. Cypria. Am. s. psa.* 118. *ser.* 10.

ff *Arn. s. psal.* 103.

gg *Ori. s. Ma. hom.* 3. *Re. S. vict. de.* 12. *Patr.* 99.

hh *Amb. s.* 2. *Cor.* 3. *Orig. s. Ro.* 12.

ii *Gr.* 21. *mo.* 11.

kk *Glos. or. s. Gal.* 4.

ll *Glos. ord. s. Rom.* 6.

mm *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien.* 48.

nn *Lyr. s.* 1. *Petr.* 1.

oo *Glos. ord. Num.* 12.

Digitized by Google

Figurans aurifex ſubtile *a* eſt hæreticus praua formans dogmata. *Iſa.* 40. Hoc deſignat formans Aaron vitulum. *Exod.* 32.*a.* Et figuræ idolorum ſunt hæreſes. 4. *Reg.* 23.*e. Sap.* 14.*c.* In his transfigurat ſe Satanas in angelum lucis. 2. *Cor.* 11.*c.* — *Docentes hæretici praua dogmata.*

Figura ſermonis, quam vertit mulier loquens ad Dauid. 2. *Reg.* 14.*e.* erat, *b* vt quod de ſe dixerat, applicaret ad Dauid. — *Hypocryſis.*

Figuræ non faciendæ in facie, aut ſtigmata. *Leuit.* 19.*f.* deſignant *c* hypocriſim, quam fingunt exterminantes facies ſuas.

Figura huius mundi præteriens. 1. *Cor.* 7.*f.* omnia *d* corporalia, quæ homines mundani amant, ſignificare poteſt. — *Corporalia.*

Filius, Liberi.

FILIVS propriè eſt, qui ſecundùm ſimilitudinẽ ſpeciei à viuente aliquo genitus eſt. Dantur autem filij naturales & adoptiui, & inter naturales quidam legitimi, alij ſpurij: & filij liberarum, & ancillarũ, & ſecundùm varias differentias, plurimas ſortiuntur allegorias. De his ita ſcribit Hieronymus *e.* Legimus in malam partem filios. Eramus filij iræ. *Epheſ.* 2.*a.* Et filij gehennæ, quos Phariſæi, mari, terriſque circumitis, dignos genuere tormentis. *Matth.* 13.*e.* 23.*b.* Et Iudas proditor, filius perditionis appellatur. *Ioan.* 17.*b. Pſal.* 88. de dæmonio ſcribitur: Filius iniquitatis non apponet nocere ei. In *Hoſ.* 2.*a.* quoque filij fornicationis vocantur, qui ſunt de matre meretrici generati, de qua ſcriptum eſt, Fornicata eſt mater veſtra: & in Euangelio, Iudæi, filij diaboli ſugillantur: Vos de patre diabolo nati eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere. *Ioan.* 8.*e.* In bonam partem filios legimus, vt filios Dei: Quotquot eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. *Ibidem.* 1.*a.* Et filios ſapientiæ, Euangelio proclamante: Iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. *Matth.* 11.*c.* Et filios Abraham. *Matth.* 3.*c.* Amen dico vobis, poteſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraham. Et filios Apoſtoli. *Gal.* 4.*e.* Filioli mei, quos iterum parturio donec Chriſtus formetur in vobis: & multa iſtiuſmodi. Item Auguſtinus *f*: Quia in tribus patribus quodammodo conſummauit Deus magnum ac mirabile ſacramentum futuri populi ſui, quod per liberas genuerunt, non ſolùm in libertatem, ſicut per Saram, & Rebeccã, & Liam, & Rachel: verumetiam in ſeruitutem, ſicut per eandem Rebeccam natus eſt Eſau, cui dictum eſt: Eris ſeruus fratris tui: & per ancillas non ſolùm in ſeruitutem, ſicut per Agar, verùm etiam in libertatem, ſicut per Balam, & Zelpham. Ita & in populo Dei, & per ſpiritales liberos naſcuntur, non ſolùm in laudabilem libertatem, quemadmodum illi quibus dicitur: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti verumetiam in damnabilem ſeruitutem: ſicut per Philippum Simon. Et per carnales ſeruos naſcuntur non ſolùm in damnabilem ſeruitutem, qui eos imitantur, verùm etiam in damnabilem libertatem, quibus dicitur: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.

Filius abſolutè dicitur *g* Chriſtus, qui eſt filius Dei: Ita ſumitur pro eo titulo. *Pſal.* 9. quum dicitur: Pro occultis filij dictus eſt filius Dei. *Luc.* 1.*d.* Et mox baptizatus dictus eſt à patre filius dicente: Hic eſt filius meus dilectus. *Matth.* 3.*d.* vt deſignetur nos in baptiſmo in filios Dei adoptari, ac deinceps inter filios Dei computari. Et dicitur filius charitatis Dei. *Col.* 1.*b.* Idem dicitur filius patrisfamilias. *Mat.* 21.*d.* Et filius hominis regis. Solet autẽ appellari in parabolis filius hominis, etiam vt Deus: ſecundùm quod Deus pater in ipſis parabolis dicitur homo, quatenus ſe gerit, vt homo, *Matt.* 22.*a. Pſal.* 71. Appellatur etiam filius fabri Chriſtus, vt eſt filius patris cœleſtis, qui fabricator eſt mundi, & ferrum, & omnia dura igne vincit. *Matth.* 17.*b. Pſalm.* 79. *Iſa.* 9.*b.* Dicitur etiam filius vnicornium Chriſtus, ſecundùm potentiam. *Pſalm.* 28. Et quia natus eſt ex Iudæis. Et filius Helciæ Eliacim, eſt Chriſtus filius Dei patris. *Iſa.* 22.*f.* Dicitur etiam filius Dauid ſecundùm carnem: & Eccleſiaſtes filius Dauid. *Eccli.* 1.*a.* Porrò cum clamarent cæci: Ieſu fili Dauid: Iudæos deſignabant, ſolam in Chriſto humanitatem cogitantes, & recognoſcentes. *Matth.* 20.*d.* Filius hominis dictus Ezechiel, Chriſtum exprimit, *h* ſe paſſim filiũ hominis nuncupantem, vt veram in ſe oſtendant naturam humanam. *Ezech.* 2.*a.* Et filius hominis vermis dicitur Chriſtus. *Iob.* 25. Quia natus de putredine, quaſi putris, hoc eſt, de mortalitate mortalis. Adam quidem fuit homo, & non filius hominis. Chriſtus verò dicitur *i* filius hominis, & non homo, quia non erat homo vetus, ſicut Adam, ex cuius progenie ipſe ortus eſt. Dicitur etiam quaſi filius hominis. *Dan.* 7.*d.* vt non intelligatur ſicut vnus ex nobis purus homo: ſed filius Dei in ſimilitudinem hominum factus. Filius ancillæ Dei, dicitur Chriſtus filius Mariæ. *Pſal.* 8(.) Et filius meretricis Iephte, eſt Chriſtus filius ſynagogæ. *Iud.* 11.*a.* Et filius Buzi Ezechiel, deſignat Chriſtũ inter hæreticos & contemptores manentem. *Ezech.* 1.*a.* ipſe eſt filius accreſcens. *Geneſ.* 49.*c.* Et filius olei, quia *k* vnctus: vel quia toti mundo, tanquam ſplendidum lumen illuxit. *Iſa.* 5.*a.* — *Chriſtus.*

Filij, quia ſolent eſſe parentibus ſimiles, paſſim ſic appellantur *l* imitatores, & diſcipuli, ſiue in bonum ſiue in malum: filij Abrahæ dicuntur imitatores fidei eius. *Luc.* 3.*b.* Et filij duo Abrahæ, ſunt Iudæi, & Gentiles ipſum imitantes. Et filij eius, qui ſuſcitantur ex lapidibus, ſunt Gentiles eius fidem amplectentes. *Matth.* 3.*b. Gal.* 4.*a.* Sic ſumitur pro imitatore aut diſcipulo. *Exod.* 17.*b.* 21.*a.* 34.*a.* 40.*b.* 1. *Reg.* 8.*a. Pſalm.* 101. 147. 148. Filij etiam ſeruorum Dei dicuntur diſcipuli eorum, *Pſal.* 89. Et filius Aminadab ſacerdotis erat Eleazar, deſignans ſacerdotes imitatores Sanctorum. 1. *Reg.* 7.*a.* Et filius Cis erat Saul, deſignans prælatum imitatorem fortium. 1. *Reg.* 9. Et filij Achitob erat Ahias, deſignans prædicatorem, qui eſt bonus per Chriſti imitationem. 1. *Reg.* 14.*a.* Et filij mulierum miſericordium, ſunt diſcipuli, aut ſubditi imitantes eos, qui exercent opera miſericordiæ. *Thren.* 4.*b. Ezech.* 18.*c. Amos.* 9.*a.* Et filij interemptorum, ſunt imitatores Martyrum. *Pſal.* 101. Filiæ etiam Samariæ, & filiæ, Sodomæ, dicuntur imitantes eorum vitia. *Ezec.* 16.*e.* Et filij peccatoris, ſunt imitatores diaboli. Et filij Edom. *Pſal.* 108. 136. Et ex patre diabolo dicuntur eſſe, qui eius faciunt voluntatem. *Ioan.* 8. Et qui inſtigatione eius peccant. In libro Prouerbiorum filij paſſim dicuntur diſcipuli, eo quod eruditiori obediant. — *Imitatores & Diſcipuli.*

Filij Dei ſunt *m* Angeli, vel Sancti, qui dono gratiæ Spiritus ſancti in adoptionem filiorum aſſumuntur. *Iob.* 1.*b.* 38.*a.* Et filij Dei dicuntur filij Seth, qui pro Abel natus eſt. *Gen.* 6.*a.* Et aliquando dicuntur filij, & filiæ Dei. *Pſa.* 28. 126. *Iſa.* 1.*a.* 43.*a.* 45.*b. Ioan.* 1.*b. Rom.* 8.*c. Gal.* 4.*a.* Et dicuntur filij Dei viuentis. *Hoſe.* 1.*d.* quia & ipſi viuent in Deo. Hi ſunt filij, qui manent in domo in æternũ. *Ioa.* 8.*e.* Iudæi autem dicebantur filij tanquam in vmbra. Et filij, promiſſionis ſunt filij gratiæ. *Rom.* 9.*b.* Et filij Dei per prædeſtinationem dici poſſunt etiam nondum credentes *Ioan.* 11.*g.* — *Angeli. Sancti.*

Filius Dei primogenitus dictus eſt *n* Iſraël: quia populus ille prius eſt vocatus à Deo. *Exod.* 4.*f.* Et filij ſimpliciter aliquando dicuntur Iudæi, vt cùm *Matth.* 15.*c.* dicit Dominus: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.

Filij Dei, qui ingreſſi ſunt ad filias hominum, ſecundùm aliquos, *o* ſunt demones, qui ſe fecerunt ſuccubos, & incubos. *Gen.* 6.*a.* Idem dicuntur filij Ægypti, hoc eſt, tenebrarum. Et filij Aſſur. *Ezech.* 16. — *Iſraelita. Dæmones.*

Filius qui facit contumeliam patri, *p* eſt qui natus à Deo, neglecto creatore ſuo, blaſphemat eum, à quo conditus eſt. *Mich.* 7.*b. Malac.* 2.*b.* — *Blaſphemans Creatorem.*

Filij Iſraël interdum dicuntur *q* angeli, iuxta Origenem. *Ioſu.* 8.*a.* — *Angeli.*

Filij Aaron, & Leui ſacerdotes, dici poſſunt *r* Apoſtoli, & ſacerdotes noui teſtamenti, & Martyres, ac imitatores virtutum Aaron, & perfecti ſapientia: demum quicunque ſemetipſos templum Dei, & templum excelſum virtutibus ædificarunt, item mens & ſenſus, ædificans in ſe templum Dei. *Exo.* 28. 29. 30. 38. 40. *Leu.* 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 16. *Num.* 10. *Zach.* 10.*c. Malach.* 3.*a.* Idem deſignant filij Sadoch, *ſ* & etiam ſeruantes iuſtitiam, qui verè ſunt ſacerdotes. *Ezech.* 40.*g.* Et filij Noe in arca, *t* ſunt Apoſtoli, & perfecti in Eccleſia. *Gen.* 6. 7. 8. Et filij Oziel, qui erant Miſaël, & Eliſaphan, ſunt doctores Euangelici. *Leu.* 10.*a.* Et filij Leui, qui congregantur ad Moſen, hoc eſt ad legem interpretandam, ſunt prædicatores. *Exod.* 32.*f.* Filij quoque Moſis, ſunt Sancti. *Exod.* 4.*e.* Et filij abſolutè, nati pro patribus, *u* dicuntur Apoſtoli, aut baptizati ex Gentibus. *Pſal.* 44. 126. 1. Filij quoque Saul, *x* dici poſſunt prædicatores ſub prælato. 1. *Reg.* 14.*g.* Et filij Samuel, qui ante dignitatem boni erant, & verè filij; in dignitate verò mali, typum gerunt eorum, qui in dignitatibus per ſuperbiam eriguntur, & qui promouentur ad ſacerdotium, promittentes ſeruare vias Samuelis, quas promoti non ſeruant. 1. *Reg.* 7.*e.* Filij etiam Core, dicuntur diſ — *Iſraelita. Dæmones. Blaſphemans Creatorem. Angeli. Apoſtoli. Sacerdotes. Martyres. Mens & ſenſus. Doctores. Perfecti. Prædicatores.*

a *Hie. ſ. Iſ.* 40.
b *Ly. ſ.* 2. *Re.* 14.
c *Lyra. ſ. Leu.* 19.
d *Gloſ. ord. ſ.* 2. *Cor.* 7.
e *Hie. ſ. Mal.* 1.
f *Aug.* 22. *contra Fauſtum.* 28.
g *Arn. ſ. pſ.* 9. 73. 85. *Hila. ſ. Matt. Cant.* 2. 14. 22. *Or. ſ. Mat. ho.* 18. 20. *& ſ. Eze. ho.* 1. *Baſil. ſ. pſ.* 28. *hom.* 1. *Amb. ſer.* 16. *Hie. ſ. Iſa.* 32. *& ſ. Mat.* 22. *& ſ. pſal.* 28. *Aug. q. in Iudi.* 49. *& epi.* 120. *Cyr.* 1. *ſ. Ioan.* 14.
h *Cyri. de incarn. vnigen.* 25.
i *Ori. ſ. Eze. hom.* 1.
k *Euch. q. in Iſa.*
l *Gre. ſ.* 1. *Re.* 7. 8. 9. 14. *Arn. ſ. pſ.* 147. *Hier. Cypria. Orig. ſ. Luc. hom.* 22. *& ſ. Exo. hom.* 8, *Amb. de Abra.* 4. *Baſi. reg. bre.* 168. *& ſ. pſ.* 7. *Ar. ſ. pſ.* 108. 136. *Hier. Aglaſiæ & ſ. Gal.* 3. *Au. epi.* 120. *& cont. Adimantum. Gre. ſ. pſ.* 101. *Hie. ſ. pſ.* 136.
m *Cle. papa.* 1 *recogn. Hie. ſ. Iob.* 1. *Gre.* 2. *mo.* 2. *Baſil. ſ. pſ.* 28. *ho.* 1. *Bed. ſ. Gen.* 1. *Amb. de Noe.* 4. *Au. epi.* 57. 120. *& ſ. Ioa. tract.* 41. *Cyril.* 1. *ſup. Ioan.* 13. 14.
n *Be. ſ. Exo.* 5.
o *Phil. de gigantibus. Ori. ſ. Ezech. hom.* 7.
p *Hi. ſ. Mi.* 7.
q *Ori. ſ. Ioſu. hom.* 9.
r *Or. ſ. Le. h.* 7. *& ſ. Nu. h.* 10 *Iſych. ſ. Leu.* 1. *Rup.* 1 *ſ. Leu.* 5.
ſ *Hie. ſ. Eze.* 40.
t *Orig. ſ. Gen. ho.* 2. *Am. de Elia.* 22.
u *Baſ. & Au. ſ. pſ.* 44. *Hier. ſ. Iſa.* 66. *& ad princi.*

x *Greg. ſ.* 1. *Re.* 3. 7. 14. *Hier. ſ. Matth.* 9. *& ſup. pſal.* 43. *Orig. ſ. Exod. hom.* 7. *& ſ. Gen. hom.* 17. *Gre. ſ. Cant.* 1. *Arn. ſup. pſal.* 131 *Greg.* 1. *m.* 12.

Digitized by Google

tur discipuli Christi. *Psal.* 43. 44. 45. Et filij sponsi. *Matt.* 9. *b.* Et filij Iacob, & Israël, dicũtur Apostoli & prædicatores. *Gen.* 34. 42. *Leuit.* 15. *a.* Et filij matris sponsæ, dici possunt *a* Apostoli in primitiua Ecclesia, conuertentes animas ad fidem. *Cant.* 1. *b.* Filium appellat Eli Samuelem: quia prælati Ecclesiæ successerunt in locum antiquorum Patrum. 1. *Reg.* 3. *a.* Filij Dauid sunt Apostoli, & filij filiorum eius, sunt successores Apostolorum. *Psal.* 8. 131. Et filius Nei, est lucens splendore sacræ scripturæ. 1. *Reg.* 14. *g. Ierem.* 30. *d. Ezech.* 5. *b.* 14. *d.* 36. *c. Mich.* 5. *a.* Filij etiam Iob, typum gerunt Apostolorum, aut ordinis prædicantium, qui sunt filij Christi. *Iob.* 1. Filij quoque Iuda, discipuli Christi. *Abdi. d.* Et filij comparati sponso, dicũtur ligna syluarum. *Can.* 2. *a.* hoc est, Apostoli, & Prophetæ, ac etiam multitudo cœlestium ministrorum, qui omnes, licèt sint excellentissimæ vitæ, sunt inferiores Christo. Filij Sion, *b* dicuntur fiduciam habentes in Christo. *Ioel.* 2. *f.*

Magistri seueri.

Filij Iacob nimium seueri in vindicãdo stupro Dinæ, typum gerunt *c* magistrorum seueriorum aduersus vitia. Qui enim præputia abscinderant, moti minimè debebant: quia cui culpam plangunt luxuriæ, & voluptatem carnis in dolorem vertunt, à magistris non debent sentire asperitatem disciplinæ, ne ipse humani generis redemptor minus ametur, si pro anima plusquam debet atteritur. *Gen.* 34. *b.*

Christiani. Discipuli Apostolorum Contemplatiui. Obedientes Ecclesiæ. Successores Apostolorum. Apostoli.

Filij Core, sunt Christiani concordes *d* spiritu, & voce propherica: & qui prius erant filij mali patris, facti sunt boni, conuersi ad Deum. *Psal.* 45. 83. 84. *in titulo.* Et filij Iacob, vel Israël, sunt fideles, & discipuli diligentes, & contemplatiui & obedientes. *Exod.* 19. *a.* 30. *b. 1. Reg.* 7. *b. Psal.* 126. 127. 148. 149. *Isa.* 2. *a. g.* 66. *c. g. Prou.* 20. *a. Abdi. g.* Filij patris Iudæ, dicuntur fratres Christi. *Ge.* 49. *b.* hoc est, fideles: qui filij sunt Dei per adoptionem. Et filij sponsi, dici possunt fideles. *Matth.* 9. *b.* Et filios Leui, Iuda, & Hierusalem, ipsam Ecclesiam, debemus accipere, non ex Hebræis tantum, sed ex alijs gentibus congregatam. *Ezec.* 49. *g.* Et filius Iemini, seu Beniamin, id est, dextræ, est populus Christianus, qui fide Redemptoris nascitur. 1. *Reg.* 9. *a. Ierem.* 6. *a.* Et filius vnius anni Saul, *e* designat eundem populum, habentem innocentiam paruulorum. 1. *Reg.* 13. *a. Matt.* 18. *a.* In filiis Isai prouidit Deus regem, quia illi vtiliter ad Ecclesiæ culmen veniunt, qui electorum magisterio, & pacem custodire, & disponere, siue cõficere bella spiritualia didicerunt. 1. *Reg.* 16. *b.* Filij Sion sunt filij Ecclesiæ, *Thren.* 4. *a. Ioel.* 2. *e. Zach.* 9. *c.* Et filij institutorum, *f* discipuli Apostolorum. *Iob.* 28. *b.* Filij *g* quoque Dauid, Christiani, filij Christi. *Psal.* 88. Et filij arietum sunt conuersi & instituti à prædicatoribus, & discipuli qui formantur per eruditionem, quasique pariuntur à Deo interius, & exterius à præceptore, vel sunt successores Apostolorum. *Psal.* 28. 33. *Gal.* 4. *b.* Sic designant eos, qui in iudicio constituentur à dextris vt agni qui sunt filij arietum. Et filij excussorum, dici possunt *h* Apostoli succedentes Prophetis: vel quia orti ex Iudæis qui excussi sunt, & eiecti à Deo: vel sunt boni ex malis orti. Aut filij excussorum, sunt iuuenes ad optandum parati, & qui in Ecclesia expediti sunt ad prælium contra hostes Ecclesiæ: & discipuli Apostolorum. *Psal.* 126. Filij serui debitoris, *i* qui iubentur venundari, sunt populi subiecti Episcopo. *Matth.* 18. *c.* Et filius regis dicitur *k* populus Christianus, in Christo renatus. *Ps.* 71. Et filij areæ Christi, sunt qui purgati sunt per tribulationes, *Is.* 21. *c.* Et filij seruorũ Dei, *l* sunt discipuli Apostolorũ. *Ps.* 101. Et filij Prophetarum. 4. *Re.* 4. *d.* Et filij quoque regis, quos visitat Deus sunt, qui se iactãt Christianos. *Sop.* 1. *b.* Et filij vteri Iob sunt, *m* quos Christus doctrina sapientiæ suæ, tanquam semine de vtero cordis sui formauerat, habentes in se per gratiam Dei formam gratiæ, & disciplinam naturalis legis in veritate. Aut quos formauit in seculo, quos ante secula in suo consilio prædestinauerat. *Iob.* 19. *c.* 41. *c.* Filij etiam regni dicuntur, *o* ad regnum cœleste pertinentes. *Matt.* 13. *e.* Et filij desertæ, sunt filij Ecclesiæ ex gentibus: quæ prius erat deserta, cum esset in errore. *Isa.* 54. *a. d. Psalm.* 127. Et filij ceruarum, sunt *p* discipuli prædicatorum, geniti in Euangelio. *Iob.* 39. *a.* Et filij sterilitatis Sion, sunt filij Ecclesiæ: quæ inter iudæos erat sterilis, & in gentilitate multos genuit filios. *Isa.* 49 *e.* 60. *a.* Et filius aduenæ, dicitur veniens ad fidem ex gentilitate. *Isa.* 56. *a.* Et filij peregrinorum sunt fideles descendentes ex gentibus. *Is.* 60. *b.* Et filius Abinoem est, qui in Ecclesia seruat *q* responsa patris celestis. *Iudi.* 5. *a.* Et filius Annæ, *r* est robustus in fide: & tres filij, sunt pro fide Trinitatis agentes fortia opera: filiæ verò duæ sunt infirmiores, qui saluantur per duo præcepta charitatis. *1. Reg.* 1. *c.* Filij ancillæ Dei dicuntur, *s* qui non solum electione, sed natura sunt serui Dei, sicut Eua ex seruitute peccati transiuit ad seruitutem Dei: vt sic filius Euæ sit seruus Dei electione, & filius ancillæ, qui natus ex ea, quæ ancilla fuit peccando, & postea pœnitendo. Filius etiam ancillæ Dei, est obseruator disciplinæ. *Psal.* 115. Et filij Iudæorum, sunt *t* credentes ex gentibus, succedentes Iudæis in fide. *Matth.* 11. *c. Galat.* 3. *b. Ierem.* 31. *b. d.* Filiæ quoque regum, sunt *u* animæ imitatrices Martyrum, & discipulæ Apostolorum. *Psal.* 44. Et filij orientales sunt, qui de vero lumine sunt profecti. *Eze.* 25. *b.* Et filij terræ fœderis, sunt Israel, & filiæ Ecclesiæ. *Ezech.* 30. *a.* Et filius viduæ Sareptanæ, est populus Christianus: & idem mortuus, & postea suscitatus, designat gentilem populum, aut genus humanum suscitatum à Christo. 3. *Reg.* 17. *d.* Filij aquilæ, *x* sunt prædicatores, qui per gratiam Christi renati sunt. *Prou.* 30. *c.* Filij maris, sunt *y* inbaptismo renati. *Hos.* 11. *d.* Filii benedictionis, dicuntur prædestinati, qui benedicti sunt in benedictione data primo homini. *Amo.* 3. *b.*

Prædestinati.

Filij quidam sunt *z* regum terræ, alij autem hoc ipsum quod alieni à filiis regum terræ: nullus quidem eorum, qui sunt super terram, filii sunt: sed aut Dei, aut filii Dei, aut alicuius filiorum Dei. Quando ergo Saluator interrogat Petrum, dicente Petro, non à suis filiis, sed ab extraneis: tale aliquid existima dictum: Dominus dicit de illis, qui extranei sunt à regibus terræ, ergo filij liberi sunt quoniam liberi sunt Dei, filij autem regum terræ liberi non sunt: quoniam omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. *Matth.* 17. *d. Ioan.* 8. *d.*

Intelligentes sublimia. Duo ordines sacerdotum.

Filij Aaron sunt, *aa* qui sublimia, & diuina intelligere possunt, sublimes videlicet in sapientiam. *Leu.* 6. *c.* 13. *a.*

Filij duo Eli, designare possunt *bb* duos ordines sacerdotum: & quia erat nescientes Dominum, designant promotos ad ordines, & dignitates ratione cognationis, & non ratione doctrinæ virtutis. 1. *Reg.* 2. *c.* Designant etiam *cc* Annam & Caipham nescientes Dominum, &c.

Spiritualis & carnalis. Volentes seruare legem cum Iudæis. Genus humanum.

Filii & filiæ, sunt spiritualis & carnalis, siue animæ fortiores & minus fortes. *Exod.* 3. *b.* 10. 13. 20. 21. 32. *Leu.* 10. *Isa.* 43. *a.* Et filii & filiæ Sion, *dd* sunt recentes in Ecclesia. *Isa.* 49. *f.* 62. *b. Gal.* 4. *f.* 1. *Thes.* 2. *b.* Et filii & filiæ prophetantes sunt, qui sunt maioris meriti in Ecclesia. *Ioel.* 2. *g.*

Filij hominũ in malum. Filius hominis in bonum Spiritualis. Carnalis.

Filius, & pater intrantes ad eandem puellam, sunt *ee* Christiani, qui cum Iudæis legem seruare volunt. *Amos.* 2. *c.* vel sacerdos & clericus, sectantes eandem libidinem.

Filii Seth significant *ff* genus humanum. *Num.* 24. *c.* Filii autem hominum, *gg* ferè in malum accipitur, vt sint humana sapientes, & carnales, ac peccatores. *Psal.* 4. 32. 44. 56. 61. 85. 89. 143. 145. Aliquando tamen in bonum sumi potest *hh* pro his, qui ad Christum pertinent. *Psa.* 35. 48. Filius verò hominis in bonam accipitur partem: vt sit filius interioris hominis is, qui secundum hominem interiorem viuit. *Isa.* 56. *a. Ezech.* 2. *a.* Sic dicitur passim Ezechiel filius hominis. Et homo nouus & spiritualis, qui oritur à vetere & carnali, dicitur filius hominis. *Psal.* 8. Aliquando in scripturis filii hominum, dicuntur generaliter homines: aliquando propriè, quodammodo dicuntur filii hominum propria quadam significatione, vt non omnes homines intelligantur, maximè quando habet distinctionem. Non enim sine causa positum est. *Psal.* 35. Homines & iumenta saluos facies Domine, filii autem hominum, quasi his sequestratis, ostendit seiunctos filios hominum non solùm à iumentis, sed etiam ab hominibus, qui salutem iumentorum quærunt à Deo, & pro magno hoc desiderant. Homines ergo sunt, qui cum iumentis gaudent inire: filii autem hominum gaudent in spe. Illi præsentia sectantur cum iumentis: isti futura sperant cum angelis. Sic dicitur Deus memor hominis quasi absentis, & visitare filium hominis quasi præsentem. *Psalm.* 8.

Credentes ex Iudæis & gentibus.

Filii Noe, Sem & Iaphet operientes patrem, sunt *ii* credentes ex Iudæis & gentibus honorantes passionem Christi. *Ge.* 9. *c.* Et filii duo *kk* sunt gentilis & Iudaicus populus. *Luc.* 15. *e.* Senior quidem est Iudæus, iunior verò & prodigus, gentilis: vel iunior est peccator, senior verò iustus, sed in quem possit cadere inuidia. Et filius qui renuit facere voluntatẽ patris, quã tamen postea fecit gentilis populus, & qui prius peccauerunt, & postea conuersi sunt, qui verò dixit Faciam, & non fecit, designat Iudæos promittentes seruare legem, quam non seruarunt, & vouentes, vota tamen non implentes. *Matt.* 21. *d.* Et filii duo Ioseph, sunt duo populi. *Genes.* 41. *g.* 48. *a.*

a *Ori. s. Can. ho.* 2. 3. *Am. s. ps.* 118. *ser.* 2. 5. *& de Isaac.* 4.
b *Rup. s. Ioel.* 2.
c *Gre.* 2. *Reg. ep.* 62.
d *Bas. & Au. s. ps.* 44. 45. *Arn. s. ps.* 83. *Bed. s. Pro.* 20. *Hila. s. Matt. Canon.* 9. *Aug.* 20. *ciui. Dei.* 25. *Hie. s. Ier.* 9.
e *Gre. s.* 1. *Re.* 9. 13. 16.
f *Hiero. s. Iob,* 28. *Gre.* 18. *mo.* 21.
g *Bas. s. ps.* 28 *ho.* 1. *& s. ps.* 33. *Arn. s. ps.* 28. *Hie. s. ps.* 28. *& epist. beatus Pamphilus & s. Isa.* 21.
h *Aug. s. psa.* 126. *Euch. q. in ps.*
i *Hil. s. Matt. Can.* 20. *Cle. Alex.* 1. *strom. Orig. s. Matt. hom.* 7. *Tertul. adu. Marcionem.*
k *Hie. s. ps.* 71
l *Gr. s. ps.* 101 *Bern. serm. paruo.* 65.
m *Hie. s. Sop.* 1. *& s. Io.* 19. 42. *& s. Mat.* 13. *Gr.* 14. *m.* 22.
n *Ori. s. Iere. ho.* 14. *& s. Iob. li.* 3. *Hie. s. Isa.* 49. 56. 60. 63.
o *Gre.* 30. *m.* 22.
p *Ori. s. Iud. hom.* 6.
q *Gre. s.* 1. *Reg.* 1.
r *Basil. & Arn. s. ps.* 15.
s *Hil. s. Mat. can.* 11. *Hie. s. ps.* 44. *& s. Eze.* 25. 30.
t *Au. s. ps.* 44. *& serm.* 201 206. *Greg.* 9. *mor.* 2.
u *Bed. s. Pro.* 30.
x *Rup. s. Hos.* 11. *& s. Am.* 3.
y *Orig. s. Matth.* 4.
z *Isy. s. Leu.* 5. 6. 13.
aa *Gr. s.* 1. *Re.* 2.
bb *Ru. s.* 4. *Re.* 8.
cc *Hie. s. Isa* 49. *& s. Ioel.* 3.
dd *Glo. int. s. Amos.* 2.

ee *Ori. s. Num. hom.* 18. ff *Ba. s. ps.* 48. *Hie. Gyp. & s. Eze.* 2. 30. *& s. Isa.* 56. gg *Au. s. ps.* 8. 35. 48. 56. hh *Au.* 12. *cont. Faus.* 23. ii *Hier epist. beatit. & s. Matth.* 21. *& epist. multum in vtramque.* kk *Bed. s. Ge.* 42. *& s. Exod.* 5.

Digitized by Google

48.a.Et filij Mosis.*Exod.*2.*d.*18.*a.* designantur etiam carnales & spirituales. Item filius meretricis mortuus, est populus Iudæorum:filius verò alterius meretricis viuus,est populus Christianus ex gentibus. 3.*Reg.* 3.*d.* Et filij viduæ subiecti creditoribus,sunt gẽtilis & Iudaicus populus subiecti diabolo per peccatum.4.*Reg.*4.*a.*Et filij Iuda,& filij Israël,duo sunt populi *a* in vna fide:vel principes Ecclesiarum instructi armatura Apostoli.*Hos.*1.*d.Ioel.* 3.*b.*Et cùm dicitur filij Israël,& Ioseph.*Psalm.*76,Sunt duo populi ; filij Israël,sunt Iudæi:filij Ioseph, Ecclesia ex gentibus.Filij gratiæ sunt credentes ex gentibus. *Zach.*9.*c.*

Conuersi ex Iudais.

Filij matris sponsæ,dici possunt *b* conuersi ex synagoga , vt Paulus aut alij , qui pugnauerunt contra eam : vel etiam Apostoli filij Hierusalem cœlestis,quæ est mater nostra,& prophetæ , & angeli custodes: qui omnes pugnant contra animam peccatricem,vt eam reducant in sponsi gratiam. *Cant.*1.*b.* Et filij non negantes , dicuntur credentes ex Iudæis.*Isa.*63.*b.*Filia etiam Sion, designat credentes ex Iudæis:*Ioan.*12.*b.Zach.*9.*c.*

Iudæi.

Filij Israel,qui dicuntur filij vnius viri,sunt Iudæi,qui vnam habebant legem.*Gen.*42.*b.*Et filius procuratoris domus Abrahæ,dici potest populus Iudæorum,qui erat velut filius legis.*Gen.*51.*a.* Et filij Eli nescientes Dominum,*c* sunt populus Israël,qui noluit cognoscere Christum.1.*Reg.*2.*e.Ioan.*5.*Isa.*1.*a.*Filij decem essent Iudæi , si per legem decalogi essent in Ecclesia geniti. 1.*Reg.*1.*b.*Filij alieni.*Ps.*17.108.147.*Hos.*5.*b.*dicuntur Iudæi,& mali filij,ob retentam magnitudinem imaginis:alieni,ob amissam rectitudinem.Filius nurus Eli, dicitur populus Iudæorum,durus nequitia,& insuperabilis perfidia.1.*Reg.*4.*d.*Filij septem Isai,qui non eliguntur in reges,designare possunt perfectos inter Iudæos:qui comparati Christo reijciuntur , vel designant eos , qui robusta quidem faciunt opera,sed spiritualia non intelligunt,qui ideò ad regendum sunt inepti,*e.Reg.* 16.*b.* Filij Hierusalem dicuntur aliquando habitatores Hierusalem,qui erant Iudæi.*Isa* 11.*Matt.*23.*d.*Et filij matris Christi,*d* sunt Iudæi filij synagogæ.*Psal.*68.*Cant.*1.*b.*Et filij Rachel,quos plorauit,quia non sunt,*e* designant Iudæos, qui per incredulitatem amittuntur.Item innocentes,qui nati sunt,vbi sepulta est Rachel,vel etiam Christiani,qui occisi non pereunt.*Ie.*31.*a.Mat.*2.*d.*Filia archisynagogi,*f* est populus Iudaicus,qui prius vocatus est ad fidem,sed posterius credet.*Matth.*9.*c.Marc.*5.*c.Luc.*8.*f.*Et filij scelerati, & desertores,dicuntur *g* Iudæi. *Isa.*1.*a.*20.*a.Ierem.*3.*g.*11.*d.* Et filij Edom.*Psalm.*136.Filij autem Ephraim intendentes arcum,*h* sunt Iudæi promittentes seruare legem quam non custodierunt.*Psalm.*77.Et filij viri stulti,*i* sunt Iudæi,discipuli Pharisæorum.*Iob.*5.*a.*Filij etiam regni. *Matt.*8.*a.* dicuntur Iudæi:in quos ante Deus regnauit & legem acceperunt à Deo,ad quos Prophetæ missi sunt, apud quos templum,& sacerdotium fuit.Filij fornicationum,fuerunt *k* filij Israel,imitantes idolotriam maiorum,cuius gratia dissipati fuerunt, *Hose.*2.*a.* Filius reguli curatus hora septima , est populus Iudaicus conuersus iuxta finem mundi.*Ioan.*4.*g.*

Innocentes.

Hæretici Sequaces hæreticorum.

Filij Aron Nadab,& Abihu , sunt *l* hæretici , nutriti in Ecclesia , sed ab ea electi. *Leuit.* 10.*a.*Filios autem sapientum se dicunt hæretici,hoc est, discipulos Apostolorum, & habentium doctrinam Apostolicam : à quorum, tamen doctrina,denegarũt.Et filios regum antiquorum,hoc est,*m* Philosophorum.*Is.*19.*b.*Filijautẽ violentorum, sunt sequaces hæreticorum.*Iob.* 27.*c.* Filij autem Ceturæ non pertinentes ad promissiones Abrahæ , sunt *n* hæreses & schismata,quæ excluduntur ab Ecclesia.Dicuntur etiam filij concubinarũ.*Ge.*25.*a.* Et filij impiorũ,*o* sunt discipuli hæreticorum,qui & filij diffidentiæ,*Ier.*12.*a. Ephe.*2. *a.* Et filij Hierusalem , qui immolantur,sunt nati in doctrinis hæreticorum,sub quibus pereunt:filij verò Dei,qui etiam immolantur,*p* sunt nati in Ecclesia,sed in errorem inducti. *Ezech.*16.*c.* Et filij desertores sunt *q* hæretici,& omnes peccatores, qui & filij mendaces dicuntur. *Isa.*30.*a* Filij etiam auguratricis,& filij perditionis,sunt auguriis,& idololatriæ , ac erroribus vacantes. *Isa.* 57.*a.* Et filij humiliantium Ecclesiam,sunt filij persecutorum Ecclesiæ.*Isa.*60.*a.*Filij Orientis,qui venerunt cum Madiam,& Amalec;contra Israel,sunt *r* hæretici baptizati impugnantes Ecclesiam.*Iudi.*6.*a.*Filij & filiæ sunt discipuli hæreticorum,qui & filij Ægypti dicuntur. *Ier.*3.*g.Ezec.*16.*c.*44.*f.Iob.*17.*b.*20.*b.*24.*b.*27.28.*b.Hos.*4.*d.*5.*b.* 9.*d.Ioel.*3.*b.Am.*7.*d.*Et filij Ammon,qui de Lot,hoc est,declinatione in spelunca geniti sunt semine,& generati in ebrietate,& incestu,designat hæreticos.*Ezec.*25.*a.* designant etiam schismaticos,qui separant quidem deceptam multitudinem ab Ecclesia Dei:sed in eadem regula fidei permanentes,cupiunt dilatare terminos suos *Amos.* 1.*d.*Filij alieni sunt hæretici : quorum filii dicuntur sicut nouellæ plantationes, hoc est, cogitationes eorum ab ipsis adinuentæ , nec sacræ scripturæ conformes.Filiæ verò eorum compositæ, sunt verba , quæ ornant & componunt ad decipiendos simplices , *Psal.*143. Filij etiam stultorum , sunt discipuli hæreticorum *Iob.*30.*b.*Et filij maris , sunt discipuli hæreticorum,qui in amaritudine,& falsis hæreticorum aquis fuerunt procreati. *Hos.*11.*d.* Et filij Ephraim dicuntur hæretici,quia tribus Ephraim recessit à templo,& fabricauit vitulos aureos. Et dicitur Ephraim filius non sapiens , propter insipientiam hæreticorum. *Hos.*13.*d.Psal.*77. filij autem Græcorum, gentiles significare solent.*Ioel.*3.*a.Zac.*9.*c.*filij etiam Assyriorum,sunt hæretici,aut gentiles.*Ezech.*23.*a.*Et dicuntur filij iniquitatis. *Hos.*10.*c.*Et filij delitiarum Israel,sunt sectatores hæreticorum.*Mich.*1. *d.* Eosdem designant filij Samariæ , & Sodomæ.Et filiæ Taphnis. *Ezech.* 19.*f.* 30.*e.* Item filiæ Tyri. *Ps.*44. Et fili, Belial,sunt idololatræ, & inobedientes prælatis , ac superbi, quæ omnia sunt in hæreticis.1.*Reg.*12.*e.*10.*d.*

Hæreses. Schismata.

Peccatores.

Cogitationes & verba hæreticorum.

Gentiles.

Dæmones.

Filij Lot,id est,filij declinationis,sunt *ff* spiritus apostatici,qui à veritate declinando,in satellitium diaboli discesserunt*Psal.*82. Eosdem designant filij Mepheos.*Ier.*2.*d.* Et filius primogenitus Pharaonis, potest esse superbia diaboli.*Exod.*4.*f.*

Religiosi. Boni viri.

Filij Rechab,qui cùm incluserunt se in ciuitate, primi captiui ducti sunt. *Ier.* 35.*b.* designant religiosos, qui captiuantur,cùm miscentur secularibus:vel designant bonos homines qui primi patiuntur iniuriam à malis.

Filij Laban murmurantes contra Iacob.*Gen.*31.*a.*sunt clerici inferiores contra religiosos.

Vacantes doctrina seculari.

Filius adoptiuus filiæ Pharaonis fuit Moses,*Exod.*2.*f.* & designat eos *t* qui nondum valentes perfectæ doctrinæ vacare,se subiiciunt mundanæ, & inflatæ scientiæ. Et filius Israëlitidis & Ægyptij est , *u* qui credit literam legis,sed dat illi sensum carnalem,vel est discipulus habens simul doctrinam theologicam,& sapientiam vanam Ægyptiorum.*Leu.*24.*c.*

Filius Sophoniæ,id est,visitationis Domini dicitur Iosias,hoc est,saluatus,*x* quia visitatur à Domino,qui prius malè ægrotauerat. *Zach.* 6.*c.*

Dona spiritus sancti. Sacramenta. Ignauri.

Filij Iob septem,*y* septiformem gratiam Spiritus sancti significare possunt , & etiam sacramenta : quæ omnia sunt à Christo,tanquam à patre.*Iob.*1.*a.*

Existentes in peccato.

Filij non transeuntes Iordanem,cum patribus. *Ios.*1.*d.* sunt *z* non docentes neque verbo,neque exemplo.

Filij mortis,aut mortificatorum,dici possunt,*aa* qui erant in peccato. *Psal.* 78. Et filius viduæ ciuitatis Naim suscitatus à Christo,designat eum,cuius peccatum iam foras prodibat per operationem. *Luc.*7.*c.*

Sensus boni. Cogitationes.

Flij Israël multiplicati in Ægypto. *Exo.*1. *a.* sunt *bb* sensus boni & spirituales, qui multiplicantur in carne, cùm mortificatur Ioseph.

Hæreticus sensus.

Filij,& filiæ, sunt *cc* sensus & cogitationes.*Psal.*105. Et filij concubinarum, sunt *dd* cogitationes ex scientiis encyclicis prodeuntes.*Gen.*25.*a.*Et filij Hierusalem,quos ipsa eiicere dicitur,sunt bonæ cogitationes à Deo insitæ. Flij verò sororum eius.sunt errores , quos eiiciunt transeuntes ad alios errores *Ezech.* 16. *e.* Et filij malorum patrum,sunt prauæ cogitationes. *Isa.*14.*c.*

Opera.

Filius primus Dauid & Bethsabee mortuus,*ee* est primus sensus sectæ à diuina sapientia alienæ:qui mox extinguendus,2.*Reg.*1 .*d.*Et filius Tabeel. *Isa.*14.*c* designat *ff* errores hæreticorum,& Philosophorum:quos ipsi veritates asserunt esse,cisque nituntur in Ecclesia principatum exhibere.

Filij aliquando dicuntur *gg* opera:vt filium parere,sit operari.*Gen.*21.*a.*30.*a.*Et filios parere in dolore : est difficulter bene operari.*Genes.*3.*c.*Et filius,quem parit mulier,cuius gratia fit immunda, *hh* est opus minus malum:sicut filia,est maius malum. *Psal.*16.Et filii,qui succedunt primo loco in hæreditatem,sunt bona opera.*Gen.*17.18. *Exod.* 2. *Deut.* 25.*b. Matth.* 22. *c.* Et filij legitimi , sunt opera legi conformia. Filij autem concubinarum, sunt opera timoris seruilis.*Gen.*25.*a.*Et filia vendita,dici potest subiectio deuota,vel operatio bona.*Exod.*21.*a.*Et filij mulierum , sunt *ii* opera virtutũ,aut bonæ cogitationes:quibus diabolus priuare conatur animas.1. *Re.*15.*g.*

Et filiæ

a *Gre.s.Eze. hom.* 3.*Hie.s. Ioel.*3.*Aug.s. ps.*76.*Rup.s. Zac.*9.
b *Ori.s. Mat. hom.*18.*& s. Cano.hom.*1. *Hie.s. Isa.*63. *Aug.s.Gal.*3. *& s.Ioan. tract.*51.*Cyr. contr. Iulian. num.*9.
c *Gre.s.*1.*Re.* 1.2. *Bed.s. Exo.*5. *Bern.s. Cant. serm.*80. *Gre.s.*1.*Re.*4. 16.*Or.s.Mat. hom.*26.*& s. Can.hom.*1.2. *Aru.s. ps.*17. *Au.s.ps.*68.
d *Ber.s.Cant. ser.*2.
e *Hil.s. Mat. Ca.*2.
f *Or.s.Lu.h.*5
g *Hie.s. Is.*1. 20.
h *Au.s.ps.*77
i *Gre.6.m.*2.
k *Rup.s. Hos.* 2.*&*.4. *Ioan.*
l *Is.s.Leu.*10.
m *Hi.s.Is.*19.
n *Au.s.Ga.*3. *Bed.s.Ge.*25.
o *Hi.s.Hi.*12.
p *Ori.hom.*7.
q *Hi.s.Is.*30. 57.
r *Orig.s.Iud. hom.*8. *Hie.s. Ier.*3.*& s. Eze.*16.25. *& s.Amos* 1. *& s.Hos.*1.*& s. ps.* 143. *Gr.*20. *m.*11. *Hi. s.Hos.*11. *s.ps.*77. *& s. Ioel.*3.*& s. Zach.*9. *Hie. s.Mich.*1.*Gr. s.*1.*Re.*1.
s *Au.s.ps.*82. *Gre.*15.*m.*15 *Hie.epi.ad Paulinum.*
t *Gre. Nyss.de vita Mosis.*
u *Orig.Leu. hom.*14.*Isy.s. Leu.* 24.
x *Hi.s. Za.*6.
y *Hie.Ioh.* 1.
z *Ori.s.ho.* 3.
aa *Ar.s.ps.*78.
bb *Be.s.Ex.*1.
cc *Arn. s.ps.* 105.
dd *Phi.de fac. Abel.& Cai.*
ee *Or.s.Ro.*3.
ff *Hi.s.Is.*14.
gg *Au.ep.*59. *& 1.q.in. eu.* 32.
hh *Phil.*2. *alleg. Orig. s. Nu.h.*20.22. *& s. Rom.* 8.
ii *Gr. s.* 1.*Re.* 15. *Orig. s. Reg.*

*hom.*1.*& s. Mat. hom.*22. *Gre.s.*1.*Re.*1.*Hier.*2.*cont.Iouian.& s.Isa.*7.14.*Ori.s.Gen.hom.*7.*Aug.*1.*q.in euang.*15.

Digitized by Google

Et filiæ Salphaad, sunt opera per quinque sensus benefacta: & qui habent secundum locum in hæreditate, quasi minora exercentes opera. *Num.* 27. *a.* Et filij Elcana & Phenenna, sunt opera iustitiæ ex conuersione: vel opera actiuæ, quæ accipiunt partes, sed non assistunt Deo, vt Samuel. Filius verò Elcana & Annæ, est opus perfectum, assistens Deo per contemplationem, vel est *a* gladium internæ visionis: quod non acquiritur, nisi per longum tempus. 1. *Reg.* 1. *a.* Filij serui, qui renuit libertatem propter ipsos filios, sunt etiam opera. *Exod.* 21. *a.* Filij ancillarum positi à Iacob primo loco in itinere, sunt imperfectæ virtutes, aut timor seruilis, seu opere ex timore seruili facta. Filij verò Liæ, sunt perfectiores virtutes, & timor iam filialis, & opera his respondentia. Filius autem Rachelis, est perfectio charitatis expellentis timorem. *Gen.* 33. *a.* Filij præterea ancillarum, sunt humilitatis officia. Item carnalia opera. *Genes.* 16. *a.* 21. *b.* 37. *a.* *Exod.* 23. *b.* *Matt.* 18. *f.* Filij quoque adulterini, sunt vitia, & mala opera. Et filij Edom, *b* sunt vitia & opera terrena. *Psal.* 136. Filius & filia, quos deuorat inimicus, sunt opera bona, quæ peccantes amittimus. *Ier.* 5. *d.* Et filij sicut nouellæ oliuarum, sunt bona opera. *Psal.* 127. 101. Filij in quos reddit Deus iniquitatem patrũ, sunt opera. *Exo.* 20. *a.* 34. *a.* *Deut.* 5. *a.* Sic maledictus est Chanaan, filius Cham. *Gen.* 9. *d.* 1. *Tim.* 2. *d.* Filij nobiles, sunt *c* bona opera: ignobiles verò mala. *Iob*, 14. *d.* Et filij & filiæ, sunt fructus operum fortes & infirmi. *Exo.* 21. *a.* *Leu.* 25. *f.* Filij quoque Sedechiæ, sunt opera. 4. *Reg.* 25. *b.* Et filiæ dandæ viris, sunt bona opera copulanda veritati fidei. *Ier.* 29. *b.* Filius procuratoris Abrahæ, dici possunt opera legis, quibus non datur hæreditas promissa Abrahæ, hoc est, vita æterna, quia non ex lege, aut ex operibus legis est institia. *Gen.* 25. *a.*

Opera legis.

Vt filij sunt opera, ita filij filiorum, sunt *d* mercedes operum, vt cùm dicitur: *Psal.* 102. Iustitia illius in filios filiorum. Et *Psal.* 127. videas filios filiorum suorum, hoc est, percipias præmium respondens operibus, à sapientia, & virtutibus genitis.

Merces operum.

Filij etiam dicuntur alicuius rei, ad quam pertinent, tanquam causam in aliquo genere causæ: vel propter aliquam similitudinem: vt dicuntur filij lucis, qui in luce gratiæ geniti sunt, & opera lucis faciunt. 1. *Thes.* 5. *Col.* 5. *b.* Et filij contumaciæ, qui opera contumacia faciunt. *Ephes.* 5. *b.* Et filij iræ, qui opera digna ira & vindicta Dei faciunt. Dicuntur autem natura filij iræ, qui ab ipsa natiuitate digni sunt ira, vel quia reuera digni sunt ira. *Eph.* 2. *a.* Et filij perditionis sunt: qui secundum merita pereunt, aut perituri sunt. *Io.* 17. *b.* Filij etiam terræ dicuntur *e* terrena requirentes. *Iob.* 38. *d.* Et filij mortis, qui rei sunt mortis. 1. *Reg.* 20. *a.* Et filij captiuitatis, qui captiui fuerunt. 1. *Esd.* 2. *a.* 4. *a.*

Filij secundũ aliquam causam.

Filius olei, quantum ad literam, est *f* locus pinguis & vber. *Isa.* 5. *a.* Potest autem significare sacram scripturam. Et duo filij olei, sunt duo testamenta, vel sacerdotium & lex. *Zach.* 4. *d.*

Locus pinguis

Filia principis, dicitur *g* beatissima Virgo Maria. *Cant.* 7. *a.* Item *h* Ecclesia filia Christi in baptismo renouata. Et filia patris Abrahæ, & non matris, dici potest Ecclesia filia Dei, & non synagogæ quam non imitatur. *Gen.* 20. *c.* Et filiæ Laban, sunt Ecclesiæ ex gentibus. *Gen.* 32. *e.* Idem designat filia sacerdotis Eliopoleos, vxor Ioseph, *Gen.* 41. *f.* Et filiæ Ægypti discurrentes per murum. *Gen.* 49. *c.* Filia quoque Pharaonis, quæ adoptauit Mosen *i* Ecclesia est ex gentibus. Item filiæ septem sacerdotis Madian. *Exod.* 2. *c.* Et filia Sion, *k* est Ecclesia succedens synagogæ. *Isa.* 62. *d.* Et filia Iephte virgo, est *l* Ecclesia filia & sponsa Christi, quam sibi virginem copulauit, eámque in holocaustum offeret, quum tradet regnum Deo patri. *Iud.* 11. *f.* Et filia Chananæ, *m* populus gentilis seu Ecclesia ex gentibus. *Matth.* 15. *c.* Et filia absolutè, *n* Ecclesia per amorem à Deo genita. Et filia Dei patris: quia sponsa filij: & filia Regis. *Psal.* 44. *Thren.* 1. *b.* Et filia multitudinis, est Ecclesia ex multis constans. *Can.* 7. *b.*

Virgo Maria. Ecclesia.

Filia Sion dicitur *o* Hierusalem: & significat Hierusalem cœlestem, quæ nascitur ex Sion, hoc est ex contemplatione, quam sequitur visio pacis. *Psal.* 9.

Cœlestis patria.

Filiæ interdum sunt *p* animæ, ad diuini verbi conceptum præparatæ. 1. *Reg.* 8. *c.* Eædem dicuntur filiæ Sion. *Ier.* 6. *f.* *Thre.* 1. *b.* Et filiæ populi Dei. *Ier.* 8. *g.* 14. *c.* *Sop.* 3. *c.* Filiæ autem comparatæ sponsæ, sunt animæ comparatæ Beatæ Mariæ. *Cant.* 2. *b.* Et filiæ Hierusalem sunt animæ, quæ appellant Hierusalem cœlestem matrem suam in hoc mundo: vel in cœlo collocatæ: & quia filiæ, sunt animæ infirmiores. Item spiritus, anima, & caro. *Cant.* 1. 2. 3. 6. *Isa.* 1. *b.* 3. *c.* 37. *d.* 52. *a.* *Ezec.* 16. *g.* *Psal.* 72. Filia absolutè dicitur anima, per amorem à Deo genita, & filia regis, & filia Dei patris, quia sponsa filij: filiæ quoque Regum, sunt animæ generosæ in fide & virtutibus, & discipulæ prædicatorum, & Prælatorum. *Psal.* 44. Et filiæ Iudæ, sunt animæ Confessorum: quia Iudas confessionem interpretatur. *Psal.* 47. Et filia Iephte, est anima nostra, quam debemus offerre Deo. *Iudith*, 11. *f.* Filia sacerdotis, est anima nutrita in fide. *Leu.* 22. *b.* Filiæ quoque sunt mentes infirmæ in Ecclesia. 1. *Reg.* 8. *c.* *Isa.* 60. *a.*

Anima.

Filiæ duæ Saulis, sunt dediti vitæ actiuæ, & contemplatiuæ: & dicuntur filiæ propter fœcunditatem: actiuæ parit multitudinem operum, contemplatiua plenitudinem internorum gaudiorum. Et filia Achimaas Achinoen, *q* est bona voluntas, quæ est à Christo, & parit vtramque vitam. 1. *Reg.* 14. *g.*

Actiui & cõtemplatiui.

Filiæ Iob tres designant *r* legem, & prophetiam, & Euangelium. *Iob.* 1. *a.* Item plebes infirmiores, fidem Trinitatis constanter habentes: vel tres ordines fidelium, pastorum, continentium, & coniugatorum.

Lex, Prophetia, & Euangelium.

Filiæ Tyri, hoc est, filiæ fortissimi, nempe Dei, dicuntur *s* pœnitentes ex gentibus, & etiam sunt filiæ Tyri, hoc est, angustiæ, pœnitentes & credentes ex gentibus. Item diuites ex gentibus. *Psal.* 44.

Pœnitentes ex gentibus.

Filiæ hominum *t* dicuntur animæ habentes carnalia opera, & ea quæ per sensum habentur. *Gen.* 6. *a.* Et filiæ Laban, sunt animæ seruientes mundo, aut diabolo. *Gen.* 31. *f.* Et filiæ Moab, sunt *u* animæ infirmę adhærentes hæreticis. *Isa.* 16. *a.* Et filia Sidonis, est anima, quæ polluit corpus suum voluptatibus, & turpitudine, *Isa.* 23. *c.* Et filia Babylonis, anima mundana. *Psalm.* 136. *Zach.* 2. *b.* Et filia Dei alieni, anima seruiens peccato, *Malac.* 2. *c.* Et filiæ gentium robustarum, sunt animæ sequentes dæmonia. *Ezech.* 32. *d.* Filia latronis, est Iudæa, quasi filia diaboli, & anima *x* peccatrix. *Mich.* 5. *a.* Et filiæ Chanaan, quæ non iunguntur Isaac, hoc est, Christo, sunt animæ peruersę. *Gen.* 24. *a.* 28. *a.* *Exod.* 32. *a.* Item filiæ Cheth, odioso Isaac, & Rebeccæ. *Gen.* 27. *g.* Filia quoque Chananæ obsessa à dæmonio, est anima peccatrix. *Matt.* 15. *c.* Et filiæ Saphaad, sunt *y* terreni in terra hæreditatem habentes, de quibus Moses non tulit sententiam, nisi consulto Domino, *Num.* 27. *b.* Et filia Archisynagogi domi mortua est peccans solùm in corde. *Matt.* 9. *c.* *Marc.* 5. *a.* *Luc.* 8. Filiæ quoque Hierusalem sunt *z* effœminati doctores in Ecclesia, & Philosophi docentes voluptates. *Ezech.* 13. *c.* *Isa.* 22. *b.* *Ier.* 11. *b.* Et filia Iuda dicta Hierusalem, est anima peccatrix in Ecclesia. *Thren.* 1. *a.* 2. *d.* Filię, quæ congregauerunt diuitias, sunt *aa* Ecclesiæ hæreticorum. *Prou.* 31. *d.* Filiæ enim absolutè ferè nusquam in bonum sumuntur. *Cant.* 2. *a.* *Gen.* 49. *c.*

Lex, Prophetia, & Euangelium. Pœnitentes ex gentibus. Anima carnales.

Filiæ Tyri, dicuntur ad literam ciuitates subiectæ Tyro in regione illa. Et designant animas deceptas ab hæreticis. *Ezec.* 26. *a.*

Ciuitates subiectæ. Anima decepta ab hæretico. Synagoga. Dignitas simoniacè accepta. Caro. Peccatum. Concupiscentia. Voluptas. Passiones carnis.

Filia sacerdotis fornicans, erat *bb* synagoga fornicans à Deo: vnde flammis exuri iubetur. *Ier.* 21. *a.* Et filia hominis Chananæi, quam accepit Iudas vxorem, dici potest synagoga: vel etiam dignitas Ecclesiastica simoniacè accepta. *Gen.* 38. *a.* Filię confidentes, *cc* sunt synagogæ, & ciuitates Iudææ. *Isa.* 32. *e.* Filia principis synagogæ mortua, est *dd* plebs Iudaica. *Matt.* 9. *c.* Et filia Edom, synagoga Iudæorum. *Thren.* 4. *d.* *Psal.* 136. Et filia dispersorum, est ipsa synagoga. *Soph.* 3. *b.* Filia multitudinis, *ee* est plebs Iudaica, multiplicata in Ægypto. *Cant.* 7. *d.* dicitur etiam filia latronis. *Mich.* 5. *a.* quia condemnato Christo, amplexa est Barrabbam.

Filia Babylonis, & filia Chaldæorum, *ff* carnem aliquando significare potest. Item peccatum in anima: & inordinatam concupiscentiam, ex confusione nascentem. *Psa.* 136. *Isa.* 47. *a.* Et liberi matris Agag, sunt *gg* motus carnis inordinati, 1. *Reg.* 15. *g.* Et filia Herodiadis, *hh* est voluptas: quæ saltare dicitur, quum ad illicita nos incitat. *Matt.* 14. *a.* Filius diuiditur contra patrem, *ii* cùm concupiscentiæ resistunt animæ. *Luc.* 12. *g.* Et filij matris sponsæ, sunt passiones carnis aduersus animam pugnantes. *Can.* 1. *b.* Sicendum autem, *kk* Abraham & Isaac non genuisse filias: Iacob verò vnam, & ipsam fratribus ac parentibus molestam: vnde homines effœminati filias procreant, hoc est, cogitationes carnales. Et ipsæ concupiscentię dicuntur filiæ hominum. *Gen.* 6. *a.* Et filię Chanaan, quę non iunguntur *Isaac.* 1. Christo, sunt concupiscentię. *Gen.* 44. *n.*

Philosophia.

Filia Pharaonis, quę non habuit filium, nisi adoptiuum, est *ll* scientia, aut philosophia mundana, quę non parit perfectas virtutes. *Exod.* 2. *b.*

a *Phil. de sacr. Abel. & Cain*
b *Hila. s. psal.* 136. *Hie. s. Ezech.* 16.
c *Gre.* 12. *mo.* 13. *& s. Exe. ho.* 3. *Ifye. s. Leu.* 25 *Hie. s. Ier.* 29.
d *Aug. s. psal.* 102. 127.
e *Gre.* 29. *mo.* 30.
f *Hier. s. Is.* 5. *& s. Zach.* 4.
g *Amb. de inst. vir.* 14.
h *Gr. s. Ca.* 7.
i *Ori. s. Exod. hom.* 2.
k *Hie. s. Is.* 62. *& ad Princi.*
l *Aug. qu. in Iud.* 49. *Chry. de Ieph.*
m *Hil. s. Mat. Can.* 5.
n *Basi. s. ps.* 44 *Be. s. Gen.* 49. *& s. Exod.* 1.
o *Aug. s. ps.* 9.
p *Gre. s.* 1. *Re.* 8. *& s. Ca.* 2. 5. *Hier. epi. audi filia. Ori. s. Cant. hom.* 2. 3. *& s. Ezec. ho.* 7. *Ambro. de Isaac* 5. *Hie. s. Isa.* 1. 3. *& ad Princi. & su. psa.* 47. *Arn. s. ps.* 72. *Basil. s. ps.* 44. *Aug. s. ps.* 47. *Chry. de Ieph. Ily. s. Ieu.* 12.
q *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
r *Hier. s. Iob. Gre.* 1. *mo.* 2.
s *Hie. ad Principiam. & s. Isa* 23. *& s. ps.* 44. *Au. s. psa.* 44.
t *Ambr. de Noe.* 4. *Phil. de gigã. & quòd Deus sit immutabilis.*
u *Hie. s. Is.* 16. 23. *& s. Mal.* 2.
x *Hie. s. Mic.* 5.
y *Ori. su. Nu. hom.* 20. *& s. Mat. cap.* 1. *Ambr. Exho. ad vi.*
z *Ori. s. Ezec. hom.* 3. *Hie. s. Ezec. hom.* 13.
aa *Bed. s. prou.* 31. *Rup. s. Can.* 1. *Hie. s. Eze.* 26
bb *Isye. s. Leu.* 21.
cc *Hier. s. Isa.* 32. *& s. Soph.* 3.
dd *Hil. s. Mat. Can.* 9.

Au. ser. 74. ee *Ru. s. Can.* 6. *& s. Mic.* 5. ff *Hila. s. psal.* 136. *Fulg. epis.* 4. gg *Gr. s.* 1. *Re.* 15. hh *Hil. s. Mat. Can.* 14.
ii *Ambr. su. Luc.* 12. *& de Isaac* 4. *Ori. s. Num. ho.* 11. kk *Phi. de gigantibus.* ll *Gre. Nyssen. de vita Moses.*

Digitized by Google

Filia Pharaonis coniuncta Salomoni *a* est lex peccati, quæ originem habet à diabolo, cui tradit in dotem Gazer, hoc est, animam. 3. *Reg.* 9. *c.*

Filiæ Lot duæ, sunt *b* temporalia bona, & vita corporalis, quæ exponi debent pro salute proximi. Hæ inebriant patrem, hoc est peruertunt sensum possidentis. Et ex eo concipiũt Moab & Ammon, hoc est, malas operationes, quæ non intrant in Ecclesiam Dei. *Gen.* 19. *g.* Item sunt superbia & inanis gloria, quæ quandoque perfectos inebriant. Idem *c* Iudæi dantes peruersos sensus & carnales legi, vnde infidelitatis opera pariunt, vel Scribæ, vel Phariſæi malè generantes de lege. Secundum autem quod ascenderunt cum patre in montem, designant prudentiam, fortitudinem, cum quibus ascendendum est in montem. Designant etiam plebes, quæ stultum prælatum laudando inebriant; & errores ab ipso concipiunt.

Filiæ Palestinarum, quibus traditur Hierusalem, designate possunt minora supplicia. *Exec.* 16. *c.*

Filiæ carminis, dicuntur *d* aues, quibus percipimus carmina. *Eccle.* 12. *b.*

Filiæ pharetræ, dicuntur *e* sagittæ, quæ producuntur è pharetra tanquam ex vtero. *Thren.* 3. *b.* designant eos, qui occulto Dei iudicio puniunt, vel verba sacræ scripturæ.

Filiæ sanguisugæ duæ. *Prou.* 30. *b.* sunt *f* auaritia, & libido, filiæ diaboli.

Filum, Subtegmen, Stamen.

Filvm, est propriè quod ex lino, seu cannabe, lanáve trahendo ducitur, & quod de quacunque alia materia ducitur, filum dicitur. vt filum aureum, vel argenteum. Stamina verò dicuntur fila recta in opere textorio, & stabilia per pectinem transmissa, quibus alia sub tegmina vocant, interrexerunt.

Stamen, quod est in vestimento firmius, designate potest Dei *g* nutum, & gratiam sustinentem in nobis nostram intentionem, vt perficiatur bonæ actionis vestimentum. *Leu.* 13. *g.*

Fila aurea, in vestibus sacerdotis, designare possunt *h* sapientiam & doctrinam benè distinctam, & aptatam. *Exod.* 39. *a.*

Filum subtegminis, pro *i* re minima ponitur. *Gen.* 14. *d.* Et filum de stupa, pro re fragili, miniméque resistente. *Iudi.* 6. *b.*

Fimbria.

Fimbria, vestium ora dicebatur, incisuras quasdam habens ad modum serræ, extrema etiam quædam ab ora pallij pendentia, fimbriæ dici solent.

Fimbria vestimenti Christi, dici potest *k* Spiritus sanctus, vel virtus Spiritus sancti. *Matth.* 9. *c.* 14. *d. Luc.* 8. *f.* Item secundum quod fimbria pendet à parte posteriori pallij, designare potest *l* fidem de humanitate Christi, quia diuinitas est in anterioribus. Item *m* discipuli Christi, fimbria vestimenti eius dici possunt, & infimi, & pauperes in Ecclesia. Item *n* minora, quæ de Christo cognoscuntur & minima eius mandata: aut eius humanitas. *Zach.* 8. *d.*

Fimbriæ aureæ in vestimentis sponsæ, sunt *o* virtutum & doctrinarum splendores, à mente nunquam deficientes, quæ in extrema parte vestium laudantur, quia nulla est virtutum gloria, si lucere ante vitæ consummationem desistat. Sunt etiam fimbriæ, verba præcipuè fidei diligenter retinenda: quæ vltra vestimentum extenduntur, quando plura sunt verba, quàm opera: designant etiam varietatem linguarum in vna fidei doctrina. Fimbriæ quoque aureæ, sunt electi in Ecclesia.

Fimbriæ pallij in quibus ponebantur funiculi, vel vittæ hyacinthinæ. *Num.* 15. *d. Deut.* 22. *b. Matt.* 23. *a. Luc.* 15. *d.* designant minima præcepta seruanda propter vitam cœlestem.

Fimus, Stercus, Sterquilinium.

Fimvs, aut stercus significat animalium excrementa, quibus agri stercorari solent: & dicitur lætamen, quod lætas & pingues reddat segetes. Est autem res conspectui hominis turpis, ac fœtida: vnde ad comparationem rei vilis & abiectæ, ac abominandæ sumi solet, vt *Iere.* 9. *f.* Cadet morticinum hominis, quasi stercus super faciem regionis. Sterquilinium autem, est locus stercorum.

Fimus vaccæ comburendæ, designare potest *p* ignominias Christi, quæ combustæ sunt in resurrectione, quia in eius gloriam redundant. *Num.* 9. *a.* Et de hoc stercore erexit Deus pauperem, quum liberauit Christum à persequutionibus, & fœtidis blasphemiis Iudæorum. *Psal.* 112.

Stercus, quod apponitur ficui, designare potest *q* Prophetas, & sensus simpliciores, qui comparati Christo, eiúsque doctrinæ sublimiori, vt stercora censentur. *Luc.* 13. *b.* vel designant sordes vtiles pœnitentis, & cognitionem sui, & abiectionem. *Psal.* 79. *Esther*, 14. *a.* Fimus enim nõ suo loco positus fœtorem generat sine fructu: agro verò fructificare facit, sic tristitia de rebus mundanis fœtorem gignit, sed de peccatis fructificat. In hoc sterquilinio Iob sedebat. *Iob.* 2. *b.* Fimus etiam, sunt verba increpatoria, quæ minimè grata sunt audienti, sed faciunt ferre fructum.

Sterquilinium in quo sedebat Iob, *r* res temporales & mundanas significare potest. *Iob.* 2. *b.* Has reputabat Paulus vt stercora. *Phil.* 3. *b. Ezech.* 7. *e.* designat etiam gentilitatem, ad quam venit Christus. Item peccatum & miserias huius vitæ. His stercoribus lapidatur piger. *Eccli.* 22. *a.*

Fimus vituli, qui comburi iubebatur, *s* peccatum generis humani designat. *Exod.* 29. *b. Leuit.* 4. *c.* 8. *c. Nu.* 19. *a.* 3. *Reg.* 14. *b.* Et peccata grauiora opere completa, in quibus Gentiles iacebant: vnde erexit eos Christus. 1. *Reg.* 2. *b. Psal.* 112. *Deut.* 28. *c. Iudi.* 3. *c.* 4. *Reg.* 9. *f.* 18. *f. Thren.* 4. *a. Ioel.* 1. *d. Mala.* 2. *a.* Et mali facti dicuntur, vt stercus terræ *Psalm.* 82. Quasi sterquilinium in fine perdetur hypocrita: quia mens illius pro vitiorum suorum fœtore damnabitur: *Iob* 20. *a.* Stercus etiam columbarum. 4. *Reg.* 6. *f.* designat fœtorem vitiorum, & idololatriam, quia est cibus alienus ab homine, sicut cultus dæmonum.

Stercus humanum, significare potest *t* terrenas delicias. Idem designat stercus bubulum, cum quo comedebat Ezechiel panem: designans Iudæos, qui omnia propter carnem & ventrem, & terræ huius bona operantur. *Ezech.* 4. *d. Psal.* 92. *Eccli.* 9. *b.* 22. *a. Isa.* 5. *f.* 36. *c. Ierem.* 9. *f. Thren.* 4. *a. Sopho.* 1. *d.* 1. *Mach.* 2. *g.* In stercore suo computruerunt iumenta, quum ventri & libidini indulgent, *Ioel.* 1. *d.* sed mittitur stercus in panem, cum ad confusionem reducuntur memoriæ peccata carnalia: vt sic confusus accendantur ad fructificandum.

Stercora, quæ amplexati sunt Iudæi, sunt *u* carnales obseruationes legis & cæremoniarum. *Thre.* 4. *a. Phil.* 3. *b.*

Sterquilinium, quod erat in infimo loco arcæ, *x* infernum significare potest. *Gen.* 6. *c. Ier.* 25. *g.*

Findere, vide Abscindere.

Fingere, Figulus, Figmentum, Fictile.

Confingere, Plastes, Plasmare, Simulare.

Fingere, est componere, & formare ex aliqua materia, vt luto, seu creta, vnde figulus dicitur ipse plastes, & fictile vas, ex materia illa formatum. Estque generale vocabulum ad omnia, quæ ingenio, manúque artificioſè formantur. Interdum autem fingere est simulare, & figmentum ipsa fabula, seu vas fictile. Simulare autem, est aliud ostendere quàm sit.

Figulus interdum dicitur *y* Deus, qui formator & creator est omnium: & ipse Christus, & manus eius dicuntur plasmasse hominem. *Iob.* 10. *b. Psal.* 2. 32. 73. 93. 118. *Isa.* 37. *c.* 29. *c.* 41. *e.* 45. *b.* 46. *c. Ierem.* 18. *a.* 19. *a. Thren.* 4. *a. Dan.* 2. *f. Zach.* 12. *a. Matth.* 27. *a. Rom.* 9. *c. Apoc.* 2. *g.* Dicitur etiam Deus fingere malum, cùm præparat pœnam. *Ier.* 18. *b.*

Fingit Deus laborem in præcepto. *Psal.* 93. quia iugum & onus imperat, sed iugum eius est suaue, & onus leue.

Finxit Christus se longius ire. *Luc.* 24. *d.* vt eius præsentia ardentius desideretur.

Fingit Deus singillatim corda hominum, quia singulis dat diuersa dona. *Psal.* 32.

Fictor locustæ. *Amos*, 7. *b.* dicitur *z* Deus inducens exercitum quasi locustas contra Israël.

Fingens Hiram duas columnas æreas ad templum designare potest *aa* prædicatores prædicantes vtrumque testamentum, & per geminam charitatem roborantes Ecclesiam. 3. *Reg.* 7. *b.*

Figulus in malum, dici potest *bb* diabolus cuius opera sunt lutea: & vasa ficta contra Ecclesiam, sunt eius

membra.

Lex peccati.
Temporalia bona.
Vita corporalis.
Superbia & inanis gloria.
Iudæi.
Scribæ & Phariſæi.
Prudentia & fortitudo.
Plebs ſub prælato.
Minora ſupplicia.
Aures.
Sagittæ.
Miniſtri iudicij Dei.
Auaritia, & libido.
Gratia Dei.
Doctrina.
Res minima.
Spiritus S.
Fides de humanitate Chriſti.
Diſcipuli Chriſti.
Infirmi in Eccleſia.
Minima mãdata.
Virtutes & doctrinæ.
Verba fidei.
Varietas linguarum.
Electi.
Minima præcepta.
Ignominiæ Chriſti.
Propheta.
Senſus ſimpliciores.
Sordes pœnitentium.
Cognitio ſui.
Verba increpatoria.
Res temporales.
Peccatum generis humani.
Grauiora peccata.
Terrena delitia.
Iudæi.
Carnales obſeruationes Iudæorum.
Infernus.
Deus.
Chriſtus.
Præparans pœnam.
Imperans Deus iugum leue.
Dans Deus diuerſa dona.
Deus puniens per malos.
Prædicare.
Diaboluſ.

a *Ori. ſ. Ioſu. hom. 22.*
b *Au. 22. con-Fau. 42. Bed. ſ. Ge. 19. Cyril. de adoras. in Spiritu ſancto. Glo. ord. ſup. Gen. 19.*
c *Ru. 6 ſ. 13. Gen. 13.*
d *Hier. ſ. Eccl. 12.*
e *Glo. ord. ſu. Thren. 3.*
f *Glo. ord. ſup. Prou. 3.*
g *Iſy. ſ. Le. 13.*
h *Phil. de ſac. Abel, & Cain*
i *Gloſ. inter. ſ. Gen. 14.*
k *Hil. ſ. Matt. can. 9. 14.*
l *Iſyc. ſ. Leu. 15. Bern. ſer. de 4. modis orandi.*
m *Am. ſ. Luc. 8.*
n *Hie. ſ. Mat. 15.*
o *Gre. ſ. 1. Re. 15. Baſ. & Aug. ſup. pſal. 44. Iſy. ſ. Leu. 13. Ench. for. ſpiritual. 10. Gl. ord. ſ. Nu. 15.*
p *Aug. qu. in Nu. 33. & 17. ciu. Dei. 4.*
q *Ori. ſ. Matt. cap. 13. Aug. ſ. pſ. 79. ſer. 151. & de verbis Domini. ſer. 12. Am. ſ. Lu. 13. Bern. ſer. 2. in feſto Petri & Pauli.*
r *Gre. 3. mor. 14. 23. & 15. mor. 3.*
ſ *Gr. ſ. 1. Re. 2. & 15. m. 3. Hie. ſ. Mal. 2. Iſy. ſ. Leu. 4. Aug. ſer. 211.*
t *Hie. ſ. Ezec. 4. & ſ. Ioel. 1. Gre. hom. 31.*
u *Hie. ſ. Hab. 2.*
x *Bed. ſ. Gen. 6.*
y *Ori. ſ. Ro. 9. Hil. ſ. pſ. 2. & ſ. Mat. Ca. 32 Am. ſ. Luc. 23 Aug. ſer. 128. Bern. ſ. Ecce nos reliquimus omnia. Hie. & Aug. ſ. pſ. 32.*
z *Hie. ſ. Amos 7.*
aa *Lyr. ſ. 3. Re. 7.*
bb *Hie. ſ. Iſa. 44. 54. Ori. ſ. Matth. hom. 35.*

Digitized by Google

Hæreticus. Homo.

membra, *Isa.* 54.*d.Sap.*15.*b.Matth.*27.*a.*Et fictor somniorum, est hæreticus. *Deut.*13.*b.*Idem dicitur fictor, seu plastes idolorum, *Isa.*44.*b.Thren.*4.*a.Hab.*2.*d.*

Caro Christi.

Figmentum Dei dicuntur peculiariter *a* homines, qui formati sunt de limo terræ à Deo, tanquam à plaste. *Gen.*2.*a.Psal.*102.*Isa.*29.*e.Hab.*2.*d.Rom.*9.*d.Ephes.*2.*b.*

Sermo simplex.

Fictile vas, in quo fit immolatio ad emundationem leprosi, *b* carnem Christi significare potest. *Leu.*14.*a.* 4. *Reg.*2.*d.*

Peccator.

Fictile vas etiam dici potest *c* sermo simplicior Sacræ Scripturæ, qui etiam vtilis est in magna domo Ecclesiæ. 2.*Cor.*4.*b.*

Fides deficiens

Fictile præterea vas, dici potest *d* peccator, terrenus, & homo fragilis, & pronus ad malum. *Leu.* 6.*d.*11.*e.*14.*a.* 15.*b.*2.*Cor.*4.*a.*2.*Tim.*2.*c.*

Hypocrisis.

Ficta fides, est vt vas fictile non diu durans: quia, *e* est eorum, qui ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt, 1.*Tim.*1.*b.*2.*Tim.*1.*b.*

Simulatio Scribarum & Pharisæorum laudantium Christum fraudulenter, *f* est, de qua dicitur. *Isa.* 32.*b.* Stultus fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter. *Iob*, 37.*b.Luc.*20.*d.*Sic fictus disciplinę, est hypocrita & Pharisæus. *Sap.*1.*a.*quia fingit disciplinam quam non habet.

Finis, Finire, Terminus, Finitimus.

Christus. Diuinitas in Christo. Perfectio rerum. Perfectio doctrinæ. Felicitas. Completio diuinorum iudiciorum. Finis vitæ. Baptismus. Charitas. Corda terrena. Vltima opera Extremi ex Gentibus. Eruditiores viri. Prophetæ, Apostoli, & Sancti. Extremum vitæ. Peccatores. Cor intimum. Termini Ecclesiæ. Cœli. Gradus gloriæ. Beati. Desertio veteris legis. Gentilitas. Status peccati. Regula scripturarum. Præcepta. Fides. Limitatio doctrinæ. Limites tribulationum. Cessans potentia diaboli. Vita præsens. Finis mundi. Perfectio operum & doctrinæ. Rationes contra hæreticos Humilitas. Doctrina philosophorum. Ecclesia. Finis operandi Tempus iudicij. Finis seculi. Retributio temporalis. Transgredi terminos. Castigans Deus temporaliter.

FINIS, qui & terminus, est extremum, & vltimum in vnaquaque re, in quod videlicet vnaquæque res terminatur, vt finis agri, finis fidei, finis terræ. Et finis seu causa finalis dicitur, cuius gratia aliquid fit. Sic aliquando *g* Christus dicitur finis, vt *Rom.*10.*a.*Finis legis, est Christus, tum quia lex ad ipsum ordinatur: tum quia sine illo, nemo perficit legem. Et ipse dicitur principium & finis. *Apoc.*1. Et ipse est finis omnis consummationis. *Ps.*118. Pacis autem Christi non erit finis. *Isa.*9 *b.*Et quum in psalmis dicitur, In finem, intelligendum est in Christum, qui non est finis in consumptionem, sed in consummationem. Et finis vtrorumque, hoc est, testamentorum, est cubitus vnus, hoc est, Christus in fœlicitate, vbi etiam est finis fidei, quæ tunc cessabit, *Ezech.* 40.*b.*

Termini terræ, cùm termini non claudantur, sed alia claudant, & terminent, significare possunt *h* diuinitatem in Christo, aut quod in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. *Psal.*2.

Finis seculorum, sunt *i* perfectio rerum. 1.*Cor.*10.*c.* Et termini cœlorum, sunt variæ perfectiones electorum, & etiam hi, qui in scripturarum doctrina sunt consummati. *Mat.*24.*c.*Et finis mundi, *k* est fœlicitas, quæ & finis est bonorum. *Psal.*45.48.*Thren.*4.*d.Rom.*6.*d.*

Finis dierum est *l* contemplatio diuinorũ iudiciorum. *Dan.*4.*g.*Eiusmodi enim dierum numerus super quemlibet afflictum finitur, quando diuinorum iudiciorum seueritas in eius percussionem completur.

Finis vniuersæ carnis, aut tempus omnis hominis, quantum ad literam, est *m* finis vitæ, & finis omnis cõsummationis, est terminus, quo res quæque clauditur, spiritualiter autem finis carnis, est tempus baptismi, in quo moritur homo carnalis, & renascitur homo spiritualis, *Gen.*6.*b.Iob*, 20.*a.Ps.*9.38.48.118.*Eccl.*7.*a.*9.*c.Sap.*1.*a.*5.*a. Eccli.*10.*d.*14.*c.*47.*d.Thren.*3.*b.Ioan.*13.*a.Heb.*8.*a.*1.*Pet.*4.*b.*2.*Pet.*2.*d.*

Finis præcepti, hoc est, status, est *n* charitas, quia omnia præcepta referuntur ad charitatem. 1.*Tim.*1.*a.* Et finis fidei, est salus, 1.*Pet.*1.*b.*

Finis terræ, à quibus aufert Deus bella, sunt *o* corda prius terrena, vel corpus, in quo peregrinamur. *Psal.*45.59. vel fines terræ, quos iudicat Dominus, sunt *p* hominum vniuersitas: vel vltima opera: aut terminus terrenarum voluptatum. 1.*Reg.*2.*b.Psal.*58. Fines etiam terræ, sunt *q* homines remoti à lege, vel extremi ex gentibus, *Psal.*64. *Isa.*52.*c.*Fines etiam orbis terræ, dici possunt *r* eruditiores viri, quasi sint extremi, alios infra se relinquentes. *Ps.* 18.*Luc.*11.*f.Rom.*10.*d.*Et fines terræ, seu alæ dici possunt Prophetæ, & Apostoli, & Sancti, qui finem terrenis passionibus imposuerunt. *Iob.*37.*a.Isa.*24.*c.* Et fines terræ, quos Dominus iudicat, sunt vltimus status vitæ in corpore. *Zac.*9.*c.*Termini etiam terræ, sunt peccatores in extremo à Deo positi. *Isa.*26.*c.* Et fines inimicorum, sunt *s* extrema peccata. *Psal.*7. Et termini Idumææ. *Malac.*1.*a.* A finibus terræ clamat ad Deum, qui ex intimo corde clamat. *Psal.*60.

Fines Israël & Sion, *t* sunt termini Ecclesiæ, quos Deus dilatat multiplicando electos. *Exod.*13.*d.*23.*d.*34.*c. Leu.*26.*a.Psal.*147. Sunt etiam termini Israël ipsi cœli, vel diuersi gradus gloriæ. *Num.*34.*a.*1.*Reg.*7.*d.*11.*a.Isa.*54. *c.Ezech.* 11.*b.Ioel.*3.*a. Zachar.*9.*a. Malach.*1.*a.* Idem designare possunt fines montis, in quo apparuit Dominus. *Exod.*19.*b.*

Fines seu confines, sunt *u* beati comparati ad ipsos viatores, quia viatores eodem itinere, quo illi, ad fœlicitatem ire debent. 1.*Reg.*6.*b.*

Fines Iudæ, in quos venit Christus. *Matt.*19.*a.*designant *x* desertionem veteris legis faciendam, vt ad nouam veniatur.

Fines seu termini, sæpè sumuntur pro plagis aut regionibus.

Fines Ægypti designare possunt *y* gentilitatem, seu statum peccati, aut Christianismum ex gentibus. Idem designant fines terræ Chanaam. Et fines Tyri, & Sidonis. *Gen.*10.*c.*47.*e.Exod.*10.*e.*16.*g.Isa.*19.*c. Matth.*15.*b.*

Fines Beniamin, sunt *z* regulæ sanctarum scripturarum. 1.*Reg.*10.*a.*de quibus dicitur. *Prouer.*27.*d.* Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui. Et posuit Deus terminos aquis, vel mari, dando præcepta & fidem: & moderando in hac vita scientiam hominum, *Iob.*26.*b.*38.*b.Psal.*103. Hos tamen terminos transferunt, & transgrediuntur *aa* hæretici. *Iob*, 24.*a.*Termini quoque, quos constituit Moses populo. *Ezec.*19.*d.*dici possunt audientium capacitas, & moderatio intelligentiæ, vt sit illud Apostoli: Non plus sapere, quàm oportet sapere.

Termini, quos circundedit Deus aquis, sunt *bb* limites tribulationum, quia non finit Deus Sanctos suos tribulationes pati supra id, quod sustinere possunt. *Iob.*26.*b.*38.*b.* Et finiri videmiam, est probationem Sanctorum, quæ per Antichristum fiet cessare. *Isa.*24.*c.Iob*, 7.*a.*Dat Deus finem laborum, & captiuitatis. *Ier.*29.*c.Luc.*22.*d.*

Finitus puluis erit, *cc* cùm cessabit potentia diaboli. *Isa.*16.*a.* Et finis peccati, est per Christum. *Dan.*9.

Finiens Deus Ezechiam de manè vsque ad vesperam erat, *dd* quum graui morbo & continuo ipsum consumeret, *Isa.*38.*c.*

Termini absolutè, designare possunt *ee* viram præsentem: aut finem mundi: vel operis consummationem, 1. *Reg.*13.*d.*Termini autem Bethsames designant statum perfectionis in operibus & doctrina, 1.*Reg.*6.*c.* Inter terminos accubat, *ff* qui finem mundi expectat: vel qui partim est in hac vita, partim in futura. *Gen.*49.*c.*

Termini populorum, dici possunt *gg* rationes fidelium aduersus hæreticos. *Isa.*10.*c.*

Finita æstas designat transactum tempus operandi. *Ier.*8.*g.Matth.*24.*Marc.*13.*a.Luc.*22.*c.*1. *Cor.*15.*c.*Et finientur lux & tenebræ, *ll* quum cessabit prosperitas & iniquitas impiorum: vel quum cessabit cursus iustorum, & iniustorum, *Io.*26.*b.*Et finis Hierusalem, erit tempus iudicij. *Thren.*1.*c.*

In finem apparuit Christus, quia *mm* venit in fine seculorum. *Hab.*2.*a.* vel apparebit in iudicio: Regni tamen eius non erit finis. *Luc.*1.*c.*

Finis stultus, in quem adducit Deus consiliarios, *nn* est cùm ad temporalis muneris retributionem bona opera dirigunt, *Iob*, 12.*c.*

Terminum assumit Iuda, *oo* quum Iudæi transgrediuntur terminos, quos posuerunt patres eorum. *Hos.* 5.*a.* Idem dicitur de hæreticis.

Non vsque in finem trascitur Deus, quum *pp* castigat pœna temporali, vt liberet ab æterna, *Isa.*57.*d.*

a *Glo. ord. sup psal.*102.
b *Ori. s. Leu. hom.*8. *Aug. contra Fulgentium.*
c *Orig. s. Iere. hom.*2.
d *Amb. ser.*2. *Cor.*4.*&* 5.2. *Tim.*2.
e *Ber. epi.*42.
f *Hie. s. Is.*32.
g *Amb. s. psa.* 118.*ser.*12. *Aug. s. psa.*54 *Gre. s. Ezech. hom.*16.
h *Hil. s. ps.*2.
i *Ori. s. Cant. h.*2.*&* 5. *Mat. ho.*30.
k *Bas. s. ps.*48
l *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien.*45.
m *Ori. s. Ro.*3 *Basil. s. ps.*48. *Hil. s. ps.* 18.
n *Au.*17.*ciu. Dei.*4.
o *Au. s. ps.*45.
p *Gre. s.*1.*Re.* 2. *Arn. s. ps.* 58.
q *Hie. s. Is.*24. 52.
r *Ori. s. Ro.*10.
s *Bas. s. psa.*7. *Aug.*17.*ciui. Dei.*4. *Hier. s. Iob.* 37.*&* 5. *Isa.* 26.*&* 5. *psa.*68.
t *Ori. s. Num. ho.*28. *Gr. s.*1. *Reg.*7.
u *Gre. s.*1.*Re.* 6.
x *Ori. s. Mat. hom.*7.
y *Ori. s. Matt. cap.*15.
z *Gre. s.*1.*Re.* 10.*&* 16.*m.* 21.*&* 17.*m.* 12. *Ar. s. ps.* 103.
aa *Hie. s. Iob.* 24. 38.*&* 5. *ps.*103.
bb *Hie. s. Iob.* 26. *Gr.*28.*m.*15.
cc *Hier. s. Isa.* 16.
dd *Hier. s. Isa.* 38.
ee *Gr. s.*1.*Re.* 6.13.*&* 1.*m.* 17.
ff *Ric. de S. Vict. de* 12. *patriar.*39.
gg *Hie. s. Isa.* 10.
hh *Hie. s. Ez.* 29.
ii *Hie. s. Am.* 6.
kk *Hi. s. Abd.*
ll *Hier. sup. Iob.*26. *Gre.*17.*m.*14.
mm *Glo. int. s. Hab.*2.
nn *Gr.*11.*m.* 8.
oo *Glo. ord. s. Hos.*5.
pp *Hie. s. Isa.* 57.

Digitized by Google

A fine vsque ad finem attingit sapientia, hoc est, *a* à summa creatura vsque ad infimam, vel ab initio mundi vsque ad finem. *Sap.* 8. *a.* — *Latitudo sapientiæ.*

Non est finis thesaurorum auari. *Isa.* 2. *b.* quia *b* semper auarus eget. — *Semper auarus eget.*

Finis dicitur status. *Iob.* 6. *b.* Aut quis finis meus, vt patienter agam? vbi designatur *c* status futuræ vitæ. — *Status futuræ vitæ.*

Finis pro exitu: vt finis malorum est interitus, & inferi, & tenebræ. *Eccles.* 21. *b.* 23. *c.* 31. *a. Ierem.* 51. *b Amos.* 1. *d.* 6. *c.* 8. *Nahum.* 3. *a. Hab.* 1. *a. Rom.* 6. *d.* 2. *Cor.* 11. *d. Phil.* 3. *d.* 1. *Petr.* 4. *d.* Et finis Iudæorum, *d* est vltima eorum captiuitas. *Ezech.* 7. *a.* Et generaliter finis malorum, est miseria. *Tob.* 14. *b.* Iniquitas eius finem dabit ei. — *Inferi & tenebræ. Miseria.*

Finiri consecrationem sacerdotum septem diebus. *Leuit.* 8. *g.* est *e* toto tempore huius vitæ debere consecrari. Designat etiam aduentum Spiritus sancti in Pentecoste. — *Tempus huius vitæ.*

Fines decapoleos. *Marc.* 7. *d* mandata *f* designant, per quæ debemus ab ipso curari. — *Mandata.*

Non est finis faciendi libros. *Eccles.* 12. *d.* Quum *g* diuersa, & discrepantia disputantur: vt finis sumitur pro numero. — *Numerus.*

Fines vltimi, vbi inuenitur pretium mulieris fortis, *h* summum cœlum, vnde est egressio Christi. *Prouerbiorum.* 31. *b.* — *Summum cœli.*

Finitimus, quare Vicinus.
Firmare, Confirmare, Firmus, Obfirmare.
Stabilire, Constabilire, Immobilis, Instabilis.

FIRMVM, est stabile & constans, quod non facilè à statu suo dimoueri potest: & firmare, seu confirmare, est firmum facere. Instabile autem, est contrarium firmo & stabili.

Confirmatio filij hominis à Deo facta est, *i* cùm Pater instituit Filium in fundamentum Ecclesiæ. *Psalm.* 79. Et dicitur Christus confirmatus in Deo ex vtero virginali. *Psalm.* 70. Et dicitur confirmasse Christum iustitia sua. *Isa.* 59. *d.* — *Christus fundamentum Ecclesiæ. Fundans Christus Ecclesiam.*

Firmauerunt manus Dei sanctuarium suum, quum Christus fundauit Ecclesiam, quæ dicitur firmissimum habitaculum Dei. *Exod.* 15. *c.* Sic firmat populum suum, quum roborat virtutes fidelium. *Psalm.* 104. Et confirmat Christus regnum Dauid, aut thronum Dauid, hoc est Ecclesiam. 3. *Reg.* 2. *d. Isa.* 9. *b.* Et stabiliuit terram, hoc est, firmauit Ecclesiam. *Psalm.* 103. Et stabiliuit Isaac Iacob filium suum frumento, vino, & oleo, designans Christum implentem, & confirmantem Ecclesiam donis spiritualibus. *Genes.* 27. *f.* 2. *Reg.* 7. *c.* 2. *Par.* 27. *b.*

Firmari dicitur manus Dei, quum *k* opera, quæ fecit in mundo, stabiliuntur. *Psalm.* 88. — *Stabiliri opera Dei.*

Confirmat Deus manum suam super aliquem, *l* quum grauiter eum castigat. *Psal.* 37. Sic etiam dicitur Deus firmare faciem suam contra aliquos, *m* eos castigando. *Ierem.* 3. *b.* iuxta septuaginta. *Thre.* 2. *b.* Et obfirmans faciem Ezechiel contra Hierusalem, designat fortem iram Dei. *Ezech.* 4. 29. *a.* Et confirmata dicitur ira Dei super Christum. *Psal.* 87. quia pro nobis grauiter eum afflixit vsque ad mortem crucis. — *Castigans grauiter Deus. Ira Dei.*

Firmat Deus oculos super aliquem, *n* quum aspectu diuinitatis eum protegit, vt in dilectione luminis eius permaneat, sempérque in omnibus adest illi adiutor. *Psalm.* 31. — *Protegès Deus Angeli. Apostoli. Iusti.*

Firmati cœli, sunt *o* angeli stabiles, & confirmati à Deo in gratia. *Psal.* 32. Non autem sunt hi cœli ex natura sua stabiles, sed per gratiam Dei. *Io.* 4. *d.* 11. *c.* Eosdem designat immobilis orbis. 2. *Paral.* 16. *c.* Firmati etiam cœli sunt Apostoli in fidei defensione fortes. Et firmat Dominus iustos, *p* ne cadant in peccatum. *Psalm.* 36. *Tob.* 2. *c. Prou.* 3. *c. Eccles.* 26. *c.* 1. *Cor.* 15. *c.* 2. *Cor.* 7. *d. Col.* 1. *c.* Confirmauit etiam Deus columnas terræ, *q* quum roborauit Apostolos post resurrectionem. *Psalm.* 74. — *Roborans Christus Ecclesiam.*

Firmauit Deus terram super stabilitatem suam, *r* quum Christus roborauit Ecclesiam in seipso. *Psalm.* 103. *Isa.* 42. *a.* Et confirmatus ager Ephronis Abrahæ, *s* designat firmatam Ecclesiam Christo in possessionem æternam. *Genes.* 32. *d.* Sic est immobile regnum Dei in æternitate. *Hebr.* 12. *g.* designatur etiam confirmatus mundus Christo in possessionem. — *Firmans nos Deus in baptismo.*

Firmauit Deus terram super aquas, *t* quia firmauit nos in baptismo inconcussa stabilitate. *Psalm.* 133. 135. vel quia firmiorem fecit fidem, quàm opiniones. Firmum enim fundamentum est fides, quę diuinæ innititur veritati. 2. *Tim.* 2. *c.* — *Firmitas dogmatis in anima.*

Firmari montes, est *u* sublimia dogmata in anima stabiliri. *Psal.* 8. 103. — *Roborans Eucharistia.*

Confirmat panis cor hominis, *x* quum sacra Eucharistia robur præbet aduersus tentationes, & ad opera virtutis exercenda. Et quia panis cordis, & non stomachi: ideò cor dicitur confirmare, & non stomachum. *Psal.* 103. *Hebr.* 13. *b.* — *Firmari in bonis operibus.*

Stabiliri dicuntur viæ alicuius, *y* quum in bonis operibus firmatur. *Prou.* 4. *d. Eccles.* 31, *d.* Ne à bono proposito dimoueatur. — *Certa salus per Christum Stabiliri Gentes in fide.*

Confirmat Deus, quod operatus est in nobis, *z* quum certam facit salutem per Christum. *Psal.* 67. Et confirmat spiritu principali, *aa* dando per Spiritum sanctum constantiam operandi. *Psal.* 50. — *Firmarie ecclesiam in laudibus Dei.*

Confirmat Deus in virtute sua mare, hoc est, *bb* mundum, ne fluctuet. *Psal.* 73. Item stabiliendo gentes in fide. Et firmat orbem terræ, hoc est, fideles in fide. *Psal.* 92. — *Firmitas prædicatoris ad magna opera.*

Stabilit Deus Hierusalem laudem in terra. *Isa.* 62. *c.* quum *cc* firmat Ecclesiam in laudibus Dei. — *Figere intentionem.*

Confirmatum dicitur esse regnum Saulis super Israël. 1. *Reg.* 14. *g.* quando *dd* prædicator ad magna virtutis opera erigitur. — *Immutabilis diuina sententia.*

Obfirmare faciem, *ee* est cordis intentionem figere. *Ezech.* 13. *c.* Et obfirmare faciem contra Hierusalem, est animæ infirmæ, ne deficiat ab opere, non semper clementem se ostendere. *Ezech.* 4. *a.* Sicut non est ostendendus lætus vultus filiabus. *Eccli.* 7. *c.* — *Obstinatio.*

Firmatum chaos dicitur inter bonos & malos. *Luc.* 16. *g.* quia *ff* immutabilis stat sententia condemnationis, qua mali separati sunt à bonis: vnde & immobile dicitur consilium Dei. *Heb.* 6. *d.* — *Parati ad fallendum.*

Firmat aliquis cor suum, quando *gg* pertinacia insensibilitatis obdurescit, ne iaculis superni timoris confodiatur. *Iob.* 11. *b. Zach.* 5. *d.* — *Grauius tentantes dæmones.*

Firmauerunt sibi sermonem nequam, *hh* qui paratum habent animum ad fallendas animas. Item Iudæi, quando dixerunt: Crucifige, Crucifige. *Ps.* 63. — *Missi in infernum.*

Confirmati dicuntur inimici, *ii* quando maiore vi dæmones tentant. *Psal.* 37. Stabilitur quoque iniquitas in terra Sennaar, quando firmatur in mundo. *Zach.* 5. *d.* Fiunt autem immobiles quasi lapides, qui detruduntur in infernum. *Exod.* 15. *c.* — *Iudæi gloriantes de Deo.*

Constabiliti super Dominum Israël dicebantur Iudæi, inaniter gloriantes de Deo, cuius legem non seruabant. *Isa.* 48. Et firma radice stultus *kk* est populus Iudæorum, qui quasi firma radice conualuit: quia electorum vitam temporaliter extinguendo superabit. *Iob.* 5. *a.* Quasi etiam firma radice stultus figitur, qui totis desideriis in terreno amore solidatur. — *Solidari in terrenis.*

Confirmatur domus empta apud emptorem transacto anno. *Leu.* 25. *e.* quia *ll* Iudæa post passionem Christi confirmata est in possessione diaboli: quia noluerunt resipiscere. — *Tradita Iudæa diabolo.*

Firmans radices semen cedri, *mm* erat Sedechias in Hierusalem. *Ezech.* 17. *a.* — *Regnum Sedechiæ.*

Instabile, est opus impij, *nn* quum aggregat temporalia: quia non innititur firmæ petræ. *Pro.* 11. *c.* Et instabilis facta dicitur esse Hierusalem, hoc est, anima propter peccatum. *Thren.* 1. *c.* 1. *Cor.* 4. *c.* 2. *Pet.* 2. *c.* 3. *d.* Sic non stabiliuntur mali, nec eorum consilia: quia dissipantur à Deo. 1. *Reg.* 20. *f. Ps.* 20. — *Non inniti Deo.*

Firmamentum.

FIRMAMENTVM dicitur cœlum variis stellis ornatum: quod diuidit aquas ab aquis. *Genes.* 1. *a.* Firmamentum etiam est stabilitas. — *Christus.*

Firmamentum dicitur aliquando *oo* Christus, qui est firmamentum sub throno: quia minoratus est paulominus ab angelis, factus homo, & est similitudo hominis supra thronum, quia gloria & honore coronatus est super angelos. *Ezech.* 1. *f.* 10. *a.* Et ipse est firmamentum bonorum. 2. *Reg.* 22. *b. Ps.* 17. 24. 70. *Eccli.* 27. *b.* Cæterum. *Psal.* 71. vbi dicitur. Erit firmamentum in terra, Hebraicè dicitur פִּסַּכָּר hoc est, placenta frumenti, aut frustum

frumenti

a *Glo. ord. su. Sap.* 8.
b *Hie. s. Is.* 2.
c *Lyr. s. Iob.* 6.
d *Hie. Ezec.* 7
e *Glo. ord. su. Leu.* 8.
f *Glo. ord. su. Marc.* 7.
g *Hie. s. Eccle. siasten.* 12.
h *Bed. s. prou.* 31.
i *Ar. s. ps.* 70. *Hie. s. Isa.* 59. *Ar. s. ps.* 103. 104. *Hie. s. Isa.* 9.
k *Hie. s. ps.* 88
l *Ori. s. ps.* 37. *hom.* 1. *Basi. s. ps.* 37.
m *Hie. s. Ier.* 3. & *s. Ezec.* 4.
n *Hie.* & *Gr. s. ps.* 31.
o *Basi.* & *Ar. s. ps.* 32.
p *Ori. s. ps.* 36. *ho.* 3. *Gr. s. m.* 27. *Bed. s. Prou.* 3.
q *Au. s. ps.* 74.
r *Aug. s. ps.* 103.
s *Rup. s. Gen.* 37.
t *Au. de Gen. ad liter.* 1. & *s. ps.* 135. *Hie. s. ps.* 135.
u *Hie. Cy. Au s. ps.* 103.
x *Ar.* & *Au. s. ps.* 103.
y *Glo. ord. su. Prou.* 4.
z *Hil. s. ps.* 67.
aa *Gr. s. ps.* 50.
bb *Hie. s. ps.* 73. *Aug. s. ps.* 73. 92.
cc *Hie. s. Isa.* 62.
dd *Gr. s.* 1. *Re.* 14.
ee *Ori. s. Eze. hom.* 3. *Hier. s. Ezech.* 13. *Gre. s. Ezech. hom.* 12.
ff *Glo. ord. su. Luc.* 16.
gg *Gl. ord. su. Iob.* 11.
hh *Hilar.* & *Au. s. ps.* 63.
ii *Basil. s. ps.* 3. 7.
kk *Gre.* 6. *m.* 2. 3.
ll *Isy. s. Leuit.* 25.
mm *Hi. s. Ez.* 17.
nn *Glo. or. su. Prou.* 11.
oo *Ori. s. Eze. hom.* 2. *Gre. s. Ezech. hom.* 78.

Digitized by Google

frumenti: vt designetur Christus in Eucharistia, qui est panis, cor hominis confirmans. Hieronymus autem transtulit, memorabile triticum, quod ad eandem allegoriam refertur.

Crux Christi. Angeli confirmati. Ecclesia.

Firmamentum etiam est *a* crux Christi, vbi apparet opus redemptionis, quod est opus manuum Christi, quod annunciat firmamentum. *Psa.* 18.88.

a *Ar.s.ps.* 18.

Firmamentum etiam dicuntur *b* Angeli, in gratia confirmati. *Ezec.* 1. *e.*

b *Gre.s.Ezec. hom.* 7.

Firmamentum sumi potest pro Ecclesia, cuius partes splendentes sanctis doctoribus comparantur, qui dicuntur esse quasi stellæ in firmamento: partes verò splendentes comparãtur simplicibus. Et diuidit aquas id est, duas leges, vel aquas sacræ doctrinæ supra firmamentum, ab aquis hæresum sub firmamento. *Gen.* 1. *a.* 3. *Reg.* 8. *f. Eccl.* 34. *a.* 43. *a.* Et ipsa dicitur columna & firmamentum veritatis. 1. *Tim.* 3. *d.*

c *Bed.s. Gen.* 1.

Sacra Scriptura. Principia scientiarum.

Firmamentum etiam dici potest sacra *d* scriptura, & doctrina ac disciplina diuidens aquas spirituales, ab aquis carnalibus, vel diuidit inter Angelos, & homines: quia Angeli non indigent nostra doctrina, ideò ipsi sunt supra firmamentum, homines verò sub firmamento. Item firmamentum sunt principia scientiarum, quibus distinguuntur scientiæ acquisitæ, vt aquæ sub firmamento, ab infusis, quæ sunt supra firmamentum. *Gen.* 1. *a. Psal.* 18. Firmamentum etiam panis, dici potest *e* vis verbi Dei. *Ezech.* 14. *d.*

d *Arn.s.ps.* 18 *Au.* 13. *Confess.* 15. *& de Gen con. Manic.* 2. 3. 25. *& s.psa.* 93. *Bed. s.Ge.* 1.

Virtutes rationales. Cor. Corpus. Sensus prudentia. Homo interior.

Firmamentum super capita animalium. *Ezec.* 1. *f.* designat rationales, sapientésque virtutes.

e *Ori.s. Ezec. hom.* 4. *Hie.s. Ezec.* 1.

Firmamentum præterea, dici potest *f* soliditas mentis aut cordis, seu cor in Deum firmum. *Psal.* 18. Corpus etiam nostrum, firmamentum interdum dici potest. *Gen.* 1. *a.*

f *Au.s.ps.* 18. *Ori.s. Gen.* 1. *Bed.s.Gen.* 1.

Firmamentum etiam dicitur sensus prudentiæ, diuidens inter practicam & theoricam doctrinam. Item homo interior diuidens inter spiritualia, & carnalia.

g *Au. de Gen. imp.* 14.

Firmamentum aliquando dicitur *g* cœlum vsque ad nubes, quod non recipit mutationes, aut peregrinas impressiones, & designare potest fidem, & veritatem solidam atque constantem. *Psal.* 35. Et laudare Deum in firmamento virtutis eius, *h* est firmam fidem habendo ipsum glorificare. *Psa.* 150.

h *Arn.s.psal.* 105.

Firmamentum panis, quod Deus conterit, designare potest *i* defensionem errorum. *Psa.* 104.

i *Arno.s.psal.* 104.

Firmamentum est plaga in his, qui in hac vita flagellantur, vt emendentur, non autem est in malis *k* qui flagellabuntur in futuro. *Psa.* 72. vel è diuerso, firmamentum dicitur esse plaga malorum, quia firma & immutabilis est eorum pœna in inferno.

k *Au.s.ps.* 72.

Fiscella, quare Canistrum.
Fistula.

Virtutes Ecclesiæ. Humiles. Adiutores Antichristi. Fraudulenta consilia. Falsa scientia

Fistvla propriè dicitur, per quam aqua educitur, vt fundatur, dicta à fundendo, siue ferendo: & instrumentum musicum ad illius similitudinem fistula dictum est. Et fistula in homine, per quam spirat, & per quam sumit cibum, quæ in intimo oris iunguntur. Fistula etiam dicitur casia, fistulæ formam habens.

Fistula casia, *l* virtutes Ecclesiæ designare potest. *Cant.* 4. *d.* & humiles spiritu, qui memores passionis Christi, ad patiendum pro eo sunt parati.

l *Glo.ord.sup. Cant.* 4.

Fistulæ æris, quibus comparantur ossa Behemot. *Iob*, 40. *b.* sunt *m* fortiores adiutores Antichristi, qui more metalli insensibilis, sonum benè loquendi habent, sed sensum benè viuendi non habent. Designant etiam fraudulenta consilia, quæ dum quasi blanda prouisione consultent, cor à forti intentione peruertunt, & dum dulcia resonant ad noxia inclinant.

m *Gre.* 32. *m.* 16. 20.

Fistulæ domatum Hierusalem, & arcis Sion. 2. *Reg.* 5. *b.* falsam *n* scientiam mundi & hæreticorum designant, quæ auferuntur per prædicatores.

n *Gl. ord. sup.* 2. *Reg.* 5.

Flaccere.

Debilis prædicatio hæreticorum.

Flaccere est languere, & sine viribus esse.

Flaccentia dicuntur *o* irrigua hæreticorum, quum ipsi non habeant vires ad prædicandum, quia eorum prædicatio est contra veritatem. *Isa.* 19. *b.*

o *Hie.s. Is.* 10.

Flagellare, Flagellum, Flagrum.
Verberare, Vapulare, Verbera.

Flagellvm, est lorum, aut aliud genus verberis, quo seruos nudatos cædere solebant, & flagellare est flagello cædere, & idem verberare. Flagella autem in vite, sunt noua sarmenta, & ea quibus vites arboribus adhærent. Flagella quædam infliguntur ad correctionem, quædam ad solam punitionem.

Flagella Christi.

Flagella Iob, *p* flagella Christi designabant. *Iob*, 42. *d.* Et flagellatus dicitur tota die, tempore passionis: *Psal.* 72. Flagellant autem Christum linguis, qui eius doctrinæ detrahunt, & cultui per eum introducta. Et etiam Prophetas, & Apostolos. *Matth.* 10. *b.* 20. *c.* 23. *d.* 27. *c. Marc.* 10. *e.* 15. *b. Ioan.* 18. *a. Luc.* 58. *f. Actor.* 22. *f.* 2. *Mac.* 7. *a. Heb.* 11. *g.*

p *Hier. s. Iob.* 42. *& s.ps.* 72 *Ori.s. Matth. ho.* 11. 26.

Castigatio diuina.

Flagellat Dominus interdum *q* ad correctionem. *Psa.* 31. 34. 37. 38. 88. *Eccli.* 23. *a.* 22. *a.* Et flagellum mundans, est communis tribulatio, aut castigatio, qua Deus emendat populum suum. *Isa.* 28. *b Tob.* 13. *a. Hebr.* 12. *a* Et hi dicuntur flagellari cum hominibus. *Psa.* 72. *Deut.* 25. *a. Iudith*, 7. *d.* 8. *d. Iob*, 19. *a.* 42. *d.* 2. *Mach.* 3. *g.* Et vapulauit populus non intelligens, *r* vt per dolorem recipiat disciplinam. *Hos.* 4. *d.* Flagellauit Dominus Pharaonem propter Saram: quia *s* cum animam improbam virtutis semo intrauerit, eam redarguit culpæ, erroris que pudore afficit: vel quia in anima illius est cruciatus, qui virtutem vult miscere vitiis. *Gen.* 12. *d.* vel flagellauit hæreticos, qui flagellati restituunt sapientiam, vel Ecclesiam, aut deceptos ipsi Ecclesiæ. Flagellum de funiculis, quo eiecit Iesus vendentes & ementes de templo. *Ioan.* 2. *c.* exercitus est *t* Romanorum, qui destruxit Hierusalem.

q *Orig.s.psal.* 3. *hom.* 2. *& s.ps.* 38. *h.* 2.

r *Hie.s. Ho.* 4.

s *Ambr.* 2. *de Abr.* 4. *Phil. de Abr.* 4. *Bed.s.Gen.* 12

Exercitus Romanorum.

Flagellat etiam Deus *u* solum puniendo, vt flagellabit reprobos in iudicio, & postmodum in inferno. *Pro.* 10. *d.* 23. *d.* 26. *a. Sap.* 12. *d.* 16. *c. Eccli.* 40. *b. Isa.* 10. *f. Nah.* 3. *a.* Et flagella peccatorum dicuntur multa. *Psa.* 31. quia in hac vita initium habent, quæ in futura nunquam finientur.

t *Rup.s.Ioan.*

Divina vindicta.

Flagella Niniuæ, dicuntur *x* tribulationes huius mundi, tam corporum, quàm animorum, quæ inferuntur à diabolo qui etiam flagellum dicitur. *Psa.* 90. *Nah.* 3. *a. Luc.* 4. *f.* 13. *c.* Sic flagellati præfecti operum filiorum Israël. *Exod.* 5. *c.* sunt afflicti à diabolo.

u *Hie.s. Is.* 10. *& s. Psal.* 31.

Tribulationes Diabolus.

Flagellum linguæ, dici potest *y* sententia vltimæ animaduersionis, cùm iudex dicet: Discedite à me maledicti in ignem æternum. *Io.* 5. *d.*

x *Hie.s. Na.* 3. *Bed.s.Exo.* 5.

Sententia iudicij.

Flagellum etiam linguæ, *z* exprobratio illatæ contumeliæ. Et flagello linguæ bones feriunt, qui eorum opera irridendo persequuntur. Hoc flagellum *aa* latè sonat & ipsum etiam loquentem flagellat, qui conuiciando peccat: Vnde dicitur dies flagellari malitia, *Eccli.* 26. *b.* 28. *c.* 30. *b. Psal.* 90. *Prou.* 10. *b.*

y *Gr.6.m.* 20.

Exprobratio & conuitium

z *Gr.6.m.* 19.

Vapulat simul cum ancilla, qui ei coniungitur culpa seminis, hoc est, *bb* amplectitur legem. Iudæorum ante aduentum Christi secundùm literam, habet quidem pœnam, sed non moritur, quia lex nondum est liberata per Christum, *Leu.* 19. *d.*

aa *Amb.exh. ad virg.*

Pœna leuis seruãtis literam legis ante aduentum Christi.

bb *Isyc.s. Leu.* 19.

Verberare ventum, est inaniter laborare. *Sap.* 5. *d.* 1. *Cor.* 9. *d.*

Inanis labor.

Verberat terram vox tonitrui. *Eccli.* 43. *b.* quum *cc* prædicatio terret, & conuertit peccatorem.

Terrens Deus peccatores.

Verberant seniores virum, qui falsò accusauit vxorem. *Deut.* 22. *c.* authoritate *dd* Ecclesiæ castigant eum, qui derogauit fidei Ecclesiæ.

cc *Glo.inte.s. Eccl.* 43.

Castigare derogantes fidei Ecclesiæ.

Flagella vineæ Sabama, *ee* dici possunt fomenta hæresum. *Isa.* 16. *c.*

dd *Glo.inte.s. Deut.* 22.

Fomenta hæresum.

Flagitium.

Flagitium vocatur, *ff* quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus, quale fuit. *Iudi.* 20. Flagitium etiam est, quod fit in alterius iniuriam. *Gen.* 44. *b.*

ee *Hier.s. Isa.* 16.

ff *Augu.* 3. *de doct. Chri.* 10.

Flagrare, quare ardere.
Flamma, vide ignis,

Flare, Flatus, Perflare, Sufflare, Sufflatorium, Exufflare.

Inspiratio Spiritus S. Dona Spiritus sancti.

Flare, est spirando aërem emittere, & flatus est spiritus, seu ventus & aura. Quum flamus, prius aërem ab exterioribus introrsum trahimus, deinde tractum extrorsum reddimus.

Flare dicitur Spiritus Dei, *gg* cùm adest menti inspiratio Spiritus sancti, & perflat Auster, quum inspirat

gg *Arn.s.psa.* 147. *Gr.* 27. *m.* 21. 24. *Aug.s.ps.* 147. *Hie.s. Isa.* 57.

Digitized by Google

Spiritus ſanctus. *Exod.* 15.*b.Iob.* 27.*b.c.Pſal.* 147.*Cant.* 3.*d.Ezech.* 37.*c.Dan.* 3.*f.Luc.* 12.*g.* Et flatus, ſunt dona Spiritus ſancti. *Iſa.* 42.*a.* 75.*d.*

Miracula Chriſti.

Flare etiam dicebatur Deus, *a* quum Chriſtus edebat miracula. *Io.* 37.*b.*

Vis iræ Dei.

Flat etiam Spiritus Domini, quum *b* venit impulſus iræ Dei, & flat repentè, quando ſubitò tollit, quos vult. *Iſa.* 40.*b.* Et flare tunc dicitur ventus occidentalis, ac ventus vehemens. *Exod.* 10.*d.* 14.*g.* Et flatus Domini ſuccendens infernum, eſt eius voluntas ad puniendum. *Iſa.* 30.*g.* Flare autem Deus in vindictæ retributione dicitur, *c* quia ab exterioribus cauſis interius iudicij conſilium concipit, & ab interno conſilio, extrorſum ſententiam emittit. *Io.* 4.*b. Ezech.* 21.*g.*

Vita corporalis, vel ſpiritualis.

Flatus, quem dat Dominus populo, qui eſt ſuper terram, eſt vita corporalis, aut etiam ſpiritualis, *Iſa.* 42.*a.* Et flatus omnis, quem fecit Deus, *d* eſt omne, quod ſpirat. *Iſa.* 57.*d.*

Actiones exteriores.

Flatus hominis, quem trahit Deus ad ſe, ſunt *e* exteriores actiones quas Deus ad ſe dirigit. *Iob.* 34.*b.*

Correctio.

Sufflatorium, dici poteſt *f* ſermo propheticus, & correctorius. *Ier.* 6.*g.*

Confundens Deus arrogantes.

Exufflat Deus, quod infertur in domum. *Agge.* 1.*c.* quum *g* eos, qui confidunt in doctrina, & eloquentia ſua, Deus inanes reddit, licèt multa ſeparentur ab eis, vt ſpicæ iam quaſi plenæ, vento vrente inanes redduntur.

Impulſus tentationis.

Flatus vehemens, *h* eſt impulſus grauis tentationis diaboli. *Matth.* 7.*d. Ioan.* 6.*c. Actor.* 27.*c.* Et ſufflans in igne, eſt *i* diabolus, vel hæreticus, *Iſa.* 54.*d.* Et flans Aquilo frigidus. *Eccli.* 43.*e.* Eius eſt flatus ſerpentis adurens. *Deut.* 8.*c.*

Diabolus.

Hæreticus.

Contemnentes ſacrificium Dei.

Exufflant ſacrificium Dei, *k* qui illud contemnunt, *Male.* 1.*d.*

Ceſſans prædicatio vel virtutum operatio.

Non flantes quatuor venti ſuper terram. *Apo.* 7.*a.* ſunt, *l* quum non eſt prædicatio: Vel cùm virtutes impediuntur, ne ſuas agant operationes.

Flauus color.

Fides fragilis.

Flauus color *m* eſt ex viridi, rubro, & albo concretus, fuluo clarior, qualis eſt mellis, & ariſtarum, quum iam maturuerunt, eſtque in albo, ſicut pinguedo in dulci.

Remittens Deus.

Flauus color capillorum. *Leu.* 13.*b.* deſignat *n* fidem fragilem & infirmam. Item cogitationem tendentem ad blaſphemiam.

Flaueſcens vinum. *Prou.* 23.*d.*

Flectere, Reflectere.

Præſtans auxilium.

FLECTERE, eſt aliquid curuare, & à recto dimouere.

Humilitas.

Flectitur Dominus miſericordia, quum *o* ceſſat à rigore punitionis, & cùm præſtat auxilium. *Iud.* 2.*c.* 1.*Reg.* 15.*f.* Et flectitur Sol ad Aquilonem. *Eccl.* 1.*a.* quum Chriſtus fauet in tribulatione: Vel cùm intelligentia, de longè, proſpicit ea, quæ ſunt in parte Aquilonari, vt quæ mala qua cautela vitare debeat, agnoſcat.

Flectenda genua Chriſto.

Flectuntur genua ad orandum, & genua cordis flectuntur per humilitatem. 2.*Par.* 36.*b.*

Deficere à rectitudine.

Flectentes genua coram Ioſeph, deſignabant *p* in nomine Ieſu omne genu flectendum: cui omnia debent eſſe ſubiecta, & cultui eius obedire. *Gen.* 41.*c. Iſa.* 45.*d. Rom.* 14.*b. Phil.* 2.*d.* 2.*Par.* 6.*b. Cant.* 6.*c. Marc.* 1.*d.*

Docti ſine operibus.

Flecti dicitur, *q* qui deficit à rectitudine virtutis, qua ratione non flectitur, qui firmatur in ſapientia, & in Deo. *Eccli.* 15.*a.* Ne deficit in perſequutione, nec cedit hæreticæ prauitati.

Conſideratio ſui.

Flexo poplite bibentes. *Iud.* 7.*b.* ſunt *r* qui rectitudinem operum cum doctrina non habent: Vnde inepti cenſentur ad prælium.

Colentes diabolum.

Reflexa labia menſarum intrinſecus, *Exec.* 40.*f.* ſunt, *ſ* quando doctores ad conſcientiam reuocant tacita cogitatione, quod dicunt, & ſemetipſos ſubtiliter perſcrutantur, ſi faciunt quod loquuntur: idque per circuitum, ne in vna ſe parte conſiderent, in alia negligant.

Diaboli crudelitas.

Flectentes genua coram Haman. *Eſther*, 3.*a.* ſunt colentes diabolum, aut hæreſiarcham.

Contemnentes factis Chriſtum.

Non flectitur miſericordia Nabuchodonoſor, hoc eſt, diabolus. *Ier.* 2[illegible].*c.*

Flectentes milites genu alterum illudendo Chriſto. *Matt.* 27.*d.* deſignant *ſ* eos, qui eum credunt, ſed peruerſis actibus deſpiciunt.

Flere, Lamentari, Lugere, Plorare, Eiulare.
Plangere, Singultus.

FLERE, eſt lachrymas emittere, quod & plorare dicitur. Lamentari, eſt voce querula, triſtíque oratione dolorem teſtari. Idem ferè eſt eiulare, quod magis proprium eſt mulierum.

Lugere autem videtur dicere diuturniorem fletum, qui & voce & geſtu veſtitúque demonſtratur. Singultus autem eſt quædam ſpiritus emiſſio cum impetu, quæ eſt in flentibus: & aliquando ſine fletus: Porrò fletus ſemper eſt cum miſeria, ideo non eſt in fœlicitate. *Iſa.* 65.*c.*

Fletus Ieſu ſuper Hieruſalem, *u* deſignat dolorem ſuper anima lapſa in peccatum. *Luc.* 19.*f.* 23.*d. Num.* 25.*b. Iudi.* 21.*a.* 2.*Reg.* 24.*c. Iob*, *d. Iſa.* 22.*b. Thren.* 1.*a. Ezech.* 2.*d.*

Dolor Chriſti ſuper anima peccatrice.

Fletus Ioſeph ſuper ſingulos fratres, deſignat *x* dolorem Chriſti de incredulitate Iudæorum, licet ſuper aliquibus conuerſis gauderet, *Gen.* 42.*e.* 45.*d.* 46.*c.* Idem poteſt deſignare fletus Ioſeph & Ægyptiorum ſuper Iacob defuncto. *Gen.* 50.*a.* Et flens Iacob pro amiſſo Ioſeph. *Geneſ.* 37.*g.* Et luctus Aaron ſuper morte duorum filiorum, *Leu.* 10.*d.* Et lamentatio ſuper morte Ioſiæ. 2.*Paral.* 35.*b.* Et flens vxor Tobiæ abſentiam filij. *Tob.* 5.*d.* 10.*b.* Et lugentes ſuper Sion, & Hieruſalem, ſunt *y* Apoſtoli dolentes de infidelitate ſynagogæ, *Iſa.* 61.*a.* 66.*d.* Et flens Ioſeph ſuper Beniamin, *z* deſignat, quod cæcitas Pauli fletus eſt Chriſti. *Gen.* 43.*g.*

Dolor Chriſti de incredulitate Iudæorũ.

Lugens terra à malitia inhabitantium in ea deſignat *aa* dolorem Angelorum præpoſitorum terræ propter peccata hominum. *Ier.* 12.*a.* Et luget antemurale Sion, quum Angelorum cuſtodia, & diuina protectio ablata eſt à Iudæa, vel ab anima. *Thren.* 2.*c.*

Dolor angelorum ſuper peccatis hominum.

Fletus Rachelis, *bb* eſt ploratus matrum infantium innocentum ab Herode occiſorum. *Ierem.* 31.*c. Matt.* 2.*e.*

Dolor matrũ Innocentum.

Plorans etiam Rachel filios, *cc* eſt Eccleſia deflens amiſſos Iudæos. *Matt.* 2.*c.* Et fletus Annæ, eſt *dd* dolor Eccleſiæ, quia non conuertentur Iudæi, 1.*Reg.* 1.*b.* Et flebat largiter, ſicut triſtitia magna erat cordi Pauli propter eos. *Rom.* 9.*a.* Et flentes angeli pacis, ſunt *ee* Apoſtoli deflentes infidelitatem Iudæorum. *Iſa.* 33.*b.* 2.*Reg.* 1.*b.d.* 3.*f.* 12.*e.* 13.*g.* 18.*g.* 4.*Reg.* 8.*c.* Plorat etiam Rachel filios ſuos *ff* quum deflet in hoc mundo vſque ad reſurrectionem corporum.

Dolor Eccleſiæ de Iudæis.

Fletus faciei Iob, eſt *gg* dolor Prælatorum Eccleſiæ flentium peccata ſubditorum. *Iob*, 16.*c.* Et fletus aſſumptus ſuper montes, & lamentatio ſuper ſpecioſa deſerti, eſt *hh* quando principes Eccleſiæ peccant, & nihil in ea inuenitur ſubſtantiæ Dei, nec auditur vox Domini Eccleſiam poſſidentis, per ſanctos Apoſtolicos viros, *Ierem.* 9.*c.*

Dolor prælatorum de ſubditis.

Fletus Annæ, deſignare poteſt *ii* dolorem vitæ contemplatiuæ, quando non poteſt vacare quieti contemplationis. 1.*Reg.* 1.*b.*

Dolor ob defectum contemplationis.

Lugens Iacob Ioſeph, deſignat *kk* Chriſtianos lugentes propter Paſſionem Chriſti. Et dicitur lugens deſcendere in infernum, quia Chriſtus per Paſſionem debellauit inferos. *Gen.* 37.*g.* Et fletus ad veſperam, *ll* eſt fletus in Paſſione Chriſti, *Pſa.* 29. Et lugentes erant Apoſtoli tempore Paſſionis. *Iſa.* 57.*d.*

Luctus paſſionis Chriſti.

Fletus Abrahæ ſuper morte Saræ, eſt deploratio miſeriæ humanæ. Et fletus Iacob. *Gen.* 23.*a.* 29.*c.* Et fletus ad veſperam, *mm* eſt in præſenti vita de miſeriis huius ſeculi, *Pſ.* 29. 125. *Iſa.* 30.*e.* Idem deſignant flentes Dauid & Ionathas: & multi alij fletus. 1.*Reg.* 20.*g.* 2.*Reg.* 15.*e. Iud.* 6.*e.* 7.*d. Eſther*, 4.*a.* 7.*d. Iob*, 16.*c. Eccle.* 3.*a.* [illegible]*erem.* 9.*e.* 22.*c. Hoſ.* 12.*b.* 1.*Mach.* 1.*d.* 9.*a. Matt.* 24.*c. Marc.* 16.*c. Luc.* 8.*g.* 23.*d. Ioan.* 16.*b.* 1.*Corin.* 7.*e. Apoc.* 5.*a.* Et eiulantes propter brachium tyrannorum, ſunt dolentes cum patienta in perſequutionibus, *Iob.* 35.*c.* De his dicitur, *Matt.* 5.*a.* Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Ad hæc pertinent varij planctus tribuum Iſrael, qui ponuntur. *Zac.* 12.*c.* De quibus ſi vis, vide Origenem, *nn* Et dies luctus, eſt in hac vita. *Iſa.* 60.*d. Thre.* 1.*a.*

Hortari ad pœnitentiam.

Lamentari, vel lamentationes ſunt, *oo* quando Prophetæ & prædicatores hortatur ad pœnitentiam, & minantur pœnas inferni. *Mat.* 11.*b. Pſ.* 125. *Thr.* 1.*a. Luc.* 7.*e.* Et lamẽtationes ſcriptæ in libro, ſunt de his qui prouocãtur

ad pœn

a *Gre.* 27. *m.* 21.
b *Hier.ſ. Iſa.* 30.40.
c *Gre.* 5 *m.* 15.
d *Hie.ſ.If.* 57.
e *Gr.* 24.*mor.* 26.
f *Hie.ſ.Ier.* 6.
g *Hie.ſ.Ag.* 1.
h *Hil.ſ.Matt. Can.* 6.
i *Hie.ſ.If.* 54.
k *Hie.ſ. Mar.* 1.
l *Glo. ord. ſu. Apoc.* 7.
m *Ari.de ſenſu & ſenſib.* 5.
n *Iſy.ſ.Le.* 13.
o *Hie.ſ.Eccleſiaſten.* 1. *Ric.de S.Vict.* 3.*de arcamyſtica.* 7.
p *Ori.ſ. Rom.* 14.
q *Glo.ord.ſu. Eccle.* 15.
r *Gr.* 30. *mo.* 35.
ſ *Gre.ſ. Ezec. hom.* 21.
t *Lyr.ſ.Matt.* 27.
u *Ori. ſ. Luc. hom.* 38. *Hie. ſ.Iſa.* 22. *Gre. ho.* 39.
x *Am.de Ioſe.* 3.10.
y *Hie.ſ.If.* 66.
z *Bed.ſ. Gen.* 43.
aa *Ori.ſ. Ieze. hom.* 8.
bb *Hie.ſ. Ier.* 31.
cc *Hil.ſ.Mat. Can.* 1.
dd *Gr.ſ.* 1.*Re.* 1.
ee *Hi.ſ.Iſ.* 33
ff *Ru.* 2.*ſ.Ma.*
gg *Gr.* 13.*m.* 11.
hh *Hie.ſ.Ier.* 9.
ii *Gr.ſ.* 1.*Re.* 1.
kk *Baſi. & Ar.ſ.pſa.* 29.
ll *Hie.ſ.If.* 57
mm *Baſi. & Arn.ſ.pſ.* 29. *Gr.* 26.*m.* 10.
nn *Ori.ſ.Mat ho.* 36.
oo *Baſi.ſ.pſa.* 29. *Hil.ſ. Matth. Can.* 11. *Am. ſerm.* 80. *Hie. ſ.Eze.* 2.*& ſ. Amos* 5.*& ſ. Mat.* 11.

Digitized by Google

ad pœnitentiam. *Ezech.2.d.* Et ſcientes plangere, ſunt prædicatores ad pœnitentiã malos prouocantes. *Amos.5.e.* Sic ſumpſit planctum Ieremias indirectum. *Ierem.7.f.* Fletus Iacob in amplexu Rachelis deſignat *a* Chriſtum prædicantem pœnitentiam. *Geneſ.29.c.*

Pœnitentia.

Planctus & ploratus ac fletus, & etiam lamentationes ſunt eorum, *b* qui poſt peccatum agunt pœnitentiam. *Iud.2.a.20.c. Pſalm.6.77.101.125. Iſa.15.a.22.d. Ierem.4.g.31.b.50.a. Hoſ.12.b. Ioel.1.b. Ezech.2.d. Amos.5.a.8.c.9.b.* Et flere ſuper flumina Babylonis, eſt dolere de peccatis libidinis, aut de amiſſione ſtatus gratiæ. *Pſalm.136.* Et lugere in abſentia ſponſi, *c* eſt deflere amiſſo Chriſto. *Matth.9.b.* Et flens Petrus extra palatium, qui intus Chriſtum negauit, *d* deſignat pœnitentiæ locum non eſſe aptum in palatiis: ſed in locis ſemotis, & quietis. *Matth.29.g. Marc.14.g. Luc.22.g.* Plangere ad lamentum, *e* eſt caſtigare carnem per pœnitentiam. *Matth.11.b.* Hunc planctum conuertit Deus in gaudium. *Pſal.29.* Et planctus Dimon, *f* eſt pœnitentia de erroribus. *Iſa.15.22.d.* Et plangunt mulieres ſuper vbera, quum dolent de voluptatibus. *Iſa.32.c.4. Reg.20.a.22.d.2. Par.34.f.1. Eſdr.3.d.10.a. Nehe.7.c. Ioel.2.c. Zach.7.a.* Et lugentes peccata ſua, ſunt beati: qui non ſperant, vt ab aliis lugeantur. *Matt.5.a.6.d.* Et dies luctus pœnitentiæ, eſt in hac vita, poſtquam luctus erit inutilis. *Iſa.60.d. Thren.1.a.* Non plorant viduæ, quæ non agunt pœnitentiam. *Iob.27.c.* Lamentum autem ſumere ſuper Tyrum, *g* eſt per pœnitentiam eleuari in ſpem eius, quod perdidit Lucifer, cuius typum gerit Tyrus. *Ezech.26.c.27.a-f.32.d.* Flens Eſau ſuper collum Iacob. *Gen.33.a.* deſignat pœnitentiam & conuerſionem Iudæorum vltimis temporibus.

Compaſſio laborantium.

Flens populus Gabaa periculum Iabes, deſignat *h* compatiendum eſſe fraternis neceſſitatibus. *1. Reg.11.a. Iob.30.d.* Hoc eſt flere cum flentibus. *Rom.12.d.* Hoc etiam deſignate poſſunt lamentatrices, quæ conducebantur ad lamentandum. *Ierem.9.e.*

Prælatus dolens de impœnitentibus.

Lugens Samuel Saulem reprobatum à Deo, *i* eſt prælatus non amittens compaſſionis affectum erga impœnitentes. *1. Reg.15.g.* Et cùm dicitur à Deo. Vſquequo luges Saul? oſtenditur ſolatium ſumendum ex afflictione lapſi, cùm à Deo deſeritur. *1. Reg.16.a.*

Plangendum in hac vita.

Flens filia Iephte virginitatem ſuam. *Iud.11.g.* deſignat *k* plangendum eſſe in hac vita vits, qui offeruntur Deo, vt puriores offerantur.

Gaudium de aduentu Chriſti.

Flens Gabellus de aduentu Tobiæ præ gaudio. *Tob.9.c.11.c.* deſignauit gaudium de aduentu Chriſti ad gentes, & ad Iudæos.

Flere defectus prælati.

Deflent ſulci clamante terra, videlicet *l* aduerſus prælatum, quum per hoc, vnde multitudo fidelium iuſtè contra rectorem quæritur, vberioris vitæ homines ad lamenta perueniunt. *Iob.31.d.*

Dolor ſynagogæ de amittẽdo ſacerdotio.

Fletus Agar pro morituro filio. *Gen.21.b.* deſignat *m* dolorẽ ſynagogæ, de amittendo ſacerdotio. Idem deſignat fletus filiorum Iſraël ſuper morte Aaron. *Num.20.d.4. Reg.13.c.1. Mac.7.f.*

Ferentes moleſtè iugum Domini.

Flens turba ob difficultatem terræ promiſſionis habendæ, deſignat *n* moleſtè ferentes iugum Domini propter vitam æternam. *Num.14.a.*

Religioſi affectantes redire ad ſeculum.

Flentes mulieres Adonidem. *Ezech.8.f.* deſignant *o* religioſos redire cupientes ad ſeculum. Vel eos, qui lugent defectum, eorum, quæ in mundo putantur eſſe pulcherrima. Idem deſignat fletus turbæ ob defectum carnium. *Num.11.a.*

Dolentes de amiſſione dignitatum, & temporalium.

Fletus Eſau ſuper amiſſa benedictione. *Gen.27.f.* deſignare poteſt dolentes de amiſſione dignitatum, & rerum temporalium. Talis videtur fuiſſe fletus Saulis, deſignans etiam falſam pœnitentiam. *1. Reg.24.d.*

Deflere hæreticos.

Plorare Iazer, eſt *p* deflere fortitudinem hæreticorum. *Iſa.16.c. Ierem.48.e.* Et planctus domus Aſel, eſt, quum deflet Eccleſia hæreticos. *Mich.1.c.*

Fletus gehennæ.

Ploratus animæ non audientes Deum, *q* videtur deſignare fletum gehennæ perpetuum. *Ierem.13.c.* Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. *Matth.8.b.13.f.22.b.24.d.23.c. Luc.13.f. Tob.2.b.* Et lugentes dicuntur, qui puniuntur in inferno, aut etiam in hac vita. *Iſa.3.d.* Et lugebit vindemia in ſine ſeculi, cùm omnes voluptates conuertuntur in luctum. *Iſa.24.b. Amos.8.c.* Et lugebit etiam terra, hoc eſt, terreni, vel Iudæa iudicio. *Iſa.24.a.33.b. Ierem.4.f.12.a.23.b. Hoſe.4.a.* Cùm dicitur plorans plorabit, deſignantur iugis fletus lachrymæque perpetuæ. *Thren.1.a.* Non planguntur interfecti, quando iuſtè in infernum truduntur. *Ierem.25.g.*

Dolor hæreticorum de converſione diſcipulorum.

Lugent piſcatores, *r* cùm philoſophi, & hæretici vident diſcipulos ſuos ad fidem conuerſos. Sic etiam lugent dæmones. *Iſa.19.b.* Et tunc lugere dicuntur ſpecioſa paſtorum. *Amos.1.a.* Iidem ſunt viri muti fictilis lamentantes. *Ierem.41.e.* Lugent etiam ſpecioſa paſtorum, *ſ* quum deſtructum eſt templum, &c.

Deſtructio templi.

Luctus vnigeniti eſt *t* Iudæorum, tum quia magnus, tum quia occiderunt Chriſtum vnigenitum & primogenitum. *Amos.8.c. Zach.12.c.* Et quia eſt inconſolabilis, niſi ad fidem conuertantur. Ad hæc pertinet planctus quaſi draconum, & luctus quaſi ſtruſthiorum. *Mich.1.c.*

Luctus Iudæorum, qui Chriſtum occiderunt.

Planctus eſt Moſes, & non Ioſue *u* quia in lege veteri ſub peccato Adæ omnes tenebantur elogio, & ad inferos deſcendentes cõſequenter lacrymæ conſequebantur. In Ieſu verò, hoc eſt, in Euangelio, per quem paradiſus apertus eſt, mortem gaudia proſequuntur. *Deut.34.c. Ioſu.24.g.*

Planctus eſt legis veteris.

Non debet lugere, qui vendit, hoc eſt, *x* qui relinquit mundum, non debet ex hoc triſtari. *Ezec.7.b.*

Gaudenter deſerendus mundus.

Luget populus Samariæ ſuper vitulum, *y* quum decepti ab hæreticis dolore replentur. *Hoſ.7.d.* Et ſit eis planctus quaſi draconum, hoc eſt, Dæmonum, & luctus ſtruthionum, ſiue ſirenarum. *Mich.1.e.*

Dolor deceptorum ab hæreticis.

Plorans Iſmael filius Nathaniæ ad decipiendos octoginta viros. *Ierem.41.b.* typus eſt *z* diaboli transfigurantis ſe in angelum lucis.

Simulatio diaboli.

Flere in plateis, eſt *aa* publicas exequias agere. *Eccleſ.12.b.* Sic planctus Saræ, exequias ipſas funeris ſignificat, *Gen.23.a.* Et planctus Iacob dicitur tota pompa funeris. *Gen.50.a. Leuit.10.b.*

Exequiæ publicæ.

Fletus, quo Iudæi operiebant altare Domini qui Deo non erat gratus. *Malach.d.c.* deſignat *bb* offerentes ſacrificia de rapinis lugentium pauperum. Vel fletum pro temporalibus.

Sacrificia præindicantia proximo.

Lamentum ſuper Tyrum, eſt *cc* deflere lapſum generis humani per peccatum Adæ. *Ezech.27.a.* Planctus verò ſuper regem Tyri, eſt pauere de lapſu Luciferi. *Ezech.28.e.*

Florere, Flos, Efflorere, Reflorere.

Reſurrectio Chriſti.

Florere eſt flores emittere. Flores autem ſunt, qui præcedent fructus, & ſemina, colorum varietate ac odore pollentes. Decor tamen eorum citò marceſcit. Florere & flos referri ſolet ad iuuentutem.

Chriſtus.

Florens virga Aaron, deſignare poteſt *dd* gloriam reſurrectionis Chriſti & fragrantiam benignitatis eius. *Num.17.b.* Sic refloruit caro eius in reſurrectione: & refloreſcet Eccleſia, quæ eſt eius caro. *Pſ.27.* Et flos de radice Ieſſe, eſt *ee* Chriſtus, qui flos bonis ad quos venit in ſpiritu manſuetudinis. *Iſa.11.a. 1. Cor.4.d.* Et ipſe eſt flos campi in populo Iudæorum, apud quem ortus eſt: Vbi tamen non peruenit ad perfectum fructum: ſed tranſiit ad gentilitatem. Vel flos campi, in animabus ſimplicibus & humilibus: vel flos campi quia non manibus & opera hominum generatus, ſed in Virgine intacta; & quia vt principium martyrum prodiit in campum, & extra portam paſſus eſt. Ipſe etiam eſt flos horti, virgo in virgine generatus. Ipſe flos thalami, ſpeculum & exemplum totius beneficentiæ. *Cant.2.a.* Et flores apparentes in terra, deſignant ipſum Chriſtum, creſcentem ætate, & ſapientia. *Cant.2.c.* Et floret ſicut fœnum, *ff* quia eſt cibus iumentorum. *Pſalm.71.*

Benignitas Chriſti.

Floret ſanctificatio ſuper Chriſtum. *Pſal.131.* quia *gg* datum eſt illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Dignitas Chriſti.

Florens virga, interdum deſignat *hh* inſtantem diuinam vindictam. *Ezech.7.c.*

Inſtans vindicta Dei.

Florens etiam virga Aaron, deſignat *ii* gratiam ſacerdotalem nunquam marceſcentem. *Num.17.b.*

Gratia ſacerdotalis.

Flores apparentes in terra, dici poſſunt *kk* Apoſtoli, qui erant primitiæ in Eccleſia: & cæteri, qui tunc crediderunt: Item ipſe Chriſtus reſurgens, & qui cum eo reſurrexerunt. Item ſancti, ferueuti erga Deum pietate, varios virtutis fructus edentes. Præterea, virgines in lege noua. Item, animæ Sanctorum in cœlo receptæ. *Cant.1.c.* Et iuſtus floret vt palma. *Pſalm.92.* Eoſdem deſignat florens virga Aaron. *Num.17.c.* Flores etiam apparentes in terra, deſignare poſſunt miracula Chriſti & diſcipulorum eius. Item, profectum virtutum. Sancti etiam dicuntur quaſi flos roſarum in diebus vernis. *Eccl.50.a.*

Apoſtoli.

Reſurgentes cum Chriſto.

Sancti.

Virgines.

Miracula.

Profectus virtutum.

Eccleſia.

Anima.

ii *Ambr.epiſt.* 82. kk *Ambr.ſ.pſal.*118. *ſerm.* 6. *Bern.ſ. Cant.ſerm.*53. *Gre.ſ.can.*1. *Cyril.*4. *ſ.Ioan.*28. *Au.ſerm.*99. *Hier. adu. Iouin.* 1.

a *Ru.*7. *ſ.Gen.* 28.
b *Hie.ſ.*15. & *epiſt. Samuel quondã Orig. in diu. hom.*10. & *ſ. Num.ho.*15. & *ſ.Iere.ho.*2 *Gre.ſ. Ezech. hom.*9.
c *Hil.ſ.Matt. Can.*9.
d *Ori.ſ. Mat. hom.*35.
e *Am.ſ. Luc.* 6. *Baſil.ſ.pſ.*29. *Hil.ſ. Matth. ca.*11.
f *Hie.ſ.Iſa.*15 & *ſ.Mat.*11.
g *Ori.ſ.Ezec. hom.*13. *Hie. ſ.Ez.*27.
h *Gre.ſ.*1. *Re.* 11.
i *Gre.ſ.*1. *Re.* 15.16.
k *Chry. de Iephte.*
l *Gre.*22. *mo.* 23.
m *Glo.int.ſu. Gen.*21.
n *Lyra. ſup. Num.*14.
o *Hie.ſ.Ez.*8.
p *Hie.ſ.Iſ.*16 & *ſ.Mich.* 1.
q *Ori. ſ. Iere.* 13. & *ſ.Iſ.*24 33.
r *Hie.ſ.Iſ.*19. & *ſ.Amos* 1.
*Glo. ord. ſup. Iere.*48. *Rup. ſ.Amos* 1.
ſ *Hie.ſ. Amos* 8.
t *Ru.ſ. Amos* 8. & *ſ.Mic* 1.
u *Hiero.epiſt. quis dabit.*
x *Hie.ſ.Ezec.* 7.
y *Hie. ſ.Hoſe.* 10. & *ſ. Mic.* 1.
z *Gre.*1. *mor.* 38.
aa *Hie.ſ.Eccl.* 12. & *epiſt. quis dabit.*
bb *Glo. ord.ſ. Malach.*2. *Rup.ſ.Ma.* 2.
cc *Rup.* 2. *de victo. verbi Dei.*7.
dd *Ori.ſ. Nu, ho.*9. & *ſ.Iſa. ho.*3. & *ſ.Ca. hom.*2.3.
ee *Hie. ſ.Iſa.* 11. & *ſ.Pſal.* 27. *Amb.ſer.* 54. & *de virg.*3. *Bern. de aduent.* & *ſ. Cant.ſer.* 47.
ff *Am.ſ.pſal.* 71.
gg *Hil.ſ.pſal.* 131.
hh *Hie.ſ.Ez.* 7.

Digitized by Google

Florentes vineæ *a* ſunt vel Eccleſiæ, vel animæ ad fidem accedentes. Vel deſignant principium futurarum promiſſionum. *Cant.2.d.6.d.7.d.* In nouitiis quidem floret hæc vinea. In prouectioribus verò habet fructum. Et florens Iſraël quaſi lilium, eſt Eccleſia ſplendens decore virtutum. *Iſa.27.b.35.a. Eccl.3.b.* Referuntur hæc etiam ad Martyres.

Flores, quibus fulcitur Eccleſia, dici poſſunt *b* catechumeni odorem fidei habentes in confeſſione ſed nondum fructum referentes. *Cant.1.a.* Demum *c* omnes credentes ſunt flores Eccleſiæ, ſed peculiariter incipientes & teneri. *Geneſ.40.a.Eccl.51.c.*

Flos etiam eſt ipſa fides, quæ eſt initium operum. Et florebat ſemen ſynagogæ manè, *d* quando fides de Meſſia reſplendebat in antiquis patribus. *Iſa. 17.c. Pſal.89.*

Flores *e* certam futurorum bonorum expectationem deſignare poſſunt. *Dan.4.a.* quia flos eſt inchoatio futurorum fructuum. Vel deſignant nouam meritorum promotionem. Et flos primus vineæ, vel oliuæ eſt *f* propoſitum bene operandi. *Iob.15.d.Agge.2.d.* Flos vineæ perit frigore, vel nimio calore: ſic propoſitum benè operandi perit frigore temporalis proſperitatis, qua frigeſcit animus terrenis implicatus: Vel nimio calore, quum ex hoc, quòd placet hominibus, ferueſcit ad benè operandum, vt magis hominibus placeat. Et oliua, quum in flore eſt, ſi immoderata nebula tangitur, plenitudine fructuum euacuatur. Sic inchoantes bona opera, ſi laudari ab aſpicientibus cœperint, atque in ſuis laudibus delectari, fit caligo intelligentiæ in cogitatione: Vt iam diſcernere nequeant, qua intentione quid faciant, & fructum perdant operis, velut ex nebula fauoris.

Florent de ciuitate ſicut fœnum terræ Sancti, *g* quum bonorum operum ornamento in cœleſti Hieruſalem reſplendent. *Pſalm.71.* Vel quia poſt fidem Chriſti cognoſcunt gloriã mundi florere ſicut fœnum. Et floret iuſtus vt palma. *Pſal.91.* quia *h* vt palma iuxta terram eſt aſpera, ſupernè verò pulchram habet comam. Ita iuſtus in fine, & in cœleſtibus habet ſuam pulchritudinem.

Florent mala punica, quum *i* perfecti habent vtilitatem in proximis, ſuo hortatu vel exemplo proficientibus. *Cantic.7.d.*

Flores in tunica ſacerdotis, deſignant *k* elementum terræ florentis. Item ſapientiam & varias, quæ non flacceſcunt, ſcripturas, & eloquia Domini, quæ veritatis ſplendore refulgent. Flores autem ſapientiæ, ſunt fructus honoris & honeſtatis. *Eccl.24.e.*

Floridus lectulus, vel vmbroſus. *Cant.1.d.* deſignat *l* ſplendorem bonorum operum: & diuerſitatem virtutum. Vel floridus lectus eſt, quum exemplis, & inſtitutis patrum tanquam bene olentibus inſperſa floribus fratrum conuerſatio vita refulget.

Florens amygdalus. *Eccleſ.12.* deſignare videtur *m* caniciem ſenectutis. Vel deſignat *n* primordia Eccleſiæ, quæ in prædicatoribus ſuis, primitiuos virtutum flores aperuit, & ad inferenda poma bonorum operum venturos ſanctos, quaſi arbuſta ſequentia præuenit.

Flos fœni vel agri citò decidens, eſt *o* proſperitas humana, ſeu gloria carnis humanæ, & ipſe homo. Et ſcirpus in flore, eſt hypocrita in laude. *Iob.8.c.14.a.Pſalm.71.89.102.Prouerb.17.d.Sapient.2.b.Iſa.40.b.Dan.4.a.Nah.1.a. Iacob.1.Petr.1.d.*

Flos occidens dicitur *p* Ephraim: quia Iſraëlitæ deciderunt à lege, & cultu Dei, in quo florebant. Item hæretici, & Scribæ, Phariſæi, & Iudas, qui videbatur florere in diſcipulatu Chriſti, vnde cecidit. *Iſa.28.a.Ezech.7.c.* Et non florens ficus, eſt ſynagoga non bene operans. *Habac.3.d.*

Efflorens lepra. *Leu.13.b.* deſignat *q* multiplicatum peccatum poſterioribus actionibus, & manifeſtatum.

Fluctuare, Fluctus, Vnda, Inundare.

FLVCTVS eſt moles aquæ, vi venti concitatæ, quæ vulgò vnda dici ſolet: & fluctuare, eſt fluctibus agitari.

Fluctus tumentes ſuper hominem, ſunt *r* diuinæ comminationes: & caſtigatio diuina: & peculiariter afflictiones Chriſti. Item timor Dei, dicente Iob. Sicut tumentes fluctus ſuper me, ſic ſemper timui Dominum. *Iob.31.c. Pſalm.45.87.Iona 2.b.Luc.21.c.*

Inundans torrens gloriæ gentium, deſignat *ſ* abundantiam doctrinæ ſacræ. *Iſa.66.d.*

Fluctus maris deſignant *t* impetus tribulationum, & tentationum. *Matth.8.c.14.c.Marc.4.d.Luc.8.d.Pſalm.64.88.92.106.Iſa.51.e.* Item impetus affectuum animæ & cogitationum, quæ & inundantes aquæ dicuntur. Vocantur autem tribulationes fluctus Dei, *u* quia permittente Deo veniunt. *Iob.3.d.38.b. Cant.8.c.Sap.14.a.Ierem.31.c.46.b.51.e.Zach.10.Iud.d.* Et fluctus huius ſeculi, quibus mali ſubmerguntur, ſunt inanis gloria, & reſponſa dæmonum & pſeudoprophetarum mergentium homines in errores, *Exod.14.g.15.a.Iob.9.b.*

Fluctus etiam maris fuerunt *x* clamores Iudæorum, inualeſcentes aduerſus Chriſtum. *Eccl.24.a.Iſa.57.d.*

Fluctus præterea maris, ſunt *y* homines huius ſeculi, inquieti, elati, & turbidi. *Iob.9.a* Et fluctus opprimentes Iob, *z* deſignant vitam prauorum, inſolenti inquietudine moleſtam: quæ ad obruendam nauem cordis, quaſi tempeſtas illabitur. Et hi praui opprimunt Eccleſiam. *Iob.30.b.Zach.10.d.*

Fluctuans aqua dici poſſunt, *aa* voluptates, quibus mali inſanientes agitantur. *Sapient.5.d.* quæ ſunt vndæ dæmonum.

Fluctuatio non datur in æternum iuſto. *Pſal.54.* quia *bb* firmatur in veritate. Fluctuant autem Iudæi, quia non quieſcunt in vero ſenſu ſcripturarum de Chriſto. *Iſa.29.c.Eccl.40.a.Ezech.26.a. Epheſ.4.c.*

Fluere, Fluxus, Defluere, Effluere, Superfluere, Influere.
Manare, Præterfluere, Profluere, Fluentum.

FLVERE, eſt decurrere, vt fontes ac riui fluunt. Manare autem dicitur, quod per minutiſſimas partes ex aliquo ſtillat: & refertur ad fontes. Eſt autem fluere interdum deſcendere. *Ioſu.4.c.* Fluebant, ſicut ante conſueuerant. Pollui. *Leuit. 15. c.* Sanguinem fluere non ceſſat. Liqueſcere. *Iud.5.a.* Montes fluxerunt à facie Domini. Cadere. *Exod.39.d.* Ne laxa flueret. Conuenire. *Iſa.2.a.* Fluens ad eum omnes gentes. Præterire. *Geneſ.40.a.* Aliquantum temporis fluxerat. Scaturire. *Cant.4.d.* Quæ fluunt impetu de Libano. Stillare. *Num.24.a.* Fluet aqua de ſitula eius.

Fluens terra lacte & melle, quantum ad literam, eſt hyperbole, *cc* indicans vbertatem: quantum ad ſpiritum, deſignat cœleſtem patriam omnibus bonis effluentem. *Exod.3. b.13. a.33.a.* Et fluens mel, *dd* eſt dulcis fama Sanctorum decurrens, & ad multos ſe extendens. *Num.13.c.16.b.Leu.20.d.Deut.6.a.1.Reg.d.Ierem.11.a.Ioel.d.3.d.* Deſignat etiam fluens terra lacte, & melle, vetus & nouum teſtamentum. Item paſtum animæ & corporis.

Fluenta, ſunt dona Spiritus ſancti, & doctrina cœleſtis. Et fluenta pleniſſima, dicunt abundantiam doctrinæ, & gratiæ. Et fluentes imbres de nubibus, *ee* deſignant doctrinam cœleſtem, per Apoſtolos nobis traditam. Deſignant etiam dona, & gratias ſacramentorum à Chriſto manantium. Idem ſunt præterfluentes aquæ. *2.Par.6.a. Iob.36.d.Pſal.77.104.147.Cant.4.d.Iſa.44.a.58.d. Ioan.7.f.*

Fluunt aquæ de Libano, hoc eſt, *ff* ſacræ Scripturæ à populo Iſraël quia ab ipſis traxerunt originem. *Cant.4.d.*

Fluere, hoc eſt, conuenire dicuntur Gentes ad montem Domini, hoc eſt, *gg* Gentiles ad Chriſtum, & Eccleſiam. *Iſa.2.a.Mich.4.a.*

Fluentia aromata horti ſponſi. *Cant.4.d.* deſignant *hh* bonum odorem vitæ fidelium.

Fluentes aquæ flante diuino ſpiritu, deſignant *ii* lachrymas, vel dona Spiritus ſancti. *Pſal.147.Ezech.7.c.11.b.*

Defluentes ſaliuæ in barbam Dauid. *1.Reg.21.d.* deſignabant *kk* infantilia verba Chriſti, quæ eius tegebant virtutem.

Defluit Dominus ſicut fluuius Ægypti ſuper malos: *ll* vt in tormentorum amaritudinem, impetu Domini, detrudantur. *Amos.9.b.*

Fluxus temporis, quo tenebantur miniſtri Pharaonis in cuſtodia, deſignat durationem legis Moſis. *Gen.40.a.*

Non defluet folium ligni *mm* cui comparatus iuſtus. *Pſalm.1.* hoc eſt, non deficient verba Chriſti, quia ipſe dixit:

hh *Greg. 1. mor.24.* ii *Ar.& Aug.ſ.pſal.147.* kk *Aug.ſ.pſal.33.* ll *Hieron.ſ.Amos 9.* mm *Hil.ſ.pſal.1. Ambro. 3. Exam. 13.*

a *Ori.ſ.Cant. hom.3. Ori.ſ. hom.4. Hie.ſ. Iſa.37. Gre.ſ. Cant.2. Bern.ſ.Cant.ſe.60, 63.* b *Ori.ſ.Cant. hom.34.* c *Gre.ſ.Cant. 2.& ſ.Ezech. hom.15.* d *Hie.ſ.Iſ.17.* e *Ber.hom.1. ſu.Miſſus eſt. & ſ.Cant.ſe. 51. Ricar. de S.Victo.de ſecur. conſcien.* f *Gre.12.mo. 26.* g *Hier.ſ.pſal. 71.* h *Au.ſ.pſ.91.* i *Gr.ſ.Can.7.* k *Phil.de vit. Moſ.3. Clem. Alex. 1. pæd. 10.* l *Ori.ſ. Cant. ho.3. Gre.ſ.Cant.1. Gre.ſu. Cant. ſer.46.* m *Hie.ſ.Eccl. 12.* n *Gre.31.m. 20. Euc.q.in Eccl* o *Ori.ſ.pſ.36. Gr.8.mo. 27. & 11.m.27. Aug.ſ.pſ. 89.* p *Hie.ſ.Iſ.28 & ſ.Haba.3.* q *Iſyc.ſ. Leu. 13.* r *Gre.21.mo. 16. Aug.ſ.pſa.87 Euch.for. ſpiritual.4.* ſ *Glo.int.ſup. Iſaia.66.* t *Ori.ſ.Matt. cap.14. Hil.ſ. Matth. Can.8.* u *Gre.9.m.5. & 5. mor. 4. & 28.m.17. 20. Hie.ſ.Iob.38. & ſ.Ionam2. Aug.de Verb. Do.ſer.14.* x *Glo.inte.ſu. Iſaia 57.* y *Hie.ſ.Iob.9.* z *Gregor.20. mor.22.* aa *Glo. ord.ſ. Sap.5.* bb *Hier.ſ.Iſa. 29. Aug.ſ.pſ. 54.* cc *Aug. q.in Exod.4.* dd *Gr.ſ.1.Re. 14. Hie.ſ. Ier.11. Iſy.ſu.Le.20. Bed.ſ.Exo. 3.* ee *Gre.27.m. 5.& ſ.Can.4.* ff *Rup. ſup. Cant.4.* gg *Hie.ſ.Iſ.2.*

Martyres. Catechumeni. Incipientes. Fides. Expectatio futurorum bonorum. Propoſitum bene operandi. Gloria Sanctorum. Vtilitas perfectorum in proximis. Elementum terræ. Sapientia. Splendor bonorum operum. Canicies. Primordia Eccleſia. Proſperitas humana. Homo Laus hypocryta. Hæretici. Multiplicatũ peccatum. Comminationes diuinæ & caſtigatio. Timor. Abundantia doctrinæ ſacræ. Tribulationes. Tentationes. Clamores Iudæorum. Homines praui. Voluptates. Abundantia. Cœleſtis patria. Fama Sanctorum. Vtrumque teſtamentum. Dona Spiritus ſancti. Doctrina cœleſtis. Sacramenta. Scriptura ſacra ex Iudæis. Gentiles ad Chriſtum. Bonus odor fidelium. Lachrymæ. Dona Spiritus ſancti. Verba Chriſti infantis. Vindicta Dei. Tempus legis naturæ, & ſcripturæ. Non deficiunt verba Chriſti.

Perſeuerantia iuſtorum. *Deficiens doctrina Iudæorum.* *Doctrina in Eccleſia.* *Pœnitentia ſuperborum.* *Intemperies linguæ.* *Volaptates carnis.* *Rareſcentes cogitationes.* *Deficientes mali in iudicio.* *Virtus diaboli in hæreticis.* *Fauores adulantium.* *Deficientes virtutes.* *Propria vxor* *Propria doctrina.* *Fluxus vrinæ, & ſeminis*

dixit: Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Deſignatur etiam perſeuerantia *a* iuſtorum in bonis operibus: & doctrina moralis permanſura. *Ezech.47.c.*

Defluentia verò folia quercus, *b* deſignant deficientem doctrinam Iudæorum. *Iſa.1.g.*

Fluens aqua ſitula Iſraël. *Num.24.a.Deut.32.a.33.d.* eſt *c* populus, vel doctrina de primitiua Eccleſia.

Fluxerunt montes ſicut cera. *Pſal.96.* quando *d* multi, qui prius alta rigiditate tumuerant, Deo in carne apparente, magno ſunt per pœnitentiam timore liquefacti.

Fluxus ſeminis, eſt *e* intemperies linguæ, & in prædicatoribus loquacitas indiſcreta. Item eſt Rhetorica docens loquacitatem. *Leuit.15.c.* Poteſt etiam deſignare voluptates carnis. *Num.5.a.* 2.*Reg.3.f.* Et fluxus equorum, eſt procliuitas in omnia vitia. *Ezech.23.c.*

Fluxus menſtruus mulieris, deſignare poteſt *f* voluptates carnis, & idololatriam. *Leuit.12.b.20.c.* Et fluxus ſanguinis non ceſſans, eſt *g* perſeuerantia in idololatria, & in doctrina erronea, docente auguria & diuinationes, &c. etiam poſt lucem Euangelicam. *Leuit.15.c.* Deſignat etiam fluxus ſanguinis interiores ſordes peccatorum. *Matth.9.c. Luc.8.f.* Profluuium etiam ſanguinis, inobedientiam Adæ ſignificare poteſt, quæ in eius progenie perſeuerat.

Fluentes capilli de capite, ſunt *h* rareſcentes cogitationes. *Leuit.13.f.*

Defluet terra, quum *i* mali deficient in iudicio. *Iſa.24.a.* Et fluentes montes vt cæra, deſignant carnem profanorum in iudicio: qui fluent ſicut cæra à facie ignis. *Pſal.57.67.96.* Et defluet militia cœlorum, ſicut folium de vinea, cùm in iudicio aëreæ poteſtates in infernum trudentur. *Iſa.34.a.64.a. Iud.5.a.* Et defluens mons, eſt diabolus abiectus propter ſuperbiam. *Iob.14.d.*

Fluens Rex Aſſyriorum ſuper omnes ripas Iſraël. *Iſa.8.b.* deſignat *k* diaboli virtutem implentem hæreticos, vt inundatione ſua ſuffocare nitantur Eccleſiam. Iufluere autem Iordanem in os Behemot, *l* eſt eos qui magna opera virtutum faciunt, per ſuperbiam à diabolo ſæpe vorati, ac in infernum detrudi. Vel eſt baptizatos ab eo perdi. *Iob.40.c.* Et vnda fluens, quæ ſtat, eſt tentatio diaboli, vel perſecutio ceſſans. *Exod.15.a.*

Manantia flumina in circuitu Aſſur. *Ezech.31.a.* deſignant *m* fauores ſociorum diaboli aut adulantium.

Fluere dicuntur veſtes ſacerdotis. *Exod.39.d.* ſi virtutes & doctrinam non aſtringantur charitate & caſtitate.

Fluenta proprij putei. *Prou.5.c.* deſignare poſſunt *n* propriam vxorem, & etiam propriam doctrinam erroribus non permixtam: de qua debet quiſque bibere, hoc eſt, eam ſeruare priuſquam alios doceat.

Fluunt aquis genua, cùm lotio madefiunt præ timore. Vel quum *o* illiciti exercentur concubitus, quaſi fluxum ſeminis ſuſtinentes. *Ezech.7.e.21.b.*

Deus pater. *Trinitas.* *Spiritus ſanctus.* *Chriſtus.* *Spiritus ſanctus.* *Dona Spiritus ſancti.* *Angeli.* *Apoſtoli.* *Prædicatores.* *Homines.* *Genus humanum.* *Baptiſmus.* *Pœnitentia.* *Virtus generalis.* *Quatuor virtutes.* *Euangeliſta.* *Euangelia.* *Sacra doctrina.* *Fœlicitas.*

Flumen, Fluuius, Riuus, Torrens, Amnis.

FLVMEN ſeu fluuius, eſt aqua continuè decurrens & perennis: Riuus etiam, eſt aqua perennis, ſed minor fluuio. Torrens autem ætate ſiccatur, & pluuiarum tempore magno impetu inundare ſolet. Cùm dicitur torrens Ægypti, quantum ad literam, *p* intelligitur de Nilo. *Iſa.27.d.*

Fluuius, vnde ſumitur aqua, ad faciendam fidem diuini ſermonis. *Exod.4.b.* dici poteſt *q* Deus pater, à quo ortus eſt Filius, qui datus eſt nobis conuerſus in ſanguinem. Flumen quoque, quod eſt in fœlicitate, eſt ipſa Trinitas, vel Spiritus ſanctus. *Apoc.22.a.*

Fluuius exiens de paradiſo dici poteſt Chriſtus. *Gen.2.b.* Ipſe eſt torrens voluptatis, & flumen, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei: qui irrigat Eccleſiam verbo prædicationis, & gratia baptiſmi & Sacramentorum: & in fœlicitate tranſiens miniſtrat. *Pſal.35.45.* Et torrens ſeu vallis botri, & humilitas incarnationis Chriſti, & fœcunditas paſſionis eius. *Num.13.c.*

Flumina aquæ viuæ, dici poſſunt *r* dona Spiritus ſancti: vel ipſe Spiritus ſanctus, qui dicitur flumen Dei, inebrians affluentia donorum ſuorum ciuitatem Dei, hoc eſt, *ſ* Eccleſiam, vel mentes hominum. *Pſal.45.64. Iſa.30.f.41.c.43.c.59.d.66.d. Ioan.7.f.* Hos riuos excidit Deus in petris, quum *t* duris cordibus gentilium infudit dona Spiritus ſancti. *Iob.28.b.29.a.* Et torrens in auſtro. *Pſal.125.* dicit magnam vim feruoris Spiritus ſancti, & abundantiam gratiæ: Auſtri enim tempore torrentes ſoluuntur. Et riuuli fluminis torrentis, ſunt dona Spiritus ſancti: & fluuius torrens, eſt ipſa inundantia Spiritus ſancti, quæ in contemplantis animum, exuberant infuſione colligitur, quum mens pluſquam intelligere ſufficit, expletur. *Iob.20.c.* Et riui ſeptem Ægypti dantes refrigerium, ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti. *Iſa.11.b.* Torrens etiam voluptatis dici poteſt *u* multitudo donorum Spiritus ſancti. *Iſa.35.* Fluuius igneus procedens à facie Dei, *x* Spiritus ſanctus. *Dan.7.c.*

Flumina ignea in *y* Angelis, deſignant diuinos latices largiſſimum Angelis, atque indeficiẽtem inundationis copiam largientes, vitaliſque fœcunditatis altores. *Dan.7.c.* Et flumina, iuxta quæ ſunt horti, dici poſſunt *z* Angeli cuſtodientes, & inſtruentes homines. *Num.24.a. Iſa.21.d.34.c.*

Riui ſeu flumina, dici poſſunt *aa* Apoſtoli, & doctores præbentes refrigerium doctrinæ, & cõſolationis ſpiritualis. *Pſal.64.77.92.97.104. Iſa.32.a. Nahum.3.b.* Ipſi ſunt riui ſeptem Ægypti, dantes refrigerium ſecundum dona Spiritus ſancti. *Iſa.11.b.* Et riui olei. *Iob.29.a.* Torrentes etiam dici poſſunt *bb* ſancti prædicatores, qui dum in præſenti vita diuinis nobis eloquiis influunt aquarum multitudines, quaſi in hyeme colliguntur: qui & æſtiuo Sole adueniente ſe ſubtrahunt: quia cum æternæ patriæ lux emicuerit, prædicare ceſſabunt. *Iob.30.a.* Ipſi ſunt flumina quæ ad locum vnde exeunt reuertuntur. *Eccl.1.b.* Torrens ſpinarum *cc* dicuntur Apoſtoli, & doctores, quarum doctrina hic inter ſpinas fluebat. *Ioel.3.d.*

Fluuij generaliter, dici poſſunt *dd* homines, quorum profunda ſcrutatus eſt Deus, hoc eſt, conſcientias. *Iob.28.b.* Et homines & Angeli ſunt flumina, quæ exeunt à mari, & ad ipſum reuertũtur. *Eccl.1.b.* Fluuius etiam deſignare poteſt *ee* genus humanum ab exordio defluens. *Iob.40.c.*

Fluuius quandóque ſignificat *ff* baptiſmum: vt fluuius, vbi lauabatur filia Pharaõnis, & fluuius Iordanis & Ephrates & ſimiles. *Geneſ.31.c.32.c. Exod.2.a. Pſalm.1.64.65.79. Iſa.41.e. Apoc.22.a.* Et fluuius Chobar, typus eſſe poteſt ipſius Iordanis, aut baptiſmi. *Ezech.1.a. Zach.9.c.* A flumine vſque ad terminos orbis terræ, & dominatus dicitur Salomon. *Pſalm.71.* in typum Chriſti, qui à flumine dominandi ſumpſit exordium: vbi baptizatus à Ioanne, eodem monſtrante, cœpit agnoſci à diſcipulis, qui eum non ſolùm magiſtrum, verumetiam Dominum appellauerunt. Torrentes aquarum, per quos adducit Deus, *gg* ſunt baptiſmus & pœnitentia. *Iere.31.b.* Et fluuius, in quo ſunt piſces mundi, eſt pœnitentia. *Leuit.11.b.* In flumine, hoc eſt, *hh* in baptiſmo merguntur maſculi, quum peccant. *Exod.1.d.*

Fluuius exiens de paradiſo, deſignare poteſt affluentiam internæ iucunditatis: Vel eſt *ii* generalis virtus, à Dei ſapientia egrediens, & diuiditur in quatuor capita, hoc eſt, in quatuor virtutes cardinales: quarum vnaquæque princeps eſt & regina. *Geneſ.2.b.*

Flumina quatuor paradiſi. *Geneſ.2.b.* quatuor *kk* Euangeliſtas deſignare poſſunt, ſeu quatuor Euangelia ad prædicationem cunctis gentibus miſſa. Item ſacram Theologiam, ſeu *ll* ſacram Scripturam, quæ fons eſt, propter articulos fidei, qui ſunt principia, fluuius verò propter ea, quæ ex articulis deducũtur. Diuiditur in quatuor capita, propter quadruplicem ſenſum. *Pſalm.64.92. Num.24.a. Iſa.33.d.41.d.42.c.43.a.* Eadem eſt flumen aquæ viuæ. *Ioſe.7.f. Ezech.34.d. Pſalm.106. Prouerb.3.a.* Et torrens voluptatis, eſt multitudo ſenſuum ſpiritualium ſacræ Scripturæ. *Pſalm.35.45.* Et torrentes aurei, ſunt doctrinæ cœleſtis affluentia. *Iob.22.b. Ezech.47.b. Iſa.44.d.* Et ſapientia dicitur, quaſi fluuij diorix, hoc eſt fluuij piſcina, ſiue deriuatio, & ſicut aquæ ductus. *Eccleſ.24.d.* Et riui exciſi in petris ſunt ſacra doctrina gentibus tradita. *Iob.28.b.* Dicuntur etiam riui olei. *Iob.29.a.* Et fluenta pleniſſima. *Cant.5.d.* Sunt etiam flumina aquæ viuæ latiſſima in cœleſti gloria, per abundantiam ſcientiæ, quæ tunc habebitur. Eadem ſcriptura eſt torrens, vbi habitans Iſaac, inuenit aquam viuam. *Geneſ.26.d.* Et flumina, quæ intrant

a *Hier.ſ.Eze.* 47.
b *Hier.ſ.Iſ.*1.
c *Glo.inte.ſu. Nu.*24.
d *Gregor.*33. *mor.*1. *Gre.*23.*m.*11 & 2.*paſto.*4.
e *Iſy.ſ.Le.*15.
f *Ambro. de Iſaac* 1.*Hil.ſ. Matt.Can.*9.
g *Iſyc.ſ. Leu.* 15.
h *Glo.inte.ſu. Leu.*13.
i *Tertu de reſurr.Hier.ſ.Iſ.* 24.34. & *ſ. Iob.* 14. *Aug.ſ.pſ.*96.
k *Hier.ſ.Iſ.*8. & *ſ.Iob.*40.
l *Gr.*33.*m.*9.
m *Hie.ſ.Eze.* 31.
n *Bed.ſ.Prou.* 5.
o *Hie.ſ.Eze.c.* 7.21.
p *Hie.ſ.Iſ.*27.
q *Ru.ſ.*12. *Apoc.*
r *Ambro. de parad.*3.*Bed. ſ.Gen.*2. *Bed. de oblig. Deo. Amb.*4. *de fide.*7.*Ori. ſ.Ezec.ho.*13.
ſ *Chry.ſ.Ioan ho.*50.*Hier.ſ. Iſ.*30.*Baſi.* & *Au.ſ.pſa.*45. *Hil.ſ.pſa.*64. *Dion. cæle. Hier.*2.
t *Hier.ſ. Iob.* 28.29. & *ſu. pſa.*125. *Geor. Ven. can.*1.*tom.*7. *cap.*14.28. *Gre.*15.*mo.*8. *Euc.q.in euã.*
u *Hie.ſ.Iſ.*35.
x *Rup.ſ.Dan.* 12.
y *Dion. cæl. Hie.*15.
z *Ori.ſ.Num. hom.*17.
aa *Arn.ſ.pſa.* 64. *Ambroſ.epiſt.* 44. *Hier.Iſai.*32. & *ſ.Na.*3. & *ſ.Habac.*3.
bb *Gr.*20.*m.* 14. & 30.*m.* 4. *Eu.for.ſpir.*4.
cc *Rup.ſ. Ioe.* 3.
dd *Hier.ſ.Iob. Georg.Vent. Can.*1.*tom.*7. *cap.*14.
ee *Greg.* 33. *mor.*7.
ff *Hil. ſ. pſal.* 65.

*Arno.ſ.pſ.*64. *Ori. ſ. Exod.hom.*1. *Hie.ſ.Ezec.*1. *Bed.ſ.Ge.*31. *Aretas ſup. Apoc.*22. *Aug.*17. *Ciu. Dei* 8. & *ſ.Pſal.*71. gg *Hier.ſ.Ier.*31. hh *Bed.ſ.Exod.*1. ii *Phil.alleg.* kk *Bed.ſ.Gen.*2. ll *Arn.ſ.pſal.*32. *Ori.ſ. Num. hom.*12. *Chry. ſ. Gen.hom.*3. *Hie.ſ.Iſ.*3.1. 42. & *ſ.Hab.*3. & *Iob.* 28. *Au.ſup.pſal.* 106. *Orig.ſ.pſal.*36.*ho.*1. *Hie.ſ.Ez.*47. *Georg. Ven. Can.*1.*tom.*7. *cap.*14. *Greg.*18. *mor.*22. & 19. *mor.*12.13. & *ſup. Can.* 5. *Hier. prol. ſ. Matth. Bed.ſ. Gen.*2. & *ſ. Prou.*18. *Hier.ſ.Eccl.* 1.

Digitized by Google

intrant in mare, ſunt veritates reducendæ ad Euangelium. *Eccl.1.b.* Et fons ſapientiæ dicitur torrens redundans noua videlicet lex. *Prouerb.18.a.*

Flumina,quæ fluent de ventre, deſignare poſſunt *a* beneuolentiam qua quis plenus aqua viua Spiritus ſancti prodeſſe curat aliis. *Ioan.7.f.*

Fluuis Ægypti diuidens Ægyptum à terra promiſſionis, *b* interdum poteſt ſignificare bona accidentia animæ & corporis. Poteſt etiam ſignificare imperium Ægypti, vel mundanum. *Gen.15.b.41.a. Iſa.11.d.* Flumina etiam Ægypti, deſignant *c* doctrinam & dogmata philoſophorum,& hæreticorum,quæ ſunt erroribus turbida, & producunt ranas,quia faciũt loquaces:quæ cùm paruulos ſenſu,& intelligentia deceperunt,vbi crux Chriſti mundo huic lumen veritatis infudit, necis illorum pœna, & reatu ſanguinis exigitur: Ideo in ſanguinem conuertuntur. *Exod.4.b.7.c.8.a.17.b.23.d. Iſa.8.b.18.a.19.a.* Et flumina Damaſci, in quibus confidebat Naaman, & meliora iudicabat. *4.Reg.5.c.* deſignant mundanam ſapientiam, quam pro magno habens gentilis populus, Euangelica præcepta contemnebat. Vel deſignant liberum arbitrium, & propria merita in quibus gentiles confidebant. Et fluuij Erhan, deſignant *d* doctrinam Gentilium,haruſpicum,&c. *Pſal.73.* Et torrentes ſalicum Moab,ſunt *e* impetus verborum inutilium hæreticorum,& philoſophorum. *Iſa.15.d.*

Flumina etiam Babylonis,dici poſſunt *f* ea,quæ quiſque ſibi proponit ſequenda in hac vita: vt alius mercaturam,alius militiam, alius agriculturam, & ſimilia. *Pſalm.136.*

Torrentes Iſraël, dici poſſunt *g* minores in Eccleſia. *Ezech.36.a.* Torrentes etiam ſunt, *h* quia ad tempus habent doctrinam & prædicant: ſed deficiunt in tentatione. *Pſalm.73.* Cæterum torrens abſque additamento, vix vſpiam in bonam partem legitur, iuxta Hieronymum.

Fluuius Ægypti,in quem proiectus eſt Moſes, *i* ſunt carnales Iudæi,legem carnaliter accipientes. *Exod.2.a.* Et torrens Carith, eſt *k* populus Iudæorum finitus tempore incarnationis Chriſti. *3.Reg.17.a.*

Flumina Æthiopiæ & Ægypti ſignificare poſſunt *l* Gentilitatem & Philoſophos, ac hæreticos: quæ conuertuntur in picem, hoc eſt, in materiam ignis inferni. *Pſalm.77. Iſa.15.d.18.a. 22.c.34.b.57.b. Prou.30.c. Mich.7.c. Nahum.1.a.2.b. Soph.3.b.* Flumina etiam ſunt *m* principatus & poteſtates mundi & ambitioſi. *Pſalm.88.* Et flumina Babylonis, ſunt infidelium populi. Et torrentes aquæ Iordanis ſunt impetus gentium infidelium contra fideles. *Iſa.43.c.* In his fluminibus, quæ ſunt diripientia terram, habitat draco diabolus. *Ezech.29.a.30.c.31.a. Ierem.2.d.* Flumina etiam, quibus Pharao ventilat cornu, *n* ſunt hæreſiarchæ, per quos diabolus perſequitur fideles. *Ezech.32.a. Habac.3.b. Pſal.13.* Qui etiam ſunt *o* torrentes calore charitatis frigidi,quaſi in torpore temporis hyemalis exereſcentes. Flumina demum ſunt *p* omnes, qui contra Chriſtum ſapiunt. *Matth.7.d. Apocal.12.d.16.b.*

Fluuius, ſeu torrens,ſæpe ſignificat *q* peccatores, quem fluuium abſorbens Behemoth, non miratur. *Iob.30.b.40.c.* Et fluuius Chobar,eſt habens nigredinem peccati. *Ezech.1.a.* Et torrens ſpinarum,eſt anima peccatrix. *Ioel.3.d.* Et flumina Babylonis,ſunt fluxus libidinis,& vitiorum & corporalia opera,ac voluptates. *Pſal.136.* Et torrens deſerti,aut occidentes,deſignat vitia. *Amos 6.d.*

Flumen dici poteſt *r* caro mortalis, in qua ab infantia tranſitur ad pueritiam, à pueritia ad iuuentutem, &c. *Pſalm.65.* Et fluuius vacuefactus,eſt *ſ* corpus exanime. *Iob.14.b.* Et torrentes iniquitatis, ſunt *t* vniuerſæ gentes, quæ per mortem carnis in mare iſtud deſcendunt. *Pſalm.17.* Vnde *Eccl.1.a.* Generatio vadit, & generatio venit. Vel ſunt turbæ iniquorum,quæ ſicut torrentes hyeme intumeſcunt,protinus defluentes. *Iob.6.b.*

Flumen,quandoque ſignificare poteſt *u* res temporales,quæ ſunt in continuo fluxu. *Geneſ.41.a. Exod.4.b.7.c.17.b.23.d.* Et fluctus huius ſeculi inſtabiles. Et fluuius Chobar in Babylone, eſt fluxus huius ſeculi. *Ezech.1.a. Pſal.65.* Et torrens,aut fluuius, eſt hic turbulentus mundus:vbi tamen inuenitur aqua viua ſanctarum ſcripturarũ. *Geneſ.26.d. Iob.40.c.* Et torrens eſt decurſus mortalitatis noſtræ: & in torrente tenduntur inſidiæ, quum æternorum prædicationi conſideratio mortalitatis inferitur. *1.Reg.15.a. Zach.10.d.* De hoc torrente ſumpſit Dauid lapides,qui etiam ſignificat tranſitum Iudaici populi. *1.Reg.17.c.* Deſignat etiam torrens actiones fluxas, & velut inter manus labentes. *Iſa.43.a.47.a.4.Reg.6.a.* De hoc torrente mortalitatis bibit Chriſtus. *Pſal.109.* Eſt etiam torrens vita preſens. *Leu.23.g.*

Torrens Cedron,id eſt,tenebrarum, vbi captus eſt Chriſtus, vſque ad quem locum venit ædificium Hieruſalem,deſignat *x* in Eccleſia nunc contineri multos aduerſarios Chriſti. *Ierem.31.g.*

Torrens de quo bibit Chriſtus in via. *Pſal.109.* deſignat *y* iracundiam Iudæorum, & perſecutiones huius vitæ. Hunc torrentem pertranſit anima,quum ſuperat impetus tribulationum. *Pſal.123.* Flumina autem magno impetu ruentia,tentationes & tribulationes ſignificare ſolent. *Matth.7.d. Pſalm.23.136. Iſa.8.b.43.a.47.a.50.b.3.Reg.17.a. Iona 2.a. Cant.8.c.*

Flumina etiam magno impetu ruentia,ſunt *z* voluptates,& carnales concupiſcentiæ,ſeu grauiores cupiditatum motus. *Matth.7.d. Pſalm.23.136. Iſa.8.b.43.a.47.a.50.b.* Et aquæ horum fluminum, ſunt dæmones. Intrant autem hæc flumina in mare,quum mutantur in dolorem. *Eccl.1.a.*

Fluuius igneus egrediens à facie antiqui dierum,deſignat continuam iuſtitiam Dei. *Dan.7.c.* Et torrens inundans, *aa* dicit impetum iræ,& punitionis diuinæ. *Iſa.30.f. Amos.9.b.* Et torrens diuidens lapidem caliginis à populo peregrinante,eſt *bb* diuina ſententia. *Iob.28.a.* Torrens autem ſulphuris,eſt grauis pœna inferni. *Iſa.30.57.b.*

Flumen aliquando dicit *cc* abundantiam, vt flumen pacis,eſt abundantia pacis. *Iſa.48.d.66.d.* Item proſperitatem. *Pſal.88.* Et in fluminibus dexteram eius. *Pſal.97. Eccleſ.1.b. Iſa.47.a. Apoc.9.c.*

Flumina aliquando ſignificant *dd* eloquentiam,& ſæpe illis comparatur.

Focus, Focaria.

FOCVS,eſt locus,vbi nutritur ignis,& conſeruatur.

Poteſt ſignificare *ee* fomenta errorum hæreticorum:& pinus,hoc eſt ſcientia naturalis dicitur facta ad focum: quia inde ſumunt hæretici rationes fallaces. *Iſa.44.c.* Et non eſt hæreticis focus, quando non habent rationes, quibus muniantur. *Iſa.47.d.1. Mac.12.d.*

Focaria eſt mulier,quæ domi curam habet rei domeſticæ,& parandorum ciborum. In malum, poteſt ſignificare *ff* eos,qui per fauoris obſequia carnali præpoſito accendunt flammam ſuperbiæ, ac tumorem cordis. In bonum verò dicuntur, qui feruore ſancti Spiritus pleni, exemplo ſuo proximorum corda in conditoris amorem accendunt. *1.Reg.8.c.*

Fodere, Effodere, Infodere, Circumfodere, Foſſa.
Fouea, Paſtinare, Excauare, Transfodere,
Transfigere, Tranſuerberare, Defodere.

FODERE, eſt ligone,aut alio inſtrumento terram mouere, vt mollis ſit,& apta ad imbres ſuſcipiendos,fructificandi gratia. Effodere eſt fodiendo educere,quod infra terram latebat.

Infodere verò,eſt intra terram foſſa abſcondere: Foſſa autem eſt ciuitas,vnde terra effoſſa eſt.

Fodiens ſibi Hoſeas mulierem adulteram,hoc eſt,conducens,deſignat *gg* Deum coniungentem ſibi ſynagogam. *Hoſe.3.a.*

Fodiens puteum Abraham,deſignant *hh* antiquos patres,qui veteris teſtamenti libros cuderunt. *Gen.21.d.* Et fodientes ſerui Iſaac eoſdem puteos,ſunt Apoſtoli aperientes veteris legis myſteria: qui etiam foderunt nouos puteos,tradentes doctrinam noui teſtamenti. *Gen.26.c. Exod.21.d.* Ipſi ſunt principes fodientes puteum, *Num.21.d.* Fodiunt doctores puteum legis, quum ſarculo linguæ purgantes terrenas cogitationes, veniunt ad ſpiritualem, & perueniunt ad illam altitudinem ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam oculus non vidit, &c. Diſcimus, vt in hac peregrinationis ærumna poſiti, cogitationum noſtrarum profunda penetremus, & quouſque veræ intelligentiæ aqua

a *Aug.ſ.Ioan. tra.22.*
b *Ambr.2.de Abr.10.*
c *Hie.ſ.Iſ.11. 19.Ori.ſ.Nu. ho.15.Ar. & Hil.ſ.pſ.136. Georg. Ven. Cant.1. tom. 7.cap.14. Bed.ſ.Exo.7.*
d *Au.ſ.pſ.73. Gr.33.m.13.*
e *Hie.ſ.Iſ.15.*
f *Aug.ſ.pſal. 136.*
g *Hie.ſ.Ezee. 36.& ſ.Eccl. 1.*
h *Au.ſ.pſ.73.*
i *Bed.ſ.Ex.1.*
k *Ru.5.ſ.Re. 7.*
l *Hie.ſ.Iſa.15 18.& ſ.Nah. 1.& ſ. Sopho. 3.& ſ.pſ. 88.*
m *Gr.13.mo. 7. Aug.ſ.pſal. 88. Euch.for. ſpiritual. 49. Hier.ſ.Iere.2. & ſ.Ezec.29. Ori.ſu. Num. hom.15.& ſ. Ier.ho.2.& ſ. Eze.hom.13.*
n *Hie.ſ.Ezec. 32.& ſ.Hab. 3.*
o *Gr.20. mo, 10.*
p *Ru. 6.ſ.Apoc.*
q *Gr.33.m.7. 8.& ſ.Eze.h. 2.& hom.26. Hier.ſ.Ioel.3. & ſ.Iob.30.*
r *Au.ſ.pſ.65.*
ſ *Gre.12.mo. 5.& 7.m.11.*
t *Hier.ſ.pſ.17*
u *Ori.ſ.Exod. hom. 2.& ſ. Ezec. hom.1. & ſ.Ge.ho.13 Gr.ſ.1.Re.15. & 7.mor.11. & 33.mor.6. & 6.Regi ſapi.5. Hie.ſ. Zac.10.ſ.Iob. 40. Aug.ſ.pſ. 65.143. Ber. ſe.de Dauid & Goliad. Iſy.ſ.Leu.23.*
x *Hi.ſ.Ie.31.*
y *Ar.ſu.pſal. 109. Au.ſ.pſ. 57.109.123. Chry. ſ. Gen. ho.2. & Hil. ſ.pſal.136. Hier. ſ.Iſa.8. Ru.ſ.Cant.7. Hier.ſ.Iſa. 8. Aug.2.ſe. do. in mont.*
z *Ricar. de S. Victo.de ſtatu int. hominis. 10.*
aa *Hier.ſ.Iſa. 30.*

Beneuolentia
Bona accidentia animæ & corporis.
Imperium mundanum.
Doctrina philoſophorum & hæreticorum.
Liberum arbitrium
Propria merita.
Scopus huius vitæ.
Minores in Eccleſia.
Deficientes in tentationibus.
Iudæi.
Gentilitas
Philoſophi
Hæretici.
Principes mundi.
infideles.
Hæreſiarchæ.
Perſecutores fidelium.
Peccatores.
Caro mortalis.
Corpus exanime.
Vniuerſa gentes.
Turba iniquorum.
Res temporales.
Diuitiæ.
Fluxus huius ſeculi.
Mundus.
Decurſus mortalitatis.
Tranſitus Iudaici populi.
Actiones fluxæ.
Vita preſens.
Aduerſarij Chriſti in Eccleſia.
Iracundia Iudæorum.
Perſecutiones
Tentationes.
Tribulationes.
Voluptates.
Concupiſcentia.
Iuſtitia Dei.
Punitio diuina.
Pœna inferni
Abundantia.
Proſperitas.
Eloquentia.
Fomenta hæreticorum.
Adulatores.
Dantes exemplum bonum.
Iungens ſibi Deus ſynagogam.
Facientes antiqui patres libros.
Apoſtoli aperientes myſteria legis.

bb *Gr.18.m.17.* cc *Gloſ.inter.ſ.Iſ.48.* dd *Geor.Ven.Can.1.to.7.ca.14.* ee *Hie. ſ.Iſ.44.* ff *Gr.ſ.1.Re.8.* gg *Hie.ſ. Oſ.3.* hh *Ori.ſ.Gen.hom.13.& ſ.Num.ho. 12.Chry.ſ.pſ.93.Gr.31.m.22.Bed.ſ.Ge.26. Rup. prol. in Apoc. Gre. 5.mor.3.*

Digitized by Google

Quærere internum requiem, & sapientiam.
Purgare sensus.
Tollere curas mundanas ab anima.
Instituens Deus templū & scripturā, & crucem.
Patientia martyrum.
Correctio prælati.
Prædicatores vincentes pertinaces.
Frænare appetitum.
Patiens iustus tribulationes, & se examinans.
Tentans diabolus.
Prædicator corrigens.
Assiduitas tentationum.
Insidiadæmonum.
Fraudi insistens.
Relinquere auaritiam.
Tollere idololatriam.
Depellere pruritum aurium
Abscondens doctrinam.
Ædificantes Iudæi synagogas.
Declarantes prophetas carnaliter.
Colentes dæmones.
Vacantes philosophiæ.
Tyrannis diaboli. Vulnera Christi.
Humilitas.
Secessus.
Patientia.
Res huius seculi.
Prosperitas.
Diuitiæ.
Auaritia.
Mentes malorum.
Conuenticula hæreticorum.
Perditio.
Infernus.
Pœna.
Prauæ conscientiæ.
Doctrina hæreticorum.
Caro.
Remissio & liberatio Dei.
Placatio Dei per Christum facta.
Institutio nouæ legis.
Præceptum.
Lex naturalis.
Mortificatio carnis.
Pactum Dei cum sacerdotibus.

aqua respondeat, nequaquam nostræ inquisitionis manus ab exhaurienda terra cordis torpescat.

Effodientes thesaurum, sunt quærentes internam requiem, & sapientiam. *Iob.3.d.* Omnes autem, qui fodiendo thesaurum quærunt, quum fodere altius cœperint, ad laborem instantius inardescunt: quia quo se thesauro abscondito iam iamque appropinquare æstimant, eo in effodiendo enixius laborant. Sic qui plenè mortificationem suam, & sapientiam appetunt, quasi effodientes thesaurum quærunt: quia quanto fiunt viciniores ad finem, tanto se exhibent ardentiores in opere. Ac rursus effodiunt thesaurum sapientiæ, quum relictis visibilibus, mens omne quod terrenū cogitat, à semetipsa manu sanctæ discretionis eiicit, vt in inuisibilibus eam inueniat. Fodere etiam puteum, est sapientiam perfectè inuenire. *Genes.26.c.* Qui thesaurum sapientiæ inuenire desiderat, *a* quidquid sibi terrenum inesse deprehenderit, expurget, carnales illecebras abscindat, fossam in se humilitatis faciat: nec quiescat in agendo, priusquam se venam veritatis inuenisse cognouerit. *Prou.2.c.*

Fodere puteum, est etiam *a* purgare sensus à terrenis affectionibus: & cor examinare, & mundare: vt in hac peregrinationis ærumna positi, cogitationum nostrarum profunda penetremus. *Genes.26.d. Num.21.d.*

Fodere vineam, est *b* auferre ab anima curas mundanas: & duritiam cordis mollire. Idem est circumfodere ficum: & pastinare agrum, aut vineam: est etiam corripere de peccato. Designatur etiam humilitas pœnitentis. *Isa.5.b. Marc.12.a. Luc.13.b.*

Fodit paterfamilias torcular in turri vineæ, *c* quum Deus prædixit locum libationum in templo: aut cum tradidit profunditatem sensuum in scriptura. Vel cùm statuit crucem Christi in Ecclesia. *Mat.21.d. Marc.12.a.* designat etiam Martyrum patientiam.

Fodiens parietem Ezechiel, designat *d* prælatum ex minoribus vitiis subditorum examinantem maiora: & asperis correctionibus duritiam cordis aperientem, ac crebris perscrutationum ictibus eam rumpentem, *Ezech.8.c.*

Effodiunt corui oculum subsannantis patrem, & despicientis matrem, *e* quum prædicatores prauorum, aut pertinacium hominum, intentionem vincunt. *Prou.30.c.*

Fodere circum egesta, vel excrementa, est *f* frænare appetitum. *Deut.23.c.* Ventris quoque egestio fossa humo per paxillum tegitur, quum mentis nostræ superfluitas subtili redargutione discussa, ante Dei oculos per compunctionis suæ stimulum exlatur.

Defossus dicitur iustus, vel *g* cùm graues patitur tribulationes: vel cùm intrinsecus exactè se examinat, ne quid culpæ in eo lateat. *Iob.11.d.*

Fodere dicitur equus vngula terram. *Iob.39.c.* in malum quidem, *h* quum diabolus tentat, & persequitur fideles. In bonum verò, quum prædicator, auditorum excolit corda, vt debet fructum bonorum operum. Vel quum fidelis quilibet districta abstinentia carnem edomat.

Excauant aquæ lapides. *Iob.14.d.* quum dæmones *i* indefinenti lapsu tentationum atterunt homines, qui sibi fortes & solidi videbantur. Duritiam quoque, & fortitudinem mentis absorbent assidua & molli blandimenta libidinis: & lentum, atque subile vitium corrumpit durum & forte propositum mentis.

Effodientes fures, sunt *k* dæmones insidiantes, vt animæ nostræ bona diripiant. *Matth.6.c.*

Effodit malus lacum, *m* quando post confessionem operationi fraudis instat. *Psalm.7.*

Infodere idola. *Genes.35.a.* est *n* relinquere auaritiam in cordibus auarorum: vel efficere, vt in bonis operibus nil appareat ex malorum societate contractum: vel tollere idololatriam. Et infodere inaures, est depellere pruritum aurium: ne audeant errare. Infodere autem hæc sub therebintho, est abscondere ea in cruce Christi.

Fodiens in terra ad abscondendum thesaurum, *o* est abscondens doctrinam, vt sit sine fructu. *Matth.25.b.*

Foderunt Iudæi cisternas dissipatas. *Ierem.2.c.* quando *p* ædificarunt synagogas post dispersionem, destructa Hierusalem. Item cùm legem & prophetas carnaliter declarabant. *Luc.16.b.* Item cum relicto Deo vero dæmones colerent. Quærentes etiam *q* Philosophorum placita, neglecta sacra doctrinas dissipatas foderunt. Idem designare possunt fodientes Ægyptij per circuitum fluminis. *Exod.7.d.*

Fodit Rex Assyriorum aquam, *r* quum diabolus gentes suæ tyrannidi subiecit. *Isa.37.e.*

Fossa interdum significat *s* vulnera Christi, vbi abscondi debent pœnitentes, & in tribulationibus existentes. *Isa.2.b.*

Fossa quoque dici potest *t* humilitas: aut secretum cubiculi, vel deserti. *Isa.2.c.33.a.* Et fossa vnius cubiti in altari, est patientia seruans vnitatem charitatis. *Ezech.43.d.* Et fodiens circa ficum, est instruens in humilitate, *Luc.13.b. 3. Reg.18.f. 4. Reg.4.c.*

Foueæ magnæ dici possunt *u* res huius seculi, quæ videntur magnæ, & altæ, cùm sint infimæ. *1. Reg.10.a.* Et fouea, quæ foditur peccatori, est *x* prosperitas huius vitæ, per quam cadit, & perit. Nam per fœlicitatem, quasi in cœlum tenduntur, & in terram merguntur. *Psalm.93.* Foueæ etiam vulpium, sunt diuitiæ diuitum. *Matth.8.c. Luc.19.g.* Fossa quoque dici potest ipsa auaritia. *Iosu.7.d.* Et circunfodit hericius in Iudæa, quum datur locus auaritiæ. *Isa.34.d.*

Foueæ, quas habent vulpes, dici possunt *y* mentes prauorum hominum, in quibus habitant dæmones. *Matth.8.c. Luc.9.g.* Designant etiam *z* conuenticula hæreticorum, qui rectè foueas habere dicuntur, quia domum, quam habuerant, perdiderunt.

Fouea, quam fecit populus Iudæorum Christo, in quam ipsi inciderunt, est *aa* eorum perditio, vel infernus, seu etiam aliæ pœnæ. *Psal.7.56. Isa.24.c, 33.a. Ierem.18.c. Eccl.10.b.* Fouea quoque, in quam mali incidunt, est *bb* prava conscientia. *Iob.40.b.*

Fouea aquæ turbidæ, est peruersa doctrina hæreticorum, aut Philosophorum. *Isa.30.c.*

Fœcundus.

FOECVNDVS idem est, quod ferax, seu fertilis, quòd fructum producat.

Fœcunda filiis, dici potest *cc* caro producens fructus carnis: quæ infirmatur verò, est caro cessans à vitiis. *1. Reg.1.a.*

Fœdus, Pactum, Fœderari, Paciſci, Pangere, Condicere.

FOEDVS est *dd* pactum pacis, quod fit inter dimicantes. Pactum autem generalius nomen est ad omnes conuentiones, quæ inter homines fiunt, interdum est promissio. *Deut.8.d.* Vt impleret pactum suum. Et signum pacti: vt circuncisio est pactum, id est, signum pacti.

Fœdus Dei cum Noë, est remissio, & liberatio à periculis. *Genes.6.d.* Et fœdus sempiternum cum genere humano post diluuium, & etiam cum Abraham, designat *ee* placationem Dei per Christi incarnationem, & passionem factam: & legis nouæ institutionem. *Genes.9.d. 15.c. 17.a. Exod.2.d. 24.b. 34.b.* Et dicitur pactum pacis. *Ezech.34.f.* Et Christus dicitur datus in fœdus populi, per legem nouam, & in fœdus, quod non mouebitur, & sempiternum. *Isa.42.b. 54.a. 55.a. 56.b. 59.d. 61.c. Leuit.24.b. 26.d. Deut.5.a. 29.a. 2. Paral.29.b. 1. Esdr.10.a. Ezech.16.g. 37.c. 44.c. Hose.2.d. 6.c.* Pactum etiam Dei cum homine est, quo voluit se quodammodo obligare, ad misserendum hominis. *Exod.6.b. 19.a.* Et pactum Dei cum filio Abrahæ, est cum Christo. *Genes.17.a.* Erat autem pactum Dei cum filiis Israël, vt odedirent verbis eius. *Ierem.11.a. Ezech.16.b.* Pactum sempiternum sabbati, est legis nouæ, quæ perficietur in quiete fœlicitatis æternæ. *Exod.31.d. Isa.55.a.* In his sæpè pactum sumitur pro præcepto.

Fœdus etiam sempiternum, dicitur *ff* lex naturalis, quæ perpetuò manet in homine, nec vnquam aboletur. *Isa.24.b. 54.c. Zach.11.c.*

Pactum circuncisionis, quod fit in carne, *gg* est mortificatio carnis. *Genes.17.a.* Fit autem irritum pactum Dei cum Israël peccante populo, tanquam pactum vetus. Ideo institutum est pactum noui testamenti nunquam irritandum. *Isa.33.b. Ierem.31.f. Ezech.16.g. Hose.8.a. Hebr.8.d.*

Pactum Dei, cum Leui, *Malac.2.b.* est *hh* pactum cum sacerdotibus, qui olim erant de tribu Leui: & est pactum vitæ & pacis, quia Christus est vita, & pax nostra.

a *Bed.ſ.Pro.2.*
b *Ori.ſ.Num. hom.12. Hil. de cemulent. Bed.ſ.Ge.26.*
c *Baſi. Exae. hom.5. Am.3. Exae. 12.*
d *Au. de ver. Do.ſer.12. Gre.hom.31. Glo.ord.ſ. Matth.21.*
e *Gre.26.mo. 4. & 31.mo. 22.*
f *Gre.18.m. 18. Bed.ſ.pro.30.*
g *Phil.2.alle. Gr.31.m.22.*
h *Gre.10.m. 22.*
i *Hi.ſ.Io.39. Gr.31.m.28.*
k *Hi.ſ.Io.14. Gr.12.m.11.*
l *Ori.ſ. Cùm ieiunatis.*
m *Aug.ſ.7.*
n *Amb.2. de Iacob.3. Be.ſ.Gen.35.*
o *Ori.ſ.Matt. hom.33.*
p *Tertu. adu. Iudæos. Hie. Aglaſia. & ſ. Iere.2.*
q *Philo. de profugis.*
r *Hie.ſ.Iſ.37.*
ſ *Ber.ſ. Can. ſer.62.*
t *Hie.ſ. Iſ.2. Aug.ſ.pſ.79. Greg. 3. paſt. Adm.10.*
u *Greg. ſ. 1. Reg.10.*
x *Au.ſ.pſ.93. Cle. Alex.4. ſtro.*
y *Ori.ſ.Cant. hom.4. Hil.ſ. Matth. can.7.*
z *Gr.19.m.1. Cy.10.ſ.Ioan 4.*
aa *Am.ſe.79. & ſ.Luc.9. Arn.ſ.pſal.7.*
bb *Greg. 32. mor.8.*
cc *Orig.ſ.1. Reg.hom.1.*
dd *Rup. 5.ſ. Gen.31.*
ee *Hier.ſ.Iſa. 51. & Ier.11. & ſ.Ezec.16. Rup.4.ſ. Gen. 36. & 5.ſ. Gen.28.*
ff *Hier.ſ. Iſa. 24. & ſ. Zac. 11.*
gg *Ori.ſ.Gen. hom.3. Hier.ſ.Iſa.33 & ſ.Ier.31.*
hh *Hi.ſ.Mal. 2.*

Digitized by Google

Pactum cum lapidibus regionum, *Iob.5.d.* dici potest, *a* cum quis rectè viuens, vitam suam ad Sanctorum præcedentium imitationem ligat. *Imitatio Sanctorum.*

Fœdus Laban, & Iacob, *Geneſ.31.f.* designare potest *b* coniunctionem Gentilium, & Iudæorum in vna fide. Idem est fœdus Abimelech cum Abraham, *Geneſ.21.d.* Et etiam cum Isaac, *Geneſ.26.f.* Quod etiam potest designare concordiam veræ Philosophiæ cum Euangelio. Fœdus quoque Tyri cum Iudæis fratribus, est vnitas Iudæorum & Gentium in Ecclesia, *Amos.1.c.* Fœdus finitorum cum bestiis, *c* est concordia gentium cum prædicatoribus, *Hoſ.2.d.* *Vnitas Iudæorum & gentium in fide.* *Concordia philoſophiæ cum Euangelio.*

Pactum Leuiathan cum Deo, *Iob.40.d.* dici potest *d* naturalis diaboli cognitio, quâ cogitur recognoscere Deum, vel est, quia tentando bonos, facit voluntatem Dei. *Naturalis cognitio Diaboli de Deo.*

Condictio Mosis ad Pharaonem, de tollendis ranis, *Exod.8.b.*

Fœderari ferrum ferro, *e* est duros Iudæos iungi amicitia duris Babyloniis, *Ierem.15.c.* *Iungi Iudæos Babyloniis.*

Fœdus cum malis non est ineundum, *Exod.23.d.34.d.* Paciscitur autem cum adulteris, qui *f* obstinatè defendit errores, *Iſa.57.b.* Et viri veteris Edom, sunt sectatores hæreticorum, *Abdi.b.* *Defenſio errorum.*

Fœdus, quod exigebat Naas à viris Iabes, *g* est subiectio spiritus ipsi carni, vt videlicet spiritus obtemperet omnibus eius concupiscentiis, *1.Reg.11.a.* *Imperiũ carnis.*

Fœdus, quod fecit Nabuchodonosor cum semine regio Israël, est *h* confirmatio, & stabilitas in peccato, quæ fit per diabolum, *Ezech.17.d.* Et fœdus cum Assyriis, est subiecto dæmonibus facta, *Hoſ.12.a.* Et fœdus cum morte, aut cum inferno, est *i* desperatio: & pactum cum diabolo, cui desperantes & obstinati obediunt, *Iſa.28.d.* Hoc est fœdus amaritudinis, *Hoſ.10.a.* *Stabilitas in peccato.*

Condixerant sibi amici Iob, vt simul eum visitarent, *Iob.2.b.* designantes *k* hæreticos, qui praua quædam contra Ecclesiam concorditer sentiunt, & in quibus à vertice discrepant, sibi in falsitate concordant. Vel sunt vitia, quæ aduersum nos inter se quadam conuenientia coniunguntur: vt superbia & ira, remissio & timor. *Concordia hæreticorum, aut vitiorum.*

Fœderis volumen, vide *Liber.*

Fœderis tabernaculum, vide *Tabernaculum.*

Fœderis sal, vide *Sal.*

Fœlix, vide Beatus.

Fœmina, Mulier, Effœminatus.

FOEMINA inter animalia, est *l* sexus infirmior mari comparata: est tamen necessaria ad generis sui propagationem: concipiendi fœtum, generandi, nutriendi, ac fouendi labor incumbit. In genere autem humano, fœmina, dicitur mulier. Et aliquando mulier sumitur pro vxore.

Mulier accendens lucernam ad quærendam drachmam perditam, est *m* diuina sapientia, quæ accendit lucernam carnis, ad redimendum hominem perditum, *Luc.15.b.* Eadem est mulier, quæ abscondit fermentum, *Matth.13.d. Luc.13.d.* *Diuina ſapientia.*

Mulier etiam quærens drachmam, *n* est caro, vel humanitas Christi, quærens hominem perditum. Eadem quoque est mulier, quæ abscondit fermentum in farinæ satis tribus. *Caro Christi.*

Mulier excipiens Christum in domum suam, *Luc.10.g.* designat *o* beatissimam virginem Mariam, quæ suscepit filium Dei in vtero. Eadem virgo est mulier amicta sole, quæ profundissimâ diuinæ sapientiæ, vltra quam credi valeat penetrauit abyssum: vt quantum sine personali vnione creatur & conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa, *Apocal.12.a.* Eadem est fœmina, quæ circundedit virum, quando in vtero habuit filium Dei, *Ierem.31.d.* Et ipsa est mulier, cui dicitur ab incredulis: Quid parturis? *Iſa.47.b.* Ipsa etiam est mulier abscondens fermentum, in cuius vtero Verbum caro factum est, *Matth.13.d. Luc.13.d.* *Beata virgo Maria.*

Mulier sæpè dicitur *p* ipsa Ecclesia, coniuncta Christo tanquam viro, *Exod.3.g. 11.a. 15.c.* Et mulier infœlix Anna, est Ecclesia, quæ dicitur mulier propter fœcunditatem: infœlix verò propter tribulationes, *1.Reg.1.b.* mulier patiens fluxum sanguinis curata à Christo, dum iret ad domum Archisynagogi, est Ecclesia ex gentibus, qui credendo præuenerunt Iudæos. Designat etiam publicanos & peccatores, qui prius crediderunt, quàm Sacerdotes & Pharisæi, *Matth.9.c. Marc.5.e. Luc.8.f.* Eandem Ecclesiam significat mulier Chananæa, cuius maximè laudata est fides à Christo, *Matth.15.b. Marc.7.c.* Eandem significat mulier, quę effudit vnguentũ super caput, & pedes Christi. *Matth.26.a. Marc.14.a. Luc.7.e.* Eadem est mulier, quæ abscondit fermentum in farinæ satis tribus, *Luc.13.d.* Mulier etiã curuata, est Ecclesia ex gentibus, quæ erecta est à Christo, *Luc.13.d.* Ipsa quoque est mulier, quæ perdidit drachmam, *Luc.15.b.* Et mulier amicta sole, est Ecclesia resplendens diuinitate Christi, *Apoc.12.a.* Hanc designat mulier, quæ suscepit Elisæum, *4.Reg.4.b.* Hæc est mulier fortis, quam inuenit Christus, & fortem fecit, *Prou.31.b.* Et mulier gratiosa, quæ habebit gloriam, *Prou.11.c.* *Eccleſia.*

Mulier dici potest *q* sacra Scriptura: Ipsa est mulier timens Deum, hoc est, quæ docet timere Deum, *Prou.31.d.* Ipsa quoque *r* fides est mulier fortis, quę venit procul & de vltimis finibus, hoc est, ab antiquis patribus, *Prouerb.31.b.* *Sacra ſcriptura.* *Fides.*

Mulier pariens, est *f* mens producens opus, *Leuit.12.a.* Et mulier prægnans, est anima concipiens bonum propositum, *Exod.21.c.* Et mulieres exeuntes ad hauriendam aquam, sunt animæ audientes verbum Dei, *Geneſ.24.b.* Et mulieres excubantes ad ostium tabernaculi, sunt animæ sanctæ, quę cum infirmitate adhuc carnis grauantur, amore tamen continuo ingressum æterni introitus expectant. *Exod.38.a. Deut.25.b. 1.Reg.15.g.* Et mulieres, quibus pulchrior est sponsa, sunt animæ vulgares, *Cant.1.c.* Mulier etiam est mens, quæ sermoni probo per virtutem copulatur, sub eius degens prouidentia, seminantis more maritali cogitationes optimas. Fœminæ etiam inferiores maribus, eisque subiectę, designare possunt animas obedientes, *Geneſ.1.d.7.d.* Et mulieres, quę secutę sunt Iesum, sunt animæ fideles, *Matth.27.f.* Mulier itidem dici potest anima effœminata & peccatrix, quam etiam designat mulier meretrix, *Leuit.13.d.15.c. Ezech.16.d. Zach.12.d.* Et mulier peccatrix, est anima: quæ ideo procidit ad pedes Christi, quia peccatrix, *Luc.7.f.* Et mulier curuata, erecta à Christo, est anima terrenis curis grauata, quæ etiam designat gentilitatem conuersam, *Luc.13.d.* Denique mulier sæpè dicitur mens infirma, seu ipsa infirmitas, *Iob.2.c.14.a. Eccleſ.42.b. Thren.2.g.* Et mulier excipiens Christum in domum suam, est mens fidelis excipiens Christum intra se, *Luc.10.g.* *Mens.* *Anima.*

Mulier pariens, dici potest *s* caro: & est mulier docta, quum operatur secundum imperium rationis, *Exod.25.c.* Et mulier quæ occiditur, est caro, quæ subiicitur rationi, *Ioſ.8.f.* Et mulier molesta adolescenti, est carnis importunitas molesta rationi, *Geneſ.39.b.* Designat etiam affectum sensitiuum, qui sensualitas dicitur, quæ facit peccare virum, quum facit rationem sibi consentire, cùm tamen ipsa debeat subiecta esse viro, ac rationi seruire, *Gen.2.d. 3.a. 32.f. Exo.21.c.* Item ipse sensus dici potest mulier, & boni sensus, sunt mulieres, de quarũ speculis fit labium tabernaculi, *Exod.38.a.* Et mulieres accendentes ignem in Moab, sunt sensus perturbãtes intellectum, *Num.11.f.* Et mulier aperiens fontem sanguinis sui, *Leu.20.c.* designat sensus ad omnia sensibilia impetu vitioso defluentes. Et mulier apprehendens, verenda alterius viri, est portio inferior animę apprehendens sensibilia, generationi & corruptioni obnoxia, & pluris faciens dualitatem, quàm vnitatem, *Deut.25.c.* *Caro.* *Senſualitas.* *Senſus.*

Mulieres, quę sunt natura imbecilles, designant *u* infirmos in exercendis virtutum operibus. Vnde non numerantur inter viros, hoc est, inter robustos ad bene operandum, *Exod.12.f. Ezech.9.b. Matth.14.c. Mich.2.c.* *Inferni.*

Mulieres quandoque dicuntur *x* virtutes, quę gignunt bonas cogitationes & opera, præcipuè verò virtutes politicę, *Gen.14.c. 1.Reg.15.g.* *Virtutes.*

Mulieres septem, quę apprehenderunt virum vnum, sunt *y* dona Spiritus sancti in Christo, in quo magnam habent virtutem, *Iſa.4.11.a.* Vel sunt *z* septem Ecclesię ex gentibus, quę non quęrunt temporalia à Christo, sed saluari per ipsum. *Dona Spiritus ſancti.* *Septẽ Eccleſiæ ex gentibus.*

Mulieres interdum dici possunt operationes. Et mulier, quę egreditur cum seruo, cum fit liber, designat bonas *Operationes.*

---

a *Gr.6.m.21.* b *Glo.inte.ſu. Gen.31.* c *Rup.ſ. Hoſ. 2.* d *Hier.ſ. Iob. 40. Greg. 33. mo.18.19.* e *Hier.ſ. Ier. 15.* f *Hie.ſ.Iſ.57. & ſ. Abdiam.* g *Gr.ſ.1.Reg. 11.* h *Ori.ſ.Eze. ho.12.* i *Hie.ſ.Iſ.28. & ſ.Hoſ.12.* k *Greg.3.mo. 18.24.*

l *Ber. de gratia & libero arbitrio:* m *Au.1. qu.in Euan.12: Aug.ſu.Ioan. tra.7.9.* n *Ber.ſe.27. de aſſum.Ru. 11.vict.verbi Dei 1,* o *Hie.ſ.Iſ.45 & ſ.Ier.31. Ber. de conſidera.5. Amb. de inſt.vir.& ſ.Luc.8.15.* p *Gr.ſ.1.Reg. 1. Orig.ſ.Iud. hom. 5. & ſ. Cant. hom.1. Hil.ſ. Matth. can.9.29. Ambro. 1. de pœn.15.& ſe. 5.& epi. 29. Hie.epi.Multum invtramque & ſ.Mar 14. Au.ſ.pſa. 142.& ſ.Ap. hom.3. Iſy.ſ.Leu.2. Bed.ſ.Pro.11. 31.* q *Rup. 3. de vict. verbi Dei 10.* r *Ruper.7. de gloriſi.Trinit. 5.* ſ *Phi.de Cherubim & de ſpecia.legibus Ori.ſ. Matth. ho.13.29. & ſ.Cant. ho. 2. Hier. Aglaſia Ambr.2.offic. 10. Gre.ſ.1. Reg. 15.& ho.17. Bed.ſ.Ex. 21. Ori.ſ. Gen.h. 1.& ſ.Eze.h. 8.& ſ. Matt. hom.30.35. Am.ſ. Luc.7. Au.epiſt.156. Gre.hom. 33. & 11.m.26. Ber.ſ. Cant.ſ. 88.& de aſſu ſcr.2.7.*

t *Ori.ſ.Ex. h.10. 13. & ſ.Leu.ho. 8. & ſ.Ioſ.ho.9. Au.2.de Gen.contra Mani. 10.14. Phili. de mund. opi. & de migr. Abr.1. alleg.& de pr.legis.& de ſpe.legi.Bed.ſ.Ge.3.* u *Ori.ſ.Exod.hom.13.& ſup.Matth.cap.14. Aug.ſerm.83.quæſt.61.* x *Gr.ſ.1.Reg.15.* y *Hier.ſ.Iſ.4.Ori.s.Iſa.h.3.* z *Ru.ſ.1.Ap.*

Digitized by Google

bonas operationes, quæ cum homine egrediuntur, *Exod.* 21. *a.* Et fœminam offerre, est infirma opera exercere. Idem est fœminam parere, *Leu.* 3. *a.* 12. *b.* Muliebria Saræ, quæ fieri desiderant, *Genes.* 18. *b.* designare possunt *a* desperationem benè operandi. Vel desiderant fieri muliebria, quando in operibus virtutum nihil est effœminatum.

Mens, lingua, & manus. Scriba. Sacerdotes. Pharisæi. Peruersi magistri. Iudæus. Synagoga. Ciuitates. Hæretici.

Mulieres venientes ad vnguendum Iesum in sepulchro, designare possunt *b* mentem, linguam, & manus. *Mar.* 16. *a.*

Mulieres dicti sunt *c* Scribæ, Sacerdotes, & Pharisæi, qui dominabantur in populo Iudæorum, *Isa.* 3. *b.* dicti sunt mulieres, qui intendebant quæstui & libidini. Effœminati etiam, vel illusores populi Israël, qui eis dominantur, sunt magistri peruersi, qui deuorant plebem, sicut escam panis: & peruersè scripturas interpretantur: illudúntque stultitiæ discipulorum, *Hos.* 4. *d.* Sic mulieres dicuntur viri Niniuitæ, *Nah.* 3. *c.* quia effœminati, virilem amittentes rigorem. Et mulier suscipiens semen coitus, *d* est Iudæus suscipiens literam legis, *Leuit.* 15. *b.* Et mulier Hebræa, quæ nutrire debebat Mosen, est synagoga nutriens legem, & conseruans, *Exod.* 2. *b.* Eadem est mulier, *e* quæ abscondit fermentum, *Matt.* 13. *c.* Et quæ habuit *f* septem viros, *Luc.* 20. *f.* Mulieres opulentæ Iudææ, sunt *g* ciuitates, vel synagogæ, quæ post aduentum Christi erant demoliendæ, *Isa.* 32. *c.* Et mulier contemnens amatorem suum, est synagoga contemnens Christum, *Ier.* 3. *f.* Eadem est mulier adultera, *Hos.* 2. *a.* Mulier litigiosa, quæ comparatur tectis perstillantibus, sunt *h* hæretici, aut Scribæ Iudæorum, *Prouerb.* 19. *b.* *Zach.* 5. *c.*

Actio secularis.

Mulier etiam litigiosa, est *i* perturbati seculi actio, quæ amatoribus suis incessanter tentationes mouet: iurgia, atque scandala seminat, immittit lites, concitat bella, diuidit vnitatem, pacem violat, amicitias dissipat, eósque dum variis cupiditatibus inflammat, nec in seipsis quiescere finit, nec in fraterna dilectione connexo esse permittit. *Prou.* 21. *b.*

Plebs Iudaica. Plebs electa. Dissimiliter operantes. Plangentes Hierusalem. Annunciãtes resurrectionẽ. Israel, & Iuda.

Mulieres duæ, quarum altera comedit filium suum, altera verò non consensit, 4. *Reg.* 6. *g.* Ea quidem quæ comedit filium suum, designat plebem Iudaicam, quæ omne bonum, quod in se originaliter habuit, consumpsit. Altera verò, quæ non consensit, designat electam plebem.

Mulieres Hebrææ & Ægyptiæ dissimiles in partu, *Exo.* 1. *d.* ad dissimiliter operantes referri possunt.

Mulieres docentes Hierusalem, *Isa.* 27. *c.* dici possunt *k* synagogæ plangentes Hierusalem destructam. Dei mulieres resurrectionem Christi prædicantes Apostolis. Mulieres autem primum annunciant resurrectionem, *l* quia mutatus est ordo peccati in ordinem gratiæ, *Matth.* 28. *b.*

Gentilitas. Voluptas. Concupiscentia.

Mulieres duæ leuantes amphoram impietatis, designant *m* populum Israël, & Iuda. Vel Iudæos & hæreticos, vel superbiam & inanem gloriam, quæ impietati coniunctæ sunt, *Zach.* 5. *d.*

Mulier derelicta erat *n* Gentilitas, quam fecit Deus non derelictam, *Isa.* 54. *c.*

Mulier sæpè solet significare *o* voluptatem, aut concupiscentiam, quæ tentat rationem. Has fœminas iubet reseruari Pharao, *Exod.* 1. *d.* Et mulieres Madianitides, quæ fecerunt idololatrare Israël, *Num.* 25. *a.* designant voluptatem, quæ cor auertit à virtute. Concupiscentiæ etiam sunt mulieres ad ostium tabernaculi obseruantes: quia tendentibus ad introitum regni cœlestis insidiantur, 1. *Reg.* 2. *e.* Mulieres quoque Amalec, sunt concupiscentiæ carnales, quæ iunctæ suggestionibus vt viris, prauos motus generant, ideo cum viris sunt interficiendæ, 1. *Reg.* 15. *a.* Eadem dicitur mulier aliena, quæ venit in ornatu meretricio, *Prou.* 2. *c.* 5. *a.* 6. *c.* 7. *a.* Eadem est mulier dilecta, *Deut.* 21. *c.* Mulier patiens fluxum sanguinis, carnis illecebras designat, *Leu.* 20. *c.* Et mulieres accendentes ignem in Moab, sunt concupiscentiæ perturbantes intellectum. *Num.* 21. *f.* Mulier insidens bestiæ, est cupiditas imperans hominibus, *Apo.* 17. *a.*

Cupiditas. Idololatria. Peccantes ex consuetudine. Litera legis. Cogitationes vagæ. Religiosi mali. Sapientia gentilium. Secta philosophorum. Hæreses. Peccata. Fides & tentatio.

Mulier patiens fluxum sanguinis, *p* designat homines effœminatos, idololatriam, & inanem Philosophiam, & Rhetoricam sectantes. Item *q* peccantes ex consuetudine, qui non possunt curari, nisi per virtutem exeuntem à Christo, *Leu.* 15. *d.* *Luc.* 8. *f.*

Mulier Israëlitis, designare potest *r* literam legis, quæ coniuncta Ægyptio, genuit blasphemum, *Leu.* 24. *b.*

Mulieres alienigenæ, sunt cogitationes vagæ, ad quas videndas egressa est Dina, & stuprum passa est, *Genes.* 34. *a.*

Mulieres flentes Atonidem, *Ezec.* 8. *f.* dici possunt *s* religiosi imperfecti, flentes seculum à se dimissum, & qui molli, & effœminato sunt animo, qui plangunt defectum eorum, quæ in mundo putantur esse pulcherrima.

Mulier capta in bello, *t* est doctrina, & sapientia Gentilium, sacris doctoribus subiecta, *Deut.* 21. *a.* Et mulieres Madianitides, sunt sectæ Philosophorum, *Num.* 25. *a.* Eædem sunt, quæ fecerunt idololatrare Salomonem, cor eius deprauantes, 3. *Reg.* 11. *a.* Et mulieres obseruantes ad ostium tabernaculi, *u* sunt hæreses innitentes literæ legis, 1. *Reg.* 2. *e.* Mulier etiam pulchra, & fatua & doctrina hæretica, pulchra per verbum, fatua per intellectum, *Prou.* 11. *c.* Mulieres quoque, quas vult viuificare Pharao, sunt sensus carnales, & hæretici, *Exod.* 1. *c.* Mulier aliena, & extranea, *x* est hæreticorum peruersitas, *Prou.* 2. *c.* 5. *a*, 7. *a.*

Mulieres Amalecitides dici possunt peccata ex infirmitate: quibus etiam non est parcendum, 1. *Reg.* 15. *a.* Et mulieres, quas vult viuificare Pharao, sunt *y* vitia carnis, *Exod.* 1. *c.*

Mulieres duæ coram Salomone litigantes, 3. *Reg.* 3. *c.* sunt *z* fides, & tentatio. Tentatio ab initio est author communis erroris, quæ post quàm posteritatem suam carnalis vitio conuersationis, & somno mentis amisit, posteritatis fructus auferre conatur alienæ. Itaque dum tentatio litigat, fides fluctuat, donec machæra Christi latentes distinguat affectus: quæ est gladius ille, quum venit Iesus mittere in terram. Designant etiam Ecclesiam, & Synagogam, quæ synagoga prole sua amissa, etiam Ecclesiæ fructum auferre conatur.

Synagoga, & Ecclesia. Impietas. Doctrina hæretica. Diabolus. Idololatria. Corruptela.

Quasi mulieres erit Ægyptus, *aa* quum mundani, & hæretici timebunt manum Domini *Isa.* 19. *c.*

Mulier missa in amphoram, est *bb* impietas occlusa, & peculiariter impietas auaritiæ, *Zach.* 5. *d.* Item doctrina hæretica, quæ dicitur laqueus venatorum, *Eccl.* 7. *c.* Et hæc est mulier stulta, sedens in foribus, habens aquas furtiuas, & panem absconditum, *Prou.* 7. *b.* 9. *a.* Designatur etiam ipse diabolus author totius iniquitatis. Et etiam idololatria.

Christus.

Mulier sedens super bestiam, *Apo.* 17. *a.* est *cc* corruptela regnans in populo prauorum hominum.

Fœnerare, Fœnerator, Fœnus, Vsura.

Prædicare.

FOENVS, & vsura est id, quod vltra sortem mutui redditur mutuanti, qui fœnerator dicitur, qui fœnerat, hoc est, dat pecuniam ad vsuram.

Fœnerator interdũ dicitur *dd* Christus, qui exigit rationem ab omnibus de bonis illis concessis, quæ vult sibi reddi cum augmento, *Psal.* 108. *Luc.* 7. *f.*

Profectus auditorum. Non exercere opera misericordiæ. Nimium exigens. Idololatria. Diabolus.

Fœnerat iustus, quum *ee* prædicat, & docet, vt Domino referat alia quinque talenta, *Psal.* 36. Fœnerant etiam, qui dedicantur Deo, pro paruis magna recipientes, 1. *Reg.* 2. *b.* Item dantes eleemosynas. *Prou.* 19. *c.* Et fœnerat Iudæus multis, & ipse non accipit mutuum, cùm prædicator ministrat aliis doctrinam quam ipse ab hominibus non accipit, vt Paulus *Deut.* 15. *a.* 28. *d.* *Eccles.* 29. *a.* Et vsura spiritualis, quam exigit Deus à suis seruis dantibus pecuniam ad mensam, & cum illi lucrantur animas Domino: & verbum Dei proficit in auditoribus, *Matth.* 25. *b.*

Non fœnerauit Christus, nec fœnerauit ei quisquam. *Iere.* 15. *c.* hoc est, *ff* nullus se præbuit, qui dignè eius æra susciperet: nec fœnerauit ei quisquam in sanctis atque pauperibus confouendis, ipsum sibi faciens debitorem.

Vsuris opprimit fratrem suum prædicator, qui nimium stipendium exigit à secularibus, *Exod.* 22. *d.*

Vsuræ, à quibus redimit Christus, dici possunt *gg* idololatriæ peccata, quæ diabolus exigebat ab hominibus, Item peccata commissa, quæ sunt in pœnam aliorum peccatorum, *Psal.* 71.

Fœnetator dicitur *hh* diabolus, qui dat parua, vt perdamus magna, nempè paruas voluptates, & perituras diuitias, vt perdamus animam, & regnum cœlorum, *Psal.* 108.

Fœnum, Gramen.

FOENVM, est herba citò arescens, pastui iumentorum, & igni accendendo apta. Sumi solet ad comparationem

gg *Arn. & Au. s. ps.* 71. hh *Ambr. de Tob.* 4. *Am. de Tob.* 2. 9.

a *Ori. s. Gen. h.* 8.
b *Ber. ser.* 2. *de resur. & ser. paruo* 15.
c *Hier. s. Is.* 3. *& s.* 3. *& su. Hose.* 4. *& s. Nah.* 3.
d *Isyc. s. Leu.* 15.
e *Hil. s. Matt. can.* 15.
f *Amb. s. Luc.* 20.
g *Hier. s. Isa.* 32. *& s. Iere.* 3. *& s. Hos.* 3.
h *Bed. s. prou.* 19.
i *Bed. s. prou.* 21.
k *Hie. s. Is.* 27
l *Hil. s. Matt. can.* 28.
m *Hie. s. Zac.* 5. *Gr.* 14. *m.* 28. *Rup. s. Za.* 5.
n *Hie. s. Is.* 54 *Cyr. de adora in Spir. sanct.*
o *Gre. Nyss. de vita Mosis. Philo.* 2. *alleg. Gre. s.* 1. *Re.* 2. 15. *Ambr. de fuga seculi* 6. *& de Isaac.* 1. *Ori. s. Ex. h.* 2. *Phil. de migr. Abr. Rup.* 10. *s. Apo.*
p *Isyc. s. Leu.* 15.
q *Ber. ser. De.* 4. *modis orandi.*
r *Ori. s. Leu. hom.* 24.
s *Hie. s. Ez.* 8.
t *Orig. s. Ieu. ho.* 7. *& s. Nu. hom.* 20. *& s. Exod. hom.* 2. *Amb. epi.* 7.
u *Gre. s.* 1. *Re.* 2. *epip.* 3. *cont. hæreses to.* 2. *Gre.* 31. *m.* 1.
x *Bed. s. prou.* 2. 7.
y *Ori. s. Exod. hom.* 2.
z *Hie. ep. Mul tum invtram que.*
aa *Hier. s. Isa.* 19.
bb *Hie. s. Zac.* 5. *& s. Eccl.* 7. *Augu. s. Ioan. tra.* 97. *Greg.* 14. *mo.* 27.
cc *Au. s. Apo. ho.* 13.
dd *Arn. s. ps.* 178. *Amb. s. Luc.* 7
ee *Orig. s. ps.* 36. *ho.* 4. *& s. Matt. ho.* 33. *Amb. de Tob.* 6. 18. 19. *Aug. s. ps.* 36. *Bed. s. Pro.* 19.
ff *Hie. s. Iere.* 15.

Digitized by Google

tionem *a* rei vilis & abiectæ, vt *Ier. 9. f.* Cadet morticinium hominis, quasi ſtercus ſuper faciem regionis, & quaſi fœnum poſt tergum mœrentis,& non eſt qui colligit. Gramen autem eſt genus herbæ calamo ſimile, quæ per ſingula genicula fruticem ſurſum & radicem mittit deorſum, rurſuſque ipſi frutices & virgulta alterius herbæ ſeminaria ſunt: atque ira in breui tempore, ſi non imis radicibus effodiatur,totos agros veprium ſimiles facit. Denique etiam ſi ſicca eius aliqua pars,dummodo geniculum habeat,ſuper terram cultam ceciderit,omnia replet gramine.

Fœnum duplam habet rationem:eſt fœnum, quod areſcens decidit,& eſt fœnum floridum & viridi coma perdurans, de quo ornantur coronæ Sanctorum. Sancti ergo per baptiſmum renati florebunt *b* de cœleſti Hieruſalem, bonorum operum ornamento ſplendidi, ſicut fœnum terræ, non illius terræ maledictioni ſubditæ, ſed illius melle ac lacte manantis,*Pſal.*71. Vel fœnum ibi eſt *c* gloria mundana, quæ poſt fidem Chriſti cognoſcitur eſſe fœnum.

Fœnum cùm ſit cibus iumentorum, deſignare poteſt *d* Chriſtum, aut carnem eius, qui cibus eſt ſimplicium. *Pſa.*71.105.146.

Fœnum etiam *e* rudiorem doctrinam ſignificare poteſt,quæ ſimplicibus miniſtratur, *Pſa.*146.

Fœnum,ſuper quod accumbunt turbæ,deſignare poteſt *f* fructum operum, *Matth.*14.*b.Marc.*6.*c.Ioan.*6.*a.* Deſignat etiam *g* carnem, ſuper quam diſcumbunt,qui eam ſubiiciunt ſpiritui. Vel molliorem accubitum eorum, qui adhuc carnalia ſapiebant,& carnalibus incumbebant. Poteſt etiam deſignare gloriam temporalem, & carnalem Iudæorum.

Fœnum,ſæpè *h* humanam naturam ſignificare ſolet:& generaliter peccatores,& facilè cedentes diabolo:vnde omnis caro fœnum dicitur,*Iob.*40.*c.Pſal.*36.101.*Iſa.*37.*e.*40.*b.*51.*d.Mich.*4.*d.Matth.*14.*a.Apo.*8.*b.*

Fœnum aliquando ſignificat *i* populum Iudæorum,qui aruit à gratia Dei,*Iſa.*40.*b.Amos,*2.*d.*

Fœnum quoque,cum ſit mutorum animalium, & irrationabilium cibus *k* hæreticos poteſt deſignare, & eos, qui in malitia principes,& duces ſunt: ex quorum vita vel actibus, omnes ſtulti, & imperiti, & qui contra rationem,& ſapientiam Dei agunt,veſci dicuntur,illiſque obtemperant,*Pſa.*36.Item *l* Gentiles, & qui damnantur, quos Deus veſtit immortalitate ad pœnam æternam, *Matt.*6. *d.* Item *m* turba promiſcua, quæ ſe ad momentaneam lætitiam applicat,quæ floret paruo tempore, quæ ſuperflua ornamenta, quæ gloriam, quæ quiduis potius quam veritatem ſectatur,quæ non ad aliud apta eſt, quam ad ignis incendium. Et gramen paſcuæ, eſt vile vulgus,& qui facilè cedunt diabolo,*Iſa.*37.*e.*42.*c. Deut.*22.*a.* Fœnum etiam ſunt *n* qui fugienda mollicie tepefacti, nec ſummitate digiti(vt dicitur)labores arduos attingere volunt.

Fœno comparantur *o* diuites,vt is,qui cum Lazaro mendico confertur,qui aruit,vt ſiti cruciaretur.

Fœnum, quod dabatur camelis Abrahæ deſignare poteſt ſtipendia prædicatorum,quæ illis à ſecularibus miniſtrantur,*Gen.*24.*c.*Et generaliter *p* temporalia bona,quæ comedit Behemoth,quando ea aufert à Sanctis,*Iob.*40.*a. Pſalm.*103.146.

Fœnum tectorum dici poſſunt *q* hæretici adhærentes principibus, & potentibus, qui non habent fundamentum,niſi in ædificiis ſuper arenam conſtructis.Item ſuperbi,qui cùm in altis figant radicem, citò areſcunt, *Pſal.*128.

Fœnum præterea dici poteſt *r* corrupta doctrina, quam quis ſuperædificat, ſed comburendam, 1.*Cor.*3.*c.* Vel ſunt peccata *ſ* venialia mediæ grauitatis,grauiora,quàm ſtipulæ,leuiora quàm lignum. Vel ſunt *t* peccata carnalia,quæ omnia etiam ſunt fœnum tectorum,*Pſa.*128.*Amos,*2.*Zach.*12.*b.*

Fœta,Fœtus.

Fœta,dicitur propriè in minore pecore fœmina grauida,& in vtero ferens, aut quæ iam partu liberata eſt: vt quis fœta.Fœtus autem eſt,qui in vtero geſtatur,aut iam eductus eſt, qui fouetur à matre.

Fœtæ cameli,oues,& boues,&c.ſunt producentes,& exercentes bona opera,*Gen.*32.*d.*33.*c.*1.*Reg.*6.*b.* 2.*Reg.*11. *a.Pſa.*77.*Iſa.*40.*c.*Fœtus autem pecorum,ipſa bona opera,*Ier.*31.*b.*

Fœtæ etiam dicuntur *u* Apoſtoli & doctores,filios in fide & doctrina generantes: quas Dominus portat, quia eius auxilio filios procreant, *Iſa.*40.*c.* Fœtus autem ceruarum, ſunt diſcipuli Apoſtolorum, & prædicatorum, *Iob,*39.*a.*

Fœtus gemelli caprarum, *x* geminam cognitionem, corporalium ſcilicet & incorporalium ſignificare poſſunt. Vel deſignant geminam charitatem,nempe Dei,& proximi,*Cant.*4.*a.*

Fœtæ Samariæ,*Hoſ.*14.*a.*dicuntur *y* qui de malo ſemine hæreticorum conceperunt. Et fœtoſæ oues hæreticorum dicuntur, quia facilè generant, & procreant alios in ſuis erroribus, *Pſa.*143. Fœtus autem boum, & ouium malorum, ſunt diſcipuli hæreticorum,*Iob.*21.*b.*

Fœtus non immolandus vna die cum matre, *Leuit.* 22. *d.* eſt *z* paſcha nouum non celebrandum ſimul cum veteri.

Fœtere,Fœtor, Fœtidus,Putor.

Fœtor, eſt odor malus, & ſenſui olfactus minimè gratus: & fœtida dicuntur malè olentia, quæ fœtere dicuntur.

Fœtere coram Pharaone dicuntur,*aa* qui bonis operibus diabolo diſplicent,*Exod.*5.*d.* Et ſermo Propheticus, & Euangelicus *bb* duris,& incredulis execrabilis odor efficitur.

Fœtet omnis peccator, *cc* cuius typum gerebat Lazarus quatriduanus, *Ioan.* 11. *e.* Malam enim habent opinionem peccatores:vt 1.*Cori.*5.*a.*dicebat Apoſtolus: Auditur inter vos fornicatio,&c. Et licèt fœtor ſint omnia peccata, præcipuè tamen corruptio carnalium cupiditatum, *Eccl.*11.*d.Iſa.*3.*d.*34.*a.Ezech.*32.*b. Ioel,*2.*e.* 2. *Machab.* 9. *b.* Tunc autem fœtet peccator, cùm incipit habere peſſimam famam, tanquam odorem teterrimum: & malitiæ ſuæ exemplar, vt grauiſſimum halitum tranſmittit in alios, quo eos inficiat, corrumpat, & perdat.

Folium, Frondes,Frondere.

Folia, ſunt quæ virent in arboribus,eáſque ornant,fructúſque earum à nimio æſtu cæteriſque incommodis protegunt:& quædam ſunt decidua, quæ hyeme videlicet decidunt, vt arbores eius nudatæ penitus remaneant, quædam verò tota hyeme perſeuerant, vt arbor perpetuò maneat foliis ornata. Et folia quidem ſunt arborum, & herbarum,& florum. Frondes verò ſolùm dicuntur arborum.

Folia cedri magnæ,ſub cuius vmbra habitant,& nidificant volucres,deſignare poſſunt diuinam *dd* protectionem,*Ezech.*17.*g.*Et folia virgæ Aaron,deſignare poſſunt ornatum, & decorem mentis, cum protectione diuinæ gratiæ,*Num.*17.*c.*Deſignant etiam *ee* virtutem paſſionis Chriſti,& virtutem corporis reſurgentis, & profectum per dona Spiritus ſancti,& etiam ſanctificationem baptizati.

Folia ſignificare poſſunt *ff* doctrinam verborum Dei, quæ promiſſos nobis fructus conueſtit, & ornat. His enim verbis ſpes noſtra inumbratur, & inter huius ſeculi tempeſtates horum munimine contegitur. Et hæc folia non defluunt,& ſunt ad ſanitatem Gentium, *Pſa.*1.*Iſa.*1.*g.Ier.*37.*b.Ezec.*47.*c.Apo.*22.*a.* deſignant etiam *gg* ligis,verba ſimplicia, quæ regunt fructus ſpiritus,*Leu.*26.*e.*Et folia arboris proceræ, ſunt *hh* verba diſcreta: foliis enim fructus veſtitur,& verbis compoſitis ſententia ornatur,*Dan.*4.*b.*

Frondeſcens lignum arſdum,*ii* deſignare poteſt Eccleſiam ex Gentibus, quæ prius erat arida in infidelitate, & eam Deus frondeſcere fecit,*Ezech.*17.*g.*

Folia ficus,quibus ſe operuerunt Adam,& Eua poſt peccatum, *Gen.*3.*b.* deſignare poſſunt *kk* operimenta peccati,& ſimulationem,ac velamenta verborum,& excuſationes in peccatis. Item tegumenta mendaciorum hæreticorum,& *ll* pruritum animi in cupiditate,& voluptate mentiendi.

Folia etiam fici amara, deſignare poſſunt *mm* amaritudinem vindictæ, qua operiuntur verenda peccantium *Gen.*3.*d.*

Folia.

a *Hier.ſ. Hoſ.* 10.

b *Hie.ſ.pſ.*71.

c *Au.ſ.pſ.*71.

d *Ar.ſ.pſ.*71. *Hil ſ.pſ.* 146.

e *Hil.ſ. Matt. can.*14.*Hil.ſ. Matth.*14.

f *Am.ſ.Luc.*9

g *Au.ſ. Ioan. tract.* 24. & 33.*q.*61.

h *Ori.ſ.Matt.* 14.*Am.*3. *Exae.*7. *Gre.* 32.*m.*11.

i *Ber.ho.*1.*ſe. miſſus eſt. Ru.ſ.Amos*2.

k *Ori.ſ.pſ.*36. 30.1. *Rup.*1. *ſ.Gen.*38.

l *Hil.ſ. Matt. cant* 2.

m *Cle. Alex.* 2.*pada.*10.

n *Bern.ſer.de ligno,&c.*

o *Cle.Alex.*2 *ped.*10.

p *Hier.ſ. Iob.* 41. *Aug.pſ.* 103. 146.

q *Ar.& Au. ſ.pſa.*128.

r *Ori. ſ. Leu. hom.*14.*& ſ. Matth.h.* 25.

ſ *Am.ſ.*1.*Co.* 3.*Aug.enchi. ad Laurē.*64.

t *Hil.ſ.pſ.*126 *Hi.ſ.Amos* 2.

u *Hie.ſ.Iſ.*40. *Gr.*30.*m.*21.

x *Amb.ſ. pſa.* 118.*ſer.*16.

y *Au.*2.*doctr. Chriſtian.*6. *Hie.ſ. Ho.*14.

z *Glo.ord. ſu. Leu.*22.

aa *Ori.ſ.Exo. ho.*3.

bb *Bed.ſ. Ex.* 6.

cc *Amb.*2.*de pœn.*8.*Cyr.*7. *ſ.Ioan.*23.

dd *Hie.ſ.Eze.* 17.

ee *Hie. ſupr. Ezech.*17. *Eu.for.ſpir.*4. *Ori. ſ. Na.h.* 9.

ff *Au.ſer.*99. *Hila.ſ.pſal.*1. *Hier.ſ.Iſa.* 1. *& ſ.Ezec.*47. *Aug.ſ.pſal.*1. *Euc.for.ſpi.*4.

gg *Iſy.ſ. Leu.* 26.

hh *Rica.de S. Victo.de ſecu. conſc.*16.

ii *Ori.ſ.Eze. ho.*12.

Bona opera. Gloria mundana. Chriſtus. Rudior doctrina. Fructus operum. Caro. Carnales. Gloria Iudæorum temporalis. Humana natura. Peccatores. Caro. Iudæi. Principes iniquitatis damnandi. Turba promiſcua. Diuites. Stipendia prædicatorum. Temporalia bona. Hæretici. Superbi. Corrupta doctrina. Peccata venialia. Peccata carnalia. Bene operantes. Opera. Apoſtoli,& doctores. Diſcipuli eorum. Gemina cognitio. Gemina charitas. Hæretici. Diſcipuli hæreticorum. Paſcha nouū. Bona opera,& doctrina fœtent diabolo. Corruptio peccatoris. Peccatum. Diuina protectio. Virtus paſſionis Chriſti,& corporis reſurgentis. Sanctificatio baptizati. Doctrina verborum Dei. Litera legis. Verba ſimplicia. Verba diſcreta. Eccleſia ex gentibus. Operimenta peccati. Excuſationes. Tegumenta hæreticorum. Amaritudo vindictæ.

kk *Ambr. de parad.*13. *Bed. ſ.Gen.*3. ll *Au.de gen.contra. Man.*16. mm *Be.ſ.Ge.*3.

Digitized by Google

Ceremoniæ legis. *Professio fidei.* *Cultus legis.* *Verba sine fructu.* *Fides Iudæorum.* *Mali.* *Dæmones.* *Homo.* *Humana fragilitas.* *Iudæi sub Sedechia.* *Hæretici.* *Errores & voluptates hæreticorum.* *Dona luciferi.* *Misericordia Dei.* *Essentia diuina.* *Christus.*

Folia ficus sine fructu, *a* sunt ceremoniæ legis, & professio fidei, & verba iactantia Iudæorum, ac demum verba sine fructu operum, qualia sunt verba Iudæorum, & hypocritarum, *Matth. 21.b. Marc. 11.b.* Folia quoque vineæ, designant cultum legis Iudæorum, & ceremonias, *Ezech. 19.c.* Idem designat frondosa vitis, *Hos. 29.c.*

Folia ficus recenter nata, quæ sunt signum proximæ æstatis, ponuntur in exemplum *b* signorum ante tempus iudicij futurorum, *Matth. 24.c. Marc. 13.c.* possunt designare fidem Iudæorum, quæ virescet in fine mundi.

Folium defluens de vinea, aut de ficu, sunt *c* mali, & dæmones, qui in infernum detrudentur. Et demum omnes peccatores, & à decore gratiæ decidentes, *Isa. 34.a. 64.c. Dan. 4.b.* Et folium est *d* ipse homo, qui in paradiso ab arbore dicidit, qui tentationis vento rapitur, & desideriorum flatibus leuatur. *Iob. 13.d. Isa. 1.g. Ier. 8.e.* Et folia ficus, mali in Ecclesia.

Frondes cedri, *Ezech. 17.a.* significant *e* populum Hierusalem, sub rege Sedechia.

Frondosum lignum, *f* sunt hæretici placentes verbis sine fructu veritatis, & operum. Item errores cum eloquentia. Vel voluptates hæreticorum, *Isa. 57.b. Ier. 2.d. 3.b.e. 17.a. Ezech. 6.d.*

Folia cedri magnæ, *Ezech. 31.a.* designare possunt *g* dona Luciferi, vel Antichristi.

Folia oliuæ virentia, *h* in signum diuinæ misericordiæ, & reconciliationis cum genere humano ponuntur, *Genes. 8. b.*

Folliculi, quos germinat linum, *Exod. 9.g.* sumuntur ad literam, pro *i* caule, seu culmo lini.

Misericordia. *Sapientia.* *Gratia.* *Æmulatio.*

Fons.

Fons, est vena aquæ perennis, scaturiens in superficie terræ, hoc est differens à puteo, quòd vena aquæ putealis intra terram latet. Origo aliquando fons dicitur.

Fons habens tres puteos, designare potest *l* diuinam essentiam in tribus personis incomprehensibilem, quæ tamen vt vnus fons manifestatur in creatione mundi, *Num. 20.b.* Dicuntur etiam fontes aquarum. *Psal. 41.* Hos fontes obturant, *k* qui cognitionem, & fidem Trinitatis tollunt, *Iud. 7.b. Apoc. 7.d. 21.b. 22.a.*

Fons Solis dicitur Christus: *m* & idem est fons, qui oritur de paradiso, *Gen. 2.b. Iob. 1 6.b. Psa. 41. 113. Ier. 2.c. 17. b.* Et fons vitæ, & fons aquæ viuæ, est ipse Christus, siue absolutè Deus, *Psa. 35. Eccl. 1.a. 21.c. 26.c. Isa. 58.d. Bar. 3.b. Ioel. 3.d.* Ipse est fons patens domus Dauid. *Zach. 13.a.* Fons enim occultus, est vnigenitus Patris, inuisibilis Deus: fons verò patens, est idem Deus incarnatus. Hûc fontẽ demonstrauit angelus Agar ancillæ, *Genes. 21.d.*

Vita æterna. *Veritas.* *Sapientia.* *Virtus.* *Charitas.* *Spiritus sanctus.* *Dona Spiritus sancti.* *Dona Dei.* *Gratia.* *Illustratio diuina.* *Virgo Maria* *Anima munda.* *Ecclesia ex gentibus.* *Salus ex Iudæis.* *Apostoli.* *Prophetæ.* *Doctores.* *Sapientia.* *Sacra scriptura.*

Fontes Saluatoris, *Isa. 12.* poni possunt quatuor in hac vita: *n* fons misericordiæ, ad diluendas culpas: fons sapientiæ, ad sitim nostram potandam, dans aquas discretionis. Fons gratiæ, ad irrigandas plantas bonorum operum dans aquas deuotionis. Fons æmulationis, dans aquas feruentes ad coquendos cibos affectionũ, quæ feruent igne charitatis. Primus necessarius est omnibus. Secundus peculiarius conuenit. *Iob. 1.* coniugatis, qui inter medios laqueos ambulant. Tertius Danieli, id est, contemplationi vacantibus, cui pœnitentiæ opera, & labores abstinentiæ deuotionis gratia necesse est impinguare: fons verò æmulationis, & zeli conuenit Noe, id est, prælatis. Datur quintus fons in futuro seculo, qui est fons vitæ. Et messis laborantis venit vt fons, *o* quia vita æterna est indeficiens, *Prouer. 6. b.* Vel sunt quatuor fontes *p* veritas, sapientia, virtus, charitas, ex quibus hauriuntur aquæ singulæ de fonte veritatis, aquæ iudiciorum: de fonte sapientiæ, aquæ consiliorum: de fonte virtutis, aquæ præsidiorum: de fonte charitatis, aquæ desideriorum.

Fons egrediens de paradiso, significare potest *q* Spiritum sanctum, à quo diuersa dona ceu riuuli prodeunt, *Gen. 2.b.* Et fontes duodecim, aut alij fontes passim dona Spiritus sancti significare possunt, *Exo. 15.d. Num. 33.b. Psa. 67. 103. Sap. 11.a. Isa. 41.e.* Et generaliter fontes aquarum dici possunt *r* dona Dei, *Psal. 41. Ioel. 3.d.* Fons aquæ salientis in vitam æternam, gratia Spiritus sancti, *Ioan. 4.b.*

Spiritus sanctus. *Dona Spiritus sancti.* *Dona Dei.* *Gratia.* *Illustratio diuina.* *Virgo Maria* *Anima munda.* *Ecclesia ex gentibus.* *Salus ex Iudæis.* *Apostoli.* *Prophetæ.* *Doctores.* *Sapientia.* *Sacra scriptura.*

Fons etiam paradisi, *s* diuinam illustrationem interiorem significare potest, quæ venit à Deo, tanquam à paradiso.

Fons signatus, *t* dici potest beatissima Virgo Maria integerrima, *Cant. 4.d. Esther. 10.b.* Item anima munda, in qua exprimitur imago Dei. Fons etiam hortorum est beata Virgo mater Ecclesiarum.

Fontes aquarum, designare possunt *u* Ecclesiam ex Gentibus, bonis spiritualibus abundantem, *Isa. 35.c. 41.e. Tob. 8.b. Psa. 17. Prou. 8.* Ipsa est etiam fons signatus, dans aquas viuentes sacræ Scripturæ: ad quas non admittit indignos, *Cant. 4.d.*

Principia theologia. *Vetus testamentum.* *Intellectus.* *Baptismus.* *Abundantia temporalium* *Timor domini.* *Iustus cadens coram impio.*

Fontes Israël, *Psal. 67.* dicuntur, *x* quia salus ex Iudæis est: & inde est prima Ecclesia. Ex adumbratione enim legis Ecclesiæ doctrina processit: in qua nunc Dominus, qui ex Israeliticæ stirpis propagine carnem suscepit, benedicitur. Vel fontes Israël sunt *y* Apostoli ex Israël, in quibus fit fons aquæ salientis in vitam æternam, *Ioan. 4. b.* Quos etiam designant duodecim fontes, *Exod. 25.d.* Sæpe autem dicuntur fontes Apostoli, & Prophetæ, & doctores: propinantes populo aquas sapientiæ & doctrinæ, *Isa. 49.c.* Ad fontes aquarum potabit eos, hoc est, ad doctores tam veteris, quàm noui testamenti. Et *Isa. 12.a.* Haurietis aquas de fontibus Saluatoris, hoc est, repletis à cyclopædiæ mentem irrigantes, & reficientes, & præcipuè incipientium. Fontes etiam Saluatoris, sunt sacræ Scripturæ, seu vtrumque testamentum, *Is. 12. 49.c.* dicitur autem sacra Scriptura puteus, ob mysteriorum altitudinem: fons verò, ob charitatis effluentiam, *Ioan. 4.a. Leu. 11.e. Deut. 8.d.* Hos fontes obturant hæretici, & infideles, cùm procurant, ne intelligatur, aut doceatur sacra scriptura. *Iud. 7. b.* obturant etiam eos fideles, cùm nolunt sanctum dare canibus, *2. Par. 32.a. g. Prou 5.c. 13.c. 16. 18.a.* Fons etiam patens, *aa* est sacra doctrina quantum ad moralia, quæ ab omnibus percipiuntur, *Zach. 13.a.* Est etiam lex diuina fons signatus sigillo Dei viui eam docentis, vt non sine mysterio dicatur, quod summa legis comprehensa decem præceptis, descripta fuerit digito Dei. Nec enim tot & tanta sacramenta in ea lege recluſa sub testa historiæ possunt à mortalibus prospici, aut excogitari, nisi diuino lumine collustrentur, *Cant. 4.d.* Fontes etiam aquarum dici possunt *bb* principia sacræ theologiæ, vnde deducuntur conclusiones velut riuuli, *Psal. 41. Ioel. 1.d.* Fons etiam Mispha, hoc est, iudicij, dici potest sacra Scriptura, in qua demonstrantur iudicia Dei, *Genes. 14.a.*

Fons in solitudine dici potest *cc* lex vetus, quum priuatur carnali obseruatione, *Genes. 14.b.* Manet autem iuxta hunc fontem populus Iudaicus, qui innititur literæ legis, *Gen. 24.b. Ioan. 4.a.* Fontes etiam abyssi, *Gen. 7.b.* designant testimonia veteris legis: quia fontes rupti dicuntur per apertionem figurarum.

Fons ascendens de terra, designare potest *dd* intellectum, qui singulis sensibus riuos influit cuique congruos. *Gen. 2.b. Ioel. 1.d. 3.d. Zach. 13.a.*

Vetus testamentum. *Intellectus.* *Baptismus.* *Abundantia temporalium* *Timor domini.* *Iustus cadens coram impio.*

Fons, aut fontes sæpe designare solent *ee* baptismi lauacrum, in quo nobis infunduntur aquæ gratiæ, & donorum spiritualium: & lauamur à sordibus peccatorum, *Gen. 24.b. Iud. 11.b. Psa. 17. Isa. 41.e. Zach. 13.a.*

Fons aliquando est abundantia bonorum: vt cùm messis dicitur venire homini laboranti, vt fons. *Pro. 6.b.* Et fons Arad, vnde biberunt milites Gedeonis, *ff* est rerum temporalium abundantia, vnde parcè bibendum est. *Iud. 7. a. 3. Reg. 18.a.*

Timor domini. *Iustus cadens coram impio.*

Fons vitæ dicitur *gg* timor Domini, quia initium sapientiæ timor Domini. *Prou. 14.d. Psa. 119.* dicitur etiam, quia ducit ad eum, qui est fons vitæ.

Fons turbatus pede, & vena corrupta, dicitur *hh* iustus cadens coram impio. *Prou. 25.d.*

a *Ori. s. Matth. 16. Hil. s. Mat. can. 21. Amb. de par. & s. Lu. 13.*
b *Hie. s. Mat. 21. Euc. for. spi. 4. Glo. ord. s. Matt. 24.*
c *Hie. s. Isa. 34. 61.*
d *Gre. 11. mo. 24. Euc. for. spi. 4. Rup. s. Hos. 9.*
e *Hie. s. Exec. 17.*
f *Ori. s. Ier. h. 14. Hie. s. Isa. 57. & s. Ier. 2.*
g *Hie. s. Exe. 31.*
h *Glo. ord. s. Gen. 8.*
i *Lyr. s. Exod. 9.*
k *Ori. s. Nu. ho. 12. Amb. de Spiritu sancto. 19. Geor. Venet. can. 1. tom. 7. cap. 13.*
l *Ori. s. Ios. h. 19. Amb. de parad. 3. & de Isaac. 1. Phi. de profugis.*
m *Ar. s. ps. 35 Hie. s. Isa. 58. Gre. s. Exec h. ho. 20. Bed. s. Gen. 21.*
n *Ber. s. 1. nat. Domini.*
o *Glo. ord. s. Prou. 6.*
p *Ber. ser. pa. 66.*
q *Aug. 2. de Gen. contra Mani. 24. & s. psa. 101.*
r *Hie. s. Is. 30. Bed. s. Gen. 2. Euc. for. spiri. 9. Rup. 2. de glo. Trinit. 7.*
s *Aug. 2. de gen. contra Manich. 4.*
t *Amb. exho. ad virgi. & de Isaac. 5. Geor. Venet. cant. 11. tom. 7. cap. 13.*
u *Rup. s. can. 4.*
x *Hie. s. Isa. 35. Gr. s. can. 4.*
y *Hie. s. ps. 67*
z *Au. s. ps. 67 Hie. s. Isa. 12. 49. & s. psa. 17. Ge. Ven. can. 1. tom. 7. cap. 13. Cyr. 2. de recta fide ad reginas, & contra Iulian. 9. Be, s. Exod. 11.*

aa *Amb. de parad. 3. & de Isaac. 4. & 1. de Abrah. 9. Chry. s. Gen. ho. 3. Philo. de profugis. Arn. s. psa. 113. Ori. s. Iud. hom. 8. Hie. s. Isa. 29. 49. Gre. s. cant. 4. Isy. s. Leu. 11. Bed. s. Gen. 2.* bb *Hie. s. Zach. 11. Geor. Venet. cant. 1. tom. 7. cap. 13. Ras. s. ps. 28. h. 1.* cc *B. d. s. Gen. 5.* dd *Phi. 1. alleg. & de profug.* ee *Arn. s. ps. 17. Bed. s. Gen. 24.* ff *Lyr. s. Iud. 7.* gg *Glo. inter. s. Prou. 14.* hh *Bed. s. Prou. 25.*

Digitized by Google

Fons vbi conteritur hydria,designare potest *a* mortem,vbi conteritur homo, *Eccle.*12.*c.*

Fontes lachrymarum *b* dicitur per hyperbolem, ad indicandam lachrymarum abundantiam. *Ier.*9.*a.* potest dici ex persona Christi,& prælatorum.

Fons ascendens de paradiso voluptatis, *Gen.*2.*b.* significare potest *c* essentiam, & esse: quæ primò oriuntur à Deo:& prima diuisione diuiditur hic fons in quatuor capita, hoc est in elementa.

Fons paruus,qui creuit in fluuium, & in aquas plurimas redundauit in visione Mardochæi, designauit Esther reginam, *Esther.*10.*b.*

Fontes Abyssi magnæ rupti in diluuio,designant dæmones,qui rumpuntur,& perdunt terram, quando ad libitum in homines grassantur,permittente Deo propter peccata,*Gen.*7.*b.Psalm.*73.Et fontes sine aqua,sunt authores malorum, 2. *Pet.* 2. *d.* designat etiam *d* sensus in vitia defluentes sine fræno. Et iidem sunt fons sanguinis menstruatæ,qui sanguis,& fluxus voluptatum à sensibus profluit, *Leu.* 20.*c.* Hos fontes obturare curant Sancti tollentes occasiones peccandi,4.*Reg.*3.*c.*2.*Par,*32.*a.g.Hos,*13.*d. Ioel.*1.*d. Marc.*5.*c.* Et fons aquæ pessimæ in Hierico, significare potest errores Gentilium,4.*Reg.*4.*d.* Et fons riui Ægypti,est princeps quiuis errorum in mundo, *Isa.* 19.*b.Iud.*5.*c.* demum fontes sine aqua,sunt peruersorum dogmatum authores.

Fons maxillæ,de quo bibit Samson, *Iud.*15.*d.* designat *e* corpora Martyrum, quæ post mortem multa ædidere miracula.

Fons draconis, *Neh.*2.*c.*designat hypocritas.Hi sunt fontes sine aqua,2.*Pet.*2.*d.Psalm.*73.*Hos.*13.*d.*

Foramen,Perfodere,Perforare,Pertusum.

FORAMEN est in pariete,aut in alia quauis re:per quod patet transitus alicui corpori,siue ad excrementa, siue ad ipsos sensus.

Foramen petræ,in quo posuit Deus Mosen, *Exod.*33.*d.* designare potest *f* diuinam protectionem:vel passionis Christi contemplationem:vel vulnera manuum,& pedum Christi. Et ipse Christus *g* est etiam foramen, innotescere faciens hominibus Deum, *Cant.*2.*d.*5.*b.Ier.*48.*e.*Lex quoque est *h* foramen angustum, ad fidem, & confessionem Christi. Potest etiam foramen petræ designare *i* capacitatem beatitudinis, & diuinæ visionis, quæ per Christum habetur.

Foramina petræ significare possunt *k* incarnationis Christi sacramenta, & etiam Apostolos, & prædicatores. Item angelos apparentes,& mysteria Dei annunciantes:& præterea scripturam legis,& Prophetarum: in quibus omnibus sponsa quiescere potest,& consolationem accipere, *Cant.*2.*d. Ier.*13.*a.*

Foramen,per quod sponsus mittit manum, *Cant.*5.*b.*significare potest *l* occultam Christi descensionem,vel per incarnationem,vel per inspirationem:inspiratio enim ipsa foramen dici potest. Potest etiam dici foramen,oculus mentis à Christo illustratus.

Foramina etiam significant *m* leuem cognitionem,vel oculos, *Eccl.*12.*b.* Et in foraminibus suis contabescunt oculi persecutorum Ecclesiæ, *Zach.*14.*e.*cùm non amplius vident errores, sed alij oculi in eis ponuntur, quibus possint hominum suspicere cum Propheta,dicente:Ad te leuaui oculos meos,qui habitas in cælis.

Foramen acus,dici potest *n* angustia passionis Christi:& etiam angusta via, quæ ducit ad vitam, quæ est via Christi,per quam non potest transire camelus,hoc est,diuites huius seculi, *Matth.*19.*c. Marc.*10.*c.Luc.*18.*c.*

Foramina regis Tyri præparata, *Ezec.* 28. *d.* significare possunt *o* vim suscipiendi diuina munera, quæ erat in Lucifero, & capacitatem in eo ad recipiendam charitatem: vt foramina fiunt in gemmis, vt ligentur auro. Item potentias eius,vt intellectum,& voluntatem.

Foramen aspidis,designare potest *p* obsessum à diabolo,in quo ipsa requiescit:vel corda iniquorum, *Isa.*11.*b.*

Foramen in pariete,quod vidit Ezechiel,*Ezec.*8.*c.*designat *q* vitia minora,per quæ deuenitur in cognitionem malorum latentium:vt ex verbis impudicis cognoscitur animus impudicus, vel sunt signa exteriora, per quæ latens vitium deprehenditur.

Foramen idem non simul emanat dulcem,& amaram aquam, *Iacob.* 3. *c.* vt *r* ostendatur ex eodem ore non debere procedere verba bona,& mala:licèt prædicator rectè proferat verba correctoria, & consolatoria.

Perforat Deus nares Behemoth, *s* cum callidas diaboli insidias acutis Sanctorum sensibus penetrans, eneruat. Sic Christus perforabat,cùm dicebat:Non in solo pane viuit homo. Perforat etiam in sudibus nares, *t* quum per Sanctos diabolum superat, *Iob.* 40. *c.* Perforat etiam armilla maxillam Leuiathan, quum sermonibus sacræ Scripturæ confundit diabolum:vel quum eos,quos diabolus captos tenet,conuertit,& liberat:vel cùm quos tentando quasi mandendo affligit,liberat,ne ab eo peccando deuorentur, *Iob.*4 .*d.*

Perforatur doloribus os Iob,quum *u* fortes in Ecclesia in tribulatione deficiunt, *Iob.*30.*e.*

Perforare aurem, *Exod.*21.*a.*est *x* infigere verba Dei, & timorem in corde, est etiam operari propter Deum viuum, cui prius erat inobediens: vel ipsa perforatio auris nota sit prioris inobedientiæ. Vel perforatio auris serui nolentis relinquere veterem dominum,nota est perseuerantiæ in peccato,& inobedientiæ, & etiam contemptus verborum Dei. Est etiam signum perpetuæ pœnæ,pro inobedientia inferendæ, & signum infidelitatis Iudæorum, qui malunt seruire literæ legis,quàm Euangelio, *Deut.*15.*e.*

Pertusus sacculus est, *y* quum non percipitur merces bonorum operum,propter frequentia peccata, *Agg.*1.*b.*

Perfodiens virum,& mulierem per membra genitalia, *Num.* 15. *b.*designat *z* castigantem corpus,vsque ad tollendum peccati fomitem.

Perfodiunt fures in tenebris domos, *aa* cùm dæmones aut heretici simplicium animas in aduersis decipere conantur:qui non intrant in domum per ostium, *Iob.*24.*c.Matth.*24.*d. Luc.*12.*e.*

Foris, Foras.

FORIS dicitur esse,quod est extra domum,aut alium locum clausum,aut secretum.

Foras eduxit Deus Abraham,*Genes.*15.*b.*hoc est, *bb* extra augustias carnis,qua velatur,& clauditur quodammodo anima,ne cælestia contemplari valeat. Educitur enim è carcere *cc* corporis,& è cauernis sensuum, & è fallacibus rationis sophismatis, & demum ex seipsa, vt diuina contemplari valeat. Ita foris inuenit anima sponsum, nempè cùm egreditur,& transgreditur corporea, *Cant.*8.*a.*

Foris etiam inuenitur sponsus:& foris ipsum osculatur Ecclesia,vel anima: cùm *dd* Christus factus est homo, qui prius latere dicebatur in sinu Patris, *Cant.*8.*a.*Et tunc foris prædicauit sapientia, *Prou.* 1.*c.*

Foris deaurata arca fœderis, *ee* designat bona opera lucentia coram hominibus, *Exod.* 25.*a.* Et foris calicis, & paropsidis,designat exteriora opera,& conuersationem,vel sermonem exteriorem, *Matth.*23.*c.*Sic foris sepulchrorum,designat *ff* exteriora corporis, *Luc.*11.*f.*E foris ambulare,est exterius operari, *Exod.*21.*f.*

Foris etiam calicis,designat *gg* literam legis,quam Pharisæi colebant, interiorem sensum negligentes, *Matth.* 23.*c.*Et foris scriptus liber, *hh* historiæ literam designat, *Ezech.* 2. *d.*

Foras egredi,aut educi,è diuerso est ab angustiis legis ad altitudinem Euangelij prodire. Sic eduxit Deus Abraham foras,*Gen.*15.*a.* Et iubet induci foras populum cæcum,& surdum, *Isa.* 43.*b.*

Foras nunciauit Cham fratribus nuditatem patris, *Gen.* 9. *d.* qui *ii* mali sono tantum vocis Christi passionem annunciant,quam non intelligunt,nec ritè venerantur.

Forinsecus templi,designat *kk* sensibilium cognitionem;& etiam labores huius vitæ, *Ezech.*41. *c.*46.*a.*

Foras atrium flet Petrus,qui intus Christum negauit, *Matth.*26.*g.*quia *ll* inter mundanos non est locus aptus ad pœnitentiam. Sic egressus est foras Ioseph,relicta adultera, *Gen.*39.*c.*

Foras venire iussus est Lazarus. *Ioan.*11.*e.*vt *mm* designetur mortuus per peccatum ab excusatione, & occultatione peccati ad accusationem sui,per confessionem ore proprio exire debere.

Foris monumentum stans Maria, *Ioan.*20.*b.* designat *nn* Gentilitatem nondum credentem, sed paratam ad suscipiendam fidem:vt Cornelius,& Eunuchus.

Foris esse dicuntur,aut vagari, *oo* qui rebus mundanis vacant: ideo interficiuntur, *Ier.*9.*f.Ezech.*7.*e.*

Foris

hh *Hie.s.Ez.*2.*& s.Amos.*5. ii *Aug.*16.*ciu. Dei.*2. kk *Hie.s. Eze.*41. ll *Ori.s.Matth.h.*35. mm *Amb.*3.*de pœni.*7. *Gr.*22.*mo.*13. nn *Rup.*14.*s.Ioan.* oo *Hie.s.Ier.*9.

a *Hie.s. Eccl.* 12.
b *Glo. ord.s. Hie.* 9.
c *Geor. Vene. cant.* 1.*to.* 7. *cap.* 22.
d *Phi.de profugis. Amb.de Isaac.& ser.*87.
e *Euc.for.spi.* 8. *Glo. ord.s. Iud.*15. *Ru.s.Iud.*20.
f *Am.de Isaac.*4. *Ori.s. can.h.* 4.
g *Gre.s.ca.*2. *Isy.s.Leu.*16.
h *Ber.s.cant. ser.*61.
i *Gre.Nys.de vita Mosis.*
k *Ori.s.Ier.h.*12.*Gr.s.can.*2.*Isy.s. Leu.*16.
l *Ambr. de virg.*3. *Hie. Prolo. s. Matth.Gre.s. can.*5.
m *Hie.s.Eccl,*12.*& s.Zac.*14.
n *Ori s.Mat. hom.*8.*Amb. s.Luc.* 18. *Gr.*35.*m.*17.
o *Gre.*32.*m.*21. *Rup.* 1.*s. Gen.*16.
p *Hie.s.Is.*11. *Gre.*17. *mor.* 18.
q *Hie.s.Ezec.* 8.*Gre.* 26. *mo.* 5.
r *Glo. ord. s. Iacob.* 3.
s *Hie. s. Iob.* 40.
t *Gre.*33.*mo.* 11.12.14.17.
u *Gre.* 20. *mor.* 24.
x *Gre.s. Eze. hom.*3. *Ori.s. Ios. hom.* 10. *Amb. s. psa.* 118.*ser.* 13. *Hie.*2. *adue. Iouin. Bed.s. Exod.* 21.
y *Hie.s.Agg.* 1.
z *Ori.s. Nu. ho.*20.
aa *Ori.s.Ma. ho.*31. *Gr.*16.*m.*28. *Hie.s.Iob.*24.
bb *Ambr. de Abr.*8.*& de Isaac.*8.
cc *Phi.qui.rerũ diui.heres.*
dd *Am.de.insti. vir.*1. *Gre.s.cant.*7. *Bed.s.Prou.*1.
ee *Ori.s.Ma. ho.*25.
ff *Am.s.Luc.* 11.
gg *Ori.s.Ma. ho.*25.

Mors.
Abundantia lachrymarũ.
Essẽtia & esse
Esther.
Dæmones.
Sensus.
Errores Gentilium.
Autores errorum.
Corpora martyrum.
Hypocritæ.
Diuina protectio
Cõtemplatio passionis.
Christi vulnera.
Lex.
Capacitas fœlicitatis.
Sacramenta incarnationis
Apostoli, & prædicatores.
Angeli.
Lex, & Propheta.
Incarnatio.
Inspiratio.
Oculus mẽtis
Leuis cognitio.
Oculi.
Passio Christi
Angusta via.
Capacitas Luciferi.
Obsessus à diabolo.
Corda iniquorum.
Vitia minora.
Signa exteriora.
Os hominis.
Eneruans Deus insidias diaboli.
Deficere in tribulatione.
Figere verba Dei in corde.
Perseuerãtia in peccato.
Amissio mercedis.
Castigãs corpus.
Decipientes animas.
Extra carnis angustias.
Apparẽs Christus in carne.
Exteriora opera.
Litera legis.
Ad altitudinem Euangelij prodire.
Loquentes insipienter de passione Christi.
Cognitio sensibilium.
Labores huius vitæ.
Separari à mundanis.
Confessio peccatorum.
Gentilitas nõdum credens.
Vacantes mũdanis.

¶ Foris sunt, qui extra Ecclesiam existunt, *Col.* 4. *a.* 1. *Tim.* 3. *b.* Et foris stantes fratres Christi, sunt *a* Iudæi remanentes extra Ecclesiam, ingressis in eam Gentibus: ideò non cognoscuntur à Christo, *Matt.* 11. *d. Luc.* 8. *c. Gen.* 45. *a.* Et foris ligatus pullus, designat Gentiles extra Ecclesiam existentes, *Marc.* 11. *a. Luc.* 19. *e. Thr.* 2. *g.* Pereunt autem gladio, qui foris sunt, *Ezec.* 7. *d.* Et mali pastores dispergunt oues foras, *Ezec.* 44. *f.* Foris spoliat latrunculus, *Hos.* 7. *a.* quia hæretici non spoliarent veste Christi, quos docuerunt, nisi extra Ecclesiam eos educeret. Foras etiam fugiunt Iudæi, vel hæretici, *Psal.* 30. cùm nolunt manere intra Ecclesiam, nec eius sacramenta ad fidem suscipere. Foras efferre agnum, est vti sacramentis extra Ecclesiam: vel vti Eucharistia ad sortilegia, *Exod.* 12. *g.* Foras electi Nadab, & Abihu, designant hæreticos extra Ecclesiam proiectos, *Leu.* 10. *a.* foris, hoc est, extra Ecclesiam est væ, væ, *Amos*, 5. *e.*

Extra Ecclesiam.

Foras egrediens Cain, vt occideret Abel fratrem suum, *Gen.* 4. *b.* designat *b* Iudæos ab obedientia legis egredientes, vt occiderent Christum: quoni extra ciuitatem occiderunt.

Extra ciuitatem occidentes Christum.

Foris, aliquando est extra synagogam, & Iudæam: & foris clamant videntes, *c* quum Apostoli relicta Iudæa conuertuntur ad Gentes, *Isa.* 33. *f.* Et non est audita vox Christi foris: quia non prædicauit extra Iudæam. *Isa.* 42. *a.* Et foras educitur populus cæcus, cùm Iudæi ad fidem veniunt, *Isa.* 43. *b.* Et egressus Iacob foras accepta benedictione, est Christus transiens ad Gentes, *Gen.* 20. *e.*

Extra Iudæã.

Foras eiiciuntur, *d* qui mittuntur in tenebras exteriores, & qui excluduntur à diuinis secretis, *Ioan.* 6. *d.* Et foras missi pisces, sunt *e* mali, qui in caminum ignis inferni proiecti sunt, *Matt.* 13. *g. Thre.* 2. *c. d.*

Infernus.

Foras eiicitur nunc princeps huius mundi, quum *f* diabolus eiicitur à cordibus peccatorum, qui respiscunt. *Ioan.* 12. *e.*

Eiectio diaboli.

Foris interficit gladius, cùm *g* exterius feriens vindicta conficit, *Thre.* 1. *g.* Et infideles persequuntur Christianos.

Exterior vindicta.

Foris manens seruus Abrahæ. *Gen.* 24. *d.* designat prædicatores primitiuæ Ecclesiæ, qui recusabant ingredi ad Gentes.

Non audentes primi prædicatores ingredi ad Gentes.

Forceps.

FORCIPES dicuntur quasi foruicapes, quod his forua, hoc est, calida capiantur: sunt enim quibus ferrum ardens à fabris ferrariis tenetur malleandi gratia.

Forcipes designare possunt *h* prædicatores gemino dente, hoc est, doctrina veteris & noui testamenti, geminam & ignitam charitatem in cordibus audientium accendentes. Ideo deseruiebant ad ministerium altaris: & erant vel aureæ, vel æneæ, *Exod.* 27. *b.* 38. *a. Num. a.* 3. *Reg.* 7. *g.* 2. *Par.* 4. *d.*

Prædicatores.

Possunt etiam forcipes *i* vtrumque testamentum significare, vel vtriusque testamenti mandata, *Isa.* 6. *b.* designant etiam fidem diuinitatis & humanitatis Christi, qua tenetur potestas collata Petro.

Vtrumque testamentum. Fides.

Fores, quare Ianua.
Forma, Formosus, vide Decor.
Formare, Forma, quare Figura.
Formica.

FORMICA, *k* est animal paruum, satis notum: viuunt autem formicæ gregatim, sub nullo duce, & ipsæ sibi domicilium parant, cauernas intra terram facientes, vbi hyeme latent, & alimenta ibi congregant, in æstate die noctúque laborantes, sintque partim pennatæ, partim sine pennis. Sunt autem formicæ prudentiores aliquibus animalibus sanguineis.

Ponitur formica in exemplum *l* solicitudinis, & diligentiæ, *Prou.* 6. *a.* 30. *d.* Et vt ipsa parat æstate cibos ad hyemem, & ne semina & grana germinent, ea diuidit: ita & nos parare oportet in hac vita opera, quibus liberemur in die iudicij: vel vt tempore prosperitatis paremus doctrinam, quæ nos sustentet, & reficiat in aduersis, designat fideles, humiles, & laborantes.

Formiculosa pecus *Leu.* 22. *c.* iuxta Septuaginta, dicitur, vbi eos legimus, habens scabiem, vel impetiginem. Et potest dici *m* formiculosus, qui solis terrenis, & ventri incumbit, nullam de cœlestibus curam habens.

Formidare, Formido, vide Timere.
Fornax, quare Clybanus.
Fornicare, vide Adulterare.
Fornix.

FORNIX, est arcus in ædificiis, & quodcunque opus cameratum. Fornices etiam erant arcus erecti in memoriam rerum gestarum à triumphantibus, quasi monimenta victoriarum.

Fornix triumphalis, quem erexit Saul, designare potest *n* gloriationem prædicatorũ apud simplices. 1. *Reg.* 15. *c.*

Iactantia prædicatorum.

Fornix, quem incuruat rex sapiens super impios, *Prou.* 20. *d.* est *o* pœna æterna, quæ dabitur malis sicut corona bonis.

Pœna æterna.

Forte.

FORTE, aduerbium dubitantis, præcipuè de futuro. quòd cùm dicitur à Deo: Vt si fortè audiant, & si fortè quiescant, non dicitur, *p* quia ipse dubitet: sed per hoc liberum hominis arbitrium indicat. *Eze.* 2. *b.*

Fortis, Fortitudo, Robur, Robustus, Confortare.
Corroborare, Validus, Perualidus, Inualescere, Strenuus.

FORTIS dicitur, qui valet viribus: qui etiam dicitur robustus, & validus, dicitur etiam constans, *Gen.* 32. *f.* Si contra Deum fortis fuisti. Item strenuus, *Num.* 1. *a.* virorum fortium ex Israël. Potens, *Deut.* 7. *b.* Eduxit vos in manu forti. Violentus, *Num.* 21. *e.* Quia forti præsidio tenebantur. Fortitudo autem interdum est audacia. *Num.* 24. *a.* Cuius fortitudo similis est Rhinocerotis. Constantia, *Isa.* 30. *d.* in spe erit fortitudo vestra. Longanimitas, *Exod.* 9. *a.* vt ostendam in te fortitudinem meam. Potentia. *Exod.* 15. *a.* Fortitudo mea, & laus mea Dominus. Robur quoque est animi, & corporis, & diuitiarum, & exercitus, ac potentiæ.

Deus.

Fortis, & fortissimus dicitur *q* Deus, cuius fortitudini nemo resistere potest, *Gen.* 33. *d.* 49. *c. Exo.* 20. *a.* Et fortitudo Dei est, qua castigat ad liberandum, vt conuertat castigatos, *Isa.* 63. *d.* Et fortitudo magna, qua Deus portat populum suum, dici potest *r* passio Christi, *Exod.* 15. *b. Psal.* 45. 67. *Isa.* 40. *f.* 49. *a.* Et fortitudo brachij Domini, hoc est, Christi ostendetur in iudicio, *Isa.* 40. *c.* 51. *d.* Fortitudo etiam Dei dicitur ipse *s* Christus, qui est Dei virtus, & Dei sapientia, *Gen.* 49. *c. Isa.* 27. *b. Ier.* 27. *a.* 1. *Cor.* 1. *d.* Et dicitur Christus egredi sicut fortis, quia factus homo vicit diabolum. *Isa.* 42. *c.* Et dicitur Deus fortitudo bonorum: sicut dicitur fortis Iacob, & Israëlis, 12. *c.* 30. *g.* 49. *g.* Dicitur quoque Christus fortis manus Dei, *Exod.* 6. *a.* 13. *a.* 32. *c. Isa.* 8. *c.* 9. *b.* Fortitudo quoque pauperis dicitur Deus, hoc est, *t* Christi in Passione, & omnium in ipso Deo sperantium. Et dicitur fortitudo reuertentibus de bello, *Isa.* 25. *b.* 28. *b.* Et fecit Deus terram in fortitudine, hoc est, per Verbum, quod est Dei virtus, *Ier.* 10. *b.* 32. *c.* Fortior quam Ieremias dicitur Deus, quia permisit præualere mendacium ad tempus. *Ier.* 20. *c. Ier.* 3. *d. Nah.* 1. *a. Hab.* 3. *a.* Fortitudo Rhinocerotis, dici potest potentia Christi, *Num.* 23. *d. Isa.* 63. *a.* Et fortissimus Iephte, designat fortitudinem Christi, *Iud.* 11. *a.* Itidem fortitudo Samsonis, *Iud.* 16. *a. Mich.* 5. *a.* Et ipse Christus est fortis, vnde egressa est dulcedo. *Iud.* 14. *d.*

Potentia Christi.

Fortis gladius Dei dicitur, quia virtuti eius punitiuę nemo resistere potest. Sic etiam dicitur bellum Dei forte, quia nemo eum punientem effugere valet. *Isa.* 27. *a.* 28. *a.* 42. *d.*

Vis punitiua Dei.

Fortitudo lapidum, in bonum quidem significare potest *u* constantiam Angelorum, de quibus, *Iob.* 6. *b.* Neque fortitudo lapidum, fortitudo mea. In malum verò, designat duritiem eorum, qui percussi à Deo non emendantur, nec vocem confessionis emittunt.

Constantia angelorum. Durities peruersorum.

Fortitudo magna Dei, dicitur eruca, *Ioel*, 2. *f.* quia *x* per paruum, & infirmum animal punit Deus homines.

Fortis populus, dicitur *y* Ecclesia ex Gentibus, *Isai.* 25. *a.* Et fortes, qui numerantur, & sunt perfecti virtutibus, *Numer.* 1. *a. Isa.* 3. *a. d.* Fortitudo autem eorum erit in silentio, & in spe, hoc est, in obedientia præceptorum cum auxilio Dei, *Isa.* 30. *d.* Et fortitudo capitis Christi, dicitur Ephraim, hoc est, *aa* Ecclesia ex Gentibus, quæ prælata est synagogæ: vt ille prælatus est Manasse, *Psal.* 59. Vel fortitudo capitis Ecclesiæ, est Ephraim,

Ecclesia ex Gentibus. Perfecti virtutibus.

a *Hie. s. Matt.* 12. *& s. Ezec.* 7. 34. *& s. Hos.* 7. *Am. s. Luc.* 19. 8. *& epist.* 76. *Tert. de carne Christi. Hil. s. Mat. ca.* 12. *Hie. & Aug. s. ps.* 30.
b *Bed. s. Ge.* 4.
c *Hie. s. Is.* 42. 43.
d *Aug. s. Ioan tra.* 25.
e *Ori. s. Matt. cap.* 13.
f *Cyr.* 3. *su. Ioan.* 40. *Augu. s. Ioan. tra.* 52.
g *Lyr. s. Thr.* 1.
h *Glo. ord. su. Exod.* 27.
i *Ambr. de fide* 4. *Hie. epi. Et factum est. Rup.* 9. *de glorific. Trin.* 18.
k *Arist.* 4. *de hist. anima.* 7. 8. *& 5. de hist. anima.* 25. *& 2. depart. animal.* 4.
l *Basi. Exae. hom.* 9. *Amb.* 6. *Exaem.* 4. *Augu. contra Adimantum* 6. *& s. ps.* 36. *Bed. s. prou.* 6. 30.
m *Isyc. s. Leu.* 22.
n *Gr. s.* 1. *Reg.* 15.
o *Bed. s. prou.* 20.
p *Hie. s. Ezec.* 2.
q *Ar. su. psal.* 45. *Hie. s. Isa.* 9. 25. 27. 40. 42 *& s. Iere.* 10. 27.
r *Basil. s. ps.* 45. *Hil. s. ps.* 67.
s *Bed. s. Gen.* 49.
t *Ori. s. Num. ho.* 16. *Au. ser* 107.
u *Gr.* 7. *m.* 10.
x *Hier. s. Ioel*, 2.
y *Hier. s. Is.* 3. 25. *& s. Zac.* 10.
z *Ori. s. Num. hom.* 1.
aa *Hil. & Au. s. ps.* 59.

Digitized by Google

hoc est fructificatio post mortem,& resurrectionẽ Christi.Et fortes Ephraim,sunt bene fructificantes in Ecclesia,*Zac.9.c.10.b.*Eosdẽ designãt *a* sexaginta fortes.*Can.3.c.*Hi robusti habẽt *b* diuitias gratiæ,& gloriæ,*Pro.11.c.*

In fortissimam gentem erit *c* quilibet beatus,quia potentior erit quauis fortissima gente,*Isa.60.d. 61.c.* Et robustissimi gentium sunt Angeli:vel Sancti vincentes diabolum,*Ezc.28.b.*Et Angeli erunt *d* fortis populus in iudicio,*Ioel.2.Mich.4.c.Nah.2.a.*

Fortis contra Deum dicitur fuisse Iacob, designans *e* perseuerantem in oratione fortem esse ad quodcunque bonum assequendum à Deo,vel designat roborationem acceptam à Deo per benedictionem Angeli, *Gen.32.f.*Et robusti fortitudine,*f* sunt motus cordis,quando nulla,nisi quæ virtutis sunt,sentiunt:quos deponimus,cum non inde superbimus,sed lapsum formidamus,*Iob,56.c.*

Fortis etiam Iacob contra Deum, designat *g* fortitudinem Iudæorum contra Christum , quem crucifixerunt, *Hos.12.b.*Sic inualuisse dicuntur Iudæi contra Deum,dicentes vanum esse sermonem Domini, *Mal.3.d.* Et confortati sunt inimici in Christum,*h* quia ausi sunt ipsum crucifigere,&c. *Psal.48.141.*Et robusti dicuntur Iudæi contra Christum,*Isa.25.b.*

Fortitudo spiritus Dei,dicitur vis prædicationis, *Isa.11.d.*Et fortes Dei dicuntur *i* Apostoli, & prædicatores: qui etiam in fortitudine iubentur exaltare vocem suam, *Isa.13.a.40.b.* Et strenui viri sunt Apostoli , *Exo.18.d.* Fortis etiam murus æneus,est prædicator,*Ier.15.d.*Absque fortitudine abeunt principes,quum prælati non prædicant,nec habent virtutem Spiritus sancti,*Thre.1.b.*Fortitudo vocis angeli,demonstrat *k* rerum, quæ significantur,effectum ac immutabilitatem,*Apo.18.a.*

Fortis dicitur sicut mors charitas,seu dilectio,*Cant.8.b.*quia *l* ducit Martyres ad mortem:Siue quia nemo eam vincit,sicut nec mortem:siue quia in hac vita,vsque ad mortem est mensura charitatis,sicut Dominus ait : Maiorem hac charitatem nemo habet,quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Siue potius,quia sicut mors animam auellit à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentiis carnalibus: & facit mori mundo , iuxta illud Apostoli,*Col.3.a.*Mortui enim estis,& vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Mentem enim, quam semel cœperit , à delectatione mundi penitus occidit : & tanto hanc valentius in authoritatem erigit, quanto & insensibilem contra terrores reddit,vel fortis est vt mors,quia Christum adegit in mortem.

Fortitudo Rhinocerotis,*Iob.39.b.*virtutes,*m* & charitatem Gentilium ad fidem venientium designat.

Fortis ciuitas dicebatur Hierusalem,*n* quum protegebatur à Deo,& fortitudo eius erat auxilium Dei, & virtutes,*Isa.25.a.52.a.*Et erant filij Israël fortiores Ægyptiis , propter auxilium Dei,*Exo.1.b.* Et dicebatur fortiter agere Israël,*o* fortitudine videlicet animæ,virtutibus & auxilio Dei roboratæ,*Num.14.d.* Et cùm Ruben dicitur fortitudo Iacob,designat Iudæos, qui ex eius genere fuerunt fortes, *Gen.49.a.Iudit.5.b.* Fortitudo etiam videtur poni pro populo Israël,qui fortis erat in Deo,*Dan.8.c.*Robur etiam hominis,est *p* anima rationalis , quæ impugnantibus vitiis per rationem resistit,*Iob.18.c.*Et Deus hic roborat paululum hominem , adiuuando *q* liberum arbitrium,*Iob.14.d.*Et fortis robore Cis,designat fortes per virtutem Spiritus sancti, *1.Reg.9.a.* Et fortis in mari Tyrus,est fortis in hoc seculo ad vincendos tentationum fluctus,*Exe.26.d.*Et fortis armatus , est spiritus munitus timore Dei,*Luce.11.c.*Et robur est fortitudo in virtutibus. *Iob.3.b,*

Fortitudo Iacob dicitur Ruben,*Gen.49.a.*designans fundamentum fidei nobis à Deo traditæ,in qua ostenditur fortitudo Dei. Robustum etiam habitaculum Cinæi,*r* dicitur fides Christi , *Num.24.d.* Fortitudo etiam Iacob, est *s* timor:quia per timorem Domini,cor aduersus concupiscentias roboratur.

Primus etiam Angelus Lucifer,qui cecidit,dicebatur fortitudo Dei,quia in eo splendebat virtus Dei : qui tamen superbiendo dicitur ascendisse cubile Patris.

Fortitudo populorum , dici possunt *t* rationes fidelium contra infideles , *Isa.10.c.* Et robur panis & aquæ est sensus spiritualis additus literæ,*Isa.3.a.*

Inualescere dicuntur contra Esau viri pacis eius, *Abdi.e.* quando *u* discipuli hæreticorum reuincunt eos. Sic confortati dicuntur Philisthiim absque nouo auxilio aduersus Hebræos , vt denotentur Christiani , qui non egent noua præparatione aduersus Iudæorum rationes : sed facilè eas euacuant.

Fortes,& non apti ad prælium,sunt,qui volunt pugnare cum Diabolo , sed nesciunt : qui ad seculi onera perferenda fortes sunt,& ad seruitutem Dei fortitudinem suam transferre nesciunt. Fortes autem , & apti ad prælium sunt,qui & sciunt,& volunt pugnare,quique doctrina,& exemplo aliis prosunt, *2.Par.26.b.*

Fortitudo Gentium , quæ consecratur Domino,dici possunt principes,aut philosophi , & intellectu valentes, qui conuertuntur ad Dominum, *Mich.4.d.Zach.9.a.* Et fortes in Israël, erant *x* doctores , & prædicatores legis, *Iud.5.a.*

Fortitudo asini,qua Isachar dicitur asinus fortis,*y* designare potest affectus Gentilium potentes, *Gen.49.c.* In bonum verò , significat tolerantiam monachorum in sustinendis laboribus religionis per fortem obedientiam.

Fortes dij terræ,dicuntur *z* dæmones,*Psal.46.53.*Et fortis,à quo ablata est præda,est diabolus,*Isa.8.b.13.c.19.a.49.g.53.d.Matth.12.e.* Fortem autem fundauit eum Deus, vt corriperet, *Habac.1.c.*Et fortes absolutè dicuntur ipsi dæmones,& philosophi,& hæretici:item Iudæi,& principes sacerdotum , & Herodes contra Christum. Et hi aliquando dicuntur confortati contra bonos,aliquando deficere,*1.Reg.2.a.Psal.55.58.134.135. Prou.21.c.* Et fortiores inimici Israël , sunt dæmones fortiores nobis. *Iud.5.c.* Et aquæ fluminis fortes , dicuntur dæmones, *Isa.8.b.*Et fortitudo Pharaonis est fortitudo diaboli,*Isa.30.a.43.c.*dicuntur etiam dæmones robusta gens, *Isa.5.d.15.d.*Et robustus venator Nimroth,est diabolus,*Gen.10.b.*Et robusti Moab,dicuntur dæmones, *Exo.15.b.*Inualescens autem inimicus contra Hierusalem,est diabolus dominans animæ peccatrici,eámque torquens, *Thre.1.f. Abdi.c.* Et fortissimi Gentium sunt dæmones,*Ezec.30.c.31.d.32.c.38.a.Hos.10.d. Amos.2.c.d.* Fortia etiam castra Dei,sunt dæmones,& mali, quum eius voluntatem puniendo exequuntur,*Ioel,2.c.3.d.Soph.1.d.* Fortitudo etiam equi,significare potest fortitudinem dæmonis,& etiam dignitates temporales in quibus homines confidunt,*Iob. 6.d.39.c.Psal.146.*Fortissimi viri,qui nutabunt , erunt dæmones in iudicio : vel sunt crura hominis in senectute, *Eccl.12.a.*

Fortis robore Cis, in malum , significare potest *aa* fortitudinem carnalem sine affectu compassionis, & misericordiæ,*1.Reg.9.a.*Sic dicuntur fortes ad miscendam ebrietatem , qui prompti sunt ad implendis concupiscentias,*Isa.5.e.*

Fortitudo Damasci,dicitur *bb* aurum à Magis oblatum Christo , quod est insigne fortitudinis , & regiæ potentiæ,*Isa.18.a.*Item *cc* doctrina sapientiæ secularis,*Isa.31.d.*Et fortia mundi,dicuntur sapientes huius seculi, *1. Corint.1.d.*Et fortitudo maris dicuntur potentes ad malum in seculo , qui etiam sunt fortitudo nauium Carthaginis,quæ etiam significare possunt defensiones vitiorum,*Isa.23.a.*Fortitudo quoque Gentium,dicuntur *dd* Philosophi,*Isa.60.a.*Et robur fortium,dicuntur rationes philosophorum,& hæreticorum , *Prou.21.c.* Item fortitudo Moab,& fortitudo fabri formantis idolum:& fortitudo Samariæ,*Isa.16.b.44.b.Amos,3.c. Abdi.c.Nah.2.a. Agg.2. d.Zach.9.a.Iob.24.d.*Et robur Chanaam,est prosperitas huius seculi,*Isa.23.d.* Robur Iudæorum erat *ee* regia eorum potestas,quod comederunt alieni,cum Romani abstulerunt eorum regnum,*Hos.7.b.*

Fortis bestia quarta in Danielis visione,*Dan.7.b.*fortitudinem *ff* Romani Imperij designat. Et fortes equi,dicí possunt Romani,*Zach.6.a.*vel sunt in Ecclesia qui gratiam habent curationum,& virtutum.

Fortes dicuntur Iudæi *gg* de sua iustitia præsumentes:& etiam hæretici, *Psa.58.Ezec.39.c.Amos,5.c.*Et fortitudo Iudæorum,& hæreticorum dicitur *hh* superbia,& doctrina erronea: & quadrigæ vitiorum, *Isa.1.g.5.d.31.a. Hos.10.d.Ioel.1.b.3.b.Soph.1.c.*Et fortitudo,quam sacrificant in agro , videtur significare bona naturalia , quæ tribuunt idolis,aut aliàs aliis abutuntur,*Ier.17.a.*Fortia quoque peccata dicuntur Iudæorum , *ii* quia non ex infirmitate,sed ex obstinata malitia erant, *Amos,5.c.*

Fortitudo viri,in qua non roboratur est *kk* durities in infidelitate , quæ deficiet,& perdetur, *1. Reg.2.b. Ezechie.33.f.*

Validus

Bene fructificantes in Ecclesia.
Beati.
Angeli.
Perseuerans in oratione.
Iudæi contra Christum.
Vis prædicationis.
Apostoli , & prædicatores.
Immutabilitas.
Prophetia.
Charitas.
Virtus Gentium.
Auxilium Dei.
Virtutes.
Iudæi.
Anima rationalis.
Fides.
Timor.
Lucifer.
Rationes fidelium.
Sensus spiritualis.
Volentes , & nescientes pugnare.
Principes , & philosophi.
Doctores legis
Affectus gentilium.
Tolerantia monachorum.
Dæmones
Fortitudo dæmonum.
Iudæi.
Philosophi.
Hæretici.
Mali.
Dignitates temporales
Fortitudo carnalis.
Aurum,& potentia regia.
Sapientia secularis.
Sapientes huius seculi.
Defensiones vitiorum.
Rationes philosophorũ, & hæreticorum.
Prosperitas temporalis.
Regnum Iudæorum.
Fortitudo Romanorum.
Habentes dona gratis data.
Iudæi & hæretici.
Superbia.
Doctrina erronea.
Bona naturalia.
Durities infidelitatis.

a *Gr.s.can.3.*
b *Bed.s.Prou.11.*
c *Hie.s.Is.61. & s.Ioel.2.*
d *Rup.s.Na.2.*
e *Aug.qu. in Iud.49. & s. psa.44.*
f *Gre.16.m.27.*
g *Hie.s.Hose.12.s.Isa.25.*
h *Hila.s.psal.141.*
i *Hie.s.Is.13.*
k *Aretas sup. Apoc.18.*
l *Ambr. de Isaac.8.*
Aug.epi.29. & s.Ioan.tr. 65.
Gre.10. mor. 23.& s.can.8
m *Hier.s.Iob.39.*
n *Hie.s.Is.25*
o *Ori.s.Num. hom.14.*
p *Gr.14.m.7.*
Hie.s.Eze.26
Cassia. lib. 6. ca.13.
q *Gr.4.m.39.*
r *Ori.s.Num. ho.19.*
s *Ricar. de S. Victo. de 12. Patriar.64.*
t *Hie.s.Isa.3. 10.*
u *Hie.s.Abd.*
x *Ru.1.s.Iud 5.*
y *Gr.1.m.17.*
Be.s.Gen.49.
z *Ar.s.ps.46. 58.135.*
Hil.s. Matth. can.12.
Ori.s. 1. Reg. h.1. & s.Io.b. 18.& Iud.ho. 6. & Exo. 6.
Gre.s.1.Re.2.
Hie.s. Ezech. 30.31. & s. Amos 2.& s. Is.8.30.49.
Aug.17. ciu. Dei.4.& s.ps. 38.
Georg. Venet. can.1.tom. 8. cap.5.
Hier.s.Ioel.2. & s.Iob.39.
Au.s.ps. 146.
Gre.7.mo.21.
Hie.s.Eccl.12
aa *Gr.s.1. Re. 8.9.*
bb *Tert.adue. Iudæos.*
cc *Hie.s.Is.8. 23.31.*
dd *Ori.s.Io.h. 18.*
Hier.s. Amos 3.& s.Na.3.
Gre.17.m. 2. & 34.m.1.
ee *Ru.s.Ho.7*
ff *Hie.s.Dan. 7.& s.Zac.6.*
gg *Aug. s.ps.h58.*
hh *Hie.s.Isa.1.Rup.s.Ho.10.*
ii *Rup.Amos,5.*
kk *Gr.s.1.Reg.2.*

Digitized by Google

Impetus tentationis. Christus. Obseruantia præceptorum. Mortificare corpus. Excitare desides. Firmitas benedictionum Dei. Confirmare affectum. Excessus scientiæ Dei. Virtus Spiritus sancti.

Validus ventus, *a* impetum grauis tentationis significat, *Matth.14.d.*

Confortauit Deus Eliacim cingulo Sobna, *Isa.22.f.* quando *b* virtutes in sacerdotis cingulo figuratas, splendere fecit in Christo.

Fortitudo simplicis, dicitur via domini: *c* quia seruando mandata Dei, simplices fiunt fortes, *Prou.10.d.*

Confortare dicitur lumbos, *Nah.2.a.* qui *d* mortificat corpus suum, & seruituti subiicit: ne quasi rex, & magister aliis prædicans, ipse reprobus inueniatur. Licèt autem ἀσκησις plurimum præstet, & vitæ continentiæ super mortificatione lumborum: tamen nihil eos ita mortificat, vt cognitio veritatis: vnde dicitur, *Ephes.6.c.* Accingite lumbos vestros in veritate.

Confortant manus dissolutas *e* Apostoli, & prædicatores, quum desides gentes excitant ad bona opera, & roborant genua debilia, vt ambulare possint in via Domini, *Isa.35.b.* Et confortantur venientes ad fidem, qui prius erant imbecilles, *Isa.41.b. Ierem.4.b.6.a. Zach.8.b.10.d.12.b.* dicuntur autem confortari à Domino, à quo eius ministri habent virtutem alios confortandi, *Ephes.6.b.* Confortant autem boni pastores illos, quos deficere vident in fide, spe, aut tribulationibus: vnde reprehenduntur pastores, qui infirmos non confortant, *Ezech.34.a.* Confortatus Iacob cùm infirmaretur, veniente Ioseph, *Gen.48.a.* designat confortationem, quæ acquiritur per præsentiam Christi.

Confortatæ benedictiones Iacob super benedictiones patrum eius dicuntur, quia *f* factæ sunt maiores, magisque fiunt, *Genes.49.d.* vel quia vltra omne Sanctorum meritum, siue Prophetarum, siue Patriarcharum conualuit benedictio omnipotentis Patris in Filium, ita vt nullus ei Sanctorum æquetur.

Confortare cor, est *g* confirmare affectum in bonum, procedendo videlicet de virtute in virtutem, *Psal.26.*

Confortata dicitur scientia Dei patris respectu nostri, *Psalm.138.* quia *h* non possumus ad eam pertingere, cum sit infinita.

Confortat Dominus seras portarum Hierusalem, quum *i* auget in Ecclesia virtutes theologicas, & dat securitatem, *Psalm.147.* Sic confortatus est principatus amicorum Dei aduersus hostes fidei, *Psalm.137.* Et confortatus dicitur Ioannes Baptista, & quilibet sanctus *k* per virtutem Spiritus sancti, *Luc.1.g.* Roborati etiam sunt filij Israël, hoc est, fideles in persecutionibus per gratiam Spiritus sancti, *Exod.2.a.* Et robur, quo impleti sunt infirmi, est virtus *l* Spiritus sancti, data Apostolis in Pentecoste, *1.Reg.2.a.* Est etiam confirmatio angelorum, & virtus data prædicatoribus, *Ezech.3.d.* Confortat etiam seras portarum Hierusalem, *m* cum instituit viros eruditos, & prædicatores, qui defendunt legem, & Propheras aduersus hæreticos: vel confortauit portas cœlestes, non admittentes malos. Corroborauit etiam Christus regnum Dauid, hoc est, *n* Ecclesiam in iudicio, & iustitia, *Isa.9.b. Nah.1.b. Hos.7.d.*

a Ori.s.Matt. ca.14.
b Hie.s.Is.22.
c Bed.s.Prou. 10.
d Hie.s.Na.2.
e Hie.s.Is.35. 41. Au.de past.5.
f Bed. s. Gen. 49.
g Glo.ord. su. psa.26.
h Hila.s.psal. 138.
i Ar.s.ps.147
k Ori. s. Luc. ho.11.
l Gre.s.1. Re. 2.
m Au.s. psal. 147.
n Ru.s.Ho.7.

Confirmatio angelorum.

Inualescere dicitur manus aduenæ, aut peregrini inter filios Israël, ad emendum aliquem eorum in seruum, *Leuit.25.f.* cùm *o* infidelis conuersus à Deo proficit in scientia, vt possit etiam alios iam fideles docere.

Proficiens Neophytus in scientia.

Confortat Deus brachium regis Babylonis aduersus regem Ægypti, cùm *p* malos castigat per peiores. *Ezech.30.g.* Sic confortat aliquando Deus brachia hæreticorum, *Hos.7.d.* Et confortatus est Eglon contra filios Israël, quia fecerunt malum, *Iud.3.b.* designans *q* diabolum, qui nihil potest in his, qui non dant ei locum. Ideò *Eph.4.f.* dicitur: Nolite locum dare maligno.

Castigat Deus malos per peiores.

Non roborabitur vir in fortitudine sua, cùm *r* obstinati perdentur in iudicio, *1. Reg.2.b.* Est etiam non confidere fortem in virtute sua. Non confortatur etiam vir iniquitate sua, quia *s* non ei prodesse potest iniquitas, *Ezech.7.d.*

Perditio obstinatorum.

Confortant Prophetæ Hierusalem manus pessimorum, cum *t* doctores Ecclesiæ laudant peccatorem in desideriis animæ suæ. *Ierem.23.c. Ezech.13.d.*

Laudare peccatorē in vitiis.

Inualuisse dicuntur contra Deum verba arrogantium, & dicentium se non offendisse Deum, *Malac.3.c.* Et inualescentes voces Iudæorum contra Christum. *Luc.23.a.c.* Et roborari contra Deum dicitur iniquus, quum *u* prosperari in mala sua actione permittitur: quatenus & peruersa faciat, & tamen fœliciter viuat, eius dilata punitione, *Iob.15.c.*

Prosperitas malorum.

Fortuna.

Fortvna, *x* Dea, quam ponebant Gentiles regentem humana, circa diuinam prouidentiam: cui etiam Iudæi idololatriæ mensam seu altare ponebant: vnde reprehenduntur ab Isaia *Isa.65.b.* vt autem ipsa nihil est, ita non habet locum in allegoriis.

p Hie.s.Ezec. 30.&s.Ho.7.
q Ori. s. Iud. ho.3.
r Gr.s.1.Re.2
s Hie.s.Ezec. 7.
t Hier.s. Ier. 23.
u Gr.12. mo. 21.
x Hie.s.Is.65.

Forum, Platea.

Forvm, est locus publicus, à ferendo dictus, in quem conferuntur res venales. Et quia loca lata, & spacioſa ciuitate, quæ plateæ dicuntur, sunt ad hoc apta, forum etiam plateadicitur. Ponitur etiam forum iudiciale, vbi iudicia exercentur.

Publicatio doctrinæ. Publica Dei castigatio.

Plateæ aliquando dicunt *y* publicationem doctrinæ & mysteriorum: vt cùm dicitur, *Prou.1.e.* Sapientia in plateis dat vocem suam, id est, Christus publicè prædicat. Et *Prou.5.d.* In plateis aquas tuas diuide. Et in platea paratur cathedra doctori Ecclesiæ, *Iob.29.b.* quia in magnæ authoritatis latitudine, sui magisterij exhibet libertatem, publica voce prædicans recta, quæ sentit. Et in plateis dicitur esse clamor, cum non occultè fit prædicatio, sed publicè, vel designatur publica castigatio, quum exercet Deus, qualis erit in die iudicij, in toto orbe, *Isa.24.b. 2.Par.29.a. 1.Esdr.10.b. Nehem.8.a.*

y Ambr. de virg.3. Gre.19.m.13 Bed.s.prou. 1.

Sacra scriptura. Multitudo virtutum. Latitudo cælestis.

Plateæ aliquando designant *z* latitudinem sacræ Scripturæ: in his plateis habitant senes, & anus, & ludunt pueri: & puellæ intra Ecclesiam, *Zach. 8.a.* designant etiam multitudinem virtutum: in quibus agit sapientia fiducialiter.

z Hie.s.Za.8.

Locus mundus à turpitudine. Synagoga. Seculares. Mundus. Vita lata. Terrena gloria. Libertas mundana. Vilitas rerum mundi. Negociatio hæreticorum, & mundanorum. Amantes sui. Exequia celebres.

Plateæ Hierusalem, dicunt *aa* latitudinem supernæ fœlicitatis, *Tob.13.c. Iob.18.d. Apocal.21.f.22.a.* Et platea templi est latitudo, quæ aduenit seruantibus mandata Dei, *Ezech.41.b.*

aa Glo.int.su. Tob.13.

Platea Sodomorum, designat *bb* locum mundum à turpitudine, seu immundicia domorum: ideò angeli in platea manebant, non declinantes in domos, *Genes.19.a.*

bb Glo.int.su. Gen.19.

Forum, in quo ludebant pueri, est *cc* synagoga, in qua clamabant Prophetæ ad illum populum rebellem. *Matth.11.b.*

cc Hil.s.Mat. can.11.

Plateæ ciuitatis, in quibus quærit sponsa ipsum sponsum, designare possunt *dd* seculares in Ecclesia, qui dum voluptates suas multas sequuntur, latas vias gradiuntur. Et tamen in ipsis aliquando inuenit sponsa, quod imitetur, *Cant.3.a.*

dd Gr.s.Ca.3.

Forum, in quo stabant operarij ociosi, designare potest *ee* quidquid est extra Ecclesiam, & extra verbum veritatis, & hoc seculum tumultuosum, *Matth.20.a.* Et in hoc foro non inuenitur Christus, sed cùm in plateis quæritur, *ff* perditur pallium prudentiæ. *Cant.3.a.5.b. Ierem.9.f.* Forum etiam seu platea, est via lata, quæ ducit ad interitum, *Ezech.16.c.28.f. Thren.2.d.4.b. Matth.6.a.7.b.12.b. Luc.14.e.* In hac platea non auditur Christus, sed in ipsa *gg* corruit veritas, *Isa.15.a.42.a.59.c. Tob.2.a.* designant etiam hæ plateæ *hh* terrenam gloriam: & in his plateis celebrare vult nomen suum Antichristus, *Iob.18.d. Psal.54.143. Prou.7.b. Ierem.7.d.50.e. Amos.5.e. Nah.2.b.* Et plateæ Tyri, seu forum Tyri, designat libertatem mundanam, faciendi scilicet, quod quis voluerit, & vilitatem rerum mundanarum, & negotiationes hæreticorum, & mundanorum, *Ezech.7.e.16.c.26.a.27.c.28.f. Zach.9.a.*

ee Ori.s.Mat. hom.10. Hie.s. Matth. can.20.
ff Ambr. de virg.3.
gg Hie.s.Ie.9, &s.Is.15.42 59.
hh Ori.s.Ex. hom.8. Gr.14.m.11, Bed.s.Prou.7,

In plateis sunt, *ii* qui per fiduciam sanctitatis, postposito meliorum iudicio, seipsos sequuntur. Sed non sunt cogniti in plateis, quia de vita sua aliud ostenderunt, quando frangendo voluntates suas, in angusto se calle retinebant, *Thren.4.c.*

ii Gregor.32, mor.23.

In platea plangunt, *kk* qui celebres exequias agunt, *Eccles.12.b.*

kk Hier.s.Ecclesiasten.11,

Fossa, Fouea, vide Fodere.

Fouere, Fomentum, Fomes.

Fovere, est propriè calidum tenere, aut, calefacere: vt volucres incubando fouent oua, fouent etiam pullos nutriendo, & prouehendo. Et medici fouent vulnera, leniendo dolorem. Fomes autem dicitur id, quo aliquid fouetur, aut nutritur: & quo ad aliquid agendum quis incitatur, vt ligna sunt fomes ignis: & concupiscentia in homine est fomes peccati.

Digitized by Google

Fouens Abisag Dauid, 3.*Reg.*1.*a.* designat *a* sapientiam fouentem senes,corúmque animos vegetantem , cùm eos vires,& calor corporis destituant. *Sapientia fouens senes.*

Fouere oleo vulnus, *b* est spe misericordiæ ad pœnitentiam peccatores prouocare.*Isa.*1.*b.*Triplici autem oleo fouetur peccator : nempe *c* oleo promissionis gratiæ,& promissionis gloriæ. *Spes misericordia.*

Fouens nutrix filios , est prædicator instruens recenter conuersos , 1.*Thess.* 2.*b.* Et fouet carnem suam , hoc est , proximos : vt Christus fouet Ecclesiam. *Ephes.*5.*d.* Et fouent se mutuò,qui charitatis opera mutuò exercent. *Eccles.* 4.*c.* *Institutio recentium in fide.*

Fouet hericius catulos in vmbra Iudææ, cùm *d* inter Iudæos crescit auaritia. *Isa.*34.*d.* Et quum excusationibus fouent mala opera. *Crescens auaritia.*

Fouet perdix, quæ non peperit, cùm *e* diabolus aut hæreticus retinet deceptos in erroribus : aut auarus diuitias, *Ierem.*17.*b.* *Retinens diabol' deceptos.*

Fouent oua aspidum, *f* qui defendunt errores,*Isa.*59.*a.* Item,qui libenter suscipiunt in se,ac nutriunt maligni spiritus consilia. *Defendere errores.*

Fouetur ab aliena, *g* qui suauitate sermonis delectatus inducitur in errores.*Prou.*5.*a.* *Allici sermonibus.*

Fomes inuidiæ,erant somnia Ioseph fratribus suis. *Genes.*37.*b.* quia *h* excellentia alicuius , inuidiæ materiam malis ministrat : sicut excellentia,& doctrina Christi,fomes erat inuidiæ Iudæorum.

Fomes ignis altaris, erant adipes,& holocausta, *Num.*28.*c.* designant ea,quibus charitas fouetur.

Frænum, Habenæ, Lorum, Canus,Infrenare, Refrenare.

FRÆNVM, est quo equus coercetur, aut etiam aliud iumentum : dictum est à frangendo, quòd equorum ora frangat. Camus autem,est vinculum ex fune, quo iumenta retinentur. Habenæ autem,& lorum sunt corrigiæ ex corio,quibus frænum tenetur.

Frænum posuit Deus in os Iob,hoc est,prædicatorum Ecclesiæ , quum *i* facit eos apud dura corda à prædicatione cessare, *Iob.*30.*b.* Et frænum rectum facit quis ori suo, cùm omnia verba ponderat , ne vnquam reticenda effutiat. *Eccl.*28.*d. Iacob.*1.*d.*3.*a.* *Cessans prædicatio.*

Frænum,seu habenæ, sunt *k* verba diuinæ legis, quibus Deus reprimit malos, *Psal.*31. Et retinet te,ne intuitu facinorum tuorum nimiam incurras tristitiam : atque instar effrænis equi desperatus, in præceps ruas. Infrænat etiam Deus hominẽ laude sua,vel quia laudando Deum homo cohibetur à malo:vel quia feruore Spiritus sancti actus, ad laudes Dei compellitur, *Isa.*48.*b.*Et frænum equi sanctum , *l* est sacra doctrina, quæ equos insanientes libidine,& mulos steriles atque lasciuos à vitiis refrænat,*Zach.*14.*d.Isa.*14.*d.*Item prædicatio,qua populum gentilem de via lata & spatiosa seculi huius fecit Deus ad se appropinquare. *Verba diuina legis.* *Sacra doctrina.* *Prædicatio.*

Camus,quo Deus constringit maxillas malorum,designate potest *m* cõtritionem cordis,qua multos & Iudæorum,& infidelium conuertit Deus, *Psal.*31. *Contritio.*

Lorum, quo Deus alligat Rhinocerota, sunt *n* disciplinæ Ecclesiæ, *Iob.*39.*b.* Et lora pendentia sub leonibus & & bobus,3.*Reg.*7.*e.*sunt retinacula disciplinæ in prædicatoribus,cùm timent iudicium sui authoris. Potest etiam lorum significare charitatem, cuius vis est reprimere à malo,& incitare ad bonum. *Disciplina.* *Charitas.*

Fræna equorum designare possunt *o* rectores populorum, *Apoc.*14.*d.* Item habenæ igneæ, *Nah.*2.*a.* *Rectores.*

Frænum aliquando dicitur, *p* quod premit & grauat,& ad aliquid constringit : vt frænum tributi,quod abstulit Dauid, quo Philisthæi filios Israël premebant, 2.*Reg.*8.*a.* Sic orat Dauid,vt Deus malorum maxillas in camo & fræno constringat : vbi designari possunt pœnæ & dolores,quibus homo à malè agendo reprimitur,*Psalm.*31. *Sapient.*5.*d.Zach.*14.*d.* Frænum etiam sunt ea, quæ necessaria sunt ad vitam : & super frænum sunt , quæ superabundant. *Debitum.* *Pœna & dolores.*

Frænum in labiis regis Assyriorum,est *q* repressio diaboli,ne alios ad blasphemias inducat,*Isa.*37.*f.Ezech.*29.*a.* 38.*a.Apoc.*14.*d.*Ponit etiam Deus frænum in labiis diaboli,vel hæresiarchæ,quum per Ecclesiasticos viros,qui in scripturis sanctis eruditi sunt, imponit eis silentium. *Repressio diaboli, & hæreticorum.* *Silentium.*

Frænum erroris, *r* dicitur diabolus,& hæresiarchæ, qui homines in erroribus detinent, *Isa.*30.*f.*39.*f. Nah.*2.*a.* potest etiam designare concupiscentiam. *Diabolus & hæresiarchæ.*

Fræna aurea equorum, in quibus apparuerunt viri in fauorem Iudæorum , 2.*Mach.*10.*f.* literam *s* legis cum sensu mystico designare possunt. *Litera legis.*

Refrænans cauda, *Isa.*19.*c.*ponitur pro *t* lasciuiente, hoc est,pro iuuene,vel pro iudice reprimente.

Fragilis, vide Frangere.
Fragrare, vide Odor.
Fragor, quare Tonitruum.
Franea, vide Gladius.

Frangere, Confringere, Effringere, Fragmentum, Fragilis.

FRANGERE & confringere,est, quod integrum erat,vi quadam rumpere, aut etiam conterere, vt frangere baculum,aut vas,aut brachium,&c. Et refertur ad incorporea , vt frangere animum, frangere audaciam,frangere consilia. Et fracti mores dicuntur dissoluti ,& parum honesti. Est etiam frangere distribuere : vt fractio panis, *Matth.*14.*b.*15.*b.*

Fregit Deus lagunculam in terrore , *u* cum corpus Christi grauiter affligi permisit in passione, *Isa.*10.*g.* Non frangebatur autem os agni, *Exod.*12.*g.*vt *x* designaretur non fuisse frangenda crura Christi, *Ioan.*19.*g.*Ille etiam confringit os agni,qui minuit diuinitatem Christi. Confringuntur etiam ossa Christi,vel Ecclesiæ, *Psal.*41.cum *y* qui videntur fortiores in Ecclesia,scandalizantur & cedunt tentationi. Confringunt etiã principes ossa populi Dei,cùm eorum virtutes, & quidquid virile & forte in eis est,destruunt, *Mich.*3.*b.* *Affligere.*

Confringit Deus catenas , *z* cùm liberat à peccatis, *Leuit.*26.*b.* Et confringit cornua peccatorum , cùm tollit vitia,& sublimitatem.Et confringuntur cornua, arcus, scutum,gladius,& bellum , *aa* dum mentes Deo resistentium, supposito iugo humilitatis edomantur, *Psalm.*75. Et confringit aliquos tanquam vas figuli,cùm *bb* dat eis contritionem,conterit in eis terrenas cupiditates : & veteris hominis lutulenta negotia , & quidquid de peccato contractum,atque inolitum est,*Psal.*2. Frangere quoque vas fictile,super quod immundum ceciderit,*cc* est affligere corpus post peccatum per laborem pœnitentiæ,*Leuit.*11.*c.*Et confringere ascellas auium:*dd* est conterere & & affligere carnem , & domare membra eius, qui Deo sacrificium esse cupit , *Lcuit.*1.*d.* Et confregit Deus vectes ferreos,cùm audacem rebellionem interna aspiratione,cordis compunctione conterit, *Psal.*106. *Liberans Deus à peccatis.*

Confringit Deus portas æreas , cum *ee* tollit ignorantiam, *Isa.*45.*a.* *Tollens Deus ignorantiam.*

Fractum far, dicitur *ff* doctrina spiritualis , educta à cortice literæ , *Leuit.* 1.*d.* Et fractio panis, est explicatio sacræ Scripturæ : & vt panes nisi frangantur, non possunt nutrire, nec ad multos peruenire : Ita sacra Scriptura, nisi frangatur, & explicetur , non potest ad omnes peruenire. *Ioan.* 6.*b.* Fragmenta panis , quæ superauerunt turbis , sunt *gg* sublimior doctrina , & sacratiora quædam , quæ non assequuntur , nisi perfectiores : Ideò fuerunt duodecim cophini , secundum numerum Apostolorum. Multiplicantur autem panes fracti , vt doctrina communicata. *Matth.*14.*b.*26.*c.Marc.*6.*f.*8.*e.*14.*c.Luc.*9.*b.*22.*b.*24.*e.Isa.*58.*b.Thren.*4.*a.Actor.*2.*g.*20.*b.*Confringere spicas , est separare paleam literæ à spiritu , *Leuit.*2.*d.* Quamdiu autem lex manebat integra , non alebat turbas. Ideò frangenda fuit per Christum interpretantem ipsam legem. Fragmentum etiam panis , dici potest *hh* authoritas sacræ Scripturæ truncata , vt afferri solet ab hæreticis , *Exod.* 12.*d.* Aliter autem dicitur Deus fregisse baculum panis Iudæorum, *Leuit.*26.*d.* nempe *ii* cum abstulit ab eis intelligentiam scripturarum , frangit quoque panem lugenti , qui eum consolatur , *Ierem.* 16.*b.* Confringit etiam sibi fuscos Iacob , *Hos.* 10.*d.* quando vir *kk* Ecclesiasticus glebas historiæ & literæ duritiam confringit in partes & spiritualiter diuidit : vt possit fruges reddere spirituales. *Auferrintelligentiam.* *Consolari.*

Confractæ priores tabulæ legis,designãt *ll* amissionem gratiæ,vel veteris legis cessationem, & quia confractæ *Cessatio veteris legis.*

sunt

a *Hie.ad Nepotian.*
b *Hier.s.Is.*1.
c *Ricar. de S. Vict. de statu inter.hominis* 34.
d *Glo. ord.su. Isa.*34.
e *Hier.s. Iere.* 17.
f *Hier. s. Isa.* 59.
*Gre.*15.*mo.*8.
g*Lyr.s.Pro.*5.
h *Glo. ord.su. Gen.*37.
i *Gre.*20.*mo.* 19.
Ambr.s. Luc. 19.*&s.Ep.*6.
k *Gr.s.ps.*31.
Ber.s. Cant.s. 11.
l *Hie.s.Zach.* 14.*&s.ps.*31.
m *Hier.s.psa.* 31.
n *Hier.s. Iob.* 30.
*Gre.*31.*m.*3. *& s. Ezech. ho.*21.
o *Au.s.Apoc. hom.* 11.
*Ru.s. Nah.*2.
p *Gr.s.ps.* 31.
Ru.s.Za. 14.
q *Hie.s.Ezec.* 29.38.
r *Glo.inte. su. Isa.*30.
s *Glo.ord.s.*2. *Mach.*10.
t *Glo.& Lyr. s.Is.*19.
u*Hie.s.Is.*10.
x *Bed.s.Exo.* 12.
y *Hic.& Au. s.ps.*41.
z *Orig.s.Leu. hom.*16.
aa*Ar.s.ps.*74.
*Greg.*33.*mo.* 29.
bb *Au.s.ps.*2. 74.
*Hila.s.psal.*2.
cc *Isy.s. Leu.* 1.11.
dd *Rica.de S. Vict. de secur. conscientie.*
ee *Cassia.lib.* 5.*cap.*2.
ff *Ori.s. Gen. hom.* 2. *& s. Leu.s. hom.*2. 4.*&s. Matt. cap.* 14.
gg *Hie.s. Isa.* 58.*&s.Mat.* 14.*&s.Mar.* 8.*Aug.*1.*doct Christian.* 1. 83.*q.*61.*&s. Ioan.trac.*24.
hh *Hie.s.Ez.* 11.
ii *Isyc.s. Leu.* 26.
kk *Hie.s.Hos.* 10.
ll *Ambr.*3.*de Spiritu sanct.* 2.*& de Noe.* 13.
Au.q. in.Ex. 116.
*Ori.s.Rom.*3.

Digitized by Google

sunt & non deletæ, designant Iudæos à propheticis operibus excidisse. Sunt autem fractæ priores tabulæ, vt fierent posteriores, quia cessauit lex vetus aduenientе noua. *Exod.32.d.34.a.* designat etiam confractio tabularum, lapsum hominis à statu innocentiæ. In hac confractione stetit Moses ad placandum Deum, designans *a* passionem Christi, qui se obiecit iræ Dei pro nobis. *Psa.105.* Confringit etiam tabulas legis, qui non indicat secundum rigorem legis. — *Lapsus à statu innocentiæ.*

Confringit Deus vectes ferreos, cùm tollit omnia fidei impedimenta, *Isa.45.a.* Et confractus Bel designat *b* idolatriæ subuersionem. *Isa.46.a. Exo.23.c.34.b.* Et confringens grando ligna regionis Ægypti, est prædicatio Christi tollens quicquid pulchrum videbatur in erroribus gentilitatis, *Exod.9.f.* Ita confregit arma, hoc est, errorum munimenta, *Psal.45. Sap.14.b.15.c.* Et confregit, reges nempe hæresiarchas, *Psal.109.* Confringit etiam Deus vectes ferreos, cùm *c* Christus vincit dæmones. *Psal.106.* Et confringuntur arcus peccatorum, *d* cùm Dominus ab eorum insidiis liberat iustum, *Psal.36.* Et confractus est malleus vniuersæ terræ, cùm victus est diabolus à Christo, *Ier.50.d.* confringit etiam vox Domini, cedros Libani, *e* cùm per prædicatores, confutat sensus extollentes se aduersus scientiam Dei, *Psa.28.* Sic confringit, arbusta cedri. *Ezech.31.d.* Et confringit Deus molas leonum, & cornua peccatorum, cùm tollit virtutem dæmonum, *Psal.57.74.* Confringit etiam capita inimicorum suorum, *f* cùm conterit dæmones. *Psal.67.* Et confregit capita draconum in aquis, *g* cùm tollit imperium dæmonum in baptismo. *Psal.73.* Et confringit brachia Regis Ægypti aut Babylonis. *Ezech.30.f.* cùm aduersarij *h* non sequuntur, sed opprimere nequeunt. — *Reprimere.*

Confregit Deus cornu Israël, cùm Iudæorum potentiam destruxit: & cùm defensionem omnem animæ peccatricis tollit. *Thren.2.a.* Et simulachra eorum, *i* cùm eorum confudit principes & doctores. *Leuitic.26.e.* — *Destructio Iudææ.*

Non confregit Christus arundinem quassatam: *k* quia non destruxit peccatores, vel gentiles: sed ad fidem reduxit. *Isa.42.a. Matth.12.d.* — *Seruans Christus peccatores.*

Confringit Deus dentes, cùm *l* internos sensus carnalibus vacantes afflictione conterit, vt reducantur ad spiritualia. *Thren.3.b.* Quod & de prædicatoribus dici potest. — *Conterens Deus sensus internos.*

Frangit iram Dei responsio mollis, cùm verba pœnitentis veniam à Deo impetrant. *Prou.15.a.* vbi frangere, est pacificare. — *Pacificare.*

Confringit Rhinoceros glebas post Deum. *Iob.39.b.* cùm *m* ingressus Deus mentem cuiuslibet elatæ potestatis non solùm eam sibi subditam reddit, sed etiam ad conterendos fidei hostes eam exercet: vt potentes huius seculi diuinæ formidinis loris ligati, non solùm in Deo credentes permaneant: sed etiam pro eo alieni cordis duritiam zelantes frangant. Item cùm Ecclesia ad prauorum subditorum frangendam duritiam, quia propria virtute non sufficit, terreni principis opitulationem quærit: vt ipse superiacentes glebas conterat, quas Ecclesiarum humilitas quasi planicies vallium portat. Designatur etiam Paulus, qui reuincebat & confundebat Iudæos, qui legem seruari debere contendebant cum Euangelio. Confringit Iacob sulcos, *n* cùm fideles ex gentibus disponunt terram cordis sui, vt in eis fructificet verbum Dei. *Hos.10.d.* — *Potentes conuersi.* *Conterentes infideles.* *Disponere cor.*

Fragmen mali punici. *Can.4.b.* designat *o* prædicatores, qui dum se in diuino seruitio cæteris fortius affligunt, dum omnia mundana contemnunt, dum voluntates suas abnegant & vitia sua mortificant: dum seipsos humiliant, & cæteros extollunt: & dum per exempla cæteros nutriunt, quasi fracti, & aperti se cibos offerunt. Designat etiam *p* in Virgine Maria verecundiam ob ruborem. — *Prædicatores.* *Verecundia.*

Confringit rotam super cisternam, est *q* hominem mori. *Eccle.12.c.* — *Mors.*

Confringit mare fluctus suos in terminis, quos posuit illis Deus. *Iob.38.b.* quum *r* impetus affectuum & cogitationum non perueniunt ad transgressionem præceptorum. Fracta etiam vnda relinquitur, *s* quia victa nequitia, per cogitationem sui cordis accusatur: & quasi ipsam vim, quam intulerat, recipit: quia de prauitate, quam gesserat, reatus sui stimulos sentit. — *Franari affectus.*

Fractum alabastrum, designare potest carnale desiderium: quod frangitur ad caput, ex quo totum corpus compactum est, *t* cùm alliditur ad petram, Christum. *Marc.14.a.* — *Frangi carnale desiderium.*

Fractæ lagenæ militum Gedeonis, designant *u* corpora Martyrum contrita à persecutoribus. *Iudi.7.f.* — *Corpora Martyrum.*

Confringere ascellas aulum, est *x* est virtutem in infirmitate deprimere, nec de virtutibus gloriari. *Leuitic.1.d.* — *Humiliari.*

Fracto pede, vel manu, est *y* qui viam Dei pergere omnimodo non valet: atque à bonis actibus funditus exors vacat, quatenus hæc non vt claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omni modo alienus existat. Fractus est etiam pes in superbo: fracta verò manus in auaro. *Leuit.21.d.22.c.* — *Non bene operari.*

Effringunt dæmones, aut mali bonorum fores, cùm per vim tentationum eos in peccatum inducunt, quas tamen fores Sodomitæ nō fregerut in domo Lot, sed propè. *Ge.19.c.* Et effringit fur domū, *z* cùm hæreticus; vel diabolus corrumpit animam, & membra Ecclesiæ. *Exod.22.a.* dicuntur etiam confringere pauperes. *Amos.4.a.* Et confracti sunt decepti ab hæreticis, & qui propter peccata nequeunt bene operari: & timidi, qui deficiunt in tentationibus. *Isa.58.a.b.61.a. Luc.4.c. Ezec.34.a.* Et frangi paxillum, est cadere aliquos à fide Christi. *Isa.22.g.* Et fractæ mammæ dicuntur, cùm anima est multis vitiis, & idolorum cultu polluta. *Ezec.23.a.* — *Inducens dæmones in peccatum.* *Decidere in fide.*

Confringuntur simulachra, *aa* cùm quæ hæretici suo finxerunt animo, tolluntur. *Ezech.6.a.* Et fractus iudicio Ephraim, designat hæreticos errantes. *Hos.5.c.* Fragmenta etiam lagenæ, dici possunt dogmata hæreticorum. *Isa.30.d.* — *Tolli errores.*

Fracti rami, dicuntur abscissi à Christo per incredulitatem. *Rom.11.c.* — *Abscissi Christo.*

Confregit iugum Dei Hierusalem, *bb* cùm relicto fœdere Dei, sequuta est idola, & cùm anima syncera fide relicta, se Philosophorum & hæreticorum prosternit erroribus. *Iere.2.d.* Et confregerunt optimates iugum legis graue, non eam seruantus: & principes Ecclesiæ, iugum Christi. *Ierem.5.b.* — *Sequi idola.* *& errores.*

Fracta ceruice moriens Eli, designat *cc* amissam regni Iudæorum potentiam, ob perfidiam principum Iudæorum. 1. *Reg.4.d.* Fractura autem Hierusalem insanabilis, est vltima eius destructio. *Ierem.30.b.* — *Amissio regni Iudæorum.*

Confringitur arcus prauorum, *dd* cùm eorum insidiæ frustrantur. *Psa.36.* Et confringetur brachium excelsum cum *ee* Antichristus perdetur. *Iob.38.b.* — *Dissolui insidias.*

Confringere vas fictile, *ff* est perdere peccatores, ac punire. *Ieuit.6.d.15.b.* Et confringi terram est puniri peccatores. *Isa.24.d.* Confringens quoque turba, est *gg* disperdens tribulatio, aut punitio. *Isa.28.a.* Sic confringet Deus tanquam vas figuli peccatores, *hh* in morte, aut iudicio. *Psal.2.* Et fragmenta calicis, dicuntur extrema supplicia. *Ezech.23.* — *Punire.*

Frater, Germanus. Soror.

FRATRES, & sorores, sunt eodem patre ac matre geniti: vel etiam eodem patre solùm, aut eadem matre: & quoniam multam important coniunctionem, iis aptantur, quæ coniunguntur vel amore, vel similitudine vel origine *ii* vt amici, cognati, seu consanguinei, & consobrini, ac socij.

Fratres sunt omnes, *ii* quos rationaliter naturæ quidam vterus effudit, & eiusdem matris generatio copulauit: eadem enim natura omnium mater est hominum: & ideò fratres sumus omnes, vna atque eadem matre generati, cognationisque eodem iure deuincti. Ideoque & Dominus fratrē appellauit & eum, à quo sanguis fratris exquiritur, significans magis ab his periculum pertimescendum, qui fraterno sibi iure sociantur. *Genes.9.a.* Sic generaliter fratres sunt *kk* proximi. *Eze.38.g. Zach.7.c.* — *Proximus.*

Fratres dicuntur peculiarius omnes *ll* filij Christi & Ecclesiæ. *Psal.121.132.* Et frater absolutè dicitur quilibet fidelis. 1. *Cor.6.b.7.b. Matth.22.a.* Et frater, de cuius manu requiritur sanguis, est fidelis scandalizans alium fidelem. *Gen.9.a. Iere.21.f. Hose.12.a. Zach.7.c.* — *Fidelis.*

Frater Saræ dictus Abraham. *Gen.20.c.20.a.* designat *mm* Christum, qui appellat Ecclesiam sororem suam: quæ est soror manifesta: vxor verò occulta: quia occultum est, quomodo anima verbo Dei copuletur. Et ipse soror Abrahæ, dici potest *nn* sapientia, quæ aliis communicatur, vt Sara. Potest etiam designare bona Ecclesiæ. Ipse quoque Christus est frater defunctus sine liberis, qui electorum suorum adhuc numerum non impleuit: cuius semen suscitat prædicator, qui aliquos conuertit ad fidem. Frater autem nolens accipere eius vxorem, est, *oo* qui non vult animarum curam suscipere. *Deu.25.b.* Ipsum autem appellat fratrem sponsa. *Ca.8.a.* quia est in eadem natura. — *Christus.* *Ecclesia.* *Prædicator.*

Frater

a Gr. Nyss. de vita Mosis. Bern. s. Cant. ser. 56.
b Hi. s. Is. 46.
c Arn. s. psal. 107.
d Or. s. ps. 36. ho. 3. & s. Ie. hom. 3.
e Basi. & Ar. s. ps. 28.
f Arn. & Hil. s. ps. 67.
g Ar. s. ps. 73. Aug. s. ps. 67.
h Hi. s. Ez. 30
i Is. s. Le. 26.
k Hil. s. Mat. Can. 12.
l Glo. int. sup. Thren. 5.
m Gre. 31. m. 4. 14.
n Rup. s. Hos. 10.
o Gr. s. Ca. 4.
p Ru. s. Ca. 3.
q Hie. s. Eccl. 12.
r Hier. s. Iob. 38.
s Gre. 28. mo. 16.
t Hie. s. Mar. cum. 14.
u Au. q. in In. 49. Gre. 30. mor. 33.
x Ru. 1. s. Le. uit. 7.
y Gre. 1. Past. 11. Isyc. s. Le. uitic. 21. 22.
z Ori. s. Mat. hom. 31. Hier. s. Isa. 22. 58. & sup. Amos 4. Orig. s. Luc. ho. 32. Au. de past. 3. Cyr. 7. s. Ioa. 5. Hie. s. Ezec. 23. 24. Orig. s. Cant. hom. 2.
aa Hie. s. Ez. 6. & s. Hos. 5.
bb Hi. s. Ie. 2. 5.
cc Greg. s. 1. Reg. 4.
dd Aug. s. ps. 36.
ee Gre. 29. m. 2.
ff Isyc. s. Le. 6.
gg Hie. s. Is. 28. & s. Eze. 23.
hh Hil. s. ps. 2.
ii Am. de Noe 26.
kk Hie. s. Za. 7.
ll Arn. s. psal. 137. Au. 1. ser. domini in mon. Ori. s. psa. 36. hom. 3. Hie. s. Hos. 12. & s. Zac. 7.
mm Orig. s. Gene. hom. 6.
nn Amb. 2. de Abra. 4. Au. 32. cont. Faus. 10. Bed. s. Gen. 20.
oo Gr. 1. past. 5. Ru. s. Can. 7.

Digitized by Google

Frater Moſis, Aaron, deſignat Chriſtum fratrem legis. *Exo.* 4. *d.* 28. *a.* Et vt Aaron erat interpres Moſis, deſignat *a* ſermonem interpretantem mentem: cuius dicitur frater propter propinquitatem cum mente. Et frater non redimens eſt *b* Moſes, hoc eſt, lex: quia lex non potuit redimere, ſed homo, hoc eſt Chriſtus. *Pſal.* 48. Fratres quoque ſunt lex & Euangelium de quibus dicitur. *Prou.* 18. *c.* Frater fratrem adiuuans, quaſi ciuitas firma. Et fratres ſimul habitantes, ſunt ſermo legis, & ſermo euangelicus: quos vna peperit mater ſapientia. *Deu.* 25. *b.*

Fratres Ioſeph ſimul paſcentes, ſunt Apoſtoli, & prædicatores *c* fratres Chriſti: & etiam omnes Sancti. Fratrem enim Chriſti facit virtus. *Geneſ.* 37. *c.* 42. *b.* 47. *a.* 49. *d. Matth.* 12. *d.* 28. *c. Marc.* 3. *d. Luc.* 8. *c. Ioan.* 20. *d. Pſalm.* 21. 51. 68. Fratres etiam Iudæ, ſunt Apoſtoli fratres Chriſti: vel etiam angeli laudantes Chriſtum. *Geneſ.* 49. *b.* Et fratres ſacerdotis magni, ſunt Apoſtoli, & patres antiqui, fratres Chriſti. *Leui.* 21. *b.* Eoſdem deſignant fratres filiorum Ioſeph. *Geneſ.* 48. *b. Galat.* 1. *d. Mich.* 5. *a.* Et fratres & ſorores Iob, ſunt omnes fideles fratres Chriſti *Iob.* 42. *c.* Apoſtoli etiam & prædicatores ſunt, qui ſuſcitant ſemen fratris prædicando, & conuertendo. *Deut.* 25. *b.* Et fratres Dinæ, duo ſunt prædicatores impugnantes eos, qui animas in peccatum inducunt. *Gen.* 34. *b.* Ipſi quoque diſcipuli fratres dicuntur prædicatorum, vt Paulus paſſim diſcipulos appellat fratres: fratres Gedeonis, ſunt Apoſtoli fratres Chriſti. *Iud.* 8. *d.*

Fratres ſacerdotum Leuitæ, deſignat miniſtros Eccleſiæ coniunctos ſacerdotibus in eodem miniſterio. *Leu.* 10. *a.* Fratres quoque ſacerdotum Nadab, & Abihu, ſunt hæretici, de quibus dicitur. 1. *Ioan.* 2. *c.* De nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.

Fratres angelorum, quorum accuſator eſt diabolus, ſunt *d* viri iuſti. *Apoc.* 12. *c*

Fratres ſunt Iacob & Eſau, hoc eſt, *e* virtus & vitia: quæ ex eodem patre, corde videlicet, libero arbitrio generantur. *Mala.* 1. *a.*

Fratres Iſmael, è regione quorum dicitur figere tabernacula, ſunt *f* Chriſtiani, quibus aduerſantur Iudæi. *Gen.* 16. *d. Iſa.* 66. *f.* Et fratres Iacob, quorum ipſe ſit dominus, ſunt Iudæi, vel hæretici, quorum ſit dominus populus Chriſtianus. *Gen.* 27. *d.* 32. *a. Amos.* 1. *c. Abdi. c.* fratres etiam Ioſeph dicuntur Iudæi, & Phariſæi inuidentes Chriſto, & ipſe Iudas vendens Chriſtum, ſicut fratres vendiderunt Ioſeph. *Geneſ.* 37. *c.* 42. *b.* 45. *a.* Fratres etiam Moſes, ſunt Iudæi fratres Chriſti. *Exod.* 2. *b. Pſalm.* 68. Fratres etiam Iepte, qui ipſum eiecerunt, ſunt Iudæi, & Scribæ & Phariſæi, qui eiecerunt Chriſtum. *Iudi.* 11. *a.* Et fratres Iob, ſunt Iudæi fratres Chriſti. *Iob.* 19. *b.* 42. *c.* Et fratres qui pugnauerunt aduerſus Chriſtum, ſunt Iudæi. *Can.* 1. *b. Ier.* 12. *b.* Et ipſe Chriſtus eſt frater Iudæorum, quem ipſi deſpexerunt. *Mala.* 2. *c.* de manu horum fratrum requirit ſanguinem Chriſti Deus. *Gen.* 9. *a.* Et fratres Chriſti foris ſtantes, ſunt Iudæi non ingredientes Eccleſiam, nec credentes in eum. *Matth.* 23. *d. Ioan.* 7. *a.* Et frater peccans dicitur populus Iudaicus. *Matth.* 18. *b.* fratres etiam Dauid, quos ipſe quærebat. 1. *Reg.* 17. *c.* ſunt Iudæi, ad quos miſſus eſt Chriſtus: & peculiariter frater maior, qui reprehendebat Dauid, quòd relictis ouibus veniſſet ad eos.

Fratres Simeon, & Leui, deſignare poſſunt *g* ſacerdotes, Scribas & Phariſæos coniurantes in necem Chriſti: vnde dicuntur vaſa iniquitatis pugnantia. *Geneſ.* 34. *d.* 40. *b.* ſignificant etiam eos, qui in malo concurrunt.

Fratres Cain & Abel, deſignare poſſunt duos populos eodem ortos principio, quorum alter eſt bonus, alter verò malus. *Gen.* 4. *a.* Et fratres Abraham & Lot, deſignant Chriſtianos & Iudæos, *Gen.* 13. *b.* Et frater Abrahæ, dicitur gentilis populus veniens ad fidem. Et frater ſenior inuidus, eſt *h* populus Iudaicus: iunior verò, populus gentilis. *Luc.* 15. *f.*

Frater Abrahæ eſt Lot, deſignans *i* rationem, vel intellectum fratrem fidei: per quam liberatur ab errore. *Gen.* 13. *b.* 14. *b.* ſunt etiam fratres anima & caro, concurrentes ad vnius hominis conſtitutionem.

Frater Rebeccæ Laban, deſignat *k* carnales coniunctos ſpiritualibus: vel claritatem vitæ coniunctam patientiæ. *Gen.* 24. *d.* Eadem autem Rebecca dicta eſt ſoror Iſaac, deſignans diſcipulos Chriſti abſconditos, coniugalem coniunctionem non oſtendentes. *Gen.* 26. *b.*

Fratres Laban, dici poſſunt *l* fauentes mundo, ſeu amatores mundi. *Gen.* 31. *e.*

Frater draconum dictus Iob, deſignat *m* bonos in Eccleſia, qui cum malitioſis & peruerſis benè ſe habẽt in hoc mundo. *Iob.* 30. *d.*

Fratres ſeptem, qui habuerunt vnam vxorẽ, è qua non ſuſceperunt liberos, ſunt *n* viri in ſeptem ætatibus mundi, qui mortui ſunt ſine bonis operibus. *Matth.* 22. *c.*

Frater minimus inter filios Iacob, qui erat Beniamin, deſignare poteſt *o* humilitatem, ſine qua non debent apparere coram Ioſeph, hoc eſt, coram Chriſto. *Gen.* 42. *c.* 43. *a.* Deſignat etiam Paulum de tribu Beniamin, qui dicebat ſe minimum Apoſtolorum.

Frater occidendus, deſignare poteſt *p* proximum peccatorem corripiendum, vt moriatur vitiis per emendationem. *Exod.* 32. *f.* vel deſignat *q* corpus proprium caſtigandum, & rationi ſubiiciendum.

Frater habens tertium locum in hæreditate dicitur, *r* qui habet opera per imitationem facta. *Num.* 27. frater autem patris habens quartum locum in hæreditate, eſt, qui bene operatur ex veterum traditione & conſuetudine.

Frater Herodis, cuius ille accepit vxorem, dici poteſt *ſ* gentilis populus. *Matt.* 14. *b.*

Frater Tyri dicuntur *t* filij Iſraël propter amicitiam quæ fuerit inter Hiram & Salomonem. *Amos.* 1. *c.*

Sorores Lia, & Rachel, deſignare ſolent *u* duas vitas actiuam & contemplatiuam, ab eodem patre Deo ortas, & inſtitutas. *Gen.* 29. *c.* Idem ſignificant Sorores Maria & Martha. *Luc.* 10. *g.*

Soror dicta eſt ſponſa: *x* quia in coniunctione ſpirituali ſunt ſicut angeli. *Canti c.* 4. *c.* 5. *a.* Soror autem paruula, erat Eccleſia, cum in ſolis Apoſtolis exiſtebat. *Cant.* 8. *c.* Et ſorores Lazari orantes Chriſtum pro ſuſcitatione Lazari, ſunt *y* Eccleſiæ orantes pro peccatoribus. *Ioan.* 11. *c.* Soror etiam Chriſti dicitur omnis qui facit eius voluntatem. *Matth.* 12. *d. Marc.* 3. *d.*

Sorores filiorum Iob, deſignat infirmiores in Eccleſia. *Iob.* 1. *a.* vel ſunt tres virtutes theologicæ, quæ iunguntur virtutibus, & donis Spiritus ſancti.

Soror Moſis Maria, & etiam Soror Aaron, ſecundum quòd conſiderabat euentum circa Moſen deſignat *z* Iudæos non nutrientes Moſen, ſed cuſtodientes. *Exod.* 2. *a.* 15. *c.*

Soror maior Hieruſalem dicta eſt Samaria. *Ezech.* 16. *f.* 23. *a.* quia *aa* eius iniquitatem imitata eſt Hieruſalem. Soror verò minor dicta eſt Sodoma, quæ refertur ad gentium turbam: & ambæ poſſunt deſignare hæreticos & & gentiles. Sorores etiam dicuntur Iſraël, & Iuda, quia de eadem erant ſtirpe: & quia in eiſdem verſabantur peccatis. *Ierem.* 3. *c.*

Fratrueles.

Fratrueles, dicuntur filij fratrum: & *bb* Chriſtus dicitur fratruelis Eccleſia, vt filius Synagogæ ſororis Eccleſiæ: Et ſponſus eiuſdem Eccleſiæ, cuius dicitur Fratruelis.

Fraus, Fraudare, quare Dolus.

Fremere, Infremere.

Fremere, eſt ſonitum edere, qualis fit à fluctibus maris: & ſumitur pro murmurationis voce, quaſi inarticulata cum quadam indignatione prolata.

Fremitus Dei *cc* diuinam comminationem aduerſus peccantes deſignat. *Hab.* 3. *c.*

Infremens Chriſtus ſpiritu in Lazari ſuſcitatione. *Ioan.* 11. *d.* Innuit *dd* debere grauem peccatorem fremere per dolorem pœnitentiæ. Et ſecundus eius fremitus, eſt comminatio in incredulitatem Iudæorum: vel primus fremitus cum turbatione, eſt paſſionis eius, ſecundus ſine turbatione, erit in iudicio.

Fremens equus eſt *ee* prædicator minis & terroribus inferni conuertens peccatores, *Iob.* 39. *c. Ierem.* 8. *f.* 49. *a. Hab.* 3. *e. Ioan.* 11. *e.*

Fremuerunt gentes, hoc eſt gentiles, *ff* fidem Chriſti perſequentes. Et milites incondita voce Chriſtum blaſphemantes, ipſum ſpinis coronando. *Pſal.* 2. dicitur etiam de Iudæis.

Fremitus

a *Phil. quod deterior potiori inſidietur.*
b *Hi. ſ. pſ.* 48. *Iſy. ſ. Leu.* 10. *Baſ. ſ. pſa.* 48.
c *Ori. ſ. Matt. hom.* 2. *Aug. epi.* 120. *& ſ. pſ.* 44. *Ori. ſ. Gen. hom.* 17. *& ſ. Le. h.* 12. *& ſ. Eze. ho.* 9. *Am. de bene Patriar.* 4. *Hie. ſ. Gal.* 1. *& ſ. Mi.* 5. *& ſ. Iob.* 42. *Ber. ſer. infeſto Petri, & Pauli.* 3. *Iſyc. ſ. Leu.* 21. *Be. ſ. Gen.* 54. *Ru. ſ. Hoſ.* 10.
d *Au. ſ. Apoc. hom.* 9.
e *Hi. ſ. Ma.* 1.
f *Hie. ad Damaſum. q.* 3. *& ſ. Amos.* 1. *Au.* 16. *ciui. Dei.* 17. *Ter. aduerſus Iud. & de carne Chriſti. Au. q. in Iud.* 49. *Hil. ſ. Ma. ca.* 12. 18. *& ſ. Pſ.* 68. *Hi. ſ. Iere.* 12. *& ſ. Mal.* 2. *& ſ. Matth.* 12.
g *Chry. ſ. Ge. hom.* 61. *Gre.* 14. *mo.* 21. *&* 35. *m.* 9. *Cyr.* 4. *ſ. Ioan.* 35. *Aug. ſer.* 197. *Bed. ſ. Ge.* 34.
h *Am. ſ. Luc.* 15.
i *Amb. de Abra.* 6.
k *Phi. de proſ.*
l *Glo. ord. ſup. Gen.* 31.
m *Gl.* 20. *m.* 29.
n *Au. q. in Euang.* 32.
o *Am. de Ioſeph.* 10.
o *Amb. de Elia.* 22.
p *Phil. de temulen. & de profugis.*
q *Ori. ſ. Num hom.* 22.
r *Hil. ſ. Matt. Can.* 14.
ſ *Hi. ſ. Am.* 1.
t *Gloſ. ord. ſ. Gen.* 29.
u *Am de Iſa.* 6. *Gr. ſ. Ca.* 8.
x *Cyr.* 7. *ſ. Io.* 23.
y *Gre.* 1. *mor.* 20. 33.
z *Be. ſ. Ex.* 2.
aa *Hie. ſ. Exo.* 16. *Orig. ſ. Ezech. hom.* 9.
bb *Orig. ſup. Cant. hom.* 2. *Eu. q. in Can.*
cc *Hie. ſ. Ha.* 3.
dd *Aug. ſ. Io. tract.* 49. *Cyril.* 7. *ſ. Ioan.* 21. *Rup.* 10. *ſ. Ioa.*
ee *Gre.* 31. *mor.* 25.
ff *Ara. & Hil. ſpſalm.* 2.

Chriſtus. Lex. Sermo. Lex, & euangelium. Apoſtoli & prædicatores. Sancti. Angeli. Antiqui patres. Fideles. Diſcipuli. Miniſtri Eccleſia. Hæretici. Iuſti. Virtus & vitium. Chriſtiani. Iudæi. Iudas. Scribæ & Phariſæi.

Sacerdotes & Scribæ. Duo populi.

Ratio. Anima & caro. Carnales. Claritas vitæ. Diſcipuli Chriſti. Fauentes mundo. Boni. Non bene optantes. Humilitas. Paulus Apoſtolus. Peccator corripiendus. Corpus proprium. Imitator bonorum. Gentilis populus. Actiua, & contemplatiua vita. Eccleſia. Infirmiores in eccleſia. Virtutes theologica. Iudæi. Hæretici, & gentiles. Chriſtus.

Comminatio diuina. Fremitus pœnitentiam.

Prædicator.

Perſequentes Chriſtum.

Digitized by Google

Obsidio Hierusalem. Inuidia diaboli, & suorũ.

Fremitus & clamor erat in ciuitate Hierusalem, *a* quando obsidebatur à Romanis. *Isa.4.66.c.*

Fremitus malorum, aut leonis in bonos, *b* est indignatio & inuidia diaboli & membrorum eius, & impetus tentationis in bonos. *Psalm.111.3.Reg.21.a.Iob.16.b.Prou.19.b.Eccles.13.a.Thren.2.c.Marc.14.a.* Eosdem designat fremens equus. *Iob.39.c.Nahu.3.a.*

Frendere.

FRENDERE, est aliquid frangere, quasi molendo. Et hinc frendere dicitur, *c* qui per iracundiam concussis & strictis dentibus, vocem emittit. Sic frendebant Iudæi aduersus Christum. *Psal.34.* Et frendebant dæmones & persecutores aduersus fideles: vel etiam exequentes iram aduersus peccantes. *Isa.5.g.*

Frequentare, Frequens, Percrebrescere.

FREQVENTARE, est frequenter adire, aut sæpè aliquid agere, ac repetere. Percrebrescere autem dicitur, quod diuulgatur, ac maius fit, quasi multum frequens.

Gentiles. Dæmones & hæretici.

Frequentes populi, in bonum, *d* erant gentiles ad fidem venientes. *Isa.13.a.Hebr.12.f.*

Frequentes autem populi, in malum, sunt *e* dæmones & hæretici, aduersus fideles insurgentes. *Isa.13.a.* Et vrbs frequens est hæreticorum, propter multitudinem sectantium; quibus latam viam ostendunt. *Isa.22.a.Num.16.d. Neh.4.a.*

Prædicatio Christi apud Iudæos.

Frequenter veniens Iesus cum discipulis in hortum. *Ioan.18.a.* Potest significare frequentationem eius prædicando in Iudæa: vbi tamen captus est. Idem potest designare frequens transitus Elisæi per domum mulieris Sunamitidis. *4.Reg.4.b.*

Inquietudo vitæ actiuæ.

Frequens ministerium Marthæ, *f* denotat vitæ actiuæ inquietudinem. *Luc.10.g.*

Frequentes laudes Dei.

Frequentare canticum, est solicitare laudes Dei. *Isa.32.d.2.Par.32.d.2.Mach.1.b.*

Affectus gentilium.

Frequenter cadens lunaticus in ignem, & in aquam. *Marc.9.c.* varios *g* affectus gentilis populi, quibus agebatur à diabolo: & diuersos cultus idololatriæ designat.

Fretum, vide Mare.

Fricare, Confricare, Defricare.

FRICARE, est manus per aliquam partem quasi terendo ducere.

Tractare doctrinam.

Confricantes discipuli spicas. *Luc.6.a.* sunt *h* tractantes doctrinam, ad veritatem eruendam. Item mortificantes membra sua, vt fructum inde bonorum operum colligant: sicut etiam fricare vas æneum, *i* est affligere corpus per pœnitentiam. *Leuit.6.d.* Confricabant etiam discipuli spicas, *k* quando discutiebant conuersorum opera: quorum profectu se alebant.

Frigere, Frixus.

FRIGERE, est torrere, vt in sartagine.

Fides probata.

Frixum sacrificium, *l* dici potest fides igne tentationis probata: & voluntas feruens igne Spiritus sancti. *Leuit.6.c.* Sic erat frixus ille, de quo dicitur. *Psalm.104.* Eloquium Domini inflammauit eum.

Zelus prædicatoris.

Frixa simila oleo, designat zelum *m* prædicatoris cum suauitate misericordiæ. *Leuit.6.c.2.Regum 6.d.1.Paral.16.a.*

Diabolus affligens malos.

Frigens Rex Babylonis pseudoptophetas, designat *n* diabolum frigentem in peccatis eos, qui loquuntur mendacium, & adulterantes. *Ierem.29.e.* Et omnes adulterantes dicuntur quasi clibanus succensus à coquente. *Hose.7.a.*

Diaboli Iniquitas Charitatis extinctio. Tribulatio. Tentatio. Timor. Pœna inferni

Frigus, Frigidus, Frigere, Refrigerare, Refrigerium.

FRIGVS, est vna ex quatuor qualitatibus elementorum, calori contraria. Refrigerare autem, est, frigus inducere: & interdum sublevare & recreare; vnde refrigerium sublevatio, & quasi recreatio mentis, vel corporis.

Frigus ferè in malum sumitur, vt feruor in bonum: & frigida omnia attribuuntur *o* diabolo: vt boreas seu aquilo, & aquæ frigidæ, & serpens, & multa alia. Et frigida cisterna, est iniquitas. *Ierem.9.f.* Et frigus erat, cùm teneretur Christus, & negaret Petrus, designans charitatis extinctionem, & tentationem, & timorem. *Matth.23.b. Luc.22.f. Genes.8.d. Deut.28.b. Iob.24.b. Psalm.147.* Et frigus, quod oritur ab arcturo, est potestas, & persecutio & dæmonibus & similibus orta aduersus fideles. *Iob.37.b. Prouerb.20.a. 25.b.27.c. Eccles.43.c. Nahu.3.d. Zach.14.a.c.* Designatur etiam per frigora niuis, pœna inferni, vbi erit stridor dentium. *Prouerb.31.c.*

Infidelis.

Frigidus dicitur infidelis. *Apoc.3.c.* Et cùm Deus abominetur tepidum, frigidum tamen non videtur abhorrere: *p* quia facilius conuertitur, quàm tepidus: amat tamen calidum.

Desiderium.

Frigus interdum potest desiderium designare, & sunt, quibus non est operimentũ in frigore, nempe qui *q* praua habent desideria sine bonorum operum vestimento. *Iob.24.b.*

Torpor.

Frigus etiam est *r* torpor pigritiæ ad bene operandum: vt propter frigus piger arare noluit. *Prou.20.a.*

Consolationes Opera misericordiæ.

Frigida aqua, interdum in bonum sumitur: vt refrigerat lassos, aut sitientes. *Prou.25.d.* Et significat *s* consolationes, & refrigeria, quæ dantur mœrentibus, aut indigentibus. Refrigerari autem dicitur Deus, cùm reficitur lassus: quia ipse dicturus est, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Isa.28.c.*

Beatitudo.

Refrigerium, in quod educit Deus suos, erit *t* beatitudo in resurrectione. *Psal.65.*

Dies iudicij.

Frigoris dies, dici potest *u* dies iudicij. *Prou.25.c.* Amittit pallium in die frigoris.

Frondere, Frondes, vide Folium.

Frons.

Notitia vtriusque testamenti, vel literæ, & spiritus.

FRONS, est ea pars faciei, quæ est supra supercilia, & inter tempora: Et in ea maximè lucet verecundia: vnde impudentes, frontem perfricuisse dicuntur.

Frons vestibuli domus Domini, habens duos cubitos, designat *x* notitiam vtriusque testamenti: vel literæ & spiritus: vel designat meritum vitæ præsentis, per duo præcepta charitatis. Et frontes thalamorum, sunt miracula & exempla Sanctorum veteris & noui testamenti: quæ nobis virtutis lumen præbent: vel sunt opera, quæ exterius videntur: vt prædicatio, eleemosyna, &c. *Ezech.40.b.*

Merita. Miracula Sãctorum. Verba & opera prædicatorum.

Frontes pottarum gazophylaciorum, sunt *y* verba & opera prædicatorum: in quibus eos foris agnoscimus, quales apud se intrinsecus viuant. *Ezech.40.e.*

Cognitio creaturarum.

Frons templi habens sex cubitos, designat *z* cognitionem creaturarum, per quam deuenitur in cognitionem templi, vel Dei. *Ezech.41.a.*

Manifestatio cordis.

Frons sacerdotis, vbi ponitur lamina continens nomen Dei, designare potest *aa* manifestationem cordis, *Exod.28.b. Leuit.8.b.* designat etiam confessionem oris & operis, quæ debet esse in fidelibus. *Apoc.7.c.*

Confessio oris & operis.

A fronte cadentes capilli designant manifestationem gloriæ virtutum. *Leuit.13.f.*

Manifestatio virtutum.

In fronte percussus est Goliath, designans *bb* eos percuti ac perire, qui non sunt muniti signo crucis: vbi frons mentem significare potest. Ibi fit signum in bonum, aut in malum. *1.Reg.17.f. Isa.13.d. Ezech.9.b. Apoc.7.8.13.d. 17.a.22.a.* Hæc est frons Oziæ leprosa. *2.Par.36.d.*

Mens.

Frons ænea facta est Israëli, & frons attrita: *cc* quia non erubescebant à facie Dei. *Isa.48.a.* Et frons meretricis est in hæreticis, *dd* qui gloriantur in erroribus. *Isa.3.d. Ierem.3.b. Ezech.3.b. Apoc.17.*

Contumacia.

Frons exercitus. *Iosu.8.b. Iud.3.d.* est principium exercitus.

Impudentia. Principium.

Fruni, Perfrui.

FRVI, est quasi delectationem & fructum de aliqua re capere: fruimur autem bonis, siue his, quæ putamus bona. *Eccles.2.a.5.d.7.b. Sapient.2.b. Prou.7.c.*

Coniunctio Christi cum Ecclesia.

Fruens Iudas concubitu Thamar. *Genes.38.d.* designat *ee* coniunctionem Christi cum Ecclesia ex gentibus.

Delectari adulatione.

Perfrui odore thimiamatis. *Exod.30.d.* est *ff* delectari laudibus, quæ soli Deo debentur.

Fructus, Fructificare, Fructuosus, Infructuosus.

Fruges, Pomum, Pomiferum.

FRVCTVS dicitur à fruendo, estque illud quod vltimò ab arboribus, & fundis percipitur. Datúrque fructus

bonus,

a *Hie.s.Is.66.*
b *Gre.13.m.5. Hie.s.Nah.3.*
c *Glos.inter.s. ps.34.*
d *Hie.s.Is.13.*
e *Hie.s.Is.13. 22.*
f *Glo. ord.su. Luc.10.*
g *Glo. ord.su. Mar.9.*
h *Au.1.de Ge. ad li.20.& 1. q.in Euan.2.*
i *Isy.s.Leu.6.*
k *Am.s. Luc. 6.*
l *Ambr.2.de Can.6.*
m *Gr.s.Ezec. hom.12.*
n *Hier.s. Ier. 29.*
o *Ori.2.per.8 Hier.s. Ier. 6. & s.Nah.3. Am.s.Lu.22. & de Noe.23 Gr.16.m.33. & 27.m.20. Euc.q. in ps. Bed.s.Pro.31.*
p *Amb.s.ps. 118.ser.2. Hie. epi. par. speci.*
q *Gre. 16.m. 24.*
r *Bed.s.Prou. 20.*
s *Bed.s.Prou. 25.*
t *Hila.s.ps.65*
u *Bed.s.Prou. 25.*
x *Hie.s.Ezec. 40. Gre.s. Ezech. hom.16.17.*
y *Gre.s.Ezec. hom.*
z *Hie.s.Ezec. 41.*
aa *Glo.ord. s. Exod.28.*
bb *Ambr.ser. 88.*
cc *Glo.int.su. Isa.48.*
dd *Rup. 10.s. Apoc.*
ee *Glo.ord.su. Gen.38.*
ff *Glo.ord.su. Exod.30.*

Digitized by Google

bonus, & malus: & fructus maturi, & acerbi. Et per metaphoram fructus dicitur vtilitas, quæ ab aliqua re percipitur. Fruges autem generaliter dicuntur, quæcunque ex fructu terræ in alimoniam vertimus: vt frumentum, & legumina, &c. videntúrque fruges dici, quando nondum ad perfectionem venerunt. Et filij, dicuntur fructus ventris.

Fructus terræ, quem dicitur terra nostra dedisse, *a* est Christus ab vtero virginali ortus. *Psalm.* 66. Qui dicitur fructus ventris. *Psal.* 126. *Luc.* 1. *e.* Ipse est fructus arboris pulcherrimæ. *Leu.* 23. *g.* Et fructus dulcis ab arbore amara productus est *b* Christus, & eius lex quæ in lege veteri continetur. A lege enim contrahimus culpam: ab Euangelio medicinam. A lege sentimus punientem iustitiam: à Christo autem & Euangelio gratiam & misericordiam. A lege delictum ab Euangelio, vnde delictum condonetur. Per legem omnes tanquã oues errauimus: per Christum qui est via, veritas, & vita, diriguntur pedes nostri in viam pacis. A lege, vnde iniquitates nostræ sicut onus graue grauentur super nos: in Christo verò posuit Pater iniquitates omnium nostrum. Per legem vulneratur, & infirmatur anima: Christi autem liuore sanati sumus. Dicitur etiam Christus fructus, quia est merces fidelium. Et fructus vineæ, *c* est Christus ortus è populo synagogæ. *Cant.* 8. *d.* *Christus.*

Poma etiam significare possunt incarnationis mysteria prophetata. Et naues poma portantes, erant antiqui *d* patres, qui diuinæ incarnationis mysterium prophetantes, ipsi quidem spei odore potiti sunt, sed nobis fructum de eadem spei perfectione detulerunt. *Iob.* 9. *c.* Sunt etiam mandati sermones, & concessa facultas operis, & naturæ indita intelligentia conditoris. *Incarnatio Christi.*

Fructus ligni, hoc est, crucis Christi, sunt dona *e* spiritus sancti. *Ioel.* 2. *a.* Et fructus palmæ, sunt fructus crucis Christi. *Cant.* 7. *c.* Et fructus virgæ Aaron, sunt fructus, quos tulit crux Christi. *Num.* 17. *c.* *Dona Spiritus sancti.*

Fructus virgæ Aaron, significare possunt corpus spirituale, quod resurget. *Num.* 17. *c.* Fructus etiam Christi, erunt *f* dona immortalitatis. *Psal.* 1. 71. 131. Et fructus labiorum Christi, erit pax in vita æterna. *Isa* 57. *d.* Et fructus vineæ erunt ea, quibus beati fruentur in fœlicitate. *Isa.* 65. *d. Amos.* 9. *d.* Fructus ficus seruatæ, est vita æterna. *Prou.* 11. *d.* 27. *c. Cant.* 7. *c.* *Corpus spirituale.* *Immortalitas.* *Fœlicitas.*

Fructus sponsi, dici potest *g* prædicatio Dominicæ passionis: qui fructus suauis est credentibus. *Cant.* 2. *a. Isa.* 30. *b.* Est etiam fructus eius charitas: & sublimia eius opera. Et fructus, quem attulit granum frumenti mortuum, est conuersio gentium. *Ioan.* 12. *c.* *Merces.* *Prædicatio passionis.* *Charitas.* *Opera Christi.* *Conuersio gẽtium.*

Fructus Christi dicuntur *h* Apostoli, & credentes. *Psalm.* 1. 71. 131. Et frugum primitiæ sunt iidem Apostoli. *Leuit.* 2. *d.* Et fructus oliuæ in cacuminibus ramorum, designare possunt Apostolos eductos ab extremis Iudæorum. *Isa.* 17. *b.* Poma autẽ prima ficulneæ, sunt *i* Patriarchæ & Prophetæ. *Hos.* 9. *c.* Et poma odorifera sunt Sancti *k* quorum custodia est Hierusalem. *Psal.* 78. Et poma Sanctorum, sunt vel ipsi Sancti, vel fructus eorum in virtutibus. *Cant.* 4. *d.* Et fructus ventris, sunt filij Ecclesiæ, in ea regenerati. *Psalm.* 127. Fructus duodecim ligni vitæ, *l* sunt Apostoli. *Apoc.* 22. *Apostoli.* *Credentes.* *Patriarchæ & prophetæ.*

Poma conuallium, sunt *m* minus perfecti, habentes tamen odorem bonorum operum. *Cantic.* 6. *d.* fruges etiam designare possunt nondum perfectos, & fruges nouæ, sunt recentes in fide. *Genes.* 41. *f. Exod.* 13. *a.* 22. *a.* 23. *b.* 34. *c. Ezech.* 3. *d.* *Minus perfecti.* *Recentes in fide.*

Fructus generaliter dicuntur *n* opera, siue bona, siue mala. *Matth.* 7. *c.* 13. *b.* 21. *d. Marc.* 4. *b. Ioan.* 15. *a.* Et fructus maturi aut acerbi sunt opera debitis circumstantiis vestita, aut eius carentia. *Thren.* 2. *g. Mich.* 7. *c.* Et poma in arboribus, sunt opera in fortibus, & præcipuè virtutum opera. *Exod.* 10. *d. Leuit.* 19. *f.* 26. *a.* 27. *d. Mal.* 3. *c.* *Opera.* *Bona opera.*

Fructus boni, dicuntur bona opera: vt fructus digni pœnitentia. *Matth.* 3. *b.* 7. *c.* 12. *b. Luc.* 3. *b.* 6. *f.* 13. *b. Ioan.* 4. *e.* Et ponuntur fructus spiritus, charitas, gaudium, pax, &c. Qui etiam dicuntur fructus lucis, & fructus iustitiæ. *Gala.* 5. *d. Ephe.* 5. *c. Phi.* 1. *b.* Et fructus boni sunt opera misericordiæ, *Iacobi* 3. *d. Gene.* 1. *a.* 41. *d. Colos.* 1. *b.* Hi fructus bonorum operum deficiebant in ficu, cui maledixit Christus. *Matth.* 21. *b. Marc.* 11. *b.* Et dicitur fructificare Deo, qui opera exercet accepta Deo. *Rom.* 7. *a.* Et fructus sponsi dulces, sunt bona opera. *Cant.* 2. *a.* 5. *a.* 7. *d.* Et fructus quarti anni offerendi Deo, *o* sunt perfecta opera ascribenda Deo. *Leu.* 19. *e.* vel designant glorificationem operum Christi. Et fructus ventris, quo dicitur priuata Rachel, sunt bona opera. *Gen.* 30. *a.* Fruges optimæ terræ offerendæ, designant optima opera offerenda Christo. *Gen.* 43. *e.* 47. *e. Leui.* 26. *a. Psalm.* 1. 66. 84. *Isa.* 30. *e. Ierem.* 17. *b.* 29. *b. Ezech.* 36. *b. f. Hose.* 14. *d. Ioel.* 2. *e. Mich.* 6. *b. Zach.* 8. *c.* Fit autem fructificatio ab imperfecto ad perfectum: vt prius sit in herba, deinde in spica, postmodum in area, vbi colligitur fructus segregatus à paleis. *Marc.* 4. *a.* Sic datur profectus in bonis operibus. Fructus pomorum habentes in se refectionis dulcedinem, sunt *p* bona opera. *Cant.* 4. *d.* Et fructus arboris pulcherrimæ, sunt bona opera tempore opportuno facta. *Leuit.* 23. *g.* Et fructus virgæ Aaron designant perfecta opera iustitiæ, quæ etiam alij vitam præbere valeant. *Num.* 17. *c.* Poma quæ germinant arbores recenter plantatæ, dicuntur immunda, & nostris esibus non apta. *Leuitic.* 19. *e.* quia cùm primordia boni laudantur operis, dignum est, vt hoc animum non pascat operantis: ne dum accepta laus suauiter carpitur, fructus operis intempestiuè comedatur. Fructus vitis erant bona opera hæreticorũ, quando erant fideles in Ecclesia. *Hose.* 10. *a.* *Mala opera.*

Fructus mali sunt *q* mala opera, quæ à mala arbore procedunt. *Matth.* 7. *c.* 12. *b. Luc.* 6. *f.* Et dicitur fructificare morti, qui operatur digna morte. *Rom.* 7. *a.* Et opera mala, dicuntur infructuosa opera tenebrarum. *Ephes.* 5. *c. Ierem.* 12. *d. Amos.* 2. *c.*

Fructus boni dicuntur *r* nostri, quia à Deo dante nobis naturam bonam & adiuuante per gratiam, sunt in nobis: fructus autem mali dicuntur non nostri, sed à diabolo: quia non à natura bona, sed à praua voluntate incitata ab eo, qui homicida est ab initio. Et vitiis aliena dicitur, quasi alienum dederit fructum. Et inimicus homo dicitur superseminasse zizania. De bono ergo fructu ait Apostolus. *Rom.* 6. *d.* Nunc liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. *Remissio culpæ.*

Fructus aut benedictio, quam dedit Dominus domui Iacob *s* est remissio culpæ, propter orationem Christi, quem Iudæi occiderunt. *Isa.* 27. *c.* *Castigatio Dei.*

Fructus cogitationum malarum, dicitur *t* castigatio Dei: qua mali puniuntur propter malas cogitationes, & peccata etiam dicuntur fructus studiorum. *Ier.* 6. *e.* 27. *d.*

Fructus impiorum, dicuntur *u* discipuli hæreticorum. *Ierem.* 12. *c.* dicuntur etiam fruges mendacij. *Hos.* 10. *d.* *Discipuli hæreticorum.*

Fructifera oliua dicitur *x* qui abundat operibus misericordiæ. *Psal.* 51. Fructifera quidem oliua, erat prius synagoga, postea verò Ecclesia. *Ie.* 11. *c.* *Ecclesia.*

Infructuosum lignum, *y* est homo non habens bona opera: ideò conterendus, & succidendus, ac in ignem mittendus. *Iob.* 24. *d.* Et infructuosa opera sunt, quæ non pariunt fructum æternæ vitæ. *Ephe.* 5. *c. Titum.* 3. *d. Iuda d. Matth.* 3. *Homo sine bonis operibus.*

Fructus bonæ arboris sunt *z* sensus spirituales. *Ezech.* 47. *c.* Sic poma sunt sensus sanctarum scripturarum: & poma noua sunt noui testamenti, vetera verò, veteris. *Can.* 7. *d.* Et fructus arboris proceræ. *Dan.* 4. *b.* est scientia spiritualis: vt enim fructus hominis sapit, & pascit, ita scientia spiritalis spiritalem esuriem per sacram admonitionẽ suauiter reficit. Fructus quoque terræ sunt cognitio Dei, quam dedit Christus, qua ratione terra nostra dicitur dedisse fructum suum. *Psalm.* 66. *Isa.* 4. *a.* Et fructus Carmeli, est doctrina sacræ Scripturæ. *Iere.* 2. *b. Ezech.* 34. *f. Leuit.* 25. *f.* *Sensus spirituales.* *Sacra scriptura.* *Cognitio Dei.*

Fructus boni, aut mali, ab arbore bona, vel mala, dici possunt *aa* bona, aut mala opinio, quæ de Christo habebatur inter Iudæos. *Matth.* 12. *b.*

Fructus terræ aliquando significant *bb* bona temporalia, quę debet percipere laborans agricola, hoc est, prædicator. 2. *Timoth.* 2. *a.* fructus autem terræ offert sicut Cain, qui dat substantiam terrenam, qua non placatur Deus absque bono animo. *Genes.* 4. *a.* Poma, quæ vncino capiuntur, temporalia bona sunt, quæ recipiunt auari. *Amos.* 8. *a.* *Bona temporalia.*

Fructificans vinea in palmites, erat *cc* regnum Iudæorum sub rege Sedechia. *Ezech.* 17. *b.*

Fructus oris, dici possunt *dd* bona verba: nam qui mala loquitur, non fructum generat, sed damnum. *Prouerbiorum* 12. *b.* *Bona verba.*

a Tertu. adue. Iudæos. Arn. s. ps. 66. Isy. s. Leu. 23.
b Georg. Ven. Can. 2. tom. 4. cap. 8. Eu. q. in psal.
c Gre. s. Ca. 8.
d Gre. 9. mor. 22. 24.
e Hier. s. Ioel. 2. Gre. s. cant. 7. Ori. s. Num. h. 2.
f Hie. s. Is. 57. 65. Arn. s. ps. 71. Hil. s. ps. 1. Bed. s. Pro. 27 Am. s. ps. 118. ser. 5. Au. s. psa. 71. & s. Ioan. tr. 51. Ber. su. Can. ser. 48.
g Gr. s. Cant. 2.
h Ar. s. ps. 71. Hil. s. psa. 1.
i Hie. s. Ho. 9.
k Au. s. ps. 78. 126. Eu. for. spir. 4.
l Ru. 12. s. Apoc.
m Gr. s. Ca. 6. & s. Ez. hom. 11.
n Am. 3. Exa. 12. Orig. s. Leu. h. 16. Hie. s. Matth. hom. 21. Ori. s. Luc. ho. 22. & s. Mat. hom. 16. & s. Nu. ho. 9. & s. Rom. 6. Aug. 13. confessio 25. Phil. de plan. Noe.
o Gre. 22. m. 20. & s. Can. 7. Isyc. s. Leu. 19. 26.
p Gr. s. Can. 4. Isyc. s. Leu. 23 Au. serm. 99. Gre. 8. m. 35. Hie. s. Hos. 10.
q Hier. s. Am. 2.
r Ori. s. Rom. 6.
s Hie. s. Is. 27.
t Hie. s. Ier. 6.
u Hie. s. Ier. 8.
x Hil. s. ps. 51. Hie. s. Ier. 11.
y Gr. 17. m. 1.
z Hie. s. Ezec. 47. Gre. s. Can. 7. Ricar. de S. Vict. de secur. conscientia. 16 Hil. s. psa. 66. Hie. s. Ier. 2. Isy. s. Leu. 25.
aa Hil. s. Mat. Can. 12.
bb Ber. s. Can. ser. 48. Ru. s. Amo. 8.
cc Hier. s Ez. 17.
dd Be. s. pro. 12.

Digitized by Google

Frumentum, Triticum.

FRVMENTVM à fruendo dictum,hoc est,à vescendo,generale nomen est,ad far,triticum,siliginem,& hordeum quantum verò ad allegorias pertinet,non fit discrimen inter frumentum & triticum.

Corpus Christi.

Frumentum sæpe significat *a* corpus Christi,qui dixit se panem viuum. *Gen.* 27.*f.* 41.*f.* 42.*b.* 47.*d. Psal.* 4. 64. 80. 147. *Ierem.* 31.*c. Hose.* 7.*d. Ioel.* 2.*e.* Et dicitur frumentum electorum. *Zach.* 9.*d.* quia pascit electos. *Isaiæ.* 62.*c.*

Charitas. Verbum Dei. Sacra Scriptura. Præcepta. Mystici sẽsus Sapientia.

Potest in eisdem ferè locis significare *b* charitatem,& verbum Dei,& Euangelicam doctrinam: generaliter sacram Scripturam,& præcepta,ac mysticos sensus. Idem designabit triticea simila. *Exod.* 29.*a. Isa.* 30.*e. Iere.* 12.*c. Thren.* 2.*d. Ezech.* 4.*c.* 45.*d. Hose.* 2.*b. Ioel.* 2.*e. Zach.* 9.*d. Marc.* 4.*c. Luc.* 16.*b. Apoc.* 6.*b.* Et triticum in saccis, est sapientia in anima. *Gen.* 42.*e.* 44.*a.* Et frumenta in asinis, *Gen.* 42.*b.* designant confessionem vnius veri Dei apud Iudæos, sed comedunt hoc frumentum hordeo mixtum, quia filium Dei negant.

Confessio vnius Dei. Boni. Iudæi.

Frumenta dicuntur *c* boni,qui virga veritatis ab inani palea,hoc est,à reprobis separantur. *Iudi.* 6.*b. Matth.* 3.*c.* 13.*c. Luc.* 3.*d.* Triticum etiam dici possunt Iudæi, aut proceres Ecclesiæ: quia vt triticum grauius teritur quàm alia semina,quæ baculo excutiuntur. Ita hi si peccent,grauius à Deo puniuntur. *Iob.* 37.*b. Isa.* 28.*g. Ierem.* 23.*f. Apoc.* 6.*c.* 18.*d.* Potest etiam in multis ex his locis sumi pro Martyribus.

Proceres Ecclesiæ. Martyres.

Triticum dici possunt *d* consolationes perfectorum in hac vita,quia adhuc sunt cum paleis. 1. *Regum.* 6.*c.* In alia verò vita est iam panis sine paleis. In hac enim vita, est delectatio, & cognitio quæ per creaturas habetur, iuxta illud. *Rom.* 1.*c.* Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Et *Psal.* 91. Delectasti me in factura tua.

Consolationes perfectorum in hac vita.

Frumentum dici possunt dona *e* Spiritus sancti:quæ aperiunt,qui vendunt dona, vel gratias datas. *Amos.* 8.*b.*

Dona Spiritus sancti.

Triticum bonas cogitationes,*f* & virtutes,& bona opera significare potest. *Iudi.* 6.*b.* 2. *Reg.* 4.*b. Can.* 7.*a.* Et frumentum,& vinum, & oleum,cogitationem,verbum,& opus designare possunt. *Gen.* 27.*f.*

Cogitationes bonæ & opera. Virtutes. Bona opera. Opera legis.

Frumentum quandoque significare potest *g* bona opera minora,quibus abundabunt valles. *Psal.* 64. Triticum verò etiam perfectos fructus,qui congregantur in horrea. *Matth.* 3.*c. Ioel.* 1.*c.* Frumentum autem considerari potest in herba,in spica,& in area:& designat diuersos proficiendi gradus. *Marc.* 4.*c.*

Doctrina hæreticorum.

Triticum Iudæorum,dici possunt *h* opera carnalis legis,quibus ipsi pascuntur. *Isa.* 62.*c. Agg.* 1.*c.*

Frumentum,cuius quisquilias vendunt hæretici,est vilis eorum doctrina,quæ non meretur frumentum appellari. *Amos.* 8.*b.*

Tempus gratiæ.

Triticea messis dici potest tempus gratiæ. *Gen.* 30.*b. Exod.* 34.*c. Iudi.* 15.*a.*

Frustra, vide Vanus.

Frustum.

FRVSTVM, est rei cuiusque particula.

Sensus Scripturæ diuersi. Cogitationes carnales.

Frusta,in quæ diuiditur vitulus,significare possunt *i* diuersos sensus sacræ scripturæ,& doctrinam auditoribus accommodatam. *Leui.* 1.*b.* Idem designabunt frusta arietis. *Exod.* 29.*c. Leui.* 8.*d.* 9.*c.*

In frusta concisus Agag, designat *k* cogitationes carnales dispergendas esse, ne libidinis ignem accendant,1. *Reg.* 15.*g.* Ad simile referri possunt frusta leonis, quem discerpsit Samson. *Iudi.* 14.*b.* Et frusta carnis, quæ misit Ezech,in ollam. *Ezech.* 44.*b.* Et frusta cadaueris vxoris Leui. *Iudi.* 19.*g.*

Populus Hierusalem, vel Ecclesia.

Frutex, Frutetum.

FRVTEX *l* est planta,quæ ad iustam arbotis magnitudinem non assurgit:maior tamen vt plurimum herbis,nec arescit,sicut herbæ.Frutetum autem, est locus fruticum.

Fruteta oleæ Hierusalem,quæ comburit Deus, *m* populum Hierusalem significare possunt. Vel etiam Ecclesiæ,qui cùm peccant, puniuntur à Deo. *Ier.* 11.*c.* Idem designare possunt fruteta Iudææ, in quibus requiescunt musca Ægypti,& apis Assur. *Isa.* 7.*c.*

Excusatio peccati.

Frutex peccati eradicandus. *Eccle.* 3.*b.* dici potest *n* excusatio peccati,quæ eradicabitur.

Fugere, Fugare, Fuga, Aufugere, Profugere.

Profugus, Resilire, Transfugere.

FVGERE, est cursu & celeritate ab aliquo discedere:vel absolutè discedere, vel abire,aut pauidè abire, & elabi, vel euadere,& etiam vitare. Fuga autem est ipse actus fugiendi:Fugare verò est in fugam conuertere. Profugere autem est procul fugere. Et profugus,qui à patria sua procul aufugit. Resilire verò est quasi saltu euadere. Transfugere verò dicitur,qui à suis ad hostes fugit.

Christus relinquens Iudæos.

Fugiens Iephte fratrẽs suos. *Iudi.* 11.*a.* typus est *o* Christi, qui latuit Iudæos quantus esset: & in morte fugit, quia non amplius à Iudæis visus est, licèt resurrexerit. Et fugiens Ioseph relicto pallio in manu adulteræ. *Gene.* 39.*c.* designat *p* Christum morientem relicto corpore ad tempus in manu synagogæ. Et fugiens Dauid in speluncam à facie Saulis,designat Christum,qui per mortem & sepulturam, fugit à persecutione Iudæorum. *Psalm.* 56. *in titulo.* Et fugiens Dauid à facie Absalom,est Christus, qui fugisse dicitur à Iuda, quando Iudas recessit ab eo. *Psalm.* 3. *in titulo.* Et fugiens Christus in montem relicta turba, *q* est ascendens in cælum relictis adhuc in ignorantia Iudæis:quia illud dicimus nos fugere, quod ignoramus. *Ioan.* 6.*b.* Fugiens Moses ab Ægypto & fratribus suis, designat Christum ascendentem in cælum. Vt etiam Moses fugit Pharaonem, *r* ita fugit Christus Herodem. *Exod.* 2.*c.*

Incomprehensibilitas Christi.

Fugere dicitur sponsus. *Can.* 8.*d.* quando Christus ex *s* diuinitate intelligentiam nostri sensus excedit, & in seipso nobis incomprehensibilis permanet.

Apostoli relinquentes Iudæam.

Fugiens Iacob ab Esau in Mesopotamiam, designat Christum & Apostolos relicta Iudæa transeuntes ad Gentes. *Genesis.* 27.*g.* 28.*a.* Et fugiens Moses à fratribus suis,indicat transitum Apostolorum ad Gentes. *Exod.* 2.*c.* Et fuga ab Hierusalem sine properatione, designabat transitum fidelium, relicta Hierusalem ad gentes cum victoria fidei. *Isa.* 22.*d.* Fuga etiam Christi in Ægyptum transitum eius ad gentes innuebat. *Matth.* 2.*c. Psal.* 54. Et fugiens ex acie Iudæorum vir vnus,*t* est prædicator ex Iudæis conuersus,& prædicans Gentibus. 1. *Reg.* 4.*c. Exod.* 6.*b. Hose.* 12.*d.* Fugere dicitur mulier in solitudinem. *Apoc.* 12.*b.* quando in primitiua Ecclesia discipuli relinquebant omnes curas seculares, & erant illis omnia communia.

Priuans se Christus fuga. Item Apostoli. Item condemnati.

Fuga Christi periisse dicitur in passione, quia *u* omnino se fuga priuauit. *Psalm.* 141. Perit etiam fuga à bonis pastoribus,qui non fugiunt vt mercenarij,veniente lupo:Periit quoque fuga ab his, qui grauantur peccatis: quia non possunt euadere iram Dei. *Amos.* 2.*d.* 9.*a.*

Discens scientias seculares.

Fugiens Moses ab Ægypto in terram Madian. *Exod.* 2.*c.* designare potest *x* eum qui ad tempus redit ad scientias seculares.

Christus veniens in mundum. Eligere vitã sublimem. Deserere vitia.

Fugiens Ionas in Tharsis. *Iona.* 1.*a.* designat *y* Christum venientem à Patre in mundum:qui quasi fugisse dicitur,cùm latuit sub humanitate:Vt autem fugit, ne prædicaret Niniuitis, designat Christum dicentem: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Designat etiam pauorem Christi ante passionem:quo tamen non obstante obtemperauit Patri: Potest etiam significare quemlibet fugientem à facie Dei, & tradentem se mundi fluctibus.

Fugere ad montes,est,*z* relictis seculi periculis, ad vitam sublimem per virtutes confugere: & etiam ad Sanctos,eos imitando & orando. Fugit autem,qui mundi huius mala euadere concupiscit. *Gene.* 14.*b.* 19.*e.* Idem est fugere in desertum,vt Elias. 3. *Reg.* 19.*a. Matth.* 24.*b. Marc.* 13.*b. Luc.* 21.*c. Ioan.* 6.*b. Apoc.* 12.*b.* Fugere autem seculum,est abstinere à peccatis,& ad similitudinem & imaginem Dei formam virtutum assumere: & extendere vites ad imitationem Dei,secundum mensuram propriæ virtutis, auxiliante gratia Dei. Hoc designat fuga Dauid ab Absalom. 2. *Reg.* 15.*c.* Et fuga Ionæ. *Iona.* 1.*a.* Et fugiens Iacob à Laban, designat relinquentem principem huius seculi,& mundũ. *Gen.* 31.*d.* Et fugiens Dauid,à facie Saulis,*aa* est fugiens à principe huius mundi. *Psal.* 56. *in titulo.* Et fugere à Chaldæis,est fugere à dæmonibus. *Is.* 21.*d.* 48.*d.* Et fugere de medio Babylonis,*bb* est velociter deserere statum peccati per confessionem peccatorum. *Ie.* 50.*c.* 51.*a.* Et fugiens Moses ab Ægypto & Pharaone, fugam seculi & principis seculi designauit. Et etiam fugiens Israël Pharaonem. *Exod.* 2.*c.* 14.*d.* Et fugere à terra

a *Ori.s.Ie.h.*8. *Arn.s.psa.* 4. 64. *Amb. de Io.* 7. *Hie.s. Isa.*62.*& s. Ier.* 31.*& s. Zac.*9.

b *Ori.s.Ge.h.* 12.*& s. Ie.h.* 12.*& s.Iere.* 7.*& su.Luc. hom.*32.*Hie. s.Isa.*30.*& s. Iere.*12.*& s. Ez.*4.45.*& epi.ad Agla-siam.Greg.*3. *past.ad* 25. *Ful.h. de cõf. Aret.s.Ap.*6. *Amb.prol. de Spiritusanct. & s.Luc.*3.

c *Ori.su.Luc. ho.*26. *Hie.s. Is.*28.*Aug.s. Apo.ho.*6.*& ser.*108.*Gre.* 27.*mo.*22.

d *Gr.s.*1.*Re.*6

e *Hie.sup. Amos.*8.

f *Gr.*3.*m.*22. *& s. Can.* 3. *Bed.s.Ge.*27.

g *Hil.s.ps.*64 *& s.Ma.cã.*2 *Gr.*22.*m.*20.

h *Hie.s.Is.*62 *Hie.s.Amo.*8

i *Gl.or.s.Le.*1

k *Gr.s.*1. *Re.* 15.

l *Plin.*16.*na. hist.*36.

m *Hie. s. Ier.* 11.

n *Ly.s.Ecc.*3.

o *Au.q.in Iudi.*49.*& s.ps.* 3.56.

p *Bed.s.Gen.* 39.

q *Cyri.*3.*s.Ioan.*20. *Aug. su.Ioan.tract.* 25.

r *Bed.s.Ex.*2. *Gr.*17.*m.*14. *& s. Can.* 8. *Hie.s.Isa.*52. *Hila.s.ps.*54. *& su.Matth. Can.* 1.

t *Ru.*13.*vict. verbi Dei.* 4.

u *Am.de fuga sec. Aug.s. ps.*141.

x *Gr.Nyss.de vita Mosis.*

y *Hie.s.Ion.*1 *Geo.Ve.Can.* 2.*to.*6.*ca.*9. *Rup.s.Ion.*1.

z *Amb.s.Lu.* 17.*& de fuga secu.* 4.*& ep.*4. *Gr.*27. *mo.*25. *Hie. Aglasia.*

aa *Arn. s. ps.* 56.

bb *Or.s.Ie.h.* 2.3. *Ru.* 7.*s. Apoc. Hie. s. Ezec.*7.*& s. Nahu.*3.*Au. s.ps.*113.*Ric. de S.Vict. de exte,ma.*2.

Digitized by Google

Aquilonis,eſt fugere à ſtatu vitiorum. *Zach.2.b.* Et reſilire à Niniue,eſt recedere à mundo. *Nahum. 3.b.* Saluantur autem,qui ita fugerint. *Ezech.7.d.* Et fugere dicitur mare,quum mundanus, relictis vitiis, conuertitur ad Deum. *Pſal.113.*

Fugere ad locum conſtitutum,*a* eſt ad pœnitentiam confugere. *Exod.21.b.* Fugiens etiam Iacob ab Eſau, deſignat deſerentem prauos mores per pœnitentiam. *Gen.27.g.29.a.* Fuga tamen eſt imperfectorum,ne *b* videlicet pereant in conſortio prauorum. *Zach.2.b.* Vbi eſt credere, & pœnitentiam agere.

Fugere à Sodoma,*c* eſt incendia carnis declinare. *Gen.19.e.* Fugiens quoque Iacob à Laban, deſignat fugam à carnalibus vitiis. *Gen.31.d.* Et fugiens Ioſeph à domina adultera. *Gen. 39.c.* Et fugere fornicationem eſt omnes eius occaſiones vitare.1.*Cor.6.b.* Si enim non plenè cauemus,perit fuga à nobis. *Pſal.141.*

Fugit nudus robuſtus,*d* qui vt poſſit euadere,expoliauit ſe veterem hominem,& pelliceas tunicas peccatorum vt nulla ſit ſarcina prægrauatus. *Amos.2.d.* Vel quia nudus eſt, & Chriſti perdidit veſtimentum, de quo in Apoſtolo dicitur:Induite vos Chriſtum Ieſum. Et in alio loco:Siquidem induti, non nudi inueniamur. Nihil ei proderit fortitudo ſua,ſed in die prælij atque certaminis fugiet perſequentes, & abſque armatura Apoſtoli reſiſtere non valens,hoſtibus terga præbebit.

Fugit in terram ſuam,*e* qui relictis hæreticis redit ad Eccleſiam. Dicitur etiam fugere à Moab quaſi auis. *Iſa. 13.c.16.a.* Et fugit à facie gladij & arcus,qui ſibi ab hæreſibus,& tentationibus cauet. *Iſa. 11.d.* Et fugit alienum qui ſibi cauet ab hæretico. *Ioan.10.a. Abdi.e.* Et fugit in aliam ciuitatem is, quem hæretici perſequuntur in vna, cùm fidelis confugit ad aliud volumen ſacræ Scripturæ,quando hæretici in alio non benè fundantur,vt ſic reuincantur. *Matth. 10.c.*

Fugiens ſe elongat, *f* qui à turba deſideriorum temporalium in altam Dei contemplationem ſe ſubleuat. *Pſalm.54.*

Fugiens adoleſcens,reiecta ſindone. *Marc.14.f.*deſignat *g* eum, qui de virtutum ornatu nihil ſibi aſcribit, ſed totam gloriam relinquit Deo.

Fugiens Iacob inconſulto Laban. *Gen. 31.d.* deſignat *h* ſapientem ſeparantem ſe ab inſipientium conuictu, quando videt ſe illis non poſſe prodeſſe:vel Chriſtum recedentem à Iudæis.

Fuga fit in hyeme vel ſabbato. *Matth. 24.b.* quando *i* quis aliquo rerum temporalium impedimento detinetur à conuerſione:Vel cùm quis eſt affectus rerum temporalium triſtitia vel lætitia, propter amorem erga res illas. Vel fit in hyeme, *k* quum quis opprimitur tribulationibus & tentationibus. Vel eſt in frigiditate charitatis. In ſabbato verò,quum quis eſt bonis operibus vacuus & nudatus.Vel hyeme vel ſabbato fugere conatur, *l* qui iram diſtricti iudicis tunc appetit fugere,quando ei iam non licet ambulare.

Fugere à Iudæa in montes,*m* eſt tranſire à litera ad ſenſus ſpirituales. *Matth.24.b.* Fugam autem ſimulantes filij Iſraël ab vrbe Hai,deſignat deſertionem literæ legis faciendam,vt veniatur ad Chriſtum.Vel deſignat fugientes vitia. *Ioſu.8.a.* Fugiunt etiam ad vrbes,*n* quum confugiunt ad ſcripturas Prophetarum. *Leuitic. 26.d.*

Fugere à facie Dei,aut à facie arcus,*o* eſt euadere iram Dei,aut etiam iudicium eius non ſuſtinere.*Pſa.59.138.* Et fugere ab increpatione Dei,eſt fugere ab operibus increpatione dignis. *Pſal.103.* Fugere etiam dicuntur Aſſyrij,non à facie gladij,ſed ab ira Dei, quam putant mali ſe euaſuros, cùm non poſſint ſine pœnitentia. *Iſa. 31.d.* Non poteſt enim quiſquam à Deo fugere,niſi ad eundem confugiat. Ideò eſt refugij domus. *Pſalm. 30.* Fugiunt quoque à facie gladij,*p* qui ante iudicium conuertuntur. *Iob.19.d.*

Fugit de manu ferientis,*q* qui ſuæ prauitatem corrigit actionis. *Iob.27.*Vel certè quia manus opera deſignant, de manu percutientis fugit,qui dum praui interitum conſpicit vias prauitatis relinquit.

Fugerunt dies Iob,& antiquorum patrum,*r* quia ante tempus expectatum elapſi ſunt,qui ad Redemptoris præſentiam peruenire nequiuerunt. *Iob.9.d.*

Fugit ſomnium à Nabuchodonoſor. *Dan.2.a.* dum *ſ* mens illam, quam per mentis exceſſum videre conſueuit, contemplationis lucem amittit.

Fugit homo velut vmbra,quia in *t* amore Dei cordis calorem non habet:nec tamen vitam,quam diligit,tenet. *Iob. 14.a.*

Fugiens Iacob ab Eſau ad Laban. *Gen.27.g.* deſignat eum, *u* qui ad tempus ſequitur ſplendida ſeculi, vt poſſit ſecularibus prodeſſe, quemadmodũ Iacob profuit Laban.Deſignat etiam ſequentem *x* ſenſus condeſcendendo illis,ad impetum iræ vitandum.Et tranſfugientes ad Chaldæos,*y* ſunt tradentes ſe philoſophiæ,quũ non eſt in Eccleſia,qui doceat,niſi errores.*Iere.21.c.*

Fugiunt beſtiæ ab arbore ſucciſa. *Dan.4.b.* quando *z* ſubiecti obedientiam prælati lapſi detrectant: & carnales magiſterium eius contemnunt. Fugiunt volucres,quum ſpirituales illius infamiam horrent, & conſortia declinant. Vel fugiunt beſtiæ,cum vigore animi fracto,tentationibuſque exhauſto, iam non valet mens carnales impetus cohibere:vel quælibet irrationalia deſideria ſub rationis magiſterio coërcere. Et fugiunt aues, cum ſublimium inueſtigationem iucunda ſpectacula tot phantaſmatum occurſione turbati exercere non valemus.

Fugiens Agar à facie dominæ ſuæ,typus *aa* eſt carnis recedentis ab imperio rationis.*Ge.16.c.*

Fugiens etiam Agar à facie dominæ ſuæ, deſignat *bb* receſſionem populi Iudæorum ab Euangelio,& à lege.*Ge. 16.c.* Et fugiens Moſes à colubro,deſignat Iudæos nolentes credere incarnationem Chriſti. *Exod. 4.a.* Et fugiunt Iudæi nemine perſequente:*cc* quia reſiſtunt veritati, quam fideles illis ſine perſecutione optant. *Leui.26.c.*Et fugiens Iſraël Philiſthæos, *dd* vnuſquiſque in tabernaculum ſuum. 1.*Re.4.b.*typus eſt Iudæorum non valentium rationibus Chriſtianorum aduentum Meſſiæ probantibus reſpondere:ſed tamen vnuſquiſque in ſua perfidia perſiſtit. Et fugantur longè,qui abſorbebant Sion,cùm Scribæ,& Phariſæi diſperguntur. *Iſa. 49.e.* Et profugus Cain, typus eſt *ee* Iudæorum ab Hieroſolymis exulantium. *Gene.4.b.* Dicuntur etiam profugi Iſraël,qui diſceſſerunt à Deo. *Iſa.10.c.* Ipſi ſunt fugientes à facie leonis,hoc eſt,à Chriſto in primo aduentu. *Amos.5.f.*

Fugiunt nemine perſequente, *ff* qui conſcientia peccatorum etiam abſque ſuppliciis reſiſtere hoſtibus, & dimicare non audent. *Mich.2.c.*iuxta Septuaginta. *Leui.26.c.* Et fugiunt à facie equitis, aut à facie leonis, qui non poſſunt reſiſtere diaboli tentationibus,aut tribulationibus. *Ier.4.g. Amos.5.f.*

Fugere ad equos Ægypti,eſt *gg* quærere fauorem mundanum,quod eſt fugere à Deo. Ideò dicitur.*Iſa.30.d.* Ad equos fugiemus,ideò fugietis,& hoc ſecundum fugere,eſt reuinci à Deo.

Fugit ſecuris de manu,cum *hh* increpatio excedit modum.*Deut.19.b.*

Fugerunt foras videntes Chriſtum in paſſione. *Pſalm.30.* quum *ii* apoſtoli eum reliquerunt. Et fugiens Moſes ſerpentem,deſignat fugam diſcipulorum in paſſione, & receſſum à ſpe, in qua prius fuerant. *Exod. 4.a.* Fugiunt etiam foras *ii* Iudæi contemnentes ſacramenta Eccleſiæ,& hæretici,qui ſe ſeparant ab Eccleſia.

Fugientes inimici à facie Dei,ſunt *kk* dæmones,Iudæi,& etiam hæretici à facie Chriſti reſurgentis, & à voce eius prædicantis fugati. Fugiunt autem non *ll* latendo,ſed timendo. *Pſal.67.88.* Et fugientes Philiſthæi,ſunt *mm* dæmones,qui fugantur per prædicationem,& peccatorum conuerſionem,& pœnitentiam. 1. *Reg.14.c.* Et fugiens procul,eſt diabolus increpatus à Deo,timens ne mittatur in infernum. *Iſa.17.d.* Fugientes principes, ſunt hæreſiarchæ diſcedentes ab Eccleſia:& fugiunt procul,quia longe recedunt à veritate per obſtinationem.*Iſa.22.a.31.d.Nahum.2.c.Zach.14.a.* Fugans Ioſue Amalec, eſt Chriſtus fugans dæmones. *Exod. 17.d.* Et fugantes Crabrones Euæum,& Chananæum,&c.ſunt propulſantes dæmones. *Exod. 23.d.* Fugiunt quoque Ægyptij Iſraelem, quum dæmones ceſſant à fidelium perſecutione. *Exod.14.f.* Et fugerunt aquæ ab increpatione Dei,*nn* cùm ceſſauerunt perſecutiones Eccleſiæ. *Pſalm.103.*Profugus etiam Aſſur deſignat hæreticos eiectos ab Eccleſia. *Iſa.10.d.* Dicuntur etiam profugi Iudæi,qui relicti tranſierunt ad hæreticos. *Iſa. 16.a.* Fugiet terra in fine mundi, *oo* quando per conflagrationem ſtatum ſuum mutabit.*Apo.20.* Ita etiam dicitur de cælo, nempe aetio. Deſignantur etiam in his peccatores,& dæmones.

Non fugat vir ſagittarius Leuiathan.*Iob.41.d* quum *pp* diabolus non curat increpationes ſermonum, quæ fiũt à prædicatoribus: ſed in ſua perſiſtit duritia.

Fugit mercenarius viſo lupo.*Ioan.10.b.*quando *qq* præpoſitus videns animarum periculum,nõ audet reprehen-

Cõfugere ad pœnitẽtiam. Declinare carnis incendia. Expoliatio veteris hominis. Rediens ad Eccleſiam ab hæreticis. Eleuari in cõtemplationẽ. Dãs gloriam bonorũ Deo. Separari ſapientem ab inſipientibus. Impedimenta conuerſionis. Tranſire à litera ad ſpiritum. Euadere irã Dei. Emendatio vitæ. Deceſſus patrum,ante aduentũ Chriſti. Amiſſio lucis contemplationis. Frigiditas mentis. Condeſcenſio ad ſeculares, vel adſenſus. Detrectantes obedientiam prælati lapſi. Refugiens caro rationis imperium. Recedẽtes Iudæi à lege & Euangelio. Incredulitas Iudæorum. Non valentes reſiſtere diabolo. Quærere fauorem mundanum. Immoderata correctio. Relinquentes Apoſtoli Chriſtum in paſſione. Fugientes dæmones Chriſtum reſurgentem. Ceſſatio perſecutionum Eccleſiæ. Pertinacia diaboli. Non audens prælatus reprehendere ſubditos.

a Ori.ſ. Mat. hom.29. Phi.de profu. b Ru.ſ.Za.2. c Ori.ſ.Mat. hom.29. Arn.ſ.pſ.141. d Hie.ſu. Amos. 2. e Hie.ſ.Iſ.13. 16.21. & ſ. Ma.10. f Gr.4.m.35. g Gr.ſ.1. Re. 15. h Glo.in ſup. Gen. 31. i Aug.1.q.in eua.37.& 2. de con.eu.77. Ori.ſ.Matth. hom.29. k Am.de fu. ſecu. 6. l Hie. Aglaſi. Eu.q.in Ma. Gre.epiſt.33. Iſy.ſ. Leui.4. m Ori.ſ. Ma. hom.29.& ſ. Ioſ.ho.8. n Iſy.ſ.Le.26 o Hi.ſ.pſ.138 Ba.ſ.pſ.59. Ar.ſ.pſa. 13. Au.ſ. pſ. 30. 59. p Gr.14.mo. 34. q Gr.18.mo. 13. r Gr.9.m.22. ſ Ric.de S.Vi. de ſom.Na.2. t Gr.11.mor. 27. u Am.de fu. ſec.5. x Phi. de mi. Abra. y Hie.ſ.Ie.21 z Ri.de S.Vi. de ſecur.conſcien. 21. aa Lyr.ſ. Ge. 16. bb Rup. 5.ſ. Ge.25. cc Iſa.ſ.Leu. 26. dd Gr.ſ.1.Re. 4. ee Au.12.co. Fau.12. Hie.ſ.Iſ.11. Ru.ſ.Amo.5. ff Hie. ſ.Mi. 2. gg Hie.ſ. Iſ. 30. hh Gr.30.m. 9. ii Hie.ſ. pſa. 30. kk Bed.ſ.Ez. 4. ll Au.ſ.pſ.30 mm Arn. & Hil.ſ.pſ.67. nn Gre. ſ. 1. Re.14.Hie.ſ. Iſa.17. 22. ſu.Na.2.67. Au.ſ.pſ.103.

oo Hie.ſ.Iſ.10.16.pp Ru 11.ſ. Apo.Tho... pe 2..qq Hie.ſ.Iob.41.Gr.14.mo.5.11 Au.ſ.Io.tract.46.Gr.ho.14.Cy.7.ſ.Io.5.

dere aliquod temporale commodum respiciens. Qui neque diabolo,ne suis tentationibus ouem de ouili separet, resistit,neque hæreticæ prauitati, aut violentiæ opprimentium sese murum opponit.

Rapina auari.

Fugit arma ferrea hypocrita,aut auarus,& irruit in arcum æreum. *Iob.20.c.*quia *a* dum præsentes necessitates metuens,multa per auaritiam rapit,extremi iudicij districtis se percussionibus anteponit,& cùm fugit arma ferrea,ab arci ærei sagittis inuenitur:quia mala temporalia stultè præcauens sententia æterna, percutitur.

Mori.

Fugere dicuntur, qui moriuntur,*b* quia velociter ab hac vita recedunt. *Nahum.2.c.*

Fulcire,Fulcrum,vide Munire.

Fulgere,Refulgere,Splendere,Micare.

Nitere,Rutilare, Fulgor,Splendor,Nitidus.

Essentia diuina. Illuminatio Dei. Manifestatio diuinorum secretorum. Fama Christi. Miracula Christi. Gratia in mente. Splendor Sãctorum, & Ecclesia.

Fvlgere, est splendorem,aut lucem emittere : quod etiam splendere dicitur. His confinia sunt omnia in titulo posita.

Splendor Dei *c* ipsam diuinam essentiam significat,qui dicitur esse super eos,quos beatos facit,per sui manifestationem.*Psal.*89.Et splendor ignis designat ipsam illuminationem Dei, tam quæ fit beatis,quàm mentibus viatorum.Et splendor à lumbis sursum dicitur esse,vt virtutes mentis, quæ supereminent in homine, resplendeant. *Isa. 4.b.Exec.1.b.d.8.a.Hab.3.a.*

Resplendens facies Christi sicut Sol,designat *d* manifestationem diuinorum secretorum. *Matth.17.a.*Et splendor Christi vt lux,fuit in eius transfiguratione. *Hab.3.a.* Et etiam in natiuitate,cùm lux orta est mundo. *Isa. 60. a. 62.a.* Qui splendor fama Christi intelligitur, quæ credentes illuminauit.

Micantia fulgura , *e* miraculorum Christi claritatem designat : quæ totum mundum illustrarunt. *Exod. 19.c.*

Splendet lucerna super caput,*f* cùm infunditur oleum bonorum operum:& gloria diuinæ gratiæ est in mente. Item cùm lumen diuinæ doctrinæ illustrat mentem. Sic splendebat super caput Iob lucerna. *Iob. 29.a.* Fulgentes etiam manus,designant opera munda. *Iob.9.d.*

Fulgebunt iusti sicut Sol *g* in resurrectione. *Matth.13.e.* Generaliter quidem omnes, sed aliqui magis aut minus, secundùm hoc quod dicitur. *Dan. 12. b.* Docti & iusti erunt vt splendor firmamenti : qui verò ad iustitiam eruditi multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et præter hoc differt stella à stella in claritate, vt dicitur.1.*Cor.* 15. *e.* Et micantes stellæ sunt Sancti splendentes. *Iob. 38. c.* Et splendet terra maiestate Dei , hoc est,Ecclesia per Christum. *Ezec.43.a.* In iudicio verò retrahent stellæ splendorem suum , quia Sancti vix absque formidine iudicem videbunt. *Ioel.2.c.*

Claritas operum & virtutum. Continentes. Corpora casta. Renouatio virtutis. Eloquentia hæreticorum. Manifestatio diuinitatis.

Fulgere aut splendere dicitur Sol,*h* quum opera & virtutes claresc unt. *Iob. 31.d.*

Nitidiores lacte dicuntur *i* continentes,qui faciunt maiora opera,quàm sit distributio temporalium in pauperes. *Thren.4. a.*

Nitentes asini significare possunt *k* corpora castitate ornata,quæ pacificè reguntur ab anima. *Iudi.5.b.*

Fulgor meridianus in vespere, *l* est virtutis renouatio in tentatione : vt repentino charitatis feruore mens vigeat,quæ iam iamque sibi gratiæ lumen occubuisse formidabat. *Iob.11.d.*

Micans gladius Niniuæ,*m* nitorem eloquentiæ hæreticorum designare potest, *Nahum.3.a.*

Fulgur,Fulmen,Coruscare,Coruscatio.

Inspirationes. Terrror diuinæ vindictæ.

Fvlgvr & coruscatio,dicitur ignis splendens in nubibus , præcipuè cùm tonat : Fulmen autem dicitur ignis magno impetu,ceu telum iaculatus à nubibus. In sacra autem scriptura sæpe fulgur pro fulmine sumitur.

Coruscationes Dei,sunt *n* manifestatio diuinitatis per resurrectionem Christi,& per creaturas. *Ps.77.*Et coruscat maiestas Dei,cùm per admiranda opera manifestatur. *Exod. 40.d. Ezec.1.d.Mat.28.a.Apoc.4.d.* Inspirationes etiam quibus Deus manifestatur,coruscationes dici possunt.*Iob.38.d.*

Ecclesia.

Coruscationes etiam Dei,& fulgura,sunt *o* eius minæ,& terror diuinæ vindictæ,& iudicij. *Psalm. 17.96.143. Ecclesiastici.32.b.43.b. Sapi.16.c. Luc. 17.c. Apoc.4.b.11.d.16. d.* Facit autem Deus fulgura in pluuiam , cùm eos, quos terret minis,postmodum ad misericordiæ cognitionem,& pœnitentiæ lachrymas reuocat.*Psalm.34.*Fulgur etiam aut fulmen,ipsam diuinam vindictam significat. *Deut.32.f.2. Regum.22.b. Sapi.5.d. Zach.9. d. Nahum.3.a. Haba. 3. c.*

Doctores. Apostoli. Doctrina. Verba Christi.

Fulgur exiens ab Oriente,& apparens in Occidente,designat *p* Ecclesiam per totum orbem splendentem,minimèque latentem:vt doctrinæ hæreticorum,quæ in angulis & latibulis docentur. *Matth.24.b.*

Fulgura,quæ facit Deus in pluuiam,dicuntur *q* doctores,scientiæ splendore fulgentes : quos facit Deus prædicare. *Iob.38.d.Psal.96.134.Ier.10.c.51.c.Dan.3.f.Nahum.2.b.Hab.3.c.Zac.9.d.Exod.19.c.*

Miracula.

Fulgura etiam designare possunt *r* splendorem doctrinæ & veritatis,& verba Christi. *Ps.43.Ier.10.c.Iob.41.c.*Et fulgur exiens ab Oriente,& apparens in Occidẽte, designat sonum doctrinæ & veritatis in omnem terram exiisse. *Matth. 24. b.* Et fulgur egrediens de igne, est manifestatio veritatis à Spiritu sancto vel illuminatio Spiritus sancti, *Ezech.1.d.Psal.17.134.Zach.9.d. Apoc.4.b.8.b.11.d.*

Compunctio cordis. Sententia iudicij.

Fulgura discurrentia super terram,designare possunt *s* miracula facta ad conuersionem infidelium.*Exod.9.c.19.c.* Et sunt ignea & micantia,ad consumendas spinas vitiorum. Fulgura etiam,quæ multiplicauit Deus , sunt miracula,quæ faciebant per Sanctos & prædicatores. *Psal. 17. 76. 96.143.* Sic dicitur fulgurare Deus per nubes defuper lumine suo,cùm per sanctos prædicatores insensibilitatis nostræ tenebras,etiam miraculis illustrat. *Iob.36.d. 38.d.Eze.1.d.Zach.9.d. Haba.3.b. Apoc.4.b.8.b.*

Potentes seculi. Dæmones. Eloquentia hæreticorum.

Fulgur dici potest *t* compunctio cordis:& transeunt nubes præ fulgure,quum per compunctionem peccatores conuertuntur. *Psalm.17.*

Fulmen aliquando *u* designat sententiam extremi iudicij:quæ ideò fulmen vocatur,quia eos,quos ferit,in perpetuum incendit. Sic contra Antichristum mittet Deus fulmina,quem interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, *Iob. 41.c. 2. Thess.2.b.*

Fulgurans est , *x* qui in potestate positus aliis nocet. Sed aliud est splendere , aliud fulgurare. Nonnunquam enim splendor sine percussione est:fulguris verò nomine splendor exprimitur cum percussione : Sed iniquus fulgurat in amaritudine sua:quia inde postea suppliciis æternis mancipantur. *Iob.20.d.* Sic Satanas non dicitur fulgur sed sicut fulgur,quia transfigurat se in Angelum lucis.Et opera malorum iustitiæ speciem habentia, nõ sunt fulgur,sed sicut fulgur. *Luc.10.c.* Et erunt dæmones *y* quasi fulgura discurrentia in iudicio.*Nahu.2.b.*Fulgurans autem hasta,designare potest eloquentiam hæreticorum.*Nahu.3.a.*

Fulica.

Christus. Sapientes seculi.

Fvlica,est *z* auis,quæ victitat apud mare. Et *Psa.103.* Vbi nos habemus hærodius, Arnobius legit fulica. Est magnitudine columbæ,dicta à fuliginis colore:prædicit tempestatem matutino clangore. Fertur nutrire pullum ab aquila abiectum.

Fullo.

Fvllo est,qui vestimenta,seu pannos rudes purgat, & expolit:dictus sic à fouendis aqua calida vestibus.

Fullo interdum potest significare *aa* Christum,qui abluit peccata nostra. *4.Re.18.d.Is.7.a.37.a.Mal.3.a.*

Designat etiam *bb* sapientes huius seculi,qui non perinde candidam possunt verbis facere sapientiam , qualis erat vestis Christi in transfiguratione. *Marc. 9. a.*

Fulmen,quare Rufus.

Fumus,Fumare,Fumigare.

Gloria Dei. Cognitio obscura de Deo.

Fvmvs, *cc* est vapor obscurus & densus,ex humore lignorum virtute ignis comburentis exhalans, à calore furiuo sic dictus. Fumus præcedit ignem producendum, & ab oculis,quos nimiũ infestauerit, lachrymas elicit.Quò autem amplius fumus in altum extollitur,eo fusius dilaratur,extenuatur,& deficit.

Fumus,quo impleta est domus Dei,designare potest *dd* donum de gloria Dei , vel gloriam ipsius Dei. Vel designat cognitionem obscuram,quæ in hac vita de Deo habetur:quæ ab ipso Deo procedit,sicut fumus ex igne. *Isa. 4.b.6.b.Ioel.2.g.Psalm.143.*

a *Gre.15.mo. 12.*
b *Ru.s.Na.1.*
c *Ori.s.Exec. hom. 1. Hier.s.Isa.4. & s.Eze.1. Gre.s.Exech. hom.2.*
d *Ori.s.Mat. hom. 3. Tert. aduen. Marcio. Aug. 18. ciui. Dei. 32.*
e *Glo. in sup. Exod.19.*
f *Ori.s. Leui. hom.13. Hie.s.Iob.3.9*
g *Gre.9. mo. 28.& 19.mo ral.9. Ori.s.Matth. cap.13. Hie. s. Ez. 43. & s.Ioel.2. Gre. 29.mo.27.*
h *Hie.s. Iob. 31. Gre. 22. mo. 6.*
i *Glo. ord.su. Thren.4.*
k *Ori.su. Iu. hom. 6.*
l *Greg.10.m. 20.*
m *Hie.s.Nahum.3.*
n *Am.de vo. Gent.1.*
o *Aug.s.psa. 134.*
p *Au.1. q.in euan.38.*
q *Hi.s.ps.134 Hie.s.Ier.10.*
r *Gr.30.m.4. Ru.4.s. Mat. Gr. s.Ier.h.5. & s.Mat.ho. 29. Hie.s. Ezec. 1.& s. ps. 17. Aug.s. Apoc. hom 3.6.*
s *Gr.s.Ez.h.5 Eu.for.spi. 3. Ori.s.Ez.h.4 Gr.27.mo.8. & 30.mo.3. Hie.s. Eze.1. & s.ps.18. Au.s.ps.143. Rup.3. Apoc.*
t *Hie.s. ps.17.*
u *Gr. 34.mo. 3.*
x *Gr.15.mo. 13. Am. 2. de inter.4.*
y *Hie.s. Nahum. 2.3.*
z *Amb.5. Exae.17. Plin.18. nat. hist. 35.*
aa *Am. s.Lu. 9.Hie.s.Mal. 3.*
bb *Ori.s.Ma. hom. 2.*
cc *Au. s.psa. 36.*
dd *Or.s.Is.h. 4.Hie. cpi.& factum est & s. Isa.4.*

Digitized by Google

Desígnat etiam *a* errorem & ignorantiam Iudæorum,quo repleta est domus,hoc est,synagoga.Indicat quoque destructionem templi eorum combusti. *Isa. 6.b.Ioel.2.g.* Fumus putei quasi fornacis,ignorantia, seu error in Iudæis,ex praua cupiditate. *Apoc.9.a.15.d.*

Fumus de naribus Dei, indignationem, *b* & comminationem diuinam significare potest. *Psal.* 17. Hoc fumo impletur templum. *Apoc.* 16.*a.*

Fumus etiam de naribus Dei,dici potest *c* compunctio,seu lachrymæ, quas Deus castigando excitat in pœnitente:vel lachrymosa deprecatio pœnitentium.2. *Reg.22.a.Psal.17.* Fumus, quem creat Deus, lachrymosa compunctio peccatorum pœnitentiam agentium. *Isa.4.a. Apoc.8.b.*

Fumus ex aromatibus,significare potest *d* orationes huius vitæ Deo acceptas.*Can.3.c.*

Fumans clibanus, est *e* anima peccatrix obscura,quæ clibanus est,cùm in ea virtutis cibus coquitur.*Gen.15.d.* Quasi fumus autem anima in superna ascendit,quãdo dilectione feruente,& in hoc ipsum vergente, suum etiam desiderium super semetipsam rapit. Vt virgula fumi autem,est desiderium ignitum,& anxium, & surgens ex intentione recta.

Fumans mons est *f* lux obscura malis:quam etiam designat fumus fornacis. *Exod.* 19. *c.* 20. *e.* Significat etiam sublimia dogmata nobis obscura:& præterea ignorantiam malorum. Fumus quoque in legis collatione,designat legem contemnere volentes, lachrymas fore sequuturas. Est enim necesse, vt corporis oculus in fumo illachrymetur. Item Iudæi.

Vt fumus ante ignem exoritur, & sibi proximis lachrymas excitat:*g* Sic ad virtutis nuncios accedendo, perfectionem speramus,quæ ni contingat,non temperamus à lachrymis.

Fumans clibanus,*h* perturbationem futuri iudicij ob incussum terrorem tunc prouenturam significare potest. *Genesis.* 15. *d.*

Fumus fornacis,designare potest affectum prauum ex libidine remanentem. *Genes.* 19. *f.* Item superbiam, & *i* quodcunque peccatum:& pœnam inferni,& demum ipsi mali puniti à Deo fumus dici possunt, & fumus putei, ipsa eorum peccata, & blasphemiæ. *Isa. 9. d. 14. g. 34. c. 65. a. Nah. 2. d. Apoc. 9. a. c.* Et vt fumus deficit, cum in altum surgit. Ita Iudæi *k* persequentes Christum, & dæmones, & mali insurgentes contra bonos. *Psal.37.67.101.*

Fumus euanescens,& oculos obscurans,*l* est inanis & superba sapientia, pro luce mentis oculos obscurans: & vt fumus inficit parietes,sic inanis sapientia,& iniquitas seculari caligine mentis aciem obducit. Vnde de his dicitur. *Rom.1.c.* Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: Vnde & dicuntur sicut fumus de fumario. *Hose.* 13. *b.* Vbi fumarium,quod est via fumi,vitam malorum designare potest. Fumigantes etiam titiones, sunt secularis sapientia,& hæreticus sermo.*Isa.7.a.*Et facies eorum dicitur denigrata super carbones. *Thren.* 4. *b.* Ipsi quoque hæretici sunt fumus,qui molesti sunt oculis,hoc est,doctoribus Ecclesiæ,*Prouerbio.*10.*d.*

Fumigantes montes,*m* dici possunt prædicatores, verba proferentes, quibus alios ad pœnitentiam inducunt, quasi formantes nubes,vnde aquæ defluant. *Psa.* 103. 143. Vel sunt sancti nonnihil sentientes de igne punitiuo; Vel sunt superbi & potentes pœnitentiam agentes,& peccata sua quasi exhalando confitentes.

Fumigantes montes,sunt etiam *n* dæmones victi,& fugati à Christo,quasi in fumum resoluti: *Ps.* 143.

Fumus de naribus Leuiathan erit *o* dubitatio,quam electi habebunt super miraculis Antichristi. *Iob.41.b.* Vel occulta dæmonis inspiratio,aut suggestio mentem obscurans,ne lucem interiorem videat.

Fumigans linum,designat *p* Iudæos aliquid spiritus & gratiæ habentes:vnde non extinguuntur à Christo. *Isa. 42.a.Matth.12.b.* Designat etiam gentiles momentaneum quendam ardorem, & extinctioni proximum habentes:quem Christus non extinxit,sed potius accendit.

Sicut fumus liquefient cæli in iudicio,*q* quia in nouam claritatem renouabuntur. *Isa.* 51.*b.*

Fumo sunt *r* humana negotia comparando. *Psal.*101. Defecerunt sicut fumus dies mei:Sed ille quidem de breuitate hoc,& fuga quadam huius dixit ætatis. Ego verò non ad hoc solum, verum etiam ad turbulentiam rerum præsentium dici posse illud accipio. Nihil enim ita oculos animæ contristat & turbat, vt secularium conditio curarum,& quasi obuolitantia quædam multiplicis cupiditatis examina. Hæc enim sunt istius fumi ligna. Nam sicut ignis iste communis,vbi humidam corripit conspersamque materiam, plurimum sine dubio fumum suscitat:Sic etiam concupiscentia vehemens illa prorsus,ac flammea, quando mentem alicuius ac palustrem succendit animam,multum in ea fumum gignit,ac nutrit.

Funda, Fundibularius.

Fvnda,est instrumentum è funiculo factum,quo funduntur,hoc est, iactantur lapides. Fundibularius autem, aut funditor est, qui funda dimicat.

Funda Dauid,designare potest *s* sacram Scripturam,qua dimicatur contra Goliath,hoc est,diabolum. Designat etiam crucem Christi. In qua positus lapis Christus,percussit diabolum.1.*Regu.*17.*c.*25.*e.*1.*Para.*12.*a.*2.*Par.*25.*c. Ecclesiastici.* 47. *a. Zach.* 9. *d.* Designat etiam longanimitatem, quæ necessaria est ad vincendum Goliath, id est, superbiam.

Funda secundùm quòd in gyrum mittitur ad iaciendum lapidem, quò aduersarij pectus feriatur *t* sanctam designare potest Ecclesiam, quæ dum volubilitate temporum per tribulationum circuitum ducitur, fortes ex illa viri prodeunt,quibus quasi lapideis ictibus,iniquorum corda tundantur. *Iob.* 41.*d.* Designat etiam ipsos *u* prædicatores. *Zach.*4.*d.*

Funda in malum, designare potest instrumenta dæmonum & hæreticorum, quibus vruntur ad peruertendos simplices. *Iudi.* 20. *b.* Et fundibularij sunt doctores hæreticorum, & infidelium, qui fideles interimere conantur. 1.*Mach.*9.*b.*

Fundibularij boni,sunt *x* doctores sacri,qui funda,hoc est,per sacram Scripturam lapides,hoc est, authoritates iaciunt,quibus inimicos veritatis percutiant.1.*Reg.*3.*d. Iudi.*6.*b.*

Fundamentum, Fundare.

Fvndamentvm est id,super quo aliquid fundatur,aut struitur,vt fundamenta domus sunt,supra quæ parietes domus eriguntur. Fundare autem est ædificare,& etiam stabilire.

Fundamentum spirituale in Ecclesia *y* est Christus,qui est fundamentum fundamentorum.1. *Cor.*3.*b.Ephes.*2. *d.* Vt autem fundamentum materialis fabricæ iacitur in imo. Ita è diuerso fundamentum spiritualis ædificij in summo ponitur. *Psal.*136.*Isa.*28.*d.*Atque ita diuites admonentur parare sibi bonum fundamentum in cælo in futurum.1.*Tim.*6.*d.* Ideò autem hoc fundamentum ponitur in summo, quia est earum rerum, quæ ad summa tendunt. Vnde & ipse Christus caput dicitur eiusdem Ecclesiæ, cuius est fundamentum. Fundamentum autem designare possunt sacram triadem,quæ est per fidem in montibus sanctis,hoc est,in Apostolis. *Psalm.*86.

Fundamenta etiam ciuitatis,hoc est,Ecclesiæ,sunt *z* Apostoli & Prophetæ,qui etiam fundamenta terræ dicuntur,& fundamenta templi.3.*Reg.*5.*d.Iob.*38.*a.Psal.*17.86.*Isa.*58.*d.Miche.*6.*a. Ephe.*2.*d. Apoc.*21.*e.* Quando autem fundamenta ponuntur in plurali, sumuntur pro Apostolis quando verò dicitur fundamentum in singulari, pro Christo. Fundatæ quoque columnæ super bases,sunt Apostoli in Prophetis. *Can.*5.*b.*

Fundamentum Apostolorum & Prophetarum, dicitur vtrumque testamentum. *Ephe.* 2. *d.* Et fundamentum altaris dici potest ipsum Euangelium. *Leu.*5.*c.*8.*c.* Fundamenta quoque seculorum, dicuntur *aa* ambo testamenta. *Isa.*58.*d.* Hæc sunt fundamenta terræ,hoc est,Ecclesiæ.*Isa.*40.*c.*

Fundamentum spiritualis ædificij in anima, sunt *bb* fides & charitas, quas virtutes qui habent, Dei ædificatio dicuntur. *Iob.*38.*a.Psal.*136.*Ephe.*3.*d.Colos.*1.*c.*2. *Timot.*2.*c.Thren.*4.*b.*

Fundamentum quoque seu basis dici potest *cc* timor Dei,qui est initium sapientiæ, & fundatæ columnæ super bases aureas,sunt Apostoli in timore Dei firmati. *Iob.*38.*a. Psalm.*110.*Cant.*5.*d.*

Fundamenta terræ concussa, dici possunt *dd* dæmones, aut principes mundani, & Philosophi, & hæretici. Dicuntur etiam fundamenta montium, id est, superborum: & fundamenta Ægypti. *Psal.* 81. *Isa.* 24. *Ezech.* 30.*a.*

Error Iudæorum. Comminatio diuina. Ira Dei. Compunctio. Oratio. Anima. Lux. Sublimia dogmata. Ignorantia malorum. Iudæi. Perturbatio in iudicio. Affectus libidinis. Superbia. Infernus. Mali. Iudæi. Dæmones. Sapientia secularis. Hæretici. Prædicatores. Sancti. Superbi, & potentes. Dæmones. Dubitatio & suggestio dæmonis. Iudæi. Gentiles. Renouatio cælorum. Humana negotia. Sacra Scriptura. Ecclesia. Prædicatores. Instrumenta dæmonũ, & hæreticorum. Doctores hæreticorum. Doctores sacri. Christus. Trinitas. Apostoli, & Prophetæ. Vtrumque testamentum. Fides & charitas. Timor Dei.

a *Hier. epist. Ignota vulgus. & s.Isa.6. Rup.5.9.Ap.*
b *Eu.for.spir. 3. Arctas. s. Apoc.16.*
c *Au.de es.dis. Hie.s.ps.17. Ru.1.s.Is.15.*
d *Gr.s. Ca.3.*
e *Ambr.2.de Abra. 9. Phi. Quis rerum. diu.har. Ric. de S. Vi.5.de arc.my.6.Cy. 2.s. Ioa.3.& hom.5.*
f *Bed.s. Exo. 19.*
g *Ru.4.s.Ma*
h *Phi. Quis rerum diu.her.*
i *Gl. ord.sup. Gen. 1.*
k *Hie.s.Isa.9. 14.65.*
l *Ar. & Hie. s.ps. 67. Au.& s.ps.36 & s. Apo.h.7.*
m *Am.de fu. ga.se.5.& 2. de Cain.2. Hier.s. Isa.7. & s.ps.67. Au.ser. 108. Eu.for.spir 3. Bed.s.Pro.10.*
n *Ar.s.ps.* 143. *Hie.s. ps. 103.*
o *Au. s.ps. 103. 143. Fulge. epi.6. Hil.s.ps.143.*
p *Gr.33. mo. 36. 38.*
q *Hil.s. Mat. Can. 12. Ter.adu.Iud.*
r *Hier. Agla. Hie.s.Isa.51.*
s *Cyr.s. Mat. hom.2.*
t *Cy. 8.s. Io. 17.*
u *Ber. ser. de Dauid & Goliath. Gr.34. mo.5. Hie.s.Zac. 9.*
x *Gl.ord.sup. 4. Reg.3.*
y *Hie. su. Io. ho. 9. Hie. s. Isa.28. & s. ps. 86. Au.s. ps.29. 86. Gr. 28.mo.9.*
z *Ar.& Au. s.ps.86. Ori.s. Io.h.9. Hie.s. Mic.6. Gr. 28.mo.9. & Can. 5.*
aa *Glo. or.su. Isa. 58.*
bb *Aug. epi. 120.Gre.25. m.15.& 28. mo.10.*
cc *Arn. s.ps. 118. ser.5. Gr.28.mo.9.*
dd *Hie.s.Ez.30.& s.Eze.30.& s.Mic.1.6.*

Digitized by Google

Dæmones. Principes mũdani. Philosophi. Hæretici. Spes superborum. Prauæ cogitationes. Firmãs Deus Gẽtes in Ecclesia.

30.*a.Haba.*3.*c.* Designant etiam *a* defensiones hæresum,quæ fundamenta reuelat Deus. *Mich.* 1.*b.* 6.*a.*

Fundamenta montium significare possunt *b* spem superborum, quæ turbatur in hoc seculo. *Psalm.* 17. *Deuter.*32.*d.*

Fundamenta Sion,quæ deuorat ignis, sunt prauæ cogitationes. *Thren.* 4.*b.* Et fundamentum parietis dissipati, significat *c* inanem fiduciam ex prauis cogitationibus,aut ineptis prouenientem. *Ez.*13.*e.Ha.*3.*c.*

Fundauit Deus terram super stabilitatem suam,quum *d* firmauit gentes in Ecclesia. *Psalm.*23.103.118.*Prou.* 3.*c.Isa.*14.*g.*46.*c.*51.*e.* Et fundata domus supra firmam petram,est *e* Ecclesia, vel anima super Christum:cùm non solum audit verba Dei,sed etiam facit: vt non omni vento errorum circumferatur. *Mat.* 7.*d.* Et fundata dicitur Ecclesia sapphiris, cùm fidelium conuersatio est in cælis. Dicitur etiam fundari in iustitia. *Isa.* 54.*c.* Fundatur templum iuxta ordinem suum,*f* cùm Ecclesia in suis ordinibus firmatur à Christo. *Iere.*30.*d. Ezech.*37.*g.* Fundarunt manus Zorobabel,hoc est,Christi,domum Dei,Ecclesiam. *Zachar.*4.*c.*8.*b.* Et fundauit Deus Lunam, & stellas,hoc est,Ecclesiam & doctores eius.*Psal.*8.*b.*Fundatur autem exultatione vniuersæ terræ,quia ex tota terra veniunt ad fidem cum lætitia. *Psal.*47.86. Fundauit Deus terram super maria:quia *g* corroborauit Ecclesiam in fide, ne fluctibus seculi laberetur. *Psal.*23.101.Et fundauit eam in secula,quia nunquam deficiet, sed è militante fiet triumphans. *Psal.*77. Dicitur autem fundata sexta die,hoc est,sexta ætate,quando Christus factus est fundamentum Ecclesiæ. *Psal.*92.Fundatur puluis in terra,cùm *h* in solida membra corpus reducitur. *Iob.* 38.*d.* Et cùm gentiles in Ecclesia per fidem firmantur. Item quum peccatores vocati in Ecclesia, traditæ fidei sunt ratione solidati: vt qui prius inconstantia mobiles tentationis aura leuabantur, immobiles postmodum contra testamenta consisterent.

Instituens Deus religionem. Instabilitas.

Fundauit Deus locum montibus,& campis,hoc est,*i* vitæ actiuæ,& contemplatiuæ intra Ecclesiam. *Psalm.*103.

Fundauit Deus fasciculum,*k* quum instituit religionem super terram. *Amos.*9.*b.*Et *l* quum firmauit Apostolos, vt essent fundamenta Ecclesiæ.

Præteriens mũdi figura.

Fundatur super arenam id,quod non stabilitur in Deo. *Matth.* 7.*d.* Non habet autem fundamentum os angustum sub se.*Iob.*36.*c.*quia *m* infernus sub peccato non habet fundum ad recipiendos malos: & quia peccator sine termino peccat:Vnde & fundatus dicitur transitus virgæ Dei,*n* cùm exhibetur æterna punitio. *Isa.* 30.*g.*

Cõfusio diaboli.

Non fundari amplius Babylonem,*o* est præterire figuram huius mundi. *Isa.* 23.*c.d.* Dicuntur autem Siim fundasse Chaldæam,quum dæmones offerunt mundanam prosperitatem, vitiis permixtam.

Fundata erat Ephraim quasi Tyrus in pulchritudine,*p* cùm hæretici erant in Ecclesia. *Hos.*6.*d.*

Fundauit Deus diabolum fortem,vt corriperet:qui *q* confundi eum facit per sanctos homines. *Ha.*1.*c.*

Fundere, Effundere, Diffundere, Infundere,Superfundere,Perfundere, Infusorium, Suffusorium.

Vnctio Christi. Incarnatio.

Fvndere interdum est liquefacere: vt metalla dicuntur fundi, quum vi caloris liquefiunt: Cùm autem fusa spargi solcant,fundere ponitur pro spargere,aut id,quod in vase habetur,emittere. Item prosternere,& profligare. Effundere autem est abundanter fundere,& spargere. Diffundere,est spargere. Infundere,est intus, aut supra fundere. Perfundere,est valde,siue per omnes partes fundere. Effundere etiam,est dilatare. *Iudic.* 6.*c.* Preces suas Domino effuderat.Et exercere.*Psal.*68. Effunde super eos iram tuam.

Fundens oleum Iacob super lapidem,*r* vnctionem,qua Christus vnctus est à Patre,designauit.*Genes.* 28.*d.*Idem fusum oleum super caput Aaron pontificis. *Exod.*29.*a.Leu.*8.*b.*

Spiritus sancti missio.

Effundens Moses aquam fluminis super aridam,*s* incarnationem Christi designauit.*Exod.*4.*b.*Et dicitur Christus effusus sicut aqua,*t* quia lauat peccata. *Psal.* 21.

Effundit Deus aquas super sitientes,quum *u* dat Spiritum sanctum gentibus. Et effusus Spiritus de excelso,est Spiritus sanctus datus in Pentecoste. *Isa.*44.*a.*32. Sic effudit benedictionem. *Mala.* 3.*c.* Ipsum autem effusionis nomen increatam Spiritus sancti substantiam probat. Neque enim Deus,cùm angelum mittit, aut aliam creaturam,effundam dicit de angelo meo aut principatu, aut thrõno, aut dominatione. Significat autem effusionis nomen *x* largam & diuitem muneris abundantiam. *Eze.*39.*g.Ioe.*2.*g. Zac.*12.*c.Tim.*3.*b.*

Dãs Christus dona Spiritus sancti. Misericordia.

Fundebat petra riuos olei,*y* quando Christus dabat dona Spiritus sancti,& cùm mittebat prædicatores, & scriptores. *Iob.*29.*a.*Eundem designabat sacerdos fundens oleum super extremum auriculæ dextræ leprosi,qui mundatur,& super pollices manus & pedes dextri,& super caput, *z* vt peccator totus sanctificatus fiat per Christum, Christus Domini. *Leu.*14.*c.* Infundens etiam Samaritanus oleum in vulnera, *aa* designat Christum exhibentem misericordiam & consolationem peccatori, & prædicatorem fouentem mitiori sermone. Infundit etiam vinum, hoc est,sermonem compungentem,extremi iudicij denunciatione. *Luca.* 10.*f.* Et fudit petra riuos olei, quum *bb* Christus misit prædicatores vngendis mentibus auditorum. *Iob.*29.*a.*

Effusio sãguinis Christi.

Fundere sanguinem hostiæ super altare,designauit *cc* effusionem sanguinis Christi in cruce. Idem designauit fusio sanguinis per circuitum altaris. *Exod.*24.*b.*29.*c.Le.*1.*c.*3.*a.*7.*a.*8.*a.c.*9.*b.* Fundere etiam sanguinem ad basim altaris,designat passionem Christi pro infirmis oblatam,& eius prædicationem,& fidem.*Leu.*4.*c. Deut.*12.*d.* Est etiam *dd* attribuere pœnitentiam Euangelicæ prædicationi,à qua auspicatus est Christus, dicens: Pœnitentiam agite,&c.*Matth.*4.*c.Luc.*5.*f.* Sed Iudæi malè effuderunt sanguinem Christi,designati per fratres Ioseph, qui eius sanguinem effundere volebant. *Gen.* 37. Fundit etiam sanguinem hostiæ per altaris circuitum qui voluntatem carnis & sanguinis pro Christo trucidant.

Trucidare affectus. Prædicator Christi.

Diffusa dicitur gratia in labiis Christi, *ee* quia docebat tanquam potestatem habens: & etiam in prædicatoribus,qui ejus dicuntur labia. *Psa.*44.*Ro.*1 *b.*1.*Cor.*15.*b.* Diffusio autem,vel effusio,dicit abundantiam.

Fama Christi.

Effusum oleum nomen Christi. *Can.* 1.*a.* est *ff* dispersa eius fama, & bonus eius odor per vniuersum orbem, quãdo factus homo exinaniuit seipsum:Cum eo etiam effusum est nomen Prophetarum,qui antea in sola Iudæa cogniti erant. Ex abundanti enim superfluit,quicquid effunditur. *Matth.* 26.*a.*

Faciens prædicatorem è peccatore angeli.

Effundit Deus aquas maris super faciem terræ,*gg* cùm è peccatore conuerso, facit prædicatorem, vt Paulum. *Amos.*5.*b.*9.*b.*Ex gentilibus etiam fecit prædicatores.

Mentes electorum.

Fusi cæli quasi ære. *Iob.*37.*c.*sunt *hh* angelicæ virtutes,vel electorum mentes, à cunctis terrenis contagiis intimo amore suspensæ,quæ ab integritate eaptæ fortitudinis,nulla mutabilitatis rubigine consumuntur. Vel designant sacram scripturam perpetuam, atque sonoram.

Sacra scriptura.

Perfusus dicitur Christus confusione,*ii* quando in passione sua cum iniquis reputatus.*Psal.*88.

Reputatus Christus cum iniquis.

Effundere dicitur Deus frameam,*kk* cùm grauiter castigat. *Psa.*34.Et etiam cùm multiplicat & roborat animas iustorum,vt pugnent contra dæmones & hæreticos. Effundet etiã Deus sanguinem prauorum in iudicio. *Sop.*1.*d.* quando id,*ll* quod vitale habere videbãtur, auferet ab eis.Effundit etiam Deus quasi ignem indignationem suam, quando grauiter castigat:abundantiam enim dicit hæc effusio. *Thre.*2.*b.* 4.*b. Ezech.*7.*b.*9.*d.*14.*e.*20.*b.*22.*e.*36.*d. Nahum.*1.*b Sopho.*3.*b.* Effundere dicitur Deus iram quasi aquam, quum ita *mm* castigat, vt emundet à peccatis. *Hose.*5.*c.*Effundunt angeli phialas iræ Dei,quum denunciant mundo iustam iram Dei. *Apocal.*16.*a.*

Grauis castigatio Dei.

Effundit Deus despectionem super principes, cùm *nn* post Domini passionem abiecti sunt principes Iudæorum. *Iob.*12.*d.*Effudit quoque Deus iram in Iudæos. *Psal.*68. *Isa.*42.*d.* Effusa est contentio super principes in seditionibus Hierusalem,quando *oo* destructa est:& etiam inter fideles principes mundi. *Psal.* 106.

Abiectio Iudæorum.

Effundens angelus phialam in Solem. *Apoc.*16.*b.*designauit *pp* persecutionis supplicia, viris sapientiæ splendore fulgentibus irroganda.

Persecutiones illustriũ virorum.

Superfundere oleum similæ, & thus. *Leuit.* 2.*a.b.* est *qq* addere cognitioni diuinorum orationem & eleemosynam: vt fecit Cornelius centurio. *Actor.* 10.*a.* Et fundere oleum in sartaginem, est imitari misericordiam Christi.

Addere virtutes. Cognitio diuinorum.

Fundit sanguinem super altare,*rr* qui omnem vincit concupiscentiam. Item qui perdit animam suam propter Christum, ponendo omnem animæ virtutem in corpore Domini, ad eius imitationem operando, & etiam, si opus sit,vitam pro Euangelio exponendo.Fundit etiam sanguinẽ in circuitu altaris,qui integra mẽte,& in orbem

Vincere concupiscẽtiam. Ponere animam pro Christo.

a *Au.s.ps.*81. b *Au.s.ps.*17. c *Hie.s. Eze.*13. d *Arn. s.psa.*102. e *Hil.s.Mat. Can.* 6. *Hie. s. Is.*14. 54. *Au.*2.*ser. do. in monte, & s.ps.*86. *Gre.*18.*mo.*20. *Bed.s. Pro.*3. f *Hie.s.Ie.*30 *& s.Za.*4.*& s.ps.*8.23.47. g *Au.s.ps.*77. 92.*Gre. s.ps.* 101. h *Hi.s.Io.*38. *Gre.* 30.*mo.* 8. 10. i *Ar.s.ps.*103 l *Hie. su. Amos.* 9. m *Rup. su. Amos.*9. n *Gr.*26.*moral.* 32. o *Hie.s.Is.*30 p *Hie. s. Isa.* 23. q *Hie.s. Hos.* 9. r *Glo. ord.su. Haba.* 1. *s Gl.in s.Ge.* 28. t *Cy.s.Ex.*4. u *Ar.s.ps.*21. x *Hie. s. Isa.* 32.44. *& s. Ma.*3. *Didimus de Spiri. sanct.* y *Hie.s.*39. *& s. Ioel.*2. z *Hie. s. Iob.* 29.*Gr.*19. *mora.*12.13. aa *Isy.s. Leu.* 14. bb *Ori.s.Luc. hom.*34.*Am. s.Lu.* 10. cc *Gr.*19.*m.* 12. dd *Is.s. Le.*4. 8.*Or.s.Le.ho.* 1. ee *Ru.* 1.*s. Le.* 5. ff *Ba.s ps.*44. *Hie.ad. Prin. & s. Eze.*9. gg *Ori.s.Ca. h.*1.*& s.Ma. ho.*35. *Amb. de Vir.* 3. *& 1. de Spiritu sancto.* 7. *Hie.su. Amos.* 5. *Ru.s.Amo.*5. hh *Gre.* 27. *m.*25. *Hie.s. Iob.* 37. ii *Ar.s ps.*88 kk *Aug.s.ps.* 34. ll *Hie.s. Sop.* 1.*& su.Eze.* 9.*& s. Ho.*5. mm *Rup. s. Ho.*5. *& 9.s. Apoc.*

nn *Gr.*11.*m.*10. oo *Am.s.ps.*106. pp *Gr.*34.*m.*7. qq *Isy.s.Leu.*2. rr *Ori.s.Leui.hom.* 1. *Isy.s. Leui.*1. *Phil.de Vitis*

Digitized by Google

choreas agitante, per omnem consiliorum, dictorum, factorumque species Deum colit. *Exod. 24. b. 29. c. Leuit. 1. c. 3. a. 7. a. 8. c. 9. b.*

Effundere cineres vaccæ in loco puríssimo. *Num. 19. b.* est *a* venerari passionẽ Christi, & resurrectionem. Et fundere preces super capro emissario. *Leuit. 16. b.* est *b* orare, vt per diuinitatem Christi nobis remittantur peccata. *2. Paral. 6. d.* Et effundit oleum in sartaginem, qui imitando passionem Christi, exercet opera misericordiæ. *Leuit. 2. b.*

Effundunt corda sua coram Deo, *c* qui deprecantur, confitentur, & sperant: nec retinent corda sua, intra corda sua sed melius retinent, effundendo, & expellendo à se peccatum, & omnia manifestando Deo: & effundendo orationem ex intimo cordis. Effundunt autem sicut aquam, ne quid remaneat. *Psa. 41. 61. 141. Thren. 2. f.* Effundit etiam sicut aquam cor, qui ex intimo affectu producit lachrymas compunctionis.

Effundit animam suam esurienti, *d* qui quantum potest proximo subuenit, non ex tristitia aut necessitate. *Isa. 58. c.*

Infundit imber & nix terram, *e* cùm verbum Dei infunditur in animam. *Isa. 55. c.* Et effundit Deus aquam mundam, cùm dat aquas verbi Dei, & doctrinæ. *Ezech. 36. Ecclesiastica. 11. b.* Et effundens Anna animam in conspectu Domini. *1. Reg. 1. c.* designat *f* prædicantem verbum Dei, ad vtilitatem audientium, & honorem Dei, non ad commoda temporalia. Effundit etiam Deus imbres instar gurgitum, cùm de Iudæa prædicantes Apostolos auferens, doctrina nouæ gratiæ mũdum rigauit. *Iob. 36. d.* Effundere etiam aquam super aridam, est effundere imbrem doctrinæ. *Exod. 4. b.* Hoc etiam est effundere hydriam in canalibus. *Gen. 24. c.*

Fundentes aquam super ligna, ad imperium Eliæ, sunt baptizantes authoritate Christi. *3. Regum. 18. f.* Et profundere sementem aqua, *g* est catechumenos baptizare. *Leuit. 11. f.* Effundit etiam Deus aquam mundam, cùm dat gratiam per baptismum. *Exod. 37. e.*

Funduntur latissimæ aquæ ex gelu. *Iob. 37. b.* quum infideles *h* populi veniunt ad fidem. Et cùm ex duris cordibus Iudæorum prodierunt egregij prædicatores.

Infundens mulier oleum in vasa vicinorum. *4. Reg. 4. a.* designat *i* prædicationem Ecclesiæ dilatatam, & multiplicatam inter gentes: cùm antea solùm maneret in lecytho. Effundit etiam oleum sponsa, quum quis *k* dona Spiritus sancti ad aliorum vtilitatem concessa communicat: sed prius eget septiformi infusione, nempe compunctione, deuotione, pœnitentiæ labore, pietatis opere, orationis studio, contemplationis ocio, & dilectionis plenitudine.

Fundens Gedeon ius carnium super hostiam. *Iudi. 6. d.* designat *l* eum, qui in conuersatione Christi, ipsas etiam à se carnales cogitationes exinaniuit. Quasi enim ius carne liquidum in petram funditur, quando mens à carnalium cogitationum fluxu vacuatur.

Effundere sanguinem, interdum est *m* confiteri peccata. *Leuit. 17. d.* Alioqui erit suffocatum, quod reprobatur, nec licebat illud comedere. *Deut. 12. d.*

Effusum in terra iecur Ieremiæ, grauitatem doloris ex destructione populi Dei significat. *Thre. 2. d.* Et effusa viscera Iob in terram. *Iob. 16. c.* designant *n* dispersionem discipulorum Christi, in passione: Vel designantur spirituales, qui ad terrena conuertuntur.

Effusus sicut aqua dicitur Ruben. *Gene. 49. a.* designans *o* Iudæos, qui sic peccauerunt in Christum, vt aqua, quæ magno impetu effunditur de vase. Vel dicitur propter impetum voluntatis: vel designatur timoris affectus, qui cùm crescit circa temporalia, effunditur sicut aqua, faciens vagari mentem per inutiles cogitationes. Designatur etiam peruersitas voluntatis.

Effundi cineres, interdũ *p* est cognoscere miseriam huius vitæ: & refrigerari feruorem peccatorum. *Leu. 1. d. 4. c.* quod fit in loco separato, hoc est, in hac vita.

Effundere aquam in conspectu Domini. *1. Reg. 7. b.* est *q* compungi pœnitendo, & de compunctionis fletu non quærere fauorem seculi: sed solùm diuinæ placationis fructum: nec rursus ad peccata redire.

Effundere oleum in caput, est *r* in mente ordinandi altam conuersationem inserere. *1. Reg. 16. b. 4. Reg. 9. b.*

Effundens Maria vnguentum in caput Iesu, est *s* adiungens bona opera verbo Dei: & tunc repletur domus odore bonæ opinionis. *Matth. 26. a.* Effundit etiam vnguentum super caput, & pedes Christi, qui prædicat eius diuinitatem & humanitatem, aut scribit.

Effusi gressus sunt, *s* cum quis ab ascensu virtutis redit retrorsum, vt vxor Loth: & peccantes in deserto. Item cum quis errat à vero. *Psal. 72.* Et effundi sanguinem, est incidere in errorem, aut veritatem euerti. Effundunt etiam sanguinem, *u* qui communem conuersationem polluunt, & alios scandalizant, aut in errorem inducunt. *Leu. 17. a. Deut. 22. b. Psal. 105. Matth. 23. d. Rom. 3. c. Gen. 9. a. Isa. 59. b. Iere. 7. a. 22. e. Ioel. 3. d. Ezech. 18. c. 33. f. 36. d. 4. Regum. 21. c.* Effundunt autem sanguinem prophetæ & sacerdotes, quando non prædicant, & docent, vt auertantur à malo, & sibi caueant. *Thren. 4. c.* Datur tamen fundens sanguinem nolens. *Num. 35. b.* Effundere autem sanguinem ad literam, est occidere.

Fundens aquam vasis immundi super cibum, designat *x* peccatorem baptizatum facientem alium peccare. *Leuit. 11. f.*

Fundens semen in terram. *Gen. 38. b.* designat eum, *y* qui non proficit in virtute: & eum, qui abscondit doctrinam inuidia posteritatis.

Effundit libamen Diis *z* hæreticus, suos defendens errores. *Isai. 57. b.* Et effundit vias suas alienis qui erroribus & vitiis vacat. *Iere. 3. c.* Ad idem refertur effundere fornicationem. *Ezech. 23. b.* Infusa quoque lepra in superficie vestimenti, est error in publicum prodiens. *Leu. 13. g.*

Fusilia scuta in suscipienda quidem sagittarum percussione dura & robusta sunt, sed casu fragilia, vt omne vas fusile. Ictu quidem ferientium minimè penetrantur: sed suo se lapsu per fragmenta dissoluunt. Ideo corpus Leuiathan, id est, *aa* omnes iniqui, quia per obstinationem duri sunt, & per vitam fragiles scutis, fusilibus comparantur. *Iob. 41. a.*

Diffusi equites Chaldæorum, sunt *bb* dæmones, dispersi & victi. *Nahum. 1. b.*

Funduntur vasa, cùm *cc* salubriter humiliati, & flamma diuinæ charitatis siue humanæ aduersitatis emolliti, viam patrum bene operando intramus. *3. Reg. 7. g. 2. Par. 4. d.*

Effundit Hierusalem æs suum, *dd* quum anima perdit dona & talenta sibi à Deo collata, consumens illa in vitiorum confusione. *Ezech. 16. d.*

Effusi cani super Ephraim, *ee* inueteratam malitiam designant. *Hose. 7. h.*

Fundens lachrymas sponsa Samsonis apud Samsonem. *Iudi. 14. c.* designare potest blandientem carnem, vt eius concupiscentiæ seruiatur.

Fundere vinum ad liba. *Numer. 15. a.* est *ff* addere feruorem sacrificiis, seu orationibus. Funduntur autem libamina per singula sabbata. *Num. 28.* Est etiam addere gratiam, & communicationem passionis Christi.

Fundere vina, in malum, est *gg* voluptates ministrare. *Eccles. 2. b.* In bonum verò, est communicatio doctrinæ & mysteriorum Christi.

Infusoria septem & suffusoria, designant *hh* septem dona Spiritus sancti. *Zach. 4. a.*

Fundere bases argenteas. *Exod. 26. d. 36. d.* vide Basis.

Fundere circulos aureos cortinarum tabernaculi. *Exod. 36. b.* vide Circulus.

Fundere statuas. *2. Paral. 26. b.* quære Statua.

Fusilia capitella columnarum. *3. Reg. 7. c.* vide Capitellum.

Fusile mare. *3. Reg. 7. d.* vide Mare.

Fusiles boues. *3. Reg. 7. e. 2. Par. 4. a.* vide Bos.

Fundus, quare Ager & profundum.

Fungi, Perfungi.

FVNGI, est officium aliquod exercere, minus obire, aut dignitatem habere.

a *Augu. q. in Num. 33.*
b *Isi. L. 2. 19. Basi. & Au. ps. 6.*
c *Hie. ps. 61. 141.*
d *Hie. Is. 58*
e *Hie. Is. 55 & Eze. 36.*
f *Gr. 1. Reg. 1. & 27. mo. 5. Am. ep. 44*
g *Glo. in. sup. Leui. 11.*
h *Hier. Iob. 27. Gr. 27. mo. 21.*
i *Au. ser. 206*
k *Ber. Can. ser. 18.*
l *Gr. 3. m. 22.*
m *Is. Le. 17 Bed. Can. 5.*
n *Gre. 11. moral. 10.*
o *Ricar. de S. Vi. de 12. patriar. 63. Bed. Ge. 49.*
p *Glo. int. su. Leui. 1.*
q *Lyra. 1. Reg. 7.*
r *Gr. 1. Re. 16.*
s *Ori. Ro. 2. Rup. 10. Matth.*
t *Ori. ps. 36. hom. 4. & Matth. hom. 19. 26. & Roma. 3.*
u *Arn. ps. 105. Isy. Le. 17. Hie. Ier. 7. & Ezec. 33.*
x *Is. Le. 11.*
y *Ori. Can. hom. 2.*
z *Hie. Is. 57 & Iere. 3.*
aa *Grego. 33. mor. 30.*
bb *Hie. Na. 1.*
cc *Glo. ord. 3. Reg. 7.*
dd *Hie. Ez. 16.*
ee *Hie. Ho. 7.*
ff *Glo. ord. Num. 15.*
gg *Glo. int. Eccle. 2.*
hh *Hie. Za. 4.*

Venerari passionem, & resurrectionem Christi.
Orare, Confiteri, & sperare.
Lachrimari.
Subuenire proximo.
Verbi Dei prædicatio.
Baptizantes authoritate Christi.
Conuersio infidelium.
Dilatatio prædicationis ad Gentes.
Cõsumere in se carnales delectationes.
Confiteri peccata.
Grauitas doloris.
Dispersio discipulorum in passione.
Vehemẽs peccatum Iudæorum.
Impetus voluptatis.
Cognoscere miseriam huius vitæ.
Compunctio propter Deũ.
Elecuamentũ ordinandi.
Addere bona opera verbo Dei.
Retrorsum abire.
Errare.
Scãdalizare.
Nõ corrigere.
Occidere.
Faciens peccare.
Abscondens doctrinam.
Vacare vitiis & erroribus.
Obstinati & fragilitate.
Victi dæmones.
Formari bonis operibus.
Perdere dona Dei.
Inueterata malitia.
Blandimenta carnis.
Addere feruorem orationibus.
Ministrare voluptates.
Doctrina Christi.
Dona Spiritus sancti.

Digitized by Google

Sacerdotium noua legis.

Fungens sacerdotio Aaron,& etiam filij eius, *a* functiones sacerdotum nouæ legis designant.*Exod.*28.*a.*29.*g.* 35.*b.*39.*e.Num.*3.*a.*1.*Par.*24.*a.Eccle.*45.*c.Ezech.*44.*d.Hose.*4.*b.Mach.*10.*d.Luc.*1.*a.*

Fungebatur Paulus legatione pro Christo,etiam in cathena.2.*Cor.*6.*d.Ephes.*6.*b.*

Fungens alius homo officio eius,qui mortuus est in bello.*Deut.*20.*b.*

Funis,Funiculus,Rudens,Restis.

Claritas Dei.

FVNIS,est restis ex cãnabe aut alia materia contorta,aut confecta ad aliquid ligandum,seu astringendum.Dicitur etiam chorda,& vinculum.Funiculus autem est paruus funis.

Funicula Adam.*Hose.*11.*b.*significare possunt *b* charitatem Dei erga homines per hoc quod factus est homo de stirpe Adæ, ideò dicuntur funiculi charitatis.

Vita præsens.

Funiculus Christi, quem Deus dicitur inuestigaste.*Psal.*138.designare potest *c* cursum destinatum, ac determinatum vitæ eius. Potest etiam significare generaliter *d* cursum vitæ præsentis singulorum : quæ & funis argenteus dicitur.*Eccl.*12.

Vita æterna.

Funiculi Sion,qui non rumpentur,*e* designant firmamenta æternæ fœlicitatis. *Isa.*33.*d.* Hi funes in præclaris cadunt, dum per humilitatem vitæ fortes non patriæ melioris excipiunt.*Psalm.*15.

Verba Prophetarii & prædicatorum.

Funiculi tabernaculi , designare possunt *f* verba Prophetarum, quibus tabernaculum firmabatur. *Exod.*2.35.*b.* 39.*g. Num.*3.*c.* Et funiculi dilatandi,sunt multiplices sermones prædicatoris cum fide.*Isa.*54.*a.*Funiculi matis, sunt etiam verba legis & prophetarum.*Soph.*2.*a.*

Fides.

Possunt etiam designare funiculi *g* fidem Trinitatis firmantem Ecclesiam,quæ fides dicitur funiculus triplex qui difficile rumpitur.*Ecc.*4.*c.*Et funes,quibus extractus est Ieremias de lacu,designare possunt fidem vetbi Dei. *Iere.*38.*d.*hoc fune ligauit Deus linguam Leuiathan.*Iob.*40.*d.*

Scribæ & Pharisæi.

Funiculi quoque tabernaculi,qui laxati sunt,fuerunt *h* Scribæ & Pharisæi, qui suis traditionibus præcipua legis dissoluebant. *Isaiæ* 33.*d.* Et muri Hierusalem tam facilè destructi sunt , ac si essent funiculi tabernaculi. *Ierem.*10.*e.*

Muri Hierusalem.

Funiculus coccineus,quem appẽdit Rahab ad fenestram domus suæ, typus est *i* memoriæ de passione Christi habendæ.*Iosu.*2.*d.*

Memoria passionis Christi.

Funes,quibus vruntur,qui terminos metiuntur agrorum,limitesque distingunt , & possessionum spatia disterminant,qui tenduntur,quantum possessio cuiusque diffunditur:significare solent *k* hæreditatem:vt funes cecidêrunt in præclaris Dauid.*Psal.*15.77.104.Et possunt dici funes Christi cecidisse in præclaris:hoc est, in Patriarchis,Prophetis,Apostolis,&c.Et funiculus dicta virga apud *Zachariam* 11.*c.*designat populum Israël qui erat funiculus hæreditatis Dei.Vel designat fœdus initum a Deo cum populo Israël.*Deut.*32.*b.Mich.*2.*b.*

Mensura.

Funes paupertatis dicuntur *l* in hac vita , vbi supernæ hæreditatis diuitiæ solùm in spe habentur.*Iob.*36.*a.*

Limes.

Resticula triginta cubitorum cingens mare æneum.3.*Reg.*7.*d.*designat *m* disciplinam præceptorum cœlestium qua à nostris voluptatibus religamur,& reprimimur.Funiculi etiam,quos mẽsus est Dauid ad occidendum, & ad viuificandum.1.*Reg.*8.*a.*diuina præcepta significare possunt,quibus seruatis viuificamur,negleẽtis verò perimus. Funes etiam quibus extractus est Ieremias de lacu.*Ierem.*38.*d.*sunt præcepta dominica,quæ quia nos in mala operatione positos & conuincunt & eripiunt,quasi ligant & trahunt , coarctant & leuant. Et fune alligatur redemptori,qui dum vehementiori tentatione turbatur , proponit sibi honestatis intuitum , memoriam promissionis, & hoc interim se fune retinet,ne propositum penitus abrumpatur.

Hæreditas.

Sors.

Miseria huius vitæ.

Præcepta.

Funiculus quem tetendit Dominus super Sion,est traditio Hierusalem in manus hostium. *Tren.*2.*c.* Sic terra Amasiæ funiculo *n* erat metienda,*Amos.*7.*d.*Et funiculus Samariæ,quem extendit Dominus super Iudam,designat similem punitionem inferendam super Iudam,qualis fuit super Samariam.4.*Reg.*21.*c.*Funiculi etiam, ex quibus fecit Christus flagella,typus sunt diuinæ punitionis.*Ioan.*2.*c.*

Punitio diuina.

Funiculi in capitibus eorum,qui victi fuerant,*o* humiliationis & subiectionis symbolum esse videbantur.3.*Re.* 20.*e.Isai.*3.*d.*

Abiectio.

Funiculus lineus in manu viri,qui apparuit Ezechiel ad metiendum. *Ezech.*40.*a.*47.*a.* designat *p* subtiliorem prædicationem Christi,qui non solum opera ordinauit,sed etiam cogitationes.

Prædicatio Christi.

Funiculus matis.*Sopho.*2.*a.*incõstantiam *q* malorũ,& fluctuationem designat.Designat etiam *r* viciniam baptismi,in qua habitabant Iudæi.

Inconstantia.

Vicinia baptismi.

Funes peccatorum,sunt *s* impedimenta inimicorum,siue spiritualium , sicut diaboli , & angelorum eius , siue carnalium : in quibus ceu filijs infidelitatis diabolus operatur.*Psal.*118.139.Funes etiam dicuntur suggestiones dæmonum,& etiam,callidæ interrogationes Iudæorum ad Christum.Item peccata , *t* quæ dicuntur funiculi vanitatis,quia sunt vana quidem,sed ligantia. Vitula enim indomita plus se iactat & excutit, cum tenetur , nec acquiescit imperio,nec astringitur vinculo:sed magis quum loro retrahitur,exasperatur.Itaque nec coacta se subiicit,nec tamen libera est à vinculis.Sicut ergo trahit vitula lorum iugi,quo & si non tenetur à proximo , tenetur tamen,nec se explicat & absoluit:Ita trahit vnusquisque peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat se liberum, quia non est iugo subditus subiectusque iudicio:& nescit,quod non sit exutus , sed magis vt illa vitula, ipse se implicat suorum nexibus peccatorum. Et quia funis *u* addendo torquetur , vt crescat peccatum in fune figuratur:quod peruerso corde sæpe cùm defenditur,multiplicatur.*Iud.*15.*c.*16.2.*b.Re.*17.*c.*22.*a.Iob.*12.*c.*40.*d.Pro.* 5.*d. Isa.*3.*d.*5.*d.Ier.*38.*b.Eze.*27.*e.*

Impedimenta virtutum.

Suggestiones.

Peccata.

Funes,quibus intexuit lectum meretrix,designant *x* voluptatem peccato adiunctam : cuius gratia mali audent peccare.*Prou.*7.*c.Ester.*1.*a.*Et captiones hæreticorum sub blandimentis.

Voluptas.

Funiculi in fimbrij,vestium.*Deut.*22.*b.*vide *Fimbria.*

Funus,Funebris,Exequiæ.

FVNVS dicit pompam,quæ fit in exequiis mortuorum:funebris verò est res ad funus pertinens.

Cessatio veteris legis.

Funus Saræ *y* cessationem veteris legis significare potest.*Gen.*23.*a.*

Carnales affectus.

Funus patris & matris,super quo non debet contaminari Nazaræus.*Num.*6.*b.*carnales affectus *z* designat, quibus non debet contaminari consecratus Deo.

Dolor deinfidelitate Iudæorum.

Funebris res,in qua non debet expendi,quod sanctificatum est Domino.*Deut.*26.*c.*Est dolor *aa* de infidelitate Iudæorum,propter quem non debebat prætermitti prædicatio gentium.

Spes resurrectionis.

Exequiæ factæ bonis,*bb* ad spem resurrectionis referri possunt.*Genes.*50.*b.*2.*Reg.*2.*f.*2.*Par.*32.*g.* Exequiæ verò non factæ regi Ioram.2.*Par.*21.*d.*designãt non esse spem resurrectionis malis,qui ad mortem æternam recipient corpora.

Fur,Latro,Furari,Furtiuus,Furtim.

Diabolus.

FVR à ferendo,seu ab auferendo dictus,aut à furuo,hoc est,nigro:significat eũ,qui occultè & plerumque nocte rem alienam capit.Latro autem significat eum,qui vias obsidet,& viatores per vim vita aut pecunia spoliat.Hæc quantum ad allegoriam parum inter se differunt.

Hæreticus.

Fur dici potest *cc* diabolus,qui gratiam & virtutes à nobis auferre conatur.Et latrunculi Moab sunt dæmones 4.*Reg.*13.*d.*Fur etiam est *dd* hæreticus,qui nos nititur fide spoliare.*Exo.*20.*b.*21.*b.Psal.*49.*Isa.*1.*f.Ier.*2.*g.*48.*d.*49. *b.Hose.*7.*a.Ioel.*2.*b.Abdi.b.Zach.*5.*a.Matth.*6.*c.*14.*d. Luc.*12.*c.Ioan.* 10. *a.* Et dicitur hæreticus per noctem quasi fur, quia in nocte deiectionis suæ adhuc consilia peruersitatis præbet occultè, metuens ne deprehendatur. *Iob.* 24. *c.* Furari autem bouem,vel ouem,est simplicem peruertere.*Exod.*32.*a.*Furatur Iudæus,qui prædicat non furandum, quum negat aductum Christi,& eius præsentiam in vniuerso mundo.Et qui negat fidem Christi.Et furantur hæretici verum scripturarum intellectum. *Rom.*2.*c.* Et latro in solitudine dicitur hæreticus,aut diabolus,qui doctorum auxilio destitutos in errores pertrahere nituntur.*Iere.*3.*a.Iob.*19.*b.*27.*b.Hos.*6.*d.Mich.*5.*a.*Fur etiam , cuius socij fuerunt Iudæi , est Iudas.*Isai.*1.*f.Hose.*7.*a.Ioan.*12.*a* Et latrones,in quos incidit homo descendens ab Hierusalem in Hierico, sunt Iudæi,vel etiam dæmones,aut hæretici.*Luc.*10.*c.*Latrunculus.*Hos.*7.*a.* est cœtus pharisaicus: & latrones sacerdotes,Pharisæi:qui nocte,id est,in ignorantia furati sunt fidem populi.*Abdi.b.Zach.*5.*a.*

Iudas.

a *Glos.ord.su. Exod.* 28.
b *Glos. int. s. Hose.* 11.
c *Hil.s.psa.* 138.
d *Hie.s. Eccl.* 12.
e *Gregor.*13. *mor.* 12.
f *Ori.s.Exod. hom.*9. *Ru.s. Soph.*2. *Ambr.* 2. *de Spiritus S.*11.
g *Grego.* 33. *mor.* 12. 13.
h *Hie.s. Iere.* 10.
i *Ori. s. Iosu. hom.* 3. *Hie. ad Nepotianum.*
k *Amb.s.psa.* 118.*ser.*8. *Hie.s.Isa.*54. *& s.Zac.*11. *& s. psal.*15,
l *Gregor.* 26. *mor.*27.
m *Gr.*25.*mo.* 8.*Ber. ser. de tripli. vincul.*
n *Hie.s. Am,* 7.
o *Lyr.s. Is.*3.
p *Gre.s. Eze. hom.*13.
q *Hie.s.So.*2.
r *Ru.s.Sop.*2.
s *Aug. s.psa.* 118. *con.*16. *& s.psa.*139. *Hi.s. ps.*139.
t *Am.s. psal.* 118. *serm. Hie.s.Is.*3.5. *Gr.*11.*mo.*9. *&* 33.*m.*12.
u *Aug.s.psa.* 57.130.
x *Glos. int. s. Ezech.* 27. *Am. de Cain* 4.*Bed.s. Pro.* 7.
y *Rup.s.Gen.* 35.
z *Glo.ord.su. Num.* 6.
aa *Rup.*2.*s. Deut.*3.
bb *Glo. int.s.* 2.*Par.* 21.
cc *Ter. adue. Mar.*4.
dd *Or.s.Cùm ieiunatis & s.Matth. cap.* 13.*& s.Luc. hom.*34. *Am.s.Lu.*10. *Gr.*14.*m.*20 *&* 16.*m.*28. *Hie. s. Abdi. Aug.s. Ioan. tract.*44. *Cyri.*7.*s.Ioa.* 1. *Ber. se.* 1. *de aduer. Hie.s. Isa.* 1. *Rup.s.Hos.*7. *Chrys.adu. Iudæos ho.* 5. *Rup. s. Abdi. & s. Zach.*5.

Digitized by Google

Fur dicitur,*a* qui plus sibi authoritatis tribuit quàm Deo : & qui sibi tribuit quod Deo debetur. Item qui sibi vsurpat curam animarum : vnde non intrat per ostium. *Ioan.*10.*a.*

Asscribens sibi diuina.

Latrones congregati ad Iephte. *Iud.*11.*a.* designare possunt peccatores *b* quos venit Christus vocare. Vel designãt eos,qui cum Christo crucifixi sunt,quia cum iniquis reputatus est.Latrones autem duo cum Christo crucifixi *c* fidelium & infidelium vniuersitatem designare possunt,& boni ponuntur à dextris , mali autem à sinistris. *Matth.*27.*e.Marc.*15.*c.Luc.*23.*e.* Vel designant duos populos, quos coniunxit Christus in redemptione. Vel bonus designat gentiles,malus Iudæos infideles.Latro etiam bonus, dici potest Adam aut genus humanum. Si enim is, qui alijs interficiendo mortem,intulerat,latronis accepit nomen:quanto magis qui ipsam mortem,quæ non erat, peccando inuenit,latronis non immeritò crimen incurrit.

Peccatores.

Latro,quem induxit Deus super Iudæos,fuit *d* exercitus Chaldæorum,aut potius Romanorum.*Ierem.*18.*d.*

Exercitus in Iudæos.

Furari Deos Laban,*e* est auferre auaritiam.Sic furata fuerat Rachel idola patris sui,quæ operuit per pœnitentiam.*Gen.*31.*e.*Potest etiam designare *f* auaritiam Ecclesiasticorum fraudantium bona Ecclesiæ,vel manus impotentium pro pecunia.

Auferre auaritiam.

Furari scyphum Ioseph,*g* erat retinere Paulum in Iudaismo.*Gen.*44.*b.*

Retẽsio Pauli in Iudaismo.

Furtum Achan de anathemate Hierico , designare potest *h* introductionem errorum gentilium in Ecclesiam. *Iosu.*7.*b.*

Inducere errores in Ecclesiam.

Furatur verba Dei,*i* qui bonum,quod dicendo prædicat,operando non sequitur.*Iere.*23.*f.* Furantur etiam hæretici verba Dei,cum sacra scriptura abutuntur,ad suos confirmandos errores.

Prædicatur malè operãs. Hæreticus abutens scriptura.

Fures dici possunt *k* gentiles qui furati sunt à Iudæis negligentibus benedictionem : vt Iacob. *Abdi.b.* Furati sunt autem sufficientia sibi,id est,quæ illis sufficiunt ad salutem,non autem alios ritus legis.

Gentiles.

Latronum spelunca dicuntur *l* furta,cædes,& reliqua vitia,in quibus mali conuersantur.*Ierem.*7.*b.Matt.*21.*b. Marc.*11.*c.*

Vita latronum.

Furtiuę dici possunt dogmata hæreticorũ.*Pro.*9.*d.*Et quasi furtiuè suscipit auris aquę hæreticorũ venas susurri verbi absconditi.*Iob.*4.*b.* quia *m* socialis scientiæ gratiam deserentes , ad hanc nequaquam per ostium ingrediuntur Domino attestante,qui ait,Qui non intrat per ostium in ouile ouium,sed ascendit aliunde,ille fur est & latro.Venas itaque diuini susurri furtiuè suscipit,quid ad præcipiendam virtutis eius notitiam, desertor publicæ prædicationis ostio, prauæ intelligentiæ rimas quærit.

Dogmata hæreticorum.

Rapinæ peccatorum consecrantur Domino,*n* cùm ipsi conuertuntur ad Dominum.*Mich.*4.*d.*

Conuersio peccatorum.

Furtum facere dicitur , *o* qui quod potest facere bonum non facit.*Exod.*21.*b.*

Non faciens bonum quod potest.

Furtim haurientes aquam filij Israël è fontibus, quos obsidebat Holophernes.*Iudi.*7.*b.*sunt *p* è sacra scriptura, & ex Philosophis,contra principum decreta doctrinam haurientes.

Doctrina furtim accepta.

Fur pro morte.*Matth.*24.*c.*qua hora fur venturus esset.

Mors.

Latrunculi de Syria captiuantes puellam Israël,sunt *q* Philosophi veritates sacræ scripturæ furantes.4.*Re.*5.*a.*

Philosophi.

Furere,Furor,vide Ira.

Fuscina,Fuscinula.

FVSCINA,est telum tridens,siue trisulcum,aut etiam bisulcum ,quo piscatores figunt pisces in aqua natantes. Fuscinula autem sumitur pro instrumento,quo carnes ab olla,aut cacabo extrahuntur.

Fuscinulæ in ministerio templi & sacrificiorum,*r* prædicatores designare possunt educentes doctrinæ cibos de sacræ scripturæ caldarijs.*Exo.*27.*a.*38.*a.Num.*4.*c.*3.*Reg.*7.*g.*1.*Par.*28.*d.*

Prædicatores.

Fuscinula,qua filij Eli sacerdotes carnes sacrificantium vi extrahebant,designare potest *s* gulam:& rapacitatem sacerdotum:& etiam Iudæorum persecutionem in Christianos.1.*Reg.*2.*c.*

Gulæ, & rapacitas sacerdotum.

Fuscus,vide Caligo.

Fusilis,quare Baculus.

Fusus.

FVSVS,est instrumentum,quod mulieres nendo digitis voluunt,in eoque filum complicant.

Fusus.2.*Reg.*3.*f.*ponitur pro *t* baculo sustentantis se,cùm dicitur:Non deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens,& leprosus,& tenens fusum,& cadens gladio , & indigens pane.Potest autem significare instabilitatem hæresis & mundanæ voluptatis.

Instabilitas hæresis.

Fusus,quem apprehenderunt digiti mulieris fortis.*Pro.*31.*c.*designat *u* opera ad cælestem gloriam directa,quia fusus in dextera tenetur.

Opera bona.

Futurum.

FVTVRVM dicitur,quod non est,sed erit.

Futurum seculum dicit, vel *x* tempus post natiuitatem Christi , vel statum futurum post iudicium. Ad idem referri possunt futuræ retrò generationes.*Exo.*16.*g.Isai.*9.*b.Eccl.*9.*a.Eccl.*24.*b.Mat.*12.*c.Mar.*10.*c. Luc.*18.*c. Ephes.* 1.*d.*1.*Tim.*6.*d.Hebr.*2.*b.*9.*d.*10.*a.*13.*c.Actor.*24.*d.*

Tempus post ortũ Christi. Tempus post iudicium.

Gabaa,Gabaon,Gabaonitæ.

GABAA,id est,collis,aut calix,siue sublimis:Ciuitas metropolis tribus Beniamin,quã destruxerunt filij Israël, propter stuprum vxoris Leuitæ.*Iu.*18.19.Inde erat Saul,qui institutus est Rex Israel. Gabaon autem,id est,collis,vel calix,aut deorsum,vel eleuatio iniquitatis, fuit metropolis Heuæorum,quæ est in sorte tribus Beniamin:& fuit adscripta filijs Aaron quæ creditur esse eadem quæ Gabaa.*Ios.*8.*d.Ie.*28.*a.* Gabaonitæ autẽ venerunt ad filios Israël ingressos in terrã promissionis,ad conficiendum fœdus cum eis,quasi de longè venientes,ne ab eis delerentur,Cæterum, *Ios.* 21.*b.*videntur poni duæ ciuitates diuersæ Gabaon,& & Gabaa in tribu Beniamin.

Venientes ficte ad fidem.

Gabaonitæ venientes ad filios Israël designare possunt *y* eos , qui veniunt ad fidem, sed non penitus deponunt veterem hominem.*Iosu.*9.*a.*

Impugnatio recentium in fide.

Gabaonitæ fœderati filiis Israël,impugnantur à regibus,quibus prius erant amici.*Iosu.*10.*a.*quia *z* conuersi ad fidem impugnantur à dæmonibus & mundanis.Omnes enim, qui piè volũt viuere in Christo Iesu,persecutionẽ patiuntur:vnde admonentur,vt præparent animam suam ad tentationem.Verùm vincuntur hostes eorum, stante Sole,hoc est,Christo illis fauente.*Isaiæ* 28.*f.*

Charitas.

Gabaa potest esse typus charitatis,*aa* secundum quod in eam introducta est arca fœderis.1.*Reg.*7.*a.* Hæc enim excellentior via,quam demonstrat Paulus.1.*Cor.*12.Designat etiam sublimem conuersationem prædicatorum, & eorum,qui dicere possunt:Cõuersatio nostra in cœlis est.Ideo in ea morabatur Saul,qui typus est prædicatorũ.1. *Reg.*10.*d.*11.*a.*13.*a.*14.*a.*

Antiqui patres.

Vt autem translata est arca de Gabaa in Hierusalem,designat *bb* Gabaa patres veteris testamenti:vnde transiit Ecclesia ad nouum testamentum.2.*Reg.*6.*a.*

Contemplationis & operum sublimitas.

Gabaa Beniamin,hoc est,*cc* collis filij dexterę,designare potest contemplationem Christi:& etiam sublimitatẽ operum,& contemplationis generaliter.1.*Reg.*13.*a.*14.*a.*

Superbia hæreticorum.

Gabaa,vt interpretatur collis,designare potest *dd* duram & inflexibilem superbiam hæreticorum.*Hose.*5.*c.*

Gabatha.

Gabatha,id est,eminens,vel excelsum:Græcè dicitur λιθόστρωτος hoc est, lapidibus stratus:erat locus eminens in domo Pilati,vbi sedit pro tribunali ad iudicandum Christum.*Ioan.*19.*c.*

Gentes.

Gabelus.

Gabelus,id est,terminus,vel limes,aut confinium:cognatus Tobiæ,cui mutuauit Tobias argentum.*Tob.*1.*c.*4.*b.*

a *Phil.*2.*alle. Cle. Ale.*6. *strom. Aug. s. Ioan. tract.*44. *Cyril.*7.*s. Ioan.*10.

b *Aug. q. in in Iudi.*49. *& ser.*122.

c *Hil.s.Matt. cap.*33. *Hie. s. Matt.* 27. *Cyri.*12. *s.Ioan.* 28.

d *Glos. int. s. Ierem.*18.

e *Glos. ord.s. Gen.*31.

f *Rup.* 7.*s. Gen.* 46.

g *Lyra. s. Gen.*44.

h *Ori.s. Iosu. hom.*7.

i *Gr.s.*1.*Re.*7. *Hie.s Ier.*23.

k *Ru.s. Abdi.*

l *Hie.s.Ier.*7.

m *Gregor.* 5. *mor.* 18.

n *Glos. ord.s. Mich.*4.

o *Bed.s.Exo.* 20.

p *Glos. ord.s. Iudit.* 7.

q *Rup.* 5.*s. Reg.*29.

r *Glos. ord. s. Exod.*27.

s *Greg.s.*1. *Reg.* 2.

t *Glos. int. s.* 2.*Reg.*3.

u *Bed.s. Pro.* 31.

x *Hie.s.Isa.*9

y *Ori.s. Iosu. hom.* 10.

z *Ori.s. Iosu. hom.*11.

aa *Greg. s.*1. *Reg.*10.

bb *Glo. ord.s.* 2. *Reg.*6.

cc *Gr.s.*1.*Re.* 14.

dd *Glo. ord.s. Hose.*5.

Digitized by Google

12.a. Typus est a gentium, quæ acceperunt verbum Dei à Christo.

Gabriel.

Gabriel, id est, vir Deus, vel Dei, aut fortitudo Dei, vel fortis Deus meus: est angelus, qui declarabat visiones Danieli. *Dan.* 8.*c.* 9. Idem annunciauit virgini Mariæ incarnationem filij Dei. Et Zachariæ conceptionem Ioannis Baptistæ. *Luc.* 1.*b.c.*

Gad.

Christus. Homo castus. Merita. Temperantia.

GAD, id est, fœlix, vel accinctus, filius septimus Iacob, sed primogenitus Zelphæ, ancillæ Liæ.

Gad, vt interpretatur fœlix, & accinctus, designare potest *b* Christū, qui pugnauit, & vicit in passione: & etiam hominem castum præliantem contra vitia carnis. *Gen.* 30.*b.* 49.*c.*

Gad, vt est filius Zelphæ, hoc est, *c* delectationis in rebus pertractandis, & interpretatur succinctus, designat cumulum meritorum, quibus meritis ditata Lia, hoc est, vita actiua, quodammodo se beatam existimat. Vel designat *d* temperantiam in prosperis, quæ nascitur ex sensualitate edomata. *Gen.* 30.*b.*

Populus Iudaicus. Scribæ, & Pharisæi. Iudæi. Martyres.

Gad, vt fuit primogenitus ancillæ, & accepit hæreditatem trans Iordanem per Mosen, designare potest *e* populum Iudaicum, qui non accepit baptismum, vt acciperet hæreditatem intra Ecclesiam, sed solum sibi terrena parauit. *Num.* 32.*a. Iosu.* 13.*c.* 18.*a.* 22.*a.*

Vt etiam præliabatur accinctus coram fratribus suis, designare potest *f* Scribas & Pharisæos tentantes Christum, & persequentes. *Gen.* 49.*c.* Vel ipsos Iudæos ferentes scripturas, quibus fides Christiana defenditur. Vel Martyres præliantes.

Gadgad.

Gadgad, id est, fœlicitatis, vel accinctus exercitus, vel iuxta Origenem, *g* Galgad, hoc est, tentamentum: est mons in solitudine Pharan, & vicesima nona mansio filiorum Israël in deserto, quo peruenerunt post Beneiaacan: vt designetur semper virtutibus permixtas esse tentationes, vt ambulantes perficiantur. *Num.* 33.*d.* Vel iuxta Hieronymum, *h* interpretatur nuncius, siue expeditio, vel accinctio, vel concisio: vt designet nos, qui fecimus filios necessitatis in Beneiaacan: debere malos magistros tollere, & discipulis stimulos addere, vt ad cursum sint accincti.

Galaad.

Tentationes mixta virtutibus. Hortatio discipulorum. Mundus. Martyres.

GALAAD, siue Gilead, id est, acceruus *i* testimonij, seu collis testimonij, vel incolatus testimonij, vel transmigratio testimonij: Montes sunt trans Iordanem à Libano sumentes initium: Vnde *Ieremia.* 22.*b.* Galaad dicitur caput Libani. Ibi sunt dimidiæ tribus Manassæ & Gad, vsque ad tribum Ruben, quæ diuiduntur per ipsos montes & reliqua Arabia: sunt pascuosi & odoriferi, & arboribus aromaticis abundantes. Sumpsit nomen prouincia ex hoc, quod ibi Iacob & Laban pepigerunt fœdus: & facto lapidum cumulo, Iacob appellauit Galaad, hoc est, acceruum testimonij. Dicta est postea Gerasenorum regio, seu Gadarenorū, à ciuitate Gerasi iuxta lacum, qui dicitur Genesareth, qui est lacus Tiberiadis. Est hæc prouincia Orientalis terræ promissionis.

Ecclesia. Sacra Scriptura.

Galaad, vt interpretatur incolatus testimonij, significare potest *k* hunc mundum: vbi est peregrinatio: quia peregrini sumus super terram, & per fidem ambulamus. *Gen.* 37.*a. Psal.* 59. 107.

Designat etiam *l* Martyres, qui dicuntur testes esse Dei: Ideò & Galaad dicitur esse Dei. *Ps.* 59. *Cant.* 4.*a.*

Recessus à mundanis affectibus. Templum, & synagoga. Iudæi.

Potest etiam designare, *m* Ecclesiam ex gentibus, in quam translatum est testimonium synagogæ: & ipsa seruit per confessionem testimonio veritatis: & in ea inueniuntur odores grati Deo. Et resina in Galaad, designat *n* pœnitentiam in Ecclesia. *Gen.* 31.*c.* 37.*a. Cant.* 4.*a. Ierem.* 8.*g.* 22.*b.* 46.*c. Amos* 1.*d. Mich.* 7.*c. Zach.* 10.*d.* Galaadites Berzellai. *Reg.* 2. 19.*e.* potest significare principes fideles in Ecclesia. Item Galaad, filius Manassæ. *Num.* 26.*d.* In Galaad erant pascua vberrima, vnde potest sacram scripturam significare.

Haretici.

Galaad, vt interpretatur migratio testimonij, quo peruenit Iacob fugiens Laban, designare potest *o* recessum à prauis & mundanis affectibus, qui migratio approbatur à Deo. *Gen.* 32.*g.*

Sapientia. Aer.

Galaad potest *p* templū & synagogam designare, vbi debebant sacerdotes resinam orationis habere, vt prouocarent populum ad pœnitentiam. *Iere.* 8.*g.* Eius cedros succidit Deus, hoc est, principes & sacerdotes. *Iere.* 22.*b.* 50.*c. Hose.* 6.*c.* 12.*c. Mich.* 7.*d. Abd.* 1.*g.*

Galaad, iuxta Augustinum, *q* interpretatur eiectio & reuelatio, significans Iudæos, qui eiecerunt Christum, vt fratres Iephte eiecerunt ipsum Iephte. *Iud.* 11.*a.* Quibus tamen in fine mundi Christus reuelabitur. Et vt Iephte circuibat Galaad, id est, abijcientes, ita debent, qui proficiunt præterire abijcientes. Vt autem Galaad dicit reuelationem, seu speculam, quæ est altitudo ad prospiciendum, vel despiciendum, designat superbiam reuelationis, quam præteribat Paulus. 2. *Cor.* 12. dicens, Ne magnitudo reuelationum extollat me, &c.

Iudicium Christi. Diuinitas. Spes.

Galaad etiam designat *r* hæreticos, qui transferunt testimonia scripturarum in peruersum sensum, & eos, qui per hæreticos ab Ecclesia translati sunt, & separati. *Hos.* 6.*d. Amos* 1.*a.*

Galbanum.

Defensio vitiorum. Onera legis.

Galbanum, *s* succus quidam, aut gutta resinæ modo è ferula colligitur in monte Amano Syriæ: est odoriferum, multis medicamentis aptum, aduersatur venenis, & combustum nidoris vehementia noxios serpentes & etiam culices fugat. Hebraicè dicitur Chelbana, quod aliqui dicunt esse mastichen.

Galbanum ponebatur in compositione thimiamatis, quod incendebatur Deo, & designat sapientiam, *t* quæ comparatur galbano in odore spirituali, quæ fugat serpentes, hoc est dæmones, & culices, hoc est, sophistas. *Exod.* 30.*d. Eccl.* 24.*b.*

Galbanum, vt est suauiter redolens, *u* aërem designare potest. per quem sparguntur odores.

Galea, Cassis.

Ordo coniugatorum. Sacra Scriptura. Perfecta obedientia. Docti sed mali. Idololatria. Hæreses. Status circuncisionis.

Galea, est instrumentum ferreum, caput muniens aduersus ictus, & galeatus est galea munitus.

Galea Christi dicitur eius iudicium certum. *Sap.* 5.*d.* Et galea salutis in capite eius, dici potest diuinitas, à qua manat salus in omnia eius membra. *Isa.* 59.*d.*

In capite fidelium galea salutis dicitur *x* spes, qua firmatur animus ad cœlestia speranda. *Ephes.* 6.*c.* 1. *Thess.* 5.*a. Par.* 26.*c.*

Galea ærea super caput Goliath, est *y* galea perditionis in malis, hoc est, defensio vitiorum, vt pereant. 1. *Reg.* 17.*b. Iere.* 46.*a. Ezech.* 23.*d.* 27. 28.*b.* 1. *Mach.* 6.*d.* 2. *Mach.* 5.*a.*

Galea Saulis, quam deposuit Dauid, sacramenta legis onerantia designat, quæ deposita sunt aduenientе Christo. 1. *Reg.* 17.*e.*

Galgala.

GALGALA, siue Gilgal, id est, rota, siue volutabrum, vel ablatio seu aceruus acerui, vel reuolutio acerui. Locus est contra orientem Hierico antiquæ: quem Iudæi mox traiecto Iordane occupauerunt, ibique castrametantes aliquandiu morati sunt: & à Iosue circuncisi quia nati in deserto circuncisi non fuerant. Vnde & loco nomen dederunt ex facto.

Galgala designare potest ordinem coniugatorum, qui in rebus seculi voluuntur, vel ut in rota, & in eis debet fieri circuncisio, vt reprimantur concupiscentiæ. *Iosu.* 5.*c.* Et hunc locum circuibat Samuel, quia prædicator debet salutis coniugatorum curam gerere. Et in Galgalis concidit Samuel Aggag regem Amalec, hoc est, prauas *z* concupiscentias, quæ per meditationem sacræ scripturæ reprimitur. 1. *Reg.* 7.*d.*

Galgala designat etiam sacram scripturam, quam debet prædicator frequentare. Sicut Samuel circuibat Galaad. 1. *Reg.* 7.*d.*

Cùm autem rota vna parte depressa altera eleuetur: designare potest *aa* Galgala perfectam obedientiam, ad quam iubebat Samuel, vt descenderet Saul 1. *Reg.* 10.*b.* 11.*d.* Omnis enim, qui se humiliat exaltabitur.

Galgala designat etiam doctos in sacra scriptura, sed malos, 1. *Reg.* 15.*e.*

Galgala, videtur sumi pro *bb* idololatria, aut hæresibus, cùm dicitur. *Hose.* 4.*d.* Nolite ingredi Galgala, vbi peccata, & immunditiæ reuelabantur: quia populus ibi fuit circuncisus. Et omnis malitia eorum dicitur esse in Galgalis. *Hos.* 9.*d.* 12.*c.* Potest etiam significare *cc* statum circuncisionis: & ingrediuntur in Galgala, qui circun-

ciduntur.

a *Glos. ord. s. Tob.* 1.

b *Beda s. Genes.* 46.
c *Geor. Venet. Cant.* 2. *tom.* 7. *cap.* 6.
d *Ricar. de S. Vict. de* 12. *patriar.* 25.
e *Ori. s. Num. hom.* 26. *& s. Iosu. ho.* 3. 26.
f *Am. de ben. par.* 8. *Rup.* 9. *s. Gene.* 33.
g *Ori. s. Num. hom.* 27.
h *Hieron. de mansioni.*

i *Hie. s. Ierem.* 22. *& s. Exe.* 47. *& s. Abd.*

k *Hil.* 3. *psal.* 59. *Amb. de Ioseph.* 3. *Au. s. ps.* 59.
l *Gre. s. Cant.* 4.
m *Amb. s. ps.* 118. *serm.* 16. *Hie. s. Iere.* 8. 22. *& s. Mic.* 7.
n *Gre.* 3. *past. adm.* 25. *Be. s. Gen.* 31. *Rup. s. Mic.* 7.
o *Phil.* 1. *alle.*
p *Hie. s. Iere.* 8. 20.
q *Aug. q. in Iudi.* 49.
r *Hi. s. Hos.* 6. *& s. Amos* 1.
s *Plin.* 12. *natu. hist.* 25. *&* 19. *nat. h.* 10: *&* 24. *natu. histor.* 5.
t *Ori. s. ho.* 9.
u *Phi. quis rerum. diui. hæres.*
x *Ori. s. psal.* 36. *hom.* 2.

y *Glos. int. s.* 1. *Reg.* 17.

z *Gre. s.* 1. *Re.* 7. 15. *Gre. s.* 1, *Re.* 7.
aa *Gre. sup.* 1. *Re.* 10.
bb *Hie. s. Hos. & s. Amos* 5.
cc *Rup. s. Amos* 5.

Digitized by Google

ciduntur. *Amos.* 5. *a.* Designat etiam ipsam Iudæam, & Hierusalem, & templum, quod factum est volutabrum. *Iudæa.*

a *Hie.s.Mich.* 6. Significat etiam *a* non habentes stabilem gradum, sed semper fluctuantes, & vacillantes. *Mich.* 6. *b.* *Inconstantes.*

Galilæa, Galilæus.

Galilæa, id est, volubilis, siue volubilitas, aut rota: regio terræ Palestinorum, quæ clauditur ab Occasu Phenicia, ab Ortu Syria, quam κοίλην, hoc est, cauam appellant, à montium præcipitiis quibus clausa in planiciem demittitur: à Septentrione Libano monte, & Tyriorum finibus: à Meridie Samaria, per lineam ductam à Ptolemaidis territorio, in Scytopolim. Est autem regio fertilis inter medios montes, amplissimos habens campos. Hanc duplicem statuunt, superiorem, & inferiorem. Superior, à fontibus Iordanis in Genesariticum lacum descendit, terram Zabulon, & Nephtalim complectens: vt Euangelista ex Isaiæ dicto comprobat. *Matt.* 4. *c.* Per hanc est via, publica ab Assyriis in Tyrum, ad mare mediterraneum, via maris dicta. *Isa.* 19. *a. Tob.* 1. *a.* Cognominatur autem Galilæa Gentium, quod non modica eius portio donata fuerit à Salomone Hiram regi Tyri. Inferior reliqua est, quæ lacui, & Tiberiadi, vsque in regionis finem meridianum imminet, montem Carmelum complectens.

b *Aug.* 3. *de consen. Euangel.* 25. *Ori. s. Matth. hom.* 35. Galilæa, secundùm aliquos, interpretatur reuelatio: potest designare *b* cœlestem patriam, in quam præcessit Christus: & ibi videtur visione beatifica. *Matth.* 26. *c.* 28. *c. Marc.* 14. 16. *b.* *Cœlestis patria.*

c *Hil. s. Matt. Can.* 2. *Aug.* 3. *de consens. Euangel.* 25. *Cyr.* 2. *s. Ioan.* 26. *Hi. s. Mat.* 28. *Gre. hom.* 21. Galilæa potest designare *c* Gentilitatem, secundùm quod iuxta alios interpretatur transmigratio: in quam præcessit Christus Apostolos, vt gentiles conuerterétur, relicta Iudæa in incredulitate. Et hæc terra vltimò sorte diuisa est, quia prius prædicauit Christus Iudæis, quàm Gentibus. *Io.* 13. *a.* 3. *Re.* 9. *b.* 1. *Mac.* 5. *b. Ma.* 2. *d.* 4. *d.* 17. *c.* 26. *c.* 28. *c. Marc.* 9. *c.* 14. *c.* 16. *b. Luc.* 4. *g.* 5. *d.* 8. *d.* 17. *c.* 22. *a. Ioan.* 2. *a.* 4. 7. *a.* *Gentilitas.*

d *Bern. ser.* 1. *s. Missus est.* Galilæus, id est, transmigrans, significare potest eos, qui vt peregrini ambulant in hoc mundo, ad cœlestem patriam properantes. Et in Galilæa videtur Dominus suscitatus, quia resurrectionis eius gloriam post læti videbimus, si modo à vitiis ad virtutum celsitudinem transmigramus. *Marc.* 14. *g.* 16. *b. Luc.* 22. *f.* 23. *a. Ioan.* 4. *f.* 7. *g. Actor.* 1. *b.* 2. *b.* *Peregrini in hoc mundo.*

e *Ori. s. Mat. hom.* 35. Galilæa vt dicitur transmigratio, in qua erat ciuitas Nazareth, quæ est typus Iudææ, designat *d* transitum, & cessationem legis, & statum synagogæ: sicut transit flos adueniente fructu. *Luc.* 1. *c.* *Cessatio legis.*

Galilæa, vt interpretatur volutatio, vel volubilitas, typum gerit *e* huius mundi: & relinquit Galilæam, qui relinquit mundum. *Matt.* 4. *b.* Et in Galilæa fecit Herodes conuiuium primis Galilææ, hoc est, diabolus principibus mundanis, & vitiosis, qui dicuntur Galilæi, quia cum rebus mundanis voluuntur, & rotantur. *Marc.* 6. *c. Luc.* 13. *a. Actor.* 5. *g.* *Mundus. Mundani.*

Gallina, Gallus.

f *Ori. s. Matt. hom.* 26. *Aug.* 1. *q. in Euang.* 36. & *de verbis Domini ser.* 29. *Hie. s. ps.* 16. *Euc. for. spiritual.* 5. Gallina, est auis domestica satis nota, quæ parit oua, & fouet pullos. Gallus autem est masculus qui solet suo cantu horas noctis designare, & matutino tempore homines ad laborem excitare: fertur leonem cantu galli terreri. Ante autem quàm gallus cantet, alas excutere solet. *Christus. Sapientia diuina.*

Gallina miro affectu protegit pullos, & ad cibum conuocat, quasique cum illis infirmatur, & in miluum insurgit, qua ratione *f* Christum significat, qui in congregando fideles, gallinæ se comparat, qui etiam in diabolum, velut contra miluum insurrexit. *Matth.* 23. *d.* Potest etiam designare diuinam sapientiam, quæ protegit à miluo diabolo, siue Ecclesiam, siue etiam animam. *Ecclesia. Anima.*

g *Hi. s. Is.* 22. h *Gre.* 30. *m.* 5. 6. 7. *Hie. s. Iob.* 38. *Euch. form. spiritu.* 5. *Beda s. Pro.* 30. Gallus gallinaceus. *Isai.* 22. *e.* typum gerit *g* sacerdotij veteris legis, quod habuit gloriam secularem, vt gallus sed quæ facilè transferenda erat in nouam legem, vt gallus facilè transfertur. *Sacerdotium vetus.*

i *Ori. s. Lau. hom.* 8. Gallus succinctus lumbis, est *h* prædicator inter huius noctis tenebras verum manè nuncians, qui succinctus est lumbis, quum à membris suis luxuriæ fluxum restringit. *Prou.* 30. *d.* Et huic gallo dat Deus intelligentiam, cùm efficit, vt prius nocturni temporis horas discutiat, & tunc demum voces excitationis emittat, hoc est, vt peccatorum merita diiudicet, vt actionum tenebras aperta increpationis voce corripiat, idque secundum cuiusque qualitatem: & vt gallus profundioribus horis noctis valentiores aut productiores reddere solet cantus: appropinquante verò matutino tempore, leniores & mitiores voces format: sic prædicator iniquis adhuc mentibus altis & magnis vocibus æterni iudicij terrores, velut in profundę noctis tenebris intimat. Cùm verò iam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in dulcedinis lenitatem vertunt. Qui etiam minutis tunc vocibus cantat, quia propinquante manè, subtilia quæque de mysterijs prædicant. *Iob.* 38. *d.* Galli etiam erant Prophetæ, aduentum Christi prænunciantes. Vt autem gallus priusquam cantet, alas excutit, ita prædicator ante prædicationem se in bonis actibus exercet. *Prædicator.*

k *Ori. s. Matt. ho.* 30. 31. 35. Gallinæ duæ offeruntur in purgatione leprosi, iuxta lectionem Origenis, *i* vbi nos legimus passeres. *Leu.* 14. *a.* *Prophetæ.*

Galli cantus, *k* tempus senectutis significare potest, & signum appropinquantis lucis gratiæ. *Matth.* 26. *Marc.* 13. *d. Luc.* 22. *d. Ioan.* 13. *d.* 18. *e.* *Senectutis tempus. Defectus doctorum.*

Gannire.

l *Glos. ord. s. Isai.* 10. Gannire, secundùm aliquos, propriè dicitur esse vulpium. Dicitur tamen etiam gannitus vlulatus canum, quando percutiuntur.

Cùm dicitur *Isai.* 10. *c.* non esse, qui aperiret os, & ganniret, intelligitur allegoricè *l* neminem esse qui hæreticis resistere auderet, vel Antichristo.

Gareb.

m *Hie. s. Iere.* 31. Gareb, id est, incolatus, aut scabies, est *m* collis super quem transit ædificium Hierusalem, vt doceamur esse nos aduenas & peregrinos, nec admittere doctores prurientes auribus. *Ier.* 31. *g.* *Suscipientes doctores prurientes.*

Garizim.

n *Ori. s. Iosu. hom.* 9. Garizim, id est, *n* secures, vel scissores: mons in Samaria altissimus ab Austro Sichen, cui tanta vicinitate imminet, vel loquentem in vertice intra ciuitatem possis audire. Ibi dictæ fuerunt benedictiones legis iuxta præceptum Mosis, vbi postmodum constructum fuit templum à Samaritis: vnde mota fuit contentio inter Samaritas, & Iudæos, an ibi esset adorandum, an in Hierusalem. Super quo altercabatur Samaritana cum Christo. *Ioan.* 4. *c.* de hoc fit mentio. *Deut.* 11. *d. Iosu.* 8. *g. Iudi.* 9. *a.* 2. *Mach.* 6. *a.* Potest designare eos, qui benè operantur virtutis amore, quibus dantur benedictiones. *Bene operans virtutis amore.*

Garrulus, vide Loqui.

Gaudere, Gaudium, vide Exultare.

Gaza oppidum.

o *Hie. s. Zac.* 9. Gaza, id est fortis, aut capra, seu imperium: ciuitas insignis Palestinorum, terminus Austrinus terræ Chanaan, & tribus Iudæ, Ægypto vicina: cuius fores cum postibus Samson media nocte humeris suis in montis verticem deportauit. Potest gerere typum *o* Gentilitatis. *Iosu.* 11. *d.* 16. *a. Ierem.* 47. *a. Sopho.* 2. *a. Zach.* 9. *a.* Vt autem scelera eius numerantur. *Amos.* 1. *b.* designare potest *p* Iudæam, quæ addidit quartum scelus, non audiens Prophetas, nec Christum. *Gentilitas. Iudæa.*

p *Rup. s. Amos.* 1. q *Hie. s. Amos* 1. *Gre. ho.* 21. Vt autem interpretatur fortitudo, vel imperium, designat *q* hæreticos, qui sibi fortitudinem, & imperium promittunt. *Amos* 1. *b.* *Hæretici.*

r *Ru. s. Iud.* 21. Secundùm autem quòd Samson media nocte abstulit portas eius, typus est *r* inferni, cuius portas confregisse dicitur Christus, quando animas sanctorum Patrum eduxit. *Infernus.*

Gaza, Thesaurus, quare Diuitia.

Gazer.

s *Ori. s. Iosu. hom.* 22. Gazer, id est, *s* præcisio, siue diuisio, vel sententia, ciuitas in tribu. Ephraim, data Leuitis. *Iosu.* 19. *f.* 16. *a.* 21. *b.* 1. *Par.* 6. *f.* 7. *f.* Et alia quæ etiam dicitur Gazera. 1. *Par.* 14. *d.* quam cepit Pharao à Chananæis, & dedit in dotem filiæ suæ, vxori Salomonis, quam reconstruxit Salomon. 3. *Reg.* 9. *c.* Secundùm aliquos interpretatur constructio, & designare potest coniunctionem animæ, & corporis: ita tamen vt caro imperet, & dat Pharao, id est, diabolus eam scilicet animam, quam cepit in dotem filiæ suæ, hoc est, lege peccati, cui coniunctus Salomon efficitur cultor idolorum. *Anima.*

Gazophylacium.

GAZOPHYLACIVM, est arca, aut locus alius, in quo Gazæ, hoc est, thesauri custodiuntur: & erant gazophylacia quædam in templo. 1. *Reg.* 12. *b. Nehem.* 10. *d.* 13. *a. Ezech.* 45. *a. Marc.* 12. *d. Ioa.* 8. *c.* Et possunt designare *a* doctores veras diuitias sapientiæ, & scientiæ continentes. *Doctores.*

Gazophylacia Cantorum, sunt corda iustorum, quæ cantant iustificationes Dei, cùm eius implent præcepta. *Ezec.* 40. *g.* *Corda iustorum.*

Gazophylacium sacerdotum excubantium in custodiis templi, respicit solùm viam Austri, *b* quia sacerdotes maiores solis studiis spiritualibus occupati, semper his, quæ amoris Dei sunt, sollicitè intendunt. Gazophylacium verò sacerdotum excubantium in ministerium altaris, respicit & viam meridianam, & viam aquilonis, quia quantum ad semetipsos feruent igne charitatis, & succensi sunt flammis amoris Dei, & quantum ad alios opus est, vt in mentibus peccantium, quæ sint operis frigora videant, & delinquentium peccata corrigendo, quasi carnes in altari Domini incendant. *Ezech.* 40. *g.*

Gazophylacia Aquilonis & Austri, *c* sunt quæ vel historiæ continent simplicitatem, vel spiritalis intelligentiæ sacramenta. *Ezech.* 42. *c.* *Litera & spiritus.*

Gazophylacium, in quod vidua misit duo ærea minuta. *Luc.* 21. *a.* Significare potest *d* Ecclesiam, cui ministrant habentes dona Spiritus sancti, vel conspectum diuinæ maiestatis: cui offert vidua, hoc est, Ecclesia, duo minuta illa accepta. *Ecclesia. Conspectus Dei.*

Gebal.

Gebal, id est, *e* terminus, vel limes: ciuitas Syriæ. *Psal.* 82. Iuxta aliquos interpretatur vallis vana, & designat eos, qui contra Dei populum sunt, non esse de monte, sed de valle vana. *Abiectio hostiũ Ecclesiæ.*

Gebbethon.

Gebbethon, id est, dorsum, seu eleuatio eius aut palpebrę eius, siue excelsum donum: ciuitas data Leuitis in tribu Dan. *Ios.* 19. *c.* 21. *b.* Fuit & ciuitas Palesthinorum, quam obsidebat Nadab filius Ieroboam quę percussit ibi Baasa filius Achiæ. 3. *Reg.* 15. *f.* forsan est eadem cum superiori.

Gedeon, Hierobaal.

GEDEON, id est *f* conterens, vel confringens iudex Israël, qui illum populum liberauit ab aduersariis, idem dictus est Hierobaal, hoc est, impugnator idoli, quia destruxit aram & idolum Baal. *Iud.* 6. *f.* 7. *a.* 8. *g. Hos.* 10. *d.* iuxta Septuaginta. Hic cum trecentis viris tubas, & lampades gerentibus, percussit exercitum aduersariorum.

Typum gerit *g* Christi, qui cum discipulis tubas verbi Dei, & lampades gerentibus, dæmones superauit. Et destruxit Baal, hoc est, idololatriam. Interpretatur etiam circumiens in vtero, qui est omnipotens Deus diuinitate cuncta complectens, & humanitatem intra vterum sumens. *Christus.*

Iuxta Philonem, *h* Gedeon interpretatur prædonum receptaculum, & designat mentem perfectam, & ad destruenda vitia paratam: vt Gedeon destruxit aram Baal, vt vicit aduersarios Israel. *Mens perfecta.*

Gehenna, Gehennom.

Gehennom, hoc est, *i* vallis Hennon: est vallis in suburbiis Hierosolimæ ad radices montis Moria iuxta introitum portæ Charsit, hoc est, fictilis, quæ austrum respicit. Hæc fontibus Siloe irrigata, excellentem loco præstat amœnitatem hortorum, & arborum nemorositate, vbi Iudæi idolum Moloch coluerunt vocantes aram Tophet, hoc est, tympanum, vbi filios immolabant. Quem locum postea dissipauit rex Iosias, & in perpetuam ignominiam vertit, nulli alij rei deinceps, quam sordibus, & immundiciis deputatum: vnde factum est, vt peccantium supplicia, quibus cruciandi sunt, hoc nomine significarentur, ab insigni hac loci turpitudine, atque ita Christus æterni ignis pœnam, primus omnium gehennam nominauit, cuius vallis illa typum gerit. *Iob.* 15. *b.* 18. *c. Ie.* 7. *g.* 19. *a. Mat.* 18. *b.* Interpretatur autem Gehennom vallis decipiens, vel contristans eos, siue vallis diuitiarum suarum. *Infernus.*

Gelboe.

Gelboe, id est reuolutio inuestigationis, vel scrutationis, aut aceruus tumoris, vel inflationis: montes Palestinæ non longè à Sunam, quę est in tribu Isachar. Ibi castrametatus est Saul contra Philisthæos, ibique cecidit cum filiis, & exercitu. 1. *Reg.* 28. *a.* 31. *a.* 2. *Reg.* 1. *a. d.* 1 *Par.* 10. *a.* Designare potest *k* superbiam, in qua cadunt sæpè etiam viri spirituales: designat etiam dæmones, qui homines cadere faciunt, & ipsi remanent aridi. *Superbia. Dæmones.*

Gelboe, iuxta Gregorium, *l* interpretatur decursus, & designat superba Iudæorum corda, quæ dum huius mũdi desideriis defluunt, in Christi, id est, vncti se morte miscuerunt. Vel interpretatur *m* deuoratio, & peculiariter designat Pharisæos & Sacerdotes Iudæorum. *Iudæorum corda. Pharisæi. Sacerdotes.*

Gelu, Glacies, Pruina.

GELV, est aqua frigore cõcreta, quæ & glacies dicitur. Pruina verò est quæ tempore frigoris nocte serena concrescit, & cadit, in modum niuis cadens. Tam autem gelu quam pruina, aduenientе Solis calore liquefit. Pruina est infausta, & noxia, vrens plantas, & ipsam terram quodammodo conflagrans: fauet tamen brassicæ, seu cauli, & occidit vermes ne grana corrodant.

Pruina, cui simile erat manna, *n* Christum significare potest, vel eius humanitatem. *Exod.* 16. *c.* *Christus.*

Gelu, quod effundit Deus super terram, & etiam pruina significare potest *o* refrigerationem concupiscentiæ, & abstinentiam, & generaliter cæleste beneficium, & propter hæc dicitur iustus factus sicut vter in pruina. *Psal.* 118. 138. *Eccli.* 43. *Dan.* 3. *f.* *Refrigeratio concupiscentiæ. Abstinentia. Cœleste beneficium.*

Pruina qua Deus occidit moros Ægyptiorum. *Psalm.* 77. significare potest *p* iustitiam Dei punitiuam, quæ descendit, quando terra congelata est, refrigerata charitate: quæ tamen, etsi improbos destruit, bene tamen disposítos, & cum patientia eam suscipientes, maturat, & perficit. *Iustitia punitiua.*

Gelu, quo vrebatur Iacob, designare potest scandala fratrum, quibus vritur vir bonus. *Gen.* 31. *f.* potest etiam significare *q* peccatum, cui resistitur: vnde iustus factus dicitur sicut vter in pruina. *Psal.* 118. *Scandala fratrum.*

Gelu concrescens flante Deo, *r* erat infidelitas in mentibus Iudæorum, præcipuè sacerdotum, scribarum, & Pharisæorum, qui grauioris inuidiæ torpore magis obdurauerunt, visa doctrina Christi, & miraculis. *Iob.* 37. *b.* Et ipsi Iudæi dicũtur gelu egressum de vtero Dei, quia per infidelitatem obdurati, à secreto gratiæ sinu proiecti sunt *Iob.* 38. *c. Baruc.* 2. *e. Zach.* 14. *b.* *Peccatum. Infidelitas Iudæorum. Iudæi. Diabolus.*

Designat etiam gelu *s* diabolũ, qui quasi de vtero Dei vt glacies processit, quia à calore secretorũ eius malitiæ torpore frigidus magister iniquitatis exiuit. Ipse vt gelu de cœlo est eiectus, quia constricturus corda reproborum à summis ad ima cadere permissus est. *Iob.* 38. *c.* Glacies etiam significat *t* peccatorem, cui æqua diuinæ benignitatis congelata est à frigore peccati, & à vento aquilonari, vnde panditur, & aperitur omne malum. Sicut *Eccli.* 43. *c.* dicitur: Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Cæterum resoluitur glacies humana à calore amoris sereni & puri in Deum, & proximum, vt in eodem *Eccl.* 3. *b.* legimus Sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. *Diabolus. Peccator.*

Gelu aliquando significat *u* aduersitates huius seculi, quæ dicuntur egredi de vtero Dei, quia per eius secretum iudicium dispensantur. Io. 28. *c.* Easdé designat pruina, quæ iuxta terram cõgelatur, cùm nix à superiobus ruat, vnde Iob. 6. *c.* Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Hoc est, qui temporalia aduersa pertimescunt, districtioni se æternæ animaduersionis obiiciunt, trepidantes timore, vbi non erat timor: vt quum quis peccatorum suorum conscius, ea quæ possidet, indigentibus largiri desiderat: sed tamen, ne datis rebus egeat, ipse formidat. Fit autem sicut vter in pruina, qui roboratur in tribulatione. *Psalm.* 118. *Aduersitas.*

Pruina interdum significat *x* vitium, seu peccatum, quo charitas proximi stultitiæ tenebris velut frigore nocturno congelascit. *Psal.* 77. *Vitium.*

Glaciei liquescenti comparatur spes ingrati, *y* quia nullam habet soliditatem. *Sap.* 16. *d.* 19. *d.* Et constricta est frigore infidelitatis, *Spes ingrati.*

Gemere, Gemitus, Ingemiscere, Suspirare, Suspirium.

a *Gre. s. Ezec. hom.* 8.

b *Gre. s. Ezec. hom.* 22.

c *Gre. s. Ezec. hom.* 22. *Hie. s. Ezech.* 42. *Rup. s. Ezech.* 11.

d *Glos. ord. s. Luc.* 21.

e *Hie. & Aug. sup. psal.* 82.

f *Hie. s. Hos.* 10.

g *Gre.* 30. *m.* 32. *Rup. s.* 1. *Iud.* 11.

h *Phi. de confus lingu.*

i *Hie. s. Ier.* 7.

k *Ber. s. Can. serm.* 54.

l *Gre.* 4. *m.* 3.

m *Rup.* 2. *sup. Reg.* 21.

n *Glo. ord. su. Exod.* 16.

o *Hil. & Aug. s. psal.* 118. *Amb. s. psal.* 118. *ser.* 11. *Euch. form. spir.* 3.

p *Geor. Ven. Ca.* 1. *tom.* 8. *cap.* 18.

q *Amb. s. psa.* 118. *serm.* 11.

r *Gre.* 27. *m.* 21. *& 29. m.* 21. *Hie. s. Iob.* 38.

s *Gre.* 27. *m.* 22.

t *Geor. Ven. Can.* 1. *tom.* 7. *cap.* 20.

u *Gr.* 29. *mo.* 26. *& 7. mor.* 12. *Isyc. s. Ie.* 7.

x *Aug. s. psal.* 77. *Euc. for. spi.* 3.

y *Glos. int. s. Sap.* 6.

Digitized by Google

GEMERE, est præanimi angustia, in sonum inarticulatum, monstrantem dolorem, prorumpere, qui sonus gemitus dicitur, & suspirium.

Gementes viri de ciuitatibus, *a* sunt fortiores in fide, qui dolent & clamant, cùm vident paruulos fideles ab hæreticis peruerti. *Iob.* 23. *a.* 24. *a. b. Prou.* 29. *a. Esther.* 7. *b. Eccli.* 7. *c.* 25. *c. Ezech.* 9. *b.* 24. *e. Dan.* 3. *f.* 1. *Mach.* 6. *g. Marc.* 7. *d.* 8. *b. Rom.* 8. *d.* 2. *Cor.* 5. *a.* Gemunt etiam gigantes sub aquis, quum prælati laborant sub onere subditorum *Iob.* 26. *a.* Gemunt etiam sacerdotes. *Thren.* 1. *b.* quia ad eos peculiariter spectat dolere de lapsu aliorum: Talis erat gemitus Ezechielis. *Ezech.* 21. *b.*

Dolentes de lapsu infirmorum.

Gemitus filiorum Israel in Ægypto propter opera. *Exod.* 2. *d.* designare potest *b* pœnitentiam. Et vt illi non ingemuerunt, nisi mortuo Pharaone, ita peccatis oppressi non respiscunt, nec ingemiscunt, nisi principe huius mundi destructo aut ejecto. Et gemuit quispiam mortuo Pharaone, hoc est, cùm tollitur bonarum opinionum dissipator. Et est gemitus cordis, cùm verè interius quis dolet. *Iud.* 2. *c. Psal.* 6. 11. 30. 37. 101. *Tob.* 3. *a. Eccli.* 36. *d. Isa.* 35. *d. Thren.* 1. *d. g. Ioel.* 1. *d.* Gementes quasi columbæ, sunt pœnitentes. *Nahum.* 2. Gemitus autem malorum qui dicitur cessare, est *c* quando mali afflicti à Deo, & dolentes in tribulatione, cognoscentes peccata sua mutant gemitum, quem habebant in gemitum pœnitentiæ. *Isa.* 21. *a.*

Pœnitentia.

Suspirat antequam comedat, *d* qui prius gemitibus tribulationis afficitur, & postmodum contemplationis refectione satiatur, nisi enim suspiret non comedit, quia qui se in hoc exilio per desideriorum cœlestium lamenta non humiliat, æternæ patriæ gaudia non degustat. *a. Iob.* 3. *d.*

Gemitus tribulationis.

Gementes quasi columbæ, *e* erant Iudæi mussitantes verba legis, quæ non intelligebant. *Isa.* 59. *c. Mich.* 2. *b.*

Iudæi.

Ingemiscere dicitur omnis creatura. *Rom.* 8. *d.* non in suo, *f* sed in nostro labore: aut quia opera eius intereunt.

Compassio laboris humani.

Gement in iudicio, *g* qui lætabantur: vt diuites: & qui suam consolationem habebant in hoc seculo. *Isa.* 24. *b. Prou.* 5. *b. Sap.* 4. *d.* 5. *a. Thren.* 1. *b.*

Dolor malorum.

Gementes gigantes sub aquis, *h* sunt vel dæmones in ignorantiæ abysso pressi: vel homines elati, qui dum in hac vita bonorum assequi celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt. Quanto enim quis hîc altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur: eis quippe ipsis populis mente & cogitatione supponitur, quibus superponitur dignitate. Gemunt etiam in inferno. *Iob.* 26. *a.* 1. *Reg.* 4. *b.*

Dæmones & superbi in inferno.

Gemens populus est, *i* cùm non potest frui voluptatibus. *Thren.* 1. *d.* Et carens temporalibus.

Defectus temporalium.

Ingemiscere in alterutrum dicuntur, qui de bono proximorum dolent. *Iob.* 5. *b. Eccle.* 30. *c.*

Dolere de bono proximi.

Suspirans Axa, vt sedebat in asino. *Ios.* 15. *d. Iudi.* 1. *c.* designat *k* à creatore cum magno gemitu quærendam esse lacrymarum gratiam.

Gemendo quærenda lacryma.

Gemini, Gemelli.

GEMINI, dicuntur vno partu editi, vt fuerunt Iacob, & & Esau. Est etiam signum cœleste Geminorum.

Gemini nascentes de Rebecca, designare possunt *l* sensum literalem, & spiritualem in eadem sacra scriptura. *Gen.* 25. *d.*

Sensus literalis & spiritualis.

Designant etiam *m* duos populos in Ecclesia, quos itidem significant gemini in vtero Thamar. *Gen.* 38. *g.*

Duo populi in Ecclesia.

Gemelli fœtus tonsarum, designare possunt *n* cognitionem corporalium, & incorporalium. Item sunt opera charitatis Dei, & proximi in vtroque populo exercitata. Sũt præterea *o* prædicatores ex Iudæis, & Gẽtibus: qui gemelli sunt, cùm idem concorditer & sapiunt, & prædicant. *Cant.* 4. *c.* 7. *b.* Gemelli fœtus sunt qui *p* præceptis addunt consilia: vt præcepto de non rapiendo addunt consilium relinquendi sua.

Gemina cognitio.

Gemma, Lapis preciosus.

GEMMA, vocatur omnis lapis preciosus, siue perlucidus sit, siue non. Gemma etiam dicitur oculus vitis, quem primò emittit, quod & in aliis arboribus dici potest, antequam flores erumpant.

Gemina charitas.

Lapides precioſi duo in superhumerali pontificis. *Exod.* 28. *b.* 39. *b.* designare possunt *q* Christum & Ecclesiam. Et nomina sena in singulis lapidibus, designare possunt duodecim Apostolos. Vel lapides duo designant literam & spiritum: vt lapis in dextro humero sit spiritus, in læuo litera. Vel designant fidem, & vitam Patriarcharum. Designant etiam duo lapides *r* duo hemisphæria: & nomina in eis scripta, sunt duodecim zodiaci signa in duo hemisphæria distincta: significant etiam *s* Solem, & Lunam, adiutores naturæ, sicut humerus est principium manus.

Prædicatores concordes.

Præcepta & consilia.

Christus & Ecclesia.

Litera & spiritus.

Duo hemisphæria.

Sol & Luna.

Lapis preciosus in capite, *t* ipsum verbum Dei in Christo significare potest, vel Verbum absolutè in mente.

Verbum Dei.

Gemmæ in fronte pendentes, designare possunt dona Spiritus sancti mentem exornantia. *Isa.* 3. *d.* Et lapides pretiosi in operimentum regis Tyri, vel Lucifeti, sunt *u* vel ordines angelorum, vel diuersa dona Dei. *Ezec.* 28. *d.* Non autem dicitur rex Tyri omni lapide precioso circundatus, cùm multi sint lapides, qui ibi non enumerantur: sed omnem lapidem, quem habuit, fuisse preciosum.

Dona spiritus sancti.

Angeli.

Gemmæ interdum *x* angelos significare possunt: quæ si sint candidæ, nitorem lucis in eis insinuant: si rutilæ ignis speciem designant: si fuluæ rutilans referunt aurum: si virides, vigorem, ac robur iuuentutis eorum enunciant. *Apoc.* 4. *a.*

Virtutes varia.

Lapides duodecim in ratio rali pontificis. *Exod.* 28. *c.* designare possunt *y* excellentiam diuersarum virtutum, & donorum Spiritus sancti, vel quatuor virtutes cum fide Trinitatis: vel duodecim menses, & signa: & sunt in quatuor ordinibus locati, propter quatuor tempora per terna signa distincta. Vel designant duodecim Apostolos illustrantes Ecclesiæ vestem, & exornantes: possunt etiam designare *z* duodecim Christo conuenientia, quæ sunt, generatio, Filius vnigenitus, Deus, vita, veritas, imago, splendor, character, virtus, sapientia, iustitia.

Menses.

Apostoli.

Conuenientia Christo.

Gemmæ quoque in vestibus sacerdotis, designare possunt *aa* miracula Sanctorum, quæ exornant Ecclesiam. *Exod.* 25. *a.* 31. *a.* 35. *a.* Designant etiam ornamenta morum Ecclesiæ, vt gemmæ preciosæ, quas attulit regina Saba Salomoni. 3. *Reg.* 10. *a.* Et celatura gemmarum, erit cultus virtutum. *Exod.* 28. *b.* Et gemmarum ordines, sunt ordines virtutum. *Exod.* 39. *b.* Et ars gemmaria, est ars instituendi ad virtutes. *Exo.* 39. *b.* 2. *Reg.* 12. *g.* 1. *Par.* 20. *a.* 2. *Par.* 9. *Eccli.* 45. *b. Iudith.* 15. *d.*

Miracula Sanctorum.

Ornamenta virtutum.

Gemmæ quoque in vestibus sacerdotis, designare possunt elementum aëris. *Exod.* 25. *a.* 31. *a.* 35. *a.*

Acr.

Gemmæ vuarum, seu palmitum in vite, dici possunt *bb* neophyti in Ecclesia. *Gen.* 40. *b. Num.* 17. *e.*

Neophiti.

Gemma gratissima, dicitur expectatio præstolantis. *Proverb.* 17. *b.* vita videlicet *cc* æterna, quam expectant, iusti.

Vita æterna.

Gena.

GENA, sunt membranæ, tam superior, quàm inferior, tegentes oculum, dicuntur etiam genæ partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba vestiuntur magna ex parte, quæ etiam malæ dicuntur. Ingens autem maximè lucet honestas, & verecundia.

Genæ sponsi, hoc est, Christi, dicuntur sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentariis. *Cant.* 5. *c.* & designant Martyres, *dd* qui pro fide Christi sanguinem suum fundere non dubitant, & quasi genæ in facie Christi rubent, & per eos pulcritudo fidei Christianæ publicatur. Genas suas dedit Christus vellentibus, quantum ad literam in passione. *Isa.* 50. *c.* Genæ etiam Christi sunt *ee* exterior eius habitus, quo latentes in eo gratiæ intuentibus indicantur.

Martyres.

Exterior habitus Christi.

Genæ designare possunt *ff* virgines, & pudicitiæ operam dantes. *Cant.* 1. *c.* 4. *a.* 6. *b.*

Virgines.

Genæ etiam Ecclesiæ, dici possunt *gg* sacerdotes Ecclesiam exornantes: & prædicatores, qui dum in populis, vt eis proficiant, eminent, quasi in facie Ecclesiæ manifesti apparent. Item sancti Patres miracula facientes. *Cant.* 4. *b.*

Sacerdotes.

Prædicatores.

Facientes miracula.

Genæ sponsæ dici potest *hh* ipse interior aspectus animæ, vel si facies est intentio, genæ erunt res, & causa, quæ pulchram aut deformem reddunt intentionem. Designant etiam pudorem castitatis cum gemitu, ideo comparantur turturi. *b. Cant.* 1. *c.*

Aspectus interior animæ.

Obiectum intentionis.

Castitas.

Christus.

Gener.

GENER, dicitur qui est maritus filiæ alicuius, quasi generis propagator.

Gener regis Saulis fuit Dauid. 1 *Reg.* 18. *d.* designans *ii* Christum, qui coniunctus erat populo Iudæorum. Et duxit Michol, id est, synagogam.

a *Gr.* 1. 6. *mor.* 26. & 6. *regist. epist.* 5.
b *Orig. s. Isa. hom.* 1. *Bas. s. psal.* 73. *Phil.* 2. *all.* & *quod deteri. potiori. insidietur. Hi. s. Nah.* 2. *Bed. s. Exo.* 2. *Hie. s. Isa.* 21.
c *Gre.* 5. *mor.* 4.
d *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabucho.* 6.
e *Hi. s. Is.* 59.
f *Am. s. Ro.* 8. & *epist.* 22.
g *Hier. s. Isa.* 24.
h *Gre.* 17. *m.* 11. *Hie. s. Iob.* 26.
i *Glo. ord. sup. Thren.* 1.
k *Glos. ord. s. Ios.* 15.
l *Glos. int. s. Gen.* 25.
m *Glo. ord. s. Gen.* 38.
n *Am. s. psal.* 110. *sermon.* 16.
o *Au. epi.* 59. & 2. *de doctr. Christia.* 6. & *s. psal.* 77. *Gr. s. Cant.* 4.
p *Rup. s. Can.* 3.
q *Hier. de veste sacerd.*
r *Phil.* 3. *de vita Mosis.*
s *Cle. Ale.* 5. *strom.*
t *Cle. Alex.* 2. *pada.*
u *Hie. s. Exec.* 28.
x *Dion. cele. hier.* 15.
y *Phil. de vita mosis.* 3. *Amb. prol.* 2. *de fide.*
z *Cle. Ale.* 5. *strom.*
aa *Ori. s. Can. hom.* 2.
bb *Glo. int. s. Gen.* 40.
cc *Bed. s. Pro.* 57.
dd *Gre. s. Ca.* 5. *Rup. s. Ca.* 5.
ee *Ori. s. Can. ho.* 2. *Am. de obitu Valent.*
ff *Gre. s. Can.* 4. & *s. Ezech. hom.* 16.
gg *Ori. s. Ca. hom.* 1.
hh *Gre. s. Ca.* 1. *Ber. s. Can. sem.* 40.
ii *Glo. ord. s. Reg.* 18.

Digitized by Google

Contemptores prælatorũ.

Generi Loth admonitionem eius contemnentes. *Gen.* 18.*c.* typum gerunt prauorum subditorum iussa prælatorum contemnentium:ideò peribunt,sicut & illi perierunt.

Genealogia.

Genealogia, est sermo de origine generationis. 1.*Esdr.*2.*d.*8.*a.*1.*Tim.*1.*a.Tit.*3.*a.Heb.*7.*a.* Vix inuenitur in allegoriis.

Generare,Gignere,Regenerare,Procreare.
Generatio,Genimen,Progenies, Soboles,Stirps.

GENERARE,& gignere,est fœtum procreare, & propriè de maribus dicitur, semen ad prolis generationem ministrantibus. Est autem generare secundùm physicos, simile sibi in eadem specie producere. Sumitur etiam pro exercitare.2.*Tim.*2.*d.*Sciens quia generat lites. Gignere quoque instruere.*Prou.*23.*c.*Qui genuit sapientem, lætabitur in eo.Peruertere. *Ezech.*18.*b.*Quia si genuerit filium latronem.Producere. *Leuit.* 25.*a.* quæ sponte gignet humus.Generatio autem interdum est creatio: *Gen.*5.*a.*Hic est liber generationis Adam. Historia, seu genealogia.*Gen.*6.*b.*Hæ sunt generationes Noë.Natio.*Deu.*32.*a.*Generatio praua atque peruersa.Procreatio. *Leuit.* 24.*a.*In generationibus vestris. Seculum.*Gen.*9.*b.* In generationes sempiternas. Stirps.*Exod.*16.*g.* Ad seruandum in generationes vestras.

Generatio æterna.

Generat,vel potius genuit hodie Deus Pater Filium;hoc est,*a* in æternitate,vel etiam in resurrectione.*Psa.*2. Et dicitur eum genuisse ante Luciferum.*Psal.*109.hoc est, in obscuritate, & incomprehensibilitate, & quasi in profundis tenebris.Dicit autem Patri,Quid generas?*b* qui non credit in Filium eius ipsi consubstantialem.*Is.*45.*b.*Generatio autem Christi inenarrabilis dicitur,tam diuina,quàm humana,minus tamen enarrabilis est diuina. *Isa.*53.*c.*Generatio & generatio in Christo generationem humanam,& diuinam significat. *Psal.* 60.

Incarnatio.

Generans Iacob Ioseph in senectute sua.*Gen.*37.*a.*designauit *c* Ghristum secundùm carnem, de sua stirpe nasciturum in fine seculorum,senescente iam mundo.

Dans Deus doctrinam & gratiam.

Generat Deus stillas roris,*d* cùm per sacram influit doctrinam,aut gratiam.*Iob*,38.*c.*

Permittens indurari.

Generat Deus gelu,*e* cùm permittit aliquos indurari, & malos Iudæos de bonis parentibus nasci. *Iob.*38.*c.*

Quærentes proprium commodum.

Generant sibiipsis,*f* qui propriam vtilitatem in omnibus captant. Et procreantes impij filios, sunt hæretici generantes sibi similes.*Ier.*12.*a.*generant in conturbatione, qui docent errores:sic *g* non generant Apostoli. *Isa.* 65.*d.*Dicuntur autem generasse Deo. *Ezech.*16.*c.*quia illud videntur intendere. Et generatio praua, & adultera, est Pharisæorum & hæreticorum.*Matt.*16.*a.*

Docentes errores.

Procreant filias,qui *h* cogitationes carnales,& viles formant.Et generant filiæ hominum,cùm effœminatæ affectiones carnalia opera producunt.*Gen.*6.*a.*Et progenies Babylonis *i* sunt prauæ cogitationes.*Isa.*14.*e.*

Formantes carnales cogitationes.

Generare filios,& filias in Babylone,est *k* exercere bona opera cum fide in hoc mundo. *Ierem.* 29.*b.* Et generant aduenæ filios in medio Israël,quum gentes ad fidem venientes bene operantur in Ecclesia. *Ezech.*45.*d.*

Bene operari in hoc mundo.

Si generat masculus dicitur.*Ier.*30.*a.*vt designetur *l* grauitas doloris,& mutationis, quam fecit Deus liberando filios Israël.Indicatur etiam labor futurus fidelibus,à quo tamen sint liberandi.

Labor fidelium.

Generant hæretici filios alienos,*m* cùm creant discipulos alienos à Deo. *Hos.*5.*b.* 9.*d.* Et progenies malorum patrum,sunt *n* viæ & doctrinæ malorum doctorum. *Psal.*48.

Facientes hæretici discipulos.

Regula scripturarum est, *o* duas generationes bonorum & malorum esse, hoc est, singulorum singulas. De bonis dicitur. *Psal.*23.Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob. Et de omnibus Sanctis. *Psal.*111.Generatio iustorum benedicetur. De malis verò *Matth.*3.*b.* Generatio viperarum.Et 23.*d.* Requirentur omnia hæc à generatione ista,vt autem *p* generatio carnalis fit per coniunctionem maris & fœminæ,ita generatio spiritualis per coniunctionem rationis & partis sensitiuæ:& si ratio sensualitati consentit,generatur Cain,hoc est,peccatum.Si verò sensus rationi consentiant,generatur Abel,hoc est, opus bonum & occiditur à Cain,quia bonum opus perit per mortale peccatum.*Gen.*4.*a.*Quum dicitur Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob,&c. non est intelligenda simpliciter generatio carnalis: sed generatio,quæ est secundùm promissionem.*Matt.*1.*a.*

Doctrina malorum.

Generatio & generatio dici potest *q* regeneratio spiritualis in præsenti vita: & resumptio corporis in iudicio.Et hæ dicuntur regenerationes:vt prima regeneratio sit baptismus,secunda renouatio in iudicio.Generationes autem seculorum,sunt ab hac vita in futuram.*Psal.*48.6c.79.88.*Isa.*51.*d.Ioel.*2.*a.Prou.*27.*d.*

Generatio bonorum & malorum.

Generatio& generatio,*r* est in credentibus ex Iudæis & gentibus.*Ioel.*2.*d.* Et à generatione in generationem, designat transitum à Iudæis ad gentes,seu ad Christianos. *Exod.*17.*d. Psalm.*32.76.88.89.99.105.118.134.143. 144. Et generatio præteriens *s* est Iudæorum à fide recedentium. Generatio verò adueniens, est gentilium ad fidem venientium.*Eccle.*1.*a.*Et generatio altera *t* est gentilium in fide:vel generatio spiritualis. *Psal.*101. Generatio etiam & generatio,est lex vetus & noua.*Isa.*13.*d.*41.*a.*51.*c.*58.*d.*61.*b.*

Baptismus & resurrectio.

Generationes,quibus statuit Deus pactum,sunt *u* successores in fide. *Gen.*17.*b.* Et hæ sunt generationes retrò futuræ.Et generationes filiorum Israël.*Exo.*12.*g.*16.*g.*29.*g.*30.*a.Leu.*3.*d.*6.*c.*Et generatio,quam tribuit Deus, est fidelium *x* multiplicatio in Ecclesia.*Isa.*66.*c.*Generat autem Ecclesia filios multos. *Ier.* 31.*b.* Et multiplicat hæc genimina.*Psa.*64.Progenies autem Iob,sunt *y* discipuli doctorum.*Iob.*31.*a.*

Iudæi & Gentiles.

Generatio tertia dici potest *z* cognitio Trinitatis,in qua possunt intrare Ægyptij in Ecclesiã Dei. *Deut.*23.*b.*

Successores in fide.

Generatio quarta,qua fit egressio ex Ægypto designare potest *aa* perfectionem, & ætatem virtute firmatam. *Gen.*15.*c.*Potest etiam significare quatuor Euangelia,quibus egredimur de Ægypto,hoc est,de tenebris errorum.

Cognitio Trinitatis.

Generatio tertia & quarta,vsque ad quas Deus visitat iniquitatem,designare potest *bb* extensionem peccati in multos.*Exod.*20.*a.*34.*a.*vel est tempus à transmigratione Babylonis vsque ad Christum,& à Christo deinceps,in quibus Deus puniuit Iudæos.Potest etiam generatio tertia & quarta, in quas redditur iniquitas patrum, sic *cc* computari:vt pater sit leuis punctus sensuum, & incentiuum vitiorum: filius cogitatio concipiens peccatum: tertia generatio,si quod cogitaueris atque conceperis,opere perpetraueris:quarta si non solum feceris,sed etiam in tuis sceleribus glorieris. Deus igitur primos & secundos stimulos cogitationum, quas Græci προπαθείας vocant,sine quibus nullus hominum esse potest,nequaquam punit sed si quis cogitata facere decreuerit, aut ipsa quæ fecerit,noluerit corrigere pœnitentia.

Perfectio.

Generationes Ismaël prius computatæ,quàm Isaac, designant *dd* prius esse, quod carnale, quàm quod spirituale,*Gen.*25.*b.*

Euangelia.

Genita in aquis designare possunt *ee* gentiles per baptismum regeneratos.*Leu.*11.*b.* Generatio autem vna est in iis, qui non sunt regenerati. Et nomen Iudæorum deletur in generatione vna, *ff* quia pereunt non baptizati *Psal.*108.

Extensio peccati in multos.

Generatio non transitura,*gg* est Ecclesia ex gentibus.*Matt.* 24.*c.*.Et generatio vna est Christianismus.*Psal.*21. 108. Et generatio ventura *hh* erant fideles post passionem Christi: vel erit in die iudicij tota integra fidelium claritas.Dicitur etiam generatio altera.*Psal.*47.77.101.

Perpetratio peccati, & gloriatio.

Genimina, aut generationes, quas Deus multiplicauit sunt *ii* diuersi fructus operum ascendentes vsque ad centesimum.*Psal.*64.Vel sunt ipsi credentes.Et genimina, quæ eradicat libido, *kk* sunt operationes bonæ ipsius animæ.*Iob.*31.*b.*Generatio etiam filiorum,est effectus operum.1.*Tim.*2.*d.*

Præcedit generatio carnalis.

Stirps Iacob,& etiam Aaron,designare potest *ll* credentes per Apostolos, *Leu.*22.*Isa.*44.*a.* 48. *d.* Et generatio altera *mm* sunt successores Apostolorum *Psa.*47.77.Progenies Iob est sicut herba terræ,cùm *nn* fideles in Ecclesia arentem vitæ præsentis gloriam deserunt,& spe interna virides cunt, *Iob.*5.*d.* Et progenies doctoris est, qui per verbum Dei nascitur.*Iob.*31.*a.*

Gentiles baptizati.

Stirps Aaron designat *oo* eos,qui perfecti sunt in diuinorum cognitione:qui comedere debent similam,& cætera de sacrificiis,hoc est pasci mysteriis scripturarum.*Leu.*6.*c.*

Ecclesia ex gentibus.

Genimen vitis dici potest *pp* corpus humanum,de quo verere bibit Christus in passione, de nouo verò in resurrectione.*Matt.*27.*c.Marc.*14.*c.*

Opera.

Credentes.

Successores Apostolorum.

Perfecti.

Corpus humanum.

a *Hil.s.pf.*2. *Cyril. dial* 2.
b *Hie.s.*Is.53. & *psal.*60.
c *Be.s.Ge.*37.
d *Hier.s. Iob.* 38.
e *Hier.s. Iob.* 38. *Gre.*29. *mor.* 21.
f *Philo, quod Deus sit immutabilis. Ori.s.Ier.hom* 8.& *s. Matt. cap.*16.
g *Hie.s.Is.*65.
h *Philo de gigantibus*, & *quod Deus sit immutabilis.*
i *Hie.s.Is.*14.
k *Hier. s. Ier.* 29.
l *Glo. ord.su. Ier.*30.
m *Hie.s. Hos.* 5.
n *Bas.s.pf.*48
o *Hi.s.Mat.*3
p *Rup.de gloria filij hominis.*1.
q *Hil.s.pf.*60. *Ori.s. Matth. hom.*2. *Basil.s.pf.*48. *Georg. Venet. Cant.*2. *tom.* 5.*cap.*10. *Hier.s.Ioel.*3.
r *Hil.s.pf.*118. 144. *Orig. s.Matt. hom.*30. *Ambr.s. psal.* 118.*ser.*11. *Ar.s.pf.* 143.
s *Hier.su.Isa.* 58.& *s.Ec.*1.
r *Gr.s.pf.*101
u *Bas.s.pf.*32
x *Hier. s. Isa.* 66. *Aug.pf.*64.
y *Gre.*11.*mo.* 7.8.
z *Ori. s. Gen. hom.*5. & *su. Leu ho* 5. & *s.Num.ho.*12
aa *Philo. quis rerum diu.hæres. Ambr.* 2. *de Abr.*9. *Orig.*7.*s.Gen. hom.*5.
bb *Ori.s.Exo. ho.*8. *Aug. contra Adiman.*3.
cc *Hie.s.Eze.* 18.
dd *Glo.or.su. Gen.*25.
ee *Isyc.s.Leu.* 11.
ff *Aug.s.psal.* 108.
gg *Ori.s.Mat hom.*30. *Arn.s.pf.*108. *Hier.s.pf.* 21.
hh *Au.s.psa.* 47.77.
ii *Arn.* & *Hila.s.pf.*64.
kk *Gr.*12..*m.*13.& *s.*21.*mor.*9. & *s. Eze. hom.* 10. ll *Hie.s.Is.* 44. *Isy.s. Leu.*22. mm *Au.s.pf.* 47,77. nn *Gre.*6.*m.* 24.& 21.*m.*8. oo *Isyc.s.Leu.*6. pp *Au.*1.*q. in Euan.*43.

Digitized by Google

Generatio Ezechiæ diceretur ablata, *a* si mortuus fuisset sine prole, de qua nasciturus erat Christus. *Isa.* 38. *c.* — *Iudæi.*

Progenies Antichristi non erit in populo suo, quia *b* & ipse, & eius populus cum eo ad supplicium pariter vrgebuntur. *Iob.* 18. *d.*

Generatio praua & exasperans, erat *c* Iudæorum. *Psal.* 77. Qui dicuntur generatio adultera & pessima. *Matt.* 16. *a.* Generatio etiam furoris Dei, dicuntur Iudæi: in quos exercet Deus furorem suum, eos puniendo. *Ier.* 7. *g.* Generatio autem Hierusalem dicitur de terra Chanaan, quum imitatur vitia Chananæorum, & Ægyptiorum. *Ezec.* 16. *a.* Hæc generatio maledixit patri, quando *d* Christum negauit: nec benedixit matri synagogæ, non sequens fidem patrum. *Prou.* 30. *b.*

Genimina viperarum dicuntur bilingues. Sic appellabat Ioannes Pharisæos & Scribas. *Matth.* 3. *b.* 23. *d.* *Luc.* 3. *b.* — *Bilingues.*

Stirps inutilis, nascens ad radices arborum *e* est diabolus, & eius imitatores. *Isa.* 14. *e.* Generant autem bestiæ sub frondibus cedri, quum immites, & crudeles fauore diaboli alios peccare faciunt. *Ezech.* 31. *b.* — *Diabolus & eius sequaces.*

Generationes dicuntur *f* ætates, quæ permutantur. *Leuit.* 3. *d.* Et generationes septem, sunt septem ætates. — *Ætates.*

Genitrix, vide Mater.

Genitalis, Verenda.

GENITALIS est ad generationem pertinens. Et genitalia membra, sunt pudenda tam in viro, quàm in fœmina, quæ & verenda dicuntur. — *Fomes peccati.*

Genitalia loca designare possunt *g* fomitem peccati. *Num.* 25. *b.* — *Infirmitas Christi.*

Verenda Noë, *h* infirmitatem Christi & Passionem designant: quæ detexit, vel irrisit Cham, hoc est, populus Iudæorum. *Gen.* 9. *d.* Hæc verenda apprehendit mulier, hoc est, *i* synagoga. *Deut.* 25. *c.*

Generalis, Generaliter, vide Vniuersalis.

Generosus, vide Nobilis.

Genezareth.

GENEZARETH, seu Genezar. id est, hortus, aut protectio principis, vel hortus, aut protectio ministrantis. Est *k* lacus ad Carmeli radices, quem Iordanis fundit, qui & Genesara, vel Geneseriticus appellatur ab aliis. Hebraicè autem dicitur *Chenereth.* Est circumseptus vrbibus celebribus, Capharnaũ, Tiberiade, & Bethsaida, & reliquis. Dicitur aliquando mare Tiberiadis, & mare Galilææ: & iuxta hoc mare in deserto saturauit Christus quinque millia hominum, & etiã septem millia, licet in diuersis locis. Ponitur autem iuxta illud mare tetra Genesar, in quam dicitur transfretasse Christus, post saturata quinque millia hominum, & sedata tempestate. *Matt.* 14. *d.* *Marc.* 6. *g.* *Luc.* 5. *a.* Et designat tranquillitatem futuræ vitæ post huius labores. Ioannes autem *cap.* 6. *c.* videtur dicere Christum post miraculum iussse in Capharnaum, quod intelligendum est ipsum prius in vnum abiisse locum, deinde in alterum. — *Tranquillitas futura vitæ.*

Geniculum.

Genicula sunt nodi stipulæ, vel caulis herbacei, & velut articuli, vt genicula in tritico, aut hordeo, aut arundine: sumitur pro genibus, tanquam diminutiuum. *Nah.* 2. *d.* dissolutio geniculorum.

Gens, Gentilis, Natio.

GENS dicit multitudinem, quæ quasi est idem, quod natio, quanquam in vna gente plures possint esse nationes: vt in vna gente Itala sunt Hetrusci, Campani, Vmbri, Picentes, &c. Et gentiles dicuntur sæpè infideles, & idolorum cultores. Et gentes generaliter dicuntur *l* omnes homines. *Isa.* 34. *a.*

Gentes sunt quædam secundùm carnem, quædam secundùm spiritum. Nunquam enim dixisset Apostolus. *Ephes.* 2. *b.* Gentes in carne, nisi essent alię in spiritu. Et gentes duæ in vtero Rebeccæ, sunt *m* carnales & spirituales in Ecclesia, vel virtutes & vitia in anima, vel Iudæi & Christiani. *Gen.* 25. *c.* — *Carnales & spirituales.*

Gens magna & robusta, sunt *n* beati immortalitate fruentes, & victores dæmonum. *Gen.* 21. *a.* *Is.* 60. *d.* *Mich.* 4. *c.* — *Beati.*

Gens quoque magna, in quam fit Abraham, dicitur *o* populus Christianus. *Gen.* 21. *a.* 18. *b.* 46. *a.* *Exod.* 32. *c.* Eadem dicitur gens sancta. *Exod.* 19. *a.* 31. *c.* Et gens robusta, & iusta. *Isa.* 25. *a.* 26. *a.* 42. *a.* Et gens, quæ simul parturitur, sunt fideles simul conuersi in Ecclesia. *Isai.* 66. *c.* Et gens magna factus populus Israël in Ægypto, sunt fideles crescentes in hoc mundo per tribulationes. *Exod.* 1. *a.* Et gentes multæ dicuntur aliquando credentes. *Gen.* 17. *a.* Et gentes congregatæ, *p* sunt gentiles in Ecclesia vniti per fidem. *Isa.* 13. *c.* Et gens faciens fructum regni Dei, sunt fideles in Ecclesia. *Matt.* 21. *d.* Dicuntur etiam fideles baptizati nationes Orientales, quia nati sunt ab Oriente, hoc est à Christo. Et gens longinqua Sabæi sunt, qui longè sunt à statu vitiorum & errorum. *Ioel.* 3. *b.* In gentem quoque magnam fit Ismaël, *q* propter eos, qui crediturí sunt ex Iudæis. *Gen.* 21. *c.* Gens etiam abominata possunt dici fideles, qui abominationi sunt Iudæis, & cæteris infidelibus. *Isa.* 49. *b.* — *Populus Christianus.*

Non gens. *Deut.* 21. *c.* dicuntur Christiani, quia pauci credebãt ex vna ciuitate, pauci ex alia, & nusquam gens integra ab initio credulitatis videtur assumpta. Non enim sicut Iudæorum gens erat, vel Ægyptiorum, ita etiam Christianorum genus gens est vna, sed sparsim ex singulis gentibus congregabantur. Dicuntur etiam gens insipiens, quia reputantur insipientes à Iudæis. *Rom.* 9. *f.* Dicuntur verò gens vna propter vnitatem fidei & charitatis. *Ezec.* 37. *c.* — *Christiani.*

Gentes ascendentes contra Tyrum, sunt prædicatores contra hæreticos dimicantes. *Ezech.* 2. *a.*

Gentes passim dicuntur *r* infideles, & gentes eiectæ sunt: gentilitas victa. *Exod.* 34. *b.* *Num.* 23. *b.* 24. *b.* *Psal.* 45. 48. 65, 67. 79. *Ierem.* 51. *a.* Et gentes vastatæ, & solitudines derelictæ, sunt ipsa gentilitas derelicta. *Isa.* 69. *c.* Gentes quoque quas dedit Pater Christo in hæreditatem, sunt gentiles ad fidem venientes. *Psal.* 2. Et ipsi erant gentes, quæ nesciebant Dominum, nec inuocabant. *Isa.* 42. *a.* 55. *b.* 65. *a.* Et gentes, super quas constituitur Ieremias, hoc est, Christus, aut prædicator, sunt gentiles. *Ier.* 1. *a.* Ex his fiunt serui sempiterni, cum conuertuntur. *Leui.* 25. *g.* Gentes quoque plurimæ, dicuntur multitudo malorum. *Ezec.* 31. *b.* *Ioel.* 3. *a.* *b.* *Habac.* 3. *b.* — *Prædicatores, Infideles. Gentiles.*

Gens magna dici potest *s* multitudo virtutum, in quam fit vir iustus, cùm in eo virtutes multiplicantur. *Genes.* 12. *a.* — *Multitudo virtutum.*

Gens abominata *t* dicuntur Iudæi, quos abominatus est Deus propter eorum incredulitatem: qui etiam dicuntur gens peccatrix, & populus graui iniquitate. *Isa.* 1. *a.* 49. *b.* Dicuntur etiam gentes fallaces, verbis tantum colentes Deum. *Isa.* 10. *a.* Et gentes congregatæ aduersus Ecclesiam. *Isa.* 13. *c.* Et gentes apostatrices. *Ezec.* 2. *a.* — *Iudæi.*

Gentes etiam dicuntur *u* dæmones, qui sunt gentes de longinquo: & gens robusta & antiqua. Et gentes opulentæ & congregatæ aduersus Ecclesiam. *Leu.* 18. *d.* *Psal.* 77. 78. 79. *Isa.* 13. *c.* 33. *a.* *Ierem.* 5. *d.* *Thren.* 1. *d.* *Ezec.* 31. *b.* 32. *d.* *Ioel.* 1. *b.* 2. *d.* 3. *b.* *Amos*, 6. *d.* *Abdi f.* *Mich.* 4. *d.* *Hab.* 1. *b.* *Zach.* 1. *c.* — *Dæmones.*

Gentes eiectæ, vel eiiciendæ, sunt *x* vitia. *Exod.* 34. *c.* *Psal.* 77. 79. 105. 134. Super has gentes constituitur Ieremias, hoc est, Christus, vel prædicator, ad eas delendas. *Ierem.* 1. *a.* Et gens non sancta dicuntur malæ cogitationes, & concupiscentiæ. *Psal.* 42. 135. *Thren.* 1. *a.* *Hab.* 3. *b.* Et gentes septem eiiciendæ, sunt septem capitalia vitia quorum terram possident fideles, quum benè vtuntur affectibus & potentiis, quibus prius vitiis seruiebant. Sed gens Ægypti deseritur, & non eiicitur: quia etsi aliorum vitiorum radices abscindantur, vsum tamen gastrimargiæ nequaquam valebimus amputare. Gentes quoque, quas reliquit Deus inter Israël, sunt minora vitia, cum quibus est pugnandum. *Iudi.* 3. *a.* — *Vitia. Concupiscentia.*

Gens contra gentem surgens, *y* sunt hæretici contra hæreticos. *Matt.* 24. *Marc.* 13. *a.* *Luc.* 21. *b.* Et gentes fallaces, & congregatæ aduersus Ecclesiam, sunt hæretici. *Isa.* 10. *b.* 13. *c.* Et gens conuulsa, *z* sunt decepti ab hæreticis, qui & gens expectans dicuntur: quia promittunt sibi vitam æternam, quam non sunt habituri. *Isa.* 18. *a.* Qui etiam illudunt Christo, gentes dicuntur. *Matt.* 20. *c.* Et nationes Orientales venientes contra Israël, sunt hæretici. *Iud.* 6. *a.* Iidem sunt natio praua. *Phil.* 2. *b.* — *Hæretici.*

Nationes proprię, in quibus leuauit Deus signum, fuerunt *aa* Romani, Hispani, Galli, qui venerunt ad subuersionem Hierusalem. *Is.* 5. *g.* 11. *c.* — *Romani.*

Genu, Poples.

GENV in hominibus est curuatura illa, qua crura, & femora committuntur: & in eis flexis, & submissis *bb* supplicantis & rogãtis habitus exprimitur: in rectis verò diuersa est significatio. Deo autẽ est omne genu flectendũ, — *Adoratio Deo. Oratio.*

quia

a *Hie. s. Is.* 38.
b *Gre.* 14. *mo.* 11.
c *Au. s. ps.* 77. *Hie. s. ps.* 77. *et s. Ier.* 7. *& s. Ezech.* 16.
d *Bed. s. Prou.* 30.
e *Hier. s. Is.* 14 *& s. Ephe.* 31.
f *Isy. s. Leu.* 3.
g *Ori. s. Num. hom.* 10.
h *Glo. ord. su. Gen.* 9.
i *Rup.* 1. *sup. Deut.* 38.
k *Hie. s. Mat.* 24.
l *Hie. s. Is.* 34. *Hie. s. Eze.* 30
m *Bed. s. Gen.* 25.
n *Ambr.* 1. *de Abra.* 1.
o *Ori. s. Gen. hom.* 15. *& s. Matt. ho.* 19. *& s. Iud. hom.* 8.
p *Hie. s. Is.* 13. 25. 66. *& s. Ioel.* 3.
q *Bed. s. Gen.* 21.
r *Ori. s. Num. hom.* 15. 19. *& s. Ier. hom.* 1. 2. *Arn. & Hil. s. ps.* 2. *Basil. s. ps.* 48. *Hier. s. Is.* 65. *& s. Ierem.* 1. *Tertul. aduer. Iudæos. Isyc. s. Leu.* 25.
s *Orig. s. Gen. ho.* 15. *Bed. s. Gen.* 12.
t *Hie. s. Is.* 13.
u *Ar. s. ps.* 78. 79. *Hie. s. Isac* 13. *Isy. s. Leu.* 18.
x *Hil. s. psal.* 134. *Ori. s. Iere. ho.* 1. *Arn. s. ps.* 105. 135. *Cassia. coll.* 5. *cap.* 19. *Au. s. psal.* 77. *Gre.* 4. *m.* 25.
y *Ori. s. Matt. ho.* 11. 28. *& s. Iud. hom.* 8.
z *Hier. s. Isa.* 18.
aa *Hie. s. Is.* 5. 11.
bb *Ori. s. Iud. hom.* 2. *Hie. s. Eph.* 3.

quia ab hominibus est ipse adorandus. Et Christo sunt genua flectenda; tam cordis, quàm corporis, quod designabant flectentes genua ante Ioseph. Et pertinent ad subiectionem mentis, & inclinationem animæ, cordisque obsequium. *Genes.* 41.*a.* *Isa.* 45.*d.* *Ephe.* 3.*b.* *Phil.* 2.*b.*

Vis operatiua. *Fortitudo.*

Genua cordis roborandæ, designare possunt vim animæ operatiuam, quam roborare oportet, proficiendo in bonis operibus: vnde bibentes genibus flexis designabant *a* imperfectos, miniméque robustos in operando. *Iudi.* 7.*a.* *Isa.* 35.*b.* *Ezec.* 47.*a.* Hos roborabat Paulus, dicens. *Ephe.* 6.*c.* State succincti. Et *Phil.* 4.*a.* State in Domino. Genua autem dissoluta sunt, vel per timorem, vel per pigritiam. *Nah.* 2.*c.* *Heb.* 12.*d.* possunt etiam genua fortitudinem designare.

a *Ori.s.Iud.h.* 9. *Am.defug.* sec. 6. *Gre.* 22. *m.* 22. & 30. *mo.* 33. *Ru.s.Iud.* 11.

Consolationes diuinæ. *Seruitus peccati.*

Genua aliquando designant *b* consolationes & refrigeria diuina: quia matres solent infantibus super genua blandiri. *Gen.* 30.*a.* 50.*d.* *Isa.* 66.*d.*

Vt autem quicunque subiectus est saluatori, *c* flectere ei genu dicitur. Sic qui peccati seruus est, & habet spiritum seruitutis in timore, genu scribitur flexisse peccato. Dereliqui mihi, ait Dominus, septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal, idolo scilicet atque peccato. 3. *Reg.* 19.*d.* vnde in his non curuantibus genua, ostenditur fortitudo fidei.

b *Hier.s.Isa.* 66.
c *Hie.s.Ep.* 3.

Consuetudo peccandi. *Præsentia rei.*

Genibus excipitur peccator, *d* cùm iam de iniquitate sua non confunditur: sed etiam in ea adminiculis pessimæ consuetudinis roboratur. *Iob* 3.*b.* *Eccli.* 25.*d.* *Isa.* 66.*d.* *Dan.* 3.*d.*

d *Gre.* 4. *mor.* 28.

Genu, præsentia rei. *Gen.* 30.*a.* vt pariat super genua mea.

Genus, Sexus.

Genvs, dici solet principium vniuscuiusque generationis, vel ab eo, qui genuit, vel à loco, in quo quis genitus est. Et genus logicè est, cui supponitur species, quódque de pluribus differentibus specie prædicatur. Et sæpè genus sumitur pro specie. Genus etiam est sexus, vt genus masculinum, aut fœmininum. Natio. *Genes.* 28.*a.* Noli accipere coniugem de genere Chanaan. Natura. *Matt.* 17.*c.* Hoc genus non eiicitur, nisi per orationem. Qualitas. *Isa.* 22.*g.* vasorum diuersa genera. Tribus. *Leuit.* 6.*d.* Masculus de genere sacerdotali.

Fortia opera. *Implentes perfectionem euangelicam.* *Diuersi status hominum.*

Genus masculinum designare potest *e* fortia opera, implentes perfectionem Euangelicam. *Exod.* 34.*e.* 13.*b.* 1. *Reg.* 1.*b.* vnde generare masculum pertinet ad legem Euangelicam, cùm dicit Christus. *Matt.* 5.*g.* Diligite inimicos vestros. Et qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, &c. Hic masculus est, & pertinet ad Ecclesiam: nam synagoga peperit fœminam, cùm dicit. *Leuit.* 19.*d.* Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

e *Gr.s.*1. *Reg.* 1.

Secundum genus sunt animalia, *f* cùm benè viuunt per imitationem proximorum. *Gen.* 1.*c.* diuersa autem genera animantium, diuersos hominum status significare possunt. *Exod.* 12.*f.* Idem sunt diuersa genera piscium, quæ etiam gentiles significare possunt. *Mat.* 13.*g.* In creatione autem hominis non est dictum, Iuxta genus suum: tum quia non sunt multa hominum genera, tum quia faciendus erat homo ad imaginem Dei.

f *Au.* 13. *confessio* 22. *Ori.s. Matth. ca.* 13.

Diuersi gradus in Ecclesia. *Offerentes se Deo.* *Raptores.* *Carnales.*

Genera diuersa vasorum sunt, *g* diuersi gradus fidelium ex gentibus in Ecclesia: & simplicium, & doctorum. *Isa.* 22.*g.*

g *Hie.s.Is.*22

Genus sacerdotale. *Leu.* 6.*d.* pertinet ad illos, *h* qui offerunt seipsos Deo: & fortes sunt, ac strenui.

h *Glo. ord.su. Leu* 6.

Genus accipitrum, designat *i* raptores. *Leu.* 11.*c.*

i *Glo. ord. su. Leu.* 11.

Genus coruinum: designat carnales & bonorum affectionum expertes. *Leu.* 11.*b.*

Genus muscarum, vide *Musca.*

Genus vulturum, vide *Vultur.*

Genus charadrij, vide *Charadrion.*

Genus bruchi, & locustæ, vide *Bruchus*, & *Locusta.*

Gerara.

Gerara, id est, peregrinatio, vel certatio, aut conflictus: est metropolis, & sedes regia Philistinorum, & terminus Austrinus terra Chanaan, sita inter deserta Sur & Cades barne, vbi peregrinatus est Abraham, distat ab Hierosolymis trium dierum itinere. Nam inde profectus Abraham immolaturus filium Isaac, quem ibidem genuerat, tertio die peruenit ad montem Moriah, vbi postmodum constructa est Hierusalem: est ibi iuxta vallis eiusdem nominis, vbi morabatur Abraham. Hanc Gurbaal dici admonet Hieronymus in quæstione sup. Par. Cùm Ozia pugnauit contra Arabes, qui habitabant in Gurbaal. 2. *Par.* 26.*a.* Regio quoque illa dicitur Geraritica. Est autem Gerara typus huius mundi, in quo boni peregrinantur. *Gen.* 20.*a.*

Mundus.

Peccatum.

Gerara secundùm Origenem *k* interpretatur Machæra, & designat peccatum, vbi fodit puteos Isaac, quia per pœnitentiam & punitionem peccatorum, inuenitur aqua gratiæ. *Gen.* 26.*a.*

k *Ori.s. Gen. hom.* 13.

Gentilitas.

Gerara etiam designat gentilitatem, *l* vbi peregrinatus est Isaac, hoc est, Christus per Apostolos propter famem, quæ erat in Iudæa. *Gen.* 26.*a.*

l *Rup. s.Gen.* 8.

Gerasa, Geraseni.

Iudæi.

Gerasa, *m* quæ & Gergasa, & Gadara, est ciuitas trans lacum Genezareth, versus terram Galaad, quæ dicitur regio Gerasenorum, in qua Christus hominem à dæmonum legione liberauit, & in porcis eos in mare præcipitari permisit. Geraseni autem interpretantur *n* peregrinationi siue conflictui, aut ruminationi appropinquantes. Hi non admiserunt Christum in ciuitatem suam designantes Iudæos, qui Christum non receperunt. *Matth.* 8.*d.* *Marc* 5.*a.* *Luc.* 8.*d.*

m *Hil.s.Mat. cant.* 8.
n *Am.s. Luc.* 8.

Gerere, Gesta, Gestare, vide Ferre, & Agere, & Facere.

Germanus, vide Frater.

Germinare, Germen.

Germinare, est pullulare, & germen emittere. Germen autem est, quod ex arborum oculis nascitur, nempe surculus prægnans germinando dictus, quod sit generationis principium. Refertur etiam germinare ad animalia, cùm fœtus producunt.

o *Orig.s. Nu. hom.* 9. *Aug.ser.* 99.

Crux Christi. *Resurrectio corporis.*

Germinans virga Aaron. *Num.* 17.*b.* typus est *o* crucis Christi, miros fructus gratiæ producentis. Et etiam figura resurrectionis corporis, & eorum, quæ in corpore glorioso erunt, quæ sunt incorruptio, virtus, gloria, & spirituale corpus. Designat etiam prima hominis in Christo confessionem. Et germinat truncus præcisus ad odorem aquæ, *p* cùm per afflatum sancti Spiritus in electorum cordibus martyr aut prædicator, qui visus est oculis insipientium mori, exemplo sui operis germen virtutis facit. *Iob.* 14.*b.*

p *Gr.* 12.*m.* 3

Pariès Maria Christum. *Christus.* *Beati.* *Multiplicatio fidelium.* *Ædificatio proximorum exemplaris.*

Germinauit terra Saluatorem, *q* quando beata virgo Maria peperit Christum. *Isa.* 45.*b.* Et Christus est germen Domini. *Isa.* 4.*a.* *Iere.* 23.*a.* 33.*a.* *Ezech.* 34.*g.* *Zach.* 8.*b.*

q *Glo.ord. su. Is.*4.45.
r *Lyr.s. Isa.*4.

Germen Domini, quod erit in magnificentia, designat *r* beatos, qui in gloria magnificantur. *Isa.* 4.*a.* 60.*d.* 61.*d.*

Propositum correctionis. *Spes misericordiæ.*

Germinatio filiorũ Israël in Ægypto *s* est multiplicatio fidelium in Ecclesia. *Exo.* 1.*a.* Et germé Domini quod est in magnificentia, sunt fideles in Ecclesia. Et germinãtes salices, sunt gẽtes aut Iudæi, aut quiduis infideles ad fidẽ venientes, & per baptismũ renati. Germinant autẽ sicut salices inter herbas, dũ inter arescentem vitam carnalium hominũ, & multiplici numerositate, & perpetuò mentis virore perdurant. Germen quoque Apostolorum, sunt oũersi ab eis. *Is.* 4.*a.* 27.*b.* 44.*a.* 61.*d.* *Ps.* 64. *Eze.* 16.*a.* 36.*b.f.* *Zac.* 8.*c.* Et dicũtur germinare sicut vinea. *Hos.* 14.*c.*

s *Hier.s.Is.* 4. 61.
Gr. 33.*m.* 6.

Sanguis Christi. *Operari.*

Germinant mala punica, *t* cùm perfecti quique per exempla sua proximos ædificant: & in nouitatem sanctæ conuersationis per prædicationem, & bonorum operum ostensionem inuitant. *Cant.* 6.*d.* Germina autem sunt ipsæ virtutes. *Leu.* 26.*c.* *Iob*, 8.*c.* 20.*d.* *Isa.* 5.*d.*

t *Gr.s. Cant.* 6.

Germen radicũ arboris abscissæ. *Da.* 4.*b.* est *u* propositũ correctionis, & spes diuinæ propitiationis quod remanet post ruinã, quum quis post lapsum pœnitẽtiæ propositũ habet, & pœnitentiæ fructũ de diuina pietate sperat.

u *Ricar.de S. Vict. de secur. conscienti.* 24.

Germinans virgines vinum, est *x* sanguis Christi, & eius doctrina. *Zach.* 9.*d.*

x *Hier.s.Is.* 5. 27. 53.

Germinare est *y* operari, siue in bonum, siue in malum: in bonum, cùm germinat terra herbam virentem, hoc est, corpus nostrum profert bona opera. *Gen.* 1.*a.* *Leu.* 26.*a.* *Isa.* 35.*a.* 55.*c.* Et germina sunt opera, ex radice cogitationis prodeuntia. *Isa.* 5.*f.* *Psal.* 64. Et germinant ossa vt herba, cùm exercentur virtutes, vel cùm suscitabuntur corpora gloriosa. *Isa.* 66.*d.* Et germinatio filiorum Israël in Ægypto, est multiplicatio bonorum operum in Ecclesia. *Exod.* 1.*a.* *Isa.* 27.*b.* *Ezech.* 36.*f.* germinat autem quasi lilium, qui exercet opera castitatis odorem bonum

y *Aug.* 13. *confessio.* 19.
Hila.s.ps. 64.
Bed.s.Gen. 1.

temittentia. *Hoſ.*14.*c.*Sic dicuntur germinare ſpecioſa deſerti. *Ioel.*2. *Hab.*3.*d. Agg.*1.*c.* Ad hæc referuntur germinantia ligna in agris,& germinans linum folliculos. *Exod.*9.*g.*10.*b.*Germinans autem lepra in capite, vel barba: *Leuit.*13.*d.*in malum refertur. Et germen terræ,in malum,*a* ſunt deſideria carnis. *Deut.*32. Et germinat terra ſpinas & tribulos,cùm caro noſtra inordinatas profert concupiſcentias. *Gen.*3.*c.* Et prauæ concupiſcentiæ dicuntur germen Babylonis. *Iſa.*14.*e.* Et germen domus hypocritæ,quod operietur ſunt mala, quæ in eius conſcientia latebant,quæ in iudicio manifeſtabuntur. *Iob.*20.*d. Hoſ.*10.*a.*

*a Am.ſer.*36. *Hie.ſ.Iſ.*65. *Philo.*2.*alleg. Gre.*15. *mor.*16.

Germinat pilus Hieruſalem,*b* cum anima eſt apta ad operandum. *Exec.*16.*a.* Germen autem primum dicitur prima fidei Chriſti confeſſio.

*b Ori.ſ.Num. hom.*9.

Germen delectabile *c* dicti ſunt viri Iuda,comparati ad Iſraël, quia minus peccauerunt, quàm Iſraël. *Iſa.*5.*b.*

*c Hier.ſ.Iſ.*5.

Germen alienum eſt *d* infidelitas de filio Dei: & germen Moab, eſt viror verborum fallacium hæreticorum. *Iſa.*15.*c.*16.*c.*

*d Hie.ſ.Iſ.*15. 17.

Germinat immatura perfectio,cùm quis *e* habet conſolationem ſuam in hoc ſeculo. *Iſa.*18.*c.* Sic germen ſcirpi,quod in ortu eius egreditur, eſt *f* cum hypocrita mox in initio boni operis gloriæ temporalis remunerationem quærit. *Iob*,9.*e.*

*e Glo.int.ſup. Iſa.*18.

*f Gre.*8. *mor.*33.

Germinantur alij de terra pro ſcirpo, *g* cùm iniquitas hypocritarum, aut hæreticorum in alios propagatur. *Iob*,8.*d.*

*g Gre.*8.*mor.*39.

Germinat ſuperbia,*h* cùm eius appropinquat vindicta. *Exech.*7.*d.* Et cùm ex ea oritur contemptus proximorum.

*h Glo.ord. ſu. Exec.*7.

Germinans ſemen cedri,erat *i* Sedechias in Hieruſalem. *Exec.*17.*b.*

*i Hie.ſ. Exec.*17.

Germen orbis dicitur tam homo,quàm quicquid natum eſt in terra. *Iſa.*34.*a*,45.*a.*

Gerſom.

Gerſom,id eſt,aduena,ſiue peregrinus: filius Moſis. *Exo.*2.*d.*18.*a.*1.*Para.*6.*e.*15.*a.*23.*b.* typus eſt *k* eorum,qui dicunt Deo: Aduena ego ſum apud te,& peregrinus. Vel eſt populus gentium, qui fuit aduena in lege.

*k Be.ſ.Exo.*2.

Gerſon,Gerſonites.

GERSON,id eſt, *l* exilium eius,vel peregrini mutatio: filius Leui,à quo dicti ſunt Gerſonitæ, qui portabant de tabernaculo fœderis,quæ minus ſancta erant,non in humeris,ſed in plauſtris duobus. *Gen.*46.*b. Num.*26.*f.*1. *Par.*6.*a.* deſignare poſſunt miniſtros medij gradus in Eccleſia.

*l Ori.ſ.Num. hom.*4.

Geſſemani.

Geſſemani,id eſt,*m* vallis pinguiſſima, vel vallis olei: erat vallis,& villa ad radices montis Oliueti, proxima Hieroſolymis,vbi orauit,& captus eſt Chriſtus, *Matth.*26.*d. Marc.*14.*d.* typus eſt Iudææ, vbi circundederunt Chriſtum tauri pingues.

*m Hier.ſ.Iſa.*28.

Geſſen.

GESSEN,id eſt,*n* appropinquatio,vel approximatio, regio Ægypti, vbi habitauerunt filij Iſraël, quam aliqui dicunt Thebaïdem eſſe. Erat locus paſcuum,fuitque libera à plagis Ægypti. *Gen.*45.*a.*46.*e. Exod.*8.*f.*9.*f.* poteſt ſignificare ſacram ſcripturam,quæ eſt locus paſcuæ. Item Eccleſiam ſiue militantem,ſiue triumphantem. Vel deſignat propinquitatem,quam habent boni inter ſe in hoc mundo.

*n Bed.ſ. Gen.*47.

Geth,Gethæus.

GETH, id eſt,torcular: ciuitas vna ex quinque præcipuis Paleſtinæ,vbi erãt gigantes: inde erat Goliath,quem occidit Dauid. *Ioſ.*11.*d.*1.*Reg.*7.*d.*17.*a.*2.*Reg.*1.*c.*21.*d.*3.*Reg.*3.*g.*1.*Par.*7.*e.*18.*a.*26.*a. Amos*,6.*a. Mich.*1.*c.* deſignare poteſt *o* peccantes audacter ex concupiſcentia. Sed vrbes ab Acharon vſque Geth,redduntur Iſraëli, cùm tam negligentes agere bonum,quàm audacter peccantes,pœnitendo ad Deum redeunt, & beatitudinem acquirunt.

*o Gre.ſ.*1.*Re.*6.

Geth,in qua captus eſt Dauid,deſignare poteſt *p* Eccleſiam,in qua tenetur Dauid, hoc eſt, Chriſtus. *Pſal.*55. *in titulo.*

*p Au.ſ.pſ.*55.

Geth, id eſt,torcular deſignare poteſt *q* peſſimam doctrinam hæreticorum,peſtiferum vinum errorum exprimentem: quod torcular ædificatur contra domum Dei. *Mic.*1.*d.*

*q Hie.ſ. Mic.*1.

Gethæus Obededom,in cuius domo manſit arca fœderis. 2.*Reg.*6.*b.* deſignat *r* gentiles recipientes arcam legis,& ſunt Gethæi,propter torcular crucis Chriſti.

*r Glo.ord.ſ.*2. *Reg.*6.

Gethæi dici poſſunt *ſ* Philoſophi,qui ſupereminebant aliis de populo,velut gigantes, 1.*Reg.*5.*c.*2.*Reg.*15.*d.*1. *Par.*13.*d.*

*ſ Hier.ſ. Am.*6.

Gibbus, Gibboſus.

GIBBVS eſt tumor dorſi,aut etiam pectoris,ex ſpinæ flexura enatus, deſignare poteſt *t* quicquid anima turpe vel cogitat,vel facit,&c. vnde gibboſus eſt, qui turpitudinem in anima habet: & qui graue fert onus peccatorum,& hoc non videns,quia retro eſt gibborum congeries. *Leu.*21.*d.*

*t Am.ſerm.*4. *Iſye.ſ.Leu.*21.

Gibbus camelorum deſignare poteſt tumorem & ſuperbiam diuitum. *Iſa.*30.*b.*

Gibboſus eſt,quem *u* terrenæ ſolicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad ſuperna reſpiciat, ſed ſolis his, quæ in infimis calcantur intendat. *Leu.*21.*d.*

*u Gre.*1.*paſt.*11.

Giblij.

GIBLII.3.*Reg.*5.*d.* qui præparabant ligna ad domum Dei,quam conſtruxit Salomon, interpretantur termini, vel confinia:& deſignant doctores præparantes auditores,vt ſint apti ad ædificium domus Domini. Hebraicè dicitur ab aliquibus Gebal,id eſt,deficiens,vel determinans: vnde fiat plurale, Giblim. Et ſumitur pro his,qui quadrant lapides & ligna. Pro eiſdem videtur ſumi. *Ezech.*27.*b.*

Giezi.

GIEZI,id eſt,vallis viſionis, aut vallis pectoris: fuit famulus Eliſæi, qui callidè accepit pecuniam & veſtes à Nahaman: vnde factus eſt leproſus: deſignare poteſt *x* auaros, quibus adhæret lepra: & ſacerdotes ſimoniacos. 4.*Reg.*5.*g.*

*x Amb.ſ.Lu.*4.

Typus eſt etiam *y* Iudæ, qui ſequebatur Chriſtum,vt ditaretur,& etiam Iudæorum, qui temporalia requirebant. Et tunc repleti ſunt lepra,cùm gentes curatæ ſunt,quando videlicet dixerunt, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Illis ergo adhæſit lepra,quandò gentiles ad fidem venerunt.

*y Au.ſe.*208.

Giezi ſecundum quod poſuit baculum Eliſæi ſuper puerum mortuum, quem non ſuſcitauit. 4.*Reg.*4.*d.* deſignat *z* miniſtros veteris legis, qui per legem non iuſtificabant.

z Glo. ord.ſu. 4.*Reg.*4.

Gigas.

GIGANTES erant excelſa mole homines,& robuſti.

*aa Hie.ſ.Iſ.*3. & *ſ.pſ.*18.

Gigas interdum *aa* dicitur Chriſtus,qui aſſumpta humana natura exultauit vt gigas ad currendam viam. *Pſa.*18. Dicitur autem gigas,propter fortitudinem,qua alligauit fortem diabolum.

*bb Baſil.ſ.pſ.*32. *Au.ſ.pſal.*77. *Greg.*3. *Reg. epiſt.*5.

Gigantes etiam dici poſſunt viri ſublimes virtute. 1.*Mac.*3.*a.* Et gigas non ſaluans *bb* eſt quilibet fortis, qui non poteſt præſtare ſalutem. *Pſal.*32. Et gigantes ſeu medici non valentes mortuos ſuſcitare, ſunt magni & fortes Sancti,& doctores,qui non valent quenquam à peccato ſuſcitare,ſed ſolus Deus, licèt tanquam miniſtri poſſint præcepta ſalutis proponere. *Pſal.*87. Gigantes autem, qui gemunt ſub aquis, ſunt prælati gementes ſub onere ſubditorum. *Iob* 26.*a.*

*cc Phil.de gigantibus. Ori. ſ.Num. hom.*7. & *ſ.Cant. ho.*3. *Amb.de Cain.*5. & *de Noe.*4. *Hier. ſ.Iſ.*14. & *ſ.Iob.*26.

Gigantes dici poſſunt dæmones, & hæretici,& ſuperbi,demum gigas,eſt *cc* omnis qui Deo reſiſtit. Et gigantes in terra erant terrenis dediti,& ad terrena defluentes, vt cultui carnis ſtudentes, qui in infernum detruſi ſunt. *Gen.*6.*a. Deut.*2.*b.*3.*b.*2.*Reg.*21.*b.*24.*b. Iſa.*14.*b.*26.*d.* Et diabolus dicitur irruere in bonos quaſi gigas. *Iob.*16.*d.* Et gigantes ſub aquis gementes *dd* ſunt vel qui de peccatis ſuperbiunt,vel potentes huius ſæculi,vel ipſi dæmones. *Iob.*26.*a. Pro.*9.*d.*21.*b. Eccli.*16.*a.*47.*a. Sap.*4.*a. Bar.*3.*c.* Et gigantes ſeu medici non ſuſcitantes, dici poſſunt *dd* ſuperbi doctores, *Pſal.*87. Mos eſt etiam ſacræ ſcripturæ, gigantes vocare aggreſtes, & feroces homines, & robuſtos. *Iſa.*13.*a.* vbi ſumitur pro Medis.

*dd Bed.ſ.Pro.*21

Gigantes etiam dicuntur *ff* magna peccata. *Gen.*6.*a.* Hæc enim tyrannidem exercent in peccatores.

*ff Bed.ſ.Ge.*6.

Concupiſcentia.

Aptitudo ad operandum. Prima confeſſio fidei. Minus peccantes. Infidelitas. Verba hæreticorum. Conſolatio temporalis. Propagatio iniquitatis. Appropinquans vindicta. Aduena in hoc mundo. Gentilis. Miniſtri medij gradus.

Iudæa.

Sacra ſcriptura. Eccleſia.

Peccantes ex concupiſcentia. Eccleſia. Doctrina hæreticorum. Gentiles.

Philoſophi.

Peccata. Peccatores. Superbia diuitum. Terrenis vacans.

Doctores.

Auari. Simoniaci.

Iudas. Iudæi. Miniſtri veteris legis. Chriſtus. Sublimes virtutes. Fortes. Prælati. Dæmones. Hæretici. Superbi. Terrenis dediti. Potentes ſeculi. Superbi doctores. Agreſtes & feroces. Magna peccata.

Digitized by Google

Gignere, quare Generare.

Gilo, Gilonites.

Gilo, id est, exultatio, siue reuolutio, vel transmigratio, aut reuelatio: vel detectio: ciuitas in tribu Iuda, vnde erat Achitophel, qui dictus est Gilonites. *Ios.* 15. *f.* 2. *Reg.* 15. *b.*

Gion, siue Geon.

Temperantia.

GION, id est, pectus, siue eductio, aut exitus, seu vallis gratiæ, vel mansionis: est fluuius egrediens de paradiso terrestri, idem, qui Nilus, circuit terram Æthiopiæ, hoc est eductæ, designans *a* temperantiam, quæ libidinis ardorem refrigerat, & vitiorum nigrorem emundat. *Gen.* 2. *b.* vel iuxta Ambrosium, interpretatur hiatus, quia inordinatas concupiscentias absorbet.

Fortitudo.

Gion iuxta Philonem *b* interpretatur pectus, aut cornupeta, designant fortitudinem, quæ circa pectus est, vbi est cor, & ad defensionem sui parata est. Circuit autem Æthiopiam, quæ interpretatur humilitas, hoc est, timiditatem, quæ humilis & abiecta est. *Eccli.* 24. *d.* vel circuit Æthiopiam calidam, & feruentem, quia fortitudo feruens est in actione.

Aqua.

Gion etiam, vt interpretatur pectus, typum gerit *c* aquæ fluentis sine pedibus & manibus super alueum terreum, quasi pectore super terram, sicut & aqua maris super littora, quasi eodem modo reptat. Circuit omnem terram, Chus, quod Æthiopiam interpretantur, & etiam coopertum: circuit enim aqua omnem terram cooperiens, & inuoluens eam in circuitu, dempta hac parua portione, quam habitamus.

Est etiam Gion *d* fons in occidentali parte ciuitatis Dauid. 5. *Reg.* 1. *e.* 2. *Par.* 31. *g.* Ibi vnctus est Salomon in regem: creditur esse Siloë.

Git.

Gentes.

Git Græcè dicitur μελανθίον Latinè etiam nigella, à nigro seminis colore. Secundùm quod teritur virga, aut baculo, & non plaustro, designare potest *e* gentes quæ Dei & legis non habuere notitiam: quas Deus leuius castigat, & emendat quam Iudæos. *Isa.* 28. *g.*

Glacies, vide Gelu.

Gladius, Framea, Machæra, Culter, Ensis, Pugio.

Verbum Dei.

GLADIVS, & ensis, instrumentum est ad scindendum, quo præcipuè vtuntur in bello ad feriendum hostem. Interdum autem ponitur pro bello, *Leu.* 26. *a.* Gladius non transibit terminos tuos.

Diuinitas Christi.

Gladius Dei, seu gladius Spiritus, est *f* verbum Dei, quo vtimur aduersus Diabolum, *Genes.* 22. *b.* 49. *c.* 6. *c.* Hoc gladio percussus est Seon, id est, diabolus. *Num.* 21. *e.* Hunc gladium posuerunt Leuitæ super femur suum. *Exod.* 17. *d.* 32. *f.* 1. *Reg.* 14. *e.* 3. *Reg.* 3. *d.* *Psal.* 58. 62. *Isa.* 13. *c.* *Luc.* 2. *e.* *Hebr.* 4. *c.* *Apoc.* 1. *d.* 2. *e.* 19. *c.* Et ipsa diuinitas Christi gladius eius erat, quo erat accinctus. Et verba eius vim cædendi repugnandique habentia. *Psal.* 44. *Gen.* 3. *d.* 48. *d.* Gladius etiam est ipsa prædicatio. *Exod.* 32. *f.* *Psal.* 9. 88. *Isa.* 41. *a.* *Ier.* 4. *c.* 48. *a.* Hunc gladium verbi Dei non habebat Balaam. *Num.* 22. *d.* Et gladius Ehud in femore dextro est verbum Dei paratum ad opus: fuit infixus in ventre Eglon, quia confutauit omnes falsas rationes Philosophorum. Erat bis acutus, designans verbum Dei in vtroque testamento. *Iudith.* 3. *b.* Hunc gladium attulit Christus: qui etiam est emendus. *Matt.* 10. *d.* *Luc.* 22. *f.* 1. *d.* Huic gladio non cedit diabolus, secundùm quod est obstinatus. *Iob*, 39. *c.* Hoc gladio cadunt filiæ Tyri, cùm animæ conuertuntur. *Ezech.* 26. *a.* 28. *f.* 32. *c.* *Hos.* 11. *b.* *Amos*, 4. *c.* 7. *d.* 9. *a.* *Mic.* 5. *b.* *Soph.* 2. *c.* *Agg.* 2. *d.* Hic est gladius fortium, *Zach.* 9. *c.* Gladij autem ancipites designant verbum Dei secundum historiam, & allegoriam. *Psal.* 149. vel quia loquitur de præsenti seculo & de futuro, vel propter vtrumque testamentum, quo fecit animas. *Leu.* 26. *b.* *d.* *Psa.* 58. *Cant.* 3. *c.* Et gladij duo designant vtrumque testamentum: quos Christus dixit sufficere. Et cultri lapidei, quibus fiebat circuncisio, designant verbum Dei, & præcepta Christi. *Ios.* 5. *a.* sunt è saxo, & non è ferro, aut arte artificum facti, quia verbum Dei non accipit efficaciam ab arte Rhetorum, sed à lapide abscisso sine manibus hominum, Christo, quem etiam ipsi lapidei cultri designant.

Verumque Testamentum Christus.

Gladius Abrahæ, quo voluit immolare filium suum, designare potest zelum Dei, quo tradidit filium suum in mortem pro nobis. *Gen.* 22. *b.* *Zach.* 13. *d.*

Zelus Dei.

Framea Dei eripienda ab inimicis, *g* est anima Christi, vel Ecclesia, vel ipsa anima, cum qua pugnat Deus aduersus diabolum. *Psal.* 16. vbi etiam diuinam protectionem significare potest.

Anima Christi.

Gladius, quem vibrauit Deus dici potest *h* Christus secundùm humanitatem, qui in iudicio malis apparebit terribilis *Psal.* 7. Ipsum posuit Deus quasi gladium fortium. *Zach.* 9. *d.*

Ecclesia.

Gladij duo, dici possunt *i* verbum Dei, & oratio, quibus Simeon & Leui occiderunt hostes, hoc est, fideles vincunt dæmones. *Gen*, 34. *d.*

Diuina protectio.

Gladius Dei, *k* diuinam vindictam seu punitionem designat. Et gladius in cuius manus traduntur mali, designat æternam punitionem. *Iob.* 19. *d.* 27. *c.* 33. *c.* 41. *c.* *Psal.* 62. *Zach.* 11. *d.* Et dicuntur duo gladij, vel ancipites, quia puniunt corpus & animam, vel supplicio præsentis pœnæ, & metu futuræ. Quasi gladius acutus dicitur *l* os Christi, quia separabit malos à bonis in iudicio. *Isa.* 49. *a.* *Matt.* 10. *d.* Et gladius, quem mittit Deus, est eius punitio, & castigatio. *Isa.* 7. *Ier.* 2. *f.* 9. *e.* 11. *d.* 12. *c.* 25. *e.* Et gladius durus & fortis, erit vltima sententia. & pœna æterna. *Isa.* 27. *a.* 34. *a.* 55. *f.* 66. *e.* *Exod.* 22. *d.* Demum quicquid pungit, & percutit, & torquet & cruciat, in scripturis sanctis gladius vocatur, quo gladio vulnerabuntur siue interficientur qui Dei non fecerint voluntatem. *Ier.* 31. *a.* *Thren.* 1. *g.* 5. *b.* *Ezech.* 6. *a.* 11. *b.* 14. *e.* 29. *b.* 30. *a.* *g.* 31. *g.* 32. *c.* *d.* 33. *a.* *f.* *Amos*, 9. *c.* *Soph.* 2. *c.* Gladius etiam non viri, est punitio, quam exercebit Deus per Angelos. *Isa.* 31. *d.* *Apo.* 13. *d.* Gladius vtrinque acutus sententia iudicij saluans bonos, & condemnans malos. *Apo.* 1. *d.*

Christus.

Verbum Dei & oratio.

Diuina vindicta.

Gladius *m* angustia. *Luc.* 2. *c.* Tuam ipsius animam pertransibit gladius.

Sententia in iudicio.

Pœna æterna Angustia.

Gladius Azael Syri, est doctrina fidei in illis, qui ex gentibus crediderunt. Gladius autem Iehu vncti super Israël, est prædicatio Ioannis Baptistæ reprehendentis Scribas & Pharisæos. Gladius verò Elisæi, est Euangelica prædicatio, quæ separat fideles ab infidelibus, & interimit noxias cupiditates & peccata. 3. *Reg.* 19. *d.*

Doctrina fidei in gentibus.

Prædicatio Ioannis Baptistæ.

Ensis in manu Saulis & Ionathæ, *n* est acuta intelligentia ad discernendum falsa bona, & vera mala, quæ non inuenitur vulgo, sed in perfectioribus & prædicatoribus. 1. *Reg.* 13. *d.* Et culter statuendus gutturi, *o* est discretio ad discernendos sermones. *Prou.* 22. *a.*

Prædicatio Euangelij.

Gladius super femur. *Psal.* 44. est *p* virginitas rectè seruata, qua omnes carnis concupiscentiæ confodiuntur. Est etiam *q* custodia vigilans, carnis illecebras premens: & rigor conuersationis. *Cant.* 3. *c.*

Acuta intelligentia.

Gladius flammeus custodiens viam ligni vitæ. *Gen.* 3. *d.* designare potest *r* charitatem, quæ facit diuisionem bonorum à malis: & est versatilis, quia vertitur ad Deum & proximum. Designat etiam liberum arbitrium, quod verti potest per pœnitentiam ad paradisum. Gladius etiam secundum quod flammeus, *s* iustitiam vindicatiuam Dei designat, secundùm quòd versatilis misericordiam.

Discretio.

Virginitas.

Charitas.

Liberum arbitrium.

Iustitia & misericordia Dei.

Designat etiam tribulationes, *t* quæ penetrant, & secant, & adurunt variè secundùm diuersa peccata. Est autem versatilis, quia tribulationes in his, qui castigantur ad emendationem, aut in bonis. non perpetuò durabunt, *Luc.* 2. *c.* Sic potest designare coronam martyrij. Framea etiã designat corporales pœnas. Potest etiam designare ignem purgatorij, qui gladius est versatilis, quia pœna illa cessabit.

Tribulationes Martyrium.

Corporales pœnæ.

Purgatorium.

Designare etiam potest *u* motum cœlorum, & influendi virtutem, aut ipsum Solem.

Motus cœlorum.

Gladius Phinees, quo confodit adulteros, significare potest rectam rationem, seu rationes, quibus confunduntur vitia & errores. *Num.* 25. *b.*

Recta ratio.

Gladius Goliath. 1. *Reg.* 17. *a.* 21. *c.* designat *x* authoritates Sacræ Scripturæ, quibus hæretici suos nituntur errores munire: verùm Dauid, hoc est, fortis prædicator, quem ille gladius decet, eodem ipsum Goliath, hæresiarcham videlicet confodit: vel designat veritates, quæ sunt in libris gentilium, quibus fortis prædicator ipsos gentiles reuincit. Designat itidem eum doctorem, qui minister erat diaboli ad peruertendas animas, qui conuersus præcidit caput diaboli.

Authoritates Sacræ Scripturæ.

Veritates Philosophorũ.

Doctor conuersus.

a *Ambr. de par.* 3.
b *Phil. alle. Bed. f. Gen.* 2.
c *Geor. Venet. can.* 1. *tom.* 7. *cap.* 22.
d *Lyr.* 3. *Reg.* 1.
e *Hie. f. Is.* 28.
f *Ori. f. Num.* 23. *& f. pf.* 36. *hom.* 2, 3 *Am. epi.* 56. *& f. Lu.* 21. *Arn. f. psa.* 9. 62. 88. *Gr. f.* 1. *Re.* 14. *& 34. mo.* 4. *Basil. f. pf.* 43. *Tert. adu. Iudæos, & adu. Marcio.* 3. *Hier. de iudicio Salomon. & f. Ephe.* 6. *Phil.* 2. *alleg. & de Cherubim. Ori. f. Iu. hom.* 4. *Hil. f. Mat. can.* 10. *Cassi. coll.* 20. *ca.* 8. *Hie. f. pf.* 8. 149. *Ori. f. Leu. ho.* 16. *Aug. f. pf.* 18. 41. *Gre.* 19. *mor.* 29. *Isy. f. Leu.* 26. *Tert. adue. Iudæos. Ori. f. Gen. ho.* 3. *& f. Ios. ho.* 5. 26. *Aretas su. Apoc.* 2. *Glo. inter. sup. Gen.* 22.
g *Hie. f. pf.* 16. *Au. f. pf.* 34.
h *Au. f. pf.* 7. *Rup. f. Zac.* 9.
i *Glo. ord. su. Gen.* 34.
k *Hie. f. pf.* 62. *& f. Zac.* 11. *Gre.* 14. *mor.* 34. *& 3. m* 4. *Euc. q. in psa.*
l *Hie. f. Is.* 27. 49. *& f. Sop.* 2. *Basil. f. psa.* 7. *Or. f. Ca. hom.* 4. *Eu. for. spir.* 2. *Arretas. su. Apoc.* 2. *Rup.* 1. *Vict. verb. Dei* 15. *& 1. f. Apo.*
m *Glo. ord. su. Luc.* 2. *Glo. f. ord. su.* 3. *Reg.* 3.
n *Gre. f.* 1. *Re.* 3.
o *Bed. f. Prou.* 23.
p *Hie. ad prin*
q *Gre.* 10. *m.* 3. *& f. Cant.* 3.
r *Georg. Ven. Cant.* 1. *tom. cap.* 21. *f. Rup.* 4. *sup. Gen.* 2.

s *Ori. f. Ezec. hom.* 1. *Aug.* 2. *de gẽ. cont. Man.* 13. *Amb. f. Luc.* 21. *Greg.* 34. *m.* 4. *Bed. f. Gen.* 3. *Rup.* 3. *f. Gen.* 32.
t *Philo. de Cherubim. Philo.* 2. *allig.* x *Am. f. Luc.* 21. *Hier. ad mag. ora. Gr.* 18. *m.* 8. *Aug. f. pf.* 143.

Digitized by Google

a *Gre.34.m.5.*

b *Rieur. de S. Victo. de 12. patriar. 5.7.*
c *Hil.ſ.pſ.56. Ori.ſ.Matt. hom.35.& ſ. Leu.ho.16. Hier.ſ. Iſ.14. 21. Au. epiſt. 59. & ſ.pſal. 143. Gr.ſ.1.Re.15. & 2.mor.25. & 6.mor.16. Aug.epi.120.*
d *Hier.ſ. Iob. 40. Gre. 6.m.15. Rup.4.ſ.Apo.*
e *Hier.ſ. Iſ.2. & ſ. Mich.4.*
f *Hie.ſ. Ezec. 6.18.*
g *Glo.inte.ſu. pſ.21.*
h *Hie.ſ.Ezec. 21.32.*
i *Gre.15.mo. 29.*
k *Gre.20.m. 11.14.*

l *Gr.18.m.20 Hier.ſup. Iob. 28.*

m *Gre.30.m. 10.*
n *Gre. 31.m. 4. Hie.ſ.Iob.39.*

o *Gr.ſ.Ezech. hom.6.*

p *Ori.ſ.Re.2. & ſ.Matt.ho. 2. Am.ſ.pſ.118. ſer.6.*
q *Bed.ſ. Exo. 15. His.ſ. Iob. 31.*

r *Gre.ſ. Ezec. hom.8.*

ſ *Iſy.ſ. Leu.9. Ar.ſ.pſ.84. Gre. Nyſſ. de ſubiec.filij.*

Gladius,quem apprehendit Leuiathan, erit *a* Antichriſtus, in vſum miniſterij diaboli aſſumptus. *Iob.41.c.* — *Antichriſtus*

Gladij Simeon & Leui. *Ge.34.c.* deſignare poſſunt *b* vehementem exprobrationem præteritorum malorum,& nimiam exactionem faciendorum bonorum, quæ multos vehementi abſorbent triſtitia, aut immoderata abſtinentia deficere faciunt. — *Inordinata exprobratio malorum, & exactio bonorum.*

Gladius malus, ſeu malignus, ſunt *c* nequiſſima verba ad ſubuertendas animas:& fallaciæ: vel perſuaſiones diaboli:etiam ira. *Exod.5.a.15.b.Iob.5.c.7.c.41.c.Pſal.9.21.36.56.58.63.143.* Et gladij venientium contra Ieſum, ſunt hæreſes & rationes validæ hæreticorum aut infidelium contra fidem. *Matt.26.e.Iſa.3.d.14.c.21.d.22.a.* Et gladius Pharaonis ſunt tentationes diaboli.Et gladium præbere Pharaoni,eſt dare diabolo tentandi occaſionem. *Exod.5.d.18.a.Leu.26.d.*Et gladius Agag eſt libidinis telum. *1.Reg.15.g.Ezec.23.b.30.c.32.d.33.f.38.a.Ioel.3.b. Nahum.3.a.c.*Poteſt etiam deſignate impetum diaboli ad deſperationem impellentis. — *Verba praua. Fallacia diaboli. Hareſes. Tentationes Libidin. telũ. Impetus ad deſperationẽ.*

Gladius Eſau deſignat crudelitatem Iudæorum in Prophetas, & frameam linguæ. Et gladium oris eorum dicentium,Crucifige,Crucifige.*Gen.27.f.Iob,5.c.Pſal.21.Ezec.35.a.* deſignat etiam perſequutiones in martyres. Et gladius Behemoth,*d* eſt perſequutio diaboli,*Iob.40.b.Apoc.6.a.* — *Crudelitas Iudæorum. Lingua Iudæorum. Perſecutiones fidelium.*

Gladius mutatus in vomerem,eſt *e* duritiesc cordis in molliciem obedientiæ murata. *Iſa.2.b.* vel ſunt linguæ Philoſophorum gentilium, in linguas Prædicatorum Eccleſiæ mutatæ:vel ira & effrenata conuitia depoſita, vt mittat vnuſquiſque manum ſuam ſuper aratrum,& non reſpiciat retro.*Mich.4.b.* — *Duritiesc cordis. Lingua Philoſophorum.*

Gladius quia diuidit,*f* ſchiſmata & hæreſes deſignare poteſt.Et culter,qui non eſt leuandus ſuper altare Dei, deſignat ſchiſmata. *Exod.20.d.* Qui igitur *g* variis ducuntur erroribus, & quotidie mutant fidẽ,circunferuntque omni vento doctrinæ:iſti cæduntur gladio,& diuiduntur in partes,vnitatem Eccleſiaſticæ fidei relinquentes.Et corruit gladio,qui propè eſt,hoc eſt,qui ſibi ſciolus videtur,& diligens.*Ezec.6.c.* Et gladius vniuſcuiuſque dirigitur in fratrem ſuum,cùm eſt hæreſis aduerſus hæreſim.*Ezech.38.g.* — *Iracundia. Schiſmata. Hareſes. Mors. Diabolus. Mali. Inſtabiles.*

Framea poteſt interdum ſumi pro *g* morte.*Pſal.21.* Eruc à framea Deus animam meam.*Zac.13.c.*Framea ſuſcitate aduerſus paſtorem. — *Duritiesc cordis.*

Gladius acutus limitatus,eſt *h* diabolus,per quem Deus exercet vindictam in malos. *Ezech.21.b.* Ipſe eſt gladius malignus.*Pſa.62.143.*Et gladius Babyłonis.Et gladij fortium,dæmones.*Ezec.32.c.* Et gladius Behemoth eſt malitia diaboli.*Iob.40.b.*

Glarea.

GLAREA, ſunt lapilli in fluminibus,quos aqua defluens trahere ſolet.

Glareæ Cocyti,ſunt *i* reprobi,qui ſuis voluptatibus dediti, quaſi ſemper à flumine ad ima detrahuntur ſuntque Cocyti,hoc eſt,luctus glareæ:quia ſuis quotidie lapſibus ad luctum tendunt,vt in æternum poſt lugeant,qui modo ſe in ſuis voluptatibus delectabiliter relaxant. *Iob.21.d.* — *Mors. Diabolus. Mali. Inſtabiles.*

Glarea etiam,quæ facilè ab aqua trahitur,*k* illas hominum mẽtes deſignare poteſt, quæ nulla grauitatis ſtabilitate ſolidantur, quas hæretici velut de loco ſemper ad locum peiorem & inferiorem per errorum flumina ducunt.*Iob.30.a.*

Eſt etiam vita præſens,quæ indeſinenter ad terminum ſuum,ipſo defectu mutabilitatis,quaſi impulſu fluminis ducitur.Super glaream habitare,eſt fluxui vitæ præſentis inhærere, & ibi intentionem ponere, vbi greſſum nequeat fixè ſtando ſolidare. — *Vita præſens.*

Gleba.

GLEBA, eſt fruſtum terræ, quales ſunt, quæ arando eruuntur: conſtringuntur autem glebæ ex humore, & puluere.

Glebæ aureæ.*Iob,28.a.*dici poſſunt *l* qui rore gratiæ infuſi ex mortis debito, ſe puluerem eſſe veraci cognitione confitentur,& dum vitæ virtute clareſcunt,quaſi aureæ glebæ iacent.Tales glebæ fuerunt Prophetæ, Apoſtoli:& doctores ſancti in terra Eccleſiæ, propter fœcunditatem bonorum operum, & propter gratiarum diuiſiones:in quarum occultis venis,tanquam animarum ſeminibus, ſenſus magni precioſique naſcuntur. — *Propheta. Apoſtoli. Doctores SS.*

Glebæ etiam ex humore & puluere compactæ,ſunt *m* peccatores conuerſi, qui per Spiritus ſancti gratiam in collectione charitatis ſunt vniti.*Iob.38.d.* — *Peccatores conuerſi.*

Glebæ quoque ſunt,*n* qui per duritiam ſuam,atque peſtiferam vitam,nec ipſi ſemina verbi recipiunt, nec receptorum ſeminum fructus alios ferre permittunt.*Iob.39.b,*vel ſunt ipſa peccata, quæ confringuntur per pœnitentiam. — *Induarati. Peccata.*

Globus,Sphæra,Spharula.

GLOBVS, eſt corpus ſolidum,vndiquaque rotundum,quod Græcè dicitur Sphæra.Dicitur etiam globus quandoque hominum multitudo in vnum collecta,quaſique conglobata.

Sphærulæ in candelabro templi, deſignare poſſunt *o* æquanimitatem in proſperis & aduerſis. Item prædicationem,quæ nec aduerſis deprimitur,nec proſperis eleuatur. *Exod.25.d.37.c.* — *Æquanimitas in proſperis & aduerſis.*

Globus Core,congregatus contra Moſen & Aaron,collectionem hæreticorum, aut ſchiſmaticorum deſignat. *Numer.16.b.*Idem videtur poſſe ſignificare globus Iehu.*4.Reg.9.d.*Qui tamen & in bonum ſumi poteſt. — *Hæretici. Schiſmatici.*

Quaſi ſphæram dicitur Deus circumducere malos,quia non eſt locus euadendi à facie eius.*Iſa.29.a.* — *Nemo effugit Deum.*

Gloria,Gloriari,Glorificare,Glorioſus,Inglorius.

GLORIA, eſt frequens de aliquo fama cum laude, quæ & claritas dicitur: quanquam iuxta Senecam, gloria multorum iudiciis conſtat,claritas verò bonorum.Gloriari contingit in Deo.*Pſal.5.*Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.In aduerſis.*Rom.5.a.*Gloriamur in tribulationibus.In proſperis. *Pſal.68.* In multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.In virtute.*Iud.8.b.* de noſtra humilitate gloriemur.In peccato.*Pſa.51.*Quid gloriaris in malitia?Eſt etiam iactare.*Iud.7.a.*Ne glorieris contra me Iſraël. Gloria verò,claritas.*Exod.16.b.*Ecce gloria Domini apparuit.Fama. *Deut.26.d.* In laudem & nomen & gloriam. Fœlicitas. *Pſa.8.* gloria & honore coronaſti eum.Laus.*Exod.28.a.*In gloriam,& decorem.Magnificentia.*2.Par.9.f.*Præ diuitiis & gloria.Maieſtas. *1.Par.16.e.*Narrabo in gentibus gloriam eius.Poteſtas. *Exod.15.b.* In multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti.Salus. *Iud.15.c.*Tu gloria Hieruſalem.Vanitas.*Iſa.20.b.*Ab Ægypto gloria ſua. — *Æquanimitas in proſperis & aduerſis. Hæretici. Schiſmatici. Nemo effugit Deum. Seneca lib.3.*

Gloria Domini in nube,deſignabat Deum in humanitate: & ipſe *p* Chriſtus dicitur gloria Domini, quæ impleuit tabernaculum,hoc eſt,Eccleſiam,quam gloriæ ſuæ participem fecit.Dicitur etiam eſſe ſuper omnem terram,hoc eſt,ſuper Eccleſiam. *Exo.16.c,24.d.29.g.35.d.40.d.Leu.9.d.Pſ.62.56.84.137.Iſa.60.a.63.d.* Gloria quoque Chriſti eſt eius reſurrectio. *Iſa.52.a. Matth.16.d.Ioan,1.b.* Et gloriosè magnificatus eſt Dominus,*q* quum Chriſtus reſurrexit,aut in iudicio.*Exod.15.a.*Et glorificatus dicitur in Pharaone,hoc eſt, in victoria contra diabolum.*Exod.14.c.Exec.43.a.*Gloria etiam Ioſeph in Ægypto,typus fuit gloriæ Chriſti in Eccleſia.*Gen.45.d.*Gloria vocis Dei in iudicio,erit poteſtas,qua Chriſtus feret ſententiam ſaluationis,& condemnationis. *Iſa.30.g.*Et dicitur Chriſtus venire in gloria perfectis, & in forma ſerui imperfectis. Glorificatus autem erit Dominus in iudicio in conſpectu ſenum,hoc eſt,Apoſtolorum & Patriarcharum,&c.*Iſa.24.c.66.f.*Pater glorificatur in Chriſto.*Iſa.49.a.Pſal.65.*Et Pater glorificauit filium. *Iſa.55.b.* Et glorificatus in oculis Dei,eſt Chriſtus,cùm prædicatus eſt gentibus.*Iſa.49.b.*Et ſepulchrum eius eſt glorioſum, quia mors eius in vniuerſo orbe in gloriam eius prædicatur,*Iſa.11.c.*Gloria Iob, quæ ſemper innouatur. *Iob 29.c.* eſt gloria Chriſti,quæ eſt Deus pater,vel Eccleſia,de qua *Pſal.59.107.*Exurge gloria mea. — *Diuinitas in Chriſto. Reſurrectio Chriſti. Victoria contra diabolum. Deus pater. Eccleſia.*

Gloria Dei duplex conſiderari poteſt *r* quædam in ſeipſo, quædam in humanitate & miraculis.Gloria Dei in propria ſpecie non videtur à Prophetis,ſed ſimilitudo gloriæ.*Exech.1.g.* Gloria verò humanitatis & miraculorum eius viſa eſt ab Iſaia,& Prophetis *Ioan.1.b.*Vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre. Gloria autem Dei,quam nõ viderunt gentes,ſunt miracula Chriſti,quæ facta ſunt inter Iudæos. *Iſa.66.f.* — *Miracula Chriſti.*

Gloria Domini quæ apparuit,fuit,*ſ* Spiritus ſanctus in Pentecoſte.*Leu.9.a.*de qua *2.Cor.3.d.*Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu.Et *Pſa.84.*Vt inhabitet gloria in terra noſtra.*Ioan.17.d.*Dicitur claritas,quam dedit Chriſtus diſcipulis. — *Spiritus Sanctus.*

Digitized by Google

Gloria Ecclesiæ.

Gloria domus patris Christi,est *a* gloria Ecclesiæ in sacramentis & donis Spiritus sancti, quæ tota pendet à Christo.*Isa.22.g.* Et hanc domum maiestatis suæ glorificat Deus.*Isa.60.d.* Et de ea dicitur.*Psal.*86.Gloriosa dicta sunt de te ciuitas. Et gloria eius est quasi oliua.*Hos.14.c.*Et gloriosus dicitur Israël in oculis Dei,hoc est,chorus Apostolorum & Sanctorum,quos Deos glorificat. *Isa.43.a.Ierem.38.d.* Gloria quidem domus Domini prior erat in synagoga,sed gloria posterior est in Ecclesia,quæ multo illustrior facta est. *Agg.2.a.*

a *Hie.s.Is.*22. 60. *& s.Iere.* 30. *& s.Agg.* 2.

Doctrina sacræ scripturæ.

Gloria Iudæorum & Christianorum,est *b* veritas sacræ Scripturæ, quam mutant in idolum, qui eam vertunt in errores.*Ierem.2.c.*Et glorificare Dominum in doctrinis,est per instructionem sacræ Scripturæ Deum laudare. *Isa.41.c.* Et glorificat bestia agri Deum,cùm gentiles veniunt ad fidem & cognitionem veritatis.*Isa.43.c.*Glorificamus autem Deum, *c* si agnoscamus Deum esse patrem nostrum, & eum colamus. *Exod.15.a.* Gloria gentium dicitur *d* doctrina sacræ Scripturæ. *Isa.66.d.*

b *Hier. s. Ier.* 2. c *Bed.s. Exo.* 15. d *Hie.s.Is.*66.

Litera legis. *Spiritus legis.* *Docti ex Gentibus.*

Gloria vultus Mosis, quæ euacuatur, est *e* litera legis, quæ euacuata est,quia erat figura. 2.*Cor.3.c.* Et gloria Sobna pontificis,designabat ceremonias,& ritus literales sacrificiorum,exteriorum maiestatem habentes:vnde & gloria Iudæorum erat in templo.*Isa.36.f.64.d.*Et gloria Domini fuit translata,quum fama & odor religionis,quæ olim erant apud Iudæos, transierunt ad Christianos. Et gloria Libani data est Ecclesiæ, quando cultus Dei qui erat in synagoga, transiit ad Ecclesiam : vel cùm eloquentes & docti de gentilitate venerunt ad fidem. *Isa.35.a.* 60.*c.* A gloria in gloriam, est à gloria legis ad gloriam Euangelij.

e *Ori.& Am. s.Rom.*1. *Gre.s.*1.*Re.*4. *Hier.s.Is.* 35. 60. *Amb.sup.*2. *Cor.*3.

Gloria in virtutibus.

Gloria filiæ regis omnis est ab intus,*Psalm.*44.quia *f* virginalis castitas,foris gloria non est,si intus non est.Et omnis gloria est intus,quia illa & omnes aliæ intus habent,vnde sint gloriæ.Sic est gloria Ecclesiæ ab intus.

f *Gr.s.*1.*Reg.* 15. *Basil.s.ps.*44.

Fœlicitas.

Gloria absolutè sæpè capitur pro *g* gloria cœlesti.*Isa.14.d.* Et gloriosum sabbatû erit in æterna gloria.*Is.58.d.* Et gloria iusti,quæ auditur à finibus terræ est,quam habebunt iusti post resurrectionem. *Isa.24.c.*

g *Hie.s.Is.*14. 58.

Crux Christi. *Gloriari in aduersis.*

Gloriatur à facie manus Domini, *h* qui gaudet quando à Domino corripitur. *Ierem.15.d.*vnde gloriandum est in Deo, & in cruce Christi,non in rebus mundanis. *Psalm.61.Galat.6.*Et gloria in qua exultant Sancti, est crux Christi. *Psal.*149.

h *Basil. s. ps.* 61. *Hie.s.ps.*149.

Dans Deus potestatem prædicatoribus.

Glorificauit Deus glorificantes se, *i* quum dedit potestatem prædicatoribus Ecclesiæ, 1. *Reg.* 2.*f.* Vt quum Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui : dixit Christus,Tibi dabo claues regni cœlorum.*Matth.16.c.*Et etiam quia quod electi pastores exterius portant de gloria culminis, hoc intus accipiunt ex gratia diuinæ bonitatis: vt fiat illud,quod dicitur. *Matth.5.b.* Sic luceat lux vestra coram hominibus,vt videant vestra bona opera,& glorificent patrem vestrum : glorificat etiam glorificantes se,cùm dat illis vitam æternam,cum exultabunt Sancti in gloria. *Psal.*28.144.149. Et glorificauit locum pedum Christi,hoc est,Ecclesiam.*Isa.60.c.*

i *Gr.s.*1.*Re.*2. *Basi.s.ps.* 28. *hom.*1.

Aspectus Christi.

Inglorius dicitur aspectus Christi, *k* quia exterius humilis apparuit,& contemni voluit à malis.*Isa.52.d.*

k *Hier. s. Is.* 52.

Gloriari de terrenis.

Gloriam deduci in puluerem, est gloriari de terrenis.*Psalm.*7. Et gloria domus diuitis est gloriatio de diuitiis, aut scientiis, & cæteris, quæ apud terrenos homines in pretio habentur. *Psalm.* 48. Gloriantur autem iusti *l* in fide,& tribulationibus. *Rom.5.a.*

l *Ori.s. Ro.*5. *Basil.s.ps.* 7. 48.

Prælati in prosperis superbire.

Gloriatur domus Dauid contra Iudam, *m* cùm prælati Ecclesiæ superbiunt de imperio,quod habent erga inferiores, qui sunt in Ecclesia. *Zach.12.b.* Vel quando *n* credentes ex Iudæis cogebant credentes ex gentibus seruare legem.

m *Hie.s.Zac.* 12. n *Rup.s.Zac.* 12.

Comminationes.

Gloria narium equi,hoc est,prædicatoris, est terror.*Iob.39.c.*quia *o* prædicat comminando iudicium & pœnas æternas.Gloria verò narium diaboli,est terror,quia per superbiam terret bonos, vt in peccatum inducat.

o *Hier.s. Iob.* 39.

Castigans Deus.

Glorificari dicitur Deus in Sidone,& in malis, *p* quum eos castigat. *Ezech.28.f.*

p *Glo.ord.su. Ezec.*28.

Sapientia. *Spiritus hominis.*

Gloria in domo iusti est *q* sapientia in eius mente. *Psalm.*11.Gloria quoque hominis est *r* ipse spiritus hominis. *Psalm.*29.

q *Arn.s.psal.* 111. r *Basi.s.ps.*29

Bona opera. *Iustitia.*

Gloria & decor vestium, est *s* honor bonorum operum. *Exod.28.a.Isa.4.b.*Et gloria exultationis Ephraim est, quam habebant,qui prius erant fideles,& seruiebant Domino in lætitia.Eadem dicitur gloria Hierusalem.*Isa.28.a.52.a.* Gloria etiam,qua spoliantur membra Ecclesiæ,cùm peccant, est iustitia. *Iob.19.d.*

s *Hie.s.Is.*28. *Gre.*14. *mor.* 19.

Gloriari de malo.

Gloria Iacob, quam nolebat esse in cœtu Simeon & Leui, est *t* gloriatio de malo, à quo ipse abhorrebat. *Genes.49.a.*

t *Lyr. s. Gen.* 29.

Glorificetur Dominus. *Isa.66.d.*Si dicitur ab Apostolis,est, *u* vt per eorum patientiam & bona opera glorificetur Deus etiam à persecutoribus. Si à Iudæis,est vt non videant humilia de Christo, sed gloriosa, contemnentes videlicet eius humilitatem.

u *Hie.s.Is.*66.

Superbia.

Gloria diaboli & hæreticorum *x* est superbia : & gloria regis Assyriorum:& gloria Moab. Et gloriosi dicuntur superbi.*Isa.5.d.8.b.10.a.13.d.16.d.23.b.*Gloriosi quoque terræ sunt Philosophi,& hæretici.*Isa.5.a.*Et gloria saltus, est verborum nitor,& hæreticorum pompa.*Isa.10.2.d.* Et gloriantes loqui sublimia, sunt superbi linguam magniloquam habentes, & de doctrina superbientes. 3.*Reg.2.a. Psalm.2.51.Rom.11.c.*Et gloriantes Chaldæi in manibus,sunt dæmones exultantes de iis,quos decipiunt,& quod in idolis se coli faciunt.*Isa.43.c.*Gloriatur securis aut serra contra secantem,aut baculus contra percutientem, cùm diabolus aut hæretici abutuntur donis naturalibus contra Deum. *Isa.10.d.*Gloria autem hæreticorum dicitur esse à partu. *Hos.9.d.* nempè *y* si multos in errore genuerint filios. Glorificantes autem Hierusalem,sunt adulatores,qui post modum,quam laudauerant, contemnunt. *Thren.1.c.Ezech.27.d.*

x *Hier.s.Is.*5. 43. *Ori.s.* 1. *Reg. hom.*1. *Gre.s.* 1.*Re.*2. *Hila.s.ps.* 51. y *Hie.s.Ho.*9.

Negligentia sacerdotum.

Inglorios ducit Deus sacerdotes. *Iob.12.c.* quia *z* magna gloria sacerdotis est rectitudo subditorum. Vnde Paulus.1.*Thess.2.d.*Quæ enim est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ ? Nonne vos ante Dominum ? Sed cum sacerdotes vitam discipulorum negligunt,& nullum de eorum profectibus ante Dominum fructum ferunt: quid aliud,quàm inglorij dicuntur ? quia ante districtum iudicem nimirum gloriam tunc non inueniunt, quam modo in subditorum suorum moribus,prædicationis studio non exquirunt.

z *Gr.*11.*m.*9.

Ignominia.

Gloria filiorum Israël. *Isa.17.a.* sumitur ironicè pro *aa* ignominia. Vel prior eorum gloria erat, quum credebant,quæ attenuata,& facta est gloria Ecclesiæ ex gentibus.

aa *Hier. s. Is.* 17.

Gloriati dicuntur,qui *bb* oderunt Deum, in medio solemnitatis eius. *Psalm.*73. hoc est, vel Iudæi occidentes Christum in Pascha. Vel Romani perdentes Iudæos, etiam in Pascha.

bb *Au.s.psal.* 73.

Doctus sine charitate.

Gloriosus & indigens pane dici potest, *cc* qui est doctus sine charitate. *Prou.12.b.*

cc *Bed.s.Pro.* 12.

Gloria filiorum Israël dicitur à partu,& ab vtero,& à conceptu : *dd* quia gloriabantur in genere Abrahæ secundùm carnem,& multiplicationem filiorum.*Hos.9.c.*

dd *Rup.s.Ho.* 9.

Gluten, Glutinum, Agglutinare, Conglutinare.

Charitas.

Glvtinvm est,quod Græci Κόλλαν vocant:quod fit ex coriis decoctis,deseruiẽs ad aliqua copulanda:& Agglutinare, est glutino coniungere.

Glutinum dici potest *ee* charitas coniungens nos Deo & proximis,idque suauiter,& sine violentia.*Isa.41.b.*Sic agglutinauit sibi Deus domum Israël. *Ierem.13.b.* Et anima iusti est agglutinata post Deum, sequens eum per amorem. *Psalm.*62.

ee *Aug.s. ps.* 62. *Bern.serm. de tripl.vin.& s. Cant.ser.* 79.

Rationes hæreticorum, & coniurationes.

Glutinum etiam, dici possunt *ff* rationes hæreticorum, per quas adhærent suis erroribus, & colligationes ac coniurationes,quas inter se faciunt. *Isa.41.b.*

ff *Lyr.s.Is.*41.

Agglutinandum est initium fidei timori Dei.*Eccl.25.c.* quia initium sapientiæ timor Domini.

Adhærentes diabolo.

Agglutinati pisces fluminum Ægypti squamis draconis,sunt *gg* peccatores adhærentes diabolo,eius tentationes sequentes. *Ezech.29.a.* Et conglutinata anima Sichen Dinæ, designat diabolum, qui animam per peccatum sibi vnitam respicit,& infixionem consuetudinis deducit. *Gen.*34. Et agglutinata mala dicuntur, quum quis illa euadere non potest.

gg *Hie.s.Ez.* 29. *Bed.s.Ge.*34.

Glutire, quære Deuorare. Gnarus, vide Docere.

Goatha.

Goatha,id est,tactus eius,aut mugitus eius,vel iuxta Hieronymum *hh* electi lapides:locus, quem circuit ædificium Hierusalem,id est Ecclesiæ,in qua sunt lapides viui.*Ierem.31.g.*

hh *Hie.s.Ier.* 31.

Digitized by Google

Godolias.

Godolias, id est, magnitudo Domini, aut fimbria Domini. Fuit Filius Ahicham, qui relictus est à rege Babylonis princeps super reliquias Iuda: quem occidit Ismaël. *4.Reg.25.f.Ierem.40.b.a.* Alius fuit auus Sophoniæ Prophetæ. *Soph.1.a.* Fuit filius Amariæ, & pater Chusi: quia *a* de sermone Domini nata est magnitudo Domini, & de magnitudine Domini nata est humilitas.

a *Hie.f.Sop.1.*

Gog.

Gog, id est, *b* tectum, vel solatium siue regularum. *Ezech.38.a.39.c.Apoc.20.c.* est nomen gentis secundùm aliquos. Aut potius *c* non est nomen gentis: sed designat Antichristum, in quo requiescet Magog, hoc est, diabolus. Designat etiam *d* hæresiarchas, & superbiam, & falsi nominis scientiam, quæ erigit si contra notitiam veritatis. Vel Gog significat occultos aduersarios Ecclesiæ, sub nomine Christiano latentes. Magog verò apertos aduersarios vt infideles, & Antichristum.

Antichristus Hæresiarcha. Superbia.

b *Gal.5.adu. Iudæos.12.*
c *Hier.f Eze. 38.*
d *Ru.11.f.Apoc.*

Golgotha.

Golgotha, id est, caluariæ: est locus, vbi crucifixus est Christus Domini noster. *Marc.27.d.Matt.15.b.Ioan.19.c.* Aliqui putant hunc esse Goatha apud. *Ierem.31.g.*

Diabolus. Superbia. Hæretici.

Goliath.

Goliath, id est, *e* transmigratio, accumulatio, siue reuolutio, vel detectio: Fuit gigas, quem occidit Dauid. Est aperta figura diaboli, qui transmigrauit, cùm proiectus est è cœlo, semper nititur accumulare nobis mala: sed victus est à Christo in singulari certamine passionis. *1. Reg.17.a.21.c. 1.Paral.20.e.Psalm.143. in titulo. Eccles.47.a.*

e *Hil.f.pf.51. Ambr.f. psal. 118.ser.18. Aug.f.ps. 33. 143.*

Typus est etiam *f* superbiæ, & superborum, & hæreticorum, qui exprobrant populo Israël, hoc est, Ecclesiæ, & inflati sunt spiritu carnis suæ.

f *Ber.serm.de Dauid & Goliath.*

Gomer.

Gomer, id est, consumans, vel consumens, aut deficiens: fuit filius Iaphet, quo orti sunt Galatæ. *Genes.10.a.* Veniunt cum Gog aduersus populum Dei. *Ezech.38.a.* Vnde designare possunt adiutores Antichristi. Gomer etiam fuit vxor Hoseæ Prophetæ. Et iuxta Hieronymum, *g* interpretatur consummata, atque perfecta, & ponitur in typum populi Israël. *Hose.1.b.*

Adiutores Antichristi. Israel.

g *Hie.f.Ho.1.*

Gomor.

Gomor, est genus mensuræ, quæ est decima pars ephi, seu epha. *Exod.16.g.* Scribitur autem Hebraicè Omer. Dicitur decima trium mensura. *h* In nobis enim ipsis tres mensuræ tria significant iudicia: sensus quidem sensibilium. Eorum autem, quæ dicuntur nominum, & verborum, ratio: eorum autem quæ præcipiuntur intelligentia, mens.

Tria iudicia.

h *Cle. Alex. 2.stro.*
i *Cyr. 3. sit. Ioan.34. Bed. f.Exod.14.*

Ad mensuram Gomor singuli filiorum Israël colligebant manna. *Exod. 16. d.* vbi designare potest *i* corpus Christi in Eucharistia, quod æqualiter offertur omnibus. Et gomor impletũ ab Aaron, designare potest mentem sanctam, cui à sacerdote offertur manna corporis Christi.

Corpus Christi mens sancta.

Cæterùm *Ezech.45.d.* Gomor videtur esse idem, *k* quod corus, triginta modios continens, scribitur Chomer: quare non erit eadem mensura cum illa quæ ponitur in Exodo.

k *Hie.f.Ezec. 45.*

Gomorrha.

Gomorrha, id est, populus rebellis, aut populus timens, siue manipulus, vel seruitus: ciuitas erat in terra Sodomorum, quæ simul Sodomis periit. *Genes.19.e. Isa.1.c.Ierem.49.d. Soph.2.c.Iud.b.* Quasi Gomorrha facti sunt *l* qui puniendi sunt, vt Gomorrha, propter similia peccata. *Iere.23.c.*

l *Hier.f. Iere. 23.*

Gorgias.

Gorgias, id est, terribilis, vel velox: Dux regis Antiochi. *1.Mach.3.e.4.a.2.Mach.8.b. 10.c.* Typus esse potest *m* ministrorum Antichristi, & persecutionis in temporalibus.

Ministri Antichristi.

m *Lyr. su. 1. Mac.3.*

Grabatum, vide Lectus.
Gradi, Gressus, vide Ambulare.

Gradus.

Gradus à gradiendo dicti sunt, ex quibus scalæ constant, & quibus ad ædificiorum altiora conscenditur. Aliquando autem gradus idem est, quod gressus. Et gradus per metaphoram dicuntur status dignitatis, & merita. *1.Tim.3.c.* Distantia. *1.Reg.20.a.* Vno tantùm gradu ego morsque diuidimur.

Gradus altaris ad Orientem, significare possunt *n* libros sacræ Scripturæ, per quos venit ad nos lux à Deo. *Ezec. 43.e.* Super hos gradus stetit Rex Iosias in templo Domini: quia in sacris scripturis debent reges, & cæteri mentem fixam habere. *4.Reg.23.a.Nee.8.a.* Idem designare possunt gradus in domo Domini de lignis thinis. *2.Par.9.c.*

Libri sacræ scripturæ.

n *Hie.f.Ezec. 43.*

Gradus pristinus, in quem restituitur pincerna Pharaonis, designare potest statum innocentiæ, in quem restituit Deus pœnitentes. *Gen.40.c.*

Status innocentiæ.

Gradus scalæ Iacob, designare possunt *o* progressus ab imperfecto ad perfectum. *Gen.28.c.* Idem designant gradus portæ templi. *Ezech.40.b.* Et gradus singuli, per quos Iob pronunciabat Deum. *Iob. 31.d.* designant opera, per quæ quis proficit ad gloriam Dei. Graduum etiam cantica designant *p* progressum ab infimo statu peccati ad gratiam, vsque ad summam perfectionem. *Psalm.119.*

Progressus ad perfectionem.

o *Basi.f.ps. 1. Gre.f. Ezech. hom. 15. & 21.mor.21.*
p *Ar.& Hie. f.ps.119.*

Gradus sex throni Salomonis. *3.Reg. 10.c.2. Par.9.e.* designant *q* vniuersitatem creaturam sex diebus factam, Christo subiectum esse. Idem *Ezech.40.c.* Designant etiam perfectionem operum, & virtutes Virginis Mariæ.

Vniuersitas creaturarum. Dona Spiritus sancti.

q *Rup. su. 2. Ezec.6. Glo.inte.su.3. Reg.10.*

Gradus portæ Orientalis templi septem. *Ezech.40.b.d.* designant *r* septem gradus hebdomadis: vel septem dona Spiritus sancti: vel potius non numerantur, vt ascensionis appareat difficultas.

Varia vmbra figurarum.

r *Hie.f. Ezec. 40. Gre.f.Eze.ho. 19.*

Gradus decem, quos ascendit Sol, qui prius descenderat, varias designant vmbras figurarum. Primus gradus est in angelis, in quibus apparuit antiquis Patribus. Secundus in Patriarchis, in quibus operatus est. Tertius in legislatione, quia ipse in lege loquutus est. Quartus in Iesu Naue, per quem populum introduxit. Quintus iudicibus, per quos ipse populum regebat. Sextus in Regibus Iudæorum, per quos regnabat. Septimus in Prophetis, per quos nunciatus est. Octauus in pontificibus, quia ipse summus sacerdos est. Nonus in incarnatione apparens homo. Decimus in passione. *4.Reg.40.b. Isa.38.a.*

Inæqualitatẽ facientes in diuinis. Constantia prædicatoris.

Gradus in altari faciunt contra diuinum præceptum, *s* qui inæqualitatẽ in diuinis personis ponunt. *Exod.20.a.*

In gradu suo stans Daniel. *Dan.10.b.* est *t* in suo ordine seu statu se continens, & erectus manens, vt homo.

Gradum figens Habacuc super munitionem. *Habac.2.a.* designat *u* constantiam prædicatoris ad reprehendenda vitia, idque per sacram scripturam.

Gradu composito incedere, lasciuiam designat. *Isa.3.b.*

f *Glo. inte.su. Exod.20.*
t *Lyr. f. Dan. 10.*
u *Lyr.f. Hab. 2.*

Græcus, Græcia.

Græcia, prouincia nota, magnam Europæ partem comprehendens: vnde Græci dicuntur. Hebraicè autem dicitur *x* Iauan, à filio Iaphet, quæ dicitur Ionia.

Sapientia secularis.

Græcia, vt dicitur Iauan, quod interpretatur, *y* est & non est, refertur ad sapientiam secularem, in qua si recta reperiuntur, appellatur, Est: si contraria, Non est. Et designantur authores falsæ doctrinæ afferentes *xs* pro auro. *Ezech. 27.c.*

x *Hie.f.Ezec. 27.*
y *Hie.f.Ezec. 27.*

Gentilis.

Græcus apud Paulum pro *z* Gentili sumitur, *Rom.1.b.2.b.3.10.c.1.Cor.1.d. Galat.3.d.* Sic sumi potest. *Ioel.3.b. Zach.9.c.* Græcia pro Gentilitate.

z *Hier.f. Ioel. 3.*

Gramen, vide Fœnum.
Grandis, vide Magnus.

Grando.

Grando, est *aa* aqua congelata, velut lapillus, cadens in modum pluuiæ, fitque circa terram, & non in excelsis partibus aëris: & fit per antiperistasim, calido circunstante nubem frigidam. Solétque fruges, & fructus dissipare, & interdum cùm est magna, animalia etiam occidere. In maiori autem æstu maior fit congelatio. Si verò leuior sit congelatio, granula generatur, quæ cadere solet veris tempore.

Rup. f. Za. 9.
aa *Aristot. 1. meteor. 12.*

Grando

Diuina vindicta. *Pœna inferni* *Comminationes diuinæ.* *Obiurgationes.* *Castigatio carnis.* *Prædicator.* *Persecutiones.*

Grando, significare potest *a* diuinam punitionem. *Exod.9.d.10.c.Iosu.10.c.Isa.28.a.30.g.32.d.* Et cùm grando descendit simul cum tonitruis,& igne,designare potest pœnam damnatorum,quæ iuncta est igni inferni. *Psal.17. 77.104.148.Sapient.5.d.16.c.Eccles.39.d.43.b.46.a.Agge.2. c.Apoc.8.b.11.a.* Leuior autem vindicta granulæ comparatur: quæ generatur mense Martio: quæ potest etiam comminationes diuinas significare: & etiam grando. Dicitur grando sicut talentum,quia vnusquisque punitur iuxta merita. *Apoc.16.d.*

Grando dici potest increpatio, *b* & grauis obiurgatio, ad destruendum in malis tenera vitia,& duras obiurgationes,quę dura corda acriter feriunt,sed mollibus in suauem doctrinã conuertuntur,vt grando cadens in aquam. Potest etiam significare *c* carnis castigationem. *Exod.9.d.Isa.28.a.Psal.17.Apoc.8.b.16.d.*

Grando cadens percutit, liquata rigat: designat *d* sanctos prædicatores, qui corda audientium, & terrentes feriunt,& blandientes infundunt: appellantur thesauri grandinis. *Iob.38.c.*

Grando præterea sunt *e* tribulationes, & persecutiones principum infidelium contra Ecclesiam, quæ teneros ac imbecilles in fide perdere solet.

Auaritia. *Furtum.* *Duritia cordis.* *Vitæ prauorum.* *Homo frigidus, & induratus.*

Grando item sunt *f* auaritia,& furtum,perdentes teneras virtutum fruges,& duritia infidelis cordis. *Ipsu.10.c. Psalm.77.* Plus autem vitio suo vastatur ipse vastator. Vnde grando quum sit frigida,& dura,designare potest *g* vitam prauorum,quæ & per torporem frigescit,& per duritiæ malitiam percutit. *Iob.38.c.* Et homo ipse est grando, qui confotus multoties temperie,& multiplici calore,nihilominus in seipso tepescit,& alget ex abundantia iniquitatis,adeò vt pluuia voluntaria donorum Dei conuertatur in grandinem:& quantò maiora sunt dona & beneficia à Deo collata,tantò magis ex ingratitudine cõgelatur pluuia gratiarum in perniciem nostram,vt ait regius Propheta: Posuit pluuias eorum in grandinem,& ignem non fouentem,sed comburentem in terra ipsorum:qui autem minus in malo sunt constipati, granulæ comparantur.

Granum.

Christus. *Fides.*

GRANVM, est propriè semen frugum, vt tritici, hordei, & similium. Interdum verò sunt grana aliquarum arborum.

Granum frumenti,ex quo panis conficitur, qui cor hominis confirmat, *h* Christum designare solet,qui mortuus est,& postea suscitatus, & multiplicatus est in credentibus. *Ioan.12.c.*

Granum sinapis minimum inter semina,sed mortuum crescit ferè in arborem, & confractum habet acrimoniam,& dicitur expellere venena.Designare solet *i* fidem,quæ in bona terra seminata crescit,ita vt montes transferat,& habet acrimoniam,accendens cor hominis per feruorem,& excitans lachrymas pœnitẽtiæ ad expellenda peccatorum venena:& est maior omnibus oleribus,quia omnia superat dogmata.Rogabant discipuli,vt eis adderetur fides,quæ vt granum sinapis morderet vtiliter animam,& in ipsa adeò cresceret, vt in ea requiescerent de rebus sublimibus rationes. *Matth.13.c.17.c.Marc.4.d.Luc.13.d.17.a.*

Christus.

Granum etiam sinapis minimum,designare potest *k* Christum humiliatum, quando non erat ei species neque decor,qui mortuus,& postea suscitatus, factus est maximus, & speciosus forma præ filiis hominum, & faciens miracula creuit in arborem,in qua omnes fideles requiescunt, & datus in cibum, excitat quidem amaritudine, & acrimonia lachrymas: sed incitat appetitum ad cœlestia. Est granum minimum in timore, magnum autem in charitate,quæ maior est omnibus oleribus: quia Deus charitas est.

Iustus.

Granum in botro, designat *l* iustum inter malos. *Isa 65.b.*

Grassari.

Diuina vindicta.

Grassari dicuntur,qui vrbis vicos obsident,ac vias publicas,obuios quosque vestibus,aut pecunia spoliant, aut etiam occidunt.

Grassabatur interfectio in populo, exercens diuinam vindictam. *1.Reg.14.d.*

Gratia, Gratis, Gratificare, Gratus.

Gratia, interdum est beneficium,quod gratis datur: interdum verò est acceptatio quædam, qua quis alteri est gratus, & acceptus:vt quis dicitur inuenire gratiam vel erga Deum, vel erga homines. *Genes.18.a.32.b.33.b.39.a. Exod.3.c.12.a.33.c.34.b.* Gratia, beneficentia. *Genes.12.c.* Viuat anima mea ob gratiam tui. Beneuolentia. *Exod. 3.g.* Dabóque gratiam populo huic. Corona. *Prouerb.1.a.* Vt addatur gratia capiti tuo. Causa. *Iud.14.b.* Perstrepentes excitandi gratia. Fauor. *Genes.6.b.* Inuenit gratiam coram Domino. Gaudium. *Eccles.12.a.* Erit in gratia in bonis tuis multa. Gratia gratum faciens. *Psalm.83.* Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Gratis data. *Rom.1.a.* Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum. Gratia prædestinationis. *Rom.11.a.* Reliquiæ secundùm electionem gratiæ Dei saluæ. Datur & gratia Christi peculiaris. *Ioan.1.b.* Plenum gratiæ, & veritatis. Gratias autem agere, est gratificari.

Fides,& vita æterna. *Gratia noui, & veteris testamenti.* *Dona Spiritus sancti.* *Gratia prædicatorum.* *Dans Deus Filium.* *Oratio.* *Scientia secularis.* *Iudicans se inutilem.* *Nil accipere à mundo.* *Sponte peccare.* *Sine causa persecuti sunt Iudæi Christum.* *Constantes.* *Res magni momenti.* *Vis diuina inspirationis.* *Grauis punitio.* *Exorcismi.* *Bona opera.*

Gratia pro gratia datur,cùm *m* pro fide datur vita æterna, in qua Deus sua dona coronat. Datur enim gratia glorificationis æternæ pro gratia iustificationis indebitæ. *Ioan.1.b.* Datur etiam gratia noui testamenti,pro gratia veteris.Et gratiam exæquat Deus,gratiæ,hoc est, *n* gratiam noui testamenti,gratiæ veteris. *Zach.4.c.* Gratia additur capiti, *o* quum charitas,& dona Spiritus sancti augentur. *Prou.1.b.*

Gratia diffusa in labiis Ecclesiæ,est *p* gratia data prædicatoribus. *Psalm.44.*

Gratiarum actiones sunt, quæ fiunt post communionem in sacrificio altaris. *1.Tim.2.a.*

Gratificauit nos Deus in Filio suo *q* quia gratis, & ex mera charitate dedit nobis filium suum, vt per eum gratos nos redderet. *Ephes.1.b.*

Grauissimum thimiama, *r* orationem gratam Deo significat. *Leuit.4.a.*

Gratiarum hostia, scientiam secularem designare potest. *Leuit.7.b.*

Gratis exit liber qui erat seruus,quando aliquis se iudicat seruum inutilem. *Exod.21.a.*

Gratis seruire Laban, est nullum bonum auferre,vel accipere ex mundi obsequio. *Genes.29.d.*

Gratis venundati sunt,*s* qui sponte peccant:& gratis ablatus est populus Dei,nempe sponte peccando. *Isa.52.a. Ierem.15.c.*

Gratis odio habuerunt Christum, & persecuti sunt Iudæi,hoc est, *t* sine causa: quippe,qui nihil illis nocuerat,sed potius multa bona contulerat. *Psalm.34.68.118.*

Gratulari, Congratulari.

Gratulari dicitur, qui verbis, aut aliis signis testatur se gaudere de fortuna, & fœlicitate alterius: seu de suâ tanquã alterius.Gratulari etiam dicuntur inuidi malis eorũ,quos oderunt.Ita gratulabantur Iudæi malis Christi. *Psal.34.* Gratulantur etiam dæmones,hostes Ecclesiæ de ruina eius,aut membrorum eius. *Baruch.4.g.*

Grauis, Grauitas, Grauare, Aggrauare,Ingrauatus.

GRAVITAS in rebus naturalibus,est quæ eas deorsum trahit versus centrum mundi,vt terra est grauis.

Grauia,cùm non sint facilè mobilia,sed quietam quandam firmitatem habeant,designant in bono, ac virtute constantes,& qui non fœuitatis vento facilè mouentur. Hoc pondus dedit Deus ventis quando *u* leuibus dedit constantiam. *Iob.28.d.* Sic grauis est populus Christianus,quem ventus tentationis non aufert à sua stabilitate. *Psalm.34.*

Grauia etiam dicuntur, *x* quæ magni sunt momenti, maioréque indigent cura & solicitudine: vt grauia negotia. *Exod.18.d.*

Aggrauata manus Domini super Azotios, designat *y* virtutem Domini ad cõuertendos Gentiles per internam inspirationem. *1.Reg.5.a.* Dicitur quoque aggrauata manus Domini,cùm grauiter castigat ad emendationem,sed multò magis cùm vsque ad infernum sine emendatione punit. *Psalm.31.* Sic aggrauata est manus Domini, cùm humiliat eos,qui se exaltarũt.Et grauata erat super Iudæos die ac nocte,*z* cùm velabat eos,& excæcari permittebat, ne crederent in Christum,visis eius miraculis,sed magis indurarentur adigentes eum ad mortem crucis. *Psal.31.* Grauis etiã dicitur furor Dei ad porrandum,illis videlicet,quos puniet vltimo supplicio,quod erit grauissimum. *Isa.30.f.* Grauitas etiam pestis est grauitas diuinæ punitionis. *Exod.9.a.*

Aggrauata manus domus Ioseph super Amorrhæos, *aa* est vel virtus exorcismorum in dæmones,vel virtus bonorum operum,quæ grauis est dæmonibus. *Iud.8.g.*

a *Hie.s.Is.28. Eu.for.spir.3. Georg. Ven. Can.1.tom.7. cap.19. Rup.1.s.Exo. 37.& s.5.Apoc.*

b *Ori.s.Exod. ho.4.*

c *Aug.s.psal. 17. Ru.9.s.Apoc.*

d *Gre.29.mo. 11.*

e *Bed.s.Ex.9.*

f *Aug.ps.77. & de plagis Ægypti.7.*

g *Gre.19.m. 19.Hie.s.Iob. 38. Euc. for. spiri.3.Georg. Vene.Cant.1. tom.7.cap.19*

h *Ori. s. Iere. hom.8. Au.s. Ioan.tra. 51. Cyr.8.s.Ioan. 13.*

i *Ori.s.Matt. hom.4.Am.s. Luc.17.Aug. 1.2.in Eu.11. Cle. Alex. 5. strom.*

k *Hil.s.Matt. can.13.17. Amb.serm.2. Hie.s.Mar.4.*

l *Hier.s.Is.65*

m *Au.s.Ioan. tract.3. Fulg. 1. de duplici prædestinatione. Chry. s. Ioan.hom.13.*

n *Hie. s Zac.*

o *Bed.s.prou. 1.*

p *Basi.s.psal. 44.*

q *Aug. epist. 59. Lyr.s. Eph.1.*

r *Glo.inte.su. Leu.7. Gre.s. Ezec.hom.3.*

s *Glo. ins.sup. Isai.52.*

t *Hil.s.ps.68. Aug.s.ps.34.*

u *Gre.19.mo. 4. Au.s.psa.34.*

x *Glo..ord.su. Exod.18.*

y *Gre.s.1.Re. 5.& s.ps.31.*

z *Hie.s.ps.31.*

aa *Ori.s.Io.h 24.*

Digitized by Google

Aggrauauit Deus compedem Sion, *a* cùm non concessit exitum à tribulatione. *Thren.* 3. *a.* Vel designatur habitus vitiorum. — *Non liberans Deus à tribulatione.*

Grauitas deorsum trahens, *b* peccata designare solet, quæ grauia onera dicuntur: vnde peccarum Sodomorum dicitur aggrauarum nimis. *Genes.* 18. *c.* Dicitur etiam graue onus peccatum iis, qui pœnitentiam agunt, & eius sentiunt grauitatem. *Psalm.* 37. Et grauis iniquitas Iudæorum, fuit occisio Christi. *Isa.* 1. *a.* 24. *d. Zach.* 5. *c.* — *Peccata.*

Aggrauatum cor Pharaonis, aut Ægyptiorum, designat *c* impœnitentiam, qualis fuit dæmonum *Exod.* 7. *b.* 8. *d.* 9. *a.* 1. *Reg.* 6. *b.* Et aggrauata via maris, *d* est infidelitas Iudæorum. *Isa.* 9. *a.* De hac grauitate dicitur. *Psalm.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde? Dantur etiam graues aures. Et grauiter audire, *e* est in peccato esse, nec quicquam nisi carnale, & secundùm literam de scripturis sentire. *Isa.* 6. *c. Matth.* 13. *b. Zach.* 7. *c.* — *Impœnitentia.*

Aggrauat contra se densum lutum, vel torquem suam. *f* qui multos peccare facit, vt grauius ferat onus. *Habac.* 2. *b.* — *Faciens peccare.*

Graue onus dici potest *g* litera legis. *Matth.* 23. *a.* Quæ etiam graue iugum dicitur. *Actor.* 5. *c.* Grauitas quoque manuum Mosis, *h* seueritatem legis, & austeritatem designabat. *Exod.* 17. *c.* — *Litera legis.*

Graue iugum super filios hominum, *i* dici potest fomes peccati trahens semper hominem deorsum. *Eccl.* 4. *a.* Et grauissima musca est turba cogitationũ mentem infestans. *Exod.* 8. *f.* Graue autem prælium designat vehementes tentationes mentem opprimentes. *Isa.* 21. *d.* — *Fomes peccati.* *Turba cogitationum.* *Tentationes.*

Grauis sit homo sibimetipsi. *Iob.* 7. *d.* Quia *k* etiam ipsa corporis nostri sanitas ægritudo est: quia dum repulsus homo, & à carne molestias, & à mente quæstiones tolerat, graue nimirum pondus semetipsum portat. — *Miseria humana.*

Aggrauatæ dicuntur aures Domini, *l* quum non audit orationes, vt faciat id quod rogatur. *Isa.* 59. *a.* — *Non exaudiens Deus.*

Aggrauatur manus plagæ super gemitum. *Iob.* 32. *a.* quando *m* super præsentis vitæ exilium & miseriam accedunt aduersa, & percussiones. Et calamitas hominis grauior arena maris apparere dicitur. *Iob.* 6. *a.* quia dura fuisse pœna ostenditur, dum per misericordem iudicem culpa quæ leuigatur, agnoscitur. Aggrauasse dicitur Babylon iugum super senem, *n* quia afflixit senem. *Isa.* 47. *b.* — *Tribulationes.*

Grauis sopor Ionæ, *o* magnam vecordiam mentis peccatoris designare potest. *Ion.* 1. *b.* — *Vecordia.*

Grauiter accipiens Ioseph mutationem manuum patris sui super filios. *Genes.* 48. *c.* designare potest *p* Iudæos grauiter ferens vocationem Gentium: & habentes crucem pro scandalo. — *Scandalum Iudæorum.*

Ingrauatum bellum filiorum Israël contra Beniamin. *Iud.* 20. *c.* plena *q* victoria de vitiis. — *Victoria de vitijs.*

Grauida, vide Pregnans.

Gremium.

Gremium, est quod inter vlnas, seu brachia & ipsum corpus est, vt filius est in gremio patris, cùm pater ipsum amplexatur. — *Fauor diuinus.*

Gremium Iacob, designare potest amorem, & fauorem diuinum erga genus humanum. *Genes.* 48. *c.* — *Virtutes.* *Cogitationes bonæ.*

Grex.

Grex est minorum animalium congregatio, vt ouium, & caprarum: & aliquando armentorum. — *Sensus.*

Grex Abrahæ, designare potest *r* multitudinem virtutum. Idem designabunt greges Iacob. *Genes.* 24. *b.* 27. *b.* 46. *d.* 47. *a.* Et greges electorum: sunt turba virtutum spiritualium, & cogitationes bonæ. 1. *Regum* 8. *c. Isa.* 65. *b. Malach.* 2. *a.*

Greges etiam Abrahæ & Loth, *s* sensus significare possunt, qui à nobis sunt regendi. *Genes.* 13. *b.*

Greges tres ouium, significare possunt *t* habentes fidem Trinitatis. *Genes.* 29. *a.* Vel designant Scribas, & Pharisæos, & Saducæos circa legem versantes. Vel significant doctrinam Physicam, seu naturalem, Ethicam, vel moralem, & logicam, seu rationalem. Vel Iudæos, Samaritanos, & Gentiles. — *Habentes fidē Trinitatis.* *Scribæ, Pharisæi & Sadducæi.*

Greges dicuntur interdum *u* simplices, & vitam actiuam agentes, & imperiti populi, quos diripiunt hæretici. *Genes.* 31. *a.* 37. *c.* 50. *b. Exod.* 2. *c.* 3. *a. Leuit.* 5. *b.* 6. *a. Iob.* 24. *a. Eccles.* 2. *b. Cant.* 1. *c. Isa.* 17. *a. Ioel.* 1. *d. Mich.* 5. *c. Zach.* 9. *d. Luca* 2. *b.* — *Triplex doctrina.*

Greges tonsarum, sunt *x* fideles Ecclesiæ, aut etiam doctores. *Cant.* 4. *a.* Et greges sponsi, sunt fideles subiecti Christo. *Luc.* 2. *b.* Et grex Prophetarum, est multitudo doctorum in sacra doctrina concordium. 1. *Reg.* 10. *b.* Et greges sodalium, sunt *y* populi subiecti angelis: vel vulgus animarum imperfectarum. *Cant.* 1. *c. Ierem.* 23. *a.* 31. *b. e. Ezech.* 34. *a.* 36. *Mich.* 2. *d. Iob.* 24. *a.* Greges etiam tonsarum dici possunt monachi tonsi mundo. Et greges caprarum de monte Galaad, Prophetarum filij habitantes in desertis, sectatores Eliæ. — *Simplices.* *Fideles.* *Doctores.* *Monachi.* *Filij Prophetarum.*

Greges Iacob, dici possunt peccatores, quorum curam habere debent prælati, vt eos conuertant. *Genes.* 27. *b.* 46. *d.* 47. *a.* Et greges Laban, sunt *z* Gentiles, & venientes ad fidem ex Gentilitate. *Genes.* 30. *a. Isa.* 32. *c. Mich.* 7. *c. Zach.* 10. *a.* — *Peccatores.* *Gentiles.*

Greges Mosis sunt *aa* populus Israël, quos lex pascebat. *Isa.* 63. *a. Ierem.* 5. *d.* 10. *d.* Et grex Domini contritus, sunt Iudæi derelicti à Deo. *Iere.* 13. *c.* 25. *g. Isa.* 27. *c.* iuxta septuaginta. *Zach.* 10. *a.* Ab his gregibus sustulit Deus Dauid, hoc est Christum, vt pasceret Gentes. *Psalm.* 77. — *Iudæi.*

Greges sodalium sponsi, seu sponsæ, dici possunt *bb* hæreses variæ, quas defendunt, & veluti pascunt hæretici, qui sodales sponsi dicuntur. *Cant.* 1. *e.* Greges autem congregati à pseudoprophetis, sunt simplices decepti ab hæreticis, aut errores eorum. *Ezech.* 13. Et hos greges dispergit Deus, cùm deceptos reducit ad fidem. *Isa.* 13. *e. Ierem.* 3. *g.* — *Hæreses.* *Decepti ab hæreticis.*

Greges Amalec, sunt *cc* turpes carnis cogitationes, vel minores culpæ resonantes in auribus Samuelis, hoc est, boni prælati, vt eas castiget. 1. *Reg.* 15. *d.* — *Cogitationes carnis.*

Quasi gregem ad victimam congregat Deus *dd* impios, cùm eos castigat, vt conuertantur. *Ierem.* 12. *d.* — *Castigans Deus.*

Greges quiescentes in vinea Domini, & eam depascentes, fuerunt *ee* Romani exercitus, quum destruxerunt Hierusalem. *Isa.* 27. *c.* — *Romani.*

Grossi, vide Ficus.

Gryphus.

Gryphvs, ab aliquibus dicitur animal pennarum, & quadrupes, omni ferè ex parte leoni, alis autem, & facie aquilæ simile. Verùm tale animal non minus fabulosum est, quàm Chimæra: nec est in rerum natura. Sed gryphus hic Hebraicè dicitur Phere, quod aiunt Hebræis esse genus accipitris, & auem incolentē deserta. Computatur inter aues immundas, & designat *ff* rapinam malitiosorum, qui sub specie liciti imbecilliores vexant. *Leuitic.* 11. *b.* — *Rapina.*

Gubernare, Gubernator, Gubernaculum.

Gvbernare, est regere, quod præcipuè de nauibus dicitur: & gubernator dicitur nauis rector, qui gubernaculum, hoc est, clauum nauis moderatur. Sed extenditur gubernare ad regimen domus, & Reipub.

Gubernans Ioseph creditam sibi domum, designat Christum aut prælatum regentem Ecclesiam. *Genes.* 39. *a.* 4. *Reg.* 15. *a. Tob.* 10. *d. Prou.* 14. *d.* Et gubernator nauis singulorum, est Christus. — *Christus.* *Prælatus.*

Gubernat Deus in via, qua ambulamus, *gg* cum in suorum præceptorum obseruatione nos dirigit. *Isa.* 48. *d.* Et gubernat nubes, cum *hh* ducit prædicatores, non quò ipsi volunt, sed quò ipse iusserit. *Io.* 37. *b.* — *Regens Deus per præcepta.*

Gubernacula, quæ possidet intelligens, *ii* sunt ipsum regimen rationis dirigens in prosperis, & aduersis, & moderans animi affectus, & in huius vitæ tentationibus nos sustentans. *Prou.* 1. *a.* 20. *c. Iacob.* 3. *a.* — *Regimen rationis.*

Gubernatores nauis Tyri, dicuntur *kk* prudentes huius seculi. *Ezech.* 27. *b. f.* — *Prudentes seculi.*

Gubernator nauis excitans Ionam, vt vigilaret, & oraret. *Ion.* 1. *b.* Typus est *ll* Petri Apostoli suadentis Christo, vt prospiceret sibi, ne moreretur. — *Petrus Apostolus.*

Gurges.

Gvrges, est locus in flumine profundus, in quo aqua ceu turbo vertitur. Et generaliter gurges est omnis aquarum congregatio, etiam in mari.

Gurges ponitur aliquando pro abundantia, vt cùm iustitia dicitur, sicut gurgites maris designat ipsius iustitiæ abundantiam. *Isa.* 48. *d.* — *Abundantia.*

a *Glo. ord. sup. Thren.* 3.
b *Orig. s. psa.* 37. *hom.* 1.
Gr. s. psa. 37.
c *Gre. s.* 1. *Re.* 6. & 19. *m.* 4.
d *Hie. s. Isa.* 9. 2.
e *Ori. s. Is. hom* 6.
f *Hie. s. Hab.* 2.
g *Ori. s. Matt. hom.* 24. *Gre. hom.* 33.
h *Bed. s. Exod.* 17.
i *Glo. inte. su. Eccl.* 40.
k *Gr.* 8. *m.* 22.
l *Hier. su. Isa.* 59.
m *Gre.* 16. *m.* 13. & 7. *m.* 2.
n *Glo. inte. su. Isa.* 47.
o *Hier. s. Ion.* 1.
p *Glo. ord. su. Gen.* 48.
q *Lyr. s. Iu.* 20
r *Arno. s. psal.* 131. *Amb. de fug. seculi* 4. *Gr. s.* 1. *Re.* 8.
s *Ambr.* 2. *de Abr.* 6.
t *Bed. s. Gen.* 29. *Rup.* 7. *s. Gen.* 26.
u *Amb. s. Luc.* 2. *Gre.* 16. *m.* 22
x *Am. de initiis myst.* 7. & *ser.* 13. *Aug.* 2. *doct. Christ.* 6.
y *Ori. s. Cant. hom.* 2. *Gr. s.* 1. *Re.* 10. *Bern. ser. paru.* 63. *Rup s. Cant.* 4.
z *Hier. s. Isa.* 32.
aa *Hie. s. Isai.* 27. 63. *Ori. s. Ier. hom.* 9. *Au. s. ps.* 77. *Aug. epis.* 48.
bb *Ori. s. Eze. hom.* 2. *Hier. s. Is.* 13. & *s. Iere.* 3. *Gre. s. Can.* 1.
cc *Grego. s.* 1. *Re.* 13.
dd *Hier. s. Ier.* 12.
ee *Hier. s. Isa.* 27.
ff *Isy. s. Leu.* 11.
gg *Chryso. de verb. Is. ho.* 4.
hh *Gre.* 27. *m.* 22.
ii *Glo. ord. su. Prou.* 1.
kk *Hie. s. Eze.* 27.
ll *Rup. s. Ion.* 1.

Digitized by Google

Abundantia doctrina.

Gurgites etiam designant abundantiam doctrinæ, & gratiæ noui testamenti: *Iob.36.d.* dicitur Deus effundere imbres instar gurgitum, *a* quum per Apostolos diuinæ scientiæ fluenta diu abscondita, largiori effusione patefecit.

Superbia. Tribulationes & persecutiones.

Gurgites intumescentes, designare possunt superbiam diaboli, & hæreticorum. *Ierem.46.b. Habac.3.b.* Item *b* impetus tribulationum, & persecutionum in bonos, qui gurgites dicuntur Dei, secundum quòd tribulationes, & persecutiones, permittente Deo, veniunt: & hi gurgites transierunt super Ionam, hoc est, super Christum. *Ion.2.a.*

Gurgustium.

GVRGVSTIVM, est locus angustus, & obscurus, & à Curculione paruo animali dictum. Sumitur autem pro gutture animalium.

Fideles.

Gurgustium piscium, designare potest *c* fideles in Ecclesia. *Iob.40.d.* Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite eius.

Gustare, Gustus, Pragustare.

Sumere Eucharistiam. Refectio intelligibilis angelorum. Christus non permanens in morte.

GVSTVS, est sensus in animalibus, quo saporum diuersitatem discernunt. Gustare autem est libare, quasique primoribus labiis attingere, aut lingua ad palatum adiuncta saporem aliquem iudicare. Et experiri, ac probare. Gustare autem mortem est mori.

Gustare suauitatem Domini, est *d* experimento ipsam cognoscere, aut corpus Christi sumere: ad quod pertinet gustus manna, qui erat quasi similæ cum melle. *Exod.16.g. Psalm.33. Hebr.6.a. 1.Petr.2.a.*

Gustus in angelis, est *e* intelligibilis alimoniæ refectio, & diuinorum nutrientiumque liquorum admissio.

Gustans sensum spiritualem.

Gustans Christus vinum cum felle, & non bibens. *Matth.27.d.* designauit *f* se mortem quidem nostram suscepisse, non tamen bibisse, quia non permansit in morte, sed tertia die resurrexit.

Peccare.

Gustans Architriclinus vinum ex aqua factum. *Ioan.2.b.* est *g* legisperitus bibens spiritualem sensum legis.

Anima decepta.

Gustare mortem, est *h* aliquod peccatum committere, quod inducit mortem æternam. *Matth.16.d. Luc.9.d. Ioan.8.f.*

Doctrina hæreticorum.

Prægustata caro à bestiis, est *i* anima præoccupata, & decepta ab hæreticis. *Exod.22.d.* Vel doctrina hæreticorum.

Confessio concupiscentiæ.

Gustans gustasse se dicens Ionathas, demonstrationem facit *k* concupiscentiæ, quam quilibet aperire debet in confessione. *1.Reg.14.d.*

Intelligere legem carnaliter.

Gustare quod adfert mortem, est intelligere legem carnaliter, quod commissa delinquentium dura animadsione distringit. *Iob.6.a.*

Christus. Descensus Christi ad inferos.

Gutta, Stilla, Stacte, Stillare, Stillicidium, Perstillare.

GVTTA, est minima pars aquæ, vel alterius liquoris, quales sunt in pluuia. Dicitur etiam stilla. Gutta quoque est *l* subtilior myrrha, quæ & Stacte dicitur. Hebraicè autem dicitur Nataph, quod aiunt aliqui esse balsamum, alij opobalsamum.

Sanguis Martyrum.

Gutta seu stilla factus est pro nobis filius Dei, *m* vt è vestimentis nostris odor stillæ procederet, iuxta illud. *Psalm.44.* Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis.

Doctrina.

Gutta, vt est subtilior myrrha, designare potest *n* descensum Christi ad inferos, & fidem resurrectionis eius. *Gen.37.e.43.c. Exod.30.d. Psalm.44. Ezech.27.d.*

Gratia.

Guttæ sanguinis Christi, defluentes in terram. *Luc.22.c.* designabant corpus Christi, quod est Ecclesia, Martyrum sanguine fluiturum.

Dona Spiritus sancti.

Stillæ pluuiarum, & stillicidia super terram, designare possunt *o* doctrinam & gratiam, ac dona Spiritus sancti in Gentes diffusa. Item prædicatores: & minorem doctrinam, quæ paruulis ministratur, qui nondum sunt capaces fluminis. Designant etiam miracula Christi. Et stillat Deus vinum, cùm dat lætitiam spiritualem. Et montes dicuntur stillare dulcedinem. *Exod.9.g. Deut.32.a. Iudi.5.a. 2.Reg.21.b. Psalm.64.71. Ierem.3.b. Amos.9.d. Mich.2.d.5.c.* Stillæ etiam roris sunt, *p* doctrina, aut gratia sensim influens. *Iob.38.c.* Stillabunt montes dulcedinem *q* in fœlicitate, quando Apostoli, & prædicatores specialem habebunt gloriam propter prædicationem. *Ioel.3.d.*

Prædicatores.

Stacte, cùm sit myrrha colata, & defæcata, & ipse flos myrrhæ, designare potest *r* odorem bonorum operum, & verborum, quæ sunt Deo grata, sed quæ est in Tyro, est similitudo odoris optimi. *Ezech.27.c.*

Miracula Christi.

Stacte præterea potest *s* clementiam aquæ significare.

Opera, & verba Aqua.

Stillare dicitur furor Dei, quando *t* Deus non totum furorem effundit, sed castigat citra condignum, & cum misericordia. *2.Par.2.b.34.e. Ezech.20.g.21.a. Dan.9.c. Mich.2.d. Amos.7.d.*

Castigans Deus citra condignum.

Stillat oculus ad Deum, *u* cum intentio nostra tota in amoris intimi compunctione defluit. *Iob.16.d.*

Compunctio.

Stillare dicitur eloquium super auditores, *x* cum prædicatio fit ad mensuram, quia oportet vt exhortationis gratia singulis iuxta capacitatem ingenij conferatur. *Iob.29.d.* Et stillauerunt cœli, hoc est, Apostoli, & prædicatores imbrem doctrinæ effuderunt. *Psalm.67.* Et stillant montes dulcedinem, quum perfecti abundant diuinis eloquiis, & donis spiritualibus. *Ioel.3.d.*

Prædicatio ad mensuram.

Stillæ pluuiæ, dici possunt *y* Apostoli, & Prophetæ. *Iob.36.d.* Vbi Gregorius legit, stellæ pluuiæ: & etiam *Ierem.3.b.* Idem dicit de stillis roris. *Iob.38.c.* vbi legit, stellæ roris.

Apostoli, & Prophetæ.

Stilla parua sermonum Dei, *z* dicitur quidquid terribile & altum in hac vita positi, de eius consideratione cognòscimus, immensitati cœlestium secretorum comparatur. *Iob.26.d.*

Cognitio Dei in hac vita.

Stillant manus myrrham. *Cant.5.b.* cùm *aa* in omnibus operibus prædicator habet carnis mortificationem. Et labia sponsi stillant myrrham primam. *Cant.5.d.* quia dum martyrum mortes populis prædicant, quasi myrrham mortificandis carnibus ad condimentum distillant.

Mortificatio carnis.

Guttæ noctium. *Cant.5.a.* designare possunt *bb* frigidos per peccatum, & defectum charitatis: quæ refrigerant caput sponsi, cum frigescere faciunt amorem Dei.

Prædicatio Martyrij.

Frigidi per peccatum.

Stilla situlæ ponitur pro *cc* re parua, & quasi nihili. *Isa.40. d. Mich. 5.d.* Itidem gutta roris antelucani. *Sap.11.d. Eccles.1.a.18.a.24.b.*

Res parui momenti.

Stillare dicitur anima, *dd* quæ defluit, nec plena existit virtutibus.

Defluens anima.

Guttur, Fauces.

GVTTVR, est pars colli anterior, & ea pars seu via, qua spiritus ad pulmonem transmittitur, quæ in homine arteria aspera nominatur: est etiam ea via, qua cibus in stomachum traiicitur. Vel potius guttur est, vbi ambæ viæ pulmonis & stomachi coniunguntur ad opiglottidem, quæ est ad radices linguæ, vbi fauces esse dicuntur.

Voluntas.

Guttur sponsæ, dici potest voluntas. *Cant.2.a.* Et prohibetur guttur à siti, *ee* cum cauemus, ne illi desit potus spiritualium. *Iere.2.f. Psal.149. Prou.3.a.6.c.24.b.* Et fauces sunt interiora animæ quibus dulcia sunt eloquia Dei. Et ipsæ iudicant comedentis saporem, *ff* cum gustant sapientiam. *Psalm.118. Iob.12.b.* Guttur etiam pro *gg* corde aut cogitatione videtur poni, cùm dicitur malus cælare malum in gutture suo, quando illud non profert voce. Sic etiam lingua hæreticorum adhæret gutturi, cùm non audent libera voce peruersa dogmata proferre, quæ intus apud se contegunt. *Iob.20.b.29.b.31.d. Psal.123.* Potest etiam significare iudicium intellectus. Et tam guttur quàm fauces designare possunt sermonem occultiorē, sicut lingua apertum sermonem. *Iob.6.d.* Et guttur, in quo statuendus est gladius, est sermo discretione gubernandus. *Prou.23.a.*

Interiora animæ. Cor. Cogitatio. Iudicium intellectus. Sermo occultior. Sermo.

Guttur etiam sponsæ, dici potest *hh* prædicatio Apostolorum Christum in se habentium. Guttur etiam sponsi suauissimum, est doctrina Christi in Euangeliis. *Prou.8.a. Cant.5.d.7.c.* Et in gutture tuba, grauem prædicationem designat. *Hose.8.a.* Guttur etiam sponsi, est experimentum diuinæ eius dulcedinis: ideò dicitur suauissimum.

Prædicatio Apostolorum. Diuina dulcedo. Silentium Christi. Prædicatio Ecclesiæ.

Adhæsisse dicitur lingua Christi faucibus, *ii* cum in cruce tanquam ouis coram tondente se obmutuit. Vel cum Ecclesia & prædicatores, tanquam lingua ipsius loquuntur eius Euangelium & præcepta, quæ sunt velut eius fauces. *Psalm.21.68.*

a *Gre.27.mo.5.*
b *Hier.s.Hab.3.& s.Iona.2.*
c *Gregor.33.mor.22.*
d *Basi.& Ar.s.ps.33.*
e *Dion. cœli hier.a.15.*
f *Hie.s.ps.2.*
g *Glo. ord.su. Ioan.2.*
h *Ori.s.Matt. hom.3. Am.s. Luc.9.*
i *Glo. inte.su. Exod.27.*
k *Gr.s.1.Reg. 14.*
l *Georg. Ven. Can.2.tom.3. cap.20. Ori.s. Cant.hom. 2.*
m *Ba.& Hie. s.ps.44.*
n *Bed.s. Gen. 43. Aug.s.ps.85.*
o *Ori.s. Iudi. hom.8. Ar.s.ps.64. Hier.s.Mic.2. Chry.s.ps.71. Au.s.ps. 64. Greg.s. Ezec. hom.10.*
p *Hier.s. Iob. 38.*
q *Rup.s. Ioel. 3.*
r *Ori. s. Leu. hom.9. Hi. ad Prin.& s.Ez. 27. Hil.s.ps.140.*
s *Philo. quis rerum diui. hæres.*
t *Hie.s. Dan. 9.& s. Ezec. 20.*
u *Gregor.13. mo.13.*
x *Gre.20.mo. 1. Aug.s.ps. 67. Hier.s.Ioel.3.*
y *Gre.17.mo. 4.& 29. mo. 20.*
z *Gre.17.mo. 19.*
aa *Gre.s.Can. 5.*
bb *Au.s.Ioan. tra.77. Gre.s.Can. 5.*
cc *Glo.int.su. Isa.40.*
dd *Am.s.ps.a. 118.serm. 4,*
ee *Hie.s.Iere. 4.*
ff *Gr.11.m.4.*
gg *Ber.s.Can, ser.48. Bed. s. Prou. 3.23. Glo.15.mo.5, & 8.mo.3.& 19.mor.14. Eu.for.spir.7.*
hh *Am.serm. 37. Gr.s.can.5.7. Hie.s.Hose.8. Ru.s.Cant.5.*
ii *Augu.epist. 120.*

Digitized by Google

Guttur aliquando potest verba curiosa significare, aut etiam gulam. *Leuit.* 1.*a*. Et guttur est sepulchrum patens, *a* quum quis verbis profert absque pudore occulta peccata. *Psal.* 5. *Rom.* 3.*c*. *Prou.* 5.*a*.

Verba curiosa.

Gula.

a *Ori.s. Rom.* 3.

Fauces latronum dicuntur esse apud *b* hæreticos, qui omnes deuorare cupiunt. Sic erant sacerdotes idolorum. *Hose.* 6.*d*.

Deceptio hæreticorum.

b *Glo.ord. su. Hose.* 6.

Guttur habent & non clamant, *c* qui supplicandi & orandi scientiam habent, & non supplicant. *Psalm.* 113.

Docti non orantes.

c *Ricar.de S. Vict.de somn. Nabuch.* 38.

Gymnasium.

Gymnasium, est locus, in quo fit aliqua exercitatio: & peculiariter pro ludo literario accipi solet. In sacra tamen scriptura accipitur pro loco, vbi ephœbi turpia exercebant, aut patiebantur. 1. *Mach.* 1.*b*. 2. *Mach.* 4.*b*.

Gyrare, Gyrus, quare Circumire.

Habacuc.

Scrutatores iudiciorum Dei.

d *Hie. s. Hab. prol.*

HABACVC, id est, *d* luctator, vel amplexans: vnus è duodecim Prophetis, qui in sua prophetia clamat contra Deum, in eorum videlicet typum, qui iudicia Dei scrutari temerariè præsumunt, *Habac.* 1.

Vt autem tulit prandium ad Danielem in lacum leonum, *Dan.* 14.*f*. figura est misericordium.

Habena, vide Frænum.

Habere.

HABERE, est in potestate tenere, & possidere. Item accipere, *Genes.* 12.*a*. Habuerunt lateres pro saxis. Acquirere, *Prou.* 23.*a*. Quas nõ potes habere. Cogitare, 3. *Reg.* 10.*a*. Quæ habebat in corde suo. Concipere, 4. *Reg.* 4.*c*. Habebis in vtero filium. Conferre, *Iudith.* 2.*a*. Habuit cum eis mysterium consilij sui. Consequi, *Deut.* 11.*e*. Vt habeatis & possideatis illam. Continere, *Num.* 28.*a*. Habeat quartam partem hin. Credere. *Ioan.* 8.*e*. Vnum patrem habemus, Deum. Curare, *Matth.* 21.*e*. Nec pœnitentiam habuistis postea. Egere, *Num.* 17.*a*. Iuxta id, quod habebant. Esse, *Leuit.* 21.*c*. Qui habuerit maculam. Facere, 3. *Reg.* 8.*d*. Et habuerit aliquod iuramentum. Gestare, *Exod.* 12.*b*. Calceamenta habebitis in pedibus vestris. Gloriari, 1. *Mach.* 11.*f*. Habere fibulam auream. Habitare, *Num.* 24.*c*. Hanc habebitis terram per fines suos. Intelligere, *Iob.* 36.*a*. Habeo quod pro Deo loquar. Loqui, *Psalm.* 104. Quod habuit ad Abraham puerum suum. Metiri, *Exod.* 26. Habebit octo cubitos. Obseruare, *Deut.* 4.*b*. Vt habeat ceremonias. Pacisci, 3. *Reg.* 4.*c*. Habebat panem ex omni parte. Posse, *Marc.* 12.*d*. Omnia quæ habuit misit. Inuenire, *Deut.* 28.*c*. Nec habeas, qui liberet te. Prosequi, *Ioan.* 13.*d*. Si dilectionem habueritis adinuicem. Reputare, *Exod.* 20.*a*. Non habebit insontem Dominus eum. Scire, *Iob.* 33.*d*. Si autem habes quod loquaris. Tolerare. *Deut.* 15.*d*. Sin autem habuerit maculam. Valere, *Marc.* 5.*c*. Sed magis deterius habebat. Viuere, *Eccles.* 6.*b*. Et plures dies ætatis habuerit.

Deus habens duos populos.

Habens Deus Israel peculiarem populum.

Ostensio misericordiæ Dei.

Habere dirigam ad instruendas animas.

Habere bona opera vel sapientiam.

Numerari inter prædestinatos.

Transferre desiderium ad bene operandum.

Carere vitijs mundi.

Synagoga.

Caro.

Quærès salutem extra sacram scripturam.

Mirabiles sensus sub vili sermone.

Procurantes salutem proximorum.

Non defendit peccatum.

Credenti datur cognitio mysteriorum.

Non inuenitur simplices.

Habens Deũ.

Episcopus.

Ecclesia.

Sapientia diuina.

Peregrinitates.

Habenti literã sine spiritu.

Offerens spiritum suum Deo.

Oratio cum operibus.

Habens homo duos filios, est *e* Deus habens duos populos, nempe Iudæos & gentiles, *Matth.* 21.*b*. Et habens homo centum oues, est Christus habens angelos & homines, *Luc.* 15.*a*.

Habuisse dicitur Deus Samariam & Hierusalem quasi vxores, *Ezech.* 23.*a*. quia *f* peculiariter sibi illum populum copulauerat. Et factæ sunt eius, quando ingemuerunt ab operibus Ægypti, luto prius & lateri seruientes, & legi eius subdiderunt.

Habuisse dicitur Dominus opus asina & pullo, hoc est, *g* peccatoribus, non propter se, sed ad ostendendam misericordiam suam. *Matth.* 21.*a*.

Habere scientiam obstetricandi, est habere doctrinã ad instruendas animas, *Exod.* 1.*d*. Et habens Moses virgam Dei in manu, designat *h* prædicatorem habentem prædicationem cum operibus, *Exod.* 17.*c*. 1. *Reg.* 14.*d*. Habens autem dispensator Ioseph pecuniam, quam dederat fratribus ipsius Ioseph, designant communicationem sapientiæ, quæ plenior remanet apud communicantem. *Genes.* 43.*e*.

Habens seruus vxorem est, habens bonam operationem, aut sapientiam, *Exod.* 21.*a*. Habere quoque velamen, est *i* habere bona opera, qua ratione non habere velamen dicuntur, qui non habent bona opera, *Iob.* 24.*b*. Sic non habens tunicam, *k* est non habens Deum, nec bona opera, *Luc.* 3.*b*.

Haberi in numero filiorum Israël, est contineri in diuina prædestinatione, & inter prædestinatos connumerari. *Exod.* 30.*b*.

Habere adipem morticinij in varios vsus, *Leuit.* 7.*c*. est *l* transferre desiderium ad virtutum operationem, quo prius malè vtebamur.

Non habentes Lia & Rachel partem in domo patris sui, designant *m* carentes vitiis huius mundi, *Genes.* 31.*b*. Ediuerso habens Esau plurima, designat mundanum habentem multa vitia. *Genes.* 33.*b*. Idem designat *n* adolescens habens multas possessiones, *Matth.* 19.*c*.

Quæ multos habebat filios, erat *o* synagoga ante aduentum Christi, 1. *Reg.* 2.*a*. Ipsa quoque dicitur, quæ multos habebat populos, *Cant.* 8.*d*. Et habens virum, erat *p* synagoga habens Deum, vel legem, cui subdita erat, tanquam viro, *Isa.* 54.*a*. *Gal.* 4.*d*.

Babylonia quoque huius mundi dicitur, quæ multos habebat filios: quæ infirmatur per eos, qui veniunt ad beatitudinem. Idem dici potest de carne habente diuersa opera carnalia.

Habens multos pedes, quod inter immunda numeratur. *Leuit.* 11.*g*. designat eum, *q* qui aliis scripturis præter diuinam legem salutem sibi futuram affirmat.

Habere thesaurum in vasis fictilibus, est *r* habere mirabiles sensus sub rudi sermone: vel in homine fragili. 1. *Corint.* 4.*b*.

Habentes turbæ secum cæcos & claudos, & alios infirmos, quos afferebant ad Iesum, *Matth.* 15.*c*. designant eos, *s* qui proximorum salutem procurant.

Non habere dicitur redargutiones, *t* qui caret defensione peccati, *Psalm.* 37.

Habenti datur, cum *u* habenti fidem datur cognitio mysteriorum: & à non habente aufertur quod habet, cùm à Iudæis non habentibus fidem ablata est lex & eius cognitio, *Matth.* 13.*b*. 25.*c*. *Luc.* 19.*d*. Habenti etiam vnam virtutem *x* prædicatur, vt confirmetur: à non habente autem auferri debet, quod habet, hoc est, vitia. Rursus vtendi cum benignitate eo, quod accepit, adimplebitur & cumulabitur, quod habet. A non habente quoque auferetur quod habet, quum à non habente charitatem, aufertur aliud donum, quod inuenitur habere.

Non habens filius hominis, vbi caput suum reclinet, *Luc.* 9.*g*. designat *y* non inueniri simplices, in quibus requiescat.

Habet amicum, à quo petat panes, ille, *z* qui habet Deum, *Luc.* 11.*a*.

Habens curam vulnerati stabularius, *aa* est Episcopus habens curam gregis sibi commissi, *Luc.* 10.*f*.

Habens mulier drachmam, *bb* est Ecclesia habens fideles, *Luc.* 15.*b*. Vel diuina sapientia habens drachmas decem, id est, angelos, & homines.

Non habent in hoc mundo requiem *cc* boni, qui se cognoscunt viatores, & ambulant viam cœlestis patriæ, *Mich.* 2.*c*.

Habent Iudæi apertas aures, & non audiunt *dd* quia habent literam legis, & eius sensum non percipiunt, *Isa.* 42.*d*. habent etiam oculos, & non vident: & aures, & non audiunt: qui cognoscens naturaliter recta, nolunt ea facere. Et non habet cor, qui etiam in naturali cognitione deficit, *Ierem.* 5.*e*. *Hos.* 7.*c*.

Habent primitias spiritus, *ee* qui Deo spiritum suum obtulerunt, *Rom.* 8.*d*. Et habent mandata Dei, qui ea tenent in memoria, sermonibus, auditu, & opere, *Ioan.* 14.*c*.

Habent thus & munera in manu, *ff* qui exhibere se in Dei sacrificio, orationem cum operibus pollicentur. *Ierem.* 41.*b*.

e *Ori.s.Matt. ho.* 18. *Amb.s. Luc.* 15.

f *Hie.s. Ezec.* 23.

g *Ori.s.Matt. hom.* 14.

h *Gr.s.* 1. *Reg.* 14.

i *Gre.* 16. *mo.* 23.

k *Orig.s. Luc. ho.* 23.

l *Isyc.su. Leu.* 7.

m *Amb.ep.* 4.

n *Ori.s.Matt. hom.* 8.

o *Gre.s.* 1. *Re.* 2. *& s.can.* 8.

p *Hier. s. Isa.* 54. *Cyr.cons. Iul.* 9.

q *Philo. quod Deus sit immuta. Glo. in su. Leu.* 12.

r *Ori. s. Iere. ho.* 2. *Ambr.s.* 2. *Cor.* 4.

s *Ori.s. Matt. cap.* 15.

t *Basi.s. psal.* 37.

u *Hil.s.Matt. can.* 13.27.

x *Am.ser.* 80.

y *Amb.s. Lu.* 9.

z *Am. s. Luc.* 11.

aa *Am.s. Lu.* 10.

bb *Glo.or.sup. Luc.* 15.

cc *Gl. ord.su. Mich.* 2.

dd *Hier.s. Isa.* 42. *& s. Ier.* 5.

ee *Aug.* 83. *q.* 67. *& s. Ioan. tract.* 76.

ff *Gre.* 1. *mor.* 35.

Digitized by Google

Nondum prædicantes Apostoli. Ecclesia.
Non habens Deum.
Natura congrua disciplinæ.
Peccans.
Fides.
Obiectum fœlicitatis.
Liberum arbitrium.
Recordari remissionis peccatorum & passionis Christi.
Inuidi.
Iudæi.
Non valens satisfacere pro peccato.
Mysteria reseruata sacerdotibus.
Habere Christum, & spiritum sanctum.
Manifestatio errorum.
Carere virtute verbi.
Nouus & vetus homo.
Constantia mentis.
Diabolus.
Contemptus cœlestis patriæ.
Gentilis populus.
Potentes potenter punientur.
Relinquere omnia pro gratia & gloria.
Iudæi hæsitantes infidelitatem.
Non credens incarnationem.
Habentes errores.
Negantes diuinitatem Christi.
Nolentes sacerdotes cognoscere Christum prophetatum.
Superbia seruiens diabolo.
Contemptus laudis.
Nouitas vitæ.
Confessio peccatorum.
Virtutum decor.
Pater in filio.
Deus in sanctis.
Verbum in carne.

Christus in Ecclesia.

Non habebat vbera sponsa,*a* cùm in solis Apostolis erat Ecclesia nondum prædicantibus. *Cant. 7. c.*

Habita odio Sion est *b* Ecclesia quæ odio habetur apud Iudæos, *Isa. 60. c.*

Non habebat requirentem Sion, quum non habebat Deum, *Ier. 30. c.* Sic non habet consolatorem anima, quæ non habet Deum, *Thren. 1. c.*

Habet in grege masculum, *c* qui habet naturam satis congruam disciplinis, & cæteras dotes ad virtutem accommodas, *Mala. 2. a.*

Habet filiam Dei alieni, *d* qui habet animam peccato subiectam, *Mala. 2. c.* Habet etiam maculam, aut rugam, qui habet peccatum. *Eph. 5. f.*

Habens populos est *e* fides in multos populos dilatata, quum lex solum sit in vno populo Iudæorum. *Cantic. 8. c.*

Non habere plus, aut minus de manna, est accipere denarium diurnum in fœlicitate. *Exo. 16. d. 2. Cor. 8. c.*

Habentes herbæ & ligna in semetipsis sementem generis sui, *Gen. 1. d.* designare possunt in homine principia bene operandi, & liberum arbitrium.

Habent homines & animalia herbas & fructus ad vescendum, *Genes. 1. d.* vt designetur in homine pars rationis & animalis, quæ habent in rebus à Deo conditis, vnde pascantur. Ad idem refertur habere escas. *Genes. 45. b.*

Habere diem egressionis de Ægypto in monimentum, *Exo. 12. c.* est recordari remissionis peccatorum à Deo acceptæ, & passionis Christi, per quam liberati sumus à seruitute Pharaonis.

Habentes iacula, sunt *f* inuidi, qui habent verba detractoria, *Gen. 49. c.* Designant etiam Iudæos, qui exacuerunt linguas suas aduersus Christum.

Non habere quod reddatur pro furto, *Exod. 22. a.* designat hominem non habere ex se, vnde satisfaciat Deo, quem offendit. Idem est non habere omnia, quæ necessaria sunt ad emundationem, *Leu. 14. c.* Et non habere argentum ad emendam aquam, *Isa. 55. a. d.*

Habens sacerdos reliquam partem similæ, quæ offerebatur, *Leu. 5. c.* designat reseruari semper aliqua mysteria doctoribus, quæ minores non percipiunt. Sic habet sacerdos pellem victimæ holocausti, *Leu. 7. a.* Et sacerdos, qui obtulit sanguinem & adipem, habet pectus & armum dextrum hostiæ, *Leu. 7. d.*

Habere secum Aaron, & Hur, *Exod. 24. d.* est *g* habere Christum & Spiritum sanctum.

Habens leprosus vestimenta dissuta, *Leu. 13. f.* designat *h* manifestationem errorum.

Non habere sportulam, *i* est carere virtute verbi contemplationis, *1. Reg. 9. b.*

Habere duas tunicas, *k* est simul veterem & nouum hominem velle habere: & duobus seruire Dominis, & præter Christum in hæresim incidere, *Luc. 3. c. Matt. 10. b.*

Habere in potestate animam suam dicitur is, *l* qui immobilem inter errores fallentium sapientis animæ statum seruare didicit, *Prou. 23. a.*

Habens potestatem super aliquem, est diabolus, *Eccl. 10. a.*

Habent pro nihilo terram desiderabilem, *m* qui peccando perdunt cœlestem patriam. *Psal. 105.*

Habens dæmonium erat *n* gentilis populus, à quo eiecit Christus dæmonium, *Matth. 12. b.*

Non habebit consortium Nabuchodonosor, aut Lucifer cum aliis in sepultura, *Is. 14. e.* quia *o* qui grauius peccauit, & aliis magister extitit peccandi, grauius puniri debet.

Quæ habebat, vendit homo, vt emat agrum, in quo est thesaurus, hoc est *p*, relinquit vitia, vel possessiones, qui dicebatur habere, vt acquirat gratiam, vel vitam æternam, *Matt. 13. f.*

Habens Herodes vxorem fratris sui, *Matt. 14. a.* designat *q* Iudæos suscipientes infidelitatem. Habuerunt etiam filiam Dei alieni, hoc est, *r* legem cæremoniarum post mortem Christi. *Mala. 2. c.*

Non habens paralyticus hominem, qui mitteret eum in piscinam, designat *s* non credentem incarnationem Christi, *Ioan. 5. b.* Vel est gentilis populus non habens Christum, nec Apostolos, qui eum instruerent in fide, maximè contradicentibus Iudæis.

Habens seniorum vnusquisque thuribulum, designat eos, *t* quorum singuli habent suos errores, & sacrilegia in Deum, *Exech. 8. c.*

Habent dorsa contra templum, *u* qui negant diuinitatem Christi, & eum vt creaturam colunt, *Ezech. 8. g.*

Habuerunt inquilini domus Iob ipsum, tanquam alienum, *Iob. 19. b.* quum *x* sacerdotes Iudæorum, & Leuitæ Christum incarnatum, quem dudum per legis verba prædixerant, cognoscere ac venerari noluerunt.

Habebant mulieres spiritum in alis, *Zach. 5. d.* quia *y* superbia & inanis gloria in actionibus suis voluntati Satanæ deseruiunt.

Habens piscis pinnulas & squamas, *Leu. 11. b.* vide *Pinnula, & Squama.*

Habentes crura retro longiora, *Leu. 11. a.* vide *Crus.*

Habere calceamenta, vide *Calceamentum.*

Habet aquas solus, *z* qui ex prædicatione non ambit laudes humanas, *Prou. 5. d.*

Habere in vtero, vide *Pragnans.*

Habitus, Habitudo.

HABITVS, est qualitas & forma corporis & cuiusque rei, quæ & habitudo dici potest. Habitus quoque dicitur indumentum. Et apud Philosophos habitus est promptitudo ad aliquid agendum ex frequentatis actibus resultans.

Habitus Thamar mutatus, *Gen. 38. c.* designat *aa* vetere homine spoliato, assumptam nouitatem vitæ. Et habitus meretricius confessionem indicat peccatorum.

Habitudo corporis vaccarum pinguium mira, *Gen. 41. a.* decorem *bb* virtutum in anima designant.

Habitare, Inhabitare, Colere, Colonus, Colonia, Commorari, Morari, Incola, Indigena, Inquilinus.

HABITARE, est in aliquo loco sedem habere, ac commorari, ipsumque incolere. Differt autem commorari ab habitare, quòd hoc sit perpetuum, commorari verò ad tempus. Est item habitare, connubio iungi, *Isa. 62. b.* Habitabit enim iuuenis cum virgine. Conuersari, *Gen. 34. b.* Habitare nobiscum. Dominari, *Ios. 17. c.* Cœpit Chananæus habitare in terra. Liberè versari, *Deut. 33. b.* Habitabit Israël confidenter. Colonus autem est, qui locum incolit, in quo non est natus, vt erant Coloniæ Romanorum. Inquilinus itidem, qui alienum incolit solum.

Habitare *cc* siue in Iudæa, aut in aliqua eius parte, siue in Ægypto, aut in aliqua eius parte variè dicitur. Et habitare in medio siue in extremo, & multæ aliæ differentiæ habitandi in genere considerari possunt.

Habitat Deus in cœlo, hoc est, *dd* Pater in Filio, vel Deus in Sanctis. *Psal. 122. Col. 1. c.* Et habitat Deus in monte, hoc est, in Christo, *Psa. 67.* Et habitaculum præparatum est *ee* humanitas Christi, in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis, *Psal. 32. Col. 2. b.* Et habitat gloria in terra, hoc est, Verbum Dei in humanitate Christi, *Psal. 84.* Dicitur quoque Deus habitare in altis, secundùm excellentiam naturæ suæ, *Psal. 112.* Et habitator æternitatis dicitur Deus: & habitaculum eius dicitur sanctum, quia non habitat nisi in Sanctis, *Isa. 57. c. 63. d.* Et licèt Deus sit vbique, non tamen dicitur habitare nisi in bonis, vt in templo, & per quandam conuersationem dicitur habitare nobiscum, *Ierem. 7. a.* Et habitat Dominus in excelso, hoc est, in Angelis & in bonis, *Isa. 33. a.* Et habitat gloria Domini in monte Sinaï, hoc est, in Christo, vel in Ecclesia. *Exod. 24. d. Zach. 2. d. 8. a.* Et habitat Deus in Sion monte sancto, id est in Ecclesia, *Ioel. 3. d.* Et habitat in sancto, Christus videlicet in corpore, vel in Ecclesia, *Psal. 21. 75.* Et inhabitat gloria in terra nostra, cùm Spiritus sanctus est in cordibus, aut corporibus nostris, *Psal. 84.* Et habitabilis terra, aut habitata, est Ecclesia, vel anima, in qua est Deus. *Exo. 16. d.* E diuerso, inhabitabilis est, in qua non est Deus, *Ier. 6. b.* Et habitaculum præparatum Dei, sunt *ff* Apostoli & sancti. *Psalm. 32.* Et habitans Deus in Hierusalem, est *gg* Christus in Ecclesia, vel militante, vel triumphante: vel etiam in interiori homine. Sic etiam habitat Deus in cœlis, *Psa. 2. 9. 88. 131. 134. Isa. 8. d. Ephes. 3. c.* Et habitat Deus in medio populi sui, *Exod. 25. b. 29. g. Zach. 1. d.*

a *Glo. ord. su. cant. 8.*
b *Glo. ord. su. Is. 60.*
c *Hier. s. Mal. 2.*
d *Hie. s. Malachiam.*
e *Rus. s. eam. 7.*
f *Ambro. s. 2. Cor. 8. Bed. s. Gen. 49.*
g *Glo. ord. su. Exo. 24.*
h *Gl. ord. su. Leu. 13.*
i *Gre. s. 2. Re. 9.*
HEMATH rabba, id est, muri plurimi: *c* ciuitas eadem, quæ Antiochia, *Amos.6.a.* dicitur Hemath magna, ad distinctionem minoris Hemath, quæ appellatur Epiphania. Eius regio appellatur Reblatha, in qua præsente Nabuchodonosor, regis Sedechiæ interfecti sunt filij, & oculi, illius excæcati. Hemath autem, seu Hamath, quæ est Epiphania, sic dicta ab Antiocho Epiphaniæ, est ciuitas Syriæ Cœles, & interpretatur ira vel indignatio, vel etiam secundum aliquos, veritas. Dicitur esse terminus terræ promissionis, à parte aquilonari, *Ezech.* 47.*c. Zach.*9.*a.*

Hephethath.

HEPHETHATH, interpretatur adaperire, passiuæ vocis imperatiui: qua voce sanauit Christus surdum & mutum, *Marc.*7.*d.*

Her.

HER, id est, vigil, aut denudans, vel effundens, siue æmulus, vel ciuitas: fuit filius Iudæ, fuit iunctus Thamar in coniungio: & quia erat nequam, occisus est à Domino, *Genes.* 38.*a.* typus est *d* humani corporis.

Corpus humanum.

Her etiam interpretatur pelliceus, & designare potest *e* primos parentes, & principes noxios, & sicut Her fuit malus: vel designat *f* principes inter Iudæos, qui non solum non profuerunt populo, sed etiam nocuerunt.

Primi parentes.

Principes Iudæorum.

Herba.

HERBA, genus est ad eas plantas, quæ parum supra terram eriguntur, nec ad fruticis magnitudinẽ attingunt, reddunt terram viridem, multæque earum deseruiunt ad pastum animalium, nonnullæ ad medicamenta: suntque teneræ, & ferè omnes quotannis arescunt.

Herba, quam habens onager non rugit, *Iob.6.a.* incarnationem *g* Christi: vel ipsum Christum incarnatum designare potest: quem, quia non habebant antiqui Patres, rugiebant, eius aduentum desiderantes.

Incarnatio Christi.

Deus.

Herba fullonum, est *h* quæ Hebraicè *borith* dicitur: & Deus dicitur quasi herba fullonum, quia mundat nostra delicta, *Malac.*3.*a.*

Doctrina simplicior.

Herba virens, quæ est pastus animalium, significare potest *i* doctrinam, qua pascitur anima. Præcipuè autem doctrinam simpliciorem, & dicta pleniora sacræ scripturæ, vel minima eius præcepta. Demum internam refectionem populi fidelis, *Genes.*1.*a. Iob.6.a.*30.*a.*38.*c. Psal.*103.146 *Ezech.*34.*d. Zach.*10.*a.* Et herba *borith*, siue *bon* valens ad emundandas vestes, est verbum Dei habens vim mundandi animam. Herbæ virentes designant doctrinam noui testamenti, *Prou.*27.*d.*

Minima præcepta.

Verbum Dei.

Herbæ agrestes, inter quas etiam colliguntur herbæ amaræ, *k* prædicationem asperam designare possunt, quæ amara est peccatoribus, 4.*Reg.*4.*d.*

Prædicatio aspera.

Herba quandóque significat gratiam Dei, quæ deficit in terra Chanaan, hoc est, in Iudæa, *Genes.*47.*a.* Herba quoque germinans, virorem virtum designare potest, *Isa.*66.*d.*

Gratia Dei.

Virtutes.

Herba virens, dici potest *l* visio beatifica in æterna fœlicitate, vbi pascit Deus oues suas, *Ezech.*34.*d.*

Visio beatifica.

Herba etiam virens, quam germinat terra, dici possunt *m* bona opera: & tunc facit semen, cùm illa fixa sunt in corde, *Genes.*1.*a. Iob.*38.*c* Vt autem herba est primum quod producitur ex semine, & tunc est admodum tenera, designat initium bene operandi adhuc tenerum, & debile, & opera producens adhuc imperfecta. Designat etiam *n* timorem, qui est initium sapientiæ, *Marc.*4.*c.*

Bona opera.

Initium bene operandi.

Timor.

Herba sunt, *o* qui gratia Dei irrigati, in bene operando proficiunt, & tonsi rursus exoriuntur. Sic fuit Lazarus pauper herba quæ germinauit in sinu Patris, *Mich.* 2.*c.* Herbæ demum sunt fideles de oblationibus Sanctorum communicantes.

Bene operantes.

Herba virens, quia debilis, & tenera, designare potest *p* leuius auxilium proximis præstitum, *Genes.*1.*a.*

Auxilium leue.

Herba quoque virens, designare potest *q* corpus, aut carnem humanam, *Genes.*1.*a. Iob.*8.*c.* Et herba germinans, indicat *r* virorem glorioſorum corporum, *Isa.*66.*d.*

Corpus humanum.

Herbæ, quæ nascuntur super terram, significare possunt in homine *s* affectiones partis sensitiuæ: vt iram, timorem, audaciam: quas comedit serpens, cum diabolus his vtitur ad perdendos homines, *Genes.*1.*a.*.*d.* His enim pascitur anima, cum eas moderatur: pascitur & bestia, cum eis homo malè vtitur, & comparatur iumentis insipientibus. Hæc est herba terræ Ægypti, quam percussit grando, *Exod.*9.*f.*

Affectus sensitiuæ.

Herba dici potest *t* vita, & prosperitas humana, & viror verborum: quæ percurrit grando, cum Deus castigat, *Exod.*9.*f. Psal.*36.*Isa.*15.*b.* Et herba deuorata à locustis, dèsignat *u* elata verba per fauorem adulantium, & prosperitatem, *Exod.* 10.*d. Amos.*7.*a.* Et transit manè sicut herba, cum vita, & prosperitas humana citò defluit, *Psalm.*89. *Dan.*4.*c.*

Prosperitas humana.

Viror verborum.

Herba tectorum, sunt *x* facilè cedentes diabolo, *Isa.*37.*e.* Et verba, quam ferunt montes Behemoth, sunt mali, qui sunt esca diaboli, & peccata, & voluptates, & oblectamenta carnis morituræ, *Iob* 4.*c. Dan.*4.*c.*

Mali.

Peccata.

Voluptates.

Herba inter quas germinant salices, *y* sunt Gentiles, inter quos sunt credentes, vel sunt Iudæi, inter quos etiam germinarunt credentes, *Isa.*44.*a.* Et herba, quam comedit bruchus, est populus Israël. *Amos.*7.*a.*

Gentiles.

Iudæi.

Herba dici possunt *z* bona temporalia ministrata prædicatoribus: vel illi qui bona ipsa ministrant. Et generaliter bona infima, & terrena nobis cum bestiis communia, *Genes.*1.*d. Psal.*103.146. *Dan.*4.*c.*

Bona temporalia & infima.

Herbæ sunt etiam *aa* sensus pueriles Iudæorum, quos dant legi, quibus ipsi pascuntur. *Iob.*30.*a.*

Sensus pueriles Iudæorum.

Heri, Hesternus.

HERI, diem proximè præteritum significat. Hesternum autem est id, quod ad ipsum diem proximè præteritum spectat.

Tempus veteris legis.

Heri quandóque *bb* antiquum tempus significat, & præcipuè tempus veteris legis, *Isa.*30.*g. Psal.*89.

Heri dicere potest comparationem ad secundum diem, cum *cc* prædicator incipit esse adiutor meliorum, 1.*Reg.*10.*b.*

Minor perfectio.

Heri, & nudiustertius, consuetudinem præteriti temporis significare solet, *Exod.*4.*c.*21.*c.*1.*Reg.*14.*c.*

Consuetudo.

Hesterni dicuntur *dd* homines, qui facilè in præteritum transeunt tempus, & tamen non sunt antiqui. *Iob.*8.*b.*

Facilè transiens homo.

Hericius, seu Herinaceus.

HERICIVS, qui & herinaceus dicitur, *ee* est animal quadrupes, aculeis, seu spinis armatum, quas habet in modum pilorum, habitat iuxta paludes, & etiam in paludibus, facitque sibi cauernã habentem duo foramina, aut spiracula, vnum ad Boream, alterum ad Austrum, & flante Borea, claudit boreale foramen, & aperit quod est ad Austrum, flante verò Austro, è diuerso. Quando autem timet comprehendi, colligit se in globum, ita vt nihil de eo, nisi spinæ appareant, vt vix possit capi sine incommodo capientis. Iuxta Hieronymum *ff* diuersi videntur hericius, & herinaceus. Nam ait herinaceum esse animal non maius hericio, habens similitudinem muris, & vrsi, quod semper in cauernis petrarum, & terræ foueis habitare consueuit.

Herinaceus fugiens canes, confugit ad cauernam petræ, & designat eos, *gg* qui sibi cauent ab inuidis, & persecutoribus, & ad petram Christum confugiunt, *Psal.*103. designat etiam simplices Christianos simplicem fidei doctrinam habentes, qui ad Christi passionem confugiunt.

Cauentes sibi

Simplices fideles.

Malitiosa mẽtes.

Hericius *hh* cum apprehenditur, eius & caput & cernitur, & pedes videntur, & corpus omne conspicitur, sed mox vt apprehensus fuerit, semetipsum in sphæram colligit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit, & intra circumstantis manum totum simul amittitur, quod totum simul ante videbatur. Sic malitiosæ mentes sunt, cum in suis excessibus deprehenduntur: Caput enim hericij cernitur, quia quo initio peccator ad culpam accesserat, videtur,

a *Ori.s.Num. hom.*27.
b *Hie.de mansion.*
c *Hie.s.Amos* 6.*& s.Ez.*47 *& s.Zac.*9.
d *Phil.*2.*alle.*
e *Au.*22.*cons. Faust.*84.
f *Bed.s. Gen.* 38.
g *Gr.*7.*m.*34.
h *Hie.s. Mal.* 3.
i *Aug.de gen. contra Mani.* 23. *Arn.s.ps.* 103.
Ori.s.Iere.ho. 13.
*Gr.*7.*m.*6.*&* 20.*mor.*9.*&* 29.*mor.*18.
*Bed.s.pro.*29.
k *Ber.ser. par* 65.
l *Glo.int.sup. Ezech.*34.
m *Ori.s. Gen. ho.*1.*Gre.* 22, *mo.*20.*&*29. *mor.* 18.*& s. Eze.hom.*15.
*Bed.s. Gen.*1,
n *Hie.s.Mar.* 4.
o *Cle.Alex.*2 *ped.*10.
p *Au.*13.*confessio* 17.
q *Am.*3.*Exa* 7.
r *Hie.s.Is.*66.
s *Ori. s. Gen. hom.*1.*Phi.*1. *alle.*
t *Ori.s.ps.*36. *ho.*1. *Hie.s.Is.* 15.*& s.ps.*89.
u *Gre.*29.*mo.* 18.
*Ric.de S.Vict. de secur.conscienti.*27.
x *Gre.*29.*mo.* 18.*&* 33.*m.* 2.
*Hie.s.Iob.*40.
*Ric.de S.vict. de sec.*27.
y *Hie.s.Is.*44. *& s.Amos*7.
*Gre.*33.*m.*6.
z *Au.s.ps.*103 146.
aa *Gre.*29.*m.* 18.
*Bed.s. Gen.*1.
*Ric.de S.Vict, de sec.con.*25.
Rup.su.Amos 8.
bb *Amb.epist.* 30.
*Hie.s.Is.*30.
cc *Greg.s.* 1. *Re.*10.
dd *Gre.* 8.*m.* 26.
ee *Arist.*9.*de hist.anima.*6.
ff *Hie.ad Sumiam,& Fretellam.*
gg *Arn.s. ps.* 103.

*Au.s.psal.*103.*Cas. col* 10.*ca.* 1.*Greg.s. Ezec.hom.* 9. hh *Gre.*33.*m.*32.*&* 3.*past.admo.*12.

Digitized by Google

Pedes conſpiciuntur,quia quibus veſtigiis nequitia ſit perpetrata cognoſcitur, & tamen adductis repente excuſationibus malitioſa mens introrſus pedes colligit,&c.

a *Hier. ſ. Iſa. 14.*

Hericius circundatus ſpinis, *a* auaros ſignificare poteſt,quorum diuitiæ ſpinæ dicuntur à Chriſto, *Iſa.14.f.* *Auarus.*

b *Hic.ſ.Iſ.14.*

Hericius,vt habitat in paludibus,deſignat *b* eos,qui ſe tradunt,& immergunt cœno libidinis,& aliorum vitiorum, *Iſa.14.f.* *Libidinoſi.*

c *Hie.ſ.Iſ.34.*

Hericius præterea, vt eſt ſpinis obſitus, errores *c* idololatriæ ſignificare poteſt,ſeu etiam alios errores hæreticorum,qui more hericij vulnerant,quidquid contigerint, *Iſa.34.c. Soph.2.c.* *Errores.*

Hermon.

HERMON, id eſt , deſtructio, ſiue anathema,vel rete,ſiue ratiaculum,aut dedicatum , vel conſecratum, eſt mons, qui etiam Sanir vocatur, & è Phœnicibus Sireon. Eſt pars montis Libani ſupra Paneadem, & Traconitidem regionem, qui tantæ fertur altitudinis,vt medio æſtatis feruore ſidus ſit niuibus,quæ infrigidandi pocula gratia Tyrum deferuntur. Hæ Solis ardore liquatæ , proxima irrigantes arua mirum in modum paſcuoſa illa reddunt,quod deſignatur per rorem Hermon, *Pſ.*132.Qui dicitur deſcendere in montem Sion,quia animalia illic ſaginata , in templo cremabantur. Cæterum cum *Pſal.*41.dicuntur Hormoniim,ſiue Hermonim,deſignantur multa iuga illius montis.Sunt tamen qui dicant alium eſſe montem huius nominis,non procul à Gelboe verſus Iordanem.

d *Aug.ſ.pſal. 132.*

Hermon iuxta Auguſtinum, *d* interpretatur lumen exaltatum,& deſignat Chriſtum prius exaltatum in cruce, deinde in cœlum,à quo deſcendit ros gratiæ in barbam,& veſtes, *Pſalm.*132. *Chriſtus.*

e *Hilar.ſ.pſa. 132.*

Hermon,vt interpretatur conſecratum,ſignificat *e* prædicatores Deo dedicatos,qui doctrinæ rorem infundunt in auditores, *Pſalm.*132. *Prædicatores.*

f *Hie.ſ.pſ.88. Hil ſ.pſ. 132.*

Hermon, vt interpretatur anathema, deſignat *f* nouum teſtamentum , in quo anathematizantur peccata , dicente Domino. Niſi pœnitentiam egeritis,omnes ſimul peribitis. Deſignat etiam *g* gentiles ſeparatos à Iudæis, & præterea anathematizationem peccati,quæ fit per pœnitentiam, *Pſalm.*41.88.132. *Nouum teſtamentum.*

g *Aug.ſ.pſal. 141.88.*

Hermon , de cuius vertice coronatur ſponſa, deſignat *h* potentes ſeculi venientes ad fidem, quibus ornatur Eccleſia, *Cant.4.c.* *Gentiles. Potentes ſeculi.*

h *Gre.ſ. Can. 4.*

Herodes.

HERODES, primus rex Iudæorum, alienigena natione Idumæus,cuius tempore natus eſt Chriſtus,quem ipſe volens occidere,ſuſtulit innocentes : typus eſt populi *i* Iudæorum, qui perſequuntur Chriſtianos : & idem mortuus,deſignat deſtructionem populi Iudæorum, *Matth.2.a.* *Iudæi.*

i *Hil.ſ. Matt. can.12.*

Herodes Tetrarcha,filius ſuperioris,qui duxit Herodiadem,vxorem fratris ſui,deſignare poteſt *k* carnales , & etiam hæreticos aut infideles,qui peruerſam amplectuntur doctrinam, *Matth.14.a.Marc.6.b.8.b.Luc.3.a.9.a.13.f.* vt autem occidit Ioannem Baptiſtam,deſignat *l* principes Iudæorum,Chriſtum,& veritatem perſequentes.Idem, gauiſus eſt viſo Chriſto, typus eſt *m* Iudæorum,qui demum ad fidem veniunt,*Luc.23.a.* *Carnales. Hæretici. Principes Iudæorum.*

k *Ori.ſ.Matt. ho.14.*

l *Hil.ſ. Matt, Can.14.*

m *Am.ſ.Luc. 23.*

Herodiani ſunt , qui dicunt *n* nimium indulgendum eſſe corpori , ideò aduerſantur Chriſto , *Matth.22.b. Marc.3.a.12.b.* *Indulgentes corpori.*

n *Ori.ſ.Matt. hom.21.*

Herodias.

Herodias,vxor Philippi,quæ tranſiuit ad Herodem Tetrarcham,fratrem viri ſui, quæ adulterio inceſtum coniunxit,fecitque decollari Ioannem Baptiſtam : typus eſt *o* peruerſæ doctrinæ,& infidelitatis,quæ ſemper nititur veritatem è medio tollere, *Matth.14.a.Marc.6.c.Luc.3.d.* *Peruerſa doctrina.*

o *Ori.ſ.Matt. cap.14. Hil.ſ. Matth. can.14.*

Deſignat etiam *p* ſynagogam adulteram : quæ tamen mater eſt puellæ,hoc eſt,Eccleſiæ, *Marc.6.b.* *Synagoga.*

p *Hie.ſ. Mar. 6.*

Herodion.

HERODION,ſiue Herodius, *q* auis,quæ Latinè dicitur Ardeola,quæ petit lacus, & fluuios,vnde cibum quærat: eſt candida,& colore pulchro : ſecundum aliquos,eſt fulica. Quidam verò aiunt eſſe genus accipitris, volans ad alias aues occidendas. Iuxta Hieronymũ,*r* eſt miluus,computatur inter aues immundas.Deſignat eos,qui veloces ſunt ad effundendum ſanguinem, *Leuit.11.b.Deut.14.b.Iob.39.b.Pſalm.103.*

q *Ariſt. 9. de hiſt. animal. 13. Arn.ſ.pſ. 103.*

Herodion,vt habet paruũ corpus,ſed denſioribus pennis fultum:vnde & celeriter volat,quia paruum eſt quod grauat,multum verò quod leuat,deſignare poteſt *ſ* electos , qui quandiu in hac vita ſunt , ſine quantulocunque culpæ contagio eſſe non poſſunt. Sed quum eis parum quid eſt quod deprimit , multa verò virtus bonæ actionis ſupperit, facilè in ſuperna ſuſtolluntur. *Effuſores ſanguinis. Electi.*

r *Hier.ad Suniam.& Fretellam , & ſ. Iob.39.*

Deſignat etiam *t* antiquos Patres , qui ad ea quæ potuerunt intelligendo perſpicere , valuerunt etiam viuendo peruolare. *Antiqui Patres.*

ſ *Gr.31.m.6.*

Deſignat etiam *u* ipſum Chriſtum, cuius domus eſt conuerſatio Apoſtolica, *Pſalm.*103. *Chriſtus.*

t *Gr.21.mor. 15.*

Hethalon.

u *Rupe.6.ſu. Matth.*

HETHALON, id eſt,contritio manſionis,aut formidabilis manſio,ſiue inuolutio eius:aut iuxta Hieronymum,*x* incunabula mœroris: terminus terræ promiſſionis in plaga aquilonari poſt mare,deſignare poteſt pœnitentiam, quæ ſequitur amaritudinem peccati, *Ezech.47.c.* *Pœnitentia.*

x *Hier.ſ.Eze. 47.*

Hiel.

HIEL, id eſt,viuit Deus,ſiue vita Dei,vel viuens Deo:fuit vir,qui reædificauit Hiericho ſubuerſam à Ioſue, iuxta cuius imprecationem perdidit primogenitum ſuum,& nouiſſimum filium,*3.Reg.16.g.*typus eſt,*y* religioſi, redeuntis ad pompas ſeculi. *Religioſus apoſtata.*

y *Glo.ord. ſu. 3.Reg.16.*

Hiericho.

z *Ori. ſ. Ioſu. hom.1.6 7.& ſ.Matth.hom. 113.& ſ.Luc. hom.34. Aug.1.qu. in Euan. 28. & epiſt. 118.& contr.Fulgent*

HIERICHO, id eſt, Luna,vel menſis,aut,odor:eius ciuitas in tribu Beniamin,non longè à Iordane,quã primam cœpit, & deſtruxit Ioſue poſt tranſitum Iordanis,quam etiam reædificauit Hiel, *Num.22.a.26.a.31.b.Ioſ.2.a.5.a. 6.a.3.Reg.16.g.*

Hiericho ☽ typus eſſe ſolet huius mundi, ideò ſita eſt in infimo loco, quia res huius mundi , & terreſtres infimum obtinent locum : & interpretatur Luna, quæ continuè in ſuo lumine mutatur , vt plenius deſignet hunc mundum perpetuæ mutabilitati ſubiectum:vt autem muri Hiericho ſonantibus tubis corruerunt,ita defenſiones vitiorum , & rerum mundanarum per Chriſti prædicationem corruunt, *Ioſu.2.a.6.a. 4.Regum 2.d.Matth.10.d. Marc. 10.g. Luc. 10. e. 18.f. 19.a.* deſignat etiam huius ſeculi pompas. Et deſtruit Hiericho , qui abrenunciat Satanæ , & mundi pompis: reædificat verò , qui reuertitur ad vitia,& amittit primogenitum in fundatione , & nouiſſimum in portarum poſitione , quia & fundamenta fidei , à quibus bona ædificia inchoare , & clauſtra bonæ actionis,quibus perfici debuerat,perdit, *3.Reg.16.g.* Vt verò deſtructa eſt , & anathemati tradita , deſignat Hieruſalem terrenam. *Mundus. Pompæ ſeculi.*

Vt autem erat Hiericho ſterilis,& mittente Eliſæo ſalem in aquam facta eſt fructifera, deſignat *aa* gentilitatem prius ſterilem,& per Apoſtolorum prædicationem factam bonorum operum fœcunda,*4.Reg.2.d.* *Hieruſalem. Gentilitas.*

Deſignat etiam Hiericho *bb* anathema pœnitentiæ,cùm videlicet pœnitentes ad tempus ſeparantur : quod indicatum eſt, quando iuſſit Dauid manere in Hiericho nuncios,quibus præciſæ erant veſtes & barba,*2.Reg.10.b.* *Anathema pœnitentia.*

Hiericho poteſt *cc* mortalitatem noſtram ſignificare , cui appropinquauit Ieſus , quando factus eſt homo, *Luca* 18. *f.* *Mortalitas.*

z *Ambroſius*

aa *Ru.ſ.Ho.2. Am.ſerm.87.*

bb *Glo.ord.ſu. Reg.10.*

cc *Gr.hom.2.*

dd *Hie.ep.fra.*

Hierobaal, vide Gedeon.

Heroboam.

HEROBOAM, id eſt, impugnans,vel obiurgans populum , vel multiplicans populum : primus rex decem tribuum Iſraël,quas ſeparauit à tribu Iuda : & conflatis vitulis aureis,eas à cultu Dei traxit ad idololatriam , typus eſt *dd* hæreſiarcharum,& diaboli, *3.Reg.11.e.12.e.14.e.2.Par.10.c.11.c.13.c.Tob.1.a.Eccl.47.d.* *Hæreſiarcha. Diabolus.*

Hieruſalem.

ee *Ambroſius*

HIERVSALEM, *ee* id eſt , viſio pacis , aut viſio perfecta vel conſummata , ſiue timor perfectus,aut conſummatus : ciuitas metropolis Iudæorum, & totius Orientis, longè omnium clariſſima,& antiquiſſima,quæ tempore Abrahæ Salem dicebatur, cuius rex erat Melchiſedech : poſtmodum verò amplificata à Dauide , & filio eius

Digitized by Google

Salomone. Dicta est etiam Iebus, à Iebuseorum gente, ex quibus postmodum factum est nomen Hierusalem. Sunt in ea præcipui duo colles: Mons Sion, in quo erat arx munitissima Iebuseorum, quam cœpit Dauid, & fortiorem reddidit, quæ pars peculiariter dicebatur ciuitas Dauid. Alter est mons Moria, ad quē peruenit Abraham à Geraris trium dierum itinere, vt ex mandato Dei filium immolaret, vbi postmodum mirandū illud templum à Salomone constructum est. Erat eius pars in sorte Beniamin, pars in sorte Iudæ, vnde factum est, vt nunc sortis Beniamin, nunc Iudæ legatur. Quod non sine mysterio factum est, vt designaretur has duas tribus in vero regno Iudæorum permansuras, reliquis à rege Roboam separatis. In ea Christus multa operatus est mysteria, ac tandem ibi, vt opus redemptionis perficeret, crucifigi voluit, ac tertia die resurgere. Demum à Tito Romanorum Imperatore destructa est, in vltionem videlicet mortis Christi. Hierusalem secundùm aliquos interpretatur hæreditas ipsius. Vide *Salem*.

Ecclesia militans.

Hierusalem, designare sæpè solet *a* Ecclesiam militantem, super quam vidit visionem Isaias, & in ea lugetur pro terrena Hierusalem lapsa, hoc est, pro Iudæis, & peccatoribus, & gaudetur pro ipsa Ecclesia, quæ vocatur solium Domini. *Iosu.* 15.*g.* 18.*d. Iud.* 1.*d.* 19.*c.* 3. *Reg.* 10.*a.* 11.*a. Psalm.* 64. 78. 89. 115. 121. 124. 136. 146. *Eccles.* 1.*a. Cant.* 3.*d.* 6.*a. Isa.* 1.*a.* 7.*a.* 10.*c.* 22.*c.* 30.*d.* 31.*c.* 36.*a.* 40.*a.* 41.*g.* 49.*e.* 52.*c.* 66.*c. Ierem.* 3.*f.* 4.*b.* 6.*a.* 11.*a.* 17.*c. Ezech.* 14.*g.* 16.*a. Ioel.* 2.*g. Amos.* 1.*a.* 2.*b. Abdi.d. Soph.* 1.*a.* 3.*d. Zach.* 2.*a.* 8.*a.d.* 12.*a.* 13.*a.* 14.*b.* Dicta est autem prius Iebus, postea verò Hierusalem quia prius est quod animale, deinde quod spiritale: vnde prius ædificata est Cain, qui prius est anima terrena, quàm cœlestis.

Gloria cœlestis.

Designat etiam Hierusalem cœlestem, *b* ciuitatem piorum, quæ verè visio pacis dicitur, vbi omnes sancti visione quieta, & perpetua diuinitatis fruuntur, qua ratione significat etiam multitudinem angelorum, quæ nunc ædificatur, & reparatur per introductionem animarum sanctarum, & post iudicium erit completa. *Psalm.* 50. 64. 86. 115. 121. 123. 127. 134. 136. 146. 147. *Isa.* 24.*d.* 33.*d.* 49.*d.* 65.*c.* 66.*c. Cant.* 2.*b. Zach.* 9.*b.* 14.*b. Marc.* 15.*d. Gal.* 4.*d. Hebr.* 12.*f. Apoc.* 3.*c.* 21.*a.c.* Hæc describitur in latere, cùm eius dignitas per prædicatorem imprimitur in terreno corde. *Ezech.* 6.*a.* 40.*a.* Ad hanc Hierusalem non infertur onus sabbato, quia non inducuntur in eam peccata. *Ierem.* 17.*c.*

Virgo Maria.

Hierusalem peculiariter dicitur *c* beata Virgo Maria, quæ ponenda est in principio lætitiæ. *Psalm.* 136.

Paradisus terrestris.

Hierusalem quoque significare potest *d* locum paradisi terrestris, in alto & sublimi positum: vbi homo magna in tranquillitate viuebat: sed inde descendit peccando in Hiericho, hoc est, in huius mundi miserias. *Luc.* 10.*e. Psal.* 67. 127. *Gal.* 4.*d.*

Ordo Ecclesiasticus.

Hierusalem quoque designare potest *e* Ecclesiasticum ordinem sacerdotum: in quibus esse debet visio pacis. *Ezech.* 14.*a.* 16.*a. Mich.* 1.*a.*

Anima.

Hierusalem præterea dicitur *f* anima in gratia existens, in qua est visio pacis, & contemplatio diuinorum. Et generaliter anima dicitur Hierusalem, quam scrutatur Deus lucernis. Et ipsa anima prius in gratia existens, & postea in hæresem prolapsa, est Hierusalem, pro qua non est qui roget. *Psal.* 50. 78. 146. 147. *Isa.* 40.*a.* 64.*d. Ierem.* 15.*b.* 17.*c. Thren.* 4.*b. Ezech.* 16.*a. Abdi.d. Soph.* 1.*c.* 3.*d. Zach.* 2.*a.* 8.*a. Luc.* 19.*f.*

Continentia.

Hierusalem, quam suadebat deserere Rabsaces; promittens esum de vinea, & ficu, & potum cisternæ propriæ. *Isa.* 36.*c.* designat *g* continentiam, quam suadet diabolus deserere, vt vacemus voluptatibus internis, & externis.

Populus Iudæorum.

Hierusalem, quæ occidit Prophetas, est ipse *h* populus Iudæorum, lapidans eos qui ad se missi sunt. *Matt.* 23.*d. Luc.* 13.*g.* 21.*d.* Hæc etiam faciunt detrahendo aliqui in Hierusalem, quæ est Ecclesia. *Isa.* 41.*b. Ezech.* 16.*a.* Et Hierusalem data in aceruos arenæ, designat conciliabula hæreticorum. *Ierem.* 9.*d.*

Conciliabula hæreticorum.

Hilaris, vide Exultare.

Hin.

HIN, est *i* mensura quædam liquidorum, continens duos coros Atticos, hoc est, duos sextarios Italicos. *Exod.* 29.*g. Num.* 15.*a.* 28.*a. Ezech.* 4.*c.* 45.*g.* 46.*c.*

Sanguis Christi.

Hin vini quarta pars, *k* sanguinem Christi in quatuor Euangeliis prædicatum designare potest. *Leuit.* 23.*c.*

Hinnire, Hinnitus.

HINNIRE, est proprium equorum, & hinnitus, est ipsa vox equorum.

Laudantes Deum.

Hinnient de mari, qui saluati fuerint, *l* cùm fideles liberati de mundo præ lætitia clamabūt laudantes Deum. *Isa.* 24.*c.* Et hinniens sterilis, est Ecclesia ex Gentibus, gaudens pro salute adepta. *Isa.* 54.*a. Ierem.* 31.*a.*

Prædicatio.

Hinnitus equi, quem circundat Deus collo eius, est *m* vox prædicationis firmata in prædicatore. Est etiam confessio fidei, in his præcipuè, qui eam confitentur coram aduersariis. *Iob.* 39.*d.*

Confessio fidei

Impugnatio diaboli.

Hinnitus pugnatorum, *n* apertam diaboli designat impugnationem. *Ierem.* 8.*f.* Et hinnitus equi, superbiam diaboli, & hæreticorum. *Iob.* 39.*d. Amos.* 6.*c.*

Superbia.

Libidinis signa.

Hinnientes ad vxorem proximi sui, *o* sunt qui signa offendunt libidinis & concupiscentiæ. *Iere.* 5.*c.* Et hinnitus Hierusalem, designat infamiam libidinis, & idolatriæ. *Ierem.* 13.*d.*

Hinniens equus emissarius sub omni supra se sedente, cōparatur amico subsannatori, qui semper est molestus amicis. *Eccles.* 33.*a.*

Hinnulus.

HINNVLVS, propriè est fœtus ceruorum, caprearum, damarum, & similium.

Christus.

Hinnulus ceruorum dicitur *p* Christus, qui descendit à Patriarchis: & potestatem habet vincendi omne venenum antiqui serpentis. *Cant.* 2.*c.* 8.*d.* Iudæi autem vt serpentes, sibilabant aduersus Christum: quos ipse superauit. Dicitur autem propter misericordiam hinnulus ceruorum, sicut propter iudicium caprea.

Spiritus sanctus.

Hinnulus gratissimus dici potest *q* Spiritus sanctus. *Prou.* 5.*d.* vbi ab Origene dicitur pullus gratiarum.

Prædicatores. Virginitas cū fœcunditate. Electi.

Hinnuli capræ, dici possunt *r* Apostoli, & prædicatores filij synagogæ: vel prædicatores vtriusque populi, qui in montibus contemplationis pascuntur. *Cant.* 4.*b.* 7.*b.* In beata Virgine significat virginitatem, & fœcunditatem.

Recentes in fide.

Hinnuli etiam capreæ gemelli, designant *s* electos, qui per humilitatem quidem paruos se, ac peccatores intelligunt, sed eis per charitatem currentibus, si qua obstacula de impedimento temporalitatis obuiant, transiliunt, & datis contemplationis saltibus, ad superna transcendunt. *Cant.* 4.*b.* 7.*a.*

Principes Gentium.

Hinnuli quoque ceruorum, sunt *t* qui de nouo initiantur in via Domini, vt currant ad montes, de quibus dicitur: Montes excelsi ceruis. Hinnulus quoque gratissimus, est *u* populus fidelis virtutum varietate delectabilis, & castæ fidei æmulatione succensus. *Prou.* 5.*d.*

Prædicatores.

Hiram.

HIRAM, id est, vitæ celsitudo, vel albedo eorum, siue foramen, vel libertas eorum, aut destruens, vel anathematizans: fuit rex Tyri, qui mittebat Salomōni ligna ad ædificationem templi. 2. *Reg.* 5.*b.* 3. *Reg.* 5.*b.* 1. *Paral.* 14.*a.* 2. *Paral.* 2.*a.* designat *x* principes Gentium venientes ad fidem, & adiuuantes ad constitutionem Ecclesiæ catholicæ.

Ioannes Baptistæ.

Hiram etiam dicebatur artifex, & ædificator templi Salomonis, missus à rege Tyri. Hic erat natus patre Tyrio, matre Iudæa, vt designaret *y* prædicatores, & ædificatores Ecclesiæ, non solùm ex Iudæis futuros, sed etiam ex Gentibus. 2. *Paral.* 2.*c.*

Hiras.

HIRAS, id est, libertas, aut ira: vir Odollamites, pastor Iudæ filij Iacob. *Genes.* 38.*a.* vel interpretatur videns *z* Deum, vel fratris mei visio: & designat Ioannem Baptistam, qui fuit nuncius Christi, & vidit ipsum etiam digito demonstrans.

Hircus, vide Caper.

Hirundo.

HIRVNDO *aa* auis nota, quæ æstate aduolat, hyeme verò deuolat, ac discedit: nidificat in domibus, humanam quandam intelligentiam in construendo nido referens: in nutriendis pullis æquitatem quandam seruat, ne

a Ori. *s. Ios. h.* 21. & *s. ca. h.* 3. & *s. Is. h.* 8. & *s. Ier. ho.* 6. & *s. Ez. h.* 5. 6 & *s. Matt. ho.* 62. *Hie. s. Eze.* 16. *Au. s. ps.* 61. 64. *Gre. s. Can.* 3. 6.

b Ori *s. Matt. hom.* 1. 13. 14 35. & *s. Cant ho.* 3. *Hier. s. Isa.* 49 & *s. Ez.* 16. *Geor. Ven. Ca.* 1. *to.* 7. *ca.* 32. *Aug. s. ps.* 121. *Gre.* 26. *m.* 5. & *s. Ez. h.* 12. *Cyr.* 4. *s. Io.* 51

c *Rup.* 7. *de diuin. offic.* 25.

d Ori. *s. Io. ho.* 6. & *s. Leu. ho.* 34. *Arn. s. ps.* 121. *Basil. h. in lapsis. Hil. s. psal.* 67.

e Ori. *s. Exec. hom.* 5.

f *Arn. s. ps.* 78 146. *Amb, s. Luc,* 21. *Ori. s. Lu. ho.* 38. & *s. Ier. ho.* 10.

g *Hie. s. Is.* 64. & *s. Ie.* 17. & *s. Ezec.* 16.

h *Cyr. de ado. in Spir. sanct. Ori. s. Matth. ho.* 26. *Hier. s. Is.* 69.

i *Hie. s. Eze.* 4.

k *Isyc. s. Leu.* 23.

l *Hie. s. Is.* 24. 54.

m *Gre.* 31. *m.* 19. 27.

n *Hie. su. Iob.* 39. & *sup. Amos* 6.

o *Hie. s. Ie.* 5. 13. & *su. Amos* 6.

p Ori. *s. Cant. ho.* 2. 3. *Am. s. ps.* 118. *serm.* 6. *Gre. s. Can.* 8. *Ber. s. Cant. ser.* 55. 73. *Or. s. Can. hom.* 3.

q *Euc. q. in Pr.*

r *Gr. s. cant.* 4. 7. *Rup. s. Can.* 3.

s *Gre.* 24. *mo.* 10. *Euc. for. spi.* 5.

t *Georg. Vene. Can.* 1. *tom.* 7. *cap.* 30.

u *Bed. s. Prou.* 5.

x *Glo. ord. su. Reg.* 5.

y *Hier. s. Is.* 3.

z *Bed. s. Gen.* 38.

aa *Arist.* 9. *de hist. anima.* 7. & *de gener. anim.* 6.

Digitized by Google

bis alicui impartiat. Dicitur parere pullos cæcos, quibus ipsa medetur. Eadem madefactas summas alas pulueri inuoluit, atque ita lutum compingendum nidum facit. Estque plurimum garrula.

Hirundo custodiens tempus aduentus sui confundit eos, *a* qui non cognoscunt Deum vocantem, vt pœnitentiam agant, tempore sibi ad hoc concesso. *Ierem.* 8. *c.*

Hirundo per suam diligentiam nidificans, & pullis visum reparans, designat in nulla indigentia esse desperandum, neque ab operando cessandum.

Pullus hirundinis. *Isa.* 38. *c.* ponitur ad comparationem gementis, & inuocantis Deum.

Hispidus, vide Capillus.

Historia.

HISTORIA, est narratio & expositio rerum gestarum: propriè quidem earum, quibus is, qui narrat, interfuit: non inuenitur in allegoriis: sed solùm fit mentio de historiis regum Persarum. 1. *Esdr.* 4. *b. Esther.* 2. *b.* 6. *a.* 16. *b.* — *Fortitudo cum temperantia.*

Histria, Histriatus.

HISTRIATÆ columnæ dicuntur, quæ cum cuiusdam valliculis fabrefactæ sunt, & decoratæ. 3. *Reg.* 7. *d.* Possunt designare eos, in quibus splendet fortitudo simul cum temperantia, ac corporis maceratione.

Hodie, Hodiernus.

HODIE dicit diem, in quo sumus, hoc est, præsentem: qui hodiernus dies appellatur.

Hodie aliquando dicit *b* tempus æternitatis, seu ipsam stabilitatem æternitatis: vt cùm Pater dicit ad Filium. *Psalm.* 2. Ego hodie genui te. — *Æternitas.*

Hodie, *c* tempus gratiæ significare potest: quo sanctificamur, vt possimus ad gloriam Dei peruenire. *Exod.* 19. *b.* 34. *b. Leuit.* 9. *a.* 10. *d. Matth.* 21. *c. Luc.* 23. *f. Psalm.* 2. Et hodie dicitur Deus scidisse regnum Saulis. 1. *Reg.* 15. *d. f.* quia dum mali imperant, nox est: cùm autem abscinduntur, fit dies: vnde egresso Iuda dixit Christus. *Ioan.* 13. *d.* Nunc clarificatus est Filius hominis. Et hodie venire, & fugere de prælio. 1. *Reg.* 4. *c.* designat tempus illustrationis gratiæ ad deferendum errorem, & prædicandam veritatem propter Deum. Qui autem deserit, aut confutat errorem, & de facundia temporalem retributionem quærit alio die venit, alio die fugit. — *Tempus gratia.*

Hodie potest dici *d* tempus resurrectionis, in quo fit regeneratio promissa: de qua potest dici à Deo. *Psal.* 2. Ego hodie genui te. — *Tempus resurrectionis.*

Vsque in hodiernum diem dicitur, *e* quousque seculum stat. *Iob.* 6. *b.* 28. *d.* Et hodie est nunc, vsque ad consummationem seculi: de quo dicitur. *Psal.* 94. Hodie si vocem eius audieritis. Sed verum hodie est in æternitate. — *Tempus seculi.*

Hodie interdum, designat *f* splendorem lucis verbi Dei: vt hodie comedunt cum Samuele, hoc est, in splendore lucis verbi Dei. 1. *Reg.* 9. *b.* — *Splendor verbi Dei.*

Hodie venisse dicitur Samuel in ciuitatem, vt designetur *g* prædicatorem rarò in ciuitate videri debere. 1. *Regum* 9. *b.*

Hodie reperire Samuelem. 1. *Reg.* 9. *b.* est cùm *h* prædicator non est minor vita, quàm fama, quando videlicet laudantur, & in eis opera laude digna inueniuntur. Non sic sunt sepulchra dealbata. *Matth.* 23. *d. Ioan.* 5. *b.*

Hodie aliquando dicit tempus propinquum præsenti: vt *Hose.* 4. *b.* Corrues hodie: & corruet etiam Propheta tecum.

Sicut hodie, sic & cras dicunt mali omnia sperantes prospera.

Hœdus, quare Caper.

Holdai.

HOLDAI, siue Chelai, id est, *i* deprecatio Domini: à quo accipitur aurum & argentum ad faciendas coronas pontificis. *Zach.* 6. *c.* Ibi dicitur postea Helem. Designare potest quadrigam equorum nigrorum, hoc est, pœnitentes: è quibus accipitur aurum ad coronam Christi. — *Pœnitentes.*

Holocaustum, vide Sacrificium.

Holophernes.

HOLOPHERNES, id est, *k* fortis dux: fuit princeps militiæ regis Nabuchodonosor, quem occidit Iudith. Typus est diaboli à beatissima virgine Maria superati. *Iud.* 2. *b.* 7. *a.* 10. *d.* 12. *b.* — *Diabolus.*

Homo.

HOMO, est animal ex corpore & anima rationali constitutũ: secundùm quas partes variè sumitur in allegoriis: vt datur homo exterior, & interior: nouus, & vetus: cœlestis & terrestris.

Homo paterfamilias, aliquando dicitur *l* Deus pater. *Matth.* 20. *a.* 22. *a.* Idem est homo habens duos filios. *Matth.* 21. *c.* Et homo durus appellatur Deus ab illo, qui abscondit talentum, hoc est, à populo Iudæorum: quia sine eorum lege, erat aliquos iustificaturus. *Matth.* 25. *c.* — *Deus Pater.*

Homo, quem tulit Deus, & posuit in paradiso, designat *m* Christum positum tanquam caput in Ecclesia, quam operatur, & custodit. *Genes.* 2. *b.* Et ipse præcipuè est ad imaginem Dei, qui est vnitus secundùm hypostasim imagini Dei. *Genes.* 1. *c.* Et ipse Christus erat homo, quem expectabat paralyticus, vt mitteret eum in piscinam. *Ioan.* 5. *b. Isa.* 38. *g.* Idem Christus est homo habens centum oues, hoc est, Angelos, & homines. *Luc.* 15. 18. *a.* Idem est homo rex, qui posuit rationem cum seruis suis. *Matth.* 18. *c.* 15. *b.* Et homo nobilis. *Luc.* 19. *b.* Et homo paterfamilias. *Matth.* 13. *g.* Et homo qui apparuit super rotas & animalia. *Ezech.* 1. *g.* Et homo redimens, & pauper. *Psal.* 108. Idem est homo paratus ad ferendum hircum in desertum. *Leuit.* 16. *e.* Idem est homo, qui resurrecturus erat de Israël. *Num.* 24. *c.* Et homo, cuius inimici sunt domestici eius, est Christus. *Mich.* 7. *a. Matth.* 10. *d.* Et homo natus in Sion, quam ipse fundauit, est Christus. *Psalm.* 86. — *Christus.*

Homo interdum designat virum *n* perfectum & spiritualem, qui præest volatilibus & bestiis, hoc est, rudibus & carnalibus. *Genes.* 1. *d.* 2. *b. Psalm.* 103. *Ierem.* 31. *e. Ezech.* 36. *c. Zach.* 2. *a.* 8. *d.* Significat etiam Propheram, & sapientem: vt terra absque homine, erat gentilitas sine Prophetis. *Iob.* 38. *c.* 33. *d.* Cùm autem iunguntur homines & iumenta, sumitur homo pro magis rationali & docto: vt in eius comparatione reliqui iumenta reputentur. *Agg.* 1. *c. Psalm.* 134. — *Vir perfectus & spiritualis. Propheta. Sapiens.*

Homo est etiam ipsa *o* mens & ratio domina, & non erat homo, qui operaretur terram: quum mens non exercebat ideam sensus. *Genes.* 2. *b.* Et homines dicuntur rationales, hoc est, ratione viuentes: vt qui secundùm eam non viuunt, non dicantur homines. *Exod.* 9. *b.* 11. *d.* 12. *b.* 13. *a.* 19. *b. Leuit.* 1. *a.* 7. *b. Psalm.* 32. 146. *Ierem.* 4. *f.* Et ipsa mens, vel ratio aut anima dicitur homo interior habens etiam sua alimenta & indumenta, sicut exterior. Ea enim quæ sunt hominis exterioris, ad interiorem referri possunt: vt dicatur interior etiam habere membra, quæ habet exterior: vt aures, oculos, manus, &c. Et cum dicitur, Homo, homo, designatur homo interior, & exterior. *Num.* 30. *Ezech.* 1. *g.* 14. *a.* Et homo ferens hircum in desertum, est mens abiiciens malas cogitationes. *Leuit.* 16. *e. Isa.* 56. *a. Ephes.* 3. *d.* Hic homo seminat sinapim in agro suo: & inuenit thesaurum in agro. *Matth.* 13. *f.* Prudentia etiam hic homo interior dici potest. Porrò secundùm diuersa vitia datur homo iumentum, homo serpens, homo vipera, homo vulpes. Sed homo est, qui secundùm interiorem & exteriorem rectè se habet: qui si peccet, corripitur à Domino, vt emendetur. *Ezech.* 29. *f.* 38. *f. Iona* 3. *c.* Et homines multiplicati super terram, designare possunt vires rationales in virtutibus multiplicatas. *Genes.* 6. *a.* — *Homo interior. Prudentia. Vires rationales.*

Homo dicitur sæpe beata Virgo Maria: vt cùm Christus dicitur filius hominis. *Psalm.* 79. Et passim in Euangelio. Et dicitur Christus filius hominis, & non homo: *p* quia licèt descendat ex genere Adam, non tamen ipse est vetus homo: ideò non est putredo, licèt sit vermis & non homo. *Iob.* 25. *a. Psal.* 21. Homo etiam dicitur aliquando *q* Angelus: vt homo paratus ad ferendum hircum in desertum, intelligi potest Angelus. *Leuit.* 16. *e.* Datur autem humana forma Angelis, quòd mente vigeant homines videndíque vires habeant ad superna tendentes sublimíque sint ore, & erecto sint statu, & per naturam ad imperandum & regendum idonei. — *Virgo Maria. Angeli.*

Homo accipiens granum sinapis, fuit *r* Ioseph ab Arimathæa, qui accepit corpus Christi ad sepeliendum. *Matth.* 13. *d.* — *Ioseph ab Arimathæa.*

Homo nouus dicitur *s* per fidem & puram vitam. *Rom.* 6. *a. Ephes.* 2. *c.* 3. *d.* 4. *c. Col.* 3. *b.* Et homo cœlestis *t* est ad imaginem Dei factus, expers corruptibilis & terrenæ essentiæ. Terrestris verò è seminali materia, qua humum — *Habens fidem & puram vitam.*

vocant,

a Basi. Exae. ho. 8. Amb. 5. Exae. 17.

b Arn. s. ps. 2.
c Am. epi. 39. Gr. s. 1. Reg. 4. 15.
d Hila. s. ps. 2. Cle. Ale. adhor. ad Gentes
e Au. 2. serm. domini in mon.
f Gr. s. 1. Re. 9.
g Gre. s. 1. Re. 9.
h Gre. s. 1. Re. 9.
i Hie. s. Zac. 6. Rup. s. Zac. 6.
k Hie. ad Saluinam.
l Ori. s. Matt. hom. 10. 18. 19. 20. 33. Hie. epi. beatitudinis & s. Mat. 21. Hil. s. Matth. cant. 27.
m Aug. 1. de Ge. con. Man. 23. & s. ps. 86 Am. de initi. myst. 4. & 2. de sacramen. 2. s. Lu. 15. de virgi. 3. Ori. s. Matth. hom. 7 & su. Leu. ho. 9. & s. Num. hom. 18. Arn. s. ps. 48.
n Bed. s. Gen. 1. Hie. s. Mic. 7. Greg. s. Ezec. hom. 3. 8. Arn s. ps. 103. Hier. s. Ier. 31 & s. Iob. 38. & s. Agg. 1. Gre. 24. m. 8.
o Aug. s. psal. 134. Philo. 1. alleg. Ori. s. Gen. ho. 1. & s. Le. h. 2. 9. & s. Num. 24. & s. ps. 36 ho. & 1. s. Ez. hom. 1. 3. su. Matth. ca. 13. Hier. s. Is. 56. & s. Ezec. 14. & s. Gal. 3. Ambr. 2. de Abr. 8. & de virg. 3. Aug. 83. q. 51. Phil de plant. Noe.
p Au. epi. 120.
q Ori. s. Le. ho. 9. Diony. celest. hiera, 15.
r Amb. ser. 2.
s Am. s. Ro. 6.
t Phi. 1. alleg.

Digitized by Google

vocant,compactus est.Ideò cœlestem non fictum dicit, sed formatum ad imaginem, terrestre verò figmentum irrationalis progeniem esse artificis.Primus autem homo Adam dicitur de terra terrenus: secundus verò homo, hoc est,Christus dicitur de cœlis cœlestis. *1.Cor. 15.f.* Cœlestis etiam homo erit in resurrectione: *a* non quia corpus quod de terra factum est,non ipsum erit: sed quia dono cœlesti iam tale erit, vt etiam cœlo incolendo, non amissa natura,sed mutata qualitate conueniat.

Matthæus. Marcus. Hominis facies inter quatuor Euangelistas,*b* Matthæum designare potest,quia exordium Euangelij à generatione humana cœpit.*Exech.1.c.*Secundùm Augustinum *c* verò designat Marcum,qui demonstrat Christum hominem. Ponitur autem à dextris,quia durat humanitas Christi.Designat *d* etiam elementum aquæ, quia homo secundùm animam rationalem est aqueus,vt sit capax aquæ sapientiæ salutaris.In archetypo verò, hoc est, in Deo designat mansuetudinem, & principatum in domo Iacob,in qua regnat Christus.

Elementum aquæ. Mansuetudo & principatus Dei. Homo amphoram aquæ baiulans,est *e* Moses ferens literam legis.*Marc.14.b. Luc.22.a.*Non est autem nominatus proprio nomine,quia Christianum nomen nondum erat notum.

Moses. Peccator. Caro. Carnalis. Homo vetus dicitur per *f* diffidentiam,seu infidelitatem & malos actus. Homo etiam vetus dicitur caro peccatrix: aut ipsa vitia. *Rom.6.a.Ephes.4.e.* Et homo sumitur sæpè pro homine veteri & carnali: vel pro homine exteriori, & pro ipsa carne seu parte sensitiua & brutali: & homines multiplicati super terram, sunt carnales, qui generant filias,hoc est,concupiscentias: & hominem carnalem delet Deus, vt faciat Deum,aut spiritualem. *Genes.6.b. Exod.3.9.d. Leuit.13.a.Psalm.122.* Et homines Ægypti, sunt homines mundani & carnales. *Exod.8.e.* Et etiam homines regionis Amorrhæorum. *Exod.34.b.* Et homo pacis, & etiam homo vnanimis est ipsa caro, quæ statim mouetur ad motum animi, nisi pars pudenda, quæ aliquando est rebellis, & supplantat rationem. *Psal.40.54.55.* Et homo, qui debet deficere, est humana & terrena sapiens, *Sap.1.a.Iob.3.a.* Et homo qui nascitur ad laborem,est carnalis.*Iob.5.b.* Et homo non habens vestem nuptialem,est peccator,& sub vno intelliguntur omnes. *Matth.22.b.*Et secundum hominem ambulare est agere veterem hominem. *1.Corint.3.a.* Et homo vetus, dicitur putredo.*Iob.25.* Isti sunt homines,quorum opprobriũ factus est Christus.*Psal.11.*vt homines moriuntur, qui in peccatum tanquam fragiles incidunt.*Psal.31.*In homine veteri confidit, qui confidit in seipso.*Ierem.17.a.*

Minus docti. Homines etiam dicuntur *g* minus docti. *Psal.103.*vt videlicet qui sunt magis docti, plusquam homines esse videantur. Et omnis homo dicitur mendax, secundùm conditionem naturalem,quia non attingit ad ea,quæ sunt fidei. *Psalm.115.*Et secundùm hominem,dicit Paulus se loqui, quum docet rudia & crassiora, quasi lacte pascens simplices. *Gal.3.b.Exech.14.d.*

Genus humanum. Purus homo. Homo aliquando dicitur *h* genus humanum,& qui viuit adhuc vita mortali.*Leuit.1.a.5.a.Exod.33.d.*Et homo descendens ab Hierusalem in Hiericho,fuit Adam cùm lapsus est in peccatum: in quo erat totum genus humanum. *Luc.10.e.*Et homo ineptus ad redimendum,est purus homo,qui potius eget redemptione. *Psal.48.* vnde non permittitur homo esse in tabernaculo fœderis,quando pontifex intrat in sancta sanctorum:quia cùm ibi possunt esse,iam non sunt homines,hoc est,mortales, sed facti sunt dij.*Leuit.16.d.*Homo & non Deus dicitur Ægyptus, vt ostendatur auxilium hominis fragile. *Isa.31.a. Dan.7.a.* Sic sumitur homo pro puro homine, cùm dicitur. *Ierem.17.a.* Maledictus homo qui confidit in homine.

Mortalis. Homines domus dominæ Ioseph,dici possunt *i* viri synagogæ.*Genes.59.c.*Et homo,per quem scandalum venit, est populus Iudæorum,qui negauit Christum,& alios negare compellit.*Matth.18.a.* Et homo vnanimis,designat Iudæos sub lege viuentes, quam Christus impleuit. *Psalm.35.54.* Et homo habens spiritum immundum, est populus Iudæorum. Et idem est,à quo exierat immundus spiritus per datam legem; sed postmodum reuersus est ad eos: & facta sunt nouissima eorum peiora prioribus.*Leuit.4.11.c.*Homo etiam ad differentiam gentilium dicitur *k* Iudæus. *Exod.19.b.*

Iudæi.

Hæreticus. Sermo hæreticus. Homo per quem scandalum venit,est *l* hæreticus.*Matth.18.a.* qui etiam est homo vnanimis, secundùm quòd simulat se,aut putat seruare legem Christi. *Psal.54.* Idem,est homo leprosus. *Leuit.14.a.* Et homo inimicus, qui superseminat zizania.*Matth.13.d.*Homo autem propinquus,qui non suscitat semen fratris,est sermo hæreticus, qui etiam oritur ex sacra scriptura: sed non non generat filios Christo.*Deut.25.c.*

Antichristus Iudas. Homo, quem rogat Propheta non confortari. *Psalm.9.* intelligi potest *m* Antichristus.

Homo vnanimis,*n* Iudam apertè demonstrat,qui erat discipulus Christi:& magnificat aduersus eum supplantationem. *Psal.4.* Idem dicitur homo pacis; quia pacis osculo tradidit Christum. *Psal.40.*

Pilatus. Homo paratus ad ferendum hircum in desertum, designare potest *o* Pilatum,qui dimisit Barrabam, crucifixo Christo. *Luc.6.b.*

Ociosus. Homo habens manum aridam designat illum, *p* qui ociosus est à benefaciendo,qui curatus à Christo,incipit bene operari. *Luc. 6.b.*

Diabolus. Homo inimicus, qui superseminauit zizania, *q* est diabolus qui & iniquus homo dicitur. *Matth.13.d.Psal.44. 55.139.*Idem dicitur homo,& non Deus *Ezech.28.b.* vt ostendatur nihil posse aduersus Deum, nec etiam aduersus homines,nisi quantum Deus permiserit.

Vnus homo fit è duobus, quando *r* destruitur in homine corpus peccati, & homo exterior subiicitur interiori.

Homicida, Homicidium, vide Interficere.

Honestus, Honestas, Dehonestare, Inhonestus.

Bene operari. Colere Deum, & sapientiã. Honoratus Christus Ecclesiam. Templum Hierusalem. Agere officio suo dignum. Gentiles. Imago Dei. Confundens Deus sapientes. Officia & eleemosyna. Boni. Apostoli. Habens scientiam legis. Honorantes regem. Gloriantes Iudæi de exteriori cultu Dei. Sacerdotes docentes sectari temporalia, & dantes beneficia suis.

HONESTVS, dicitur honore & dignitate plenus:& honestare,est decorare,& honore afficere:Dehonestare verò contrarium: vix habet locum in allegoriis,cùm sit morale,& rarum in sacra scriptura.

Dehonestat Deus inclitum super terram, *s* quum illa ostendit esse turpia, in quibus homines gloriantur:vnde eos erubescere facit, & exprobabile reddit. *Isa.23.b.*

Honor, Decus, Honorare, Honorificare, Venerari, Honorabilis, Inhonorare.

HONOR, est reuerentia,quam alicui exhibemus in virtutis testimonium,dicitur etiam honor interdum dignitas,siue magistratus. Idem dominium. *Psal.8.* Gloria & honore coronasti eum.Laus.*Sap.5.a.* Finem illorum sine honore.Præmium. *Esther.6.c.* Hoc honore condignus est.Reuerentia. *Esther.1.d.* Deferant maritis suis honorem. Salutatio.*1.Marc.12.f.*Accepit eum cum honore. Subsidium. *Tob.4.a.* Honorem habebis matri tuæ. Sic honorare, est retribuere,Reuereri, Salutare, Succurrere.

Honorem affert Deo, *t* qui opera iustitiæ facit: & de tribus personis rectè sentit.*Psal.28.*Honor autẽ Christi est illi ab animabus fidelibus.*Ps.44.*Honorat Deum de sua substantia,qui omne quidquid operatur,non hoc suis viribus,ac meritis,sed supernæ gratiæ tribuit. *Prou.3.b.*

Honorare patrem & matrem,est *u* colere patrem Deum,& sapientiam,seu diuinam cognitionem, quæ etiam est propter est se expetenda. *Exod.30.b. Mal.1.b.*

Honoratus Abraham, propter Saram, designat Christum honoratum per Ecclesiam, quam redemit. *Genes.12.d.20.d.*

Deus Iacob dici potest *x* Hierusalem: & omnis Iudæorum nobilitas, quæ sublata sunt. *Ierem.10.d.*

Honorificare ministerium suum, *y* est agere, quæ decent officium suum. *Rom.11.b.*

Honorabilis filius dicitur Ephraim, designans *z* gentiles prælatos Iudæis.*Ierem.21.d.*

Honor hominis est *aa* imago Dei,secundum quam excedit reliquas corporeas creaturas.*Psal.48.Prou.5.b.*

Decus est Dei inter sapientes, *bb* quia ipse confundit sapientes & hæreticos. *Ierem.10.a.*

Honor in scripturis *cc* non tantùm in salutationibus & officiis deferendis, quantum in eleemosynis, ac munerum oblatione sentitur. Honora inquit Apostolus *1.Tim.5.*viduas,quæ verè viduæ sunt: hic honor donum intelligitur. Sic presbyteri sunt duplici honore honorandi: & Pater & mater.*Matth.15.a.*

In honorem vasa,sunt boni in Ecclesia. *2.Tim. 2.c.* Et honorabilis Israël in conspectu Dei, sunt *dd* Apostoli grati Deo.*Isa.43.a.* Et honorabilis vultu ablatus à Iudæis, est habens scientiam legis.*Isa.3.a.*

Honor regis dicuntur, *ee* qui regem honorant. *Psalm.98.*

a *Aug.13.ciu. Dei.23.*
b *Hie.pro sup. Ma.& s.Eze. 7.*
c *Au.1.de cõsen.euan.6.*
d *Georg.Vene. Can.1.tom.7. cap.22.29.*
e *Ori.s.Matt. ho. 35. Hil.s. Matt.can.30.*
f *Ori.s. Exec. hom.1. & su. Matt.ho. 20. & s.Ro.3. 6. Ter.de resurr. Arno.s.ps.40. 55.Hie.s.Sop. 1.Aug.s.ps.8. & de continentia. Amb.s.Ro. 6. Gre. 4. m.17. & 25.mo. 8. Ric.de S.Vict. 2.de arc.mysst. 17.*
g *Arn.s. psa. 103. Basi.s.ps.115. Hier.s.Gal.3.*
h *Orig.s.Leu. hom.1.9.& s. Io.ho.6.& su. Mat.hom.13. & s.Lu. hom. 34.Basi.s.psa. Hier.s. Is.31. & s.Ier.17.*
i *Hil.s. Matt. Ca.12.18.& s.ps.54.Amb. s. Luc. 4. 11. Arno.s.ps.35.*
k *Bed.s. Exo. 19.*
l *Ori.s. Matt. hom.22.*
m *Chry. s. ps. 9.*
n *Hil.s.ps.54. Arn.& Aug. s.ps.45.*
o *Georg. Ven. Cant.2. tom. 3.cap. 15.*
p *Ori.s. Io.ho. 6.*
q *Orig.s.Iere. ho.1. Arn.s.ps. 42.*
r *Amb.de institit.virg.*
s *Hie.s.Is.23.*
t *Basi.s.ps.28 hom.1.& sup. Psal. 44. Bed. s.Prou.3.*
u *Cle.Ale. 6. strom.*
x *Hie.s.Ie.10*
y *Ori.s. Rom. 11.*
z *Hie.s.Ie.31*
aa *Basi.s.psa. 48.*
bb *Hier.s.Ier. 10.*
cc *Hie.s.Mat. 14.& ad Gelant.*
dd *Hier.s. Is. 43.*
ee *Arn.s.psa. 98.*

Digitized by Google

Honorat populus labiis Deum,quum *a* Iudæi gloriantur de cultu exteriori:& cùm habent verba legis,sed non sensum. *Isa.29.d.Matth.15.a.Marc.7.a.* Ipsi etiam inhonorarunt Christum. *Ioan.8.f.Rom.2.d.*

Christus inhonoratus in Iudæa.

Honorans Eli filios magis quàm Deum,designat *b* sacerdotes docentes sectari temporalia, cõtempto Christo: vel prælatum dantem dignitates,beneficia carne coniunctis,solum vt ditentur. *1.Reg.2.f.*

Hæreticus.

Sine honore existens Propheta in patria sua,est *c* Christus inhonoratus in Iudæa. *Matth.13.g.Ioan.8.f.*

Inhonorarus,est,qui colit idola. *Nah.1.d.* hoc est *d* hæretici cum suis erroribus.

Honorabilis est dies septima Phasc sicut prima, *e* propter honorẽ passionis & resurrectionis Christi. *Exo.12.e.*

Venerationis sacræ lamina. *Exod.39.e.* vide *Lamina*

Hora.

HORA, licèt olim acciperetur pro cuiusuis temporis parte:vt annus diuidebatur in quatuor horas,veris,æstatis, autumni,hyemis: peculiariter tamen hora dicitur vicesima quarta pars diei naturalis. Et aliquando sumitur hora pro tempore.

Hora sexta,qua Christus crucifixus est,*f* concordat cum die sexta,qua homo creatus est,& cum sexta ætate. Et hora sexta venit ad puteum,designans horã passionis,qua venit ad puteum miserarum. *Ioa.4.a.19.c.Matt.27.e. Marc.15.c.Luc.23.d.* Et hæc hora passionis est, quando dignatus est Christus agnoscere matrem, de qua dixerat. *Ioan.2.a.* Nondum venit hora mea.

Hora crucis Christi.

Horæ operariorum,qui vocati sunt ad vineam,sic distribui possunt:vt hora prima *g* sit ab Adam vsque ad Noe, hora tertia à Noe vsque ad Abraham,hora sexta ab Abraham vsque ad Mosen:hora nona à Mose vsque ad Christum:hora verò vndecima à primo aduentu Christi vsque ad secundum. Vel *h* hora prima est tempus pueritiæ:tertia,adolescentia,vel iuuentus:sexta,ætas viri perfecti:nona,senectus:vndecima,decrepitudo. *Matth.20.a.* Vel considerantur diuersi *i* profectus:manè est illuminatio veritatis,tertia inchoãte calore,est acceptatio bonitatis:sexta, cùm est æstuatio caloris,est feruor dilectionis:nona quum est temperamentum caloris,est abominatio vanitatis: vespera,est refrænatio cupiditatis, & hebetatio prudentiæ carnalis.

Diuersitas ætatum.

Horæ diei duodecim,designant *k* duodecim discipulos Christi,diuersis donis fulgentes. *Ioan.11.b.*

Apostoli.

Hora præteriens, designat *l* tempus legis Prophetarum: quod præteriit,adueniente Christo. *Matth.14.b.*

Tempus legis.

Quum dicitur *Ioan.5.d.* Venit hora,& nunc est,quando mortui audient vocem Filij Dei.&c. Ibi hora sumitur *m* pro tempore,ab ea videlicet hora,qua Christus dixit, vsque ad tempus iudicij. Nam totum hoc est hora, quum mortui per infidelitatem, aut per peccatum audire possunt vocem Filij Dei, & viuere. Sic de toto hoc tempore ait. *Ioan. Epist.1.cap.2.c.* Filioli nouissima hora est.

Tempus vsque ad iudicium.

Hora eadem, qua promiserat Deus Samueli, ostendit Saulem,vt demonstret per hoc *n* perfectum illum esse, non solùm corpore,sed etiam mente. *1.Reg.9.c.*

Perfectio mentis & corporis.

Hora cœnæ,*o* finem mundi designat:quia in illam cœnam cœlestem non introducuntur,nisi iusti. *Luc.14.d.*

Finis mundi.

Hora dimidia datur silentium in hac vita:quia *p* perfecta tranquillitas contemplationis hic haberi non potest. *Apocal.8.a.*

Breuis quies huius vitæ.

Hordeum, Hordeaceum.

HORDEVM, est quod habet aristam mordatiorem tritico,nec facilè potest à palea spoliari: vnde panis,qui fit ex hordeo, est multo asperior, quàm panis triticeus: & magis deseruit hordeum ad pastum iumentorum, quàm hominum: præcedit autem messis hordei triticeam messem.

Hordeum & hordeacei panes, *q* difficiliorem sermonem significare possunt & literam ac doctrinam legis veteris, quæ præcedit nouam,vt hordeum præcedit triticum. *Genes.16.c. Exod.9.g. Matth.15.d. Ioan.6.a.* Et vt hordeum est cibus iumentorum, asperitatem habens, quibusdam quasi aculeis, designat asperitatem præceptorum legis veteris datæ in cibum Iudæis, tanquam iumentis: qui filium Dei negant. *Leuit.27.c. Ezech.4.c.13.d.45.d. Hose.3.a. Apoc.6.b.*

Difficilior sermo scripturæ. Litera legis.

Potest etiam hordeum designare *r* simpliciorem, minusque exactam doctrinam, quæ cibus est rudiorum, & subtiles sensus percipere minimè valentium. *Ioan.6.a.Ioel.1.c.*

Simplicior doctrina. Iudæi.

Hordeum præterea designat *s* Iudæos, vel primores Ecclesiæ: qui, si peccent, plaustris sunt triturandi, & seris. *Isa.28.g.* Potest è diuerso minores *t* in Ecclesia significare, secundùm quod hordeum imperfectius est tritico. *Apoc.6.c.*

Maiores in Ecclesia. Minores.

Horeb, vide Sinai.

Horma.

HORMA, id est,destructio, siue anathema,aut rete,seu retiaculum,siue dedicatum,aut consecratum: locus vbi filij Israël vicerunt Chananæum, qui habitabat in meridie. *Num.14.g.21.a.*

Horrere, Horror, Inhorrere, Exhorrere.

HORROR, est tremor quidam, cùm totum corpus frigore, vel pauore contremiscit,& succussatur. Horrere autem est vel frigere,vel timere,cum illo tremore: vel est cùm pili aut setæ in animante eriguntur.

Horribilis crystallus designat *u* Christum, qui in iudicio terribilis apparebit malis,mitis bonis. *Ezech.1.f.* vel designat *x* splendorem diuinorum,& puritatem, sed quia ex parte intelligantur. Designat etiam horribilis crystallus angelos,qui nobis miseris sunt pauendi. Horribile etiam dicitur nomen Dei in gentibus,hoc est,Christus faciens mirabilia, vnde timeatur à gentibus. *Mala.2.a.*

Christus. Splendor diuinorum. Angeli.

Horribilis dies,*y* est dies resurrectionis Christi: & dies vniuersalis iudicij, quando omnes mali pauore tabescent. *Ioel.2.g.*

Dies resurrectionis & iudicij.

Horror tenebrosus Abrahæ circa Solis occasum, designat *z* tribulationem Ecclesiæ futuram tempore Antichristi. *Genes.15.c.* Designat etiam terrorem iudicij: sicut etiam horribiles tenebræ,quæ fuerunt in terra Ægypti. *Exod.10.f.* Idem designat horror nimius regum, & populorum Ægypti. *Ezech.32.c.* Et horribilis aspectus rotarum, hoc est, scripturæ Sacræ: est quia ipsa scriptura sacra omnibus reprobis gehennæ supplicia minatur. *Ezech.1.c.*

Tribulatio Ecclesiæ. Terror iudicij.

Inhorrent pili carnis transeunte spiritu. *Iob.4.c.* quia *aa* ante compunctionis vim cogitationes superfluæ fugiunt: vt nihil fluxum,nihil iam remissum libeat, quia afflictam mentem etiam contra semetipsam visitationis intimæ seueritas inflammat.

Fuga vanarum cogitationum.

Horror visionis nocturnæ. *Iob.4.c.7.c.* est *bb* pauor occultæ contemplationis, in qua, quamuis extremum aliquid de Deo mens conceperit,in consideratione tamen eius magnitudinis inhorrescit, & magis metuit, quia ipsis contemplationis eius vestigiis se imparem sentit.

Pauor occultæ cogitationis.

Horribilis populus, *cc* sunt hæretici blasphemi, quia nihil blasphemia horribilius. *Isa.18.c.* Et horrendum, quod vidit Hoseæ in domo Israël, est idololatria,& etiam hæreses. *Hose.6.a.13.a.*

Hæretici.

Horribiles etiam dicuntur *dd* maligni spiritus, qui bonis mentibus pauendi sunt, atque fugiendi. *Iob.20.d. Habac.1.b.*

Dæmones.

Horror sempiternus est in inferno. *Iob.10.d.* quia *ee* eius ignibus traditi,& in supplicijs dolorem sentiunt,& in doloris angustia pulsantes se semper pauore feriuntur: vt & quod timent,tolerent,& rursum,quod tolerant,sine cessatione pertimescãt. Horrendo igitur modo erit illic in reprobis dolor cum formidine,& flamma cum obscuritate. Sic dicuntur mali turbandi timore horribili. *Sap.5.a.* Horribilis quoque terra,est infernus. *Isa.21.a.*

Infernus.

Exhorrens vxor Iob halitũ eius. *Iob.19.c.* designat *ff* synagogam,quæ Christum,quem videbat hominem,Deum credere expauit: & carnalibus sensibus dedita,incarnationis eius mysterium non agnouit.

Synagoga non credens diuinitatem Christi.

Horreum.

HORREVM, est locus designatus ad custodiam frugum, aut etiam aliarum rerum preciosarum.

Horrea dici possunt *gg* corda Sanctorum, vbi reconditur doctrina sacra,& etiam preciosa Spiritus sancti munera. *Genes.41.f.Prou.3.b.Ioel.1.d.*

Corda Sanctorum. Dona Spiritus sancti.

Horreum etiam dicitur *hh* sacra scriptura,vnde omnes spiritualia sumere debent alimenta: & hæc sunt horrea publica, ex quibus peculiariter sustentari debent sacerdotes. *Genes.41.g.47.e.* Hæc etiam sunt horrea benedicta. *Deut.28.b.*

Sacra scriptura.

a *Ori.s.Matt. cap.15.Hie.s. Is.29.*
b *Gr.s.1.Reg. 2.*
c *Hil.s.Matt. can.14.*
d *Hie.s.Nah. 1.*
e *Glo.int.sup. Exod.12.*
f *Ori.s.Cant. ho.2. Au.43. quæstion.64. & s.Ioan.tra. 8.*
g *Hie.s.Matt. hom.10. Hier. adu.Iou.2. & s.Matt.20. Aug.de verb. dom.ser.39.*
h *Gre.ho.19.*
i *Fulgen.epist Ric.de S.Vict. de statu inter. hominis.35.*
k *Amb.s.Luc. 15.*
l *Ori s. Matt. cap.14.*
m *Au.s.Ioan. tract.11.*
n *Gre.s.1.Re. 9.*
o *Gr.hom.36.*
p *Gre.30.m. 24.*
q *Orig.s.Gen. ho.12. Cle. Alex. 6. strо. Hie.s.Isa. 30. & s.Ez.4.45 Aug.su.Ioan. tract.24. Isyc.s.Leu.27 Aretas su.Apoc.6.*
r *Am.s.Lu.9.*
s *Hie.s.Is.28.*
t *Au.s. Apoc. ho.6.*
u *Hie.s.Ez.1.*
x *Hie.s.Ezec. hom.7.*
y *Hier.s. Ioel. 2.*
z *Au.16.ciu. Dei.24. Am.2. de Abra.9. Gre.s.Eze.ho. 6.*
aa *Gre.5.mo. 24.*
bb *Gre.5.mo. 21.*
cc *Hier.s.Isa. 18.& s.Ho.6.*
dd *Gr.15.mo. 13.*
ee *Gr.9.mor. 48.*
ff *Gre.14.mo. 32.*
gg *Glo.ord.su. Gen.41.*
hh *Bed.s.Ge. 41.*

Horreum, in quo reconditur triticum à paleis segregatum, est *a* cælum vbi electi colliguntur. *Ruth. 2. d. Mala. 3. b. Matth. 3. c. 13. d. Luc. 3. d. Prou. 3. b.*

Calum.

Horrea diuitis, quæ ipse demolitur, sunt *b* ventres pauperum. *Luc. 12. d.*

Ventres pauperum.

Hortari, Adhortari, Exhortari.

HORTARI, est verbis aliquem ad aliquid faciendum impellere, aut etiam consilium dare ad rem aliquam aggrediendam.

Adhortantes ad pugnam, sunt *c* incitantes ad exercendas cupiditates. *Exod. 32. d.*

Incitantes ad cupiditates.

Exhortatio Ducum. *Iob. 39. c.* In bonum quidem, *d* est prædicatio Apostolorum & Apostolicorum virorum aduersus vitia & cupiditates. In malum verò, est prædicatio hæresiarcharum contra fideles: vel incitatio capitalium vitiorum, quasi ex ratione impellentium.

Prædicatio Apostolorum.

Prædicatio hæreticorum.

Hortus, Paradisus, Hortulanus.

Deus.

HORTVS, est locus siue in agro, siue etiam in vrbe, arboribus & oleribus consitus.

Hortus deliciarum dici potest Deus pater, aut ipse Filius plantatus à Patre: & varia ligna, sunt diuinæ perfectiones, quibus pascuntur beati: & ibi est lignum vitæ, & lignum scientiæ boni & mali. *Gen. 2. b.* Et Pater est paradisus, in quo plantata est arbor vitæ, quæ est Filius: & dicitur esse in medio paradisi, quia est media persona in Trinitate.

Pater.

Hortus domini, dicitur *e* Ecclesia, quæ & hortus voluptatis. *Genesi. 2. b. Cantic. 4. d. Isa. 51. a. 61. d. Ioel. 2. a. Apoc. 2. b.* Hæc producit flores recenter conuersorum: est hortus conclusus, quia charitatis vallo circunquaque munitur, ne inter numerum electorum reprobus aliquis ingrediatur: dicitur etiam paradisus malorum punicorum.

Ecclesia.

Paradisus Dei, vel paradisus voluptatis, *f* est locus fœlicitatis, vbi manant deliciæ à Deo tanquam à fonte totius fœlicitatis. *Gen. 2. b. Ezech. 31. e.* Et paradisus Dei, in quo fuit Lucifer, est status gratiæ in cælo. *Ezechiel. 28. c.*

Fœlicitas.

Paradisus etiam voluptatis, est *g* vita iustorum, vel beatorum, cuius quatuor flumina sunt virtutes: & ligna, disciplinæ. Vel paradisus voluptatis est ipsa virtus: & est ad Orientem, quia nec occidit, nec extinguitur: ponit Deus in eo hominem, quia mentem collocat in virtute. *Gen. 2. b.*

Vita iustorũ. virtus.

Hortus conclusus dicitur *h* Virgo: hortus quidem, qui dat fructum bonorum operum: conclusus verò, propter carnis integritatem. *Gen. 4. d.* Hæc peculiariter dicuntur de beatissima virgine Maria.

Virgo Maria.

Horti, dici possunt *i* animæ fidelium: & corda Sanctorum, per custodiam munita, & per castitatis odorem florida. Et horti, in quibus sedet Christus, & sponsa Ecclesia quiescit, sunt animæ iustæ, *k* in quibus delectatur Christus: cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum. Paradisus quoque voluptatis, est spiritualis quædam regio animæ, hoc est, principalis vis animæ: quæ est plena plantis ceu innumeris opinionibus. *Nu. 24. a. Can. 4. d. 5. a. 6. a. 8. d. Is. 58. d. Iere. 31. b. Ezech. 36. g. Ioel. 2. a. Luc. 13. d.* Hortus autem dissipatus est anima, quæ prius erat in gratia, & postea peccauit. *Thren. 2. b.*

Anima.

Paradisus etiam voluptatis dici potest *l* corpus humanum, in quo est lignum vitæ, sensus prudentiæ, & fluuius est doctrina, quæ ducitur in hominem ex quatuor constantem, quasi in quatuor capita diuisum, hoc est frigidum calidum, humidum & aridum. *Gen. 2. b.*

Corpus humanum.

Hortus præterea dicitur sacra doctrina, *m* quæ dicitur paradisus deliciarum, propter sensuum spiritualium delicias, vbi etiam virent spes & bona opera. Est etiam hortus sensus, historicus sacræ Scripturæ, continens creationem, reconciliationem, & reparationem. Et hortus conclusus, est lex diuina consita omni genere arborum, quia omnis doctrina, omnisque disciplina in diuina lege sub miraculi cortice continetur. Ideò dicitur hortus clausus, & etiam propter mysteria, quæ in ea clauduntur. *Gen. 2. b. 3. b. 13. c. Can. 4. c. 5. a. 8. d. Eccle. 24. d. Ierem 29. b. Amos. 9. d.*

Sacra Scriptura.

Hortus nucum, significare potest *n* Prophetas, & perfectorum congregationem, & etiam ipsum sacerdotium præcipuè veteris legis. *Cant. 6. d.*

Prophetæ. Perfectorum congregatio. Sacerdotium.

Hortus olerum, *o* est carnalis intelligentia legis, & hortus sine aqua, est litera legis sine sensu spirituali, *p. Regu. 21. a. Eccle. 2. b. Isa. 1. g.* In tali horto erant illi, quibus dicebat Apostolus. *Gal. 3. a.* Quum spiritu cœperitis, carne consummemini.

Litera legis.

Hortus etiam olerum, sunt *p* voluptates, aut loca voluptatis, in quibus immolant hæretici. Et ipsa doctrina hæretica, etiam est hortus olerum: Hi sunt etiam Adonidis horti. *3. Reg. 21. a. 4. Reg. 21. d. Esther. 1. a. 7. c. Ecclesiast. 2. a. Isa. 1. g. 65. a. 66. c. Amos. 4. c.*

Voluptates.

Hortus præterea dicitur aliquando *q* mundus: & in hunc hortum granum sinapis est missum, quando Christus venit in mundum. In hoc etiam horto est lignum vitæ, Christus. *Gen. 2. b. Luc. 13. d.*

Locus voluptatis. Mundus.

Hortus etiam, in quem missum est granum sinapis, designare potest *r* hortum, vbi captus est Christus & etiam hortum, vbi fuit sepultus. *Luc. 13. d. Ioan. 18. a. 19. g.*

Hortus vbi captus est Christus vel sepultus.

Hortulanus dici potest *s* Christus, quia varias in Ecclesia conserit virtutum ac donorum Spiritus sancti plantas. *Ioan. 20. d.*

Christus.

Hortus dissipatus dici potest, *t* Iudæa, quæ prius erat velut deliciæ Dei, sed postea destructa est. *Thre. 2. b.*

Iudæa.

Hoseas, vide Oseas.
Hospes, Hospitari, vide Aduena.
Hostia, quare Sacrificium.
Hostis, vide Aduersarius.
Humerus, Scapula.

HVMERVS est illa pars corporis, à qua dependent brachia, quæ etiam alio nomine vocatur armus: Scapulæ etiam sunt humeri in parte dorsi. Supet humeros autem vel scapulas solemus onera imponere.

Promissiones Dei.

Scapulæ Dei, quæ non illi competunt, nisi secundùm metaphoram, *u* promissionem duplicem designare possunt, nempe vitæ, quæ nunc est, & futuræ. *Psalm. 90.*

Humanitas Christi.

Humerus Christi *x* humanitatem eius designat: quæ potest dici humerus sinister; vt diuinitas eius dexter. *Isa. 9. b. 22. f.* Et in humeris portauit Christus ouem, cùm portauit crucem, in qua crucifixus est: possunt etiam humeri fortitudinem eius aut passionem, & brachia crucis significare. *Luc. 15. a.* Scapulis quoque obumbrat per crucem: & quia dum portat, defendit. *Psal. 90.*

Fortitudo Christi. Crux.

Humeri in Angelis, *y* vim eorum operatiuam designare possunt.

Vis Angelorũ operatiua.

Humeri Saul in bonum, designare possunt *z* fortitudinem bonorum prælatorum. *1. Reg. 9. a. 10. d.* Et paruuli portantur in humeris, quando simplices fauore diuino sustentantur à prælatis. *Isa. 66. d.*

Fortitudo bonorum prælatorum.

Humeri figuram habere possunt *aa* operum, & laborum, secundum quòd in eis onera portamus. *Geneseos. 9. d. 49. c. Exod. 12. e. Isa. 47. a. Ezechielis. 41. g.* Et in humero librum Dei portare, est sacram Scripturam operando perficere. *Iob. 31. d.* Humeri autem lacerati, designare possunt vim bene operando dissolutam. *Ezechielis. 29. b.*

Opera & labores.

a *Bed. s. Prouerb. 3.*
b *Chry. de diui. & Lazaro. ho. 2.*
c *Philo. de temulentia.*
d *Hie. s. Iob. 39. Greg. 31. mor. 26. 31. 33. Geor. Ve. Cant. 1. tom. 7. cap. 21. & Can. 2. to 2. ca. 4. Am. epistol. 42.*
e *Hie. su. Isa. 51. Aug. 11. de gen. ad liter. 21. & 12. de gener. ad lit. 14. Bed. s. Gene. 2. Gre. s. Can. 4.*
f *Aug. 8. de gen. ad liter. 5. Hie. s. Ezech. 28. Geor. Ve. Ca. 1. tom. 7. cap. 21.*
g *Phi. 1. alle.*
h *Am. exhor. ad vir. & de instit. virg. 9. Rup. s. Cant. 4.*
i *Phil. de mundi opificio, & de pla. Noe. Tertul. aduen. Marc. 4.*
k *Am. s. Luc. 13. & de vir. 1. & de Isaac. 5. & de bono mortu. 5. & de paradiso. 1. Hie. s. Isaia. 58. Augu. 12. de gen. ad liter. 34. Gre. su. 1. Reg. 14. Bed. s. Gen. 2.*
l *Ori. s. ps. 36. hom. 1. Ambro. epist. 41.*
m *Hie. sup. Ierem. 29. Gre. s. Ezech. ho. 8. 14. Ber. ser. paruo. 61. & s. Cant. ser. 23, Geo. Ven. Ca. 1. tom. 7. ca. 13.*
n *Ambro. de virg. 3. Gre. s. Can. 6.*
o *Ori. s. ps. 36. hom. 1. Hie. s. Isaia. 1.*
p *Hie. s. Isa. 1. 20. 65.*

q *Tertul. aduer. Marc. 4. Phil. de plan. Noe. Cle. Alex. 5. strom.* r *Am. s. Lu. 13.* s *Ori. in diu. hom. 10.* t *Glo. ord. sup. Thren. 2.* u *Ber. serm. 4. sup. qui habi.* x *Am. sup. Luc. 15. Hie. sup. Isaia. 9. Gregor. 22. mor. 4. & hom. 34.* y *Dyoni. cæles. Hier. 15.* z *Gre. sup. 1. Reg. 9. Hier. sup. Isa. 06.* aa *Orig. sup. Numer. hom. 5. Hier. de vest. sacerdo. & sup. Ezech. 29. 41. Phil. de vita Mosis. 3.*

Digitized by Google

Humeruli ſub baſibus præconia *a* Prophetarum,quibus Euangelica & Apoſtolica ſcripturæ, ne cui legentium in dubium veniat,confirmatur ſignificare poſſunt.3. *Reg.*7.*e.*

Humerus vnus deſignat *b* concordiam ferentium iugum Chriſti,& ſocialem vitam, quæ habet ſecum patientiam. *Soph.*3.*b. Iob.* 31.*b.*

Super humeros imponunt pallium, *c* qui Chriſtum honorant, & qui onus verbi Dei ſuſcipiunt. *Geneſ.* 9. *d. Ezech.* 28. *b.*

Humeri Saulis,in malum,deſignant *d* temporalem potentiam malorum prælatorum.1. *Reg.*9.*a.*

Humeri in malis ſunt,*e* quibus ferunt onera diaboli,& peccatorum. *Iſa.*9. *a.* 10.*f. Eze.* 25.*b.* Ponuntur autem humeri in ſignum ſuperbiæ,& violentiæ. *Ezec.*34.*e.*

Humeri quibus ferimus onera peccatorum,deſignare poſſunt ipſam animam,à quibus humeris auferetur onus, cùm remittuntur peccata.*Iſa.*14.*f.*

Humeri Philiſthim. *Iſa.*11.*d.*deſignant *f* obedientiam gentium in ſuſcipienda fide.

Humor, Humere,Humectus.

Hvmor, eſt aqua,aut alius liquor:humere autem,eſt madidum aut humidum eſſe.

Humor,quo creſcunt herbæ,deſignare poteſt *g* charitatem,aut perſeuerantiam,quæ cùm deſunt, areſcunt herbæ. *Matth.*13.*b.Luc.*8.*a.* Deſignat etiam humor diuinum auxilium ſine quo ſcirpus, hoc eſt, hypocrita virorem non habet. *Iob.*8.*c.Ier.*17.*b.*

Humor fœdus, & concreſcens in ſeminifluo, deſignare poteſt *h* peccatum, ex nimia loquacitate prouenientis. *Leuit.* 15. *a.*

Humectus ſcirpus,eſt hypocrita,*i* qui habet quendam virtutis virorem, qui ſiccatur aduenientè Sole, hoc eſt, diuino iudicio. *Iob.* 8.*c.*

Humentia loca, in quibus dormit Behometh. *Iob.* 40. *c.* ſunt *k* terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiſcentiæ, cùm replet, fluidas facit. Sunt etiam opera voluptuoſa, vel ſunt loca genitalia libidinem deſignantia.

Humilis,Hvmilitas,Humiliare,Deprimere.

Hvmilis, eſt abiectus,contemptus,& demiſſus. Humile enim dici ſolet *l* depreſſum,& quod à terra non altè extollitur,vt vites:& loca humilia ſunt depreſſa. Et humilitas eſt contraria altitudini. Eſt & humilitas virtus: & humilis ſtudioſus. Humiliare autem,affligere, comprimere,deprimere.

Humilis in primis dicitur Chriſtus,qui ait de ſeipſo. *Matth.* 11. *d.* Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et ipſe dicitur humiliatus fuiſſe in paſſione:& humiliatus nimis, qui etiam factus homo humilia dicitur reſpicere. *Pſal.*87. 112.141. *Iſa.*53.*a.*

Humiles ſpiritu ſunt,*m* qui ſe omnibus ſubiiciunt propter Deum:& ad hos reſpicit Deus. *Pſal.*33. 137. *Dan.* 3.*f.* Et humiles,quibus Deus dat gratiam,ſunt Eccleſiaſtici à doctrina Eccleſiæ non recedentes. *Iac.* 4.*b.*

Humiles fiunt ſacerdotes,*n* quum deſpiciuntur à populo:quia ipſi non ſeruant pactum Dei. *Mal.*2.*b.*

Humilitas Moſis dicentis, Quis ego ſum,vt educam populum? *Exod.*3.*c.*deſignat *o* non eſſe hominis ſed Dei, à diabolo liberare.

Humile regnum, vel infirmum Iudæorum in Babylone. *Eze.* 17. *d.* deſignat *p* in Babylone, hoc eſt, in hoc mundo nihil forte & ſublime eſſe poſſe. Et humilis ſtatura vineæ, deſignat paruum imperium Sedechiæ. *Ibid. b.*

Humiliatio,eſt abiectio per pœnitentiam,& fieri ſicut paruulum,& humiliant animas ſuas, *q* qui opera pœnitentiæ exercent.Et in hac humilitate conſolatur ſpes. Dicuntur etiam humiliari,qui aduerſis tentationibus affliguntur.*Pſal.*37.114.135.*Iſa.*58.*a.* Et in veritate humiliatus eſt,qui ad ſalutem humiliatus eſt. *Pſalm.*118. Et humiliari ſub manu alicuius,eſt ſubiicere ſe illius correctioni:vt Agar humiliauit ſe dominæ ſuæ. *Gen.*16.*b.*

Humiliat Deus,*r* cùm dat cognitionem huius exilij:& ſubleuat ad deſiderium cæleſtem. Et humiliat affligendo in hac vita,vt poſtea ſubleuet. 1.*Reg.*2.*b. Pſalm.*89. Humiliat etiam glorioſos terræ, cùm conuincit ſuperbos Philoſophos,& fidei ſubiici facit. *Iſa.* 45.*a.* Et humiliatur mons, cùm gentes ſe ſubiiciunt fidei. Sic oculi ſublimium deprimuntur. *Iſa.*5.*d.*40.*a.* Et humiliauit Deus lignum ſublime cum deſtruxit Iudæos: & cleuauit lignum humile,cum conuertit gentiles.*Ezech.*16.*g.* Ita Chriſtus poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum.*Luc.* 2.*a.* Et humiliat Deus hunc,hoc eſt, Phariſæum,& populum Iudaicum:& exaltat hunc,hoc eſt, publicanum, & gentilem populum. *Pſal.* 74.

Humiliat Deus,*s* cum ſynagogam à priſtino honore deponit.1. *Reg.*2.*b.* Et humiliat calumniatorem, hoc eſt, abiicit populum Iudaicum. *Pſal.*71. Et humilitate humiliata eſt ciuitas,cum deſtructa eſt Hieruſalem. *Iſa.* 32.*d.* Et humiliare montes & colles,eſt abiici Iudæos. Idem eſt tumultum alienorum, & ciuitatem ſublimem humiliari. *Iſa.*25.*b.*26.*a.*29.*a.*40.*a.Luc.*3.*a.*

Humiliat Deus peccatores vſque ad terram,*t* cum ſuperbos Philoſophos & hæreticos ſacram Scripturam contemnentes,non ſinit intelligere,niſi terrena,& quæ ſenſibus percipiunt. *Pſal.*146.

Humiliati Philiſthim. 1.*Reg.*7.*d.* ſunt *u* dæmones victi à fidelibus,de quibus dicit Apoſtolus.1.*Cor.*6.*a.* An neſcitis,quia Angelos iudicabimus? 1.*Cor.*15.*g.* Abſorpta eſt mors in victoria. Et humiliauit Deus ſuperbum & calumniatorem,& arrogantiam fortium,quum vicit Chriſtus diabolum in paſſione. *Pſal.*71.88. *Iſa.*13.*c.*25.*d.*

Humiliat Deus potentes terræ,cum paſſiones noxias, quas expugnare cupimus, ſibi dominationem ac tyrannidem ſæuiſſimam in noſtro mortali corpore vendicantes, facit indagini noſtræ atque expoſitioni ſuccumbere. *Iſa.* 45. *a.*

Humilior ſpecies lepræ eſt,*x* quum quis factus eſt ſeipſo deterior,deiectamque facit animam ſuam. Idem ſunt humiliores valliculæ in lepra. *Leu.*13. *a.*14.*a.*

Humiliata dicitur in puluere anima noſtra,*y* cum patimur perſecutiones ab iis,qui ſunt puluis. *Pſ.*43. Sic humiliauerunt Eccleſiam perſecutores,ſiue gentiles,ſiue Iudæi. *Iſa.*60.*c.*

Humiliare populum Dei,eſt *z* contemnere virtutes. *Pſal.*93. ſic humiliantes Sion, *aa* ſunt facientes animam peccare. *Iſa.* 51.*c.* Et humiliat in terra vitam, qui ad terrena inducit. Et humiliat Deus peccatores vſque ad terram *bb* cum bis punit in terrenis. *Pſal.*142. 146. Humiliatus & humiliata, ſunt deſpicabiles facti per confuſionem peccatorum. *Thren.*2.*b.* Et humiliata oſſa,ſunt virtutes peccando abiectæ. *Pſa.*50.

Humilitas falſa eſt *cc* eorum,qui videri volunt humiles,vt hypocritæ.*Coloſ.*2.*d.*

Deprimentes faſciculi,ſunt *dd* rationes hæreticorum grauantes ſimplices. *Iſa.* 58.*c.* Et humiliatus dicitur vir, qui ſe ſubiicit idolis & erroribus,qui etiam poſtea humiliatur,cum à Deo punitur. *Iſa.*2.*c.*5.*d.*57.*b.*

Humiliant mulieres,qui eis impudicè vtuntur. *Thren.* 5.*c.*

Humiliatur ſuperbia Ephraim in facie,*ee* cum hæretici publicè confunduntur. *Hoſe.*7.*e.*

Hur.

Hvr, id eſt, libertas,ſiue albedo,aut foramen,filius Caleb.1.*Par.*2.*c.*

Eſt alius Hur, qui creditur maritus Mariæ ſororis Moſis, qui aſcendit cum Moſe in montem, & ſuſtentabat manus eius orantis. *Exod.* 17.*c.* 24.*d.* Deſignat *ff* perfectos exemplo legem ſuſtentantes. Deſignat etiam Spiritum ſanctum, qui cum Chriſto legem ſpiritualiter intellectam leuem reddidit. Item deſignat facientem orationem feruentem.

Eſt & Hur ciuitas Chaldæorum,quæ interpretatur ignis,vel lumen,& deſignat incendium vitiorum,vnde eduxit Dominus Abraham. *Gen.*11.*d.*15.*d.*

Hus.

Hvs, id eſt,*gg* conſilium,aut lignum,vel conſiliator, nomen prouinciæ, quæ dicitur Syria Damaſci, dicta ab Hus filio Aram:in qua prouincia habitabat Iob, iuxta Hieronymum, licèt Chryſoſtomus dicat eſſe in terra Eſau, deſignat corda vitæ conſiliis dedita,in quibus habitat Chriſtus qui eſt Dei ſapientia. *Iob.*1.*a. Thren.*4.*d.* Significat etiam humanitatem Chriſti.

Præconia prophetarum.
Concordia ferentium iugum Chriſti.
Honorantes Chriſtum.
Temporalis potentia malorum.
Ferentium onera diaboli.
Anima.
Obedientia gentium.
Charitas.
Diuinum auxilium.
Peccatum ex loquacitate.
Hypocritæ.
Mentes terrenorum.
Opera voluptuoſa.
Chriſtus.
Subiiciens ſe omnibus.
Eccleſiaſtici Sacerdotes de ſpecti à populo.
Non liberat homo.
Omnia infirma in mundo.
Abiectio per pœnitentiam.
Dans Deus cognitionem huius exilij.
Conuincens ſuperbos Philoſophos.
Deſtruens Iudæos.
Deponés ſynagogam.
Abſcondens myſteria à ſuperbis.
Victi dæmones.
Subiicientes affectus.
Deiectio ſui.
Pati perſecutiones.
Contemnere virtutes.
Facere animã peccare.
Hypocrita.
Rationes hæreticorum.
Fornicantes.
Confundi hæreticos.
Perfecti.
Spiritus ſan. Orans feruenter.
Incendium virtutum.
Corda iuſtorum.
Humanitas Chriſti.

Circumspectio.

In terra Hus habitat Iob, cùm *a* electus solerter figit mentem in vitæ consilio & sese in omni actione circumspiciendo considerat. *Iob.1.a.*

Hyacinthus.

Aër.

HYACINTHVS *b* est flos quidam, & genus violæ, colorem habens obscuræ purpuræ, vnde nomen habet hyacinthinus color, qui & hyanthinus dicitur. Est & hyacinthus gemma, colorem habens amethisto gemmæ non absimilem, sed tamen dulciorem. Dicitur hic lápis præstare gratiam obtinendi ea, quæ petuntur.

Hyacinthus *c* aërem significare potest: vt vestis hyacinthina sacerdotis à capite vsque ad talos fit aër diffusus à cælo vsque ad terram. *Ex.25.a.24.a.27.c.28.a.35.a.36.a.38.c.39.a.* Et ex hac significatione refertur ad superna & cælestia significanda.

Humanitas Christi.

Hyacinthina vita *d* humanitatem Christi designare potest, inseparabiliter coniunctam diuinitati. *Leuit. 8. b.*

Gloria cælestis.

Hyacinthus, vt habet colorem cælestem, & preciosus admodum est lapis, *e* munus æternæ retributionis designat: vnde manus sponsi plenæ hyacinthis dicuntur. *Can.5.d.* quia quicunque illius opera pio corde imitantur, fœnerationibus æternæ muneribus in retributione ditantur. Et quia Christus omnia, quæ fecit, ad gloriam Patris retulit: licitatis æternæ muneribus in retributione ditantur. Et quia Christus omnia, quæ fecit, ad gloriam Patris retulit: & per opera quæ fecit, nostros ad cælestia quærenda sensus erigit. Sunt etiam hyacinthi causæ spirituales: vel *f* ingressum etiam in cælum, denique cælum ipsum. Et hyacinthina tunica sacerdotis, est cælestis, & pura vita *Exo.* 28.*a.*36.*a.*38 *c.*39.*a.* Et hyacinthus in superhumerali, amorem cælestium designat. Hyacinthina verò vita, desiderium, & spem cælestium. *Exod.28.f.*

Simon Zelotes.

Hyacinthina tunica sacerdotis potest etiam designare *h* rationem rerum sublimium, quæ solis patet sacerdotibus.

Conuersatio cælestis.

Cælum.

Ratio rerum sublimium.

Hyacinthinæ ansulæ cortinarum tabernaculi, *i* charitatem proximi designare possunt, & spem cælestium. *Exod. 26. a. 39. b.*

Charitas proximi.

Hyacintho calceari, *k* est præparatum esse ad prædicationem euangelicam, vel ad susceptionem doctrinæ euãgelicæ. *Ezech. 16. c.* Calceantur etiam Hyacintho, qui præparati sunt in occursum Domini rapi, & ad cælestia regna festinant.

Parati ad cælestia prædicãda, vel suscipienda.

Hyacinthinæ pelles tabernaculi, designare possunt *l* corpora gloriosa, & conuersationem cælestem cum carnis mortificatione. Designant etiam confessorũ liuores, quos pro Christi fide sustinuerunt. *Exod.25.a.26.c.35.a.36.a.*

Corpora gloriosa.

Hyacinthus in indumento idolorum, designat *m* hæreticorum promissionem, qua sectatoribus suis cælestè pollicentur regnum. *Iere.10.b. Exech.23.a.*

Conuersatio cælestis.

Hyacinthina inuolucra mercium Tyri, designare possunt *n* aereas potestates. *Exech. 27. e.* Hyacinthinæ verò loricæ, *o* superbiam dæmonum, & membrorum eius exprimunt. *Apoc. 9.d.*

Promissio hæreticorum.

Dæmones.

Superbia.

Hyades.

Doctores.

HYADES, sunt stellæ septem in fronte Tauri, quæ cùm oriuntur aut occidunt, pluuias generare solent. Oriuntur autem in vere, quando Sol incalescere incipit, & nos clarius illustrare: oriuntur quidem tunc cum ipso Sole: Autumno verò oriuntur occidente Sole.

Hyades à pluuia dictæ, *p* doctores sanctos designant, qui ad statum vniuersalis Ecclesiæ, quasi in cælo faciem, deducti, super arentem humani pectoris terram sanctæ prædicationis imbres fundunt: & splendore scientiæ illustrant, feruoremque charitatis accendunt. *Iob.9.a.*

Hyæna.

HYÆNA, *q* est animal colore lupi, sed hirsutius, & iuba per totum corpus præditum, ipsius lupi magnitudine: solet capere canes, vomitionem hominis imitando: & sepulcra effodit humanæ carnis auida, cadaueraque eruit, nihilque immunditiæ est, quod non vescatur: fertur, genitale fœmineum & masculinum habere: quod tamen refellitur ab Aristotele. Est animal crudele, nocturnum & immundum.

Adulteria.

Hyæna, vt fertur mutare luxum, designare potest *r* adulteria: ad quæ non prorumpit is, qui ab hyæna abstinet.

Iudæi.

Hyæna, vt est animal crudele & immundum, &c. typus est *s* Iudæorum. *Iere.12.b.*

Idololatria.

Hyænæ spelunca *t* idololatriam significare potest. *Ierem.12.b.*

Hydria, Lagena, Laguncula.

Corpus Christi.

HYDRIA, est vrna, seu vas aquarium, sicut & lagena, & laguncula.

Corpora martyrum & fidelium.

Laguncula, quam confregit dominus. *Isa.10.g.* designare potest *u* corpus Christi in passione vulneratum.

Feruor Spiritus sancti.

Lagenæ, quas ferebant milites Gedeonis, & pugnando fregerunt, designant *x* corpora Martyrum, quæ confracta resplenduerunt, vt lampades, quæ erant intra lagenas: vel generaliter designant fidelium corpora, quę frangun-

Euangelia.

tur vel per labores, vel per martyrium. *Iud.7.e.*

Homo.

Laguncula vini, *y* feruorem Spiritus sancti designare potest. 1. *Reg.10.a.*

Mens.

Hydriæ quatuor repletæ aqua. 3. *Re.18.f.* designare possunt quatuor euangelia, in quibus baptismi sacramentum, quod in nomine sanctæ Trinitatis datur habetur præceptum.

Lex vetus.

Hydria, in qua erat modicum farinæ. 3. *Reg.17.b.* dici potest *z* homo vel mens habens legem naturalem. Et hydria implenda aqua, est mens implenda timore.

Sex ætates.

Hydriæ sex, *aa* legem veterem designare possunt: quæ prius continebat aquam, hoc est, sensum literalem, quæ conuersa est per Christum, in vinum, hoc est, in sensum spiritualem. *Ioan.2.a.* Vel designant *bb* sex ætates mundi, in quibus non defuit Propheta per aquam designata. Vel possunt sic ordinari, vt prima hydria sit contritio, seu compunctio, secunda confessio, tertia eleemosynarum largitio, quarta iniuriarum remissio, quinta afflictio corporis, sexta obedientia præceptorum. Vel hydriæ sex, sunt sex obseruanda nobis ad purificationem conuersationis, nempe silentium, psalmodia, vigiliæ, ieiunium, opus manuum, carnis munditia. Horum quatuor debet quisque exercere propter seipsum, hoc est, propter suam disciplinam, opus verò manuum propter proximum, ne quem grauet, sed magis habeat, vnde tribuat necessitatem patienti, carnis mundiriam propter Deum, vt illi placeat, & eius voluntatem faciat. Possunt etiam hydriæ sex, designare homines in hoc mundo existentes. Et hydria, quæ conteritur super fontem, *cc* est homo, qui moritur. *Ecclesiaste. 12.c.* Hydriæ etiam sex, *dd* erant antiqui patres, fortes quidem: sed nondum perfectam scientiam habentes.

Homines.

Antiqui patres.

Scientia secularis.

Hydria, quam ferebat Rebecca in scapulis. *Genes. 24. b.* secularem scientiam *ee* designare potest quæ fertur in scapulis, hoc est, in elata facundia. Et inclinare hydriam, est captiuare intellectum in obsequium fidei. Et ponere eam in vlnis, est operari secundum legem fidei. Designat etiam hydria mensuram scientiæ.

Amor voluptatum.

Hydria, quam reliquit Samaritana. *Ioan.4.c.* est *ff* amor terrenarum voluptatum relinquendus. Est etiam cupiditas, quæ subsumitur, vt ad voluptatem haustam de profundo perueniat. Qui enim non præmiserit cupiditatem, non perueniet ad voluptatem.

Conscientia infirma.

Lagunculas nouas, *gg* infirmas ipsa humanitate conscientias, vel certè hæc terrena corporum vascula, non inconuenienter accipimus. *Iob.32.d.* de quibus Apostolus ait. 2. *Cor.4. b.* Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Et generaliter laguncula, est homo fragilis. *Isa.30.c. Iere. 13.b.19.c.*

Corpus fragile.

Doctrina hæreticorum.

Lagena figuli contritam doctrinam hæreticorum significare potest: Vel etiam Iudæos contritos & destructos. *Isa.30.c. Ierem.13.b.19.c.*

Iudæi.

Hydropicus, Hydropisis.

Concupiscentia inordinata.

HYDROPISIS, est morbus, qui Latine dicitur aqua intercus, quòd sub cute aqua nascatur, qua corpus turgescit nasciturque ex praua hepatis dispositione, sitimque immodicam in hydropico generat.

Designare potest *hh* inordinatas concupiscentias: vt concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiam vitæ. significat etiam fluxum carnis exuberantem. *Luc. 14.a.* Peculiariter autem designat auaritiam: quia auarus quo

a *Chryso. de patienti. Iob. hom.2.Gr.1. mor.26.*
b *Plin.37.na. hist.9. Hie.s. Ex.16.*
c *Ge.Ve. Ca. 3.to.8.cap.3. Phil.de cong. &c. Hie.de veste. face.& sup. Exe.16. Geo.Ve.Can. 2.to. 3. ca.5.*
d *Is.s. Leu.8.*
e *Gr.s. Ca.5.*
f *Ru.s.Ca.5.*
g *Aretas.su. Apoc. 21.*
h *Gr.30.mo. 10.*
i *Gr. Nyss.de vita Mosis. Hie. de veste face.Glo.ord. sup. Exo.26.*
k *Ori.s. Exe. hom.6.Hie.s. Ex.16.*
l *Gr. Nyss.de vita Mosis.*
m *Eu.so.spir. 10. Hie.s.Ie. 10.& s.Eze. 23.*
n *Hie.s.Eze. 27.*
o *Ru.5.s.Ap.*
p *Gr.9.mo.8. Eu so.spir.3.*
q *Ari.8.de hi.animal.5. & de ge.ani. 6.Hie.s.Iere. 12.*
r *Cle. Alex. 2.ped. 10.*
s *Or.s.Ie.h.8.*
t *Cle. Ale.2. pad.10.*
u *Hie.s.Is.10*
x *Amb. 1.de Spiri.15. Au. q.in Iud.59. Gr.30.m.3,*
y *Gr.s.1. Re. 10.*
z *Ber.s.Can. ser.14.*
aa *Au.s.Ioa. tract. 9.*
bb *Ber.ser.1. domi. 2.post. octa. Epipha. & ser.pa.12. Ori.4.peri.2.*
cc *Hie.s. Ec. 12.*
dd *Gr.s.Eze. ho.6.*
ee *Ori.s.Gen. ho. 10.*
ff *Au. 83. q. 64.& s. Iob. tr. 25.*
gg *Gr.23.m. 11. Hie.s.Is. 30. & s.Ier. 19.*
hh *Chry s.1. Co.hom. 14. Gre.14.m.5.*

Digitized by Google

amplius acquirit, eo ardentius sitit: vnde Dominus ante domum Pharisæi hydropicum curauit: quia Pharisæi auari erant. *Luc.*14.*a.*

Auaritia.

Hyems.

HYEMS significat partem anni frigidissimam,quæ media est inter autumnum,& ver: solent in ea tempestates abundare,& plantæ sine foliis horrere,ac intra se retrahi.

Tempus passionis Christi.

Hyems designare potest *a* tempus passionis Christi,à tempore videlicet,quo Iudæi aduersus eum coniurarunt, vsque ad aduentum Spiritus sancti,quando flores apparuerunt in terra nostra. *Can.*2.*c.*

Tempus ante aduentum Christi.

Vt autem hyeme sunt dies breues,& vmbræ magnæ,& frigus vigens,tempus *b* synagogæ designatur,& tempus ante aduentum Christi:quando tempestas,id est,atrocissima diaboli tyrannis vigebat:& adueniente Christo transit hyems. *Can.*2.*c.*

Tristitia pœnitentia.

Hyems aliquando indicat *c* tristitiam pœnitentiæ. *Matt.*24.*b.*

Cura seculi.

Hyems etiam,vt est impedimentum fugæ, *d* tristitiam de rebus temporalibus designare potest: & curas seculi tristes:& tempus frigescentis charitatis. *Matth.*24.*b.*

Timor.

Timor,qui non est cum charitate,est *e* hyems recedens adueniente luce,& feruore charitatis. *Can.*2.*c.*

Vita præsens.

Hyems significare solet *f* tempus vitæ præsentis,& tempus tribulationis,& tempus tentationis, & tempestatis fluctuantis animæ. Et vt hyemis tempore arbores carentes foliis aridæ videntur:ita iusti in præsenti vita,& in tribulationibus non videntur viuere. *Gen.*8.*d.Can.*2.*c.Isa.*18.*d.* Et formica parat ad hyemem cibos, cùm quis parat sibi doctrinam,qua subsistere possit in tribulationibus. *Prouer.*6.*a. Zach.*14.*b. Iob.*37.*a.* Potest etiam designare tempus iudicij,ad quod in æstate huius vitæ parandi sunt cibi: quia tunc non licebit parare.

Tribulationes.

Hyems etiam designat statum *g* peccati,& defectum charitatis. *Gen.*8.*d.* Et fuga fit in hyeme,hoc est, in frigiditate,& defectu charitatis,& operum. *Matth.*24.*b.* Et quia Corinthij frigebant in charitate, apud illos hyemabat Paulus. 1.*Corin.*16.*a.Can.*2.*c.Marc.*13.*c.Ioan.*10.*c.*

Tentationes.

Hyemalis domus *h* hæreticorum est eorum qui iejuniis,& continentia,&c. se macerant. *Amos.* 3.*a.*

Tempus iudicij.

Stans peccati.

Continentia hæreticorum.

Hymnus, vide Canere.

Hypocrita.

HYPOCRITA, est,qui in theatro,personam sustinet alienam,sæpe heri, cùm sit ipse seruus, aut regis, cùm sit priuatus. Itidem *i* in hac vita pleriq; vitam suam velut è proscænio,ad ostentationem componunt,aliud in corde gerentes,aliud specie hominum oculis præ se ferentes,de quibus. *Matth.*6.*a.* Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

Hæretici.

Hypocrita designat *k* hæreticum. *Isaiæ.* 9.*c.* Hypocritæ etiam dicuntur Scribæ & Pharisæi. *Isaiæ.* 33.*b. Matthæi.* 23.*b.*

Diabolus.

Hypocrita quoque est diabolus,*l* qui se transfigurat in angelum lucis. *Iob.*27 *b.*

Antichristus.

Hypocrita regnans propter peccata populi,erit *m* Antichristus apud Iudæos. *Iob.*34.*c.*

Hyssopus.

HYSSOPVS est *n* herba humilis,quæ dicitur habere vim purgandi pectoris,& pulmonis, & expellendi sordes, quæ ex noxij humoris corruptione insident pectori, aut hepati. Solet hærere aliquando petris. Cæterum vbi in nostra translatione interpretes tranferunt Hyssopus,Hebraicè dicitur, *Ezob*, quod aliqui dicunt esse Rorem marinum,aliqui origanum.

Virtutes.

Fides.

Charitas.

Humilitas.

Humilitas incarnationis Christi.

Christus.

Humiles.

Gratia.

Orationes Sanctorum.

Assumebatur hyssopus ad aspergendum sanguine agni superliminaria domorum, & ad expurgationem leprosi & comburebatur cum vacca rufa, ad faciendam aquam expiationis: Vnde typus est *o* virtutum, quæ necessariæ sunt ad expurgationem peccatorum: & primò designat fidem, quæ purgat mentem ab erroribus: cuius radices adhærent petræ,hoc est,Christo. Designat etiam charitatem *p* & humilitatem,quibus tingi debet,qui accipit vasa Ægyptiorum,hoc est,scientiam Philosophorum,ne superbia infletur. *Exod.*12.*d. Leuit.*14.*a.Numer.*19.*a.* valet ad purgandum pulmonem: sic humilitas ad tollendam inflationem superbiæ. *Psalm.* 50. *Ioan.*19.*f.* Peculiariter autem designat humilitatem incarnationis & passionis Christi, cuius sanguine tinctus hyssopus omnem tumorem,& vitia pectoris nostri emundat. Vel designat ipsum Christum humilem in carnis assumptione,qui conscientias nostras sordibus peccatorum emundat. Vsque ad hyssopum disputauit Salomon,id est, Christus:qui iudicaturus est superbos,& humiles.3. *Regum.*4.*d.*

Designat etiam hyssopus *q* gratiam cooperatricem emundationis nostræ, & etiam orationes Sanctorum. *Leuit.* 14. *a.*

Iabel.

Iudæi.

IABEL,*r* id est,defluens siue apportans,vel inueterascens,aut germinans, siue iubileus,aut buccina:Filius Lamech, ex Ada vxore: fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum. Typus est populi Iudæorum habitantis in tentoriis. *Gen.* 4.*d.*

Iabes.

Ieiunantes.

IABES,*s* id est,siccitas,vel exsiccata,vel confusio. Ciuitas Galaad in tribu Manassæ, quam impugnat Naas.1. *Reg.*11. *a.* Typus est ieiunantium,quos impugnat Naas, hoc est,gula.

Iabin.

Diabolus.

IABIN, id est,intelligens, siue ædificans, vel sensus, seu prudentia: Rex Asor victus à Iosue. Designat *t* diabolum,qui serpens est callidior cunctis animantibus:qui est rex Asor,hoc est, princeps huius mundi custodiens atrium suum.*Iosu.*11.*a.Iudi.*4.*a.Psal.*82.

Prudentia carnis.

Designat etiam *u* prudentiam carnis:in cuius manus traduntur, qui peccant, quando in reprobum incidunt sensum. *Iudi.*4.*a.Rom.*1.*d.*8.*b.Coloss.b.*

Iaboc.

Lucta in hoc mundo.

IABOC, id est,euacuatio,vel dissipatio,aut luctamen, est torrens regionis Petræ ad orientem Iordanis, & terminus regni Seon,& postea tribus Gad ad latus aquilonare,vbi luctatus est Iacob cum Angelo, vnde videtur torrens nomen sumpsisse. Designat,*x* quod qui vincunt diabolum,cuius typum gerit Seon,sunt in luctamine, quandiu sunt in hoc mundo. *Gen.* 32.*f. Num.* 21.*e.*

Iacere.

Humilitas.

IACERE est decumbere & prostratum esse. Et qui iacet, non est paratus & expeditus ad ambulandum, aut ad aliquid operandum. Est autem iacere,Dormire,Ægrotare,Mortuum esse, Quiescere,Extare.

Peccatores.

Iacere,cum est prono vultu in terram,humilitatem,& subiectionem,ac reuerentiam significat:Sic iacuit Moses coram Domino,& Iosue,& alij. *Deut.*9.*d.Iosu.*7.*b.*2.*Reg.*12.*d.*1.*Esdr.*10.*a.Iudi.*10.*a.Dani.*10.*b.*

Destructio idololatriæ.

Iacentes languentes in porticibus probaticæ piscinæ, *z* sunt peccatores non valentes iustificari per legem. *Ioan.* 5. *a.*

Ignauia operandi.

Iacens Dagon ante aream,designat *y* idololatriæ destructionem,quæ futura erat in aduentu lucis veritatis fidei. 1.*Reg.*5.*a.* Et quod mali iacebunt ante bonos. *Prou.*14.*c.*

Iudæi iacentes in litera legis.

Iacere significare potest *aa* ignauiam operandi: sic iacebat Paralyticus in lecto. Iacent etiam, qui vitiis succumbunt. *Iudi.*7.*c.*2.*Regu.*12.*d.Iudi.*13.*a.Thren.*2.*g.Matth.*8.*a.*9.*a. Marc.*2.*a.*5.*d.Ioan.*5.*a. Actor.*9.*f.*28.*b.* Et iacens Eli in loco suo.1.*Reg.*3.*a.* designat torporem prædicatorum:qui in suo loco stare deberent, non iacere:vt essent sicut ipse magister,qui ait. *Luc.*22.*c.* Ego in medio vestrum sum,sicut qui ministrat:Et Paulus. *Ephes.*6.*c.* State succincti lumbos vestros in veritate.

Iacens etiã Eli in loco suo designat *bb* Iudæos iacẽtes in lege,quam cùm non sublimiter,& spiritualiter intelli-

gant,

a *Ori.f. Can. hom.*2.3.*Ber. su. Cant. ser.* 58.
b *Am.*4.*Ex.* 5.*& de Is.*4. *Cy.*4.*f.Io.*28. *Gre.f.Can.*2. *Isy.f. Leu.* 4.
c *Aug.*1.*q.in euã.*37.*&* 2. *de con.eu.*77.
d *Hie.f.Mat.* 24.
e *Ber.f. cant. ser.*58.
f *Ori.f. Can. hom.* 4.*&f. Mat.h.*19.30. *Au.cont. Adiman.*24. *Gre.* 27.*mor.* 18.*&f.Cã.*2 *Be.su. Tro.*6.
g *Ori.f.Mat. hom.*30. *Hie. Aglasia Am.f.Lu.*17. *&de instit. virgi.*1. *Gre.* 2. *mor.* 2.
h *Hi.f.Am.*3.
i *Ba. de ieiu. ho.* 1.
k *Hie.f. Is.*9. 33.
l *Hie.f. Iob.* 27.
in *Gr.* 35.*m.* 20.
n *Geor.Vene. Can.to.*4.*ca.* 31.*&tom.*7. *cap.* 27.
o *Ori.f.Leui. hom.*8.
p *Au.*2.*doct. Christian.*16 42.*&qu. in Numer.* 33. *&su.ps.* 50. *&f. Ioan.tr.* 119. *Gre. f. psa.*50.*Ber.f. Can.se.*41. *Eu.fo.spir.*4. *Bed.f.Ex.*12 *Ru.*6.*de diu. offi.* 35.
q *Is.f.Le.*24.
r *Bed.f.Ge.*4.
s *Gr.f.* 1. *Re.* 11.
t *Ori.f. Iosu. ho.*14.
u *Ori.f. Iosu. hom.*15.*&f. Iudi. ho.* 4.
x *Gl. ord.su. Gen.* 32.
y *Au. f. Ioa. tra.* 17.
z *Gr.f.*1. *Re.* 5.
aa *Hi.f.Mat. Can.*7.*Gre.* 22.*mor.* 21. *&f.*1.*Re.*3. *Eu.fo.spir.*8.
bb *Gre. f.* 1. *Reg.*3. *Hil.f. Mat.Ca.*16.

Digitized by Google

Languere in charitate. Peccatores.

gant, rectè in ea, tanquam in loco suo iacere dicuntur. Et iacentes turbæ vexatæ, sunt Iudæi sub legis onere fatigati. *Matth.9.d.* Eosdem potest designare iacens asinus sub onere. *Exod. 23.a.*

Iacere in lecto interdum *a* est languere in charitate. *Exod.21.b.*

a *Glo.ord.su. Exod. 21.*

Hæretici eiecti. Iacere in inferno. Humilitas Ecclesia ex Gentibus. Infernus. Abundantia gratia. Ignarus doceri cupiens.

Iacere mortuum, est esse in peccato, & iacere mortuum in singulis domibus Ægyptiorum, est omnes homines subditos esse peccato. *Exod.12.c. Num.14.e. Iudi.3.d.19.g.1.Reg.26.a.2.Reg.20.d.4. Regum.4.f.1. Para.10.c. Tobi.2. a. Iudith. 14. d.*

Iacentes Nadab & Abihu vestiti, designant *b* hæreticos cum sua eloquentia eiectos. *Leu.10.a.*

b *Glo. inf.su. Leu. 10.*

Iacent mali in sterquilinio, qui videlicet sunt in inferno. *Ier.25.g.* Et iacent in terra puer, & senex, quum habentes speciem virtutis, quia terrenis inhæserunt, eidem terræ coæquantur, & puluis pulueri redditur. *Thren. 2.g.*

Iacens Ruth à parte pedum Booz. *Ruth.3.a.* designare potest *c* Ecclesiam ex Gentibus humiliantem se Christo, & mysterium incarnationis venerantem.

c *Glo. in.sup. Ruth.3.*

Iacens abyssus deorsum. *Gene. 49. c.* Pro *d* inferno capi potest, Et benedictio huius abyssi est ab inferno liberari.

d *Ly.s.Ge.49*

Iacens tos manè per circuitum castrorum. *Exod. 16.c.* Abundantiam diuinæ largitatis & gratiæ indicat.

Iacens Lazarus ad ianuam diuitis. *Leu.16.c.* est *e* simplex & ignarus, petens auxilium doctioris.

e *Ly.s.Le.16.*

Iacere, Iactare, Iaculum, Iactus, Iactura, Telum.

Iacere, est emittere, & vi quadam impellere: Iactare autem est frequenter & multum iacere: Iactus verò est ipse actus iaciendi: Iactura autem, est propriè damnum illud, quod quis ex iactu consequitur: vt iactura est damnum ex proiectione mercium in mare. Iaculum autem est propriè telum, seu hastile, quod manu eiaculari potest. Est item iactare ambitiosè gloriari: vnde iactantia. Et iactari, agitari.

Obsidio Hierusalem. Confusio hæreticorum.

Iecit Deus aggerem contra Ariel, cùm obsideri fecit Hierusalem, aut cum constringi facit hæreticos, vt in errorum confusionem incidant, nec amplius suos errores defendere valeant. *Isa.29.a.*

Prædicantes Apostoli.

Iactarunt discipuli vestimenta sua super pullum, quum *f* prædicatione sua gentiles mollierunt, vt fidem susciperent. *Luc.19.f.*

f *Am. s. Luc. 19.*

Agitari tentationibus.

Iactari nauiculam fluctibus, est *g* animam motibus tentationum agitari: vel Ecclesiam mundi, & mundanorum, ac dæmonum incursibus fatigari. *Matth.8.c.14.e.*

g *Ori.s.Mat. ca.14. Hil.s. Matt.Cap.7.*

Mitti diabolum in abyssum.

Iactari montem in mare, *h* est diabolum, aut superbiam mitti in abyssum. *Matth.21.b.* Vel in bonum, est Christum transire ad Gentes per prædicationem Apostolorum.

h *Ori.s.Mat. hom.16. Au. 1.q.in Euan. 29.*

Transitus Christi ad Gentes.

Iaciens seminiuus saliuam in aliquem, est loquax afficiens quempiam malo verbo. *Leu.15.a.* Sic iactare verba, est inutiliter loqui. *Iob. 18.a.*

Inaniter, aut perniciosè loqui.

Iaci rete ante oculos pennatorum. *Prou.11.a.* est *i* tendere verborum insidias ad perdendos bonos. Sic iaciebant Pharisæi rete antè Christum.

i *Bed.s.Pro.s.*

Insidiari. Prædicare.

Iacere sementem multam, est multa prædicare. *Deut.28.d. Marc.4.c.*

Inferens mores mundanos.

Iecit Hiel fundamenta Hiericho in primogenito suo. *Iosu.6.d.3.Reg.16.g.* designat inferentem *k* mores mundanos in Ecclesiam.

k *Glo.ord.su 1. Reg.16.*

Institutio Ecclesia, vel anima.

Iacere fundamenta templi. *Agge.2.d.* est *l* instituere Ecclesiam, vel animam virtutibus ornare.

l *Glo. ord.su. Agge.2.*

Testimonia legis & Prophetarum.

Iaciens Ionathas sagittam vnam, & alteram, est *m* Deus dans de Christo testimonia legis, & Prophetarum. *1. Reg. 20. d.*

m *Gl.ord.su. 1.Reg.20.*

Sententia iusta.

Iaciens Ioas sagittas super posita manu Elisæi. *4. Regum. 13. e.* est *n* proferens sententiam ex iusto iudicio procedentem.

n *Gl.ord.sup. 4.Reg.13.*

Hæretici pernertentes.

Iaciens vnus de populo in incertum sagittam, qua occisus est, Acha. *2. Paral. 18.g.* Et iacientes Lydij sagittas. *Iere.46.b.* Sunt hæretici disputationibus simplices vulnerantes.

o *Lyr.s.Io.8.*

Blasphemantes Iesum.

Iacientes Iudæi lapides in Iesum. *Ioan. 8.g.* sunt *o* ipsum blasphemantes, vel malas cogitationes assumentes.

Curæ diuinorum.

Iactanda cura nostra in Dominum: *Psal.54.* vt *p* non secularia, sed diuina curemus.

p *Glo.or.s.ps. 54.*

Iudæi præsumentes de iustitia.

Iactantes diuites multa in arcam, seu gazophylacium templi. *Marc. 12. d.* sunt *q* Iudæi de sua iustitia præsumentes.

q *Gl.ord.sup. Mar.12.*

Intentio legis.

Iactus lapidis, quo se seperauit Christus à discipulis oraturus. *Luc. 22.e.* designat *r* intentionem legis dirigendam in Christum.

r *Gl. ord.sup. Luc.22.*

Comminationes Dei.

Iaculum Dei, significare potest *s* diuinas comminationes. *Zach.9.d.* Iacula *t* sunt etiam sermones Christi, animam penetrantes. *Psalm.54.*

s *Hie.s.Za.9.*

t *Au. ps. 54.*

Sermones Christi.

Iacula malorum, *u* sunt sermones fallaces, vt Iudæorum in Christum, & hæreticorum. *Gen.49.c. Psal.54.* Et tela maligni sunt tentationes dæmonis, malæ concupiscentiæ, immundæ cogitationes, pernicioſi affectus: vt furor, &c. *Ephes. 6.c.*

u *Hil.s.ps.54 Chry.s.Ge.3.*

Fallacia prauorum.

Iaculis confodi tangentem montem. *Exod.19.b.* est *x* acerrimis obiurgationibus reprimi superbientem.

x *Glo.in.s.Exod.19.*

Fraus affectus

Iachin.

Iachin, id est, præparans, siue præparatio, vel firmitas: nomen vnius columnæ in portas Salomonis. *2. Regum. 7.c.2.Paral.3.d.* Posita in dextera, designat *y* misericordiam, qua dicet Deus in iudicio iis, qui sunt à dextris: Venite benedicti, &c.

y *Ru. 3. sup. Reg.19.*

Obiurgatio.

Iacob, Israël, Israelita.

Iacob, id est, supplantatõr, aut calcaneus, vel planta: Filius Isaac, & Rebeccæ, cui impositum est hoc nomen, quia ortus est tenens plantam fratris sui Esau, cui etiam surripuit benedictionem, à quo iam emerat primogenituram edulio lentis: fuit maritus Rachelis, & Liæ, è quibus, & è duabus earum ancillis, duodecim genuit Patriarchas, qui duodecim tribus Israël constituerunt. Idem dictus est Israël, hoc est, prævalens, siue dominans cum Deo quod nomen inditum est ei ab Angelo, cum quo luctabatur. Multi tamen interpretantur Israël, videns Deum: quæ quidem interpretatio non quadrat loco, vbi impositum est illi nomen. Dicitur enim. *Gen. 32.f.* Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? Iuxta Hieronymum, z Israël propriè, secundùm Hebræos, & literarum fidem, rectus Dei dicitur. Vir autem videns Deum, non in elementis, sed in sono vocis est. Georgius autem Venetus *aa* interpretatur. Habens principem Deum.

z *Hier.s. Isa. 43.44.*

aa *Geor. Ven. Can.1.tom.1. cap.6.*

Iacob, Christus.

Iacob, secundùm quod dissimulauit stuprum Dinæ, vsque ad tempus. *Gen.34.a.* typum gerit *bb* Dei, dissimulantis peccata hominum, vsque ad decretum tempus punitionis. Eundem designat diligens Ioseph præ cæteris filiis, vt Deus pater Christum. *Gen. 37. a.* Itidem benedicens filios suos, & futura prædicens. *Gen. 49. a.* Deum adumbrauit.

bb *Au.se.81.*

Spiritus sanctus.

Iacob dicens se esse Esau, designat *cc* Christum, qui venit obseruare, & implere legem Iudæorum. *Genes. 27. d.* Item cùm relicta domo patris abiit in Mesopotamiam, Christum indicat, qui relicta Iudæa, transiit ad Gentes. Et cùm accepit vxores Liam, & Rachelem, Christum adumbrat, copulantem sibi synagogam, & Ecclesiam. *Gen. 28.b. 29.a. 30.a. 31.b. 32.a. Exod.1.a. Isa.49.a.* Potest etiam designare *dd* Spiritum sanctum, qui supplantauit populum Iudaicum, quando abstulit ab eis sua dona.

cc *Hie. ad Damas.q. 3. & s. Isa.49. Am.2.de Iacob. 5. Au.se.79.80 Gr.3 c.m.31.*

dd *Ru. 6. de glo. Trinit.5.*

Populus Christianus.

Iacob, quem persequebatur Esau, designat *ee* populum Christianum, quem persequuntur Iudæi. *Gen. 25.d. 27. d.28.b. Psal.51.82.113.120.121.124.129.134.146.147.148.* Hic est Iacob, quem dilexit Deus. *Mala.1.a. Rom.9. c.* Vt etiam dixit se esse Esau, designat Ecclesiam succedentem in locum Iudæorum. *Genesi. 27. d.* Eandem designat in multis aliis locis. *Deut.25.b.1.Regum.3.b.6.a.7.a.9.a.11.a.12.a.13.a.14.a.15. Iere.31.a. Ezech.13.a. Hose.9. a.10. d. Mich. 7. d.*

ee *Ori.su.Iu. ho.5. & s.Ro. 9. & s.Ex.h. 2. Arn. s.ps. 144. Am.2. de Iacob.2. Au.con. Mẽ da.10. Bed.s. Ge.27. Gre.s. 1.Reg.3. & s. Eze.ho.6.*

Ecclesia. Apostoli. Prædicatores. Euangelista. Perfecti. Prælatus.

Iacob abiens in Mesopotamiam, relictis parentibus, designat *ff* Apostolos, & prædicatores, & Euangelistas, transeuntes ad Gentes, relicta Iudæa. *Gen. 28.b. 29.a. Psal.104. Isa.43.a.41.* Designat etiam Iacob, & Israël perfectos. *Psal.79. Cant.3.c. Hose.10.d.*

ff *Arn.s.psa. 104. Hier.s. Isa.41.43.*

Iacob accipiens vxores Liam, & Rachelem. *Gen.29.b. 30.a.* designat *gg* prælatum amplectentem vtramque vitam, nempe actiuam, & contemplatiuam. Designat etiam eum, qui exercitationi intendit, qui pluribus iungitur,

gg *Cle. Ale, 3.strom.*

Digitized by Google

quando in variis se exercet,& nominatur Israël, quia vi perspiciendi est præditus.

Iacob pugnans in vtero cum Esau,designat *a* bonum dogma,quod prauo dogmati aduersatur. *Gen.* 25.*d.* Idem habitans domi,designat bonum ipsum,quod non vagatur,sed fixum,& solidum manet.

Iacob etiam habitans domi,designat *b* simplices. *Genesi.*25.*d.* Omnes enim qui in curis exterioribus spargi refugient simplices in cogitatione,atque in conscientiæ suæ in habitatione consistunt.

Iacob,& Israël,interpretatur,videns Deum,designare potest *c* philosophiam inspectiuam,speculatiuam,vel viros contẽplationi deditos,& religiosos per viam obedientiæ ambulantes, & resistentes tentationibus,& hæreticis. Nomen tamen Iacob adaptatur ad ea, quæ ad vitam actiuã pertinent:nomen verò Israël ad vitam contẽplatiuam. Significat autem religiosos,& contemplatiuos,secundùm quod domi habitabat.*Gen.*25.*d.*32.*f.Exod.*19.*a.*24.*a.*34. *d.*1. *Regum.* 11.*a. Psa.* 134. 135. *Isa.* 14. *a.* 43. *a.* 44. *a.* Israël etiam vt dicitur,videns Deum,significare potest rationalem sensum, & viros perfectos. *Exod.* 1. *a. Num.* 23. *d.* Dictus est autem Israël post luctam, quia post passiones, & tentationes videtur Deus. Ita eligitur Israël, quasi victor. *Isai.* 4. *a.* Israelitæ quoque absconditi, sunt religiosi in cœnobiis, aut desertis latitantes. 1. *Reg.* 14.*c.* Notat autem Origenes, vbi dicatur Iacob, & vbi Israël.

Iacob benedictus ab Isaac,ac prælatus fratri suo maiori,*d* designat hominem interiorem, seu spiritualem, qui præfertur exteriori, & animali: & benedicitur à patre, hoc est, à Deo creante. *Gen.* 27. *d.* est autem posterior spiritualis.

Iacob,vt adorauit Esau. *Gen.*33.*a.*designat *e* humiles pacificè viuentes, etiam cum superbis.

Israël dici potest quilibet *f* baptizatus,& cœtus Sanctorum,& ipsa Ecclesia, quæ est domus Israël. *Exod.* 12.*a.* 17.*c.*18.*g.Iudi.*3.*a.*1.*Reg.*11.*Psal.*66.75.121.128.129.*Isai,*33.*a.*45.*c.*

Iacob significare potest *g* corpus humanum,Israël verò animam,qua debemus videre Deum. *Nu.*29.*a.*

Iacob,id est,supplantator,*h* est sensus sapiens,vincens appetitum:vnde & accipit primogenituram: quia mentis,& sapientum est dominari. Est etiam Iacob mediator,& excitator virtutis, qui dicitur filius Abrahæ, hoc est, habentis doctrinam ex præceptore:& Isaac,hoc est,habentis eam ex natura,vel à Deo,quia in his est exercitatio. Est etiam Iacob ipsa virtus dilecta à Deo. *Malac.* 1.*a.*

Iacob pro tribu Iuda designauit Ecclesiam:Israël verò pro decem tribus,hæreticos,vel Iacob sunt Iudæi, Israël verò Gentes.*Psal.*77. Iacob,ad quem misit Dominus Verbum, est *i* populus Iudæorum,Israël verò Gentilitas, in quam cecidit Verbum,Christus. *Isai.*9.*b.*

Iacob dormiens in lapide,vidit scalam,non domi manens:quia *k* laborantibus se manifestat Deus, non delitiis vacantibus. *Gen.* 28. *c.*

Iacob non semper *l* supplantator vitiorum intelligitur,nec Israël in omnibus,videns Deum accipitur. Apostolus autem docet esse Israëlem secundum carnem. 1. *Cor.*10.*d.* De quo dicitur. *Iudi.* 8. *f.* Et fornicatus est Israël. Si enim vidisset mente Deum, fornicatus vtique non fuisset. Ideo *Psal.* 77. intelligendum est accensus in Iacob in terrenis ignibus concupiscentiæ,& ira in vltione diuina super Israël carnalem ascendit. Ita comederunt Iacob. *Psal.*78.

Iacob seruiens Laban,designare potest *m* populum Iudaicum seruientem diabolo. *Gen.*29.*d.*30.*e.*31.*a.* Idem non credens,quòd viueret Ioseph,designat Iudæos non credentes resurrectionem Christi. *Gen.*45.*g.*Vt autem habuit quatuor vxores,populum Iudaicum significat,rebus carnalibus,& mundanis nimium adhærentem. *Isai.*17.*a.* 29.*g.*63.*d.* Vt etiam præualuit angelo,designat Iudæos occidentes Christum, in quorum incredulitate claudicauit.*Gen.*32.*f.* Iacob autem fieri absque liberis,typus est desertionis legis. *Gen.* 42.*g.* Iacob cæcus benedicens nepotibus,Iudæorum cæcitatem designauit. *Gen.*48.*e.*Israël audens pugnare cum Philisthæis,quibus erat subiectus, designat Iudæos audentes pugnare cum diabolo,cui sunt subiecti. 1. *Reg.* 4. Israël præuaricatrix dicuntur Iudæi, & principes Iudæorum. *Isai.*1.*a.Ierem.*3.*b.Psalm.* 21.

Israël,vt interpretatur videns Deum,designare potest *n* Angelos, & ciues cœlestes, qui semper vident faciem Patris.1. *Reg.*1.*f.*9. *a.*11.*a.*

Israël interdum significat *o* statum legis,in quo non apparuit, qui tolleret peccata. *Matth.* 9.*d.*

Verè Israëlita dictus est Nathanael à Christo. *Ioan.*1.*g.* quia *p* ex lege, sub qua prius viuebat, rectè intellecta transiuit ad Christum.

Israël, sumitur sæpè pro *q* decem tribus, quæ separatæ fuerunt à tribu Iuda, & Beniamin, & typum gerunt hæreticorum, qui separati sunt ab Ecclesia. *Hose,* 1.*b.* 4. *d. Amos* 2. *b.* Sciendumque quòd abducto in captiuitatem Israël,id est decem tribubus,indifferentes pristino nomine,& duæ tribus Iudas,& Beniamin appellentur Israël, vt *Malach.*1.*a.* Onus verbi Domini ad Israël,in manu Malachiæ Prophetæ Israël etiam aduersatrix,sunt hæretici,qui recedentes à Deo repudiati sunt,eiecti ab Ecclesia,& Sanctorum consortio. *Ier.* 3.*b.*

Israëlita ingressus ad scortum,est *r* fidelis in errorem inductus. *Num.* 25.*c.*

Israëlita vir,*s* dicitur sensus spiritualis legis,vel habens veram theologiam, & doctrinam fidei. Israelitis verò mulier,dicitur litera legis,vel habens etiam doctrinam theologicam,& fidem. *Leui.*24.*c.*

Iacobus.

Iacobus, idem interpretatur quod Iacob: fuerunt autem duo Apostoli huius nominis. Iacobus Zebedei frater Ioannis Euangelistæ & Iacobus Alphæi,qui dictus est frater Domini. *Matth.*4.*e.Marc.*c.3.*b.Galat.*1.*d.*2.*b.*

Iactantia,quare Superbia.

Iaculum, vide Sagitta,& Iacere.

Iahel.

Iahel,id est,ascendens,aut damula,vel caprea:fuit vxor Haber Cinæi, quæ occidit Sisaram, ducem hostium Israël. *Iud.*4.*c.*5. *c.* Typus est *s* Ecclesiæ ex gentibus, in qua est victoria contra dæmones, nec est alia ascensio in cœlum,nisi in ea:occidit autem Sisaram,hoc est,carnalem hominem,vt faciat spiritualem: quod & quælibet anima facit in seipsa.

Iair, Iairus.

Iair,id est,illuminans,vel illuminatus:fuit Iudex Israël. *Iud.*10.*a.* Fuit alius Iairus, princeps synagogæ Iudæorum,cuius filiam suscitauit Christus. *Marc.*5.*c. Luc.* 8.*f.* typus est *u* Iudaici populi, vmbra literæ deposita,spiritu illuminatus est,& illustratus est:procidit ad pedes Verbi, cùm ad incarnationem Christi humiliatur.

Ianua,Ostium,Porta,Fores.

Postis,Ianitor,Ostiarius.

Ianva est primus ingressus ad interiora domus. Ostium autem dicuntur ipsa repagula,quibus arcemur ab ingressu,quæ etiam fores dicuntur,& postes.Porta autem propriè *x* aditus est ciuitatis,alteriusue loci, vallo fossaue muniti. Sed quantum ad nostrum propositum,confunduntur hæ significationes. Ianitor autem, aut ostiarius, est custos ianuæ.

Fores,initium cuiusque rei,seu *y* manifestationem,aut propinquitatem significare solent. *Apoc.*3.*d.*

Ostium,quod aperit Deus pulsantibus,est bonitas eius, & misericordia, qua paratus est omnes pœnitentiam agentes,suscipere. *Luc.*11.*b.* Hoc ostium vidit Ioannes apertum in cœlis. *Apoc.*3.*c.*4.*a.*

Ostium dicitur *z* Christus. *Ioan.*10.*b. Apoc.*4.*a.* Et ostium arcæ Noe positum deorsum designat Christum, qui omnibus expositus est, vt nulli sit difficultas ingrediendi Ecclesiam. *Gen.* 6. *c.* Idem ostium ponitur in latere, vt designetur tempus punitionis, quæ fiet in eos,qui noluerunt ingredi. Idem est ostium, cui applicatur seruus. *Exod.* 21. *a.* Idem est ostium tabernaculi testimonij, hoc est, Ecclesiæ. *Exod.* 29.*b.* 35.*b. Leu.* 8.*a.* Et ostium iuxta quod cecidit Eli,est Christus,in quem impegerunt Iudæi,& contriti sunt.1. *Reg.* 4.*d. Matth.*21.*d.* Et porta Domini, dicitur Christus. *Psal.* 117. 126. *Isai.* 28.*b. Ezech.* 11. *a.* Et postes tincti sanguine agni, designant Christum, per cuius sanguinem datur introitus ad cœlestem ciuitatem. In hac porta contriti sunt Iudæi, qui ante portam florebant. *Iob.*5.*a.* Ipse etiam est porta cœli. *Gene.*28.*d.* Et porta templi.3. *Reg.*6.*a.*7.*g.*

Et porta

Bonum dogma. Bonum. *Simplices. Philosophia speculatiua. Contemplatiua. Contemplatiui. Religiosi. Resistentes tentationibus. Rationalis sensus. Perfecti viri. Homo spiritualis. Humiles. Baptizatus. Ecclesia. Corpus. Anima. Sensus sapiẽs. Ecclesia. Haretici. Iudæi. Gentiles. Laborantes. Carnalis Israël. Populus Iudaicus. Angeli. Status legis. Rectè intelligens legem. Decem tribus. Fidelis inductus in errorem. Sensus spiritualis. Litera legis. Ecclesia ex gentibus. Iudaicus populus. Bonitas, & misericordia Dei. Christus.*

a *Am.de Ca in.*2. *Phil.*1. *allego.*
b *Gr.*5.*m.*7.
c *Ori. pro.su. Can.& s.Ge.* 15.*& s.Ex.h* 1.*& s.Nu.ho.* 15. *Aym.s.ps.* 134. 148. *Ter. de Trin. Hie.s.Isa.*14. *Gr.s.* 1. *Reg.* 3.11.14.
d *Geor.Vene. Cant.*2.*to.*7. *cap.*4.5.
e *Ly.s.Ge.*33.
f *Ar.s.ps.*129 *Gr.s.*1.*Re.*11 *Aug.s.ps.*47.
g *Ori. s. Nu. hom.*17,18.
h *Philo.*2.*allego. & som.*
i *Hie.s.Isa.*9. *Gre.*2.*m.*30.
k *Hie.epis. Filius meus.*
l *Hie.s.ps.*78
m *Am.de Ioseph.* 13. *Hie.s.Isa.*17. 63. *Aug.s.ps.* 79.*& q. in Iud.*49.*& de verbis Domini, ser.*41. *Gr.s.*1.*Re.* 14.*Ori.s.Ier. hom.* 14.
n *Gregor.s.*1. *Reg.*2.9.
o *Hil.s.Mat. Can.* 9.
p *Au.s.ps.*44
q *Hie.s. Hos.* 1.*& s.Ma.*1, *& Ier.*3.
r *Ori. s. Nu. hom.* 20.
s *Ori.s. Leu. hom.*14. *Isych. s. Leu.* 24.
t *Ori.s. Iudi. hom.* 5. *Resp. s.Iud.*7.
u *Hie.s.Mar.* 5.
x *Glos. ord.s. Gen.* 4.
y *Am.s.Luc.* 10.
z *Ori.s. Gen. hom.* 2. *& s. Mat. ho.*1.*& s.Rom.*5. *Ba. de spirit. san.* 8. *Hie.s.Eze.* 40. *Au.s. ps.* 126.*& s.Ap. hom.*3. *Geor. Vene. Cant.* 1.*tom.*3.*cap.* 13.1.*Chry. s.Ioan.ho.*58.

Digitized by Google

Et porta Orientalis templi,quam vidit Ezechiel. *Ezech.* 40. *a.* est Deus, *a* vel Christus, illuminans Ecclesiam. Porta verò Aquilonis, est Gentilitas. Porta autem Australis, Iudæa. Et in primo ordine ponitur prius porta Orientis: quia à Deo est principium:deinde Aquilonaris quia ante instructionem populi Iudaici fuerunt aliqui ex Gentilitate saluati. In secunda verò enumeratione primò ponitur Australis porta,deinde Orientis,ac demum Aquilonaris: quia Christus ex Iudæis natus saluauit Gentilitatem. Et porta angulorum est *b* Christus, qui est lapis angularis *Zach.*14.*b.* Ipse est ostium apertum. *Apoc.*4.*a.*

Caro Christi. Vulnus lateris. Potest etiam ostium arcæ *c* carnem Christi designare, seu vulnus lateris ejus, vnde fluxerunt sacramenta,per quæ nobis patet aditus ad regna cœlorum.*Gen.*6.*c.Isai.*6.*b.* Et porta ad meridiem templi,cùm sit in dextera parte templi,designat vulnus lateris Christi, per quod est nobis aditus ad cœlestia. 2.*Reg.*6.*a.*

Angeli. Anima Sanctorum. Virgo Maria. Portæ aliquando dicuntur *d* angeli, quos designant portæ æternales, quæ eleuari iubentur, quibus etiam significantur animæ Sanctorum de limbo eductæ,cum Christo perpetuò regnaturæ.*Psal.*23.107.Et ostia sanctuarij interioris,dicuntur angeli, quorum ministerio introducimur in cœlum.3.*Reg.*6.*d.*

Porta clausa templi,quam vidit Ezechiel, *e* est beatissima virgo Maria: quæ soli principi Christo patuit,manente tamen integritate. *Ezech.*44.*a.*

Ecclesia. Ianua interdum dicitur *f* Ecclesia,quia per ipsam patet populo aditus ad salutem.*Cant.*8.*c.*Et ante ianuam erat ligatus pullus, qui ductus est ad Christum: quia Gentiles erant extra Ecclesiam, & extra Christum *Marc.*11.*a.* Et ipsa Ecclesia est porta cæli.*Gen.*28.*d.Psal.*23.126.*Ezech.*46.*a.*Et portæ sunt Ecclesiæ ipsæ. *Exod.*20.*b.*Et porta domus Dauid,est porta Ecclesiæ,seu ipsa Ecclesia. *Iere.*20.*a.* Et porta interioris atrij, designat Ecclesiam. *Ezech.* 40.*d.g.* Et erat contra portam Aquilonis, & Orientis: vt designetur aditum regni cœlestis patere Iudaico. Gentili populo, & iustis, & peccatoribus pœnitentiam agentibus Et porta angeli dicitur Ecclesia susciens vtrunque populum.*Iere.*31.*g.Amos.*5.*c.Psal.*9.

Apostoli, & Propheta. Pastores Ecclesiæ. Portæ Sion,dici possunt *g* Apostoli, & prophetæ in Ecclesia. *Psal.* 86. Et postes tabernaculi Domini, sunt Apostoli.*Exod.*21.*a.*40.*d.Ge.*43.*d.Leu.*8.*a.*Et portæ filiæ Sion, quæ lugent, sunt pastores Ecclesiæ. *Isaia.*3.*d.* Et ostia interioris sanctuarij, sunt Apostoli,& Apostolici viri:quibus collatæ sunt claues regni cœlestis 3.*Re.*6.*d.*Et portæ Hierusalem cœlestis duodecim,designare possunt Apostolos.*Apoc.*21.*d.* Et ianuæ cœli,quas aperuit Deus, sunt corda Apostolorum,& predicatorum, quæ aperuit Deus ad prædicandum *Psalm.*77. Et portæ in quibus clamat sapientia,sunt Apostoli, & doctores,& maiores synagogæ. *Prou.* 1.*c.*8.*a.* Portæ etiam Hierusalem,aut Sion, dicuntur Prophetæ, per quos patet ingressus ad Euangelium. *Psalm.* 99. 147. Et ostia, quibus, Deus concluſit mare.*Iob.*38.*a.*sunt Apostoli,& sancti viri,qui contra persequentium tumores oppositi sunt, vt eorum miraculis atque virtutibus persecutorum iræ frangerentur. Portæ etiam filiæ Sion, quæ sunt portæ vitæ, sunt boni prædicatores,& bona doctrina,per quam venitur ad vitam æternam. *Psalm.* 9. Portæ tres exteriores templi. *Ezec.* 40.*d.* sunt antiqui Patres,qui opera exteriora docebant. Portæ verò interiores sunt doctores noui testamenti, ad interiora mysteria deducentes. Vel portæ exteriores,& interiores,sunt Apostoli, quibusdam prædicantes simpliciora,quibusdam profundiora,sicut Paulus Corinthiis:Non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, &c. Et portæ Ecclesiæ sunt hi,per quorum vitam atque doctrinam,intrat in eam multitudo credentium.*Isaia.*54.*c.Canticorum.* 7.*d.* Portæ ternæ ad singulas plagas Hierusalem, designat *h* per fidem Trinitatis ab Apostolis prædicatæ, omnibus gentibus patuisse aditum ad cœlum. *Apoc.*21.*d.*

Lex. Propheta. Postes tabernaculi,designare possunt legem, *i* & prophetiam,& Mosen,& Eliam,qui apparuerunt cum Domino: & cognitionem celestium, & doctrinam veram,retrò cuius ponit hæreticus memoriale.1.*Reg.*1.*b.Isaia.*57.*b.* *Mat.*17.*a.* Et porta Orientalis templi,est, *k* sacra doctrina, quæ est via ducens ad Christum. *Ezec.* 11.*a.*45.*f.*Et porta filiæ Sion,dicitur sacra doctrina,per quam venitur ad vitam æternam.*Psalm.*9.Ianuæ itidem cœli, *l* sacram doctrinam,& mandata Dei designant.*Psal.*77.Et ostia quibus concluſit Deus mare,*m* sunt præcepta, priora quidem veteris legis prohibentia opus vt, non occides, non mœchaberis. Secunda verò nouæ legis culpas cordis etiam prohibentia.*Iob.*38.*a.* Ostium tabernaculi testimonij interdum significat literam legis, interdum doctrinam Euangelicam,ducentem ad scientiam Christi,sicut & ipse Dominus est ostium appellatus.Et demum ostium tabernaculi testimonij,*n* est locus vbi possit audiri verbum Dei. *Leu.*1.*b.*48.*a.*9.*a.*10.*b.*12.*c.*15.*b.*16.*b.*1. *Re.*2.*e.*1. *Cor.*16.*b.*Et ostium tabernaculi,cui applicatur seruus ad perforandam aurem,est prædicatio cœlestium.*Exod.*21. *a.*Sunt etiam portæ mysteriorum Dei in sacra scriptura.*Isai.a.*60.*c.*62.*d.* Et porta Orientalis templi clausa, dici potest via intelligendi legem spiritualiter.*Eze.*11.*a.*40.*b.* 44. *a.* Et ostia domorum,in quibus loquuntur de Propheta,designant literam Prophetæ,cuius sensum non penetrant. *Eze.* 33.*g.*Ostium etiam dicitur sacra scriptura, nos ad Deum ducens,& eius cognitionem nobis aperiens,hæreticos arcens, & nos in tuto constituens, nisi per nos frangatur. *Isa.*19.*a.*Ostiola in introitu oraculi expositiones doctorum sunt. Postes verò quatuor in introitu templi,quatuor Euangelia quæ se inuicem tenent,propter concordiam. 3.*Reg.*6.*d.*

Præcepta.

Expositiones doctorum. Euangelia Virtutes,& bona opera. Ostium tabernaculi quandoque significat *o* virtutes,& opera bona,quæ etiam significantur per portas Sion,aut filiæ Sion.1.*Reg.*3.*e.Psal.*9.23.86.*Isa.*22.*b.*26.*a.*54.*c.*60.*d. Coloss.*4.*a.* Hæ portæ sunt contrariæ portis mortis.Et portæ ciuitatis, sunt bonæ actiones, per quas anima ad conuentum regni cœlestis ingreditur. *Iob.* 29.*b.* Et ostia,quibus concluſit Deus mare,dici possunt virtutes,quibus omnes concupiscentiæ reprimuntur. *Iob.* 39.*a.* Et ostia interioris sanctuarij,designant opera iustitiæ, quorum merito ad regnum cœleste peruenitur.3.*Reg.*6.*d.* Porta ciuitatis,dici potest iustitia & bona opera.*Ge.*23.*b.*34.*c.Deu.*22.*b.*25.*b.Is.*29.*b.* Portæ Hierusalem dici possunt virtutes.*Iere.*17.*c.*Et portæ iustitiæ,sunt virtutes mediæ.*Psal.*117.Beniamin,est status virtutis:& porta prior est ingressus ad secreta mysteria.*Zach.*12.*b.*Portæ quoque filiæ Sion sunt *p* bona studia,per quæ venitur ad Hierusalem cœlestem.*Psal.*9.

Fides. Ostium tabernaculi Abrahæ dici potest *q* fides,in qua videntur tres viri, quia est fides Trinitatis.*Gen.* 18.*a.*Et porta cœli in anima,est confessio fidei.*Ge.*28.*d.Num.*19.*a.Psal.*22.*Iere.*2.*c.*Et ostium monumenti Christi, est eadé fides.*Marc.*15.*d.* Porta filiæ multitudinis est fides, per quam in regna cœlestia fideles introducuntur. *Cant.* 7. *b.* Ostium contra ostium, est cùm per fidem venimus ad speciem:vel cùm per cognitionem animæ,venimus ad cognitionem Dei.*Ezech.*40.*b.*Ostia templi exterioris,fidem per quam est ingressus in Ecclesiam, designant:& quia duo indicant dilectionem Dei,& proximi:& quia vtrunque ostium erat duplex, designant fidem cum operibus, & patientiam & benignitatem in amore fraterno.3.*Reg.*6.*d.*Portæ tres, ad omnem plagam Hierusalem cœlestis designant,quòd ex omni genere hominum saluantur per fidem Trinitatis,& virtutes theologicas.*Apoc.*21.*d.* Sic de portis nomine duodecim tribuum inscriptis. *Ezech.* 48. *d.* Et portæ æternales, sunt virtutes theologicæ, per quas ingreditur Christus in animam.*Psal.*22.147.Ostium apertum ad Euangelium,*r* est initium fidei,quo Gentiles à Deo parabantur ad susceptionem doctrinæ Euangelicæ.1. *Cor.*16.*b.*2.*Cor.*2.*c.Coloss.*4.*a.*Et ostia ciuitatis, vbi tympanizabat vel impingebat Dauid,hoc est,Christus.1.*Reg.*21.*d.* designare possunt initium fidei, vnde incipit Ecclesia, vt perueniat ad speciem.Et portæ tres templi,tres virtutes theologicas designare possunt:porta Orientalis,est fides:Aquilonaris, spes:Australis verò charitas & feruor gratiæ.*Ezech.*40.*c.* 46.*c.*

Virtutes theologicæ

Baptismus. Porta cuiusque fidelis,aut Ecclesiæ,est *s* baptismus.*Exod.*20.*b.*Et porta piscium Hierusalem, seu porta prima designare potest baptismum,per quem boni pisces ingrediuntur in Ecclesiam:sicut porta secunda,est pœnitentia *Sophon.*1.*b.*Ianua quoque,ad quam congregantur turbæ,vt veniant ad Christum est pœnitentia.*Marc.*1.*c.*Ostium itidem arcæ Noe,designat baptismum,per quem ingrediendum est in Ecclesiam,Porta filiæ multitudinis,designat introitum terræ promissionis,& cœlestem per lachrymas,*Cant.*7.*b.*

Pœnitentia.

Humilitas. Sacramenta. Lux gratia. Porta interdum dicitur humilitas, per quam acquiritur intelligentia scripturæ. Vnde Saul accessit ad Samuelé in medio portæ,hoc est,*t* in humilitate,vt instrueretur ab eo.1.*Re.*9.*c.*Ideò Christus dixit,gratias agens Patri. *Matth.*11.*d.*Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis.

a *Gr.*6.*mo.* 2. & *s.*1.*Re.* 4. & *s. Ezech. hom.* 15. 20.
b *Hie.s.Zac.* 14.*Rup.*3. *s. Apoc.*
c *Ori.s.Is.ho.* 4.*Aug.*15.*ciuit. Dei.* 26. & 12.*cont. Faus.*39.
d *Ru.*3.*s. Re.* 10.*Am.s.Lu.* 9.*Hi.s.ps.*23.
e *Am.de.inst. vir.*7. *Hie.s. Ezech.*44.
f *Amb.s.psal.* 118.*serm.*22. & *s.Luc.* 19. *Aug.s.psalm.* 86.*Gr.*33.*m.* 28.& *s.Can.* 8.*Hie.s. Ier.* 21. & *s. Amos.*5.*Gre. s. Ezech.ho.*19. 22. & 25.*m.* 11.
g *Hie.s.psalm.* 86.147.*Au. s.psal.*77.86. *Orig.s. Ezec. hom.*15. *Bed.s.Ge.* 28. & *s.pro.*1. 8. *Ru.*12.*s.Apo. Hie.s.ps.*99. *Gr.*28.*m.*15. 16.*Hi.s.psal.* 9.*Gr.s. Eze. hom.* 20. & & 18.*m.*10
h *Rup.* 12. *s Apoc.*
i *Hi.s.Is.* 57. & *s.Eze.* 11. & *s.psalm.*9.
k *Gre.s.*1. *Re.* 1.2.& *s.Eze. hom.*3.15.& 19. *mor.* 13.
l *Be.s.Ge.*28.
m *Gr.*28.*m.* 18.19.
n *Orig.s.Leu. hom.* 1. & *s. Matth.ho.* 1. & *s.Ezec.ho.* 14. *Amb.* 6. *de sacra.* 3. & 4. *de fide.* 1. *Isyc.s. Leu.* 4.8.15.*Hie.s. Isa.*13.26.& *s. Ezech.* 44. *Et ad Aglasiam. Et s. Ezech.*33. *Chrys.s.Ioan. hom.*53. *Ru.* 3.*s.Reg.*12.
o *Gre.*19.*mo.* 13.& 2.*mor.* 18.19. *Ori. s. Matt. hom.*22. *Hie.s.Ier.*17. & *s.*86.& *s. Zach.*14.
p *Aug.s.psal.* 9.

q *Orig. in diuers.hom.*10.*Amb.* 4. *de fide.*1.*Hie.s.Ie.*2 *Gr.s.Ezech.hom.*14.17.& *s.Cant.*7.*Hie.s.Ezech.*48.& *s.psal.* 23. *Geor.Venet.Cant.*3.*com.*8.*modu.*2.*c.*3.
r *Auguſt.de predeſtinatione ſanctorum.*20.& *s.psalm.*33.*Greg.s.Ezech.hom.*19. *Hier.s.Ezech.*46.
s *Bern.in ſentent.Hier.s.Sopho.*1.& *s.Marc.*1.*Rup.*4.*ſup.Geneſ.*18.& *ſup.Canticorum.*6.
t *Gregor.ſup.*1.*Regum* 9.

Digitized by Google

Portæ ciuitatis, vel Hierusalem, dici possunt *a* sacramenta Ecclesiæ: per quæ peruenitur ad cœleste regnum. *Iob.29.d. Ier.17.c.* Et porta equorum in Hierusalem Orientalis. *Ier.31.g.* designare potest lucem gratiæ in Ecclesia in qua egemus cursu & certamine.

Portæ etiam Hierusalem, dici possunt *b* doctores Iudæorum, quæ portæ desixæ sunt in terram. *Thr.2.c.* Et iudices,& Principes, qui iudicabant in porta: quæ portæ lugere dicuntur. *Isai.3.d.*

Ostium tabernaculi Abrahæ, designare potest *c* egressionem à corporeis per contẽplationem. Et præterea transitum paratum ab hac vita ad futuram: quod etiam designat ostium speluncæ, in quo stabat Elias. *3.Reg.19.c.* Designat etiam ostium speluncæ in quo stabat Elias, illam cognitionem, quam de Deo in hac vita, represso corruptionis obstaculo, habere incipimus. Sic Israëlitæ è loginquo cernentes nubem descendentẽ in tabernaculum, in papilionum suorum ostijs stetisse memorantur, quia hi, qui aduentum diuinitatis vtcunque conspiciuntur, quasi iam ex habitaculo carnis prodeunt. *Exod.33.b.* Designat etiam ostium speluncæ, remissionem curæ carnis, quam facere debent, qui visionem Dei habere desiderant. Ostium apertum dat Deus, *d* tam ad operandum, & bene mead acquirendum præmium. *Apocal.3.b.*

Ostia, quibus Deus conclusit mare, possunt *e* timorem significare, quibus restringimur, ne in prauas cupiditates effluamus. *Iob.38.a.*

Ostium, quod apparuit fodiente Ezechiele parietem, est aperta *f* cognitio peccati proximorum, quam curat habere prælatus, ad ipsorum correctionem. *Ezech.8.d.*

Porta templi ad Aquilonem, habens fenestras, vestibulum, & sculpturas, sicut porta respiciens ad Orientem. *Ezech.40.d.* designat, *g* quod peccatoribus pœnitentibus, quibus etiam per Dei misericordiam patet aditus regni cœlestis, dantur etiam fenestræ contemplationis, vestibulum humilitatis, sculpturæ bonæ operationis, sicut his, qui non indigent pœnitentia.

Porta ad meridiem templi, est *h* ad eos, qui sanctis desiderijs in virtutibus feruent, vt spirituali intellectu quotidie interni gaudij mysteria penetrent. *Ezech.40.d.*

Ostium per gazophylacia singula in frontibus portarum est, *i* cùm vnuquisque doctor in corde auditoris intellectum aperit in dictis,& operibus patrum. *Exech.40.e.*

In vtroque poste domorum, ponitur sanguis agni, *k* quando sacramẽtum passionis Christi, quod ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. *Exod.12.a.* Postis vterque cum superliminari tingitur, cùm in nomine Trinitatis baptizamur.

Postis etiam vterque vnctus sanguine agni, *l* concupiscibilem,& irascibilem designare potest. Vel corpus, & animam, quæ sunt mandata sanguine Christi. *Exod.12.a.*

In foribus regis exstitit Daniel. *Dan.2.g.* quando *m* deuotio nostra circa quaslibet suggestiones cautè inuigilat & contra quaslibet maligni machinationes, in ipso tentationis aditu, oratione repugnat, ne incautam mentem vlla infestatio, vel violentia opprimat, vel fraude circumueniat.

Ostia ciuitatis, vbi tympanizabat, vel impingebat Dauid. *1.Reg.21.d.* designare possunt *n* corda mortalium, in quibus tympanizat Christus, vt eos ad virtutum cultum excitet. Ianuæ etiam erant corda infidelium, quæ aperta sunt prædicatoribus, quando ipsi fidem susceperunt. *Isai.45.a.* Et postes domus sanguine signandi, sunt, *o* cor, & os. *Exo.12.d. Deut.6.b.11.c. Ierem.17.e.* Et ostium, à quo non est egrediendum, est ipsa mens. Et ostium papilionis, est eleuatio mentis. *Exod.33.b.* Et ostium domus Loth clausum, designat munitionem mentis aduersus tentationes, & hoc ostium non inueniunt Sodomitæ, quum mentium corruptores non inueniunt, qua possint capere iustum, vel reprehendere: & tamen circumeunt domum inuidentes. *Gen.19.c.* Portæ etiam rationales aperiendæ pastori, seu Christo, sunt sensus interiores, & ipsa ratio, quæ aperitur claue fidei. *Ioan.10.a.* Cum verò effringuntur fores, designatur consensus in peccatum.

Porta in anima dici potest *p* consensus, per quem admittimus id, cui consentimus. Est autem duplex ianua, cupiditatis, & timoris: si amas Deum, & times eum, aperis Christo, si amas mundum, & times mala mundi, aperis diabolo.

Portæ etiam aliquando sunt *q* sensus: vt *Mich.1.c.* Plaga tetigit portam populi mei. Et portæ quæ corruerunt, sunt sensus non applicati ad diuina. *Iere.14.a.* Et portæ destructæ, sunt sensus per desidiam variis delictis patentes per quas ingreditur hostis in Hierusalem. *Thr.1.b.4.b. Abd.d. Nahum.3.c.* Ostia etiam tenebrosa, sunt sensus, qui in tenebras peccatorum, ac etiam pœnarum aditum pandunt. *Iob.38.b.* Dicuntur etiam portæ mortis per eos intrat mors. *Psal.9.*

Ostium interdum dicitur os *r* hominis, quod est claudendum ad adorandum, ne in multiloquio, sed cordis puritate,& intentione oremus. *Matth.6.a. Isai.26.d.* Et ostium domus leprosæ claudendum, est os hæreticorum, ne proferat errores. *Leu.14.e. Isai.14.g. Iob.31.a.* Ostium autem circumstantiæ ori appositum, est prudentia loquendi. *Psal.140.* Ostium quidem aperitur,& clauditur, qui igitur ori suo non ponit obstaculum, sed ostium petijt aperte docuit, quod & per disciplinam retineri lingua debeat,& ex necessitate laxari.

Ostium arcæ Noe, potest *s* in corpore nostro partem eam significare, qua excrementa egerũtur, ideò erat ostium in parte inferiori: hæc tamen allegoria non placet *t* Augustino.

In porta ciuitatis apud Iudæos,& etiam antiquitus, *u* erat locus staturus ad iudicia publica ne cogerentur agricolæ intrare vrbes, & aliquod subire dispendium, & finito negocio, vnusquisque confestim ad sedes proprias reuerteretur. Ita sumitur. *Psalm.30.68. Zach.8.c.* Aliquando autem porta dicitur ipsum iudicium, quod exercebatur in porta & in porta se superiorem videt, qui se melioris partis esse in iudicio, æquitatis merito conspicit. *Iob.31.c. Amos 5.c. Prouer.24.a.*

Porta, in qua conteruntur mali,& bonis aperitur aditus ad cœlestis patriæ gloriam, *x* est dies iudicij. *Iob.5.a.* In his portis erit nobilis vir Ecclesiæ *y* Christus, qui prius despectus apparuit,& in iisdẽ portis laudabũt Ecclesiam opera eius. cùm per ea cœlestis regni retributionem accipiet. *Prou.31.c.* Tunc enim dicetur, Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. *Matth.25.c. Mic.1.d.*

Porta Orientalis templi, *z* creationem mundi designare potest. *Ezech.40.b.*

Portæ duodecim, per quas est introitus in cœlestem Hierusalem. *Apo.21.d.* designant *aa* duodecim signa zodiaci spiritaliter intellecta.

Extra portam passus est *bb* Christus, sicut hœdus cremabatur extra castra. *Le.1.4.c.*

Porta cœli, dici potest *cc* Iudæa, vnde Christus in cœlum ascendit. *Gen.28.d.*

Porta quoque cœli, dici potest *dd* mundus sensibilis, per quem ingredimur in cognitionem mundi intelligibilis.

Porta anguli in Hierusalem. *Iere.31.g.* designat *ee* nos ita transire ad cœlestia, vt non rectas semper habeamus lineas veritatis, sed fractas, vt in angulis.

Porta Sodomæ, dici potest voluptas, cuius gratia fit ingressus ad vitia. *Gen.19.a.* Et ostia ventris. *Iob.3.b.* sunt *ff* desideria concupiscentiæ carnalis, de quibus dicitur *Isaia.d.* Intra in cubicula tua, & claude ostia tua. Cubicula quippe ingredimur, cùm secreta mentis nostræ intramus. Ostia autem claudimus, cum desideria illicita coërcemus. Portæ etiam mortis, sunt prauæ cupiditates. *Iob.38.b.*

Portæ, quas non habet Ecclesia, designat *gg* sapientiam secularem. *Ezech.38.d.* Et portæ æreæ: sunt prauæ consuetudines & doctrina Philosophorum, & hæreticorum, in quibus portis sedent loquentes contra Christum. *Psalm.68.105. Isa.45.a.* Hæ sunt portæ tollendæ. *Psalm.23.* Ostia etiam tenebrosa, sunt latentia mentis mala, quæ & haberi intrinsecus possunt: & tamen ab altero videri non possunt. *Iob.38.b. Psal.9.* Porta verò aquilonaris templi, frigiditatem peccati significare potest. *Ezech.46.c.* De porta autem vsque ad portam ire, est omnia vitia reprehendere. *Exod.32.f.* Et portæ inferi, sunt diuersæ hæreses & peccata: & singulæ portæ suum habent nomen. *Marc.16.c. Isa.38.b.* Portæ fluuiorum, erant *hh* leges imperatorum, quibus prohibebant conuersationem ad fidem. *Nahum.2.b.*

Doctores Iudæorum. Iudices,& Principes.

Egressio à corporis. Transitus paratus ad futuram vitam. Cognitio Dei in hac vita. Remissio curæ carnis. Timor. Cognitio prælatorum de subditis. Contemplatio data pœnitentibus. Aditus ad mysteria. Declaratio exemplorum. Mens & sermo in passione Christi. Concupiscibilis, & irascibilis. Corpus,& anima. Vigilantia circa tentationes. Cor. Mens.

Sensus interiores. Ratio. Consensus. Sensus. Os hominis. Prudentia loquendi. Pars posterior hominis. Locus iudicij. Iudicium.

Dies iudicij.

Creatio mundi. Signa Zodiaci. Iudæa. Mundus sensibilis. Ambages itineris nostri. Voluptas. Desideria carnalia. Sapientia secularis & hæreticorum. Prauæ consuetudines. Vitia. Leges Imperatorum.

a Gr.19.mor. 13.Hi.s.Ie.31
b Gl.or.s.Is.3.
c Or.s.Can.h. 2.Ric.de S.Vi 4.de arca my. 10.Gr.5.mo. 26.& s.Eze. hom.13.
d Aretas.s. Apoc.3.
e Gre.28. mor.18.19.
f Gr.26.m.4.
g Gre.s.Eze. hom.19.
h Gre.s.Eze. hom.19.
i Gre.s.Eze. hom.20.
k Gre.ho.22. Rup.s.Exo.9.
l Gr.Nyss.de vita Mosis.
m Ric.de S. Vict.de somn. Nabuch.44.
n Ab.s.ps.33.
o Cle. Alex. adhor.ad Gentes. Hie.s. Nah.3.
p Au.s.ps.141
q Hie.s.Mi.1. & s.Ie.14.& s.Abdi. & s. Na.3.& s.Io. 38.& s.ps.9.
r Am.de vir. 3.& 1.Cain. 9.Hi.s.Is.14. 26.Gr.7.mo. 26.& 22.m. 16.
s Am.1.offi. 28.& de Noe. 8.
t Au.2.cons. Faust.39.
u Hi.s.Amos 5.& s.Za.8. Aug.s.ps.68. Gr.21.m.14.
x Gr.6.m.4.
y Be.s.Pr.31.
z Ru.2.s.Ez. 6.
aa Geor. Ven. Cant.1.tom.8 cap.12.
bb Ori.s.Leu. hom.1.
cc Glos.int.s. Gen.28.
dd Phil.de somniis.
ee Hie.s.Iere. 31.
ff Gr.4.m.26.
gg Hie.s.Ez. 38.46.& s. Isai.26.38. Ar.s.ps.105. Greg.3.pasto. admo.26.& 29.mo.6.7.8. & 19.m.13. Aug.s.ps.9. Hie.s.Amos 5.& s.Matt. 16.& s.psal. 23.Ori.s.Iob. 1.& s.Matt. hom.1.
hh Ru.s.Na. 2.

Digitized by Google

Remotio defensionis.

Ianua aperta designat *a* remotionem defensionis: vt cùm aperta ianua inimici irruerunt in Iob, designat malos accepta temporaliter potestate in quorundam cordibus destruere munimina conari. *Iob.* 30. *b.*

Doctores iniqui.

Portæ vultus Leuiathan. *Iob.* 41. *a.* sunt *b* iniqui doctores: qui idcirco portæ vultus eius vocati sunt, quia per ipsos quisque ingreditur: vt Leuiathan iste, quasi in potestatis suæ principatu videatur. Et fores domus meretricis, sunt *c* doctores falsitatis, qui in penetralia perfidiæ miseros fallendo introducunt. *Prou.* 9. *d.*

Apparentia veritatis.

Porta Beniamin, in qua cruciatur Ieremias, designare potest *d* apparentiam veritatis in mendacio, qua veritas ipsa opprimitur: Ideò dicitur porta Beniamin, id est, dexteræ, quia apparet tunc mendacium esse in dextera, cùm sit in sinistra. *Ierem.* 20. *a.*

Mortis imperium.

Portæ ciuitatis, quas tulit Samson. *Iudi.* 16. *a.* mortis *e* imperium designat, quod tulit Christus.

Initium humanæ generationis.

Porta superior, initium generationis humanæ designat. *Ezech.* 9. *a.*

Contradictio Ignorantiæ.

Portæ, vt impediunt transitum, *f* contradictionem designant: & portæ æreæ, contradictionem pertinacem, quas tamen conterit Deus. *Psalm.* 106. Designant etiam ignorantiam: quas portas frangit & tollit Deus, quando manifestat. *Isaiæ.* 45. *a.* Hæ sunt portæ fluuiorum, quas claudunt dæmones, ne boni transire possint ad vitam. *Nahum.* 2. *b.*

Dæmones.

Portæ mortis, dici possunt *g* aduersariæ potestates, per quas generi humano introitus inuentus est ad mortem. *Iob.* 38. *b. Psalm.* 9. Ipsi etiam dæmones, sunt portæ inferi: quia per eos ducuntur animæ ad inferos.

Porta inferi.

Portæ terræ, in quas ventilantur Iudæi, dici possunt *h* portæ inferi. *Ie.* 15. *b.* Hæ sunt portæ inimicorum. *Ge.* 22. *d.* Et portæ mortis, & ostia tenebrosa. *Iob.* 38. *b. Psal.* 9.

Versati in erroribus.

Post ianuam seu in luminibus sanctificari dicuntur, qui in erroribus versantur, & putant se sanctos, *Isai.* 66. *e.* Et post ostium ponit memoriale hæreticus, & non in ostio, *i* quum docet occultos errores, retroque respicere facit. *Isa.* 57. *b.*

Christus.

Ostiarius ouilis Christi, *l* est ipse Christus, qui etiam est ostium, vel Spiritus sanctus, qui inducit discipulos in omnem veritatem, hoc est, ad Christum. Potest etiam significare Moses, qui per legem introducitur ad Christum. *Ioan.* 10. *a.*

Spiritus sanctus.

Moses.

Prædicator.

Ianitor, cui præcepit Deus vt vigilet, *m* est prædicator. *Matth.* 25. *b. Marc.* 13. *d. Luc.* 19. *b.* Cui dicitur. *Ezec.* 30. *d.* Si non annunciaueris iniquitatem suam, sanguinem suum de manu tua requiram.

Infirma custodia mentis.

Ostiaria Isboseth, cum esset fœmina, designat infirmam & mollem custodiam ad mentis aditum: vnde perit mens, vt periit Isboseth. 2. *Reg.* 4. *a.* Est typus *n* discretionis. Ideò purgat triticum; sed si dormiat, ingrediuntur hostes.

Discretio.

Iaphet.

Gentiles.

Iaphet, id est, dilatatus, aut pulcher, vel persuadens: filius Noe, cuius filij tenuerunt Europam: vel typus *o* Gentilium, quorum maxima pars ab eo descendit, & est dilatus, quando gentiles fidem Christi susceperunt, & ipsa fides dilatata est in gentibus. *Gen.* 5. *d.* 9. *d.*

Opera.

Vt autem interpretatur pulcher, designat opera, quæ summo pulchro præsentari debent, debere esse pulchra.

Luna in passione.

Vt autem auersa facie cum Sem fratre suo operuit patrem, designat *p* Lunam, quæ in passione Christi auertit splendorem suum simul cum Sole.

Iasa.

Traditiones scientiæ secularis.

Iasa, id est, mandatum, siue factum aut rixa, vel contentio, seu exitus Domini: ciuitas Moab in tribu Ruben, designare potest *q* vanas traditiones scientiæ secularis, quas disperdet Deus. *Isai.* 15. *a.* Erat terminus regni Seon, & Moabitarum: vbi occurrit Seon filijs Israel ad prælium. *Num.* 21. *c.*

Iaspis.

Iaspis, *r* gemmæ species est, à viridantium genere: cuius tamen varij solent esse colores: & variæ species. Est iaspis quidam smaragdi habens similitudinem: qui reperitur in fontibus Thermodontis fluminis: alius viridior mari, & tinctus quasi floribus: quę in Phrygiæ monte Ida, & in profundissimis eius specubus nasci referunt. Alius iuxta Iberos, Hircanosque, & mare Caspium reperitur: & præcipuè iuxta lacum Neusin. Alius est iaspis niui & spumæ marinorum fluctuum similis, & clementer, quasi mixto colore subrutilans. Iaspis dicitur valere contra phantasmata, sistit sanguinem, & castum reddit, inueniunturque iaspides miræ magnitudinis.

Iudicium diluuij.

Iaspis colorem habens aquæ in iudice Christo, designat *s* primum generale iudicium per aquam factum. *Apo.* 4. *a.* Vel in Deo significat sempiternam pullulationem, vitæque productionem, propter virorem.

Prædictio rerum.

Iaspis positus in secundo ordine rationalis pontificis, designare potest *t* virtutem epiecciam quæ vana phantasmata curat, ne ibi trepident timore, vbi non erat timor. *Exod.* 28. *c.* 30. *b.*

Epiecciæ.

Fortes doctores.

Iaspis viridis coloris positus in muris Hierusalem, hoc est, in propugnaculis Ecclesiæ, designare potest *u* fortes in disputando, & defendendo Ecclesiam. Illi enim contra aduersarios pro sanctæ Ecclesiæ defensione obiecti sunt quia internis desideriis virétes nulla tẽporis ariditate marcescunt. Et vt sunt varia iaspis genera, sunt etiam diuersæ spirituales in propugnaculis Ecclesiæ, quas qui habuerit, vanos timores fugabit. *Is.* 54. *c. Ez.* 28. *d. Apo.* 4. *a.*

Gratiæ spirituales.

Vel designat *x* cœlestis Hierusalem pulcherrimam pompam; & ibi sistit sanguinem, vbi omnes sunt à peccato mundati, & omnia phantasmata sunt effugata.

Pulchritudo cœlestis patria.

Iaspis etiam coloris viridis, *y* spem designare potest, quæ timorem fugat, & etiam fidem formatam & conspersam charitate, qualis fuit in z Petro. Potest etiam generaliter pulchritudinem virtutum significare. *Apocalyp.* 21. *c.*

Spes.

Fides.

Virtutes.

Petrus.

Iasub.

Iasvb, id est, *aa* conuersio aut habitatio, aut cessio, Vel iuxta Hieronymum, reliquus, atque conuertens, filius Isaiæ Prophetæ: qui typus erat populi Iuda manu duorum Regum liberandi. *Isai.* 7. *b.* Vel interpretatur *bb* pœnitens, aut reuertens ad Deum scilicet, designat pœnitentes dignos esse suscipere donum benedictionis, & aquam piscinæ superioris.

Populus Iuda Pœnitentes.

Iauan.

Iavan, id est, *cc* decipiens, vel contristans, aut cœnosus, filius Iaphet, à quo Iones siue Græci. *Genes.* 10. *a. Ezec.* 27. *c.* designat Philosophos miscentes falsa veris.

Philosophi.

Iazer.

Iazer, vel, Iahezer, id est, *dd* auxiliator, siue adiutor, vel fortitudo eorum, ciuitas in termino Moab, & etiam fluuius, designat fortissima dogmata hæreticorum, quæ dissoluunt domini gentium, hoc est, Apostolici viri. *Isaiæ.* 16. *c.* fuit fortis tribus Gad. *Num.* 21. *g.* 32. *g. Iosu.* 13. *b.*

Dogmata hæreticorum.

Ibis.

Ibis, *ee* est auis ciconiæ non absimilis, peculiaris Ægypto, earum quædam sunt candidæ, quædam nigræ, quæ solum sunt apud Pelusium. Pascitur ibis serpentibus, estque auis immunda.

Inuidi.

Ibides, vt pascuntur serpentibus, *ff* inuidos designare possunt, ideò computatur hæc auis inter immundas. *Leu.* 11. *c.*

Contemplatiui terrena affectantes.

Ibides etiam loca inferiora Ægypti incolentes, eos contemplatiuos designare possunt, qui de inferioribus soliciti sunt, vnde immundiciam contrahere solent. *Leu.* 11. *c.*

Idololatria.

Possunt quoque *gg* ibides idololatriæ superstitiones designare, quæ immundæ sunt. *Isa.* 34. *o.*

Ibices.

Doctores spirituales.

Ibices, *hh* sunt capræ syluestres, quibus moris est in petris parere, quia neque sciunt, nisi in petris habitare, quæ si quando etiã de altis saxorum cacuminibus ruunt, in suis se cornibus illæsæ suscipiũt, caput quippe ruentes feriunt, cuius dum prima cornua opponunt, fit omne corpus à iactura casus alienum.

Typum gerunt ibices *ii* spiritualium doctorum, qui velut ibices in petris pariunt, quia in doctrina patrum, qui petræ pro soliditate vocati sunt ad conuersionem animas gignunt. Ipsi velut ibices nullius casus damna sentiunt, dum in suis cornibus excipiuntur, quia quicquid eis ruinæ temporalis cesserit, in testamentis sacræ scripturæ

a *Gr.* 20. *mo.* 23.
b *Grego.* 33. *mor.* 28.
c *Be. s. Pro.* 9.
d *Hie. s. Ie.* 20
e *Aug. serm.* 107. *Gregor.* 21. *mor.* 19. *Ricar. de S. Vict. de secu. conscien.* 25. *Cassia. lib.* 5. *cap.* 2.
f *Hieron. s. Nahum* 2.
g *Hieron. s. Iob.* 38. *& s. Psal.* 9.
h *Ambros. s. Luc.* 9.
i *Hieron. s. Isa.* 57. 66.
k *Au. s. Ioan. tract.* 46. *Chrys. s. Ioan. hom.* 58. *Cyr.* 7. *s. Io.* 1.
l *Hie. s. Mat.* 23.
m *Gre.* 1. *mo.* 36.
n *Ori. s. Iosu. hom.* 3. *Chry. s. Gen. hom.* 29. *Aug.* 16. *ciu. Dei.* 2.
o *Geor. Ven. Cant.* 1. *tom.* 6. *cap.* 15. *Be. s. Gen.* 9.
p *Hie. s. Isa.* 25.
q *Pli.* 37. *na. hist.* 9. *Hie. s. Is.* 54.
r *Au. s. Apoc. hom.* 2. *Aretas. s. Apo.* 4.
s *Glos. inte. s. Exod.* 28. *Lyr. s. Ex.* 39.
t *Hie. s. Is.* 54 *Gr.* 18. *m.* 20. *& s. Ezech. hom.* 18.
u *Geor. Vene. Can.* 3. *to.* 8. *cap.* 2.
x *Geor. Vene. Cant.* 3. *to.* 8. *cap.* 3. *Ru.* 12. *s. Ap.*
y *Aretas. s. Apoc.* 21.
z *Hie. s. Is.* 7.
aa *Geor. Ven. Cant.* 1. *to.* 7. *cap.* 15.
bb *Hie. s. Ez.* 27.
cc *Hie. s. Isa.* 16.
dd *Ari.* 9. *de hist. animal.* 2. *Hie. s. Is.* 34.
ee *Glo. ord. s. Leu.* 11.
ff *Hie. s. Isa.* 34.
gg *Greg.* 30. *mor.* 16.
hh *Greg.* 30. *mo.* 16. *Hie. s. Io.* 29.

Digitized by Google

pturæ se suscipiunt & quasi cornuum exceptione saluantur, 1. *Reg.* 24. *a. Iob.* 36. *a.* De his enim testamentis dictum est. *Hab.* 3. *a.* Cornua in manibus eius.

Populus Iudæorum.

Ichabod.

a *Greg. sup.* 1. *Reg.* 4. 14.

Ichabod, id est, vbi gloria, aut væ gloriæ, filius Phinees filij Eli pontificis, qui natus est moriente matre, cùm capta est arca Domini. Typus est *a* populi Iudæorum: quorum gloria translata est ad Christianos, remanentibus ipsis ingloriis, & in captiuitate. 1. *Reg.* 4. *d.* Et filius Phinees, hoc est, malorum doctorum, quos Iudæi sequuntur. 1. *Reg.* 14. *a.*

Ictus.

Ictvs, idem est, quòd percussio: & ictus oculi, est motus subitus oculi: Ponitur ad ostendendam subitam actionem: vt 1. *Cor.* 15. *g.* In momento, in ictu oculi.

Datur ictus lapidis. *Num.* 35. *b. Iudi.* 20. *b.* Ictus fulminis. *Eccl.* 4. *d.* Ictus gladij. 2. *Mach.* 12. *d.*

Idaia.

b *Hie. s. Zach.* 6. *Rup. s. Zac.* 6.

Idaia, id est, *b* notus Domini: vel manus Domini: vel confessio Domini: vir quidam. *Zachar.* 6. *c.* à quo accipitur aurum ad faciendas coronas sacerdoti, hoc est, Christo: in quo coronantur, qui pœnitentiam agunt: Vel designat equos varios, id est, habentes varia dona gratiarum, qui prosunt alijs regendo, & docendo.

Doctores.

Idiotæ.

Idiota propriè idem est, quod priuatus, nulloque munere republico fungens. Sic dicuntur idiotæ, qui respondere debent sacerdotibus orationes publicas offerentibus. 1. *Cor.* 14. *c.* Idiotæ etiam dicuntur illiterati, & imperiti, vt *Actor.* 4. *c.* Comperto, quod Apostoli homines essent sine literis & idiotæ admirabantur.

Idithun.

c *Aug. s. psal* 36. 76.

Idithun, id est, lex, eius vel legalis, siue laudem, vel confessionem dans: fuit vnus è principibus cantorum tempore Dauid: cuius nomine aliquot Psalmi inscribuntur. 1. *Paral.* 9. *c.* 25. *a. Psalm.* 18. Vel interpretatur *c* transiliens eos: & designat eos, qui terrena, & affectatores terrenorum transiliunt, & ad cœlestia euolant.

Transilientes terrena.

Idolum, Ididolatra, Ididolatria, Idolium, Idolothitum.

d *Hie. s. Ezec.* 8. 18. 20. 30. & *s. Isa.* 2, 31. & *s. Ier.* 2. & *s. Amos* 2. *Ori. s. Isa. hom.* 8. & *s. Ezech. hom.* 6. *Amb.* 1. *offi.* 4. 9. & & *de fug. Sæc.* 4. *Isyc. s. Leu.* 26. *Gre.* 30. *mor.* 31. *Bed. s. Gen.* 35.

Idolum idem est, quod simulachrum, aut imago: & sumi solet pro imagine dæmonis, aut alterius rei quæ vt Deus colitur.

Idola, sunt *d* errores, & hæreses, quæ dicuntur idola subtilia, quibus repletur terra. Et idola Ægypti & Mempheos, sunt adinuentiones Philosophorum, & hæreticorum. *Ezech.* 20. *a.* 30. *d. Amos* 5. *g. Zach.* 13. *a.* Et idola Hierusalem, sunt peccata eorum, qui sunt in Ecclesia. Idola verò Samaritę, sunt peccata hæreticorum. *Is.* 1. *b.* 2. *c.* 10. *c.* 32. 44. *b. Ierem.* 16. *c.* Et idola domus Israel dicuntur errores in Ecclesia, falso scientiæ nomine simplices decipientes. Dicuntur autem idola, quia de corde suo conficta. *Ezech.* 18. *b.* 36. *d. Hose.* 4. *d.* 6. *d.* 8. *a.* 13. *a.* Et idola depicta in pariete, sunt vitia in anima. *Ezech.* 8. *c. Amos* 2. *b.* Peculiariter autem idola dicuntur diuitiæ, & auaritia, quæ potius dicitur idolorum seruitus. Et vt idolum est imago rei, quæ non est, designat vanitates seculi. Demum quicquid homo profert Deo, idolum dici potest. *Gen.* 31. *c.* 35. *a. Exod.* 20. *a.* Qui autem pariunt errores, dicuntur fabricare idola. Ornare verò idola, qui defendunt errores. *Ezech.* 6. *a.*

Hæreses. Adinuentiones. Philosophorũ. Peccata.

Diuitiæ. Auaritia. Res prælata Deo.

Idolum zeli dicta est *e* statua Baal in templo Dei posita. *Ezech.* 8. *a.* quia per illum prouocauerunt filij Iuda Deum ad zelum, vt destrueret templum, & Hierusalem. Et idolum zeli in Ecclesia, est auaritia Ecclesiasticorum, & & rapina, &c. per quæ contra nos emulatio superna prouocatur, vt tanto districtius delinquentes feriat, quanto nos charius Redemptor amat.

Statua Baal. Auaritia Ecclesiasticorum.

Idola Iudæorum, erant *f* Scribæ, & Pharisæi, quos populus, velut oracula sequebatur. *Leu.* 26. *e.*

Scribæ & Pharisæi.

Idolum dictus est pastor stultus, hoc est *g* Antichristus, quia faciet se adorari, ac si esset Deus. *Zach.* 11. *d.* Item quia non est verè pastor sed fictus.

Antichristus.

Idolium, sunt *h* verba dulcia poëtarum gentilium idolorum laudes canentium: & doctrinæ gentilium, aut vitiorum, & hæreses. 1. *Cor.* 8. *c.*

Verba Poetarum. Hæreses.

Idolatrandi scelus, dicitur nolle acquiescere. 1. *Reg.* 15. *e.* quia in obedientiæ *i* suæ obstinatione nemo persisteret, si propositi sui figmentum in corde quasi idolum gestaret. Dum enim agenda in corde concipit quasi idolum facit, & dum conceptum propositum se acturum liberat, quasi ad adorandum simulachrum inclinat.

Idoneus, vide Aptus.

Idumæa, quare Esau.

Ieabarim.

Ieabarim, id est, acerui transeuntium, aut acerui irascentium, vel prægnantium, vel iuxta Hieronymum, *k* acerui lapidum, est solicitudo respiciens montes Abarim ab austro, contigua terræ Moab, fuitque trigesima octaua mansio filiorum Israël in deserto. Designat transeundum nobis inter lapides sine offensione, de virtute in virtutem eundo. *Num.* 21. *c.* 33. *f.* Iuxta Origenem *l* dicitur Chai, id est, chaos, quò peruenitur post Oboth, & designat sinum Abrahæ, qui per chaos distat ab inferno.

Progressus ad virtutes. Sinus Abrahæ.

Iebus, Iebusæus.

Iebvs, id est, conculcatio, aut volutatio, vel præsepium. Et Iebusæus conculcatus, aut voluratus, vel præsepe, nomen ciuitatis, quæ postea dicta est Hierusalem. Erat ex Chananæis, quos non penitus deleuerant filij Israel, qui manserunt ibi vsque ad tempora Dauid, qui ciuitatem expugnauit.

m *Orig. s. Iosu hom.* 21.

Iebusæi, hoc est, concultati, sunt *m* mali habitantes in Hierusalem, hoc est, in Ecclesia, vt zizania inter triticum vsque ad diem iudicij. *Gen.* 20. *e. Num.* 13. *d. Iosu.* 15. *g.* 18. *d. Iudi.* 1. *d.* 2. *Reg.* 5. *b.* 1. *Para.* 11. *b.* 21. *a.* 2. *Par.* 8. *b. Matt.* 13. *d.* Iebusæi etiam dicuntur *n* malæ cogitationes in mente, quæ non penitus destruuntur, sed remanent ad exercitationem.

n *Ori. s. Iosu. hom.* 21.

Mali in Ecclesia. Mala cogitationes.

Iebusæus in bonum, pro fidelibus Ecclesiæ sumi potest. *Zach.* 9. *b.* Et Ornan Iebusæus, gentes significat fidem amplectentes, vnde & Iebus versa est in Hierusalem, quia conculcata gentilitas versa est in visionem pacis Ecclesiæ 2. *Par.* 3. *a.*

Fideles in Ecclesia.

Ieconias.

Ieconias, id est, præparatio Domini, aut firmitas Domini, filius Ioacim filij Iosiæ, rex Iuda. 1. *Paral.* 3. *c.*

Iecur.

o *Ar.* 1. *de hi. anima.* 18.

Iecvr *o* in animalibus est, quod positum est infra septum interius à dextro latere è regione lienis, deseruiens secundæ, concoctioni ciborum, estque sanguine refertissimum, & annexum venæ maiori. In iecore autem voluptatis & concupiscentiæ dicitur vis cosistere.

Occulta desideria.

p *Gr.* 9. *m.* 46. *Isy. s. Leu.* 3. 7. *Ori. s. Leu. h.* 3 *Ru.* 1. *s. Leu.* 5. & *s. Hos.* 13.

Iecur vituli, aut arietis, *p* occulta desideria significare potest, & præterea iram, secundum quam iecur inflammatur. *Exod.* 29. *d. Leu.* 1. *c.* 3. *b.* 4. 7. 8. 9. *Prou.* 7. *d.* Designatur etiam concupiscentia & voluptas. Et interiora iecoris dirumpit Deus, quum castigat peccata concupiscentiæ, & voluptatis. *Hosg.* 13. *b.*

Iehu.

q *Glo. ord. s.* 4. *Reg.* 9.

Iehu id est, ipse, siue existens, filius Namsi rex Israël. 3. *Reg.* 19. *c.* designat *q* Apostolos, qui perpetuè viuunt fortes in prædicatione, qui dicuntur filij Namsi, hoc est, attrectantis, quia tractauerunt de verbo vitæ. Designat etiam principem Romanum, qui destruxit Hierusalem. 4. *Reg.* 9. *a.*

Apostoli.

Ieiunare, Ieiunium.

r *Gr. s.* 1. *Re.* 7. *Cle. Ale.* 6. *strom. Hie. s. Zac.* 8.

Ieivnare, est à cibo abstinere. Ieiunium autem est abstinentia à cibo, vel dies, quibus à cibo abstinemus. Ieiunus autem dicitur, qui cibum non gustauit illo die, quo est ieiunus.

Princeps Romanus. Abstimentia à vitiis. Pœnitentia.

Ieiunium in Christiano non minus *r* dicit abstinentiam à cibis, quam à vitiis. Et ieiunium dicitur ipsa pœnitentia. Generaliter autem ieiunia, significant abstinentiam ab omnibus malis, tam quæ actu fiunt, quam quæ verbis, & ipsa cogitatione. *Num.* 30. *c. Iudi.* 20. *d.* 1. *Reg.* 7. *c.* 31. *c.* 2. *Reg.* 1. *b.* 12. *d.* 3. *Reg.* 21. *g.* 2. *Paral.* 20. *a* Et ieiunium fit in solemnitates præclaras, cum recuperato sponso, animus pœnitentis gaudet. *Zachar.* 8. *d.*

s *Aug. s. ps.* 34 68.

In ieiunio operuit Christus animam suam. *Psal.* 34. 68. quando *s* in passione non inueniebat credentes, quibus pasceretur, quorum fidem ipse desiderabat.

Non inuenies Christus credentes.

Digitized by Google

Vacui à desideriis terrenis. Carere cibo spiritualis doctrinæ.

Ieiuni sunt *a* vacui à desideriis terrenis,& verbum Dei appetẽtes. 1. *Re.9.b.* Ieiuni etiam sunt,qui non recipiunt pastum verbi Dei. Sic noluit Christus dimittere turbas ieiunas. *Matth.15.d.*

Ieiunare absente sponso,hoc est,*b* amisso pane vitæ,est carere cibo spiritalis doctrinæ & consolationis,& à bonis operibus cessare,qua ratione non vult etiam Christus dimittere ieiunos. *Matt.9.b.15.d. Luc.5.g.*

a *Gre.s.1.Reg. & s.Ezech.h. 21.*

b *Hil.s.Matt. Can.9.15. Amb. s. Luc. 5.9. Hie.s.Mat. 5.*

Gemini, vide Beniamin.

Iephone.

Iephone id est aspiciens,siue intuens,vel secundum Origenem,*c* conuersio: pater Chaleb,hoc est, quasi cordis: per quem designatur,quod ex conuersione nascitur intellectus cordis. *Num.13.a. Iosu.14.b.*

c *Ori.s. Iosu. hom.28.*

Iephte.

Christus. Victor cupiditatum.

Iephte id est,aperiens,vel apertio,filius Galaad,& meretricis,eiectus est à fratribus suis,& postea factus iudex Israel liberauit populum ab inimicis, immolauitque filiam suam ex voto.

Iephte typus est *d* Christi,qui filius fuit meretricis,hoc est,synagogæ,& eiectus est à fratribus suis Iudæis,qui dixerunt,Non habemus regem nisi Cæsarem;& extra Hierusalẽ crucifixus est,& tamen constitutus est iudex, & liberauit populum à potestate diaboli,& obtulit Deo patri filiam Ecclesiam. *Iudi.11.a.*

d *Aug. q. in Iu.49. Chr. de Iephte.*

Iephte debet esse *e* vnusquisque,qui deuictis hostibus cupiditatum & voluptatum,debet offerre Deo animam,vt vnicam filiam.

e *Chry. de Iephte.*

Ieremias.

Christus. Prædicatores Prophetia.

Ieremias,id est,celsitudo Domini,vel sublimitas Domini, aut exaltans Dominum: vnus è quatuor præcipuis Prophetis, satis notus in sua prophetia: erat sacerdos de Anatoth, fuit missus à Iudæis in lacum vnde extractus est ab eunucho Abdemelech. Multa passus à Iudæis propter prædicationem veritatis.

Typus est *f* Christi,& prædicatorum: & vt fuit comprehensus à sacerdotibus,capturam Christi designat. 2. *Par. 36.b. Ier.1.a.11.d.15.c.20.a.26.a.32.a.37.c.38.a.*

f *Ori.s. Ierem. hom.1. Hie.s. Ierem.1.*

Mutabilitas humana. Egentes gratia Dei.

Vt autem missus est in lacum,figura est *g* prophetiæ à Iudæis per prauum intellectum in lacum & cœnum demersæ. *Iere.38.a.*

Vt autem maledixit Ieremias diei suæ. *Ier.20.c.* typus est *h* mutabilitatis generis humani venientis per pœnæ metitum.

Secundum verò quod Ieremias emit agrum ab Hanameel, designat *i* illum qui in sublimibus collocatus est, etiam egere gratia Dei. *Iere.32.b.*

g *Amb. 2. d. Spiritu S.11.*

h *Gre.4. mor, 4.*

i *Hie.s.Ierem, 32.*

Iesbibenob.

Iudæi.

Iesbibenob,id est,sedens in prophetia,vel in loquutione,vel in germinatione. Gigas,qui voluit occidere Dauid, sed ipse occisus est ab Abisai. Typus est Iudæorum contra Christum insurgentium. 2. *Reg.21.c.*

Iesse, vide Issai.

Iesui.

Prædicatores humiles.

Iesui,id est,desiderium meum,vel planities: fuit filius Saul. 1. *Reg.14.g.* designat *k* prædicatores humiles, & pro subditis fidelibus æterna postulantes: de quibus dicitur. *Psal.* 103. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Et Daniel dictus est vir desideriorum. *Dan.9.f.*

k *Gre.s.1.Re. 14.*

Iesus.

Christus.

Iesvs,id est,Saluator,nomen Domini nostri Iesu Christi. *Matt.1.a. Luc.2.c.* Quo nomine vocati sunt alij,vt Iosue,& Iesus filius Iosedec,qui typum gesserunt ipsius Christi,

Iesus quidem filius Iosedec pontifex, qui visus est prius in vestibus sordidis postea verò renouatus typum gerit *l* ipsius Christi,qui prius apparuit in vestibus sordidis,indutus mortalitate,& laceratus,ac crucifixus: postea verò renouatus est in resurrectione assumens corpus gloriosum,& indutus decore. *Agg.1.a.2.a. Zac.3.a.6.c.* Et hoc melius ad literam pro Christo sumitur,quod non Iesus filius Iosedec nominetur,sed Iesus sacerdos magnus.

l *Ter. aduer. Marcio. Hier. s. Zach.3.*

Ietabatha.

Consecutio perfectionis.

Ietabatha,id est,bonitas sua,siue declinans filia eius,aut declinans desertum,vicesima mansio filiorum Israël in deserto. *Num.33.d.* Origenes *m* legit Tabatha,id est,bona,quò peruenit è Gadgad,quia post tentamenta deuenitur ad bona. Hieronymus legit Iotbatha,& designat consecutionem perfectionis,vel sacerdotalis gradus.

3.

m *Ori.s. Nu. hom.27. Hie. de mansion.*

Iethro.

Deus.

Iethro,id est,excellens,siue residuus,vel remanens,aut explorans,vel funiculus,sacerdos Madian, cuius filiam duxit Moses vxorem. Idem dictus est Raguel,id est,pastor Dei,aut amicus Dei,vel confractio Dei.

Iethro,in bonum,potest esse figura *n* Dei,aut Christi, cui coniunctus est Moses,id est lex. Et pauit eius oues, quia fuit pædagogus populi Dei. *Ex.1.c.3.a.* Cum autem dixit Mosi: Vade in pace,Deum patrem designat mittentem Filium ad carnis assumptionem. *Exod.4.f.*

n *Bed.s. Exo. 4.*

Secularis bonus. Ecclesia ex gentibus. Diabolus.

Vt autem venit ad Mosen in desertum,& illi congratulatus est,designat *o* bonum secularem qui gaudet de profectu prælatorum & subditorum. *Exod.18.a.*

Vt dedit consiliũ Mosi,typus est *p* ipsius Ecclesiæ ex gentibus,& designabat doctrinam Ecclesiæ superaturam scientiam Iudæorum. *Exod.18.c.*

Secundum autem quod dictus est Raguel,quod interpretatur fractio Dei,typus esse potest diaboli,qui semper nititur frangere,aut minuere gloriam Dei. *Num.10.d.*

o *Lyr.s. Exo. 18.*

p *Hie. de mãs.*

Iezabel.

Sapientia carnalis. Tyrannis diaboli. Hæretici. Auaritia. Synagoga. Mors æterna.

Iezabel,id est,insula habitaculi,vel Væ habitaculo,aut iuxta Ambrosium,vana,& vacua redundantia,vel effusio vanitatis. filia regis Sidoniorum,vxor Achab regis Israel,quæ fecit occidi Naboth per falsos testes vt eius vinea potiretur, faceretque ex ea regi Achab hortos olerum. Eadem persequebatur Eliam quia occiderat Prophetas Baal.

Typum gerit *q* sapientiæ carnalis,quæ doctrinam spiritualem perdere nititur,inductis erroribus, vt voluptatibus tanquam oleribus homines vacent. Pari ratione designat malitiam seculi,& tyrannidem diaboli. 3. *Reg.16.d. 18.a.21.b.4. Reg.9.b.* vel interpretatur fluxus sanguinis,& designat hæreticos qui perdere nituntur fideles. Peculiariter autem hæresis Nicolaitarum dicitur Iezabel. *Apo.2.f.*

Potest etiam *r* auaritiam designare,quæ per mendacia & falsos testes aliena inuadit.

Typus etiam est *s* synagogæ,quæ vanis superstitionibus seruiens,Euangelicæ prædicationi credere noluit, & authorem vitæ persequens,extinguere magis, quàm credere voluit 3. *Reg.19.a.* Designat etiam mortem æternam quæ intentat mortem Eliæ,id est,generi humano.

q *Ori.sps. 36. hom.1. Amb. exhor. ad vir. & de fuga.so. 6. Ber. ser. paru.64. Ru. 2.s.Apo.Aret. s.Apoc.2.*

r *Amb.s.de Nabuthe.9.*

s *Ru.1.s.Reg. 7.10.*

Iezonias.

Subiecti dæmonibus.

Iezonias,id est,*t* nutrimentum Domini,vel ausculatio,vel arma Domini, filius Saphag, princeps idololatrantium, typus est hæresiarchiæ. *Ezech.8.d.* Alius,qui interpretatur aures eius,nempè animæ,filius Azur,id est fulcri, siue adiutorij princeps,qui sustentatur à Domino,ne cadat. *Ezech.11.b.*

t *Hie.s.Eze. 8.11.*

Iezrael.

Iezrael id est *u* semen Dei,aut distillans contritionem,vel malum Deus,siue distillatio amicitiæ Dei,vel aspersio pastoris Dei. Ciuitas tribus Iuda,vbi posuerunt castra aduersarij, contra filios Israel: designat quod eis dominantur dæmones: qui solum semen verbi Dei habent,& non fructum eius. *Iosu.15.g.17.d.19.b. Iudi.6.g.1.Reg.25.g.* Fuit etiam Iezrael metropolis decem tribuum,in qua interfectus est Naboth, quæ iuxta Maximilianopolim est, in tribu Ephraim. 3. *Re.18.g.21.f.*

u *Ori.s. Iudi. hom.8. Hie.s. Hose.1.*

Sic etiam dictus est filius Hoseæ, ex vxore fornicaria Gomer. *Hose.11. b.* vt designetur *x* nasci semen Dei ex Christo & fornicaria: sumitur autem ibi pro Naboth Iezraelita: cuius sãguinem vindicauit Dominus: nec nominatur nomine proprio,vt intelligatur etiam vindicari sanguis aliorum iustorum.

x *Hie.s. Hose. 1. Ru.s. Hos.1.*

Ignauus, Ignauia.

Ignavia,est contraria fortitudini,quum quod ratio aggredi fortiter suadet, id nos formido, ne aggrediamur, retinet. Ignauus autem est,qui ignauia laborat. *Iosu.18.a.2. Reg.3.g.*

Digitized by Google

Ignis, Flamma, Inflammare.

IGNIS, est supremum & nobilissimũ inter quatuor elementa: est natura calidus & siccus: est maximè actiuus & vim habet illuminandi, calefaciendi, cõburendi, exsiccandi & coquendi: mollia indurat, & dura liquefacit. Metalla purificat; quæ sunt vnius naturæ copulat, & quę diuersę, separat. Interdũ diuersa in vnum conflat: & tandem vnam in alteram trãsmutat naturam. Secundùm hæc & alia, quæ illi competunt, in bonum & in malum variè sumitur. De eo sic ait Dionysius: *a* ignis diuinę proprietatis, si dici liceat, in rebus visibilibus plurimas seruat imagines. Ipse enim (vt ita dixerim) in omnibus, & per omnia, sine vlla sui admixtione proficiscitur: cumque lucidissimus sit, ipse tamen non admota materia, in qua suam vim suumque ostendat officium, in se ipso, occultus, atque incognitus manet: neque admittit aditum, neque patet aspectui. Ipse omnia superat, & ea, quibus insederit, in suum traducit officium, omnibusque quomodolibet sibi appropinquantibus, sui consortium tradit: renouat omnia calore vitali, fulgoribus apertis illuminat, teneri miserique non potest, discernendi vim habet, atque immutabilis est, superiora semper petit, & in acumen tendit, agilis, celer, sublimis, nullaque vi, vt inferiora petessat, adigi potest: semper mobilis, eodemque motu vigens, alia mouet, complectitur omnia, cùm tamen astringi ipse non possit, cumque alio ipse non egeat, sibi ipsi tamen clam incrementa supeditat atque in qualibet suscipiente materia suæ maiestatis potentiam indicat, efficax, potens, omnibus inuisibiliter præsens, si negligatur, non esse videtur, attritu autem, veluti irritatione quadam naturaliter, ac propriè continuo lucẽtem excitatur in flammam, rursumque incomprehensibili absoluat modo, cumque affatim omnibus participationem sui locupletissimam præbeat, nunquam tamen ipse minuitur.

Deus.

Ignis aliquando dicitur *b* Deus, & ignis transiens inter diuisiones cadauerum, quæ diuiserat Abraham, designat Deum firmantem iuramento, quod promiserat Abrahæ. *Gen.* 15. *d.* Et ipse Deus dicitur ignis consumens, qui consumit peccata, & illuminat, consumit enim veterem vitam diuinus amor, & innouat ipsum hominem. *Deut.* 4. *d.* 3. *Reg.* 18. *d. Isa.* 33, *b.* 66. *e. Ezech.* 1. *a.* dicitur autem Deus potius ignis comedens, quàm consumens erga bonos, qui sunt illi vt cibus, quos conuertit in se, vt comedens alimentum. Ignis autem naturæ est duplicis, habet lumen credentibus, habet tenebras suppliciáque incredulis, qui appellantur vapores fumi. *Ioel.* 2. *g.* In igne descendit in montem, vt ostenderet se illuminatorem, & punitorem, quæ ambo in igne sunt. *Exod.* 19. *c.* Ipse etiam est ignis altaris perpetuus, & non est adhibendus ignis alienus, quia vnicus est Deus. Ipse quoque Deus dicitur igneus murus Hierusalem, quia Ecclesiam inflammat charitate. *Zach.* 2. *b. Malach.* 3. *a.*

Christus.

Ignis in columna, *c* est Christus lucens cognoscentibus se, quos etiam purificat, & vt ignis in columna ingrediebatur per loca inuia, & ad quæ non patebat aditus, ita lux Christi transiens per terram, rursus recurrit in cœlum per lignum crucis, & per eum datum est nobis intelligere cœlestia, quæ prius erant incognita. *Exod.* 15. *d. Ezech.* 1. *a.* Et flamma in rubo, est diuinitas in humanitate Christi. *Exod.* 3. *a. Psalm.* 77. Ignis quoque de altari est anima Christi. *Num.* 26 *b.* Ignis præterea dicitur Spiritus sanctus, quem Christus misit in terram. *Luc.* 12. *f.* Hoc igne assandæ erant carnes agni comedendi. *Exod.* 12. *a.* 3. *a.* 9. *d.* 19. *c.* 35. *e. Leuit.* 1. *c.* 3. *c.* 6. *x.* 10. *a. Num.* 19. *a.* 21. *f. Iud.* 6. *d.* 7. *f.* 2. *Mach.* 1. *d. Psalm.* 20. *Thren.* 1. *e. Actor.* 2. *Apoc.* 8. *a.* 15. *a. Iob.* 28. *b. Mich.* 1. *b. Habac.* 1. *d. Zach.* 9. *a.* Deorsum à lumbis apparuit ignis in visione Ezechielis, vt hoc igne purgentur, quæ indigent purgatione. *Ezech.* 1. *d. g.* 8. *a.* 30. *b.* Et ignis vorans lapides, & aquam, est Spiritus sanctus conuertens homines in Dei sacrificium in baptismo. 3. *Regum.* 18. *g.* Hic ignis cruda & horrentia decoquit, & condit, vt possint tanquam Dei fercula ad mensam præsentari in cœlesti deificoque symposio. Calefacit & expellit omne frigus peccati & timoris, eo quod non possit cohabitare gratia cum peccato. Conflauit etiam tempore Apostolorum corda populi audientis verba illa inflammata vt omnibus esset cor vnum, anima vna, & adeò conflat, vt separari nequeat, dicente Paulo, Qui nos separabit à charitate Christi? Purgat quoque omnem scoriam peccati & concupiscentiæ, igneus ille Spiritus in nobis perfusus. Transmutat etiam adeò, vt puerum pastorem psalmographum redderet, & piscatores doctores, gentium, & lumina mundi constitueret, & persecutorem Saulum in vas electionis, & in Paulum immutaret.

Anima Christi.

Spiritus Sanctus.

Passio Christi.

Ignis dici potest, *d* passio Christi, per quam passus est agnus. *Exod.* 12. 12. *a.* Et hic ignis egressus est de petra, hoc est, de carne Christi, in qua ipse est passus, & egressus est ad comburenda peccata. *Iudi.* 6. *d. Zach.* 3. *a. Leu.* 2. *b.*

Angeli.

Non sola supersubstantialia *e* & intelligibilia ac diuina lumina typicis variantur signis (sicut cùm supersubstantialis Deus ignis dicitur, & intelligibilia eloquia Dei ignita memorantur) verùm & intelligibilium, intellectualiumque angelorum sacræ illæ distinctiones variis formis, & multiplicibus, igneisque figuris describuntur. Atque aliter ipsam ignis imaginem, cùm de Deo, (qui omnem intelligentiam superat) dicitur, oportet accipere aliter cùm de intellectualibus eius prouidentiis, siue rationibus: aliter quoque, cum de angelis enunciatur: ac priorem quidem illam imaginem secundùm causam: sequentem verò secundùm substantiam, tertium secundùm participationem. *Deut.* 4. *b. Psal.* 96. 103. *Luc.* 12. *f.* Igniti lapides, Angeli. *Ezech.* 28. *d.* Ignis etiam sursum tendens, ac cætera, quæ accendere potest, quantum in se est, illuc trahens, virtutes cœlestes indicat se & reliqua ad Deum transferentes.

Charitas.

Ignis interdum dicitur charitas, *f* quem ignem portabat Abraham, quando ibat, ad immolandum filium suum. *Gen.* 22. *b.* Hunc ignem vult Deus ardere semper in altari cordis nostri. *Leu.* 6. *c.* 8. *g.* 9. *b. Exod.* 3. *a.* 12. *a.* 24. *d. Iosu.* 11. *b. Psa.* 17. 18. 38. 72. 96. *Ier.* 20. *d. Thren.* 1. *d. Luc.* 12. *f. Apoc.* 2. *d.* 3. *d.* Et ignis, quem vidit Ezechiel in rotis, est diuinus amor, quo voluit condere mundum. *Ezech.* 1. *d.* Hoc igne consumptum est sacrificium Gedeonis, percussione virgæ elicito. *Iu.* 6. *d.* Igne sacrificij capillos cõcremare, quod fiebat à Nazareis, est flamma diuini amoris eos incendere: vt totum cor in Dei amore ardeat: & cogitationes superfluas concremando, quasi Nazarei capillos deuotionis perfectione consumat. *Num.* 6. *a. Ioel.* 2. *f.*

Mortalitas.

Ignis, quem misit Dominus in ossibus, *g* est mortalis seditio, qua eruditur homo, quia docetur non superbire. *Thren.* 1. *b.*

Fides.

Ignis illuminans aliquando dicitur fides. *Psal.* 104. *Isa.* 4. *b.* In igne & fumo apparuit Dominus legem daturus *h* quia & humiles per claritatem suæ ostensionis illuminat: & superborum oculos per caliginem erroris obscurat. *Exod.* 19. *c.*

Doctrina.

Ignis quoque dicitur *i* doctrina Christi, & lux Euãgelij ac scientia mysteriorum: & est ignis de altari: quia est à Deo. Et eloquium Dei dicitur vehementer ignitum, & purgatum. *Exod.* 3. *a.* 13. *d.* 19. *c.* 40. *d. Leu.* 1. *c.* 6. *c. Iud.* 6. *d. Isa.* 10. *d. Psal.* 38. 118. *Prou.* 30. *a.* Et igniculus de incendio dicitur doctrinæ catholicæ, & feruoris Spiritus sancti aliqua particula. *Isa.* 30. *e.* Ignis quoque erant verba Prophetæ. *Ier.* 5. *d.* 23. *f.* Et flammeus gladius, est verbum Dei feruens. *Gen.* 3. *d.* Ignis etiam in Pentecoste doctrinam Spiritus sancti datam Apostolis significabat. *Ioel.* 2. *g. Act.* 3. *a.* Sic eloquium Domini dicitur inflammasse Ioseph. *Psa.* 104. Ponuntur duces Iuda sicut caminus ignis, cùm prædicatores sua doctrina consumunt errores, & vitia, *Zach.* 13. *b. Apoc.* 1. *c.* 2. *c.* 19. *c.* oculi eius tanquam flamma ignis. Ignitus clypeus, verbum Dei. *Nahum.* 2. *a.*

Doctrina Spiritus sancti.

Verbum Dei.

Flamma in rubo, designare potest *k* legem Iudæorum, quia non combussit eorum peccata. *Exod.* 3. *a.* Ignis quem misit angelus in terram. *Apoc.* 8. *a.* est ipsa lex, quæ ignea dicitur. *Deut.* 33. *a.*

Lex Iudæorum.

Ignis in caudis vulpium, designare potest argumenta fidelium hæreticos reuincentia, ex eorundem erroribus collecta. *Ind.* 15. *a. Psal.* 45. *Isa.* 50. *d.*

Argumenta contra hæreticos.

Ignis transiens inter diuisiones animalium, designat *l* diuinam sententiam in iudicio separantem bonos à malis. *Gen.* 15. *d.* designat etiam ignis terrorem iudicij, & cum Deus apparet in igne, infert terrorem. *Exod.* 13. *d.* 19. *c. Leu.* 7. *b. Psal.* 65. 96. *Isa.* 4. *b.* 64. *a.* Et ignis iudicij erit purificatiuus bonorum, quos etiam illuminabit, & comburet malos. Dicetur quoque Christus baptizare in igne in iudicio. *Num.* 31. *b. Matth.* 3. *c. Luc.* 3. *b.* Ignis deuorans, erit lingua Christi in iudicio, quando dicet: Ite maledicti in ignem æternum. *Isai.* 30. *f.* Et flamma ignis intercisa, erit ignis iudicij comburens malos, & non illuminans, & illuminans bonos & non comburens. *Psal.* 28. Et thronus Dei dicitur flamma ignis. *Dan.* 7. *c. Mic.* 7. *c.* Ignis procedens de ore sanctorum, sententia condemnationis. *Apoc.* 11.

Sententia iudicij.

Ignis

a *Dion. cel. Hier.* 15.
b *Cyril.* 3. *s. Ioan.* 3. *contr. Iulian.* 10. *Ori.* 1. *periar. & 2. periar. 8. Ambros.* 4. *Exaem. Hie. s. Isa.* 33. *& s. Ezech.* 1. *& s. Ioel.* 2. *& s. Zach.* 2. *Aug. contra Adiman.* 13. *Isy. s. Leu.* 16. *Gre. s. Exec. hom.* 8. *Geor. Venet. Cant.* 3. *tom.* 7. *cap.* 1.
c *Cl. Ale.* 1. *str. Orig. s. Ezech.* 1. *& s. Num. hom.* 9. *Cyril.* 4. *s. Ioan.* 28. *Am.* 3. *offi.* 74. *Gre. prolo. s.* 1. *Reg. &* 1. *mor.* 3. *&* 29. *m.* 9. *&* 30. *& s. Ezech. h.* 8. *Isye. s. Leu.* 1. 6. 16. *Aug. q. in Iudi.* 36. *Hie. s. Mic.* 1. *Bed. s. Exo.* 9. *Geor. Venet. Cant.* 2. *tom.* 7. *cap.* 4. *Rup.* 10. *de diui. offic.* 13.
d *Am. prol. de Spirit. sancto. Isy. s. Leui.* 2.
e *Dion. epist. Hie. s. ps.* 96. *Hie. s. Ezech.* 28. *Geor. Venet. Cant.* 1. *tom.* 3. *cap.* 9.
f *Orig. s. psal.* 38. *hom.* 1. *Ambr. prol. de Spirit. sancto. & d. Isaac.* 8. *& s. psa.* 118. *serm.* 13. *Geor. Venet. Cant.* 1. *tom.* 4. *cap.* 7. *Aug. ser.* 108. 255. *Gre.* 2. *m.* 39. *&* 3. *mor.* 22.
g *Rup. s. Iere.* 25.
h *Gre.* 6. *mor.* 27.
i *Ori. s. Leu. hom.* 1. 9. *Hil. s. ps.* 118. *Amb. s.* 118. *serm.* 18. *Hie. s. Iere.* 5. *& s. Zac.* 12. *Philo. de cherubin. Bed. s. Pro.* 30. *Rup. Nah.* 2.
k *Bed. s. Exo.* 3. *Ru.* 5. *s. Ap.*
l *Ori. s. Cant. hom.* 4. *Gre. s.* 1. *Re.* 3. *Orig. s. Num. hom.* 25. *& s. Cant. hom.* 2.

& sup. Luc. homil. 24. *Hilarius super Matth. Cant.* 2. *Ambros. super psalm.* 118. *sermon.* 3. *Hier. super Isa.* 4. *Aug.* 16. *ciui. Dei.* 24. *Ruper.* 6. *super Apocalyp.*

Digitized by Google

Vindicta Dei.

Ignis etiã dicitur *a* vindicta Dei & punitio:& ignis deuorans erit diuina vindicta, quæ perdet malos.Et ignis accensus in furore Dei,est grauis vindicta. Et hæc flamma etiam Iudæorum templum combussit. *Deut.*32.*e.Iob*, 15.*d.*28.*b.Psal.*10.20.82.*Isa.* 26.*b.*29.*b.*47.*d.*65.*a.*66.*e.Ierem.*4.*a.*15.*c.*17.*a.*21.*d. Thren.*2.*a. Ezech.*1.*b.*13.*b.*20.*g.* 22.*d.*30.*b.*38.*f.Hos.*8.*d.Ioel.*2.*a. Amos*,1.*c.*2.*a.*5.*b.*7.*a. Abdi.f.Soph.*1.*d.*3.*b. Apocal.*8.*b.*11.*b.*In igne apparuit Dominus,cùm tradidit legem:vt scirent transgressores,sibi negotium esse cum igne.*Exod.*20.*c.* ignis post commotionem fuit,quando combustum est templum,& ciuitas per Chaldæos.3.*Reg.*19.*c.*

Apostoli. Doctores.

Ignis viens dici possunt *b* Apostoli Spiritum sanctum habentes:cùm Deus ministros suos facit ignem ventem.*Isal.*103.Et ignis sunt Apostoli,& doctores ardentes feruore.*Exod.*27.*a.*38.*a.* domus Iacob dicitur ignis, & flamma comburens Esau , cùm doctores sancti dissipant errores hæreticorum , & eos ad veritatis lucem reducunt.*Abdi.f.*

Tribulationes & tentationes.

Ignis examinans argentum designat *c* tribulationes,& tentationes.*Psa.*16.65.*Isa.*43.*a.*Et per ignem & aquam transit,qui varias patitur tribulationes.*Iere.*6.*g.*9.*b.*sic dicuntur ignita tela maligni, eius tentationes. *Ephes.*6.*c. Gen.*3.*d.Exod.*3.*a.Thren.*1.*e.Dan.*3.*e.*Ad hunc ignem vocat Dominus iudicium,quo purgantur fidelium peccata. *Amos*,7.*a.*Hoc igne conditur victima. *Marc.* 9. *e.* Et ignis,quem produxit Deus in medio Luciferi , sunt ignita eius iacula.*Ezech.*28.*e.Isa.*30.*d.*Idem est ignis alienus.*Leu.*10.*a.Ioel.*1.*d.*

Affectus animi. Libido.

Ignis seu flammæ nomine *d* sæpè significantur animi passiones seu affectus ipsum inflammantes. Vt amor, cupiditas,ira,inuidia. *Gen.*19.*f.Exod.*32.*f.Leu.*10.*a.*16.*a.Psal.*10.56.77.78.79.96. Et ignis accendens Moab, est perturbatio,quæ fit per concupiscentias mentem inflammantes,& incentiuum libidinis. *Num.*21.*f.* Hũc ignem vnusquisque sibi accendit. *Prou.*6.*c. Isa.*50.*d. Matth.*17.*c.* Hic ignis non est accendendus sabbato. Hæ quoque passiones sunt ignis de cœlo cadens,cùm à diabolo in mentibus nostris excitantur.*Iob*,1.*c.*15.*d.*Intercidit autem Dominus flammam ignis , quum furoris aut libidinis flammam cessare facit. *Psalm.* 28. Flamma quòque ignis impij,est decor,vel potestas exterior,quæ de interno eius ardore procedit.*Iob*,18.*b.*Et ignis dicitur inuidia, qua subuersa est terra,de qua oriebatur panis,hoc est,Iudæa.*Iob*,28.*a.Hos.*8.*b.*Eandem designãt lampades ignis.*Cant.* 8.*b.*Hic est ignis inuoluens,quo exarserunt Iudæi inuoluti in persequutione Christi & fidelium. *Ezech.* 1. *a.* Et ignis combustionis,in quo est lepra.*Leu.*13.*d.*Designatur etiam auaritia,*Mich.*6.*b. Apoc.*9.*d.*

Inuidia.

Auaritia.

Mens pura. Zelus bonus. Zelus indiscretus. Pœnitentia.

Ignis etiam,quem afferebat Abraham ad sacrificium,est mens pura.*Genes.*22.*b.*

Ignis descendens de cœlo per Antichristum est zelus de cœlestibus electorum mentibus, contra ipsum emanans.*Apoc.*13.*c.*Ignis autem comburens spicas,designare potest zelum indiscretum,& immoderatam correctionem.*Exod.*22.*a.*

Ignis comburens spinas & tribulos,est *e* pœnitentia. *Isa.*31.*d.* Est etiam extimulatio ad bonum ex patientia & pœnitentia procedens.*Exod.*22.*e.Thren.*1.*d.*Hic ignis compunctionis exardescere dicitur à facie Dei.*Psa.*17.

Sol. Firmitas Sanctorum.

Flamma ignis intercisa est in baptismo,*f* quum extincto igne peccati,datur ignis Spiritus sancti. *Psal.*28.

Flammeus gladius positus ante paradisum, *g* Solem significare potest in quarto cœlo. *Genes.*1. *d.*

Ignis,qui descendit de cœlo in iudicio, *h* firmitatem Sanctorum significabit , qua non cessuri sunt sæuientibus,vt eorum faciant voluntatem.

Firmamentum enim est cœlum,cuius firmitate mali cruciabuntur ardentissimo zelo,quoniam non potuerunt attrahere in partes Antichristi Sanctos Christi.Et ipse erit ignis,qui comedet eos, & hoc à Deo, quia Dei munere insuperabiles fiunt sancti:vnde excruciantur inimici.*Ezech.*39,*b.*

Diabolus.

Ignis cadens de cœlo est *i* diabolus. *Iob*, 1.*c.* de quo dicitur. *Luc.*10.*c.* Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem,ipse enim transfigurat se in Angelum lucis.2.*Cor.*22.*c.Isai.*1.*b.*5.*f.*17.*g.*54.*d.*Ignis quoque ardens,sunt mali,in quibus Deus iram suam exercet.Et ignitæ habenæ & ignitus clypeus,diabolum cum suis tentationibus designant.*Nahum.*2.*a.*3.*e.Habac.*2.*c.*Et ignis de ore equitum,sunt blasphemiæ persecutorum Ecclesiæ, *Apoc.*9.*c.* Ignis etiam descendens de cœlo,sunt hæretici recedentes ab Ecclesia *Apoca.*13.*c.* Ad hunc ignem pertinent persequutiones,de quibus,*Cant.*8.*b.*Lampades ignis,atque flammarum. Et ignis in spinis, erat persequutio Iudæorum in Christum,quæ magnis clamoribus,& ingenti strepitu peracta est.*Psal.*117.

Mali, Blasphemia. Hæretici. Persecutores.

Ignis alienus,est *k* alius Deus præter verum Deum,ideo non offerendus in altari Dei,hoc est, in Ecclesia , in qua vnus colitur Deus.Est etiam ignis alienus,hæretica doctrina. *Leu.*10.*a.*16.*a.* Et ignis *l* coquens lateres, est hæresis,& simulatio sanctitatis:& sermo callidus & ad vitia incitans.*Gen.*11.*a*,Et ignis dispersus per Eleazarum Pontificem ex præcepto Domini,sunt errores confutati per fidelem doctorem, & etiam libido contra Deum, & contra Mosen,id est,legem,*Num.*16.*e.*Et ignis,in quo calefiebat Petrus , designare potest perfidiam Iudæorum. *Luc.*22.*f.*Ignis etiam est *m* malitia.*Psal.*57.Et flamma ignis,quam intercidit vox Domini , est peccatum , quod eius verbo emendatur.*Psalm.*28.Et flamma,quam accendunt mali,sunt errores. *Isa.*50.*d.* Eosdem designat ignis deuorans tabernacula hypocritarum,*Iob.*15.*d.* Et libido dicitur ignis vsque ad perditionem deuorans. *Iob*,31.*b.* Quia nimirum reatus huius facinoris non solùm vsque ad inquinationem maculat , sed vsque ad perditionem vorat.Hoc igne frixit rex Babylonis pseudoprophetas.*Ier.*29.*e.*Et flamma ignis egrediens de ore Leuiathan,sunt verba prædicatorum diaboli,*Iob*,41.*b.*

Deus alienus. Hæretica doctrina.

Hypocrisis. Perfidia Iudæorum. Peccata.

Infernus. Pœna peccati.

Ignis aliquando dicitur *n* infernus,aut pœna inferni. *Exod.*6.*e. Leu.*10.*a.*13.*g. Psa.*20.57.139. *Isa.*9.*b.d.*33.*c.* 47.*d.*64.*d.*66.*g. Marc.*3.*c.*23.*f.*Et generaliter ignis,est pœna peccati. Hanc flammam intercidit vox Domini:cùm Ioannes Baptista prædicatione sua conuertebat malos,vt fugerent à ventura ira.*Psal.*28.Hanc quoque flammam sibi accendunt mali peccando.*Isa.*50.*d.*Et flammeus gladius dici possunt pœnæ peccatorum.*Gen.*3.*d. Iob.*15.*d.* 20.*d.*22.*c.Thren.*4.*b.Ezec.*1.*b.*5.*b.*24.*c.Zach.*3.*a.* Et ignis in caudis vulpium , est condemnatio hæreticorum. *Iud.* 14.*d.Luc.*3.*e.*Hic est ignis,qui nunquam dicit Sufficit.*Prou.*30.*c.*

Originale peccatum.

Ignis,à quo extractus est torris , designare potest *o* originale peccatum. *Zach.*3.*a.*vel generaliter peccatum.

Miracula Antichristi.

Ignis splendor in sternutatione Leuiathan,*p* designat miracula Antichristi.*Iob.*41.*e.*

Prædicatio nuntiorum Antichristi.

Ignis tædarum accensarum , designat *q* prædicationem nuntiorum Antichristi. Tæda enim cùm accenditur, odorem quidem suauem habet,sed lumen obscurum : ita prædicatores Antichristi, quia sanctitatis sibi speciem arrogant, sed tamen opera iniquitatis exercent,quasi blandum quidem est quod redolent, sed nigrum quod lucent.*Iob.*41.*b.*

Pessimi de Israel.

Ignis de domo Israël ipsam comburens *r* sunt pessimi,qui de ea prodierunt.*Ezech.*5.*a.* Et Ismaël,qui perdidit reliquias Israël.*Ezec.*19.*d.*

Iracundia.

Ignis comburens possessiones Ægypti dici potest *s* immanitas iracundiæ , vsque ad homicidium pertingens. *Psalm.*77.96.

Purgatorium.

Ignis aliquando *t* designat purgatorium.1.*Cor.*3.*c.*Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.

Idolatria.

Ignobiles,vide Inclitus.

Ignominia, Dedecus.

Peccata.

Ignominia dicitur quasi nominis nota : estque infamia,dedecus, contumelia,macula,ac probrum.

Pœna peccati.

Ignominia sordis filiorum Israël,fuit *u* peccatum idololatriæ. Et vniuersaliter dedecus & ignominia est omnis turpitudo vitij.*Exod.*32.*f.Thren.*1.*c.Ezech.*16.*d.Nah.*3.*b.*2.*Cor.*4.*a.*

Remediũ insufficiens.

Ignominia etiam est *x* pœna illata pro peccato. Et ignominia Ægypti sunt peccata detecta ad confusionem. Et ignominia sempiterna erit in inferno.*Isa.*3.*d.*20.*b.*30.*a.*47.*a.Ier.*20.*d.Thren.*1.*c.Ezech.*16.*a.*

Sacerdotum vetus cum sola litera.

Ignominia est *y* quodlibet remedium insufficiens ad tollenda peccata. *Ier.*6.*c.*

Ignominia,domus Domini dici potest sacerdotium vetus cum sola litera legis. *Isa.*22.*f.*

Pœna Iudæorum post mortem Christi.

Ignominiosa iudicia,quæ exercuerunt Syri in Ioas,regem Iuda,designant ignominiam,quam passi sunt Iudæi post mortem Christi.2.*Par.*24.*f.*

a *Hie.f.Is.*26. 29.66.*Ru.*1. *f.Eze.*3.*Cyri. ho.*5.
b *Ru.f.Re.*11. *Ar.f.ps.*103. *Hie.f.Abdi.*
c *Hil.f.ps.*65. *Aug.f.ps.*65. *Hie.f.Amos* 7.*&f. Marc.* 9.*&f.Ez.*28
d *Phil.*2.*alle. Orig.f.Ezech. hom.*3.*&fu. Matt ho.*4.*& f.Leu.hom.*8. 9.*&f. Num. ho.*23.
*Aug.*1.*qu.in Euan.*22.*& f.ps.*10.96.*& ser.*255.
*Gr.*2.*mo.*26. 34.*&*18.*mo.* 19. *&* 12. *m.*24.14.*mo.* 3.*f.Eze.ho.*2. *Isyc.f.Leu.*13. *Rup.f.Mie.*6. *Am.epist.*63. *Gr.*33.*mo.*37
e *Ori.f.Ezec. hom.*1.*&f. Rom.*12.*Am. f.ps.*118. *ser.* 13.*Hier. f.ps.* 17.*Cl.*6.*reco. Au. Euch ad Lau.*63.
f *Arn.f.ps.*28
g *Phi.de Cherubim.*
h *Au.*20.*ciu. Dei.*12.
i *Ori.f.Iob.*1. *& f.Leu.ho.*9. *Hier.f.Is.* 56. *& f.Nahu.*2. *Au.f.Apoc.*7. 11. *Isyc.f.Leu.*16. *Au.f.ps.* 17.
k *Cyr.cont.Iu lian.* .*Orig. f.Leu.ho.*9.*& f.Num.ho.* 9.
l *Philo. de conf.lingu.*
m *Arn.f.psal.* 57.84. *Amb. f.Luc.*22. *Hier.f.Is.* 50. *& f.Iere.* 29. *Gr.*12.*m.*29. *&*21.*m.*9.*&* 33.*m.*41. *Isy.f.Leu.*10. 16.
n *Hier.f.Is.*9. 50.64.66. *Basil.f.ps.*28. *hom.* 2. *Hil.f. Matt.Can.*2. *Am.f.Luc.*14 *Aug.*2.*de gen cont.Manic.* 23.*& f.*107. *Gre.*12.*m.*28 *&* 15.*m.*14. *Bed.f.Pro.*30. *Isyc.f.Leu.*10.
o *Glo. ord.su. Zac.*3.
p *Gre.*33.*mo.* 34.

q *Gre.*33.*mo.*36. r *Hie.f.Ezec.*5. s *Aug. ps.*77.96. t *Glo. int.sup.*1.*Cor.*3.
u *Glo. in tc.f.Thren.*1. x *Ori.f.Ezec.hom.*10. *Hie.f.Is.*3.20. y *Glo. ord.su.Ierem.*6.

Digitized by Google

Ignorare, Ignorantia, Imperitia, Nescire.
Ignarus, Inscius.

a *Aug. epist.* 102. 120. *Orig. s. Matt. hom.* 32. & *s. Iere. hom.* 8. *Euc. form. spir.* 1.

IGNORARE dicitur aliquis id, quod non intelligit: quod & nescire dicitur. Est item nescire. Auertere, *Is.* 28. *b.* Nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Non capere. *Gen.* 28. *d.* Et ego nesciebam. Nolle curare, *Iudith*, 9. *b.* Nesciunt quia tu es Deus noster. Non pati, *Iudith.* 21. *b.* Quæ nescierunt viri thorum.

Nescit Dominus aliquos *a* quum non approbat eos. *Isa.* 28. *a. Matt.* 25. *a.* Et nescit eos, à quibus nescitur: vt scit, quos scire se facit. Et nescit malos, quum amplius nõ eis benefacit. Quasi nesciens interrogauit Deus: Adam vbi es? quia post peccatum, non eum approbabat. *Genes.* 3. *b.* Et Satanæ dixit: vnde venis, *Iob.* 1. *b.* quia eius opera non approbabat. Nesciebat Christus gentes, quando illis doctrinam & gratiam communicabat. *Isa.* 55. *a.* Et nescire dictus est Christus. *Iere.* 11. *d.* quia non nouit peccatum. Ignorans Iacob quòd Rachel furatura esset idola patris sui, designat Christum approbantem auaritiam. *Gen.* 31. *d.* Et ignorat, qui improbat aliquid: qua ratione dicitur. 1. *Cor.* 14. *g.* Qui ignorat, ignorabitur, sicut Christus dicet malis in iudicio: Non noui vos. *Luc.* 13. *f.*

Non approbans Deus.

b *Orig. s. Iere. ho.* 1.

Nesciens loqui Ieremias, *b* designat Christum factum infantem: vt cum hominibus balbutiret. *Iere.* 1. *a.* Vnde de eo dictum est. *Luc.* 2. *g.* Proficiebat ætate & sapientia: Nescit etiam loqui, hoc est, humana non nouit.

Christus factus infans.

c *Glo. inte. su. Gen.* 22.

Ignorantia Isaac de victima offerenda. *Gen.* 22. *b.* designat *c* innocentiam Christi.

Ignorantia Christi.

d *Glo. int. sup. Gen.* 27.

Ignorans Isaac Esau post benedictionem datam Iacob. *Gen.* 27. *e.* designat *d* reprobationem veteris vmbræ per aduentum Christi.

Reprobatio veteris vmbræ.

e *Glo. inte. su. Gen.* 38.

Ignorans Iudas Thamar. *Gen.* 38. *d.* designat id, *e* quod dicitur. *Psalm.* 17. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. Iam enim propter præuaricationes post dorsum posuerat synagogam.

Ignorata gentilitas.

f *Gre. s.* 1. *Re.* 14.

Ignorans populus, quo iuisset Ionathas, 1. *Reg.* 14. *a.* designat *f* prædicatorem non quærentem gloriam popularem.

Non quærens prædicator inanem gloriam.

g *Gr. s.* 1. *Reg.* 3. & 26. *m.* 2.

Nesciens Dominum Samuel. 1. *Reg.* 3. *a.* designat *g* eum, qui versatus est in via actiua, qui nondum attigit ad reuelationem contemplatiuæ. Sic dicebat Iacob. *Gen.* 28. *c.* Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam: designat etiam Christum & Apostolos: qui in principio suæ prædicationis, non omnibus diuinitatis arcana manifestabant, quasi ea non nouerent. Sic dicebat Paulus, 1. *Corint.* 2. *a.* Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Ignorat opus Dei, qui iudicia illius etiam quem prædicat, impenetrata veneratur. *Iob*, 36. *c.* Nesciebat paralyticus curatus à Christo quis esset Iesus, quia adhuc rudem fidem habebat. *Ioan.* 5. *b.*

Nondum attingens contemplationem

h *Amb.* 1. *de inter.* 5. *Gr.* 9. *mor.* 2. & 18. *m.* 21. *Hie. s. Iob.* 28.

Nescientes fratres Ioseph, quod Ioseph intelligeret eorum linguam, designant *h* Iudæos putantes Christum esse purum hominem. *Genes.* 42. *d. Iob.* 9. *Cantic.* 6. *d.* Nesciui. Ideo dixit de eis Christus. *Luc.* 23. *e.* Nesciunt quid faciunt. Et nescientes trãslationem nuntiorum ij, quos Deus subuertit, sunt Iudæi, qui cùm de suis finibus Apostolos pellerent, lucrum se fecisse arbitrati sunt, quod prædicationis lucem amiserunt. *Iob*, 9. *a.* Sic nesciebãt, quod curaret eos. *Hos.* 11. *b.* Ignorauit semitam auis populus Iudæorum. *Iob.* 38. *b.* quia & si vidit eum, quem in morte tenuit, Christum: videre tamen noluit, quanta vitæ nostræ gloria de eius morte sequeretur. Diabolus etiã ignorabat mysteria legis. Et gentes obscuratum habentes intellectum, nescierunt semitam vocationis eius, quum ambulans per fidem reuertitur ad Deum. Nescire se dicit Cain, vbi esset Abel frater eius. *Gen.* 4. *b.* designat ignorantiam Iudæorum de Christo: & sicut fallax fuit Cain ignorantia, ita fallax est Iudæorum negatio. Ignorari cædis reum. *Deut.* 21. *a.* est *i* Iudæos velle se excusare, quod non manibus suis occiderunt, Christum: & quod non regem suum, sed magum pertinaciter se occidisse defendant.

Putantes Iudæi Christum purum hominem.

i *Ru.* 1. *s. Deu.* 7. & *s. Can.* 6

k *Hie. s. Is.* 26.

Nescire extra Deum alium, *k* non est excludere filium à diuinitate, quia non est extra. *Isai.* 26. *c.*

l *Gr. s.* 1. *Reg.* 16.

Nescire vnde veniat, aut quo vadat spiritus dicitur, *l* quia sciri non potest, an quis in gratia quam recipit, perseuerare perpetuò debeat. *Ioan.* 3. *a.*

Ignorare perseuerantiam in gratia.

m *Gre. s.* 1. *Re.* 14.

Nescit sinistra, quid facit dextera, *m* quum occultamus opera, ne gloriam quæramus, & quum non se miscet appetitio laudis, aut rei temporalis. *Matt.* 6. *a.*

Vitatio inanis gloriæ.

Au. 2. *ser. domini in monte.* & *su. psal.* 120.

Ignorat anima etiam si simplex sit. *Iob.* 9. *c.* quod dicitur, *n* vt ostendatur, quanto minus poterit diuina cognoscere. Ignorans quoque se sponsa, est anima se non cognoscens. *Cant.* 1. *c.* 6. *d.*

Ignorantia sui.

n *Gre.* 9. *mor.* 19. *Ambro. de Isaac.* 8.

Ignorant dies Domini, qui nouerunt eum. *Iob*, 24. *a.* quia *o* qui fidem habent adhuc per speciem ignorant. Et cùm ipse sit æternitas, quem veraciter credimus: qualiter tamen sit ipsa eius æternitas, ignoramus.

Fides cum ignorantia.

o *Gre.* 16. *mo.* 21.

Ignorantiam dicit Iob esse secum *p* si ignorauerit. *Iob*, 19. *a.* ostendens eam esse pro se, quia dum perscrutari de Deo aliquid superbè non audet, in veritate se humiliter seruat.

Non inueniri meritum ad percipiendam sapientiam.

p *Gr.* 14. *mo.* 14.

Nescire pretium sapientiæ, *q* est digni operis meritum, quo illam percipiat, non inuenire. Homo enim, qui à brutis animalibus rationis intellectu discretus est, intelligens quod suis meritis non sit saluatus, nihil se dedisse boni operis, vt ad fidem veniret, agnoscit. Quasi enim ad percipiendum sapientiam pretium dare est, cognoscendum Deum actionis suæ mercede præuenire. *Iob*, 28. *b.* Vnde Apostolus. *Rom.* 11. *d.* ait. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Et *Ephes.* 2. *b.* Gratia salui facti estis per fidem: & non ex vobis, sed Dei donum est: non ex operibus, vt ne quis glorietur.

q *Gr.* 18. *mo.* 24.

Nescisse dicitur Abraham aut Israël filios suos, *r* quia cùm peccauerunt, intelligunt eos à Deo non amari. *Isa.* 63. *d.*

r *Hier. s. Isa.* 63.

Ignorans rex Ægypti Ioseph, designat *s* diabolum, aut sapientiam carnis, qui non nouit Christum, aut quæ Christi sunt. *Exod.* 1. *b.* Et dicit se nescire Dominum, designans contemptum Dei & superbiam. *Exod.* 5. *Iob.* 18. *d.* Nesciunt etiam Dominum, qui negant Christum, quem prædicare debebant, & qui sunt arrogantes & inobedientes, & qui eius præcepta non seruant. 1. *Reg.* 2. *c. Ierem.* 2. *b.* Et nesciunt vas luminis, qui cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. *Iob.* 24. *c.* Ignorant quoque Dominum, qui non credunt in eum, & mandata eius contemnunt. Nesciuit autem Dominus Pharao ante verbera: sed postea petit orari pro se. Sic etiam faciunt dæmones.

Diabolus aut sapientia carnis ignorans Christum.

Ignorantes iudicium sacerdotes & prophetæ, sunt *t* prauè intelligentes scripturas. *Isa.* 28. *b.* 56. *d.*

Prauè intelligentes scripturas.

Ignorare linguam hostium, est *u* non intelligere fallacias dæmonum, aut hæreticorum. *Ier.* 5. *d.* Nesciunt etiam Deos alienos ij: quia nec ipsi hæresiarchæ scientiam habent suorum errorum: quia falsum non scitur. *Ier.* 19. *b.*

Non intelligere fallacias dæmonum.

Per ignorantiam peccare. *Gen.* 20. *Leu.* 4. *a.* 5. *d.* nonnullam recipit excusationem, punitur tamen.

Nesciens literas est, *x* vulgus Iudæorum. *Isa.* 29. *d.*

Sacerdotes Iudæorum negantes Christum.

Nescientes filij Eli officium sacerdotis ad populum, 1. *Reg.* 2. *c.* designant *y* sacerdotes Iudæorum, qui non prædicauerunt populo Christum: sed potius eum negauerunt: nec curarunt, quæ Dei sunt.

Auari.

Nescientes saturitatem erant *z* sacerdotes & Phariſæi auari, & etiam hæretici, qui nunquam suo saturantur errore. *Isa.* 56. *d.*

Arrogantia hæreticorum.

Nihil se ignorare eorum, quæ nouerat Iob dicentes amici eius. *Iob*, 12. *a.* arrogantiam *aa* designant hæreticorum, qui omnia dicunt se nosse, quæ nouit Ecclesia.

Veniens in profundum malorum.

Ignorans Ephraim, quòd comedatur robur eius ab alienis, & quod effusi sint cani designat *bb* profundum malorum, quæ impius non aduertit, & ita contemnit. *Hos.* 7. *d.*

Non erubescere.

Nescire confusionem, *cc* est non erubescere de peccatis. *Soph.* 3. *a.*

Nescientes quærere veritatem.

Nesciunt pergere in vrbem Philosophi, *dd* & hæretici, qui nesciunt quærere veritatem in Ecclesia. *Eccl.* 10. *c.*

Ignorantia mysteriorum.

Ignorans Moses quod cornuta esset facies sua. *Exod.* 34. *c.* ignorantiam mysteriorum legis in sacerdotibus designat.

Appetitus operandi.

Ignorare se dicentes filij Israël, quid acciderit Mosi. *Exod.* 32. *a.*

Ignoscere, vide Parcere.
Ilex, quare Quercus.
Ilia.

Ilia, *ee* partes sunt imi ventris, inter coxas & pubem positæ, vmbilico in latus subiectæ.

ee *Arist.* 1. *de hist. anim.* 3.

Digitized by Google

Illa,qui offeruntur Deo,appetitum operandi designare possunt. *Leu.3.a.4.b.7.a.*
Ad ilia vsque dependebat gladius,quo accinctus erat Ioab.2.*Reg.*20.*c.*

Illecebra,quare Voluptas.
Illicitum, vide Licere.
Illucescere,vide Lux.
Illudere,Illusor,Irridere,Irrisor,Deridere.Derisor,Subsannare.
Insultare,Ludibrium.

ILLVDERE, & irridere,est ludibrio aliquem habere. Illusor autem & irrisor est, qui solet illudere. Insultare verò per translationem idem est,quod irridere.Subsannare autem,est sonitu narium irridere.Ludibrium dicitur ipsa irrisio,vel res ludicra.

Conuertere volens Christus synagogã. Christus resurgens illusis Iudæis. Castigans Deus. Vincere astutias diaboli. Adulari. Contemptus Dei. Dæmones contemnentes peccatores. Obstinatio diaboli. Insidiantes dæmones ociosis.

Illudens Ioseph dominæ adulteræ. *Genes.* 39.*c.* designat *a* Christum volentem conuertere synagogam. Idem designare potest illudens Samson Dalilæ meretrici.*Iudi.*16.*b.*Subsannauit etiam Iudæos,cùm confusos reliquit post resurrectionem:quos etiam irridebit,& subsannauit,cùm eos in iudicio condemnabit. *Psal.*2.Illudit etiam Deus seu eligit illusiones,seu illusores,*b* cùm castigat contemptores per alios malos.*Isai.*66.*a.Matth.*2.*d.Luc.*14.*f.*Illusit quoque Michol Sauli patri suo super fuga Dauid viri sui. 1.*Reg.*19.*c.*

Illudere draconi est *c* pia cautela diaboli astutias vincere.*Iob.*40.*d.Psalm.*103. Illusit autem ei Christus quasi aui,quando in passione corporis sui ostendit escam, sed laqueum diuinæ virtutis abscondit. Vidit enim, quod ore perciperet,sed non vidit, quod gutture teneret. Ad hæc referri potest, cùm illudebat Elias Prophetis Baal. 3.*Reg.*18.*c.*Illudunt etiam Edom viri fœderis eius,quum discipuli hæreticorum,ad rectam fidem conuersi,redarguunt ipsos hæreticos,*Abd.e.*

Illusisse dicitur asina Balaam ipsi Balaam,cùm tamen salutem eius procuraret. *Num.* 22.*c.* Illudere etiam dicuntur adulatores.*Abdi.b.*Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi.

Illudere Isaac,videtur designare Dei contemptum:qua ratione Iacob timebat,ne videretur patri suo illudere. *Gen.*27.*b.*

Illudentes Ægyptij filiis Israël,designant *d* dæmones in ludibrium peccatorum homines pertrahentes. *Exod.* 1.*c.*Subsannat etiam Deus Ecclesiam vel animam.*Isa.*37.*d.Iudit.*5.*c.*Dicitur autem diabolus passim illusor. *Iud.* 19.*f.*1.*Reg.*31.*b.*1.*Par.*10.*b.Psal.*78.*Prou.*3.*d.*9.*c.*13.*a.Eccli.*27.*d.Isa.*29.*f. Hos.* 7.*b.* 2.*Pet.* 3.*a.* Subsannatio etiam inimicorum,est contemptus Gentilium erga fideles.*Psa.*79.

Deridet Leuiathan vibrantem hastam, *e* cum diabolus obstinatus contemnit diuinam sententiam, *Iob.*41.*c.*

Deridem hostes sabbata Hierusalem. *Thren.*1.*c.* quum *f* maligni spiritus vocationis ocia ad cogitationes illicitas pertrahunt. Anima enim, quæ remota ab externis actionibus seruire Deo creditur, eo magis eorum tyrannidi illicita cogitando famulatur.

Illusores viri erant g Scribæ & Pharisæi, & sacerdotes, ac demum Iudæi aduersus Christum.*Isa.*28.*c.*29.*f.*66. *b.Hos.*7.*b.Abdi.c.* Eosdem designant illudentes pueri Elisæo.4.*Reg.*2.*d.*2.*Par.*36.*e.Matt.*27.*c. Marc.*10.*c.*15.*b.Luc.* 18.*f.*22.*g.*23.*b.d.*Illusores etiam seu derisores sunt hæretici & hypocritæ. Et subsannat patrem hæreticus,cùm *h* irridet,aut contemnit Deum,vel Iudæus Christum.*Prou.*4.*b.*30.*c.Iob.*30.*a.Iere.*20.*c.Iudæ f.*Demum illusor est,qui vel verba Dei, quæ nouit, implere contemnit: vel etiam peruersè intelligendo, ac docendo corrumpit, & qui promissa eius,quasi parua despicit, & iram districtionis eius, quasi tolerabilem spernit: & qui proximum simplicitati improbus insultat.Omnis talis illusor abominatio est Domino. *Prou.*3.*d.*

Scriba & Pharisæi. Iudæi. Hæretici. Hypocrita. Hæresiarchæ. Persecutiones Ecclesiæ. Peccata libidinis.

Insultantes Reges beato Iob,designare possunt *i* hæresiarchas irridentes Ecclesiam, & etiam persecutores Ecclesiæ.*Tob.*2.*c.Ezech.*36.*a.*

Illusiones dicuntur peccata libidinis,quibus *k* lumbi replentur. Vel phantasmata peccatorum menti illudentia. Vel sunt variæ cogitationes impedientes animam à diuina contemplatione & aliis rectis.Possunt etiam designare reprehensionem propriam,qua quis intra conscientiam seipsum affligit.*Psal.*37.*Pro.*14.*b.*

Imago.

IMAGO,est simulachrum,species,exemplar,vel repræsentatio,ab imitando dicta.

Filius Dei.

Imago in primis dicitur *l* filius Dei,qui est splendor gloriæ & figura substantiæ Patris.Et ad hanc imaginem factus est homo.Filius quidem non ad imaginem,sed imago.Homo verò non imago,sed ad imaginem.*Genes.*1.*d.Rom.*8.*f.*2.*Cor.*4.*a.Col.*1.*e.*3.*b.* Imago coram oculis nostris, dicitur filius Dei, cùm in contemplatione cernitur.*Iob,*4.*c.*

Homo.

Imago Dei,dicitur esse *m* homo,non vt filius,sed vt imago impressa in sigillo.Dicitur autem imago Dei homo benefaciens: qua in re etiam ipse beneficio afficitur: sicut gubernator simul seruat & seruatur. Secundum imaginẽ Dei fecit Deus hominem,hoc est,principem illum constituit omniũ visibilium.Hoc est enim secundum imaginem,secundum rationẽ dominij & principatus.Ad imaginem quoque Dei verè factus est homo,qui studet quotidie mortificare membra sua,quę sunt super terram,& renouari spiritu mentis,qui secundum Deum creatus est.*Genes.*9.*b.*

Pronitas ad peccandum.

Imaginem terreni dicebat Apostolus, 1.*Cor.*15.*f.*propensum nostrum ad peccatum, lapsum, & mortem, quæ inde adiecta est. Imaginem autem cœlestis,hoc est,Christi,firmitatem ad sanctificationem, & ex morte ac correptione reditum ac renouationem ad incorruptionem & vitam.

Fides.

Imago Dei dici potest *n* fides,in qua repræsentatur Deus:& etiam ratio secundùm quam homo est ad imaginem Dei.*Gen.*1.*d.*In hac imagine includitur imago omnium virtutum,vt imago iustitiæ,imago sapientiæ:ideò cauendum,ne obliterata hac imagine,inueniatur in nobis imago diaboli. Si tyranni aliquis imaginem habeat, nonne obnoxius est damnationi ? Tu deponis imaginem æterni imperatoris, & erigis in te imaginem mortis. Eiice magis de ciuitate animæ tuæ imaginem diaboli,& attolle imaginem Christi: hæc in te fulgeat: in tua ciuitate,hoc est,in anima resplendeat,quæ obliterat vitiorum imagines, de quibus ait Dauid, *Psa.*72. Domine in ciuitate tua ad nihilum deduces imagines eorum. Cùm enim depinxerit illam Hierusalem Dominus ad imaginem suam,tunc aduersariorum omnis imago delebitur.

Filius alicuius hominis,dicitur imago patris sui:vt Adam dicitur genuisse filium ad imaginem & similitudinem suam.*Gen.*4.*a.*

Imago rerum dicitur *o* esse in mysteriis nouæ legis, vmbra verò est in veteri lege:Veritas autem in cœlestibus.*Heb.*10.*a.*

Doctores Iudæorum. Hæreses.

Simulacra Iudæorum,quæ confregit Deus,sunt *p* doctores & principes Iudæorum.*Leu.*26.*e.*

Imagines masculinæ, & imagines abominationum, sunt *q* hæreses, quæ dicuntur quasi speciosus homo, quando habent similitudinem veritatis,vt imago hominis habet similitudinem hominis.*Ezech.*7.*f.*16.*b.Isa.* 44. *b.Amos.*5.*g.Hab.*2.*d.*Et simulachra deorum,& dogmata hæreticorum. *Exod.* 34.*b.Num.*23.*c.Isa.*40.*e. Exech.* 6.*a. Hos.*10.*a.*

Terrena.

Imago peccatorũ redigitur ad nihilum,quia *r* non est imago cœlestis,vel quia non inuenitur in cœlo. *Ps.*72.

Simulatio.

Imago Cæsaris est vel in *s* corpore humano, sequente carnalia, vel sunt vitia in anima, & imitatio principis huius mundi.Vel ipsæ pecuniæ, quibus homo malè vtitur.*Matth.*22.*Marc.*12.*b.Luc.*20.*d.*

Imago bestiæ est simulatio *t* ipsius,in eis videlicet,hominibus, qui velut fidem profitentur, & infideliter viuunt. Fingunt enim se esse,quod non sunt,vocantúrque non veraci effigie,sed fallace imagine Christiani.*Apoc.* 13.*c.*14.*b.*15.*a.*16.*a.*19.*d.*Et simulachra faciunt bestiis & iumentis,qui eas colunt,aut imitantur,quæ sunt simulachra muta.*Isa.*47.*a.Hab.*2.*b.*Idola ipsa dicuntur imago bestiæ.

Idola.

In imagine dicitur pertransire homo,*u* vel terrena,vel cœlesti. Vel transit in imagine, & non in veritate rerum,quæ expectatur.*Psal.*38.

Imbecillis,vide Infirmus. Imber,quare Pluuia.
Imitari, Imitator.

Imitari,est aliorum exempla sequi,præcipuè quantum ad mores,dicta factáque spectat.

a *Hil.& Aug. s.ps.*2.

b *Hie.s.Is.*66.

c *Aug.*11.*de gen.ad lit.*22. *Gre.s.*1.*Re.*11 & 33.*m.*21. *Hie.s.Abdi.*

d *Hie.s.Is.*29.

e *Gre.*34.*mo.* 6.

f *Gr.*5.*m.*22.

g *Hie.s.Is.*22. 66 *& s. Eze.* 8.

h *Gr.*18.*mo.* 18.*&* 20.*m.* 7. *Bed.s.Prou.*3. 4. *Rup. s. Ho.*7. *& s.Abd.*

i *Hie.s. Exec.* 36.

k *Or.s.ps.*37. *h.*1.*Gr.& B. & Aug. s. ps.* 37.

l *Orig. s.Gen. hom.*1.*Au.de essen.diu. Ambr.s. psal.* 118. *ser.* 10. *Euc. form. spir.*7.

m *Gre.* 5.*m.* 25. *Cle. Alex.* 3. *strom. Chry.s. Gen.hom.*21. *Cyril.de recta fide ad Theodosium.*

n *Amb.*1.*offi.* 49.

o *Ori.s.ps.*38. *ho.*2.

p *Isyc.s. Leu.* 26.

q *Ori.s.Ezec. ho.*7. *Hier. s. Ezec.* 6.7.16.*& Isa.*40. *Aug.* 3. *de baptist. cont. Donatist.* 19.

r *Ori.s.ps.*37. *ho.*2. *Amb.*4. *de inter.* 9. *Ori.s. Matth. hom.*21. *& s. Luc.ho.*39.

s *Amb.s.Luc.* 20.

t *Au.*20.*ciu. Dei.*9. *Hier.s. Is.*46. *Rup.*9.*s.Apo.*

u *Ori.s.ps.*38. *hom.*2. *Hie.s. Exec.*8.

Digitized by Google

Imitans Sichem ritum filiarum Israel, designat *a* diabolum transfigurantem se in Angelum lucis, *Gen.* 34. *c.* Designantur etiam hi, qui volebant legem Iudaicam cum Euangelio obseruari.

Imitatores Dei esse debemus in benefaciendo, quantum possumus, & in patientia, & humilitate Christi sectanda. *Ephes.* 5. *a.*

Immanis, quare Magnus.
Immemor, vide Obliuiſci.
Immensus.

Immensum dicitur, quod est sine mensura: & Deus dicitur immensus, quia infinitus, ne vlla re claudi potest. *Bar.* 3. *c.* Oratio Manasse.

Immensi lapides grauitatem iræ Dei designant. *Ezech.* 38. *g.* Immensa etiam dicitur ira furoris Dei, cui nemo resistere valet. *Deut.* 29. *d.*

Immensa pondera auri & argenti *Deut.* 17. *d.* *Eccl.* 30. *c.* 2. *Mac.* 3. *b.* sunt *b* eorum, qui thesaurizant sibi in terra.

Immensæ aquæ. *Eccli.* 24. *d.* Filium *e* à patre procedentem designare possunt.

In immensum gloriari. 2. *Cor.* 10. *c.* est supra debitam mensuram gloriari, idque quasi sine termino.

Imminere, Ingruere.

Imminere, est instare, & impendere, quasique iam adesse: vel est super aliud stare. Ingruere autem est cum clamore, & confertim more gruum impetum facere.

Imminens firmamentum capiti animalium. *Ezec.* 1. *g.* designat *d* occultationem diuinorum, quæ etiam Euangelicam doctrinam superant. Idem designare potest imminens cœlum terræ. *Deut.* 12. *c.*

Imminens lamina nominis Dei frontis pontificis, designat *e* habentes nomen Dei scriptum in frontibus suis. *Exod.* 28. *f.* *Apoc.* 14. *a.*

Imminere valli Seboim, est *f* tendere ad mortem Sanctorum. 1. *Reg.* 13. *c.*

Imminentes petræ sunt *g* errores hæreticorum, ipsis eisdem interitum minantes. *Isa.* 57. *b.*

Ingruere bellum aduersus Ægyptios, designat *h* vehementiam prædicatorum fidelium aduersus dæmones. *Exod.* 1. *b.* *Eccle.* 8. *b.*

Ingruens interitus quasi tempestas, erit *i* in iudicio aduersus malos. *Prou.* 1. *d.* Idem est imminens furor Domini. 2. *Par.* 28. *b.*

Imminens mors Racheli. *Genes.* 35. *c* cessationem *k* indicat synagogæ, nascente Paulo in fide.

Immitis, vide Crudelis.
Immittere, Intromittere.

Immittere, est intus mittere, seu intromittere, aut inserere.

Intromittit Deus spiritum in ossa mortua, *Ezech.* 27. *b.* cùm *l* conuertit infideles ad fidem & peccatores ad pœnitentiam.

Immittit etiam Deus spiritum castigando, qui & mittere manum dicitur: vt super Ægyptum. Sic immittit omne genus muscarum: & dentes bestiarum, & famem. *Exod.* 7. *a.* 8. *e.* *Deut.* 32. *d.* *Iudi.* 7. *f.* 2. *Reg.* 24. *c.* 4. *Reg.* 17. *g.* 19. *b.* *Sap.* 12. *c.* *Ezech.* 14. *d.*

Immittit Deus canticum nouum in os, *m* cùm dat verba noui testamenti. *Psal.* 39.

Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, *n* cùm inuigilat custodiæ bonorum. *Psal.* 33.

Immittens Deus soporem in Adam. *Gen.* 2. *d.* est *o* eleuans mentem ad diuina, ad quæ ipsa naturaliter non attingeret. Culmen etiam contemplationis non attingimus, si non ab exterioris cutæ oppressione cessemus.

Immittunt pedem bouis & asini super aquas, *p* qui docent omnes diuinam legem. *Isai.* 32. *d.*

Immittere vectes in annulos altaris. *Exod.* 38. *a.* est *q* cùm doctores corda fidelium per verba Euangelij exhortando erigunt.

Immittit in rete pedes suos, *r* qui se peccatis inuoluit. *Iob*, 18. *b.* Vt enim qui in maculis reris ambulat, gressus suos ambulando implicat: & cum expediri ad ambulandum nititur, ne ambulet obligatur. Ita qui mundi huius delectatione captus est, quantò magis in eo versatur, tantò amplius peccatis inuoluitur.

Immobilis, quare Firmus. Immolare, vide Sacrificare,
Immundus, Immunditia, Impurus, Sordidus, Contaminare.
Polluere, Inquinare, Coinquinare, Obsordescere.
Pollutus, Spurcus, Spurcitia, Sordes.

Immvndvs est contrarius mundo: qui & impurus dicitur, & pollutus, & sordidus. Polluere autem interdum est despicere. *Exod.* 31. *c.* Qui polluerit illud, morte morietur. Contaminare. *Leu.* 11. *g.* Ne polluatis animas vestras. Profanare. *Iud.* 19. *d.* Quia sanctuarium Domini polluit. Sumitur immundum in allegoriis in malum, quia Deus abominatur sordes.

Immundicia hominis generaliter dicitur *s* peccatum. *Leu.* 5. *a.* 7. *c.* 16. *c.* Et immundus dicitur peccator: & etiam diabolus, & omnes dicuntur immundi, sic pannus menstruatæ. *Isa.*, 5. *c.* 52. *a.* 64. *b.* Sic immundus leprosus, & patiens fluxum seminis, sunt peccatores. Et sacerdos contaminat leprosum, quum contaminatum ostendit peccatorem. *Leu.* 13. *c.* *f.* 15. *a.* *d.* Et contaminare animas, est peccare. *Leu.* 11. *g.* Dicuntur etiam sordes animæ ipsa peccata: & vt comparantur sanguini, sordes dicuntur minora peccata. *Exod.* 32. *f.* *Deut.* 23. *b.* 32. *b.* *a.* *Iob*, 9. *d.* 15. *b.* *Isa.* 4. *b.* *Apoc.* 22. *b.* Et sordes pulueris, sunt cogitationes vitiosæ, ex peccatorum memoria consurgentes. *Iob.* 7. *d.* Et sordida, quam non ducit pontifex, est anima interius polluta per peccatum. *Leuit.* 21. *c.* Pollutæ plantæ, sunt opera turpia. *Ierem.* 13. *d.* 23. *c.* *Thren.* 1. *c.* 4. *c.* Et pollutus Nabuchodonosor, designat *t* diabolum immundum. *Isa.* 14. *c.* Quemadmodum autem cùm tetigisset Dominum & saluatorem mulier, dixit ipse: Quis me tetigit? Ego enim sensi virtutem exisse de me: illam sine dubio virtutem, quæ mulierem sanauerat, & fecerat mundam. Sic intelligendum est: quia si quis contigerit peccatum, & exeat ex ipso virtus quædam maligna, quæ eum, qui se contigit, faciat immundum, hoc est verè contigisse immundum. Immundus autem non comedit de sacrificio, quia qui deditus fuit vitiis, nondum est aptus mysteriis verbi Dei, donec mundetur. *Ezech.* 7. *f.* 14. *a.* 36. *e.* 37. *e.* *Hose.* 5. *b.* Immundus spiritus dicitur diabolus. *Zach.* 13. *a.* Et passim in Euangelio immundus spiritus vocatur. Sordes peculiariter *u* ad peccatum originale referri possunt.

Sordidæ vestes Iesu. *Zac.* 3. *a.* designant *x* peccata nostra, quæ Christus super se tulit. Vel designant carnem Christi mortalem, qua pro nobis indui voluit.

Immunda animalia, *y* infideles designant, & peculiariter Iudæos, & hæreticos. *Gen.* 7. *b.* Polluta etiam sunt inter pisces, non habentia pennulas & squamas. *Leu.* 11. *b.* *d.* *Hos.* 9. *a.* Pollutus in anima, est *z* hæreticus, habens mentem corruptam prauis opinionibus. *Agg.* 2. *c.* Immundum autem primogenitum animalium immundorum, est *aa* peccator obediens. *Leu.* 27. *d.*

Immundus vsque ad vesperam dicitur quilibet, hoc est, *bb* vsque ad fidem vitæ: quia semper aliqua residet immundicia. *Leu.* 10. *e.* 14. *f.* 15. *b.* *Num.* 19. *b.* Et immunda mulier septem, aut quatuordecim diebus, designat *cc* immundiciam in toto tempore huius vitæ. *Leu.* 12. *a.*

Qui erat mundus, dicitur fieri immundus per contractum & collectionem cineris vaccæ: quia fidelis *dd* quantumuis mundus, semper se immundum reputat. *Num.* 19. *c.*

Contaminari in patre & matre est *ee* nasci in peccato originali. Vel præferre Deo patrem & matrem. Vel offendere Deum, & Ecclesiam. Sacerdos autem non debet contaminari in patre & matre, designans *ff* Christum, qui non est contaminatus in patre & matre. *Luc.* 21. *a.* *Num.* 6. *b.* Contaminatur autem sacerdos in patre mortuo, quando relinquit creatorem suum & in matre mortua, de Ecclesia recedens: & in filio & filia, in cogitatione & opere: & in fratre & sorore, qui eodem spiritu renati sunt, si putauerit mortuos. *Ezech.* 44. *f.* Non contaminatur autem sacerdos in mortibus ciuium suorum: hoc est, *gg* non imputantur prælato peccata ciuium, ipso faciente quod in se est. Contaminatur verò in patre, matre, filio, &c. hoc est, in peccatis domesticorum, quæ non potuit ignorare.

a *Glo. int. sup. Gen.* 34.

Transfigurãs se diabolus in angelum lucis

Grauitas iræ Dei.

b *Glo. ord. su. Deut.* 17.

Thesaurizantes in terra.

c *Glo. ord. su. Eccle.* 24.

Filius à Patre procedens.

Occultatio diuinorum.

d *Hie. s. Ezec.* 1.

Nomen Dei in frontibus.

e *Glo. inte. su. Exod.* 28.

Tendere ad mortem.

f *Gre. s.* 1. *Re.* 13.

Errores perdentes hæreticos.

g *Hie. s. Is.* 57.

Vis prædicatorum in dæmones.

h *Glo. inte. s. Exo.* 1.

Tempus iudicij.

i *Bed. s. prou.* 1.

Cessatio synagoga.

k *Glo. ord. su. Gen.* 35.

Conuertens Deus infideles.

l *Hie. s. Ezec.* 37.

Castigans Deus.

Dans Deus verba noui testamenti.

m *Glo int. su. psal.* 39.

Custodia angelorum.

n *Ba. s. ps.* 33.

Eleuatio ad contemplationem.

o *Glo. ord. su. Gen.* 2.

Docentes omnes.

p *Gl. ord. su. Isaie* 32.

Docere fideles per Euangelium.

q *Glo. int. sup. Exo.* 27.

Inuoluens se peccatis.

r *Gr.* 14. *m.* 4.

s *Ori. s. Leu. hom.* 3.

Ori. s. Leu. ho. 8. 13. *&* *s. Ier. hom.* 13.

Hie. s. Is. 4. 64

Gre. 8. *mo.* 11.

Isy. su. Leu. 7. 16.

Peccatum.

t *Hie. s. Is.* 14.

Peccator.

Orig. sup. Leu. ho. 3. 5.

Diabolus.

u *Gre. Nyss. s. ps.* 6.

Cogitationes vitiosæ.

x *Tertu. adu. Iudaos.*

Lact. lib. 4. *cap.* 14.

Hier. s. Zac. 3.

Peccatum originale.

y *Tertu. deci. Iudaicis.*

Orig. s. Leu. h. 3.

z *Hie. s. Agg.* 2.

Peccata.

Caro Christi.

aa *Isyc. s. Leu.* 27.

Infideles.

Iudæi.

bb *Au. qu. in Num.* 33.

Hæretici.

cc *Ori. s. Leu. hom.* 8.

Peccator.

dd *Aug. q. in Num.* 33.

Immundicia in hac vita.

ee *Ori. s. Leu. ho.* 12.

Reputans se immundum.

ff *Hier. de veste sac. & s. Ezec.* 44.

Nasci in peccato originali.

gg *Isyc. s. Leu.* 21.

Recedens à Deo vel Ecclesia.

Detectio latentis mali.

Digitized by Google

Vindicta in malos.
Sentire indigna de Deo.
Polluens in se imaginē Dei.

Relinquens Deus animā peccantem.
Prædicare indignis.
Docere errores.

Crucifgentes Christum.
Munditia ficta Iudæorum

Abuti naturalibus potentiis.
Templum neglectū à Deo.
Anima peccans.

Excusans ignorantia.
Silentium vitiosum.
Non communicandum Iudæis.
Sordidari vitiis carnis.
Pollutum ostendere.
Matula.
Conuenticula hæreticorum.
Differre benè operari post hanc vitam.
Molestia bonorum.
Separantes à fide vel charitate.
Balbutiens litera legis.
Discordantia verbi & operum.
Iudæi persequentes Christum.

Auaritia.

Fornicatio.

Luxuria.

Detractio.

Abundantia gratia, & donorum Spiritus sancti.
Lachryma.
Tribulatio
Punitio Dei.
Populi.
Pronitas in vitia.
Volubilitas mundi.

Immunda fieri omnia, quæ sunt in domo leprosa, si ingrediatur sacerdos, antequam inde extrahantur. *Leu.* 14. *e.* quia *a* veniente luce cognitionis, ostenduntur mala, quæ bona videbantur.

Inquinasse dicitur Christus indumenta sua, *b* quando vindictam exercuit in malos. *Isa.* 63. *b.*

Coinquinari Deus in medio sacerdotum, *c* quum indigna & erronea de eo sentiunt. Vel sancta eius impurè tractant. *Ezech.* 22. *f.* Et polluunt nomen Domini, qui suo exemplo ac moribus, præbent occasionem infidelibus, vt nomen Dei blasphemetur. *Ezech.* 36. *e.* 39. *b.* 43. *b. Amos,* 2. *c.* Polluit etiam nomen sanctum Dei, *d* qui quod in ipso est, sordibus peccatorum inquinat. *Leu.* 10. *a.*

Polluit Deus regnum Iudæ, quum animam peccantem amissa gratia, vt pollutam relinquit. *Thren.* 2. *a.* Et contaminauit hæreditatem suam, quum Iudæos misit in captiuitatem. *Isa.* 47. *b.*

Contaminare semen in populo suo est *e* prædicare, aut seminare margaritas inter porcos. *Leu.* 21. *c.* Vbi nostra translatio dicit commiscere stirpem generis sui, quod est prohibitum sacerdoti.

Polluit vxorem proximi sui, *f* qui in Ecclesia alteri subdita docet errores, & separat à Christo fideles, *Ezech.* 18. *c.* 33. *f.* Et contaminant terram Dei, qui peruersos sensus dant sacræ scripturæ, qui & arcanum Dei contaminare dicuntur, & donum Dei, & testamentum Dei. *Psal* 54. 78. *Ier.* 2. *b.* 3. *c.* 16. *d. Ezech.* 7. *f.* 9. *c.* 36. *d.* Et immundicia menstruatæ, sunt errores hæreticorum. *Is.* 30. *e. Leu.* 15. *c.* Et polluta terra, est Ecclesia hæreticorum. *Amos,* 7. *d.* Polluit autem terram anima adultera. *Deus.* 7. *d.* 29. *c. Iob.* 18. *a. Isa.* 28. *b.* iuxta *g* Septuaginta. Polluta verò, quæ sub seminifluo, sunt obedientes doctrinæ hæreticorum. *Leu.* 15. *b. Eze.* 20. *a.* Sordes etiam dicuntur idololatria & hæreses. *Hos.* 5. *c.*

Contaminauerunt Iudæi testamentum Dei, *h* quum Christum in eo pronunciatum repulerunt & crucifixerunt, *Psal.* 54.

Nolentes fratres Ioseph polluere manus sanguine ipsius. *Genes.* 37. *f.* designant *i* Iudæos dicentes in Passione Christi: Nobis non licet interficere quenquam: & tamen manus eorum sanguine Christi sunt pollutæ. *Isa.* 59. *a.*

Contaminare decorem suum, *k* est vti naturalibus potentiis ad vitia. *Ezech.* 16. *c.* Sic polluit Lucifer sanctificationem suam, quum peccando decidit à statu gratiæ. *Ezech.* 28. *e.*

Obsordescens Libanus, *l* designat Hierusalem, aut templum neglectum à Deo. *Isa.* 33. *b.*

Pollui altare vel tabernaculum, est *m* contaminari animam per peccatum. *Exod.* 20. *d. Leu.* 15. *d.* Sic immundum est cor, hoc est, mens, vnde egrediuntur pessimæ cogitationes, homicidia, adulteria & similia. Et immundicia hominis, dicuntur cogitationes malæ cuiuscunque vitij: quæ coinquinant hominem. *Leui.* 7. *c.* Inquinare etiam pedes, est mentem terrenis affectibus inficere. *Cant.* 5. *b.* Polluentes autem templum gentes, sint dæmones animam contaminantes. & peccantes quantum in se est, Ecclesiam inficientes: & gentiles ad idololatriam cogentes fideles. *Psal.* 73. 78. *Ezec.* 25. *a.* 44. *b. Soph.* 3. *a.* Polluere etiam sabbatum, est male operari. *Exo.* 31. *b. Isa.* 56. *a.*

Non pollui sementem, cadente morticinio in eam, *n* est ignorantiam excusare aliquando à peccato. *Leu.* 11. *f.*

Pollutum labiis se dicebat Isaias, *o* qui in cæteris erat sanctus, quia non loquutus est reprehendendo regem Oziam. *Isa.* 6. *b.*

Pollutum non tangendum, *p* designat Iudæos, quibus non est communicandum. Vel obseruationem carnalem legis, quæ non est tangenda post Euangelium. *Isa.* 52. *c.*

Inquinari pice, *q* est vitiis carnis sordidari. *Eccli.* 13. *a.* Inquinamentum autem carnis est omne vitium, quod lege prohibetur. 2. *Cor.* 7. *a.* Inquinat autem hominem, quod egreditur ab ore, non quod intrat. *Matth.* 15. *b.*

Contaminare laminas argenti, *r* est contaminatas ostendere, *Isa.* 30. *a. Ezec.* 7. *f.*

Immundum vas apud Iudæos est ſ matula cui comparatur Ephraim, hoc est, hæretici. *Hos.* 8. *c.*

Immundum reputant hæretici eum, *s* qui ipsorum errores non sequitur. *Isa.* 65. *a. Thren.* 4. *a.*

Immundus locus sunt *u* conuenticula hæreticorum. *Leu.* 14. *c.* Et immundum stratum patientis fluxum seminis. *Leu.* 15. *b.* Et immundus cibus, est eorum doctrina, *Leu.* 11. *b.*

Contaminari edulio hostiæ pacificæ die tertio. *Leu.* 7. *b.* est *x* sperare post hanc vitam bene operari.

Immunis, quare Liber.
Impedire, Impedimentum.

IMPEDIRE, est implicare, & inuoluere, quasique pedes ligare: vnde impedimentum est, quo quis detinetur, ne perficiat, quod cupit.

Impediuit Deus electos Israël. *Psalm.* 77, hoc est, compediuit, *y* quando fecit, vt electi etiam cum malis molestias paterentur, in eorum exemplum.

Impediunt cursum bonum, *z* qui à fide & charitate aliquem separant. *Galat.* 5. *a.* Et diabolus impedire nititur prædicationem. 1. *Thess.* 2. *d.* Et hostes impediebant ædificationem templi, & manus populi. 1. *Esdr.* 4. *a.*

Impedita lingua Mosis. *Exod.* 4. *c.* designat balbutiem literæ legis veteris, nisi ei addatur sensus spiritualis.

Impedire musicam. *Eccli.* 32. *a.* est *aa* tollere consonantiam verbi & operis: nempe cùm quis rectè loquitur, sed malè operatur.

Impellere.

Impellere, interdum est loco pellere: nonnunquam verò incitare: de quo vide *Incitare.*

Impellens turbo arietem designat *bb* Iudæos adigentes Christum & eius membra ad mortem. *Isa.* 25. *b. Ier.* 23. *c. Psa.* 117.

Impendere, vide Expendere.
Imperare, Imperium, vide Dominus, & Præcipere.
Imperitus, quare Ignorantia. Impertiri, vide Dare.
Impetigo, Scabies.

IMPETIGO, est fœdatio cutis serpens cum pruritu: quam scabiem siccam, asperam, & prominentem dicunt. Scabies autem est durior cutis rubicunda, ex qua pustulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ficciores: estque etiam cum quodam pruritu. *Leu.* 13. *b.* 21. *d.* 22. *c. Deut.* 28. *c.*

Impetigo sine dolore corpus occupat, & absque occupati tædio excrescens, membrorum decorem fœdat: designat *cc* auaritiam, quæ captiuam animam, dum quasi delectat, exulcerat: dum adipiscenda quæque cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit: quia æstuati animo ex culpa abundantiam promittit. Potest etiam impetigo fornicationem designare, propter pruritum.

In scabie feruor viscerum ad cutem trahitur: per quam rectè luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsque ad operationem prosilit, nimirum feruor intimus vsque ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus sauciat: quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Scabiem etiam habet detractor: qui facilè ad detrahendum prouocatur.

Impetrare, vide obtinere.
Impetus.

IMPETVS, est vis, vel violenta inuasio, ac impulsio.

Impetus fluminis, qui lætificat ciuitatem Dei, dicit *dd* inundationem gratiæ: & donorum Spiritus sancti: & abundantiam sapientiæ, & intelligentiæ mysteriorum. *Psal.* 45. *Cantic.* 4. *d.*

Impetus etiam fluminis & aquarum *ee* dicit vim & abundantiam lachrymarum, & doloris, *Cant.* 4. *d.*

Impetus grandinis, est vis *ff* tribulationis, & punitionis diuinæ: & idem est aliquando impetus aquarum, *Isai.* 28. *a. Iob,* 22. *b.*

Impetus spiritus est, *gg* qui inclinat ad virtutes: nec aliquando fallit sub virtutis specie. *Ezech.* 1. *c.* Impetus verò carnis, est impulsus ad vitia, vel apertè, vel sub virtutis velamine.

Impetus aquarum aliquando est *hh* vis populorum resistentium prædicatoribus, cósq; prementium. *Iob.* 18. *d.*

Impetus equi est *ii* effrenata pronitas, qua quis fertur in vitia. *Ier.* 8. *c.*

Impetus rotæ *kk* dicit magnam huius mundi volubilitatem, & inconstantiam, *Nah.* 3. *a.*

a *Philo. quod Deus sit immutabilis.*
b *Hier. ſ. Isa.* 63.
c *Hie. ſ. Ezec.* 22. 43.
d *Isyc. ſ. Leu.* 20.
e *Orig. ſ. Leu. hom.* 12.
f *Hie. ſ. Ezec.* 9. 18. 33. & ſ. *Isa.* 30. & ſu. *Iere.* 2. & ſu. *Amos* 7.
g *Hie. ſ. Is.* 28.
h *Hilar. ſ. psa.* 54.
i *Amb. de Ioseph.* 3. *Hier. ſ. Is.* 59.
k *Ori. ſ. Exec. hom.* 7. *Hier. ſ. Ezec. hom.* 38.
l *Hie. ſ. Is.* 33. *Arn.* & *Aug. ſ. ps.* 78.
m *Or. ſ. Is. ho.* 6. *Isyc. ſ. Leu.* 7. *Am. de Isaa. Gre. ſ. cant.* 1. *Hie. ſ. Is.* 56.
n *Glo. or. ſu. Leu.* 11.
o *Ori. ſ. Is. ho.* 5. *Hie. ep. Et factum est.*
p *Hie. ſ. Is.* 52.
q *Amb. ſu.* 2. *Cor.* 7. *Ori. ſu. Matt. cap.* 15.
r *Hie. ſ. Is.* 10.
ſ *Hie. ſ. Ho.* 8.
t *Hie. ſ. Is.* 65.
u *Glo. inte. ſu. Leu.* 14.
x *Glo. inte. ſu. Leu.* 7.
y *Aug. ſ. psal.* 77.
z *Glo. ord. ſu.* 1. *Esd.* 4.
aa *Lyr. ſ. Eccl.* 32.
bb *Glo. int. ſu. Isa.* 25.
cc *Gre.* 1. *past.* 11. *Isy. ſ. Leu.* 21. 22.
dd *Amb. ſup. psalm.* 118. *ſer.* 17. *Ba.* & *Aug. ſ. ps.* 45.
ee *Gr. ſ. cant. Am. ſ. ps.* 118. *ſer.* 17.
ff *Hie. ſ. Is.* 28. *Gre.* 16. *m.* 4.
gg *Gre. ſ. Eze. hom.* 4.
hh *Gre.* 30. *m.* 1.
ii *Hie. ſ. Ier.* 8.
kk *Hie. ſ. Nah* 3.

Impingere, vide Allidere. Impinguare, quare Adeps.

Impius, Impietas.

IMPIVS plus est quàm peccator, est enim scelleratus & nefarius, & præcipuè qui de Deo, patria, parentibúsve malè meretur. *Iudæi.*

Impij aliquando dicuntur Iudæi & sacerdotes *a* Iudæorum: quandóque dæmones: interdum gentiles & hæretici: & impij peculiariter, qui apertè negant Deum, aut diuinam prouidentiam, 1. *Reg.* 2. *b. Psal.* 1. 9. 11. 16. 36. 50. *Isa.* 14. *b.* 53. *c.* 57. *d. Ierem.* 12. *a.* 30. *d.* Et interdum impius dicitur de Antichristo. *Isa.* 11. *a.* Et impius iustificatus à Iudæis, fuit Barrabas. *Isa.* 5. *f. Iob.* 8. *d.* 16. *b.* 27. *c.* Et impij terræ, sunt dæmones aut hæretici. *Ezec.* 7. *f. Hab.* 1. *d.* 3. *c.* Impius, in cuius manus data est terra, est diabolus, aut populus Iudæorum: quibus traditum est corpus Christi. *Iob.* 9. *c.*

Sacerdotes Iudæorum. Dæmones. Hæretici. Gentiles. Antichristus. Barabbas.

Impij cessantes à tumultu, sunt *b* gentiles ad tranquillitatem fidei venientes, *Iob.* 3. *c.* *Gentiles conuersi.*

Impij affligentes, designare potest *c* graue iugum mortis super hominem. *Psalm.* 16. *Mors.*

Impietas est *d* iniustitia fœneratorum affligens pauperes: & hæreses: & idololatria. *Isa.* 58. *b. Zach.* 5. *c.* *Vsura. Hæresis. Idololatria.*

Implere, Adimplere, Complere, Explere.

Replere, Plenus, Plenitudo.

IMPLERE, est plenum facere: eodémque referuntur cætera vocabula, licet aliquatenus differant. Plenum autem, est aliquo corpore refertum, integrum & perfectum, & in quo nihil est vacui. Implere, etiam est perficere. *Gen.* 29. *f.* Imple hebdomadam dierum. Et satiare. *Exod.* 25. *b.* Implebitur anima mea. Replere, afficere. *Rus.* 1. *d.* Amaritudine repleuit me omnipotens. Consumare, *Sapien.* 19. *a.* Quæ deerant tormentis repleret. Fœcundare. *Leu.* 26. *a.* Pomis arbores replebuntur. Illustrare. *Exod.* 28. *a.* Quos repleui spiritu prudentiæ. Satiare. *Psalm.* 71. Replebitur maiestate eius omnis terra. Plenus, abundans. *Deut.* 33. *d.* Plenus erit benedictionibus Domini. Consummatus. *Genes.* 25. *a.* Prouectæ ætatis, & plenus dierum. Onustus. Tulit Isaï asinum plenum panibus, 1. *Reg.* 16. *d.* Plenitudo contentorum. 1. *Par.* 16. *c.* Tonet mare, & plenitudo eius. Vniuersitas. *Eccl.* 24. *a.* In plenitudine sancta admirabitur.

Plenus dicitur Deus holocaustis, *e* tum quia non eis indigebat, tum quia ei non rectè oblata fastidio erant. *Isa.* 1. *d.* *Fastidiens Deus holocausta.*

Implet Deus numerum dierum alicuius, *f* cùm dat illi fœlicitatem. *Exod.* 23. *d.* Et ibi adimplebunt dies suos senex, & infans: quia omnes erunt in perfecta ætate. *Isa.* 66. *c.* Impleuit etiam Dominus ruinas, implendo sedes dæmonum lapsorum hominibus. *Psa.* 109. Et impletur omne animal benedictione, quum ex diuersis gradibus hominum inducit gloriam. *Psa.* 144. Et implet splendoribus animam in fœlicitate. *Isa.* 58. *c.* Ibi implentur vniuscuiusque horrea saturitate. *Prou.* 3. *b.* Impletur os iustorum risu, *g* quum eorum corda finitis peregrinationum fletibus, æternæ lætitiæ exultatione satiantur. *Iob.* 8. *d. Psal.* 80. Implentur autem vt phialæ. *Zach.* 9. *d.* Et plena domus maiestate Dei, est cœlestis patria, vbi est plenitudo. *Isa.* 6. *a. Ezech.* 43. *b.* 44. *b. Agg.* 2. *b.* Repletur etiam anima adipe & pinguedine, *h* per diuinam visionem in gloria. *Psa.* 62. Et ibi repleri dicuntur in bonis domus Dei. *Psal.* 64. Et pleni dies inueniuntur in Sanctis, qui æternitatem adipiscuntur. *Psal.* 72. Impleri quoque absolutè in bonum, sumitur præcipuè fœlicitatis.

Implet Deus cœlum & terram: quia vbique est, & in omnibus, & extra omnia dicitur esse, quia comprehendi non valet, nec continetur: sed potius continet omnia. Implet etiam cœlum, & terram, hoc est, Angelos in cœlo & homines in terra. *Iere.* 23. *e.* *Vbique Deus.*

Implet Deus spiritu suo aut sapientia, *i* cùm dat dona Spiritus sancti. *Exod.* 31. *a.* 32. *d.* Et repleta terra scientia Dei, est Ecclesia. *Isa.* 11. *b.* Impleri etiam gloria Domini tabernaculum, est Ecclesiam impleri donis Spiritus Sancti. *Exod.* 40. *d.* Implent templum ea, quæ sub Deo erant. *Isa.* 6. *a.* quia quicquid de illo nunc conspicitur, adhuc non est ipse, sed sub ipso. Designatur etiam Christus implens Ecclesiam. Implet Deus Sion iudicio & iustitia, Christus videlicet Ecclesiam, *Isa.* 33. *a.* Et repletur Ecclesia bonis domus Dei, abundans donis Spiritus sancti, & gratiis gratis datis: & aliis, quæ oculus non vidit. *Ps.* 64. Repletur autem manè misericordia Dei, hoc est in resurrectione, *Psal.* 89. *Dans dona Spiritus S.*

Implens lapis vniuersam terram, est *k* Christus impleus fide & doctrina sua Ecclesiam. *Dan.* 2. *e.* Et impleta domus fumo, est Ecclesia habens nunc cognitionem obscuram de Deo: Vel etiam, quia plena est donis gratiæ & gloriæ. *Isa.* 6. *b.* Plena autem omnis terra gloria Domini est per incarnationem Christi: prius quidem Iudæa: sed postea omnis terra per prædicationem Apostolorum: & quilibet erit particeps huius gloriæ: qui omnia in gloriam Dei facit. *Habac.* 2. *a.* 3. *a.* Plena quoque est terra misericordia Domini: nempe Ecclesia, quæ est in terra. Vel qui sunt in terra hoc tempore, quod est tempus misericordiæ. *Psal.* 32. 118. *Ierem.* 31. *c.* Impleta domus odore vnguenti. *Ioan.* 12. *a.* est Ecclesia vel anima doctrina Christi: Vel est cùm extenditur fides Passionis & Resurrectionis Christi: & cùm quis ita se habet: vt ei mundus crucifixus sit. *Ezech.* 43. *b.* 44. *b. Agg.* 2. *b.* Repletur aquis flumen Dei, *l* quum Ecclesia abundat doctrinis & donis Spiritus sancti. *Psal.* 64. *Plenitudo gratiæ & gloriæ.*

Implere gomor de Man. *Exod.* 16. *g.* est *m* sanctam mentem implere cœlesti thesauro, quod facit Aaron, id est, Christus. Sic implens Gedeon conchamrore, est Christus implens animam gratia. *Iud.* 6. *a.* Repleri etiam terram, est virtutes in homine multiplicari. *Gen.* 1. *d.* Replet quoque Deus spiritu timoris propter paruulos, qui incipiunt à timore. *Isai.* 11. *a.* Ad hæc referri potest implere saccos frumento. *Gen.* 42. *e.* 44. *a.* *Plenitudo gratiæ.*

Implens Iacob hebdomadam dierum Liæ, vt duceret Rachelem. *Gen.* 29. *f.* indicat *n* prius sufficienter exercendam esse vitam actiuam, vt postea vacare possimus contemplatiuæ. *Exercitatio vitæ actiuæ.*

Implet Deus inuiam & desolatam, *o* cùm dat gentilitati doctrinam fidei, *Iob.* 38. *c.* Impleri autem valles, est per fidem & gratiam exaltari gentiles. *Isa.* 40. *Luc.* 3. *a.* Implet quoque Deus ruinas, cùm humiliatos à se superbos per gratiam suam exaltat. *Psal.* 109. impleuit quoque Deus animam catulorum leonum, cùm innumeros de gentilitate diripuit, & per animarum lucrum esurientia Apostolorum vota satiauit. *Iob*, 38. *d.* Implet etiam sagenas pelle Leuiathan, cùm simplices, vel stultos ac infirmos qui adhærebant diabolo, introducit in Ecclesiam. Et implet gurgustium piscium capite eius, quum potentes & Philosophos piscatoribus ad fidem suscipiendam subiicit. *Iob.* 40. *d.* Implent terram filij Israël, designant multiplicationem fidelium in Ecclesia. *Exod.* 1. *a.* Sic vinea impleuit terram. *Psal.* 79. Et implentes faciem terræ semine, *p* fuerunt Apostoli implentes Ecclesiam credentibus. *Isa.* 27. *b.* Et implet Deus terram Israël hominibus & iumentis, quum multiplicat doctos & simplices in Ecclesia. *Ezech.* 36. *c.* Impletæ nuptiæ discumbentibus, designant *q* Ecclesiam fidelibus completam, tã iustis, quàm peccatoribus. *Matt.* 22. *a.* Impleta quoque est sagena, hoc est, Ecclesia per aduentum Christi, & per ingressum plenitudinis gentium. *Matth.* 13. *f.* Plenitudo etiam Iudæorum erit, quum in fine mundi implebunt populum Dei, *Roman.* 11. *a.* Et tunc pleni dies inuenientur in eis. *Psal.* 72. Plena quoque Luna, erit Ecclesia in iudicio. *Prou.* 7. *c.* *Introductio simplicium in Ecclesiam.*

Repletum aquis flumen, designat *r* Iordanem, aut baptismum repletum vocibus Prophetarum. *Psal.* 64. Impleri autem labium aqua, vt lauarentur Sacerdotes, est paratam esse gratiam in Sacramentis. *Exod.* 40. *d.* *Multiplicatio fidelium. Baptismus prophetatus.*

Replentur frumento, vino, & oleo, *s* qui recipiunt doctrinam & dona spiritualia, *Ioel*, 2. *e.* Et replentur pane, qui doctrinam & præcepta suscipiunt. *Exod.* 16. *c.* Repletæ etiam nubes, sunt Prophetæ, Apostoli, & doctores doctrina cœlesti abundantes. *Eccl.* 11. *a.* Replent domos suas argento, *t* qui sermonem diuinum in corde suo fixum habent. *Iob*, 3. *c.* Et replentur viscera volumine. *Ezec.* 3. *a.* quum ea, quæ legimus in scripturis, meditamur & amamus, & opere implere curamus: & latentia mysteria in corde habemus. *Gratia in sacramentis. Abundantia doctrinæ.*

Plenus sermo dicitur, qui continet veritatem: vt est verbum Dei, de cuius plenitudine omnes accepimus. *Ioan.* 1. *b.* *Verus sermo.*

Implere vtrem aqua putei, est dare legi intelligentiam spiritualem, *Gen.* 21. *c.* Idem est implere carnales. *Exod.* 2. *e.* Implere autem hydriam in fonte, est facundiæ humanæ diuinos sensus adiungere. *Gen.* 24. *b.* *Intellectus spiritualis legis.*

Implere thuribulum de prunis altaris, est *u* implere linguam verbis inflammantibus ad charitatem & amorem Dei. *Leu.* 16. *c.* Sic impleuit Christus Ecclesiam feruore Spiritus sancti. *Apoc.* 8. *a.* *Verbi inflammantia ad charitatem.*

Compleuit Dominus sermones legis, quos loquutus est ad Mosen. *Exod.* 31. *d.* quando *x* misit: Filium suum *Mittens Deus Filium suum.*

---

a *Hil. f. ps. 1. Hier. f. Is. 14. 53. 57. & su. Ier. 12. Gre. f. 1. Re. 2. & 9. mor. 21. Orig. f. ps. 36. ho. 5.*

b *Gr. 4. m. 39.*

c *Ar. f. ps. 16.*

d *Hie. f. Is. 58. & f. Zac. 5.*

e *Hier. f. Is. 1.*

f *Hie. f. Is. 50. 66. & f. Zac. 9. & epist. Et factum est. Arn. f. ps. 109. Bed. f. Prou. 3.*

g *Gre. 8. mor. 39.*

h *Au. f. ps. 62. 64.*

i *Hil. f. ps. 64. Gre. f. Ezech. hom. 14. Hie. f. Is. 6. 11 & epi. ad Cyprianum.*

k *Ori. f. Is. ho. 4. 7. & f. Can hom. 1. & f. Matt. ho. 35. Hier. epist. Et factum est. Basil. f. ps. 32. Ambr. f. psal. 118. ser. 8. & & sup. Luc. 7.*

l *Aug. f. ps. 64*

m *Cyr. 3. f. Io. Ori. f. Iud. h. 8 Hier. f. Is. 11.*

n *Glo. ord. su. Gen. 29.*

o *Hier. f. Iob. 38. Orig. f. Luc. ho. 22. Aug. f. ps. 109. Gr. 30. m. 11. & 33. mo. 22.*

p *Hie. f. Is. 27. & f. Eze. 36.*

q *Ori. f. Matt. hom. 22. &c. 13. & f. Rom. 11. Aug. f. ps. 72. Bed. f. Prou. 7.*

r *Ar. f. ps. 64.*

s *Hie. f. Ioel. 2. & f. Eccl. 11. & f. Ezec. 3. Bed. f. Ex. 16. Am. epist. 44.*

t *Gre. 4. m. 35 & f. Eze. h. 10 Ori. f. Is. ho. 7.*

u *Ori. f. Leu. h. 9. Au. f. Ap. ho. 6.*

x *Hie. f. Mat. 5. Ori. f. Ro. 2.*

Digitized by Google

Tempus gratiæ.

in redemptionem generis humani. Sic compleuit iuramenta. *Geneſ.* 22. *d.* 26. *a.* Adimpletio temporum, eſt tempus incarnationis Chriſti. *Epheſ.* 1. *b.* Et plenitudo temporũ, eſt tempus præfinitum à Patre, vt mitteret Filium ſuum. *Gal.* 4. *a.* Adimpleuit etiam Chriſtus legem, quando de ſe prophetata in lege, compleuit: & etiam quia illa, quæ antea propter audientium infirmitatem, rudia & imperfecta fuerant, ſua prædicatione compleuit, illam tollens, & vicem talionis excludens, & occultam in mente concupiſcentiam reprimens. *Matth.* 5. *c.* Alij quoque dicuntur implere legem, cùm omnia perficiunt.

Perficiens Deus prædeſtinationem.

Implet Dominus verbum ſuum, *a* cùm abſoluit & perficit prædeſtinationem. 1. *Reg.* 1.

Liberalitas Dei.

Plena manus, deſignat *b* liberalitatem Dei erga Sanctos. *Leuit.* 2. *a.*

Humanus affectus viri in fœminam.

Impleuit Deus carnem pro coſta in Adam. *Geneſ.* 2. *d.* vt oſtenderet *c* affectum erga corpus non debere eſſe durum & lapideum.

Paſci corpore Chriſti.

Implet Deus os, quum *d* Chriſtus paſcit nos corpore & ſanguine ſuo. *Pſalm.* 80. Implet etiam os, quum ſatiat deſiderium. Et repletur os & lingua gaudio, hoc eſt cor laudando Deum. *Pſalm.* 125. Dicitur etiam impleri vberibus conſolationis: quod maximè erit in fœlicitate. *Iſa.* 66. *d.* Plenum præſepe coram boue fuit, quando Chriſtus natus in præſepio, ſe Iudæis in cibum exhibuit. *Iob.* 6. *a.*

Abundantia laudum hic, & in fœlicitate.

Replet Deus amaritudine, *e* quum in tribulatione dat dolorem pœnitentiæ. *Iob.* 9. *b. Ierem.* 15. *d. Thren.* 2. *b.* Sic impleuit Ephraim cõuertendo hæreticos. *Zach.* 9. *c.* Explere etiam dicitur Deus in bonis voluntatem ſuam in hac vita, quum eos flagellat, vt meliores fiant. *Iob.* 23. *d.* Et replet os ſuum increpationibus is, qui dum ſubtile examen tremendi contra ſe iudicis contemplatur, amaræ ſe pœnitentiæ inuectione perſequitur. *Iob.* 23. *a.* Explere autem tempus planctus, eſt conſummare labores & dolores huius vitæ. *Geneſ.* 50. *g.* Impleti dies purgationis mulieris, *Leuit.* 12. *c.* completam pœnitentiam deſignare poſſunt.

Dans Deus dolorem pœnitentiæ.

Repleri, dicitur malis anima Chriſti, *f* in ſuo videlicet corpore, quod eſt Eccleſia; cuius mala ſua reputat *Pſalm.* 87. Replentur quoque boni in hac vita deſpectione & opprobrio. *Pſalm.* 122. Adimplere dicitur Paulus, quæ deſunt paſſionibus Chriſti. *Coloſſ.* 1. *c.* quia labores eius erant non parua pars laborum Eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti.

Conſummare labores huius vitæ.

Repletur ſanguine gladius Dei, *g* quum per eum multa peccata puniuntur. *Iſa.* 34. *b.* Et pleni dicuntur indignatione Domini, qui grauiter ab eo puniuntur. *Iſa.* 51. *g.* Et Ieremias dicebatur plenus furore Domini, quando plenitudinem furoris eius annunciabat populo. *Ierem.* 6. *c.* Et complet Deus iram ſuam, vel furorem ſuum, quando grauiter caſtigat: Vel pœnam æternam infligit. *Thren.* 4. *b. Ezech.* 6. *d.* 20. *b.* Et implens vir indutus lineis manus prunis ad effundendum ſuper Hieruſalem, eſt Chriſtus præparans vindictam aduerſus Hieruſalem, & aduerſus mundum. *Ezech.* 10. *a.* Complet etiam Deus ſermonẽ ſuum & cogitationes ſuas, cùm caſtigat eos, quibus eſt comminatus. *Ierem.* 23. *e.* 30. *d. Thren.* 2. *f.* Completi dies aliquorum dicuntur, quando aduenit eis vindicta. *Ierem.* 25. *g. Thren.* 4. *d.* Plenæ manus Moſis, & Aaron cinere. *Exod.* 9. *b,* diuinam vindictam deſignare poſſunt, quæ ſecundùm legem per ſacerdotes completur.

Caſtigatio Dei.

Perfecta fides & cognitio Dei.

Impleri in omnem plenitudinem Dei, *h* eſt perfectam Trinitatis fidem habere. *Epheſ.* 3. *d.* Et plenitudo Dei communicata fidelibus, eſt eius perfecta cognitio. De plenitudine autem Chriſti omnes accepimus. *Ioan.* 1. *b.* Plenus pugillus ſimilæ, deſignat ſcientiam iuxta menſuram fidei communicatam. *Leuit.* 2. *a.* 5. *c.* Alia eſt autem plenitudo libri, alia verbi: Plenitudo quoque Chriſti dicitur eſſe in Eccleſia, quæ eſt corpus eius. *Epheſ.* 1. *b. Coloſſ.* 1. *c.*

Lætitia in bonis operibus.

Repletur anima adipe & pinguedine, *i* quando cum lætitia bonis operibus abundat. Vel cùm anima contra præſentium deſideriorũ æſtum ſupernæ ſpei infuſione refouetur, & amoris Dei abundantia colliqueſcit. *Pſal.* 62. Explere quoque opus tabernaculi, eſt perficere omnia præcepta Dei, & quæ ad eius cultum pertinent. *Exod.* 36. *a.* 38. *c.* 39. *f.* Replere terram eſt ſubiectum ſibi ſenſum ad meliora inſtituta conuertere: & per corpus bona opera exercere. *Geneſ.* 1. *d. Pſalm.* 79. Replentur quoque campi vbertate, cùm viuentes ſub lege bonis abundant operibus. *Pſal.* 64. Et plena populo ciuitas, eſt anima virtutibus abundans. *Thren.* 1. *a.* Repleri etiam arbores pomis, eſt hominem abundare virtutibus & bonis operibus: quod eſt repleri fructibus iuſtitiæ in Chriſto. *Leuit.* 26. *a. Phil.* 1. *b. Col.* 2. *a.* Plenæ etiam ſpicæ, deſignant abundantiã bonorum operum. *Geneſ.* 41. *c.* Idem eſt plenitudo annuæ meſſis. *Ierem.* 3. *f.* Et plena ſpica dicitur eſſe, quum quis iam habet opera perfecta, & robuſta. *Marc.* 4. *c.* Impletio quoque manuum ſacerdotum multitudinem bonorum operum indicat. 2. *Par.* 19. *g.* Opera quoque plena dicuntur, *k* quæ ſalutarem habent effectum. *Apoc.* 3. *a.*

Perficere præcepta Dei.

Exequi.

Implere, eſt exequi: & implet imperium Domini, qui eius ſeruat præcepta. *Exod.* 18. *d.* 34. *d.* 40. *d.* Non implens autem Saul opere verba Domini, deſignat *l* prædicatorem agentem contra ea, quæ prædicat. Dicens autem ſe impleuiſſe, deſignat prædicatores ſuam volentes occultare libidinem. 1. *Reg.* 1.

Seruare præcepta.

Implet Iordanis aluei ripas, *m* quum quis bonis operibus abundans, & non ſeipſum diligit, niſi quantum conuenit, vel expedit: quod ſi excedat, eſt noxium. *Ioſ.* 3. *d.*

Humilitas in bonis operibus.

Replet animam afflictam, *n* qui dolet cum dolente, eique quantum poteſt in neceſſitate ſubuenit. *Iſa.* 58. *c.*

Dolere cum dolente.

Plenum rore caput ſponſi. *Cant.* 1. *a.* deſignat *o* largitatem Chriſti non deficientem: vel aliter deſignat multos eſſe in Eccleſia frigidos per peccatum, qui frigeſcere faciunt amorem Dei. Deſignatur etiam Chriſtus plenus opprobriis Iudæorum.

Largitas Chriſti.

Opprobria Chriſti.

Plena oculis animalia in circuitu. *Ezech.* 1. *e.* 10. *f.* deſignant, *p* quòd electus doctor, dum ardorem charitatis, dum virtutẽ miſericordię, dum zelum rectitudinis ex dono Spiritus ſancti recipit, quaſi globum habitat luminis, qui eum ex omni parte circunſtantibus fulgentem reddit. Deſignat etiam nihil eſſe in Euangeliis, quòd non Spiritus ſancti fulgeat majeſtate: & quòd omnia viuunt Deo, & enarrant gloriam Dei. Et quòd actio Sanctorum prouidentia ſolicitudinis & repletur, & circundatur, ne ſcilicet, eis vitia virtutes eſſe mẽtiantur. Deſignatur etiam in Chriſto, & in ſanctis cognitio, qua ſciunt vnde veniunt, aut quò vadunt. *Apoc.* 4. *c.*

Circundari virtutibus.

Plenus dierum moritur Abraham, deſignans abundantiam virtutum perfectorum: vel futuram immortalitatem. *Gen.* 25. *d.* Idem de Iſaac. *Geneſ.* 35. *g.* Iob etiam moritur plenus dierum. *Iob.* 42. *d.* deſignat *q* Eccleſiam, quæ plena dierum moritur: quia ſubſequente luce ex mercede quotidianorum operum, depoſitio corruptionis pondere, ad incorruptionem ſpiritalis patriæ mutatur: cui labentes anni non tranſeunt, ſed ſtantium actuum retributione ſolidantur: quia per hæc tranſeuntia tempora, id, quod non tranſit, operatur. Complent dies ſuos in bono, qui curſum præſentis temporis in recto opere conſummant. *Iob.* 3. 6. *b.*

Perfectio iuſtorum.

Pleni ſunt digiti ſponſi myrrha probatiſſima, *r* quum in omni, quod agitur, mortificatio carnalitatis tenetur. *Cantic.* 5. *b.*

Conſummatio vitæ in abundãtia operum.

Implent hydrias aqua, *ſ* qui literam legis diſcere curant. Item qui peccatores ad timorem inducunt. *Ioan.* 2. *a.*

Mortificatio perfecta.

Plenitudo maris, dici poſſunt *t* Apoſtoli, qui facti ſunt piſcatores, hominum. *Iſa.* 42. *b.*

Diſcere literam legis.

Plenitudo etiam maris dicuntur *u* diuites huius ſeculi. *Pſalm.* 95. 97.

Inducere ad timorem.

Plenitudo terræ, dici poſſunt *x* principes Iudæorum: aut etiam principes Eccleſiæ. Et generaliter plenitudo terræ, ſunt omnes homines eam incolentes. *Iſa.* 34. *a. Ierem.* 8. *f. Mich.* 1. *a.* Plenitudo etiam terræ, hoc eſt, Eccleſiæ, ſunt Sancti. *Pſalm.* 23.

Apoſtoli.

Diuites ſeculi Principes.

Homines.

Sancti.

Impletum tempus pariendi Elizabeth, dicitur, *y* cùm iuſti generantur. In malis enim non implentur dies. *Luca* 1. *e.*

Generatio iuſtorum.

Impleri omnem vtrem vino, *z* eſt dari vnicuique iuxta merita, ſiue bonum, ſiue malum. *Ierem.* 13. *b.*

Retributio pro meritis.

Implere manum altaris, quod expiatur, *aa* eſt complere ſacrifica expiationis eius ſicut complentur pro ſacerdotibus & populo, atque *Exech.* 43. *g.* Implere etiam manum alicuius, eſt ipſum conſecrare. *Iud.* 17. *b.* Impleuitque vnius filiorum ſuorum manum. Et ſuppeditare, ea quæ neceſſaria ſunt ad illud munus.

Complere ſacrificia expiationis.

Conſecrare.

Impleuerunt Iudæi menſuram patrum ſuorum, *bb* quum neci Prophetarum, necem Chriſti addiderunt. *Matth.* 23. *d. Luc.* 11. *g.* Adimpletus etiam dicitur venter Iudæorum de abſconditis Dei. *Pſalm.* 16. cùm ſatiati ſunt ſanctu n: Chriſti, & myſteriis, quæ ipſi Iudæi contempſerunt. Vel quia occultè in conſcientia puniuntur. Implet ur e iam venter, quum malorum complentur deſideria. *Iob.* 20. *d.* Plenæ etiam fuerunt manus Iudæorum

Occidentes Iudæi.

Chriſtum vltra prophetas Impleri deſideria malorũ

a *Grec. ſ.* 1. *Re.* 1.
b *Orig. ſ. Leu. ho.* 4.
c *Aug.* 2. *de gent. contra Manich.* 12.
d *Ar. & Hie. ſ. pſ.* 80. *Au. ſ. pſ.* 125. *Gre.* 7. *mor.* 4.
e *Hie. ſ. Za.* 9. *Gre.* 4. *m.* 35. *&* 16. *m.* 14. 19.
f *Au. ſ. pſ.* 87.
g *Hie. ſ. Ezec.* 10.
h *Am. ſ. Ep.* 3. *Aug. epi.* 112. *Gr. ſ.* 1. *Reg.* 9.
i *Aug. ſ. pſ.* 62 *Gre.* 8. *m.* 11. *Arno. ſ. pſ.* 62. 79. *Ori. ſ. Gen hom.* 1. *Baſil. Exaem. ho.* 1. *Hila. ſ. pſ.* 64. *Iſyc. ſ. Leu.* 26 *Greg. ſ. Ezec. hom.* 15. *Georg. Venet. Cant.* 2. *to.* 3. *cap.* 6.
k *Rup.* 2. *ſ. Apoc.*
l *Gr. ſ.* 1. *Reg.* 15.
m *Rica. de S. Vict.* 2. *de extermi. mal.* 14.
n *Hie. ſ. Iſ.* 58.
o *Ambroſi. de virg.* 3. *Au. ſ. Ioan. tract.* 57 *Gre. ſ. Can.* 5. *Rup. ſ. Can.* 5.
p *Gre. ſ.* 1. *Re.* 16. *& ſ. Ez. ho.* 6. *Hier. ſ. Eze.* 1. 10. *Rup.* 3. *ſ. Apo.*
q *Gr.* 35. *mo.* 25.
r *Gre.* 26. *mo.* 17. *Gre. ſ. Can.* 5. *Gre. ſ. Eze. ho.* 6.
ſ *Eern. Domi.* 1. *poſt octa. Epiph. ſer.* 1. *& ſ. Cant. ſer.* 45.
t *Glo. ord. ſup. Iſaie* 42.
u *Ar. ſ. pſ.* 95.
x *Glo. inte. ſu. Iſai.* 54. *Hie. ſ. pſ.* 23.
y *Am. ſ. Lu.* 1.
z *Orig. ſ. Iere. ho.* 9.
aa *Hie. ſ. Eze.* 43.
bb *Am. ſ. Luc.* 11. *Arno. ſ. pſ.* 16. *Aug. Epi.* 59. *Gre.* 15. *m.* 11. *Ori. ſ. Matth. hom.* 25.

Digitized by Google

sanguine propter mortem Christi: quia impleuerunt mensuram patrum suorum. *Isa.* 1.*d.* Plena sepulchra ossibus mortuorum, sunt pleni operibus mortuis. *Matt.* 23.*c.* Et plena confusione Hierusalem, *a* est anima nudata virtutibus. *Ezech.* 16.*a.*

Impleta domus Domini fumo in Hierusalem, designabat combustionē futuram materialis templi: Vel *b* synagogam repletam erroribus & ignorantia: vel habentem obscuram cognitionem de Deo. *Isa.* 6.*b.*

Impleri omnem lagunculam vino & ebrietate, *c* est omnem hominem inuolutum esse peccatis, erroribus, & obnoxium esse iræ Dei. *Ierem.* 13.*b.* Impleri etiam ebrietate, est frui voluptatibus. *Isa.* 56.*d.* Implentur ossa vitiis adolescentiæ, quum duræ consuetudines à vitio pessimæ inchoationis sumptæ sunt. Vel dicitur, quia fortiā opera in vitio mollescunt. *Iob.* 21.*b. Hos.* 13.*b.*

Impleti lumbi illusionibus, *d* multitudinem libidinis designant: vel reprehensiones, & confusionem, qua peccator confunditur. *Psalm.* 37.

Complentes filij Israël opus laterum in Ægypto, designant *e* malè operantes ex consuetudine. *Exod.* 5.*b.*

Non implent malorum filij ciuitates, cùm cogitationes malæ non perseuerant in cordibus bonorum. *Isa.* 14.*e.*

Non implentur ventres auro & argento. *Ezech.* 7.*f.* quia *f* non eis satiatur appetitus. Et non impletur diuitiis auarus. *Eccles.* 6.*c.* quia Iudæi non implentur sensibus spiritualibus. Vel non impletur, qui semper cupit discere.

Implens Rex Assyriorum latitudinem terræ, est *g* diabolus occupans Ecclesiam in multis membris. *Isa.* 8.*b.*

Implentes Palestini terra puteos Abrahæ, sunt *h* Iudæi implentes legem carnalibus sensibus, & suis traditionibus. *Genes.* 26.*c.* designant etiam dæmones implentes animam terrenis cogitationibus. Implentur quoque terra, qui affectus habent terrenos. *Psalm.* 73. Et implere ventrem siliquis, est occupare mentem inanibus cogitationibus. *Luc.* 15.*c.* Impleuerunt quoque Iudæi & hæretici hæreditatem Dei abominationibus, hoc est, idolorum cultu & erroribus. *Iere.* 16.*d.* Pleni cincinni sponsi guttis noctium, sunt *i* scripturæ, quæ implentur erroribus à Iudæis, & hæreticis. *Cant.* 5.*a.*

Non implere manum, aut sinum fœno. *Psa.* 128. est *k* non laudare verba hæreticorū. Vel est non laudari opera exteriora nec interiora. Vel est superbos inueniri vacuos in iudicio.

Repleti prius, sunt *l* abundantes & incrassati: vel inflati superbia, plenique peccatis, cum quibus audent ad Eucharistiam accedere. Vel sunt Iudæi habentes à principio cognitionem Dei, cæteráque eius dona. 1.*Reg.* 2.*a.* Ad idem referuntur plena viscera adipe. *Iob.* 21.*d.*

Replentur domus Babylonis draconibus, *m* quum mundus impletur dæmonibus & hæreticis. *Isa.* 13.*d.* Et repletæ mensæ hæreticorum & Iudæorum vomitu, sunt scholæ eorum plenæ peruersa doctrina. *Isa.* 28.*c.* Et repleta terra idolis, est anima infecta hæresibus. *Isa.* 2.*b.* Et repletæ sanguine aquæ Dimon, designant doctrinam hæreticorum erroribus plenam. *Isa.* 15.*b.* Et plenæ quadrigarum sunt valles Sion, cùm abundant superbi, & hæretici. Et plena clamoris vrbs, est congregatio hæreticorum: quia eorum doctrina in multiloquio & clamore versatur. *Isa.* 22.*a.* Et plena auibus decipula, designat conuenticula hæreticorum, quorum etiam domus plenæ sunt dolo. *Ierem.* 5.*g.* Et repleta est terra adulteris, hoc est, hæreticis. *Ierem.* 23.*b.* Et plena est terra iudicio sanguinum, cùm iusti condemnantur, vt in Iudæa. *Ezech.* 7.*g.* 30.*c.* 32.*b.* 35.*b.* Plena promptuaria hæreticorum diuitum: *n* quia semper habent præparata verba: quibus contendant aduersus fideles. *Psalm.* 143. Replent locum sanguine innocentem hæretici, qui simplices inducunt in errorem. *Ierem.* 19.*b.* Et repleta est terra sanguinibus, & auersione, hoc est, peccatis, & erroribus, *Ezech.* 9.*d.* impleta domus mulcis, & locustis. *Exod.* 8.10. hoc est, hæreticis.

Plenum os maledictione & amaritudine, *o* prauam consuetudinem indicat maledicendi. *Rom.* 3.*b.* qualis fuit in Iudæis. Plena voce clamauerunt fratres Christi contra eum, cùm Iudæi dixerunt: Tolle, crucifige eum. *Ierem.* 12.*b.*

Implet stomachum suum ardore, *p* qui vehementer irascitur. *Iob.* 15.*a.*

Plenæ fossæ brucho, designant infernum plenum malis. *Isa.* 33.*a.* Idem designant impletæ speluncæ leonis præda. *Nah.* 2.*d.* Dicitur autem non repleri infernus. *Prou.* 27.*d.* quia *q* pœna nunquam cessabit: sicut voluntas hominis perseuerat in peccato. Ibi mali replentur ignominia pro gloria. *Habac.* 2.*c.*

Implendam se dicens Tyrus per lapsum Hierusalem. *Ezech.* 26.*a.* hæreticos *r* designat, & seculares: qui quando viderint hominem sanctum per negligentiam esse prolapsum, gaudent & exultant, quasi aliorum ruina, sua fit resurrectio.

Impleuerunt decorem Tyri finitimi eius: & Aradij, & Pigmæi, & Carthaginenses impleuerunt nundinas eius. Et impleuit Tyrus populos multos. *Ezech.* 27.*a.* Hæc omnia ad *s* hæreticos referri possunt: Et ad mundanos, sicut & Tyrus typus est mundi.

Plenus sapientia Rex Tyri, fuit *t* diabolus ante peccatum. Sed interiora eius repleta sunt iniquitate, cùm in corde recalcitrauit aduersus Deum. *Ezech.* 28.*c.d.*

Plenum torcular, *u* dicit abundantiam malorum & iniquitatum: vt non iam amplius differenda sit ira Dei. *Ioel.* 3.*c.*

Non adimpletur superbus sicut mors: quia *x* diabolus & hæreticus & Antichristus non satiantur in perdendis animabus. *Hab.* 1.*b.*

Compleri tempus consecrationis sacerdotum. *Leuitic.* 8. *g.* est *y* compleri tempus huius vitæ: & dies Pentecostes.

Implere cornu olei, vide *Cornu.*

Implicare, vide Inuoluere.
Impollutus, vide Mundus.
Imponere.

IMPONERE, est supra ponere, & iniungere, est etiam imponere, decipere: de quo vide Decipere. Est etiam dare, Attribuere, Offerre.

Impositio lignorum super Isaac, designat *z* impositionem crucis super Christum. *Genes.* 22.*a.* Et imponens Samaritanus vulneratum super iumentū, est Christus portans peccata nostra in corpore suo. *Luc.* 10.*f.* Imponens etiam sacerdos manus super caput vituli, designant Christum peccata nostra portantem. *Exod.* 29.*b. Leuit.* 1.*b.* 16.*d.* Impositio autem manuum in sacrificio, ministrabat benedictionem, aut peccatorum remissionem, aut sancti Spiritus aduentum: aut expiationes intelligibiles.

Imponere etiam manus super caput vituli, *aa* designat carnis castigationem. *Exod.* 29.*b.* Et imponere membra hostiæ super ligna. *Leuit.* 1.*b.* Imponit quoque vitulos super altare, qui carnem castigat ad imitationem Christi: & qui laudat Deum in Christo. *Psalm.* 50. vt Sancti in fœlicitate offerunt per Christum seipsos Deo in gratiarum actionem.

Imponere quoque vaccas super ligna in holocaustum, *bb* est amoris flamma ea comburere, vel accendere, quæ de scripturis intelliguntur. 1.*Reg.* 6.*c.* Imponere etiam pretium, est iniungere pœnitentiam. *Num.* 18.*c.*

Imponit peccans manum super caput hostiæ, *cc* cùm per semetipsum manifestat peccatum suum, & suam offert confessionem. *Leuit.* 4.*d.*

Imponens Christus manus super pueros, *dd* erat eos benedicens, & per eorum tactum pellebantur mala, præcipuè dæmones. *Matth.* 19.

Imponunt manus super ægros. *Marc.* 16.*d.* qui *ee* quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, eis tota virtute succurrunt, & exemplo suæ operationis, illorum vitam roborant. Et qui ægras affectiones, bonis operibus operiunt.

Imponentes sibi Sem & Iaphet pallium, ne viderent verenda patris sui. *Genes.* 9.*d.* designant *ff* subiicientes se ad onus verbi Dei, & propriam infirmitatem cognoscentes, & etiam ignominiam passionis Christi venerantes. Non

Cognoscentes se. Venerantes passionem Christi.

a *Hie. s. Ezec.* 16.
b *Hier. s. Is.* 6. *Et epi. Et factum est. & epist. Ignosa vsu.*
c *Hie. s. Ie.* 13. *& s. Is.* 56. *Gre.* 15. *mo.* 4. 5.
d *Ori. s. ps.* 37. *hom.* 1. *Basil. s. ps.* 37.
e *Glo. int. sup. Exod.* 5.
f *Hie. s. Ecc.* 6.
g *Hier. s. Is.* 8.
h *Orig. s. Gen. ho.* 13. *Bed. s. Gen.* 26 *Aug. s. ps.* 73. *Am. s. Luc.* 15 *Gr.* 31. *m.* 22.
i *Rup. s. cant.* 5.
k *Ar. & Hil. s. ps.* 128.
l *Aug. s. psal.* 128. *Orig. s.* 1. *Reg. ho.* 1. *Gre. s.* 1. *Regum.* 2. *& 15. mor.* 28.
m *Au.* 17. *ciu. Dei.* 4. *Hier. s. Isa.* 2. 13. 15. 22 *& s. Eze.* 2.
n *Hier. s. psal.* 143.
o *Ori. s. Ro.* 3. *Hie. s. Ier.* 12.
p *Gre.* 12. *mo.* 13.
q *Bed. s. Prou.* 27.
r *Hie. s. Eze.* 26.
s *Glo. ord. su. Eze.* 27.
t *Hie. s. Ezec.* 28.
u *Hier. s. Ioel.* 3.
x *Hie. s. Hab.* 2
y *Glo. ord. su. Leu.* 8.
z *Am.* 1. *de Abra.* 8. *Ori. su. Luc. ho.* 10. *& s. Leu. hom.* 1. *Isye. s. Leu.* 16.
aa *Gr. s. ps.* 59.
bb *Gr. s.* 1. *Re.* 6.
cc *Isye. s. Leu.* 4.
dd *Ori. s. Mat. hom.* 7.
ee *Gr. ho.* 29. *Bern. serm.* 1. *Ascensio.*
ff *Ambr. de Tob.* 20.

Plenioperibus mortuis. *Combustio Hierusalem.* *Errores Iudæorum.* *Inuoluti omnes peccatis, & obnoxij iræ Dei.* *Prauæ consuetudines.* *Multitudo libidinis.* *Confusio peccatorum.* *Consuetudo malè operandi.* *Non perseuerantes praua cogitationes in corde boni.* *Insatiabilitas auari.* *Appetitus discendi.* *Occupans dia bolus membra Ecclesiæ.* *Dantes Iudæi carnales sensus legi.* *Occupare mētem vanis cogitationibus.* *Cultus idolorum.* *Non laudare verba hæreticorum.* *Defectus operum.* Referti vitijs. *Multitudo dæmonum & hæreticorum.* *Multitudo peruersa doctrinæ.* *Consuetudo maledicendi.* *Iracundia.* *Plenitudo inferorum.* *Gaudentes mali de ruina bonorum.* *Gloria hæreticorum, & mundanorum* *Dona diaboli ante lapsum.* *Superbia diaboli.* *Complementum iniquitatis.* *Auiditas perdendi animas* *Compleri tempus huius vitæ & Pentecostes.* *Christus in cruce.* *Castigatio carnis.* *Pœnitentia.* *Confessio peccati.* *Benedicens Christus.* *Succurrentes proximis.* *Subijcientes se ad onus verbi.*

Digitized by Google

Non tollens verbum Dei.
Pœna peccati
Sine peccato esse.
Tradere morum honestatem.
Occidentes Christum.
Cogentes seruari legem carnaliter.
Ornare sacerdotem sapientia.
Collatio legis veteris.
Christus portans nos.
Dæmones vulnerantes genus humanum.
Confidere in proprijs orationibus.
Abscondere mysteria indignis.
Signum crucis.
Iudæa.
Ecclesia.
Obedientia.
Præparatio ad audiēdum verbum Dei.
Bonus odor sacramentorum, & bonorum operum.
Idololatria.
Superstitiones
Inobedientia.
Christus
Prædicatio.
Oratio
Deceptiones
Philosophorum.
Philosophi, & hæretici.
Humilitas.
Qualitates elementorum.
Orationes.
Opera ex charitate facta.
Compositio virtutum.
Spiritus Christi.
Desiderium redemptoris.
Laus virtutum.

Non imponit Deus famem, *a* quum non tollit verbum Dei. *Ezech.36.f.*

Impositæ sunt iniquitates collo, cùm quis propter eas grauiter punitur. *Thren.1.c.* Et imponitur iugum, quod non auferetur, *b* quando cum grauitate peccati veniunt ad inferos. *Hose.11.c.*

Non esse autem impositum iugum vaccis, *c* est non subiacuisse peccato. *1.Reg.6.b.*

Imponentes discipuli vestimenta sua super asinam & pullum. *Matth.21.a.* designabant *d* honestatem morum suorum in conuersos ab ipsis traducendam.

Imposuerunt seniores Israël manus supra caput vituli, *e* cùm principes Iudæorum occiderunt Christum. *Leuit.4.c.*

Imponebant scribæ, & Pharisæi onera grauia, & graue iugum super populum, quando *f* volebant legem literaliter & carnaliter obseruari. *Matth.23.a.*

Imponere mitras, aut cidarum capitibus sacerdotum, *g* est illos ornare sapientia. *Exod.29.b. Leuit.16.a.*

Imponens Abraham vtrem aquæ scapulis Agar. *Genes.21.b.* designare videtur *h* collationem legis datæ populo Israël.

Imponens Moses vxorem & filios super asinum. *Exod.4.e.* designat *i* Christum, qui posuit genus humanum super seipsum.

Imponentes latrones plagas descendenti ab Hierusalem in Hiericho, sunt *k* dæmones vulnerantes genus humanum in naturalibus per peccata. *Luc.10.f.* Eosdem designant Ægypti imponentes filiis Israël mensuram laterum. *Exod.5.b.*

Imponere thus in simila, *l* est confidere in propriis orationibus: ideò non erat imponendum. *Leuit.5.c.*

Imponere operimentum super tabernaculum. *Exod.40.b.* est abscondere mysteria ab indignis.

Importare, quare Inducere.
Importunus, Improbus.

Importunus est, qui aliquid facit præter rationem loci, seu temporis, aut personarum, qui & improbus dicitur. *Eccles.18.b.22.a.32.a. 1.Thes.3.a. 2.Tim.4.a.* Ponitur autem improbitas amici petentis panes, in exemplum instantis orationis, quam debemus ad Deum facere. *Luc.11.b.*

Imprecari, vide Maledicere, & Orare.
Imprimere.

Imprimere, est rei molli figuram aliquam inducere.

Imprimi signum in scriptura emptionis, *m* designat signum crucis, qua redempti sumus. *Ierem.32.g.*

Improbus, vide Importunus, & Malus.
Improperare, Improperium, vide Opprobrium.
Impudens, vide Confundere.
Impudicus, quare Castus.
Impugnare, Oppugnare.

Impugnat aliquis ciuitatem, aut regnum, quando bello ipsum inuadit, & sibi subiicere nititur: quod etiam oppugnare dicitur.

Impugnantes gratis erant *n* Iudæi contra Christum, quem sine causa persequebantur. *Psalm.34.55.119.* Et mali persequuntur bonos.

Oppugnata ciuitas, quæ tamen non vincitur, est *o* Ecclesia, quam dæmones & infideles oppugnant; nec tamen aduersus eam prævalere possunt. *Iosu.10.b.f. 1.Reg.23.b. 3.Reg.18.b. Isa.27.a.* iuxta Septuaginta.

Imputare, quare Attribuere.
Inanis, quare Vanus.
Inaures.

INAVRES, sunt aurium ornamenta ab ipsis auribus dependentia. Inauris etiam super os, aut in naribus, erat circulus aureus è fronte mulieris in os dependens, & imminens naribus.

Inaures, vt sunt ornamenta aurium insignia, sunt *p* pij auditus: & possunt designare obedientiam carnis erga spiritum: vel obedientiam duorum præceptorum charitatis, vel præparationē ad audiendum verbum Dei. *Exod.32.a.35.c. Isa.3.d.* Et inaures ponderis vnius drachmæ, auditionem vnius verbi diuini significant: vel ipsa verba diuina, seu etiam intellectum: quas inaures dedit seruus Abrahæ Rebeccæ. *Genes.24.c.* Inaurem dant Iob, qui obedientiam Christo offerunt. *Iob.42.c.* Ex inauribus conflatus est vitulus: quia ex inobedientia venitur ad idololatriam.

Inauris etiam aurea, dici potest *q* ille, qui libenter obtemperat docenti. *Prou.25.b.*

Inaures super os, aut in naribus, designant *r* bonum odorem sacramentorū: & bonorum operum Deo acceptorum. *Ezech.16.b.* Et qui viuit & laudat Deum, & sensus, ac dogmata diuina habet, bonum odorem exhibens Deo, circulum aureum habet in naribus: quando verò mortui sumus, & versamur in cœno atque sordibus turpitudinem, habemus illam inauré in naribus, de qua scripsit Salomon: Sicut inauris aurea in naribus porcæ, sic mulieri malè moratæ pulchritudo. *Prou.11.c. Hose.2.c.*

Inaures aureas, seu circulos habet in auribus, *s* qui claudit aures ad verba detractoria, & similia. *Ezech.16.b.*

Inaures, quas infodit Iacob, sunt *t* cultus idolorum, & superstitiones gentilium: & conuersio ad fabulas: & malus auditus, & inobedientia. *Genes.35.a. Exod.32.a. Iud.8.f. 2.Tim.4.a.*

Incantare.

Incantare, est verbis, vel solis, vel etiam rebus quibusdam adiunctis, aliquid supra naturalem cursum moliri.

Incantans sapienter, est *u* Christus prædicando conuertens animas. Et incantatio est ipsa prædicatio. *Psal.57. Ierem.8.f.*

Incantatio aduersus serpentes, est oratio aduersus dæmones: quæ tunc non valet, quando Deus per eos castigat: & iam non est locus misericordiæ. *Ierem.8.f.*

Incantationes Ægyptiorum, sunt *x* deceptiones Philosophorum: & incantatores, sunt Philosophi & hæretici: qui verbis falsa demonstrare esse vera nituntur. *Exod.7.d. Deut.18.b. 2.Paral.33.a. Eccl.12.c. Isa.8.d.47.c.*

Incastratura.

Incastratura in tabulis est, quæ fit, vt vna tabula alteri rectè copulari, & coagmentari possit.

Incastraturæ tabularum templi, designant *y* humilitatem, per quam proximorum charitas coalescit. *Exod.26.d. 36.c.*

Designant etiam incastraturæ binæ in singulis tabulis, quibus cum binis tabulis sibi adiacentibus coniunguntur, binas *z* qualitates elementorum, quibus cum duobus vicinis elementis quodlibet elementum connectitur. Terra enim frigiditate cum aqua, siccitate verò cum igne colligatur. Eadem series est in cæteris.

Incedere, quare Ambulare.
Incensum, Thimiama.

Incensum est, quod incenditur in sacrificium: quòd Græcè thimiama dicitur.

Incensum designare potest *aa* orationes, & opera ex charitate procedentia, & peculiariter orationem Christi. *Exod.30.35.37.40. Leuit.7.16. Psalm.65.140.* Componitur autem incensum opere vnguentarij ex stacte, oniche, galbano, & thure, significans quatuor genera orationum, quæ ponit Apostolus. *1.Tim.2.* Et dicitur thimiama sempiternum, & thimiama gratissimum, est compositio virtutū: quod mixtum, & purum sit, quia quantò magis virtus virtuti iungitur, tantò incensum boni operis syncerius exhibetur. *Ezech.16.c.*

Incensum, quod offertur Domino, designare potest *bb* spiritum Christi immaculatum. *Num.16.g.* Et etiam incensum desiderium Redemptoris. *1.Reg.2.f. Leuit.21.a. Luc.a.* Hoc incensum offerebant olim sancti patres, magno affectu redemptorem desiderantes.

Incensi odorem latius spargimus, *cc* quando cuiusque virtutis opinionem dignis laudum præconiis dilatamus. *Dan.2.g.* Thimiama quoque obtulerunt principes, quando sunt Christi bonus odor. *Exod.35.b.*

a *Hie.s.Ezech.36.*
b *Hie.s.Ho.11*
c *Gre.s.1. Re.6.*
d *Ori.s.Matt. hom.14.*
e *Isy.s.Leu.4.*
f *Ori.s.Matt. hom.29.*
g *Glo.int.sup. Leu.16.*
h *Glo. ord.su. Gen.21.*
i *Glo. inte.su. Exod.4.*
k *Glo. ord.su. Luc.10.*
l *Glo.int.sup. Leu.5.*
m *Hier.s. Ier. 32.*
n *Glo.ord. su. ps.119.*
o *Hie.s.Is.27.*
p *Ori.s.Exod. hom.13.*
Am.1. Abr.9
Hier.s.Is. 3.
Philo. de congre.&c.
Au. serm.75.
Gr.35.m.13. & 30.m.10.
Bed. su. Gen. 24.
Greg. Nyss.de vita Mosis.
q *Bed.s.Prou. 25.*
r *Ori.s. Ezec. ho.6.*
Hier. s. Ezec. 16.
s *Hie.s. Ezec. 16.*
t *Ambr. de Iacob. 7. & epist.56.*
Bed.s.Ge. 35.
u *Ar.s.ps.57.*
Gr.34.mo.5.
Chry.s. Ro.8.
x *Lyr.s.Deut. 18.*
y *Glo. or. sup. Exod.26.*
z *Georg. Ven. Cant.1. tom. 4.cap.42.*
aa *Ambro. de Isaac.5.9.*
Hil.s.ps. 140.
Orig.s.Ezech. hom.7. & su. Leu.hom.9.
Gre.1.m. 39.
Isyc.s. Leu. 4. 16.
bb *Or.s.Num hom.9.*
Gre.s.2.Re.2.
cc *Rica.de S. Vict. de somn. Nabuc.35.*

Digitized by Google

Incensum arietum, est *a* zelus contra hæreticos. *Psalm.*65.

Incensum & thimiama Dei, offerunt Baal, & ponunt in mensa idolorum, *b* qui donis Dei abutuntur,in iniuriam Dei largitoris. 4.*Reg.*23.*f. Hos.*2.*e.*

Incensum in igne alieno, est *c* sacrificium oblatum in peccato. Et legalia & prophetica dogmata in peruerso intellectu. *Leuit.*10.*a.*16.*b. Isa.*1.*d.*

Thimiama compositionis alterius, *d* sunt petitiones iniustæ,quæ non sunt gratæ Deo. *Exod.*30.*d.*

Incensum ex simila. *Leuit.*6. vide *Simila.*

Incertus, vide Certus.

Incestus.

Incestus, est flagitium cum ea commissum, cum quia alioqui non erat futurum legitimum matrimonium, vt cum coniunctis sanguine.

Incestus Loth,cum filiabus suis,designat inordinatè adhærentem carni,& diuitiis.*Genes.*16.*g.Leui.*18.*c.*

Inchoare, vide Incipere.

Incipere, Inchoare, Cœpisse.

Incipere, est rem aliquam faciendam aggredi, quod & inchoare dicitur.

Incipiens Noë exercere terram, *e* designat incipientes bene operati, & corpus proprium virtutibus excolere. *Genes.*9.*c.*

Incipit Saul ædificare altare, cum *f* prædicator in nuper conuersis, timoris compunctionem excitat. 1.*Reg.*14.*e.*

Incipiens dispensator Ioseph scrutari saccos fratrum Ioseph,à maiori vsque ad minimum.*Gene.*44.*c.*designat prælatum examinantem sibi subditos.

Incipientes discipuli vellere spicas,designant *g* prædicantes,vt colligant fructum ex prædicatione.*Matth.*12.*a. Marc.*2.*d.* Vel colligentes benè dicta à Philosophis.

Incipiens mergi Petrus.*Matth.*14.*d.*tentationis *h* periculum designat,in quo ad Christum est confugiendum.

Incipiens pugnare Naas,id est, *i* gula, contra Iabes, designat suggestionem gulæ,cum qua sancti viri non habent fœdus. 1.*Reg.*11.*a.*

Incipit punitio à sanctuario Dei, hoc est, *k* à ministris Ecclesiæ: qui eò grauius puniuntur,quò magis ad puriorem vitam obligantur. *Ezech.* 9. *c.* 1. *Petri* 4.

Incitare, quare Prouocare.

Inclinare, Pronus.

Inclinare, est inflectere,præcipuè à rectitudine, quæ sursum tendebat,vt sit à loco superiori versus inferiorem demittere.Pronus autem dicitur, qui in anteriorem partem est flexus.

Inclinat Deus aurem, *l* vt medicus ad ægrotum non valentem eleuare vocem.*Psalm.*16.30.70.80.87.101.114. *Bar.*2.*c.Dan.*9.*e.* Quando exaudimur autem,dicitur inclinare aurem per misericordiam: tunc enim condescendit nobis,vt faciat,quod rogatur.Inclinat autem ipse aurem,cùm nos iacemus humiliati.Et inclinans se Iesus ad scribendum in terram, inclinationem ad miserendum designat. *Ioan.*8.*a.* Inclinans autem se secundò, monet ne quempiam corripiamus nisi prius nosmetipsos diligenter examinauerimus.

Inclinauit Deus cœlos, *m* cùm Verbum caro factum est: & cùm misit angelos ad ministeria hominum:& cùm præmisit angelos & prophetas: & etiam humiliauit Apostolos à summa contemplatione ad simplicem prædicationem. *Psalm.*17.143.

Inclinata dies, dici potest *n* tempus incarnationis Christi in fine seculorum:vel tempus propinquum iudicio. *Genes.* 24.*g.*

Inclinans se Iacob septies ad Esau.*Genes.*33.*a.* designauit *o* corpus in hoc mundo seruire in persecutionibus populo persecutori.

Inclinat Deus ex hoc in hoc *p* cùm dat præmia & pœnã ei,qui partim bonus est,partim malus,inclinat etiam calicem gratiæ ex hoc in hoc,hoc est,à Iudæis ad gentes: quando videlicet sensus spirituales legis transire facit à Iudæis ad gentes.Vel ex hoc in hoc, quum de misericordia in iudicium diuina seueritate transitur. Inclinare autem dicitur calicem,& non euacuare,vel exinanire: quia punit cum misericordia. *Psalm.*22.74.

Inclinare dicitur Deus manum suam, *q* cum subtrahit auxilium. *Isa.*31.*b.*

Non inclinari terram, *r* est Ecclesiam fundatam esse,& firmatam in Christo. *Psal.*103.

Inclinans se Maria in monumento, *s* humilitatem designat peccatoris respicientis.*Ioan.*20.*b.*Et inclinare oculos,est nullum respiciendo despicere: sed se minorem,atque imparem cunctis,quos aspicit, æstimare. *Iob.*22.*d.* Pronitas autem conueniens est adorationi & humilitati. *Genes.*17.*a.*19. 33.43.48.50. *Exod.*4.34.35.

Pronus iacens Dagon in terra.1.*Reg.*5.*a.*designat, *t* quòd authore Deo ad aspectum fidelium idololatria simulare rationis imaginem non habet,qui enim pronus iacet, faciem in terram deprimit.

Inclinans Rebecca hydriam,designat *u* susceptionem fidei: & adimplentem opere credita: vel humilitatem & facundiam humanam diuinæ scientiæ. *Genes.*24.*c.*

Inclinare cor, est *x* subiicere mentem ad doctrinam suscipiendam. *Prou.* 2. *d.* Et inclinare aurem', est deposita superbia obtemperare præceptis Christi: & tenere in memoria quæ dicuntur.*Psalm.*44.77.*Isa.*55.*a. Ierem.*7.*e.* Et inclinat aurem in parabolam, qui ad mysteria per Spiritum sanctum suscipienda se præparat, & qui loquitur,& audit,operatur,& docet. *Psal.*48.

Inclinatio regnorum, *y* dicit conuersionem,& subiectionem Regum,& principum ad fidem Christi.*Psal.*45.Et inclinatur homo ad factorem suum,& non altaria,cùm conuertitur ad fidem.*Isa.*17.*b.*

Inclinantur vmbræ. *Cant.* 2. *d.* quum *z* præsens vita finitur, & cùm cessant allegoriæ, & obscuritates intelligendi scripturas. Item cùm dæmones & mali in iudicio detrudentur in infernum. Item cessat mortalitas in Christo.

Inclinari dicuntur ad Luciferum, *aa* qui vasa eius pœna humiliantur. *Isa.*14.*d.*

Inclinatus paries,designat *bb* hominem pronum ad malum. *Psalm.*31.Sic cogitatio humana prona dicitur ad malum. *Genes.*8.*d.*Et inclinata mulier curua,designat grauitatem peccati deorsum trahentis:vel significat Gentilitatem. *Luc.*13.*c.*

Inclinat multitudo donorum, quum per ea quis declinat à rectitudine. *Iob.*36.*c.*

Inclinata ad mortem domus meretricis, *cc* est vel caro eius, vel conciliabula hæreticorum, morte perpetuà condemnanda. *Prou.*2.*d.*

Incluſor.

Incluſor, est artifex, qui gemmas includit auro:& potest significare *dd* doctores,sacram legem exponentes,& sensus mysticos auro literæ, tanquam gemmas adiungentes. *Ierem.*35.*g.*

Inclytus, Nobilis, Insignis, Præclarus, Ignobilis.

Inclytus, est excellens atque insignis: quique veluti fulgore quodam famæ resplendet. Eodem tendit nobilis. Insignis autem est is,in quo aliqua sunt signa, quibus ab aliis discernitur,& super alios eminet siue sit in bonũ, siue in malum:& rebus etiam inanimis,ac factis tribuitur:vt insignis turpitudo,insigna scelera.

Inclytus Ecclesiæ, est *ee* Christus caput eius. *Isa.*62.*a.* Inclytus factus Iacob in domo Laban, est Christus in Ecclesia ex Gentibus.*Genes.*31.*a.* Idem Christus dicitur homo nobilis. *Luc.* 19.*b.* Ipse nobilis in portis in iudicio. *Prou.*31.*c.*

Inclytum pecus *ff* Iudeæ, aut Ecclesiæ, sunt nobiles eius. *Ierem.*13.*d. Deut.*4.*b.* 2.*Reg.*1.*c.* Et nobiles populi Israël, sunt sacerdotes, tam in veteri quàm in noua lege. Nobiles quoque Hierusalem,qui futuri non erant ibi, quando erat destruenda, sunt Apostoli. *Isa.*5.*d.*34.*c.* Præclara etiam hæreditas Christi, sunt Apostoli, vel ipsa Ecclesia: & præclari in eius hæreditate, sunt Patriarchæ, Prophetæ,Apostoli, cæteriq́ue in Ecclesia excellentes.

a *Ar.ſ.pſ.* 65.
b *Hie.ſ. Ezec.* 23.
c *Iſyc.ſ. Leu.* 10.
d *Glo. ord.ſu. Exod.*30.
e *Philip. de Agricultura.*
f *Gre.ſ.*1. *Re.* 14.
g *Glo.inte.ſu. Matth.*12.
h *Ori.ſ.Matt. cap.*14.
i *Gr.ſ.*1. *Reg.* 11.
k *Hie.ſ.Ezec.* 9.
l *Baſil. ſ.pſal.* 114.
Am. de obitu Theodoſij.
*Hie.ſ. Dan.*9.
*Aug. ſ.pſ.*85.
*Gre.ſ.pſ.*101.
Bern.ſer. 3.*de Annun.*
*Cyr.*5.*ſ.Ioan.* 16.
m *Ar.& Hil. ſ.pſ.*143.
*Aug.de eſſen. diuin. Hier.ſ. pſ.*17.143.
Theoph. Alex. 12.*paſt.*
*Eu.for.ſpir.*1.
n *Bed.ſ. Gen.* 24.
o *Bed.ſ. Gen.* 33.
*Orig.ſ.Ierem. homil.*8.
p *Au.*3. *doct. Chriſt.*25.*& ſup.pſal.*74.
*Am.ſ.pſ.*118. *ſer.*20.*Euc.q. in pſ.*
q *Hie.ſ.Iſ.*31.
r *Glo.int.ſup. pſ.*103.
ſ *Ori.in diue. hom.*10.
*Gre.*16.*m.*11.
t *Gr.ſ.*1.*Reg.* 5.
u *Bed.ſ. Gen.* 24.
x *Bed.ſ.Pr.*2.
Baſ.ſ. pſ. 44. 48.
*Hie.ad principium. Au.ſ. pſ.*48.77.
y *Au.ſ.pſ.*45.
z *Gre.ſ. cant.* 2.*Ber. ſ.Can. ſerm.*72. *Ru. ſ.Can.*3.
aa *Hier.ſ.Iſa.* 14.
bb *Baſil.ſ. pſ.* 61.
cc *Lyr.ſ. Iob.* 36.
dd *Bed.ſ.Pro.* 2.
ee *Hier.ſ.Ier.* 34.
ff *Hie.ſ.Iſ.*62 *Ori.ſ. Matth. hom.*7. *Bed.ſ. Pro.*31.

Zelus contra hæreticos.
Abuſus donorum Dei.
Sacrificium in peccato.
Petitiones iniuſtæ.
Adhærere inordinatè carni & diuitijs.
Incipiens bene operari.
Excitans compunctionem.
Examinans prælatus ſubditos.
Prædicare cum fructu.
Tentationis periculum.
Suggeſtio Gulæ.
Puniri miniſtros Eccleſiæ.
Intendere.
Exaudire.
Incarnatio.
Tempus incarnationis & iudicij.
Corpus Chriſti ſubiectum perſecutoribus.
Dans Deus pœnam & præmia.
Myſteria à Iudæis ad gentes.
Tranſitus à miſericordia ad iudicium.
Subtrahens Deus auxilium.
Firmitas Eccleſiæ.
Humiliari.
Humilitas.
Confuſio idololatriæ.
Suſceptio fidei
Suſcipere doctrinam.
Conuerſio regum.
Finis vitæ.
Ceſſatio figurarum & mortalitatis.
Humiliari ob pœnam Luciferi.
Pronus homo ad malum.
Peruertere.
Caro, vel conciliabula hæreticorum condẽnanda.
Doctores.
Chriſtus.
Nobiles in Eccleſia.
Sacerdotes.
Apoſtoli.

Digitized by Google

Passio Christi Martyrium.
Recta opera.
Excellens in vitijs.
Diabolus.
Rejicientes terrena.
Gloria hæreticorum.
Hæretici.
Initium renouationis.
Alexander Magnus.

Christus assumpta naturâ humana, redimens homines.
Diuina protectio.
Fouens literæ Spiritum.
Innitens fragili auxilio.
Dubitantes de diuinitate Christi.
Lapsus in peccatum.

Diabolus.

Mundus.

Generans Pater Filium.
Misericordia Dei.
Inspiratio diuina.
Incarnatio.

Gloria cœlestis.

Ostensio discipulorum Christi.
Deus Deus legem.
Consulendus prælatus.

P

1 *Psalm.* 15. Demum nobilis est, qui superna conuersatione conspicuus est, & de mundana rusticitate nihil habet. 1. *Reg.* 9. *a.* Et inclyta Israël, est anima. *Thren.* 2. *a. Ierem.* 3. *f. Nah.* 3. *b.*

Præclarus calix, designare potest *a* calicem passionis Christi, & etiam Martyrium. *Psalm.* 22. Item sacramentum altaris.

Nobiles filij, dicuntur *b* recta opera: ignobiles verò facta peruersa. *Iob.* 14. *d.*

Inclytus Sichen in domo patris sui, designat excellentem alios in vitiis. *Genes.* 39. *c.* Et inclyti Alexandriæ, sunt excellentes in peccatis. *Num.* 3. *c. Psalm.* 149. Et inclytus Pharao, designat Luciferum. *Ezech.* 31. *g.* Inclyta autem Babylon in superbia Chaldæorum, est sequens superbiam dæmonum. *Isa.* 13. *d.* Et inclyta Tyrus. *Ezech.* 26. *d.*

Inclyti terræ, sunt *c* qui in his, quæ agunt, terram respiciunt: sicut inclyti cœli sunt, qui cœlestia intuentur. *Isa.* 23. *b.*

Præclaræ domus Tyri, *d* designant hæreticorum gloriam. *Ezech.* 26. *c.*

Ignobiles dicuntur *e* hæretici, qui errores colunt. *Iob.* 30. *b.*

Insignis dies solemnitatis. *Psalm.* 80. erat *f* festum turbarum: & potest designare initium renouationis per gratiam.

Insigne cornu hirci. *Dan.* 8. *b.* Alexandrum *g* Magnum significabat.

Incolere, Incola, vide Habitare, & Aduena.
Inconteminatus, vide Mundus.
Incrassus, vide Adeps.
Increpare, vide Arguere, & Sonare.
Incubare, Incumbere.

Incubare, & incumbere, est alicui rei inniti, quasi in ipsa cubare: & aues dicuntur ouis incubare.

Incubans Eliseus super puerum, quem suscitauit. 4. *Reg.* 4. *f.* designabat *h* Verbum Dei factum hominē, & opus redemptionis humanæ exercens. Incumbens etiam pater filij prodigi super collum ipsius, designat *i* Christum assumpta natura humana homines redimentem, quibus dedit præcepta, & iugum leue. *Luc.* 15. *d.*

Incumbens nubes tabernaculo. *Exod.* 40. *d.* diuinam *k* indicat protectionem.

Incumbere ad consolandum. *Isa.* 22. *b.* cùm Isaias id prohibeat, malum, sine remedio videtur innuere.

Incumbens auis super oua, aut pullos. *Deut.* 22. *a.* designat *l* historiam fouentem spiritualem intellectum.

Incumbens Saul super hastam. 2. *Reg.* 1. *a.* innitentem fragili auxilio designat.

Incultus, vide Agricola.
Incurrere.

INCVRRERE dicitur, qui in rem aliquam incidit.

Incurrerunt tenebras per diem persecutores Christi, *m* dum diuinæ virtutis miracula cernentes, de eius diuinitate dubitarunt: & in die tenebras passi sunt, quia visum in lucem perdiderant. *Iob.* 5. *c.*

Incursus, à quo Deus liberat, *n* est lapsus in peccatum, aut in scandalum. *Psalm.* 90. Et incurrere plagam lepræ, est in peccatum incidere. *Deut.* 24. *b.* Et incurrere in manus medicorum. *Eccles.* 38. *b.* est incidere in peccatum, vt egeant medico spirituali.

Incus.

INCVS, est instrumentum ferreum, super quod fabri ferrum cudunt, ac malleant, & vasa diuersa, ac instrumenta formant.

Incus adiuuans ad contusionem ferri, *o* draconem inferni significare potest, qui æterni supplicij continua percussione tunditur: qui modò quoque percutitur, dum iusti quique illo insidiis vigilante, sed doloribus tabescente, saluantur. In incude autem alia vasa formantur. Ipsa verò tot percussionibus in vas aliud non transfertur. Rectè ergo Leuiathan incudi comparatus est: quia nos illo persequente componimur, ipse autem & semper percutitur, & in vas vtile nunquam mutatur. Æternæ illum percussioni relinquimus, & nos superni artificis manu in eius tentatione percussi, per illum quasi vascula formata transimus. In ipso enim tundimur, vt ad vsum domus supernæ veniamus. *Iob.* 41. *c. Eccles.* 38. *c.* Incus cæditur, sed non producitur: superiecta edomat, immobilis autem ipsa consistit: *p* talis diabolus est. Fidelium enim increpationibus tunditur, Prophetarū dictis cæditur. Martyrum victoria eliditur: sed manens rigidus durus, indomitus, æternis addictus est pœnis.

India.

INDIA, Hebraicè dicitur Hodu, id est, laudatio, siue confessio, aut decora, vel pulchra: est regio Orientalis, sed ad meridiem vergens, vbi sunt homines nigri. *Esther.* 1. *a.*

India producens nigros homines, designat *q* hunc mundum, in quo vita hominum per culpas obscura generatur: vel designat Gentilitatem nigram per infidelitatem. *Iob.* 28. *c.*

Indicare, Monstrare, Ostendere, Demonstrare.

INDICARE, est manifestare, & palàm facere, annunciare, detegere, & docere: ac fetè idem sunt ostendere, & demonstrare. Ostendere autem, est quasi speciem seu faciem rei monstrare.

Item afficere. *Psal.* 39. Ostendisti populo tuo dura. Enarrare. *Exod.* 4. *d.* Ostendam vobis, quid agere debeatis. Experiri. *Exod.* 9. *e.* Vt ostendam in te fortitudinē meam. Indicare, *Exod.* 15. *f.* Qui ostendit ei lignum. Probare. *Iob.* 9. *c.* Si innocentem ostendero. Reuelare. *Exod.* 33. *d.* Ostende mihi gloriam tuam.

Demonstrare dicitur Deus pater Filio omnia, secundùm quòd illi communicat suam essentiam per generationem. *Ioan.* 5. *d.* Et dicitur demonstrasse Filio, & quid deberet loqui, & quæ Iudæi aduersus eum fabricarent.

Ostendere dicitur Deus faciem suam, *r* quum miseretur: sicut auertit faciem suam, cùm oculis eius videmur indigni. *Dan.* 9. *d.* Ostendit etiam faciem suam, & omne bonum, *s* quum seipsum in corda hominum occulta inspiratione insinuat: & ad diligendum se amorem infundit. *Exod.* 33. *d.* Ostēdit se ipse, *t* quia nulla creatura potest quidem Deum ostendere, nisi ipse ostendat. Et ipse ostendit secreta sapientiæ suæ: ad quæ non valent homines per se attingere. *Iob.* 11. *a.*

Ostendit etiam Deus faciem suam, *u* quum verbum Dei factum est homo. *Psalm.* 79. Ostendit quoque misericordiam suam, quum visibilem dedit Filium suum. *Psal.* 84. Et ostendit manum suam. *Iere* 1. *d.* Et superabundantes diuitias gratiæ. *Ephes.* 2. *b.* Et secreta sapientiæ suæ. *Iob.* 11. *a.* Ostendit quoque Deus Mosi lignum, quo dulcescerent aquæ, *x* quum dedit nobis Christum, Dei sapientiam, & lignum vitæ, quo omnia nobis amara dulcescunt. *Exod.* 15. *d.* Indicauit etiam Dominus Mosi, quem missurus esset post eum, aut cum eo ad liberandum populum. *Exod.* 33. *c.* Eundem significabat monstratum exemplar Mosi, ad tabernaculi constitutionem. *Exod.* 25. *a. d.* 26. *f.* Demonstrat quoque Pater filium ipsum reuelando. Vt, *Matth.* 16. *c.* Beatus es Simon Bariona: quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus. Et cùm dixit Pater: Hic est Filius meus. Ita demonstrauit Samueli vnguendum in Regem hoc est *y* Christum. 1. *Reg.* 16. *a.*

Monstrauit Deus Abrahæ terram, in quam iturus erat. *Genes.* 12. *a.* quæ cùm non nominetur, indicat terram cœlestem. Ostendit etiam Deus auroræ locum suum. *Iob.* 38. *b.* cùm *z* Filius Dei factus homo, ostendit mentibus illustratis, locum æternæ patriæ: ad quem esset credentibus veniendum: vel cùm Deus Pater reduxit Christum in cœlum.

Ostendit Deus Iacob semen Ioseph. *Genes.* 48. *b.* hoc est discipulos Christi futuros in gentem magnam.

Ostendit Deus filiis Israël viam per columnam ignis, & nubis. *Exo.* 13. *d.* quando *aa* dedit eis legem protegentem, & illuminantem, ac etiam communicantem, per quam possent venire ad terram promissam. Ostendit etiam Moses viam, hoc est, præcepta. *Exod.* 32. *b.* Ostendens quoque Moses præcepta Domini designat legem, per quam nobis diuina præcepta indicantur. *Exod.* 18. *c.*

Ostendit Deus Samueli, quid faceret post vocatum Issai *bb*: quia nihil est faciendum de persona subditi sine voluntate prælati. 1. *Reg.* 16. *a.*

Ostendit

a *Hie. f. Ie.* 13. & *f. Is.* 34. & *f. ps.* 15. *Arn. f. ps.* 15. *Gre. f.* 1. *Re.* 9.
b *Gl. ord. su. psal.* 22.
c *Gre.* 12. *mo.* 13.
d *Hier. f. Isa.* 23.
e *Gre.* 20. *mo.* 11.
f *Lyr. f. ps.* 80.
g *Glo. int. sup. Dan.* 8.
h *Au. se.* 206.
i *Hie. epist. Beatit.*
k *Glo. ord. su. Exo.* 40.
l *Glo. ord. su. Deut.* 22.
m *Gre.* 6. *mo.* 14.
n *Glo. ord. su. Eccle.* 38.
o *Orig. f. Ier. hom.* 3. *Greg.* 34. *mo.* 3.
p *Hier. f. Iob.* 41.
q *Gre.* 18. *mo.* 30. *Hie. f. Iob.* 28.
r *Hier. f. Dan.* 9.
s *Au. de essen. diui.*
t *Phil. de Monarc. Gre.* 10. *mo.* 4. *Euch. form. spir.* 1.
u *Arn. f. psal.* 79.
x *Amb. f.* 118 *ser.* 6. *Hie. f. Ier.* 16. *Ori. su. Exod. hom.* 7.
y *Gre. f.* 1. *Re.* 16.
z *Gre.* 29. *mo.* & 30. *m.* 10. 2. *Hier. Iob.* 38. *Glo. ord. su. Exo.* 13.
bb *Greg. sup.* 1. *Reg.* 16.

Digitized by Google

Confessio Deitatis Christi in passione. Misericordia & iustitia Dei. Castigatio Dei.

Implens Deus verba sua. Demonstrare Christum in lege. Detegẽs Christus insidias diaboli. Facere erubescere peccatores. Deuotio conuocans virtutes ad orandum. Pradicans Christus Iudæis. Pradicator docens discipulum. Pradicator non se iactans Non quærens gloriã ex magno facto. Confessio peccatorum. Prompta pœnitentia. Illustrãs Christus Ioannem in vtero. Electio secundum legem diuinam. Quærere causam pœnæ. Conuersi per prædicationem. Mittens margaritas ante porcos. Ostentatio hypocritarum. Ineptu scientia humana ad discutienda diuina secreta. Iudæi accusantes Christum. Hæreditariũ malum. Ostentatio.

Malitia tyrãnorum.

a Hil. & Au. ſ.pſ. 58.

Oſtendit Deus ſuper inimicos Chriſti, *Pſal.* 58. quando *a* ipſo mortuo Centurio dicebat: Verè hic homo filius Dei erat: & alij reuertebantur percutientes pectora ſua. Et oſtendit aliis ſuper inimicos, quando ex derelictione inimicorum, & punitione, oſtendit quanta miſericordia vtatur erga electos.

b Gre. 11. mo. 33.

Oſtendit Deus virtutem ſuam in Pharaone, quum toties peccanti pepercit: & noua miracula in eius indurationē fecit, *Rom.* 9. *e.* Et oſtendit potentiam ſuam contra folium, quod vento rapitur, quum *b* mira rectitudine impetit eum, quem infirmum eſſe cognoſcit, *Iob.* 13. *d.*

c Hil ſ.pſ. 59. Hier. ſ. Iſ. 30. Aug. ſ.pſ. 59. Bed. ſ. Prou. 1.

Oſtendit Deus populo ſuo dura, *c* tum in perſecutione Martyrum, tum caſtigando, vt ſanet, *Pſal.* 59. Oſtendit autem dorſum, non faciem: cum caſtigat, & non miſeretur, *Ierem.* 18. *c.* Oſtendit etiam terrorem brachij ſui, cum in iudicio Chriſtus ſententiam condemnationis feret, *Iſa.* 30. *g.* oſtendit quoque Deus verba ſua, quum facit impleri, quæ dixit de condemnatione malorum, *Prou.* 1. *a.* oſtendet etiam Deus Gentibus nuditatem Niniue, *d* cùm in iudicio deteget totius mundi peccata, & ignominiam, *Nah.* 3. *b.*

d Hie. ſ. Nah. 3.

Oſtendit Deus fidem in tribubus Iſraël, *e* cùm opere declarat verba ſua non eſſe inania. *Hoſ.* 5. *c.*

e Hie. ſ. Ho. 5.

Oſtendere ſe ſacerdoti, eſt *f* monſtrare Chriſtum ſecundum ſua opera in lege prænunciatum: vt in quo lex infirmabatur, in eo virtus intelligeretur, *Matth.* 8. *a.*

f Hil. ſ. Matt. Can. 7.

Indicans Eliſæus regi Iſraël inſidias regis Syriæ, 4. *Reg.* 6. *c.* deſignat Chriſtum detegentem inſidias diaboli. Non indicans autem Iacob ſocero ſuo, quod fugeret, *g* Chriſtus eſt clam diabolo opus redemptionis exequens, *Geneſ.* 31. *c.*

g Bed. ſ. Gen. 31.

Oſtenditur templum Dei filiis Iſraël ad confuſionem, *Ezech.* 43. *c.* quando *h* vniuſcuiuſque iuſti anima, quam inſpirando Deus inhabitat, quanta ſanctitate fulgeat, peccatoribus ad ſuam confuſionem demonſtratur: vt in illa bonum, quod negligunt, videant, & in ſeipſis malum, quod operatur, erubeſcant.

h Gre. 29. m. 10.

Indicans Daniel ſociis negotium, vt ſimul orarent, ne perirent, *Dan.* 2. *c.* deſignat *i* deuotionem conuocantem ſecum ad orandum circumſpectionem, diſcretionem, & deliberationem, vt impetrare poſſit quod petit.

i Ricar. de S. Vict. de ſomn. Nabuc. 11.

Inuocatio nominis Tetragrammaton non facta patribus, *Exod.* 6. *a.* deſignat non tantam habuiſſe veteres cognitionem de Deo, & myſteriis, quantam poſteri habuerunt.

Indicans Samuel omnes ſermones Domini Eli ſacerdoti. 1. *Reg.* 3. *c.* deſignat *k* Chriſtum, & Apoſtolos prædicantes Iudæis comminationes diuinas, & ipſorum repulſionem.

k Gre. ſ. 1. Re. 3.

Indicans Samuel Sauli omnia, quæ erant in corde eius, 1. *Reg.* 9. *c.* eſt *l* prædicator aperiens menti auditoris id, quod cupit de doctrina percipere. Oſtendens etiam Samuel Sauli, quæ faciat, 1. *Reg.* 10. *b.* deſignat ſuperiorem prælatum docentem inferiorem.

l Gre. ſ. 1. Re. 9. 10.

Non indicãs Saul patruo ſuo ſermonem regni, 1. *Reg.* 10. *c.* eſt *m* prædicator non ſe jactans per inanem gloriam de his, quæ per opera oſtendit.

m Gr. ſ. 1. Re. 10.

Non indicans Ionathas patri ſuo audaciam aggrediendæ pugnæ, 1. *Reg.* 14. *a.* eſt *n* non quærens gloriam ex magno facto: quique potens eſt iam res magnas aggredi aduerſus hoſtes, abſque ſuperioris conſilio.

n Gr. ſ. 1. Reg. 14.

Oſtendens ſponſa faciem ſuam ſponſo, *Cant.* 2. *d.* eſt *o* anima præbens ſe ſponſo examinandam, ac cum ipſo colloquens: oſtendit etiam illi faciem ſuam, cùm non erubeſcit Chriſti crucem confiteri, & cum operibus exterioribus oſtendit fidem interiorem.

o Ori. ſ. Cant. hom. 4. Amb. de Iſaac. 4. Gre. ſ. cant. 2.

Oſtendere ſacerdoti veſtem leproſam, eſt confiteri peccata, *Leuit.* 13. *f.* indicans autem Ionathas patri ſuo, quid fecerit tranſgrediendo, 1. *Reg.* 14. *g.* deſignat *p* culpæ confeſſionem faciendam neque aggrauando, neque minuendo.

p Gr. ſ. 1. Reg. 14.

Oſtenſionem ſolam culpæ petens Saul pro ſe, & filio, 1. *Reg.* 14 *f.* deſignat, *q* quod prælati perfecti cognitam in ſe culpam auſteritate pœnitentiæ inſequi ſciunt, alterius correctione non expectata.

q Gre. ſ. 1. Re. 14.

Indicat ſcientiam nox nocti, *Pſalm.* 118. hoc eſt, *r* Verbum clauſum in vtero Virginis, Ioannem in vtero materno latentem illuſtrauit.

r Ar. ſ. pſ. 18.

Monſtrat Deus quem vnctum eſt Samuel, 1. *Reg.* 16. *a.* deſignans *ſ* non noſtro arbitrio eligendum eſſe prælatum, ſed qualis per ſacram ſcripturam monſtratur, eligendus.

ſ Gre. ſ. 1. Re. 16.

Indicari ſibi à Deo petit Iob, cur ita iudicetur, *Iob.* 10. *d.* nam plerunque vir iuſtus flagella ad probationem percipit: & vitam ſuam ſubtiliſſima inquiſitione diſcutiens, quamuis ſe peccatorem ſentiat, & fateatur, pro qua tamen ſpecialiter culpa percutitur minimè cognoſcit, atque eò magis in percuſſione trepidat, quò cauſas ſuæ percuſſionis ignorat. Petit vt ſemetipſum ſibi iudex indicet: quatenus quod ille animaduertendo percutit, hoc in ſe flendo & ipſe caſtiget.

t Gre. 9. mor. 34.

Oſtenſuros ſe aiebant Philiſthæi rem Ionathæ. 1. *Reg.* 14. *b.* deſignantes auditores, *u* qui ad verum eſſe conuertuntur per prædicationem doctoris.

u Gre. ſ. 1. Re. 14.

Oſtendens rex Ezechias Chaldæis, nunciis regis Babylonis, omnia ſecreta, & precioſa domus ſuæ, 4. *Reg.* 20. *c.* *Iſa.* 39. *a.* deſignat *x* mittentes margaritas ante porcos. Eſt etiam typus hypocritarũ, opera ſua laudantium: quia ea perdunt rapientibus dæmonibus, ſicut perdidit Ezechias.

x Hie. ſ. Iſ. 19. Gre. 8. m. 36.

Non indicauerunt ſapientes Babylonis regi ſomni interpretationem, *Dan.* 4. *a.* quia *y* ſcientiarum noſtrarum diſciplinæ, vel quælibet traditiones humanæ, aut diuinorum ſecretorum diſcuſſionem, & inueſtigationem, ſufficere non poſſunt.

y Ricar. de S. Vict. de ſecur. conſcienti. 6.

Oſtendens domina Ioſeph pallium eius marito, *Gen.* 39. *d.* deſignat *z* Iudæos volentes ſe defendere per literam legis, & accuſantes Chriſtum coram Pilato, aſſerentes eum ſecundum legem debere mori.

z Glo. ord. ſu. Gen. 39.

Oſtendi iubet Deus filiis abominationes patrum, *Ezech.* 20. *a.* vt *aa* oſtendantur ſimilia parentibus facere: & hæreditario malo longiſſimum funem trahere peccatorum: vt quorum imitantur vitia, eorum ſupplicia pertimeſcant.

aa Hie. ſ. Eze. 20.

Oſtendunt prudentiam ſuam plurimam, *bb* qui videri præ aliis prudentiores appetunt: vnde fit plerunque, vt quum moderatè ſapere neſciunt, etiam fatua loquantur, *Iob.* 26. *a.* 32. *d.*

bb Gre. 17. m. 10.

Indicauit Adamo, quòd nudus eſſet, *cc* ipſa diuini præcepti transgreſſio, *Geneſ.* 3. *d.*

cc Glo int. ſu. Gen. 3.

Indicere.

Indicere, aliquando ſignificat denunciare: quandóque verò ſolemniter & cum quadam authoritate ſignificare.

Indicens rex filiorum Ammon bellum filiis Iſraël, *Iudith.* 11. *e.* deſignat diabolum aduerſus fideles dimicantem.

Indicens Manahen argentum filiis Iſraël, vt daretur regi Aſſyriorum, 4. *Reg.* 15. *c.* Et rex Aſſyriorum *dd* indixit argentum regi Ezechiæ, 4. *Reg.* 18. *c.* Et Pharao terræ Iuda, 4. *Reg.* 23. *g.*

dd Lyr. ſup. 4. Reg. 18.

Indicium, vide Signum.
Indignari, vide Iraſci.
Indigena, vide Habitare.
Indoctus, vide Ignorare.

Inducere, Inferre, Introducere, Superinducere.

INDVCERE, interdum eſt immittere, *Pſalm.* 65. induxiſti nos in laqueum. Imponere, *Exod.* 27. *a.* Induces per circulos. Introducere. *Geneſ.* 6. *d.* Bina inducere in arcam. Permittere, *Geneſ.* 27. *b.* Et inducat ſuper me maledictionem. Inferre autem, eſt adiicere, 2. *Reg.* 3. *d.* Sermonem quoque intulit Abner. Apponere, 2. *Reg.* 13. *b.* Infer cibum in conclaue. Colligere, 3. *Reg.* 7. *g.* Intulit: quæ ſanctificauerat Dauid. Facere, 3. *Reg.* 21. *g.* Inferam malum domui eius. Gerere, 1. *Mach.* 2. *d.* Intulerunt illis bellum. Iniicere, *Dan.* 3. *e.* Nec quicquam moleſtiæ intulit. Introducere, *Geneſ.* 8. *b.* Apprehenſam intulit in arcam. Obiicere, 1. *Mach.* 12. *a.* Intulerunt illis bellum ſabbatis. Introducere etiam, adducere, *Geneſ.* 27. *d.* introduxit eum in hoſpitium. Docere. *Dan.* 1. *a.* vt introduceret de filiis Iſraël. Inducere, *Geneſ.* 24. *g.* introduxit eam in tabernaculum Saræ. Inuitare, *Geneſ.* 43. *d.* introduxit eos domum. Promouere, *Exod.* 15. *d.* introduces eos, & plantabis. Reficere. *Cant.* 1. *a.* introduxit me Rex in cellaria.

Digitized by Google

Christus accipiens Ecclesiam loco synagogæ.
Inductio Iudæorum ad fidem.
Introductio ad mysteria.
Christus per passionem ingressus in cælum.
Reductio mentis in securitatem conscientiæ.
Anima admittẽtes Christum in se.
Offerentes animas Deo.
Admitti ad intelligẽtiam mysteriorum.
Inferre simplicitatem in animam.
Venerari prædecessores.
Præcedens actiua vita cõtemplatiuam.
Contemplatio exemplorum.
Aggrediendæ humiliter sublimia.
Bene operari propter Deum
Introductio gẽtium in Ecclesia.
Introductio in fœlicitatẽ.
Scãdalizare.
Punitio Dei.

Permissio pœnæ Martyrum

Separantes discipulos à mundanis.
Conuerti ad vitia.
Conuertere exteriora studia ad spiritualem doctrinam.
Modicus fructus bonorum operum propter mala.
Admittens dæmones & hæreticos.
Bene operans Delere peccata.

Opera.

Introducens Isaac Rebeccam in tabernaculum Saræ, *Gen.24.g.* designat *a* Christum accipientem Ecclesiam loco synagogæ. Et introducens dispensator Ioseph, fratres eius in domum ipsius, designat Apostolos inducentes Iudæos ad fidem, & ad Christum, qui timebant credere, *Genes.43.d.*

Introduxit Rex sponsam in cellaria sua, & cellam vinariam, *Cantic.1.a.2.a.* cùm *b* Christus admittit animam ad mysteria sacræ scripturæ: vel in magnum feruorem in contemplatione acceptum.

Inferre sanguinem vituli in tabernaculum, & in sancta, designat *c* Christum per passionem ingressum in cœlum, vbi est aduocatus noster: qui & cicatrices vulnerum reseruauit, *Leu.4.a.6.d.10.d.16.c.*

Introducens Angeli Loth in domum, *Genes.19.b.* designant *d* introductionem mentis in securitatem cõscientiæ post tentationes, & reductionem iusti ad sui cõsiderationem, vt videat, ne quid reprehensibile ab aduersariis in se rapiatur.

Introducens sponsa sponsum, *Cant.3.b.* est *e* anima in secretum mentis suæ Christum admittens. Introducit etiam cum in domum matris suæ, hoc est, in plebem Iudaicam, quando conuertetur in fine seculi.

Inferens filij Israël munus Domino, *f* designant fideles offerentes illi animas suas, *Isa. 66.f.* Et inferentes omnem decimam, *g* sunt agentes gratias de præcepta doctrina, primum Deo, deinde magistris, *Mal.3 c.*

Inducit Dominus in terram Carmeli, *h* cùm dat intelligentiam sacræ scripturæ, *Ier.2.b.* introducens quoque Samuel Saulem cum puero in triclinium, *1.Reg.9.d.* designat *i* prædicatorem, qui per charitatem alios inducit in altitudinem spiritualis vitæ, & mysticæ intelligentiæ. Et introducens rex sponsam in cubiculum suum, *k* est Christus, mysticos sensus reuelans. Et in cellam vinariam, hoc est, in secretum gustum, & conuiuium sapientiæ; *Cant.1.a.2.a.* inducere autem vectes per circulos, siue arcæ, siue altaris, *l* est facere doctores adhærere doctrinæ Euangelicæ, *Exod.25.27.36.38.* inferre etiam mensam in tabernaculum, est proponere doctrinam sacram in Ecclesia, *Exod.40.a.* Et in domum Aminadab, est committere mysteria fidei existentibus in charitate, *1.Reg.7.a.*

Inferens Noë columbam in arcam, designat *m* inferendam simplicitatem & virtutem in animam, *Gen.8.b.*

Introducens Ioseph patrem suum ad regem, designat *n* prælatum orantem pro prædecessoribus, eósque venerantem, *Gen.47.b.*

Introductio Liæ ad Iacob loco Rachelis, *Gen.29.e.* designat *o* prius exercitandam esse vitam actiuam, vt perueniatur ad contemplatiuam. Sic infertur aceruus tritici in tempore suo, *Iob. 5.d.* quum quis post multa opera vitæ actiuæ, ad vitam contemplatiuam admittitur.

Introducitur in ædificium ciuitatis, qui *p* varias diuersorum virtutes contemplatur, vt imitetur. *Ezech.40.a.*

Introduci petens Daniel ab Arioch ad Regem, narraturus reuelationem, cùm tamen priùs ad opus humile ipse per se ingressus esset: designat *q* vt humiliter sublimia dicturi aggrediamur, & opus bonum recta intentione faciamus: Introducitur autem ad regiam præsentiam à duce: quando sub quouis animi impetu, & quasi sub regiæ potestatis præsentia, per districti examinis respectum, cor hominis ad deuotionem facilè inflammatur, *Dan.2.d.*

Inferentes Moses, & Aaron aurum oblatum coram Domino, designant *r* opera bona propter Deum facta, & ab eo acceptata, *Num.31.g.*

Inducere animalia in arcam. *Genes.6.b.* est *s* introducere Gentiles per fidem & baptismum in Ecclesiam. Inducere etiam vagos in domum suam, est adducere Gentiles ad Ecclesiam, *Isa.58.b.* Inducit quoque Dominus in terram, super quam leuauit manum, cùm introducit in Ecclesiam, vel in fœlicitatem, *Exod.6.b.* Et introducit in montem hæreditatis suæ, *Exo.15.c.* Et in locum quem parauit, *Exod.23.c.* Et in Sion, *Ier.5.e. Ezec.37.d.40.a.* infertur quoque aceruus tritici in tempore suo, *Iob.5.d.* quum *t* quis prius pressuras disciplinæ sentit: & postea plenus virtutibus, ac bonis operibus, in æternam requiem introducitur.

Inducit peccatum super populum, qui dat populo occasionem peccandi, & scandalum, Idem est inferre damnum alicui, *Genes.20.c.26.b. Exod.22.a.b.32.e. Leu.5.d.6.a.*

Induxit Deus aquas diluuij *u* ad punitionem peccatorum, *Gen.6.c.* Sic induxit locustam super agros Ægypti, *Exod.10.a.* Et bestias pessimas, hoc est, dæmones. Et inducit gladium super aliquos, cum castigat. Et inducit malum, & contritionem, *Ezech.6.a.14.e.g.32.b.33.a.* Et inducit saccum, *Amos,8.c.* inducit etiam Deus noctem, *Iob. 34.c.* cùm peccantes tradit in reprobum sensum, & mentis cæcitatem, in pœnam peccati: & cùm mittit in tenebras exteriores. Inducit quoque Deus ventum vrentem, *Exod.10.c.16.c.* inducit quoque super sensum magnũ, *x* cùm puniuit diabolum, *Isa.10.c.* iuxta Septuaginta. Et inducit Dominus iram de sancto, quia à sanctis eius incipiet vindicta, *Isa.26.d.* iuxta Septuaginta.

Inducebat Deus in laqueum, *y* cùm permittebat ligari Martyres. *Psal.65.*

Inducentes Moses & Aaron, populum in desertum, designat doctores separantes discipulos à conuersatione mundana. *Exec.16.a.*

Infertur lumbare in aquam, quum quis ad voluptates, & vitia conuertitur, *Ier.13.a.*

Introducuntur sapientes Babylonis in conspectum regis, *Dan. 4. a.* quum secularia, *z* & quælibet exteriora studia ad spiritualem intelligentiam, & spiritualem inuestigationem conuertimus, & exteriorum cura postposita, solis spiritualibus exercitiis curam impendimus, ab omni euagatione studia nostra reprimentes.

Inferunt parum, qui multum seminarunt, *Agge.1.b.* quando *aa* paruum fructum percipiunt ex paucis bonis operibus, propter multa mala permixta.

Inducens adultera alienos super virum suum, est *bb* anima admittens dæmones, & hæreticos, *Ezech.16.d.* idem designant inducentes filios alienos in sanctuarium Dei, *Ezec.44.b.* inferunt etiam arcam in templum Dagon, qui sic assumunt testamentum Dei, vt in posteriora respicientes, veteri se vanitate non exuant, *1.Reg.5.a.* intulerunt etiam Palestini aurum, & argentum Dei in delubra sua, quum Iudæi sacris scripturis peruersos dederunt sensus, *Ioel,3.b.*

Inferens Iacob cibos patri suo, *Gen.27.c.* est *cc* bene operans ex bono naturæ, cui addita fide, fit cibus gratus Deo.

Inducere, quandoque est abolere, & quasi linendo delere. Et superinducit Deus pariẽtem, cùm *dd* reddit animi pulchritudinem, deleta peccati deformitate, *Amos,7.c.* Non superinduxit murum Hierusalem, quia non iterum ædificauit.

Inducia.

INDVCIA, dicuntur quasi quædam pax, vel potius cessatio à bello in tempus certum inter hostes pacta.

Induciæ datæ à Naas vitis Iabes, *1.Reg.11.a.* designare possunt nonnullam *ee* remissionem fieri tentationis gulæ, quando sperat appetitus postmodum plenius satiari.

Induere, Indumentum, Vestire, Vestis, Vestimentum.
Amictus, Circumamictus, Superinduere, Saraballum.

INDVERE, & vestire, notam habent significationem, vestes autem, & indumenta sunt, quibus tegimus corpus, ac munimus aduersus externa incommoda, quæ etiam deseruiunt ad honestatem, & ipsius corporis ornatum. Potest autem induere sumi in bonum, & in malum, secundum id, quo quis induitur, plurimásque recipit allegorias. Datur induere gloriam, *Eccle. 6.d.* Stola gloriæ indues eum. Et calamitatem, *Iob, 8.d.* induentur confusione. Vestire, insignire, *2.Reg.1.d.* qui vestiebat vos coccino. Et velare, *Exod. 30. a.* Vestiésque illud auro purissimo.

Indumenta, & vestes, generaliter possunt *ff* opera significare, siue bona, siue mala, quibus quasi induitur homo, vel anima, atque ita iubebat Iacob suis, vt mutarent vestimenta, hoc est, exuto veteri homine, induerent nouum, *Gen. 24.f.35.a. Ephes.4.f.* Sic quoque iubebat Dominus lauare vestimenta, hoc est, mundare opera, *Exod.19.b.21.a.28.a.* Et indui arma lucis, est ornari gratia, & bonis operibus manifestandis, *Roman.13.d.* induitur etiam vestibus gloriæ, qui splendida exercet opera, *Isa.52.a.* induitur iustitia sicut vestimento, qui se vndique bono protegit opere, & nullã partem actionis suæ peccato nudam relinquit. Nam qui in alijs

a *Amb.de Ioseph.9. Bed.s. Gen.24.*
b *Gre.s. cant. 1.2. Ber.s.Cant. ser.49.*
c *Isy.s.Leu.4.*
d *Gre.s.m.16.*
e *Am.de virg 3.& s.ps.118 ser.17. Gre.s. Cant.3. Bern. s.Can.ser.79.*
f *Hie.s.Is.66.*
g *& s.Mal.3.*
h *Hie.s.Ier.2.*
i *Gr.s.1.Re.9.*
k *Ori.s.Cant. ho.1.3. Amb. s.ps.118.*
l *Gre.s.1. Re. 7.*
m *Ambr. de Noe.18.*
n *Lyr.s. Gen. 47.*
o *Gr.s.m.28.*
p *Gre.s.Ezec. hom.13.*
q *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabuc.15.*
r *Ori.s.Num. ho.26.*
s *Ori.s. Exod. hom.6. Hier.s. Ier.3.*
t *Gr.s.mo.28.*
u *Hie.s.Ezec. 14. Gr.25.m.11. 12.*
x *Ori.s.Is.h.8 Hier. s.Is.26.*
y *Hil.s.ps.65.*
z *Ricar.de S. Vict. de secur. conscien.4.*
aa *Hie.s.Agg. 1.*
bb *Hie.s Eze. 16.44. Rup.s. Ioel.3.*
cc *Glo. ord.s. Gen.7.*
dd *Hie.Amos 7. Rup.su.Amos 7.*
ee *Gr.s.1.Re. 11.*
ff *Ori.s.1.Ro. 13.& s.Io.ho. 10. Am.su. Rom. 13.& de Tob. 20.& s. Luc. 5. Gre.s.1.Re.4. & 2.mor.38. & 16.m.13. & 19.m.16. Hil.s. Matth. can.9. Bed.s.Exo.19*

Digitized by Google

actionibus iustus est,in aliis in iustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit, nec iam bona sunt opera, quæ subortis aliis prauis operibus inquinantur,*Iob.29.c.*Hæc indumenta operum tollunt hæretici ab iis,quos decipiunt,*Iob,24.b.Leu.11.c.13.b.14.15.16.e.*Vestimenta vetera sunt homo,vel opera veteris hominis,*Ios.9.a.Matt.9.b.* Et vestem scindit,qui veterem hominem exuit, 1.*Reg.*4 1.Et vestimenta Iob scissa, sunt opera discernendo retractata.*Iob,*1.*d.*24.*a.Apocal.*16.*c.* Vestimenta sponsæ, sunt sicut odor thuris, *a* quia bona opera Deum orant, illique sunt grata.*Cant.*4.*e.*Et vestis strangulata mulieris fortis,*b* sunt fortia virtutis opera,*Prou.*31.*c.*Vestimenta autem otium,quibus induuntur hypocritæ,*c* sunt opera,quæ habent speciem boni,vt oratio,ieiunium, eleemosyna,*Matt.7.b.*Et vestis nuptialis sunt opera, quæ secundum præcepta Dei implentur ex lege,& Euangelio, nouique hominis efficiunt vestimentum,*Matt.22.b.*vestiuntur parietes templi tabulis cedrinis,cùm fidei superadduntur opera.3.*Reg.6.c.*Demum studia ipsa,quæ in hac vita suscipimus, quasi vestes sunt, quibus homo induitur,quæ studia oportet esse munda.

Studia.

Virtutes.

Indumenta passim significant *d* virtutes,vt cum circumamicta varietate sponsa, est variis virtutibus ornata, *Psal.*24.*Iob.*24.*a.*27.*b.Ezech.*26.*e.Zach.*14.*c.*Hæc sunt vestimenta non scindenda, *Ioel,* 2.*c.* Et induere Aaron, & filios eius vestimentis suis,& sacerdotes ornari virtutibus tanquam sibi propriis, *Exod.*20.*a.*35.*b.*39.*a.*40.*b.* Indui autem post latronem,est prius baptizari,& à peccato mundari,vt ita splendeant virtutes,*Leu.16.b.*dicuntur autem vestes Aaron sanctæ,quia nihil vile debet esse in sacerdote. Et vestes sacerdotis cum tintinnabulis, est ostensio bonæ conuersationis per multiplicationem bonorum operum. Ad virtutes etiam referuntur indui sacerdotem tunica hyacinthina, & fœminalibus lineis,*Leu.6.b.Exod.*28.*g.Ezech.*9.*a.*44.*e.*Vestit etiam Deus discoloribus,*e* quum variis ornat virtutibus,*Ezech.*16.*b.Gen.*37.*e.Epheſ.*4.*f.Coloſ.*3.*b.* Et vestimenta leprosi dissuta,designant virtutes dissolutas, *Leu.*13.*f.*Vestitur iustus vestimentis,quibus abutebantur hypocritæ, *Iob.*27.*c.* Vestes non calefacientes Dauid,sunt virtutes, quæ corporali actione exercentur,quæ in sene languent, 1.*Reg.*1.*a.* Vestire etiam Christum, est vel virtutes acquirere,vel in eis alios instruere, *Matth.*25.*c.* vestita arca intus & extra auro, designat sapientiam,& munditiam vitæ, quibus anima debet ornari. Idem designant vestitæ columnæ argento,*Exod.*27.37.38.Et amicti auro,sunt ornati sapientia.Vestimenta septem mulierum, *f* designant ornatum, quem secum habent dona Spiritus sancti,vel virtutes,& doctrinam,*Isa.*4.*a.* Vestimenta quæ sternebant Apostoli super iumenta Christi,designant, *g* vel doctrinam virtutum,vel edissertionem scripturarum, siue Ecclesiasticorum dogmatum varietates, quibus nisi anima instructa fuerit & ornata,sessorem habere Dominum non meretur,*Matt.*21.*a.Marc.*10.*Luc.*19.*f.*vel designant morum honestatem, vel gloriam Patriarcharum, vestimenta autem in via,designant Prophetas de Gentibus prophetantes,vel corpora Apostolorum,& Martyrum,conculcationi obiecta,vel gloriam Iudæorum,quam Gentes calcauerunt.

Edissertio scripturarum.

Gloria patriarcharum.

Prophetæ.

Corpora Apostolorum, & Martyrum.

Gloria Iudæorum.

Indumentum mulieris fortis, *h* est fortitudo,& decor, *Prou.*31.*d.*fortitudo ad tolerandam peruersorum improbitatem,decor ad exercendam virtutum gratiam.Et etiam quia Sancti ex operibus iustitiæ sunt fulgidi,& ex aduersariorum apparent pugnationibus vestiti.

Fortitudo.

Decor.

Vestitus deauratus Reginæ,*Psal.*44.est *i* decor corporis virginalis,vestitus quidem, quia foris fulget in corpore:deauratus verò,quia præcellit dignitate.Vestis quoque alba,qua indutus est Christus,confessores,& virgines significare potest,aut ipsam virginitatem,*Luc.*23.*b.Eccl.*9.*b.*

Decor virginalis.

Confessores.

Virgines.

Vestis purpurea Christi,*k* Martyres designabat,*Marc.*15.*b.*Et vestimentum rubrum,*Isa.*63.*a.*

Martyres.

Indumentum etiam est fides,vt dicitur indui loricam fidei,*Eph.*6.*c.*Vestis etiam nuptialis,est *l* fides,& charitas,quibus qui non est indutus,mittitur in tenebras exteriores,vel potius est ipsa charitas,quia per fidem ingreditur ad nuptias,sed sine charitate eiicitur,*Luc.*14.*d.Mat.*22.*b.*Et vestitur coccino, qui sanguinis Christi fidem assumpsit,*Ier.*4.*g.*Vestire altare auro,est ornare mentem charitate,vel eminentia contemplationis,*Exod.*30.*a.*Et vestes gloriæ Ecclesiæ,sunt virtutes,& fides,*Isa.*49.*d.*52.*a.*Vestis quoque Christi non diuisa, est ipsa fides, quæ non est scindenda,*Luc.*23.*e.*Vestitus quoque deauratus Reginæ,est fidei,& charitatis ornamentum, *Psal.*44. Et vestis,cum qua egredi debet seruus, dici potest *m* fides,quæ manet ante & post peccatum,*Exod.*21.*a.*

Fides.

Charitas.

Contemplatio.

Vestes Aaron,sunt *n* in Christo proprietates in eo confitendæ, eiúsque peculiares virtutes,& diuitias, *Exod.*28.39.*Leu.*8.*a.*16.*c.Iob,*31.*b.Zach.*3.*a.*Et indui sacerdotem sanctæ,est Christum ornatum esse sapientia,& scientia,& iustitia,&c. *Isa.*59.*d.* induitur quoque Dominus fortitudinem aduersus malos,quibus displicebat: decorem verò erga bonos,quibus placebat.*Psal.*92.indutum est quoque brachium Domini fortitudine,hoc est,Christus in resurrectione, *Isai.*51.*d.* induit quoque Dominus Eliacim tunica Sobnæ,*o* quum Christo dat gloriam in veteri testamento figuratam, *Isa.*22.*f.* vestitus quoque deauratus Reginæ sponsæ Christi,designat pulchritudinem sensuum sacræ scripturæ, & sacramenta doctrinæ variata per varias linguas,sed cum auro sapientiæ, *Psal.*44.Et vestimenta Christi facta candida sicut lumen,designant *p* scripturas de eo annunciantes , quæ factæ sunt lucidæ: & sermones , ac scripturas Euangeliorum , gloriam eius manifestantes , aut vitam eius in Euangelio refulgentem,*Matth.*17. *Marc.*9.*a.Psal.* 21. Vestes quoque quibus induitur Christus , sunt Prophetiæ vnum canentes,& vnum per omnia nunciantes, quas vestes diuidunt hæretici,qui etiam spoliant Christum & induunt eum falsis dogmatibus,*Psal.*21.103.131. Sunt enim vestes Christi verba sanctæ scripturæ,*Agge.*2.*c.*Et vestimenta Christi, quæ fuerunt diuisa inter milites,designare possunt peculiaria dicta singulorum Euangelistarum,*Luc.* 23.*e.*Sacra scriptura est vestis,in qua est scriptum: Rex regum,& Dominus dominantium, *Apoc.*19.*c.*

Proprietates, & virtutes Christi.

Diuinitas.

Sapientia.

Sacra scriptura.

Sensus spirituales.

Vestes Esau,quibus indutus est Iacob.*Gen.*27.*c.*secundum Hebræos, erant *q* vestes sacerdotales,& significant scripturam legis veteris:& verbum Dei,& optima præcepta, ac fidem. Reliquerat eas in domo,quia Iudæi hæc reliquerunt in Ecclesia. Et vestes variæ,sunt ceremoniæ legis & alij ritus , ex quibus Iudæi , & hæretici faciunt excelsa,& idola subtilia,cum fabricant errores,*Ez.*16.*b.*Vestes etiam viduitatis Thamar,designare possunt *r* ceremonialia legis,quæ deponenda sunt, vt coniungantur Christo,& cum eas resumpsit,relapsum aliquorum Iudæorum in pristinum ritum designauit,*Geneſ.*38.*e.*Et vestis Ioseph relicta in manu dominæ suæ, designat velamen literæ in cordibus Iudæorum relictum *Geneſ.*39.*c.* Vestes etiam, quibus non calefiebat Dauid , *s* sunt opera legis,quæ non iustificabant,3.*Reg.*1.*a.*Vestes etiam Esau,sunt dona Spiritus sancti, quæ habet Rebecca apud se domi,quia Spiritus sanctus distribuit ea prout vult.

Lex vetus.

Opera legis.

Dona spiritus sancti.

Vestiri Hierusalem byssо,est *t* Ecclesiam ornari profunditate sensuum sacræ scripturæ,*Ezech.*16.*b.*Vestimenta quoque quæ præparat hæreticus,vel hypocrita sicut lutum,*Iob.*29.*c.*sunt testimonia sacræ scripturæ,quæ suis erroribus admiscent:eis tamen vestitur vir iustus , qui recta fide plenus eisdem sententiis ad veritatem vtitur, quibus se peruersus quisque doctum ostendere contra veritatem conatur.Eadem sunt illis pignorata vestimenta,*Amos* 2.*c.*

Ornari profunditate sensuum scripturæ.

Indui sacerdotem aliis vestibus,*Leu.6.b.Ezech.*42.*c.* 44. *e.* est *u* mutare secundum exigentiam auditorum : vt Paulus sapientiam loquebatur inter perfectos:inter simplices verò, Iesum Christum crucifixum. Ita induebatur Christus cum loquebatur turpis in parabolis. Aliter ergo debent sacerdotes se habere ad Deum,aliter ad populum;nec secreta,& profunda Dei sunt ad populum proferenda,qui non est Domini sanctitudini præparatus : ne si maiora se audierint, maiestatem scientiæ ferre non possint , & quasi solido suffocentur cibo , qui adhuc lacte infantiæ nutriendi sunt.

Mutare sermonem iuxta exigentiam auditorum.

Vestes Iacob , quas scidit propter mortem Ioseph sibi nunciatam, designant *h* operimenta sacramentorum, quæ scissa sunt in morte Christi,*Gen.*37.*g.*Vestimenta quoque Christi, quæ diuiserunt sibi milites , sunt sacramenta,quæ diuidunt hæretici:non tamen potuerunt diuidere tunicam inconsutilem, quæ est charitas , *Psal.* 21. vel quatuor vestimentorum partes, designant quatuor mundi partes,vnde colliguntur saluandi , super quas est tunica inconsutilis,quia omnes vniuntur in charitate.Vel sunt *y* præcepta Christi, quibus tegitur corpus eius, quod est Ecclesia,quæ diuidunt inter milites Gentium,vt sint quatuor ordines : coniugati, viduati, prælati, separati,*Marc.*15.*b.Ioan.*19.*d.*

Operimenta sacramentorum.

Sacramenta.

Mundi partes.

Præcepta.

Ecclesia.

Vestes

a *Gr.ſ.can.*4.
b *Bed.ſ.prou.*31.
c *Au.ſ.*2.*ſer. Domini in monte.* *Hie.ſ. Matt.*22. *Gre. Nyſſ. de vita Moſis.*
d *Hie.ſ.Ezec.*26.*& ſ.Zac.*14. *Bern.ſer.*2.*in capite ieiunij Caſſi. lib.*10.*ca.*21.
e *Hie.ſ. Eze.*16.*& ad Nepotianum. Ori.ſ.Le.h.*8. *& ſ.Matt.h.*34.*& Iſ.h.*3.
f *Hie.ſ.Iſa.*4. *& ſ.Mat.*21.
g *Or.ſ.Matt. ho.*14. *Hil.ſ. Mat.can.*21. *Amb.ſer.*24. *& ſ.Luc.*19.
h *Bed.ſ. Pro.*31. *Gre.ſ.pſ.*50.
i *Gre.ſ.*1.*Re.*15.*Amb.exho.ad virg.*
k *Glo. ord. ſ. Marc.* 15.
l *Amb.ſ.Luc.*14.22. *&* 1. *de pœniten.*6. *&* 4. *de fide.*
1.*Ori.ſ.Mat. ho.*20. *Hie.ſ. Iſa.* 49. 52. *& ſ.Ier.*4.*& ſ.pſ.*44. *Gre. ho.*38.
m *Bed.ſ. Ex.*21.
n *Tert.aduc. Marc.* 4. *Au.q. in Ex.*119.*& ſ.pſa.*44. 92. *Amb.ſe.*3.4. *&* 2. *de fide. prolo. & ſ. Luc.*9. 23. *Ori.ſ.Leu.ho.*12.*Epiphan.*2.*contra hæreſes. tomo.*2.
o *Hie.ſ.Iſ.*22 *& ad prin. & ſ.Eph.*4.
p *Ori.ſ.Mat. ho.*3.35.*Baſ. ſ.pſ.*44. *Am. de Tob.*10. *Ori.ſ.can.ho.*2.*Rup.* 11.*ſ. Apo.*
q *Amb.*2.*de Iacob.*2.*& de Tob.*20. *Hie. ad Damaſum.q.* 3. *& ſ.Eze.*16. *Gre.ſ.Ezech. ho.* 6. *Ber.ad milit. templi.*7.
r *Bed ſ. Gen.*27.

ſ *Rup.*3.*ſ. Reg.*2.*&* 5.*de gloriſi. Trinit.*6. t *Gre.*2.*mo.* 31. *&* 8.*mo.*8.*Ori.ſ. Ezech.ho.*6. *Hie.ſ.Amos.*2. u *Ori.ſ. Leu.ho.*14. *Hie. ſ. Ezech.* 44. *Gre.ſ. Ezech. ho.* 11. x *Aug. ſ. pſ.* 21. *& ſ. Ioan. tract.* 118. y *Hie.ſ. Matth.* 15. *Tert . aduer. Marcionem.*4.

Digitized by Google

Veſtes Aaron, hoc eſt, Chriſti, deſignant *a* ipſam Eccleſiam: qua indui dicitur, *Exod.* 28. 35. 39. *Leu.* 8. *a.* 16. *c.* 37. *b.* Et hanc veſtem diuidunt hæretici, *Pſ.* 21. induitur etiam Dominus decorem, cum ad ſeipſum ſplendidas fidelium mentes, quaſi veſtimenta coniungit: & cum mundauit Eccleſiam in baptiſmo, *Pſal.* 44. 92. 103. Et induitur veſtibus ſpecioſis, quia ſanctorum Angelorum choros, quos condidit, in vſum ſui decoris aſſumpſit: & velut quandam veſtem glorioſam ſibi Eccleſiam exhibet, nõ habentem maculam neque rugam, *Iob.* 40. *a. Dan.* 7. *c. Marc.* 9. *a.* Veſtimenta etiam, quæ non debet ſcindere ſacerdos, deſignant Eccleſiam, qua veſtitur Chriſtus, *Leu.* 10. *b.* Amictus autem, cùm ſit indumentum propinquius carni, quàm ſtola, deſignat eos qui propinquiores ſunt Chriſto, *Eccl.* 50. *b.* Et veſtimentum Aaron vnguento delibutum, ſunt fideles coniuncti Chriſto, & ſanctificati, *Pſa.* 132. Et amictus nube Angelus, eſt Chriſtus indutus Eccleſia, *Apoc.* 10. *a.* Veſtimenta quoque Chriſti, quæ lauit in vino ſunt fideles, quos lauit ſanguine ſuo, *Geneſ.* 49. *b.* Et veſtis purpurea, qua indutus eſt à militibus, eſt Eccleſia, *Marc.* 15. *b.*

Chriſtus.

Veſtis iuſtorum, vel Eccleſiæ, dicitur *b* ipſe Chriſtus, de quo Apoſtolus, *Rom.* 13. *d.* induimini dominum Ieſum Chriſtum. Induimus autem eum in baptiſmo. Et veſtiti dicuntur, qui Chriſtum induerunt, 2. *Cor.* 5. *a. Prou.* 3. *a. Gal.* 3. *d.* Et veſtis ſacerdotum, eſt ipſe Chriſtus. Et dicuntur indui ſalutari, quum conformes fiunt gloriæ Chriſti, *Pſalm.* 131. Et veſtes miniſtrorum Salomonis, deſignant *c* Chriſtum, quem induunt fideles in baptiſmo, 3. *Reg.* 19. *a. Iob.* 29. *c. Pſal.* 64. Amicta Sole mulier, *d* eſt Eccleſia, Chriſti diuinitate ornata, vel beata Virgo, quæ meruit operiri vndique, & circunfundi, & tanquam ipſo diuino igne concludi, *Apoc.* 12. *a.* deſignatur ſpes reſurrectionis, quando iuſti fulgebunt ſicut Sol. Induitur etiam fortitudine Sion, hoc eſt, Eccleſia Chriſto, *Iſa.* 52. *a. Apo.* 15. *d.*

Obſcuritas ſcripturarum Spiritus ſanctus.

Amictus Dei ſicut veſtimentum dicitur *e* abyſſus, quia imperueſtigabilis eſt eius ſapientia, & ponit tenebras latibulum ſuum, vt non indignis quibuſque ſacramenta prodantur. *Pſa.* 101. Ibi tamen iuxta Hebraicum, abyſſus dicitur eſſe amictus terræ. Veſtimentum etiam nubis, quo Deus operit mare, *Iob.* 38. *a.* deſignare poteſt obſcuritatem ſcripturarum, aut etiam Spiritum ſanctum.

Diuina protectio.

Amictus Dei, qui operit ignominiam Hieruſalem, *Ezech.* 16. *a.* protectionem *f* eius deſignare poteſt & miſericordiam, qua tegit peccata remittendo.

Chriſtus.

Veſtitus lineis vir, eſt *g* Chriſtus, veniens de linea ſacerdotali, & natus de Virgine, non de corruptione mixtionis, *Exec.* 9. *a.*

Fideles.

Veſtimenta Iob, *h* deſignant fideles, qui ſunt veſtimenta Eccleſiæ, *Iob*, 30. *c.* 31. *c.* veſtimenta autem non calefiunt ex ſe, niſi cùm iunguntur viuenti, cui coniuncta etiam ipſum calefaciunt, ſic diſcipuli in Eccleſia coniuncti magiſtris benè viuentibus, ad amorem Dei, & exemplo actionis, & impulſu exhortationis igneſcunt. Doctores autem ſancti, dum auditores ſuos in amorem Dei proficere ſentiunt, ipſi amplius in doctrinæ virtute ferueſcunt: & quia eos ad ſumma inardeſcere, & feruere conſpiciunt, ad prædicanda bona cœleſtis patriæ validius ſuccenduntur, ſed non calefiunt, niſi flante Auſtro, hoc eſt, fauente Spiritu ſancto. Veſtitur autem Eccleſia vt ornamento fidelibus diuerſas gratias habentibus, *Iſa.* 49. *d.* domeſtici quoque Eccleſiæ veſtiti ſunt duplicibus, *Prou.* 31. *c.* nempe *i* ſapientia ad repellendas hæreticas falſorum fratrum doctrinas, & patientia ad tolerandas apertorum hoſtium pugnas. Vel certè veſtiti ſunt duplicibus, quia promiſſionem habent vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ: nunc in peregrinatione temporali diuino auxilio, ne deficiant, adiuti: tunc in patriæ perpetua habitatione diuinæ gratiæ viſione, vt fœlices ſemper viuant alleuati. Item domeſtici eius induti veſte ſunt duplici, vna operis, altera mentis, fidei habentes, factorumque velamina, ſacramentis videlicet ſuę redemptionis imbuti, & informati exemplis. Sic enim fit illud Apoſtoli, *Gal.* 3. *d.* Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Baptiſmus. Pœnitentia.

Duplex eſt genus veſtimenti, quod veſtire debet quilibet Chriſtianus: *k* alterum eſt baptiſmatis: alterum pœnitentiæ, quæ eſt ſecunda veſtis, cooperiens nuditatem in his, qui perdiderunt veſtimentum baptiſmale. Et hanc veſtiuit Deus protoplaſten, & quotquot in peccata lapſi ſaluantur: quibus inquit Propheta: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Et hoc duplici genere veſtimenti vtebatur noſter pontifex maximus Chriſtus, non pro ſe, ſed pro omnibus, quorum peccata tulit. Altera enim erat tunica inconſutilis, quæ baptiſmi veſtem ſignificat indiuiſibilem, & nunquam reiterandam. Altera erat diuiſibilis per partem, & partem, & hæc ſignificat veſtem pœnitentiæ toties reſumendam, quoties homo peccat, dicente ipſo Chriſto ad Petrum, cui præcipuè facultatem dederat hanc veſtem induendi: Non dico tibi ſepties: hoc eſt, toties quoties opus fuerit. Cæterum non indui cultu ſuo eſt etiam pœnitentiam agere, *Exod.* 33. *b.* Veſtimentum quoque fidelium, eſt innocentia, *Apo.* 3. *a.* Sic veſtietur veſtimentis albis.

Innocentia.

Confeſſio.

Lex naturalis.

Veſtis cum qua egredi debet ſeruus, *l* eſt confeſſio peccati, per quam ſeruitute peccati exit homo in libertatem gratiæ. Et exit cum tali veſte, cum quale intrauit: quia ita debet confiteri peccatum, ſicut commiſit, cum ſuis circumſtantiis. *Exo.* 21. *a.* poteſt etiam deſignare legem naturæ, quæ ſemper manet in peccatore. Et veſtimenta diſſuta leproſi, deſignant manifeſtationem errorum, & etiam tollenda eſſe operimenta peccatorum: ſed manifeſtanda eſſe per confeſſionem, ne fiat ſepulchrum dealbatum, *Leu.* 13. *f.*

Gloria angelorum.

Veſtis lucida, atque ignea in Angelis, *m* ſignificat diuinam ſpeciem in illis ſplendentem. Et veſtis ſacerdotalis, *n* eſt vis adducendi in diuina ſecretiora ſpectacula: & totius vitæ conſecratio: veſtitus quoque liliorum, deſignat gloriam angelorum: ideo Salomon cum omni gloria ſua non eſt veſtitus, ſicut vnum ex illis, *Luc.* 12. *d.*

Veſtes quibus irriſus eſt Chriſtus.

Indutus Ieſus pontifex veſtibus ſordidis. *Zach.* 3. *d.* eſt *o* Chriſtus, indutus veſte alba, & coccinea, quibus irridebatur: vel veſtes illæ ſordidæ, erant peccata noſtra, quæ ſuper ſe portauit: qui tamen poſtea indutus eſt mutatoriis, cum induit mortalitatem. Et veſtimenta, quæ depoſuit Chriſtus, *Ioan.* 13. *a.* deſignant depoſitam mortalitatem, quæ dici poteſt cilicium, quo ipſe indutus erat, *Pſal.* 68.

Peccata noſtra.

Mortalitas.

Caro Chriſti.

Veſtis talaris pontificis, *p* carnem Chriſti ſignificat: quæ facta eſt rubra in paſſione, *Iſa.* 63. *a.* Ab his eius veſtimentis fluit myrrha, & gutta, & caſia, *Pſal.* 44. Et dicitur indui cilicio, cùm diuinitas latebat ſub humanitate, & malis ſolam monſtrabat humanam carnem ab eis lacerandam, *Pſal.* 34. Corpus quoque eius veſtimentum, in quo erat ſcriptum. Rex regũm, & Dominus dominantium, *Apoc.* 19. *c.* vbi dicitur, veſtis aſpera ſanguine.

Corpus humanum.

Veſtimenta interdum deſignant *q* corpus humanum, quo quaſi veſtimento anima tegitur. Et veſtes Ægypti, ſunt corpora terrena, *Exod.* 12. *e.* Et veſtimenta lauanda, eſt corpus mundandum, *Exod.* 16. *b.* Et veſtis aſpera ſanguine eſt caro baptizata, *Leu.* 6. *d. Iob.* 38. *b. Malac.* 2. *d.* Et veſtimenta quæ nos abominantur, ſunt corpora noſtra, quæ nos abominabiles reddunt. Et veſtimentum, quod conſumitur, *Iob*, 9. *d.* 10. *b.* 13. *d.* 30. *c. Pſa.* 101. *Apocalyp.* 3. *a.* veſtimentum mixtum ſanguine, eſt corpus carnalibus deſideriis inquinatum, *Iſa.* 9. *a.*

Corpora glorioſa.

Circumamicti ſtolis albis, ſunt habẽtes corpora glorioſa, *Apo.* 4. *b.* Et induti arietes ouium, ſunt *r* Patriarchæ, & Prophetæ, corpora glorioſa recipientes, *Pſalm.* 64. Et veſtimentum, quo Deus veſtit *ſ* eſt corpus glorioſum, *Matt.* 6. *d.* ipſum eſt, quo nolunt Sancti ſpoliari, ſed ſuperindui, 2. *Cor.* 5. *a.* Veſtis mutatio in Ioſeph, deſignat aſſumptionẽ corporis glorioſi, *Gen.* 41. *b.* induuntur Sancti iuſtitiã, quum recipiunt dotes corporis glorioſi. *Pſ.* 131.

Perfectior ſtatus.

Medius perfectus ſtatus.

Veſtis lanea, deſignare poteſt *t* perfectiorem ſtatum virtutis, quæ amplius calefacit: qualis eſt ſtatus virginitatis, veſtis vero linea mediocrem vitam, qualis eſt coniugalis. *Leu.* 13. *f.*

Malitia ſimplicitate cooperta.

Induit veſtem ex lana linóque contextam, *u* qui in locutione, vel actione, qua vtitur, intus ſubtilitatem malitiæ operit, & ſimplicitatem foris innocentiæ oſtendit. *Deut.* 22. *b.*

Vindicta Chriſti.

Veſtimentis vltionis opertus dicitur Chriſtus, *Iſa.* 58. *d.* quia in iudicio apparebit erga malos terribilis, & iudex ſeuerus ad vindicanda peccata.

Prædicatio Ioannis peregrina.

Veſtimentum Ioannis Baptiſtæ de pilis Camelorum deſignabat *x* peregrinam tunc fuiſſe prædicationem eius mundo, *Matth.* 3. *a. Marc.* 1. *a.*

Mundus ſenſibilis.

Veſtis talaris pontificis, poteſt deſignare *y* mundum ſenſibilem, ſeptem ſtellis errantibus ornatum, quinque quidem ſignatis per quinque gemmas: duabus autem, hoc eſt, Saturno, & Luna, & per duos carbunculos.

Oſtendens Deus omnes ſub peccato.

Induit Dominus cœlum tenebris, *z* cùm etiam in bonis oſtendit eſſe tenebras peccati, *Iſa.* 50. *b.*

a *Augu. qu. in Exod.* 119. *& de eſſen. diui. & ſ. pſ.* 44. *Am. ſer.* 9. *&* 2. *de fide pro. & de ben. Patriar.* 10. *Gr. ſ.* 1. *Re.* 15 *&* 30. *mo.* 24 32. *m.* 5. *Eu. for. ſpir.* 1. *Aug.* 2. *cont. literas Petiliani* 104. *Orig. ſ. Gen. hom.* 17. *Georg. Venet. Cant.* 2. *to.* 7. *cap.* 17. *Glo. ord. ſup. Marc.* 15.

b *Hil. ſ. pſal.* 131. *Hier. ſ. Iſ.* 61. *& de veſte ſacerdotali. Ori. ſ. Cant. h.* 2. *Au. epi.* 49. *q.* 5. *& ſ. Apo. hom.* 9.

c *Gre.* 29. *mo.* 16.

d *Georg. Ven. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 7. *Ber. ſer. ſigñi mag.*

e *Hie. ſ. Agge* 1. *& ſ. Iob.* 38

f *Hie. ſ. Ezec.* 16.

g *Gre.* 22. *mo.* 19.

h *Gre.* 20. *mo.* 24. *&* 27. *m.* 24. 25. *& ſ.* 1. *Reg.* 15.

i *Bed. ſ. prou.* 31.

k *Geor. Vene. cãt.* 2. *r.* 3. *c.* 6.

l *Bed. ſ. Ex.* 21 *Ori. ſ. Leu. h.* 8 *Hie. ſ. pſ.* 84. *Iſy. ſ. Leu.* 13.

m *Dion. caleſt hierar.* 15.

n *Amb. ſ. Luc.* 12. *Tertu. ad uer. Marc* 4. *Orig. ſ. Teu. ho* 9. *Lactan. lib.* 4. *c.* 14.

o *Hie. ſ. Zac.* 3. *& ſ. Iob.* 38 *Aug. ſ. pſ.* 18. *Cle. Alex.* 5. *ſtrom.*

p *Hie. ſ. Iſ.* 63. *& ſ. pſ.* 44. *Aug. ſ. pſ.* 29. 34. *Gr. ſ. Eze. hom.* 13. *Rup.* 11. *ſ. Ap.*

q *Euc. form. ſpir.* 1. *Hier. ſ. Iob.* 38. *& ſ. Mala.* 2. *Gre.* 9. *m.* 29. *&* 20. *m.* 24. *& ſ. pſ.* 101. *Iſy. ſu. Leu.* 6. *Cyr.* 4. *ſ. Ioan.* 51. *Ru.* 2. *ſ. Apoc.*

r *Hil. ſ. pſ.* 64. *& ſ. Matt. cano.* 5.

ſ *Ambr.* 2. *de Abr.* 9. *Hil. ſ. pſ.* 131.

t *Iſy. ſ. Leu.* 13.

u *Gr.* 8. *m.* 39.

x *Hil. ſ. Matt. ca.* 2.

y *Phi.* 3. *de vita Moſi, Cle. Alex.* 5. *ſtrom.*

z *Hier. ſ. Iſa.* 50.

Digitized by Google

Vestimentum in pignus accipit,*a* qui sermonem,qui proprius est homini,vt munimentum,indumentum,armatura,& arx,in eo impedit,ne proficiat in scientiis,& eruditione,*Exod.22.d.*

Vestes Ægyptiorum,quas commodatas acceperunt filij Israël,designant consuetudines *b* Gétium non inutiles:& instituta humana recta:& etiam scientiam moralem, quæ fideles accipiunt in vsum Ecclesiæ, *Exod.3.b.12.e.*Possunt etiam designare corpora cum animabus.

Vestis contegens os leprosi,*c* est prohibitio loquendi hæreticis facta; ne errorum pestifero halitu audientes inficiant.*Leu.11.e.*

Vestis seminiflui, aut de quo egreditur semen coitus, designat *d* originalem miseriam,quæ lauanda est per baptismum,*Leu.15.c.*Ad idem referri potest vestimentum,super quod cadit morticinium,*Leu.11.e.*

Vestimentum habens in se causam suæ corruptionis, designat *e* peccatores, qui in se habent vnde condemnentur.Et vestimentum mixtum sanguine sunt peccatores infecti peccatis. Et terra atteretur,sicut vestimẽtum, quãdo peccatores condemnabuntur,*Isa.9.a.50.d.51.b.*Et homo est vt vestimentum,quod comeditur à tinea, *Iob*, 13.*d.*quia *f* immunda tentatio non aliundè, sed à semetipso nascitur: ideo more tineæ tentatio carnem quasi vestem consumit.Vestitur quoque homo pelle,& carnibus,*Iob*, 10. *b.* quia in eo quod ad suprema erigitur,carnalium motuum obsidione vallatur.

Non sunt in vestimentum telæ aranearum, *Isa.59.e.*quia opera *g* peccati non defendent peccatorem in iudicio, sed potius condemnabunt.

Induitur caro putredine, *Iob.7.b.* quum *h* carnalem vitam,quam homo patitur,aut tabes lubricæ operationis polluit,aut ex vitiorum memoria caligo miseræ cogitationis premit. Induta est etiam caro Ecclesiæ putredine, & sordibus pulueris,quum in ea sunt plerique qui per fidem eius sunt membra: sed tamen sana,vel munda per actionem non sunt,quia aut victi desideriis turpibus,ad corruptionis putredinem defluunt: aut terrenis actibus dediti,puluere terrenæ cupiditatis conspergũtur.

Indui stupore, *i* est timoris magnitudine quodammodo insanire,*Ezech.26.c.*

Vestimentum Ioseph,quod reliquit in manu fœminæ, designare potest temporales voluptates,quas vir castus relinquere debet,*Genes.39.c.*Sic vestitus est mollibus *k* qui corpus habet lasciuiis, & luxui deditum, aut qui mores lasciuos. *Matt.11.a.*

Vestiti Nadab,& Abihu lineis tunicis, designant *l* hypocritas, sanctitatem & mundiciam ostentantes, quam intus non habent.*Leu.10.a.*Et indumentum Leuiathan,est simulatio sanctitatis, & virtutis, cuius prætextu bonis se palliat,vt mala quæ in eis publicè non valet, tecta bonæ actionis velamine subintromittat, *Iob*,41.*a.*vnde dicitur Satanas transfigurare se in Angelum lucis, *2.Corin.11.e.* Ad idem referuntur vestiti loricis,*Ezech.38.a.* vestis etiam peregrina,*m* est hypocrisis,*Soph.1.b.*

Induere iterum tunicam semel exutum, est *n* redire ad temporalia, & ad terrenos mores, vel ad peccata, *Cant.5.b.*

Vestis,quæ polluitur per semen coitus,est *o* fœmina,cum qua quis illicitè concumbit,*Leu.15.b.*

Vestis texta ex duobus induitur,*p* cum quis simul vult seruire Deo,& diabolo,vel seruare legem,& Euangelium,*Leu.19.d.*

Indui virum veste muliebri,*q* est mores muliebres,& effœminatos imitari.Et è diuerso,mulierem,veste virili,*Deut.22.a.*

Induuntur veste peregrina,qui *r* colunt idola,& errores defendunt,*Soph.1.b.*Vestis quoque leprosa,est *s* doctrina seu libri hæreticorum erroribus scatentes,*Leu.13.e.*

Induunt mali maledictionem,*t* vt boni induunt Christum, *Psal.108.Gal.3.b.* Et induuntur confusione, sicut diploidæ,qui contemnunt seruantes quatuor Euangelia,*Psal.108.131.*

Induuntur idola hyacintho,*u* cum hæretici promittunt cœleste regnum adhærentibus suis erroribus,*Ier.10.b.* idem designant Assyrij vestiti hyacinthinis,*Ezech.23.a.*vestimentum autem auri conflatilis,designat munimenta hæresum,*Isa.30.e.*Vestes quoque nudorum,sunt errores deceptorum ab hæreticis,*Iob.22.a.*

Vestimentum nubis,quo operit Deus mare,*Iob*,38.*a.*designat *x* cæcitatem,& stultitiam crudelium persecutorum Ecclesiæ.Interposita enim caligini infidelitatis suæ,perspicuam veritatis lucem videre non sufficiunt:& id, quod agunt per crudelitatis impulsum,per cæcitatis suæ meritum non agnoscunt.

Vestimenta quæ scidit Iephte, sunt *y* malæ cogitationes temporalium,quæ velant animam,*Iud.11.f.*

Saraballum, est indumenti genus, quod putant aliqui esse vestes fluxas, & sinuosas, aut vestes pelliceas, *Dan.3.g.*

Indulgere, vide Parcere.

Industria, Industrius.

INDVSTRIA, est promptitudo quædam ingenij, & habilitas ad aliquid faciendum:& industrius est diligens, multæque industriæ.

Industrius vir ad colligenda,& dispensanda frumenta in Ægypto,est Christus,& eius prædicatores,*Gen.41.d.* qui etiam industrij sunt,ad pascendos greges fidelium, *Gen.47.b. Ios.10.b.3.Reg.12.e.2.Par.24.d.32.a.*

De industria reseruatus armis Sauli,*1.Reg.9.d.*indicat *z* magnam esse habendam considerationem,antequam quis in sacerdotem,aut prædicationem eligatur.Ideò ait Paulus,*1.Timoth.5.* Manus nemini citò imposueris.

De industria proiicientes manipulos messores Booz, vt colligeret Ruth, designant *aa* translationem doctrinæ legis,& mysterium ad Gentes per ministerium Apostolorum,ex præcepto Christi,*Ruth.2.c.*

Industria Holophernis,typus est calliditatis diaboli,*Iudith.11.b.*

Quasi de industria recesserunt à Deo, qui non solùm bona non faciunt, sed etiam eadem cognita, viuendo despiciunt:& in aliis ea detestantur,& persequuntur, *Iob*, 34.*c.* Per industriam quoque occidere hominem, est scienter aliquem scandalizare,*Exod.21.b.*

Inedia, vide Esurire.

Infamis, quare Fama.

Infans, Infantia.

INFANTIA,est prima hominis ætas imbecillima,nondum fari valens,neque in aliquo sibi vtilis,nisi materno foueatur auxilio,& facilè timore perturbatur,& laruis.

Infans ab vbere dicitur Christus,Deus,& homo,*Isai.11.b.*ipse est ab infantia Nazaræus, per Samsonem designatus,*Iud.13.a.*

Infantes dicuntur,*bb* qui nouâ in Christo inchoant vitam,& nuper baptizati sunt,*Matt.21.b.Psa.8.Zach.8.a.*

Infantia,etiam est simplicitas Christiana,& infans ab vbere dicitur,qui paruulus est malitia,*Isa.11.b.*infantia autem est in eis,quibus lacte opus est,& solidiorem doctrinam percipere nequeunt:vnde obuolui pannis infantiæ dicuntur,*Iob*,38.*b.*

Infantes erant *cc* Iudæi sub lege,quum regebantur timore, & non secus ac laruis pueri timore perturbabantur.Et infantia erat lex vetus,& ceremoniæ,quæ Iudæi vt infantes diligebant,*Prou.1.c.*

Infantulus intra fiscellam,erat *dd* lex Iudæorum,traditionibus septa,& erat infans ex Hebræis, quia lex nutrita,& nata est inter eos,*Exod.2.a.*Erat autem infans apud illos, qui non capiebant robustiores sensus.

Infans octo dierum circumciditur, hoc est, octo annorum: quia tunc incipit homo vti ratione, *Genes.17.b. Leui.12.a.*

Infantulus Samuel,designat eum,qui adhuc regi debet ab alio,*1.Reg.1.d.1.Ioan.2.d.*

Infantes oblati Christo,designant *ee* Gentiles ad fidem venientes,*Matt.19.b.*

Infans dierum non erit in fœlicitate,*ff* hoc est,imperfectus,& ignarus,quia omnes ibi erunt docti à Deo, & perfecti,*Isa.35.c.*

Infantia generis humani, *gg* fuit ab Adam vsque ad Noë: & vt infantia deletur obliuione,sic illa ætas deleta est diluuio.

Ab infantia timere Deum laudabile.*3.Reg.18.c.Tob.1.b.2.c.Iob*,31.*b.Ezech.4.d.2.Tim.3.d.*

a Phil.de somnijs.
b Aug.2.doct Christian.40. Bed.s.Exo.11.
c Glo. ord. su. Leu.13.
d Glo.ord. su, Leu.15.
e Hier.s. Is.9.
f Gre.11.mo. 25.& 9.mo. 38.
g Hie.s.Is.59.
h Gr.9.m.11
i Hie.s. Exec. 26.
k Hil.s.Matt. can.2.Amb.s. Luc.7.
l Gre.33.mo. 28. Hie.s.Iob.41.
m Ru.s.Soph. 1.
n Am.de virgi. 3. Greg.s. Can.5. Isy.s.Leu.15.
o Isyc. s. Leu. 19. Amb.epi. 15.
p Cle.Ale. 2. strom.
q Hie.s. Soph. 1.
r Ru.2.s.Leu. 23.
s Arno.s.psal. 108.
t Hie.s. Ezec. 44.
u Hier.s. Ier. 10.& s.Is.30. s.Ezec.23. Gre.16.mo.3.
x Gre.28.mo. 15.
y Chry. de Iephte.
z Gre.s.1.Re. 9.
aa Glo.ord.su. Rut.2.Gr.25 mor.16.
bb Gre.17.m. 18. Ori.s. Matth. ho.15. Aug.s. ps.8. Am.ser.53.
cc Cle.Alex. 1.pada.6. Bed.s.Prou.1.
dd Bed.s.Exo. 2.
ee Hil.s.Mat. can.19.
ff Hie.s.Is.65.
gg Aug. 16. ciui.43.

Sermo. Instituta humana. Scientia moralis. Silentium interdictum hæreticis. Originalis miseria. Peccatores.

Opera peccati non defendentia. Corruptio operationis, aut castigationis.

Grauis timor Temporales voluptates. Ficta sanctitas. Hypocrysis.

Reuersio ad peccata. Fœmina. Seruire duobus dominis. Imitari muliebria. Cultus errorum. Libri hæreticorum. Maledictio malorum. Promissio falsa hæreticorũ. Defensiones hæresum. Cæcitas persecutorum Ecclesiæ. Mala cogitationes. Christus. Prædicatores. Diligentia ad eligendum sacerdotem. Translatio doctrina legis ad Gentes. Calliditas diaboli. Despicientes bonum cognitum. Scandalizare.

Christus.

Nuper baptizati. Simplicitas Christiana. Iudæi.

Lex.

Indigens regi ab alio. Gentiles. Imperfectus.

Ab Adam vsque ad Noe.

Digitized by Google

Infantes in malum dicuntur,*a* qui fluctibus agitantur,& circumferuntur omni vento doctrinæ in præstigiis hominum,vt νηπιάζω est insipiens,1.*Cor.*13.*f.*

Mali constantes.

Infantes hæreticorum,sunt *b* recentes in eorum hæresi,*Isa.*13.*c.*

Recentes in hæres.

Pastores ab infantia,*c* erant fratres Ioseph, *Genes.*46.*d.*sequentes ordinem naturæ, qua homines præsunt pecoribus.

Gentilis populus.

Ab infantia lunaticus, *Marc.* 9.*c.* designat *d* Gentilem populum, ab initio colentem idola, & immolantem filios.

Infatuare, vide Stultus.
Inferre, vide Inducere.
Inferi, Infernus.

Limbus.

INFERI,seu infernus,est locus infra terram,& carcer vbi animæ damnatorum,& dæmones puniuntur:dictus infernus,quia infra nos est,*Psalm.*29.28.114.140.*Prou.*2.*d.*8.*d.*9.*d.*dicitur autem infernus inferior, *e* comparatus ad limbum,vbi Sanctorum animæ detinebantur,*Psal.*85.*Iob*,21.*b.*vel infernus inferior dicitur *f* ad comparationem ipsius peccati in hac vita. Potest etiam infernus inferior dici,ad comparationem huius mundi,qui est velut infernus superior, quia etiam in hoc regnat mors, & miseria, ideo etiam à corpore mortis huius optabat Apostolus liberari. Dicitur autem infernus nouissimus,*g* vbi est pœna æterna.*Prou.*15.*c.*infernus etiam dicitur mors,*Psal.*17.dolores inferni circumdederunt me. Obstinatio,*Psal.*6.in inferno autem quis confitebitur tibi? Sepulchrum,*Psa.*48. Veterascet in inferno à gloria eorum. Vorago,*Num.*16.*d.*descenderunt viuentes in infernum.

Diabolus.

Inferi etiam est limbus,*h* vbi sancti Patres ante Christi passionem detinebantur:quo dicebat Iacob se lugentem descensurum, *Genes.* 33.*c.*42.*e.*44.*g.Psal.*48. Et dicitur infernus profundissimus, comparatus videlicet ad cœlestia:non quia non sit alius profundior,*Iob.*14.*c.*17.*c.d.Ion.*2.*a.*

Peccata. Erroris obscuritas.

Infernus aliquando dicitur *i* ipse diabolus,qui pœnas exequitur in malos, *Isa.*14.*b.* 28.*d.* Et infernus est nudus coram Deo, hoc est, diabolus, & socij damnationis eius, quorum cogitationes prauæ non possunt latere Deum,*Iob*,26.*a.Prou.*30.*c.*

Inferni pericula,sunt peccata,per quæ quis in infernum truditur.*Psa.*114.

Inferi aliquando dicunt *k* obscuritatem erroris,vt cùm Dominus deducit ad inferos, & reducit, quia permittit cadere in errorem,à quo postea reuocat,1.*Reg.*2.*a.*Et ipsa cæcitas,quæ peccantem inuoluit, infernus dicitur. *Psal.* 6.

Desperatio.

Infernus præterea significare potest *l* desperationem, de qua dicitur, *Iob*, 7.*b.* Qui descendit ad inferos, non ascendet:quia qui post peccatum mole desperationis obruitur,post mortem in inferni supplicio sepelitur,& via iam reuersionis illi præcluditur:de hoc, *Psal.* 6. in inferno quis confitebitur tibi? hoc est,in desperatione? Et *Prou.*19.*a.*impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit.

Homo.

Infernus dici potest homo,*m* cum tentationum suarum caligine perturbatus in infimis iacet,*Iob.*11.*b.*

Locus inferior.

Infernus aliquando dicit *n* locum inferiorem,vt *Psal.*138.Si descendero in infernum, ades, Et *Isa.*7.*b.*Pete tibi signum à Domino Deo in profundum inferni.

Inferior, Infimus, Infra.

Auditores.

INFERIOR locus est superiori contrarius,& dicitur inferior ille, qui centro terræ propinquior est.

Inferius pauimentum quam porta templi,*Ezech.*40.*e.*designat *o* in Ecclesia auditores inferioris meriti, quam erant Apostoli.

Humilitatis officia.

Inferior locus potest significare *p* humilitatis officia,*Psa.*38.

Sensus terreni.

Inferiora terræ dici possunt *q* sensus terreni,& profundum stultitiæ,& terrenæ cupiditates,& inferiora corporis:vel etiam ipse infernus.*Psa.*62.

Infernus.

Inferiores partes terræ,in quas descendit Christus, *r* limbum designare potest,*Ephe.*4.*b.*

Limbus.

Inferior piscina,*s* designat doctrinam hæreticorum,quæ semper inferioribus hæret,*Isa.*22.*c.*

Doctrina hæreticorum.

Inferior iunctura rationalis pontificis,*Exod.*28.*d.*

Timor.

Inferior mola,*Deut.*24.*c.*timorem *t* significare potest:& tollit molam inferiorem,qui peccanti promittit impunitatem.

Inficere.

INFICERE,est tingere,& imbuere.Item vitiare,seu maculare,& etiam venerare.

Peccato maculatus.

Infecta vestis leprosa,*u* est corpus,vel ipse homo peccato maculatus, *Leu.*13.*c.* Terra quoque dicitur infecta ab habitantibus in ea propter peccata.

Inficiari, vide Negare.
Infinitus.

INFINITVM finito contrarium est,quod non habet finem,siue magnitudinis, siue multitudinis. Et Deus dicitur infinitus,sicut immensus secundum suam substantiam,& quia nullo loco, nec intellectu claudi, vel comprehendi potest.

Infirmare, Infirmus, Æger, Ægrotus, Languidus.
Debilis, Imbecillis, Inualidus, Infirmitas, Morbus.

INFIRMVS est,qui caret viribus præcipuè propter morbum, qui & ægrotus & languidus dicitur. Inter infirmum,& ægrotum,id est malè habentem, hoc videtur interesse: nam infirmo ne quid mali accidat, cauendum est:ægrotus autem,aut languens,aliqua mala qualitate affectus est. Infirmari est etiam deiici. *Psa.* 9. infirmabuntur,& peribunt à facie tua:Debilitari. *Psal.*25. in Domino speraui,non infirmabor.Infirmus,fragilis,*Sap.* 9.*a.*homo infirmus,& exigui temporis.

Virtus Christi.

Non infirmata dicitur manus Domini,nec inualida esse,quia in Christo est diuina virtus cùm sit ipse Deus, in quem nulla cadit imbecillitas,*Num.*11.*e.* Et non infirmata vestigia, sunt exempla Christi habentia virtutem in Ecclesia.*Psa.*87.

Infirmitas Christus in membris.

Infirmus autem dicitur *x* Christus,cùm aliqua eius membra per peccatum infirmantur, *Matt.*25.*d.* Et oculi eius languerunt præ inopia,cùm in passione Apostoli ob defectum luminis,deliquium in fide passi sunt,*Psa.*78.

Defectus fidei Apostolorum.

Languet amore sponsa,*Cant.*2.*a.*5.*c.*quum *y* anima tota intentione perquirens cœlestia, dum in carne viuit, perfectionem non inueniens,fatigata in desiderio suo requiescit.

Desiderium perfectionis.

Languens Daniel, designat *z* quod cum ad virtutem mens astringitur, à fortitudine propria caro lassatur, *Dan.*8.*g.*Sic caro est infirma,*aa* cum spiritus est promptus, quia non potest aduersus spiritum insurgere. *Matth.* 26.*d.*infirmata quoque, quæ prius erat fœcunda, est *bb* caro, cui tolluntur vires, ne producat vitia.Et Babylon, ne pariat amplius filios gehennæ. Infirmata etiam fœcunda, est anima carnalis, quæ malè operando deficit, 1.*Reg.*2.*a.*

Infirmitas carnis ad spiritualia.

Infirmitas,in qua perficitur virtus,est humilitas, sine qua virtutes sunt imperfectæ, 2. *Cor.*12.*c.* Sic infirmari dicuntur,qui prius superbi,*cc* postea conuersi agnoscunt infirmitatem suam,*Psa.*57.

Humilitas.

Infirmiora terræ,dici possent minus fortes in Ecclesia,*Genes.*42.*b.*Et infirmus in fide est,qui nondum plenam habet fidem:vt cùm negauit Petrus,& qui nondum exercitatos habet sensus ad omnia intelligenda. Et debilitatus dicitur in fide vacillans. *Exod.*22.*c.Psa.*67.*Isa.*33.*Rom.*14.*b.*infirmo, ne accidat tentatio, quæ eum frangat, timendum est:languens autem iam cupiditate aliqua ægrotat.

Minus fortes.

Infirmata hæreditas Dei erat *dd* cum Apostoli fugerunt in passione: quam perficit Deus, quum post resurrectionem eos roborauit *Psa.*67.vel est Ecclesia seu populus ex se infirmus,indigens perfici per Christum.Vel erat lex,quæ infirmabatur,quia non implebatur per transgressionem Iudæorum,quæ etiam infirmos faciebat,minando pœnam,& non adiuuando per gratiam:sed aduenientè Euangelij luce & gratia,lex ipsa completa,& perfecta est.Eucherius legit infirmata pluuia,hoc est,lex.

Apostoli. Ecclesia. Lex vetus.

Infirmata terra, *ee* est Iudæa, *Isa.*23.*b.* Et infirmata, quæ prius erat fœcunda,dicitur synagoga, quæ iam non

Iudæa.

a *Cle. Alex.*1. *peda.*5.
b *Hie.f.Is.*13.
c *Glo. ord.su. Gen.*46.
d *Glo. ord.su. Marc.*9.
e *Gre.*12.*m.*7
f *Hic. & Au. f.ps.*85.
g *Bed. f.prou.* 15.
h *Basil. f.ps.* 48. *Gre.*12.*m.* 7. & 13.*m.*22.
i *Hie.f.Is.*14. *Gre.*17.*m.*11. *Bed.f.Pro.*30.
k *Gre.f.*1.*Re.* 2.*Aug.f.ps.*6.
l *Gre.*8. *mor.* 14.
m *Gre.*10.*m.* 10.
n *Glo. ord.su. ps.*138.
o *Gre.f.Ezec. hom.*18.
p *Hil.f.ps.*38. *Or.f.Num.ho.* 11.*f.cant.ho.*4
q *Ar.& Hil. & Aug. f.ps.* 62.
r *Amb.f.Eph.* 4.
s *Hie.f.Is.*22.
t *Glo.ord.sup. Dan.*24.
u *Glo.ord. su. Leu.*13.
x *Ori.f.Matt. ho.*34. *Aug.f.ps.*86.
y *Gre.f.Cant.* 2.5.
z *Gr.*4.*m.*39. & *f.*1.*Reg.*1.
aa *Ori.f.Mat. ho.*35.& *f.ps.* 37.*ho.*3.& *f.* 1.*Reg.*1.
bb *Phil. quod Deus sit immutabilis. Ber.epi.*42. *Aug.f.ps.* 57. *Ori.f.Ro.* 14.
cc *Hil.f. psal.* 67.
*Au.de past.*5.
dd *Hi.& Au. f.ps.*67.*Euch. q.in ps.*
ee *Hi.f.Is.*35 & *f.Iere.*15. *Gre.f.*1.*Re.*2. *Aug.*16.*ciui. Dei.*4.& *f.ps.* 106.

Digitized by Google

amplius generat filios in fide, 1. *Reg.* 2. *a. Psalm.* 106. *Ier.* 15. *b.* Ægrotans Iacob languentem synagogam, & propè interitum existentem designauit, *Gen.* 48. *a.*

Infirmi, qui accincti sunt robore, sunt *a* gentiles, qui Christum induerunt in baptismo, & fortes facti sunt, 1. *Reg.* 2. *a.* Et Apostoli qui tempore passionis infirmi erant, & per aduentum Spiritus sancti accincti sunt robore, *Matt.* 26. *d.* Et Angeli homines, & cognoscentes se ex seipsis nihil posse, sed in Deo sunt fortes. Item qui dicunt Deo, Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, accinguntur robore à Deo.

Infirmitas animæ, *b* est peccatum, & languores Ægypti, sunt opera carnis, *Exo.* 15. *d.* 23. *d. Psalm.* 6. 15. 26. 104. *Isa.* 1. *b. Ezech.* 34. *a. Hos.* 5. *b.* Et hos languores nostros tulit Christus, cum pro nobis passus est, *Isai.* 53. *a.* Languentes autem in porticibus probaticæ piscinæ, *c* erant peccatores sub lege, quos sanare lex non valebat, sed prodebat, *Ioan.* 5. *a.* infirmitas quoque, dicitur veternum infidelitatis, *Matt.* 14. *b.* Et omnis languor seu infirmitas, quam curauit Iesus, refertur ad infirmitates animarum spirituales, secundum differentias passionum. Debiles quoque sunt qui laborare satis pro æterna vita non possunt, *Luc.* 14. *c.* Et infirmari dicitur manus, quæ deficit in operatione virtutum, *Leu.* 25. *c.* Et debilia genua, designant virtutem animi inhabilem ad proficiendum, *Deut.* 7. *c.* 15. *d. Eccl.* 25. *d. Isa.* 35. *a.* 38. *a.* 39. *a. Thre.* 1. *e. Ezech.* 34. *a. Mala.* 1. *d. Marc.* 6. *b.* 16. *d.*

Ægrotans Ægyptius, *d* est despectus à mundo peccator, vnde compellitur relinquere mundum, 1. *Reg.* 30. *d.*

In infirmitate versari, dicitur stratum eius, *e* cuius corpus Deus castigat, *Psalm.* 40.

Infirmitates multiplicatæ gentilium, *f* fuerunt eorum idola multiplicata, *Psalm.* 15.

Infirma mundi sunt, *g* quæ sapientes mundi impossibilia reputant, quæ tamen Deus elegit, 1. *Corint.* 1. *d.*

Elanguere dicitur oleum, *h* cum deficiunt opera misericordiæ, *Ioel.* 1. *c.* Et cum euanescit deuotio religionis.

Infirmi dicentes se fortes, sunt hostes fidelium, *Ioel.* 3. *b.* Et infirmi iuuenes sunt, qui in propria virtute confidunt, *Isa.* 40. *g.*

Infirma elementa, dicuntur *i* ceremonialia, & similia legis veteris, quæ per aduentum & passionem Christi virtutem amiserunt, nec prosunt seruantibus, sed potius sunt noxia, *Gal.* 4. *b.*

Debilis est & maculata nostra oratio, *k* quando ira, inuidia, inimicitiis, & alia animi perturbatione corrumpitur. Et si offerentes munus ad altare, & recordati, quod aliquid frater noster habeat aduersum nos, non ante pergimus, & satis ei fecimus, atque ita maledicitur offerens debile. *Mal.* 2. *a.*

Infirmata dicitur lingua hæreticorum contra ipsos. *Psa.* 63. quia *l* nullam capit stabilitatem eorum eloquutio, sed dolus ipsorum reddet eos infirmos. Linguæ quoque Iudæorum, quæ fortes apparebant contra Christum, in ejus resurrectione infirmatæ sunt.

Infirmata vitiis in iudicio erit, *m* quum cessabunt causæ voluptatum. Et infirmata terra erit, cum in iudicio terreni dissoluentur: *Isa.* 14. *a. b.* Et infirmati erunt mali in iudicio, *Psa.* 57. *Hos.* 4. *a. Nah.* 1. *b.*

Infirmum & debile immolarunt Iudæi Domino, *n* quum elegerunt Barrabam, latrocinij & seditionis authorem. *Mala.* 2. *a.*

Infirmare decretum Dei nemo potest, *Isa.* 14. *f.*

Inflammare, vide Ignis.

Inflare.

INFLARE, est turgefacere, à folle dictum, qui flatu turgescit, & refertur ad animam: vt inflatus animus dicatur superbus & elatus. Et scientia dicitur inflare, quando generat superbiam, 1. *Cor.* 4. *b.* 8. *a.* 13. *b.* Et dicuntur quidam inflari sensu carnis suæ, *Col.* 2. *d. Sap.* 7. *d.*

Inflari ventrem mulieris adulteræ, *Num.* 5. *d.* punitio peccati libidinis.

Infligere.

INFLIGERE, est *o* ictum inferre, & incutere, vt infligere maculam, aut vulnus proximo, *Leu.* 24. *d.* est perdere, & conterere aliquam virtutem proximi.

Infœcundus, vide Sterilis.

Infœlix, quare Miser.

Informis, vide Turpis.

Ingenium, Ingeniosus.

INGENIVM propriè dicitur natura cuique ingenita & in homine dicit vim quandam mentis ad inueniendum, quod ratione iudicari potest, & ingeniosus est ingenio valens, 2. *Cor.* 2. *b. Sapi.* 8. *d.*

Ingens, vide Magnus. Ingredi pro ambulare, vide Ambulare.

Ingredi, Intrare, Introire, Introitus.

INGREDI dicitur, qui à loco exteriori, in interiorem se confert, vt qui ingreditur domum aut templum. Ingredi ferè *p* in bonum sumitur, vt, intra in gaudium Domini tui. Egredi verò in malum: vt tenebræ dicuntur exteriores. Ingredi etiam accedere, *Genes.* 19. *c.* Donec ingrediaris illuc. Ambulare, *Exod.* 18. *c.* Viam per quam ingredi debeant. Apparere, *Exod.* 8. *a.* ingredere ad Pharaonem, Exercere, *Num.* 8. *d.* ingrederentur ad officia sua. Mori, *Ios.* 23. *d.* Ego hodie ingrediar viam vniuersæ terræ. Rem habere, *Genes.* 16. *c.* ingredere ad ancillam meam. Transire, *Iudi.* 5. *a.* Qui ingrediebantur per eas. Intrare autem, complacare, *Psal.* 87. intret in conspectu tuo oratio mea. Incidere. *Matt.* 26. *d.* Vt non intretis in tentationem. Initiari, *Deut.* 23. *a.* intrabunt in Ecclesiam Domini. Possidere, *Num.* 14. *e.* Non intrabitis in terram, quam, &c. Introire, Ascendere, *Psal.* 23. introibit Rex gloriæ.

Ingreditur gloria Domini per viam Orientalem, quum Verbum caro factum est, & ipse etiam dicitur Oriens, *Ezech.* 43. *a.*

Ingrediens Aaron sanctuarium interius, designat *q* Christum ascendentem in cœlum: ac omnia mysteria penetrantem, *Leu.* 16. *a.* Non ingrediebatur autem Pontifex omni tempore, designans soli Christo aditum per se patere. In exterius autem tabernaculum ingrediebantur cæteri sacerdotes, designantes cognitionem naturalium & legis, quæ cæteris communicatur. Intrans etiam Dauid in tabernaculum domus suæ, designat Christum intrantem in cœlum, *Psal.* 131. Et intrans rex gloriæ portas cœli, est Christus in cœlum, vel in animam, *Ps.* 23. ingrediens Ioseph ad Pharaonem, est Christus ad Patrem, *Gen.* 47. *a.* Et intrans Iesus Hierosolymam, est intrans in cœlum, *Matth.* 21. *b.* Et ingrediens Ioseph ad Patrem, designat regressum Christi ad Patrem cœlestem, *Genes.* 48. *a.*

Introitus Iacob in domum Laban, designat *r* aduentum Christi in mundum. *Gen.* 30. *d.* Sic introiens Ioseph ad vinctos, *Gen.* 40. *b.* Et ingrediens Dominus Ægyptum media nocte, est Christus factus homo, dum medium silentium tenerent omnia, *Exod.* 11. *b. Isa.* 19. *a.* Et intrans in domum fortis, *s* est Christus in animas prius à diabolo possessas, *Matt.* 12. *c.* Et ingrediens Iesus in templum, est Christus in Ecclesiam, *Matth.* 21. *b.* Et ingrediens Aaron sanctuarium interius, est Christus nouam legem faciens. *Exod.* 28. *e.* 30. *c.* 40. *d.* Et ingredientes in terram Chanaan, sunt prædicatores ad Gentes, *Leu.* 14. *e.* Et ingrediens in quoddam castellum, est Christus in mundum, & in mentem fidelium, *Luc.* 10. *g.*

Ingrediens rex, vt videret discumbentes, designat *t* Deum in iudicio iudicantem, & examinatem eos, qui sunt in Ecclesia, *Matt.* 22. *a.* Intrare autem dicitur in iudicium, quum seuerè iudicat, *Psal.* 142.

Non intrauit Christus in domum Centurionis: vt *u* designaret se non assumpsisse vitia humana. Intrauit autem in domum Petri, designans ingressum suum in corpus, aut in cor, *Matt.* 8. *b.* Non ingrediens autem pontifex ad mortuum, *x* designat Christum non intrantem in animam existentem in peccato. *Leu.* 21. *b.* Ingreditur autem ad mortuum, *y* qui socius fit peccati, *Ezech.* 44. *f.* Christus autem, etsi omnium peccata portauit, tamen impollutus permanet, nec gentium peccatis polluitur.

Ingressus est Christus profundum maris, *z* quando mortuus vsque ad vltima inferni, quasi ad maris profunda, descendit, *Iob.* 38. *b.* ingreditur etiam profundum maris, cùm penetrat mentem humanam, eámque ad pœnitentiam incitat.

Ingressus est Dominus solus per portã clausam templi, *aa* quia solus Christus aperuit signacula libri clausi:

& solus

a Ori. s. 1. *Re.* 1. *Gre. s.* 1. *Re.* 2. *Aug.* 17. *ciui. Dei.* 4.

b Ori. s. Exod. hom. 7. *& s. Matth.* 14. *& hom.* 4. *Hil. s. Matt. can.* 14. *Ar. s. ps.* 104. *Hie. s. Is.* 1. *Au. ep.* 59. *& s. Ioan. tract.* 17.

c Cyril. 7. *s. Ioan.* 5. *Gre. s.* 1. *Re.* 4.

d Gre. 5. *mor.* 29.

e Am. ser. 20.

f Hie. s. ps. 15.

g Lyr. s. Ioel. 1.

h Hie. s. Ioel. 3 *& s. Is.* 40.

i Hier. s. Gal. 4.

k Hie. s. Mal. 2.

l Hie. s. ps. 63. *Au. s. ps.* 63.

m Hier. s. Isa. 24. *& s. Nah.* 1. *Hil. s. ps.* 57.

n Hie. s. Mal. 2.

o Glo. int. sus. Leu. 24.

p Aug. s. ps. al. 139.

q Orig. s. Leu. hom. 9. *& su. Matt. ho.* 15. *Am.* 4. *de fi. de* 1.

r Amb. exho. ad virg. Hier. s. Is. 19.

s Hil. s. Matt. ca. 12. 21.

t Ori. s. Matt. ho. 20. *Hil. s. Mat. can.* 22.

u Hil. s. Matt. can. 7.

x Orig. s. Leu. ho. 12.

y Hie. s. Exec. 44. *Isyc. s. Leu.* 21.

z Gre. 29. *mo.* 5. 7.

aa Hie. s. Eze. 44.

Gentiles.

Peccata.

Debilitas operandi.

Peccator. Castigatio corporis. Idola. Impossibilia Philosophis. Defectus operum misericordiæ. Confidentes in se. Ceremonialia. Oratio cum perturbatione. Deficiens eloquentia hæreticorum. Deficiens causa voluptatis in iudicio. Eligentes Barrabbam. Superbus.

Perdere virtutem proximi.

Incarnatio.

Ascensio.

Aduentus Christi. Iudicium. Non assumpsit Christus vitia humana. Non intrat in animam peccatricem. Descendens Christus ad inferos. Penetrans mentem humanam. Solus Christus aperuisignacula libri.

Digitized by Google

& natus ex Virgine.

& solus in Virginem intrauit. Ingreditur autem & egreditur: quia infusus, & circũfusus est omnibus. *Exec.* 44. *a.*

Persecutiones Christi.

Intrantes aquæ vsque ad animam Christi, *a* fuerunt persecutiones Iudæorum ipsum affligentes: quæ vsque ad hoc venire potuerunt, vt animam eius à corpore tollerent diuina permissione. *Psalm.* 68.

Grata angelis conuersatio bonorum.

Ingressi angeli sub vmbram culminis Lot, *Genes.* 19. *b.* designant gratam sibi esse conuersationem bonorum.

Vtitur Deus malis ad probationem bonorum.

Ingreditur Deus thesauros niuis, *Iob.* 38. *c.* quum *b* vtitur praua mente reproborum, ad probationem electorum. Vel cum penetrat corda frigida per peccatum, eaque in feruorem sui amoris accendit: in quibus magnum habet thesaurum, cùm eos constituit vasa electa, vt Paulum.

Penetrat corda frigida.

Ingressus spiritus in ossa, est *c* quando gratia Spiritus sancti ingressa est in animam, *Ezech.* 37. *c.*

Gratia in animam.

Ingressus dicitur Deus in pactum cum Hierusalem, *d* quando dedit legem: quod pactum ingreditur etiam cum singulis, dando legem naturalem. *Ezech.* 16. *b.*

Dans Deus legem.

Ingreditur princeps cum ingredientibus, & egreditur cum egredientibus: *e* quia Christus testis est tam bonorum, quam malorum, *Ezech.* 46. *c.*

Christus testis bonorum & malorum.

Ingrediens Ezechiel de campo in domum suam, designat prædicatorem post prædicationem debere redire ad suam conscientiam, vt se examinet ne inani gloria capiatur, *Ezech.* 3. *f.*

Ingrediens in conscientiam

Ingreditur Daniel ad regem, *f* quum quis ex intima deuotione in his, quæ discutienda sunt, vel quærenda, tam de exterioribus, quam de interioribus, ad diuinum iudicium recurrit, *Dan.* 4. *a.*

Recurrere ad diuinum iudicium.

Ingredi in petram, *g* est recurrere ad vulnera Christi, *Isa.* 2. *b.* ingredimur etiam in petram, cum cordis nostri duritiam penetramus. Ingredi etiam in cubiculum ad orandum, est maris secretum & tranquillitatem intrare, *Isa.* 26. *d. Matth.* 6. *a. Ezech.* 16. *d.* Et ingredi sicut Noë in arcam, intrare ad se, hoc est, redire ad cor: in quo cubiculo collectus, & clauso ostio, iuxta Saluatoris edictum, expeditus & dispositus, ad Patrem orat. Intrat autẽ cum vxore & liberis, hoc est, cum carne & operibus, *Genes.* 7. *a.*

Recurrere ad Christum.

Ingredientes arcam Noë & filij eius, designãt *h* ingressum in Ecclesiam per baptismum, *Genes.* 6. *c.* 7. *a.* Et intrans Ietro in tabernaculum, designat ingressum gentilium in Ecclesiam, *Exod.* 18. *b.*. introitus autem tabernaculi, aut atrij, dicit initium Ecclesiæ, & fidem baptismi, & ingressum ad pœnitentiam, *Exod.* 26. *d.* 36. *d.* 38. *d.* 40. *c. Leuit.* 3. *a.* 4. *b. Psal.* 41. 124. 131. Et ingredi ad ciuitates munitas, est intra Ecclesiam se tutum facere, *Ierem.* 4. *b.* Et ingrediens mulier sanctuarium post partum, est confugiens ad Ecclesiam, vt mundetur, *Leuit.* 12. *b.* Ad hanc domum nolebat intrare frater senior, designans Iudæos nolentes venire ad fidem Christi, nec ingredi in Ecclesiam, *Luc.* 15. *f.* ingrediens etiam Bethsabe ad Dauid, designat Ecclesiam ex gentibus venientem ad Christum, 2. *Reg.* 11. *a.* ingreditur autem in tabernaculum Domini sine macula, *i* qui habet iustitiam mentis, *Psalm.* 14. intrat verò ad nuptias sine veste nuptiali, *k* qui in Ecclesia non mutat mores veteris hominis. *Matth.* 22. *a.* in hanc domum Domini non intrant hæretici, *Hos.* 9. *a.* ingredi autem ouem in ouile, & egredi, *l* est nasci in Ecclesia, & postmodum egredi ad fœlicitatem. Ingredi autem in ouile ouium per ostium, est ingredi in Ecclesiam cum recta fide & humilitate, *Ioan.* 10. *a. b.* ingreditur in domum Dei, qui tanquam lapis ponitur in ædificium Ecclesiæ. *Psalm.* 5. introeuntes etiãm in tabernaculum Dei, fuerunt pastores ingressi in stabulum, vbi natus est Christus, atque ita in Ecclesiam eius.

Penetrare mysteria.

Ingrediuntur portas Duces, *m* cum doctores Ecclesiæ penetrant mysteria scripturarum: quas portas ingreditur gens iusta, *Isa.* 13. *a.* 26. *a.* Et ingrediuntur per portas Hierusalem, qui fruuntur mysteriis, & donis Spiritus sancti in Ecclesia, & prælati, qui cum tranquillitate gubernant Ecclesiam, *Iere.* 17. *d.* 21. *d.* Et ingredi in interiora templi, est mysteria scripturarum penetrare, *Ezech.* 41. *a. Agge.* 1. *d.* ingreditur etiam in atria Domini, qui dat operam intelligentiæ voluminum sacræ scripturæ, *Psalm.* 95. ingrediuntur speluncas petrarum, qui confugiunt ad veritatis munimenta, *Isa.* 2. *d.* dicuntur etiam ingredi ardua, qui mysteriorum adita penetrant, *Ierem.* 4. *g.* intrant in mare flumina, *Eccles.* 1. *b.* cùm prædicatores ingrediuntur sacram scripturam, & cum omnes veritates reducuntur ad Euangelia. Ingredi autem sapientibus, *n* est ad discretionis subtile sacrarium intrare, 1. *Reg.* 16. *a.* Et ingredi terram promissionis, est *o* capere viam sapientiæ, *Leuit.* 19. *e.* intrans autem Petrus prior ad monumentum quàm Ioannes, designat per fidem nos intelligere sacram scripturã, potius quam per naturalem intellectum, *Ioan.* 20. *a.* ingreditur princeps deforis limen atrij, *p* cum per labores huius vitæ cognoscimus ex parte mysteria, *Exec.* 46. *a.* ingressus quoque prior Petrus ad monumentum quàm Ioannes est, *q* quia primus introitus ad Christum suscitatum est fides: qua habita cursus in charitate fit velocissimus.

Scrutari scripturas.

Communicatio fidei.

Ingredi cum aliis terram Ægypti, est humiliari in mundo, ad suscipiendam doctrinã Euangelicam, *Genes.* 42. *a. Exod.* 1. *a.* Et ingrediens Iudas cum fratribus ad Ioseph, designat ex Iudæis suscipientes fidem Christi, sed quasi coactè, *Gen.* 44. *c.* ingredientes Ægyptij in Assyrios, & è diuerso, *Isa.* 19. *d.* designant *r* communionem diuersorum populorum in vna Ecclesia.

Acquisitio recta dignitatis

Ingredi per ostium in ouile, *Ioan.* 10. *a.* est *s* per imitationem Christi acquirere regimen animarum: non autem vsurpando.

Transitus Apostolorum ad gentes.

Intrantes aquæ ad mare mortuum, *Ezech.* 47. *b.* designant *t* doctrinam Euangelicam traditam gentibus. Et intrans Israël in Ægyptũ, designat *u* Apostolos transeuntes ad Gentes, *Psal.* 104. Et ingrediens populus in agrum, *x* sunt religiosi boni per bona exempla prodeuntes ad seculares, 1. *Reg.* 14. *g.*

Tangens sermo Domini conscientiam.

Ingrediens Isaias ad reprehendendum regem Ezechiam, designat *y* sermonem Domini tangentem conscientiam errantem, *Isa.* 39. *c.* Et ingrediens sacerdos in domum leprosam, *z* designat verbum Dei indicans peccatum, *Leuit.* 14. *e.*

Conseruari.

Ingredi & egredi per Christum, *Ioan.* 10. *b.* est *aa* in eius doctrina proficere: ingreditur per bonos cogitatus, interiorem componens hominem. Egreditur per bonorum operum exercitium, quæ aliis cedant in profectum, & exemplum.

Scrutari diuinitatem.

Ingredi in sanctuarium interius, hoc est, *bb* scrutari diuinitatem & incarnationem, & non licebat sacerdoti quocunque tempore, *Leuit.* 16. *a.*

Diuinum auxilium.

Ingressus spiritus in Ezechielem, vt staret, *Ezech.* 2. *a.* designat, *cc* quod solo libero arbitrio non sufficit homo stare, sed eget diuini spiritus auxilio.

Veniãs Ecclesia ad Dei visionem.

Ingrediens regina Saba in Hierusalem, est *dd* Ecclesia veniens ad diuinitatis Christi visionem, 3. *Reg.* 10. *a.* Et hoc est intrare ad vitam, *Matth.* 19. *c.* Et intrantes virgines ad nuptias, sunt venientes ad gloriam & copulationem cum sponso, *Matth.* 25. *a.* Et introirein tabernaculum Domini, est ingredi in gloriam, *Psal.* 131. Et introire in domum Dei in holocaustis, est in cœlum per martyrium, *Psalm.* 65. 120. Et intrant in montem Domini, qui in gloriam cœlestem admittuntur. *Isa.* 30. *g.* Et ingredi in terram Israël, *ee* est in cœlestem patriam intrare, *Ezech.* 13. *b.* Et ingreditur sepulchrum in abundantia, qui post congesta vitæ præsentis opera, mutabilitati suæ plenè mortuus, in secreto veri luminis, ac cœlesti gloria occultatur. *Iob.* 5. *d.* introitus tabernaculi testimonij, est *ff* introitus in cœlum, *Leuit.* 4. *b.*

Introitus in paradisum.

Introitus Hemat, designat *gg* introitum in Paradisum, quem perdidit Adam, & ibi conteruntur hæretici & peccatores, qui non admittuntur in Paradisum, *Amos.* 6. *d.*

Accedere ad Deum orandum.

Ingredi ad Dominum, *hh* est per orationem & contemplationẽ ad ipsum accedere, *Exod.* 34. *d.* idem est ingredi in tabernaculum testimonij, *Leuit.* 10. *b.* ingrediens autem sacerdos & egrediens, designat prælatum modò orantem, & contemplationi vacantem, modò prædicantem, & inferiorum regimini intendentem, *Exod.* 28. *e.* Et ingredi per Christum, est ad eius contemplationem eleuari, *Ioan.* 10. *b.* ingreditur in abundantia sepulchrum, qui prius actiuæ vitæ opera congregat, & postmodum carnis sensum per contemplationem mortuum, huic mundo funditus occultat, *Iob.* 5. *d. Ioel.* 1. *c.* ingreditur Moses in medium nebulæ. *Exod.* 24. *d.* quando humana mens ab illa diuini luminis immensitate absorta, summa obliuione sopitur, & vno eodémque modo & tempore humana intelligentia, & ad diuina illuminatur, & ad humana obnubilatur.

Contemplatio.

Oratio accepta.

Ingreditur postulatio, seu oratio in conspectum Dei, quum *ii* est illi accepta. *Psalm.* 87. 118.

Laborare in vita actiua.

Intrans Iacob ad Liam conductus pro mandragoris, *Genes.* 30. *c.* designat *kk* quod is, qui vult doctrinæ suæ

a *Hier. su. Iob. & s. ps.* 68. *Aug. s. ps.* 68.
c *Gre.* 29. *mo.* 10. 11. 12. *Hic. s. Iob.* 38.
c *Hie. s. Exec.* 37.
d *Hie. s. Exec.* 46.
e *Gre. s. Exec. hom.* 12.
f *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien.* 8.
g *Ber. s. Can. serm.* 62. *Gre.* 31. *mo.* 22. *Ambr.* 1. *de Cain.* 9. & 6. *de sacram.* 3. *Aug.* 2. *se. do. in mon. Hie. s. Matt.* 6. & *s. Is.* 2. 26.
h *Geor. Venet. Cant.* 1. *to.* 6. *cap.* 15. *Amb. de Noe.* 11. & *s. Luc.* 15. & *apologi Dauid* 3. *Ar. s. ps.* 120. *Hie. s. Ier.* 4. & *epi. Beatit.*
i *Bas. s. ps.* 14
k *Ori. s. Matt. ho.* 20.
l *Aug. s. Ioan. tra.* 10. 44. &
m *Hie. s. Is.* 2. 13. & *s. Iere.* 21. & *s. Exec.* 1. 41. *Amb. epi.* 40.
n *Gre. s.* 1. *Re.* 16. *Phil. de plan. Noe. Ori. in diuer. ho.* 2.
o *Isy. su. Leu.* 19.
p *Hie. s. Exec.* 46.
q *Georg. Ven. Cant.* 1. *tom.* 8. *cap.* 5.
r *Glo. ord. su. Is.* 19.
s *Ru.* 9. *s. Ioan*
t *Hie. s. Exec.* 47.
u *Arn. s. psal.* 104.
x *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
y *Philo. quod Deus sit immutabilis.*
z *Isyc. su. Leu.* 8.
aa *Cyril.* 7. *su. Ioan.* 4.
bb *Isyc. s. Leu.* 16.
cc *Hie. s. Exe.* 2.
dd *Or. s. Cant.* 2. & *s. Matt. ho.* 8. 32. *Au.* 83. *q.* 59. *Hil. s. psal.* 65. *Hie. s. Is.* 30.
ee *Gre.* 6. *mo.* 29.
ff *Isy. su. Leu.* 4.
gg *Hie. s. Am.* 6. hh *Gre. s.* 1. *Re.* 16. & 6. *m.* 28. *Ric. de S. Vict.* 4. *de arca myst.* 22. ii *Gl. int. s. ps.* 87. kk *Au.* 22. *cont. Faust.* 59.

Digitized by Google

a Orig. ſ. Gen. hom. 1.
b Hier. ſ. Iſa. 59.
c Gr. 26. m. 4.
d Cyr. 7. ſ. Io. 1. 2.
e Gr. ſ. 1. Reg. 11. & 32. mo. 28.
f Hie. ſ. Ezec. 41. 43.
g Baſil. ſ. pſ. 37.
h Hie. ſ. Iſ. 26 & ſ. Ecc. 1.
i Ambro. de Tob. 10.
k Ori ſ. Matt. hom. 25.
l Ru. 1. ſ. Deu. 31. Ori. ſ. Leu. ho. 8.
Iſy. ſ. Leu. 14.
m Ori. ſ. Matt hom. 35. Hie. ſ. Matth. 26. Aug. ſ. pſ. 91. 120.
n Lyr. ſ. Iſ. 24.
o Hie. ſ. Ezec. 46.
p Hier. ſ. Ho. 11.
q Glo. ord. ſu. Nah. 3.
r Ru. ſ. Na. 3.
ſ Glo. ord. ſu. Zach. 8. Rup. ſ. Zac. 8.
t Baſ. & Ar. pſ. ſ. 48. Ori. ſ. Nu. ho. 11. 20. & ſ. Cant. ho. 4. & ſ. Ezech. hom. 6.
u Ar. & Hil. ſ. pſ. 62.
x Hie. ſ. Iſ. 16. 47. & ſ. Amos 5. & ſ. Ho. 6. Iſy. ſ. Leu. 14. Hil. ſ. Matth. can. 10.
y Ar. ſ. pſ. 48. Hier. ſ. pſ. 62.
z Ricar. de S. Vict. de exter mali. 19. & de ſtatu. inter. hom. 10.
aa Aug. ſ. pſ. 62.
bb Hie ſ. Eze. 36. & ſ. pſ. 48 & ſ. Amos 2. Aug. ſ. pſ. 48.
cc Gre. 1. mo. 27.
dd Hie. Amo. 5.
ee Glo. ord. ſu. Thre. 1.
ff Am. de vir. 3. & de fuga. ſecu. 1. Hier. ſ. Ier. 9. & Ho. 7.
gg Gre. 1. mo. 36. & 21. m. 2. Greg. Nyſſ. de oratio. Gr. ſ. 1. Re. 13. Grig. ſ. Ezec. 16. & ſ. Io. 2.
hh Ori. ſ. pſa. hom. 3. Au. ſ. pſ. 36.

conferri bonam opinionem, non debet defugere officioſum laborem, quod experimur in exemplis. Quis enim non videat hoc geri toto orbe terrarũ, venire omnes ab operibus ſeculi, & ire in ocium cognoſcendæ & contemplandæ veritatis, tanquam in amplexum Rachelis, excipi è tranſuerſo Eccleſiaſtica neceſſitate, atque ordinari in laborem, tanquam Liã dicente: Ad me intrabis? Quibus caſtè myſterium Dei diſpenſantibus, vt in nocte huius ſeculi filios generent fidei, laudatur à populis etiam illa vita, cuius amore conuerſi, ſpem ſeculi reliquerunt, & ex cuius profeſſione, ad miſericordiã regendæ plebis aſſumpti ſunt. Id enim agunt in omnibus laboribus ſuis, vt illa profeſſio, quò ſe conuerterant, quia tales rectores populis dedit, latius & clarius glorificetur, tanquam Iacob non recuſante noctem Liæ, vt Rachel pomis ſuaue olentibus, & clarè nitentibus potiatur.

Dare locum obſeruantiæ legis.

Ingrediens Abraham ad ancillam, *a* deſignat dantes locum obſeruantiæ legis: vel condeſcendentes carni. Idem dicendum eſt de ingreſſu Iacob ad ancillas, *Geneſ.* 16. *a.* 30. *a.* Non ingredi autem Moabiten, & Ammoniten in Eccleſiam Dei, eſt non admitti in ea ſenſus carnales, *Deut.* 23. *a.* ingredi ſe in ciuitatem munitam, hoc eſt, in Hieruſalem terrenam dicebant Iudæi, putantes legis obſeruationem literalem perpetuo duraturam. *Iere.* 8. *e.*

Condeſcendere carnaliter.

Non admittere ſenſus carnales.

Ingrediens Moſes medium nebulæ, legis obſcuritatẽ & vmbram deſignat, *Exod.* 24. *d.* Non potens autem idem ingredi in tabernaculum, Iudæorum cæcitatem deſignat, *Exod.* 40. *d.* Non potuit æquitas ingredi ad Iudæos: *b* quia noluerunt Chriſtum ſuſcipere, *Iſa.* 59. *c.*

Obſcuritas legis.

Ingrediens Ezechiel intra parietem, vt videret abominationes, *Ezech.* 8. *d.* deſignat *c* tunc quaſi ingredi prælatum, quum diſcuſſis quibuſdam ſignis exterius apparentibus, ita ſubditorum corda penetrat, vt cuncta ei, quæ illicite cogitant, innoteſcant.

Examinans prælatus ſuoditos.

Ingreditur per oſtium in ouile ouium paſtor, *d* qui non ſibi aſſumit dignitatem Eccleſiaſticam, ſed vocatus tanquam Aaron. *Ioan.* 10. *a.*

Vocari ad dignitatem.

Ingrediens Moſes & Aaron ad regem Ægypti, deſignant pugnam aggredientes cum diabolo, *Exod.* 3. 5. 7. 8. *a.* 10. *a.* Et ingrediens Saul media caſtra hoſtium, *e* eſt prædicator laborans ad debellandas ſubditorum tentationes, 1. *Reg.* 11. *e.* intrare in medium oris Leuiathan, eſt calliditatis diaboli verba penetrare: vt nequaquã penſetur quid reſonant, ſed quo intendant: quod principaliter facit Chriſtus, *Iob.* 41. *a.* Et ingrediens leo in habitaculum leonum ad capiendam eorum prædam, fuit Chriſtus intrans in domum fortis, *Nahum.* 2. *d.*

Aggredi pugnam cũ diabolo.

Ingredientia per parietem templi, ſunt *f* ſancti ſuſtentantes Eccleſiam, *Ezech.* 41. *b.* introitus quoque templi eſt eorum, qui per magiſtrorum diſciplinam, ad interiora penetrant, *Ezech.* 43. *c.*

Sancti ſuſtentantes Eccleſiam.

Ingredientes filij Iſraël per mediũ maris, *Exo.* 14. *e.* ſunt ſuſcipientes tribulationes, & amaritudines huius vitæ propter Deum. Et ingrediens contriſtatus, eſt, *g* qui pœnitentiam agit, *Pſalm.* 37.

Tribulationes propter Deum.

Pœnitentia.

Intrat populus Dei in cubicula ſua, *h* cum ingrediuntur in ſepulchra ſua, vſque ad reſurrectionem, *Iſa.* 26. *d.* intrant quoque in mare flumina, cùm homines in terram rediguntur, *Eccleſ.* 1. *b.*

Mori.

Ingredi in domum pauperis ad tollendum pignus, *Deut.* 24. *c.* eſt *i* ſcandalizando tollere verbum à corde ſimplicis. Et non intrantes in regnum cœlorum, nec alios ſinentes intrare, *k* ſunt mali prælati exemplo ſubditos à bono terrahentes, *Matth.* 23. *b.* ingreditur etiã in domum proximi, qui curioſè ſcrutatur delicta proximi, vt poſſit eum accuſare.

Scandalizare.

Scrutari vitam proximi.

Ingredi caſtra leproſum, cum mundatur à lepra, *Leuit.* 14. *a.* deſignat *l* progreſſum, qui ſit ab imperfecto ad perfectum ſtatum virtutis, purioremque mundiciam. Et ingreſſum in Eccleſiam, vt ſit ſocius fidelium, & interſit myſteriis, particeps factus ſpiritualium fructuum.

Profectus.

Intrare in tentationem, *m* eſt cadere & vinci ab ea, ideo hortatur Chriſtus, vt oremus ne intremus in tentationem, *Matth.* 26. *d.* introitus autem, quem cuſtodit Dominus, eſt initium tentationis ſiue tribulationis, ſiue adulationis: exitus autem eſt, cum quis non cadit in eam, ſed cuſtoditur à Domino, *Pſalm.* 120.

Vinci à tentatione.

Neminem introire in domum clauſam, *n* eſt malos in mundo ceſſare, *Iſa.* 24. *b.*

Ceſſare malos.

Ingreditur per portam aquilonis, & egreditur per portam auſtri *o* gentilis populus, & qui relinquit frigiditatem peccati, & tranſit ad feruorem gratiæ. Ingreditur autem per portam auſtri, & exit per portam aquilonis Iudaicus populus, & qui erant in gratia, & tranſeunt ad frigus peccati, *Ezech.* 46. *c.*

Tranſire à peccato ad feruorem gratiæ.

Non ingreditur in ciuitatem hæreticorum Deus: *p* nec in eam, quæ eſt, qualis fuit ciuitas ædificata à Cain, *Hoſe.* 11. *d.*

Deus longe ab hæreticis.

Ingreditur anima lutum, *q* cum ſibi ſubiicit carnem, *Nahum.* 3. *c.* & patienter tolerat iniurias tentationis. Dicitur ibi de Niniue. Vel è diuerſo eſt *r* exercere libidinem.

Subiiciens carnem libidi.

Intrans & exiens, cui non erat pax, *ſ* eſt qui ſine fide operabatur opera ex genere bona, *Zach.* 8. *a.* Vel eſt naſcens & moriens.

Bene operans ſine fide.

Ingrediens non ſacerdos in domum leproſam & clauſam, deſignat communicantes cum hæreticis, *Leuit.* 14. *e.* Et introire in progenies patrum ſuorum, *t* eſt imitari errores prauorum doctorum, *Pſalm.* 48. introire etiam in inferiora terræ, *u* eſt docere ſenſus terrenos, & erroneos: quod qui facit, grauius delinquit, quam qui carnaliter viuit, *Pſalm.* 62. intrat Babylon in tenebras, deſignans eos, *x* qui confuſi ſunt veritatis lucem minime valentes ſuſtinere, *Iſa.* 47. *b.* Et ingreditur domum vbi mordet coluber, qui ſequitur conciliabula hæreticorum, cum quibus intrat in infernum, *Amos.* 5. *f.* Et intrans Iſraël ita ad ſcortum Madianiticum, deſignat fidelem in errorem lapſum, *Num.* 25. *b.* Et ingredientes Moabitæ in ſancta ſua, ſunt hæretici ad ſuos errores, quos ſanctos putant, accedentes. *Iſa.* 16. *c.* Et intrare ciuitates ciuitatum, eſt per varias hæreſes diſcurrere, *Ezech.* 16. Sic intrare in ciuitates Samaritanorum, *Matth.* 10. *a.* Et ingrediuntur in Halgala, & Beelphegor, qui errores & idololatriam ſequuntur, & qui circunciduntur, & qui ad maiores ſeituntur reuelationes, ſupernorum ſibi ſcienti promittentes, *Hoſ.* 4. *d.* 9. *c.* *Amos.* 5. *a.*

Cõmunicare cum hæreticis.

Docere ſenſus terrenos.

Introire in progenies patrum ſuorum, *y* eſt ingredi in infernum cum iis, quos imitatus eſt, *Pſalm.* 41. Intrant etiam in inferiora terræ, qui detruduntur in infernum, *Pſal.* 62.

Ingredi in infernum.

Intrant flumina in mare, *Eccleſ.* 1. *a.* cum *z* voluptates & concupiſcentias ſequitur dolor, & pœnitudo, & riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupabit. Introitus autem maris, eſt vita huius ſeculi, quæ fluctibus percutitur, *Ezech.* 27. *a.*

Sequens dolor voluptates.

Immergi cupiditatibus.

Intrant inferiora terræ, *aa* qui in terrenas merguntur cupiditates, *Pſalm.* 62.

Imitari gentium mores.

Ingrediuntur inter gentes, *bb* qui gentium mores & vitia imitantur, *Ezech.* 36. *e.* Et intrat vſque in progenies patrum ſuorum, qui malorũ iniquitatẽ imitatur, *Pſal.* 48. ingrediuntur quoque filius & pater ad eandem puellam; quum Chriſtiani cum Iudæis legem carnaliter ſeruare volunt, *Amos.* 2. *c.*

Opera Dei cum mundana cogitatione.

Ingreditur terram duabus viis, *cc* qui & Deo, quod eſt in opere, exhibet, & mundo, quod per cogitationem quærit, *Eccleſ.* 2. *c.*

Ingrediuntur pompaticè, *dd* qui cum ſuperbia intrant Eccleſiam, *Amos.* 5. *g.*

Intranseum ſuperbia Eccleſiam.

Intrat malum alicuius coram Deo, *ee* cum ipſum Deus punit, *Thren.* 1. *g.*

Punitio Dei.

Ingreſſa eſt mors per feneſtras, *ff* quando Eua præbuit auditum ſerpenti, *Ierem.* 9. *f.* Sic ingreditur ad cæteros per feneſtras, cùm peccatum ingreditur per oculos, cæteróſque corporis ſenſus. Hac ratione ingreditur hoſtis per portas Hieruſalem, *Thren.* 4. *b.* Et ingreditur fur, hoc eſt, hæreticus clanculũ decipiens, *Hoſ.* 7. *a.* *Ioel.* 2. *b.* *Abdi.* *d.* Sic ingreſſi ſunt Rechab, & Banaa ad occidendum Iſboſeth, 2. *Reg.* 4. *b.*

Peccare per ſenſus.

Ingredientes Ægyptij mare poſt filios Iſraël, ſunt *gg* dæmones aut perſecutores inſequentes bonos, *Exod.* 14. *e.* Et ingrediens cunens Philiſthinorum per viam Bethoron, deſignat dæmones conantes effrænare linguas fidelium in verba iracundiæ, 1. *Reg.* 13. *d.* Et introitus regis Aſſyriorum, eſt accenſus diaboli ad tentandum, *Iſa.* 37. *f.* *Abdi.* *b.* Et ingrediuntur gentes in ſanctuarium Dei, cum dæmones intrant in animam: de quibus præceperat Deus, vt non intrarent in Eccleſiam ſuam. *Thren.* 1. *d.* ipſi ſunt amatores, qui ingrediuntur ad fornicandum cum Hieruſalem, *Ezech.* 16. *d.* Et hoſtes ingredientes in vrbem, *Ioel.* 2. *b.*

Perſequens bonos.

Intrat gladius peccatorum in corda ipſorum, *hh* quia mala, quæ proferunt, nõ iuſtis nocent, ſed in ipſos peccatores redundant. Prius enim occidunt animam ſuam, quàm corpus eius, quem perſequuntur. *Pſal.* 36.

Mala reflectũtur in malos.

Ingreditur percuſſor in domos Ægyptiorum, & non in domos filiorum Iſraël ſanguine ſignatas, *Exod.* 12. *d.*

Diabolus non habet poteſtatem in bonos

quia

quia *a* diebus non habet poteſtatem in eos, qui ſanguine Chriſti ſignati ſunt & mundati.

Induratus peccator. Ingrediens Pharao domum relicto Moſe, *Exod.7.d.* deſignat peccatorem, qui contempto monitore reddit ad duritiam ſuam.

Iudas. Ingrediens, vt videret, erat *b* Iudas explorans Chriſtum, vt eum traderet, *Pſalm.40.* Sic ingrediuntur falſi fratres, *Gal.2.a.*

Diabolus in Antichriſto. Ingredietur beſtia latibulum ſuum, *c* cùm in fine mundi diabolus Antichriſtum inuadet: in quo, vt in antro proprio demorabitur, *Iob.37.b.*

Prodeſſe proximis. Ingredi ad vxorem fratris, gratia ſuſcitanti ſeminis, *Geneſ.38.b.* eſt *d* prodeſſe proximis: ſed qui fundit ſemen in terram, ne ſuſcitet ſemen fratris, eſt malus princeps, qui non vult prodeſſe proximis.

Ingruere, vide Imminere.

Inguen.

INGVINA, *e* dicuntur propriè partes illæ corporis concauæ, pubi vtrinque vicinæ, tam in viris, quam in fœminis: vel aliis verbis dicitur inguen, communis pars femoris & imi ventris.

Perire perpeccatum libidinis. In inguine percuſſit Abner Aſahelem, *2. Reg.2.e.* Et Ioab frater Aſahelis percuſſit ipſum Abner in inguine, *2.Reg.3.e.* Rechab etiam & Banaa percuſſerunt Iſboſeth in inguine, *2.Reg.4.b.* per quos deſignatur, *f* eos percuti à dæmonibus in inguine, qui per peccatum libidinis occiduntur.

Inhiare, vide Appetere.

Inhibere vide Prohibere.

Iniicere.

INIICERE, eſt intrò iacere, aut in aliquem iacere, aut immittere, transfertur per metaphoram ad ſpiritalia, vt iniicere pedem in compedes ſapientiæ. *Eccleſ.6.c.*

Synagogatentans Chriſtum. Iniiciens domina Ioſeph oculos in eum. *Geneſ.39.b.* eſt *g* tentans concupiſcentia carnis. Vel ſynagoga in Chriſtum, quem impellebat ad negandam in ſe deitatem, & iudicabat carnalia de Chriſto.

Iniicientes Iudæi manus in Ieſum. *Matth.26.e.* Aut in diſcipulos eius. *Luc.21.c.*

Iniicere laqueum. *1.Cor.7.f.* eſt nimiis præceptis ligare, vt non poſſint euadere peccatum.

Inimicus, vide Aduerſarius.

Iniquus, Iniquitas.

INIQVVS propriè inæquàlis & non planus: vt iniquus locus eſt, qui æqualis non eſt. Refertur autem ad mores hominum, vt iniquus homo dicatur iniuſtus & improbus, totiúſque æquitatis expers. Et iniquitas eſt iniuſtitia, malignitas & iniuria. Poteſt iniquitas dici quæ eſt ante legem: peccatum verò poſt legem. Vel iniquitates ſunt *h* peccata ante baptiſmum: poſt baptiſmum verò dicuntur peccata. *Hoſ.8.d.* Iniquum autem generaliter eſt, *i* quidquid eſt extra legem. *Pſalm.52.129.*

Diabolus. Iniquus principaliter dicitur *k* diabolus, qui author & inuentor eſt totius iniquitatis, deinde eius membra. *Iob.16.c.29.c.* Et ipſe diabolus dicitur iniquus homo. *Pſalm.42.* Et etiam hæreticus.

Peccatum originale. Iniquitas calcanei, dici poteſt *l* originale peccatum, acceptum ex Adam, vt quando dictum eſt ad ſerpentem. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius. Ipſa conterat caput tuum, & tu obſeruabis calcaneum illius. *Geneſ.3.e. Pſalm.48.* Iniquitas etiam patrum in filios, deſignare poteſt originale peccatum, quod tranſit in filios. *Exod.10.a.34.a. Leu.5.a.10.d.* Deſignat etiam iniquitas patrum, peccatum dæmonum, qui patres ſunt omnis peccati. Iniquitas quoque patrum, eſt hæreſiarcharum, & perſecutorum Eccleſiæ iniquitas. *Pſal.108.* Iniquitas quoque calcanei, ſunt *m* peccata in extremo vitæ quæ circundãt: cum non dant locum reſipiſcendi. In iniquitate autem non eſt ſperandum, vt nec ſperandum eſt in abundantia morbi. *Pſalm.61.*

Peccatum dæmonum, & hæreticorum. *Peccata vltima.*

Iniquitas Iudæorum. Iniquitas in manu, *n* eſt peccatũ in operatione. *Iob.11.* Iniquitas verò in mente, eſt peccatum ad corpus ſpectans. *Pſalm.50.* Iniquitatem autem parit, *o* qui malum quod cogitauit, opere explere cœpit. *Iob.15.d.*

Iniquitas Cain contra Abel fratrem ſuum. *Geneſ.4.b.* typus eſt iniquitatis Iudæorum in Chriſtum. Iniquitas etiam fratrem Ioſeph contra ipſum Ioſeph, typus eſt iniquitatis eorundem. *Geneſ.44.d.* Et iniquitas Iudæorum circundans ſuper muros, *p* fuit grauiſſima peruerſitas, quam in Chriſtum commiſerunt. *Pſalm.54.* Iniquè agentes dominatores populi, *q* erant Scribæ & Phariſæi aduerſus Chriſtum. *Iſa.52.b.* Iniquitas Eli, quod non corripuit filios. *1.Reg.3.c.* deſignat iniquitatem pontificum Iudæorum, qui non modò non prohibuerunt occidi Chriſtum, verùm etiam ipſi fuerunt necis eius præcipui authores. Et iniquitas domus Eli, peruerſitas Iudæorum. Eſt quoque iniquitas Eli *r* condemnatio prælatorum, qui non corrigunt ſubditos.

Hæreſis. Idololatria. Infidelitas. Iniquitas, eſt *ſ* hæreſis, & idololatria, & infidelitas. Et iniqui ſunt hæretici, & idololatræ narrantes fabulationes. *Pſalm.118.124.* Et iniquæ ſententiæ amicorum Iob, ſunt ſententiæ hæreticorum contra Eccleſiam. *Iob.21.d. 27.b.31.a.* Iniquitates autem hæreticorum duæ ſunt: quòd dereliquerunt Eccleſiam fontem Domini: & quod foderunt ſibi lacus contritos. *Hoſe.10.c. Malac.2.b.*

Labia dæmonum, & hæreticorum. Iniqua labia ſunt *s* dæmonum & hæreticorũ. *Pſalm.119.* Sunt autem iniqua labia apertè ad malum incitantia. *Iob.5.c.9.d.* Et iniquè odio habentes, ſunt dæmones ſemper hominibus malum procurantes. *Pſal.37. Iob.16.d.*

Superbia. Fallacia Sophiſtarum. Iniquitas maxima dicitur oſculari manum ſuam. *Iob.31.c.* quia præſumptio propriæ virtutis tantò grauius in deſperatione eſt, quantò longiùs ab humilitate. Cumque vires ſibi tribuit operis, ad adiutorium non recurrit Authoris, fitq; vt eo grauius peccator pereat, quo & ipſum hoc, quia peccator eſt, ignorat. Sic iniquitas regis Tyri fuit, quando Lucifer voluit æquari Deo. *Ezech.28.d.*

Pecunia. Iniquitates Amorrhæorum ſunt *u* fallaciæ Sophiſtarum, & impoſtorum. *Geneſ.15.d.*

Recipere pœnam peccati. Iniquum mammona dicitur *x* pecunia. *Luc.16.c.* quia auaritia variis diuitiarum illecebris humanos tentat affectus.

Calamitas. Iniquitatem portare, eſt pœnam peccati recipere. *Leuit.5.a.* Et dimittitur aliquis in manu iniquitatis ſuæ, quum *y* punitur propter ſuam iniquitatem. *Iob.8.a.* Sic dicitur iniquitas calamitas.

Reſipiſcentia. Iniquitatem longè facit à tabernaculo ſuo, qui poſt errata ad Deum reuertitur, & in cogitatione & in opere mundatur. *Iob.22.d.*

Tempus frigeſcentis charitatis. Iniquitas extrema filiorum Iſraël, ſignificat *z* tempus, quo refrigeſcit charitas. *Ezech.35.a.*

Oratio hæreticorum. Iniquitas Libani, ſignificat *aa* orationem hæreticorum, quæ fit illis in peccatum. *Habac.2.d.*

Inire.

INIRE, eſt ingredi, vel incipere, & aggredi, & agere, & etiam paciſci: vt inire fœdus, vel pactum.

Incarnatio Verbi. Init Deus pactum cum hominibus, videntibus cunctis, quando Verbum Dei factum eſt caro, & apparuit in mundo. *Exod.34.b.*

Conuerti. Ineunt fœdus cum Domino, qui conuertuntur ad fidem, & baptizantur, & qui ſuſcipiunt ſacramentum pœnitentiæ. *2.Par.29.b.*

Adhærentes Chriſto. Ineuntes Dauid & Ionathas fœdus. *1.Regu.18.a.* deſignare poſſunt adhærentes Chriſto ex Iudæis. Ieuntes autem fœdus Iacob & Laban, deſignabat *bb* adhærentes Chriſto ex gentibus. *Gen.31.f.*

Conuerſi ex hæreticis. Ineunt conſilium, qui conuertuntur ex Moab, hoc eſt, *cc* ab hæreticis, cùm deinceps non circunferuntur omni vento doctrinæ, ſed Eccleſiæ decretis patent. *Iſa.16.a.*

Grauius tentantes dæmones vbi vigilant paſtores. Ineunt prælium Philiſtæi aduerſus Iſraël, offerente Samuele holocauſtum: quia *dd* tunc dæmones grauiores aduerſus fideles ſubditos prælatis mouent tentationes, quando contra ſe ſtare inſtantius paſtores vident. *1.Regum 7.c.*

Aſſentiri dæmonibus. Inire pactum cũ Amorrhæis, aut Chananæis, eſt *ee* aſſentiri dæmonibus, eorúmque ſuggeſtiones ſequi: quod prohibetur. *Exod.23.d.34.b.* Idem eſt inire pactum Aſſyriis. *Hoſe.12.a.*

Nelle conuerti. Inire nolens ciuitas, quæ oppugnatur ab Iſraël, fœdus cum filiis Iſraël, deſignat *ff* nolentes conuerti etiam audita prædicatione. *Deut.20.c.*

Philoſophi & hæretici contra Eccleſiam. Ineuntes conſilium ſunt *gg* Philiſophi, & hæretici aduerſus Eccleſiã. *Iſa.7.b.8.b.* Sicut & principes ſacerdotum, & Scribæ, & Phariſæi contra Chriſtum. *Matth.22.b.27.a.*

a *Glo.ord. ſu. Exo.12.*

b *Au.ſ.pſ.40.*

c *Glo.ord. ſu. Iob.37.*

d *Glo. ord.ſu. Gen.38.*

e *Ariſt. 1. de hiſt.anim.14.*

f *Gre.1. mor. 36.*

g *Glo. ord.ſu. Gen.39. Ru.ſ.Gen. 34*

h *Hie.ſ.Ho.8.*

i *Hil.ſ.pſ. 52. 129.*

k *Gre.13.mo. Ar.ſ.pſ. 42. Hier.ſ.pſ. 48.*

l *Ar.ſ. pſ.48. 108.*

m *Baſi.ſ.pſa. 48.61.*

n *Amb.apolo. Dauid.9.*

o *Gre.10.mo. 16.& 13.mo. 28.*

p *Hil.ſ.pſ.54.*

q *Hie.ſ.Is.42*

r *Gre.ſ.1.Re. 3.*

ſ *Ar.ſ.pſ.118. 124. Ambr.ſ. 118. ſer. 15. Aug. pſ.118.*

t *Arn.& Hil. ſ.pſ.119. Gre. 22.m.10.*

u *Phi.quis rerum diuis har.*

x *Am. ſ.Luc. 16.*

y *Gre.16.mo. 8.*

z *Hie.ſ.Ezec. 35.*

aa *Hie.ſ.Hab. 2.*

bb *Glo.inte.ſ. Gen.31.*

cc *Hier.ſ. Is. 16.*

dd *Gr.ſ.1.Re. 7.*

ee *Hier.ſ.Ho. 12. Rup.ſ.Ho.12.*

ff *Glo. int.ſu. Deut.20.*

gg *Hier.ſ.Is. 7.*

Digitized by Google

Inire fugam, fugere. *Geneſ.*16.*b.* Affligente eam Sarai, fugam iniit.

Initiare, vide Sacrum.
Initium, vide Principium.
Iniuria, Contumelia, Iniurioſus.

Blaſphemãtes Deum.

INIVRIA dicta eſt ex eo quòd non iure fiat, ſed contra ius, ſiue verbis fiat, ſiue reiquæ etiam dicitur contumelia à contemnendo. Iniurioſus autem eſt, qui iniuriam facit.

Calumnia Iudæorum in Chriſtum.

a *Hie.ſ.Mi.7.* Contumeliam faciunt patri, *a* qui Deum creatorem, & patrem omnium blaſphemant, vel eius præcepta contemnunt. *Mich.7.b.*

Iniuria fratrum Ioſeph contra ipſum Ioſeph. *Geneſ.*50.*c.* typus fuit calumniarum Iudæorum in Chriſtum.

Irridentes ſimplices doctores.

b *Ori.ſ.Matt. ho.2.* Contumeliis afficientes ſeruos Regis, *b* ſunt irridentes ſimpliciores doctores. *Matth.*22.*a.* Ad idem referri poteſt iniuria, qua affecerunt filij Ammon Dauid, & ſeruos eius. 2.*Reg.*10.*b.* 1.*Paral.*19.*b.*

Iudæi calumniantes gentibus.

c *Glo. ord.ſu. Exod.2.* Iniuria, quam faciebat Hebræus alteri Hebræo. *Exod.* 2.*c.* deſignat *c* calumnias Iudæorum aduerſus gentiles fidem amplectentes.

Angustia hæreticorum.

d *Hie.ſ.Iſ.23.* Contumelia hæreticorum dicitur Tyrus *Iſa.*23.*b.* deſignans *d* errores & angustiã, in quam incidunt hæretici.

Mali in Eccleſia.

In contumeliam vaſa, ſunt mali in Eccleſia. 2.*Timoth.*2.*c.*

Iniungere, vide Præcipere.
Iniuſtitia, Iniuſtus.

Iniuria Iudæorum in Chriſtum.

INIVSTITIA idem ferè quod iniquitas, iuſtitiæ contraria: & iniuſtus, qui iniuſtitiæ opera exercet.

Iniuſtitia in corde.

Iniuſtè fuerunt confortati inimici Chriſti aduerſus ipſum: quia ipſo permittente, iniuſtè eum occidentes præualuerunt. *Pſalm.*68.

c *Gre.*10.*mo.* 16. Iniuſtitia eſt in tabernaculo alicuius, *e* cum eſt in corde. *Iob.*11.*c.*

Falſa docentes & aliena diripientes.

f *Hie.ſ.Ie.*22. In iniuſtitia ædificant domos hæretici, *f* cùm falſa docentes, etiam aliena diripere cupiunt. *Ierem.*22.*d.*

Inniti.

Defendens Deus Eccleſiam.

INNITI dicitur, qui alicui rei adhærendo incumbit, quaſique in ea ſuſtentatur, aut è diuerſo eam ſuſtentat.

g *Phil.de ſomnijs.* Innixus Dominus ſcalæ, quam vidit Iacob. *Geneſ.*28.*c.* deſignat *g* Deum defendentem Eccleſiam, aut Chriſtum in cruce pendentem. Innititur autem Dominus ſcalæ, vt gubernator clauo, quia niſi ipſe ſuſtentet, omnia in nihilum redigerentur.

Fiducia in Chriſtum.

h *Ambro. de Iſaac.*8. *Gre.ſ.cant.*8. *Ber.ſe.par.*60 *Ric.de S.Vict. 5.de arca myſti.*15. Innixa ſponſa ſuper dilectum, vt Ioannes ſupra pectus Domini, deſignat *h* affectum amoris, & fiduciam, quam habet anima in Chriſtum: in eius ſolius auxilio confidens, & omnia propter ipſum faciens, & cognoſcens ſe ſuis viribus non poſſe ad ſuperiora eleuari. *Cant.*8.*b.* Et hoc eſt inniti ſuper Dominum. *Iſa.*10.*e.*50.*d.*

Fidens diabolo vel hæretico.

i *Hie.ſ.Iſ.*10. 30.*&* ſ. *Exec* 29.*&* ſ. *Am.* 5. Innititur ſuper percutientem ſe, *i* qui fidit diabolo, aut hæretico. *Iſa.* 10.*e.* Et innituntur ſuper tumultu, qui fidunt falſæ & ſuperbæ doctrinæ, *Iſa.* 30.*c.* Et omnes tales dicuntur inniti ſuper baculo arundineo fracto, *Exech.* 29.*b.* Et inniti ſuper parietem, vbi mordet coluber. *Amos.*5.*f.* eſt Iudæorum *k* fidentium in lege, & ceremoniis.

Eleuari fauoribus.

k *Ru.ſ.Amos* 5. Innititur hypocrita ſuper domum ſuam. *Iob.* 8.*c.* quando *l* vanis fauoribus, quos tanquam domum incolit, deceptus, quaſi ſe fiducia ſanctitatis eleuatur: vnde fit plerunque, vt ad ſupernum quoque iudicium cum fiducia veniat, vt virgines fatuæ, quia talem ſe apud æternum arbitrum credit, qualis ab hominibus foris habebatur.

Innocens, Innoxius, Inſons, Innocentia.

Innocentia Ioſeph, typus erat innocentiæ Chriſti. *Geneſ.*40.*c.* Et innocens ſanguis *m* Ionæ. *Ionæ.*1.*d.Iob.*27.*c.*

Innocentia Chriſti.

l *Gr.*8.*m.*31. 37. Innocens manibus, *n* eſt irreprehenſibiles habens operationes. *Pſalm.* 23. Innocens tamen nullus eſt apud Deum. *Exod.*34.*a.*

Irreprehenſibiliter operãs.

m *Hier.ſ.Ion.* 1. Innocens ſanguis deſignat *o* ſimplices. *Pſalm.*105. *Ierem.*7.*a.*

Simplices.

n *Ori.ſ. Mat. hom.*27.

Inuere, vide Nudus.
Inoleſcere.

Firmatum peccatum in anima.

o *Arn.ſ.pſal.* 105. *Hier.ſ.Iere.*7. INOLESCIT, quod ſuperincreſcit, & radicatur, ac firmatur, vt inolita lepra cuti, dicitur nimium radicata. *Leuit.* 13.*b.* Et deſignat *p* peccatum iam firmatum in anima.

p *Glo.ins.ſup. Leu.*13.

Inops, Inopia, vide Pauper.
Inquilinus, vide Habitare.
Inquinare vide Immundus.
Inſanire, Inſania, vide Stultitia.
Inſcius, vide Ignorare.
Inſcribere, vide Titulus.
Inſenſatus, vide Stultus.
Inſerere.

Gentiles inſiti Chriſto.

INSERERE, eſt immittere, imponere, aut immiſcere, & inſeritur vnius arboris ſurculus in aliam arborem.

Perpetuitas calorum.

Inſitus oleaſter in oliua, deſignat *q* Gentiles inſitos Chriſto. *Rom.*11.*c.* ſitque comparatio contraria ordini naturæ rei: quia oliua inſeri ſolet oleaſtro, non è diuerſo.

q *Am.ſu. Ro.* 11. Inſertum velum tabernaculi per circulos, deſignat *r* perpetuitatem cœlorum, & Angelorum. *Exod.*26.*f.* Idem deſignare poſſunt inſertæ anſulæ cortinis tabernaculi. *Ibid.a.*

Connexio cogitationis & operis.

r *Glo. ord.ſu. Exod.*26. Inſertæ vncinis catenulæ rationalis. *Exod.* 28. *c.* deſignant *ſ* bona opera, & cogitationem mundam inuicem per charitatem & bona intentionem eſſe nectenda.

ſ *Glo. ord. ſu. Exod.*28.

Inſidiari, Inſidiator, Inſidiæ.

Præditatio mortalitatis & cæleſtium.

INSIDIARI, eſt doloſa expectatione aliquem aggredi: vnde dicitur inſidiator, qui aliquem incautum aggreditur. Et inſidiæ, ipſi actus inſidiandi.

Doctores ſancti.

t *Gre.ſ.*1. *Re.* 15.*&* 30. *m.* 11. Inſidiæ, quas tetendit Saul in torrente contra Amalec. 1.*Reg.*15.*a.* deſignant *t* prædicationem mortalitatis mixtam prædicationi cœleſtium: vt carnales terreantur, & à carnis vitiis arceantur. Inſidiantes, quoque catuli leonum in antris. *Iob.*33.*d.* ſunt doctores ſancti, quando & arguenda conſpiciunt, & tamen ſe per ſilentium in cogitationibus, quaſi in antris retinent, ſed cùm opportunum tempus inuenerint, repentè proſiliunt: nulla, quæ dicenda ſunt, reticent, & ceruicem ſuperbientium morſu aſperè increpationis tenent. Ponunt etiam inſidias Eſau, *u* qui comedunt eum eo, cùm diſcipuli hæreticorum ad fidem Eccleſiæ conuerſi reuincunt eos. *Abdi.c.*

Voluptas.

u *Hie.ſ.Abdi.* Inſidians ſerpens calcaneo mulieris, deſignat *x* voluptatem procurantẽ ſubuertere baſim ſapientis & inſipientis. *Geneſ.*3.*c.*

Diabolus.

x *Phil.*2.*alle.* Vel *y* diabolum vſque in finem vitæ conantem nos ſupplantare, & quos prima ſuggeſtione non decipit, decipere in finem contendit. Inſidiatur autem vt leo, quia fraude & fortitudine vtitur. *Pſal.*9. Inſidiæ etiam Regis Aſſyriorum, ſunt inſidiæ diaboli. 4.*Reg.*6.*c.*

y *Caſſi.lib.* 4. *cap.*37. *Greg.* 32.*mo.*14. *Bed.ſ. Gen.*3,

Latrones. Iudæi.

Inſidiari ſanguini. *Pro.*1.*b.* poteſt intelligi generaliter de latronibus, qui innocentibus inſidias, vel mortes & damna inferunt. Poteſt etiam ſpecialiter de illis intelligi, qui ipſum vitæ authorem neci tradiderunt. Inſidiantur autem contra ſanguinem ſuum, qui volentes alios perdere, ſeipſos perdunt. Inſidiari quoque in ſanguine dicuntur, *z* qui grauiter proximos offendunt. *Mich.*7.*a.*

z *Hier.ſ.Mic.* 7. Inſidiæ, ſunt *aa* deceptiones fraudulentæ hæreticorum, & inſidiatores ſunt hæretici, & dæmones, qui inſidiantur terræ Iſrael, hoc eſt, fidelibus Eccleſiæ. *Exod.*21.*b.*38.*c. Ierem.*5.*f.* Hi ſunt inſidiatores, qui inſidiati ſunt Iob, hoc eſt, Eccleſiæ. *Iob.*10.*b. Thren.*4.*d. Hoſe.*7.*b. Mich.*7.*a.* Inſidias poſuerunt viri pacis ſuper Eſau, *bb* quum principes Iudæorum potentia ſua deceperunt populum, ne crederent in Chriſtum. *Abdi.c.*

Fraudes hæreticorum.

aa *Gre.*20.*m.* 22.

bb *Ru.ſ.Abdi*

Inſidiatur ad oſtium amici ſui, *cc* qui cum eius vxore adulterare cupit. *Iob.*31.*a.*

Adulter.

cc *Gre.*20.*m.* 9. Inſidiæ, quas ſuſpicatur impius, cùm pax ſit, ſunt, *dd* quia qui ſemper doloſè agit, ſimpliciter erga ſe agi non exiſtimat. *Iob.*15.*c.*

Fraudulentus Suſpicioſus.

dd *Gr.*12.*m.* 19.

Digitized by Google

Insignis, vide Inclytus.
Insilire.

INSILIRE, est saltu ingredi, vel super aliquid salire.

Repentè dovens Spiritus sanctus.

Insiliens Spiritus Domini in Saulem, designat *a* Spiritum sanctum repentè docentem prædicatores omnem veritatem: vel virtutes inspirantem. *1.Reg.10.b.11.b.Ioan.16.c.Actor.2.a.*

a *Gr.s.1.Reg. 10.11.*

Insipiens, vide Stultus.
Insistere, Instare.

INSISTERE, est in re aliqua consistere, vel rei cuipiam operam dare, & vrgere, quod etiam instare dicitur.

Instanter prædicare.

Instantes quotidiè operi tabernaculi, sunt *b* prædicatores instituentes Ecclesiam. *Exod.36.a.* Idem sunt insistentes trecenti viri buccinis concrepandis, *Iud.7.f.*

b *Lyr.s. Ezec 36.*

Trahentes ad prauam consuetudinem.

Instantes perfecti operum Hebræis, vt lateres conficerent, designant *c* ducentes alios ad praui operis consuetudinem. *Exod.5.b.*

c *Glo.int.sup. Exod.5.*

Insolescere, vide Superbia.
Insons, quare Innocens.
Inspirare, Insufflare.

INSPIRARE est afflare, & perflare.

Collatio spiritualium sensuum.

Inspiratio, aut insufflatio Dei in hominem de limo formatum, designare potest *d* collationem spiritualium sensuum. Inspirauit autem in faciem, vbi sunt sensus corporis, vt muniret hominem aduersus corporis voluptates. *Genes.2.b.* Et hæc inspiratio Omnipotentis dicitur dare intelligentiam. *Iob.32.b.Sap.15.c.Eccles.4.b.Ezech.37.c. Ioan.20.e. 2.Tim.3.d. 2.Petr.1.d.*

d *Am.epistol. 42.*

Incarnatio.

Inspirauit Deus in faciem Christi, cum factus est homo, operante Spiritu sancto, qui & infusus est ei.

Punitio Dei. Comminatio.

Datur etiam inspiratio spiritus iræ Dei, quæ *e* vehementiam punitionis indicare videtur. *Psalm.17.* Vel comminationem pœnæ.

e *Glo.ord. sup. ps.17.*

Instabilis, vide Firmus.
Instaurare, Restaurare.

INSTAVRARE, est aliquid ad pristinam similitudinem reficere, & redintegrare, ac supplere.

Instaurat Deus testes suos contra nos. *Iob.10.c.* quando *f* electorum vitam prauitati nostræ contrariam, ad arguendos nos instruendósque multiplicat, quia bona, quæ facere ipsi negligimus, hæc ad correctionem nostram fieri ab aliis demonstrat, vt qui præceptis non accendimur, saltem exemplis excitemur.

f *Gre.9. mor. 43.*

Multiplicatio electorum.

Instaurat ciuitates desertas, quum *g* Apostoli, & prædicatores cõuertunt gentes, & ad fidem reducunt. *Isa.61.b.*

Conuersio gentium.

2. Paral.32.a. Ezech.36.c. Amos.9.

g *Hie.su.Isa. 61.*

Operari quod nouimus.

Instauratur arcus in manu, *h* dum quidquid in sacro eloquio studendo cognoscitur, viuendo completur. *Iob.29.d.*

h *Gre.19.m. 28.*

Renouare lapsos.

Instaure numerum militum est, in Ecclesia lapsos renouare, *i* & ad integritatem reducere. *4.Reg.20.d.* Ad idem refertur instaurare sacra tecta domus Domini: & altare Domini. *4.Reg.12.a.2.Par.33.c.34.b.* Et restauravit Deus omnia in Christo. *Ephes.1.b.*

i *Glo.ord.sup. 4.Reg.12.*

Non restitui Iudæam.

Non instaurari lagunculam contritam, *k* est Iudæos destructa Hierusalem, perpetuò dissipatos manere. *Ierem.19.c.*

k *Hier.s. Ier. 19.*

Concupiscentia.

Instita.

INSTITA, est tenuis fasciola, qua honestæ vtebantur matronæ, quæ stolæ imam partem ambiebat.

Institæ, quibus ligatus erat Lazarus, designant *l* inclinationes & concupiscentias, quæ quamdiu in hac vita sumus, non sinunt nos liberè viam Dei ambulare. *Ioan.11.f.*

l *Au. 83.qu. 65.*

Institor, vide Negociator.
Instituere, Designare.

Institutio presbyterorum.

INSTITVERE, est proponere, constituere, decernere, ac ordinare: quod etiam designare aliquando dicitur: quanquam designare etiam est denotare, quasique per signa demonstrare.

Designans Iesus septuaginta duos discipulos ad prædicandum, significauit *m* ordinationem præsbyterorum post Episcopos. *Luc.10.a.*

m *Glo.ord.su. Luc.10.*

Instruere, Instrumentum.

INSTRVERE, est ordinare, apparare, & componere, aut etiam docere. Instrumentum autem ab instruendo dictum, id significat, quo quis ad operandum vtitur.

Castigando emendãs Deus

Instruit Deus disciplinas, cùm *n* per castigationẽ meliores reddit flagellatos, interius eos illustrans. *Iob.33.c.* Et instruens Iacob filios suos. *Genes.49.d.* designat Christum instituentem Apostolos.

n *Gre.23.m. 21.*

Præparans prædicatordoctrinam.

Instruens dispensator domus Ioseph conuiuium fratribus Ioseph. *Genes.43.d.* designare potest prædicatorem præparantem doctrinam fidelibus proponendam.

Dæmones & hæretici insidiantes.

Instruentes aciem Philisthiim contra Israël, *o* sunt dæmones, aut hæretici erroris fraudes fidelibus proponentes. *1.Reg.4.a.* Idem dicendum de Gog. *Ezech.38.b.*

o *Gr.s.1.Reg. 4.*

Libri sacræ scripturæ.

Instrumenta tabernaculi testimonij, dici possunt libri sacræ scripturæ, & præcepta, *Exod.38.c.*

Apparatus diuitum.

Instrumentum multiplex Tyri, designare potest ingentem apparatum diuitum huius seculi. *Ezech.27.f.*

Insula.

Ecclesia.

INSVLA, dicitur terra vndique aquis circumcluſa, & præcipuè maris: quæ vndique vndis maris vento agitari percutitur.

Anima.

Insulæ maris designant *p* Ecclesias in hoc mundo: quæ tribulationum vndis vndiquaque contunduntur. Præcipuè autem Ecclesias ex gentibus, aut gentiles ipsos. Et insulæ multæ, sunt Ecclesiæ multæ. *Psalm.71.96. Isa.24.c. 41.a.d.42.a.b.c.49.a.51.b.60.b.66.f. Ezech.26.c. Soph.2.b. Apoc.6.d.16.d.* Possunt etiam animas designare.

p *Hie.s.Is.14. 42.60. Chry. s.ps.96. Euc. form.spir.4. Aug.s.ps.96. & s.Apo. ho. 6. Hier. Aglasia.*

Cor forte.

Insula significare potest cor subiectorum prælato, habens fortitudinem: quod adhuc tentamentis impetitur, nec tamen mouetur, quia fundatum est supra firmam petram, & demum viuentes in hoc mundo insulæ nomine designantur. *Psal.86.*

Viuentes in hoc mundo.

Ciuitates Iudea.

Insulæ, quibus vicem reddit Deus, *q* sunt ciuitates Iudææ, quas Deus destruxit. *Isa.59.d. Apoc.6.d.*

Gentiles.

Insulæ procul, sunt *r* gentes longè à veritate existentes. *Ierem.31.b.* Et sunt quasi puluis exiguus comparatæ Deo. *Isa.40.d.* Et has insulas fecit sibi tributarias rex Assuerus, hoc est, Christus adducens eos ad fidem. Vel è diuerso, diabolus faciens eos sibi sacrificare. *Ester.10.a. Ezech.27.a.39.b.*

q *Hier.s. Isa. 59.*

Insulæ Italiæ, aut Certiim, dici possunt *s* Ecclesiæ hæreticorum. *Ezech.27.a.*

r *Hier.s. Ier. 31.*

Ecclesia hæreticorum.

Insula aliquando, dicitur ipsa terra. *Isa.20.b.* Et Tyrus dicitur insula, *t* quia peninsula. *Isa.23.a.* quanquam tunc secundum historicos erat insula, sed per Alexandrum magnum coniuncta est continenti, & facta peninsula.

s *Hie.s. Ezec. 27.*

Terra.

Insultare, vide Illudere.
Integer, Syncerus.

t *Hie.s.Is.20. 23.*

INTEGRVM, dicitur quod perfectum est, & à quo nihil est imminutum vt integrum corpus, cui nihil deest, & integer homo dicitur innocens, candidus, nullóque vitio corruptus. Integritas etiam refertur *u* ad purissimam castitatem, & integritas ætatis est, quæ in ipso iuuentutis flore consistit. Syncerum etiam dicitur, quod rei alterius mistionis expers est, & summè ab omni contrario depurgatum. Ita syncerum est, quod ad vnam totam pietatem intentum directúmque est. *1.Cor.2.d. Philip.1.b.*

u *Ba s.Re.bre ui.26.*

Ætas Christi

Integra ætas vaccæ, adumbrat *x* plenitudinem ætatis Christi, in qua oblatus est pro nobis. *Num.19.a.*

x *Aug. qu.in Num.23.*

Reducẽs Deus ad fidem.

In integrum restituit Dominus gentes subuersas. *Iob.12.d.* quia *y* quas in infidelitatis casu reliquerat, quandóque ad fidei statum reduxit, & quia suscitabit mortuos.

y *Gre.11.mo. 13.*

Perfecta castitas.

Integrum agnum offert. *1.Reg.7.c.* qui *z* fidei Catholicæ soliditatem habet, & perfectam mentis & corporis

z *Gre.s.1.Re. 7.*

castitatem:

Digitized by Google

castitatem: iuxta illud *Matth. 5. d.* Audistis, quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Denique qui est de prudentibus virginibus.

Integer spiritus *a* anima & corpus est, vt bonæ vitæ studeamus, animam habentes mundam, & corpus sine querela. 1. *Thess. 5. d.* Vel integrum corpus est, quod coniunctum est capiti Christo. Integra anima, quæ dicere potest: Benedic anima mea Domino, qui sanat omnes infirmitates tuas: Integer spiritus est, quando non erramus in spiritualibus: sed viuimus in spiritu, & afferimus fructus spiritus: vel literæ scripturæ addimus intelligentiam spiritualem.

Perfectio pœnitentiarum.

Integrum cadauer bouis occisi datum Domino bouis occidentis, *b* designat totam culpam in Dominum aut prælatum non custodientem subditos, reiiciendam. *Exod. 21. d.*

Referri culpam in prælatum.

Integra in virgis Iacob, quæ remanserunt viridia. *Genes. 30. f.* literam *c* legis designant sine sensu mystico.

Litera legis.

Integra reddenda, quæ per fraudem sublata sunt. *Leuit. 6. a.* reddendus *d* sanus sensus scripturæ.

Sanus sensus.

Integro numero reuersus exercitus Israël ad Iosue. *Iosu. 10. d.* est eorum, *e* qui scripti sunt in libro vitæ.

Prædestinati.

Integrum deglutire volunt mali iustum. *Prou. 1. b.* ne videlicet vlla eius extet memoria.

Intelligere, Intelligentia, Intellectus.

INTELLIGERE, est intellectu aliquid percipere: intellectus autem est vis animæ intellectiua, quæ & mens dicitur, & ratio. Intelligentia verò est ipsa intellectiua cognitio, & vtrumque sumitur pro dono Spiritus sancti.

Intelligit Deus opera hominum, *f* hoc est, cognoscit cogitationes cordis. *Psalm. 32.* Et intelligentiam dicitur Deus habere: quia cognoscit omnia nostra. *Iob. 12. c.* Et dicitur intellexisse de longè cogitationes Christi. *Psal. 138.* quia quæ ad ipsum spectabant longè antè prophetari fecit.

Cognitio Dei.

Intelligens seruus Dei, dicitur *g* Christus secundùm humanam naturam. *Isa. 52. d.*

Intelligentia Christi.

Intelligens, qui possidet gubernacula, est, *h* qui secundum mentem & rationem viuit: & partibus inferioribus imperat. *Prou. 1. a.* Intelligens est etiam, *i* qui requirit Deum. *Psalm. 52.* Et intelligens super docentes, est fidelis in Ecclesia; intelligens super Scribas Iudæorum & hæreticos. *Psal. 118.* Intelligere auditum, est percipere verba Dei. *Isa. 28. e.* Intelligere autem fundamenta terræ, est cognoscere terram fundatam esse à Deo. *Isa. 40. a.*

Viuens secundum rationẽ.

Intelligentia Beseel ad constructionem tabernaculi, designare potest *k* intelligentiã prædicatorum. *Exod. 35. d. 36. a.* Eandem designat intelligentia galli. *Iob. 38. d.* Pertinet autem ad donum Spiritus sancti.

Intelligentia prædicatorum.

Donum Spiritus sancti.

Intelligentia, quam ignorant pastores, est sensus *l* spiritualis legis veteris, ignotus Scribis, & principibus sacerdotum. *Isa. 56. d. Iob. 12. c. 28. d, 32. b. 38. a. d. 39. c.* Et intelligere, quę apponuntur ad manducandum, est examinare rectos scripturæ sensus. *Prou. 23, a.*

Sensus spiritualis.

Intelligit super egenum & pauperem, *m* qui curam habet de his, quæ ad Christum pertinent, & qui benefacit Christo in paupere, cui compatitur, & aduertit eum eiusdem esse consortem naturæ. *Psal. 40.*

Curam habẽs Christi in paupere.

Intelligunt in nouissimis diebus consilium Dei, qui castigati à Deo, cognoscunt quanta misericordia & bonitate, eis prius minabatur. *Ierem. 28. e. 30. d.*

Castigati à Deo respiscentes.

Intelligens Eli, quod Dominus vocaret Samuelem. 1. *Reg. 3. b.* designauit vocationem *n* Gentium intellectam & prophetatam fuisse à patribus; iuxta illud *Amos. 3. b.* Non fecit Dominus verbum, quod non reuelauerit seruis suis Prophetis.

Vocatio gentium prophetata.

Intelligit singula, quæ oculus vidit, & auris audiuit, *o* qui non solùm sicut Pharao & Balthasar videt futura, sed sicut propheta: vt intellexerunt Ioseph & Daniel. Et sic dicit Iob se intellexisse. *Iob. 13. a.*

Cognitio prophetica.

Cùm dicitur in titulis Psalmorum: Intellectus ipsi Dauid: admonetur Ecclesia, *p* quæ corpus est Dauid, hoc est, Christi, vt intelligat, & quod ad ipsam pertineat cura intelligendi quæ dicenda sunt.

Cura intelligendi pertinet ad Ecclesiam.

Intelligit à mandatis Dei, qui *q* ex eo quod agit, ad maiorem intelligentiam proficit. *Psalm. 118.* Et intellectibus manuum suarum deducit, quia ad viam veritatis, quam per operum experientiam didicit, certis profectuum gradibus dirigit. *Psal. 77.*

Proficere in intelligentia operando.

Non intelligens homo, *r* est non cognoscens dignitatem suam, nec diuina mysteria. *Psalm. 84. Isa. 1. a.* Et non intelligit Deum, si abierit, *s* qui semel ab internis gaudiis expulsus, clausas contra se ianuas secreti spiritualis aspicit. *Iob. 9. b.*

Non cognoscens homo dignitatẽ suam.

Non intelligit quis siue nobiles fuerint, siue ignobiles filij eius, *t* quia opera sua subtili examine discutiens, vtrum approbentur à Deo, an reprobentur, ignorat. *Iob. 14. b.*

Ignorans vim suorum operum.

Intelligentia qua priuauit Deus struthionem, *u* intelligi potest sapientia huius mundi, quam non dedit Deus Ecclesiæ. *Iob. 39. c.*

Sapientia huius mundi.

Intelligentes spinæ rhamnum, aut crescentes in rhamnum, designant *x* iniquitatẽ induratam. Vel priusquam rhamnus producat spinas, hoc est, ante corporis resurrectionem. *Psalm. 57.*

Iniquitas indurata.

Intellectus manuum, pro actione, quæ fit secundùm intellectum, aut rationem, sumitur. *Psalm. 77.*

Actio.

Intendere, vide Tendere, & Attendere.

Intercedere.

INTERCEDERE, est idem, quod medium esse: & intercedit, qui pro aliquo maiorem orat, & mediator est.

Prædicare.

Intercedentes viri Chet apud Ephron pro Abraham. *Genes. 23. b.* designare possunt prædicatores hortantes gentes, vt susciperent Christum.

Intercedere, quasi Abscindere.

Interesse.

INTERESSE, est inter alios esse.

Interesse cognitioni Ioseph, est participem esse diuinorum secretorum. *Genes. 45. a.*

Participatio diuinorum secretorum.

Interficere, Occidere, Interimere, Cadere.

Iugulare, Necare, Trucidare, Homicida.

Homicidium, Internecio, Nex, Cædes.

INTERFICERE & occidere, est animal aliquod vita priuare. Iugulare, est inciso iugulo interficere. Necare, est suffocando occidere. Trucidare verò, est crudeliter interficere. Homicida autem est hominem occidens.

Interficit Deus primogenitum Pharaonis, quum *y* destruxit superbiam diaboli. *Exod. 4. f. 15. b.* Et occidit reges fortes, hoc est, superauit Christus dæmones. *Psalm. 134. 135.* Sic interfecit exercitum Ægyptiorum, *Exod. 14. f.* Et interficiens Lamech Cain, designat Christum superantem diabolum: quod à Christo suis vxoribus, id est, Ecclesiis nunciatur. *Genes. 4. d.* Occidet quoque Deus Leuiathan, cùm mittet diabolum in infernum. *Isa. 27. a.* Interfecta bestia, est victus diabolus. *Dan. 7. c.* Cædit Philisthæos, quos Dominus exterruit, *z* est per dona gratiæ Dei prodire ad opus in campum, vt dæmones vincantur. 1. *Regum. 7. c.* Interficere primogenitum asini non redemptum, est *aa* propter peccatum carnis non redemptum per pœnitentiam, mitti in infernum. *Exod. 13. a.*

Destruens Deus superbiam diaboli.

Mittens diabolum in infernum.

Interfecit Deus filios Eli, hoc est, *bb* puniuit obstinatos. 2. *Reg. 2. g.* Et interficiet Christus impium spiritu oris sui, cùm dicet in iudicio: Ite maledicti. *Isa. 11. a.* Et interfecti dicuntur condemnati ad pœnas inferni; & multiplicabuntur in iudicio interfecti à Domino. Et dies interfectionis erit dies iudicij. *Isa. 10. a. 22. a. 23. b. 66. a* Et interficit Deus Iudæos, mittens eos in infernum. *Isa. 65. c.* Huc refertur cædes regum, quam fecit Abraham. *Genes. 14. c. Ezech. 14. d. 28. b. 32. d.* Interfecta terra ab habitatoribus suis erit in iudicio. *Isa. 24. a.* Interficiet etiam Deus gentes, mittens eos in infernum. *Isa. 34. a.* Et interfectio multorum, erit dissipatio malorum. *Isa. 30. f.* Et interfecit Deus peccatores, aut Iudæos, cùm consummatam iram in eos exercet. *Ierem. 15. b. Thren. 1. g. Ezech. 28. f. Amos. 2. a.* Interfecti autem Domini dicuntur, non quòd Dominus interficiat: sed quòd in interitu pessimorum voluntas & imperium Dei compleantur. *Ierem. 25. g.* Non interficit autem Deus vsque ad internecionem, cùm non mittit in infernum: sed castigat ad emendationem. *Isa. 51. e.* Cæsa quatuor millia Iudæorum, *cc* sunt condemnati, qui non

Puniens Deus obstinatos.

a *Hie. epi. Ign. vult.*

b *Glo. int. sup. Exo. 21.*
c *Glo. ord. su. Gen. 30.*
d *Glo. ord. su. Leu. 6.*
e *Glo. inte. su. Iosu. 10.*

f *Baſ. ſ. pſ. 32 Gre. 11. mo. 4. Hil. ſ. pſ. 138.*
g *Hie. ſ. Iſ. 52.*
h *Baſ. Pro. 1.*
i *Hil. ſ. pſ. 52. 118.*

k *Glo. ord. ſu. Exo. 35.*
l *Ori. ſu. Rom. 11.*

m *Ar. & Au. ſ. pſ. 40. Amb. de Na. 8.*

n *Gre. ſ. 1. Re. 3.*

o *Gre. 11. mo. 14.*
p *Au. ſu. pſal. 54.*
q *Ricar. de S. Vict. de ſecur. conſcien. 18.*
r *Hier. ſ. Iſ. 1.*
ſ *Gre. 9. mo. 2.*
t *Gre. 12. mo. 13.*
u *Hier. ſ. Iob. 39.*
x *Arn. & Hil. ſ. pſ. 57.*

y *Arno. ſ. pſa. 135. Bed. ſ. Gen. 4. Hie. ſ. Iſ. 27.*
z *Gre. ſ. 1. Re. 7.*
aa *Ru. 2. ſ. Ex. 24.*
bb *Gr. ſ. 1. Re. 2. Hier. ſ. Iſ. 21. 22. 31. 61. & ſu. Ierem. 15. 25.*

cc *Gre. ſ. 1. Re 4.*

Digitized by Google

Punitio hæreticorum.

Destructio errorum.

Perdere bona opera non rectæ intentionis facta.

Nemini peccanti parcendum.

Condemnare in se vitia.

Mortificatio carnis.
Pœnitentia.

Conuersio gentilium.
Delere prauas cogitationes.

Non perdit Deus bonos, licet castiget.

Perire defectu verbi Dei.
Præparatio solidi cibi mysteriorum.
Oblatio Christi.

Auferre Deus bona ab anima peccatrice.
Martyres.
Occisio Christi per Iudæos.

Peccare.
Facere peccare scandalo vel suggestione.

Dæmones perdentes virtutes animæ.

crediderunt euangeliis. 1. *Reg.* 4. *a.* Necari coram fratribus, est in vltimo iudicio condemnari. *Gen.* 31. *d.* Occidi facientem opus in sabbatho, est condemnari peccantem. *Exo.* 35. *a.* Occidere quoque Dominum bouis cornupetæ quia non reclusit bouem. *Exod.* 21. *c.* est puniri prælatum non corrigentem peccata subditorum.

Interfecti filij Aaron à Domino, designant hæreticos à Deo punitos. *Leui.* 16. *a.* Interfecti autem in medio idolorum, sunt *a* hæretici inter sua dogmata dissipati. *Exec.* 6. *d.* interfici autem ascendentem in montem iaculis, & non manibus. *Exod.* 19. *b.* est reuinci hæreticum authoritatibus sacræ Scripturæ.

Interficit Deus sculptile, cùm *b* destruit errores hæreticorum. *Nahu.* 1. *d.* Et interficit Deus amantissima vteri hæreticorum, cùm perdit discipulos & hæreses eorum. *Hose.* 9. *d.* Interficit etiam Dauid gigantem Goliath proprio ipsius gladio, cum doctor reuincit hæreticum, per testimonia scripturarum, quæ ipse affert. 1. *Reg.* 19. *f.* Interfecti omnes masculi vrbis Sichimorum, destructas rationes hæreticorum per prædicatores. *Genes.* 34. *d.* *Ezech.* 6. *a.* 26. *a.*

Interfecti plures hostes Samson in eius morte, quàm dum viueret, designant *c* conuersionem infidelium factam mortuo Christo, & perditionem inimicorum, & Iudæorum, maiorem, quàm si Christus non fuisset mortuus. *Iudi.* 16. *g.*

Interfecti masculi vrbis Sichen per Simeon & Leui, filios Iacob. *Ge.* 34. *d.* designant *d* ablata bona opera non recta intentione facta: quod non est faciendum, sed corrigenda intentio: vnde dicuntur occidisse virum, quia obstulerunt vigorem mentis. *Gen.* 49. *a.*

Occidentes Leuitæ, vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum, designant *e* prælatos, qui nemini peccanti increpando parcere debent. *Exod.* 32. *f.* Occidentes autem filij Israël tribum Beniamin, sed prius occisi sunt de filiis Israël plurimi: designant, quod qui vult corrigere proximum, prius debet corrigere seipsum. *Iudi.* 20. Occidit etiam fratrem, qui falso sermoni silentium imponit.

Occidere bouem & arietem super lapidem, *f* est condemnare in se omnem cornutam elationem per exemplum Christi. 1. *Reg.* 14. *e.* Et interficiens Moses Ægyptum, est *g* destruens homo impietatem. *Exod.* 2. *b.* Et interficere primogenitum asini, est damnare peccatum. *Exod.* 13. *c.* 34. *c.* Vel occiditur primogenitum asini, cum mens mutatur in melius. Et interfecti omnes habitatores Hai, sunt *h* omnia vitia superata. *Ioſ.* 8. *f.* Et interficere omnes peccatores terræ, est vincere omnia peccata. *Psal.* 100. Et interficere primogenita Ægypti *i* est tollere initia vitiorum. *Exod.* 12. *d.*

Interficere dicitur Deus omnem carnem. *Gen.* 6. *c.* quum videlicet *k* facit mortificari carnem, & viuere spiritum. *Deut.* 32. *f.* *Psalm.* 77. 138. *Rom.* 6. *a.* Et occidit vnusquisque fratrem suum, cùm quis proprium corpus rationi subiicit. *Exod.* 32. *f.* Et interficere Amalecitas, & reliqua de Amalec, est auferre peccata per pœnitentiam. 1. *Reg.* 15. *a.* Et interficiens Moses Ægyptium, est abdicans se à luxu & mundanis honoribus, &c. *Exod.* 2. *b.* Idem est de occidente Iephte filiam suam. *Iudi.* 11. *g.* *Exec.* 26. *a.* 29. *b.*

Interfectiones magnæ Philisthinorum, designant conuersionem *l* multorum gentilium. 1. *Reg.* 5. *c.* Et interficiens armiger Ionathæ multos, est conuertens multos infideles. 1. *Reg.* 14. *b.* *Isa.* 13. *c.* Et interfectionis dies, est conuersio, quæ fit per castigationem. *Iere.* 12. *a.* Et interfectio multorum est, quum multi resipiscunt à peccato. *Isa.* 30. *f.* Cædi autem à peccatoribus, est à turpi vita separari. Vehementer autem siue nimis cædi, est temporalis vitæ illecebras perfectè deserere, & futuræ gaudiis inhiare: vnde cædes magna nimis facta dicitur. 1. *Reg.* 14. *d.* Cæsa quoque quatuor millia Iudæorum, sunt conuersi ab infidelitate, per fidem quatuor Euangeliorum. 1. *Reg.* 4. *a.*

Interficere filios maiorum patrum, est delere prauas cogitationes, quas diabolus suggerit. Et interficit Deus reliquias Philisthææ, *m* cùm tollit prauas cogitationes. *Isa.* 14. *e.g.* Et interficiuntur & cæduntur Amalecitæ, cum oblectamenta libidinis, virtute supernæ intentionis depelluntur à corde, & contritione spiritus reciduntur à corpore. 1. *Reg.* 15. *a.* Et hoc est interficere Domino. *Mich.* 4. *d.* *Ecclesiaſte.* 3. *a.* *Exech.* 28. *f.* *Amos.* 9. *a.* *Soph.* 2. *c.* 3. *d.*

Non interficit Deus gentem ignorantem, & iustam: quia non perpetuo perdit bonos, quamuis hic eos castiget. *Gen.* 20. *a.* Non interfecit vsque ad internecionem cùm castigat ad emendationem. *Isa.* 51. *e.* Occidere autem volens Dominus Mosen in itinere. *Exod.* 4. *f.* Videtur comminari ad emendationē in hac vita. Et occidere dicitur Deus verbis oris sui, *n* quia prius castigat terrore, quàm pœnam infligat. *Hoſ.* 6. *c.*

Occidi multitudinem fame aut siti, *o* est perire ob defectum verbi Dei, & consolationis spiritualium. *Exod.* 16. *a.* 17. *a.* *Thren.* 4. *b.* *Hoſe.* 2. *a.*

Occidens dispensator Ioseph victimas ad eius fratres inuitandos. *Ge.* 43. *d.* designat præparationem solidorum ciborum ex mysteriis legis. Idem designare possunt *p* occisi tauri & altilia. *Matth.* 22. *a.* Possunt etiam designare cædem Apostolorum propter Christum.

Occidi vitulum saginatum, *q* est Christum offerri pro redemptione mundi. *Luc.* 15. *c.* Idem est cædere hostiam pro peccato. *Leuiti.* 6. *d* Sic autem interfecit Christus inimicitias in semetipso, quia pro omnibus mortuus est, vt nos Deo reconciliaret. *Epheſ.* 2. *d.* Ipse est agnus occisus, *Apoc.* 13. *b.* Vbi quum legitur: Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni qui occisus est, ab origine mundi, illud: *Ab origine mundi*, referri debet ad *scripta*, vt dicat non sunt scripta ab origine mundi.

Occidit Deus omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion. *Thren.* 2. *b.* cùm aufert scientiam & virtutes ab anima peccatrice.

Interfecti Dei dici possunt *r* Martyres, pro Dei gloria occisi. *Isa.* 26. *d.* Et cedentes agricolæ seruos patris familias, sunt *s* sacerdotes & Scribæ Iudæorum occidentes Prophetas. *Matt.* 21. *d.* 22. *a.* Et occidit Herodes pueros, hoc est, Iudæi Martyres. *Matth.* 2. *c.* Occidente quoque Isaac propter pulchritudinem Rebeccæ, est eosdem velle delere nomen Christianum propter confessionem fidei. *Gen.* 26. *b.*

Occiderunt agricolæ filium patrisfamilias extra vineam, hoc est, *t* principes Iudæorum Christum extra Hierusalem: vt susciptentibus eum gentibus vinea locaretur. *Matth.* 21. *d.* Et interficiens Cain Abel, designat Iudæos interficientes Christum. *Gen.* 4. *b.* Interficere Abraham propter vxorem, quod timebat Abraham, typus erat odij Iudæorum in Christum propter Ecclesiam. *Gene.* 20. *a.* Et occidere volens Esau Iacob designat Iudæos persequentes Christum aut Christianos. *Gen.* 27. *g.* Idem designat volentes fratres Ioseph ipsum occidere. *Gen.* 37. *d.* Et occidentes Simeon & Leui virum, sunt Iudæi occidentes Christum, aut rationem perimentes. *Gene.* 49. *a.* Occidere volens Saul Dauid, hoc est, Iudæj Christum. *Psalm.* 38. *in titulo.*

Interfecti Dei dicuntur, *u* qui erant boni, & per scandalum aliorum peccauerunt. *Isa.* 26. *d.* Et interficiunt animas, quæ non moriuntur, qui falsis terroribus frangunt animos seruientium Deo. *Ezech.* 13. *d.* Et trucidant rectos corde, *x* qui scandalizant simplices bonos, ita vt in peccatum incidant. *Psal.* 36. Sic interficit innocentem *y* qui ex innocente facit nocentem. *Psalm.* 9. Demum occidunt, qui faciunt peccare. Et hac ratione non occident in monte sancto Dei: quia *z* nemo faciet alium peccare in fœlicitate. *Exod.* 12. *b.* 21. *c.* *Psalm.* 58. 61. *Isa.* 14. *e.* 65. *d.* Et occidit virum, qui peccare facit fortem in virtutibus: occidit verò adolescentulum, qui peccare facit incipientem bene operari. *Gen.* 4. *d.* Et occidere bouem, vel ouem, est simplices peruertere. *Exod.* 22. *b.* Et occisum à bestia, est peccator à diabolo, aut hæresiarcha in peccatum aut in errorem ductus, *Leui.* 5. *a.* Et occidere volens Pharao Mosen, *aa* est diabolus, aut hæresiarcha volens occidere Christum in se vel membris suis. *Exod.* 2. *c.* interfecit viduam & aduenam, qui alicuius perdit animam. *Psalm.* 93. Interfecti quoque dicuntur peccatores. *Ier.* 4. *g.* *Zach.* 11. *a.* Interficit virum stultum iracundia, & paruulum inuidia, *Iob.* 5. *a.* quia ira irrationabiliter eius menti dominatur: nam ira per zelum sapientes non interficit, sed turbat: quia sub ratione restringitur: Stultos verò per vitium trucidat. Paruulus autem est, qui inuidia occiditur, quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret.

Interficientes Ægyptij masculos Hebræorum, designant dæmones *bb* occidentes in mente sensus rationales & virtutes. *Exod.* 1. *d.* 5. *d.* Et interficit Lucifer populum suum, *cc* quum facit malos peccando in infernum detrudi. *Isa.* 14. *e.* Interfector quoque & homicida dicitur diabolus, cuius inuidia mors intrauit in mundum. *Isa.* 54. *e.*

a *Hie. ſ. Ez.* 6.

b *Hie. ſ. Na.* 1. & *ſ. Hoſe.* 9.

c *Rup. ſ. Iu.* 25.

d *Ri. de S. Vi. de* 12. *patria.* 54. 58.

e *Gre.* 14. *mo.* 15. *Philo. de temulen.*

f *Gre. ſ.* 1. *Re.* 14.

g *Gr. Nyſſ. de vita Moſeos.*

h *Ori. hom.* 8.

i *Ori. ſ. Leu. ho.* 3. & *ſ. Ro.* 6. & *ſ. Num. hom.* 26.

k *Baſi. quod Deus non eſt cauſa mali. Amb. ſer.* 27. *de Elia.* 22. & *epi.* 56. & & 2. *de Ca.* 4 *Phil. de prof.*

l *Gre. ſ.* 1. *Re.* 15. *Chry. de Ieph. Gre. ſ.* 1. *Re.* 5. *Hier. ſ. Iſa.* 13. & *ſ. Iere.* 12. *Gr. ſ.* 1. *Re.* 4. 14.

m *Hie. ſ. Iſa.* 14. *Gre. ſ.* 1. *Reg.* 15.

n *Hie. ſ. Ho.* 6

o *Glo. int. ſup. Exod.* 16.

p *Ori. ſ. Mat. hom.* 20. *Hil. ſ. Matth. Can.* 6. 22.

q *Am. ſ. Lu.* 15. *Hie. cti. Beat. Rup.* 8. *ſ. Apoc.*

r *Hie. ſ. Iſ.* 6

ſ *Hie. ſ. Mat. hom.* 19.

t *Hie. ſ. Mat.* 21. & *ad Da ma. q.* 3. *Ori. ſ. Matth. hom.* 19. *Hie. ſ. Pſ.* 58. & *ſ. Ma. ca.* 1

u *Hie. ſ. Iſ.* 14 26. & *ſ. Eze.* 13.

x *Ori. ſ. pſ.* 36. *ho.* 3. & *ſ. Leui. ho.* 3.

y *Au. ſ. pſ.* 9.

z *Ba.* & *Hil. ſ. pſ.* 61. *Arn. ſ. pſ.* 58. 93. *Am. ſ. pſ.* 118. *ſer.* 11.

aa *Gre.* 5. *mo.* 33.

bb *Ori. ſ. Ex. hom.* 2. *Bed. ſ. Exo.* 1.

cc *Hie. ſ. Iſa.* 14. *Or. ſ. Nu. ho.* 19. *Hie. ſ. Hoſe.* 9. & *ſ. Eze.* 13.

Digitized by Google

Et ipse est interfector filiorum Ephraim. *Hose. 9. a.* Et homicidæ dicuntur dæmones & Iudæi. *Isa. 1. f. Matth. 21. a.* Et cedens Amalec extremos agminis Israël, est diabolus vincens infirmos in fide. *Deuteron. 25. d.* Occidentes Rechab & Banaa Isboseth, sunt *a* dæmones occidentes mentem per peccatum. *2. Regu. 4. b.* Sic Ismael, filius Nathaniæ, occidit octoginta viros. *Ier. 41. a.* Occidit lingua viperæ illum, *b* quem diabolus prius in mente veneno tingit: vt postmodum violenta tentatione interimat. *Iob. 20. c. 21. c. 24. c. Thren. 2. g. Ezech. 11. b. 26. c. 35. b. 37. c. Abdi. c. Nahu. 2. d. a. Haba. 1. d.* Interficiunt in via dæmones vel hæretici, hoc est in hac vita. *Hose. 6. d.* Et mactans fur, est *c* diabolus, aut hæreticus. *Ioan. 10. b.* Occidens rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis eius. *Ier. 59. b.* est *d* diabolus rex confusionis, qui sæpe sic bona opera interficit: vt hæc se amittere ipse, qui captus est, dolens cernat. Nam bona plerunque gignit animus: & tamen carnis suæ delectationibus victus, bona quæ genuit, amens perdit: & quæ patitur damna considerat, nec tamen virtutis brachium contra regem Babylonis leuat.

Occidunt pastores, quod crassum vident, *e* cùm adulantur diuitibus, nec eorum reprehendunt vitia. *Ezechiel. 34. a.*

Homicida consurgens manè ad occidendum *f* egenum, est prauus in hoc mundo dignitatem transitoriæ potestatis arripiens: qui tanto se acrius ad peragenda mala dilatat, quanto per charitatis viscera nullum amat. Quoties enim cogitationibus contra bonos sæuit, toties innocentium vitam interimit. *Iob. 24. c.*

Non occidit Deus Iudæos, sed dispersit. *Psa. 58.* vt videlicet *g* sint testes scripturæ, quam Christiani allegant. In eodem typo noluit occidi Cain. *Gen. 4. b.* Sic Dauid non occidit Saulem in spelunca, *1. Reg. 24. a.* Non occidit etiam Deus eos, quos non sinit labi in peccatum, & legis eius obliuisci.

Non interfectus Cain, sed durans in terra, designat *h* perseuerantem malitiam in terra, & non ablatam esse iniquitatem à seculo. *Gene. 4. c.*

Interfici sapientes Babylonis. *Dan. 2. b.* est *i* abiicere doctrinas humanas tanquam humanæ saluti minimè necessarias.

Occidit bouem vel ouem prælatus, *k* qui simplices extra rationem excommunicat. *Exod. 23. b.* Et occidunt mali pastores oues crassas, cùm scandalizant fortiores. *Exec. 24. a.* Occidit amicum scindendo ligna, qui corripiens incautè ipsum illata contumelia à spiritu dilectionis separat. Correpti namque mens mox ad odium prorui, si hanc immoderata increpatio plusquam debuit, addicit. *Deut. 19. b.*

Occidentes agricolæ aut vocati ad nuptias seruos patrisfamilias, sunt *l* Iudæi, aut hæretici contemnentes simpliciores doctores, & ad taciturnitatem pertrahentes. *Matth. 21. d. 22. a.* Occidere etiam prophetas, est abiicere sensum spiritualem scripturæ prophetarum, velut eorum animam: & solum literalem ceu corpus curare. *Matth. 23. d.* Et occidere volens Ioannem Herodes. *Matth. 14. a.* designat eum, qui separare nititur prophetiam à populo: vel qui tollit legem per infidelitatem.

Occiditur Zacharias inter templum & altare. *Matth. 23. d.* quum *m* & templum Dei à lasciuis corrumpitur: & altare ipsius per negligentiam orationum sordidarum coinquinatur, quando etiam oratio alicuius fit illi in peccatum.

Occidens litera, designat res corporales, quæ *n* perdunt animam, si eis adhæreat, & non eas ad Deum, vt ad spiritum referat. *2. Corinth. 3. b.* Occidit etiam litera, quia data est, vt contemnentes legem iure occidi debeant.

Interfecti non gladio, sunt *o* sponte consentientes hæreticis. *Isa. 22. a.* Et occidit, qui veram de Deo tollit orationem, vt falsam constituat.

Occidere vitulos & iugulare arietes, *p* est voluptatibus vacare. *Isa. 22. d.*

Vt occidat semel Deus, quem flagellat, petit Iob *q* optans vel simplicem mortem Redemptoris, qua redimamur: vel solam mortem corporis, remanente anima viua per gratiam. *Iob. 9. c.*

Quasi occisum est caput bestiæ. *Apoc. 13. a.* cui *r* hæretici simulantes Angelum lucis, confitentur mortem & resurrectionem Christi: vel cum reuicti à Catholicis, adhuc perseuerant in errore.

Interire, vide Mori.

Intermittere, Intermissio, Interrumpere.

INTERMITTERE, est ad tempus omittere, vel cessare: quod etiam est interrumpere: quanquam hoc posterius significat in partes rumpere.

Interrupit Deus petram, *s* quum percussus est Christus in passione. *Psal. 77.*

Interruptio muri, est *t* destructio doctrinæ hæreticæ. *Isa. 30. c.*

Interrupta in muro Hierusalem, *u* significare possunt deficientes in Ecclesia. *4. Regum. 14. d. 25. a. Nahum. 4. b. 6. a.*

Interrumpit Deus mare, cùm cessare facit tentationes. *Psalm. 77.*

Internecio. quære Interficere.

Interpellare.

INTERPELLARE, est loquentem vel aliquid agentem interrumpere, & aliquando rogare.

Interpellare dicitur Spiritus pro nobis: *x* quia interpellare & orare nos facit. *Rom. 8. c.*

Interpellare iudices. *Deut. 25. a. 4. Reg. 8. a.* potest esse confugere ad Sanctos.

Interponere.

INTERPONERE, est interserere, aut inter alia ponere.

Interponit maceriem inter Deum & populum *y* qui instar Mosis, & Aaron & Samuelis, igni, & incendio iræ Dei se opponit. *Ezech. 22. g.*

Interposita mala grauata catenulis. *1. Par. 3. d.* sunt *z* exempla Sanctorum prædicationi inserta.

Interpretari, Interpres.

INTERPRETARI dicitur, qui exponit vel explicat aliquid. Interpres autem est, qui in aliqua re agenda medius est, & veluti consiliator, & qui aliquid declarat, aut in aliam traducit linguam.

Interpretes inter Ioseph, & fratres eius, designat humanitatem Christi, quæ media est inter Deum & homines. *Gen. 42. e.*

Interpretatio somniorum, typus esse potest *aa* reuelationis secretorum legis. *Gen. 40. a. 41. b. Iud. 7. d.*

Interpretes Israël, præuaricati sunt in Deum, *bb* sunt Moses & Aaron, qui medij erant inter Deum & populum *Isa. 43. d.* Sunt etiam interpretes Prophetæ, & Sacerdotes, per Moses & Aaron designati.

Interrasilis.

INTERRASILE, est idem, quod interrasum, hoc est, per interualla rasum.

Interrasilis corona mensæ tabernaculi fœderis, *cc* designare potest diuersam meritorum qualitatem. *Exo. 35. c. 37. b.* Idem significare potest interrasile opus basium sub luteribus. *3. Reg. 7. e.*

Interrogare.

INTERROGARE, est quærere ab aliquo, ac percontari.

Interrogatio Dei ad Adam, & ad Cain, & ad cæteros, potius designat *dd* redargutionem, quam ignorantiam, quæ in Deum non cadit. *Genes. 3. b. 4. b.* Interrogans autem Adam, vbi esset, designat, se non nosse peccatores, nec eorum approbare opera. Hoc ipsum designauit Christus, cùm dixit de Lazaro: Vbi posuistis eum? *Ioan. 11. e.* Interrogare etiam dicitur Deus examinando. *Psalm. 138.* non vt ipse sciat: sed vt ipse interrogatus à se vel ab aliis cognoscatur. Et repentè Deus interrogat, *ee* cùm nos ad districtionem sui examinis inopinatos vocat. Vel certè interrogat, quum duris nos persecutionibus pulsat, vt quum mens nostra magna de se in tranquillitate æstimat, semetipsam veraciter qualis sit, in perturbatione deprehendat. *Iob. 9. b.* Tribus autem modis nos conditor noster interrogare consueuit: cùm autem flagelli districtione nos percutit, & quanta nobis insit vel desit patientia, ostendit. Sic potest capi. *Iob. 38. a. 40. a.* Aut quædam, quæ nolumus præcipit, & nostram nobis obedientiam, vel inobedientiam patefacit, vt de Abraham. *Genes. 22. a.* Aut aliqua nobis occulta aperit, & aliqua abscondit, & nobis mensuræ nostræ humilitatis innotescit: vt quum Paulus dixit. *Philip. 3. c.* Ego non me arbitror comprehendisse. Et palpebræ Dei interrogant filios hominum, quum *ff* probant bonos,

qui

a Gr. 15. m. 7. *b Hie. su. Iob. 24.* *c Cyr. 7. s. Io. 4.* *d Gr. 7. m. 16.* *e Hie. s. Eze. 34.* *f Gr. 16. mo. 27.* *g Au. ep. 59. & s. ps. 58.* *h Phi. quo. de teri. potio. infidietur.* *i Am. de fug. sec. 7. Rica. de S. Vi. de Nabuc. 7.* *k Aug. de pastor. 4. Gre. 10. mo. 9.* *l Ori. s. Mat. ho. 20. 25. 26. & cap. 14.* *m Ori. s. Ma. ho. 26.* *n Ori. 1. peri. Am. s. 1. Co. 3.* *o Hie. s. Is. 22 Clem. Alex. 6. strom.* *p Glo. ord. su. Isa. 22.* *q Gr. 9. m. 10.* *r Au. s. Apoc. ho. 10.* *s Hie. s. ps. 77.* *t Hie. s. Is. 30.* *u Gl. ord. sup.* *x Au. epi. 10. 5.* *y Hie. s. Eze. 22.* *z Gl. ord. sup. 2. Par. 3.* *aa Glo. in. su. Gen. 40.* *bb Hie. s. Isa. 43.* *cc Glo. ord. su. Exod. 25.* *dd Au. 83. q. 65.* *ee Gr. 9. m. 11 & 28. mo. 8. Ber. in sente.* *ff Au. s. ps. al. 10.*

Adulantes diuitibus. *Arripiens indignus dignitatem.* *Nō occisi Iudæi, & sine testes scripturæ.* *Perseuerans malitia in terra.* *Abiicere doctrinas humanas.* *Excommunicare simplices Incauta correctio.* *Hæretici contemnētes simplices doctores.* *Contemnētes sensum spiritualem.* *Prophanare templū Dei.* *Corporalia nocentia animæ.* *Perire contēptores legis.* *Sponte consentientes hæreticos.* *Vacare voluptatibus.* *Mors redemptoris.* *Simulatio hæreticorum.*

Percussio Christi in passione. *Destructio hæretica doctrina.* *Deficientes in Ecclesia.* *Facere cessare tentationes.* *Faciens nos Spiritus orare.* *Confugere ad Sanctos.* *Exempla sanctorum.*

Humanitas Christi. *Reuelatio secretorum legis.* *Prophetæ & sacerdotes.* *Diuersa meritorum qualitas.*

Redarguens Deus.

Examinans.

Castigans.

Digitized by Google

Considerare precepta, & doctrinam legis.
Considerare transitum vitæ præsentis.
Iudaimirantes conuersionē gentium.
Examinare dogmata.
Cognoscere Deum per Creaturas.
Obstinatio.
Diuinatio.

Falsa testimonia.
Irridēt dæmones lapsos in peccatum.
Reprehēdens Christus Iudæos.
Prophetantes Iudaide Christo, quē præsentem nō cognouerunt.
Mysteria Christi.
Mens Christi.

Bona cogitationes.
Cogitationes immundæ.
Conscientia.
Mens.

Collatio Spiritus sancti.
Mundari per passionē Christi.
Ostendens Deus hominem sordidū esse.
Prædicator recipiēs laudes.

qui nec fatigantur obscuritate Scripturarum, sed exercentur: nec inflantur cognitione & scientia earum, sed humiliantur. *Psalm.* 10.

Interrogare os Domini, *a* est videre, quid Dominus præcipiat. *Isa.* 30. *a.* Interrogant autem de semitis antiquis, qui considerant doctrinam legis & Prophetarum. *Iere.* 9. *d.* Interrogantes autem Deum aut Christum, erant Iudæi prophetias habentes de Christo: Non interrogantes verò erant gentiles, qui non habebant Prophetas. *Isa.* 65. *a.* Interrogare Deum super filiis, est curiosè scrutari iudicia Dei. *Isa.* 45. *b.* Hominem quoque interrogare Deum, propriè est in conspectu eius se nescientem & ignarum cognoscere. *Iob.* 42. *a.*

Interrogare generationem pristinam, est *b* recognoscere quomodo tempus vitæ præsentis sicut vmbra transeat: quia si ea quæ erant, & iam transacta sunt, ad memoriam reducimus, patenter cognoscimus, quàm celeriter hoc quoque fuit, quod tenemus. Idem erit interrogare quemlibet de viatoribus. *Iob.* 8. *b.* 21. *d.*

Interrogans frater maior de festo, quod fiebat in domo patris sui propter aduentum fratris iunioris. *Luc.* 15. *f.* designat *c* Iudæos hactenus interrogantes, quare Deus lætatur de conuersione Gentium.

Interrogare virum, an velit accipere vxorem fratris sui. *Deu.* 25. *b.* est *d* examinare dogmata, an concordent cum veritate Christi.

Interrogare iumenta & volatilia, &c. *Iob.* 12. *b.* est *e* per creaturas cognoscere creatorem. Vel cognoscere quomodo omnes, tam boni quàm mali de potestate Dei concorditer sentire & fateri coguntur: quamuis sub ea non concorditer viuant.

Interrogant Ægyptij simulacra & diuinos, cùm infideles non possunt errores infidelitatis suæ defendere: sed manent obstinati. *Isa.* 19. *a.* Et interrogant lignum, aut in ligno, *f* qui exercent diuinationem per ligna, aut virgas. *Hose.* 40. *c.*

Interrogabant testes iniqui Christum, quæ ignorabat: quia *g* interrogabant falsa, & imponebant illi crimina, quæ non commiserat. *Psal.* 34.

Interrogant verba cantionum dæmones eos, qui erant in captiuitate, *h* quum eos irrident, qui in peccatum ipsis inducentibus ceciderunt. *Psal.* 136. vel interrogant inclinationes malæ quum animam occupare nituntur: vel interrogant, qui petunt rationes de Christo, & iis, quæ sunt fidei: non vt credant, sed vt reprehendant.

Interrogans Ioseph fratres suos per ordinem generationem suam, &c. *Gen.* 43. *b.* designare potest Christum examinantem & reprehendentem Iudæos, quod non essent imitatores patrum.

Interrogat Iacob de filiis Ioseph, quos ante se habebat, quibus benedixit. *Gen.* 48. *b.* designat Iudæos multa habentes de Christo & Ecclesia propheta, quem tamen præsentem non cognouerunt.

Interrumpere, vide Intermittere.
Interuallum, quare Spacium.
Intestina.

Intestina agni, designare possunt i verba & mysteria Christi, & quæcunque secretiora mysteria: & plenitudinem gratiæ, quæ in Christo est. Exod. 12. *b.* Intestina quoque vituli, mentem Christi designare possunt. *Exod.* 29. *b. Leuit.* 4. *c.*

Intestina etiam vituli, aut arietis, l bonas cogitationes designare possunt, quæ latent, ceu in ventre animi. Leuit. 1. *b.*

Intestina, vt sunt stercorum exceptoria, designare possunt m cogitationes immundas & cupiditates: vel potius ipsam conscientiam, aut mentem in se prauas cogitationes aut cupiditates excipientem: vt lauare intestina sit immundarum cogitationum stercora purgare, & cupiditates abluere, abstergereque maculas ex crapula & ebrietate contractas. Exod. 29. *a. Leuit.* 1. *b.* 4. *c.* 7. *d.* 8. *d.* 9. *c.*

Intingere.

Intingere, est immergere, & madefacere.

Intingere digitum in sanguine, *n* est Spiritum sanctum dari fidelibus virtute passionis Christi. *Leu.* 4. *b.*

Intingere passerem viuum in sanguine passeris mortui, est mundari à peccato per passionem Christi. *Leui.* 14. *a.* Et intinctus est pes Christi in sanguine, *o* quando passus est: vel quando cuiusque caro per Christi passionem mundatur, *Psal.* 67.

Intingere dicitur Deus aliquem sordibus, *p* quando sordidum esse ostendit. *Iob.* 9. *d.*

Intingens Ionathas summitatem virgæ in melle, designat *q* prædicatorem nonnihil gloriæ recipientem ex prædicatione & correctione. 1. *Reg.* 14. *d.*

Intinctus panis, quem porrexit Christus Iudæ. *Ioan.* 13. *c. Matth.* 26. *b. Marc.* 14. *c.*

Intollerabilis, vide Patientia.
Intrare, Introire, vide Ingredi.
Introducere, vide Inducere.
Intus, Interior, Intimus, Intra, Intrinsecus.

Intvs locum interiorem significat, & intrinsecus partem rei interiorem.

Intra velum existens arca, designat Christum conscium esse diuinorum secretorum, & etiam super cælos cælorum ascendisse. *Exod.* 26. *g. Leu.* 16. *a.*

Interiora velaminis, *r* principale cordis designare possunt. *Num.* 18. *a.* Et intrinsecus cauum altare, est cor Deum amplectens. *Exod.* 29. *b.* 38. *a.* Et intrinsecus existens pinguedo, designat virtutes & dona Spiritus sancti in corde. *Leui.* 3. *a.* Quæ autem intrinsecus sunt, sunt offerenda Deo, hoc est, cor & quæ sunt in corde. *Leui.* 4. *b.* interior etiam homo dicitur anima secundum Deum viuens. *Ephes.* 3. *d.* interiora etiam tabernaculi designant ipsam veritatem, quæ non ab omnibus cernitur.

Ab intus est gloria filiæ Regis, hoc est, *s* Ecclesiæ in penetralibus sacramentorum, vel in conscientia. *Psal.* 44. *Can.* 4. *e.* 8. *a.* Quod autem intrinsecus latet, est interior gloria futura, quæ nunc non cognoscitur.

Intra calicem dicitur esse *t* interior homo, & sententiæ, quæ sunt in sermone, & sensus spirituales. Et intra sepulchra sunt, quæ sunt in anima. *Matth.* 23. *c.*

Intus scriptus liber, designat *u* mysteria in sacra Scriptura latentia. *Exech.* 2. *d.* Et interior porta templi, est expedita cognitio mysteriorum. *Ezec.* 40. *c.* 41. *a.*

Intrinsecus & extrinsecus bituminata arca diluuij, designat *x* munitionem virtutis interioris & exterioris. *Gene.* 6. *b.* Intus quoque deaurare arcam fœderis, est virtutes interiores infundere. *Exod.* 25. *b.* vel designatur virtus animæ Christi.

Interiora deserti, asperitatem *y* pœnitentiæ designare possunt: & etiam pleniorem fidei cognitionem: item secretiora mysteria: ac etiam mentis collectionem. *Exod.* 3. *a.*

Interiora austri, sunt *z* occulti Angelorum ordines, secretissimi patriæ cælestis sinus, quos implet calor Spiritus sancti. *Iob.* 9. *b.* Ibi per diem quasi in meridiano tempore ardentius Solis ignis accenditur, quia conditoris claritas mortalitatis nostræ iam pressa caligine, manifestius, videtur & velut sphæræ radius ad spacia altiora se eleuat, quia de semetipsa nos veritas subtilius illustrat.

Interiora Iob efferbuisse dicuntur. *Iob.* 30. *d.* quando *aa* in Ecclesia illi, quos per amorem fidei velut viscera ante gestauerat, postmodum in persecutionem aduersus ipsam atrocius insurgunt. Qui secreta prius illius cognoscentes, quanto sciunt vbi magis doleat, tanto deterius ab eius afflictione minimè quiescunt.

Interiora vnde egreditur tempestas, quæ dicuntur interiora Austri. *Iob.* 37. *b.* sunt *bb* Iudæi, qui vnum atque inuisibilem Deum nouerant, eiusdemque legi saltem carnaliter seruiebant, quasi sub meridiano Sole feruentes, in fide calore tenebantur. Ab his interioribus egreditur tempestas, hoc est, malitia persequens.

Christus.
Cor.
Anima.
Veritas.
Gloria Ecclesia in penetralib. sacramentorum.
Sententia in sermone.
Mysteria latentia.
Virtus muniens intus & extra.
Infūdere virtutes interiores.
Asperitas pœnitentia.
Angeli.
Gloria cælestis.
Qui maximè fideles apparebant.
Iudæi.

a *Hie. s. Ie. 6. & s. Isa.* 45. 65. *Gre.* 35. *mo.* 2.
b *Gre.* 8. *mo.* 26. & 15. *m.* 27.
c *Hie. ep. bea.*
d *Ori. s. Mat. hom.* 22.
e *Gr.* 11. *m.* 2.
f *Hie. s. Ho.* 4.
g *Au. s. ps.* 34.
h *Ar. & Hil. s. ps.* 136. *Hie. & Au. s. psa.* 136.
i *Arist.* 2. *de hist. animal.* 17. & 3. *de partibus animal.* 14.
k *Gr. ho.* 22. *Bed. s. Ex.* 12.
l *Isy. s. Leu.* 1. *Ru.* 1. *s. Le.* 5.
m *Ori. s. Leu. hom.* 1. *Phil. de vict. Gre.* 9. *mo.* 40.
n *Glo. in sup. Leui.* 4.
o *Ar. s. ps.* 67. *Am. s. Lu.* 7.
p *Gr.* 9. *m.* 28.
q *Gr s.* 1. *Re.* 14.
r *Ori. s. Nu. hom.* 10. *Gre. Nysse. de vita Mosis.*
s *Am. de instit. vir.* 1. *Hie. ad Prin. Gre.* 6. *mo.* 9.
t *Ori. s. Mat. hom.* 25.
u *Hie. s. Ez.* 2 40. & *super Amos.* 5.
x *Ori. s. Gen. hom.* 2. *Glos. in s. Exod.* 25.
y *Ambr.* 5. *de Cain.* 6. *Ber. s. Exo.* 3.
z *Gr.* 9. *m.* 9.
aa *Gre.* 20. *mo.* 28.
bb *Gre.* 27. *mo.* 20.

Digitized by Google

a *Hie.ſ. Io.1.*
b *Be.ſ.Pro.7.*
c *Ru.3.ſ.Apo.*

Interiora nauis, vbi dormiebat Ionas, *a* profundum malorum ſignificare poſſunt. *Ion.1.b.*
Interiora mortis, *b* ſunt acerrima gehennæ tormenta, in quæ introducuntur hæretici. *Prou.7.d.*
Intus pertinet *c* ad vitam contemplatiuam, quæ non extra vagatur, vt animalia intus erant plena oculis. *Apocal.4.c.*

Profundum malorum.
Pœna inferni.
Vita contemplatiua.

Intueri, vide Aſpicere.
Inuadere, Aggredi.

d *Gr.ſ.1.Re.11.*
e *Glo.int.ſup. Gen.15.*
f *Gr.14.m.7.*
g *Gr.14.moral.12.*
h *Hie.ſ. Ho.13.*

Invadere, eſt repentè & cum impetu aliquem aggredi, vel inceſſere & corripere.
Inuadere dicitur terror, vel timor Domini omnes per circuitum, *d* cùm tepidi in amore proximi per zelum prædicatoris accenduntur. *Gen.35.a.1.Reg.11.b.*
Inuadens horror magnus Abraham. *Gen.15.c.* deſignat *e* terrorem futurum tempore iudicij. Et turbationem tempore Antichriſti.
Inuadit inedia coſtas iniqui, *f* quando omni ſpirituali refectione ſubtracta, ſenſus mentis deficiunt & cogitationes ſuas regere vel tueri non poſſunt. *Iob.18.c.*
Inuadet horror primos tempore Antichriſti. *Iob.18.d.* quando *g* tot eius miraculis apparentibus, videntes electi, etiam penè in errorem inducentur.
Inuadens horror Iſraël. *Hoſe.13.a.* ſectationem idololatriæ *h* & hæreticorum ſignificat. Sic inuadit prædam Gog, cùm hæreticus peruertit ſimplices. *Exod.38.d.* Et inuadit bos ſeruum vel ancillam, cùm quis ſimplices ſcandalizat. *Exod.21.d.*
Inuadentes Chaldæi camelos Iob, ſignificant *i* Iudæos, qui conati ſunt Samaritanos credentes à fide abducere. *Iob.1.d.*

Deficiēs animus defectu ſpiritualium.
Turbatio tēpore Antichriſti.
Sectatio errorum. Scandalum.
Iudæi abducētes à fide Samaritanos.

i *Gr.2.m.27.*

Inualeſcere, vide Fortis.
Inualidus, vide Infirmus.
Inuenire, Adinuenire, Reperire.

Invenire, eſt quaſi in aliquid venire, hoc eſt, reperire, aut adipiſci. Et ſecundum aliquos, inuenire eſt rem quæſitam offendere. Reperire verò caſu. Inuenire item, acquirere. *Gen.6.b.* Noc verò inuenit gratiam. Cognoſcere. *Exod.21.b.* Si inuenitur fur, duplum reddet. Approbare. *Pſalm.88.* Inueni Dauid ſeruum meum. Conſequi. *Leui.14.b.* Non poteſt manus eius inuenire. Conſeruari. *Matth.10.d.* Qui inuenit animam ſuam. Diſcere. *Deut.13.c.* Si inueneris certum eſſe quod dicitur. Experiri. 2. *Reg.29.c.* Non inueni in te quicquam mali. Incurrere. *Eccleſiaſtici.12.b.* Duplicia mala inueniet in omnibus. Occurrere. *Leui.7.b.* Quicquid tertius dies inuenerit. Metere. *Gen.26.c.* Inuenit in ipſo anno centuplum. Perſequi. *Deuter.31.c.* Inuenient eum omnia mala.
Inuenire dicitur Deus iniquitatem alicuius, *k* quando eam punit. *Gen.44.d.* Et inuenitur peccator, quum eius proditur iniquitas. 3. *Regum.21.f.* Inuenitur etiam manus Dei ab inimicis, cùm per eius caſtigationem conuertuntur: & inuenit eos dextera Dei puniendo clementer, vt conuertantur. *Pſalm.26.*
Adinuentiones Dei dicuntur *l* conſilia Dei ad ſalutem humanam procurandam. *Iſa.12.b.*
Inueniens Ioſeph fratres ſuos in Dothaim, eſt *m* Chriſtus in mundo inueniens homines in defectione. *Gen.37.d.* Inuenit etiam angelus, hoc eſt, Chriſtus, in quo propitietur homini, quia infirmitatem ſuſcipiens, dum pœnam noſtram moriendo tolerauit, corruptionem noſtram reſurgendo mutauit. *Iob.33.d.* Inuenit Chriſtus Philippum, *n* ſicut paſtor ouem perditam. *Ioan.1.f.*
Inueniri poteſt Dominus in hac vita *o* dum eſt locus pœnitentiæ. *Iſa.55.b.* Non eſt autem inuentus inter cognatos, ſed in templo; non inter ſeculares: ſed inter Sanctos, oſtendens vbi ſit quærendus: & vbi debet quiſque conari, vt inueniatur. Inuenitur verò Chriſtus in templo, hoc eſt, in Eccleſia. Non autem inuenitur ſapientia in terra ſuauiter viuentium. *Iob.11.b.28.b.37.d.* Potrò inuemus eſt Chriſtus poſt triduum in templo, præſignans *p* poſt triduum paſſionis ſe reſuſcitatum oſtenſurum fuiſſe. *Leu.2.f.* Inuenire quoque precioſam margaritam, eſt inuenire Chriſtum, quem qui quærit, inuenit. *Matth.7.a.13.f.* Inueniens Iacob angelum in Bethel, eſt inueniens Chriſtum in Eccleſia. *Hoſ.12.b.* Inuenerunt autem Chriſtum non quærentes, hoc eſt, Gentiles ad fidem venientes. *Iſa.65.a.* Inuenitur locus Domino in campis ſyluæ, *q* hoc eſt, in gentilibus: qui conuerſi ſunt, & facta eſt Eccleſia. *Pſal.131. Ezech.36.g.*
Inueniens Dauid locum Domino, eſt Chriſtus mundans animas. *Pſalm.131.* Inueniens etiam paſſer ſibi domum, & turtur nidum, *r* eſt Chriſtus in bonis, aut in Eccleſia requieſcens. *Pſalm.83.* Inuenit etiam ſibi domum paſſer quum humanitas Chriſti introducitur in æternam quietem: & cùm anima inuenit cæleſtem patriam, in qua ſperat quieſcere.
Inueniens Ionas nauem euntem in Tharſis. *Iona.1.a.* deſignat *ſ* Chriſtum aggredientem prædicationem apud Iudæos.
Inuenire foris ſponſum, eſt extra terrena ipſum inuenire. Sic inuenit eum pertranſiens cuſtodes. *Can.3.b.9.a. Iob.23.a.* Inuenitur etiam foris ſponſus, quando incarnatus eſt. Inueniens quoque vir errantem Ioſeph in agro. *Geneſi.37.c.* eſt *t* ſermo propheticus prænuncians Chriſtum erraturum in mundo. Inuenitur etiam foris in gentibus: *u* & ſecundùm quòd extra portam paſſus eſt.
Non inueniens Chriſtus tantam fidem in Iſraël, quantum in Centurione. *Mat.8.b.* deſignauit fidem Gentium *x* præferendam fidei Iudæorum: dicitur etiam Chriſtus non inuenire conſolantem, quando non inuenit credentem. *Pſalm.68.*
Inueniens angelus Agar iuxta fontem aquæ in ſolitudine. *Gen.16.b.* deſignare poteſt Chriſtum vocantem gentilitatem ad baptiſmum, cui propinqua erat: quia facilè ſuſcepit fidem baptiſmi.
Non inuenit locum latendi in terra clamor Chriſti, quum *y* paſſionem Chriſti, quam in corde credimus, lingua confitemur, & laudantes gratias agimus. *Iob.16.d.*
Inuenire gratiam in oculis alicuius, eſt illi placere, gratumque eſſe: ſiue ſit in oculis Dei, ſiue alterius. *Gen.18.a.49.a.49.g.50.a. Exod.33.c.34.b.*
Inuenire Annam gratiam in oculis Eli, eſt *z* prædicationem fidei proficere, in Iudaico populo. 1. *Regum.1.c.* Et inueniens populus, qui remanſerat, gratiam in deſerto, ſunt *aa* credentes ex Iudæis recepti in Eccleſia. *Ierem.31.a.*
Inueniens citò Iacob venationem. *Gen.27.c.* deſignat *bb* eum, qui accipit doctrinam à Deo ſine præceptore: vel eum, qui ingenio adiungit diligentiam: vel deſignat celeritatem fidei Gentilium. Et inuenire theſaurum, eſt inuenire ſapientiam in ſcripturis, tanquam in agro, vel in Chriſto. Aut inuenire diuinitatem Chriſti. *Matth.13.f.* Et inuenire ſpolia multa. *Pſalm.118.* eſt inuenire myſteria legis: quæ inuenerunt Gentiles ad fidem venientes. Et inuenire mel, eſt percipere ſenſum ſpiritualem legis. *Prouerb.25.b.* Et inueniens Iſaac centuplum, deſignat Martyres factos per profectum verbi Dei. *Geneſ.26.c.* Et inueniuntur ſermones Dei ab iis, qui eis obtemperant. *Iere.15.d.* Et non inuenire aquam, eſt non adipiſci ſcientiam diuinam. *Exo.15.d. Ierem.54.a.* Inuenire verò aquam viuam, eſt diuinam ſcientiam adipiſci. *Gen.26.e.* Idem poteſt deſignare inueniens Anan equas calidas in ſolitudine. *Gen.36.c.*
Inuenire paſcua per Chriſtum, eſt intus contemplationem habere, & foris bona opera. *Ioan.10.b.* Non inuenientes autem paſcua arietes, ſunt prælati indocti, aut mali. *Thren.1.b.* inueniunt ſepulchrum effodientes theſaurum, *cc* cùm perueniunt ad diuinam contemplationem in qua abſconditur anima à clamore per ſtrepentium perturbationum, & tumultu curarum vel perquirentes ſapientiam tanquam theſaurum, quum ſacræ Scripturæ paginas euoluunt, & exempla præcedentium patrum perſcrutantur, ſepulchrum inueniunt, cùm per eorum exempla in contemplationis virtute ſubleuantur. *Iob.13.d.* Sic inuenit turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos. *Pſalm.83.*
Reperit ſponſa coram ſponſo, quaſi pacem, & non pacem in hac vita: *dd* quia dum in hoc mundo ſumus

Puniēs Deus
Conſilia Dei.
Inueniens Chriſtus.
Homines in defectu.
Inuenitur Chriſtus per pœnitentiam.
Inuenitur Chriſtus in Eccleſia.
Chriſtus mūdans ſibi animas.
Induci in gloriam.
Prædicatio Chriſtiin Iudæa.
Extra terrena inuenitur Chriſtus.
Fides gentiū prælata fidei Iudæorum.
Chriſtus vocans gentilitatem ad baptiſmum.
Confeſſiopaſſionis Chriſti.
Placere.
Proficiens prædicatio in Iudaico populo.
Percipiens doctrinam ſine præceptore.
Celeritas fidei gentiliū.
Inuenire diuinitatē Chriſti
Percipere myſteria.
Obtemperare verbo Dei.
Contemplatio & bona opera.
Pax imperfecta in hac vita.

k *Am.de Nahum.12. Hie.ſ.Pſa.20.*
l *Lyr.ſ.Iſ.12.*
m *Am.de Ioſeph.3.*
n *Rup.2.ſ.Io.*
o *Hie.ſ.Iſ.55 65.& ſ. Ho. 12. & ad Letam.*
p *Orig.ſ.Luc. ho.18.& ſu. Matt.cap.13. Am.ſ.Luc.2.*
q *Hil.& Au. ſ.pſ.131.*
r *Ar.& Au. ſ.pſ. 83. Gre. 19.mo.24.*
ſ *Ru.ſ.Ion.1.*
t *Be.ſ.Ge.37.*
u *Ru.ſ.Ca.7.*
x *Ly.ſ.Ma.8.*
y *Gr.13.mo. 32.*
z *Gr.ſ.1.Re. 1.*
aa *Hie.ſ. Ier. 31.*
bb *Am.de ſu. ſec.8.& ſ.pſ. 118.ſe.1. Phil.de ſacri. Abel & Cain & de temulē. Hie. ad Damaſ.q.3.& ſ. Ier.14.Ori.ſ. Matt.ca. 13. & ſ.Iſa.ho.2. & ſ.Ge.h.12 Hil.ſ.Matth. Can.1. Bed.ſ.Ge.27. & ſ.Pro. 25.*
cc *Gr.ſ.1.Re. 13.& 6.mo. 3.*
dd *Gr.ſ.Can. 8.*

Digitized by Google

Resurrectio. Christi.
Offerre se tribulationibus.
Repentina tribulatio.
Cõplecti pœnitentiam.
Cõuersio peccatorum.
Affectus ad cœlestia.
Corruptio nõ est in fœlicitate.
Resipiscentes castigati.
Sacerdos Iudex mundationis.
Raro apparẽtes cõtemplatiui.
Propositum boni operis.
Fortes sunt cum prælato.
Soli perfecti intelligũt præsentia & futura mala.
Omnibus prædicantes.
Cessatio ad uersariorum Ecclesiæ.
Vix iustus inter malos.
Non habere exempla.
Vita prædicatoris fama cõformis.
Multiplicatio fidelium.
Percipere fructum prædicationis.
Odisse cognitam iniquitatem.
Non separari fideles.
Sancti non quiescunt in hoc mundo.
Non inueniẽs diabolus in Christo quicquam uanũ, nec in uiro bono.
Esse peccatum uel hæresim in conscientia.
Deprehendere hæresim.
Inducentes hæretici in errorem.
Iactari inter diuersos errores.
Consilia contra præcepta Dei.
Peccare.
Doctrina Christi in Paulo.
Non attingentes uiam ueritatis.
Extra Eccles. existentes.
Diabolus deprehensus.

à peccatis omnimodis non desistimus: Et quandiu cum peccato uiuimus, pacem perfectam cum illo, qui sine peccato in carne uixit non habemus. *Cant.* 8. *d.*

Non inueniunt Iesum in sepulchro, *a* qui monstrant eum resurrexisse: & ibi mortis eius causam cognoscunt, uitam esse redditam per illius mortem inueniunt. *Marc.* 16. *b.*

Inuenire tribulationem & dolorem, *b* est offerre se tribulationibus agendo pœnitentiam. *Psal.* 114. Inuenit etiam tribulationem & dolorem, qui omnia habens prospera, tamen dolet inter ea, ne pereat. Inuenitur autem à tribulatione, cui repentè accidit tribulatio inter læta. Inueniunt autem tribulationes ipsos bonos: quia ambulant arctam uitam. *Psal.* 45. 118.

Non inueniens pastor Iudæ meretricem in biuio. *Gen.* 38. *e.* designat *c* non inueniri peccatricem, quæ amplexa est pœnitentiam, & confessionem. Vel designatur in loco uirtutis non esse meretricem.

Inuenire asinas, est *d* peccatores in luce sanctitatis conuersos, uel qui conuerti sperantur, aspicere. Non inuenire autem est, quando in peccatorum tenebris reproba corda se obruunt. Et non inueniens eas Saul, est prædicator incipiens, qui nondum cognoscit fructum ex sua prædicatione. 1. *Regu.* 9. *c.* 10. *c.* Adinuentiones quoque in bonum, sunt, quum quis conuertitur à peccatis. *Ezech.* 14. *g.*

Inuenitur in manu pueri argentum, cùm per *e* humilitatis meritum sancti uiri cælestia, quæ loquuntur in magno affectu charitatis accipiunt. 1. *Reg.* 9. *b.*

Non inueniri uermem in manna sabbato, designare potest in requie fœlicitatis non esse locum corruptioni. Et non inuenire sabbato manna in agro, designat post hanc uitam non esse locum ad meritoriè operandum. *Exo.* 16. *f.* Inuenitur etiam gaudium & lætitia in Sion, hoc est, in Ecclesia, & præcipuè triumphante. *Isa.* 51. *a.*

Inueniuntur proiecti. *Iere.* 10. *c.* quum *f* mali resipiscunt castigati à Deo, uel cùm etiam per castigationem non emendati, æternam uindictam euadere nequeunt. Reperiens Moses hircum pro peccato exustum, designat pœnitentiam recognitam inutilem. *Leui.* 10. *d.*

Inueniens sacerdos lepram esse mundatam, designat *g* sacerdotem esse iudicem mundationis ab errore, aut peccato. *Leu.* 51. *a.*

Inuenientes tres uiri Saulem. 1. *Reg.* 10. *a.* designant *h* contemplatiuos, qui in secretis latent, tunc inueniri, quum ipsi apparent, ut inueniantur. Non inuenitur autem Enoch, translatus: quia boni à tumultibus seculi se abscondunt. *Genes.* 5.

Inueniens manus Saulis, quod faciat, designat *i* propositum bonæ operationis. 1. *Reg.* 10. *b.*

Inuenti cum Saule sexcenti uiri, designant *k* perfectos & fortes semper esse cum prælato coniunctos in bona eius uoluntate, & pia actione. Inuentus autem populus in Gabaa, sunt perfecti inuenti in custodia uirginitatis. 1. *Reg.* 13. *d.*

Inuenta in manu Saulis, & Ionathæ lancea & ensis. 1. *Reg.* 13. *d.* designat *l* solos electos esse, qui & præsentia & futura mala intelligant, eaque uirili cordis intentione ardentius uincere concupiscant.

Inuenientes serui Regis bonos & malos ad nuptias implendas, sunt *m* omnibus prædicantes. *Mat.* 22. *a.* Et inuenientes uigiles sponsam, sunt doctores: qui dum lucrandis animabus & scriptis & dictis inuigilant, ubi sancti desiderij aliquantum sentiunt, augere in melius nunquam cessant: qui tamen non inuenirent, nisi Deus præueniret. *Can.* 3. *a.* 5. *b.*

Non inueniuntur aduersarij Ecclesiæ. *Isa.* 41. *c.* uel quia conuersi sunt ad fidem: uel quia in infernum detrusit. Sic non inuenit meretrix amatores suos. *Hose.* 2. *b.*

Inueniri granum in botro, *n* est uix iustum reperiri inter malos. *Isa.* 65. *b.*

Non inuenire uiam ciuitatis, est *o* non habere exempla ad imitandum. *Psal.* 106. Sic non inuenit semitas suas, qui nescit quid operetur. *Hose.* 2. *b.* Et non inueniunt uerbum Dei Iudæi. *Amos.* 8. *d.*

Reperiri dicitur hodie Samuel, cùm *p* in prædicatore inuenitur uita concordans cum fama. 1. *Regu.* 9. *c.*

Non inuenire locum credentibus, *q* est ipsos multiplicari in Ecclesia. *Zacha* 10. *d.* Inuenit tamen turtur nidum, ubi reponat pullos suos, hoc est, caro Ecclesiam, in qua bona opera seruentur. *Psalm.* 83.

Inuenire panem seminatum post multa tempora, est *r* prædicationis fructum percipere. *Eccles.* 11. *a.*

Inuenitur iniquitas ad odium, *s* quum quis cognitam iniquitatem odit. Inuenitur non ad odium, quum quis cognitam non odit sed defendit. *Psal.* 35.

Non inueniri montes & insulas, *t* est fideles non superari. *Apoc.* 16. *d.*

Non inueniens columba, ubi pes suus requiesceret, designat per nouum testamentum requiem Sanctis in hoc mundo non esse permissam. *Gen,* 8. *b.*

Non inueniens Laban idola apud Iacob, *Gen,* 31. *e.* designat *u* diabolum, qui ostensis mundi thesauris Christo, non inuenit in eo uestigia terrenæ concupiscentiæ: nec quicquam uanum in Christo, uel in bono uiro reperit. *Ioan.* 14. *d.* Nec inuenitur mala bestia in uia Christi, hoc est, *x* peccatum in ipso Christo. *Isa.* 35. *d. Psalm.* 9. Et non inuenitur iniquitas in lingua Iob, hoc est, Ecclesiæ. *Iob.* 6. *d.*

Inueniri fermentatum in domibus, est peccatum aut hæresim esse in conscientia. *Exod.* 12. *c.* Inueniri quoque rem perditam, est sensum extraneum dare scripturæ hæresim. *Leui.* 6. *a.* Et inuenire maculam lepræ est deprehendere. *Leui.* 13. *g.* 14. *e.* Et inuenire Dagon iacentem coram arca fœderis, est *y* deprehendere errorem idololatriæ. 1. *Reg.* 5. *a.* Et inueniri dicitur absolutè, qui in hæresi deprehenditur. Inuenisse autem se dicunt hæretici *z* eos, quos in hæresim induxerunt, cùm potius sint perditi. *Isa.* 13. *c.* 22. *a.* Non inueniri autem de fragmentis lagenæ testam ad portandum ignem, aut aquam, est nihil esse utile in dogmatis hæreticorum. *Isa.* 30. *c.* Inueniuntur quoque occisi non in fossis, sed sub quercu: quando *aa* non occultè, sed apertè sunt aliqui in errorem inducti: & cùm in locis amœnis colunt idola, & hæresibus uacant. *Ierem.* 2. *g.* Non inueniens requiem Iudas, est anima inter diuersos errores iactata. *Thren.* 1. *a.* Inuenta colligatio, uel coniuratio in filiis Iuda, est inueniri peccata in Christianis: uel cùm concordi animo omnes feruntur in uitia. Et inuenitur Hierusalem in semestruis, hoc est, anima in consuetis uitiis. *Ierem.* 2. *e.* 11. *b.* Inuenit etiam Deus mala Prophetarum & sacerdotum in domo sua. *Ierem.* 23. *c.* In angelis quoque reperit Deus prauitatem, hoc est *bb* in ministris Ecclesiæ. *Iob.* 4. *d.* Adinuentiones sunt *cc* hæreses & consilia & cogitationes contra præcepta Dei. *Isa.* 3. *b. Iob.* 20. *c. Exec.* 36. *d. Hos.* 7. *a.* 9. *d.* 12. *a. Mich.* 3. *b. Soph.* 3. *c.*

Inueniunt pericula inferni aliquem, *dd* dum peccat. *Psalm.* 114. quia inde obligatur ad pœnam inferni.

Inuenire scyphum Ioseph in sacco Beniamin, est *ee* inuenire doctrinam Christi in Paulo. *Gen.* 44. *b.*

Non ualentes Sodomitæ inuenire ostium domus, *ff* sunt non attingentes uiam ueritatis & uirtutis: uel designant eos, qui in iustis quærunt mala opera, quæ reprehendant, & non inueniunt. *Genes.* 19. *c.* de his dicitur. *Psalm.* 106. Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Inuenta foris, quæ pereunt, *gg* sunt qui extra Ecclesiam existunt. *Exod.* 9. *d.*

Inuentus fur suffodiens domum, *hh* est diabolus decipiens animam qui deprehenditur à cautis. *Exo.* 22. *a.*

Nihil inuenerunt uiri diuitiarum in manibus suis: *ii* quia post mortem uident se bonis operibus nudos: & quia pauperum manus uacuas reliquerunt. *Psal.* 45. *Iob.* 23. *c.* 31. *c.*

Non inueniens manus alicuius agnum, aut alia magna munera ad offerendum. *Leuitic.* 12. *b.* 14. *c.* designare potest eum, *kk* qui non potest exercere magna opera.

Non inueniri locum impij, est *ll* non stare errorem in litera legis. *Psa.* 36. *Iob.* 20. *b.*

Inuenisse se dicit Assur multitudinem populorum, *mm* designans diabolum, qui gloriatur, quasi sua uirtute uicerit fideles. *Isa.* 17. *d.*

Non inuenit requiem diabolus eiectus, *nn* quum non potuit quiescere in Gentibus ad fidem conuersis. Inuenit autem domum uacuam, quum inuenit Iudæos sine legis obseruatione. *Mat.* 12. *d. Luc.* 11. *c.* Inuenit autem requiem

Nudi bonis operibus. Non ualens magna operari. Non stat error in litera legis. Gloriatio diaboli de fictis fidelibus. Non ualens diabolus quiescere in gentibus conuersis.

a *Gre. s. 1. Re.* 16.
b *Bas. s. ps.* 4. 14. *Am. s. ps.* 118. *serm.* 18. *Au. s. ps.* 136.
c *Phi. de profugis. Bed. s. Gen.* 38.
d *Gre. s. 1. Re.* 10.
e *Gr. s. 1. Reg.* 9.
f *Am. epist.* 3.
g *Lyr. s. Leu.* 14.
h *Gr. s. 1. Re.* 10.
i *Gre. s. 1. Regum.* 10.
k *Gr. s. 1. Re.* 13.
l *Gr. s. 1. Reg.* 13.
m *Ori. s. Mat. hom.* 20. *Gre. s. Can.* 1. 5. *Ber. s. Can. se.* 77. 78.
n *Hi. s. Is.* 65.
o *Arn. s. ps.* 106. *Aug. s. ps.* 106.
p *Gre. s. 1. Re.* 9.
q *Hie. s. Zac.* 10. *Aug. s. ps.* 83.
r *Hie. s. Eccle. sa. ten.* 11.
s *Au. s. ps.* 35.
t *Au. s. Apoc. hom.* 13.
u *Bed. s. Gen.* 31. *Amb. de fug. sec.* 4.
x *Hie. s. Is.* 35. *Arn. s. ps.* 9.
y *Gre. s. 1. Re.* 7.
z *Hie. s. Is.* 13. 22. 30. *& su. Ier.* 2. 11.
aa *Ori. s. Iere. hom.* 11.
bb *Gr.* 15. *m.* 20.
cc *Hie. s. Ho.* 7.
dd *Bas. s. ps.* 114.
ee *Gl. or. sup. Gen.* 44. *Phi. de profu. Hie. s. Eccl.* 10.
ff *Gr.* 6. *mor.* 16.
gg *Glo. in su. Exod.* 9.
hh *Ori. s. Ma. hom.* 31.
ii *Gr.* 10. *m.* 10 *Aug. s. ps.* 75.
kk *Glo. or. su. Leu.* 14.
ll *Ori. s. psal.* 36. *ho.* 5.
mm *Hie. s. Is.* 10.
nn *Hil. s. Ma. Can.* 12. *Aug. s. Apoc. ho.* 9.

Digitized by Google

lamia in Iudæa, hoc est,diabolus in Hierusalem & Iudæis. *Isa.* 34. *d.* Non inuenitur verò locus amplius diabolo & angelis eius in cælo,quum expulsi à cordibus credentium,non amplius admittuntur. *Apocal.* 12.*b.*

a *Hie.ſ.Iſ.*57.

Inuenisse dicitur vitam manus suæ,*a* qui factus est diues:vnde fit,vt obliuiscatur Dei. *Isa.*47.*c.*

Fieri diuites.

b *Hi.ſ.Iſ.*58.

Inuenitur voluntas propria in die ieiunij,cùm *b* quis in eo,desideria carnis exequitur. *Isa.*58.*a.*

Exequens desideria carnis.

c *Gr.*13.*m.*9.

Non inueniens Iob inter amicos suos vllum sapientem, designat *c* inter hæreticos & superbos non inueniri eam sapientiam,quæ reuelatur paruulis Ecclesiæ. *Iob.* 17.*c.*

Non inuenire sapientiã inter hæreticos.

Reperiens radices iuniperorum in conuallibus. *Iob.*30.*a,* sunt *d* hæretici,qui superbo spiritu de humilibus dictis sanctorum patrum colligunt,quæ ad suos errores firmando facere videantur.

Abstẽtes hæretici dictis sanctorum.

d *Gre.*20.*mo.* 10.

Inueniunt dæmones animam in menstruis. *Iere.*2.*e.*quando in *e* pollutis cogitationibus positum, facilè ad peruersam operationem trahunt.

Anima cogitatione polluta.

e *Gr.ſ. Exec. hom.*20.

Reperientes Ægyptij filios Israël in castris. *Exod.* 14. *b.* designant *f* dæmones aggredientes fideles paratos ad tentationes.

Aggredientes dæmones fideles paratos.

f *Gl.in.ſ. Ex.* 14.

Inuenire paleas ad conficiendos lateres. *Exod.* 5. *b.* est *g* inueniri inanem gloriam ad operandum terrena incitantem.

Inuenire inanem gloriam.

g *Ly.ſ.Exo.*5.

Reperire noua, & adinuenire fabrè scientes Beseleel, & Ooliab, designant *h* prædicatores scientes proferre de thesauro suo noua & vetera. *Exod.* 35.*d,*

Prædicatores eruditi.

h *Glo.or.ſup. Exod.*35.

Reperire plus,aut minus de manna,*Exod.*16.*d.*est *i* accipere doctrinam iuxta cuiusque capacitatem.

Doctrina iuxta capacitatẽ.

i *Glo. in.ſup. Exod.*16.

Inueniens ignis spicas. *Exod.*22.*a.*est *k* scandalizans simplices indiscreto zelo correptionis.

Indiscreta correptio.

k *Lyr.ſ.Exo.* 22.

Inuestigare,vide Quærere.

Inueterascere ,quare Antiquus.

Inuidere,Inuidia, Liuor,Liuidus.

Invidere, est ex alicuius rebus secundis dolore affici,vel in aduersis gaudere. Inuidia verò, est dolor ipse ex aliena prosperitate. Liuor autem,est color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum appellant: qualis est cum in parte corporis humani, ictu illato, exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt.Sumitur sæpe pro inuidia:quia talis solet esse inuidentium color.

Inuidia Iudæorũ Christum & infidelium aduersus fideles.

Inuidia fratrum Ioseph erga ipsum Ioseph, typus *l* fuit inuidiæ Iudæorum in Christum: & etiam dæmonum aduersus perfectos. *Gen.*37.*b,*49.*c,* Et inuidentes Palestini Isaac,designare possunt inuidiam & odium infidelium aduersus fideles. *Gen.*26.*c.* Idem designat inuidia Ægyptiorum in filios Israël. *Exod.*1.*c.*

Haretici.

l *Be.ſ.Ge.*49.

Inuidus homo, cum quo non est comedendum, *m* est hæreticus, cum quo non est tractanda sacra Scriptura. *Prouerb.*23.*b.*

Dolor de proprio defectu.

m *Bed.ſ.Pro.* 23.

Inuidens Rachel sorori suæ,propter liberos. *Gen.*30.*a.*est *n* largo modo,non dolens de bono sororis,sed de proprio defectu.

Passio Christi

n *Ly.ſ.Ge.*30.

Inuidia occidit paruulum, *Iob.*5.*a.*quia *o* qui liuore occiditur,ipse sibi testimonium perhibet, quòd illo minor sit cuius inuidia torquetur.

o *Gr.*5.*m.*23.

Liuor aliquando sumitur *p* pro pœna: vt quando dixit Lamech. *Genes.* 4. *d.* Occidi puerum in liuorem meum. Et liuor pro liuore. *Exod.*21.*c.* Et liuor vulneris,est disciplina corporeæ percussionis, qua mens sanatur, *Prouerb.* 20.*d.*

p *Gr.* 23.*mo.* 21.*Be.ſ. Pro.* 20.

Liuor Christi,quo sanati sumus,totam eius passionem exprimit. *Isaiæ* 53.*b.*

Inuitare, Reinuitare.

Inuitare, est ad cœnam, aut epulas aliquem aduocare: quod etiam ad alia extendi potest: vt inuitare ad ludum.

Conuocati fideles ad verbum Dei.

Inuitati à Samuele ad conuiuium,sunt *q* fideles conuocati ad audiendum verbum Dei. 1. *Reg.*9.*d.*

Vocati ad lætitiam Ecclesiæ.

Inuitati ad nuptias,*r* sunt vocati ad lætitiam restitutionis Ecclesiæ. Vocati autem,qui venire neglexerunt,fuerunt Israëlitæ:in quorum locum successerunt Gentiles. *Matth.*22.*a.*

Iudæi.

q *Gr.ſ.*1.*Re.*9

r *Ori.ſ. Mat. hom.* 20. *Hil. ſ. Matt. Can.* 22.

Inuitus,vide Cogere,

Inuius.

Invivs, est locus sine via:& ad quem vel non patet accessus, & transitus:vel certè est difficilis.

Anima.

Inuia terra,in bonum quidem,*s* dicitur anima in gratia existens:quæ non est dæmonibus peruia,*Psal.*62.

Gentilitas.

Inuia terra erat *t* gentilitas,per quam Dominus non ingrediebatur. *Psal.*38.*c.Isai.*35.*a.Exech.*14.*e.* Et etiam Iudæa in infidelitate obdurata:quæ verbis vitæ ad cor viam præbere noluit. *Iob.* 28. *a.* Inuium etiam significare potest idololatriam,quæ accessum ad verum Deum prohibebat. Item varios errores hæreticorum. *Psal.*106. Significat etiam hunc mundum,in quo non erat via salutis. *Psal.*62. *Isai.* 43.*c.*

Iudæa.

Idololatria.

Hæreses.

Mundus.

s *Hie.ſ.Iſ.*35. 43. *Aug.ſ.Pſ.* 106.*Gre.*18. *mo.*11.*&* 29 *mo.*17.

Per inuium incedebant principes frustra, quando *u* nomen Christi extinguere moliebantur. Decepti enim sua malitia,incedere per inuium frustra conabantur:quia crudelitati eorum patere via non poterat contra Authorem omnium. *Iob.* 12.*d.*

Molientes extinguere nomen Christi.

t *Ar.ſ.Pſ.*106

u *Gr.*11.*mo.* 13.

Inultus,vide Vlcisci.

Inundare.

Inundare,est extra alueum fluuij,aquam diffluere,vel effundi:& inundatio, est idem quod diluuium:Ponuntur autem pro alicuius rei abundantia.

Abundans iustitia euangelica.

Inundat abbreuiatio iniustitiam, *x* cùm abundat iustitia euangelica per Christum: aut per breue præceptum charitatis. *Isai.*10.*f.*

x *Hie.ſ.Iſ.*10.

Diuites ex Gentibus.

Inundatio camelorum,est *y* multitudo diuitum & nobilium ex gentibus,ad fidem venientium. *Is.*60.*a.*

y *Hie.ſ.Iſ.*60

Vis punitionis.

Inundantes aquæ designant *z* vim tribulationis & castigationis Dei: & etiam flagellum inundans. *Isai.* 28. *a. d.*30.*f.* Et inundatio superuenit impiis,quum dolorum fluctus:ex aliqua aduersitate patiuntur. *Iob.*21.*b.*22.*b. Thr.* 3.*f. Ezech.*13.*b.*

z *Hie.ſ.Iſ.*28. *& ſ.Exe.*13. *Gr.*15.*m.*21,

Multitudo lachrymarum.

Inundantes aquæ significant etiam *aa* multitudinem lacrymarum in agentibus pœnitentiam. *Iob.*3.*d.*

aa *Gre.*5.*mo.* 4.

Persequentes Christum.

Inundauerunt etiam aquæ super caput Christi, *bb* quum Iudæi insurrexerunt aduersus Christum, eius diuinitatem negantes,& humanitatem persequentes. *Thr.* 3.*f.*

bb *Lyr.ſ.Thr.* 3.

Tentationes.

Inundatio equorum Nabuchodonosor, *cc* significat multitudinem tentationum diaboli & etiam peccatorum abundantiam. *Ezech.*26.*b. Hoſ.*4.*a.*

cc *Hie.ſ.Eze.* 26.

Inuocare.

Invocare, est in auxilium vocare,& subsidium petere,idque propriè in rebus afflictis, Item adorare. *Gen.*21. *d.* Et inuocauit ibi nomen. Appellare. *Deus.* 4. *d.* Testes inuoco cœlum & terram. Colere. *Iudi.* 10. *c.* Inuocare Deos, quos elegistis. Orare. *Psalm.* 4. Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus. Prædicare. *Psalm.* 115. Nomen Domini inuocabo.

Credere.

Inuocauit Christus patrem,*dd* præcipuè in passione,& tribulatione. *Psal.*4. Et inuocat abyssus abyssum. *Psal.*41. hoc est,Filius Patrem,& etiam pater dicitur inuocasse Filium,cùm testificatus est dicens: Hîc est filius meus. Et inuocauit Christus nomen Patris de lacu nouissimo. *Thren.*3.*f.*cùm in virtute diuinitatis descendit ad inferos, & destructis claustris tartari,suos quos ibi reperit,eruens,victor ad superos ascendit.

Iudai negantes Christum.

dd *Ar.ſ.pſ.*43

Gentiles credentes.

Inuocare nomen Domini,*ee* est credentium: in quibus etiam inuocatur nomen Domini: secundùm quod dicuntur Christiani. *Ge.*4.*d.*12.*c.*13.*a.*21.*d. Pſa.*115.137. *Iſa.*43.*b.* Et inuocare iustitiam, est ipsum Christum inuocare,qui est iustitia Dei. *Isai.* 59. *a.* Inuocat Deum in diebus suis, qui toto tempore vitæ præsentis eius petit auxilium. *Psal.*114. Et inuocat Deum in veritate,qui vera fide inuocat, & ipsum pœnitet peccatorum: & qui petit ab eo spiritualia bona. *Isai.* 55. Inuocant nobiles regem, hoc est, Apostoli Christum. *Isai.* 34. *c.* Et inuocantes pulli coruorum Deum, sunt credentes ex gentibus. Conqueritur Deus, quod tempore tribulationis non esset, qui inuocaret Deum. *Isaia.* 64. *c.* Hypocrita non inuocat Deum omni tempore, quia cùm in hoc seculo effectum quæsitæ fœlicitatis inuenerit, authorem, qui hanc ipsam fœlicitatem tribuit, non requirit. *Iob.* 27. *b. Sopho.*3.*b.*

Idololatria Iudæorum.

Sacrificia non accepta Deo.

Rationes donorum Spiritus sancti in nomine Iesu

ee *Hie.ſ.Iſa.* 34.43.59. *Baſ.ſ.pſ.*114. *Ar.ſ.pſ.*146. *Au.ſ.pſ.*114. *Gr.*18.*mo.* 6.

Inuocantes nomen Domini erant *a* Iudæi,dicentes:Domine,Domine:cùm tamen Christum negauerint. Non inuocantes autem erant Gentiles:à quibus tamen venientibus ad fidem,Christus inuentus est. *Isai.65.a.*

a *Hi.s.If.65.*

Inuocarunt autem Iudæi Ægyptum,*b* quando coluerunt Deos Ægypti. *Hose.7.b.*

b *Ru.s.Hos.7.*

Dicitur non inuocasse Iacob Deum:*c* quia Iudæorum sacrificia non erant accepta Deo. *Isa.43.c.*

c *Hie.s.If.43.*

Inuocari nomen vnius viri septem super mulieres,*d* est in nomine Iesu inuenire omnes rationes,& appellationes donorum Spiritus sancti. *Isai.4.a.*

d *Or.s.If.h.3.*

Inuocari nomina Patriarcharum super aliquos. *Gen.48.c.* est *e* posteros susciperefidem & exempla Patriarcharum.

e *Au.s.ps.41.*

Inuocare ponitur pro aduocare,cùm dicitur. *Psal.48.c.* Abyssus Abyssum inuocat.

Inuoluere,Implicare,Inuolucrum,Obuoluere.

Deus.

INVOLVERE,est in aliquo,seu super aliquid voluere,seu voluendo imponere aut iniicere.

Persecutio in Christum.

Inuoluens ignis dicitur Deus qui lucet bonis,& minatur malis. *Eze.1.a.* designat *f* etiam persecutionem Iudæorum in Christum,& eius membra.

f *Hie.s.Ez.1 Gr.s.Ez.h.2*

Pura mente suscipere Christum

Inuoluit corpus Iesu in sindone munda, *g* qui pura mente ipsum susceperit, *Matth.27.g.*

g *Hi.s.Matt 27.*

Sacra scriptura.

Inuolutus liber,dicitur *h* sacra scriptura,& mysteria in ipsa scriptura contenta:quæ nemo sufficit omnia intelligere:ideo semper manet ex parte inuolutus. *Ezech.2.d. Apoc.6.d.* inuoluta quoque arca testimonij, designat latentia mysteria. Itidem inuoluta mensa. *Num.4.a.*

h *Hi.s.Ez.8. Gre.s.Ez.h.6.*

Immensitas diuinitatis Christi.

Inuolutum sudarium Christi, designat diuinitatem *i* eius,nec initium habere, nec terminum:vt rei quæ inuoluta est,nec initium neque finis cernitur. *Ioan.20.b.*

i *Rup.14.s. Ioan.Gr.Nyss. de resur.2.*

Pœnitentia.

Inuoluitur dies amaritudine,*k* quum quis quæ mala incorrectis imminent, ex omne parte conspicit: & voluptatis suæ lasciuiam tristitiæ lamentis tergit. *Iob.3.b.*

k *Gr.4.m.21*

Cognoscens propriam imbecillitatem.

Inuolui pannis,*l* imbecillitatem & infantiã indicat,& his pannis inuolui dicitur, qui propriam imbecillitatẽ cognoscit. *Eze.16.a. Lu.2.b.* Inuolui etiam pannis,est diuinam habere protectionem. Et inuoluit Deus mare caligine quasi pannis infantiæ, quum dat populis lacteam doctrinam velut viliorem, eo quod secretiora mysteria non valeant intueri. *Iob.38.b.*

l *Gl.int.s.Ez.16.*

Protectio Dei Adiuuare ad recuperandas vires.

Obuoluere linteolis brachium fractum *m* quantum ad allegoriam literalem, est adiuuare ad recuperãdas amissas vires. *Ezech.30.f.*

m *Hie.s.Eze.30.*

Perplexitas malorum.

Inuoluit formido pedes,nc videlicet in rectam exire valeant actionem. *Iob.18.b.* quia *n* sæpe contigit, vt idcirco quisque bonus esse metuat, ne hoc à prauis ipse patiatur, quod se bonis feciſſe reminiscitur: dumque hoc pati,quod fecit, metuit, vndique territus, vndique suspectus, quasi pedes inuolutos habet, qui timore irretitus, nil liberè agere prævalet: qui in bono opere quasi inde gressum perdidit, vnde ad mala, quæ concupierat excessit.

n *Gr.14.m.7.*

Praua consuetudo.

Inuolutæ dicuntur semitæ gressum reproborum. *Iob.6.c.* quia *o* sæpe recta quidem deliberando appetunt,sed ad consueta semper mala replicantur,& quasi extra se rensi,ad semetipsos per circuitum redeunt:qui bona quidem cupiunt,sed à malis nequaquam recedunt,esse quippe humiles, sed tamen sine despectu: esse contenti propriis, sed sine necessitate:esse casti sed sine macerationc corporis:esse patiẽtes,sed sine contumeliis volunt. Vel sunt inuolutæ gressuum semitæ:quia & se deuicta vna nequitia pedem leuant,regnante tamen altera,hunc in ea etiam, quam deuicerant,implicant.

o *Gre.7.mor. 14.1.5.*

Doctrina hæreticorum.

Inuolutum argentum,*p* designat fallacem hæreticorum doctrinam,verbis artificiosè ornatam. *Iere.19.b.* Idem sunt obuolutæ gazæ. *Ezec.27.e.* Inuoluti autem argento sunt,*q* qui de eloquentia,aut diuitiis superbiunt. *Soph.1.e.* ET qui in diuitiis confidunt.

p *Hi.s.Ie.10. & s.Eze.27. & s.Soph. 1.*

Confidens in diuitiis.

Inuoluti Ægyptij in mediis fluctibus. *Exod.14.g.* sunt peccatores in infernum demersi. Et inuolui cum Amalec, *r* est cum peccatoribus æterna pœna damnari. *1. Reg. 15.b.* Et inuolutus Nabuchodonosor cum interfectis. *Isaiæ 14.e.* designant *s* diabolum detrusum in infernum cum iis,quos peccare fecit. Et inuoluitur dies,hoc est, antiquus hostis amaritudine. *Iob.3.a.* quia superbiæ eius supplicia non solùm omnimoda,sed etiam infinita præparantur: Omne quippe,quod inuolutum est,finem suum quasi nusquam indicat:quia sicut nõ ostendit,quo incipit, ita non detegit,quò desistit.

q *Ru.s.Sop.1.* r *Gr.s.1.Reg. 15. & 4.m. 10.*

Mersi peccatores in infernum.

Inuoluera hyacynthi mercium Tyri. *Ezech.27.e.* designant *t* aëreas potestates, quæ funibus peccatorum mundanos constringunt.

s *Hie.s.If.14.*

t *Hie.s. Eze. 27.*

Ioab.

Dæmones. Infideles.

Ioab,id est,paternitas vel habens patrem,aut voluntarius:princeps militiæ regis Dauid: qui occidit Abner & & Amasa per insidias. *2.Reg.2,c.3.e.8.d.* Ioab interpretatur inimicus:& designat *u* dæmones infideles. *Psalm.59.* in titulo:vbi detur nomen loci.

u *Au.s.ps.59.*

Ioachin.

Christus.

IOACHIN,id est,Domini præparatio,siue Domini firmitas:filius Ioacim, Rex Iuda qui ductus fuit in captiuitatem à rege Babylonis. Dicitur captus in sagena Dei. *Ezech. 12.d.* designans Christum in peccatis nostris captum.

Ioacim.

Ioacim,id est,Domini resurrectio,siue Domini confirmatio,vel Dominus vindicans:filius Iosiæ Rex Iuda,captus à rege Babylonis. *4.Reg.23.g.*

Ioannes.

Lex vetus.

IOANNES seu Iohannan,id est,gratiosus,seu Domini gratia,vel Domini donum,seu Domini misericordia:sic dictus est Ioannes Baptista,& etiam Ioannes Euangelista.

Ioãnes Baptista,vt natus est de vetula & sterili,designat *x* literæ legis vetustatem;& cùm dixit de Christo:illum oportet crescere, me autem minui. *Ioan. 3.d.* legis gerit imaginem,quæ aduenientc Euangelio & crescente,minuenda erat quantum ad literalem obseruantiam:minuitur etiam,quia lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, cessant,vt lucernæ aduenientc Sole. Et vt Ioanne mortuo discipuli venerunt ad Christum,*y* ita lege mortua venitur ad Euangelium. *Matth.9.b.* ET Ioannes in vinculis,est lex in peccatis populi,aut pectoribus perfidorum, *Mat.11.a. 14.a. Mar.6.c.*

x *Amb.s.12. 63. & s. Lu. 7. Hie.s.Gal. 3. Hil.s.Mat. can.9.11.14.*

Propheta.

Ioannes Baptista increpans Herodem,cuius rei gratia amputatum est illi caput,designat *z* Prophetas, qui tolluntur à prauis per errores. *Matth.14.a. Marc.6.c.*

y *Auguſt. de ser.20. & 83. q.58.*

Ministri baptismi.

Ioannes Baptista præcursor Domini dictus angelus, typum gerit *aa* ministri baptismi,qui annunciat aduentum Christi in animam.

z *Ori.s.Mat. cap.14.*

Iunior populus.

Ioannes Euangelista,cui commẽdauit Christus Matrem, typus est *bb* iunioris populi,cui commissa est Ecclesia *Ioan.19.e.*

aa *Tertul. de Baptismo.*

Idem Ioannes currens ad monumentum citiùs Petro. *Ioan. 20.a.* designat *cc* intellectum præcedentem fidem. Vel designat *dd* synagogam,quæ prius cognouit mysteria Christi,sed non prior introiuit,quia prius credidit Gentilitas.

bb *Am.s.Lu. 23.*

Intellectus. Synagoga.

Ioannes Euangelista, quem diligebat Iesus, & manere voluit. *Ioan. 21.f.* typus est *ee* vitæ contemplatiuæ, quam nobis optat Iesus, quietem videlicet perpetuam, & non vitam hanc laboriosam: & illam vult manere in fœlicitate.

cc *Ori. in diuer.hom.2.*

dd *Gre. hom.*

Vita contemplatiua.

ee *Au.s.Ioa. tract.124.*

Ioas.

Sacerdotes,& Pharisæi.

Ioas,id est,Domini ignis,vel Domini oblatio,Rex Iuda,filius Ochoziæ,qui occidit Zachariam pontificem:typus est Sacerdotum,& Phariſæorum, qui Christum occiderunt: vnde vt in eum Syri ignominiosa iudicia exercuerunt,ita Romani in Iudæos. *2.Par.24.f.*

Ioathan.

Perfectus.

Ioathan,id est,*ff* consummatus,siue perfectus,aut Domini perfectio:filius Oziæ,Rex Iuda. Eius tempore vidit visionem Isaiæ:quia perfectorum est videre diuina. *Isai.1.a.*

ff *Hie.s.If.1.*

Digitized by Google

Secundum quod Ioathan rexit populum, existente patre leproso, significat a Gentes perfectæ fidei quibus datum est regnum Dei ablatum à Iudæis. 2. Par. 26. b. — Gentiles.

Iob.

Iob, id est, dolens, vel gemens, siue vlulans, aut exosus, vel patiens inimicitiam: vir satis notus in suo libro, in quo eius ostenditur admirabilis patientia, & fides.

b Or. s. Iob. 2. Gre. prolo. mor. 1. & 1. mor. 4. — Iob, vt perseuerauit in simplicitate post graues & diutinas tribulationes, & tentationes, typus est b Christi, & etiam Ecclesiæ, multas sustinentis in hoc mundo pressuras, Iob. 1. a. 2. c. — Christus. Ecclesia.

Iob, id est, c dolens, quemlibet electum significare potest, qui dolet de huius vitæ peregrinatione Iob. 1. a. — Electi.

Iob præterea in typum poni solet d status coniugatorum: aut eius nomine significantur imitatores ipsius. Ezec. 14. e. Ponitur in exemplum, quia non liberauit filios suos: & quia fuit prius in prosperis, deinde in aduersis, rursus in prosperis. — Status coniugatorum.

Iob vlcere plenus, typus est e peccatorum, & pœnitentium, Iob. 2. b. — Peccatores, & pœnitentes.

Iobab.

Iobab, id est, dolens, vel gemens, vel inimicitiæ: Rex Madon, victus à Iosue: typus est f diaboli, qui hostis est Christi, & fidelium inferens amaritudines peccati. Ios. 11. a. — Diabolus.

Iocari, vide Ludere.

Iochabed.

Iochabed, id est, gloriosa, aut grauis, vel ponderosa: vxor Amram, mater Mosis, Aaron, & Mariæ, typus esse potest g Ecclesiæ, ex qua nascitur lex, & sacerdotium. Exod. 6. c. — Ecclesia.

Ioel.

Ioel, id est, h incipiens, vel est Deus: vnus è duodecim Prophetis, notus in sua prophetia. Fuit filius Phatuel, quia talibus aperit os Deus, vt loquantur diuina. Ioel. 1. a. typus est i Christi, qui est filius Phatuel, id est, latitudinis charitatis Dei. — Christus.

Ioanna, vide Ioannes.

Ioiada.

Ioiada, id est, Domini scientia, aut Domini cognitio: sacerdos pater Banaiæ. 2. Reg. 8. d. Alius fuit pontifex, pater Zachariæ, qui vnxit Ioas in regem Iuda. 4. Reg. 10. a. 12. b. 2. Par. 23. a.

Ionadab.

Ionadab, id k est, spontaneus, siue principalis. 1. Reg. 13. a. 4. Reg. 10. d. Eius filij fuerunt ipsi obedientes: & designant spontaneè obtemperandum esse diuinis præceptis. Iere. 35. a. Psal. 70. — Spontaneè seruans præcepta.

Ionas.

Ionas, id est, columba, siue depopulans, vel multiplicans, aut etiam dolens, filius Amathi, vnus è duodecim Prophetis, qui prophetauit aduersus Niniuen. Cùmque fugeret, ne prophetaret, orta tempestate in mari, de naui proiectus est, & à Cete deuoratus, tertio die viuus prodiit in terram.

l Am. s. Luc. 1. Hie. s. Ioan. 1. Au. 2. de symbol. ad Catechumen. 6. Geor. Ven. Cant. 2. tom. 6. cap. 9. Rup. s. Ioan. 1. — Ionas missus ad Niniuen, vt eius finem prædicaret, typus est l Christi, qui missus est à Patre, vt finem mundi omnibus demonstraret. Et vt fugit Ionas in Tharsis à facie Domini, velox designatur transitus Christi, qui exultauit vt gigas, &c. Ascendit Ionas nauem fugiens: & Christus in crucem per mare huius seculi transiens. Irruit tempestas magna in mari, hoc est persidia Iudæorum. Data est sors super Ionam, designans sortes vestium Christi. Proiectus in mare, seruauit nauiculam fluctuantem: sic Christus morjens, seruauit genus humanum. Vt susceptus est à bestia custodiendus, ita Christus descendit ad inferos, vbi non est derelictus. Vt prodiit Ionas tertio die viuus, ac postmodum prædicauit in Niniue, ita Christus resurrexit tertia die, & eius prædicatio per vniuersum orbem dilatata est: vnde salus collata est mundo. — Christus.

Ionas dolens de arefacta hædera, & de non subuersa Niniue, Iona. 4. c. designat m Iudæos dolentes de legis cessatione, & de conuersione fratrum suorum ad fidem Christi. — Iudæi.

Ionathas.

Ionathas, id est, columbæ donum, vel donans: filius Saulis regis, & amicus regis Dauid. 1. Reg. 1. 13. a. 14. g. designat n adiutores prædicatorum, qui habent dona Spiritus sancti, vt Timotheus fuit adiutor Pauli. Cum eo erant mille viri in Gabaa, hoc est, in sublimi: quia virgines per donum Spiritus sancti in sublimi gradu constituti sunt: vt sint cum agno centum quadraginta quatuor millia, &c. Designat etiam bonum prælatum, qui se exponit periculo pro salute subditorum. — Adiutor prædicatoris.

o Greg. s. 1. Reg. 14. — Vt autem gustauit Ionathas mel contra præceptum patris. 1. Reg. 14. d. designat o eos, qui verbo, & opere magni sunt, sed studio circumspectionis magni non sunt: ideo appetentes sunt laudis. Et quia non regnauit post patrem, designat eos, qui vanè se extollunt, verè deficere. — Bonus prælatus. Cupidi laudis.

Ioppe.

Ioppe, id est, fortitudo, aut decor: oppidum in ora Syriæ in monte situm, habens portum: nunc appellatur Sappho, aut Iapha. Num. 21. s. Iosu. 19. c. 2. Par. 2. d. Ion 1. a. Actor. 9. f. Est terminus Iudææ ad mare, vnde vsque ad Iordanem est maxima Iudææ latitudo. In eam descendit Ionas, fugiens à facie Domini, & designat p Iudæam, ad quam venit Christus, vt prædicares, refugiens Gentes.

p Rup. s. Ion. 1. — Iudæa.

Ioram.

Ioram, id est, Domini celsitudo, aut Domini sublimitas, aut Domini proiectio: filius Iosaphat Rex Iuda. 3. Reg. 2. g.

q Rup. 5. s. Reg. 29. r Ori. s. Luc. hom. 21. Ber. serm. 3. resurrect. — Alius fuit Rex Israël, ad quem misit Rex Syriæ Naham leprosum: qui typus est q hæreticorum, qui leprosos habent discipulos. 4. Reg. 5. a. — Hæretici.

Iordanis.

Iordanis, id est, fluuius iudicij, aut demonstratio, vel proiectio iudicij, siue descensio, vel descensio eorum: est fluuius insignis, è duobus fontibus, Ior, & Dan, à iugo Libani, quod Antilibanum vocant, emanans supra Cæsaream Philippi, qui regiones perquàm amœnas præterlabitur: constituitque stagnum seu mare Galilææ: ac demum in mari mortuo absorbetur. Disterminat terram promissionis ab Arabia deserta. In eo baptizauit Ioannes, ibique baptizatus est Christus.

s Ori. s. Matt. hom. 7. t Tert. aduer. Marc. 4. Ori. s. Ios. hom. 1. 1. & s. Lu. ho. 33. Geo. Vene. Cant. 1. to. 7. cap. 23. — Iordanis, vt interpretatur defensio, r ipsum Christum designare potest, qui descendit à Patre: aut eius humilitatem, & descensum, in qua humilitate leprosus septies lauari debet. 4. Re. 5. c. Luc. 3. a. — Christus.

u Ori. s. Nu. hom. 26. 27. Hie. s. Ez. 47. Ori. s. Num. hom. 26. Gre. 33. m. 7. x Hi. s. Io. 40. y Am. serm. 21. Aug. s. ps. 113. z Ricar. de S. Vict. de extermi. mal. 4. aa Gre. s. 1. Reg. 13. — Iordanis irrigans terram Sodomorum, designare potest s baptismum in Ecclesia, per quem recipiuntur dona Spiritus sancti, & transitur à statu veteris hominis ad statum noui, & à morte ad vitam. Ge. 13. c. 32. c. 50. b. Ios. 1. a. 3. Reg. 7. g. 4. Reg. 5. c. Psal. 41. Matth. 3. b. 19. a. Marc. 1. a. 3. a. Luc. 3. a. 4. a. — Confessio duplicis naturæ in Christo. Baptismus. Sapientia. Dona spiritualia. Baptizati.

Iordanis, iuxta quem fuit vltima mansio peregrinationis filiorum Israël, designare potest u fluenta sapientiæ, scientiæ, & omnium irrigationum spiritualium: per quæ securus quis potest transire ad terram æternæ promissionis. Num. 33. s. Iosu. 1. a. 3. d. Ezech. 47. d.

Iordanis etiam designare potest transitum vitæ præsentis. Gen. 32. c. Iosu. 1. a. — Cessatio vitæ veteris.

Iordanis præterea significare potest x baptizatos: vt Iob. 40. c. Behemoth habet fiduciam, quòd Iordanis influat in os eius: quia diabolus etiam post Redemptoris aduentum, quosdam qui baptismatis sacramento signati sunt, deglutire se posse confidit. — Affectus humani.

Iordanis conuersus retrorsum, designare potest y cessationem vitæ veteris, vt noua inchoetur. Nam baptizatus sequens vitia in mare defluit, cùm resipiscit, conuertitur retrorsum. Vel designat z affectus humanos: & conuertitur retrorsum, quum deficientibus affectibus terrenis abundant cœlestes. Psalm. 113. Matth. 15. c. Zach. 11. a. — Lapsus in peccatum.

Iordanis, id est, descensus eorum, quem transeunt Hebræi, designare potest aa lapsum in peccatum. 1. Re. 13. b.

Et regio

Et regiones Iordanis dici possunt *a* vitia, ad quas regiones venit Christus, & Ioannes Baptista prædicando, vt peccatores ab eis auertant. *Luc.3.a.*

Doctrina hæreticorum.

Iordanis, vel eius regio, *b* doctrinam hæreticorum significare potest: quia vniuersa terra irrigabatur, fluminibus, & fontibus, quemadmodum paradisus Domini: quia hæreticis videtur sua Ecclesia ita donis spiritualibus abundare, sicut Ecclesia Catholica. *Ge.13.c.*

Iosaphat.

Iosaphat, id est, Dominus iudex, vel Domini iudicium: filius Asa, Rex Iuda. *3.Reg.15.e.1.Par.3.b.2.Par.17.a.* Ab eius nomine dicitur vallis Iosaphat, propter significationem iudicij, quia in ea prædictum est futurum esse iudicium vniuersale. *Ioel.3.a.*

Ioseph.

Ioseph, id est, Domini augmentum, vel Domini profectus: filius Iacob, & Rachelis, venditus est à fratribus suis ob inuidiam, & ductus in Ægyptum: ob calumniam dominæ suæ, eius pudicitiæ insidiantis, in carcerem coniectus est: vnde postea eductus, interpretatis somniis Pharaonis, terræ Ægypti præfectus est, & terram liberauit à fame, ac patrem fratresque suos in Ægyptum transtulit.

Christus.

Ioseph in multis typus est *c* Christi & sicut Ioseph inuisit fratres suos, & illi non sunt reueriti fraternitatem, neque aduentus causam, sed primùm quidem occidere voluerunt, postea autem vendiderunt Barbaris. Ita Christus aduenit inuisens humanum genus, suscepta nostra forma: sed ingrati Iudæi innumera miracula facientem, occidere conati sunt, & demum traditum Gentibus crucifixerunt. Vt autem Ioseph venditus est in Ægypto, & missus in carcerem, & postea exaltatus, venditionem Christi, & mortem, & resurrectionem, ascensionemque designat. Et vt Ioseph eiectus est à fratribus, qui postea supplices ad eum venerunt, vt possent viuere, Christum designat eiectum à Iudæis, ex quibus postea multi crediderũt in eum, vt haberent vitam æternam. Vt etiam manifestauit se fratribus, indicat ostendentem se esse Messiam: vel manifestantem se Apostolis post resurrectionem. Ioseph pauit Ægyptum tempore famis: Christus per se, prædicatores tradidit frumentum, & doctrinam vitæ mundo. Et vt Ioseph reliquit pallium in manu fœminæ, ita Christus reliquit corpus suum, & literam legis in manu synagogæ. Vt etiam post mortem Ioseph, multiplicati sunt filij Israël in Ægypto, indicatur *d* fidelium multiplicatio in mundo post Christi mortem, & ascensionem. *Gen.30.c.33.b.37.a.39.a.41.42.45.49.80. Psal.79.80.104. Amos.6.b.*

Perfectio vitæ.

Ioseph decem & septem annorum, designare potest *e* perfectionem vitæ & doctrinæ, & iuuenem religiosum, aptum ad omne opus bonum: & virum bonum, & literatum: vnde interpretatur augmentum *Gene.39.a.40.41.*

Ciuilis, & rector populi.

Ioseph etiam, est *f* ciuilis homo, & rector populi, & interpretatur additamentum, quia leges ciuiles adduntur naturalibus. Et eius tunica polymita, designat varietatem rerum ciuilium. Est autem bis venditus, quia rectores per ambitionem multis se subijciunt.

Temperantia.

Ioseph non consentiens libidini dominæ suæ, typus est *g* temperantiæ, & defendens se à domina per narrationem prosperitatis quam à domino suo acceperat, ostendit modum vincendi libidinem, nempe per recognitionem beneficiorum Dei. *Gen.39.a.*

Ecclesia.

Domus Ioseph designat *h* Ecclesiam, quæ est domus Christi, & filij Ioseph, sunt filij Ecclesiæ. *Zac.10.b.*

Opera vita contemplatiua.

Ioseph, vt interpretatur augmentum designat *i* perfecta opera vitæ contemplatiuæ, post exercitationem vitæ actiuæ vnde & genitus est post natos filios Liæ, & ancillarum. Designat etiam discretionem, quæ tandem nascitur ex Rachele, hoc est, ratione post multam experientiam. Vestitur autem tunica talari, quia sola illa actio ad consummationis talum, debitique finis terminum perducitur quæ per discretionis prudentiam moderatur. Amatur plus cæteris fratribus, quia cunctarum virtutum custos virtus cæteris iure præfertur. Est somniator, quia vera discretio in ipso tentationis articulo, inter ipsa suggestionum phantasmata, ex eorum qualitate futura pericula deprehendit, & aliis quibuslibet ad cogitationum suarum confessionem, imminentium malorum insidias detegit, & de futuris periculis cautos reddit. Dicitur filius accrescens, quia discretio semper augetur.

Discretio.

Iudæi.

Ioseph volens mutare manus patris benedicentis filios ipsius, typus est Iudæorum, volentium habere primatum in Ecclesia, seu familia Domini. *Gen.48.c.*

Apostoli. Laborantes pro Christo.

Ioseph sponsus virginis Mariæ, circumferens Christum nũc in Ægyptum, nunc in Iudæam. *Matt.2.* designat *k* Apostolos Christum prædicantes Iudæis, & Gentibus: vt autem portauit eum in humeris, designat pœnitentes, & qui pro Christo laboribus fatigantur, qui persecutiones patiuntur, qui nulli mala inferunt, sed ab aliis illata patienter ferunt.

Prædicatores.

Ioseph ab Arimathæa sepeliens Christum, designat *l* prædicatores sepelientes Christum in cordibus gentilium per eorum inductionem ad fidem. *Matth.27.g.*

Iosias.

Iosias, id est, *m* ignis Domini, aut vrens Dominus: filius Amon, Rex Iuda. *4.Reg.22.* Vel interpretatur eleuatio Domini, & est filius Amon, id est fidei, id est, vir iustus. *Soph.1.a.* Est alius Iosias, qui interpretatur saluatus, in cuius domo fiunt coronæ pontificibus: quia nobis proficientibus, & reuersis ad meliora, per singulas virtutes nostras Dominus coronatur, imò nobis virtute pœnitentiæ coronatis, Saluator in singulis coronam accipit. *Zach.6.c.*

Iosue.

Iosve, id est, dominus saluator, filius Nun, minister Mosis, princeps tribus Ephraim, qui post Mosen ductor fuit populi Israël, quem etiam, mortuo Mose, introduxit in terram promissionis: prius autem dicebatur Hosee.

Christus.

Iosue re in nomine typus est *n* Christi seruatoris nostri, & vt ascendit cum Mose in montem, est Christus, aut lex noua, sine quibus lex vetus ad nihil sublime ascendit. Et aliquando nominatur cum Mose, aliquando latet quia nouum testamentum latet in veteri. Successit autem Mosi, quia Christus successit legi. Defendit Gabaonitas: quia Christus succurrit infirmis in tentationibus. Et vt ille eduxit populum Israël à deserto, & transmisso Iordane, induxit in terram promissionis, ita Christus ex ignorantiæ, & idololatriæ deserto, per sanctum, ac salutiferum baptismum, in cœlestem Hierosolymam nos traduxit. *Ios.1.2.3.*

Christus.

Iosue Bethsamites, in cuius agro mansit arca fœderis, typus esse potest *o* Christi. *1.Reg.6.d.*

Iota.

Iota, est minima litera alphabeti: designat *p* ea, quæ minima sunt in lege, quæ etiam plena sunt sacramentis, ideo non contemnenda. *Matt.5.c.*

Iothatha, vide Ietabatha.

Ira, Iracundia, Irasci, Indignari, Furor.

Minima legis

Ira, est animi excandescentia, in corde sedem habens: diciturque ira appetitus vindictæ. Furor autem dicit grauiorem iræ perturbationem. Indignatio verò est interior ira, qua nobis aliquid indignum videtur, dignum verò vindicta.

Mina Dei.

Ira attribuitur Deo per metaphoram, cùm non possit in eo esse excandescentia, sed solùm *q* est in eo ratio iustæ vindictæ: aliquando verò designat ira Dei *r* minas eius: vt cùm responsio mollis frangit iram, hoc est, oratio pœnitentis minas Dei. *Prou.15.a.* Indignatio quoque Dei, est iudicium eius seu decretum ad puniendum. *Exo.22.e. Leu.10.b. Psal.29.82. Isai.26.d.27.a.30.f. Zach.a.* Ira filiorum Iacob aduersus Sichimitas, designare potest zelum Dei ad vindicanda peccata. *Gen.34.a.* Potest etiam designare zelum, quem vnusquisque in seipsum debet habere contra inanem gloriam. Datur ira parua Dei. *Zach.1.a.* quæ est virga disciplinæ ad emendationem cui opponitur parua misericordia, qua dat temporalia. Est & ira magna, qua punit perpetuò: cui opponitur magna misericordia.

Decretum Dei ad puniendum.

Zelus.

Vindicta Dei

Ira etiam Dei, est ipse effectus, qui solet esse effectus irati, nempe pœna & castigatio inflicta peccantibus, vel in hac vita, vel in futura. *Exod.15.a.32.c. Psal.2.29.37.59.68.109. Isai.5.f.12.28.f.30.f.66.c. Matth.22.a. Ioan.3, c.*

Rom.2.a.

a *Amb.2. de Abr.9.*
b *Bed.s. Gen.13.*
c *Chry.s. Gen. hom.61. Tert. aduer. Iudæos. Ori.s. Exod.h.1. Arn.s. psal.104. Amb. de Ioseph.12. Chry.s. psalm.8.93. Hier.s. Psalm.8. Au.q. in Iud.49. & se.84. Bed.s. Ge.37.49. & s. Exo.1.*
d *Rup.1.s. Is.19.*
e *Bed.s. Gen.49.*
f *Phil. de Ioseph.*
g *Phil.2. alle*
h *Hie.s. Zac 10. Aug.s. ps 76.*
i *Geor. Vene Cant.2. tom 7. cap.6. Ricar. de S. Vict. de 12. Patr.67.68.*
k *Hil.s. Matt. Can.2. Bern. serm. paruo.8.*
l *Hil.s. Matt. Cant. vlt.*
m *Hie.s. Sop. 1. & s. Zach. 6.*
n *Tert. adu. Iudæos, & aduer. Marc. 3. Cle Alex. 1. pad.7. Ori. s. Nu.ho.21.22. & s. Ios. hom. 1.11. Au.q. in Ex 103. Cyr. 3. s. Ioa.36. & co. Iul.8. Chr. de ve. Is.h.1. Ru. 1 s. Ios.3.*
o *Gl. ord. s. 1. Reg.6.*
p *Hi.s. Ma.5.*
q *Cle. pap.10. recog.*
r *Basi.s. psal. 29. Hie.s. Zac. 8. Aug.s. psal. 82. Cyr. cont. Iul.5. Ricar. de S. Vict. de 12. Patri. 13. Rup. 9. Vict. verb. Dei. 21.*
s *Hie. Cypri. & s. psalm. 89. & s. Is. 57.64. & s. Ier.7. & s. Ezech.16. & s. Zach.1. Ori. s. Iud. hom.2, & s. Matth. hom.20. Hil. s. psal. 2. Basi. s. psalm. 29.37.59. Cassi. lib. 8. cap.4. Fulgen.1. de duplici prædestinatione.*

Digitized by Google

Rom.2.a. Irasci etiam dicitur Deus in orationem,quum flagellat filium quem recipit. *Psalm.*39. *Exo.*4.*c.* Et dicitur non irasci vsque in finem,quum castigat,vt parcat. *Isai.*56.*d.* Et dicitur ibidem iratus propter iniquitatem populi sui,quia propter eam percussit Filium suum. Dicitur etiam Deus irasci satis aut nimis, quando castigat pœna perpetua. *Isa.*64.*d. Iob.*21.*b.*35.*d.*40.*b.* In hoc furore orabat Propheta,ne argueretur. *Psal.*6.37. *Ierem.*10.*d.* Dicitur autem conflari indignatio Dei,& ira,quia quasi coactus peccatis nostris,& diu sustinens,nos castigat. Et extenditur ad iumenta,ligna & fruges hoc est,ad omnia quæ seruiunt homini. *Ier.* 7. *d.* Furor autem Dei grauem eius vindictam designare solet. *Exod.*15.*a.*22.*d. Isa.*5.*f.*63.*b. Iere.*15.*c.*30.*d.* Furor etiam Dei aliquando dicitur punitio temporalis,& mortis. *Psalm.*80. *Ier.*6.*c. Iob.*3.*d.*4.*b.*6.*a.*9.*b.*14.*c.*16.*b.*19.*b.*20.*d.*36.*b.*42.*b.* Dicitur etiam indignatio Dei pœna qua punit malos. *Isai.*51.*g.* 63.*b.* 66.*e.* Dicitur quoque non irasci amplius contra Hierusalem,*a* quum reliquit animam obstinatam,nec amplius eam castigat ad emendationem. *Ezech.*16.*e. Nahum.*1.*a. Zach.*1.*a.* In furore autem diabolus iudicatus est quia inuenta est iniquitas eius ad odium: Hominis autem iniquitas est ad iram, & ideò in ira corripitur. Ira quoque columbæ *b* est vindicta Christi in malos. *Ier.*25.*g.* Vbi vt diuinæ districtionis vim imperturbabilem demonstraret, & iram dixit,Et columbæ.

*a Euch.for, spirit.*1.

*b Ber.f.Cant, serm.*69. *Gre.* 32.*mor.*6.

Ira Dei dici potest motus,qui fit in anima,quæ legem Dei nouit,cum eandem legem videt à peccatore præteriri. Per hunc motum iustarum animarum multa vindicatur. Quamquam possit ira Dei rectè intelligi *c* ipsa mentis obscuratio,quæ consequitur eos qui legem Dei transgrediuntur. *Psalm.*2.

c Aug.f. psal. 2.

Indignatio iusti in malos

Obscuratio mentis malorum.

Ira furoris Dei dici potest *d* diabolus,qui ex iusto iudicio Dei,datus est ad puniendos malos. *Isa.*30.*f. Nahu.* 1.*b. Iob.*10.*c.*

d Hie.f.Is. 30. *&f.Nah.*1.

Diabolus.

Ira domini Ioseph ad puniendum ipsum Ioseph designat *e* ipsum Deum non peperciisse proprio Filio,sed pro nobis ipsum tradidisse. *Gen.*39.*d.*40.*a.*

*e Glos.ins.f. Gen.*39.

Deus pater tradens filiũ.

In ira populos deducit Deus,*f* cùm per tribulationes deducit aliquos ad virturum culturam. *Psalm.* 55. 58. Et indignatio sagittarum Domini est grauis correptio verborum Domini,eius iram demonstrans. *Iob.*6.*a.* Est autem ira consummationis,& est ira consumptionis. Nam omnis vindicta,Dei ira dicitur: sed aliquando ad hoc vindicat Deus,vt perficiat: aliquando ad hoc vindicat vt damnet. Quomodo ad hoc vindicat, vt perficiat? flagellat omnem filium quem recipit. Quomodo ad hoc vindicat, vt damnet? quando dicet impiis ad siniſtram positis, Ite maledicti in ignem æternum,qui paratus est diabolo, & angelis eius.

f Aug.f. psal. 55.58. *Gre.* 7.*mor.*3.

Tribulationes

Grauis correptio verborum Dei.

Irasci dicitur Deus super oratione serui sui. *Psalm.*29. quia *g* non desinit castigare etiam orantes,qui flagellat omnem filium quem recipit.

g Aug.f.psal. 79.

Castigans Deus etiam orantes.

Ira in angelis,designare potest *h* spiritualis fortitudinis feruorem,cuius extremum ira est.

*h Dion.cel. hier.*15.

Feruor angelorum.

Iratus Moses, designat *i* pœnam legis in aliquos infligendam. Et ira ponitur aliquando pro pœna secundùm legem illata. Ira autem consumptionis,erit pœna in fine mundi. *Exod.*11.*c.*16.*e.*32.*d. Psalm.*58. *Matt.*3.*b. Rom.*2.*a.* 3.*a.*4.*c.*5.*b.*1. *Thes.*1.*d.*

i Hil.f.psalm. 2.

Pœna legis.

Iratus Saül,postquam insiliuit in eum spiritus Domini. 1. *Reg.*11.*b.* designat *k* timendum esse iram prælati corrigentis,vt quæ fit à spiritu Domini.

*k Gre.f.*1. *Reg.*11.

Ira prælati à Deo.

Irasci in via,est *l* contendere pro temporalibus. *Gen.*45.*g.* Hortabatur autem Ioseph fratres suos,ne irascerentur in via,designans Christum,qui recessurus,pacem reliquit fidelibus.

*l Ambr.de Ioseph.*1.

Contendere pro temporalibus.

Ira quandoque sumitur, vt *m* omnes comprehendat anima perturbationes, vt *Eccl.* 11. *d.* Aufer iram à corde tuo.

m Hie.f.Ecc. 11.

Perturbatio animi.

Indignatio quædam est in animo iusti, ad quã caligat oculus eius,*n* nempe cùm videt iustos affligi,& malos prosperè agere. *Iob.*17.*b.*

*n Greger.*13. *mor.*18.

Indignatio iusti super prosperitatem malorum.

Indignati principes sacerdotum de pueris laudantibus Christum. *Mat.*21.*b.* designant *o* indignationem episcoporum,presbyterorum,de simplicibus laudantibus Deum.

*o Ori.f.Mat. hom.*13.

Insidiæ maiorum.

Furor Simeon,& Leui, designare potest *p* odium Pharisæorum in Christum. Et dicitur indignatio dura. *Gen.* 49.*a.* Dicitur etiam furor linguæ: quia linguis occiderunt Christum. *Hos.*7.*d.* Idem designat furor fratris Iacob. *Ge.* 27.*g. Psalm.*54.13 7. *Amos* 1.*d. Luc.*15.*f.* Ira quoque Ionæ contra Niniuitas,typus est iræ Iudæorum contra fideles. *Ion.*4.*c.* Hæc etiam ad hæreticos referri possunt. Furor quoque Simeon, & Leui, significare potest concupiscentiam,quæ occidit virum,hoc est,rationem,

p Hil. f. psal. 54. *Aug.epis.* 49.*q.*6. *Am. f.Luc.*15.

Odia Iudæorum in Christum,& fideles.

Concupiscentia.

Ira Ionæ super arefacta hædera. *Ioan.*4.*c.* significat *q* dolorem Iudæorum super cessatione legis, & euersione templi.

q Hie.f.Ion. 4.

Dolor Iudæorum cessante lege.

Furor regis Babylonis,designat *r* iram diaboli aduersus fideles. Idem designat furor hariolorum. *Isa.*14.*b.*44.*d.* Et irati populi,sunt dæmones impetus tentationum inferentes. *Exod.* 15. *b.* Idem est ira draconis in mulierem. *Apoc.*12.*d.*

*r Gloſ.ord.f. Isaia.*14.

Ira diaboli.

Indignatio Moab dicitur esse plusquam fortitudo eius, *s* designans hæreticos plus audere quàm possint. *Isai.* 16.*b.*

*s Hie.f.Is.*16.

Audacia hæreticorum.

Ire,Vadere,Pergere,Adire.

Ire,notam habet significationem: est enim aliquò se conferre,quod & vadere dicitur. Pergere autem, licèt propriè sit in aliquo perseuerare: sæpè tamen sumitur pro ire. Cæterum ire interdum, est comitari. *Gen.* 12. *a.* Iuit cum eo Loth. Conuersari. *Deu.*6.*c.* Non ibitis post deos alienos. Descendere. *Iere.*20.*b.* Ibitis in captiuitatem. Discedere. *Deu.*13.*a.* Eamus & sequamur deos alienos. Mori. *Ge.*15.*c.* Tu autẽ ibis ad patres tuos in pace. Nauigare. 2. *Par.*9.*c.* Naues regis ibant in Tharsis. Occcurrere. *Gen.*19.*a.* Iuit obuiam illis. Proficisci. *Num.*32.*b.* Fratres vestri ibunt ad pugnam. Proficere. *Exo.*10.*f.* Ite sacrificate Domino. Reuerti. *Gene.*31.*d.* Et ad tuos ire cupiebas. Transire. *Num.*34.*a.* Ibitque per gyrum terminus.

Disponens Deus populos ad fidem.

Comminatio Obedientia Christi.

Ire quandoque attribuitur Deo per metaphoram,& ire dicitur Dominus ante Cyrum, cum *t* disponit populos ad suscipiendam prædicationem Christi,& Apostolorum. *Isai.*45.*a.*

*t Hie.f.Is.*45.

Christus in Cœlum.

Vadit Deus in turbine Austri,cùm *u* comminatur pœnam peccantibus. *Zach.*9.*d.*

u Hie.f. Zac. 9.

Inseparabilis natura Filius & Spiritus sanctus.

Pergens Isaac cum patre vsque ad mortem, *x* typum gerit obedientiæ Christi. *Genes.*22.*b.* Et vadens Iacob ad gregem,est Christus sumens humanitatem. *Genes.*27. *b.* Sic ire Iacob ad suos,est Christum venire ad Iudæos *Gen.*31.*d.*

*x Hieron. ad Damas.q.*3.

Apostoli prædicantes Iudæis.

Pergens Iacob de Mesopotamia ad Isaac patrem suum,designat Christum redeuntem ab hoc mundo ad Patrem. *Gen.*32.*c.* Eunte autem domino curata est Hæmorroissa, vt *y* designetur per resurrectionem Domini temporalem firmati æternam. *Luc.*8.*f.*

y Amb.f. Lu. 8.

Christus ad mortificatos & orantes.

Quum dicitur in persona Christi, quò ibo à Spiritu tuo? designatur ℣ Filium non posse separari à Spiritu sancto,quod in eadem sit natura. *Psalm.*138.

z Hil.f.psalm. 183.

Mors, & resurrectio.

Vadens Ioseph deferens Christum in Iudæa,*aa* designat Apostolos prædicantes Iudæis. *Matth.*2.*d. Iob.*29.*d.*

*aa Gloſ.ord.f. Matth.*2.

Exempla prælatorum.

Vadit sponsus ad montem myrræ,& ad collem thuris. *Can.*4.*b.* quia *bb* eos familiariter visitat, qui per mortificationem vitiorum ad alta proficere, & per mundas, & humiles orationes suauiter redolere perspicit. Vel ad montem myrræ, hoc est, *cc* ad passionem, & mortem, & ad collem thuris, id est, ad resurrectionem,& ascensionem.

bb Gr.f.Can. 3.

Sequi præcepta.

Vadit pastor ante oues,*dd* cùm Christus,aut prælati,exemplo suo docent subditos quid agere debeant. *Ioa.*10.*b.* Sic pergunt sacerdotes ante populum,cùm eos præcedunt exemplo & doctrina. *Iosu.*3.*c.*

cc Rup.f.Ca. 3.

Ire post tergum Domini,*ee* est eius sequi præcepta. *Isa.*59.*c.* Sic dixit Petro Christus. *Mat.*16.*d.* Vade post me. Diabolo verò absolutè: Vade,vel vade retro. *Mat.*4.*b.* Itaque ire post Christum,aut Deum, in bonum sumitur: ire verò retrò,in malum. Et ire Deo,vel ad Deum,est eius obtemperare voluntati. *Isa.*6.*c.* Ire ad Ioseph tempore famis est à peccatis conuerti ad Christum. *Gen.* 41. *g.* Euntes autem cum Ioseph senes domus Pharaonis, designant Apostolos, aut conuersos ex Gentibus, euntes cum Christo. *Ge.* 50.*d.* Ire autem in montem Domini, est ire ad Christum. *Isa.*2.*a.* Pergunt vincti manicis post Christum qui prius soluti erant ad malè operandum, postea verò eius adhærent præceptis. *Isa.*45.*c.* Pergit illuc,vbi est vita,*ff* qui tendit ad Christum. *Eccl.*6.*c.*

*dd Cyr.7.f. Ioan.*2.

Conuerti ad Christum.

*ee Or.f.Mat. h.*1. *Hie.f.Is.*2. 59. *& f.Mat.* 4. *&epi. Sep.*

*ff Hi.f.Ecc.*6.

Digitized by Google

Opportunè orare & contemplari.
Ire in cœlum
Ire in Ecclesiam.
Pœnitentia.
Adiungi perfectioribus.
Reprehensio aperta peccati.
Iudæi ad fidē venientes.
Iudæi nolentes sequi Christum sine prophetia.
Prædicator defendens iustitiam.
Discursus Angelorum & prædicatorum.
Persecutiones in caput persequentium.
Transitus Apostolorum ad Gentes.
Quærere doctrinam necessariam.
Quærere testimonium adulatorum.
Retinens sapientiam.
Desiderans fructum Ecclesiæ.
Pacifica doctrina Christi
Exaquentes sententiam iudicis.
Doctores expellentes hæreticos.
Nasci.
Rectitudo doctorum.
Profectus ab actiua ad contemplatiuam.
Contemplari diuina.
Consentire peccatis.
Eleuari de virtutibus.
Mori.
Peccare.
Sequi dæmones & hæret.
Temporalia quærere.
Ad inferos mitti.
Non surgens peccator sine auxilio Dei.
Transire à peccato in peccatum.
Tollentes dæmones bonas cogitationes.
Mors subiecta Christo
Motus solis.
Deus dando vitia.
Proficiens in doctrina sacra.

Ire ad amicum media nocte, est opportunè orare, & contemplationi vacare. *Luc.11.a.* Et cùm dicitur Abraham ire ad patres suos, non mori, designat *a* eleuationem ad cœlestia. *Gen.*15.*d.* Sic ire obuiam angelis, est promptam habere mentem ad cœlestia. *Genes.* 19.*a.* Et ire in terram visionis, est ascendere in altitudinem contemplationis. *Gen.*22.*a.* Et vadens Moses ad videndam visionem rubi, est accedens ad diuinorum contemplationem: quæ non potest videre, nisi discalceatus, hoc est, vt prius transeat à vita seculari. *Exod.*3.*a.*

Ire in domum Domini, est ire in cœlestem patriam. *Psal.*121. Et ad montem Domini. *Isa.*2.*a.* Et vadens in domum suam paralyticus curatus, est *b* vadens in paradisum. *Matth.* 9.*a.* Pergunt filij ceruarum ad pastum, *c* cùm animæ Sanctorum de corporibus exeuntes ad æternæ viriditatis pabula transferuntur. *Iob.*39.*a.*

Ire in ciuitatem, *d* est ire in Ecclesiam. *Ecclesia.*10.*c.* Euntes autē & redeuntes, qui auferuntur à monte Seir, homines, & iumenta sunt, qui saluantur in Ecclesia, recedentes ab infidelitate. *Ezech.* 31.*b.* Ire quoque dicuntur rami Libani, cum fideles Ecclesiæ dilatantur. *Hos.*14.*c.* Ire in vineam patris familias, est ire in Ecclesiam. *Matth.*20.*a.*

Ire à Tyro in Carthaginem, *e* est ab angustia peccatorum, & seculi, trāsire ad verum gaudium per pœnitentiam. *Isa.*23.*b.* Et ire viam trium dierum, est pœnitentiam agere secundum eius tres partes. Ire autem cum paruulis, est nullum affectum relinquere in Ægypto, hoc est in mundo. *Exod.* 3.*f.* 5.*a.*10.*c.* Et ire dominum leprosæ domus ad sacerdotē, est peccatorem pœnitentem detegere sacerdoti peccatum suum. Est etiam *f* minus doctum consulere peritiores. *Leu.*14.*e.* Sic iuit filius prodigus ad patrem suum. *Luc.*15.*d.* Euntes quoque in directum vaccæ quæ ferebant arcam Domini, *g* sunt pœnitentes seruantes discretionem in afflictione carnis. 1.*Reg.*6.*e.* Dicebantur autem pergere, designantes perseuerantiam in profectu. Ire hinc, est *h* delinquere impedimenta bonorum operum, & pœnitentiæ. *Ioan.*14.*d.* Euntes autem & flentes sunt, qui resipiscunt, & bona opera aggrediuntur. *Psal.*125.

Ire Lot cum Abraham, est *i* nondum perfectam mentem adiungi perfectioribus. *Gen.*12.*a.* Et euntes Saul, & famulus eius ad virum Dei, designant *k* nouum prædicatorem debere ire ad iam expertum, vt ab eo instruatur. Dubitans autem ire Saul, designat timorem humilitatis, quum qui agnoscit deesse sibi merita. Ire quoque ad videndum, est ad doctorem gratia salutaris consilij capiendi ire. 1.*Reg.*9.*a.* Et ire patrem exercitus cum Saule in Gabaa, est adiutores prædicatorum, ac comites ad perfectionis altitudinem accedere. 1.*Reg.*10.*d.* Et ire in Galgala ad innouandum regnum Sauli, est cognoscere per scripturam esse laudabilem prædicatoris vitam. 1.*Reg.*11.*d.* Vadens Rebecca cum seruo Abrahæ, est Gentilitas veniens ad fidem per prædicatores. *Gen.*24.*g.*

Ire Samuelem ad Saulem manè *l* est prædicatorem apertè reprehendere peccatum in subdito. 1.*Reg.*11.*b.* Et ire de porta ad portam occidendo, est cùm prædicator transit de vitio ad vitium, ea reprehendendo. *Exod.* 32.*f.* Sic vadens Moses ad sanctificandum populum, est prædicator accedens ad ipsum instruendum, & corrigendum. *Exod.*19.*b.*

Vadens Iacob ad Ioseph, designant *m* Iudæos ad fidem venientes. *Gen.*46.*g.*

Ire nolens Barach contra Sisaram, nisi cum Debbora, *n* designat Iudæos nolentes sequi Deum, nisi cum prophetia, quam tamen etiam deseruerunt. *Iud.*4.*b.*

Pergens equus in occursum armatis. *Iob.*39.*c.* est *o* prædicator, cuius animus sancti feruoris flamma accensus, in quantum locus admittit in quantum causa exigit, pro defensione iustitiæ seipsum obiicit: & peruersis ad iniusta erumpentibus, etiam cum ab eis non quæritur, obuiat. Et vadens Moses manè ad Pharaonem, est studiosè aggrediens diabolum. *Exod.*7.*c.*

Euntes reuertentes, sunt *p* Angeli & prædicatores, qui ex imperio Dei huc illucque discurrunt. *Zachar.*9.*b.* Sic eunt fulgura. *Iob.* 38.*d.* Et ire dicuntur in splendore fulgurantis hastæ Dei. *Habac.* 3.*c.* Vadunt etiam & reuertuntur animalia, *q* cum prædicatores ab actiua vadunt ad contemplatiuam, & à contemplatiua reuertuntur ad actiuam. *Ezech.*1.*d.* Vadunt prædicando & faciendo miracula: reuertuntur ascribentes omnia Deo. Et pergens Aarō obuiam Mosi in montem Dei, est sacerdos aut prædicator occurrens legi sublimiter intelligendæ. *Ex.*4.*d.*

Euntes & redeuntes aquæ diluuij, *r* sunt persecutiones reductæ in caput persecutorum & hæreticorum. *Ge.*8.*a.*

Dicens Ruben, non comparente Ioseph: Quo ibo? *Gene.*37.*f.* designat *s* Apostolos dicentes Iudæis: Quia indignos vos iudicastis, ecce transimus ad Gentes. *Acto.*13.*g.* Et ire in terram Chanaan, est gentibus prædicare. *Gen.*45.*g.* Idem est ire ad exitus viarum. *Matth.*22.*a.*

Ire ad emendum oleum veniente sponso, *t* est serò quærere doctrinam necessariam. *Matth.* 25.*a.* Ire autem ad vendentes oleum, est quærere testimonium operum ab adulatoribus.

Vadens Abraham cum Sara, cùm discederet ab Ægypto. *Genes.* 12.*d.* est *u* retinens sapientiam, quam alij noluerunt.

Vadens Abraham absque liberis, quod ipse timebat, est *x* desiderans fructum Ecclesiæ. *Gen.*15.*a.*

Vadunt cum silentio aquæ Siloe: *y* quia doctrina Christi est pacifica. *Isa.* 8.*b.*

Pergentes Misael, & Elisaphan ad eiiciendos Nadab, & Abihu *z* ex præcepto Mosis, sunt iudicis sententiam exequentes. *Leu.*10.*a.* Vel doctores Euangelici expellentes hæreticos ab Ecclesia.

Pergens Rebecca ad consulendum Dominum, designat *aa* profectum non de loco ad locum, sed de vita ad vitam, de bono actu ad meliorem. *Gen.*25.*c.* Et pergens mulier ad portam ciuitatis, est ad iustitiam accedens. *Deut.* 25.*b.* Pergunt quoque filij ceruarum ad pastum, *bb* quum iam hic aliqui sine exteriore doctore sacram doctrinam percipiunt. *Iob.*39.*a.*

Ire aliquando, est nasci in hoc mundo. *Psalm.*125. Euntes ibant & flebant.

Euntes vaccæ in directum, *cc* sunt doctores non declinantes ad temporalia, nec affectus terrenos sequentes. 1. *Reg.*6.*c.*

Ire de virtute in virtutem, est *dd* ab actione virtutum huius vitæ ascendere ad contemplationem, quæ est in futura vita. *Psalm.*83.

Ire ad Orientem, *ee* est mentem in considoratione maiestatis diuinæ attollere. Ire verò ad Occidentem est, cùm cor ipsa luminis immensitate reuerberatum, ad nosipsos reducimus: & lassati discimus valde super nos esse quod quærebamus: nostramque mortalitatem considerantes indignos nos adhuc esse deprehendimus, qui immortalem videre valeamus. Ire autem ad sinistram, est peccatorum delectationibus consentire. Ad dexteram verò, est de virtutibus eleuari. *Iob.*23.*b.*

Ire dicitur homo in domum æternitatis suæ, *ff* quando moritur. *Eccle.*12.*b.* Ire quoque ad portas inferi, est mori. *Isa.*38.*b.*

Ire in captiuitatem, est incidere in peccatum. *Isa.*46.*a.* Idem est ire post cogitationes suas. *Ier.*18.*b.* Et ire ad Citios, *gg* est plagam peccati consummatam incurrere. *Isa.*23.*c.* Idem est pergere in interitum, *Iob.*33.*d.* Et ire cum aduersario, *hh* est consentire peccatis. *Luc.*12.*g.* Et ire post amatores, est sequi dæmones & hæreticos. *Hos.*2.*b.* Idem est ire post vestigia gregum. *Cant.*1.

Ire ad quærendas paleas, *ii* est temporalem victum, vel inanem gloriam quærere. *Exod.*5.*a.*

Vade, dictum est inuido operario quasi mitteretur in ignem æternum. *Matth.*20.*b.*

Vadens & non rediens dicitur spiritus hominis, *Psalm.*77. quia *kk* potest per se peccare, sed non per se resurgere sine auxilio gratiæ Dei.

Vadunt & veniunt super prauum horribiles. *Io.*20.*b.* quando *ll* aliquis peruersus alia quidem vitia ac momenti deserere videtur: sed alia agere incipit. Quia quot vitiis decedētibus & succedentibus premitur tot malignis spiritibus eius animus quasi euntibus ac redeūtibus deuastatur. Maligni enim spiritus certis quibusque vitiis singuli obsequi creduntur.

Pergens cuneus Philistinorum contra viam Ephraim. 1.*Reg.*13.*d.* designant dæmones *mm* conantes auferre bonas cogitationes, ne fructificemus.

Ire dicitur mors ante faciem Christi. *Hab.* 3.*b.* quia *nn* illi subiecta est, qui habet imperium mortis.

Pergit spiritus in circuitu. *Eccle.*1.*a.* hoc est, *oo* Sol vadens per Zodiacum, & viuificans omnia.

Vadens nudus & discalceatus Isaias. *Isa.*20.*a.* denudanda via malorum indicauit.

Vadens inuentor thesauri ad vendendum omnia. *Matth.*13.*f.* est *pp* proficiens in doctrina sacra.

a *Phi quis rerum diu. hæres. Ori.s.psal.* 36.*hom.*4.

b *Hil.s.Mat. Can.*8.
c *Gre.*30.*mo.* 22.
d *Hie.s. Eccl.* 10.*& s.Eze.* 35.
e *Hie.s.Isa.* 23.
f *Isye. s. Leu.* 14.
g *Gre.s.*1.*Re* 6.
h *Amb.de fug.sec.*6. *Aug.s.ps.* 125.
i *Amb.*2.*de Abra.*2.
k *Gre.s.*1.*Re.* 9.10.11.
l *Gre.*3. *past. admo.*26.
m *Am.de Ioseph.*13.
n *Ori.s.Iud. hom.*5.
o *Gre.*31.*m.* 23.
p *Hie.s. Zac.* 9. *Aug.*18 *ci. Dei.*3.2.
q *Gre.s.Eze. hom.*5. *Orig. s.Ez.h.*3.
r *Be.s.Gen.*8.
s *Gl.int.s.Ge.* 37.
t *Orig.s.Mat. ho.* 32. *Aug.* 23.*q.*59.
u *Amb.*2. *de Abra.*4.
x *Amb.* 2. *de Abra.*8.
y *Hie.s.Isa.* 8.
z *Glo.ord.s. Leu.*10.
aa *Ori.s.Gen. hom.*12.*& s. Matt.h.*21.
bb *Hie.s.Iob.* 32.
cc *Aug.de sanctis se.*45. *Gre.*7.*m.* 18.
dd *Aug.s. ps.* 83.
ee *Gre.*16.*m.* 15.
ff *Hie.s.Eccl.* 12.*& s.Isa.* 38.
gg *Hie.s.Is.* 23.*& s. Hos.* 2.
hh *Ori.s. Lu. hom.*35. *& s. Can. hom.*1.
ii *Ori.s. Exo. hom.*3.
kk *Bern.s. Can.ser.*84.
ll *Gre.*15.*m.* 13.
mm *Gre.s.*1. *Reg.*15.
nn *Hie.s.Na.* 3.
oo *Glo.ord.s. Eccle.*1.
pp *Lyr.s.Ma.* 13.

Digitized by Google

Iris, vide Areus. Irritare, vide Pronocare.
Irridere, vide Illudere.
Irritare, Irritus.

IRRITVM dicitur id, quod non est ratum, & quod est vanum, futile & inane. Irritare autem est in nihilum redigere, & inane ac sine authoritate efficere.

a *Hie. s. Zac. 11.*

Irritum fecit Dominus fœdus initum cum omnibus Gentibus, quando *a* reliquit eas in erroribus idololatriæ. *Zach. 11. c.*

Relinquens Deus gentes in erroribus.

b *Hie. s. Isa. 33.*

Irrita facit Deus signa diuinorum, cùm confundit rationes hæreticorum. *Isa. 44. d.*

Confundens rationes hæreticorum.

Irrita oblatio est, quæ non seruant ritum à Deo institutum: nec est accepta Deo. *Leu. 7. b.*

Oblatio non accepta Deo.

c *Gre. 32. m. 3.*

Irritum facere pactum Dei, *b* est non seruare eius præcepta. *Gen. 17. c. Leu. 26. g. Isa. 33. b. Mal. 2. b.* Et irritam faciunt viduæ primam fidem, qui non seruant, quod Deo spoponderunt. *1. Tim. 5. b.*

Non seruare præcepta.

d *Ori. s. Exod. hom. 6.*

Irritum facit iudicium Dei, *c* qui contra Domini flagella semetipsum defendere nititur. Nam quum culpa sua feriri se denegat, quid aliud quàm iustitiam ferientis accusat? Ita dicebat Dominus. *Iob. 40. a.* Nunquid irritum facies iudicium meum: & condemnabis me vt iustificeris?

Accusans iustitiam Dei.

e *Amb. 3. de Abra. 9.*

Irruere.

IRRVERE, est cum impetu aliquem aggredi, vel violenter in aliquid se immittere.

f *Gre. 11. mo. 27. & 15. mo. 11. 12.*

Irruens Abraham nocte super Reges, qui captiuum ducebant Lot, &c. potest designare victoriam Christi in passione aduersus dæmones. *Ge. 14. c.* Et irruens formido & pauor Ægyptios, *d* fuit subitus terror, qui apprehendit dæmones in morte Christi. *Exod. 15. b.*

Vincens Christus dæmones.

g *Gre. s. 1. Re. 4.*

Irruens sopor & horror super Abraham, designat *e* terrorem iudicij. *Gen. 15. c.* Sic irruit terror Dei super malos quum *f* subita eis aduenit vindicta. *Iob. 13. b.* Et irruit in arcum æreum, qui incidit in grauem & fortem diuini iudicij sententiam. Et irruit omnis dolor super auarum: quia prius eum pœna concupiscentiæ, postmodum verò cura custodiæ: & demum pœna vltionis cremat. *Iob. 20. c.*

Terror iudicij.

h *Hie. s. Eze. 13.*

Irruentes dolores subiti in vxorem Phinees sacerdotis. *1. Reg. 4. d.* fuerunt *g* dolores inuadentes plebem Iudaicam: quia illis suppliciorum perennium retributiones obuiant, qui nunc in veritatis contemptu positi non formidant. Irruẽtes quoque lapides in parietem, *h* fuerunt Chaldæi contra Hierusalem: aut vis punitionis Dei, & tribulationis. *Ezech. 13. b.*

Dolores Iudæorum.

i *Gre. s. 1. Re. 14.*

Irruere super Philisthæos nocte, *i* est prædicare in hac vita ad conuertendos peccatores. *1. Re. 14. e.* Et irruit vox calcantium super vindemiam & messem Esebon, *k* quum Apostolici viri hæreticorum doctrinam confundunt, & errantes ad Ecclesiam reducunt. *Isa. 16. c.*

Predicare ad conuertendos peccatores.

k *Hie. s. Isa. 16.*

Irruit ventus vehemens à regione deserti in domum filiorum Iob, quum *l* in passione Redemptoris nostri, contra fideles eis fortis tentatio à cordibus Iudæorum venit. Vel cum à dæmonibus tentatio prodiit, & persecutorum corda commouit. *Iob. 1. c.* Irruentes fortes, *m* sunt dæmones grauiter tentantes & Iudæi pleni dæmone. *Psal. 58.* Et irruunt in hominem *n* membra diaboli, vel hæretici, quum conantur eum in peccatum, aut in errores inducere. *Psal. 61.* Irruentes Sabæi in boues & asinas Iob, sunt *o* dæmones doctos indoctos captiuantes. *Iob. 1. c.* Irruunt hæretici super pupillum, cum humilitatem fidelis populi importunis falsisque allegationibus affligunt. *Iob. 6. d.* Irruit diabolus quasi gigas: quia si anima suasionibus eius subesse consueuerit: quanto si ei crebrius subiicit, tanto eum sibi intollerabiliorem facit, vt ei reluctari non valeat: quia nimirum malignus aduersarius contra hanc ex praua consuetudine deuictam, quasi more gigantis pugnat. *Iob. 16. c.* Irruunt mali super bonos, quasi rupto muto, & aperta ianua cum accepta temporaliter potestate, ipsa quoque in quorundam corde munimina fidei destruere conantur. *Iob. 30. b.*

Fortis tentatio à Iudæis, vel dæmonibus.

l *Gre. 2. mor. 28.*

m *Arn. & Hil. s. psa. 58.*

n *Ba. & Hil. s. psal. 61.*

o *Gre. 2. mor. 25. & 8. mo. 1. & 13. mor. 10. & 20. mo. 33.*

Irruens sopor super homines. *Iob. 33. b.* est *p* cum ab omni exteriori actione cessant, licèt non ab interiori.

Cessare ab exteriori actione.

p *Gr. 23. mo. 21.*

Irrumpere.

Irrumpere, est cum impetu ingredi.

Irrumpentes tres fortes Dauid in castra Philistinorum. *2. Reg. 23. c.* designare possunt prædicatores reuincentes hæreticos.

Prædicatores reuincentes hæreticos.

Irrumpere nitentes viri Moab ad regem Edom, & non valentes. *4. Reg. 3. d.* dici possunt dæmones non valentes vincere eos, qui ipsis resistunt.

Isaac.

ISAAC, id est risus: natus ex Abraham & Sara iam decrepitis, ex promissione diuina: quem pater ex præcepto Domini sacrificare voluit, sed postmodum arietẽ, eius loco, mactauit. Genuit autẽ Isaac è Rebecca Iacob & Esau, & iam senex, & captus oculis, putans se benedicere Esau maiorem, benedixit Iacob. Dixit aliquando Rebeccam esse sororem suam cum qua ipsum ludentem vidit Abimelech rex Gerare prospiciens per fenestram.

q *Hier. ad Dan. q. 2. Phil. de Abr.*

r *Au. ser. 79. Gre. s. Ezech. hom. 6. Geor. Venet. Cant. 2. tom. 7. cap. 34.*

Isaac Deum *q* designare potest: vnde oblatus est Isaac Deo, vt designetur verũ risum aut lætitiam propriè Deo competere. Et vt Isaac concupiuit vesci de venatione maioris filij, designat Deum, *r* qui Iudaici populi bona operatione pasci desiderabat. Designat etiam Deum patrem: qui dicitur delexisse Esau, quia fauit populo Iudaico, sed benedixit Iacob, hoc est, Christo. Eundem patrem designauit, quum misit Iacob ad ducẽdam vxorem in Mesopotamiam, hoc est Christum ad gentes. *Gen. 25. d. 27. a. 28. a.* Vt autem genuit Iacob & Esau, est Deus producens hominem animalem, & spiritualem.

Deus.

Pater.

Christus.

s *Tert. aduer. Iud. c. 1. Ale. 1. pada. 5. & 1. strom. Orig. s. Gen. hom. 8. 13. Am. de Isaa. 1. Chry. s. Gen. hom. 47.*

Isaac in multis typus est *s* Christi, qui dicitur risus, quia gaudium attulit vniuerso mũdo: & vt Isaac natus est è sterili, ita Christus ex virgine, & Christus fuit hostia melior, quã Isaac, & portauit ligna holocausti sicut Isaac: quando baiulauit sibi crucem. Et vt Isaac non est passus, sed aries pro eo: ita Verbum diuinum non est passum, sed caro Christi, vt etiã Isaac fodit puteos, ita Christus tradidit doctrinam mysteriorum. Vnigenitus ille, vnigenitus hic. Dilectus ille, dilectus & hic. Et iuncta est Rebecca, hoc est, tolerantia. *Gen. 21. a. 22. b. 14. g. 26. b. 28. a.*

Populus Christianus.

t *Cl. Ale. 1. pada. 5. Ori. s. Gen. ho. 7. & s. Rom. 9. Amb. de Abra. 4. & de Isaac. 1. Chry. s. s. Ioan. hom. 25. Hie. s. Is. 63.*

Isaac potest etiam designare *t* populum Christianum, & bonos ac spirituales, quorum gratia eiicitur Ismael. *Gen. 21. b.* Et vt Isaac fuit vnica vxore contentus, ita fideles in vna casta Ecclesia perseuerant. Natus est per gratiam, non per naturam, quia non fiunt Christiani natura, sed gratia. Vnde natiuitas eius natiuitatem, quæ fit in in baptismo, designat. Vt autem Isaac lusit cum Rebecca: ita fideles, qui apprehendunt disciplinam, exultant in Ecclesia, quæ nostra est ad salutem auxiliatrix: cui firmum ac solidum nomẽ impositum est tolerantia, qui puelli in Christo in tolerantia vitam agunt. *Gen. 26. b. Gal. 4. c.*

Spirituales.

u *Phil. 2. alle. Ori. s. Rom. 4.*

Isaac vt dicitur risus, typus est *u* bonorum operum, quæ sunt iucunda Deo & operanti. Vel designat virtutes, quæ gignuntur à voluntate, vt Isaac à Sara, & dicuntur risus, quia gaudium adferunt nunquam auferẽdum. Vt autem genitus est ab emortua virtute, indicat gaudium spirituale in iis generari, qui per castitatem membra sua mortificauerunt. *Rom. 4. d.*

Bona opera.

Virtutes.

Gaudium spirituale.

x *Glos. ord. s. Gen. 26.*

Isaac aliquando dissidens ab Abimelech, aliquando cum eo concordans, typus est *x* euangelicæ doctrinæ, quæ interdum cum philosophorum dogmatibus consentit: nonnunquam verò ab eis dissidet. *Genes. 26. c.*

Doctrina euangelica.

y *Ori. s. Gen. hom. 12.*

Isaac ascendens ad puteum iuramenti, designat *y* sermonem legis auctum in Prophetis: per quos dicitur. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum. Idem seminans & inueniens centuplum, typus est legis, quam qui seruant, in bonis operibus multiplicabantur. Est etiam typus prædicatorum. *Gen. 26. a.*

Lex.

Predicatores.

z *Ori. prolog. s. Cant.*

Idem fodiens puteos, typum gerere *z* potest philosophiæ naturalis, quæ nobis doctrinæ puteos aperit. *Ge. 26. c.*

Philosophia naturalis.

aa *Be. s. Gen. 21. 22.*

Isaac secundùm quod cum ipso ludebat Ismael, designare potest *bb* mentem aut spiritum, cui blanditur caro. Vt autem immolari debebat Deo, designat spiritum aut sensum perfectum offerendum Deo. *Gen. 21. a. 22. a.*

Mens.

bb *Ber. s. Ecce nos reliquim.*

Isaac offert, *aa* qui gaudium suum omne offert Deo, fideliter & constanter obediens. Et non Isaac, sed aries moritur, quia non peribit ibi lætitia, sed contumacia, cuius vtique cornua vepribus hærent, & sine punctionibus anxietatis esse non potest.

Offerre gaudium Deo.

cc *Gre. 35. mor. 10.*

Isaac deceptus quum putauit Iacob esse Esau, designat prælatos, qui ab adulatoribus decipiuntur. *Genes. 27. b.*

Prælati.

Idem benedicens Iacob pro Esau, typus est *cc* Iudæorum, qui multa de Christo dicunt, quæ de eo non credunt.

Iudæi.

Digitized by Google

sed de alio Messia,quem frustra expectant.Et vt non nouit præsentem prædicens multa de futuro:ita Iudæi multa in scripturis de Christo venturo nouerunt,quem præsentem non cognouerunt.*Gen.27.c.*

Isaar.

Isaar,iuxta Origenem, *a* interpretatur mandati adimpletio: vrbs in regione Amorrhæorum quæ videtur eadem quæ Iasa.Ad eam venientes filij Israël, vicerunt Seon:vt designetur eos qui adimplent mandata Dei, victores esse diaboli.*Num.21.e.*

a *Ori.s.Num. ho.12.*

Isachar.

Gentiles. Religiosi. Obedientes.

Isachar,id est,merces,vel præmium, filius Iacob & Liæ:qui in benedictione Patriarcharum dicitur asinus fortis:& designat gentiles, & religiosos oneri obedientiæ humeros supponentes. Et generaliter *b* bene operantem secundum prudentiam,& comparatur sapphiro,aut prasino,qui pallet. *Gen. 30.c.49.e.*

b *Phil.1.alle. Gre.1.mo.17. Bed.s. Ge.49.*

Christus.

Vt interpretatur merces,designat *c* Christum,qui bonum concupiuit,& est merces nostra.

c *Am.de ben. patr.6.*

Gaudium de bonis operibus.

Designat etiam *d* gaudium,quod nascitur ex bonis operibus,tanquam merces eorum.*Gen.30.d.*

d *Ricar. de S. Vict.de 12.patriar.36.*

Isai.

Prælatus.

Isai,id est,munus,vel existens,seu debitor:aut,iuxta Gregorium, salus Domini siue salus. Fuit pater regis Dauid.In eius filiis est rex,& designat *e* prælatum, qui per integritatem sacræ doctrinæ, per soliditatem innocentiæ,per splendorem electæ vitæ alios saluat.Dicitur & Iesse apud Græcos, hoc est, insulæ leuamen,quia sermone subleuat eos,qui variis tentationibus impetuntur.*Ruth.4.d.1.Reg.16.a.3.Reg.10.d.*

e *Gre.s.1.Re. 16.*

Deus pater.

Vt autem misit Dauid filium suum ad inuisendos fratres,qui erant in militia, & ipse Dauid vadens pugnauit cum Goliath,quem superauit & occidit, designat *f* Deum patrem mittentem filium suum in mundum ad pugnandum cum diabolo,ipsumque vincendum.*1.Reg.17.b.*

f *Au.ser.197*

Isboseth.

Malè munitus virtute. Iudæi.

Isboseth,id est,vir confusionis,vel ignominiæ,aut viri mora,filius regis Saulis, qui voluit regnare cum patre, sed per insidias dormiens occisus est in meridie.Designat *g* eum qui forti mentis custodia munitus non est, qui dum virtutes se exercere existimat,à subintrantibus vitiis nescius perimitur.*2.Re.2.b.4.a.*Designat etiam *h* plebem Iudaicam prohibentem regnare Christum.

g *Gre.1.mor. 36.*

h *Ru.2.s.Reg. 23.*

Iscariotes.

Iscariotes,id est,vir occisionis, vel vir exterminationis, seu mortis. Sic cognominatus est Iudas, Iesu Christi Domini nostri proditor.*Matth.10.a.*Hoc cognomen competit omnibus Iudæ imitatoribus.

Ismaël,Ismaëlitæ.

Iudæi.

Ismael,id est,exauditio Dei,Filius Abraham ex Agar ancilla:designare potest *i* Iudæos, qui filij sunt Abrahæ secundùm carnem,& non secundùm spiritum.*Gen.16.c.21.a.*

i *Bed. s. Gen. 16.*

Populus fidelis.

Secundum autem quod dictus est ferus homo,designare potest *k* fidelium populum,qui ferus homo est contra dæmones & hæreticos.*Gen.16.c.*

k *Orig.s.Gen. hom.7.Hie.& Au s.ps.28.*

Caro. Carnalis.

Ismaël ludens cum Isaac,designare potest carnem blandientem spiritui:Designat etiam carnales & malos,qui filij sunt ancillæ,hoc est carnis.*Gen.16.c.21.b.*Interpretatur Ismaël,obediens sibi,quia isti sequuntur cor suum,& non Deum.*Psal.82.*

Bed.s.Gen.21

Sophista.

Ismaël etiam designat *l* sophistam,qui eiicitur cum matre sua Agar,hoc est,cum encicliis disciplinis, qui dictus est puer, licet iam esset magnus, quia sophistæ pueriliter garriunt. Et manus eius sunt contra omnes, quia Sophistæ semper sunt contentiosi.

l *Phil.de Cherub. & de vesipisc. Noe & de profugis.*

Lucifer.

Ismaël etiam designat *m* Luciferum, qui ludebat cum Isaac,quando sibi vsurpare voluit locum filij Dei, vnde eiectus est cũ ancilla,hoc est cum deliciis,quas Deus dicebatur habere in ipso, & in aliis existentibus in gratia.

m *Geor.Vene. Cant.2. tom. 7.cap.3.*

Gentiles. Iudæi.

Ismaëlitæ vendentes Ioseph Ægyptiis. *Genes.37.a.39.a.* designare possunt *n* Gentiles prædicantes Christum aliis gentilibus. Vel Iudæos qui emerant Christum à Iuda, & tradiderunt eum Gentibus. Interpretantur autem iuxta Ambrosium,odio habentes.Ibant autem Ismaëlitæ simul cum Madianitis.Sed Ismaëlitæ dicuntur emisse Ioseph,non Madianitæ.

n *Amb.de Ioseph.3.Au.ser 81. Bed.s.Gen.38*

Diabolus.

Ismaël filius Nathaniæ,qui occurrit octoginta viris simulatè, quos postea occidit, typus est *o* diaboli transfigurantis se in Angelum lucis,qui dum maiora promittit,etiam minima subtrahit.*Ier.41.*

o *Gre.1.mor. 38.*

Israël,vide Iacob.

Italia.

Italia prouincia in qua sita est Roma, Hebraicè dicitur Tubal, secundum aliquos, & interpretatur orbis, aut confusio,vel ignominia,siue portatus vel adductus.*Num.24.d.Isa.66.f.Ezec.27.b.Actor.14.d.27.a.* Videtur includi Italia nomine Cethim,quo tota Græcia significatur.

Iter,quare Via.

Iterare,Repetere,Iterum,Rursum.

Reuocans Deus ad pœnitentiam.

Iterare,est iterum aliquid facere.

Iterum reducit Deus de abysso terræ, *p* cùm peccantes post baptismum rursum ad pœnitentiam reuocat. *Psal.70.*

p *Ar.s.ps.70.*

Generans Deus vnicum Filium. Lex Dei vnica.

Repetitio visionis,quam vidit Pharao, firmitatis rei futuræ indicium est.*Genes.41.d.* Quod etiam in similibus dici potest.

Non repetit Deus idipsum,quod semel loquitur: *q* quia non nisi vnicum filium genuit. Vel quia singulorum cordibus priuatis vocibus non respondet: sed tale eloquium construit,per quod cunctorum quæstionibus satisfacit.*Iob,33.b.*

q *Gre. 23.m. 18.19.*

Iterare peccata. Augeri peccata.

Iterare verbum in oratione,*r* est conari precibus purgare peccata, & rursum alia committere,pro quibus oret. *Eccli.7.b.*

r *Gre.s.1. Re. 6.& 10.mor. 17.*

Rursum crescere lepram,est iterum augeri peccata.*Leu.13.b.* Rursum autem includere leprosum, est iterum separare peccatorem ad pœnitentiam.*Leu.13.c.*

Ithamar.

Ithamar,id est,insula palmæ,vel dactilorum, aut insulæ commutatio, seu væ palmæ, aut commutationis fuit sacerdos filius Aaron.*Exod. 6.d.38.c.*

Iubal.

Populus Christianus.

Iubal,id est,defluens,siue apportans,vel inueterascens,aut germinans,siue iubileus,vel buccina: filius Lamech ex Ada vxore,fuit pater canentium cithara & organo.*Gen.4.c.*designat *s* populum Christianum in gentibus,qui canit cithara,id est,historia,& organo,id est,sensu.

s *Bed. s. Gen. 4.*

Iubere, vide Præcipere.

Iubilare,vide Canere.

Iubileum.

Iubileum apud Iudæos erat annus quinquagesimus,quo omnia debita remittebantur, & possessiones ad proprios dominos reuertebantur. Interpretatur autem buccina, vel defluens, siue apportans, aut inueterascens, vel germinans.

t *Hier.2.adu. Iouin.*

Libertas futuræ gloriæ. Tempus passionis Christi. Baptismus & pœnitentia.

Iubili libertas,*t* typus erat eius libertatis,quæ in futura gloria speratur. *Leu.25.b.27.c.Num.36.b.Iosu.6.a.*

u *Isy.s.Leuit. 25.27.*

Annus etiam Iubilei, fuit *u* tempus Passionis Christi,quando ipse orauit pro crucifixoribus.*Leu.25.e.*

x *Orig.s.Gen. hom.17.& s. Ier.hom. 6. Ambr.de ben. patr.4. Hie.s. Mic.1.Augu. 22.con.Faust. 81.Bed.s.Ge. 30.38.49.*

Christus.

Designat etiam baptismum, & pœnitentiam, quia in vtroque fit remissio, & recuperatur possessio perdita. *Leu.27.c.*

Iudas,Iudæa,Iudæus.

Iudas, id est,laudatio,siue confessio, filius Iacob & Liæ, ex cuius genere descendit Christus, & reges Iudæorum.Ab eo dicta est Iudæa regio,& Iudæi.

Iudas, quem laudant fratres sui, est *x* Christus laudatus & prædicatus ab Apostolis. *Gen. 49.b.* Et Iudas vadens ad tondendas oues,est Christus veniens ad oues,quæ perierunt domus Israël.Venit autem in Thamna,quod

interpretatur deficiens: quia iam defecerat princeps de Iuda. Venit autem cum pastore suo Odollamite, hoc est, cum Ioanne Baptista, à quo & baptizatus est. Coniunctus est Thamar, quæ mutauerat habitum, hoc est, Ecclesiæ *Gen.* 38. *Psalm.* 59. *Iere.* 11. *a. Mich.* 1. *b. Zach.* 8. *d.* 9. *c.* Ipse est leo de tribu Iuda : *a* cuius nomen quod dicitur Hebraicè *Iehuda*, aptissimè ipsi Christo conuenit: in quo sunt quatuor literæ magni nominis Dei, interposita Dalet, quæ quatuor importat in numero, significans quadrarium corpus, quod ipse Deus assumpsit.

Prædicatores.

Iudas, vt interpretatur confitens, designare potest *b* prædicatores laudantes Deum, & habentes prudentiam. 1. *Reg.* 15. *a.* in eo Lia parere desiit. *Genes.* 29. *g.* quia quando peruenitur ad perfectionem cessat actio: & exercetur contemplatio. Et attribuitur carbunculus ignei coloris & splendidus. *Hose.* 10. *d.*

Populus Christianus. Laus Dei.

Iudas designare potest *c* populum Christianum confitentem peccata sua, & laudantem Deum : & generaliter plebem communem bonorum. *Gen.* 49. *b.* 1. *Reg.* 11. *b. Psal.* 59. 68. *Ier.* 11. *a.* 1. *Mac.* 3. *a. Hos.* 4. *d.* 10. *d.* 12. *a. Nahum*, 1. *d. Sophon. a. Zach.* 8. *c.* 14. *e.* Idem populus Christianus dicitur Iuda præuaricatrix, quando in eo refrigescit charitas. *Iere.* 3. *b.* Designat etiam ipsam laudem Dei ex bonis operibus resultantem. Iudas quoque Iacobi, significare potest bonos Christianos. *Matt.* 6. *a. Luc.* 6. *b.* Iudas etiam & Iudæa, sæpè significant Ecclesiam militantem, in qua est confessio peccatorum, & laudis Dei. *Psal.* 47. 75. 113. Super eam vidit Isaias visionem. *Isa.* 1. *a.* 7. *b.* 22. *b.* 26. *a. Iere.* 1. *b.* 4. *b.* 10. *d.* 17. *d.* 31. *e. Amos*, 2. *b. Mich.* 1. *a.* Iudæa verò, quæ habitabat in æternum, accipitur pro Ecclesia triumphante, *Ioel.* 3. *d.*

Ecclesia militans & triumphans.

Iudæus in occulto, *d* est fidelis seruans legem Euangelicam, quæ latebat intra literam veteris legis. Iudæus verò secundùm carnem, est carnalis Iudæus, qui legem carnaliter obseruat : & hic cognominatur Iudæus, & non est. *Rom.* 2. *c.* Et Iudæus, id est confitens vel peccata vel laudes Dei, est fidelis bonus, qui fugit in mare: & Iordanis conuertitur retrorsum. Confessio autem vera & recta est ascribere sibi mala, Deo verò bona. Vt autem Iudas natus est quarto loco, designat amorem, qui verè laudat, & confitetur peccata.

Fidelis.

Amor.

Iudas vt interpretatur confessio, typus est *e* fidei. *Psa.* 67. Et Iudæa sit sanctificatio : quia per confessionem fidei & peccatorum sanctificamur. *Psal.* 113. Vt autem Iudas coniunctus est Thamar, designat confessionem peccatorum, quæ adiungenda est amaritudini pœnitentiæ. *Genes.* 38. *c.* Et vt idem præmissus est à Iacob ad Ioseph, designat confessionem, quæ in iis, qui conuertuntur, & ad Christum accedunt, præcedere debet, *Genes.* 46. *c.* Et idem ferens Beniamin, designat confessionem habentem secum humilitatem. *Gen.* 43. *b.*

Fides. Confessio fidei ac peccatorum

Iudas etiam coniunctus Thamar, designat *f* studiosum discentem scientias indifferentes & seruantem confessionem in Deum. *Gen.* 38. *c.*

Studiosus.

Iudas qui regnauit & laudatus est à fratribus suis, designat *g* regem bonum, *Genes.* 49. *b.* Et dicitur Iudas rex Dei, quia à Deo in regem est electus. *Psalm.* 59.

Rex bonus.

Iudas vt dedit consilium, vt venundaretur Ioseph, typus fuit Iudæ Iscariotæ, qui vendidit Christum. *Gen.* 37. *e.*

Iudas Iscariotes.

Iudas ferens Beniamin in Ægyptum, designare potest *h* Euangelium, quod assumpsit Paulum ad sui manifestationem. *Genes.* 43. *b.*

Euangelium.

Iudas etiam aliquando potest designare *i* Iudæos, & cùm dixit Thamar, iustiorem se fuisse, designat gentilitatem iustificatam esse præ Iudæis.

Iudæi.

Iudæa deserenda, est *k* obseruatio carnalis legis, & sensus literalis, qui est deserendus, vt ad spiritualem transeatur. *Matt.* 24. *b. Marc.* 13. *b. Luc.* 21. *d.*

Sensus literalis.

Iudas Iscariotes contradicens *l* effusioni vnguenti, designat hæreticos negantes pœnitentiam : & vt tradidit Christum, designat hæreticos & Iudæos. *Matt.* 26. *a. Marc.* 14. *a. Luc.* 6. *c.* 22. *a. Ioan.* 12. *a.* 18. *a.*

Haretici negantes pœnitentiam. Iudæi.

Iudas, qui obsidet Hierusalem. *Zach.* 12. *a.* sunt *m* falsi fratres in Ecclesia.

Falsi fratres.

Iudex, Iudicare, Iudicium, Adiudicare.

IVDEX est, qui ius dicit populo: hoc est, qui ex iurisdictione propria, aut sibi delegata ius habet litigantium causas cognoscendi. Iudicare autem dicitur, vel cùm iudicium exercet, aut cùm statuit & decernit. Iudicium verò dicitur legitima disceptatio duorum, aut plurium coram iudice: & aliquando ipsa iudicis sententia. Iudicare autem interdum est arguere. *Iob*, 36. *d.* Per hæc enim iudicat populum. Condemnare. *Deut.* 20. *c.* Ergo non iudicabit eos. Discernere. *Gen.* 16. *b.* Iudicet Dominus inter me & te. Existimare. *Leu.* 15. *a.* Tunc iudicabitur hic vitio subiacere. Sententiam ferre. *Exod.* 21. *a.* Et si illi iudicauerint, duplum. Probare. *Deut.* 1. *c.* Quod iustum est iudicare. Regere, *Iudi.* 3. *b.* Iudicauit Israël. Testificari. *Gen.* 31. *g.* Intueatur & iudicet Dominus. Iudicium autem, æquitas. *Deut.* 10. *d.* Faciet iudicium pupillo & viduæ. Comparatio. *Matth.* 12. *f.* Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Conuersatio. *Leu.* 39. *c.* Hæc sunt præcepta atque iudicia. Condemnatio. *Sap.* 6. *a.* Iudicium durissimum in his. Discussio. *Deut.* 22. *d.* Et cum res ad iudicium venerit. Officium. *Prou.* 20. *b.* Rex qui sedet in solio iudicij. Sententia. *Leu.* 23. *c.* Sacerdotis iudicio polluetur. Veritas. *Deut.* 32. *a.* Omnes viæ eius iudicio. Vltio. *Exod.* 7. *a.* Per iudicia magna.

Iudex præcipuè & propriè dicitur *n* Christus: qui iudex est viuorum & mortuorum. *Psa.* 7. 48. 74. *Matt.* 5. *c. Luc.* 12. *g.* Et dicitur iudex viduarum: quia discernet vetè viduas ab aliis : & quia defendit illas ab oppressoribus. *Psal.* 67. Dicitur etiam Iudex Israël. *Mich.* 5. *a.*

Christus.

Iudices, qui restituentur sicut antiquitus, sunt *o* Apostoli in Ecclesia iudices constituti pro Patriarchis & Prophetis. *Isa.* 1. *g.* Et iudices domus Israël, sunt doctores Ecclesiæ. *Mich.* 3. *d.* Iudex, quem abstulit Dominus, est doctor, qui nouerit legem, qui ablatus est à populo Iudæorum. *Isa.* 3. *a.*

Apostoli. Doctores.

Iudices iuncti petræ, sunt *p* hæretici, & Philosophi: qui non sunt fundati supra petram, Christum : sed solùm dicuntur iuncti, quasi volentes ei ex latere falsò adhærere. *Psal.* 140. Iudices autem Israël facti filij Samuel, designant indignos promotos ad sacerdotium. 1. *Reg.* 8. *a.* Et iudex Moab, quem disperdit Deus, est hæresiarcha, & qui præest terrenis operibus. *Amos*, 2. *a.*

Hæretici & Philosophi.

Iudices, quorum vultum operuit impius. *Iob*, 9. *c.* fuerunt *q* principes Iudæorum, quos excæcauit diabolus.

Indignè promoti. Principes Iudæorum.

Iudicauit Dominus causam animæ Christi, *r* quando innocentis mortem peruenire facit ad salutem humani generis: & triumpho resurrectionis eius confundit authores eius interemptionis. Vel iudicauit causam fidelium suorum, quando redemit animas eorum, & non dereliquit omnes, qui in se sperauerunt : sed confessores suos ad cœlestem transtulit gloriam, eorum verò persequutores in perpetuam demersit pœnam. *Thre.* 3. *g. Mich.* 7. *b.*

Redemptio generis humani.

Iudicat Christus pauperes in iustitia, *s* cùm dat præmium pauperibus spiritu. *Psal.* 71. *Isa.* 11. *a.*

Dans præmiũ pauperibus spiritu.

Iudicabit Christus populum suum, hoc est *t* Iudæos. *Psal.* 138. Et iudicabit in mensura Iudæos, quia qua mensura mensi fuerint, remetietur eis. Et contra mensuram, quia cumulatur pœna in inferno perpetuo durans. Vel dicitur iudicare contra mensuram eorum, *u* vel qui puniuntur citra condignum: vel quia ipsi iudicant se grauius puniri, quam mereantur. *Isa.* 27. *b.* Et ipse Christus faciet iudicium & iustitiam, quia Pater omne iudicium dedit Filio, *Iere.* 27. *b.* Et iudicabit iuxta vias cuiusque, quia secundum opera. *Ezech.* 7. *a.* Et iudicabit Hierusalem iudicio adulterarum. *Ezech.* 16. *e.* Ipse iudicat inter pecus pingue & macilentum. *Ezech.* 34. *e. Zach.* 3. *b.*

Iudicium vniuersale.

Iudicabit Dominus fines terræ, hoc est, *x* omnes in iudicio. 1. *Reg.* 2. *b.* Vel iudicabit fines terræ, *y* hoc est, extrema vitæ in corpore, quia qualis tunc quisque inuenitur, ita iudicatur. Et iudicabit iudicantes Sion, cum condemnabit affligentes Ecclesiam. *Isa.* 49. *g. Ezech.* 38. *g.* iudicare autem dicitur Christus terram, & non cœlum. *Psal.* 81. quia *z* in terra committuntur, quæ iudicari debeant, & non in cœlo, vbi omnes sunt beati. Pertinet autem ad ipsum iudicare, & non ad alios homines, vel angelos : quia ad ipsum pertinet iudicare cum misericordia, & non ad alios, qui merè sunt eius sententiæ exequutores.

Prædicatio prouocans ad pœnitentiam.

Iudicat Deus populos per nubes & fulgura, *aa* quando per verba prædicatorum, & fulgura miraculorum corda populorum ad pœnitentiam vocat. *Iob*, 36. *d.* Et iudicantes terram sunt *bb* spirituales. Inferius enim nobis est, quicquid iudicamus : quicquid autem infra spiritualem hominem est, meritò terra nominatur, quia terrena labe sauciatum est. *Psa.* 2. Iudicabunt etiam brachia Dei populos, *cc* cùm Sancti in iudicio iudicabunt cum Christo, & cùm Ecclesia condemnabit hæreticos. *Isai.* 51. *b.* 54. *d.*

Iudicabit Deus in hac vita hominem duobus modis, *dd* quia aut per mala præsentia irrogare iam tormenta sequentia incipit aut tormenta sequentia flagellis præsentibus extinguit, qua ratione iustus petit iudicari sibi, cur ita iudicetur à Deo, quia & dolet de verbere, & deprehendere in se non valet, quod deploret. *Iob*, 10. *a.*

Non

a *Geor. Vene. Cant.* 2. *tom.* 7. *cap.* 17.

b *Gre. s.* 1. *Re.* 15. *Philo.* 1. *alleg. Rup. s. Ho.* 10.

c *Ori. s. Gen. hom.* 17. *& s. Ier. hom.* 6. 14. *Arno. s. ps.* 59. 47. *Gre. s.* 1. *Reg.* 11. *Hier. s. Ier.* 3. *& s. Hos.* 4. *& s. Zac.* 8. *& s. Isa.* 1. *Bed. s. Ge.* 30. *Geor. Venet. Cant.* 2. *tom.* 7. *cap.* 6. *Hie. s. Ier.* 1. 4. *Am. s. Luc*, 17

d *Ori. s. Le. ho.* 3. *& s. Rom.* 2 *Au. epi.* 200. *Ric. de S. Vict. de extrem. mali.* 2. *& de* 12. *patria.* 12

e *Au. s. ps.* 67. 113.

f *Cle. Alex.* 1. *strom.*

g *Hil. s. ps.* 59.

h *Ambro. de Ioseph.* 9.

i *Bed. s. Gen.* 38.

k *Ori. s. Matt. ho.* 29. *Hie. s. Matth*, 24. *Ambro.* 2. *de pœni.* 8.

l *Ori. s. Mast. hom.* 3. *Hil. s. Matth.* Can. 29.

m *Rup. s. Zac* 12.

n *Ori. s. Luc. ho.* 35. *Amb. su. Luc.* 12. *Hil. s. ps.* 67. *Hier. s. Mic.* 5.

o *Hier. s. Is.* 3.

p *Arno. s. ps.* 140. *Au. s. ps.* 140. *Gre. s.* 1. *Re.* 8. *Hie. s. Amo.* 2.

q *Gre.* 9. *m.* 21

r *Glo. ord. su. Thre.* 3.

s *Glo. inte. su. Isa.* 11.

t *Hil. s. ps.* 138

u *Hie. s. Is.* 27. *& s. Ezech.* 7.

x *Gre. s.* 1. *Re.* 2.

y *Au.* 17. *ciui. Dei.* 4.

z *Hie. s. ps.* 81.

aa *Gre.* 27. *m.*

bb *Aug. s. ps.* 2.

cc *Hier. s. Isa.* 51.

dd *Gre.* 9. *mo.* 33.

Digitized by Google

Defensio Dei.
Non esse qui iudicet, dicit Iob, *a* quando Deus iudicare dissimulat, & apertè defendere, quia causam nostram contra aduersarium præter eum, qui iudicet, non est. *Iob*, 19.*a*. — a *Gre.*14.*mo.* 18.

Repressio dæmonum.
Iudicat Dominus nocentes, *b* cùm reprimit dæmones. *Psa.* 34. — b *Ar.s.ps.*34.

Manifestatio iustitiæ Dei. Iudicatur.
Iudicari simul petit Deus. *Isa.*43.*d.* vt *c* ostendatur in ipso esse iustitia, & in Israël iniquitas. Et iudicabitur Dominus in igne *Isa.*66.*e.* quia apparebit iustus in iudicio puniendo malos. Et iudicabitur cum omni carne, *Iere.* 25.*f.* quia *d* omnibus ostendet iustam sententiam suam, & nullus abibit iniudicatus. Qui enim non credit, iam iudicatus est in eo quod non credidit: Sed ipsi qui non credunt, diuersis inter se afficientur suppliciis. Ipse quoque dicitur adducere hominem secum in iudicium. *Iob*, 14.*a.* *Mich.*6.*a*. — c *Hie.s.Is.*43. 66.& *s. Iere.* 15. d *Orig.s. Ier. hom.*11. *Hier. s.Ier.*15.

Christus in se & in Martyribus.
Iudicatur nunc Christus in vniuersa terra, quia iudicatur in se & in Martyribus. Vel quia hæretici & alia varia de ipso & sentiunt, & dicunt. *Iere.*15.*c.* *Psal.*139.

Liberari à malis.
Iudicari se petunt iusti à Deo, *e* non quia se iustos coram Deo arbitrentur, sed in comparatione malorum, à quibus petunt liberari & separari, *Psal.*42.53. Sic iudicabit Deus pauperes populi, defendendo, & liberando eos à persequutoribus. *Psal.*71. — e *Au.s.ps.*53.

Castigatio bonorum ad profectum.
Iudicatur causa bonorum quasi impij, *f* quia eorum hic iustitia paterno flagello fatigatur, vt ad ampliorem vigilantiam, non solùm mandatorum præceptione, sed etiam verberum percussione doceantur. Sed causam iudiciúmque recipiunt, quia ex ea iustitia, qua modò viuunt, tunc in culmine iudiciariæ potestatis enitescunt, vt tantò tunc potentius cuncta iudicent, quantò nunc in eis subtilius cuncta iudicantur. *Iob*, 36.*c.* Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciúmque recipies. — f *Gre.* 26.*mo.* 32.

Examinari cogitationes. Castigare corpus.
Iudicat Dan populum suum, *g* quum quis cogitationum cordis sui intelligentiam sumit. *Gen.* 49.*e.* Et iudicat terram, cùm proprium corpus castigat. *Psal.*2. 1.*Cor.*9.*d*. — g *Bed.s. Gen.* 49. *Aug. ser.* 94.

Reprehendens sine compassione.
Iudicare pro Deo nititur, *h* quia cum infirma quæque in altero reprehendit, apud se introrsus per compassionem nõ infirmatur, ac si in ipso nihil reprehensibile haberet. Illius enim solius est peccata hominum sine compassione discutere, quia ex naturæ suæ omnipotentia ignorat peccare. *Iob.*13.*a*. — h *Gre.*11.*mo.* 16.

Lex retinens populum in timore.
Iudicans Eli quadraginta annis, *i* designat legem per timorem retinentem populum à transgressione decalogi, 1.*Reg.*4.*d.* Iudicans etiam Moses populum, legem iudicantem significat. *Exod.*18.*b*. — i *Gre.s.*1. *Re.* 4.

Sacerdos disponens populos ex inspiratione.
Iudicans Samuel populum in Masphat. 1.*Reg.*7.*b.* designat *k* sacerdotem disponentem circa subditos ea, quæ in alta contemplatione, & per diuinam inspirationem accepit. Ideo Christus dans potestatem iudicandi Apostolis, insufflauit in eos. *Ioan.*20.*e.* Et spiritualis dicitur omnia iudicare, super quæ videlicet potestatem accepit, 1.*Cor.*2.*d.* Iudicauit autem Samuel omnibus diebus vitæ suæ: designans prælatum toto tempore suæ prælaturæ debere alios verbo & exemplo illustrare: vt faciat illud Apostoli. *Rom.*15.*d.* Nõ audeo loqui aliquid horum, quæ per me non efficit Deus. Dicitur etiam iudicauisse in Ramatha, hoc est, quod fecerit accendi subditorum animas ad cœlestis amorem patriæ. Iudicium quoque datũ sedentibus. *Apo.*20.*a.* est de quo dicitur: Quæ ligaueritis super terram, ligata erunt & in cœlo. Iudicantes autem minora, sunt sacerdotes in Ecclesia, sub Episcopis curam animarum gerentes. *Exod.*18.*d.* Et iudicant iudicia Dei, *l* cùm non accipiunt personam. *Ezec.*44.*f*. — k *Gre.s.*1.*Re.* 7. *Aug.*13.*conf.* 23.& 20.*ciu. Dei.*9. l *Hie.s. Ezec.* 44.

Iudices florentes vt palma.
Iudicans Debora sub palma. *Iudi.*4.*a.* designat *m* iudices florere iustitia, vt palma, iuxta illud. *Psal.*91. Iustus vt palma florebit. Iudicant autem manè iudicium, *n* qui iudicant in luce veritatis. *Iere.*21.*c*. — m *Ori.s.Iudi. hom.*5. n *Hier.s. Ier.* 21.

Percipere omnes sensus scripturæ. Discernere bonum à malo.
Iudicare omnem diem, *o* est percipere omnem sensum sacræ scripturæ. Iudicare verò diem inter diem, est aliquos sensus percipere. *Rom.*14.*a.* Iudicare autem inter diem & noctem, *p* est discernere bonum à malo. Iudicare verò inter noctem & noctem, est segregare mala à peioribus: Iudicare autem inter diem & diem, est dignoscere bona & meliora. — o *Ori.s.Ro.*14 p *Ricar. de S. Vict. de statu. inter. hominis* 26.

Quærere causas flagelli Dei.
Iudicari virum cum Deo, sicut cum collega suo petiit Iob. *Iob.*16.*b.* quia *q* peccatores quidem nos esse semper agnoscimus: sed tamen sæpè in flagello positi, pro quo magis peccato flagellemur, ignoramus, & nos ipsos subtili inquisitione discutimus, vt si quomodo possimus causam persequutionis nostræ inuestigare valeamus, quæ dum plerumque nos latet, fit nobis oneri cæcitas nostra: & de eo, quod patimur plus dolemus. Quis verò cum collega suo ad iudicium accedit, & quod sentit, dicit, & quicquid contra se dicitur, agnoscit, & quo voluerit pulsat, & nouit vnde pulsatur. — q *Gre.*13.*mo.* 14.

Liberari bona voluntate.
Iudicatur in quo iudicio quis iudicauerit. *Matt.* 7. *a.* hoc est, *r* qua voluntate quis benè fecerit, ea liberabitur. — r *Aug.epist.* 49.q.4.

Imponere finem vitiis.
Iudicamus nosmetipsos, *s* quando vitiis, & concupiscentiis finem imponimus. 1.*Cor.*11.*g.* *Psal.*93. *Iob*, 35.*d*. — s *Ar.s.ps.* 91.

Condemnare peccati.
Iudicare lepram aut adiudicare lepræ, *t* est condemnare peccati. *Leu.*13.*e.* Idem est iudicio sacerdotis pollui. Et iudicare immundum eum, qui patitur fluxum seminis. *Leu.*15.*a.* Iudicium autem in rationali sacerdotis. *Exod.* 28.*e.* designat discussionem causarum subditorum faciendam esse à sacerdotibus propter Deum. — t *Glo. inte.su. Leuit.*13.

Acceptio personarum.
Iudicare secundum visionem oculorum, est *u* accipere personam in iudicio, quod non faciet Christus, *Isa.* 11.*a.* Sic iudicant principes in muneribus, quum sine munerum acceptione nolunt iudicare. *Mich.*3.*d*. — u *Hier. s. Isa.* 11.& *s.Mic.*3

Iudicium Antichristi.
Iudicans Dan populum suum. *Gen.*49.*e.* typus est *x* Antichristi, qui iudicium sibi vsurpabit. — x *Am.de ben. patr.*7.

Christus. Opus redemptionis.
Iudicium, quod habitabit in solitudine, dicitur *y* Christus habitans in Ecclesia ex Gentibus. *Isa.*32.*d.* Ipse est iudicium, quod elongatum est à Iudæis, *Isa.*59.*b.* Et pater Christi dicitur Deus iudicij. *Isa.*30.*d.* Iudicium etiam Dei, est opus redemptionis, per quod statuit Deus saluare Gentes. *Isa.*51.*b.* Iudicium autem Christi dicitur esse cum Deo: quia meritò iudicabit incredulos. *Isai.*49.*a.* Iudicia, quæ constituit Dominus, *z* sunt salus data mundo per crucem Christi. *Exod.*15.*d*. — y *Hie.s.Is.*32. 51.59. z *Ori.s.Exod. hom.*7.

Lex noua. Præcepta Dei.
Iudicium, quod protulit Christus Gentibus, est *aa* lex noua. *Isa.*42.*a.* Et iudicia Dei, dicuntur præcepta Dei. *Isa.*26.*b.* Iudicia quoque Dei absolutè, dicuntur iudicia eius occulta. Iudicia verò eius, sunt manifesta: vt *bb* præcepta & omnia, quæ loquutus est per Prophetas, & quæ operatur, & quæ cognoscuntur. *Psal.*118. *Ezec.*11.*b.* *Rom.* 11.*d.* *Exod.* 21.*a*. — aa *Hie.s.Is.*42 bb *Amb.s. ps.* 118.*serm.* 2. *Hil.s.ps.* 118. *Au.s.ps.*118. *Eug.s.psa.*18.

Pœna malorum.
Iudicia Dei sæpè dicuntur, *cc* quas Deus impiis importat clades: quod appellatur iudicium, quia prauitati, & causæ, ac noxæ respondet. Non minùs enim animaduertit Deus in delinquentes atque leges humanæ. Iudicia ergo dicuntur sententiæ rectæ, & cum ratione probatæ, siue ad absolutionem criminis, siue ad condemnationem rei. Item iudicia dicuntur sententiæ diuinæ iuráque inter homines constituta à Deo. Sunt autem hæ normæ, & rectitudines, quæ lites dissoluunt, altercantésque componunt, proponentes quod rectum sit, & in quo debeant omnes acquiescere. *Psal.*18. — cc *Rup.* 3. *s. Exod.*34. *Bed.s. Exo.*6.

Iura diuina.
Dicuntur autem iudicia Dei iura diuina, in quibus est veritas & iustitia. *Exod.*21.*a.* Iudicia verò magna quibus Deus liberat populum suum de Ægypto, dici possunt plagæ vel pœna dæmonum in iudicio. *Exod.*6.*a.*7.12.

Castigatio ad miserendum. Cõdemnatio.
In iudicio autem corripit Deus, & non in furore, cùm castigat, vt misereatur. *Ier.*10.*b.* Iudicat enim Deus hominem in hac vita duobus modis: quia aut per mala præsentia irrogare iam tormenta sequentia incipit: aut tormenta sequentia flagellis præsentibus. Atque ita petebat Iob, vt ostenderet ei Deus, *dd* quod ad iudicium per flagella securum eum redderet: aut pro quo delicto specialiter puniretur. *Iob*, 10.*a.*40.*a.* *Isa.*26.*b.* *Ezec.*5.*b.*11.*b.*14.*f.*25.*c.* Iudicium sumitur pro condemnatione, quum dicitur. *Ioan.*5.*d.* in iudicium non veniet, sed transiet à morte ad vitam. Quatuor autem sunt iudicia Dei, duo de præsenti, & duo *ee* de futuro: in præsenti prosperitas malorum, & tribulatio Sanctorum, in futuro remuneratio Sanctorum, & condemnatio peccatorum. *Psal.*17. — dd *Gre.*9.*moral.*23.24. ee *Hie.s.ps.*17

Allegare iustitiam suam.
Iudicia iustitiæ rogant Deũ, *ff* qui suam iustitiam coram Deo allegant, quasi iure petentes præmium. *Is.*58.*a*. — ff *Hie.s.Is.*58.

Iudicabunt humiles cum Christo.
Iudicium tribuit Deus pauperibus. *Iob*, 36.*a.* quia *gg* electos destruit, & humiles per iudicium liberos reddit. Vel certè iudicium tribuit pauperibus, quia hi, qui nunc nequiter opprimuntur ipsi tunc super oppressores suos iudices veniunt. Duæ quippe sunt partes, electorum scilicet atque reproborum. Sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alij námque iudicantur, & pereunt. Alij non iudicantur, & pereunt. Alij iudicantur & regnant, alij non iudicantur & regnant. Iudicantur & pereunt, quibus dominica voce in damnatione dicitur. *Matth.* 5.*c.* Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Quibus præmittitur: Discedite à me maledicti in ignem æternum. Alij verò in extremo iudicio non iudicantur & pereunt, de quibus ait Propheta: Non resurgunt impij in iudicio. Et de quibus Dominus dicit: Qui autem non credit, iam iudicatus est. Et Paulus, *Rom.*2.*b*. — gg *Gre.*26.*m.* 24.25.

Digitized by Google

Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Resurgunt ergo etiam omnes infideles, sed ad tormentum, non ad iudicium. Ex electorum verò parte iudicantur & regnant, qui vitæ maculas lachrymis tergunt & peccata sua eleemosynis redimunt. Quibus iudex in dextera consistentibus dicet: Esurijt, & dedistis mihi manducare, &c. Quibus præmittit dicens: Venite benedicti patris mei, &c. Alij non iudicantur & regnant, qui etiam præcepta legis perfectione virtutum transcendunt. Quibus dominica voce dicitur, Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, quum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israël. Et de quibus Propheta ait. *Isa. 3.c.* Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Et de quibus Salomon, cùm de sanctæ Ecclesiæ sponso loqueretur, intulit dicens. *Prou. 31.c.* Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.

Iudicium de quo sublatus est Christus *a* fuit prauum Iudæorum iudicium. *Isa. 53.c.*

Iudicium Iudæorum.

Iudicium non æquum appellat Iob, quando *b* affligebatur à Deo. *Iob. 19.a.* quia non propter peccata flagellabatur, & etiam ea ratione, qua dixit Deus Satanæ: Commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra.

Pœna sine culpa.

Iudicium ponere coram Deo, *c* est intra mentis secretum per fidei contemplationem ad tremendum examen Maiestatis illius, oculos nostræ considerationis aperire: quid peccator homo mereatur attendere, & occultus nunc & tacitus iudex, quàm terribilis pòst appareat, considerare. *Iob, 23.a.*

Iudicare seipsum.

Iudicium hominis peruenit ad victoriam, *d* quando mittente Deo Filium suum incarnatum ad humanas redarguendas vias, homo liberatus per absolutionis iudicium, insidiantem aduersarium victor excludit. *Iob, 23.b.*

Liberatio hominis.

Iudicium iusti, est quasi diadema: *e* quia per magni operis gloriam, ad retributionis ducit coronam. *Iob, 39.c.*

Corona iusti.

Et cogitationes iustorum sunt iudicia. *Prou. 12. a.* quia ab omni strepitu seculari ad corda sua redeunt, ibique ascendunt tribunal mentis, atque ante oculos se & proximum statuunt, sicque districto iure atque iudicio causam suam & proximi, iuxta diuinæ legis tabulas in foro cordis examinant.

Cogitatio iusti.

Iudicium aufert Deus ab anima, *f* quum non eam condemnat, sed eius miseretur. *Sopho. 3.c.*

Misericordia Dei.

Iudicium Iob, quod dicitur Deus abstulisse. *Iob. 27.a.* designare potest *g* voluntatem humanam in Christo, qua orauit ad patrem, vt transiret ab eo calix passionis: qua in se humani generis infirmitatem in veritate assumpti hominis demonstrabat.

Voluntas humana Christi.

Iudicium conscriptum faciunt, qui primum negauerant Deum & postea reuertuntur ad pœnitentiam. Vel sancti faciunt iudicium conscriptum in malis, *h* quum eos ad Ecclesiam deducunt, & à peccatis resipiscentes absoluunt. *Psalm. 149.*

Resipiscentia.

Iudicium sanguinum est, *i* in quo innocentes condemnantur. *Ezech. 7.g.*

Condemnatio innocentum.

Iudicia gentium dicuntur *k* cultus idolorum. *Ezech. 11.b.*

Idololatria.

Iudith.

Iudith, id est, laudans, vel confitens: vidua sancta, quæ occidit Holophernem, & liberauit populum Iudæorum ab eius obsidione.

Iudith capiens Holophernem laqueo oculorum, & labiis, &c. typus est humanitatis Christi, qua captus est diabolus, *Iudith, 9.c.*

Humanitas Christi.

Designat etiam Ecclesiam, quæ occidit Holophernem, hoc est vincit diabolum.

Ecclesia.

Exprimit etiam *l* beatissimam Virginem Mariam, quæ caput amputauit Holophernis, quia contriuit caput antiqui serpentis.

Virgo Maria.

Iugerum.

Iugerum, est mensura terræ seu agri, à iugo dicta, quod tantum spatij vno iugo boum in die aretur.

Iugeri media pars. *1.Reg. 14.b.* tempus *m* vitæ præsentis designare potest.

Tempus vitæ præsentis.

Iugis, Iugiter, vide Perpetuus.

Iugulare, vide Interficere.

Iugum.

IVGVM, quandoque est vertex, siue cacumen montis, de quo vide Collis. Est etiam ligneum instrumentum, quo iunguntur boues, & adinuicem arctantur, & per metaphoram ab hoc sumptam, iugum dicitur seruitus, onus, vel tyrannis.

Iugum Christi, sunt *n* præcepta, & crux Christi, ac fides: quod iugum suaue est amantibus, graue autem non amantibus, & potest esse graue & suaue iuuenibus. *Ier. 2.d. 5.b. Thren. 3.c. Matt. 21.d. Hos. 7.d. 11.b.* Et iugum leue, est lex spiritalis, sicut graue, carnalis.

Præcepta Dei.

Crux Christi.

Iugum, quod excussit Esau, designare potest *o* grauitatem legis, quæ excutitur per fidem Christi. *Genes. 27.f. Psa. 2. Iere. 5.b.* Iugum etiam erant traditiones Iudæorum. Et iuga boum quinque, sunt præcepta decalogi, aut pentateuchum legis. *Luc. 14.d. Act. 15.c.* Iuga boum duodecim, sunt viginti quatuor libri veteris testamenti. *3. Reg. 19.d.* Iuga autem boum *p* ad Iudæos pertinere solent. *Iob. 1.a.*

Fides.

Lex vetus.

Traditiones Iudæorum.

Iuga boum quingenta, quæ habebat Iob, sunt *q* laborantes sub iugo Christi. *Iob, 1.a.* Vel sunt credentes ex Iudæis, vel prædicatores: qui post tribulationes duplicantur ipsi Iob, & fiunt mille iuga, per multiplicationem denarij numeri, quia lex in decem præceptis concluditur. *Iob, 42.d.*

Laborantes sub iugo Christi.

Iuga boum quinque, designare possunt *r* quinque sensus, quibus deprimimur ad res sensibiles & terrenas. Designant etiam curiositatem, quæ per sensus habetur, ideò ait: Eo probare illa. *Luc. 14.d.*

Sensus.

Curiositas.

Iugum, quod est imponendum linguæ, *s* est humilitas, per quam lingua deprimitur, ne elata proferat verba. *Eccl. 28.c.*

Humilitas.

Iugum Babylonis in populum Dei, *t* dici possunt persecutiones mundi in bonos. *Isa. 4.b.a. Iere. 30.b.* Iugum autem iniquitatum, est calamitas propter peccatum illata. *Thren. 1.e.*

Persecutiones.

Iugum quod non erat impositum vaccis, *u* imperium dæmonis per peccatum. *1.Reg. 6.b.* Hoc iugum non portauit vacca rufa, hoc est, caro Christi. *Num. 19. a* Hoc iugum computrescit à facie olei, hoc est, misericordiæ Christi, *Isa. 9.a. 10.f. Psal. 2.* Et iugum Assur, *x* sunt peccata & tentationes diaboli. *Isa. 14.f.* Iugum etiam Nabuchodonosor, est peccatum, quo seruitur diabolo. *Ierem. 27.d.* Iugum etiam graue, & fomes peccati. *Eccli. 40.a. Hos. 11.c.* Iugum autem seruitutis, quod pertinet ad peccatum, grauiùs quidam dicit quàm ipsa seruitus. *Galat. 5.a.* Iugum autem primum, in quo fuerunt Galatæ, fuit idololatria: secundum Iudaizatio, quæ iam similis erat idololatriæ.

Pœna peccati.

Imperium dæmonis.

Peccata & tentationes.

Fomes peccati.

Idololatria.

Iugum cum infidelibus, est *y* conuersatio, quæ cum eis non est habenda. *2.Cor. 6.a.*

Conuersatio.

Iugum, est obsidio, tyrannis, oppressio, & subiectio. *Ier. 28.a.* Contriui iugum regis Babylonis. *Iud. 19.e.* filij Belial, id est, absque iugo.

Tyrannis.

Subiectio.

Iumentum.

Iumentum à iuuando dictum, quod operam præbeat hominibus, vel sarcinas gerendo vel currus trahendo, vel terram excolendo: sub qua appellatione continentur equi, muli, asini, cameli, boues.

Iumentum quandoque *z* dici potest caro Christi, qua portauit nos vulneratos in stabulum Ecclesiæ: ne nos essemus sicut equus & mulus *Luc. 10.f.*

Caro Christi.

Iumenta sunt *aa* prædicatores laborantes in agro Ecclesiæ. *Psalm. 103.* de quibus dicitur. *1.Cor. 9.b.* Boui trituranti os non alligabis.

Prædicatores.

Iumentum cui insedit Christus designare potest *bb* religiosos per labores pœnitentiæ glorificantes & portantes Deum in corporibus suis.

Religiosi.

Iumenta significare possunt *cc* simplices in fide: qui ferunt onera à maioribus imposita. Et iumenta iusti, sunt simplices subditi iusto. *Gen. 1.c. 6.d. 42.e. 45.e. Exod. 8.d. 11.b. 13.a. 19.b. 20.b. 21.d. 22.a. Psal. 35. 103. 106. 146. Prouer. 12.b. Iere. 31.e.* Iumenta etiam sunt sensu pigriores, & minus ratione vtentes: & etiam fatui: & qui immundis & terrenis actionibus occupantur. *Exod. 9.c. 17.b. Leu. 7.c. 15.b. Iob, 12.b. 18.a. Psal. 48. Ezech. 25.c. 36.c. Agg. 1.c. Zach. 2.a. 8.c.*

Simplices.

Fatui.

Terrenis occupati.

a *Hie. s. Is. 53.*
b *Gre. 14. mo. 16.*
c *Gre. 16. mo. 15.*
d *Gre. 41. mo. 15.*
e *Gre. 19. mo. 18.*
f *Glo. inte. su. Soph. 3.*
g *Hier. s. Iob. 27.*
h *Hier. s. psal. 149.*
i *Hie. s. Ezec. 7.*
k *Lyr. s. Ezec. 11.*
l *Hie. ad Saluinam.*
m *Gre. s. 1. Re. 14.*
n *Ambro. de obitu Valen. Hil. s. Matth. can. 11. Hie. s. Ier. 2. 5. Orig. s. Matt. ho. 24. Hil. s. ps. 2.*
o *Hie. s. Ier. 5. Isyc. s. Leu. 1. Bed. s. Ge. 27.*
p *Hie. s. Iob. 1.*
q *Gr. 1. m. 16. & 31. mo. 19 Bern. s. Ecce nos reliquimus.*
r *Gr. hom. 36. Au. de verbis Domini serm. 33.*
s *Amb. 1. off. 3*
t *Glo. inte. su. Isa. 47.*
u *Gre. s. 1. Re. 6. & 30. mo. 31.*
x *Aug. qu. in Num. 33. Ori. s. Matt. ho. 4. Hie. s. Is. 9. & s. Ier. 27. & s. Gal. 5. Ambr. epist. 20. Ru. s. Ho. 11.*
y *Ambro. s. 2. Cor. 6.*
z *Am. su. Luc. 10.*
aa *Aug. s. ps. 103.*
bb *Be. ser. 1. in ram. palmar.*
cc *Arn. s. psa. 103. Ambro. 2. de Cain. 1. Hier. s. Ier. 31. & s. Agg. 1. & s. s. Iob. 12. Gre. 11. mor. 2. Au. s. ps. 106. Isyc. s. Leu. 6. 25.*

Digitized by Google

Gentiles. Iudæi.

Iumenta, quæ saluat Dominus, *a* erant gentiles præter rationem viuentes, quos ad fidem adduxit. *Psal.* 35.77. *Exod.* 19. *b. Mich.* 5. *c. Zach.* 2. *a.*

Iumenta, quibus præest homo, dici possunt *b* Iudæi, quibus dominatur Christus. *Gen.* 1. *d.*

Adiutores ad peccatum. Dæmones.

Iumenta Ægypti in quibus facta sunt vlcera, designant *c* adiutores ad peccatum. *Exod.* 9. *c.* Et iumenta Austri, sunt dæmones & peccatores, & Iudæi qui deserta luce & diuino feruore, in Ægypti tenebras descenderunt. *Isa.* 30. *b.* Interficit autem Deus iumenta, quum simplices, diabolo viuentes facit, vt illi vltra non viuant. *Psal.* 48. *Exe.* 29. *b.* 32. *c. Ioel.* 1. *d. Ion.* 3. *c. Hab.* 2. *d. Sopho.* 1. *a. Zach.* 14. *c.*

Homo.

Homo etiam comparatus Deo iumentum dicitur. *Psal.* 72. quia *d* maior est distantia inter homines & Deum, quàm inter homines & iumenta.

Carnalis appetitus. Libidinosi.

Iumentum quoque dicitur *e* carnalis appetitus, qui impetu fertur in voluptates, non expectata ratione, *Exod.* 22. *c. Num.* 32. *a.* Et coire cum iumento, est voluptatibus irrationalibus succumbere. *Leu.* 18. *d.* Et iumenta terræ sunt, qui vsu vitæ carnalis ima appetunt. *Iob*, 35. *b.* Iumenta, quæ computruerunt in stercore suo, sunt libidinosi. *Ioel*, 1. *c.*

Iuncus, Scirpus.

Gratia. Virtutes. Sensus spirituales. Viriditas auditorum. Traditiones Iudæorum. Hypocrita. Verba Philosophorum.

Iuncus à iungendo dictus, quoniam vsus eius ad iuncturas vtilis est, est autem iuncus *f* virens & enodis, in locis aquosis & humidis viuens. Eius variæ sunt species etiam medicamentis aptæ.

Iuncus præbens molle stratum, designat *g* gratiam, & virtutes, ac sensus spirituales, in quibus anima suauiter requiescit, *Isa.* 35. *c.* Potest etiam viriditatem auditorum significare.

Scirpea fiscella, in qua positus fuit Moses in flumine, designat *h* leuitatem traditionum Iudæorum, quas ipsi addiderunt legi. *Exod.* 2. *b.*

Scirpus exterius virens, intus autem vacuus, *i* hypocritam designare potest, qui speciem quidem viriditatis habet, sed ad humanos vsus fructum vtilitatis non habet, qui sterilitate operis aridus permanens, solo sanctitatis colore virides cit. Sed non viuit sine humore, quia in cunctis quæ agit, exteriores laudes appetens à fructu perceptæ infusionis superni muneris inanescit. *Iob*, 8. *b.*

Iuncus virens in aqua turbida, & intus vacuus, designat *k* verba Philosophorum nitida ac splendida, sed intus veritate vacua. *Isa.* 19. *b.*

Iungere, Adiungere, Coniungere, Subiungere.
Copulare, Connectere, Iunctura.

Concordia Euangeliorum, & prophetarum. Integritas fidei. Consensus prophetarum. Apostoli & prædicatores.

Iungere, est vnire, & connectere, quasique ex multis vnum agere, vel in vnum iugum redigere.

Iunctæ pennæ quatuor animalium. *Ezech.* 1. *b.* designant *l* coniunctionem & cohærentiam quatuor Euangeliorum. Designant etiam coniunctionem Prophetarum diuersis temporibus idem concinentiũ. Designatur etiam quod sanctorum prædicatorum virtus atque sapientia vicissim sibi in charitatis atque concordiæ pace sociantur. Coniuncti enim valles montium, sunt duo testamenta copulata, licèt non faciant vnum, quia multa sunt in veteri, quæ quantum ad literam cessarunt. *Zach.* 14. *a.* Iunctæ etiam pennæ, designant coniunctionem articulorum fidei, vt non prosit vnum credere sine alio.

Coniunctio Sanctorum veteris & noui Testamenti. Concordia charitatis & bonorum operum.

Coniungit Deus micantes stellas Pleïades. *Iob.* 38. *d.* cùm *m* sanctos Prophetas diuersis temporibus prophetantes, idem de Deo & Christo dicere facit. Item cùm omnia dona Spiritus sancti copulauit in Christo.

Cogitatio Martyrij. Colligere errores confutandos. Venientes Gentiles ad fidem.

Coniuncti principes psallentibus *n* sunt Apostoli & prædicatores benè operantibus copulati, *Psal.* 67.

Iunctæ quinque cortinæ tabernaculi, & aliæ quinque, *o* designant coniunctionem Sanctorum veteris ac noui testamenti in vnum tabernaculum Ecclesiæ, & vnitatem tabularum legis in vnam legem. *Exod.* 26. *a.* 36. *b.* Idem significare possunt coniuncta saga. Et coniuncta duo ligna. *Ezec.* 37. *e.*

Propria cuiusque munera. Addere heresim heresi. Castitas Mariæ.

Connexio tabularum tabernaculi, designat *p* vinculum charitatis in Ecclesia. *Exod.* 26. *e.* iunctura quoque humeri designat concordiam charitatis inter proximos habendam. *Iob*, 31. *c.* Idem designant iuncturæ ossium. *Ezec.* 37. *b.* Et iunctura femorum sponsæ, est *q* concordia prædicatorum: per quos populi vniuntur, dum ad fidem Catholicam circuncisio & præpucium per eos erudiuntur. Designant etiam consonantiam bonorum operum. *Cant.* 7. *a.* Ad hæc referri potest coniunctio rationalis & superhumeralis. *Exod.* 28. *d.* 39. *d.*

Hæretici. Philosophi. Peccatores conuersi.

Iuncta carnalibus purpura. *Cant.* 7. *c.* designare potest *r* cogitationes vsque ad martyrium venientes, per instructionem sacræ scripturæ.

Iungens Samson caudas vulpium, est *s* doctor colligens errores hæreticorum, vt eos igni tradat. *Iudicum*, 15. *a.*

Mutua defensio peccatorum.

Adiungitur aduena domui Iacob. *Isa.* 14. *a.* cùm *t* Gentiles veniunt ad fidem. Eosdem designat coniunctus vicinus domui. *Exod.* 12. *a.*

Vti carne ad bona opera. Fœni lege. Falsò iurare.

Iuncturæ subministrationis, *Ephe.* 4. *d.* sunt in Ecclesia *u* propria cuiusque officia in charitate exercitata.

Concordare cum infidelibus.

Iungere domum ad domum, aut agrum agro copulare, *x* est hæresim hæresi superaddere. *Isa.* 5. *c.*

Colligens diabolus superbiam.

Iunctura feminum in sponsa dicit *y* excellentiam castitatis in beata Virgine Maria. *Cant.* 7. *a.*

Ecclesia.

Iuncti petræ iudices, dici possunt *z* hæretici non fundati supra ipsam petram Christum, sed volentes ei quasi ex latere falsò adhærere. Vel sunt philosophi comparati Christo. *Psal.* 140. vel sunt *aa* peccatores ad Christum conuersi.

Crux Christi Peccata.

Coniunguntur vna squama Leuiathan alteri. *Iob*, 41. *b.* quando vnus *bb* peccator similis vitij peccatorem defendit. Quos enim similes reatus sociant concordi pertinacia etiam defensio peruersa constipat, vt de facinoribus suis alterna seinuicem defensione tueantur. Sibi enim quisque metuit, dum admoneri, vel corrigi alterum cernit, & idcircò contra corripientium verba vnanimiter assurgit, quia se in altero protegit.

Copulari maritum vxori. *Gen.* 29. *g.* est animam vti carne ad generanda bona opera.

Iunguntur Mosi, hoc est *cc* legi, qui sunt Domini. *Exod.* 32. *f.* ad faciendam vindictam de peccatoribus.

Iungere manum ad dicendum pro impio falsum testimonium. *Exo.* 23. *a.* videtur sumi pro *dd* iuramento: quia in pactis & promissis solent inuicem iungere manus.

Iungere connubia cum Sichimitis. *Genes.* 34. *b.* est *ee* concordare cum hæreticis aut infidelibus. Idem est iungere amicitias cum Amorrhæis. *Exod.* 34. *b.*

Iungens currum Ioseph. *Genes.* 46. *d.* vt iret ad suscipiendum patrem.

Iungens currum Pharao. *Exod.* 14. *a.* refertur ad *ff* diabolum superbiam volubilis seculi colligentem ad tentandum.

Iuniperus.

Iuniperus est arbor habens pro foliis spinas, quas nunquã amittit, nec solet putrescere. Ferunt autem, iuniperum multo tempore ignem conseruare, adeò vt si prunæ eius cinere fuerunt opertæ, vsque ad annũ perueniant.

Iuniperus sub qua dormiuit Elias, Ecclesiam gentium significare potest, *gg* quæ sacrarum literarum nequaquam fuerat exculta præceptis, 3. *Reg.* 19. *a.* vel designat crucem Christi, sub qua requiescit peccator conuersus.

Iuniperus habens spinas pro foliis, peccata designare potest. Et radix iuniperorum erit *hh* auaritia: quæ radix est omnium malorum. Dicitur autem radix iuniperorum esse cibus malorum. *Iob*, 30. quia dum totis mentis suæ sensibus auaritiam cogitant, quasi eo alimento vescuntur de quo nasci proculdubio peccatorum sequentium punctiones solent.

Cæterùm *Psa.* 119. vbi dicitur. Cum carbonibus desolatoriis. Hebraicè habetur, Cum carbonibus iuniperorum, de quo vide *Carbo.*

Iurare, Adiurare, Iuramentum, Iusiurandum,

Firmitas diuinæ promissionis.

IVRARE, est iureiurando aliquid affirmare, vel negare. Iuramentum autem vel iusiurandum, est affirmatio vel negatio rei sacræ attestatione firmata. Adiurare autem, est per iuramenti attestationem aliquid exigere.

Iuramenta Dei, *ii* firmam eius indicant promissionẽ ad dandum vel præmium, vel pœnam: & iurare dicitur, quum confirmat sententiam. *Gen.* 22. *c.* 26. *a. Exod.* 13. *a.* 32. *c.* 33. *a.* 1. *Reg.* 3. *c. Isa.* 14. *f.* 45. *d.* 54. *c.* 62. *e.* Iurat autem Deus, vt cùm tu iuraueris, noueris iuramẽtum esse seruandum. Solus autem Deus de seipso asseuerabit: quando-

a *Bed. s. Exo* 19. & *s. Pro* 12. *Arno. s. ps.* 35. *Hier. s. Mic.* 5.
b *Bed. s. Gen.* 1.
c *Hie. s. Is.* 30. & *s. Exe.* 29. & *s. Haba.* 2.
d *Ori. s. Mast. ho.* 14.
e *Ori. s. Num. ho.* 26. *Isyc. s. Leu.* 18. *Gre.* 26. *m.* 11 *Rup. s. Ioel.* 1.
f *Plin.* 21. *natu. hist.* 18.
g *Hie. s. ps.* 25. *Gre.* 33. *m.* 4.
h *Glo. ord. sup. Exo.* 2.
i *Gre.* 8. *mor.* 26. 27.
k *Glo. inte. su. Isa.* 19.
l *Hie. s. Eze.* 1. & *s. Zach.* 14. *Gre.* 29. *mor.* 28. & *s. Exe. hom.* 3. *Rup.* 1. *s. Eze.* 4.
m *Gre.* 29. *m.* 28. 30.
n *Au. s. ps.* 67.
o *Hie. s. Eze.* 37.
p *Gre.* 21. *mo.* 15. & *s. Can.* 7.
q *Am. de obitu Valentini.*
r *Gr. s. Cant.* 7.
s *Ori. s. Cant. hom.* 4.
t *Hie. s. Is.* 14.
u *Glo. int. sup. Ephe.* 4.
x *Hier. s. Is.* 5.
y *Rup. s. Can.* 6.
z *Arn.* & *Hil. s. ps.* 140.
aa *Hi.* & *Au. s. ps.* 140.
bb *Gre.* 33. *m.* 33.
cc *Lyr. s. Exo.* 32.
dd *Lyr. s. Exo.* 23.
ee *Glo. int. su. Gen.* 34.
ff *Glo. inte. su. Exod.* 14.
gg *Ru.* 5. *s. Re.* 19.
hh *Gr.* 20. *m.* 10.
ii *Orig. s. Gen. hom.* 9. *Gre. s.* 1. *Re.* 3. *Am. de Cain.* 10. *Philo.* 2. *alleg. Aug.* 17. *ciui. Dei.* 17. & *s. ps.* 94. *Hie. s. Eze.* 16. *Cyr. cont. Iulian.* 9. *Georg. Venet. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 9. *Rup. su. Amos* 4.

Digitized by Google

quidem solus verè suam naturam pernouit: deinde de suis operibus. Itaque meritò iurauit per seipsum: finem sibi ipsi astruens: quod nullus alius poterat. Et dicitur iurare in dextera sua, hoc est, per Filium, & etiam per seipsum: vt designentur idem esse secundum essentiam Pater & Filius. *Deut.* 32. *f. Psal.* 94. 131. Et iurauit Christo, vt esset sacerdos in æternum: quia cùm sit solus sine peccato, ideo erit semper sacerdos. *Psal.* 109. 88. Iurauit Dominus Hierusalem, quando coniunxit sibi Israël in populum peculiarem, & dedit ei legem. *Ezech.* 16. *b. Amos*, 4. *a.* 6. *c.* Iurauit in sancto, id est, in Filio sibi æquali: quia non poterat iurare per minorem.

a Hier. f. psal. 131. *Bed f. Gen.* 24

Iuramenta Ioseph, *a* certitudinem redemptionis per Christum faciendæ designant. *Gen.* 42. *c.* 43. *a.* 47. *g.* Et iurans Dauid Domino, est Christus ita complens opus redemptionis, ac si iurasset. *Psal.* 131. Adiurans etiam Abraham seruum, posita manu sub femore, certitudinem incarnationis filij Dei demonstrauit. *Gen.* 24. *a.* — *Certitudo redemptionis.*

Iurans Moses, quod habitaret cum Ietro. *Exod.* 2. *d.* designat certitudinem promissionis in lege factæ, quod esset ad gentes transitura secundùm spiritualem obseruantiam.

b Ori. f. Leu. hom. 3. — Iurans aliquid facere, *b* est vouens bonum: iurans autem bene vel malè facere, est benefaciens spiritui, & malè carni, vt obtemperet spiritui. *Leu.* 5. *a.* — *Vouere bonum.*

c Hie. f. Is. 19. *& f. Ier.* 4. — Iurare per Dominum, *c* est recordari Domini, & ipsum confiteri ad condemnationem videlicet idololatriæ. *Isa.* 19. *c.* 45. *d.* 48. *a.* 65. *c. Ierem.* 4. *a.* 12. *d.* — *Recordari Domini.*

d Hil. f. ps. 62. — Iurare in Rege, est *d* confiteri Christum esse Deum. *Psal*, 62. Et adiuratio quam fecit Abraham seruo, posita manu sub femore, est confessio diuinitatis & humanitatis in Christo. *Genes.* 24. *a.* Qui iurat in terra, iurabit in Deo, *e* quando quis videlicet abiuratis idolis, confitetur Christum verum Deum. *Isa.* 65. *a.* — *Confiteri deitatem Christi.*

e Hie. f. Is. 65. — *Afferre sensum rectum.*

f Ori. f. Matt. hq. 25. — Iurare per aurum templi, *f* est afferre sensum concordantem sacræ scripturæ. Iurare verò per donum altaris, est offerre Deo bona opera ex integro corde prodeuntia. *Matth.* 23. *b.* — *Offerre Deo bona opera.*

Adiurans Iacob Ioseph, vt sepeliret eum in terra promissionis, & ipse Ioseph adiurans fratres suos, certissimam fidem indicarunt de redemptione per Christum in illa terra facienda, & firmam spem resurrectionis, *Gen.* 50. *a. d. Exod.* 13. *d.* — *Certa fides redemptionis.*

g Gre. f. 1. *Re.* 14. — Adiurans Saul populum ne comederent, &c. 1. *Reg.* 14. *d.* designant *g* præceptum, ne in hac vita bene operantes inanem gloriam quærant, atque ita iuramentum erit præceptum. Hoc est enim decretum præceptoris nostri. *Luc.* 18. *c.* Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Et *Matt.* 6. *a.* Receperunt mercedem suam. — *Non quarenda inanis gloria.*

h Gre. f. Cant. 5. — Adiurat sponsa filias Hierusalem: *h* cùm anima orat Sanctos, vt Domino Christo pro nobis orantes, offerant desiderium, quo afficitur, *Cant.* 5. *c.* — *Orare Sanctos.*

i Hil. f. Matt. cap. 14. — Iusiurandum Herodis *i* designat vim peccatorum populi, principem ad malum compellentium. *Matth*, 14. *a. Marc.* 6. *d.* — *Impulsus ad malum.*

k Hie. f. Amos 8. *& f. Soph.* 1. — Iurare per nomen externorum deorum, & iurare in iis qui non sunt dij, & in Baalim, est *k* colere idola, vel defendere errores. *Exod.* 23. *b. Iere.* 5. *b.* 12. *d.* Idem est iurare in delicto Samariæ, *Amos*, 8. *d.* Iurant etiam in Domino, & in Melchon, qui simul volunt seruire Deo & mundo, aut mammonæ, *Soph.* 1. *b.* Iurant falsò, Viuit Dominus, qui non rectè colunt Deum. *Iere.* 5. *a. Hos.* 4. *d.* — *Colere idola.*

Iuramentum Esau vendentis primogenita, typus est pertinaciæ Iudæorum. *Genes.* 25. *d.* Iurantes quoque aduersus Christum, fuerunt *l* Iudæi, qui coniurauerant vt eum occiderent, *Psal.* 101. *Zach.* 5. *a.* — *Pertinacia Iudæorum.*

l Gre. f. ps. 101. *Rup. f. Zac.* 5.

Iurgari, Iurgium, vide Rixari.

Ius.

Ius, dicitur liquor eorum, quæ coquuntur.

m Amb. prolo de Spir. sanct. Aug. ser. 108. *Gre.* 3. *m.* 22. *Rup. f. Iud.* 9. — Ius hœdi, designare potest *m* illecebras cupiditatum, quæ sunt in igne comburendæ, vt rectum sacrificium & mundum offeratur Deo. Item carnales cogitationes. *Iud.* 6. *d.* — *Illecebra cupiditatum. Cogitationes carnales.*

n Hie. f. Is. 65. — Ius profanum, designat *n* condimenta errorum hæreticorum, quibus allicisit simplices, vt illis credant. *Is.* 65. *a.* — *Condimenta errorum.*

Ius, Iustitia, Iustus, Iustificare.

Ius, est quod vel natura, vel ciuitas, aut populus, vel gens, vel consuetudo iubet, quasi à iubendo dictum. Ponitur etiam præter hæc, aut supra hæc ius diuinum, cui omne aliud ius subiacet. Iustus autem est, qui à iuris præceptis non deflectit. Iustitia verò est habitus, à quo iustus denominatur: Iustificare autem est iustum efficere, aut iustum demonstrare. Porrò iustus dicitur equus. *Exod.* 23. *a.* Insontem & iustum non occides. Fidelis. *Genes.* 6. *b.* Noë vir iustus atque perfectus. Fortis. *Exod.* 23. *a.* Subuertunt verba iustorum. Iustum autem est opus iustitiæ. Iustitia verò æquitas. *Psal.* 9. Qui iudicas iustitiam. Bonitas. Reducet eam in iustitia. Innocentia. *Psal.* 16. Exaudi Domine iustitiam meam. Iudicium Dei. *Iudi.* 5. *b.* Ibi narrentur iustitiæ Domini. Lex noua. *Psal.* 9. Qui iudicas iustitiam. Lex vetus, *Deus.* 27. *b.* Facies mandata, atque iustitias. Misericordia. *Psal.* 47. Iustitia plena est dextera tua. Vniuersalis virtus. *Psal.* 4. Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ.

o Orig. f. Leu. hom. 15. — Ius, perpetuum adipis, & panum propositionis, designat *o* perpetua esse, quæ sunt spiritualia. *Leuit.* 3. *d.* 24. *b.* — *Spiritualia perpetua.*

Ius quod mutauerunt peccantes, est lex naturalis, quam transgressi sunt. *Isa.* 24. *a.* — *Lex naturalis.*

p Gre. f. 1. *Re.* 8. — Iura Regis dici possunt *p* mala opera carnalium prælatorum, quæ subditos ad peccandum inducunt. 1. *Reg.* 8. *b.* — *Mala opera prælatorum.*

q Glo. int. sup. Leu. 6. — Ius sepulchri, quod petiit Abraham à filiis Heth *Gen.* 25. *a.*

Iuris Iacob dicebantur esse ea, quorum erat Dominus. *Gen*, 31. *c.*

r Aug. epi. 120. *& de spiritu & litera* 11. — Ius perpetuum sacerdotum est, secundùm quod præfigurabant Christum, qui est sacerdos in æternum. *Exod.* 29. *a.* Et iure succedens sacerdos, *q* est Christus succedens sacerdotio veteris legis cum sacerdotibus nouę legis. *Leu.* 6. *c.* — *Sacerdotium Christi.*

s Ori. f. Is. h. 5. *Bas. in prin. Pro. Hier. f. Is.* 1. 32. *& f. Amos* 5. *Gre. Nyss. de beatitudini.* — Iure purgare leprosum, est mundari peccatorem, secundùm ordinem pœnitentiæ, & sacramentorum quæ in Ecclesia instituta sunt à Christo. *Leu.* 14. *b.* — *Mundari per sacramenta.*

t Rup. 4. *Vict. verb. Dei.* 21. *Arno. f. ps.* 44. — Iustitia Dei dicitur, *r* non qua Deus est iustus, sed qua per gratiam suam nos iustos facit. *Psa.* 142. *Rom.* 10. *d.* — Iustitia quoque dicitur *s* Christus qui est iustitia, qua Sancti sunt induendi. *Psalm.* 44. 68. 131. *Isai.* 1. *f.* 32. *d.* 46. *d.* 59. *a. Amos*, 5. *b. Mic.* 7. *b.* 1. *Cor.* 1. *d.* Et iustitia Dei, quæ reuelatur in Euangelio est incarnatio, qua Deus impleuit promissa. *Rom.* 1. *b.* Christus est iustitia, quam esurire debemus. *Matt.* 5. *a.* — *Christus.*

u Amb. f. Luc. 3. *& f.* 1. *Co.* 9. — Iustitia etiam tribuitur *s* Spiritui sancto: quia Christo implente omnem iustitiam in baptismo, venit Spiritus sanctus. *Psalm.* 44. — *Incarnatio.*

x Ar. f. ps. 84. — Iustitia, quam implet Christus est *u* misericordia in genus humanum, quæ ipsum decebat. *Matt.* 3. *d.* Est etiam perfectio legis Euangelicæ. *Isa.* 10. *f.* Iustitia enim dicitur misericordia in pauperes, quia iusti reputant ea, quæ habent, omnibus à Deo data esse, atque ita iure indigentibus deberi. *Psal.* 111. 2. *Cor.* 9. *c.* — *Misericordia in genus humanum. Perfectio legis Euãgelicæ.*

y Au. f. ps. 39. — Iustitia ante Christum præcedens, *x* est Ioannes Baptista, eius præcursor. *Psal.* 84. — *Ioannes Baptista.*

z Bern. ser. 3. *de aduen.* — Iustitia Dei non abscondenda in corde, *y* est fides, cuius confessio facienda est ad salutem. *Psal.* 39. — *Fides.*

Iustitia reddit cuique quod suum est, quando *z* subditus reddit prælato reuerentiam, & obedientiam, fratribus consilium & auxilium, carni suæ & subditis custodiam, & disciplinam.

aa Hier. f. Isa. 64. *Aug. f. ps.* 118. — Iustitiæ nostræ dicuntur quasi pannus menstruatæ. *Isa.* 64. *e.* quia *aa* sine auxilio Dei semper ex parte nostra habent defectum, vt acceptari à Deo non mereantur. Vel dicitur hoc de iustitia legis, quæ animam non sufficiebat iustificare. Sic non dicitur iustificari homo comparatus Deo. *Iob.* 4. *b.* 25. *a.* 40. *a.* Sumitur autem hic iustitia pro opere iustitiæ: sicut *Psalm.* 118. Feci iudicium, & iustitiam. — *Opera ex parte nostra imperfecta.*

bb Glo. inte. f. Isa. 57. — Iustitia Hierusalem, aut animæ peccatricis, sunt *bb* peccata, quæ ironicè iustitiæ nomine appellantur à Deo dicente, *Isa.* 57. Ego annuntiabo iustitiam tuam. — *Opera iustitia.*

cc Hie. su. Isa. 50. 35. *& su. Iob.* 27. *Amb. f. Luc.* 7 *Hil. f. Matth. cap.* 11. — Iustus absolutè dicitur *cc* Deus, aut Christus. *Isa.* 1. *g.* 5. *f.* 41. *a. c.* 45. *b.* 51. *b.* 57. *a.* 58. *a.* 62. *a. Amos*, 2. *b.* Et ipse cùm sit iustus, dicitur iustificari, non vt incipiat esse quod non erat: sed vt appareat quod erat. *Isa.* 53. *d.* Iustificat etiam Christum ij, quorum comparatione Christus iustus ostenditur. *Isa.* 50. *c.* Qui peccat & confitetur peccatum suum, iustificat Deum credens ei vincenti, qui & in sermonibus suis iustificari dicitur, *Psa.* 50. Et iustificatur sapientia à filiis, quum fideles confitentur Christum, Dei sapientiam, iustum esse, *Matt.* 11. *c. Luc.* 7. *e. Iob*, 27. *c.* — *Peccata. Deus. Christus.*

dd Basil. f. ps 48. — Iusti qui dominantur in matutino, sunt *dd* Angeli, *Psalm.* 48. — *Angeli.*

ee Asm. f. Luc 1. *& f. Rom.* 5. — Iusti ante Deum sunt, *ee* qui verè iusti sunt. *Luc.* 1. *a.* Et gens iusta dicitur boni, & fideles ex Gentibus. *Isa.* 26. *a.* — *Iusti verè.*

Habac.2.a. Non semper autem boni iusti: qui non propter opera vocantur boni, sed propter innocentiam. Iustitia enim perfecta est bonitas, dum explet opere naturæ suæ bona. *Rom.5.a.*

Hypocrita.

Iusti, quos non venit Dominus vocare, *a* sunt qui se iustos censent per iustitiam legis. *Matth.9.b. Luc.5.f.* Et iustus, qui perit in iustitia sua, est qui sibi videtur iustus. *Eccles.7.c.*

Iustus nimium dicitur esse, *b* qui sine misericordia punit. *Eccles.19.d.* Vel potius iustus nimium se humilians, est hæreticus, & hypocrita.

Iustum iustè exequendum est. *Deut.16.d.* vt cum seruatur illud. *Matth.6.a.* Cùm facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, &c.

Iustior Ecclesia quàm Iudæi Gentiles confundentes Iudæos. Absoluentes Barabbam. Opera bona.

Iustior Iuda dicta Thamar, designat *c* quod publicatis signis vocationis, iustificationis, & glorificationis, sine dubio confundentur Iudæi, & fideles magis quàm se iustificatos esse fatebuntur. *Genes.38.d.*

Iustificatæ dicuntur Samaria & Sodoma ab Hierusalem, *d* quod videlicet grauiora fuerint peccata Hierusalem, quàm illarum: vt comparatione peioris iustæ videantur. *Ierem.3.c. Ezech.16.f.* Et iusti iudicantes Hierusalem, sunt Gentiles, qui minus peccauerunt. *Ezech.23.g.*

Iustificauerunt Iudæi impium, quum petierunt absolui Barabbam condemnato Iesu. *Isa.5.g.*

Iustificationes Dei dici possunt officia, & opera, quibus cuique reddimus quod suum est secundum legem Dei. Et generaliter *e* opera bona, quibus quis iustificatur. *Psalm.118.*

Iuuencus, vide Vitulus.

Iuuenis, Iunior, Iuuentus.

Populus nouæ legis. Sapientia.

Iuuenis dictus à iuuando, quod ea ætas maximè sit ad tolerandum laborem apta: dicuntur enim iuuenes, qui adolescentiæ excesserunt ætatem; Iuuentus autem interdum est audacia. *Eccles.12.a.* In die iuuentutis tuæ. Exercitus. *Iudith.7.a.* Et vrbibus vniuersæ iuuentutis. Infantia. *Psalm.70.* Spes mea à iuuentute mea. Initium. *Psal.128.* expugnauerunt me à iuuentute mea. Renouatio. *Psalm.102.* Renouabitur, vt aquilæ, iuuentus tua.

Iuuenes *f* ad nouam legem præcipuè pertinent. Populus enim nouus, qui noua bona didicit iuuenis dicitur: vt distinguatur à veteri. Et est nobis vber ætatis ipsa iuuentus expers senij, in qua semper vigemus ad intelligẽtiam, & mentis agitationem, semper iuuenes, & semper mansueti, & semper recentes ac noui. Oportet enim nouos esse sermones, qui noui verbi fuerunt participes. Quod autem fuit æternitatis particeps, ei quod est ab interitu alienum, solet assimilari: vt puerilis ætatis appellatio sit nobis ver totius vitæ, propterea quod sit senij expers, quæ est in nobis veritas, & mores nostri, qui sunt veritate perfusi. Sapientia autẽ semper germinans, quæ semper similiter & eodem modo se habet, & nunquam mutatur, merito iuuentuti comparatur. Et iunior prælatus maiori, est *g* populus Christianus Iudæis prælatus. *Genes.48.d. Eccles.11.d. Ioel.2.g. Amos.2.c.* Iuuentus autem Ecclesiæ, potest considerari à tempore Abel. Vnde iam cœpit impugnari. Vel aliter iuuentus Ecclesiæ, *h* fuit in primitiua Ecclesia post aduentum Spiritus sancti, quando maximè viguit, & graues sustinuit persequentium labores. *Psalm.87.128.*

Christus.

Iuuenis aliquando dicitur *i* ipse Christus, qui habitat cum virgine, hoc est, cum Ecclesia. *Isa.62.b.* Et iunior, qui senuit, *k* est Christus cum Ecclesia ab initio seculi vsque ad hoc tempus. *Psalm.36.*

Martyres. Fortes in operando & in verbo Dei. Constantia fœlicitatis angelorum. Duo populi.

Iuuenes de filiis Israël, qui obtulerunt holocausta Domino, *l* sunt Martyres, qui seipsos obtulerunt. *Exod.21.b.* Et iuuenes optimi sunt, qui quod possunt faciunt in operibus misericordiæ. *1.Reg.8.c.* Iuuenes quoque sunt, qui iam sunt fortes in verbo Dei, & spiritu. *Psalm.148. Ierem.31.e. Ioel.2.f. 1.Ioan.2.b. Iob.29.b.* Iuuenes autem in quibus erat spes generationis, *m* sunt ij, qui benè operaturi, seperabantur. *Thren.1.f.*

Vita præsens. Nouitas spiritus. Tempus baptismi. Nondum perfectus. Paulus. Simplices Iudæorum. Fortes ad malè operãdum. Lanes.

Iuuentus in angelis, dicit *n* constantiam vitalis virtutis sempiternæ vigentis. Iuuenis autem qui sedebat in dextris monumenti Christi, qui erat angelus, designat *o* in eis iucunditatem fœlicitatis, cum quiete inuariabili in ipsa prosperitate. *Marc.16.a.*

Iuuenes duo euntes cum Abraham ad sacrificium Isaac, designare possunt *p* duos populos, qui in Christi necem concurrerunt. *Genes.22.a.* Vel designant Petrum, & Ioannem, Christi comites.

Iuuentus aliquando significat tempus huius vitæ, in quo laborandum est ad aliam vitam. *Eccles.11.a.*

Iuuentus aquilæ, *q* nouitatem spiritus exprimit. *Psalm.102.* Ab hac iuuentute portandum est iugum Domini. *Thren.3.c.* Et iuuenculæ tympanistriæ, *r* sunt animæ in Christo renouatæ, quæ corpus mortificant. *Psalm.67.*

Hæretici.

Iuuentus Hierusalem, dicitur *s* tempus egressionis populi Israël de Ægypto: & in Ecclesia, tempus baptismi vniuscuiusque. *Hos.2.c.* Et iuuenes Assur, sunt venientes ad fidem ex Gentibus. *Isa.31.d.*

Insipiens curiosus Iuxta fluenta gratiarũ. Populus iuxta legem. Patentes prædæ. Admissio prauæ suggestionum. In templo idola.

Iuuenis Dauid, designat *t* eum, qui nondum est perfectus in vita spiritali. *Psalm.36.*

Iunior frater ex filiis Iacob, qui erat Beniamin, designat *u* Paulum, qui adiunctus est Apostolis. *Genes.44.a.*

Iuuenes interdum designant *x* simplicem populum Iudæorum, quia à Scribis, & Pharisæis regebatur. *Isa.41.d.*

Iuuenes Ægypti, sunt *y* fortes ad malè operandum, vel in propria virtute confidentes. Itidem & iuuenes maris *Isa.20.b.23.a.40.g.* Et iuuenes optimi, in malum, *z* sunt fortes ad malè agendum, & cæteris nequiores. *1.Reg.8.c.* Iuuenes etiam sunt *aa* leues; & qui facilè sequuntur vitia, & ambulant viam latam: & incauti, qui facilè decipiuntur ab hæreticis. *Prou.7.b. Ierem.9.f.* Et iuuenes interfecti gladio, sunt ficti simulatores virtutum. *Thren.2.g.* Et iuuenes, qui videbant Iob, & absconde bantur, sunt leues, & qui nulla consilij grauitate fulciuntur. *Iob.29.b. Exech.30.e. Amos 4.c.*

Iuxta, Secus.

Iuniores tempore, deridentes Iob, sunt *bb* hæretici, qui ætati vniuersalis Ecclesiæ comparati, iuniores tempore congruè vocantur: quia ipsi ab ea, non autem ipsa egressa est ab illis. *Iob.30.a. 32.a.* Iuuenes itidem Assyriorum, *cc* sunt hæretici. *Ezech.23.a.*

Iunior Cham, designat *dd* insipientem, & stultè curiosum in inquirendis iis, quæ minimè conueniunt, vt ille curiosè scrutatus est verenda patris. *Genes.9.c.*

Iuxta, significat apud, vel propè, quod etiam secus dicitur.

Secus decursus aquarum plantatum est lignum, hoc est, *ee* iustus iuxta fluenta gratiarum, ex passione Christi manantium. *Psalm.1.*

Secus viam ficus, designat *ff* populum iuxta legem positum. *Matth.21.b.* Sic secus viam sedebat cæcus. *Luc.18.f.*

Secus viam etiam sunt, *gg* quæ conculcationi patent, & prædæ, vt semen quod cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. *Matth.13.a.* Tales sunt qui locum præbent dæmonibus ad tentandum.

In templo idola.

Secus infernum dissipantur ossa, *hh* quum admittimus prauas cogitationes, aut suggestiones, aut cùm adhæremus hæreticis. *Psalm.140.*

Iuxta Dominum suscepit adulterum Iudæa. *Isa.57.b.* cùm etiam *ii* in templo constituit idola. Vel cùm hæreticus errores induxit in Ecclesiam.

Laban.

Deus.

LABAN, id est, albus, seu dealbatio, aut later: filius Bethuelis, frater Rebeccæ, pater Liæ, & Rachelis, vxorum Iacob, pro quibus illi seruiuit Iacob annis quatuordecim, & sex annis pro mercede ouium, modò variarum, modò vnicolorium. Postea verò furtim discessit ab eo Iacob cum vxoribus, & liberis quem insequutus est Laban: ac pòstmodum inierunt fœdus.

Claritas vitæ Remissio peccatorum. Gratia. Prælatus.

Laban, vt interpretetur dealbatio, eique seruiuit Iacob propter Rachelem. *Genes.29.a.* typus est *kk* Dei, cui seruiendum est propter vitam contemplatiuam: Deus tamen vtrique pater est, & prius vult nos exercere in vita actiua.

Vt etiam dicitur candidus, & fuit frater Rebeccæ, id est, patientiæ, *ll* claritatem vitæ designat, quæ patientiæ coniuncta est. *Genes.24.d.* Et lucem superiorem, & cœlestem: quæ duas generat filias, actiuam videlicet, & contemplatiuam vitam. Designat etiam peccatorum remissionem, quæ per opera vtriusque vitæ acquiritur, aut ipsam gratiam: ideò interpretatur dealbatio. *Genes.29.a.*

Designat præterea *mm* prælatum in vtraque vita exercitatũ, & in eisdem discipulos instruentem. *Gen.30.d.31.a.*

a *Aug.s. Luc.5. Aug.epi.58. quæ est Pauli. Hie.s.Is.26.*
b *Glo.ord.su. Eccl.19. Amb.s.Luc.1*
c *Bed.s. Gen.38.*
d *Ori.s. Exec. hom.9. Hier.s. Ezech.ho.16. 23.*
e *Hil.& Aug. s.ps.118.*
f *Cle. Alex. 1.pæda.*
g *Hier.s.Eccl. 11.*
h *Aug.s.ps.87. 128.*
i *Hie.s.Is.62.*
k *Aug.s.ps.36.*
l *Gre.s. 1.Re. 8. Basi. in prin. prou.*
m *Gl.ins.sup. Thren.1.*
n *Dion. cale. hierar.15.*
o *Hie.s.Mat. 16.*
p *Glo.ins.sup. Gen.22.*
q *Basi.s.ps.32*
r *Amb. exho. adv irg.& su. 53.*
s *Hie.s. Ho.2.*
t *Ori.s.ps.36. hom.4.*
u *Glo.inte.su. Gen.44.*
x *Glo. ord.su. Isa.42.*
y *Hie.s.Is.20. 40.& s.Ier.9.*
z *Gr.s.1.Re.8. & 19.m.13.*
aa *Bed.s.pr.7.*
bb *Gre.20.m. 7.*
cc *Hie.s.Eze. 23.*
dd *Ambro.de Noe.31. Phil. resip.Noe.*
ee *Hie.s.ps.1.*
ff *Ori.s.Mat. ho.16.*
gg *Lyr.s.Mat. 13.*
hh *Arno.s.ps. 140.*
ii *Hier.su.Is. 57.*
kk *Lyr.s.Gen. 29.*
ll *Philip. de profugis. Georg. Venet. Cant.2. to.7. c.5. Bed.s.Ge. 29.*
mm *Lyr.s.Ge. 29.*

Digitized by Google

Laban, vt suscepit Iacob in domum suam, gentiles, fidem Christi suscipientes. *Genes.29.e.*

Vt autem reliquit eum Iacob, typus est *a* sensibilium, quorum natura est, vt mentem per sensus vulnerent. Et quia non poterat ea conflictando deuincere, modò vincat, mauult fugere. Fugit autem nesciente Laban: quia non est repetenda, & meditanda res per sensus accepta, ne lædat mentem. *Genes.31.e.*

Laban, secundum quòd egressus est ad seruum Abrahæ, nec tamen cum eo, & Rebecca abiit ad Isaac, typus est *b* carnalium admirantium opera fidelium, sed qui ad bene operandum minimè conuertantur. *Genes.24.d.*

Laban, præterea vt interpretatur dealbatio, & sæpè decepit Iacob, typus est *c* diaboli, aut mundi, seu eius prosperitatis, ideo cum eo nō permansit Iacob, hoc est, vir iustus, sed fugit ab eo. *Genes.31.c.* Vt autem suscepit seruum Abrahæ, eos significat de mundo, *d* qui prædicatores, & fidem susceperunt. Vnde & fœderatus fuit postea Iacob.

Designat etiam *e* ignauum, & affectum, timidum, & inuidum, quia erat Syrus, & sine Iacob non proficiebat, & per inuidiam sæpè mutauit mercedem Iacob. Vnde & significat imperitum doctorem, qui albas per hæresim, & nigras per peccatum animas docet. *Genes.31.f.*

Labi, Lapsus, vide Cadere,

Labium,

Labium, & labrum, dicuntur extremitates, & opercula oris, veluti vallum quoddam ad dentium deformitatem tegendam à natura datum: deseruiunt etiam ad sumendum, & retinendum cibum & potum, & ad formanda verba. Labium etiam circulus. *Exod.25.a.* Fecitque illi labium aureum. Eloquentia. *Iob.12.d.* Commutans labium veracium Euangelium. *Psalm.16.* Propter verba labiorum tuorum. Idioma. *Gen.11.a.* Erat terra labij vnius. Mens. *Psa.70.* Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi. Os. *Deut.23.d.* Egressum est de labijs tuis verbum. *Iob.1.d.* Non peccauit Iob labiis suis,

Labia Dei dicuntur *f* vtrumque testamentum quæ inuicem sibi consonant; & mentem Dei nobis exprimunt. *Psalm.16.* Hæc sunt labia Regis, in quibus est diuinatio. *Prou.16.b.* Labia etiam Dei dicuntur *g* eius iudicia, quæ tunc Deus aperit, cùm voluntatem suam hominibus per aperta iudicia ostendit. *Iob.11.a.23.c.* Et labia Dei eiunt repleta indignatione, quando Christus in iudicio proferet sententiam in malos. *Isa.30.f.*

Labia charitatis Iudith, prædicationem Christi exprimunt. *Iud.9.c.* In labiis Christi diffusa est gratia. *Psal.44.* quia *h* lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est: labia etiam Christi, vel sapientiæ, sunt *i* vtrunque testamentum, quæ sunt concordia adinuicem in veritatis attestatione. *Prou.8.a.*

Labia altaris, vel mensarum vnius palmi ad continenda holocausta. *Exech.40.f.* designant *k* prædicatores, qui docent auditores operari tam opera magna, quam parua in vnitate fidei. *Exod.15.c.* 37. *b.* Et labia Annæ. *1.Reg.1.* sunt prædicatores Ecclesiæ. Ipsi sunt labia sponsæ, qui dicuntur sicut victa coccinea, propter passionis Christi prædicationem. *Cant.4.a.d.5.e.7.d.* Labia quoque Christi, in quibus diffusa est gratia, sunt iidem prædicatores. *Psalm.44. Malac.2.b.* Labium etiam electum significat confessionem fidei. *Sophon.3.b.* Hoc est labium veritatis firmum in perpetuum. *Prou.12.c.* Labium etiam mensæ, est confessio fidei.

Labium æneum, in quo lauabātur sacerdotes, designare potest *l* baptismum, & melius confessionem, & lachrymas compunctionis, & desiderij. Positum autem erat inter altare, & tabernaculum, *m* quia per passionem Christi, in qua hæc habent virtutem, transimus ad æternum tabernaculum. *Exo.30.b.35.b.38.a.40.a. Leu.8.b.* Labium quoque maris in modum filij passionem Christi adumbrat, in qua baptizamur. *3.Reg.7.d.* Significat etiam sacram scripturam, quod fit de speculis mulierum, hoc est, exemplis Sanctorum.

Labium vnum, designare potest *n* charitatis vnitatem, & sensus concordes ratione. *Gen.11.a.* Et labia cordis, dici possunt *o* vis producendi cogitationes, quæ non nisi mundæ esse debent: alioqui labia erunt polluta. *Isa.6.b.* Et labia exultationis laudant Deum, cùm mens est grata Deo. *Psal.62.* Et labia mentis sunt quæ distinguunt vota. *Leu.5.b. Psalm.65.70.* Et labia cordis, implebuntur iubilo in fœlicitate, quando plus videbunt quàm explicare possint. *Iob.8.b.* Possunt etiam labia polluta designare mentem cum ignorantia. *Isa.6.b.*

Labium autem vnum, in malum, significat *p* concordiam potentiarum ad malè operandum. *Gen.11.a.*

Labia derelicta circa dentes Iob erant *q* sermo, & confabulatio de Christo, quæ relicta erant Apostolis post mortem Christi, quando virtutem bonæ operationis, & morsum correctionis amiserant, & sola de Christo verba confabulationis habebant. *Iob.19.c.* Hæc sunt autem labia exultationis, *r* quibus debemus laudare Deum. *Psal.62.*

Labia interdum sumi possunt *s* pro eloquentia, vnde Græcis arrogantibus sibi inuentionem eloquentiæ, applicatur illud. *Psal.11.* Labia nostra à nobis sunt quasi dicerent: Nos fuimus inuentores eloquentiæ.

Labia veracium, erant *t* Iudæorum ante aduentum Christi, quem venturum ipsi prædicabant. *Iob.12.d.*

Labia dolosa erant *u* scribarum, & sacerdotum, ac Pharisæorum contra Christum, quia sub eis latebat venenum. *Psal.1.33. Matth.26.f. Rom.3.c.* His labiis honorabant Deum, qui literam legis colebant, sensum eius negligentes, nec retia in altum ducentes. *Isa.29.d. Matth.15.a. Mar.7.b.* Quanquam peius est nec labiis honorare. In his labiis erat gladius, quando Iudæi proferebant blasphemias contra Christum. *Psal.58.139.*

Labia iniqua, sunt *x* suasiones dæmonum, vel prauorum hominum aperte inducentia ad malum, vel ad permanendum in peccato. *Psal.119.* Labia etiam meretricis, designant prædicationem hæreticorum, vel gustum voluptatis. *Prou.5.a.*

Labium linguæ, dicuntur ascendisse montes Israël, *y* quando tempore persecutionum Ecclesiæ infideles insultabant proceribus Ecclesiæ. *Ezech.36.a.*

Labia incircuncisa Mosis, postquam locutus est ei Dominus. *Exod.6.b.* designant *z* literam legis, & eius obseruantiam post aduentum Christi in carne esse ineptam, & mutam, nisi adiungatur frater eius Aaron, hoc est, sensus spiritualis.

Laborare, Labor, Laboriosus.

LABOR, est opera quæ fit cum aliquo conatu, & defatigatione. Laborare autem, est cum labore aliquid agere. Laboriosus verò dicitur, qui multum sustinet laboris, aut multi est causa laboris. Laborare, interdum est angi. *Iob.9.d.* Quare frustra laboraui. Certare, *3.Reg.2.d.* In quibus laborauit pater meus. Colere. *Iosu.24.e.* Terram, in qua non laborastis. Componere. *Psal.126.* In vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Operari. *Prou.20.a.* Noli laborare, vt diteris. Deficere. *4.Reg.7.c.* Sciunt quia fame laboramus. Fatigari. *Gen.33.e.* Si plus in ambulando fecero. Laborare. Labor autem, laboris fructus. *Iob.39.b.* Derelinques labores tuos. Iniquitas. *Psal.9.* Sub lingua eius labor, & dolor. Miseria. *Deut.26.b.* Laborem atque angustiam. Opera. *Iud.18.c.* Nullus erit labor. Tribulatio. *Psal.87.* In laboribus à iuuentute mea.

Laborare propriè non competit Deo, qui infinita virtute facit quæ vult. *Is.40.g.* Laborasse autē dicitur Deus *aa* in sermonibus eorum, qui diuinam negant prouidentiam, eo quod quantum in se est, Deum videntur tollere de mundo. *Malac.2.d.*

Dicitur etiam Deus laborasse, *bb* sustinens peccata Iudæorum. *Isa.1.d.* quia vsque ad filij sui necem eos sustinuit. Et dicitur laborasse in iniquitatibus nostris. *Isa.43.d.* quia propter eas delendas mortuus est Christus. Dicitur etiam laborasse rogans Iudæos, aut rogatus ab eis, quasi iam defecerit crebrò eis ignoscendo, & lassus fit semper eos ad salutem prouocando. *Iere.15.b.* Laborauit etiam Christus clamans, *cc* tum prædicando, tum Patrem in cruce inuocando, & etiam dicitur laborare in nobis, cùm nos laboramus. *Psalm.68.* Labor Ioseph in Ægypto, fuit labor Christi in hoc mundo. *Gen.41.g.* Et labor Ionæ, Labor Christi. *Ioan.4.c.* Labor quoque eius fuit eius humanitas, quam Iudæi superbè sapientes despexerunt, eumque immortalem credere dedignati sunt, quem in natura passibili mortalem viderunt. *Thren.3.a.* Labores autem suos Deus Rhinocerotī reliquit. *Iob.39.b.* quando *dd* conuerso terreno principi eam, quam morte sua mercatus est, Ecclesiam credidit. Vel quia passionem suam dereliquit Gentibus. Laborasse autem se dicit Christus in vacuum, *ee* quia pauci ex Iudæis, propter quos venerat, crediderunt. *Isa.49.a.53.d.* Dicitur Ionas non laborasse pro hædera. *Ion.4.d.* quia Christus *ff* non laborauit pro gloria temporali templi, & Iudæorum.

Laborant in hoc seculo *gg* boni. *Psalm.48.* imò omnes: quia dictum est Adæ. *Genes.3.c.* In laboribus comedes panem tuum, *Matth.11.d. Isaiæ 14.a.* Vnde homo dicitur nasci ad laborem, sicut auis ad volatum *Iob.5.b.*

quia

Gentiles. Sensibilia.

Carnales.

Mundus. Diabolus.

Ignauus. Inuidus. Imperitus doctor.

Vtrumque testamentum. Iudicia Dei. Prædicatio Christi.

Prædicatores.

Baptismus. Confessio.

Passio Christi Sacra scriptura. Vnitas charitatis. Vis mentis ad cogitandum. Concordia mala. Confabulatio de Christo. Eloquentia. Iudæorum labia. Scribarum labia. Suggestiones. Prædicatio hæreticorum. Gustus voluptatis. Muta lex comparata verbo Dei.

Patientia Dei.

Labor Christi in hoc mundo. Humanitas Christi.

Ecclesia.

Labor bonorū in hoc seculo.

a *Phil.2.alleg*
b *Glo. ord.su. Gen.24.*
c *Bed.s. Gen. 31. Ambr.1.offic. 49. & de fuga seculi.5. Aug. ser. 80.*
d *Gre.30.mo. 31. Rup.s.Ge.43.*
e *Phi.2.alleg. Bed.s.Ge.30.*
f *August. de essen. diui.*
g *Gre.10.mo. 4. & 16.mor. 17. Euc.form. spir.1.*
h *Hie.s.ps.44*
i *Bed. s. prou. 8.*
k *Gre.s.Ezec. hom.21. & s. 1.Reg.1. & s. Cantic.4.5. Am.s.ps.118. ser.15. Bas.s. ps.44. Hie.s.Sop.31. Bed.s.Pro.12. Rup. 4. s. Exod.7.*
l *Gr.hom.17. Isyc.s.Leu. 8.*
m *Ru.2.s.Le. 3.*
n *Hil.s.ps.62. Greg. 8.mor. Aug.s.ps. 70.*
o *Ori.s. Is.ho. 5. Hie.epi. Et factum est.*
p *Phi.de confu.ling.*
q *Gre.14.mo. 24.*
r *Hie.s.ps.62.*
s *Cyril. cont. Iulia.7.*
t *Gre. 11.mo. 10.*
u *Ori.s.Matt. Cano. 15. & hom. 35. & s. Rom.3. Amb. 3. & s.ps.118 serm.19.*
x *Ar.s.ps. 11. Ori. s. Ezech. ho.8.*
y *Hie. s.Ezec. 36.*
z *Glo.ord.sup. Exod.4.*
aa *Hie.s.Mal. 2.*
bb *Hie.s.Is.1. & s.Io.15. & s.Iob.39.*
cc *Hil.s.psal. 68. Am.epist.17. Aug. s.ps.68.*
dd *Gre.31.m. c.4. & 33.m. c.30.*
ee *Hi.s.Is.49.*
ff *Rup.su.Ion. 4.*
gg *Basil.s.ps. 48. Hier.s.Is.14. 65. Hil.s.psal. 127.*

Digitized by Google

quia *a* inde mens ad ſumma euolat, vnde caro in infimis durius laborat, & homo terrenus ad laborem naſcitur, quia ille huius mundi veraciter mala ſentit, quia eius bona inhianter appetit. Et labor accidens in itinere, eſt labor huius vitæ, vbi in ambulando dicuntur laborare. *Geneſ.* 33.*c. Exod.* 18.*b.* Et laborioſæ noctes, ſunt tempus huius vitæ, & aduerſitatum tenebræ. *Iob.* 7.*b.*

a *Gre. 6.m.5. & 8.m.7. & ſ.pſ.6.*

Opera. Labores autem manuum ſeu fructuum, *b* ſunt opera, quæ fiunt in hac vita cum labore. Quos manducat hic, qui gaudet in laboribus, quorum fructus ſperatur in vita æterna, vel manducabunt in vita æterna fructus bonorum operum, quibus in hac vita inſudarunt. *Pſalm.* 87. 127. Ideò dicuntur non fruſtrà laboraſſe. *Iſa.* 62. 65.*d. Mich.* 4.*c.* Laborant quoque in gemitu pœnitentes. *Pſalm.* 6.

b *Hie. & Au. ſ.pſ.* 127. *Ambro. de virgi.* 3.

Refrigeria ſequentium Chriſtum. Dicuntur etiam non laborare ſequentes Chriſtum tum ob refrigeria, & conſolationes ſpirituales, quas in hac vita recipiunt, tum quia vniuerſus eorum labor æterna quiete commutabitur. *Iſa.* 4.*g.*

Predicans doctor. Laborans agricola, eſt doctor prædicans. 2. *Tim.* 2.*a.* Idem deſignant laborantes in piſcando. *Luc.* 5.*a. Ioan.* 21.*b.* Et labor ſapientis, *c* ſunt libri, quos ſcribit. *Eccleſ.* 12.*c.* Et labor hominis, eſt in ore eius, cùm prædicat. *Eccleſ.* 6.*c.* Laborauerunt alij, hoc eſt, *d* Patriarchæ, & Prophetæ prædicando, & ſcribendo, & Apoſtoli introierunt in labores eorum. *Ioan.* 4.*c.*

c *Hier.ſ.Eccl.* 2.6.

d *Au.ſ. Ioan. tract.* 15. *Cyril.* 12. *ſu. Ioan.* 62.

Predicator ægrè operans. Non valens reſiſtere minoribus hoſtibus. Laborare dicitur piger, ſi applicet manum ad os ſuum. *Prou.* 19.*d.* 26.*c.* deſignans prædicatorem, qui ægrè operatur quæ alios docet.

Laborat cum pedibus, *e* qui minoribus hoſtibus, & tentationibus reſiſtere non valet. *Ierem.* 13.*b.* Laborãt etiam, qui terrenis cupiditatibus vacant. *Iſa.* 55.*a. Matth.* 11.*d.* Et hic labor manuum eſt, quem ſiccat Dominus. *Agge.* 1.*c.*

e *Hier. ſ. Ier.* 12. *Am.* 3. *hexa.* 12.

Inania ſtudia circa terrena. Labor filiorum Iſraël in Ægypto. *Exod.* 1.*b.* Figuram, *f* & quaſi imaginem inanium, & prophanorum ſuper terram ſtudiorum noſtrorum depingit, Satana, & aduerſariis poteſtatibus malignis cum eo vrgentibus & compellentibus. Sic laborant in vanum, ædificantes ſine Domino. *Pſalm.* 126. Et laborare dicuntur, qui in propria virtute confidunt, ſicut è diuerſo non laborant, qui confidunt in Domino. *Iſa.* 40.*g.* Et ſtultus labor eſt *g* eorum, qui in vanum laborant. *Exod.* 18.*c.* Laborant etiam fruſtra, qui laboris ſui præmium non expectant. *Iob.* 9.*d.* Et laborans fruſtra ſtruthio, deſignat hypocritam, qui magnam habet curam temporalium, neglectis ſpiritualibus. *Iob.* 39.*b. Eccleſ.* 10.*c.*

f *Cyril. de adora. in Spiritu ſancto.*

g *Gr.9.m.27.*

Ferentes legis onus. Laborantes erunt Iudæi, *h* legis onus ferentes. *Matth.* 11.*d.* Et ipſi laborabant per totam noctem in obſcuritate literæ legis, ſine luce ſpiritus, & in infidelitate. *Luc.* 5.*a.* Dicuntur autem non laboraſſe. *Iſa.* 43.*d.* quia *i* labores eorum non erant accepti Deo. Et labor labiorum ipſorum fuit, quando dixerunt: Crucifige, crucifige. *Pſalm.* 138. Et labores eorum, quos diripiunt alieni, *Pſalm.* 108. ſunt *k* inutilia eorum opera, quæ rapiunt dæmones. Labor etiam eorum conſumitur incaſſum. *Leuit.* 26.*d.* quia *l* non poſſunt ſeruare legem, in qua laborant.

h *Hil.ſ.Matt. can.* 11. *Amb. de virg.* 3. *& ſ.Luc.* 5.

i *Hier.ſ.* 1. *Iſ.* 43.

k *Aug.ſ.pſal.* 108.

l *Iſyc.ſu. Leu.* 26.

Scriptura hæreticorum. Labores peccatoris, ſunt *m* ſcripturæ hæreticorum. *Pſalm.* 108. Et labores patrum, quos comedit confuſio, ſunt eædem ſcripturæ. *Ierem.* 3.*g.* Et labor Moab, *n* eſt diligentia hæreticorum, & etiam labor Babylonis cum incantatoribus. *Iſa.* 16.*d.* 47.*d.* Et labor Ægypti multus, eſt cultus idolorum, & defenſio errorum. *Iſa.* 45.*c.* Et laborat in multitudine viæ ſuæ, qui multos ſequitur errores. *Iſa.* 57.*b.* 59.*a.* Et labor labiorum hæreticorum ſunt *o* verba, & mendacia, quibus ſuos conatur errores defendere. *Pſalm.* 139. Omnes autem hi laborant in igne, quorum opera conſumet ignis. *Habac.* 2.*c.*

m *Arno. ſ.pſ.* 108.

n *Hie.ſ.Iſ.* 65. 45. 57. *& ſ. Habac.* 2.

Pœna æterna. Laborat in æternum, *p* qui eſt in pœnis inferni perpetuis. *Pſalm.* 48.

o *Aug.ſ.pſal.* 136.

p *Hier.ſ.pſal.* 48.

Labruſca.

Spinæ corona Chriſti. Blaſphemiæ. Inutilis fides. Labruſca, eſt vitis agreſtis, quæ & erratica dicitur.

Labruſcæ, quas fecit vinea plantata à Deo, ſunt *q* ſpinæ, quibus Iudæi Chriſtum coronarunt. Item blaſphemiæ, cæteráque vitia in anima. *Iſa.* 5.*a.*

Labruſca etiam mutilis, deſignat fructum fidei non perfectæ. *Iſa.* 37.*c.* In die plantationis tuæ labruſca.

q *Tertu. aduer. Iudæos. Hie.ſ. Iſ.* 5. *Hier.ſ.Iſ.* 17.

Lac, Lactare, Lactans, Ablactare.

Verbum Dei. Lac, ſuccus eſt animalium, quo animalia recenter nata, à matrum vberibus ipſum attrahentia paſcuntur: quæ nondum ſolidiori alimento veſci queunt. Nihil quod melius nutriat, neque quod ſit dulcius nec lacte candidius inueneris. Eſt itaque *r* omni ex parte ſpirituali nutrimento ſimile: quod eſt dulce quidem propter gratiam, nutriens autem, tanquam vita: Candidum autem, vt dies Chriſti, & ſanguis Verbi eſt lac. Fit autem lac ex ſanguine per mutationem, & maximè naturalem habet cum aqua cognationem, vt cum nutrimento ſpirituali lauacrum ſpirituale. Qui in lacte frigidæ parum exorbent, ſtatim iuuantur. Non ſinit enim lac aceſcere, quæ eſt illi cum aqua ſocietas: dum non per repugnantiam aliquam, ſed per coniunctam illi affectionem maturatur; & quam habet verbum, cum baptiſmo ſocietatem, eandem habet lac cum aqua conuentionem. Hoc enim ſolum ex humidis ſuſcipit cum aqua mixtionẽ, recipiens expurgationem, quemadmodum baptiſmus propter remiſſionem peccatorum. Aptè etiam melle miſcetur, idque rurſus propter purgationem cum dulci nutrimento. Verbum enim benignitate commixtum ſimul & animi medetur affectionibus, & expurgat peccata. Illudque, Melle dulcior emanat ſermo, mihi videtur dictum eſſe de verbo, quod eſt mel. Multis autem locis prophetia cum extollit ſuper mel, & fauum. Miſceretur lac vino dulci, eſt autem vtilis mixtio veluti contemperata affectione ad incorruptionem. Lac enim vino ſereſcit, & finditur, & quidquid eſt eius adulterum, id tanquam per aquæ ductum educitur: eodem modo ſpiritalis fidei ſocietas ſe habet in hominem patibilem. Sereſcere enim faciens carnales concupiſcentias, hominem ad æternitatem contrahit, diuinitus immortalem efficiens. Sed & multi adipe lactis, quod butyrum vocant vtuntur ad lucernam, multiplicem verbi miſericordiam per hoc ænigma ſignificantes: vt quod ſolum iure nutriat, & augeat, & infantes illuminet. Ita autem perfectum eſt alimentum lac, vt ad finem, qui nunquam ceſſaturus eſt deducat. *Geneſ.* 18.*b. Deut.* 32.*b.* Hoc lac *ſ* verbi Dei ſimplices quidem conuerſos nutrit, ſed remanentes carnales interimit, vt vinum ſi detur febricitanti, ſic periit Siſara. *Iud.* 4.*e.* 5.*d.*

r *Clo. Alex.* 1. *pæda.* 6.

s *Orig.ſ.Iudi. hom.* 5. *Geor. Vene. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 24. 25.

Sapientia rerum diuinarum. Lac *t* diuinam & rerum ſupernarum ſapientiam ſignificat, ſicut vinum rerum inferiorum ſapientiam: vinum enim à planta deducitur, ſed lac ab animali, quod melius eſt: illud item inebriat, lac verò minimè, quamuis vtrumque nutriat, vinum quoque ſeruatum & expoſitum non facilè permutatur, aut corrumpitur: ſed lac quantò diutius extra vbera exiſtit, tantò deterius efficitur, & facillimè corruptionẽ ſuſcipit, ſicut & ſapientia rerum diuinarum & arcanorum Dei, quantò magis propalatur, tantò maius patitur detrimentum, veluti ſanguis extra venas. Ideò communicanda tantummodo inter perfectos, aut in pectore conſeruanda iuxta propheticum illud: Abſcondi in corde meo eloquia tua, vt non peccem tibi. Si autem prematur lac in butyrum, diu conſeruatur, ſed decoctum diutius. Sic & diuina ſapientia preſſa, & bene confecta in mente poſſidentis, atque decocta igne amoris, diu conſeruatur, etiam in condimentum aliorum ciborum, eorum videlicet, quæ à veris doctoribus dantur, monumenta. Hoc lac eſt perfectorum, qui ſunt malitia, & aſtutia paruuli, de quibus Chriſtus diſtributor lactis, & mellis. *Matth.* 11.*d.* Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

t *Orig.ſ.Gen. hom.* 17. *Hier. ſ.Iſ.* 7. *Bed.ſ.Gen.* 18 49.

Lex vetus. Litera legis. Senſus ſimpliciores. Doctrina moralis, & infantum. Vita actiua. Doctrina Euangelica. Simplicitas gratiæ. Conſolatio diuina. Lac quandoque deſignat vetus *u* teſtamentum, & literam ſacræ ſcripturæ, quod datum eſt Iudæis ſolidos nouæ legis cibos nondum capere valentibus. Et hoc lacte candidiores, ſunt dentes Eccleſiæ. *Geneſ.* 18.*b.* 49.*b.* Et lactis vbertas eſt apud Iudæos, qui multis infantilibus legis ſenſibus paſcuntur. *Iſa.* 7.*d.*

u *Orig.ſ.Num. hom.* 27. *& ſ. Exec.hom* 7. *Hier.ſ.Iſ.* 60. *Gre.ſ.1.Re.* 16 *& 21.mor.* 1. *Bed.ſ.Pro.* 30.

Significat etiam lac *x* ſenſus ſimpliciores, & doctrinam moralem, & actiuam vitam, ſeu honeſtatem. Hoc lacte extinguitur Siſara, hoc eſt, diabolus. *Iud.* 4.*c.* 5.*d.* Solet ita ſignificare doctrinam infantium, hoc eſt, incipientium nouam vitam in Chriſto, etiam cùm coniungitur melli. *Exod.* 3.*b.* 13.*a.* 33.*a.* 34.*d. Leu.* 20.*d. Num.* 13.*e.* 14.*b.* 16.*b. Deut.* 6.*c.* 32.*b.* 1. *Reg.* 1.*d.* 3. *Reg.* 3.*c. Prou.* 27.*d.* 30.*d. Cant.* 4.*c. Eccl.* 46.*b. Iſa.* 28.*c.* 60.*c. Ier.* 11.*a.* 32.*d. Ezec.* 20.*a. Ioel.* 3.*d.* 1. *Cor.* 3.*a. Hebræor.* 5.*d.* 1. *Petr.* 2.*a. Thren.* 4.*b.*

x *Ori.ſ.Num. hom.* 27. *& ſ. Exec.hom* 7. *Hier.ſ.Iſ.* 60. *Gre.ſ.1.Re.* 16 *& 21.mor.* 1. *Bed.ſ.Pro.* 30.

Lac præterea *y* doctrinam Euangelicam deſignare poteſt, & generaliter vbertatem, & affluentiam doctrinæ, vt quum dat Deus vbertatem lactis. *Iſa.* 7.*d.* 55.*a.* Et hoc eſt rationabile lac. 1. *Petr.* 2.*a. Deut.* 2.*b. Ierc.* 11.*a. Ezech.* 25.*a.*

y *Ori.ſ.Iſ.h.* 2. *Aug.ſ.pſ.* 67.

Lac etiam deſignat *z* ſimplicitatem, puritatémque diuinæ gratiæ, eius præcipuè, quæ datur in baptiſmo, diuinam *aa* etiam conſolationem maximè paruulorum, idque ſecundum quòd lac eſt candidum, & dulce, & cibus paruulorum. Sed & lacte lauari dicuntur in baptiſmo. *Cant.* 5.*d.* Et lac eſt ſub lingua, quando verbis apertæ correctionis miſcentur verba conſolatoria. *Cantic.* 2.*c.* 5.*a.*

z *Ambro. de Cain.* 5.

aa *Gre.ſ.Cain.* 5. *&* 15.*m.*5. *Lu.for.ſpir.*8.

Digitized by Google

Lac datum Isaræ in potum, vt extingueretur, *a* orationis typum gerere potest, qua dæmones conteruntur. *Iudi.4.c.5.d.* — *Oratio.*

Lac & mel, *b* delicias supernæ patriæ designare possunt, quæ suauissimè & absque vllo labore possidentur. *Leuit.20.d.* — *Delicia cœlestes.*

Lac interdum significat *c* ipsam infantiam. Et peculiariter infantiam Christi. Vnde iubebatur non immoliari agnum in lacte matris, quia Christus non debebat pati tempore lactationis & infantiæ: sed ætate integra. *Exod.23.c.24.d.Deut.14.c.* — *Infantia.*

Lac, quo Nazaræi sunt nitidiores, *d* temporalis administrationis dispensationem, ac distributionem rerum temporalium in pauperes significare potest. *Thren.4.b.* Et lac gregis, *e* est quicquid à plebe distribuitur præpositis ad sustentandum victum temporalem. Lac enim ex carne exprimitur, quæ in inferioribus nutritur. *Ezech.34.* *1.Corint.9.a.* — *Temporalia.*

Lac, vt est cibus delicatus, *f* delicatiora quæque designare potest, siue in bonum, siue in malum: vel delicias huius mundi, *Isa.28.c. Ezech.34.a.* Vbi pro omnibus alimentis accipitur. Item abundantia rerum. *Num.13.f.* Fluit lacte & melle. — *Delicia.*

Lac, vt elicitur premendo, nouitatem hominis significare potest, siue in vita carnali, siue in spirituali, nam omnia principia, sunt difficilia. Sic dicitur Iob mulsus sicut lac. *Iob, 10. b.* Et eadem ratione designat auditores infirmos, qui cum labore instituuntur. *Cant.5.a.* — *Abundantia. Nouitas hominis. Infirmi auditores.*

Lac interdum designat adulationem, & tunc coquitur hædus in lacte matris suæ, quando laudatur peccator in desideriis animæ suæ. *Exod.23.c.34.d.Deut.14.c.* — *Adulatio.*

Lac cùm decedit à sua subtilitate, & coalescit, figura est *g* eorum, quorum mens per peccatum hebetatur ad contemplationem diuinorum; vnde dicitur coagulatum, sicut lac cor eorum. *Psalm.118.* Vbi etiam lac coagulatum, dici possunt verba amarulenta, & acerba de corde malorum prodeuntia. Et lac paruulorum Amalec, *h* est leuis cogitatio de immunditia. *1.Reg.15.a.* — *Peccatores. Verba acerba. Cogitatio immunditia.*

Lactans agnus, designat *i* veram humanitatem in Christo cum innocentia. *1.Reg.7.c.* — *Christus.*

Lactantes, in bonum, dicuntur *k* innocentes, simplices, & rudes, ac nuper baptizati, & viam, seu vitam nouam in Christo inchoantes. *Deut.22.d.1.Reg.15.a.Psal.8.Isa.13.d.Ierem.44.b.Thren.2.d.4.a. Matth.21.b.* — *Innocentes. Noui in Christo.*

Lactantes de Amalec, qui sunt occidendi, *l* sunt motus carnis, qui tenui & neglecta cogitatione immunditiæ quasi lacte nutriuntur. *1.Reg.15.a.* — *Motus carnis.*

Lactare, in bonum, est *m* simplici doctrinæ cibo rudes pascere. Sic lactauit Sara Isaac, & Anna Samuelem, designantes Ecclesiam simplices instruentem. *Genes.21.a.1.Reg.5.d.* Et dicuntur lactari mamilla Regum, qui eruditiuntur per doctrinam Apostolorum. *Isa.60.c.* Vaccæ lactantes vitulos, sunt sancti, qui seculo renunciarunt, & alios indomitos in lege diuina instruunt. *1.Reg.6.b.* Lactat etiam Deus docendo & consolando. *Hos.2.c.* Et ad infantiles delicias reducendo. — *Docere simplices. Consolari.*

Lactare, in malum, est *n* adulari, & in vitiis viuere. *Prou. 1.b.16.d.24.e.Iob.3.b. Eccles.30.b.Isa.13.d.23.e.* cùm videlicet laudatur peccator in desideriis animæ suæ. *Psalm.9.* Item dum prodire culpa in vsum cœperit, se vel falsa spe diuinæ misericordiæ, vel aperta miseria desperationis pascitur: vt eo nequaquam ad correctionem redeat, quo vel factorem suum pium sibi inordinatè simulat, vel de hoc, quod fecit inordinatè formidat. Tunc lamiæ lactant catulos suos. *Thren.4.a.* Quod etiam faciunt Iudæi, & hæretici docentes errores suos. — *Adulari. Fouere in erroribus. Nimium sperare, aut desperare. Docere errores.*

Ablactantur animalia, cùm o auelluntur ab vberibus, quod iam sufficiant solidiores capere cibos. Ideo Abraham in die ablactationis Isaac conuiuium fecit, & non in die natiuitatis: quia ablactatio profectum in perfectionem dicit. *Genes.21.a.* Sic Samuel non offertur in templo Domini, nisi ablactatus, *p* quia nemo debet diuino applicari ministerio, nisi qui solidioris doctrinæ capax & particeps est. *1.Reg.1.d.Isa.11.b.28.c.* Sic ablactati dicuntur, qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. *Hebr.28.c.* — *Proficientes.*

Ablactatus etiam à lacte, *q* dicitur separatus à deliciis carnis, & mundi. *Isa.5.d.* — *Separati à deliciis carnis & mundi.*

Ablactatus quoque dicitur is, *r* à quo subtrahitur diuina consolatio, & doctrina legis diuinæ, & diuinum auxilium. *Psalm.130. Hos.1.c.* Qui enim ablactatur, separatur à matre, parentis lacte non vescitur, alimentis sustentatur alienis. Ita Israel proiectus à Deo dicitur ablactatus super matrem suam, quia ante tempus auellitur à lacte. — *Separati à diuina consolatione.*

Lacerare, Discerpere.

Lacerare, & discerpere, est membratim vi quadam & sine ordine diuidere, & laniare.

Lacerat carnes suas dentibus suis, *s* qui, si qua in se quamlibet leuiter carnalia esse deprehenderit, hæc internis sensibus retractans, vehementer in semetipso insequitur, afflictione se conterit, magnisque cruciatibus, vel minima in se praua diiudicat, atque per pœnitentiam damnat. *Iob.13.b.* — *Pœnitentia.*

Discerpens diabolus dæmoniacum, cùm cogeretur exire ab eo, in quo antea quietus manebat, designat, *t* quod tunc cogitationes mentis dilacerat quando iam termino egressus sui diuina virtute compulsus appropinquat. Et quem mutus possederat, cum clamoribus deserebat: quia plerunque dum possidet, minora tentamenta irrogat, cùm verò de corde pellitur, acriore infestatione perturbat. — *Affligens diabolus pœnitentes.*

Lacerantes superbum, sunt *u* prædicatores, & alij, qui conuersi pellunt à se & aliis diabolum. *Hab.2.b.* — *Expellentes diabolum.*

Lacerata dicitur lex, quando non seruatur, sed vilipenditur. *Habac.1.a.* — *Lex contempta.*

Lacerat Hierusalem vbera sua, *x* quando pro solemnitate atque lætitia æternorum mœrorem habet. *Ezech.23.e.* — *Pœna pro voluptate.*

Laceranit Pharao humerum eorum, qui ei innitebantur, hoc est, *y* diabolus aufert fortitudinem eorum, qui ipsum sequuntur. *Ezech.29.b.* Sic dilacerata est Niniue. *Nahum.2.c.3.a.* Et lacerantes volucres carnes pistoris. *Genes.49.d.* sunt dæmones animas perdentes. Et laceratum à bestiis, hoc est, à dæmonibus. *Ezech.4.d.* — *Auferens diabolus fortitudinem.*

Discerpere dicuntur canes *z* non ipsum sanctum, quod eis proponitur, sed ipsos proponentes. *Matth.7. Habac.2.b.*

Lacerant gregem Domini *aa* pastores, qui schismata faciunt in Ecclesia. *Ierem.23.a.* — *Schismatici.*

Lacerta.

Lacerta, vel lacertus, genus est reptilis, quatuor habens brachia, lacertorum humanorũ similitudinem habentia. Suntque duo genera magnitudine & colorum varietate distincta. Numeratur lacerta inter animalia immunda. *Leuit.11.c.* Habitat in sepulchris, & cauernosis locis. Designare potest *bb* mixtam vitæ varietatem. — *Vita varia.*

Lacertus, vide Brachium.

Lachis.

Lachis, id est, ambulans, vel vadens extitit, aut tibimet existens: ciuitas in tribu Iuda, quam reparauit Roboam, cuius regem occidit Iosue. *Ios.10.a.15.c.2.Par.11.d.Nehe.11.d.Mich.1.d.* Vel interpretatur iuxta Origenem, *cc* iter: & vt fuit sub malo rege, qui victus est à Iosue, designat iter impiorum. Vt autem fuit sub filiis Israël, exprimit iter rectum secundum virtutem. — *Iter impiorum. Iter rectum.*

Lachryma.

Lachrymæ, sunt humor ex oculis flentium defluens, suntque propriè hominum, proceduntque fere ex mœrore, interdum vero manant præ lætitia. — *Dolor Ecclesia de cæcitate Pauli.*

Lachrymæ Ioseph pro Beniamin, designare possunt *dd* dolorem Ecclesiæ, aut Christi de cæcitate Pauli, antequam conuerteretur. *Genes.43.g.* — *Compatiens. Christus Ecclesia.*

Lachrymans Iesus visa Maria, *ee* est compatiens Ecclesiæ, & miseriis humanis. *Ioan.11.c.* — *Pœnitentia.*

Lachrymæ Mariæ, quibus lauit pedes Christi. *Luc.7.f.* pœnitentiam designant, & etiam peccatores, qui in Christum crediderunt, quibus ipse peccata remisit. Possunt etiam passionem Christi significare, qua lauantur pedes Christi, hoc est, peccatores conuersi. — *Peccatores. Passio Christi.*

Lachrymæ in maxillis. *Thren.1.a.* designare possunt *ff* dolorem in prædicatoribus de lapsu proximorum. — *Compassio prædicatorum de proximis.*

Lachrymæ,

a *Amb.de viduis.*
b *Isyc.s.Leu.20.*
c *Glo.int.sup. Exod.23.*
d *August. de past.2.*
e *Cyril.7.s. Ioan.5. Gr.13.m.23.*
f *Hie.s.Ezec.34.*
g *Hil.su.psal.118.*
h *Gre.s.1.Re.15. Euch.form. spir.8.*
i *Gr.s.1.Re.7.*
k *Ori.s.Matt. hom.15. Ambr.de obi. Valent. Aug.s.psal.8.*
l *Gr.s.1. Reg.15.*
m *Gr.s.1.Re.10. Rup.s. Ho.2.*
n *Gre.4.mor.29.28.& 19. mor.15. Bed.s.prou.1.16.*
o *Orig.s.Gen. hom.7.& s.1. Re.hom.1.& s.Matth.ho.3.*
p *Gre.s.1.Re.1. Hie.s.Is.28.*
q *Glo. ord.su. Isai.28.*
r *Hier.s.Ho.1. Au.s.ps.130.*
s *Gre.11.mo.18.*
t *Gre.32.mo.38.*
u *Hier.s.Hab.2.*
x *Hie.s.Exec.23.*
y *Hie.s.Ezec.39.*
z *Aug.2. ser. dom.in mont.*
aa *Hieron.su. Ierem.23.*
bb *Tertul. de cib.Iuda. Isy.s.Leu.11.*
cc *Ori.s. Ios.13.*
dd *Glo.ord.s. Gen.43.*
ee *Amb.2.de pœn.7. Clem. Ale.2.pad.8.*
ff *Glo. ord.su. Thren.1.*

Digitized by Google

Miseria. *Oportunitas tentationis.* *Exempla scriptura.* *Peccata.* *Luctus pœnitentia.*

Lachrymæ, à quibus liberat Deus oculos. *Psal.* 114. sunt *a* miseriæ impedientes visionem Dei. Vel sunt tristitiæ ex miseriis prouenientes. *Isa.* 25. *c.*

Lacinia.

Lacinia in vestimento, aut pallio, est ea pars extrema, quæ solet interdum in humerum reuocari.

Lacinia in vestimento Ioseph, quam apprehendit eius domina. *Gen.* 39. *c.* designat *b* opportunitatem tentationis, quam apprehendit diabolus.

Laciniæ, quas tenent cæci. *Thren.* 4. *c.* designare possunt *c* exempla doctorum, quibus adhærent simplices. Et scripturarum scissiones, quas faciunt hæretici, & peccata vitæ veteris.

Lactuca.

Lactuca herba acetariorum vsu notissima, dicta quòd abundantia lactis exuberet.

Lactucæ agrestes, quæ in festo azymorum comedebantur, creduntur esse endiuiæ. Hebraicè autem significatur amarus, vel acris sapor, qui appetitum disponit, vt videlicet agnus, qui est Christus, comedatur cum affectu & appetitu. Possunt autem significare *d* luctum pœnitentiæ, violentiam ieiunij, laborem orationis, patientiam in aduersis, & labores tam spontaneos, quàm eos, qui diuina permissione *e* nobis accidunt. *Exod.* 12. *b. Num.* 9. *b.* Comeduntur autem in festo azymorum, vt designent delectationes moderatè sumendas esse, & castigandos inordinatos affectus.

Lacuna, Lacus, Palus, Stagnum, Palustris.

Lacuna, est aquæ collectio, vel fossa in qua aqua collecta stare consueuit. Lacus autem est locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis: qui efficit riuos & flumina, quæ & palus dicitur. Stagnum autem temporalem habet aquam stagnantem, quæ plerúmque hyeme colligi solet, æstate siccari. Et lacus dicitur, dum fundum latet, & in vnam foueam circundatus includitur. Verum hæc sæpe confunduntur, vt vnum pro altero sumatur.

Porrò lacus iuxta Græcos non stagnum sonat, sed cisternam. Stagnorum autem *f* aliqua sunt ex pura collectione aquarum extrinsecus aduenientium, & hæc facilè corrumpuntur, putrefiunt, & arescunt. Aliqua verò colliguntur ex scaturientibus aquis, & hæc non putrescunt, cùm veluti piscinæ susciпiant, & diffundant. Altera itaque stagna noxia, sunt & infausta, quò citò arefiunt, & exsiccantur, iuxta illud *Isa.* 42. *c.* Arefaciam stagna. Et in *Apocal.* legimus. Timidis & incredulis pars eorum erit in stagno ignis & sulphuris. Sed stagna, quæ ex scaturientibus aquis & fontibus fiunt tanquam piscinæ, beneficia & commoda, sunt iuxta illud *Psalm.* 106. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Et iterum *Psalm.* 113. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Lacus, dicitur carcer, *Ierem.* 37. *c.* Ingressus est Ieremias in domum laci. Fouea. *Dan.* 6. *d.* Miserunt eum in lacum leonum, Sepulchrum. *Psalm.* 87. Cùm descendentibus in lacum. Torcular. *Marc.* 12. *a.* Circumdedit sepem & fodit lacum.

Inferni. *Limbus.* *Status peccati.* *Periculum inferni.* *Anima recipiens vitia.* *Latus Christi* *Doctores.* *Lex.* *Baptismus.* *Dona Spiritus sancti.* *Ecclesia ex gentibus conuersis.* *Graues tribulationes.* *Profunda miseria.* *Ira Dei.* *Materia vitiorum.* *Humiles.* *Monasterium* *Doctrina Iudæorum.* *Doctrina hæretica.*

Lacus, in quo putrescit aqua, & moritur, infaustus est, & Hebraicè dicitur Bor, quod *g* pro puteo inferni sumi solet. Sæpe enim lacus, designat inferiorem, vbi damnati puniuntur, quandóque vero limbum, vbi sancti patres detinebantur. Et dicitur lacus, in quo non est aqua: quia nullum ibi est refrigerium. *Genes.* 40. *c. Exod.* 7. *c. Psal.* 27. 29. 87. 142. *Isa.* 14. *d.* 24. *d.* 38. *d. Ierem.* 38. *b.* 41. *b. Thren.* 3. *f. Ezech.* 26. *d.* 31. *f.* 32. *d. Zach.* 9. *c.* Lacus etiam leonum dici potest *h* status peccati. & periculum inferni, à quo Deus liberat, vt liberauit Danielem. *Dan.* 6. *b.* Hic est lacus miseriæ. *Psal.* 39. dicitur stagnum ignis, & sulphuris. *Apoc.* 14. *d.* 19. *d.* 20. *d.*

Lacus in malum sumptus, secundùm quod habet aquas extraneas, designare potest *i* animam recipientem in se vitia, quæ sunt illi extranea. *Psalm.* 7. Puteus è diuerso in bonum sumi solet.

Lacus, in bonum, significare potest aliquando *k* latus Christi, vnde geniti, aut regenerati sumus. *Isa.* 51. *a.*

Lacunæ, *l* doctores interdum designare possunt, qui ex aliis ceu fontibus partem doctrinæ suæ sumpserunt. Eosdem significare potest lacus vineæ. *Marc.* 12. *a. Apoc.* 14. *d.* Vbi etiam significatur lex.

Stagna aquarum, designare possunt baptismum, & doctrinam, & dona Spiritus sancti. Et stagna aquarum, in quæ cõuertuntur rupes, designant *m* Ecclesiam ex gentibus, & corda prius dura, quæ postea fluunt aquam viuam, & abundant spiritualibus donis, fiuntque nauigabilia. *Leuit.* 11. *b. Psalm.* 106. 113. *Isa.* 35. *e.* 41. *e.*

Lacus, interdum significat *n* graues huius mundi tribulationes, & humanæ miseriæ siccam quodammodo profunditatem & sterilem, vbi non sunt fluenta iustitiæ, sed iniquitatis lutum. Et lacus infimus est profundissima miseria. *Psalm.* 27. 29. 39. 87. *Thren.* 3 *f. Zach.* 9. *c. Apocal.* 14. *d.* Potest etiam in his locis significare grauitatem iræ Dei.

Paludes aquarum cœnosæ, *o* materiam vitiorum designare possunt, quæ manet in Babylone, hoc est, in huius mundi confusione. *Isa.* 14. *f.* 19. *c.* Idem designant paludes Ægypti. *Exod.* 7. *c.* 8. *b.* Idem etiam significant palustria loca. *Ezech.* 47. *c.* Hic est lacus, quem aperit malus. *Psalm.* 7.

Palustria loca, vbi pascebantur vaccæ pingues, designare possunt *p* humiles. *Genes.* 41. *a.*

Stagnum quoque cùm sit vndiquaque circunclusum, *q* monasterium designare potest, vbi versantur monachi, vt pisces in aqua.

Stagna arefacta *r* doctrinam Iudæorum significant, quæ apud illos aruit, cùm non admittant aquas sensuum spiritualium. *Isa.* 42. *c.*

Lacus detritus, *s* doctrinam hæreticam, & adinuentiones hominum significare potest, sicut lacus inter duos muros, sunt traditiones Pharisæorũ, & hæreticorum. *Isa.* 22. *c.* Et lacunæ ad capiendos pisces sunt machinamenta hæreticorum. *Isa.* 29. *b.* Vbi Septuaginta interpretes Σύρτεις dixerunt, quod est genus turbidæ potionis ex frugibus & aqua, sic est turbida doctrina hæreticorum.

Ladere, vide Nocere.
Latari, vide Exultare.
Laua, quare Sinistra.
Lauigare, Dolare, Limpidus.

LÆVIGARE, est complanare, & polire, & læue facere. Est autem læue, quod habet superficiem æqualem, omni asperitate semota. Dolare etiam est dolabra siue ascia læuigare.

Sancti. *Iudæi.* *Opera bona.*

Læuigata ligna, ex quibus compacta est arca diluuij, *t* Sanctos significare possunt, omni vitiorum asperitate nudatos: ex quibus construitur Ecclesia. *Genes.* 6. *c. Exod.* 21. *b.* Eosdem designant dolati lapides templi. 3. *Reg.* 5. *d.* 6. *a.* Et dolati remi. *Ezech.* 27. *a.* Possunt etiã ligna læuigata Iudæos significare per legem fabricatos, & læuigatos. Item opera bona per fabricam virtutum ad rectitudinem redacta.

Doctores sancti. *Mitigari motus interiores.* *Auferens Deus Prophetas.*

Limpidissimi lapides, quos sumpsit Dauid aduersus Goliath. 1. *Reg.* 17. *e.* dici possunt *u* doctores sancti, quorum conuersatio minimè est aspera, & comprehendi nequit, & tamen apti sunt ad vincendum diabolum. Ipsi sunt *x* læuigati lapides calce. *Deut.* 27. *a.* in quibus scribitur lex Dei.

Læuigata ligna possunt etiam *y* mitigationem interiorũ motuum designare, qui iam menti nullum exhibeant asperitatis negotium. *Genes.* 6. *c.*

Dolauit Deus in Prophetis, *z* populum videlicet, quando ab eis abstulit Prophetas. *Hose.* 6. *b.*

Christus. *Exempla.* *Doctrina legis & Prophetarum.* *Confessores.*

Laganum.

Laganum, est placentæ genus ex farina, ex aqua subactum, additis aliis condimentis, & iure, seu oleo.

Lagana olea lita, Christum in cruce lachrymantem, & oleum misericordiæ Patri offerentem, designare possunt. *Leuit.* 8. *e.*

Significant etiam *aa* exempla viuendi, & doctrinam legis & Prophetarum, & etiam Confessores inducentes alios ad lachrymas. *Exod.* 29. *a. Leuit.* 2. *b.* 8. *e. Num.* 6. *c.* Dicuntur lagana oleo tantùm lita, quia in Prophetis plus apparet minarum, quàm misericordiæ.

Lagena, Laguncula, vide Hydria.
Laicus, vide Prophanus.

Lais.

Lais, id est, leo, ciuitas non procul à Sidone, quæ & Lesem dicebatur, quam cepit tribus Dan, & ibi fixit

sedem:

a *Glo. inte. su. psal.* 114.

b *Glo. ord. su. Gen.* 39.

c *Glo. ord. su. Thren.* 4.

d *Climacus grad.* 14. *Philo. de coug. &c. Georg. Venet. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 19. *Gre. hom.* 22.

e *Bed. s. Exod.* 12. *Chry. hom. in Iob & Abra.*

f *Hie. s. Ier.* 6. *& s. Ezc.* 32. *Geor. Vene. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 15.

g *Geor. Vene. Cant.* 1. *to.* 7. *cap.* 15. *Bas. s. ps.* 9. *Arn. s. ps.* 142. *Hier. s. Is.* 14. 38. *& s. Zach.* 9.

h *Euch. form. spir.* 4. *Hie. s. Dan.* 6. *Au. s. ps.* 39. *Ru.* 12. *s. Apo.*

i *Basil. s. ps.* 7. *Ambro.* 1. *de. Spiritu sancto.*

k *Hie. s. Is.* 51.

l *Glo. int. sup. Marc.* 12.

m *Arno. s. ps.* 106. 113. *Hier. s. Is.* 35. *Gre. hom.* 20.

n *Au.* 18. *ciu. Dei.* 25. *& s. ps.* 27. 29. 87. *Rup.* 9. *s. Apo.*

o *Hie. s. Is.* 14. *& s. Exe.* 47. *Aug. s. ps a.* 7.

p *Glo. inte. su. Gen.* 41.

q *Bern. ser. de S. Andrea.*

r *Hie. s. Is.* 41.

s *Hie. s. Is.* 22. 29.

t *Hie. s. Ezec.* 27. *Bed. s. Gen.* 5. *Lyr. s. Gen.* 6.

u *Cyril. ho.* 3.

x *Glo. ord. su. Deut.* 27.

y *Lyr. s. Gen.* 6

z *Hier. s. Ho.* 6.

aa *Isyc. s. Leu.* 2. 7. 1.

Digitized by Google

sedem : vocatáque est Lesem Dan. *Iosu.* 19.*e.Iudi.* 18.*b.* Postmodum à Philippo Terrarcha vocata est Cæsarea, quæ à Græcis Paneas dicitur, & nunc corrupto vocabulo aiunt dici Belneam. Sita est in Phœnicia ad radices Libani, vbi Iordanis fontes iungitur. Fuit hæc patria mulieris, quæ à sanguinis profluuio liberata est tactu fimbrię Christi. Et in huius agro confessus est Petrus Christum filium Dei viui.

Lambere, Lingere.

LAMBERE, est lingua leuiter aliquid tangere, quasique fricare, vt canes lambunt vlcera, & lambentes bibunt aquam. Idem est lingere.

Lambentes milites Gedeonis aquam, designant *a* eos qui non pleno ore voluptates mundanas & corporeas hauriunt, sed solùm quantum necessitati naturæ sufficit. Lambentes autem manu & lingua, designant perfectos verbo, & opere. *Iud.7.b.*

Lambentes sanguinem pulli aquilæ. *Iob.* 39.*d.* designant *b* paruulos in Ecclesia, qui passionis dominicæ infirma venerantur, donec adolescant ad solidiorẽ cibum capiendum. Vel sunt discipuli diaboli liuore inuidiæ tabescentes, & aliorum facta calumniantes.

Lingunt Reges puluerem pedum Sion. *Isa.* 49.*f.* quum *c* Apostoli, & prædicatores à mentibus fidelium : quidquid terreni operis inhæserit, delere curant.

Lingentes terram inimici. *Psalm.* 71. sunt *d* qui conuertuntur, & se subiiciunt fidei. Vel in malum, sunt dæmones, qui corpus humanum affligunt, non permissa eis potestate in animam, quia serpens comedit terram. *Genes.* 3.*c.* Lingunt etiam terram, qui quum ea quæ appetunt, rapere nequaquam possunt, blandis sermonibus quasi mollitie dulcedinis, cõcupita detrahere conantur. Et lingunt puluerem, *e* qui vitiis adhærent eis delectati. *Mich.* 7.*b.*

Lingentes canes vlcera Lazari. *Luc.* 19.*e.* designare possunt, *f* Gentiles Paulo fauente. Vel seculares & mundanos, qui gaudent, cùm viros religiosos & pios in aliquod vitium incidere viderint, & inde omnes similes esse iudicant.

Lamech.

LAMECH, id est, pauper, vel humiliatus, aut percussus, filius Mathusael, qui habuit duas vxores, & occidit virum, & puerum, virum aiunt Hebræi fuisse Cain, *Genes.* 4.*d.* Peccatum eius designat *g* peccatum mundi, cuius vltio datur septuagies septies, quia post 77. generationes venit Christus, qui abstulit peccatum mundi.

Secundum quod habuit duas voces, designare potest *h* Christum cum duabus Ecclesiis. Vel in malum hæreticum cum duabus etiam Ecclesiis.

Lamentari, vide Flere.

Lamia.

LAMIAE dicebantur *i* olim mulieres, quæ strigum instar infantium sanguinẽ sugebant, vel ipsæ erant striges: Vel secundum aliquos, sunt dæmonum quædam phantasmata, quo laruæ appellantur : & lemures, & à nonnullis etiam Empusæ : esseque aiunt ad amorem & venerem propensas, & carnes humanas, maximéque formosorum esurienter appetere : ideóque libidinis cupiditate allicere eos, vt postea deuorent. Atque ita designant dæmones libidinis præsides, *Isa.* 34.*d.*

Lamia quoque fertur esse *k* animal faciem habens muliebrem, aut humanam, infernè verò pedes equinos, & potest designare duplicitatem, & fictionem Iudæorum, hypocritarum, & hæreticorum, qui rationem prætendunt humanam, sed finem habent brutalem. Et hypocritæ in prima facie quod ostendunt, quasi ex ratione sanctitatis est, sed bestiale est corpus quod sequitur, quia valde iniqua sunt, quæ sub boni specie moliuntur.

Lamina, Bractea.

LAMINA, est metalli cuiusuis frustum, cuius crassitudo attenuata est & in latitudinem ducta. Bractea verò est subtilior lamina.

Lamina aurea in fronte pontificis, quæ ab Origene *l* petalum dicitur, in qua erat scriptum nomẽ Dei, designare potest confessionem diuinitatis : vel *m* diuinitatem in Christo, vel ipsum Deum habendum in fronte, vt gubernet animam : vel diuinam prouidentiam, vt videlicet incidet lamina omnia Dei prouidentia gubernari, vel designat scientiam de Deo omnes alias superantem vel quia in fronte est, indicat præsentem Dei memoriam habendam. Insinuat etiam initia rerum ab inuocatione Dei esse sumenda, & iuxta Philonẽ, designat idæam idærarum. Est etiam *n* crucis præfiguratio, quæ in fronte Christi fuit, quia non erubuit pro nobis crucis ignominiam pati, vnde & nos præfigimus illam in fronte. *Exod.* 28.*g.* 29.*a.* 39.*e. Leuit.* 8.*b.* designat etiam gloriam, & honorem in capite Redemptoris.

Laminæ aureæ, designare possunt *o* sensus spirituales. *Exod.* 37. *d.f.* 39.*f.*

Laminæ verò argenteæ, prædicationem diuinorum. *Exod.* 27.*c.* laminæ quoque æneæ, instantem prædicationem doctorum, *Exod.* 27. *a.* 38.*a.*

Laminæ aureæ tegentes tabulas templi, 3. *Reg.* 6.*c.* designare possunt *p* charitatem ornantem fidem & opera, seu latitudinem charitatis de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Designant etiam gloriam æternam, quæ sanctis veteris ac noui testamenti datur.

Laminæ sculptilium, designare possunt *q* errores hæreticorum, & laminæ argenteæ eloquentiam eorundem, *Isa.* 30.*e.* 40.*e.*

Lamina plumbi, *Iob.* 19.*d.* eos designare potest, *r* quos auaritiæ pondus grauat, quibus pes increpantem Prophetam dicitur. *Psalm.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde.

Laminæ ferreæ cartilaginis Behemor, *Iob.* 4.*b.* designant *s* eos, qui speciem habent rectitudinis, per quam in culpa diutius tenentur. Hinc est, quod nonnunquam hi, qui quasi viam sanctitatis appetunt, in errorem lapsi tardius emendantur. Rectum quippe existimant esse quod agunt, & sicut excolendæ virtuti, sic vitio perseuerantiam iungunt. Designant etiam eos, qui debiliores sunt in corpore Antichristi, qui ad perpetranda mala nequiores existunt, qui non ferro tantummodo, sed laminis ferreis comparantur, quia dum se circumquaque in crudelitate dilatare ambiunt, quasi in ferri se laminas extendunt.

Lampas.

LAMPAS idem est quod fax, à splendendo Græcè dicta.

Lampas *t* Christum significare solet, qui est lux mundi, *Zach.* 4.*a.* Et ipse prodiit in mundum, vt lampas accensa, *Isa.* 62.*a.* Ipse est lampas contempta apud cogitationes diuitum Iudæorum, *Iob.* 12.*a.* Potest & lampas designare *u* Spiritum sanctum, & septem lucernæ, septem eius dona. Idem septem lampades. *Apoc.* 4.*b.*

Lampas gratiam significare potest, quæ animam illustrat.

Lampades militum Gedeonis, quæ splenduerunt fractis lagenis, *Iud.* 7.*e.* designare possunt *x* virtutes Martyrum, & lucem operum, quibus animæ splendent : ideò habentur in manibus, *Matth.* 25.*a. Luc.* 12.*e.* lucernæ ardentes in manibus vestris. Designant etiam *y* miracula Sanctorum, quæ resplenduerunt fractis lagenis, hoc est, post mortem eorum, *Exod.* 20.*c.* Lampades etiam sunt, *z* qui exempla virtutis aliis præbent, & lumen boni operis per vitam, & verbum errantibus demonstrant, *Ezech.* 1.*d.*

Lampas *aa* legem Dei, & fulgorem veritatis, præcipuè Euangelicæ significare potest, *Exod.* 20.*c. Ezech.* 1.*d. Matth.* 25.*a.*

Lampades etiam dici possunt organa sensuum, præcipuè visus : qui deseruiunt animæ ad cognitionem sensibilium.

Lampas contempta apud cogitationes diuitum, dicitur *bb* iusti simplicitas.

Lampas quidem, quia interius lucet. Contempta verò, quia interius non lucet. Intus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria splendet decoris. Lucet ergo & despicitur : quia flagrans virtutibus abiectis æstimatur, *Iob.* 12.*a.*

Lampas ignis transiens inter diuisiones animalium, quas fecerat Abraham, *Genes.* 15.*d.* designare po-

test

a *Ori. s. Iudi. hom.* 9.

b *Gre.* 31.*mo.* 36. *Hie.s. Iob.* 39.

c *Hie.s. Is.* 49.

d *Ar. s. ps.* 71. *Amb.* 2. *de pœn.* 12. *Gre.* 20.*moral.* 12.

e *Hie.s. Mic.* 7

f *Amb.s. Luc.* 16. *Aug. epi.* 137.

g *Glo. ord. su. Gen.* 4.

h *Bed.s. Ge.* 4.

i *Ludouic. Calius lib.* 19.*c.* 5.

k *Gre.* 19.*mo.* 11.& 33.*mo.* 32.

l *Ori.s. Exod. ho.* 9.& *s. Leu ho.* 6.

m *Hie. de ves. sacer. Isyc. s. Leu.* 8. *Philo. de vita Mosis & de mig. Abrahæ. Euch. form. spir.* 10.

n *Rup.* 4. *s. Exod.* 23.

o *Glo. int. sup. Exo.* 26.

p *Glo. ord. su.* 3. *Reg.* 6.

q *Hie.s. Is.* 30. 40.

r *Gre.* 19.*mo.* 26.

s *Gre.* 32.*mo.* 22. 23. 7.

t *Hie.s. Is.* 62. & *Iob.* 12. *Gre.* 10. *mor.* 30.

u *Ru.s. Za.* 4. & 3. *su. Apo. Amb.* 1. *de spiritu sancto* 15

x *Ori.s. Iudi. hom.* 9. *Hil.s. Matth. cant.* 27.

y *Aug. qu. in Iud.* 49. & *de verb. do. ser.* 22. & *epistol.* 120. & 81. *q.* 59.

z *Gr.* 30.*mor* 33. & *ho.* 12. & *s. Ezec. ho.* 5.

aa *Bed.s. Exo.* 19. *Orig. su. Matth. h.* 32. *Hie.s. Ezec.* 1.

bb *Gre.* 10, *m.* 29.

Parcè sumentes voluptates.
Perfecti verbo, & opere.
Venerantes passionem Christi.
Immundi.
Delentes affectus terrenos
Subijcientes se fidei.
Appetentes aliena.
Adherentes vitijs.
Fauentes Gentiles Paulo.
Gaudentes de lapsu religiosorum.
Peccatum mundi.
Christus.
Hæreticus.

Dæmones libidinis.
Duplicitas Iudæorum, hypocritarum, & hæreticorum.
Confessio diuinitatis.
Diuinitas in Christo.
Deus.
Diuina prouidentia.
Scientia de Deo.
Memoria Dei
Idea idearũ.
Crux.
Gloria Christi.
Sensus spirituales.
Prædicatio.
Charitas.
Gloria cælestis.
Errores & eloquentia hæreticorum.
Auari.
Apparens bonum.
Christus.
Spiritus sanctus.
Donæ Spiritus sancti.
Gratia.
Virtutes Martyrum.
Lux operum.
Miracula.
Insignes virtute, & exemplo.
Lex Dei.
Organa sensuum.
Simplicitas iusti.
Separatio in iudicio.

Digitized by Google

Diuinæ virtutes. *Auditores Antichristi.*

teſt *a* ſeparationem bonorum, & malorum futuram in die iudicij. Vel *b* diuinas virtutes tranſeuntes per medium rerum,& corporum.

Lampades procedentes de ore Leuiathan *Iob. 41.b.* deſignant *c* perfidiam auditorum Antichriſti:qui quaſi per ſapientiam lucebunt,& inde per nequitiam concremabunt. Et aſpectus dæmonum erunt quaſi lampades in iudicio,quia *d* adhuc ſpirabunt veterem furorem,*Nahum.2.b.*

Inuidia. Amor Dei.

Lampades ignis,deſignant etiam *e* inuidiam,& peruerſam æmulationem, *Cant. 8. b.* Vel è diuerſo:*f* magnam vim dilectionis,quæ nullis perſecutionibus extingui valeat.

Lamuel.

Chriſtus.

Lamuel,id eſt,illis Deus,vel cum illis Deus,aut cum quo eſt Deus, nomen videtur regis,*Prou. 31. a.* deſignat autem *g* Chriſtum in quo re vera eſt Deus.

Lana.

Mundities animæ.

LANA,eſt quæ ab ouibus detondetur,aut deciditur ad veſtes conficiendas.

Lana alba,*h* mundiciem animæ ſignificare poteſt,quam habemus ex velleribus agni, Ieſu Chriſti,*Iſa. 1. e.* In capillis verò deſignat baptizatos eſſe oues Chriſti,*Apoc.1.c.Dan.7.c.*

Mundatiuerbo Dei. Verba Dei.

Sicut lanam dat Deus niuem,*Pſalm.*147.quando verbo Dei mundantur,& operiuntur, qui prius erant in ſordibus, & fiunt apti ad calefaciendum, & vt ſint cum Eccleſia veſtis Chriſti. Lanæ comparantur capilli Chriſti, quia vt ex lana in filum redacta, fit veſtis,ita ex verbis contexta eſt ſcriptura,*Apoc.1.c.*

Simplicitas. Operæ pietatis.

Lana *i* ſimplicitatem ſignificare poteſt in veſte ex lana,linoque contexta,*Deut.22.b.*

Lana etiam referri poteſt *k* ad bona opera temporalia,quæ non debent eſſe ſine lino,*Prou.31.b.*pietatis & ſimplicitatis opera,quæ proximis impendimus.

Perfectiovirtutis ſtatus.

Lana veſtis,*l* perfectiorem ſtatum virtutis deſignare poteſt,quæ amplius calefacit,quam linea, *Leu.13.g.*

Conuerſatio carnalis.

Lanea veſte non vtuntur ſacerdotes in templo,*Ezech.44. e.* vbi deſignari videtur *m* conuerſatio carnalis contraria puritati lini.

Temporalia. Honor à ſubditis acceptus

Lanæ ouium,quibus operiuntur mali paſtores,*n* multiplicem veſtium varietatem,quam à ſubditis accipiunt, ſignificare poſſunt, *Ezechie. 34. a.* Vel deſignant *o* honorem,quem à ſubditis accipiunt, quia veſtis tegit nuditatem.

Doctrina hæreticorum & philoſophorũ.

Lana hæreticorum,*p* eſt de ſcabidis ouibus,*Hoſ.2.b.*Hanc lanam deuorat tinea, *Iſa. 51. e.* lanæ coloris optimi, quæ deferuntur in Tyrum, deſignare poſſunt doctrinam Philoſophorum, quam miſcent hæretici ſuis erroribus,*Ezech.27.d.*

Lancea,vide Haſta.
Languere,quare Infirmari.
Lapathes.

Lapathum *q* oleris genus, quod latinè rumex, dicitur: habet acrimoniam quandam, & valet ad ſoluendum aluum.Pro hac herba videtur ſumi,*Iudith.10.b.*

Lapidoth.

Iudæi.

Lapidoth,id eſt,fulgur, maritus Debora prophetidis, typus eſt *r* populi Iudæorum, qui coniunctus eſt legi. *Iudith. 4. b.*

Lapis, Petra, Saxum, Scopulus, Rupes, Silex, Calculus.

LAPIS,qui & petra dicitur,generale nomen eſt, includens etiam gemmas & ſaxa, quanquam lapides ſecundum aliquos,ita diſtinguuntur à ſaxis,vt lapis mitior ſit, minorque ac tenerior. Saxum autem maius, aſperius, duriuſque.Scopulus autem eſt ſaxum eminens.Rupes verò eſt mons ſaxeus præruptus.Petra autem idem eſt propriè,quod rupes, licet etiam pro lapide, aut ſaxo ſumatur. At ſilex, eſt lapis durus, à quo ignis excuti ſolet. Calculus autem eſt paruulus lapis, qui ſine pedis læſione calcatur. Sed quantum ad allegoriam ſæpe hæc vocabula confunduntur.Eſt autem præcipuus vſus lapidum ad ædificia,& teli vice deſeruiunt aduerſus hoſtes.

Deus pater.

Petra interdum *ſ* pro Deo patre accipi poteſt,qui eſt fortis & omnipotens,& ſupremum omnium confugium, & ipſe eſt petra,vnde fluxit aqua,hoc eſt,Filius,qui eſt Patris ſapientia,*Exod.17.b.Num.20.b.*

Sapientia Dei. Chriſtus.

Lapis frequenter pro Chriſto,qui eſt Verbum Dei,pro *t* ſapientia Dei ſumi ſolet,& interdum pro eius humanitate.Vt ſaxum vnde manat oleum,eſt diuina ſapientia,*Deut.32.b.*Et lapis ſuppoſitus capiti Iacob, eſt Chriſtus, *Gen.28.d.49.c.*Et lapis,quo puteus claudebatur,eſt eius *u* humanitas,in qua latebat diuinitas, eſt Spiritus ſanctus nondum datus,& myſteria,*Gen.29.a.31.b.Exod.4.f.17.b. 33. d.* Et ipſe eſt lapis angularis,qui vtrunque populum coniunxit,& vitam actiuam & contemplatiuam in ſe copulauit,*Pſal.*117.60.103.136.140.*Num.20.a.34.d. Cant. 2.d.Mat.7.d.21.d.*Idem dicitur lapis offenſionis & petra ſcandali, in quem offenderunt Iudæi, nolentes in eum credere.In eum offendit Paulus,quando conuerſus eſt,*Iſa.2.c.8.c.28.d.32.a.48.d.Pro.30.d.Act.4.b.Rom.9.g.1. Cor. 10.b.Eph.2.d.*Et lapis ſub quercu,eſt Chriſtus in cruce,*Ioſ.24.f.*Et lapidei cultri,quibus facta eſt ſecunda circumciſio,Chriſtum deſignabant,*Ioſ.5.a.*Ipſe eſt lapis magnus:in quo poſita eſt arca,*1.Reg.6.c.*Et lapis adiutorij,quem poſuit Samuel inter Maſphat,& Sen eſt ipſe Chriſtus iudex inter bonos & malos, & defenſor contra dæmones, *1.Reg.7.c.*Et lapis,quo percuſſus eſt Goliath,eſt Chriſtus,quo percuſſus eſt diabolus, *1. Reg. 17.f.*Et petra, ſuper quam Gedeon obtulit ſacrificium,eſt ipſe Chriſtus,per quem ſacrificia noſtra accepta ſunt Deo, *Iud. 6.d. 1. Reg. 14.e.Zach.3.d.4.c.*Et petra vnde exciſi ſunt fideles,eſt Chriſtus,vel eius ſepulchrum,vnde reſurgens multos filios genuit.*Iſa.51.a.*Vt petra duriſſima poſita eſt facies Chriſti,quia fortiter iniurias ſuſtinuit,*Iſa.33.c.50.a.* Ipſe eſt lapis abſciſſus de monte ſine manibus hominum, *Dan. 2. g. Iob. 29.a. 38.a.* Et petra,qua operitur puteus,& qua quod in lege velatum eſt,in aduentu Chriſti eſt reuelatum,*Gen.29.c.*Limpidiſſima quoque petra,in quam cecidit ſanguis effuſus ab Hieruſalem,eſt Chriſtus,per quem manifeſtantur omnia peccata, *Ezee. 24.b.* lapis ſtanneus, Chriſtus,aut eius caro,*Zac.4.c.*ipſe eſt ſilex,ad quem Deus extẽdit manum ſuam,cum eum incarnari fecit,*Iob.18. b.*Et petra fundens riuos olei,*Iob.29.a.*Et petra,in qua Deus exaltat fideles,*Pſ.26.60.*Et petra percuſſa,& cõuerſa in fontes aquarũ,*Pſa.77.80.113.*Ipſe eſt lapis clamans de pariete,*Hab.2.c.*Et lapis candidus,quo induti erant angeli, *Apo.15.*Et lapis precioſus,*Apoc.21.c.*

Angeli.

Lapides,aut petræ fixæ,ſunt *x* angeli in bono firmati,*Iob.6.c.* Et ipſi ſunt petræ & prærupti ſilices,*Iob.39.d.*qui quamuis non integri,ſed tamen in proprio ſtatu fixi,cadente cum ſuis angelis diabolo,remanſerunt.Integri quidem manent pro qualitate meriti,ſed pro numeri quantitate prærupti.Ipſi dicuntur lapides ignei,*Ezec. 28. c.*Et lapides precioſi,ſunt nouem ordines angelorum.

Apoſtoli.

Lapides duodecim educti ex flumine,ſunt *y* duodecim Apoſtoli ex Iudæis aſſumpti,*Ioſ.4.b.Ier.16.d.Mat.16.c.* Ipſi ſunt lapides impoliti,ex quibus fit altare,*Ioſ.8.f.*Et lapides duodecim in altari,quod curauit Elias, *1. Reg.18. e.*Et lapides precioſi in fundamento templi,Apoſtoli in fundamento Eccleſiæ iuncti Chriſto, *3. Reg.5.d.*Et petræ ſuper quas non currunt equi,ſunt Chriſtus & Apoſtoli, in quibus non eſt locus diabolo,*Amos 6.d. Iob. 5.d. 24.b. 39.d.*Ipſi ſunt lapides precioſi,ex quibus fit corona Chriſto,*Pſal.20.*

Maioreseccleſia. Fortiores. Eccleſiaſtici. Doctores. Prophetæ. Patriarchæ.

Lapides ſanctuarij,ſunt *z* maiores & fortiores in Eccleſia, & viri Eccleſiaſtici ordinis, *Thren. 4. a.* Et lapides, fundæ,ſunt doctores,*Iob.41.b.* qui ad virtutem alios inſtruunt,& hoſtes feriunt.Vnde & Goliath, immaniſſimus ſaxo fundæ moritur,*1. Reg.17.f.*quia angulari Sanctæ Eccleſiæ lapide diabolica celſitudo ſuperatur.

Lapides Sion,qui placuerunt ſeruis Dei,ſunt *aa* Prophetæ grati Apoſtolis,*Pſal.*101.Et lapides, qui ſunt locus Sapphyri,ſunt Patriarchæ & Prophetæ,*Iob.28.a.*Ipſi ſunt lapides,vnde dant voces volucres, *Pſalm.* 103. Summi etiam ſilices,*bb* ſunt Patriarchæ excelſi fide,& fortes virtute,*Num.23.b.*

Rup.ſ. Hab. 2. & 9. ſ. Apo. x *Aug. 1. ſ. de Gen.ad lit.25.Gre.31.m. 35. & 32.m. 25. Hie. ſ. Eze. 28.* y *Tert.aduer. Marcio. Hie.ſ. Ier. 16. Ori. ſ. Io. ho. 9. Aug. ſer. 106. Gre. 16. m. 24. & 31. m. 34. Hie. ſ. Amo. 6. Gre. 31. m. 34. & 2. paſt. 7. & 34. mor. 5. Augu. ſ. pſ. 20.143.* z *Cyril. ho. 3.* aa *Augu.ſ. pſalm. 101.103. Grego.28.mor.20.*
bb *Rup. ſ. Num. 18.*

a *Bed.ſ. Gen. 15.*
b *Phil.quis rerumdiuin.hæres.*
c *Gre.33.mo. 35.*
d *Hie.ſ. Nah. 2.*
e *Gre.ſ.can.8.*
f *Rup.ſ. cant. 7.*
g *Rup. 2. de glorifica.Trin. 13.*
h *Hie.ſ.Iſ. 1. Aug.ſu. Apo. ho.1.Hier. & Au.ſ.pſ. 147. Rup.1.ſ.Apo.*
i *Gre.8.m.39 Aug.ſer.217.*
k *Bed.ſ.Prou. 31.*
l *Iſy.ſ.Leu.13.*
m *Hie.ſ. Eze. 44.*
n *Hie.ſ.Ezec. 34. Augu.de paſt.3.*
o *Cyril.7.ſu. Ioan.5.*
p *Hie.ſ.Ho.2.*
q *Pli. 20.nat. hiſto.21.*
r *Ru.ſ.Iud.6.*
ſ *Georg.Vene. Cant.1.10. 7. cap.5.*
t *Phi.quod deteteriori inſidictur.*
u *Ori.ſ.Exod. hom.6.11.13 & ſ Num.ho. 19.& ſ.cant. h.4.& ſ.Mat. hom.19. & ſ. Io.ho.5.9. Dion.cel.hier. 2.Bed.ſ. Gen. 29. Gre.ſ.1.Re.2. 6.7.& 28.m. 14.Hier. ſ.Iſ. 8.11.32.Hil. ſ.Matth.cant. 1.Arno.ſ.pſa. 117.Aug.q.in Nume.31.& qu.in Ioſu 30 & qu.in Iudi 36. Baſil. de Spiritu ſanct. 8.Am.prol.de Spiritu & de Salom.3. Aug.de 5.hæreſi. Greg.19. mor.12.& ſ. 1.Reg.14. Cyr.4.ſ.Ioan. 51. Aug.17. ciui. Dei.7.& ſ.pſ. 26.44.113. Hier.ſ.Iſ.33. 51. & ſ. pſa. 113. Chry. ſ. pſ.93. Hier.ſ. Ezec.24.& ſ. Iob.28.29. Georg. Venet. Cant.1. tom. 7.cap.5.*

Digitized by Google

Petræ, in quibus ibices pariunt *a* Sancti, vel Sanctorum exempla, quæ aſpicientes minores accenduntur ad bene operandum. Eoſdem deſignant petræ, in quibus manet aquila, *Iob.* 39. *a.* Et lapides quadrati ex quibus ſiunt altaria, ſunt ſancti, *Exech.* 49. *f. Zach.* 9. *d. Eccl.* 10. *d.* 3. *Reg.* 5. *d.* Saxum transfertur de loco ſuo, cùm mens ſancta, cuius locus iuſtitia fuerat, ſubitò transfertur in culpam, *Iob*, 14. *d.* Et lapides congregati, dici poſſunt fideles in Eccleſia collecti, & qui ſunt imitatores Chriſti, qui lapis eſt, *Gen.* 31. *f. Ier.* 16. *d.* Et petræ fixæ, ſunt conſtantes & fortes, *Iob*, 7. *b.* Et lapides impoliti ſunt purè & ſanctè viuentes, *Ioſ.* 8. *f.* Et non ſecti, ex quibus fit altare, *Exod.* 2. *d.* Et petra, ſuper quam ædificatur Eccleſia, dici poteſt quilibet fidelis, quatenus pars eſt ipſius ædificij, *Matt.* 16. *c.* Et lapides in aceruo, ſunt *b* fideles ex diuerſis Gentibus vniti in Eccleſia, *Iſa.* 17. *a.* Et lapides, quibus ornatur & roboratur Eccleſia, ſunt Sancti, *Iſai.* 54. *c.* Et lapillis arenæ comparantur credentes, *Iſa.* 48. *d.* Et lapillus non cadens in terram, eſt fidelis qui ſaluatur, *Amos* 9. *c.* lapides regionum dicuntur electi, qui tanquam lapides viui ſuperædificantur in Eccleſia, *Iob.* 5. *d.* 1. *Petr.* 2. *a.* In ſimilitudinem lapidis durantur aquæ, quando infirmus quoque per acceptam deſuper tolerantiam paſſiones ſui Redemptoris imitatur, *Iob*, 38. *c.* lapides autem excauant aquæ, cùm bonam duritiam mentis abſorbent aſſidua & mollia blandimenta libidinis: & lentum atque ſubtile vitium corrumpit durum & forte propoſitum mentis, *Iob*, 14. *d.* 24. *b.* 38. *a.* Lapideæ hydriæ, dicuntur *d* fideles, *Ioan.* 2. *a.* non tam propter duritiam, quam propter ſtabilitatem. Vel quia dura & aſpera eſt via, quæ ducit ad vitam: vel propter fortitudinem, ne facilè frangantur, & effundatur liquor gratiæ, qui in eis continetur. Vel lapideæ, id eſt, Chriſtianæ à lapide Chriſto, vt ſunt in fide Chriſti. Lapides ſæculi, qui ſuat opera Dei, ſunt *e* iuſti, *Prou.* 16. *b.*

Sancti.

Fideles in Eccleſia. Fortes.

Lapis ſuppoſitus Moſi oranti, ſignificare poteſt Eccleſiam, *f* quæ fundamentum eſt legis, & in qua lex requieſcit, *Exod.* 17. *a.* hæc fundebat riuos olei in Pentecoſte, *Iob*, 29. *a.*

Eccleſia.

Lapides poſſunt quandoque permixtim *g* electos & reprobos ſignificare, vt cum *Iob.* 8. *d.* ſcirpus, hoc eſt, hypocrita, dicitur inter lapides commoraturus: vbi nuda appellatione dicuntur lapides, & non additur, viui aut aliud ſimile. Diſtinguuntur enim ſecundum quod ſunt lapides quidam, qui voluuntur ſuper terram, læues, politi, & rotunditate ſua rotarum curſibus ſimiles. Sunt & alij, quos Propheta iubet tolli de via, ne ambulantium in eos, offendant pedes.

Homines.

Lapides, qui mutantur in ferrum, ſunt *h* Gentiles: vnde ſuſcitantur filij Abrahæ, & etiam inſipientes & ignorantes, *Eccl.* 3. *a. Iſa.* 60. *c. Matt.* 3. *b.* 7. *b. Luc.* 3. *b.* Et petræ ſciſſæ in morte Chriſti, ſunt corda Gentilium per fidem, & pœnitentiam ſciſſa, *Matt.* 27. *f.* Et lapides ſunt, qui clamabunt tacentibus Iudæis, *Luc.* 19. *f.* Et lapideum monumentum ſunt Gentiles venientes ad fidem, *Mat.* 27. *g.* Et lapis ſolutus calore, eſt cor durum, atque à diuini amoris igne alienum ac frigidum: quod dum eodem diuini amoris igne tangitur, in feruorem ſpiritus liquatur, vt ad ſequentem vitam deſideriorum æſtu ardeat, quam prius audiens inſenſibilis manebat. *Iob*, 28. *a. Ezec.* 11. *b.* Gentiles etiam ſunt ſilex, in quo ſacra eloquia ſculpuntur, quando fidem ſuſcipiunt, *Iob.* 19. *b. Pſa.* 113. *Nahum.* 1. *b.* Petra, in quam quis ingreditur, eſt cor durum, quod penetrat, cum quis reſipiſcit, *Iſa.* 2. *c.*

Gentiles. Ignorantes. Corda gentilium.

Cor durum.

Rupes, vbi ſtant onagri, dici poſſunt doctores Gentilium, *Ier.* 14. *a.* Vel ſunt ſummæ poteſtates huius mundi, in quibus confuſi ſunt Iudæi.

Doctores gentium. Potentes ſeculi.

Petra deſerti vnde emiſit Deus agnum, *Iſa.* 16. *a.* fuit *i* Ruth Moabitis: ex cuius progenie natus eſt Chriſtus. Volunt aliqui ſumi ibi petram pro metropoli Arabiæ petræ.

Ruth.

Petra vnde exciſi ſunt Iudæi, eſt *k* Abraham, *Iſa.* 51. *a.* qui fuit fortis & firmus in fide. In huius petræ ſciſſuris dicitur habitare Edom, id eſt, Iudæi, *Abdi. a.*

Abraham. Iudæa.

Lapis oneris, dicta eſt *l* Hieruſalem, *Zach.* 12. *a.* idque iuxta morem Paleſtinæ, vbi in viculis, oppidis, & caſtellis rotundi ponebantur lapides grauiſſimi ponderis: ad quos ſe iuuenes exercere ſolebant, & eos pro varietate virium ſubleuare, alij ad genua, alij ad vmbilicum, alij ad humeros & caput, nonnulli ſuper verticem, rectis, iunctiſque manibus, magnitudinem virium demonſtrantes. Et in arce Athenienſium erat ſphæra ænea grauiſſimi ponderis, qua aiebant athletarum fortitudinem comprobari, nec prius ad agonem quemquam deſcendere, quam ex leuatione ponderis ſciatur quis cui debeat comparari. Hieruſalem ergo erat lapis oneris ergà ſuos perſequutores: quia non impunè erant ipſam perſequuturi. Et eſt typus Eccleſiæ, quam ſubleuant quidem perſequutores pro ira Domini, qua corripit peccatores. Verùm ipſi non erunt impuniti, Dei contra ſe gladio dimicante.

Lapis caliginis, dicitur *m* populus Iudæorum, qui authorem vitæ per fidem videre noluit, quem per Prophetiam prædixit, qui & erudelitate durus fuit, & infidelitate nebuloſus, *Iob.* 28. *a.* ipſi ſunt lapides, vnde ſumpſit Iacob lapidem vngendum, nempe *n* Chriſtum, qui ex Iudæis aſſumptus eſt, *Geneſ.* 27. *b.* Et lapis immobilis, ſunt Iudæi obſtinati, *Exod.* 15. *b.* lapideæ quoque tabulæ duritiam indicant Iudæorum, *Exod.* 24. *c.*

Iudæi.

Lapis ſuppoſitus capiti Iacob, *Gen.* 28. *d.* deſignare poteſt *o* verbum Dei, quo mens ſuſtentatur. Et petra vnde elicitur mel, eſt diuina ſapientia, *Deut.* 32. *b.* Et petra acutiſſima, qua circumciſus eſt filius Moſis, eſt doctrina Spiritus ſancti, *Exod.* 4. *f.* Et lapides alij, qui imponuntur loco lapidum leproſorum, ſunt dogmata veritatis deſtructis hæreſibus tradenda, *Leu.* 14. *f.* Et lapidei cultri, *p* præcepta & doctrina Chriſti, *Ioſ.* 5. *a.* Et ſaxa, quorum lateribus vtebantur ædificantes turrim Babel, ſunt rationes veræ, pro quibus hæretici falſas accipiunt, *Gen.* 11. *a.* Et lapides Sion, qui placent ſeruis Dei, *q* ſunt libri ſacræ ſcripturæ. *Pſal.* 101. His lapidibus obruitur peccator, *Exod.* 19. *b.* lapides etiam quadri, ex quibus fiunt menſæ ſacrificiorum, *r* ſunt verba ſacræ Scripturæ, quæ vbique ſtant, & ex nullo latere reprehenſibilia inueniuntur, *Ezech.* 40. *f.* Et lapides vnde dant voces volucres, ſunt ſcripturæ noui teſtamenti, *Pſal.* 103. lapides quinque quos accepit Dauid de torrente aduerſus Goliath, deſignant *ſ* quinque libros legis, ſed vno lapide vicit, quia omnia rediguntur ad vnitatem charitatis, 1. *Reg.* 17. *e.* Vel ſunt quinque per tritum verbum ſacræ ſcripturæ: nempe comminationis, promiſſionis, dilectionis, imitationis, & orationis. Lapides quoque fundæ, ſignificant *t* ſermonem prædicationis, quo diabolus percutitur, *Iob*, 41. *d. Zach.* 9. *d.*

Verbum Dei. Diuina ſapiëtia.

Sacra doctrina, & ſcriptura.

Petra, quæ eſt refugium herinaciis, dici poteſt rudior doctrina, & præcipuè eorum, quæ ad humanitatem Chriſti ſpectant: quæ traditur ſimplicibus, *Pſal.* 103.

Rudior doctrina.

Lapis tegens os putei, deſignat *u* literam legis, quæ tegit ſenſus myſticos, *Gen.* 29. *a.* Et traditiones Phariſæorũ. Et petra non habens firmamentum eſt litera legis, *Iſa.* 22. *c.* Et lapideæ tabulæ ſunt lex, quæ in lapide deſignant aſperitatem, & iugum graue ipſius legis, & etiam duritiam Iudæorum, qui eam impleturi non erant, *Exod.* 21. *d.* 34. *a.* Et petræ ſciſſæ, ſunt *x* Prophetæ aperti, *Matth.* 27. *f.* Et lapis monumenti Lazari, eſt onus legis. *Ioan.* 11. *a.* In petra exaltamur, *y* cum per legem tranſimus ad fidem, *Pſal.* 26. offendunt ad lapidem, qui legis rei tenentur, *Pſal.* 90.

Litera legis.

Petra, in qua exaltat Deus ſuos, *z* eſt fides, cuius firmitate facit eminere confeſſionem eorum, *Pſalm.* 26. Et petra ſuper quam ſtetit Moſes, typus eſt fidei, in qua firmari debent fideles. *Exod.* 33. *d.* Et lapides templi cedro tecti deſignant *aa* fidem cum operibus, 3. *Reg.* 6. *c. Prou.* 30. *c.*

Fides.

Lapides templi, ſunt *bb* virtutes in anima, & non relinquitur lapis ſuper lapidem, quum quis penitus à fide & virtutibus recedit, *Matt.* 24. *a. Marc.* 13. *a. Luc.* 19. *g.* Et virtutes, ſunt lapides ſculpti, quibus ornatur & roboratur Eccleſia, *Iſa.* 54. *c.* Et petras aſcendimus, quando actum corporis in robuſta operatione locamus, 1. *Reg.* 13. *b.* Sic *Iſa.* 33. *e.* Munimenta ſaxorum ſublimitas eius.

Virtutes.

Lapis ſuppoſitus Moſi oranti, fortitudinem *cc* ſignificat, quæ requiritur ad orandum & benè operandum: idque cum contemplatione cœleſtium, & feruore charitatis: quæ per Aaron, & Hur deſignantur, *Exod.* 17. *c.* Et lapis vnctus à Iacob *dd* firmitatem mentis in bono deſignat, *Gen.* 28. *d.* 31. *b.* Dat Deus pro terra ſilicem, cum infirmitas actionis in fortitudinem mutatur. *Iob.* 22. *b.* 30. *a. Ezech.* 3. *b.*

Fortitudo.

Lapis

a *Gre.* 30. *mo.* 16. & 31. *m.* 34. & 12. *m.* 12. & *ſ. Ezec. ho.* 18. 21. & *ſ. pſ.* 101. *Hier. ſ. Ezech.* 40. & *ſ. Eccl.* 10. *Au. ſ. pſ.* 101. *Orig. ſ. Ier. ho.* 12. & *ſ. Mat. ho.* 1. & *ſ. Io. ho.* 9.

b *Hie. ſ. Iſ.* 17. 54.

c *Gre.* 29. *mo.* 28. & 6. *mor.* 21. & 11. *mo.* 11. & 16. *mo.* 24. & 18. *mo.* 19. 20. *Hie. ſ. Eph.* 2. *Ber. ſer.* 1. *dominica* 1. *poſt octa. Epip.* & *ſer. paruo.* 2.

d *Bed. ſ. Prou.* 16.

e *Hie. ſ. Iob.* 31. *Gre. hom.* 33. *Beda. ſ. Exod.* 17.

f *Gre.* 8. *mor.* 35. *Hier. de manſionibus.*

g *Hiero. epiſt. ignota vultu* & *ſ. Gala.* 3. & *ſ. Eccl.* 3. *Orig. ſ. Ier. ho.* 14. & *ſ. Luc. ho.* 22. *Am. ſ. Luc.* 19 *Hil. ſ. Matth. cap.* 16. 33. *Gre.* 18. *m.* 16. 20. 22. & 14. *mor.* 26. *Arn. ſ. pſ.* 113. *Cle. Alex. ad ho. ad gentes. Gre.* 31. *mor.* 22. *Gr.* 29. *m.* 18.

h *Hie. ſ. Iſ.* 16.

i *Hie. ſ. Iſ.* 51. *Rup. ſ. Abdi.*

k *Hie. ſ. Zach.* 12.

l *Gr.* 18. *mo.* 17.

m *Bed. ſ. Gen.* 28. & *ſ. Exo.* 15. 20.

n *Phil. de ſomniis*, & *quod deterior potiori inſidietur. Tertu. aduc. Iudaos.*

o *Arno. ſ. pſa.* 101. *Iſye. ſ. Leu.* 14. *Bed. ſ. Exo.* 5. 19.

p *Gre. ſ. Ezec. ho.* 11.

q *Au. ſ. pſ.* 103 *Ber. ſer. de Dauid* & *Goliath.*

r *Hier. ſ. Iob.* 41. *Rup. ſ. Zac.* 9. *Gr.* 30. *m.* 20. & *ſ. Eze. h.* 9.

u *Hier. ſ. Iſ.* 22. *Rup.* 7. *ſ. Gen.* 26. x *Ori. ſ. Matt. ho.* 35. y *Au. de catechizan. Iud.* 20. & 83. *q.* 65. & *ſ. pſal.* 90. & *ſ. Ioan. tra.* 49. z *Au. ſ. pſ.* 16. *Am. ſ. Luc.* 23. *Aug.* 2. *Tri.* 17. aa *Bed. ſ. Prou.* 30. bb *Ori. ſ. Matt. hom.* 27. & *ſ. Luc ho.* 38. *Hie. ſ. Iſ.* 54. *Gr. ſ.* 1. *Reg.* 13. & 5. *m.* 6. *Iſy. ſ. Leu.* 16. cc *Gr. ſ.* 1. *Re.* 15. & 11. *m.* 9. dd *Phil. de ſomniis.*

Digitized by Google

Timor.

Corpus baptizati.
Donum Spiritus sancti.
Potestas Petri Baptismus.
Cogitationes.
Labores religionis.
Obiurgationes.
Tribulationes.
Persecutores.
Ira & vindicta Dei.
Infernus.
Messias.
Ignorantes.
Loca tuta.
Auxilium inutile.
Firmitas virtutum.
Obstinatio.
Quies contemplationis.
Lex mortis.
Consuetudo.
Obduratio.
Infidelitas.
Concupiscentia.
Peccatum.
Occasiones peccati.
Auaritia.
Hæretici & schismatici.

Indurati.

Hæreses.

Idola.

Superbia.

Diabolus.

Contemnens legem, & monitores.
Detractores.
Increduli.
Punitio animæ peccatricis.
Punitio curiosorum.
Damnum temporale.
Cogitationes turpes.

Episcopi.
Clerus.
Dilectio proximi.
Dona Spiritus sancti.

Lapis abscissus sine manibus hominum, *Dan. 2. g.* designare potest *a* timorem ex inspiratione diuina prouenientem: qui eteſcit in montem magnum, quum mutatur in magnam confidentiam.

Calculus candidus designare potest *b* corpus per baptismum dealbatum: & corpus glorioſum, *Apoc. 2. e.* Et calculus de altari in donum Spiritus sancti, quo mundantur peccata, *Isai. 6. b.* Vel potestas collata Petro ad remissionem peccatorum.

Lapis super lapidem, *c* est baptismus super baptismum, ideo destruitur, cùm non sit nisi vnicus baptismus, *Marc. 13. a.* Sunt etiam cogitationes quæ dissipantur, nec relinquitur ex eis lapis super lapidem, *Luc. 19. g.*

Lapis suppositus capiti Iacob, *Gen. 28. d.* designare potest *d* labores religionis, qui duritiam quandam habent, quia non habetur ibi quies, nisi qualis est super lapidem.

Lapides aliquando designant *e* duras obiurgationes, vt cum peccantes lapidibus obrui iubentur, *Exod. 19. b. 21. c.*

Lapides quadrati, dici possunt interdum *f* tribulationes, & antiqui hostis persequutiones, *Thre. 3. b. Exod. 8. f.* Et lapis dicitur esse superpositus alicui, ad designandam difficultatem exeundi à tribulatione, vel ab inferis, *Thr. 3. f.* Et lapides grandinis, sunt ipsi persequutores, *Ezec. 38. g.*

Lapides grandinis, *g* iram Dei, seu vim iræ, & vindictæ Dei significare possunt, *Isa. 30. g. Exec. 13. b. 38. g.* Petra etiam Oreb, Dei vindictam significat, *Iudi. 7. g. Isa. 10. f.*

Lapides laci, *h* profundum inferni designare possunt, *Isa. 14. e.* quia lapides solent esse in fundo. Idem est petra agri, de qua non deficit nix, *Ierem. 18. b.*

Lapis adiutorij, dicitur à Iudæis *i* alius Messias, quem ipsi stultè expectant. *1. Reg. 4. a. 5. a.*

Rupes dicuntur, *k* qui nullam habentes scientiam, & tantum conuersatione fidentes aliqua sibi de scripturarum interpretatione præsumunt, habentes iuxta Apostolum, zelum Dei, sed non secundùm scientiam, *Ezech. 6. a.*

Rupes etiam significant loca tuta iuxta illud, *Iere. 4. g.* Ingressi sunt ardua, ascenderunt rupes.

Petræ, in quibus non possunt currere equi. *Amos, 6. d.* auxilium *l* inutile designant.

Lapides duodecim è flumine Iordanis educti, *m* firmitatem virtutum designant, lapides verò in ipsum flumen missi, duritiam obstinationis, quæ mergit hominem in infernum. *Ios. 4. b.*

Lapideum sepulchrum Christi, vndique tegens corpus, quietem contemplationis designat, in qua omnibus oblitis quiescitur, *Matt. 27. g.*

Lapis ad ostium monumenti Christi, *Matth. 27. g. Marc. 16. a.* designare potest *n* legem mortis, quæ etiam infantes in vtero tangit. Sed reuolutus est à Christo resurgente, quasi diceretur, Vbi est mors stimulus tuus?

Lapis superpositus monumento Lazari, est *o* vis dura consuetudinis, qua premitur anima, nec resurgere, nec respirare permittitur, *Ioan. 11. e.* de hac *Thre. 3. f.* Posuerunt lapidem super me. Et etiam obduratio ex consuetudine inducta, quæ Deo, & monitis hominum resistit. Et lapis operiens os putei, est durities infidelitatis, quæ remoueri debet, vt suscipiatur baptismus, *Gen. 29. a.* Est & lapis, *p* durities cordis, contraria charitati, *Luc. 11. b. Matt. 7. b.* Et cor dicitur lapideum, *Ezec. 11. e. Exod. 15. a. 21. b. Ier. 3. c.*

Scopuli præruptí, *q* concupiscentiam, & peccatum, quæ mentem, & corpus occupant designare possunt, *1. Reg. 14. a. Iob, 39. d.* quæ prædicatores non admittunt ad se. Et lapides domus leprosæ eiiciendi, sunt vestigia, aut occasiones peccati, *Leu. 14. e.* Et lapides quadrati sunt peccata, difficile emendabilia. *Thren. 3. b.* Et lapis monumenti Lazari, est onus peccati, *Ioan. 11. e. Iob, 8. d. 3. Reg. 19. b.*

Lapis insignis, qui erigitur, vt pro Deo colatur, *r* designat auaritiam, & omne pretiosum, in quo vult quispiam sui memoriam seruari, *Leu. 26. a.* Et lapides, ex quibus consulit diabolus fieri panes, sunt *s* omnia superflua, quibus natura non eget, *Matth. 4. a.*

Lapides secti, ex quibus non debebat fieri altare Domino, sunt *t* hæretici, & schismatici, *Exod. 20. d. Ios. 8. f.* Et Et lapides leprosi, sunt hæretici erroribus infecti, & ab Ecclesia expellendi, *Leu. 14. e.* Et rupes quæ transferuntur de loco suo, sunt doctores hæreticorum, ad Ecclesiam transeuntes, *Iob, 18. a.* Et lapides in aceruo Samariæ, sunt *u* hæretici cum suis erroribus dissipati, *Mich. 1. b.* Et lapides de pariete, sunt stolida corda credentium hæreticorum doctrinis, *Hab. 2. c. Zach. 5. b. Eccl. 19. b.* Petrosa autem loca sunt, *x* qui per instabilitatem, & ignauiam non perseuerant in bono, & indurati, & per malitiam saxei. *Matth. 13. a. Luc 8. a. Iob, 8. c. 41. c. Psal. 113.* lapides duri percussi non reddunt sonitum: sic fortes in malo percussi à Deo non edunt vocem confessionis, *Iob. 6. b.* Hæc sunt saxea vasa Ægyptij, *Exod. 7. d.*

Petræ imminentes, sunt *y* errores hæreticorum, *Isa. 57. b.* Et lapides leprosi, peruersa dogmata, *Leu. 14. e.* Lapides etiam quadri, sunt rationes hæreticorum, *Amos, 5. c.* Et lapides qui fiunt panes, sunt hæreses, quibus pascuntur hæretici pro pane, *Matt. 4. a. Luc. 4. a.* Et lapis in ostio monumenti, designat obstacula fidei, quæ faciunt, vt nil rectum intret in cor. *Matt. 27. g. 28. a. Marc. 15. d. Luc. 27. a. Ioan. 20. a.* Et generaliter lapides duri, sunt idola, & omnia, quæ Dei cultum impedire possunt, *Isa. 5. a.* Et lapides & ligna, ipsa idola. Et sicut olim alligabant captiuos cadaueribus, vt cum eis putresceret, sic diabolus lapidibus, & ligni, & cæteris misero superstitionis vinculo viuos, vt dicitur, adducens, vnà cum eis sepelit, donec cum eis interierint. Petra etiam, in cuius foramine Ieremias abscondit lumbare, *x* defensionem vitiorum & errorum designare potest, *Iere. 13. a.* lapides, quos iactabat Semei in Dauid, sunt maledicta & hæreses infidelium in Christum, & in eius membra, *2. Reg. 16. b.* Et lapides altaris, qui ponendi erant, vt lapides cineris, designant cultum idololatriæ dissipandum. *Isa. 27. c.* In limpidissimam petram dicitur dari Tyrus, *Ezech. 26. a.* quia *aa* hæreticorum errores ita confutabuntur, vt non sit, vbi quisquam hærere possit. Rupes in quibus steterunt onagri *bb* superbiam, in qua stant Iudæi, designare possunt, *Ier. 14. a.* Lapides quibus obruitur tangens montem, sunt *cc* hæreses, quibus obruitur hæreticus.

Lapis caliginis dicitur *dd* diabolus, *Iob, 28. a.* Qui cum fortis & potens sit per naturam, in qua est à Deo conditus: confidens per superbiam in virtute sua, & non in Domino Deo creatore suo, amisit sapientiæ lumen, & conuersus est in stultitiam & caliginem tenebrosam. De eo dicitur, *Psalm. 90.* Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ipse est lapis angularis, *ee* id est, princeps huius mundi: quem dimisit Deus, quando eiecit è cœlo, *Iob, 38. a.*

Lapidant Moſen, & Prophetas, *ff* qui legem, & monitores contemnunt, *Exod. 17. b.* Et lapidarunt agricolæ seruos à rege missos, hoc est, Sacerdotes & Scribæ Prophetas, *Matt. 21. d.* Sic dicitur terrena Hierusalem lapidasse missos ad se, *Matt. 23. d.* Et aliqui in Ecclesia detrahendo lapidant Sacerdotes & ministros Christi. Et lapidant Iudæi Iesum, hoc est, omnes increduli per duritiem incredulitatis, *Ioan. 10. f.*

Lapidatur Hierusalem tanquam adultera, quum anima recedens à Deo traditur dæmonibus punienda. *Ezech. 16. e. 23. g.*

Lapidatur bestia tangens montem, *Exod. 19. b.* quum *gg* irrationalibus deditus desideriis ad alta contemplationis indignè se erigens, sed summa non sustinens, ipsis superni ponderis ictibus necatur.

Lapidatur piger de stercore boum, *Eccl. 22. a.* quum *hh* rerum temporalium damno percutitur, ex quo nimium affligitur, quæ tamen viri iusti velut stercora contemnunt.

Lappa.

Lappa, est herbæ species quædam, capitula habens leuiter hamata, ideóque vestibus adhærentia: intra quæ semen continetur, *Hos. 9. b.* Significat *ii* turpes cogitationes, & inhærentia vitia.

Laqueare.

LAQVEARE dicitur camera, hoc est, pars superior, aut tectum cubiculi & cœnationis conuexum, quod variis adornari solet sculpturis, & coloribus. Vel sunt laquearia trabes & ligna ipsius tecti.

Laquearia cupressina sponsæ, sunt *kk* Episcopi in Ecclesia. *Cant. 1. d.* Item benè instituti cleri, mansueti & disciplinati mores, ritéque administrata officia. Item dilectio proximi ornans Ecclesiam. Et *ll* dona illa Spiritus sancti

a *Ricar. de S. Vict. de somnio Nabu. 27. 29.*
b *Aug. s. Apoc. 2. Rup. 1. s. Is. 29. & 2. s. Apo. & 9. de glorifica. Trin. 18.*
c *Au. sps. 95. Gre. hom. 39.*
d *Lyr. s. Gen. 28.*
e *Glo. inte. su. Exo. 19.*
f *Glo. ord. sup. Thren. 3.*
g *Hie. s. Ezec. 13. & s. Is. 10*
h *Hie. s. Is. 14.*
i *Gre. s. 1. Re. 4.*
k *Hie. s. Ezec. 6.*
l *Rup. s. Amos 6.*
m *Ricar. de S. Vict. de exter. Mali. 52.*
n *Hie. s. Mar. 16.*
o *Au. de verbis Domini. serm. 44. Gre. 26. mor. 31. Cyr. 7. s. Ioan. 23. Bed. s. Gen. 29*
p *Hie. s. Ezec. 11. Euch. qu. in Ezech.*
q *Gre. s. 1. Re. 14. Orig. s. Ier. hom. 1.*
r *Isy. s. Le. 26.*
s *Gre. Nyss. de beatitudinibus.*
t *Ori. s. Io. ho. 9. & 3. periar. 1. Chr. s. Mat. ho. 45.*
u *Hier. s. Mic. 1. & s. Hab. 2. Georg. Venet. Cant. 1. to. 6. cap. 14.*
x *Gr. m. 10. & 14. m. 2. Bed. s. Exo. 20*
y *Hie. s. 5. 57. Ori. s. Exod. h. 6. & s. Ier. ho. 14. & s. Luc. hom. 29. & in diuer. ho. 10. Aug. de verbis Domini, ser. 29. Isye. s. Leu. 14.*
z *Cle. Alex. adho. ad gen.*
aa *Hie. s. Eze. 26.*
bb *Ru. s. Ier. 9.*
cc *Gr. Nyss. de vita Mosis.*
dd *Gre. 18. m. 17. Hie. s. Iob. 28. Ber. serm. 3. s. qui hab.*
ee *Ru. 1. Vict. verbi Dei. 19.*

ff *Ori. s. Num. hom. 23. & s. Matt. hom. 19. 26. Am. 3. de Spiritu sanct. 18.* gg *Gre. 6. mo. 27.* hh *Gre. 15. m. 3.*
ii *Hie. s. Ho. 9.* kk *Ori. s. Can. hom. 3. Gre. s. cant. 1.* ll *Bern. s. cant. ser. 46.*

Digitized by Google

quæ non sunt necessaria, nisi ad ornatum animæ, & Ecclesiæ, & donum linguarum, & curationum, & Prophetiæ, &c. Vel sunt fructus spiritus, gaudium, pax, &c. 3. *Reg.* 6. *d.*

Fructus spiritus.

Laquearia cedrina *a* hæreticorũ sunt, quæ habent similitudinem veritatis, quam reuera non habent, *Iere.* 22. *d.*

Similia vero hæreticorum.

a *Heer. s. Ier.* 22.

Laqueatæ domus, *b* voluptatem & luxuriam significant, *Agge.* 1. *a.*

Voluptates.

b *Hie. s. Agg.* 1.

Laqueus, Illaqueare, Pedica, Tendicula.

Laqveus, est vinculum ita nexum, vt pondere repressum claudatur & astringatur, ac violenter detineat quod intra se cœperit. Laqueus dicitur calamitas, *Iob*, 18. *b.* Tenebitur planta eius laqueo. Dolus, *Psal.* 9. in laqueo suo humiliabit eum. Insidiæ, *Psa.* 9. In laqueo isto, quem absconderunt. Periculum, *Prou.* 7. *d.* Veluti si auis festinet ad laqueum. Scandalum, *Ierem.* 5. *f.* laqueos ponentes & pedicas. Supplicium, *Prou.* 29. *a.* Virum iniquum inuoluet laqueus.

Multi sunt laquei quacunque progredimur. *c* Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in pinnis templorum, in crepidinibus parietum tenduntur à diabolo. Laquei in Philosophis, laquei in cupiditatibus. Oculus enim meretricis laqueus est peccatoris. Laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in studio castitatis. Exiguis enim momentis mens inclinatur humana, & huc atque illuc pro versutia suadentis frequenter impellitur, &c. Quomodo igitur hos laqueos euitabimus, vt possimus & nos dicere: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus? Non dico ego contriui laqueum. non ausus est hoc dicere Dauid, sed, Adiutorium nostrum in nomine Domini, vt ostenderet, vnde laqueus solueretur, vt prophetaret, quòd venturus esset in hanc vitam, qui contereret laqueũ fraude diaboli præparatum. Sed non potuit melius conteri laqueus, nisi prædam aliquam diabolo præparasset, vt dum ille festinaret ad prædam, suis laqueis ligaretur. Vt ego possim dicere: laqueos parauerunt pedibus meis, & ipsi inciderunt in eos.

c *Amb. s. Luc.* 4. *Aug. soliloq.* 16.

Laqueus ergo est *d* proprium corpus: vnde & oculus legitur animam deprædari, *Thr.* 3. *f.* Et laquei oculorum, quibus captus est Holofernes, designant humanitatem Christi, qua captus est diabolus, *Iud.* 9. *c.* laqueus etiam est verbum Dei, quo capiuntur animæ volantes, & vagæ, *Amos*, 3. *b.*

Corpus proprium.

Humanitas Christi.

Verbum Dei.

Laquei sunt *e* omnia incitamenta ad peccandum, vt voluptates, diuitiæ, de quibus ait Apostolus, 1. *Timoth.* 6. *a.* Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli. Ita pedica abscondita dicitur *f* peccatum latens sub terreno lucro, aut sub voluptate, *Iob.* 17. *b.* Differt autem laqueus à scandalo: quod laqueus est adhortatio voluptatum & ingenium appetitionis inhonestæ, quod modo laqueus fallens capit: Scandalum verò est dictum, aut factum minus rectum præbens occasionem ruinæ absque incitamento. De his laqueis, *Psa.* 9. 24. 90. 123. 140.

Incitamenta peccati.

d *Bern. ser.* 3. *qui habit. Ru. s. Amos* 3.

e *Hil. s. ps.* 132 140. *Ambr. s. ps.* 118. *serm.* 14.

f *Gre.* 14. *mo.* 6. *Hier. s. ps.* 24. *Ber. serm.* 3. *s. qui habitat.*

Laqueus dicitur *g* pœna inflicta à Deo, & inferi, & illaqueati dicuntur, qui pœna, & vindicta Dei capiuntur, *Isa.* 24. *c.* 28. *c. Psal.* 10. Et illaqueatus orix designat eos, qui propriis peccatis sunt comprehensi, vt iram Dei euadere nequeant, *Isa.* 51. *g.*

Pœna.

g *Hie. s. Is.* 28.

Laqueus venantium dici potest *h* fraudulenta doctrina hæreticorum, & Iudæorũ, & etiam insidiæ dæmonum, & proprius sermo, quem arripit aduersarius contra nos. *Psal.* 34. 63. 90. 119. 140. 123. 129. *Iere.* 5. *f.* Et mulier dicitur laqueus venatorum, hoc est doctrina hæreticorum, *Eccl.* 7. *c.* laqueus autem facilè capit altè ambulantes: nam humiles transeunt sub laqueis. Laquei quoque fuerunt vincula Martyrum, *Psalm.* 65. *Hos.* 5. *a.* 9. *b. Amos*, 3. *b.* laqueos etiam parauerunt *i* Iudæi Christo, varias illi tendentes insidias, qui erant laquei mortis, *Psal.* 17. 30. Hæ erant tendiculæ contra insontem. *Prou.* 1. *b.*

Doctrina hæretica.

Insidiæ dæmonum.

Vincula Martyrum.

h *Arno. s. ps.* 34. *Hil. s. psal.* 63. 65. *Amb.* 1. *offi.* 4. & *s. ps.* 118. *ser.* 8. *Hie. s. Is.* 22. & *s. Amos* 3. & *s. Eccl.* 7. & *s. ps.* 17. *Aug. s. ps.* 141.

Laqueus sit Iudæis mensa eorum, *k* cum quæ de Christo in scripturis leguntur, dicunt ab eo non esse impleta: vnde per easdem scripturas condemnabuntur, *Psa.* 68. *Isai.* 8. *c. Rom.* 11. *b.* Et laqueos dicitur Deus pluere super peccatores, cum facit Prophetas: quorum scripturæ malè intellectæ à Iudæis & hæreticis, fiunt eis laquei, *Ps.* 10.

Insidiæ Iudæorum in Christum.

Scriptura.

i *Bed. s. pro.* 1.

k *Ori. s. Rom.* 11. *Aug. s. ps.* 10. 68.

Laquei iuuenum, aut in cubilibus, *l* erant Scribæ & Pharisæi, qui decipiebant populum, *Isa.* 42. *d.* Idem dici potest de hæreticis. Et laqueus ruinæ Propheta, nempe Caiphas, peruersa intentione incitans ad occidendum Christum, *Hos.* 9. *b.*

Scriba.

Hæretici.

Illaqueatur verbis oris sui prælatus, *Prou.* 6. *a.* quia *m* dum commissis sibi cogitur bona dicere, ipsum prius necesse est, quæ dixerit custodire.

Cogitur prælatus agere quæ docet.

Largiri, quare Dare.

Larus.

l *Hie. s. Is.* 42. *Rup. s. Ho.* 9.

Larvs, est auis aquatica, colore fuluo, magnitudine paulò maiori quam columbæ, quam aliqui fulicam dicunt esse: numeratur inter aues immundas, *Leu.* 11. *b.*

Larus viuens in aëre, & natans in aqua, designat *n* prædicantes simul circumcisionem, & baptismum. Item quærentes vitam voluptuosam, sub specie contemplationis.

Prædicantes simul circumcisionem, & baptismum.

Lasciuire, Lasciuus.

m *Gre.* 3. *past. admo.* 3.

Lasciuire, est petulanter agere, vt equi indomiti solent, aut qui in otio fuere. Lasciuus autem, est petulans, & plus mollicici quam roboris & constantiæ habens.

Sequentes petulanter errores.

n *Isye. s. Leu.* 11.

Lasciuiens vacca, aut asilo percussa, designat *o* petulanter sequentes errores, *Hos.* 4. *d.*

o *Hier. s. Ho.* 4.

Lassare, Lassitudo, vide Fatigare.

Later.

Lateres sunt è luto confecti, & igne decocti, ac in lapidem durati, aqua tamen facilè dissoluuntur.

Legimus *p* Ægyptios lateres in Exodi, quos populus faciens ingemuit. Legimus in Malachia lateres, pro quibus Idumæa destructis, politos lateres reponere nititur. Et laterem in Ezechiel, in quo obsessæ Hierusalem pictura describitur. Ex quibus discimus in itinere istius vitæ, & de alio in aliud transitu, nunc nos crescere, nunc decrescere, & post ordinem Ecclesiasticum sæpè ad laterum opera transmigrare.

p *Hie. de mansionibus.*

Lateres facilè dissoluuntur ab aqua, ideo comparatur lateri *q* Hierusalem, quod non valeret resistere inimicis, *Ezec.* 4. *a.* Et designabit animam infirmam. Et etiam carnem hominis, *Nah.* 3. *c.* Et cor terrenum auditorum quod oppugnat prædicator verbi Dei.

Anima.

Caro.

Cor terrenum.

q *Hie. s. Ezec.* 4. & *s. Na.* 3.

Lateres præterea *r* voluptates terrenas designare possunt. Vt enim laterum fictor aliud atque aliud lutum formæ, qua lateres figurat, imponit, adeò vt forma plena semper, & vacua semper luti dici possit: quoniam cum hoc receperit atque formauerit, nullus amplius ipsius vsus ad hoc est, sed ad aliud, ad quod vacua est: Sic appetendi vis, si quis eam terrenis cupiditatibus replere studeat, & si quod in dies cupit, assequatur, eóque se repleat, vacua tamen semper est, cum ea quæ habuit, respuat, & in aliud atque aliud continuè feratur.

Voluptates.

r *Gre.* 26. *mo.* 5. & 2. *past.* 10. & *s. Exe. ho.* 12. *Greg. Nyss. de vita Mosis.*

Lateres pro lapidibus in turri Babel, designant *s* rationes dialecticas, sed falsas hæreticorum, veritatis quidem speciem habentes, sed firmitate veritatis carentes: ex quibus fit turris superbiæ, *Gen.* 11. *a.* lateres autem putant hæretici esse rationes Ecclesiæ, quòd facilè putent eas se posse dissoluere: quod tamen non cognoscunt de suis, *Isa.* 9. *b.* 16. *b.* 95. *a.*

Rationes hæreticorum.

s *Hier. s. Is.* 8. 16. 65.

Designant etiam *t* animæ vitia firmata & iam distincta ad diuersorum sensuum voluptatem: & opera terrena, & iniquitates, ac auaritiam: & hos lateres cogebat Pharao confici in Ægypto, hoc est, diabolus in hoc mundo, *Exod.* 1. *c.*

Vitia.

Terrena opera.

Auaritia.

t *Phi. de conf. ling. Ori. s. Is. h.* 5. *Au. hom.* 27. *Cyri. de ador. in Spiritu sancto. Bed. s. Exo* 1.

Latere, Latibulum, vide Abscondere.

Laterna.

Laterna, à latendo dicta est, in qua lumen inclusum latet, ne lucerna à vento extinguatur.

Rationes hæreticorum.

Cum laternis venerunt Iudæi ad comprehendendum Christum, *Ioan.* 18. *a.* designantes hæreticos, qui rationibus apparentibus nituntur fidei veritatem opprimere.

Latomus.

Latomus Græcè est, qui Latinè dicitur lapidicida, qui lapides è rupibus excidit, vt apti sint ædificio.

Angeli.

Latomi dici possunt *u* Angeli, qui cædunt lapides viuos ad templum Christi construendum. 3. *Reg.* 5. *d.* 2. *Par.* 23. *a. Esdr.* 3. *b.* Possunt etiam designare Patriarchas, & Prophetas in veteri lege: & Apostolos, & prædicatores in noua.

Propheta.

Apostoli.

Prædicatores.

u *Amb. s. Luc.* 3. *Hie. s. ps.* 89.

Digitized by Google

Latrare.

LATRARE, proprium est canum, cum vocem edunt iracundam, & molestam, impetum in aliquos facientes.

Prædicare. Latrare, in bonum, est *a* prædicare, & reprehendere vitia: & defendere subditos à lupis, quod est officium pastorum Ecclesiæ. *Isa.* 56. *d.*

a *Hie. s. Is.* 56. *Gre. s.* 1. *Re.* 3.

Aduersus Ecclesiam. Latrant etiam velut canes inuidi, & detractores, & maledici, & hæretici: denique mali aduersus bonos, & aduersus Ecclesiam, *Ind.* 11. *d.*

Latrina.

Latrina, est locus priuatarum sordium, & ad exonerandum ventrem accommodatus.

Confusio idololatriæ. Latrinas fecerunt ex aris Baal, 4. *Reg.* 10. f. Vt *b* immundicia & turpitudo idololatriæ amplius confunderetur

b *Lyr. s.* 4. *Re.* 10.

Latro, quare Fur.

Latus.

LATVS dicitur *c* ea pars humani corporis, quæ infra alam & brachia est, datúrque latus dextrum, & sinistrum. Et generaliter latera sunt, quæ præter seu iuxta sursum & deorsum considerantur: vt ponitur in cœlo latus dextrum, & sinistrum.

c *Arist.* 2. *de cæl.*

Fides passionis Christi. Baptismus. Passio Christi Victoria Christi. Latus Adæ, vnde sumpta est Eua, designare potest *d* fidem Passionis Christi, & baptismum: vnde sumitur Ecclesia, *Gen.* 2. *d.* De latere autem Christi exiuit sanguis, & aqua: vt sicut culpa fuit ex latere, ita esset & gratia. Latera etiam arcæ fœderis, *e* Passionem, & victoriam Christi, & tempus ante & post Christum designare possunt, *Exod.* 25. *b.* 37. *a.* 39. *c.* Possunt etiam designare diuinam permissionem, & operationem. In latere permissionis ponuntur circuli scientiæ, & præscientiæ: In latere operationis circuli prouidentiæ, & prædestinationis. Ad latus autem arcæ fuerunt posita vasa aurea Philisthinorum, *f* vt dum altitudo diuinæ cognitionis mentem eleuat, ad virtutum humilitatis infirma nostra præterita ad memoriam reducantur, 1. *Reg.* 6. *b.* Latera etiam altaris, Passionem Christi significare possunt, *Exod.* 28. *a.* 30. *a.* 38. *a. Leu.* 1. *c.*

d *Amb. de sacrament.* 1.
e *Ricar. de S. Vict.* 2. *de arca myst.* 21.
f *Gre. s.* 1. *Re.* 6.

Permissio, & operatio Dei. Similitudo & dissimilitudo creaturæ intellectualis ad Deum. Vtrumque testamentum. Mentes iustorum. Vita communis. Iudæi. Gentiles. Latera propitiatorij, in quibus erant Cherubim, designare possunt *g* vnum quidem similitudinem creaturæ intellectualis ad Deum, quod habet rationem dexteri: alterum dissimilitudinem, quod habet rationem sinistri. Et Cherub lateris dextri, est contemplatio similitudinis, lateris verò sinistri contemplatio dissimilitudinis, *Exod.* 25. *b.*

g *Ricar. de S. Vict.* 4. *de arca myst.* 8.

Latera candelabri templi, designare possunt *h* vtrunque testamentum, *Exod.* 25. *d.* 37. *c.* Vt latus dextrum pertineat ad nouum testamentum, sinistrum ad vetus.

h *Glo. ord. su. Exod.* 25.

Latera tabularum tabernaculi, *i* mentes iustorum significare possunt, *Exod.* 26. *d.* 36. *c.*

i *Glo. ord. sup. Exod.* 26.

Latera cortinarum tabernaculi, *k* vitam communem, & operationes Sanctorum designare possunt, *Exod.* 26. *a.* 36. *b.* Idem significare possunt latera atrij cubitorum centum, *Exod.* 27. *b.*

k *Glo. in. sup. Exo.* 26.

Cessare à malo, & facere bonum. Labores. Charitas. Virtutes cardinales. Prosperitas & aduersitas. Liberum arbitrium. Temporalia bona. Instrumenta corporis. Adhærentes Christo. Adhærentes impio. Superbia. Latus meridianum tabernaculi, *l* populum Iudaicum designare potest, *Exod.* 26. *g.* quia propinquiores erant Deo. Latus verò aquilonare, Gentiles significat: & venientes à superbia ad humilitatem, *Exod.* 26. *g. Leu.* 1. *c. Isai.* 4. *d.* Latera etiam Aquilonis, *m* erant Gentiles, adhærentes diabolo, qui tamen venerunt ad fidem, *Psal.* 47. Latera enim Aquilonis, sunt *n* locus diaboli: & inde veniunt, qui impugnant bonos, *Ezech.* 38. *a.* 39. *a.* Et latus quidem Aquilonare est sinistrum, latus verò Australe dexterum.

l *Hier. s. Is.* 14. & *s. Eze.* 47.
m *Aug. s. ps.* 47.
n *Gre. s. Eze. hom.* 2.

Latera altaris, significare possunt cessationem *o* à malo, & exercitationem in bono, *Exod.* 27. *a.* 30. *a.* 38. *a. Leu.* 1. *c.* Ad idem referri possunt latera rationalis, *Exod.* 39. *c.* latera etiam portæ templi, designant labores, *Ezech.* 41. *a.* demum designant illud, *Psa.* 33. Diuerte à malo, & fac bonum. Latus altaris respiciens ad Aquilonem, est latitudo charitatis cum spiritu fortitudinis, quæ aduersantur diabolo.

o *Hie. s. Eze.* 41. *Rup. s. Leu.* 6.

Latera arcæ Noë, sunt *p* quatuor virtutes cardinales, quibus tota vitæ moralis machina coaptatur. Latus autem, in quo fit ostium, prudentiam designat, *Genes.* 6. *c.*

p *Lyr. s. Gen.* 6.

Latus vtrumque summitatum superhumeralis, *q* prosperitatem, & aduersitatem significare potest, *Exod.* 28. *b.* 39. *b.* Et lapides in vtroque latere superhumeralis, sunt arma iustitiæ, à dextris, & à sinistris. Idem de lateribus tabularum tabernaculi, *Exod.* 26. *d.*

q *Glo. ord. su. Exo.* 26.

Latus, à quo cadunt mille, quod est sinistrum, *Psal.* 90. designat *r* liberum arbitrium, cui minus tribuitur, quam gratiæ Dei, sine qua nil boni possumus. Vel significat temporalia bona, quæ à sinistris sunt.

r *Ar. s. ps.* 90. *Ber. ser.* 7. *s. ps. qui hab.*

Latera domus nostræ, sunt *s* instrumenta corporis nostri, *Psal.* 27. Vel latera domus Christi, sunt, qui adhærent Christo.

s *Aug. s. psal.* 127.

Latus sinistrum Ezechielis, iniquitates domus Israël significabat: latus verò dextrum, iniquitates domus Iuda, *Ezech.* 4. *a.*

Latera impij, *t* sunt ij, qui ei adhærent: ministri, & sodales. *Iob*, 15. *c.*

t *Gre.* 12. *mo.* 21. *Hie. s. Iob.* 15.

Latera in signum superbiæ, & violentiæ ponuntur: vt cum arietes impingunt lateribus, *Ezech.* 34. *e.*

Latus, Latitudo, Dilatare.

LATVS, locus est spacioſus, & amplus, & laxus: & latitudo est ipsa spaciositas, seu spacium, vel amplitudo: vna ex dimensionibus, quæ corpori tribuuntur, quasi media inter longitudinem, & profunditatem. Dilatare autem, est latum & spacioſum facere.

u *Gre.* 10. *mo.* 10. 11.

Immensitas iudiciorum Dei. Latior mari dicitur Deus, *Iob*, 11. *c.* quia *u* rerum temporalium fluctus sic regens possidet, vt hos sub omnimoda suæ potentiæ præsentia coangustando circundet. Vel latior mari: quia vbique facta peccantium retributionis suæ præsentia occupat: vt & cùm non præsens per speciē cernitur, præsens per iudicium sentiatur. Vel latior mari: quia humana mens fluctuans multa de his quæ ventura sunt, coniicit: sed quum iam cernere, quæ æstimauerat, cœperit, angustam se fuisse in sua æstimatione cognoscit. Latior etiam mari fuit, quia mens humana nequaquam districtionis eius immensitatem agnosceret, quantumlibet inquirendo fluctuaret iuxta illud, *Psal.* 89. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

x *Au. epi.* 112. 120. *& psal.* 103.
y *Orig. s. Gen. hom.* 2. *Amb. ser.* 12.
z *Augu. s.* 12. *con. Faust.* 14.

Opera charitatis. Charitas. Latitudo Dei, designare potest *x* bona opera charitatis. Ideo in cruce Christus in latum extendit manus, *Ephes.* 3. *d.*

aa *Gre. s. Eze. hom.* 14. *Rup.* 2. *s. Apoc.*

Latitudo altaris holocausti quinque cubitorum, *Exod.* 27. *a.* Et latitudo oraculi, viginti cubitorum, 3. *Reg.* 6. *c.* designat synceram dilectionem per vtriusque testamenti obseruantiam. Eandem charitatem designare potest latitudo altaris thimiamatis vnius cubiti, *Exod.* 30. *a.* quia charitas omnia deducit ad vnitatem. Et latitudo arcæ diluuij quinquaginta cubitorum, designat *y* charitatem, quæ extenditur ad amicos, & inimicos, *Gen.* 6. *c.* Et quia quinquaginta cubitorum, designat *z* remissionē nobis datam à Christo per charitatem. Et propter eandem charitatem dicitur mandatum Dei latum, iis videlicet, qui ex charitate ipsum seruant, *Psal.* 118. Ad eandem charitatem refertur latitudo terræ Chanaan, *Gen.* 13. *d.* Et latitudo arcæ fœderis, & cortinarum, & sagorum, & mensæ, & atrij, *Exod.* 25. 26. 27. 36. 37. Et latitudo rationalis in pectore pontificis, indicat *aa* dilatationem cordis ad proximum. *Exod.* 28. *c.* latitudo autem cordis fit per charitatem & sapientiam, 3. *Reg.* 4. *d.* Ad eandem charitatem spectat latitudo Hierusalem, *Zach.* 2. *a. Apo.* 21. *e.* Et latitudo templi, *Eze.* 40. *a.*

bb *Gre. s. Eze. hom.* 16. *Rup.* 2. *s. Eze.* 5.
cc *Ori. s. Gen. hom.* 13. *Aug. epi.* 118. *Arn. s. ps.* 118. *Ambro. ser.* 6.

Cognitio veterum patrum. Litera legis. Predicatio Euangelij. Hilaritas bene operantis. Libertas à carne. Munda ta Dei Perfectio operum. Latitudo portæ templi decem cubitorum, *Ezec.* 40. *b.* designat *bb* cognitionem, quam antiqui patres habebant per legem, quæ parum eleuabatur à terra. Latitudo etiam ædificij, literam legis demonstrat.

dd *Hie. s. Am.* 6.
ee *Augu.* 17. *ciui. Dei.* 4.
Gre. s. 1. *Re.* 2.
ff *Ricar. de S. Vict.* 2. *de arca myst.* 3.

Latitudo appellatus puteus, quem fodit Isaac, *Gen.* 26. *e.* designat *cc* prædicationem Euangelij per omnem terram dilatandam. Designat etiam hilaritatem benè operantis ex charitate. Item libertatem ab affectu carnis, & extensionem ad cœlestia, & latitudinem mandatorum Dei, quæ variè seruantur, *Psal.* 118. latior dicitur terminus Iudææ, quam aliorum regnorum, quia *dd* plus extenditur doctrina Ecclesiæ, quam Philosophorum, *Amos*, 6. *a.* Dilatatum os Annæ super inimicos, designat *ee* prædicationem Ecclesiæ præualuisse omnibus persecutoribus, 1. *Reg.* 2. *a.*

gg *Hie. s. Eze.* 40. *Gr.* 15. *mor.* 7. *& s. Ezec. ho.* 15. *Hie. s. Eze.* 41.

Latitudo tabularum tabernaculi, cubiti ac semissis, designat *ff* perfectionem operis, cum inchoatione diuinæ cognitionis, *Exod.* 26. *d.* 36. *c.* Latitudo etiam arcæ fœderis, est consideratio operum. Latitudo quoque in mensuris templi *gg* opera charitatis referri debet vsque ad inimicorum dilectionem, *Eze.* 40. *b.* Et ponitur latitudo

Digitized by Google

viginti cubitorum, propter geminam charitatem, duplicato denario, 3. *Reg.* 6. *c.* Ad hæc referri potest latitudo voluminis, *Zach.* 5. *a.* Erat autem templum latius in superioribus, *Ezec.* 41. *b.* quia procedentibus in via Dei, semper succedunt latiora, etiam inter angustias tribulationum, iuxta illud. *Psal.* 4. in tribulatione dilatasti mihi.

Latitudo propitiatorij, significat *a* quod Christus inter homines, qui latam, & spaciosam viam incedere solent, conuersatus est, cuius latitudo erat cubiti, & semis, *Exod.* 25. *b.*

Latitudo autem propitiatorij *b* in anima, designat ea, quæ ad eius promotionem faciunt, hoc est, bona iustificationis: quæ sunt creatoris dona, & creaturæ merita.

Latitudo terræ Emmanuel, *c* multitudinem fidelium in Ecclesia designat, *Is.* 8. *b.* Et latissima terra relicta tempore Iosue, typus erat eorum qui ad fidem conuertendi erant post Christi mortem. *Ios.* 13. *a.* Et dilatat Ecclesia locum tentorij sui, cum per prædicationem multi ex Gentibus veniunt ad fidem, *Isa.* 54. *a.* Dilatatur etiam cor Annæ, hoc est, Ecclesiæ in conuersione gentium, 1. *Reg.* 2. *a.* *Isa.* 60. *b.* Et dilatatio Iaphet, est *d* latitudo Gentium in fide, *Gen.* 9. *d.* Funduntur aquæ latissimæ, cum *e* multi infidelium veniunt ad fidem. *Iob*, 37. *b.* 38. *b.* Dilatatur autem Ecclesia ad dexteram, *f* cum quosdam iustificando suscipit. Ad læuam quoque dilatatur, dum ad se quosdam etiam in iniquitate permansuros admittit, *Isa.* 54. *a.*

Latissimi riui in gloria, *g* cœlestium bonorum abundantiam indicant, *Isa.* 33. *d.* Sunt etiam Apostoli & expositores sacræ scripturæ.

Dilatat os, *h* qui auidè diuina suscipit, amando, desiderando, & confitendo, *Psal.* 80.

Latissimè saluat Deus de ore angusto, *Iob*, 30. *b.* quando *i* eum, qui de iniquitatis iugo, velut conclusionis angustia premebatur, ad boni operis libertatem per pœnitentiam reducit: iuxta illud, *Psal.* 30. Saluasti de necessitatibus animam meam, nec concluisti me in manibus inimici. Latissimè autem saluatum se nouerat, cum subdidit, dicens: Statuisti in loco spacioso pedes meos. Sic latitudo, in quam educit Deus, *k* est spes cœlestium, *Psal.* 17. Et latitudo voluminis decem cubitorum, est spes remissionis pœnitentibus collata, *Zacha.* 5. *a.* Dilatat etiam Deus in tribulatione bonos, *l* cum eos per tribulationes in ampliorem spem, & charitatem deducit. *Psal.* 4.

Latitudo, & longitudo, *m* pro rebus mediis inter superos inferósque sumi possunt, *Epheſ.* 3. *d.* Et etiam latitudo pro his quæ inferiori parti proxima sunt, & ad vitia delabuntur, accipi potest. Lata quippe & spatiosa est via, quæ ducit ad mortem. In latitudine pascit Deus agnum, cum relinquit malos in via lata, quæ ducit ad inferos. *Hos.* 4. *d.*

Latior vinea quæ creuit de semine terræ, *n* latitudinem regni Sedechiæ indicat, quantum ad literam, *Ezechie.* 17. *b.*

Latitudo cordis Iudæorum, in qua scriptum est peccatum, designat *o* promptam eorum voluntatem, in amplectendo peccatum, & eius perpetuitatem, *Iere.* 17. *a.* Dilatauerunt verò Iudæi os suum super Christum, *p* quando eum blasphemauerunt, *Isa.* 57. *a.* *Psa.* 34.

Lata porta, qua itur ad inferos, *q* varios ac multiplices errores, & peccata, quæ ex quocunque defectu contingere possunt, designat: cum bonum sit ex integra causa, *Matt.* 7. *b.* Dilatata autem Tophet, capacitatem inferni designat, *Isa.* 30. *g.* Latitudo quoque terræ, est via lata quæ ducit ad inferos, *Hab.* 1. *b.*

Latitudo voluminis decem cubitorum, est *r* pœna temporalis, data Iudæis propter necem Christi, *Zach.* 5. *a.*

Dilatare non potest signum Hierusalem, *Isa.* 33. *d.* quia *s* non potest vltra prædicare Deum, sicut prius destructo templo. Vel dicitur de Sennacherib: & de Antichristo, qui non prævalebit aduersus Ecclesiam.

Dilatat cubile suum *t* hæreticus, qui multos complectitur errores, *Isa.* 58. *b.* Et latam domum vult ædificare hæreticus, extendendo errores: sed angustam ædificat, *Ierem.* 22. *d.* Sic dilatare nituntur filij Ammon terminos suos, *Amos*, 1. *d.* cùm hæretici opinionis suæ nomen extendere procurant. Et dilatat superbus quasi infernus animam suam: quia diabolus, Antichristus & hæreticus nituntur decipere, quos possunt, vt inferno tradantur, *Habac.* 2. *b.*

Dilatat labia sua, *u* qui reuelat secreta. Ideò ne illi commiscearis, *Prou.* 20. *c.*

Lauare, vide Abluere.

Laudare, Laus, Laudabilis.

LAVDARE, est verbis extollere, ac commodare. Item benedicere, excitare ad laudem: glorificare, ornare & probare.

Laudabilis dicitur maximè Deus, *x* quia illi maximè competit laus, *Exod.* 15. *a.* *Psal.* 47. 112. 144. laudant autem Dominum cœli, & terra, &c. quia in nomine Iesu omne genu flectitur, *Psa.* 68. Et laudat Dominum in vita sua, qui laudat eum existens in gratia, *Psal.* 145. Et laudat eum Hierusalem, & Sion, hoc est, Ecclesia, vel anima existens in gratia: eáque laudatio est illi iucunda, *Psalm.* 145. 146. 147. Et laudat turba Dominum, & etiam solitudo, hoc est, Gentilitas, ad fidem veniens. *Leu.* 9. *d.* *Isa.* 35. *a.* 54. *a.* Et laudat eum populus fortis, hoc est, Ecclesia ex Gentibus, *Isai.* 25. *a.* 65. *a.* laudare Deum septies in die, est toto tempore gratiæ: vel sit ob remissionem septenario designatam, *Psal.* 118. Et laudant turbæ Christum ad descensum montis, cum confitentur ipsum descendisse de cœlo ad generis humani redemptionem, *Luc.* 19. *f.* laudant etiam astra matutina Dominum, hoc est, Angeli, *Iob*, 38. *a.*

Laudant fratres Iudam, hoc est, *y* Apostoli Christum, *Gen.* 49. *b.*

Laudare Deum debent, *z* qui ipsum timent, hoc est, à statu timoris ascendere ad statum amoris. Illi enim laudant, qui amant: vnde in lege veteri, quæ erat timoris, erant cruenta sacrificia, quæ non erant grata Deo in se: in noua verò, quæ est amoris, est sacrificium laudis acceptum Deo, *Psalm.* 21. 49. 50. *Soph.* 3. *d.* *Zach.* 2. *d.*

Laudare Dominum in Sanctis, est *aa* eorum imitari opera, *Psal.* 150. Et ipse Deus dicitur laus bonorum: quia in ipso laudantur, *Exod.* 15. *a.* *Deut.* 10. *d.* laudant autem opera Dei, qui eius laudant potentiam: & quæ in Sanctis operatur, &c. *Psal.* 144.

Laudat in nocte in principio vigiliarum suarum, *bb* qui in tribulatione gratias agit, & in omni conuersatione cautum se gerit, *Thr.* 2. *f.* laus quoque Dei semper est in ore, quando mens cogitationibus diuinis occupatur: & omnia quæ aguntur, in eius laudem fiunt, *Psal.* 33. 62. 134. *Iere.* 30. *d.* 1. *Cor.* 10. *a.*

Laudari animam in Domino, *cc* est attribuere omne bonum eius Deo, & non gloriari de malis, aut etiam de indifferentibus, *Psa.* 33. laudari autem sermones suos in Deo, est, cum quis gratias agit Deo de veris sermonibus ab eo acceptis, *Psal.* 55.

Laudantur in nomine Christi, *dd* qui ex eius nomine Christiani dicuntur, & sunt, *Psalm.* 104. Sic ponit Deus Hierusalem, hoc est, Ecclesiam in laudem, *Sopho.* 3. *d.*

Laudant mulierem fortem, *ee* hoc est, Ecclesiam, seu membra ipsius, opera eius in portis, quando illis dicetur in iudicio: Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. *Prou.* 31. *d.*

Laudatio formidolosa prodiisse dicitur à Deo: *ff* quia dum claritatem suæ fidei Gentilitas obtulit, multitudo Hebræorum fidelium diuina iudicia pertimescendo laudauit, *Iob*, 37. *d.*

Laus impiorum est breuis, *Iob.* 20. *a.* quia *gg* cum linguæ fauoribus extolluntur, non esse boni, sed dici appetũt. Quam laudem longam esse existimant, dum assequuntur: sed breuem intelligunt fuisse, dum amittunt. In fine quippe eis ostenditur, quam nihil fuerit quod amauerunt.

Laude digna non est nox, in qua natus est Iob, hoc est, *hh* in qua Gentes idolis immolabant, eáque laudabant. *Iob*, 3. *b.*

Laxare, Laxus.

LAXARE, est quod tensum erat, remittere: & laxum est, quod non est tensum. Vel etiam laxare est, quod collectum & plicatum habebatur, extendere, & explicare: vt laxare rete.

Laxati funiculi tentorij Hierusalem, *Isa.* 33. *d.* designant *ii* deficientes Iudæorum vires ad sustentandum templum, & literam legis.

Laxare retia, est verbum prædicationis dilatare, *Luc.* 5. *a.*

Laxa manus, est *kk* remissa & dissoluta ad operandum, *Eccl.* 33. *d.*

Bona iustificationis.
Multiplicatio fidelium.
Gloria cœlestis.
Apostoli.
Cupidus diuinorum.
Libertas per pœnitentiam
Spes cœlestiũ.
Vicinitas peccati.
Prompta voluntas Iudæorum ad malũ
Varia peccata.
Capacitas inferni.
Pœna temporalis Iudæorũ.
Non amplius prædicantes Iudæi Deum.
Complectens hæreticus multos errores.
Reuelans secreta.
Laudatur Deus ab Ecclesia.
Laudant Apostoli Christum.
Timentes Deũ ipsum laudant.
Imitari opera Sanctorum.
Agere gratias in tribulatione.
Attribuere bona Deo.
Nomine Christi insigniri.
Præmium pro bonis operibus
Laus diuinorum iudiciorum.
Inanis gloria.
Cultus idolorum.
Deficientes vires Iudæorum.
Dilatare prædicationem.
Remissius ad operandum.

a *Ori. ſ. Re.* 3.
b *Ricar. de S. Vict.* 3. *de arca myſt.* 11.
c *Hier. ſ. Iſ.* 8. 54. *Ori. ſ. Ioſ. h.* 16.
d *Chry. ſ. Gen. ho.* 29.
e *Gre.* 27. *mo.* 21. & 29. *m.* 7.
f *Gre.* 25. *mo.* 11.
g *Glo. inte. ſu. Iſa.* 33.
h *Hie.* & *Au. ſ. pſ.* 80.
i *Gre.* 26. *mo.* 30. 31.
k *Hier. ſ. pſal.* 17. & *ſ. Zac.* 5.
l *Aug. ſ. pſ.* 4.
m *Hie. ſ. Eph.* 3. & *ſ. Ho.* 4.
n *Hie. ſ. Eze.* 17.
o *Hie. ſ. Iſ.* 57.
p *Au. ſ. pſ.* 34.
q *Baſil. reg. breu.* 240. *Hier. ſ. Iſ.* 30. & *ſ. Aba.* 1.
r *Ru. ſ. Zac.* 5.
ſ *Glo. ord. ſup. Iſa.* 33.
t *Hie. ſ. Iſ.* 57. & *ſ. Amos* 1. *Gre.* 3. *paſt. ad mo.* 2. 5. *Hie. ſ. Hab.*
u *Bed. ſ. prou.* 20.
x *Amb. ſ. Luc.* 19.
y *Bed. ſ. Gen.* 49.
z *Aug. epiſt.* 120.
aa *Arn. ſ. pſa.* 150.
bb *Baſil. ſ. pſ.* 33.
cc *Baſil. ſ. pſ.* 33. *Aug. ſ. pſ.* 55.
dd *Arn. ſ. pſa.* 104.
ee *Gr.* 5. *m.* 4.
ff *Gre.* 27. *m.* 26.
gg *Gr.* 15. *m.* 2.
hh *Gre.* 4. *mo.* 11.
ii *Hie. ſ. Iſa.* 33.
kk *Ambr. de virg.* 3.

Digitized by Google

Lazarus.

LAZARVS, id est, Dei adiutorium, siue adiutus à Deo, vel Dei atrium: frater Mariæ & Marthæ, quem quatriduanum mortuum suscitauit Iesus. Fuit alius mendicus, & vlcerosus, qui ductus fuit in sinum Abrahæ.

Anima in peccato. Lazarus in monumento latens, designat *a* animam existentem in peccato, quæ incognita est vel non approbata à Deo: ideo Christus interrogauit: Vbi posuistis eum? Quatriduanus autē, designauit assuetum iam peccatis: qui non comedit aut discubuit, statim cum Christo, quia assuetis ad peccandum, non statim est fidendum. Est etiam typus pœnitentium, *Ioan. 11.a. 12.a.*

Pœnitentes. Ecclesia. Gentilitas. Lazarus mendicus, vt interpretatur adiutus, typus est *b* Ecclesiæ mendicantis, & adiutæ à Deo. Et etiam gentilis populi, quem diuinum adiutorium tantò magis erexit, quantò minus de suarum virtutum facultate confidit. Qui pauper, & plenus vlceribus esse describitur: quia Gentilitas corde humilis, peccatorum suorum aperuit confessiones, *Luc. 16.c.*

Religiosus peccans. Lazarus vlcerosus, designare potest *c* religiosos aliqua habentes peccata, qui tamen in pœnitentia perseuerantes, in sinum Abrahæ deducuntur.

Lebes, quare Olla.

Lebna.

Dealbatio animæ. LEBNA, id est, *d* lana, siue albedo, aut thus, vel later: decima septima mansio filiorum Israël in deserto, *Num. 33.c.* quo peruenitur ex Remnon Phares: designat post perfectam separationem à terrenis, dealbari animam super niuem. Vel, vt significat *e* laterem, designat crementum, & decrementum, quæ fiunt in anima, non semper in eodem statu manente.

Mutatio animæ. Anima. Lebna etiam ciuitas in tribu Iuda, cuius rege occiso, ipsa possessa est à filiis Israël, & sacerdotibus tradita: designat *f* animam, quæ prius habebat candorem lepræ, postea mutatam in lucis candorem, *Ios. 10.e.*

Lectica.

Angeli custodes. Lectica, est cathedra, qua ferebātur diuites ac potentes, in qua puluinar & lectulus stratus erat: eratque clausa, cuius gestatores serui esse solebant.

Lecticæ, quibus vehuntur homines in Hierusalem, sunt *g* angeli custodes, protegentes infirmos, vt saluentur, *Isa: 66.f.*

Lectus, Lectulus, Cubile, Stratum, Sagma, Grabatum.

Gloria Dei. Cælum empyreum. LECTVS est, qui stratus est ad dormiendum, & quiescendum: dicitur cubile à cubando: dicitur etiam stratum propter stragula, quæ in eo sternuntur. Grabatum autem est lectus paruus, & in quo infirmi portari solent.

Cubile patris, quod ascendit Ruben, *Genes. 49.a.* designare potest *h* gloriam soli Deo debitam: in quod cubile ascendit Lucifer, cum sibi gloriam Dei vsurpauit. Et quicunque gloriā Dei sibi vsurpant, cubile patris ascendunt. Stratum quoque Dei patris, dici potest cœlum empyteum: quod maculauit diabolus peccando.

Humanitas Christi. Cubile etiam patris, *i* est humilitas Christi: in qua Deo complacuit & quieuit. Quod cubile ascendit Ruben, cùm Iudæi Christum crucifixerunt.

Lex Dei. Cubile præterea, est *k* lex siue naturalis, siue scripta. Et ascendit cubile patris, qui legem Dei præuaricatur. Et lectus argenteus, lex ornata sensibus spiritualibus, *Prou. 25.b.*

Imaginatiua. Cubile quoque patris, est *l* vis imaginatiua, per Balam intellecta, quam ascendit Ruben, id est, inordinatus timor, faciens eam euagari tempore orationis, per phantasmata sensibilium.

Corpus Christi. Christus. Passio Christi Ecclesia. Lectulus floridus, dici potest *m* corpus Christi, in quo quiescimus per fidem, & charitatem, & accessum habemus in spem gloriæ Dei. Et lectulus Salomonis, est idem Christus, in quo quiescunt Sancti, *Cant. 1.d. 3.a.c.* Et lectus in quo duo quiescunt, dici potest *n* passio Christi, in qua Christiani, & hæretici quiescunt sed vnus assumitur, & alter relinquitur, *Matth. 14.d. Luc. 17.g.*

Vterus virginis. Corpus. Infirmitas carnis. Materia. Terra. Proximus. Apostoli. Lectus floridus, dici potest etiam *o* Ecclesia, in qua sunt multi boni, operibus florentes, & in ea quiescentes, *Cant. 1.d. Iere. 50.a.* Obliti sunt cubilis sui. Item vterus Virginis, in quo quieuit Christus.

Lectulus itidem floridus, dici potest *p* corpus proprium cuiusque bonis operibus florens, *Cant. 1.d. 3.a. Psalm. 9.* Et dicitur lectus doloris, quia in eo dolores patimur, vbi designatur infirmitas carnis, *Psalm. 40.* Dicitur etiam grabatum, *Luc. 5.d. Ioan. 5.b.* Et lectus paralitici, est *q* corpus, in quo iacet anima dissoluta, quæ cum surrexerit, portat illum in domum virtutum suarum. *Matth. 9.a. Marc. 2.a.* Et cubilia, in quibus Sancti lætantur, sunt propria, cum quibus non pugnant, habentes illa conformia in omnibus, *Psalm. 149.* Materia quoque ipsa corporum lectus dicitur, vel ipsa terra, in qua mortui quiescunt, quæ cœmiterium dicitur. *Matth. 24.d. Luc. 17.g.*

Fœlicitas. Grabatum, in quo portabatur paraliticus, *Marc. 2.a.* designare potest *r* proximum, qui portat nos infirmos, quem nos sani facti, etiam portare debemus, vt impleatur illud Apostoli, *Gal. 6.a.* Alter alterius onera portate. Designat etiam Apostolos portantes populum Gentilem, qui sanatus eos portat sustentando, & memorias eorū celebrando, *Ioan. 5.b.*

Lectus strati, dicitur *s* quies æternæ fœlicitatis, *Psalm. 131.* Ipsum est cubile, in quo quiescit pax, *Isa. 57.a.* Et cubilia Sanctorum dici possunt gradus gloriæ secundum modum conuersationis, & meritorum distributi, *Psalm. 40. 149.*

Vterus virginis. Præsepium. Tumulus. Mortalitas. Sinus Dei patris. Sepulchrum Christi. Conscientia. Cor. Requies temporalis. Lectulus sponsi fuit *t* vterus Virginis, & præsepium, & tumulus. Et lectulus sponsæ, in quo quærebat sponsum, erat tumulus & mortalitas, & non inuenit eum, quia surrexit, *Cant. 3.a.* Lectus quoque sponsi magnus, est sinus Dei patris, qui ait: Ex vtero ante Luciferum genui te. Cubile etiam catuli leonis, dici potest *u* sepulchrum Christi. *Amos. 3.b.*

Lectulus Iacob, *x* conscientiam significare potest, in qua rectè quiescimus, cum nullius nos criminis accusat, *Genes. 47.g. 48.d. 49.d.* Ipse est lectus lauandus per singulas noctes, *Psalm. 6.* Et ipsum cor vel secretum cordis, lectulus dicitur, *Iob. 7.c. 33.b.* In hoc lectulo quæsiuit sponsa sponsum per noctes, *Cant. 3.a.* In his cubilibus exultant Sancti, *Psalm. 62. 149. Eccl. 10.d. Isa. 28.e. Mich. 2.a.* In hoc cubili exultat iniquus. *Psalm. 35.* Et in his cubilibus debemus compungi, *Psalm. 4.* Et lectulus Salomonis, hoc est Christi, cor nostrum, cùm à mundi solicitudinibus omnino cessamus: dum in solo desiderio Christi libenter quiescimus: eique vt nobiscum quiescat, cor ab omni terrena cupiditate mundamus. *Cant. 3.c.*

Requies temporalis. Stratum nostrum est *y* omnis res, in qua etiam sine peccato versamur, & cum aliqua voluptate occupamur: & conuertit Deus stratum in infirmitate, quum in his non permittit nos quiescere, sed affligi facit, *Psalm. 40.* Et stratum, *z* est requies ipsa temporalis, quæ versatur in infirmitate, quum quis curis secularibus fatigatus, desetere per diuinam gratiam huius mundi itinera laboriosa compungitur, cogitare solet quomodo præsentis vitæ desideria fugiat, & ab eis laboribus requiescat: sibique mox desideratæ quietis ordinem quærit, & velut quoddam stratum sicut à cunctis laboribus cessationis locum inuenire concupiscit. Et quia in hac vita omnis nostra, quam fortasse parauimus, quies turbatur, rectè dicitur, *Iob. 33.c.* increpat quoque per dolorem in lectulo: id est, in præsentis vitæ requie, vel tentationis nos stimulis, vel flagelli afflictione conturbat. Hoc designat lectulus Pharaonis, *Exod. 8.a.* Est etiam lectulus aut grabatum *aa* infirmum auxilium vt plaga lectuli, & grabatum Damasci. *Amos 3.d.*

Infirmum auxilium. Requies contemplatiua vita. Exercitatio bonorum operum. Monasterium. Languor charitatis. Humilitas. Limbus. Lectulus *bb* quietem à tumultibus, & contemplationis ocium, & quietem continentium, ac cordis tranquillitatem designare potest, *4.Reg. 4.b. Cant. 1.d. 3.a. Dan. 2.b. 4.b.* Et duo in lecto, sunt vitam quietam à negotiis secularibus agentes, *Matth. 24.d. Luc. 17.g.* Item ipsam quietem in bonis operibus: quem lectum sternit sibi, qui opera, in quibus quiescat, sibi parat. Et hic lectus est floridus exercitatione virtutum. De hoc *Psalm. 62. Actor. 9.f.* Item *cc* monasterium, vbi quiescitur à tumultibus huius mundi, & fit exercitatio bonorum operum.

Lectus in quo infirmi iacent, *dd* languorem charitatis designare potest, *Exod. 21.b. Matth. 9.a.*

Cubile armentorum, dici potest *ee* humilitas, quæ est requies simplicium, *Isa. 65.c.*

Lectulus stratus in tenebris, dici potest *ff* limbus, in quo iustorum animæ sine tormento tenebantur: vt & pro

a *Aug. 83. q. 65. Climacus grad. 1. Cyril. 7. s. Ioan. 23. Bern. se. 2. assumpt.*
b *Au. s. ps. 69. Gr. 15. m. 18. & ho. 40.*
c *Au. epi. 137*
d *Ori. s. Num. ho. 27.*
e *Hie. de mansionibus.*
f *Ori. s. Ios. ho. 13.*
g *Hie. s. Is. 66.*
h *Amb. de benedi. Patriar. 1 Bed. s. Gen. 49.*
k *Ori. s. Gen. hom. 17. Bed. s. Gene. 49. & s. Prou. 25.*
l *Ricar. de S. Vict. de 12. Patria. 63.*
m *Amb. s. ps. 118. ser. 4. & de Isaac.*
n *Hil. s. Matt. can. 25.*
o *Ambr. s. ps. 118. serm. 4. Rup. s. Can. 1.*
p *Ori. s. cant. hom. 3. & s. Matt. ho. 30. Amb. su. Luc. 5. & de virg. 3. & ser. 28.*
q *Hie. s. Matt. 9. & s. ps. 149 & s. Marc. 2. Gre. s. ps. 6. Au. s. ps. 40. Ber. s. Cant. ser. 86.*
r *Aug. s. Ioan. tract. 17. Gre. s. Ezech. ho. 12. Rup. 5. s. Ioan.*
s *Hier. s. Is. 57 Gre. s. 1. Re. 2. Hil. s. ps. 40.*
t *Bern. s. cant. ser. 75.*
u *Ru. s. Amo. 3.*
x *Gr. 8. m. 17. & 23. m. 21. & s. ps. 6. Hie. s. Isa. 28. Au. s. ps. 149. 4. Ber. s. can. ser. 46. Gr. s. Cant. 3.*
y *Au. s. ps. 40.*
z *Gre. 23. mo. 23. 24.*
aa *Ru. s. Amos 3.*
bb *Ambro. de Isaac. 5. Au. s. ps. 36. 132. Ric. de S. Vict. som. Nabuc. 19. & de sec. conf. 13. Gr. 23. m. 23. & s. can. 1. Hie. s. ps. 62.*

cc *Ber. sup. cant. serm. 46.* dd *Glos. inte. sup. Exod. 21.* ee *Hier. sup. Isa. 65.* ff *Greg. 18. m. 21.*

Digitized by Google

originali culpa adhuc illuc descenderent: & tamen ex propriis actibus supplicium non haberent. Graue enim tædium electis fuit, post solutionem carnis adhuc speciem non videre Creatoris, *Iob.17.b.*

a *Isy.s. Leuit. 15.*

Lectus seminifluj, *a* fauorem in malo designare potest: & generaliter laudes ac fauores hominum, *Leu.15.a.* Designat etiam discipulos, in quibus eius opinionibus adhærentibus magister quiescit. Sagma autem est, qui mollius habet cor ad commutandum se.

Fauor adulantium. Discipuli.

b *Gre. 23.m. 23. Hie.s. Amo.6. Aug.s.ps.6. Am.de Cain. 4. Bed.s. Prou. 7.*

Lectus meretricis, *b* quietem in voluptate aut erroribus significat: & blanditias hæreticorum, *Prou.7.b. Isa.57.b.* Et grabatum tollendum, est voluptas corporis: quia omnis qui adhuc vitiis delectatur, infirmus iacet in voluptatibus carnis. Sed sanus hoc portat, vbi infirmus iacuerat, *Ioan.5.b. Ezech.23.f.* Et lecti eburnei, sunt vitia, quæ præsenti virore delectant, *Amos.3.d.6.a.* Hic lectus est lauandus, *Psalm.6.*

Quies in voluptate aut in erroribus. Vitia.

c *Hie.s. Is.35. & 1. ad Iouin. & s. Hos. 7. Arno.s. ps. 103. Climacus grad.25. Aug. s.ps.103. Gre.17.m.18. & 27.m.19. & s.cant.4.*

Cubile draconum facta est *c* Iudæa, cum eiecit à se Deum, & admisit diabolum: quod prius erant Gentiles, qui eiecto à se diabolo, Deum susceperunt, *Isa.34.c. 35.c. Ierem.9.b.* Et cubilia leonum designant superbiam dæmonum, & corda peccatorum, præcipuè superborum & violentorum. Cubilia quoque Catulorum leonum, sunt latibula Iudæorum & hæreticorum, *Psalm.103.* In his latibulis vlulant in tenebris errorum. *Cant.4.b. Hose.7.d. Amos.3.a. Nahum.2.d. Sopho.2.d.*

Iudæa. Superbia dæmonum. Corda peccatorum. Latibula Iudæorum, & hæreticorum.

d *Hie.s. Ezec. 32. Rup.2.su. Apo.*

Cubile Assur in medio interfectorum, *d* est pœna diaboli in inferno, *Ezech.32.e.* Lectus, in quem mittitur Iezabel, est pœna inferni, *Apoc.2.f.*

Pœna diaboli

Lecythus, Lenticula.

e *Ambro. de vidu.*

Lecythus, est vasis genus ventre protuberante, oréque angustiore, oleo asseruando accommodatum: quod & lenticula dicitur, à lentis leguminibus similitudine.

Sacramenta.

Lecythus olei, quem habebat Vidua, designare potest *e* sacramenta, quæ sunt in Ecclesia. *3.Reg.17.b.*

Lenticula olei, quam effudit Samuel super Saulem, *f* paruam gratiam, & non duraturam designat, *1.Reg.10.a. 4. Reg. 9.a.*

Paruæ gratiæ.

f *Gre.s. 1.Re. 10.*

Legatus, Legatio, Legatum.

g *Hie.s. Abdi.*

Legatvs dicitur, qui legatione fungitur, siue qui alterius mandata refert: legatio autem est ipsum munus, aut officium, seu functio legati. Legatum verò de hæreditate, est, quod quis alicui mandat in testamento, remanente apud alterum hæreditate.

Legatus, quem misit Deus ad Gentes, est Christus, *Abdiæ a.*

Christus.

h *Hil.& Au. s.psal.67.*

Legatio Iacob ad Esau, *Gen.33.a.* designauit *g* præparationem populorum ad fidem suscipiendam: qua legatione fructus est Paulus prædicando, *Ephes.6.c. 2.Cor.5.d. Ierem.49.c. Abdiæ a.*

Præparatio ad fidem.

Legati venientes ex Ægypto ad Christum, fuerunt *h* Magi venientes ex gentilitate: aut primi fideles ex gentibus: vel prædicatores, qui erant ex gentibus, *Psalm.67.* legatus fidelis, *i* prædicator bonus, *Prou.13.c.25.b.*

Magi. Fideles & prædicatores ex Gentibus.

i *Bed.s. Prou. 13.25.*

Legati, quos mittit cymbalum in mare, *Isa.18.a. 57.b.* sunt *k* prædicatores hæreticorum, vel Antichristi.

Prædicatores. Antichristi.

k *Hie.s. Is.18. Gre.13.mo.7.*

Legatio, quam debemus mittere ad Deum tanquam inferiores, *l* in primis est Eucharistia, deinde lachrymæ, opera misericordiæ, carnis afflictio, & similia opera pœnitentiæ, *Luc.14.g.*

Eucharistia. Opera pœnitentia.

l *Gre.hom.37.*

Legatum, quod dat princeps seruo præter hæreditatem, quæ est filiorum, *Ezec.46.c.* designat *m* sacerdotes, cum veniunt ad sacerdotium, quidquid plus habent, non filiis debere dare, sed pauperibus, & sanctis fratribus, & domesticis fidei.

Bona sacerdotum danda pauperibus.

m *Hie.s. Eze. 46.*

Legere.

Legere propriè est colligere, hoc est, hinc, illinćque decerpere, *Isa.17.b.* inde tractum est, vt legere sit oculis scripta percurrere: quia literæ oculis legis, hoc est, colligi videntur. Legere etiam, adhærere, *Bar.1.c.* legite librum istum, quem misimus. Audire, *Matth.12.a.* non legisti, quid fecerit Dauid, &c. Enarrare, *Exod.24.b.* legit audiente populo. Intelligere, *Esther.1.d.* Quǽque gens audire & legere poterat. Nauigare, *Actor.27.c.* legebant Cretam. Percurrere, *Nehe.8.a.* legit in eo aperte.

Dans Christus sensum spiritualem legi. Promulgatio legis noua. Considerare prophetias. Colligere credentes.

n *Ori.s. Io.ho. 9.*

Legens Iosue legem à Mose traditam, typus est *n* Christi dantis legi veteri sensum spiritualem, *Ios. 8.g.*

o *Glo.int.sup. Exod.24.*

Legens Moses audiente populo volumen fœderis legis, *Exod. 24.b.* promulgationem *o* legis nouæ indicauit. Legere in libro Domini: est considerare prophetias, *Isa.34.d.*

p *Hie.s. Is.17,*

Legere spicas, est *p* colligere credentes: & legebant pauperes spicas, cum Apostoli aliquos ex Iudæis ad fidem conuertebant, *Isa.17.a.*

Lex, Legitimus, Legislator.

Leges, dictas volunt, quod publicè legerentur: vt omnibus notæ essent, & ab omnibus obseruarentur. Est autem lex quædam rationis ordinatio, cum præceptione ad commune bonum, ab eo, qui Reip. curam gerit, promulgata, qui legislator dicitur. Solet autem poni lex æterna, naturalis, diuina, humana, & lex fomitis seu carnis: Et ceremoniæ legis. Legitimum autem est, quod est secundum legem.

q *Hie.s. Is.24.*

Lex, quam transgressi sunt habitatores terræ, *q* est lex naturalis: quæ est lex æterna, & omnibus communis, *Isa.24.a.* Et hæc est lex Domini semper habenda in ore, & multò magis in corde: ad quem pertinet decalogus, *Exec.13.b. 18.c.* Hæc est eadem indigenæ & colono: quia omnes æqualiter obligat: quod etiam dicitur, quia non est personarum acceptor Deus in sua lege, *Exod.12.g.*

Lex naturalis.

r *Hil.s.ps.118 Hier.s. Is. 51. 42. Ori.s. Rom. 2. Am.s.ps.118. Serm.18. & s. Rom. s. Aug.epi.29. & s.ps.129. Gre.10.mo.6. 7.8. & s.psal. 129. Ber. epist.11. Bed.s. Pro.35. Rup.2.s. Deu. 10.*

Legitimum sempiternum & lex perpetua, ad *r* legem naturalem, & ad Euangelicam referri potest, *Exod.28.g. 30.c. Leu.6.c.7.d.10.b.14.g.16.g.* Sed peculiariùs dicitur de lege noui testamenti, quæ & lex non deficiens dicitur. *Ierem.31.f.* Et lex oris Dei, quia prodiit à Deo per Christum. Et hæc lex dicitur veritas, seu lex veritatis: quæ debet esse in sacerdote. Cuius lex vetus fuit figura: & datur in corde per fidem, *Psal.118. Isa.51.b. Mal.2.b.* Et lex noua dicitur lex fidei, & lex vitæ, *Rom.8.a.* Nam lex Mosis dicitur quidem spiritalis, quia dat præcepta, per quæ non peccetur, quia qui non peccat spiritalis vocatur. Lex verò fidei dicitur lex spiritus: quia Deus, cuius est fides, spiritus est. Et dicitur lex vitæ, quia à morte reuocat, & ad vitam inducit. Quæcunque autem doctrinarũ spiritualium vmbra complexa est, lex dicenda est, quia lex & spiritalis est, & vmbra futurorum. Et lex obseruanda est non carnalis, sed in spiritu, *Rom.2.d.* Et lex quæ exiuit de Sion, & verbum Domini de Hierusalem, est Euangelium inchoatum in Sion & in Hierusalem, *Isa.2.a.42.a.*

Lex noua.

s *Aug.epi.29. & s.ps.129. Gre.10.mo.6. 7.8. & s.psal. 129. Ber. epist.11. Bed.s. Pro.35. Rup.2.s. Deu. 10.*

Lex perfectæ libertatis dicitur *s* charitas, seu lex charitatis, *Iacob.1.d.2.c.* Et lex charitatis est propter quam Sancti sustinent Dominum, portantes onera proximorum, *Psalm.129.* Hæc est lex Dei multiplex, quia ad omnia opera se extendit, *Iob.11.a.* Eadem est lex Domini immaculata, *Psal.18.* Quæ dicitur lex Domini, siuè quia ipse ex ea viuit, qui & charitas dicitur, siue quod eam nullus, nisi ex eius dono, possideat. Hæc est lex clementiæ in lingua mulieris fortis, *Prou.31.d.* Et ignea lex in dextera Dei, *Deut.33.a.*

Charitas.

t *Au.s.ps.77. Am.s.Rom.8. Bed.s.Prou.1.*

Lex, quæ fiet longè in aduentu Christi, *t* lex vetus, *Mich.7.c.* lex autem vetus cum dicitur, non criminis nomen dicitur, sed temporalis & ætatis. Senuit enim, quia cessauit. Eadem lex dicitur mandatorũ, *Ephes.2.c.* Dicitur etiam lex, quam posuit Deus in Israël, tanquam iugum videlicet peccatoribus, *Psalm.77.* Nam iusto non est lex posita. *1.Tim.1.b.* Dicitur etiam lex mortis, *Rom.8.b.* quia punit reos, mortificat enim peccatores. Ipsis enim lex mortis est, quibus iram operatur causa peccati. Quod etiam competit legi nouæ. Hæc est lex matris. *Prouerb.1.a.*

Lex vetus.

u *Ambr. s.ps. 118.*

Lex est nobis via iustificationum Dei: *u* quia per eam instruimur, qua sit nobis eundum. *Psalm.118.*

x *Gre.19.mo. 6.*

Lex, quam posuit Deus pluuiis, est, *x* vt prædicatores, id quod ore prædicant, opere compleant, *Iob.28.d.*

y *Gre.s.1.Re. 10.*

Lex regni, quam scripsit Samuel, *y* intelligitur, forma quomodo subditi præpositis suis obtemperare debeant, *1.Reg. 10.d.*

Lex viri, est obligatio ad seruandam matrimonij fidelitatem, *Rom.7.a.*

z *Hie.s.Eze. 44.*

Leges solemnitatum cognoscendæ & custodiendæ à sacerdotibus, sunt *z* spiritualiter intellectæ, *Ezech.44.f.*

aa *Glo.ord.su. Isa.10.*

Leges iniquæ, sunt *aa* traditiones Pharisæorum, & dogmata hæreticorum, *Isa.10.a.* Et leges populorum vanæ sunt, quæ tractant de cultu astrorum. *Ierem.10.a.*

Traditiones.

Legitimè certare dicuntur, qui secundum legem Dei certant, *2.Tim.2.a.*

Leges variæ sacrificiorum, animantium mundorum & immundorum, parientium lepræ, & cæteræ quærantur in suis vocabulis.

Digitized by Google

Christus. Antichristus. Diabolus. Moses & prophetæ.

Legislator constituendus super populum,est *a* Christus, *Psalm.*9.83.Vel est Antichristus legislator peruersæ doctrinæ,qui dabitur iis,qui noluerunt recipere veritatem,sed consenserunt iniquitati,vel ipse diabolus.

Legislatores,qui non fuerant similes Deo redemptori & legislatori nostro,fuerunt *b* Moses,Iosue,& Prophetæ, & cæteri qui lege recta populum admonuerunt,*Iob.*37.*c.* legis conditores, authores, vtriusque testamenti, & sequentes Ecclesiæ scriptores, *Prou.*8.*b.*

Legio.

Legio à delectu militum dicta videtur,continétque decem cohortes.Cohors autem quinquaginta manipulos. Manipulus verò viginti quinque milites. Vel continet vna legio, 6666.milites.

Legiones cerethi, & phelethi, erant regis Dauid, 2.*Reg.*15.*d.* 4.*Reg.*11.*d.*

Legio dicebatur multitudo dæmonum, *Marc.*5.*a.Luc.*8.*e.*

Legumen.

Legvmen, dicitur quidquid ex terræ særis in siliquis nascitur: vt faba,cicer,pisa,lentes,& similia.Dictum est à legendo,quod manu legatur.

Legumina dabantur Danieli, & locis eius in palatio regis Babylonis,propter abstinentiam, quam seruare cupiebant, *Dan.*1.*a*

Lenire, Delenire.

Lenire est mulcere, placare,ac flectere aut imminuere, leuare ac mitigare.

Prophetæ prædicẽtes passionem Christi. Diabolus promittens securitatem peccatori.

Lenientes filij Iacob dolorem patris super morte Ioseph,quam putabat veram esse,*Genes.*37.*g.*designare possunt Prophetas prænunciantes resurrectionem Christi,quam Iudæi credere noluerunt.

Delinieus blanditiis Sichen Dinam, *Genes.*34.*a.* designat *c* diabolum dantem peccatori inanem spem,& securitates vacuas, ne deserat peccatum.

Lenis.

Lene dicitur quod non est asperum: & lenis moribus, est facilis, miniméque iracundus, clemens, & indulgens.

Pietas.

Lenis Iacob,quia non pilosus.*Genes.*27.*b.*designat pietatem animi,& rerum mundanarum contemptum.

Spiritus sanctus.

Lenis aura.*Iob.*4.*c.*cognitionem *d* Spiritus sancti designat:qui de Patre procedens,& de eo quod est Filij accipiens,nostræ tenuiter notitiæ infunditur.Et dicitur lenis:quia notitiam sui,quatenus cognosci vtcunque valeat, nostris sensibus temperat.

Lens, Lenticula.

Lens, leguminis genus est notum, simile viciæ: nascitur multa in Ægypto.

Carnales.

Lentis edulium,quod concupiuit Esau,& propter quod perdidit primogenitură,*e* carnalem legis obseruationem significat, pro qua zelanda Iudæi primatum perdiderunt, Christum amittentes. *Genes.*25.*d.* Et nunc Iudæi in defunctorum planctu,lentis edulio vescuntur; ostendentes quasi edulio primogenita perdiderint. Desiderare autem lenticulam,est desiderare cibum Ægyptium, quia ibi est frequens.

Obseruatio legis. Amissio primogenitura.

Lens data est Ezechieli mixta in pane, cùm Iudæorum obsidionem signaret: vt videlicet *f* primogenituræ amissionem indicaret. *Ezech.*4.*c.*

Lenticula, vide Lerythus.

Lentus.

Lentum,idem est quod tenax & viscosum:interdum verò molle & flexibile & minimè fragile:& etiam tardum & remissum. Vt lento gradu sequebantur familiæ Tobiam & Angelum. *Tob.*11.*a.*

Leo, Leæna.

Leo,*g* animal ferocissimum & fortissimum, magnisque vnguibus, collum habens hirsutum. Licèt autem sit ferocissimus,pastus tamen faméque vacans facilis mitisque est, nihil suspicatur, est festinus,benevolus, ludibundus admodum cum suis sociis. In venatu cùm cernitur,nunquam fugit,ac metuit. Sed si venantium multitudine cedere cogitur, sensim pedatimque discedit, crebrò subsistens atque respectans. Nactus verò oppaca,fuga velocissima se subtrahit, donec in aperta deueniat, tunc rursus lentè incedit. Sed si quando in patentibus fugam arripere cogitur,curtit more canum,non salit. Cùm verò quædam insectatur,& propinquat,insilit.Verum est ignem illum maximè timere, vt Homerus etiam ait. Percussorem agnoscit,& inuadit. Si quis non percusserit,sed insistat,hunc apprehensum non lacerat,sed quatit,& perterret,& dimittit.Ferunt vulgò leonem galli cantu terreri, & prostrato homini parcere.

Leæna *h* iuba caret: parit verò singulis annis primò sex,aut quinque catulos,mox quatuor,deinde tres,deinde per singulos annos vno minus,paritque catulos inarticulatos,& adeò paruos, vt vix post secundummensem ingredi possint.

Christus.

Leo, licèt sit animal immundum, admittitur tamen ad diuinorum similitudinem, propter aliquas insignes proprietates. Leo, & catulus leonis dicitur *i* Christus, leo quidem, quia Deus: catulus leonis, quia filius Dei factus patuulus per assumptionem naturæ humanæ. Leo dormiens nullum timet, vigilantem verò cætera animalia timent. Ita Christus accubans dormiuit vt leo, quia mortuus vicit dæmones, & cùm voluit, resurrexit. *Genes.*49.*b. Num.*23.*d.*24.*b. Iud.*14.*b.Isa.*15.*d.*31.*b.Hose.*5.*d.*11.*Amos.*3.*b.*5.*f.Nahu.*2.*d.*Ipse est leo destruens leonem. *Nahum.*2.*d.* Et leo qui ad nullius pauebit occursum. *Prouerb.*30.*d.* Dicit enim *Ioan.*14.*e.* Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Leæna itidem ipsum Christum significare potest. *Genes.*49.*b. Num.*23.*d.*24.*b.*

Fortitudo Dei. Regia potestas Christi. Iustitia punitiua Dei. Vis Angelica. Marcus. Matthæus.

Leonis facies *k* fortitudinem Dei significare potest.Et etiam leo, vel leonis facies regiam Christi potestatem adumbrauit. *Ezech.*1.*c.*10.*c. Apoc.*5.*b.Num.*24.*b.* Designat etiam vim irascibilem in Deo,hoc est, iustitiam punitiuam. Et ponitur à sinistris,quia puniendo in iudicio in sinistra collocabuntur.Et quasi leo vastator dicitur gladius Dei,propter grauitatem punitionis, cui nemo resistere potest. *Ierem.*2.*f.* Consumit autem malos quasi leo, quia castigat peccantes,sed parcit pœnitentibus. *Hose.*13.*b.*

Vis irascibilis. Fortitudo Ecclesiæ. Ignis. Voces prophetarum. Iustus. Propheta. Prædicator. Ecclesia. Hierusalem cœlestis. Homo.

Leonis facies in Angelis, est *l* vis illa principalis & robusta & indomabilis,per quam occultissimi illi & ineloquibilis diuinitatis arcano pro viribus similes nituntur euadere,operti spiritualibus vestigiis,& expedita illa atque ineffabili celeritate itineris ad diuini fulgoris secreta tendentis. *Ezech.*1.*c.*

Leonis facies inter quatuor facies animalium.*Ezech.*1.*c.*designat *m* Marcum Euangelistă iuxta Hieronymum. At iuxta Augustinum leonis facies designat Matthæum.

Leonis facies in homine, *n* vim irascibilem designare potest. *Ezech.*1.*c. Ierem.*5.*b.* Et leones in basibus maris ænei designant iram in prædicatoribus,quæ non debet esse sine bobus.

Designat etiam *o* fortitudinem Ecclesiæ. *Apocal.*4.*c.*

Typus est etiam *p* elementi ignis,quia leo igneus est in suis qualitatibus.

Leo præterea significare potest *q* voces Propherarum, quæ rugiunt aduersus peccatores, & ponitur à dextris, quia voces Prophetarum semper clamant. *Ezech.*1.*c.*

Leo quoque dicitur *r* vir iustus,& Propheta,& prædicator, magnam in Deo habentes fiduciam, & ad nullius pauentes obturum. *Prou.*20.*a.*28.*a. Eccles.*9.*b.Isa.*21.*b.Ezech.*38.*d.Mich.*5.*c.*

Leæna dicitur interdum *s* Ecclesia. *Iob.*28.*b.*38. quæ catulos nutrit prædicatores,& malè viuentes in vitiis, ore sanctæ prædicationis interficit. *Nahu.*2.*d.*

Leæna & leo *t* significare possunt cœlestem Hierusalem,vnde exierunt vipera,& regulus, hoc est, dæmones inde eiecti. *Isa.*30.*b.*

Leæna dicitur *u* homo,seu genus humanum, & quasi leæna captus dicitur homo. *Iob.*10.*c.* quia ad capiendam leænam in eius itinere fit fouea angusta & alta, in quam pecus deponitur. Alia quoque fouea priori cohærens, foramen habens ad priorem, in qua cauea ponitur, vt leæna ingressa priorem, cùm desuper terroribus vrgetur, caueam latere volens intrat, cuius iam sæuitia non timetur, quia clausa in cauea leuatur. Sic humana mens in libertate arbitrij condita, dum nutrire desideria carnis appetiuit, quasi leæna catulis escam quæsiuit, atque in

a *Amb. s.ps.* 117.*serm.*13. *Hie.s.ps.*9. *Au.s.ps.*9.83. *Rup.*7.*s.Apo.*

b *Gre.*27.*mo.* 1.

c *Lyr. s. Gen.* 34.

d *Greg.*5.*mo.* 25.

e *Hiero. epist. quis dabit. Au.s.ps.*46.

f *Hie.s. Ezec.* 4.

g *Arist.*9.*de historia anim.* 44.

h *Ari.*6.*hist. ani.*31.*&* 3. *gen.anima* 1.

i *Ori.s.Num. ho.*16.*&s.Ge. hom.*17.*&s. Ezech.ho.*11. *Diony. caelest. hier.*2.*Hil.su. ps.*131. *Hie.s.Is.*15.*& s.Nah.*2.*Am. de virg.*3.*&* 2.*de Abra.*8. *Gre.*5.*mo.*16. *&* 30.*mor.*5. *Isyc.s.Leu.*11. *Basi. hom.de natiui.Hier.s. ps.*67.

k *Geor. Vene. Cant.*1.*tom.* 7.*cap.*29. *Hier.s.Iere.*2. *Rup.s.Ho.*13.

l *Dion. caelest. hier.*15.

m *Hie. prol.s. Matth. Au.*1. *de consent. Euang.* 6.*&s. Ioan.tra.* 36.

n *Am.de virgin.*3. *Orig.s. Ezec.ho.*17.

o *Au.s.Ap.h.* 3.

p *Geor.Venet. Cant.*1.*tom.* 7.*cap.*22.

q *Hie.s.Ezec.* 1.

r *Hie.s.Mic.*5, *s Gre.*18.*mo.* 21.*&* 5.*mo.* 16.*&* 30.*m.* 11. *Rup.s.Nah.*2.

t *Hie.s.Is.*30.

u *Gre.*9.*m.*4,

Digitized by Google

deceptionis suæ foueam cecidit,quæ suadente diabolo ad cibum prohibitum manum tetendit,sed in fouea protinus caueam inuenit,quia sponte ad mortem veniens , corruptionis suæ carcerem pertulit. Sed cum multa agere conatur , & non valet,eiusdem corruptionis suæ obstaculis quasi caueæ vectibus ligatur , atque ad auras liberas gratia interueniente reducitur. Iam quidem eam, in quam ceciderat, damnationis foueam euadit , quia secuturæ mortis supplicium,manu Redemptoris adiuta,ad veniam redeundo superauit.Sed tamen coarcta caueam tolerat, quia supernæ quoque disciplinæ nexibus ligatur,ne per carnis desideria vagetur.

Leunculi in solio Salomonis duodecim. 3.*Reg.*10.*c.* designant *a* Apostolos,qui in iudicio sedebunt iudicantes cum Christo. Catuli etiam leænæ. *Iob.*38.*d.*erant Apostoli,quando pro mentis teneritudine,& formidinis infirmitate passo Domino clausi foribus residebant , quasi cubantes in antris , sed postea aduersantem mundum ore prædicationis rapuerunt.Possunt etiam designare prædicatores sequentes Apostolos , vti catuli sunt post leones. Ipsi sunt quasi leo in iumentis syluarum, *b* quando grauiter corripiunt vitia.*Mich.*5.*d.* — *Apostoli. Prædicatores.*

Leo habitans cum oue, designare potest *c* principes & diuites Ecclesiæ, qui in vno corpore sunt cum simplicibus & pauperibus. *Isa.*11.*b.*Et sæpe leo significat *d* potestatem humanam aut mundanam.*Psalm.*21. — *Principes Ecclesiæ. Potestas humana.*

Leo rugiens fuit *e* Caiphas aduersus Christum,& Iudæi,& sacerdotes eorum.Et populus Iudæorum dicitur factus Christo, quasi leo in sylua,& vastator:quia pari voce clamauerunt contra Christum : Crucifige,crucifige. Et catuli leonum sunt minores populi Iudæorum. *Psalm.*16.21.34.56.57.*Ierem.*2.*c.*12.*b.*Fertur autem leo,cùm animal aliquod capere velit,mirabilem solere rugitum edere,eaque quæ propinqua sunt animalia perterrita cadere: ita solo leonis clamore superatur,ac capiuntur.Sic fuerunt Iudæi in Christum. *Hose.*11.*d.*Leo mortuus,est Iudaicus populus mortuus per infidelitatem. *Eccles.*9.*b.*Et leo rapiens fuerunt Iudæi , quando cum gladiis & fustibus Christum comprehenderunt. Demum leones,sunt reges Iudæorum,& potentes,& Philosophi,ac etiam violenti. *Isa.*65.*d.Cant.*4.*c.Zach.*11.*a.Apoc.*9.*c.* Leæna quoque dicta est Hierusalem.*Ezech.*19.*a.* Et leæna & leo est Hierusalem & eius populi. *Isa.* 30.*b.* — *Caiphas. Iudæi. Reges Iudæorum. Potentes. Philosophi. Violenti.*

Leo rugiens,est *f* diabolus qui circuit quærens quem deuoret , & semper est paratus ad prædam. Comparatur autem leoni propter sæuitiam. *Iob.*4.*b.Psalm.*7.11.16.56.90.103. *Cant.*4.*c.Isa.*35.*d. Ierem.*2.*c.*4.*b,*5.*b. Thren.*3.*b. Ezec.*22.*f,*32.*a.Dan.*6.*b.Amos.*3.*a.*5.*f.Nahu.*2.*d.*2.*Tim.*4.*d.*1.*Petr.*5.*b.Apoc.*9.*c.*13.*a.*Et leo quem suffocauit Dauid, est diabolus,quem vicit Christus. 1.*Reg.*17.*d.* Idem dicitur leæna.Dicitur autem leo,cum apertè sæuit. Idem est leo,quem occidit Samson, *Iud.*14.*b.* — *Diabolus.*

Leones etiam rugientes super Ecclesiam,sunt *g* hæretici.*Ierem.*2.*c.Soph.*3.*a.* Et leo mortuus,est apostata à fide: quo melior est canis viuus, hoc est,gentilis,qui ad fidem conuertitur. *Eccles.*9.*b.* — *Hæretici. Apostata.*

Leo occisus à Samsone. *Iud.*14.*b.* designare potest *h* Gentiles à Christo occisos peccato,vt per fidem viuificarentur: vel principes gentilium contradicentes Christo : sed occisi sunt accepta fide:& habent in ore fauum confessionis & laudis Dei. — *Gentiles.*

Leo aliquando dicitur *i* mors,quæ rapit homines à vita.*Psalm.*21.Quasi leo verò est vis morbi,quæ adigit ad mortem. *Isa.* 38.*c.* — *Mors.*

Leones,dicuntur *k* homines animosi,& ad iram concitati. Item homines rapaces : qui more leonum viuunt ex rapto.*Hose.*3.*b.*Et leo de sylua dicitur rex Babylonis,qui percussit Iudæos. *Ierem.*5.*b.* — *Iracundi. Raptores. Rex Babylonis.*

Leæna interdum dicitur *l* ciuitas huius mundi, hoc est,Babylon : quæ contra vitam innocentum immanitate crudelitatis effrænatur,quæ antiquo hosti,quasi sæuissimo leoni sociata,peruersa persuasionis eius semina concipit,& reprobos ex se filios ad similitudinem illius , quasi crudeles catulos gignit. *Iob.*4.*b.* Ipsum quoque regnum Babylonium leæna dicitur siue propter sæuitiam & crudelitatem,siue propter libidinem.Aiunt enim ij,qui de bestiarum scripsere naturis,leænas ferociores,maximè si catulos nutriant , & semper gestire ad coitum. Vel designant *m* insolentiam, quæ temerariè præsumit, nec vllum admittit consilium.*Dan.*7.*a.Hos.*13.*b.Apoc.*13.*a.* Leo etiam quem occidit Samson, est mundus. *Iud.*14.*b.* — *Mundus. Regnum Babylonium. Insolentia.*

Catuli leonum,sunt quilibet *n* reprobi,ad iniquam vitam malignorum spirituum errore generati:qui & simul omnes vniuersam mundi ciuitatem Babyloniam faciunt : & in iisdem singuli Babyloniæ filij , quasi non leænæ, sed leænæ catuli vocantur. *Iob.*4.*b.* Minores principes *o* sub dæmone,catuli leonum sunt : & peculiariter Antichristus. *Nah.*2.*d.Iob.*38.*d.Psal.*16. Qui leo in spelunca sua dicitur.*Psalm.*6.Leo propter potestatem:in spelunca, propter fraudulentiam. — *Reprobi. Antichristus. Imperium diaboli.*

Leæna quoque dicitur *p* ipsa diaboli dominatio : & superbia tam dæmonum, quam Iudæorum : & generatim omnes superbi. *Iob.*28.*b.* — *Superbia. Superbi.*

Leo pro *q* Iob,leæna pro eius vxore, catuli leonum pro filiis eorum sumuntur. *Iob.*4.*b.*

Lepra, Leprosus.

LEPRA, scabiei genus est,cutem deformi obducens crusta,ab atra bili originem habens, corpúsque vehementi pruritu infestans. Aliqui autem lepram pro Elephantiasi vsurpant : quod morbi genus superiori multò est perniciosius, vt quod non solùm cutem infestet , verùm etiam carnem ipsam vsque ad ossa inficiat. Est autem lepra contagiosus morbus.

Lepra generaliter *r* peccata significare solet : & variæ lepræ species,diuersa peccatorum genera. Et Leprosus, est peccator. *Matth.*8.*a.*Et lepra perseuerans, durationem in peccato designat. *Leuit.*13.*g.*14.*f.*Et lepra volatilis est transitus à vitio in vitium. — *Peccatum. Peccator.*

Lepra peculiariter *s* hæresim significare solet : quæ miscet falsa veris,vt in cute leprosi colorum apparet varietas. *Leuit.*13.*a.Luc.*17.*e.* Et leprosi hæretici. — *Hæresis.*

Secundùm autem quòd lepra corruptionem humorum includit, *t* carnis voluptatibus, & turpitudines exprimit. *Leuit.*13.*a.* Hæc est lepra florena. — *Voluptates carnis.*

Lepra in carne *u* hæresim de humanitate Christi indicat , lepra verò in capite , est error de eius diuinitate. *Leuit.*13.*d.*14.*a.* Mulier quoque leprosa in capite est , quæ habet ducem hæreticum. — *Hæresis de humanitate aut diuinitate Christi.*

Lepra in barba,est error de beata virgine Maria,vel de Apostolis.*Leuit.*13.*d.*14.*a.*Lepra etiam in barba,est,cùm quis non agit virilia *x* opera. — *Error de Maria. Opera non virilia.*

Lepra in caluitio vel recaluatione , est *y* error ex simplicitate. *Leuit.*13.*f.* Vel est quando ea repullulant , quæ abiecta erant,vt de se mortua. — *Error ex simplicitate.*

Lepra in cute designat *z* peccatum in opere, vel in carne. *Leuit.*13.*b.*Vel est transgressio literæ legis: quæ si fit in toto corpore,vt propter Euangelium totam literam legis prætermittat,reputatur lepra mundissima. — *Peccatum in opere. Transgressio literæ legis.*

Lepra in cicatrice dicit *aa* reuersionem ad priora peccata : vel carnis macerationem cum infidelitate. *Leuit.*13.*d.* 14.*f.* — *Reditus ad vomitum.*

Lepra flaua vel pallida, *bb* imbecillitatem fidei designare potest. Lepra rufa homicidium , vel errorem contra Euangelium. Lepra alba hypocrisim hæreticorum.Lepra liuida inuidiam. Lepra nigra fumum idololatriæ.Lepra rufa simul & pallida iracundum & pusillanimem indicat. *Leuit.*13. — *Varia vitia.*

Lepra florens in toto corpore *cc* auaritiā designat, quæ omnes commaculat.*Leuit.*13.*b.* Sic fuit leprosus Giezi. 4.*Reg.*5.*g.*Lepra etiam in domo,est auaritia in his,qui diuites volunt fieri in hoc seculo. *Leuit.*14.*e.* — *Auaritia. Simonia.*

Lepra tegens totum corpus designat *dd* peccatum commissum ab eo,qui non est capax rationis:vel in voluntarium vitium.Ideò talis leprosus non reputatur immundus.Et si apparuerit caro mortua,hoc est aliquid rationis, quod faciat voluntarium vitium, immundum facit , quia mentis ostendit corruptionem.*Leuit.*13.*b.* Vel leprosus in parte , est Iudæus in parte transgressor legis. Leprosus toto corpore, est Gentilis,qui totam *ee* transgreditur legem. Veruntamen mundum eum sacerdos indicat,quia legis iugo subiectus non fuit. — *Inuoluntarium vitium. Iudæus. Gentilis.*

Lepra in veste, *ff* est omnis pōposa vanitas in hoc seculo,vel superbia & inanis gloria in bono opere.*Leuit.*13.*f.* Lepra quidem in veste lanea,est peruersitas morum in mente auara : vel peccatum in statu sublimiori. Lepra in veste linea,designat consensum in aliorum vitiis per adulationem, vel molliter viuentem.Lepra in stamine, sunt vitia spiritualia in anima latentia. Lepra in subtegmine sunt vitia per corpus commissa. Lepra in pelle , est malum exemplum in conuersatione. — *Vanitas mundi. Superbia. Peccatum in Ecclesia. Murmuratio. Iactantia.*

Lepra

Marginal references: a Gre.30.mo.11. b Ru.s.Mic.5. c Hie.s.Is.11. d Aug. epist. 120. e Au.epi.120 & s.psal. 36. 57. Ori.s.Ier.h.8. Arn.s.ps. 16. 21.57. Hier.s.Is.34. 65.& s. Eze. 19.& s.ps.22 & s.Eccl.9. Cyril. 11.su. Ioan.14. Gre.s. cant.4. Hier.s. Is.30. f Or.s.Leu.ho. 31. Arn.s.ps.103. Am. de vir.1. Hie. s. Is.35. & s.Ier.4. & su.Nahu.2. Gre.7.mo.16. Chry.s.ps.33. Rup.s.Iud.15 g Hie.s.Ier.2. Au.q.ve. test. h Am.de spir. prol. Aug.12.cont. Faust.32. & s.ps.80. Tert.ad. Iud. i Hi.s.Is.38. k Cl.Ale.adhor.ad gen. Chry. s. Gen. ho.12. Hier. s. Ier.5. l Gre.5.m.16. 17. Aug.12.cont. 32. m Hi.s.Da.7. Rup.s.Ho.13. Ric.de S.Vict. de vitio mutabilita.5. n Gr.5.m.16. o Hier.s. Na. 2. & s.ps.16. Aug.s.ps. 56. 100.9. p Hier.s. Iob. 28. Euc.ser.spir.5 q Gr.1.m.15. r Ori.in diue. hom.5. s Gre.5.m.11. t Bern. ser, 3. de resur. u Orig.s.Leu, ho.8. Isyc.s.Leu.13. x Or.s.Le.h.5. y Orig.s.Leu. hom.8. z Isyc. s. Leu. 13. aa Ori.s. Leu. ho.8. bb Hie.s.Mic. 7. cc Am.s.Luc. 4.Bern.ser. 3. de resur. dd Phil. quòd Deus sit immutabilis. Ori.s.Le.ho.8. ee Isy.s.Le.13. ff Bern. ser.3. resurrect. Isyc.s.Leu.13.

Digitized by Google

Lepra in domo, eſt *a* peccatum in Eccleſia, aut in congregatione hæreticorum. Vel peccatum aut error in domeſtica Eccleſia. *Leuit.14.e.*

Lepra in ore eſt duplex, *b* aut cùm quis murmurat in aduerſis, aut cùm ſe commendat, & iactat in proſperis. Lepra quoque in corde eſt duplex: propria voluntas, & proprium conſilium.

Quaſi leproſum reputauerunt Iudæi Chriſtum, *c* hoc eſt, ſic ab omnibus fugiendum & reiiciendum, quomodo leproſus ſecundum legem ad arbitrium ſacerdotis ſeparatus extra caſtra ſolus habitare iubebatur. *Iſa.53.e.*

Princeps huius mundi.

Leproſus, Simon *d* principem huius ſeculi deſignare poteſt, qui accuſator eſt fratrum. *Luc.7.f.*

Peccatores facti pradicatores. Iudai.

Leproſi, qui nunciauerunt Samariæ fugam hoſtium, deſignant *e* peccatores Iudæis, qui conuerſi facti ſunt prædicatores. *4.Reg.9.a.* Leproſus etiam curatus à Chriſto in deſcenſu montis, *f* eſt populus Iudaicus, ideò dixit illi, vt oſtenderet ſe ſacerdoti. *Matth.8.a.*

Lepus.

LEPVS, *g* animal timidum & curſu velox, ac ingenioſum, dicitur prægnans ſuperfœtare, & à partu ſtatim coitum repetere, ſimulque nutrire & vterum ferre. Et fœmina aliquando dicitur in coitu ſupergredi marem. Vnde putant aliqui marem in fœminam mutari. Ruminat lepus, ſed non diuidit vngulam: ideò inter immunda computatur.

Timor irrationalis.

Lepus timidus, irrationalem timorem ſignificare poteſt, *h* fortitudini contrarium. *Leuit.11.a. Deut.14.a.*

Veloces ad malum.

Lepus velox, *i* promptitudinem ad malum: & Iudæos ad malum veloces, in bono verò timidos deſignare poteſt. *Leuit.11.a.*

Fœneratores.

Lepus ſimul pariens, ſuperfœtans, & nutriens, ſymbolum eſt *k* fœneratorum, quia addunt vſuras vſuris.

Effœminatus Amator puerorum.

Lepus mas in fœminam mutatus, virum deſignat effœminatos mores imitantem.

Timentes Deum.

Leporem dicunt quotannis multiplicare venerem, pro numero annorum quos vixit, habentem foramina: & ea ratione dum leporis eſum lex prohibet, ſignificare ſe dehortari *l* puerorum amorem. *Leuitic.11.a. Deut.14.a. Pſalm.103.* vbi dicitur petra refugium herinaciis, Auguſtinus *m* addit. Et leporibus, & deſignant timentes Deum, quibus refugium eſt Chriſtus. Hic eſt lepuſculus plebs inualida. *Prou.30.d.*

Leuare, Alleuare, Subleuare.

LEVARE, ſeu alleuare, eſt leue facere, aut in altum tollere, & recreare & liberare, & exonerare, & auferre. Subleuare autem, eſt quaſi ſurſum leuare, auxilium præſtare, & defendere.

Subleuaſſe dicitur Deus vitam Ionæ, hoc eſt, Chriſti de corruptione, quia Chriſtus non vidit corruptionem. *Iona.3.d.*

Chriſtus ſine corruptione.

Leuare dicitur Deus manum, *n* cùm aliquid potenter operatur, vel cùm Chriſtus leuauit manus ſuas in cruce. *Exod.6.b.* Leuauit etiam manum mittens Filium ſuum in mundum. *Iſa.11.c. 13.a.49.f.* Dicitur etiam leuare manum pro ſuis *o* in defenſionem videlicet ſuorum, & percuſſionem aduerſariorum. Eleuatio enim aut extenſio manus, habitum percurientis oſtendit, vt percuſſit Ægyptios pro filiis Iſraël. *Ezech.20.a. 36.b. Zach.2.c.*

Potentia diuina.

Leuat etiam manum in aliquos, cùm caſtigat, aut caſtigando conuertit. *Pſalm.73.* Leuans etiam Moſes virgam, potentiam Dei demonſtrauit, & vim eius punituam. *Exod.14.d.* Sic dicitur Deus eleuare virgam. *Iſa.10.f.* Leuauit etiam Deus manum in cœlum, cùm Chriſtus aſcendit in cœlum. *Deut.32.f.* prius in cruce, deinde in cœlum iurando. *Apoc.10.b.*

Chriſtus in cruce.

Leuauit Deus ſignum in Sion, *p* quando crucem extulit in Eccleſia. *Ierem.4.b.51.b.* Et leuauit ſignum in nationibus, hoc eſt, prædicationem crucis in gentibus. *Iſa.5.f.* Leuant etiam prædicatores ſignum ſuper montem caliginoſum, cùm contra Satanæ ſuperbiam, qui ſæpe ſub nebula ſimulationis abſconditur, virtutem crucis exaltant. *Iſa.3.a.*

Defenſio.

Alleuat Dominus corruentes, *q* cùm liberat à peccatis. *Pſalm.144. Iſa.63.c.* Leuauit etiam Chriſtus agnos in ſinu ſuo, cum crucifixus eſt. *Iſa.40.c.* Et ſubleuat Deus, cum gentilitatem in medio infidelitatis iacentem ad fidem & poteſtatem Eccleſiæ erexit. *1.Reg.1.b.* Subleuans illum qui ſolus exiſtens cecidit, eſt Chriſtus, quem non habet, qui eſt in peccato. *Eccl.4.c.*

Caſtigatio.

Leuat altitudo manus, *r* cùm Angeli laudant Deum. *Habac.3.a.*

Eleuatio crucis.

Leuantes Aaron & filij eius armum & panes azimos, &c. coram Domino. *Leuit.8.f.* deſignat *f* myſteria nobis à Chriſto tradita, ab ipſo cum ſua carne in cœlum leuanda.

Liberans à peccatis.

Leuare capita, *s* eſt mentes noſtras ad gaudia patriæ cœleſtis erigere. *Luc.21.f.* Leuat etiam animã ad Deum, qui in excelſis conuerſatur, & amando ad ipſum aſcendit. *Pſalm.24.142* Leuare etiam oculos, mentis eleuationem ad cœleſtia dicit: & leuare oculos in montes. *Geneſ.12.d. Ioſu.5.d. Pſalm.120.122. Iſa.40.f. Dan.4.g. Zach.1.d. 2.a.* Et leuare oculos in directum, eſt attollere mentem ad veritatem contemplatam. *Ierem.3.a.* Et leuantes oculos diſcipuli, ſunt ad ſublimen intelligentiam aſcendentes. *Matth.17.b.* Leuantes etiam oculos Bethſamitæ, ſunt perfecti diſcernentes ſpiritus. *1.Reg.6.c.* Leuare itidem oculos ad cœlum, eſt cœleſtia & æterna cogitare & cura & ſolicitudine ſecularium ſemota, ſola ſpiritualia præ oculis habere. *Dan.4.g.*

Conuertens Gentes.

Leuauit ſe ſupra ſe, *u* qui per fidem aſcendit ſupra naturam. *Thren.3.d.* Id facit adoleſcens, qui cùm ætatis lubricæ ſentiret ardores, ſenem induit, relinquens quod erat, aſſumens quod non erat, quia non reſpicit ad ſe, ſed ad illum, qui eſt ſupra ſe.

Laudantes Angeli Deum

Leuare oculos in circuitu, eſt *x* contemplari conuerſionem Gentium. *Iſa.49.d.*

Eleuatio myſteriorum.

Leuans oculos Ioſeph in Beniamin, *y* eſt Chriſtus oſtendens peculiarem amorem in Paulum; qui factus eſt vas electionis. *Geneſ.43.f.*

Erigere mentem.

Leuans Ezechiel oculos ad viam aquilonis. *Ezech.8.a.* deſignat *z* conſiderationem malorum, [illegible] ſiunt in Eccleſia.

Contemplatio.

Leuare altitudinem oculorum, dicit *aa* extollentiam per ſuperbiam. *Iſa.37.d.* Leuare cultrum ſuper altare, eſt arrogare ſibi virtutes & fidem. *Exod.20.d.*

Diſcretio ſpiritalium.

Leuat oculos cordis ad idola domus Iſraël, qui *bb* falſitatem atque mendacium putauerit veritatem. *Ezech.18.b.*

Aſcendere per fidem ſupra naturam.

Leuare faciem abſque macula dicitur, qui non eſt ſibi culpæ conſcius. Tunc verè ſine macula faciem leuamus, *cc* cum nec nos prohibita mala committimus, nec ea, quæ in nos commiſſa ſunt, ex proprio zelo retinemus. Graui namque mens noſtra orationis tempore cõfuſione deprimitur, ſi hanc aut ſua adhuc operatio inquinat, aut alienæ malitiæ ſeruatus dolor accuſat. *Iob.11.c.* Leuat etiam faciem ſuam ad Deum, qui cor ad ſublimia inueſtiganda attollit. *Iob.22.d.*

Contemplari conuerſionem Gentium.

Leuare manus ad Dominum, erat modus iuramenti. Leuans Abraham manum ad Dominum, deſignant *dd* eleuationem ad diuinas operationes, vel ſublimitatem operum cum oratione. *Geneſ.14.d.* Sic leuauit Moſes manus. *Exod.17.c.* Leuante autem Moſes manus, vincitur Amalec, demittente autem eas vincit Amalec: vt deſignetur *ee* oratione ſimul cum operibus bonis victum diabolum. Et qui intelligit legem ſpiritualiter, leuat manus Moſis, & vincit, qui verò carnaliter, dimittit eas, & vincitur. Leuare etiam manus in nomine Domini, eſt magnis operibus ipſum benedicere. Et leuare manus ad mandata Dei, *ff* eſt ea opere complere. *Pſalm.188.* Leuant etiam puras manus, qui ſublimitatem habent operum. *1.Tim.4.b.* Leuant rurſum manum, qui orationibus & eleemoſynis vacant. *Iſa.13.a.* Leuat ad Dominum manus ſuas pro animabus paruulorum, qui opera miſericordiæ pro humilibus & paruulis Chriſti membris fame & ſiti vſquequaque laborantibus in terminis mundi exercet, & curam adhibet ex ſyncera dilectione. *Thren.2.b.* Leuat cor cum manibus ad Deum, qui orationem ſuam operibus roborat. *Thren.3.e.* Deus etiam queritur. *Mich.2.a.* quòd non leuauerint ad eum manus orando.

Inueſtigare ſublimia.

Leuans ſacerdos ſimul agnum & ſextarium olei coram Domino ad emundationem leproſi. *Leuit.14.d.* eſt offerens paſſionem Chriſti, & eius inuocans miſericordiam ad remiſſionem peccatoris.

Iurare.

Leuare vocem deſignat *gg* lamenta pœnitentiæ. *Geneſ.21.b.* & leuat Deus planctum ſuper aliquos, cum prouocat ad pœnitentiam. *Amos 5.a.*

Eleuatio ad diuinas operationes.

Orare.

Intelligere legem ſpiritualiter.

Exercere opera miſericordiæ.

Offerre paſſionem Chriſti.

Pœnitentia.

a *Iſyc. ſ. Leu. 14.*
b *Bern. ſer. 3. de reſurr.*
c *Ru. 8. ſ. Ioa.*
d *Amb. ſ. Luc. 7.*
e *Glo. ord. ſu. 4. Reg. 7.*
f *Ru. 7. ſ. Mat.*
g *Ariſto. 2. de hiſtoria anim. 1. & 5. hi. 2. 9*
h *Iſy. ſ. Le. 11.*
i *Iſy. ſ. Leu. 11.*
k *Baſi. ſ. pſal. 14. hom. 2.*
l *Tert. de cibis Iud. Clem. Ale. 2. ped. 10.*
m *Augu. ſ. pſ. 103. Euch. form. ſpir. 5. Bed. ſ. pro. 30.*
n *Hier. ſ. Iſ. 11. & ſ. Ezec. 20.*
o *Au. ſ. pſ. 73. Ru. 1. ſ. Deu. 7 & 8. ſ. Apo.*
p *Hie. ſ. Ier. 4. Gre. 33. mo. 1.*
q *Gre. ſ. 1. Re. 2. Ambro. inſtit. vir. 11.*
r *Hier. ſ. Hab. 3.*
ſ *Iſy. ſ. Leu. 8.*
t *Gre. hom. 1. Hil. ſ. pſ. 142. Ori. ſ. Io. ho. 6. & ſ. Mat. h. 3. Hie. ſu. Ier. 3. & ſ. Zac. 1. Aug. ſ. pſ. 120 85. Gre. ſ. 1. Re. 6.*
u *Ricar. de S. Vict. de ſecur. conſcien. 45. Ber. ſer. in feſto Petri & Pauli.*
x *Hie. ſ. Iſ. 49.*
y *Ambro. de Ioſeph. 10.*
z *Glo. ord. ſu. Eze. 8.*
aa *Glo. int. ſu. Iſ. 37. Rup. 4. ſ. Exo. 33.*
bb *Hie. ſ. Eze. 18.*
cc *Gre. 10. m. 18. & 16. mo. 10.*
dd *Phi. 2. alle. Am. 2. de Abra. 8. & 6. de ſacrament. 4.*
ee *Or. ſ. Exod. hom. 11. Hil. ſ. pſ. 62. Hier. ſ. Iſ. 13. & ſ. pſ. 62.*
ff *Au. ſ. pſ. 62. Gre. 18. mo. 3.*
gg *Hier. ſ. Iſ. 15. & ſ. Amos 5.*

Digitized by Google

Leuare etiam vocem *a* contingit præ lætitia,& est laudare Deum,illíque gratias agere. *Isa.24.c.42.b.52.c.*

Subleuare asinum,est *b* minus potentes adiuuare. *Exod.23.a.Deut.22.*

Leuat manum contra pupillum, *c* qui vtilitatis suæ negotia per potentiam pupillum opprimendum exequitur. *Iob.31.c.*

Leuans se prædo gentium est *d* diabolus, aut hæresiarcha ad perdendos fideles se accingens. *Ierem.4.b.* Leuat Assur baculum super habitatore Sion, cùm diabolus aut hæreticus minatur fidelibus. *Isa.10.f.*& leuans fascinula carnes, *e* est auertens aliquos à fide. *1.Reg.2.c.* Et leuat cultrum super altare, qui facit diuisionem in Ecclesia. *Exod.20.d.* Et leuat clypeum Nabuchodonosor cõtra Tyrum,hoc est,diabolus ad perdendos hæreticos. *Ezec.16.b.* Et subleuant animas ad iniquitates; qui fauent peccatis. *Hose.4.c.*

Leuant hæretici oculos ad immunditias suas, *f* cùm abominationes errorum,quos confinxerunt,admirantur & significant. *Ezech.33.f.*

Leuant in contis vaccas, *g* qui conuincunt & confundunt hæreticos. *Amos.4.a.*Et qui pœnas infligunt pro peccatis.

Leuarunt mulieres amphoram inter *h* cœlum & terram, cùm suam inquitatem peruersi superbè extulerunt. *Zach.5.d.* vel designantur superbia & inanis gloria, quæ mentem per auaritiam honoris captam ita eleuant, vt proximos despicientes, quasi ima deserant, & alta gloriantes petent: nec tamen summa pertingere sese extollendo præualent. Vel designant dispersionem Iudæorum: qui nec in terra sua habitant, nec in cœlo admittuntur.

Leuant Hierusalem vt lapidem, qui *i* persequuntur Ecclesiam. *Zach.12.a.*

Leuat caput impius, *k* cùm in superbiam erigitur. Iustus autem labore sui certaminis afflictus caput leuare non finitur: sed pressus à perpetua afflictione liberatur. *Iob.20.c.*

Leuare baculum,aut signum,& similia, est baculum mouere. *Isa.10.f.* baculum suum leuabit super te.

Leui, Leuites.

LEVI, id est,copulatus, vel assumptus: filius Iacob & Liæ,à quo descenderunt sacerdotes veteris legis, & ab eo dicti sunt Leuitæ minores sacerdotibus,& ipsorum sacerdotum ministri.

Qui cum sacerdotibus non acceperunt hæreditatem in terra,vt reliquæ tribus,sed in singulis tribubus decretæ fuerunt illis ciuitates. Fuerunt autem dati pro primogenitis filiorum Israël.

Leuites,hoc est, copulatus vel assumptus, dici potest *l* Christus,secundùm quòd verbum assumpsit humanam naturam,& in ea nos redemit.

Leui, hoc est, assumptus, est *m* populus fidelis. Vnde eliguntur sacerdotes, qui ministrent Domino, & per suam doctrinam copulent omnes sanctos Christo. *Genes.29.g.Ezech.40.g.*Designat etiam sacerdotes nouæ legis, in quibus est lex veritatis. *Malac.2.b.3.a.* Et Leuitæ *n* sunt ministri Ecclesiæ, qui assumpti sunt ex Gentibus in obsequium Dei. *Exod.4.d.38.c. Psalm.134.Isa.66.g.* Secundùm Ambrosium Leuites interpretatur,ipse meus: quia ministri Ecclesiæ sunt dedicati Deo,& eius dicuntur peculiariter esse. *Deut.31.a.*

Leuitæ,hoc est,assumpti sunt, *o* qui sic sunt diuina gratia confirmati, vt à sancto Spiritu iam separari non valeant,perfecti videlicet, quia non parcunt patri & matri propter Deum. Et Leuitæ quinquagenarij, qui fiunt custodes vasorum, sunt prælati. Leuitæ verò iuniores ministrantes, sunt subditi. *Exod.32.f.Num.3.b.4.a.Iosu.13.b.1.Reg.6.c.*

Leuitæ non recipientes hæreditatem in terra, sunt *p* contemplatiui pendentes à Deo,& à terrenis segregati, quorum conuersatio in cœlis est. *Num.35.a.Deut.18.a.Iosu.24.b.*

Leuitæ, quorum domus redimi possunt. *Leuit.25.e.* sunt *q* Apostoli,& eorum discipuli,quorum domus sunt, qui conuertuntur ex Iudæis, & ita redimuntur. Vel designant *r* mentem perfectam intellectu & opere in fide, quæ si peccet, redimi potest & reformari per pœnitentiam in hac vita. Et Leuitæ dati Deo pro primogenitis filiorum Israël,sunt opera mentis,quæ peculiariter sunt danda Deo potius quàm aliarum potentiarum. Et Leui, vt dicitur applicatus,vel appositus,& erat filius Liæ, designat *s* applicationem manus ad opera vitæ actiuæ.

Leui, vt erat tertius filius Liæ, designat spem, quæ sequitur post timorem & dolorem pœnitentiæ,inde enim erigitur homo in spem veniæ.

Leui etiam, typus est *t* sacerdotum veteris legis,qui cum Simeon, hoc est, cum Pharisæis occiderunt virum, nempe Christum, & dicuntur vasa iniquitatis bellantia. *Genes.49.a. Zach.12.d.*

Leui etiam cum Simeon, *u* gulam & libidinem designant,quæ pugnant aduersus mentem,eamque occidunt. *Genes.49.a.*

Leuiathan.

LEVIATHAN, id est, copulatio,vel *x* societas sua, aut sibimet traditus, dicitur, draco magnus in mari, qui & thannin, quem volunt Hebræi eundem esse, quem nos cetum dicimus. Interpretatur etiam iuxta Gregorium, additamentum eorum.

Leuiathan,typus est diaboli,qui dicitur additamentum hominum,*y* quia quos in paradiso immortales reperit, diuinitatem promittendo, quasi eis aliquando vltra quàm erant, se addere spopondit, & tamen immortalitatem subtraxit,vt dicatur additamentum per antiphrasim & ironiam. *Isa.3.b.40.c. Isa.27.a.*

Leui, Alleuiare.

LEVE dicitur id,quod est sine pondere,aut quod parum habet ponderis,quodque facile sursum attollitur, vt ignis est leuis,qui supremum habet locum inter elementa.

Leuis nubes,super quam ascendisse dicitur Dominus, *z* carnem Christi significare potest, vel beatam virginem Mariam, quæ nullo fuit grauata peccati onere, nec etiam sensit coniugij onera, manens in perpetua virginitate. *Isa.19.a.*

Leues Christi,sunt *aa* præcepta moralia, non in timore,sed in amore firmata. *Matth.11.d.*

Alleuiata terra Zabulon & Nephtalim dicitur,per conuersionem Apostolorum, qui ex illis partibus erant, & per remissionem peccatorum, quia ibi Christus prædicare cœpit. *Isa.9.a.*

Leuis cursor in malum dicitur, *bb* qui prono animo in vitia & in libidinem fertur. *Iere.2.e.* Et leuis pluſquam superficies aquæ est mens,quam quælibet tentationis aura attingendo,sine tarditate aliqua retractationis trahit. *Iob.24.a. Habac.1.b.*

Leuiter loquitur,qui ratione non ponderat verba, quæ loquitur. *Iob.29.d.* dicebat Iob se leuiter loquutum.

Lia.

LIA, id est, laboriosa vel fatigata, filia maior Laban, tradita Iacob fraudulenter loco Rachelis, quam etiam postea duxit.Erat Lia lippis oculis,peperitque Iacob sex filios,& filiam Dinam.

Lia prius tradita Iacob,typus est *cc* disciplinæ virtutis, & affectionis, ac vitæ actiuæ: quæ debet contemplatiuam præcedere. Supposita est enim Lia pro Rachel, quæ adamatur & non propter eam seruitur, sed propter Rachelem: nam quis amauerit in operibus rusticis laborem actionum atque passionum,quis eam vitam propter seipsam expetiuerit? Sed tamen sibi nocte suppositam in vsum generandi amplexus, & fœcunditatem expertus est. In nocte enim huius vitæ prius laborandum est in vita actiua. Peperit ergo multos filios, quia versatur in excitatione operum misericordiæ. Vt autem interpretatur laboriosa,significat *dd* ipsa opera pœnitentiæ,& laborum. Et vt dicitur lassitudo, est exercens fortia virtutis opera, & leuia nolens videre. *Genes.29.d. 30.31.49.d. Ruth.d.c.* designat etiam *ee* vitam præsentem laboriosam. Erat autem lippis oculis,quia mens occupata in operibus exterioribus,turbatur erga plurima,vt nõ possit perfectè vacare, & oculo interiori diuinis intendere,& videre quam suauis est Dominus.

Lia,vt erat lippis oculis,*ff* synagogã significat,quæ vix poterat mysteria legis perspicere,& ipsa fuit supposita Christo ante Ecclesiam, adeò vt dixerit ipse: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël, secundum quod laboriosas designare potest Ecclesiam ex Gentibus,supposita est pro Rachel, quia populus quem non cognoui,

ff *Ambro.2.de Iacob.& vita beat. Hier.adu.Iou.& s.Soph.3. Bed.s.Gen.30. Rup.7.s.Gen.26. Philo. de congressu, &c.*

Laudare Deum.
Adiuuare infirmos.
Opprimere pupillum.
Diabolus ad perdendas Gentes.
Auertens aliquos à fide.
Faciens diuisionem in Ecclesia.
Fauens peccatis.
Laudantes hæretici errores suos.
Conuincentes hæreticos.
Extollentes iniquitatem.
Dispersio Iudæorum.
Persequentes Ecclesiam.
Erigi in superbiam.
Christus.
Populus fidelis.
Sacerdotes nouæ legis.
Ministri ecclesiæ.
Perfecti.
Prælati.
Subditi.
Contemplatiui.
Apostoli.
Mens perfecta.
Opera mẽtis.
Spes.
Sacerdotes legis veteris.
Gula & libido.
Diabolus.
Caro Christi.
Virgo Maria.
Præcepta moralia.
Prænus in vitia.
Disciplina virtutis, & affectionis
Vita actiua.
Opera pœnitentia.
Vita præsens.
Synagoga.
Ecclesia ex gentibus.

a *Hie.s.Is.42.*
b *Lyr.s.Exod.23.*
c *Gre.21.mor.14.*
d *Hie.s.Ier.4. & s.Ho.4.*
e *Gre.s.1.Re.1.*
f *Glo.int.sup. Ezec.33.*
g *Lyr.s.Amos 4.*
h *Hier.s.Zac.5. Gr.14.m.18. Rup.s.Za.5.*
i *Hier.s.Zac.12.*
k *Greg.9.mo.41.*
l *Ambr.2. de Cain.3.*
m *Gre.s.Ezec. hom.22. Bed. sup.Gen.30.*
n *Hie.s.Matt.2. & s.Is.66. Amb.1.off.50.*
o *Gr.5.m.23. Ru.2.De.13. Am.s.ps.118. serm.8. Gre.s.1.Re.6. & 2. dial. 2.*
p *Or.s.Nu.h.3. Ori.s.Num.h.21.& s.Io.ho.17.*
q *Ori.s. Leui. ho.13. Isyc.s. Leu.25.*
r *Phil. de sacrifi. Abel. & Cain.*
s *Georg.Vene. Cant.2. tom. 7.cap.6.*
t *Ricar. de S. Vict.12.de patriar.19. Orig. s. Gen. hom.7. Amb.de bene. patriar.*
u *Bed.s.Gene. Lyr. sup.Gen. 39.*
x *Hie.s.Is.27.*
y *Gre.4.m.11. & 33.mo.12. & ho.25. Hie.s.Is.27.*
z *Ambr. s.ps. 118.ser.5. & exhor.ad virg. Hie.s.Is.19.*
aa *Hil.s.Matt. Can. 11. Hic. s.Is.9.*
bb *Hie.s. Ier. 2. Gre.16.m.20*
cc *Ric.de 12. patriar.14. Phi.de migra. Abraha. Amb. epist.4. Aug.22.cont. Faust.52.53.*
dd *Gr.s.1.Re. 14.& 6.mor. 28.& s.Ezec. ho.14.*
ee *Geor.Vene. Cant. 3. tom. 7.cap.5. Bed.s.Ge. 29.*

cognoui,seruiuit mihi. Potest etiam Lia laboriosa morum & exercitationem significare, qui in corpore sanitatem,in anima honestatem & iustitiam operatur.

Libanus.

Christus.

Ecclesia. Corpus Mariæ. Gratia Dei. Virgines.

LIBANVS, id est,albus vel candidus,aut thus,vel cordis filiatio, mons altissimus Phœnicis in Syria,& terminus aquilonaris terræ promissionis. Habet nomen à niuium albore,vel à thure,quod ibi plurimum est:estque insignis abundantia cedrorum, quas inde mittebat rex Hiram ad Salomonem ad templi constructionem. Datur & Antilibanus coniunctus Libano,secundum aliquos versus mare, secundum aliquos versus Damascum. Libanus vt producit arbores proceras,& odoriferas,& interpretatur dealbatio,designat Christum,*a* cuius species dicitur, vt Libani.*Cant.* 5.*d.*

Libanus etiam dicitur *b* Ecclesia dealbata, in qua est odor bonorum operum,& oliuæ fructiferæ, & sublimes virtutes tanquam cedri.*Psal.*51.71.*Hos.*14.*e.Habac.*2.*d. Zach.*10.*d.*

Libanus itidem *c* corpus virginis Mariæ,quæ venit de Libano, quando migrauit à corpore mortali, vt coronaretur. *Cant.*4.*b.*

Baptismus.

Libanus, vnde sumuntur cedri ad compingendam nauem Tyri, designat *d* gratiam Dei, vnde omnia proueniunt bona. *Ezech.*27.*a. Cant* 3.*c.*

Orationes. Gentiles. Iudæi. Gentiles. Templũ Hierusalem. Hypocrisis.

Libanus, seu thus, *e* virginum greges significare potest suaui odore, & nitido candore pollentes. *Cant.* 5.*d.* vide *Thus.*

Idololatria. Superbia. Mundus.

Libanus,vt interpretatur dealbatio,*f* baptismum significat,in quo Ecclesia exterius aqua abluitur, & à peccatorum nigredine per Spiritum sanctum,quem recipit & per fidem Christi dealbatur. *Can.*4.*b.d.*7.*b.*

Libanus secundum quod significat thus.significare *g* potest orationes. *Habac.*2.*d.*

Libanus quandoque significat *h* Gentilem populum. *Isa.*29.*f.*60.*c.*

Libanus quoque populum *i* Iudæorum significare potest: Antilibanus verò gentilem populum in Ecclesia pro synagoga succedentem. Templum etiam Hierusalem Libanus dicitur, & Libanus non sufficiet ad succendenda holocausta,quod quantum ad literam, est ligna Libani non sufficere ad succendenda holocausta.*Isa.*33.*b.*35.*a.* 37.*e.*40.*d. Iere.*22.*e.Ezech.*17.*a. Zach.*11.*a. Cant.*4.*d.* 5.*d.* Iniquitas Libani, est *k* hypocrisis sacerdotum & Pharisæorum in templo. *Hab.* 2.*d.*

Libanus etiam significat idololatriam,quia ex cedris,quæ plurimæ sunt in Libano,formabantur idola, & quia thus idolis offerebatur. *Can.* 4.*b.*

Libanus,vt est mons excelsus,& proceris cedris abundans, *l* superbiam terrenumque tumorem significare potest,vel hunc mundum, in quo sublimis est Assur, hoc est, Lucifer, vel Antichristus, & omnia sublimia huius mundi. *Psal.*28.36.71.*Isa.*10.*g. Iere.*22.*e.Ezech.*31.*a.* In Libano,hoc est,in candore huius mundi sunt cedri, quas plantauit Deus,sunt & cedri,quas ipse non plantauit,quæ eradicabuntur. *Psal.*103.

Libare,Libamen,Libum,vide Sacrificare.

Libens, Libenter.

Auarus.

LIBENS dicitur voluntarius & gaudens,hoc est, qui prono animo aliquid facit, aut admittit. Et libenter facit aliquid,qui non grauatè,sed æquo animo facit.

Libenter accipit munera,*m* qui ardet igne auaritiæ,vel qui plus sibi retribui appetit,vltra meritum laudari desiderans,& munus ab ore quærens. *Iob.*15.*d.*

Liber, Volumen, Codex.

Verbum Dei. Prædestinatio.

LIBER propriè, corticis genus est, vnde chartæ fiebant ad scribendum,vnde factum est vt codices,qui inde sumpserunt initium, nunc libri dicantur, qui ex multis chartis compaginantur. Dicuntur etiam volumina, à voluendo.

Liber aliquando dicitur *n* Verbum Dei,in quo insculptæ sunt rerum omnium substantiæ seu ideæ: & hic est liber generationis cæli & terræ:quia secundum quod in illo sunt exemplari producuntur. *Genes.* 2.*a.* Liber quoque Dei,in quo omnia scribuntur,dici potest memoria Dei. *Psal.* 138. Dicitur autem liber viuentium, hoc est, existentium in gratia:& liber iustorum,hoc est,beatorum. *Psalm.* 67. Et liber quem scripsit Deus, est liber prædestinationis. *Exod.*32.*g.* Et liber in quo scribuntur agri,est liber vitæ. *Ieremiæ.*32.*g. Apocal.*13.*c.*20.*d.*

Christus.

Liber scriptus intus & foris,'dici potest *o* Christus in quo est diuinitas & humanitas, estque signatus sigillis septem. *Apoc.*5.*a.*

Genesis.

Liber iustorum dicitur *p* liber Geneseos,in quo multi scribuntur iusti. *Ios.*10.*b.*2. *Reg.* 2.*c.* Vel dicitur tota sacra Scriptura,sicut & liber bellorum Domini. *Num.* 21.*c.*

Vetus testamentum. Psalterium. Tota sacra Scriptura. Nouum testamentum.

Liber,in quo Deus iubet scribi ob monimentum,*q* vetus testamentum significare potest. *Exe.* 17.*d.* Et liber,in cuius capite scriptum est de Christo, dici potest Psalterium, vel *r* tota sacra Scriptura, quæ liber vnus dicitur, quia vno Spiritu sancto dictante scripta est. *Psal.*39. Et liber signatus aut inuolutus, est sacra Scriptura, in qua mysteria figuris inuoluta continetur. *Isa.*29.*d. Ezech.* 2.*d.* Et liber scriptus intus & foris est sacra Scriptura continens præterita,& futura,& literam & mysteria. *Apoc.*5.*a.*6.*d.* 10.*a.* Et liber grandinis dicitur prophetia Isaiæ grandia continens,vel tota sacra Scriptura. *Isa.*8.*a.*30.*b.*34.*d.Iob.*19 *d.*31.*d.* Dicitur sacra Scriptura volumen fœderis,quod pepigit Deus cum genere humano. *Exod.*24.*b.* Continet lamentationes, & carmen,& væ,quia præcipit lachrymas,& prædicat gaudium, & pressuras & angustias indicat. *Ezech.* 2.*d.* Ipsa est volumen volans, quæ, dum de cælestibus loquitur,ad superiora mentis nostræ eleuat intentionem. *Zach.*5.*a.* Potest etiam liber peculiariter nouum testamentum significare,quem librum Iob scribi optabat. *Iob.*19.*d.*31.*d.* Hunc librum designabat ille,quem iussus est deuorare Ioannes. *Apoc.* 10.*d.*

Virgo Maria. Conscientia. Cæli. Memoriæ.

Liber grandis,in quo scribitur stylo hominis, *s* beatam virginem Mariam significat, in qua filius Dei factus est homo. *Isa.* 8.*a.*

Libri aliquando dicuntur *s* conscientiæ,& libri aperti in iudicio erunt corda reuelata. *Daniel.*7.*b.c. Apoc.*20.*d.* peculiariter autem sunt libri vita & corda iustorum, vbi scripta sunt omnia mandata, & tunc erunt aperti,cùm videntes mali mox quicquid non fuerint intelligent.

Libri etiam aperti aut complicati, dici possunt *u* cæli, qui complicandi dicuntur sicut liber. *Isaiæ.* 34.*a.* cùm deinceps post iudicium non amplius scribentur in eis peccata hominum.

Deserès Deus. Deserenda terrena actio.

Liber legis regni,*x* memoriam significare potest.1.*Reg.*10.*d.*

Libellus repudij datus synagogæ,designat *y* Deum derelinquentem synagogam, ita tamen vt ipsa prius à Deo recesserit.Eadem ratione datur libellus repudij hæreticis. *Isa.*50.*c.* Dandus etiam libellus repudij terrenæ actioni. *Deut.*24.*a.*

Volumen volans est,*z* in quo omnia peccata descripta sunt,vt vnusquisque recipiat secundùm opera sua. *Zac.* 5.*a.*dicitur etiam liber monumenti. *Malac.* 3.*d.*

Libri quos misit Merodach ad Ezechiam. *Isa.*39.*a.*

Liber,Libertus,Liberare,Eripere, Eruere, Libertus.

LIBER dicitur, qui seruitutem non seruit,hoc est, qui aut ingenuus natus est, aut ab hero suo libertatem est assequutus, cuius contrarium est seruus. Liberare autem, est ex seruo liberum facere: & generaliter à molestia, damno,vel periculo eripere,ac liberum facere. Liberare etiam,absoluere. *Psalm.*33. De his omnibus liberauit eos Dominus. Custodire. *Psalm.*119. Domine libera animam meam à labiis iniquis. Defendere. *Exod.* 2.*c.*Liberauit nos de anima pastorum. Eripere. *Genes.*19.*f.*Liberauit Lot de subuersione. Saluare. *Iudi.*3.*d.* Liberauit eos Othoniel. Eripere quoque est liberare. *Exod.* 2.*d.* Eripuit me de manu Pharaonis. Defendere. 1. *Reg.* 17.*f.* Dominus qui eripuit me de manu. Auferre. *Genes.* 37.*e.* Volens eripere eum de manibus. Succurrere. *Iob.* 36.*b.* Eripiet de angustia sua pauperem. Eruere etiam est auferre. *Exod.* 6.*b.* Eruim de seruitute. Defendere. *Iob.* 5.*c.* In fame eruet te de morte. Effodere. *Matth.* 5.*d.* 18.*a.* Erue eum, & proiice abs te. Liberare. *Exod.* 18. Eruit me de gladio Pharaonis. Libertus dicitur,qui ex seruo factus est liber.

a *Gr.f. Ca.5.*

b *Ori.f. Ezec. hom.*11. *Hie.f. Ez.*14. *& f. Zac.*10.

c *Ru.f.Can.*3.

d *Hie.f. Ezec.* 27.

e *Hie. aduer. Ioui.* 1.

f *Gre.f.Ca.*4.

g *Hie.f.Ha.*2.

h *Hie.f.Is.*29

i *Orig.f. Iosu. hom.*2. *Hie.f. Isa.* 33. *& f. Ie.*22.*& Ez.* 17.

k *Ru.f. Can.* 45.*& f. Habac.* 2. *Basi. f. psf.*28.*ho.* 12. *Tertu. aduc. Marci.*4.

l *Ba.f.psf.* 28. *hom.*1. *Hie.f. Ier.*22. *Aug. f.psf.* 71. 103.

m *Gr.*12.*mo.* 27.

n *Phi.*1. *alle. Hi.f.psf.*8.68 *Hie.f. Ier.*32.

o *Ber.serm.*1. *resurre.*

p *Hie.f.Is.*44. *Ru.* 2. *de vic. verbi Dei.*18.

q *Ar.f.psf.*39.

r *Hie.f.Isa.*8. 29. *& f.Eze.* 2. *& epi. Samuel quondã Orig.f.Ezech. hom.* 14. *Hil.pro.f.psa.* *Gr.*4.*dia.*44. *&* 27.*mo.*11. *& f.Eze.h.*9. *Au.f.Ap.h.*4. *Ru.*1.*f.Is.*34. *Gr.*15.*mo.*6. *&* 22.*m.*19. *Au.f.Ap.h.*7.

s *Epi.*1.*contr. hæreses.*to.2. *Ori.f.Rom.*14

t *Hie.f.Da.*7. *Gr.*14.*mo.*9.

u *Hie.f.Is.*34.

x *Gre.f.*1.*Re.* 10.

y *Orig.f.Ier. hom.*15. *Hie. f.Ier.*3. *Ru.f. Deu.* 28.

z *Hie.f.Za.*5.

Digitized by Google

Liber inter mortuos, dicitur *a* solus Christus. *Psal.* 87. quia mortem voluntariè susceptam propria virtute resurgendo superauit: vinctorumque catenas laxauit. Ipse est onager dimissus liber: quia factus homo non fuit subiectus legi peccati. *Iob.* 39.*a.*

Liberi Christi reuera sumus *b* omnes Christiani: nemo liber, omnes à seruitute liberati sumus. 1. *Co.* 7.*d.*

Liber propriè, est *c* solus bonus, & amicus Dei. Et liberi à tributo sunt filij Dei: quia filij Dei non sunt serui peccati. *Matth.* 17.*d.* Liber quoque est sapiens & iustus, cui posita non est lex: & facit ea quæ vult, quia odit malum, & eligit bonum. *Ioan.* 8.*d.* Et liber à domino suo, est beatus, qui securus est à peccatis, cum in hac vita potius sit fugitiuus quam liber. *Iob.* 3.*c.*

Liber dicitur peculiariter *d* contemplatiuus, qui soli Deo vacat. *Exod.* 21.*a.* Et liber onager, dicitur is, qui remotus à turbis secularibus conuersatur. Qui aptè liber dicitur, quia magna est seruitus secularium negotiorum. quibus mens vehementer atteritur, quamuis in eis spontè desudet. *Iob,* 39.*a.* Est etiam populus Iudaicus relictus sine vinculis præceptorum legis.

Libera quæ non seruit, sed potius habet sibi seruientes, significare potest *e* charitatem, seu dilectionem Dei, quæ filios gignit liberos, & habentem liberum facit. *Gen.* 21.*a.*

Libera etiam significat *f* nouum testamentum, vel Ecclesiam, quæ filios in libertatem generat, Ecclesiam inquam, tam militantem, quàm triumphantem. *Gen.* 21.*b.* *Gala.* 6. *d.* Et libertas sacerdotum Ægypti, est libertas Ecclesiæ. *Gen.* 47.*f.*

Liberi sunt, qui euaserunt ab erroribus hæreticorum. *Isa.* 58.*b.* Et liberi dimittuntur, qui tolluntur ab imperio malè docentis. *Exod.* 21.*c.*

Libera efficitur mulier capta in bello, cùm fit vxor capientis, & designat *g* sapientiam, quæ semper est libera. *Deuter.* 2.*c.*

Liberans Deus Isaël de Ægypto *h* liberationem fidelium à tenebris huius seculi designauit, vel nunc, vel in fine mundi. *Exod.* 2.*d.* 3.*a.* 12.*d.* 14.*g.* 18.*b.* Liberat etiam de manu Philisthim, hoc est, de potestate dæmonum, quia non nostris meritis, sed eius gratia liberamur. 1. *Reg.* 7.*d.* Et liberat Hierusalem, animam videlicet, vel Ecclesiam. *Isa.* 31.*c.* 35.*d.* Liberat, inquam à captiuitate peccati. *Psal.* 7.17.40.114. Et liberat pauperem à potente, hoc est, humilem à diabolo. *Psal.* 71. Et à potestate tenebrarum. *Colos.* 1.*b.* Et de laqueo venantium, hoc est, à tentationibus dæmonum, vt solet passer fugere audito strepitu. *Psal.* 123. Et ab his qui appropinquant, vt noceant, & ab his, qui oderunt nos. *Psal.* 54.68.90. Et de manu potentioris, hoc est, diaboli. *Ierem.* 31.*b.* Et liberat Christus Ægyptios, hoc est, gentes à diabolo. *Isa.* 19.*d.* 50.*a.* Et eruit Deus de seruitute & de gladio Pharaonis. *Exod.* 6.*a.* Et liberat de Babylone, id est, de confusione peccati. *Mich.* 4.*d.* 5.*b.* 6.*a.* *Iob.* 29.*b.* Liberè auolans passer. *Leui.* 14.*a.* dicit solutionem ab omni pœna.

Liberat Deus de tribulationibus *i* tam Filium suum, quàm fideles eius. *Psalm.* 33.56.143. *Iob.* 5.*d.* 17.*a.* 36.*b.* *Zach.* 3.*a.* Et liberat ossa eorum, vel in resurrectione suscitando iustos, vel virtutes, ne pereant in iustis. *Isa.* 58.*c.*

Liberauit Deus patres sperantes in ipsum, & non liberat Filium suum à passione, *k* vt posteris exemplum daret subeundi mortem pro Christo. *Psalm.* 21. Eruit autem Deus Prophetam, non vt patiatur tribulationes, sed vt patiendo superet omnia, nec angustiæ cedat. *Iere.* 1.*b.*

Liberat Deus de sanguinibus eum, *l* in quo peccati fomitem extinguit. *Psa.* 50. & carnalia delet peccata.

Liberat veritas, hoc est, *m* liberos facit, liberat autem à morte, à corruptione, à mutabilitate. *Ioan.* 8.*d.*

Liberat Deus in sex tribulationibus. *Iob.* 5.*c.* quando in *n* toto vitæ præsentis tempore, per paternæ pietatis eruditionem non atterit, vt in aduentu iudicij salui simus.

Eripuit Deus animam Christi ab impio, hoc est, *o* à iugo mortis, & de luto, hoc est, ab inferis, & framea, gladio maligno, hoc est, à linguis Iudæorum, & ab homine malo, hoc est, à Iuda. *Psal.* 16.21.68.139.143. Erutus quoque torris de igne, est Christus existens sine peccato. *Zach.* 3.*a.*

Liberatio Lot facta per Abraham. *Gen.* 14.*c.* designat *p* conuersionem peccatoris factam per prælatum: sic erit Angelus in circuitu timentium Dominum. *Psalm.* 33.114.

Eripit Deus à timore inimici, *q* cùm liberat antequam veniat malum. *Psalm.* 63.142.

Eripi Christum propter inimicos, *r* est ex eo, quia inimici erant à Christo per resurrectionem triumphandi. Et illa liberatio est manifesta, corporis videlicet, quæ fit propter inimicos, vel confundendos vel conuertendos. *Psalm.* 68.

Liberat Deus lanam suam, &c. *Hose.* 2.*b.* cùm *s* tollit dona sua ab eo, qui ipsis abutebatur.

Eruit aliquem ex inferno inferiori, *t* cùm liberat eum à peccatis, quibus debebatur infernus interior. *Psal.* 85. Sic liberat Christus à morte tam animæ, quàm corporis. *Hose.* 13.*d.*

Liberat Iob, pauperem & pupillum, *u* cùm Ecclesia liberat peccatores pœnitentes. *Iob.* 19.*b.*

Erui de manu vastatorum, *x* est liberari à spiritu fornicationis, qui vastat omnes virtutes, & altas mittit radices. 1. *Reg.* 14.*g.* Et liberatur ab aduersario, quem pœnitet peccatorum. *Luc.* 12.*g.* *Psalm.* 59. Liberatur quoque de ore leonis, qui liberatur à diabolo, vel à persecutoribus. 2. *Tim.* 4.*d.* Et duo crura de ore leonis. *Amos.* 3.*d.* Liberat quoque Deus populum suum ab Assur, hoc est, à diabolo, *Mich.* 5.*b.* Et liberat gregem de manu pastorum. *Ezech.* 34.*c.* Sic liberauit Moses filias Raguelis de manu pastorum. *Exod.* 2.*d.* Eruitur à muliere aliena, qui liberatur ab *y* hæreticis. *Prouerb.* 2.*c.*

Liberati dicuntur *z* redempti à Christo: & etiam credentes, vel conuersi ex Iudæis, vel hæreticis. *Isa.* 51.*d.* *Ezech.* 6.*d.*

Liberatio Beniamin, *aa* typus fuit liberationis Pauli in Damasco. *Genesis.* 44.

Liberat animam suam speculator, cùm annunciat peccatori peccatum eius, *Ezech.* 3.*e.* quia verò præueniente diuina gratia in operatione bona nostrum liberum arbitrium sequimur: nosmetipsos nos liberare dicimur, *bb* qui liberanti nos Domino consentimus. *Iob.* 33.*d.*

Liberatos se dicunt *cc* peccatores, & perseuerantes in peccato, cum non statim sequitur eos vindicta. *Iere.* 7.*b.* Et qui implere cuncta, quæ desiderat, per effrenatam libertatem quærit, quasi pullum onagri se liberum natum putat. *Iob.* 11.*c.*

Non liberant augures animas suas de manu flammæ, *dd* quia non possunt infernum euadere. *Isa.* 47.*d.* Ita non liberat aurum & argentum in die furoris Domini. *Ezech.* 7.*f.*

Non est qui eruat de manu Dei. *Isa.* 43.*b.* hoc est, *ee* non est qui impediat, aut irrita faciat, quæ Deus vult fieri.

Eruit eos, qui ducuntur ad mortem, *ff* qui reducit deceptos ab hæreticis, aut in aliud peccatum lapsos. *Prouerb.* 24.*b.*

Liberalis.

LIBERALIS dicitur benignus ac munificus, cui aduersatur parcus & sordidus. Est morale, nec inuenitur in allegoriis.

Liberi, vide Filius.

Libra, Librare, Mna, Bilibris.

LIBRA, quæ & as dicitur, & mna seu mina, & pondo, est mensuræ genus seu ponderis, constans ex duodecim partibus æqualibus, quæ vnciæ dicuntur. Sexaginta autem sicli minam faciunt, & mille ducenti oboli. *Ezec.* 45.*d.* Librare autem & ponderare, est ad æquitatem ponderis reducere.

Mna seu mina, quam dat Deus seruis suis, sumi potest *gg* pro gratia, aut quouis alio dono nobis à Deo tradito ad operandum, & etiam ipsa ratio, seu anima, quæ nobis ad imaginem & similitudinem Dei data est. *Luca.* 19.*b.*

Mna etiam *hh* dispensationem verbi Dei, & doctrinam à Deo traditam significare potest, quæ est proximis communicanda. Minæ verò decem, quas acquisiuit seruus, mystica legis, & moralia probitatis designare possunt. Minæ verò quinque moralia quinque sensibus exercitata. *Luc.* 19.*b.*

Libra vnguenti nardi, *ii* iustitiam designat, ideo libra. Libræ verò centum misturæ mirrhæ & aloes, perfectionem iustitiæ in operibus pœnitentiæ. *Ioan.* 12.*a.* 19.*g.*

a *Hie.* & *Au.* *s.ps.* 87. *Gre.* 30. *mo.* 30.
b *Ambr.* 1. *de Iaco.* 3. *Fulge. epi.* 3.
c *Phi. quòd solus probus libera.* *Ori. s. Matth. ho.* 4. *Am. epi.* 7. *Aug. s. Ioa. tract.* 41. *Gre.* 4. *mo.* 42.
d *Cyr.* 6. *s. Ioan.* 2. *Gre. s. Ezech. ho.* 3. & 30. *m.* 23. *Hie. s. Iob.* 39.
e *Or. s. Ge. h.* 7.
f *Am.* 1. *de Abra.* 4. *Gl. ord. s. Isa.* 58.
g *Amb. epi.* 7.
h *Lact. in lib.* 7. *ca.* 151. *Gr. s.* 1. *Re.* 7. *Ba. s. ps.* 7. 114. *Ar. s. ps.* 71. 90. *Au. s. ps.* 125. *Hier. s. Isa.* 19. & *s. Ie.* 31. & *s. Mich.* 4.
i *Hil. s. ps.* 56. *Gr.* 13. *m.* 16. *Hie. s. Isa.* 58.
k *Au. ep.* 120 *Hie. s. Iere.* 1.
l *Gl. or. s. ps.* 50
m *Au. ep.* 59. & 4. *de Tri.* 19.
n *Gr.* 6. *m.* 18.
o *Ar. s. ps.* 16. *Hil. s. ps.* 68. *Aug. epi.* 120.
p *Ly. s. Ge.* 14 *Bas. s. ps.* 35 114.
q *Hil. s. ps.* 63.
r *Hil.* & *Au. s. ps.* 68.
s *Hie. s. Ho.* 2.
t *Au. s. ps.* 85. *Ru. s. Hos.* 13.
u *Gr.* 19. *mo.* 16.
x *Gr. s.* 1. *Re.* 14. *Ori. s. Lu. ho.* 35. *Hie. s. Amo.* 3.
y *Be. s. Pro.* 2.
z *Hie. s. Ez.* 6.
aa *Lyr. s. Ge.* 44.
bb *Gr.* 24. *mo.* 12.
cc *Hie. s. Ie.* 7. *Gr.* 10. *m.* 15.
dd *Hie. s. Ez.* 7.
ee *Hie. s. Isa.* 43.
ff *Bed. s. Pro.* 24.
gg *Hie. s. Ex.* 45. *Am. s. Lu.* 19.
hh *Ori. s. Ma. hom.* 7. *Amb. s. Lu. hom.* 19.
ii *Au. s. Ioan. tract.* 50.

Christus.
Christiani.
Bonus.
Sapiens.
Beatus.
Contemplatiuus.
Populus Iudaicus.
Charitas.
Nouum testamentum. Ecclesia.
Euadentes errores.
Sapientia.
Liberat Deus à tenebris seculi.
Liberat à tribulationibus.
Non liberauit filium in exemplum.
Extinctio fomitis.
Liberos facit veritas.
Liberãs Deus in hac vita.
Liberatio Christi varia
Conuersio peccatoris.
Seruans Deus à venturo malo.
Resurrectio Christi.
Tollens Deus sua dona ab abutentibus.
Liberans à peccatis.
Liberat Ecclesia pœnitentes.
Liberans à spiritu fornicationis.
Redempti.
Liberatio Pauli.
Consentiens Domino liberanti.
Libertas peccatorum.
Ineuitabilis vindicta peccatorum.
Reducere deceptos.
Gratia.
Anima.
Doctrina.
Mystica, & moralia.
Iustitia.

Digitized by Google

Liberat Deus fontes aquarum. *Prou. 8. c.* cùm dat prædicatoribus gratiam doctrinæ & sermonis in mensura. Sic liberat in pondere montes singulorum dona & merita & dimetiens. *Isa.40.a.*

Liberatio æquè facienda, vt reddantur quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. *Exec.45.e.*

Dans Deus mensuram doctrinæ.

Libya, Libyes.

Haretici. Gentiles.

LIBYA, *a* eadem quæ Aphrica, prouincia occidentalis Ægypto, dicta à Laabim filio Mesraim, interpretatur inflammati, siue flammæ, aut gladij. Est prouincia magna ex parte arenosa, calore feruens & arida. Hebraicè dicebatur *Phur*, id est, de ore, sæuos ab ore. Designant Libyes hæreticos cassa tantum verba, strepitumque sermonum ad ornatum habentes. *Ezech.27.b.38.a. Ierem.46.b.* Designant etiam Gentiles arentes. *Nahum. 3.b.*

a *Hie.s. Eze. & s.Nahu.3.*

Licere, Licentia, Licitum.

Tractare vtrumque testamentum. Munda offerenda.

LICERE, dicitur fas esse, aut facultas aliquid faciendi. Licentia autem quamuis sit libertas immodica, & impunita quædam facultas agendi discendiue quicquid libuerit, quandoque tamen in bonam sumitur partem, vt idem sit quod libertas. Licitum autem dicitur id quod licet, vix habent allegoriam. Licentia emendi frumenta à Ioseph fratribus concessa, si ferrent Beniamin. *Gen. 4.f.*

Licitum vesci in crastinum hostia voto vel sponte oblata. *Iob.7.b.* hoc est, licitum *b* tractare scripturas vtriusque testamenti.

b *Glo.ord.su. Leui. 7.*

Licitum vesci passeribus, qui offerendi erant ad emundationem leprosi. *Leui. 14. a.* ne *c* quid videlicet offeratur immundum.

c *Ly.s.Le.14.*

Licium, Liciatorium.

Vincula Christi.

LICIA, sunt fila, quæ & subtegmina dicuntur, in quibus texentes telas, implicant stamina.

Liciatorium autem est lignum, circa quod licia inuoluuntur.

Licium, quo plexi erant crines Samson. *Iudi. 16.e.* vincula Christi designare potest.

Quasi liciatorium erat hastile hastæ Goliath. *1.Reg.17.a.2.Reg.21.d.1.Paral.11.e.*

Lictor.

Ministri pontificum Iudæorum.

LICTOR, erat minister consulis, aut proconsulis. Dicti sunt autem lictores à ligando, qui virgarum ferebant fasciculos cum securibus, ac quoties iussi erant à magistratibus, quos præibant, virgis cedebant damnatum, aut securi feriebant.

Lictores Saulis, quos misit ad capiendum Dauid. *1.Reg.19.c.* designare possunt ministros pontificum, qui venerunt ad capiendum Iesum: vel ministros Diaboli.

Ligare, Alligare, Circumligare, Colligare, Vincere, Nectere, Connectere, Vinculum, Nexus.

Vnitas Patris & filij. Spem cælestiũ iungere menti. Anima iuncta legi, aut Christo.

LIGARE, est funibus, aut catenis, aut alio vinculo constringere, vel arcere aut retinere. Vinculum autem est generale vocabulum ad ea, quibus aliquid ligatur, vt retineatur. Est etiam vinculum captiuitas. *Isa. 10. a.* Ne incuruemini sub vinculo. Carcer. *Matth. 11.a.* Ioannes cùm audisset in vinculis opera Christi. Charitas. *Col. 3. e.* quod est vinculum perfectionis. Coniugium. *Ruth. 1. b.* Nec apta vinculo coniugali. Ægritudo. *Luc. 13. d.* Non oportuit solui à vinculo isto. Lex. *Ier. 5. b.* Confregerunt iugum, ruperunt vincula. Obsidio. *Ezech. 3. f.* Ecce data sunt super te vincula. Pœna æterna. *Ecclesiastici. 28.c.* In vinculis eius non est ligatus. Præceptum. *Ezech. 21.f.* Inducam vos in vinculis ferreis.

Ligata lamina in fronte pontificis, designare *d* potest vnitatem Patris, & Filij in eadem natura. *Exodi. 28.f. Leuitic. 8. b.*

d *Isy.s. Le.8.*

Dispensans Deus scientiam prædicatorum. Ligata prædicatio vestitutis, & electi noui prædicatores.

Ligare etiam laminam in fronte, est menti adiungere spem cælestium, quia ligatur vitta hyacinthina. *Exo.28.f.*

Alligata mulier viro est *e* anima copulata legi, aut Christo. *Rom.7.a.*

e *Am.s.Ro.7*

Ligauit Deus aquas in nubibus, ne pariter erumperent. *Iob. 26. c.* quando *f* dedit scientiam prædicatoribus, quam secundum exigentiam auditorum dispensarent. Qua ratione dicebat Paulus. *1. Corinth. 3. a.* Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam.

f *Gr.17.m.12 Hie.s.Iob.26.*

Subiiciens Deus principes fidei. Vincula Christi.

Ligauit Deus linguam Leuiathan fune. *Iob. 40. c.* quando *g* per similitudinem carnis peccati ligata est prædicatio vetusti peccatoris, aut erroris. Et ligauit ipsum ab illis Ecclesiæ, quia ad nostram redemptionem veniens, & suos contra mundi superbiam prædicatores mittens, relictis sapientibus insipientes, relictis fortibus debiles, relictis diuitibus pauperes eligit. Demum infirma mundi elegit Deus, vt fortia confunderet. *1.Corinth.1.d.*

g *Gr.33.mo. 13. 21.*

h *Gr.31.m.3. Hie.s.Iob.39.*

Ligauit Deus Rhinocerotem loro suo ad arandum. *Iob. 39. a.* quando *h* superbum principem disciplinæ loris adstrictum, non solum à prauis operibus retinet, sed etiam in sanctæ fidei prædicationibus exercet. Sic etiam alligauit Deus populum Gentilem, ad fidei disciplinam conuersum.

i *Ori.s. Mat. ho. 35. Gre. 30.m.30. Be. s.Ge.49.*

Sanctli in carcere. Peccatores liberati. Existentes in corpore.

Vincula Ioseph, *i* vincula Christi adumbrabant. *Gen.49.c.* Idem designabat colligatio Isaac. *Genesis. 22. b.* Item vincula Samson. *Iudi. 16.b.* Et vincula onagri. *Iob. 39.a.* designant infirmitates Christi, quæ solutæ sunt in eius morte & resurrectione.

k *Hi.s.Ps.68. Gr.4.mo.40. & 26.m.27. & s.Ez.h.12*

Vincti Dei erant *k* Sancti in carceribus, vel existentes in peccato, quos Christus liberauit. *Psal.68. Isa.14.d.* Vincti quoque sunt, qui in hac terrena habitatione premuntur. Sed Sancti sunt vincti cum molestia, cupientes dissolui, vt sint sine molestia: qui & vinciri nunc dicuntur funibus paupertatis. *Iob.3.c.36.a. Psal. 115. Ezech.3.g.*

l *Hie.s.Io.39. Hie.s.Mat.2.*

Lex vetus. Synagoga.

Vincula, quibus ligauit Ioseph fratres suos, & quibus etiam ipse ligatus est, legem veterem significare possunt, quia populus ille sub Dei disciplina astrictus tenebatur. *Gen. 42. c. 49. c.* Idem designant vincula onagri, quæ solui: Deus, *l* cùm liberauit Iudæos à literali obseruatione legis. *Iob. 39.a.* Alligata quoque asina, *m* erat synagoga, quæ iugo legis premebatur, & multis erat irretita vinculis peccatorum. *Matth. 21.a. Genesis. 49.b.*

m *Cy.su. Ge. ho.17. Orig.s. Gen.hom.17.*

Cõuersio Gentium facilis.

Ligasse dicitur Christus pullum ad vitem, quia *n* Gentes cum tanta facilitate ad fidem adduxit, quasi quis ad palmitem vitis asinum alliget: simul insinuans & potestatis excellentiam, & Gentium obedientiam. Magnæ enim mansuetudinis est, quod asinus sustinet se ad palmitem vitis ligatum teneri. Vitis autem doctrina Christi est. *Gen. 49.b. Luc. 19.e.*

n *Be.s.Ge.49 Am.de benedict. Patriar. 4. & s.Lu.19*

Cõpressi motus in Christo.

Ligauit etiam Christus ad vitem, hoc est, ad seipsum, pullum suum, *o* dum esset videlicet in infantia & adolescentia, semper compressos habens appetitus animales, fructificans velut vitis, imò existens ipse vera vitis. Et ad pampinum vuæ, siue ad ramusculum, fili mi, asinam suam, id est, partem animalem iam fœcundam, & à spiritu atque à facie illa superna grauidatam.

o *Ge. Ve. Ca. 1.to.7.cap. 17.*

Coniunctio gratiæ cũ veritate & iustitia.

Ligauit etiam asinam & pullum ad vitem, *p* cùm pietatem & gratiam coniunxit cum veritate & iustitia.

p *Geo. Vene. ca.1.to.c.28.*

Suscipientes reges fidem Christi.

Alligantur reges populorum in compedibus, cum *q* reges suscipientes fidem Christi, sumunt compedes sapientiæ, & retinentur manicis ferreis, hoc est timore, ne peccent. Vel designantur principes hæreticorum, qui reprimuntur, ne multos decipere valeant. *Psal. 149.* vincti manicis pergunt post Christum, qui prius soluti erant ad faciendum malum. *Isa.45.c.*

q *Au.s. psal. 149. Hie.s. ps. 149.*

Repressio hæresiarcharũ. Ecclesia.

Connexum corpus Christi, hoc est, Ecclesia dicitur, *r* cùm in ea inueniuntur varia membra vt pectus sint Apostoli, quasi propinqui capiti Christo: brachia Martyres: manus pastores & doctores. *Colos.2.d.*

r *Gr.s.Ez.ho. 6.*

Beneficia Dei Charitas. Præcepta. Prohibitiones Admonitiones. Disciplina. Cõnexio virtutum.

Vincula charitatis, dici possunt *s* beneficia Dei, tam naturæ, quàm gratiæ & gloriæ. *Hose. 11.b.* Et vincula pacis & perfectionis, sunt charitas, præcepta, & fides. *Iere.2.d.5.b. Ephes.4.a. Colos.3.c.*

s *Ri. de S.Vi. de vulu. cha. Hie.s.Exe.4. & s. Iere. 2.*

Vinculis trahimur, vinculis retrahimur, vinculis astringimur, *t* Vincula attrahẽtia, sunt præceptiones, vincula retinentia prohibitiones: vincula constringentia, sunt admonitiones. Præceptionibus illuc sæpè vrgemur, quo boni operis gressum sine difficultate non dirigimus. Prohibitionibus inde sæpè retrahimur, quò per desiderium properamus. Admonitionibus verò cordium nostrorum hiantia, seu etiam fluxa arctius religamus, cùm voluntates nostras à licitorum etiam vsu sæpè restringimus. Fracturam ligamen astringit, cùm culpam disciplina deprimit: ne plaga vsque ad interitum defluat, si hanc districtionis seueritas non coarctat. Itaque circumligare vulnus, est *u* adhibere pœnitentiæ remedia peccato. Et non alligatur vulnus Hierusalem, cùm hoc remedium non adhibetur. *Isa. 1. b. Ierem. 30. c.* Et alligauit Samaritanus vulnera & contritiones, cum Christus dedit austeriora præcepta ad frænanda peccata, & inordinatos affectus, humanitate, & temperantia. *Luc.10.f. Psal.149.*

t *Ri. de S. Vi. de statu interni.homin.46.*

u *Hie.s. Is.1. 30. Am.s.Lu. 10. Au.s.ps. 146. & de pasto.5.*

Digitized by Google

Et alligabit Dominus vulnus populi sui in resurrectione, cum omnia originalis peccati vulnera tollentur. *Isa.* 30.*f.* Est autem alligatio contritionum propriè in hac vita, nam in futura erit sanitas perfecta. Arguuntur autem mali pastores, *a* quod fractum non alligauerint. *Ezec.* 34.*a.* Demum vincula Domini, sunt quibus ad salutem ligamur. Non est ligatum pannis brachium Pharaonis fractum. *Exech.* 30.*f.* Nexus similis cortinarum, similitudinem & connexionem virtutum indicat. *Exod.* 26.*a.* Idem designat nexus tecti tabernaculi. *Exod.* 36.*b.* Designant hæc etiam connexionem corporis Ecclesiæ per charitatem, & totius corporis cum capite Christo. His affinis est connexio rationalis cum superhumerali. *Exod.* 39.*d.*

Colligare aquas quasi in vestimento, est induere Christum in baptismo. *Prouerb.* 30.*a.*

Vincti spe erant *b* Sancti in limbo: vnde certissima spe liberati sperabant. *Zach.* 9.*c. Ecclesiaste.* 4.*a.*

Ligare manipulos, est bona opera exercere. *Gen.* 37.*b.* Ligare autem verba Dei in manu, est opere illa implere. *Deut.* 6.*b.* Non est autem verbum Dei alligatum, vt non sit omnibus prædicandum, & ab omnibus opere complendum. 1. *Tim.* 2. *b.* Ligat mandata Dei in digitis, qui secundum ea operatur. *Prou.* 7. *a.* Alligare fortem, *c* est vim diaboli reprimere. *Matt.* 12.*c.* Alligatio eius *d* est, vt non permittatur toram exercere tentationem, quam potest vel vi, vel dolo exercere, quasi videlicet cogendo homines, vel fraudulenter inducendo, vel ligatur in cordibus malorum, vel in abysso. *Apoc.* 20.*a.* Alligati angeli in flumine Euphrate, sunt principes hostium Israël, impediti ne nocerent. *Apoc.* 9.*c.*

Ligare testimonium, est *e* relinquere Iudæis clausam legem, vt non possint clausa percipere mysteria. *Isa.* 8.*c.*

Ligatus Ezechiel, *f* obsidionem Hierusalem indicabat. *Exech.* 3. *e.* Et præterea vincula Christi & eius prædicatorum per eosdem Iudæos, tam tempore Christi, quàm tempore Antichristi inferenda.

Ligans Ezechiel in summitate pallij partem capillorum dispersorum, *g* reuocationem partis populi Iudæorum à captiuitate designauit. *Ezech.* 5.*a.*

Vincula huius seculi complura sunt, *h* vincula sunt desideria viuendi, vincula sunt oblectamenta voluptatum, vincula sunt honorum, vincula coniugij. 1. *Cor.* 7.*e.* Sed vincula dirumpenda, sunt *i* passiones, & concupiscentiæ, & peccata. *Psal.* 2. *Nahu.* 1. *d.* Vincula autem Ioannis Baptistæ, sunt pectora perfidorum, veritatem in impietate detinentium. *Mat.* 11.*a. Luc.* 7.*c.* Hæc sunt vincula onagri, quæ soluit Deus, *Iob.* 39.*a.* Et manus mulieris, dicuntur *k* vincula. *Ecclesiaste.* 7.*c.*

Ligare zizania in fasciculos, est eos *l* qui æterno igni tradendi sunt, pares paribus sociare, vt quos similis culpa inquinat, par etiam pœna constringat, & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur. *Matth.* 13.*d.*

Ligare farinam in palliis, *m* est ligare sub iugo vitæ. *Exod.* 12. *f.* quale est illud, Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.

Ligans Samson caudas vulpium, designat *n* doctorem colligentem diuersos hæreticorum errores, vt eos inuicem conferat, & confutet, ligatis facibus argumentorum seu rationum, quibus velut igne comburantur. Ligantur autem in caudis, quia per diuersos errores ad eundem finem perueniunt ignis æterni. *Iud.* 15.*a.*

Alligata vbera, designant *o* sensus rigidos & solidos, & sermonem non defluentem, non alligata verò sunt sensus, & sermo in libidinem defluentes. *Ezech.* 16.*a.*

Ligata, sunt *p* existentes in peccatis, vt asina, & pullus. *Matth.* 16.*a.* 21.*e.* Ipsi dicuntur vincti terræ. *Iere.* 3.*d. Isa.* 42.*b.* 49.*c. Prouerb.* 5.*d.* Et vinculum plaustri, aut colli, est graue peccatum. *Isa.* 5.*d.* 28.*f.* 52.*a. Iere.* 30.*a. Ezech.* 4.*b. Hose.* 5.*d. Psalm.* 2. 67. Et vincula Ioannis Baptistæ, sunt peccata populi Iudæorum. *Matth.* 11. *a.* Et colligatum vinculum super omnes gentes, est *q* mors premens, & peccatum, quibus omnes tenentur obstricti. *Isa.* 25. *c.* 58.*b.* Hæc est colligatio inuenta in viris Iuda. *Iere.* 11.*b.* Possunt hæc referri ad excommunicatos.

Ligantur manus & pedes, cùm virtus incessiua & apprehensoria ligantur. Vel *r* designatur ablata facultas bene operandi. *Mat.* 22.*b.* Ligatus prodiit Lazarus è monumento, hoc est, cum impedimentis benè operandi: quia quantumuis qui à peccato sit liber, tamen quandiu viuimus, manent affectus carnis. Alligata verò facies eius sudario, designabat impedimenta cognoscendæ veritatis. Ligatus autem, quia soluendus, qui *s* confitetur, à ministris. *Ioa.* 11.*f.* Vincti in mendicitate & ferro, sunt qui habent difficultatem bene operandi. *Psalm.* 106.

Alligare os boui trituranti, *u* est non dare stipendia prædicatori. 1. *Cor.* 9.*b. Deut.* 25.*a.*

Vinculis ferreis ligatur improba mens, *x* quando rigore prauæ consuetudinis obdurescens, tam pertinaciter quam audacter assuetis desideriis insistit. *Dan.* 4.*c.* Sic ligati durè sunt hæretici, quia obstinati. *Isa.* 22. *a.* Et mali sunt vincti, cùm comprimuntur à Deo. *Iob.* 36. *b.* Colligata dicitur iniquitas Ephraim. *Hose.* 13. *e.* quia incorrigibilis, & ab vno transibat in alium.

Vincti reges in Ægypto, designant *t* existentes inferno. *Gen.* 40.*d.* Et vinculum est pœna inferni. *Isa.* 10.*a.*

Colligationes impietatis, *y* sunt rationes hæreticorum, quibus capiunt simplices. Vel sunt fœneratorum contractus, quibus ligatos tenent pauperes. *Isa.* 58.*b.* Sunt etiam traditiones Iudæorum contra legem Dei, & ritus Gentilium. Hæc sunt vincula dirumpenda. *Psalm.* 2.

Vincula sacci Beniamin, designabant squamas in oculis Pauli. *Gen.* 44.

Ligauit spiritus Ephraim in aliis, *z* cùm diabolus hæreticorum intellectum detinet in erroribus. *Hos.* 4.*d.*

Colligata dicitur iniquitas Ephraim, *aa* cùm seruatur à Deo quasi in sacculo, suo tempore punienda. *Hos.* 13.*d.*

Ligans obstetrix coccinum in manu Zaræ. *Gen.* 38. *g.* typus *bb* sanguinis Christi, & Sanctorum per Iudæos fundendi.

Baptizati. Sancti in limbo. Bene operari. Repressio diaboli. Ligatur in cordibus malorum, vel in abysso. Relicta lex clausa Iudæis. Obsidio Hierusalem. Vincula Christi & prædicatorum. Libertas Israël ex parte. Varia vincula seculi. Collectio malorum ad ignē æternū. Ligare sub iugo vitæ. Colligere errores confutando. Sensus solidi Peccatores. Excommunicati. Peccata Iudæorum. Mors. Ablata facultas bene operandi. Negare stipendia prædicatori. Prauæ consuetudo. Existentes in inferno. Rationes hæreticorum. Traditiones Iudæorum. Squamæ oculorum Pauli. Detenta mēs in erroribus. Reseruata pœna iniquitas. Effundentes Iudæi sanguinem. Christus. Corpus Christi. Crux.

Lignum.

LIGNVM dicitur tam de arbore viridi, & fructificante, seu infrugifera, quàm de materia ab arboribus cæsa, siue ad vsum foci, siue ad ædificia, seu alia instrumenta.

Lignum in primis significat *cc* Christum, qui est lignum vitæ in medio paradisi. Ipse enim est verè vita, ad quem quicunque manum porrexerit, viuet in æternum. *Gen.* 2.*b.* 3.*d. Prouerb.* 1.*d. Apoc.* 2.*b.* Ipse est lignum plantatum secus decursus aquarum. *Psalm.* 1. Et lignum viride. *Luc.* 23.*e.* 3.*c. Isa.* 65.*d.* Ipse est quoque lignum faciens aquas dulces. *Exod.* 15.*c. Ezech.* 34.*f.* Et lignum præscissum in passione, habens spem in resurrectione. *Iob.* 14. *b.* Lignum quoque scientiæ boni & mali, dici potest Christus homo, qui solus simul & semel gustauit bonum beatitudinis, & malum passionum nostrarum. Nec enim alius quisquam fuit beatus & viator, nisi Christus Iesus. Cuius gradus interdictus fuit Adæ, omnibus aliis concessis. Hoc lignum æmulatus est diabolus, & homo. *Gen.* 3. Lignum, à quo decidit ferrum in profundum, designare potest corpus Christi, cuius anima descendit ad inferos, & postea rediit ad corpus. 4. *Regu.* 6.*a.* Ipse est lignum faciens fructus duodecim. *Apocali.* 22.*a.*

Lignum etiam vitæ dici potest *dd* crux Christi, per quam est reddita vita mundo. *Apoc.* 2.*c.* Eadem est lignum faciens aquas dulces, & faciens potabilem *ee* literam legis, quod etiam dicitur de confessione crucis. *Exod.* 15.*c.* Ipsa est lignum cedrinum, quo purificamur à lepra peccatorum. *Leui.* 14.*a. Ioel.* 2.*e.* Est etiam lignum, quo transeundum est mare huius seculi. *Ge.* 6.*b.* Lignum quoque scientiæ boni & mali, dici potest crux Christi. *Gen.* 2. *a.* Et ligna holocausti, quæ ferebat suis humeris Isaac, apertè designant crucem Christi, quam ipse suis humeris baiulauit. *Gen.* 22.*a.* Et ligna composita super altare. *Leu.* 1.*b.* 3. *Reg.* 18.*f.*

Eandem significauit lignum quod fecit supernatare ferrum. 4. *Regu.* 6. *a.* Lignum in pane Christi fuit, cùm corpus eius affixum, est cruci, quæ etiam ponitur in pane, cum eius doctrina ex cruce non mediocriter firmatur. *Iere.* 11.*d.* Ipsa est lignum per quod fit iustitia. *Sapien.* 14.*a.* Hanc designant duo ligna, quæ collegit vidua Sareptana. 3. *Reg.* 17.*b.* Est enim colligenda nobis crux in hac vita vt moriamur peccato. Lignum etiam in quo suspensus est serpens æneus quem aspicientes à morsibus serpentum liberabantur. *Nume.* 21.*c.* apertissima est figura crucis Christi.

a *Cy. f. Ioa.* 5. *Chry. aduer. Iudæos. ho.* 5.
b *Au. epi.* 49. *q.* 5. *Hie. f. Zac.* 9.
c *Ori. f. Mat. hom.* 24. *Bed. f. Pro.* 7. *Hil. f. Matth. Can.* 12.
d *Au.* 2. *ciuit. Dei.* 8. *Gre.* 18. *mo.* 27. & 32. *m.* 12. & 2. *pasto.* 6.
e *Hie. f. Is.* 8.
f *Hie. f. Ez.* 3. *Gr. f. Ez. h.* 12.
g *Hie. f. Eze.* 5.
h *Am. f. psa.* 118. *se.* 3. & *f. Lu.* 7. *Ori. f. Ge. ho.* 9.
i *Gre.* 30. *mo.* 23.
k *Hie. f. Ec.* 7.
l *Gr.* 9. *m.* 47.
m *Bed. f. Exo.* 12.
n *Ori. f. Can. hom.* 4. *Aug. f. ps.* 80.
o *Ori. f. Ez. h.* 6.
p *Ori. f. Mat. hom.* 1. 4. 14.
q *Hie. f. Is.* 5. 42. & *f. Eze.* 4. *Arn. f. ps.* 2. *Aug. f. ps.* 58. *Ori. f. Ie. h.* 6.
r *Ori. f. Matt. hom.* 20. *Am.* 2. *de pœniten.* 7. *Au. de vera relig.* 54. & 83. *q.* 85. & *f. psa.* 106. & *f. Ioa. tract.* 9.
s *Cyr.* 7. *f. Ioan.* 23.
t *Gl. ord. sup. Deu.* 25.
u *Ri. de S. Vi. de secur. conscien.* 25. *Hie. f. Isa.* 22. *Gre.* 26. *mo.* 28. *Ru. f. Ho.* 13.
x *Gl. in. f. Gene.* 40.
y *Hie. f. Is.* 58 & *f. Ier.* 5. *Hila. f. psa.* 2.
z *Hie. f. Ho.* 4.
aa *Hie. f. Ho.* 13.
bb *Gl. in. f. Ge ne.* 38.
cc *Hil. f. ps.* 1. *Au.* 2. *de gen con. Manich.* 8. & *de gen. ad lit.* 5. *Hie. f. Isa.* 65. *Ter. adu. Iud.* & *de bapti. Gre.* 12. *m.* 3. 4. *Bed. f. Gen.* & *f. Pro.* 3. 11.

dd *Geor. Ven. Can.* 1. *tom.* 6. *ca.* 34. & *to.* 7. *ca.* 7. 21. & *Can.* 2. *to.* 2. *cap.* 3. *Aug.* 12. *cont. Faust.* 35. cc *Ori. f. Exo. h.* 7. & *f. Le. h.* 18. *Am. de initia. myst.* 3. & *se.* 23. *Hie. de mansio.* & *f. Ioel.* 2. *Isy. f. Le.* 14. *Ori. f. Io. h.* 8. & *f. Ge. ho.* 8. & *f. Ie, h.* 8. *Au. f. ps.* 30. & *ho.* 18. *Hie. f. Ier.* 11. *Gr.* 12. *m.* 1. & 3. 12. & *f. Ez. ho.* 6. *Aug. h.* 18. & 12. *con. Faust.* 34. 35. & *f. Io. tract.* 2. & *serm.* 101. *Cyr.* 8. *f. Ioan.* 17. *Ruper. sup. Haba.* 2.

Digitized by Google

Christi. Quod & ipse Dominus monstrare dignatus est. *Ioan.* 3. *b.* Lignum inter iuncturas est crux coniugens duos populos. *Habac.* 2. *c.*

Sapientia. Lignum vitæ dicitur *a* sapientia, quæ bonorum omnium mater est. *Prouer.* 3. *c.* Eadem est lignum faciens aquas dulces. *Exod.* 15. *c.* Hoc ligno celebratur festum tabernaculorum. *Leui.* 23. *g.* hoc ligno sternitur templum, hoc est, Ecclesia. *Ezech.* 41. *e.* Porrò cùm dictum est Adæ à Domino: De omni ligno paradisi comede, potest omne lignum sapientiam significare. *Gen.* 2. *c.*

Virtus. Lignum præterea vitæ, *b* est generalissima virtus, quæ dicitur in medio paradisi esse, quia solas bonas formas suscipit. Alia ligna non sunt in medio, quia bonas & malas formas suscipiunt. *Gen.* 2. *b.* Dicitur etiam lignum vitæ pietas inter omnes virtutes eminentissima, per quam immortalis redditur anima. Hæc est lignum reddens aquas dulces. *Exod.* 15. *c.* Ligna quoque Cethim imputribilia, sunt *c* virtutes, & integritas cordis, & firmitas fidei, & castitas, & Sanctorum merita. *Exod.* 25. *a.* 29. *d.* 27. *a.* 30. *a.* 35. *a.* 36. *c.* 37. *b.* 38. *a.* Dicitur autem: apud quem inuenta fuerint ligna imputribilia, quia non omnes capiunt verbum illud. Designant etiam ligna Cethim in arca fœderis, *d* rerum considerationes, & operum tractationes, quæ nullam mentis corruptionem inducunt, quæ sinceritatis & veritatis integritatem custodiunt. Ligna quoque pomifera, sunt opera virtutibus fœcunda vel virtutes operibus fœcundæ. *Leuitic.* 19. *e.* Ligna etiam Libani, sunt virtutes Ecclesiæ, & Sanctorum. *Cant.* 3. *d.* 4. *e.*

Pietas.

Castitas.

Considerationes rerum.

Sacramenta. Lignum vitæ dici possunt *e* sacramenta, quæ conferunt gratiam, quæ est vita animæ.

Fœlicitas. Lignum itidem vitæ, *f* est ipsa æterna fœlicitas, in qua perpetua habetur vita. *Apoc.* 2. *b.*

Lignum scientiæ boni & mali dictum est. *Gen.* 2. *b.* 3. *a.* non *g* quod homini scientiam dederit, sed quia per illud facta est transgressio mandati. Et ex illo postea intrauit scientia & erubescentia, & propterea sic appellatum est. Mos enim est diuinæ scripturæ à rebus contingentibus nomina locis imponere, sicubi res contingant. Itaque non illi de fructu vel pomo, quod inde nasceretur, sed ex ipsa re nomen impositum est, quæ illo contra vetitum tacto, fuerat sequutura. Ideo enim arbor illa appellata est scientiæ dignoscendi boni, & mali, quia homo, qui nollet bonum à malo discernere per præceptum, discreturus erat per experimentum, vt tangendo vetitum, inueniret supplicium. Aliquibus videtur dictum ironicè, propter mendacium serpentis, qui dixit, Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.

Prudentia. Lignum scientiæ boni & mali, dici potest *h* prudentia, quæ discernit res naturaliter contrarias.

Lex. Lignum præterea scientiæ boni & mali, dici potest *i* lex, habens sensum literalem & spiritualem. Ligna quoque læuigata arcæ diluuij, sunt libri sacræ Scripturæ. *Gen.* 6. *c.* Et ligna Cethim, sunt verba sacræ Scripturæ. *Exod.* 25. *a.* Et lignum plantatum secus decursus aquarum, est *k* sacra Scriptura. *Psal.* 1. Et ligna in vtraque parte fluminis, vtrumque testamentum designant cum mysteriis. *Ezech.* 47. *b. Agge.* 1. *b.* Idem designant ligna pomifera. *Leui.* 19. *e.* Item ligna ad incendendum holocaustum. *Leui.* 4. *c.* Et ligna plaustri, sunt doctrina sacræ Scripturæ, & exempla Sanctorum. 1. *Reg.* 6. *c.*

Sacra scriptura.

Scientia. Ligna cætera paradisi, quibus vesci licitum erat. *Gen.* 2. *c.* designant scientias *l* & dogmata simplicium, & exempla, quibus mens nostra licitè pascitur. Et ipsæ scientiæ sunt ligna pulchra visu. *Gen.* 3. *a.* Vt autem ligna quædam sunt frugifera, quædam infrugifera, ita scientiæ quædam sunt vtiles, quædam inutiles. *Psalm.* 1. 103. *Leu.* 1. *b.* 6. *b.* 19. *e. Iere.* 17. *a.* 1. *Corinth.* 3. *c.* Ligna quoque Cethim imputribilia, *m* scientias designant perpetuæ veritatis. *Exod.* 27. *a.* 30. *a.* 35. *a.*

Exempla.

Liberum arbitrium. Lignum scientiæ boni & mali potest etiam *n* liberum arbitrium significare, per quod fertur homo in bonum & malum: estque pulchrum visu propter contemplationem, & suaue ad gustum, propter actionem. De quo qui relicta gratia gustauerit, morte morietur. Ipsa quoque ratio, quæ principium est liberi arbitrij, lignum scientiæ boni & mali dici potest. *Gen.* 2. *b.* 3. *a.*

Ratio.

Hæretici. Lignum præterea scientiæ boni & mali, est *o* hæreticus, cuius doctrina mortifera habet vera & bona permista erroribus: ideò de ea non est comedendum. *Gen.* 2. *a.* Ligna quoque syluarum, quæ sunt infrugifera, excidenda, & in ignem mittenda, sunt hæretici. *Can.* 2. *a.* Ipsi sunt ligna frondosa, foliorum, seu verborum virorem habentia, quia sequuntur voluptates. *Ier.* 3. *b.* Et ligna domus leprosæ, secundum quod habent corruptam doctrinam, erroribus permistam. *Leu.* 14. *d.* Lignum infructuosum, sunt hæretici & mali. *Iob.* 24. *d.* Lignum vitis, hæretici, & doctores mali, inutiles ad opus, sed solum igni inferni tradendi. *Ezech.* 15. *a.* Et lignum Tyri, sunt hæreses, aut hæretici. Et ligna regionis, dæmones vel hæretici. *Ezech.* 26. *c.* 31. *b.* Lignarius artifex, est hæreticus, fabricans errorum idola. *Isa.* 44. *b.*

Doctores Ecclesiæ. Lignum fructiferum, dans vmbraculum & pastum, significare potest *p* doctorem sacræ doctrinæ, secundum varias species, varias docentem & exercentem virtutes. Et eum qui beneficus est ad liberandos eos qui iniuriam patiuntur. *Gen.* 1. *a.* Et ligna læuigata, & quadrata arcæ, sunt doctores Ecclesiæ. *Gen.* 6. *c.* Designant etiam Sanctos, ex quibus constituitur & ornatur Ecclesia. Eosdem designant ligna templi. *Ezc.* 41. *c.* Et ligna, ex quibus fabricatur arca testimonij. Et ligna imputribilia Libani, sunt Sancti & doctores in æternum permansuri. *Can.* 3. *c.* Et ligna campi, sunt humiles in Ecclesia. *Psal.* 103. Et ligna regionis, Sancti in Ecclesia. *Isa.* 55. *d.* Et lignorum diuersitas est diuersitas Sanctorum. *Exod.* 31. *a.* Eosdem designant ligna Cethim. Et lignum cedrinum, est mens incorrupta. *Exod.* 25. *a. Leu.* 14. *a. Ezech.* 31. *f.* Ligna autem syluarum, sunt *q* omnes Sancti comparati Christo. *Can.* 2. *a. Psal.* 95. Et ligna composita super altare, sunt homines baptizati. 3. *Reg.* 18. *a.* Et iustus qui confidit in Domino, & irrigatur gratia Spiritus sancti, est lignum plantatum secus decursus aquarum. *Psalm.* 1. *Ierem.* 17. *b. Ecclesiaste.* 10. *b.* Hoc lignum habet spem resurgendi. *Iob.* 14. *b.* Lignea etiam vasa, dici possunt fortiores, qui non franguntur, sed lauantur. *Leuit.* 15. *b.* Lignum viride, designat Sanctos, aridum verò peccatores. *Ezech.* 20. *g.*

Sancti.

Humiles.

Ligna regionis, sunt *r* homines in genere, ex quibus aliqua sunt confracta à grandine. *Exod.* 10. *f. Ecclesiaste.* 11. *b. Exod.* 15. *a.* 17. *a.* Et homo est lignum, in quo qui pendet, maledicitur. *Deut.* 21. *d.* Et datur in eis lignum sublime, & humile. *Iob.* 14. *b.* Et ligna fructifera, & siluestria. *Can.* 2. *a.* 1. *Cor.* 3. *c.*

Homo.

Angeli. Ligna paradisi & voluptatis, quæ non assimulantur cedro, sunt *s* angeli, qui non se extollunt per superbiam, vt Lucifer. *Ezech.* 31. *c.* Ligna quidem regionis sunt omnes angeli: ligna verò voluptatis, qui consenserunt Lucifero.

Voluptates.

Hæreses & doctrina hæreticorum & philosophorũ.

Ligna frondosa & nemorosa, sunt *t* voluptates, & etiam doctrina hæreticorum, habens verba pompatica, vmbramque foliorum, sine pomis bonorum operum. *Isa.* 57. *d. Iere.* 2. *d.* 3. *b.* 17. *a. Ezech.* 6. *b.* Porrò lignum imputribile putat se eligere hæreticus ad fabricanda idola. *Isa.* 40. *e.* Cùm tamen errores & peccata non aliter sint imputribilia, nisi quia diutius in eis immoratur ignis vindictæ. 1. *Corin.* 3. *c.* Et ligna saltus, est doctrina erronea philosophorum & hæreticorum, habens eloquentiæ folia sine fructu veritatis. *Isa.* 44. *b.* Et ligna doli, sunt materia errorum. *Ier.* 10. *a.* vbi doctrina hæreticorum dicitur lignum ob vtilitatem.

Concupiscentia carnis.

Lignum suaue, seu fructus suauis ligni, concupiscentiam *u* ventris seu carnis indicat: pulchrum autem visu, concupiscentiam oculorum. In hoc autem quod dixit serpens. Eritis sicut Dij, est superbia vitæ. *Genesis.* 3. *a.*

Corpus humanum.

Ligna læuigata arcæ diluuij, corporis *x* humani formam aut figuram significare possunt. *Gen.* 6. *c.* Possunt etiam interiorum motuum mitigationem designare.

Mirigatio motuum.

Ligna, quæ produxit Deus, quæ vmbraculum præbent & pastum significare possunt *y* grauius auxilium proximis præstitum. *Gen.* 1. *a.*

Grauius auxilium proximorum.

Ligna holocausti, quæ portabat Isaac. *Gen.* 22. *b.* designare possunt *z* materiam sensibilem & intelligibilem, quæ sunt obiecta sensus & intellectus. Designant etiam *aa* opera perfecta, quibus fit gratum holocaustum Deo.

Materia sensus & intellectus.

Opera perfecta.

Ligna syluarum sunt Gentiles ad fidem conuersi, & etiam ligna saltus. *Psal.* 45. *Isa.* 44. *d. Eze.* 15. *a.* 39. *c.*

Gentiles ad fidem cõuersi.

Ligna quæ corrodit locusta, sunt *bb* peccatores, aut ipsa peccata. *Exod.* 10. *b.* Hæc ligna sunt nutrimentum

a *Am. de para.* 1. *Hie. s. Za.* 14. *Gre. Nyss. de creatione hominis.*

b *Phi.* 1. *alleg. & de mundi opi. & de migra. Abraha.*

c *Or. s. Ex. ho.* 31.

d *Ri. de San. Vict.* 2. *de arca. mysti.* 2. *Gre.* 8. *mo.* 3.

e *Glo. ord. su. Gen.* 2.

f *Are. s. Apo.* 2.

g *Chry. s. Ge. hom.* 16. *Au.* 8. *de gen. ad lit.* 6. *& s. ps.* 70. *& de ver. Domini ser.* 34. *Ru.* 2. *s. Ge.* 27.

h *Phi. de mũdi opifi.*

i *Ori. s. Ro.* 9.

k *Arn. s. ps.* 1. *Hie. s. Ez.* 47. *Bed. s. Gen.* 2. *Isy. s. Le.* 4. 19. *Gre. s.* 1. *Re.* 6

l *Au.* 2. *de ge. con. Mani.* 9. *Ori. s. Ex. h.* 9 *Phi. de plant. Noe.*

m *Geo. Vene. Cã.* 1. *to.* 7. *c.* 7.

n *Au.* 2. *de ge. con. Mani.* 9. *Phil.* 2. *alleg. Bed. s. Gen.* 7.

o *Ori. s. Ezec. hom.* 8. *Gre.* 7. *m.* 1. *Hie. s. Isa.* 44. *& s. Agge.* 2. *Ori. s. Ca. ho.* 3. *& s. Ie. ho.* 14.

p *Ori. s. Gen. hom.* 2. *Aug.* 15. *ciuit. Dei.* 26. *Gr. s. Ca.* 3. *& s. Ez. ho.* 15. *Bed. s. Ex.* 25. *Arn. s. ps.* 103. *Hie. Isa.* 55.

q *Au. de ouibus.* 14. *Ori. s. Ca. h.* 1. *Ar. s. ps.* 95. *Am. de Eli.* 22. *Gr* 12. *mo.* 3. *Be. s. ca. se.* 48. *Hie. s. Ez.* 20.

r *Ori. s. Ge. ho.* 2. *Gre.* 12. *m.* 3. *& s. Can.* 2. *Geo. Ve. ca.* 20. 7. *cap.* 71.

s *Hie. s. Ez.* 31 *Rup.* 1. *victo. verbi Dei.* 11.

t *Hie. s. Isa.* 40. 57. *& s. Ier.* 2. *& s. Ezech.* 6. *Ori. s. Leu. hom.* 14. *Am. s.* 1. *Co.* 3.

u *Chry. de lapsu primi hominis.*

x *Ambro. de Noe.* 6.

y *Aug.* 13. *confes.* 17.

z *Phi. de prof. Amb. epi.* 63.

aa *Bed. su. Gen.* 22. *Aug. su. ps a.* 95.

bb *Hie. su. Isa.* 30. *Amb. s.* 1. *Co.* 3. *& s.* 1. *Tim.* 2. *Au. enchi. ad Lauren.* 68.

Digitized by Google

ignis inferni,quæ ſunt ligna arida. *Iſa.*30.*g.Ierem.*5.*d.Thren.*4.*b.* Ligna quæ ſuperædificantur,ſunt peccàta venalia grauiora.1. *Cor.*3.*e.Iob.*24.*d.*41.*d.Zach.*5.*b.*12.*b.* vaſa quoque lignea in magna domo,ſunt peccatores in Eccleſia. 2. *Timoth.* 2. *c.*

Peccatores. Peccata. Eccleſia.

a *Ori.ſ.Ezec. hom.*12. *Hie.ſ.Iſa.*56. *& ſ.Eze.*17.

Lignum viride arefactum,ſunt *a* Iudæi,prius virides per legis obſeruationem , poſtea arefacti , cùm remanſerunt in infidelitate.Lignum autem prius aridum,poſtea frondeſcens,eſt Eccleſia ex Gentibus,quæ virorem accepit per fidem & opera. *Ezech.*17.*g.Thre.*4.*b.* Qua ratione lignum aridum non erit eunuchus,hoc eſt , qui abſtinet à vitiis,& cuſtodit ſabbatha Dei,&c. *Iſ.* 65.*b.* Et lignum ſublime humiliatum , ſunt Iudæi : lignum verò humile exaltatum,eſt Eccleſia ex Gentibus. *Ezech.* 17.*g.*

b *Ru.ſ.Can.*1

Ligna Libani , ſignificant *b* corpus ſactæ Virginis Mariæ. Vnde Salomon fecit ferculum , hoc eſt , Chriſtus ſumpſit carnem. *Cant.*3.*d.* Deſignant etiam diuites in Eccleſia , ex quorum eleemoſynis ſuſtentantur pauperes, & in ipſis nidificant. *Can.*4.*d.*

Corpus Beat. Maria. Diuites Eccleſia.

c *Am.de virgin.*3.

Ligna etiam Libani,typum gerunt *c* elementi terræ. *Cant.*3.*d.*

Terra.

d *Hie.ſ.Iſ.*60.

Ligna quæ mutantur in æs,ſunt *d* qui prius erant inutiles in Eccleſia,& fiunt fortes , & cantant & prædicant laudes Dei. *Iſa.*60.*c.*

Fortes ex infirmis.

e *Glo. int.ſu. Leu.*11.

Lignea vaſa,ſignificare poſſunt interdum *e* vitam leuem,& mediocrem. *Exod.*7.*c.Leui.*11.*c.*

Vita mediocris.

f *Hie.ſ.Ex.*37

Ligna duo,quæ habebat Ezechiel in manu,quæ coaluerunt in lignum vnum,ſunt *f* duo populi , qui facti ſunt vnus in Eccleſia. *Ezech.* 37.*c.*

Duo populi.

g *Hie.ſ. Iob.* 41. *Gre.* 15. *mo.*7.

Lignum putridum,deſignat *g* opera mala,& in igne extinguibili vrenda. *Iob.*41.*d.*

Opera mala.

Ligna ſubiicienda altari,ſunt exempla,& præcepta proponenda cordi noſtro. *Leu.* 6.*d.*

Exempla.

Ligo.

Ligo, eſt ruſticum inſtrumentum ad terram fodiendam & ad herbarum radices extirpandas accommodatum.

Mens.

Ligo *h* exornationem propriæ mentis in vita priuata ſignificare poteſt. 1. *Reg.* 13.*d.* Cum filij Iſraël ibant ad Philiſthæos ad exacuendos ligones,hoc eſt,ad profanos authores ad ſcientiam moralem iniquirendam.Vel deſignat labores *i* bonorum operum,in quos mutantur contumeliarum iacula in his,qui conuertuntur. *Mich.*4.*b.*

Laboresbonorum operum.

h *Gr.ſ.*1.*Re.* 13.

i *Hie.ſ.Mi.*4.

Ligones malorſi,quos concidunt in lancea,ſunt *k* opera pacis, quæ aduerſus fideles mutant in inſtrumenta bellica. *Ioel.* 3.*b.* Vel boni concidunt ligones in lanceas , quando labores huius ſeculi poſtponunt Euangelio Chriſti,& verbo Dei.

Opera pacis. Labores ſeculi.

k *Hie.ſ.Ioe,*?. *Rup.ſ.Ioe.* 3.

Lilium.

Lilivm, flos notiſſimus, candore & odore inſignis , de quo Ambroſius , *l* Lilia nullius annui vſus cultum requirunt,nec ſicut erga prouentum fructuum cæterorum, ita etiam erga generationem iſtius floris ſolicitis in orbem redit labor actus agricolis. Quibuſlibet enim ſiccitatib.agri omne illud quod alitur,in florem excreſcit, qui virtute genitali ex ſeſe, atque in ſe ſucci ſemper manentis animatur , ita cùm foliorum puberum caulem videas aruiſſe,floris tamen natura vireſcit. Abſconditur enim viriditas , non admittitur. Aſt vbi vernis fuerit prouocata blandiciis,indumentum germinis,comam floris,lilij ſui reſumit ornatus.

l *Am.ſ. Luc.* 12.

Lilium conuallium dicitur *m* Chriſtus,hoc eſt,corona humilium,& ipſius Gentilitatis , in qua conuerſa multos habuit imitatores. *Cantic.*2.*a.* Eſt autem candidus diuinitate,rubicundus humanitate,& vtrinque habet odorem. Vel radij intra lilium lucentes , deſignant eius diuinitatem : flos verò extra candidus , humanitatem. Lilia quoque in candelabro templi , ſanctificationis eius odorem ſignificant. *Exod.* 37.*c.* Ipſe quoque eſt lilium labij æuei. 3.*Reg.*7.*d.*Liliis comparantur labia ſponſi,propter mundiciam & excellentiam doctrinæ. *Can.*5.*d.*

Chriſtus.

m *Ori.ſ.Can. hom.*2.3. *Am. de virg.* 3.*& ſ.pſ.*118. *ſer.*5. *& ſup. Luc.*12.*Ber.ſ. Cant.ſer.*47. 70. *Cyr.* 4.*ſ. Io.* 28. *Ru.ſ. Can.*5.

Lilia non laborantia neque nentia,ſunt *n* angeli ſuam perfectionem habentes à principio,& candorem gloriæ: quorum claritatibus mundus ornatur , & bonum odorem ſanctificationis aſpirant. Vnde Salomon cum omni gloria ſua non eſt veſtitus ſicut vnum ex iſtis. *Matth.*6.*d.Luc.*12.*d.*

Angeli.

n *Hil.ſ.Mat. Can.*5. *Am. ſ.Lu.*12. *Eu. for.ſpir.* 4.

Lilium inter ſpinas,odorem habens & non ſaporem , comparatur *o* ſponſæ , quæ eſt Eccleſia , quæ imitata eſt Chriſtum, & fulget inter hæreticos:& præcipuè Eccleſia ex gentibus dans bonum odorem fidei & operum. *Cant.* 2.*a.Iſa.*35.*a.* 2. *Cor.*2.*d.*

Eccleſia.

o *Au.epi.*48. *Am.ſ.pſ.*118. *ſer.*5. *Hier.ſ. Iſa.* 35.

Liliũ etiam dicitur *p* anima,quæ Chriſtum imitatur , & per claritatem pudicitiæ & fulgorem ſapientiæ ſplendet & olet inter ſpinas,hoc eſt, inter hæreſes & peccata , quæ dum à mortalitatis radice ad cœleſtem pulchritudinem aſſurgit,& mundiciæ candorem corde & corpore ſibi ipſi cuſtodit , & proximos quoſque bonæ opinionis odore reficit,vigens inter tribulationes & tentationes. *Cantic.*2.*a.* Lilia quoque ſunt Sancti candidi vita , & ex emplis odorem ſuauem ſpargentes. *Can.*4.*b.*7.*a.* qui dicere poſſunt : Chriſti bonus odor ſumus. Poteſt etiam lilium in his locis ſignificare humiles.

Anima.

Sancti.

Humiles.

p *Ori.ſ. Can.* 1.*hom.*2. *Am.ſ.pſ.*118 *ſerm.* 5. *Gr.ſ.Cant.*2. *Bern.ſ.Cant. ſerm.*48. *Gr.*28.*m.*10.

Lilia,inter quæ paſcitur ſponſus,ſunt *q* virgines,& generaliter boni. *Can.* 2.*d.* 4.*b.* 6.*a.* qui dum caſtitatis candorem retinent , per hoc bonæ famæ opinionem proximis quibuſque ſuauiter olent. Ipſæ quoque virtutes lilia ſunt:& peculiariter innocentia, continentia , & patientia. Et in Chriſto veritas , manſuetudo , iuſtitia & omnia eius opera.

Virgines.

q *Hie.aduer. Iouini. Baſi.ſ.pſ.*45. *Gr.ſ.Cã.*2.4. *Bern.ſ.Cant. ſerm.* 70.71.

Lilia flores quidem ſunt pulchri,ſed citò marceſcentes. Vnde deſignant genus humanum:r cuius gloria eſt vt flos facilè marceſcens *Pſal.*44.*in titulo.*

Boni. Virtutes. Genus humanum.

Lilia in candelabro,ſæternam retributionem ſignificare poſſunt. *Exod.*25.*c.* 37.*c.* Et in capitellis columnarum ſupernæ claritatis patriam immortalitatis floribus redolentem,& amœnam. 3. *Reg.*7.*g.*

Gloria cœleſtis.

Lima,Limare.

Lima,eſt inſtrumentum fabrile,quo ferrum,aut aliquid aliud terendo expolitur.

Lima , qua faber expolit idolum , artem dialecticam ſignificare poteſt : qua hæretici ſuos expoliunt errores. *Iſai.* 44. *b.*

Dialectica.

Limatus gladius,quo vtitur Deus ad malorum punitionem,eſt *t* diabolus , qui ſemper paratus eſt ad exequendam vindictam Dei. *Ezec.*21.*c.*

Diabolus.

r *Baſ.ſ.pſ.*44. ſ *Greg.ſ.Eze. hom.* 6. t *Hie.ſ. Eze.* 21.

Limen,Superliminare.

Limen dicitur,quod ex tranſuerſo in ianua eſt,tam in parte inferiori,quæ ſub pedibus calcatur,quàm in ſuperiori. Superliminare autem eſt limen oſtij ſuperius,hoc eſt,lignum ſiue lapis, qui poſtibus ſuperincumbens iugi formam efficit.

Verbum Dei. Chriſtus.

u *Orig.ſ. Iſa. hom.*1.4. *Hieron. epiſ. Et acte.*

Superliminare eleuatum deſignat *u* Verbum Dei,Chriſtum , quod dicitur eleuatum , quando ſublata ſunt impedimenta & velamina veteris legis. *Iſai.*6.*b.* Eleuatum eſt autem loquentibus Seraphim , hoc eſt , dicentibus. Attollite portas principes veſtras. *Pſal.*24.

Limen domus tinctum ſanguine. *Exod.*12.*d.* deſignat ianuam vitæ ſanguine Chriſti tinctam,hoc eſt , baptiſmum , & initium fidei. Super limen poſita erant caput & manus Dagon. 1. *Reg.* 5.*d.* quia *x* in initio fidei debet vnuſquiſque diabolica deſideria conculcare:cui abrenunciatur in baptiſmo. Et qui non calcant ſuper limen, meritò dicuntur ſacerdotes Dagon,quia colunt diabolum. Ingrediuntur quoque ſuper limen, vel tranſiliunt limen,*y* qui colunt errores Gentilium. *Soph.*1. *b.* Poteſt tamen ibi deſignare fidem idololatriæ.

Fides.

Superliminare etiam tinctum ſanguine,ſignificare poteſt *z* intentionem,quæ ſupereminet actioni.Et rationem ſupereminentem concupiſcibili & iraſcibili. Item frontem cruce Chriſti ſignatam. Et præterea ſpem cœleſtium firmatam ſanguine Chriſti. *Exod.* 12.*d.*

Baptiſmus. Intentio. Ratio. Frons. Spes cœleſtiũ.

Superliminare crapulæ,eſt *aa* Eccleſia , in qua eſt refectio ſiue ſaturitas veri agni Chriſti , quæ dicitur ſuperliminare,quia ſanguis agni,qui huius typum gerebat,ponebatur in ſuperliminari.*Zach.*12.*a.*

Eccleſia.

Limen portæ domus Domini latitudinis vnius calami,tacita altitudine & longitudine,deſignat *bb* viam & introitum , quo ad interiora pergendum eſt. Vel deſignat cognitionem myſteriorum , quæ in hac vita ex parte habetur. Deſignat etiam antiquos patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem , qui eſt porta. Vel limen exterius ſunt antiqui patres,qui fuerunt exterius:quia præceſſerunt aduentum Chriſti, quem deſiderabant , & etiam quia per veterem legem prohibebantur opera,& non cogitationes. Limen verò interius,ſunt patres noui teſtamenti,

Cognitio myſteriorum. Antiqui patres. Patres nouæ legis.

z *Au.ſ.Ioan. tract.* 55. *Gre.hom.*21. *Gre.Nyſſe.de vita Moſis. Rup.*2.*ſ.Exo.*

aa *Rup.ſ.Zac.* 12.

bb *Hieron. ſ. Ezec.*40.46. *Greg.ſ. Eze. hom.*15.

Digitized by Google

Vita actiua & contemplatiua.
Litera & ſpiritus.
Deſtructio templi.
Principes ſacerdotum.

admiſſi ad contuenda myſteria, quæ nobis tradiderunt. Vel limen exterius portæ, id eſt, prædicatoris, eſt *a* vita actiua: limen verò interius vita contemplatiua. *Ezech.* 40. *b.* 41. *c.* 46. *a.* 47. *a.* Limen quoque exterius literam legis ſignificat: limen verò interius allegoriam & ſpiritum literæ.

Elcuatio ſuperliminarium, & etiam commotio, *b* deſtructionem templi Iudæorum ſignificauit. *Iſa.* 6. *d.* *Amos* 9. *a.* Et commotionem principum ſacerdotum aduerſus Apoſtolos prædicantes.

Limpidus, vide Clarus, & Lauigare.

Limus, vide Lutum.

Linea.

Linea apud Geometras, eſt longitudo, latitudinis & profunditatis prorſus expers. Eodem nomine appellatur filum illud quo fabri vtuntur ad ſignandam materiam.

Iudicium Dei.
Exempla.
Prædicatio Apoſtolica.

Linea, quam tetendit Dominus ſuper terram, deſignat *c* iudicium Dei, quo dirigebantur in fines Eccleſiæ prædicatores, vt alicubi prædicarent, ab aliis verò partibus arcerentur, ne accederent. *Iob.* 38. *a.* Deſignat etiam exempla Sanctorum, quibus medium tenuerunt, ne ad extrema vitia declinarent.

Linea duodecim cubitorum, cingens columnam. 3. *Reg.* 7. *e.* deſignat *d* normam prædicationis faciendam ſecundum doctrinam Apoſtolorum.

Linere, Linire.

Munimenta charitatis.
Infuſio gratiæ.
Annunciatio miſericordiæ.
Exempla.
Eccleſia.
Populus Iudaicus:
Illatio veræ doctrinæ.
Implere legem vilibus ſenſibus.
Fucantes hæretici errores.
Adulari peccantibus.

Linire, eſt vngere, vel fricare, aut aliquid ſimile, quod digito, vel aliquo inſtrumẽto rei cupiam ſuperinducitur, fricatur, vel imprimitur, ſed tenuiter, non craſsè. Linere autem, eſt rem aliquam mollem alteri inducere. Sed videntur hæc vocabula confundi, & pro eodem accipi.

Linere arcam diluuij bitumine intrinſecus & extrinſecus, eſt *e* charitate Dei & proximi munire Eccleſiam. *Gen.* 6. *e.*

Liniens Chriſtus oculos cæci nati, deſignauit *f* infuſionem gratiæ in mentem. Vel eſt inducens peccatorem in propriæ infirmitatis cognitionem. *Ioan.* 9. *a.* Ad hæc referri poteſt, cùm oculi Tobiæ liniti ſunt felle piſcis. *Tob.* 11. *d.*

Lita oleo lagana indicabant *g* annunciationem futuræ miſericordiæ, quam prædicebant lex & Prophetæ. *Exod.* 29. *a.* *Leu.* 2. *b.* Et liniens Moſes tabernaculum fœderis oleo vnctionis, miſericordiam Dei erga Eccleſiam deſignauit. *Leuit.* 8. *b.* Deſignant etiam *h* exempla benè viuendi, quæ foris proximis oſtendimus.

Vis generatiua patris.
Spiritus ſanctus.
Corpus Chriſti.
Sententia iudicij.
Fauor Dei.
Apoſtoli & prædicatores.
Feruor deuotionis.
Obſcuritas legis.
Lingua Iudæorum.
Lex noua.
Lingua Gentilium.

Litus murus, *i* Eccleſiam ſignificare poteſt. *Amos* 7. *b.* Et populum Iudaicum, qui litus per circunciſionem & cognitionem.

Linere denuo alio luto domum leproſam, *k* eſt deſtructis erroribus, veram doctrinam inferre. *Leuit.* 14. *f.*

Linere bitumine fiſcelam, in qua erat Moſes, *l* eſt munire legem & implere vilibus & carnalibus ſenſibus quod faciebant Iudæi. *Exod.* 2. *a.*

Circumliniens Hieruſalem adultera oculos ſuos. *Ezec.* 23. *f.* deſignare poteſt hæreticos fucantes ſuos errores, vt eos probabiles reddant.

Linere parietem luto abſque paleis & temperamento, eſt *m* promittere ſecuritatem peccantibus, quod faciunt hæretici. Eſt etiam adulari perpetrantibus mala. *Ezech.* 13. *b.* 22. *g.*

Lingere, quare Lambere.

Lingua.

Cor.
Sermo.
Idioma.
Exacta manifeſtatio myſteriorum.
Deſiderium cognoſcendæ veritatis.
Bona opera vitæ præſentis.
Dogmata falſa Philoſophorum.
Blaſphemiæ.
Doctrina ſecularis.
Chriſtus in corde Mariæ.
Non confitens malum.
Iudas.
Linguæ ſuperbæ.
Violenta tentatio.

Lingua membrum hominis nobiliſſimum intra os clauſum, vocibus formandis, dignoſcendiſque ſaporibus deſtinatum.

Lingua Dei, quæ eſt calamus ſcribæ. *Pſalm.* 44. deſignare poteſt *n* vim generatiuam Patris Verbum producentis, quæ dicitur calamus ſcribæ quia protulit Verbum permanens, vel deſignat ſpiritum ſanctum, per quem Deus ſecreta ſua hominibus manifeſtat. Vel eſt corpus Chriſti, quo euacuata ſunt venena ſerpentis. Vel lingua eſt calamus ſcribæ, *o* cum laudat Deum, quæ tunc exultatione repletur. 125.

Lingua Dei erit quaſi ignis deuorans, quando *p* dicet Chriſtus malis in iudicio. Ite maledicti. *Iſa.* 30. *f.*

Lingua ſponſi ſeu Verbi, eſt *q* fauor dignationis eius. Lingua etiam, Chriſti, ſunt *r* Apoſtoli & prædicatores, quæ lingua adhæſit faucibus eius quum Apoſtoli in eius paſſione obmutuerunt. *Pſal.* 21. Lingua Chriſti, & prædicatorum eius ad ſuſtentandum laſſos. *Iſai.* 50. *e.* Et non eſt ſermo in lingua Chriſti, *ſ* cum nec in eo, nec in eius, prædicatoribus eſt dolus. *Pſa.* 138. Lingua autem, aperta locutio. *Iob.* 6. *d.* Lingua canum fit ex inimicis, *t* quum ex Iudæis Chriſtus fecit prædicatores. *Pſal.* 67. Lingua lambentes aquam *u* ſunt perfecti ſermone. *Iud.* 7. *a.*

Lingua ſponſæ, vel animæ eſt feruor deuotionis. Sub lingua ſponſæ, vel Eccleſiæ, vel animæ, eſt mel & lac, *x* cùm habet verba quidem aſpera in correctione peccatorum: ſed quæ latenter quandam dulcedinem quaſi ſub lingua habeant, quibus contriſtari mens poſſit ex benignitate refoueri. *Can.* 4. *c.* Vel deſignatur prædicator, qui tractat ſublimia & moralia, & ea exercet.

Lingua Moſis tardior, & obſcuritatem legis deſignare poteſt. *Exod.* 4. *e.*

Lingua canum erat *y* lingua Iudæorum clamantium crucifige, crucifige. Quæ lingua etiam fuit gladius acutus. *Pſalm.* 56. 63. 67. Eorum linguæ fuerunt diuiſæ aut diſſipatæ. *Pſalm.* 54. *Iſai.* 3. *b.*

Lingua alia eſt lingua noui teſtamenti, quæ & lingua erudita dicitur. *Iſa.* 28. *c.* 50. *d.* *Iere.* 31. *f.* *Cor.* 14. *d.* In linguis apparuit ſpiritus ſanctus, quia linguarum diuiſio erat vnienda in Eccleſia. *Actor.* 20. *a.*

Lingua balborum & mutorum aperienda in aduentu Chriſti, erat *z* lingua Gentilium, qui conuerſi ſunt ad fidei confeſſionem & laudes Dei. *Iſa.* 32. *a.* 35. *b.* Et omnis lingua iurat Deum, cùm omnes Nationes eum confitentur, & laudant. *Iſai.* 45. *d.*

Lingua interdum pro *aa* corde ſumitur, vt cum lingua dicitur cogitare iniuſtitiam. *Pſalm.* 51. Hæc lingua in bonis repletur exultatione. *Pſalm.* 125.

Lingua ſumitur quandoque *bb* pro ipſo ſermone & idiomate: & linguarum diuiſio, fuit diuiſio ſermonum & idiomatum, & ſignificat diſcordiam, & opinionum diuerſitatem, & ſenſus rationi diſcordes. *Geneſ.* 11. *b.*

Linguæ hominum & angelorum. 1. *Cor.* 13. *a.* videntur poni *cc* pro exacta cognitione & manifeſtatione myſteriorum. Linguæ autem hominum & angelorum venient ad iudicium. *Iſai.* 66. *f.*

Lingua areſcens ſiti, deſignat *dd* deſiderium cognoſcendæ veritatis. *Iſai.* 41. *b.*

Lingua Chanaan media inter Ægyptiam, & Hebræam, deſignare poteſt *ee* bona opera vitæ præſentis, quæ media ſunt inter opera mala & opera fœlicitatis. *Iſai.* 19. *c.*

Lingua ſeu regula aurea quam furatus eſt Achan Hiericho, deſignat *ff* falſa Philoſophorum dogmata eloquentiæ fulgore ſplendentia. *Ioſ.* 7. *d.*

Lingua maris Ægypti, *gg* deſignat blaſphemias & idololatriam Ægyptiorum. Deſignat etiam ſcientiam doctrinæ ſecularis erroribus offuſcatam. *Iſai* 11. *d.* *Iob.* 15. *a.* Et hæc eſt lingua Leuiathan, quam Deus funè ligauit. *Iob.* 40. *c.*

Sub lingua ſponſæ erat mel, & lac, hoc eſt, *hh* Chriſtus in corde Virginis Mariæ. *Cant.* 4. *c.*

Sub lingua abſcondit malum, qui *ii* ipſum non confitetur. *Iob.* 20. *c.* Et hypocrita abſcondit malum ſub lingua, quando aſperitatem malitiæ, quæ latet in mente, ſub tegmine blandæ locutionis operit. Malum enim in lingua & non ſub lingua eſſet, ſi loquens hypocrita malitiam ſuæ prauitatis aperiret. Sic, *Pſalm.* 9. Sub lingua eius labor & dolor.

Linguoſus vir, qui non dirigitur in terra, *kk* fuit Iudas. *Pſal.* 139.

Lingua magniloqua, *ll* eſt lingua ſuperba. *Pſal.* 11. Et lingua doloſa, eſt dæmonum ſuadentium manere in peccato, & hæreticorum, & occultè trahentium ad malum. *Pſalm.* 56. 119. Et in lingua agere dolum, eſt verbis ſanctis miſcere peruerſa. *Pſa.* 14. 3. Et lingua reſiſtens Eccleſiæ, eſt hæreticorum. *Iſai.* 54. *d.* Et lingua hoſtium, quæ ignoratur, ſunt fallaciæ dæmonum & hæreticorum. *Ier.* 5. *d.* *Sop.* 3. *c.* Lingua quoque viperæ, eſt *mm* violẽta diaboli tentatio: vel è diuerſo, quia tardius occidius quàm aſpis, eſt lenis & diuturna tentatio. *Iob.* 20. *c.*

Lingua hæreticorum.

Lingua ducum adhæret gutturi ſuo *nn* quando hæretici, & ſi peruerſa loqui libera voce non audent, intus tamen

a *Rup.* 2. *ſ.* *Ezech.* 4.
b *Hie. ſ. Iſ.* 6. *Ru.* 1. *ſ. Iſ.* 29
c *Greg.* 28. *mor.* 9. 13.
d *Gloſ. ord. ſ.* 3. *Reg.* 7.
e *Gloſ. ord. ſ.* *Gen.* 6.
f *Ori. ſ. Iſ. ho.* 6. *Ambr. de vid.*
g *Gloſ. int.* *Leu.* 2.
h *Gloſ. ord. ſ.* *Exod.* 29.
i *Gloſ. ord. ſ.* *Amos* 7.
k *Iſyc. ſ. Leu.* 14.
l *Gloſ. int ſ.* *Exod.* 2.
m *Hier. ſ.* *Ezech.* 13. *Gr.* 18. *mo.* 3.
n *Aug. ſ. pſa.* 44. *& de eſſen. diuin.* *Ambr. apol.* *Dauid.* 13.
o *Hiero. ad.* *Principiam.* *Euch. for. ſpirit.* 1.
p *Gloſ. int. ſ.* *Iſaiæ* 30.
q *Ber. ſ. Can.* *ſerm.* 45.
r *Hie. ſ. Pſal.* 21. *Aug. epiſ.* 120.
ſ *Hil. ſ. pſal.* 138. *Gre.* 8. *mor.* 3.
t *Aug. epiſ.* 59. *& ſ. pſal.* 67.
u *Ori. ſ. Iudi. hom.* 9.
x *Ber. ſ. Can.* *ſerm.* 45. *Gre.* 15. *m.* 5. *& ſ. Cano.* 4.
y *Arn. ſ. pſal.* 57. *Hil. ſ. pſa.* 54. *Hi. ſ. Iſ.* 3. *Gre. hom.* 30.
z *Hil. ſ. Iſ.* 35. *& ſ. Mala.* 1.
aa *Hie. ſ. pſal.* 51.
bb *Gloſ. ord. ſ.* *Gen.* 11.
cc *Hie. ſ. Iſa.* 66.
dd *Gloſ. int. ſ.* *Iſaiæ.* 41.
ee *Hie. ſ. Iſa.* 19.
ff *Ori. ſ. Ioſu. hom.* 7.
gg *Hie. ſ. Iſa.* 11. *Gr.* 33. *m.* 13.
hh *Rup. ſ.* *Cant.* 3.
ii *Gr.* 15. *m.* 5.
kk *Hil. ſ. Pſ.* 139.
ll *Ori. ſ.* 1. *Re hom.* 1. *Arn. & Hil. ſ. pſalm.* 119. *Baſi. ſ. pſ.* 14. *Au. ſ. pſ.* 119.
mm *Gre.* 15. *mor.* 7. 8.
nn *Greg.* 19. *mor.* 14.

Digitized by Google

apud se contegunt cuncta, quæ contra veram fidem proponere falsa moliuntur. *Iob.* 29.*b.* Et lingua persecutorum Hierusalem contabescit in ore, *a* quum non amplius loquitur blasphemias. *Zach.* 14.*c.*

Lingua vna construentium turrim Babel, in malum, est, quum *b* omnes potentiæ in malum conspirant. *Genes.* 11.*a.*

Potentia.

Linum, Lineus, Linteum, Linteamen.

Virtus.

LINVM, est herba, ex qua cannabis modo eliciuntur mollia fila, & nentur in vsum intimarũ vestiũ, vnde dicitur linea vestis. Linteum autem est pannus lineus, & sudarium, quo vtimur ad extergendum. Linum nascitur ex terra, & variis laboribus in telam & candorem deducitur, facilè conquiri potest à pauperibus: & ei, qui hoc induitur, gratum acceptumque est: æstuantem refrigerat, sed & in gelu fouet, qua ratione designare potest *c* virtutes, quæ cum labore acquiruntur, & gratæ sunt habenti: & concupiscentiarum æstus refrigerant, & in tentationum frigore calefaciunt.

Sancti.

Linum quatenus multo labore fit candidum, significare potest *d* Sanctos, qui multis laboribus ad perfectionis apicem deducuntur. Potest eadem ratione fortitudinem eorum significare. Et linum in quo abscondit Rahab exploratores, designat fortitudinem Gentium in suscipienda & retinenda fide. *Iob.* 2.*b.*

Fortitudo Sanctorum, & gentium.

Linum subtile & candidam, *e* subtilitatem scripturarum, & mysticorum sensuum designare potest. Et lineus funiculus in manu mensoris, adumbrat subtiliora præcepta Christi, etiam cogitationes ordinantia. *Exod.* 4.*a.*

Subtilitas scripturarum.

Linum quod ex terra virens oritur, sed longo & multiplici exercitio amittit humorem natiuum, atque ad gratiam noui candoris peruenit, *f* castigationem nostræ carnis designat, cuius dum ingenitas vitiorum sordes per continentiam excoquimus, dignam profecto eam, qua Christum induamus efficimus. *Prou.* 31.*b.* Sic lineæ tunicæ *g* candorem castitatis designant, & etiam linea femoralia, & linea zona. *Exod.* 28.*g.* 29.*a.* 39.*e. Leu.* 6.*b.* 16.*a. Ezech.* 9.*a.* 44.*e.* Et lineum Ephod Samuelis, puriorem vitam ministrorum noui testamenti significat tam in castitate, quàm in aliorum præceptorum subtilitate. 1. *Reg.* 2.*e.* 22.*d. Dan.* 10.*a.* Vel linea tunica ad iustitiam referri potest, feminalia verò ad castitatem.

Præcepta subtiliora. Carnis castigatio. Candor castitatis. Iustitia.

Linea tunica pontificis, *h* carnem Christi significare potest, quæ non est nata de corruptione carnis: sed de terra, hoc est, de Virgine. *Exod.* 29.*a. Leu.* 6.*b.* 8.*a. Ezech.* 9.*a.*

Caro Christi.

Linea cidaris in capite pontificis, *i* coronam gratiarum & donorum Dei in mente designat: idem de vitta. *Leu.* 16.*a. Ezech.* 44. *e.*

Dona Dei.

Linea vestis, potest etiam *k* vitam mediocrem significare. *Leu.* 13.*f.*

Vita mediocris.

Linteum vas *l* Ecclesiam ex gentibus designare potest. *Act.* 10.*b.* Vel designat totam Ecclesiam, & sicut linteum tinea non consumit, ita Ecclesia & eius filij non debent corrumpi immundis cogitationibus. Designat etiam fidem, in qua blandè quiescunt fideles.

Ecclesia. Fides.

Linteamina Christi sumus *m* nos: vel sunt laborum nostrorum lamenta, quæ nunc electos omnes, id est, eius membra constringunt. *Ioan.* 20.*a.* Vel eiusdem Christi infirmitates, quas reliquit resurgendo. Vel ipsam conuersationem, quam cum hominibus habuit.

Lamenta. Infirmitas Christi.

Linteamina, quæ Deus aufert, sunt *n* deliciæ spirituales, quas Deus iratus à peccantibus aufert. *Isa.* 3.*d.* Linum cum lana potest referri ad *o* spiritualia: quæ tamen non debent esse neglectis bonis operibus temporalibus. *Prou.* 31.*b.*

Delicia spirituales.

Linum fumigans, quod non habet lumen, sed fœtorem, designare potest *p* Iudæos exiguum spiritum gratiæ habentes. *Isa.* 42.*a. Matth.* 12.*b.* Designat etiam *q* sacerdotium Iudæorum, quia sacerdotes lineis vestibus vtebantur. Et quia in aduentu Domini charitatis perdidit ardorem quasi amisso igne fidei, non ardens, sed fumigans fuit. Potest etiam significare *r* Gentiles momentaneum quendam ardorem habentes, extinctioni vicinos, qui extincto luminis naturalis ardore, fumi amarissimi, & qui oculis noxius est, tenebrosæque caliginis inuoluebantur erroribus. Designat eos præterea, *s* qui tepidè exequuntur mandata Dei, qui non habent lumen & habent fœtorem, quia tepidi non sunt grati Deo.

Iudæi. Sacerdotium Iudæorum. Gentiles. Tepidi.

Linum potest sacerdotale munus significare. Vnde *Ios.* 2.*b.* Exploratores missi à Iosue in Hiericho in linea stipula delitescentes designarunt *t* iis, qui inuitandi erant, culmen sacerdotale delatũ, sicut Apostolus Petrus dicit. 1. *Petr.* 2.*b.* Vos autem gẽs sancta, regnum sacerdotale. Vel certè, quod in sacramento legis, vbi de sacerdotibus adnotatur, populi huius qui ex gentibus, latebat occulta vocatio.

Sacerdotale munus. Vocatio gentium.

Lineum lumbare Ieremiæ, designat *u* populum Israël de terra sumptum, & Deo peculiariter coniunctum. Designat etiam quemlibet iustum Deo adhærentem. *Iere.* 13.*a.*

Israel. Iustus.

Linum extinctum eos significare potest, qui breuem in hoc seculo prosperitatem habuerunt. *Isai.* 43.*c.*

Linea subucula, *x* mortalitatis potest esse symbolum. *Leu.* 8.*a.* vt cum sacerdotes induũtur ad carnem subucula, meminerint se esse mortales,

Breui prosperitate funeti. Mortalitas.

Lineæ tunicæ Nadab, & Abiu, qui occisi sunt à Domino, designare possunt ostentationem seu apparẽtiam virtutis, quam habent hæretici. *Leu.* 10.*a.* Et linum textum, *y* sunt rationes subtiles, & arte dialectica concinnatæ hæreticorum. *Isai.* 19.*b.* Ipsi habent linum in nigredine perseuerans. *Hose.* 2.*b.* Hoc est linum læsum à grandine in Ægypto. *Exod.* 9.*g.* Linum etiam in veste ex lino lanàque contexta, subtilitatem *z* hypocritarum designare potest. Vestis enim quæ ex lana linoque conficitur, linum interius cælat, lanam in superficie demonstrat. Ideò talis vestis prohibetur. *Deu.* 22.*b.*

Hypocrisis hæreticorum. Rationes hæreticorum.

Fasciari brachium Pharaonis linteolis. *Ezech.* 30.*f.* est *aa* foueri ad recuperandas vires.

Subtilitas hypocritarum. Foueri.

Lippus.

Lippus est, qui est, qui oculos habet lachrymantes, defluente ab eis putredine. In lippis quidem oculis *bb* pupillæ sanæ sunt: sed humore defluente, infirmitate palpebræ crassescunt, quæ quia infusione crebra atteruntur, etiam acies pupillæ vitiatur.

Lippis oculis existens Lia typus est *cc* synagogæ, quæ obscurè videbat mysteria in litera legis lucentia. *Gen.* 28.*d.* Designat etiam vitam actiuam, quæ non perinde videt arcana Dei, vt contemplatiua: quia res terrenæ, in quibus versatur, obscurant oculos ad purè perspicienda spiritualia.

Synagoga. Vita actiua.

Lippus, qui non admittitur ad sacerdotium & ministerium altaris. *Leu.* 21.*d.* est *dd* cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit. Sunt enim nonnulli, quorum sensum carnalis vitæ operatio fauciat, quæ videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed vsu prauorum actuum caligant. Designant etiam *ee* superbos circa pugnas verborum. 1. *Timoth.* 6.*a.*

Ingeniosus sed malus.

Liquescere, Liquefieri, Liquidus.

Liquidum est, quod est molle & fluxum. Liquescere autem seu liquefieri, est liquidum ac fluidum fieri, vt liquescit cera & mel.

Christus factus dicitur sicut *ff* cera liquescens. *Psalm.* 21. quia patuit omnibus opprobriis, nulli resistens. Sed vt liquescens cera non perit, ita nec Christus per passionem periit.

Christus. Sacra scriptura.

Liquescens cera designare potest *gg* sacram scripturam, quæ in litera erat dura & obscura: sed per Christum tanquam per ignem facta est liquida & clara. *Psa.* 21. Liquefieri etiam manna incalescente Sole, est per aduentum Christi scripturæ sacræ obscura aperiri mysteria. *Exod.* 16.*a.*

Deliquium animæ. Emolliens Deus dura cordis.

Liquefacta anima loquente sponso dicitur. *Can.* 5.*c.* quia dum *hh* occultæ locutionis aspiratione tangitur, à statu suæ fortitudinis infirmata, ipso, quo absorbetur, desiderio liquatur, & inde se apud semetipsam fessam inuenit, vnde vltra se esse conspicit fortitudinem quam conscendit.

Opera. Mali in inferno.

Liquefacit Deus chrystallum, *ii* qùm conuertit, & emollit dura corda. *Psalm.* 147.

Liquens, quod bibitur, designare potest opera. *Leu.* 11.*e.*

Sicut cera liquescens, sunt *kk* mali in inferno, qui patiuntur ab igne, dæmonibus resistere non valent: sed non consumuntur. *Psalm.* 57.

Mutatio cœlorum.

Liquescent cœli sicut fumus, non *ll* quia perituri sint, sed quia in melius mutabuntur. *Isai.* 51.*d.*

Amissio fortitudinis.

Liquefactum dicitur, *mm* quod robur amittit, atque ita dicitur liquefieri cor. *Ios.* 7.*b.* Et terra. *Psal.* 74. Et æs, hoc est, fortitudo mundi in iudice. *Ezech.* 24.*c.*

a *Hie. s. Zac.* 14.
b *Phil. de conf. ling.*
c *Isyc. s. Leu.* 16.
d *Ori. s. Iere. hom.* 7. *Hie. prol. s. Ori. in Iesum Naue. & s. Psal.* 86. *Euch. form. spiritu* 8.
e *Gre. s. Eze. hom.* 13.
f *Bed. s. prou.* 31.
g *Isyc. s. Leu.* 6. *Gre. s. 1. Re.* 1.
h *Ori. s. Leu. hom.* 9. *Gre.* 22. *mo.* 19.
i *Hie. s. Ezec.* 44.
k *Glos. ord. s. Leu.* 13.
l *Am. ser.* 67. *Hie. ad Ruft. Aug. de vnit. Eccles. & h.* 45.
m *Gre. h.* 22. *Rup.* 14. *s. Ioan. Gre. Nysse. de res.* 2.
n *Hie. s. Is.* 3.
o *Au. ser.* 217.
p *Hil. s. Mat. Cant.* 12. *Gre.* 33. *m.* 4.
q *Tert. aduc. Iudæos.*
r *Hie. Aglas.*
s *Basi. reg. breu.* 291. *Aug.* 2. *q. in euang. q.* 3.
t *Ori. s. Ios. hom.* 1.
u *Hie. s. Iere.* 13.
x *Glos. int. s. Leu.* 8.
y *Hie. s. Is.* 19. & *s. Hos.* 2.
z *Gre.* 8. *mo.* 39.
aa *Hie. s. Ez.* 30.
bb *Gre.* 1. *past.* 11.
cc *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
dd *Gre.* 1. *past.* 11.
ee *Isy. s. Leu.* 21.
ff *Arn. s. psa.* 21.
gg *Au. epist.* 120.
hh *Gre.* 4. *mor.* 39.
ii *Hie. & Au. s. psalm.* 147.
kk *Lyr. s. ps.* 57.
ll *Hi. s. Is.* 51.
mm *Au. s. ps.* 74.

Digitized by Google

Litera.

Literæ dicuntur minimæ ac indiuiduæ orationis seu potius dictionis partes, ex quibus syllabæ constituuntur. Aliquando autem sumitur litera pro scriptura. Et litera in sacra scriptura, est primus sensus, quem scriptura facit, vt distinguitur contra spiritum vel sensum spiritualem.

Sensus carnalis.

Litera quæ occidit, est *a* sensus carnalis, etiam in nouo testamento. Vel sunt res corporales, quibus si quis nimium adhæreat, perit. Vel occidit litera secundum quod dat præcepta pœnalia. Vel litera occidens, *b* est lex quæ tunc occidit, cùm non adest spiritus viuificans, & quia prohibendo demonstrat peccatum, quo occiditur non obtemperans legi.

Res corporales.

Sunt autem literæ, quas nos scribimus, vt peccati: ad quas pertinet chirographum, quod Christus deleuit. Sunt & literæ quas scribit Deus, vt gratiæ.

Peritia literæ legis.

Literatura est *c* peritia literæ legis, in qua gloriabantur Iudæi de operibus legis non de gratia præsumentes. *Psalm.* 70.

Literatus, Literatura, vide Doctr.

Lithostrotos idem.

Lithostrotos idem est, quod locus lapide stratus: erat locus in prætorio Pilati, vbi protulit sententiam contra Christum. *Ioan.* 19. *c.*

Litigare, Litigiosus, Lites, vide Rixari.

Littus, Ripa.

Fœlicitas Doctrina. Ecclesia. Status clericorum.

Littus, est terra mari adiacens, quæ fluctibus alluitur. Ripa autem crepido, siue labrum amnis, & extrema ora, quæ vtrinque flumine alluitur. Aliquando autem littus sumitur pro ripa & pro littore.

Littus maris, in quo Christus erat, *d* soliditatem & perpetuitam æternæ quietis designat. *Ioan.* 21. *b.*

Ripa fluminis, in qua erat Moses, *e* doctrinam Spiritus sancti designare potest, in qua est lex. *Exod.* 12. *a.*

Littus, vt est refugium naufragorum, designare potest *f* Ecclesiam, aut clericorum statum: ad quos confugere debent, qui in hoc mundo periclitantur. Et sic est locus, vbi zelator defendere potest periclitantes, eosque suscipere. Et designantur per Zabulon, qui dicitur habitare in littore maris. *Gen.* 49. *b.*

Finis mundi. Sterilitas Iudæorum. Cor humanum.

Littus maris, in quo iacebant Ægyptij mortui, *g* finem mundi significare potest. *Exo.* 14. *g.* In hoc littore eligentur boni pisces, eiectis malis. *Matth.* 13. *g. Ioan.* 21. *b.*

Littus maris, sterilitatem Iudæorum, & indignorum Christo designare potest. *Genes.* 22. *d. Matth.* 13. *a.*

In littore, quando impulsa maris aqua refunditur, innumerabiles arenarum minutiæ glomerantur. Quid ergo est littus maris, *h* nisi cor vniuscuiusque in spirituale cõuersatione negligentis; quia dum seculares cogitationes non reprimit, quasi frangentes in se maris fluctus excipit, & cumulos arenarum. 1. *Reg.* 13. *b.*

Liuor, vide Inuidia.

Locare, Conducere.

Locare, est pretio rem vtendam concedere: vt locat equum dominus equi, qui pro pretio vsum eius concedit. Conducere verò dicitur, qui rem vtendam precio accipit. Sic conductus pro mercede est, qui operam suam locat. *Exod.* 22. *c.*

Tradens Deus synagogam & scripturam sacerdotibus. Credens Deus homines. Iudæi. Superbi doctores. Communicantes in peccato.

Locans paterfamilias vineam agricolis, est *i* Deus tradens synagogam sacerdotibus & Scribis. Vel tradens scripturam sacerdotibus & laicis. *Matth* 21. *d. Marc.* 12. *a. Luc.* 20. *b.*

Conducens paterfamilias operarios in vineam suam. *Matth.* 20. *a.* est *k* Deus creans homines ad se colendum per fidem & obseruantiam præceptorum. Qui autem dixerunt, Nemo nos conduxit, id est, ad fidem vocauit, ostenduntur non esse de iis, qui post acceptam fidem peccauerunt, quia illi iam fuerant conducti.

Locantes se pro panibus, fuerunt *l* Iudæi recipientes legem veterem, & expectantes Messiam, sed in esurie remanentes. 1. *Reg.* 2. *a.* Vel locabunt se pro panibus, *m* quando venient ad fidem in fine seculi.

Locantes etiam se pro panibus, sunt superbi doctores: qui per tumorem doctrinæ putant se posse habere munera spiritualium virtutum, sed semper manent in esurie, quia Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. *Sapient.* 1. *b. Et* 1. *Petr.* 5. *b.* Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.

Locant etiam se pro panibus, qui pleni peccatis Eucharistiam sumunt. Vnde non saturantur.

Loculus, vide Feretrum.

Locuples, vide Diues.

Locus, Locare, Collocare.

Pater & Filius.

Locvs, est, quicquid aliud continet: & iuxta Philosophos, est superficies corporis continentis, quum videlicet est locus proprius: nam locus communis multa continet: nec adæquatur rei contentæ. Locare autem vel collocare, est in loco ponere. Locus autem interdum est occasio. *Ephes.* 4. *f.* Nolite locum dare diabolo. Ordo. *Exod.* 25. *d.* Et sphærulæ per tria loca. Situs. *Exo.* 40. *d.* Manebant in eodem loco. Sors. *Exod.* 2. *d.* Adoptauit eum in locum filij. Templum. *Genes.* 28. *d.* Verè Dominus est in loco isto.

Locus non competit Deo, qui non potest loco comprehendi: sed ipse omnia continet loca. Sed per metaphoram datur illi: vt locus Dei, vbi *n* benedicitur gloria Domini. *Ezec.* 3. *c.* dici potest sic, vt filius sit locus Patris, & pater Filij, iuxta illud. *Ioan.* 14. *b.* Ego in Patre, & Pater in me est. Et Dominus egreditur de loco suo. *Matth.* 1. *a.* quum Filius exiuit à Patre, & venit in mundum. Et reuertitur Sol in locum suum, quum Filius regreditur ad Patrem. *Ecclesiast.* 1. *a.* Et locus sapientiæ, est *o* Pater. *Iob.* 28. *d.*

Gloria domini. Misericordia.

Potest & locus Dei, dici *p* gloria domini, & lux inaccessibilis, iuxta illud. 1. *Tim.* 6. *e.* Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, item magnificentia eius & maiestas. *Hos.* 5. *d.*

Locus Dei peculiariter dicitur *q* misericordia, qua ratione dicitur Dominus egredi de loco suo, quum exercet vindictam, quasi deserat misericordiam, quæ sibi est propria. *Isai.* 26. *d. Mich.* 1. *a.*

Spiritus sanctus. Progressus cognitionis Dei. Cœlum. Ecclesia. Anima.

Locus, qui est apud Deum, dici potest *r* Spiritus sanctus, in quo nobis standum. *Exod.* 33. *g. d. Leu.* 4. *c.* 6. *b.* Locus mundus. Vel designat continuum progressum in cognitione diuina.

Locus Dei dicitur, *s* vbi magis apparent diuinæ operationes, siue naturales, siue gratuitæ: vt cœli, Ecclesia, anima, quæ sunt loca, vbi benedicitur gloria Domini. *Psal.* 67. 75. 131. *Isai.* 18. *b. Ezech.* 3. *c.* Et Ecclesia *t* dicitur locus fidelis Dei, & locus sanctificationis Dei, & locus pedum Dei. *Isaiæ* 14. *a.* 22. *g.* 60. *c.* Hæc est locus sanctus, in quo carnes arietis sunt coquendæ. *Exod.* 29. *c. Leu.* 6. *c.* 7. *a.* Hic est locus in quo apparet Deus. *Exod.* 30. *d.* 33. *c.* Et locus in quo mactatur holocaustum. *Leu.* 4. *f.* 6. *b. Deu.* 12. *a.* 14. *c.* 16. *b. Ioan.* 4. *b.* Et locus mundissimus, Ecclesia, vel anima pura. *Leu.* 10. *c.* 14. *d.* Hæc est locus terribilis dæmonibus. *Gen.* 28. *d.* Et terra sancta, in qua apparuit Dominus Mosi. *Exod.* 3. *b. Matt.* 24. *b.* Locus etiam auri, est vniuersalis Ecclesia, qua est vera sapientia: & fideles, qui per tribulationes à peccatorum, sordibus tribulationis igne purgantur. *Iob.* 28. *a.* Ipsa est locus videntium. *Iob.* 34. *c.* Et locus solij Dei. *Ezechiel.* 43. *b.* Et locus pascuæ. *Psalm.* 22.

Synagoga. Deus.

Locus Dei, à quo egressus est, dici potest *u* synagoga: quam reliquit transiens ad Gentes. *Mich.* 1. *a.*

Ecclesia ex Gentibus.

Locus iustorum munitus, est *x* Deus, quia nisi in illo, non sunt securi. *Psalm.* 10. *Ioan.* 14. *b.* Hic est locus non deserendus. *Eccl.* 10. *a.* Locus etiam hominis, quem peccator deserit, est ipse conditor, qui eum vt in se consisteret, creauit. *Iob* 7. *c.* Ipse est locus paratus à Deo in refugium mulieris, & omnium fidelium. *Apoc.* 12. *b.*

Gentilitas.

Locus montis Sion, sunt *y* Ecclesiæ per orbem dispersæ. *Isai.* 4. *b.* Et quia locus erat angustus Ecclesiæ in Iudæa, dilatatus est inter gentes. *Isai.* 4. *b.* 49. *f.* 54. *a.* Et locus sanctificationis nostræ, est Ecclesia. *Ier.* 17. *b.* Et locus in quo est memoria Dei. *Exod.* 20. *d.* Et locus vnus congregationis aquarum, est *z* vna Ecclesia. *Gen.* 1. *b.* Et locus sanctus, in quo stabit abominatio desolationis, est Ecclesia. *Matt.* 24. *b.* Et locus spaciosus ad manendum, qui erat in domo Nachor, designat gentilitatem, quæ libenter suscepit seruos Abrahæ, hoc est, prædicatores Christi. *Gen.* 24. *c. Psalm.* 30. Et locus deserti, & loca arida, *aa* gentilitatem designare possunt: quæ couersa est in fontes aquarum. *Matth.* 12. *d.* 14. *b. Matt.* 6. *b. Luc.* 11. Locus misericordiæ Dei, est gentilitas: cuius culpas districtus iudex, si iustè animaduerteret, ad reconciliationis gratiarum nunquam veniret. *Iob.* 37. *c. Exod.* 33. *d.*

a *Ori. s. Leu. hom.* 7. *Et* 1. *periar. Am. s.* 2. *Cor.* 3.
b *Au. de spiri. & lit.* 4. 5. *Ori. s. Gen. h.* 13.
c *Au. s. psal.* 70.
d *Gre. hom.* 24.
e *Bed. s. Exo.* 2.
f *Bed. s. Gen.* 49. *Ricar. de S. Vict. de* 12. *Patriar.* 43.
g *Au. s. Ioan. tra.* 122. *Euch. form. spirit.* 4. *Glos. int. s. Gen.* 22.
h *Gr. s.* 1. *Re.* 13.
i *Ori. s. Mat.*
k *Ori. s. Mat.*
l *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
m *Rup.* 1. *s. Re.* 5.
n *Hie. s. Eze.* 3. *& s. Eccl.* 1.
o *Gr.* 19. *mo.* 3.
p *Hie. s. Ez.* 3. *& s. Hose.* 5.
q *Hie. s. Isa.* 26.
r *Bas. de spiritu.* 26. *Gre. Nysse. de vita Mosis. Dama. li.* 3. *cap.* 17.
s *Hil. s. psal.* 131. *Hie. s. Is.* 18. 22. *& ad Aglas. Ori. s. Leu. hom.* 4. 13. *Aug.* 2. *Trin.* 17. *& q. in. Exod.* 154. *Gre.* 28. *mor.* 14. *&* 25. *mor.* 14. *& s. Ezech. hom.* 10. *Isyc. s. Leu.* 6. *Hie. s. I. psalm.* 22.
u *Hie. s. Mic.* 1. *Bas. s. Psa.* 32. *Amb. s. Lu.* 21.
x *Aug. s. ps.* 70. *& s. Ioa. tract.* 68. *Gr.* 8. *mor.* 15.
y *Rup.* 9. *s. Apoc.*
z *Ambr.* 3. *Exae.* 1.
aa *Hieron. s. Matth.* 14. *Ori. s. Matth. cap.* 14. *Hil. s. Matth. cap.* 12. *Gre.* 18. *&* 27. *m.* 22.

Digitized by Google

Locus optimus, quem dat Ioseph fratribus suis, est *a* gloria cœlestis quam dat Christus fidelibus. *Genes.* 47. *b.* Hic est locus, quem parauit & fundauit Dominus. *Exod.* 23. *e.* *Psalm.* 83. 103. Et locus sanctus Dei. *Psalm.* 23. Dicitur autem cœlestis Hierusalem locus fluuiorum. *Isai.* 33. *d.* propter abundantiam donorum Dei. Et locus, quem calcant filij Israel, sunt sedes dæmonum ex victoria contra eos in cœlo ab hominibus acquisitæ. *Ios.* 1. *a.* Et locus arcæ, est beatitudo cœlestis. 1. *Reg.* 5. *d.* Dicitur etiam locus sanctificationis nostræ. *Iere.* 17. *b.* Et locus auroræ, vbi clarè videtur Deus. *Iob.* 38. *b.* Et potest peculiariter significare gloriam humanitati Christi debitam. Dicitur etiam locus pascuæ. *Psalm.* 22. Ipse est locus, quem promittit Deus dare filiis Israel, hoc est, fidelibus. 2. *Reg.* 7. *b.* In loco suo habitat Hierusalem cum Ecclesia est in fœlicitate *Zach.* 14. *b.* Locus, in quem cadit lignum, australis quidem est felicitatis, aquilonaris autem infernus. *Eccl.* 11. *a.*

Cœlestis patria.

Locus sanctus, in quo comeduntur panes propositionis, *b* templum est, vel atrium, vel anima munda à peccatis. *Leu.* 24. *b.*

Templum. Atrium. Anima.

Locus sanctus, in quo carnes arietis coquuntur, est *c* sacra scriptura, in qua disponuntur mysteria Christi. *Exo.* 20. *e.* *Leu.* 6. *e.* 7. *a* *Matth.* 24. *b.* Et locus vbi steterunt pedes Christi, est Euangelium. *Psalm.* 131. Et locus pascuæ, est sacra scriptura. *Psal.* 22. Locus cadaueris designat *d* authoritates sacræ scripturæ, in quibus prænunciabatur mors Christi. *Deut.* 21. *a.* Locus, quem calcant filij Israel, literam legis designare potest: super quam ascenditur per sensus spirituales. *Ios.* 1. *a.* Et locus Eli, est lex in qua iacent Iudæi. 1. *Reg.* 3. *a.* Vbi nos habemus in lectulo suo. Et locus peccatoris, est litera legis, cui affixi sunt Iudæi. *Psalm.* 36.

Sacra scriptura. Lex vetus.

Locus non deserendus sabbatho, est *e* status virtutis in tentationibus retinendus: peculiarius autem designatur patientia, sapientia, humilitas, ratio, & ipsum cor seruandum omni custodia. *Exo.* 16. *g.* 18. *d.* 40. *d.* *Eccl.* 10. *a.* Vel locus inferior est ipsum corpus, quod regitur, nec id deserendū in regimine. Vel locus superior, in quo quiescendum, est Deus, qui etiam non est deserendus in tentatione. Et locus, est charitatis affectus. *Gen.* 24. *c.* *Psal.* 30. Et locus vniuscuiusque, est situs bonæ conuersationis. *Ecc.* 1. *c.* Et locus, in quo est standum, est fides integra, & sancta conuersatio. *Psalm.* 5. *d.* Et locus extra castra, est virtus separans à mundana cõuersatione. *Deut.* 23. *c.* Et locus Ionathæ, vel prædicatoris, est honesta conuersatio. 1. *Regum.* 14. *b.* Saxum autem transferri dicitur de loco suo, quum mens sancta, cuius locus iustitia fuerat, impulsu subito transfertur ad culpam. *Iob.* 14. *d.* *Prouerb.* 29. *a.* Ab hoc loco non abierat Ioseph. *Gen.* 44. *c.*

Status virtutis. Cor. Corpus. Deus. Charitas. Bona conuersatio. Fides.

Locus refugij, *f* pœnitentiam significat, ad quam confugere debent peccatores. *Exod.* 21. *b.* Eadem est locus cinerum mundus, quia mundatus à Christo. *Leu.* 4. *c.* In quo autem loco offertur holocaustum, offertur etiam hostia pro peccato. *Leu.* 6. *d.* quia *g* qui offert pœnitentiam, iam imitatur eum, qui totum se obtulit, & in totum recessit à seculo, vnde & holocaustum appellatur eius conuersatio. Locus etiam cinerum, *h* est humilitas qua homo ne extollatur, cognoscit se cinerem. *Leu.* 1. *d.* *Sopho.* 2. *c.*

Pœnitentia. Humilitas.

Locus datus eunuchis in muris Dei, designare potest *i* dignitatem & honorem in Ecclesia datum ijs qui cœlibem vitam gerunt. *Isaie.* 56. *b.* Et locus Eli, est status pastorum & prædicatorum in Ecclesia. 1. *Reg.* 3. *a.* Et locus datus Sauli, in capite conuiuarum designat prædicatorum sublimiorem virtutis statum habere debere. 1. *Regum* 9. *d.*

Dignitas Ecclesiastica.

Locus campestris designare potest *k* statum imperfectorum, & turbarum. *Luc.* 6. *c.* Et loca virentia, sunt teneræ animæ. *Gen.* 41. *a.*

Status imperfectorum.

Locus subter Bethchar, *l* perfectio, quæ à sanctis sub perfectione Christi habetur. 1. *Reg.* 7. *c.* Ideò dicebat Christus. *Luc.* 10. *c.* Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones. Hanc perfectionem habebat Paulus, qui dicebat, Quis nos separabit à charitate Dei? Vel designat terminum vitæ, vnde transitur ad beatitudinem.

Perfectio. Terminus vitæ.

Locus vniuscuiusque, in quo adorat Deum, *m* est mens & conscientia. *Soph.* 2. *b.* Et locus intelligentiæ, sapientiæ, est mens humana, quam Dei sapientia dum repleuerit, sanctum facit. *Iob* 28. *d.* Eadem locus est Solis, qui tunc reuertitur ad locum suum, cùm intelligentia redit ad animam. *Eccl.* 1. *a.* Et locus vulneris auis est mens, in qua est vulnus peccati. *Leu.* 1. *d.* Eadem mens est locus lepræ & maculæ, quando in ipsa est peccatum. *Leu.* 13. *c.e.* Loca humentia, sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiæ, quia replet, fluidas facit. *Iob.* 40. *c.*

Mens.

Locus quem elegit Dominus, in quo offerretur ei sacrificium, *n* est ipsa diuina sapientia, in qua verum cordis sacrificium illi offerendum est. *Deut.* 12. *a.*

Diuina sapientia.

Locus, vnde egreditur leo sunt mentes, in quibus habitat diabolus, & conciliabula hæreticorum. *Ierem.* 4. *c.* *b* Et loca Philisthiim, sunt corda reprobatorum. 1. *Reg.* 14. *c.* Quæ & latera aquilonis dicuntur, vbi sedet Lucifer *Ezech.* 38. *e.*

Corda reproborum. Conciliabula hæreticorum.

Locus peregrinationis, *o* est locus vitæ præsentis, seu ipsa vita præsens, quæ & locus afflictionis dicitur. *Psal.* 43. 118. Et locus in quo effunduntur cineres, est miseria humana, vel sepulchrum. *Leu.* 4. *c.*

Vita præsens. Miseria humana. Sepulchrum.

Locus candelabri, *p* est bona intentio ad benè operandum, & mouetur candelabrum de loco suo, quando fit bonum opus non bona intentione. *Apoc.* 2. *b.*

Bona intentio.

Loca tria in candelabro, fidem Trinitatis significare possunt. *Exod.* 36. *c.*

Fides Trinitatis.

In locum suum abiens Anna, *q* designat regressum ad contemplationem cœlestium. 1. *Reg.* 2. *d.* Designat etiam affectum qualem habebat Paulus, cum dicebat, Cupio dissolui & esse cum Christo. *Phil.* 1. *d.* Et locus in quo dormiebat Samuel, designat rerum cognoscendarum certam notitiam. 1. *Reg.* 3. *b.* Et locus auroræ dici potest altitudo diuinæ contemplationis. *Iob.* 38. *b.*

Contemplatio.

Locus terribilis, designare potest *r* mundum, qui terribilis est authoris magnitudinem considerantibus. *Gen.* 28. *d.*

Mundus.

Locus vnus, in quo congregantur aquæ, designare potest *s* vnitatem formæ substantialis in materia in quo omnes eius proprietates & qualitates congregantur. *Gen.* 1. *a.*

Vnitas formæ substantialis.

Locus etiam, in quo congregantur aquæ, est *t* vbi congregantur mali, qui est infernus. *Gen.* 1. *a.* Et locus eius, qui ignorat Deum, est infernus. *Iob.* 18.

Infernus.

Locum latendi dicitur inuenire clamor Christi in nobis, *u* quando hoc quod mens credit, lingua tacet. *Iob.* 16. *d.* Sumitur autem ibi locus pro occasione.

Non confiteri fidem. Occasio.

Locus tenebrarum, designare potest *x* occulta Dei iudicia: per quæ multi peccatorum tenebris obuoluti, in vitæ suæ termino ad lucem gratiæ reducuntur. *Iob.* 38. *b.*

Iudicia Dei.

In locum alium non feruntur flumina, quum sententia iudicij solos malos feriet, cum quibus non inuoluentur boni, sed ab ea liberabuntur. *Iob.* 14. *c.*

Sententia Dei in malos.

Non erat locus Christo in diuersorio. *Luc.* 2. *a.* vt *y* admoneremur eum secundum alienam naturam esse, qui in alieno reclinabatur.

Natus Christus in aliena natura.

Locus hominis dici potest qualitas conuersationis: *z* vbi vel vitæ genere vel mente consistit, id est disciplina, vel gratia, quam accepit, aut elegit sectari. *Iob.* 8. *d.* 9. *a.*

Qualitas conuersationis.

Loca, de quibus non moti fuerunt Ægyptij, est *aa* status peccati, in quo mali perseuerant. *Exod.* 10. *c.f.* Ab hoc autem loco est ascendendum. *Exod.* 33. *a.* Locus etiam Dagon, est status idololatriæ. 1. *Reg.* 5. *a.* Et locus immũdus, est societas hæreticorum. *Leu.* 14. *f.* Non est autem locus Deo in mensa hæreticorum & Iudæorum, quia non est societas veritati cum mendacio. *Isa.* 28, *b.* Locus vlceris in leproso, actio vel consilium datum ad peccandum. *Leu.* 13. *c.* Et locus castrorum, est vita terrena: & carnis delectatio, *Exod.* 19. *a.* *Iob* 6. *c.* Et locus, de quo mouetur cor expauescens, est delectatio vitæ præsentis. *Iob.* 2. *d.* Et loca amicorum Iob, *Iob* 37. *a.* hoc est, hæreticorum, designant *bb* superbiam, vnde prodeunt hæretici ad impugnandam Ecclesiam. *Iob* 2. *d.* Hæc est locus impiorum, quæ initium est omnis peccati. *Iob* 40. *a.*

Status peccati. Societas hæreticorum. Superbia. Fomes peccati.

Loco genitalia *cc* fomitem peccati designare possunt. *Num.* 25. *b.* Et loca humentia dicuntur membra genitalia, quibus libido designatur, vel loca humentia, sunt opera voluptuosa. *Iob.* 40. *c.*

Status peccatoris.

Locus peccatoris, & qui non inuenitur post mortem, est *dd* vsus eius: cùm Deus ipso vtatur ad bonorum

proba

a *Hie. f. Is.* 33. & *f. Iere.* 17. *Ori. f.* 1. *Re.* 1. & 29. *mor.* 2. *Aug. f. Ps.* 73. *Hie. f. Iob* 38. *Hi. f. Zac.* 14.
b *Isy. Leu.* 22.
c *Orig. f. Mat. hom.* 19. *Hil. f. Ps.* 131. *Hie. f. Ps.* 22.
d *Rup.* 1. *sup. Deut.* 7. *Orig. f. Ios. ho.* 1. & *f. Ps.* 36. *ho.* 5.
e *Gre. f.* 1. *Re.* 3. *Or. f. Num. hom.* 23. & *f. Leuit. hom.* 5. *Ambr.* 1. *offic.* 21. *Hie. f. Eccles.* 10. & *ad Demetriad.* *Greg.* 3. *mor.* 17. & 14. *m.* 11. & *f.* 1. *Re.* 11. 14. *Bern. ser. paruo.* 48. *Philo.* 2. *alleg.* *Beda f. Prou.* 27.
f *Isy. f. Leu.* 6.
g *Rup.* 1. *sup. Leu.* 6. & *f. Sopho.* 2.
h *Hier. f. Is.* 56. *Gre. fu.* 1. *Reg.* 39.
i *Am. f. Lu.* 6.
k *Gr. f.* 1. *Reg.* 7.
l *Gr.* 18. *mor.* 35. *Ric. de S. Vict.* 3. *de arca mystic.* 6. *Gr.* 33. *mor.* 5.
m *Cle. Pap.* 1. *recogn.*
n *Hie. Ier.* 4. *Greg. f.* 1. *Re.* 14.
o *Gre.* 20. *m.* 23. *Ric. de S. Vic. de Somn. Nabuc.* 24.
p *Gr. f.* 1. *Re.* 2. 3. & 29. *m.* 2.
q *Philo. de somniis.*
r *Au. de gen. imperfect.* 10.
s *Bed. f. Ge.* 1. *Gr.* 14. *m.* 12.
t *Greg.* 13. *m.* 12.
u *Gr.* 29. *m.* 9.
x *Greg.* 34. *m.* 3.
y *Gre. hom.* 8.
z *Hie. f. Iob.* 8.
aa *Gr. f.* 1. *Re.* 8. & 3. *mor.* 17. & 7. *mor.* 13. & 27. *mo.* 12. *Hier. f. Is.* 28.
bb *Grego.* 32. *mor.* 7.
cc *Ori. f. Nu. hom.* 20. *Greg.* 33. *mor.* 5. *Hier. f. Iob* 40.
dd *Au. f. Psal.* 36. *Orig. f. Ps.* 36. *hom.* 2.

Digitized by Google

probationem,quod ſolum eſt in hac vita.Poteſt etiam deſignare ſtatum & gradum ipſius peccatoris,& etiam res prætereuntes.*Pſalm.*36.

Res prætereuntes.

Locus ſcirpi vel hypocritæ,vnde abſorbetur,deſignat præſentis vitæ fauores,à quibus morte interueniente ſeparatur.*Iob.*8.*d.*20.*b.*Deſignat etiam cor adulantium,ibi enim requieſcit, vbi fauores inuenerit, Item temporalis vitæ delectationem,& carnis voluptates.

Fauores vitæ præſentis.

Locus Sapphiri fuerunt lapides Iudæi, *b* quia non defuerunt in Iudæa animæ, quæ cæleſtem vitam ducerent. *Iob.*28.*a.*In loco ſuo ſubuerſa,eſt terra igne de qua prius panis oriebatur,quando Iudæa, quæ legis verba proferebat filium ſigna conſpiciens, inuidiæ ſe faee concremauit, quia ſuperbiam,in qua erat,non dereliquit.*Iob.*28.*a.* De loco commouit Deus terram,quum plebem Iſraeliticam de Iudææ finibus euulſam in gentes diſperſit. *Iob.*9. *a.Zach.*12.*b.*

Iudæa.

Locus,in quo venditus erat populus Dei,ſunt *c* errores,quibus decepti fuerant.*Ioel.*3.*b.*Et locus, in quo erunt locuſtæ tempore frigoris,deſignat dogmata philoſophorum,quibus adhærent hæretici. *Nahum.*3.*d.* Et locus immundus,in quem proiiciuntur lapides leproſi, ſunt conuenticula hæreticorum, qui omnia recipiunt impietatis dogmata.*Leu.*14.*e.*Collocatur etiam in obſcuris,qui eſt in tenebris peccati. *Pſalm.*142. Et collocantur catuli leonum in cubilibus ſuis,cum dæmones requieſcunt in malis,*Pſalm.*103.Hæc ſunt loca Chananæi & Hethæi, &c. *Exod.*3.*b.*

Errores.

Locus mundus,in quo ponuntur cineres holocauſtorum extra caſtra.*Leu.*6.*b.*deſignare poteſt *d* futurum iudicium extra præſens ſeculum,mundum ab omni corruptione.

Futurum iudicium.

Locare lucernas in candelabro. *Exod.*40.*c.*eſt inſtituere doctores in Eccleſia.

Inſtitutio doctorum.

Locuſta, Attelabus.

LOCVSTA, inſecti genus eſt,infirmas habẽs alas,quibus potius ſalire videtur quàm volare.Vnde habet crura retro longiora ad ſaliendum apta, eſt quandoque ſegetibus noxia, numeratur autem inter animalia munda.Attelatus eſt minor locuſta,nondum habens alas.

Locuſta per comparationem dicitur *e* reſurrectio Redemptoris noſtri,vt cum *Pſal.*108. dicitur. Excuſſus ſum ſicut locuſta.Teneri enim ſe à perſecutoribus vſque ad mortem pertulit,ſed ſicut locuſta excuſſus eſt,quia à Iudæorum in manibus ſaltu ſubitæ reſurrectionis euolauit.Poſſunt etiam deſignari fideles per orbem diſperſi,quaſi excuſſi.Et peculiariter prædicatores,in quibus Chriſtus excuſſus eſt ſicut locuſta, quia Iudæa in ſua perſecutione ſæuiente, dum per diuerſa fugiunt, quaſi quoſdam receſſionis ſuæ ſaltus dederunt. Quia verò illo prædicator ad perfectionis culmen erigitur, qui non actiua ſolummodo, ſed etiam contemplatiua vita ſolidatur, rectè ipſa prædicatorum perfectio locuſtis exprimitur,quæ quoties ſe in aëra attollere conãtur,primum ſe cruribus impellentibus ſubleuant, & poſtmodum alis volant. Ita nimirum ſancti viri dum ſuperna appetunt,primum quidem actiuæ vitæ bonis operibus innituntur, & tunc demum ſe ad ſublimia per contemplationis ſaltum volando ſuſpendunt. Crura figunt & alas exerunt,quia recta agendo ſtabiliuntur,& alta videndo ſubleuantur. Qui in hac vita poſiti diu in diuina contemplatione manere non poſſunt, ſed quaſi locuſtarum more à ſaltu quem dederant in pedibus ſuis ſe excipiunt,dum poſt contemplationum ſublimia,ad neceſſaria vitæ actiuæ opera reuertuntur.Eſt adhuc aliud quod locuſtæ ſimile ſanctis prædicatoribus gerunt,Matutinis namque horis,id eſt,temporis tempore vix à terra ſe ſubleuant:Cum verò æſtus exarſerit tanto altius,quanto alacrius volant.Sanctus autem quiſque prædicator quum quieta fidei tempora conſpicit, humilis ac deſpectus aſpicitur:& locuſtæ more quaſi vix à terra ſubleuatur.Si autem perſecutionis ardor incandeat,corde cœleſtibus inhærens, mox quantæ ſit ſublimitatis oſtendit,& pulſatus alis in altum rapitur,qui quietus in imis torpuiſſe videbatur.Hunc ergo dicitur Deus excitare quaſi locuſtas. *Iob.* 39.*c.* quia tanto magis illum ad altiora excitando ſubleuat quanto grauiori perſecutionis æſtu excruciari permittit:vt tunc in illo robuſtior virtus eurgilet,cum ſe ei ardentior in fidelium crudelitas illidit.Poteſt etiam locuſta Anachoretarum *f* concors vnitas accipi,quæ quum homine præceptore nullos in ſuis latibulis regatur,infatigabili tamẽ inſtantia in ſuis quæque locis Chriſto militare,& malè pullulantium carnalium voluptatum germina conſueuit abſumere.*Prou.*30.*d.*

Reſurrectio Chriſti. Fideles. Prædicatores

Anachoretes

Locuſtæ quibus veſcebatur Ioannes Baptiſta, erant *g* homines ab omni ſermone prophetarum alieni & vagi, quales erant Gentiles,quo enim magis locuſtæ ad fructũ ſunt inutiles,ad vſum laboris inertes,ad tactum fugaces, vagæ ſaltu, ore ſtridulæ,eo conuenientius gentilis populus figuratur. Fiunt autẽ eſca Ioannis, quum conuertuntur ad pœnitentiam & tunc locuſtæ computantur inter animalia munda. Et generaliter locuſtæ deſignant reſilientes à peccatis.*Leu.*11.*c.Matth.*30.*a.*Et locuſta non habens regem,& egrediens per turmas ſuas,eſt gentilitas, quæ derelicta & aliena fuit à diuino regimine,ſed poſtmodum ordinata contra aduerſarios ſpiritus ad fidei bellum proceſſit,*Pro.*30.*d.*Et locuſta inpinguatur florente amygdalo,quia florens primitiua Eccleſia, per prædicatores arida gentilitatis ſterilitas pinguedine gratiæ cœleſtis eſt infuſa.*Eccl.*12.*b.*

Gentiles.

Locuſtæ quibus veſcebatur Ioannes Baptiſta, *h* populum etiam Iudaicum ſignificare poſſunt è quibus aliqui venerunt ad fidem.*Matth.*3.*a.*Iudæi enim quaſi quoſdam ſubitos ſaltus dabant,cùm præcepta Dei ſe impleturos promittebant,vt cum dicebant.*Exod.*24.*a.*Omnia quæ locutus eſt Dominus,faciemus, & audiemus.Sed ſicut locuſtæ, protinus ad terram cadebant,cum per praua opera hæc ſe audiſſe denegarent,vt cùm *Num.*14.*a.* dicebant. Vtinam pereamus,& non inducat nos Dominus in terram iſtam.

Iudai.

Locuſta cum ſit paruum animal & imbecille, ſumitur ad comparationem gigantum *i* pro hominibus paruæ virtutis,qui tamen cum auxilio diuino gigantes ſuperant.Dicuntur autem habitatores terræ quaſi locuſtæ. *Iſaia.* 40.*e.*Locuſtæ ſunt principes,locuſtæ locuſtarum plebes ſub principibus,ſed omnes imbecilles.*Nahu.*3.*d.*

Homines imbecilles.

Locuſta interdum deſignat *k* dolorem pœnitentiæ mordentem & corrodentem omnes prauos & inquietos mores.*Exod.*10.*c.*

Dolor pœnitentia.

Locuſta gregatim ambulat ſine rege,parum reſiliens à terra,& poteſt *l* dæmones ſignificare, quibus nec in cœlo,nec in terra eſt ſedes,& omnes bonorum operum fruges corrodere & perdere nituntur, qua ratione etiam ſignificat falſos teſtes,& malitiam,quæ ore lædit infideli videlicet teſtimonio.*Exod.*10.*c.Iud.*6.*a.*7.*c. Iob.*39.*c.Pſal.* 77.Locuſtæ etiam rodentes fruges & noxiæ ſunt hæretici.*Apoc.*9.*a.*Qui ſedent in ſepibus,quum hærent dogmatibus Philoſophorum.*Nahum.*3.*d.*

Dæmones. Falſi teſtes. Hæretici.

Locuſtæ rodentes fruges *m* linguas adulantium exprimunt,quæ terram Ægypti vaſtarunt. *Exod.*10. *c.* Locuſtæ enim pluſquam cætera minuta animalia humanis frugibus nocent.Itidem linguæ adulantium,terrenorum hominum mentes, ſi quando bona aliqua proferre conſpiciunt, hæc immoderatius laudando corrumpunt. Locuſta etiam ſaliens,leuitatem & inconſtantiam hominum deſignat.

Lingua adulantium. Leuitas hominum.

Locuſta impugnata ſignificare poteſt *n* crura in ſenectute tumentia.*Eccl.*12.

Incommoda ſenectutis.

Locuſta comedens reſidium erucæ, *o* Reges Medorum ſignificat qui ſubuerſo Chaldæorum imperio Iudæos habuere captiuos.Et inter animi affectus ſignificat gaudium,quod huc illucque volitare facit,& geſtiendo quandoque ab omni moderatione deficere.*Ioel.*1.*a.*2.*f.*Deſignat etiam exercitum Sennacherib contra Iſrael. *Amos* 7.*a.* qui locuſtæ dicuntur,propter depopulationem quam fecerunt.*Apoc.*9.*a.*

Reges Medorum. Gaudium. Hoſtes Iudæorum.

Locuſta,quæ nititur ſine alis,aut cum infirmis alis volare,*p* inanem gloriam ſignificat, quæ ſe vanis præſumptionibus exaltat. Item ſuperbiam hominum malignorum, qui ſe inuicem falſis teſtimoniis & perſecutionibus corrodunt,& perſequuntur.*Ioel.*1.*a.*2.*f.Nahum.*3.*g.*

Inanis gloria Superbia.

Attelabus ſaliens pluſquam bruchus,*q* eos videtur ſignificare, qui videntur ſibi iuxta opinionem ſuam aliqua ſequi veritatis dogmata.Hi dicuntur locuſtæ locuſtarum.*Nahum.*3.*d.*

Longus, Longitudo, Longè, Longinquus.
Elongare, Prolongare, Protrahere.
Protelare, Procul, Prolixus.

LONGITVDO, eſt dimenſio, quæ lineæ tribuitur. Aptatur autem longitudo tam ſpacio magnitudinis quam temporis,vt longitudo terræ, longitudo temporis. Longinquum autem eſt, quod à præſenti vel tempore multum diſtat.

a *Gre.*8. *mor.* 38.& 16. *m.* 3.& 18.*mor.* 12.

b *Gre.*18. *m.* 19.20. *Gr.*9. *mor.*3.

c *Hie.ſ. Ioel.* 33.& *ſ.Nah. Iſyc.ſ.Le.*14. *Gre.*21. *mor.* 19.

d *Iſyc.ſ. Leu.* 6.

e *Gr.*31. *mor.* 21.*Au.ſpſal.* 108.*Euch. for. ſpiritu.*5. *Iſy.ſ.Leu.*11.

f *Bed.ſ.Prou.* 30.

g *Hil.ſ.Mat. Can.*2.*Amb. ſ.Luc.*31.*Gr. mor.*20. *Euch.form. ſpiritu.*5. *Be. ſ.Prou.*30.

h *Gregor.*35, *mor.*19. *Hie.ſ.Ion.*4. *Euch.form. ſpirit.*5.

i *Ru.ſ. Nah.* 3.

k *Bed.ſ.Exo.* 10.

l *Orig.ſ.Exo. hom.*4. & *ſ. Iudi.hom.* 9. *Hie.ſ.Iob.*39. *Aug.ſ.pſalm.* 77.87. & *de plagis Ægy- ti*8.& *ſ.Ap. hom.*17.

m *Rup.*1. *ſ. Exod.*38. *Gre.*31.*mor.* 20.*Euch.for. ſpiritual.*5.

n *Hie.ſ.Eccl.* 12.*Euc.q. in Eccleſiaſt.*

o *Hie. ſ. Ioel.* & *ſ.Amos.*6. *Rup.ſ.Ioel.*1. & *ſ.Amos* 7. & 5.*Apoc.*

p *Gr.*33.*mo.* 39.

q *Hie.ſ.Nah* 3.

Digitized by Google

Longitudo, propriè non competit Deo, sed dicitur longitudo eius, *a* qua ad vitæ patriam nos longanimiter tolerando perducit. *Ephes.* 3. *d.* Et dicitur longior terra. *Iob.* 11. *b.* quia creaturæ modum perennitate suæ æternitatis excedit. Vel quia longanimitatem nostram patientia diuinæ longanimitatis exuperat: quæ nos & peccãtes tolerat, & conuersos ad præmia renumerationis expectat. Vel terra longior est, quia fructus vitæ, quos in fine retribuit, nequaquam nunc vel spes nostra comprehendit.

Longanimitas Dei.

Longitudo propitiatorij significat in Christo *b* illud quod tendit in Deum, Trinitatique sociatur. *Exod.* 25. *b.* In anima verò designat *c* eam cognitionem, quæ pertinet ad inchoationem contemplationis, vt ad creationem spiritualis creaturæ, qualis est cognitio donorum creationis.

Accessus animæ Christi ad Deum. Cognitio donorum creationis.

Longitudo voluminis viginti cubitorum *d* castigationem Dei æternam significare potest, in transgressores decalogi. *Zach.* 5. *a.* Est viginti cubitorum propter punitionem corporis & animi.

Castigatio Dei.

Longitudo absolute sumpta *e* perseuerantiam in bonis vsque in finem significare potest: & longitudo in cruce Christi, tolerantiam. *Ephes.* 3. *d.* Idem exprimit longitudo Hierusalem. *Zach.* 2. *a.* Tanta dicitur esse longitudo thalami, quanta latitudo. *Ezech.* 40. *b.* quia secundum mensuram charitatis habet quis tolerantiam expectando dissolutionem corporis sui, & sustinendo infirmitates proximorum. Longitudo templi, longanimitas est Ecclesiæ: quæ in exilio peregrinationis huius patienter aduersa tolerat, donec ad patriam perueniat. Est 60. cubitorum propter perfectionem operum. 3. *Reg.* 6. *a.* Et longitudo altaris holocausti quinque cubitorum. *Ex.* 27. *a.* Et longitudo alia viginti cubitorum designat perseuerantiam in bene operando per vtriusque testamenti obseruationẽ. Longitudo præterea arcæ testimonij duorum cubitorum, & semis *f* patientiã & loganimitatem significare potest. *Exod.* 25. *a.* 37. *a.* Vel designat consideratione rerum naturalium, quæ prior est consideratione operum & morum, vt longitudo prior est latitudine & altitudine. Longitudo porticus templi viginti cubitorum, secundum latitudinem templi, designat antiquos iustos multa patientia & longanimitate expectasse aduentum Christi in carne. 3. *Reg.* 6. *a.*

Perseuerantia. Tolerantia. Longanimitas. Patientia. Consideratio naturalium. Spes.

Longitudo arcæ Noe, quæ ad trecentos cubitos extentebatur, *g* spem significare potest, quæ ad trecentos cubitos protenditur: quia ex triginta per decem multiplicatis, hoc est, ex obseruantia legis gloriam speramus. *Gen.* 6. *a.* Potest etiam gratiam significare, quia per gratiam Trinitatis ad perfectionem venitur. Longitudo etiam atrij centum cubitorum. Et longitudo introitus atrij viginti cubitorum, ad spem referri possunt. *Exod.* 27. *b.* 38. *b.* Itidem longitudines variæ. *Ezec.* 40.

Spes. Gratia.

Trina quoque dimensio arcæ, *h* trinam corporis humani dimensionem significare potest.

Dimensio humani corporis Fides Trinitatis.

Longitudo terræ promissionis, fidem Trinitatis designare potest. *Gen.* 13. *b.* Longitudo etiam cortinarum tabernaculi cubitorum viginti octo, est fides & patientia expectans æternam quietem. *Exod.* 26. *a.* 36. *b.* Et longitudo portæ templi tredecim cubitorum, quæ est in altum, est *i* altior cognitio, quæ habetur de Deo in nouo testamento, cui additur cognitio Trinitatis supra decalogum. *Ezech.* 40. *b.* Et procul intuentur Deum in hac vita etiam electi, quia necdum claritatem illius per acumen intimæ apprehendunt. *Iob.* 36. *d.* Longitudo cœlestis Hierusalem, *k* consonantia fidei. *Apocalyp.* 21. *e.* Longitudo mensæ duorum cubitorum, mundiciam & innocentiam significat. *Exod.* 25. 37. *b.*

Progressus in vitam æternam. Cœlestis patria.

Longitudo tabularum tabernaculi decem cubitorum, significat *l* progressum in vitam æternam per obseruantiam decem præceptorum. Ad idem referri potest longitudo sagorum tabernaculi cubitorum. *Exod.* 26. *d.* 36. *a.*

Longitudo terræ promissionis, quam perambulat Abraham. *Gen.* 13. *b.* patriam *m* cœlestem significare potest Et longitudo Hierusalem, est æternitas cœlestis patriæ. *Apoc.* 21. *e.* Longitudo quoque dierum, ad æternam fœlicitatem pertinet. *Psalm.* 90. *Prou.* 3. *a. c.* Longum autem tempus, aut longi dies, sunt dies bonorum, & ipsi boni. *Iud.* 2. *a. Deus.* 5. *d.* Qua ratione mali non prolongant dies suos. *Eccl.* 8. *c.* Longitudo quoque rationalis vnius palmi in pectore pontificis, desiderium exprimit vitæ æternæ. *Exod.* 28. *c.*

Elongari dicitur Christus, *n* quia incomprehensibilis est & Iudæis, & Gentibus. *Psalm.* 54. Non elongatur autem Christus, quia propè est ad saluandum. *Isai.* 46. *d.* Procul autem dicebatur esse visio Habacuc, quia indicabat aduentum Christi, qui tunc procul erat. *Habac.* 2. *a.* Elongatur quoque benedictio, ab eo videlicet, qui eam non vult, qui indignum se benedictione constituit. *Psal.* 108. Et elongatum est iudicium à Iudæis, *o* quando Christus relictis Iudæis, transiit ad gentes. *Isai.* 59. *b.*

Incomprehensibilis Christus. Prope est Christus ad saluandum. Eleuatio ad contemplationem. Longè à virtute. Christus diu desideratus. Longè à malis Deus. Cœlum.

Elongat se fugiens, qui *p* à turba desideriorum temporalium in altam Dei contemplationem se subleuat. *Psal.* 54. Et longinquam gens, sunt, qui longè sunt à statu vitiorum & errorum. *Ioel.* 3. *b.*

De longinquo venit nomen Domini. *Isai.* 30. *f.* In primo quidem aduentu, *q* quia venit Christus diu desideratus, In secundo verò, quia diu sustinuit peccatores. Et de longè intellexit Deus cogitationes Christi, *r* quia longè antea prophetari eas fecit. *Psal.* 138.

Longè existit Dominus à renibus impiorum, hoc est, *s* ab effectibus & operibus hæreticorum, & aliorum iniquorum. *Ierem.* 12. *a. Psalm.* 118. Et de longè dicitur Deus, cui propinqua & longè posita æquè nota sunt. *Ierem.* 23. *e.* Et à longè alta cognoscit, quia longè est à superbo. *Psalm.* 137. Sic procul viderunt fratres Ioseph ipsum Ioseph, *t* quia longè est à malis Christus. *Gen.* 37. *d.* Et longè intellexit cogitationes *u* Gentilis populi, filij prodigi, & aliorum, quos conuersos propè esse fecit. *Psalm.* 138.

Longinqua regio, in quam abiit homo nobilis. *Luc.* 19. *b.* significare potest *x* cœlum, in quod ascendit Christus: vel mundum, cuius datum est illi imperium. Et de terra procul veniunt Angeli, cum veniunt de cœlo. Vel cum prædicatores cœlestium contemplatione descendunt ad peccatores. *Isaia.* 13. *a.*

Angeli.

De longè stantes, qui prius erant propè sunt *y* angeli separantes se à peccatore, qui prius erat in gratia: licet non eum penitus deserant. *Psal.* 37.

Pœnitentia. Parcens Deus populo.

Longè deducunt Tyrum pedes eius, *z* quum quis relicto vitiorum statu conuertitur ad virtutem. *Isa.* 23. *b.* Non finit autem Pharao, hoc est, diabolus filios longè ab Ægypto ire: quia non vult vt vadant viam trium dierum ne videlicet perfectam agant pœnitentiam, sed vult seruari sibi vel vnam diem *Exod.* 8. *g.* Et longè facit iniquitatem à tabernaculo suo, qui sic ad Deum conuertitur, vt in cogitatione pariter & in opere mundetur. *Iob.* 22. *d* Itidem procul repellunt fornicationes suas, qui grauem agunt pœnitentiam. *Ezech.* 43. *c.*

Longè facit Deus furorem suum, *aa* propter nomen suum, quum parcit populo suo, nomen suum blasphemante. *Isa.* 48. *b.* Longè quoque fit manus Dei ab aliquo, quando ipse à flagellis Dei liberatur. Item quando cessat lex vetus, quæ sub vltionis percussione populum tenebat, ac terrore premebat. *Iob.* 13. *c.* Longè autem fit lex in aduentu Christi. *Mic.* 7. *c.*

Prædicans Gentibus. Difficilis captus Dei relig. Separari à malis. Prauidere aduersa.

Longos facit funiculos tentorij Ecclesiæ, *bb* qui multiplices sermones doctrinæ Ecclesiæ extendit ad conuertendas gentes. *Isa.* 54. *a.*

Procul vidit Abraham locum sacrificij, *cc* quia Dei religio est captu difficilis. *Gen.* 22. *a.*

Procul tendens Moses tabernaculum, designat separationem iustorum à malorum conuersatione. *Exod.* 33. *b*

Procul odoratur bellum equus. *Iob.* 39. *c.* quum *dd* prædicator aduersa quæque longè adhuc posita cogitando prænoscit, ne forsasse valeant ipsum improuisa superare.

Amittere doctos ad regimen. Vmbra mortis. Status peccati. Iudæi.

Protrahere noctem, est *ee* per negligentiam & ignorantiam admittere indoctos ad regimen Ecclesiæ loco doctorum. *Iob.* 36. *c.*

Longinqua regio, in quam abiit prodigus. *Lu.* 15. *c.* vmbram *ff* mortis, & statum peccati significare potest. Et de terra longinqua saluat Deus, quum à profundo malorum liberat peccatorem. Et longè dicitur apparuisse, quia longè recesserant ab eo. *Ierem.* 8. *f.* 30. *b.* 31. *a.* Et longinqua terra est Babylon ab Hierusalem, quia longè sunt mundani à cœlesti patria. *Isai.* 39. *c.* 41. *b.* 43. *a.* Sic procul erant insulæ, quum gentes longè erant à fidei veritate. *Ierem.* 31. *b.* Dicuntur etiam gentiles populi de longè, propter infidelitatem. *Isa.* 49. *a.* 57. *d.* 60. *a. Zach.* 10. *d. Ephes.* 2. *c.* Cum autem dicitur. *Isa.* 49. *d.* De longè venient, sumitur ibi de longè, pro parte orientali. Longè etiam sunt qui recedunt ab Ecclesia. *Ezech.* 6. *d.* Et longantur à Deo, qui colunt Idola. *Ierem.* 2. *a.* Sic longè factus est à Sanctis populus Iudæorum. *Psalm.* 55. *in titulo.* Et cor Iudæorum longè erat à Deo. *Isaia.* 29. *d.* 33. *b.* Et longè

fiunt

a *Gr.* 10. *mor.* 10. 11.
b *Ori. f. Ro.* 3.
c *Ricar. de S. Vict.* 3. *de arca mystic.* 11.
d *Hie. f. Zach.* 5.
e *Rup. f. Zac.* 5. *Au. epist.* 112. 119. 120. & *sup. Psal.* 103. *Gre. f. Ezech. hom.* 15.
f *Ricar. de S. Vict.* 2. *de arca myst.* 3. 6.
g *Ori. f. Gen. hom.* 2.
h *Ambr. de Noe* 6. *Ori. f. Gen. hom.* 2.
i *Gr. f. Ezech. ho.* 16. & 27. *mor.* 2.
k *Rup.* 12. *in Apoc.*
l *Gloss. ord. f. Exod.* 26.
m *Or. f. Gen. hom.* 2. & *f. Iud. hom.* 1. *Hie. f. Eccl.* 8. *Bern. ser.* 17. *f. Qui habitat. Bed. sup. Prou.* 3.
n *Hil. f. Psal.* 54. *Arn. f. ps.* 108.
o *Hie. f. Is.* 59.
p *Gre.* 4. *mor.* 35. *Hi. f. Ioel.* 3.
q *Hie. f. Is.* 30.
r *Hil. f. psal.* 138.
s *Orig. f. Iere. hom.* 8.
t *Amb. de Ioseph.* 3.
u *Aug. f. psal.* 138.
x *Ori. f. Mat. hom.* 7. *Hie. f. Isa.* 17.
y *Bas. f. psal.* 37.
z *Hier. f. Isa.* 33. *Or. f. Exo. hom.* 3. *Greg.* 16. *m.* 8.
aa *Hier. f. Isa.* 48. *Greg.* 11. *m.* 22.
bb *Hier. f. Isa.* 54.
cc *Cle. Alex.* 5. *strom.*
dd *Greg.* 31. *mor.* 26.
ee *Gre.* 26. *m.* 35.
ff *Amb. f. Lu. Hie. f. Ier.* 31. & *f. Isa.* 29. 49. 57. & *f. Ezech.* 6. & *f. Zac.* 10. *Hil. f. psa.* 55. *Aug. f. ps.* 5.

Digitized by Google

Hæretici.

Longè à Deo dæmones.
Duratio huius vita.

Deiectus terræ.
Festina punitio.
Permissio peccati.
Adderepeccata peccatis.
Imperfecti.
Imperium Babylonis.
Solicitudo diaboli.
Iudæi.
Oratio.

Generatio æterna.

Manifestans Deus voluntatem suam per effectum.
Præcipiens Deus.

Mundans Deus.
Angelis.
Arguens dæmones.
Apparens Christus in mundo.

Mediator Christus.
Reuelãs Deus

fiunt filij eorum à salute : quia & si temporalem vitam sine afflictione percipiunt, æterna grauius punitione ferientur. *Iob.* 5. *a. Psal.* 128. Longè etiam fecit Deus fratres Christi ab eo, *a* quum Iudæi tenentes legem, de ipso quidem prophetias habebant, & tamen præsentem minimè cognoscebant. *Iob.* 19. *b.* Ita elongauit ab eo amicum & proximum. *Psal.* 87. Procul etiam fugiunt hæretici, cùm obstinati persistunt in errore. *Isa.* 22. *a.* Eos designant amici Iob, procul leuantes oculos. *Iob.* 2. *d.* Ipsi longè fugiunt à sancta Ecclesia, non loco, sed merito, dum crescente superbia, aperta eam exprobatione contemnunt. *Iob.* 30. *b.*

De longinquo venit gens, quæ destruxit Hierusalem, quia dæmones captiuantes animas, longè sunt à Deo. *Ier.* 5. *d. Hab.* 1. *b.*

Prolongatus incolatus, est *b* duratio huius vitæ, secundùm quam fit dilatio futuræ patriæ & prolongatio miseriæ. *Psalm.* 119.

Longè à salute sunt verba delictorum, *c* quia desiderium huius vitæ longè à salute fœlicitatis æternæ. *Psa.* 21.

De longè cernunt terram, *d* qui eam despiciunt. *Isa.* 33. *c.* hos designant longiora crura habentes volucres, quæ ideò inter animalia munda computantur. *Leu.* 11. *c.*

Non elongantur dies punitionis Babylonis, *e* quia æternitati comparati & desiderio malorum, citò veniunt *Isa.* 14. *a.*

Elongasse dicitur Deus terminos terræ, *f* quia indulgendo peccatoribus permisit eos à se peccando recedere. *Isa.* 26. *c.* Et longè fit cor impiorum à disciplina. *Iob* 17. *b.* quia & si corpus sub disciplina non est, cor sub disciplina est, dum & flagellatur quisque & tamen ad mentis humilitatem non reducitur. Prolongant etiam iniquitatem, qui trahunt eam in funiculis vanitatis, semper addendo peccata peccatis. *Psal.* 128. *Isa.* 5. *e.*

Procul stans populus, loquente Deo, *g* designat imperfectos ad diuina mysteria capienda ineptos. Idem designant procul adorantes, & procul recedentes. *Exod.* 20. *c.* 24. *e.*

Longus ductus membrorum aquilæ, *h* designant latitudinem imperij regis Babylonis. *Ezech.* 17. *a.*

De longè oculi aquilæ prospiciunt, *i* quum diabolus sagaciter contemplatur volentes bene operari, vt eos impediat. *Iob.* 39. *d.*

Procul stans soror Mosis, vt videret quid ageretur circa Mosen, designare potest Iudæos contemplantes legem, sed longè existentes à mysteriis legis. *Exod.* 2. *a.*

Longitudo altaris thimiamatis cubiti vnius, *k* orationem directam ad Deum designat. *Exod.* 30. *a.*

Longæuus, vide Senex.
Loqui, Dicere, Alloqui, Proloqui, Fabulari, Confabulari.
Eloqui, Eloquentia, Eloquium, Loquax, Garrulus.

Loqvi, actus est creaturæ rationalis verbis conceptus mentis explicantis: quod etiam dicere appellatur. Attribuitur quoque loqui Deo & Angelis, secundum quod aliquid manifestant. Dicere autem quandoque est annunciare. *Exod.* 19. *a.* Hæc dies domui Iacob. Asserere. *Psal.* 30. Dixi Deus meus es tu. Cogitare. *Exod.* 15. *b.* Et dicas in corde tuo, Constituere. *Deut.* 2. *a.* Sicut mihi dixerat Dominus. Credere. *Matth.* 16. *b.* Quem dicunt homines esse Filium hominis? Iactare. 3. *Reg.* 21. *c.* Falsum testimonium dicant. Inspirare. *Iudi.* 6. *e.* Nocte illa dixit Dominus ad eum. Interrogare. *Gen.* 3. *b.* Dixit ei: Vbi es? Iubere. *Genes.* 27. *b.* Perge, affer, quæ dixi. Laudare. *Psal.* 39. Salutare tuum dixi. Ostendere. *Deuter.* 28. *g.* Per viam, de qua dixi tibi. Promittere. 4. *Reg.* 4. *c.* In hora eadem qua dixerat Elisæus. Proponere. *Deut.* 1. *f.* Paruuli vestri, de quibus dixistis. Respondere. *Deut.* 3. *d.* Sed dixit mihi: Sufficit tibi. Loqui autem arguere. *Psal.* 2. Tunc loquetur ad eos in ira sua. Consolari. *Isa.* 30. *c.* Loquimini nobis placentia. Detrahere. *Psal.* 34. Maligna loquuntur super me. Docere veritatem. *Iob.* 23. *b.* Tace paulisper, vt loquar. Docere errorem. 2. 3. *c.* Vt loqueretur ei in dolo. Verba facere. *Ge.* 18. *d.* Loquar ad Dominum meum. Interpretari. *Marc.* 16. *d.* Linguis loquentur nouis. Meditari. *Psal.* 14. Qui loquitur veritatem in corde suo. Referre. *Gen.* 32. *d.* Sic loquimini domino meo Esau. Reuelare. *Gen.* 18. *d.* Postquam cessauit loqui ad Abraham.

Loqui dicitur Deus *l* generando Verbum sibi coæternum: & loquitur semel, quia Verbum aliud, præter vnigenitum, non habet, in quo omnia includuntur & vniuntur. *Iob.* 33. *b. Psalm.* 61. Et dicit opera sua regi, producendo filium, per quem fecit omnia opera. *Psalm.* 44.

Loquitur Deus aut dicit per Verbum suum. Et dicit, *m* vt voluntatis suæ cognitionem prodat per operationis effectum. *Genes.* 1. *a. Psal.* 32. Dicere Dei est aliquando *n* præcipere: vt cùm dixit pisci, & euomuit Ionam. *Ion.* 2. *d.* Semel autem loquitur Deus, *o* quia non singulorum cordibus priuatis vocibus respondet, sed tale construxit eloquium, per quod cũctorum quæstionibus satisfaciat. In scripturæ quippe eius eloquio causas nostras singuli, si requirimus, inueniemus, nec opus est, vt in eo quod specialiter quisque tolerat, responderi sibi diuina voce specialiter quærat vt cùm dixit Paulo. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur: hoc omnibus similiter se habentibus dicitur. *Iob.* 23. *b.* Loquente autem Deo semel duo audiuntur, quia cùm maxima simplicitas & vnitas sit in Deo, in nostra tamen cognitione per eius potentiam multiplicantur. *Psal.* 61. Loquutus est etiam Deus semel, hoc est, incommutabiliter. Et loquebatur Deus antequam adesset, *p* quum loquebatur per Prophetas ante incarnationem, *Is.* 52. *b. Amo.* 3. *b.* Cæterum *q* quum in principio Deus passim hominibus loqueretur, vt Adæ Cain, Noe, tamen crescente hominum indignitate, tempore Mosis quasi absentibus literas dedit, quas tulit Moses.

Loqui dicitur Deus Angelis, quum eis voluntas eius intima videnda manifestatur. Loqui autem Deum ad diabolum, est *r* vias eius ac negocia, animaduersione occultæ districtionis increpare. Vt cùm dixit Satanæ. *Iob.* 1. *b.* Vnde venis? Hoc autem dignum scitu est, *s* quod Deus per aliquem sanctum Angelum diabolo colloquebatur, vt rex per medium hominis ad condemnatum loquitur.

Loquutum est os Domini, hoc est, *t* Christus apparens in mundo. *Isaia* 40. *b.* 65. *b.* Et dicitur loquutus non in abscondito. *Isa.* 45. *d. Ioan.* 18. *d.* Vel quia dedit legem in monte Sinai cum tonitruis & fulguribus, vel in promulgatione legis Euangelicæ, quando palam loquutus est mundo. Loquens autem Dominus ad Mosen ore ad os, designat sermonem Christi per humanitatem & incarnationis mysterium, cùm diceret, Ego sum Deus Abraham, &c. Et vt loquutus est ad Mosen, ita vt Moses fieret ineloquens, designat diuini Verbi manifestationem, cuius respectu cæteri sunt muti & ineloquentes. *Exod.* 4. *a.* 33. *c. Num.* 12. *b.* Et loquitur Dominus de cælo, hoc est, per Christum, & de propiciatorio, quia tota eius locutio per Christum ad misericordiam spectat. Et loquitur in tabernaculo, hoc est, in humanitate Christi. Et loquutus est Deus in sancto suo, hoc est in Christo, aut Mose. *Psal.* 59. 107. Et loquebatur pauper iudicium, quum Christus docebat veritatem, qui etiam lequitur iustitiam, quia reddit cuique iuxta opera sua. *Isa.* 32. *b.* 63. *a.* Et loquens Dominus in columna nubis, *u* est Christus in velamento carnis assumptæ, in quo diuinitas obumbrata latebat. *Psal.* 98. Et loquitur angelus ad vnum de similibus, *x* cùm Christus se hominem pro hominibus demonstrat. *Iob.* 33. *c.* Loquens Ioseph ad fratres suos, est Christus ad discipulos, & ad Iudæos. Loquebatur autem per interpretem, hoc est, per assumptam humanitatem, & loquebatur eis durius, quando eos arguebat, blandè autem loquebatur, quando consolabatur discipulos. Et fratres ausi sunt loqui ad Ioseph, quum discipuli interrogabant Christum. *Genes.* 42. *b.* 45. *e.* 50. *d.* Loquebatur autem Iesus interdum ad discipulos *y* velut magis illustratos, nonnunquam ad turbas seu rudiores, aliquando vtrisque. *Matth.* 23. Loquens Ioseph ad familiam Pharaonis, & in auribus Pharaonis, est Christus docens gentilitatem. *Genes.* 50. *a.* Loqui nesciens Ieremias, designat Verbum Dei assumpta carne quasi balbutire cum hominibus. *Iere.* 1. *b.* Loquens tamen perfectè est ipse Christus. *Amos* 5. *c.*

Loqui Mosen ad populum, & non Dominum, quando petit populus, designat *z* meditationem futuram per Christum incarnandum. *Exod.* 20. *d.* Et doctrinam per eruditiores & perfectiores minoribus tradendam.

Loquitur Deus *aa* occulta inspiratione reuelando. Et cùm dixit Samuel, Loquere Domine, quia audit seruus tuus. 1. *Reg.* 3. *b.* est petere illustrationem interiorem, & idem quod Petrus in transfiguratione cùm dixit. *Matth.* 17. *a.* Bonum est nos hîc esse. Et *Psal.* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Ita loquitur sponsus sponsæ. *Cant.* 5. *b.* Loquitur autem Dominus de propitiatorio, aut de Cherubim, *bb* quando contemplantibus naturam diuinam, & Trinitatem, & etiam creaturam rationalem, reuelat mysteria. *Exod.* 25. *c.*

a *Greg.* 6. *moral.* 2. & 14. *mo.* 21. & 20. *mo.* 18. *Au. sp. s.* 87. *Hie. s. Is.* 21.

b *Aug. s. psal.* 119.

c *Au. ep.* 120.

d *Hie. s. Is.* 33.

e *Hie. s. Is.* 14.

f *Hie. s. Is.* 26.

g *Glo. ord. su. Exod.* 20.

h *Hie. s. Ezec.* 17.

i *Hier. s. Iob.* 39.

k *Glo. ord. sup. Exod.* 30.

l *Gre.* 13. *mo.* 19. *Aug. s. ps.* 44. 61. *Ori. s. Gen. hom.* 3.

m *Ambro.* 1. *Exae.* 9. *Basil. s. ps.* 32. *Phil. quòd Deus sit immutab.*

o *Au.* 5. *ciui. Dei.* 9. & *s. ps.* 59.

o *Gre.* 23. *mo.* 19.

p *Hie. s. Is.* 52.

q *Chry. s. Ge. hom.* 2.

r *Gre.* 2. *m.* 3. 6.

s *Atha. qu.* 2.

t *Hie. s. Is.* 32. 45. 63. *Tertu. adu. Marc.* 4. *Ori. s. Rom.* 3. *Au. q. in Exo.* 105. *Arno.* & *Hil. s. ps.* 59. *Hil.* 5. *de Tri.*

u *Hi. s. ps.* 98.

x *Gre.* 24. *mo.* 3.

y *Ori. s. Matt. hom.* 24. & *s. Iere. hom.* 1. *Hie. s. Amo.* 5.

z *Cyr. de Tri. Gre. Nyss. de vita Mosis.*

aa *Au. de esse. diui. Greg. s.* 1. *Reg.* 3. *Euch. form. spir.* 1.

bb *Rica. de S. Vict.* 3. *de arca myst.* 21.

Digitized by Google

Cùm dicitur,Dominus loquutus est,designatur certitudo minarum vel promissionum diuinarum, quæ ineuitabiliter loquente Deo euenient.*Isa.1.a.22.g.24.a.Ezech.38.f.*

Loquitur Dominus in Hosee,*a* cùm per ipsum loquitur ad alios, loquitur ad Hosee, quum ad ipsum dirigit sermonem.*Hos.1.a.Ioan.3.a.*

Loqui dicitur aliquando Christus,quum *b* defendit,aut liberat à periculo, vt quum loquutus est existentibus discipulis in tempestate.*Matth.14.c.*Et loquebatur Christus pro Iudæis bonum,quum dicebat,Pater ignosce illis. *Iere.18.d.*Loquutus est nobis in Bethel,hoc est,*c* in Ecclesia.*Hos.12.b.* Et loquitur pacem gentibus,quum eas conuertit.*Zach.9.c.*Alloquutus est sororem suam Ecclesiam,*d* quando Spiritum sanctum super Apostolos misit , ad quam etiam dicitur loqui verba fauoris.*Cãt.2.c.8.c.*dicit Christus verbo,vt sanetur puer.*Mat.8.a.*quia prædicatio fidei eius affert sanitatem.Loquutus est etiam ad cor,*e* quando misit Spiritum sanctum, & instruxit corda discipulorum.*Hos.2.c.*

Loquutus est Dominus ad Abraham,postquam diuisus est ab eo Lot.*Gene.13.c.*vt *f* designaretur virtutis profectus,quando irrationales portiones à rationalibus segregantur.

Loqui dicitur Dominus in tenebris.*Matt.* 10.*c.*quia *g* sermones eius carnalibus tenebræ sunt.

Loquitur Deus quasi disputando nobiscum. *Isa.*41.*a.* quando *h* exigit rationem , quare non eum colamus. Et loquebatur ad Hierusalem in eius abundantia:quia inter prospera non cessabat admonere. *Iere.* 22. *e.* Et dicitur loqui malum,aut loqui in ira,quando minatur pœnam,nisi resipiscant.*Psal.2.Iere.11. d.* Et loquitur quasi parturiens,quum apertè castigat,quos ante patienter sustinuit.*Isa.42.b.*Et dicitur loquutus super Hierusalem , quum decreuit castigare.*Thren.1.b.*Et non frustra dicitur loquutus,quando eius minæ ad emendationem prosunt.*Ezec.6.c.*Et loquela grandis Dei,est *i* grauis eius punitio.*Iere.11.c.Iob.23.a.36.b.*

Loquens Angelus in Propheta,*k* ipsum sermonem propheticum designare potest. *Zach.1. b.* Ad hoc referri possunt loquentia septem tonitrua.*Apoc.10.a.*

Loqui ad Deum,est *l* ipsum orare & laudare.*Genes.18.d.Exod.33.c.*Et dicit opera sua Regi, qui ipsum confitetur,& laudat.*Psal.*44.Et loquitur in excessu,qui loquitur quasi supra hominem eleuatus.*Psal.* 115. Et loquitur Samuel verba populi in auribus Domini.1.*Reg.8.d.*designans prælatum,*m* qui vt magis familiaris Deo, orat pro peccatis populi.Vel designat orationem occultè faciendam intra cubiculum.*Matt.6.a* Multum verò precari, est eum quem precamur, diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Loquuntur magnificentiam gloriæ sanctitatis Dei,& virtutem terribilium eius,qui eum laudant.*Psal.* 144. Et loquitur in amaritudine animæ detestando culpam per amaritudinem pœnitentiæ.*Iob.10.a.*Loquimur ad omnipotentem,cùm eius misericordiam deprecamur, & cùm eius faciem per desiderium postulamus.*Iob.13.a. d.* Loqui autem nostrum ad Deum , *n* est non vocibus gutturis id,quod sentimus,prodere,sed promptis ad illum desideriis inhiare. *Iob.* 42. *a.*Loqui dicitur os alicuius in tribulatione spiritus sui,quando tribulatio spiritus linguam commouet,vt reatum praui operis vox confessionis & orationis impugnet qua ratione non loquebantur amici Iob.*Iob.2.d.7.c.Psal.65.*

Ineloquens Moses , ex quo cœpit loqui ad Deum , designat *o* quemlibet esse mutum comparatum Deo, licèt aliquid prius esse videretur.*Ex.4.a.*Eloquens autem Aaron videtur eum significare,cui Deus dat os & sapientiam.

Eloquia pulchritudinis dici possunt Euangelia.*Gen.49.c.*Et eloquia pulchritudinis,quæ dat Nephtalim,*p* dici possunt similitudines eleuantes nos ad cœlestium & spiritualium intelligentiam,qualia sunt , Osculetur me osculo oris sui fauus distillans labia tua,mel & lac sub lingua tua,& similia.Et eloquia Domini igne examinata, *q* sunt eius præcepta.*Psal.17.*Eloquium etiam Dei ignitum,est prædicatio.*Psal.118.147.Isa.28.f.*

Loquuntur linguis nouis,*r* qui iam vitæ veteris secularia verba derelinquunt,& sancta mysteria insonant, ac conditoris sui laudes & potentiam quantum præualent,narrant.*Marc.16.d.*

Loqui sapientiam,*s* est prædicare fidem,& loqui per fidem.*Psal.48.115.*Et loquens Aaron pro Mose, est prædicator instruens alios secundum legem,eamque explicans.*Exod.4.d.7.a.16.a.*Loquens autem Samuel cum Saule in solario,est instruens prædicatorem ita debere conuersari cum infirmis in ciuitate,vt tamen semper habeat in se altam conuersationem.Loquebatur autem ei sermonem regni, quum docebat spiritualem conuersationem.1. *Reg.9.d.10.a.*Loqui de testimoniis Dei in conspectu Regum,est audacter prædicare fidem. *Psal.* 118. Loquuti sunt discipuli sicut dixerat Iesus,quia eius authoritate prædicarunt.*Luc.19.e.*Dicere autem in lumine , est loqui cum libertate fidei confessionem.*Matth.10.c.*Et loqui aliis linguis,est prædicare legem nouam.*Isa. 28.c.Iere.31. d.1.Cor.14.d.*Loqui verò quinque verba in Ecclesia,est docere mysteria , quæ in pentateucho legis continentur. 1.*Cor.14.d.*Loquitur velociter & planè lingua balborum,quando hi qui non loquebantur de Deo, nec confitebãtur peccata sua,conuersi ad Deum omnia promptè exequuntur.*Isa.32:a.*Et loquitur veritatem in corde suo,qui reuelat dignis mysteria,& Christum sincerè prædicat.*Psal.14.*Loquens mutus,eiecto dæmonio,designat cõfessionem fidei,expulsis erroribus.*Matt.9.d.12.b.Luc.11.b.*Loquitur os in tribulatione, quum Martyres inter tormenta Christum confitentur.*Psal.* 65. Loquens autem de Deo homo deuoratur: quia fari ineffabilem cupiens ipsa suæ ignorantiæ angustia deglutitur. *Iob.* 33.*d.*Loquitur in porta,qui *t* publicè prædicat Christum,& qui loquitur in Christo.*Psal.126.*

Loquentes cum Iesu Moses& Elias excessum , quem completurus erat in Hierusalem , designant *u* legem & prophetas de Christo prophetantes,aut quæ prophetarunt,impleta esse monstrantes.*Matth.17.a.Luc. 9. d.* Et loquens Moses ad populum,est lex instruens populum.Petens autem populus,vt loqueretur Moses,& non Dominus,terrorem veteris legis designauit,cuius mysteria ignorabant,sed solo cortice legis contenti erant.*Exod. 19.c. 20.d.31.Leu.1.a.4.a.*Et loquens Moses sapientibus corde,est lex instruens doctores. *Exod.* 28. *a.* Loquens autem Moses ad Dominum sine velamine,& ad populum cum velamine,designat legem iis reserari,qui toto corde exquirunt Dominum. *Exod.* 34. *d.* Loqui autem interdum est prophetare , vt cessarunt loqui principes in aduentu Christi.*Iob.29.b.*

Loquens Anna in corde,designat *x* profectum prædicationis in iis, qui illustrantur,& sunt prædestinati. Loquens eadem ex multitudine mœroris & doloris,est Ecclesia non cessans loqui veritatem ex bono affectu, quantumcunque affligatur.1.*Reg.1.c.Iob.16.a.*

Loquens regina Saba Salomoni omnia,quæ habebat in corde suo.3.10. *b.* est *y* Ecclesia quærens à Christo solutionem quæstionum, quas gentiles philosophi soluere nequibant. Designat etiam confessionem peccatorum.

Loqui sublimia,est *z* loqui de Deo,vel est efferre antiquos patres gloriando quantum ad exteriora,vel extollere res mundanas,vt faciunt dæmones.1. *Reg.2.a.* Et loquens ingentia os,est *aa* Antichristus, qui audebit sedere in templo Dei.*Dan.7.c.*

Loqui plagas Moab *bb* est manifestare errores,quibus vulnerati sunt decepti ab hæreticis,*Isa.16.b.*

Loquebatur Propheta pacem de Hierusalem ciuitate cœlesti. *Psalm.* 121. vt *cc* audientes seipsos in ædificium consummandæ ciuitatis aptarent.Loquebatur autem propter fratres & proximos,quia nõ ad suum commodum, sed ad aliorum salutem.

Loquitur ad cor,*dd* qui consolatur,vt Sichen ad Dinam.*Gen.34.a.*sic loqui ad cor Hierusalem.*Is.40.a.Hos.2.c.*

Non vltra addit loqui in flagellis,*ee* cùm quis se prospicit ad bella aduersus antiquũ hostem infirmũ.*Iob.40.d.*

Loqui leuiter,est verbum *ff* otiosum dicere.*Iob.39.d.*Et loqui vnum illicitè,est res flagello dignas agere,& loqui aliud illicitè,est etiam de flagello murmurare.

Loquuntur iuxta muros & in ostiis domorum de Propheta,*gg* qui eius non penetrant sensum.*Ezech.33.g.*

Tu dixisti,de præterito respondit Christus pontifici, *hh* quia perierat fides Iudæorum. Pilato verò Gentili dixit,Tu dicis,quia fides gentium erat præsens.*Matth.26.f.27.b.*

Loquens Maria contra Mosen propter Æthiopissam , *ii* est murmurans synagoga contra Christum propter Ecclesiam. *Num.* 12. *a.* Dixerunt quoque Iudæi bonum malum , & malum bonum, quando dixerunt,Nolumus Iesum , sed Barabbam. Sed illud melius de rebus,quàm de personis intelligitur. *Isaia* 5. *e.* Loquebatur mendacium lingua Iudæorum:& calumniam,quum dicebant falsa testimonia aduersus Christum. Sic etiam loquentur,

quum

hh *Hil.s. Mat.Can.32.* ii *Amb.epist.82.& s.psal.118. Hie.s.Is.5.32.59. Au.enchi.ad Lau.19. Hil.s.ps.69.*

a *Hier. s. Ho. 1.*
b *Hil.s.Matt. Can.14.*
c *Hie.s.Ho.2.*
d *Gr.s.Can.8. Bern. s.Cant. serm.57.*
e *Hil.s.Matt. Can.7. Rup.s.Ho.2.*
f *Ambr.2. de Abra.7.*
g *Hil.s.Matt. Can.10.*
h *Hil.s.ps.2. Hie.s.Ezec.6.*
i *Gre.16.mo. 14.*
k *Hier.s.Zac. 1. Rup.6.s.Apoc*
l *Basi.s.ps.44. 115. Hier.ad princip. Aug.epi.12.5.*
m *Gre.s.1.Re. 8.& 2.mo.5. 6.& 8.m.15. & 9.mo. 33. & 11.mo.14. 22.*
n *Gre.15.mo. 2.Hier. s.Iob. 2.& s.ps. 65.*
o *Ori.s.Exod. hom.3. Bed.s.Exod.5.*
p *Ricar. de S. Vict.12.de patriar.24.*
q *Hila.s. psal. 118. Hier.s.ps. 17.*
r *Gr.hom.29. Bern.serm. 1. Ascensio.*
s *Basi.s.ps.14 48.115. Am. s. ps. 118. ser. & s.Luc. 19. Hil.s.Mat. Can.9. 6.50. 12.& s.ps.65 Hier.s.Is. 28. Gre.s.1.Re.9. 10. & 27.m. 26.*
t *Au.s.ps.126.*
u *Ori.s.Matt. hom.3. Am.s. Luc.9. Hie.s. Iob.31.*
x *Gre.s.1.Re. 1.& 13.m.4.*
y *Ori.s.Cant. hom.2. Au.serm.253*
z *Ori.s.1.Reg. ho.1. Gre.s.1.Re.2.*
aa *Hier.s.Da. 7.*
bb *Hier.s.Isa. 16.*
cc *Aug.s.psa. 121.*
dd *Hier.s.Isa. 40.*
ee *Gre.33.m. 23.*
ff *Gre. 32.m. 1.*
gg *Hie.s.Eze. 33.*

Certitudo sermonis Dei.
Liberans Christus.
MittensSpiritum S.
Profectus.
Obscurus sermo Dei malis.
Exigens Deus rationem.
Sermopropheticus.
Orare.
Laudare Deum.
Confiteri.
Mutus homo non comparatus Deo.
Euangelia.
Proferre mysteria.
Prædicare fidem.
Lex & propheta de Christo.
Profectus prædicationis.
Quærens Ecclesia solutionem quæstionum à Christo.
Loqui de Deo
Efferre antiquos patres.
Manifestare errores.
Præparare se ad gloriam cœlestem.
Consolari.
Cognitio propria infirmitatis.
Verba ociosa.
Non intelligere prophetias.
Murmurans synagoga in Christum.

Digitized by Google

quum parebunt Antichriſto. *Iſa.* 59. *a. c.* Et loquebantur Chriſto bona fratres eius, quum Scribæ & Phariſæi doloſè illi adulabantur. *Iere.* 12. *b.* Et loquebantur aduerſus Chriſtum, qui ſedebant in porta, quando ſacerdotes & Phariſæi aduerſus Chriſtum dicebant falſa teſtimonia. Et dicebant illi, Euge, euge, quum blaſphemantes dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. *Pſal.* 68. 69. 118. Loquitur fatuus fatua, iuxta vulgare prouerbium. *Iſa.* 32. *b.* quando ſcilicet Phariſæi dicebant de Chriſto: Hic ſi eſſet à Deo, non ſolueret ſabbatum. Loquebatur fraudulenter hypocrita, *a* cùm Phariſæi dicerent Chriſto: Magiſter, ſcimus quia verax es, & ad te non pertinet de hominibus. *Matth.* 22. *b.* *Hoſ.* 7. *d.* 13. *d.* *Sopho.* 3. *c.* *Pſal.* 34. Loquebatur etiam inimicus magna ſuper Chriſto, *b* quum Gentiles ipſum blaſphemabant. *Pſal.* 54.

Docere errores.

Loquuntur inania, & mendacium, & vanitatem & dolum, qui docent *c* negare Chriſtum, & docent alios errores: & *d* Iudæi accuſantes Chriſtum loquuti ſunt vanitates: & dæmones inducentes ad peccandum & perſeuerandum in peccato. *Pſal.* 33. 37. 108. 143. *Iſa.* 8. *b.* *Iere.* 9. *b.* Et loqui in ventum, eſt falſa loqui. *Ierem.* 5. *d.* Et loqui verba viſionis inutilis. *Hoſ.* 10. *a.* *Zach.* 10. Ad hæc refertur loqui opera hominum. *Pſal.* 16. loquuntur etiam inania, qui ſtrident incantationibus. Et loqui de terra eſt conſulendo dæmones, vt faciunt Pythones, ſic faciebant Iudæi poſt euerſam Hieruſalem, & faciunt idem hæretici. *Iſa.* 29. *a.* Loquitur etiam ſtultitiam os hæreticorum, quia errant à ſapientia licèt ſapientes videantur. *Iſaiæ* 9. *d.* Et loquuntur Pſeudoprophetæ viſiones cordis ſui de ore Domini, quando hæretici errores ſuos dicunt ſe habere à Domino. *Ierem.* 23. *e.* Dicuntur autem non loqui idola, hoc eſt hæreſes: quia nullum de ſe veritatis habent fundamentum. *Ierem.* 10. *a.* Loqui autem ſtultum eſt aliquid aduerſus Deum, eſt per impatientiam dicere aliquid, quod vergat ad blaſphemiam. *Iob.* 1. *d.* Loqui autem iniquitatem aut mendacium, *e* minus videtur quam meditari. Nam loqui plerunque præcipitationis eſt, meditari verò ſtudioſæ prauitatis. *Iob.* 27. *a.* Loquuntur etiam vanitatem qui fœlicitatem terrenam, quæ eſt in ſiniſtra, conſtituunt in dextra. *Pſal.* 143. Et loquens beſtia vt draco, eſt hæreticus imitans diabolum, nimirum habens doctrinam diabolicam ſub ſimulata ſanctitate. *Apoc.* 13. *c.* Et loquuntur pro Deo dolos hæretici, qui infirmas mentes ſub diuino prætextu ſtulta ſeductione decipiunt. *Iob.* 13. *a.* Garrula quoque meretrix deſignat *f* hæreticos neſcientes tacere. *Prouerb.* 7. *b.*

Silentium per uerſum hæreticorum.

Nemo amicorum Iob, loquebatur ei tacentibus verbum. *Iob.* 2. *d.* quia *g* hæretici tunc tacent, quando prædicatores veræ fidei filios prædicando generare negligunt. Si autem recta loqui incipimus, graues mox contumelias ex eorum reſponſione ſentimus. Nonnunquam tamen quum per torporem inertiæ, fidelium corda conſiderant, erroris ſemina ſpargere loquendo non ceſſant. Ediuerſo, cùm vident mentes bonorum alta ſapere, & ad patriam reditum quærere, de ærumna huius exilij ſtrenuè dolere: circumſpectione ſolicita linguam frænant: quia vident quod contra corda dolentium incaſſum loquentes citius obmuteſcunt. Vnde & rectè cùm diceretur: Nemo loquebatur ei verbum, mox cauſa ſilentij ſubinfertur, cùm dicitur: Videbant enim dolorem eſſe vehementem. Cùm enim amoris Dei dolor vehemens corda noſtra transfigit, paſſim praua loqui aduerſarius metuit: quia videt, quod intentam mentem laceſſens, non ſolùm ad peruerſitatem trahere non valet: ſed per excitatam forſitan ſapientiam & quos tenuerat perdit. Vel deſignantur vitia, quæ tunc non loquuntur nobis, quando cor veraciter dolet. Nam cùm plenè vita rectitudinis quæritur, ſuperuacua ſuggeſtio prauitatis obturatur. Ceſſantes etiam loqui principes ad præſentiam Iob, ſunt hæretici authoritati & doctrinæ ſanctæ Eccleſiæ reſiſtere non valentes. *Iob.* 29. *b.*

Murmurans caro.

Loquuta dicitur vxor Iob, quaſi de ſtultis mulieribus. *Iob* 2. *c.* Vbi deſignatur *h* reprehenſio carnis inſolenter murmurantis, vt ad impatientiam pertrahat: aut loquens blanda ad libidinis fluxa diſſoluat.

Mali in Eccleſia.

Dicunt teſtimonium rugæ Iob contra ipſum, *i* quando illi in ſequendo Eccleſiam increpant, qui in eius corpore poſiti duplicitatis ſuæ in ſe malitiam non emendant. *Iob.* 13. *b.*

Senſus ſeruientes vitiis.

Loquuntur quinque ciuitates lingua Ægypti, *k* quum quinque ſenſus deſeruiunt vitiis. Loquitur verò lingua Chananitide, quum virtutum operibus deſeruiunt. *Iſa.* 19. *c.*

Peccare ore.

Loqui ſermonem in ſabbato, eſt ore peccare. *Iſa.* 58. *d.*

Adulantes Chriſto.

Loquebatur Leuiathan mollia Deo. *Iob.* 40. *d.* quando *l* dicebat Chriſto incarnato: Scio quod ſis ſanctus Dei. Et membra eius loquentur illi mollia, quando dicent in iudicio: Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, &c. Dicunt videntibus, Nolite videre, & aſpicientibus, Nolite aſpicere, qui nolunt prædicari ſibi vera, ſed grata. Et loqui ſibi placentia volunt, *m* qui perſeuerant in malo. *Iſa.* 30. *b.* Ita pacificè loquuntur *n* dæmones, cùm ea ſuggerunt, quæ iucunda ſunt concupiſcentiæ. *Pſal.* 34. Loquuntur etiam potentiſſimi robuſtorum Pharaoni in inferno, cùm dicunt dæmones inferiores Lucifero. Et tu ſimilis es nobis. *Ezech.* 32. *d.*

Nolentes prædicari ſibi vera.

Lorica, Loricatus.

Munimenta fidei.

Lorica, eſt munimentum corporis, aduerſus vim extraneam, ſuſtinens ictus ſine corporis læſione. Loricatus autem, eſt lorica indutus, & datur lorica militis Dei, quæ eſt *o* iuſtitia: & lorica militis diaboli, quæ eſt iniuſtitia. Lorica autem iuſtitiæ indutus eſt Chriſtus. *Iſa.* 59.

Opera ſupra vires operantes.

Lorica fidei & charitatis eſt, qua munimur aduerſus tentationes diaboli. *Epheſ.* 6. *c.* 1. *Thren.* 5. *a.*

Simulata iuſtitia.

Lorica Sauli, quam induerat Dauid, ſed poſtea depoſuit tanquam ſibi grauem & ineptam, deſignat *p* opera excedentia vires operantis: quæ non debet aggredi, qui ſe ad ea debilem agnoſcit. 1. *Reg.* 17. *e.*

Varia vitia.

Lorica hamata, qua indutus eſt Goliath. 1. *Reg.* 17. *b.* deſignat *q* ſimulatam iuſtitiam, quando diabolus transfigurat ſe in Angelum lucis. Idem deſignat loricæ exercitus Gog. *Ezech.* 38. *a.* Et loricæ ferreæ. *Apoc.* 9. *b.* Loricæ igneæ ad *r* cupiditatem referuntur. Hiacinthinæ ad ſuperbiam. Sulphureæ ad fœtorem libidinis. *Apoc.* 9. *d.*

Lorum, vide Frænum.

Lot.

Lot, id eſt, inuolutus ſiue colligatus, aut coopertus: vel reſina preciosa quæ dicitur ſtacte. Vel interpretatur vocans, aut declinatio: filius Aram, nepos Abrahæ, & ſocius peregrinationis eius, à quo poſtea ſeparatus eſt: Sodomorum regionem eligens, à cuius tamen ſubuerſione liberatus eſt, in monte ſaluatus, quò prius nolebat aſcendere, & ibi inebriatus cum filiabus ſuis dormiuit, è quibus genuit filios, Moab, & Ammon.

Corpus Chriſti myſticum.

Lot manens inter Sodomitas, *s* corpus Chriſti myſticum deſignat, quod in hoc mundo permiſtum eſt malis, quorum tamen factis non conſentit, & ab eis in fine ſeculi ſegregabitur, illis videlicet ignis æterni ſupplicio damnatis. *Geneſ.* 19. *c.*

Prælati.

Lot admonens generos, vt à Sodomis diſcederent, & filias liberans, *t* typus eſt prælatorum, ſubditorum curam gerentium. *Geneſ.* 19. *g.*

Imperfecti. Status coniugatorum.

Lot coniunctus Abrahæ, deſignat *u* imperfectos, qui coniunguntur perfectioribus: quibus tamen ſunt oneri, & ſæpè ab eis diſcedunt. *Gen.* 12. *a.* 13. *c.* Vnde Lot tanquam imperfectus nolebat in montem aſcendere, ſed ſaluari in Segor, qua ratione peculiariter ſignificat *x* incipientes, qui non ſubitò aſcendere poſſunt ad ſublimitatem conuerſationis, & eos qui ſeruari volunt in ſtatu coniugatorum. *Gen.* 19. *e.*

Religioſi.

Lot, vt interpretatur vacans & declinans, & abiit cum Abraham in terram promiſſionis, religioſorum vitam *y* ſignificare poteſt, qui vacant Deo & declinant à vitiis & à carne, idque ſub prælati obedientia. *Gen.* 12. *a.* 13. *e.*

Infirmi.

Lot, vt diſceſſit ab Abraham, & eligit amœniora loca, exprimit *z* infirmos, qui à virtute diſcedentes, libidinem & carnalia eligunt. *Gen.* 13. *c.* Et quia non dicitur habuiſſe aurum & argentum ſicut Abraham, deſignare poteſt eum, qui nondum habet virtutes.

Rationalis ſenſus.

Lot non reſpiciens retro, typus eſt *aa* rationalis ſenſus & virilis animi, qui quæ retrò ſunt, obliuiſcitur, & ad anteriora ſe extendit. *Geneſ.* 19. *e.*

Incommoda ex conſortio malorum.

Lot Sodomis iuſtus, & in monte peccans, deſignat eos, *bb* qui inter malos ſunt boni, & tranſlati in locum ſanctum, peruertuntur.

Ignorantes.

Lot captus cum Sodomitis declarat, *cc* quæ incommoda ex malorum ſocietate proueniant. *Gen.* 14. *b.* Qui tamen priuſquam ab hoſtibus caperetur, loci amœnitate captus fuerat.

Lex vetus.

Lot dormiens cum filiabus, *dd* ignorantes deſignat, qui & ineptè conſulunt & facilè conſentiunt. *Geneſ.* 19. Deſignat etiam *ee* legem veterem, quæ carnalibus tradita, carnales generat ſenſus, quos tamen ebria genera[t], quia tales ſenſus non agnoſcit. Et quidem ex illa procreati, & ſub lege poſiti, malè intelligendo quodammod[o]

a *Hie. ſ. Ho.* 7.
b *Hil. ſ. pſ.* 54.
c *Orig. ſ. Iſa. hom.* 7.
d *Bed. ſ. pſ.* 37. *Arn. ſ. pſ.* 5. *Hier. ſ. pſ.* 16. *& ſ. Iſ.* 30. *& ſ. Ier.* 5. *Aug. ſ. pſ.* 37. 108. *Hie. ſ. Iſ.* 9. *& ſ. Ier.* 23. *Gre.* 2. *mo.* 24. *& 9. mor.* 2.
e *Au. ſ. pſ.* 143. *Gre.* 33. *m.* 36 *& 11. mo.* 15.
f *Bed. ſ. Prou.* 7.
g *Gre.* 3. *mor.* 30. *& 19. m.* 14.
h *Gre.* 3. *mor.* 24.
i *Gre.* 13. *mo* 5.
k *Hi. ſ. Iſ.* 19.
l *Gre.* 33. *mo.* 18.
m *Hi. ſ. Iſ.* 30.
n *Ar. ſ. pſ.* 34.
o *Ori ſ. pſ.* 36. *hom.* 2. *Hier. ſ. Iſ.* 59.
p *Gre. ſ.* 1. *Re.* 17.
q *Hie. ſ. Ezec.* 38.
r *Rup.* 5. *ſ. Apo.*
ſ *Au.* 22. *con. Fauſt.* 47.
t *Bed. ſ. Gen.* 19.
u *Phil. de migra. Abraha.*
x *Amb.* 2. *de Abra.* 26. *Cyr. de ador. in Spiritu S.*
y *Ambr.* 2. *de Abra.* 6. *Clim grad.* 1.
z *Ambr.* 1. *de Abra* 3. *& 2. de Abrah.* 5. *Hie. ſ. Eze.* 25.
aa *Ori. ſ. Gen. hom.* 5.
bb *Glo. int. ſu. Gen.* 19.
cc *Amb.* 1. *de Abra.* 3.
dd *Phil. de temulentia.*
ee *Ori. ſ. Gen. ho.* 5. *Aug.* 22. *con. Fauſt.* 42. *& ſ. pſ.* 59. *Bed. ſ. Gen.* 19

Digitized by Google

inebriantes,atque non legitimè vtendo,infidelitatis opera pariunt.Bona est enim lex ait Apostolus si quis ea legitimè vtatur.

Lot,vt interpretatur declinans,typus est *a* hæresiarcharum,qui declinant & separantur ab Ecclesia, vt suos defendant errores.Et non capit eos simul terra,id est Ecclesia.*Gen.*13.*c*. Est etiam typus diaboli , & filij Lot sunt *b* dæmones,aut hæretici diaboli imitatores.*Psalm.*82.designat etiam *c* populum Iudaicum, qui declinauit à Christo,& elegit temporalia bona.

Hæresiarcha. Diabolus. Populus Iudaicus.

Lubricus.

Lubricus locus,est in quo quis nequit consistere,quales sunt herbæ sanguine perfusæ,aut terra argillosa, humectata,aut marmora læuigata,aut aqua congelata,& id genus reliqua.

Lubricum in tenebris,designat *d* errores,& ignorantiam,per quæ quis in peccatum cadit.*Iere.*23.*c.* 38.*f.* *Psal.* 34.designat etiam luxuriam,quæ promptum ac facilem habet lapsum.

Lubricant vestigia in itinere platearum , *e* quando quis peccat sequens viam latam , quæ ducit ad mortem. *Thren.* 4. *d.*

Errores. Ignorantia. Luxuria. Sequi viam latam.

Lucere, Lux, Lumen, Luminare, Lucerna, Illuminare.
Diluescere, Illuescere, Allucere.

LVCERE,est lucem emittere.Lux autem est claritas seu splendor in corpore luminoso, vel extra à corpore luminoso exiens,quæ & lumen dicitur.Lucerna autem est instrumentum in quo vnum aut plura elychnia accensa oleoque fota noctem illuminant.Lux autem dicitur bona.*Gen.*1.*a.*non proportione partium,*f* sed ipso suo aspectu,& quia approbata à Deo.Solet in homine triplex poni lumen,naturale,fidei,& gloriæ.

Lucere,interdum est apparere.*Prou.*17.*d.*In facie sapientis lucet sapientia.Illuminare.*Gen.*1.*b.*Vt luceant in firmamento cœli.Offerre.*Iob.*41.*d.*Post eum lucebit semita.Lux autem,aurora.*Psal.* 126. Vanum est vobis ante lucem surgere.Claritas.*Iob.*3.*b.*Expectet lucem & non videat.Cognitio.*Iob.*36.*d.*In manibus abscondit lucem.Consolatio.*Isa.*9.*a.*Populus qui ambulabat in tenebris , vidit lucem magnam.Dies.*Gen.*1.*a.* Fiat lux,& facta est lux. Gaudium.*Psal.*43.Emitte lucem tuam.Iustitia.*Iob.*38.*b.*In qua via lux habitet.Manifestatio.*Iob.* 18.*b.* Abscondita produxit in lucem.Vita præsens.*Iob.*3.*d.*Quare misero data est lux?Ad eadem refertur lumen. Lucerna quandoque est bonum opus.*Luc.*12.*e.*Lucernæ ardentes in manibus vestris.Intellectus.*Psal.*17. Illuminans lucernam meam Domine.Memoria.2.*Reg.*21.*d.*Ne extinguas lucernam Israël.Prædicatio.*Matt.*5. *b.* Neque accendunt lucernam,& ponunt,&c.Prosperitas.*Prou.*13.*b.*24.*c.*Lucerna impiorum extinguetur.Verbum Dei. *Psalm.* 118. Lucerna pedibus meis,verbum tuum.

Lux inter corpora principatum obtinens, cæteraque illuminans , sæpè pro *g* Deo sumitur cuncta illustrante, & interdum pro Christo,qui dicitur lumen de lumine,nonnunquam pro Spiritu sancto. *Psal.* 37.126. Et videre lumen in lumine,est videre in Filio Patrem.*Psal.*35.vel est per bonorum operum lumen , ad diuinum lumen videndum,vel ad ipsum Christum peruenire.Dicitur autem *h* Christus lumen gentium,& lumen Ecclesiæ , & lux magna,non sicut prophetæ.*Isa.* 5.*c.*9.*a.*42.*b.*46.*b.*51.*b.*58.*c.*59.*b.*60.*a.*Et lux meridiana,est splendor diuinæ præsentiæ in Ecclesia.*Isa.* 18.*b.*60.*d.*Et luminare maius dicitur Christus.*Genes.*1.*b.*qui etiam quibusdam dicitur lux, quibusdam lucerna,& dicitur lucerna pedibus,hoc est,huic mundo, & lumen semitis æternis. *Psal.* 118. Lumen quoque Dei,in quo videmus lumen,est *i* virtus Dei, per quam quis illuminatus , vel veritatem rerum omnium peruidet,vel ipsum Deum cognoscit,qui veritas appellatur.*Ioan.*1.*a.*8.*b.*9.*a.*& 1.*Ioan.*1.*b.*Lux quoque in Deo, *k* est vt imago diuinæ bonitatis.*Psal.*66.Et lumen faciens dies Christi,est ipse Sol iustitiæ.Súrgere autem ante lucem,est sine Christo operari,*Psal.*126.Lucernæ quibus Deus scrutatur Hierusalem,dicunt claram & apertam ac omnia penetrantem Dei cognitionem.*Sopho.*1.*c.*Et lucida nubes,est virtus paterna,vel Spiritus sanctus,vel *l* ipse Filius,qui obumbrat,& illuminat.*Matt.* 17.*a.*Amos 8.*c.*Et lux orta iusto,est Christus.*Psal.*96.*Iob.* 3.*c.* Et lucerna est caro Christi accensa lumine diuinitatis.*Luc.*15.*b.*Illuminatio etiam nostra dicitur Deus contra malum ignorantiæ.*Psal.*26.Et lumen oculorum erat spiritus propheticus in Dauid.*Psal.* 33. Lucerna in candelabro dici potest *m* Spiritus sanctus in Christo.*Leu.*24.*a.*

Deus. Pater. Caro Christi. Spiritus propheticus.

Illuminat Deus faciem suam super seruum suum, *n* quando illuminat interius:vel quando in iudicio apparebit bonis.*Psal.*118. Illuxerunt etiam coruscationes Dei orbi terræ *o* quum manifestatus est Deus per Christi resurrectionem,& quum manifestatur per creaturas,*Psal.*96.Illuminatio quoque vultus Dei dicitur , quia omnia clarè vt in luce cognoscit.*Psal.*89.Illuminatio autem mundi facta est per aduentum Christi. *Isa.* 60. 2. *Tim.* 1.*e.* Lux,hominum est vita,vt non quælibet vita,sed spiritualis,quæ est in Deo , intelligatur. *Ioan.* 1. *a.* Illuminauit autem Deus vultum suum super nos,*p* quando misit filium suum , qui est eius imago:& quando illustrat animã ad suam imaginem factam.*Psal.*64. 66. Illuminat Deus mirabiliter à montibus æternis , quum per Prophetas & Apostolos se nobis manifestat.*Psal.*75.

Illuminans Deus interius. Apparens in iudicio.

Lucernæ,quibus scrutatur Dominus Hierusalem,*q* sermonem & rationem Dei designant:quibus exiget rationem etiam de verbis ociosis.*Sophon.*1.*c.*

Sermo Dei.

Lumen Dei,quo videmus lumen,dici potest sacra *r* scriptura tam veteris quàm noui testamenti,sed præcipuè noui.*Psal.*35.88.135.Et luminare maius est nouum testamentum,luminare verò minus,vetus.*Gen.*1.*b.*Psal.125. Lucerna intra tabernaculum,erat lex tradita populo Iudæorum. *Leu.* 14. *a.* Lucerna quoque Dei, est *s* sacra scriptura,quam non videt Eli,hoc est,Iudæi,licet ferant.Litera quidem velut testa:sensus verò spiritualis , est claritas luminis:oleum autem est deuotio amoris.1.*Reg.*3.*a.*2.*Petr.*1.*d.*Lucerna etiam sub modio,est *t* lex vetus : Lucerna verò sub candelabrum,lex noua.*Matth.*5.*b.*Isa.2.*b.*Isa.8.*d.*10.*d.*50.*d.*Iere.4.*f.*Exod.30.*a.*35.*a.*Iob.29.*a.* 37.*b.* 38.*c.*Luc.11.*e.*15.*b.*Lumen lucernæ,dici potest doctrina & scientia Prophetarum.*Ier.*25.*c.*Et lux sagittarum Dei, est splendens doctrina.*Hab.*3.*c.* Luminare præterea maius , dici potest sermo sapientiæ , luminare minus sermo scientiæ. Vel luminare maius in supremo cœlo intelligentiæ est speculatio sublimior atque subtilior:luminare verò minus,speculatio inferior & obscurior.Dicunt in lumine,quæ audierunt in tenebris : quum discipuli Christi aperiunt mysteria,quæ sub velamine ab ipso acceperunt.*Matth.*10.*c.*In lucem quoque producit Deus vmbram mortis,quum mysteria legis nobis manifestat.*Iob.*12.*d.*Et abscondita producit in lucem. *Iob.*28.*b.*Sic illuxerunt coruscationes Dei orbi terræ.*Psal.*76.Et nox est illuminatio in deliciis:quia dum per intellectum mysticum studiosa mens reficitur,iam in ea vitæ præsentis obscuritas fulgore diei sequentis illuminatur.*Psal.*138.

Sacra Scriptura. Sermo sapientiæ. Sermo scientiæ. Speculatio sublimior.& inferior.

Lumen,quod non videbit malus,*u* est gloria cœlestis patriæ. *Psal.* 48. Et illuescens dies, est aduentus gloriæ post mortem.1.*Reg.*14.*e.*Et nox,est illuminatio in deliciis , quando per mortem transitur ad gloriam. *Psal.* 128. *Iob.*3.*b.*17.*c.*Lux autem vultus Christi dicitur non cadere in terram:quia visionis eius claritas peccatoribus non apparet.*Iob.*19.*d.*30.*d.*Mali autem dicuntur ambulare in tenebris,quasi in luce:quia perinde in præsenti cæcitate sunt læti,ac si iam æternæ patriæ luce perfruerentur.*Iob.*24.*c.*

Gloria cœlestis.

Lux sæpè significat *x* gratiam & virtutes,& pœnitentiam,& puritatem conscientiæ,& veritatem,& luminaria in firmamento,sunt *x* virtutes in anima.*Gen.*1.*b.*Psal.37.62.Et nubes illuminans noctem,est gratia vitæ præsenti necessaria.Et lux quæ erat vbi erant filij Israel,est gratia in fidelibus.*Exod.*10.*f.*14.*e.*25. *a.*35.*a.* *Psalm.* 104.Et illuminatio est cognitio,quæ delet ignorationem, & perspicacem videndi facultatẽ infert.Et diluescit *y* manè, quando quietæ menti veritatis splendor se aperit.1.*Reg.*9.*d.*Et tunc dicuntur oculi cordis illuminari. *Iob.* 16. *b.* *Ephes.*1.*c.* Lumen quoque Dei , est *aa* gratia præueniens,quæ si in nostro corde gratuito non consurgeret, mens nostra in peccatorum suorum tenebris obscura remaneret.*Iob.*3.*b.*25.*a.*29.*a.*38.*b.*Eccles*iast*a 12.*a.*Mich.7.*b.*Lucernæ super candelabrum,*bb* sunt virtutes in conuersatione Euangelica.*Leu.*24.*a.*

Gratia. Virtutes. Pœnitentia. Puritas conscientia. Veritas. Cognitioveritatis. Fides.

Lux facta primo die,est *cc* fides de Christo. *Genes.* 1.*a.*Et lucerna sub modio , erat fides intra legem , *Luc.* 11.*e.* Hæc est lucerna,quam sequi debemus in huius vitæ tenebris. Et illuminat noctem , vt nubes , quia est vitæ præsenti necessaria.*Ex.*14.Hæc lux aufertur ab impiis.*Iob.*38.*b.*qui dum plus terrena,quàm cœlestia,plus quæ videt, quàm

a *Ambr.*2. *de Abra.*6.
b *Hie.s.ps.*82.
c *Bed.s.Gene.* 12.
d *Au.s.ps.*34.
e *Glo.ord.sup. Thren.*4.
f *Basi.exaem. hom.*2.
g *Arn.s.ps.*37 *Ambr. exhor. ad virg. & s. ps.*118.*ser.*14.
h *Hier.s.Is.*5. 9.18.58.*Ori. s.Gen.hom.*1. *& s.Leu.hom* 13.*& s.Io.ho.* 4.*& s.Iud.h.* 1.*& s. Matt. hom.*3. *& 1. periar.*
i *Dion.de diui.no.*4.
k *Hil.s.ps.*66. *Aug.s.ps.* 96. 138.*& s.Ioa. tra.*34. *Cyr.*6.*s.Ioan.* 14. *Gre. hom.*34.
l *Bas.s.ps.*33. *Gre.*14.*m.*19
m *Isyc.s.Leu.* 24.
n *Hila.s.psal.* 118.
o *Ambr.*2.*de voc.Gentium.* 1.
p *Hi. Cypria. & s.ps.*64.75 *Aug. s.ps.*60. 75.
q *Hie.Soph.*1.
r *Hil.s.ps.*118. *Arn.s.ps.*135. *Ori. s. Leui. ho.*13.*Amb.s. ps.* 118.*serm.* 14.
s *Gr.s.*1.*Re.*3. *&* 18.*mo.*13. *&* 19.*m.*9.
t *Hie.s. Is.* 2. *& s.Ier.*25. *Tert. de pudicitia. Au.*13. *conf.* 18.*& s. ps.*76. *Bed.s. Gen.*1. *Ricar.de S. Vict.*3. *de arca myst.*9.*Gr.* 11.*mo.*11. *&* 16.*m.* 10.*&* 18.*m.*23.
u *Basil.s.psal.* 48. *Arn.s.ps.*138. *Gre.s.*1. *Reg.* 14.*&* 13. *m.* 20.*&* 16.*m.* 29.20. *mo.*4.
x *Arn.s.ps.*62 104. *Hil.s.ps.* 62.
y *Au.*13.*conf.* 12.*&* 1. *de Gent. cont. Manich.*25. *Clem. Ale.*1. *ped.*6.

z *Greg.s.*1.*Reg.*9.*&* 17.*mo.*8.*&* 29.*mor.*9. aa *Hier. s. Iob.*29. bb *Isyc.s.Leu.*24. cc *Aug.*1.*de Gen.con.Manich.* 25. *Am.s.Luc.*11 *& s.psal.*117.*serm.*14. *Arn.s.ps.*104.

Digitized by Google

Angeli.

Perfectio rei.

Iusti. Apostoli.

Prædicatores.

Bona opera.

Ecclesia. Anima.

Deuotio mentis. Manifestatio in iudicio.

Pœnitentia.

Miracula Sanctorum.

Prælatus. Ioannes Baptista.

Suscipere splẽdorem internæ claritatis. Illustrans exemplis. Pontifex cæcus.

Gaudium.

Prosperitas temporalis. Refrigerium. Liberatio à tribulatione.

Dona Spiritus sancti. Intentio operis. Stimulus ad operandum, laus. Claritas animi. Eleemosyna propter Deũ Detectio astutiæ diaboli. Vita præsens. Oculi. Splendor regni Iudæorum tẽpore Dauid. Fides peccatorum. Apparens bonum, aut verum.

Miracula antichristi.

quàm quæ audiunt, diligunt: pulsante persecutionis articulo, quod rectum credere videbantur, amittunt. Lucernæ ardentes in manibus, sunt fides & charitas Christiana in bonis operibus. *Luc.* 12. *e.*

Lux quoque primo die facta, designare potest *a* naturam angelicam ad Deum conuersam, vel gratia illustratam. *Gen.* 1. *a.* Hæc lux diuisa est à tenebris, cùm angeli boni separati sunt à malis.

Lux præterea primo die facta, *b* perfectionem cuiusque rei significare potest: & hæc lux dicitur bona. *Gen.* 1. *a. Isaiæ* 45. *b.* Et peruersi sunt rebelles lumini: quia sua desideria sequendo, bonum despiciunt, quod nouerunt. *Iob.* 24. *b. c.*

Lux aliquando dicuntur *c* iusti, qui sunt luminaria illuminantia terram, hoc est, peccatores exemplo suo. *Gen.* 1. *a.* Et lucernæ septem, significant Sanctos, qui lucere debent bonis operibus coram Domino. Et lucent die ac nocte, vt designetur nos vigilantes & dormientes debere gratias agere. Lucent autem coram Domino, quia illi sunt grati & lucent ex aduerso, quum omnibus eorum lux apparet. *Exod.* 25. *d.* 27. *d.* 26. *c.* Dicuntur autem sancti lux *d* propter vitæ claritatem nil obscuritatis habẽtem & quia vt lux est vtilis aliis, ita Sancti. Lux autem peculiariter dicuntur Apostoli, & doctores boni, ac prædicatores, qui dicuntur lux mundi, ob veritatis manifestationẽ, & quia illuminant mundanos doctrina & exemplo. *Gen.* 1. *Matth.* 5. *b. Ephes.* 3. *b. Phil.* 2. *b.* Et prædicator est lucerna, quam parauit Deus Christo. *Psal.* 131. 135. Et lucerna sub modio, est prædicator latens, aut solùm in Iudæa prædicans. *Matth.* 5. *c.* Nubes autem spargunt lumen suum, cùm prædicatores sancti exempla vitæ, & loquendo & agendo dilatant. *Iob.* Lux quoque dicuntur existentes in gratia & diuinam cogitationem habentes. *Ephes.* 5. *c.*

Lux dicuntur etiam *e* bona opera, quæ debent lucere coram hominibus. *Matt.* 5. *b. Isa.* 58. *d.* Ipsa quoque bonorum operum manifestatio lumen dicitur. *Psal.* 36. Et qui bene operantur, illuminari dicuntur. *Psalm.* 33. Et lucis arma, sunt opera gratiæ, quæ non occultantur. *Rom.* 13. *d.* Et lucidum corpus est operatio recta intentione facta. *Matth.* 6. *c.* Hæc autem lux non erit in malis in die iudicij. *Zach.* 14. *b.* Lucernas ardentes in manibus tenemus, cùm *f* per opera proximis nostris lucis exempla monstramus. *Luc.* 12. *e.*

Luminare minus dici potest *g* Ecclesia, quæ lumen recipit à Christo, vt Luna à Sole. *Genes.* 1. *b.*

Lux dici potest *h* anima, quæ diuiditur à tenebris, hoc est à corpore cum suis vitiis. *Gene.* 1. *a.* Et lucerna, quam illuminat Deus est intellectus animæ. *Psal.* 17. Et lucernæ ardentes in manibus, sunt mentes fide veritatis accensæ & operibus virtutis relucentes. *Luc.* 12. *e.* Et lucerna mulieris fortis, est *i* mentis deuotio cum operibus & prædicatione. *Prou.* 31. *c.*

Lumen interdum dicit *k* manifestationem, quæ fiet in die iudicij. In lumine enim ostenditur, quicquid tunc in conspectu hominum demonstratur. Ideo ait Apostolus *Ephes.* 5. *c.* omnia quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Peccata igitur illa non illustrantur lumine, quæ ante iudicium remittuntur. *Iob.* 3. *a.*

Lumen etiam dici potest *l* recognitio peccati, & pœnitentia: quo lumine non illustratur dies, quo natus est Iob, hoc est, diabolus. *Iob.* 3. *a.*

Lumen aliquando dicuntur *m* miracula Sanctorum: & Deus lumine suo fulgurat, quando per prædicatores Sanctos insensibilitatis nostræ tenebras etiam miraculis illustrat. *Iob.* 36. *d.* Ita dicuntur illuxisse coruscationes Dei orbi terræ. *Psal.* 76.

Lucerna Dei, dicitur *n* prælatus. 1. *Reg.* 3. *a.* Sicut & *o* de Ioanne Baptista dicitur. *Ioan.* 5. *f.* Erat lucerna ardens & lucens: prius quidem ardens, postea lucens. Eundem Ioannem designauit lucerna templi, quæ erat extra velum, propter simpliciorem doctrinam: quia pœnitentiam prædicabat: & quia doctrina eius præparabat, non perficiebat. *Exod.* 25. *a.* Ipse quoque *p* Ioannes Baptista est lucerna, quam parauit Deus Christo. *Psal.* 131.

Illuminari dicuntur luce viuentium. *Iob.* 33. *d.* qui *q* despecto temporali lumine, ad splendorem internæ claritatis recurrunt: vt ibi viuant, vbi verum lumen sentiendo videant. Qui autem adhuc huic mundo viuunt, luce morientium tenebrescunt.

Illuminat Deus mirabiliter à montibus æternis, *r* cum per admiratam vitam patrum præcedentium, radio nos suæ claritatis illustrat. *Psalm.* 75. Et lumen Dei, est vsque ad terminos terræ, cùm etiam in extremo vitæ conuertit peccatores. *Iob.* 37. *a.*

Lucerna Dei, quam extinctam videre non poterat Eli, *s* ipsum pontificem designabat: cuius oculi caligabant, vt non cognosceret seipsum. 1. *Reg.* 3. *a.*

Lux aliquando gaudium, sicut tenebræ tristitiam designat. *Iob.* 18. *b.* Et lucerna, quæ est super impium, est *t* gaudium in carne, sicut lumen in testa: & dicitur esse super eum, quia iniquorum mentem terrena gaudia possident, non ab eis possidentur. Extinguitur autem lucerna impiorum, *u* cùm eorum gaudium & prosperitas perit. *Iob.* 21. *b.* 38. *b.*

Lux aliquando est *x* prosperitas temporalis, vt de Sancto viro dicitur, *Psal.* 138. sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quia enim sancti viri ita prosperitatem seculi calcant, sicut aduersitatem eius calcantes tolerant, per magnam mentis celsitudinem, mundi, sibi aduersa & prospera substernentes dicunt. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius, ac si apertè dicant, Sicut intentionis nostræ fortitudinem eius tristitia non premunt, ita nec blanda corrumpunt. Et lux data misero, est prosperitas data iusto, suam miseriam cognoscenti. *Iob.* 3. *d.* Lux quandoque pro refrigerio, aut liberatione à tribulatione, vel à peccato, vel etiam pro ipsa prosperitate sumitur. *Iere.* 13. *c. Thren.* 3. *a. Iob.* 11. *c.* 36. *d.* Et lux prosperitatis & gloriæ vitæ præsentis aufertur ab impiis. *Iob.* 38. *b. Amos* 5. *b.*

Lucernæ septem super candelabrum, designant *y* dona Spiritus sancti, quæ fuerunt præcipuè in Christo. *Exod.* 25. *d.* 27. *d.* 30. *b.* 35. *b.* 37. *c.* 40. *c. Zac.* 4. *a.* De Christo enim dicitur, *Isa.* 61. *a.* Spiritus Domini super me, &c.

Lucerna corporis, est *z* intentio operis, quæ tunc fit tenebræ, cùm intentio ipsa est affecta prauitate. *Matth.* 6. *c.* Lumen quoque fit tenebræ, quum doctor est ignarus.

Illuminari oculi Ionathæ dicuntur per gustum mellis, licèt prius videret, vt designetur *aa* ex laude operum accendi homines ad fortius operandum. 1. *Reg.* 14. *d.*

Lucidissimum thus offerendum Deo, *bb* quia nil obscurum in animo nostro est, illi gratum. *Exo.* 30. *d. Leu.* 24. *a.* Lucidissimum quoque oleum est, cùm quis eleemosynam facit propter Deum, non ob inanem gloriam.

In lucem producitur vmbra mortis, *cc* dum Sanctorum mentibus maligna antiqui hostis operatio, vt destrui possit, aperitur. *Iob.* 13. *d.*

Lux aliquando est *dd* vita præsens, vt quum malus de luce vitæ præsentis eiicitur in tenebras & supplicia æterna. *Iob.* 12. *d.*

Lux interdum etiam *ee* pro oculis, qui lumina dicti [illegible] terram, quia eius oculi ea, quæ terrena sunt per concupiscentiam non aspiciebat. *Iob.* 29. *d.*

Luminaria quarto die facta, *ff* splendorem regni Iudæorum tempore Dauid significare possunt: tunc enim fuit quarta mundi ætas. *Gen.* 1. *b.*

Lucerna *gg* cùm sit paruum lumen est etiam lux in iis, qui sunt in peccato. *Luc.* 12. *e.* habent enim hi quoque in tenebris lucem suam: quia dum peruersa agunt, & tamen de Deo recta sapiunt: ne funditus tenebrescant, ex quadam parte fulgore luminis fidei illustrantur. *Iob.* 38. *b.*

Lux impiorum, quæ extinguitur, est *hh* apparens bonum, seu voluptatis, seu diuitiarum, siue etiam apparens verum in hæresibus. *Iob.* 18. *a.* Hæc autem lux est ab illo qui se transfigurat in angelum lucis. Et hoc lumen est malis ignis, quo comburuntur. *Isa.* 50. *d.* Lumen autem deficiens à Luna, est apparentia veritatis. *Matt.* 24. *c.* Lucens lepra in cute, vel lucens macula, est mendacium apparens verum. *Leu.* 13. *a.* 14. *g.* Non dabit Luna lumen suum, quum hæretici non amplius decipient falso nomine scientiæ, *Ezec.* 32. *b.*

Lux Lunæ erit post iudicium sicut lux Solis: & lux solis sicut lux septem dierum, *ii* etiam ad literam. *Isa.* 30. *f.* 60. *d.* Et lux Ecclesiæ *kk* erit tunc sicut lux Christi.

Lucet semira post Leuiathan: *ll* quia quacunque transeat diabolus, vel Antichristus, in quo est diabolus,

a *Gr.* 29. *m.* 3. *Bed. s. Gen.* 1. *Fulg. serm. de cont. Augu.* 2. *conf.* 3. *Bed. s. Gen.* 1. *Ru.* 1. *s. Gen.* 1.

b *Basil. quòd Deus non est auctor malorũ. Greg.* 16. *mor.* 26.

c *Ori. s. Exod. hom.* 9. *& su. Iosu. hom.* 17. *Phil. de victimas offerenti. Hil. s. Matth. Can.* 4. *Hie. s. Mat.* 5.

d *Au.* 13. *conf.* 18. *& 1. serm. Domini in monte. & su. Ioan. tra.* 2. 3. *Chry. s. Ioan. hom.* 51. *Bed. s. Gen.* 1.

e *Ori. s. ps.* 36. *hom.* 5. *Basi. s. ps.* 33. *Am. s. Ro.* 13. *Au.* 2. *ser. Domini in monte*

f *Gr. s. hom.* 1.

g *Ori. s. Gen. hom.* 1.

h *Bed. s. Gen. hom. Bed. s. Gen.* 1. *Hie. s. ps.* 17. *Tertu. adu. Marc.* 4. *Arn. s. ps.* 17.

i *Bed. s. Prou.* 31.

k *Gre.* 14. *mo.* 17.

l *Gre.* 4. *mo.* 9.

m *Gre.* 26. *m.* 8.

n *Gre. s.* 1. *Re.* 3.

o *Cyr.* 1. *s. Ioa.* 7. *& 3. s. Ioan.* 1. *& 4. s. Ioan* 12.

p *Hier. s. ps.* 131.

q *Greg.* 4. *mo.* 19.

r *Gre.* 26. *mo.* 64.

s *Gre. s.* 1. *Re.* 3.

t *Gre.* 14. *mo.* 34.

u *Hier. s. Iob.* 38.

x *Gre.* 5. *m.* 1. *& 13. mo.* 20. *& 27. mo.* 11. *& 29. mor.* 5. *Au. s. ps.* 138.

y *Ori. s. Exod. hom.* 9. *Hier. s. Zac.* 4. *Gre. Nyss. de vita Mosis.*

z *Au. ser. Domini in monte Ori. s. Io. h.* 17. *Euch. form. spir.* 3.

aa *Gr. s.* 2. *Re.* 14.

bb *Ori. s. Leu. ho.* 9. *Isy. s. Le.* 24. cc *Gr.* 11. *mo.* 17. dd *Gre.* 14. *mor.* 11. ee *Greg.* 20. *mor.* 13. ff *Augu.* 1. *de Gen. cont. Manic.* 23. gg *Ori. s. Mat. ho.* 21. *Gre.* 29. *m.* 3. hh *Ori. s. Iud. hom.* 1. *& su. Mat. ho.* 30. *Gre.* 14. *mo.* 3. *& 15. mo.* 21. *& 29. mor.* 1. *Hie. s. Eze.* 27. ii *Hie. s. Is.* 30. kk *Rup.* 3. *Vict. verbi Dei* 20. ll *Gre* 24. *m.* 11. *Hie. s. Iob.* 41.

Digitized by Google

admirationem nimiam ex miraculorum suorum claritate derelinquit:& siue per se seu per ministros suos quolibet prodeat,mendacibus signis coruscat.*Iob.*41.*b.*vnde *Matt.* 15.*c.* Surgent pseudoChristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia:ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Vel lucebit semita post eum: quia respiscet quando tempus pœnitendi non erit: quod de toto malorum corpore intelligi potest.

a *Hie.s. Ezec.* 32.. Luminatia,quæ mœrebunt,*a* sunt hæretici,qui cadent,vt cæci in foueam inferni.*Exech.*32.*b.* *Hæretici.*

Lucifer.

b *Gre.*29.*mo.* 30. *Hier.s.Iob.*38 *Idacius adu. Varimadum.* Lvcifer,est stella seu planeta,qui dicitur Venus: qui sic appellatur,quando manè ante Solem oritur. *Christi.*

Lucifer aliquando pro *b* Christo sumitur:vt *Iob.*38.*g.* Deus dicitur producere luciferum in tempore suo:quia misit Filium suum,quando venit plenitudo temporis:vt dicitur, *Galat.*4. Qui natus ex Virgine velut lucifer inter tenebras nostræ noctis apparuit:quia fugata obscuritate peccati,æternum nobis manè nunciauit.Et ipse luciferum se esse innotuit: quia diluculo ex morte surrexit: & fulgore sui luminis mortalitatis nostræ caliginem pressit. Qui & stella splendida & matutina dicitur. *Apoc.* 22. *d.* Viuus quippe apparendo post mortem matutina nobis stella factus est:quia dum in semetipso exemplum nobis resurrectionis exhibuit, quæ lux sequatur, indicauit,de eodem dicitur.2.*Petr.*1.*d.*Lucifer oriatur in cordibus vestris.

c *Augu.s.ps.* 109. Ante luciferum genuit Pater filium.*Psal.* 109.hoc est,*c* ante tempus,vt lucifer ponatur pro tempore. *Tempus.*

d *Gre.*10.*mo.* 21. Lucifero iusti vita comparatur.*Iob.* 11. *d.* Solem quippe *d* præcurrens lucifer nunciat. Et quid nobis Sanctorum innocentia,nisi sequentis iudicis claritatem clamat?In eorum namque admiratione conspicimus, quid de maiestate veri luminis æstimemus.Nec dum Redemptoris nostri præsentiam videmus,sed tamen virtutem illius in electorum suorum motibus admiramur. *Vita iusti.*

e *Hie.s.Is.*14. f *Augu.* 2. *de gen.ad.lit.*24. Lucifer sæpe ponitur *e* pro principe dæmoniorum,quia donis naturalibus splendebat,& de cœlo cecidit. *Isa.* 4.*c.*Potest etiam *f* totum malorum corpus significare. *Diabolus.*

Lucrari,Lucrifacere,Lucrum,Quæstus.

Lucrum,est vtilitas,quam ex aliqua re, negocio acquirimus, & quæ nobis accrescit, quæ & quæstus dicitur. Lucrari autem est lucrum acquirere.

g *Ori.s.Matt. ho.*33. Lucrari dicitur quinque talenta.*Matt.*25.*b.*qui *g* duplicat perfectionem sensuum, vel qui tantum alios docet, quantum ipse nouerat,quod etiam dici potest de eo,qui duo talenta lucratus est. *Perfectionis adeptio.*

Lucrum censet Apostolus mori.*Phil.*1.*c.*quia per mortem adepturus erat vitam æternam. *Vtilitas mortis.*

Luctari,Lucta,Colluctatio.

Lvcta,est certaminis genus, quo alter alterum mutuo complexu prosternere in terram nititur.Luctari autem est lucta certare.

h *Hil.de Trinitat.*5. Luctans vir cum Iacob,*h* erat Deus, Dei filius suam prænuncians incarnationem. *Gen.* 32. *f.* Designat etiam pugnam Christi cum infidelibus, ideò lucta fuit tota nocte. Et visus est Christus in passione quasi defecisse. Iacob verò,hoc est,*i* Iudæos inualuisse, & accepisse benedictionem, quia per Christi passionem facta est generis humani redemptio. *Filius Dei. Pugna Christi cum fidelibus.*

i *Tert. de Trinita. Aug.s.ps.*79. & *q. in Iud.* 49. & 16. *ciu.Dei.*39. Lucta etiam Iacob,*k* designat contemplationem, quæ modò est vincens quodammodo ipsum Deum, quia intelligendo & sentiendo de incircumscripto lumine aliquid degustat,modò succumbit,quia & degustando iterum deficit. *Contemplatio.*

k *Chr.s. ho.*3. & *exp. symb. Bed.s.Ge.*32. Lucta etiam Iacob, designare potest *l* contentionem & æmulationem,qua quis nititur vincere alios virtute,& Dei imitatione. *Æmulatio bona.*

Colluctatio est nobis aduersus principes & potestates tenebrarum, hoc est, aduersus dæmones nos tentationibus impetentes.*Ephes.*6.*b.* *Pugna contra dæmones.*

l *Gre.s. Ezec. ho.*14.*Am.*2. *de Iacob.*7. *Lucus,vide Nemus.*

Lud,Lydij.

m *Hier.s.Isa.* 66. Lud,id est,natiuitas,vel generatio,vel secundùm Hieronymum,*m* vtilitas, filius Sem, à quo dicti sunt Lydij. *Gen.*10.*d.*designare potest Gentiles vtilitatem veram sectantes per fidei confessionem.*Isa.*66.*f.Ezech.* 27.*b.* 30.*a.* *Gentiles. Gaudens Filius cum Patre.*

Ludere,Iocari,Ludus.

n *Bed.s.Prou.* 8. Lvdere,est ludicrum aliquid agere ad animi recreationem, vel corporis exercitationem, quod ferè fit,proposita quadam lucri spe & damni periculo.Ludus autem est ipsa exercitatio iucunda.Iocari autem fit verbis,sicut ludere factis,estque iocari nugas agere,non seriò loqui,aut cauillari.Porrò ludere interdum est canere,dimicare, iocari,irridere. *Ordo in rebus creatis.*

o *Ru.*1.*de operibus Spiritus sancti.*24. Ludere dicitur sapientia Dei coram Deo.*Prou.* 8.*d.*secundùm videlicet,quòd *n* Filius gaudet cum Patre, & ludit in orbe terrarum,quia Pater per sapientiam creauit rerum omnium ordinem & proportionem.Lusit etiam *o* in operibus redemptionis,quibus illusit diabolo. *Opus redemptionis.*

p *Au.*22.*con. Faust.*46. *Bed.s.Ge.* 26. Ludus,aut iocus Isaac cum Rebecca,designare potest diuinitatem *p* ad tempus latétem sub Christi humanitate,quasique ludentem in forma serui: vt eius capax esse humana infirmitas posset : eoque modo coniungi congruenter aptaret:quæ tamen postea manifestata est.*Gen.*26.*b.*Sic lusit Dauid coram arca,hoc est, Christus variis donis lætificans Ecclesiam.2.*Reg.*6.*c.* *Latens diuinitas in Christo. Dans Christus dona Ecclesiæ.*

*Rup.*2.*s. Reg.* 26. Ludus quoque Isaac cum Rebecca,designare potest cultum fidei in principio latenter & quibusdam symbolis factum,sed postmodum per aduentum Christi Gentibus manifestatum. *Cultus fidei latens.*

q *Cle. Ale.*1. *pad.*5. *Hie.su. Iere.*30. & *s. Zac.*8. Ludus quoque Isaac cum Rebecca,designat *q* susceptionem disciplinæ, quæ à tolerantia adiuuatur, & laudes Dei,quæ in Ecclesia fiunt.*Gen.*26.*b.*Et ludunt coram Deo,qui exercent bona opera.*Iere.*30.*d.*31.*a.* Et ludunt infantes,& puellæ in plateis Hierusalem,quum vacant bonis operibus in Ecclesia.*Zac.*8.*a.* *Susceptio disciplinæ.*

r *Hie.s.Is.* 57. & *s. Gala.* 4. *Rup.*6.*s.Gen.* 20. *Auguſt.s. Ioan.tra.*11. Ludus Ismaelis cum Isaac,designat *r* Iudæos contemnentes Christum. *Gen.* 21.*a.* Qui etiam lusisse dicuntur super Christum,quando conspuerunt eum & flagellarunt,& crucifixerunt.*Isa.* 57.*b.* Lusum autem illum Ismaelis, persecutionem interpretatur Apostolus.*Gal.*4. *d.* quia prætendebat primogenituram. Ludunt etiam hæretici cum fidelibus,quum eos in errorem pertrahere conantur. *Laudes Dei. Bene operari. Iudæi contemnentes Christum.*

s *Orig.s. Gen. hom.*7. *Bed.s. Gen.*21. Ludus quoque Ismaelis cum Isaac, designat *s* carnem blandientem spiritui, vt ipsum ad vitia declinare faciat. *Genes.*21.*a.* *Blandiens caro spiritui.*

t *Hie.s.Is.*57. u *Hier. s. Ier.* 15. Ludere dicuntur super Deum, *t* qui idola colunt. *Isa.* 57. *b.* Sic surrexit populus ludere, hoc est, ad colendum idola.*Exod.*32.*b.* Ludere idem ac idolatrare. *Colere idola.*

Ludentes sunt,*u* qui in hac vita ducunt in bonis dies suos.*Iere.*15. *Gaudentes in hac vita.*

x *Gre.*33.*mo.* 2. *Hie.s.Iob.*40. Ludunt bestiæ agri in herbis montium.*Iob.*40.*c.*quia *x* proiecta in hunc mundum dæmonia, prauis superborum operibus delectantur,& humana corda in illicitas cogitationes pertrahunt, & mentes hominum ad imaginem Dei conditas modò ficta promissione decipere,modò vacuis terroribus irridere, modò eis transitoria gaudia quasi mansura imprimere,modò mansuras pœnas quasi transitorias alleuiare conantur. *Gaudentes dæmones in superbia.*

y *Ru.s.Iu.*25. Ludus Samson coram Philisthæis, designat *y* Apostolos gaudentes, quia digni erant pro nomine Iesu contumeliam pati.*Iud.*16.*f.* *Gaudium in persecutione.*

Ludibrium,vide Illudere.

Luere,vide Punire.

Lugere.Luctus,vide Flere.

Luith.

z *Hie.s.Is.*15. Luith,id est,tabulatum,vel tabulæ, aut viriditas: vel iuxta Hieronymum, z genæ, est cliuus regionis Moab, ducens ad Assyrios,designat lachrymas pœnitentiæ.*Isa.*15.*b.* *Lachryma pœnitentia.*

Lumbare,vide Balteus.

Lumbi.

Lvmbi,dicuntur partes inferiores spinæ, quæ sunt è regione ventris quibus interiùs renes adhærent: vnde aliquando sumuntur pro renibus,& pro vi generatiua,& concupiscentia.

Digitized by Google

Incarnatio Christi.

Lumbi in Christo designant *a* eius incarnationem: ante quam intrinsecus ignis erat, quia Spiritus sanctus in multis quidem partibus Iudæam replebat: sed ad notitiam Gentium nec dum ejus lumen emicuerat. A lumbis verò deorsum ignis in circuitu splendet: quia postquam de Virgine carnem sumpsit, in humano genere longè latèque Spiritus sancti dona dilatauit. Vel intrinsecus supra lumbos ardet in cœlis, in angelis: nobis verò, qui hunc in assumpta humanitate diligimus, adhuc in hac corruptibili vita positis splendor ignis foris exhibetur. *Ezech.* 1. *g.*

a *Gre. s. Ezec. hom.* 8.

Apostoli. Amor Dei erga Israel. Pœnitentia. Castitas. Diligentia. Principium & origo.

Lumbi Iob, hoc est Christi, *b* dici possunt Apostoli ab ipso geniti in fide. *Iob.* 16. *c.*

Lumbi Ieremiæ, quibus apposuit lumbare, *c* amorem Dei erga populum Israël, quem sibi copulauit, designare possunt. *Ierem.* 13. *a.*

Lumbi quoque accincti, aut circundati sacco, pœnitentiam significare possunt. *Isa.* 20. *a.* 32. *c.* Item castitatem, & diligentiam. *Prouerb.* 31. *b. Reg.* 4. *c.* 9. *a.*

b *Hier. s. Iob.* 16.

c *Lyr. s. Ierem.* 13.

Lumbi aliquando *d* originem, & principium exprimere videntur: vt cum Reges dicuntur egressuri de lumbis Iacob. *Genes.* 35. *b.* Vbi etiam est principium imitantium.

d *Glo. ord. su. Gen.* 35.

Luna.

Mensura gratiarum Dei.

Ecclesia.

Virgo Maria.

Anima.

LVNA, à lucendo dicta, quòd noctu luceat, est planeta in infimo cœlo, vno mense motum suum complens: quæ secundum diuersos aspectus ad Solem, à quo lumen accipit, variè nobis apparet.

Luna in Deo, est *e* mensura nobis domestica, quæ nunc vacua, nunc semiplena, nunc plenissima dicitur, prout charismata suscipit à superioribus nobis communicanda. Plenilunium autem plenissimam illam innuit mensuram gratiarum, & omnium bonorũ, quæ ab ea in se suscipiens Christus nobis per passionem communicaret, iuxta illud, *Ioan.* 1. *b.* De plenitudine eius omnes accepimus.

Luna, quæ & luminare minus dicitur, *f* Ecclesiam significare solet, quæ Luna perfecta est, & à Sole Christo illuminatur, & varias in hoc mundo recipit mutationes prosperitatis & aduersitatis: & augmenta & decrementa. *Genes.* 37. *c. Psalm.* 8. 17. 71. 84. 103. 120. 135. *Iob.* 25. *b. Cant.* 6. *d. Luc.* 21. *c.* 1. *Cor.* 15. *e. Eccles.* 12. *a. Habac.* 3. *c. Apoc.* 12. *a.* Hæc luna est sub pedibus Mariæ, cuius patrocinium semper implorat. Hæc etiam Luna erit plena in iudicio, quando Ecclesia recipiet complementum. *Prou.* 7. *d.* Beata etiam Virgo concipiens Christum Solem, est pulchra, vt Luna ab ipso Sole illustrata. *Cant.* 6. *d.*

c *Geor. Vene. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 13.

f *Tertu. de resur. Ambro. de instit. virg. & 4. Exaem.* 2. *Hier. s. Is.* 66. *Au. epist.* 70. 119. *& 18. ci. Dei.* 32. *& s. ps.* 10. *Gre.* 17. *mor.* 8. *Rup. s. Can.* 6.

Luna potest etiam *g* animam significare. Luna enim noctem illuminat, caligantibus oculis iter, per quod gradiatur homo, demonstrat. Sic anima quæ tenebras dimittit, & ad sanctã operationem se extendit, dum exemplum bene operandi tribuit proximis, quasi lumen tenebrescentibus oculis spargit. Luna etiam quantò magis aspectui solis cernenda opponitur, tantò magis à Sole illustratur: itidem anima si veri Solis obtutibus offeratur intuenda, admittit in se quoddam decus pulchritudinis, & venustatem castitatis. Cùm dicitur *Eccles.* 27. *b.* Stultus vt Luna mutatur, luna dici potest anima, quæ recedens à sole iustitiæ, ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis veritatis, omnes vires suas in terrena conuertit, & eò magis magisque obscuratur in interioribus & superioribus suis: sed cùm redire cœpit ad illam incommutabilem sapientiam, quantò magis ei appropinquat affectu pietatis, tantò magis exterior homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, omnisque lux illa ingenij, quæ ad inferiora vergebat, ad superiora conuertitur, & à terrenis quodammodo aufertur, vt magis magisque huic seculo moriatur, & vita eius abscondatur cum Christo in Deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens, & in vita sua proiiciens intima sua: & hoc terræ, id est, eis qui terrena sapiunt, melius videtur, cùm laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. Mutatur autem in melius, cùm intentionem suam & gloriam à terrenis, quæ in hoc seculo apparent, paulatim auertit, & ad superiora ab inferioribus conuertit: & hoc terræ, id est, eis qui terrena sapiunt, deterius videtur. Vnde illi impij postremam infructuosam agentes pœnitentiam, etiam hoc inter multa dicturi sunt. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. *Sapient.* 5. *a.* Potest etiam eadem ratione *h* vitam humanam significare, quæ vt Luna mutatur. Item *i* res temporales, seu earum administrationem quæ luna est sub pedibus mulieris, id est, Ecclesiæ. *Apoc.* 12. *a.*

g *Chry. s. psal.* 71. *Bed. s. Gen.* 1. *& s. Prou.* 7. *Gre.* 15. *m.* 13 *& s. Cant.* 6. *Bern. serm. paruo.* 60. *Aug. epi.* 119.

Vita humana. Res temporales. Stulti & inconstantes. Inferiores. Fides. Iustitia.

Luna etiam ratione mutabilitatis & inconstantiæ, & etiam ratione defectus, *k* stultos & inconstantes significare potest. *Eccles.* 21. *b.* 27. *b.* Item inferiores. *Ioel.* 2. *b.* 3. *c.* Sol & Luna obtenebrati sunt.

h *Bas. exaem. hom.* 6.

i *Rup.* 2. *sup. Apo.*

Vetus testamentum. Ioseph sponsus Mariæ. Subtilitas rationis. Synagoga.

Luna, vt est luminare minus, *l* fidem significare potest, cui succedet visio, & præest nocti, hoc est, cognitioni obscuræ, quæ in hac vita habetur. *Genes.* 1. *b. Isa.* 60. *d.*

Luna præterea, quæ est luminare minus illuminans noctem, dici potest *m* iustitia, quæ lucem præbet, ad hanc vitam rectè transigendam. *Genes.* 1. *b.*

Luna etiam illuminans noctem, dici potest vetus *n* testamentum, quod illuminabat synagogam, antequam veniret Sol iustitiæ, ideò dicebatur facta in potestatem noctis. *Psal.* 1. *b.*

Luna adorans cum Sole Ioseph. *Genes.* 37. designare potest *o* Ioseph sponsum Virginis Mariæ, qui cum ipsa adorauit Christum in præsepio. Designat etiam *p* subtilitatem rationis, quæ veneratur discretionem, per quam ipsa perficitur.

k *Ori. s. Matt. hom.* 4. *Augu. s. ps.* 73.

l *Bern. serm. signum mag.*

m *Lyr. s. Gen.* 1.

n *Arno. s. ps.* 135.

o *Ambro. de Ioseph.* 2.

p *Ricar. de S. Vict. de* 12. *Patriar.* 69.

Luna, cuius tertia pars est obscurata, fuit synagoga *q* Iudæorum, de qua multi perierunt in deserto. *Apoc.* 8. *c.* Ipsa est Luna sub pedibus mulieris. *Apoc.* 12. *a.*

q *Rup.* 5. *s. Apoc. Aretas s. Apoc.* 12.

Mortalitas.

Luna *r* mortalitatem significare potest, & auferri lunam, est auferri mortalitatem. *Psalm.* 71. Luna autem perfecta, erit caro iam immortalis post resurrectionem. *Psal.* 88. Et Luna sub pedibus mulieris, est mortalitas crescentis & decrescentis carnis, quam Ecclesia virtute calcat. *Apocal.* 12. *a.*

r *Au. s. ps.* 71. 88. 142.

Aduersa.

Luna quandóque *s* aduersa & tristia designare potest, quæ cùm non noceant bonis, dicitur eis: *Psalm.* 120. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem.

s *Hie. s. ps.* 120.

Fama bona.

Luna splendens clarè, *t* significat famam, quæ à bono opere, vt à Sole, vires accipit, & fauoris gratiam, quasi claritatem luminis aspergit: vt enim Luna tenebrarum tempore iter ambulantibus ostendit, ita dum de aliena vita lux laudis emicat, alios ad exercitium boni operis illustrat. Cúmque illius opinio clara cognoscitur, huic quasi pergenti in itinere, exempli lumen præbetur. Et vt natura Solis est, vt quæ attigerit, accendat & siccet, ita lunaris ignis est proprij, vt quidquid contigerit exurat quidem, sed vrendo humidum reddat. Sic igitur ad vitam bonam alios pro amore Dei affectus recti operis: alios verò amor laudis inflammat. Sed quum recti operis affectu accendimur, quasi per ignem Solis à vitiorum humore siccamur. Eum verò, quem ad opus bonum laudis amor prouocat, concupita fama quasi Luna attingit: quia videlicet eius animum & accendit & resoluit. Accendit ad exercitium operis: resoluit ad concupiscentiam fauoris. Itaque qui de fama labilis vitæ se extollit, dicitur Lunam videre incedentem clarè. *Iob.* 31. *c.*

t *Gre.* 22. *mo.* 7. 8. 9.

Ecclesia malignantium. Pascha Iudæorum. Hierusalem. Ornamenta Ecclesiæ.

Luna non dans lumen suum, dici potest *u* Ecclesia malignantium, & hæreticorum. *Matth.* 24. *c. Marc.* 13. *c. Ezech.* 32. *b.* Hæc luna est sub pedibus mulieris, hoc est, Ecclesiæ. *Apoc.* 12. *a.*

Luna conuersa in sanguinem, fuit *x* pascha Iudæorum, quando occiderunt Christum in plenilunio. *Ioel.* 2. *g.* Et Hierusalem, quando destructa est. *Apoc.* 6. *a.*

u *Ori. s. Matt. hom.* 10. *Hier. s. Ezec.* 32. *Aug. s. Apoc. ho.* 9.

Lunulæ, erant *y* bullæ quædam in similitudinem Lunæ, dependentes ad ornatum mulierum: designare possunt ornamenta Ecclesiæ per Christum illuminatæ. *Isa.* 3. *d.*

x *Rup.* 4. *de operibus Spiritus sancti* 8. *& 4. s. Apoc.*

y *Hier. s. Is.* 3.

Lunaticus.

Infirmi.

LVNATICVS dicitur, qui furore laborat, non quidem perpetuo, sed interuallis quibusdam recurrente: quod statis Lunæ ratione interuallis fieri solet. Id asserunt aliqui à dæmone fieri, fatagente vt homines incommodum Lunæ ascribant.

Lunaticus cadens modò in ignem, modò in aquam, eos designare potest, *z* qui virtutes habere videntur, sed cùm ab aliqua comprehenduntur passione, in peccatum cadunt, & spiritalibus nequitiis deiiciuntur. *Matth.* 4. *d.* 17. *c.* Vel aliter, lunaticus est, qui per horarum momenta mutatur ad vitia, nec persistit in incepto, sed crescit: & nunc in ignem fertur, quo adulterantium corda succensa sunt, nunc in aquas, quæ non valent extinguere charitatem:

z *Ori. s. Matt. hom.* 4. *Hie. s. Matth.* 17.

Digitized by Google

Lunaticus etiam *a* populum Israël significare potest, qui in diuersa cadebat vitia. *Matth.* 17.*c.* — *Israël.*

Lupus.

Lupus est *b* animal perpetuò ferum, nec vnquam mitescens, simile cani: sed insidiatur ouibus, quas canes defendunt. Est enim lupus carniuorus, & ouem quam ceperit iugulat.

Luporum feritas in malum sumitur: & lupi dicuntur *c* hypocritæ, & hæretici, qui veniunt in vestimentis ouium. Lupi enim bestiæ sunt, quæ insidiantur ouilibus, circa casas pastorales versantur, habitacula domorum intrare non audent: sonum canum, absentiam aut desidiam pastoris explorant: ouium guttur inuadunt, vt citò strangulent: fieri rapaces, iidemque natura corporis rigidiores, vt se facilè non possint inflectere: impetu quodam suo feruntur, & ideò sæpè luduntur. Præterea, si quem priores hominem viderint, vocem eius quadam naturæ vi feruntur eripere, si autem homo priùs eos viderit, exagitari memorantur. Sic hæretici insidiantur ouilibus Christi, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quàm diurno. Semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi suæ nebulis interpretationis obducere, & quantum in ipsis est fuscare conātur, versantur circa caulas, stabula tamen Christi intrare non audent, & ideò non sanantur, quia in stabulum suum non vult eos Christus induci. Explorant pastoris absentiam, & ideò pastores Ecclesiarum, vel necare, vel in exilium agere contendunt, quia præsentibus pastoribus oues Christi incursare non possunt. Qui si quem versuta disputationis suæ circumscriptione præuenerint, faciunt obmutescere. Mutus est enim, qui verbum Dei non eadem, qua est, gloria confitetur. Si autem commenta impietatis eius agnoueris, iacturam piæ vocis timere non poteris. *Matth.* 7.*c.* 10.*b.* *Luc.* 10.*a.* *Ioan.* 10.*b.* *Actor.* 10.*f.* Lupi vespertini dicuntur esse ferociores & leuiores, *d* propter diurnam famem. *Hab.* 1.*b.* *Soph.* 3.*a.* Possunt autem designare Persas, & Medos.

Lupus rapax Beniamin, designat *e* Iudæos, qui deuorarunt sanguinem Prophetarum. Designat etiam *f* Paulum de tribu Beniamin, qui manè comedit prædam, quando persequebatur fideles, sed vespere diuisit spolia, cùm conuersus prædicauit, & multos ad fidem conuertit. *Genes.* 49.*d.* Ipse est lupus, qui amissa feritate, pariter cum agno habitauit. *Isa.* 11.*b.* 65.*d.* — *Persa.* *Iudai.* *Paulus.*

Lupi voraces, significant *g* raptores & auaros, & ipsos affectus rapacitatis & gulæ. *Matth.* 7.*c.* *Ierem.* 5.*b.* Aiunt lupos leonum subsequi volere vestigia, & non longè ab eorum venatibus aberrare, scilicet vt rabiem suam rapina satient aliena, & quod leonum saturitati remanet, id luporum rapacitate consumatur, sic sunt, qui sequuntur prædones. — *Raptores.* *Auari.*

Lupi, inter quos mittit Dominus discipulos suos sicut agnos, sunt, *h* persecutores fidelium, & dæmones, qui animas hominum strangulant, & quærunt quem deuorent, qui veniunt in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. *Matth.* 7.*c.* 10.*b.* *Luc.* 10.*a.* *Ioan.* 10.*b.* Designant etiam tyrannos. *Ierem.* 4. 5.*b.* — *Persecutores fidelium.* *Dæmones.* *Tyranni.*

Lupanar, Prostibulum, Prostituere.

Lupanar, est locus in quo meretrices, quæ lupæ olim dicebantur, prostant, vnde & prostibulum dicitur, quanquàm hoc nomen frequentiùs pro ipsa meretrice sumitur.

Lupanar significare potest *i* congregationem hæreticorum. Et lupanar ædificatum in capite omnis viæ, designat captiones hæreticorum, quas tendunt in sacris libris, vt eos, qui noui sunt in fide, venentur. *Ezech.* 16.*a.* *Num.* 25.*d.* *Ioel.* 3.*a.* 1.*Mach.* 4.*b.* — *Congregatio hæreticorum.* *Captiones hæreticorum.*

Lupanar etiam est *k* anima recipiēs in se dæmones & vitia: & ipsa impudentia, & libertas peccandi. *Ezech.* 16.*c.* — *Anima.*

Prostituere dicitur filiam suam, *l* qui suo exemplo peccare facit minores. Et qui animam suam exponit omni peccato. *Leuit.* 19.*f.* Prostitutio quoque meretricis, est incitatio voluptatis. *Apoc.* 17.*a.* — *Scandalizans*

Luscinia.

Lvscinia, est *m* auicula cantus suauitate præcellens: quæ & Philomela dicitur: quæ veris tempore die noctúque canit, & cantu suo nocturno ad laudes diuinas nocturnas eos incitat, qui laudi Dei sunt dedicati. Non inuenitur in sacra scriptura.

Luscus.

Luscus dicitur, qui altero captus est oculo.

Luscus est, qui prauam habet intelligentiam: & luscos facit, qui prauè intelligentes reddit. *Exod.* 21.*c.*

Luscum intrare in regnum cœlorum. *Marc.* 9.*g.*

Lustrare, vide Mundare, & Peragrare.

Luter.

Lvter, est vasis genus, quo secundùm aliquos vinum diluitur: aut peluis seu vas, in quo alia vasa abluuntur.

Luteres positi in mare æneo templi, *n* baptismum significare possunt. 3.*Reg.* 7.*d.* 4.*Reg.* 16.*d.* — *Baptismus.*

Lutum, Limus, Cœnum, Luteus.

Lvtvm, est terra humore soluta, quæ & cœnum dicitur, & limus.

Lutum in comparatione rei vilis & despectæ ponitur, quia solet pedibus conculcari, Ita in reproborū iudicio *o* sancta electorum Ecclesia luto comparatur: quia temporaliter conculcata despicitur. *Iob.* 30.*c.* *Mich.* 7.*c.* — *Res vtilis.*

Lutum, quo liniuit Christus oculos cæci nati, designat *p* cognitionem propriæ miseriæ. *Ioan.* 9.*a.* vel significat *q* carnem Christi ab eo sumptam, quando Verbum caro factum est: vel ipsum Christum, habentem saliuam diuinitatis, & puluerem humanitatis. — *Cognitio propriæ miseriæ.* *Caro Christi.* *Christus.*

Lutum aliud, quo linitur domus leprosa, significat *r* doctrinam veram, quæ tradenda est, abiectis erroribus. *Leuit.* 14.*g.* — *Doctrina vera.*

Lutum ex aqua & terra constans, est *s* homo ex anima & carne. *Iob.* 10.*b.* Et lutum in manu figuli, est homo in manu Dei, à quo est formatus: peculiariter autem lutum est homo carnalis seu corpus animale, vel ipsa caro. *Genes.* 2.*b.* *Iob.* 4.*d.* 33.*a.* *Sapient.* 10.*a.* *Isa.* 29.*e.* 45.*b.* 64.*c.* *Ierem.* 18.*a.* *Nahum.* 3.*c.* *Rom.* 9.*e.* Sicut lutum etiam homo interior existit, quia sancti Spiritus gratia terrenæ menti infunditur, vt ad intellectum sui conditoris erigatur. Humana namque cogitatio, quæ peccati sui sterilitate aruit, per vim sancti Spiritus, quasi irrigata terra viridescit. — *Homo.* *Caro.* *Homo interior.*

Limus profundi, *t* mortem Christi significare potest. *Psalm.* 68. peccata nostra, pro quibus ipse patiebatur. Vel ipsam naturam humanam, in qua passus est, & præterea persecutores, quorum manibus traditus est. — *Mors Christi.* *Peccata.* *Natura humana.* *Persecutores.*

Lutum, *u* carnalia opera significare potest, in quo Pharao, hoc est, diabolus exercebat filios Israël. *Exod.* 1.*c.* Et lutum fœcis, sunt vitia libidinis, & terrena contagia. *Psalm.* 39. Et signaculum restituetur vt lutum, *x* quum hi videntur in Ecclesiæ sinu sicut signacula & annuli fulgere, in iudicio quòd terrena sapiant & turpia demonstrabuntur. *Iob.* 38.*b.* Et Leuiathan sternit sibi aurum quasi lutum, quum eos, qui intra Ecclesiam fulgere iustitiæ splendore videbantur, carnalibus voluptatibus sibi subiicit. *Iob.* 41.*b.* *Hab.* 2.*b.* *Nahum.* 3.*c.* *Zach.* 10.*b.* — *Opera carnalia.*

Lutum aliquando *y* terrenarum rerum multiplicationem significat, vt *Habac.* 2.*b.* Væ ei, qui multiplicat non sua, vsque quò aggrauat contra se densum lutum? densō enim se luto aggrauat, qui per auaritiam terrena multiplicans, peccati sui oppressione coangustat. Et Leuiathan sternit sibi aurum quasi lutum, quando eos, qui iustitiæ fulgore resplendere videbantur, per terrenarum rerum concupiscentiam sibi subiicit. *Iob.* 41.*d.* — *Res terrenæ.* *Diuitiæ.*

Lutum *z* etiam sunt philosophi, & hæretici abiecti, & doctrinam cœnosam, & vilem habentes. Item ipse Iudas traditor. *Isa.* 21.*g.* 57.*d.* Et lutum absque paleis & temperamento sunt promissiones hæreticorum infirmæ. *Ezech.* 13.*b.* Et dicuntur hæretici vestimenta præparare sicut lutum, quia *aa* fluxè & inquinabiliter ea, quibus se tueri volunt, scripturæ sacræ contexunt testimonia. *Iob.* 27.*c.* Et Leuiathan sternit sibi aurum quasi lutum, quum eos, qui intra Ecclesiam fulgere doctrinæ splendore videbantur, errātis doctrinæ contagio sibi subiicit. *Iob.* 41.*d.* *Zach.* 9.*a.* 10.*b.* Viam fecit Deus in mari equis suis in luto aquarum multarum, quum aperuit *Zach.* 9. 10.*b.* viam inter doctrinas huius seculi, sordida, & terrena sapientes. *Habac.* 3.*d.* — *Philosophi.* *Hæretici.* *Iudæi.* *Doctrina hæretica.*

Lutum est *bb* desiderium sordidæ voluptatis. *Psalm.* 68. Eripe me de luto, vt non infigar. — *Desiderium sordidæ voluptatis.*

Luxuria, Luxuriari, Luxuriosus.

Lvxvria, est immodicus voluptatum deliciarumque vsus, nimiáque non modò in rem veneream, verùm etiam in molliorem vestitum, lautioréque epulas profusio. Luxuriosus autem dicitur, qui his nimium indulget.

a *Hil. f. Matt. Can.* 17.
b *Ari.* 1. *hist. anim.* 1. & 9. *hist. anima.* 6.
c *Cypr. cont. Nouat. Amb. f. Luc.* 10. *Aug. su. Ioan. tract.* 46.
d *Hier. f. Hab.* 1. *Rup. f. Hab.* 1.
e *Orig. f. Ezech.* 10.
f *Hie. f. Is.* 11. 65. *Bed. f. Ge.* 49.
g *Cle. Alex. adhor. ad gent. Basi. exaem. hom.* 10. *Hie. f. Ier.* 1.
h *Am. ser.* 59. *Cyril. 7. f. Ioa. Cypri. epist.* 1. *Cyr.* 7. *f. Ioan.* 5. *Chry. su. Ioan. hom.* 58.
i *Orig. f. Exec. ho.* 8.
k *Hie. f. Ezec.* 16.
l *Isyc. f. Leu.* 19.
m *Basi. exae. ho.* 8.
n *Isy. f. Leu.* 8.
o *Gre.* 20. *mo.* 24.
p *Amb. de viduis*, & 3. *de sacramentis.*
q *Au. f. Ioan. tracta.* 44. *Cyr.* 6. *f. Io.* 25.
r *Isy. f. Le.* 14.
s *Aug.* 73. *qu.* 68. *Gre.* 9. *mo.* 36, 37. & 5. *mor.* 28. *Hier. f. Na.* 3.
t *Arno. Hier. Aug. f. ps.* 68. *Bern. serm.* 4. *vig. natiuit. Domini.*
u *Arn.* & *Au. f. ps.* 39.
x *Gre.* 29. *mo.* 2. & 34. *m.* 8. *Cyril. de adoratione in Spiritu sancto. Bed. f. Exo.* 1. *Rup. su. Nah.*
y *Gre.* 34. *mo.* 8.
z *Hie. f. Is.* 57. & *f. Ezec.* 13. & *f. Iob.* 41.
aa *Gre.* 18. *m.* 8. & 34. *m.* 8.
bb *Gre.* 34. *m.* 8.

Digitized by Google

Porrò luxuriari propriè dicitur de plantis, cum nimia alimenti vbertate quodammodo lasciuiunt. Et refertur ad homines luxuriæ vacantes.

Vacare voluptatibus.

Luxuriari dicuntur in domo meretricis, *a* qui vacant voluptatibus, & erroribus. *Ierem. 5.c.*

a *Hie. s. Ierem. 5.*

Luza vide Bethel.

Lydda.

Lydda, id est, stagnum, ciuitas Palestinæ maritima, haud procul ab Ioppe, quæ nunc Diospolis appellatur. In ea Petrus Æneam paralyticum curauit. *Actor. 9. f. 2. Mach. 11. d.*

Lydius, vide Lud.

Lyngurius.

Lyngvrivs, est lapis carbunculo similis, quem ex lyncis vrina generari ferunt. Plinius *b* tamen negat talem gemmam inueniri. Secundùm aliquos Lyngurius est succinum.

b *Plin. 8. natural. hist. 38. & 38. natur. hist. 3.*

Animositas.

Lyngurius lapis in tertio ordine rationalis positus, designare potest *c* animositatem, seu audaciam ad exequendum quod bonum est. *Exod. 28. c. 39. b.*

c *Lyr. s. Exod. 39.*

Lyra.

Lyra, est instrumentum musicum, testudinis formam habens: in cuius ventre fides digitis pulsatæ resonant.

Corpora casta.

Lyræ, quæ pulsabantur coram arca Domini. *2. Reg. 6. b. 3. Reg. 10. b. 1. Par. 15. b. 16. a.* designare possunt corpora casta, quæ gratum sonum reddunt Deo.

Voluptas aurium.

Lyra, in malum, *d* voluptates aurium designare potest: & voces synagogæ minimè gratas Deo. *Isa. 5. c. Amos. 3. f.*

d *Hier. s. Is. 5. & s. Amos 5.*

Maala.

Aala, id est chorus, vel cythara, siue infirmitas, filia Salphaad, quæ cum aliis sororibus hæreditatem accepit in partitione terræ promissionis. *Num. 26. d. Ios. 17. a.*

Maceda.

Maceda, id est incendium, aut adoratio, vel incuruatio, ciuitas in tribu Iuda, in cuius spelunca se absconderant quinque reges: qui à Iosue suspensi sunt. *Ios. 10. d. 15. e.*

Macelloth.

Relatio omnium ad primum principium.

Macelloth, id est, *e* ab initio: vigesima secunda mansio filiorum Israël in deserto: quo peruenerunt post Charadath, designat relationem omnium ad primum principium. *Num. 33. d.* Vel interpretatur *f* Ecclesiæ, vel cœtus, aut cõgregationes, & designat eum statum, in quo possunt dicere ambulantes desertum huius seculi, Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.

e *Ori. s. Num. ho. 27.*

f *Hieron. de mansio.*

Maceria, vide Paries.

Machabæus.

Concordia.

Machabæus, id est, percutiens, Græcè verò pugnator, cognomen Iudæ filij Mathathiæ, qui fuit dux populi Israël, egregiúsque pugnator. *1. Mach. 2. a.*

Machina, Machinari, Machinatio.

Astutia diaboli.

Machinari, est excogitare, & etiam per dolum aliquid moliri. Machina autem est ipsa molitio, & inuentio, & etiam instrumentum, seu moles: aliqua facile impelli potest.

Continentes.

Et machinæ bellicæ, sunt instrumenta, quibus vtuntur in bello.

Machinationes Haman contra Iudæos. *Ester. 8. a.* designant *g* astutias diaboli contra fideles.

g *Glo. ord. su. Esther. 8.*

Machmas.

Paruuli in ecclesia.

Machmas, id est percussor, vel pauper ablatus, aut percussor, vel pauper palpans, siue tangens vel auferens, erat oppidum in tribu Ephraim. *1. Reg. 13. a. Isa. 10. 1. Mach. 9. g.* Vel interpretatur *h* humilitas, vbi mille viri fortes erant cum Saule, id est continentes, qui dum præteritur carnis oblectamenta recolunt, erubescunt & humiliantur, & suo exemplo alios ad seculi contemptum trahunt. Designat etiam Machmas eos, qui paruuli sunt in Ecclesia. Machmas autem vbi Philisthæi, hoc est, dæmones ponunt castra, sunt terreni, & nil altum sapientes. *1. Reg. 14. a.*

Terreni.

h *Gr. s. 1. Reg. 13. 14.*

Macies, Macilentus.

Macies, est corporis extenuatio in viuentibus. Et macilentus est macie extenuatus.

Defectus gratiæ.

Macies vaccarum significare potest *i* carentiam gratiæ & donorum Dei in anima. *Genes. 41. a.* Hac macie attenuabatur Amnon. *2. Reg. 13. a.* Sic erant macilentum pecus. *Ezech. 34. a.*

i *Lyr. s. Gen. 41.*

Mactare.

Mactare, est interficere præcipuè ad sacrificium: vnde sumitur sæpè pro sacrificare.

Offerre Christum.

Mactare victimas pro delicto, aut gratiarum actione, est *k* offerre Christum. Idem est mactare vitulum & arietem. *Genes. 46. a. Exod. 29. b. Leuit. 7. b. a. 9. c.*

k *Lyr. s. Exod. 29.*

Extinguere cones pisces tiæ prauas.

Mactant filij Israël, quæ colunt Ægyptij, *l* quum fideles extinguunt in se prauas concupiscentias, quas mundani amplectuntur. *Exod. 8. g.* Idem est mactare hircum. *Leuit. 16. c.*

l *Glo. ord. sup. Exo. 8.*

Solidus cibus

Mactat victimas sapientia, *m* quum parat solidum cibum auditoribus. *Prou. 9. a.* Sic mactauit Salomon hostias pacificas. *3. Reg. 8. g. 2. Paral. 7. a.*

m *Basil. in princ. Pro.*

Offerre Deo opera iustitiæ.

Mactare holocaustum est *n* corpus & animam offerre Deo cum fortibus operibus iustitiæ. *Leuit. 4. e.*

n *Glo. ord. su. Leu. 4.*

Inanis lætitia de virtutibus.

Mactare oues & boues, &c. in terra, *o* est de virtutũ conscientia infima & carnali lætitia exultare. *1. Reg. 14. e.* Ideò condemnantur, qui victimas demergebant in profundum. *Hose. 5. a. Isa. 66. a.*

o *Gre. s. 1. Re. 14.*

Macula, Maculare, Maculosus, Immaculatus.

Macvla, est labes inficiens & sordidans vestem, vel aliquid aliud. Maculæ quoque dicuntur retium foramina, seu plagæ. Præterea maculæ sunt varietates oculorum in corpore.

Maculare autem est fœdare & deturpare. Maculosus verò est sordidus & immundus, aut notis siue maculis conspersus. Immaculatus autem, qui est sine macula.

Peccatum.

Macula significare solet *p* peccatum: & macula coloris candidi, est transgressio legis. *Leuit. 4. g. 9. a. 13. e.* Et macula in manibus, est culpa in actionibus. *Iob. 31. a.* Et macula in oue aut agno vitium designat, quæ macula non debebat esse in vacca, hoc est, *q* in Christo. *Exod. 12. a. Leuit. 19. b. Num. 14. a. Ephes. 5. f.* Et macula in veste manens, etiam post ablutionem nitro factam, designat quædam remanere in purgatorio mundanda, & quòd maculata est anima coram Deo, quantumlibet lota. *Ierem. 12. e. Psalm. 14. Iob. 11. c.* Macula etiam in sacerdote est peccatum. *Leuit. 21. d.* Macula candida aut subrufa in caluitio, est error simplicium circa præcepta naturalia. *Leuit. 13. f.*

p *Greg. s. Iere. hom. 13. Gre. 21. m. 6.*

q *Au. q. in Nu. 33.*

Irfamantes Iudæi Christum.

Luciferm aculans cœlum, & peccator mentem.

Maculans Ruben stratum patris. *Genes. 49. a.* designat Iudæos imponentes *r* Christo falsa crimina, vel Luciferum peccato suo cœlum maculantem, aut peccatorem deturpantem mentem, in qua Deus habitabat. Vel designat affligentes Corpus Christi vel verum vel mysticum. Item legem scriptam & naturalem peccando fœdantes. Vel designat inordinatum timorem implentem imaginationem tempore orationis inutilibus phantasmatis.

r *Bed. s. Gen. 49. Ricar. de S. Vict. de 12. patr. 36.*

Affligentes corpus Christi.

Fœdantes legem. Superbia Inanis gloria. Hæreses. Vitia diuersa.

Macula lepræ in veste, *s* est superbia, aut inanis gloria adhærens operi virtutis. *Leuit. 13. g.*

Maculæ parietis *t* hæreses significare possunt. *Leuit. 14. f.*

Maculæ retis, in quibus ambulat peccator. *Iob. 18. b.* sunt *u* diuersa vitia, quibus se implicat, & cum expediri ad ambulandum nititur, ne ambulet obligatur. Sæpe namque contingit, vt quis huius mundi delectatione illectus, in eo ad honoris gloriam pertingat, vt ad desideriorum suorum effectum perueniat, & peruenisse se ad hoc, quod expetit, lætetur. Sed quia bona mundi non habita in amore sunt, & plerunque habita vilescunt, percipiendo discit, quàm sit vile quod expetiit: vnde reuocatus ad mentem exquirit qualiter sine culpa fugiat,

s *If. s. Le. 13.*

t *Glo. ord. su. Leu. 14.*

u *Gre. 14. mo. 4.*

quod

quod se cum culpa conspicit adeptum. Sed ipsa eum dignitas, quæ implicauit, tenet, & sine culpis aliis fugere non valet hoc, quò non sine culpa peruenit.

Maculosum in ouibus. *Genes.*30.*e.*31.*b.* varias *a* virtutes designare potest. *Varia virtutes.*

Immaculati arietes,aut hircus, capra,ouis, aut agnus, *b* mundiciam Christi designant. *Exod.*29.*Leuit.*1.3.4.5.6.9.14.*Ezech.*45.*f.* *Mundicies Christi.*

Immaculati in via sunt *c* Apostoli in Christo, & seruantes præcepta. *Psalm.*118. *Apostoli.*

Immaculati sunt *d* mundi per baptismum, & non fide. *Psalm.*63.118.*Ephes.*1.*a.* *Baptismo mundati.*

Immaculata loca in veste. *Leuit.*13.*g.*quæ *e* carent vitio vel errore. *Carens vitio.*

Madere, Madidus.

Madere, est humore aliqua consperſum esse,& madidus aut madefactus, humore consperſus.

Madens vino Anna significat *f* Ecclesiam feruore Spiritus sancti & prædicationis exundantem. *Feruor Spiritus sancti in Ecclesia.*

1.*Reg.*1.*c.*

Madidus vino, *g* est in stuporem & extasim eleuatus ex diuinorum consideratione. *Ierem.*23.*b.* *Extasis.*

Madefactum vellus Gedeonis, designabat Iudæam habentem veram fidem, dum area Gentilitatis esset arida. Madefacta verò area, erat Gentilitas amplectens fidem remanente Iudæa in incredulitate. *Iud.*6.*g.* *Iudæa cum vera fide. Gentilitas cũ vera fide.*

Madian, Madianita.

MADIAN, id est,iudicium,vel iudicans,siue litigans, vel obiurgans:aut contradictio,filius Abrahæ & Ceturæ, à quo dicta est ciuitas iuxta Aronem, & Areopolim: ad quam confugit Moses, percusso Ægyptio. *Genes.*25. *Exod.*2.*c.* Designare potest *h* legem, quæ contradictionem in gentibus primùm inuenit. Alia est Madian, iuxta Hieronymum, *i* trans Arabiam ad meridiem in deserto Sarracenorum contra Orientem maris Rubri,cuius regio Madianæa. Inde erat Balaach. *Num.*22.*a.* *Lex.*

Madianitæ, quibus traditus est Ioseph, & à quibus venditus est in Ægypto. *Genes.*37.*f.*designant *k* prædicatores,qui susceperunt Christum,vt eum traderent Ægypto,hoc est,prædicarent mundo.Hi autem Madianitæ ibant simul cum Ismaëlitis: vnde Ismaëlitæ dicuntur emisse Ioseph: Madianitæ verò vendidisse. *Prædicatores.*

Madian,iuxta Origenem, *l* interpretatur extra iudicium: & designat Gentiles & infideles, qui iam iudicati sunt. *Exod.*2.*c.*18.*a. Isa.*10.*f.*60.*a. Habac.*2.*a.* Iuxta Hieronymum *m* interpretatur iniquitas, eosdem Gentiles designans. *Gentiles. Infideles.*

Madian seu Madianitæ,vt erant hostes Israël, sunt *n* dæmones: & interpretatur de iudicio, quia semper sunt in formidine iudicij. *Iud.*6.*a.*7.*c.*8.*g. Psalm.*82. *Habac.*3.*b.* *Dæmones.*

Madianitides mulieres, quæ peccare fecerunt filios Israël,sunt *o* errores gentilium. Et scortum Madianiticum occisum cum Israëlita, est hæresis, quæ non iure miscetur fideli, *Num.*25.*b.*31.*a.* *Hæreses & errores gentilium.*

Magdalus.

Magdalus, id est, *p* turris,vel magnitudo: ciuitas Ægypti duodecim miliaribus distans à Pelusio: in qua habitabant Iudæi profugi à Nabuchodonosor. *Ierem.*44.*a.*46.*d.* Est etiam turris, aut specula in montibus iuxta mare Rubrum contra Phiairoth,inter quam & Phiairoth & castrametati sunt filij Israël. *Exod.*14.*a. Num.*33.*a.* Hieronymus tamen non ponit inter has discrimen. Et castrum huius nominis iuxta mare Galileæ,vnde Magdalena sumpsit cognomen.

Designat Magdalus magnificentiam,secundùm quod qui habent initium conuersationis concipiunt magnam spem,vel quia fortes in via Domini contemnunt turritam superbiam diaboli. Vel quia erat turris,designat virtutum sublimitatem. *Magnificẽtia. Sublimitas virtutum.*

Magdalena.

Magdalena, id est magnifica, vel magnificata, aut exaltata: vel turris, soror Marthæ & Lazari, quæ & Maria dicitur, quæ effudit vnguentum in pedes & caput Christi, & sequuta est Christum, quem libenter audiebat prædicantem, etiam sorore laborante, & post resurrectionem ploranti ad monumentum Christus primum apparuit.

Maria vt sedebat ad pedes Christi, & elegit partem ab ipsa minimè auferendam, typus esse solet *q* vitæ contemplatiuæ, designat etiam æternæ fœlicitatis quietem. *Luc.*10.*g.* significat etiam gratiam, quæ semper adhæret Domino. *Vita contemplatiua. Fœlicitas. Gratia.*

Vt autem effudit Magdalena vnguẽtum in pedes Christi, *r* Ecclesiam ex gentibus designare potest. *Ioan.*12.*a.* Eadem stans foris ad monumentum, est Ecclesia ex gentibus, quæ legem non acceperat, & Christum quærebat. *Ioan.*20. *Ecclesia ex Gentibus.*

Magdalena vt interpretatur magnifica,& sequuta est Christum, designat *s* magnam esse excellentiam animæ, Christum sequentis. *Matth.*16.*a.*27.*g.*28. *Luc.*24.*a. Ioan.*14.*c.*20.*a.* *Anima Christum sequens.*

Vt autem plorabat extra monumentum, designat *t* peccatorem plorantem amisso Christo. *Ioan.*20. *Peccator.*

Magedan.

Magedan, id est, Euangelizatio gratiæ, aut poma, vel fructus gratiæ, nomen loci ad mare Galilææ, in cuius fines venit Christus. *Matth.*15.*d.* vbi ab aliquibus legitur Magdala,apud Marcum dicitur Dalmanutha.

Magedo, vel Magedon.

Magedo, id est, annunciatio,vel Euangelizatio, seu pomum siue fructus electus,ciuitas in tribu Iudæ, quam ædificauit Salomon versus Ægyptum,& in qua occisus est Rex Iosias à Pharaone. 3.*Reg.*9.*c.*4.*Reg.*23.*f.*1.*Par.*7.*f. Zach.*12.*d. Apoc.*16.*c.* Alia videtur ciuitas in dimidia tribu Manasse. *Iosu.*17.*c.*

Magister, Præceptor.

Magister, est propriè artium præceptor, & discipulorum institutor. Refertur autem ad eos,quibus præcipua rerum cura incumbit, vt magister equitum, magister pecoris, magister nauis.

Magister dicitur *u* pater cœlestis cunctos instruens, & Christus dicitur passim præceptor & magister in Euangeliis, &c. *Isa.*30.*e.*50.*c.*55.*b.* *Deus. Christus.*

Magister militiæ dici potest,qui gnarus est pugnandi aduersus dæmones. *Genes.*33.*g.*39.*a.* *Gnarus expugn. dæmon.*

Magistri operum,quos constituit Pharao ad affligendos filios Israël,dici possunt *x* capitalia vitia,vel hæretici, & omnes doctores errorum. *Exod.*1.*b. Malac.*2.*c.* *Capitalia vitia. Hæretici.*

Magistratus.

MAGISTRATVS, dicitur qui in potestate aliqua ad rempublicam pertinente sunt constituendi, vt Consules, aut prætores. Quandoque verò magistratus est ipsa potestas,seu munus publicum.

Magistratus quos adducit Deus quasi lutum, *y* sunt Philosophi,& hæretici. *Isa.*41.*g. Ezec.*23.*a. Dan.*3.*a.* *Philosophi & hæretici.*

Magistratus Nabuchodonosor, sunt *z* mentis deliberationes, quæ inuestigant quomodo post ruinam,vel serò possit amissus animi vigor ad primam integritatem reformari. *Dan.*4.*g.* *Deliberationes mentis.*

Magnus, Magnitudo, Maior, Maximus, Grandis. Pergrandis, Magnalia, Ingens, Vastus.

MAGNITVDO in rebus corporeis est extensio molis secundùm omnium dimensionem & magna sunt, quæ multum occupant loci. Magnitudo verò in incorporeis,excellentiam dicere solet & perfectionem:vt in eis idem sit maius esse, quod melius esse. Magnus item dicitur eleuatus. *Exod.*12.*c.* Ortus est clamor magnus. Feruens. *Iudith.*5.*a.* Exarsit iracundia magna. Grauis. *Num.*11.*g. Iudi.*11.*f.* Plaga magna nimis. Insuperabilis. *Deut.d.* Deus magnus & terribilis. Intensus. 3.*Reg.*1.*f.* Lætantium gaudio magno. Inusitatus. 1. *Mac.*6.*b.* Renouata est in eo tristitia magna. Lautus. *Iud.*6.*d.* Fecit cœnam magnam. Mirabilis. *Exo.*6.*b.* Et iudiciis magnis. Multus. *Gen.*15.*a.* Merces tua magna nimis. Potens. 1. *Paralip.*17.*b.* Quasi vnus magnorum. Profundus. *Genes.*7.*b.* Fontes abyssi magnæ. Solemnis. *Ioel.*2.*c.* Magnus est dies Domini. Spatiosus. *Genes.*10.*c.* Hæc est ciuitas magna. Sublimis. *Deuter.*11.*b.* Opera magna, quæ fecit. Vastus. *Num.*34.*a.*A mari magno incipiet. Vehemens.1.*Reg.*7.*c.* Intonuit Dominus fragore magno. Vtilis 2. *Paralip.*32.*f.* Vasorum magni pretij. Maior autem, abiectior *Genes.* 4.*b.*Maior est iniquitas mea. Amplior. *Marc.*2.*c.* Maior scissura fit. Antiquior *Genes.* 29.*d.* Nomen maioris Lia

Certior

a *Glo. ord. sup. Gen.*36.
b *Hie. sup. Ezec.*45.
c *Arn. sup. ps.*63.
d *Hil. sup. psal.*63.
e *Glo. ord. sup. Leu.*13.
f *Gre. sup.*1. *Re.*1.
g *Ambro. de viduis.*15.
h *Bed. sup. Exod.*2.
i *Hie. de locis hebr.*
k *Glo. ord. su. Gen.*37.
l *Ori. su. Iudi. hom.*8.
m *Hier. sup. Is.*60.
n *Au.*18.*ciu. Dei.*32.*Ori. sup. Iud. ho.*7.*Hie. sup. Hab.*3.
o *Ori. sup. Num. ho.*20.*Amb. sup. ps.*118. *s.*58.
p *Orig. sup. Exo. ho.*5.*& sup. Nu. ho.*27. *Hier. de mansionibus.*
q *Augu.*1.*de Trinita.*10. *Gre.*6.*mo.*28. *& sup. Ezec. ho.*3.14. *Bern. serm.*2.3.*assum.*
r *Glo. ord. su. Matt.*26. *Rup.*8.*de diuin. offic.*11.
s *Ori. sup. Matt. ho.*35.
t *Ori. in diu. hom.*10.
u *Hie. sup. Isup.*30.
x *Bed. sup. Exo.*1.
y *Hie. sup. Is.*41. *& Ezec.*23.
z *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien.*49.

Digitized by Google

Certior. *Matth.*18.*d.* Hic maior est in regno cœlorum. Difficilior. *Exod.* 18.*d.* Quidquid autem maius fuerit. Dignior. *Iud.*4.*c.* Vniuersi maiores exercitus. Diuturnior. *Dan.*7.*f.* Quod maius erit omnibus regnis. Elatior. 3.*Reg.*18.*e.* Clamante voce maiore. Excellentior. *Iob.*33.*b.* Quia maior sit Deus homine. Gratior. *Prou.*16.*c.* Dulcis eloquio maiora reperiet. Numerosior. *Num.*26.*f.* Pluribus maiorem partem dabis. Primogenitus. *Genes.*25.*c.* Maior seruiet minori.

Immensitas Dei.

Magnus dicitur *a* Deus secundùm quòd omnem complectitur perfectionem, qua ratione est infinitus perfectione, & est vbique ratione suæ immensitatis, sine tamen loci occupatione, vnde & magnitudinis eius dicitur non esse finis & dicitur magnus præ omnibus diis. *Exod.*18.*d. Iob.*23.*b.*26.*c.*36.*d.*37.*d. Psalm.*134.144. *Malac.*2.*a. Epheſ.*1.*d.* Et magna fortitudo Dei, & magnitudo brachij Domini, immensam eius potentiam exprimunt. *Exod.* 15.*b.*32.*b.* Et magnus in medio Sion dicitur Deus propter dilatatam Ecclesiam. *Isa.*12.*b.*

Christus.

Maius omnibus oleribus granum sinapis, designat *b* Christum maiorem Prophetis. *Matth.*13.*d.* Et magnus sacerdos Christus, qui solus nō habuit peccatum. *Leuit.*21.*b. Agge.*1.*a.* Magnus Iob inter omnes Orientales. *Iob.*1.*a.* designat *c* Christum, qui omnes qui in fide Deo nascitur exuperat, quia non vt cœteros adoptio, sed natura illum diuinitatis exaltat, qui & si in humanitate cæteris apparuit similis, diuinitate tamen mansit super omnia singularis. Magna nubes est Christus, qui magnus est comparatione Apostolorum & Prophetarum. *Ezech.*1.*a.* Idem est magnus lapis. 1.*Reg.*6.*c.*

Cultus Dei in gentibus.

Magnum dicitur nomen Dei in gentibus, *d* quando colitur à gentibus. *Malac.*1.*c.*

Deus præmiū bonorum.

Magna merces dicitur esse Deus iis *e* qui non quærunt mercedem in terra, vt Abraham. *Genes.*15.*a.*

Incarnatio.

Magna opera Domini, *f* opus incarnationis Christi indicant. *Iud.*2.*a. Psalm.*110. Idem designat magna gloria Domini, & magna mirabilia, quæ facit Dominus. *Psalm.*135.137. Et magnus dies Iezrael est *g* tempus Christi. *Hoſ.*1.*d.* Et magnalia, quæ fecit Deus in Ægyptios, designant opus redemptionis, quo Christus liberauit genus humanum à dæmonibus. *Exod.*14.*d. Deut.*10.*d.*

Opera Dei in angelis.

Magnalia altissima sunt, *h* quæ Deus operatur in angelis. *Psalm.*70.

Virgo Maria suscitatio animarum.

Grandis liber dicitur *i* beatissima Virgo Maria, in qua Deus magna operatus est. *Isa.*8.*a. Luc.*1.*c.*

Ecclesia.

Maiora dicuntur facere Apostoli quàm Christus, *k* propter suscitationem animarum, cuius ipsi erant ministri prædicando, quæ maior est suscitatione corporum. *Ioan.*14.*d. Iob.*5.*b.*

Mundus.

Magna domus dicitur *l* Ecclesia. 2.*Tim.*2. Magna etiam domus, *m* est mundus. Et magna ciuitas Niniue eundem designat. *Ioan.*3.*a.* Et magnum mare. *Psalm.*103. *Dan.*7.*a.*

Excellentia sacræ scripturæ.

Magnus Moses in terra Ægypti, designat excellentiam legis. *Exod.*10.*a.* Et magnus factus Isaac, designat *n* legem deuenientem ad sensum spiritualem, per quem magnificatur. *Genes.*26.*c.* Magna etiam tuba, *o* est ingens & clara Euangelij per totum orbem prædicatio. *Isa.*27.*d.* Et grandis liber dicitur prophetia Isaiæ propter mysteriorum magnitudinem. *Isa.*8.*a.* Magnum mare, *p* dicuntur leges noui & veteris testamenti. *Psalm.*103. Et magna luminaria, sunt vtrunque testamentum. *Psalm.*135.

Excellentes virtute.

Magna gens, dicuntur, *q* qui virtute præcellunt, & immortalitatem assequuntur. *Genes.*12.*a. Exod.*32.*c.* Et maiores natu dici possunt presbyteri Ecclesiæ. *Exod.*19.*a. Leuit.*9.*a. Deut.*25.*b.* Et maiores Hierusalem, sunt prælati Ecclesiæ. *Ierem.*14.*a.* Maiores autem Iacob dici possunt Sancti. *Genes.*47.*g.* Magnus inter Orientales. *Iob.*1.*a.* Est *r* qui non inter actiones malorum ima & fugitiua quærentium, sed inter choros supernorum ciuium proficere conatur. Et maior in regno cœlorum, hoc est, in Ecclesia est, qui efficitur vt paruulus. *Matth.*18.*a.* Magnus etiam in regno cœlorum est doctor, qui seruat legem, quam docet. *Matth.*5.*c.* Magna quoque arbor *s* magnitudinem perfectionis exprimere potest. *Dan.*4.*b.* Maiora præterea bona, quæ dedit Deus Ecclesiæ, quàm à principio, dici possunt *t* Martyres. *Ezech.*36.*c.*

Presbyteri.

Prælati.

Sancti.

Perfectio.

Martyres.

Excellentia Ioannis Baptiſtæ.

Magnus Ioannes coram Domino dicitur, *u* ob excellentiam virtutum & donorum Dei, quibus gratus erat Deo. *Luc.*1.*b.* Magni autem dicti sunt Moses, Isaac, Ioannes ante Christum: sed postquam Christus aduenit, nemo ex illis est magnus, qua ratione dicebat Ioannes, Illum oportet crescere, me autem minui. *Ioan.*3.*d.*

Sententia, & punitio Dei in malos.

Grandis gladius Dei dicitur, quia *x* eius sententia omnes malos comprehendet. *Isa.*27.*a.* Et magna vxor turbinis est grauis punitio Dei. *Isa.*29.*b. Ierem.*23.*g.* Idem est grandis eius loquela. *Ierem.*11.*c.* Et magna nubes. *Ezech.*1.*a.* Et magna commotio terribilis Dei iudicia, & grauem eius iram indicat. *Exech.*3.*c. Zach.*1.*c.* Et prægrandes lapides magnam vim diuinæ punitionis exprimunt. *Exech.*13.*b.*

Fides gentium Iudæi.

Magna fides Chananeæ, indicat *y* maiorem esse fidem gentium, quàm Iudæorum. *Matth.*15.*c.*

Principes Iudæorum.

Maior in imperio dictus Ruben, designat *z* Iudæos. *Genes.*49.*a* Quia copiosus cæteris populus ille in hoc seculo regnauit. Et maior populus seruiens minori, sunt Iudæi subiecti Christianis. *Genes.*25.*c.*48.*c.* Magna animalia *aa* erant maiores in lege. *Psal.*103. Et maiores natu Galaad, erant *bb* principes Iudæorum. *Iud.*11.*a.*

Exercitus Babylonis.

Magnæ alæ aquilæ, designant *cc* exercitum Babylonis: grandis verò aquila dicitur ipse Nabuchodonosor Rex Babylonis. *Exech.*17.*a.*

Conuersio multorum.

Magnus tumultus dicitur esse, quum multi ab infidelitate conuertuntur. Magnus quoque tumultus erit in vniuersali iudicio. *Zach.*14.*c.* Et magnus dies Domini erit *dd* dies iudicij. *Ioel.*2.*c.*

Dies iudicij.

Lucifer.

Magnus draco Ægypti dicitur Satanas. *Ezech.*29.*a*, dictus magnus ad comparationem minorum draconum. Et maior in imperio dici potest Lucifer. *Genes.*49.*a.* Et magnus sensus, *ee* est diabolus. *Isa.*10.*a.* Magna quoque gens veniens ab Aquilone, sunt dæmones. *Ierem.*6.*f.* Eosdem designat cœtus magnus Gog. *Ezech.*38.*e.*

Damones.

Grandes domus hæreticorum sunt *ff* eorum rationes fallaces. *Isa.*5.*c.*

Rationes hæreticorum.

Magnitudo cordis interdum *gg* superbiam designat. *Isa.*9.*b.* Et magnitudo operis grauitatem peccati. *Isa.*15.*c.* Et maiores dicuntur aliquando superbi, & in sua sapientia confidentes. 1.*Reg.*4.*a.* Et magni dicebantur Pharisæi, & hæresiarchæ: sed non sic appellantur in Ecclesia. *Isa.*32.*b.* Et maior in imperio, dicitur superbus. *Genes.*49.*a.* quia semper vult aliis præesse. Maximum etiam delictum dicitur superbia, quæ initium est omnis peccati. *Psalm.*18. Et maxima peccata sunt, quæ opere perpetrantur. *Eccles.*10.*a.*

Superbia.

Hæresiarcha.

Peccatum opere perpetratum.

Magna dicuntur interdum, *hh* quæ homines vulgò magnificiunt: qua ratione ait Dauid. *Psalm.*103. Se non non ambulasse in magnis. *Iob.*15.*b.* Quasi magna cogitans.

Vulgo excellentia.

A maiori vsque ad minimum: Vel è diuerso, à paruo vsque ad maiorem, *ii* est à simplicibus vsque ad sapientes. *Genes.*44.*c.* 1.*Reg.*5.*c. Iob.*3.*c.*

Simplices, & sapientes.

Maior in imperio Ruben. *Genes.*49.*a.* designat *kk* timorem, qui latius patet quàm omnes alij affectus animi, illisque quodammodo dominatur.

Timor.

Maior populus seruiens minori, sunt *ll* vitia subiecta virtutibus, vel mali, & insipientes naturaliter subiecti bonis & sapientibus, & carnales spiritualibus, qui dicuntur maior populus, tum quia prius quod carnale est, quàm quòd spirituale, tum quia multo plures sunt carnales, quàm spirituales. *Genes.*25.*c.*

Vitia.

Mali.

Carnales.

Magna super Christo loquuntur, *mm* qui ipsum blasphemāt. *Psa.*54. Ita loquetur ingentia Amtichristus. *Dan.*7.*c.*

Blasphemia.

Grandis loquela, significat fauorem adulantis. *Ierem.*11.*c.* Idem est grandis vox. *Prou.*27.*c.*

Adulatio.

Grandis tempestas in Ionam, & in nautas, *nn* persecutiones mundi in Christum, & in suos designat. *Ion.*1.*d.*

Persecutiones.

Magna ruina in Israël, designat *oo* mortem æternam infidelium Iudæorum. 1.*Reg.*4.*b.*

Mors æterna.

Magnæ foueæ, dicūtur *pp* honores huius seculi: Et foueas transilire dicitur, qui honores contemnit. 1.*Reg.*10.*a.* In Hebræo tamen non habentur salientes, magnas foueas, vt etiam Lyranus annotauit.

Honores seculi.

Magnarum carnium dicuntur *qq* Ægyptij. *Ezech.*16.*c.* siue ob turpitudinis magnitudinem, siue ob peccatorum deformitatem, quia nimium carnales sensu erant.

Graues peccatores.

Maximus, & minimus Sodomitarum ad domum Loth concurrentes, sunt *rr* varia tentationum genera aduersus Iustos insurgentia. *Genes.*19.*c.*

Tentationes varię.

Maior dicitur iniquitas Iudæorum quàm Sodomorum. *Thren.*4.*a.* quia illi *ss* solam legem naturalem transgressi sunt, Iudæi verò naturalem, & scriptam. Et propter idololatriam, quæ vigebat in Iudæa. Et quia sciebant voluntatem Dei.

Maior

a *Ori. ſ. Leu. ho.*12.
b *Hil. ſ. Matt. Can.*13.
c *Gre.*1.*m.*19 & *ſ.*1. *Reg.*6. *Hie. ſ. Eze.*6. & *ſ. Agge.* 1.
d *Lyr. ſ. Mal.*1
e *Ambr.* 2. *de Abra.*8.
f *Ori. ſ. Iudic. hom.* 1. & *ſu. Iſ. ho.*6.
g *Hie. ſ. Ho.*1.
h *Au. ſ. pſ.*70.
i *Epiph. lib.*1. *tom.*2. *aduer. hareſ.*
k *Gr.*6.*mo.*6.
l *Amb. ſ.* 2. *Timo.*2.
m *Hier. ſ. Ion.* 1.3. & *ſ. Dan* 7.
n *Ori. ſ. Gen. hom,*12.
o *Hier. ſ. Iſ.*8. 17.
p *Ar. ſ. pſ.*103 135.
q *Phi. de mig. Abra. Ambr.* 2. *de Abra.*1. *Ori. ſ. Mat. ho.* 22. *Hie. ſ. Ier.* 14.
r *Iſyc. ſ. Leu.* 9.
s *Gre.*1.*m.*31.
t *Ricar. de S. Vict. de ſecur. conſc.*14.
t *Hier. ſ. Ezec.* 36.
u *Ori. ſ. Luc. hom.*4. & *ſu. Leu. hom.*12.
x *Hie. ſ. Ezec.* 13.
y *Glo. ord. ſu. Matth.*15.
z *Tert. aduer. Iudæos.*
aa *Arno. ſ. pſ.* 103.
bb *Aug. qu. in iudi.*49.
cc *Hie. ſ. Ezec.* 17.
dd *Hie. ſ. Ioel.* 2.
ee *Ori. ſ. Iſ. ho.* 8. *Hie. ſu. Iere.*6. & *ſ. Ezec.*29.
ff *Hie. ſ. Iſa.*5.
gg *Hier. ſ. Iſ.* 9.15.32. *Gre. ſ.*1. *Re.*4. *Aug. ſ. pſ.* 18. *Hier. ſ. Eccl.* 10.
hh *Glo. ord. ſu pſ.*130.
ii *Gre. ſ.*1. *Re.* 5.
kk *Rica. S. de* 12. *Patria.*65
ll *Glo. ord. ſu. Gen.*25.
mm *Hil. ſ. pſ.* 54. *Hie. ſ. Dan.*7. *Greg. ſ. Ezec. ho.*21.
nn *Hie. ſ. Ion.* 1.

oo *Gr. ſ.*1. *Re.*4. pp *Gr. ſ.*1. *Re.*10. qq *Ori. ſ. Eze. hom.*7. rr *Hie. ſ. Eze.*16. ss *Glo. ord. ſu. Thren.*4.

a *Hie.ſ.Ezec. 16.*

Maior ſoror Hieruſalem dicitur Samaria, quia *a* prior peccauit peccato idololatriæ, quàm Hieruſalem. *Ezech. 16.*

Magnificare, Magnificentia, Magnificus.

MAGNIFICARE, eſt extollere, & exaltare, ſiue verbis, ſiue factis. Magnificentia autem, eſt rerum magnarum, & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio atque adminiſtratio. Magnificus autem dicitur, qui in magnis pro dignitate ſumptum facit, præcipuè in publicis: & ſæpè ſumitur pro magno, aut magna opera exercente. Magnificare item, eſt æſtimare. *Iſa. 28. g.* Magnificaret iuſtitiam. Extendere. *Matth. 23. a.* Magnificant fimbrias. Laudare. *Luc. 1. e.* Magnificat anima mea Dominum. Miſereri. *Sapient. 19. d.* Magnificaſti populum tuum. Magnificentia verò gloria. *Deuter. 32. a.* Date magnificentiam Deo noſtro. Honor. *Pſalm. 70.* Multiplicaſti magnificentiam tuam. Maieſtas. *Eſter. 1. b.* Vt magnificentia regia dignum erat. Omnipotentia. *Deut. 33. d* Magnificentia eius diſcurrunt nubes.

Opera Dei magna.

b *Hil.ſ.pſ. 56. 67. Or.ſ.Io. h. 5.*

Magnificatus dicitur Dominus, *b* quum per magna opera oſtenditur magnus, & dicitur magnificus in ſanctitate. *Exod. 15. b.* Et magnificè fecit in redemptione generis humani. Et magnificatus eſt Chriſtus in gloria. *Iſa. 12. 33. d.* Et magnificentia Dei dicitur eleuata ſuper cœlos, hoc eſt, humanitas Chriſti. Quæ magnificentia erit in nubibus in iudicio. *Pſalm. 8. 64. 144.* Et magnificatus Ioſue in tranſitu Iordanis, deſignat Chriſtum in baptiſmo ſingulorum magnificatum, qui & in conſpectu vniuſcuiuſque magnificari dicitur, quum eius magnitudo cognoſcitur. *Ioſ. 4. c.* Magnificata dicitur miſericordia Dei vſque ad cœlos, quia nos exaltat ad cœlos, qua ratione magnificat facere nobiſcum. *Pſalm. 56. 125.* Et magnificat Deus nomen ſanctum ſuum, quum magnum oſtendit. *Pſal. 137. Mich. 5. a. Malac. 1. a.*

Humanitas Chriſti.

Oſtenditur Deus magnus.

c *Hier.ſup.Iſ. 28.*

Magnificat Deus iuſtitiam ſuam, *c* quum caſtigat, ita vt qui plus acceperunt, plus ab eis exigatur. *Iſa. 28. g.* Et tunc dicitur ipſe magnificari. *Ezech. 38. g.*

Caſtigans Deus.

d *Baſil.ſ.pſal. 28. hom. 1. 2. Hie.ſ.pſ. 67.*

In magnificentia eſt vox Domini, *d* per excellentiam vitæ prædicatorum, & ſecundum quod Ioannes Baptiſta magnifica de Chriſto prædicabat. *Pſalm. 28.* Et magnificentia eius dicitur eſſe in nubibus, hoc eſt, in Apoſtolis, & prædicatoribus. *Pſal. 67.*

Excellentia prædicatorum

e *Gre. 8. mor. 20.*

Magnificat Deus hominem, *e* quia largitate rationis ditat, infuſione gratiæ viſitat, honore collatæ virtutis exaltat, cumque per ſemetipſum nihil ſit, eſſe tamen eum cogitationis ſuæ participem benignitatis munere concedit. *Iob. 7. d.*

Dans Deus dona homini.

f *Glo.inte.ſu. Ioel. 2.*

Magnificat Deus vt faciat, *f* quum magna facit erga homines, & miſericordiam in eos exercet. *Ioel. 2. e.*

Magna faciès erga homines.

g *Hier.ſ.Zac. 11.*

Magnifici quos aufert Deus à Sion, *g* ſunt doctrina, & exempla ſanctorum, quæ aufert Deus à corde peccantis in pœnam peccati. *Thren. 1. e.* Magnifici quoque ſunt principes Iudæorum. *Zach. 11. a.*

Doctrina, & exempla Sanctorum.

h *Gre.ſ.1.Re. 2.*

Magnificatus puer Samuel, deſignat *h* humilem, qui inconſpectu Domini exaltatur. Et ſit magnus, qui poteſt iam proximum ædificare. *1. Reg. 2. e.*

Humilisexaltatus.

i *Baſi.ſ.pſ. 33.*

Magnificat Dominum, *i* qui propter ipſum forti animo tentationes ſuſtinet, & magna de eo contemplatur & ſentit. *Pſalm. 33.*

Fortis & magna ſentiens de Deo.

k *Glo. ord.ſu. Iſaiæ. 42.*

Magnificare legem volebat Deus, *k* quum volebat vt Iudæi eam ſpiritaliter intelligerent, *Iſa. 42. d.* Item cùm impleuit eam in Chriſto.

Intellectuſpiritalis legis.

l *Hie.ſu.Zac. 11.*

Magnificentia paſtorum erat *l* templum Iudæorum. *Zach. 11. a.*

Templum Iudæorum.

m *Hie.ſ.Eccl. 2.*

Magnificat opera ſua, *m* qui iuxta imaginem conditoris ad ſuperna ſuſtollitur. *Eccleſ. 2. b.*

Eleuari ad ſuperna.

n *Hie.ſup.Iſ. 22. & ſuper Sopho. 2. Arno.ſ.pſ. 11.*

Magnifici ſuper montes, ſunt *n* hæretici. *Iſa. 22. b.* qui magnificant linguam ſuam, quando mentiuntur in Chriſtum. *Pſalm. 11.* Et magnificant os ſuum, qui ſuperbè aduerſus fideles loquuntur. *Abdi. d.* Magnificantur ſuper terminos Eccleſiæ, qui præſumentes de eloquentia, ſimplicitatem Eccleſiæ contemnunt. *Soph. 2. b.*

Hæretici.

o *Hier.ſu. Iſ. 9.*

Non magnificata dicitur lætitia in multiplicatione fidelium, *o* quia multi ex Iudæis in crudelitate remanſerunt. *Iſa. 9. a.*

Incredulitas Iudæorum.

p *Glo. ord.ſu. Iud. 5.*

Magnanimus eſt, qui magni eſt animi, & ad tolerandum aduerſa, & ad aggrediendum ardua. Dicuntur autem magnanimi *p* ſuperbi. *Iud. 5. a.*

Superbi.

Magnates.

Magnates dicuntur nobiliores & potentiores, quorum magna eſt authoritas, & potentia.

q *Glo.inte.ſu. Iudi. 5.*

Magnates Holophernis, *q* hæreſiarchas & miniſtros diaboli ſignificare poſſunt. *Iud. 5. d.*

Hæreſiarcha.

Magniloquus.

Magniloquus dicitur, qui magna loquitur: & dicuntur magniloqui, qui ſuperbè, & arroganter de ſe loquuntur. Et magniloqua lingua, eſt lingua ſuperba, *Pſalm. 11. 37.* Et magniloqui ſuperbia *r* ſynagogæ erant Scribæ, & Phariſæi, *Soph. 3. c.*

Linguæ ſuperbæ.

r *Hie.ſ.Sop. 3.*

Scribæ & Phariſæi.

Magog.

MAGOG, id eſt *ſ* tranſiens, vel tegulans, aut tabefactus, vel liquefactus: filius Iaphet. Sumitur pro diabolo, qui habitablt in Antichriſto: vel interpretatur de tecto, & deſignat ſectatores hæreticorum. *Ezech. 38. a. 39. c. Apocal. 20. c.*

Diabolus.

Sectatores hæreticorum.

ſ *Gal. 5. adu. Iud. 12. Hie.ſ. Ezech. 38.*

Magron.

MAGRON, id eſt, *t* timor, ſiue horreum, aut de gutture: nomen ciuitatis. *Iſa. 10. g.* deſignat dulcedinem ſacri Euangelij, cuius meditatione conſolationem accipimus, *1. Reg. 14. a.* vbi in communibus exemplaribus legibus legitur. In agro Gabaa. Verum in Hebræo legitur Migron.

Dulcedo Euangelij.

t *Gre.ſ.1. Re. 24.*

Magus.

MAGVS, dictio Perſica, ſignificans idem quod ſapiens, ſumitur ſæpè pro incantatore.

Sophiſta.

Magi Pharaonis, deſignant *u* ſophiſtas, qui rationes falſas ſimiles veris afferunt, vt fallant, *Exod. 7. b. Leuit. 19. f. 20. a. 1. Reg. 28. a.*

u *Phil. quod deterior potiori inſidietur. & de migra. Abra.*

Magi cognoſcentes ortum Chriſti per ſtellam, typum gerunt *x* Gentium, quæ mox ad diſcipulorum prædicationem erant in Chriſtum credituræ, *Matth. 2. a.*

Gentiles.

x *Hil.ſ.Matt. can. 2.*

Maieſtas.

MAIESTAS, à magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus, amplitudo, & dignitas, vel populi, vel ſenatus, vel Principis, aut Imperatoris, aut etiam alterius magni viri, licèt priuati, tribuitur inanimæ rei, vt templo, & orationi.

Gloria Dei.

Maieſtas Dei replens domum, eſt *y* eius gloria in cœleſtibus ſplendens. Item claritas notitiæ ſuæ, quam aliquibus in hoc mundo communicat, *Num. 14. d. 2. Par. 7. a. Iſa. 6. a. Exec. 43. a.* Et maieſtas Chriſti apparebit in iudicio, *Matth. 19. d. 25. e. Luc. 9. d. 21. f.*

Claritas notitiæ Domini.

y *Ori.ſ. Io.ho. 1.*

Malagma.

MALAGMA, eſt fomentum, quod integræ cuti imponitur ad apoſtema, alióſve tumores molliendos, *Iſa. 1. b. Ezech. 30. f.* Poteſt ſignificare *z* verba quæ adhibentur ad mitigandos prauos animi affectus.

Verba correctionis.

z *Glo.ord.ſup. Iſ. 1.*

Malchus.

MALCHVS, id eſt, rex, vel regnum, aut conſiliarius, nomen ſerui, cuius Petrus abſcidit auriculam dextram: ſignificauit *aa* Iudæos, qui dextrum amiſerunt auditum, *Ioan. 18. d.*

Iudai.

aa *Ori.ſ.Mat. ho. 35.*

Malleus, Malleator.

MALLEVS, eſt fabrile inſtrumentum ferreum, ſic dictum quod res duras molliat, quaſi molleus: vel quod quæ dura ſunt, molliuntur ad ignem, vt malleis flagellentur. Malleator verò eſt, qui malleis vtitur.

Sermo Dei.

Malleus conterens, eſt *bb* Dei ſermo, conterens vitia, vel diuina vltio, conterens peccatores, *Ierem. 23. f.* Malleum hunc Leuiathan quaſi ſtipulam reputat, quia iuſtæ iræ ſe pondera velut contra terrores leuiſſimos parat, *Iob. 41. d.* Malleus Iahelis, quo percuſſit Siſaram, & timor Domini, quo percutitur diabolus, *Iudi. 4. 5. d.*

Diuina vltio

Timor Domini.

bb *Gre. 34. m. 6. Hie.ſ.Iob. 41. Rup.ſ.Iudi. 7.*

Malleus vniuerſæ terræ, dicitur *cc* Satan, & eſt malleus terræ, non cœli: alij quidem ſunt mallei partium terræ, ipſe verò eſt malleus vniuerſæ terræ. Et hic eſt confractus in tentatione Chriſti, contritus verò in paſſione, *3. Reg. 6. a. Ierem. 50. d.*

Satanas.

cc *Ori.ſ.Ie.h. 3. Gre. 34. mo. 6.*

Malleus quoque dicitur eloquentia hæreticorum, qua infenſi ſunt Eccleſiæ, *Iſa. 44. b. Ierem. 10. a.*

Eloquentia hæreticorum.

Digitized by Google

Hæretici. Iudæi. Persecutores. Tentationes, & tribulationes.

Malleator Tubalcain, descendens à Cain, designat *a* hæreticos, & Iudam, & persequutores Christi, & membrorum eius. Et vt non esset tuba resonans si non esset mallei, & malleatores, ita non resonaret virtus, Martyrum, nisi essent persequutores, *Gen. 4. d. Iob. 41. c. Isa. 41. b.*

Malleus etiam dicuntur *b* tentationes & tribulationes: vnde malleus non est auditus in templo, quia tribulationes non sunt in cœlesti patria, *3. Reg. 6. a.* Potest etiam designare operationem viri in generatione vnde malleus non est auditus in formatione corporis Christi.

Malus arbor, Malum fructus.

Copula carnalis. Christus.

Malvs, arbor nota, proferens fructum odoriferum, & suauem, qui malum dicitur, quod est pomigenus.

Malus habens in fructu odorem, & saporem, significat *c* Christum, qui etiam dici potest ipsum malum, quod est fructus, secundum quod pependit in cruce, vt malum in arbore. In solo enim Christo cibum salutis, quoties quærimus inuenimus, & in eius verbis, & exemplis animas nostras fructu suaui & salubri reficimus. Cum autem *Cant. 2. a.* sponsus dicitur sicut malus inter ligna syluarum, comparatio pertinet ad humanitatem Christi, non ad diuinitatem.

Crux Christi. Fides. Iusti. Bona opera Spiritualia.

Malus arbor significare potest *d* crucem Christi, sub qua quiescit sponsa, & suscitatur à Christo, *Cant. 8. b.* quiescit etiam sub arbore malo, quum diffundit odorem fidei.

Mala quibus stipatur sponsa, sunt *e* fructificantes in Ecclesia, & perfecti fideles. Et præterea bona opera, quæ in proximo exercentur, bonæ opinionis suauem spargentia odorem, *Cant. 2. b. Ioel. 1. c.*

Mala aurea in lectis argenteis, *f* sunt sensus spirituales resplendentes in litera legis, *Prou. 25. c.*

Malum granatum, aut Punicatum.

Christus. Ecclesia.

Malvm granatum, est *g* arbor cuius fructus in multis granis intra vnum corticem continetur, qui cortex est amarus, cùm grana sint gustui suauia. Dicitur etiam malum punicum, quia arbor hæc à Pœnis allata est. Ex granis eius fit potio, quæ non solum æstus stomachi propulsat, sed & corruptum ventrem sanare dicitur, & reliquis prodesse visceribus.

Malum granatum, designare potest *h* Christum, sub cuius vmbra moratur Saul, hoc est, prædicator: in cuius virtutum contemplatione velut sub vno cortice multa grana includuntur, *1. Reg. 14. a.*

Malum granatum potest etiam *i* Ecclesiam significare, quæ omnem credentium turbam suo cortice tegit. Habet quidem corticem amarum, intus verò grana suauia: vt designetur austeritas correctionis cum Christiana consolatione. Mala granata autem in veste Pontificis, permixta tintinnabulis, quę non resonant vt tintinnabula, *k* designant proximi vitium non esse detegendum. Ponitur autem malum granatum in persona Ecclesiæ, propter prauorum plurimam multitudinem, & intertextis membranulis, quandam geometricam compositionem, & diuersas mansiuncula vno cortice comprehensas, *Cant. 4. b. Agg. 2. d.*

Virtutes.

Malum granatum designat *l* itidem varietatem, & consonantiam virtutum, iuxta illud: multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: & vt grana intra vnum corticem sua quæque obtinent loca, ita sunt diuisi singuli gradus, vt tamen omnes eadem compage teneantur, *Ioel, 1. c.* Nihil hoc pomo pulchrius: in rubore Ecclesiæ, *m* significat verecundiam, in granorum ordine, gradus, & membra totius corporis, per singula officia distributa: ac etiam gradus, & ordinem virtutum. Designantur etiam *n* Martyres, qui dum pro Christo sanguinem suum fundere non dubitant, multitudinem virtutum interius sibi congregant, *Cant. 4. d.* Significant etiam perfectiores, qui germinant, quando suo exemplo alios ad bonorum operum fructum incitant, *Cant. 6. d. 7. c. 8. a.* Mala granata incolumnis, sunt opera, siue bona siue mala, per quæ quisque saluabitur, aut condemnabitur.

Verecundia. Martyres. Perfectiores.

Mala punica iuncta tintinnabulis in veste sacerdotis, designare possunt *o* prædicationem vnitatis cum variis virtutum operibus, sub vno cortice charitatis. Et quod prædicator semper curare debet, vt vnitas in Ecclesia seruetur, *Exod. 28. f. 39. d.* designant etiam miracula Christi, & opera charitatis eius in fine vitæ.

Opera. Prædicatio vnitatis. Miracula Christi, & opera. Elementum aqua. Fulgura. Visibilia. Euadentes persecutionem. Templum. Lex.

Mala punica etiam in veste sacerdotis, elementum *p* aquæ designare possunt, vnde Græcè à fluendo nomen habent. Vel designant fulgura *q* in aëre: vel indicant sensibilia, quæ per visum percipiuntur.

Malus Nauis.

Malus nauis, est lignum erectum in medio nauis, cui alligantur antennæ, vnde vela dependent.

Malus nauis, relictus in vertice mōtis, dicitur *r* de his qui relicti sunt, & vix persequutionē euaserunt, *Isa. 30. d.*

Malus Hierusalem, in quo non potest dilatare signum, dici potest *s* templum, aut lex, quæ non sunt dilatata secundum literam, *Isa. 33. b.*

Malus nauis Tyri de cedro, *Ezech. 27. a.*

Malus, Malitia, Prauus, Peruersus.
Malignus, Malignans, Peior, Pessimus.
Peruertere, Reprobus, Nequam.

Pœna & castigatio Dei.

Malvs, est bono contrarius, & dicitur malum, priuatio boni. Et malitia est ipsa peruersitas, quæ virtuti seu bonitati aduersatur. Malignus autem dicitur, qui malo & deprauato est animo. Peruersus autem, & prauus dicitur, distortos habens mores, & rectitudini contrarios. Prauum enim recto opponitur. Porrò malus dicitur infaustus, iniustus, inutilis, miser, noxius, vitiosus. Malum autem, damnum, infirmitas, miseria, opprobrium, periculum. Malitia verò, luxuria, mendacium, obstinatio, pœna versutia.

Tribulationes huius vitæ. Comminatio Dei. Diabolus. Pœna inferni Iudæi. Hæretici. Persecutores. Barrabbas. Opera mala.

Malum, quod loquitur Deus, aut fingit, aut facit, aut creat, est *t* pœna, & castigatio, *Exod. 32. e. Isa. 31. a. 45. a. 47. c. Ier. 4. b. 18. b. Ezech. 6. b. Amos, 3. b. Mich. 2. a.* Et hoc malum mutat Deus in bonum, *Iob, 42. c.* malitia etiam sumitur pro pœna, quam Deus minatur, vt cum dicitur, Præstabilis super malitia, *Ioel. 2. c. Ion. 3. d.* Est autem Deus creans malum, *u* qui creauit materiam, quæ ex sua natura mala est, & sibi innixa, & adhærentia trahit ad malum, quia facit recedere à primo & summo actu, qui est regula boni, & veritatis. Facit quoque omne malum, qui fecit naturam vertibilem, & materiæ annexam, vnde efficitur prona ad malum. Nec tamen propriè ipse Deus creat pœnam, quia malus eam generat ex dissonantibus moribus, & turbato animo, quum omnis inordinatus animus (teste Augustino) sibiipsi pœna sit. Sic mala dicuntur *x* tribulationes, & afflictiones huius vitæ, *Psalm. 89. Iob 31. c.* Pessimus sermo Domini dicitur, cùm grauissimè comminatur, *Exod. 33. a.* Et pessima iudicia Dei, sunt grauis eius punitio, *Ezech. 11. f.*

Malum præterea, quod adducit Deus, est *y* diabolus, vel pœna inferni, *Isa. 31. a. 14. e. Iob. 5. c. Psa. 139. Matt. 6. b.* Et pessimi, quibus tradit Deus terram, sunt dæmones, qui & nequitiæ spiritales dicuntur, *Exec. 7. g. 30. c. Amos, 5. d. Ephes. 6. b.* Dicuntur etiam pessimæ bestiæ, *Leuit. 26. a. Isa. 45. d.* Pessimi quoque dici possunt Iudæi, & hæretici, *Genes. 13. c. Ier. 15. d.* malignus etiam dicitur diabolus, *Psal. 5. 9. 118. 143.* mali quoque & malignantes dicuntur *z* persequutores Christianorum, *Psal. 63. 106.* malum quod Iudæi dicebant bonum, est diabolus, aut Barrabbas, quos ipsi Christo prætulerunt, *Isa. 5. e.* malum etiam manuum suarum, dicunt bonum, quum opera mala, quæ faciunt, dicunt bona, *Mich. 7. a.* Deprauans cauda, est hæreticus in errorem inducens, aut quiuis alius recta peruertens, *Isa. 9. c.*

Conuersio peccatoris. Peccata.

Malum grande dicitur *aa* conuersio peccatoris, qua per dolorem, & pœnitentiam moritur peccato, *1. Regum. 6. b.*

Malitia hominum in terra, *bb* varia complectitur peccatorum genera, *Gen. 6. a. Isa. 57. a.* Et etiam nequitia populi, *Exod. 32. c.* Et malitia in qua gloriabantur Iudæi, erant verba malitiæ aduersus Christum. Vel verba mendacia, quibus peccata defendebant, *Psal. 51. 140. Hos. 7. a.* malum autem propriè dicitur peccatum, quod separat à summo bono. Et malum, à quo prohibenda est lingua, sunt verba variè noxia, *Psalm. 33. 50. 90. 108. 120. Iob. 4. d. 20. b.* Et pessima plaga Hierusalem est *cc* grauissimum peccatum, *Ier. 30, b.* Reprobum de Amalec, *dd* sunt peccata libidinis, quæ non perinde placent malis, vt alia delectabiliora, *1. Reg. 15. b.*

Dies huius seculi. Mala vita.

Mali dies, dicuntur *ee* dies huius seculi, in quibus est malum culpæ & pœnæ, *Genes. 47. b. Ephes. 5. c. 6. c.* Non quia dies mali sint, sed quia nobis accessu dierum, malitiæ incrementa cumulantur. Nullus enim dies sine

a *Theo. 1. 2. qu 102. ar. 4. Gre. 34. mo. 6. & s. ps. 50.*
b *Ruper. 9. de gloris. Trin. 6.*
c *Ori. s. Cant. ho. 2. 3. Amb. s. ps. 11. ser. 5. Gre. s. Cant. 2. Ber. sup. cant. ser. 48.*
d *Ambro. de Isaac 8. Gre. s. cant. 8.*
e *Ori. s. cant. 2. h. 3. Gre. s. can. 2. & s. Ezec. 15. Ber. s. cant. ser. 61.*
f *Bed. s. Prou. 25.*
g *Hier. s. Zac. 12.*
h *Gre. s. 1. Re. 14.*
i *Ambro. sup. Exaem. 13. Hier. de mansionibus. & s. Agge. 2.*
k *Gr. s. can. 4.*
l *Hic. de mansionibus & s. Zach. 12. Gre. Nysse. de vita Mosis.*
m *Ru. s. cāt. 3.*
n *Gre. s. cant. 4. 6. 7. Rup. 3. s. Re.*
o *Gr. 2. past. 4. Ru. 4. s. Exod. 22. & 31. su. Ioan.*
p *Phi. 3. de vita Mosis & de migratione Abrahæ.*
q *Hie. de veste sacer.*
r *Hie. s. Is. 30.*
s *Hier. s. Is. 33.*
t *Basil. quod Deus non sit causa mali. Hier. s. Is. 31. 21. & s. Ion. 4. & s. Amo. 3.*
u *Georg. Vene. Cant. 2. tom. 4. cap. 9.*
x *Hier. Cypri.*
y *Hier. s. Is. 14. 31. 35. & su. Ezech. 7. 30. Ori. s. Leu. ho. 16. Gre. Nyss. de oratione.*
z *Arn. sup. ps. 106. Hier. s. Is. 5.*
aa *Gr. s. 1. Re. 6.*
bb *Hil. s. ps. 51. Arn. s. ps. 108. Basil. quod Deus non est causa mali & s. ps. 33.*
cc *Ber. ser. 10. s. qui habit.*
dd *Gr. s. 1. Re. 15.*
ee *Basi. s. ps. 33. Amb. de bon. mort. Hil. sup.*

Digitized by Google

nostro peccato præterit. Sic malitia dici, est mala vita nostra, *Matt. 6. d.* Praua, quæ mutantur in directa, designant vitam vitiosam, quæ in melius commutatur. *Isaiæ 40. b. 42. c. Luc. 3. a.* Vel praua mutantur in directa, quum tortuosi errores Gentium ad Euangelicam veritatem & rectitudinem deducti sunt. E diuerso in prauum conuersa vinea, est Iudæa, vel anima in peccatum, vel errorem lapsa, *Ierem. 2. e. Iob. 13. a.* Pessima vasa fraudulenti, sunt fallacia verba Phariszorum, & hæreticorum, *Isa. 32. b.*

Errores Gentium & hæreticorum.

Malum tempus, dicitur *a* tempus iudicij, quum mali condemnabuntur, *Psal. 36.* Dicitur etiam dies mala, nempe, ipsis prauis, *Psal. 40. 48. Eccl. 7. b. Amos. 6. a. Mich. 2. a.*

Dies iudicij.

Pessimum vlcus, quo percussit Satan Iob, designare potest *b* grauem persequutionem dæmonum & infidelium contra fideles, *Iob. 2. b.*

Grauis persecutio.

Malum quod non tanget iustum in septima tribulatione, id est, in morte, est *c* triplex, hoc est, horror in exitu, dolor in transitu, pudor in conspectu gloriæ magni Dei, *Iob. 5. c.*

Periculæ mortis.

Mala, est mors peccatorum in amissione mundi, *d* quia non possunt sine dolore separari ab eo, quem diligunt, peior in dissolutione carnis, à qua euelluntur eorum animæ à spiritibus malignis pessima in tormentis inferni, quando corpus & anima perpetuis simul addicuntur tormentis, *Psal. 33.*

Mors malorũ.

Malignus dicitur *e* populus Iudæorum, *Psal. 59. 62. Iob. 5. c.* Et mali agricolæ erant Iudæi, aut eorum proceres, *Matth. 21. d.* Qui etiam dicuntur mali operarij, & praua natio, *Phil. 2. c. 3. a.* Pessima quoque fera dicuntur Iudæi, & pessimum crimen fratrum Ioseph, est quod Iudæi commiserunt in Christum, *Genes. 37. a.* Peiora sunt nouissima Iudæorum prioribus, quia antiquis delictis addiderunt necem Christi, *Matth. 12. d.*

Populus Iudaorum.

Mali vocati ad nuptias, *f* erant qui malè viuebant in Gentilitate, vocati sunt autem non vt mali permanerent, *Matt. 22. a.* Et mali pisces, sunt homines mali, qui foras mittentur in iudicio, *Matth. 13. g.* Et mala arbor, est peccator, *Matth. 12. c. Iob. 9. c.* maligni etiam dicuntur *g* hypocritæ, qui bona non bene faciunt, & recta quæ agere videntur, sub studio laudis operantur, *Iob. 8. d.*

Homines mali. Hypocritæ.

Malus thesaurus, sunt *h* peruersæ intentiones, *Matth. 12. c.* Et mala via, sunt prauæ inclinationes, quas qui sequitur, aberrabit, *Psalm. 118.* Et nequam oculus est, peruersa intentio, *Matth. 6. c.*

Peruersæ intentiones, & inclinationes.

Mala arbor, dici potest *i* inutilitas, quam Iudæi de Christo iudicabant, cum dicebant: Inutilis est nobis, &c. *Matth. 12. c.*

Prauæ opinio.

Peruersa cogitatio est eorum, qui putant cogitationes suas abscondi à Deo, & qui conantur alios decipere, *Isa. 29. e. Ezech. 38. c.* Horum est peruertere iudicium propter munera, *1. Reg. 8. a. Habac. 1. a.*

Iudæorum de Christo.

Pessimæ sagittæ famis dicuntur, quia *k* defectus verbi Dei tollit vitam animæ, *Ezech. 5. d.*

Mala iudicare de Deo.

Defectus verbi Dei.

Maledicere, Maledictio, Maledictus, Maledicus.

Maledicere, est malum alicui dicere, hoc est, conuitium, probrum, aut contumeliam in aliquem proferre. Maledictum autem, est probrum in aliquem dictum, quod & maledictio dicitur. Maledictus verò est, cui malè dicitur. At maledicus est, qui procliuis est ad maledicendum, & obtrectandum.

Maledicens Iob diei suæ, designat *l* Christum detestantem mortalitatem per peccatum incursam, & diabolum, *Iob. 3. a.* Et maledicunt diei Sancti, *m* detestando præuaricationem mortis. Et cum erroris diabolici tenebras damnandas denunciant: qui magnitudinem claritatis illius iam ab exordio fictam videntes detestantur.

Detestans Christus mortalitatem.

Maledixit Deus sanctificationi suæ, quum *n* templum antiquum destruxit, & cum animam in baptismo sanctificatam, sed per peccatum pollutam abiecit, *Thren. 2. c.*

Detestatio peccati, & erroris.

Maledixit Deus benedictionibus sacerdotum, *Mala. 2. a.* abiiciendo *o* videlicet sacrificia Iudæorum. Vel benedictiones vertuntur in maledictionem, quum sanitate aburuntur in libidinem, & diuitias vertunt in luxuriam, bonámque famam sordida conuersatione deturpant. Vel cum sacerdotes per dulces sermones & benedictiones decipiunt corda innocentium, & qui iniquè agunt, benedicuntur ab eis.

Destruens templum.

Abiiciens animam peccatem.

Reprobans sacrificia Iudæorum.

Maledictio terræ, est quæ corpori nostro datur, non danti fructum bonum, & maledicitur in operibus, hoc est, cum malè operatur, *Gen. 3. b. Psa. 108.*

Maledictio corporis non bene operãtis.

Maledictus est serpens, & non auditus, quia *p* mala voluptas trahens semper ad malum, non potest bene haberi, *Genes. 3. c.* Est autem maledictus diabolus in serpente, *Luc. 10. e.*

Vbi dicitur quis maledictus *q* nunquam additur à Deo, nisi *Deut. 21. d.* vbi dicitur. Maledictus à Deo est, qui pendet in ligno. Quod putat Hieronymus additum esse à Iudæis, in contumeliam Christi. Vel dicitur Christus maledictus à Deo, quia maledicta, id est, peccata omnium nostrum super se tulit, & hoc à Deo: Dominus enim (inquit Isaias) posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Cæteri autem dicuntur maledici non à Deo, sed à peccato suo. Peccatum autem non est à Deo.

Maledictio malorum in corpore.

Maledictus Cain de terra, *Gen. 4. b.* designat *r* maledictionem, quæ datur malis in corpore: quia multa per corpus patiuntur, tum in morbis, tum quia corpus spiritui aduersetur. Maledicetur etiam peccator centum annorum. *Isa. 65. d.*

Populus Iudaicus.

Maledictus etiam Cain à terra, est *s* populus Iudaicus qui ab Ecclesia ostenditur esse maledictus. Et maledictio, qua Noë maledixit Chanaan filio Cham, antequam nascetur. *Gen. 9. d.* designauit pœnam populi Iudaici futuram. In quo etiam prophetauit, quòd filij Israël descendentes à Sem, possessuri erant terram Chananæorum, indicatur etiam maledictio malorum operum, antequam nascantur, quia mala voluntas maledicitur à Deo. Et maledictus dolosus, est populus Iudaicus, *Malach. 2. a. 3. c.* Et maledictus furor Simeon, & Leui, hoc est, Iudæorum, *Gen. 49. a.* Ad eos etiam pertinent maledictio ficus, *Marc. 11. c.*

Maledixit Christus ficui, *Marc. 11. c.* designans *s* maledictionem hypocritarum. Ipse quoque maledicit sceptris hæreticorum, *Haba. 3. c.*

Maledictio hypocritarum.

Maledicere Iacob, *Gen. 27. e.* designat *u* maledictionem, qua Iudæi maledicunt Christo. Maledicere quoque Iacob, exprimit tentationem minus perfecti. Maledicere autem Israëli, est tentatio magis perfecti. Maledicere verò filiis Israël, est omnem virtutis speciem execrari, *Num. 23. b.* maledicit etiam patri vel matri, qui blasphemat Christum, vel Ecclesiam, *Exod. 21. b.* Et maledicit Principi, qui blasphemat Christum, *Exod. 22. d. Leuit. 20. b.* maledicit etiam Christo, qui malis operibus efficit vt blasphemetur inter Gentes, & qui ipsum persequitur, & qui peccat. Generaliter autem omnes dicuntur maledicere Christo, nempe Iudæi, hæretici, & cæteri infideles, ac multi etiam Christiani, *Num. 24. b. Ierem. 15. c.* Et maledicit Christo inimicus, hoc est, Gentilis, Christi ignarus, *Psa. 44.*

Maledictio Iudaorum in Christum.

Execratio virtutis.

Blasphemare Peccare.

Maledicere surdo, est *x* absenti, & non audienti derogare. Et inobedientem nolle cum mansuetudine corrigere, *Leu. 19. c.*

Derogare absenti.

Maledictio vorans terram, erit *y* quum Christus dicet in iudicio. Ite maledicti in ignem æternum, *Isa. 42. b.*

Maledictio in iudicio.

Maledictio dicitur *z* ipse diabolus, *Psa. 108.* Et maledicitur vir, qui nuntiat patri natum masculum, hoc est, diabolus, *Ier. 20. d.*

Diabolus.

Sub maledicto sunt, *aa* qui sunt sub lege in qua continebantur maledictiones, *Gal. 3. c.*

Esse sub lege.

Maledictus est à Saule, *bb* qui comederet ante vesperã, hoc est, qui in hac vita pasceretur inani gloria. *1. Re. 14. d.*

Pasci inani gloria in hac vita.

In maledictionem dicitur inducere Nabuchodonosor, *Ezec. 17. d.* quando *cc* diabolus affligit malis eum, qui est in peccato.

Affligens diabolus peccatorem.

Maledictione plenum os, *dd* prauam maledicendi consuetudinem indicat, *Psa. 9. Rom. 3. c.*

Maledicendi consuetudo.

Maledicere corde, est maledictis operibus fauere hac intentione, vt damnetur is, qui operatur. Vel est sub boni specie in peccatum inducere, *Psa. 61.* maledixisse dicitur Balaam populo Israël, *Num. 22. b.* quia *ee* licet ore coactus benedixerit, erat tamen eius animus depraua tus, & ad maledicendum paratus.

Intentio prauæ.

Maledicit pulchritudini stulti, *ff* qui gloriam eius ex considerata damnatione iudicat, quia hoc atrocius in tormentis obruitur, quò altius in peccatis eleuatur, quia transit quod extollitur, permanet, quod punitur, *Iob, 5. a.*

Contemptes gloriæ stulti.

Maledicta dicitur pars hæreticorum in terra, *Iob, 24. d.* quia *gg* hæreticus, & si peruersa agit, & tamen prospera recipit, séque à malis actibus nec donorum largitate compescit; prosperati quidem prospicitur, sed reatu perpetuæ maledictionis ligatur.

Condemnatio hæreticorum.

---

a *Ori. s. ps. 36. ho. 3. Arn. s. ps. 40. Basil. s. ps. 48.*
b *Gre. 3. m. 2.*
c *Ber. serm. de ver. Iob.*
d *Ber. ser. parua. 41.*
e *Arn. s. ps. 5. Ori. s. Matth. hom. 19. Aug. s. ps. 62. Amb. de Ioseph. 3. Hil. s. Matth. Can. 12.*
f *Ori. s. Matt. Can. h. 20.*
g *Gre. 8. mor. 39.*
h *Hil. s. Matt. can. 12. Greg. 28. m. 13.*
i *Hil. s. Matt. Can. 12.*
k *Hie. s. Exec.*
l *Hie. s. Iob. 3.*
m *Gre. 4. mor. 6. 11. 23.*
n *Gl. ord. sup. Thren. 2.*
o *Hie. s. Mal. 2.*
p *Phi. 2. alleg.*
q *Chry. s. Ge. hom. 17. Hier. s. Gal. 2. Rn. su. Ion. 2.*
r *Philo. quod deteri. potio. insidietur.*
s *An. 22. cont. Faus. 11. & q. in Gen. 17. Orig. s. Num. ho. 20. Hier. s. Mal. 2. Bed. s. Gen. 4.*
t *Glo. ord. sup. Mar. 11. Lyr. s. Mar. 11.*
u *Orig. s. Leu. hom. 11. & s. Nu. ho. 15. 17. & s. ser. ho. 11. Phil. de confu. ling. Hie. s. Ier. 15. Hil. s. ps. 54. Isy. s. Leu. 10. Bed. s. Gen. 27.*
x *Gre. 3. past. adm. 36. Isy. s. Le. 19.*
y *Glo. inte. su. Isa. 24.*
z *Ar. s. ps. 108. Gre. 4. mor. 4.*
aa *Am. s. Gal. 3.*
bb *Gre. s. 1. Re. 14.*
cc *Ori. s. Exec. hom. 12.*
dd *Ori. s. Rom 3. Basi. & Arn. s. ps. 61.*
ee *Glo. ord. su. Num. 22.*
ff *Gre. 6. mo. 31.*
gg *Gr. 16. m. 30.*

Digitized by Google

Condemnatio malorum.

Impiè cogitãs de Christo.

Patientes Christiani persecutionẽ.

Cooperatores diaboli.
Hypocrita.
Hæreses.
Prædicator.

Mundicia cordis.
Aptus contẽplationi.

Corpus Christi.
Verbum Dei.
Diuinitas in Christo.
Sapientia diuina.
Sacra doctrina.
Vita intelligibilis.
Bonitas in Deo.
Immortalitas.
Virgo Maria.
Consolationes Spiritus sancti.
Opera.

Litera legis.

Diuinum auxilium.

Pax Ecclesiæ.
Christus.
Fideles.

Religiosi.

Plenitudo terræ.
Reminiscentia.

secta hæreticorum.

Incarnatio.
Dans Deus vitam æternam.
Ordinans Deus milites cælestes.
Mittens Apostolos ad prædicandum.

Maledictio egrediens super terram,*a* dicitur volumen volans,*Zach.5.a.*quia in eo describuntur peccata, propter quæ maledicentur homines. Item quia eloquia Dei ad æternam damnationem sunt eis, qui illa vel scire nolunt, vel certè sciendo contemnunt.

Maledicit Regi in corde, aut in secreto cubilis, qui *b* in tribulationibus aliquid blasphemum, vel impium de Christo & Sanctis cogitat,*Eccl.10.d.* Item qui bona opera sibi, non Deo ascribit. Maledicit etiam Dei in faciem,*c* qui respectum gratiæ eius ablatis rebus non requirit,*Iob 1.b.*

Maledictio in Gentibus,*d* erat Israël, quum Christiani persequutionem patiebantur à gentibus,*Zach.8.c.*

Malefacere, Maleficus.

MALEFACERE, est alicui nocere. Vnde maleficus, qui pernicioſus est, & damnum infert, ac nocet alteri. Dicuntur tamen peculiariter malefici incantatores, & venefici, & mulieres maleficæ incantàtrices, quæ & sagæ dicuntur.

Malefici Pharaonis, qui faciebant similia iis, quæ à Mose fiebant, designare possunt cooperatores diaboli, & hypocritas, qui similia faciunt operibus bonorum,*Exod.7.b.9.c.22.c.Deut.18.c.Ierc.27.b.Dan.2.a.Malach.3.b.*

Maleficia Babylonis,*e* sunt hæreses, & errores,*Isa.47.c.Mich.5.d.Nahum.3.a.*

Maleficus quandoque in bonam accipitur partem, vt cum *Psal.57.* dicitur, Malefici incantantis sapienter. Ad hoc enim incantat talis maleficus, vt meretricis Ninive amore deuinctos, ad mentis sanitatem retrahat.

Mambré.

MAMBRE, id est,*f* rebellis, aut amarus, vel commutans: ciuitas quæ & Hebron, vel potius vallis iuxta Hebròn. Ibi moratus est Abraham. Secundum aliquos interpretatur visio siue perspicacia, & designat munditiam cordis, vbi videtur Deus,*Genes.18.a.22.d.49.d.*

Mambre fuit etiam frater Eschol, & Aner: & socius Abrahæ, designat *g* eum, qui aptus est contemplationi, ideò iungitur Abrahæ, hoc est, viro perfecto,*Genes.14.b.*

Mamma, Mamilla, vide Vbera.

Mammona, vide Diuitiæ.

Man, Manna.

MAN, seu Manna, id est, præparatio, aut quid? cibus quo pauit Deus filios Israël quadraginta annis in deserto: erátque, minutum, & subtile, similéque semini coriandri, habebátque omnem saporem suauitatis. Quando autem filij Israël primum viderunt manna, dixerunt, Manhu, quod interpretatur, quid est hoc, vnde relictum est nomen Man.

Manna significare solet *h* corpus Christi in sacramento Eucharistiæ: quod habet gustum conuenientem offerentis desiderio, quum secum afferat dona gratiarum,*Exod.16.g.Deut.8.a.Psal.77.Ioan.6.e.Apo.2.e.*

Designat etiam verbum Dei, & plenitudinem sanctitatis, & diuinitatis in Christo, & ipsam sapientiam. Et vt manna quibusdam prodest, quibusdam scatet vermibus, ita Christus, qui est Verbum Dei, in iudicium venit in hunc mundum,*Exod.16.e.Ioan.9.g. Nehe.9.d.*

Significat præterea *i* sacram doctrinam, quæ cœlestis est, & sensum spiritualem, & gustum, aut admirationem supernæ dulcedinis, vnde appellatur, Quid est hoc? quia doctrina cœlestis paucis est cognita. Et vt manna erat minutum & subtile sicut semen coriandri, sacræ scripturæ subtilitatem indicat,*Psal.77.Sap.16.c.Iosua,5.c.*

Manna incrauatam fœderis, designare potest *k* vitam, quæ est in mundo intelligibili, vel bonitatem, quæ est in Deo,*Exod.16.g.Heb.9.a.* potest significare immortalitatem,*Apo.2.a.*

Manna quoque *l* beatissimam Virginem Mariam significare potest.

Manna præterea *m* consolationes Spiritus sancti significare potest, quibus sustentat Deus in deserto huius vitæ eos, qui se à temporalibus & carnalibus separant,*Apo.2.e.* Et hoc manna deficit, quum quis ad terrena se confert,*Ios.5.f.* Cum autem hæ consolationes recipiuntur, faciunt recipientem dicere, Manhu, quid est hoc?

Manna quoque designat *n* opera, & duplex manna colligendum die sexto, vt ad sabbatum sufficiat, designat debere nos in hac vita colligere opera, quæ nobis sufficiant ad futuram. *Exod.16.g.* Colligenti autem manna ad alteram diem præter sabbatum, scatent vermes, hoc est, operanti propter vitam præsentem pereunt merita.

Manna, quod defecit, quum introducti fuerunt filij Israël per Iosue in terram promissionis, *Ios.5.c.* designat *o* literam legis defecisse, adueniente Iesu per carnis assumptionem.

Manaim.

MANAIM, seu potius Machanaim, id est, castra, locus vbi vidit Iacob castra Dei, cum timeret fratrem suum, trans Iordanem, iuxta fluuium Iabob: est ciuitas refugij in tribu Gad Leuitis, Meraritici generis separata. Figura est diuini auxilij, quod paratum est iis, qui inuocant eum in veritate,*Genes.32.a.Ios.13.c.21.c.1.Par.6.g.*

Manare, vide Fluere.

Manasses.

MANASSES, id est, oblitus, seu obliuio, filius primogenitus Ioseph, cui prælatus est frater iunior in benedictione, quam dedit illis Iacob. Dimidia eius tribus accepit hæreditatem trans-Iordanem.

Manasses, vt interpretatur obliuio, dicitur esse Dei, vel Ecclesiæ, *Psal.59.* Et designat *p* tempus illud Ecclesiæ, quando cessantibus persequutionibus, quibus infideles in Martyres sæuiebát, oblita est priorum pressurarum. Designat etiam *q* Christum, qui propter nos oblitus est domus Patris sui, id est, Iudææ. Item fideles, qui obliuisci debent omnem cognationem carnis.

Manasses, quantum ad eam partem, quæ transiuit Iordanem, designat *r* religiosos, qui obliuiscuntur rerum mundi,*Psal.79.*

Manasses, vt dicitur obliuio, designat *s* Iudæos, qui obliti sunt Dei, aut quorum dolores Christus oblitus est, postquam resurrexit. Ipsi fuerunt primogeniti, quibus tamen prælatus est populus iunior Gentilium, & acceperunt hæreditatem trans-Iordanem, hoc est, in hac terra ante baptismum,*Genes.41.g.48.c.Num.32.f.Ios.1.c.13.d.22.a.Psalm.79.*

Manasses, qui dicitur esse Dei,*Psalm.59.* plenitudinem *t* terræ significare potest, quia Domini est terra, & plenitudo eius.

Manasses præterea, vt accipit minorem benedictionem à Iacob, typus est *u* reminiscentiæ, cui posteriores partes dantur, ideò Iacob sinistram posuit super caput eius,*Gen.48.c.*

Manasses, iuxta Augustinum, *x* interpretatur necessitas, cui non cedit is qui proficit, & sicut Iephte non cessit Moabitis, sic qui transit Manassèn, non cedit terrenis rebus,*Iud.11.e.*

Manasses, Ephraim, & Iudas mutuò se vorantes, *y* diuersæ sunt hæreticorum sectæ, mutuò se conficientes, *Isa.9.b.*

Mancipare, Mancipium, vide Seruus.

Mandare, Mandatum, Præcipere, Præceptum, Iubere.

MANDARE, est committere, & commendare, aut mandare memoriæ, aut literis, vt seruetur. Præcipere autem, est monere, instruere, docere: & etiam iubere, disponere, & prohibere. Mandatum autem, præceptum, & iussio sæpè pro eodem accipiuntur, sicut & ipsa verba. Est etiam mandare, nunciare, & promittere.

Mandat Deus virtuti suæ, hoc est, *z* Pater Filio, qui est eius virtus,*Psalm.67.* Et præcepit Deus diluculo, quum fecit incarnari Filium suum,*Iob,38.b.* Præcipit etiam Deus supra propitiatorium, quum præcipit per Christum,*Exod.25.b.*

Mandauit Deus benedictionem & vitam in Sion,*aa* secundum quod in patria cœlesti dat vitam æternam omnibus, quibus benedicit,*Psa.132.*

Mandauit Deus militiæ cœli,*bb* quum milites cœlestes ordinauit,*Isa.45.b.*

Mandauit Deus sanctitatis suis,*cc* quando misit Apostolos ad prædicandum, *Isa.13.a.* Sic mandauit nubibus, *Psal.77.* E diuerso mandat nubibus ne pluant, cùm remouet Prophetas & Apostolos, aut prohibet eos prædicare alicubi,*Isa.5.b.*

a *Hil. s. Zac. 5. Gregor. 15. 7.*
b *Hie. s. Eccl. 19.*
c *Greg. 1. mo. 23. & 2. mo. 10.*
d *Hie. s. Zac. 8.*
e *Hier. s. Nahum. 3.*
f *Ori. s. Gene. hom. 4. & s. cant. ho. 2.*
g *Phil. de migrat. Abraha.*
h *Or. s. Mast. ho. 35. Aug. s. psa. 77. & su. Ioan. trac. 11. Cyr. 3. s. Ioan. 34. Amb. epi. 1. 62. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4.*
i *Ori. s. Num. hom. 3. Ori. s. Exo. ho. 7. & s. Nehe. h. 10.*
k *Phil. 2. alle. Aug. ser. 91.*
l *Epiphan. 2. contra hæreses tom. 1. Tho. 1. 2. qu. 102. ar. 4.*
m *Aug. s. Ap. ho. 2. Amb. ser. 3. Gre. 27. m. 17*
n *Ori. s. ps. 36. ho. 3. Aug. ser. 91.*
o *Cyril. 3. su. Ioan. 36.*
p *Au. s. ps. 59.*
q *Ru. 8. s. Gen. 42.*
r *Ber. serm. 6. vigil. natalis Domini.*
s *Ori. s. Num. ho. 26. & s. Io. ho. 3. 26. Ambr. de ben. Patr. 1. & de Ioseph. 7. Au. su. ps. 79.*
t *Hil. s. ps. 59.*
u *Phil. 2. alle. & de congress. su. &c.*
x *Au. q. in Iudi. 49.*
y *Hier. s. Is. 9.*
z *Hil. s. ps. 67.*
aa *Hier. s. Iob. 38.*
bb *Hier. s. Isa. 45.*
cc *Hier. su. Is. 5. 13.*

Digitized by Google

Præcepit Deus niui vt descendat in terram, *Iob.* 37. *a.* cum *a* charitas Christi, quæ Sanctorum mentes ad superna subleuat, eas pio moderamine pro fraterna dilectione, etiam ad humilitatem condescensionis formet.

Faciens condescendere minoribus.

Mandauit Deus mandata sua custodiri nimis, *Psal.* 118. quia *b* in lege, Prophetis, & Euangelio mandauit. Mandauit etiam Deus quæ loqueretur Moses, quum dedit legem, quæ loquitur iis, qui sunt sub lege, *Exod.* 7. *a.* 19. *a.* 29. *f.* 31. *c.* 33. *c.* 34. *b.* 35. *a.* 39. *a.* 40. *c. Leu.* 4. *a.* 8. 9. *a.* mandat autem Deus creaturis rationalibus, & iis qui renouantur. Dicit verò etiam irrationalibus, *Psal.* 32.

Instituens legem.

Mandauit Deus aduersum Iacob quum per alios puniuit Iudæos & generaliter dicitur mandare aduersus aliquos, quando per alios eos punit. *Thren.* 1. *f.* Dicitur autem præcipere, *c* vt cognoscatur id, quod quis patitur, non fortuitò & absque aliquo iudice euenire, sed Deo pronunciante, *Nahu.* 1. *d.* mandat etiam Deus serpenti, quum exequitur pœnam per diabolum, *Amos* 9. *a.* Ita mandat Assur, vt diripiat prædam, quia diabolum facit iustitiæ suæ executorem, *Isa.* 10. *b.*

Punitio Dei per alios.

Iubens Iesus discumbere turbam super fœnum, *Matt.* 14. *b.* designauit *d* carnem subiiciendam esse rationi.

Subiectio carnis.

Iussit Dominus poni terminos in circuitu montis, ne filij Israël vltra eos progrederentur, *Exod.* 19. *d.* vbi designatur *e* altiora nobis non esse scrutanda, ne plus velimus sapere, quam oportet sapere.

Non plus sapere.

Iubere dicitur Moses præconis voce, quum lex præcipit aliquid per prædicatorem, *Exod.* 27. *d.* 36. *a. Leuit.* 10. *b.*

Mandans lex per prædicatorem.

Præcipit Deus Soli, ne oriatur, *f* quum prædicatores abstulit à Iudæa, aut ab aliis, ne lumen veritatis eis inferant, *Iob.* 9. *a.* Et præcipit luci, vt rursus adueniat, cum in fine mundi reliquiæ Iudæorum conuertentur, & quia dum peccatores se suis viribus saluari non posse cognouerint, gratiæ lumen accipiunt, & protectionis intimæ radiis illustrantur, vt maiore ardore postmodum cælestem patriam diligant, quàm quis terrena delectatione flagrabant, *Iob.* 36. *d.*

Auferens Deus prædicatores.

Conuersio vltima Iudæorum.

Præcipiens Moses Aaron, & filiis eius, *Leu.* 6. *b.* designat mandata legis peculiariter ad sacerdotes ordinari, à quorum ore reliqui requirunt legem. Ita mandatum Dei dicitur peculiariter esse ad sacerdotes, *Malach.* 2. *a.* Præcepit etiam Deus militiæ belli, vt destruant terram, quum mittit *g* prædicatores ad corda terrena conuertenda, vel cum mittit angelos in iudicio, *Isa.* 13. *a.*

Lex & sacerdotes dirigitur.

Mittens Deus prædicatores, & angelos.

Iubens sacerdos immolari passerem ad emundationem leprosi, *Leu.* 14. *a.* designat oblationem *h* sacrificij pro emundatione peccatorum. Et iubet erui lapides leprosos à domo, cum emundat peccatorem per sacramentum pœnitentiæ. Et præcipit efferri, quæ sunt in domo leprosa, antequam ingrediatur. *Leuit.* 14. *e.* quum curat auferre omnes occasiones peccatorum.

Emundatio peccatoris per pœnitentiam.

Iubens Aaron afferri sibi inaures, *Exod.* 32. *a.* posuit *i* difficile præceptum, sed facilè obtemperarunt proni ad idololatriam.

Cognosci mysteria in scripturis.

Præcipit Deus offerri sibi in templo, *k* vt designet sua mysteria in scripturis sanctis debere cognosci, 1. *Re.* 2. *f.*

Præcipiens Ioseph vt egrederentur Ægyptij, ne interessent cognitioni fratrum, *Genes.* 45. *a.* designauit Christum, dicentem: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, *Matth.* 15. *c.*

Missus Christus ad Israël.

Dicit Deus se non præcepisse, vt sibi offerrentur holocausta, *l* vt ostenderet ad Iudæorum duritiam illa potius esse permissa, ne videlicet idolis offerrentur, quàm ab eo exacta, *Iere.* 7. *e.* & dicuntur præcepta non bona: quia sacrificia illa non erant per se bona, vt ea quæ in præceptis decalogi continentur, sed nec erant mala, quia Deo offerebantur, *Ezech.* 20. *c.*

Permissa sacrificia Iudæis.

Mandat Prophetis ne prophetent, *m* qui prohibent doctores prædicare, *Amos* 2. *d.*

Prohibentes prædicare.

Præcipiens Pharao vt deducerent Abraham, & vxorem eius extra Ægyptum, *Ge.* 12. *d.* designat *n* mentem prauam, quæ propellit à se sapientem cum sua sapientia, ne ab eo redarguatur, *Gen.* 12. *d.*

Propellens à se sapientem.

Manda, remanda, dicitur *o* ab iis qui non credunt verbis Domini per Prophetas enunciatis: quibus Dominus comminatur, comprehendendos eos esse ab erroribus, qui veritati credere noluerunt, *Isa.* 28. *c.*

Mandatum Domini est, *p* in quo obseruatio præceptorum, & custodia continetur, vt illud: Non occides, &c. Et quia mandata sunt lucida, dicitur præceptum Domini lucidum, illuminans oculos, *Psal.* 118. mandata autem, quæ præcipit Deus non fieri, sunt præcepta negatiua, *Leu.* 4. *c.* Cæterum mandata Dei dicuntur mandata labiorum eius, secundum quod per scripturam, quasi per labia Dei nobis manifestantur, *Iob.* 23. *c. Exod.* 4. *c.* 15. *d.* 18. *c. Leuit.* 10. *a.*

Mandatum primum dicitur, *q* quod est de honoratione parentum, non simpliciter, sed primum in secunda tabula. *Ephe.* 6. *a.*

Ad præceptum Dei eleuatur aquila, *Iob.* 39. *c.* quando *r* videlicet sancti iussionibus diuinis obtemperantes subtili intelligentia, & sublimi contemplatione in supernis suspenduntur.

Eleuari in cõtemplationem Inspiratio castitatis.

Præceptum Isaac ad Iacob, ne acciperet vxorem de filiabus Chanaan, designat *s* inspirationem castitatis. *Genes.* 28. *a.*

Credere prædicantibus Apostolis.

Præceptum manus Apostolorum, dicuntur Idumæa, & Moab, quia ad eorum prædicationem crediderunt, *Isaiæ* 11. *d.*

Constans ordo naturæ.

Præceptum sempiternum, & præceptum maris sempiternum, constantem ordinem designare possunt, *Leuit.* 10. *b. Ierem.* 5. *e.*

Statuta principum fidelium.

Præceptum Abimelech, ne quis tangeret Rebeccam, designat *t* statuta Principum ad fidei catholicæ obseruationem, *Gen.* 26. *e.*

Traditiones Pharisæorum.

Mandata hominum dicebantur *u* traditiones Pharisæorum, quia ab hominibus inuentæ, nec legi diuinæ penitus concordes, *Isa.* 29. *d. Matth.* 15. *a.*

Mandere, vide Comedere.

Mandibula, Maxilla, Tempora.

MANDIBVLA, est ea pars animalis, in qua dentes fixi sunt, quæ & maxilla dicitur Sæpè tamen maxilla dicitur pars exterior faciei, quæ barbam emittit, cuius partes superiores ex vtraque parte Tempora dicuntur.

Maxilla, qua Samson percussit hostes, significare potest *x* patientiam, qua vincuntur dæmones, & fons maxillæ, & fons patientiæ, *Iudi.* 15. *c.* Ideo ponitur exemplum percussionis maxillæ, *Matt.* 5. *f. Luc.* 6. *d.*

Patientia.

Designat etiam *y* verbum Dei, quo Deus innumeras Iudæorum, & dæmonum strauit cateruas, & fontem vitæ corpori suo aperuit. Item contemptibiles mundi, cum quibus Deus vicit fortes.

Verbum Dei.

Contemptibiles.

Maxilla, quæ cedit in partem sacerdotis, designat *z* sermonis primicias deberi sacerdotibus, & ipsos debere esse eloquentes, vt quod pectore conceperint, ore promere possint.

Primitiæ sermonis.

Maxillam iudicis Israël, hoc est, *aa* Christi, percusserunt Iudæi, *Mich.* 5. *a.* tempora quoque Dauid, tempora Christi significant, *Psal.* 131.

Maxilla Christi.

Maxillæ Ecclesiæ dici possunt *bb* sacerdotes, seu prædicatores, qui alios conuertere satagunt, & de eorum lapsu amplius plangunt, *Thren.* 1. *a.* Per ipsos enim sancta Ecclesia iniquos à vitiis conuertendo conterit, & quasi glutiens in sua membra conuertit, *Iob.* 16. *b.* Et maxilla asini in manu Samson, sunt prædicatores in manu Samson, sunt prædicatores in manu Christi, *Iud.* 15. *c.* Patriarchæ etiam fuerunt maxillæ Ecclesiæ.

Sacerdotes.

Prædicatores.

Patriarchæ.

Maxilla in malis, *cc* est subiectio diaboli, & hæreticorum, & verba iactantiæ, *Isa.* 30. *f. Psal.* 31.

Subiectio diaboli.

Verba iactantiæ.

Maxilla, seu tempora Sisaræ defixa clauo, designant *dd* os, quod prius carnalia prædicabat, debere deinceps crucem Christi prædicare, *Iudi.* 4. *d.*

Prædicatio carnalium.

Maxilla Leuiathan, dici potest *ee* vis tentationis diaboli, qua retinere nititur & deglutire, quos tentat, *Iob.* 40. *d. Ezech.* 29. *a.* 38. *a.*

Vis tentationis diaboli.

Mandragora.

MANDRAGORA, *ff* est herba, cuius duo sunt genera, candida, quæ & mas: nigra quæ & fœmina existimatur. Mandragora est angustioribus foliis, quam lactucæ, hirsutis, & caulibus à radicibus binis trinisue, rufulis intus albis, carnosis, tenerisque, penè cubitalibus. Ferunt mala auelanarum nucum magnitudine, & iis semen ceu pyrorum, odor eius est grauis, sed radicis, & mali grauior. Excitat somnum, & potu largiore etiam mortem infert. Aiunt radices corporis humani figuram præ se ferre, quas tamen impostores ficta arte mentiuntur.

a *Gre.* 23. *mo.* 17. 18.
b *Ba. s. ps.* 32.
c *Hier. s. Nah.* 1.
d *Ori. s. Matt. Can.* 14.
e *Glo. inte. su. Exod.* 19.
f *Gre.* 9. *mo.* 3. & 27. *mor.* 11.
g *Hier. su. Is.* 13.
h *Glo. ord. su. Leu.* 14.
i *Glo. ord. sup. Exod.* 32.
k *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
l *Hie. s. Ier.* 7. & *s. Ezec.* 20.
m *Hie. Amo.* 2.
n *Ambr.* 2. *de Abra.*
o *Hie. s. Is.* 28.
p *Basi. s. ps.* 7. *Hil. s. ps.* 118. *Gre.* 16. *m.* 17.
q *Am. s. Eph.* 6.
r *Gre.* 31. *mo.* 33. 34.
s *Lyr. su. Gen.* 28.
t *Glo. inte. su Gen.* 26.
u *Hier. su. Is.* 29.
x *Ori. s. Matt. hom.* 14. *Am.* 2. *de Spiritu sancto prolog.*
y *Hie. s. Marc* 15. *Ru. s. Iud.* 19.
z *Phil.* 3. *de vict. Hier. de veste. sacer.*
aa *Hie. s. Mic.* 5. 5.
bb *Gre.* 13. *m.* 7. 8.
cc *Ru. su. Ier.* 14. *Gre. s. ps.* 31.
dd *Ori. s. Iudi. ho.* 5.
ee *Gre.* 33. *m.* 14. 17.
ff *Plin.* 25. *natural. histo.* 13.

Popularis fama.

Perfecti.

Fructus synagoga. Gentiles.

Illustratio diuina. Susceptio gratiæ.

Lux Euangelica veritatis. Exordium cuiusque naturæ Initium mundi. Incarnatio Christi. Resurrectio Christi. Cognitio matutina angelorum. Fœlicitas. Initium fidei. Cognitio Dei obscura. Conuersatio bona. Tempus prædicationis Christi. Initium vitæ Tempus huius vitæ.

Tempus mortis. Finis vitæ. Finis mundi. Dies iudicij. Resurrectio vniuersalis. Propinqua vindicta Dei. Progressus passionis Christi. Principium boni operis. Gratia compunctionis. Puritas conscientiæ. Inspiratio diuina. Tempus legis scriptæ. Cognitio verũ facilium. Rudiora præcepta. Perfecta cognitio pronunciandi. Tempus lætitiæ. Tempus prosperitatis.

Mandragora, quia pomum habet odoriferum, *a* famam bonam popularem significare potest. Vt autem mandragoræ venerunt ad Rachel per Liam, designant *b* contemplatiuos non esse notos, nisi per actiuos, *Genes.* 30. *b.* vnde filius Liæ mala mandragorica inuenit, exiens in agrum, hoc est, honestè ambulans ad eos, qui foris sunt. Doctrina verò sapientiæ, quæ à vulgi strepitu remotissima, in contemplationem veritatis dulci delectatione defigitur, hanc popularem gloriam non assequeretur, nisi per eos, qui in mediis turbis agendo ac suadendo populis præsunt, non vt præsint, sed vt prosint.

Mandragoræ etiam *c* perfectos, aut perfectorum virtutem significant, *Cant.* 7. *d.* qui dum imperfectorum infirmitatibus medentur, in fide, quam prædicant, in portis Ecclesiæ veri medici esse comprobantur, qui dum exempla bonorum operum circumquaque per sanctam famam tribuunt, quasi odorem, quo ægroti sanentur, aspergũt.

Possunt præterea mandragoræ designare *d* fructus synagogæ, qui concessi sunt Ecclesiæ, sicut Lia concessit mandragoras Racheli.

Mandragoræ rursus Gentilium typum gerere possunt, qui prius malè olebant & erant non mandragoræ mares, sed fœminæ, cæterùm conuersi & venientes ad Ecclesiam, fidei, & bonorum operum odorem dederunt, & in mandragoras mares conuersi sunt, *Cant.* 7. *d.*

Manducare, vide Comedere.

Manè, Matutinum, Diluculum.

MANE, dicitur diei principium, quando dies clarus est, quod & matutinum tempus dicitur, aurora iam apparente, & omnia illustrante. Dicitur etiam diluculum ante ortum Solis.

Manè significare potest *e* illustrationem diuinæ claritatis, vt cum manè replemur misericordia Dei. Ita significat tempus susceptionis gratiæ, & consurgit manè, qui gratiam suscipit, & ad bene operandum excitatur. Ita manè est renouatio creaturæ. Manè etiam est, cum spiritualia præferuntur temporalibus, & manè subiiciuntur ligna altari, hoc est, in vigilia, & sobrietate animæ à Deo illustratæ, *Genes.* 1. *a.* 19. *a.* 21. *b.* 24. *f.* 28. *b.* 32. *f.* 41. *b.* 44. *a. Exod.* 8. *c.* 9. *c.* 10. *d.* 14. *f.* 16. *c.* 18. *b.* 19. *c. Leu.* 6. *d.* 1. *Reg.* 5. *a. Psal.* 5. 45. 48. 62. 89. 91. 100. 142. *Isa.* 14. *c.* 58. *Hos.* 6. *a. Amos* 5. *b. Matth.* 21. *b.* In hoc diluculo visitat Deus hominem, *Iob.* 7. *d.* Et manè, quo iudicare debent iudices, est lux veritatis, *Iere.* 21. *c.* Manè venit de agro Saul, vt designet prælatũ in Oriente sibi veri luminis splẽdore, subditorũ causas inquirere debere, 1. *Re.* 11. *c.* Manè autẽ cùm succedit vesperi, profectũ lucis significare potest. *Ps.* 58.

Matutina lux, *Isa.* 8. *d.* doctrinam *f* & lucem Euangelicam significare potest. Et non reseruare de sacrificiis vsque manè, est non docere vetustatem literæ, sed nouitatem spiritus. Manè autem dicuntur fecisse concilium pontifices contra Iesum, quia cognita veritatis luce, in eum peccauerunt, *Matth.* 27. *a.*

Manè in creatione mundi, significare potest *g* in singulis diebus exordium incipientis creaturæ, vel noui operis inchoationem, *Genes.* 1. Et manè primum, quo exiit paterfamilias, exordium mundi significare potest, & tempus ab Adam vsque ad Noe, *Matth.* 20. *a.*

Manè fuit *h* in coniunctione carnis cum Verbo, & tempus ortus Christi, quo visa est gloria Domini, quod etiam designat diluculum, quo Christus venit in templum, *Psal.* 5. 29. 45. 48. 58. 62. 100. *Exod.* 10. *d.* 16. *c. Ioan.* 8. *a.* 21. *b. Isa.* 21. *c.* 50. *c.* Et ipse Christus dicitur vermis matutinus. *Ione* 4. *c.*

Manè præterea est *i* tempus resurrectionis, quod & diluculum dicitur, & matutinum, in quo est lætitia, est tempus resurrectionis, & ipse Christus dicitur matutinus ceruus, *Psal.* 29. 54. 56. *Cant.* 7. *d.* Et matutina assumptio resurrectionem & ascensionem Christi indicat, *Psal.* 21. *in titulo. Iob.* 7. *d. Marc.* 16. *b. Ioan.* 20. *a.*

Manè quandoque dicere potest *k* cognitionem matutinam angelorum in Verbo, *Genes.* 1. *a.* Et manè in sabbato siue vespera, designat quietem æternæ gloriæ. Manè quoque est initium gloriæ, *Exod.* 27. *d. Leu.* 16. *b. Psalm.* 29. 58. Et dormiens Samuel vsque manè, designat *l* Sanctos per dormitionem mortis venire ad manè fœlicitatis æternæ, 1. *Reg.* 3. *c.*

Manè, *m* initium fidei significare potest, & fidem Gentilium, *Exod.* 12. *d.* 16. *c. Isa.* 21. *c.* Et manè surgentes Elcana, & Anna, designant in exortu interni luminis Ecclesiam ad Gentes transisse, relicta Iudæa in nocte infidelitatis, 1. *Reg.* 1. *c.* 3. *Reg.* 17. *c. Psalm.* 87. Et matutina nebula, est cognitio Dei, quæ in hac vita habetur per speculum in ænigmate, *Amos* 4. *d.*

Manè diei sequentis, *n* est serena lux sanctæ conuersationis, 1. *Reg.* 9. *c.*

Manè, & nox, *o* fuit tempus prædicationis, & miraculorum Christi, in quorum luce Iudæi in incredulitate remanserunt, *Isa.* 21. *c.*

Manè aliquando designat *p* initium vitæ, & de manè vsque ad vesperam, est à iuuentute vsque ad senectutem, *Exod.* 18. *b. Iob* 4. *d. Psal.* 89. 128. *Eccle.* 11. *c. Isa.* 5. *c.* 38. *c.* Et manè quo exiit paterfamilias ad operarios est pueritia, *Matth.* 20. *b.* Et manè quo lupus comedit prædam, significat iuuentutem Pauli, quando persecutus est Ecclesiam, *Gen.* 49. *d.* Et etiam manè tempus huius vitæ, & comedunt principes manè, quum *q* huius vitæ, voluptates vacant. *Eccle.* 10. *d.* Et manè colligere manna, est studiosè operari tempore vitæ præsentis, *Exod.* 16. *c.* Et manè vadens Moses ad Pharaonem, designat eum, qui studiosè in hac vita diabolum aggreditur, *Exod.* 7. *c.*

Manè, interdum est *r* tempus mortis, *Exod.* 10. *c.* Et manè consurgit Deus ad admonendum: quia post mortis quietem viribus corporis instauratus, anima hominum vegetior est, & nequaquam voluptatibus occupata, cibique desiderio, vt audire & facere valeat quæ dicuntur, *Psal.* 5. *Isa.* 62. *b. Ier.* 7. *c.* Ardet lucerna vsque manè, cum quis benè operatur vsque ad finem vitæ, *Exod.* 27. *d.*

Manè, quandoque *s* finem mundi & diem iudicij, & tempus resurrectionis significat, *Exod.* 12. *d.* 16. *c.* 19. *c.* 27. *d.* 34. *a. Leu.* 7. *b.* 19. *c. Psa.* 5. 29. 43. 56. 89. 100. 138. 142. *Isa.* 17. *d.* 33. *a. Matth.* 16. *a.* Et dicitur manè expansum super montes, *Ioel.* 2. *a.* quia vt lux matutina omnia comprehendit, ita dies iudicij, sed incipit à montibus, hoc est, à primatibus Ecclesiæ, *Pro.* 11. *d. Soph.* 3. *a.* Potest etiam manè ipsam spem, quam de resurrectione habemus, significare.

Manè diluculo veniens flagellum, indicat *t* propinquitatem & durationem diuinæ vindictæ, *Isa.* 28. *c.* In matutinis quoque est castigatio bonorum, quia non differtur, sicut malorum, *Psal.* 72.

Manè & vespere obtulit sacerdos similam, *u* cum Christus cœpit passionem in domo Caiphæ, & consummauit eam in tenebris factis vsque ad horum nonam, *Leu.* 6. *c.*

Manè adolere incensum, est in principio boni operis orare, *Exod.* 30. *a.* 34. *a.* Significatur etiam gratia compunctionis, cum qua adoletur incensum orationis.

Manè, aut matutina vigilia, dici potest *x* puritas conscientiæ, & dispositio animæ ad intelligendum, & inspiratio diuina mentem illustrans *Psal.* 62. 129. 1. *Reg.* 11. *c. Isa.* 50. *b.* Et manè offert agnum, qui cum pura conscientia offert Christum, *Exod.* 29. *g. Leu.* 9. *a.*

Manè, interdum dicitur *y* tempus legis scripturæ, aut initium diuinæ legis, & tempus fidei synagogæ, quando adolebatur incensum Domino, *Exod.* 30. *a.* 34. *a. Num.* 28. *a. Leu.* 6. *c. Isaia.* 17. *c.* Hoc diluculo sancti veteris legis præueniebant ad Deum expectantes meridiem aduentus Christi, *Psalm.* 89. 118. Hoc etiam manè comederunt prædam sacerdotes, sicut dictum est de Beniamin, *Genes.* 49. *d.*

Manè, dici potest *z* cognitio rerum facilium, quam qui accipit, debet mox adolere incensum orationis, vt ad maiorem veniat cognitionem, *Exod.* 30. *a.* 34. *a.* Et susceptio matutina, significat prima præcepta rudibus data, *Psal.* 21. *in titulo, Isa.* 26. *b.* Sic manè venit Maria Magdalena ad monumentum, *Ioan.* 20. *a.* manè etiam perfectam cognitionem pronunciandi, quæ debet esse in mente doctoris, significare potest, 1. *Reg.* 3. *c.* Ante cognitionem adeptam non debet surgere ad prædicandum, iuxta illud, *Psal.* 126. Vanum est vobis ante lucem surgere. Et in his matutinis est meditandum, *Psal.* 62.

Matutinum tempus aliquando est tempus lætitiæ, vt *Psal.* 29. ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

Manè præterea dicitur *aa* tempus prosperitatis: & manè surgentes Elcana & Anna, designant prosperum iter

a *Au.* 22. *cont. Faust.* 50.
b *Bed. s. Gen.* 30. *Ric. de S. Vict. de* 12. *patriarchis.* 29.
c *Gre. s. Cant.* 7.
d *Amb. s. psa.* 118. *ser.* 19.
e *Ori. s. Matt. hom.* 16. & *s. Exo. ho.* 7. & *s. Leu. ho.* 5. *Basil. s. ps.* 55. 58. *Hier. s. Is.* 58. & *s. Ier.* 21. *Aug. s. ps.* 58. *Gre. s.* 1. *Re.* 5. & 8. *mo.* 20. & 25. *m.* 7. *Isy s. Leu.* 6. *Bed. s. Gen.* 1. *Arno. s. ps.* 58.
f *Ori. s. Matt. ho.* 35. *Hi. s. Is.* 8.
g *Augu.* 1. *de gen. ad lit.* 17 *Ori. s. Matth. ho.* 10.
h *Au. epi.* 49. *qu.* 6. *Basi. su. ps.* 29. 45. *Arno. s. ps.* 5. 48. *Ori. s. Io. ho.* 8.
i *Gre.* 16. *mo.* 21. *Cyr.* 3. *s. Ioan.* 34. & 12. *su. Ioan.* 62. *Hie. s. psa.* 21. 29. 56.
k *Au. s. ps.* 21. 54. *Aug.* 1. *de gen. ad lit.* & 4. *de gent. ad lit.* 18. & *s. ps.* 58.
l *Gre. s.* 1. *Re.* 3.
m *Hier. s. Isa.* 21. *Gre. s.* 1. *Re.* 1. *Aug. s. ps.* 87. *Gre. s. Amo.* 4.
n *Gr. s.* 1. *Reg.* 9.
o *Gr.* 6. *m.* 14.
p *Hier. s. Cyp. s. Is.* 5. *Gre.* 5. *m.* 28. *Au. su. ps.* 89. *Ori. s. Ezech. hom.* 4.
q *Hie. s. Eccle.* 12.
r *Bed. s. Exo.* 19. *Hier. s. Iere.* 7. *Rup.* 4. *s. Exo.* 19.
s *Basil. s. psal.* 29. 45. *Hier.* & *Cyp. s. Is.* 17. & *su. Ioel.* 2. *Isyc. s. Leu.* 7. 19. *Aug.* 1. *qu. in euan.* 20. & *s. ps.* 110. *Gre.* 8. *m.* 33. & 16. *mo.* 27.

Arn. s. ps. 138. *Hil. s. ps.* 56. t *Bern. s. Can. ser.* 33. *Hier. s. Is.* 28. u *Au. s. psal.* 71. *Isy. s. Leu.* 6. x *Gre. s.* 1. *Re.* 11. *Hil. s. ps.* 62. *Arn. s. ps.* 120. y *Gre. s.* 1. *Re.* 11. *Ori. s. Leu. ho.* & *s. Num. hom.* 23. *Augu. s. ps.* 118. *Ber hom.* 1. *s missus est. Bed. s. Gen.* 49. z *Ambro. serm.* 30. *Hier. s. Isa.* 26. aa *Gre. s.* 1. *Reg.* 3. *Ricar. de S. vict. de statu inter. hominis* 27.

Digitized by Google

prædicationis inuentum in gentibus,1.*Reg.*1.*c.*manè etiam comedunt, qui de mundi prosperitatibus extolluntur,*Eccles.*10.*c.* Et manè primò consurgit homicida, *a* quia in præsentis vitæ gloria peruersus quisque erigitur, & illorum vitam deprimit,qui dum sequentem gloriam sitiunt,quasi satiari in vespere exquirunt, *Iob.* 4.*d.* 24.*c.* *Psalm.* 64.

Sollicitudo malorum.

Manè surgentes ad immolandum idolis,designat sollicitudinem malorum ad perpetranda peccata,*Exod.* 32.*a.*

Aperta reprehensio.

Manè quandoque est *b* aperta reprehensio,vt cum Samuel iuit manè ad reprehendendum Saulem,1.*Reg.* 15.*c.*

Senectus.

Manè quandoque sumitur *c* pro senectute prouecta, vt cum in nocte huius vitæ Dominus dicitur venire manè,*Marc.*13.*d.*

Angeli.

Matutina astra,dicuntur angeli,*Iob.*38.*a.*quia *d* primo tempore sunt conditi,qui etiam matutina astra dicuntur,quia sæpè ad exhortandos homines missi sunt,& dum venturum manè nunciant, ab humanis cordibus præsentis vitæ tenebras fugant.

Homo.

Matutina nubes citò deficiens, & ros matutinus *e* in comparatione hominum assumentur,qui citò deficiunt, *Hos.* 13.*a.*

Defectus lucis hæreticorum.

Quotidie manè,ponitur pro singulorum dierum matutino tempore,*Exod.* 36.*e.*

Ecclesia.

Sicut manè transit rex Israël,*Hos.*11.*a.*quia *f* hæretici in principio aliquam lucem in Ecclesia habuerunt, sed crescente illa in luce,ipsi ad tenebras transierunt.

Diluculum,est *g* Ecclesia in hoc seculo,quæ velut media est inter lucem supernæ patriæ,& tenebras peccatorum, *Iob.*38.*b.*

Manicare,*Luc.*21.*g.*sumitur pro manè surgere,aut manè ire.Estque vocabulum nouum.

Manere,Mansio.

MANERE,est in aliquo loco se continere,aut morari,& quandoque durare,& persistere.Mansio autem vbi quis manet.Est item manere,expectare & inhærere.

Duratio legis Euangelicæ.

Manet in æternum consilium Domini, *h* quia veritas euangelica omnia vincit. Et vt maneat in nobis prius dissipandæ sunt cogitationes humanæ,*Psal.* 32.

Gratum esse Deo.

Manet Deus,vel Angeli in domo alicuius,*i* cum eius grata est anima,vt manserunt Angeli apud Lot,*Gen.*19.*a.* Vt mansit Deus seu spiritus sanctus in fidelibus,*Ioan.*14.*d.*

Quiescens Iesus in Ecclesia.

Manens Iesus in Bethania,*k* est quiescens in Ecclesia,*Matth.*21.*b.*Et manens idem in solitudine,est *l* quiescens in Ecclesia ex Gentibus,*Psal.*54.Et dicitur declinasse Christus ad manendum,quando *m* relictis Iudæis receptus est in Ecclesia,*Ier.*14.*b.*

Conuersans prædicator cũ populo.

Manens Isaac in Geraris,designat prædicationem conuersantem inter populum, vt eis prosit verbo & exemplo,*Gen.*26.*b.*Et manens Ezechiel cum populo septem diebus antequam loqueretur,*Ezech.*3.*d.* designat *n* prædicatorem,qui priusquam reprehendat,debet multo tempore quiescere,& dolere, ad ea quæ viderit, nihilque eorum habere in conscientia,quæ in aliis correpturus est.

Perseuerare in doctrina Ecclesiæ.

Manere in eadem domo,*o* est perseuerare in fide & doctrina Ecclesiæ, *Matt.*10.*b.* Ita manent illi,qui dicunt Christo illud *Ioan.*6.*g.*Domine,ad quem ibimus?Idem est manere apud semetipsum, & manere in eodem loco, *Exod.*16.*f.*40.*d.Luc.*9.*a.*manet autem in domo in æternum filius,*Ioan.*8.*a.*

Nondum aggredi valentes graues pugnas.

Manentes in eodem loco circumcisi,donec sanarentur,*Iosu.*5.*b.*designant *p* infirmos nondum audentes aggredi graues dæmonum pugnas.

Vacare diuinis debet semper sacerdotes.

Manentes sacerdotes in tabernaculo die ac nocte, indicant *q* semper esse sacerdotibus vacandum diuinis: vt vel discant à Deo,vel doceant populum,*Leu.*8.*a.*

Lex in templo

Manens Lot in spelunca,designat *r* legem in templo cum Iudæis manentem,*Genes.*19.*f.*

Quiescens à tumultibus.

Manet in solitudine,*s* qui perseuerat in remota mentis intentione, quietus à tumultibus cogitationum & affectuum rerum mundanarum,*Psal.*54.

Esse membrũ & templum Christi.

Manemus in Christo,cum *t* eius sumus membra,manet autem ipse in nobis,cum sumus templum eius, *Ioan.* 6.*a.*manemus autem vt palmites in vite, & ipse in nobis vt vitis in palmitibus. Palmes enim manet in vite, vt inde vim accipiat fructificandi,quum sine ipsa nil possit efficere. Vitis autem manet in palmitibus, vt eis det vim fructificandi & nil ab eis recipiat,*Ioan.*15.*a.*manere autem in dilectione Dei,qua videlicet ipse nos diligit,est in eius gratia manere,*Ioan.*15.*b.*

Iustitia in corde.

Manere dicitur iustitia in tabernaculo,*u* cum est in corde,*Iob.*11.*c.*

Fortitudo iusti.

Manet aliquis in petris,*x* quum vir sanctus intentione cordis inter illas cælestes virtutes residet,quæ per æternitatis suæ fortitudinem tanta iam,soliditate fixæ sunt, vt in nullo culpæ latere mutabilitatis varietate flectantur.Vel quia in dictis antiquorum & fortium patrum mentis statione collocatur,*Iob.* 39.*b.* Vel dicitur de diabolo,qui in peccatoribus duris & frigidis moratur.

Infidelitas gentium.

Non manere arcam apud se potentes Axotij,1.*Reg.*5.*c.*designant *y* Gentiles infideles contradicentes fidei,eamque tanquam duram abiicientes.Manet autem arca apud eos, qui veræ fidei sacramenta, quæ audiunt,per amorem amplectuntur.

Expectatio imaginis Dei

Manens mulier in sanguine purificationis triginta tribus diebus,*Leu.*12.*a.*est *z* expectans formationem imaginis Dei,qua mundari debet.

Cognitio sui.

Manens leprosus extra tabernaculum septem diebus,*Leu.*14.*a,*est *aa* cognoscens peccator indignitatem suam, & admittatur ad mysteriorum cognitionem.

Gradus diuersi,& membra

Mansiunculæ in arca diluuij, *bb* diuersos gradus virtutum in anima significare possunt. In corpore verò humano varia instrumenta.In Ecclesia autem,diuersos gradus & status fidelium & ministrorum,*Gene.*6.*c.*

Profectus virtutum.

Mansiones,per quas proficiscebantur filij Israël egressi de Ægypto, *cc* varios virtutum profectus designare possunt.Fuerunt autem quadraginta duæ, vt ieiunium quadragesimæ, vel pœnitentiam indicarent,vel propter quadraginta duas generationes,quæ numerantur ab Abraham vsque ad Christum.Vel designant diuersos gradus gloriæ acquirendæ.Describuntur autem bis,propter vtramque expositionem,moralem videlicet, & anagogicam. *Exod.*17.*a.*40.*d.Num.*33.*a.Deut.*1.2. mansiones autem multæ in domo patris Christi, *dd* diuersas meritorum in vita æterna significant dignitates.*Ioan.*14.*a.*

Manica.

MANICA,est pars vestis,qua manus teguntur:manicæ etiam sunt chirotecæ:item vincula manuum.

Præcepta prohibitiua.

Manicæ,vt sunt vincula manuum, dici possunt *ee* præcepta prohibentia mala opera, & sunt manicæ ferreæ, quum quis timore reprimitur:nam cum amore cessat à malo,aureæ sunt,*Psal.*149.*Isa.* 45.*c.* Vel sunt testimonia sacræ scripturæ,quibus reprimuntur & opprimuntur hæretici.

Manifestare,Manifestum,Declarare,Exponere.
Explanare,Explicare,Exprimere,Palàm.

MANIFESTVM dicitur, quod est clarum & apertum. Manifestare autem est palàm facere. Exponere quoque est declarare,publicare,ostendere.

Veniens Christus ad Israël.

Manifestauit se Deus coram Ephraim,Beniamin,& Manasse,hoc est,populo Iudæorum,quando *ff* venit Christus ad oues,quæ perierant domus Israël,*Psal.* 77. vel manifestauit se coram Ephraim fructificante, coram Beniamin filio dexteræ,corã Manasse oblito,vt iam non sit oblitus,sed veniat illi Deus in mentẽ, qui eum liberauit.

Cæcitas Iudæorum.

Manifesta visio non erat tempore Eli pontificis,1.*Reg.*3.*a.*vt designetur *gg* cæcitas Iudæorum. Non est etiam manifesta visio tempore negligentis pastoris,sed amantis,quæ est relatio amaræ veritatis.Ideo dicitur *Ioan.*14.*c.* Qui diligit me,diligetur à Patre meo,& ego diligam eum,& manifestabo ei meipsum.

Nouum testamentum.

Declaratio sermonum Dei,*Psal.*118.designat *hh* nouum testamentum declarans vetus.Declarata est enim gratia per aduentum Christi,& prædicationem Euangelij,2.*Timoth.* 1.*c.* Sic declaratum est mysterium Christi post passionem,*Col.*1.*d.*Et palàm factum dicitur verbum Mosis,quum diuulgata est prædicatio Christi,*Exod.*2.*c.* manifestauit etiam Deus incerta & occulta sapientiæ suæ, quum per incarnationem Filij sui declaratum est consilium suum de redemptione generis humani,*Psal.*50.

a *Gre.*16.*mo.* 27.& 5.*mo.* 28.
*Au.s.ps.*64.
Euc.for.spir. 3.
b *Gre.s.*1.*Re.* 15.
c *Ori.s.Matt. hom.*30.31.
d *Gre.*28.*mo.* 14.
e *Hier. s. Ho.* 13.
f *Hie.s.Ho.*11.
g *Gre.*29.*mo.* 1.
h *Basi.s.ps.*32
i *Glo.ord.sup. Gen.*19.
k *Ori.s.Matt. ho.*16.
l *Hi.s.psa.*54.
m *Hier.s. Ier.* 14.
n *Hie.s.Exec.* 3.
o *Am.ser.*32. & *s.Luc.*9. *Augu.s. Ioan. tra.*41.
p *Gl.ord.s.Iosu.*5.
q *Ori. s.Leui. ho.*6.
r *Ori. s. Gen. hom.*5.*Gre.*4. *mo.*35.
s *Ricar. de S. Vict.de extremi.mali* 5.
t *Aug.s.Ioan. tract.*27. 81. 83.
u *Gre.*10.*mo.* 16.
x *Greg.*31.*m.* 34.35. *Hier. s.Iob.*39.
y *Gre.s.*1.*Re.* 5.
z *Glo. inter.s. Leu.*12.
aa *Glo.int.su. Leu.*14.
bb *Ori.s.Gen. ho.*2. *Amb.de Noe.* 7. *Hier. adue.Iouini. Bed.s. Gen.*6.
cc *Or.s.Num. ho.*27.*Ambr. ser.*23.
dd *Au.s.Ioan. tra.*67.
ee *Hie.& Au s.ps.*149.
ff *Aug.s.ps.al.* 79.
gg *Gr.s.*1.*Re.* 3.
hh *Hil.s.ps.al.* 128. *Gre.s.psa.*50.

Digitized by Google

Docens lex voluntatem Dei.

Exponens Moſes ſermones Domini,eſt *a* lex explicans voluntatem Domini,& proponens præmia & pœnas. *Exod.19.a.*

Similitudo carnis peccati in Chriſto.

Exprimentes manus piloſæ Iacob ſimilitudinem Eſau, *Geneſ.27.d.* deſignant Chriſtum habentem ſimilitudinem carnis peccati.

Quod manifeſtatur,dicitur eſſe lumen, *Epheſ.5.c.* quia per lumen fiunt viſibilia in actu.

Publicans peccata ſua, & amplectens vitia.

Exponit fornicationem ſuam omni tranſeunti, *b* qui publicat peccata ſua, & omnes errores ac vitia complectitur, *Ezech.16.c.*

Manipulus.

MANIPVLVS à manu dicitur, & proprie eſt herbatum faſcic ulus, quem manu quis apprehendit metendo. Interdum ponitur pro exigua militum manu.

Chriſtus.

Manipulus Ioſeph ſtans, *c* Chriſtum ſignificare poteſt: & vt erat conſurgens, deſignat eius reſurrectionem.

Iudei.

Manipuli autem adorantes,ſunt Iudæi ſubiecti Chriſto,*Geneſ.37.d.* manipulus itidem ſpicarum eleuatus coram Domino,deſignare poteſt *d* Chriſtum in cruce exaltatum & reſuſcitatum, *Leuit.23,b.* manipulus etiam ſtans,eſt doctrina euangelica,manipuli adorantes,ſcripturæ veteres teſtimonium perhibentes.

Fides Euangelica.

Scriptura veteres.

Manipulus etiam ſtans, deſignat *e* conſtantes in virtute: manipuli verò inclinati, inſtabiles & infirmos, *Geneſ. 37.b.*

Conſtantes.

Inconſtantes.

Manipuli præterea ſegetum, *f* bona opera ſignificare poſſunt,quæ fructus iuſtitiæ dicuntur, *Geneſ.37.b.41.f. Pſalm.125.*

Bona opera.

Manipuli in malum,ſignificare poſſunt *g* errores hæreticorum,& etiam ipſos malos igni tradendos, *Pſal.128 Matth.13.d.*

Errores.

Mali.

Manſer,vide Spurius.

Manſuetus,Manſuetudo,Mitis,Mitigare.

Manſuetudo Chriſti & Eccleſia.

MANSVETVS, eſt idem, qui mitis & cicur, quaſi manu aſſuetus,quod omnia quæ ſunt natura fera, manuum permulſione mitteſcant. Manſuetudo autem lenitas,clementia, & facilitas quædam, mitigare autem eſt placare, & quaſi mitem facere.

Manſuetudo Dauid,typus erat *h* mãſuetudinis Chriſti,cui peculiariter tribuitur manſuetudo:& dicitur agnu manſuetus,*Pſalm.44.131.Ierem.11.d.Matth.11.d.*Deſignatur etiam manſuetudo corporis eius,hoc eſt,Eccleſiæ.

Mites.

Manſueti terræ, *i* ſunt ij,de qũbus dicitur.Beati mites:quoniã ipſi poſſidebunt terram.Et ſunt qui tranquillitatem habent ab omni animi perturbatione, & qui lætantur de bono proximi. Demum peculiariter, dicitur de Apoſtolis, *Pſalm.33.Iſa.11.a.29.f.61.a.Iob.24.a.Matth.5.a.*

Senſus obtemperans rationi.

Manſuetum animal, *k* eſt ſenſus obtemperans rationi. Immanſuetum verò non obtemperans, qualis lex carnis repugnans legi mentis.

Manubia, vide Spolia.

Manue.

Pauor in contemplatione.

MANVE, id eſt, requies, aut munus, pater Samſonis, quem genuit ex reuelatione diuina.

Abſtinentia.

Manue territus ob viſionem Dei,ſeu angeli, deſignat *l* quod ſpiritus in contemplatione, aut cognitione cœleſtium pauore ſe concutit. *Iud.13.b.*

Idem offerens ſacrificium de hœdis,typus eſt *m* abſtinentiæ. Puduit enim diu pauiſſe ſterilem,& vlterius noluit debitor eſſe carnis,vt ſecundum carnem viueret,ſed caſtigans corpus ſuum & in ſeruitutem redigens,hœdinaſque carnes in abſtinentiæ petra immolans, iuſque carnium cum carnibus ipſis accepto cœlitus igne conſumens, fluxáque corporis reſtringens, noluit de cætero ire poſt concupiſcentias ſuas, *Iud.13.c.*

Manus.

Chriſtus.

MANVS, pars hominis nota in extremo brachij poſita, quinque digitis & palma, ſeu vola conſtans, quæ cum ſit inſtrumentum ad omnia quæ homo operatur, variè accipitur ſecundum metaphoram & allegoriam Nam datur manus canis,manus leonis,manus vrſi.Et rebus inanimis attribuitur,vt fluminum,littus.Manus mortis, peccatum.

Manus attribuitur Deo metaphoricè: & in primis manus Dei,dicitur *n* Chriſtus filius Dei, qui & virtus Dei dicitur,per quem Pater operatur omnia. Et aliquando dicitur manus fortis & excelſa & magna, *Exod.3.g.4.f.6.b. 9.a.13.a.14.b.32.c.Num.11.e.27.d. Deut.32.f.1.Reg.6.b. Pſalm.20.43.101.118.137.143.Iſa.25.d.26.b.49.f.50.d. 66.d.Ier.1.b.6.d.Ezech.1.a.2.d.3.d.37.a. Habac.3.a. Ioan.10.f.1.Pet.5.b.* Et manus Moſis in ſinu *Exod.4.b.* deſignat Chriſtum in ſinu Patris, vbi diuinitatis natura fulgebat.Verum quoniam aliquo modo extra fuerat per incarnationem, factus eſt ad ſimilitudinem carnis peccati, & inter iniquos reputatus eſt. Ait enim diuus Paulus, Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, vt nos fieremus iuſtitia Dei in ipſo. Hoc exiſtimo lepra ſignificari. Immundus enim ſecundum legem leproſus. Sed quoniam iterum fuerit in Patris ſinu: aſſumptus eſt enim poſt reſurrectionem à mortuis, prolata iterum manus videbitur munda. Aduenier enim Dominus noſter in ſinceritate diuinitatis in gloria,& ſine peccato apparebit expectantibus eum in ſalutem. Manus etiam Dei,dicuntur Filius, & Spiritus ſanctus. Et in manibus ſuis dicitur Dominus deſcripſiſſe Sion: ſecundum videlicet, quòd dedit filium & Spiritum ſanctum, *Iſ.29.g.49.d.50.a.*Et manus Dei dicuntur feciſſe & formaſſe hominem, *o* propter duplicem eius naturã, *Iob.5.c.27.c.Pſal.18.37.c.Pſal.18.73.118.138.*manus ſcribens in pariete, *p* Chriſtus & condemnator mundi,& mundanorum. *Dan.5.a.*

Filius.

Spiritus ſanctus.

Miſericordia & iuſtitia Dei.

Poſſunt in Deo conſiderari *q* manus dextera & ſiniſtra,manu dextra,Deus miſericordiam impartitur,& omnia bona,ſiniſtra verò punit malè merentes lege ſeueriſſima, quæ ab ipſa prouenit, inde enim lex & iuſtitia dura. A dextra verò venit lex miſericordiæ & gratiæ per filium Dei, qui non ſine cauſa ſemper dicitur in dextera Patris collocatus. Hinc magno myſterio flagitioſi duram Chriſti ſententiam ſuſcepturi ad iudicis ſiniſtram dicuntur collocandi. Miſericordiam autem conſequuturi,ad dexteram.

Potentia & virtus operatiua Dei.

Manus Dei, dicitur *r* virtus & potentia Dei,ſeu vis operatiua, *Exod.7.a.15.b.Iob.2.b.10.b.12.b.26.d.Pſal.9.10. 31.74.87.101.Cant.5.b.Iſa.48.c.Ezech.1.a.3.c.8.a. Amos.9.a.Ioan.10.f.* Opera quoque Dei, dicuntur aliquando manus eius, *Pſal.88.Gen.49.c.*

Opera Dei.

Defenſio & auxilium Dei Clementia & beneficentia Dei.

Manus præterea Dei,dicunt *ſ* defenſionem & auxilium Dei, & velamen protegens, & potentiam eius liberatiuam, & virtutem eius ad conuertendos gentiles, *Exod.33.d.Iob.8.d.Pſal.30.36.73.79. 87.Iſa.1.f. 11.c.14.f.25.d. 43.b.49.a.59.a.64.c. Ierem.1.a. Ezech.1.a.Zach.13.d. 1.Reg.5.c.Matth.8.a.* Et in manu Ezechielis duo ligna fiunt vnum, hoc eſt,in manu Dei,vel Chriſti duo populi vniuntur.*Ezech.36.c.*Et manus expanſæ,aut extenſæ Dei,aliquando eius clementiam & beneficentiam deſignant, & diuinum auxilium: & manus Chriſti extenſæ in cruce, eius miſericordiam & beneficentiam indicabant,& etiam cum imponebat aliquibus manus benedicendo, *Pſa.18. 54.135.Iſa.22.f.42.a.65.a.Ezech.2.d.Matth.14.a.19.b.* Sic non porrigit Deus manum malignis, quum eos relinquit, *Iob.8.d.*De hac manu Domini accipiet Hieruſalem duplicia.*Iſa.40.a.*

Caſtigatio & vindicta Dei. Miniſtri vindicta Dei.

Manus, è diuerſo Dei,dicitur *t* caſtigatio Dei ſuper aliquos, vt ſuper agros, ſuper dorſa inimicorum, & ſuper corpus & animam, *Gen.49.b.Exod.7.a.9.a.15.b.16.a.17.d. 1.Reg.7.d.Iob.13.c.19.c.30.c. Pſal.31. 37.43.67.80.118. Iſa.1.f.5.f.9.b.14.f.26.b.Ierem.15.d.51.c.Thren.1.a.* Et in manu Domini, dicitur eſſe calix furoris eius, cum actu exercet punitionem,*Iſa.51.g.*Sic fit manus Domini ſuper pſeudopropheras,eos caſtigando.Manus autem Chriſti protegentis bonos,ſunt,quæ puniunt malos, *Ezech.13.b.16.c. 29.f.* Manus etiam Dei dicuntur illi,*u* qui iuſtam vindictam Dei exercent ſuper peccatores,quos dicitur Deus tradere in manus ſuas, *Pſa.6.122.* Et manus extenſa Dei, quia eſt indicium percutientis,ſignum eſt diuinæ punitionis,*Exod.13.a.Ier.15.b.Soph.1.a.* Et manus Abrahæ extenſa ad arripiendum gladium, eſt executio zeli Dei patris in Filium propter nos *Geneſ.22.c.* Et dicitur Deus ſoluere manum ſuam, quando punitionem exercet, *Iob.6.b.* Et in manu eſt vas interfectionis, quum parata eſt

Pœna peccati.

a *Glo.ord.ſup. Exod.19.*
b *Glo.ord.ſup. Ezec.16.*
c *Amb.de Ioſeph.2.*
d *Iſy.ſ.Le.23. Rup.8.ſ.Gen. 22.*
e *Lyr.ſu.Gen. 37.*
f *Eu.ſor.ſpir. 4.*
g *Hil.& Au. ſ.pſ.128.*
h *Arn.& Ba. ſ.pſ.44. Aug.ſ.pſ.131.*
i *Baſi.ſ.pſ.33 Hie.ſ.Iſa.11.*
k *Phil.de ſac. Abel & Cain Am.de Cain.*
l *Gre.5.m.25*
m *Rica. de S. vict.de extremi mali.47.*
n *Gre.ſ.1.Re. 6.& ſ.Ezech. ho.29.10. Am.ſ.pſ.118. ſer.22. Ori.ſ. Num.ho.27. Hie.ſ.Ezech. 37.& ſ.Hab. 3. Fulgen. ad Traſimũdum 2.Cyril. de in car. vnigeniti 15.& cont.Iulia 9.Gr.Nyſſ. de vita Moſis. Am.ſ.pſ.118. ſer.10. Aug.ſ. pſ.118. Rup.ſ.Dan.9. & 7.vict.ver Dei.19.*
o *Amb.ſ.pſal. 118.ſer.10. Aug.pſa.118.*
p *Ru.Dan.9. & 7.de victo. c.10.*
q *Georg. Ven. Cant.1. tom. 6.cap.24.*
r *Aug.ſ.Ioan. tra.38. & de eſſen. diui. & 83.q.52 & ſ. pſa.120.Phil. de plan. Noe.*
ſ *Cyril. cont. Iulia.5.Greg. 11.m.3. Euc.ſor.ſpir.1. Hier.ſ.Ezech. 1.& ſ.pſ.20. Hie.ſ.pſ.1.31. Ori. in diuer. ho.5. Gre.ſ.1. Reg. 5. & 7. m.39.1. Arn. ſ.pſal. 18.35. Hil.ſ.pſal.54. Or.ſ.Ge.h.17. & ſ.Matt.ho. 7.Hie.ſ.Iſ.65. & ſup. Ezec. 2.*
t *Am. de ben. Patr.4. Ori.ſ.pſal.37. ho.1. & ſ.Ier. hom.2.*

Baſil. ſup.pſalm.37. Hier.ſup. Iſa.1. & ſup. pſalm.9. u *Gregor.14.mor.22. Auguſt. ſup.pſal. 122.Euc. for.ſpir.1 Bed.ſup.Geneſ.49. Hie.ſup.Ierem. 15.Ori.ſup. Exod.hom.6.Gre.4.mor.35.& 16.mor.13.Hie.ſup. Ezech.9.& ſup.Iſa. 64. Ber.ſup.cant.ſerm.7.*

Digitized by Google

vindicta, *Exech. 9.a.* Et manus flammæ, est potentia diuinæ punitionis, *Isa. 47.d.* Et etiam manus gladij, *Psalm. 62.* Et manus plagæ, est fortitudo percussionis. *Iob. 23.a.* Et manus iniquitatis nostræ dicitur pœna iniquitatis meritò illata, *Isa. 64.c.* Manus Mosis & Aaron plenæ cinere, ministros vindictæ Dei significant. *Exod. 9.b.*

Manus item Dei dicuntur, vna latitudo, altera fortitudo, quod & tribuat affluenter, & defendat potenter, quod dederit.

Latitudo & fortitudo Dei.

In manu Christi ventilabrum, designat *a* in eo arbitrium iudiciariæ potestatis, *Matth. 3.c.*

Iudiciaria potestas Christi.

Manus Domini dicitur aliquando *b* obscuratio, aut velamen: vt cum dicitur misisse manum suam super eos, qui procul recesserant de filiis Israël, *Exod. 24.c.* Et cum posuit manum suam super Mosen, ne faciem eius videret, *Exod. 33.d.*

Obscuratio aut velamen.

Manus etiam Dei, *c* sunt eius miracula, quæ fecit in populo Israël, quæ dicuntur manus fortis, per quam eduxit Dominus Israël de Ægypto. *Exod. 6.a. 33.d.* Et manus tornatiles sponsi, sunt *d* prompta miracula Christi. *Cantic. 5.d.*

Miracula Dei.

Manus quoque Dei, aut Christi dicuntur *e* angeli, vel Apostoli & prædicatores, per quos tanquam per ministros Deus operatur, *Iob. 26.b. Psal. 118. Isa. 11.d. 41.e. Matth. 12..d.* manus autem extensa ad filicem, est prædicatio dilatata ad Gentes, *Iob. 28.b.* Et ipse prædicationis actus, est manus, vt cum in manu pincernæ erat calix Pharaonis, *Genes. 40..b. Isa. 11.d.*

Angeli.

Apostoli & prædicatores.

Prædicatio.

Manus præterea Dei, dici possunt *f* sacramenta, per quæ nobis Deus confert gratiam, *Psalm. 67. 79.*

Sacramenta.

In manu Domini erit *g* Ecclesia corona gloriæ, quia glorificatur Christus in Martyribus & aliis, quos redemit. *Isa. 62.a.*

Glorificatur Christus in Martyribus.

Manum dicitur Deus leuare *h* iurando, *Exod. 6.d.* Super quem leuaui manum meam. *Num. 14.c.* Leuaui manum meam.

Iuramentum Dei.

In manu Christi dirigitur voluntas Dei, quia *i* operatus est omnia secundum voluntatem Dei, *Isa. 53.d.* manus mediatoris, dici potest potentia Christi, *Gal. 3.d.* Et manus Iudæ, de qua debebat pater eius requirere Beniamin, *Genes. 43.b.* designat trophæum crucis Christi, & potestatem eius regiam. Et manus eius, est super ceruices inimicorum suorum, per castigationem carnis & subiectionem mundi & dæmonum, *Genes. 49.b.* Et manus Ioseph super oculos patris, designare possunt virtutem Christi, quia illuminauit Iudæos, & abstulit velamen legis, *Genes. 49.c.* Et manus sacerdotis, *k* significant opera Christi: cuius solius, sunt manus consummatæ, *Leuit. 1.c. 16.d. 21.b.* Sic manus sponsi dicuntur tornatiles, hoc est, opera eius perfecta, *Cant. 4.d.* Et manus Iacob apprehendens plantam Esau, designauit acquisitionem principatus Christi super Iudæos, *Genes. 25.c.* Et manus eiusdem tectæ pellibus, designant manus Christi cruci confixas, *Genes. 27.c.* In manu autem Christi septem stellæ, designant *l* populos in eius potestate, *Apocal. 1.d. 2.a.* Manus etiam artificis, *m* est virtus Christi, *Cant. 7.a.* Et manus hominis sub pennis animalium, designat virtutem Christi, per quam eleuantur Sancti in cœlestium contemplationem.

Potentia Christi.

Opera Christi.

Manus in angelis, dicunt *n* virtutem operatiuam, vt cum apprehenderunt Lot, *Genes. 19.d. Deut. 6 d. Psal. 143. Isa. 13.b.* Et manus, in quibus portant homines, sunt duplex demonstratio, vna breuitatis tribulationis, altera æternitatis retributionis, *Psalm. 90.*

Virtus operationis angelorum.

Manus in anima, est *o* virtus, qua tenere aliquid & constringere potest: vt sit veluti fortitudo, & etiam vis eius operatiua. *Iob. 5.b. Eccl. 11.c. Isa. 35.a. Luc. 12.e.* Item industria, *Deut. 27.c.* Opus manuum artificum, *Psalm. 89.* Opera manuum nostrarum dirige.

Fortitudo & vis operatiua animæ.

Industria.

Manus pro *p* potestate & imperio, ac facultate sæpe sumitur, vt sub manu alicuius sunt, qui eius subsunt imperio, *Genes. 9.a. 14.d. 16.b. Ezech. 4.e. Leuit. 5.b. 14.c. 1. Reg. 10.b. 14.b. Psal. 129. Ierem. 6.a. 12.b. 31.b. Ezech. 30.b. 38.d. Matth. 10.a.* Et manus Pharaonis & Ægyptiorum, erat potestas affligendi filios Israël, *Exod. 3.b. 18.b. Isa. 19.a.* Et manus peccatoris, est potestas diaboli, & vis exterior ad peccandum inducens, *Psalm. 30. 35. 48. 70. 73. 143. 149.* Et manus canis, est potestas mundana aduersus Ecclesiam. *Psalm. 21.* Et manus Ismaël contra omnes, hoc est, contra fideles, *Genes. 16.d.* In manibus linguæ, hoc est in potestate linguæ, dicitur esse mors & vita, *Prou. 18.d.* Et manus dominæ Ioseph, designant potestatem Iudæorum in Christum, *Genes. 39.c.* Et manus Amorrhæi, est potestas diaboli, *Genes. 48.d.* Et manus pastorum, *Exod. 2.c.* Et manus diripientium, & inimicorum & inferorum, *Iudi. 2.c.* Et manus Nabuchodonosor, *Ezech. 30.b.* manus item Moab, in quam dat Deus, quos mittit in infernum, *Isa. 25.d. Thren. 1.e.* In manu Assyriorũ, est indignatio Dei, quia per eos puniuit populũ suum, sicut & per dæmones, *Isa. 10.b.* manus quoque Philisthim, sunt potestas diaboli, *1. Reg. 7.d. Mich. 4.d. 5.d. Zach. 11.b.* In manu Satan datus est Iob, hoc est, *q* Christus in manu persecutorum, qui sunt diaboli membra, *Iob. 2.b. 6.b. 16.c. 17.a. 18.c.* Et manus violenta, est potestas Gentilium in Christum, *Iob. 5.c.* Et potestas eorum, qui per potentiam & terrorem alios trahunt in peccatum. Et manus impij, fuerunt Iudæi ministri diaboli in crucifixione Christi, *Iob. 9.c.* De manu mortis liberat Deus, hoc est, de potestate diaboli, *Hos. 13.d.* Et de manu pastorum requirit Deus gregem, *Ezech. 34.c.* manus etiam mulierum misericordium, est potentia prælatorum & pastorum, *Thren. 4.b.* In multis ex his locis sumi potest pro exercitu, in quo est potentia.

Imperium.

Facultas.

Flagellum.

Exercitus.

Manus aliquando, designat *r* correctionem, vt cum Agar relicta est in manu Saræ, *Genes. 16. b. 49. d.* In manibus quoque Saræ dixit Abraham esse ancillam, vt ea vteretur, vt liberet, quasi diceret: Secularem quidem amplector doctrinam, & vt iuniorem, & vt conseruam, scientiam autem tuam ad perfectam doctrinam honoro & colo.

Correctio.

Manus, quoniam sunt instrumenta ad operandum, passim *s* ipsa opera significant, siue bona, siue mala, *Genes. 14.d. 20.b. 21.c. 22.b. 27.c. 30.d. 32.d. 39.a. 40.b. 43.b. 47.g. Exod. 13.b. 15.c. 21.c. 23.a. 28.g. 29.b. 32.d. Leuit. 1.b. 7.d. 12.d. 15.b. 16.c. 21.b. 1. Reg. 16.c. Iob. 9.d. 11.c. 17.b. 31.a. Psalm. 17. 23. 25. 62. 46. 67. 80. 103. 118. 120. 124. 128. 133. Prou. 30.d. Cant. 6.b. Isa. 3.b. Thren. 3.a.* Et manus dominorum, sunt opera peccati. Et manus dominæ, opera carnis, *Psa. 35. 76. 122. 143. Ezech. 1.b. 13.c.* Et manus ad aratrum, sunt opera ad laborem applicata, *Luc. 9.g.* In manu baculum tenere, est in opere iustitiam seruare, *Gen. 38.d. Exod. 12.d. Zach. 8.a.* Manu lambentes aquam, sunt operationes perfecti, *Iudi. 7.b. Iob. 10.c. 22.d. 27.d. 30.a. Soph. 2.d. 3.* in manu quoque doctoris est vitulus, quando bona, quæ ore loquitur, ostendit opere, *1. Reg. 16.a.* Et in manu est calculus, quum diuina præcepta sunt in opere, *Isa. 6.b.* Et in manu est tuba, cum prædicatio est coniuncta operi, *Iud. 7.e.* Et lucernæ ardentes in manibus, sunt exempla virtutum per bona opera, *Luc. 12.e.* Et in manu Christi erat funiculus lineus, quia ipse opere compleuit, quæ præcepit, *Ezech. 40.a.* manus dextra, quæ vngitur, designat *t* rectitudinem operum, quæ debent fieri per gratiam Spiritus sancti, *Exod. 29.c. Leuit. 8.c. 14.c.* manus quoque Dagon, designant *u* opera idololatriæ, *1. Reg. 5.a.* Et manus scandalizans, est operatio non recta quæ abscindenda est & proiicienda, *Matth. 18.a.* Manus dicitur apprehendisse Ezechielem, *x* propter opera, *Ezech. 8.a.* Tendit malus manum contra Deum, quum in operatione praua despectis Dei iudiciis perseuerat, *Iob. 15.c.* manum quoque suam osculatur, qui laudat quod facit, *Iob. 31.c. Prouerbiorum. 19.* manum quoque ponit super os suum, qui *y* virtute boni operis culpas tegit incautæ loquutionis, *Iob. 39.d.* Et animam in manibus portare, est intentionem cordis operatione ostendere. *Iob. 13.b.* Manus mali reddunt ei dolorem suum, quando damnationem iustam ex iniqua recipit operatione, *Iob. 20.b.* manus in manu, dicit cessationem ab opere, *Prouerbiorum. 11.c.* Et manus in manu, non est innocens malus, quia licet ab iniquo cesset opere, non est tamen innocens per cogitationem. Manus plena est eius, qui operando seminat in benedictionibus, *Leuit. 2.a.* Nemo mouet manum in Ægypto absque imperio Ioseph, quum omnes obtemperant imperio Christi, *Genes. 41.f.* In manu annulus, est in opere gratia Spiritus sancti, *Luc. 15.e.* manus lauans Pilatus, designat opera gentium mundari per Christum. *Matth. 27.c.* manum ad os applicare, *z* est gloriam de bono opere gratanter accipere, *1. Reg 14.d.* In manu quoque virga, est correctio cum bono opere, *Ibidem.* In manu affertur bos, *aa* quum quis exercet opera pœnitentiæ, *1. Reg. 14.c.* In manibus est verbum, *bb* quum est in actione. *Matth. 8.b.*

Opera siue bona siue mala.

Manus,

---

a *Hil. f. Matt. can. 3.*
b *Aug. f. psal. 138.*
c *Bſy. f. Leu. 16. Bed. f. Exod. 8.*
d *Rup. f. can. 5.*
e *Amb. f. psal. 118. ser. 22. Hil. f. Matth. Can. 2. Gre. 18. m. 22.*
f *Hil. f. psa. 67.*
g *Hie. f. Is. 62.*
h *Glo. inte. su. Exod. 6.*
i *Orig. f. Gen. hom. 17. 25. & f. Leu. hom. 12. Gre. f. cant. 5.*
k *Isy. f. Le. 21.*
l *Aug. f. Apoc. ho. 2.*
m *Gre. f. cant. 7. & su. Ezec. ho. 3.*
n *Diony. cæl. Hie. 15. Hie. f. Is. 13. Bern. ser. 12. f. qui habit.*
o *Ori. f. Exod. hom. 10.*
p *Hil. f. Matt. Can. 10. Gre. f. 1. Re. 7. 10. 14. & 3. m. 12. Aug. 6. muſic. & epi. 120. & f. pſ. 120. Ori. f. Iudi. ho. 2. & f. Ier. ho. 8. Baſi. f. pſ. 43. Hier. f. Ezech. 30. & f. Is. 25. Rup. 5. f. Gen. 26.*
q *Gre. 6. mor. 16. & 9. mor. 21.*
r *Clem. Ale. 1. ſtrom.*
s *Aug. de virgi. 3. Arn. f. pſ. 103. Hil. f. pſ. 128. Au. f. epi. 119. Gre. f. 1. Re. 16 & 21. mor. 7. & 22. m. 18. Or. f. Iud. ho. 9. Iſye. f. Leuit. 8. 14. Hier. f. Soph. 1. & f. Matth. 8. & epiſt. Septu. Greg. f. Eze. ho. 13. & hom. 13.*
t *Ori. f. Leuit. ho. 8. Philo. de vita Moſis 3.*
u *Gre. f. 1. Re. 5. Ber. ſerm. 2. de angelis.*
x *Hie. f. Ezec. 8.*
y *Gre. 12. moral. 21. & 21. 10. & 23. mo. 1. & 25. mor. 3.*

z *Orig. ſup. Leuitic. homil. 4. Hil. ſup. Matth. Cant. 33.*
aa *Gregor. ſup. 1. Regum. 14.*
bb *Cle. Alexand. adhor. ad gentes.*

Digitized by Google

Manus, possessio, *Genes.* 9. *a.* Omnes pisces maris manui vestræ, *Iosu.* 6. *a.* Ecce dedi in manus tuas Hiericho.

Manus aliquando significant opera legis, vt Agar tenuit manum pueri, hoc est, lex præcepit opera, *Genes.* 21.*c.*

Manus Mosis leprosa in sinu, designare potest *a* opera Iudæorum abscondita velut inutilia, *Exod.*4.*a.* Vel designat populum Iudaicum manentem sub protectione Dei, qui postea leprosus abiectus est, donec rursus mittatur in sinum, *Psalm.*73. Manus quoque leprosa mortem significare *b* potest, munda verò resurrectionem.

Manus Iacob commutatæ in benedictione Ephraim, & Manassæ, *c* crucis figuram expresserunt, *Genes.*48.*c.*

Manum leuare, *d* erat modus iurandi, & eleuat manum suam, qui excelsa operatur, *Genes.*14.*d.*

Manus interdum pro corde sumi potest: vt cùm Noë extendit manum suam ad columbam, est *e* dilatans cor ad suscipiendum Spiritum sanctum, *Genes.*8.*d.* Sumitur etiam pro affectu, 2.*Reg.*14.*d.* Nunquid manus Ioab tecum est? Et pro assensu, 4.*Reg.*11.*c.* Plaudentes manu dixerunt.

Manus Abrahæ, de qua accepit Abimelech septem agnas, designat *f* ministerium spirituale prælatorum erga inferiores, *Genes.*21.*d.* manus quoque in Ecclesia dici possunt operantes & ministrantes, vt diaconi, *Matth.*1.*e.* 18.*a.* Et manus Iacob laborantes, designant coadiutores Christi, *Genes.*31.*f.* Et manus in monasterio, *g* sunt tractantes negotia monasterij. Et manus mulieris fortis, dici possunt ministri & dispensatores eleemosynarum in Ecclesia, & exercentes opera misericordiæ, *Prou.*31.*b.* Demum manus significat auxilium, *Deut.*15.*d.* Vt aperias manum fratri tuo.

Manus sub femore Abrahæ, & Iacob, designat subiectionem omnium Christo descendenti de femore Abraham, *Genes.*24.*a.*47.*g.*

Manus Ioseph super oculos patris, significare possunt *h* regem Ieroboam ab eo descendentem, qui manum posuit super oculos Israël, quando eos idololatrare fecit, *Genes.*46.*a.*

Manus non tangens transgressorem, qui obruendus est lapidibus, designat peccatorem non esse imitandum, *Exod.*19.*b.*

Manus Zaræ producta ante Phares, designare potest *i* gratiam operantem ante legem scriptam, *Genes.*38.*g.* Eadem manus cum coccino, typus est Iudæorum occidentium Christum & Prophetas. Vel designat quod dictis propheticis & legalibus sacrificiis plebs illa natiuitatem & passionem Domini in carne prænunciauit, sed instante partu manum subtraxit, quia adueniente plenitudine temporum, in Dei filium credere noluit, & eum in præsentia positum despexit, de quo tam multa in posterum prædixerat. Manus quoque plenæ sanguine fuerunt Iudæorum occidentium Christum, *Isa.*1.*d.*

In manu alicuius Prophetæ, vt Mosis, dicitur loqui Dominus, *k* quando eorum vtitur opera & ministerio, *Leuit.*10.*b.* *Psalm.*76.*Isa.*20.*a.* *Agge.*1.*a.* *Malac.*1.*a.* vbi etiam designatur prophetia, *Exod.*9.*g.*

Manus Mosis eleuatæ, designare possunt orationes operibus coniunctas, *Exod.*17.*c.* *Psalm.*140.*Isa.*11.*c.*13.*a.* Designant etiam *l* manus Christi in cruce redemptionem generis humani operantis. Manus autem eiusdem depressæ negligentiam indicant orationis & operum. Manus itidem eiusdem sunt eleuatæ, quum quis legem intelligit spiritualiter. Demissæ verò, quum quis eam intelligit secundum literam. Manus prætereа eiusdem eleuatæ, designat obseruationem legis, & crudelitatem in Christum: depressæ verò incredulitatem, iuxta illud, *Ioan.*5.*g.* Si crederetis Mosi, crederetis & mihi. Significat etiam mentem eleuatam, aut depressam. Manus quoque graues significare possunt *m* opera inconcussa, & vim punitionis legis.

Manus Mosis, & Aaron, designat *n* scientiam legis & peritiam sacrificandi, quæ requiruntur ad exeundum de Ægypto. Vel sunt opera per illa facta, *Num.*33.*a.*

Manus Aaron, & filiorum eius super caput vituli, designant *o* peccata nostra super Christum. Vel significabant sacerdotes crucifixuros esse Christum, *Leuit.*1.*b.*4.*e.*8.*c.* Vel designant carnis castigationem, & frænum continentiæ. Manus quoque seniorum Israël, designant persecutionem principum Iudæorum in Christum. Manus autem super caput proprium, non immolando, angustiam significant, *Ierem.*2.*g.*

Manus offerentis super caput victimæ, designant *p* professionem innocentiæ, & manus offert, qui offert opera. *Leuit.*3.*a.*4.*a.*

Manus dextra scandalizans, *q* designat presbyteros & doctores, quorum scandalum est graue. *Matth.*5.*e.* Designantur etiam propinqui, & etiam pater & mater, & in anima ipsi actus voluntatis. Vel manus dextera, *r* est dilectus adiutor & minister in actionibus diuinis. Manus verò sinistra, est dilectus adiutor in actionibus terrenis, & vtraque est abscindenda, si scandalizat.

Manus domus Ioseph, *s* designare potest virtutes & exorcismos, *Iudi.*1.*g.*

Manus hominis sub pennis animalium, designat *t* rationem cuncta debere sustentare: ac de terrena humilitate nos ad cœlestia subleuare. *Ezech.*1.*b.* Vel designat vitam actiuam existentem sub contemplatiua.

Manus quandoque designat *u* libertatem, vt cùm dicitur. *Iob.*3.1.*b.* Animam porto in manibus meis. E diuerso captiuitatem, quum quis traditur in manum alicuius. *Iosu.*7.*b.* *Iud.*3.*b.*

Manus aliquando *x* consilium significare potest, vt manus Achiæ sacerdotis, per quem consulebat Saul Deum. 1.*Reg.* 14.*c.*

Manus pueri Saulis, in qua inuenta est quarta pars stateris argenti. 3.*Reg* 9.*b.* designat *y* ministerium: vt inspiratio Spiritus sancti opere compleatur.

In manu est lancea, vel ensis, *z* quum quis intelligentiam habet præsentium & futurorum malorum, ad hoc, vt ea ardentius vincere concupiscant. 1.*Reg.*15.*d.* *Psalm.*149.

Sine manibus hominum abscissus lapis, designat *aa* Christum sine humano opere in vtero Virginis formatum. *Dan.*2.*c.*

Super manus ambulare, *bb* est turpis lucri causa alicui manus imponere. *Leuit.*11.*d.* Manus autem in bestiis sumuntur pro pedibus.

Manum dare, interdum est *cc* auxilium petere, vt *Thren.*5.*b.* Ægypto dedimus manum & Assyriis. Sic conseritur manus ad manum proximi. *Zach.*14.*c.*

Manus gladij, est *dd* acies gladij & manus gladij, in quam traduntur hæretici, est victoria verbi Dei, per quod hæretici conuincuntur. *Psalm.*62.

Manus etiam gladij, est *ee* vis & impetus tentationum, à quibus liberat Dominus. *Iob.*5.*d.*

Manus arida, est *ff* ociositas bene operandi, tam Pharisæorum, quàm totius generis humani. *Matth.*12.*a.* *Marc.* 3.*a.* *Luc.*6.*b.* Vel manus arida, est in auaris, qui non eam extendunt ad dandum. Manus quoque dissolutæ, sunt, quæ non valent rectè operari, nec resistere tentationibus. *Ierem.*16.*a.* Idem designant manus lassæ. *Iob.*4.*a.* Manus habet & non palpat, *gg* qui scit quomodo in bono opere debeat exerceri, nec tamen vult fructum boni operis per experientiam capere. *Psalm.* 113.

Manus Tyri designant *hh* prosperitatem seculi. *Isa.*23.*b.*

Manus aperta admittit adulteriũ, *ii* qui apertè defendit hæreses: & qui non erubescit peccare. *Isa.*57.*b.* In manu quoque habent thuribulum colentes idola, quando totis viribus defendunt errores. *Ezech.*8.*a.* In manu sinistra est arcus Gog, & in dextera, sagitta, quia hæretici armantur à dextris & à sinistris, vt fideles. *Ezech.*39.*a.*

Manus mulieris, quæ sunt vincula, designant *kk* vim diaboli, & persuasiones hæreticorum. *Eccle.*7.*c.*

In manus sunt bona temporalia, *ll* vt quum quis eis vtitur ad suas & aliorum subleuandas necessitates. Vnde non dicuntur bona esse in manu hypocritæ, quia ipse potius est seruus bonorum temporalium, quàm eis imperet. *Iob.*21.*a.*

Manus sinistra, in qua assumit oleum sacerdos ad emundationem leprosi. *Leuit.*14.*c.*

Per manus Ithamar enumerantur vasa tabernaculi. *Exod.*38.*c.* Et sunt in manu eius, hoc est, sub custodia. *Numer.*4.*c.*

Manubrium

Possessio. Opera legis. Opera Iudæorum. Iudæi. Mors & resurrectio. Crux. Iurare. Cor. Affectus. Assensus. Ministerium prælatorum. Ministri ecclesiæ. Auxilium. Subiectio omnium Christo. Ieroboam faciens errare populum. Non imitandus peccator. Gratia operans. Iudæi. Ministerium prophetia. Orationes. Manus Christi in cruce. Intelligentia spiritualis legis. Obseruatio legis. Scientia legis. Peritia sacrificandi. Peccata nostra super Christum. Sacerdotes & principes crucifigẽtes Christum. Castigatio carnis. Angustia. Professio innocentiæ. Sacerdotes & doctores. Propinqui. Adiutor in diuinis. Virtutes & exorcismi. Ratio sustentans. Vita actiua sub contemplatiua. Libertas. Captiuitas. Consilium. Ministerium ad inspirationem implendam. Intelligentia malorum. Christus sine semine natus. Imponere manus ad lucrũ. Pedes. Auxilium petere. Victoria verbi Dei. Vis tentationum. Ociositas. Prosperitas seculi.

Defendentes apertè hæreses. Vis diaboli. Vti bonis temporalibus ad proximorum necessitates.

a *Orig. s. Exo. ho.*12. b *Tert. de resurrect. Am.*3.*offi.*14 *Aug. s. ps.*73. c *Glo. ord. su. Gen.*48. d *Amb.*2. *de Abra.*8. e *Amb. de Noe.*18. f *Ori. s. Cant. h.*2 & *s. Mat. ho.*5. & *s. Ro.* 12. g *Basi. reg. fusius.*24. *Bed. s. Prou.*31. h *Ori. s. Gen. hom.*15. i *Am. s. Luc.* 3. *Hier. s. Gal.* 3. & *s. Mic.*2. & *s. Is.*1. k *Hie. s. Mal.* 1. l *Tert. aduer. Iudæos. Ori. s. Io. hom.*1. *Au.* 10. *ciui. Dei.*8. & *ho.* 27. *Gre. su.*1. *Re.*15. m *Phi.*2.*alle. Hier. s. ps.* 40. *Chry. s. Ioan. ho.*13. *Bed. s. Exod.*17. *Gre. Nyss. de vita Mosis.* n *Or. s. Num. ho.*27. o *Orig. s. Leu. ho.*1. p *Phi. de vict. Or. s. Leu. h.*5. q *Orig. s. Iosu. hom.* 7. & *s. Mat. ho.*5.21. r *Hier. s. Mat.* 18. *Au.*1. *ser. dom. in mont.* s *Orig. s. Iosu. hom.*24. t *Hi. s. Eze.*1. *Glo. s. Ez. h.*3 u *Gre. s.*1.*Re* 1. x *Gre. s.*1.*Re.* 14. y *Gre. s.* 1.*Re.* 7. z *Gre. s.*1. *Re.* 13. aa *Am. s. Ro.* 9. bb *Glo. ord. s. Leu.*11. cc *Glo. ord. su Thre.*5. dd *Arno. s. ps.* 62. ee *Gre.*6. *mo.* 18. ff *Ori. s. Is. h.*6 *Hil. s. Matth. can.*12. *Am. ser.*8. *Hie. s. Mar.* 3. & *s. Ier.*6. gg *Rica. de S. Vict. de somni. Nabuch.* 38. hh *Hier. s. Is.* 23. ii *Hie. s. Is.*57. & *s. Ex.*8.39 kk *Hie. s. Ecclesiasten.*7. ll *Gr.*15.*m.*21.

Digitized by Google

Manubrium.

MANVBRIVM, dicitur capulus cuiuſcunque rei, dictum, quòd manu capiatur ſeu teneatur.

a *Gre.10.mo.9.* Manubrium ſecuris, *a* diſcretionem deſignare poteſt: & labitur ferrum de manubrio, cùm quis excedit modum in corripiendo. *Deut.19.b.* — *Cuſtodia.*

b *Gre.22.mo.5.* Manubrium itidem, dici poteſt *b* cor hominis, & mittitur ab Eliſæo in aquam ad educendum ferrum, cùm Chriſtus humiliat cor ad reſtituendum illi donum intellectus per ſuperbiam aut opera diſſoluta amiſſum. *4.Regum. 6.a.* — *Diſcretio. Cor. hominis.*

Deſignat etiam corpus Chriſti relictum in ſepulchro, deſcendere ad inferos animam. — *Corpus Chriſti.*

Mara.

MARA, id eſt, amara, vel amaritudo: quinta manſio filiorum Iſraël in deſerto, vbi inuentæ ſunt aquæ amaræ, quæ iactu ligni in dulcedinem conuerſæ ſunt. Appellatur etiam Marath. — *Pœnitentia. Litera legis. Gentilitas. Caro fragilis. Tribulationes. Stupor paſſionis Chriſti. Arefactio voluptatum.*

c *Ori.ſ.Exod. hom.& ſ.Nu. hom.27.* Mara ſignificare poteſt *c* amaritudinem pœnitentiæ, ad quam venitur poſt tranſitum maris, hoc eſt, poſt baptiſmum. *Exod.15.d. Num.33.b.*

d *Hie.de manſio.& ſ.pſ.97. & ſ.Ho. prol.* Poteſt etiam ſignificare *d* amaritudinem literæ legis, quæ facta eſt dulcis per lignum crucis, & per lignum ſapientiæ Chriſti.

e *Au.ſer. 91.* Deſignare etiam poteſt *e* gentilitatem, ſecundùm quòd erat in amaritudine infidelitatis, & etiam carnem, *f* ac fragilitatem humanam, & præterea tribulationes vitæ præſentis, ad quas veniunt, qui egrediuntur de Ægypto.

f *Am.de inſt. virgi.5.*

Marcere, Marceſcere, Emarceſcere.

MARCERE dicuntur, quæ putreſcunt, aut languent, à proprio vigore deficientia.

g *Amb.2. de Iacob.7.* Emarceſcens neruus femoris Iacob, deſignat *g* ſtuporẽ paſſionis Chriſti. *Geneſ.32.f.* Deſignat etiam, quod omnipotens Deus, *b* cùm iam per deſiderium & intellectum cognoſcitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit. Significat præterea *i* Iudæos, qui in incredulitate remanſerunt. Item genealogias eorũ poſt incarnationẽ deficientes. Et marceſcens propago fortium eſt *k* deficiens virtus Iudæorum. *Iſa.25.b.* Marceſcens quoque vinea, eſt deficiens ſynagoga, vel anima. *Ezech.19.d.* — *Incredulitas Iudæorum.*

h *Gre.ſ.Ezech. ho.14.*

i *Hier.ſ.Iſ.25*

k *Ru.1.ſ.Mat*

l *Gre.10.moral.23.& 33. mo.34.* Emarceſcit cor præ dolore. *Iſa.21.a. Iob.30.c.* quum *l* anima electorum per afflictiones deficit in affectibus terrenis, vt in æterna vita virideſcat. Et marceſcere facit Deus oſſa per dolorem in lectulo. *Iob.33. c.* quia cum in ea requie, quam nobis ab hoc ſeculo præparamus, flagello tentationis afficimur, qui fortaſſe de virtutibus noſtris inflari potuimus, cognitæ infirmitatis noſtræ tædio extenuamus. Sæpe enim anima alicuius boni ſibi conſcia, cùm virtutes ſuas ſibi ad memoriam reuocat, quadã delectatione paſcitur, & quaſi gratulatione propriæ plenitudinis impinguatur: bene dicitur, quod tentatione pulſante marceſcunt oſſa: quia dum propria infirmitas tẽtatione interrogante cognoſcitur: omnis illa noſtrarum virium velut pinguis viridiſque congratulatio ſubito anxietatis mœrore ſiccatur; & qui nos alicuius eſſe momenti bona noſtra penſando credidimus, pulſati paulo amplius perituros nos iam iamque formidamus. — *Deficere ab affectibus terrenis.*

Mare, Pelagus, Fretum.

m *Hier. ſ. Iſ. 49. & ſuper Ezech.47. & ſup. Ioel. 2.* MARE, notæ ſignificationis eſt, congregationes *m* enim aquarum terram magna ex parte ambientes, maria ſunt appellata. *Geneſ.1.* Videtur autem dictum ab amaritudine. Agitatur ventis, eſtque inſtabile vndis. In eo nauigatur nauibus, ibique abundant piſces, & exercetur piſcatio. Magnum autem mare quod terram circuit, Oceanus dicitur. Quando autem ponitur mare abſolutè in ſacra ſcriptura, ſæpè ſolet accipi pro parte Occidentali terræ Paleſtinæ, quæ habet mare ad Occidentem. Quandóque autem dicitur mare magnum. *Ezech.27.c.* Et mare nouiſſimum, eſt mare Occidentale. *Iſa.49.d. Ioel.2.e.* Mare autem Orientale ſolet dici mare Cenereth, ſeu Geneſareth, quod & mare Tiberiadis dicitur, & præterea mare mortuum, quod etiam eſt ad Orientem terræ promiſſionis, præcipuè tribus Iudæ. Cùm autem dicitur: A mari vſque ad mare, ſolet *n* totus orbis ſignificari. *Pſalm.71. Zach.9.c.*

n *Arn.ſup.pſ. 71.*

o *Ambro. 3. Exae.5. Baſi. 4.Exaem.* De mari hæc dicunt *o* Ambroſius & Baſilius. Vidit Deus quia bonum mare. Et ſi pulchra ſit ſpecies eius elementi, vel quum ſurgentibus albeſcit cumulis ad vorticibus vndarum, & cautes niuea rorat aſpergine, vel quum æquore criſpanti clementioribus auris, & blando ſerenæ tranquillitatis purpuraſcentem præfert colorem, qui autem eminùs ſpectantibus frequenter effunditur, quando non violentis fluctibus vicina tundit littora, ſed velut pacificis ambit & ſalutat amplexibus, quàm dulcis ſonus, quàm iucundus fragor, grata & conſona reſultatio. Ego tamen non oculis æſtimatum creaturæ decorem arbitror, ſed ſecundum rationem operationis iudicio operatoris conuenire & congruere definitum. Bonum igitur mare, primum, quia terras neceſſario ſuffulcit humore, quibus per venas quaſdam occultè ſuccum quendam haud inutilem ſubminiſtrat. Bonum mare tanquam hoſpitium fluuiorum, fons imbrium, deriuatio alluuionum, inuectio commeatuum, quo ſibi diſtantes populi copulantur, quo præliorum remouentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, ſubſidium in neceſſitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, ſalubritas valetudinis, ſeparatorum coniunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, ſubſidium vectigalium, ſterilitatis alimentum. Ex hoc pluuia in terras transfunditur, ſiquidem de mari aqua radiis Solis hauritur, & quod ſubtile eius eſt, rapitur: deinde quando altius eleuatur, tanto magis eam nubium obumbratione frigeſcit, & imber fit, qui non ſolum terrenam temperat ſiccitatem, ſed etiam ieiuna arua fœcundat. Quid enumerem inſulas, quas velut monilia plerumque prætexit, in quibus hi, qui ſe abdicant intemperantiæ ſecularis illecebris, fido continentiæ propoſito eligunt mundum latere, & vitæ huius declinare dubios anfractus? Mare eſt ergo ſecretum temperantiæ, exercitium continentiæ, grauitatis receſſus, portus ſecuritatis, tranquillitas ſeculi, mundi huius ſobrietas, cum fidelibus viris atque deuotis incentiuum deuotionis, vt cùm vndarum leniter alluentium ſono certent, cantus pſalientium, plaudant inſulæ tranquillo fluctuum ſanctorum choro, hymnis ſanctorum perſonent. Vnde mihi, vt omnem pelagi pulchritudinem comprehendam, quam vidit operator? Et quid plura? Et quid aliud ille concentus vndarum, niſi quidam concentus plebis eſt? Vnde bene mari plerunque comparatur Eccleſia, quæ primo ingredientis populi agmine, totis veſtibulis vndas vomit, deinde in oratione totius plebis tanquam vndis refluentibus ſtridet, tum reſponſoriis pſalmorum, cantu virorum, mulierum, virginum, paruulorum conſonus vndarum fragor conſultat. Nam illud quid dicam, quod vnda peccatum abluat, & ſancti Spiritus aura ſalutaris aſpirat? Det nobis Dominus illa receſſuum flumina proſperorum, ligno currere, tuto portu conſiſtere, nequitiæ ſpiritalis grauiora quàm ferre poſſumus tentamenta neſcire, fidei ignorare naufragia, habere pacem pro pugna, & ſi quando aliquid ſit, quod graues nobis ſeculi huius excitet fluctus, euigilantem pro nobis habere gubernatorem Dominum Ieſum, qui verbo imperet, & tempeſtatem mitiget, tranquillitatem maris refundat, cui eſt honor & gloria, laus, perpetuitas à ſeculis & nunc & ſemper in omnia ſecula ſeculorum, amen. Secundum etiam quòd in mari ſunt boni & mali piſces, ſignificat *p* Eccleſiam, in qua ſunt mali nunc bonis permiſti. *Matt.15.f.* — *Eccleſia ſeu templum.*

p *Cry.de ver. Iſ.ho4.Georg. Vene.Cant.1. tom.7.cap.12.*

q *Geor. Vene. Cant.1. tom. 7.cap.12.14. 28.*

r *Ge.Ve.Can. 1.to.7cap.12.*

ſ *Are.ſup.Ap. 4.*

t *Ori.ſ.Matt. hom.4. & in diuer.hom. 6. Hil. ſ.Matth. Can.7.Clem. Ale.5.ſtrom. Hi.ſ.Iſ.18.& ſ.Ez.26.& ſ. Zach.10. Arno.ſ.pſ.32. Cyr.3.ſ.Ioan. 24. Aug.13.conf. 17.& 20.ciu. Dei.15. & ſ. pſ.39. Ber.de cõſide.2. Bed. ſ.Gen.49. Georg. Venet. Cant.1. tom. 7.cap.12. Ori.ſ. Matth. cap.14. Gr.ho.24.* Mare aliquando dici poteſt *q* Deus, qui eſt quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum. Et cùm in ipſo Deo omnia contineãtur, eſt locus particularis, aut menſura, quæ mare dicitur, aut aquæ, vel collectio aquarum. Et eſt illa meridionalis regio ſuperna, in qua eſt aqua ſapientiæ ſupremæ, miſericordiæ, clementiæ, pietatis, & gratiæ quæ eſt poſſeſſio peculiaris filij Dei. De qua ait Pater, *Pſal.88.* Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ab hoc mari exeunt flumina, & ad ipſum reuertuntur. *Eccleſ.1.b.*

Mare etiam dici poteſt *r* beatiſſima virgo Maria, cuius nomen etiam ipſum mare includit, in quod mare deſcendit filius Dei, ſicut Ionas ad Niniuitas, hoc eſt, vt mundum liberaret. *Ion.1.a.* — *Virgo Maria.*

Mare vitreum, ſignificat immenſam multitudinem *ſ* Angelorum in corpore naturæ luce ſplendentem. *Apocal.4.a.* — *Angeli.*

Mare agitatum ventis, *t* mundum ſignificare ſolet, in quo magna eſt rerum & temporum varietas & ventis furentibus perturbata. In hoc mare proiicitur equus & aſcenſor, quorum quis ſequitur appetitum. *Gen.22.d.41.f. 49.b. Exo.15.a.1. Reg.13.a.3. Re.18.e. Iob.26.d.28.c.38.b. Pſ.8.23.32.45.64.65.64.65.73.79.67.88.92.97.106.115.* — *Mundus.*

Digitized by Google

Res temporales.

Baptiſmus.

Pœnitentia.
Secularis poteſtas.
Perſecutiones in Chriſtum.
Superbi.
Amaritudo laborũ huius vitæ.
Tentationes.

Infideles.
Hæretici.
Doctrina hæreticorum & Philoſophorũ.

Cor humanũ.

Vita humana.
Vulgus ignobile.
Populus circũciſionis, & Eccleſia.
Vtrumque teſtamentum.
Peccatores.
Peccata.

Corpus noſtrum.
Amaritudo punitionis.
Infernus.
Sacra ſcriptura.
Terra.

Chriſtus.

Prophetæ.

Senſus perfectus.
Myſteria.
Præceptæ.
Regnum cœleſte. Apoſtoli.
Vnitas.
Redargutio ſapientis.

1 18. *Iſa.* 18. *a.* 21. *a.* 23. *a.* 24. *c.* 27. *a. Prou.* 30. *c. Ezech.* 26. *c.* 32. *a. Dan.* 7. *a. Ion.* 7. *a. Nahum.* 1. *a. Zach.* 9. *a Matth.* 8. *c.* 14. *c.* 17. *d.* 18. *a. Ioan.* 6. *a.* 21. *a. Marc.* 4. *a. Luc.* 5. *a. Apocal.* 8. *c.* 13. *a.* 20. *d.* Fretum etiam mundum ſignificat, & res temporales. *Matth.* 16. *a.* Fretum eſt autem bonis mare, qui non latam mundi viam, ſed anguſtam peragunt. *Zach.* 10. *d.*

Mare quoque *a* baptiſmum ſignificat, præcipuè mare rubrum, vbi Ægyptius perit, & Hebræus ſeruatur. Et mare operit inimicos, cùm in baptiſmo delentur peccata. Eſt autem rubrum per ſanguinẽ Chriſti, à cuius paſſione baptiſmus habet vim mundandi peccata. *Exod.* 10. *a.* 13. *d.* 14. *a.* 15. *a.* 23. *d. Pſal.* 77. 79. *Zach.* 10. *d.* 14. *b.* 1. *Cor.* 10. *a.* Mare quoque æneum, ipſum baptiſmum deſignabat. 3. *Reg.* 7. *d.* Et mare vitreum, quod erat ante ſolium iudicis, deſignabat nos ante iudicium debere baptizari. *Apoc.* 4. *a.* 15. *a.* Septima manſio filiorum Iſraël eſt ſupra mare, qua non tranſitur mare, ſed videtur. *Num.* 33. *b.* Mare æneum fuſile dicitur, quia baptiſmus igne Spiritus ſancti per Chriſtum conflatus eſt. Mare Orientale, eſt baptiſmus: contra quem eſt diabolus, qui aduerſatur baptizatis. *Ioel.* 2. *g.*

Mare præterea *b* pœnitentiam ſignificare poteſt. *Pſalm.* 135. Et mare rubrum, per quod nobis eſt tranſeundum, eſt pœnitentia peccatoribus neceſſaria.

Mare in quod eiectus eſt Ionas, ſignificare poteſt *c* ſecularem poteſtatem, & Pilatum, cui traditus eſt Chriſtus. Et tumultus perſecutionum, quas paſſus eſt Chriſtus, vt ceſſarent à nobis tribulationes. *Iona.* 1. *c.* 2. *b. Iſa.* 51. *a. Habac.* 2. *d.* Potentes ſuperbi, vt Pharao, qui fluctuant, ſed tamen indurantur. *Apoc.* 16. *a.*

Mare poteſt etiam ſignificare *d* amaritudinem laborum huius vitæ, & tentationes: eſtque finis Iuda, quia per hæc venitur ad Iuda, hoc eſt, ad ſinceram confeſſionem. *Exod.* 14. *a.* 36. *c. Ioſ.* 15. *b. Iſa.* 16. *c.* 50. 51. *d.* 63. *c. Ierem.* 6. *f. Num.* 33. *a. Pſalm.* 16. 68. Et dicitur hoc mare miſeriæ, quod fugit, quando fit tranſitus ad fœlicitatem. *Pſal.* 113. De mari ad mare conſurgunt bella, cùm amaritudo conſurgit aduerſus amaritudinem. *Mich.* 7. *c.* Iſraëlitæ deſerentes Ægyptum prius habuerunt mare ante ſe, ad impedimentum profectionis, deinde iuxta ſe in adiutorium defenſionis, quando erat eis pro muro à dextris & ſiniſtris: tandem habuerunt poſt ſe in firmamentum ſecuritatis, inimicis eorum ab eo ſubmerſis, ſeu interclusis. Sic ante nos futura, iuxta nos præſentia, poſt nos præterita. Mare ante nos, eſt timor futurorum periculorum: mare iuxta nos, eſt labor incumbentium certaminum: mare poſt nos, dolor perperatorum malorum. Mare ante nos, timor puſillanimitatis, mare iuxta nos, labor ſolicitudinis, mare poſt nos, dolor pœnitudinis. Timor puſillanimitatis impedit: labor ſolicitudinis munit: dolor pœnitudinis protegit. Mœror etiam pro bonis æternis, eſt mare à dextris. Mœror etiam pro malis æternis, eſt mare à ſiniſtris.

Mare poteſt etiam *e* ſignificare infideles, & hæreticos, & nationem prauam, & vitam ſecularem, & ſenſus dæmonum, & doctrinam hæreticorum & philoſophorum, & etiam contradicentium fluctus. A mari autem vſque ad mare commouentur, qui variis agitantur erroribus. *Geneſ.* 1. *b.* 22. *d.* 49. *b. Exod.* 14. *d.* 36. *c. Iob.* 9. *a.* 11. *b.* 38. *b.* 41. *d. Pſalm.* 134. *Iſa.* 11. *d.* 19. *a. Amos.* 8. *d.* 9. *a. Habac.* 3. *b.* Et mare longè ſignificat gentiles & infideles. In hoc mari eſt via Dei, quum gentiles conuertuntur, & ſeruant eius præcepta. Quod mare confirmat tunc Deus. *Exod.* 23. *d. Pſal.* 32. 45. 64. 75. 88. *Iſa.* 17. *d.* 23. *a.* 42. *b.* 43. *e.* 60. *b. Matth.* 21. *b. Apo.* 8. *c.* 12. *d.*

Mare aliquando *f* cor humanum, quod variis cogitationum & affectuum fluctibus agitatur, & inconſtans & mutabile eſt ad omnem flatum. Eſt enim cor noſtrum furore turbidum, rixis amarum, elatione ſuperbiæ tumidum, fraude malitiæ obſcurum. *Iob.* 11. *b.* 14. *b.* 38. *b. Dan.* 7. *a. Habac.* 3. *d.*

Mare etiam ſignificare poteſt *g* vitam humanam fluctibus irrequietam, & negotiis exundantem: & peculiariter vitam ſecularium, quæ dum procelloſis actionum motibus concitatur, ab internæ ſapientiæ quiete atque ſtabilitate diſiungitur. *Iob.* 28. *b. Matth.* 13. *a.* 14. *c.* Et trans mare eſt, quod eſt poſt hanc vitam. *Deut.* 30. *c.* Poteſt etiam ſignificare vulgus ignobile. *Pſalm.* 95. *Iſa.* 24. *c.*

Mare Orientale, quod eſt mortuum, deſignare poteſt *h* populum circumciſionis, & vetus inſtrumentum. Mare verò nouiſſimum, eſt populus Eccleſiæ, & nouum teſtamentum. *Zach.* 14. *b.* Et maria congregata ſignificant Iudæos, & Gentiles qui in vnum Eccleſiæ corpus congregati ſunt, & in vnam fidei copulam ſunt Chriſti charitate connexi. *Iob.* 26. *c.* In his dominatur Chriſtus à mari vſque ad mare. *Pſalm.* 71.

Mare ſalis, quod eſt mortuum, dicitur *i* peccatores ſignificare poſt mortem inutiles ad operandum. Et etiam tumultus vitiorum. *Geneſ.* 14. *a. Ioſ.* 3. *d. Ezech.* 27. *a.* Sanatur autem aduenientibus aquis baptiſmi & doctrinæ Euangelicæ. *Ezech.* 47. *b.* Mare etiam eſt impietas, quæ dulcem aquam facere non poteſt, ſed eſt eius aqua falſa valde, & multũ amara, & amaritudo eius amariſſima. Et hoc dicitur mare malitiæ, quod fugit, quum quis deflet peccata. *Pſalm.* 113. Mari comparatur contritio Hieruſalem propter inquietudinem vitiorum. *Thren.* 2. *a.*

Mare rubrum ſalſum, paludoſum, & cœnoſum, *k* corpus noſtrũ ſignificare poteſt, per quod faciendus eſt nobis tranſitus, ſed debet incidi, & exſiccari, vt liberè tranſeamus, quod fit per opera pœnitentiæ. *Exod.* 14. *a.*

Mare ſalis & mortuum, ſignificare poteſt etiam *l* amaritudinem punitionis, & infernum, vbi plena eſt amaritudo & dolor: & mare rubrum, in quod proiicitur Pharao cum exercitu ſuo. *Geneſ.* 14. *e.* 15. *a. Ioſu.* 13. *d. Pſalm.* 68. 103. 135. *Ioan.* 1. *c. Matth.* 18. *a.* 31. *c.* Et flumina intrant in mare, cùm appetitus carnales ſequitur punitio. *Eccle.* 1. *a.* Mare nouiſſimum ſeu extremum erit in reſurrectione, quum diabolus & mali mittentur in ſtagnum ignis. *Ioel.* 2. *f. Zach.* 14. *b.*

Mare dici poteſt *m* vetus teſtamentum, cuius lectio eſt amara, niſi mittatur in lignum crucis. *Pſal.* 97. Et mare magnum, ſunt vetus & nouum teſtamentum: & profundiora myſteria. *Pſalm.* 79. 103. 129. *Ezech.* 47. *c.* Et mare vnde exeunt flumina. *Eccl.* 2. *b.* Maris viſio dicitur eſſe in rotis. *Ezech.* 1. *d.* quia vt omnia flumina intrant in mare, ita omnis veritas reducitur ad Euangelium. Eſt autem ſacra ſcriptura mare, per quod nauigamus in ligno crucis, vt ad terram viuentium deueniamus.

Mare dici poteſt *n* ipſa terra, vt flumina intrant in mare, hoc eſt, homines in terram, vnde ſumpti ſunt. *Eccleſ.* 1. *a.*

Margarita.

MARGARITA, eſt gemma *o* preciоſiſſima, quæ in oſtreis generatur, quas vbi genitalis anni ſtimulauerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt, grauidas poſtea eniti, partumque concharum eſſe margaritas, pro qualitate roris accepti. Si purus influxerit, candoré conſpici: Si verò turbidus, & fœtum ſordeſcere eundem pallere, cœlo minante conceptum, ex eo quippe conſtare, cœlíque eis maiorem ſocietatem eſſe, quàm maris: inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenum.

Margarita preciоſa inuenta, eſt *p* Chriſtus, vt enim oſtrea nocte & verno tempore rorem recipiens, intra ſe margaritam generat, ita glorioſa Virgo Spiritu ſancto ſuperueniente filium Dei concipiens, Meſſiam vt preciоſiſſimam margaritam generauit. *Matth.* 13. *f.*

Margaritæ etiam ex rore cœli in conchis genitæ, *q* Prophetas ſignificare poſſunt in ſynagoga genitos, inter quas inuenta eſt preciоſiſſima margarita, quæ eſt Chriſtus. *Matth.* 13. *f.*

Margarita quoque preciоſa, *r* eſt ſenſus perfectus ſacræ ſcripturæ, & minores margaritæ, ſunt obſcuriores cognitiones, quæ euacuantur cùm venerit perfecta. Et generaliter myſteria veneranda ſunt margaritæ, quæ non ſunt inter porcos proiiciendæ. *Matth.* 7. *a.* Margaritæ quoque dicuntur diuina præcepta, quæ quis proiicit porcis, quum ea non ſeruat.

Margarita prætera preciоſa ſignificat ſ cœleſte regnum, & gloriæ viſionem. *Matth.* 13. *f. Apoc.* 21. *f.* Et margaritæ portarum, ſunt Apoſtoli.

Margarita itidem preciоſa, *t* eſt vnitas, pro qua cætera ſunt vendenda.

Margaritæ fulgenti comparat Salomon *u* redargutionem, qua arguitur ſapiens, & illi eſt obediens, *Prou.* 25. *b.*

vel

a *Ori. ſ. Exod. hom.* 5. *& ſu. Num. ho.* 27. *Ter. de bapti. Amb. de init. myſt.* 3.
b *Hie. deman. Au. ſ. pſ.* 77. 8. *& ſ. Apo. ho.* 2. *Ber. ſup. Cant. ſer.* 39.
c *Geo. Ve. Ca.* 1. *to.* 7. *cap.* 12.
d *Gre. Nyſſe. de vita Moſis. Geor. Ven. Ca.* 1. *tom.* 7. *cap.* 12. 16. *Hil. ſ. Matth. Can.* 16. *Geo. Ven. Ca.* 1. *to.* 7. *cap.* 12. *& ſ. Can.* 2. *to.* 6. *ca.* 9. *Ru.* 9. *ſ. Apoc. Orig. ſ. Exod. ho.* 5. *& ſ. Ioſu. ho.* 15. *Hie. ſ. Iſa.* 16. 50. *& ſup. Mich.* 7. *Rica. de Sa. Vict. de exte. mali.* 8. 10.
e *Aug. ſ. pſa.* 134. *Hie. ſ. Amos.* 8. *& ſ. Haba.* 3. *& ſ. Iſ.* 17. *Gr.* 34. *mo.* 9. *Au.* 1. *q. in. eu.* 29. *& ſu. pſa.* 73. 76. *Gre. prol. mo.* 3. *& 9. mor.* 5. *Rup. ſ. Apo.* 7.
f *Gre.* 10. *mo.* 10. *& 12. mo.* 5. *& 28. mor.* 18. *& 29. moral.* 7.
g *Ri. de S. Vi. de vitio mutabi.* 1. *& de* 12. *patr.* 38. *Ori. ſ. Matth.* 13. 14. *Au. q. in Deu.* 54. *Gre.* 18. *mo.* 27. *& 3. paſt. admo.* 26.
h *Hie. ſ. Zac.* 14. *& ſ. Iob.* 26.
i *Ori. ſ. Ie. h.* 2. *Hie. ſ. Eze.* 47
k *Ri. de S. Vict. de exter. mali.* 3. *Ge. Ve. Can.* 1. 2. *to.* 7. *cap.* 16.
l *Ori. ſ. Ioſ. ho.* 4. *& ſ. Matt. ho.* 5. 36. *Arn. ſ. pſ.* 58. 135. *Ric. de S. Vict. de ſtatu interi. homini.* 10. *Ruper. ſ. Ioel.* 2. *Hie. ſ. Nah.* 3. *& ſ. Hab.* 3.
m *Ambro. ſu. Exa.* 7. *& epiſt.* 44. *Gre. ſ. Ezech.*

hom. 6. *Hier. ſup. Ezech.* 1. *Euch. for. ſpirit.* 4. n *Hie. ſ. Eccleſiaſten.* 1. o *Plinius.* 9. *nat. hiſt.* 35. *Orig. ſu. Matt. cap.* 13. p *Orig. ſup. Matth. cap.* 13. q *Orig. ſup. Matth. cap.* 13. *Cle. Alex.* 2. *ped.* 12. *Hil. ſup. Matth. Can.* 13. r *Amb. ſerm.* 5. *Hie. ſup. Matth. Cant.* 6. *Aug.* 2. *ſerm. Domini in monte. Chry. ſup. Geneſ. hom.* 16. ſ *Orig. ſup. Matth. cap.* 13. *Baſil. de reg. fuſi. cap.* 8. *Rup.* 12. *ſ. Apo.* t *Bern. ſerm. paruo.* 26. u *Bed. ſu. Pro.* 25.

Digitized by Google

vel est ipse magister eruditus, quia dum emendationem morum, dum supernorum scientiam desiderantibus ostendit, quasi aureo ornatui maiorem insuper gratioremque fulgorem gemmæ ardentis annectit.

Sunt etiam margaritæ, quibus ornatur meretrix. *Apoc.* 17. *a.* 18. *c.* designant *a* virtutes apparentes, quæ erunt in Antichristo, & eius ministris. *Virtutes ficta.*

Margo.

MARGO dicitur vniuscuiusque rei extremitas.

Margo ante thalamos templi cubiti vnius. *Ezech.* 40. *b.* Christum *b* significare potest, qui finis est vtriusque testamenti. Vel designat *c* fidem introducentem ad charitatem, quæ est cubiti vnius, quia non potest diuidi per schismata. *Christus.*

Maria.

MARIA, id est, exaltata, vel amaritudinis mare, aut myrrha maris, siue doctrix, vel magistra maris, aut ex Syro & Hebræo, domina maris. Fuit filia Amram, soror Mosis, & Aaron, fuit Prophetissa, quæ quia murmurauit contra Mosen, facta est leprosa, & postmodum mundata.

Maria vt pulsauit tympanum post transitum maris rubri, typum gerit *d* Ecclesiæ laudantis Deum, pro his qui baptizantur. *Exod.* 15. *c.* *Ecclesia.*

Vt autem fuit Prophetissa, & missa dicitur à Deo, typum gerit *e* vaticinij prophetarum. *Mich.* 6. *a.* Et vt murmurauit contra Mosen, est prophetia literæ seruiens. *Num.* 12. *a.* Vt autem mortua est ante ingressum terræ promissionis, designat prophetiam cessantem in aduentu Christi. *Num.* 20. *a.* *Vaticinium prophetarum.*

Vt autem murmurauit cõtra Mosen designat *f* populum Iudaicum qui murmurauit contra Christum, & vt illa facta est leprosa, ita synagoga contraxit lepram incredulitatis: vnde & separata est, donec plenitudo gentium intret. *Num.* 12. *a.* *Populus Iudaicus.* *Ecclesia.*

Maria virgo beatissima, quæ fuit desponsata, sed virgo, figura *g* est Ecclesiæ quæ coniuncta est Christo, sed sine macula. *Luc.* 1. *c.* *Prædicatores.*

Vt autem gestauit Iesum in vtero, designat *h* prædicatores portantes Iesum, vt eum aliis, vel potius alios ei pariant. *Excellens anima.*

Maria mater Iacobi & Ioseph, significat excellentem animam: cuius excellentia declaratur per interpretationem nominum filiorum eius, *Matth.* 27. *f.*

Maritus, quare Vir.

Marmor.

MARMOR, *i* est genus durissimi lapidis & solidissimi: quod in pretio habetur, cuius varia sunt genera. Quoddam enim est album, quod parium dicitur: aliud viride, quod Laconium, aliud nigrum, aliud maculosum in serpentis modum: aliud rubrum, candidis interuenientibus punctis. Sunt & multa alia genera.

Marmor quod ponebatur in templo, *k* fortitudinem indefessam significare potest, & marmoreæ columnæ, designant fortitudinem Apostolorum. *Exod.* 31. *a.* 1. *Par.* 29. *a.* 2. *Par.* 2. *c.* 3. *b. Cant.* 5. *d. Apoc.* 18. *d.* Potest etiam marmor significare Sanctos puritatem vitæ habentes. *Fortitudo.* *Sancti.*

Maron.

MARON, id est, amaritudo: cuius rex Iobab victus à Iosue, designare potest *l* amaritudinem peccati. *Ios.* 13. *a. Prouerb.* 5. *a.* videtur autem esse vbi fuit primus lacus Iordanis, qui Samachus appellatur. *Amaritudo peccati.*

Marsupium.

MARSVPIVM, est sacculus nummorum.

Marsupium vnum malorum. *Prou.* 1. *b.* Communitatem, aut concordiam hæreticorum designat. *Concordia hæreticorum.*

Martha.

MARTHA, id est, prouocans, siue amaricans, vel Syriacè, domina, vel doctrix, fuit soror Mariæ, & Lazari: quæ solicitè ministrauit Christo.

Martha designare solet *m* vitam actiuam, & exercentem opera, quæ ad cõuersionem spectant, quæ erga plurima turbari dicitur. *Luc.* 10. *g. Ioan.* 11. *c.* 12. *a.* Eadem ratione significat vitam præsentem, & quæ laboriosa est, multóque indigens ministerio, quæ tamen cessabit, quum cessauerit indigentia. *Vita actiua.* *Vita præsens.*

Vt autem excepit Christum in domum suam, typus *n* est beatæ virginis Mariæ, quæ illum excepit in vtero. Vel etiam animæ. *Luc.* 10. *g.* *Virgo Maria.* *Anima.*

Mas, Masculus.

MAS, seu masculus, sexus vocabulum est, fœminæ appellatione oppositum, estque sexus nobilior & robustior.

Masculus, sæpe *o* Christum significare solet, qui peccatum non fecit, & virtutem ac nobilitatem habet supra Ecclesiam, & masculus vitulus designat virilia ac robusta Christi opera, quæ pro bonis obtulit. *Leuit.* 1. *a.* Et masculus agnus, est ipse Christus, & perfectio ac fortitudo humanitatis eius. *Exod.* 12. *a. Isa.* 66. *c. Mala.* 6. *c.* Hunc masculum peperit mulier victorem diaboli. *Apoc.* 12. *b.* *Christus.* *Opera Christi.*

Masculus & fœmina, quos fecit Deus à principio, significare solent *p* Christum & Ecclesiam. *Genes.* 1. *d.* Item spiritum & animam, seu spiritum & carnem, qui si concordant, crescunt, & multiplicantur. Significant etiam intellectum & actionem. *Christus & Ecclesia.* *Spiritus & caro.* *Intellectus & operatio.*

Mares dicuntur *q* robustiores in fide & operibus. *Exod.* 1. *c.* 13. *b.* 34. *c. Leuit.* 3. *b.* 27. *a.* Et mares stirpes Aaron, aut de genere sacerdotali, sunt fortes & viriles. *Leuit.* 6. *d.* 7. *a.* Et masculi qui numerantur, sunt perfecti. *Num.* 1. *a.* Mares interficit Pharao, hoc est, habentes aliquid robustum, non tamen adultos, qui possunt resistere diabolo. *Exod.* 1. *c.* vult autem diabolus, vt quodcunque est Hebræorum, & eorum, qui per seculum istud transeunt forte & virile mittatur in aquas, & per earum fluenta deferatur in mare. E diuerso quidquid fœmineum, molle & formosum videretur in seculo, hoc viuificetur, adolescat & generet. Simulque considera, quod Ægyptius imperator viros Hebræorum non possit occidere, nec eos, qui iam egressi sunt ab infantia, sed quorum ætas adhuc tenera est, & molle corpus, & profectus incipiens. Scit non posse nutriri fœminas, nisi interfecti fuerint masculi. Cum masculo, hoc est, *r* cum eo, qui virilia opera agit, non debet quis misceri concubitu fœmineo, vt eius opera effœminari faciat. *Leuit.* 18. *c.* *Robustiores in fide & operibus.*

Masculi quoque dicuntur *s* doctores & prælati, quibus alij ceu fœminæ subiiciuntur. *Genes.* 1. *d. Exod.* 1. *d.* 12. *a.* *Prælati & doctores.*

Masculi etiam *t* dicuntur opera virilia, & eadem ratione ipsæ virtutes, per quas viriliter operamur. *Exod.* 1. *c.* 13. *b.* 34. *c.* Et masculus vitulus significat virilia opera carnis. *Leuit.* 1. *a.* *Opera virilia.* *Virtutes.*

Masculus præterea dicitur *u* ipsa mens seu ratio, & homo interior, & sensus rationalis. Et masculus offertur, cùm mens offertur Deo. Et masculinum circumciditur, cùm omnia superflua à mente resecatur. *Genes.* 17. *b.* 34. *b. Leuit.* 1. *a.* 3. *b.* 22. *c. Isa.* 66. *c.* Et hoc masculinum debet apparere coram Domino. *Exod.* 23. *c.* 34. *c.* Et masculinum aperiens vuluam, est iustum & principale animæ, & virtus & immunitas ab affectibus. Masculum autem est offerendum, hoc est, mens virilis, fortis & stabilis, & cum valenti fide, atque inconcussa, vt nequaquam mandatorum effœminetur, siue molleseat operator. *Mala.* 2. *a.* *Mens.* *Ratio.* *Homo interior.* *Sensus rationalis.*

Masculi interfecti in Sichen, sunt *x* hæretici confutati. *Genes.* 34. *d.* designant etiam inueteratam consuetudinem, quæ prius est circuncidenda, deinde interficienda. Masculus etiam, qui maledicitur, est corruptor veritatis. *Ierem* 20. *d.* Et masculinæ imagines, *y* sunt hæreses, & dicuntur masculinæ, quia hæretici nulla eas posse oppugnatione subuerti putant. *Ezech.* 16. *b.* *Haretici.* *Consuetudo inueterata.* *Hæreses.*

Masculus quem parit mulier susceptio semine, est *z* peccatum minus graue, vnde minori indiget purificatione. *Leuit.* 12. *a.* *Peccatum minus graue.*

Massa.

MASSA, est farina macerata, & aqua subacta ad conficiendum panem, quo nomine etiam significatur

quidquid

a Glo. ord. Apoc. 17.
b Hie. s. Ezec. 40.
c Greg. s. Ezechiel. 16.
d Am. de virgin. 1. *Bed. s. Exod.* 15.
e Hier. s. Mic. 6. *& de manssio & prolog. in Ho. & sup. Soph.* 2.
f Ori. s. Num. h. 6. *& s. Cant.* 1. 2.
g Am. s. Luc. 1.
h Ber. se par. 8
i Plin. 36. *natural. histor.* 7.
k Amb. s. psal. 118. *serm.* 5.
l Gre. s. Cant. 5.
m Ori. s. Ios. hom. 14.
n Ori. s. 1. *Re. hom.* 1. *Basi. const. monac.* 1. *Gre. s.* 1. *Re.* 14. *& 6. mor.* 28. *& s. Ezec. ho.* 3. 14. *Au.* 1. *de Trini.* 10.
o Ber. serm. 2. *assumpt.*
p Ori. s. Le. ho. 1. *Hier. su. Is.* 66. *& s. Mala* 2. *Geor. Vene. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 19. *Aug. su. Apoc. ho.* 9.
q Au. 1. *de ge. cont. Manic.* 2. 3. 25. *Ori. s. Gen. hom.* 1.
r Ori. s. Leuit. ho. 4. *& s. Nu. hom.* 1. *Isy. s. Le.* 6. 27 *Hier. s. Is.* 26. *& s. Nahu.* 3. *Gre. Nyss. de vita Mosis.*
s Isy. s. Leu. 18.
t Bed. s. Exo. 1.
u Orig. s. Leu. ho. 1.
x Phil. devict. & de sacrif. Abel & Cain Ori. s. Exo. ho. 2. *& s. Leu. ho.* 8. *Ambr.* 2. *de Abra.* 11. *& 1. de Cain* 10. *Hier. s. Is.* 66. *Isy. s. Leu. v.* 21 *Hie. s. Mal.* 2. *y Ricar. de S. Vict.* 12. *de paspriar. s* 3. *Gre.* 4. *m.* 4. *Ori. s. Ezech. ho.* 7. *Hie. s. Ezech.* 16.
z Lyr. s. Le. 12.

Digitized by Google

Fidelis. quidquid denſum ac ſpiſſum eſt, in modum farinæ ſubactæ, & quod nondum formatum eſt, ſed paratum, vt aliquid ex eo formetur, vt maſſa luti, maſſa auri, maſſa plumbi.

Maſſa dicuntur fideles coniuncti Chriſto, vt ab eo formentur. *Rom.* 11. *b.*

Doctrina fidei Maſſa etiam poteſt fidem & doctrinam fidei ſignificare. 1. *Cor.* 5. *Galat.* 5. *b.*

Grauis iniquitas. Maſſa plumbi in amphora, deſignat *a* grauem iniquitatem, quæ in auaritia continetur. *Zach.* 5. *c.*

Maſphat.

Contemplatio. MASPHAT, id eſt, ſpeculatio, ſiue ſpecula, aut cooperimentum, vel expectatio, ciuitas in tribu Iuda. Significare poteſt *b* huius vitæ contemplationem, qua videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Poteſt etiam ſignificare ſacram ſcripturam. 1. *Reg.* 7. *b.* 10. *c. Iere.* 40. *d.* 1. *Cor.* 13. *d.* Vel interpretatur intentio, & deſignat intentionem mutandam à falſa beatitudine ad veram.

Sacra ſcriptura.

Intentio.

Mater, Genitrix.

Synagoga. MATER, dicitur fœmina in animalibus, quæ genuit ſibi ſimilem in ſpecie. Transfertur tamen ad alia, vt arbor dicitur mater propaginum, quæ ex ipſa naſcuntur, & apes dicitur mater mellis.

Mater Abraham, quæ non fuit mater Saræ, dicitur *c* ſynagoga, quæ fuit mater Chriſti, & non Eccleſiæ. *Gen.* 20. *c.* Et mater Chriſti foris ſtans, dicitur *d* ſynagoga, quæ noluit ingredi credendo. *Matth.* 12. *d. Marc.* 3. *d. Luc.* 8. *c. Pſal.* 68. 70. *Cant.* 1. *b.* Et mater Iſaac, eſt ſynagoga mater Chriſti. *Gen.* 24. *d. Prou.* 4. *a.* Et mater Iacobi, ſynagoga, & filij matris eius, ſunt Iudæi. *Ge.* 27. *d.* Mater quoque Moſis, eſt ſynagoga, quæ habuit Moſen paruum, quia Iudæi in lege non aſſurgunt ad ſenſus ſublimiores. *Exod.* 2. *a.* Eandem deſignat mater Iob. *Iob.* 1. *d.* Et mater *e* quæ coronauit ſponſum. *Cant.* 3. *d.* Et mater, quam reliquit Chriſtus vel homo, vt adhæreret vxori. *Gene.* 2. *d.* Mater quoque ſponſæ, dicitur ſynagoga, cuius filij pugnauerunt contra Eccleſiam. *Cant.* 1. *b.* 3. *b.* Mater etiam populi Iſraël dicitur *f* ipſa ſynagoga, vel frequentia populi. *Hoſea* 4. *b.* Et matres factæ viduæ, ſunt ſynagogæ Iudæorum factæ ſine Deo. *Thren.* 5. *a.* Mater Prophetæ, *g* ſynagoga mater Chriſti. *Zach.* 13. *b.*

Virgo Maria. Mater Salomonis ſignificat *h* beatam virginem Mariam, matrem Chriſti. *Ca.* 3. *d.* Eandem deſignat mater Samſon, quæ non bibit vinum, nec comedit immundum, &c. *Iudi.* 14. *a.*

Cæleſtis Hieruſalem. Mater Chriſti dici poteſt interdum *i* cæleſtis patria ſeu Hieruſalem. *Matth.* 19. *a.* quæ etiam dicitur mater noſtra. *Galat.* 4. *d.*

Faciens voluntatem Chriſti. Mater etiam Chriſti, dicitur *k* omnis, qui eius facit voluntatem. *Pſalm.* 138. *Matth.* 12. *d.* Prædicator etiam, ſi per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur, mater Chriſti dici poteſt.

Prædicator. Mater etiam Salomonis, hoc eſt, Chriſti, dici poteſt *l* charitas. Vnde ſolet dici Chriſtus filius charitatis. Item gratia Dei, qua ſaluamur, cuius legem non debemus dimittere. *Prou.* 1. *a.* Mater item ſponſæ, *m* eſt regeneratrix gratia: apud quam vna columba eligitur: qui illos ſolos colligit, qui in ſimplicitate permanent, & ab vnitate non ſcinduntur.

Charitas.

Gratia.

Eccleſia. Mater dicitur Eccleſia, *n* quæ mater eſt viuentium per fidem & gratiam. *Gen.* 3. *d. Exod.* 20. *b.* 21. *b.* 22. *d.* 23. *c.* 34. *d. Pſal.* 112. *Prou.* 1. *a.* 30. *c.* Et mater Samuelis eandem Eccleſiam ſignificat. 1. *Reg.* 2. *d. Mich.* 7. *b. Leu.* 22. *d.* Et mater ſponſæ, eſt Eccleſia mater animæ venientis ad fidem. *Cant.* 1. *b.* Mater etiam Ieſu, quæ erat in *o* nuptiis, eſt Eccleſia, ſine qua non fiunt nuptiæ incarnationis. *Ioan.* 2. *a.*

Natura anima. Mater ſponſæ dici poteſt interdum *p* natura animæ. *Cant.* 3. *b.* 8. *a.* Et mater Samuelis ipſam mentem ſignificare poteſt. 1. *Reg.* 2. *d.*

Mens.

Natura corrupta. Mater concipiens in peccatis, eſt natura ipſa per peccatum Adæ corrupta, vnde fit, vt omnes, qui in ea concipiuntur, in peccatis concipiantur. *Pſalm.* 50. Sub hac matre manet animal ſeptem diebus, *q* toto tempore huius vitæ *Leuit.* 22. *d.*

Gentilitas. Mater Rebeccæ, *r* gentilitatem ſignificare poteſt: vnde orta eſt Eccleſia deſponſata Chriſto. *Gen.* 24. *d.* Hæc eſt mater, quæ dereliquit: *ſ* quia non poteſt ſaluare filios, niſi veniant ad fidem, quæ & Babylonia ciuitas huius mũdi dicitur: de cuius vtero ſuſcipit nos Deus. *Pſalm.* 26. 136.

Doctores. Matres dicuntur etiam doctores, qui ceu matres nutriunt diſcipulos. *Thren.* 2. *d.* vel deſignant ibi voluptates carnis, quæ malè nutriunt animas.

Voluptates carnis.

Lex. Mater filiorum Zebedæi, quæ excellentiam habuit propter filios, deſignare poteſt *t* legem, cuius nobilitas eſt illi à Chriſto prophetata. *Mat.* 27. *f.*

Concupiſcentia. Mater Hieruſalem Chetæa, deſignat *u* intentiua huius ſeculi, quæ à Deo ſeparant. *Exod.* 16. *a.* Et mater, cuius turpitudo non eſt reuelanda, *x* eſt concupiſcentia pariens peccatum. *Leu.* 18. *b. Iacob.* 1. *b.*

Terra. Mater Iob dici poteſt *y* terra. *Iob.* 1. *d.* Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ. Eadem dicitur mater omnium. *Eccleſiaſte* 49. *a.* Mater etiam Iob dicuntur *z* vermes: quia ex natura corruptibili & conſuetudine peruerſa cogimur, vt quaſi quibuſdam vermibus, ſic inquietis cogitationibus in mente fatigemur. *Iob.* 17. *d.* Mater etiam relinquenda propter euangelium, *aa* eſt patria nutrix. *Matth.* 19. *d.*

Corruptio.

Patria.

Peccatum originale. Mater Agag, dicitur *bb* culpa originalis, quæ ſenſum carnis & inordinatos motus producit: Et fit ſine liberis, quum omnes praui motus interimuntur. 1. *Reg.* 15. *g.* De hac dicitur. *Rom.* 7. *c.* Non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.

Iniquitas.

Hæreſiarcha. Mater peccatoris dicitur *cc* poteſtas malorum, & iniquitas, & infidelitas. *Pſalm.* 108. *Matth.* 10. *d.* 14. *a.* Et mater alliditur ſuper filios, *dd* cùm congregatio hæreticorum cum ipſis hæreſiarchis & erroribus ſimul pereunt. *Hoſe.* 10. *d.*

Hæreſes.

Tutela. Mater pro tutela. *Iud.* 5. *a.* Surgeret mater in Iſraël.

Materia.

MATERIA dicitur, ex qua aliquid fit, vt materia domus ſunt lapides & ligna, & cætera. 4. *Regum.* 6. *a. Sapien.* 11. *c.* 15. *c.*

Matertera.

Socij parentum. MATERTERA, digitur *ee* matris ſoror, quaſi mater altera, eius turpitudo non eſt reuelanda. *Leuit.* 29. *c.* Et deſignat ſocios parentum, qui ſunt ignominia afficiendi.

Mathanaim.

MATHANAIM, id eſt, *ff* munera eorum, ciuitas Moab contra Arnon, ad quam venerunt filij Iſraël poſt locum putei Arnon. De puteo veniunt ad offerenda munera, quia ex cognitione Dei, offerunt credentes fidem & timorem per liberum arbitrium. *Num.* 21. *d.*

Matrimonium, Coniugium, Connubium.

MATRIMONIVM, eſt maris & fœminæ coniugatio, qua mutuò ligantur ad perpetuam vitæ ſocietatem.

Coniunctio Chriſti & Eccleſiæ. Matrimonium quo relinquitur pater, & mater, & adhæretur vxori, typus eſt *gg* coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ. Reliquit Chriſtus Patrem, hoc eſt, non apparuit in natura Patris, & matrem, nempe ſynagogam, & adhæſit vxori, hoc eſt, Eccleſiæ, & ſunt duo in carne vna, quia ex Chriſto capite & Eccleſia fit vnum corpus. Sic etiam eſt coniunctio Chriſti cum anima. Hæc ſignificauit coniugium Iſaac cum Rebecca. *Gene.* 26. *b.* 29. *d.*

Conſuetudo peccandi. Coniugium Sichen, cum Dina, ſignificat *hh* colligationem in perſeuerantia peccati, quod optabat Sichen. *Geneſis* 34. *b.*

Conſenſus cũ infidelibus. Connubia cum alienigenis, deſignant *ii* conſenſum cum hæreticis. *Gene.* 34. *b. Io.* 23. *c.* Ideò non ſunt contrahenda.

Matthathias.

MATTHATHIAS, id eſt, donũ Domini, ſacerdos, pater Iudæ Machabæi, qui inſurrexit contra idololatrantes, & defendit legem Dei. 1. *Mich.* 2. *a.*

Matthæus.

MATTHÆVS, id eſt, donatus, Apoſtolus & Euangeliſta, vocatus à Chriſto, cùm ſederet in telonio. *Matth.* 9. *a.* typus & exemplum eſt peccatorum conuerſorum.

a *Gre.* 14. *m.* 27.
b *Gre. ſ.* 1. *Re.* 7.
c *Ter. de carna Chriſti. Hil. ſ. Matth. Can.* 12. *Gre.* 2. *mor.* 31. *& hom.* 3. *Ori. ſ. Exod. h.* 2.
d *Hie. ſ. Mat.* 12. *Ber. ſe. omnium ſanctorum. Galat. lib.* 2. *cap.* 5.
e *Ori. ſ. Cant. hom.* 1. *Bern. ſ. Can. ſer.* 79.
f *Hie. ſ. Ho.* 4.
g *Rup. ſ. Luc.* 13.
h *Am. de inſt. vir.* 16. *Gre. ſ. Can.* 3. *Ruper. ſ.* 14.
i *Ori. ſ. Leui hom.* 11. *& ſ. Cant. hom.* 2. *& ſ. Mart. h.* 7.
k *Hil. ſ. Matt.* 12. *Gre. hom.* 3.
l *Ambroſ. de Iſaac.* 5. *Bed. ſ. Prou.* 1.
m *Gre. ſ. Can.* 6. *Iſye. ſ. Leu.* 22.
n *Arn. ſ. pſal.* 112. *Amb. ſ. Luc.* 2. *Hie. ſ. Iſa.* 22. *Gre. ſ.* 1. *Re.* 2. *ſ. Ca.* 1. *Iſye. ſ. Leu.* 22. *Bed. ſup. Exod.* 20. *& ſ. Prouerb.* 1
o *Ruper.* 2. *ſe. Ioan.*
p *Ambr.* 3. *de virgin. Gre. ſ.* 1. *Reg.* 2.
q *Iſye. ſ. Leui.* 12. 22.
r *Bed. ſ. Gene.* 24.
ſ *Hie. ſ. pſalm.* 26. *Aug. ſ. pſ.* 26. 138. *Glo. ord. ſup. Thre.* 2.
t *Ori. ſ. Mat. hom.* 35. *Hil. ſ. Mat. Can.* 20.
u *Hie. ſ. Eze.* 16.
x *Iſye. ſ. Leu.* 18.
y *Ori. ſ. Iob.* 1.
z *Gre.* 13. *m.* 21. *& 2. mor.* 17.
aa *Cle. Alex.* 4. *ſtrom.*
bb *Gre. ſ.* 1. *Regum.* 15.
cc *Arn. ſ. pſa.* 108. *Hilar. ſ. Matth. Can.* 10. 14.

dd *Hie. ſ. Hoſ.* 10. ee *Glo. ord. ſ. Le.* 20. ff *Or. ſ. Nu. ho.* 20. gg *Ori. ſ. Num. hom.* 20. hh *Lyr. ſ. Ge.* 34. ii *Gl. in ſ. Ge.* 24.

Digitized by Google

Matthias.

MATTHIAS, id est, donum Domini, erat vnus è Septuaginta discipulis Christi, qui coaptatus est in Apostolatum loco Iudæ. *Actor. 1. d.*

Maturus, Maturitas, Immaturus.

MATVRVM dicitur quod neque crudum, neque acerbum, neque nimium coctum, sed suo tempore temperatum prouenit, & propriè de fructibus dicitur.

Maturæ vitæ designant *a* perfectos, & opera perfecta. *Gen. 40. b.* Et maturitas autumni, significat opera perfecta, quibus à Deo præmium dabitur. *Isa. 28. a.* Arescunt autem antequàm maturescant, qui pereunt antequàm bene operentur. *Isa. 3. e.* Et immatura perfectio significat *b* opera inepta ad consequendam vitam æternam. *Isa. 18. c.*

Maturitas est, *c* cùm in iuuentute senum opera exercentur. *Psalm. 118.* Præueni in maturitate. Sed ibi potius legendum est præueni in immaturitate, hoc est, hora importuna. Et potest designare illa immaturitas vel tempus huius vitæ, vt maturitas sit in futura vita, vel tempus ante aduentum Christi.

Maturuisse dicitur messis cùm *d* completa est malitia, vt puniri debeat. *Ioel. 3. c.* Quod erit tempore iudicij. Et maturæ vuæ erant Iudæi puniendi in destructione Hierusalem. *Apoc. 14. d.*

Mausoleum, vide Sepelire.

Mederi, Medicus, Medicina, Medicamentum.

MEDERI, est morbo remedium afferre. Medicus autem est, qui medendi artem nouit. Medicina verò, ipsam artem significat: & interdum est idem quod medicamentum, quod hominibus, ac etiam cæteris animantibus curandi gratia adhibetur.

Medicus dicitur *e* Christus saluator noster, qui curat verbis, non herbis, & etiam solo nutu & voluntate: & quandoque curat adhibitis contrariis, quandoque similibus. *Isa. 61. a.*

Medici dicuntur *f* doctores, animi defectus curantes. *Gen. 50. a. Exod. 21. b. Isa. 3. b. Iere. 8. g.* Hi autem medici non suscitant mortuos in peccato, sed solùm tanquam ministri præcepta salutis proponunt. *Psal. 87.*

Medici etiam *g* sunt leges, & magistratus legitimi: vt senatores, & iudices, & vt medicus curat quicquid ad sanitatem conducit, ita debent præsides & magistratus curare quicquid ad bonos mores facit.

Medici non suscitantes, *h* sunt Philosophi non curantes animas. *Isa. 26. c.* iuxta Septuaginta. *Psal. 87.* In hos medicos expenderat mulier substantiam, & non fuit curata. *Luc. 8. f.*

Medicina animi, est *i* sapientia, quæ liberat animam à perturbationibus: & etiam verbum Dei, animam & corpus sanans: & præterea lachrymæ pœnitentiæ. *Isa. 1. b.* Ad medicinam valebant folia arborum templi: quia doctrina moralis curat animam. *Ezech. 47. c.* Medicamenta etiam erant in prophetis, & in lege, & demum omnia præcepta: sed hoc medicamentum ante aduentum Christi non erat medicatum, sed aduenientе Domino est medicatum. *Psalm. 57.*

Meditari, Præmeditari.

MEDITARI, est quasi medio animo versare, & mente pertractare, interdum verò est exercere & conari. Meditatio autem, est ipsa commentatio vel exercitatio.

Meditatio Isaac in agro, *k* passionem & labores Christi in hoc mundo adumbrauit, & etiam pugnam contra diabolum. *Gen. 24. g.* Potest exercitationem contemplationis significare.

Meditatur os iusti sapientiam, *l* cùm bonus & fidelis loquitur de Christo. *Psalm. 36.* Meditatur autem in corde prudentiam, vt ós habeat quod loquatur. *Psalm. 48.*

Meditari in lege Domini die ac nocte, *m* est secundùm legem Dei semper operari, & omnia in laudem Dei facere. *Psalm. 1. 62. 1. Cor. 10. a.* Et meditari in operibus Dei, est creationem Adæ & reliqua Dei opera contemplari. *Psalm. 142.*

Meditatur sedens in domo, & ambulans, &c. *n* qui in Ecclesia loquitur, & docet, ac operatur, quæ ad ædificationem faciunt. *Deut. 6. b.*

Meditatur timorem, *o* qui cùm omnia fuerit consequutus, indignum se tamen semper reputat coram Domino. *Isaiæ 33. c.*

Meditatur vt columba, *p* qui pro peccatis gemit. *Isa. 38. c.* Meditantur quoque Iudæi vt columba, quum loquuntur & perstrepunt verba legis, quæ minimè intelligunt. *Isa. 59. b.*

Meditantes inania populi, *q* fuerunt Iudæi distinguentes carnales obseruationes, & exercentes traditiones humanas: vel meditati sunt inania, quando Christum persequebantur, & falsa contra eum excogitabant testimonia. *Psalm. 2.* Hæ dicuntur meditationes Iudæorum aduersus Christum. *Thren. 3. g.* Meditabantur etiam dolos contra Christum ante & post eius mortem. *Psalm. 37.* dicuntur quoque meditari dolos, qui mala suggerunt sub boni specie.

Meditatur iniquitatem in cubili suo, *r* qui eam tractat in corde. *Psalm. 35.*

Meditati dies sicut aranea sunt, *s* cùm sic transiuit tempus, vt opus aranex. *Psalm. 97.*

Meditatus dicitur Dominus in spiritu suo duro *t* quando loquutus est, vt durè puniret Iudæos. *Isa. 27. b.* vel iuxta Septuaginta, meditatus est populus Israël interficere Apostolos, vt delerent memoriam Christi.

Medium, Medietas, vide Dimidium.

Medius, Medium, Mediator.

MEDIVM dicitur, quod æqualiter distat ab extremis. Mediator autem est, qui inter aliquos medius est ad constituendam pacem, aut aliud pactum. Medius etiam dicitur communis. 3. *Reg. 6. a.* Ostium lateris medij in pariete erat. Manifestus. *Exod. 11. b.* Media nocte ingredietur Ægyptum. Medium autem, consortium. *Num. 16. c.* Perierunt de medio multitudinis. Conspectus. *Deut. 13. a. 22. c.* Auferes malum de medio tui. Pars. *Exod. 3. a.* Vocauit eum de medio rubi. In medio quoque, in conspectu, in consortio. Item vt dux. 1. *Regum 10. d.* Stetitque in medio populi. Inter alios. *Ierem. 29. b.* Qui sunt in medio vestrum. Vnus ex illis. 3. *Regu. 3. b.* Seruus tuus in medio est populi tui.

Medium præcipuè competit *u* Christo: de quo *Ioan. 1. d.* Medius vestrum stat, quem vos nescitis. Et in medio paradisi arbor, est Christus, qui est media persona in Trinitate. *Gen. 2. b.* Ipse est in medio duorum animalium, hoc est, duorum populorum, *Haba. 3. a.* Et Aaron stans in medio multitudinis, ad placandum Deum, designat Christũ, qui operatus est salutem in medio terræ. *Num. 16. g.* Et ipse filius Dei dicitur mediator ante incarnationem, quando loquebatur per Angelos: sed non est dictus homo mediator, nisi post incarnationem. *Galat. 3. d.* In medio Ecclesiæ laudat Christus patrem, *x* quia ipse mediator medium tenet. *Psalm. 21. 83.* In medio captiuorum existens Ezechiel, designat Christum inter peccatores conuersantem. Sic in medio existit princeps, hoc est, Christus. *Exec. 1. 34. f. 46. c.* Et de medio Israël productus princeps, designat Christum de genere Israel. *Ier. 30. d. Soph. 3. d. Agg. 2. a. Zach. 2. d.* Sic in medio fratrum vngitur Dauid. 1. *Reg. 16. c.* designans Christum, qui etiam dicitur esse in medio *y* per incarnationem. *Ioel. 2. f.*

In medio duorum Cherubim dicitur esse Deus, *z* secundùm quod ab angelis visione beatifica videtur. *Exod. 25. b.*

Medium electi, significat incarnationem Christi, vbi sunt quatuor animalia, hoc est, quatuor Euangelistæ fidem incarnationis prædicantes: *Ezech. 1. b.* Medium autem annorum, *aa* tempus significat aduentus Christi. *Haba. 3. a.* vel iuxta Septuaginta, medium duorum animalium, vbi cognitus est Christus, fuit in passione, quando cognitus est inter duos latrones, vel inter populos in eius passione concurrentes. Media nox designat *bb* occultum tempus aduentus Christi, vel tempus iudicij, quando veniet nullo sentiente, aut sperante. *Matth. 25. a. Marc. 13. d. Luc. 11. a. Exo. 11. a. 12. d.* Medium etiam annorum, est tempus passionis Christi, quod erat triginta trium annorum, quod est medium vitæ humanæ.

In medio dicuntur esse, *cc* quæ omnibus anteponimus, atque iubentur dij alieni de medio abiici. *Gen. 35. a.* Vt videlicet, nihil præferamus Deo, sed ipsum in medio constituamus. Ita sanctuarium ponitur in medio, vt cultus Dei cæteris proponatur. *Ezech. 48.*

Medium

a *Ambros. 3. Exaem. 12.*
b *Hie. s. Is. 18.*
c *Ambr. s. ps. 118. ser. 19. Aug. s. ps. 118*
d *Hie. s. Ioe. 3. Ru. s. Io. 3. & 9. s. Apoc.*
e *Ori. s. Le. ho. 8. & s. ps. 37. hom. 1. Aug. 1. doctr. Christi. 14.*
f *Bas. de reg. fus. 55. Hie. s. Is. 3. Au. s. ps. 87.*
g *Phi. de Iose.*
h *Hie. s. Is. 26 Isyc. s. Le. 15.*
i *Cle. Ale. 1. ped. 2. Hie. s. Is. 1. & s. Ez. 47. Au. s. ps. 57.*
k *Hil. s. ps. 54 Aug. ser. 75. Phi. 2. allego.*
l *Ori. s. ps. 36. hom. 5. Basil. ps. 48.*
m *Hila. s. ps. 1. 148.*
n *Ori. s. ps. 36. hom. 5.*
o *Hie. s. Is. 33.*
p *Hie. s. Is. 38. 59.*
q *Ar. & Hil. s. ps. 1. Bas. & Au. s. ps. 17.*
r *Au. s. ps. 35.*
s *Hie. s. Cypr.*
t *Hie. s. Is. 27.*
u *Tert. adue. Mar. 4. Ori. s. Nu. ho. 3. 9. & s. Ez. hom. 1. Hie. s. Ier. 30. & s. Gal. 3.*
x *Au. ep. 120. Geo. Ve. Can. 2. 20. 1. cap. 4. & 20. 8. per totum.*
y *Ru. s. Ioe. 2.*
z *Gl. or. sup. Exod. 25. Gre. s. Ez. h. 2.*
aa *Hie. s. Ha. 3. Au. 18. ci. Dei 32. & ep. 120. & de verbis Domini ser. 22. Gr. hom. 12.*
bb *Ori. s. Mat. ho. 30. 31. 32 Ru. s. Hab. 3.*
cc *Glo. in su. Geneſ. 35.*

Perfecti. Perfecta opera. Iuuentus senilis.

Completa malitia.

Christus. Doctores.

Leges & magistratus.

Philosophi. Sapientia. Verbum Dei. Lachryma.

Passio Christi Contemplatio. Loqui de Christo. Operari secũdum legem Dei. Loqui & operari ad ædificationem. Cognitio propriæ infirmitatis. Gemens pro peccatis. Loquentes Iudai legem sine intellectu. Exercẽtes Iudai traditiones. Cogitantes contra Christum. Tractans malum in decor. Transeuntes facilè dies. Decernens Deus punire Iudæos.

Christus.

Beatificans Deus. Incarnatio. Tempus incarnationis. Tempus iudicij. Tempus passionis Christi. Prælata omnibus.

Digitized by Google

Conſcientia. Cor.

Medium in quo eſt Deus, dicitur *a* conſcientia, & ipſum cor: quod etiam eſt medium vniuſcuiuſque. *Exod.* 23. *d.* 25. *a.* 1. *Reg.* 7. *a. Pſalm.* 45. *Matth.* 18. *c.* Et medium ferculi Salomonis ſtratum charitate, eſt cor Chriſti. *Cant.* 3. *d.* In medio hominis conteritur cor, cùm verè dolet. *Iere.* 23. *b.* Medium quoque altaris, cor hominis ſignificare poteſt *Exod.* 38. *a.*

Eccleſia. Status perfectionis.

Medium terræ Ægypti, aut etiam medium terræ *b* Eccleſiam ſignificare poteſt. *Iſa.* 19. *c. Exod.* 9. *f. Pſalm.* 73. 134. 136. Et medium camporum, vbi aperit Deus fontes, eſt Eccleſia ex gentibus, *Iſa.* 41. *e.* Et habitans Raab in medio filiorum Iſraël, deſignat gentiles habitantes in Chriſto, vel in Eccleſia, cuius medium eſt Chriſtus. *Ioſ.* 6. *d.* Et medium Hieruſalem, eſt medium Eccleſiæ, ſeu locus publicus in Eccleſia, aut etiam ſtatus perfectionis. *Pſalm.* 11. *Ier.* 6. *a. Zach.* 2. *b.* 8. *b.*

Vitæ communis.

Medium filiorum Iſraël vitam communem Chriſtianorum ſignificare poteſt. *Exod.* 28. *a.* 31. *c.* Et media ferculi Salomonis ſunt, *c* qui ad mediocrem vitam fidelium in Eccleſia pertinent, quæ ſunt conſtrata charitate: quia mediocribus ſufficit charitas. *Cant.* 3. *d.* In medio populi ſtans Saul, deſignat prælati exempla omnibus debere eſſe conſpicua. 1. *Reg.* 10. *d.* Itidem in medio vineæ turris, deſignat exempla Apoſtolorum & Prophetarum omnibus expoſita. *Iſa.* 5. *a.* In medio populi Dei ædificantur, qui facti pars Eccleſiæ proficiunt in ea. *Iere.* 12. *d.* Inter medium montium pertranſeunt aquæ, *d* cum prædicatores exponunt doctrinam tanquam omnibus communem. *Pſalm.* 103.

Fiducia diuinæ pietatis.

Medium Iordanis, in quo ſtetit arca. *Ioſu.* 3. deſignat *e* fiduciam diuinæ pietatis, cui pedem ſpei figere debemus.

Puniens Deus

In medio populi aſcendit Deus *f* puniendo. *Exod.* 33. *a.* Et in medio alicuius dicuntur eſſe abominationes, cùm ſecundùm eius caſtigatur. *Ezech.* 7. *b.* Et vſque ad medium colli dicitur peruenire torrens, quum ira Dei plenè aliquem comprehendit. *Iſa.* 30. *f.*

Tentationes.

Medium maris & medij fluctus, deſignant *g* vim tentationum. Illi autem ambulat per medium maris, qui inter tentationes non declinant ad dexteram, neque ad ſiniſtram. *Exod.* 14. *e.* 15. *c. Prou.* 30. *c. Iſa.* 63. *c. Matth.* 14. *c.* Et media nox, eſt tempus grauis tribulationis in qua ſurgendum eſt ad confitendum Domino. *Exod.* 11. *a.* 12. *d. Pſa.* 118. Medium etiam catulorum leonum, fuit *h* grauis tribulatio Chriſti. *Pſal.* 56. Medium autem tribulationis ipſam grauitatem tribulationis ſignificat. *Pſal.* 137. Media hoſtium caſtra ingreditur Saul, quum *i* prædicator in mediis tentationum fluctibus mentibus auditorum ſubuenit. 1. *Reg.* 11. *c.*

Medium vitæ humanæ.

Media nox ſignificare poteſt *k* medium vitæ humanæ tenebroſæ, & altitudinem remiſſionis & negligentiæ, & profundam mentis cæcitatem *Iob.* 24. *c. Matth.* 25. *a.*

Negligentia.

Peccatum.

Medium rubi deſignat *l* peccatum & mortalem infirmitatem. *Exo.* 3. *a.* Et medium Ægypti & Babylonis, ſignificat ſtatum profundum peccati, & medium miſeriarum huius ſeculi inter ſeculares confuſiones. *Exod.* 3. *g.* 7. *a. Pſalm.* 134. 135. 136. *Ierc.* 50. *b.* 51. *e.*

Miſeria huius ſeculi.

Medium hyacinthinæ tunicæ deſignat *m* initium perfectum. *Exod.* 28. *e.* 39. *d.* vel primordium boni operis.

Primordium boni operis.

Per medium caſtrorum ire, eſt *n* æqualiter iuſtitiam ſeruare. *Exod.* 32. *f.*

Æqualitas iuſtitiæ.

Medium ſortium filiorum Iſraël, deſignat *o* medium duorum teſtamentorum. *Leu.* 16. *c. Pſalm.* 67., medium quoque animalium deſignat doctrinam ſpiritualem incluſam in litera. *Ezech.* 1. *d. Haba.* 3. *a.* Et medium domus Iacob dici poteſt lex & Propheræ. *Iſa.* 29. *g.*

Medium duorum teſtamentorum.

Media arbor paradiſi, vbi ſe abſcondit Adam, deſignat *p* intellectum proprium, cui fidit, qui negat vniuerſalem. *Gen.* 3. *b.*

Intellectus.

Medium terræ ſignificare poteſt *q* vitam in corpore: & operatus eſt Chriſtus ſalutem in medio terræ, hoc eſt, in aſſumpto corpore: vel in vtero Virginis, vel in Hieruſalem. *Pſal.* 73. dicitur etiam Hieruſalem poſita in medio gentium, *r* quia ſita eſt in medio terræ. *Ezech.* 5. *b.*

Vita in corpore.

Media hora ſilentij, deſignat quietem contemplationis, quæ breuis eſt in hac vita. *Apoc.* 8. *a.*

Quies contemplationis.

Medium Amalec, *s* turpem & libidinoſam vitam ſignificat. 1. *Reg.* 15. *b.* De medio quoque armenti comedere dicuntur vitulum, *t* qui delitiis vacant. *Amos* 6. *b.*

Vita turpis.

Medium dierum perdicis, *u* proſperitatem huius ſeculi ſignificare poteſt. *Iere.* 17. *b.*

Proſperitas ſeculi.

Medius paries inter Iudæos & gentiles, erat *x* inimicitiæ propter diuerſum cultum. *Ephe.* 2. *c.*

Inimicitia.

Medium ventris Chriſti, dici poſſunt *y* corda carnalium in Eccleſia: quibus etiam nota ſunt myſteria ſacræ ſcripturæ. *Pſalm.* 21. Medium verbum dicitur cor, quod eſt in pectore. *Hoſ.* 21. *a.*

Corda carnalia.

In medio dicitur ſtare, qui aliis ſupereminet: vt Iezonias in medio colentium idola, oſtenditur eſſe *z* eorum principes in colendis idolis. *Ezech.* 8. *e.*

Cor.

Princeps.

In medio lapidum ignitorum dicitur ambulaſſe Lucifer: *aa* quia inter Angelos, à quorum conſortio fuit eiectus. *Ezech.* 28. *d.* Et dicitur nunc draco in medio fluminum cubare: quia diabolus omnibus fauet & vitiis & erroribus. *Ezech.* 29. *a.* Medium autem oris Leuiathan, ſunt verba *bb* diaboli calliditatis plena: & in medium oris intrat, qui calliditatis eius verba penetrat: vt nequaquam penſetur qui reſonent, ſed quò intendant. *Iob.* 41. *a.* Idem deſignabit medium dentium. *Zach.* 9. *b.*

Lucifer inter Angelos.

Mitti in infernum.

Non dimidiant dies ſuos viri ſanguinum. *Pſa.* 54. quia *cc* tolluntur in infernum hæretici: vt perdix, quæ congregauit, quæ non peperit. Vel non dimidiant dies ſuos, qui ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis, non conferunt vel vitæ ſuæ particulam.

Arbitrium iuramentum.

In medio dicitur poni iuſiurãdum inter litigantes: quia per ipſum tanquam arbitrium diſſoluuntur controuerſiæ, *Exod.* 22. *b.*

Mens.

Medium tabularum tabernaculi, per quod tranſeunt vectes. *Exod.* 26. *e.* 36. *d.* deſignare poteſt mentem, in qua recipitur lex.

Opera perfecta.

Medium malorum granatorum. *Exod.* 28. *f.* deſignat opera *dd* perfecta, quæ prædicatione ornantur.

Medulla.

MEDVLLA, *ee* eſt excrementum concoctum ſanguinei alimenti, quod in oſſa, aut in ſpinam diſtribuitur: non tamen omnia oſſa medullam habent. Sumitur quandoque pro eo quod intra aliquam rem continetur: interdum verò pro pinguedine.

Chriſtus. Apoſtoli.

Medulla cedri, quàm plantauit Deus, dicitur *ff* eſſe Chriſtus. *Ezech.* 17. *g.* Idem dicitur medulla tritici. *Deut.* 32. *c.*

Medulla cedri. *Ezech.* 17. *a.* quantum ad allegoriam literalem, dicebatur *gg* Ieconias, rex Iudæ, vel etiam nobilitas regni Iudæorum. Quantum verò ad myſticum intellectum ſignificantur Apoſtoli & perfectiores in Eccleſia.

Sacrificium cum charitate, & lachrymis.

Medullata holocauſta dicuntur *hh* ſacrificia cordis & oris, quæ fiunt cum charitate. *Pſal.* 65. *Iſa.* 25. *c.* 34. *b. Heb.* 4. *c.* Quiſquis bonum opus agit, ſed omnipotentis Dei amore atque deſiderio flere neſcit, holocauſtum habet, ſed medullam holocauſtum non habet. Qui verò bona operatur & viſioni iam creatoris inhiat, atque ad æterna contemplationis gaudia peruenire feſtinat, ſeque ipſum ex amore quo accenditur, in fletibus mactat, holocauſta medullata offert Domino.

Diuitiæ.

Medulla terræ Ægypti, quam eſurierant filij Iſraël, ſignificare poteſt *ii* diuitias, quæ dicuntur medullæ diuitis quibus oſſa eius, hoc eſt, potentia vel dignitas irrigantur. *Gen.* 45. *c. Num.* 18. *b. Iob.* 21. *c.*

Intentiones.

Medullæ dici poſſunt *kk* intentiones, quas diſcernit ſermo Dei. *Heb.* 4. *c.*

Angeli. Prædicatores.

Medus.

MEDVS, id eſt, *ll* menſura, vel abundans, ſiue indumentum, ſeu à potente, vel forti: Hebraicè *Madai*: ſunt populi iuxta Perſas: qui vt fuerunt miniſtri Dei contra Chaldæos, ſignificant Angelos, vel prædicatores miniſtros Dei, & adiutores fidelium ad expugnandos dæmones. *Iſa.* 13. *c.*

Aſtrologia.

Mel, vide Fauus.

Melcha.

MELCHA, id eſt, regina, vel conſiliatrix, vxor Nachor. Ponitur in typum *mm* Aſtrologiæ, quæ iungitur Nachor, hoc eſt, habenti ſcientiam ocioſam. *Gen.* 11. *d.*

a *Baſ. & Au. ſ. pſal.* 45. *Hil. ſ. Matth. Can.* 18. *Gre. ſ.* 1. *Re.* 7.
b *Aug. ſ. pſal.* 73. *Hie. ſ. Iſa.* 41. *& ſ. Iere.* 6. *Ori. ſ. Ier. hom.* 2. *Baſ. ſ. pſalm.* 115.
c *Gen. ſ. Can.* 3. *& ſ. Ezech. hom.* 15. *& ſ.* 1. *Re.* 10. *Am.* 3. *Exae.* 12.
d *Aug. ſ. pſal.* 103.
e *Ricar. de S. Victor. de extermin. mali.* 35.
f *Gl. in ſ. Exo.* 33.
g *Ori. ſ. Exod. ho.* 6. *& ſuper Matth. cap.* 14. *Amb. de Salo. & ſ. pſa.* 118. *ſerm.* 8. *Au.* 83. *q.* 59.
h *Hil. ſ. pſ.* 56.
i *Gre. ſ.* 1. *Re.* 11.
k *Hie. ſ. Iob.* 34.
l *Orig. ſ. Iere. hom.* 2. *Hil. ſ. pſalm.* 134. 136.
m *Gloſ. ord. ſ. Exod.* 28.
n *Gloſ. inter. Exod.* 32.
o *Arn. ſ. pſal.* 67. *Hie. ſ. Ez.* 1.
p *Phil.* 2. *alle.*
q *Au.* 17. *ciui. Dei.* 4. *Hie. ſ. pſa.* 73. *& ſ. Ezech.* 5. *Euc. q. in pſ.*
r *Gre. ſ. Ezec. hom.* 14.
ſ *Gre. ſ.* 1. *Reg.* 15.
t *Gre. ſ. Amos* 6.
u *Orig. ſ. Iere. hom.* 4.
x *Amb. ſ. Eph.* 2.
y *Au. epi.* 120. *Rup. ſ. Hoſ.* 2.
z *Hie. ſ. Ezec.* 8.
aa *Hie. ſ. Eze.* 28.
bb *Gre.* 33. *m.* 28.
cc *Au. ſ. pſal.* 56. *Euc. q. in pſalm.*
dd *Glo. ord. ſu. Exod.* 28.
ee *Arift.* 3. *de hiſt. anim.* 8.
ff *Hie. ſ. Ezec.* 17.
gg *Ori. ſ. Exe.* 11. 12. *Hie. ſ. Ezech.* 17.
hh *Gre.* 31. *mor.* 33. *Arn. & Au. ſ. pſal.* 65. *Gre. ſ. Ezec. hom.* 20.

ii *Gre.* 15. *mo.* 25. kk *Gre. ſ. Eze. hom.* 21. ll *Hie. ſ. Iſa.* 13. mm *Phil. de congreſ. &c.*

Digitized by Google

Melchisedec.

MELCHISEDEC, id est, rex iustitiæ, est nomen appellatiuum: quia proprium est Sem, filius Noe: fuit rex Salem, qui obtulit in sacrificium panem & vinum, & benedixit Abrahæ. *Gen.* 14. *d.* Manifestam gerit Christi *a* figuram. Primò, quia sine patre & matre scribitur, & Christus neque initium, neque finem dierum habet. Secundò, quia rex Salem, & Christus rex pacificus. Tertiò, quia rex iustitiæ, quod est proprium Christi. Quartò, quia rex & sacerdos, sicut & Christus. Quintò, quia panem & vinum obtulit in sacrificium apertè exprimens sacrificium corporis & sanguinis Christi. *Christus.*

a *Orig. s. Iosu. hom. 26. Am. 1. de Abra. 3. Hie. Euagrio. Aug. 16. ciui. Dei. 22. Geor. Ven. Can. 2. som. 3. cap. 10. Fulgenti. ad transimundum. 2.*

Melchisua.

MELCHISVA, id est, rex saluator, aut rex vel consilium saluatoris, vel salutis, siue rex magnificus, aut rex meus salus. Fuit filius Saulis. Designat *b* prædicatorem, qui est rex per authoritatem, salus per prædicationem salutarem, *meus* autem dicitur, vt sit singulorum per amorem. 1. *Reg.* 14. *g.* *Prædicator.*

b *Gre. s. 1. Re. 14.*

Melchom, Moloch.

MELCHOM, id est, rex eorum, vel consiliator eorum, fuit idolum filiorum Ammon, quod etiam dicitur Moloch. 4. *Reg.* 23. *c.* 1. *Par.* 20. *a. Iere.* 32. *f.* 49. *a. Soph.* 1. *b.* Typus est *c* auaritiæ, cui dant de semine suo, qui ei seruiunt. *Leu.* 18. *c.* designat etiam *d* authorem schismatis vel erroris. *Amos* 1. *d.* 5. *g.* *Auaritia. Author erroris.*

c *Isy. s. Leu. 18.* d *Hie. s. Iere. 32.*

Melech.

MELECH, iuxta Augustinum, interpretatur chorus, & designat *e* chorum fidelium, qui debent respondere Christo ipsum imitando. *Psalm.* 87. *In titulo.* *Chorus fidelium.*

e *Au. s. 87.*

Melior, vide Bonus.

Mello.

MELLO, id est, plenitudo, vel repletio, ciuitas quam ædificauit Salomon. 3. *Reg.* 9. *c.* 2. *Paralip.* 32. *a.* Aut potius est ambitus montis Sion, cuius fit mentio, quando Dauid cepit arcem Sion. 2. *Reg.* 5. *b.* Ponitur autem Mello ciuitas quædam in tribu Ephraim non longe à Sichen. *Iud.* 9. *a.*

Melota, vide Pellis.

Melodia, vide Canere.

Membrana.

MEMBRANA, est pellis exterior, quæ membra tegit, quamquam generaliter pro quauis tenui pellicula accipitur, in quacunque animalis parte sita. *Velamen Iudæorum.*

f *Glo. ord. su. Tobi.* 11.

Quasi membrana oui erat albugo in oculis Tobiæ. *Tob.* 11. *c.* designat *f* velamen Iudæorum, quo continentur à cognoscendo Christo, & à cognoscendis seipsis.

Membranæ Pauli, 2. *Tim.* 4. *c.* erant in quibus scribebat epistolas.

Membrum, Artus.

MEMBRANA, dicuntur singulæ corporis animalis partes, quæ sua nomina & officia sortiuntur: vt manus, & pes.

Membra in anima solent poni virtutes operatiuæ: vt in singulis eorum nominibus videri potest. *Virtutes operatiuæ.*

g *Ori. prol. su. Cant. Georg. Venet. Cant. 3. som. 7. cap. 13. Ori. s. Leu. hom. 7.*

Membra corporis varia, significant *g* diuersos gradus in Ecclesia, vnum corpus constituentes: & dicuntur membra Christi, qui est caput. *Rom.* 12. *b.* Et membra de membro, vel membra ex parte, & non ex toto sunt, quando anima concupiscit aduersus spiritum. 1. *Cor.* 6. *d.* 12. *b. Eph.* 4. *c.* 5. *g.* Membra quoque de membro dicuntur ij, qui in Christi Ecclesia ab aliis reguntur. Et artus Iob, sunt membra Ecclesiæ, quæ in nihilum rediguntur, *h* cùm infirmi peccant. *Iob*, 16. *a.* 17. *b.* *Gradus in ecclesia.*

h *Gre.* 13. *m.* 2. 18. *&* 14.

Membra hostiæ, siue vituli, siue agni cæsa, designare possunt *i* animam & corpus: Item intima mentis, & sensus corporis, & conuersationem singulorum, & opera virtutibus distincta. Item diuersos sensus ac sententias sacræ scripturæ. *Leu.* 1. *b. c.* 9. *c.* *Anima & corpus. Opera virtutum. Diuersi sensus scripturæ.*

i *Ori. s. Leu. hom.* 1.

Membra scandalizantia, quæ sunt abscindenda, sunt *k* homines conuincti nobis, vel voluntates animi à ratione dissidentes. *Matth.* 5. *d.* 15. *b.* *Coniuncti nobis. Voluntates.*

k *Ori. s. Mat. hom.* 5.

Membra quæ sunt super terram, & sunt mortificanda: sunt vitia, & praui habitus. *Colos.* 3. *a.* *Vitia.*

Membra longa aquilæ designant *l* principes Nabuchodonosor quantum ad allegoriam literalem. *Ezechiel.* 17. *a.* *Principes Nabuchodonosor.*

l *Hie. s. Exec. 17.*

Membra carnium Leuiathan. *Iob.* 21. *c.* sunt *m* ij, qui peruersè agentibus, & sese ad iniquitatem præcedentibus iunguntur. Sicut autem in spiritali Domini corpore membra de membro dicimus eos, qui in eius Ecclesia ab aliis reguntur, ita in illa Leuiathan reproba congregatione membra sunt carnium, qui in iniquo opere quibusdam se nequioribus iunguntur. *Cooperatores malum.*

m *Gre. 34. m. 3.*

Meminisse, Recordari, Reminisci, Rememorari.

Memoria, Memoriale, Memor.

MEMINISSE, est in mentem aliquid reuocare, aut retinere, quod & recordari dicitur quasi iterum cordi dare. Memoria autem est vis animi, per quam repetit illa, quæ præterierunt, quandoque autem est ipsa recordatio, seu actus memorandi. Memoriale verò est id, quod ad seruandam memoriam relictum, seu statutum est. Memor interdum est stans promissis. *Psal.* 105. Memor fuit testamenti sui. Gratificans. *Tob.* 3. *a.* Et nunc Domine memor esto mei. Iudicans. *Psalm.* 73. Memor esto impropriorum tuorum. Memoria verò fama. *Tsal.* 9. Periit memoria eorum cum sonitu. Gloria æterna. *Psalm.* 111. In memoria æterna erit iustus. Mentio. *Prou.* 10. *a.* Memoria iusti cum laudibus. Porrò memoria seu memoriale dicitur. Hebraicè *Zecher.*

Recordari seu meminisse attribuitur Deo per metaphoram, quum *n* miseretur, & aliquem liberat, aut cùm nos recordari facit, vt recordari dicitur fœderis per arcum in nubibus, quia facit nos per ipsum recordari. *Gen.* 8. *a.* 9. *b.* 19. *f. Exod.* 2. *d.* 3. *c.* 6. *a. Iere.* 31. *d. Thren.* 2. *a. Ezech.* 16. *g.* Et dicitur recordari dierum Mosis. *Isa.* 63. *c.* quando miseretur, sicut tempore Mosis. Recordari etiam dicitur, quum quod facit rogatur. *Gen.* 30. *c.* Recordatus Pharao ministerij pincernæ, designat *o* Deum miserentem. *Gen.* 40. *d.* Memor dicitur Deus verbi sui seruo suo, quum dignum facit aliquem, vt eius sit memor. *Psal.* 118. Mali autem dicuntur non esse in recordatione coram Deo, quando non eorum miseretur. *Iob.* 24. *b.* Et dicitur esse Deo memoria Tyri, quando conuertit peccatorem, qui conuersus, est memoriale coram Domino. *Isa.* 23. *d.* Et dicitur Deus memor hominis, nempe veteris, quasi longè positi, vt eum reducat, & renouet. *Psalm.* 8. dicitur etiam Deus recordatus misericordiæ in ira. *Haba.* 3. *a.* quando Christus in passione orauit pro Iudæis. Dicitur Deus non recordari *p* hominum Sanctorum per labia sua. *Psalm.* 15. quia nomina infidelitatis, aut perfectionis vetera, mutat in nomina fidelitatis, aut perfectionis noua: vt Abrahæ, & Apostolorum. *Misericordia Dei.*

n *Clary. s. Ge. hom. 26. 28. Hie. s. Isa. 63. Hil. s. psa. 117.* o *Au. 18. ciu. Dei. 32. & s. Psalm. 8, 87. Gre. 17. mor. 1.* p *Hie. s. psal. 15.* q *Gre. s. 1. Re. 1.*

Recordatus dicitur Dominus Annæ. 1. *Reg.* 1. *c.* quia *q* tunc venisse in memoriam Dei visa est Ecclesia gentium, quum per amoris gratiam, Verbo Dei coniuncta, in salutem visitata est. Sic recordatus est Hierusalem in deserto. *Iere.* 2. *a.* 15. *c.* Memor dicitur fuisse Rahab & Babylonis, quum *r* vocauit Gentes ad fidem. *Psa.* 86. *Vocatio gentium. Missio filij Dei.*

r *Ar. & Hie. s. psalm. 86.* s *Arn. s. psa. 8. Gre. 13. m. 9.*

Reminiscentia principis pincernarum de Ioseph. *Gen.* 41. *b.* designat missionem filij Dei in fine seculorum. Sic fuit memor hominis in humilitate, quum filius Dei factus est homo. Ita etiam fuit memor *s* Dauid. *Psa.* 8. 131. 136. Et dicitur Deus recordatus nominis Christi de ventre matris eius. *Isa.* 49. *a. Iob.* 14. *c.* *Castigatio Dei. Consideratio Dei cum iuritate cõscientia. Conuersio ad fidem. Seruare mandata.*

t *Hie. s. Is. 64. & s. Hos. 8. Hil. s. psal. 62. Bas. s. ps. 49. 44.* u *Hie. s. Isa. 28. 63. & s. Ezech. 6. & s. Amo. 6.*

Meminisse dicitur Deus iniquitatis malorum, *o* quum eam castigat, & punit: non meminisse verò, quum eam remittit. *Isa.* 64. *d. Hos.* 8. *d.* 9. *b.*

Recordari Dei super stratum, est *u* in puritate conscientiæ eius meminisse. *Psalm.* 62. Et recordantur Dei liberati, quum aliqui ex Iudæis vel hæreticis ad veram fidem conuertuntur. *Ezech.* 6. *b.* Memoria autem nominis Dei est per veram confessionem: quod est recordari in Deo nominis Dei. *Exod.* 20. *d. Leu.* 2. *d. Psalm.* 44. *Isa.* 26. *c.* iuxta Septuaginta. Reminiscuntur etiam Domini & miserationum eius, qui rectè operando eius seruant mandata. *Isaie* 62. *c.* 63. *b.* 94. *b.* Memoria etiam sanctitatis Dei, aut suauitatis eius, dicitur esse in nobis, quum facit nos Deus sui meminisse: qui prius eius obliti eramus. *Psalm.* 29. 144. Malo dicitur. *Amos* 6. *d.* Ne recorderis Domini: quia non decet illum proferre nomen Domini. Recordari Domini in anxietate, est in tribulatione ad

ipsum

Memoria passionis.
Recordari cælestis patriæ.
Recordari legis Dei.
Sacra scriptura.
Abolitio obseruantiæ literæ legis.
Non admirari antiqua miracula.
Memoria patriarcharum.
Labiis honorantes Deum.
Recordatio peccati.
Recitatio victoriæ martyrum.
Vestigia victoriæ martyrum.
Vestigia vitiorum.
Damnatio.
Hæreses.
Idola.
Memoria ebriorum.
Memoria mortis & iudicij.
Vnio Ecclesiæ cum Christo.
Sera pœnitentia.
Labilitas mũdanæ gloriæ.
Nolle ascendere à litera ad spiritum.
Non recordari redemptoris.
Sermo hæreticorum.
Vis probatiua cogitationum.
Voluntas.
Sacra scriptura.
Præceptæ.
Beneficia Dei.
Altare.
Christus.
Eucharistia.
Ecclesia.
Cœna.
Sacramenta noua legis.
Beneficia temporalia Dei.
Cor hominis.
Terra.

ipsum recurrere. *Ioan. 2. c. Zach. 10. d.* Recordatur Dei de terra Iordanis, *a* qui ex ipso baptismo memor est Dei humilians se. *Psalm. 41.*

Meminisse diei Phase *b* est recordari passionis Christi. *Exod. 13. a.* Memoria quoque sanctificandi sabbati, est solicitudo diuini cultus. *Exod. 20. b.*

Meminisse Hierusalem, *c* est recordari cælestis patriæ: vel considerare amissam patriam. *Psal. 136.* Idem erit recordari Sion, & terræ. *Isa. 10. c.* Rememoratio quoque diei sabbati dici potest contemplatio quietis perpetuæ. *Psalm. 37. in titulo.*

Recordari Sion, est *d* recordari legis Dei. *Psal. 136.* Et memoriale sacrificij est ipsa sacra scriptura: vel memoria scripturarum, vel perfecta Dei scientia: cuius semper memores erimus, quando illius erimus capaces: quæ nunquam destruitur. *Leu. 2. a. Psalm. 134. Isa. 26. b.*

Memoria excisa, *e* est litera legis non amplius obseruanda. *Isa. 26. e.* Et non meminisse priorum, est legem veterem quantum ad literalem obseruantiam aboleri. *Isa. 43. c.* Non recordabũtur arcæ Domini, dicebatur pro eo tempore, quo lex vetus erat cessatura.

Non meminisse priorum, *f* est non admirari antiqua miracula, succedente opere redemptionis per Christum factæ, quod omnia illa superat & obscurat. *Isa. 43. c.* Non erunt etiam in memoria priora: quando mala præsentis vitæ in fœlicitate cessabunt. *Isa. 65. c. Iob. 11. d.*

Memoriale erat filiis Israël coram Domino, *g* quum lapides erant in superhumerali pontificis eorum nominibus inscripti: vt videlicet vel ipsi recordarentur Dei, vel Deus eorum. *Exod. 28. b.* vel vt pontifex fidem, vitamque patriarcharum meminisset imitari: vt oraret pro duodecim tribubus: vt populus etiam sanctos imitaretur.

Rememoratio est *h* quum quis ad salutem commemorationem sui fieri desiderat: aut eorum ad pœnam, qui bonis semper infecti sunt: aut memoriam habeat peccati, qui vult ab eo mundari. *Psalm. 37. 69. in titulo.*

Recordantur Dei Israël non in veritate, *i* qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. *Isa. 48. a.*

Memor est dierum antiquorum, *k* qui recordatur peccati Adæ. *Psalm. 142.* Et non recordatur dierum adolescentiæ suæ, qui non aduertit priorem statum peccati. Recordatur autem viarum suarum is, quem peccati pœnitet: vnde & confunditur. *Ezech. 16. c. g.*

Memoria est iniquitatis patrum peccatoris, quando in *l* Ecclesia recitantur martyrum victoriæ. *Psal. 108.*

Memoria Amalech, quam Deus delet, *m* sunt vestigia vitiorum. *Exod. 17. d. Isa. 26. c.* Vbi septuaginta interpretes pro memoria dicunt, masculus, qui Hebraicè dicitur *Zach.* Deletur etiam memoria idolorum. *Zach. 13. a.* Et memoria malorum. *Psalm. 33. Iob. 18. d.*

Memoriale hæreticorum *n* est doctrina eorum erronea. *Isa. 47. b.* Et idola gentilium.

Recordari Pharaonem ministerij pincernæ, est *o* ebrios memores esse ministrorum vini. *Gen. 40. d.*

Recordari nouissimi, *p* est recogitare futura. *Isa. 47. b.* Et recordatur finis sui, qui considerat diem mortis & iudicij. *Thren. 1. c.*

Non recordatur Ecclesia ex gentibus opprobrij viduitatis suæ, *q* quia reiecto idolorum cultu non amplius est à Deo destituta. *Isa. 54. b.*

Recordari dicitur Hierusalem præuaricationis suæ, *r* quando serò iam anima in inferno recognoscit peccata sua. *Thren. 1. c.*

Memoria malorum comparatur cineri. *Iob. 13. b.* quia illic *s* ponitur, vbi ab aura rapiatur. Quantum libet enim quisque pro facienda gloria sui nominis elaboret, memoriam suam quasi cinerem ponit, quia hanc citius mortalitatis ventus rapit.

Non recordatur Tyrus fœderis fratrum suorum, *t* quum Iudæi aut hæretici nolunt ascendere à litera ad spiritum: nec curant præcepti, quo iubetur sacram scripturam describendam esse tripliciter. *Amos 1. c.*

Non recordantur viri pauperis, *u* qui ciuitatem liberauit: qui non recordantur Christi redemptoris. *Ecclesiast 9. d.*

Memphis.

Memphis, id est, *x* os ex ore: metropolis Ægypti. *Is. 19. b. Ier. 2. d. Eze. 30. c.* Hebraicè tamen scribitur *Noph*, quod interpretatur fauus, aut distillatio, vel eleuatio, aut cribrum. *Hos. 9. b.* scribitur *Moph.* Potest Memphis designare sermonem, in quo confidunt hæretici, vel ora hæreticorum, vnde profluunt errorum idola, sicut in Memphi maximè vigebat idololatriæ superstitio, & magorum vanitas.

Mendicare, Mendicus, quare Pauper.

Mens.

Mens, est princeps animæ facultas, quæ & intelligentia vocatur, qua homo cæteris præstat animantibus. Includit autem tam partem intellectiuam quàm voluntatem, sic vt aliquando pro intellectu sumatur, nonnunquam pro voluntate, quandoque autem vtrunque simul includat. Sumitur item pro memoria & ratione.

Quando dicitur tota mente diligendus esse Deus, *y* mens ibi dicit vim probatiuam cogitationum. *Matth. 22. d. Marc. 12. c.*

Mens pro voluntate sumitur. *Exod. 35. b.* Mente promptissima offerre Deo. Et *Leuit. 10. d.* Mens lugubris, qua non placetur Deo in ceremoniis.

Mensa.

Mensa est, ad quam accumbimus cibum sumpturi: quæ etiam deseruit ad scribendum & numerandum.

Mensa dici potest *z* sacra scriptura, & omnia in quibus spiritales cibi proponuntur, quæ mensa est spiritalis intelligentiæ claritate fœcunda. *Exod. 25. c. 30. c. 37. b. Leu. 24. a. Psalm. 22. 68. Isa. 23. b. Mal. 1. b. Matth. 15. c. Marc. 7. Luc. 22. c. Rom. 11. b.* Idem designant mensæ aureæ decem. *3. Reg. 7. g.* Quæ vel refectionem nobis verbi Dei, quasi panes propositionis offerunt. Vel in nobis exempla fidelium quasi positorum in se vasorum Domini, claritatem & miracula proponunt. Mensæ sedecim in templo, *aa* Prophetas designant, & quatuor mensæ lapideæ ad holocausta, significant Euangelistas. *Exech. 40. f.* Mensæ portæ interioris binæ ad singula latera, sic sunt distribuendæ, vt porta interior sit nouum testamentum, quæ habet in multitudine fidelium populorum duo latera, nempe dilectionem Dei & proximi. Binæ autem mensæ sunt hinc, & binæ inde, quia in dilectione Dei necessariò tenenda est fides & vita. In dilectione autem proximi summopere debet patientia & benignitas custoditi. Porta verò exterior, est vetus testamentum, quia habet duo latera, nempe spiritales patres & carnalem populum, in quibus singulis binæ sunt mensæ, quia in spiritalibus patribus habet doctrinam & prophetiã, in carnali populo circumcisionem & sacrificium. Mensa sapientiæ, quam proposuit, dici possunt *bb* eius præcepta, quæ in sacra scriptura continentur. *Prou. 9. a.* Mensa potentis significare potest sacram scripturam, & beneficia Dei. *Prou. 23. a.*

Mensa aliquando significat *cc* altare, in quo proponitur corpus Christi. *Psalm. 22. 127. Isaiæ 21. b.* Vnde & ipsum altare appellatur mensa. *Ezech. 41. d. Mala. 1. b.* Ipsum altare est mensa potentis. *Prouerb. 23. a.* Et ipse Christus est mensa, in qua panes depositi sunt, quibus omnes participatione corporis sui ad vitam æternam aluntur. *Exod. 25. c.*

Mensa, in qua erant panes propositionis, significat *dd* Ecclesiam, in qua proponuntur nobis dona Spiritus sancti. *Exod. 25. c. 30. c. 37. b. Leu. 24. a.* Ipsa etiam est mensa potentis. *Prou. 23. a.*

Mensa dicitur ipsa cœna. *1. Reg. 20. e.* Non venit ad mensam Regis.

Mensa in parte aquilonari templi, significat *ee* sacramenta nouæ legis, quæ mentem refrigerant, & vegetant. *Exod. 26. g. 35. b.* Data sunt autem gentibus.

Mensa præterea extra velum, & in parte aquilonari, designat *ff* temporalia Dei beneficia, vt temporale nutrimentum vitæ. Erat autem in parte septentrionali, quia septentrionales venti maximè vegetant, & in parte sinistra, quia temporalia ad sinistram pertinent. *Exod. 6. g. 35. b.*

Mensa quoque dicitur *gg* cor hominis, & quicunque habent panes Dei, & reficiunt ac pascunt, animas mensæ Dei dicuntur. *Leu. 24. a.*

a *Aug. s. psal. 41.*
b *Glo. int. sup. Exod. 13.*
c *Hil. & Aug. s. Psalm. 136. Hie. s. psalm. 37.*
d *Ori. s. Num. hom. 15. & s. Leu. hom. 4. Hil. s. psalm. 134. Isyc. s. Leu. 2.*
e *Hie. s. Isai. 22. 43.*
f *Hie. s. Isai. 43. Gre. 10. mor. 10.*
g *Glo. s. ord. su Exod. 28.*
h *Hil. s. psal 69. Orig. s. ps 37. hom. 1.*
i *Glo. ord. su. Isa. 48.*
k *Hil. s. psal. 142. Hie. s. Ezech. 16.*
l *Aug. s. psal. 108.*
m *Hie. s. Isa. 26. Gre. 14. m. 11.*
n *Glo. ord. su. Isa. 57.*
o *Phil. de temulentia.*
p *Glo. in. sup. Isa. 47.*
q *Gl. ord. sup. Isa. 54.*
r *Glo. ord. sup Thre. 1.*
s *Gre. 11. mo 17.*
t *Hie. su. Amos. 1.*
u *Hie. s. Eccle siasten. 9.*
x *Hie. s. Isa 19. s. Eze. 30*
y *Ori. s. Matt. hom. 23.*
z *Ori. s. Ex. h. 9. & s. Rom. 1. Hie. s. Isa. 23. & s. psal. 23. Gre. 17. mor. 14. Isy. s. Leu. 24. Beda s. Prouerb. 9.*
aa *Hie. s. Eze. 40. Gre. s. Ez. hom. 21.*
bb *Bas. in prin. Proœm. 1. in offi. 21. 32.*
cc *Arn. s. psal. 22. Hie. s. Isa. 21. Is. s. Le. 24. Cy. 4. s. Io. 28. Chry. s. psalm. 22.*
dd *Ori. s. Leu. hom. 13. Augu. s. Joan. tract. 47.*
ee *Glo. ord. su. Exod. 26.*
ff *Phil. quis rerũ diu. har. & de vita Mosis. 3.*
gg *Ori. s. Leu. hom. 13. & s. Num. hom. 5.*

Digitized by Google

Mensa in templo *a* erat sex cubitorum,& eius pedes quatuor erant circiter vnius cubiti & dimidij. Colligunt ergo omnes cubitos in numerum duodenarium, conuenienter ad duodecim mensium conuersionem quæ fit per circulum anni,quibus terra omnia producit & perficit, cum quatuor temporibus anni inita consuetudine. Tertiæ igitur imaginem mensa significat,quæ quatuor fulcitur pedibus,æstate, autumno,hyeme, vere:per quos annus ingreditur, quocirca dicit etiam mensam habere vngulas inflexas ac tortiles, aut quòd temporum conuersionibus omnia circumagantur,aut fortasse significabat terram,quam circumfluit Oceanus.

Mensa aliquādo sumitur *b* pro cælesti gloria,vt cùm *Iob.* 36.*c.* dicitur. Requies mensæ tuæ erit plena pinguedine. De hac *Psalm.* 16. Satiabor,dum manifestabitur gloria tua.

Mensa præterea dici potest *c* vnitas fidei,& concordia prædicationis. Hanc mensam proposuit mulier hospita Elisæi in cœnaculo ipsius Elisæi. 4. *Reg.* 4. *b.* Significat etiam scripturæ sacræ lectionem.

Mensæ numulariorum, *d* pecunias auarorum significare possunt:& etiam auditores Ecclesiæ:& doctrinam hæreticorum & Iudæorum:quas mensas subuertit Dominus. *Matth.* 21. *b. Marc.* 11. *b. Luc.* 19. *d. Is.* 28. *b.*

Mensæ etiam numulariorum,*e* sunt altaria Dei,quæ auaritia sacerdotum in mensas numulariorum conuertit. *Matth.* 21. *b.*

Mensa meretricis adumbrat altare idolorum,vel locum & fomenta voluptatum. *Ezech.* 23. *f.* Mensa autem prauorum fit coram ipsis in laqueum,*f* quum videntes & scientes amplectuntur peccata. *Isa.* 68.

Mensa fortunæ,*g* quam vltimo die anni & mensis vltimi ponebant Gentiles, refertam varij generis epulis, & poculo mulso mixto,vel præteriti anni,vel futuri fertilitatem auspicantes,ablationem diuinæ prouidentiæ indicabat. Qui enim fortunam colebant,diuinam negabant prouidentiam, *Isa.* 65. *b.*

Mensis, Menstruus.

Mensis,dicitur duodecima pars anni,qui quasi dimensa spacia conficiat,mensis nominatur. Et menstrua res dicitur,quæ est vnius mensis.

Mensis primus in mensibus anni, *h* initium gratiæ, seu legis gratiæ, & tempus aduentus Christi significare potest Erat autem mensis verni temporis. *Exod.* 12. *a.* 30. *c.* 40. *a. Ezech.* 45. *f.*

Mensis etiam secundus,quo celebratur secundum Pascha,*i* typus est nouæ legis,vnde in secundo mense datum est manna. *Exod.* 16. *a.* 2. *Paralip.* 30. *a.* Idem designat mensis nouarum frugum,& mensis primitiuorum. *Exod.* 13. *a.* 23. *b.*

Menses tres,quibus latuit Moses,*k* leges literæ, & naturæ & prophetiæ significarunt, in cuius fine Christus reuelatus est à synagoga in assumptione carnis. *Exod.* 2. *b.* Mensis etiam tertius egressionis de Ægypto,tempus legis gratiæ significat. *Exod.* 19. *a.*

Menses tres,quibus fuit arca in domo Obededom,designant tempus quo est Ecclesia in gentilitate, quousque Iudæi conuertantur. Est autem ibi per tres virtutes,fidem,spem,& charitatem. 1. *Reg.* 6. *b.* Designant etiam menses tres *l* mysterium Trinitatis. *Amos* 4. *b.*

Mensis septimus,*m* est tempus iudicij,quando personabunt tubæ ante iudicem,nec iam licebit operari. *Leu.* 23. *d.* Vnde & mensibus septem mundatur terra ab immunditia Gog,quia mense septimo fiebat festum tabernaculorum cum palmis,in signum victoriæ contra hæreticos & infideles. *Ezec.* 39. *c.*

Menses anni duodecim *n* Apostolos significare possunt Ecclesiam constituentes. *Iob.* 3. *b.* Vel designant diuersas Ecclesias,vel ordines angelorum,vel diuersas virtutum species.

Menses conceptus ceruarum, significare possunt *o* cogitationes Sanctorum, vel virtutes multiplicatas, quas Deus dinumerat. *Iob.* 39. *a.*

Ab vno mense vsque ad annum quintum,sunt *p* qui noui recentesque sunt in fide. *Leuit.* 27. *a.* de quibus dicitur. 1. *Petr.* 2. *a.* Quasi modò geniti infantes.

Mensis ex mense, *q* perpetuitatem fœlicitatis designat, & quòd erit mensis ex mense, quum à mense carnali transitur ad spiritualem. Et quum luna, quæ est Ecclesia, transibit à mutabilitate huius temporis ad splendorem cælestis patriæ,vbi fulgebit sicut Sol. Et mensis ex mense est,quum perfectioni, quæ nunc est in operatione,succedet perfectio,quæ erit in æterna requie. *Isa.* 66. *g.*

Menses pristini *r* dicuntur collectiones animarū intra Ecclesiā veritatis luce splendentes & perfectæ *Iob.* 29. *a.*

Mensis mulieris menstruatæ significat *s* prauas cogitationes. *Leuit.* 15. *c.*

Mensis deuorans,*t* est breue tempus huius vitæ,quo mali consumuntur. *Hos.* 5. *b.*

Menses vacuos dicitur habere,*u* qui per actiones suas præsentia non quærit, qui laborem non tolerat sed præmium nondum tenet. *Iob.* 7. *a.* Ecclesia habet menses vacuos in his, qui adhuc voluptatibus defluunt, & fructu boni operis non ditantur.

Menstruata, Menstruum.

Menstruum,*x* est mulierum perfluuium & purgatio frigidi & indigesti humoris ac sanguinis vitiati, quem natura quasi noxium expellit, dictaque sunt menstrua, quòd singulis mensibus mulieribus iam ad concipiendum adultis accidere solent, quod fit luminis Lunæ absentia. Menstruata mulier dicitur, quæ menstrua patitur.

Menstrua Hierusalem, *y* designant consueta vitia libidinis & idololatriæ. Menstruis enim fœdatæ mulieres filios ædere solent leprosos,aut elephantiacos,aut alioqui enormes. *Thren.* 1. *f. Ezech.* 18. *b. Zach.* 13. *a.*

Menstrua sunt etiam *z* immundæ cogitationes, quia menstrua immunditia aliena carne non tangitur,sed sua carne inquinatur. *Iere.* 2. *e.* Et menstruata est anima immundis cogitationibus polluta. *Zach.* 13. *a.*

Menstruæ separationis dies,& menstruale tempus, significare possunt *aa* tempus,quo idololatria vigebat. *Leu.* 12. *b.* 15. *d.*

Menstruata mulier *bb* delectationem corporalis illecebræ designare potest, aut etiam hæreticos erroribus ceu fœdo sanguine pollutos. *Leu.* 15. *d.* 20. *Isa.* 30. *e.*

Menstruata,quam mundat Deus,est *cc* anima habens originale peccatum. *Zach.* 13. *a.* Designat etiam plebem Iudaicam,seu synagogam.

Panno menstruatæ comparantur iustitiæ nostræ,*dd* quòd non vndiquaque puræ inueniantur. *Isa.* 64. *c.*

Mentha.

Mentha, est herba vulgo nota, etiam hodie idem nomen apud vulgus seruans, est herba calida & odorifera, condiendisque cibis idonea. Designare potest *ee* legis ceremonias res spirituales condientes. *Matth.* 23. *c. Luc.* 11. *f.*

Mentiri, Mendax, Mendacium.

Mentiri, est contra mentem loqui,quum quis videlicet aliud habet in mente,aliud verbis exprimit. Mendax autem est qui mentitur. Mendacium verò sunt ipsa mentientis verba. Interdum verò mentiri, est fingere,vel simulare,& fallere, & nugari. Mendax verò,dolosus,faliax, falsus, mutabilis. Mendacium, falsum consilium & simulatio.

Mendacium dicitur *ff* diabolus,qui pater & initium est omnis mendacij: Et etiam ipse Antichristus:& præterea idola,& hæreses. *Genes.* 38. *f. Exod.* 23. *a. Psalm.* 4. *Isa.* 28. *d.* 59. *a. Iere.* 8. *b.* 9. *d.* 13. *d.* 16. *d. Hos.* 7. *a. d.* 12. *a.* Et generaliter omne peccatum dicitur esse mendacium. Non enim fit peccatum,nisi ea voluntate, qua volumus,vt bene sit nobis,vel nolumus,vt malè sit nobis. Ergo mendacium est,quod cùm fiat,vt bene sit nobis,hinc potius malè est nobis. *Iob.* 13. *a.* 36. *a. Psalm.* 5. *Sap.* 5. *c. Nahum.* 3. *a. Soph.* 3. *c. Zach.* 10. *a.* 13. *a.* Et mendaces dicuntur dæmones,& hæretici:qui etiam mendaces colles dicuntur. *Ier.* 3. *g.*

Mendacia verba sunt,*gg* quæ promittunt fauorem Dei, sine vitæ emendatione. *Iere.* 7. *a.* Tale est mendacium aquarum infidelium, quales sunt aquæ torrentium, quæ videntur duraturæ: sed tempore necessitatis deficiunt. *Ierem.* 15. *d.*

Mendax est omnis homo *hh* quum propria mente vult mentiri ea, quæ Dei sunt. *Psal.* 115. Item omnis homo infirmus,omnis homo miser & impotens,qui nec se,nec alium saluare possit. Sicut dicitur fallax equus ad salutem,

non

a Cle. Alex. 6. strom.

b Gre. 26. m. 32.
c Lyr. sup. 4. Reg. 4.
d Ori. s. Mat. hom. 15. Bas. Reg. bre. 254. Am. s. Luc. 10. Hie. s. Isa. 28.
e Hie. s. Mat. 21.
f Aug. s. ps. 68.
g Hie. s. 65.
h Isy. s. Leu. 23. Cyr. 4. s. Ioan. 28.
i Ori. s. Exod. hom. 7.
k Bed. s. Exo. 2.

l Ori. sup. Amos. 4.
m Isyc. s. Leu. 23. Hie. s. Ez. 39.
n Ori. su. Iob. lib. 3. Hie. s. Amos. 4. Gre. 4. mor. 10. 11.
o Gr. 30. m. 10. 21. Cle. Pæ. 4. recog.
p Isyc. Leu. 27.
q Hie. s. Isai. 66. Gre. 19. mor. 8. & s. Ezech. hom. 6. Euch. for. spiri.
r Gre. 29. m. 8.
s Gl. or. s. Leuit. 15.
t Ru. s. Hos. 5.
u Gr. 8. m. 7. 8.
x Ari. 3. hist. anim. 29. & 7. hist. animal. 1. 2.
y Hier. sup. Ezech. 18.
z Gre. s. Ez. hom. 20. & s. Psa. 129.
aa Is. s. Le. 15.
bb Ambr. de Isaac. 1.
cc Geo. Ve. à to. 1. cap. 17.
dd R. u. 2. de glo. to. 1. 6.
ee Ori. s. Ma. hom. 23.
ff Hi. s. Is. 25 & s. Nah. 3. Cle. Alex. adhor. ad gentes. Aug. 14. ci. Dei. 4.
gg Hi. s. Ie. 7. 15.
hh Bas. s. ps. 115. Bern. de grad. humilitatis.

Gloria cælestis.
Vnitas fidei.
Lectio scripturæ.
Pecunia auarorum.
Altaria Dei.
Altare idolorum.
Fomenta voluptatum.
Ablatio diuinæ prouidentiæ.
Initium gratiæ.
Noua lex.
Tres leges.
Tres virtutes.
Mysterium Trinitatis.
Tempus iudicij.
Apostoli.
Ecclesia.
Ordines angelorum.
Virtutes variæ.
Cogitationes Sanctorum.
Virtutes.
Recentes in fide.
Æterna fœlicitas.
Collectio animarum in Ecclesia.
Prauæ cogitationes.
Tempus huius vitæ.
Expectans præmium.
Vitia libidinis & idololatriæ.
Cogitationes immundæ.
Tempus idololatriæ.
Illecebræ carnales.
Hæretici.
Anima cum originali peccato.
Synagoga.
Cæremoniæ legis.
Diabolus.
Antichristus
Idola.
Hæreses.
Peccata.
Hæretici.
Falsa promissio.
Impotentia humana.

Digitized by Google

Eligentes malum pretextu iustitiæ.

non quòd equus aliquem fallat, sed quia is seipsum fallit, qui in eius fortitudine confidit.

Mendaces sunt filij hominum in stateris, *a* quum per liberum arbitrium eligunt, & docent mala, & hoc in stateris, quia prætextu iustitiæ. Item quum dicunt malum bonum, & bonum malum; & quum aliter indicant propria, quàm alicna. *Psal.* 61.

Iudei. Hæretici.

Mendax semen, *b* sunt iudæi à patribus degenerantes, & etiam hæretici ex patre diabolo. Et Hierusalem, quum dicunt Iudæi se timere Deum, & inuocare, tamen eius præcepta non seruant. *Isa.* 57. *a. c.* Et Iudæorum mendacium, fuerunt falsa testimonia, quæ dixerunt aduersus Christum. *Psal.* 58. *Isa.* 59. *a.* Et filij alieni dicuntur mentiri Christo, quia tam Iudæi, quàm hæretici fraudulenter se habent erga Christum. *Psalm.* 17. 80. *Isa.* 30. *b.* Et mentiebantur inimici Deo, quando Iudæi miracula Christi blasphemabant, & dicuntur mentiri in multitudine virtutis eius, hoc est, circa eius resurrectionem, tum quia dixerunt eum soluturum templum materiale & exercitaturum, tum quia subornatis custodibus dixerunt, corpus eius à discipulis esse sublatum. Mentiti sunt etiam *c* facientes & colentes Deos alienos. *Psalm.* 65. Mentiti quoque sunt populo inimici Domini, quum Scribæ, & Pharisæi retrahebant populum à fide Christi. *Psalm.* 80. Et mentitur opus oliuæ, quum Iudæi non faciunt fructum, quem verbis promittunt. *Hab.* 3. *d.* Sic mentiti sunt lingua Deo, *d* qui promittunt seruare præcepta, quæ transgrediuntur. *Psalm.* 77.

Mentiri in caput suum. Depranantes hæretici doctrinam suã.

Mentitur iniquitas testibus iniquis, *e* quia eorum mendacium in proprium recidit caput. *Psal.* 26.

Mentitur hæreticis vinum eorum. *Hos.* 9. *a.* quia *f* doctrinam suam mendaciis deprauant.

Mendacia verba dicebat Pharao esse verba Mosis, quia diabolus mendacia reputat verba Dei. *Exod.* 5. *b.*

Mentum.

Mentum, est sedes barbæ, & propriè est hominum, sed aliquando attribuitur etiam aliis animalibus.

Mentum Amasæ, quod apprehendit Ioab. 3. *Reg.* 20. *c.*

Mentum leonis, aut vrsi apprehendebat Dauid, vt eos occideret. 1. *Reg.* 17. *d.*

Merari, Merarites.

Apti ad duriora.

Merari, id est amarus, siue irritatus, aut prouocatus, filius Leui, à quo Meraritæ ministri tabernaculi, qui in rebus durioribus seruiebant, quatuor plaustris eas portantes. Designant *g* eos, qui rebus durioribus apti sunt. *Num.* 4. *c.*

Mercari, vide Emere.

Mercator, Merx, Mercatus, Mercatura.

Mercator dicitur, qui emit, siue vt ipse possideat, siue vt alteri vendat: mercatus autem est ipse mercandi actus, vel locus, ad quem mercatores emendi vendendique gratia conueniunt. Merx autem ipsa species, quæ emitur & venditur. Mercatura verò est ipsum negociationis exercitium.

Negotiatio Philosophorũ. Vendentes in templo.

Mercatus Tyri, significare potest *h* negociationem Philosophorum, & hæreticorum & mundanorum. *Ezech.* 27. *c.*

Mercator, qui non erit in domo Domini, dici potest *i* de illis vendentibus & ementibus, quos eiecit Dominus de templo. *Zach.* 14. *d.* Item de iis, qui in religione habent aliquid proprium.

Merces.

Merces, est præmium, seu stipendium, quod iure laboris redditur operanti, à merendo dicta. Et differt ab hæreditate: quòd hæreditas iure successionis datur: merces verò iure laboris: vnde merces seruis, hæreditas filiis competit. *Gen.* 30. *d. Exod.* 22. *c.* Merces, donum. *Deut.* 23. Non offeres mercedem prostibuli. Lucrum. *Ge.* 30. *c.* Dedit Deus mercedem mihi. Meritum. *Matth.* 10. *d.* Non perdet mercedem suam. Pœna æterna. *Matth.* 6. *b.* Receperunt mercedem suam. Præmium. *Exod.* 22. *c.* Pro mercede operis tui.

Retribuens Christus. Preciũ Christi. Deus. Saluati. Centuplum in hac vita. Gloria Martyrum. Bona opera. Sensus mysticus litera legis. Temporalia.

Merces Christi dicitur esse cum ipso, *k* quia ipse reddet vnicuique iuxta opera sua. *Isa.* 40. *c.* 62. *d.* Merces autem, quam illi appenderunt filij Israel, fuerunt triginta argentei, quibus venditus est, *Zach.* 11. *c.*

Merces magna Abrahæ, dicitur esse Deus, *l* quia ille noluit sperare mercedem in terra. *Gen.* 15. *a.*

Merces fructus ventris, sunt *m* qui saluati sunt per passionem Christi. *Psalm.* 120.

Merces operariorum. *Matth.* 20. *a.* dici potest illud *n* centuplum, quod in hac vita datur. Item quod datur prædicatoribus pro labore. *Ioan.* 4. *e.*

Merces operi Racheli datur *o* hoc est, matribus Innocentum, quia illi martyrij præmium acceperunt. *Iere.* 31.

Instigationes diaboli.

Merces Tyri sancta, *p* sunt bona opera post conuersionem facta. *Isa.* 23. *d.* Et merces congregat, qui opera meritoria facit. *Agg.* 1. *b.* Merces autem quæ non erat ante templi constructionem, est præmium operum factorum ante susceptionem fidei. *Zach.* 8. *c.*

Merces nutritionis Mosis, designat sensum mysticum datum literæ legis, vel institutionem populi per legem, ne coleret idola. *Exod.* 2. *b.*

Merces temporalis datur *q* malis seruientibus voluntati Dei, vt Ægyptus data est Babyloniis. *Ezech.* 29. *d.* Et mercedes meretricis, sunt temporalia bona hereticorum, & etiam diuitiæ errorum, quæ non sunt ex paterna hæreditate, sed hinc inde collectæ. Mercedes autem quas dat meretrix amatoribus: sunt virtutes, quas ante peccatum habuerat, & per peccatum amisit. *Ezech.* 16. *d. Mich.* 1. *b.*

Merces Iacob mutata à Laban, dici possunt variæ instigationes diaboli. *Gen.* 31. *f.*

Mercenarius.

Sperantes à Deo mercedẽ.

Mercenarius est, qui mercedis gratia operam suam alicui præstat.

Mercenarij dici possumus *r* omnes, qui à Deo mercedem speramus. Et filius prodigus, qui filius erat prius per lauacrum regenerationis, & amicis pet virtutem, petit fieri sicut vnus de mercenariis, quia iam factus erat seruus per timorem, & vult fieri mercenarius per laborem. *Luc.* 15. *d.* Mercenarius in alienis quidem laboribus exudat, sed tamen sibi præmium proprium præparat. Itidem omnes, *s* qui spe cœlestium præditi, exercitio vitæ præsentis atterimur, in alieno laboramus, sed tamen præmia nostra percipimus, & per hoc peruenimus ad propria, quòd purè ministramus aliena. Et vt mercenarius solicitè curat, ne vnquam dies vacuus ab opere labatur, & expectatus finis temporis, ne inanis veniat ad remunerationem. Ita electi quantò fidentius spe tendunt ad præmium, tantò nunc robustius perdurant ad laboris incrementum, & cum grauia esse quibus exercentur, pensant, ex comparatione præmij quàm sit leue, quod patiuntur inueniunt. Mercenarius autem quantò longius est à fine operis, tantò & à retributione mercedis. *Iob.* 7. *a.* 14. *b.*

Prædicator. Minus quam serui. Seruientes pro temporalibus.

Mercenarius etiam est *t* prædicator, cuius opus est prædicationis verbum, quod moratur apud audientem vsque manè, cùm non obtemperat illi, sed sic venit ad iudicium. *Leu.* 19. *c.*

Mercenarij nostri dici possunt, *u* qui à nobis inuitati, non tamen tantùm subiecti, vt serui & ancillæ nominari possunt. *Leu.* 25. *b.*

Mercenarius est, *x* qui Deo pro temporalibus seruit, vt Iudæi & peculiariter Scribæ, & Pharisæi, & sacerdotes, & Iudas. Item hæretici inanem gloriam quærentes. Mercenarius etiam prælatus, qui non pro amore salutis ouium, sed ad temporalem mercedem eas pascit. *Exod.* 12. *d. Isa.* 16. *d.* 28. *a.* iuxta Septuaginta. *Luc.* 15. *d. Ioan.* 10. *b.* Hi sunt quos in seculo videmus, aut nullo, aut exiguo desiderio æternorum, velut sub mercede seruire Deo, & ab eo terrena petere, quæ desiderant.

Mereri, Meritum, Promere.

Mereri, est aliquid facere, cuius gratia ipse operator dignus sit præmium accipere, aut pœnam pati.

Meretrix, Prostibulum, Scortum.

Ecclesia gentilium.

Meretrix à merendo, dicitur mulier, quæ mercede sui corporis copiam facit. Dicitur etiam prostibulum à prostando, & scortum.

Meretrix dicebatur *y* Ecclesia Gentilium, antequam ad virum Christum conuerteretur, quæ postea conuersa desiit esse meretrix. Hanc designabat Rahab, *z* quæ erat meretrix priusquam populo Israël coniungeretur. *Ios.* 2. *a.* 6. *c. Isa.* 23. *d. Hos.* 1. *a.* Huic meretrici coniungitur Samson, hoc est, *aa* Christus. *Iud.* 16. *a.*

a *Basil. & Hil. s. ps.* 61.

b *Hi. s. Is.* 57. 59. *& s. Hab.* 3. *Arn. s. psal.* 17. 65. 80.

c *Hil. s. ps.* 65. *Au. s. psalm.* 65. 80.

d *Hie. s. psal.* 77.

e *Hie. s. psal.* 26.

f *Hie. s. Hos.* 9.

g *Orig. s. Nu. hom.* 4.

h *Hie. s. Eze.* 27.

i *Hil. s. Zac.* 14.

k *Hi. s. Is.* 40. *& s. Zac.* 11.

l *Amb.* 2. *de Abr.* 8.

m *Au. s. psal.* 120.

n *Basil. reg. breu.* 256. *Rup. s. Ioan.*

o *Hie. s. Iere.* 31.

p *Hie. s. Isa.* 23. *& s. Agg.* 1. *& s. Zach.* 8.

q *Ori. s. Ezec. hom.* 8. *Hie. s. Ezech.* 29. *& s. Mich.* 1.

r *Am. s. Luc.* 15. *& epis.* 44.

s *Gr.* 8. *m.* 15. *& epis.* 44.

t *Isyc. s. Leu.* 19.

u *Isyc. s. Leu.* 25.

x *Am. s. Luc.* 15. *Hie. epis. beatitu. & s. Is.* 28. *Aug. s. Ioan. tract.* 46. *Isych. s. Leu.* 22. *Cyr.* 7. *s. Ioan.* 5. *Bern. serm. de asse. anima.*

y *Ori. s. Ios. hom.* 3. *Amb. ser.* 31.

z *Hi. s. Is.* 23.

aa *Au. s.* 107.

Meretrix è diuerſo facta eſt *a* ſynagoga,& Hieruſalem,quæ prius fidelis fuerat Deo, & poſtmodum adulterata eſt per idololatriam. *Hoſ.1.a.Iſa.1.f.Iere.2.e.Leu.21.b.* Et meretrix mater Iephte, eſt *b* ſynagoga mater Chriſti. *Iud.11.a.* Ipſa eſt meretrix,quæ decaluauit Samſon,quando crucifixit Chriſtum in Caluariæ loco. *Iud.16.a.* Hæretici quoque meretricis dicuntur. *Mich.1.a.Nah.3.a.Prou.7.b.*

Synagoga. Hæretici.

Meretrices duæ coram Salomone contendentes, *c* deſignant Eccleſiam & ſynagogam:quæ excepit filium viuũ, eſt Eccleſia:quæ mortuum,ſynagoga. *3.Reg.3.c.* Vel quæ petit diuidi infantem,eſt Arriana hæreſis,quæ diuiſionem facit inter Patrem & Filium ſecundum ſubſtantiam,quæ verò non diuidit, eſt Eccleſia. Vel meretrices duæ,deſignant bonum & malum doctorem. Nam mulier,quæ filium,quem vigilans lactare conſueuerat,dormiẽs interemit,deſignat magiſtros vigilantes quidem ſcientia, ſed vita dormientes:qui adiutores ſuos per vigilias prædicationis nutriunt,& dum quod dicunt facere negligunt,per ſomnum corporis occidunt,& negligendo opprimunt, quos alere verborum lacte videbantur,& tamen alienos diſcipulos ſibi attrahere conantur, quatenus dum bonos ſe habere,ſequaces oſtendunt,apud iudicia hominum excuſant mala, quæ agunt, & quaſi per ſubditorum vitam mortiferam tegant negligentiam. Sed tamen veram matrem Salomonis gladius inuenit:quia cuius fructus viuat, & cuius intereat,extremo examine ira diſtricti iudicis demonſtrat. Et viuens filius prius diuidi præcipitur,vt ſoli poſtmodum matri reddatur:quia in hac vita quaſi partiri conceditur vita diſcipuli,dum ex illa nonnunquam alter apud Deum meritum,alter verò apud homines laudem habere permittitur.

Eccleſia & Synagoga vel Ariana hæreſis.

Meretrix aliquando dicitur *d* anima peccatrix,quæ à Deo diſceſſit,& admiſit amatores, hoc eſt,dæmones. *Gen.38.d.Leu.21.c.Deut.23.c.Ioſ.2.a.Prou.5.a.Iſa.1.f.Iere.3.a.* Et meretrix, cuius merces non recipitur in ſacrificio, eſt anima vitiis deturpata. Et proſtitutio Hieruſalem, eſt abiectio animæ in omnia vitia. *Exe.16.c.* Meretrix etiam dicitur ipſa caro. *1.Cor.6.c.*

Bonus & malus doctor.

Anima peccatrix.

Caro.

Meretrix,dici poteſt *e* omnis vaga cupiditas, & voluptas, & vita luxurioſa: quæ ornatu occurrit meretricio. *Prou.7.d.* Et hæc eſt meretrix,cuius merces non recipitur in ſacrificium. *Iere.5.c.Hoſ.4.d.Nah.3.a.Apoc.17.a.* Cum his meretricibus diſſipauit prodigus omnem ſubſtantiam ſuam. *Luc.15.c.* Idem deſignat ſcortum Madianiticum: quod etiam ſignificat errores & fallacias diabolicas. *Num.25.c.* Meretrix demum poteſt dici etiam ipſa iniquitas, ſeu malitia,& corruptela. *1.Cor.6.c.*

Cupiditas.

Voluptas.

Fallacia diaboli.

Iniquitas.

Corruptela.

Meretrix magna typum gerere dicitur *f* Romæ. *Apoc.17.a.19.a.*

Roma.

Mergere,Demergere,Submergere,Immergere.

Perſecutio Iudæorum in Chriſtum.

Infirmus liberatus à tentatione.

Inanis gloria.

Baptiſmus.

Condemnatio ſuperborum.

Induci in errorem vel in hoc ſeculum.

Guloſi.

Contemplatiui deſides.

Splendor diuinæ maieſtatis.

Aſcenſio Chriſti. Chriſtus.

Abundantia gratia.

Feruor charitatis.

Plenitudo cognitionis.

Sapientia.

Contemplatio diuinitatis.

Eccleſia.

Tempus legis gratia.

Tempus miraculorum & doctrinæ.

Chriſtus.

Manifeſtatio bonorum operum.

Doctores Eccleſiaſtici.

Tempus iuuentutis.

Populus Iudaicus.

Tempus huius vitæ.

Feruor peccandi.

Tranſiguratio in angelum lucis.

Aperta tentatio.

Quieſcunt hæretici multis deceptis.

Vita actiua & contemplatiua.

Princeps huius mundi.

Mergere,eſt ſub aquam ponere,aut aliquo liquore operire. Idem ferè ſignificat eius compoſita.

Demerſit tempeſtas aquæ Chriſtum,*g* quum Iudæi ipſum vehementi impetu in mortem adegerunt. *Pſalm.68.*

Mergi incipiens Petrus. *Matth.14.d.* deſignat *h* illum, qui quaſi ſuperatur à tentatione:ſed demum liberatur à Chriſto. Fuit etiam illa merſio velut nuncius futuræ negationis.

Demergerunt victimas in profundum, qui cœleſtes virtutum hoſtias, non in cœlum per gratiam actionem ſubleuant:ſed ad terram per appetitum vanæ laudis inclinant. *Hoſ.5.a.*

Demergitur in mare rubrum Ægyptius,& reſurgit Hebræus, *i* cùm in baptiſmo eiiciuntur dæmones & vitia, & peccator baptizatus euadit mundus à peccatis. *Exod.14.g.15.a.*

Demergit Deus facies ſuperborum in foueam:quia *k* intentionem cordis eorum ſeſe vltra homines erigentem in inferiora deiicit,& demum ipſi in inferni barathrum detruduntur. *Iob.40.b.*

Demergi etiam in profundum maris, *l* eſt in errores Gentilium induci: vel in hoc ſeculum nequam. *Matth.18.a.*

Mergulus.

Mergulus,ſiue mergus,eſt auis in fluido degens,& victum ex aqua quæritans, computatur inter aues immundas. *Leu.11.b.Deut.14.b.* deſignare poteſt guloſos etiam in locis difficilibus cibum & gulæ voluptates quærentes.

Poteſt etiam *m* eos contemplatiuos ſignificare, qui de rebus inferioribus nimium ſunt ſoliciti ſuperioribus adhærentes.

Meridies,Meridianus,Meridiani.

Meridies idem eſt,quod medius dies,quando Sol medium tenet cœlum,& in ſuo feruore,maximoque ſplendore. Sumitur ſæpe meridies,aut pars meridiana pro plaga auſtrali.

Meridies *n* ſplendorem plenæ lucis diuinæ maieſtatis, & manifeſtationem ſecretarum & arduarum virtutum ſignificare poteſt. *Cant.1.b.Iſa.18.b.* Poteſt etiam deſignare *o* tempus aſcenſionis Chriſti, & aſcenſionis eius ad dexteram Patris. *Pſal.54.* Poteſt præterea *p* ipſum Chriſtum deſignare, vnde apparuit Deus Abrahæ in meridie, hoc eſt,in Chriſto. *Gen.18.a.*

Meridies *q* ſæpe abundantiam gratiæ & feruorem charitatis ſignificat. *Gen.3.b.12.c.28.c. Exod.27.b.1.Reg.10.a.Pſalm.36.Eccle.1.a.Can.1.b.* Et ſicut meridie non fiunt tenebræ,quum dimiſſis peccatis abundat gratia. *Iſ.58.c.* Et poſt meridiem cognouit Adam peccatum ſuum,Quaſi meridianus fulgor conſurgit iuſto ad veſperã,quia quanto ſibi claritas maneat,cum iam occumbere ceperit agnoſcit. *Iob.11.b.*

Meridies itidem *r* plenitudinem cognitionis & lucem ſapientiæ, contemplationemque diuinitatis ſignificare poteſt. *Gen.12.c.28.c.43.d.Pſalm.36.54.* Et dicitur ſponſus cubare in meridie. *Cant.1.b.* hoc eſt, in habentibus ingentem ſapientiæ lucem,& inſignem charitatis ardorem,de quibus. *Pſalm.89.* Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditos corde in ſapientia.

Meridies præterea dicitur *ſ* ipſa Eccleſia, vbi paſcit ſponſus ſuas oues. *Cant.1.b.Zac.14.a.*

Meridies rurſus *t* tempus legis gratiæ. *Iſaiæ 9.c.* Et tempus miraculorum & doctrinæ Chriſti. *Iob.5.c.* Et Iudæi palparunt in meridie,quum aperta Chriſti miracula videntes,adhuc dicebant. Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus,dic nobis palam. Ideò dicitur occidiſſe eis ſol in meridie. *Amos 8.c.*

Meridies quandoque dicitur *u* clara bonorum operum manifeſtatio. *Pſalm.36.* Iudicium tuum tanquam meridiem.

Meridies ſunt etiam *x* doctores Eccleſiaſtici,quorum locum formidant hæretici. *Abdi.c.*

Meridionales portæ Hieruſalem cœleſtis,tempus iuuentutis & virilitatis, vel pietatem & clementiam deſignare poſſunt. *Apoc.21.d.*

Meridianum latus *y* populum Iudaicum ſignificare poteſt. *Exod.26.c.36.c.Eccle.1.a.*

Meridies præterea curſum temporis mundi huius ſignificare poteſt: vt cùm Prophetæ Baal, de manè vſque ad meridiem inuocabant ipſum Baal. *5.Reg.18.e.*

Meridies etiam aliquando *z* feruorem peccandi ſignificare poteſt. *Gen.3.b.1.Reg.14.a.Cantic.1.b.*

Meridianum dæmonium eſt,*aa* cum dæmones, aut hæretici faciunt opera, quæ videntur lucis:vel è diuerſo, cùm eſt grauis & aperta tentatio. *Pſalm.90.*

In meridie dicuntur aſcendiſſe aduerſus Hieruſalem hoſtes eius:*bb* quia ſine vllo metu eam inuaſerunt. *Iere.6.a. Soph.2.a.*

Meridiari dicuntur iniqui inter aceruos pauperum. *Iob.24.b.* quia *cc* tunc quieſcunt hæretici,cùm multos in ſuos errores pertraxerint.

Merob.

Merob,id eſt,de multitudine,vel pugnans, ſiue obiurgans, aut multiplicans: filia Saulis maior,quæ debebat tradi Dauid in coniugium:cui tamen non fuit tradita,ſed Hadrieli:cui multos genuit filios.

Deſignare poteſt *dd* vitam actiuam, quæ multitudinem operum parit,vel quia multi illam ſequuntur,vel è diuerſo ſignificat vitam contemplatiuam,quæ ſegregat paucos è multitudine. Fuit promiſſa Dauid, ſed non tradita: quia non omnibus contemplatiuæ vacare volentibus conceditur. *1.Reg.14.g.18.d.*

Merodach,ſeu Berodach.

Merodach, ſeu Berodach,id eſt, creans contritionem, vel electio interitus,aut filius interitus,vel vaporis tui, ſiue

a *Am.epi.39. Hie.ſ.Iſ.1. & ad Geron-tiam.*
b *Aug. q. in 49. & ſer. 107. Iſyc. ſ. Leu.21. Hie. ſ.Mic.1.Orig. ſ.Ioſ. hom. 3.*
c *Hieron. epi. multũ in vt. Aug. ſ. 200. Gr.21. mo.8.*
d *Ori. ſ. Leu. hom.12.& ſ. Ioſ.hom. 13. & ſ.Exech. hom.8. Hie.ſ. Iſa. 1. & ſ. Ierem. 3.ſ. Ezech. 16. Am.epiſ. 44. & de Cain.*
e *Cle. Ale. 1. ſtro. Phil. de mercede meretricis. Aug.ſ. Apoc. hom.15. Bern. ſer. de affec. Anima.*
f *Orig.ſ. Nu. hom.20. Hie. Aglaſia.*
g *Hi.ſ.pſ. 68. Au.ſ. pſ. 68.*
h *Ori.ſ. Mat. cap.14. Hil.ſ. Mat.Can.14. Gr. ſ 1. Reg. 14.*
i *Am.epi.18. Bed. ſ. Exod. 14.*
k *Gr.30.m.8.*
l *Hil.ſ. Matt. Can. 8.Ber. ſerm. 2. de angelis.*
m *Glo. ord. ſ. Leu.18.*
n *Ori.ſ. Can. ho.1.2. Hie.ſ. Iſa.18.*
o *Au.ſ.pſ.54. Bern. ſ. Can. ſerm.33. Georg. Ven. Cans.som. 7. cap.8.*
p *Gre.ſ.1.Re. 10. & 1. m. 21.*
q *Amb. de Par.14. Hie. ſ.pſa. 36. Au. de vni.Eccleſia 14. Ori.ſ. Cant.hom. 2.*
r *Ambro. de Iſaia 4.& de Ioſeph.10. & de vnit.Eccle. 14. Ric. de S. Vict.3. de arca myſtic. 7.*
ſ *Amb. ſ. pſ. 118.ſerm. 2. Hie.ſ.Zac.14.*
t *Hie.ſ.Iſ.59. Gr.6.mo. 14. 15. Rup. ſ. Amos 8.*
u *Orig. ſ. pſ. 36. hom. 1.*
x *Hie.ſ. Abd.*
y *Geog. Ven. Can.3. to. 8.*

modu.2.cap.3. z *Amb.ſ.pſ.118.ſerm.12.* aa *Ambr.de Parad.Greg.ſ.Cant.1.Hycron.& Aug.ſ. Pſal. 90.* bb *Glo.int ſ.Ierem.6.* cc *Greg.16.mo.25.* dd *Greg.ſ.1.Reg.14.*

Digitized by Google

siue frumentum, vel puritas nubis, vel vaporis tui, fuit Rex Babylonis, qui misit libros, & munera adregem Ezechiam, typus est principis huius mundi, qui fauoribus conatur bonos ad se pellicere. 4. *Reg.* 20. *c. Isa.* 39. *a.*

Merum, vide Vinum.

Mesopotamia.

Mesopotamia, est regio inter Tigrim, & Euphratem: vnde sumpsit Isaac vxorem, & etiam Iacob, vbi mortuus est Thare pater Abraham. Hebraice dicitur *Padan Haran.*

Gentilitas. Typus esse solet *a* Gentilitatis, vnde sumpta est Ecclesia, quæ sita est inter duo flumina, nempe inter baptismũ, & pœnitentiam, quibus intra Ecclesiam quilibet fidelis continetur. *Gen.* 24. *b.* 25. *a.* 28. *a.* Dicunt aliqui interpretari eleuatam vocationem: & iam *b* totus mundus vocatione eleuatus est. *Psalm.* 59.

Libido. Mesopotamia etiam designare potest *c* libidinem, quæ est inter duo flumina; quia in multa mergit vitia, & inde venit Balaam.

Fluxus huius vitæ. Designat præterea *d* torrentem, seu fluxum huius vitæ, quo confugit Iacob. *Gen.* 28. *a.*

Messias.

Messias, idem est quo vnctus, & Græcè Christus, dicitur peculiariter de Saluatore nostro, tanquam per antonomasiam.

Metallum.

Metallum dicitur quæuis materia dura, è terræ visceribus seu venis effodi solita, vt aurum, argentum, cuprum, stannum, plumbum, & similia. De quibus in singulis speciebus quære allegorias. *Exod.* 35. *e.* 38. *b. Deut.* 8. *b.* 1. *Mach.* 8. *b.*

De variis metallis spiritualibus, & in corpore humano, vide Georgium Venetum. *Cant.* 1. *tom.* 6. *cap.* 9.

Metari.

Metari, est metas in agris, terminandi gratia disponere, & mensurare locum futuro ædificio, vel castris, vel alteri cuiuis operi. *Num.* 1. *g.* vide *Castramentari.*

Metere, Demetere, Messis, Messor.

METERE, est fruges secare, fructusque colligere. MESSOR autem est qui metit. MESSIS verò quandoque significat tempus metendi, nonnunquam verò segetem ipsam iam maturam. METERE etiam complere. *Apoc.* 14. *d.* venit hora vt metatur. Consequi. *Tob.* 4. *b.* Seminant dolores, & metent eos. Extorquere. *Matth.* 25. *b.* Metis vbi non seminasti. Præmiari. *Psalm.* 125. In exultatione metent.

Passio Christi. Fructus fidei. Bona opera. Tempus operandi. Messis quandoque significat *e* passionem Christi. *Isa.* 27. *c.* Et metere myrrham, est contemplari passionem Christi. *Cant.* 5. *a. Iob.* 29. *c.*

Multiplicatio fidelium in Ecclesia. Messis etiam significat *f* fructus fidei, & bonorum operum. *Gen.* 30. *b. Exod.* 34. *c. Isa.* 17. *d.* Et messis non requiescens, sed simul existens iam cum semine, designat bonorum operum continuationem, vt vno finito, aliud inchoetur. *Gen.* 8. *d.* Idem est messis annua. *Ieu.* 5. *f.* Et generaliter messis dicuntur *g* opera exteriora, & messis mali atteritur, quum omnis eius operatio à superno iudicio quasi nihilum deputatur, etiam si ante humanos oculos bona videatur. *Iob.* 18. *a.* 19. *c. Prou.* 25. *b. Ioel.* 1. *c.* Messis etiam, est tempus colligendi Gentes in horrea Ecclesiæ per fidem. 1. *Reg.* 12. *c.* Messis erat tempore Apostolorum, & ædificatio templi Ecclesiæ. *Ioan.* 4. *b.*

Tempus mortis, vel iudicij. Messis quoque annua, *h* diuersas vocationes significare potest. *Ier.* 5. *f.* Et messis nouorum, est multiplicatio credentium in Ecclesia. *Exod.* 34. *c. Isaiæ* 9. *a.* 17. *b.* Et ipsi homines messis dicuntur. *Matth.* 9. *Ioan.* 14. *d. Apocalyp.* 14. *c.*

Discussio doctrinæ. Messis præterea, est *i* tempus mortis, vel iudicij. *Isa.* 27. *c. Iere.* 8. *g. Matth.* 13. *d.* Et messis Ecclesiæ, est quum perfectæ animæ è corporibus abstractæ, velut maturæ segetes à terra decisæ ad cœlestia horrea demigrant. *Iob.* 29. *c. Psal.* 125. *Hos.* 6. *d. Ioel.* 3. *c. Amos* 4. *b.*

Doctrina hæreticorum. Messium tritura dici potest *k* discussio, quam quisque facere debet eorum, quæ didicit. *Leu.* 26. *a.*

Destructio Hierusalem. Messis, Esebon, est *l* peruersa hæreticorum doctrina. *Isa.* 16. *c.* Idem sunt messes illatæ, seu aridæ. *Isa.* 23. *a.*

Messis, dicta fuit *m* destructio Hierusalem. *Isa.* 27. *c.*

Doctrina legis. Messis stulti. *Iob.* 5. *a.* dicitur *n* doctrina legis, & Prophetarum, qua pascuntur Gentiles, relictis in fame Iudæis: dicitur etiam quando iniquus quisque donum rectæ intelligentiæ accipit: scripturæ sententiis docetur, bona loquitur, sed tamen nullo modo hoc quod dicit opera: verba Dei profert, nec tamen diligit, laudando exaggerat, viuendo calcat.

Conuersio peccatorum. In messe tritici sunt pluuiæ, *o* quum Deus arida peccatorum corda conuertit. 1. *Reg.* 12. *c.*

Beatificans Christus cum bona opinione. Metit myrrham cum aromatibus sponsus. *Cant.* 5. *a.* quando *p* Christus mortificatione vitæ perfectionem perducta, electum suum ab hac succidens, ad cœleste horreum cum sancta opinione inducit. Et cùm ipse mortuus descendit ad inferos, & liberauit Patres.

Liberans Christus existentes in limbo. Metere etiam, est *q* fructum æternæ retributionis percipere. Et qui considerat nubes non metit, quia qui ante humanæ mutabilitatis terrorem trepidat, mercedis æternæ retributione se priuat. *Eccle.* 11. *b.* Metentes quoque triticum, sunt perfecti in hac vita diuinis consolationibus fruentes. 1. *Reg.* 6. *c.* Metere autem vel bonum, vel malum, contingit secundum id, quod seminatum est. *Gen.* 45. *b. Psalm.* 125. *Exod.* 34. *c. Galat.* 6. *b.*

Fœlicitas. Metere vbi non seminauit dicitur Deus. *Marc.* 25. *c.* quia *r* omnia opera nostra colligit: vel quia colligit fructum in gentibus, quibus lex data non fuerat.

Colligens Deus fructum in Gentibus. Metere seteges interdum est suscipere verbum Dei. *Leu.* 23. *b.*

Suscipere verbum Dei. Metere sponte nascentia in agro. *Leuit.* 25. *b.* est *s* tribuere sibi finem eorum, quæ nobis Deus tradidit.

Ascribere sibi dona Dei. Metere fœnum, est *u* colligere hæreticorum verba ad eos reuincendos. *Psalm.* 128.

Colligere hæreticorum verba. Messores dicuntur *x* Angeli, & etiam Apostoli. *Matth.* 13. *c. Ruth.* 2. *a. Psalm.* 128. Et generaliter messores in bonum, sunt gaudentes de bonis operibus aliorum, sua adhortatione factis. Et hi sunt messores Regis: qui metunt in exultatione. 1. *Reg.* 8. *c. Psalm.* 125. *Amos* 9. *d.* Duplex autem consideratur messis: vna in primo Christi aduentu, in quo Apostoli fuerunt messores eorum quæ Patriarchæ & Prophetæ seminarant; alia in secundo aduentu, in qua Angeli erunt messores. *Ioan.* 4. *c.*

Angeli.

Apostoli.

Proferre hæreses. Metere spinas, est *y* proferre sensus hæreticos. *Iere.* 12. *c.* Metunt etiam dolores, qui malum quod facere cæperunt, ad complementum adducunt, & cùm ex ipsis peruersitatibus temporaliter excrescunt.

Peruertentes hæretici sensum scripturarum. Demetent agrum non suum hæretici, *z* quum ex sacra scriptura sententias longè à sensibus suis dissidentes, tollunt, vel cùm de Ecclesia quosdam qui recti videbantur, rapiunt. *Iob.* 24. *b.* Et metere falce alienum agrum, est dare extraneum sensum sacræ scripturæ. *Deut.* 23. *d.*

Colligentes fructum malæ operationis. Messores Regis in malum, *aa* sunt qui malæ operationis fructum colligunt. 1. *Reg.* 8. *c.* Et metere dicuntur iniquitatem, qui aratunt impietatem. *Ho.* 10. *d.*

Hæretici sine fructu. Metere in misericordia, fit in lege noua, vbi percipitur misericordia. *Hos.* 10. *d.*

Non metunt hæretici seminantes, *bb* quia non percipiunt fructum ex sua doctrina. *Mich.* 6. *d.*

Methca.

Methca, id est, *cc* dulcedo, vel suauitas, fuit vigesima quinta mansio filiorum Israël in deserto, quò peruenerunt profecti de Thare, seu Thaad: designat eos qui abactis dæmonibus insidiatoribus, dulcem protinus fructum laboris inuenerunt. *Num.* 33. *d.* iuxta Origenem, *dd* Methca interpretatur mors noua: quò peruenitur post Thare, quia inde venientes commoriuntur Christo.

Metiri, Mensura, Mensor, Demetiri, Remetiri.

METIRI, est mensurare, & taxare, seu mensuram redigere. Mensura verò est instrumentum quo metimur, ac rei alicuius quantitatem deprehendimus. Mensura etiam capacitas. *Num.* 15. *b.* Habeat medium mensuræ Hin. Meritum. *Matth.* 7. *a.* In qua mensura mensi fueritis. Numerus. *Exod.* 5. *b.* Et mensuram laterum, quam prius faciebant. Proportio. *Exod.* 38. *b.* Eiusdem mensuræ & operis. Quantitas. *Gen.* 41. *f.* Copia mensuram excederet. Regula.

a *Ambr.* 1. *de Abr.* 4. *Hie. ad Damas. h.* 3.
b *Aug. s. pf.* 59. *Bed. s. Ge.* 28.
c *Orig. s. Nu. hom.* 15. *Phil. de conf. ling.*
d *Philo. de profugis.*
e *Hie. s. Is.* 27. *Ambros. de Cain.* 4.
f *Ambr. de Noe.* 23. *Hie. s. Ierem.* 2.
g *Gre.* 14. *m.* 10. & 19. *m.* 27. *Bed. s. Pro.* 25.
h *Hie. s. Ier.* 5. & *s. Is.* 9. 17. & *s. Matth.* 9. *Bern. s. Cant. serm.* 58. *Rup.* 9. *s. Apo.* & 4. *s. Ioan.*
i *Hie. s. Isaiæ* 27. *Gr.* 19. *m.* 17. *Aug. s. pf.* 125.
k *Ori. s. Leu. hom.* 16.
l *Hie. s. Isai.* 23.
m *Hie. s. Isa.* 27.
n *Gre.* 6. *m.* 2. 4.
o *Gr. s. Re.* 12
p *Gr. s. Can.* 5 *Rup. s. Cãt.* 4.
q *Gre.* 27. & *mor.* 5. & *s. Exech. hom.* 3. & *s.* 1. *Reg.* 6.
r *Ori. s. Matt. hom.* 33. *Hil. s. Matth. Can.* 27.
s *Isyc. s. Leu.* 23.
t *Philo. de profugis.*
u *Arn. s. psal.* 128.
x *Gre. s.* 1. *Re.* 8. *Aug. s. Ioa. tract.* 15.
y *Ori. s. Ier. h.* 7. *Gre.* 5. *m.* 15.
z *Gre.* 16. *mor.* 28. *Glos. int. s. Deut.* 25.
aa *Gre. s.* 1. *Reg.* 8.
bb *Hie. s. Mic.* 6.
cc *Hieron. de mansionibus.*
dd *Orig. s. Num. ho.* 27.

Digitized by Google

Isa. 31.*c.* Extendetur super eam mensura. Scriptura. *Luc.* 12. *e.* Vt det illi in tempore tritici mensuram. Terminus *Ierem.* 31.*g.* Exibit vltra normam mensuræ.

Immensitas Dei.

Mensura Dei dicitur longior terra, & latior mari, &c. *Iob.* 11.*b.* Vt intelligatur nullam habere mensuram, qui est immensus.

Nouit Deus mentem, & opera.

a *Hie. s. Ezech.* 40.

Metitur Deus longitudinem, altitudinem, & latitudinem templi, *a* quia nota sunt illi mens & opera. *Ezech.* 40. *b.* Metitur autem prius portam aquilonis, *b* quia prius calcandus est pedibus aquilo. Metitur latitudinem, & altitudinem calamo vno, quia vnaquæque anima, quantum lata fuerit in amore proximi, tantum & alta erit in cognitione Dei. Dum enim se per amorem iuxta dilatat, per cognitionem superius exaltat. Mensor est Christus. *Zach.* 2. *a.*

Christus.

b *Gre. s. Ezec. hom.* 14. *Rup. s. Zac.* 2.

Dans Deus verbum abbreuiatum.

Metitur Deus pugillo aquas, *c* cùm distribuit verbum abbreuiatum. *Isaia.* 40.*c.* Mensus est etiam vir aquas; cùm Christus omnia penetrauit mysteria, & vitam sine peccato egit. *Ezech.* 47.*a.* Metitur itidem Christus terram, quia omnia comprehendit. *Habac.* 3.*b.*

c *Hie. s. Is.* 40. & *s. Ezec.* 47.

Penetrans Christus mysteria.

Metitur quoque Deus pugillo aquas, *d* quum punit citra condignum. *Isa.* 40. *c.* Et in mensura iudicabit Deus Iudæos, quia qua mensura mensi fuerint, remetietur eis, & contra mensuram, quia cumulatur pœna in inferno perpetuo durans. Vel contra mensuram eorum, qui non putabant se ita puniendos, *Isa.* 27.*b.* 28. *e.* Et metitur Deus Hierusalem, hoc est, animam, quando iuxta merita dat præmium vel pœnam. *Zach.* 2. *a.* Sic stetit & mensus est terram. *Habac.* 3.*a.* Sicut Dauid. 2. *Reg.* 8.*a.*

Punitio Dei.

d *Hie. s. Is.* 27. *Georg. Venet. Can.* 1. *tom.* 7. *cap.* 1. *Rup. s. Habac.* 3.

In mensura appendit Deus aquas *e* quum Sancti subleuati spiritu ad summa rapiuntur, quandiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur, vt nequaquam tantum proficere valeant, quantum volunt, sed ne extollantur superbia, fit in eis ipsarum quædam mensura virtutum. *Iob.* 28.*d.*

Reprimuntur sancti in hac vita.

e *Gre.* 19. *mor.* 5.

Metitur Deus conuallem tabernaculorum, *f* quum Gentes ducit ad Ecclesiam, & cum numeratos habet electos ex Gentibus, vel quum quosdam ex Iudæis deduxit ad fidem, cæteris in incredulitate relictis. *Psalm.* 59.

Electio Gentium.

f *Basi. & Aug. psal.* 59.

In mensura diuisit Deus sortem prophetiis, *g* quia singulas ordinauit impleri temporibus suis. *Isa.* 34. *d.* Sic mensa est cœlos dextera Dei, quum ordinauit scripturas. *Isa.* 48.*c.* Mensuras etiam terræ posuit Deus. *Iob.* 38.*a.* quando *h* in carne ad Ecclesiam veniens, fines Ecclesiæ occulti iudicij subtilitate distinxit, quando videlicet prædicatores sancti agente spiritu, in alias mundi partes vocabuntur vt irent, ab aliis verò partibus arcebantur, ne accederent. Item quum facit, vt habeamus quædam virtutum dona, quæ nunquam quæsiuimus, & quæramus, nec habere valeamus quædam, vt quum mens hæc non potest habere, quæ appetit, & illa se intelligat de semetipsa non habere quæ habet. Sic aliis datur sermo sapientiæ, aliis scientiæ, &c. Ita etiam datur mensura fidei. *Rom.* 12. *b.*

Impletio Prophetiarum.

Distributio prædicatorum & donorum.

g *Hie. s. Isa.* 44.

h *Gre.* 28. *mo.* 9. 10.

i *Gre. s. Ezec. hom.* 19.

Mensura vna omnium cortinarum, & sagorum tabernaculi, *i* designat eandem esse omnium rectè credentium fidem. *Exod.* 26.*a.* 36.*b.* Idem significabit mensura eadem vini & olei. *Exod.* 29.*g.* Mensuratur autem atrium tam in longitudine, quàm in latitudine, quia cùm ad fidem peccator ducitur, necesse est vt eius doctor consideret, quantum in longitudine spei, vel quantum in latitudine charitatis ex eius admonitione proficiat. *Exechielis* 40. *c.*

Vnitas fidei.

k *Fulgo. hom. de confes.*

Metiri manna ad mensuram Gomor, *k* est spiritum sapientiæ dari fidelibus ad mensuram. *Exod.* 16.*d. Eccle.* 7.*a.* 1. *Cor.* 12.*a.* Dabatur autem cunctis filiis Aaron æqua mensura de sacrificiis. *Leu.* 7.*b.* Mensura quoque tritici, quam dat dispensator. *Luc.* 12.*f.* doctrina verbi, secundum cuiusque capacitatem. Hanc mensuram excedebat copia tritici in Ægypto sub Ioseph. *Gen.* 41.*f.*

Datur spiritus ad mensuram

l *Hie. s. Ezec.* 40. 41. *Greg.* 24. *mor.* 10.

Mensura templi, *l* est dispositio veteris. *Exod.* 30.*b.* 38.*c.* Et metiri fabricam templi, est considerare mysteria legis, & pensare subtiliter iustorum vitam. Mensurantur autem omnia templi, quia nihil absque ratione est in templo Dei. *Ezeth.* 41. *c.* 43.*c.* Mensuræ autem eædem portæ Aquilonaris, & Australis templi, admonent, vt quæ prius secundum literam cognoscebamus, etiam secundùm spiritum intelligamus. *Ezech.* 4.*d.* Metitur Ioannes templum & altare scribens *m* quid fide tenendum de Christo. *Apoc.* 11.*a.* Mensura arundinea & aurea, designat simul merita scribentium & præmia, & etiam omnium operantium. *Apoc.* 21.*d.*

Dispositio veteris legis, & mysteriorum.

m *Ru.* 6. *s. Apoc.* & 12.

Mensura super Hierusalem, designare potest præcepta à Deo data. *Iere.* 31.*f.* Et mensura terræ, *n* dicuntur dona spiritus sancti in Ecclesia distributa. *Iob.* 38.*a.* De mensuris autem ciuitatis, vide Georgium Venetum, *Cant.* 3. *tom.* 5. *modu.* 3. *concen.* 1.

Præcepta Dei.

Dona Spiritus sancti.

n *Hier. s. Iob* 38.

Remetitur Deus vnicuique qua mensura mensus fuerit: *o* quia secundum opera dat præmium, aut pœnam. *Isa.* 65.*b. Marc.* 4.*c. Luc.* 6.*f.* Mensor autem est ipse Christus, iudex viuorum & mortuorum. *Zach.* 2.*a.* Ad hæc pertinet mensura peccati. *Leuit.* 5.*b.*

Præmium secundum opera.

o *Hie. Zach.* 2.

Mensura, quæ extenditur super Hierusalem, *p* est diuina sententia in Iudæos firmata. *Isa.* 34.*c.* Sic terra Amasiæ dicitur funiculo metienda: quod tradenda sit hostibus, vel dæmonibus. *Amos* 7.*d. Zach.* 2 *a.* In mensura autem bibes aquam Ezechiel, designauit laborem obsidionis Hierusalem *Ezec.* 4.*c.*

Diuina sententia in Iudæos.

p *Hi. s. Is.* 34. & *s. Amos* 7. & *s. Ezech.* 4.

Mensura duplici librat Deus hominum flagitia *q* maiori videlicet, & minori. Maior montibus comparatur, dum dicitur Iustitia tua sicut montes Dei. Quæ ab Hebræis dicitur *Din*, quod iudicium durum, & forte significat: vt nullus ad ipsum possit iustificari, sicut dicit Propheta. Non intres in iudicium cum seruo tuo, Domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et in Isaia dicitur: Facti sumus immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Vnde Gregorius. Omnis humana iustitia iniustitia esse conuincitur, si districtè iudicetur. De iustitia autem minori dicit *Micheas propheta cap.* 6. *c.* Adhuc ignis in domo impij, thesauri iniquitatis, mensura minor iræ plena.

Iudicium Dei

q *Georg. Ven. Cant.* 1. *to.* 7. *cap.* 1.

r *Glos. ord. s.* 3. *Reg.* 6.

f *Amb. epis.* 16.

Mensura vna vtriusque Cherub templi. 3. *Re.* 6.*c.* designat *r* in illa æterna patria non esse disparilitatem voluntatum & cogitationum.

Concordia beatorum.

t *Hier. & Aug. s. Psal.* 79.

Mensura ætatis plenitudinis Christi, est *s* perfectio vitæ immaculatæ accepta de plenitudine Christi. Sic mensura donationis Christi. *Ephes.* 4.*c.*

Perfectio vita.

u *Glo. ord. s. Exod.* 28.

Mensura in lachrymis, *t* est moderata tribulatio, quia non permittit nos Deus tentari vltra id quod possumus. Item sanguis Christi, per quem metiri debemus lachrymas. *Psalm.* 79.

Moderata afflictio.

x *Gre. s. Ezec. hom.* 4.

Mensura palmi in rationali pontificis *u* infatigabilem mentis intentionem designat. *Exod.* 28.*c.* 39.*b.*

Mentis intentio.

y *Hie. s. Ezec.* 58.

Mensura & mensura, *x* designat diuersum iudicium, quod quis habet de rebus propriis, & rebus proximi: quod vt iniquum, prohibetur. *Prou.* 20 *b. Mich.* 6.*c.*

Diuersum iudicium sui, & proximi.

z *Isyc. s. Leu.* 27.

Mensura vna quatuor atriolorum templi, vbi coquebantur sacrificia, *y* designat omnibus partibus mundi esse commune, vt in sudore vultus sui vescantur pane suo. *Ezech.* 46.*g.*

Labor omnibus communis.

aa *Glos. int. s. Exod.* 5.

Mensurare pondere sanctuarij, *z* est examinare omnia ad mensuram sacræ scripturæ, non philosophorum, aut hæreticorum. *Leu.* 27.*d.*

Norma sacræ scripturæ.

bb *Glos. ord. s. psalm.* 38.

Mensura laterum, quam imperabat Pharao filiis Israël. *Exod.* 5.*c.* opera *aa* terrena, ad quæ cogit diabolus.

Opera terrena.

cc *Orig.* 4. *periar.* 2.

Mensurabiles dies ponit Deus: *bb* quia vniuscuiusque discreuit proprium terminum, ipsumque breuem. *Psalm.* 38.

Proprius cuiusque terminus.

dd *Au. s. Ioa. tract.* 9.

Metreta.

Metreta, est genus mensuræ, ex duobus batis constans.

ee *Ber. ser.* 1. *dominica* 1. *post octa. Epiph. & s. Can. ser.* 54.

Metretæ binæ vel ternæ, *cc* sensus sacræ scripturæ significant. *Ioan.* 2.*a.* Vel designant *dd* mysterium Trinitatis, sic vt etiam si solum Pater, & Filius nominentur, vbi debeat intelligi Spiritus sanctus. Vel metretæ binæ *ee* referuntur ad Iudæos, & Gentes, ternæ ad tres filios Noe. Vel designatur duplex timor, gehennæ videlicet, & amissionis gloriæ, quibus additur tertius, ne fraudetur cibo. Vel metretæ ternæ, designant triplicem timorem in peccatore. Time subtracta gratia, tanquam mox casurus. Time, & contremisce Deo, vt sentis, irato. Time, quia reliquit te custodia tua.

Sensus scripturæ.

Mysterium Trinitatis.

Mica.

Mica, est puluisculus ille, qui in arena quasi argentum fulget, à quo & panis, & aliarum rerum frustula, quæ nobis res ipsas tractantibus decidunt, micas apellamus.

Digitized by Google

Dogmata fidei.

Micæ cadentes de mensa dominorum, *a* dicuntur dogmata fidei, quum panis sit verbum, & fides sit de verbo. *Matth. 15.c. Luc. 16.d.*

Micare, vide Fulgere.

Michael.

Christus.

Michael, id est, *b* quis sicut Deus? aut humilitas, siue paupertas Dei, vel percussio Dei, siue percutiens Deus nomen principis Angelorum. *Dan. 10.c. 12.a. Iuda.e. Apoc. 12.b.* Vbi designare potest Christum, qui pugnauit, & vicit draconem.

Michæas.

Humilitas.

Micheas, *c* id est, pauper, vel humilis, aut percutiens, vel percussus, siue quis hic? nomen Prophetæ, qui fuit è duodecim minoribus, fuit de Morasti, quod interpretatur hæres, quia humilitas de spe hæreditatis dominicæ nascitur. *Mich. 1.a. Iere. 26.f.*

Michas.

Michas, vel Michaia, id est, quis sicut Dominus? aut paupertas, vel humilitas Domini siue percutiens Dominus, vel percussio Domini, vir quidam de monte Ephraim, qui fecit idolum in domo sua. *Iud. 17.a. 18.f.*

Michol.

Vita contemplatiua. Vita actiua.

Michol, id est, quis omnia? vel ex omnibus? filia Saulis, vxor Dauid, quæ non genuit liberos. 1. *Reg. 18.g.*

Designare potest vitam contemplatiuam, in qua non potest exerceri, qui prius in operibus actiuæ vitæ non fuerit exercitatus. Ideò nata est post Merob. 1. *Regu. 14.g.* Vnde *Matth. 11.d.* dicit Dominus: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Vel è diuerso, significat vitam actiuam, quæ omnibus est communis.

Sequentes Christum sine operibus Synagoga.

Vt autem Michol despexit Dauid ludentem coram arca, designat *d* eos, qui Christum professione, sed opere sequuntur Antichristum: & ob figurandam eorum sterilitatem, Michol aqua omnis interpretatur, & ibi non vxor Dauid, sed filia Saul vocatur. 2. *Reg. 6.d.* Designat etiam synagogam aquaticam, quæ non genuit liberos fideles, & despexit Christum.

Migale.

Dolosi. Rapaces. Gulosi.

Migale, *e* est mus areneus, composito nomine à mure & mustella, quòd muris magnitudine sit, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, versu dentium quadruplici: eius morsus molestissimus est equo, & omnibus iumentis. Computatur inter animalia immunda. *Leu. 11.e.* Dicitur esse animal dolosum, rapax & ingluuiosum: vnde *f* tales homines significare potest.

Migrare.

Recedentes ab Ecclesia. Dispersio Iudæorum. Transitus à virtutibus ad vitia. Non bibentes sanguinem Domini. Sensus viles legis.

Migrare, est domicilium mutare, & alio se habitandum conferre, relicta priori habitatione.

Migrarunt à speciosis deserti qui recesserunt ab Ecclesia. *Iere. 9.c. 40.a.*

Migrauit Iudas, *g* cùm dispersi sunt Iudæi per orbem. Et migrat anima, *h* quando à tranquillitate virtutum transit ad inquietudinem vitiorum. *Thren. 10.a. Hos. 10.b. Amos 26.c. 7.d.*

Migrant trans Damascum, *i* qui non bibunt sanguinem Domini. *Amos 5.g.*

Militare, Militia, Miles, vide Bellum.

Milium.

Milium, est herba semine minutissimo, gratum præbens auiculis pastum: est etiam rusticorum & aggrestium, & altiuum cibus.

Milium in pane Iudæorum, designat *k* sensus viles legis, quibus Iudæi libenter pascuntur. *Isa. 28. Ezech. 4.c.*

Miluus.

Damones. Raptores. Insidiæ.

Miluus, *l* auis rapacissima, quæ præcipuè gallinarum pullis insidiatur, estque carniuora. Computatur inter animalia immunda. Significare potest *m* dæmones, & lattones, & vsurarios, & cæteros, qui aliorum bona deuorare nituntur. *Leu. 11.b. Deut. 14.b. Isa. 34.d. Zach. 5.d.*

Miluus in cœlo cognoscens tempus suum, *n* eos pudefacit, qui negligunt Deum vocantem. *Iere. 8.c.*

Milui cadaueribus pascuntur, & preciosis vnguentis moriuntur, designant *o* inuidos, qui calamitatibus proximi gaudent, fœlicitate dolent.

Mina, vide Libra.

Minare.

Christus docens mysteria. Castigans Deus. Apostoli regentes populum. Christus. Sectis adhærentes Iudæi. Tradens diabolus ad inferos. Admonitio & condemnatio Dei. Conatus diaboli.

Minare, est agere, vt agasones minant equos, & pastores oues.

Minans Moses gregem ad interiora deserti. *Exod. 30.a.* typus est *p* Christi deducentis Sanctos ad secretiora mysteria. Designat etiam vulgaris sermonis loquacitatem cogendam esse in secreta sobriæ doctrinæ mysteria.

Minare dicitur Deus in tenebras, *q* quum castigat. *Thren. 3.a.* Et quum mittit in tenebras exteriores.

Minans puer paruulus leonem & ouem, designat *r* Apostolos, & apostolicos viros regentes, & instruentes principes & populum. *Isa. 11.b. Ier. 31.e.* Potest etiam intelligi de Christo.

Minabatur ceruicibus vulgus Iudæorum, quum ad varias sectas & superstitiones à Scribis & Pharisæis trahebatur. *Thren. 1.a. Nahum. 2.b.*

Minatur Rex Assyriorum captiuitatem Ægypti nudam, *s* quum diabolus malos in infernum trahit, omni virtute nudatos. *Isa. 20.b.*

Minari, Comminari, Mina.

Minari, est terrorem alicui incutere, denunciatione periculi. Minæ autem sunt comminationes & incussio metus per verba.

Comminatio Dei, *t* est admonitio futuræ sententiæ, vel ipsa sententia condemnationis. *Isa. 30.g. Ier. 15.d.*

Minabatur Holophernes interitum Achior, designans *u* diabolum qui omnes sibi resistentes perdere conatur. *Iudith. 13.d. Iob. 16.b.*

Mingere.

Mingere, est lotium reddere. Et mingens ad parietem, sumitur in hyperbole, cùm dicitur. Non reliquit mingentem ad parietem, hoc est, nullum reliquit virum. 1. *Reg. 25.c. 3. Reg. 14. 4. Reg. 9.b.*

Minimus, vide Paruus.

Ministrare, Minister, Ministerium.

Beatificans Deus. Christus. Sacerdotes & ministri Ecclesiæ. Prædicatores. Prælati. Principes ex Gentibus.

Ministrare, est seruire, porrigere, ac præparare. Minister autem, est qui inseruit, & ministrat. Ministerium verò propriè est ministri opera.

Ministrare dicitur Deus in fœlicitate, *x* quum beatos facit, & quum lucis suæ illustratione nos satiat. *Luc. 12.e.*

Ministrans Ioseph domino suo. *Gen. 39.a.* designat *y* Christum ministrantem doctrinam populo Iudaico, & etiam Ecclesiæ. Et ministrans idem vinctis, est Christus ministrans peccatoribus. *Gen. 40.a.* Et minister Mosis Iosue, designat Christum qui factus est minister legis, quando factus est sub lege. *Exod. 24.c. 33.c. Ios. 1.a. Gal. 4.*

Ministrans Aaron Domino, & ministrantes in sanctuario, designant *z* sacerdotes in Ecclesia ministrantes. *Exod. 28.a. 29.e. 35.b. 39.a. 40.b.* Et ministrantes Salomoni, *aa* sunt diaconi, & cæteri gradus, Christo ministrantes in Ecclesia. 3. *Reg. 10.a.* Ministrant autem Leuitæ à viginti quinque annis & supra, designantes eos bene operari, qui medium perfectionis habent. *Num. 8.d.* Ministri etiam in nuptiis. *Ioan. 2.a.* designant prædicatores, & prælatos. Et minister Samuel in conspectu Domini, designat Gentilem populum, aut prædicatorem, cuius ministerium acceptum est Deo. 1. *Reg. 7.d. Isai. 61.e.* Et ministrant Ecclesiæ arietes Nabaioth, *bb* quum electi ex gentibus fiunt sacerdotes Ecclesiæ, & cum reges subduntur Ecclesiæ. *Isaiæ 60.b. Ezech. 40.g.* Et ministrantes mulieres Christo, *cc* sunt animæ sanctæ vt angeli. *Matth. 27.f.* Ministrant autem Christo *dd* qui non sua quærunt, sed quæ Iesu Christi. *Ioan. 12.d.* Item qui portant in fronte Christi vexillum, in ore verbum, manibus & ore tractant eius sacramenta.

Angeli. Apostoli. Dæmones.

Ministri Regis, sunt *ee* angeli, aut etiam dæmones. *Matth. 5.d. 22.b.* Et ministri, qui sunt flamma ignis in bonum quidem, sunt angeli, vel Apostoli. In malum verò, dæmones. *Psalm. 103.*

a *Amb. s. Luc. 16.*

b *Hie. s. Dan. 8. Aug. s. Apo. hom. 9.*

c *Hie. prolo. s. Mich.*

d *Ruper. s. 2. Reg. 12.*

e *Arist. 8. de hist. animal. 24.*

f *Isyc. s. Leu. 11.*

g *Hie. s. Ier. 9.*

h *Glo. ord. s. Thren. 10.*

i *Hieron. s. Amos. 5.*

k *Hier. s. Ezc. 4.*

l *Arist. 8. de hist. animal. 3.*

m *Cle. Alex. 3. ped. 9. Aug. q. in Euang. 30.*

n *Greger. 18. mor. 28.*

o *Gre. Nysse. de vita Mosis.*

p *Beda. sup. Exod. 3. Ambros. 1. de Cain. 6.*

q *Glos. ord. s. Thren. 3.*

r *Lyr. s. Isa. 11.*

s *Hie. s. Is. 20.*

t *Gre. 4. mor. 15.*

u *Hie. s. Iob. 16.*

x *Dionys. epi. 9. Gre. ho. 13.*

y *Ori. s. Ios. h. 2. Bed. s. Gen. 39.*

z *Ori. s. Cant. hom. 2. Philo. quod deteri. potior. insidie aa Bern. hom. 1. post octau. Epipha. ser. 2. Gre. s. 1. Re. 2. & s. Ezech. h. 22.*

bb *Hier. s. Isa. 60.*

cc *Ori. s. Mat. hom. 35.*

dd *Au. s. Ioa. tract. 50. Ruper. 10. s. Ioan.*

ee *Or. s. Matt. hom. 20. & s. Rom. 15. Au. serm. Domini in monte. Ar. s. Psalm. 103.*

Digitized by Google

Miniſterium ſacerdotij,à quo expellit Deus,eſt cultus literæ veteris legis. *Iſa.* 22.*f.*
Miniſtrantes Leuitæ ſacerdotibus,deſignant,ſermonem miniſtrantem menti, *Nu.* 8.*d.*
Miniſterium pincernæ Pharaonis,deſignat obſequia minorum,quæ fiunt Principibus ad eorum explendas voluptates. *Gen.*40.3.*c.*
Non valentes miniſtrare ſacerdotes præ nebula. 3. *Reg.* 8.*b.* deſignant pontifices Iudæorum ac doctores, qui dum natiuitatis Chriſti ſacramenta inueſtigare deſpiciunt, debitum fidei ſuæ miniſterium per erroris nebulam perdiderunt.
Miniſterium eſt,quantum ad literam,cùm carnalia miniſtrant ſpiritualibus. *Luc.*10.*g Rom.*15.*b.*
Miniſtri facientes Petrum negare,deſignant *a* hæreticos inducentes homines in errores,& infidelitatem. *Mat.* 26.*f.*

a *Ori.ſ. Mat. hom.*35.

Miniſter dicitur humilis. *Matth.*20.*d.*Sit veſter miniſter.Solent enim humiles miniſtrare.

Minor,vide Paruus.

Minuere, Diminuere, Imminuere.

Minuere,eſt rem minorem reddere,aut ab ipſa detrahendo,ſiue exhauriendo,vel extenuando, aut etiam derogando,aut alio quouis modo.Eſt item minuere,deprimere,& humiliare,& minui,deficere.
Minuit Deus Filium hominis paulò minus ab angelis,*b* quando Filium ſuum incarnari fecit,& vſque ad mortem crucis humiliari. *Pſalm.*8.

b *Aug.ſ.pſ.*8.

Minui Ioannem Baptiſtam,eſt *c* legem,& Prophetas adueniente ſole Chriſto,non ſplendere.Ad quam minutionem deſignandam,natus eſt Ioannes,quando incipiunt decreſcere dies. *Ioan.*3.*d.*

c *Amb.ſer.*12 *Hie.ſ. Gal.*4.

Minutum manna,*d* cœleſtis doctrinæ,ac ſpiritualium ſenſuum ſubtilitatem indicat:vt non ab omnibus percipi queat. *Exod.*16.*c.* Minutum etiam thimiama *e* ſubtiles ſenſus ſcripturæ deſignat.

d *Philo.* 2. *allegor.*

Minuta ærea duo,*f* vtrunque teſtamentum ſignificare poſſunt. Vel vtriuſque teſtamenti præcepta. Vel deſignant fidem,& miſericordiam. *Luc.*21.*a.*

*Bed.ſ.Exp.*16

e *Ori.ſ.Leu. hom.*9.

Minutatim diuidere ſimilam,*g* eſt ſingulos actus,paſſionis Chriſti contemplari. *Leu.*2.*b.*

f *Am. de vid. Hie. epi. Et factum eſt.*

Non minuuntur filij Iſraël,quum fideles non decreſcunt in bono. *Ier.*30.*d.*Et non minuuntur fame, quum non illis deeſt verbi Dei copia. *Exech.*34.*g.*Non etiam minuuntur iuſti omni bono,*h* quia non priuantur Deo, qui eſt omne bonum. *Pſalm.* 33.

g *Glo. int. ſ. Leu.*2.

Minutus numerus molentium,*i* eſt vel prædicatorum in fine ſeculi,vel dentium in ore ſenis. *Eccle.*12.*b.*
Minuunt menſuram doctores,vel prædicatores, *k* qui pauperibus, vel parum, vel nihil prædicare dignantur. *Amos* 8.*b.*

h *Ba.ſ.pſ.*33.

Minui aquas diluuij,*l* eſt diuinam vindictam mitigari. *Gen.*8.*a.*Et tentationes amoueri.
Minuere menſuram laterum nolens Pharao filiis Iſraël, *m* deſignat graue onus peccati ſub diabolo, quod ille non vult minuere,ſed augere. *Exod.*5.*b.*
Minutum nouiſſimum,*n* minimum peccatum ſignificare poteſt. *Luc.*12.*g.*
Minuere medium ſicli,eſt *o* non ſeruare omnia præcepta. *Exod.*30.*b.*

i *Hie. ſ. Eccl.* 12.

Miphiboſeth.

Miphiboſeth,id eſt,de ore ignominia, ſiue de ore confuſio, vel oris ignominia, vel confuſio,aut verecundia, vel mora:filius Ionathæ,filij Saulis,qui fuit claudus. 2. *Reg.*4.*a.*9.*b.*

k *Hieron.ſ. Amos* 8.

Mirmicaleon.

Mirmicaleon,*p* eſt paruum animal, formicis infeſtum, quòd ſe ſub puluere abſcondit, & formicas frumenta geſtantes interficit, interfectaſque conſumit : dicitur formicarum leo, vel leo pariter & formica,leo formicis, quas deuorat:formica auibus,à quibus deuoratur.Ponitur. *Iob.*4.*b.*Vbi nos legimus Tigris:deſignat eos,qui aduerſus audaces ſunt timidi,aduerſus timidos audaces.Vel diabolus,inſidians iuſtis, qui eſt leo conſentientibus, formica reſiſtentibus.

l *Lyr. ſ. Ge.*8

m *Gloſ.ord.ſ. Exod.*5.

n *Orig.ſ.Luc. hom.*35.

o *Glo ſ. ord.ſ. Exod.*30.

Miſael.

Miſael,id eſt,Dei attrectatio,vel quis poſtulatus, aut commodatus : ſiue quis poſtulans aut commodans : ſiue abſtulit,vel receſſit.Leuites filius Oziel,qui eiecit foras cadauera Nadab, & Abihu. *Leu.*10.*a.*deſignat *q* doctores euangelicos,qui confutant,& expellunt hæreticos.

p *Gr.*5.*m.*16

Miſcere, Admiſcere, Commiſcere, Permiſcere, Migma.

q *Iſy.ſ.Le.*10.

Miſcere,eſt aliqua ſe confundere,& temperare,vt miſceatur aqua vino.
Miſtum vinum, deſignat *r* virtutes Dei cognitioni noſtræ contemperatas, vt inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt,intellecta conſpiciantur. Miſcuit quoque vinum ſapientia, quum narrationi hiſtoriæ legis adiunxit ſenſus ſpirituales. Et cùm diuinitatis ſuæ arcana capere non valentibus,*ſ* per aſſumptæ humanitatis ſacramentum patefecit. *Prouerb.*9.*a.*

r *Philo. quòd Deus ſit immutab.*

Miſcebat Chriſtus potum cum fletu. *Pſalm.*101.quando *t* exprobrantibus Iudæis peccatores ad ſe conuertebat, & quum aliquos admittebat,aliquos reiiciebat,quia potus intus mittitur,fletus extra.

*Gr.*17.*m.*14. & 33.*m.*21.

ſ *Bed.ſ.Pro.*9

Commiſcens Sara tria ſata ſimilæ,fidem *u* expreſſit Trinitatis cum vnitate. *Gen.*18.*a.*
Miſtum thimiama,*x* coniunctionem & concordiam virtutum & bonorum operum deſignat. *Exod.* 30.*d.* Miſta autem tintinnabula malogranatis,deſignat prædicationem coniunctam bonis operibus. *Exod.* 28.*f.* Ad hæc pertinet admiſtio olei in collyride. *Leu.*7.*b.Ezech.*46.*c.*

t *Gr.pſ.* 101.

Miſcet Dominus ſpiritum vertiginis,*y* quum tradit hæreticos in reprobum ſenſum. *Iſa.* 19.*b.* Miſcuit etiam ſpiritum ſoporis Principibus Iudæorum,quum in graui ignorantia ſcripturarum de Chriſto eos reliquit. *Iſa.*29.*c.*

u *Amb.* 1. *de Abr.*5.*Iſyc.ſ. Leu.*19.

Commiſtum migma,*z* eſt coniunctio literæ legis cum ſenſu ſpirituali. *Iſa.*30.*e.*
Commiſceatur ſemen generis ſacerdotis,*aa* ſi Chriſtiani volunt ſeruare literam legis. *Leu.*21.*a.*

x *Gr.*1.*m.* 39.

Commiſtum argentum,*bb* eſt natura bona peccato vitiata. *Exech.* 22.*d.* Et miſtum ſanguine veſtimentum,eſt anima peccatis infecta. *Iſa.*9.*a.*Et commiſta Hieruſalem amatoribus,eſt anima adhærens dæmonibus, & hæreticis. *Ezech.*16.*d.*

y *Hie.ſ. Iſai.* 19.29.

Miſcent ebrietatem, qui *cc* dum concupiſcentiarum ardoribus inflammantur, ad rectitudinis perdita ratione redire nequeunt.Et miſcet ſiceram, qui quum ebrietate plenus ſit, ad decipiendos homines vmbras quaſdam ad imagines ſimulat ſe habere virtutum. *Iſa.*5.*c.*

z *Hi.ſ.Iſ.*30.

Miſcere aquam vino,*dd* eſt iudicare Chriſtum hominem tantum eſſe. Vel eſt miſcere res ſynagogæ cum rebus Eccleſiæ.Vel traditiones humanas cum vera doctrina confundere.Vel rebus ſanctis & feruidis, res viles & frigidas inſerere. *Iſa.*1.*f.*Et miſtum vinum,eſt fæx literæ legis. *Pſalm.*74.

aa *Iſyc.ſ.Leu.* 21.

Commiſceri iumenta cum animalibus alterius generis, *ee* eſt velle ſectari circunciſionem, & baptiſmum aut errores Gentilium iungere doctrinæ Eccleſiæ. *Leu.*19.*d.*
Commiſceri cum maſculo coitu fœmineo, eſt *ff* efficere eum, qui viriliter operabatur, effœminatè operari. *Leuit.*18.*c.*

bb *Oriſ.Exec. hom.* 1.*Hie.ſ. Iſai.*9.

Miſtus ſanguis cum ſacrificiis,*gg* eſt quando aliqui impurè offerunt. *Luc.*13.*a.* Miſtum autem ſanguine veſtimentum,*hh* eſt quum deſideriis carnalibus membra inquinantur. *Iſa.*9.*a.*
Commiſtio fermenti,*ii* eſt conſenſus multorum in errore. *Hoſ.*7.*b.*
Commiſcetur Ephraim populis,*kk* quum hæretici non differunt ab errore Gentilium. *Hoſ.*7.*b.* Et Iudæi ſequentes peccata Gentium,& maiora etiam perpetrantes.
Miſta grando,& ignis,varietatem *ll* pœnarum inferni deſignant. *Exod.*9.*c. Apoc.*8.*b.*
Miſta grando,& ignis,varietatem *ll* pœnarum inferni deſignant. *Exod.*9.*c. Apoc.*8.*b.*
Miſtum mare igne,deſignabat *mm* baptiſmum cum gratia Spiritus ſancti, *Apoc.*15.

cc *Gr.ſ.*1.*Re.* 8.*Hi.ſ.Iſa.*5.

dd *Am.ſ. ſer.* 78.

*Hie.ſ. Iſai.*1.

*Aug. ſ.pſ.*74.

ee *Iſy. ſ.Leu.* 19.

ff *Iſyc. ſ. Le.* 18.

gg *Am. ſ.Lu.* 13.

hh *Gr.*9. *mo.* 92.

ii *Hierem. ſ. Hoſ.*7.

kk *Ru.ſ.Ho.*7.

Miſer, Miſeria, Calamitas.

ll *Auguſt. ſ. Apoc.hom.*6.

Miſer eſt,qui aliqua infœlicitate tenetur,& calamitoſus, & ærumnoſus. Miſeria autem eſt ipſa calamitas,qua quis premitur. *Iob.*10.*c.*11.*a.*13.*d.*30.*b.*36.*c.*

mm *Rup.*9.*ſ. Apo.*

Miſero

Haretici. Humilis. Incarnationis humilitas. Aduenienes Chriſto non lucens Propheta. Subtilitas. myſteriorum. Vtrumque teſtamentum. Fides & miſericordia. Contemplari paſſionem. Non decreſcere in bono. Non priuari Deo. Raritas prædicatorum. Non prædicantes pauperibus. Mitigatio diuina vindicta & tentationum. Angeri onus peccati. Minimum peccatum. Non ſeruare omnia præcepta. Audax in minores Diabolus Doctores. Euangelici. Contemperata cognitio Dei. Senſus Spiritualis in litera. Incarnatio. Conuertens Chriſtus aliquos dimiſſis aliis. Fides Trinitatis. Concordia. virtutum. Prædicatio cum bonis operibus. Tradi in reprobum ſenſum. Coniunctio literæ & Spiritus. Seruare literam legis. Anima peccatis infecta. Adherere. dæmonibus. Inflammari affectibus. Indicare Chriſtum purum hominem. Miſcere res Eccleſiæ, & ſynagoga. Circunciſio, & baptiſmus. Virum effœminatè operari. Impurè ſacrificare. Conſenſus multorum

in errore. Errantes hæretici cum Gentibus. Varietas pœnarum inferni. Baptiſmus cum gratia Spiritus ſancti.

Digitized by Google

Cognoſcentes miſeriam. Caro vitioſa. Pœna inferni Diabolus. Parcens Deus Dans Filium.

Miſero datur lux,*a* quando hi qui ſublimia contemplantur, eſſe ſe in hac peregrinatione miſeros agnoſcunt, claritatem tranſitoriæ proſperitatis recipiunt, & cùm valdè deſleant, quia tardè ad patriam redeunt, tolerare inſuper honoris onera compelluntur, *Iob.3.d.*

Miſera filia Babylonis,*b* carnem vitioſam ſignificare poteſt. *Pſ.*136. Et mali dicuntur calamitate & miſeria ſqualidi, quia & morum ſunt pernicie & ſenſuum prauitate deſpecti. *Iob.*30.*a.*

Calamitas ventura, eſt *c* vltima condemnatio futura in iudicio. *Iob*, 5.*d.* Et calamitas Babylonis, *d* pœnam inferni deſignare poteſt. *Iſa.*47.*c.* Et generaliter calamitas, & miſeria pro pœna inferni ſumi poteſt, *Pſ.*139. *Iſ.*10.*a.*

Miſer conſummatur, aut conſumptus, *e* dicitur diabolus. *Iſa.*16.*a.*

Miſereri, Miſericordia, Miſericors.

MISERERI, eſt ex alicuius miſeria corde anxium eſſe. Miſericordia autem, eſt animi ægritudo, ex alterius miſeria dolentis. Miſericors verò eſt, qui ex alterius calamitate dolorem animo concipit, quique facilè ad commiſerationem mouetur, & quatenus poteſt, miſeriam alterius ſubleuat. Miſericordia autem, eſt amicitia, auxilium, beneficentia, beneficium, cuſtodia, iuſtitia.

Miſericordia competit Deo, *f* non quantum ad affectum, ſed quantum ad effectum: qua ratione dicitur proprium eſſe miſereri ſemper & parcere, & dicitur miſereri miſericordia ſempiterna. *Iſa.*54.*c. Ierem.*31.*d.* Et miſertus eſt pauperum ſuorum, quando dedit Filium ſuum, propitiatorium pro peccatis noſtris. *Pſalm.*59. *Iſaiæ*, 49. Et ipſe Deus dicitur miſericordia noſtra. *Ion.*2.*d.* Et dicitur ſimul miſericors, & iuſtus, ne quis putet ſe impunè peccaturum. *Pſalm.*114. Et miſeretur etiam cuius voluerit, hoc eſt, populi Gentilis. *Exod.*33.*d. Rom.*9.*b.* Et miſericordiæ Dei locus, *g* dicitur eſſe Gentilitas, *Iob.*37.*b. Oſe.*1.*c.* Miſerationes autem Dei dicuntur eſſe ſuper omnia opera eius. *Pſa.*114. Quia quod potens eſt, naturæ ſuæ virtus eſt, quod autem miſericors eſt, ſalutis noſtræ profectus eſt, & plus eſt non ſuis vti, ſed aliis præſtitiſſe quæ ſua ſunt. Datur miſericordia magna Dei. *Pſal.*50. quæ eſt *h* fructus benedictionis datæ Iacob, vt Chriſtus ex eo naſceretur ad redemptionem generis humani. Miſericordia verò parua, eſt benedictio data Eſau, quæ eſt collatio temporalium.

Liberatio Chriſti. Adiuuans fideles. Incarnatio. Vocatio Gentium. Chriſtus. Caſtigans ad ſalutem. Relinquens obſtinatos. Docere verbo & exemplo. Cognitio cæcitatis. Non dimittere in erroribus.

Miſertus Dominus Ioſeph in carcere, deſignat Chriſtum inter mortuos liberum, *Gen.*39.*d.*

Miſeretur Dominus Iacob, *i* quum liberat fideles pugnantes in tentationibus, aut cum hæreticis. *Iſa.*14.*a.*

Miſertus eſt Ieſus turbæ *k* per humanitatem aſſumptam. *Matth.* 9.*d.* 14.*b.* Miſertus eſt etiam turbæ, quando gratiam miſit ad Gentes. *Matt.*15.*d.* Et ſolium eius præparatur in miſericordia: quia primus eius aduentus eſt miſericordiæ. *Iſa.*16.*b.*

Miſericordia Dei interdum dicitur *l* ipſe Chriſtus. *Pſal.*84. 118. Et miſericordiæ Dauid, ſunt miſericordiæ Chriſti, *Iſa.*55.*a.*

Miſeretur Dominus iratus, *m* quum caſtigat ad animæ ſalutem. *Pſa.*59.

Non miſeretur Deus pupilli, & viduæ, *n* quum relinquit eos, à quibus relictus eſt, qui non ſunt digni ipſum recuperare. *Iſa.*9.*c.*

Miſeretur iuſtus, *o* quum docet verbo & exemplo. *Pſalm.*36. Et miſericordes mulieres, ſunt paſtores, munus eſt miſereri. *Thren.*4.*b.*

Miſericordiam petentes cæci, *p* ſunt cognoſcentes ſuam cæcitatem. *Matt.*26.*d.*

Non miſerentur Medi lactantium, *q* quum prædicatores non ſinunt paruos & ſimplices in erroribus permanere. *Iſa.*13.*d.*

Miſericordia Ephraim, & Iuda, dicitur quaſi nubes matutina, & quaſi ros pertranſiens, *Oſ.*6.*b.* quia *r* ipſi effecerunt, vt Deus eorum non amplius miſeretur. Vel dicitur quia miſericordia eorum eſt parui momenti coram Deo. Vel quia benedictio eorum fuit ſicut Eſau in rore cœli, & pinguedine terræ, hoc eſt, in temporalibus.

Dimittens Deus Iſraël. Amplectens Gentilitas Chriſtum.

Abſque miſericordia dicta eſt filia Oſeæ, & Gomer, quia *ſ* Deus non eſt amplius miſertus Iſraël. *Oſ.*1.*c.*

Miſerta eſt filia Pharaonis Moſis infantis. *Exod.*2.*b.* deſignans *t* Gentilitatem amplectentem Chriſtum à ſynagoga matre eiectum.

Mitis, Mitigare, vide Manſuetudo.
Mitra, vide Corona.
Mittere, Promittere, Tranſmittere.

MITTERE, eſt aliquem ad certum locum deſtinare. Præmittere autem eſt ante mittere. Porrò mittere interdum eſt abiicere. *Ioan.*15.*a.* Mittetur foras ſicut palmes. Dare *Pſal.*77. Cibaria miſit ei in abundantia. Deiicere. *Gen.*37.*d.* Mittamus in ciſternam veterem. Efficere. *Pſa.*147. Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas. Immittere. *Exod.*4.*b.* Mitte manum tuam in ſinum tuum. Delegare. *Exo.*3.*c.* Mittam te ad Pharaonem. Iacere. *Iſa.*22.*e.* Quaſi pilam mittet te in terram. Includere. *Gen.*40.*c.* Innocens in lacum miſſus ſum. Infundere. *Leuit.*5.*c.* Non mittet in eam oleum. Mandare, 2. *Reg.*15.*g.* Mitteris per eos ad me. Emittere. *Iud.*16.*c.* Miſiſti Spiritum tuum. Permittere. *Exod.*9.*c.* Mittam omnes plagas meas. Recondere. *Ioan.*18.*b.* Mitte gladium tuum in vaginam. Subſcribere. 3. *Reg* 21.*c.* In literis quas miſerat ad eos. Traiicere, *Exod.*35.*c.* Mittantur vectes per eos.

Miſſio Chriſti.

Mittens Deus Angelum ſuum coram ſeruo Abrahæ, deſignauit miſſionem, qua Pater Chriſtum miſit in mundum. *Gen.*24.*a.* Itidem mittens Iacob Ioſeph ad fratres ſuos, *u* eſt Deus pater mittens Filium in carne. *Geneſ.*37.*c.* Pari ratione miſſus dicitur Ioſeph in Ægyptum, pro ſalute fratrum ſuorũ, hoc eſt, Chriſtus in mundũ pro ſalute generis humani. *Gen.*45.*b. Pſa.*104. De ipſo quoque Chriſto dicebat Iacob. *Gen.*49.*b.* Donec veniat qui mittendus eſt. De eodem dicebat MOSES. Obſecro Domine, mitte quem miſſurus es. *Exo.*4.*c.*33.*c.* Mittens quoque Deus Moſen ad Pharaonem, eſt mittens Chriſtum ad reprimendum diabolum. *Exo.*3.*c.* Sed ipſum Moſen miſit recuſantem. Iſaiam verò, *x* qui etiam typus eſt Chriſti, miſit ſe ipſum offerentem. *Iſa.* 6. *c.* quia Chriſtus prompto animo ſe ipſum pro nobis obtulit. Et miſſus dicitur Chriſtus ad oues quæ perierãt domus Iſraël, hoc eſt, ad animas ſaluandas, peculiariter illius populi, cui præſentiam exhibuit corporaliter. *Matt.*15.*c.* Miſit etiam Deus de cœlo auxilium, miſericordiam, & veritatem, *y* quum miſit Filium ſuum ad liberandum genus humanum. *Pſalm.*56. Et miſit verbum ſuum in Iacob, hoc eſt, Chriſtum ad Eccleſiam, vel eius doctrinam, quem miſit etiam ad annunciandum manſuetis, *Iſa.*9.*b.*55.*d.*61.*a.* Miſit præterea Deus Saluatorem Ægyptiis, hoc eſt, Chriſtum Gentibus, & lapidem angularem. *Iſa.*19.*d.*28.*d.* Miſit præterea Deus in Babylonem, quum miſit Filium ſuum ad huius ſeculi confuſionem, vt nos à confuſione liberaret, quem etiam Spiritus eius miſiſſe dicitur. *Iſa.* 43. *c.* 48. *d.* Miſſus quoque Ezechiel ad Iudæos, quorum nouerat linguam, eſt Chriſtus miſſus ad oues quæ perierant domus Iſraël. *Ezech.* 3.*b.* Miſit etiam Deus legatum ad Gentes, Chriſtum. *Abdiæ*, *a. Zach.*2.*c.* Et quum miſit paterfamilias filium ſuum ad agricolas, deſignatur Deus pater mittens Filium ad Iudæos. *Matth.*21.*d.* Miſit autem Deus Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, quando ei carnem mortalem dedit perinde ac ſi eſſet peccator. *Rom.* 8.*a.* Miſſus eſt autem in plenitudine temporis. *Galat.* 4.*a.* Mittere quoque dicitur Deus manum ſuam, quando mittit Chriſtum. *Ier.*1.*b. Ezech.*2.*d.* Mittens autem MOSES priùs manum in ſinum deſignauit *z* occultam Chriſti diuinitatem. Mittens eam ſecundò, eius incarnationem indicauit. *Exod.* 4.*a.* Miſiſſe quoque dicitur Deus manum ſuam ſuper eos, qui procul receſſerant de filiis Iſraël, quum abſcondit diuinitatem Chriſti, *Exod.*24.*c.*

Occulta diuinitas Chriſti.

Mittere dicitur Deus manum, *aa* quum præſtat auxilium & veritatem. *Ier.*1.*a.* Et miſſa manus ad Ezechielem, indicat collectionem beneficiorum Dei. *Ezech.*2.*d.*

Adiuuans Deus.

Mittit etiam Deus manum, *bb* cùm caſtigat, vel ad probationem, vel aliàs. *Iob.*2.*b. Pſal.*80. Vel mittit manum, quum dat poteſtatem diabolo, aut membris eius ad nocendum, quia'niſi ipſe det poteſtatem, nocere non valent.

Caſtigatio.

Mittit ſponſus manum ſuam per feneſtram, aut foramen *cc* quando proponit opera ſua, quæ geſſit in carne, *Cant.*5.*b.* Et quando per ſubtilem intellectum, quanta ſit operationis diuinæ virtus inſpirando ei manifeſtat.

Exempla Chriſti. Inſpiratio. Dans doctrinam. Spiritus ſancti & doctrinam.

Mittit Deus frumentum, vinum, & oleum, *dd* quum dat doctrinam, & dona ſpiritualia. *Ioel.*2.*e.* Et mittit verba in ſpiritu ſuo, per manum Prophetarum. *Zach.* 7. *d.* Mittens autem Ioſeph pecuniam, & veſtes patri ſuo, deſignauit Chriſtum, mittentem dona Spiritus ſancti hominibus poſt aſcenſionem. *Gen.*45.*f.* Miſſa quoque ſagena in mare *ee* eſt doctrina verbi Dei, ad capiendos homines dilatata. *Matt.*13.*f.* Sic miſit Petrus hamum in mare. *Matt.* 17.*d.* Miſit etiam Ieſus gladium in terram, quum docuit verbum Dei. *Matth.*10.*d.*

a *Gre.*5.*m.*1.

b *Hil.ſ.pſal.* 136. *Gre.*20.*m.*9.

c *Gre.*6.*mor.* 20.

d *Hila.ſ.pſal.* 139.

e *Hie.ſ.Iſ.*16.

f *Aug.qu.in Exod.*154. *Baſil.ſ.pſ.*29, 114.

g *Gre.*27.*m.* 22.

h *Hil. ſ. pſ.* 144.

i *Ru.* 9. *vict. ver.Dom.*21.

k *Hi.ſ.Iſ.*14.

l *Ori.ſ.Mat. cap.*14. *Hil.ſ. Matth. can.*16.

m *Amb.ſ.pſ.* 118.

n *Hil.ſ.pſ.*59. *Hier.ſ.Iſai.*9.

o *Ori.ſ.pſ.*36. *hom.*3.

p *Ori.ſ.Matt. hom.*13.

q *Hi.ſ.Iſ.*13.

r *Hie.ſ.Ho.*6. *Rup.ſ. Ho.*6.

ſ *Glo. ord.ſu. Oſe.*1.

t *Glo. ord.ſu. Exod.*2.

u *Ambro. de Ioſeph.*3. 12.

x *Orig.ſ.Iſa.* 6.*&ſ.Matt. cap.*15. *Hier.ſ. Iſa.*9. 19.28.43.*&ſ.Matth.*21.

y *Au.ſ.pſ.*56. *Bed.ſ.Gen.*37 *Hil.pſ.*57.

z *Amb.*3.*offi.* 14.

aa *Hi.ſ. Eze.* 2.

bb *Hie.ſ.Eze.* 16. *Aug.ſ.pſ.* 32.

cc *Ambro. de virg.* 3. *&ſ. pſ.*118.*ſer.*12 *Gre.ſ.Can.*5.

dd *Hie.ſ.Ioel.* 2.

ee *Or.ſ.Mat. ca.*13.*&ho.*4. *Hil.ſ. Matth. Can.*10.17.

Mittens Christus aquam in peluim, designauit *a* sensum spiritualem, superinductum literæ scripturæ. *Ioan.* 13.*a*. Idem significat aqua missa in labium. *Exod.* 30.*c*.

Mittens Deus Moſen ad filios Iſraël, *b* collationem legis significauit, *Exod.* 3.*b*. *Pſa.* 104. Et miſit Moſen, Aaron, & Mariam, hoc eſt legem ſpiritualem, & ſacerdotium ſanctum, & vaticinium Prophetarum. Miſit quoque Deus Moſen ad Pharaonem ad vindictam ſuper illum, & demum ad mortem ipſius. Ita miſit Dominus legem ad mortificationem fortitudinis diaboli, & ad humanum genus liberandum.

Mittit Deus iram ſuam & plagas, *c* quum caſtigat, *Exod.* 9.*c*. 25.*a*. Ita miſit furorem ſuum in Iſraël, quando terram illam deſolationi tradidit. *Ezech.* 7.*a*. Et miſit exercitus contra homicidas, quando miſit Romanos ad deſtruendam Hieruſalem. *Matt.* 22.*a*. Et mittens ſagittam, eſt Deus, vel eius miniſtri, vindictam eius exequentes. Dicitur etiam mittere gladium in malos, quum eos caſtigat. *Iere.* 4.*g*. 9.*e*. 25.*e*. Et mittit ignem, *Hoſ.* 9.*d*. *Amos*, 1.*b*. 2.*a*. Et miſit fortitudinem magnam, *d* quando miſit erucam, cui homines reſiſtere non valent. *Ioel.* 2.*f*. Et mittit egeſtatem. *Malach.* 2.*a*. Et miſit Deus Aſſur ad gentem fallacem, quum miſit diabolum ad puniendos hæreticos. *Iſa.* 10.*b*. Et miſit ſerpentes regulos, quum caſtigat per dæmones. *Ier.* 8.*f*. Et mittit Iezabel in lectum, *Apoc.* 2.*f*. Illam quidem Iezabel *e* in lectum miſit, quando præcipitari fecit, & in infernum proiecit: quo etiam præcipitantur eius imitatores.

Miſſus Ioſeph in ciſternam, deſignat Chriſtum miſſum in ſepulchrum. *Geneſ.* 37.*a*. Idem deſignat miſſum granum ſinapis in hortum, *f* vbi etiam deſignatur Chriſtus captus in horto. *Luc.* 13.*d*.

Mittens rex Pharao ad ſoluendum Ioſeph de carcere, deſignat Deum patrem ſuſcitantem Filium à mortuis. *Pſal.* 104.

Mittere in tenebras exteriores, *g* eſt in infernum detrudere. *Matth.* 22.*b*. Idem eſt mitti in carcerem. *Matt.* 5.*d*. *Luc.* 12.*g*. Sic mittuntur ſcandala in caminum ignis, & mali mittuntur foras, quia eiiciuntur à bonorum conſortio. *Matt.* 12.*f*.

Mittit Deus ignem de excelſo in oſſibus, *h* quum dat ſpiritum compunctionis, *Thren.* 1. *e*. Et miſit Chriſtus ignem in terram, hoc eſt, charitatem. *Luc.* 12.*f*. *Iere.* 20.*e*.

Mittens Deus ad Samuelem virum, quem conſtitueret Regem, deſignauit *i* neminem debere ſibi honorem aſſumere, ſed quem Deus mittit, illum eſſe aſſumendum. 1. *Reg.* 9.*c*.

Miſit Deus nuncios ad populum ſuum, *k* quum miſit Apoſtolos, & Prophetas ad Iudæos, *Iſa.* 42.*d*. Miſit etiam piſcatores & venatores. *Ier.* 16.*d*. Et miſit redemptionem populo ſuo, quando *l* fecit eam prædicari per Apoſtolos, & Prædicatores. *Pſalm.* 109. Miſit etiam operarios in meſſem, hoc eſt, prædicatores, ad Gentes. Et miſit paterfamilias ſeruos ſuos, Prophetas, & Apoſtolos, & etiam Filium ſuum ad vineam, & ad vocandum ad nuptias. *Matth.* 21.*d*. 22.*a*. Miſit etiam Chriſtus duos diſcipulos ad aſinam, & pullum, *m* hoc eſt, Petrum & Paulum ad Iudæos, & Gentes. *Matth.* 21.*a*. Et mittens Eliſæus ſal in aquam, deſignat Chriſtum mittentem Apoſtolos ad Gentes, 4. *Reg.* 2.*d*. Mittit autem Chriſtus diſcipulos ſuos ſicut agnos inter lupos: quia non timet, vt lupi noceant, ſed ſimul eos habitare facit. *Luc.* 10.*a*. *Iſa.* 65.*d*. *Zach.* 1.*b*. Miſit Eliſæus nuncium ad Naaman, quem videre noluit, nec tamen eum deſpexit, deſignans Chriſtum, qui non per ſeipſum iuit ad Gentes, ſed ad eos miſit Apoſtolos. 4. *Reg.* 5.*c*.

Miſit Moſes iuuenes ad ſacrificandum, *n* deſignat Chriſtum inſtituentem Martyres, qui offerrent corpora ſua. *Exod.* 24.*a*.

Miſit Deus Angelum præcurſorem, quum miſit Ioannem Baptiſtam ante faciem Chriſti, *Exod.* 23.*c*. *Mala.* 3.*a*. *Matth.* 11.*b*. Et mittens Iudas hœdum per Odollamitem, *o* eſt Chriſtus, mittens Ioannem reprehendentem peccata. *Geneſ.* 28.*a*. Sic miſit Iſaiam ad annunciandum populo mala. *Iſa.* 6.*c*. Dicitur etiam Deus mittere terrorem ſuum in præcurſum populi ſui, quia in eius defenſione terret aduerſarios. *Exod.* 23.*d*.

Mittens etiam Iudas hœdum de grege, deſignat *p* Chriſtum ſacrificari pro peccatoribus, *Gen.* 38.*e*.

Miſit Deus Sobnam in terram latam & ſpacioſam, quando Iudæos eorumque ſacerdotes per orbem diſperſit. *Iſa.* 22.*e*.

Mittit Deus in renibus filias pharetræ, quum *q* carnalia deſideria in hominibus iuxta modum diſpenſationis ſuæ congrua caſtigatione corripit. *Thren.* 3.*b*. vel permittit tentationes libidinis.

Miſit Deus ſigna & prodigia in medio Ægypti, *r* quum operatus eſt ſalutem in medio terræ quando Sol obſcuratus eſt, & petræ ſciſſæ, &c. *Pſal.* 134.

Mittit Deus fulgura, *ſ* quum facit Sanctos, & prædicatores per miracula coruſcare. *Iob.* 38.*b*.

Mittit Deus ſagittas famis, *t* quum in pœnam peccati tollit verbum Dei, *Ezech.* 5.*d*.

Mittit Deus cryſtallum ſicut buccellas, *u* quum tribulationis rigorem temperat. Et quum ex induratis prædicatores. *Pſalm.* 147.

Mittens Moſes lignum in aquas, deſignauit *x* crucem Chriſti in aquas baptiſmi inductam. *Exod.* 15.*d*. Idem ſignificauit Eliſæus mittens lignum in aquam. 4. *Reg.* 6.*b*.

Mittere oleum in ſimilam, *y* eſt pœnitentiæ adiungere refrigerium, vt libentius ſuſtineatur, *Leuit.* 5. *c*. Non mittitur oleum, quum non eſt perfecta pœnitentia.

Mittit Deus tenuitatem in pinguibus, quum ſeparat ab hæreticis eorum ſectatores. *Iſa.* 10.*d*.

Mittere vinum nouum in vtres veteres eſt *z* velle dare gratiam Spiritus ſancti peccatoribus non renouatis, vel tradere doctrinam Euangelicam peccatoribus, vel Scribis, & Phariſæis eam contemnentibus, *Matth.* 9.*b*. Mittere quoque margaritas ante porcos, eſt reuelare myſteria hæreticis, & indignis, qui quod venerandum eſt, exponit contemptoribus. *Matth.* 7.*d*. Et mittere canibus panem filiorum, eſt prædicare, & facere miracula indignis: vel tradere doctrinam Euangelicam Gentibus ante tempus opportunum. *Matt.* 15.*c*.

Mittet Filius hominis Angelos ſuos ad colligenda de regno ſuo omnia ſcandala, quando in iudicio ſeparabit malos à bonis. *Matt.* 13.*e*. Et tunc *aa* mittent Angeli falces ad metendos, & ſeparandos malos, *Ioel*, 3.*b*.

Mittens Deus ventum magnum in mare. *Ioan.* 1.*a*. eſt *bb* permittens, vt diabolus turbas & ſeditiones excitaret in Iudæa aduerſus Chriſtum.

Mittens Ioannes duos diſcipulos ad Chriſtum vt eius viderent miracula, deſignauit *cc* remittendos Iudæos ad contuenda Euangelia. Vel vtrunque populum ad fidem Chriſti. Vel deſignat lex remittens Iudæos ad Euangelium. *Matt.* 11.*a*. *Luc.* 7.*c*.

Miſit Spiritus Dei ſortem prophetiis, quia *dd* vnamquamque ſuo tempore decreuit implere. *Iſa.* 34.*d*.

Mittere ſortem inter duos hircos, *Leu.* 16.*b*. eſt *ee* diuiſionem diuinitatis & humanitatis in Chriſto intelligere.

Mittit Deus mortem in via Ægypti, quum *ff* facit aliquem mori peccato & mundo. *Amos.* 4.*c*.

Mittentes fratres Ioſeph vnum ex ipſis ad fratrem minimum Beniamin ducendum ad Ioſeph, *gg* deſignatunt miſſionem Ananiæ ad Paulum baptizandum. *Gen.* 42.*c*.

Mittens Iacob Iudam ante ſe ad Ioſeph, deſignauit *hh* confeſſionem debere præcedere illum, qui accedit ad Chriſtum. *Geneſ.* 46.*c*.

Mittere oleum in manum ſiniſtram, *ii* eſt opere monſtrare miſericordiam Dei, etiam in aduerſis, *Leu.* 14.*e*.

Mittere manum ad aratrum, *kk* aggredi laborioſa virtutis opera, & quaſi quodam compunctionis vomere ad proferendos fructus, terram ſui cordis aperire. *Luc.* 9.*g*.

Mittentes Azotij ad ſatrapas Philiſtinorum propter arcam Domini, *ll* deſignarunt, quòd ex hoc quòd infideles contradicunt fidei, datur occaſio vt magis prædicatores ſuccurrere feſtinent. 1. *Reg.* 5.*c*.

Mittentes Bethſamitæ nuncios ad habitatores Cariathiarim, vt reducerent arcam, deſignant *mm* eligentes dignos ad ſacerdotium, etiam ex aliis locis, ſi apud ſe non inueniant. 1. *Reg.* 6.*d*.

Mittens Saul fruſta boum in omnes terminos Iſraël, vt veniret ad prælium, deſignat *nn* prædicatorem omnium Sanctorum exempla quærentem, & proponentem, 1. *Reg.* 11.*b*.

Mittens pater Dauid ad ipſum quærendum vt vngeretur in Regem deſignauit *oo* eleuandam eſſe mentem ſuper Angelos, ad inueniendum Chriſtum in æqualitate æterni Patris. 1. *Reg.* 16.*b*.

a Ori. ſ. If. ho. 6.
b Arn. ſup. pſ. 104. Hier. ſ. Mic. 6. Bed. ſ. Exo. 3.
c Ori. ſ. Matt. ho. 20.
d Hier. ſ. Ioel. 2. & ſ. Ierem. 8.
e Ruper. 2. ſu. Apoc.
f Amb. ſ. Luc. 13.
g Ori. ſ. Matt. cap. 13. & hom. 20. & ſ. Luc. hom. 35. Au. 1. ſer. Domini in monte.
h Am. ſ. Luc. 12.
i Gre. ſ. 1. Re. 9.
k Hie. ſ. If. 16. & ſ. Luc. 1. & ſ. Matt. 21.
l Arno. ſ. pſ. 9. 10.
m Am. ſe. 87. Gre. hom. 38.
n Lyr. ſ. Exod. 24.
o Glo. ord. ſu. Gen. 28. Rup. ſ. Gen. 30.
p Glo. ord. ſu. Iſai.
q Glo. ord. ſu. Thren. 3.
r Hilar. & Hie. ſ. pſ. 134.
ſ Gre. 30. m. 3
t Hie. ſ. Ezec.
u Aug. ſ. pſa. 147.
x Tert. aduer. Iudæos.
y Glo. ord. ſu. Leu. 5.
z Ori. 1. peria. 3. & ſ. Matt. cap. 15. Hil. ſ. Matt. Can. 6. 9. Hie. ſ. Mat. 9. Aug. 2. ſer. Domini in monte.
aa Hier. ſ. Ioe. 3.
bb Rup. ſ. Iom. 1.
cc Hil. ſ. Mat. Can. 11. Am. ſ. Luc. 7.
dd Aug. de Sanctis ſe. 20.
ee Gl. ord. ſu. Leu. 16.
ff Hieron. ſu. Amos 4.
gg Glo. inte. ſ. Gen. 42.
hh Glo. int. ſ. Gen. 46.
ii Iſy. ſ. Le. 14.
kk Gre. ſ. Ez. hom. 3.
ll Gre. ſ. 1. Re. 5.
mm Gre. ſ. 1. Re. 6.
nn Gre. ſ. 1. Re. 11.
oo Gre. ſup. 1. Reg. 16.

Inducens ſenſũ ſpiritualẽ.
Collatio legis.
Punitio.
Chriſtus in ſepulchrum.
Suſcitatio Chriſti.
Detrudere in infernum.
Dans Deus ſpiritum compunctionis.
Oſtendens Deus eligendum.
Mittens Prophetas & Apoſtolos ad Iudæos.
Mittens prædicatores ad Gentes.
Inſtituens Chriſtus Martyres.
Ioannes Baptiſta.
Sacrificium Chriſti.
Diſperſio Iudæorum.
Caſtigatio libidinis.
Paſſio Chriſti.
Miracula prædicatorum
Tollere verbũ Dei.
Temperans tribulationes.
Faciens prædicatores ex induratis.
Crux Chriſti.
Refrigerium pœnitentiæ.
Separans ſectatores ab hæreticis.
Tradere doctrinam indignis.
Separatio in iudicio.
Permiſſo tentandi.
Remittens lex ad Euangelium.
Impletio Prophetiarum.
Intelligere diuinam & humanam naturam in Chriſto.
Mori peccato.
Miſſio Ananiæ ad Paulum.
Confeſſio præcedens.
Opera miſericordiæ.
Aggredi virtutis opera.
Occaſio prædicandi ab infidelibus orta.
Eligere dignos ad ſacerdotium.
Prædicator proponens Sanctorum exempla.
Elevatio mentis ad inueniendum Chriſtum.

Digitized by Google

Mittere semina,*a* est bene operari,*Psalm.*125.*Amos.*9.*d.*

Mittere commissuram panni noui in vestimentum vetus,est *b* exercere opera veteris & noui hominis. *Luc.*5.*g.*

Mittere vnguentum in corpus Christi, est *c* prædicare Christum crucifixum, *Matth.* 26.*a. Marc.* 14.*a. Ioan.* 12.*a.*

Mittens Rebecca in Haran ad reducendum Iacob, *Gen.*27.*g.* designat *d* patientiam retrahentem à sensibus.

Mittere stercora in ficu,*e* est docere humilitatem,*Luc.*13.*b.*

Mittit manum in cauernam reguli,*f* qui virtute Christi eiicit dæmonia, vt Apostoli, *Isa.* 11.*b.* Vel ipse Deus mittit manum,qui iniquorum corda diuina potestate tenuit,& comprehensum exinde aspidem, vel regulum, id est,captiuum diabolum traxit.

Mittens se Petrus è nauicula in mare, vt iret ad Christum, designauit *g* curam sibi traditam totius orbis, & non vnius tantùm nauiculæ.*Ioan.*21.*b.*

Mitteus Moses exploratores ad terram promissionis. *Num.* 13.*a.* designat *h* illius terræ ad quam festinamus, qualitatem sagaci perscrutatione nos velle prænosse, & mentis nostræ cogitationes cœlestium bonorum exploratrices in inuisibilium perscrutinium dirigere, & meditationes nostras in id operis destinare, vt per inuestigationem inueniamus,vnde possimus affectionum nostrarum turbam in eorum amorem vrgere.

Miserunt Syri prædam de Hierusalem ad regem Damasci,designantes *i* legis & Prophetarum mysteria doctoribus Ecclesiæ ex Gentibus fuisse tradenda.2.*Par.*24.*f.*

Mittunt maiores minores ad aquam, quum *k* prælati doctrinæ curam inferioribus committunt. *Ierem.* 14.*a.* Mittit autem panem suum super aquas, qui dat doctrinam iis, in quibus est gratia Spiritus sancti. *Ecc.*11.*a.*

Mittit lignum radices ad humorem, *l* quum fidelis quisque gratiæ Spiritus sancti innititur. Mittere autem radicem deorsum,est cogitationem bonam in abditis multiplicare, *Isa.*37.*f.* Non mittit autem in terra radicem suam, qui non admittitur in terra viuentium,quia hic prius spem, vel radicem fidei non præmisit.*Iob.*15.*d.*

Missus mons ardens in mare,*m* subuersionem Pharaonis, & exercitus eius innuit. *Apoc.*8.*b.*

Mittunt Sancti coronas suas ante thronum Dei,quum *n* omnem gloriam, & honorem adscribunt Deo, vt ad illum referant gloriam laudis à quo se sciunt vires accepisse certaminis.*Apo.*4.*d.*

Mittitur terra in hæreditatem etiam aduenis,*o* quum Gentiles admittuntur in Ecclesiam. *Ezech.*47.*d.*Mittere autem funiculum fortis in cœtu Domini,est ordinare Ecclesiam.*Mich.*2.*b.*

Mittentes Ionam in mare cum protestatione illius innocentiæ,typum gesserunt *p* Pilati occidentis Christum lotis manibus.*Ione,*1.*d.*

Mittens vinea radices ad alteram aquilam, designauit *q* regem Sedechiam, & populum Iudæorum, fiduciam habentes in rege Ægypti.*Ezech.*17.*b.*

Miserunt Gentes leonem in caueam,*r* quando Chaldæi duxerunt Iechoniam in Babylonem. *Ezech.*19.*b.*

Mittit mercedes in sacculum pertusum,*s* qui bona opera perdit per mala. Vel quando quis quæ largitur, aspicit, quæ verò rapit,non perpendit,quia has in spem suæ fiduciæ intuentes congerunt, sed non intuentes perdunt.*Agge.*1.*b.*

Mitti deorsum vult diabolus eos,quos tentat,hoc est, *t* vt oculos ad terrena demittamus, nihil de cœlestibus cogitantes. *Matth.* 24.*a.* Mittens autem Sargon rex Assyriorum Thartan ad expugnandum Azotum, designat *u* diabolum, qui vt inducat in libidinem, proponit superfluas voluptates. *Isa.* 20.*a.* Et mittens Merodach libros, & munera ad regem Ezechiam, est princeps huius mundi,volens blanditiis decipere bonos, *Isaiæ* 39.*a.* Idem designauit Sennacherib, mittens nuncios ad eundem Ezechiam. *Isa.* 37.*b.* Misit autem hostis manum ad omnia desiderabilia Hierusalem, quum diabolus animi virtutes & ornatus abstulit. *Threnor.* 1.*d.* Mittens verò Dominus filium prodigum in villam suam, est diabolus occupans hominem, vt omni vacet turpitudini. *Luc.*15.*d.*

Mittens Saul ad occidendum Dauid,designauit *x* principes Iudæorum,insidiantes Christo. *Psalm.*58. *in titulo.* Et mittens Phaschur Ieremiam in neruum,designauit *y* pontifices Christum capientes,*Ier.*20.*a.*Mittentes autem fratres Ioseph,qui ferrent tunicam eius ad patrem, designant *z* incitantes & mouentes multos ad infamandum Christum.*Gen.*37.*f.* Miserunt etiam Iudæi lignum in panem Christi,quum eum cruci affixerunt. *Ier.*11.*d.* Mittere etiam lignum in pane,est crucem Christi, eius doctrinæ adiungere.

Mittentes nautæ Ionam in mare,*Ioan.*1.*c.*fuerunt *aa* discipuli Christi, deserentes ipsum in passione.

Mittens cymbalum alarum legatos in mare,designat *bb* Antichristum, & hæresiarchas, mittentes prædicatores per orbem. *Isaiæ.*18.*a.* qui & procul legatos mittere dicuntur, quia multos peruertere studet. *Isa.*57.*b.* Dicuntur tamen iidem mittere humum in flumen, quando prædicant, & paucos capiunt, quia hamo pauci pisces capiuntur. *Isa.* 19.*b.* Et dicuntur misisse sortem Gentes super populum Dei, *cc* quando illos hæretici in varios induxerunt errores. *Ioel.* 3.*a. Abdi. d. Nahum.* 3.*b.* Et mittit fel in potu amici, qui docet errores ad subuertendum proximum. *Habac.* 2.*c.* Et mittunt radices impij, quum hæretici roborantur & augentur. *Ierem.* 12.*a.*

Mittentes amici Iob puluerem super caput suum,*Iob.* 2.*d.*designant *dd* hæreticos, qui terreno & mortuo sensu corda sua operiunt,atque obruunt.

Mittens Oliba nuncios in Chaldæam,designat *ee* offerentem se ad sectanda vitia & suggestiones, *Ezech.* 23.*b. Hose.*5.*d.*

Mittitur massa plumbi in os mulieris seu amphoræ, *ff* quia impietas auaritiæ peccati sui pondere grauatur, *Zach.*5.*c.*

Mittere lapidem in aceruum Mercurij,est *gg* colere idola,mittenti talem lapidem comparatur, qui tribuit insipienti,hoc est hæretico honorem prædicandi, *Pro.*26.*b.*

Mittens serpens aquam post mulierem, designat *hh* excitantes persequutiones aduersus Ecclesiam, *Apoc.*12.*d.* Vel est introducens diabolus hæreses in Ecclesiam.

Mittere sanguinem hostiarum in crateras, *Exod.* 24.*a.* est *ii* tradi sanguinem Christi Apostolis ad prædicandum.

Mitti vectes in circulis,vel *kk* per medias tabulas tabernaculi.*Exod.*26.*e.*30.*a.*37.*a.*est præcepta legis nobis debere copulari per opera.

Mittere manna in vase,*Exod.*14.*g.*quod fecit Aaron,vt designetur ad sacerdotes pertinere offerre,& conseruare Eucharistiam.

Mittens Pharao ad coniectores Ægypti,vt eius interpretarentur somnia,*Gen.*41.*a.*

Mittens filia Pharaonis famulam ad ferendam fiscellam,in qua erat Moses, *Exod.*2.*d.* designat *ll* primas animas ex Gentilitate suscipientes Christum.

Mittentes Ægyptij ad congreganda pecora, *Exod.*9.*d.* sunt *mm* confugientes ad domum Ecclesiæ, ad agenda opera pœnitentiæ.

Mittentes nautæ vasa in mare, ne periclitaretur nauis, *Ion.*1.*b.* sunt *nn* Apostoli relinquentes omnia propter prædicationem Euangelij.

Mna,vide Libra.

Moab.

Moab,id est,de patre:filius Loth,eiúsque filiæ,à quo vrbs in Arabia dicta est,quæ postea est Areopolis appellata.In campestribus Moab fuit vltima mansio filiorum Israël,ante transitum Iordanis,*Num.*33.*f.*

Moab significare potest *oo* eos qui lege abuntur, quibus dicitur:Vos de patre diabolo estis:vel designat opera eorum,qui lege abutuntur,quam significat Loth,*Gen.*19.*g.Exod.*15.*b.Psal.*82.

Moab præterea,vt interpretatur de patre,significare potest *pp* intellectum: qui est de patre Deo,quem perturbant & inflammant concupiscentiæ.

Bene operari. Opera veteris & noui hominis.

Prædicare Christum crucifixum.

Patientia retrahens à sensibus.

Docere humilitatem.

Eiicere dæmonia.

Cura totius orbis Petro.

Scrutatio cœlestium.

Mysteria Gentibus tradita.

Doctrina communicatio.

Inniti gratiæ Spiritus sancti.

Subuersio Pharaonis.

Ascribere gloriam Deo.

Gentiles admitti in Ecclesiam.

Pilatus lauãs manus.

Fiducia Sedechiæ in regem Ægypti.

Iechonias in Babylonem.

Perdere bona opera.

Inducens diabolus ad vitia.

Insidiæ Iudæorum in Christum.

Discipuli deserentes Christum.

Mittens Antichristus prædicatores.

Hæreticorum terrenisensus.

Offerre se ad vitia.

Grauitas auaritia.

Colere idola.

Excitans persecutionẽ Ecclesiæ.

Prædicatio sanguinis Christi.

Operari legẽ.

Primitiæ gentium.

Confugere ad Ecclesiam.

Renunciare omnibus propter euangelium.

Abutentes lege.

Intellectus.

a *Au.s.ps.*125
b *Am.s. Luc.* 5.
c *Am.s.Lu.*7.
d *Amb.de fuga seeul.*4.
e *Amb.s.Luc.* 13.
f *Hie.s.Is.*11. *Gre.mor.* 18.
g *Bern. de consil.*2.
h *Ricar.de S. Vict.de exter. mali.*30.
i *Hie.s. Is.*17.
k *Hier.s.Iere.* 14.*& s. Eccl.* 11.
l *Gre.*8.*m.*35 *& 2.mo.* 23. *Hie.s.Iob.*15.
m *Ruper.*5.*s. Apoc.*
n *Au.s.Apoc. ho.*3. *Gre.*22. *mor.* 16.
o *Hie.s.Ezec.* 47.
p *Hie.s.Ion.*1.
q *Hie.s.Ezec.* 17.
r *Hie.s.Ezec.* 19.
s *Hie.s.Agge. Gre.*3. *pastor. admo.*22. *& s.Ezec. ho.*4.
t *Au.de vera religione* 38.
u *Hie.s.Is.*20. *& epis.beatitudinis.*
x *Hil.s.ps.*58. *Tertul.aduer. Iudæos.*
y *Hil.s.Ie.*11.
z *Orig.s. Ier. hom.*8.
aa *Rup.s.Ion.* 1.
bb *Hie.s.Isai. Gre.*13.*mo.*7.
cc *Hie.s.Ioel.* 3.*& s.Ha.*2. *& s.Iere.* 12.
dd *Hie.s. Iob.* 2.
ee *Hie.s.Eze.* 27.
ff *Gregor.*14. *mor.*27.
gg *Bed.s.Pro.* 26.
hh *Au.s.Ap. ho.*12.*Ru.*13. *vict.verbi Dei*
ii *Glo.inter.s. Exo.*24.
kk *Glo.in.su. Exo.*26.
ll *Glo.ord.su. Exo.*2.
mm *Lyr sup. Exo.*9.
nn *Ru.s. Ion.* 1.
oo *Aug. s.ps.* 59.82.
pp *Philo.* 2. *alle.*

Digitized by Google

Significat etiam Moab *a* scientiam seculatem genitam nocte de patre ebrio & ignorante : ideo reprobatur à Deo, *Isa.* 15. *a. Abdi. c.* 1. *Cor.* 1. *c.*

Significat itidem *b* concupiscentiam, quæ est à patre diabolo, vt etiam sensus carnales, qui nunquam intrant in Ecclesiam Dei, *Deut.* 23. *a.* 1. *Reg.* 14. *a. Psalm.* 59.

Moab rursus significat *c* dæmones & Gentiles, qui etiam sunt de patre diabolo. Vel dicuntur de patre : quia recesserunt à Deo patre. *Num.* 24. *c. Psalm.* 82. 107. *Isa.* 16. *a.* 27. *d.* dicuntur etiam Moab Gentiles & peccatores ad Ecclesiam venientes: & relinquentes antiquum patrem diabolum, *Psa.* 59.

Moabitæ, dici possunt *d* Philosophi, superbi & hæretici, qui dicuntur de patre, quia à Patre cœlesti degenerarunt, *Isa.* 16. *b. Ier.* 48. *d. Ezech.* 25. *b. Amos*, 2. *a. Soph.* 2. *b.* Erant de cognatione Abrahæ, sicut hæretici de Ecclesia : sed facti sunt ex patre diabolo.

Moab iuxta aliam etymologiam interpretatur *e* aqua paterna, & designat populum, vt aqua, defluentem in vitia, cuius rex est Balac, id est, diabolus eligens, *Mich.* 6. *b.*

Moab, & Ammon geniti de patre Loth, qui incluſus interpretatur, *f* carnem significant, quæ generatur de spiritibus animalibus, & virtute seminali inclusa in visceribus paternis. Et vt filiis Israël erat continua pugna contra Moab, & Ammon, ita nobis contra carnem continua pugna sumenda est : nec vlla pax habenda, nulla concordia : ne per insidias nos supplanter.

Moderari, Modestia, vide Temperantia.
Modicus, vide Parvus.
Modius.

MODIVS, est mensuræ genus sedecim continens sextarios: triginta autem modij eorum faciunt.

Modij farinæ tres, 1. *Reg.* 1. *d.* designant *g* præparationem ad prædicationem, quæ fit peccatoribus, vt convertantur : iustis, vt perseverent in bono : prædicatoribus autem, vt contemplationi vacent. Vel vnus modius est pro conversione peccatoris, alter pro disciplina coniugati: tertius pro excellenti puritate continentis. Designant etiam modij tres devotionem mentis cum intelligentia in laudibus Trinitatis, & dicuntur modij propter mensuram discretionis: vt seruetur illud, *Rom.* 12. *a.* Non plus sapere, quàm oportet sapere. Sunt etiam modij, quia vnusquisque proprium donum habet à Deo, 1. *Cor.* 7. *b.* Qui tamen mensuram bonam & supereffluentem confert, *Luc.* 6. *f.*

Modius sub quo ponitur lucerna. secundum literam, significat *h* locum absconditum, *Matt.* 5. *b.* Typus autem gerit synagogæ certam quandam observantiæ formam tenentis: est etiam typus ipsius legis, vt lucerna poneretur sub modio, si lux Euangelica Christi intra synagogæ & literæ legis terminos clauderetur, *Luc.* 11. *e.* Modius etiam sunt bona corporis, quæ in mensura dantur, vel in hac vita, vel futura, 2. *Corint.* 5. *b.* Et lucernam sub modio ponere, est propter temporale commodum gratiam prædicationis abscondere. Modius etiam, sub quo ponitur lucerna, designare potest corpus humanum, intra quod clauduntur doctrinæ & dona spiritualia. Rursus modius tegens lucernam, designat auditum inobedientium, *Marc.* 4. *c.*

Modij hordei triginta *i* vetus testamentum indicant, propter rudiorem aut crassiorem cibum huius seminis; & propter numerum denarium, quo designatur decalogus, *Leuit.* 27. *c.*

Modius iustus, designat *k* iustum iudicium, vel mentis liberationem in Dei & proximi æqua obseruatione.

Modij tres, quos faciunt triginta modij sementis, designant *l* hæreticorum opera sine fructu, *Isa.* 5. *c.*

Modulari, vide Canere.
Modus.

MODVS, rationem, mensuram, & formam rei significat agendæ. Modus etiam, affectus, 2. *Para.* 18. *b.* Ne loquaris rex hoc modo. Figura, 3. *Reg.* 7. *c.* Opus in modum lilij posuit. Forma, *Exod.* 27. *a.* Craticulam in modum retis. Intentio, *Ier.* 20. *c.* Si quo modo decipiatur. Mediocritas, *Gen.* 30. *g.* Ditatúsque est homo vltra modum. Modulatio, *Eccl.* 47. *b.* In omni sono eorum dulces fecit modos.

In modum nucis erant scyphi candelabri, *Exod.* 26. *d.* 37. *c.*

In modum retis erat craticula altaris, *Exod.* 27. *a.* 38. *a.*

Mœchari, vide Adulterare.
Mœnia, vide Murus.
Mœrere, Mœror, vide Dolere.
Mola, Molere.

MOLA, nomen habet à mole, eò quòd saxi mole frumenta leguminaque in ea terantur, quandoque autem mola accipitur pro mandibula, siue maxilla: vnde dicuntur molares dentes. Molere autem est mola terere.

Mola superior, dici potest *m* Christus, mola verò inferior ipsa anima, ambo enim concurrunt ad bonam operationem, principaliter autem ipse Christus, *Deut.* 24. *d.* Mola etiam superior dici potest Euangelium, inferior verò lex, per quas labore differentium triticum veteris instrumenti in farinam Euangelij conuertatur.

Mola præterea superior *n* est spes, inferior verò, timor, quæ debent ita coniungi, vt non sit vna sine altera. Et tollit alterutram molam in pignus, qui à peccatore confitente aufert spem, vel timorem.

Mola, dicitur interdum *o* ipsa prædicatio, & perdit Deus vocem molæ, quum tollit prædicationem, *Ier.* 25. *c.*

Mola quoque dici potest *p* labor coniugatorũ. Et dicitur mola humana, ad differentiam asinariæ, *Matth.* 24. *d.*

Mola, dicitur quandoque *q* ipsum cor hominis, quod instabile est instar molæ, quæ ab aqua agitatur, & vt mola secundum semina, quæ in eam mittuntur, farinam profert, ita cor secundum varias cogitationes bonam, aut malam profert farinam.

Mola significat etiam *r* corpus hominis: sed in malis est mola asinaria, quia cum graui corpore post iudicium deiicientur in abyssum, *Matth.* 18. *a.*

Mola etiam est *s* vnaquæque huius mundi actio, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes, quasi per gyrum vertit: atque ex se farinam proiicit, quia seducto corde semper minutissimas cogitationes gignit, *Isa.* 47. *a.* mola est etiam ipsa vitæ conuersatio, *Matth.* 24. *d.*

Molens Samson, *t* Christi typum gerebat, in hoc seculo laborantis, *Iudic.* 16. *c.* Vt autem Allophyli fecerunt eum molere detractis oculis, designatur, quod maligni spiritus postquam tentationum stimulis intus aciem contemplationis effoderunt, foras in circuitu laborum homines mittunt.

Mola asinaria, dici potest *u* error & labor Gentilium, & vt iumentis clauduntur oculi, ita ipsi laborabant cæcitate. Dij etiam Gentilium molæ asinariæ comparantur, quia ipsi Gentiles grauiter premebantur, *Matth.* 18. *a. Marc.* 9. *g.* Mola etiam asinaria, dici potest *x* grauis moles terrenæ cupiditatis : cui stulti & cæci alligantur. Vel est actio terrena, quæ dum colla mentis per stulta desideria constringit, hanc in laboris circuitum mittit.

Mola præterea indicium est abiectionis, vt quum *Exod.* 11. *a.* dicitur ancilla, quæ est ad molam. Et molere farinam, *y* videtur dicere aliquid turpe, *Isa.* 47. *a.*

Molentes duæ in mola, significare possunt *z* Ecclesiam & synagogam in lege laborantes, vel animas in corporibus, aut in mundo, vel duo testamenta, *Matt.* 24. *d. Luc.* 17. *g.* Molentes etiam sunt simplices plebes sub fide laborantes.

Commolunt facies pauperum, *aa* qui pauperes peccantes publicè pudefaciunt, quum diuitibus, ne verbum quidem loqui audeant, *Isa.* 3. *c.*

Molæ iniqui, dicuntur *bb* occultæ insidiæ diaboli, quæ & molæ leonum dicuntur, *Iob.* 39. *e. Psal.* 57. Designant etiam remota secreta & nefanda peruersorum mysteria, vel potius apertas persequutiones Iudæorum & hæreticorum aduersus fideles.

Molentes dici possunt *cc* prædicatores, qui frumentum doctrinæ aliis molunt, *Eccl.* 12. *b.*

Molaris, quare Dens.
Moles.

MOLES, est regna magna, & ingentis ponderis.

a *Hie. f. Is.* 15.

b *Ori. f. Gen. hom.* 5. *Ara. f. ps.* 59. *Gre. f.* 1. *Reg.* 14.

c *Ori. f. Exod. ho.* 6. *Basil. & Hil. f. ps.* 59. *Hie. f. ps.* 82.

d *Hie. f. Ezec.* 25. *& f. Am.* 2. *& f. Sop.* 2. *Ru. fu. Sop.* 2.

e *Hier. f. Mic.* 6.

f *Ge. Ve. Can.* 1. *to.* 7. *ca.* 36.

g *Gr. f.* 1. *Reg.* 1.

h *Hie. f. Mat.* 5. *& fu. Mar.* 4. *Hil. f. Matth. Can.* 4. *Amb. f. Luc.* 11. *Aug.* 1. *ser. D. in mon. Greg.* 30. *m.* 34. *Euch. for. spir.* 8.

i *Isy. f. Le.* 27.

k *Euch. form. spir.* 8.

l *Hie. f. Isa.* 5.

m *Ambr. de Tobia.* 21. *& ser.* 29. *Eu. for. spir.* 8.

n *Gre.* 33. *mo.* 16. *Ru.* 1. *f. Deut.* 29.

o *Hie. f. Ie.* 25

p *Ori. f. Matt. ho.* 5.

q *Ori. f. Matt. ho.* 5.

r *Gre.* 6. *m.* 10 *Euc. for. spi.* 8.

s *Au. ser.* 107.

t *Gr.* 7. *m.* 16.

u *Hil. f. Matt. Can.* 8. *Amb. ser.* 8. *Au.* 1. *q. in euan.* 24.

x *Gr.* 6. *m.* 26. *Ber. ser. de angelis.*

y *Hie. f. Is.* 47.

z *Ori. f. Matt. ho.* 30. *Hil. f. Matth. can.* 25. *Ambr. f. Luc.* 17. *& ser.* 5. 29. *& epi.* 62.

aa *Hie. f. Is.* 3.

bb *Gre.* 19. *m.* 24. *Hie. f. Iob.* 31. *Au. f. ps a.* 57.

cc *Hie. f. Eccl.* 12.

Scientia secularis.
Concupiscentia.
Sensus carnales.
Dæmones.
Gentiles.
Philosophi & hæretici.
Populus defluens.
Caro.

Gradus diuersi.

Synagoga.
Litera legis.

Bona corporis Corpus humanum.

Vetus testamentum.
Iustum iudicium.
Opera hæreticorum.

Christus.
Anima.
Euangelium.
Lex.
Spes.
Timor.
Prædicatio.
Labor coniugatorum.
Cor hominis.
Corpus hominis.
Actio mundana.
Conuersatio huius vitæ.
Christus laborans.
Error & labor Gentilium.
Cupiditas terrena.
Dij Gentilium.
Abiectio.
Ecclesia & synagoga.
Pudefacere pauperes.
Occultæ insidiæ diaboli.

Prædicatores.

Digitized by Google

Granitas Dei

Moles attribuitur *a* magnitudini Dei, veluti grauis ponderis, quia nemo est, qui si velit de iustitia cum Deo contendere, non opprimatur, *Iob*, 23.*b*. Ne magnitudinis suæ mole me premat.

Moles terræ, quam Deus tribus digitis appendit, *Isa*. 40.*c*. Ad totum mundum referri potest à Sancta Trinitate creatum & conseruatum.

Molestus, Molestia, Onerosus, Vexare.

Castigatio Dei. Corruptibilitas.

MOLESTVS, est grauis & odiosus, & qui alicui officit, nec finit eum quiescere. Molestia verò est solicitudo, & tædium, & ægritudo permanens. Vexare etiam est molestiam inferre.

Vexatio dans intellectum, *b* est castigatio Dei ad emendationem, quæ tunc dat intellectum, quando peccator resipiscit, *Isa*. 28.*c*.

Molestia, quam patiuntur vincti, *Iob*. 3.*c*. est illa, *c* de qua dicitur, *Sapi*. 9.*c*. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Eo enim ipso, quo adhuc mortales sunt, corruptionis suæ pondere grauantur, & adstricti molestia vincti sunt, quia in illa adhuc libertate vitæ incorruptibilis non exurgunt.

Transgressio legis. Negligentes vitam æternam.

Vexari dicitur Moses, *d* quando aliqui legem ipsam transgrediuntur, *Psa*. 105.

Vexantes, aut spernentes hæreditatem Dei, sunt *e* negligentes vitam æternam. Et qui vexant & persequuntur fideles Ecclesiæ, qui pertinent ad hæreditatem Dei, *Psa*. 93. 106.

Concupiscentia tentans. Anima in peccato.

Molesta Domina Ioseph ipsi adolescenti, *Gen*. 39.*b*. designat *f* concupiscentiam, quæ grauis est viro ciuili, & in bonis operibus se exercenti.

Vexata à dæmonio filia Chananææ, designat *g* animam existentem in peccato, quæ obsessa est à dæmonio, *Matth*. 15.*c*. Ad idem referuntur vexatæ turbæ, *Matth*. 9.*d*.

Nolle sanari à Deo. Persequentes Iudæi Christum.

Molesti sunt Deo, aut præstant Deo certamen, *h* qui non petunt ab eo signum, quia Deus vult per signum saluare, & ipsi respuunt Deum sanare volentem, *Isa*. 7.*c*.

Molesti erant Christo in ira Iudæi, *i* dum ipsum flagellabant, & cætera flagitia in ipsum exercebant, *Psa*. 54.

Infidia hæreticorum. Cõsolatio hæreticorũ fallax. Tractans decipere.

Molestè accipere auditores verba hæreticorum, refugiunt ipsi hæretici, vt *k* dum eorum tristitiam declinant, per vana verba negligentiam eorum capiant, *Iob*, 4.*a*.

Onerosi consolatores dicuntur amici Iob *l* quia hæretici seu praui quilibet, quum laborare bonos in aduersitate conspiciunt, in eo, quod illos consolari appetunt, mala eis persuadere conantur, *Iob*. 16.*a*.

Moliri.

MOLIRI dicitur à mouendo, vel à mollibus: estque rem aliquam cum difficultate magnóque conatu loco mouere. Est item moliri ingenio, vel corpore ad aliquid agendum moueri.

Moliri insidias dicitur, qui fabricat & tractat, quomodo aliquem insidiis capiat. Sic non moliebantur insidias fratres Ioseph de Ægypto, *Gen*. 42.*f*.

Mollis.

Verba pœnitentis. Operari ad recipiendas inspirationes. Corpus luxui deditum. Adulatio. Fraudulenta increpatio. Clara verba Christi fidelibus. Blandimenta hæreticorum. Mollia verba malorum in iudicio.

MOLLIS, dicitur non durus, sed tactui cedens, quasi mobilis, quod in quancunque partem facilè trahi, ac moueri possit. Mollire autem est molle reddere, & per metaphoram, sedare, mitigare, siue placare.

Mollis responsio, aut sermo, sunt verba pœnitentis misericordiam à Deo implorantis: ideo eius frangunt iram, *Prou*. 15.*a*.

Mollit Deus cor, *m* quum aptum ipsum reddit & penetrabile ad suas suscipiendas inspirationes & exhortationes, *Iob*. 23.*d*.

Molles vestes, significant *n* corpus luxui deditum, & mores lasciuos: vnde & ipsi homines molles dicuntur, *Matth*. 11.*a*. *Luc*. 7.*d*. *Isa*. 47.*a*. Significant etiam molles vestes *o* adulationem, quæ vitia peccantium blandimentis fouet.

Molliti sunt sermones super oleum, *Psa*. 54. quando *p* prætextu misericordiæ pungunt, quales erant sermones Iudæ de vnguento super Christum effuso, *Matt*. 26.*a*. Vel sermones Christi, qui duri videbantur incredulis, molliti sunt fidelibus, quibus sunt explicati.

Mollit sermones suos mulier aliena, *Prou*. 2.*c*. quando *q* hæretici mollitie disertitudinis, & linguæ blandimentis, corda decipere innocentium nituntur.

Mollia loquetur Leuiathan Deo, *Iob*. 40. *d*. quum *r* membra eius dicent Christo in iudicio: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sic loquebatur mollia Pharao post mortem primogenitorum, & Nabuchodonosor, & Haman.

Moloch, quare Melchom.

Momentum.

Punitio citra condignum. Momentanea temporalia. Tempus vsque ad iudicium. Frequentia loquacitatis.

MOMENTVM, dicitur qualecunque spatium temporis, & quantulumcunque pondus, siue magnum hoc sit, siue paruum. Frequenter tamen momentum accipitur pro minimo temporis puncto, & pro minimo pondere.

Momentum indignationis Dei contra Gentilitatem, quo dicitur Deus abscondisse faciem, appellatur sic, *s* quia multò maiorem pœnam Gentilitas merebatur, quam accepit, *Isa*. 54.*c*.

Momento temporis dicitur ostendisse diabolus omnia regna mundi, *t* quia omnia sunt momentanea, *Luc*. 4.*a*.

Momentum, dicitur *u* tempus vitæ præsentis, aut tempus vsque ad iudicium, *Isa*. 26.*d*. Abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.

Momentum stateræ ponitur pro re minima, *Isa*. 40.*d*.

Momentis singulis adhærens carni fœdus humor, *Leuit*. 15.*a*. frequentiam *x* loquacitatis indicat.

Moneta, vide Pecunia.

Monile, Torques.

Spiritus sanctus. Obedientia Christi. Intellectus Christi. Prædicatores. Meditatio spiritualium. Sapientia. Ratio. Intellectus bonus. Honor virginei partus. Honor virtutis. Sententia scripturæ apud hæreticos. Memoria passionis. Solicitudo verbi Dei.

MONILE, est ornamentum colli, præcipuè fœminarum, quod etiam torques dicitur.

Torques aurea circa collum, significare potest *y* Spiritum sanctum, seu eius dona in anima, *Prou*. 1.*b*.

Monilia Christi, designant *z* eius obedientiam, quæ exornat Ecclesiam, *Cant*. 1.*c*. Et torques aurea in collo Ioseph, est *aa* intellectus Christi bonus, *Genes*. 41.*e*.

Sicut monilia, *bb* est collum Ecclesiæ, hoc est, prædicatores, qui ornant Ecclesiam, qui dum in sapientia, qua refulgent, sancta opera faciunt, quasi in auro lapides gerunt, qui etiam splendentibus sensibus ornatum adiungunt verbum, *Cant*. 1.*c*. 7.*a*.

Monile aureum, designare potest *cc* meditationem sensus & intelligentiæ spiritualis, *Ier*. 4.*g*. Et torques aurea est ipsa sapientia & intelligentia, & principalis mentis ratio in corde. Vel intellectus bonus: ideò torques à collo in pectus dependet, *Genes*. 41.*e*. *Prou*. 1.*b*. *d*. *Isa*. 3.*d*. *Ezech*. 16.*b*. Demum monilia dici possunt omnia simul animæ ornamenta, *Isa*. 61.*d*. *Hose*. 2.*e*.

Torques, *dd* est honoris insigne, & iunctura fœminum Beatæ Virginis Mariæ dicuntur, vt torques, *Cant*. 7.*a*. quia per eius partum colli nostri iugum solutum est, & nobis collatæ virtutes. Vel dicitur, quia castitas illi data est lex Dei munere.

Torques aurea potenter dimicantibus datur in munere: *ee* vt quia signa virtutem gestant, maiora semper exerceant, & debilitatis crimen incurrere metuant, dum in semetipsis iam fortitudinis est præmium, quod ostentant, *Eccl*. 23.*a*.

Monilia ex auro & argento, sunt in superbiam, *ff* quum hæretici sacræ scripturæ sententiis se ornant, ad suos defendendos errores, *Ezech*. 7.*f*. *Hos*. 2.*e*.

Monimentum.

Monimentum dicitur à monendo, quod rei alicuius nos moneat, eámque in memoriam reuocet.

Monimentum dici exitus de Ægypto, designat memoriam passionis Christi, *Exod*. 12.*c*. 13.*c*. 10.*d*.

In monimentum est simila, & panes propositionis, *gg* quum quis habet verbi Dei solicitudinem, & memoriam passionis Christi, *Leu*. 5.*e*. 6.*c*. 24.*b*.

a *Gre*. 16.*mo*. 15.

b *Hie*. *f*. *Is*. 28.

c *Gre*. 4.*mor*. 40.

d *Arn*. *sup*. *ps*. 105.

e *Ar*. *f*. *ps*. 93. 106.

f *Philo*. *de Ioseph*.

g *Hil*. *f*. *Matt*. *Can*. 10. 15.

h *Ori*. *f*. *Is*. *ho*. 2. *Hier*. *f*. *Is*. 7.

i *Hil*. *f*. *ps*. 54.

k *Gre*. 5.*mor*. 12.

l *Gre*. 13.*mo*. 1.

m *Gre*. 26.*m*. 20.

n *Hil*. *f*. *Matt*. *Can*. 11. *Am*. *f*. *Luc*. 7.

o *Gre*. *hom*. 6.

p *Hil*. *f*. *ps*. 54. *Au*. *f*. *ps*. 54.

q *Bed*. *f*. *Pro*. 2.

r *Rup*. 3. *vid*. *verbi Dei* 20.

s *Hie*. *f*. *Is*. 54.

t *Am*. *f*. *Lu*. 4.

u *Hier*. *su*. *Is*. 26.

x *Glo*. *ord*. *su*. *Leu*. 15.

y *Isyc*. *f*. *Leu*. 27.

z *Ori*. *f*. *cant*. *ho*. 2.

aa *Bed*. *f*. *Gen*. 41.

bb *Gre*. *f*. *can*. 1.7. *Ber*. *f*. *can*. *ser*. 41.

cc *Hier*. *f*. *Ier*. 4. & *f*. *Is*. 3. *Ori*. *f*. *Nu*. *h*. 26. & *f*. *Eze*. *ho*. 6.

dd *Ambr*. *de Ioseph*. 7. *Bed*. *f*. *Prou*. 1. *Amb*. *de inst*. *vir*. 14. *Ru*. *f*. *cant*. 6.

ee *Gre*. 31.*m*. 19.

ff *Hie*. *f*. *Ezec*. 7.

gg *Ori*. *f*. *Leu*. *ho*. 13. *Isy*. *f*. *Leu*. 24.

In monimentum, est pecunia, *a* quum sanctorum exempla nobis proponuntur, *Exod.* 30. *b.* 39. *b. Num.* 31. *g.*

Exempla Sanctorum.

Mons, Montanus.

Mons, est terræ tumor altissimus, quasi ab eminendo dictus. Mons aliquando dicitur desertum, *Thren.* 4. *d.* Super montes persequuti sunt nos. Excelsa idolorum, *Ezec.* 19. *a.* In montibus non comederit. Timor, *Iudi.* 5. *a.* Montes fluxerunt à facie Domini. Vrbs, *Isa.* 54. *e.* Montes enim commouebuntur.

Deus.

Mons, quo ascendit Christus, est *b* celsitudo paternæ maiestatis. Et mons supra quem posita est ciuitas: est diuinitas, cui coniuncta est caro. *Matt.* 5. *b.* Et ipsa Trinitas dici potest mons vnde abscissus est lapis, *Dan.* 2. *e.* Et mons excelsus, est ipsa diuinitas, *Psalm.* 103. *Matt.* 17. *a.*

Iustitia Dei.

Mons sanctus Dei, vnde pater exauduit filium, *c* est iustitia Dei. *Psalm.* 3. quia iustum erat, vt eum suscitaret, qui per obedientiam ita pro hominibus mortuus fuerat. De hac. *Psal.* 35. Iustitia tua sicut montes Dei. Et montes Dei dicuntur omnia sublimia & secreta Dei: quæ creaturæ rationales non valent assequi: vt iudicia Dei.

Iudicia Dei.

Mons passim solet significare *d* Christum, propter eius summam eminentiam: & ipse est mons in quo loquitur Deus, *Exod.* 19. *b.* 33. *b. Psal.* 14. 45. 47. 67. Et ipse est mons super verticem montium, *Isa.* 2. 22. *b.* Et lapis qui creuit in montem magnum, *Dan.* 2. *e.* Et mons transfigurationis, *Matt.* 17. *a. Marc.* 9. *a. Luc.* 9. *d.* Et ipse est mons Oliueti, in quo plantantur oleæ, *Luc.* 19. *a.* Et ipse est mons sanctus, qui benedixit Ecclesiæ, *Ier.* 31. *c.* Et mons qui iactatur in mare, est Christus transiens ad Gentes, *Matt.* 21. *b. Mich.* 4. *a.* Et ipse mons est Dei, ad quem multæ gentes confluunt, *Isa.* 56. *b.* Et mons excelsus nimis, est ipse Christus, *Ezec.* 40. *a.* Et eius sublimitas, in qua pascuntur turbæ. Et quum dicitur post pastas turbas ascendisse in montem, recessum in cœlum significauit, *Ion.* 6. *a.* Instar montis autem dicuntur incumuisse aquæ Iordanis, *Iosu.* 3. *d.* vt designetur crescens dilectio ad imitationem Christi. Ipse est mons, in quo fundata est Hierusalem cœlestis, *Apoc.* 21. *c.*

Christus.

Mons interdum dicitur *e* Beatissima Virgo Maria, *Exod.* 29. *b.* Et ipsa est mons, vnde abscissus est lapis sine hominum manibus, *Dan.* 2. *e.* Et mons excelsus, in quo plantauit Deus cedrum, *Ezec.* 17. *g.* Ipsa est mons Ephraim, quæ fructificauit, & genuit Christum, 1. *Reg.* 1. *a.* Et domus Domini, *Isa.* 24. 11. *Psal.* 66. 131.

Virgo Maria

Mons præterea dicitur *f* ipsa Ecclesia, quæ erecta est & eleuata per verbum Dei supra reliquam terram, *Exod.* 19. *b.* 24. *a. Matt.* 15. *c.* Et ipsa est mons Selmon, *Psa.* 67. Et mons testamenti, *Isa.* 11. *b.* 14. *d.* 16. *a.* 25. *c.* 65. *d.* Ipsa est mons oliuarum habens in se fructificantes. *Matt.* 21. *a.* Et ipsa dicitur mons Sion, & mons filiæ Sion. Et mons Israël, *Psa.* 2. 41. 47. 73. 77. 98. 124. *Isa.* 16. *a.* 27. *d.* 66. *f.* Et ipsa est mons excelsus, in quo plantauit Deus cedrum, *Ezech.* 17. *g.* Ipsa quoque est mons Ephraim, in qua fructificatur per bona opera, 1. *Reg.* 14. *c. Ier.* 21. *a.* Et mons sanctus Dei, *Ioel.* 2. *a. g. Sopho.* 3. *c. Abdi. f.* Et mons templi, est Ecclesia, vel proceres Ecclesiæ, *Mich.* 3. *d.* 4. *a. Zach.* 8. *a.* In hunc montem creuit lapis præcisus sine manibus hominum, *Dan.* 2. *e. Apoc.* 6. *d.*

Ecclesia.

Montes aliquando dicuntur *g* Angeli sancti, & etiam animæ, *Psal.* 89. 120. 114. Et montes pascuæ, sunt sublimes virtutes Angelorum, qui nos suo ministerio reficiunt, *Iob*, 39. *a. Mich.* 6. *a.* Ipsi sunt montes Bethel, *Cant.* 2. *d.* 8. *d.* Et montes æterni sunt Angeli, Propheræ & Sancti: qui dicuntur æterni ad distinctionem eorum, qui non sunt æterni, Principum videlicet huius seculi, qui sunt montes tenebrosi, &c. *Mich.* 2. *c.* iuxta Septuaginta.

Angeli. Anima.

Montes operti ab vmbra vineæ, dicuntur *h* Patriarchæ & Prophetæ obscurè loquentes, *Psal.* 79. 120. *Iob*, 9. *a.* 39. *d.* Et montes exultantes, vt arietes, sunt Prophetæ, gaudentes de aduentu Christi, *Psa.* 113. Ipsi sunt montes Israël, vbi pascit Deus oues suas, *Ezech.* 34. *d.* 35. *d.* 36. *a.* 37. *e.* 39. *a. Mich.* 4. *a.* Hi sunt montes & colles, quibus dicent Iudæi in iudicio, Cadite super nos, & operite nos: hoc est, protegite nos, & excusate nos, *Hos.* 10. *b. Luc.* 23. *d.*

Patriarchæ & Prophetæ.

Montes dicuntur etiam passim *i* Apostoli, & apostolici viri, & prædicatores & generaliter sancti, & perfecti: & prædicatores sunt montes, quos tangit Deus, *Psalm.* 35. 45. 64. 71. 75. 86. 97. 103. 113. 120. 124. 143. 146. Et Apostoli dicuntur montes Bethel, & montes Aromatum, *Cant.* 2. *d.* 8. *d.* Et Deus horum montium dicitur Dominus, 3. *Reg.* 20. *c. Isa.* 2. *a.* 40. *c.* Et montes, ad quos confugiendum est, sunt Sancti, *Matth.* 24. *b.* Et mons filiæ Sion, sunt proceres Ecclesiæ, *Isa.* 10. *g.* 37. *c.* 44. *d.* 52. *b.* 55. *d.* Et Apostoli apostolicique viri, sunt montes Israël, in quibus pascit Deus gregem suum, *Ezec.* 35. *d.* 36. *a.* 39. *a.* Et montes Dei, sunt sancti, in quibus conculcat Deus Assyrium diabolum. Et in his, sunt riui currentium aquarum. Et ipsi iubilant laudem Deo, *Isa.* 14. *f.* 30. *f.* 49. *d. Ierem.* 4. *f.* 9. *c.* Et montes operti aquis, sunt viri docti & spirituales non assequentes omnia scripturarum mysteria, *Gen.* 7. *d.* Montes etiam Israël, dicuntur diuites, sapientiáque præcellentes, & in Ecclesia perfectam scientiam habentes, *Ezech.* 6. *a. Iob.* 24. *b. Ioel.* 2. *a.* 3. *d. Amos.* 4. *c.* 9. *d. Mich.* 1. *a.* Et montes Samariæ, sunt perfecti custodes Ecclesiæ, *Ier.* 21. *a.* Et mons Sepher est sublimitas prædicationis, *Num.* 33. *c. Iosu.* 2. *c.* Et montes, qui operiunt minores, sunt Sancti, *Hose.* 10. *c. Nahum.* 1. *d.* Et quilibet sanctus humilis, est mons modicus, *Psal.* 41. Et montes quos transtulit Deus de loco suo, sunt prædicatores à Iudæa ad gentes transeuntes, *Iob*, 9. *a.* Et mons cadens, est mens iusti, cuius locus iustitia fuerat, quum impulsu subito transfertur ad culpam, *Iob.* 14. *d.*

Apostoli. Apostolici viri. Prædicatores. Sancti, Perfecti. Proceres Ecclesia.

Montes exultantes, vt arietes, sunt *k* contemplatiui, qui in iucunditatis suæ excessibus, puram & simplicem veritatem contemplantur, *Psa.* 103. Et mons Oreb, est altitudo contemplationis, *Exod.* 3. *a.* 4. *g.* 19. *b.* 24. *a.* 25. *d.* 27. *b.* 34. *a.* 33. *b. Psal.* 103. Et montes pascuæ, sunt altæ contemplationes internæ refectionis, *Iob.* 39. *a. Iosu.* 2. *c.* In hunc montem nos quidem dicimur ascendere, Deus autem descendere. In hoc monte docet & transfiguratur Iesus, *Matth.* 5. *a.* 17. *a.* Ipsa quoque Theologia est mons, in quo apparet Dominus: & vnde loquitur.

Contemplatiui. Altitudo contemplationis. Theologia. Eminentia fidei.

Mons aliquando est *l* eminentia fidei, in qua fit gratum sacrificium Deo, *Gen.* 22. *a.* Et montes dicuntur credentes mortem & sepulturam Christi, *Can.* 2. *b.* Et mons sanctus Dei, est confessio Trinitatis, *Iob.* 56. *b.* Et mons Oliuarum, est fides Patriarcharum, *Zach.* 14. *a.*

Mons Oreb, interdum est *m* sensus excelsus legis, in quo apparet Dominus, *Exod.* 3. *a.* Et generaliter mons, seu montes, seu altiores sensus sacræ scripturæ, *Exod.* 19. *c. Psalm.* 86. 103. 120. *Cant.* 2. *d. Matt.* 5. 8. 24. *a.* In hos montes si ascendere præsumant Iudæi, inuenient spinas, *Isaia* 7. *d.* Mons autem peculiariter dicitur nouum testamentum, & maiora præcepta iustitiæ, excelsáque dogmata, *Ier.* 16. *d.* Et mons Dei, ab Aaron occurrit Mosi, est spiritualis sensus legis, *Exod.* 4. *g. Gen.* 22. *a.* 31. *c. Psal.* 35. *Isa.* 42. *b.* 49. *d.* 56. *b.* Et mons caliginosus, est sacra scriptura, quæ densis allegoriarum obscuritatibus opacatur, & abscondita continet sacramenta Ecclesiæ, & dicitur mons campestris, quia continet sensus sublimes cum humilitate, *Isa.* 13. *a. Haba.* 3. *a. Nahum.* 3. *d. Agge.* 1. *b. Zach.* 14. *a.* Et montes pascuæ, sunt altæ sententiæ sacræ scripturæ, *Iob.* 39. *a.* Et montosa loca sunt excelsa dogmata sacræ scripturæ, *Ierem.* 17. *d.* Mons autem fumans, legem veterem peculiariter significat, quæ cum obscuritate figurarum tradita est, *Exod.* 20. *a.* 34. *a. Lenit.* 7. *d.* Et montes, ad quos leuant oculi, sunt libri legis & Prophetarum, *Psalm.* 520. Et montes ænei duo, dici possunt duo testamenta, vnde prodeunt prædicatores, *Zachar.* 6, *a.* Hæc sunt mons Esau, quem hæreditare dicuntur hi, qui ad austrum, vt Iacob hæreditauit benedictionem Esau, *Abdia. g.*

Sensus excelsus legis. Sublimia præcepta. Vtrumque testamentum.

Mons præterea significat *n* perfectionem tam doctrinæ, quam operum: & ipsum perfectionis statum, & etiam virtutes, *Gen.* 8. *a.* 12. *b.* 14. *a.* 22. *a. Isa.* 40. *b. Ier.* 16. *d. Ezech.* 17. *g. Matth.* 17. *a. Luc.* 1. *d.* Et mons hæreditatis Dei, est sublimis conuersatio, *Exod.* 15. *c.* Et mons, quo ascendit Moses gratia contemplandi terram promissionis, statum indicat perfectionis: quam etiam significat mons Hor, *Num.* 27. *c.* 33. *a. Psalm.* 23. 103. *Ios.* 2. Mons quoque myrrhæ est in his, qui carnem habent mortificatam, *Cant.* 4. *b.* Et mons super quem est ædificata ciuitas, est sublimitas perfectionis, seu gradus sublimior in Ecclesia, *Matth.* 5. *c.* Et mons Ephraim, id est, fructificans, est anima perfecta abundans fructibus spiritus, *Ios.* 19. *d.* 1. *Reg.* 1. *a.* Et ipsa sublimitas vitæ per bonorum operum fructum

Perfectionis status. Virtutes.

a *Ori. s. Num. ho.* 36.

b *Hil. s. Matt. can.* 4.
c *Aug. s. ps.* 3. *Hie. s. ps.* 35. *Tertul. aduer. Marci.* 5.
d *Hier. s. Is.* 2. 22. & *s. Iere.* 31. *Arn. s. ps.* 67. *Am. s. Luc.* 19 *Ori. s. cant. ho.* 2. 3. & *s. Mat. homil.* 4. *Auguſt.* 1. *qu. in euan.* 29. & 16. *citra Fau.* 12. & *s. Ioan.* 24. 25. *trac. His. su. Is.* 56. *Gre.* 33. *mo.* 1. & *s. Ezec. ho.* 13.
e *Geor. Vene. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 19. *Ricar. de S. Vict. de extremi mali.* 16. *Rup.* 12. *s. Ap. Am. s. Rom.* 9. *Ori. s. Mat. c.* 15. & *ho.* 14. 27.
f *Hie. s. Is.* 14. & *s. Ier.* 31. *Hil. s. ps.* 67. *Ar. s. ps.* 2. 47. *Gr.* 33. *mo.* 1. & *s.* 1. *Re.* 14. *Augu. s. Ioan. tra.* 4. & *s. ps.* 77. *Hie. Cyprian.*
g *Gre. mo.* 29. *Amb.* 1. *de inter.* 5. *Au. s. ps.* 89. *Ber. se.* 9. *s. qui hab.* & *s. can. ser.* 53. *Georg. Venet. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 9.
h *Ar. s. ps.* 113. *Hie. s. Eze.* 35. *Aug. s. ps.* 79. *Rup. s. Ho.* 10. 1 *Ambro. s. ps.* 118. *serm.* 22. & *s. Luc.* 17. & *de Noe.* 32. *Hier. s. ps.* 45. 103. *Hier. Aglasia.* & *su. Isa.* 14. 30. 52. & *s. Ier.* 9. & *s. Ez.* 6. 35. & *s. Ha.* 3. & *s. Ho.* 10. *Ori. s. cant. ho.* 23. *Aug. su. Ioan. tra.* 1. & *s. ps.* 35. 75. 86. 103. *Gre.* 12. *m.* 11. & 27. *m.* 6. & 33. *m.* 1. *Georg. Venet.*

Cant. 1. *tom.* 7, *cap.* 9. *Rup. s. cant.* 7. *Ori. s. Num. ho.* 27. *Au. s. ps.* 41. *Gre.* 9. *mo.* 2. k *Ricar. de S. Vict.* 5. *de arca myſtica* 14. & *de* 12. *Patr.* 79. *Arn. s. ps.* 103. *Greg.* 5. *mo.* 26. 27. & 30. *mo.* 28. *Aug. s. ps.* 103. *Bed. s. Exo.* 19. *Gre. Nyſſ. de vita Moſis.* l *Am. de virgi.* 3. *Hie. s. Is.* 56. *Rup. s. Zac.* 14. m *Ori. s. cant. hom.* 3. & *s. Exod. hom.* 3. & *s. Matt. hom.* 29. & *in diue hom.* 5. *Hie. s.* Is. 7. 13. & *s. Ierem.* 16. 17. & *s. Nah.* 3. & *s. ps.* 120. & *s. Haba.* 3. *Au.* 1. *ſed in mon.* & 16. *ciui. Dei.* 32. *Gre.* 3. *mor.* 29. & 30. *m.* 29. & 33. *mo.* 1. & *s. Eze. hom.* 9. *Georg. Vene. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 9. *Caſſia. colla.* 10. *cap.* 11. *Cyr.* 3. *s. Ioan.* 5. *Bed. s. Exod.* 19. *Hie. s. Zac.* 14. *Rup. s. Abdi.* & *s. Zach.* 6. n *Ori. s. Gene. hom.* 5. & *s. Exod. hom.* 6. & *s. Ier. hom.* 12. & *s. Ezech. hom.* 12. & *s. Matt. hom.* 3. *in diuer. hom.* 5. *Baſil. s. ps.* 28. *hom.* 1. *Hier.* 1. *aduer. Ioui. Cyr. de adora. in Spiritu Sancto. Gre. s.* 1. *Reg.* 14. 16. & *s. cant.* 4. *Georg. Venet. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 9. 30.

Digitized by Google

Altitudo religionis. *Recta consilia.* *Caluaria locus.* *Gloria cælestis.*

fiuctum eleuata, quæ est eorum, qui dicere possunt, Conuersatio nostra in cœlis est, *Philip.* 3.*d.* Est etiam altitudo religionis, 1.*Reg.* 14.*c.* In hunc montem non valebant ascendere filij Israël, quia adhuc Ægyptiaca conuersatione premebantur. Ibi saluatur Lot, *Genes.* 19.*d.*

Mons in quo saluatur Lot, significare potest *a* recta consilia, in quibus est salus, *Genes.* 19.*d.*

Mons in quo obtulit Abraham filium suum, significat *b* Caluariæ locũ, in quo oblatus est Christus, *Genes.* 22.*a.* Hic est mons Moria, in quo postmodum ædificatum est templum, 2.*Paral.* 3.*a.*

Mundus. *Sacerdotalis dignitas.* *Opera Christi.* *Mons Olineti* *Locus manifestus.* *Fiducia in Deum.* *Excitatio voluptatis.* *Bene operantes virtutis amore, vel à diuerso.* *Collectio Ecclesiæ synagogæ.* *Diuites.* *Regnum Iudæorum.* *Iudaicus populus.* *Destructio populi Israël.* *Carnales voluptates.* *Superbi.* *Superbia.* *Diabolus.* *Hæretici.*

Mons hæreditatis Dei, est *c* sublimitas vitæ æternæ, & Hierusalem ac Sion cœlestis, *Exod.* 15.*c.* *Psalm.* 14.23. Et montes Israël, vbi pascit Deus oues, cœlestem indicant patriam, *Ezech.* 34.*d.* 37.*c.* Dicitur etiam locus gloriæ cœlestis mons Domini, & mons sanctus Dei, *Isa.* 3.*g.* 57.*c.* 65.*b.* *Ezech.* 20.*f.* 28.*d.* Et mons Ephraim, est locus beatitudinis in cœlo, vnde venit Christus ad nos, 1.*Reg.* 1.*a.* de quo *Ioan.* 3.*d.* Qui de cœlo venit, super omnes est, Et *Ioan.* 6.*d.* Qui de cœlo descendit. Et *Psal.* 18. A summo cœlo egressio eius. Et 1.*Cor.* 15.*f.* Secundus homo de cœlo cœlestis. In his montibus reliquit nonaginta nouem oues, quum descendit ad quærendum ouem quæ perierat. *Matth.* 17.*b.* Subiit in montem, quando ascendit in cœlum, *Ioan.* 6.*a.*

Mons hæreditatis Dei, dici potest etiam *d* mundus à Deo creatus, *Exod.* 15.*c.*

Mons aliquando, dici potest sacerdotalis dignitas, *Genes.* 16.*d.* *Exod.* 19.*b.*

Montes in quibus salit sponsus, *Can.* 2.*b.* dici possunt *e* mirabilia opera, quæ Christus operatus est.

Mons inclytus & sanctus, super quem figet Antichristus tabernaculum suum, *f* est mons Oliueti, *Dan.* 11.*g.*

Mons supra quem ædificata est ciuitas, *g* locum manifestum mundi exprimit, in quo est Ecclesia. *Matth.* 5.*c.*

Mons qui debet crescere, est *h* confidentia in Deum. Statua verò decrescens per imperfectionem metallorum, est fiducia sui, quæ est conterenda, *Dan.* 2.*e.* In montem autem magnum crescit lapis, quando timor mutatur in magnam confidentiam in Deum.

Mons Oreb, in quem fugit Elias, significat *i* exsiccationẽ, vt designetur, in eo, qui fugit seculum, debere siccari carnalis profluuium voluptatis, vt plenius cognoscere valeat Deum, 3.*Reg.* 19.*b.*

Mons Garizim, in quo dabantur benedictiones, significat *k* bene operantes virtutis amore. Mons verò Hebal, in quo dabantur maledictiones, significat benè operantes formidine pœnæ, *Ios.* 8.*g.*

Mons Oliuarum est *l* collectio Ecclesiæ & synagogæ, quæ diuino lumine & misericordia illustrantur, sed diuiditur in partem Orientalem & Occidentalem, vt Orientalis pertineat ad Ecclesiam. Occidentalis ad synagogam, *Zach.* 14.*a.* Ad hunc montem venit Christus, vt nos vngeret oleo misericordiæ suæ, *Ioan.* 8.*a.*

Montes dicuntur *m* diuites, & producit Deus in montibus fœnum, quum efficit, vt diuites largiantur eleemosynas de temporalibus, *Psalm.* 146.

Mons vnde præcisus est lapis sine manibus, *n* regnum Iudæorum significare potest, vnde ortus est Christus, *Dan.* 2.*e.* Et montes Israël, dicuntur Principes Iudæorum, *Ezech.* 6.*a.* 7.*b.* *Apocal.* 6.*d.* Et mons qui humiliatur, est Iudaicus populus, *Isa.* 4.*a.* *Luc.* 3.*b.* Ipse est mons testamenti propter legem, & in eos sedit Lucifer, *Isa.* 14.*d.* Ipse est mons Sion. *Psalm.* 47.

Mons diuisionum, qui Hebraicè dicitur mons Pherasim, vbi Dominus concidit Allophylos regnante Dauid, designat *o* vastationem populi Israël, vel tempus iudicij quando mali separabuntur à bonis, *Isa.* 28.*f.*

Destructio populi Israël. *Carnales voluptates.* *Superbi.* *Superbia.* *Diabolus.* *Hæretici.*

Mons Phogor, designare potest *p* carnales voluptates, & ipsam carnem prophanorum & carnalium, *Num.* 23.*d.* Hi montes fluxerunt sicut cera à facie Domini, *Psalm.* 96.

Potentes seculi.

Montes operti aquis, sunt *q* superbi, qui & montes caliginosi dicuntur. Et ipsa superbia, & diabolus, & impetus irrationalis est mons, qui non aufertur, nisi per multam fidem & proiicitur in mare, *Genes.* 7.*d.* *Exod.* 23.*c.* *Psal.* 104.5. *Isa.* 2.*c.* 5.*f.* 13.*a.* 40.*a.* 41.*d.* *Ierem.* 13.*e.* *Matth.* 17.*c.* 21.*c.* Et præparantur montes in virtute Dei, hoc est, *r* superbi ad pœnam recipiendam, *Psal.* 17. 64. 82. 96. Et montes Orientis, designant altitudinẽ superbiæ, *Num.* 23.*a.* Et mons excelsus, est superbia Pharisaica, *Ierem.* 3.*b.* *g.* 17.*a.* Et montes coagulati, sunt hæretici superbi, *Psalm.* 67. 143. *Ierem.* 51.*c.* Quos etiam designant montes Israël desolati, *Ezech.* 31.*d.* 33.*f.* 34.*b.* *Isa.* 17.*a.* 57.*b.* 65.*b.* Et mons in quo diabolus tentauit Christum, fastigium est terrenæ elationis, *Matth.* 4.*b.* Hi montes replentur sanguine, quia multa hic perpetrantur peccata iniustitiæ, *Isa.* 34.*a.* Et montes defluentes à facie Dei, sunt dæmones & superbi, *Isa.* 34.*a.* *Abdi.* *e.* *g.* Et montes pascuæ onagri, hoc est, Christi, sunt superbi, qui fiunt pascua eius, quum conteruntur, *Iob.* 39.*a.* *Psalm.* 94. Et montes pardorum, superbia hypocritarum, *Cant.* 4.*c.* Hos montes subuertit spiritus, 2.*Reg.* 19.*b.* Et montes Gelboe sunt dæmones, super quos nec ros, nec pluuia diuinæ gratiæ descendit, 2.*Reg.* 1.*d.* Et mons Seir est diabolus, & montes Seir sunt, qui ad impietatis verticem deuenerunt, *Ezech.* 35.*b.* Et montes caliginosi, qui sunt montes Babylonis, sunt vel dæmones, vel hæresiarchæ, qui se eleuant aduersus scientiam Dei, *Ierem.* 13.*c.* *Ezech.* 32.*b.* 38.*g.* Montes quoque Israël sunt habentes scientiam inflantem. Et mons Samariæ est superiora hæreticorum. Et comedunt in montibus, qui dicunt, Non sum sicut cæteri hominum, *Ezech.* 7.*b.* 16.*f.* 18.*a.* Montes etiam sunt *s* potentes huius seculi, & tumor secularium potestatum. Hi sunt montes, qui herbas ferunt Behemoth, quia ex eo illum recipiunt, quod nequiter operantur, *Iob.* 9. 14.*d.* 28.*b.* 40.*b.* *Psalm.* 96. 103. 143. *Luc.* 18.*b.* Mons quoque Samariæ sunt verba tumentia hæreticorum, *Amos.* 3.*c.* 6.*a.* Et montana sunt sensus extollentes se aduersus scientiam Dei. Hæc montana petiit Caleb, vt eorum expugnaret ciuitates, *Ios.* 11.*c.* 14.*c.* *Abdi g.* Et montes seculi sunt dæmones & hæretici principes huius mundi, *Habac.* 3.*b.* *Agge.* 1.*c.* *Zach.* 4.*c.* *Malac.* 1.*a.* *Apoc.* 8.*c.* 16.*d.* Et montes qui consumuntur aut commouentur, sunt dogmata philosophorum, & regna sublimia, *Mich.* 1.*a.* 7.*c.* *Nah.* 1.*a.* Et montes qui librantur in pondere, sunt regna maiora, quæ Deus disponit, *Isa.* 40.*c.* *Psalm.* 96. Et montes ænei duo, *t* sunt superbia & mundana potentia, *Zach.* 6.*a.* Montes septem, sunt septem regna, *Apoc.* 17.*b.*

Verba hæreticorum. *Regna maiora.* *Dogmata philosophorum.*

Monstrare, quare Iudicare.
Monstrum.

MONSTRVM, à monstrando dictum est, quasi aliquid monstret, vel portendat: est autem monstrum, quod contra naturæ ordinem euenire contingit, vt homo cum duobus capitibus & gigas communem hominum magnitudinem excedens, *Num.* 13.*d.*

Monumentum, vide Sepelire.
Morari, Mora, vide Habitare, & Tardare.
Morasthi.

MORASTHI, id est, *u* hæres, vel paupertas, viculus Palestinæ, iuxta Eleuteropolim, vnde erat Michæas propheta, qui interpretatur humilitas, quia humilitas præcipuè inter virtutes spe hæreditatis Domini nascitur, *Mich.* 1.*a.*

Morbus, vide Infirmus.
Mordere, Morsus.

MORDERE, est dentibus constringendo lædere, & per metaphoram detrahere. Morsus autem, est ipse mordendi actus.

Antichristus *Diabolus.* *Vexare.*

Mordens coluber vngulas equi, designat *x* Antichristum, vel diabolum, sensus nostros occupãtem, *Genes.* 8.49.*c.* Mordebit autem Antichristus vngulas equi: quia extrema huius seculi feriendo continget. Et mordentes serpentes, *y* sunt dæmones, *Ierem.* 8.*f.* *Amos* 5.*f.* 9.*a.* Et mordet serpens in silentio, quum quis peccat in occulto, & non confitetur peccatum suum, *Eccles.* 10.*c.* *Prou.* 23.*d.*

Captiuare. *Tolerantia.*

Mordere, captiuare, *Ierem.* 8.*f.* Et mordebunt vos, ait Dominus, *Hab.* 2.*b.* Repentè consurgent, qui mordeant.

Mordens etiam serpens vngulas equi, designat *z* tolerantiam impetus voluptatis frænantem, & corpus castigantem.

a *Glo. ord. su. Leu.* 19.
b *Rup. s. Gene.* 10. *Lyr. s. Gen.* 22.
c *Bas. s. ps.* 14. *Hier. su. Is.* 37. & *s. Ezec.* 24. 34. & *super Matt.* 18. *Gre. sup.* 1. *Reg.* 1. *Rup.* 6. *s. Ioan.*
d *Phi. de plan. Noe.*
e *Gre. s. can.* 2.
f *Hie. s. Dan.* 11.
g *Glo. ord. su. Matth.* 5.
h *Ricar. de S. Vict. de somnio Nabuch.* 21. 29.
i *Amb. de fuga secul.* 6.
k *Or. s. Io. ho.* 10.
l *Hier. s. Zac. hom.* 14. *Aug. s. Ioan.* 30. *Cyr.* 5. *s. Ioan.* 14.
m *Aug. su. ps.* 146. *Augu. Ioan. trac.* 4. *s.*
n *Ori. s. Luc. hom.* 22. *Hie. s. Ezech.* 6. 7. *Gre. s. Ezec. h.* 2. *Rup. s. psalm.* 47. & 4. *s. Apoc.*
o *Hie. s. Isaia.* 28.
p *Ori. s. Num. hom.* 17. *Tert. de resurrect.*
q *Ori. s. Matt. hom.* 4. 10. & *s. Iercm. hom.* 9. 11. & *s. Nu. hom.* 5.
r *Hil. s. Matt. cant.* 16. & *s. psalm.* 64. 67. *Basil. s. ps.* 45. *Hier. s. Is.* 2. 18. 41. 64. & *s. Matt.* 17. *Aug.* 1. *qu. in euang.* 22. & *de vera religio.* 38. & *s. ps.* 143. *s. Ioa. tract.* 1. *Geor. Venet. cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 19 *Bern. serm.* 4. *ascension. Gre.* 3. *moral.* 34. & *s. cant.* 4. *Bern. s. can. ser.* 54. *Hie. s. Ezech.* 7. 16. 32. 35. & *s. Ierem.* 13. & *s. Mic.* 7. & *s. Nahum.* 1. & *s. Haba.* 3. & *s. Ioan.* 25. *Ori. s. Ezech. homil.* 6. & *Iosu. hom.* 14. 18.

s *Au.* 18 *ciuitas Dei* 32. & *s. psal.* 103. 124. *Gre.* 18. *mor.* 22. & 33. *mo.* 1. *Hie. su p. Isa.* 40. t *Ruper.* 10. *sup. Apoc.* u *Hier. prolo. s. Mich.* x *Amb. de instit. virgi.* 6.. y *Hier. s. Amos* 5. & *s. Ecc.* 10. *Gre.* 31. *mo.* 18. *Bed. s. Gen.* 49. *Glo. ord. sup. Haba.* 2. z *Phil. de Agricul.*

Digitized by Google

Christus quoque mordebit vngulas equi, *a* quando in fine mundi condemnabit mundanos.

Morsus inferni dicitur Christus, *Hos.* 13. *d.* quia *b* partem inferni spoliauit liberans antiquos patres à limbo: partem verò reliquit. Vel quia tradidit carnem suam mordendam Leuiathan: quo morsu, hamo captus est. *Christus. Spoliatio inferni.*

Mordentes superbum, sunt *c* doctores, qui reducunt ad Deum, quod diabolus, hæreticus, aut Antichristus deceperit, *Habac.* 2. *b.* *Doctores.*

Morsu octo, *d* confessionem noui testamenti indicant, propter numerum octonarium, *Mich.* 5. *b.* vbi nos legimus octo primates. *Confessio noui testamenti.*

Mordent inuicem, qui mutuò sibi detrahunt, *Galat.* 5. *c.* Et mordet serpens in silentio, quum quis *e* occultè detrahit, *Eccles.* 10. *c.* *Detrahere.*

Mordentes dentibus pacem nunciant, *f* qui rapientes quæ possunt à flagitiosis, securitatem ipsis promittunt, *Mich.* 3. *b.* *Promittentes securitatem malis.*

Morderi à muribus, est *g* peccati pœna lacerari, 1. *Reg.* 5. *b.* *Pœna peccati.*

Mordentes circuli cortinarum ansas, *Exod.* 35. *b.* coniunctionem charitatis designare possunt. *Connexio charitatis.*

Moria.

MORIA, id est, visio: mons in quo Abraham obtulit filium suum, & in quo postea ædificatum est templum Salomonis, *Genes.* 22. *a.* 3. *Reg.* 6. *a.* 2. *Par.* 3. *a.* Typus est *b* Christi, super quem ædificatur Ecclesia, in qua ipse quotidie immolatur hostia incruenta. *Christus.*

Mors, Mori, Mortuus, Interire, Perire, Occumbere, Obire, Obitus, Dormire, Somnus, Mortiferum.

MORS, est animæ & corporis dissolutio, & priuatio vitæ. Mortuum autem est ipsum cadauer sine anima. Interire autem & perire, magis generalia sunt, quam mori, videntúrque aliquid grauius dicere. Dormire autem & Somnus, aliquando sumuntur pro mori. Mors autem ponitur triplex, *i* nempe culpæ, quam sequuntur mors corporis, & interitus gehennæ. Licèt antem prior fuerit mors culpæ quàm mors corporis, tamen mors corporis dicitur prima, quia prius experimento sentitur, mors verò culpæ tunc sentitur, quando illi adiungitur mors gehennæ, atque ita vtraque dicitur mors secunda, *Apoc.* 2. *c.* 20. *b.*

Mortuus dicitur abiectus, 1. *Reg.* 24. *c.* Canem mortuum persequeris. Non existens, *Matth.* 22. *c.* *Marc.* 12. *c.* Non est Deus mortuorum.

Perire interdum, est cessare, *Iob.* 8. *c.* Spes hypocritæ peribit. Damnari, 1. *Reg.* 14. *c.* Nec vult Deus perire animam. Deiici, *Psal.* 2. Et pereatis de via iusta. Destitui, *Iob.* 3. *a.* Pereat dies, in qua natus sum. Exterminari, *Exod.* 9. *c.* Peribisque de terra. Negari, *Iob.* 11. *d.* Effugium peribit ab eis. Perdi. *Genes.* 31. *f.* Quicquid furto perierat. Reprobari, *Psalm.* 1. Iter impiorum peribit. Mori, *Num.* 14. *a.* Vtinam pereamus.

Mors attribuitur animæ, secundum quod *k* priuatur gratia, quæ vita eius dicitur, atque ita moritur anima per peccatum, & mortua est anima existens in peccato, *Genes.* 2. *c.* 3. *a.* 20. *b.* *Psa.* 6. 9. 111. 114. *Isa.* 59. *a.* Et mortuus ad quem non intrat pontifex Christus, est peccator, *Leuit.* 21. *b.* *Ezech.* 24. *f.* Mortui etiam, inter quos stetit Aaron, erant existentes in peccato, inter quos stetit Christus in primo aduentu, vt eos redimeret, in secundo verò stabit inter eos, vt iudicet, & separet eos à bonis, *Num.* 16. *g.* *Ier.* 4. *g.* Mors autem repentina dicitur peccatum ferè inuoluntarium ob deliberationis defectum, quod non contaminat sacerdotem, nisi in præsens. Mortui autem, qui non viuificant, sunt peccatores, aut idola, *Isa.* 26. *c.* Dicuntur etiam mortui, vt homines, qui peccant, vt fragiles, *Psa.* 81. Et mors peccatorum dicitur pessima, quia nihil peius peccato, vel vita mala, *Psa.* 33. *Ezech.* 3. *a.* *Luc.* 15. *b.* *Ioan.* 5. *d.* Et mortui in aquis, sunt existentes in multitudine vitiorum, *Matth.* 8. *c.* Et mortui quibus euangelizatum est, sunt existentes in peccato, 2. *Pet.* 4. *b.* Et mortuorum sacrificia sunt peccatorum munera, *Psa.* 105. Et mortuus filius mulieris, quem suscitauit Elisæus, est peccator in Ecclesia, 4. *Reg.* 4. *c.* Et mortui in singulis domibus sunt, quando omnes peccauerunt, *Exod.* 12. *c.* Et mori in sordibus, est mori in peccatis, *Leuit.* 15. Moriuntur quoque qui viuunt secundum carnem, hoc est, qui sequuntur literam legis. Mortui autem sepeliunt mortuos suos, *l* quando existentes in peccato sepeliunt mortuos corpore, *Luc.* 9. *g.* *Iob.* 5. *d.* 6. *a.* 14. *c.* Mortuum dicitur esse domini cisternæ, quando alicui imputatur lapsus alterius, *Exod.* 21. *g.* Moritur in tempestate anima, quum in tribulatione excidit à gratia, *Iob.* 36. *b.* Et primogenita mors, est peccatum superbiæ, quod initium est omnis peccati, *Iob.* 18. *c.* *Hos.* 13. *a.* *Zach.* 11. *b.* Mortuum autem per se dicitur quando quis sua libidine, nemine impellente, peccat, *Leuit.* 5. *a.* Viuens mortua dicitur vidua in deliciis viuens, *m* propter peccatum, 1. *Tim.* 5. *a.* Dormientes quoque secundum aliquos, intelliguntur, qui mortui sunt morte peccati, 1. *Thes.* 4. *c.* Interit de populis suis, qui peccat, & à vita fidelium separatur. Et mortes ciuium sunt peccata, *Leuit.* 21. *a.* *Isa.* 48. *d.* 38. *d.* *Ezech.* 34. *a.* *Psalm.* 118. *Apoc.* 8. *c.* Et pereuntes asinæ Cis, sunt peccantes baptizati, 1. *Reg.* 9. *a.* Sic percuntes oues domus Israël. Et periit ouis vna, *n* quum genus humanum decidit in miserias peccante Adam, *Matth.* 10. *a.* 55. *c.* 18. *b.* *Psalm.* 9. De mortuo per peccatum dicitur, *Apocal.* 3. *a.* Nomen habes quod viuas, & mortuus es. Sic mortificare quærit impius iustum, *o* quum eum nititur inducere in peccatum, *Psalm.* 36. Et moritur in manibus alicuius, qui sub eius custodia peccat, *Exod.* 22. *b.* Interitus quoque dicuntur ipsa idola, *Psalm.* 9. Perire furto est peccare ex ignorantia, *Genes.* 31. *f.* *Peccatum. Peccator. Mori in peccatis. Viuere secundum carnem.*

Solet poni triplex mortuus inter eos, quos suscitauit Christus. *p* Nempe mortuus in domo: vt filius Archisynagogi, *Matth.* 9. *c.* & designat eum, qui peccatum perpetrauit in corde. Et mortuus extra portam ciuitatis elatus, vt filius viduæ, *Luc.* 6. *c.* & designat eum, qui peccatum iam opere expleuit. Mortuus autem iam in monumento positus, & quatriduanus, fuit Lazarus, *Ioan.* 11. *b.* & designat eum, qui iam est in consuetudine peccandi. Ab omni hac morte liberat Deus, *Psalm.* 114. *Rom.* 4. *c.* Quartum verò mortuum, nunciante discipulo, agnoscit Dominus, sed non suscitat: quia valdè difficile est, vt is, quem post vsum malæ consuetudinis ad vltimum adulantium linguæ excipiunt, à mentis suæ morte reuocetur: vnde de his prædixit Dominus, *Luc.* 9. *g.* Sine mortuos sepelire mortuos suos. Et dicitur suos. Et dicitur perire de ouibus, qui incidit in desperationem, *Ezech.* 34. *b.*

Mortuum aliquando dicitur *q* ipsum peccatum, vt mortuum ad quod non accedere debet sacerdos, est peccatum, quod non debet admittere, *Leuit.* 21. *b.* Et mortua opera & verba, sunt peccata. Et mortuorum ossa, sunt opera, quæ videntur iusta, & non sunt: vt homo mortuus non est homo, *Matth.* 23. *c.* Mortifera quoque dicuntur ipsa peccata, quæ mortem inferunt, *Iob.* 33. *c.* Mortuum autem erat peccatum ante legem: quia imputabatur, vel non apparebat, quod tradita lege reuixit, hoc est, apparuit, *Rom.* 7. *b.* *Peccatum.*

Gustant mortem, aut panem mortis, *r* qui aliquod peccatum committunt, manducant autem, qui sine fræno peccant, *Matth.* 16. *d.* Et videtur grauius gustare, quam videre mortem, *Psalm.* 88. Et grauius videtur, quum mors aliquem sequitur, *Apoc.* 6. *b.* Peius autem, quum mors venit super aliquem, *Psalm.* 54. Grauissimum verò, quum mors dicitur aliquem absorbere. Mori dicitur anima viuens, *Apoc.* 16. *a.* quia viuere in peccato dicitur, quicunque scienter, & bono inuidens malum operatur. *Peccare.*

Mors aliquando sumitur pro *s* diabolo, *Isa.* 28. *d.* Percussimus fœdus cum morte. Ipse dicitur perditio, & interitus, *Iob.* 18. *a.* 28. *d.* *Apoc.* 6. *b.* 16. *a.* Hæc mors pascit malos in inferno, *Psalm.* 48. De manu huius mortis liberat Deus, *Hos.* 13. *d.* Mortui etiam dicuntur dæmones, *Isa.* 8. *d.* *Diabolus.*

Mortui seculi, sunt *t* seculariter viuentes, *Psal.* 142. vel sunt qui ex conditione propaginis Adæ moriuntur ob peccatum eius, qua ratione Christus non computatur inter mortuos seculi, sed dicitur sicut mortuus seculi, sicut factus est in similitudinem carnis peccati. *Seculariter viuentes.*

Mors peculiariter dicitur *u* infidelitas. Et mortui infideles. Et mors Saræ, est infidelitas synagogæ. *Genes.* 24. *g.* 42. *g.* 45. *c.* Et mors abortiui vel mulieris, est recessus à fide, *Exod.* 21. *c.* 22. *a.* 28. *f.* Et mori ad contactum mortis, est incidere in hæresim vel blasphemiam, *Exod.* 16. *b.* Atque ita mortui sunt decepti ab hæreticis, *Isa.* 22. *a.* *Matth.* 8. *c.* Et alienatio à verò, species quædam mortis est, *Ephes.* 5. *d.* Perit, quod pendebat in paxilio, quum aliquis à fide Christi decidit, *Isa.* 22. *g.* Mori in terra polluta, est multis contaminari erroribus, *Amos.* 7. *d.* Mors est in olla, quum maritudo hæresis miscetur sacræ scripturæ, 4. *Reg.* 4. *g.* *Infidelitas. Hæresis.*

a *Bed. s. Gen.* 49. *Gre.* 12. *m.* 8.
b *Rup. s. Ho.* 13.
c *Hier. s. Hab.* 2.
d *Am. epi.* 36.
e *Hie. s. Eccle. siasten.* 10.
f *Gre. s.* 1. *Re.* 1.
g *Gre. s.* 1. *Re.* 5.
h *Lyr. s. Gen.* 22.
i *Fulgen.* 1. *de duplici prædestinatione.* *Rup. s. Apo.* 2.
k *Arn. s. ps.* 9. 105. *Ori. s. Leu. ho.* 12. & *s. Nu. ho.* 9. & *s. Ier. ho.* 6. *Phil. de profugis.* *Aug. epist.* 75. 99. & *s. ps.* 60 70. 81. *Cle. Alex.* 1. *ped.* 2. *Hier. s. Is.* 26. *Basil. s. ps.* 33. *Hil. s. Matth. Can.* 8. *Ori. s. Ezec. hom.* 1. *Ori. s. Rom.* 1.
l *Gre.* 4. *m.* 20 & 12. *mor.* 5. & 14. *mor.* 8. & 26. *mo.* 29
m *Hie. Mineri.* & *Alexandro.*
n *Hie. s. Mat.* 18.
o *Ori. s. ps.* 36. *ho.* 1. *Arn. s. ps.* 9.
p *Ori. s. Rom.* 4. *Basil. s. ps.* 114. *Au.* 1. *ser. Domini in monte.* *Gre.* 4. *mo.* 29. *Cyril.* 7. *sup. Ioan.* 28. *Cyr.* 7. *s. Ioan.* 5.
q *Ori. s. Matt. ho.* 8. 25. *Hier. de vesti. sacer. Gre.* 23. 28. *Au.* 73. *q.* 66.
r *Ori. s. Matt. hom.* 3. *Rup. s. Apoc. Orig. s. Leu. ho.* 9. & *s. Is. h.* 7.
s *Hie. s. Is.* 28. & *su. Ho.* 13. *Gre.* 4. *m.* 20. & 10. *m.* 2. & *Aug. s. ps.* 48.
t *Hila. s. ps. al.* 142. *Au. s. ps.* 142.
u *Hil. s. Matt. can.* 7. *Hier. s. Is.* 22. & *su. Amos* 7. *Rup.* 5. *s. Apo.* 27.

Digitized by Google

Pœna vel tẽporalis vel æterna. Damnati.

Mors aliquando ſumitur pro *a* pœna, præcipuè æterna, *Exod.22.a.30.d.Iere.9.f.Thren.1.g.Ezech.18.a.Luc.7.b.* Mors autem eſt ſtatus peccati in inferno, vmbra verò mortis eſt in hac vita, *Iſa.9.a.* Et morientes ſapientes, ſunt morte æterna puniti, *Pſalm.48.* Mori piſces ſiti, eſt malos in inferno ſine refrigerio puniri, *Iſa.5.b.* Et mortui ſemperni ſunt qui nullum ſperant ſolatium, *Thren.3.a.Iſa.22.a.Iob.4.d.* In inferno autem eſt caligo mortis, & vmbra mortis, hoc eſt, obtenebratio mentis, *Iob.10.d.* Ducuntur ad mortem, *b* qui per peccatum aut hæreſim gradiuntur ad inferos, *Prou.24.b.* Interitus, etiam eſt *c* mors æterna ſimul cum temporali. Et interibunt reliquiæ impiorum, quando corpus, quod hic reliquerunt, in iudicio detrudetur in infernum, *Pſalm.48.54.77.134. Prou.2.d. Iſa.11.d.41.c.48.b.1.Theſſ.5.a.* Interibunt habitatores terræ ſicut cœlum, & terra, quæ non deſinent eſſe, ſed mutabuntur, *Iſa.51.b.Iob.27.c.33.d.Geneſ.45.c.47.d. Exod.9.a.12.a.31. Leuit.7.c.* Pereuntes à ſerpentibus ſunt puniti à dæmonibus, *1.Corint.10.b.* Occumbere dicuntur robuſti, quando ſuperbi mittuntur in infernum, *Ioel.3.b.* Peribit gens & regnum, quod non ſeruierit Eccleſiæ, *Iſa.6.c. Hoſ.10.d. Amos.1.c.6.c. Abdi.c.* Perire dicuntur gladio, qui tentatione diaboli intereunt, *Nahum.3.c.* Mors autem inferni dicitur mors ſecunda, *Apocal.20.d.* Morte autem mori, eſt pœna temporali, & æterna puniri, *Leuit.20.b.* Mori dicuntur coram Domino, qui ipſo condemnante pereunt, *Leuit.10.a.16.b.* Mors etiam animalium Ægypti, deſignauit punitionem Ægyptiorum, & ſimilium qui colebant animalia bruta, *Exod.9.a.28.f.* Mors peccatoris, quam non vult Deus, eſt ignorantia, vel mors æterna, *Ezech.33.c.* Interit autem de populo ſuo, qui iam non connumeratur in populo Dei, ſed in infernum cum dæmonibus detruditur, *Leuit.17.b.*

Mors decreta.

Deſtructio principatus diaboli.

Mors Pharaonis, eſt *d* deſtructio principatus diaboli, ideo ipſo mortuo ingemiſcunt filij Iſraël, vt conuertantur à ſubiectione peccati ad Deum, *Exod.2.d.* Eodem refertur mors quærentium animam Moſis, *Exod.4.c.* Sic mortuo Ozia vidit viſionem Iſaias, *e* & mortuo Achaz, hoc eſt, ſublato malo principe, *Iſa.6.a.14.g.* Mors Ægyptiorum in mari, *f* eſt abiectio dæmonum & peccatorum in baptiſmo, *Exod.14.g.* Mori furem, eſt hæreticum excommunicari, vel diabolum ſuperari in ipſa tentatione, *Exod.32.a.* Mori principem Tyri morte incircunciſorum, eſt diabolum detrudi in infernum cum aliis, *Ezech.28.b.* Sic occumbunt robuſti gentium, *Ioel.3.b. Amos.2.a.* Et dormiens rex Babylonis, deſignat eiectum diabolum, & mortuam eſſe mortem, *Iſa.14.b.* Et perit princeps de Gaza, *g* quum ſermo contrarius, & poteſtas diaboli perit in iis, qui conuertuntur, *Zach.9.a.*

Abiectio dæmonum & vitiorum in baptiſmo.

Iudicari etiã in hac vita. Conuinci hæreticos.

Moritur in tempore non ſuo, *h* qui per peccata prouocat Deum, vt etiam in hac vita recipiat iudicium, *Eccleſ.7.c.*

Moritur Moab cum ſonitu & clangore tubæ, *i* quum hæretici conuincuntur excelſis ſenſibus, qui in ſanctis libris calngoribus buccinæ comparantur, *Amos.2.a.* Et peribunt idola in tempore viſitationis ſuæ, quum hæreſes deſtruentur, *Ierem.10.c.* Et perit vinum ab ore, cùm ceſſant defenſiones hæreticorum aut voluptates, *Ioel.1.b.* Et interit viror Moab, quum pereunt verba ornata hæreticorum, *Iſa.15.c.*

Reſipiſcere. Baptizari.

Mori dicitur aliquis peccato, *k* quum relinquit ipſum peccatum, *Rom.6.a. Epheſ.2.a. Coloſſ.2. Ierem.9.a.* Sic mors eſt ceſſatio prauæ conſuetudinis: & mortui ex Iſraël, ſunt Apoſtoli, & Sancti, qui mortui ſunt mundo, & in ipſo afflicti, *Iſa.41.d. 1.Corinth.5.d. Galat.2.d.* Et mortui qui laudantur, *Eccl.4.a.* ſunt mortui mundo. Mori morte iuſtorum eſt baptizari, ac mori mundo & peccato, *Num.23.b.....uſe.14.a. Amos.4.c.* Et mors filij viduæ eſt, quæ fit per baptiſmum. *3.Reg.17.c.* Moritur aliquis abſque retractatione, *l* quum viuere in peccato mox vt innotuerit prohibetur: & quia non dimittitur iniquitas, donec quis moriatur peccato, *1.Reg.14.f. Iſa.22.d.* Et mors Oziæ, *m* typus eſt mortis peccati, aut principis peccati in nobis, quo viuente non poſſumus videre viſionem, *Iſa.6.a.* Moriendi tempus eſt in hac vita, vt moriamur cum Chriſto, *Eccle.3.a.* Mortui Dei ſunt, *n* qui mortui ſunt in Domino, vel qui ſic ſunt in peccato, vt reſipiſcant. *Iſa.26.* Et moritur conſecratum Deo *o* quando quis mortuus eſt peccato, & crucifixus mundo, *Leuit.57.d.* Mors amara eſt extinctio voluptatis in carne, quæ amara eſt in principio conuerſionis, *1.Reg.15.g.* Mortificat autem Dominus *p* peccato, & viuificat per gratiam, *1.Reg.2.b.* Mortificat quidem prius à peccato, poſtea verò viuificat per gratiam, hoc autem facit Dominus, non prædicator. Mortificat etiam Dominus, quia populum Iudæorum à cognitione veritatis ſeparat, & in perpetuum damnat. Mortificare membra, quæ ſunt ſuper terram, eſt pellere vitia à ſuis potentiis. *Coloſſ.3.a.* Sic moriuntur oſſa, quum anima eligit ſuſpendium, *Iob.7.c.* Emortui Abraham & Sara genuerunt Iſaac, *q* vt deſignetur gaudium ſpiritus, vel Chriſtum naſci in iis, qui membra ſua mortificauerunt, *Rom.4.d.* Interitus carnis, *r* eſt eius caſtigatio, & pœnitentia contra libidinem. Et cum ſapientia carnis tranſit in ſpiritum, vt iam non quæ carnis ſunt ſapiat, ſed quæ ſpiritus, *1.Cor.5.b.* Et interit radix Philiſthææ, quum delentur prauæ concupiſcentiæ, *Iſa.14.g.* Perire dicitur etiam impius, quum conuertitur ab impietate, *Pſalm.9.* Mors autem, quam expectant iuſti, *ſ* eſt eorum, qui appetunt mortificari rebus ſeculi, & gloriæ temporalis vitam in ſe extinguere, & tamen non venit, quum compelluntur occulto Dei iudicio aliis præeſſe, *Iob.3.d.* Mortuum mare dici poterat, quum deficientibus aquis Iordanis non inundabat mare, ſic conſcientia eſt mare mortuum, quando ceſſantibus concupiſcentiarum & tentationum fluctibus quieſcit in bono, *Ioſu.3.d.* Dormiens non timet, qui moritur ſecurus in gratia Dei, *Prouerb.3.c.* Sic moriuntur in nidulo ſuo, *s* qui pacatiſſima quiete ad cœlum euolant, vel qui vitiis mundi & concupiſcentiis in carne non viuunt, *Iob.29.c.* Et mors ſanctorum dicitur precioſa, quia tranſeunt ad vitam, *Pſalm.115.* Dicitur autem Deus eſſe mors ipſi morti, quia in electis totam mortem occidit, *Hoſ.13.d.* Mors Saræ, perfectionem virtutum, & carnis mortificationem ſignificare poteſt, *Geneſ.23.a.* Et mors Abrahæ, perfectionem derelinquentis omnino mundum, *Geneſ.23.a.26.d.* Et mors Ioſeph, eſt mortificatio carnis, *Geneſ.50.d. Exod.1.a.* Et mors Siſaræ, eſt mortificatio carnalis hominis, *Iudi.4.d.* Et mortuus Iob plenus dierum, *u* deſignat eum, qui in æternitatis contemplatione abſorbetur, &c. *Iob.42.d.* Sicut hæc mors dicitur eſſe fortis dilectio, quia *x* deducit ad hanc mortem, hoc eſt, ad carnis mortificationem, & virtutum perfectionem, *Cant.8.b.* Mori Azotios, quum aggrauata eſt manus Domini, eſt mori idololatriæ & vitæ vereti. Moriebantur quidem per morſum murium, hoc eſt, per diabolum. Sed cum aggrauatur manus Domini, moriuntur deferendo fœtorem peccati. Nondum autem mortui ſunt, qui *y* nondum plenam habent conpunctionem. *1.Reg.5.c.*

Mortificatio carnis.

Perfectio.

Mors Chriſti.

Mors Abrahæ, *z* paſſionem Chriſti & mortem ſignificauit, *Geneſ.25.a.24.d.* Mors etiam Saulis ab aduerſariis interfecti. Idem deſignauit, *1.Reg.31.b.* Mors itidem Ioſeph in Ægypto, mortem Chriſti in mundo præfiguraut, poſtquam creuerunt fideles, *Geneſ.50.d. Exod.1.a.* Defunctus etiam frater ſine liberis, eſt Chriſtus, qui adhuc electorum ſuorum numerum non impleuit, *Deut.23.b* Et mortuum, quod tetigerunt Iudæi, & immundi facti ſunt, eſt Chriſtus, quem crucifixerunt. Mors Ioſue deſignauit, *aa* quod Chriſtus mortuus eſt iis, qui ſunt in peccato, viuit verò in Sanctis, *Ioſ.24.f. Iudi.2.b. Galat.2.d.* Viuo ego iam non ego, &c. *Philip.1.c.* Mihi viuere Chriſtus eſt, *Hebr.6.b.* Crucifigentes filium Dei, &c. Et *Matth.10.d.* Qui confitebitur me, confitebor & ego eum, & qui negauerit me, &c. Mortem ſibi iudicauit meliorem Ionas, quam vitam, *bb* deſignans mortem Chriſti, qua mundus eſt redemptus, *Iona.4.b.* Mortuum granum frumenti *ee* deſignat Chriſtum mortificatum in infidelitate Iudæorum, *Ioan.12.c.* Mori pontificem, eſt *dd* ceſſare verbum Dei in anima, vel *ee* mori Chriſtum in redemptionem generis humani, *Num.35.d.* Mortuus autem dicitur Chriſtus peccato, *ff* hoc eſt, carni, quæ erat ſimilis carni peccati. Dicitur autem mortuus Chriſtus in conſpectu hominum, reſurrexiſſe verò in conſpectu filiorum hominum, quia mors ad hominem pertinebat: reſurrectio ad filium hominis. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. *1.Corinth.15.c.* Mortis filius dictus dies, qui tulit ouem pauperis, *gg* eſt Chriſtus pronunciatus debere mori pro populo, *2.Reg.12.b.* Perire dictus iuſtus, eſt Chriſtus in paſſione *hh* non ſecundum veritatem, ſed ſicut malis videbatur, *Iſa.57.a. Iob.4.b.*

Periens

a *Hier.ſ. Iſ.9. & ſ.Ier.9. & ſ.Ezech.18. Baſi.ſ.pſ.48. Gre.9.moral. 45.46.*

b *Bed.ſ.Prou. 24.*

c *Ori.ſ.pſ.36. hom.5.Baſ.ſ. pſ.48. Hier.ſ.Iſ.51. Gre.18.m.7. Arno.ſ.pſ.9. Hil.ſ.pſal.67. Rup.ſ.Ioel.3. Am.ſ.1.Cor. 10.& de paradi.9. Bed.ſ. prou.2.& ſu. Exod.5. Ori.ſ.Exo.ho. 4.& ſ.Leu.ho. 9.Iſy.ſ.Le.ac. 17.Cle.Alex. 2.ſtrom.Orig. ſ.Iſ.ho.15.& ſ.Matt.h.31. Phil.quoddeterior potiori inſidietur. Hie.ſ.Iſa.14. & epi.Et factum eſt.*

d *Bed.ſ. Exo. 2.*

e *Chry.de verbis Iſa.ho.4. Gre. Nyſſ. de vita Moſis.*

f *Hier.ſ. Zac. 9.*

g *Hie.ſ.Eccleſiaſten.7,*

h *Hie.ſ.Amos 2.& ſ.Ierem. 10.& ſ. Ioel 1.& ſup.Iſa. 15.*

i *Philo.2.alleg. Orig. ſu. Num.hom.7. 15.Am.ſ.Iu. 9.Hie.ſ. Eze. 18.Aug. epi. 59.*

k *Gr. ſ.1.Re. 14.*

l *Orig. ſ. Iſa. hom.15.& ſ. Roman 6. Hie.epiſt. Samuel quondam & adue. Iouinia.1. Amb.de bono mortis 2.*

m *Hie.ſu.Iſa. 26.*

n *Iſyc.ſ. Leu. 27.*

o *Gre.ſ.1.Re. ho.1.Au ..ciui.Dei 4.*

p *Ori.ſ.Ro.4.*

q *Am.de pœniten.2.Aug. contra Adiman. 17.& ſ.pſa.9.*

r *Gre.5.m.2. Ric.de S.Vict. de extremi mali.18.19. Bed.ſ.prou.5.*

ſ *Greg.19.m.24. Hie.ſ.Iob.29.Baſi.ſ.pſ.115.Gre.12.mo.8.& 35.m.25.* t *Ori.ſ. Gen. hom.11.& ſ.Iudi.ho.5. Au.ſ Ioan. tract. 65.Bed.ſ.Gen.23.* u *Ber.ſ.cant.ſer.52.* x *Gre.ſ.1.Re.5.* y *Gre.1. paſt. 5. Epipha. 1. de hareſibus.* z *Ori.ſu.Iudi. hom.2.* aa *Hie.ſ.Ion.4.* bb *Aug.ſ.Ioan.tract.55.* cc *Phil.de profugis.* dd *Amb.de fuga ſec.2.* ee *Hie.1.adus.Pelagianos & ſ.Iſa. 57. Gregor.ſ. Ezech.hom.6.Aug.enchi.ad Lauren.32. & epiſt.120.& cant.9.& ſ.pſalm.44.Ori.ſ.Ierem.hom.8.* ff *Amb.apo.Dani 5.* gg *Cyril.3.ſ.Ioan.13.Gre.5.mo.14.* hh *Gre.14.m.20.*

Digitized by Google

Periens Iob deſtructus vndique, deſignat *a* Eccleſiam, quæ in infirmis perit, quando ipſa, quæ videbantur fortia corruunt, *Iob.* 19.*b.* Perit quoque ſanctus de terra, quum boni deficiunt in Eccleſia. *Mich.* 7.*a.*

Deficiens in infirmis eccleſia.

Dormire dicitur puella mortua: *b* quia Chriſto perinde ſe habent mortui, ac ſi dormirent, *Matth.* 9.*c.* 25.*a. Matth.* 5.*d.* Sic dormiebat Lazarus, *Ioan.* 11.*b.* Et mortui dicuntur dormientes. 1. *Theſſ.* 4.*d.* 1. *Cor.* 15.*c.* 2. *Mach.* 12.*g.* Et ſancti dicebantur dormire cum patribus, *Geneſ.* 47.*g.* Et mortui dicuntur dormire in puluere, quia corpora in puluerem rediguntur. Et lignum moritur in puluere, quum *c* iuſtus moritur in manibus perſequentium, *Iob.* 3.*c.* 7.*d.* 14.*b.* 27.*d.* Et diuites dormiunt ſomnum ſuum, quando moriuntur, *Pſalm.* 75.

Dormiunt Chriſto mortui.

Dormire etiam puellam & non mortuam eſſe, deſignat *d* prædicationem reſurrectionis, *Matth.* 9.*c.*

Prædicatio reſurrectionis.

Dormiunt reges vnuſquiſque in domo ſua, quum *e* Apoſtoli diuerſas habent manſiones in gloria, *Iſa.* 14.*d.* Et dicitur ibi mori puer centum annorum, vt deſignetur duratio perfectæ ætatis, *Iſa.* 65.*d.*

Mãſiones Apoſtolorum in gloria.

Mors Rachelis in itinere in partu Beniamin, deſignauit *f* ceſſationem ſynagogæ in conuerſione Pauli, *Geneſ.* 35.*c.* 48.*b.* Vel deſignat *g* portionem ſuperiorẽ, quæ cum peperit Chriſtum, illíque vnitur, dicit cum Paulo, Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Ipſi namque pleniſſimo & perfecto cedit portio, quæ ex parte eſt, & moritur, vt viuat in toto. Vel deſignatur *h* ratio deficiens in contemplatione.

Ceſſatio ſynagoga. Converſio Pauli.

Mors pueri Iſmaëlis, *i* converſionem Iudæorum ad Chriſtianiſmum adumbrat, *Geneſ.* 21.*d.* quod nolebat videre Agar, hoc eſt, Principes Iudæorum.

Converſio Iudæorum.

Mors Satæ, *k* ceſſationem indicat ſynagogæ, cui ſuccedit Rebecca, hoc eſt, Eccleſia ex gentibus, *Geneſ.* 24.*g.* Idem deſignat mors Debora, *Geneſ.* 35.*b.* Et mors Moſis, legis ceſſationem indicat, *Num.* 27.*c. Rom.* 6.*b.* Et mortuus frater maior ſine liberis, eſt euacuatus ſermo Propheticus per aduentum Chriſti, *Deut.* 25.*b.* Et mortuus vir prior, eſt ceſſans litera legis, *Rom.* 7.*a. Iſa.* 59.*c.* Moritur autem Moſes in monte: vt deſignetur tunc prudentiam carnis mori, cum tanquam montis eminentia Chriſtus excelſus agnoſcitur: mortuus eſt etiam legi per Moſen datæ, qui non operatur ea, quæ in ipſa tanquam in vmbris & typis veteribus erant definita, & hoc per legem fidei, *Galat.* 2.*d.* Mors etiam Aaron ceſſationem veteris ſacerdotij ſignificauit, *Num.* 20.*d.* Mortui etiam duo filij Eli, quum capta eſt arca Domini ceſſationem ſacerdotalis miniſterij veteris deſignarunt. 1. *Reg.* 4.*c. Iſa.* 22.*e.*

Ceſſatio ſynagoga.

Mori ſe dicens Eſau deſiderio edulij, ſignificauit *l* pertinaciam Iudæorum, *Geneſ.* 23.*d.* Et mors Iacob, typus fuit lapſus populi Iudæorum, *Geneſ.* 46.*d.* 50.*a.* Et mori magnam partem domus Eli, quum ad virilem ætatem peruenerit, eſt remanere in infidelitate multos ex Iudæis tempore aduentus Chriſti, 1. *Reg.* 2.*g.* Idem eſt mors ipſius Eli, hoc eſt, Scribarum & ſacerdotum in errore perſeuerantium, 1. *Reg.* 4.*c.* Et mortui inter quos ſtetit Aaron, dici poſſunt *m* Iudæi ſine ſacrificiis, *Numer.* 16.*g.* Mortuus leo, eſt *n* populus Iudaicus, qui ignorat Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, neque expectat aliquam remiſſionem, *Eccleſ.* 9.*b.* Periit ſapientia à ſapientibus, quum Iudæorum doctores excæcati ſunt, *Iſa.* 29.*c.* Et periit fides inter Iudæos, qui noluerunt credere in Chriſtum prophetatum, *Ierem.* 7.*f.* Periit lex à ſacerdote, & conſilium à ſeniore: quum nec ſacerdotes nouerunt legem: nec ſenes dare conſilium, *Ezech.* 7.*g.* Non periiſſe autem legem à ſacerdote, &c. dicunt Iudæi & hæretici arrogantes ſuis ſacerdotibus ſapientiam, *Ierem.* 18.*c.* Mors vxoris Ezechielis, deſtructionem Hieruſalem ſignificauit. *Ezech.* 24.*d.* Mors nurus Eli, eſt *o* ceſſatio & interitus ſynagogæ, 1. *Reg.* 4.*d.* Et defunctus Herodes deſignat populum Iudæorum in paſſione Domini diſſipandum, *Matth.* 2.*d.* Et defuncta filia principis ſynagogæ, plebis Iudaicæ interitum deſignabat: quam dicebat Chriſtus non eſſe mortuam, ſed dormire indicans conuerſionem futuram Iudæorum in fine mundi, vel futuram reſurrectionem, *Matth.* 9.*c.* Perire Samariam in gladio, &c. *p* eſt deſtrui Iudæam, *Hoſe.* 14.*a.*

Infidelitas & pertinacia Iudæorum.

Interitus ſynagoga.

Mori duos filios Eli in vna die, eſt *q* concurrere duos ordines ſacerdotum in morte Chriſti, vel eſt mori in proſperitate dignitatum, vel eſt breui ad inferna deſcendere, 1. *Reg.* 2.*g.* 4.*c.*

Mori incepto bono.

Mori in ſolitudine filios Iſraël, *r* eſt mori incepto bono, vel non perueniendo ad perfectionem, *Exod.* 14.*d.*

Pœna ſacerdotis non prædicantis.

Mori Aaron, ſi non audiatur ſonitus tintinnabulorum, *ſ* deſignat pœnam ſacerdotibus infligendam, ſi non prædicent, *Exod.* 28.*f.*

Vermis conſcientia perpetuus.

Non morietur vermis malorum: *t* quia ſemper in inferno nos mordebit conſcientia, *Iſa.* 66.*g.*

Auferetur bonus iudex ob peccata.

Mors Othonielis, *u* eſt ablatio boni iudicis ab Eccleſia propter peccata populi, poſt cuius mortem ſubditi faciunt malum, & affliguntur, *Iudi.* 3.*b.*

Pœna ſuſcipientis ordines indigne.

Mori magnam partem domus Eli, *x* quum ad virilem ætatem peruenerit, deſignat malum eorum, qui indigne ſacros ordines recipiunt, 1. *Reg.* 2.*g.*

Dæmones polluentes noſtra opera.

Morientes muſcæ in vnguento, *Eccleſ.* 10.*a.* deſignant *y* dæmones miſcentes immundiciam bonis noſtris operibus, vel ſunt carnales concupiſcentiæ, quæ cum mundo prætereunt.

Condemnare iuſtos.

Mortificant animas, quæ non moriuntur, *z* qui iuſtos condemnant, & viuificant animas, quæ non viuunt, qui reum è ſupplicio abſoluere conantur, *Ezech.* 13.*d.*

Damnum pudicitia.

Mors pecorum Ægypti, *aa* damnum pudicitiæ figurate videtur. Concupiſcentiam quippe qua fœtus exoritur, communem cum pecoribus habemus. Hanc edomitam & ordinatam habere, *bb* pudicitiæ virtus eſt. *Pſalm.* 77.

Amiſſio iuſtitia.

Mors primitiuorum Ægypti, eſt amiſſio ipſius iuſtitiæ, qua quiſque generi humano ſocialis eſt, *Pſalm.* 87.

Obſtinati.

Mortui, quibus Chriſtus non facit mirabilia, *cc* ſunt obſtinati, quibus eius miracula non profuerunt, *Pſal.* 87.

Mori corpora Sanctorum.

Perire dicuntur cœli, *dd* quum Sanctorum corpora moriuntur, poſtea renouanda, *Pſalm.* 101.

Requies à malis.

Mors, quã quærunt mali & non inueniunt, *ee* eſt requies à malis, vt ceſſantibus malis ipſi requieſcant, *Apoc.* 9.*b.*

Cognoſcens ſe perditum.

Perit egreſſus de vtero, *ff* qui poſtquam ad apertam iniquitatem exiit, perditum ſe cognoſcit: perit enim ſuo iudicio, qui ſe perditum nouit, *Iob.* 3.*b.*

Reprehendentes inferiores ſuperiores.

Mortuus Oza, quum tetigit arcam Domini, *gg* deſignat peccatores inferiores, quum ineptè reprehendunt ſuperiores, 2. *Regum.* 6.*b.* Vel deſignantur principes Iudæorum, qui volebant ſeruari legem veterem cum Euangelio.

Volentes Iudæi ſeruari legem eũ euangelio.

Morituram ſe dicens Ionathas ob guſtatum mel, deſignat *hh* timorem cognoſcentis peccatum. Comminatio verò Saulis, eſt timor etiam incuſſus menti prælatorum. Liberans autem Ionathan populus à morte, indicat culpam illam in alio morte dignam fore, 1. *Reg.* 14.*f.*

Timor cognoſcentis peccatum.

Mori fame, eſt *ii* defectu verbi Dei perire: & moriuntur fame Iudæi, quum inter eos non ſint prædicatores neque doctores. *Ierem.* 11.*d.* 21.*c.* Et mortiferæ ſagittæ famis dicuntur, quum quis moritur deficiente verbo Dei. *Ezech.* 3.*d.* Ab hac morte famis liberat Deus, *Iob.* 5.*c. Iſa.* 5.*d.* Periens autem fame filius prodigus, deſignat Gentiles pereuntes in erroribus, cum non haberent panem verbi Dei, *Luc.* 15.*d.* Ad hæc pertinent mori coram Ioſeph deficiente pecunia. *Geneſ.* 47.*d.*

Perire defectu verbi Dei Prætereuntis figura huius mundi.

Mortua ſeptem fratrum ſine liberis, *kk* deſignat præterire huius mundi figuram, *Matth.* 22.*c.*

Corpora.

Mortui pro quibus baptizantur, *ll* ſunt corpora, 1. *Cor.* 15.*d.* Et mortalia ſeruorum Dei, dicuntur corpora prius caſta, *Pſalm.* 78. Dormientes quoque virgines, ſunt morientes, *Matth.* 25.*a.* Et ſomnus dicitur ipſa mors, *Pſal.* 126. 130. Mortale autem corpus, quod in gehennam mittendum eſt, eſt totus homo, *Rom.* 9.*b.*

Corruptio earnis ex peccato.

Mortuus quatriduanus deſignat *mm* corruptionẽ carnis, qua prouenit ex corruptione peccati, vnde Chriſtus non fuit mortuus quatriduanus, ſed triduanus, quia fuit ſine corruptione peccati, *Ioan.* 11.*e. Eccl.* 34.*b.*

Vita præſens.

Mortuorum regio dicitur vita præſens: vt regio viuorum eſt vita futura beatorum, *Pſalm.* 114.

Periculum gehennæ.

Moriturus ſeruus Centurionis, niſi liberatus eſſet à Chriſto, deſignauit perituros Gentiles, niſi Chriſtus eis ſuccurriſſet. *Luc.* 7.*a.*

Carnalis conſuetudo.

Mori pro iuſto erat in veteri legè, *oo* mori verò pro bono in noua, *Rom.* 5.*a.*

Reſipiſcentia.

Mors contendens, eſt *pp* carnalis conſuetudo, quæ reſiſtit bonæ voluntati, delectatione bonorum temporalium fruendorum, 1. *Cor.* 15.*g.* Mors quæ vltra non erit, comprehendit omnes anguſtias mortalitatis, *Apoc.* 21.

Mori dicitur in vulua, qui in occulta perpetratione peccati mox reſipiſcit, & ſe mortificat. Perit autẽ egreſſus de vtero, qui poſt apertam iniquitatem, ſe perditum recognoſcit, *Iob.* 3.*b.*

Moritur

a *Gre.* 14.*mo.* 20.
b *Ber.ſ. cant. ſer.* 52.
c *Gre.* 8.*mor.* 13. 12.*m.* 3.
d *Hil.ſ. Matt. can.* 9.
e *Hie.ſ.* 14.
f *Am.epi.* 18. *Bed.ſ. Ge.* 35.
g *Georg. Ven. Ca.* 2. *tom.* 7. *cap.* 6.
h *Ricar. de S. Vict. de* 12. *patriare.*
i *Glo. inte. ſu. Gen.* 21.
k *Ori.ſ. Num. h.* 22. *& ſ. Ioſ. hom.* 12. *& ſ. Matt. ho.* 22. *Hie.ſ. Iſa.* 59. *Au.* 16. *contra Fauſt.* 17. *& ſe.* 75. *Cyril. de recta fide ad reginas. Gre.ſ.* 1. *Re.* 4. *Hier.ſ. Iſ.* 22
l *Gre.ſ.* 1. *Re.* 2. 4.
m *Or.ſ. Num. ho.* 9. *& ſ. Ioſ. ho.* 25.
n *Hie.ſ. Eccl.* 9. *& ſ. Iſ.* 29. *& ſ. Ier.* 7. *& ſ. Ezech.* 7. 24
o *Gr.ſ.* 1. *Re.* 4. *Hil.ſ. Matth. Can.* 29. *Au.* 17. *ciu. Dei* 5.
p *Ru.ſ. Hoſe.* 14.
q *Gr.ſ.* 1. *Re.* 2.
r *Glo. ord. ſu. Exod.* 14.
ſ *Glo. ord. ſu. Exod.* 28.
t *Hie.ſ. Iſ.* 66.
u *Orig.ſ. Iud. ho.* 3.
x *Gre.ſ.* 1. *Re.* 2.
y *Hie.ſ. Eccleſiaſten.* 10. *Ber.ſ. can. ſer.* 44.
z *Gre. ho.* 26.
aa *Au.ſ. pſ.* 77.
bb *Aug. ſ. pſ.* 77.
cc *Aug. ſ. pſ.* 87.
dd *Aug. ſ. pſ.* 101.
ee *Aug. ſ. Apo. ho.* 7.
ff *Gre.* 4. *mo.* 28.
gg *Gr.* 5. *m.* 10
hh *Gr.ſ.* 1. *Re.* 14.
ii *Hie. ſ. Eze.* 5. *& ſ. Ier.* 5. *& epiſ. Beatitudinis. Greg.* 6. *mor.* 18.
kk *Au.* 1. *q. in euang.* 32.
ll *Tert. adu. Marc.* 5. *Arn. ſ. pſ.* 78. 126. *Au.* 38. *q.* 59. *Hil.ſ. pſa.* 30. *Amb.ſ. Rom.* 6.

mm *Arn. de pœnit.* 2. *Aug.* 2. *de gen. contra Manich.* 21.
nn *Amb. ſup. Luc.* 7.
oo *Hie. Aglaſia.*
pp *Auguſt.* 83. *quæſt.* 70. *Rup.* 11. *ſup. Apoc.*

Digitized by Google

Despectio Iudæorum. Moritur truncus in puluere, quando *a* apud corda prauorum iusti prædicatio despecta, cunctisque viribus effœta creditur,& corpus iusti inter manus persequentium examinatur, *Iob.*14.*b.*

Non præcogitata mors. Mori dicuntur subitò, *b* qui antea mortem non præcogitauerunt, nec ad eam se præparauerunt, *Iob.*34.*c.*

Interitus laquei est, *c* cum suadent dæmones frustra nos orare,& reliqua bona opera facere, *Psalm.*34. Perire autem in humilitate, est deficere in abiectione, *Psalm.*118.

Perire multitudinem, *d* est in hæresim labi, *Exod.*19.*d. Leuit.*10.*b.* Et perire semen, seu extrema Amalec, est perire per doctrinas diaboli. *Num.*24.*d.*

Perit memoria malorum cum sonitu,quum *e* superbia & fastus malorũ conteritur,vel cum desinunt esse mali ad prædicationem Sanctorum, *Psalm.*9.

Non perit Propheta extra Hierusalem, *f* quia prophetæ moriuntur existentes in Ecclesia, *Luc.*13.*g.*

Perit nomen alicuius,quum *g* desinit esse Christianus,qui prius fuerat, *Psal.*40. *Luc.*15.*e.*

Intereunt in viis suis, *h* qui viam latam sequuntur, *Thren.*4.*a.* Perire autem de via iusta, est iam non posse habere viam iustam, *Psalm.*2. Dicitur autem perire iustus in iustitia sua,quum is,qui sibi iustus videbatur, cum sua iustitia perit, *Eccles.*7.*c.*

Apostasia à fide. Pereunt cogitationes hominis, *i* quum per mortem impeditur homo,ne faciat quod cogitauerat, *Psalm.*145.Et pereunt naues Chartaginis & fortitudo earum,quum cessant machinamenta & defensiones mundi. *Isa.*23.*a.*

Sequi viam latam. Perit fuga à nobis, *k* quum non fugimus fornicationem & cætera vitia,quibus pennæ animæ grauantur, *Psal.* 141.Periit fuga à Christo in passione: *l* quia se capi permisit. Dicitur autem perire effugium à malis, quando in iudicio se solummodo & iudicem conspicient, *Ioan.*11.*d.* Et perit fuga à pastoribus, quum non possunt euadere vindictam Dei, *Ierem.*25.*g.* Sic pęrit fuga à veloce, *Amos* 2.*d.*

Impediri propositum morte. Perire diem in qua natus est, optabat Iob, hoc est, *m* vt transiret mortalitas,in qua natus erat, vt veniret ad immortalitatem.Vel designat apostatam spiritum,qui in viuendi essentia,etiam moriẽdo subsistit:quem perditio vitæ non subtrahit:quia in æterno dolore positum seruando mors immortalis extinguit. Qui iam à beatitudinis gloria deiectus,adhuc optatur vt pereat:vt videlicet retrusus dignis suppliciis,etiam tentandi licentiam amittat. Et hoc est perire,non vt non sit,sed vt malè sit, *Iob.*3.*a.*

Non fugere vitia. Perire dicitur cor regis, *n* quum prælati deficiunt, *Ierem.*4.*c.*Aut dolent de lapsu subditorum.

Christus captus. Non perit nomen, *o* quod dat Deus, *Isa.*56.*b.*Sic nihil periit de professione filiorum Israël. *Exod.*9.*b.*Seruantur enim Christiani,legem Dei custodientes, in gloria æterna.

Non valere effugere iudicem. Mori quasi nihil remaneat post mortem, & iuxta Epicureos, *Isa.*22.*d,* Comedamus,& bibamus, cras enim moriemur.

Transire mortalitatem. Mors piscium Ægypti, *Exod.*7.*d.* est mors eorum,qui seruierunt creaturæ potius quam creatori.

Deficere prælatos. Mors ranarum in Ægypto. *Exod.*8.*d.*est *p* deletio figmentorum poetarum.

Perpetuitas fidelium. Mori animal præsente Domino, *Exod.*22.*c.*est *q* peccare subditum,non ex negligentia pastoris.

Mors idololatr. Mori in gladio, *Ierem.*11.*d.*21.*c.*est *r* feriri sententia diuini iudicij.

Deletæ figmẽta poetica. Mori peste, *Ierem.*21.*c. Ezech.*33.*f.*est per hæresim perire.

Morticinum.

Iudicii Dei. MORTICINVM dicitur,quod sua sponte mortuum est,absque sanguinis effusione,aut alia exteriori violentia. Et cadauer hominis morticinum dicitur, *Ierem.*9.*f.*

Perire hæres. Morticinum dici potest *s* peccator,qui est per peccatum mortuus,& actiones prauæ,vel vita in peccato, *Leuit.* 5.*c.*11.*b.*17.*d.*21.*b. Num.*19.*c. Ezech.*4.*d.*44.*g.*Morticinum autem ponitur duplex: quædam dicuntur pecora, quædam abominationes. MORTICINUM autem pecus,est homo per insipientiam peccans,& pecudum contra legem vitam ducens,qualibus ait Dauid: Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Abominationes autem immundæ,veluti canes & simiæ,& quæcunque talia,quæ etiam ab infidelibus colebantur,per quæ designantur idololatræ, & in alio malo viuentes: vt in dolis & rapinis. Et morticina idolorum, sunt errores & peccata hæreticorum. *Ierem.*16.*d.*

Peccator. Morticinum aliquando dici potest ipsum mortale corpus.

Actio prava. *Mortarium, Mortariolum.*

Vita in peccato. MORTARIVM est, in quo res,quæ resoluendæ sunt,ac comminuendæ pistillo teruntur.

Mortale corpus. Mortariola aurea,seu acerræ,quæ obtulerunt principes Israël incenso plena, designant *t* gratiarum actionem, pro doctrina accepta à Deo: Ideo erant siclorum decem, *Num.*4.*a.*7.*c.* Vel designant Christum ab Apostolis prædicatum,cuius corpus de virgine aureum,orationibus pretiosum,passione contribulatum.

Gratiarum actio. Mortariola etiam,in quibus conteruntur dura, *u* vim irascibilem indicant,quia cõtra vitai,& seipsum peccantem iratus homo duros affectus,duraque opera, & obliqua in puluerem redigit.

Christus. *Morus.*

Vis irascibilis. MORVS, est arbor,quæ postrema floret,nec se lædi à frigore sinit: cuius fructus morum dicitur.

Diabolus. Morus prius producens fructum album, qui postea rubescit,ac demum fit niger, *x* diabolum significat, qui natura prius albus,& rubeus erat, sed culpa factus est niger, *Psalm.*87. *Luc.*17.*b.*

Mos, vide Consuetudo.

Moseroth.

MOSEROTH,id est, *y* eruditio,vel disciplina,vel vinculum,vigesima septima mansio filiorum Israël in deserto, quò peruenitur post Hasmona. Designat festinandum esse ad magistros & ad vincula charitatis, *Num.*33.*d.*

Iuxta Origenem *z* dicitur Masaloth,& interpretatur excludens,& designat non dandum esse locum diabolo.

Moses.

MOSES, id est, attractus,vel assumptus, ex aquis videlicet, filius Amram & Iochabed, fuerat à parentibus expositus in caricto fluminis,vnde assumptus est à filia Pharaonis,& adoptatus.Postmodum eduxit populum Israël de Ægypto cum fratre suo Aaron,iisque dedit legem in monte Sinaï acceptam à Deo. Demum mortuus est non ingressus in terram promissionis.

Mercurius interpres Dei. Moses sic dictus est, *aa* quia sumptus ex aquis propter aquam sapientiæ,quam ei Deus impartitus est.Et solet indicare Mercurium,quia naturam sapit aqueam. Nam vt hæc lauando aufert obtegentem maculam,vt appareat nuda rei forma. Sic ille Hermes vetus interpres amouet testam extranei idiomatis, obscuritatem ænigmatum & parabolarum,aut cuiuscunque detrusi sermonis difficultatem, & aperiens ea, quæ in penetralibus arcanis Dei & naturæ recondita sunt,nudam offert veritatem contuendam.

Lex. Solet MOSES passim esse figura *bb* veteris legis, & peritiæ legis,cui coniungitur Aaron, hoc est, sacerdotium, ideò reprehendebat facientem iniuriam proximo, quia lex reprehendit peccantes, *Exod.*2.*c.*14.*a.*19.*a.*24.*a.* Sic quum lauit Aaron,est lex,qua mundantur sacerdotes. *Exod.*29.*a. Leuit.*1.*a.*8.*a.*10.*a. Num.*25.*a.*32.*b.*33.*a. Deut.*34. *a. Iosu.*9.*f.*11.*d. Psalm.*76.104.105. *Matth.*17.*a.* Ita sumitur pro lege, *Luc.*26.*g.* habent Mosen & Prophetas. Et MOSES accusat Iudæos,hoc est,lex, *Ioan.*5.*g.*quos accusat quando moritur, quia mors eius signum fuit cessationis legis. Et quum adduxerunt ad eum vaccam rufam, *cc* designauit id, quod Iudæi dicebant de Christo: Ipsum secundum legem debere mori, *Num.*19.*a.*Vt autem ei successit Iosue, designat legem, cui successit Christus. Et iratus MOSES, est lex iubens puniri malos, *Exod.*16.*e.*Vt erat Moses impeditus lingua,designat legem,quæ muta fuit gentibus. Et vt venit ad percutiendum Ægyptum plagis,est *dd* castigans vitia. Et vt congregauit populum ad puteum, est *ee* lex congregans ad fidem, *Num.*21.*d.*Et vt orando sedit in lapide,est lex quiescens in Ecclesia, *Exod.*17.*c.*Vt etiam apparuit in transfiguratione cum Christo,lex & dans testimonium Christo, *Luc.*17.*c.* Vt se opposuit Core, & sociis eius, est lex opponens se erroribus, & docens hominem scientiam & amorem Dei, *Num.*16.*b.* Vt dixit Æthyopissam, est lex, quæ extensa est ad gentes, vnde post ductam Æthyopissam dicitur ei loquutus Deus ore ad os per incarnationem Verbi Dei, *Num.*9.*a.* MOSES non dedit terram quæ erat citra Iordanem, sed extra, pecoribus aptam, designans legis imperfectionem, quæ non dabat promissiones, nisi terrenas, relinquens cœlestes Christo, *Numer.*32.*b.* Vt aduocauit Leuitas ad puniendos malos, lex est, per quam con-

demnantur

a *Gre.*12.*mo.* 3.
b *Gre.*25. *m.* 1.
c *Arn.ſ.pſ.*34 *Am.ſ.pſ.*118. 12.
d *Ori. ſ. Nu.* ho.19.
e *Hier.ſ.pſ.*9.
f *Ori.ſ.Matt.* ho.26.
g *Ar.ſ.pſ.*40.
h *Hier.ſu. Iſ.* 26.
i *Hie.ſ.Iſ.*27. *Gre.*10.*m.*23. *Arn. & Hil.* *ſ.pſ.*145.
k *Am.de fuga ſecu.*
l *Gre.*10.*mo.* 23. *Hie.ſ.Am.* 2.
m *Hier.ſ.Iob.* 3.*Gre.*4.*mor.*
n *Lyr.ſ.Ier.*4.
o *Glo.inter.ſ.* *Iſa.*56.
p *Glo. inter.ſ.* *Exod.*8.
q *Glo.ord.ſu.* *Exod.*22.
r *Glo. ord.ſu.* *Ierem.*21.
ſ *Ori.ſ.Le.ho.* 3.*Aug.qu.in* *Num.*33. *Hie.ſ.Eze.*4. 44.*Iſy.ſ.Leu.* 5.17.
t *Philo.de con greſſu,&c. Ru.*1.*ſ.Num.* 18.
u *Geor.Venet. Cant.*1. *tom.* 6.*cap.*10.
x *Amb.ſ.Luc.* 17.
y *Hie.de man ſion.*
z *Ori.ſ.Matt.* *hom.*27.
aa *Geor. Ven. Ca.*1. *tom.* 4. *cap.*15.
bb *Ori.ſ.Exo.* ho.4.11.*& ſ. Leu.h.*6.*& ſ. Num.ho.*6.9. 12.20.26.*& ſ.cant.hom.*2. *Ar.ſ.pſ.* 102. *Tert.adu. Iudæos.Amb.*2. *de Abra.* 10. *& ſ.Luc.*9.
cc *Au.qu. in* *Num.*33. *& epi.*1.19. *Cyr.*3.*ſ.Ioan.* 3.*Gre.ho.*33.
dd *Bed.ſ.Ex.* 5. *Georg. Venet. can.*2. *tom.*3. *cap.*18.
ee *Grig.ſ.Nu.* *hom.*21. *Am. de Elia* 22. *& ſu.pſ.*158. *ſerm.*8.

Digitized by Google

demnantur transgressores, *Exod.* 32. *d.* Vt cupiebat videre faciem Dei, lex est, quæ non videbat, nisi sub velamine, *Exod.* 33. *d.*

Moses vt fuit filius mulieris Hebrææ, sed adoptatus à filia Pharaonis, typus est *a* Christi, qui fuit filius synagogæ, sed assumptus ab Ecclesia. Et vt fuit absconditus, & euasit à nece, qua alij infantes occidebantur: ita Christus latuit mundo, & euasit à cæde Herodis infantes occidentis, & habet nomen ab aqua propter baptismum, quem instituit Christus. Et occidit Ægyptium, hoc est, diabolum. Vt enim voluit pacificare rixantes Hebræos, *b* typus est Christi, qui duos populos in vnam fidem & charitatem cõiunxit. Et vt dicitur mediator & legislator, & orauit pro populo, designat Christum legislatorem & mediatorem pro genere humano intercedentem. Et Moses iratus, est Christus reprehendens vitia, *Exod.* 2. *c.* 4. *a.* 16. *a.* 17. *a.* 23. *a.* 24. *a.* Vt autem erat populo in his, quæ sunt ad Deum, & distribuebat iudices, Christus est in primis diuina curans, & dans ministros Ecclesiæ, *Exod.* 18. *b.* Et vt combussit vitulum, Christus est destruẽs idololatras & ipsam idololatriam, *Exod.* 32. *b.* Sanctificauit Moses tabernaculum & Christus Ecclesiam, *Exod.* 40. *b.* Vt vnxit Aaron & vasa tabernaculi, Christus est secundum diuinitatem, vngens se secundum humanitatem, & suos, *Leuit.* 8. *b.* Vt stetit in confractione ad placandum Deum, Christus est in passione verè placans Deum, *Psalm.* 105.

Christus.

Moses, vt pascebat oues, significat prælatum, aut prædicatorem, quorum typum in multis locis gerit. Et vt erat populo in his, quæ sunt ad Deum, designat Episcopum, qui debet præcipuè diuina curare. Vt etiam consulebat Dominum in tabernaculo, est prælatus colligens se, vt contemplationi & orationi vacet. Sed vt fecit moram in monte, significat prælatum nimium cõtemplationi vacantem, qui etiam orauit pro populo, vt debet prælatus pro subditis intercedere, *Exod.* 3. *a.* 4. *a.* 18. *b.* 24. *a.* 32. *a.* 33. *a.* Vt etiam defendit puellas, & adaquauit oues, typus est doctoris, *Exod.* 2. *c.*

Prælatus. Prædicator.

Vt fuit missus ante legem nouam, designare potest *e* Ioannem Baptistam missum ante Christum, *Exod.* 3. *a.* 4. *a.*

Ioannes Baptista.

Moses ascendens in montem, *d* contemplatiuos & perfectos designare potest, quorum munus est terrena despicere, & ad cœlestia semper eleuari, *Exod.* 19. *a.* 20. *c.* 24. *a.*

Contemplatiui perfecti.

Moses vt reprimebat Israëlitarum pusillanimitatem metuentium Æyptios, typus est *e* interioris hominis, qui debet exteriorem ad bona opera inducere, *Exod.* 14. *d.*

Homo interior.

Moses vt erat impeditus lingua significat *f* mentem, quæ est sine sermone, vnde datur ei Aaron, vt sit os eius, hoc est, sermo menti, qui interpres sit ipsius mentis, *Exod.* 3. *d.* 4. *d.*

Mens.

Moses vt eduxit populum Israël de Ægypto simul cum Aaron, *g* designat opera cultui Dei coniuncta, cum vnum sine altero non sufficiat ad salutem, *Num.* 33. *a.* Designat etiam legem & prophetas, qui conantur populum ab Ægyptiaca seruitute liberare, & tunc populus magis affligitur à diabolo, *Exod.* 5. *d.* Designat etiam ipsam legem, quam mittit Deus in cordibus nostris, vt egrediamur de Ægypto.

Opera cultui Dei cõiuncta. Lex cum prophetis.

Vt etiam coniungitur Moses Aaron, vt interpreti, significare potest *h* sensum spiritualem coniunctum literali, & legem spiritualem, quæ missa est à Deo, *Exod.* 4. *d. Leu.* 13. *a. Mich.* 6. *a.* Vel è diuerso, significat sensum literalem, cuius interpres est sensus spiritualis.

Sensus spiritualis & literalis.

Cùm autem mundatur Moses cum populo, & postea ascendit in montem, vbi loquutus est cum Deo, &c. typus est *i* dantium operam Theologiæ, qui debent mundari, & ad superiora semper ascendere, *Exod.* 19. *a. d.*

Dantes operam Theologiæ.

Vt autem genitus est à vtro de domo Leui, designat *k* populum Christianum à Christo regeneratum, *Exod.* 2. *b.*

Populus Christianus.

Potest interdum Moses figuram gerere *l* religionis, nempe cùm volebat educere populum de Ægypto ad sacrificandum Deo in deserto, *Exod.* 5. *a.*

Religio.

Aliquando Moses typus est *m* Iudaici populi, vt cum difficulter videbatur exequi imperium Dei, & quum vidit posteriora Dei, Iudæos designat qui semper vident posteriora, nec vident reuelata facie. Et quum percussit petram dubitando, vnde fluxit aqua sitientibus, est populus Iudaicus, affigens Christum cruci, quem Dei virtutem esse non credidit, à quo tamẽ manarunt aquæ redemptionis, *Exod.* 3. *c.* 4. *a.* 17. *b.* 24. *d.* 33. *d.* 40. *b.* Et vt non ingressus est terram promissionis, est populus Iudæorum, non intrans in Ecclesiam Dei, *Num.* 20. *b.*

Iudaicus populus.

Mosoch.

Mosoch, id est, *n* attrahens, vel prolongans, vel sapiens, filius Iaspher, *Genes.* 1. *a.* Ad hoc orti sunt Cappadoces, quorum metropolis, quæ postea ab Augusto Cæsare est appellata Cæsaræa vsque hodie linguipsorum, Mazacha dicitur. Vel interpretatur extensio, significans Gentiles, qui obliti priorum, ad interiora se extendunt, per fidem & charitatem, *Isa.* 66. *f.* Vel interpretatur insania, & designat hæreticos insanientes. *Ezech.* 27. *c.* 32. *c.* 38. *a.*

Gentiles. Hæretici.

Mouere, Commouere, Motus, Immobilis.

Mouere, & motus, notæ significationis est, contingit autem motus, qui est à termino à quo ad terminum ad quem, vel secundum locum, vel secundum quantitatem, vel secundum qualitatem. Dicitur autem motus ab Aristotele esse actus entis in potentia, secundum quod in potentia.

Motus, Deo propriè competere non potest, cum sit purus actus. Sed potest in Deo significare *o* applicationem virtutis eius ad aliquid, vt Spiritus Domini mouebatur super aquas, *Genes.* 1. *a.* Et dicitur mobilis sapientia, quæ vbique omnibus adest Spiritus sanctus, & omnibus obuiat. Et etiam quia licet quantum ad virtutes theologicas & morales, quæ ad vitam animæ necessariæ sunt, stabilis maneat tamen quantum ad dona gratis data, modò adest iustis, modò abest. *Sapient.* 7. *d.*

Applicatio diuinæ virtutis.

Commoueri dicitur Deus, quum *p* rectitudinis suæ districtione prauitatem humanam ferit. *Iob.* 13. *b.* Et commotio diuinæ indignationis est grauitas diuinæ vltionis. *Ierem.* 23. *e. Ezech.* 3. *c.* Dicitur etiam Deus mouere manum, quum castigat. *Isa.* 19. *c.* quia nos ferire nisi commoti nescimus, ipsa diuina percussio commotio vocatur, & ad nostra verba diuina voce descenditur, vt eius factum ab homine vtcunque capiatur.

Vindicta Dei.

Commouet Deus terram, *q* quando terrorem futuri iudicij infert, qui & montes commouere dicitur. Et mouebitur terra de loco suo, quum transmutabitur in iudicio. *Psalm.* 59. 67. 76. *Isa.* 18. *c.* 24. *d.* 9. 2. *b. Amos.* 8. *c. Nahu.* 1. *b. Agge.* 2. *b. d.* Mouebuntur etiam cœli & terra in iudicio, ad ostendendam grauitatem iræ iudicis. *Ioel.* 3. *c.* Et dies ille dicitur commotionis. *Amos.* 1. *d.*

Terror iudicij.

Commouit etiam Deus terram *r* in passione Christi, quando factus est terræ motus.

Commouet quoque Deus terram, *s* quum affligit & castigat corpus alicuius. *Psalm.* 59. Et commouetur terra quum quis dolet per pœnitentiam, & conuertitur, & etiam quum quis turbatur in tribulationibus. Sic etiam commouetur mare, quum mundus resipiscit. *Psal.* 95. 98. *Iere.* 8. *f.* 10. *b. Ezech.* 32. *b.* Sic commota est terra, quum infideles venerunt ad fidem Christi. *Hab.* 3. *Psal.* 17. 67. Et commotio magna additur post prædicatorem, *t* quum eius sermonem sequitur luctus conuersorum. Et rursus sequitur secunda commotio, quæ est fletus amoris. *Ezech.* 3. *c.* Commouet etiam Deus terram de loco suo, quum hominẽ transfert à vita terrena ad meliorem statum. *Iob.* 9. *a.* Mouetur etiam mare, cum amaritudo huius mundi vertitur in dulcedinem. Et quum amaritudo legis per lignum crucis versa est in dulcedinem Euangelij. *Psal.* 97.

Castigatio corporis. Pœnitentia. Conuersio ad fidem. Transitus ad perfectionem. Amaritudo in dulcedinem.

Commouit Deus cœlum, *u* quando de cœlo audita est vox eius. Commouit terram, quando priori populo tradidit testamentum, & in aduentu eius turbo, caligo, tenebræ cernebantur. Mouit mare rubrum, quando viam præbuit populo transeunti. Mouit aridam, vel Ægyptum per plagas cultu Dei vacuam, vel solitudinem, per quam quadraginta annis circunduxit populum. Sic tempore passionis fugiẽte Sole motum est cœlum, & tenebræ factæ sunt super omnem terram. Mota est terra, quum saxa scissa sunt, & sepulchra reserata. Motum est mare, diacone, qui in eo erat, interfecto. Mota est arida, hoc est, infructuosa quondam gentium solitudo. In hoc autem vniuersitatis tremore, commotæ sunt etiam omnes gentes: quia in omnem terram exiuit sonus Apostolorum Domini: & verba eorum vsque ad orbis terminos penetrauerunt. *Agge.* 2. *b.*

Miracula egressionis de Ægypto, & passionis Christi.

Commouit etiam Deus terram de loco suo, *x* quum plebs Israëlitica de Iudææ finibus euulsa, colla gentibus subdidit: quia subdi authori Deo recusauit. *Iob.* 9. *a.* Mouet etiam Deus candelabrum de loco suo, quum *y* dispergit populum. *Apocal.* 2. *b.* 6. *d.* Vel quum bona boni operis intentio in malum commutatur, vt quod prius agebatur

Dispersio Iudæorum.

a *Basil. de Spiritu. s.* 14. *Greg. Nysse. de vita Moysis. Tert. aduers. Marc.* 2. *Cyri. de Trinit.* 1.
b *Aug.* 22. *cót. Faust.* 92. *& ser.* 86. *Bed. s. Exo.* 1. *Bern. s.* 1. *oct. pas. & s. can. ser.* 56. *Cyril.* 4. *sup. Ioa.* 40. *& 8. cont. Iulia. Gre. s.* 1. *Re.* 7.
c *Lyr. s. Exod.* 3.
d *Gre. Nysse. de vita Moysis. Glo. ord. sup. Exod.* 19.
e *Lyr. s. Exod.* 14.
f *Phi. quod deteri: potio. insi. & de migr. Abrahæ.*
g *Hie. de mãsion. Greg. s. Ezec. ho.* 12. *Cyr. de ador. in Spi.*
h *Hier. s. Mic.* 7. *& s. Sop.* 2. *Isy. s. Leu.* 15.
i *Dion. de myst. theo.*
k *Red. s. Ex.* 2.
l *Lyr. s. Ex.* 5.
m *Aug. epist.* 112. *& 2. de Trinit.* 17. *& 16. & cont. Faust.* 27. *& s. ps.* 98. 138.
n *Hie. s. Is.* 66. *& s. Eze.* 27. 42. 38.
o *Gre. s. Ezec. ho.* 5.
p *Gr.* 11. *mo.* 17. *& 3. m.* 2. *Hie. s. Ezec.* 3. *& s. Esa.* 19.
q *Ar. s. ps.* 59.
r *Am. epi.* 12.
s *Ar. s. ps.* 59. *Aug.* 18. *ciui. Dei.* 32. *& s. ps.* 59. 67. *Hie. s. psa.* 95. 97. *& s. Iob.* 9.
t *Gre. s. Ezec. hom.* 10.
u *Hie. s. Agg.* 2.
x *Gre.* 9. *m.* 3.
y *Au. s. Apoc. hom.* 2. *Ricar. de S. Viit. de somni. Nabu.* 24.

Digitized by Google

Destructio templi. ex veritate, fiat postea humano fauore. Commoueri superliminaria templi, *a* destructionem templi designabat. *Amos*, 9. *a*.

Commouet Dominus deserrum Cades, *b* quum fructificare facit animam sanctam. *Psalm.* 28. Et mouentur castra ad concisum sonum buccinæ: quia nimirum cum prædicationis sermo subtilius ac minutius agitur, auditorum corda contra tentationum certamina ardentius excitantur.

Exercitatio animi adoperandum. Moueri sanè *c* altissimi illi dicuntur spiritus, circulariter quidem, dum æternis illis principio ac fine carentibus pulchri, ac boni fulgoribus coniunguntur. Per rectam verò lineam, quando ad inferiorum prouidentiam prodeunt, recta omnia peragentes. Reflexè autem, & inferiorum prouidentiam agentes, in sua identitate, nusquam discedendo perdurant, circa identitatis authorem pulchrum ac bonum indesinenter choream ducentes. Porrò animæ quidem motus circularis ingressus est in se ipsam ab exterioribus omnibus, spiritualiúmque sui virium vniformis glomeratio, veluti orbe quodam, & vt nusquam aberret largiens, eámque ab extimis, erroribúsque plurimis conuertens & colligens: primùm in se ipsam, deinde, vt vniformem effectam singulariter coniunctis virtibus iungens. Atque ita ad pulchrum illud & bonum ducens, quod super omnes substantias est, vnum atque idem, principióque & fine carens. Obliquè verò mouetur anima in quantum sibi ipsi conuenienter diuinas notiones non spiritualiter & singulariter, verùm rationaliter & latius, ac veluti promiscuis transitoriisque actionibus haurit. Recta verò linea mouetur, quum non se ingrediens, neque singulari spiritus effectu acta (hoc enim est, vt dixi, in orbem moueri) sed ad ea, quæ sunt circa se prodiens, ab exterioribus veluti à quibusdam signis variis ac multiplicibus ad simplices atque coniunctas intelligentias promouetur. Moueri dicuntur etiam virtutes cœlorum, *d* quum quis in melius proficit. *Luc.* 21. *f*. Et commouentur custodes domus, hoc est, *e* vel Angeli in iudicio, vel costæ hominis deficientes in senectute. *Eccl.* 12. *b*.

Motus Angelorum.

Motus animæ.

Proficere.

Ejectio mali prælati. Mouet Deus candelabrum Angeli de loco suo, quum eiicit *f* prælatum peccantem à sua dignitate. *Apocalip.* 2. *a*.

Virtus Spiritus sancti in baptismo. Motus aquæ in piscina, designat *g* virtutem Spiritus sancti in baptismo. *Ioan.* 5. *a*. Quia verò fiebat descendente Angelo, designauit commotionem populi Iudæorum aduenientè Christo, & aduersus ipsum Christum.

Commotio Iudæorum ad uenientè Christo. Motus capitis *h* ad consuetudinem nimis irascentium & inuidiam æstuantium refertur: nam quoties furore succendimur, turbulenta capitis motione comminamur. Sæpè etiam mouere caput fit per contemptum. *Isa.* 37. *d*. *Iere.* 18. *c*. *Thren.* 2. *e*. Mouet etiam caput erga miseros, qui mentem ad compassionem inflectit. *Isa.* 16. *a*. *Nahum* 3. *b*. Si moueatur caput nostrum *i* (portio videlicet illa suprema in arce residens) in obiectum deificum, vel bonum aliquod: mouetur & ipsum omnium præcipuum caput, & omnium bonorum largitor Deus, attrahens, & deducens, iuxta illud Saluatoris: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Præuenit enim aliquando Deus, vt ait Propheta: Misericordia eius præueniet me. Sed aliquando ipse Deus exquirit, vt nos primò moueamur, sicut scriptum est: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Mouetur tunc & ille, qui factus est caput corporis Ecclesiæ: sicut ipse omnibus protestatur, dum ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, benignè ad vos veniendo, vobiscunque mansionem faciens.

Ira.

Contemptus.

Compassio.

Elevatio mētis.

Expellentes Iudæi Christum. Mouerunt caput Iudæi, hoc est, *k* Christum, quum ipsum non modò non receperunt, verum etiam expulerunt dicentes: Tolle, tolle, crucifige eum. Et mouerunt caput, quia amiserunt sapientiam. *Psalm.* 21. Mouebant capita sua qui iam antea pedes mouerant, & non stabant supra petram. Et quia verum caput non habebant, ideò mouebant capita sua. *Matth.* 27. *d*. Et mouere dicuntur capita sua, qui onera sua ferre nolunt, neque leue iugum Christi suscipere.

Insultantes Iudæis. Commotio capitis in populis, *l* fuerunt Iudæi, quum ipsis dispersis insultatur: & quia transitu de sensu literali ad spiritualem. Qua ratione fideles dicuntur mouere caput, quia transtulerunt legem à suo statu ad spirituale gradum. *Psa.* 21. 43. *Thren.* 2. *e*. *Matth.* 27. *e*. Moueri autem dicuntur Iudæi, non ab ebrietate, quum non quiescunt in vero scripturarum de Christo sensu: sed varios, & inconstantes sibi fingunt. *Isa.* 28. *c*.

Transitus à litera ad spiritum.

Venire ad fidem.

Dubitatio Apostolorum. Mouere etiam caput, est, *m* quum per formidinem veritatis tacta mens ab insensibilitate sua quatitur, & cognitione fidei credulitatis gressibus appropinquat. Sic *n* mouent caput Iudæi venientes ad fidem. *Iob.* 42. *c*.

Deficere fortes. Commoti dicuntur pedes *o* Christi, hoc est, Apostoli in passione, quum in fine dubitarunt. *Psal.* 37.

Perturbatio Gētilium aut Iudæorum. Moueri dicuntur montes, *p* quum fortes deficiunt. *Ierem.* 14. *f*. Et mouentur fundamenta terræ, quum diuites admirantur conuersionem infidelium ad fidem, vel ipsi conuertuntur. *Psalm.* 81. Commouebuntur autem montes, sed non fœdus Dei cum Ecclesia. *Isa.* 54. *c*.

Fluctans vulgus. Motus terræ, *q* perturbationem Gentilium ac Iudæorum significare potest. *Psalm.* 45. *Agg.* 2. *b*. Et moueri mare, est fluctuare vulgus. *Psalm.* 95. Motus autem fluctuum, *r* persequutiones gentium, aut Iudæorum significant. *Psal.* 88. 97. Commouentur quidem fluctus maris, sed non prætereunt terminos suos. *Ier.* 5. *c*. Commotio autem magna super terram erit in aduentu Gog, hoc est, tempore Antichristi, *Ezech.* 38. *f*.

Persecutiones. Commouentur insulæ *s* quum ij timent, qui in hoc seculo à fluctibus maris tunduntur. *Ezech.* 26. *c*. *Psal.* 47. Et mouebuntur de loco suo, quum in vltima persequutione, vel fideles fugient, vel mali cedent. *Apoc.* 6. *d*. Moueri etiam dicuntur muri à sonitu equitum, & rotarum, quum quis in tentationum impetu vacillat. *Ezech.* 26. *b*. Et commouens ciuitates diabolus, designat perturbationes & scandala, & persequutiones, quas excitat contra Ecclesias. *Isa.* 10.

Timor infirmorum. Commotæ dicuntur Gentes à sonitu ruinæ cedri: quia *t* casus Luciferi omnibus innotuit, & terrorem incutit cogitantibus. *Ezech.* 26. *c*. Commotio quoque magna, est consideratio iudiciorum Dei. *Ezech.* 3. *c*. Commotum etiam dicitur cor populi domus Dauid, sicut mouentur ligna syluarum à facie venti, quum fideles timent inualescentibus hæreticis. *Isa.* 7. *a*.

Terror de casu luciferi.

Peccare. Motus terræ, aliquando *u* est peccare: & commoueri est cadere in peccatum, vel periclitari. *Psalm.* 37. 45. 65. 124. *Ier.* 51. *a*. Sic non commouetur orbis terræ, quem Deus firmat, hoc est, fideles qui firmantur à Deo. *Psal.* 92. Et mouentur sicut ebrius, qui peccant timore, aut alia perturbatione, vt Petrus. *Psalm.* 106. Et moueri amplius, est cadere impetu tentationis, vel desperare. *Psa.* 12. 16. 35. 61. Commoueri etiam pedes, est incidere in peccatum per consensum. *Psal.* 72. 93. 120. *Iere.* 4. *a*. Commouentur autem à mari vsque ad mare, qui in varios feruntur errores. *Amos*, 8, *c*. Et mouet manus peccatoris eum, quem diabolus, aut quiuis alius consentire facit in peccatum. *Psal.* 35. Mouent etiam pedes suos mali, *x* cùm variant affectus erga res creatas. *Ierem.* 14. *b*.

Sequi imperium Dei. Commoueri à Deo, est *y* sequi imperium Dei. *Psal.* 32. Mouemur etiam in Deo, *z* quasi in via, secundum quòd ab ipso sustentamur & dirigimur. *Actor.* 17. *f*. Sic non mouebat quispiam manum, aut pedem in Ægypto absque imperio Ioseph, qui typus est Christi. *Genes.* 41. *f*.

Permanere in Deo. Non moueri etiam, *aa* est in Dei veri adhæsione, relictis erroribus, permanere. *Psa.* 61. 120.

Admirari. Mouere manum *bb* contingit admirando, vel contemnendo, vel etiam operando: vt *Soph.* 2. *d*. Omnis qui transit per eum, sibilabit, & mouebit manum suam.

Contemnere. Commota viscera Ioseph super Beniamin, *cc* designant Christum, qui se ipsum turbauit. *Gen.* 43. *g*.

Operari. Commota vniuersa ciuitas ingrediente Christo, *dd* designat admirationem cœlestium spirituum ingrediente Christo in cœlestem Hierusalem, *Matt.* 21. *a*.

Christus turbans seipsum. Commouisse dicitur Satanam Dominum aduersus Iob, vel aduersus Christum, vt affligeret eum: *ee* quia in Paradiso primum hominem à iustitiæ culmine, inobedientiæ culpa prostrauit. Nisi enim Adam primum per voluntarium vitium in animæ mortem traxisset, Adam secundus sine vitio in carnis mortem voluntariam non venisset. *Iob.* 2. *b*.

Admiratio angelorum de Christo.

Prosternens diabolus hominem.

Conatus in hæreticos. Mouere pennam, est *ff* conari ad reuincendos seu vitandos hæreticos. *Isa.* 10. *c*.

Commotio hæreticorum & Idolorum cessatio. Moueri dicuntur muri ciuitatis hæreticorum, *gg* quum eorum munimenta & rationes pertremiscunt, & defendi vltra non valent. *Ezec.* 26. *b*. Et mota sunt simulachra Ægypti ingrediente Christo: quia cessauit idololatria: & hæreticorum dogmata dissipantur. *Is.* 19. *a*. 40. *c*.

Meditari verba Dei. Moueri verba Dei coram oculis, *hh* est per meditationem ea mobilia facere coram oculis mentis. *Deut.* 6. *b*.

Miracula prædicatorum. Moueri dicuntur labia Annæ, *ii* quum prædicatores Ecclesiæ faciunt miracula. 1. *Reg.* 1. *b*.

a *Rup. sup. Amos* 9.
b *Basil. s. psa.* 28. *Gre.* 30. *m.* 7.
c *Dion. de diuin. nomin.* 4.
d *Amb. s. Luc.* 21.
e *Hier. s. Eccles. iasten.* 10.
f *Ru. s. Apo.* 2.
g *Chry. s. Ioa. hom.* 35. *Au. s. ps.* 70. *& su. Ioan. tra.* 17.
h *Rup. s. s. Io. Hie. s. Is.* 37. *Gre.* 13. *m.* 3. *Ru. s. Nah.* 3.
i *Georg. Vene. Cant.* 1. *tom.* 6. *cap.* 34.
k *Hie. s. Mat.* 27. *Aug. s. ps.* 40.
l *Amb. s. psal.* 118. *ser.* 15.
m *Hier. s. Is.* 29.
n *Gre.* 31. *m.* 2.
o *Gre. s. psal.* 37.
p *Au. s. ps.* 81.
q *Am. epi.* 12. *Arno. s. ps.* 95.
r *Au. s. ps.* 88. *Gre.* 9. *mor.* 5.
s *Au. s. Apoc. hom.* 6. *Hie. s. Eze.* 26. *Ori. s. s. hom.* 6.
t *Hie. s. Ezec.* 3. *& s. Isa.* 7.
u *Orig. s. Iud. hom.* 7. *& s. ps.* 37. *hom.* 2. *& s. Iere. h.* 2. *Arn. s. ps.* 12. 35. *Basil. s. ps.* 61. *Aug. s. ps.* 72. 92. *Hie. s. Am.* 5. *Aug. s. ps.* 35. *& 6. musices.* 16.
x *Hie. su. Ier.* 14.
y *Ba. s. ps.* 32.
z *Am. de bono mortis.* 11.
aa *Hil. s. psal.* 61.
bb *Hie. s. Sop.* 2.
cc *Ambro. de Ioseph.* 10.
dd *Ori. s. Mat. hom.* 25.
ee *Gre.* 3. *mor.* 11.
ff *Hie. s. Is.* 10.
gg *Hie. s. Ez.* 26. *& s. Is.* 19. 40.
hh *Ori. s. Mat. hom.* 24.
ii *Gr. s.* 1. *Re.* 1.

Digitized by Google

Non moueri quempiam Ægyptiorum de loco in quo erat, propter tenebras, est perseuerare in peccato, nec resipiscere. *Exod.* 10. *f*Sic immobiles quasi lapis sunt, qui habent duritiam incredulitatis & obstinationis. *Exod.* 15. *b.*

Perseuerare in peccato.

a *Gr.* 12. *mo.* 20.

Moueri dicitur ad quærendum panem, qui *a* vitæ præsentis stipendia quærit. *Iob.* 15. *c.*

Vitæ præsentis stipendia quærere.

Commoti reges, *b* fuerunt Herodes & principes Iudæorum aduersus Christum. *Psal.* 47.

Principes in Christum.

b *Ar. s. ps.* 47.

Moueri à se inuicem rationale & superhumerale. *Exod.* 39. *d.* est *c* separare intentionem bonam ab operibus, quòd minimè est faciendum.

Separatio intentionis & operis.

c *Glo. ord. sup. Exod.* 28.

Moueri in aquis. *Leuit.* 11. *b.* est *d* habere baptismum.

Baptismus.

d *Glo. or. sup. Leu.* 11.

Moueri in terra. *Leu.* 11. *e.* versari circa terrena.

Donantes carnem cum labore.

Mozel.

e *Hie. s. Exec.* 27.

MOZEL, vel Meusal, id est, *e* ambulans vel vadens: nomen prouinciæ. *Ezech.* 27. *d.* quod alij interpretes aliter interpretantur.

Mucro, vide Gladius.

Mugire.

MVGIRE est vocabulum fictitium, à voce boum.

Iudæi habentes Christum.

f *Gr. s.* 1. *Regum.* 2.

Mugientes vaccæ clausis vitulis domi. 1. *Reg.* 6. *c.* designant *f* eos, qui cum labore carnem renitentem domant: à recto tamen itinere non deflectunt. De quibus, *Rom.* 7. *d.* Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.

Prædicatores cum doctrina.

g *Gr.* 7. *m.* 46.

Non mugiens bos ante præsepe plenum. *Iob.* 6. *b.* designat *g* plebem Iudaicam habentem iam Christum natum, cuius gratia mugire non debebat. Sed mugitus dilatauit: quia legem tenens, & legis authorem non videns: stans ante præsepe ieiunauit. Vel designantur prædicatores manentes in præsepio sanctæ doctrinæ, sed ad claram visionem anhelantes. De his *Ioel*, 1. *d.* Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? quia non est pascua eis.

Mulctare.

MVLCTARE est punire & condemnare ad pœnam præcipuè pecuniariam, 4. *Reg.* 23. *g. Prou.* 21. *b.*

Mulgere, Emulgere.

Percipere sacram doctrinam.

h *Hie. s. Is.* 66.

MVLGERE, est lac è mammis exprimere.

Inchoatio nouæ vitæ.

i *Bed. s. Prou.* 30.

Mulgere dicuntur, *h* qui doctrinam sacræ scripturæ accipiunt, vt alios doceant. *Isa.* 66. *d.* Emulgent autem vehementer, *i* qui nimium curiosè scrutantur. Ideò elicit sanguinem. *Prou.* 30. *d.*

k *Gr.* 9. *m.* 37

Mulgetur homo sicut lac, *k* quando semen vnde generatur, in matricem infunditur. *Iob.* 10. *b.* Et mens nostra quum per sancti Spiritus gratiam, ab vsu vetustæ conuersationis abstrahitur, sicut lac mulgetur: quia in quadam nouæ inchoationis teneritudine & subtilitate formatur.

Mulier, vide Fœmina.

Multiplex, Multiplicare.

MVLTIPLEX, est varias & multas plicationes habens. Multiplicare autem est multiplex reddere, aut ad maiorem multitudinem reducere.

Varia includit sapientia.

l *Aug. epist.* 102. *Hie. s. epist.* 3.

Multiplex dicitur spiritus sapientiæ, *l* quoniam multa sunt quæ habet. Simplex etiam dicitur, quia non aliquid quàm quod habet, est. *Sap.* 7. *c.* Multiplex etiam dicitur sapientia in mysterio Christi, quia dum vagiebat in cunis Angeli laudabant: dum Herodes persequitur, Magi adorant, &c. *Ephes.* 3. *c.*

Multa præcepta sub charitate.

m *Gre.* 10. *m.* 6. 78.

Multiplex dicitur lex oris Dei. *Iob.* 11. *b.* quia *m* studiosa solicitudine charitas in duobus existens præceptis se ad innumera extendit & cùm vna & eadem sit charitas, si mentem plenè cœperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit: & singulis rerum articulis non permutata congruit: & causis se variantibus, non variata coniungit. Vnde 1. *Corint.* 15. *b.* Charitas patiens est; benigna est, non æmulatur, &c. *Hos.* 8. *d.*

n *Gre.* 6. *mor.* 24.

Multiplicatio doctrinæ per opera.

Multiplex sit semen iusti, *n* quando post membrorum macerationem ac morum excellentiam, tantò ei fœcundius prædicationis verbum tribuitur, quantò hoc in eius pectore perfecti operis exaratione præuenitur. *Iob.* 5. *d.*

Ordines Angelorum.

o *Hil. s. ps.* 67.

Multiplex currus Dei, *o* diuersos indicat Angelorum ordines. *Psal.* 67.

Apparatus diuitum.

p *Hier. s. Eze.* 27.

Multiplex instrumentum Tyri, *p* varium designat apparatum diuitum huius seculi, vel etiam hæreticorum. *Ezech.* 27. *a.*

Verba sine sensu.

q *Gr.* 8. *m.* 24

Multiplex spiritus sermonis oris dicitur, *q* quando verba in ore abundant, quum sensus inopia sit in corde. *Iob.* 8. *a*

Multiplicatio imperij Christi.

r *Hier. s. Iob.* 29. *Gre.* 19. *m.* 24

Multiplicatio Iacob in Ægypto designauit multiplicationem imperij Christi in mundo. *Gen.* 47. *f.* 48. *a.* Multiplicauit etiam Iob dies sicut palma. *Iob.* 29. *c.* designans Christum, *r* qui victor resurrexit, & dixit Apostolis: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Palma tardè quidem proficit, sed diu in viriditate subsistit: sic credebat futurum Ecclesia, quando in pace fidei consistebat: quæ tamen multis difficultatibus ad fidei statum venit: & pro collectione plurimorum in eiusdem fidei gloria diutius stare concupiscit. Multiplicantur etiam dies in fœlicitate.

Multiplicatio Ecclesiæ.

s *Orig. s. Exo. ho.* 1.

Multiplicatio filiorum Israël in Ægypto post mortem Ioseph designauit *s* multiplicationem Christianorum post passionem Christi: qui quò magis opprimebantur, eò magis augebantur. Designatur etiam post mortificata membra magnum fieri in tentatione prouentum. Et quia multiplicati sunt ad opus luti & lateris, designant multiplicationem ad vitia corporis & animæ: vnde indigent liberatore. *Exo.* 1. *b.* Multiplicantur etiam amici Dei super arenam, hoc est, super omnia terrena. *Psal.* 11. 138. Multiplicauit quoque Deus semen Abrahæ, hoc est, credentes. *Exod.* 32. *c.* Et multiplicauit gentem, hoc est, credentes ex gentibus, *Isa.* 9. *a.* 51. *a. Ezech.* 36. *c.* Multiplicantur quoque in Babylone, quum fideles crescunt bene operando in mundo, *Ier.* 29. *b.* 30. *d.* Et multiplicata genimina, sunt vel credentes, vel dona Spiritus sancti. *Psal.* 64. *Zach.* 10. *d.* Et multiplicati à fructu frumenti, vini, & olei. *Psa.* 4. designant abundantiam bonorum Christianorum.

Varia multiplicatio.

t *Hil. s. ps.* 64.

Multiplicat Deus locupletare terram, *t* quum multiplicibus donis & bonis operibus ditat hominem, & multiplicata genimina, sunt multiplicati fructus bonorum operum. *Psalm.* 64. Multiplicat etiam Deus fructum ligni, quum multiplicat bona opera. *Ezech.* 36. *f.* Et multiplicati dies designant augmentum virtutum in anima. 1. *Reg.* 7. *a.* Multiplicat etiam Deus in anima virtutem contra tentationes. *Psalm.* 137. Et multiplicat robur infirmis. *Isa.* 40. *g.*

Ditans Deus hominem donis & operibus.

Deducens ad gloriam.

Flagellans bonos.

Multiplicat Deus iustitiam suam, *u* quum credentes in spe deducit ad rem: & quum flagellat omnem filium, quem recipit. *Psal.* 70. Et multiplicare dicitur iram, *x* quando videmus electos & pia agere, & crudelia multa tolerare. Vnde colligimus districtus iudex, quanta illic feriet districtione, quos reprobat, si hic sic cruciat, quos amat. *Iob*, 10. *c.* Dicitur etiam Deus multiplicare vulnera sine causa. *Iob.* 9. *b.* quum eos interdum percutit, quos reatus proprij arbitrij non abdicit: vt infantem in originali mortuum condemnat. Multiplicat etiam Deus dolores Eue *y* quum augetur dolor in sensualitate ad bene operandum. *Gen.* 3. *b.*

Relinquens multos in infidelitate.

Multiplicat Deus gentes, & perdit. *Iob.* 12. *b.* quum *z* eas & per fœcunditatem sobolis extendit, & tamen in propria infidelitate derelinquit.

Manifestatio Dei.

Multiplicauit Deus visiones Prophetis, *aa* quia variis se modis illis manifestauit. *Hos.* 12. *c.*

Dilatari verba scripturæ. Eleuariter.

Multiplicantur aues, quum dilatantur verba sacræ scripturæ. Et quum *bb* multiplicantur homines intellectu ad superiora tendentes, vel res in ipso intellectu. *Gen.* 1. *c.* Multiplicat etiam Deus argentum, quum dat copiam verbi. *Hose.* 2. *b.* Multiplicantur item panes, dum *cc* distribuuntur, non multiplicantur autem, dum integri sunt, quia doctrina, cùm distribuitur, crescit.

Perfectio virtutum & operum.

Multiplicatio iusti, *dd* fit secundùm perfectionem virtutum, & abundantiam bonorum operum, & per augmentum Ecclesiæ. *Genes.* 1. *d.* 9. *a.* 17. *a.* 47. *f.* 48. *a.* Multiplicantur autem in senecta vberi: quia cum eorum vita differtur, semper ad melius fortitudo producitur: eisque per augmenta temporum crescunt etiam lucra meritorum. *Psalm.* 91. Multiplicat etiam nos Deus, quum in vno præcepto facit nos implere plura. *Leuit.* 26. *b.*

aa *Hie. s. Ho.* 12.

bb *Au.* 13. *cõfes.* 24. & 1. *doctri. Christia.* 1.

cc *Ori. s. Gen. hom.* 1. *Basil. Exa. hom.* 11.

dd *Hil. s. ps. al.* 66. *Amb. de Noe.* 24. *Greg.* 35. *mo.* 16. *Isy. s. Leu.* 26. *Hier. s. Nu.* 3. & *s. Ezec.* 16. *Ru.* 6. *de glorific. Trin.* 15.

Digitized by Google

Multiplicari etiam dicitur vt lotusta, qui tot sibi parat virtutes, quot prius habebat vitia. *Nahu.* 3. *d.* Multiplicata Hierusalem est anima virtutibus abundans. *Exech.* 16. *a.* Multiplicari à fructu frumenti, vini & olei. *Psalm.* 4. In bonum sumi potest.

Miracula Christi.

Multiplicatio signorum in Ægypto, multiplicationem miraculorum Christi in mundo significare potest. *Exod.* 7. *a.* Sic multiplicauit Deus fulgura, hoc est, *a* miracula per sanctos prædicatores. *Psalm.* 17.

a *Hie.s.pſ.*17.

Orans Ecclesia.

Multiplicans Anna preces, est Ecclesia orans, pro conuersione Iudæorum, & orans sine intermissione, hoc est, sine distractione. 1. *Reg.* 1. *b.*

Incrementum Iudæorum carnalium.

Multiplicatio Ismaëlis, designat *b* incrementum populi carnalis Iudæorum, *Genes.* 16. *c.* 17. *c.* Multiplicata quoque Hierusalem erat, *c* quum abundaret bonis temporalibus & spiritualibus, *Ezech.* 16. *a.* Multiplicantur etiam à fructu frumenti vini, & olei. *Psa.* 4. qui dediti temporalibus voluptatibus semper ardescunt cupiditate, nec satiari possunt, & multiplici atque ærumnosa cogitatione distenti, simplex bonum videre non sinunt.

b *Gre.ſ.*1. *Re.* 6.
c *Hie.ſ.Ezec.* 16. *Aug.ſ.pſal.*4. *Ru.*6. *de gloriſic.Trin.*1 5.

Rogantes dæmones.

Multiplicare dicitur Leuiathan preces ad Deum. *Iob.* 40. *d.* quando *d* videlicet dæmones rogabant Christum, ne mitteret eos in abyssum, aut quum membra diaboli dicent in iudicio, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? &c.

Multiplicata schismata in Ecclesia.

Multiplicatæ scissuræ domus Dauid, sunt *e* multiplicata schismata in Ecclesia. *Isa.* 22. *c.* Et multiplicare fornicationes, est augere vitia. *Exech.* 16. *c.* 23. *c.* Multiplicatæ quoque infirmitates, sunt multiplicata vitia, vel multiplicata idola apud Gentiles. *Psal.* 15. Multiplicat etiam Ephraim vastitatem, hoc est, hæretici errores & vitia. *Hose.* 12. *a.* Multiplicare etiam testamenta in terra Chanaan, est relicto pacto Dei, facere pacta cum dæmonibus. *Ezec.* 16. *d.* Et multiplicant hæretici altera, quum vnum altera Ecclesiæ diuidunt, in quo est vna fides & vnum baptisma. *Hose.* 9. *c.* 10. *a.*

d *Gre.*33. *m.* 18.
e *Hie.ſ.Iſ.*22. *& ſ.pſ.*15. *Aug. epi.*59. *Ori.ſ.Ezec.*8.

Hæreses.

Innumeri mali.

Multiplicati inimici super capillos dicuntur, *f* vel numerantur, vel prædestinati, vel quia plures sunt mali quam boni. *Psal.* 37. 39. 68. Et multiplicabuntur in iudicio interfecti à Domino, quia multi apparebunt condemnati. *Isa.* 66. *e.*

f *Hil.ſ.pſ.*68.

Gloria malorum in malo.

Multiplicata est gloria diuitis in hoc mundo, quod præcipuè dicitur de hæreticis, *Psal.* 48. Et multiplicantur filij impiorum, *g* quum augentur sequaces hæreticorum. *Iob.* 27. *b.* Et hæretici multiplicant vrbes munitas, quum suas augent rationes. *Hose.* 8. *b.* Et multiplicant pigmenta, quum multis verbis errores suos exornant. *Isa.* 57. *b.* Et multiplicant non sua *h* diabolus, hæreticus, & Antichristus, qui congregant, quos non peperierunt. *Haba.* 2. *b.* Multiplicat etiam negotiationes suas Ninive, quum quis addit peccata peccatis. *Nahu.* 3. *d.* Multiplicari homines in terra, in malum sonat, & vitio est. *Genes.* 6. *a.*

Augmentum hæreticorum.

Ornatus errorum.

Multiplicat loqui sublimia, *i* qui quærit altiora se. 1. *Reg.* 2. *a.* quod prohibetur. *Eccl.* 3. *c.* Altiora te ne quæsieris. Multiplicat etiam loqui sublimia, qui plures facit Deos. Dæmones etiam multiplicant loqui sublimia, dum variis modis mundana persuadere nituntur. Multiplicata arbusta cedri designant multiplicatum imperium diaboli in hoc mundo. *Ezec.* 31. *b.*

g *Gre.*18. *m.* 7.
h *Hie.ſ.Hab.* 2. *& ſ.Nahu.* 3. *& ſ.Iſ.* 66.
i *Ori.ſ.*1. *Reg.ho.*1. *Gre.ſ.* 1. *Re.*2.

Quærens altiora se.

Multiplicant viduas, *k* qui multas animas à sponso Christo separant. *Ezec.* 22. *f.*

Separantes animam à Christo.

Multiplicare herbam Borith, est *l* augere pœnitentiam, & verba correctionis.

*Hie.ſ.Ez.*31.
k *Hi.ſ.Ezec.* 22.
l *Hie.ſ.Ier.*2.

Multus, Multitudo.

MVLTITVDO, dicit frequentiam & copiam: & in vniuersum quandocúmque receditur ab vnitate, deuenitur ad multitudinem. Multa autem opponuntur vni. Multus autem aliquando est diutinus. *Deut.* 11. *b.* Multóque in ea viuas tempore. Interminatus. *Gen.* 4. *a.* Factum est post multos dies. Grauis. *Deut.* 2. *d.* Populus magnus, & multus. Innumerabilis. *Gen.* 50. *d.* Vt saluos faceret multos populos. Magnus. *Exod.* 5. *a.* Multus est populus terræ. Omnis. *Psal.* 9. Multa fecisti tu Domine Deus meus. Plurimus, *Gen.* 14. *b.* Habebat puteos multos bituminis. Varius. *Exod.* 12. *d.* Vt multa signa fiant in terra Ægypti.

Immensitas Dei.

Multitudo attribuitur Deo *m* ad ostendendam eius immensitatem, quam simplici notitia nos assequi non valemus. Vt multitudo virtutis diuinæ, est virtus eius infinita. *Psalm.* 65. Eius est etiam multitudo gloriæ. *Exod.* 15. *a.* Et dicitur multus ad ignoscendum, quia multum parcit. *Isa.* 55. *b.* Multitudo autem miserationum Dei, & viscerum Dei, fuit in aduentu Christi. Et multitudo fortitudinis Christi ostensa est in resurrectione. *Isa.* 63. *a. b. Iob.* 23, *b.*

m *Hil.ſ.pſ.*65. *Hie.ſ.Iſa.*63.

Prædestinati. Fideles in Ecclesia.

Multitudo stellarum dicit *n* numerum prædestinatorum. *Psa.* 146. Multitudo autem hominum & iumentorum in Hierusalem, designat doctos & indoctos in Ecclesia, qui & multæ gentes dicuntur. *Zach.* 2. *b.* Et multa familia Iob, sunt docti in Ecclesia. *Iob.* 1. *a.* Multitudo vrbis relicta erat Iudæa prius frequens fidelibus. *Isa.* 32. *c.* Et multitudo ciuitatis, est multitudo fidelium in Ecclesia. *Iob.* 39. *b.*

n *Hier.ſ.Zac.* 2. *& ſ.Iſ.*32. *& ſ. Iob.* 39. *Gre.*1. *mo.*18.
o *Hie.ſ.Iſ.*13.

Genus humanum.

Multitudo in montibus, in bonum quidem, sunt *o* fideles cum sublimitate doctrinæ, in malum verò, sunt dæmones & hæretici cum superbia. *Isa.* 13. *a.*

p *Hie.ſ.Ezec.* 1.32.

Angeli.

Multitudo genus humanum aliquando significare potest. *Exod.* 16. *c. Leu.* 4. *c.* 9. *a.* 10. *d.* Et multæ aquæ sunt *p* populi multi. *Ezech.* 1. *f.* Et multitudo populorum promiscuè, bonos & malos significare potest. *Ezec.* 32. *a.*

q *Hier.ſ.Ioel.* 2.
r *Gre.ſ.*1. *Re.* 1.

Affectus compassionis.

Multus populus contra Sion, *q* erunt Angeli in iudicio. *Ioel.* 2. *a.*

Multitudo doloris & mœroris in anima, designat *r* grauem affectum compassionis, & grauitatem passionis in Ecclesia. 1. *Reg.* 1. *c.*

ſ *Hier.ſ. Iere.* 10.

Doctrina cælestis.

Multitudo aquarum in cœlo, affluentiam *s* doctrinæ cœlestis significat. *Ier.* 10. *c.*

t *Phi.de mig. Abra.*

Mali.

Multi absolutè pro *t* malis videtur accipi: quia recedunt ab vnitate diuina. *Isa.* 30. *f.* Et multitudo plurima sectatores malorum indicat. *Exod.* 19. *c.* Et multi sunt bellantes aduersus Christum. *Psalm.* 55. Et multi infideles. *Isa.* 17. *d.* Multi quoque passeres designant *u* multitudinem confusam infidelium. *Matth.* 10. *d.* Et multæ aquæ sunt multitudo malorum hominum, & etiam dæmonum, & tentationum. *Psal.* 143. *Isa.* 8. *b.* 23. *a.* Et multorum pedum animalia, eos designant qui terrenis rebus & vitiis nimium hærent. *Leuitic.* 11. *b.* Multæ etiam sunt quadrigæ Ægypti: & quadrigæ regis Assyriorum, quæ, & etiam multitudo Ægypti designant sequentes viam latam. *Isa.* 31. *a.* 37. *c. Ier.* 38. *a. Ezech.* 30. *a.* 32. *d. Hose.* 10. *d.* Et multus populus sunt ipsi dæmones. *Ioel.* 2. *c.* Multitudo quoque Tyri est *x* vulgus malorum. *Ezech.* 27. *f. Iob.* 31. *d.* Et multitudo ciuitatis, quam contemnit onager, sunt terreni homines viam latam sequentes. *Iob.* 39. *a.*

u *Hil.ſ.Matt. can.*10. *Hie.ſ. Iſ.*8. *& ſ.Ez.* 27. 30. 31. *& ſ. Ioel.* 2.
x *Gre.*30. *m.* 25.

Perpetua pœna.

Multa ligna *y* perpetuitatem pœnæ inferni designant. *Isa.* 30. *g.*

y *Hie.ſ.Iſ.*30.

Fauor in malum.

Multæ aquæ *z* fauorem in malum significare possunt: vnde. radix cedri dicitur esse iuxta aquas multas. *Ezech.* 31. *c.*

z *Glo.ord.ſu. Exod.* 31.

Varia notitia.

Multi dies dicuntur esse bonorum, *aa* ad quos pertinet vita æterna. *Zach.* 8. *a.* Vel designant variam notitiam diuinæ legis & humanæ.

aa *Lyr.ſ. Za.* 8.

Negligentia diuini cultus.

Post multos dies obtulit Cain munera, *bb* designans negligentes erga diuinum cultum. *Gen.* 4. *a.*

bb *Phi.de ſac. Abel & Cain*

Gentiles.

Multis temporibus arreptus à dæmonio, designant *cc* gentiles, qui à diluuio vsque ad aduentum Domini possessi sunt à dæmonio. *Luc.* 8. *d. Exod.* 2. *d.* Multitudo quoque maris, gentilitatem significat. *Isaia*, 60. *b.*

cc *Am.ſ.Luc.* 8.

Virtus diaboli.

Multus populus videtur Pharaoni populus Israël: *dd* quia diabolus semper iudicat seruos Dei esse multos: ideò conatur eos minuere. *Exod.* 5. *a.* Multi autem sunt serui Dei post Christi passionem. *Isa.* 53.

dd *Glo.inte.ſ. Exod.* 5.

Abundantia scientia secularis.

Multitudo virtutis gigantis, *ee* est fortis virtus diaboli. *Psal.* 32.

ee *Glo. ord.ſ. Pſa.* 32.

Principes Gentium.

Multitudo diuitiarum designare potest *ff* abundantiam scientiarum huius seculi. *Psal.* 48.

ff *Baſil.ſ.pſa.* 48.

Vitia & errores.

Multi filij erant synagogæ *gg* ante aduentum Christi. 1. *Reg.* 2. *a.*

gg *Gre.ſu.* 1. *Re.* 2.

Multitudo pastorum sunt principes gentium. *Isa.* 31. *b.* Multitudo autem pastorum destruxit vineam Domini, hoc est, Ecclesiam, per diuisiones & schismata. *Iere.* 10. *c.*

Confidentes hæretici in multitudine.

Multitudo viæ Hierusalem sunt *hh* diuersa vitia & errores. *Isa.* 57. *b.* Et multitudo, quæ adducitur super Hierusalem sunt diuersa vitia, vel dæmones. Et etiam multitudo operum Tyri, *Exech.* 16. *c.* 27. *c.* Ad idem refertur multitudo seruitutis Sion. *Thre.* 1. *a.*

hh *Hie.ſ.Iſa.* 57.

Multos se dicũt hæretici & persecutores Ecclesiæ, *ii* quasi in multitudine confidentes. *Ezec.* 33. *e.* In multitudine

ii *Gre.*22. *m.* 14.

horum consumitur vestimentum Ecclesiæ. *Iob.* 30. *c.* quia dum multi sunt qui cruciant, destruuntur plurimi, qui ipsi Ecclesiæ connexione amoris inhærebant.

Superbia luciferi.

a *Hie. s. Exec.* 28.

Multitudo negociationis Luciferi fuit, quando *a* non fuit contentus scientia & gradu suo. *Ezech.* 28. *d.*

Mali ministri Dei.

b *Hier. s. Ioel.* 2.

Multa castra Dei, *b* dicuntur etiam dæmones & mali: qui eius voluntatem puniendo exequuntur. *Ioel.* 3. *c.*

Multitudo donorum. *Iob.* 36. *c.* Vbi legit Gregorius, *c* multitudo locorum. Et exponit de multitudine prouinciarum fidem amplectentium: quæ non debent inclinare Ecclesiam in elationem. Multitudo etiam locorum est inquietudo diuersarum cogitationum. Si autem legatur, multitudo donorum, sicuti legendum est: tunc multitudo donorum Dei non debet inclinare Ecclesiam vel animam in elationem.

c *Gre.* 26. *moral.* 34. 36.

Mulus, Mula, Burdo.

d *Ari.* 6. *hist. animal.* 24.

MVLVS, *d* qui & burdo dicitur, est quadrupes ex asino & equa natus, vel è diuerso. Mula verò est fœmina. Sunt autem steriles tam inter se commixti, quàm cum alio genere, & si aliquibus prouinciis generare contingat; sunt aliquid imperfectum. Sunt apti ad ferenda onera: vnde & iumenta dicuntur.

Sancti continentes.

e *Hie. s. Is.* 66. & *s. Zac.* 14.

Muli in bonum, *e* vt sunt steriles, & ferunt onera, designare possunt sanctos viros continentes, qui portant infirmos, vel significant angelos. His mulis vtebatur Dauid, hoc est, Christus. Tales quoque mulos habebant Reges Israël. *Isa.* 66. *f.*

Angeli.

Brutales homines.

f *Hie. s. Exec.* 8. 27. *Aug. s. ps.* 33. *Gre. s. psa.* 31.

Mulus in malum, significat *f* brutales homines, & superbos, sensibus seruientes, & irrationabilibus oneribus se subiicientes. His mulis præpositus erat Doeg, seruus Saulis. 1. *Reg.* 21. *e. Psal.* 31. *Ezech.* 28. *c.*

Superbi.

Virgines carne non spiritu.

g *Hier. s. Zac.* 14.

Muli etiam sunt, *g* qui virgines sunt carne, & non spiritu, qui eunuchizantur non propter regnum cælorum, sed propter hominum voluptatem. *Zach.* 14. *c.* Cùm igitur isti muli, & isti eunuchi versi fuerint in progeniem, audient per Isaiam, Et ne dicat eunuchus, quoniam sum lignum aridum, &c. *Isa.* 57. *b.*

Vterque populus.

Burdones duo, vtrúmque populum significare possunt. 4. *Reg.* 5. *e.*

Splendor diuinitatis Christi.

Mundare, Mundus, Purgare, Purificare.

Purus, Lustrare.

Eucharistia.

Orationes in Ecclesia.

MVNDARE, interdum est abluere. *Leuit.* 11. *e.* Et postea mundabuntur. Absoluere. *Psal.* 50. A peccato meo munda me. Purgare, 1. *Mach.* 4. *c.* Mundauerunt sancta. Sanare. *Matth.* 10. *a.* Leprosos mundare. Purgare item est emendare. *Eccle.* 7. *d.* De negligentia tua purga te. Leuare, seu exonerare ventrem. *Iud.* 3. *d.* Forsitan purgat ventrem. Ventilare. *Iud.* 6. *b.* Purgare frumenta. Mundus autem est ablutus absolutus, purgatus, sanatus, tersus & politus. Item innocens. 2. *Reg.* 3. *e.* Mundus ego sum, & regnum meum. Purus. *Leuit.* 11. *f.* Aquarum congregatio munda erit. Electus. *Gen.* 7. *a.* Ex omnibus animantibus mundis.

Oratio Christi.

Libertas à vitijs.

h *Hie. s. Zac.* 3.

Munda cidaris in capite sacerdotis magni, *h* indicat splendorem diuinæ maiestatis in Christo. *Zach.* 3. *a.*

Cogitatio munda.

i *Hier. s. Mala.* 1. *Gr.* 13. *m.* 11.

Munda oblatio, quæ offertur Deo in omni loco, *i* est Eucharistia, & orationes, quæ offeruntur in Ecclesia. *Mal.* 1. *c.* Et mundæ preces fuerunt Christi, qui etiam pro persecutoribus orauit. *Iob.* 16. *d.*

Innocentia operum.

k *Ori. s. Is. ho.* 6. & *s. Ma. h.* 27. *Au. de quanti. anima. Gre.* 12. *mor.* 17.

Mundicies in anima, est *k* libertas à vitiis, & mundi sunt, qui à sordibus vitiorum sunt liberi. *Gen.* 35. *a. Leu.* 7. *c. Isa.* 52. *d.* Et cor mundum est anima sine sordibus vitiorum. *Psal.* 23. 50. *Prou.* 20. *b.* Et mens habens cogitationes sanctas, intellectúsque diuinos, & carens errore. Item cogitatio ab omni cupiditate, ac fœce rerum mortalium cohibita. *Matt.* 5. *c.* Et mundicies manuum est innocentia operationum. *Gen.* 20. *b.* Hæ puræ manus sunt leuandæ in oratione. 1. *Timoth.* 2. *c. Iob.* 8. *a.* 9. *d.* 10. *c.* 14. *a.* 15. *b.* 17. *c.* 22. *d.* Et purissimum oleum, est conscientia pura. *Exod.* 27. *d.* Mundari ab omni inquinamento carnis, *l* est ab omni vitio purgari. 2. *Corin.* 7. *a.* Mundari autem à delicto maximo est purgari à superbia. *Psalm.* 17.

Conscientia pura.

Purgari à vitijs.

l *Am. s.* 2. *Corint.* 7. *Aug. s. ps.* 18.

Mundat Deus sanguinem eorum, quos non mundauerat, *m* quum mundat in Euangelio, quos in lege peccantes immundos reliquerat. *Ioel.* 3. *d.* Vel vlciscetur seruorum suorum sanguinem, quem in martyrio pro nominis eius confessione fuderunt. Mundans autem vnus Seraphim labia Isaiæ, est Christus mundans peccata. *Isa.* 6. *b.* Mundat etiam Deus sanguinem malorum, quem ipsi non mundauerant, *n* quando punit in inferno eos, qui hic non egerunt pœnitentiam.

Mundans Deus in lege noua.

Pœna inferni.

m *Hie. s. Ioel.* 3. *Ori. s. Is. hom.* 6.

n *Ru. s. Ioe.* 3.

Mundat Deus quasi aurum, & quasi argentum, *o* quando mundat per ignem tribulationis, & purgat filios Leui, hoc est, sacerdotes. *Mal.* 3. *a. Psalm.* 11. Sic purgat palmites per tribulationem, vt plus fructus afferant. *Ioan.* 15. *a.*

Mundans per tribulationes.

o *Hie. s. Mal.* 3. *Cyr. s. h. Ioan.* 14.

Munda via, per quam nobis ambulandum est, est *p* Christus. *Isa.* 35. *c.* Mundissimum autem aurum animam Christi significat. *Leu.* 12. *d.* Mundissimus quoque cibus primo dicitur caro Christi, deinde Apostoli, ac demum discipuli.

Christus.

Anima Christi.

Caro Christi.

p *Hie. s. Is.* 25.

Mundatio leprosi, designat *q* mundationem peccatoris, quæ fit per sacramentum pœnitentiæ. Idem designat mundatio domus leprosæ. *Leu.* 14. *f.*

Pœnitentia.

q *Ori. s. Rom.* 3. & *s. L. h.* 7.

Mundat autem sacerdos leprosum, *r* quum peccatorem ad pœnitentiam recipit. Porrò mundare idem est tunc, quod mundum iudicare. *Leui.* 13. *b.* Emundatio quoque seminiflui, ad pœnitentiam pertinet. *Leuit.* 15. *b.* Mundat autem Christus leprosum, quum turbat curam prædicando, & quum sua auctoritate peccata remittit. *Matt.* 8. *a.* Adhæc refertur mundatio mulieris à profluuio sanguinis. *Leuit.* 12. *d.*

r *Aug. qu. in Num.* 58. *Hil. s. Matth. Can.* 7.

Mundissima lepra vide *Lepra.*

Mundus locus, in quem effunduntur cineres, *s* venerationem passionis & resurrectionis Christi significat. *Leu.* 10. *c. Num.* 19. *b.* Designat etiam futurum iudicium ab omni corruptione mundum. *Leuit.* 6. *b.*

Veneratio passionis & resurrectionis.

s *Aug. qu. in Num.* 35. *Isy. s. Leu.* 6.

Mundus vir, qui colligit cineres vaccæ. *Num.* 19. *b.* est *t* Gentilis populus, qui mundus fuit à morte Christi: & colit memoriam passionis eius.

Mundities ministrorum Dei.

t *Aug. qu. in Num.* 33.

Mundus debet lustrare immundum, quia *u* ministri sacramentorum debent esse mundi. *Num.* 19. *d.* Ideò mundari iubentur, qui ferunt vasa Domini. *Isa.* 52. *c.*

Confessio.

Gentilis populus.

u *Aug. qu. in Num.* 33.

Mundat templum Iudas, quia per confessionem debet fieri mundatio conscientiæ. 1. *Mach.* 4. *e.* Mundarunt autem Leuitæ & sacerdotes templum, antequam rex Ezechias intraret, quia sacerdotes debent mundare Ecclesiam ab hæresibus, vt rex eos sequatur. 2. *Par.* 29. *d.* Emundatio, à qua destruxit Deus populum Israël, *x* est fides, qua purificantur corda. *Psal.* 88.

Fides.

x *Aug. s. psal.* 88.

Mundare altare, *y* est purificare orationes, vt acceptæ sint coram Domino. *Ezech.* 43. *f.* Et purum thimiama, sunt orationes puræ. *Exod.* 30. *d. Iob.* 16. *d.*

Orationes.

y *Hie. s. Exec.* 43.

Munda aqua, baptismum significare solet. Et mundat Deus sanguinem Hierusalem, quum delet peccata in baptismo. *Exod.* 16. *b.* 36. *e.* Atque ita mundi sunt, qui *z* sunt baptizati. *Isa.* 1. *a.*

Baptismus.

Doctrina syncera.

z *Hier. s. Is.* 1. & *s. Ezec.* 16.

Purissima quoque aqua, significat *aa* doctrinam sine erroribus. *Ezec.* 32. *c.* 34. *e.*

Mundum sepeliri cum Christo.

aa *Hie. s. Eze.* 32. *Ori. s. Ro.* 6.

Munda sindone obuoluitur Christus, vt designet eum, qui cum Christo sepelitur, nihil immunditiæ debere afferre. *Matth.* 27. *g.*

Dissipatio hæreticorum.

bb *Hie. s. Eze.* 39.

Mundabit terram Gog domus Israël, *bb* quando fideles destruent hæreticos. *Ezech.* 39. *c.*

Purgare vires animæ.

Purificatio mulieris in partu masculi fit quadraginta diebus, *cc* vt respondeat formationi pueri: in partu verò fœminæ fit octoginta diebus, iuxta fœminæ formationem. *Leuit.* 12. *a.*

Separatio malorum à bonis.

cc *Gl. ord. su. Leu.* 11.

Purgare spacia in terra Pherezæi, & Raphaim. *Iosu.* 17. *d.* est *dd* excidere arbores inutiles, & plantare vtiles in animo. Purgatur autem, & non exterminatur, quia vires animæ non sunt delendæ, sed purificandæ.

Cautio angelorum & prædicatorum.

dd *Orig. s. Ios. hom.* 22.

Purgatio frumenti in torculari, est *ee* separatio malorum à bonis. *Iud.* 6. *b.* purgat quoque triticum ostiaria, quando mentis custodia discernendo virtutes à vitiis separat. 2. *Reg.* 4. *a.*

ee *Am. pro de Spiritu sanct. Gr.* 1. *mo.* 36.

Purgantur angeli territi, sublato diabolo. *Iob.* 41. *c.* quia *ff* dum in eo naturæ suæ damna conspiciunt in seipsis iam cautius robustiúsque consistunt. Purgantur etiam angeli territi, hoc est, *gg* prædicatores sancti, quos adhuc in suis corporibus tempus iudicij inueniet, quos spes de regni propinquitate lætificat, & carnis infirmitas de iræ offensione perturbat. Et hoc pauore excoquitur, si qua inesse eis potuit leuium rubigo vitiorum.

ff *Gre.* 34. *m.* 4.

gg *Hie. s. Iob.* 41.

Cæli dicuntur non esse mundi in conspectu Dei. *Iob.* 4. *d.* 15. *b.* 25. *a.* quia *hh* Sancti ante districtum Dei iudicium, licèt prædicatores sint munditiæ, tamen illud Ioannis agnoscunt: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.

Humilitas sanctorum.

hh *Gr.* 12. *m.* 17.

Digitized by Google

Mundari à venialibus.
Imperfecta munditia in hac vita.
Perfecti.
Imperfecti.
Iudæa cum ceremonijs.
Corpus mundum.
Particeps peccati immundus.
Munditia exteriorhypocritarum.
Fœtor peccati prodiens.
Quod purgatur non est totum inutile.
Varia tribulationes purgantes.
Gratia mundans.
Confitendum dubium peccatum.
Mundus ab inani gloria.

Lustrantur victores venientes è prælio. *Num.* 31. *e.* quia *a* qui vicerunt dæmones, ex ipso tentationum contactu videntur nonnullam immunditiam contraxisse, qua mundantur in morte.

Non dicuntur mundissimæ manus Iob, sed velut mundissimæ: quia *b* quousque pœna corruptionis astringimur quamlibet rectis operibus veram munditiam nequaquam apprehendimus, sed imitamur. *Iob.* 9. *c.* 17. *b.*

Munda animalia, quæ introducuntur in arcam in numero septenario, *c* perfectos designant: immunda verò in numero binario, imperfectos. *Genes.* 7. *a.* Munda autem offeruntur Deo, quia omnem abominatur immunditiam. *Gen.* 8. *d.*

Mundata scopis domus, erat *d* Iudæa cum ceremoniis legis. *Matth.* 12. *d.*

Mundare vasa vini, de quibus Ambrosius: *e* Quid prodest colere vineam, si vasa non mundentur, vt vinum acescat? Mundum autem vas, *f* est corpus mundum & castum. *Is.* 66. *g. Tim.* 2. *d.*

Mundus tangens immundum fit immundus, hoc est, *g* particeps peccati alterius, cum ei consentit in malo. *Leuit.* 7. *c.*

Mundant quod foris est calicis hypocritæ, *h* exteriora curantes: & hæretici exterius decipientes: & qui curam habent ornatus verborum sine interiori commodo: & qui circa literam legis versantur, spirituali sensu neglecto: & qui exterius curam habent corporis. *Matt.* 23. *c.* Hi sunt qui mundos se putant in hortis. *Isa.* 66. *e.*

Purgare ventrem: est in expletione peccati miseræ famæ fœtorem proferre. Purgans autem Saul ventrem in spelunca, in qua latebat Dauid, designat Iudæos fœtorem odij sui in carnem Christi euomentes. 1. *Reg.* 24. *a.*

Expurgandum dicitur vetus fermentum, *k* non proiiciendum: quia quod expurgatur, non in totum inutile iudicatur. 1. *Cor.* 5. *b.*

Purificantur, quæ capiuntur ex præda Madian, quædam quidem per ignem, quædam verò per aquam. *Num.* 13. *d.* vbi designantur *l* variæ purgationes tribulationum, secundum vniuscuiusque capacitatem aut meritum.

Mundæ lanæ comparantur capilli antiqui dierum. *Dan.* 7. *c.*

Purificationis dies à sanguinis fluxu dantur septem. *Leuit.* 15. *d.* designantes *m* septiformem gratiam Spiritus sancti, per quem mundantur peccata.

Quæ pura sunt, si fuerint suspecta de lepra, lauari iubentur. *Leu.* 13. *g.* vt ablata suspicione peccati tutior sit conscientia.

Mundus reputatur caluus, & recaluaster. *Leuit.* 13. *f.* hoc est, *n* qui sine duplicitate fraudis opera sua, non reputatur inani gloriæ subiacere.

Mundari post vesperum. *Luc.* 11. *c.* Videtur significare mundationem ab omni corruptione, quæ fiet in resurrectione.

Mundissimæ tincturæ, vide *Tingere.*

Mundus, Orbis.

Genus humanum.
Sacra scriptura.
Ecclesia.

MVNDVS, dicitur ornata totius vniuersi machina, quæ ex omni eo constat, quod cœli ambitu continetur. Dictus est à munditia, sicut à Græcis κόσμος ab ornatu. Aliquando autem sumitur mundus: pro parte elementari seclusis cœlis. Solet autem poni triplex mundus, *o* nempe sensibilis, qui est hic in quo viuimus', totam sensibilium machinam includés. Intelligibilis, qui est in Angelis, & in iis, quæ ad ipsos pertinent: & mundus mixtus ex vtroque, in homine, qui microcosmus appellatur, hoc est, paruus mundus. Solet autem mundus muliebris dici fœminarum ornatus. Mundus præterea, ambitio. *Io.* 15. *c.* Quia verò de mundo non estis. Conuersatio. *Ioan.* 8. *c.* vos de mundo hoc estis. Deliciæ. 1. *Cor.* 7. *f.* Solicitus est quæ sunt mundi. Humana sapientia. *Ioan.* 14. *d.* Non quomodo mundus dat, ego do, vobis. Terra. *Matt.* 4. *b.* Ostendit ei omnia regna mundi.

Mundus aliquando sumitur *p* pro genere humano, vt quum Ioseph dictus est saluator mundi, designans Christum generis humani saluatorem. *Gen.* 41. *f. Rom.* 5. *b.*

Mundus dici potest *q* sacra scriptura, cuius veluti terra est ipsa historia, aqua verò moralis sensus, aër scientia naturalis, æther autem ipsa Theologia.

Orbis quandoque significare potest *r* multitudinem fidelium, seu Ecclesiam ex gentibus. 1. *Reg.* 2. *b. Iob.* 8: *b.* 34. *b. Psal.* 18. 48. 92. *Isa.* 14. *d. Rom.* 10. *d.* Et cùm ager dicitur mundus, in quo seminatur triticum, & superseminantur zizania. *Matth.* 13. *e.* mundus ibi sumitur pro Ecclesia. Itidem quum dicitur. 2. *Corint.* 5. *d.* Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.

Orbis etiam dicitur interdum *s* anima, quam Deus inhabitat, vt quum dicitur Deus erigere orbem in sapientia. *Ier.* 10. *b. Psal.* 89. Similiter electi. *Ioan.* 3. *b.* vt saluetur mundus per ipsum.

Anima.
Electi.
Ornatus virtutum.

Mundus ad quem veniunt, qui illuminantur, *t* est mundus virtutum. *Ioan.* 1. *a.* Et mundus muliebris, in bonum, *u* ornatum virtutum significare potest. *Ezech.* 16. *a.*

Corpus humanum.

Orbis etiam dicitur *x* corpus humanum: quod portant, qui ipsum continent, ne in vitia defluat. *Iob.* 9.

Mundani.
Peccatores.
Infideles.
Gentiles.

Mundus sæpè significare solet *y* locum terrenum, & homines, qui mundana & terrena sequuntur, quibus est væ à scandalis. *Gen.* 41. *g.* 47. *c. Iob.* 9. *b.* 18. *d. Psal.* 32. 48. *Isa.* 24. *a.* 34. *Matth.* 5. *b.* 18. *a.* 12. *e.* 14. *d.* Et generaliter mundus dicuntur homines, qui sunt in mundo. Orbis etiam hunc mundum & mundanos significat. Mundus peculiariter dicuntur Gentiles & infideles, qui visibilia sequuntur. 1. *Corin.* 4. *b.* Quum diceret Apostolus. *Ephes.* 6. *b.* Rectores mundi, de diabolo & Angelis eius, cauendum erat, ne malè intelligerent homines, & putarent à diabolo & dæmonibus eius mundum regi. Sed quia mundus dicitur hæc fabrica, quam videmus, & in peccatoribus dicitur mundus, & in eis, qui diligunt mundum: de quibus dictum est: Et mundus eum non cognouit. Et iterum. Totus mundus in maligno positus est: exposuit Apostolus, cuius mundi essent rectores? Tenebrarum, inquit, harum. Itaque multitudo peccantium, & terrenis rebus dedita, stultúmque & abiectum, & omnibus perturbationibus obnoxium vulgus est mundus, qui non cognouit Deum.

Incitamenta libidinis.
Cultus idolorum.

Mundus muliebris, in malum, significare potest *z* incitamenta libidinis. *Ezech.* 23. *f.* Item cultum idolorum.

Munire, Fulcire, Suffulcire.
Munitio, Munimentum.

Christus.
Exempla sanctorum.
Hierusalem.
Templum.
Ecclesia.
Paradisus cælestis.
Prædicatores.
Sapientia sæcularis.
Virtutes.
Humilitas.

MVNIRE, est fulcire, vallare, & circundando tutum locum ab hostibus reddere.

Munimenta saxorum, significant *aa* Christum munientem Ecclesiam. *Is.* 33. *c.* Significant etiam sanctorum patrum præcedentium exempla: quorum aspectu & contemplatione fideles muniuntur.

Munita ciuitas quantum ad literam erat *bb* terrena Hierusalem: quæ quidem olim munita erat etiam per custodiam Angelorum: sed postmodum defensiones errorum fuerunt munitiones eius. *Isa.* 27. *c.* 34. *c. Ierem.* 5. *d.* 8. *e.* Munitus quoque saltus erat templum Hierusalem, quod videbatur inexpugnabile. *Zach.* 11. *a.*

Munita ciuitas nunc est *cc* Ecclesia, quæ circundatur scuto fidei, & Angelorum protectione. *Psal.* 59. 107.

Munita quoque ciuitas dicitur *dd* Hierusalem cœlestis: quæ omninò est inexpugnabilis nihil admittens aduersi. *Psalm.* 59. 107. Et munitiones victorum speci, Paradisum cœlestem significant. *Zach.* 9. *c.*

Munita præterea ciuitas dicitur prædicator fortis aduersus hæreticos, & vitia. *Ier.* 1. *d.* 4. *b.* Et munimenta aut turres contra Ariel, sunt doctores Ecclesiæ contra hæreticos. *Isa.* 29. *a.*

Munitiones virginis Iudæ, quas destruxit Deus, designant *ee* doctrinam cum sapientia seculari coniunctam, in qua anima maximè confidebat. *Thren.* 2. *a.* Vel sunt fides, spes, & charitas quibus ablatis anima patet hostibus. *Habac.* 1. *c.* Et munitiones ædificandæ, sunt virtutes cum discretione, ne vitia sub virtutum specie in mentem irrumpant. *Ezech.* 4. *a.* Et munitio est *ff* cordis custodia, & humilitas cordis. *Habac.* 2. *c.*

Multiplicatio tyronum.
Augmentum fidei.

Fulcitur floribus sponsa. *Cant.* 2. *a.* quando in Ecclesia multiplicantur incipientes & tyrones. Et quum *gg* fides augetur ad operandum.

Argumenta philosophorum.
Dæmones.

Munitæ vrbes sunt *hh* argumenta Philosophorum, & hæreticorum, quas cœpit Iosue, qui typus est Christi. *Ios.* 14. *d.* Et munitiones Babylonis, sunt defensiones vitiorum. *Isa.* 34. *c.* muniunt autem murum hæretici, quum suas roborare conantur hæreses. *Isa.* 22. *c.* 25. *d. Hose.* 8. *d. Mich.* 7. *c.*

Munitiones, quæ destruendæ sunt, sunt *ii* Principes, & potestates tenebrarum, & nequitiæ. 2. *Corinth.* 10. *b.* Et

a *Ori. s. Num. hom.* 21.
b *Gr. 9. m.* 18.
c *Glo. ord. Ge.* 7.
d *Hil. s. Matt. Can.* 12.
e *Am.* 4. *Exaem.* 1.
f *Hie. s. Is.* 66.
g *Ori. s. Leui. ho.* 5.
h *Ori. s. Mat. ho.* 25.
i *Gre. s.* 1. *Re.* 5.
k *Ambr.* 1. *de pœnit.* 14.
l *Glo. ord. sup. Num.* 31.
m *Glo. ord. s. Leu.* 15.
n *Glo. inte. su. Leu.* 13.
o *Orig. in diuer. ho.* 2.
p *Au. Enc. ad Laurentium.* 26.
q *Orig. in diuer. ho.* 2.
r *Ori. s. Ro.* 10 *Basil. s. ps.* 46. *Hie. s. Is.* 14. *Gre. s.* 1. *Re.* 2. *Au. bre. colla.*
s *Ori. s. Io. ho.* 5. *Hier. s. Cypri.*
t *Ori. in diu. hom.* 2.
u *Hie. s. Ezec.* 16.
x *Hie. s. Iob.* 9.
y *Au. ep.* 120. *& s. ser. domini in monte. Ori. s. Matth. hom.* 5. *& su. Rom.* 3. 11. *Basil. s. ps.* 32. *Gre.* 9. *mo.* 13. *Amb. s.* 1. *Co.* 4. *Aug. s. ps.* 34.
z *Glo. inter. s. Eze.* 23.
aa *Hier. s. Is.* 33. *Gre.* 25.
bb *Hier. s. Is.* 23. *& s. Iere.* 8. *& s. Zach.* 11.
cc *Basi. & Arn. s. ps.* 69.
dd *Hil. s. ps.* 59. *Hie. s. Zac.* 9.
ee *Gre.* 11. *m.* 11. *& 26. m.* 5. *& s. Ezech. ho.* 12.
ff *Ru. s. Ha.* 2.
gg *Gre. s. eun.* 2. *& s. Ezech. ho.* 15. *Ber. s. can. ser.* 51.
hh *Ori. s. Iosu. ho.* 18. *Hie. s. Is.* 22. *Gre.* 13. *m.* 5.
ii *Ambr. s.* 2. *Cor.* 10. *Hier. s. Ezec.* 30. *& s. Zac.* 9.

Digitized by Google

fulcientes Ægyptum, ſunt Philoſophi, & eorum fulcra ſunt Dialectorum argutiæ, & ſtrophæ. *Ezech.* 30. *b. Hoſ.* 10. *d. Mich.* 5. *d. Zach.* 9. *a. Eccl.* 9. *d.* — *Philoſophi. Allegans hypocrita opera ſua.*

Fulcit hypocrita domum ſuam in iudicio. *Iob.* 8. *c.* quando *a* laudis ſuæ allegatione vtetur, dicens, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & virtutes multas fecimus? Sed non conſurget, quia protinus iudex dicet. Nunquam noui vos, diſcedite à me operarij iniquitatis. Fulcit etiam domum ſuam, quando propriis viribus ſe conatur erigere.

a *Gre.* 8. *mor.* 32. *Hier. ſ. Iob.* 8.

Munus, vide Donum.
Murenula, vide Catena.
Murmurare, Muſſitare, Obloqui.
Suſurrare, Suſurrium, Suſurro.

MVRMVRARE, eſt leniter ſtrepere, & ſonum aquæ fluitantis ſimilem edere, inde ſumitur, vt qui contradicunt alicui, & veluti ſecreto ſermone indignationem oſtendunt, murmurare dicantur, quod etiam muſſitare dicitur, quum quis videlicet ſubmiſſa voce, quaſique ſecretò loquitur.

Murmurant in cordibus ſuis vt columbæ, *b* qui pœnitentiam agunt, & graui dolore peccatorum in corde affliguntur. *Nahum.* 2. *b.* — *Agentes pœnitentiam. Inſpiratio.*

b *Hie. ſ. Na.* 2.

Suſurrium occulti verbi Dei, eſt *c* ipſa loquutio inſpirationis internæ, qui enim ſuſurrat, occultè loquitur, & vocem non exprimit, ſed imitatur. Nos ergo quouſque carnis corruptione premimur, nullo modo claritatem diuinæ potentiæ, ſicut in ſe incommutabilis, manet, videmus, quia acies infirmitatis noſtræ non ſuſtinet hoc, quod eius æternitatis radio ſuper nos intolleraliter fulget. Quum ergo ſe omnipotens Deus per rimas contemplationis indicat, nequaquam nobis loquitur, ſed ſuſurrat, quia & ſe plenè non intimat, quiddam tamen de ſe humanæ menti manifeſtat. *Iob*, 4. *c.*

c *Gr.* 5. *m.* 29.

Murmurans populus contra Moſen, deſignat *d* Iudæos contra legem murmurantes. *Exod.* 15. *d.* 16. *a.* 17. *a.* — *Iudæi contra legem.*

d *Glo. ord. ſu. Exo.* 13.

Deſignat etiam religioſos murmurantes contra prælatum ſuum, præcipuè ob penuriam victus, ſicut illi murmurarunt. — *Religioſi contra prælatum.*

Murmurantes operarij aduerſum patrem familias *e* ſunt Iudæi murmurantes propter Gentes ad fidem admiſſas, *Matth.* 10. *b.* Murmurantes etiam non ſaturati, dicuntur Iudæi poſt amiſſum templum. *Pſal.* 58. Muſſitat autem eloquium Iudæorum, & hæreticorum de humo, quia eorum doctrina peruerſa, non poteſt altè ſonare. Demum muſſitatores dicuntur Scribæ, & Phariſæi, & Iudæi. *Iſa.* 29. *a. g.* — *Iudai.*

e *Ori. ſ. Matt. ho.* 10. *Hil. ſ. Matth. Can.* 20. *& ſ. pſ.* 58. *Hier. ſ. Iſ.* 29.

Murmurantes in tabernaculis ſuis, *f* ſunt qui mente contra Deum eleuantur. *Pſalm.* 106. — *Eleuari contra Deum.*

f *Ar. ſ. pſ.* 106

Murmur in tribulatione, & afflictione, eſt *g* quum quis non audet confidenter clamare, ſed dolorem ſuum ſub ſilentio deuorat. *Iſa.* 26. *c.* — *Non audere conqueri.*

g *Hie. ſ. Iſ.* 26. *Bed. ſ. Gen.* 49. *Ori. ſ. Gen hom.* 17. *Bern. ſerm.* 3. *dedi. Eccle. Ricar. de S. Vict. de* 12. *patriarc.* 58.

Murus, Mœnia, Muratus.

MVRVS, à muniendo dictus, propriè eſt lapideus ambitus, vrbem cingens, & protegens, & pro muro dicuntur eſſe defenſores, 1. *Reg.* 25. *c.* Pro muro erant nobis die ac nocte. Dicuntur etiam mœnia.

Murus aliquando ſignificat *h* Chriſtum, qui pro ſanctæ Eccleſiæ ædificatione ad corda noſtra pertingere malignorum ſpirituum curſum vetat. Et hic murus rumpitur, quando prauorum perſuaſionibus fides, quæ de redemptore noſtro eſt, in quorundam cordibus diſſipatur. *Iob.* 3. *b. Iſa.* 26. *a.* Ipſe eſt murus in circuitu domus intrinſecus quidem, quantum ad diuinitatem, foris verò quantum ad humanitatem. *Ezech.* 40. *a.* Poteſt etiam murus ſignificare corpus Chriſti, quem murum ſuffoderunt Iudæi, quando ipſum crucifixerunt. *Geneſ.* 49. *a.* Eſt etiam murus *i* diuina protectio. *Thren.* 2. *f.* Super muros filiæ Sion. *Zacha.* 2. *b.* Et firmitas diuini præſidij. *Apocal.* 21. *d.* — *Chriſtus. Corpus Chriſti. Diuina protectio.*

h *Hie. ſ. Iſ.* 56. *& ſ. Ier.* 1. *& ſ. Ezec.* 11. *& ep. quòd ignotus. Euc. for. ſpir.* 10. *Am.* 6. *exa.* 6 *Hie. ſ. Amo* 7.

Murus protegens velut ſcutum ciuitatem, aut caſtrum, *k* fidem deſignare poteſt, qua aduerſus hoſtes munimur, quem murum ſuffodiunt, qui fidem labefactare conantur. *Geneſ.* 49. *a.* Vbi Origenes pro muro legit Taurum. *Iſa.* 62. *b.* Poteſt etiam murus ſignificare verecundiam, & continentiam, & rigorem diſciplinæ, qui tollitur per immoderatam abſtinentiam, quæ poſtea eſt relinquenda. — *Fides. Verecundia. Continentia. Rigor diſciplinæ.*

i *Ori. ſ. Leu. ho.* 15. *Amb. apo. Dauid* 17.

Murus igneus Hieruſalem dicitur *l* Deus, qui credentes, & habitantes in Eccleſia protegit, & calefacit, ac ſpiritu feruentes efficit. *Zach.* 2. *a.* — *Deus.*

k *Bed. ſ. Gen.* 49. *Ori. ſ. Gen hom.* 17.

Muri qui ſunt firmamentum ciuitatis, *m* beatos ſignificare poſſunt, qui ſunt velut firmamentum ciuitatis cœleſtis. *Leu.* 25. *e. Apoc.* 21. *e.* — *Beati.*

l *Hier. ſ. Zac.* 2.

Muri Sion, hoc eſt, Eccleſiæ, dici poſſunt *n* viri Eccleſiaſtici, & præcipuè perfecti, & ipſi conuentus Eccleſiarum. *Iſa.* 49. *d.* 56. *b.* 60. *d.* 62. *b. Ezech.* 40. *b.* Murus æneus dictus eſt Ieremias, vt deſignet fortem prædicatorem, & Prophetas. *Ier.* 1. *d.* 15. *d.* Et murus adamantinus, eſt vir ſanctus, & fortis. *Amos.* 7. *b.* Murus etiam inter Deum & populum, ſunt qui orationibus diuinæ iræ ſe opponunt. *Exech.* 13. *a. e.* — *Viri eccleſiaſtici. Prædicatores. Prophetæ. Eccleſia.*

m *Ori. ſ. Leu. ho.* 15. *Amb. apo. Dauid.* 17.

Murus etiam dicitur *o* ipſa Eccleſia. *Cant.* 8. *c.* Et murus lituſ, ſiue adamantinus, eſt ipſa Eccleſia, quæ facta eſt fortis, quum prius eſſet timida. *Amos.* 7. *c.* Eſt autem murus in iis, qui mortem perferre poſſunt pro defenſione fidei.

n *Hie. ſ. Amo* 7.

Muri Hieruſalem, *p* dici poſſunt bona opera. Item fides, ſpes, & charitas, & diſciplina, & generaliter virtutes, quibus cor munitur. *Iob.* 30. *b. Pſal.* 50. *Iſa.* 26. *a.* 60. *a.* Et murus atque in mari, ſignificat conſtantiam in tribulationibus. *Exod.* 14. *c.* — *Bona opera. Virtutes.*

o *Gre. ſ. Cant.* 8. *Rup. ſ. eant.* 8.

Murus, & antemurale Sion, dici poteſt *q* cuſtodia Angelorum: item defenſio, & ſpeciale auxilium Dei. *Pſal.* 54. *Ier.* 5. *a.* Et diſſipauit Deus, quando ab Hieruſalem Angelos ſecedere fecit. *Thren.* 2. *c.* — *Cuſtodia Angelorum. Auxiliũ Dei.*

p *Hie. & Au. ſ. pſ.* 50. *Greg.* 20. *m.* 23. *&* 30. *mor.* 26.

Murus dici poteſt *r* eruditio ſcripturarum: & vrbs mutata, eſt mens erudita. 1. *Reg.* 6, *d.* Et murus templi aut Hieruſalem, eſt firmitas Euangelij. *Nehem.* 4. *a. Cant.* 5. *c. Ioel.* 2. *b. Nahum.* 3. *b.* Et muri duo Hieruſalem, ſunt vetus, & nouum teſtamentum. *Iſa.* 22. *c.* Et muri aquæ, ſunt doctrina ſacra, ſeu duæ leges. *Exod.* 14. *e.* Et murus in circuitu tecti, eſt completa expoſitio ſacræ ſcripturæ, tollens occaſionem errandi. *Deut.* 22. *b.* Mœnia quum ſunt ad ornatum, ſignificare poſſunt doctrinam, genera linguarum, Prophetiam, &c. Munitiones verò fidem, ſpem, & charitatem. *Ier.* 2. *b.* Muri quoque dici poſſunt ipſa lex, & cortex literæ legis: & loquuntur iuxta muros de Propheta, qui in eius ſenſum non intrant. *Exec.* 33. *g.* Intra hos muros erat ſynagoga, quæ eſt domus Iudæorum. *Leuit.* 25. *e.* Gentilitas autem erat domus, ſine muro. Murus etiam faciendus domui nouæ, ſunt teſtimonia ſcripturarum, quibus prædicator communire debet, quod dicit. *Deut.* 22. *b.* — *Litera legis.*

q *Hil. ſ. pſ.* 54.

Murus aliquando dicitur *ſ* anima, *Can.* 8. *c.* Et quum murus ſit munimentum ciuitatis, antemurale verò validius munimentum, ſignificare poteſt animam euocatam à corporalibus, quæ munitur ſpiritualibus, & ſpe futurorum. *Iſa.* 26. *a.* — *Anima.*

r *Ori. ſ. Leu.* 25. *Ru. 1. ſ. Deut.* 1.

Murus ex ſartagine ferrea, inter Prophetam & ciuitatem ponitur, *t* quia quum nunc fortem zelum doctores exhibent, eundem zelum poſtmodum inter ſe, & auditores ſuos fortem munitionem tenẽtine nunc ad vindictam deſtituti ſint, ſi tunc fuerint in corruptione diſſoluti. Et hic erit defenſio prædicatorum in iudicio. *Ezec.* 4. *a.* — *Zelus.*

ſ *Am. de bono mortis.* 5. *Orig. ſ. Cant. ho.* 4.

Muri etiam Hieruſalem aut ſynagogæ, *u* erant quæcunque ipſis putabant ſibi fore auxilio. *Iſa.* 27. *a.* Et mœnia quæ præcipitauit Deus, erant dona Spiritus ſancti, ad ornatum, vt Prophetia & virtus curationum. *Thren.* 2. *b.* — *Dona Spiritus ſancti.*

t *Gre.* 26. *mo.* 5. *& ſ. Ezech. hom.* 52.

Murus, quo curat Eccleſia, eſt *x* ſapientia, & eloquentia mundana. *Ezech.* 38. *c.* Et murus ad quem confugient dæmones & mali in fine mundi, erunt extrema mundi, vt putabunt ſe latere. *Nahu.* 2. *b.* Muri quoque Hiericho, vires diaboli ſignificare poſſunt. *Ioſu.* 6. *a.* deſignant etiam idololatriam, & magicas artes, & Philoſophorum placita, & etiam ſpem huius ſeculi. Et muri cocti lateris, ſunt artificioſa mendacia hæreticorum. *Iſa.* 16. 22. *b. c.* Et murus Moab, & etiam Tyri, eſt Dialectica, qua munitur ſcientia ſecularis. *Iſa.* 15. *a.* 25. *d. Ezec.* 26. *a.* 27. *b.* 38. *g. Amos*, 1. *c.* — *Sapientia mũdana. Vires diaboli. Idololatria. Magicæ artes. Dialectica.*

u *Hie. ſ. Iſ.* 27. *Gre.* 11. *m.* 11.

Murus etiam munitus, *y* dæmones ſignificare poteſt, & hæreſiarchas. *Pſal.* 17. *Iſa.* 2. *c.* 22. *b.* 30. *c.* — *Hæreſiarchæ.*

x *Hie. ſ. Na.* 2. *Cyr.* 7. *ſ. Ioan.* 28. *Ori. ſ. Ioſ. h.* 7. *Aug. ep.* 119. *Hier. ſ. Iſ.* 16. *& ſ. Ezec.* 26.

Murus quoque ſunt *z* ipſa peccata, quæ nos diuidunt & ſeparant à Deo. Et omne quod itineri noſtro obiicitur, ne ad eum, qui diligitur tranſeamus. *Pſal.* 17. In Deo tranſgrediar murum. Muri quoque Hiericho, ſunt vitia, & concupiſcentiæ. *Ioſ.* 6. *a.* — *Peccata.*

y *Ar. ſ. pſ.* 17. *Hie. ſ. Iſ.* 2. 30

z *Au. ſ. pſ.* 17. *& ſer.* 106. *Gre.* 26. *m.* 10

Digitized by Google

Mundus.

Murus etiam templi forinſecus, mundum ſenſibilem deſignare poteſt. *Exech.40.a.*

Murus templi ſeparans ſanctuarium & vulgi locum. *Exech.42.d.* poteſt ſignificare ordines, *a* quibus Eccleſiaſtici ſeparantur à laicis.

a *Ru.ſu. Eze. 5.*

Mus.

Sortes vitiorum. Dæmones.

Mvs, eſt exiguum animal, in domibus latenter habitans, dictus à corroſionis ſono, eſt animal immundum, vorax, & fœtidum, quod multa pericula ſuſtinet propter ventris ingluuiem. Significare poteſt ſecundum hæc ipſam *b* ventris ingluuiem: & generaliter mus, ſeu glis, aut ſorex, immundiciem, & ſordes vitiorum ſignificat. *Leuit.11.d. Iſa.66.a.*

b *Iſy. ſup. Le. 11.*

Memoria fraudum dæmonum.

Mures etiam ſignificare poſſunt *c* dæmones hominibus infeſtos. *1.Reg.5.b.* Et mures aurei, ſeu ſimilitudines murium, ſignificant memoriam fraudum dæmonum, quibus cecidimus in peccatis. Et ideò ſunt aurei, quia ex dolore peccati bonæ vitæ fulgorem acquirimus. *1.Reg.6.a.*

c *Gre.ſ.1.Re. 5.6.Rup.ſ. 1. Re.14.*

Muſca, Cynomia.

Cynicorum ſecta. Mores canini.

Mvsca, eſt paruum animal volatile, è numero inſectorum, quæ ſolet eſſe hominibus moleſta, præcipuè comedentibus. Eſt autem muſca *d* quæ Græcè dicitur Cynomia, hoc eſt, muſca canina. Sed *Pſalm.77.104.* ſcribitur κυνομυῖα per *u* diphthongum, vt ſignificet omne genus muſcarum, & non muſcam caninam. Poteſt autem deſignare Cynicorum ſectam, qui ſummum bonum in libidine, & voluptate cõſtituunt. Vel ſecundùm quòd à carne deducitur, deſignat caninos mores, qui nec parentes quando naſcuntur, vident, nec eos poſtmodum venerantur. His punitur Ægyptus, hoc eſt, mundus. *Exod.8.f.*

d *Orig.ſ.Exp. ho.4. Hier. ad Suriam, & Fretellam, & ſu. Pſal.77. Au. ſ.pſ.77. & de plagis Ægypti.4.*

Eloquentia vana. Diabolus. Hæretici. Peccatores.

Muſca, vt eſt animal inſolens, & inquietum, *e* eloquentiam vanam hæreticorum, & infidelium philoſophorum, & inquietorum, errare docentium ſignificare poteſt: & etiam ſpurcitiam idololatriæ. *Exod..8.f.* deſignat etiam ipſum diabolum, authorem, & miniſtrum omnium horum: & etiam hæreticos, qui ſunt muſcæ morientes, quæ perdunt ſuauitatem vnguenti. *Eccl.10.a.* Et muſcæ dicuntur Ægyptij. *Iſy.7. c.* Forſitan propter ſacrificiorum immunditiam, ad quæ muſcæ concurrebant. Et generaliter muſcæ ſunt peccatores: quorum Deus eſt Beelzebub, hoc eſt, Deus muſcarum.

e *Au.ep.119, & ſ.Ioan.tra. 1. Eu.ſor.ſpir.5. Epiph.1.cont. hære.ſo.3. Hie.ſ.Iſa.7.*

Curæ carnales. Cogitationes moleſtæ.

Poteſt etiam muſca ſignificare *f* curas carnalium deſideriorum, motúſque libidinis ac cogitationes moleſtas: quæ ſunt in Ægypto, hoc eſt, in mundanis, & terrenis, *Exod.8.f. Eccle.17.a.*

f *Gre.18. m. 28. Ber.ſu. Cant ſer.44. Bed.ſ. Exod.8.*

Muſcipula.

Mvscipvla, eſt machina ad capiendos mures: licet generalius extendatur. *Sapient.14.b.*

Muſicus, Muſica.

Vacantes diuinis laudibus.

Mvsica, eſt ſcientia quæ canendi modum docet. Muſicus eſt, qui habet ſcientiam, aut ad muſicam pertinens.

Muſicorum vaſa dici poſſunt *g* vacantes diuinis laudibus. *Iſa.22.g.*

g *Hie.ſ.Iſ.22.*

Muſitare, vide Murmurare.

Muſtella.

Fures.

Mvstella, *h* eſt quadrupes paruum, ſed oblongum, flaui coloris: quod columbariis, aliiſque id genus auiariis maximè inſidiatur, oua exorbens, ipſaſque etiam aues enecans. Computatur inter immunda animalia.

h *Plin.29.natura.hiſt.4.*

Muſtella, vt eſt immundum & doloſum animal, furtiſque vacans, typum gerit *i* furti, ipſorúmque furantium. *Leuit.11.d.*

i *Iſy.ſ.Le.11.*

Muſtum, quare Vinum.

Mutare, Commutare, Immutare, Permutare.

Mutatio Dei eſt in mente hominis. Remittens Deus minas. Crux Chriſti. Chriſtus reputatus ſtultus. Mutatio ſacerdotij. Paſſio Chriſti. Regnũ & ſacerdotium in Chriſtũ tranſlatum. Diſpenſatio Dei. Mortalis ſit immortalis. Reſurrectio Chriſti. Tranſlatio ſynagogæ in Eccleſiam. Dans dona Spiritus ſan. Prædicare tẽporalia. Negantes Iudæi Chriſtum prophetatum. Excæcati Iudæi. Perpetuitas doctrinæ ſacræ. Induere nouũ hominem. Proficere ad meliora.

Mvtare, eſt variare: ſermo autem commutationis ambiguus eſt, & de malo in bonum, & de bono in malum. Neque enim commutatio vultus *k* Nabuchodonoſor bonæ parti poterit coaptari. Licèt quidam & inſcriptionem Pſalmorum de bono ad malum referant, quod ij qui naturaliter debuerant intelligere Deum, contra Chriſtum, & Sanctos eius perturbatione mentis, & furore mutati ſunt. *Dan.3.c.* Mutare autem, interdum eſt commutare. *Exod.13.b.* Primogenitum aſini mutabis oue. Immutare. *Geneſ.35.a.* Mutare veſtimenta veſtra. Pœnitere. *Numer.13.e.* Nec vt Filius hominis mutetur. Transferre. *Iud. 19. c.* Dies mutabitur in noctem. Transformare. *Leuit.15.b.* Capillorum mutauerit aſpectum. Variare. *Geneſ.31.a.* Mutauit mercedem meam decem vicibus.

k *Hie.ſ.Da.3.*

Mutatio propriè non competit Deo, qui eſt immutabilis, *l* ſed per metaphoram, & ſecundùm noſtram cognitionem, aut reſpectu noſtri tribuitur illi mutatio: vt quum *Iob.30.c.* dicitur Deus mutatus eſſe in crudelem, vbi adiungit, *Mihi:* vt ipſa crudelitas atque mutatio non ſit in qualitate iudicis, ſed in mente patientis. Dicit autem ipſe Deus. *Malach.3.b.* Ego Deus & non mutor.

l *Gre.20.mo. 25.26.*

Mutari etiam dicitur Spiritus, *m* quum parcit iis, quibus prius minabatur. *Habac.1.c.*

m *Hie.ſ.Hab. 1.*

Commutatæ manus Iacob ſuper capita Ephraim, & Manaſſæ, *n* crucem, & paſſionem Chriſti deſignarunt, ſeu etiam quòd populus Gentilis præferendus erat populo Iudaico. *Geneſ.48.c.*

n *Glo. ord.ſu. Gen.48.*

Mutans Dauid vultum ſuum coram Abimelech. *Pſalm.33. in titulo* Deſignauit *o* Chriſtum, qui reputatus eſt ſtultus apud Gentiles: qui etiam vultum mutauit, quia cùm in forma Dei eſſet, formam ſerui accepit, vel mutauit vultum coram Iudæis, à quibus mortalis deſpectus eſt. Mutauit etiam vultum ſuum in myſteriis Euchariſtiæ, mutando etiam ſacerdotium. Deſignat etiam mutationem à vitiis ad virtutes.

o *Au.ſ.pſ.33. Hie.ſ.pſa.33. 44. Aug.ſ.pſ. 33. Rup.5.de diui.offic.19*

Commutatio Chriſti, quam illi exprobrabant inimici, *p* paſſionem eius deſignat, per quam moriendo factus eſt immortalis, vel eſt commutatio exprobrata Iſraëlitis, quia cùm eorum ſperaretur futurus Chriſtus, factus eſt Gentium. *Pſalm.88.*

p *Au.17.ciui. Dei 12.& ſu. Pſa.88.*

Mutatio regni Saulis in Dauid, & Sacerdotij Eli in Samuelem, vtriuſque mutationem in Chriſto futuram deſignarunt.

q *Ricar.de S. Vict.de ſomn. Nabuc.14.*

Mutat Deus tempora, & ætates, *q* quum nunc harum virtutum, nunc illarum, tam facultatem, quàm opportunitatem pietatis ſuæ diſpenſatione adminiſtrat. *Dan.2.c.*

r *Hier.ſ. Iob. 14. Gr.12.m.12. Au.ſ.pſ.101.*

Immutat Deus faciem hominis, *r* quum mortale eius induit immortalitem, vel cùm anima, recepta ſanitate contemplatur gloriã diuinę maieſtatis, vel immutatur facies hominis, quum eius ſpecies morte atteritur. *Iob.14.d.* Mutantur etiam cœli, quum Sanctorum corpora reſuſcitantur. *Pſalm.101.*

ſ *Glo. inte.ſu. Gen.41.*

Mutatio veſtimentorum Ioſeph in Ægypto, *ſ* reſurrectionem Chriſti in hoc mundo factam deſignauit. *Geneſ.41.b.*

t *Bed.ſ. Gen. 38.*

Mutatio habitus Thamar, *t* tranſmutationem, ſeu tranſlationem ſynagogæ in Eccleſiam ſignificauit. *Geneſ.38.c.*

u *Gre.ſ.1.Re. 10.*

Immutat Deus cor Saulis, *u* quum replet ordinatum donis Spiritus ſancti. *1.Reg.10.b.*

x *Gre.11.m. 10.13.*

Commutat Deus labia veracium, *x* quum hi, qui prius cœleſtia prædicando veraces erant, dum temporalia diligunt, ad ea ſermonem conuertunt. Vel labium veracium commutatum eſt apud Iudæos, quia quem venturum prædixerant, præſentem negauerunt. *Iob.12.d. e.* Commutauit quoque Deus cor principum, quum Iudæi conabantur Chriſto obſiſtere, quum venturum prædicarunt. *Ibid.* Et mutauit eis diem nocte in *y* paſſione videlicet, & quum lumen legis vertit eis in ignorantiam. *Amos. 5.b.* Commutauit quoque Deus gloriam Iudæorum in ignominiam, quum deſtruxit ſanctum ſeculare. *Hoſ.4.b.*

y *Hie.ſ.Amo. 5.*

Mutabantur panes propoſitionis per ſingula ſabbata. *Leuit.24.b.* vt *z* perpetuitas doctrinæ nouæ legis, ad ſacietatem felicitatis perduceretur.

z *Iſyc.ſ. Leu. 24.*

Mutare veſtimenta, eſt *aa* exuere veteris hominis opera, nouumque aſſumere. *Geneſ.35.a.* Et mutare pellem Æthyopis, eſt prauam conſuetudinem tollere. *Ieremi.13.d.* Et mutatoria, ſeu mutatoriæ veſtes, deſignare poſſunt progreſſum de virtute in virtutem. *Iſa.3.a.* Item diuerſa dona gratiæ, & virtutum mentem ornantia.

aa *Bed.ſ.Gen. 35. Hie.ſ.Ier. 13. & ſ.Iſ.3.Ru. ſ.Zac.3.*

Mutare primogenitum aſini oue, *bb* eſt opera mundi parum fructifera permutare, vt Iudæi opera luti commutarunt in ſacrificia. *Exod.13.b.* Eſt etiam idem quod perficere: Hæc permutatio fit, quum Chriſtus vocat laborantes. *Matth.11.d.* Mutare etiam primogenitum aſini oue, eſt immundæ vitæ primordia in innocentiæ ſimplicitatem

bb *Amb.2.de Cain.2. Phil. de ſacri. Abel & Cain. Gr.27.m.15. Bed.ſ.Ex.22.*

Digitized by Google

conuertere,vt postquam illa peccator agit, quæ vt immunda Dominus respuit,ea iam agendo proferat,quæ Dei sacrificio imponat.

Mutatus Saul in virum alterum,designat *a* renouationem mentis,charitatisque feruorem additum prædicationi. 1.*Reg.*10.*b*.Sic mutant fortitudinẽ confidentes in Domino,per quem efficiuntur fortes,quando conuersi tanta virtute præsens seculum fugiunt,quanta hoc antea quærebãt,& fortes fiudent esse in spirituali opere, qui dudum fortes fuerant in carne. *Isa.*40.*g*.41.*a*.Sic commutati renes sunt, *b* quum à libidine mutati sunt in castitatem. *Psalm.*72.Commutata pars populi,est eorum qui ex Iudæis susceperunt fidem. *Mich.*2.*b*.

Qui commutabuntur, *c* dicuntur Gentiles ad fidem venientes: & qui à vitiis transeunt ad virtutes: & qui in iudicio corpus glorioſum assument. *Psalm.*59.*in titulo.*44.68. Quæ commutatio non erit in malis, aut in perseuerantibus in malo: qui resurgant ad pœnam. *Psalm.*54. Mutantur autem Sancti sicut opertorium:qui semper *d* adhærentes Deo,veniunt ad incorruptionem. *Psal.*101.

Non mutandum animal mundum oblatum Deo: *e* quia talis est quisque Deo præsentandus, qualis est. *Leuit.*27.*b*.

Non commutantur vasa auri excelsa pro sapientia Dei, *f* quia multò maiora sentiuntur de Christo, quàm de Patriarchis,& Prophetis. *Iob.*28.*c*.

Mutatur cor praui ab humano. *Dan.*4.*c*. quando *g* totius humanitatis, & pietatis affectus omnino amittitur, & quando temporalium amore, & ex auaritiæ vitio ad opera misericordiæ medullitus obduratur. Mutatus dicitur spiritus,quando diabolus destructa idololatria coli desiit. *Habac.*1.*e*.

Mutauit tempus multipliciter circa quemlibet, *h* quando corruptionis eius modus multiformiter variatur. Mutantur autem super eum septem tempora, quando vniformiter corrumpitur, & ad omnem vitiorum seruitutem tandem aliquando eneruiter inclinatur. *Dan.*4.*c*.

Mutatio qua Laban mercedem Iacob variabat, diuersas diaboli instigationes ad peccata significare potest. *Genes.*31.*a*.

Non mutati vultus Annæ, designat *i* patientiam Ecclesiæ,tam in persecutionibus Gentium,quàm Iudæorum. 1.*Reg.*1.*c*. Indicant etiam, quòd mens eius nequaquam post preces per ineptam lætitiam lasciuiendo perdidit id, quod orationis suæ tempore gemituum rigore exquisiuit.

Mutant gloriam suam in idolum, *k* qui veritatem scripturæ commutant mendacio. *Ierem.*2.*e*. Et mutant gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum, qui gloriam quam in Deo habebant, mutant in gloriam inanem.

Commutant gloriam Dei in imaginem corruptibilis hominis, *l* qui deserto nouo & interiori homine,colunt veterem & exteriorem hominem. *Rom.*1.*c*. Dicuntur etiam veritatem Dei commutare in mendacium, quum relicto cultu veri Dei,ad colenda idola,& errores conuertuntur. Dicitur etiã Israël mutasse Deum suum,quando Iudæi negarunt Christum. *Ierem.*2.*c*.

Mutari dicitur vt Luna, *m* qui à cœlestium contemplatione ad terrena se conuertit. *Eccles.*27.*b*.

Mutasse dicuntur ius habitatores terræ, quando legem naturalem transgressi sunt. *Isa.*24.*a*.

Mutatur etiã color optimus,quum *n* quorundam,qui agere religiosè credebantur,existimatio anteacta minuitur. Nam quum quis post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit, quasi colore permutato ante humanos oculos,eius reuerentia despecta palleſcit. *Thren.*4.*a*. *Leuit.*13.*b*.14.*f*. Sic commutans Iob faciem. *Iob.*9.*d*. designat mutationem interni aspectus Iudæorum,qui fœditate perfidiæ polluti, non cognoscuntur à Christo.

Mutatio vultus,est *o* aliquando præ admiratione, & stupore. *Ezech.*27.*g*. Reges eorum omnes tempestate percussi mutauerunt vultus.

Non commutantur primitiæ terræ Leuitarum,qui sunt Domini. *Exech.*48.*b*. quia *p* quæ sunt sanctificata Domino,non sunt eorum,quibus data sunt,sed eius,cuius nomine possidentur.

Immutare se dicunt cedros hæretici, *q* quum superbas rationes aduersus Ecclesiam afferunt. *Isa.*9.*b*.Ipsi mutant causam filiorum pauperis,quum peruertunt sensus sacræ scripturæ. *Prou.*31.*a*.

Commutatio pecorum Ægyptiorum pro frumento. *Genes.* 47. *d*. est commutatio affectuum carnalium pro verbo Dei.

Renouatio mentis.
Conuersio aliquorum ex Iudæis.
Gentiles ad fidem venientes.
Mutatio corporis gloriæ.
Talis quisque apparebit qualis est.
Maiora de Christo quàm de Patriarchis sentiuntur.
Amissio affectus pietatis.
Cessatio idololatriæ.
Varia corruptio hominis.
Varia suggestiones diaboli
Patientia.
Constantia.
Mutata veritas mendacio.
Cultus veteris hominis.
Conuerti ad terrena.
Transgressio legis naturæ.
Minui opinionem bonam.
Stupor.

Mutus, Mutire, Obmutescere.

Mvtvs, à mugiendo,secundùm aliquos dicitur:qui licèt mutus loqui non valeat,prorumpit tamen in vocem, quæ mugitus potius quàm sermo videtur. Mutire autem, est timidè,& imperfectè loqui. Obmutescere verò,est quasi mutum agere.

Obmutuit Christus coram Caipha, & aliis persecutoribus: *r* quia sicut agnus ad occisionem ducebatur. *Psalm.*38. *Isa.*63.*c*.

Mutus dici potest quilibet comparatus ad Deum, *s* vt Moses ineloquentem, & incircuncisum labiis dicebat. Et videtur bonus mutus,quem fabricatus est Deus. *Exod.*4.*c*.vbi designari potest populus Gentium,quum mutus erat ad laudes & confessionem veri Dei. *Prouerb.*31.*a*.

Mutus est, *t* qui non aperit os ad bona verba,neque ad laudes Dei,aut ad confessionem peccatorum, & qui non confitetur fidem,nec Christum,quales erant Gentiles,& infideles, quos sanauit Christus, qui fecit mutos loqui. *Sapient.*10.*d*.*Isa.*35.*b*. *Matth.*12.*b*.15.*c*.

Muti canes,sunt *u* prædicatores superbi,à quibus auertur verbum sublime, propter superbiam. *Isa.*59.*d*. Et mutus Propheta est,qui vitia non reprehendit. *Ezech.*3.*c*.

Mutus factus Zacharias, *x* incredulitatem Iudæorum significauit. *Luc.*1.*c*. Ille enim loquitur, qui credit, iuxta illud *Psalm.* Credidi, propter quod loquutus sum. Mutus etiam est, qui spiritualem sensum in litera non intelligit.

Mutus dicitur,*y* qui prædicatorum verbis etiam contradicendo minimè contradicit,quando eius verba nullius habentur momenti. *Prou.*31.*a*.Et qui nescit se defendere.

Mutiens canis, *z* paruas diaboli tentationes significat, & murmurationes Scribarum: & Phariſæorum in Christum. *Exod.*11.*b*. *Ios.*10.*d*.*5*6.*d*.

Obmutescens ille,qui non erat vestitus veste nuptiali,designauit *aa* peccatorem nullam habere excusationem peccati coram Deo. *Matth.*22.*b*.

Obmutescens Tyrus in medio maris, *bb* cessationem gloriæ mundi significauit. *Ezech.*27.*f*.

Muta simulachra, *cc* sunt errores hæreticorum,veritatis sermonem in se non habentes.

Patientia Christi.
Gentilis populus.
Infideles.
Prædicatores superbi.
Iudæi.
Impotens.
Tentationes.
Peccator inexcusabilis.
Cessans gloria mundi.
Errores hæreticorum.

Mutuare, Mutuus.

Mvtvare, est aliquid tradere,quod nõ idem numero,sed in specie,aut genere reddendum est.Et mutuò fieri dicuntur,quæ sibi in eadem re respondent,vt mutuus amor est vtrinqe respondens.

Mutua salutatio Mosis,& Iethro. *Exod.*18.*b*.designat *dd* charitatem,& concordiam Iudæorum,& Gentilium in Ecclesia. Et mutua connexio cortinarum tabernaculi, eandem fidem, & charitatem fidelium in Ecclesia exprimit. *Exod.*26.36.*b*. Idem declarat mutua connexio rationalis,& superhumeralis. *Exod.*39.*d*.

Mutuo se respicientes cherubin, *ee* concordiam veteris & noui testamenti significant. *Exod.*25.*b*.37.*b*.

Mutuo accipit ferrum, *ff* qui accipit donum intellectus à Deo,vt illi reddat docendo,& bene operando. 4.*Reg.* 6.*a*.Ad hæc facit mutua pecunia. *Exod.*22.*d*.

Mutuum non accipiebat Iudæus: *gg* quia non vtebatur doctrina ab extraneis & Philosophis accepta. *Deuter.*15.*a*.

Mutuans peccator & non soluens,est *hh* audiens verbum Dei,& non reddens opera. *Psal.*36.Vel est accipiens talenta sensuum,& alia dona à Deo,& non agens gratias,nec benè operando ea multiplicans.

Charitas Iudæorum, & Gentilium.
Concordia vtrinsque testamenti.
Dona accepta à Deo.
Non vti extraneo doctrina.
Audire verbum sine fructu operum.

Myrica.

Myrica, est *ii* genus humilis virgulti, cuius quædam species est satiua, quædam syluestris,estque frutex,

quasi

a *Gre.s.*1.*Re.* 10.*&* 18.*m.* 17.*&* 19.*m.* 26.
b *Au.s.ps.*72. *Rup.s.Mic.*2.
c *Ba.s.ps.*44. 59. *Hil. s.ps.* 59.68.54. *Hie.s.ps.*44. *Aug.s.ps.* 44, 54.59.
d *Gre.s. psal.* 101. *Bed. s. Prou.* 31.
e *Isy.s.Le.*27.
f *Gr.*18.*mor.* 32.
g *Ricar.de S. Vict.de secur. conscien.*17. *Rup.s.Hab.*1.
h *Ricar.de S. Vict.de secur. con.*29.
i *Gr.s.*1.*Re.*1. *&* 33.*m.*27.
k *Hier.s.Iere.* 2. *Ric.de S.Vict. de somn. Nabuch.*40.
l *Ori.s. Rom. Ful.ad Don. Tertul.aduer. Iudæos.*
m *Au.ep.*119.
n *Gre.*2.*past.* 7.*&* 9.*m.*23.
o *Ly.s.Ez.*27
p *Gl. ord.sup. Exech.*48.
q *Hie.s.Isa.*9. *Ru.*10.*de Vi. verbi Dei.* 4.
r *Ori.s. Mat. hom.* 35.
s *Bed.s.Ex.*4.
t *Hil. s. Mat. Can.*12.*Hier. s. Isa.*35. *Au.*1.*q. in Euange.* 39.
u *Gr.s.*1. *Re.* 3.
x *Glo. or.sup. Luc.* 1.
y *Gl. ord.sup. Prou.* 31.
z *Hie.s.Is.*56.
aa *Ori.s.Mat. hom.* 20.
bb *Hie.s.Eze.* 27.
cc *Glo.or.sup. Haba.* 2.
dd *Glo. in.su. Exod.*18.
ee *Glo.or.sup. Exod.* 15.
ff *Gr.* 22.*mo.* 5.
gg *Am. ep.*7.
hh *Ori.s.ps.* 36.*hom.*3. *Hie. & Aug. s.ps.*36.
ii *Basi. exaehem.* 5.

Digitized by Google

quasi ancipitem vitam degens, quia myricæ & inter aquatiles numerantur, & copiosæ sunt in desertis. Non referunt autem fructum esui aptum.

Mors improbi Iudæi. Myricæ significare possunt *a* improbos, & ancipites mores. *Ierem.17.a.*

Significant etiam Iudæos sine fructu spiritus, solam literam aridam habentes. *Ierem.17.a.48.a.* Quasi myricæ in deserto.

a *Hie.sup.Ier. 17.*

Myrrha, Stacte.

Mortalitas Christi. MYRRHA, *b* arbuscula est in Arabia, altitudine quinque cubitorum, non sine spina, caudice duro, & intorto, cuius cortice inciso, defluit lachryma, quæ & ipsa myrrha vocatur, seu stacta. Eius præcipua virtus est, vt mortuorum cadauera incorrupta conseruet: estque saporis amari. Myrrha autem arbor nec odorem habet, nec fructum refert.

b *Pli. 12.nat. hi. 15.16.*

Myrrha *c* humanitatem Christi significat, & per consequens, mortalitatem eius, ac mortem ipsam, & myrrha electa, est ipse Christus primogenitus mortuorum. *Exod.30.c. Psalm.44. Cant.1.d. Matth.2.b. Ioan.19.g.* Est autem ipse fasciculus myrrhæ, tum propter amaritudinem propriæ passionis, tum quia diligentes ipsum proprias sustinent amaritudines. Vnde ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, &c. *Actor.5.g.*

c *Ori.s.Cant. ho.1.3. Ori.s. Cant.hom.1. 2.Ba.s.ps.44. & de natiui. Christi. Hil.s. Matt. Can.1. Gre.ho.10. Bern.s. Cant. hom.43.*

Fides mortis, & resurrectionis Christi. Myrrha etiam significat *d* fidem mortis & passionis Christi, & etiam resurrectionis. *Cant.5. Matth.2.b.*

Mortificatio carnis. Myrrha præterea significat *e* carnis mortificationem cum passione Christi coniunctam, & etiam abiectionem mortuorum operum. *Cant.1.d.3.c.4.b.5.a.d. Matth.2.b.* Prima myrrha oblata Christo in potum, amaritudinem peccatorum nostrorum, designauit, pro quibus patiebatur. Secunda, qua vnctus est in sepulchro, futuram corporis nostri incorruptionem dedicauit. *Marc.15.b. Ioan.19.g.*

Amaritudo peccatorum. Myrrha *f* amaritudinem pœnitentiæ significare solet, & continentiam, quæ luxum voluptatis, & fluitantia carnis incentiua desiccat. *Exod.30.c.*

Incorruptio.

Amaritudo pœnitentia.

d *Fulg.ser.de Epipha. Am. de virgi.3. & de viduis.*

Myrtus, Myrtetum, Myrtinum.

Ornamẽtum virtutis. MYRTVS, est arbor odorifera, & imputribilis, baccas saporis præcipui producens. Est temperatæ virtutis, & dissoluta membra temperando constringit. Et infirmitatibus mulierum est maximè vtilis. Est amica littorum, iuxta illud Virgilij. Et amantes littora myrti.

Compatientes proximo. Myrtus significat *g* ornamentum virtutis, & habentes odorem bonorum operum. *Neem.8.c. Isa.41.e.55.d.* Vbi Septuaginta transtulerunt Vlmus.

Tranquillitas mentis. Myrtus temperatiuæ virtutis, designat *h* eos, qui afflictionibus proximi compati sciunt, qui dum eis verbum, vel opem consolationis ferunt, eos ad statum rectitudinis restringunt, ne immoderata tribulatione in desperationem soluantur. *Isa.41.e.*

Angeli. Myrtus etiam, vt est temperatæ virtutis, *i* temperiem cogitationum, & mentis tranquillitatem designat. *Isaiæ 55.d.*

Apostoli. Myrtetum, est locus myrtorum. Et myrteta significant *k* Angelos, & Apostolos, & Apostolicos viros: ac demum viros iustos, ac mulieres. *Zach.1.b.* Designant etiam sacram scripturam, in qua latet Christus.

Sacra scriptura. Myrtinum oleum, quo vngebantur mulieres ad Regem ingressuræ. *Ester.2.b.* nomen fidei & pinguedinem *l* dilectionis indicant, quibus vngenda est anima ingressura ad Christum.

Fides, & charitas.

e *Amb.de instit.vir.15. & de Cain.5. & de Isaac.5. Hier.ad principiam. Gre.s. Cant.1.3. & ho.10.*

f *Ber.s. Cant. ser.43. Hier. aduer. Ioui.1. Theoph. Ale. 1.pas.*

Mysterium, vide Arcanum.

Naama.

Hæretici. NAAMA, id est, decor, prouincia seu locus vnde venit Sophar amicus Iob ad ipsum consolandum. *Iob.2.d.* designat *m* hæreticos, qui non esse docti, sed videri affectant, vnde ex eruditionis verbis speciem bene viuentium sumunt.

g *Hie.s.Is.55.*

h *Gre.ho.20.*

i *Gre.18.mo. 11.*

k *Hier.s.Zac. 1. Rup.s.Zac.1.*

l *Glo. inte.su. Ester.2.*

m *Gre.3.mo. 18.*

Naaman.

Gentilis populus. NAAMAN, id est, pulcher, siue decorus, aut motum præparans, princeps militiæ regis Syriæ, quem curauit Elisæus à lepra. *4.Reg.5.a. Luc.4.c.* Typus est *n* gentilis populi, qui prius incredulus erat, ac postmodum factus credulus, & baptizatus, à peccatorum lepra mundatus est. Vt autem ipse non credidit prius Elisæo loquenti, sed amicis hortantibus, designauit gentes non credidisse prædicante Christo, sed ad prædicationem Apostolorum.

n *Orig.s.Luc. ho.3. Amb.de initiat.myste. 3. Aug. serm. 108.*

Naas.

Gula. NAAS, id est, coluber, vel serpens, aut augurans, vel diuinans, siue æneus, Rex Ammonitarum, qui ascendit contra Iabes Galaad, & victus est à filiis Israël. *1.Reg.11.a.* Typus est *o* gulæ, vnde serpens de gula tentauit. *Genes. 3.a.* Naas autem non extinguitur, sed percutitur, quia naturalis appetitus restringendus est, non extinguendus. Populus autem eius, hoc est, vitia & concupiscentiæ ex gula prodeuntes, necantur, quia sunt omninò malæ.

o *Gre.s.1.Re. 15.*

Naason.

NAASON, idem interpretatur quod Naas, fuit filius Aminadab, frater Elisabeth vxoris Aaron. *Exod.6.d. Matth.1.a.*

Nabaioth.

Gentilitas. NABAIOTH, id est, *p* loquelæ, siue prophetiæ, seu fructus, vel germinationes: filius Ismaëlis, à quo dicta est regio ab Euphrate vsque ad mare Rubrum, quæ pars est Arabiæ, & vsque hodie Nabathena dicitur. Significare potest Gentilitatem: & arietes Nabaioth, sunt electiores Gentilium. *Genes.25.b. Isa.60.b.*

p *Hie.s.Is.60.*

Nabal.

Diabolus. Mundus. NABAL, id est, stultus, vel insipiens: vir Carmelites, maritus Abigail, quæ postea fuit vxor Dauid: hic Nabal noluit præbere alimenta Dauid in deserto, super qua re correptus ab vxore, quod occidendus fuisset à Dauid, nisi ipsa interuenisset, in stuporem versus mortuus est. *1.Reg.25.a.* typus est *q* diaboli, cui coniuncta erat Ecclesia ex gentibus: quo ejecto copulata est Christo. Designat etiam *r* mundum insipientem, & ebrium, qui despicit fidem Christi.

q *Am.epi.13.*

r *Gr.s.1. Regum.12.*

Nablum.

NABLVM instrumentum musicum, idem quod psalterium, vide *Canere.*

Nabo.

Idololatria. Perfectio. Finis legis. NABO, id est, *s* loquela, siue prophetia, aut loquens, vel prophetans, siue fructificans, vel germinans: ciuitas Moab, significat magistros scientiæ secularis, & hæreticæ, & etiam diuinationum. *Isa.15.a.*

Nabo etiam est *t* nomen idoli, & sumitur pro ipsa idololatria. *Isa.46.a.*

Nabo quoque interpretatur abscessio, iuxta Origenem: *u* & est nomẽ montis, qui & Abarim dicitur, vel potius est vnum è iugis montis Abarim, in quo mortuus est Moses, & significat statum, quando iam quis ab hoc seculo discessurus est, vel potius dicitur Nebo, quod interpretatur conclusio, vbi moritur Moses, quia aduenientè Euangelio, datus est finis legi: vide *Abarim.*

s *Hie.s.Is.15.*

t *Hie.s.Is.46.*

u *Ori.s.Num. hom.27. Hie. de mansion.*

Naboth.

Vir iustus. Naboth, idem interpretatur quod Nabo, *x* fuit vir iustus de Iezrael, qui occisus est per falsos testes ab Iezabel, vt eius vineam possideret Achab, significat virum iustum & spiritualem, qui non vult dare vineam suam, hoc est, animam principi huius seculi, vt fiat hortus olerum. *3.Reg.21.a.*

Christus. Significat etiam *y* Christum, qui facit vineam virginum veniens à Patre, & non vult eam dare, vt fiat hortus olerum, hoc est, voluptatum. Et occisus est per falsos testes à Iezabel, hoc est, synagoga Iudæorum.

x *Ori.s.ps.36. hom.1.*

y *Am. exhor. ad vir. Hie.s. Gal.3.*

Nabuchodonosor.

Nabuchodonosor, id est, gemitus siue planctus generationis angustiæ, seu pressuræ, aut coarctatio generationis angustiæ, vel pressuræ. Rex Babylonis, qui destruxit Hierusalem & templum, & captiuos duxit Iudæos in

Digitized by Google

a *Orig.ſ.Ierem.ho.1.& ſ.Ezech.ho.11. Hier.ſ.Iſ.13. Rup.ſ. Dan.2.8.*

Babylonem.4.*Reg.*24.*c.*25.*a.* 2.*Par.*36.*a.Ezech.*1.*a.*26.*b.*30.*b.Dan.*1.*a.* Typus eſſe ſolet *a* diaboli,ſecundum quod inſaniuit,eſt ſapientia huius ſeculi,quæ ſtultitia eſt apud Deum.*Dan.*4.*a.*

Diabolus. Sapientia ſeculi.

Nabuchodonoſor, qui perſecutus eſt Sidrac,Miſac,& Abdenago,& poſtea illis fauit, deſignat *b* principes infideles perſequentes Eccleſiam,qui poſtea conuerſi perſequuntur eos, qui non adorant Deum fidelium , hoc eſt, hæreticos. *Dan.*1.*a.*

Principes infideles conuerſi.

b *Aug.ep.*48.

Interpretatur etiam *c* prophetans: vnde & ſomnium vidit: vel interpretatur seſſio in agnitione anguſtiæ , & gerit typum animæ humanæ.

Anima humana.

c *Ricar.de S. Vict.de ſomn. Nabuc.*1.

Nabuzardan.

Nabuzardan, id eſt,germinatio,vel prophetia extranei , ſiue ventilati , aut effuſi dominij , vel baſis. Princeps exercitus Nabuchodonoſor, qui executus eſt deſtructionem templi,& Hieruſalem, & tranſmigrationem populi ex præcepto regis.4.*Reg.*25.*c. Ierem.*29.Typus eſt *d* miniſtrorum diaboli, dicitur etiam princeps coquorum , & deſignat ventrem,qui deſtruit in nobis muros virtutum.

Miniſtri diaboli. Venter.

d *Gre.*30.*mo.*86.

Nachor.

Nachor,id eſt,raucus, vel aridus,aut iratus, vel incenſus , aut Syriacè ſuffocatus filius Thare , frater Abrahæ, maritus Melchæ , qui remanſit in Meſopotamia Abraham , & inde ſumpſit Iſaac Rebeccam recedente neptem eius vxorem. *Geneſ.*24.*a.* Significare ſolet Gentilitatem , vnde ſumpſit Chriſtus Eccleſiam.

Gentilitas.

Nachor etiam iuxta Philonem, *e* interpretatur luminis quies,& deſignat eum,qui habet ſcientiam,quam non exercet,neque ad altiora proficit. Ideò habet vxorem Melcha,hoc eſt,aſtrologiam,& concubinam Roma,hoc eſt, terum leuiſſimarum ſcientiam.

e *Phil.de congreſſu,&c.*

Habens ſcientiam ſine profectu.

Nadab.

Nadab,id eſt,*f* ſpontaneus, aut vouens,vel princeps,ſacerdos filius Aaron,qui occiſus eſt à Domino in templo,quum offerret ignem alienum.*Leuit.*10.*a.* 1.*Paral.*24.*a.*Typus eſſe ſolet hæreticorum & prauorum ſacerdotum,qui extraneas & erroneas doctrinas inferunt in Eccleſiam.

f *Iſy.ſ.Le.*10.

Haretici.

Nahaliel.

Nahaliel, id eſt,torrens Dei, ſiue hæreditas Dei,aut vallis Dei , locus vbi caſtra fixerunt filij Iſraël , in Moab iuxta montes Abraim. *Numer.*21.*d.* Fuit quadrageſima manſio, quæ & Almon Diblathaim dicitur. Iuxta Originem *g* interpretatur,ex Deo,& venitur à Mathanaim ad Nahaliel,quia quum quis obtulit Deo fidem,ſpem,& charitatem,accipit à Deo dona Spiritus ſancti.

g *Ori. ſ. Nu. ho.*21.

Nahum.

Nahum,id eſt, *h* conſolatio,Propheta vnus è duodecim,qui ducto in captiuitatem Iſraël,& populo Iudæorum obſeſſio,in conſolationem eorum prophetauit contra Aſſyrios. *Nahum.*1.*a.* Typus eſſe poteſt Spiritus ſancti arguentis mundum,& conſolantis bonos.

h *Hier.ſ.Nahum.*2. *Rup.ſ.Na.*1.

Spiritus ſanctus.

Naid.

Naid,ſiue Nad,id eſt, *i* commotio,videtur aliquibus eſſe terra, vbi habitauerit Cain:Hieronymus tamen non interpretatur,vt non proprium,ſed transfert: Habitauit in terra profugus.*Geneſ.*4.*c.*Significat autem Iudæos,qui ſunt in commotione,& extorres à propriis ſedibus.

i *Bed.ſ. Gen.* 4.

Iudæi.

Naim.

Naim, id eſt,pulchritudo,ſiue iucunditas , vel commotio , aut motus eorum : ciuitas in Galilæa iuxta Endor, duobus milliaribus à monte Thabor diſtans contra auſtrum. In ea Chriſtus ſuſcitauit filium viduæ ad portam ciuitatis. *Luc.*7.*d.*

Nardus.

Nardus , *k* eſt frutex graui & craſſa radice , ſed breui ac nigra fragilique quamuis pingui,ſitum redolente,vt cyperi,aſpero ſapore,filo paruo tenſoque, cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. Eſt herba odorifera , & multo magis, quæ pſeudonardus vocatur. Eſt calidæ naturæ, purgátque pectus.

k *Pli.*12.*nat. hiſt.*12.

Nardus ſignificat *l* deitatem Chriſti, virtutúmque eius ac maieſtatem,necnon eius doctrinam. *Cant.*1.*d.* Deſignat etiam charitatem.

Deitas & doctrina Chriſti Charitas.

Significare etiam ſolet *m* bona opera ſyncera charitate redolentia,vel virtutes Eccleſiæ,ſeu vitam Sanctorum, quæ dum eſſet Rex in accubitu ſuo,dedit odorem ſuum. *Cant.*1.*d.* quia quieſcente in ſua beatitudine Domino, Sanctorum virtus in Eccleſia magnæ nobis gratiam ſuauitatis adminiſtrat.

Bona opera. Vita Sanctorum.

Nardus piſtica, eſt *n* vnguentum è nardo confectum,& dicitur piſtica, hoc eſt,verè ſyncera, & deſignat integritatem fidei Eccleſiæ ex gentibus, & iuſtitiam. *Marc.*13.*a. Ioan.*12.*a.*

Integritas fidei.

Nardus *o* herba humilis,odorifera, & purgans pectus, typus eſt humilitatis. *Cant.*1.*d.*4.*d.* Eſt calidæ naturæ, ideò ſignificat humilitatem ex charitatis affectu procedentem, non ex cognitione veritatis.

Humilitas.

l *Glo, ord.ſu. Cant.*1.
m *Ori.ſ.Can. hom.*2. *Gre.ſ. Cant,* 1. *&* 35.*m.*22.
n *Hie.ſ.Mare* 13. *Augu.ſ.Ioan. tract.*50.
o *Bern.ſer.*4. *aſſum. & ſ. Cant.ſer.* 42. *Rup.ſ.cant.*1. 4.

Nares, Naſus.

Nares propriè ſunt naſi latiores partes,in quibus ſunt ſpiracula, per quæ trahimus aërem & odoramus. Naſus ea pars dicitur,quę à ſuperciliorũ confinio oriens,& quaſi æquali porrecta iugo vtramque aciem ſimul & diſcernit & munit,& in nares ipſas terminatur.

p *Aug. de eſſen.diui.Euc. for.ſpir.*1.

Nares in Deo *p* inſpirationem , qua mentem noſtram excitat ſignificare poſſunt. 2.*Reg.*22.*a.* Aſcendit fumus de naribus eius hoc eſt,lachrymoſa compunctio pœnitentium ex eius inſpiratione proueniens.

Inſpiratio diuina.

q *Gre.*31.*m.* 21.28.

Nares in Chriſto , *q* præſentiam eius ſignificare poſſunt. *Iſa.*2.*d.* Quieſcite ab homine , cuius ſpiritus eſt in naribus eius.Sæpe enim id quod non videmus,odore comprehendimus,ita vt res etiam longè iacentes fragrantia ſuæ qualitatis nobis innoteſcant,dumque per nares ſpiritum ducimus, plerumque aliqua inuiſa præſcimus. Sic gloria narium Chriſti eſt terror.*Iob.*39.*c.*Quia *r* viſionem diſtricti iudicis,quam iuſtus vehementer expectat,iniuſtus venire formidat. Poſſunt etiam nares ſignificare prædicationem comminatoriam , quam exercent ſancti doctores. Deſignant etiam ſpem,qua futuram gloriam adoramus.

Præſcientia Chriſti. Prædicatio comminatoria. Spes.

r *Hier.ſ. Iob.* 39.
ſ *Ambr.*2.*de ſpiris.*9. *& ſ. pſ.*118.*ſer.*5.

Nares,aut naſus animæ, ſ vim eius interiorem , qua diuina haurimus, ſignificare poteſt : & etiam ſpiraculum fidei. *Iob.*27.*a.* Et naſus ſicut turris Libani,eſt forte & viuidum iudicium. *Cant.*7.*b.* Hic naſus præciditur adulteræ : quia *s* bonæ fragrantiæ odorem in fœtorem mutauit. *Ezech.* 23.*d.* Naſus etiam eſt *u* diſcretio,per quam virtutes eligimus,delicta reprobamus : qui eſt ſicut turris Libani,quum Sancta Eccleſia,quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant,per diſcretionem conſpicit:& ventura virtorum bella ex alto deprehendit.Paruus autem naſus eſt eius,qui ad tenendam menſuram diſcretionis,idoneus non eſt. Magnus & tortus naſus, eſt diſcretionis ſubtilitas immoderata,quæ dum pluſquam decet excreuerit,actionis ſuæ rectitudinẽ ipſa confundit. *Leuit.*21.*d.* Nares habet & non odorat,qui ſcientiam diſcernendi,& inſtrumentum ſpiritalis odoramenti habet:ſed moribus diſcernendis nullum ſtudium impendit. *Pſalm.*113.

Vis animæ indicatoria. Diſcretio.

t *Hil.ſ.Ezech.* 23.
u *Euc.for.ſpiritual.*7. *Gre.*1.*paſt.*1. *& ſ.Cant.* 7. *ſ.Ezec.ho.*11. *Iſy.ſ.Leu.*21. *Ricar. de S. Vict.de ſomn. Nabuc.*38.

Nares aliquando, *x* diaboli perſpicacitatem,& eius exhalantes inſidias ſignificare poſſunt quibus ſagaciſſimè nititur & occulta cordis noſtri bona cognoſcere, & hæc peſſima perſuaſione diſſipare:vnde de naribus Behemoth dicitur procedere fumus. *Iob.*39.*c.*40.*c.*41.*b.* Per has nares explorabat ipſe diuinitatem Chriſti.

Perſpicacitas & inſidiæ diaboli.

Nares , aliquando *y* fatuitatem & ſtultitiam ſignificant : vt *Prouerb.*11.*c.* Circulus aureus in naribus porcæ mulier pulchra fatua.

Fatuitas.

x *Hier.ſ. Iob.* 40.
y *Gre.*13.*mo.* 21.

In naribus ſpiritus , vitam humanam deſignare ſolet , quia dum per nares reſpiramus , viuimus. *Iſa.*2.*d. Iob.* 27.*a.*

Vita humana.

Nares in ſignum irriſionis *z* aliquando ponuntur : vt *Ezech.*8.*g.* Ecce applicant ramum ad nares ſuas. Quod Symmachus interpretatur, quaſi emittens ſonitum in ſimilitudinem cantici per nares ſuas , quod dici poteſt de hæreticis arridentibus cultum Dei,qui eſt in Eccleſia.

Irriſio.

z *Hie.ſ.Ezec.* 8.

Narrare, Enarrare, Recitare, Referre.

NARRARE, eſt dicere & recitare , verbiſque aliquid explicare , annunciare , prædicare , referre , & gratia agere.

aa *Grego.* 30.

Narrare rationem cœli , *aa* eſt vim ſupernorum ſecretorum explicare. *Iob.*38.*d.* Vel Dominus tunc rationem

Explicare ſecreta diuina.

cœli

cœli narrat,quando semetipsum nobis quomodo electis spiritibus præsit insinuat. Et quũ detersa mentis nostræ caligine clara se visione manifestat. Et quum nunc insinuando superna secreta electorum suorum mentes illuminat.

Manifestans Christus patrem.

Narrauit Christus nomen patris fratribus, *a* quia ipsum Apostolis manifestauit. *Psalm.*21. Narratio autem vniuersi, euidentiam doctrinæ eius significat. *Ioan.*1.*b.* Referens autem Ioseph somnium fratribus,prædicationem Christi ad Iudæos significauit,quæ illis erat velut somnium.*Gen.*37.*a.*Narrat autem Dominus in scripturis populorum,hoc est,in sacra doctrina,quæ omnibus est exposita.*Psalm.*86.

Ascribere verbis fructum Deo.

Narrans seruus Abrahæ ipsi Isaac omnia,quæ gesserat in Mesopotamia, designat *b* prædicatorem totum prædicationis suæ fructum Deo ascribentem. *Gene.*24.*g.*

Lex instruens Prædicatio Apostolorum Docere.

Narrans Moses Aaron verba Domini,est lex instruens sacerdotem.Idem narrat verba Domini plebi, *c* quia eadem lex instruit plebem.*Exod.*4.*g.*24.*a.Num.*30.*a.* Designat etiam prædicatorem. *Exod.*18.*b.*19.*a.*

Enarrant cœli gloriam Dei, *d* quum Apostoli, & viri conuersatione cœlestes prædicant Christum *Psalm.*18. 144.Et narrant in turribus Sion,qui prædicant Christum in Ecclesia. *Psalm.*47.Narrare etiam filio, est docere inferiores. *Exod.*13.*b.*Narrari etiam dicitur nomen Domini in terra, quum vbique prædicatur & manifestatur. *Exod.*9.*b.*Referentes quoque filij Iacob patri ordinem rei super Ioseph, sunt declarantes scripturas impletas à Christo. *Genes.*45.*g.*

Ineffabilis generatio Christi.

Enarrare generationem Christi, dicit Isaias impossibile, aut difficile, *e* tam de diuina, quàm de humana loquens. *Isa.*53.*c.*

Gentes.

Hi, quibus non erat narratum de Christo, *f* erant Gentes,quæ legem non acceperant. *Isa.*52.*d.*

Conuincens Deus peccatorem.

Narrare petit Deus Israëlem, si quid habet,vt iustificetur: ne videlicet *g* videatur opprimi à Deo, & vt sic conuincatur,nihil iusti habere. *Isa.*43.*d.*

Mediator prælatus.

Referens Moses ad Deum,quæ dicuntur,designat prælatum, *h* qui velut medius est inter Deum & populum. *Exod.*18.*c.*19.*b.*

Peccator non laudans Deum.

Narrare dicitur in sepulchro misericordiam Dei peccator, *i* habens animam mortuam in corpore tanquam in sepulchro. *Psalm.*87.

Docere hæreses.

Narrant iniqui fabulationes, *k* quum docent idololatriam, aut hæreses. *Psalm.*118. Et narrant vt abscondant laqueos, *l* quum bona verba dicunt,vt fallant.*Psalm.*63.Et narrant Propheræ somnia pro sermone Domini,quum hæretici docent errores à se confictos,tanquam sermones Domini.

Consulere legem.

Referre maiora ad Mosen. *Exod.*18.*d.* consulere legem in grauibus.

Nasci, Natiuitas, Renasci.

Nascuntur animalia,quum ex vtero matris,aut ex ouis in lucem prodeunt,& plantæ,quum è terra pullulant. Nasci dicitur generari,oriri, & produci.

Christus ex patre.

Natus ex Deo, *m* dicitur Filius,non creatus. 1.*Ioan.*5.*a.* Non enim idem est nasci,quod creari.

Christus in virgine vel in Ecclesia Baptizari.

Natus homo in Sion,hoc est,in Virgine,vel in Ecclesia,est *n* Christus, qui paruus natus est nobis. *Psalm.*86. *Isa.*9.*b.*Et natus puer in domo, est Christus in mundo. *Eccles.*4.*d.*

Apostoli pro patriarchis.

Nasci spiritualiter contingit *o* per baptismum,& nata Hierusalem,est anima per baptismum renouata.*Ezech.* 16.*a.*Hac autem natiuitate dicitur,renasci qui baptizatur.Nata autem gens simul erat,quum multi vna die conuertebantur.Natus autem ex Deo est,qui est in gratia,quæ natiuitas dicitur ex spiritu,secũdùm videlicet honorem & gratiam. 1.*Ioan.*3.*b.Ioan.*3.*a.* Huc pertinet natiuitas filiorum Israël.*Exod.*28.*b.*39.*b.*

Productio operis.

Nati filij pro patribus sunt *p* Apostoli pro Patriarchis:& prælati & doctores pro Apostolis, & fideles pro Philosophis.*Psalm.*44.Et nati septem filij Iob,sunt Apostoli electi à Christo. *Iob.*1.*a.*

Doctrina sine præceptore.

Natum semen, boni operis productionem significat. *Matth.*13.*a. Luc.*8.*a.* sed est varia productio, secundum dispositionem recipientium.

Cessans fides Iudæorum.

Nascentia sponte, dici possunt, *q* quæ à solo Deo docentur, absque alio præceptore, & quæ ad legem naturalem spectant, quæ singulis sunt indita. *Leuit.*25.*a.* Et nasci aurum in Phison, est *r* inuenire secreta sapientiæ. *Genes.*2.*b.*

Peccatum in exteriori opere.

Non nascitur fructus ex ficu maledicta à Christo *s* quia ex quo Christus venit, cessauit populus Iudaicus à fructu fidei & bonorum operum. Et in anima non nascitur fructus, quæ damnationi æternæ traditur. *Matth.*21.*b.*

Errores gentium.

Natum vlcus in cute, est peccatum in exteriori opere. *Leuit.*13.*c.*

Miseria hominis.

Natiuitatis tempus designat *t* errores Ethnicorum.*Hos.*2.*a.*Nascitur autem masculus,quum quis fit corruptor veritatis. *Ierem.*20.*d.*

Tempus mortalitatis.

Nascitur homo ad laborem, *u* quando is,qui accepta præditus est ratione, considerat quàm sit impossibile,vt hæc peregrinationis suæ tempora sine gemitu euadat.Homo etiam exterior,qui corrumpitur, ad laborem nascitur,vt auis ad volatum: quia inde mens ad summa euolat,vnde caro in infimis laborat.Et homo carnalis ad laborem nascitur,quia quum transeuntia appetit,desideriorum suorum se pondere affligit. *Iob.*5.*b.*

Natiuitatis dies dici potest *x* omne hoc tempus nostræ mortalitatis,quod quandiu nos in hac nostræ mutabilitatis corruptione detinet,& æternitatis nobis incommutabilitas non apparet,vnde *Iob.*3.*a.*Optat ipse Iob,pereat dies,in qua natus est,hoc est,vt cesset mortalitas,& veniat immortalitas.

Natus de muliere dicitur homo,vt eius infirmitas indicetur. *Iob.*14.*a.*15,25.*a.*

Non operari.

Non sunt nati filij Michol ex Dauid, quia qui verbum Dei aure tenus percipiunt, absque boni operis prole diem perpetuæ mortis expectant. 2.*Reg.*6.*c.*

Multos colens Deos.

Natus ex meretrice est, *y* qui multos sibi Deos asscribit, vt multos patres propter veri patris ignorationem. *Deut.*23.*a.*

Multiplicatio filiorum Israël in Ægypto.

Natalitius dies celebratur à Pharaone,& Herode, & à malis ac carnalibus: non tamen à bonis,qui non *z* ignorant peccatum originale,quo natura humana infecta est.*Genes.*40.*d.*2.*Mach.*6.*b. Matth.*14.*a.Marc.*6.*c.*

Esse in periculo.

Nasci in Ægypto. *Genes.*48.*a.* Natiuitatis dies fornicariæ fuit, *aa* quando filij Israël multiplicati sunt in Ægypto. *Hos.*2.*a.*

Passio Christi.

Natare, Natatoria.

Natare,est propriè piscium perinde in aqua repentiũ, vt volucres in aëre. Natant tamen & volucres, & bestiæ, & per industriam homines.

Natare,interdum est in periculo & labore esse.*Isa.*25.*d.* Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum.

Natatoria Siloe,vbi lauit cæcus oculos,& visum recuperauit, passionem & crucem Christi & etiam *bb* baptismum significare potest. *Ioan.*9.*b.*

Nates.

Nates eam partem carnosam posteriorem in homine significant, quæ sedendi officio deseruit.

Nates designant *cc* partem pronam ad peccatum. 1.*Reg.*5.*b.* Et nates discoopertæ ignominiam peccati significant. *Isa.*20.*b.* 2.*Reg.*10.*a.* 2.*Paralip.*19.*a.*

Nathan.

Nathan,id est,dans,vel donatus filius Dauid, & Bethsabe. 2.*Reg.*5.*c.* 1.*Paral.*3.*b.*Fuit etiam Nathan Propheta, qui ex præcepto Dei reprehendit Dauid super facto Uriæ & Bethsabe.2.*Reg.*7.*a.*12.*a.*3.*Reg.*1.*b.*1.*Par.*7.*a.Eccl.*7. *a.*47.*a.*

Ordo prophetalis.

Nathan domus, *dd* ordinem prophetalem designare potest. *Zach.*12.*d.*

Genus humanum.

Nathanael.

Iudæi.

NATHANAEL, id est, donum Dei dux de tribu Isachar. *Num.*1.*a.*7.*b.* Fuit alius vnus ex discipulis Christi. *Ioan.*1.*f.*21.*a.* Fuit vocatus à Christo per Philippum,quum esset sub ficu.Typus est *ee* generis humani,quod erat

a *Au.ep.*120. *Chrys.s.Ioan. hom.*14. *Hie.s.psa.*86.
b *Glo.inte.su. Gen.*24.
c *Glo. inter.s. Exo.*4.
d *Ar.s.ps.*18.
e *Glo.inte.su. Isai.*53.
f *Hie.s.Is.*52.
g *Hie.sup.Isa.* 43.
h *Glo. int.su. Exod.*19.
i *Au.sup.psa.* 118.
k *Arn.sup.ps.* 118.
l *Hil.s.ps.*63. 118.
m *Hilar. de Trinit.*6.
n *Euc.q.in ps. Hier.s.Isa.* 9.
o *Ori.s.Ier.*6. *hom.* 6. *& s. Eze.ho.*6. *Hie.s.Eze.*16. *Au.epist.* 95. *& s. Ioan. tra.*11. *Chyr. s. Ioan. hom.* 25.
p *Basil.s.psal.* 44. *Hie.ad Principiam & su. Psal.*44.*Gre.* 1.*m.*12.
q *Au.s.ps.*44. *Philo. de pr fugis.*
r *Isyc. s. Leu.* 25.
s *Gl. ord.sup. Matth.*21.
t *Hie.s.Ho.*2. *Gre.*4.*mor.*4.
u *Greg.*6.*mo.* 5.6.
x *Gre.*4.*m.*7.
y *Cle. Alex. adhor. ad gentes.*
z *Ori.s.Le.ho.* 8.*& s. Matt. cap.*14.
aa *Rup.s.Ho.* 2.
bb *Amb.*3.*de sacramentis* 2.
cc *Gr.s.*1.*Re.* 5. *Hier.s. Is.*20.
dd *Hie.s.Zac.* 12.
ee *Aug. s.ps.* 31.44.

sub

sub ficu,hoc est, requiescebat sub conditione carnis peccati. Quod vidit Christus, quando eius misertus est. Vel designat Iudæos quiescentes sub lege,quos etiam vidit Christus.

Nathinei.

Nathinei, id est, dati, vel donati: erant traditi ministerio templi. 1.*Paral.*9.*a.* 1.*Ester.*2.*c.*8.*d.* Designant in Ecclesia eos,qui se tradunt eius ministerio. *Ministri Ecclesiæ.*

Natio, vide Gens.

Natura.

a *Aristot.* 2. *Physico.* Natura dicitur,quòd aliquid nasci faciat. Et natura iuxta Physicos, *a* est principium alicuius,& causa mouendi,& quiescendi,in quo est. Principium autem est per se,& non secundum accidens.

b *Aristot.* 5. *Metaphysico.* Natura autem primò dicitur *b* generatio nascentium: secundò id, ex quo aliquid generatur primò, ita, vt sit: tertiò natura dicitur,vnde principium motus est,in vnoquoque eorum,quæ natura sunt. Quartò natura dicitur,ex quo primum inordinato,seu informi & immobili ex sua potentia, aut est,aut fit aliquid eorum, quæ natura sunt,vt lignum dicitur natura eorum, quæ ex ligno fiunt. Quintò natura dicitur substantia eorum, quæ natura sunt.

c *Cyril.apolo. anathemat.*3. Cùm dicit Apostolus. *Ephes.*3.*a.* Eramus natura filij iræ,ibi natura idem est, *c* quòd verè: vt sit sensus,Eramus verè, aut re vera filij iræ.

Nauigare, Nauis, Transfretare, Nausea.

Naufragium, Prora, Puppis, Proreta.

Nauigare, est naui iter facere. Nauis autem est,quæ fit ex lignis ad iter agendum per aquas.

d *Ori.s.Matt. cap.*14. Nauta est,qui nauem agit,& regit,& ea quæ in naui sunt agenda,exercet. Proreta verò dicitur,qui proræ nauis curam habet, *Ezech.*27.*f.* Naufragium autem est nauis fractio,vel submersio.

e *Orig. in diuer.hom.& s. Matt.cap.*14. *Hil.s. Matth. Can.*7.13. *Amb. de Salomo.*4. *& de virgi.*3. *Hie.s. Ezech.*26. *& s.Mare.*4. Nauicula *d* corpus Christi dici potest. *Matth.*14.*b. Prou.*30.*c.* quo transiuit mare huius seculi. *Corpus Christi.*

f *Au.s.ps.*103 *& s.Ioan.tra.* 25. *& de verbo domini ser.* 14. Nauis quandóque significat *e* Ecclesiam,vt nauicula,quæ iactabatur fluctibus, est Ecclesia, quæ in huius seculi mari tentationum & persecutionum impetus & fluctus patitur,in ea sedet Christus, eamque à naufragio seruat. *Psalm.*106. *Prou.*30.*c. Matth.*8.*c.*13.*a.*14.*b.*15.*d. Luc.*5.*a. Ioan.*6.*b.*21.*a.* Omnium, quæ ad hanc nauem pertinent, similitudinem allegoricam explicat. *Clemens epist.*1.*ad Iacobum.* Naues quoque sunt Ecclesiæ. *Psalm.*103. Et sancti qui huius seculi fluctus nauigando pertranseunt. *Ezech.*27.*d.* Puppis autem est initium Ecclesiæ: in qua Dominus dormiuit motte corporali. *Marc.*4.*d.* *Ecclesia. Iudi. Initium Ecclesiæ. Synagoga. Crux Christi Prædicatio Christi. Corpus humanum. Mens. Homo. Baptismus. Pœnitentia. Sancta conuersatio. Antiqui patres. Genus humanum.*

g *Cyril.*3.*su. Ioan.*24. *Euc.q.in Iob. Gre.hom.*24. Nauis, à qua eiectus est Ionas *f* synagogam significat, quæ Christum eiecit. *Ione* 1.*b.* Eadem est nauis, quæ dimittitur à Christo, assumpta nauí Petri. *Luc.*5.*b.*

h *Hil.s. Matt can.*16. *Amb. ser.*9. *& s.Lu.* 5. *Au.epi.*49. *q.*6. *& s.Ioan. tract.*2. Nauis etiam Ionæ *g* crucem Christi significare potest. Ipsa est nauis poma portans,quando per crucis mysterium ad ingenita naturæ bona restringimur,ne per præsentis vitæ fluctus fatigemur. *Iob.*9.*c.* designat etiam prædicationem Christi in Iudæa. *Prædicatio Christi.*

i *Gre.*9.*m.*24 *Rup.s.Ion.* 1. *Ambro.*1. *de inter.*5. *Greg.* 4.*m.*22. *Euc. form.spir.*8. *Arn.s.ps.*106 Naues Tharsis, *h* corpora nostra significare possunt. *Psalm.*47. possunt etiam significare mentes, quæ priùs erant mundanæ, & conteruntur per pœnitentiam. Nauicula quoque est ipse homo, cuius nautæ sunt cogitationes hominem gubernantes. *Corpus humanum. Mens. Homo.*

k *Gr.*9.*m.*22. Nauis etiam dici potest *i* baptismus,per quem transimus à vita veteris hominis ad vitam noui. Et etiam pœnitentia, quæ dicitur secunda nauis, aut secunda tabula post naufragium. Sancta quoque conuersatio, nauis dici potest. *Psal.*106. *Baptismus. Pœnitentia. Sancta conuersatio.*

l *Gr.*9.*m.*24. Naues poma portantes, significare possunt *k* antiquos patres. *Iob.*9.*c.* vt enim qui poma deferentes maria transmeant, ipsi quidem fructuum odore fruuntur, fructuum verò cibos ad alios deferunt, ita sancti patres incarnationis mysterium prophetantes,ipsi quidem spei odore fruebantur,sed nobis fructum de eadem spei perfectione attulerunt. Vel certè,quia naues cum portant,ea paleis admiscent,vt ad terras illæsa perducant, ita antiquorum patrum dicta in eo, quòd mysteria spiritualis vitæ denunciant, per interfusamh æc historiæ stipulam seruant, & opertum nobis fructum spiritus deferunt, quum carnalia loquuntur. *Antiqui patres. Genus humanum.*

m *Aug.*7.*su. Apoc.* Naues etiam poma portantes *l* humanum genus designare possunt. Naues enim,quum poma portant,suauitatem odoris habent,sed ponderis grauitatem non habent: ita genus humanum à Paradisi gaudiis expulsum, vim contemplationis perdidit: robur conditæ fortitudinis amisit, cumque ad superna repetenda se erigit, fragrat quidem odore memoriæ,sed dignè non exerit pondus vitæ. Pomorum ergo odoribus odoribus repletur, & tamen huc illucque mentis nostræ nauis impellitur,quia & Paradisi celsitudinem cum ardoris recordatione meminimus & importunos tentationum fluctus ex carne toleramus. Naues etiam *m* homines. *Apoc.*8.*c.*

n *Hier.s. Isa.* 2.23. 43. *& s.Psal.*47. *Aug.s.ps.*47. Naues Tharsis, seu Carthaginis, *n* doctrinam hæreticorum & Gentilium significare possunt, & ipsos hæresiarchas, aut eorum libros, & eos qui volunt fieri diuites, qui omni vento doctrinæ circunferuntur, & qui in idolorum cultu fluctuant. Naues quoque Tyri & Tharsis superbiam gentium & errores significant. Et nautæ Tyri, sunt ducentes ad errores. *Psalm.*47. *Isa.*2.*c.*23.*a.*33.*d.*43.*c.*60.*b. Ezech.*27.*b.f.* Nauis quoque dici potest ipsa iniquitas, & fragilitas, & inconstantia, qua homines in huius seculi fluctibus circunferuntur omni vento luxuriæ & vanitatis. *Prouerb.*30.*c.* Et transfretantes in aquis multis sunt, qui omni doctrinæ vento circunferuntur. *Doctrina hæreticorum. Hæresiarcha. Leues homines. Superbia gentium.*

o *Basil.ho. in princip. Prouerb.* Nauigabilis, dici potest vita præsens, quam transigimus inter huius seculi fluctus. *Genes.*49.*c.* *Vita præsens.*

p *Rup.s. Ion.* 1. Naufragium fit in homine, *o* quando mens non imperat & gubernat,sed caro. Et naufragium fit circa fidem, quando quis aberrat à recta fide. 1.*Timot.*1.*d.* *Imperium Apostasis.*

q *Hie.s.Ion.*1. *Rup.s. Ion.*1. Nautæ euntes in Tharsis. *Ione* 1.*a.* fuerunt *p* Apostoli electi ad prædicandum prius in Iudæa. *Apostoli.*

r *Bern. ad milites templi.*7. *Naulum.*

Naulum, est pretium, quod soluitur pro vectura in naui.

Naulum, quod soluit Ionas, significat *q* Christum, qui naulum soluit, quando tradidit seipsum, vt Iudæos saluaret. *Ione* 1.*q.* vel naulum dedit nautis, quum dona Spiritus sancti dedit Apostolis. *Christus. Dona Spiritus sancti.*

Nausea, Nauseare, vide Vomere.

Nazareth, Nazaræus.

Nazareth, id est,custodia, vel florida,aut virgultum: ciuitas Galilææ,in qua Saluator noster Iesus Christus conceptus & nutritus est. Nazaræi autem dicebantur *r* consecrari Domino ex voto, qui tempore consecrationis suæ, & expletionis voti, vinum bibere non debebant, nec caput radere, nec ad mortuum accedere. *Numer.*6.*c.*

s *Orig.s.Luc. ho.*33. *Bern.* 1. *ser. missus est.* Nazareth *s* Iudaicum populum significare potest,qui erat flos in ceremoniis, & statu legis,ex quo flore ortus est fructus Christi,sed decidente flore, quia cecidit ille populus. Et vt Christus non fuit acceptus in Nazareth, ita nec eius prædicatio fuit accepta apud Iudæos. *Luc.*1.*c.*4.*c.* *Populus Iudaicus.*

t *Georg.Vene. Cant.*2. *tom.* 3.*cap.*10. *Ruper.* 1. *su. Num.*15. Nazaræus Ioseph *t* Christum significauit,qui verè est floridus. *Genes.*49.*d. Deut.*33.*a.* Ipse est pontifex Nazaræus, hoc est, separatus à turba coinquinata, & à vulgaribus operibus fœdantibus dignitatem suam,vel Nazaræus,id est,coronatus diademate sanctitatis,& perfusus diuinitatis oleo. In Christo impletæ sunt leges Nazaræi, quæ ponuntur. *Num.*6.*a.* *Christus.*

u *Hieron. su. Amos* 2. *Gre.* 32.*m.*23. Nazaræi, hoc est, floridi, sunt *u* continentes & abstinentes. *Thren.*4.*b.* Et generaliter Nazaræi,sunt sancti non radentes caput,nec ad mortuos accedentes. *Num.*6.*d. Iud.*13.*a.*16.*d Amos.* 2.*c.* *Sancti.*

x *Gre.*17.*mo.* 18. *Hie.s.Iob.*26. *Euch.for.spir.* 2. *Nebo, vide Nabo.*

Nebula.

Nebula, est vapor à terra & aquis surgens, qui vel statim euanescit, vel in altum sublatus in nubem conuertitur. *Occulta diuina sapientia.*

Nebula,in quam ingressus est Moses,occulta diuinæ potentiæ & sapientiæ significare potest. *Exod.*24.*d.*3. *Reg.* 8.*b.* Nebulam expandit Deus super solium suum, *x* quum gloriam suam sicuti est, nobis abscondit. *Iob.*26.*c.* vbi etiam significatur diuina protectio, & etiam velamentum mysteriorum Dei. *Diuina protectio. Velamen mysteriorum.*

Digitized by Google

Doctrina passionis Christi.

Nebula consurgens ex aromatibus,a doctrinam passionis Christi significare potest. *Leu.* 16.c. Et virtutem orationis.

Abolitio peccatorum.

Nebula quandoque significat b abolitionem peccatorum. *Isa.* 44.d. Delebo, vt nubem, iniquitatem tuam, & quasi nebulam peccata tua.

Cognitio Dei obscura.

Nebula matutina,c est cognitio Dei obscura, quæ in hac vita habetur. *Amos.* 4.d. Et qui cognoscunt se obscurè, non præsumentes de se, nebulæ dici possunt. *Psalm.* 147. *Iob.* 38. d. vel est ignorantia præcedens cognitionem, quam Deus infundit post cognitam ignorantiam.

Ignorantia. Apostoli. Prophetæ.

Nebulæ quas eleuat Deus ab extremis terræ,d sunt Apostoli, qui contemptibiles habebantur. *Ierem.* 10.c. Et vocem suam in nebula Dominus leuat, quando per prædicatorum suorum linguas ad caliginosa corda infidelium exhortationem format. *Iob.* 38.d. Et nebulæ, vel nubes, quæ sunt puluis pedum Dei. *Nahum.* 1.a. sunt prophetæ & animæ Iustorum, quæ prius coniunctione carnis fuerant prægrauatæ, sed eleuatæ in sublime, tenuioris substantiæ fiunt, & in scabellum pedū Dei redactæ, in extremis quibusque inter angelos officiis ministrabunt. Priora quippe & antiqua, quæ ad caput pertinent, nosse non potuerunt.

Anima iustorum. Mali. Peccatum. Synagoga. Cæcitas Iudæorum. Ecclesia. Tribulationes.

Nebulæ quoque, quæ sunt puluis pedum Dei, e dici possunt mali serena semper conturbantes: & clarum Solis lumen sua caligine prætexentes: qui in puluerem redigentur & nihilum, & terra in eis pinguis dissoluetur. *Nahum.* 1. a. Nebulæ quoque significant caliginem peccati, sicut & ipsos peccatores. *Iob.* 38.d. Et nebulosa filia Sion, est synagoga obscurata quia occidit filium Dei, qui est lux vera, *Mich.* 4. c. Nebula implens domum Domini, f fuit obscuritas in sacerdotibus Iudæorum. 3. *Reg.* 8.b. Nebulosa etiam dicitur Ecclesia, tum propter tribulationes, tum propter peccatores, qui in ea continentur.

Confusio hæreticorum.

Nebula frigida, rigorem tribulationis aliquando designat. *Psalm.* 147. In nebula eleuat Deus vocem suam, quum per tribulationes conuertit aliquos. 38.d.

Nebula thuris oblati idolis, g confusionem hæreticorum significare potest. *Ezec.* 8.c.

Necessarium, Necessitas, Necesse.

Necessarium dicitur illud, sine quo quippiam fieri, aut esse non potest. Necessarij quoque dicuntur cognati. Necessarium dicitur etiam, quo quis eget, & ineuitabile, & vtile. Necessitas, indigentia, ineuitabilitas, tribulatio. Necesse, indigens esse, opus esse, vtile esse.

Necessitas passionis Christi.

Necessitas veniendi scandala, h necessitatem passionis Christi indicare videtur. *Matth.* 18.a.

Non absolutè desideratum.

Necessarium quod est in hac vita, est i quod non absolutè desideratur: vt ea, quæ seperantur vt dicebat Apostolus, *Philip.* 1. d. Desiderium habens absolui, & esse cum Christo, multo magis melius, permanere autem in carne, necessarium propter vos.

Necessarium ad cultum diuinum, aut in vsus sanctuatia, est secundum ordinationem diuinam. *Exod.* 35.c. 36.a.

Difficultates malorum quæ inuiti patimur.

Necessitates à quibus saluat Deus animam, sunt k difficultates malarum consuetudinum, & cupiditatum, & cæterarum rerum, quas inuiti patimur, & demum pericula inferni. *Psalm.* 30.

Nechao.

Diabolus.

Nechao, id est, claudus, vel percussus, Rex Ægypti, qui vicit Iosiam regem Iuda. 4. *Reg.* 23.f. Significare potest l diabolum, qui claudicauit apostatando à Deo, à quo percussus est, & vicit primum hominem.

Nectere, Nexus, vide Ligare.

Nefas, Nefarius.

Nefas, est impium facinus, & execrabile, sicut adulterium appellatur nefas. *Iob.* 31. a. Nefarius autem dicitur homo sceleſtus & sacrilegus.

Negare, Inficiari.

Reprobans Deus.

Negare est, quod asseritur inficiari, aut renuere, & recusare, & non implere.

Negat Deus hypocritam. *Iob.* 8. quia m simulatoris vitam iustè reprobando, meritò veritas ipsum ignorare dicitur.

Christus dãs dona humilibus.

Non negauit Iob pauperibus quod volebant, n designans Christum, qui dat humilibus, quod petunt, qui quoniam verè humiles sunt, hoc solum obtinere volunt, quod Deus eis viderit expedire. *Iob.* 31.b.

Ascribere sibi bona.

Negatio contra Deum, o dicitur esse quum quis manum suam osculatur. *Iob.* 31.c. quia sibi attribuit opera, quæ Deo ascribere debebat. Præsumptio autem virtutis propriæ tantò grauius in desperatione est, quanto longius ab humilitate. Cumque vires sibi tribuit operis, ad adiutorium non recurrit Authoris.

Confitentes Deum.

Non negantes ex Israël, p nomine filiorum insigniuntur. *Isai.* 63.b.

Mendacia hæreticorum.

Negatio, qua Ephraim circundedit Deum, significat q mendacia hæreticorum. *Hos.* 11.d.

Corrumpere imaginem Dei.

Negare depositum. *Luc.* 6.a. est r per vitia perdere in se imaginem Dei, nec recognoscere eius dona.

Negligere, Negligentia.

Negligere, est non curare, & contemnere, quasi ne legere quidem, nec videre dignari.

Negligentes fratres Ioseph, emere triticum, designant s non curantes audire verbum Dei, vnde & à patre sene reprehenduntur. *Gen.* 42.a. In pœnam autem incidunt, qui neglexerunt sermonem Domini. *Exod.* 9.e.

Negligentes ire ad nuptias, sunt præferentes temporalia spiritualibus. *Matth.* 22.a.

Negotiari, Negotium, Negotiator, Institor.

Fideles ex gentibus. Prædicatores.

Negotiari, est negotia exercere, & mercaturæ operam dare. Negotium autem occupationem, & munus ac opus significat. Negotiator verò est, qui mercaturæ operam dat, aut negotiis est præfectus.

Negociatores, in bonum, sunt, t qui quærunt lucrum verum spiritualium, & qui instructi sunt in lege Dei. *Matth.* 13.f. Et negotiatores ementes Ioseph, sunt fideles ex gentibus suscipientes Christum, à Iudæis eiectum. *Gen.* 73.f. Et negociatores Tharsis, sunt, qui inter seculi fluctus per bona opera quærunt spiritualia mercimonia. Et etiam prædicatores. Et negociatio est ipsa prædicatio. *Iob.* 28. b. 40.d. *Prou.* 31. *Ezech.* 38.d. Et negociatio Tyri cum omnibus Gentibus est, quum ex omnibus Gentibus conuertuntur ad fidem, & quæ dicitur negociatio sancta domino. *Isai.* 23.d.

Prædicatio.

Negociari in terra, u est rebus terrenis vacare. *Gen.* 34.b. Et negociatio, ad quam quidam abierunt, est occupatio circa temporalia. *Matth.* 22. a. Et negociationis domus, est anima secularibus intendens. *Ioan.* 8.c. 2. *Timo.* 2.a.

Vacare terrenis. Hæretici. Dæmones. Magi. Philosophi. Peccata. Idololatria. Grauis tentatio. Malum apparens bonum. Ambitio. Diuitiæ. Hæretici.

Negociatio Luciferi fuit, cùm dixit: x Ascendam in cœlum, &c. *Ezech.* 28.d. Et negociatores Phœnicis sunt hæretici & dæmones, qui & institores dicuntur, & negociatores gentium, & Tyri & Babylonis, quibus adduntur Magi & Philosophi. *Iob.* 28.b. *Isa.* 23.a. 47.d. *Eze.* 17.a. 26.b. 27.a. Et negociationes Niniuæ sunt peccata. *Nah.* 3.d. Negociatio quoque Æthiopiæ est cultus deorum Gentilium. *Isa.* 45.c.

Diabolus. Superbi.

Negocium perambulans in tenebris, y est grauior tentatio cum ignorantia. *Psalm.* 90. Item verba suadentia peccatum sub specie boni, vel est ambitio, quæ est subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum erugo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina langorem. Item diuitiæ sunt negotium perambulans in tenebris.

Nehemias.

Nehemias, id est, consolatio, vel requies Domini, aut pœnitens Dominus, siue directio Domini, princeps in Israël, qui instaurauit muros Hierusalem, post Babylonicam captiuitatem. *Esdr.* 2.a. *Nehe.* 1.a.

Nemrim.

Nemrim, id est, z pardi, siue præuaricatores, aut amaritudo, vel commutatio, videtur fluuius, aut fons in Moam. Nam *Isa.* 15.c. fit mentio de aquis Nemrim, designare potest hæreticos, aut doctores eorum.

Nemrod.

Nemrod, id est, transfugium, vel rebellis, seu dormitio descensionis, vel dormiens dominans: aut tentatio descendens: filius Chus, fuit primus tyrannus post diluuium, qui dictus est robustus venator. *Gen.* 10.b. Typus est aa diaboli & superborum, & eorum, qui à Deo transfugiunt ad terrena.

a *Glos. ord. s. Leu.* 16.
b *Euch. form. spirit.* 3.
c *Hieron. s. Amo.* 4. *Aug. s. psalm.* 147. *Gre.* 20. *m.* 1.
d *Ruper. s. Amos.* 4. *Hie. s. Ierc.* 10. & *s. Nahum.* 1. *Gre.* 30. *mor.* 1.
e *Hie. s. Nah.* 1. *s. Iob.* 38. & *s. Mich.* 4.
f *Ruper.* 3. *s. Reg.* 27. & *s. Mich.*
g *Hie. s. Ezec.* 8.
h *Hil. s. Mat. Can.* 1.
i *Aug. epist.* 119.
k *Hie.* & *Au. s. Psalm.* 30.
l *Glos. ord. su.* 4. *Reg.* 23.
m *Gre.* 8. *mo.* 28.
n *Gre.* 21. *m.* 12.
o *Gre.* 22. *mo.* 10.
p *Hie. s. Isai.* 63.
q *Hie. s. Hos.* 11.
r *Glos. ord. s. Leu.* 4.
s *Amb. de Ioseph.* 8.
t *Ori. s. Matt. cap.* 13. *Hil. s. Mat. can.* 13. *Hie. s. Ezech.* 38. *Genes.* 33. *mor.* 22. *Bed. s. Prou.* 21. *Hie. s. Isa.* 27.
u *Hil. s. psal.* 118.
x *Hie. s. Eze.* 28. & *s. Isai.* 23. & *s. Iob.* 28.
y *Aug. s. psal.* 90. *Bern. ser.* 2. *de S. Andrea* & *serm.* 6. *s. qui habi.* & *s. Can. ser.* 33.
z *Hie. s. Isai.* 15.
aa *Ori. s. Can. hom.* 3. *Hie. s. Mic.* 5. *Bed. s. Gen.* 10. *Rup. s. Gen.* 45.

Digitized by Google

Nemus, Saltus, Sylua, Lucus.

NEMVS, ſaltus, ac ſylua ſic ſe habent, vt ſylua ſit generale nomen non ſolùm loca arborum comprehendens, verum etiam herbarum, propriè tamen eſt arborum, vnde materia cæditur. Saltus autem eſt ſylua inuia, vbi paſci & æſtiuare, vel hiemare pecudes ſolent. Nemus verò dicitur ſylua voluptatis gratia comparata, & amœnitatis plena. Sed quantum ad noſtrum propoſitum hæc confunduntur, & hoc habent commune, vt abundent arboribus infrugiferis. Lucus autem eſt nemus arboribus denſum, manu conſitum, quod Deo alicui Gentilitas conſecrabat, quod nequaquam cæduum eſt.

Sylua dici poteſt *a* Eccleſia, vt habet diuerſa ligna ad varios vſus apta, hoc eſt, diuerſitatem fidelium. *Pſal.* 131. *Ezech.* 15. *a.* Et mel ſylueſtre, ſunt conuerſi ad fidem. *Matth.* 3. *a.*

Nemora obumbrantia, aut nemoroſæ valles, *b* Iuſtorum cœtum, & Prophetarum chorum ſignificare poſſunt. *Numer.* 24. *a.*

Nemus, plantatum ab Abraham, exempla virtutum ſignificare poteſt. *Gen.* 31. *d.*

Saltus dici poteſt mundus pomiferas arbores nõ habens, ſed eſt habitaculum beſtiarum, & dicitur ſaltus meridianus. *Ezech.* 20. *g.* 31. *b.* Saltus etiam, vt eſt locus ſyluoſus, & cliuoſus, corda *c* ſeculariũ ſignificare poteſt, qui quum tota intentione curis exterioribus ſeruiunt, velunt ſyluoſa loca, culta ad fructum boni operis prædicationis vomere non ſunt. 1. *Reg.* 14. *d.* 2. *Reg.* 18. *b. Iſa.* 21. *d.*

Sylua etiam vel ſaltus dici poteſt gentilitas, *d* in qua non erant homines, ſed beſtiæ. *Pſalm.* 79. 95. 103. 131. *Ezech.* 39. *c. Amos* 3. *a.*

Saltus erat *e* Synagoga frondibus literæ legis abundans, ſine fructu ſpiritus. Et peculiariter ſaltus erat Hieruſalem non ferens fructum bonorum operum, ſed combuſtioni parata. *Iſa.* 29. *f. Ierem.* 21. *d. Ezech.* 20. 24. *f. Hoſ.* 2. *b. Zach.* 11. *a.*

Nemora arboribus infrugiferis plena, ſignificare poſſunt *f* ſcientias ſeculares, ſectaſque Philoſophorum, & hæreſes. *Ierem.* 3. *b.* Et nemoroſum lignum, eſt doctrinà hæreticorum cum foliis verborum, ſine fructu operum & veritatis. *Ezech.* 6. *d.* Saltus etiam, eſt eloquentia hæreticorum igni tradenda, & libri Philoſophorum, & ipſi infrugiferi. *Pſal.* 82. *Iſa.* 9. *d.* 10. *d. Ierem.* 10. *a. Mich.* 7. *c.* Et lucus non plantandus, deſignat eloquentiam vanam non eſſe introducendam in ſacram ſcripturam, nec vitia miſcenda virtutibus, vt nec arbores infrugiferæ miſcentur frugiferis. *Deut.* 16. *d.* Et lucum ante altare plantare, eſt hæreſes in Eccleſiam inducere. *Iere.* 17. *a.* Et lucos ſcindere, eſt hæreſes & idololatriam deſtruere. *Exod.* 24. *b. Deut.* 7. *a.* 12. *a. Iſa.* 27. *c.*

Syluæ dicuntur *g* omnes homines comparati Chriſto, *Cant.* 2. *a.* Et inſtitutioues humanæ comparatę inſtitutionibus diuinis. Saltus dicitur multiplicitas generis humani. *Amos* 3. *b.*

Sylueſtris vallis, dicitur anima peccatoris, vbi congregantur dæmones. *Gen.* 14. *a.*

Nemoroſa cedrus dicitur *h* Lucifer, vel Antichriſtus. *Ezech.* 31. *a.*

Sylua vnde venit leo, erat Babylon, *i* vnde venit exercitus Chaldæorum contra Hieruſalem. Vel eſt infernus, vnde venit diabolus ad tentandum fideles. *Ierem.* 5. *b.*

Neomenia, vide Calenda.

Neophytus.

Neophytus, id eſt, nouellus, *k* quaſi noua planta dicitur qui nuper venit ad fidem, in qua nondum eſt exercitatus, ſed eſt velut puer. 1. *Tim.* 4. *b.*

Nepos, Neptis.

Nepos dicitur, qui ex filio, filiáue natus eſt, & extenditur ad poſteros. Nepotes etiam dicuntur conſumptores rei familiaris, quæ ſignificatio non inuenitur in ſacris literis.

Nepotes dicuntur *l* imitatores. *Gen.* 31. *g.* 26. *a. Exod.* 10. *a.* 34. *a. Iob.* 21. *a.* 26. *c.*

Nepotes Apoſtolorum ſunt *m* ſuccedentes eis in fide & operibus. *Iſa.* 65. *d.*

Nephtalim.

NEPHTALIM, id eſt, comparatio, ſeu æquiparatio, vel retorſio, ſeu tortuoſitas: filius Iacob, è Bala ancilla Rachelis. *Gen.* 30. *d.* typus eſt Apoſtolorum & prædicatorum, vt dicitur ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. *Geneſ.* 49. *e.* Poteſt etiam typus eſſe ipſius Chriſti, qui emiſſus eſt in ſecuritatem, inſequentibus ipſum canibus.

Interpretatur etiam *n* dilatatio cordis, & eſt filius ancillæ Rachelis, quia ex magnitudine rerum creatarum contemplata ab expurgata mente, dilatatur cor, vt currere poſſit in Deum & deſignat *o* imaginationem, quæ per corporea ducit intelligentiam cœleſtium.

Vel interpretatur *p* dilatatio mea, & eſt typus charitatis, quæ maximè dilatat cor. *Pſalm.* 17.

Vt etiam interpretatur dilatatio, deſignat *q* Apoſtolos, & prædicatores, quorum doctrina in totius mundi latitudine diffuſa eſt.

Nequam, Nequitia, vide Malus.

Ner.

Ner, id eſt, *r* lucerna, ſiue nouale: pater Abner, & Cis ſignificat ſermonem ſcripturarum, qui lucerna eſt: cuius teſta eſt litera. Intellectus verò ſpiritualis eſt claritas luminis, oleum verò eius, eſt deuotio amoris. 1. *Reg.* 14. *g.*

Nere.

Nere, eſt filum torquere, quod munus ad mulieres ſpectat. Nentes autem mulieres, ſunt, *ſ* benè operantes. *Exod.* 35. *c.*

Neruus, Subneruare.

NERVI, *s* ſunt prima in corpore animalis ſenſus motuſque inſtrumenta, quæ per totum corpus diffunduntur, eiſque ligantur oſſa; vnde circiter oſſa ingens neruorum copia dicitur. Subneruare autem eſt neruos incidere. Neruus etiam eſt vinculi genus, quo pedes, aut ceruices impediuntur. Neruus item eſt chorda ex neruis facta, & chorda arcus.

Neruus femoris Iacob, *u* incarnationem Chriſti ſignificare poteſt. *Gen.* 32. *f.*

Significat etiam Iudæos *x* incredulos deſcendentes ex Iacob, ideò neruus emarcuit, vt Iudæi claudicantes in fide deſignarentur.

Significat præterea *y* carnis concupiſcentiam, quæ emarceſcit in perfectis, qui vincunt angelum, quando impetrant à Deo, quod petunt.

Nerui, quos inducit Deus in oſſa, *z* vim operandi ſignificare poſſunt, & virtutes, quibus anima roboratur ad benè operandum. *Ezech.* 37. *b.*

Neruus in quem Deus ponit pedem hominis, *aa* ſententiam eius, qua diſtrictè prauitas hominis tenetur, ſignificare poteſt. *Iob.* 13. *d.* 33. *b.*

Neruus ferreus dicitur ceruix Iſraël, *bb* quia duri erant ad obediendum diuinis præceptis. *Iſa.* 48. *a.*

Neruus in quem coniectus eſt Ieremias, *cc* oppreſſionem ciuitatis Hieruſalem ſignificabat. *Iere.* 20. *a.*

Nerui teſticulorum Behemoth, *dd* ſunt argumenta prædicatorum diaboli, & ſunt perplexi: quia doloſis aſſertionibus innodant & implicant audientes. Vel ſignificant vincula quædam fortiſſima ac illecebroſa voluptatum, quibus diabolus homines carnales implicat. *Iob.* 40. *b.*

Neruicei funes, quibus ligatus eſt Samſon, mortalitatem in Chriſto ſignificare poſſunt. *Iud.* 6. *a.*

Subneruantes taurum Simeon, & Leui, deſignant *ee* Scribas & Phariſæos occidentes Chriſtum. *Gen.* 49. *a.* iuxta Septuaginta, vbi nos legimus, ſuffoderunt murum.

Subneruare equos eſt *ff* vincere dæmones, & per ieiunia & labores, laſciuos carnis motus reprimere. *Ioſu.* 11. *b. Paralip.* 18. *a.*

Neſcire, vide Ignorare.

Nex, vide Interficere.

Nicodemus.

a *Ambr.* 2. *de Spiritu ſancto* 11. *&* ſ. *Lu.* 7. *Hil.* ſ. *Mat.* *can.* 2. *Hie.* ſ. *Eze.* 16.
b *Ori.* ſ. *Num. hom.* 17.
c *Gre.* ſ. 1. *Re.* 14. *Hie.* ſ. *Iſa.* 21.
d *Hil.* ſ. *pſal.* 131. *Hie.* ſ. *Ezech.* 39. *Aug.* ſ. *pſalm.* 103. *Euc. for.* *ſpirit.* 4.
e *Hie.* ſ. *Iſai.* 29. *&* ſ. *Iere.* 21. *&* ſ. *Eze.* 20.
f *Ori.* ſ. *Ierem. hom.* 14. *Hie.* ſ. *Ezech.* 6. ſ. *Iſa.* 9. *Gregor.* *epi. ad Leand.* *Phil. allegori.*
g *Ori.* ſ. *Cant. hom.* 2. *Gloſ.* *int.* ſ. *Cant.* 2. *Rup.* ſ. *Amos* 3.
h *Hie.* ſ. *Eze.* 31.
i *Hie.* ſ. *Ier.* 5.
k *Hie.* ſ. *Iſa.* 3.
l *Gre.* 18. *mor.* 18.
m *Gloſ. ord.* ſ. *Iſai.* 65.
n *Rup.* 7. *de diui. offic.* 23.
o *Georg. Ven. Cant.* 2. *tom.* 7. *cap.* 6.
p *Ricar. de S. Vict. de* 12. *Patriar.* 18.
q *Aug.* ſ. *pſal.* 57. *Bed.* ſ. *Ge.* 49.
r *Gre.* ſ. 1. *Re.* 14.
ſ *Gloſ. int.* ſ. *Exod.* 35.
t *Ariſt.* 3. *de hiſt. animal.* 5.
u *Am. de Iacob.* 7.
x *Ambroſ. de fug. ſecu.* 4.
y *Gre.* ſ. *Eze. hom.* 14. *Bed.* ſ. *Gen.* 33.
z *Gre.* 9. *mor.* 38.
aa *Gre.* 11. *m.* 25.
bb *Glo. ord.* ſ. *Iſai.* 48.
cc *Hie.* ſ. *Iere.* 20.
dd *Greg.* 33. *mor.* 15. 18. *Hie.* ſ. *Iob.* 40.
ee *Ori.* ſ. *Gen. hom.* 17.
ff *Ori.* ſ. *Ioſu. hom.* 15.

Eccleſia. Iuſtorum cœtus. Exempla virtutum. Mundus. Corda ſeculariũ. Gentilitas. Synagoga. Scientia ſeculares. Secta philoſophorum. Hareſes. Eloquentia hæreticorum. Idololatria. Vitia. Hæretici & Philoſophi. Homines. Inſtituciones humana. Anima peccatoris. Lucifer. Babylon. Infernus.

Imitatores. Diſcipuli Apoſtolorum. Apoſtoli & prædicatores. Chriſtus. Imaginatio. Charitas. Apoſtoli & prædicatores.

Sermo ſcriptura.

Bene operari.

Incarnatio. Iudæi incredulí. Concupiſcentia. Virtutes. Sententia Dei. Superbia. Oppreſſio Hieruſalem. Argumenta prædicatorum diaboli. Illecebræ voluptatum. Mortalitas Chriſti. Occidentes Chriſtum. Vincere dæmones & motus carnis.

Digitized by Google

Nicodemus Hebraicè interpretatur innocens sanguis. Græcè verò victoria populi : fuit Pharisæus princeps Iudæorum, qui venit ad Iesum nocte, quem etiam cum Ioseph postea sepeliuit. *Ioan. 3. a. d. 7. g. 19. g.*

Nicolaus, Nicolaita.

Nicolaus, id est, victoria plebis Græcè : fuit vnus è septem diaconis ab Apostolis electis. *Actor. 6. b.* Ab eo dicti sunt Nicolaitæ hæretici. *Apoc. 2. b.*

Nidus, Nidificare.

Spes. Fides.

NIDVS, est auium domicilium, quod ipsæ sibi conficiunt, ad fouenda oua, & excludendos & nutriendos pullos.

Charitas.

Nidus significare potest *a* spem, aut securitatem, & sic dicitur quispiam ponere nidum in petra, hoc est, in Christo, & in arduis. *Num. 24. d. Iob. 39. d.* Designat etiam tranquillam quietem fidei, qua vnusquisque infirmus nutritur. *Iob. 2. 9. c.* Et turtur inuenit nidum, vbi reponat pullos suos. *Psalm. 83.* quia Sancta Ecclesia amore conditoris affecta, crebris gemitibus vtitur, & velut nidum sibi, hoc est, pacatissimam quietem construit, in qua crescentes filios, quasi plumescentes pullos, quousque ad superiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet.

Caro. Ecclesia.

Nidus etiam est *b* caro, quæ est fœnum, & in nidulo suo moritur, qui carnem suam mortificat. *Iob. 29. c.*

Designat etiam *c* Ecclesiam, & moritur Christus in nidulo, quum membra eius, quorum ipse est caput, vitiis ac concupiscentiis huius seculi moriuntur. Hunc nidum inuenit turtur, vbi reponat pullos suos, quia opera seruantur, si intra Ecclesiam reponantur, aut cum recta fide fiant. *Psalm. 83.* Et nidificantes volucres in cedro, sunt contemplatiui in Ecclesia. *Ezech. 17. g.*

Iudæi.

Designatur etiam *d* populus Iudæorum, inter quos mortuus est Christus, & in mentibus eorum crucifixus.

Cor Deo gratum.

Nidus interdum dicitur *e* bona conscientia, in qua bonarum cogitationum fœtus fouentur, atque in opere pariuntur, vt postea filij appellentur. *Prou. 27. a.* Item cor Deo gratum. *Num. 24. d. Iob. 39. c. Iere. 49. c. Luc. 13. g.*

Virtutes.

Nidus quem inuenit turtur, est *f* requies in bonis, & etiam virtutes in quibus boni requiescunt. *Psalm. 83. Prouerb. 27. a.*

Corda malorum.

Nidi volucrum, quandoque dicuntur *g* pectora reproborum, & conciliabula hæreticorum, in quibus dæmones requiescunt. Item rationes & argumenta hæreticorum, quibus se muniunt ad defensionem suorum errorum. *Iob. 39. d. Isa. 10. c. 16. a. Matth. 8. c. Luc. 9. g. Ezech. 3. b.*

Conciliabula & rationes hæreticorum.

Nidificantes in cedris sunt, *h* qui fauorem sibi quærunt in diuitibus, vel qui reliquerunt omnia & postea sustentantur à diuitibus. *Psalm. 103.* Nidificat etiam in cedris, qui superbia tumet, & qui in diabolo requiescit. *Ierem. 22. f. Ezech. 31. b.* Dicitur etiam nidum ponere supra sydera. *Abdia 3. b. Hab. 2. c.*

Quærentes fauorem diuitum.

Nidus præterea, temporalia. *Deut. 22. a.* Nidum auis inueneris. *Prou. 27. a.* Sicut auis transmigrans de nido. Nidus etiam in arbore, est populus Iudaicus. Nidus verò in terra, Gentilitas: tulit autem Christus filios relicta matre, quum conuertit Iudæos, & Gentiles eiecto diabolo. Nidus etiam in arbore, doctrina contemplatiua, nidus in terra, doctrina actiua: mater historia, filij, sensus mystici.

Superbi. Temporalia. Iudæi. Gentiles.

Niger, Nigredo, Nigrescere.

Peccatum.

NIGER, color est obscurus, & contrarius albo, quasi nihil lucis habens. Solet esse nigredinis vsus in tristibus *i* & aduersis, & ad peccata referri solet. *Cant. 1. b. Thren. 4. b.* Et nigredo ollæ dicit obscuritatem peccati. *Nahum. 2. c.*

Apostoli.

Nigri equi, *Zach. 6. a.* regnum *k* Mœdorum significant, quantum ad allegoriam literalem. Mistice verò Apostolos & doctores adumbrant, obscura Christi mysteria cognoscentes, De quibus dicitur. *Psalm. 17.* Caligo sub pedibus eius.

Doctores.

Niger color permistus albo in equis, designat *l* in angelis vim illam, qua traducente nectuntur extrema, & prima secundis, ac secunda primis, conuersionis ac prudentiæ ratione iunguntur.

Connexio in mente angelorum.

Nigra dicitur sponsa. *Cant. 1. b.* hoc est, *m* Ecclesia ex gentibus, propter priora peccata, vel quia, erat ex peccatoribus, vel est nigra in peccatoribus, formosa verò in iustis. Vel nigra puluere seculari, quem certando collegit, vel nigra per carnem & fragilitatem humanæ conditionis. Vel etiam nigra, quòd à Iudæis ignobilis reputaretur: quum non ex semine Abrahæ descenderet, nec legem haberet. Vel nigra exterius, formosa intus, vt de Paulo dicebant. Epistolæ quidem graues, sed præsentia corpus infirma. Vnde & in sponso nigredo fuit extrinsecus, quando contemnebatur. Nigra etiam sponsa propter pœnitentiam. Quam pœnitentiam etiam significat niger capillus. *Leu. 13. e.* Et nigræ comæ sponsi dicuntur, quia omnes iusti se cognoscunt peccatores. *Cant. 5. c.* Nigræ etiam oues, sunt pœnitentes. *Gen. 30. g.*

Ecclesia.

Nigra sed formosa, est *n* Beata Virgo Maria, nigra, quia prægnans, formosa, quia de Spiritu sancto siue corruptione. *Cant. 1. b.* Nigra sicut tabernacula Cedar, id est, eiicienda sicut ancilla cum Ismael, sed formosa sicut pellis Salomonis, id est, admirabilis sicut exterior cultus Salomonis.

Pœnitentia.

Denigrata cutis Iob, significat *o* infirmos in Ecclesia peccantes. *Iob. 3. d.* Et denigrata dicitur facies Nazaræorum super carbones, quando continentes per elationem in ea, quæ non intelligunt, dilabuntur. *Threnor. 4. b.*

Maria prægnans.

Nigra etiam dicitur *p* synagoga, obscurata videlicet per incredulitatem, quæ decora erat per legem.

Peccantes in Ecclesia.

Nigrescere dicitur dies in Taphnis, *q* quia qui cedunt ori diaboli, amittent veritatis lucem. *Ezec. 30. e.* Nigrescentes autem stellæ, sunt dæmones, vel hæresiarchæ: *Ezech. 32. b.*

Synagoga.

Nigræ comæ sponsi, *r* obscuritatem seu caliginem sacræ scripturæ designare possunt, vt mysteria lateant indignos. *Cant. 5. d.*

Cedentes diabolo.

Nihil.

Dæmones.

Nil de eo dicitur, quod non est in rerum natura.

Hæresiarcha.

Nihil esse dicit Iob dies suos. *Iob. 7. d.* quia *s* sancti viri quò verius summa cognoscunt, eò sublimius terrena despiciunt, & idcirco præsentis vitæ dies nihil esse conspiciunt, quia illuminatæ mentis oculos in considerationem æternitatis figunt.

Obscuritas scripturæ.

Imitatio prauorum.

In nihilum redacti artus Iob, designant *t* membra Ecclesiæ, quæ ad nihilum rediguntur, quando ex imitatione prauorum in hoc mundo crescentium, infirmi quique deterius infirmantur. Videntes enim fœlicitatem malorum sæpe ab ipso fidei statu dilabuntur, bona temporalia appetunt, & veluti in nihilum rediguntur, quia dùm manentem Dei essentiam deserunt, diligentes transitoria, quasi ad non esse tendunt. *Iob. 16. b. 17. b.*

Contemptus terrenorum.

In nihilum etiam redactum se dicens Iob, designans *u* bonos apud æstimationem malorum in nihilum redigi, quando ea, quæ ipsi quasi summa diligunt, bona temporalia, boni non tenent. *Iob. 30. b.*

Pœni despecti à malis.

Pro nihilo dicitur saluare Deus, *x* quos suscitat ad pœnam, quia nulla est illis salus, qui & ad nihilum deuenire dicuntur, qua per pœnam dicuntur diffluere semper manentes. *Psal. 55. 17. 58. 59.* Et pro nihilo perdit Deus gentes, hoc est, pro peccatis. *Isa. 30. f.* Peccatum enim dicitur esse *y* nihil, quod factum est sine verbo Dei, *Ioan. 1. a.*

Pœna malorum peccatum.

Velut nihilum extendit Deus cœlos, quia non ei resistunt, sed plenissimè obtemperant. *Isa. 40. e.*

Obedientia cœlorum.

Nihilum aliquando dicuntur Gentiles. *Isa. 40. d.* Omnes gentes quasi nihilum & inane reputatæ sunt. Et appèdit Deus terram super nihilum, quando *z* super gentes fundauit Ecclesiam. *Iob. 26. b.* Et pro nihilo saluos facit Deus, quando ex nihilo reducit ad salutem. *Psalm. 55.*

Gentiles.

Pro nihilo est virtus manuum hæreticorum, ipsi Ecclesiæ, *aa* quia nullius esse meriti conspicit, quicquid operantur, amissa vera fide. *Iob. 30. a.*

Nullum meritum sine fide.

Nihil dicuntur esse idola, quia non continent veritatem, quam præ se ferunt. Mundana quoque dicuntur esse nihil, quia promittunt diligentibus se fœlicitatem, quam non habent. *Isa. 59. a.* Et nihil factus esse dicitur diabolus, *bb* quando peccauit. *Ezech. 28. f. Iob. 27. d. Amos 6. b.*

Falsitas idolorum & rerum mundanarum.

Nilus.

Nilus Hebraicè dicitur Sihor, & interpretatur niger, vel turbidus, aut matutinus, est fluuius Ægypti insignis, quo terra illa irrigatur. *Isa. 23. a.* vide *Gion*, quia est idem.

a Orig. f. Num. hom. 19. Gre. 31. mo. 34. & 19. mor. 24. Euch. form. spirit. 5.
b Hie. f. Iob. 29.
c Hie. f. Iob. 31. Aug. f. ps. 83. Euch. for. spirit. 5. Orig. f. Ezech. hom. 12.
d Euch. form. spir. 5.
e Arn. f. psal. 83. Ambr. de Noe. 6. Hil. f. Matth. can. 7.
f Amb. f. Lu. 9.
g Hie. f. Is. 10. Gre. 10. mo. 1. Arn. f. psalm. 103. Aug. f. psalm. 103. Hier. f. Ierem. 22. & f. Eze. 31.
h Rup. f. Deu. 14. 15.
i Aug. f. psal. 73.
k Hie. f. Za. 6.
l Dion. Cal. Hier. 15.
m Ori. f. Can. hom. 2. Amb. f. psalm. 118. serm. 2. & de initia myst. 7. Aug. de doc. Christiana 2. Gr. f. Can. 5. Ber. f. Can. serm. 25. 28. Isyc. f. Leu. 13.
n Rup. f. Can. 1.
o Gregor. 20. mor. 30. & 12. mor. 23.
p Amb. f. ps. 118. serm. 2.
q Hie. f. Eze. 30. 32.
r Rup. f. Can. 5.
s Gre. 8. mor. 19.
t Gr. 10. m. 4.
u Gregor. 20. mor. 23.
x Hil. f. psal. 55. 57.
y Aug. f. Ioa. tract. 1.
z Gre. 17. m. 11.
aa Greg. 20. mor. 7.
bb Hieron. f. Amos 6.

Digitized by Google

a *Hie.ſ.Ier.2.*

Sihor,vt habet aquas turbidas,deſignat *a* doctrinam hæreticorum & Philoſophorum erroribus & inconſtantia turbidam.*Ierem.2.b.* — *Doctrina hæreticorum.*

b *Georg. Ven. Cant. 1. ſom. 7.cap.23.*

Sihor ab aliquibus dicitur Ieor,ſeu Ior,aut Haior,vt deſignet *b* tribunal diuinæ iuſtitiæ,vt in ea ſubmergantur hœdi damnandi & puniendi in iudicio. — *Tribunal diuinæ iuſtitiæ.*

Nimius,Nimietas.

Nimium dicitur,quod modum excedit.Et nimietas eſt ſuperfluitas.

c *Gregor. 16. mor. 30.*

Nimius calor,eſt *c* calor inferni,ad quem tranſeunt,qui hîc in peccatorum frigore perſtiterunt.*Iob.24.e.* — *Calor inferni*

Nimius etiam calor eſt, quum quis ſcrutator diuinorum ſecretorum credere contemnit & per inquiſitionem nimiam in errorem labitur. — *Error.*

Nimius terror fratrum Ioſeph, timorem Iudæorum in iudicio futurum deſignare poteſt, quia Chriſto non crediderunt.*Gen.45.a.* — *Timor Iudæorum in iudicio.*

Ninive.

Niniue,id eſt,pulchra,ſiue ſpacioſa,aut habitaculum:ciuitas metropolis Aſſyriorum,à qua Niniuitæ dicuntur. *Gen.10.b.*

d *Hil.ſ.Matt. can.12.Hie.ſ. Ion. 1.3. & ſ. Nahum.1. & ſ.Sopho. 2. & ſ. Zacha. 9.*

Niniue ſeu niniuitæ,ſignificare poſſunt *d* Gentiles fidem Chriſti ſuſcipientes,ſicut illi crediderunt Ionæ prædicanti,*Ioan.3.b.Matth.12.b.Luc.11.d.*Ad eam miſſus eſt Ionas,hoc eſt,Chriſtus ad gentes.Significat etiam Eccleſiam,quam ædificauit Chriſtus. Vel *e* mundum, qui dicitur *coſmos* à pulchritudine, & dicitur ciuitas Dei, quia mundus conditus eſt à Deo,& ciuitas magna propter mundi magnitudinem.*Nahum.1.a.* — *Gentiles. Eccleſia. Mundus.*

Nitere,Nitidus,vide Fulgere.

Niti,vide conari.

Nitrum.

e *Georg. Ven. Cant.2.ſom. 6.cap.9. Bed. Gen.11. Rup. ſ. Nahum. 1.*

NITRVM, *f* eſt terræ ſpecies ſali ſimillimum, quod coagulatur à calido exſiccante humidum:ſed ſoluitur ab humido frigido,quia pori tam grandes derelicti ſunt,vt poſſit humidum ſubintrare. Crepitat autem infuſa aqua, vt calx viua,ac multo magis,ſi infunditur acetum:valet autem ad emundandas ſordes.

f *Ariſtot. 4. meteoro.*

Nitrum ad emundandas ſordes valens, *g* ſermonem arguentem, increpantem & corripientem delinquentes ſignificare poteſt.Et eadem ratione pœnientiam. Emundat enim mordicando.*Iere.2.e.*Vbi ſaponem aliqui volunt eſſe.Nitrum autem infuſo aceto feruens & crepitans comparatur *h* viro peſſimo.*Pro.25.c.*quem ſi corripere velis, ipſa correptione fit deterior:& inde in murmurationis iniquitatem ſuccenditur,vnde debuit ab iniquitate compeſci:ideò ait,Acetum in nitro,qui cantat carmina cordi peſſimo. — *Sermo corruptionis. Pœnitentia. Vir peſſimus.*

g *Orig.ſ.Iere. hom.13. Hie. ſ.Ierem.2.*

h *Bed.ſ.Prou. 25.*

Nix.

Nix,eſt aqua congelata in aëre,minus tamen,quàm grando:generatur tempore frigido, miroque pollet albore & frigiditate.Coagulatur autem leniter,caditque in modum lanæ,nec noxia eſt,ſed ſæpe prodeſt ſatis.

i *Hie.ſ.Iob.9. Euch.for.ſpirit.3.*

Nix è cœlo dicitur deſcendere ſicut pluuia,*i* quia in aëre generatur,& deſignat animæ etiam mundiciam, candoremque vitæ cæleſtis,& etiam baptiſmum.*Iob.9.d.Pſalm.50.67.Iſa.1.d.Thren.4.d.* — *Munditia animæ. Baptiſmus.*

k *Amb.ſ. Lu. 9.Hie. ſ. Iſai. 55.*

Nix fœcundat terram, cùm paulatim liqueſcit: vnde tempore niuis lætior ſolito tritici prouentus exuberat. Cum autem cadit nix,volucres cœli,vbi habitent non habent.Significat *k* verbum Dei,quod fœcundat animam, nec ſinit dæmones in ea ſedem habere.*Iob.37.a.Pſalm.147.Iſa.35.a.Luc.9.d.* — *Verbum Dei.*

l *Gregor.27. mor.17.18.*

Niues, quibus præcipit Deus vt deſcendant in terram, ſunt *l* ſublimia Sanctorum corda quæ cum in ſolida cœleſtium contemplatione paſcuntur, tamen pro fraterna charitate, ad humilia prædicationis verba deſcendunt. Vt autem nix terram,quum iacet, operit, quum verò liquatur, rigat: ita Sanctorum virtus per firmitatem ſuam apud Deum vitam peccatorum protegit, & per contentionem ſuam, quaſi liquefacta arentem terram,vt fructus proferat,infundit.Et quia aqua prius ab infimis trahitur, vt poſt à ſuperioribus ſparſa reddatur, ſancti quoque cum in virtutis arte conſiſtunt vnde eleuati ſunt conſiderant,ne alienæ infirmitatis abiecta contemnant.*Iob.37.a.* — *Corda Sanctorum. Gratia. Doctrina. Dona Spiritus ſancti. Humilitas. Iuſtitia.*

m *Hie. ſ. Iob. 37. & ſ. Zac. 10. Aug. ſ.pſ. 67. & ſ. Apo. hom.1.*

Significant etiam niues deſcendentes in terram,gratiam, *m* quam Chriſtus induxit in terram. Et doctrinam,ac bona Spiritus ſancti, quibus anima infunditur & germinat. *Pſalm. 67. Zach. 10. a.* Et vt nix de cœlo vltro deſcendit, ita gratia baptiſmi nullis præcedentibus meritis venit, ideò baptizati comparantur niui. *Apoc.a.1.c.*

n *Gre.9.mor. 24. 28. & 23.mor.23. Euch.for.ſpirit.3.*

Nix aliquando *n* ſignificat humilitatem,& lauatur aquis niuis,qui habet lachrymas pœnitentiæ cum humilitate.Poteſt etiam iuſtitiam deſignare & candorem vitæ cœleſtis.*Iob.9.d.*Et quia nix ab alto deſcendit, is lauatur aquis niuis,qui cœleſtem patriam per lamenta deſiderat.*Thren.4.b.*

o *Georg. Ven. Cant.1.to. 7. cap.19.*

Nix friget, *o* ſed frigus eius conſeruatur in palea bono temperamento referta; imò tendente ad caliditatem, vnde non eſt frigus expellens calorem charitatis,ſed potius compeſcens ardorem concupiſcentiæ,& confouetur veſtimento duplicis amoris,vel charitatis Dei & proximi,iuxta illud,*Prou.31.c.* Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis.Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus,vtraque videlicet charitate,aut bona mente ſimul & bono opere ſuffulti. Nix igitur eſt zelus bonorum operum, qui comprimit ardorem concupiſcentiæ malæ, feruet autem in Deum & proximum, & nitet candore bonæ exemplaritatis, & albeſcit mundicia. Cæterùm ſi nix reſoluatur in aquam igne non decoctam, ledit: Pari modo ſi frigus, hoc eſt, zelus caſtitatis reſoluatur in fluentem aquam mundanæ gloriæ, & non coctam igne Spiritus ſancti & amoris diuini, nocet, & redire facit in maiorem concupiſcentiæ ardorem, iuxta illud, *Iob.* 24.c. Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis nimium. — *Zelus bonorum operum.*

p *Gre.29. m. 11.Hie.ſ.Iob. 38.*

Nix *p* corda prauorum interdum ſignificare poteſt,cuius theſauros Deus ingreditur, cùm eos ad candorem iuſtitiæ reducit.*Iob.38.c.* Et dat niuem ſicut lanam, *q* cùm frigidos facit aptos ad calefaciendum, & vt ſint veſtes Chriſti.*Pſalm.147.* — *Corda prauorum.*

q *Aug.ſ.pſal. 137.*

Nix frigida *r* vim tribulationis etiam exprimit.*Pſalm.147.*Et nix irruit ſuper timentes pruinam, quando qui temporalia aduerſa pertimeſcunt, in diſtrictionem ſe æternæ animaduerſionis obiiciunt. Et qui conculcanda in infirmis metuunt,à ſummis metuenda patiuntur. — *Vis tribulationis.*

r *Gre.7. mor. 12.*

Nix quum ſit frigidiſſima, *ſ* iniquitatem ſignificare poteſt, qua abundante refrigeſcit charitas. Et ab aquis niuium tranſeunt ad calorem nimium,qui dum iniquitatum ſuarum frigora declinant, ad veram fidem, vel ſanctitatis habitum veniunt. Sed tunc eſt calor nimius, quum plus appetunt de diuinis ſecretis perſcrutari, quàm capiunt,& dum credere contemnunt, per inquiſitionem nimiam in errorem lapſi plus calent quàm calere debuerant.*Iob.14.d.*Poteſt etiam deſignare *t* pœnam inferni.*Prou.31.c.* — *Iniquitas.*

ſ *Gre.16.mor. 30.*

t *Bed.ſ. Prou. 31. Beda.ſ. Prou. 26.*

Niui in æſtate tanquam indecenti,comparatur gloria, vel dignitas collata ſtulto, *u* quæ maximè nocet Eccleſiæ.*Prouerb.26.a.* — *Pœna inferni*

u *Hie.ſ. Iere. 58.*

Nix Libani non deficiet de petra agri.*Iere.19.b.*ponitur ad comparationem rei quaſi impoſſibilis,vt illud Vergilianum:*Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui.Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.*

Nò.

x *Hie.ſ.Ezec. 30.*

Nò,Hæbraicè dicitur *x* ciuitas Alexandriæ in Ægypto,interpretatur autem requies,& deſignat eam requiem, quam diues purpuratus in Euangelio dicitur habuiſſe, quæ ſolùm eſt in hac vita.*Ezech.30.d.* — *Requies mundana.*

Nobe.

Nobe,id eſt,loquela,ſiue prophetia,vel loquens,aut prophetans,ſiue fructificans, vel germinans, ciuitas ſacerdotalis in tribu Iuda,quam Saul euertit.*1.Reg.21.a.22.d.Iſa.10.g.* — *Dæmones.*

Nobilis,vide Inclytus.

Nocere,Ladere,Noxius.

Nocere,eſt damnum aut iniuriam alicui inferre.Noxium autem eſt,quod nocet.

Nocentes dicuntur dæmones,qui quantum poſſunt, ſemper hominibus nocent. *Pſalm.* 34. Sed quum dicitur, *Apoc.6.b.*Ne læſeris vinum,& oleum, &c. oſtenditur *y* eos non habere lædendi poteſtatem, niſi quantum ad Deo permittuntur.

y *Aug.ſ.Apo. hom.6.*

Non nocebunt in monte sancto Dei, hoc est, in cœlesti patria, vbi neque iniuriæ, neque vlli culpæ locus est *Isaiæ. 65.d.*

Peruertens proximum.

Nocet homini impietas alterius, *a* quando eum peruertendo inquinat. *Iob. 35. b.* Sic nocet viduæ vel pupillo, qui simplices in peccatum aut errorem inducit. *Exod. 22.c.*

a *Greg. 26. mor. 8.*

Noctua, Nicticorax.

Noctua, *b* est auis à tempore noctis dicta, quo cantat, seu potius gemit, aut vlulat, victumque quæritat. Eadem Græcè nicticorax dicitur, hoc est, coruus nocturnus. A Septuaginta dicitur ἀκαθὼς Est auis carniuora, connumeratur inter immunda animalia. *Leu. 11 b. 14.a.* Videt plus nocte quàm die.

b *Arist. 8. de hist. animal. 3.*

Christus.

Nicticorax in domicilio, vel in parietinis, hoc est, in domibus desolatis, fuit *c* Christus in passione inter crucifixores Iudæos, vel est prædicator inter eos, qui à virtutis statu deciderunt. *Psal. 101.*

c *Aug. s. psal. 101. Euch. form. spirit. 5.*

Sapientes in temporalibus Exultantes in malo.

Noctua videns nocte & non die, significat *d* sapientes in temporalibus, & ignaros ergà spiritualia, & etiam vacantes operibus tenebrarum, qui enim malè agit, odit lucem. Vt noctu cantat, designat eos, qui in tenebroso tripudiant opere, & in mentium suarum exultant destructione.

d *Ori. s. Leu. hom. 7. Gre. s. psalm. 101.*

Docti in litera legis.

Significat etiam *e* doctos in litera legis, & ignorantes Euangelium, eius lucem capere non valentes.

Philosophi.

Noctuæ etiam magnis oculis Solem sustinere non valentes, sunt *f* Philosophi cum sua vana sapientia, lucem veritatis non assequentes. Item hæretici lucifugæ veritatis.

e *Isyc. s. Leu. 11.*

f *Tert. de cibis Iud. Basil. Exaem. hom. 8. Amb. serm. 14.*

Noe.

Hæretici.

Noe, id est, cessatio, vel requies, filius Lamech, qui construxit arcam diluuij, in qua cum filiis seruatus est.

Christus.

Noe typum gerit *g* Christi, qui formauit arcam, hoc est, Ecclesiam, intra quam saluamur, qui etiam consolatur nos. Et vt interpretatur requies, est Christus, qui nos requiescere facit. Et vt egressus ab arca accepit benedictionem à Deo cum filiis, vt videlicet cresceret, multiplicaretur, & repleret terram, typus est Christi & discipulorum eius post resurrectionem. Cui septem animæ donantur, hoc est, perfecti homines, per septiformem gratiam. Et vt Noe per aquam & lignum liberauit suos, ita Christus per crucem & baptismum liberat Christianos. Existens Noe cum filiis in primo loco arcæ, designat Christum cum Apostolis in primo loco Ecclesiæ; vt etiam nudatus est Noe, & inebriatus, Christum significat, qui nimio amore nostri, quasi ebrius fuit, & nudatus, quum suspensus est in cruce. *Gen. 5. 6. 7. 8. 9.*

g *Orig. s. Gen. hom. 1. Hie. Euang. Aug. 12. cont. Faust. 23. Epiph. 1. aduersus haref. tom. 2. Bed. s. Gen. 5. Rup. 41. Gen. 17. & 8. de diu. offic. 13.*

Prælatus. Imitatores.

Noe etiam in arcæ præparatione, & alimentorum collectione *h* prælatorum gerit figuram, qui semper debent pro subditis laborare. *Gen. 6. 7.* Designat etiam laborantes in vita, & eos qui ipsum imitantur. *Ezech. 14.e.*

h *Gre. s. mor. 12. Aug. 2. de peccat. merit. 10. Orig. s. Ezech hom. 4.*

Mens.

Noe præterea *i* mentem significare potest, quæ inferiora sibi subiecta à vitiorum diluuio seruare debet.

i *Ambros. de Noe. 9.*

Iustitia.

Noe, vt interpretatur requies, & natus est ad alios liberandos, typus est *k* iustitiæ, quæ aliis prodest per bona opera, & à malis requiescere facit.

k *Ambros. de Noe 1.*

Noemi.

Noemi, id est, siue decora, vxor Elimelech, socrus Ruth. *Ruth. 1.a. 4.d.*

Nolle.

Permissio. Holocausta animalium & ex rapinis.

Nolle, idem est quod non velle.

Nolle dicitur Deus quæ permittit, *l* quia quæ vult sunt præcepta & consilia *Isa. 65.b.*

Non vult Deus holocausta, *m* eorum videlicet qui legem eius non seruant, aut quæ sunt ex rapinis. *Isa. 1.b.* Item nolebat sacrificia animalium, nisi quasi permittendo, ne videlicent offerrent ea idolis, & propter id, quod figurabant. *Psalm. 39. 50.*

l *Hie. s. Isai. 65.*

Desiderans incarnationem.

Nolens Iob, vt multa fortitudine Deus secum contendat, *n* est desiderans, vt Deus infirmitatem suscipiat, hoc est, vt fiat homo. *Iob. 13.b.*

Nolle vitare turpes cogitationes.

Nolle disperdere pulchra Amalech, *o* est turpes cogitationes nolle vitare, quum id possit iam factus victor. *1. Reg. 15.b.*

m *Hi. s. Isa. 1.*

Negligentes vocationem.

Nolentes venire ad nuptias, fuerunt, *p* qui Prophetarum vocationem neglexerunt. *Matt. 22.a.*

n *Gr. 16. mo. 15.*

Sermo hæreticus sine fructu.

Nolens accipere vxorem fratris ad suscitandum semen, est *q* sermo hæreticus non producens bona opera. *Deut. 25.b.*

o *Gre. s. 1. Re. 15.*

Nolle baptismum.

Nolle benedictionem, est *r* nolle baptismum suscipere. *Psalm. 108.*

p *Orig. s. Mat. hom. 20.*

q *Ori. s. Matt. hom. 22.*

r *Arn. s. psal. 108.*

Nomen, Nominare.

Ineffabile nomen Dei.

Nomen, dicitur quasi *s* notamen, quia est vocabulum, quo singulæ res appellantur, vnde nominare, est alicui rei nomen imponere. Interdum autem diuina scriptura nomen vocat celebrem gloriam, seu famam, & insignem nobilitatem: vt, Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ, aut vnguenta preciosa. *Prou. 22.a. Eccle. 7.a.* In nomine Patris venit Christus, hoc est, in gloria & celebritate Patris. *Ioan. 5.g.* Nominis impositio semper aliquid mysterij designare videtur. *Gen. 38.g. 41 f. Exod. 2.b. 15.d. 17.d.* Nominis itidem mutatio excellentiam quandam indicat. *Gene. 17.a. 32.f.*

s *Cyril. dialogo. 4.*

Maiestas Dei

Nomen Dei in æternum, est nomen, *t* Qui est, aut nomen Tetragrammaton, hoc est, quatuor literarum, quod est יהוה quod significat Deum secundùm essentiam. Et apud Hebræos est ineffabile, quia non audent ipsum proferre, sed loco eius proferant, Adonai. Hoc nomen dicitur non indicatum patribus, sed verè est scitum & cognitum per incarnationem. Quia filius venit, vt nomen Patris manifestaret. *Exod. 3.d. 6.a. 20.b. Isa. 52.*

t *Hie. s. Isai. 52. Bal. s. psal. 32.*

Christus. Iesus. Saluator.

Nomen autem Dei est, *u* quod est inuocandum, & benedicendum, & narrandum, & in ipso sperandum, ipsumque debet esse in desiderio animæ. *Gen. 4.d. 13.a. Exo. 33.d. Psal. 21. 79. 115. 144. Isa. 26.b. 60.d.* Nomen etiam Dei est Dominus. *Isa. 42.b.* Et dominus zelotes. *Exod. 34. b.* Nomen quoque sanctum Dei, sunt quæcunque intelligimus de Deo. *Psalm. 32. 134. 139. Ioel. 2.g.* Scribebatur autem nomen Dei in lamina, quæ erat in fronte pontificis, vt diuina maiestas aliquatenus exprimeretur. Vt enim Dominus est supra mundum, atque adeò vltra mundum intelligibilem. Ita nomen scriptum in lamina, est super omnem principatum & potestatem. Nomen autem Dei dicitur magnum in gentibus *x* quando colitur à gentibus. *Malac. 1. c.* Nominari autem dicitur omnis paternitas tam in cœlo, quàm in terra à patre cœlesti, quia omnes ipsum habemus communem patrem. *Ephe. 3. c.* Nomen quoque Dei dicitur vnum, adoratur ab omnibus vnus Deus, & in patria cœlesti est vnum nomen. *Zacha. 14. b.*

u *Cle. Alex. 5. stro.*

x *Hie. s. Mal. 1. & s. Zach. 14.*

Bona opinio Christi.

Nomen Dei in angelo, *y* est in Christo. *Ex. 23.c.* Et nomẽ Domini est Christus, quia vt nomen manifestat quod non videtur: ita Christus apparens cognosci fecit patrem. *Leu. 25.c. Psalm. 9. Isa. 30.f.* Nomen autem Domini, hoc est, Christi, est Emmanuel. *Isa. 7.c.* Et nomen Christi, cuius recordatur Dominus de ventre matris eius, est Iesus, aut saluator. *Isa. 49.a. Eccle. 6.d.* Nomen etiam Christi, est Dominus. *Psalm. 67.* Et dicitur Dominus iustus noster. *Iere. 23.b.* Nomen etiam sponsi, est bona eius opinio. Et nominatus est Dominus, cum est manifestatus, & cum ab eo dicti sunt Christiani. *Cant. 1.a. Isa. 55. d.* Nomen autem viri inuocatur super septem mulieres, quum in nomine Iesu inueniuntur omnes rationes donorum Spiritus sancti. *Isa. 4.a.*

y *Isyc. s. Leu. 25. Hil. s. psa. 67. Ori. s. Can. hom. 3. Hie. s. Isai. 30. & s. Eccl. 6.*

Falso iurare.

Nomen Dei assumitur in vanum, cum falsò iuratur, aut sine necessitate & debitis circumstantiis. *Exod. 20.b.* Et nomen Dei despiciunt, *z* qui super altare Dei panem pollutum offerunt. *Malac. 1.b.* Nomen autem Dei blasphematur per malè viuentes, & cum Christus per Iudæos blasphemabatur. *Isa. 52.b.* Nominare autem nomẽ Domini. *Leu 24. c.* iuxta Septuaginta, est *aa* ipsum sciendo blasphemare, quod maiore pœna punitur quàm nescientes blasphemare & hoc est, peccatum in spiritum sanctum.

z *Hie. s. Is. 52.*

aa *Isyc. s. Leu. 24.*

Blasphemare

Nomina Apostolorum scripta sunt in fundamentis Hierusalem cœlestis, *bb* quia ipsi fundarunt Ecclesiam in duodecim mundi partibus, supra vniuersale fundamentum, quod est Christus. Nomina verò angelorum in portis, quia eorum incumbit officio, vt nos in aulam regiam introducant. *Apoc. 21.d.*

bb *Geor. Ven. Cant. 3. tom. 8. mod. 4. con. 3.*

Prædestinati.

Nomina numeratorum sunt *cc* eorum, qui scripti sunt in libro vitæ. Itidem nomina filiorum Israel *Exod. 1. a. 3. b.* Nomina etiam stellarum, sunt nomina prædestinatorum. *Psalm. 46.* Dicitur etiam Deus vocare ex nomine eos, quos prædestinauit. *Exod. 31. a. 33. d.* Nomine quoque suo vocat Deus Israel, quia peculiarem habet curam fidelium. *Isaiæ 43. a.* Nominatim vocat oues Christus, *dd* quia nouit nomina prædestinatorum ad vitam.

cc *Ruper. 4. s. Exod. 39. Aug. s. psalm. 146.*

dd *Cyril. 7. s. Ioan. 1.*

Digitized by Google

Ioan. 10.*b.* Vnde ait discipulis suis: Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. *Luc.* 10.*c.* Nominatim etiam vocat oues prælatus, qui diligenter agnoscit vultum pecoris sui.

a *Georg. Ven. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 6.

Nomina Patriarcharum in lapidibus vestimenti pontificis, *a* sunt exempla patrum, quæ debet sacerdos sibi & aliis proponere. *Exod.* 28.*b.* 39.*b.* Et quòd debet totum populum Deo præsentare, vt cum ipso eundem reconciliet. — *Exempla patrum.*

b *Arn. s. psal.* 40. 104. *Clem. Alex.* 1. *pædag.* 5. *Aug. s. Apoc. hom.* 3.

Nomen nouum Ecclesiæ, quod os Domini nominauit, est *b* quia à Christo dicti sunt Christiani, quod & nomen aliud dicitur, quia relinquitur nomen vetus, & assumitur nomen recens, æternum, impollutum, simplex & infantile. *Isa.* 62.*a.* 65.*c.* 65.*g.* Et hoc est nomen, quod optant perite dæmones. *Psa.* 40. 104. Nomen etiam in Hierusalem, est bona opinio animæ, vel Ecclesiæ. *Ezech.* 16. *Sopho.* 3.*d. Apoc.* 3.*d.* — *Christiani.* — *Bona opinio.*

c *Glos. ins. s. Isai.* 56.

Nomen melius à filiis & filiabus, est *c* æterna fælicitas omnia temporalia superans: ideò & nomen æternum dicitur. *Isa.* 56.*b.* Et nomen ciuitatis, quæ dicitur. Dominus, ibidem designat cœlestem patriam, in qua semper est Deus. *Exech.* 48.*d.* magnificat Deus nomen Abrahæ & humilium. *Gen.* 12.*a.* — *Fœlicitas.* — *Petere spiritualia.*

d *Vict. aduers. Aria.* 3.

In nomine Christi petere, *d* est nil temporale petere, sed spirituale & cœleste petere. — *Supplantans vitia.*

In nomine Iacob vocar, *e* qui supplantat vitia. *Isa.* 44.*a.*

e *Hie. s. Is.* 44.

Nomina eadem imposuit Isaac putei, quæ pater eius prius posuerat, *f* vt veteris ac noui testamenti concordia designetur, quia quæ in veteri obscurius futura dicuntur, in noua apertè completa monstrantur. Eisdem etiam nominibus appellantur authores veteris testamenti ceu putei, in lege noua, quibus in veteri. *Gen.* 26.*d.* — *Concordia vtriusque testamenti.*

f *Orig. s. Gen. hom.* 13. *Bed. s. Ge.* 26.

Nominans nuncius coram Eli aream Dei captam à Philisthæis, designat *g* prædicatorem declarantem verum sensum legis teneri apud Christianos. *1. Reg.* 4.*c.* — *Declarans sensum legis esse apud Christianos.*

g *Gr. s.* 1. *Re.* 4

Nomina sacerdotum, quæ disperdit Dominus, sunt *h* eorum, qui sibi applaudunt in episcopali dignitate, & in presbyterij nomine, & non in opere. *Sopho.* 1.*b.* — *Dignitas amara.*

h *Hieron s. Sopho.* 1.

Nomina quorum non est memor Deus vel Christus, *i* sunt quæ habebant Sancti in infidelitate: quæ crescentibus meritis mutantur. *Psalm.* 15. Ita dixit Christus discipulis. *Ioan.* 15.*b.* Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Sic dicebat Paulus. *Tit.* 3.*a.* Fuimus aliquando & nos stulti & increduli sicut & cæteri, sed misericordiam Dei consequuti sumus. — *Nomina infidelitatis.*

i *Hie. s. ps.* 15.

Nomine fratrum appellari filium, est *k* dicere opera, quæ facta sunt ab Euangelio, facta esse secundùm legem. *Gen.* 41.*b. Deut.* 25.*b.* Vel nomine fratris appellatur, hoc est, Christianus à Christo. — *Christianus.*

k *Glos. ins. s. Deut.* 25.

Nomen peccatoris, *l* est fama hæreticorum. *Psalm.* 108. Hoc nomen magnificare cupiunt superbi in terris, & etiam qui de vitiis gloriantur, dici possunt nomen suum magnificare. *Gen.* 11.*a.* Iob. In te. *Psalm.* 48. — *Fama hæreticorum.*

l *Ar. s. p.* 108. *Phil. de conf. ling. Bas. s. p.* 148.

Nomen Iudæorum dicitur relictum in iuramentum, aut satietatem electis Dei. *Isa.* 65.*c.* Vel *m* quia eos fideles detestantur, & abominantur. Vel quia dicuntur filij Abrahæ, cuius opera non imitantur, sed transiuit nomen ad filios Ecclesiæ, qui dicuntur filij Abrahæ per imitationem. — *Abominatio Iudæorum.*

m *Hi. s. Is.* 65.

Nomen Babylonis, sunt cogitationes confusionis. *Isa.* 14.*e.* — *Cogitationes confusionis.*

n *Hi. s. Za.* 13. *Arn. s. ps.* 9.

Nomina idolorum sunt *n* diuersæ hæreses. *Zach.* 13.*a.* Et nomen externorum Deorum, quod Deus deleuit, est inuocatio dæmonum, & etiam hæreses. *Exod.* 13.*b. Psalm.* 9. Nomina blasphemiæ in capitibus bestiæ, *o* vsurpatio diuinitatis per reges & diabolum. *Apoc.* 13.*a.* — *Hæreses.* — *Vsurpatio diuinitatis.*

o *Ru.* 8. *s. Ap. Hie. s. Ez.* 39.

Nominatum sepulchrum Gog sit, vt perpetuo contemptui habeantur hæretici in Ecclesia. Eadem est ratio denominata die sepulturæ eius. *Ezech.* 39.*c.* — *Contemptus hæreticorum.*

Nomen tabernaculi Mosis fuit, vt diceretur tabernaculum fœderis. *Exod.* 33.*b.*

Norma, vide Regula.

Nosse, Notus, vide Cognoscere.

Notare.

p *Lyn. s. Ruth.* 3.

Notare, est animaduertere, & notam imponere. Est autem nota signum. — *Contemplatio passionis.*

Notans Ruth locum, in quo dormiebat Booz. *Ruth.* 3. *a.* est *p* deuotè considerans crucem & passionem Christi.

Notari iubebat Apostolus non obtemperantes verbo eius. 1. *Thess.* 3.*d.*

Notus, ventus: vide Aphricus.

Nouacula.

q *Hie. s. Isa.* 7.

NOVACVLA, est culter rasorius.

Nouacula conducta dicti sunt *q* Assyrij. *Isa.* 7. *d.* quibus Deus vsus est ad puniendos filios Israel. Sic nouacula tonsorum est vindicta Dei in Iudæos. *Isa.* 5.*a.* — *Vindicta Dei*

r *Georg. Ven. Cant.* 3. *to.* 7. *cap.* 12.

Nouacula etiam designat *r* passionem Christi: cuius merito omnia, quæ sint peccati & erroris in nobis, derasa fuere. — *Passio Christi*

s *Hil. s. ps.* 51. *Aug. s. ps.* 51. *& de verb. dom. ser.* 6.

Nouacula acuta facit dolum, quum radendo vulnerat. *Psalm.* 51. Sic *s* Iudæi quum dicebant Christo: Scimus quia verax es, &c. quia blandiebantur vt eum caperent in sermone. Itidem Iudas quando dixit: Aue Rabbi. Nouacula quidem aufert superflua nostra, hoc est, capillos: Ideò qui facit dolum comparatur nouaculæ, quia aufert nostra superflua, hoc est, temporalia, etiam vsque ad ipsam vitam. — *Deceptores.*

t *Gr. s.* 1. *Re.* 1.

Nouacula non ascendens super caput Samuelis, designat *t* rapacitatem & auaritiam, quæ non debet esse in prælatis Ecclesiæ. 1. *Regu.* 1.*b.* Illi enim nouaculam ponunt super caput, qui charitatis prætextu cœlestia prædicant, vt terrena capiant. Non ita Paulus, qui nec sua vti voluit potestate. 1. *Cor.* 9.*b.* — *Auaritia.*

Nouale.

Nouale, dicitur ager, qui anno saltem intermittitur, ne colatur, aut qui ex inculto fit cultus.

u *Bed. s. Pro.* 13. *Hie. s. Hos.* 10.

Noualia patrum, in quibus sunt multi cibi, *u* sunt libri & exempla patrum. *Prou.* 13.*d.* Et innouant sibi noualia, qui meditantur præcipuè in lege noua. *Hos.* 10.*d.* — *Libri & exempla patrum.*

Nouale significare potest cor *x* hominis, quod renouari debet de die in diem, vt non seminetur super spinas. *Iere.* 4.*a. Prouerb.* 13.*d.* — *Cor hominis.*

x *Ori. s. Num. h.* 23. *& s. ps.* 36. *h.* 1. *Hie. s. Ierem.* 4.

Nouale fuit *y* gentilitas, quando conuersa est ad fidem, quia tunc cæpit, quæ prius erat inculta. *Hos.* 10.*d.* — *Gentilitas.*

y *Rup. s. Hos.* 10.

Nouella.

NOVELLAE, dicuntur nouæ plantæ, siue vinearum, siue olearum, aut alterius generis plantarum.

Nouellæ oliuarum. *Psalm.* 127. sunt *z* noui ac recentes in fide, vel pacifici, seu pacem prædicantes. — *Recentes in fide.*

Nouellæ plantationes. *Psal.* 143. sunt cogitationes & adinuentiones hæreticorum, quæ non concordant cum sacra scriptura. — *Adinuentiones hæreticorum.*

z *Ori. s. Mat. hom.* 14. *Au. s. ps.* 127. *Hie. s. ps.* 143.

Nouerca.

NOVERCA, dicitur, quum quis habens filios ex priore vxore, nouam ducit vxorem, quæ prioris filiis fit nouerca. *Leuit.* 20.*b.*

Nouilunium, vide Calenda.

Nouus, Nouellus, Recens, Innouare, Renouare.

aa *Ori. s. Ro.* 7. 12. *Amb. s. Ephe.* 4. *& s. Luc.* 5. *& de sacramentis* 2. *&* 16. *Exae.* 9. *Hie. s. Iob.* 29. *& s. Ez.* 16. *Au. s. Gala.* 6. *Gr.* 19. *mor.* 27. *& sup. ps.* 50. *Bed. s. Gen.* 2.

NOVVM dicitur, quod nuper factum est, quod & recens appellatur. NOUUS etiam, nouiter apparens. *Exod.* 1.*b.* Surrexit interea rex nouus. Firmus. *Luc.* 22.*b.* Hic est calix noui testamenti. Inauditus. *Deut.* 32.*c.* Noui recentesque venerunt. Inopinatus. *Ester.* 3.*c.* Nouis vrens legibus. Innouatus. *Exod.* 13.*a.* Egredimini mense nouarum frugum. Mirandus. *Isa.* 43.*c.* Ecce ego facio noua. Purgatus. *Ezech.* 36.*c.* Dabo vobis cor nouum. Nouiter inuentus. 2. *Regum.* 21.*c.* Accinctus erat ense nouo. Recens. *Deut.* 20.*b.* Quæ ædificauit domum nouam.

Nouitas & renouatio tribuitur homini *aa* secundùm gratiam, sicut vetustas secundùm peccatum, & appellatur nouitas spiritus, datutque homini in baptismo & pœnitentia, quæ nouitas in interiori homine sit, & in corde. Et dicitur nouus homo, qui sic renouatur, exuto veteri homine. *Psalm.* 50. *Ezech.* 36.*f. Rom.* 7.*b. Ephe.* 2.*c.* 4.*e. Colos.* 3.*b.* Dicitur etiam homo noua creatura, cui est noua vita in Christo. *Galat.* 6.*d.* Et dicitur renouari sicut aquila, quæ relictis terrenis, semper ad superiora ascendit. *Psalm.* 102. Et nouitas sensus fit per exercitationem sapientiæ, & meditationem verbi Dei *Psalm.* 103. *Roma.* 12.*a. Tim.* 3.*b.* Noua autem sunt, quæ ad nouum hominem — *Nouitas gratia.*

spectant.

Baptismus.

Christus.

Noua lex.

Nouum & vetus testamentum. Comminationes, & promissiones. Noui testamẽti canticum. Christiani nomen. Ecclesia. Anima. Apostoli. Spiritualia mandata. Dona Spiritus sancti. Gloria cælestis. Innouatio cælorum. Conuersi Gẽtiles. Fœlicitas. Renouatio per fidem. Subiectio auditorum prædicatori. Doctor fortis Nouum hominem creãs. Nouitas interioris hominis. Idola. Infirmi. Christus. Tempus Christi. Tempus iudicij, & diuina vindicta. Dies circa finem mundi. Impletio prophetiarum. Iudai & Gentiles. Angeli & homines. Minimus gradus fidelium. Ecclesia. Corda secreta Occisio Christi. Destructio Iudæorum. Minima peccata. Præteritum tempus operandi. Inferni. Mediterraneum.

spectant. *Exo.* 35. *d.* nouum testamentum sunt opera noui hominis. *Luc.* 5. *g.* Innouatur autem semper gloria, quum crescunt virtutes. *Iob.* 29. *d.* Et noui vtres dicuntur ij, qui renouati sunt per gratiam. *Matth.* 9. *c.* Et lagunculæ nouæ sunt infirmæ ipsa humanitate conscientiæ, vel terrena corporum vascula quæ vasa fictilia dicuntur. *Iob.* 32. *d.* Nouorum etiam messis, & mensis nouorum designant *a* nouam vitam, & fructus nouæ vitæ in Christo, à quo data est disciplina Christiana. *Exod.* 23. *b.* 34. *c. Num.* 28. *d. Rom.* 6. *a.* Nouæ etiam fruges nouitatem vitæ & operum significant. *Exod.* 13. *a. Ezech.* 3. *d.*

Nouum sacrificium *b* est baptismus, & is qui vnigeniti fide est Deo gratus. Noui etiam vtres baptismum significare possunt, in quo continentur gratiæ & dona Spiritus sancti.

Nouus homo dicitur *c* Christus, etiam cum ipsa Ecclesia, quæ corpus eius est, quam ipse sibi renouauit. *Ephe.* 2. *c.* Et nouum quod fecit Dominus super terram, est ipse Christus seu eius incarnatio. *Ierem.* 31. *d.* Idem dicitur nouellus vitulus. *Psalm.* 68. Innouari autem dicitur semper gloria Iob, hoc est, Christi, vel secundùm quòd ipse Christus perseuerat in parte, vel propter nouitatem membrorum Ecclesiæ, quæ est corpus eius. *Iob.* 29. *c.* Nouum autem vas, in quo misit Elisæus sal, carnem Christi designat. 4. *Reg.* 2. *d.*

Nouæ fruges *d* nouam legem significant. *Exod.* 13. *a. Leuit.* 26. *b. Ezech.* 3. *d.* Itidem noua poma ad doctrinam noui testamenti spectant. *Cant.* 7. *d. Isa.* 42. *b.* 43. *c. Matth.* 13. *g. Galat.* 5. *d.* Et nouum mandatum est, mandatum charitatis: quod est peculiare legis nouæ, & ipsa facit nouum hominem. *Ioan.* 13. *d.* Et nouum canticum est noui testamenti. in quo sunt mysteria incarnationis, & cantatur in nouitate spiritus. *Psalm.* 32. 95. 97. 143. 149. Et noua conspersio *e* est doctrina Christi in nouo testamento. 1. *Cori.* 5. *c.* Nouum quoque sacrificium est sacrificium nouæ legis, *Leuit.* 23. *c.* Innouari autem dicuntur dies sicut à principio, quum in lege noua producuntur Apostoli similes patriarchis. *Thre.* 5. *d.* Nouum etiam vinum non mittendum in vtres veteres, est *f* euangelica doctrina non tradenda Scribis & Pharisæis. *Matth.* 9. *b.*

Noui & veteres putei significant *g* noua & vetera de thesauris vtriusque testamenti. *Gen.* 26. *c. Matt.* 13. *g.* Noua autem & vetera præter hoc quòd referuntur ad nouum & vetus testamentum, possunt vetera dici comminationes æternæ pœnæ, noua verò promissiones vitæ cælestis.

Nouum canticum *h* est noui testamenti, & etiam crucis Christi præconia, quæ antea nunquam in mundo laudata fuerat. *Psalm.* 95. 97. 143. Pertinet etiam ad gloriam cælestem, vbi omnia erunt noua: ibi etiam erunt nouæ linguæ. *Marc.* 16. *d.*

Nouum nomen impositum Hierusalem, designat *i* nomen quod Ecclesia sumpsit à Christo, vt fideles dicerentur Christiani. *Isa.* 62. *a. Apoc.* 3. *d.*

Nouum plaustrum dici potest *k* sancta Ecclesia, vel cuiusque fidelis anima, vel apostoli ferẽtes arcam Dei prædicando Christum. 1. *Reg.* 6. *b.* Et est nouum propter *l* præceptum dilectionis, & quia non sequuntur vetustatem literæ, sed nouitatem spiritus. *Isa.* 41. *d. Ioa.* 15. *b. Ro.* 13. *c. Eph.* 4. *f.*

Nouum vinum significare potest *m* spiritualia & grauia mandata, & dona Spiritus sancti. *Matth.* 9. *b.* Nouum etiam vinum gloriam cælestem significat, vbi noua sunt omnia. *Matth.* 26. *c. Apoc.* 21. *b.* Nouum autem vinum bibit Christus in resurrectione, sicut vetus in passione. Bibet autem vinum nouum cum Apostolis, & aliis fidelibus in generali resurrectione.

Noui cæli, quos creat Deus, erunt *n* cæli renouati in fine mundi, vel cæli noui sunt conuersi ex gentilitate, quando eos quos colebant vt Deos, conuersi ad fidem, Dei creaturas esse cognoscunt. *Isa.* 25. *c.* 66. *g.*

Noua terra est, quam possidebunt beati in fœlicitate. *Isa.* 65. *c. Matth.* 5. *a.*

Nouum cor Israelis, est *o* credere in eum, quem prius negauerunt: nouum verò cor gentium, est idola derelinquere, & mortuorum cultura contempta, credere in eum, qui est Deus viuentium. *Ezech.* 18. *g.* 26. *f.* Nouum autem cor pertinet ad bonæ voluntatis initium. Nouæ quoque lagunculæ sunt spiritualia corda, *Iob.* 32. *d.*

Innouatio regni Saulis designat *p* nouam submissionem auditorum ipsi prædicatori, cum eius laudabilem vitam conspiciunt. 1. *Reg.* 11. *d.*

Nouellus vitulus dici potest *q* doctor, qui valet iam hæreticos ventilare. *Psalm.* 68.

Renouat Deus faciem terræ, quando *r* creat nouum hominem: & etiam quando resuscitat. *Psalm.* 103.

Renouata iuuentus aquilæ, designat nouitatem interioris hominis: & etiam baptismum, & resurrectionem. *Psalm.* 102.

Renouari dicitur dolor, quum *s* quis non respondet iniuriam inferenti. *Psalm.* 38.

Recentes dij sunt, *t* qui non sunt æterni: & ideò non sunt dij. *Psalm.* 80. *Deut.* 32. *c.*

Nouissimus.

NOVISSIMVS, dicitur vltimus: quia quæ recenter fiunt, vltimum locum habent.

Nouissimi dici solent, *u* qui sunt infirmi & despecti in populo. *Isa.* 65. *d. Amos* 9. *a.* Nouissimus virorum dictus est Christus: quia maximè fuit in passione despectus. *Isa.* 53. *a.* Nouissima autem Christi dicuntur: quæ ad eius spectant humanitatem. *Psalm.* 138.

Nouissimi dies *x* tempus Christi significare solent: & tempus vltimæ prædicationis. *Gen.* 49. *a. Isa.* 2. *a.* 9. *a. Ezec.* 38. *b. c. Mic.* 4. *a.* Et nouissimus dies festiuitatis, *y* fuit vltimum pascha Iudæorũ, quando Christus occisus est. *Io.* 7. *f.*

Nouissimi etiam dies sunt *z* tempus iudicij, aut tempus diuinæ vindictæ post longam eius patientiam. *Iere.* 23. *e.* 30. *d.* Nouissimum quoque perdicis & nouissimum Babylonis, & nouissima Rachelis ad tempus iudicij referuntur. *Iere.* 17. *b.* 31. *c. Isa.* 47. *b.* Et nouissimæ plagæ iræ Dei dicuntur, quia semper percutit populum contumacem, post longam videlicet pœnitentiam. *Apoc.* 15. *a.*

Nouissimi quoque dies, sunt *aa* dies circa finem mundi. *Hos.* 3. *b.* Et nouissimi homines quos inuadet terror, erunt electi circa finem mundi, tempore videlicet Antichristi. *Iob.* 18. *d.* Et nouissima Iob quibus benedixit Deus, est vltimum tempus Ecclesiæ, quum multiplicabuntur fideles in senecta veteri. *Iob.* 42. *c. Psalm.* 91.

Nouissimus dies, dicitur *bb* adimpletio prophetiarum: tempus videlicet quando impletur, quod ab aliquo Propheta prædictum est. *Isaiæ* 30. *b.*

Nouissimi facti sunt primi, & primi nouissimi, quando *cc* Gentiles qui posteriores erant in fide postmodum fidem amplectentes reliquerunt post se Iudæos. *Matth.* 19. *d.* Homines etiam qui natura inferiores sunt angelis, relinquunt infra se dæmones, qui natura sunt superiores: In fœlicitate etiam nonnulli homines aliquibus angelis superiores erunt. Nouissimi quoque dicuntur *dd* Iudæi, qui erunt tempore Antichristi. *Ecclesia.* 4. *d.*

Nouissima cognatio in tribu Beniamin, significat *ee* minimum gradum conuersationis electorum in Ecclesia. 1. *Regum.* 9. *c.*

Nouissima domus Dei dicitur *ff* Ecclesia, quia prima fuit synagoga. *Agg.* 2. *b.* Nouissima etiam Iob designant statum Ecclesiæ Christi post eius passionem, vel statum Ecclesiæ triumphantis. *Iob.* 42. *d.*

Nouissima abyssi dibi possunt *gg* corda secreta, quæ aperta sunt Deo. *Iob.* 38. *b.*

Nouissima sunt peiora prioribus, quando *hh* nouissimis additur simulatio. *Matth.* 12. *d.* Nouissima quoque Iudæorum fuerunt peiora prioribus, quia supra mala præterita, Christi necem addiderunt. *Luc.* 11. *c.* Nouissima quoque eorum fuerunt, quum vastati sunt. *Amos* 8. *c.* Nouissimæ plagæ *ii* sunt, quæ corpus, & animam affligunt. *Apoc.* 15. *a.*

Nouissimum minutum, significat *kk* minima peccata, & terrena. *Matth.* 5. *Luc.* 12. *b.*

Nouissimè dicuntur venire fatuæ virgines, hoc est, *ll* quum iam operandi tempus præteriit. *Matth.* 25. *a.*

Nouissimus lacus, significat *mm* inferos, aliquando eam partem, in quam descendit Christus. Nouissima verò laci profundùm inferni designant. Idem designabunt quoque nouissima abyssi. *Iob.* 38. *b. Ezec.* 32. *a.* Designat etiam impios & sacrilegos, quia in profundiores peccatorum tenebras descendentes, lasciuiarum nimio fluxu, velut aquarum multitudine deprimuntur.

Nouissimum mare sumitur in scripturis pro *nn* mari mediterraneo, quod est ad Occidentem terræ promissionis. *Ioel.* 2. *e.*

a *Ori.* 1. *Periar.* 3. *Amb. ser.* 22. *Gr.* 23. *mo.* 11
b *Ambr.* 2. *de Cain.* 6. & *ser.* 29.
c *Arn. s. ps.* 68. *Hie. s. Iere.* 31. & *s. Iob.* 29.
d *Ori. s. Leuit. hom.* 16. & *s. Ge. hom.* 13. *Hil. s. Matth. Can.* 14. & *s. Psalm.* 143. *Bas. s. ps.* 32. *Hie. s. Isa.* 42.
e *Am. s.* 1. *Co.* 5. *Isy. s. Leui.* 23.
f *Hie s. Ma.* 9.
g *Gre. ho.* 11.
h *Hie. s. p.* 97. 143. *Gre. ho.* 29.
i *Hie. s. Is.* 62. *Au. s. Ap. h.* 3.
k *Gr. s. Re.* 6.
l *Hie. s. Is.* 41.
m *Bas. s. p.* 32. *Ori. s. Matth. ho.* 35. *Aug. q. in euange.* 43.
n *Hie. s. Is.* 65. *Ru.* 11. *s. Ap.*
o *Hier. s. Ez.* 18. *Gre.* 23. *mo.* 10. *Fulg.* 1. *de duplici prædestinati.*
p *Gre. s.* 1. *Re.* 11.
q *Au. s. ps.* 68.
r *Ori.* 1. *peri.* 3. *Ar. s. ps.* 103. *Bas. s. p. sa.* 31. *Amb. ser.* 54. *Au. s. ps.* 120. *Euch. q. in ps.*
s *Ori. s. ps.* 38. *hom.* 1.
t *Au. s. ps.* 80.
u *Hie. s. Is.* 56.
x *Hi. s. Is.* 2. 9.
y *Ru.* 7. *s. Ioa.*
z *Ori. s. Ie. h.* 4 *Augu. s. Ap. ho.* 15.
aa *Hi. s. Hos.* 3. *Gr.* 14. *m.* 12. & 35. *m.* 16.
bb *Glo. ord. sup. Isa.* 30.
cc *Ori. s. Mat. hom.* 9.
dd *Hi. s. Eccle. sia sten.* 4.
ee *Greg. s.* 1. *Re.* 9.
ff *Hie. s. Agg.* 2. & *s. Io.* 42.
gg *Greg.* 29. *mor.* 7.
hh *Aug. q. in euang.* 8. *Am. s. Lu.* 11.
ii *Rup.* 9. *s. Apo.*
kk *Orig. s. Lu. hom.* 35. *Au.* 1. *ser. Domini in monte.*

ll *Ori. s. Mat. hom.* 32. mm *Gr.* 29. *mor.* 5. *Hie. s. Iob.* 38. nn *Hi. s. Ioel.* 2.

Digitized by Google

Nouissima crepido altaris. *Eze.43.d.* quæ & crepido minor dicitur, seu propitiatorium minus, designat *a* Christum exinanitum assumpta forma serui.

Christus exinanitus.

Nox.

Tempus incarnationis.

Nox est tempus quo Sol est sub terra, per cuius vmbram Solis luce priuamur. Vt autem est tempus tenebrosum, ita est tempus aptum somno, & quieti.

Nox media, *b* tempus incarnationis Christi significare solet: vt nocte media ingressus est Dominus in Ægyptum, quando Verbum caro factum est. *Exod.13.b.12.d. Psalm.118.* Nox etiam media, occultum tempus aduentus Christi significat. *Matth.25.a.*

Tempus ante Aduentum Christi.

Nox quandoque *c* tempus ante aduentum Christi significat, propter secretum silentium mysteriorum Dei: & diuiditur in quatuor vigilias: prima in Adam, primo homine, vt crederet in Deum creatorem: Secunda, in Noe, quando diuina prouidentia & iustitia erga homines monstrata est. Tertia, in Abraham, crescente in fide. Quarta, in Prophetis, appropinquante luce aduentus Christi. *Gen.8.d. Iob.35.b. Ioan.21.a.*

Christus & Ioannes.

Nox nocti indicauit scientiam, *d* quum Christus illustrauit Ioannem Baptistam, ambobus in vtero latentibus. *Psalm.18.* Vel nox nocti indicat scientiam, *e* quum Christus homo docuit omnem terram. Vel mortalitas *f* carnis, carnalibus fidem prædicando, annunciat futuram scientiam. Vel cùm carnis licet fidelis, loquitur carnaliter de his, quæ pertinent ad carnem Christi. Hæc autem nox dicitur esse Dei. *Psalm.73.* Nox quoque indicauit scientiam nocti, quum Iudas Iudæis doctrinam praui sensus infudit, & cum indicauit Iudæis Christum capiendum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Nox quoque sunt tenebræ Iudæorum. *Psal.87.*

Mortalitas. Carnales. Prædicator. Iudas. Iudæi.

Nox quandoque dicitur *g* vetus testamentum, & sensus literalis, & parabolæ. *Gen.22.a.40.a. Exo.10.c.13.d.14.e. Psal.135. Can.3.a.* Nox etiam sunt quæstiones de Deo, qui posuit tenebras latibulum suum. *Psalm.17.91.* Nocte coniuncta est Lia Iacob, *h* vt obscuritas literæ designetur. *Gen.29.e.30.c. Zach.1.e.*

Tenebræ Iudæorum. Vetus testamentum. Tempus legis Iudæorum.

Nox etiam significat *i* tempus legis Iudæorum, aut ipsum populum Iudæorum. *Iob.3.a. Luc.5.a.* Et vertit Deus diem in noctem, quando diem eorum, qui hora sexta dixerunt, Crucifige, in typum ciuitatis in noctem mutauit. Et lux quæ eis oriebatur in lege, & Prophetis, versa est in tenebras, ignorantibus quid legant & audiãt. *Amos 5.b. Psalm.69.* Nox autem qua producta est hœdera ad protectionem Ionæ, *k* tempus ante aduentum Christi designauit. Nox verò qua arefacta est, cæcitatem Iudæorum subsecutam. *Ion.4.d.*

Nox, in qua apparet Dominus, est tranquillitas ab omni perturbatione. *Gen.20.a.26.c.46.a. Exod.24.d.* Sic quasi nocte *l* quiescit Ecclesia, quum aliqui fidelium eius, intermissa ad tempus solicitudine externa, sibimet vacare, seque ipsos spiritualiter incipiunt curare, vel lectionibus videlicet sacris, vel orationibus ac lachrymis sese, vel aliis studiis huiusmodi secretius exercendo. Surgit autem de nocte, cùm in eisdem suis fidelibus ad agendum etiam proximorum curam, se solicitè accingit. *Prou.31.c.*

Tranquillitas

Nocte fit reuelatio mysterij Danieli, *m* quando veritatis illustratio cernitur quidem ex parte, & velut ad Lunæ lumen videtur, & quando de aliquo diuinitatis arcano, quid sentiendum sit, ipsi quidem intelligimus, sed rationem qua illud, & aliis probare possimus, in promptu necdum habemus. Sed cum per diuinam retractationem postmodum agimus, vt acceptam veritatis intelligentiam, quam ipsi prius vel tenuiter videre potuimus, perspicua demonstratione aliis declarare possimus, iam quod nocte percepimus, sub diei luce proferimus. *Dan.2.c.*

Nox aliquando fidem significare potest, & nocte Abraham superauit aduersarios, quia victoria quæ vincit mundum, est fides nostra. *Gen.14.c. Exod.10.c.*

Fides.

Nocte accepit sapientiam Salomon, *n* quia non erat in eius luce perseueraturus. *3. Reg.3.a.*

Nox aliquando significat *o* cognoscentes peccata sua, & humiles. *Exod.13.d.40.d.* Et noctes quadraginta, pertinent ad pœnitentiam. *Exod.34.d.* Et de nocte consurgens Abimelech, resipiscentes significat. *Gen.20.b.*

Pœnitentes. Humiles.

Nox media, tempus orationis aliquando significat, vt quum amicus venit media nocte, gratia petendi panes ab amico. *Luc.11.a.*

Tempus orationis.

Nox etiam media, *p* altitudinem remissionis, & negligentiæ significat, & tempus quando minus putatur venturus esse iudex. *Matth.25.a. Iob.34.c. Ioan.6.*

Altitudo remissionis.

Nocturnus timor, *q* est occulta voluptas, vel insidiæ tentationis occultæ in hoc mundo obscuro. *Psalm.90. Cant.30.c.* Et nocturna pollutio, aut somnium est tentatio occulta, per quam tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tamen corporis opere non expletur. *Deut.23.b.*

Occulta voluptas. Insidia tentationis.

Nocturna visio, est *r* contemplatio diuinorum in hac vita, in qua sub quadam caligine, & non sine nubis obscuritate diuina cognoscimus. *Iob.4.c.33.b.*

Contemplatio.

Noctes tres, designant *s* tres mortuos, quos suscitauit Christus, secundùm tres gradus mortis spititalis per ipsos significatæ. In his fuit Christus in corde terræ: hoc est, iacuit fides Christi in cordibus ipsorum, qui habitant terram. *Matth.22.f.*

Tres mortui suscitati.

Nox quandoque dicitur: tempus *t* passionis Christi, quando maxima erat obscuritas fidei in cordibus omnium. *Psalm.15.16.31.103.* Ita in nocte comedebatur agnus. *Exod.12.b.* Vbi etiam designatur obscuritas sacramentorum. Nox est etiam, quia nondum ad inuicem conscientias nostras videmus.

Tempus passionis Christi. Obscuritas sacramentorum

Nox aliquando significat *u* tempus tribulationis, & tentationis. Et media nox, est tempus grauis tribulationis. *Gen.32. Leu.8.g. Iob.7.a.17.c.24.c.30.c.34.c.35.c. Psal.2.15.16.21.118.120. Thre.1.a.2.f.* Nocte mandat Deus canticum, nempe misericordiæ, hoc est, in aduersis, quum quis non potest eam exercere, vt saltem eam laudet. *Psal.41.* In noctibus etiam iubemur extollere manus in sancta. *Psal.113.* Et nox illuminatur vt dies, quum quis lætanter sustinet aduersa. *Psalm.138.* Nocte accusat diabolus, id est tempore aduersitatis. *Apoc.12.c.* Noctes laboriosas tolerant, qui aduersitatum tenebras *x* non solum vsque ad inopiam, sed sæpè ad corporis vsque cruciatum portant. *Iob.7.a.* Nocte quærit sponsa Domini, hoc est, in tribulatione. *Ca.3.a.* Nocturnus timor, *y* est timor de tribulatione, aut in ipsa tribulatione. *Psal.90.* In hac *z* nocte non extinguitur lucerna mulieris fortis. *Pro.31.c.* Media nocte venit amicus, id est *aa* tempore tribulationis. *Luc.11.a.*

Obscuritas sacramentorum

Nox interdum dicitur *bb* priuatio formæ in materia, quæ rationem habet tenebrarum, sicut ipsa forma lucis habet rationem. *Gen.1.a.*

Priuatio formæ.

Nox interdum significat *cc* ignorantiam, & errorum tenebras. *Gen.1.a. Leu.6.b. Psal.103. Isa.16.a. Hose.7.b. Ecclesiastici 23. Abdi.b. Mic.3.c.* Et noctes laboriosæ sunt, quum ingemiscimus nos nescire quod quærimus. *Iob.7.a.30.c.* Nocte Lot concubuit cum filiabus: vbi designatur ignorantia scientiæ Dei. *Gen.19.g.* Nocte vastatur Ar, ciuitas Moab: quia scientia secularis perpetuis ignorantiæ tenebris damnatur. *Isa.15.a.* Dicitur etiam perire nox, quando id quod cæcata mens etiam per consensum perpetrat, animaduersione pœnitentiæ extinguitur. *Iob.3.a.* Noctes quoque singulæ, sunt tenebrosæ. *Psalm.6.* Nox etiam est ipsa infidelitas: vt nocte luctatus est vir cum Iacob, vbi notatur defectus fidei futurus in Iudæis. *Gen.32.f.* Et nocte venit Nicodemus ad Iesum, quia nondum plenam habebat fidem. *Ioan.3.a. Isa.21.c.*

Ignorantia. Errores. Infidelitas.

Nox diuisa à die, significare potest *dd* sensibilia diuisa ab intelligibilibus. *Gen.1.a.c.*

Sensibilia.

Nox præterea *ee* obscuritatem & tempus huius seculi significare potest. *Gen.30.c.* Hac nocte editur agnus, & perimitur qui dilexit mundum, vt primogenita Ægyptorum, & diues auarus. *Exod.12.b.d.14.e.34.1. Reg.14.e. Psa.76.77.118.133.138. Rom.13.d.* In hac nocte nutrire debet sacerdos ignem altaris. *Leu.6.b.* Nox autem media, est medium tempus vitæ humanæ tenebrosæ. *Mar.13.d.*

Tempus huius seculi. Tempus mortis.

Nox quandoque significat *ff* tempus mortis, & ipsam mortalitem, quam homo incurrit per peccatum. *Ge.8.d. Exod.14.e.1. Reg.14.e. Iob.3.a. Psalm.129.* Et nox fit illuminatio, quum à morte transitur ad gloriam. *Psal.138. Ioan.9.a. Iob.27.d.* Designat etiam *gg* tempus iudicij, & ignorantiam, seu obscuritatem diei iudicij, ac mortis. *Psalm.73. Matth.25.a. Luc.12.e.1. Thessalon.5.a.*

Mortalitas. Tempus iudicij.

Nox

a *Glo.ord.sup. Eze.43.*
b *Aug.epist. 120.& de verbo Dom. serm.22.*
c *Hie.s.Iob. 35. Cyr.12.s.Iob. 62.*
d *Arn.s.psal. 68.*
e *Chrys.s.psa. 96. Hier. sup. psalm.18.87.*
f *Aug.s.psal. 18.73.& s. Ioan.tract. 62. Euch.q.in Psalm.*
g *Arn.s.psal. 91.135.*
h *Ambro. de Isaac.5.& s. psal.118. serm.7. Bed.s. Gen.30.*
i *Orig.Iob. 3. Amb.de virgin.2.*
k *Hie.s.Amo 5.& s.Ion. 4.*
l *Bed.s. Prou. 31.*
m *Ricard. de Sanct. Victor. de sum. Nab. 12.*
n *Gre.s.1. Re, 3.*
o *Glos.int.su. Exod.13.*
p *Ori.s.Matt. hom.31. Greg. 25.mor.1.lo. 11. Cyril.3.s. Ion.24.*
q *Arn.s. psal. 90. Gre.20. mor.3.& s. Can.3.& 9. mor.40.*
r *Gre.5. mor. 21.& 23. mor.21.*
s *Au. de sym. ad Catech. 6.*
t *Augu.2. de Tri.17.& q. in Prou.54. & s. psalm. 103. Bed.s.Exo.11. Rup.2.s.Exo. 20.21.*
u *Hie.s.Isa.4. Aug.epi.120. & s.psalm. 118. Amb. s. psalm.118. serm.7.8. Cli.grad. 25.*
x *Gre.2. mor. 9.& 8. m. 7. & 16. mor. 28.& 27.m. 1.*
y *Bern. serm. 1.sup. qui ha.*
z *Bed.s.Prou. 31.*
a *Glo.ord. su. Luc.11.*
b *Glo. in sup. Gen.1.*

c *Ori.s. Gen.hom.1. Gre.4.mor.17.& 8.mor.9.& 26.mor.26.mo.25.& s.psalm.6.& 6.mor.14. Hier.s.Isa.21. Au. s. Ion. tract.52. Cyr.hom.5.* dd *Au.13.confes.18.* ee *Ori.s.Leu.ho. 5.& s.Nu.hom. 23.& s.Matt.hom.30. & sup.Rom. 13. Ambr.serm.13.& s.Luc.2. Aug.s.psalm.76. 100.118.138.* ff *Gre. s.1.Reg.14.& 23.mor.21.& hom.22. Isyc.s. Leui. 6. Aug.s.psa.77.129.* gg *Gre.s.1.Reg.14.& 18.mo.10. Aug.s.psalm.129.138. Ambros.s.Psal 118.*

Digitized by Google

Diabolus.

Secta hæreticorum. Cognitio temporalium. Tempus peccati. Peccatum.

Infernus.

Coniunctio Christi cum Ecclesia, vel anima. Gloria cælestis. Recipere sermonem extraneum. Charitas.

Deus pater.

Spiritus sanctus. Christus. Humanitas Christi. Benignitas Dei. Verbum Dei. Doctrina Apostolica. Figura veteres. Profunditas scripturæ. Prophetæ. Comminationes diuinæ. Gratia Dei. Diuina protectio.

Virgo Maria Apostoli. Doctores. Prophetæ.

Nox potest etiam aliquando significare tempus Antichristi. *Exod.* 13. *d. Luc.* 17. *g. Matth.* 25. *a. Ioan.* 9. *a. Iob.* 14. *c.* In quibus etiam locis significari potest tempus iudicij.

Nox quandoque dicitur *a* ipse diabolus, vt *Iob.* 2. *b.* Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Nox est enim, quum mentes & conscientiam erroris tenebris obscurat. Est etiam nox ipsa callida suggestio diaboli. Nox quoque diuisa à die, est diabolus separatus ab angelis. *Gen.* 1. *a. Thren.* 1. *a.*

Noctes per quas quæsiuit sponsa sponsum, & non inuenit. *Can.* 3. *a.* varias sectas *b* hæreticorum & ignorantiæ, ac errorum designant, qui dicunt. Ecce hîc est Christus, ecce illic. Et nocturna visio, significat cognitionem mundanorum, & hypocritarum, & hæreticorum de rebus temporalibus, quæ eos citò deserunt, vt quasi somniando eas possedisse videantur. *Iob.* 20. *a.*

Nox quia priuat luce, significare potest *c* tempus peccati, & vitam peccatorum, ac veterem hominem. Ipsum etiam peccatum nox dicitur, quo priuatur homo luce gratiæ. *Gen.* 1. *a.* 19. *a. Exo.* 13. *d.* 1. *Reg.* 15. *d. Thre.* 1. *a. Ro.* 13. *d.* Nocte sunt ebrij, qui cordis ebrietatem habent, quia sunt in tenebris. 1. *Thess.* 5. *a.* Nocte capitur Christus, scandalizantur discipuli, negat Petrus, hoc est, sine Spiritu sancto. *Matth.* 14. *c.* 26. *c. Iob.* 3. *a.* Et guttæ noctium, sunt cadentes per peccatum. Non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exisse perhibetur. *Ioan.* 13. *d.* Et diuiti iniquo dicitur. *Luc.* 12. *c.* Hac nocte repetent animam tuam ex te, nocte conteruntur mali, vel quum per diuinam sententiam occultam cæcantur, vel propter tenebras exteriores, in quas mittuntur. *Iob.* 34. *c.* Nox etiam ibidem dici potest peccatum, quod est pœna & causa peccati. Potest etiam nox in multis ex his locis infernum significare. *Iud.* 19. *c.* Dies mutabitur in noctem. *Ioan.* 9. *a.*

Nubere, Nuptiæ.

NVBERE dicuntur fœminæ, quum viris traduntur, non enim vir propriè nubere dicitur, sed mulier, vir autem ducit vxorem. Nuptiæ autem sunt, cum est actus nubendi. Et ipsę ceremoniæ, & hilaritates, quæ in ducendis vxoribus fiunt, nuptiæ dicuntur.

Nuptiæ in Christo non dicuntur propriè esse inter Verbum, & humanitatem, cum non sint personæ, sed sunt inter Christum, & Ecclesiam, & inter Christum, & animam, ad quas ipse dicitur sponsus, & illæ sponsæ. Inter animam verò, & dæmones non possunt dici nuptiæ, sed adulterium: quum non possit esse legitima coniunctio.

Nuptiæ Iacob cum Rachele, vnionem Christi & Ecclesiæ significant. *Ge.* 20. *c.* Et nuptiæ filij regis, designant *d* coniunctionem Ecclesiæ sponsæ cum filio Dei incarnato eius sponso. *Matth.* 22. *a.* Designant etiam communicationem Verbi ad animam, & has nuptias prouidere debet puellæ dominus eius. *Exod.* 21. *a.* Nuptiæ factæ die tertia in Cana Galilææ, *e* coniunctionem Christi & Ecclesiæ post resurrectionem designant. *Ioan.* 2. *a.*

Nuptiæ quandoque significant *f* cælestem gloriam, seu coniunctionem cum Verbo Dei in gloria, cum immortalitatis assumptione. *Matth.* 25. *a. Luc.* 12. *c. Apoc.* 19. *b.*

Nuptiarum tres sunt species. Primæ reconciliationis per fidem, quarum tria sunt fercula, peccatorum ablutio, gratiæ consecutio, & naturæ reformatio. Secundæ adoptionis per spem, in quibus sunt eloquij, diuini consolatio, alimoniæ cælestis communio, dulcedinis internæ prælibatio. Tertiæ sunt glorificationis per charitatem: cuius fercula sunt æterna incorruptio, vera glorificatio, perennis Dei visio.

Non nubens alteri viro vxor defuncti, *g* designat animam non recipientem sermonẽ extraneum, Gentilicum, & hæreticum. *Deus.* 25. *b.* Tunc etiam nubit filia sacerdotis alienigenæ aut alicui de populo, quum *h* anima nutrita in fide se tradit errori Gentilico, aut Iudaico, aut hæretico.

Nuptialis vestis, *i* est charitas, ratio, & virtutes, ac dona Spiritus sancti. Et ipsa gloria vestis est nuptialis. *Matth.* 22. *b. Coloss.* 3. *b.*

Nubes, Cataractæ.

NVBES, est vapor humidus, in sublime, vi caloris elatus: cuius densitas Solem obumbrat, & in aquas terram irrigantes demum conuertitur. Cataractæ autem dicuntur nubes ceu fenestræ, & portæ, quibus aquæ defluunt. Sunt tamen qui catarhacta scribendum putent: vt à defluendo dicantur aquæ, quæ alto ruere potius quàm defluere videantur. Duo autem ex nubibus conferuntur nobis beneficia: *k* Alterum est obtectus, alterum verò pluuia, & ambo Solis vigorem mitigant. Lux enim eius nimis excellens, percellit oculos minus dispositos, aut tantæ luci non assuetos, & calor exiccans & exæstuans perurit aliquando: vtrumque tamen necessarium est. Ad quorum temperamentum summus Moderator, nubes pro tempore interiici iubet, quæ lucem comprimunt, & arefacta madefaciant, & irrorent.

Nubes in primis dici potest *l* Deus pater, cuius typum gerebat nubes, quæ suscepit Christum ascendentem in cælum ab oculis discipulorum. *Actor.* 1. *b.*

Nubes itidem dicitur *m* Spiritus sanctus protegens Hebræos, hoc est, fideles: & excæcans Ægyptios, hoc est, infideles. *Exod.* 14. *e.* Et nubes lucida obumbrans discipulos, dici potest æterna virtus, vel Spiritus sanctus *Matth.* 17. *a.*

Nubes præterea cum sit tenuissimus aëris lucidi contextus, lucem aliquam de se emittens, ipsum Christum *n* significat, vel diuinam in Christo, & lucidam veritatis pulchritudinem. *Iob.* 38. *b. Psa.* 96. Designat etiam naturam humanam in Christo. *Gen.* 9. *b. Exod.* 13. *d.* 14. *e.* 16. *c.* 19. *b. Leuit.* 16. *a.* 3. *Reg.* 18. *g. Isa.* 19. *a.* 25. *b.* Et nubes magna veniens ab Aquilone, est Filius Dei, factus homo, veniens in mundum. *Ezech.* 1. *a. g.* Et nubes irrorans, & protegens nos à feruore Solis, hoc est, ab ira Dei, & extinguens æstum peccatorum, est ipse Christus afferens nobis diuinam clementiam. Et ipsa humanitas eius est nubes diei, in qua eduxit Deus populum de Ægypto. *Psal.* 77. Hac nube dicitur amictus Angelus. *Apoc.* 10. *a.*

Cataractæ cæli, significare possunt *o* benignitatem Dei, qua detinet iram suam, ne perdat homines, quæ tunc aperiuntur, quum iustitia exigente Deus vindictam exercet. Et cum demonstrat nota sibi esse nostra crimina. *Gen.* 7. *b.* 8. *a. Isa.* 24. *c.*

Nubes media inter Hebræos, & Ægyptios, *p* est verbum Dei, mentibus virtute præditis, paulatim irrorans sapientiam, à malis omnibus securam. In duras autem, ac bonarum artium steriles, more nubis densissimæ pœnas ingerit, intentans eis inundationis perniciem miserabilem. *Exod.* 14. *e.* Nubes etiam dicitur doctrina *q* apostolica, in qua apparet Christus tãquam arcus in nubibus: vbi etiam designantur figuræ veteris testamenti. *Ge.* 9. *b. Le.* 16. *a.* His nubibus operit Deus cælum. *Psalm.* 17. 103. 107. 134. 146. *Isa.* 5. *b.* Et sunt nubes tenebrosæ propter obscuritatem, & illuminat noctem veteris populi. Ipsa quoque profunditas scripturæ nubes dicitur. *Exod.* 15. *d.* 14. *e.* 40. *d. Matth.* 24. *a.* 26. *f.* Et baptizati dicuntur antiqui Patres in nube, quia baptizati sunt in figura. 1. *Corint.* 10. *a.* Cataractæ autem vt dicuntur per quas flumen deiicitur, potius quàm defluit, Prophetas significare possunt. *Psal.* 41. Vbi etiam designant comminationes diuinas.

Nubes etiam dici potest *r* gratia Dei, & diuina protectio, ipsaque consolatio diuina, cælestiaque beneficia. Donec nubes gratiæ erat in tabernaculo fœderis. Maria non apparuit leprosa, sed remota nube. *Exod.* 24. *d.* 33. *c.* 34. *a.* 40. *d. Num.* 9. *c.* 12. *c.* 16. *f. Isaia* 4. *b.* 5. *b.* 18. *b.* Et nubes in qua veniet Filius hominis, erit bonis consolatio, & protectio. De quibus dicitur. *Psalm.* 30. Quàm bonus Israël Deus his qui recto sunt corde. *Matth.* 13. *c. Luc.* 21. *e. Ezech.* 1. *a.*

Nubes præterea dicitur *s* beatissima Virgo Maria, quæ est nubes leuis sine peccati pondere, & super eam ascendit Dominus, quum incarnatus est. *Isa.* 10. *a.* Ipsa est nubes diei, in qua educit Dominus populum de Ægypto. *Psalm.* 77.

Nubes aëris, sunt *t* Apostoli, & sancti doctores, & etiam Prophetæ: in quibus est tenebrosa aqua, qui ad excelsa contendunt, & terrena despicientes, instar auium tenuissimum aërem, & ætherea quæque desiderant, ad quos veritas

a *Hie. sup. Iob* 3. *Cyri.* 6. *sup. Ioan.* 14. *Am. s. Luc.* 17. *Au.* 73. *qu.* 59.

b *Gre.* 25. *m.* 12.

c *Cyr. s.* 1. *Io.* 14. *Gre.* 4. *mo.* 8. 10. 23. *Ru. s. Gen.* 18. & *s. Ier.* 14. *Ber. s. Can. serm.* 75. 86. *Gre.* 15. *mor.* 3. *Ori. s. Mat. hom.* 35. & *su. Rom.* 13. *Ambro. s.* 2. *de Cain.* 4. *Hie. s. Ezec.* 8. *Au. s. psalm.* 5. & *s. Ioan. tract.* 57. *Greg. s.* 1. *Reg.* 15. & 2. *mor.* 2. & 25. *moral.* 11.

d *Ori. s. Mat. hom.* 20. 22. *Au.* 1. *q. in eu.* 31. & *s. Ioan. tract.* 8. *Hie. s. Mat.* 22. *Epi.* 2. *con. har. to.* 1.

e *Gre. hom.* 8. *Cyr.* 2. *s. Ioan.* 2.

f *Ori. s. Matt. hom.* 32. *Hil. s. Mat. ca.* 27.

g *Aug.* 83. 59. & *de verbo Dei. Ber. in sente. Orig. s. Matth. hom.* 22.

h *Isy. s. Le.* 22.

i *Ori. s. Matt. ho.* 26. *Hil. s. Matt. Ca.* 22. *Ambro. s.* 1. *de pœni.* 6. & *su. Luc.* 14.

k *Geor. Ven. Cant.* 1. *tom. c.* 17.

l *Ambro. sermon.* 61.

m *Ori. s. Exo.* 5. & *s. Num. hom.* 27. & *s. Matt. hom.* 3.

n *Chry. s. ps.* 96. *Amb. s. psalm.* 118. *serm.* 5. *Hie. s. Ezec.* 1. *Cyr.* 4. *s. Ion.* 28. *Isy. s. Leuit.* 16. *Aug. s. ps.* 77. *Gre. s. Ez. hom.* 8. *Rup.* 6. *Apoc.*

o *Hie. s. Isai.* 24.

p *Phil. quis rerum diu. har. Geor. Ve. Can. tom.* 7. *cap.* 17.

q *Hil. s. psalm.* 134. *Isyc. s. Leu.* 16. *Aug.* 2. *de ge. con. Mani.* 5. & *s. Psalm.* 146. *Bed. s. Gen.* 5. *Hie. epi. ignot. vulg.* & *s. psal.* 41. *Aug. s. psalm.* 41.

r *Orig. s. Num. hom.* 7. & *s. Exec. hom.* 1. *Hie. s. Is.* 18. *Gre. sup.* 1. *Reg.* 3. *Tertul. aduer. Iudæos. Gregor. Nyssen. de vita Mosis.*

s *Amb. exhor. adui.* & *insti. vir.* 15. *Hier. s. Isa.* 19. & *s. psalm.* 77.

t *Ori. s. Ierem. hom.* & *s. Can. hom.* 4. & *s. Matth. hom.* 30. 35. *Arn. s. psalm.* 67. *Cyril.* 7. *Thessa.* 2. *Hie. s. Is.* 5. 14. & *s. Dan.* 2. & *s. Zach.* 14. & *s. Iob.* 26. *Aug. s. psal.* 35. 56. 76. 77. 88. 105. *Greg.* 14. *mor.* 2. & 17. *mor.* 12. & 27. *mor.* 56.

Digitized by Google

veritas Dei peruenit,quæ vsque ad nubes venire dicitur,& super Sanctos pluere consueuit:qui repleti multitudine scientiæ,multas habent aquas in cordibus suis,tenebrosas quidem,& inuolutas caligine mysteriorum , quam solus Moses ingreditur,& loquitur cum Deo facie ad faciem.*Psalm.*17.35.56.67.76.77.96.103.134.146.*Gen.*9.*b.* *Exo.*13.*d.*14.*e.* *Iob.*20.*a.*26.*b.*36.*d.*37.*b.c.d.* *Eccle.*11.*a.*12.*a.* *Isa.*5.*b.*14.*d.*45.*b.*60.*b.* *Iere.*10.*b.* *Mat.*24.*c.*26.*f.* *Apo.*1.*b.* Hæ sunt nubes quæ non æquantur Domino.*Psal.*88.Et nubes quæ rore concrescunt.*Prou.*3.*c.*2. *Reg.*1.*d.* Et nubes discurrentes per magnificentiam Dei.*Deut.*33.

Nubes interdum dicitur *a* Ecclesia,& ipsi fideles.*Psal.*140.Super hanc nubem sedet Filius hominis. *Apoc.*14.*d.* Nubes quoque sunt animæ sublimes per cœleste desiderium,& à culpæ grauedine leues:de quibus dicitur.*Is.*60.*b.* Qui sunt isti,qui vt nubes volant?

Nubes quandoque dicuntur *b* Angeli:vt innuatur sanctos illos spiritus occulto quidem lumine supra mundanum impleri modum:cæterum primitiuam illam primóque apparentem lucem,modestè reuerenterque suscipere, eamque sequentibus absque inuidia pro suo cuiusque captu secunda deriuatione transfundere. Præterea, quod illis & fœcunditas, & ius item animandi & augendi, ac perficiendi adsit, iuxta intelligibilis imbris fœcunditatem,quæ subiectum gremium ad vitalem partum pinguibus euocet pluuiis.

Nubes protegens Israëlem , *c* crucem Christi significare potest, sub cuius vmbra saluamur. *Exod.* 13. *d.* *Numer.*14.*c.*

Cataractæ, dici possunt *d* fluxus cogitationum intellectus , quæ tunc aperiuntur,quum homo tendit in vitia. Nubes etiam est *e* confusio inquietarum cogitationum in mente : quibus à visione & contemplatione diuinorum obtenebratus impeditur.*Iob.*38.*a.*Transeunt quoque nubes præ fulgore,quum illæ quæ animum obnubilant , dubitationes recedunt.*Psalm.*10.

Nubes magna veniens ab Aquilone , significat *f* exercitum Chaldæorum , venientem aduersus Hierusalem. *Ezech.*1.*a.* Designat etiam nubem iudicij quando tolletur impius , ne videat gloriam Dei. Et dicitur dies nubis, quia nullus tunc absque pauore iudicem præstolabitur, incertus de futura sententia. Erit autem nubes præcipuè malis,quibus erit nubes obscura,& horribilis. *Psalm.* 67. 96. *Ezech.* 30.*a.*34.*d.* *Ioel.*2.*a.* vnde & in nubibus veniet tunc Filius hominis.*Dan.*7.*d.*

Nubes matutina,quæ citò consumitur,in earum rerum comparatione assumi solet,quæ citò deficiunt. *Hose.*6.*b.* 12.*a.*Nubi autem sine pluuiis *g* comparatur vir gloriosus, & promissa non complens.*Prou.* 25.*b.*Nubes ad altiora suspenditur,*h* sed densato vento impellitur, vt currat , calore autem Solis dissipatur , & euanescit:Sic corda sunt hominum , quæ per acceptæ rationis ingenium ad alta emigrant : impulsa autem maligni spiritus flatu prauis desideriorum suorum motibus huc illucque pertrahũtur:sed districtio respectu superni iudicis,quasi Solis calore liquefiunt , & semel locis pœnalibus tradita , ad operationis vsum vltra non redeunt. Gloria etiam malorum vt nubes transire dicitur.*Iob.*7.*b.*30.*b.* *Iud.d.*Vt nubem autem & nebulam dicitur Deus delere peccata nostra.*Is.*44.*d.* Designat in multis ex his locis temporale bonum.*Isa.*25.*b.*

Nubes,interdum *i* mentis humanæ mobilitatem significant.*Eccle.*11.*a.*Qui considerat nubes , non metit, quia is qui ante humanæ mutabilitatis terrorem trepidat,mercedis æternæ retributione se priuat.

Nubes opposita , ne transeant orationes ad Deum , est *k* quum ingratas preces petentium Deus exaudire dedignatur. Vel quum caligine quadam & nubilo cæcitatis mens obruitur , ne ratio diuinæ contemplationis illustrari mereatur.*Thren.*3.*e.* *Iob.*38.*a.*Nubes etiam magna est caligo & cæcitas , quam incurrit homo per peccatum. *Ezech.*1.*a.*

Nubes etiam sunt praui homines persequentes bonos.*Eccl.*11.*a.*Et hæretici,philosophi,Iudæi, & tempora iniquorum. Demum ipsæ tribulationes. Et arcus apparet in nubibus , *l* quum diuina benignitas in tribulationibus succurrit.*Gen.*9.*b.*

Nubes operiens Thaphnim,est *m* erroris obscuritas,quæ cedit diabolo.*Ezec.*1.*a.*30.*e.*38. *c.* Et cataractæ sunt *n* errores in anima.Nubes autem ponitur vestimentum maris,*o* quum in crudelibus interponitur caligo , & cæcitas infidelitatis.*Iob.*38.*a.*Cataractæ quoque in diluuio significant *p* superbos.*Gen.*7.*a.*

Cataractæ fuerunt apertæ in baptismo Christo,quum vox Patris audita est.Hic est Filius meus.*Psalm.*41.

Nubes,cælum.*Iob.*22.*b.*Nubes latibulum eius.

Nubes,multitudo.*Ecclesiastici.*43.*b.*In magnitudine sua posuit nubes.

Nubes,soliditas.*Iob.*37.*d.*Subitò aër cogetur in nubes.

Nudare,Nudus.

NVDARE,est detegere,& spoliare,& nudus est,qui est sine tegmine,aut vestimento,& pauper,priuatus,apertus, & detectus.

Nuditas Adæ in paradiso,designauit *q* nuditatem Christi,qui pro nobis apparuit infirmus.. Et vt ille fuit nudus in paradiso,ita Christus vt humanam tegeret nuditatem,nudus pependit in cruce.Nuditas etiam Noe, nuditatem Christi in passione & cruce significauit.*Gen.*2. *d.* 3. *e.* 31. *f.* *Luk.*23.*e.* Nuditas autem Iob,designauit *r* Christum à sorde originalis peccati mundum.*Iob.*1.*d.*Designauit etiã , quod Christus à synagogæ carne prodiens conspicuus ad Gentes prodiit , quum esset ab ipsa synagoga nudatus , sicut etiam Ioseph reliquit pallium in manu dominæ, Nuditatem Christi aspexerunt Iudæi.*Haba.*2.*c.*

Nudus etiam dicitur Christus in suis membris,in quibus est operiendus,*s* in iis videlicet,qui indigent sapientia.*Matth.*25.*d.*

Nuditas in Angelis , designat *t* quod liberi sint , absoluti , & expediti , atque exterioris omnis adiectionis labe puri,& ad diuinæ simplicitatis similitudinem pro viribus tendant.

Nuditas aliquando indicat *u* simplicitatem,vt in primis parentibus,qui nudi non erubescebant.*Gen.*2.*c.*Nudus erat Adam à simulatione,sed vestiebatur luce diuina,vnde aduersus, & ad seipsum conuersus :quod significat de illa arbore manducasse,nuditatem suam vidit,& displicuit sibi, eo quod non haberet aliquid proprium.Est autem hoc erroris proprium,vt quod cuique displicet;hoc etiam Deo displicere arbitretur.

Nudus fugiens adolescẽs,designat eum,*x* qui nil sibi de bonis operibus per inanem gloriam ascribit.*Marc.*14.*f.* Nudus etiam fugit,qui veterem hominem exuens,ad Deũ festinat:& qui omnia peccandi pericula vitat.*Amo.*2.*d.* Nuditas Iob,*y* munditiam ab omni vitio indicat.*Iob.*1.*d.*Et nuditas Dauid.2.*Reg.*6.*d.*

Nudauit Deus gladium post partem capillorum,quum in Iudæos grauem vindictam exercuit.*Ezec.*5.*a.*

Nudantes fratres Ioseph ipsum tunica,fuerunt *z* Iudæi imponentes Christo falsa crimina,vel ipsum occidentes. *Genesi.* 37. *e.* Non est autem in totum nudatus Ioseph , sed spoliatus : quia non est nudus , nisi quem culpa nudauerit.

Nuditas Noe,*aa* peccatum per ignorantiam perpetratum significare potest,& nudari in tabernaculo,est abscondere peccatum.*Gen.*9.*d.*

Nuda dicitur *bb* anima,quæ gratia,& virtutibus destituta est. Sic nudus homo , vel nudus populus, est existens in peccato , & carens indumento gratiæ , & charitatis. *Gen.*3.*c.* *Exod.*32.*f.* *Iob.*12.*b.*22.*a.*24.*b.* *Isa.* 20.*a.* *Ezec.*16.*a.* *Nahum.*2.*c.* *Apoc.*3.*d.*16.*c.*17.*d.*Et nudi sunt,qui Christum non habent. 1. *Corin.* 5. *a.* Item decepti ab hæreticis,& carentes fide,& frigoribus infidelitatis & peccatorum vexati.*Isa.*58.*c.* *Ioe.*1.*c.*Nuda spoliatur fornicaria,*cc* quando plebs Israëlitica nudata gratia, etiam amisit gloriam temporalem ducta in captiuitatem.*Hos.*2.*a.*

Nudum caput, est *dd* amissio galeæ salutis.Est etiam erubescentiæ indicium.Nudabant autem caput qui lugebant mortuos. Et nudant caput,qui diuinitatem , aut humanitatem negant in Christo. Non nudat autem caput sacerdos , quum non amittit gloriam Dei. *Luc.* 10. *b.* 13. *f.* Demum nuditas in planctu assumi solebat. *Mich.*1.*b.*

Nudari dicuntur ossa per flagella , *ee* dum per tribulationem quicquid in nobis est validum , aperitur. *Iob.* 33.*c.*

Nudat Dominus crinem filiarum Sion,quum *ff* manifestat peccata occulta. *Isa.*3. *b.* Et nudat femora Hierusalem,quum detegit peccata,& confundit peccatorem.*Ier.*13.*d.*Sic nudat ignominiam. *Ezech.*16.*c.*23.*d.*Et nudabit

Dominus

---

a *Georg. Ven. Can.*1 *tom.*7. *cap.*17.*Bed.s. Gen.*5.*& s. Prou.*3. *Rup.* 2.*s.Deut.*20.
b *Arn.s. psal.* 104. *Hier. s. Ezech.*1.*Gre. s.*1.*Reg.*7.14. *Aug.s. Apoc. hom.*11.*Dyo. cœl.Hier.* 15. *Hie.s. Za.*14.
c *Chry.de cõtinent.*Ioseph.
d *Phi.de prof.*
e *Gre.*28. *m.* 19. *Ricar. de S. Victor. de som.Na.*35.
f *Hie. s. Eze.* 1.30.*Gre.s. Ezech. hom.* 2.*Hil. s. psal.* 67.*Aug.s. ps.* 96.67.
g *Bed.s. Prou.* 25.
h *Gre.*8. *mor.* 14.*&* 20. *m.* 23.*Geor.Ven. Cant.*1. *tom.* 7.*cap.*17.
i *Gr.*27.*m.*5.
k *Gr.*28. *moral.* 75. *Rup.* 1.*s.Ezec.*3.
l *Amb.de Noe.*27. *Gre.* 1.*past. admo.* 16. *Bed.s.Can.se.* 58.*Euch.for. spir.*3.
m *Hie.s. Eze.* 30.
n *Amb.de Noe.*14.
o *Gre.*28. *m.* 15.*& s.Eze. hom.*2.
p *Bed.s.Ge.*5.
q *Am.epi.*36. *& s. Luc.* 23. *Au.*16. *ciuit. Dei.*2.*&* 12. *cont.Fau.*23.
r *Bed.s.Iob.*1. *Gre.* 2.*m.* 31. *Rup.s.Hab.*2.
s *Ori.s.Matt. hom.*25.
t *Dion.cale. Hier.*15.
u *Aug.* 2. *de gen.con.Man.* 16.
x *Gr.s.* 1. *Re.* 15.*Hie.de veste sacer.*
y *Ori.s.Iob.*1. *Amb.de Noe.* 29.*& ep.*36.
z *Amb.de Ioseph.*5. *Bed.s.Ge.* 37.
aa *Amb.de Noe.*29.
bb *Ori.s.Exo. hom.*6.*Gre.*6. *mor.*3.23. *&* 12.*mor.*5.
cc *Ru.s.Ho.*1.
dd *Hier. de ver.sacer. Isy. s.*Leu.10.13.
ee *Gre.*23.*m.* 28.
ff *Hie.s.Isa.*3.

Ecclesia.
Fideles anime.
Angeli.
Crux Christi.
Fluxus cogitationum.
Dies iudicij.
Vir gloriosus.
Temporale bonum.
Mobilitas mentis.
Ingraditudo.
Caligo mentis.
Praui homines.
Tribulationes.
Error.
Ignorantia.
Infidelitas.
Cœlum.
Multitudo.
Soliditas.
Christus nudus.
Christus in suis membru.
Puritas Angelorum.
Simplicitas.
Nil boni sibi ascribens.
Puniens deus Iudaos.
Iudai occidentes Christum.
Peccatum per ignorantiam
Abscondere peccatum.
Anima sine gratia.
Erubescentia
Tribulatio.

Digitized by Google

Dominus terram in die iudicij, quum omnia ante tribunal Christi manifestabuntur. *Isa.* 24. *a.* Et nudus est infernus coram Deo, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. *Iob.* 26. *b. Nahum.* 3, *b. Haba.* 3. *c. Hebr.* 4. *d.*

Nudari sapientia. Detectio turpitudinis.

Nudus inuentus est Adam post peccatum, *a* quia voluit nimis sapere suasu serpentis, qui harum dicitur, quod nudum & astutum significet: vt doceamur nimis astutum denudari sapientia diuinorum.

Denudat filia Babylonis turpitudinem suam, *b* quum anima confunditur. *Isa.* 47. *a.* Vel in administratione operis turpitudo denudatur, dum vilis mens abiectaque in actionis ostentatione cognoscitur, quæ quieta prius magna putabatur. Ad eadem refertur filia Edom. *Thren.* 4. *d.*

Non seruare præcepta. Prædicantes hæretici. Hæretici denudantes Ecclesiam. Detectio errorum.

Nuditas pedum, est *c* quum anima non munita diuinorum præceptorum protectione, & obseruatione, patet venatorum animalium, nempe dæmonum morsibus. *Iere.* 2. *e.*

Nudant lamiæ mammas suas, *d* quum Iudæi, & hypocritæ labiis honorant Deum, quem corde negant, & quum hæretici errores suos liberè prædicant. *Thren.* 4. *a.*

Nudant parietem Ecclesiæ hæretici, *e* cùm omnes eius munitiones demoliri conantur. *Isa.* 22. *b.* Dicuntur etiam nudare pauperis domum, nempe Ecclesiam. *Iob.* 20. *b.*

Nudatur alueus riui Ægypti, *f* quum omnes philosophorum, & hæreticorum fallaciæ deteguntur. *Isa.* 19. *b.*

Nudius.

Nvdivs tertius, & nudius quartus, idem dicunt ac si diceremus, nunc est dies tertius, nunc est dies quartus, nempe à die præterito, à quo fit numeratio.

Nudius tertius, *g* est prima dies prædicationis ipsius prædicatoris, quum exercet in obedientia prælati sui, & in hac viderunt Saulem. 1. *Reg.* 10. *b.*

Nugari, Nuga, Nugax.

Nvgae, sunt sermones leuium rerum, ac nullius ponderis, & plerunque scurriles, & mendaces. Nugax autem est, qui nugas loquitur, quod est nugari.

Sermones hæreticorum.

Nugæ sunt *h* sermones hæreticorum, & nugaces sunt hæretici, & etiam Iudæi, circa legem nugantes, dum falsos ei dant & ineptos sensus. *Soph.* 3. *d. Sap.* 2. *c.* 4. *c.*

Nullus.

Nvllvs, est non aliquis.

Nullus homo debebat esse in tabernaculo, quum ingrediebatur sacerdos ad offerendum incensum, vt designaretur omnes homines egere redemptione, præter ipsum Christum summum sacerdotem, & redemptorem. *Leuit.* 16. *c.*

Numerare, Numerus, Enumerare, Numerabilis. Computare, Recensere, Supputare.

Nvmerare, est per numeros recensere. Numerus autem est vnitatum collectio. Recensere autem est cognoscere, & summam per numeros cognoscere. Numerus item est discretio, paucitas, & fœlicitas.

Æternitas Dei. Ordinans Deus prædicationem. Notans Deus opera. Puniens pro meritis. Comprehendere excellentiam sanctorum. Prædestinati. Perfecti ad opera Dei.

Numerus annorum Dei dicitur inæstimabilis humanæ cognitioni, *i* cùm in Deo sit vnica & simplex æternitas, vt dum homo ea, quæ apud se sunt, prolixa multiplicat, æternitatis multitudinem se metiri non posse infirmitas humana cognoscat. *Iob.* 36. *d.*

Dinumerat Deus menses conceptus ceruarum, *k* quum ordinat, vt prædicatores opportuno tempore, quod in mente conceperant, proferant. *Iob.* 39. *a.*

Dinumerat Deus gressus, *l* quum singula quæque opera nostra propter retributionem signat. *Iob.* 14. *d.*

Numerare dicitur Deus in gladio, *m* quando singulos pro meritis castigat & punit. *Isa.* 25. *b.* Recensetetiam quæ fecit Amalec, quum condemnat opera libidinis, & cùm aliquando conuertit ipsum peccantem. 1. *Reg.* 15. *a.*

Numerare stellas, est *n* Sanctorum excellentias comprehendere, quod est solius Dei, ideò dixit Abrahæ, Numera stellas, si potest. *Gen.* 13. *d.* 15. *b. Psalm.* 146. *Isa.* 40. *f.* Nemo autem numerat, nisi quod vult diligentius custodire. Dicitur autem non esse numerus militum Dei, quia soli Deo cognitus. *Iob.* 25. *a.*

Ordinans Deus prædicationem. Notans Deus opera. Puniens pro meritis. Comprehendere excellentiam sanctorum. Prædestinati. Perfecti ad opera Dei.

Numerus filiorum Israël, *o* prædestinationem significare potest. *Exod.* 16. *d.* 30. *b. Psalm.* 130. *Iere.* 23. *a.* Sic numerans Abraham trecentos vernaculos, prædestinatos indicauit. *Gen.* 14. *c.* Et numerati per cognationes & tribus, sunt ad diuersos gloriæ gradus ordinati. *Nume.* 1. *a.* 23. *b.* 24. *c.* Numeratio autem secunda filiorum Israël, est introductio secundi populi in terram promissionis & Hierusalem cœlestem, reprobato priore. *Num.* 26. *a.*

Diuersi gradus in Ecclesia. Merces secundùm opera. Virtus vniuscuiusque. Certa scientia. Valere penetrare mysteria. Non numerari Iudam inter Apostolos, Irreparabilis diabolus. Obliuio remissorum peccatorum. Peruertentes hæretici fideles. Obstinati hæretici. Indigni numero. Vna lex. Vna fides. Christus Iudex.

Numerari Leuitæ à triginta annis & supra, designant *p* perfectos ad opera Dei, qui digni sunt numerari: qui etiam ad numerum transire dicuntur. *Numer.* 4. *d.* Et numerus vel summa pugnatorum, est eorum, qui fortes sunt aduersus dæmones, vt meritò numerentur, nec implicentur negotiis secularibus. *Numer.* 31. *g.* Recensens quoque Saul filios Israël ad pugnandum, designat prælatum cognita virtute interiori numerantem fideles inter milites spirituales. Recensens autem populum quasi agnos, designat *q* prædicatorem proponentem veterum exempla ad castitatem, vel eligentem castos ad prædicandum & pugnandum contra Amalec, id est, libidinem. 1. *Reg.* 11. *b.* 15. *a.*

Enumerata instrumenta tabernaculi, designare possunt diuersos gradus ministrorum in Ecclesia. *Exod.* 38. *e.*

Supputatur pecunia redimentis se, iuxta annorum numerum ad rationem mercenarij. *Leu.* 25. *g.* 27. *c.* quia *r* vnicuique imputabitur merces secundùm horas denarij diurni, & secundum quòd magis exercebit opera pœnitentiæ, vt veniat ad annum Iubilei.

Numerus autem annorum Iubilei, dici potest *s* virtus vniuscuiusque, quæ consideranda est in iniungendis operibus, ne videlicet alligemus opera & importabilia in humeros proximorum. *Leuit.* 25. *b.*

Numerus aliquando dicit certam scientiam, vt is dicatur numerum habere, qui certam habet de aliqua re scientiam. Et adolescentularum dicitur non esse numerus, hoc est, *t* sectæ Philosophorum non habent certam scientiam, sed circa errores vagantur. *Can.* 1. *a.*

Numerus sufficiens ad esum agni est, *u* quando is qui agnum manducat, mysteria eius penetrare præualet. *Exod.* 12. *a.*

Non numerari noctem, in qua natus est Iob in mensibus, *x* est deleri Iudam de numero Apostolorum. Et non computari ipsum in diebus anni, est non agi memoriam Iudæ, vt Sanctorum, sed ipsum deleri de libro viuentium. *Iob.* 3. *a.* Vel diabolum superbiæ suæ tenebris pressum, aduentum quidem Redemptoris conspicere, sed nequaquam ad veniam cum electis redire, nec rursum ad ordinem supernorum agminum reduci.

Non computari etiam noctem illam in diebus anni, *y* est in extremo examine non fieri mentionem de peccatis iam remissis, sicut de operibus virtutum.

Numerant vel destruunt hæretici domus Hierusalem, quum *z* peruertunt fideles. *Isa.* 12. *c.*

Numerantur Assyrij præ paucitate, *aa* quum residui ex hæreticis relinquuntur, maiori parte ad fidem reducta. *Isaiæ* 10. *a.* 21. *d.*

Innumerabilis, gens sunt *bb* dæmones & mali homines, & carnales, quasi indigni numero. *Ioel.* 1. *c.* Innumerabiles autem homines, quos rapit ante se diabolus, sunt carnales ab exordio mundi vsque ad tempora Antichristi. Et dicitur rapere, non omnes, sed innumerabiles, *cc* quia quandiu falsitatis suæ signa non exhibet, multi à vita carnali conuertuntur: atque ita non omnes trahit. *Iob.* 21. *d.* 34. *c.*

Supputare bases duas per vnam tabulam tabernaculi. *Exod.* 26. proponere vtranque legem singulis fidelibus. Supputare etiam singula talenta per singulas bases, ad vnam fidem referri potest. *Exod.* 38. *d.*

Numus, Numularius, vide Pecunia.

Nunciare, Nuncius, Enunciare, Prænunciare, Renunciare.

Nvnciare, est monere & significare, & referre. Enunciare autem est nunciando & declarando proferre. Nuncius verò est, qui nunciat. Renũciare etiam, est referre. *Ge.* 37. *c.* Renuncia mihi quid agatur. Et relinquere. *Lu.* 14. *g.* Qui non renunciat omnibus quæ possidet.

Nunciat Christus iudicium gentibus, *dd* quia constitutus est iudex gentium. *Isaiæ* 42. *a.* Ipse vt Deus annunciat homini eloquium suum. *Amos* 4. *d.* Nam Apostoli & Prophetæ non suum, sed eloquium Dei annunciant.

a *Geor. Ven. Cant.* 1. *tem.* 7. *cap.* 24.
b *Gre.* 6. *mor.* 11.
c *Hie. s. Iere.* 2.
d *Gre.* 19. *mo.* 15.
e *Hie. s. Isaiæ.* 22.
f *Hie. s. Isaiæ* 19.
g *Gre. s.* 1. *Re* 10.
h *Rup. s. Soph* 3.
i *Gre.* 27. *mo.* 3.
k *Gre.* 30. *m* 20.
l *Gre.* 12. *mo.* 9.
m *Hie. s. Isa.* 25. *Gre. s.* 1. *Re.* 15.
n *Arn. s. Psal.* 146. *Amb. se.* 26. *Aug. s. ps.* 146.
o *Ori. s. Num. hom.* 15. 18. *Amb. de Abr.* 3.
p *Ori. s. Num. hom.* 21. *Ori. s. Num. hom.* 4. 26.
q *Gre. s.* 1. *Re.* 11. 15.
r *Isy. s. Le.* 25? 27.
s *Isye. s. Leu.* 25.
t *Aug.* 83. *q.* 55.
u *Ru.* 2. *s. Ex.* 7.
x *Ori. s. Iob.* 3. *Gre.* 4. *mor.* 10. 11.
y *Gre.* 4. *mo.* 22.
z *Hier. s. Isa.* 12.
aa *Lyr. s. Isa.* 10.
bb *Hie. s. Ioel.* 1.
cc *Gre.* 15. *m.* 30.
dd *Hie. Agla. Rup. s. Amos* 4.

Digitized by Google

Nuncij gentis sunt *a* angeli præpositi gentibus. *Isa.* 14. *g.* Et nuncij qui egrediuntur à facie Dei sunt angeli. *Ezech.* 30. *b.* Nuncius bonus de longè veniens, est Angelus bonus : qui comparatur aquæ frigidæ sitienti datæ. *Prouerb.* 25. *d.*

Angeli.

Nuncij quos misit Iacob ad Esau, dici possunt *b* prophetæ ad Iudæos missi. *Gen.* 32. *a.* Ipsi dicuntur nuncij Domini. *Agge.* 1. *d.* Nuncij autem missi ad vniuersos terminos Israël, sunt *c* Apostoli, & Prophetæ. 1. *Reg.* 10. *a.* 11. *c.* *Isa.* 42. *d.* 44. *d.*

Prophetæ. Apostoli.

Nuncius qui venit ad Iob, & aliis pereuntibus solus euadit, est *d* sermo propheticus, qui dum fiunt mala quæ prædicit, quasi sanus ad Dominum solus redit. Deum enim vera dixisse de perditorum casu cognoscitur, quasi inter mortuos vixisse monstratur. *Iob.* 1. *c.* Vel discretio quæ in omni persecutione Iob remanere potuit: & perpetrare damna statim nunciare studuit: quia nisi per discretionem, virtutum damna eius non cognoscit, nec corrigit. Nescit & puer ille cum pereuntibus perire : quia nescit discretio per rerum detrimenta, per tentationum argumenta deficere, sed perficere.

Sermo propheticus. Discretio.

Nuncij quos misit Dauid ad Hanon, quos ille remisit præcisis vestibus vsque ad nates, & dimidia barba, sunt religiosi aut ministri Ecclesiæ incidentes in peccata turpia, quæ detegit diabolus. 2. *Reg.* 10. *a.*

Religiosi peccantes.

Nuncij Iudæorum, sunt *e* Scribæ, Pharisæi, & sacerdotes: Hæreticorum verò prædicatores eorum, vtrorumque autem dæmones. *Isa.* 38. *a. Nahu.* 2. *d.*

Sacerdotes. Pharisæi, hæretici. Dæmones.

Nuncius, qui nunciat patri Ieremiæ natum esse masculum, *f* est diabolus qui quum nos in cogitationibus fluctuare considerat, malorum mentes, quæ ex authoritate huius mundi præeminent, ad persuasionem nostræ deceptionis instigat. *Iere.* 30. *d.* Nuncius autem impij, qui cadet in malum dicitur hæresiarcha, qui est nuncius diaboli. *Prou.* 13. *b.* Nuncij verò mortis sunt angeli Satanæ, *g* nempe hæretici & vani philosophi: imò omnes, qui verba referunt proximis, propter quæ morte condemnentur æterna. *Prou.* 16. *b.*

Diabolus. Hæresiarcha. Hæretici. Vani philosophi.

Annunciat de die in diem salutare Dei, *h* qui secundum bonas virtutes Christum laudat. Vel qui in vtroque testamento Christum prædicat. *Psalm.* 95. Nunciare quoque gloriam Ioseph, est prædicare gloriam Christi: nunciare autem eam patri suo, est prædicare illam Iudæis. *Gen.* 45. *d.* Nunciate verò gloriam Christi in insulis, est prædicare eam gentibus. *Isa.* 42. *b.*

Prædicare virtutibus in vtroque testamento gloriam Dei.

Nuncians Iudas Ioseph aduentum patris sui Iacob, est actus confessionis fidei, quæ fit Christo: vnde & Iudas dicitur confessio. *Gen.* 40. *c.*

Confessio fidei.

Nunciare sacerdoti lepram domus, est confiteri sacerdoti peccata, *Leu.* 14. *e.* Et enunciat vias suas, qui confitetur *i* peccata sua. *Psalm.* 118.

Confessio peccatorum.

Nuncians Moses Domino verba populi. *Exod.* 19. *b.* prælatum designat mediatorem inter Deum & populum. Nunciant etiam filiæ Hierusalem sponso languorem sponsæ: *k* quum Sancti orantes pro nobis offerunt Christo nostra desideria. *Cant.* 5. *c.*

Mediatores prælati & sancti.

Nuncians Ioseph Pharaoni aduentum fratrum suorum, designat prænunciationem futuræ conuersionis Iudæorum in fine mundi. *Gen.* 47. *a.*

Conuersio Iudæorum in fine mundi.

Nuncians Cham fratribus suis nuditatem patris, *l* Iudæos exprimit quodammodo, manifestantes infirmitatem Christi, quæ apud Prophetas in figuris latebat: vnde fit populus ille seruus fratrum : quia seruat scripturas in obsequium Christianorum. *Gen.* 9. *d.*

Iudæi manifestantes infirmitatem Christi.

Nunciantes discipuli Ioannis Baptistæ mortem eius Iesu, *m* sunt confitentes legis veteris cessationem. *Matth.* 14. *b.*

Confitentes cessationem legis.

Nunciari dicuntur consummationes in ira consummationis, *n* quando prædicatur ab Apostolis, quòd vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia: & quòd infirmitas hominis pertinuit ad humiliationem. *Psal.* 58

Prædicatio gratiæ in peccatore conuerso.

Nunciantes Pharaoni fugam Israël, designant solicitudinem dæmonum aduersus fideles. *Exo.* 14. *a.*

Solicitudo dæmonum.

Nunciare pacem mordendo dentibus. *Mic.* 3. *b.* est *o* promittere diuinæ indulgentiæ securitatem flagitiosis.

Falsam securitatem promittere.

Nunciata visio dura. *Isa.* 21. *a.* comminationes diuinas significat.

Comminationes diuinæ.

Nundinæ.

NVNDINÆ, erant institutæ velut festa, quæ nouo quoque die fierent & rustici ad mercatum in vrbem irent pro legibus accipiendis, vt scita atque consulta frequentiore populo referrentur.

Prædicationes hæreticorum.

Nundinæ Tyri, erant prædicationes hæreticorum, quas cum multo popularium fauore ipsi celebrabant. *Ezech.* 27. *c.*

Festa Iudæorum.

Nundinæ in quibus offertur sacrificium, erant *p* festa Iudæorum, in quibus ipsi conueniebant ad offerenda sacrificia. Nunc verò sunt festa Christianorum. *Ezech.* 47. *c.*

Nurus.

NVRVS, dicitur vxor filij.

Ecclesia ex gentibus.

Nurus Iudæ Thamar. *Gen.* 38. *c.* typus est *q* Ecclesiæ ex gentibus: quæ etiam est nurus synagogæ matris Christi. *Matth.* 10. *d.*

Plebs Iudaica Hæretica.

Nurus etiam Iudæ Thamar, significat *r* plebem Iudæorum, regibus & sacerdotibus tanquam filiis Iudæ coniunctam. Nurus itidem Eli, est *s* plebs Iudaica reprobis sacerdotibus subiecta. 1. *Reg.* 4. *d.*

Nurus consurgens aduersus socrum, est *t* anima hæretici, vel ipse hæreticus, qui scripturas à Spiritu sancto æditas, transfert ad nouas doctrinas & ad fermentum Phariseorum, faciens iniuriam Spiritui sancto. *Mich.* 7. *b.*

Nutare, Nutus.

NVTARE, est identidem capite nutum vel signum facere. Et ponitur pro commoueri & titubare, quasique in ruinam periclitari. Nutus autem signum est, quod fit motu capitis: & sæpe pro imperio & voluntate capitur.

Imperium Dei.

Nutus Dei, *u* est imperium voluntatis eius, ad cuius nutum columnæ cæli contremiscunt, quia in plerisque neque ipsi Apostoli pertingere ad voluntatis eius celsitudinem valent, qui eiusdem voluntatis præmia denunciantes vident. *Iob.* 26. *c.*

Dispensatio Christi.

Nutus Ioseph, quo frumenta Ægyptiis vendebantur, typus erat dispensationum donorum gratiæ, quæ per Christi fit voluntatem. *Gen.* 42. *b.*

Nutantes transferuntur filij Iudæ traditoris. *Psalm.* 108. cum *x* Iudæi vagi sunt & inquieti super vniuersam terram.

Nutrire, Enutrire, Nutrimentum, Nutricius, Nutrix, Alere, Alimentum, Altilo.

NVTRIRI dicuntur animalia, secundum quòd alimentum susceptum in suam substantiam conuertunt, & tandiu nutriuntur, quandiu viuunt. Nutrimentum autem, est materia eius quod nutritur.

Nutrit Deus *y* & corporaliter & spiritualiter, qui etiam nutricius dicitur. *Psalm.* 30. 54. *Isa.* 1. *a. Hose.* 11. *a.* Alit autem in fame, quia quando alij famem verbi Dei patiuntur, ipse alit bonos. *Psalm.* 32. Vel dicitur quia sustentat in hac vita.

Nutrit Israël gregem. *Exech.* 45. *a.* hoc est, *z* Ecclesia pascit fideles in pascuis sacræ scripturæ. Qua ratione non nutrit pastor stultus. *Zach.* 11. *d.*

Nutriens Mosen mulier Hebræa, significat *aa* Synagogam fouentem legem, quæ tamen semper illi fuit infans. Sed nutriuit eum, vt adultum traderet filiæ Pharaonis, hoc est, legem cum sensu spirituali traderet Ecclesiæ ex gentibus. *Exod.* 2. *b.* Vel designat *bb* perfectam doctrinam Ecclesiæ, quæ nutrire debet eum, qui adoptatur à scientia seculari, ne vnquam deseratur à matre.

Synagoga fouens legem.

Nutriens sacerdos ignem, *cc* est Christus largiens beneficia. Vel est sacerdos ministrans doctrinam. Vel est vnusquisque, qui charitatem in corde præceptis & exemplis conseruat & inflammat. *Leuit.* 6. *b.*

Nutrientes mulieres, sunt *dd* animæ nondum perfectè verbum Dei habentes. Vel sunt qui iam optatis fruuntur, & amplectuntur quod sperabant, & qui adhærent huic sæculo. *Matth.* 24. *b. Mar.* 13. *b. Luc.* 21. *d.* Vt autem matres tunc propriè nutrire dicuntur, quum infantibus nondum solidum cibum suscipere valentibus, lactis alimentum ministrant : ita nutrire dicuntur, qui recentibus in fide verbum Dei ministrant. 1. *Thess.* 2. *a.* Et nutricij

Sion,

a *Hie. s. Ezec.* 3e: *Bed. s. Pr.* 25.
b *Hie. s. Isai.* 52. *& s. Agg.* 1.
c *Gre. s.* 1. *Re.* 11. *Lyr. s. Reg.* 10.
d *Gre. s. mor.* 25. *Ricar. de S. Victor. de* 12. *patriar.* 68.
e *Ruper. s. Nahum.* 2.
f *Gre.* 4. *mor.* 4.
g *Bed. s. Prou.* 16.
h *Hie. s. psal.* 95. *& s. Isai.* 42.
i *Hila. s.* 118.
k *Gre. s. Can.* 5.
l *Beda. s. Gen.* 9.
m *Hil. s. Mat. Can.* 14.
n *Aug. s. psal.* 58.
o *Gre. s.* 1. *Re.* 1.
p *Lyr. s. Exo.* 46.
q *Aug. s. psal.* 44.
r *Glo. ord. s. Geneſ.* 38.
s *Gre. s.* 1. *Re.* 4.
t *Hie. s. Mich.* 7.
u *Gre.* 17. *m.* 15.
x *Hie. s. psal.* 108.
y *Hil. s. psal.* 154. *Hie. s. Hoſ.* 11. *& s. psalm.* 32. *Aug. s. psalm.* 32.
z *Hie. s. Ezec.* 45.
aa *Bed. s. Ex.* 2.
bb *Gr. Nyſſe. de vita Moſis.*
cc *Gre.* 25. *m.* 7. *Iſyc. s. Leu.* 6.
dd *Ori. s. Ma.* *hom.* 29. *Am. s. Lu.* 21. *Au. s. psal.* 39. 95. *& de verbo Domini ſermon.* 20.

Digitized by Google

Sion, sunt reges,& nutriciæ reginæ, hoc est, *a* Apostoli & prædicatores filiorum Ecclesiæ quæ est mater nostra. *Isa.49.f.*

Nutrit pluuia pinum,quando lumen naturale scientiam naturalem nutrit & fouet. *Isa.44.c.*

Nutrit seruum delicatè,*b* qui corpus suum in deliciis habet & fouet. *Prou.29.c.*

Nutriuntur in croceis,*c* qui mundi pompam & delicias sequuntur, & qui literam carnalem legis amplexantur. *Thren.4.a.*vel è diuerso Sancti patres nutriebantur in croceis, quando sacramentis gratiarum pascebantur.

Nutrit homo vaccam vnam,& duas oues, *d* cùm Iudæus vix habet animalia munda in sensibus sacræ scripturæ,nèc habet solidum cibum. *Isa.7.d.*

Nutrit catulos suos hericius in Iudæa,quando inter eos fouetur auaritia. *Isa.34.d.*

Diabolus. Nutriens pauper ouem,*e* est diabolus genus humanum reficiens voluptatibus. *1.Reg.12.b.*

Nutrire comam non debet sacerdos,hoc est,*f* non debet abuti naturalibus ad inanem gloriam. *Ezech.44.f.*

Sapientia. Synagoga. Nutriunt aquæ cedrum,*g* ambitio videlicet Luciferum. *Exec.31.a.*

Nutriti in vitijs. Nutrix Rebeccæ,quæ cum ea perrexit ad Isaac,sapientiæ *h* typum gerit, & etiam disciplinæ Spiritus sancti. *Genes.34.g.35.d.*designat etiam synagogam nutricem populorum.

Patres noui testamenti. Altilia dicuntur, *i* qui sunt in vitiis enutriti. *Ezech. 39. c.* Altilia sunt etiam patres noui testamenti, qui dum gratiam pinguedinis internæ percipiunt æternis desideriis innitentes,ad sublimia,contemplationis suæ pennis subleuantur. *Matth.22.a.*

Nutrimenta Thopher,*k* ignem infernum significant. *Isa.30.g.*

Nutus,vide Annuere & Nutare.

Nux.

Christus. Nvx arbor & fructus est,& in fructu semen ipsum est:& vtrunque in vnam speciem confusum, vno loco intimo clauditur munito duplici tegmine,crasso primum putamine,dein ligneo cortice: & ipsum semen nucleus appellatur.Nux emittere fertur spiritum,qui torporem & veternum inducit.

Nux *l* trinam habet in suo corpore substantiæ vnionem,corium,testam & nucleum.In corio caro:in testa ossa, in nucleo interior anima comparatur.In corio nucis carnem significat Saluatoris, quæ habuit in se asperitatem, vel amaritudinem passionis.In nucleo interiorem declarat dulcedinem deitatis:quæ tribuit pastum , & luminis subministrat officium. In testa lignum intercedens crucis : quod non discreuit id, quod foris & intus fuit : sed quæ terrena & cœlestia fuerunt,mediatoris ligni interpositione sociauit.

Perfecta virtus. Significat etiam nux *m* perfectam veritatem : vt enim in nuce idem est finis & principium:in quantum enim semen,est principium,in quantũ fructus finis : sic & in virtutibus vnaquæque est finis & principium.Extremum putamen est amarum:ligneus cortex interior est austerus & solidus:sic labor virtutis durus & difficilis, quo tamen ad fœlicitatem peruenitur.

Sacerdotium Christi. Nuces etiam seu amygdala,sacerdotium Christi significare possunt. *Genes.30.f.*

Sacra scriptura. Nuces *n* sacram scripturam interdum significare possunt,vt cortices literam designent,nucleus verò spiritualem sensum. *Exod.25.d.37.e.Num.17.e.*Peculiariter autem *o* legem,quæ est hortus nucum. *Cant.6.d.*

Ecclesia. Nuces itidem ipsam *p* Ecclesiam significare possunt. *Exod.25.d.37.e.*

Sacerdotium & Propheta. Perfecti. Nuces quoque *q* sacerdotium & Prophetas, aut eorum lectionem significare possunt , quæ lectio in tentationibus est amara, in laboribus dura, in virtutibus interioribus fructuosa. *Cant.6.d.*Vel sunt perfecti,qui dum diuinam sapientiam intra corpora sua retinent, quasi nucleum in fragili testa portant , qui habent thesaurum in vasis fictilibus.

Correctio. Christus. Nucea virga,*r* correctionem significare potest,quæ quidem extrinsecus amara esse solet,intus verò dulcis.Potest etiam ipsum Christum significare. *Ierem.1.e.Psalm.22.*

Nicticorax, vide Nocturna.

Obducere.

Bdvcere,est tegere,& superinducere.

Obducta cicatrix , significat *s* remissum peccatum per pœnitentiam. *Neem. 4. b. Ierem. 8.g. 30.c.*

Obdurare,vide Durus.

Obededom.

Obededom , id est seruus hominis, vel terreni , aut sanguinei, vel rufi, Leuites, in cuius domum deducta fuit arca fœderis, *2. Reg. 6.b. 1. Paral.15.c. 16. d.* Designare potest gentiles ad quos peruenit Ecclesia.

Obedire, Obtemperare,Obsequi,Parere.

Obedientia,Obsequium.

Gentilitas. Obedire, propriè est præcepto alterius obsequi,& obtemperare, *Deut.17.c.*Qui superbierit nolens obedire. Est etiam acquiescere. *Leuit.26.c.* Sin autem nec sic obedieritis mihi. Item adimplere. *Exod. 15.g.* Et obedieritis mandatis eius. Attendere. *Gen. 22.* Quia obedisti voci meæ. Credere. *2. Reg. 22. d.* Auditu auris obediuit mihi. Item nutu Dei fieri. *Matth.8 d.* Quia venti & mare obediunt ei. Obsequium autem, interdum est religio. *Roman. 12. a.* Rationabile obsequium vestrum. Item seruitus, *4. Reg: 5. a.* Quæ erat in obsequium vxoris Naaman.

Obedientia Christi. Obedientia Ioseph,qua patri suo obtemperauit,*t* obedientiam Christi significauit. *Gen.37.c.*

Obedire omnes Ioseph, *u* est obedientia totius mundi,quæ debetur Christo. *Gen.41.e.*

Obsequium rationabile *x* est rectus cultus,qui Deo debetur. *Rom.12.a.*

Obedientes filij Ammon designant *y* credentes prædicationi Apostolorum. *Isa.11.d.*

Obedire dicuntur omnia pecuniæ. *Eccles. 10. d.* vel *z* quia doctores postquam adulatione ditati sunt, regnum in populos exercent. Vel quia eloquentiæ & orationi , quæ verborum fit fronde composita , facilè vulgus cedit ignobile.

Obed.

Obed, id est,seruus, vel operarius,filius Booz & Ruth,pater Issai, *Ruth.4.d.Matth.1.a.* designat eos, qui *aa* generantur ex Christo & Ecclesia,seruos esse Dei.

Obiicere.

Obiicere, est ante iacere, & ante ponere, & contra iacere , seu opponere: & etiam *bb* exprobrando proponere, vt obiicere nomen pessimum est idololatriæ vel inobedientiæ nomen proponere, *Deut.22.b. Marc. 14.f. Act.25.b.*

Obire, Obitus,vide Mori.

Obiurgare,vide Reprehendere.

Oblectare,vide Delectare.

Obligare,Obligatio,Obnoxius.

Obligare, est circumligare , & debitorem sibi quempiam reddere per beneficia , qui obnoxius esse dicitur.

Anathema. Vsura. Obligationes significare possunt *cc* anathematis vinculum,& etiam vsuras,& auaritiam. *Psal.124.*Declinantes in obligationes.

Obliquus.

Obliqvvm, est non rectum,aut curuum.

Obliquæ fenestræ templi , qui erant exterius angustæ,interius latiores. *3. Reg. 6. a. Ezech. 40. c.* designant *dd*

a *Hie.s.Is.49.*

b *Bed.s.Prou. 29.*

c *Glo. ord.su. Thren.4.*

d *Hier.s.Is.7.*

e *Amb. Apo. Dauid.5.*

f *Hie.s.Ezec. 44.*

g *Hie.s.Exec. 31.*

h *Bed.s.Gen. 24.*

i *Gr.hom.38.*

k *Hie.s.Is.30.*

l *Philo. 3. de vita Mosis. Cle. Alex. 2. peda 83. Aug. serm. de tempore.*

m *Philo.3.de vita Mosis.*

n *Amb.2. de Isaac. Ori. s. Nu.hom.9.4.*

o *Rup.s.Can. 6.*

p *Am.de virgi.3.de Isaac. 4.*

q *Gr.s. Cant. 6.*

r *Hie.s.Ier.1.*

s *Hie.s.Ier.8.*

t *Lyr.s. Gen. 37.*

u *Glo. ord.su. Gen.41.*

x *Ori.s.Rom. 12.*

y *Hie.s.Is.11.*

z *Hier.s.Eccl. 10.*

aa *Glo. ord.s. Ruth.4.*

bb *Glo.inte.s. Deut.22.*

cc *Arno. & Hil.s.ps. 121.*

dd *Hie.s.Eze. 40.*

Digitized by Google

erga exteriora & mundana debere mentem noſtram per anguſtas feneſtras prodire, ad interiora verò & diuina debere dilatari. Vel deſignant, *a* quòd quiſquis iubar ſupernæ contemplationis, vel ad momentum percepit, mox ſinum cordis amplius caſtigando dilatet, atque ad maiora compeſſenda ſolerti exercitatione præparet, & dum ea, quæ in occulto vident, publicè fidelibus pandunt, quaſi ſuſcepto lumine Solis feneſtræ cuncta templi penetralia replent.

a *Glo. ord. ſu. 3. Reg. 6.*

Obliuiſci, Obliuio.

Obliviſci, eſt alicuius rei memoriam amittere, & obliuio eſt memoriæ defectus.

b *Baſi. ſ. pſ. 29 Au. de eſſe. dei. & ſu. pſal. 118. Gr. 16. m. 31. Eu. ſer. ſpiris.*

Obliuiſcitur Deus noſtri, non *b* quia in ipſum cadat obliuio, ſed cùm nos eius obliuiſcimur, vel quando tardare videtur eius adiutorium, vel promiſſum, vel quando non ſtatim retribuit digna peccantibus, vel ſi quid eſt huiuſmodi, quaſi ab eius memoria ſit elapſum, quod ſperatur, ſiue timetur, & non ſit. *Pſal. 43. Iſa. 69. d.* Et obliuiſci dicitur eorum, quorum non miſeretur, non per crudelitatem, quæ in Deo non eſt, ſed per occultum iuſtúmque iudicium ſuum. *Iob. 24. d.*

Obliuiſci Ioſeph iniuriæ fratrum, eſt Chriſtum paratum eſſe ad remittendum ſuis crucifixoribus, ſi ipſi reſipiſcerent. *Geneſ. 50. c.*

c *Gre. 18. mo. 19.*

Oblitus dicitur pes hominis lapidis caliginis, & vmbræ mortis. *Iob. 28. a.* quando *c* ab initio naſcentis Eccleſiæ ſancti Apoſtoli, qui pedes ſunt Chriſti, cœlorum regnum Iudææ prædicantes, & videntes ſe nihil proficere, eis relictis, ad prædicandum gentibus deflexerunt, vnde dicebant, *Act. 13. g.* Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. *Prædicantes gentibus Apoſtoli.*

d *Am. ſ. Luc. 18.*

Non eſt vnus è quinque paſſeribus in obliuione coram Deo, *d* quia nullum peccatum illi occultari poteſt. *Luc. 12. b.* Et non obliuiſcitur opera malorum Deus, quia illa in numerato habet, vt caſtiget. *Amos, 8. b.* *Peccata non occultæ Deo.*

e *Glo. inter. ſ. Iſ. 65.*

Obliuioni tradentur anguſtiæ huius vitæ *e* in æterna fœlicitate, quia penitus ceſſabunt. *Iſa. 65. c. Iob. 12. d.* *Perfectio fœlicitatis.*

f *Hie. ſ. Iſ. 54. & ad Principiam.*

Obliuiſcitur Eccleſia ex gentibus confuſionis adoleſcentiæ ſuæ, *f* quia idolorum cultum obliterauit. *Iſa. 54. b.* *Abrenunciarevitæ veteri.*

g *Ba. & Au. ſ. pſa. 44. Aug. ſ. pſ. 44.*

Obliuiſci autem populum ſuum & domum patris ſui, eſt *g* priori vitæ malè actæ abrenunciare, & peccantium exempla relinquere. *Pſal. 44.* Ad hæc refertur obliuiſci immunditiæ. *Leuitic. 5. a.* *Deſerentes angeli. Hieruſalem.*

h *Hier. ſ. Iere. 30.*

Obliti Hieruſalem amatores eius ſunt, *h* vel Angeli cuſtodes eam deſerentes, vel ſacerdotes & principes. *Iere. 39. c.* *Negligere tẽporalia.*

i *Ori. ſ. Matt. cap. 16.*

Obliuiſci quæ retrò ſunt, eſt non curare temporalia. *Phi. 3. c.* Hoc deſignarunt diſcipuli, quando *i* obliti ſunt accipere panes. *Matt. 16. a.* *Relinqui à Deo.*

k *Hila. ſ. pſal. 136. Au. ſ. pſ. 136.*

Obliuioni datur dextera, *k* quum quis in pœnam peccati relinquitur à Deo. *Pſal. 136.* Vel dextera obliuiſcitur aliquem, quando non admittitur ad vitam æternam. Sic obliuioni traditur meretrix, hoc eſt, *l* anima exiſtens in peccato. *Iſa. 23. d. Thren. 2. b.* *Negligere diuina.*

l *Hie. ſ. Iſ. 23.*

Non obliuiſcuntur Iudæi legis Dei, aut ipſius populi: *m* quia licet non recordentur legis, vt eam obſeruent, habent tamen ipſam, vt teſtes. *Pſalm. 58.* In obliuionem autem facta eſt veritas eſt apud Iudæos, cùm per *n* ſcripturas Chriſtum intelligere noluerunt. *Iſa. 59. c.* *Prauè intelligere ſcripturas.*

m *An. ep. 59.*

n *Hie. ſ. Iſ. 59.*

Obliuiſci Hieruſalem, *p* eſt negligere cœleſtia. *Pſal. 136.* Sic obliuiſci montis ſancti Dei. *Iſa. 65. b.* Obliuiſcitur quoque virgo ornamenti ſui, quum anima negligit ſcientiam & virtutes. *Iere. 2. f.* Et obliuio abundantiæ prioris frumenti, eſt neglectus gratiæ & donorum Dei. *Gen. 41. d.* *Negligere virtutes.*

o *Hier. ſ. Iere. 13. Rup. 2. de gloriſi. Tri.*

Obliuiſcitur ſtruthio, quòd pes conculcet eius oua. *Iob, 39. b.* cùm *q* hypocritæ eos, quos in conuerſatione filios generant, derelinquunt, & omninò non curant, ne aut exhortationis ſolicitudine, aut diſciplinæ cuſtodia deſtitutos, prauorum operum exemplis peruertant. *Negligere ſubditos.*

p *Hil. ſ. pſ. 139 Hie. ſ. Iſa. 65. & ſ. Iere. 2.*

Obliuiſci iuramenti eſt *r* ignoranter iurare. *Leui. 5. b.* *Negligentus verbi Dei.*

q *Gr. 31. m. 8.*

Obliuiſcitur comedere panem ſuum, *ſ* qui deditus voluptatibus, non curat percipere verbum Dei. *Pſalm. 101.* *Corpus peccatoris.*

r *Glo. inte. ſu. Leu. 5.*

Obliuionis terra, *ſ* eſt corpus peccatoris, qui Dei obliuiſcitur. *Pſalm. 87.*

Obloqui, vide Murmurare.

Obnoxius, vide Obligare.

Obolus.

ſ *Gr. ſ. pſ. 101*

t *Au. ſ. pſ. 87.*

Obolvs, ponderis genus eſt conficiens ſextam partem dragmæ Atticæ: eſtque numiſma minimum apud Athenienſes. Oboli autem viginti, ſiclum faciunt. *Exod. 30. b. Leuit. 27. c. Nume. 3. e. 18. e. Ezech. 44. e.*

Oboth.

Oboth, id eſt, pythones, ſiue magi, vel vtres, vel patres, vel deſideria: trigeſima-ſeptima manſio filiorum Iſraël in deſerto. *Num. 33. f.* Origenes *u* non inuenit illi interpretationem: ſed ait ſatis eſſe, quòd ſignificet profectum aliquem ſpiritualem. Iuxta Hieronymum tunc venitur in Oboth, *x* cum perſiſtimus contra præſtigias diaboli, quæ per pythones ſignificantur.

u *Ori. ſ. Num. ho. 27 1.*

x *Hie. de miſſio.*

Obrigeſcere, vide Rigidus.

Obruere.

Obruere, eſt quaſi ruendo operire.

y *Bed. ſ. Exo. 19.*

Obruere lapidibus, eſt *y* grauiter increpare: etiam teſtimoniis ſcripturarum reuincere. *Exod. 8. f. 19. b. 21. c. Leu. 20. d. 24. c. Num. 15. d. Deut. 13. b. 17. a. 21. d. 22. c.*

z *Gr. ſ. Can. 8.*

Non obruunt flumina, hoc eſt, *z* tribulationes & tentationes charitatem Eccleſiæ. *Can. 8. c.*

Obruunt Allophyli puteos, cùm Iudæi obſcurant myſticos legis ſenſus. Et cùm dæmones auferunt bonas cogitationes à corde, & inducere nituntur malas. *Gen. 26. c.*

Obryzum, Ophaz.

Obryzvm, dicitur aurum purum & delicatum, quod ſæpè igne candefactum & exuſtum, in coctione non minuitur: Hebraicè Ophaz.

aa *Gre. 18. m. 29.*

Obryzum aurum dici poſſunt *aa* ſancti Angeli: aurum quidem, quia fulgent claritate iuſtitiæ: obryzum, quia nullum habuerunt vnquam contagium culpæ. *Iob. 28. c.* *Angeli.*

bb *Lyr. ſ. Da. 10.*

Obryzum aurum, qui accincti erant renes viri, qui apparuit Danieli, *bb* ſeruorem charitatis indicat, quo Angeli indiſſolubiliter ligantur. *Dan. 10. a.* *Feruor charitatis.*

cc *Gr. 22. m. 24.*

Obryzum iuxta Gregorium, eſt rudis *cc* auri maſſa, in qua Iob non poſuit fiduciam: & deſignat mentem, in qua Sancti non habent fiduciam. *Iob. 31. c.* *Mens.*

dd *Hier. ſ. Ier. 20.*

Ophaz, ſeu aurum obryzum, in malum, ſignificare poteſt *dd* ſenſus hæreticorum extrinſecus verbis ſplendentes, cùm intus ſint viles & vani. *Ierem. 20. b.* *Senſushæreticorum.*

Obſcurare, Obſcurus, Obſcuritas, vide Caligo.

Obſequi, Obſequium, vide Obedire.

Obſecrare, vide Orare.

Obſeruare.

Obſervare, eſt oculis mentis & corporis ſeruare, ſpeculari, & cuſtodire, & notare, ne quid ſe prætereat, aut decipiat.

ee *Gr. 11. m. 25.*

Obſeruat Deus omnes ſemitas hominis: *ee* quia in ſingulis quibúſque noſtris actibus, etiam cogitationes penſat. *Iob. 13. d.* *Penſat Deus cogitationes.*

ff *Gre. ſ. pſal. 129.*

Obſeruat Deus iniquitates, *ff* cùm non miſeretur. *Pſal. 129.* quòd ſi ſolummodo Deus oſtenderet ſeueritatem, non etiam adhiberet pietatem iniquitates obſeruare diceretur. *Non parcens Deus.*

gg *Glo. int. ſ. Exod. 20.*

Obſeruare azyma, *gg* eſt diligentiam adhibere in purè viuendo: quod etiam eſt obſeruare ceremonias, & præcepta Dei. *Exod. 20. d. 34. c. Iob. 36. b.* *Purè viuere.*

hh *Lyr. ſ. Leu. 8.*

Obſeruare cuſtodias Domini, *hh* eſt ſacerdotum, qui ſemper debent vigilare in cultu Dei. *Leu. 8. f.* *Solicitudo ſacerdotum.*

Digitized by Google

Colere Christum. Obseruare Angelum, quem mittit Deus, est *a* colere Christum, & etiam venerari prælatum. *Exod.23.c.*

Calumniãtes Iudæi prædicationem Ecclesiæ. Obseruans Eli os Annæ designat *b* Iudæos calumniari studentes Ecclesiæ prædicationem, idque tantò magis, quantò illa preces multiplicat. *1.Reg.1.b.*

Insidiæ dæmonum, & Iudæorum. Obseruant dæmones calcaneum, hoc est, *c* finem operis: quia bonæ actionis finem vitiare desiderant. Et etiam Iudæi obseruabant calcaneum Christi, cùm illi insidiabantur. *Gen.7.c. Psa.55.*

Hæreses. Obseruantes mulieres ad ostium tabernaculi, designant *d* hæreses literæ legis adhærentes. *1.Reg.2.e.*

Fallaciahæreticorum. Obseruat caliginem adulter, *e* cùm hæreticus fidelem animam rationibus fallacibus in errorem inducere conatur. *Iob.24.c.*

Superstitiones. Obseruant dies tempora, & annos, *f* qui aliquid superstitiosè agere volunt, & qui tempora Iudæorum obseruant: vt neomenias, & eorum solemnitates. *Galat.6.c.*

Mentiri. Obseruat vanitatem, *g* qui timendo mori mentitur. Timendo enim mori mentitur, & moritur antequàm moriatur, qui ideò mentiebatur, vt viueret. *Psalm.30.* Obseruat etiam vanitatem, qui sperat in pecunia, honoribus, aut in homine potente.

Confidere in temporalibus. Obseruant ventum, *h* qui tentationes fortè venturas, sed nondum instantes metuit. *Eccl.11.b.*

Obsidere, Obsidio, Obses.

Indicare pericula. OBSIDERE, est quasi circumsepire, & circunsedere, vt obsidetur ciuitas, cùm hostes eam circundant. Obses autem dicitur, qui traditur velut pignus hosti securitatis gratia.

Ordinans obsidionem Ezechiel contra larerem, est *i* prædicator, qui terrenæ menti, sed iam supernam patriam requirenti, quanta eam in huius vitæ tempore vitiorum impugnet aduersitas, demonstrat. *Ezech.4.a.*

Iudæi in Christum. Obsidentes rauri pingues Christum, *k* erant sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi, ac principes Iudæorum. *Psalm.21.*

Impugnatio Ecclesiæ. Obsidio ciuitatis paruæ, est *l* impugnatio Ecclesiæ, vel animæ. *Eccl.9.d.*

Confutatio hæreticorum. Obsidio Ariel, *m* est obsidio Hierusalem, & etiam confutatio hæreticorum. *Isa.29.a.* Et obsidentes Chaldæi Hierusalem, designant Philosophos contra hæreticos pugnantes, eósque rationibus opprimentes. *Ier.21.c. Zacha.12.a.*

Opprimentes dæmones. Obsidens Medus Babylonem, designat diabolum opprimentem malos. *Isa.21.b.* Et obsidio Niniue, est impugnatio animæ à diabolo. *Nahu.3.c.* Et obsidentes latrones in gyro tabernaculum Iob, sunt *n* dæmones tentationibus ex omni latere mentem cingentes. *Iob,19.b.*

Obsessi sunt, *o* qui simplici contenti fide instar brutorum animalium in Ecclesia versantur, sed in nullo bono opere proficiunt. *Ezec.6.d.*

Obsordescere, vide Immundus.

Obstetrix, Obstetricari.

OBSTETRIX, est mulier quæ partui fœminarum assistit, & ministrat, quasi obsistens earum dolori. Obstetricari autem, est ad pariendum adiuuare.

Lex diuina. Obstetrix dici potest *p* lex diuina, & doctrina Spiritus sancti, siue disciplina, quæ obstetricatur animabus, cásque in diuinis præceptis erudit, ac format. *Gen.38.g.*

Vtrumque testamentum. Obstetrices duæ Hebræarum, significare possunt *q* vtrumque testamentum. Item *r* scientias humanas, rationalem videlicet, & moralem. Et vt Pharao per eas necare nitebatur mares Hebræorum, ita diabolus per has scientias necare nititur mares, hoc est, sensus rectos, & inducere sensus hæreticos. *Exod.1.d.*

Scientia humana. Obstetrices etiam dici possunt *s* doctores, & vnusquisque curam habens obstetricandi animam suam.

Doctores. Obstetricante manu Dei, eductus est de propriis cauernis toluber tortuosus. *Iob.26.d.* quia dum *t* nobis diuina gratia medetur, is qui nos tenuerat, antiquus à nobis hostis eiicitur. Et obstetricatur manus Dei, cùm per suos ministros conuertit eos in quibus diabolus habitabat.

Operatio diuina gratia.

Obstinatus.

Fides Gentilium. OBSTINATVS, dicitur obfirmatus, aut perseuerans, vt tenere possit. Et obstinatus animus, est firma voluntas, siue in bonum, siue in malum. Et obstinatus animus Ruth, *u* est firma & fortis fides Gentilium in sectandis prædicatoribus. *Ruth.1.d.*

Obstruere, Obturare.

OBSTRVERE, est occludere, & quasi struc quadam alicui loco imposita obsistere, ne quid effluat. Idem ferè est obturare.

Tollere occasiones peccati. Obturat iustus aures suas, ne audiat sanguinem, *x* cùm tollit omnes peccati occasiones. Et quum peccatis suadentibus, quia de sanguine & carne nascuntur, non præbet consensum. *Isa.33.c.*

Obturat serpens aures suas, *y* cùm malus non vult prædicationem audire. *Psalm.57.* Sic obturauerunt aures Iudæi contra Stephanum.

Impedire spiritualia. Obstruere puteos, *z* est claudere sensus spirituales, ne ab aliquo percipiantur: Vel auertere corda fidelium à diuinis & spiritualibus meditandis. *Genes.26.d.*

Obstructum erit os loquentium iniqua in iudicio, *aa* quando mali non habebunt quid respondeant iudici. *Psal.62.*

Obtegere, vide Operire.

Obtemperare, vide Obedire.

Obtendere, vide Excusare.

Obtenebrare, vide Caligo.

Obtestari.

OBTESTARI, est precari ferè cum adiuratione.

Obtestabatur Ieremias populo ne descenderent in Ægyptum, quia cederet illis in malum. *Ierem.42.d.* Vbi designantur obtestationes prædicatorum aduersus peccatores.

Obtinere.

OBTINERE, est vincere, & quasi contra tenere, & etiam occupare.

Subiiciens Christus philosophos. Obtinere dicitur Christus Reges, *bb* quum sibi subiicit Philosophos. *Isa.41.a.* Et dicitur obtinuisse terram Potentissimus. *Iob.22.b.* quia subegit corda terrena.

Obtinent dolores habitatores Philisthiim, hoc est, dæmones, vel hæreticos, propter fidelium prosperitatem. Sic etiam *cc* obtinet tremor robustos Moab. *Exod.15.b.*

Diuina vindicta. Obtinentes aquæ diluuij terram. *Geneseos 7. d.* designant diuinam vindictam comprehendentem terrenos.

Obtinens regnum in fraudulentia, *dd* erit Antichristus. *Dan.11. Leu.6.a.*

Obtundere, Obtusus.

Obtundere, est totum seu circum percutere, rumpere, & hebetare.

Obtusi sensus sunt eorum, qui nolunt legem spiritualiter intelligere. *2.Cor.3.d.*

Obturare, vide Obstruere.

Obuiare, Obuiam, vide Occurrere.

Occasio.

OCCASIO, est opportunitas temporis, casu proueniens, & aliquando exquisita ad aliquid agendum. *Iud.14.a.* Nesciebant, quod res à Domino fieret, & quæreret occasionem. *4.Reg.5.b.* Quot occasiones quærat aduersum me.

Occasus, Occidens, Occidentalis.

Passio Christi. Defectus luminis humani. Occasus, interitum aliquando significat: sed nunc dicitur occasus, vespertina Solis absconsio, vel transitus ad inferius hemisphærium; & aliquando occasus dicitur ipse locus, vbi Sol occidit, qui & Occidens dicitur, & Occidentalis plaga.

Occasus Solis, *ee* passionem Christi significare solet, per quam ipse Sol iustitiæ occubuit, vt rursum clarior

a *Lyr.f.Exod.23.*
b *Gre.f.1.Reg.1.*
c *Ar.& Hil.f.ps.55. Aug.f.ps.55. Gre.5.m.38.*
d *Gre.f.1.Reg.2.*
e *Gre.16.mo.28.*
f *Glo.ord.sup. Gala.4.*
g *Au.f.ps.30.*
h *Gr.27.m.5. & 3.past.admo.16. & Su. Ezec.ho.3.*
i *Gr.26.m.5. & f.Ezec.12.*
k *Ar.f.ps.21. Au.epist.120.*
l *Hier.f. Ecclesiasten.9.*
m *Hier.f.Isa.29. & f. Ier.21.*
n *Gre.16.m.20.*
o *Hie.f.Ezec.6.*
p *Bed.f.Gen.38.*
q *Ori.f.Exod.hom.2.*
r *Phil.de profugis. Bed.f.Exo.1.*
s *Ori.f.Exod.hom.2.*
t *Gre.17.mo.18.*
u *Glo.ord.su. Rusth.1.*
x *Gre.23.m.25.*
y *Au.f.ps.57.*
z *Ori.f.Gen.hom.13.*
aa *Glo.inte.f. ps.62.*
bb *Glo.inte.f. Isai.41.*
cc *Glo.int.su. Gen.15.*
dd *Hie.f.Dan 11. Hie.f.Amo.2.*
ee *Or.f.Iob.1. Arn.& Aug. f.ps.103. Am.4. Exae. 2. Tho. 1. secunda.q.102. art.4.*

Digitized by Google

appareret. *Psalm.* 103. Vnde ad occasum orabant in veteri lege: quia omnia illius legis, & tabernaculi, Christi mortem præsignabant.

Occidere dicitur Sol, quum *a* deficit lumen humanum, adueniente diuino. Et cùm anima supra se eleuata à semetipsa deficit. Interdum etiam dicitur Sol occidere, cùm intelligentiæ radius subtrahitur. Ad Occidentem quoque imus, cùm *b* subleuatum in Deo cordis oculum, sed ipsa immensitate luminis reuerberatum, ad nosmetipsos reducimus: & lassati dicimus valdè supra nos esse quod quærebamus, nostramque mortalitatem considerantes, indignos nos adhuc esse deprehendimus, qui immortalem videre valeamus, *Iob*, 23. *b*.

Occubitus Solis, quandoque significat vitæ actiuæ cessationem: vt cùm Sol occubuit Iacob. *Gen.* 28. *c*. — *Cessatio actiuæ vitæ.*

Occasus præterea Solis, *c* finem sacræ scripturæ significare potest. Vt fulgur ab Oriente paret vsque in Occidentem. *Matt.* 24. *c*. — *Finis sacræ scripturæ.*

Occasus etiam Solis pœnitentiam significare potest: vsque ad quam peccator est immundus. *Leuitic.* 11. *d*. *Deut.* 32. *b*. Significat etiam *d* defectionem sensuum: à quibus quum quis recedit, mundatur. Item *e* cessationem feruoris tentationis. — *Pœnitentia.*

Occidens aliquando sumitur *f* pro morte, & mortificatione. *Gen.* 12. *d*. *Psal.* 67. Et ad Occidentem dilatatur, qui moritur vitiis. *Gen.* 28. *c*. Occidentalis etiam plaga tabernaculi, mortem cuiusque significare potest. *Exod.* 26. *c*. 27. *b*. 36. *c*. 38. *b*. — *Mors.*

Occasus Solis etiam significat *g* finem mundi. *Gen.* 15. *c*. *Exod.* 17. *d*. *Psal.* 67. Et occidentalis plaga tabernaculi, est finis mundi. *Exod.* 26. *c*. 27. *b*. 36. *c*. 38. *b*. — *Finis mundi.*

Occidens secundùm quod est extrema pars orbis, *h* Gentilitatem significare potest. *Isa.* 43. *a*. 45. *d*. *Zach.* 8. *b*. — *Gentilitas.*

Occasus etiam Solis, *i* statum peccati significare potest, & vitæ melioris defectum, & mentis obscurationem per recessum Dei ab anima, & defectum rationis. *Exod.* 22. *d*. *Deut.* 24. *d*. *Psal.* 103. Et dicitur occidere Sol in meridie. *Amos*, 8. *c*. Sic occidit Sol super iracundiam. *Ephes.* 4. *f*. Et torrens Occidentis, est status peccati: vt occidens sit ipse diabolus. *Amos*, 6. *d*. Iuxta Septuaginta. *Zach.* 8. *b*. 14. *a*. *Eccl.* 1. *a*. — *Status peccati.*

Non occidit Sol Sion, *k* quia in cœlesti gloria beati semper Deum præsentem habebunt. *Isa.* 60. *d*.

Occidit Sol synagogæ, *l* cùm adhuc esset dies: vt ostendatur non esse culpam Solis, sed Iudæorum, qui noluerunt Christum præsentem suscipere. *Iere.* 15. *b*. Occidit etiam Sol in meridie, cùm tenebræ factæ sunt in passione Christi: & cùm destructa est Hierusalem. *Amos*, 8. *c*.

Occidentalis porta Hierusalem, *m* senectutem designare potest, vel benignam condescensionem ad proximum. — *Senectus.*

Occidentalis ventus, erat qui eiecit locustas in mare rubrum, quia est *n* ventus refrigerans, locustis enim aduersatur frigus. *Exod.* 10. *e*.

Occidere, vide Interficere.
Occultare, vide Abscondere.
Occumbere, vide Mori, & Occidens.
Occupare.

Occupare, est quod in commune siue in medium erat, ante alios capere, & locum tenere, aut etiam præuenire.

Occupare dicitur salus muros Sion, *o* quando Christus saluat Ecclesiam. *Isa.* 60. *d*.

Occupat sopor homines, qui diuina contemplari debent, quando *p* terrenorum desideriorum tumultu cessante sopiuntur. *Iob.* 4. *c*. — *Cessans tumultus terrenus.*

Occupari filij Iacob in pastu pecorum, *Gen.* 24. *a*. designant *q* doctores intendentes docendis & instruendis proximis. — *Docere proximos.*

Occupat vindemia sationem. *r* quum quis quæ didicit, & gustauit, docendo seminat. *Leuit.* 26. *a*. — *Confusio diaboli.*

Occupat caligo diem, quo natus est Iob, *s* quando diabolus in tenebras mittitur exteriores, vel quia nunc semetipsum intrinsecus erroris caligine confundit. *Iob.* 3. *a*. Occupat etiam caligo diem, quum blandimentum nequitiæ afflictio pœnitentiæ digno mœrore perturbat. — *Pœnitentia.*

Occupat terram ficus infrugifera, designans *t* potentem in seculo, qui fructum bonæ operationis non habes, etiam impedimentum cæteris præstat, quia qui sub ipso sunt, exemplo prauitatis illius, quasi sub vmbra peruersitatis eius premuntur. *Luc.* 13. *b*. — *Impedire beneoperantem.*

Occurrere, Obuiare.

Occvrrere, est obuium fieri alicui, quod & obuiare dicitur. Obuiare autem interdum est contradicere. *Actor.* 16. *c*. Habentem spiritum pythonem obuiare nobis. Item conuenire. *Psalm.* 34. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. Succurrere. *Prou.* 22. *a*. Diues & pauper obuiauerunt sibi.

Occurrere dicitur Deus, *u* cùm præstat quod rogatur, vt cùm occurrit seruo Abrahæ. *Genes.* 24. *b*. Et occurrit, vt remuneret iustos. *Isa.* 64. *b*. Et obuiantes Angeli Iacob, diuinum significant auxilium. *Gen.* 32. *a*. Occurrit etiam pater Christo in passione. *Ier.* 15. *c*. qui etiam dicitur surrexisse in occursum eius, quando illum glorificauit, & æqualem sibi demonstrauit, & quando nomen eius ad gentes dilatauit. *Psalm.* 58. — *Occurrens Deus.*

Occurrere etiam dicitur Deus quasi vrsa raptis catulis, quando grauiter castigat. *Hose.* 13. *b*. Sic occurrit Dominus Mosi eunti in Ægyptum, ad correctionem, *Exod.* 4. *f*. Occurrens vrsus, *x* erit Christus in secundo aduentu. *Amos*, 5. *f*. — *Castigans Deus.*

Occurrens Ioseph patri suo venienti in Ægyptum, designat *y* Christum, qui Patrem mundo manifestauit. *Gen.* 46. *c*. Designatur etiam occursus eius ad eos, qui ad ipsum conuertuntur, & quia occurrit patri iam seni, est recipiens Iudæos in fine mundi. — *Manifestans Filius Patrē.*

Occursus Christi vsque ad summum cœli, designat *z* regressum eius ad Patrem cœlestem. *Psal.* 18. 58. — *Recipiēs conuersos.*

Occurrens Isaias regi Achaz ad extremum piscinæ superioris, designat *aa* quòd Deus non tantùm malo regi succurrit, quantum populo. *Isaiæ*, 7. *a*.

Obuiauerunt sibi misericordia & veritas, *bb* quando Iudæi & Gentiles ad eandem Christi fidem concurrerunt. Misericordia enim est in populo Gentilium, qui sine promissione ad fidem vocatus est. Veritas verò in populo Iudæorum, quia quod repromissum est patribus, hoc completum est filiis. Eòdem referri possunt iustitia, & pax, q uæ osculatæ sunt. *Psalm.* 84.

Occurrens Aaron Mosi in monte Dei, designat *cc* sacerdotium legi coniunctum, & etiam sacerdotes, occurrentes legi per sensus sublimes. *Exod.* 4. *f*. Designat etiam *dd* sermonem occurrentem menti ad eam explicandam. — *Coniunctio legis, & sacerdotij.*

Occurrens seruus Abrahæ Rebeccæ, designat prædicatorem quærere opportunitatem prædicandi verbum Dei. *Genes.* 24. *b*. Et obuiam veniens Samuel Sauli, *ee* est prædicator docens ea, quæ auditor discere cupit. 1. *Reg.* 9. *b*. — *Docere.*

Et obuians grex Prophetarum Sauli, designat doctores declarantes ea, quæ in scripturis dubitamus. 1. *Reg.* 10. *b*.

Occurrere etiam sitienti, *ff* est libenter succurrere per doctrinam indigentibus. *Isa.* 21. *d*. Obuiant sibi pauper, & creditor, quando humilis verbi Dei adiutor, & prædicator, in vnam eandemque pietatis gratiam conueniunt. *Prou.* 29. *b*.

Occurrit equus armatis, *gg* quum prædicator resistit hæreticis, & potentibus, in veritatis defensione. Et quum quilibet fidelis resistit diabolo, non solùm in se, sed etiam in proximo. *Iob.* 39. *c*. Sic occurens Moses Pharaoni: designat prædicatorem dissoluentem fallacias diaboli, & errores hæreticorum detegentem. *Exod.* 7. — *Resistere hæreticis, & diabolo.*

Occurrens Iael Barach, *hh* designat Ecclesiam offerentem se Iudæis, vt conuertantur: quod erit, cùm plenitudo Gentium introierit. *Iud.* 4. *c*. *Rom.* 11. *c*. — *Susceptio Iudæorum ad fidem.*

Occurrentes seniores Samueli. 1. *Reg.* 16. *a*. designant *ii* promptitudinem auditorum ad verbum Dei suscipiendum. Et occurentes dæmoniaci Christo, designant voluntatem concurrentium ad salutem. *Matt.* 8. *d*. — *Promptitudo auditorum.*

Obuiantes sibi inuicem cerui, sunt *kk* Apostoli, qui simul conuenerunt in Hierusalem, vt inde transirent ad Gentes. *Isa.* 34. *d*.

Obuiam

a *Philo. quis rerum diui. hæres.* *Ricar. de S. Vict.* 3. *de arc. myst.* 6. *&* 5. *de arc. mystic.* 18.
b *Gre.* 10. *mo.* 16.
c *Ori. s. Mat. hom.* 30.
d *Philo. de somnijs.*
e *Gr.* 9. *m.* 40.
f *Hil. s. ps.* 67.
g *Amb.* 2. *de Abr.* 9. *Arn. s. ps.* 67. *Aug.* 16. *ciu. Dei.* 24. *& s. Psal.* 103.
h *Hie. s. Is.* 59. *Philo. de somnijs.* *Amb. de Tob.* 20.
i *Hie. s. Amos* 6. *& s. Eph.* 4. *Au. su. ps.* 25. *Euseb. for. spir.* 3. *Bed. s. Gen.* 15 *Clym. grad.* 25.
k *Hie. s. Is.* 60.
l *Hie. su. Ier.* 15. *& s. Amos* 8. *Rup. su. Amos* 8.
m *Georg. Ven. Cant.* 3. *tom.* 8. *modu.* 2. *ca.* 3.
n *Ly. s. Exod.* 10.
o *Hie. s. Is.* 60.
p *Gre.* 5. *mor.* 22.
q *Ricar. de S. Vict. de* 12. *Patriar.* 52.
r *Orig. s. Leu.* 16.
s *Gre.* 4. *mor.* 10. 21.
t *Gr. hom.* 31.
u *Hier. s. Isa.* 64. *& s. Psal.* 58. *Aug. s. ps.* 58.
x *Ru. s. Amos* 5.
y *Bed. s. Gen.* 46.
z *Ar. s. ps.* 18. *Hil. s. psa.* 58.
aa *Glo. ord. s. Isai.* 7.
bb *Hiero. & Aug. s. ps.* 84.
cc *Ori. s. Exo. hom.* 3.
dd *Philo. quòd deteri. potiori insidietur.*
ee *Gr. s.* 1. *Re.* 9. 10.
ff *Hier. s. Is.* 21. *Bed. s. Pro.* 29
gg *Greg.* 31. *mo.* 28.
hh *Ori. s. Iud. hom.* 5.
ii *Gr. s.* 1. *Re.* 16. *Hilar. su. Matth. can.* 8.
kk *Hie. s. Is.* 34.

Digitized by Google

Venire ad fidem.
Tentationes posteriores.
Orare.
Tribulationes opprimentes.
Diabolus obsistens bonis.
Oblatio voluptatis.
Philosophia naturalis.
Facere, & docere.
Non bene operari.
Via cognitiua Dei.
Misericordia Dei.
Præcepta Dei.
Iudicium, & ira Dei.
Angeli.
Propheta.
Oculi Christi.
Benignitas Christi.
Apostoli, &c.
Illustratio Christi.
Intentio Christi.
Dona Spiritus sancti.
Intelligentes.
Prælati.
Sacerdotes.
Prædicatores.
Vis intellectiua.
Mens.

Obuiam exeuntes sponso, & sponsæ, *a* sunt de mundo ad veram fidem venientes. Et tota Ecclesia exibit obuiam sponso tanquam vna virgo, quæ Christo post iudicium copulabitur. *Matth.25.a.*

Occurrens Esau cum armatis fratri Iacob, qui iam euaserat ab insequutione Laban, designat secundas tentationes iter nostrum impedientes, quæ sunt expectandæ orando. *Gen.32.b.*

Occurrens filia Iephte patri suo, designat *b* Ecclesiam Christo. *Iud.11.c.*

Occurrere dicitur Deo, *c* qui orationibus, & bonis operibus eius iræ se obiicit, qua ratione quæritur Deus non esse quempiam qui ipsi occurreret. *Isa.59.d. Ierem.27.d.* Occurrit etiam Deo, qui resipiscit ab ipso castigatus. *Amos,4.b.*

Occurrens Lia Iacob venienti de agro, vt dormiret secum, *d* designat vitam actiuam trahentem ad se sapientes inuitos, *Genes.30.c.*

Occurrentes filij Israël Mosi, cùm affligerentur à Pharaone, designant eos, qui impatientes sunt in tentationibus, quas volentes seruare legem Dei patiuntur. *Exod.5.d.*

Occurrere boui erranti, *e* est deprehendere, seu videre proximum peccantem. *Exod.23.a.b.*

Occurrentes aquæ Ægyptiis fugientibus, designant tribulationes opprimentes eos, qui prius prosperè agebant. *Exod.14.f.* Idem designant occurrentia mala Hierusalem. *Isa.51.f.*

Occurrens Moses Iethro cognato suo. *Exod.18.a.* designat libenter suscipiendos ad fidem venientes.

Occurrens Amalech filiis Israël in itinere, designat *f* diabolum obsistentem iis, qui bene operantur. *Deut.25.d.* Et occurrit multitudo pastorum leoni, *g* cùm infideles Principes delere nitebantur nomen Christi. *Isa.31.b.* Et in occursum pergit equus armatis, quum diabolus persequitur bonos. *Isa.39.c.*

Occurrens mulier in ornatu meretricio, *h* est secularis voluptas sese passim nobis offerens. *Prou.7.b.*

Occurrent gigantes Lucifero, *i* quando ei malè dicent damnati, & exprobrabunt, *Isa.14.b.*

Occurrit vrsus fugienti à facie leonis, *k* quando malus malum incurrit, qui se vitare minus putat. *Amos,5.f.*

Occurrunt dæmonia onocentaurus. *Isa.34.c.* quia maligni spiritus valdè eis ad votum deseruiunt, quos de his gaudere conspiciunt, quæ flere debuerant.

Ochozath.

Ochozath, id est, possessio, siue apprehensio, vel tenens, vel collectio aut visio, seu fratris oliua: amicus Abimelech regis Gerare, qui venit ad Isaac cum Abimelech ad ineundum fœdus. Typus esse potest *l* philosophiæ naturalis, quæ init fœdus cum doctrina Christi. *Gen.20.f.*

Ociosus, Ocium, Piger.

Ociosvs est qui vacat ab opere, tranquillus, & securus. Ocium autem est vacatio à labore. Verùm ociosus in malum sæpe sumitur pro eo, qui nullo bono opere occupatur, qui & piger dicitur. Eadem est ratio de ocio.

Ocio vacare filios Israël, dicebat Pharao, cùm vellent sacrificare Deo, designans diabolum, qui ocium esse dicit intendere diuinis, & orationi vacare. *Exod.5.c.*

Non comedit panem ociosa mulier fortis, *m* quæ sacra eloquia, & præcepta intellecta operatur, & docet, & Eucharistiam rectè suscipit: quæ manibus laborat, vt Paulus. *Prou.31.d.* Ociosæ autem molentes, *n* sunt prædicatores cessantes à prædicando. Quod etiam dicitur, quando senum dentes non possunt cibum molere. *Eccl.12.b.*

Ociosum verbum dicitur, *o* quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. *Matt.12.c.*

Ocioси in foro, erant *p* infideles in mundo, & non benè operantes. *Matth.20.a.* Ocium autem fuit iniquitas Sodomæ: quia *q* cessabant à bonis operibus. *Ezech.16.f.*

Ocrea.

Ocrea est militaris calceamenti genus, ex ære, seu ferro, ad obtegendas tibias accommodatum: quales erant ocreæ Goliath. *1.Reg.17.a.*

Oculus.

Ocvlvs in homine, est instrumentum sensus visus, aliis organis in capite supereminens. Sumitur aliquando pro ipso aspectu: sic erat Lia lippis oculis. *Genes.29.d.* Et pro homine. *Tob.1.a.* Videant oculi mei filios vestros.

Oculi attribuuntur Deo, per metaphoram, vt *r* eius vim cognoscendi, & penetrandi omnia significent, & immensitatem perspicaciæ, qua vniuersa perlustrat, & quòd nil eum ex iis, quæ à nobis geruntur, vel cogitantur, lateat. *Ier.32.d. Zach.8.b.12.a. Hebr.4.d.*

Oculi Domini aliquando significant *s* eius misericordiam, benignitatem, & approbationem: vt oculi Domini sunt super bonos approbando, & protegendo. *Psa.32.65.1. Reg.15.d.26.g. Ier.16.d.* Oculo autem dextro Deus *t* remunerandos benignissimè intuetur: sinistro verò, puniendos acriùs respicit.

Oculi etiam Domini, dicuntur *u* eius præcepta. *Psalm.18.* Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Et oculi Christi velut flamma ignis, sunt eius præcepta. *Apoc.1.c.*

Oculi præterea Dei, designant *x* iudicium, & iram Dei, quos oculos peccans dicitur prouocare. *Isa.3.b.13.d. Deut.7.c. Iob.7.b.* Oculi Domini sunt super peccantes, cùm eos punit. *Amos,9.c.* Oculi autem dicuntur parcere, aut irasci, quia in oculis iræ, aut misericordiæ signa maximè apparent. *Ezech.16.a.*

Oculi quoque Domini, dici possunt *y* angelicæ virtutes protectrices. *Psalm.33.* Oculi Domini super iustos. Item *z* Prophetæ, & omnes sancti. *Zach.9.b.*

In oculis Domini dicitur glorificatus Christus, *aa* cùm Gentes in eum crediderunt. *Isa.49.b.*

Oculi Ioseph, & etiam Iudæ, oculos *bb* Christi designare possunt, Et oculos attollens Ioseph, designauit benignitatem Christi. *Gen.43.f.49.b.* Et oculos leuans Isaac, Christum ostendit, respicientem ad salutem Gentium. *Gen.24.g.* Oculi etiam Christi, dicuntur *cc* Apostoli, & Euangelistæ, & Prophetæ, & doctores. Demum oculi eius sunt qui in ipsa honoris summi facie positi, prouidendi itineris officium suscipiunt. *Psal.15.73.87.* Oculi autem Christi defecerunt in cruce per mortẽ, *dd* sed oculus eius despexit super inimicos suos, quando resurrexit. *Ps.58.131.* Oculi etiam Christi, *ee* diuinã eius illustrationem significant, ideò dicuntur velut flamma ignis. *Apo.1.d.19.c.*

Oculi vulturis, *ff* intentionem Christi in redemptionis operibus designant: quæ opera non est intuitus populus Iudæorum. *Iob.28.b.*

Oculi columbarum, dona Spiritus sancti significare possunt. *Can.1.d.5.d.* Et oculi septem in lapide vno, sunt *gg* dona Spiritus Sancti in Christo. *Zach.3.d. Apoc.5.b.19.c.*

Oculi in Ecclesia, sunt *hh* intelligentes, & acuti ad percipienda mysteria, & prælati, & sacerdotes. *Psalm.138. Cant.4.b. Matth.18.a.* Et oculus simplex, aut nequam, est prælatus bonus, aut malus. *Matt.6.c.* Sic Iob dicitur oculus fuisse cæco. *Iob,10.c.* Oculi etiam sunt prædicatores, quorum pupilla est sensus spiritualis. *Psal.16.* Hic oculis molestus est fumus, hoc est, hæretici. *Prou.10.d.* Hi sunt oculi columbini, qui simplicitatem, quam prædicant seruant, & visibilia contemnentes, ad æterna cum magnis gemitibus anhelant. *Cant.1.d.*

Oculi, generaliter *ii* vim animæ cognitiuam significare solent. *Deut.6.b. Exod.21.c. Leu.26.c. Psal.6.12.18.30.33.37.68.118.127.122. Prou.4.d. Cant.6.a. Isa.6.c.30.e.32.c. Ezech.20.a. Matth.5.c.18.a. Luc.10.d. Roman.3.c.11.b. Ephes.1.d.* Et oculi Samuelis, & Sanctorum, sunt intellectus mentis reserati per gratiam. *1.Reg.8.b.* Et oculi aperiendi, sunt mens, aut cogitatio. *Genes.3.a.* Peculiariter autem oculi columbæ, designare possunt intellectum rectè intelligentem scripturas, & spiritali sensu, & intuitu eas penetrantem, quia columba symbolum est Spiritus sancti. Designant etiam simplicem cognitionem passionis Christi. *Cant.1.d.5.d.6.b.* Ferunt autem hoc genus auis quum ad aquas venerit, quia ibi solet insidias accipitris pati, venientem desuper inimicum, volitantis vmbra in aquis inspecta, deprehendere, & oculorum perspicacia fraudem periculi imminentis euadere, atque ita significabit eos, qui perspicaciter insidias diabolo deprehendunt. Anima autem dum in temporalibus

a *Ori.s.Matt. hom.32. Au. 83.q.59.*
b *Aug.qu. in Iud.49.*
c *Hie.su.Isa. & s.Iere.27. & s.Amos 4.*
d *Gl.ord.sup. Gen.30.*
e *Lyr.s.Exod. 23.*
f *Ori.s.Num. hom.19.*
g *Hie.s.Is.31 & s.Iob. 39.*
h *Ambr. de Cain.4.*
i *Gl. ord.sup. Isai.14.*
k *Hieron.su. Amos 5.*
l *Ori. s. Gen. hom.14. Bed.s.Ge.26.*
m *Bed.s. Pro. 31.*
n *Hie.s. Eccl. 12.*
o *Gr.7.m.25.*
p *Ori.s. Mat. hom.10. Gre. hom.16.*
q *Lyr.s. Exe. 16.*
r *Aug.83. q. 52.& de ver. Dom.ser. 18. Cassia.lib. 8. cap. 4. Euch. for.spir.1.*
s *Orig.s.Iere. hom.12. Basil.s.ps.32. Hil.s.psa. 65. Euc.for.spi.1.*
t *Geor. Vene. Cant.1. tom. 6.cap.34.*
u *Euch.form. spirit.1. Aug.s. Apoc. hom.1.*
x *Hieron.sup. Amos 9. Gre.8.mo.13.*
y *Basi.s.psal. 33.*
z *Hier.s.Zac. 9:*
aa *Hier. s. Is. 49.*
bb *Ori.s.Gen. hom.17. Am. de bono. Patriarc.4.*
cc *Hier.s. Ps. 15. Gre. 1.past.1. Bed.s.Ge.49. Aug.s.ps. 87.*
dd *Hil s.psal. 53.131.*
ee *Ruper.1.s. Apoc.*
ff *Gr.18.mo. 21.*
gg *Hier. s.Is. 11.& s. Zac. 3.*

hh *Gr.29.m.30. Ori.s.Cant.ho.2.& su.Matt.ho.5.& s.Rom.12. Basi.de reg.fus.24. Am.s.ps.118.ser.15.& de dign.sacer.6.*
ii *Hie. s.ps.16. Bed.s.Pro.10. Orig.s. Isa.hom.7.& su.ho. Matt.35.& 1.periar.1.& s.Rom. 11. Am.s.ps.118.ser.5. Augu.s. Ioan.tract.13. Isy.s.Leu.26. Basi.s.psal.6. Ori.s.Leu.hom.6.& s. Cant. hom.4. Bern. s.Cant. ser.45. Am.de Isaac.7. Gre.s. Cant.1. Amb.s. Ps.118.serm.11.16. Hie.1. ad Iouinia.*

Digitized by Google

gemit,& ad æterna desideria rapitur,in simplicitate sensus suos custodit,& carnales concupiscentias detestatur. Oculi autem mentis sunt duo, vnus quidē moralis, alter mysticus. Morali autem,hoc est, fidei,capitur sponsus. Vnus etiā oculus sponsæ,quo vulnerat cor sponsi,est virginitas,quæ est oculus dexter. *Cant.4.b.* Dicit etiā vnitatem bonarū cogitationū,quæ non in diuersa mutantur. Oculi sapientis, qui dicuntur esse in eius capite:designāt perspicacitatem prudentiæ,& prouidentiæ,quæ est in mente sapientis, qui sunt in capite : quia sapiens quisque illum tota intentione considerat, cuius se membrum esse per fidem pensat, & vitam Redemptoris nostri tacita cogitatione conspicit,& omnis eius intentio in ipsius imitationem se erigit. *Eccl.2.b.* Oculi etiam claudendi, ne videant malum,sunt conscientia,aut mens. *Isa.33.c.* His oculis carent Iudæi,qui non vident bonum. *Isaiæ,59.c.* Et oculi aquilæ de longè prospicientes,*a* sunt mentes Sanctorum. *Iob.39.d.* Oculi etiam significant *b* naturale iudicium boni,& mali, quos oculos multi habent,& non vident. *Iere.4.e. Iob.15.b.28.d.36.a.* Oculos autem habet,& non videt, qui nouit *b* quomodo vitam suam circunspicere debeat,eam tamen quomodo oporteat circunspicere, dissimulat. *Psal.113.* Oculos autem eleuare,est ad mentis sublimitatem ascendere. *Gen.18.a.22.c.33.a. Exod.14.c. Ios.5.d. Ier.3.a.*

Oculus corporis, dicitur *d* intentio qua operamur,& oculus simplex,est recta intentio. Oculus verò nequam, est praua intentio. *Matth. 6. c.* Et oculi malorum dicuntur esse in viis suis, quia semper intendunt vitiis, quæ operantur. *Iob.11.c.16.d.17.b.24.d.* Et oculi stultorum dicuntur esse in finibus terræ, quia hoc solùm tota cordis intentione conspiciunt,quod ad finem terreni desiderij perducantur. *Prou. 17.d.30.c. Ezech.1.e.* Significant etiam oculi aliquando voluntatem, vel affectum. *Gen.18.c.20.d. Exod.13.b.21.a. Psal.16. Iob.16.d.17.a.* Oculus autem scandalizat,dum voluntas nostra aliquam minus castam importunè ingerit intentionem.

Oculus aliquando dici potest *e* consiliarius. *Prou. 4. b.* Oculi tui recta videant. Et oculus dexter, est amicus, & consiliarius in rebus diuinis, siniſter verò consiliarius in terrenis. Quicquid autem nobis charum est, oculus dexter dici potest:& oculus scandalizans, aliquando potest intelligi vxor. *Matth.18.a.* Oculus etiam dexter *f* dici potest intuitus æternæ claritatis. Oculus verò siniſter, est concupiscentia carnalis:vel oculus dexter,est oculus gratiæ signatus in Ain. Oculus verò siniſter,est oculus suppliciorum signatus in Ennon. *1. Reg.11.a.* Oculus præterea dexter, est vita contemplatiua, siniſter verò actiua, & oculus dexter scandalizat, quum quis ineptus ad contemplationem, se nimium vult ei tradere, vnde cogitur labi in errorem, aut in aliud vitium : siniſter verò scandalizat, cùm ineptus ad vitam actiuam, nimium se in actione occupat,relicta contemplatione sibi competenti.

Oculus, interdum dicitur misericordia. *Deut.13.b.* Neque parcat ei oculus tuus.

Oculi etiam significant iudicium. *Deut.16.d.* Munera excæcant oculos sapientum. *1. Reg.3.d.*

Oculi Iacob, significabant *g* oculos populi Israël, & caligantes quidem excæcationem populi per idola Israël designabant. Illuminati verò sunt per Christum. *Genes. 48. b.* Et oculi Agar aperti, designare possunt respiscentiam Iudæorum, & etiam cognitionem spiritualem. *Gen.21.c.* Et oculi Liæ lippi,designabant heberudinem synagogæ. *Gen.29.d.* Oculi autem populi Iudæorum *h* erant Principes, & Prophetæ. *Isa.29. d.* Et oculi Eli caligantes,*i* sunt cæcitas pontificum Iudæorum,& etiam Scribarum. *1.Reg.3.a.4.e. Psal.73. Zach.14.c. Matt.20.b.* Et oculus videns,qui testimonium reddebat Christo,est populus Iudæorum, cui per Prophetas prænunciatus fuerat,& in præsentia aduentus eius testimonium illi reddebat. *Iob,79.b.*

Oculi cæci à natiuitate,illuminati per Christum,designant *k* cæcitatem mentis Gentilium, quos Christus illuminauit. *Ioan.9.b. Isa.29.f.35.b.*

Oculi Saulis,in quibus sibi erat paruulus,antequam fieret rex, designant *l* cognitionem sui quam habet prælatus ante dignitatem assumptam. *1. Reg.15.d.*

Oculi Adam,& Euæ aperti dicuntur ad malum,*m* vel ad cognitionem experimentalem mali, quod prius non cognoscebant. *Gen.3.b. Iob.27.d.*

Oculi Isaac caligantes,significare possunt *n* defectum fidei in mundo,& neglectum luminis religionis,& prælatum adulatione deceptum. *Gen.27.a.* Idem designant oculi Iacob. *Gen.48.b.*

Oculus hominis,& omnium tribuum Israël, dicitur esse Domini, *o* quia Domini est quicunque & de Gentibus respicit Deum,& sperat in eo,& de cunctis tribubus Israël. Vel quia Dominus æqualiter cunctos respicit,sine exceptione personarum. *Zach.9.a.*

Oculi aliquando possunt significare verecundiam & pudorem : vt cùm Abimelech dedit Abrahæ mille argenteos in velamen oculorum Saræ. *Gen.20.d.*

Oculi dominæ Ioseph, designant prauam concupiscentiam. *Gen.39.a. Iob.24.c.*

In oculis omnium gentium parauit Dominus brachium suum *p* quia omnibus proposuit salutem per Christum acquirendam. *Isa.52.c.*

Oculi animalium,qui erant in circuitu ipsorum,designant *q* nihil esse in Euangelio,quod non resplendeat,& fulgore suo mundum illuminet:vt ea etiam,quæ parua putantur & vilia,Spiritus sancti fulgeant maiestate. *Ezec. 1.a. Apoc.4.c.* Vel designant cognitionem præteritorum, præsentium & futurorum : & circunspectionem in omnibus. Vel oculi intus & in circuitu,admonent Sanctos,se intus inspicere,vt placeant Deo,& foris,vt bono exemplo erudiant proximos.

Oculi Balaam,qui aperiuntur, designant *r* sensus diaboli. *Num.24.a.* Et oculus vulturis, significat ingenium diaboli. *Iob.28.a.* Et oculi Leuiathan,designant eius intellectus perspicacitatem. *Iob.40.c.*

Oculi Leuiathan,qui vtilitati visionis inseruiunt *s* consiliarij diaboli dicuntur esse : qui dum peruersis machinationibus,quæ qualiter agenda sunt præuident,malignis eius operatiis quasi ostensum pedibus iter præbent. Et dicuntur esse,vt palpebræ diluculi:quia spondent se & asserunt tenebras repellere, & veritatis lucem signis clarescentibus nunciare. *Iob.16.b.41.b.* Oculi etiam Leuiathan,sunt falsi Prophetæ & hæretici : de quibus, *Isa. 29. c.* Claudet oculos vestros. Et oculus subsannans patrem,*t* est hæreticus, *Prou.30.c.*

Oculus dexter pastoris stulti,est *u* scientia,quàm sibi falsò arrogabit Antichristus. *Zach. 11.d.* Oculus autem pro oculo redditur, *x* quum quis faciens aliquem errare in scientia,etiam cæcatur ipse in futuro. *Leuit.24. d.*

Oculus malorum est amphora,*y* quum iniquitas eorum manifestatur. *Zach.5.d.* Vel *z* designat in auaris obtusam esse mentem ad diuina perspicienda,cum maximè oculati sint ad pecuniam iustè,vel iniustè acquirendam.

Oculi elati,superbiam mentis significant. *Psa.130.* Et oculus subsannans patrem,*aa* est mens superba hæreticorum contemnens prælatum. *Prou.30.c. Isa. 2. c. 37. d.* Et oculi terribiles exprimunt crudelitatem Iudæorum in Christum. *Iob.16.b.*

Oculi indigentium solent esse intenti ad eum,à quo quis auxilium expectat. Sic oculi omnium dicuntur sperare in Deum. *Psalm.144.* Oculi seruorum dicuntur esse in manibus dominorum suorum, quia serui à Dominis expectant fauorem, & timent pœnam. Vel sunt in manibus dominorum suorum, quum quis intentus est operibus peccati. Et oculi ancillæ sunt in manibus dominæ suæ, *bb* cum anima intenta est ad seruiendum carni. *Psal.122.*

In oculis dicuntur esse *cc* quæ sunt nobis præsentia,& auferuntur ab oculis, quæ à præsentia remouentur, vt mala auferri ab oculis,hoc est,à præsentia dicitur. *Iob.3.b.* Et in oculis suis hamo captus est diabolus, quia & nouit Christum,& momordit,& cognouit prius quem pertimesceret,& tamen pòst non timuit, quum in illo quasi escam perpetuam mortem carnis esuriet. *Iob.40.c.*

Oculum pro oculo reddere,*dd* est subiicere intellectum,vel auferre. *Exod.21.c.*

Oculos eripit à lachrymis Deus illius,*ee* à quo tollit impedimenta se videndi. *Psalm.114.*

Oculo ad oculum videre,*ff* est facie ad faciem contemplari,sicut videbitur Deus à Beatis. *Isa.52.c.*

Oculi quasi hominis in cornu bestiæ *gg* indicabant Antichristum futurum hominem, non dæmonem, *Daniel.7.c.*

Oculi attenuati,vide *Tenuis.*

Odium,

Fides. Virginitas.

Naturale iudicium.

Intentio.

Voluntas.

Consiliarius. Vxor. Intuitus æterna claritatis. Concupiscentia. Oculus gratiæ. Oculus suppliciorum. Vita contemplatiua. Vita actiua. Misericordia. Iudicium. Oculi Iudæorum. Principes, & Prophetæ.

Gentiles.

Cognitio sui.

Defectus fidei. Aspectus Dei in omnes.

Verecundia.

Prauæ concupiscentiæ. Publica salus Fulgor Euangelij. Circunspectio Cognitio Sanctorum. Sensus & ingenium diaboli. Consiliarij diaboli. Falsi Prophetæ. Hæretici. Arrogantia scientiæ. Manifesta iniquitas. Superbia. Crudelitas Iudæorum.

Præsentia.

a *Gr.17.mo.4. & f.Ezec.ho. 2.*
b *Hie.f.Is.33 & f.Ier.5, Gr.31,m.35.*
c *Ricar.de S. Vict.de somn. Nabuc.38. Gre.f,5.Re.6.*
d *Aug. serm. Domini in monte. & 4. contra Iulian 4.Gre.10.mo. 23.& 13.m. 14.& 17.m. 4.& f.Ez.ho. 6.*
e *Bas.hom.in pri.pro. Hier. epis. quamuis mi.Ber.ser. 2. de angelis. Am.f.ps.118. serm.16.Ori. f.Matt.ho. 5. Hier.f. Matt. 18. Aug.1. serm. Dom.in monte.*
f *Gre.f.1.Re. 11.& 6.m.26*
g *Ori.f. Gen. ho.7.15.& f. Matt.ho. 13.*
h *Hie.f.Is.29. & f. Iob. 29.*
i *Gre.f. 1.Re. 2.3.& 3.past 1.*
k *Ori.f.Is. ho. 6. Hie.f.Is.29*
l *Gre.f.1. Re. 15.*
m *Ori.f. Nu. hom.13.*
n *Glo.ord.sup. Gen.27.*
o *Hier.f.Zac. 9.*
p *Glo.inter.f. Isa.52.*
q *Hie.f.Ezec. hom.6. Au.f. Apoc. hom.3. Gre.f.Eze.ho. 6.& 19.mor. 10.*
r *Ori.f.Num. ho.17.Hier.f. Iob.28.40.*
s *Gre.13.m. 6.& 33.mo. 35. Hie.f.Iob.41.*
t *Bed.f. Prou. 30.*
u *Hier.f.Zac. 11.*
x *Isyc.f. Leu. 24.*
y *Hie.f. Zac. 5.*
z *Gre.14.mo. 27.*
aa *Hie.f.Is.2. 37.& f. Iob. 16.*
bb *Glo. ord.f. Psa.122.*
cc *Gre.33.m. 8.Hier.f. Iob. 40.*
dd *Ori.f.Exo. ho.10.*
ee *Cassi. ps. 114.*
ff *Hil.f.Is.52.*
gg *Hie.f.Dā.7.*

Digitized by Google

Odium, Odisse, Odiosus.

ODIVM, est ira inueterata. Odisse autem, est odio habere. Est autem odium affectus amori contrarius. Odiosus autem est, qui odio, & fastidio habetur, & qui molestus est. Odisse verò interdum est detestari. *Gen.* 27. *f.* Oderat Esau Iacob perdere. *Psal.* 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Reprobare. *Deut.* 16. *d.* Quæ odit Dominus Deus tuus. Spernere. *Gen.* 26. *f.* Quid venistis ad me hominem, quem odistis? Negligere. *Psalm.* 119. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. Reprobare. *Psal.* 100. Facientes prævaricationes odiui. Et vitare. *Psalm.* 25. Odiui Ecclesiam malignantium.

Dilectio, & odium Dei *a* vel ex præscientia nascitur futurorũ, vel ex operibus alioquin nouimus, quòd omnia Deus diligat, nec quicquam eorum oderit, quæ creauit, sed propriè eos suæ vindicet charitati, qui vitiorum hostes sunt & rebelles. Et è contrario illos odit, qui à Deo destructa, cupiunt rursum extruere. Odisse autem Deus ἀνθρωποπάθως dicitur: vt flere, aut dolere, aut irasci: vt quando audimus odium eius in malos, ea quæ Deum intelligimus odisse, fugiamus. Dicitur Deus odio habere rapinam in holocaustum: quia gaudet multo copiosius reddere, quidquid illi oblatum est. *Isa.* 61. *c.*

Odit autem Deus Esau, hoc est, detestatur vitia. *Malac.* 1. *a.* Et odit solemnitates *b* malè celebratas. *Isa.* 1. *d.* *Amos* 5. *f.*

Mori pro Christo.

Odit animam suam in hoc mundo, *c* qui vitam exponit pro Christo: & hic in vitam æternam custodit eam. *Ioan.* 12. *c.*

Odisse malum debemus, hoc est, diabolum, & iniquos propter Deum: & odit malum, *d* qui non solum voluptate non vincitur, sed detestatur etiam opera voluptatis. Odisse autem iniquitatem laudatur. Et hæretici odio habere debent priora dogmata tanquam iniqua. *Psalm.* 44. 118. *Amos.* 5. 5. *d.* Et odisse debemus odio habentes Deum perfecto odio, *e* hoc est, vt oderimus in eis iniquitatem, non naturam. *Psalm.* 138.

Dæmones.

Odientes Deum, sunt *f* dæmones. *Exod.* 20. *a.* *Psal.* 66. 138. *Iob.* 8. *d.*

Odium Iudæorum in Christum & Christianos.

Odium Esau in Iacob, designat *g* odium Iudæorum in Christum, & Christianos. *Genes.* 27. *g.* Idem designat odium fratrum Ioseph, in ipsum Ioseph. *Genes.* 36. *a.* Et odium quo Galaaditæ oderant Iephte. *Iudi.* 11. *a.* *Isa.* 66. *b.* Dicuntur autem odisse Christum gratis, quia sine causa. *Psalm.* 54. 68. Iniquè dicuntur odisse retribuentes mala pro bonis. *Psalm.* 37. Odiosum fieri Chananæis, est bonos contemni à malis. *Genes.* 34. *d.* Et odium Ægyptiorum in filios Israël *h* est odium mundanorum in Sanctos, vel Gentilium in Christianos. *Exod.* 1. *e.* *Psal.* 140. Odisse etiam dicuntur Sion, hoc est, Ecclesiam, qui oderunt Deum. *Psalm.* 128. Et Ecclesia dicitur odio habita. *Isa.* 60. *c.* Filiæ Palestinarum odio habentes Hierusalem, sunt contrariæ potestates inimicæ Ecclesiæ. *Ezech.* 16. *e.* Iudæi præterea sunt, qui oderunt corripientem in porta, *i* id est, Christum. *Amos.* 5. *b.*

Odium Ecclesiæ.

Oderunt scientiam imprudentes, hoc est, *k* Iudæi doctrinam Christi. *Prouerb.* 1 *c.*

Virtus.

Odiosa vxor, est *l* anima seuera & grauis: quæ odiosa est leuibus, vel etiam virtus odiosa vitiosis. *Deut.* 21. *c.*

Odollam.

Odollam, hoc est, testimonium, siue ornamentum illis, siue testimonium, aut ornamentum suæ miseriæ, vel transitus, aut præda suæ miseriæ, ciuitas in tribu Iuda, & etiam spelunca. 1. *Reg.* 22. *a.* 1. *Par.* 11. *d.* *Mich.* 1. *d.* Odollam, aut Odollamites interpretatur *m* testimonium in aqua, & designat baptismum Ioannis, qui testimonium perhibuit Christo. *Genes.* 38. *d.*

Baptismus Ioannis.

Odollam etiam interpretatur testimoniũ haustus, siue hauritionis eorum. Et hæreticus veniet vsque Odollam, hoc est, *n* vsque ad testimonium exhausionis suæ, quod exhauriet, atque bibet iuxta operum suorum mensuram. *Mich.* 1. *d.*

Odor, Odorari, Odoriferus, Fragrare.

ODOR, *o* velut vapor quidam, seu qualitas exhalans à rebus odoriferis, estque olfactus obiectum. Olfactus autem est ipsa potentia odoris perceptiua. Odorari autem est olfacere, seu odorem suscipere. Odorifera verò seu odora sunt, quæ odorem de se emittunt quæ & fragrare dicuntur. Fertur autem quædam esse pigmenta, quorum si odorem ceperint nonnulla animalia continuatione intereunt, alia verò eodem odore recreantur, vitamque recipiunt.

Excellentia Christi & donorum eius.

Odor vnguentorum sponsi, *p* est excellentia humanitatis Christi, & donorum eius quo impleta est domus Ecclesiç. *Cant.* 1. *a.* Est etiam fama iustitiæ & misericordiæ Dei. Et odor nardi, est doctrina Christi, & manifestatio diuinitatis eius, & fama de eius sapientia, iustitia, sanctificatione, & redemptione. *Cant.* 1. *d.*

Doctrina Christi.

Manifestatio diuinitatis.

Odor agri pleni, significare potest *q* virtutem resurrectionis Christi, & diuersitatem virtutum in Ecclesia ex gentibus. *Genes.* 47. *d.*

Virtus resurrectionis Christi.

Odor suauis & gratus Deo, significat *r* fragrantiam bonorum operum Deo acceptorum: quæ tunc illi grata sunt, cum illi gratus est animus offerentis, vnde & odor suauis dici potest ipsa mentis deuotio. *Genes.* 8. *d.* 27. *d.* *Exod.* 25. *a.* 29. *c.* 30. *a.* *Leuit.* 1. *d.* 2. *c.* 3. *b.* *Isa.* 3. *d.* *Ephes.* 5. *a.* Et odor vnguenti implet domum, cum sanctæ vitæ opera, & fides & charitas abundant in Ecclesia. *Ioan.* 12. *a.* Et dedit odorem suum nardus, *s* cum placuit Deo humilitas sponsæ. *Cant.* 1. *d.* 2. *c.* Et dicitur sicut odor thuris, *t* quia opera vim habent orationis coram Deo. *Cant.* 4. *c.* Et odor vinearum, est suauitas bonorum operum, & doctrina & institutio angelorum, & religionis sanctitas, & exempla, quæ aliis & sibi opinionem bonam aspergunt. *Cant.* 2. *c.* Et odor malorum punicorum, est odor Martyrum, & manifestatio figurarum & prophetiarum. *Cant.* 7. *c.* Ad hæc refertur odor thimiamatis. *Exod.* 30. *d.* 35. *c.* Hic odor fœtet coram Pharaone, quia bona opera non sunt diabolo grata. *Exod.* 5. *d.* Ad hæc opera pertinent odoramenta, quæ ostendit Rex Ezechias Chaldæis. *Isa.* 39. *b.* Odor etiam suauissimus oblationis arietis, *u* est martyrium Deo acceptum. *Exod.* 29. *c.*

Manifestatio figurarum.

Odor etiã, est bona opinio ex operibus bonis emanans. *Gen.* 27. *d.* Et odor Israël, dicitur esse, vt Libani. *Hos.* 14. *c.* quando *x* fideles in Ecclesia dicere possunt, Christi bonus odor sumus Deo. 2. *Cor.* 2. *d.* Hoc odore *y* viuunt boni, pereunt verò mali. *Cant.* 1. *d.* 7. *d.* Hic erat odor primitiuæ Ecclesiæ, prius quidem quum sedente rege ad dexteram Patris, erant perseuerantes vnanimiter in oratione: Deinde per aduentum Spiritus sancti dilatatus est odor per prædicationem. *Prouerb.* 27. *b.*

Bona opinio.

Odor etiam Domino, *z* est cognitio siue scientia, quæ de Deo habetur. *Leuit.* 2. *a.* 2. *Corint.* 2. *d.* Et dicitur odor notitiæ Dei: quia cum Deus non videatur per ea, quæ inuisibiliter operatur, in Apostolis esse intelligitur: atque ita veritas doctrinæ de Deo manifestatur. Generaliter autem bonus odor est bona doctrina, malus odor mala.

Scientia de Deo.

Doctrina bona seu mala.

Odor vuæ, *aa* est in prædicatoribus: odor oliuæ in operibus misericordiæ. Odor rosæ in martyrio. Odor lilij in virginitate; Odor violæ in humilitate: odor spicæ maturæ in operum perfectione.

Vis indicatiua angelorũ.

Olfactus in angelis, *bb* capacem eorum perceptionem, qua summam illam, suauissimamque fragrantiam pro viribus admittentes, cætera, quæ huiusmodi non sunt scitè diiudicant, ac penitus fugiunt.

Auditus doctrinæ.

Odor aquæ. *Iob.* 14. *b.* est *cc* auditus doctrinæ bonæ, seu malæ. Vel est afflatus Spiritus sancti in electorũ cordibus.

Afflatus Spiritus sancti.

Fragrantia vestimẽtorum Iacob, *dd* mysteria legis designat. Vel è diuerso literam legis, qua delectantur Iudæi. *Gen.* 27. *d.* Fragrantia verò vbera Christi, doctrinam significant per orbem dispersam. *Cant.* 1. *a.* Fragrantia etiam vestimentorum, est fides.

Mysteria legis.

Fides.

Odor aliquando dicitur incendium. *Iud.* 16. *b.* cum odorem ignis acceperit. *Sapient.* 11. *c.*

Incendium.

Odoratur equus bellum, *ee* quum prædicator longè antè se præparat ad contentiones, & persecutiones infidelium. At cum vir fortis ex causis præcedentibus, quæ vitiorum pugnæ subsequantur, agnoscit. *Iob.* 39. *c.*

Perspicacia prædicatoris.

In odorem suauitatis offeruntur idolis, quæ sunt Dei, *ff* quum iis, quæ naturaliter bona sunt, abutimur ad malum, & præcipuè sacra scriptura ad errores. *Exod.* 16. *b.* Redolentia quoque thura, quæ offerebantur idolis, designant fœtorem peccatorum. *Exech.* 6. *d.*

Abusus bonorum.

Fœtor peccatorum.

Olfactoria dici possunt *gg* ea omnia, quibus bonus odor sumus Deo. *Isa.* 3. *d.*

Offendere, Offendiculum.

Offendere, est in aliquid incurrere, siue incidere, & tam de animo dicitur, quàm de corpore. Et quoniam: qui incidunt in aliquid, lædere sæpe solent id, in quod incidũt, & interdum lædi. Ideò offendere pro lædere vsurpatur:

a *Hie. s. Mal.* 1.
b *Hieron. sup. Amos* 5.
c *Au. s. Ioan. tract.* 51.
d *Basi. s. ps.* 44 *Hil. s. ps.* 118. *Hie. s. Am.* 5.
e *Au. su. psal.* 118.
f *Hil. s. ps.* 66.
g *Hie. s. Is.* 66. *Hil. s. Ps.* 68. *Aug. qu. in Iud.* 44.
h *Arno. s. psa.* 140. *Glo. ord. sup. Isai.* 60. & *s. Ezech.* 16.
i *Ruper. sup. Amos* 1. 5.
k *Bed. s. Pr.* 1.
l *Ambr. epist.* 14. & *de Cain.* 4.
m *Au.* 22. *cõt Faust.* 85. *Bed. s. Ge.* 38.
n *Hie. s. Mi.* 1.
o *Ori. s. Cant. hom.* 1.
p *Ori. s. Cant. hom.* 1. 2. *Amb. de virg.* 3. *Ber. s. Can. serm.* 22. *Hie. ad Damas. q.* 3. *Gre. s. Ezec. hom.* 6.
q *Bed. s. Gen.* 27.
r *Ori. s. Exod. hom.* 3. & *su. Cant. ho.* 4. & *s. Matth. can.* 16. & *ho.* 35. *Chry. s. Gen. hom.* 23.
s *Amb. s. Luc.* 7. & *de virg.* 1. *Gre. s. Can.* 2.
t *Ber. s. Cant. ser.* 42. 60. *Georg. Venet. Ca.* 2. *tom.* 3. *cap.* 15.
u *Glo. ord. su. Exod.* 29.
x *Hie. s. Hose.* 14. *Isyc. s. Leu.* 2.
y *Gre.* 35. *mo.* 22. & *s. Cant.* 7. *Bern. serm. Cant. ser.* 42.
z *Ambr. s.* 2. *Cor.* 2.
aa *Gre. s. Eze. hom.* 6.
bb *Dion. cal. Hie.* 15.
cc *Gre.* 12. *m.* 3.
dd *Ambr. de Isaac.* 3. & *de Iacob.* 2. *Ber. ad mil. templi* 7. *Rupe.* 5. *de glo. Tri.* 8.
ee *Hier. s. Iob.* 39. *Gr.* 31. *m.* 26. 30.
ff *Ori. s. Eze. hom.* 7. *Hie. s. Ezec.* 9.
gg *Hie. s. Is.* 3.

Digitized by Google

Est etiam iniuriam facere,& irritare.Offendiculum autem est impedimentum, ceu obstaculum, in quod si quis incurrat, læditur,aut cadit,quod scandalum Græcè dicitur.

Offendere in lapidem, *a* est non credere in Christum, *Isa.8.c.28.d. Zach.2.c.Luc.20.c. Rom.9.g.* Offendit etiam ad lapidem pedem suum,qui legis reus tenetur. *Psalm.90.*

Offendere Deum,*b* est iram eius irritare.*Num.27.c.*Quia offendistis me in deserto Sin. Ita *Iud,11.b.Zach.12.c.*

Offendentes vxores Esau animum Isaac,& Rebeccæ,hoc est, lædentes,vel molestæ, designãt *c* hæreses odiosas Christo & Ecclesiæ. *Genes.26.g.*

Offendunt ad montes caliginosos, *d* qui impingunt in dæmones, quod dictum est de iis, qui ducebantur in Babylonem.*Ierem.13.c.*Ad hunc lapidem offendunt pedem peccantes. *Psalm.90.*Et dæmones dicuntur offendiculum amaritudinis. *Ezech.28.g.*

Offendiculum,quod ponit Deus iusto peccanti,dici potest infirmitas,propter quam nõ potest facilè ad bonum opus redire. *Ezech.3.e.*

Offendicula auferenda à facie Dei idololatriam significant. Hæc offendicula posuerunt Iudæi in domo Dei, collocantes ibi idolum.Sunt etiam *e* hæreses offendicula,quæ ponunt in domo Dei, qui eas seminant in Ecclesia. *Ierem.4.a.7.g.Ezech.11.d.*

Offendicula auferenda de via, sunt *f* impedimenta intelligendi sacram scripturam. *Isa.57.c.*

Offendiculum coram cæco ponere, *g* est discretam quidem rem agere, sed tamen ei, qui discretionis lumen non habet,scandali occasionem præbere. *Leuit.19.c.*

Offensiones oculorum dicuntur *h* spectacula,& cætera,quæ animæ contaminant puritatem. *Ezech.20.a.*

Offerre, Oblatio.

Offerre,est exhibere,siue præsentare,& etiam spontè dare,vnde dicuntur oblationes,quæ Deo offeruntur.

Oblatio Isaac in holocaustum,manifesta fuit figura *i* passionis Christi.Sed oblatus est aries pro Isaac,quia caro Christi,non diuinitas passa est. *Genes.22.a.Ephes.5.a.* Et ipse Christus est sacerdos offerens hostiam pro peccato. *Leuit.6.d.*Et offerens Iob holocaustum pro filiis,& etiam pro amicis suis,designat Christum, qui seipsum obtulit pro nobis,vel Ecclesiam,in qua acceptum est Deo sacrificium pro hæreticis ad fidem reuertentibus.*Iob.1.c.42.b.*

Offerre vitulum pro peccato per singulos dies,est *k* offerre Christum, & offerre sanguinem vituli, est offerre passionem eius. In vitulo enim habente cornua,virtus Christi designatur. *Exod.29.a. Leuit.1.b.4.a.9.a.* Et oblatio agni,est professio innocentiæ Christi,oblatio arietis principatus Christi. Oblatio vero hirci,est protestatio similitudinis carnis peccati. Turturem verò,aut columbam offerimus, quum vtranque naturam nempe diuinam & humanam, vel corpus & animam in Christo confitemur. Idem dicendum de duobus passeribus *l* offerendis à leproso. *Leuit.14.a.*Et offerre sacrificium de craticula, vel de sartagine, est habere memoriam passionis & crucis Christi. *Leuit.1.b.* Offerre etiam vitulum in holocaustum, *m* est nihil carnale deinceps sentire de Christo. *Ezech.43.e.* Offerebat autem sacerdos vitulum & arietem antequam ingrederetur in Sancta Sanctorum: *n* quia per Christum veniendum est ad cognitionem diuinorũ mysteriorum.*Leu.16.a.*Offerre autem tortam panis, *o* est prædicare Christum passum. *1.Reg.2.g.*

Offerunt sacerdotes panes,apertè designantes *p* oblationem corporis Christi in sacramento altaris. *Leuit.21.a.*

Offerre holocausta super altare de terra, est fundare virtutum opera in fide incarnationis Christi. *Exod.10.d.* Offert etiam munus ad altare, *q* qui rectæ fidei superponit bona opera, quæ offerat Deo. *Matth.5.c.* Offerunt autem holocausta perfecti, *r* cùm per contemplationis ascensum se omnipotenti Deo ineffabili affectione coniungunt. *1.Reg.6.c.*

Offerre decimas & primitias in Pentecoste, *s* designabat aduentum Spiritus sancti. *Exod.22.d. 34.f.35.c. Leuitic.2.d.*

Offerentes Ioseph eductum de carcere Pharaoni. *Genes.41.b.*sunt *t* prædicantes Christum gentibus post resurrectionem.Offerens autem Moses Aaron & filios eius.*Leuit.8.a.* est *u* offerens Christum & imitatores eius.

Offerre in canistro posita, *x* est proponere mysteria in sacra scriptura contenta. *Exod.29.a.* Offerunt autem panes Dei incircuncisis,qui mysteria & sacramenta communicant indignis.*Ezech.44.b.*

Offerunt filij vasa matri implenda oleo. *4.Reg.4.a.* quando fideles *y* conuertunt infideles ad fidem. Offerens etiam Ietro holocausta,conuersionem Gentilium designauit.*Exo.18.b.*

Offerre adipem,seu incensum de adipe, *z* est in secretæ conuersationis studio deuotæ orationis affectum habere,*Exod.29.b.35.d.1.Reg.15.c.*Offerre etiam thimiama,est offerre orationes.*Exod.30.a.*Offert etiam holocausta medullata, *aa* qui offert orationem cordis & oris cum charitate. *Psalm.65.* Orationes autem acceptæ Deo, erunt laudes eius in patria.

Oblationes duodecim principum Israël, oblationes *bb* Apostolorum designarunt: quas obtulerunt prædicando. *Num.7.a.*

Offert oblationem sacrificij de simila, *cc* qui synceram habet fidem: & qui diuinorum cognitionem ascribit Deo. Et qui simplices offert Deo.Offert autem similam conspersam oleo,qui per diuinam misericordiam offert, & qui charitatem habet. Offerunt autem coram altari, qui ea docent, quæ Christus reuelauit, superflua prætermittentes. *Leuit.2.a.6.b.10.c.*

Offerre decimam partem ephi similæ. *Leuit.5.b. dd* perfectè credere in sanctam Trinitatem: quia ephi tres modios continet: & denarius perfectus est.

Oblatio de craticula est, quum *ee* quis patientiam habet in multiplici dæmonum & malorum impugnatione, habens memoriam passionis Christi. *Leuit.2.b.*

Offerre sal in omni oblatione. *Leuit.2.d.* vt *ff* quodcunque docueris, quodcunque correxeris, in quacunque virtute conuersatus fueris,ad Apostolicam æmulationem,atque imitationem operaris.

Offerre pacifica, *gg* designat gratiarum actionem. Est etiam efficere opera, per quæ à videntibus laudetur Deus.*Leuit.3.a.7.*Offert autem ea sanus: & etiam leprosus,postquam est à Deo curatus. *Luc.5.c.* Et oblatio, quæ infertur Deo,est laus, & gratiarum actio. *Ierem.17.d.*

Offerre caudam totam, *hh* est consummare opus bonum. *Leuit.3.c.7.a.*

Offert hircum pro peccato, aut etiam capram immaculatam, qui offert corpus suum, & vincit dæmonium per martyrium. *Leuit.4.10.c.*

Oblatio Aaron, & filiorum eius. *Leuit.6.c.* est *ii* doctrina theologica ad perfectos pertinens. Oblatio autem de sartagine, est doctrina laborantium verbo.*Leuit.2.b.*Offerre autem boues, est *kk* prædicare.*Psalm.65.*Et offerre nummum argenteum, *ll* est prædicare fidem. *1.Reg.2.g.*

Offerre Domino mediam partem sicli, hoc est decem obolos,*mm* est obseruantiam decalogi offerre.*Exod.30.b.*

Offerens populus vota ad constitutionem tabernaculi,*nn* est adiuuans ad perfectionem Ecclesiæ. *Exod.36.a.* Debet autem vnusquisque aliquid offerre in opus tabernaculi,hoc est,Ecclesiæ quod ibi permaneat,& non pereat per ignem. Offerunt viri,& mulieres,quia in explendo cultu Sanctæ Ecclesiæ,& fortium facta sublimia, & infirmorum opera extrema numerantur.

Offert hœdos pingues,*oo* qui dat eleemosynam.Offerebant etiam filij Israël oleum ad lucernas,quando exercebant opera misericordiæ:& tandiu lex durauit,quandiu opera misericordiæ in eis viguerunt. *Leuit.23.b.*

Offert Deo oblationem,qui obedit etiam illi offert,quam hominibus exhibet.Et non offert sine Samuele,*pp* qui solum illa opera in se probat,quæ approbantur à maiore. *1.Reg.10.b.*

Oblati pueri Iesu,designant eos,*qq* qui adhuc sunt carnales,& conuertuntur ad Christum.Offerunt autem eos simpliciores doctores ipsos instruentes.*Matth.19.b.* Offerre etiam seruum diis, est imbuere simplicem exemplis Sanctorum. *Exod.21.a.*

Offerre munus curationis, *rr* est adscribere Deo salutis præmium. *Matth.8.a.* Et offerunt munera Deo, qui cogniram

Non credere in Christum. Transgredi legem. Irritare Deũ. Odiosa hæreses. Impingere in dæmones. Infirmitas.

Idololatria. Hæreses.

Impedimenta Intelligentia. Scandalizare.

Passio Christi Oblatio Ecclesia.

Offerre Christum & passionem eius. Professio innocentia Christi. Memoria passionis Christi. Eucharistia. Fides incarnationis Christi. Opera cum fide. Coniunctio cum Deo. Aduentus Spiritus sancti. Prædicare Christum. Proponere mysteria. Conuersio infidelium. Orationum oblatio. Prædicatio Apostolorum. Fides syncera. Doctrina Christi pura. Fides Trinitatis. Patientia. Imitatio Apostolica. Gratiarum actio. Perfectio operis. Martyrium. Doctrina theologica. Prædicare fidem. Obseruare decalogum. Institutio Ecclesiæ. Exercere opera misericordiæ. Obedientia. Instruere simplices. Ascribere bona Deo. Offerre seipsos Christo.

a *Ori.s.Ro.9. Hier.s.Isai.8. Aug.s.Ps.45. 90.*
b *Glo.inte.su. Iudic.11.*
c *Bed.s. Gen. 26.*
d *Orig.s.Iere. hom.9. Hie. s. Iere.13. Bern.se. 13.s. qui habitat. Hie.s.Ezec.3.*
e *Hie.s.Ier.4. 7.*
f *Glo. inte.su. Isai.57.*
g *Gre. 3.past. adm.36.*
h *Hie.s.Ezec. 20.*
i *Ori. s. Gen. hom.8. Isyc.s. Leu.6. Glo. ord. sup. Iob.42.*
k *Orig.s.Leu. hom.1.2. Thom.1.2.q. 102.art.3.*
l *Isy.s.Leu.1. Gloss. ord. su. Leu.14.*
m *Hie.s.Eze. 43.*
n *Isy.su.Leu. 16.*
o *Gre.s.1.Re. 2.*
p *Isyc.s. Leu. 21.*
q *Au.1.ser.de in mont.*
r *Gre.s.1.Re. 6.*
s *Orig.s. Leu. hom.2.*
t *Glo. ord. su. Gen.41.*
u *Glo.inte.su. Leu.8.*
x *Glo. ord.su. Exod.29. & s.Ezech.44.*
y *Aug. serm. 206.*
z *Gre.s.1.Re. 15.*
Gloss. inte.sup. Exod.30.
aa *Arno. & Aug.s.ps. 65.*
bb *Rup.s.Nu. 18.*
cc *Ori.s.Leu. hom.2. Isy.s.Le. 2.6.*
dd *Glo.inte.s. Leu.5.*
ee *Lyr.s.Leu. 2.*
ff *Isy.su.Leu. 2.*
gg *Ori.s.Leu. hom.5.Hier.s. Ier.17.*
hh *Gl. int.su. Leu.3. Ori.s. Leu.ho.2.*
ii *Glo.or.sup. Leu. 6. Ori.s. Leu.ho.2.*
kk *Ar.s.psal. 65.*
ll *Gre. sup.1. Regum. 2.*

mm *Glo.ord.s.Exod.30.* nn *Orig.s.Exod.ho.13.Greg.30.mo.10.* oo *Orig.sup.Leuit.ho.2.13.* pp *Greg.s.1.Reg.10.* qq *Orig.sup.Matth.* rr *Hil.s.Mat.can.7. Aug.s.psal.75.*

Digitized by Google

cognitam veritatem acceptam illi ferunt, nec inde superbiunt. *Psalm.75.*

Offerunt Reges munera, quum *a* regnantes in semetipsis, seipsos offerunt hostiam viuam. *Psalm.67.* Offerunt etiam munera Ioseph, qui offerunt munera Christo. *Genes.43.d.* Offerunt autem illi aurum qui offerunt animam suam. *Exod.38.d.* Et offerunt aurum, thus & myrrham qui confitentur eius potentiam, diuinitatem & resurrectionem. *Matth.2.b.*

Pœnitentiam agere.

Offerre nummum argenteũ, *b* est agere veram pœnitentiam peccati. *1.Reg.2.g.* Et offerre agnum anniculum, est irrationales motus per pœnitentiam domare. Idem est *c* offerre ouem pro peccato. *Leuit.1.f.4.g.14.b.* Et offerre vitulum est domare superbiam carnis: & castigare gulam, & leuitatem. Offerre etiam sanguinem vituli, est propriam vitam, aut castitatem mentis offerre Deo: & etiam baptizari. Et offerre hircum de capris, est lasciuiam superare. *Exod.29.b. Leuit.1.b.9.a.10.d.16.a. Psalm.65.*

Bona opera.

Offerentes talenta patrifamilias, *d* sunt offerentes bona opera Deo. *Matth.25.b.* Offerre etiam libamina, est offerre bonorum operum vota. *Exod.25.c.37.c.*

Promotio ministrorum Ecclesiæ.

Offeruntur arietes Nabaioth in altari Dei, *e* cum ex gentibus eliguntur in Ecclesia sacerdotes. *Isa.60.b.* Offerentes autem se sponte ad opus tabernaculi. *Exod.36.a.* sunt *f* tradentes se ministerio Ecclesiæ. Offerunt autem sacerdotes cæcum, *g* qui promouent ignorantem. Offerunt claudum, qui infidelem. Offerunt surdum, qui inobedientem. *Malac.1.b.*

Offerens Christus Ecclesiã. Oratio.

Offerens Iephte filiam in holocaustum Domino post victoriã, & post duos menses, quibus illa fleuit, designat *h* Christum, qui post sex ætates offeret Ecclesiam pœnitentium Deo patri. *Iud.11.g.*

Impleta præcepta. Intentio bona

Offerens Iob holocausta per singulos filios, *i* designat nos pro vnaquaque virtute Domino precum hostiam debere immolare: ne sapientia eleuet, ne intellectus, dum subtiliter currit, aberret. *Iob.1.a.*

Offerre librum Deo, quasi Principi. *Iob.31.b.* est *k* venienti Domino ad iudicium, verba præceptorum illius in actione posita offerre.

Offerre rectè, *l* est bonam intentionem habere. *Genes.4.b.* iuxta septuaginta. Rectè autem offerebant Iudæi, ante aduentum Christi, sed non diuiserunt tempora, vt aduenientem Christum susciperent.

Opera simplicium.

Offertur holocaustum de ouibus, aut capris ex latere aquilonaris & tabernaculi. *Leuit.1.c.* Qua *m* cum altare sit Christus, ouium autem sacrificium sit simplicitas studentium, & nondum absolutè iustitiam operantium, non indirectum intelligibilis altaris offerunt. Indirectum est enim, quia mandata perficit, ex latere autem, quia à malis abstinet.

Puritas iustitia.

Offerre masculum *n* est non effœminari in operandis mandatis Dei. *Leuit.1.a.22.c.*

Pœnitentiam agere.

Offerre immaculatum, siue purum, *o* est non miscere iustitiæ iniquitatem nec simulatione virtutem commaculare, & non facere eleemosynam de rapina. *Leuit.1.a.22.c.*

Offerre pro peccato, aut delicto, seu pro iniquitatibus, est agere fructus pœnitentiæ dignos. Et offert hircum de capris, qui grauiter pœnitet. Offert etiam sacerdos turturem, hoc est, prædicator pœnitentem. Diuersæ autem oblationes, *p* diuersos gradus pœnitentium significant. *Exod.28.f.30.b. Leuit.4.f.5.b.10.d.14.b.* Offerentes etiam Agag pinguissimum Samueli, sunt *q* confidentes se deditos fuisse sensui carnis, vnde ad pœnitentiam conuertuntur. *1.Reg.15.g.* Oblationes autem, quæ fiunt Deo, debent esse *r* vltroneæ. *Exod.23.a.35.b. Leuit.7.b.* Hilarem enim datorem diligit Deus.

Remissio iniuriæ.

Oblatio arietis suauissima pro delicto, & oblatio agni anniculi, *s* est remissio iniuriæ. *Exod.29.c. Leu.1.c.5.b.6.a.*

Vita perfecta. Vita mediocris.

Offerre holocaustum, *t* est habere vitam perfectam, qualis erat Apostolorum: offerre verò pacifica, est habere vitam mediocrem. *Leuit.22.c.*

Conuersio peccatoris.

Offert turturem, vel columbam, *u* qui conuerti facit peccatorem. Et offert par turturum qui habet mentem verbo Dei coniunctam. *Leuit.1.d.12.14.c.* Offert autem primum turturem pro peccato, *x* qui recedit à malo. Et secundum in holocaustum, qui facit bonum. Dicitur autem non posse offerre duos turtures, qui abutitur pœnitentia redeundo ad peccatum. *Leuit.5.b.*

Abuti pœnitentia.

Oblatio debet esse absque fermento & melle. *Leuit.2.c.7.b.* Offeruntur autem ex his primitiæ & non sacrificium, quia *y* eloquentia & doctrina Gentilium parcè vtendum est, vt fides sit non in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Vti parcè eloquentia.

Offertur voluntariè animal cum aliquo defectu, sed non per votum, vt designetur *z* peccatores susciendos quidem in Ecclesia, sed non ad ministerium altaris. *Leuit.22.c.*

Offerre perfectiores Deo.

Obtulerunt domino Samuelem ablactatum, *aa* quia illi sunt apti, vt offerantur Domino, quorum est solidus cibus. Offerunt autem puerum Eli sacerdoti, qui manifestant profectum prælato. *1.Reg.2.d.*

Tradere prædicatorem doctrinæ veteri.

Offerentes Anna & Elcana puerũ Eli sacerdoti, sunt *bb* doctor foris, & Christus intus, tradentes prædicatorem futurum doctrinæ veteri: vt sciat proferre noua & vetera. *1.Reg.1.d.* Offerri autem in templo, est in scripturis cognosci mysteria Christi. *1.Reg.2.c.*

Veniens ad iudicium.

Oblatus Regi debitor decem millium talentorum, designat *cc* venientem ad iudicium coram Deo. *Matth.17.c.*

Pœnitentia mediocris.

Offerens pater filium lunaticum Discipulis, designare potest *dd* legem veterem tradentem populum Scribis & Pharisæis. *Matth.17.c.*

Non valens offerre pecus, hoc est, ouem, aut capram, offert duos turtures, aut duos pullos columbarum: vt designetur, *ee* vt qui non potest vacare in continua afflictione & ærumna, vt panem suum cum cinere comedat, & potum suum cum fletu temperet, aliáque his similia pœnitens agat: verbi gratia infirmitate, aut alia quacunque necessitate prohibetur: hic alio modo agere potest pœnitentiam: veluti offerens semetipsum ad contemplandum Deum, & ad perseruationẽ legis eius, totámque mentem suam consecrans cœlesti conuersationi, à terrenis rebus plenissimè cohibens se: per hoc enim ei & peccatorum remissio & iustificatio procuratur. Vnde eorum, quæ offeruntur, vnum quidem pro peccato, id est, ad emundationem peccati, alterum verò in holocaustum, quasi crucifigentem semetipsum, conuersationem, vel vitam, & plenissimè Deo tradentem immolatur. Offerret autem sacerdoti, Christo vtique. *Leuit.5.b.*

Indignè sumere Eucharistiam, & tractare sacram doctrinam.

Offerunt super altare Dei panem pollutũ, hoc est, *ff* corpus Christi, qui indignè accedunt ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibunt. Et qui sacram doctrinam diuidunt populis, vel propter humanam gloriam, vel lucra seculi: & diuitibus blandiuntur, & peccatores honorant. *Malac.1.b.* Iudæi post passionem Christi offerunt panem pollutum. Et obtulerunt debile, quia prætulerunt Barabbam Christo. *Malac.2.a.*

Iudæi præferentes. Barabbam. Christo.

Non obtulisse dicitur Israël sacrificium Deo: quia non erant ei accepta eorum sacrificia. *Isa.43.b.*

Inferentes hæreses.

Offerens Cain post multos dies sacrificium, designat *gg* negligentiam conuertentium se ad Deum. *Genes.4.a.*

Prædicatio Christi.

Offerre ignem alienum, *hh* est hæresim in Ecclesiam inferre, aut paruam concupiscentiam. *Leuit.10.b.16.a.* Et offerunt hæretici hostias, & immolant carnes, quæ Deus non suscipit, deserentes Christi hostiam, & suas sibi fingentes. *Hos.8.d.* Et offerunt holocausta idolo, qui defendunt hæreses. *Exod.32.a. Isa.57.b.*

Carnalia.

Oblatio irrita si duret in diem tertium. *Leuit.7.b.* designat eum *ii* reprobandum, qui sperat operari post hanc vitam.

Offerens Saul in holocaustum initia prædarum de Amalec, designat *kk* prædicatorem, qui putat se placere Deo, quia in aliis blandimenta libidinis extinxit, quæ in se viuere permittit. *1.Reg.15.c.*

Officium.

Officium dicitur quod quisque efficere debet, obseruata locorum, temporum & personarum ratione, & id in quod quisque debet incumbere, quod & munus dici solet. Interdum autem accipitur pro beneficio, & etiam pro obsequio, vel honore.

Officium sacerdotis ad populum, prædicationem Christi designat. *1.Reg.2.c.*

Officium ministerij Aaron, & officia Leuitarum, ministeria Ecclesiæ designant. *Exod.28.f. Num.2.b.*

Og.

Og, id est, subcinericius panis, vel torta, aut subsannatio, vel Syriacè detentus, vel intercluso, aut maceria. Rex Basan victus à filiis Israël. Designat *ll* carnalia, quæ excludunt à Deo, & impediunt accessum ad ipsum, & est

Rex

a *Hil.& Hie. s.ps.67. Ambr.de vid.*
b *Gre.s.1.Re. 2.*
c *Orig.s.Leu. hom.1.2. Aug. su.ps.65.*
d *Ori.s.Matt. hom.34. Glo. int.s.Exo.25.*
e *Hie.s.Is.60.*
f *Glo.ord. su. Exod.36.*
g *Isyc. s.Leu. 21.*
h *Aug.qu. in Iudi.49.*
i *Gr.1.m.35.*
k *Gregor.22. mor.22.*
l *Glo. ord.su. Gen.4.*
m *Isy.s.Leu.1*
n *Isy.s.Le.22.*
o *Isy.s.Leu.1. 22.*
p *Glo.inte.su. Exod.28.*
q *Gre.s.1.Re. 15.*
r *Glo.int.sup. Exod.25.*
s *Orig.s.Leu. hom.2.*
t *Isyc. s. Leu. 22.*
u *Orig. sup. Leuit.h.2.*
x *Glo. ord.su. Leu.5.*
y *Isy.s.Leu.2.*
z *Isy.s.Le.24.*
aa *Orig.s. 1. Reg.hom.1.*
bb *Grego.s.1. Reg.1.2.*
cc *Ori.s.Mat. hom.7.*
dd *Hil.s.Mat. cap.17.*
ee *Isy.s. Leu. 5.*
ff *Hie.s.Mal. 1. Rup.1.s.Malac.1.2.*
gg *Phil.de sacrifici. Abel, & Cain.*
hh *Hie.s.Ho. 8.& s.Is.59. Isy.s.Leu.10. 17.*
ii *Glo. int.su. Leu.7.*
kk *Gr.s.1.Re. 15.*
ll *Ori.su.Nu. hom.13. Hil. & Aug.s.Ps. 134.*

Digitized by Google

Rex Basan, hoc est, turpitudinis. *Num.* 21.*g.* *Deut.*3.*a.* *Psalm.*134.

Olea, Oliua, Oleaster, Oleum, Oliuetum.

OLEA, quæ & oliua dicitur, est arbor, ex cuius fructu, qui etiam oleo & oliua dicitur, elicitur oleum quod est liquor pinguis præbens nutrimentum lucernæ, & valens ad vngendum & leniendos dolores, & ad multorum ciborum condimentum. Est autem oleum lucidissimum, *a* & si quis in aquas mersus oleum ore emiserit, clariora facit ea, quæ profundis tegebantur occultis. Et culices non tangent te, si absinthij herbam cum oleo coquas & ea te perunxeris. Ceruus æger ramusculos oleæ mandit, & sanus fit. Locustas quoque folia oleæ arrosa liberant ab ægritudine. Oleaster autem est olea syluestris, & oliuetum, & locus oleis consitus.

Oliua dans refectionem & illuminationé cordis ei, qui cœperit ædificare templum Dei, ad personam *b* Patris referri potest. *Agge.*2.*d.* *Iud.*9.*a.* — *Deus pater.*

Oliuæ duæ ad dexteram & sinistram candelabri, iuxta Origenem, *c* sunt Filius & Spiritus sanctus. Verùm Hieronymus *d* reputat id blasphemum, quia videntur poni minores Patre, ideò potius sunt Moses, & Elias, qui cum Christo apparuerunt in transfiguratione. Vel *e* sunt lex, & Prophetia. Aut lex & Euangelium. Vel Ecclesia propter duo testamenta. Vel duo populi, quorum missertus est Christus. *Zach.*4.*a.d.* *Apoc.*11.*a.* vel designatur duplex collatio Spiritus sancti, vna in remissionem peccatorum data in die resurrectionis, alia in diuisiones gratiarum in Pentecoste. — *Moses & Elias.* *Lex & prophetia.* *Lex & Euangelium.* *Ecclesia.* *Duo populi.* *Duplex collatio Spiritus sancti.*

Olea præterea *f* splendorem sapientiæ designare potest, propter oleum, quod ex ea elicitur, & etiam disciplinam. *Exod.* 27. *d.* *Isa.* 41.*e.* *Zach.*4.*a.* *Matth.* 25.*a.* Peculiariter autem significat diuinam sapientiam. *Iudi.*9.*b.* *Eccles.*24.*b.*50.*b.* — *Splendor sapientiæ.* *Disciplina.* *Diuina sapientia.*

Olea etiam significat aliquando misericordiam, *g* vt ramus oliuæ allatus à columba, misericordiæ Dei symbolum erat, & etiam pacis. *Genes.*8.*b.* *Zach.*14.*a.* Est quoque typus charitatis. Vt enim oleum à nullo humore premitur, sed diruptis omnibus exilit & supereminet, sic & charitas non potest in ima premi, sed necesse est, vt ad superna emineat. Potest etiam ipsos misericordes significare. *Isa.*4.*e.* — *Misericordia.* *Pax.* *Charitas.* *Misericordes.*

Olea semper virens, designare potest iustitiam: ex qua debet esse oleum, qua ardent lucernæ ante Deum: quia eleemosyna debet fieri *h* ex acquisitis per iustitiam, non ex rapina. *Leuit.*24.*a.* — *Iustitia.*

Oliua etiam significat *i* fructificantes in Ecclesia. *Matth.*21.*a.* *Psal.*51.127. Oliuæ autem paucæ in summitate rami, erant Apostoli ex Iudæis assumpti: & duæ oliuæ, erant Paulus & Barnabas: Tres Petrus, Iacobus, & Ioannes: quatuor & quinque reliqui Apostoli, legem & Euangelium prædicantes. Vel erunt pauci electi in fine mundi. *Isa.* 17.*b.*24.*c.* — *Fructificantes in Ecclesia Apostoli.* *Electi.*

Oliua vber & pulchra erat prius synagoga, postea verò, illa in ariditatem versa, pulchritudo oliuæ *k* transiit ad Ecclesiam. *Ierem.*11.*c.* Et quasi oliua dicitur gloria Libani, quum Ecclesiæ, seu fidelium opera multiplicantur. *Hosæ.*14.*c.* Oliua etiam vber & pulchra, est prædicator abundans verbis doctrinæ. Olea accipitur à Paulo pro *l* populo Israël manente in fide Abrahæ, qui est velut truncus & rami sunt filij, qui tamen propter incredulitatem, à trunco excisi sunt. *Rom.*11.*c.* *Psalm.*21. *Habac.*3.*d.* — *Synagoga.* *Ecclesia.* *Prædicator.*

Oliua proiiciens florem suum est, qui incipit benè operari: sed postea reddit ad vitia. *Iob.*15.*d.* — *Incipiens bene operari.*

Oleaster, hoc est, agrestis olea, & infrugifera *m* dicitur à Paulo Gentilis populus: qui insitus est in olea, hoc est in fide Abrahæ. *Rom.*11.*c.* Oleaster etiam dicitur Philosophus: qui cum multa habeat, non concocta propterea, quod & libenter inquirat, & facilè assequatur, & pinguedinè appetat veritatis, si per fidem diuinam acceperit virtutem, in bonam insertus conditionem, tanquam oleaster insitus in sermone verè pulchrum & misericordem, & quod traditur nutrimentum concoquit, & fit bona & fatiua oliua. Ponit ibi clemens quatuor modos insitionis. — *Gentilis populus.* *Philosophus.*

Oleum, est diuina quædã virtus, imo *n* ipsa diuinitas effigiata per oleum, quo vtimur. De hoc dicitur *Cant.*1.*a.* Oleum effusum nomen tuum, hoc est, diuinitas & virtus ipsius diuinitatis indicata per oleum, qua virtute præcipuè referti esse debent reges, Prophetæ & sacerdotes. Et quia Iesus fuit Rex regum, summus Propheta, & Pontifex maximus, ideò refertus esse debuit diuinitate super omnes: De quo *Psal.*44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Bene quippe dicitur oleum lætitiæ, quia nullum est verum gaudium, nisi vbi Deus residet, cui seruiens semper lætus esse debet. Oleum etiam quo perfunduntur panes, ipsam designat diuinitatem, qua perfundi debent animæ *o* nostræ. *Leuit.* 2.*a.* Oleum item dicitur ipse Dominus, à quo ad nos peruenit misericordia. Oleum quod comedit Hierusalem cum simila & melle, quod lassorum membra sustentat & reficit, & quo in tabernaculo Dei iuge lucernæ lumen *p* accenditur, Deo patri conuenire potest. *Exod.* 16.*c.*27.*d.* — *Oliuitas.* *Diuinitas.*

Oleum in simila, est misericordia Dei, vel etiam lætitia & misericordia & pœnitentia. Et ponitur oleum in sacrificio pacificorum, & non in sacrificio pro peccato, quia peccator non debet habere lætitiam. Oleum cæteris liquoribus supernatat. Ita misericordia omnibus supereminet Dei operibus, & plus cæteris in homines elucescit. Miserationes enim eius super omnia opera eius. Item oleum dolores vulnerũ mitigat, & sanat tumores ac vlcera, Dei verò misericordia plagas animæ nostræ curat, omnémque depellit languorem peccati, vnde *Iſalm.*102. Qui sanat infirmitates tuas. Rursus, qui palestram subire debebant, aut luctam, oleo delibuti prodibant in medium, quo eorum corpora ad id genus certaminis essent accommodatiora. Sic in acie contra aëreas potestates certaturis suam Deus misericordiam elargitur, ea nos præuenit, suggeritque vires, quibus in tam difficili prælio ope sua muniti, tandem victores euadamus. — *Deus pater.* *Misericordia Dei.*

Oleum sanctæ vnctionis Dei, dici potest *q* Christi sanguis. *Leuit.*8.*a.* Et oleum effusum, dici potest charitas Christi in Christianis. *Cant.*1.*a.* Oleum lucet, pascit & vngit, atque ita fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina. Hæc sunt in nomine Christi, vt dicitur Christus & Iesus, & effunditur in gentes, prius latebat in sinu patris, sed per incarnationem effusum est. — *Sanguis Christi.* *Charitas Christi.*

Oleum etiam effusum dici potest bona opinio, & gloria, quæ tunc est *r* in vasis, quando est in propria conscientia. *Matth.*25.*a.* — *Bona opinio.*

Oleum fouens dolorem ex inflictione vulneris, est promissio veniæ, quale fuit oleum Samaritani, quod infudit vulneribus illius, qui incidit in latrones, &/vnguentum peccatricis. De hoc *Psalm.*31. Beati quorum remissa sunt peccata. Et dicitur oleum misericordiæ, oleum fouens dolorem ex languore infirmitatis, contra vitiorum morbos, est oleum promissionis gratiæ præstantis auxilium ad operandum & proficiendum. Oleum fouens dolorem ex defatigatione tribulationis & laboris, est oleum promissionis gloriæ, quale illud Pauli. Non sunt condignæ tribulationes huius seculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Oleum gaudij, est consolatio *s* diuina. *Isa.*61.*a.* *Dan.*10.*a.* Oleum etiam, est benedictio sanctificationis diuinæ quo oleo peructus est Christus, in quo fuit oleum lætitiæ, quum sit in ipso naturalis diuinitas, quæ in aliis est per gratiam. *Psalm.*44. *Iob.*29.*a.* Oleum autem quo vnguntur alij, est ad mitigandum dolorem: & hoc vncta est Hierusalem. *Ezech.*16.*b.* Et oleum quo caput est vngendum, est lætitia spiritualis, *Matth.*6.*b.* Et facies, quæ in oleo exhilaratur, est imago Dei. *Psalm.* 103. *Ioel.*1.*c.* 2.*e.* *Eccle.* 9.*a.* Et oleum in lecytho, est hilaritas, quæ cum impeditur, non deficit. Hilarem enim datorem diligit Deus. 3.*Regum.* 17.*b.* Et oleum in vasis, est lætitia in corde propter Deum. *Matth.*25.*a.* — *Sanguis Christi.* *Charitas Christi.* *Bona opinio.* *Promissio veniæ.* *Promissio gratiæ.* *Consolatio diuina.* *Lætitia spiritualis.*

Designat etiam oleum luminis, fructus charitatis, & opera misericordiæ, quæ lucent per bona exempla, & etiam deuotionem mentis. *Exod.*25.*a.*27.*d.*35.*a.* Oleum etiam, vt est pingue & lene, pinguedinem charitatis, & gratiam, & dona Spiritus sancti significare potest. Et dicitur oleum lætitiæ *t* quia per hæc lætificatur anima, & hoc oleo vnctus est Christus secundum humanitatem. *Psalm.*22.44. *Gen.*28.*d.* *Exod.*29.*a.*30.*c.*37.*d.*40.*b.* *Leuit.*1.*a.* 8.*a.*10.*b.*14.*b.*21.*c.* *Ezech.*16.*b.* Hoc oleum, quo vnctus est sacerdos magnus, Christus, est cœleste, nec inuenitur in terris. Oleum etiam effusum, est ipsa charitas. *Cant.*1.*a.* Et oleum sanctum, sunt dona Spiritus sancti in Christo. Et oleum in ienticula, significat paruam gratiam. Oleum autem in cornu, *u* abundantiam gratiæ. 1.*Reg.*10.*a.*16.*a.* 4.*Reg.*4.*a.* Et quia oleo ignis accenditur, oleum doctoris, est amor cordis. Ipse quoque Spiritus sanctus — *Fructus charitatis.* *Deuotio mentis.* *Charitas.* *Gratia.* *Dona Spiritus sancti.*

a *Am.*1.*Exa.* & 3.*Exae.*8.
b *Hie.s. Agg.* 2.
c *Ori.s.Cant. hom.*3.
d *Hier.s.Zac.* 4.
e *Au.s.Apoc. hom.*8. *Cyril.* 4. *s.Ioan.*28. *Tert.aduer. Marc.*
f *Ru.s.Zac.*4 *Ori.s. Matth. hom.*32. *Am. de Noe.*9. *Paſs.de abdi. ter.*
g *Ter. de baptiſmo. Ori.s. Leu.hom.*13. *Am. de virg.* 1.& *s.Luc.*3. *Aug. s. Ioan. tract.*6. *Gre.hom.* 20.
h *Iſy.s.Le.*24
i *Orig.s.Mat. hom.*14. *Hie. s.pſa.*51.& *s. Iſai.*17.24.
k *Hie.s.Ier.*11. & *s.Ho.*11. *Gre.s. Ezech. hom.*21.
l *Ori.s.Ro.*11 *Hil.s.pſa.*51. *Hie.s.pſa.*51. *Hie.s.Hebr.*3.
m *Grego.*12. *mor.*27.*Orig. s.Matt.ho.*27 & *s.Rom.*11. *Clem. Alex.*6. *ſtrom.*
n *Georg.Ven. Cant.*1. *tom.* 7.*cap.*26. & *can.*2.*tom.* 3. *cap.*20.
o *Cle.Alex.*2 *pæda.*8.
p *Hie.s.Ezec.* 27. *Orig. s. Leu. hom.*5.10. *Cyr.*5.*s.Ioan.* 14. *Chry. s.Ioan. hom.*12.
q *Gre.s.Can.* 1. *Bern.s. Cant. ſer.*15. *Rup.s. Cant.*1.
r *Ori.s.Cant. hom.*1. *Au.s. pſal.*140. *Ricar.de S. Vict.de ſtat. interior. hominis* 48.49. 50.51.52.
s *Hie.s. Dan.* & *s.pſ.*44.& *s.Ezec.*16.& *s.Eccl.*9. *Gre.* 19.*m.*12.13. *Amb.de Elia* 10. *Aug.*12. *con.Fauſt.*34 *verb. Domini ſerm.*24. *Ori.s.Rom.*5. & *s.Leu. ho.* 12.& *s.Cant hom.*1.
t *Ambro. ſup.pſal.*118.*ſerm.*14. & *de Spiritu ſancto.*8. *Hie.ſup. ad Principiam. Cyr.*3.*ſup.Ioan.*1.
u *Gre.s.*1.*Reg.*16. 16.& 19. *mor.*13. & *s.Ez.ho.*4. *Ful.ad tredipiſſimum* 3.

Digitized by Google

Misericordia. Opera misericordia.

Chrisma.

Sacra scripturæ. Lux scientiæ. Eloquentia.

Præcepta apertiora.

Fomenta curandorum peccatorum. Intentio recta

Intellectus. Lumen veritatis. Communicatio bonorum. Vbertas. Temporalia.

Peruerteredona Dei.

Purgans Deus errores. Adulatio. Proficientes. Lumen cognitionis. Christus. Ecclesia. Opera hypocritarum. Mentes fidelium. Doctores. Vitiosi conuersi. Ruth Moabitis. Virgo Maria. Carnales. Sapientia secularis. Voluptates carnales. Rex Babylonis. Purgatorium Infernus. Vindicta Dei Punitio hæreticorum. Mors. Persecutio Iudæorum in Christum. Hierusalem. Ecclesia. Mundus. Mens peccatorum. Sacra scriptura. Simpliciores sensus. Propheta. Dogmata Philosophorũ. Carnales intelligentia. Coniugia.

sanctus interdũ dicitur oleum lætitiæ, quia lætificat per sua dona. *Iob.29.a. Isa.5.a.10.f.* Oleum etiam prudentium virginum, *a* est charitas supereminens. *Matth.25.a. 1.Cor.13.a.* Et oleum in lecytho, est gratia in sacramentis. *3.Reg.17.b.* Oleum est, quum datur Spiritus sanctus in remissionem peccatorum. *Apoc.16.h.*

Oleum passim *b* misericordiam & opera misericordiæ significat, & oleum in manu sinistra sacerdotis, designat executionem operum misericordiæ. Hoc oleo lucent virtutes. *Genes.27.c.35.b. Exod.29.a.30.c.35.a. Leuit.2.b.6.c. 7.a.14.c.23.b.24.a.10.f.* Et oleum lætitiæ possunt *c* dici bona opera. *Psal.44.1.Reg.16.a.* Olei duplex est officium, ipso enim conspergitur similia, vbi misericordia designatur, & vngitur caput, vbi lux scientiæ. Laxat etiam oleum tenacitatem, qualis est polypi, quod etiam pertinet ad misericordiam. Oleum aliis liquoribus superfertur, ignem fouet, vulnera curat. Primum ad misericordiam spectat. Secundum ad prædicationem. Tertium ad peccatorum emundationem. Porrò, qui vngitur in regem, hoc est, in prælatum, hæc tria debet habere. *1.Reg.10.a. Luc.10.f.* Et oleum bonarum virginum, designat opera cum fide. *Matth.25.a.*

Oleum, quod multiplicatur in Ecclesia, dici potest *d* sanctum chrisma, quo vnguntur Christiani: quod oleum impinguat caput. *Psalm.44.22.103. Apoc.6.c.*

Oleum, vt est lucidum & deseruit ad illuminandum *e* sacram scripturam significare potest, & lucem scientiæ, & eloquentiam. *Exod.25.a.27.d.35.a. Leuit.7.a.9.a. Psal.22.88.* Et oleum de saxo, est doctrina vehemens, quæ habetur de Deo. *Deut.32.b.* Et oleum sanctæ vnctionis, dicitur sacra scriptura. *Exod.40.b. Exech.16.b.* Et oleum effusum, est doctrina Christi. *Cant.1.a.* Vt lumen ex oleo, luminis habet causam, ita & lumen spiritualis gloriæ doctrina atque operatio præstant. Et oleum quod non debet deficere de capite, est sapientia, quæ debet esse in mente. *Eccles.9.b.* Petra quoque fundit riuos olei, *f* quibus mens interius impinguatur. *Iob.29.a.* Oleum etiam in vase, *g* est gratia Euangelicæ prædicationis intra literam legis. *4.Reg.4.a.* Oleum quoque sunt præcepta apertiora vitæ nostræ blandientia. *Hose.2.b.*

Vt autem oleum blandum & suaue elicitur de amaritudine oleæ, & offertur in tabernaculo, significare potest *h* fomenta curandis peccatis adhibita, quæ aliquando fiunt cum reprehensionis amaritudine. *Genes.27.d.35.b. Exod.29.a. Isa.1.b. Matth.25.a. Luc.10.f.16.b.*

Oleum bonarum virginum, *i* rectam intentionem, qua soli Deo placere cupiunt significare potest. *Matth.25.a.* vel oleum habent secum, quum dicunt: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ: vt oleum sit nitor gloriæ, quæ tunc est in vasis, cùm est in corde.

Oleum in lecytho significare potest aliquando *k* intellectum rationalem, per quem creatura intelligit creatorem. *3.Reg.17.b.* Oleum autem in mensura hin per singula ephi similæ in sacrificium, designat *l* lumen veritatis in mente, & exhilarationem offerentis. *Ezech.45.g.46.a.*

Olei primitiæ sunt, *m* quum quis sicut oliua fructifera communicat aliis bona sua, siue spiritualia, siue temporalia. *Ezech.45.d.*

Oleum, quum sit pingue, quandóque *n* pinguedinem & vbertatem significat. *Psalm.5.a.* Et etiam diuitias & temporalia bona, oleum apponere lucernæ, est temporalia doctoribus ministrare. *Deuter.8.a.11.b. 4.Regum.18.g.*

Oleum Dei ponit in mensa idolorum, qui *o* dona Dei vertit in cultum idolorum & errorum. *Ezech.23.f. Hose.2.b.* Et oleum fert in Ægyptum, qui sacram doctrinam & mysteria vult miscere profanæ sapientiæ, quæ vana sapientia est oleum peccatoris. Hoc oleum ferunt hæretici in Ægyptum. *Hos.12.a.*

Quasi oleum adducit Deus flumina Ægypti, quum purgat errores à sana doctrina. *Exech.32.c.*

Oleum peccatoris dicitur *p* adulatio, qua fouentur peccatorum vitia, & omnia dulcia & grata, quæ pollicentur hæretici, & præcipuè promissio cœlestium, qua vngunt discipulos, eosque in erroribus detinent. *Psalm.104. Matth.25.a. Exech.27.d. Hose.2.b.12.a. Agge.1.c.*

Oliueta aliquando significant *q* proficientes in operibus misericordiæ. *Exod.23.b.1.Reg.8.c.* aliquando significant lumen cognitionis. *Deus.6.b.* Et mons Oliueti, aliquando significat Christum, aliquando Ecclesiam. *Matt.21.a. Marc.12.a.13.a. Luc.19.c.21.g. Ioan.8. Actor.1.b.* In monte oliueti est Christus, vt nos Christos, hoc est vnctos diuina gratia faciat.

Oliueta, in malum, sunt *r* falsa opera misericordiæ, quæ boni similitudinem gerunt. *1.Reg.8.c.* Et oliueta Philisthiim, designant generationem in erroribus hæreticorum. *Iudith.15.b.*

Olla, Lebes, Scytropodes.

Olla, est genus vasis deseruiens ad coquendas carnes, & alia. Lebes autem est olla ærea, quæ Græcè sytropodes dicitur.

Lebes, in quo carnes coquuntur, *f* mentes fidelium significare potest. *1.Reg.2.c.* Et lebetes ad suscipiendos cineres, sunt fideles passionem Christi & mortem Sanctorum meditantes. *Exod.27.a.38.a.*

Scytropodes dicuntur *s* doctores in quibus cibi sacræ doctrinæ coquuntur operationis spiritus igne, suppositio. *Leuit.11.f.*

Olla spei, dicitur Moab, *u* quum vitiosi apti fiunt ad coquendam carnem Christi in corde suo, idque per tribulationes, quia tribulatio patientiam operatur. Et etiam est olla spei Moab, quia dum coquit eos, quos tentat, est occasio, vt purgentur & salui fiant. Designat etiam libidinem succendendam & purgandam. *Psalm.59.107.* Olla etiam spei dicitur Moab, *x* quia inde erat Ruth Moabitis, vnde Christus natus est, qua ratione olla spei dicetur eius prosapia. Beatissima etiam Virgo Maria olla spei dici potest, quæ Christum gestauit in vtero.

Lebetes, qui fiunt phialæ, *y* sunt carnales, qui conuersi fiunt bonus odor Deo. *Zach.14.d.*

Ollæ carnium Ægyptiorum, *z* sapientiam secularem, & poëtarum carmina significare possunt. *Exod.16.a.* designant etiam multimodas carnalium voluptatum refectiones. Item carnalia opera tribulationum laboribus quasi ignibus excoquenda. *Mich.3.a.*

Olla succensa à facie aquilonis. *Ierem.1.c.* significat *aa* regem Babylonis, qui venit contra Hierusalem. Potest etiam designare pœnam purgatorij, vel inferni. Et etiam grauiorem vindictam Dei igne purgantem peccata. Et ollæ feruentes, designant punitionem hæreticorum. *Amos.4.a.* Olla etiam succenditur, *bb* quum mens humana maligni hostis suasionibus instigatur. Olla verò feruet, cùm iam etiam per consensum in desideriis prauæ persuasionis accenditur. *Iob.1.b.* Lebes etiam in quo carnes coquuntur, *cc* aut infernum, aut purgatorium significare potest. *Ezech.11.b.*

Olla etiam succensa, designare potest feruorẽ persecutionis Iudæorum in Christum & eius membra. *Ierem.1.c.*

Lebes dicitur Hierusalem, *dd* continens interfectos à suis ciuibus. *Ezech.11.b.* vel dicitur Ecclesia continens scandalizatos. Hierusalem etiam dicitur olla, quæ cum sua rubigine consumitur, & significat mundum in iudicio consumendum, *Ezech.24.a.*

Olla denigrata, *ee* designare potest obscuritatem vultus, seu mentis peccatorum. *Ioel.2.b. Nahu.2.c.*

Olla viri Dei, in qua erat mors, est *ff* sacra scriptura, cui hæretici miscent errores. *4.Reg.4.g.*

Olus.

Olus, dicitur herba satiua, quæ in vsu cibario est.

Olera solent esse cibus infirmorum, & significare possunt *gg* simpliciores sensus scripturæ. *Gen.9.a. Rom.14.a.* Olera quoque dici possunt Prophetæ, qui dati sunt populo Israël tanquam ægroto. Olera etiam quibus maius est granum sinapis, dici possunt dogmata Philosophorum, quibus longè maior est fides. Significare etiam possunt carnalem legis intelligentiam, quæ est apud Iudæos. *Matth.13.d. Marc.4.d.3.Reg.21.a.*

Olera etiam significare possunt *hh* coniugia, in quibus frequens est zelus, & infimum gradum in Ecclesia tenent coniugati, nempe tricesimum. *3.Reg.21.a.*

Olera

a *Aug.s.ps.44. & de verb. domi.ser.23. Isyc.s. Leu.8. 14.Geor.Ven. Cant.2. tom. 3.cap.6.*

b *Ori. s. Leu. ho.4.8.13.& s.Matth.hom. 35. Au.s.83. q.59. Hier.s.Isa.10.*

c *Gre.s.1.Re. 16.& s.Ezec. hom.12. Isyc. Leu.2.6.24. Gre.s.1.Reg. Orig.s. Luc. hom.34.*

d *Ebr.s.ps.22 Arno.s.psa.4. 103. Aug. s. Apoc. hom.6.*

e *Orig.s.Exe. hom.7.& s. Rom.5. Amb. de viduis. Phil.quòd deterior potiori insidietur. Bern. in sententijs. Hil.s.ps.140. Ambr.exhor. ad vir.*

f *Gre.16.mo. 12.*

g *Chyr. adu. Iud. hom.5.*

h *Gre.3.past. adm.25. Ori.s. Leu.ho. 4.13.& s. Matt.ho.35.*

i *Hil.s.Matt. Can.5.27.*

k *Hie.de mãsioni. Au.epi.120. & s.ps.49. Hier.s. Matt. 25.*

l *Hie. Ezech. 45.*

m *Hie.s.Ezec. 45.*

n *Hicr.s.Is.5. Orig.s. Ios.ho. 17.*

o *Hie.s.Hose. 12.*

p *Arn.s.psal. 140. Hie.s.Eze.56 27.& Agge. 1.& s.ps.140 Au.epist.120. & 3.cont.lit. Petiliæ 33.*

q *Gre.s.1.Re. 8. Philo.quòd Deus sit imm. Ori.s. Matth. ho.27.*

r *Au.s.1. Re. 8.Ori.s.Cant. hom.4.*

s *Gre.s.1. Re. 2. Glo.inter.sup. Exod.27.*

t *Isyc.su.Leu. 11.*

u *Hil.Basi.& Arno.s.ps.59. Hier.s.Ps.103. Aug.s.ps. 59.* x *Euch. for.spir.8.* y *Hier.s.Zac.12. Rup.s. Zac.14.* z *Hier. de mansionibus. Gre.20.mor.16. Cyril.3.s.Ioan.34. Orig.s.psa.38.hom.2.* aa *Hieron.s.Iere.& sup. Amos 4. Hilar.su.psal.59.* bb *Gre.35.mor.40. Rup.s.Iere.5.* cc *Gre.s.Ezech.h.2.* dd *Hie.s.Ezec.11.24.* ee *Glo.ord.su.Nah.2.* ff *Rup.5.s.Reg.27.* gg *Hil.s.Mat.can.13. Aug.qu.in euang.11. Ori.s.ps.36. hom.2.* hh *Am.exhor.ad vir.*

Digitized by Google

a *Gl. ord. sup. Psa. 36.*
b *Hie. s. Is. 65. Aug. s. Ps. 22.*

Olera herbarum ponuntur *a* ad comparationem leuitatis, aut vilitatis prosperitatis humanæ, quæ citò deficit. *Psalm. 36.* — *Vilitas humana prosperitatis.*

Olera vt parum surgunt à terra & citò arescunt, significare possunt *b* malos, & etiam voluptates carnis, vnde Achab ex vinea Naboth voluit facere hortum olerum. *3. Reg. 21. a. Psalm. 36.* — *Voluptates carnis.*

Omen.

Omen, est futuræ rei prænunciatio ŏri hominis incidens, diuino tamen furore, sic acceperunt serui Benedab Regis Syriæ pro omine verbum Regis Israël, quo dixit: Si adhuc viuit, frater meus est. *3. Reg. 20. f.*

Omnis, Vniuersus.

c *Hier. epist. Beatis.*

Omnis, dictio vniuersalitatis, non habet vnde recipiat allegoriam. Sed id obseruandum admonet Hieronymus *c* in sacra scriptura, omnia nō semper ad totum esse referenda, sed ad partem maximā, vt sit distributio, quam Dialectici appellant Accommodam.

Omnia patris erant filij maioris, hoc est, populi Iudæorum, quia lex & Prophetæ, & eloquia diuina apud illos erant. *Luc. 13. g.*

d *Aug. s. Ioan. tract. 54.*
e *Gre. 6. m. 7.*

Omnia trahit ad se Christus, *d* hoc est, omnes prædestinatos, vel ex singulis generibus aliquos. *Ioan. 12. e.*

Vniuersitatis nomine *e* homo intelligi solet, qui communicationem habet cum omni creatura. *Marc. 16. d.* Prædicate Euangelium omni creaturæ. *Iob. 5. b.* Aquis vniuersa irrigat, hoc est, ex omni hominum statu aliquos. — *Homo.*

Omittere, vide Derelinquere, aut præterire.

Onager.

Onager, est asinus syluestris. — *Christus.*

f *Gre. 30. mo. 29.*

Onager dimissus liber, dici potest *f* Christus factus homo solus, liber à lege peccati. *Iob. 39. a.*

g *Aug. s. psal. 103. Gr. 30. m. 18. Euseb. form. spirit. 5.*

Onager etiam liber designat *g* eos, qui remoti à turbis secularibus, & soluti ab vxoribus conuersantur, qui vacant potui sacræ doctrinæ. De quibus. *Psal. 103. Expectabunt onagri in siti sua.* Qui onager aptè etiam liber dicitur, quia magna est secularium negotiorum seruitus, quibus mens vehementer atteritur: quamuis in eis sponte desudet. Cuius seruitutis conditione carere, est in mundo iam nil concupiscere. — *Solitarius.*

h *Hier. s. Iob. 39. Gr. 29. m. 18. Euc. for. spi. 5. Rupe. s. Ho. 8.*

Onager præterea dimissus liber, dici potest *h* populus Iudaicus relictus à Deo sine astrictione præceptorum legalium. *Iob. 39. a. Ierem. 34. a.* Ipse est onager solitarius, qui vinculis Domini noluit alligari. *Hos. 8. c.* — *Populus Iudaicus.*

i *Hier. s. Iere. 14.*

Onager etiam dici potest is, *i* qui habet ingenium ad percipiendam doctrinam, licèt eam percipere non curet. *Ierem. 14. a.* — *Ingeniosus.*

k *Hie. s. Is. 32. Gre. 7. mor. 3. 6.*

Onagri dicuntur *k* homines feri, & à cultu veri Dei alieni, quales erant Gentiles, quos sicut natura extra disciplinæ stabula ædidit, ita vagi in suarum voluptatum campo permanserunt. *Iob. 6. a. 11. c. Is. 32. Iere. 2. c.* Designantur etiam seculares qui in campo fidei constituti, nullius officij loris ligantur. — *Gentiles.*

l *Hier. s. Iere. 14.*

Onager solitarius dicitur *l* hæreticus, qui se à consitis Ecclesiæ locis separat. Hic enim dum terram cordis sui disciplinæ virtute non excolit, ibi habitat, vbi fructus non est. *Hos. 8. c. Iob. 24. a. Ierem. 2. e.* — *Seculares.*

Onam.

m *Philo. quòd Deus sit im. Bed. s. Ge. 38.*

Onam, id est, mœror eorum, aut fortitudo, siue iniquitas eorum, filius Iudæ, qui coniunctus Thamar, vt suscitaret semen fratris, semen fundebat in terram, ne filij nascerentur, designat *m* principes inutiles, & inanem opinionem eorum, qui suam in omnibus quærunt vtilitatem: vnde ne prodesset aliis, semen fundebat in terram. *Genes. 38. a.* — *Hæreticus. Principes inutiles. Philauti.*

Onerare, Onus, Onustus, Sarcina.

n *Hil. s. Matt. can. 11.*

Onerare, est onus imponere. Onus autem est pondus, & aliquando sumitur pro molestia, quandóque verò pro munere, prouincia, siue partibus & officio. Onustus autem est cui impositum est onus.

Onus leue, *n* est iugum Christi, & lex spiritualis. *Matth. 11. d.* Et onerare iumenta, est simplicibus iugum Christi imponere. *Genes. 44. c. 45. e.* — *Iugum Christi. Incarnatio.*

Onus terræ duorum burdonum, incarnationis Christi mysterium, designare potest, quod Gentilis & Hebræus ob spem æternæ retributionis portare non renuit. *4. Reg. 5. e.*

Onus contra Babylonem, aut alium locum, diuinæ punitionis grauitatem significat. *Isa. 13. 14. g. 30. b.* Onus Domini, Septuaginta transferunt, assumptio Domini. Dicebat autē populus Prophetis irridendo, Onus Domini. Et dicit Dominus, populum ipsum esse onus Domini. *Ierem. 23. f. Nah. 1. Zach. a. 12. a.* — *Grauitas diuina punitionis.*

o *Geor. Venet. Ca. 2. tom. 7. cap. 34.*

Onus Ægypti, hoc est, diaboli est, *o* quum simulachra eius commouebuntur, & tabescent, in aduentu videlicet illius, qui dixit. Tunc princeps huius mundi eiicietur foras. Onus Babylonis, hoc est, carnis, quæ mentem confundit, est, quòd omnis manus, & cor, & corpus cotruptibile dissoluetur, & erit homo in melius transmutatus, precioſior auro obrizo. Onus Damasci, id est, huius mundi, est, quod desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum. Nam sublatis hospitibus, destruentur omnia ædificia huius mundanæ ciuitatis.

Sarcina quam vnusquisque portabit, sunt opera, siue bona, siue mala. *Galat. 6. b.* — *Opera.*

p *Aug. 83. q. 1. & de verb. Apost. 21. 22. Am. 3. Exae. 12. & s. psal. 118. ser. 15.*

Onera proximi portanda, *p* sunt infirmitates corporales & spirituales. & etiam aduersitates. *Galat. 6. a. Psalm. 8. Hose. 8. c.* Onus etiam dicuntur terrenæ cupiditates, & infirmitas carnis, & molestiæ, & onerati sunt, qui ipsis cupiditatibus, & carnis infirmitate premuntur, quasi hæreditate alieni peccati. *Matth. 11. d. Exod. 1. b. 2. Reg. 25. g. 2. Paral. 10. a. 1. Cor. 11. b. 1. Thes. 2. a.* — *Infirmitates. Aduersitates. Cupiditates terrenæ. Infirmitas carnis.*

q *Ori. s. Mat. hom. 24.*

Onera grauia *q* iugum legis significant. *Matth. 23. a.* Et onerantes fratres Ioseph rursum asinos, designant Iudæos seruare volentes legem cum Euangelio. *Genes. 44. c.* — *Molestia. Iugum legis.*

r *Ori. s. Num. hom. 33. & s. ps. 77. hom. 1. Basil. regu. breuior. 178. & s. Psal. 37. Hier. s. Is. 14. & s. Psal. 80. Cyril. 4. su. Ioan. 51.*

Onera etiam grauia, *r* sunt peccata. *Exod. 1. b. Psalm. 37. Isa. 9. a. Galat. 6. a.* Peccata enim generositatem animi grauant. Sic onera Assyrij, sunt peccata, quibus nos premit diabolus. *Isa. 14. f. 58. b.* Et onera Ægypti, erant in luto & latere: à quibus diuertit dorsum, qui conuertitur. *Psalm. 80.* Hæc sunt onera non portanda sabbato. *Ierem. 17. c.* Onerari autem dicuntur, qui peccatis grauantur. — *Peccata.*

Onus dirumpendum, sunt *r* dogmata hæreticorum, & etiam obligationes fœneratorum. Et onera grauia erant Idola, quæ gentes deprimebant, & nunc sunt errores hæreticorum. *Isa. 46. a. 58. b.* — *Hæreses. Idola.*

Onus dictum est munus gubernandi & iudicandi populum, propter laborem, quod nunc pro honore habetur. *Exod. 5. a. 18. d. Num. 4. b.* — *Obligationes fœneratorum. Munus gubernandi.*

s *Hier. s. Is. 14. & s. Psal. 80. Cyril. 4. su. Ioan. 51.*

Onus, est *s* imperium hæresiarchæ *Hose. 8. c.* Et onerosi consolatores, sunt hæretici, & qui in errorem, aut peccatum alios blandis verbis pertrahere conantur. — *Imperium hæreticorum. Hæretici.*

t *Hie. s. Ho. 8. Gre. 13. m. 1.*

Onustum fœno plaustrum, *u* grauitatem diuinæ vindictæ significat, propter peccata igne comburenda. *Amos. 2. d.* — *Diuinæ vindictæ.*

Oneris, lapis, vide *Lapis.*

Onerosus, vide Molestus.

Onias.

u *Hieron. sup. Amos 2.*

Onias, id est, fortitudo Domini, aut nauis: fuit Pontifex Iudæorum. *2. Mach. 3. f. 4.*

Onocentaurus.

x *Gr. 7. m. 15.*

Onocentaurus dictus ab asino & tauro, est animal mōstrosum, quod à parte superiori hominis speciem habet, à parte verò inferiori asini. Ponitur. *Isa. 34. a. c.* pro quibusdam dæmonum phantasmatibus. Significat *x* dæmones, & eos, qui ex parte aliquid humanum sapiunt, & rursum voluptatibus & cœno turpitudinis adducuntur in vitia. Qui subiecti luxuriæ vitiis inde ceruicem erigunt, vnde humiliari debuerant. Qui carnis suæ voluptatibus seruientes, expulsa longè verecundia, non solùm amittere rectitudinem non dolent, sed adhuc etiam de opere confusionis gaudent. — *Dæmones. Libidinosi.*

Onocrotalus.

y *Pli. 10. nat. hist. 47. Hie. s. Isa. 34. & su. ps. 191.*

Onocrotalus, *y* auis cygno similis, dicta quòd collum in aquam mergens spiransque, veluti ruditū asini ædat. Alij aiunt esse Pellicanum. Hebraicè dicitur *Iansuph*, quam noctuam aliqui volunt esse. — *Auarus.*

Onocrotalus longum habet rostrum & collum, & dicitur semper famelicus esse: ideò designare potest auarum, qui semper eget, vnde computatur inter immundas aues. *Leuit. 11. c. Deut. 14. d.*

Digitized by Google

Idololatria.

Onocrotalus, vt habet ruditum asininum, *a* idololatriam significare potest, & ipsos idololatras, qui in suis sacrilegis sacrificiis rudebant. *Isa.* 34. *c. Sopho.* 2. *d.*

a *Hie. s. Is.* 34.

Onycha.

Onycha dicitur ostreola parua, magnitudine humani vnguis, & redolens. Hebraicè scribitur Sacheleth, quod aliqui Ambracam dicunt: designare potest *b* scutum fidei, & etiam *c* elementum terræ. *Exod.* 30. *d.*

b *Orig. s. Leu. ho.* 9.

c *Geor. Venet. Ca.* 2. *tom.* 7. *cap.* 20. *Phil. quis rerum diuin. hæres.*

Scutum fidei. Elementum terra.

Onyx.

Onyx, *d* est gemma humani vnguis candorem referens, interuenientibus venis quibusdam sardæ, & iaspidis colorem imitantibus. Nascitur hic lapis in flumine Phison, *Genes.* 2. *c.* vbi Septuaginta transtulerunt, lapis prasinus, qui est diuersus ab Onychino.

d *Plin.* 57. *nat. histo.* 5.

Conuersatio cælestiu.

Onychinus lapis *e* præstigiosus dicitur, intus circa centrum coloris terrei, in circumferentia verò cœlestis, quæ duo biuium denotant mortalium gradientium, aut habitantium super terram, sunt enim quidam terrena sapientes, alij verò cœlestia. Vel lapides onychini sunt, qui etsi terrei sunt in carnali natura, mente tamen & affectu cœlum contemplantur, & in cœlum tendunt, & duo lapides onychini in superhumerali Pontificis, designant vt terrenis iam conclusis in centro, sacerdos vbique cœlestis appareat.

e *Georg. Ven. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 22. *&* *Can.* 2. *tom.* 3 *cap.* 6.

Varia virtutes.

Onyx lapis, qui nascitur in Phison, hoc est, in prudentia, significat *f* spem, miracula, & martyrium. Vel onyx niger significat humilitatem, candidus puritatem, rubeus passionem. *Gen.* 2. *c. Exod.* 25. *a.* 35. *a. Ezech.* 28. *c.*

f *Glo. ord. sup. Gen.* 2. *& su. Eze.* 28.

Fides & vita Patriarcharum.

Onychini lapides duo in superhumerali pontificis, designare possunt *g* fidem & vitam Patriarcharum, quæ debet Pontifex imitari. *Exod.* 28. *b.* 39. *b.* designant etiam *h* duo luminaria magna in cœlo.

g *Glo. ord. su. Exo.* 28.

Sol & Luna.

Onyx in quarto ordine rationalis, *i* abstinentiam significat, & vt habet rubri coloris circulos, albis cingentibus zonis, charitatis ardorem, vel scientiæ lucem significat, comitante zona castitatis. *Exod.* 28. *c.* 39. *c.*

h *Georg. Ven. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 5.

Abstinentia. Charitas.

Potest etiam onyx elementum ignis significare, propter ruborem. *Exod.* 28. *c.* 39. *c.*

Lux scientia. Elementum ignis.

Onyx in ornatu regis Tyri, *k* vnum ordinem angelorum significare potest. *Ezec.* 28. *c.*

i *Glo. ord. su. Exod.* 28.

Vnus ordo angelorum.

Ooliab.

Ooliab, id est, tabernaculum, vel tentorium patris, aut splendor patris, vel protectio mea pater, filius Achisamech, adiutor Beseleel in constructione tabernaculi fœderis. Typus est *l* Apostoli Pauli, qui fuit adiutor Christi & Apostolorum in constituenda Ecclesia. *Exod.* 21. *a.* 35. *d.* Potest etiam typum gerere personæ Dei patris.

k *Hila. s. psal.* 104.

Paulus Apostolus.

Ooliba.

Ooliba, id est, *m* tabernaculum meum in ea, vel splendor meus in ea. Sumitur pro Hierusalem, & designat Ecclesiam. *Ezec.* 23. *a.*

l *Glo. ord. sup. Exod.* 21.

Ecclesia.

Oolla.

Oolla, id est, tabernaculum, siue splendor eius: sumitur pro Samaria, vel decem tribubus Israël, in quibus fuit tabernaculum idolorum. Designant autem hæreticos. *Ezech.* 23. *a.*

m *Hie. s. Eze.* 23.

Hæretici.

Opacus, vide Vmbra.

Operari, Operarius, Opus, Opera.

Operari, est in opere aliquo faciundo laborare. Opus autem est, quod operando efficitur. Opera verò est ipsa actio & labor, seu operatio, & ea peculiariter, quæ pro mercede assumitur. Operarius autem est, qui laborat, & laborem operando fert. Cùm autem operari sit generale nomen ad omnes actiones, interdum est concupiscere. *Sapien.* 8. *a.* Si autem sensus operatur. Item causare. *Prou.* 26. *d.* Os lubricum operatur ruinas. Laborare. *Gen.* 2. *a.* Qui operaretur terram. Peccare. *Psalm.* 5. *d.* Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Regere. *Iob.* 2. *d.* Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus: Iustè viuere. *Psal.* 14. *a.* Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Committere. *Iudi.* 15. *a.* Samson hoc operatus est. Opus verò interdum est ars. *Gen.* 4. *d.* In cuncta opera æris & ferri. Castigatio. *Isa.* 5. *e.* Et citò veniat opus eius. Merces. *Gen.* 29. *f.* Hanc quoque tibi dabo pro opere. Negocium. *Genes.* 39. *d.* Omnia opera eius dirigebat.

n *Glo. ord. su. Exod.* 15.

o *Arno. su. ps.* 18. *Orig. s. Iud. ho.* 1. *Aug. s. Ioan. tract.* 17.

p *Hier. s. Isa.* 29. *Gr.* 12. *m.* 10. *Am. s. Ro.* 14.

q *Au. de esse. diu. & s. ps.* 8. *Hier. s. Is.* 28. *& s. ps.* 8. *Cyril.* 5. *Thesau.* 4. *Basi. s. ps.* 32.

r *Hie. s. Is.* 28. *s Gr.* 27. *m.* 2. *t Hie. s. Is.* 26. *u Ori. s. Mat. ho.* 14. *x Aug.* 2. *de Ge. con. Man.* 5. *y Ambros. de Noe.* 29. *z Hiero. ad Dardanum. & s. Eze.* 48. *aa Hier. s. Isa.* 23. *Phil.* 2. *allego. bb Au.* 12. *con. Fau.* 11. *cc Bed. s. Gen.* 2. *dd Basi. s. ps.* 14. *Am. de Par.* 4 *Phil.* 1. *alleg. Ori. s. Matth. ho.* 10. 18. *ee Arno. s. ps.* 193. *Aug. s. ps.* 103. *ff Isy. s. Leu.* 23. *gg Or s. Mat. hom.* 33.

Operatur Dominus firmissimum habitaculum, *n* hoc est, cœlum empyreum: vel corpus Christi. *Exod.* 15. *c.*

Incarnatio. Redemptio.

Opera manuum Dei, *o* sunt opera incarnationis & redemptionis, quæ sunt magna opera Domini. *Psal.* 18. 45. 91. 106. 137. 138. Dicitur etiam opus incarnationis, opus Excelsi. *Eccles.* 43. *a.* Et dicitur Deus operatus esse in nobis salutem per Christum. Quæ opera Dei, sunt laudanda. *Psalm.* 67. 73. 89. 144. *Isa.* 5. *e.* Et opus iustitiæ, est pax: quia per Christi passionem facta est pax. *Isa.* 32. *d.* Opus autem Dei, quod est redemptio, dicitur esse coram ipso. *Isa.* 40. *c.* 43. *b. Haba.* 3. *a. Ioa.* 5. *c.*

Apostoli. Credentes.

Opera etiam manuum Dei, sunt *p* Apostoli, & credentes per Christum, & Spiritum sanctum. Et etiam ipsum genus humanum. *Psal.* 18. 101. *Iob.* 14. *c. Isa.* 19. *d.* 29. *g.* 6. *d.* 64. *c.* Opus autem Dei peculiariter dicitur homo, tam in creatione, quàm in generatione. *Rom.* 14. *d.*

Genus humanum.

Opera digitorum Dei, *q* sanctam scripturam designant: quæ per Prophetas nobis est tradita. *Psalm.* 8. Et ipse Deus dicitur operator piscinæ veteris, hoc est, author veteris testamenti. *Isa.* 22. *c.* Opera etiam Domini, sunt eius mandata, quæ in scriptura tradidit. *Ierem.* 48. Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter. Hæc autem opera Dei dicuntur in fide, quia ducunt nos in ipsius notitiam. *Psalm.* 32. Operæ Domini factæ sunt tabulæ, quia lex, est opus eius. *Exod.* 32. *d.*

Sacra scriptura.

Opus quoque Dei dicitur *r* vindicta. *Isa.* 5. *e.* Et dicitur opus alienum ab eo: quia eius opus proprium est misereri. *Isa.* 28. *f.* dicitur etiam opus terribile. *Exod.* 34. *b.* Operatur autem Dominus repentè, hoc est, antequam opus eius præcognoscatur. Et operatur & non est, qui auertat. *Isa.* 43. *b.* 48. *a.*

Vindicta Dei.

Opus Domini, quod ignoratur, *s* sunt eius iudicia, quæ dicuntur abyssus multa. *Iob.* 36. *c.*

Iudicia Dei.

Operatus est Deus omnia opera nostra in nobis, vel quia impleuit omnia per Prophetas promissa, vel quia ipse est bonorum operum nostrorum præcipuus author. *Isa.* 26. *b.*

Opus dicitur Dominus habere asina & pullo, *t* quia ad hoc opus habet Deus creaturis, vt eis ostendat misericordiam suam. *Matth.* 21. *a.*

Curare corpus Instruere Ecclesiam.

Opus à quo dicitur Deus cessasse, *u* est creatio nouarum specierum creaturarum. *Gen.* 2. *a. Exod.* 31. *c.*

Bene operari.

Operari terram *x* conuenit homini post peccatum. *Gen.* 3. *d.* Operatores autem terræ dicuntur, qui corpus curant.

Operatur terram, *y* qui instruit Ecclesiam. Et operarij ciuitatis sunt, *z* qui operantur in Ecclesia. *Exec.* 48. *c.* Et homo, qui operatur Paradisum, est Christus ornans Ecclesiam. *Genes.* 2. *c.*

Iudæi frustra seruant legem Occidentes Christum.

Operatur etiam terram, *aa* qui animam & corpus virtutibus exercet, qui exercet ideam sensus: demum, qui laborat in corpore, vt possit ad quietem vitæ æternæ peruenire. *Isa.* 23. *b.* 30. *c. Prou.* 12. *b.* Hic operans est, cui dulcis est somnus. *Eccl.* 5. *c.*

Exercere virtutum opera.

Operantur terram, quæ non det fructum, *bb* Iudæi seruantes legem, quæ non eos iustificabit. *Gen.* 3. *d.* 4. *b.* vel sunt iidem occidentes Christum, qui non illis fructificauit, sed in Gentibus.

Non erat homo, qui operatur terram, *cc* quia nemo operatus est in Beata Virgine Maria: sed solùm spiritus sanctus. *Gen.* 2. *c.*

Operari in genere, est *dd* exercere virtutes, & opera dicuntur ipsæ virtutes, & etiam pœnitentia. *Exod.* 21. *b. Leu.* 11. Et hoc dicitur opus, quod facere debent filij Israël. *Exod.* 18. *c.* Et opus primitiuorum. *Exod.* 39. *f.* Et opus tabernaculi, quia hæc opera sunt ad ædificationem Ecclesiæ. *Exod.* 35. *c.* 36. *a.* 39. *f.* Et opus polymitarium, est varietas virtutum. *Exod.* 28. *b.* 35. *d.* 36. *b.* 39. *a.* Operari autem iustitiam, ad opera exteriora refertur. *Psal.* 14. Operari quoque Paradisum, est noua opera virtutum producere. *Gen.* 2. *c.* Et opus hominis, est *ee* obseruatio præceptorum. *Psal.* 103. Et operari propriam salutem. *Phil.* 2. *b.* Operari autem sex diebus, est *ff* tempore huius vitæ virtutum opera exercere, quæ sunt opera facienda ante sabbatum, hoc est, ante finem huius vitæ. *Exod.* 16. *e.* 20. *b.* 23. *b.* 31. *d.* 34. *c.* 35. *a. Leuit.* 23. *a.*

Doctores prædicantes sacram scripturam.

Operantur fabrè doctores, rectè explicantes sacrã scripturam. Et eorum opus dicitur quandoq; opus vnguetarij, & opus pigmẽtarij, & opus sculptoris, & opus carpentariũ, & opus pulmariũ, & opus textile, & opus variũ. Exo. 26. *a.* 28. *f.* 30. *c.* 35. *d.* 37. *d.* Et operarij, sunt *gg* prædicatores. *Mat.* 9. *d.* 10. 20. *a. Luc.* 10. *a.* Et operantes, qui quinque

Digitized by Google

talenta,vel duo acceperant,ſunt prædicantes.*Matt.*15.*b.*Et operationem facientes in aquis multis, *a* ſunt verbo & exemplo docentes populos.*Pſalm.*106.Opus etiam mercenarij,*b* eſt verbum prædicationis.*Luc.*19.*c.* Ad hæc referri poteſt opus ex calamorum candelabris æquum.*Exod.*37.*e.*

Opera operum dicuntur,*c* quæ ſunt viſibilia,ſed habent myſticam intelligentiam.*Num.*4.*d.*iuxta Septuaginta. Ad hæc referri poteſt opus lapidis Saphyrini.*Exod.*24.*e.*

Opus dicitur eſſe in veritate,*d* quando non eſt in vmbra legis. *Iſa.*61.*c.*

Opera manuum populi Dei, dici poſſunt *e* credentes per prædicationem Apoſtolorum, & prædicatorum. *Iſa.*65.*d.*

Operatur cibum,qui permanet in vitam æternam, vel opus Dei,*f* qui credit in Chriſtum. *Ioan.*6.*c.*

Opus mercenarij, cuius finem expectat. *Iob.*7.*a.* ſunt *g* labores, qui in hac vita ſuſtinentur pro præmio vitæ æternæ: quod cum conſiderant,dicunt: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram vitam, quæ reuelabitur in nobis.

Operari in primogenito bouis. *Deut.*15.*b.* eſt *h* bonæ conuerſationis primordia in exercitio publicæ actionis oſtendere.

Operatur mulier fortis conſilio manuum ſuarum, *i* quum Eccleſia per miniſtros exercet opera miſericordiæ. *Prou.*31.*b.*

Opera prouinciæ Babyloniæ,*k* ſunt opera naturalis neceſſitatis,quæ nunc erubeſcimus,ſupra quæ conſtituuntur Sidrac,Miſac,& Abdenago,id eſt,circumſpectio,diſcretio,& deliberatio.*Dan.*2.*g.*

Opus vnum vtriuſque Cherubim, deſignat in illa cœleſti patria non eſſe diſparilitatem operum & cogitationum.3.*Reg.*9.*c.* Deſignat etiam concordiam veteris & noui teſtamenti in omnibus myſteriis,& hominum ſalute tractanda.

Opera hominum,quæ intelligit Deus,*l* ſunt opera mentis,quæ etiam dicenda ſunt Regi, hoc eſt, manifeſtanda ſeu confitenda Deo. Item vanitates, quas homines amant & diuerſa negocia. *Pſalm.*16.32.44. Opera quoque dicenda Regi,ſeu manifeſtanda,*m* ſunt laudes dicendæ,& cantandæ.*Pſal.*44.

Opus duriſſimum filiorum Iſraël in Ægypto,ſunt *n* tentationes in hoc mundo fideles infeſtantes. *Exod.*6.*a.*

Operantur paſſiones peccatorum in membris *o* quia per membra exequimur peccata.*Rom.*7.*b.*

Opus non faciendum in ſabbato, eſt opus ſeruile, deſignans peculiariter *p* peccatum, quod eſt maximè ſeruile,quia qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati. *Exod.*12.*c.*31.*d.Ierem.*17.*d.* Et opera filiorum Iſraël dura', quæ facit operari Pharao,hoc eſt,diabolus,ſunt peccata,quæ etiam dicuntur opera terræ:& opera inutilia.*Exod.*1.*c.*2.*d.*3.*b.* 5.*b.Pſal.*105.*Iſa.*15.*c.*59.*b.*Et opera Tyri,ſunt peccata,& opera mortua,& opera carnis. *Galat.* 5.*c.* Dicuntur autem opera tenebrarum, quia operantes ea abſcondi ſe putant à Deo, & dicunt. Quis videt nos? Et quia tenebris deputantur exterioribus.*Iſa.*29.*c.Pſalm.*63.*Rom.*13.*d.Ephe.*2.*a.* Et operantes iniquitatem, dicuntur cogitationes peſſimæ,& cupiditates prauæ,& dæmones. *Pſal.*100. Et operantes potentes ſeculi iniquitatem, *q* ſunt Iudæi, & hæretici,qui & operarij mali dicuntur.*Iſa.*31.*b.*36.*c.Leuit.*23.*a.Philip.*3.*a.*

Opus regis in malum,ſignificat *r* opera mala prælati,in bonum verò obſequium Dei.1.*Reg.*8.*c.*

Opera manuum aliquorum,*ſ* ſunt hæreſes ab eis fabricatæ,& dicuntur operari Deum ſuum. *Iſa.*2.*c.*44.*c.*54.*d.* Et opera Deorum,ſunt cultus idolorum,& hæreſes. *Exod.*23.*c. Hoſe.*6.*d.* 7.*a.* Et opus manuum artificis riſu dignum, ſunt hæreſes.*Ier.*9.*a.*10.*c.* Et opera montium, ſunt doctrinæ hæreſiarcharum.*Ezech.*6.*b.Hoſe.*14.*c.*Et opus quod ardebit,eſt *s* peruerſa doctrina.1.*Corinth.*3.*c.Gala.*6.*a.*Opus etiam hæreticorum & non Dei,eſt dum non recta dogmata, ſed propria deſideria ſequuntur,quæ & opera onagrorum *u* dicuntur. *Iob.*24.*a.b.* Et opera Ægypti, ſunt errores,quibus populus decipitur ab hæreticis. Et non erit opus Ægypto,quod faciat, cùm decepti ab hæreticis reuertentur ad Eccleſiam relictis erroribus. *Iſa.*19.*c.*Operantur autem linum hæretici, cùm texunt dialecticas rationes ad capiendos ſimplices. *Iſa.* 19.*b.* Et operatur faber lima, cùm hæretici vruntur arte dialectica. *Iſa.*44.*b.* Et operatus eſt mendacium ſtylus mendax Scribarum & Phariſæorum,& hæreticorum, quia docuerunt errores.*Ierem.* 8.*d.*

Opus manuum figuli,dicuntur peccatores,quaſi ficti à diabolo.*Thren.*4.*a.*

Opus non ſit de ligno vitis, quia non facientes fructum,& à vita præciſi,ad nihilum valent vltra,niſi ad ignem inferni.*Ezech.*15.*a.*

Operarij pauci ſunt *x* Apoſtoli & prædicatores: qui mittuntur ad meſſem,ad conuertendos videlicet populos. *Matth.*9.*d.*

Operarij vineæ,dici poſſunt *y* cogitationes & affectiones, quæ in conſcientiæ emundatione deſudare debent. *Matt.*10.*a.*

Operire,Cooperire,Tegere Contegere.
Obtegere,Operimentum,Tegmen.

OPERIRE & tegere,eſt velut claudere, *z* & à conſpectu hominum amouere, & abſcondere. Quando autem aliquid tegimus,duobus id modis facere ſolemus. Nam modò in abſconſionem, modò in protectionem. Et ſæpè cùm aliquod nobis vmbraculum contra Solem ſuperponimus, eius nobis, tam calorem, quàm claritatem temperamus.

Operiens nubes tabernaculum, *aa* eſt diuina protectio muniens Eccleſiam, vel gratia Chriſti. Vel etiam caro Chriſti.Et operire oraculum,eſt protegere Sanctos. *Exod.*19.*c.*24.*d.*40.*d.Leuit.*16.*a.Num.*16.*g.* Et operiunt arbuſta cedros Dei,quum Chriſtus protegit eos,qui prius erant infrugiferi. *Pſal.*76. Et tegmen alarum Dei, deſignat protectionem,qua Chriſtus ſeruauit nos in cruce.*Pſal.*35.

Operit Deus ignominiam Hieruſalem, *bb* quum parcendo tegit peccata:quam ignominiam etiam veſtes gratiæ & virtutum cooperire dicuntur. *Ezech.*1.*a.Hoſe.*2.*b.* Pſalm. 84. Tegitur autem peccatum *cc* per charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum.*Pſal.*31. Tecta autem ſunt,qui abolita: nec iam ea punit Deus,quæ etiam abdicamus,cum bonæ actionis opus ſuperducimus.

Operit Deus cœlum nubibus,*dd* quum ſacram ſcripturam tegit inuolueris figurarum.*Pſa.*146.Et operit montes vmbra vineæ,cùm myſteria veteris legis teguntur in verbis Prophetarum,& Apoſtolorum.*Pſalm.*79.

Operit Eccleſiam inundatio camelorum, *ee* cùm diuites gentium ad fidem conuerſi defendunt Eccleſiam. *Iſa.* 60.*a.*Et operit Deus cardines maris, quum extremos quoſque ad fidem vocat. *Iob.*36.*d.* Operiri quoque dicitur Deus impetu aquarum, *ff* cum multi populi veniunt ad fidem. *Iob.*28.*b.* Et opertorium Dei dicuntur Sancti: vt enim homo veſte circundatur, ita Deus Sanctis,quibus nil habet vicinius.*Pſal.*101.

Operiens propitiatorium arcam. *Exod.*25.*c.* deſignat *gg* miſericordiam Domini, quæ eſt ſuper omnia opera eius.Idem deſignat operiens ros ſuperficiem terræ.*Exod.*16.*c.*

Operit etiam propitiatorium, & Cherubim operiunt ipſum propitiatorium,*hh* quia ſicut ex contemplatione ſpiritalis creaturæ eiuſque eminentiæ obducitur amor & approbatio mundi: ſic ex contemplatione creatricis eſſentiæ,eiuſque ſupereminentiæ temperatur apud vnumquemque amor & approbatio ſui.

Tegit Deus Solem nube,*ii* cùm Solem iniquitatis per Chriſtum & Apoſtolos obſcurat.Tegit etiam nube,cùm ſeruat à tentatione.*Exod.*32.*b.Exod.*24.*d.*

Tegit Deus aquis ſuperiora,*kk* quum dat Angelis ſuperiorem intelligẽtiam,quam homines non aſſequuntur, vel quum charitatem implet eminẽtioribus donis Spiritus ſancti,quàm ſint ea,quæ ſine charitate inueniri etiam in malis poſſunt.Vel cum in cœlo recipit baptizatos.*Pſal.*103.

Operit Deus cœlum nubibus,*ll* quum protegit Eccleſiã Apoſtolis,& doctoribus, vel quum inſtruxit Prophetas doctrina & ſenſibus obſcuris. *Pſal.*146.*Ezech.*32.*b. Haba.*3.*a.* Quod autem aliquid operit,maius eſt illo quod operitur:dicitur etiam Deus operuiſſe Iudæis Prophetas & principes,cum poſuit velamen in corde eorũ.*Iſa.*29.*d.*

Operit nebula oraculum,*mm* quum non permittit Deus de paſſionibus carnis Dominicæ ea quærere, quæ ſupra virtutem quærentis ſunt.*Leui.*16.*b.*

Operiunt

a Arno.ſu.pſ. 107.
b Iſyc.ſ. Leu. 19.
*c Ori.ſu. Nu. hom.*5.
*d Hie.ſ.Iſ.*61.
*e Hie.ſ.Iſ.*65.
*f Aug.ſ.Ioan. tract.*25.
*g Gre.*8.*m.*7.
h Gre. 8.*mo.* 34.
i Bed.ſ.Prou. 31.
*k Ricar.de S. Vict.de ſomn. Nabuc.*43.
*l Baſi.ſ.pſ.*32.
*m Hie.ſ.pſ.*16 *& ad Principiam.*
n Bed.ſ. Exo. 6.
*o Am.ſ.Ro.*7.
p Hier.ſ.Iere. 17.*& ſ.Iſ.*15. 29.
*Au. de ſpirit. & lit.*15.*Ori, ſ.Mat.hom.*3. *& ſ.Rom.*13. *& ſ.Io.*1.*h.*8.
q Iſyc.ſ. Leu. 23.
Cyril.de ado. in Spir.
*r Gre.ſ.*1.*Re.* 8.
*ſ Hier.ſ. Iſ.*2. 19.*& ſu. Ier.* 9.*ſ.Exe.*6.
*t Am.ſ.*1.*Corin.*3.
*u Gre.*10.*moral.*23.
x Hie.ſ. Mat. 9.
*Bern. ſ.Cant. ſer.*58.
y Ricar. de S. Vict. de ſtatu inte. hominis. 15.
*z Ricar.de S. Vict.*4.*de arc. myſti.*9.
*aa Ori.ſ. Nu. hom.*9.*Baſi.ſ. pſ.*28.*hom.*1.
bb Hi.ſ.Exec. 16.*& ſ.pſ.*31. 84.
cc Aug.ſ.pſa. 31.84.*Amb. Apo. Dauid.* 83.
*dd Gre.*31.*m.* 1.*& ſ.pſ.*31. *Aug.ſ.pſ.*79. 146.
ee Hier.ſ.Iſa. 66.*& ſ. Iob.* 28.
*ff Gre.*27.*m.* 8.*& ſ.pſ.*101.
*gg Glo. ord.ſ. Exod.*15.
*hh Ric. de S. Vict.*4.*de arc. myſti.*9.
ii Hie.ſ.Exec. 32.
kk Gre. prol. 1.*Reg. & ſ. Lec.h.*6.17.
*ll ſ.pſ.*103
*mm ſ.pſ.*103.

Credentes per Apoſtolos.
Labores huius vitæ.
Bonum initiũ conuerſationis.
Opera miſericordiæ.
Opera naturalis neceſſitatis.
Concordia operum & cogitationum, & noui ac veteris teſtamenti.
Opera mentis.
Vanitates.
Diuerſa negocia.
Laudes Dei.
Tentationes.
Peccata.
Opera prædicatorum.
Cultus idolorum.
Hæreſes.
Peccatores.
Apoſtoli & prædicatores.
Cogitationes & affectus.
Protegẽs Deus
Parcens.
Conuerſio infidelium.
Miſericordia Dei.
Tegi peccata.
Dona ſublimia Dei.
Protectio Eccleſiæ.
Occultatio myſteriorum.
Temperatio curioſitatis.
Decere.

Digitized by Google

Operiunt Christum,*a* qui docent sapientiam & virtutes. *Matth.* 25.*d.* Operit etiam nudum, qui liberat aliquem ab infidelitate, cæteríſque peccatis. *Iſa.* 58.*c.*

Opertus dicitur Christus *b* zelo quaſi pallio. *Iſa.* 59.*d.*

Operuit confuſio faciem Christi *c* in paſſione. Et dicitur ipſe operuiſſe in ieiunio animam ſuam, quia non inueniebat aliquos, quorum fide paſceretur. *Pſalm.* 68.

Confeſſio redemptionis. Confeſſio peccati.

Non operit terra ſanguinem Iob, *d* hoc eſt, ſanguinem Chriſti, quia vnuſquiſque peccator redemptionis ſuæ precium ſumens, confitetur ac laudat, & quibus poteſt, proximis patefacit. Sancta quoque Eccleſia redemptionis ſuæ myſterium, in cunctis iam partibus prædicauit. *Iob*, 16.*d.* Non operit etiam terra ſanguinem, quum non abſconditur peccatum. E diuerſo etiam, operire ſanguinem terra, *e* eſt tegere peccatum per pœnitentiam: vel per veniam & compaſſionem. *Leuit.* 17.*d.*

Celare myſteria.

Tegunt alæ duæ corpora animalium. *f* quia timor & pœnitentia operient peccata. *Ezech.* 1.

Operientes ſacerdotes arcam & cætera, quæ portare debent filij Caath, ſunt *g* prædicantes myſteria, ſed non reuelantes, quæ nocere poſſunt. *Num.* 4.*a.* Et operiens Moſes faciem, eſt abſcondens myſteria indignis, *Iob.* 34. Et operire ciſternam, eſt abſcondere profunda myſteria ſimplicibus: *Exod.* 21.*d.* Opertum etiam dicitur Euangelium mundanis. 2. *Cor.* 4.*a.* Operiens autem lepra omnem carnem, receſſum à litera legis indicant. *Leu.* 13.*b.* Tegunt pennæ animalium corpora, vt deſignent imperfectam *h* huius vitæ cognitionem: vel hiſtoriam ſcripturæ, quæ operit ſpiritualem ſenſum. *Exod.* 1.*c.* Operuit autem coturnix caſtra Iſraël. *Exod.* 16.*c.* quia legalis diſciplina figuris atque vmbris Iudæorum populum contegit. Latet enim velum in corde ipſorum, & cæcitas ex parte. 2. *Cor.* 3.*d.* Operire ciſternam, eſt non reuelare rudibus ſubtilia myſteria ſacræ ſcripturæ. *Exod.* 21.*d.*

Protegi à culpis imminentibus. Templum. Doctrina. Induſtria prædicatoris. Exempla & protectio ſanctorum.

Tegentes Cherubim vtrunque latus propitiatorij, & oraculum. *Exod.* 25.*b.* 37.*b.* Sunt *i* quando nos, qui omnipotentis Dei oraculum ſumus, à culpis imminentibus, ſcripturæ ſacræ ædificatione protegimur.

Operimentum Iudæ, quod reuelatur, erat *k* templum, vel eſt doctrina fidei muniens Eccleſiam aduerſus hæreticos. *Iſa.* 22.*b.*

Operientia ſaga tectum tabernaculi, deſignant induſtriam *l* prædicatorum in docendo. *Exod.* 22.*b.* Operimentum autem de pellibus arietum hyacinthinis, deſignat exemplum patientiæ doctorum. *Exod.* 26.*c.* 3.*f.* Operiunt autem montes, hoc eſt, Sancti quos protegunt. *Hoſ.* 10.*c.* *Pſalm.* 31.

Veneratio paſſionis Chriſti. Doctrina Dei in Eccleſia.

Operiri ſeptem mulieres veſtimentis ſuis, *m* eſt dona Spiritus ſancti ſecum habere ſuum ornatum. *Iſa.* 4.*a.*

Operuerunt Sem, & Iaphet verenda patris, *n* quando fideles venerantur paſſionem Chriſti, quam dicuntur non intueri, quia neci eius non conſenſerunt. *Gen.* 9.*d.* Operire etiam verenda patris, eſt tegere vitia prælatorum, ne infamentur, vel eſt bonis operibus malè geſta tegere.

Operiri veſtibus Dauid, nec calefieri, *o* eſt ſenem virtutes operatiuas, iam flaccidas, nec calefacere valentes ad operandum habere. 3. *Reg.* 1.*e.* Operiuntur autem & non calefiunt, qui ſine charitatis ardore operantur. *Agge.* 1.*b.* vel Iudæi adornati exteriori cultu ſine fide, & dilectione Chriſti.

Cogitationes illicitæ.

Operientes aquæ maris terram *p* deſignant multitudinem ſcientiæ Dei, & profundorum ſenſuum abundantem in Eccleſia. *Iſa.* 11.*b.* Et operientes aquæ mare, ſunt doctrinæ ſacræ amaritudinem terrenam tollentes à cordibus. *Haba.* 2.*c.*

Operiri dicitur Deus impetu aquarum in voce ſua, *q* quando tentatione vitiorum ipſe de Deo noſter intellectus opprimitur. Tot enim ſuper illum aquas admittimus, quot poſt inſpirationem eius gratiæ, cogitationes illicitas in corde verſamus. *Iob.* 38.*d.* Operiebatur quoque Deus impetu aquarum, quando populi perimebant Chriſtum. Operiunt flumina eos, quos actiones huius ſeculi mentis perturbatione confundunt. *Iſa.* 43.*a.* Obtexit quoque Deus caligine filiam Sion, quum anima propter cæcitatem cordis & prauæ actionis nequitiam, de virtutum culmine in terrenorum deſideriorum fœditatem eſt prolapſa. *Thren.* 2.*a.*

Delere peccata. Vinci dæmones. Vindicta Dei. Cognitio ſui.

Operit mare inimicos, *r* quum in baptiſmo delentur peccata, & quia cum fideles baptizantur, diabolus & eius exercitus merguntur. *Pſal.* 77. Operientes etiam aquæ currus Ægyptiorum, deſignant *ſ* oprimentem vindictam Dei, vel in hoc mundo, vel in inferno. *Exod.* 14.*g.* 15.*b.* *Iſa.* 33.*a.* *Ezec.* 26.*d.* Operimentum autem damnatorum dicuntur vermes, *Iſa.* 14.*o.* quia circundantur pœna, quæ tandiu durabit, quamdiu peccata, ſicut vermes in cadauere durant, quamdiu eſt materia, qua paſcantur. Dicuntur etiam operiri confuſione. *Abdi.d.*

Latentes virtutes. Mortalitas.

Operuit Elias vultum ſuum poſt auræ tenuis ſibilum. 3. *Reg.* 19.*c.* quia *t* in ipſa ſubtiliſſima contemplatione veritatis, quando ignorantia homo contegatur, agnoſcitur. Vultui autem pallium ſuperducere, eſt ne altiora mens quærere audeat, hanc ex conſideratione propriæ infirmitatis velare, vt nequaquam intelligentium oculos vltra ſe præcipitantes aperiat, ſed hoc quod apprehendere non valet, reuerenter claudat.

Ignorantia.

Teguntur oſſa, *u* cum virtutes latent, nec adhuc patet quantum poſſimus in tentationibus. *Iob.* 33.*c.*

Cognitio ſui.

Operit nos vmbra mortis *x* quum induti ſumus mortalitate. *Pſal.* 43. Quos enim conſtat ſola carne mori, nequaquam ſe vera morte, ſed vmbra mortis dicuntur operiri.

Detectio peccatorum.

Operiunt vermes diuitē & pauperem, *y* quia ſiue diuitis ſiue pauperis animū curæ carnales premunt. *Iob.* 21.*d.*

Non poteſt pallium breue vtrunque operire. *Iſ.* 28.*e.* quia *z* in anima non poſſunt ſimul Chriſtus & Belial habitare.

Pudor vitæ veteris.

Operiunt capita ſua, *aa* qui propter ignorantiam non poſſunt dicere. Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes. *Ierem.* 14.*a.*

Pœnitentia. Mortificatio.

Operire caput non debet vir in Eccleſia in publico. 1. *Cor.* 11.*b.* Sed ſi miniſtrat interioribus templi, debet caput operire. *Ezec.* 4.*e.* vt videlicet dicat illud Prophetæ. *Pſalm.* 141. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Doctorum eminentia.

Non operit terra vltrà interfectos, *bb* quum in iudicio manifeſtantur omnia homicidia & ſcandala. *Iſa.* 26.*d.* Sic non operiuntur operibus ſuis peccatores, qui nudi apparebunt in iudicio. *Iſa.* 59.*a.*

Perſeuerantia. Colaphizatio Chriſti.

Operiens ſe Rebecca pallio, deſignat *cc* pudorem habendum vitæ veteris. *Geneſ.* 24.*g.* Idem deſignat operta Thamar. *Gen.* 38.*c.* Operiri quoque veſtimento, eſt verbo Dei vitæ turpitudinem obtegere. *Exod.* 22.*d.* Et operit peccatorem ignominia ſua, quum pœnitens peccati erubeſcit. *Ierem.* 3.*g.* Et operit carnem turpitudinis ſuæ, qui carnalium vitiorum erubeſcentiam habet. *Exod.* 28.*g.* Operiens ſe Rebecca cognitio Iſaac, deſignat Eccleſiam, quæ quotidie per Prophetarum & Apoſtolorum dicta, quid de Redemptore ſuo credere debeat, intelligit, & quantò ſubtilius Saluatoris ſui myſteria penetrat, tantò altius de antè acta vita confunditur, & quod peruersè egerit, erubeſcit.

Operire vectes arcæ auto. ff eſt doctores Eccleſiæ puros & fortes eſſe, ac ſcientia fulgentes. Idem dicitur de vectibus tabulatum. *Exod.* 25.*b.* 36.*d.* 37.*a.*

Operire altare holocauſti ære, gg eſt orationibus addere perſeuerantiam. *Exo.* 27.*a.* 38.*a.*

Operire turbam, ii eſt operire corpus, vt Adam operuit foliis ficus. *Pſal.* 103.

Operire egeſta, eſt cum moderamine naturalibus neceſſitatibus operam dare. *Deut.* 23.*c*

Fallacia hæreticorum.

Operientes ranæ terram Ægypti, deſignant *kk* hæreticorum & Philoſophorum loquacitatem mundum operientem. *Exod.* 8.*b.* Idem dici poteſt de locuſtis. *Exod.* 10.*d.* Et operit puluis equorum terram, *ll* quum cauillationes hæreticorum, & dæmonum tentationes mentem confundunt. *Exech.* 26.*b.* Operit etiam idola veſtimentis multicoloribus, qui virtutibus hæreticam prauitatem circundat, vt earum occaſione ſimpliciores quouſque decipiat, vt videntes mella virtutum, vitiorum venena non caueant. *Ezec.* 16.*b.* Et operit nubes Taphnes, quum erroris cæcitas ori diaboli cedit. *Ezec.* 30.*e.* Et operit Gog terram quaſi nubes, quum hæreticus, aut diabolus ſimplices errorum tenebris confundit. *Exech.* 38.*c.* Et operit vultum ſuum adulter, hoc eſt, *mm* hæreticus, quia ad hoc peruerſitate dogmatis, vel operis tendit, vt ab omnipotēte Deo in iudicio recognoſci nō poſſit, vt ipſe putat.

a *Ori. ſ. Matt. ho.* 34.
b *Hie. ſ. Iſ.* 58.
c *Arn. ſ. pſal.* 68.
Aug. ſ. pſ. 68.
d *Gr.* 13. *ſ. moral.* 10.
e *Iſyc. ſ. Leu.* 17.
f *Gre. ſ. Exec. hom.* 4.
g *Ori. ſ. Num. hom. Hier. ſu. Ezec.* 1.
h *Cyril.* 3. *ſu. Ioan.* 34. *Gre.* 17. *m.* 13.
i *Gre. ſ. Ezec. ho.* 6.
k *Glo. ord. ſu. Iſa.* 22.
l *Glo. ord. ſup. Exod.* 26. *Hie. ſ. Ho.* 10.
m *Ori. ſ. Iſa. hom.* 3.
n *Gl. ord. ſup. Gen.* 9. *Amb. de Noe.* 3.
o *Hie. ad Nepotian. & ſu. Aggeum.* 1. *Rup. Agge.* 1.
p *Hie. ſ. Iſ.* 11. *& ſ. Haba.* 2.
q *Gre.* 30. *mo.* 1. *& 6. Regiſt. epi.* 1.
r *Hie. & Au. ſ. pſ.* 77.
ſ *Hie. ſ. Ezec.* 26. *& Iſ.* 14.
t *Gre. ſ. m.* 26
u *Gre.* 27. *mo.* 28.
x *Au. ſ. pſ.* 45. *Gre.* 4. *mo.* 10.
y *Gr.* 15. *mo.* 26.
z *Hie. ſ. Iſ.* 28.
aa *Hier. ſ. Ier.* 14.
bb *Hier. ſ. Iſ.* 26. 29.
cc *Philo. de ſomn. Gre.* 1. *mo.* 14. *& 35. m.* 17. *Gre. ſ. Ier.* 3.
dd *Hier. ſ. Iſ.* 50.
ee *Ori. ſ. Iud. ho.* 5.
ff *Glo. ord. ſu. Exod.* 25.
gg *Glo. int. ſ. Exod.* 26.
hh *Hila. ſ. pſ.* 64. *Rup. ſ. Ion.* 2.
ii *Arno. ſ. pſ.* 103.
kk *Phi.* 2. *alle.*
ll *Hie. ſ. Eze.* 16. 10. *Ori. ſ. Exod. hom.* 7. *mm Gre.* 16. *mor.* 28.

Digitized by Google

*Iob.24.c.Hab.2.d.*Operit etiam hæreticos labor labiorum ipſorum, quum fallacibus verbis ſuos nituntur errores palliare.*Pſal.*139.Operimentum quoque nauis Tyri dicitur de purpura Eliſa,deſignans doctrinam fallacem hæreticorum.*Ezech.27.b.*

Operitur cœlum tenebris,cùm dæmones peccatis ſuis obſcurantur,*Ezech.*32.*b.*[l]

Operit formido aliquem,quum quis multum formidat. *Ezech.7.a.*

Operiunt pſeudoprophetę vultum ſuum,cum confunduntur,& ridentur ſuper ſomniis ſuis.*Mich.3.c.*Operiuntur etiam mali confuſione,[a] quum propter peccata puniuntur,vel hic,vel in futuro.*Mich.7.b.* Operientes ſe pallio ſaccino fuerunt principes Iudæorum fingentes magnam neceſſitatem occidendi Chriſtum.*Zach.*13.*b.*

Operiens adeps inteſtina,vel vitalia,deſignat *b* deſiderium,aut iram : quorum initium eſt in corde.*Exod.*29.*b. Leuit.4.b.7.c.8.c.*

Operit Iudæos labor labiorum ipſorum,*c* quum ſimul cum corpore in infernum detruduntur. *Pſalm.* 139. vel dicitur de hæreticis,qui mendaciis ſe defendere nituntur.

Operiuntur lanis ouium paſtores,*d* quum prælati ex ſubditis commodum ſuum venantur, & optima quæque ſuorum ſubiectorum,ſibi in proprium vſum vendicant. *Ezec.*37.*a.* Operiebant lanæ & linum ignominiam meretricis,*e* quia ſacerdotium vetus non tollebat peccata,ſicut delentur ſanguine Chriſti. *Hoſe.2.b.*

Operiri iniquitate:*f* eſt malis operibus abundare.*Pſal.*72.Ita dicitur operire caligo faciem,quando peccatum opprimit mentem. *Iob.* 23. *d.* operit etiam impius vultum iudicum terræ, quum diabolus corda perſequentium Chriſtum,ne authorem ſuum cognoſcerent,malitiæ nubilo velare curauit,*Iob.9.c.*

Operit craſſitudo faciem impij, *g* quia deſiderata rerum terrenarum abundantia oculus mentis premit & hoc quod in eis eſſe honorabile debuit,ante Dei oculos fœdat:quia curis multiplicibus aggrauat,*Iob.*15.*d.*

Operta caligine mortis terra, eſt *h* infernus. *Iob.*10. *d.* Operimentum autem nullum dicitur eſſe in inferno, quia omnia,quæ in ipſo ſunt,nuda ſunt oculis Dei.*Iob.*26.*b.*

Contegi præcipitur os leproſi veſte,*i* ne error,aut peccatum prauo ſermone alios inficiat. *Leuit.* 13.*f.* Tegitur etiam,ne dicatur ei.Quare tu enarras iuſtitias meas?*Pſal.*49.

Operit iniquitas Libani hæreticum,*k* quando eius oratio fit illi in peccatum.*Haba.*2.*d.*

Operiunt altare *l* lachrymis, *Mal.*2.*d.* quia aliena diripiunt, & iniuſtè diuitias congregantes, audent offerre munera Deo:quæ dicit ſe nequaquam poſſe ſuſcipere,lachrymis eorum, qui iam vaſtati ſunt, & fletu ac gemitibus prohibitum.Vel qui propter rei familiaris amiſſionem, & interitum liberorum, & naufragium, & cætera, quæ ad damnum pertinent rerum ſecularium, vertuntur in fletus, totos ſe tradunt planctui & gemitibus: nec animi robore & ſpe in Deum, & præmij futurorum, cuncta contemnunt. Ij etiam ſi dirigunt ad Deum orationem,non ſuſcipitur ab eo,quia indecoris,& incongruis viro planctibus deturpantur.

Operit veſtimentum iniquitas, hoc eſt, corpus, quo anima peccantis veſtitur, quando per ipſum peccatur. *Mala.2.d.*

Operimentum Luciferi in cœlo fuit omnis lapis precioſus. *Ezech.* 28. *c.* quia ipſe fuit inter ordines Angelorum.

Operimentum vnum tabernaculi,*m* vnitatem Eccleſiæ,& fidei deſignare poteſt.*Ezech.*35.*c.*40.*b.*

Operimentum nudorum protegens à frigore culpæ, eſt *n* iuſtitia.*Iob.*24.*b.*31.*b.*

Operculum ſeu ligatura vaſis,eſt cenſura diſciplinæ,qùa quiſquis non premitur,quaſi vas immundum, pollutúmque reprobatur.*Num.*19.*b.*

Sicut opertorium dicuntur,cœli,*o* vt deſignent corpora noſtra,quæ ſunt opertoria animæ.*Pſalm.*101.

Opes,vide Diues.
Ophaz, vide Obrizum.
Ophiomachus.

OPHIOMACHVS,eſt reptilis genus : ſubnixum longis cruribus,quibus à terra pro ingenio ſuo proſilit, & in ſublime fertur,quemadmodum cætera locuſtarum genera:habet nomen quod pugnet cum ſerpente.Eſt *p* temperantiæ ſymbolum, quæ voluptati aduerſatur. Significat etiam *q* fortes contra diabolum, vnde inter animalia munda computatur.*Leu.*11.*c.*

Ophir.

OPHIR,id eſt,cinis aut incineratio,vel fructificatio,filius Iectam.*Geneſ.*10.*d.*Ab eo dicta eſt Ophir regio,ſeu inſula,vnde afferebatur aurum Salomoni.*3.Reg.9.d.*

Ophni.

OPHNI,id eſt,pignus,vel pugillus,aut cooperiens,filius Eli ſacerdotis, qui mortuus eſt capta arca Domini. *1.Reg.1.a.4.c.*vel iuxta Hieronymum,interpretatur diſcalceatus,& deſignat *r* ſacerdotes,& Scribas,& Phariſæos, qui diſcalceati ſunt,quia noluerunt ſuſcitare ſemen Chriſti.

Opilio, vide Paſtor.
Opinio,vide Fama.
Opis,Opitulari, vide Adiuuare.
Oportere.

OPORTERE idem eſt,quod expedire,vel vtile, aut neceſſe eſſe. Non habet allegoriam.

Oppandere,vide Extendere.
Oppidum, vide Ciuitas.
Oppilare, vide Obſtruere.
Opponere.

OPPONERE,eſt contra,ſeu ex aduerſo ponere.

Opponit Deus nubem, ne tranſeant orationes, *ſ* quum non audit ingratas preces, & quum mentem in cæcitate relinquit.*Thren.*3.*c.*

Opponunt ſe murum pro domo Iſraël, qui *t* feruentibus orationibus, diuinam placare ſtudent iram. *Ezech.* 13.*a.*22.*g.*

Opportunus.

OPPORTVNVM dicitur,quod nobis commodè,& pro deſiderio,ſuóque tempore obtingit.

Opportunum tempus,*u* eſt tempus,quod nobis in hac vita datur ad emendationem,& ad bene operandum,& quo Deus cognoſcit aliquid nobis expedire.*Pſal.*31.144.

Opportunitas tradendi Chriſtum,ſine turbis,quam quæſiuit Iudas,deſignat *x* hæreticos, qui prius aggrediuntur & ſubuertunt eos,quos paucos & ſine defenſione inuenerint.*Matth.*26.*b.Luc.*22.*a.*

Opprimere.

OPPRIMERE,eſt enecare,ſiue perturbare,& etiam violare.

Opprimere dicitur Deus Iob, *y* quia ſentiebat Iob grauem dolorem, quem ſciebat non iniuſtum eſſe, & eo magis dolebat,quo cauſas iuſtitiæ ignorabat.*Iob.*10.*a.*

Opprimens Sichen Dinam, deſignat *z* diabolum vi tentationis animam ſibi ſubiicientem. *Gen.* 43.*a.* Vel deſignant amorem inanis gloriæ corrumpentem verecundiam ad exteriora prodeuntem.Oppreſſa autem amaritudine eſt *aa* anima Spiritus ſancti ſuauitate priuata,& vitiorum amaritudine replera.*Thren.*1.*b.*

Opprimi lapidibus,*bb* eſt duris Eccleſiæ ſermonibus,& increpationibus obiurgari.*Exod.*19.*b.*21.*d.*

Opprimit dolor Iob, *cc* hoc eſt, Eccleſiam, quando in malitia ſua creſcere peruerſos intuetur, & dum praui creſcunt,etiam infirmi,qui in ea ſunt,ad ſequenda ſtudia prauitatis irritantur. *Iob.*16.*a.*

Opprimens meretrix filium ſuum, deſignat *dd* ſynagogam cogentem filios Iſraël ſeruare legem cum Euangelio.*3.Reg.*3.*c.*

Opprimit vſuris proximum pauperem,*ee* qui nimium exigit pro doctrina : & qui vult ſuperfluis præceptis & traditionibus onerare infirmos.*Exod.*22.*d.*

a *Hie.ſ.Mi.7. Ru.ſ.Zac.*13.
b *Glo. ord.ſu. Leu.*13.
c *Hil.& Au. ſ.pſ.*139.
d *Hie.Ezech.* 37. *Cyril.*4.*ſu. Ioan.*5.
e *Ru.ſ.Ho.*2.
f *Amb.de interpel.*5. *Gre.* 16.*m.*20. *&* 9.*mo.*21.
g *Gre.*12.*mo.* 22.
h *Gre.*9.*mor,* 45.*&* 17.*m.* 11.
i *Iſye.ſu.Leu.* 13.
k *Hie.ſ.Ha.*2.
l *Hie.ſ.Malt.* 2.
m *Gre.*7.*mo.* 23.
n *Gre.*23.*m.* 9.
o *Aug.ſ.pſal.* 101.
p *Phi.de mundi opific.*
q *Iſye.ſ. Leu.* 11.
r *Glo. ord.ſu.* 1.*Reg.*1.
ſ *Glo.ord.ſup. Thre.*3.
t *Hie.ſ. Exec.* 23.
u *Ar.& Hie. ſ.pſ.*31. *Au.ſ.pſ.*144.
x *Glo.ord.ſu. Matth.*26.
y *Gr.*9.*m.*34.
z *Bed.ſ. Gen.* 43. *Ris.de S.Vict. de* 12. *Pat.*51.
aa *Glo.int.ſu. Thren.*1.
bb *Glo.inte.ſ. Exod.*19.
cc *Gre.*13.*m.* 4.
dd *Hier.epiſt. mulsum in vtranque.*
ee *Glo. ord.ſ. Exod.*22.

Confuſio prophetarum falſorum.
Hypocriſis.
Deſiderium.
Ira.
Rapina prælatorum.
Defectus veteris ſacerdotij.
Opprimi peccatis.
Cæcatio ex terrenis.
Infernus.
Sacrificium de rapina.
Dolor de amiſſione temporalium.
Peccatum per corpus.
Vnitas Eccleſia.
Iuſtitia.
Cenſura diſciplina.
Temperantia.
Fortes contra diabolum.
Sacerdotes & Scribæ.
Non audiens Deus ingratas preces.
Feruenter orare.
Tempus pœnitentiæ.
Diabolus ſuò iiciens animam.
Inanis gloria corrumpens verecundiam
Obiurgatio dura.
Dolor Eccleſiæ de augmento malorum.
Cogens ſynagogæ ſeruare legem.
Nimium exigens pro doctrina.
Onerans traditio.

Digitized by Google

Defectus verbi Dei.
Perſequentes Chriſtianos.
Infidelitas Apoſtolorum in paſſione.
Decipientes hæretici ſimplices.
Infideles.
Peruertentes ſenſum ſcripturæ.

Opprimens fames terram, deſignat magnum defectum verbi Dei. Opprimebat autem Ægyptios & non filios Iſraël. *Gen.47.c.*

Opprimentes filios Iſraël,*a* ſunt perſequentes Chriſtianos,& bonos ac ſpirituales ſenſus. Opprimebantur autem magis,quando volebant vacare Deo. Sed creſcebant filij Iſraël,per oppreſſionem,deſignantes eos,qui per tentationem proficiunt. *Exod.1.b.3.b.* Opprimebat verò illos operibus Pharao, deſignans diabolum opprimentem mentes,ne de Deo cogitare poſſint. *Exod.5.b.* Opprimuntur autem impetu aquarum inundantium ij,quos vis tribulationis maximè grauat. *Iob.22.b.*

Oppreſſit domus Iob cadens filios eius, quum *b* Apoſtoli, tempore paſſionis inciderunt in infidelitatem. *Iob.1.b.*

Opprimentes Iob amici eius,deſignant *c* tales eſſe,aduerſarios Eccleſiæ,qui à perpetrandis malis, nec timore Domini,nec hominum pudore refrenantur. *Iob.19.a.*

Opprimunt pauperem in iudicio *d* hæretici,quum ſimplices falſis rationibus in errorem pertrahunt. *Iſa.10.a.* Qui etiam dicuntur opprimere manſuetos terræ, quia ſimplices incautos decipiunt. *Iob.24.a.* Opprimunt quoque aduerſarij pedes Iob ſemitis ſuis quaſi fluctibus, quum *e* extrema membra Eccleſiæ hæretici quaſi quadam tempeſtate perſequutionibus & promiſſionibus, minis, & cruciatibus à recto itinere in errorem perducunt. *Iob.30.b.* Dicuntur etiam opprimere amicum ſuum fruſtra. *Ierem.2.d.* Et etiam aduenam. *Ezech.22.g.* Oppreſſi quoque erant Gentiles,qui perfidiæ culpa tenebantur. *Iob.12.d.*

Opprimunt vi dominum vineæ *f* hæretici,hoc eſt,conditorem ſacræ ſcripturæ:cùm eius ſenſum in verbis ſacri eloquij inflectere violenter conantur. *Iob, 24.b.*

Opprimit tempeſtas nocte virum prauum,*g* quando repentino & occulto exitu ab hac vita in iudicij turbinem trahitur. *Iob.27.d.*

Opprobrium Exprobrare, Improbare, Improperium.

Peccata.

OPPROBRIVM, eſt infamia & dedecus,& quaſi obiectum probrum,quod & improperium dicitur.

Opprobrium autem aliquando eſt contemptus. *Gen.30.c.* Abſtulit Deus opprobrium meum. Confuſio. *Pſal.56.* Dedit in opprobrium conculcantes. Miſeria. *1.Reg.17.f.* Auferam opprobrium populi. Peccatum. *Iob.19.a.* Anguitis me opprobriis meis. Pœna. *Ierem.23.g.* Dabo vos in opprobrium ſempiternum. Vindicta. *Hoſe.12.d.* Opprobrium ſuum reſtituet ei Dominus. Exprobrare verò, eſt quandoque commemorando beneficium præſtitum improperare. Quandoque verò eſt culpam obiicere,non tam verbis,quàm re & aliquo facto. Opprobrium *h* autem non inuenitur in bonum iuxta Baſilium.

Opprobrium Ægypti,quod abſtulit Deus à filiis Iſraël, *i* illecebras ſignificat carnalium vitiorum, & idololatriam,& auguria,& generaliter omnia peccata. *Ioſue.5.c.Iſa.25.c.30.a.* Opprobrium Iſraël erat peccatum: quod oſtendebat lex,ſed non auferebat: quod exprobrabat Goliath, id eſt, diabolus, agminibus Iſraël: quod opprobrium abſtulit vetus Dauid,id eſt,Chriſtus, *1.Reg.17.b.*

Erubeſcentia de gula.
Similitudo donorum Spiritus ſancti.

Opprobrium in vniuerſo Iſraël, quod volebat ponere Naas erit *k* erubeſcentia de gula coram Sanctis in iudicio,vel in hac vita eſt erubeſcentia,quam Sancti habent de lapſis in gulam. *1.Reg.11.a.*

Opprobrium peccati.
Paſſio Chriſti.

Opprobrium ſeptem mulierum,quod auferri petebant. *Iſa.4.a.* eſt *l* apparentia & ſimilitudo donorum Spiritus ſancti,quum tamen ſint falſa:vt falſa ſapientia,&c. Deſignat etiam contemptum donorum Spiritus ſancti auferendum per Chriſtum,quia homines non viuebant, ſecundùm quod ipſa dona poſcebant. Significat præterea *m* opprobrium peccati per opprobrium crucis auferendum. *Pſalm.118.*

Opprobrium quod ſuſtinuit Chriſtus,*n* fuit in paſſione,quando illi exprobrabant Iudæi,& quia multa & grauia in eum dicebant,& perpetrabant,dicuntur opprobria ſuper eum cecidiſſe. Exprobrabant autem Deo in Chriſto,tam Iudæi, quàm dæmones & hæretici: Et ideiunium dicitur factum Chriſto in opprobrium, quia bonis eius operibus exprobrabant. *Pſal.88. Rom.15.a. Iob.16.b. Iſa.37.d.*

Illudi à dæmonibus.

Opprobrium fit vicinis,*o* qui illuduntur à dæmonibus,qui etiam dicitur fieri opprobrium abundantibus. *Pſal.88.122. Iſa.47.a.*

Contemptus verbi Dei.

In opprobrium fit verbum Dei malis,*p* quando ab eis contemnitur. *Iere.6.c.20.c.* Et hæretici dicuntur exprobrare Deo,quum eius ſcripturas & præcepta contemnunt. *Iſa.65.b.*

Peccata omnium gentiũ.
Idololatria.

Opprobrium multarum gentium, ſunt *q* peccata omnium gentium. *Pſalm.88.* Et opprobrium adoleſcentiæ, ſunt peccata adoleſcentiæ. *Ier.31.c.* Opprobrium autem viduitatis Eccleſiæ ex gentibus, erat cultus idolorum, quando reliquit Deum ab initio,& derelicta fuit à Deo. *Iſa.54.b.*

Contemptus Eccleſiæ.

Opprobria gentium ſunt etiam, *r* quibus exprobrant populo Dei. *Ezech.34.g.35.c.* Et Hieruſalem eſt in opprobrium filiabus Syriæ & Paleſtinæ, quum peccantibus aliquibus in Eccleſia, ipſa contemnitur ab Ethnicis. *Ezech.16.g.* Et arguentes amici Iob ipſum opprobriis eius, ſunt *ſ* hæretici iudicantes Eccleſiam ob culpas affligi, eámque ſpernentes. *Iob.19.a.* Sic ſunt opprobria Moab. *Sopho.2.b.3.d.* Laudatur autem qui opprobrium non accipit aduerſus proximos ſuos. *Pſalm.14.*

Confuſio in iudicio.

Opprobrium inſipienti dabitur ei,*t* cui diabolus in iudicio exprobrabit peccata. *Pſal.38.* Et opprobrium quod petit Dauid auferri à ſe,*u* eſt quo Deus exprobrabis in iudicio. *Pſal.118.*

Confuſio Iudæorum.

In opprobrium dantur conculcantes Chriſtum,hoc eſt,*x* Iudæi, quia deſpectui habentur, & per libros quos portant,vt noſtri famuli confunduntur. *Pſal.56.*

Contemplatio vitæ contemplatiuæ.

Exprobrans Phenenna ſterilitatem Annæ,deſignat *y* Iudæam de ſua cæcitate gloriantem. *1.Reg.1.a.* Vel eſt vita actiua,quæ ob nimiam actionem,non recognoſcit fructum contemplatiuæ.

Cæcitas Iudæorum.

Exprobrauerunt inimici commutationem Chriſti, *z* tum gentes eius paſſionem exprobrabant. Vel cùm exprobrabant Iudæis,quod Chriſtus,qui eorum eſſe debebat,factus eſt Gentium. *Pſal.88.*

Oppugnare, vide Impugnare.
Optare, vide Appetere.
Optimates, Primates, Proceres.

Apoſtoli & doctores.
Principes Iudæorum.
Prælati.
Diuites.

OPTIMATES dicuntur,qui primum in ciuitate locum tenent:vel quod opulentiores ſunt, & in maiori cenſu,vel quod in primis opem ferre poſſunt oppreſſis. Qui etiam primates dicuntur,& proceres.

Primates octo,ſunt *aa* Apoſtoli & doctores noui Teſtamenti,quod per octuarium ſignificatur. *Mich.5.b.*

Intentiones mentis.

Optimates Iudæorum erant *cc* principes eorum,ſicut & optimates Eccleſiæ, ſunt prælati, qui etiam optimates gregis dicuntur,quæ itidem de diuitibus intelligi poſſunt. *Iere.5.b.25.g. Iob.12.e. Num.3.c*

Statum perfectionis.

Optimates Nabuchodonoſor ipſum quærentes, ſunt *ee* mentis intentiones inueſtigantes quomodo amiſſus vigor poſſit reſtitui. *Dan.4.*

Optimates Samariæ,ſunt *dd* principes hæreticorum. *Amos,5.g.*

Optimus, vide Bonus.
Or.

Inferiores in Eccleſia.
Perfecta operatio ſacerdotis.
Perfecti.
Duo populi.

OR ſiue Hor, id eſt, *ee* mons, aut montanus, ſeu concipiens, aut demonſtrans, ſiue oſtendens: eſt triceſima quarta manſio filiorum Iſraël in deſerto, deſignans ſtatum perfectionis, quò peruenitur è Cades. Ibi moritur Aaron, mons in monte, hoc eſt, perfectus in ſublimitate perfectionis, ſed quæ ſit citra Iordanem, vt mons ille erat citra Iordanem, in finibus Idumææ, propè ciuitatem Petram. Ibi etiam fuerunt pugnæ, & vicit Iſraël: quia perfectis quandiu in hac vita ſunt, non deſunt pugnæ: verùm ipſi victores euadunt. *Numer.20.d.33.e.*

Ora.

ORA dicitur vniuſcuiuſque rei extremitas.

Ora veſtimenti Aaron,dici poſſunt *ff* inferiores in Eccleſia: ad quos etiam peruenit vnguentum capitis. *Pſal.132.* Vel intelligitur ora capitij pontificis textilis,quæ videlicet in capite veſtimenti eſt,qua veſtientis caput ingreditur,& deſignat opera pontificis perfecta initia habere debere. Deſignat etiam fideles perfectos in Eccleſia. Ita namque perfectio eſt. *Exod.28.e.39.d.* Et duæ oræ ſuperhumeralis cum lapidibus onychinis, ſunt *gg* duo populi,quorum peccata Chriſtus portauit. *Exod.28.d.*

a *Gre.16.mo.4. Cyril.de ado. in Spir.*
b *Gre.2.mo.28.*
c *Gre.14.mo.13.*
d *Hie.ſ.Iſ.10.*
e *Gre.11.m.10.& 16.m.22.& 20.m.22.*
f *Gre.16.mo.ral.23.*
g *Gre.18.m.11.*
h *Baſil.ſu.pſ.114.*
i *Or.ſ.Io.h.5. & ſ.Rom.5. Cyr.5.ſ.Ioan.51. Ru.3.ſ.Ioan.*
k *Gre.ſ.1.Re.11.*
l *Ori.ſ.Iſ.h.3. Hie.ſ.Iſa.4.*
m *Amb.ſ.pſ.118.ſer.3.*
n *Hil.ſ.pſ.68. Glo.ord.ſu.pſ.68.*
o *Ar.ſ.pſ.78.*
p *Hie.ſ.Iſ.65. & ſu.Ier.20.*
q *Hil.ſ.pſ.88. Hie.ſ.Ier.31. & ſ.Iſ.54.*
r *Hi.ſ.Ez.16. & ſ.Soph.2.*
ſ *Gre.14.mo.16. Baſi.ſ.pſ.14.*
t *Ori.ſ.pſ.38. hom.2.*
u *Am.ſ.pſ.18. ſ.rm.3.*
x *Au.ſ.pſ.56.*
y *Gre.ſ.1.Re.1.*
z *Au.17.ciu. Dei.12.*
aa *Hie.ſ.Mic.5.*
bb *Hie.ſ.Ier.5.*
cc *Rica.de S. Vict.de ſecur. conſcien.49.*
dd *Hie.ſu.Amos.5.*
ee *Ori.ſ.Nu. hom.27. Hie. de manſio.*
ff *Hier.ſ.pſal.132. Au.2.con. lit. Petilia.140. & ſ.pſa.132.*
gg *Glo.ord.ſ. Exod.28. Rup.4.ſ.Exo.32*

Digitized by Google

Oræ duæ superhumeralis iunctæ, *a* operationem intentioni copulatam significare possunt. *Exod.* 28. *b*, 39. *a*. Ad idem referri possunt oræ rationalis iunctæ superhumerali. *Exod.* 28. *d*.

Oræ sagorum & cortinarum tabernaculi, voluntates prædicatorum designare possunt, quę charitate velut ansulis copulantur. *Exod.* 26. *d*. 76. *b*.

Ora clamydis Saulis, quam præcidit Dauid, designare potest *b* famam prælati, etiam mali, cui derogat subditus. 1. *Reg.* 24. *a*.

Operatio cum recta intentione.
Voluntates prædicatorum.
Fama prælati.

Orare, Oratio, Deprecari, Precari.
Preces, Rogare, Obsecrare.

ORARE, est precando petere. Oratio verò est ipsa precatio, & aliquando eloquutio, à qua dicuntur oratores. Deprecamur autem præcipuè Deum quia ab ipso nobis omnia bona proueniunt. *Iob.* 5. *b*. 9. *b*.

Oratio Christi.

Oratio Abrahæ pro Abimelech, typus *c* fuit orationis Christi pro gentium conuersione. *Genes.* 20. *d*. Deprecans etiam Aaron super cornua altaris, *d* est Christus orans pro nobis in cruce, vbi pro transgressoribus orasse dicitur. Et orauit pro se, & pro nobis, quia peccata nostra portauit in se. Orauit autem pro se & domo sua, hoc est, pro carne sua, & pro Iudæis. *Luc.* 4. *f*. 5. *c*. 6. *a*. 9. *b*. 12. *c*. 15. *c*. 16. *b*. *Isa.* 53. *d*. Oratio quoque Dauid in spelunca, *e* designauit orationem Christi in corpore. *Psalm.* 141. *in titulo*. Precans etiam Elcana, vt impleat Dominus verbum suum, designat Christum aduocatum nostrum, cuius obtentu salus nostra perficitur, exhibente illo patri suam humanitatem pro nobis: 1. *Reg.* 1. *d*. Orauit quoque Christus dimissis turbis *f* tum pro ipsis ne caderent in peccatum, tum pro Discipulis in mari iactatis, ne tentationum impetu vincerentur. *Mar.* 14. *c*. Orauit etiam ante discipulorum electionem, vt nos doceret, qua ratione oporteat nos ad eligendos prælatos accedere. *Luc.* 6. *b*. Orat autem Christus nocte in monte, & per diem miraculis in vrbibus operatur: vt perfectis prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuam vitam amore speculationis funditus deserant, nec contemplationis gaudia penitus operationis nimietate contemnant.

Prædicans Christus in carne.

Deprecans Iob seruum ore proprio. *Iob.* 19. *c*. designat *g* filium Dei, qui in carne monstratus dum mandata vitæ humiliter dixit, quasi superbientem seruum, vt viueret rogauit. Dicitur etiam orasse filios veteri sui, quia eos quos potenter per diuinitatem condidit, incarnatus veniens humiliter rogauit. Rogauit etiam pater filium seniorem, *h* quando per benignitatem suam facit fidem prædicari Iudæis. *Luc.* 15. *g*.

Orãs Ecclesia pro gentium conuersione.

Orans Anna, vt haberet filium, designat Ecclesiam *i* orantem pro gentium conuersione, 1. *Reg.* 1. *b*. Orat autem, vt pariat, quia Ecclesia cognoscit se non sua virtute animas conuertere sed Dei auxilio. Ipse quoque Deus effundit super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ & precum. *Zac.* 12. *c*. Orans autem Iob pro amicis, designat *k* Ecclesiam orantem pro hæreticis: quia hæretici per se oblato sacrificio, iram Domini placare non possunt, nisi ad Catholicam Ecclesiam conuertantur, *Iob.* 42. *b*. Rogantes etiam Apostoli pro Chananæa, sunt interuenientes ad conuersionem gentium. *Mar.* 15. *c*.

Orans Ecclesia pro hæreticis.
Dans Deus spiritum orandi.

Deprecari dicitur Dominus, aut consolari in seruis suis, hoc est, *l* in Christianis, quia dat eis spiritum deprecandi. *Psalm.* 134.

Oratio ante prædicationẽ.

Oratio serui Abrahæ ante ingressum ciuitatis, designat *m* orandum esse prædicatori, antequam prædicationem aggrediatur. *Genes.* 24. *b*.

Oratio prælati.

Oratio Isaac pro fœcunditate Rebeccæ, designat orationem prælati pro subditis: vbi etiam indicatur, prædestinationem orationibus impleri quantum ad effectum. *Gen.* 25. *c*. Oratio etiam Mosis, est intercessio prælati: quo orante vincit populus. *Exod.* 17. *c*. 32. *c*. Idem est *n* de oratione Aaron, & aliorum sacerdotum. *Leuit.* 5. *b*. 9. *b*. 12. *d*. 14. *f*. 16. *b*.

Consulere dominum ante operationem.

Orans Samuel Dominum audita petitione populi, antequam concederet quod petebant, designat prælatum *o* non facilè debere petitionibus, quæ non videntur iustæ, assentiri: nisi prius consulto Domino. 1. *Reg.* 8. *b*.

Oratio pro conuersione Iudæorum.

Orans Moses pro Maria leprosa, designat *p* orationem pro populo Israël, vt conuertantur ad fidem. *Num.* 12. *d*. Orare autem pro remanentibus de domo Eli, *q* est orare pro conuersione Iudæorum in fine mundi. 1. *Reg.* 2. *g*. Vel est absolutio pœnitentibus exhibita.

Absolutio pœnitentis.

Deprecantur Christum sublimes, hoc est, diuites plebis. *Isa.* 45. *c*. Et gentes deprecantur Christum, cùm veniunt ad fidem. *Isa.* 11. *c*. Deprecari quoque vultum Ecclesiæ, est *r* adorare Christum, vel Ecclesiam venerari, vt in ipsa saluentur. *Psalm.* 44. *Iob.* 11. *d*. Vel deprecantur vultùm Ecclesiæ diuites plebis, cum faciunt eleemosynas coram Ecclesia, sed non ad propriam gloriam. Nam eius gloria est ab intus.

Venire ad fidem.
Adorare Christum.
Venerari Ecclesiam.
Dare eleemosynas.

Oratio iusti est in benè placitis peccatorum, *s* quia tandiu orat pro eis, quandiu ipsi peccare non cessant. *Psal.* 140.

Confessio diuinitatis Christi.

Orare in spiritu, *t* est munda conscientia, & fide integra preces ad Deum dirigere. *Ephes.* 6. *c*. Orat autem mane qui orat in luce gratiæ, aut etiam in resurrectione. *Psalm.* 5.

Preces quas facit sacerdos super caprũ emissario. *Leu.* 16. *b*. confessionem diuinitatis in Christo designare possunt, per quam fit peccatorum remissio.

Deprecatur faciem Dei, *u* qui orat, vt videat faciem Dei, *Psal.* 118.

Rogare, quæ ad pacem sunt Hierusalem. *Psalm.* 121. sumitur iuxta Hilarium *x* pro interrogare.

Orare sine intermissione. 1. *Thessal.* 5. *c*. est habere semper opera accepta Deo. Est etiam beatam vitam sine intermissione desiderare.

Orationis domus, est *y* domus Christi, hoc est, Ecclesia. *Isaiæ*, 56. *c*.

Orauit Ezechias Dominum in infirmitate. *Isa.* 38. *a*. non tam *z* petens longam vitam, quàm quia nondum habebat filium, vt ex eius genere nasci posset Christus.

Obsecrationes in sacrificio altaris dicuntur, quæ fiunt ante canonem: Orationes verò, quæ fiunt in consecratione vsque ad pacem. 1. *Tim.* 2. *a*.

Oratio dicitur fieri alicui in peccatum, *aa* quando iniqua petit. *Psalm.* 108.

Ecclesia.

Preces, quas dicitur multiplicare Leuiathan ad Deum. *Iob.* 40. *d*. erant *bb* cum dæmones orabant Christum, ne mitteret eos in abyssum, aut cum membra eius in iudicio dicent: Domine, Domine aperi nobis.

Rogant Deum iudicia iustitiæ, qui iustitiam suam allegant coram Deo, *cc* quasi meritò præmiandi, & immeritò puniendi. *Isa.* 58. *a*.

Non rogat Deum diues, *dd* quia obliuiscitur eius, quasi non indigeat. *Isa.* 57. *b*. *Prou.* 30. *b*. 31. *a*.

Oraculum.

ORACVLVM dici solet Dei, seu Deorum responsum. Sed in sacris literis sumitur pro ea templi parte in qua erat arca fœderis. Et propitiatorium quod erat super aream, oraculum dicebatur.

Oraculum dicitur *ee* humanitas Christi, in qua peculiariter Deus habitat, & per quam dedit responsa, in qua etiam ipse Christus orauit. *Exod.* 15. *b*. 37. *a*. 40. *c*. *Leuit.* 16. *a*. 1. *Reg.* 21. *a*. 3. *Reg.* 6. *c*. 8. *a*. 2. *Par.* 3. *d*. 5. *b*. *Ezech.* 23. *c*. Diuinitas etiam Christi *ff* oraculum dicitur, cuius omnes dimensiones erant æquales.

Humanitas Christi.
Diuinitas.

Oraculum etiam designat Sanctos, in quibus habitat Deus, & per quos dat responsa.

Sancti.

Significat præterea cœlestem patriam, in qua Deus habitat, & aperta dat beatis omnibus responsa.

Cœlestis patria.

Orbare, Orbus.

ORBVS, propriè dicitur oculorum luce priuatus: de quo vide *Cæcus*. Per translationem autem orbi dicuntur, qui aliqua re chara priuati sunt. Vnde est orbare, quod est idem quod priuare. Sic timebat Rebecca vtroque orbari filio. *Gen.* 27. *g*. 45. *c*. *Ruth.* 1. *b*.

Orbis, vide Mundus.

Ordinare, Ordo, Præordinare, Disponere.

ORDINARE, est vnamquamque rem in suo loco disponere: Ordo autem est digestio, & in suo loco rei cuiusque collocatio.

Prædestinatio Diuersi gradus, in Ecclesia.

Ordo cœli, *gg* rationem diuinæ prædestinationis indicat, quæ soli Deo est nota, *Iob*, 38. *d*. Potest etiam diuersos

gradus

a Glo. int. sup. Exod. 28.

b Glo. ord. su. Reg. 24.

c Gl. ord. sup. Gen. 20.
d Isy. s. Leu. 9. 16.
e Gre. s. 1. Re. 1.
f Ori. s. Matt. cap. 14. Amb. s. Luc. 6. Gr. 16. m. 25.

g Gre. 14. mo. 22.

h Hie. ep. bea.
i Gre. s. 1. Re. 1.

k Gregor. 31. mor. 57.

l Glo. ord. sup. ps. 134.
m Glo. int. su. Gen. 24.

n Orig. s. Leu. ho. 5.
o Gre. s. 1. Re. 8.
p Ori. su. Num. hom. 7.
q Gre. s. 1. Re. 2.
r Basi. s. ps. 44. Hier. s. Is. 11. & ad Principiam. Aug. s. ps. 44.
s Glo. ord. su. Psa. 140.
t Amb. s. Eph. 6. Arn. s. psal. 5.
u Hila. s. psal. 118.
x Hil. s. psal. 121. Ori. s. 1. Re. h. 1. Au. s. ps. 121.
y Hie. s. Is. 56.
z Hie. s. Is. 38. Au. epist. 59.
aa Amb. s. ps. 118. fer. 22.
bb Gre. 33. m. 18.
cc Hier. s. Isa. 58.
dd Hier. s. Is. 57.
ee Isy. s. Leu. 16. Ru. 3. s. Re. 11
ff Glo. ord. su. Exod. 25.

gg Greg. 29. mo. 32. Hie. s. Iob. 38.

Digitized by Google

gradus in Ecclesia designare. Hac ordinatione Dei perseuerat dies. *Psalm.* 118. Ad hæc etiam pertinet ordo natiuitatis filiorum Israël. *Exod.* 19. *b.*

Impletio scripturarum. Ordo rei, quem referebant fratres Ioseph patri suo, *a* scripturarum impletionem in Christo factam designat. *Genes.* 45. *g.*

Dans Deus vim docendi. Ordo Melchisedec fuit, *b* quod solus & rex fuerit & sacerdos, & ante circuncisionem functus sacerdotio: vt non gentes ex Iudæis, sed Iudæi à gentibus sacerdotium acceperint, neque vnctus fuit oleo sacerdotali, vt Mosi præcepta constituunt: sed oleo exultationis & fidei puritate: neque carnis & sanguinis victimas immolauerit: sed pane & vino simplici, puróque sacrificio, Christi dedicauerit sacramentum. *Psalm.* 109.

Promittens testamentum nouum. Disposuit Deus testamentum electis suis, *c* quando doctores Ecclesiarum dedit, vt acquisitos per gratiam populos doceant, vel informent. *Psalm.* 88. Vel dicitur, quia promisit testamentum nouum.

Ordinatè docere. Ordinantes autem testamentum Dei, sunt *d* Apostoli & doctores, legem Christi ordinatè docentes. *Psalm.* 49. Vel ordinant testamentum Dei super sacrificia: qui cogitant de promissis eius super illa, quæ operantur.

Cogitantes promissa Dei. Ordinare quoque panes promissionis, est ordinare prædicationem sacræ doctrinæ. *Exod.* 40. *c.* Et ordinare membra hostiæ super struem lignorum, est *e* distinctè docere, quæ docenda sunt. Vel est distinguere cogitationes, *Leuit.* 1. *b.* Vel ea quæ fuerant arma iniquitatis exhibita peccato, arma effecta iustitiæ rationabiliter componere.

Distinctè docere. Ordo castrorum in circuitu tabernaculi, tam Leuitarum, quàm filiorum Israël *f* gradus cœlestium, & etiam Ecclesiæ militantis designare possunt. *Num.* 2. *b.* Et ordinata acies castrorum, est Ecclesia quando fideles sunt in pace. *Cant.* 6. *a.* Et ordines domus Salomonis, sunt ordines ministrorum Ecclesiæ. 3. *Reg.* 10. *a.* In ea pascuntur agni per ordinem. *Isa.* 5. *d. Ierem.* 30. *d.* Et per ordinem sternit Deus lapides Ecclesiæ. *Isa.* 54. *c.* Et ordo in quem ponitur triticum, est vel ordo Iudæorum per legem, vel ordo procerum Ecclesiæ. *Isa.* 28. *g.*

Discernere cogitationes. Ordo charitatis, quem petit sponsa, est, *g* vt cuique detur quod suum est. *Cant.* 2. *a.* Vel ordinat sponsus charitatem in sponsa, quum zelo charitatis addit discretionem. Est autem ordo in affectu, & ordo in effectu. Ordo in affectu est, vt Deus diligatur super omnia, deindè cætera per ordinem. In effectu verò est, vt prius succurratur magis indigenti.

Gradus Ecclesiæ triumphātis & militantis. Ordines duo retiaculorum in columnis, designant charitatem Dei, & proximi. 3. *Reg.* 7. *c.*

Reddere cuique quod suū est. Ordines tres lapidum politorum in atrio templi, tres virtutes Theologicas cum discendi solertia designat, nempe, vt quisque quomodo credere, quid sperare, quid diligere debeat dignoscat. Ordo verò vnus lignorum cedri, est bona operatio sine corruptione simulationis exhibita. 3. *Reg.* 6. *d.*

Virtutes theologicæ. Ordines gemmarum quatuor in rationali, designant *h* quatuor virtutes cum fide Trinitatis. Ordo primus est prudentia, constans memoria, intelligentia, & prudentia. Secundus iustitia, constans distributiua, commutatiua, & epiecheia. Tertius fortitudo, constans animositate, constantia & victoria. Quartus temperantia, constans castitate, abstinentia, & sobrietate. *Exod.* 28. *c.* 39. *b.* Designat etiam quatuor ordines gemmarum, quatuor anni tempora, ternis mensibus constantia. Vel designant quatuor elementorum naturas, *i* cum in singulis elementis ternæ reperiantur proprietates.

Operatio syncera. Ordo, qui non dicitur esse in inferno, *k* est tranquillitas mentis, quæ non est in mente damnatorum, vbi est confusio, quia ipsa supplicia, quæ ordinata per Dei iustitiam vestiunt, ordinata in corde morientium non sunt. *Iob.* 10. *d.*

Virtutes cardinales. Disponit ascensiones in corde suo, *l* qui proficit de virtute in virtutem. *Psalm.* 83.

Anni tempora. Disponit sermones suos in iudicio, *m* qui opera facit, quæ securura ipsum reddant in iudicio. *Psal.* 111.

Elementa. Ordinatur erga peccatorem obsidio *n* cum per sanctæ admonitionis verba singulis quibusque virtutibus, quæ vel quibus modis vitia insidientur ostenditur. *Ezech.* 4. *a.*

Tranquillitas mentis. Ordines tres dentium bestiæ, quam vidit Daniel, *o* tria regna designabant sub Persis, nempe Babylonicum, Medicum, & Persicum. *Dan.* 7. *b.* Vel *p* designant obloquutionem contra aperta mala, derogationem contra indifferentia bona, detractionem contra aperta bona, quæ sunt partes inuidentiæ.

Proficere.

Ordiri.

Rectè operari. ORDIRI dicuntur textores telam, cum subtegmen præparant texendæ telæ, vnde quod ordimur, nondum perfectum est, sed Inchoatum, & velut præparatum ad vlteriora.

Detegere insidias vitiorum. Orditus dicitur esse Dominus telam super omnes nationes, *q* quando in Adam omnes homines morte damnauit. *Isa.* 25. *c.* Potest etiam intelligi de diabolo, qui introduxit peccatum & mortem in omnes.

Partes inuidentiæ. Ordiuntur telam sine Spiritu Dei, qui *r* aliquid aggrediuntur contra legem Dei. *Isa.* 30. *a.*

Ordiri dicitur, *s* qui adhuc est in præparatione ad operandum, & nondum texit opera. *Isa.* 38. *c.* Dum adhuc ordirer succidit me.

Oreb.

Condemnatio generis humani. OREB, id est, *t* coruus, vel suauis, aut fideiussor, vel commiscens, seu vespertinus. Princeps Madianitarum occisus à tribu Ephraim. *Iudi.* 7. *a.* 8. *a. Psalm.* 82. *Isa.* 10. *f.* Vel interpretatur foramen, designans foramen per quod ingreditur coluber in animam.

Conatus contra legem Dei. Horeb autem, id est, *u* desertum, vel solitudo, siue destructio, aut siccitas, vel gladius, est mons in regione Madian, qui & Sinai, vbi data est lex Mosi. *Exod.* 3. *a.* 33. *b. Deut.* 9. *b.* Potest autem designare Christum, qui sublimis est legislator. Et præterea altitudinem contemplationis.

Christus. Vt autem Horeb interpretatur siccitas, designat *x* exsiccationem carnalis vanitatis: Vnde ad hunc montem confugit Elias, fugiens vanitatem regiæ curiæ. 3. *Reg.* 19. *b.*

Altitudo contemplationis.

Organum.

ORGANVM, idem est, quod Latinè instrumētum. Per excellentiam tamen organa dicuntur musicorum instrumenta, & ea peculiariter, quæ fistulis constans, & flatu follium pulsantur.

Siccatio carnalis vanitatis. Organum diuersas habens voces concordantes, *y* diuersos gradus Sanctorum cum vnitate charitatis in gloria cœlesti designant, *Psalm.* 150. Differt enim stella in claritate.

Diuersi gradus gloriæ. Organum Iob, designat *z* prædicatores Ecclesiæ, ipsam sua doctrina lætificantes, vt organorum fistulæ. *Iob.* 30. *a.*

Dona spiritus sancti. Organa diuersa, varia dona Spiritus sancti in Ecclesia significare possunt. 2. *Reg.* 6. *c.*

Laudes Dei. Organa suspensa super flumina Babylonis, *aa* designant cantica laudis Dei, quæ cessant & suspenduntur in confusione peccatorum huius mundi. Vel doctrinā sacræ scripturæ: quæ cum inutiliter & frustra prædicetur iis, qui voluptatibus huius seculi pascuntur, rectè organa suspendi dicuntur. *Psalm.* 136.

Doctrina sacra. Organum quandóque significat corpus *bb* nostrum: cuius chordæ sunt nerui, per quos numerosè, & concinnè intenditur, & spiritu pulsatum voces edit humanas. Et ipsa lingua organum est, aut plectrum, quo organum pulsatur. *Psalm.* 136. 2. *Reg.* 6. *c.* 1. *Paral.* 15. *b.* 23. *a.* 2. *Paral.* 5. *d.* 7. *a.* 29. *f.* 30. *d.* 34. *c.*

Corpus humanum. Organa aliquando significant *cc* voluptates, quæ auribus percipiuntur. *Genes.* 4. *c. Iob.* 21. *b.*

Voluptates aurium.

Orion.

Martyres. ORION dictus quasi Vrion: erat filius Enopionis: qui putatus est natus esse ex vrina trium Deorum, Iouis, Neptuni, & Mercurij: qui in signum cœleste translatus est ante tauri vestigia. Hic si fulget, serenitatem, si obscurus est, tempestatem denotat.

Oriones hyemis initio oriri dicuntur, & suo ortu tempestates excitare, & maria terrásque perturbare designant *dd* Martyres: qui dum Sanctam Ecclesiam ad statum prædicationis erigunt pondus persequentium, molestiásque passuri, ad cœli faciem, quasi in hyeme venerunt. His etenim natis, mare terráque turbata est, quia dum Gentilitas mores suos destrui, apparente eorum fortitudine, doluit, in eorum necem non solùm iracundos ac turpidos, sed etiam placidos erexit, *Iob.* 9. *d.*

Moses. Orion pro *ee* stellis generaliter poni videtur. *Amos.* 5. *b.* Facientem acturum & Orionem, & conuertentem in manè tenebras, & diem in noctem mutantem. Vel designat Mosen, in cuius ortu motæ sunt tempestates in Ægypto.

a *Glo. ord. su. Gen.* 45.
b *Hie. ad Euangrium.*
c *Hie. & Aug. s. ps.* 88.
d *Ar. & Hie. s. ps.* 49. *Aug. s. ps.* 49.
e *Glo. ord. sup. Leu.* 2. *Ru.* 1. *s. Leu.* 5.
f *Ori. s. Num. hom.* 4. *& su. Cant. hom.* 2. *Gre. s. Can.* 6. *Hier. s. Isa.* 5. 18. 54.
g *Ori. s. Can. hom.* 3. *Bern. s. Cant. ser.* 49 50.
h *Glo. ord. su. Exod.* 28. *Phil. de vita. Mosis.* 3.
i *Georg. Ven. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 5.
k *Gr.* 9. *m.* 48
l *Hier. su. ps.* 83.
m *Aug. s. Ps.* 111.
n *Gre. s. Eze. ho.* 12.
o *Hie. s. Dan.* 3.
p *Rich. de S. Vict. de mu tab.* 9.
q *Glo. in te. su. Isai.* 25.
r *Hie. sup. Isa.* 30.
s *Ricar. de S. Vict. de exter. mali.* 29.
t *Hie. s. ps.* 82.
u *Lyr. s. Exod.* 3.
x *Arno. de fug. se.* 6.
y *Augu. s. ps.* 150.
z *Greg.* 20. *m.* 31.
aa *Arno. & Au. s. ps.* 136.
bb *Cle. Alex.* 2. *pada.* 4.
cc *Lyr. s. Gen.* 4.
dd *Gre.* 9. *mo.* 7. *Euch. for. spir.* 3.
ee *Hie. s. Am.* 5. *Rup. s. Amos.*

Digitized by Google

Oriri, Oriens, Orientalis.

ORIRI idem est, quod nasci. Oriens autem aliquando est surgens, vt Sol Oriens. Sumitur autem Oriens pro ea mundi parte, in qua Sol oritur, sicut & Ortus. Orientalis autem est ad Orientem pertinens.

Oriens aliquando dicitur *a* Deus pater, vnde Christus natus est, aut simpliciter ipse Deus, & proficisci ab Oriente, est discedere à Deo. *Genes.* 11. *a. Psalm.* 67. Ad orientem autem ire, est mentem in consideratione diuinæ maiestatis attollere: Sed dicitur Deus non apparere, quia qualis in natura sua est, à cogitatione mortali videri non prævalet. *Iob.* 23. *b. Leuit.* 16. *b.*

Oriens dicitur Christus, *b* de quo dicitur. Ecce vir oriens nomen eius, *Zach.* 3. *c.* 6. *c.* Et filij Orientis, seu nationes Orientales, sunt baptizati Christum induentes. *Genes.* 12. *b. Iudi.* 6. *a. Psalm.* 67. *Ezech.* 44. *a. Ion.* 4. *b.* Et oritur Sol iustitiæ timentibus Deum, quando Christus venit ad mentē cum gratiæ donis. *Malac.* 4. *a. Genes.* 32. *g. Eccles.* 1. *a.* Et orta lux, est Christus prædicans. *Isa.* 9. *a. Matth.* 2. *a.* 4. *b. Luc.* 1. *g.* Et oriri stellam ex Iacob, est Christum manifestari mundo, & gentibus, *Num.* 24. *c. Iob.* 30. *b.* 38. *b.*

Orta est veritas de terra. *Psal.* 84. quādo *c* Christus natus est ex Virgine Maria: Quod etiam dici potest quando peccator confitetur peccata sua. Oriri etiam dicuntur noua. *Isa.* 43. *c.* quum filius Dei *d* incarnatus est, & facta est renouatio generis humani in nouo testamento. Et ortus Solis, *e* natiuitatem & resurrectionem Christi indicat. *Psalm.* 103. *Ione. c.* Ortus autem dicitur Christus ex Seir. *Deut.* 33. *a.* tum *f* quia natus est ex peccatoribus, tum quia ab Ecclesia ex gentibus manifestabitur Iudæis.

Ortus Solis aliquando est, *g* manifestatio veritatis, & etiam eorum manè, *Genes.* 32. *g.* 44. *a. Psalm.* 103. *Isa.* 41. *g. Nahum.* 3. *d. Matth.* 5. *g.* Oritur autem Sol & occidit, & ad locum suum reuertitur. *Eccles.* 1. *a.* quia veritatis intelligentia, modò datur, modò subtrahitur, & post subtractionem iterum eadem gratia, quæ prius recuperatur. Oriens etiam seu ortus Solis est cognitio veritatis, & etiam cognitio peccati. *Exod.* 22. *a.*

Oriens præterea, significat *h* lucem fidei. *Genes.* 28. *c. Exod.* 27. *c.* 38. *b.* Eadem ratione significabit regenerationem baptismi, in quo habetur initium fidei. *Genes.* 12. *b.* 13. *c.* Et orientales filij sunt, qui de vero lumine sunt profecti, & qui in fide Deo nascuntur. *Iob.* 1. *a. Ezech.* 35. *a.*

Oriens etiam *i* statum gratiæ significare est. *Amos.* 8. *d. Zach.* 6. *c.* 14. *a.* Et orientalis porta in Ecclesia, est lux gratiæ, quæ est in Christo, qui est oriens. *Ezech.* 11. *a.* 14. *c.* 47. *a. Ierem.* 31. *g.* Oriens quoque dicitur ipsa susceptio lucis gratiæ. Occidens verò desertio peccati, cum enim oritur gratia. Occidunt peccata. Ideò dicitur. *Psalm.* 102. Quantum distat Ortus ab Occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.

Oriens *k* rectam rationē significare potest, quam etiam designat orientalis plaga. Et proficiscuntur ab oriente peccantes, quia à recta ratione digrediuntur. *Genes.* 11. *a.* 25. *a. Leuit.* 16. *c.* Et inter virtutes oriens dicitur prudentia, in qua est lux rectæ rationis.

Ortus Solis quandóque significare potest *m* reuersionem ad sensus: vt quum ortus est sol Iacob post luctam cum angelo: quia reuersus est à contemplatione ad sensus. *Genes.* 32. *g.*

Orientalis terra dici potest primus status hominis. Vel etiam ipsa natiuitas. Item qui vitiorum tenebras relinquentes, in operibus lucis versari curant. *Genes.* 29. *a. Leuit.* 1. *d.*

Oriens aliquando *n* initium scripturæ sactæ significare potest, quæ dicitur fulgur parens in oriente. *Matth.* 24. *c.*

Ortus Ecclesiæ, est *o* eius initium post ascensionem Christi, vel in iudicio quando præparabitur ad fœlicitatem. *Isa.* 60. *a.* Et ortus surgentis auroræ est *p* illa noua natiuitas resurrectionis, qua sancta Ecclesia etiam carne suscitata, oritur ad contemplandum lumen æternitatis. *Iob.* 3. *b.*

Orientales dici possunt Angeli, qui orienti luci semper inhærent. *Iob.* 1. *a.*

Ab ortu solis vsque ad occasum, *q* omnem locum significare solet, *Psalm.* 112. *Malac.* 1. *c.* Et ab Oriente vsque ad Occidentem paret fulgur, quum splendor Ecclesiæ per totum orbem diffunditur. *Matth.* 24. *c.*

Oriens vt est extrema pars orbis, *r* gentilitatem significat, in qua quasi mortuus iacebat Christus, antequam illi crederent. *Isa.* 41. *a.* 43. *a.* 45. *a.* 46. *d.* 59. *d.* Potest etiam Oriens, seu terra Orientis, dici Iudæa, vnde ortus est Sol iustitiæ, & in qua prius fuit lux fidei. *Ezech.* 40. *c. Zach.* 8. *b.*

Oriens aliquando *s* sublimitatem rerum significare potest, qualis erat Orientalis plaga altaris, in qua cineres effundebantur. *Leuit.* 1. *d.*

Orientis montes *t* altitudinem superbiæ significant, & ipsum Orientem vitiorum diabolum transfigurantem se in angelum lucis. *Num.* 23. *a.* Ab hoc oriente veniunt, qui ædificant turrim confusionis. *Gen.* 11. *a.*

Oriens aliquando significat *u* lucem falsam terrenæ prosperitatis, vt ad Orientem Bethauen. 1. *Reg.* 13. *b.* De qua luce dicitur. *Iob.* 38. *b.* Auferetur ab impiis lux sua.

Oritur diebus Christi iustitia & abundantia pacis, hoc est, *x* in mentibus gratia eius illustratis, plenitudo virtutum. *Psal.* 71. 118. *Malac.* 4. *a.* Oritur autem iustitia nascente Christo, quia ipse redditurus est vnicuique secundum opera eius. *Isa.* 45. *b.* Tunc quoque gloria Domini dicitur orta esse super Hierusalem. *Isa.* 60. *a.*

Oritur viror calami & iunci in cubilibus, in quibus habitabant dracones, *y* quum in cordibus Gentilium oriuntur virtutes, & iucunda trāquillitas. *Isa.* 35. *c.* Et oritur sanitas animæ oriente luce matutina, hoc est, cum Christus in animam aduenit & oritur in tenebris lux, quum quis à peccatis liberatur. *Isa.* 58. *c.*

Oriri dicitur iustus vt lucifer, *z* quum se consumptum putauerit. *Iob.* 11. *d.* quia mox vt tenebrescere tentationum caligine cœperit, ad lucem gratiæ reformatur, & seipso monstrat diem iustitiæ, qui casurus paulò antè timuit noctem culpæ.

Oriebatur prius panis de terra, quæ postmodum igne subuersa est. *Iob.* 28. *a.* Nempe *aa* quando legis doctrina proferebatur de Iudæa antequam periret. Idem dici potest, quia Christus ortus est à Iudæis postmodum subuersis.

Oritur pro frumento tribulus, & pro hordeo spina. *Iob.* 31. *d.* quando *bb* in vltima retributione, vbi remuneratio laboris quæritur, punctio doloris inuenitur. Oritur etiam prælato pro frumento tribulus, dum iniusta contra subditos exercens, nullo bonos blandimento refouet, & bene operantes ex inuidia affligit, etiam si quædam bona aliquando faciat, ac si frumentum ferat: Sed subiecti pro eo quod in maximis grauantur gaudere in eius bonis minimis nequeunt: vnde fit, vt ad ipsa etiam pauca bona, quæ fieri inter multa mala considerāt, non laudes, sed gemitus reddant, atque infirmātes murmurent, dum perpendunt puri operis non esse, quod vident. Pro hordeo quoque oritur spina, quia quum neglexit exhibere quod foueret, iustè in querelam prosiliens lingua subditorum ipsum pungit.

Oriri spinas in domibus Hierusalem, *cc* est nasci errores in mentibus Iudæorum. *Isa.* 34. *c.* Oritur etiam paliurus in munitionibus eius, aut Babylonis, quum surgunt maiores ad defendenda vitia minorum.

Oriebatur manè lucifer. *Isaiæ.* 14. *c.* quia *dd* diabolus initio creationis suæ donis naturalibus & gratuitis splendebat.

Oriri in terra, *ee* est terrenis cupiditatibus se subdere, vel animam peccare. *Gene.* 2. *a. Exod.* 10. *b.*

Ad Orientem maris se putant hæretici habere sepulchrum, *ff* cum sint in Occidente. Vel certè ipsi dicunt se esse in Oriente, vt decipiant prætereuntes. *Ezech.* 36. *c.*

Orientale mare dici solet *gg* mare mortuum, vbi erant ciuitates Sodomorum, quia est ad Orientem Iudææ. *Ioel.* 2. *e.*

Ortus scirpi, *hh* initium operum hypocritæ significat, & germen egreditur in eius ortu, quia in operis initio mercedem adulationis accipit. *Iob.* 8. *c.*

Ortus clamor in Ægypto. *Exod.* 12. *d.* vide *Clamare.*

Oryx.

ORYX, *ii* Hebraicè dicitur Tho, est quadrupes, vnum cornu habens bisulcū. Eius præter cæteros miram aiunt esse naturam. Pilos enim ei in caput obuerti, non descendere in caudam, vt cæteris animantibus, ab aliquibus dicitur esse bos syluestris. Est animal mundum. *Deut.* 14. *a.*

Oryx illaqueatus designat eos, *kk* qui malū euadere non possunt. *Isa.* 51. *g.* Vbi Septuaginta transtulerunt, Bera.

Ornan

Deus pater. Christus. Natiuitas Christi. Confessio peccatorum. Incarnatio. Renouatio generis humani. Resurrectio Christi. Manifestatio veritatis. Cognitio veritatis & peccati. Fides Baptismus. Renati in fide. Lux gratia. Recta ratio. Prudentia. Reuersio ad sensus. Primus status hominis. Bene operantes. Initium scripturæ. Initium ecclesiæ post ascensionem. Tempus resurrectionis. Angeli. Omnis locus. Gentilitas. Iudæa. Sublimitas rerum. Altitudo superbia. Diabolus. Terrena prosperitas. Abundantia virtutum nascēte Christo. Oriri virtutes in cordibus Gentilium. Resistens iustus tentationibus. Doctrina legis ex Iudæa. Christus ex Iudæis. Dolor pro malè expectato præmio. Murmuratio iusta subditorum in prælatos. Errores in Iudæis. Maiores defendentes vitia minorum. Dona Lucifer. Peccare. Mare mortuum.

Non valentes euadere malum.

a Orig. s. Leu. ho. 9. & s. Iob. lib. 1. & s. Isa. ho. 5. Gr. 16. m. 15. Isy. s. Leu. 16. Orig. s. Nu. h. 18. & s. Iudi. hom. 1. 8.

b Amb. 2. de Abr. 3. & de inst. virgi 8. Hil. s. Matth. Can. 1. Hier. s. Eccles. iast. 1. Clim. gra. 25. Gr. 20. m. 22.

c Au. s. ps. 84.

d Lyr. s. Is. 45.

e Arno. su. ps. 103. Gre. 27. m. 19.

f Aug. qu. in Deut. 56. & su. psal. 103.

g Arno. su. ps. 103. Ric. de S. Vict. de statu inte. homi. 27. & 3. de arca. mysti. 6. Orig. su. Matth. homi. 31.

h Gr. 1. m. 19. Hie. s. Eze. 25

i Hie. s. Amo. 8. & s. Ezech. 11.

k Aug. s. psal. 102.

l Phi. de plan. Noe.

m Philo. de somnijs.

n Ori. s. Mat. hom. 30.

o Hie. s. Is. 60.

p Gr. 4. m. 15. 16. 6.

q Glo. ord. su. Mala. 1. Au. 1. q. in euang. 38.

r Gre. s. Ezec. ho. 18.

s Isy. s. Leu. 1.

t Ori. s. Num. ho. 15. Phi. de confu. lin.

u Gre. s. 1. Re. 13.

x Orig. s. Iud. ho. 1.

y Hie. s. Is. 35. 58.

z Gre. 10. mo. 20.

aa Gre. 18. m. 19. Hie. s. Iob. 28.

bb Gre. 22. m. 24.

cc Gr. 33. m. 5.

dd Hier. s. Isa. 14.

ee Bed. s. Gen. 2.

ff Glo. ord. su. Eze. 39.

gg Hie. s. Ioe. 2.

hh Gre. 8. m. 33.

ii Plin. 8. nat. hi. 53.

kk Hier. s. Is. 51.

Digitized by Google

Ornan.

Gentilis populus. ORNAN, id est, exultans, siue area eorum, aut lux, filij, vel lux siue maledictio permanens vel æterna, vel illuminatus: fuit vir Iebusæus, in cuius area templum Hierusalem est ædificatum. 2. *Par.* 21. *c.* Typus est Gentilis populi fidem *a* Ecclesiæ suscipientis.

Ornare, Ornamentum, Colere, Cultus, Ornatum.

ORNARE, est pulchrum facere. Ornamentum autem est ornatus, seu apparatus, & cultus ad decorem faciens.

Virtutes prædicatorum. Fideles. Scientia & virtutes. Ornauit Spiritus Domini cœlos. *Iob.* 26. *d.* quando implenit *b* virtutibus Apostolos & prædicatores: vnde qui prius erant timiditate fœdi, adueniente Spiritu sancto, facti sunt fortes.

Ornamentum Ecclesiæ dicuntur *c* fideles diuersis gratiæ donis fulgentes. *Isa.* 49. *a.* 60. *c.*

Ornamentum pectoris, *d* scientiam & virtutes designat. *Ierem.* 2. *f.* Ornamentum itidem calceamentorum, est decor virtutum. *Isa.* 3. *d.* Et ornata Hierusalem auro & argento, est anima diuinis sensibus, sacrisque sermonibus & virtutibus decorata. Vel quæ sensum diuinũ habet, & eloquium ad proferendũ, quod mente concepit. *Exec.* 16. *b.* Et dicitur ornari mundo muliebri. *Ezech.* 23. *f.* Et ornata muneribus sponsa, est anima virtutibus decorata, & quæ meditatur sensus & intelligentiam spiritualem. *Ierem.* 4. *g. Hos.* 2. *c.*

Eminentia virtutũ pontificis. Gratia Dei. Ornatus debet esse pontifex ornamento peculiari *e* virtutum, quæ in ephod, aut superhumerali, & aliis vestibus designantur: quibus debet plebi supereminere. *Exod.* 25. *a.* 35. *a.* 39. *a.* Sic Apostolus: Episcopum debere esse ornatum. 1. *Tim.* 3. *a.*

Ornamenta Rebeccæ, quæ non de domo patris sui, sed de domo Abrahæ accepit, designant vt placeamus Christo sponso, exuendum esse veterem hominem, & induendum nouum per gratiam Dei. *Genes.* 24. *f.*

Compositio autem & ornatus fœminarum in bonum & in malum sumi potest, secundum exigentiam circunstantiarum. *Ester.* 2. *c. Iudith.* 10. *b. Psalm.* 143. *Ierem.* 4. *g.*

Interpretatio scripturæ. Ornat scientiam lingua sapientum, *f* quum doctores Catholici latius exponunt, quæ scriptura canonica aut obscura posuit, aut historica tantum narratione scripta reliquit. *Prouerb.* 15. *a.*

Disponi ad verbum Dei, & ad iudicium. Ornare lampades, est *g* disponere sensus omnes ad recipiendum verbum Dei, per bonum vsum sensuum, vel præparare se ad reddendam rationem iudici venturo, & secum opera numerare, pro quibus æternam accipere beatitudinem expectant. *Matth.* 25. *a.*

Iudæa. Mortificatio carnis. Ornata domus erat *h* Iudæa decorata præconiis Prophetarum. *Matth.* 12. *d. Luc.* 10. *c.*

Ornari dicitur tympanis, *i* qui carnem habet mortificatam. *Ierem.* 31. *a.*

Abusi donis Dei & sacra scriptura ad defensionem errorum. Ornat se vnguento regio, qui donis à Deo datis abutitur ad idolorum cultum, & ad errorum defensionem. *Isa.* 57. *b.* Ornamentum quoque monilium suorum ex auro & argento ponunt in superbiam, *k* qui sacra scriptura superbè vtuntur ad defendendos errores. *Ezech.* 7. *f.*

Blanditiæ voluptatis. Eloquentia hæreticorum. Ornatus meretricius, *l* designat blanditias & voluptates, & etiam eloquentiam immundam hæreticorum. *Prou.* 7. *b.* Et circum ornatæ filiæ hæreticorum, vt similitudo templi, *m* sunt verba composita eorum speciem veritatis habentia, sed veritate vacua. *Psalm.* 143.

Error in corde impuro. Gloria mundana. Ornat vas fictile argento sordido, *n* qui scientiam corruptam addit cordi pessimo, *Prou.* 26. *d.*

Concupiscentia oculorum. Mœror pœnitentiæ. Ornatus Tyri, gloriam mundanam & pompam seculi, & omnia quæ ad concupiscentiam oculorum spectant, designare potest. *Ezech.* 27. *b.* Hic est ornatus deponendus agentibus pœnitentiam. *Ezech.* 33. *b.*

Oronaim.

Apostata. Infideles. ORONAIM, id est, *o* foramen mœroris, est locus in prouincia Moab: Potest designare mœrorem pœnitentiæ. *Isa.* 15. *b.*

Orpha.

ORPHA, id est, ceruix, vel ceruicosa, siue suscitatio oris, vel denutatio oris, nutus Noemi. *Ruth.* 1. *a.* Hæc non est secuta socrum suam sicut Ruth, vnde potest significare apostatas, vel non credentes ex Gentibus.

Orphanus, vide Pupillus.
Orygometra, vide Coturnix.
Os, Oris.

Vis generatiua, & spiratiua Dei. Virtus illuminatiua. Inspirationes diuinæ. Christus. Os Christi. Humanitas Christi. Inspiratio Christi. Sermo Dei. Præcepta Dei. Propheta. Lex Dei. Doctrina. Præsentia. Incarnatio. Voluntas. Mens. Cogitatio. Rostrum. Interpres. OS, propriè est concauum illud, intra quod lingua & dentes concluduntur, cuius ostia sunt labia. Interdum autem os sumitur pro facie. Item pro lingua. *Genes.* 25. *c.* Quod os meum loquatur ad vos. Os, maledictum. *Iob.* 16. *b.* Aperuerunt super me ora sua. Mandatum. *Iob.* 22. *c.* Suscipe ex ore illius legem. Testimonium. *Prouerbior.* 19. *c.* Os impiorum demonstrat iniquitatem. Vaticinium. 2. *Par.* 18. *e.* In ore omnium Prophetarum eius. Victus. *Eccles.* 6. *c.* Omnis labor hominis in ore eius. Et os gladij, est acies. Et os putei, & os sacci, est ipse introitus.

Os metaphoricè, tribuitur Deo, & aliquando *p* vis generatiua & spiratiua, os Dei dicitur. Et os sponsę est *q* virtus Dei, quæ illuminat mentem. Et collocutiones Dei, quæ in arcanos animæ sensus solent clementer infundi: Vel quod in patribus nostris, atque Prophetis idem loquutus est. *Psalm.* 32. 137. *Cant.* 1. *a. Eccles.* 24. *a. Isa.* 45. *d. Thren.* 1. *f.* 3. *d.* Et ex ore Domini prodire dicuntur, quæ certissima sunt. *Deut.* 8. *a. Isa.* 48. *a.* 55. *d.*

Os etiam Dei dicitur *r* ipse Christus: & lex oris Dei est lex Christi. *Deut.* 1. *a. Psalm.* 118. *Prou.* 2. *a. Isa.* 30. *a.* 41. *b.* 62. *a.* Et os Ioseph, & os Christi. *Genes.* 41. *e.* 45. *c.* Et os Iob apertum, est os Christi. *Iob.* 3. *e.* 37. *a.* Et ore proprio deprecans Iob seruum suum, est Christus factus homo, vt sic doceret Iudæos. *Iob.* 19. *c.* Qua ratione dicitur sponsus osculari sponsam osculo oris sui. *Cant.* 1. *a.* Vbi etiam os sponsi est inspiratio Christi.

Os præterea Dei, *s* sermo Dei & eius præcepta, & peculiariter præceptum charitatis. 1. *Reg.* 12. *c. Isa.* 30. *a.* 40. *b.* 58. *d.* 62. *a.* Os quoque Dei dicuntur Prophetæ, per quos Deus voluntatem suam nobis manifestat, & etiam ipsa lex, *Psalm.* 118. *Prouerb.* 2. *a.* Et in ore Moysi dicitur esse Dominus, quando legis aperit mysteria. *Exod.* 4. *c.* Et os apertum dat Deus Prophetis, quum implentur prophetiæ. *Ezech.* 29. *d.* Demum os Dei dici potest eius doctrina. *Deut.* 32. *a.* Hoc os aperuit Christus. *Matth.* 5. *a.*

Ore ad os dicit præsentiam: *t* vt ore ad os loquebatur Deus ad Mosen. *Num.* 12. *b.* Et designauit Christum in assumpta humanitate manifestatum.

De ore suo euomit Deus tepidos, qui omnes fideles dicitur habere in ore. *Apoc.* 3. *c.*

Os interdum dicitur *u* voluntas, aut mens, & cogitatio, vbi est laus Dei, quæ dicitur semper esse in ore. *Psal.* 33. 50. 118. 138. *Iob.* 20. *b.* Et hoc est os cordis. De quo dicitur *Matth.* 15. *b.* Quæ exeunt de ore coinquinant hominem. Et huic est ponenda custodia. *Psalm.* 38. 140. Ipsumque est aperiendum ad suscipienda & reuelanda diuina verba. *Ezech.* 2. *d.* 3. *a.* Os etiam Annæ, rationem mentis designare potest, cuius loqui est deliberare. 1. *Reg.* 2. *a.* Et os repletur gaudio, quum ex mentis affectu laudat Deum. *Psalm.* 125. *Iob.* 8. *d.*

Os in auibus aliquando dicitur rostrum: & in ore columbæ est ramus oliuæ *x* quum in ore religiosi est laus diuinæ misericordiæ, & cùm fit prædicatio splendoris sapientiæ, & quum datur osculum pacis. *Genes.* 8. *b.*

Interpres. Os aliquando est interpres, vt os Mosis est Aaron, hoc est, *y* sacerdotium interpres legis. *Exod.* 4. *c.* Et os Mosis vel alterius dicitur aperire Deus, quum dat benè loquendi gratiam. Et ipse Deus dicitur fecisse os hominis, & existere in ore ad loquendum bonum. *Exod.* 4. *c.*

Spirituales. Os dicitur aliquando *z* spirituales, quibus dulcis est liber diuinæ legis. *Ezech.* 3. *a. Apoc.* 10. *d.*

Confessio fidei Os aliquando significat *aa* confessionem fidei, vt quum os loquitur sapientiam. *Psalm.* 48. Et os lateris est confessio fidei, & est vnius cubiti, propter vnitatem fidei. 3. *Reg.* 7. *c.* Et in ore piscis est drachma, quum quis confitetur fidem Christi. *Matth.* 17. *d.* Os autem habent & non loquuntur, qui nouerunt virtutem confessionis, & quomodo confiteri debeant, nec tamen confitentur. 113. 134.

Prædicator. Prædicatio. Os sacculi, *bb* prædicatorem significare potest, & os sacculi Beniamin, est os Pauli. *Genes.* 42. *e.* 44. *a.* Os autem Annæ: est prædicatio Ecclesiæ, & os eius dilatatur, quãdo abundat doctrina, quæ per orbem diffunditur. 1. *Reg.* 1. *b.* 2. *a. Ierem.* 1. *b.* In ore hominis dicitur esse labor eius, quando prædicator prædicat, *Eccles.* 6. *c.* Os etiam sponsæ

est præ

a *Hie. ep. Paulæ, & Eustochio. Aug. ser.* 198.
b *Gre. s.* 1. *Re.* 16. & 17. *m.* 16.
c *Hie. s. Is.* 49. d *Gl. ord. sup. Iere.* 2. *Hier. s. Is.* 3. & *s. Eze.* 16. & *s. Ier.* 4. *Ori. s. Ex. h.* 6.
e *Am. de dign. sacerdot.*
f *Bed. s. Prou.* 15.
g *Au. ep.* 120. *cap.* 34. *Gre. hom.* 12.
h *Hil. s. Mat. can.* 12.
i *Hier. s. Iere.* 31.
k *Hie. s. Exec.* 7.
l *Ambro. de Cain.* 4. *Bed. s. Pro.* 7.
m *Hier. s. psa.* 143.
n *Bed. s. Prou.* 26.
o *Hie. s. Is.* 15.
p *Ori. s. Cant. hom.* 1.
q *Basi. s. ps.* 32 *Cassia. lib.* 8. *cap.* 4.
r *Ambr. s. ps.* 118. *Au. de esse. di. Gre.* 4. *mor.* 4. & 14. *m.* 22. & *su. Can.* 1. *Euc. for. spi.* 1. *Bed. s. Pro.* 2. *Hier. s. Is.* 54. *Au. de esse. di. Gre. s.* 1. *Reg.* 12. *Eu. for. spir.* 1. *Am. s. ps.* 118. & 2. *de Abr.* 10. *Ru.* 4. *s. Mats.*
s *Tert. aduer. Marc.* 4.
u *Amb. s. psa.* 118. *serm.* 2. *Basil. s. ps.* 33. *Au. de mend. ad consen.* 16. & *s. ps.* 125. *Gre. s.* 1. *Re.* 2. & 3. *m.* 39. & 15. *mo.* 5.
x *Ba. de Abdi. verum. Amb. de Noe.* 19.
y *Ori. s. Exod.* 3. *Bed. s. Exo.* 4.
z *Au. s. ps.* 43. & *s. Apo. h.* 8.
aa *Basi. s. psa.* 48. *Am. s. Luc.* 5. *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabuc.* 38.
bb *Am. de Io.* 11. *Ori. s.* 1. *Reg. ho.* 1. *Gr. s.* 1. *Re.* 12. & *s. Cant.* 2.

Digitized by Google

est prædicatio Ecclesiæ. *Cant.7.c.* Os patere dicitur illius, *a* qui pura conscientia legem Dei docet. *2.Cor.6.c.* In horum ore est lex Domini. *Exod.13.b.*

Os putei clausum *b* literam legis obscuram significare potest. *Genes.29.a.*

Os aliquando dicuntur *c* verba, quæ ore proferuntur. Et in ore dicitur esse verbum, quum est in nostro sermone. *Prou.19.b.* Et oratio dicitur os Ecclesiæ, vnde egreditur ignis. *Apoc.11.b.*

Os aperuerunt Iudæi contra Christum in passione, *d* quorum os plenum erat maledictione. *Psal.9.21.Rom.8.* Et eorum os loquutum est vanitatem. *Psalm.143.* Os peccatoris & dolosi, est os Iudæ traditoris & Iudæorum. *Psalm.108.*

Os loquens ingentia, erit Antichristus, qui erit os diaboli. *Dan.7.c.* Et omnes impij & blasphemi, os diaboli dicuntur. *Apoc.13.a.* Et os equorum. *Apoc.9.d.*

In ore mel, *e* gustum laudis designare potest. *1.Reg.14.d.*

Os amphoræ, *f* manifestationem iniquitatis significare potest. *Zach.5.d.*

Os contectum veste, est os *g* hæreticorum & malorum, quibus prohibenda est prædicatio, ne inficiant auditores. *Leuit.13.f.* Os enim hæreticorum loquitur vanitatem & mendacium. *Psalm.371.43.* Et os hominis dicitur durities hæreticæ prauitatis. *Ezech.39.d.* Os fatuorum, quod ebullit stultitiam, est os hæreticorum. *Prou.15.a.* In ore autem conterit Deus dentes hæreticorum aut malorum, quum propriis verbis hæretici aut mali confunduntur. *Psalm.57.*

Os leonis *h* est potestas malorum. *Psal.21.2.Tim.4.d.* De ore pastorum liberat Deus oues, hoc est, de potestate malorum prælatorum. *Ezech.34.c.* Et os Leuiathan, *i* sunt suggestiones diaboli, & tentationes, & verba blasphemiæ. *Iob.41.a.* Os etiam Leuiathan, sunt *k* prædicatores diaboli & Antichristi.

Os pueri, *l* infernum significare potest. *Psalm.68.* Os autem ipsius inferni, *m* est desiderium multos recipiendi, quod est in dæmonibus. *Isa.5.d.* Os etiam iniquitatis, est infernus. *Iob.5.* Et os angustum, est os inferni, & etium tentatio. *Iob.36.b.* Et os Behomoth, est os inferni. *Isa.40.c.41.a.*

Os terræ dicuntur *n* sensus, per quos sensibilia intrant in animam. *Genes.4.b.*

Os aliquando dicitur hæresis. *Iob.15.a.* Docuit iniquitas os tuum. Ore autem benedicere, est *o* vitia virtutum nomine palliare, aut prætextu boni ad malum inducere. *Psalm.61.* Et prope dicitur Dominus ori imperium, quum hæretici proferunt bona verba de Deo, quibus decipiunt simplices.

Os vulvæ dicitur meretrix, *p* quæ non satiatur. *Prou.30.c.*

Oscitari.

OSCITARI, est os aperire, quasi quodam impetu naturæ.

Oscitans puer septies, *q* est suscipiens dona Spiritus sancti, quibus à morte peccata suscitatur. *1.Reg.4.d.* Vel oscitat septies, quum peccator sensualitatis quinarium charitatis binario subiicit. Vel sunt septem experimenta, sine quibus vera & certa salus rediuiui spiritus minimè constat: quatuor ad sensum compunctionis, tria ad confessionis solùm pertinent: quatuor sunt geminus pudor & gemines timor. Cogita Deum factorem tuum, & benefactorem, & patrem, & dominum: Pudor erit, quod offenderis benefactorem & patrem: timor quòd factorem & dominum. Confessio autem erigit, vt de corde humili, simplici, fidelisque processerit. Porrò Gregorius *r* ita legit, vt non puer, sed Elisæus septies oscitasse, seu aspirasse dicatur: quod etiam refert ad dona Spiritus sancti.

Osculari, Osculum.

OSCVLARI, est osculum alicui offerre, quod fit, cùm os ori alterius applicatur. Est autem osculum signum amoris & beneuolentiæ: potestque benè & malè fieri.

Osculum sponsi quod petebat sponsa, *s* est incarnatio Verbi Dei. Et ipse Christus mediator Dei & hominum, & homo, osculum dici potest. *Cant.1.a.8.a.* Et oscula designant reconciliationem mundi cum Deo. *Genes.27.d.29.c.33.a.48.b.* Et osculum quod dedit pater filio prodigo. *Luc.15.c.* Et osculum Elisæi ad patrem suum, est reconciliatio generis humani cum patre facta per filium. *3.Reg.19.d.* Ille etiam osculatur patrem & matrem, qui quoscunque potest, siue de Iudæis, siue de Gentibus sermone corrigere conatur.

Est etiam osculum sponsi, *t* illustratio mentis, quæ sine extraneo doctore fit in anima, vel in Ecclesia. Et toties dantur animæ à Verbo Dei oscula, quoties aliquis de nouo intelligit mysteria. Est idem osculum sponsi, dulcis amor inspirationis. Et osculatur sponsus, quum dulcedine suæ inspirationis mentem tangit ipse quoque Spiritus sanctus, *u* cuius virtus est vnitiua, osculum dici potest. Et duo quidem labia sponsi, sunt Dei virtus, & Dei sapientia. Labia verò sponsæ, sunt ratio percipiens sapientiam, & voluntas percipiens virtutem.

Osculans Aaron Mosen. *Exod.4.d.* designat *x* sacerdotium excipiens legem: idque in monte, hoc est, in eminentia spiritalis intelligentiæ: cum talibus enim lex pacem habet.

Osculatur se iustitia & pax. *Psalm.84.* cùm *y* Iudæi & Gentiles ad eandem Christi fidem veniunt, vt iustitia referatur ad Iudæos, pax verò ad Gentiles. Vel ideò se osculantur, quia nemo potest habere iustitiam, nisi habeat pacem, neque pacem, nisi habeat iustitiam.

Osculans Samuel Saulem, quando vnxit eum in regem. *1.Regum.10.a.* designauit eos *z* qui sacerdotes ordinantur, debere ponere pacem inter Deum & homines. Dat autem osculum & non recipit, malus bona prædicans.

Non cessans osculare mulier pedes Christi. *Luc.7.f.* designat *aa* nescientem loqui, nisi sapientiam iustitiam, castitatem, eaque diligentem. Osculatur etiam pedes Christi, qui studiosè diligit eos, quibus eleemosynã largitur. Et qui mysterium incarnationis ex toto corde diligit. Osculum pedum est, pœnitentium amplectentium misericordiam & veritatem Dei. Osculum manum, est operantium, & bona opera Deo offerentium. Osculum oris, est contemplantium, & eorum, qui cœlestium amore flagrant.

Oscula Ioseph & Beniamin, designant *bb* coniunctionem meditationis seu prudentiæ cum contemplatione. *Genes.43.d.*

Osculans Moses Ietro cognatum suum. *Exod.18.b.* designauit *cc* vnionem Iudæorum & Gentilium in fide. Et etiam prælatum religionis, benignè amplectentem seculares aduenientes.

Osculatur manum suam ore suo, *dd* qui gloriatur, & laudat quod facit, & testimonio propriæ loquutionis sibi virtutem tribuit operis, quod dicitur iniquitas maxima, & negatio contra Deum. *Iob.31.c.*

Oscula Laban ad filios suos à se recedentes, designant *ee* mundum cupientem amplecti eos, qui à fugiunt. Vel virtutis osorem, qui ne osculari quidem potest attributas meditatori Iacob potentias, sed vt assuetus simulationi, fictisque moribus, tanquam ægrè ferens, cùm re vera non doleat, ait: Non iudicasti me dignum, vt oscularet pueros meos & filias.

Osculans Ioseph patrem suum defunctum. *Genes.50.a.* designauit sepeliendam synagogam cum honore.

Osculans meretrix iuuenem. *Prou.7.b.* hæreticus *ff* blandiens simplicibus, vt eos in errorem pertrahat.

Osculum Iudæ, quo traditus est Christus, *gg* designat Iudæos & hypocritas labiis Deum honorantes, corde verò negantes. *Matth.26.e.Marc.14.c. Luc.22.e.Isa.29.d.* Designat etiam proditionem veritatis. Et oscula fraudulentia odientis, *hh* sunt blandimenta diaboli, & adulationes. *Prou.27.a.*

Os, Ossis.

OS, in animalibus eas partes solidas corporis significat, quæ corpus ipsum, ne defluant, sustentat: neruisque inuicem alligantur, & carne ac cute teguntur: intra quæ medulla continetur. Interdum autem sumitur os pro cognatione, quum dicitur os, & caro. *Iud.9.a.* Os vestrum, & caro vestra sunt.

Os agni, quod non comminuitur, *ii* diuinitatem Christi significare potest: quam non attigerunt persecutores: significat etiam ossa ipsius Christi, quæ non fuerunt fracta à crucifixoribus. *Exod.12.g.*

Ossa etiam agni non comminuta, fuerunt *kk* Apostoli non comminuti, sed fortes in fide. Fuerunt tamen ossa Christi dispersa, quando Apostoli dispersi sunt in passione. Ipsi quoque sunt ossa Ecclesiæ. *Psal.21. Iob.30.c.* Ossa etiam

Litera legis. Verba. Oratio. Os Iuda & Iudæorum. Antichristus. Gustus laudis. Manifestatio iniquitatis. Os hæreticorũ & malorum. Potestas malorum. Suggestiones diaboli. Verba blasphemia. Prædicatores hæreticorum. Infernus. Os inferni. Tentatio. Sensus. Hæresis. Suscipiens dona Spiritus sancti. Subiectio sensuum geminæ charitati. Septem experimenta salutis. Incarnatio verbi Christus. Reconciliatio mundi. Illustratio mentis. Amor inspirationis. Spiritus sanctus. Sacerdotium excipiens legem. Venientes Iudæi & Gentiles ad fidem. Mediatores sacerdotes. Amor virtutum. Implecti mysterium incarnationis. Pœnitentium osculum. Operantium. Contemplantium. Coniunctio meditationis & contemplationis. Vnio Iudæorum & Gentilium. Inanis gloria. Mundus amplectens fugientes. Simulator virtutis. Blandiens hæreticus. Honorantes labijs Deum. Proditio veritatis. Blandimenta diaboli. Adulationes. Diuinitas Christi. Ossa Christi. Apostoli.

a *Ambr.s. 2. Cor. 6.*
b *Phi.de charitate. Cle. Alex. adho. ad gen.*
c *Au.s.Apoc. hom.8.*
d *Ar.s.ps.21. Ori.s.Rom.3. Hil s.ps. 143.*
e *Gre.s.1.Re. 14.*
f *Hier.s.Zac. 5.*
g *Orig.s.Leu. hom.8. Basil.s.ps.37. Ar.s.ps. 143. Hie.s.Ez. 39. Isy.s.Leu.13. Bed.s.Pro.15*
h *Aug. epist. 120.*
i *Gre.33.mo. 28.35.*
k *Hier.s. Iob. 41.*
l *Hil.sup.psa. 68.*
m *Hie.s.Is.5. Gr.26.m.30. & 33.mor.7.*
n *Philo. quod deterior potiori insidietur.*
o *Bas.s.ps.61 Orig.s.Ierem. hom.8. Bed.s.Pro.30.*
p *Ber.s.Cant. ser.16.*
q *Gre.9.mor. 33.*
r *Gre.9. mor. 33.*
s *Ori.s.Cant. hom.1. Ber s. Cant.serm.2. Hie.s.Isa.63. epist. Beatitudinis. Gr.14.m.22. Glo. ord. sup. 3.Reg.19.*
t *Ambros. de Isaac.3. & s. Ps.118.ser.1. Gr.s. Cant.1.*
u *Bern. serm. par.54. & su. Cant.ser.8.*
x *Glo. ord.su. Exod.4.*
y *Hie.s.ps.84. Aug.s.ps. 84.*
z *Gre.s.1.Re. 10.*
aa *Am.s.Luc. 7. Gre.hom. 33. Bern.ser. par. 52. & s.Can. serm.3.*
bb *Rica.de S. Vict.de 12. patr.87.*
cc *Ly.s.Exod. 18.*
dd *Gre.22.m. 10. Bern.s. Cant. serm.4.*
ee *Philo.quis rerum diui. hares.*
ff *Bed.s.Prou. 7.*

gg *Teri.aduc.Marc.4. Cle.Ale.2.ped.8. Orig.sup. Mar.hom.35.*
hh *Bed.s.Pro.27.*
ii *Rup.2.sup.Exo.30.*
kk *Geor.Ven.Cant.2. tom.1.cap.11. Au.epist.120. & s.ps.34.41. Hier.s.ps. 21.104. Gre.s.psa.101. & 20.mor.24.30.*

Digitized by Google

Doctores & fortiores. Ecclesia. Populus Ecclesia. Christus. Fideles. Infideles conuersi. Proximi. Spes æternitatis. Fortitudo. Virtutes. Opera fortia. Vires mentis. Ratio. Intentio.

etiam Ecclesiæ dissipata secus infernum, sunt, qui videntur doctores & fortiores in Ecclesia, qui sæpè decipiuntur ab hæreticis. *Psalm.* 140. 34. 41. 101.

Os ex ossibus Adæ, *a* Ecclesiam significat, quæ est velut os Christi: & facta ex osse vel fortitudine Christi. *Genes.* 2. *d.* Et ossa aliquando designat ipsum populum Ecclesiæ. *Psal.* 50. 138. Os quoque ipsius Ecclesiæ, dicitur Christus, qui dat illi fortitudinem. *Iob.* 19. *c.*

Ossa dispersa in campo, *b* sunt fideles dispersi in mundo: qui congregabuntur ad vnum Christi corpus in die iudicij. Vel sunt infideles ad fidem conuersi. *Ezech.* 36. *a. Psalm.* 6. 33. 34. 140. Proximi etiam sunt ossa, quæ debemus congregare, ne dissipentur secus infernum.

Ossa *c* spem æternitatis quandóque significare possunt: quæ ideò ossibus comparatur, quia facit nos grandia sperare. *Psalm.* 33. 52. *Ezech.* 37. *a.*

Ossa interdum *d* pro fortitudine sumuntur, etiam pro omnibus virtutibus. Et ossa Ioseph, quæ noluit manere in Ægypto, designant virtutes animi, quas noluit in corpore corruptibili remanere. *Genes.* 2. *d.* 50. *d. Exod.* 13. *d. Deus.* 4. *b. Iob.* 10. *c. Prou.* 3. *a.* 12. *a.* 14. *d.* 15. *d. Iere.* 23. *b. Thren.* 4. *b. Mich.* 3. *a.* Et ossa humiliata, sunt virtutes, aut motus animi. *Psalm.* 6. 31. 33. 34. 37. 50. 101. 138. 140. Et ossa contrita sunt virtutes dissipatæ, quæ etiam sunt ossa, quæ sicut herba germinabunt. *Isa.* 38. *c.* 58. *c.* 66. *d.* Ossa etiam dicuntur ipsa opera, vel acta fortia, quæ ex virtutibus producuntur. *Iob.* 4. *c.* 7. *a. Psalm.* 33. 34. *Prou.* 14. *d.*

Vires mentis. Ratio. Intentio.

Ossa in quæ mittit Deus ignem, sunt *e* vires mentis. *Thren.* 1. *a. Iob.* 10. *b.* 31. *c.* 33. *c. Psal.* 31. Item ratio & intelligentia, quæ aruerunt, dum factorum & virtutum pinguedinem non habent. *Psalm.* 101. Conteruntur hæc ossa per legem peccati membris superinductam. *Thren.* 3. *b.*

Ossa interdum *f* intentionem significant, quæ totum corpus, cogitationem & affectionem sustentat. Et in his consistit vita spiritualis. Et quandiu hæc manet firma, nec ossa comminuuntur, non est quis præcisus à corpore Christi, cui licèt per virgarum liuorem fuerit decolorata cutis, & caro clauis, & lancea perforata, tamen os non est comminutum ex eo. *Exod.* 12. *g.* De his *Psalm.* 101. 138. *Iob.* 19. *c.*

Corpora Martyrum. Corpora gloriosa. Fortitudo carnis, Historia legis. Opera fortia sine bona intentione. Hypocritæ. Fortes ex Iudæis. Superbi. Superbia. Durities Iudæorum. Prauaconsuetudines. Obstinatio. Opera fortia hypocrytarum Fortiores in vitijs. Consilia Antichristi vel diaboli. Dignitates. Nuclei. Christus.

Ossa dissipata secus infernum, dici possunt *g* corpora Martyrum à persecutoribus morti tradita, quæ tamen, sicut crassitudo terræ eruperunt per miracula, & erumpent in resurrectione. *Psal.* 140. Et ossa germinantia vt herba, designant *h* corpus glorioſum in resurrectione. *Isa.* 66. *d.*

Ossa quæ moriuntur in iustis, *i* designant fortitudinem carnis, quæ ossa tunc in eis moriuntur, quum anima eligit suspendium. *Isa.* 7. *c.*

Ossa regis Idumeæ significare possunt *k* historias carnalis legis. *Amos.* 2. *a.*

Ossa mortuorum, dicuntur *l* opera, quæ videntur iusta, & non sunt, & ossa arida sunt fortia opera sine intentione bona. Vel sunt, qui fortiores videntur in Ecclesia, qui tamen comburentur in iudicio. *Ezech.* 14. *f. Matth.* 25. *c.*

Ossa montium, sunt *m* fortissimi quique Iudæorum, aut etiam superborum in Ecclesia, & etiam ipsa superbia. Item ossa hæreticorum, quæ efferuntur de domo. *Ezech.* 6. *a. Amos.* 6. *c.* Et ossa Iudæorum contrita, designant duritiem eorum comminutam. *Thren.* 3. *a.* Et ossa malorum, quæ implentur vitiis adolescentiæ, sunt duæ & prauæ consuetudines, à vitio pessimæ inchoationis sumptæ. Et obstinatio, & opera, quæ videntur in hypocritis fortia. *Iob.* 4. *c.* 10. *b.* 21. *d.* Et ossa Behemot, *n* sunt fortiores in vitiis qui alios etiam in eisdem vitiis retinent, vnde & quasi fistulæ æris dicuntur: quia sonum bene loquendi habent, sed sensum bene viuendi non habent. *Iob.* 40. *b.* Vel sunt *o* fraudulenta consilia, quibus se tota Antichristi vel diaboli malitia erigit. Ossa regis Idumææ, sunt fornicantes per spiritum superbiæ. *Amos.* 2. *a.*

Ossa etiam prauorum *p* sunt dignitates & honores: quæ irrigantur medullis, quum abundant diuitiis. *Iob.* 21. *c.*

In ossibus sunt iniquitates, *q* quando sunt graues & nimium adhærentes, etiam vsque ad pœnam inferni latentem. *Ezech.* 32. *f.*

Ossa oliuarum dicuntur *r* nuclei ipsarum: ea succendebant mulieres idolis. *Bar.* 6. *d.*

Oſee.

Suscipiens legem Dei.

Oſee, seu Hoſea, id est, *s* saluator, filius Beeri, id est, putei mei, vnus è duodecim Prophetis, qui in figuram ex præcepto Dei duxit vxorem fornicariam. *Hoſe.* 1. *a.* Typus est Christi, qui duxit vxorem fornicariam, hoc est, adiunxit sibi Ecclesiam ex Gentibus: vel etiam synagogam.

Oſtendere, vide Iudicare.

Oſtentare.

Oſtentare, est sæpe oſtendere: sumitur pro eo quod est eum iactantia, & gloriandi causa oſtendere. *Bar.* 6. *c. Esther.* 14. *c.*

Oſtentum, vide Admirari. Oſtium, vide Ianua.

Othoniel.

Angelus custos. Iudices Ecclesiæ. Christus.

Othoniel, id est, *t* responsio Dei: dux Israël, qui accepit Axam, filiam Caleb, vxorem. *Ioſ.* 10. *c. Iud.* 1. *b.* Typus est suscipientium legem Dei. Et prius quidem dicitur Cenez, id est, contemptus literarum in gentilitate. Sed quum fit frater Caleb, hoc est, legis veteris spiritualiter intellectæ, & filius Iephone, hoc est, conuersionis: datur ei vxor filia Caleb, hoc est, scientia Dei. Et dicitur cepisse ciuitatem literarum: quia cui reuelat Deus mysteria, comprehendit sub legis litera mysticos sensus.

Othoniel aliter interpretatur tempus mihi Deus: & vt fuit iudex Israël, & liberauit populum, figura est *u* Angelorum protectorum, & etiam iudicium Ecclesiæ: super quos si fiat Spiritus Domini, liberant populum à diabolo. *Iud.* 3. *b.*

Christus.

Vel interpretatur tempus Dei, & designat *x* Christum, qui tempore statuto à Deo visitauit plebem suam, cuius Euangelium responsio Dei est. Cepit Dabir, id est, loquacem synagogam Scribarum, & Pharisæorum. Duxit Axam, Ecclesiam ex Gentibus. *Iud.* 1. 3. *b.*

Ouis.

Simplices. Mansueti. Innocentes. Iusti. Subditi. Venientes ad fidem. Diuersi gradus in Ecclesia. Martyres. Discipuli Christi. Opera simplicia.

Ouis, est pecus lanigera, admodum mansueta, lana, & pelle vestiens homines, carne verò pascens. Erat eius magnus vsus in sacrificiis, & etiam agnorum ab ea genitorum.

Ouis passim *y* Christi gerit typum, qui pro nobis oblatus est, & ad omnes iniurias sicut ouis obmutuit. Et vt ouis facilè tradit quæ habet, ita Christus sponte seipsum pro nobis obtulit. *Exod.* 34. *c. Leu.* 3. *b.* 4. *e. Psal.* 79. *Isa.* 53. *c.* Offerebatur autem ouis, & agnus pro purificatione partus, & pace conducenda hominis cum Deo. Sic Christus pacificauit omnia per sanguinem suum: nec vlli vnquam nocet, sed semper est beneficus.

Oues, quia innoxiæ sunt, & rudes, & earum cibus est mundus, suntque lanigeræ, ac maximè vtiles hominibus, significare solent *z* simplices, mansuetos, innocentes, ac iustos, qui alijs prosunt, ideò statuentur à dextris. Subiecti quoque, & omnes qui saluantur propter mansuetudinem, oues dicuntur. *Genes.* 4. *a.* 12. *d.* 26. *c.* 29. *b.* 30. *c.* 31. *c.* 32. *b.* 34. *d.* 37. *c.* 38. *c.* 46. *d.* 47. *a. Exo.* 2. *c.* 3. *a.* 10. *f.* 12. *f.* 13. *b.* 34. *c. Leu.* 1. *a.* 3. *b.* 4. *g.* 7. *c.* 1. *Reg.* 16. *b. Psal.* 8. 64. 73. 76. 94. *Iob.* 1. *a.* 42. *d. Ierem.* 11. *d. Matth.* 10. *a.* 25. *c. Isa.* 11. *b. Ezech.* 34. *a. Eccles.* 2. *b.* Oues etiam sunt venientes ad fidem. Oues autem tollit, *aa* qui innocentiæ suæ causas multiplices ad elationem retulit. 1. *Reg.* 14. *c.* Et oues variæ *bb* sunt animæ literis variisque sigillis ac virtutibus picturatæ. Et oues primi temporis, erat variæ, serotinæ verò albæ. *Genes.* 30. *e.* Oues quoque dicuntur animæ perspicatiores. *Matth.* 15. *c.*

Oues varias diuersos status in Ecclesia significare possunt. *Genes.* 30. *e.*

Oues dicuntur *dd* Martyres. *Psalm.* 43. Dedisti nos tanquam oues escarum. *Rom.* 8. *g.* Multi enim Christiani fuerunt occisi, multi capti, & in seruitutem venditi, &c. Et oues dispersæ, *ee* fuerunt discipuli Christi in passione. *Zach.* 13. *d. Matth.* 26. *a.*

Oues præterea, dici possunt simplicia opera, & oues variæ, & vnicolores, *ff* diuersa opera significant. *Genes.* 30. *e. Exod.* 20. *d. Leuit.* 1. *a.*

Oues

a *Hil. ſ. pſ.* 138 *Amb. Apol. Dauid.* 13. *Ori. ſ. Leu. ho.* 7.
b *Hil. ſ. pſal.* 140. *Baſil. ſ. pſ.* 33. *Hie. ſ. Ez.* 137
c *Hila. ſ. pſal.* 52.
d *Aug.* 2. *de gen. con. Man. & 3. ſ. pſ.* 33. 138. *Hie. ſu. Iſ.* 58. *Gre.* 9. *m.* 38. *&* 23. *m.* 24. 28. *&* 32. *m.* 23. *ſ. pſ.* 101.
c *Gr.* 9. *m.* 38 *&* 21. *m.* 16. *& ſ. pſ.* 101. *Au. ſ. pſ.* 31. *Rup. ſ. Ier.* 60.
f *Ber. ſ. de cute, carne, &c.*
g *Aug. ſ. pſal.* 140.
h *Glo. ord. ſu. Iſ.* 66.
i *Gre.* 8. *m.* 18
k *Hier. ſu. Amos.* 2.
l *Ori. ſ. Matt. hom.* 25. *Hie. ſ. Eze.* 24. *Ricar. de S. Victo. de ſtatu interi. hominis.* 7.
m *Hie. ſ. Eze. & ſ. Amos* 6.
n *Gre.* 15. *m.* 4. 5. *&* 32. *m.* 16. 20. *Hie. ſ. Iob.* 40.
o *Euch. form. ſpiri.* 7. *Rup. ſ. Amos* 2.
p *Gre.* 15. *mo.* 25.
q *Lyr. ſ. Eze.* 32.
r *Lyr. ſ. Bar.* 6.
ſ *Hie. ſ. Ho.* 1. *Au.* 22. *cont. Fauſtum.* 89.
t *Ori. ſ. Io. ho.* 20.
u *Orig. ſ. Iud. hom.* 3.
x *Ru. ſ. Iud.* 2.
y *Baſil. ſ. pſal.* 28. *hom.* 1. *Georg. Venet. Cant.* 2. *to.* 3. *cap.* 19.
z *Ori. ſ. Leu. hom.* 3. 7. *& ſ. Mat. ho.* 34. *& in diuer. hom.* 9. *Cypr. epiſt.* 1. *Arno. ſ. pſa.* 8. 94. *Hil. ſ. pſ.* 64. *Hie. ſ. Iſ.* 11. *Cyr.* 7. *ſ. Ioan.* 1. *& epiſt.* 39.
aa *Gr. ſ.* 1. *Re.* 14. 35. *m.* 17. *Iſy. ſ. Leu.* 1. 3.
bb *Bed. ſ. Gen.* 29. 30. *Geor. Ven. Cant.* 1. 2. 7. *cap.* 30. *Philo. de ſomnijs.*

cc *Ori. ſ. Mat. cap.* 15. dd *Chry. ſ. pſ.* 93. *Lyr. ſ. Pſ.* 43. ee *Hie. ſ. Zac. Chry. ſ. pſ.* 93. ff *Philo. de ſomnijs.*

Digitized by Google

Oues etiam significant imperitos, & ignaros,& animas iuuenum, quæ paratæ sunt ad suscipiendum verbum. *Exod.*38.*c.*

Imperiti. Iuuenes dociles.

Oues quatuor reddendæ pro vna,significare possunt *a* quatuor Euangelia,secundùm quæ est agenda pœnitentia. *Exod.*22.*a.* Possunt etiam significare *b* quatuor anni tempora, & quatuor elementa & quatuor humores humani corporis.

Euangelia. Tempora anni. Elementa. Humores.

Ouis,in quam permutatur primogenitum asini profectum significare potest.*Exod.*34.*c.*Et ouis annicula *c* perfectionem,& intelligentiam,& etiam operum fœcunditatem, & munditiam vitæ. *Leuit.*14.*b.*

Profectus perfectio. Fœcunditas operum. Mundicia vitæ.

Oues quas pascebat Dauid,*d* cogitationes sanctas,sed simplices,significare possunt.1.*Reg.*16.*b.*Has oues pascebat Moses. *Exod.*2.*c.*3.*a.* Illas item Iob possidebat. *Iob.*1.*c.*

Cogitationes sanctæ.

Oues perditæ, significant *e* peccatores, propter quos venit Christus, qui peculiariter venisse dicitur ad oues quæ perierunt domus Israël.Vel designant genus humanum,quod periit in Adam.*Mat.*9.*d.*10.*a.*18.*b.*15.*c.Ps.*118. *Isa.*53.*b.*Oues autem aliæ erant Gentiles.*Ioan.*10.*c.* Oues quoque dicuntur homines comparati Christo.

Peccatores. Genus humanum. Gentiles.

Oues cùm sint matres agnorum,designare possunt *f* eruditiores in sacra scriptura, qui alios instruere possunt, & ipsi obtemperant Christo. *Psalm.*113. *Ioan.*21.*a.*

Eruditiores.

Oues nonaginta nouem, *g* angelos significant, ouis verò vna, quæ perierat, genus humanum. *Matth.*18.*b.* Possunt etiam oues nonaginta nouem iustos designare.Et è diuerso significant superbos,qui reliquuntur in montibus,hoc est,in suo tumore.Oues etiã multæ viri diuitis, *h* angelos possunt significare. 2.*Reg.*12.*c.*Et oues quas reliquit Dauid,vt pugnaret cum Goliath,sunt angeli relicti à Christo. 1.*Reg.*17.*c.* Oues etiam subiectæ Christo, *i* sunt angeli. *Psalm.*8.

Angeli. Genus humanum.

Oues septem millia quas habebat Iob, *k* perfectam innocentiam quorundam Iudæorum significant qui ad gratiæ perceptionem ex legis pascuis venerunt.*Iob.*1.*a.c.*Generaliter autem oues pasuuæ Dei dicebantur *l* Iudæi in lege nutriti. *Psalm.*73.

Gentiles. Eruditiores. Angeli. Genus humanum. Iusti.

Ouis quam dedit vnusquisque amicorum & vicinorum Iob, cum inaure aurea, *m* perfectam obedientiam significat. *Iob.*42.*c.*

Superbi. Perfecta obedientia.

Oues hæreticorum fœtosæ, *n* sunt magistri hæreticorum,qui multos pariunt in suis erroribus.*Psalm.*143.

Magistri hæreticorum.

Sicut oues in inferno dicuntur *o* mali, quorum pastor eos depascens est mors,seu diabolus.

Mali.

Ouis in ænigmate,dicta est vxor,quando dives tulit ouem pauperis,hoc est, Dauid vxorem Uriæ. 2.*Reg.*12.*a.*

Vxor.

Oues quandoque *p* stultitiam significant,& irrationales impetus,vires inquam rationis, & expertes sensus,& appetitus. Filij Laban, has vires iter dierum trium succedendo curant: quæ figura est virtutis per omnem vitam derelictæ. Tempus enim diuisum est in præsens,præteritum, & futurum. Alio modo dicuntur irrationalia, quæ omni prorsus ratione carent,vt pecora,quæ exercitator sua cura dignabitur. *Genes.*30.*f.*

Stultitia. Motus irrationales. Sensus, & appetitus.

Oues Amalec occidendæ, designant *q* simulationem innocentiæ.Nam quidam dum & ipsam formam humani corporis,& proprietates sexus vtriusque,dum insitam membris libidinẽ considerant, quasi naturali bono, se hoc licenter posse vti putant. Possunt etiam designare leuiores libidinis cogitationes. 1.*Reg.*15.*a.*

Simulatio innocentiæ. Cogitationes leuiores libidinis.

Ouile, Caula.

Ouile, est locus in quo oues morari solent, seu in quem se recipiunt,quod & caula dicitur.

Ouile, *r* Ecclesiam significare solet. *Mich.*2.*d.*Et caulæ gregum,sunt Ecclesiæ ex Gentibus.*Genes.*29.*b.Isa.*65.*b. Ioan.*10.*a.* Est autem factum vnum ouile ex Iudæis,& Gentibus. Caulæ quoque filiorum Orientis,sunt Ecclesiæ fidelium, qui sunt Orientales.*Ezech.*25.*a.*

Ecclesia. Tenere in fide Simplices.

Ouum.

Ovvm,est vbi semen aliquorum animalium,præcipuè auium continetur:vnde animal fouendo producant.

Oua *s* teneram adhuc prolem exprimunt,quæ diu fouenda est, vt ad viuum volatile perducatur. Oua quippe insensibilia in semetipsis sunt:sed tamen calefacta,in viua volatilia conuertuntur. Ita nimirum paruuli auditores ac filij, certum est quòd frigidi insensibilésque remaneant, nisi doctoris sui solicita exhortatione calefiant. Sed oua struthionis derelinquuntur, quum discipulis suis hypocritæ nullum cœlestis vitæ exemplum præbent. *Iob.*39.*b.* Sic oua derelicta,sunt simplices Ecclesiæ sine defensione manentes.*Isa.*10.*d.*

Apostoli.

Oua etiam struthionis, fuerunt *t* Apostoli ex Iudæis orti,à quibus tamen derelicti & contempti fuerunt.

Spes.

Ouum, vt est animal in spe, *u* ipsam spem exprimere potest:& vt non videtur quod est in ouo,ita spes est de his quæ non videtur:cui apponitur scorpio,qui cauda mordet:quia deficiunt à spe qui retrò respiciunt.*Luc.*11.*b.*

Ouum petendum à patre,dici potest *x* beata Virgo Maria,intra cuius vterũ formata est auis,Christus,fouente Spiritu sancto. *Luc.*11.*b.*

Virgo Maria.

Oua aspidum,*y* doctrinam peruersam Iudæorum,& hæreticorum designant. *Isa.*59.*a.*Possunt etiam designare malignorum spirituum consilia in corde latentia.

Doctrina peruersa.

Oza.

Oza, id est fortitudo,aut capra fuit Leuites,qui cùm tetigisset arcam Domini,vt eam lapsantem sustentaret, mortuus est.2.*Reg.*6.*b.*1.*Par.*13.*c.*designat eos, *z* qui cum sint infirmi,fortium facta corripiunt,vnde ipsa viuentium sorte reprobantur,vnde interpretatur robustus Domini,quia præsumptores quique,nisi audaci mente robustos se in Domino crederent,nequaquam meliorum dicta vel facta,velut infirma iudicarent.Vel designat Iudæos, volentes seruare legem veterem cum noua.

Infirmi reprehendentes fortiores. Iudæi.

Ozias.

Ozias, id est, fortitudo Domini,siue hircus Domini,Rex Iuda,qui cum tentasset in templo offerre incensum Domino,factus est leprosus. 4.*Reg.*15.*a.* 2.*Par.*20.*a.* Eius tempore fuit grauis terræ motus. *Zach.*14.*a.*

Oziæ tempore vidit Isaias visiones, quia eorum *aa* est eas videre,qui sunt in fortitudine Domini. *Isa.*1.*a.*

Diabolus.

Vt autem eo mortuo, vidit Isaias Dominum, typus est *bb* principis huius mundi, aut principis peccati, qui si moriatur in nobis,poterimus videre Dominum,si autem in nobis viuat,non possumus videre. *Isa.*6.*a.* Secundùm etiam quod sibi arrogauit officium sacerdotum, *cc* diabolum significat, qui cùm altiora se quæsisset, factus est leprosus,& constituit nos leprosos,si regnat in nobis.Designat etiam Iudæos,qui occidentes Christum,voluerunt sibi vsurpare hæreditatem eius,vnde facti sunt leprosi. 2.*Paral.*26.*c.*

Iudæi.

Oziel.

Oziel, id est,fortitudo Dei,siue hircus Dei: filius Caath, patruus Aaron: typum gerit *dd* Euangelij ideò est pater Misael, & Elisaphan,qui designant Sanctos ex Euangelio natos,estque cognatus Aaron: quia Euangelium cognationem habet cum lege. *Leuit.*10.*a.*

Euangelium.

Pædagogus.

Pædagogvs,dicitur *ee* pueri institutor, hoc est, cui docendorum puerorum cura mandata est. Coercet metu pœnæ, instituit disciplinis: non est pater, nec hæreditatem pædagogi, is qui eruditur, expectat: sed alienum custodit filium pædagogus, ab eo postquam ad legitimum illi capiendæ hæreditatis tempus aduenerit, recessurus.

Pædagogus,& institutor noster præcipuè *ff* Christus est,ornatus scientia,beneuolentia,& dicendi libertate: licèt alioqui verè magister,& pater sit.

Christus.

Pædagogus dicitur *gg* lex vetus,quæ velut pædagogia est puerorum insolentium, qui habenis non facilè retinentur, quales erant Iudæi, & ducit eos, quos sub sua cura habet, ad verum magistrum, & patrem Christum. *Galat.*3.*d.*

Lex.

Pædagogi etiam dicebantur, *hh* qui primùm credentes instituebant, & qui minora docebant non affectu paterno. 1.*Corint.*4.*c.*

Institutores recentium in fide.

a *Glo. ord.su. Exod.*22.
b *Philo.de sacrificio Abel, & Cain.*
c *Orig.s.Leu. ho.*8.*Amb.*2. *de Cain.*2.
d *Gre.* 27.*m.* 15.
*Gre.s.*1. *Reg.* 16.& 4.*mor.* 28.
*Bed.s. Exo.*2.
e *Hil.s.Matt. can.*10.*Ori.s. Matt.cap.*15. *Hie.s. Matth.* 18.*Au.s.Ioan tract.*47. *Orig.s. Matt. ho.*14.
f *Ar.s.ps.*113
g *Am.s. Luc.* 14. *Hil.s. Matth. can.*18.
h *Am.s. Luc.* 15.& *apolo. Dauid.*5. *Hie.s.Mat.*18
i *Aug.s.ps.*8. & *ser.*197.& *de verb. Apostoli serm.*9. *Gre.hom.* 34.
k *Gr.*1.*m.*13. & 2.*mo.* 26.
l *Au.s.Ps.*73.
m *Gre.*35.*m.* 12.
n *Hier.su. ps.* 143.
o *Augu. s. ps.* 48.
p *Phil. de sacrific. Abel,& Cain. Ori.s. Leu.ho.* 2. & *Num. ho.*27. *Cyril.de adoratione in Spiritu sancto.*
q *Gre.s.*1.*Re.* 15.
r *Hier.s. Mic.* 2.& *s.Is.*65. *Aug. s. Ioan. tract.* 44.47. *Cyr.*7.*s. Io.*6.
s *Gr.*31.*m.*7. *Hie.s.Iob.*39. & *s.Is.*10.
t *Gre.*31.*mo.* 16.
u *Au.epi.*121. & *de verb. Dom.ser.* 29.
x *Euch.form. spir.*8. *Ru.*7.*s.Matt.*
y *Hie.s.Is.*59. *Gre.* 15.*m.*7. 8.*Euch.form. spir.*7.
z *Gr.*5.*m.*10. *Ru.*2.*s. Re.*8.
aa *Hie.s.Is.*1.
bb *Ori.s.Isai. hom.*1.5.*Hie. epistol.* & *factum est.*
cc *Gre.s.Eze. hom.*14. *Gloss. ord. su.* 4.*Reg.*15. *Ru.s. Amos*2.

dd *Glo. ord.sup.Leu.*10. ee *Hier.sup.Gal.*3. ff *Cle. Alex.*1.*peda.* 2.7.22. gg *Cle.Alex.*1.*pad.*11. *Am.epist.*73. hh *Glo.ord.sup.* 1.*Corint.*4.

Digitized by Google

Pars legis diuinæ.

Pagina, Pagella.

Pagina, dicitur vtraque pars folij in volumine, cuius diminutiuum est pagella, & tres pagellæ voluminis Ieremiæ, *a* partem legis diuinæ significare possunt. *Ierem.* 36. *a.*

Palàm, vide Manifestare.

Palatha.

Palatha, idem est quod massa, & propriè ficorum, & caricarum. 2. *Reg.* 16. *a.* 1. *Par.* 12. *g.*

Palatium, Aula, Basilica.

Securitas conscientia.

PALATIVM, dicitur domus imperatoria, seu regia, superba, ampla, fortis, & sublimis. 3. *Reg.* 16. 21. *a.*

Si domus sit conscientiæ, palatium dici poterit *b* securitas conscientiæ. *Dan.* 4. *a.* Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo.

Operatio vitæ præsentis.

Vita carnalis.

Basilica, significare potest *c* operationem præsentis vitæ, & etiam mores vitamque carnalium, qui multi sunt in Ecclesia viam latam sequentes. 2. *Par.* 4. *c.* 6. *Esther.* 5. *a.*

Humilitas ficta.

Aula Babylonis, *d* humilitatem fictam designare potest, sicut aula Hierusalem humilitatem veram, vnde in aula Babylonica deambulat, quem de ficta humilitate sua conscientia accusando fatigat. *Dan.* 4. *f.*

Palatum.

Defectus correctionis.

Palatum est pars superior, & veluti camera oris, quod labiis dentibusque quasi palis munitum est.

Defectus confessionis.

Palato adhæret lingua Prophetæ, *e* quum non reprehendit peccantes. *Ezech.* 3. *g.*

Palato quoque adhærere dicitur lingua lactentis. *Thren.* 4. *b.* quia *f* deficiente lacte doctrinæ, paruuli deficiunt à confessione fidei, & laude Dei & peccatorum.

Palea, Culmus, Stipula.

Gratia.

Charitas.

PALEÆ, sunt stipulæ frumenti, in quarum cacumine grana in spica continentur. Culmus autem dicitur ipse frumenti calamus, à radice vsque ad spicam. Stipula autem etsi dicitur ipse calamus, tamen eæ solent dici stipulæ, quæ remanent in campo demesso frumento. Paleæ autem sunt, quæ separantur à grano in area, & præstant leue pabulum iumentis. Culmus spicarum plenarum, quas vidit Pharao, gratiam, & veritatem significare potest, & etiam stipula. *Gen.* 41. *a. c.*

Multa doctrina.

Paleæ multæ in domo Batuelis, multas *g* species doctrinæ Spiritus sancti, quæ pœnitentibus dantur, designare possunt. *Gen.* 24. *c.*

Spiritus sancti.

Stipula lini, in qua abscondit Raab exploratores, designare potest *h* fortitudinem fidei Gentilitatis, in suscipiendis Christi prædicatoribus. *Ios.* 2. *c.*

Fideles Gentilitatis.

Paleæ, *i* literam sacræ scripturæ continentem in se grana intelligentiæ spiritualis quandoque significant. *Isa.* 11. *b.* 30. *e.* 65. *d.* Eadem est culmus, stans sine germine ipsis Iudæis, quia non percipiunt fructum spiritualem. *Hose.* 8. *b.*

Litera legis.

Homo.

Stipula sicca appellatur *k* homo, qui infirmus apparuit in tentatione, & per carnem terræ proximus fuit, etiam quum stare videbatur, & velut stipula paruo tentationis vento cecidit. *Iob.* 13. *d. Isaiæ* 40. *f.* Stipula quoque sunt, qui leuitatis motibus exufflati, nunquam in eodem statu permanent, & qui aridi sunt ad fidem & inanes.

Leues homines.

Aridi ad fidem.

Diabolus contemnens prædicationem & vindictam Dei.

Quasi paleas reputat Leuiathan ferrum *l* cum prædicationem Sanctorum iudicat inania verba. Sic etiam in stipulam vertuntur ei lapides fundæ, cum pro nihilo ducit fortes Ecclesiæ. Et etiam quasi stipulam reputat malleum, quia supernæ animaduersionis ictus formidare contemnit. *Iob.* 41. *c.*

Iudæi.

Stipula in agro dicuntur *m* Iudæi in lege, sine tritico bonorum operum existentes. *Isaiæ.* 27. *b.* iuxta Septuaginta.

Inanitas inutilium hominum.

Paleæ quoque designant *n* inutilium hominum inanitatem, & etiam impietatem. *Matth.* 3. *c. Iob.* 21. *c.* 41. *c.* Et stipula collecta, est synagoga peccantium. *Ierem.* 23. *f.* Quid paleis ad triticum? Palea etiam est vanitas vanitatum: & palea cum aristæ, est vanitas & afflictio spiritus. Palea etiam est inanis gloria, quam quærunt multi, quibus aliàs non datur. *Exod.* 5. *b.* Item peccata leuiora, in quibus non diu immoratur ignis. Stipulam autem patiunt, qui digna igne faciunt. *Isa.* 5. *g.* 33. *b.*

Impietas.

Synagoga peccantium.

Vanitas vanitatum.

Paleæ inanes, quæ tempestate iactantur, *o* stipendia temporalia prædicatorum, à secularibus collata significare possunt: quæ quantumuis abundent, leuia reputanda sunt, *Gen.* 24. *c.* Et generaliter paleæ sunt temporalis victus, qui aliquando negatur fidelibus, quia viuunt in tribulationibus in hac vita. Ideo Pharao nolebat dare paleas filiis Israël in Ægypto. *Exod.* 5. *b.*

Superbi.

Leuiora peccata.

Temporalis victus.

Paleæ, sunt *p* mali, qui in iudicio separabuntur à tritico. *Matth.* 3. *c. Luc.* 3. *d. Exod.* 5. *b.* 15. *a. Isa.* 41. *a.* 47. *d. Ier.* 13. *d. Ioel.* 2. *b. Nahu.* 1. *c.* Ipse quoque diabolus paleæ nomine designatur in eisdem ferè locis. Culmus autem stans, & non habens germen, est quum vita meritis virtutum caret. *Hos.* 8. *b.* Illi quoque sunt paleæ, qui aliis vtiles sunt, vt paleæ tritico, sed non ex charitate. *Isa.* 25. *d. Iob.* 21. *c.*

Mali.

Diabolus.

Vtiles alijs sine charitate.

Paleæ, dicuntur *q* errores hæreticorum, & corrupta doctrina, & ipsi hæretici. *Iere.* 23. *f. Psalm.* 82. 1. *Cor.* 3. *c.* Et stipula domus Esau, dicuntur hæretici, qui conuertuntur, erroribus igne purgatis. *Abdia.*

Errores hæreticorum.

Hæretici.

Paleæ præbentes fortitudinem luto, *r* certitudinem in veritate fundatam significant: sine his linebant parietem pseudoprophetæ, & hæretici. *Ezech.* 13. *b. Nahu.* 1. *c.*

Certitudo.

Fideles.

Palestina, Palestinus, Philistiim.

Doctores sacri.

PALESTINA, id est, conspersa, nempe cinere vel puluere: siue ruina apposita, vel ruina duplex, ruinæ potus, vel cecidit libens, vel potione cadens: prouincia Iudææ proxima, cuius etiam Iudæa dicebatur esse pars. Erant autem Palestini hostes Iudæorum, & à Septuaginta interpretibus dicuntur alienigenæ. In nostra verò translatione dicuntur Philisthim, aut Philistiim, interpretantur etiam Philistiim obuoluti, aut inuoluentes.

Mundus.

Palestini facti de Capadocibus, *s* sunt fideles ex Gentibus cadentes à superbia, & bibentes poculum Christi. *Amos* 9. *c. Zach.* 9. *b.* Doctores quoque sacri Spiritu sancto repleti, per Philisthæos designantur, *t* qui tulerunt arcam. 1. *Reg.* 4. *a.* 5. *a.*

Gentiles infideles.

Palestina, vbi fuit colonus Abraham, *u* figura est huius mundi, in quo boni peregrinantur. *Gen.* 21. *d.* Et vt Philisthiim erant hostes Iudæorum, sed non in continua pugna, designant hunc mundum, cum quo ludimus continuis reuolutionibus, nunc ab ipso expediti, nunc in eo, iterum obuoluti. Cum Philistiim, hoc est cum mundo nunc pugnandum est, nunc verò conuersandum, vt suos dilectores ab ipso trahentes, deducamus in seruitutem Dei, sicut Christus nos docuit, qui cum publicanis, & peccatoribus manducabat, & conuersabatur, vt eos ad pœnitentiam reuocaret.

Gentiles fideles.

Palestina etiam significat *x* gentiles, qui iudicarunt Dauid stultum, hoc est, Christum, & eius prædicationem. Et Palestini aliquando sunt Gentiles ad fidem venientes. 1. *Reg.* 21. *d. Isa.* 11. *d. Ezech.* 16. *g.*

Iudæi.

Palestini obruentes puteos terra, sunt *y* Iudæi, dantes sensus carnales & terrenos legi, & peculiariter Scribæ, & Pharisæi. *Gen.* 20. *e.* Et sunt potione cadentes, qui inebriati sunt de calice dæmoniorum. *Psal.* 82. Philistiim aduersarij Samson. *Iudith.* 15. *a.* 16. *a.* Item qui tulerunt arcam, & posuerunt in templo Dagon, quia veritatem incarnationis posuerunt in mendacio, 1. *Reg.* 5. *a. Ioel.* 3. *b. Amos* 1. *c. Soph.* 2. *b.*

Dæmones.

Palestini quoque obruentes puteos, sunt *z* dæmones mentes fidelium tentationibus opprimentes, & spiritualem doctrinam quantum possunt occultantes. *Gen.* 26. *d.* In horum manus traditur Israël. *Iud.* 10. *b.* 15. *b.* 16. *a.* Ipsi ceciderunt poculo siue fractura, & biberunt de calice Babylonis, & corruerunt. *Ezech.* 16. *c.* 15. *d.* Velut poculo cecidit ille, qui in veritate non stetit. *Ioan.* 8. *f.* Palestinis etiam obruentes puteos, sunt hæretici, obscurantes veritatem scripturarum.

Hæretici.

Philosophi.

Philistiim quoque, hoc est, potione cadentes, sunt *aa* mali ebrij in peccato, & cœlestium obliti. Et Philisthæa, est anima peccatrix. Item hæretici errorum poculo cadentes, & etiam philosophi superbi: & præterea persecutores fidelium. *Exod.* 15. *b.* 23. *d.* 1. *Reg.* 14. *g. Isaiæ* 14. *g. Ioel.* 3. *a. Amos* 1. *c. Abdia* 8. Item contentiosi in Ecclesia. 2. *Reg.* 5. *d.*

Malè.

Anima peccatrix.

Hæretici Philosophi.

Persecutores fidelium.

Contentiosi.

Philisthiim, vicini Iudæis, per quorum terram Dominus noluit ducere filios Israël, exeuntes de Ægypto.

a *Lyr. f. Iere.* 36.
b *Ricard. de S. Victo. de secur. conscie.* 1.
c *Glos. inter. f. Esther.* 5.
Glo. ord. f. 2. *Par.* 4.
d *Ricar. de S. Vict. de secu. consciem.* 37.
e *Hi. f. Ez.* 3.
f *Glo. ord. f. Thren.* 4.
g *Bed. f. Gene.* 24.
h *Hi. f. p. f.* 96.
i *Hie. f. Isa.* 11. *Rup.* 2. *f. Isai.* 11. & *f. Hos.* 8.
k *Gre.* 11. *m.* 24. *Bern. ser. de ligno. &c.*
l *Gregor.* 34. *mor.* 5. 6.
m *Hie. f. Isai.* 27.
n *Hil. f. Mat. tom.* 2. *Amb.* 2. *per interpel* 5. *Gre.* 15. *m.* 22. *Euch. for. spir.* 4.
o *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabuc.* 29. *Ori. f. Leu.* 14. *Aug. Enchir. ad Laurent.* 68. *Ori. f. Ex. hom.* 3.
p *Ori. f. Luc. hom.* 26. *Hie. f. Nahum.* 1. *Gre.* 8. *m.* 29. *Bed. f. Exo.* 5. *Basi. reg. bre.* 257. *Gre.* 15. *mor.* 22.
q *Hie. f. Iere.* 23. & *f. Abdiam Am. f.* 1. *Cor.* 3.
r *Hie. f. Exo.* 23.
s *Hie. f. Amos* 9. & *f. Zac.* 9.
t *Gre. f.* 1. *Re.* 4.
u *Georg. Ver. cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 36.
x *Hier. ad Principiam.* & *f. Is.* 11. & *f. Ezech.* 16.
y *Ori. f. Gen. hom.* 13. *Bed. f. Gene.* 26. *Hie. f. p. f.* 82. *Rup. f. Iud.* 17. & *f. Ioel.* 3. & *f. Soph.* 2.
z *Orig. f. Gen. hom.* 13. & *f. Exod. hom.* 6. *Hie. f. Ex.* 16. *Gre. f.* 1. *Reg.* 4. *Ru.* 7. *f. Ge.* 10.
aa *Gr. f.* 1. *Re.* 14. *Hie. f. Is.* 14. & *f. Ioel.* 2. & *f. Abdi. Ru.* 8. *f. Ioan*

Digitized by Google

Exod. 13. *d.* designant *a* tentationes propinquas, quas non vult Deus offerri fidelibus in principio conuersionis, ne deficiant.

Paliurus.

Paliurus, est herba spinosa, & aspera, & designat *b* vitia in Iudæa, quæ nata sunt in eis legem habentibus, vt paliurus in agris cultis. *Isaiæ* 34. *c.* Et optimi inter eos dicebantur quasi paliurus pungens & retinens, vulnerans appropinquantem sibi, & adunco dente comprehendens. *Mich.* 7. *a.*

Paliurus in munitionibus Babylonis, designat *c* defensores vitiorum. *Isa.* 34. *e.*

Pallere, Pallidus, Pallor.

PALLOR, propriè dicitur color ille in homine, quum destituta sanguine cutis liuescit, vt in subito metu. Pallere autem est pallidum esse, seu pallore affectum esse. In cæteris quoque color similis pallor dicitur.

Pallor auri, dici potest *d* fides virtutibus florens: vel est donum muneris Euangelici in prædicatoribus fulgens, vel flos honoris perpetui, & fulgor sapientiæ in fœlicitate: vel feruor charitatis: vel etiam pallor corporis Christi in morte, *Psalm.* 67.

Pallor parietum leprosæ domus, *e* inanem gloriam doctorum significare potest, per quam in errorem veniunt. *Leuit.* 14. *e.*

Pallium, Chlamys.

PALLIVM, est vestis extrema, circumtegens corpus supra tunicam, & tam viris quàm mulieribus conueniens. Dicitur etiam Chlamys, quæ tamen propriè vestis est militaris, pallio breuior ac strictior.

Pallium Ioseph relictum in manu fœminæ, designare potest *f* humanitatem Christi, seu eius carnem in manibus peccatorum relictam. *Geneseos* 39. *c.* 49. *b.* Designat etiam *g* literam legis, quam reliquit Christus in oculis synagogæ. Item *h* secularem habitum, & temporalia bona, quæ relinquuntur ab his qui mundum fugiunt. Pallium Eliæ, quo diuisit aquas Iordanis, corpus Christi, quo percusso fluxerunt aquæ baptismi. 4. *Regu.* 2. *b.*

Pallium Christi, dici possunt *i* Apostoli illi adhærentes, & participes secretorum eius, vel est Ecclesia, vel Gentes ex quibus constat Ecclesia. *Gen.* 49. *b.*

Pallium quo se operuerunt Sem, & Iaphet, ne viderent patris verenda. *Gen.* 9. *d.* typus est *k* honoris Christo exhibiti, à Christianis, passionis eius opprobrium venerantibus. Designat etiam splendorem Solis, & Lunæ, tempore passionis Christi, iuxta crucem deficientem, & quasi oculos omnium tegentem. Item cognitionem propriæ infirmitatis, & vnde sint nati. Potest etiam verbum Dei significare, per quod confundimur, & erubescimus peccata nostra.

Pallium zeli, quo opertus est Christus, charitatem designat. *Isa.* 59. *d.* Et pallium vnum ex omnibus sagis tabernaculi, vnitatem charitatis significat. *Exod.* 36. *b.*

Pallium dicitur *l* auxilium Dei. *Mich.* 2. *c.* Desuper tunicam pallium sustuliſtis.

Pallium Eliæ ab Elisæo collectum. 4. *Reg.* 2. *c.* designat virtutem verbi, quam Christus ad glorificandam suam carnem mundo reliquit.

Pallium Rebeccæ, quo se operuit viso Isaac, *m* pudorem vitæ veteris significare potest, & etiam operimenta conscientiæ. *Gen.* 24. *g. Cant.* 5. *c.*

Pallium Samuelis, cuius summitatem apprehendit Saul. & scissa est. 1. *Reg.* 15. *f.* designare potest *n* familiares doctoris, vel ipsius conuersationem. Vel designauit regnum Israel ab ipso Saule præcidendum, vt expressit Samuel. Chlamys etiam Saulis, cuius oram præcidit Dauid, regnum Iudæorum ab eis præcidendum designauit. 1. *Re.* 24. *a.* Pallium super tunicam, *o* erat regnum Israel super regnum Iuda in Dauid, & sustulerunt pallium, quando recesserunt à domo Dauid. *Mich.* 2. *c.*

Pallium sponsæ, significare potest *p* prudentiam, & philosophiam, & actus corporales, vel veterem hominem: & pompæ secularis residuum, aut impedimenta, ne nosmetipsos cognoscamus. *Cant.* 4. *c.* In beata Virgine pallium erat *q* secretum, quo tegebat mysteria incarnationis: quod tulerunt custodes, quando ea detexit Apostolis.

Pallium laudis datur beatis in gloria, qui semper versantur in laudibus Dei. *Isa.* 61. *a.*

Pallium, quo pectus & humeri proteguntur, *r* ornamenta operum significare potest. *Isa.* 3. *d.* Et pallia in quibus ligabatur farina ab exeuntibus de Ægypto. *Exod.* 12. *c.* designant *s* iugum vitæ, vt, Si quis vult venire post me, &c. Vita enim est mandatorum impletio.

Chlamys, dici potest *t* laudis ornatus. *Prou.* 31. *b.* Chlamydes fecit viro suo, id est, vestimentum, quod de duobus coloribus tanquam de duobus testamentis confectum sit.

Pallium, seu pelles, quibus opertus fuit Sisara, *v* membrorum mortificationem designare possunt. *Iud.* 4. *c.*

Pallium breue, quod non potest simul operire Christum, & diabolum. *Isa.* 38. *e.* est *x* anima non valens simul bibere calicem Domini, & calicem dæmoniorum. 1. *Cor.* 10. *e.*

Pallium aliquando dicitur *y* peccatum. *Ezech.* 5. *a.* Ligabis eos in summitate pallij tui. *Matth.* 5. *f.* Dimitte ei & pallium. Chlamys etiam, qua indutus est Christus tempore passionis, designat peccata nostra, pro quibus ipse penè tormentis obrutus est: & sanguinem huius mundi, vel opera Gentium cruenta, quæ ipse sustentauit. *Matth.* 27. *e.* Potest etiam sanguinem Martyrum designare.

Palma, Palmus.

PALMA, dicitur planum illud, & ex parte concauum manus, quod in digitos desinit. PALMUS autem est mensuræ genus, à manu & digitis extensis sumptum.

Palmus quo Deus dicitur ponderasse cœlos. *Isa.* 40. *c.* modicam *z* diuinæ virtutis partem insinuare videtur, & etiam præmium Sanctorum vltra condignum illis collatum.

Palmus additus sex cubitis, quum non plenè attingat septennarium, designat *aa* vitæ contemplatiuæ quietem, sed imperfectam, qualis in hac vita habetur vbi videmus per speculum in ænigmate, *Ezech.* 40. *a.*

Palmus labij mensuram templi. *Ezech.* 40. *f.* designat *bb* opera prædicanda à doctoribus, & quia in palmo digitus magnus, & paruus extenduntur, designatur ita prædicanda, & facienda esse opera magna, ne minima negligantur: aut è diuerso, ne sint vt Pharisæi, decimantes mentham, & anethum, &c.

Palmi mensura in rationali, designare potest *cc* manifestationem operum nostrorum ipsi Deo factam: vel etiam infatigabilem mentis intentionem in bonum habendam. *Exod.* 28. *e.* 39. *b. Ezech.* 40. *b.*

Palmæ manuum Dagon abscissæ, *dd* opera idololatriæ abiecta significant. 1. *Reg.* 5. *a.*

Palmas extendere ad Deum. *Exod.* 9. *g.* Vide *Expandere, & manus.*

Palma, Arbor, Spatula.

PALMA, *ee* arbor aspectu pulcherrima, fructum ferens optimum & vitalem: vim habet non in radicibus defossam, vt cæteræ: sed in summo quasi cor sitam in ramorum medio, à quibus circumquaque stipatur, ceu princeps à suis satellitibus. Est in ea mas, & fœmina: & fœmina inclinatur ad matrem, non fructificat sine coitu, sed grauidantur eius rami gemmis masculis quasi semine: & in superiori parte habet quasi cerebrum, quo destructo moritur arbor. Solet palma resistere ponderi, *ff* qua ratione solet esse insigne victoriæ.

Palma, typus esse solet *gg* triumphi, & victoriæ Christi, vnde receptus est in Hierusalem cum ramis palmarum. *Ioan.* 12. *b.* Et generaliter est typus gloriæ, sicuti à sede gloriæ vim suam habet. Et palmæ in templo, præmia Sanctorum designant. 3. *Reg.* 6. *b.*

Palma etiam *hh* crucem Christi, in qua diabolus est victus, & mundus redemptus, designare potest. *Iob.* 19. *c. Cant.* 7. *c.*

Palma quandoque significat *ii* sanctam Ecclesiam. *Iob.* 29. *c.* Vt enim palma tardè proficit, sed diu in viriditate subsistit: ita sancta Ecclesia ad fidei statum venit cum multis difficultatibus, & pro plurimorum collectione in eiusdem fidei gloria diutius stare concupiscit.

a *Glo. ord. s. Exod.* 13.

b *Hie. s. Mic.* 7.
c *Gre.* 33. *m.* 5.
d *Ori. s. Cant. ho.* 4. *Hil. & Aug. s. Psal.* 67. *Gre. s. Ez. h.* 15. *Bern. s. Can. ser.* 61. *& de diligendo Deo.*
e *Isyc. s. Leu.* 14.
f *Chry. s. psal.* 93.
g *Tert. aduer. Marchionem.*
h *Gre.* 22. *mor.* 31. *Bed. s. Gen.* 39. *Ruper.* 5. *s. Re.* 17.
i *Ori. s. Geneſ. h.* 17. *Ambro. de ben. Patri.* 4. *Aug. de eſſe. diu. Euc. form. ſpir.* 1.
k *Au.* 16. *ciu. Dei.* 2. *Bed. s. Gen.* 9. *Amb. de Tob.* 1.
l *Hie. s. Mi.* 2.
m *Ambroſ. de Iſaac.* 6. *Gre.* 1 *mor.* 14.
n *Gre. s.* 1. *Re.* 15.
o *Rup. s. Mic.* 2.
p *Ambroſ. de virg.* 3. *Greg.* 26. *mor.* 1. *& s. Can.* 5.
q *Reg. s. Can.* 5.
r *Hie. s. Iſa.* 3.
s *Bed. s. Exod.* 12.
t *Euch. form. ſpir.* 8.
u *Orig. s. Iud. hom.* 5.
x *Hie. s. Iſ.* 28.
y *Ori. s. Mat. ho.* 35. *Hil. s. Matt. can.* 33. *Hie. s. Mat.* 23
z *Baſi. de ſpiritu ſancto. cap.* 6.
aa *Gre. s. Eze. hom.* 14.
bb *Gre. s. Ez. hom.* 21.
cc *Hie. s. Eze.* 40.
dd *Glo. ord. s.* 1. *Reg.* 5.
ee *Phil. de vita Moſis.*
ff *Am.* 3. *Ex.*
gg *Am. s. Lu.* 19. *Au. s. Ioa. tract.* 51. *Geo. Ven. cant.* 1. *s.* 7. *cap.* 27.
hh *Hie. s. Iob.* 29. *Gr. s. Can.* 7.
ii *Gre.* 19. *mo.* 24.

Vita Iudæorũ Iudæi. Defensores vitiorum.

Fides. Donum Euangelicum. Feruor charitatis. Pallor mortis Christi. Inanis gloria doctorum. Caro Christi. Litera legis. Temporalia bona. Apostoli. Ecclesia. Honor passionis Christi. Splendor Solis & Lunæ. Cognitio propria infirmitatis. Verbum Dei. Charitas. Auxilium Dei. Virtus verbi. Pudor vitæ veteris. Familiares vel conuersatio doctoris. Regnum Israel. Prudentia. Philosophia. Vetus homo. Mysteria. Ornamenta operum. Iugum vitæ. Laudis ornatum. Mortificatio membrorum. Anima. Peccatum. Sanguis Martyrum. Modica pars diuinæ virtutis. Præmium vltra cõdignum. Quies contemplatiui. Magna, & parua opera prædicare. Manifestatio operum Deo. Intentio in bonum.

Victoria Christi. Gloria. Præmia Sanctorum. Crux Christi. Ecclesia.

Digitized by Google

Discipuli Christi perfecti.

Palmæ septuaginta,*a* Discipulos Christi significant, in eodem numero existentes, & *b* etiam habentes virtutem perfectam. *Exod.* 15. *d.*

Seruans innocentiam.

Palma nunquam mutat folia, qua ratione designat *c* seruantem semper innocentiam, & charitatem. *Cant.* 7. *c.*

Iustitia.

Solet etiam palma *d* iustitiam significare, & ipsum iustum, qui vt palma florere dicitur. *Psal.* 91. *Leu.* 23. *g. Iud.* 4. *a. Ioel.* 1. *c.* Iustorum autem vita, palmæ comparatur. *Iob.* 29. *c.* quia *e* palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta: supernè verò, & visu, & fructibus pulchra, inferius corticum siccarum inuolutionibus angustatur: sed superius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur. Sic electorum vita inferius despecta est, superius pulchra. In imo quasi multis corticibus obuoluitur, dum innumeris tribulationibus angustatur: in summo verò quasi pulchræ viriditatis foliis amplitudine retributionis expanditur. Cùm autem omnis arbor iuxta terram crassior, & robustior sit, supernè autem angustior: palma tamen gracilior est in imis, & iuxta ramos, ac fructus ampliore robore exurgit. Ita cùm terreni latiores & robustiores sint circa terrena: iusti tamen circa terrenorum studia infirmi sunt, circa cœlestia verò robustiores, & alacriores semper exurgunt. Eosdem designabunt comæ sponsi, quæ dicuntur sicut elatæ palmarum. *Cant.* 5. *e.*

Mens sancta. Fortitudo. Victoria Sanctorum.

Palma itidem *f* mentem designat, quæ sanctitatem degustauit, & in sublimibus versatur, terrenis despectis. Vt enim palma infernè angustior est, supernè latior: ita sancta anima à minimis incipit, paulatim crescens, quousque ad charitatis latitudinem perueniat. *Cant.* 7. *c.*

Palma sæpe *g* pro fortitudine sumitur, quia resistit ponderi: & insigne victoriæ mundi, cùm nec prosperis cedit, nec aduersis. Et peculiariter designat victoriam Sanctorum post hanc vitam, quando iam cessauit pugna: nam in hac vita est pictura palmarum qualis erat in templo, & est celatura palmarum in robustioribus, & est hic, & inde, hoc est, in prosperis, & aduersis. *Apoc.* 7. *c.*

Opera iustitiæ. Animal.

Spathula, dicitur *h* ramus, vel folium palmæ. *Leu.* 23. *g.* designat autem opera iustitiæ.

Palma satis expressum *i* animalis simulachrum tenet in coitu, & cerebro, & etiam in eo quòd comam in cacumine habeat circum extensam, & ramos in digitorum modum protensos, & fructus quasi in digitorum figuram formatos, vnde & dactili, hoc est, digiti vocantur. Pulpa quoque ipsorum fructuum, caro nuncupatur, valde quidem medicinalis, & summæ nutritionis, aut ex vi quadam quasi animali, aut ex natura, Phœbea, & tanti nutrimenti est, vt Anachoretæ quidam illo tantummodo cibo contenti fuerint: sicut in hodiernum diem multi in Aphrica alios cibos non habent in vsu. Estque multigenus fructus, & varius super omnes alios.

Palmes.

PALMES, est propriè arboris surculus, hoc est, lignum illud, quod quotannis ex ipsa stirpe emergit, & gemmas producit. Sunt autem palmites peculiariter in vitibus.

Fideles. Apostoli.

Palmes cum vua quam tulerunt exploratores. *Num.* 13. *e.* typus est *k* crucis Christi, in qua ipse pependit tanquam vua in palmite,

Palmites vitis peculiariter dicuntur *l* fideles in Christo manentes, præcipuè autem Apostoli, quos extendit vsque ad mare, hoc est, vsque ad aquas cœlestes. *Psalm.* 79. *Ioan.* 15. *a.*

Teneritudo præceptorum Dei. Infirmum regnum Iudæorum. Potentes Iudæorum.

Palmes, ad quem ligatur asina, licèt teneritudinem habeat, designare potest *m* teneritudinem præceptorum Dei, quibus fideles alligantur. *Gen.* 49. *b.*

Palmites vineæ Iudæorum, *n* infirmum incrementum regni Iudæorũ sub rege Sedechia significabant. *Eze.* 17. *b.* Significant etiam potentes Iudææ. *Ezech.* 19. *c.*

Palmyra.

Palmyra, Hebraicè dicitur Tahdmor, interpretatur autem confessio, vel laus amaritudinis, aut confessionis, vel laudis myrrha, est ciuitas, quam ædificauit Salomon in deserto, quæ abest ab Euphrate iter vnius diei, abundat fontibus, licet ad eius meridiem sit aridissima solitudo, dicta Palmyrena, quæ pertingit vsque ad Petram & Arabiam fœlicem. 3. *Reg.* 9. *c.*

Palpare.

PALPARE, est leuiter, blandè & quasi tentando tangere.

Cæcitas Iudæorum.

Palpans Isaac Iacob. *Gen.* 27. *d.* designat defectum Iudæorum in cognitione prophetiarum de Christo. Quia ex parte cognoscebant, sed per tactum & experientiam ignorabant. Palpatio etiam dicitur esse apud Iudæos, *o* qui veritatis lumen amiserunt. *Isa.* 32. *e.* Et palpant sicut cæci parietem, quando legis literam tractant, quam non intelligunt. *Isa.* 59. *b.* Et palpauerunt Iudæi in meridie quasi in nocte, *p* quum videntes aperta Christi miracula, adhuc dicebant, Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Quorum cæcitas ad crudelitatem, crudelitas etiam vsque ad aperta persecutionis exarsit. *Iob.* 5. *c.* 12. *d.* 14. *d.* Mali quoque quærentes in viris iustis opera quæ reprehendant, cùm in eis non nisi bona luceant, quasi cæci in meridie palpant.

Cæcitas malorum.

Probare opera.

Palpare manibus, est operum fructus experiendo probare. Vnde malis dicitur illud. *Psalm.* 113. *Manus habent, & non palpabunt.*

Palpabiles tenebræ Ægypti, dicuntur hyperbolicè, vt ostendatur *q* non potuisse Ægyptios de loco moueri, nisi cæcorum more palpando. *Exod.* 10. *f.*

Palpebræ.

PALPEBRÆ, dicuntur pili genarum extremitatem ambientes.

Iudicia Dei. Locutio Dei. Mors & resurrectio Christi. Sacra scriptura.

Palpebræ Dei dicuntur *r* occulta eius & inscrutabilia iudicia, & etiam spiritualis eius locutio. Vnde palpebræ eius dicuntur interrogare filios hominum, quia per sua iudicia cognosci facit quid habeat vnusquisque. *Psal.* 10. Secundum etiam quòd quædam nobis aperit, quædam verò tegit, palpebræ dicuntur. Palpebræ etiam Dei, *s* sunt mors, & resurrectio Christi, vbi probauit filios hominum, discipulos suos, & territos in sua passione, & lætificatos in resurrectione. Palpebræ autem Deo aperiendo nos interrogant, si intelligendo non extollimur, claudendo nos interrogant, si non despicimus, quæ intelligere non valemus. Qua ratione palpebræ Dei sacram scripturam significare possunt.

Palpebræ Dauid *t* palpebras Christi significant. *Psalm.* 131.

Prælati.

Palpebræ in Angelis, dicuntur *u* statum illum, quo diuinæ speculationis sensus, atque intelligentias cautissimè seruant.

Prædicatores. Antichristi.

Palpebræ Iob dicuntur in Ecclesia, *x* qui ad prouidenda pedum itinera vigilant, nempe prælati inferiorum curam habentes. 16. *c.*

Consilia.

Palpebræ diluculi. *Iob.* 41. *b.* dicuntur *y* extremæ noctis horæ, in quibus quasi nox oculos aperit, dum venturæ lucis iam initia ostendit. Designant prudentes seculi, malitiæ Antichristi peruersis consiliis inhærentes, qui quasi palpebræ sunt diluculi, quum fidem quam in Christo inueniunt, quasi errores noctem asserunt, & venerationem Antichristi verum esse manè pollicentur. Spondent enim se tenebras repellere, & veritatis lucem signis clarescentibus nunciare, quia nec persuadere quæ volunt, possunt, nisi exhibere se meliora fateantur.

Concupiscentia oculorum.

Palpebræ interdum dicuntur *z* consilia, & palpebræ præcedunt gressus, quum operationem nostram recta consilia præueniunt. *Prou.* 4. *d.*

Obstinatio diaboli.

Palpebræ possunt *aa* etiam concupiscentiam oculorum designare. *Eccle.* 26. *b.* Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris cognoscetur.

Palpitare.

Palpitare, est leuiter ac frequenter in eodem loco moueri, qualis est palpitatio cordis. Sic palpitabat Absalom pendens in arbore. 2. *Reg.* 18. *d.*

Palpitatio piscis à Tobia capti, designat *bb* obstinationem diaboli in tentando, etiam postquam victus est à Christo, *Tob.* 6. *a.*

Palus, Paxillus, vide Baculus.
Palus, vide Lacus.
Pandere, vide Aperire.

a *Amb. serm.* 24.
b *Phil. de profug.*
c *Beda. s. Exod.* 15. *Gr. Gre. Nysse. de vita Mosis.*
d *Ambros.* 3. *Exaem.* 7. *& de Isaac.* 8. *Isy. s. Leu.* 23.
e *Gre.* 19. *mo. Euch. for spir.* 4.
f *Phi. de vita Mosis. Gre. s. Can.* 7.
g *Ori. s. Exod. hom.* 9. *Hie. s. Ezech. hom* 40. *& s. Zach.* 14. *Gre. s. Ezech. hom.* 17. 19. *Euc. for. spiri.* 4. *Rup.* 4. *s. Apoc.*
h *Isye. s. Leu.* 23.
i *Georg. Ven. Cant.* 1. *tom.* 6. *cap.* 27.
k *Glos. ord. s. Num.* 13. *Aug. s. Ioan. tract.* 80.
l *Cyril.* 10. *s. Ioan.* 14. *Geo. Ven. Cant.* 1. *tom.* 6. *c.* 28.
m *Chr. s. Gen. hom.* 67.
n *Hie. s. Eze.* 17. *Euch. for. spir.* 4.
o *Hie. s. Is.* 32.
p *Gre.* 6. *mor.* 14. 15. 16. *& 11. mor.* 13.
q *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabuc.* 38.
r *Au. de essen. diu. & s. psal.* 10. *Hier. s. ps.* 10.
s *Gre.* 28. *mo.* 8. *& s. Ezec. hom.* 17. *Euc. for. spir.* 1. *Glos. ord. s. Psalm.* 10.
t *Hil. s. psalm.* 131.
u *Diony. cæl. Hier.* 15.
x *Gre.* 13. *m.* 10.
y *Gre.* 33. *m.* 35.
z *Gre.* 3. *past. adm.* 14. *Be. s. Prou* 4.
aa *Lyr. s. Eccl.* 16.
bb *Glo. ord. s. Tob.* 26.

Digitized by Google

Pangere, vide Fœdus.
Panis, Torta panis.

PANIS, præcipuum hominis alimentum, qui fit ex farina frumenti, aut alterius seminis, aqua subacta, & in clybano cocta.

Panis septem mulierum, *a* naturam diuinam significare potest, & etiam gloriam. *Isa.* 4. *a.* His panibus pollicetur Deus saturare pauperes. *Psal.* 131. Panis etiam buccella, est *b* æternitas Christi. 1. *Reg.* 2. *g.*

Panis sæpè significat *c* Christum, & Eucharistiæ sacramentum. *Gen.* 3. *d.* 28. *d.* 49. *c. Exod.* 2. *d.* 16. *d. Leu.* 23. *b.* Dicitur Christus panis in spica, pro statu legis naturæ in fide patrum: & panis in simila, in doctrina legis, & Prophetarum: & panis formatus sumpta carne; & coctus in clybano, hoc est, in Virginis vtero igne Spiritus sancti: & panis in sartagine per labores: & panis in craticula in cruce positus. *Psalm.* 36. 77. 103. 104. *Ioan.* 6. *d.* 21. *c.* Hic est panis dandus esurienti, non saturo. *Ezech.* 4. *d.* 18. *b.* Et caro Christi, *d* panis dicitur. *Prouerb.* 5. *c.* 9. *a. Ierem.* 11. *d.* Et Eucharistia dicitur *e* panis quotidianus. *Matth.* 6. *b.* Et panis desiderabilis. *Dan.* 10. *a.* Eandem significant panes azymi conspersi oleo. *Leu.* 7. *a.* 8. *e.* Et panis torta, *f* est caro Christi passa. *Exod.* 29. *d.* 1. *Reg.* 2. *g. Ioh.* 28. *b. Eccle.* 9. *c. Malac.* 1. *b.* Panis in vinum temperatum, minutatim coniectus, vinum arripit: quod est autem aqueum, relinquit. Ita etiam caro Domini, quæ est panis cœlorum ebibit sanguinem, eos qui ex hominibus sunt cœlestes, ad incorruptionem enutriens: solas autem illas carnales cupiditates ac corruptionem relinquens. Panes quoque propositionis, *g* carnem Christi significant. *Exod.* 25. *c.* Hunc panem *h* non comedit ociosa mulier fortis. *Prouerb.* 31. *d.*

Panis, dicitur *i* doctrina Christi, & sacra scriptura, quæ aliquando dicitur panis de cœlo. *Gen.* 3. *d.* 14. *d. Exo.* 16. *a.* 23. *b. Leu.* 26. *a.* 1. *Reg.* 9. *b. Psalm.* 36. 40. 77. 101. *Prouerb.* 30. *b.* 31. *d. Isa.* 3. *b.* 21. *d.* 55. *c. Ierem.* 5. *d.* 11. *d. Thr.* 4. *a. Eze.* 14. *d.* Et panes cocti in clybano, designant doctrinam Euangelicam. *Leu.* 2. *b.* quæ etiam dicitur panis arctus, *Isa.* 30. *e.* 51. *a.* 58. *b. Amos* 4. *b.* Et panes ex simila, secretiorem doctrinam significant. Panes verò ex farina, communem doctrinam. Et panis quotidianus, dicitur doctrina ad salutem necessaria. *Matth.* 6. *b.* Panes autem Dei ponit coram idolis, qui per scripturam sacram defendit errores. *Ezech.* 16. *c.* Et panis, quem comedit princeps coram Domino, est doctrina, quam docet Christus. *Ezech.* 44. *a.* Et panes azymi, sunt doctrina Euangelica, & Apostolica. *Leu.* 7. *a.* 8. *e.* Panes quoque propositionis, designant doctrinam Apostolorum: & quia erant ex simila, simpliciorem doctrinam. *Exod.* 25. *c.* 35. *b.* 40. *c. Leu.* 24. *a.* 26. *a.* Et panis filiorum, est sublimior doctrina. *Matth.* 7. *b.* 15. *c. Ezech.* 14. *d.* Panis quoque dicitur doctrina solidior, quæ est cibus fortium. *Isa.* 3. *a.* 21. *d.* 33. *c.* 55. *a. Psalm.* 103. 131. *Cant.* 4. *a. Iob.* 20. *b.* 22. 27. *c.* 28. *b.* 42. *c.* Et panes primitiarum duo, *k* sunt doctrina legis, & Euangelica. *Leu.* 23. *c.* 1. *Reg.* 2. *g.* Panem pollutum offerunt, *l* qui sacram doctrinam propter humanam gloriam, vel lucra seculi populus diuidunt, & diuitibus blandiuntur, & honorant peccatores. *Malach.* 1. *b. Eccle.* 10. *d.* 11. *a.* Panes triticei, Euangelicam doctrinam significant. Panes verò hordeacei, doctrinam legis. *Matth.* 15. *d.*

Panes tres, *m* tres sensus sacræ scripturæ significare possunt, & etiam mysterium, & fidem Trinitatis: & tres partes pœnitentiæ. *Luc.* 11. *a.* Item tres virtutes, quibus reficitur homo Dei, & roboratur: nempe castitatem, humilitatem, & charitatem. Item tres libros Salomonis, triplicem continentes doctrinam, moralem, physicam, & inspectiuam. Potest etiam designari panis quotidianus triplex, *n* nempe Eucharistia, doctrina, & panis materialis: quos panes ministrauit Christus turbis. *Ioan.* 6. *b.*

Panis subcinericius, *o* mysteria Christi significare potest, *p* & reconditos scripturarum sensus. *Ge.* 18. *a. Ex.* 12. *f.* Panis quoque subcinericius, est prima doctrina tradita Gentibus: vel historia legis, quæ spiritualem intelligentiam in lege opertam continet. 3. *Reg.* 17. *b.* Et pastum diuini dogmatis extrinsecus rudem, sed medullitus mirè confortantem, & suauem. 3. *Reg.* 19. *a.* Panes quoque absolutè sunt *q* mystici sensus sacræ scripturæ. 1. *Regu.* 2. *g. Ezech.* 16. *Matth.* 26. *d.*

Panis fermentatus *r* prædicationem Euangelicam significare potest: quando ex testamento veteri, tanquam fermentum inserta sunt testimonia.

Panes subcinericios, comedunt Iudæi *s* mistos frumento, hordeo, faba, lente, milio, & auena. *Ezech.* 4. *c.* quorum alter hominum, alter iumentorum cibus est, in eo enim quod videntur in vnum Deum credere, habent aliquid frumenti, quod autem filium negant, hordeo iumentorum pascuntur, & fabis, quibus comedentium venter inflatur, & mens opprimi dicitur, &c. Et dicuntur comedere panem pollutum. Lex autem quam Iudæi legunt, & non intelligunt, subcinericius panis est, & opertus humano stercore. Quamobrem & Paulus Apostolus lucra legis & pristinarum ceremoniarum obseruantiam, dicit se sicut stercora habuisse, vt Christum lucrifaceret. Panes quoque, quibus abundabant mercenarij, sunt doctrina legis, quæ erat apud Iudæos. *Isa.* 55. *a. Luc.* 15. *c.* Et panem non portare in via, est non docere vetustatem literæ. *Marc.* 8. *b. Iob.* 28. *a.*

Panis, cùm sit præcipuus inter cibos, *t* charitatem, quæ suprema est virtutum, significare potest. *Luc.* 11. *b.* Hi panes dantur operantibus in ciuitate Ecclesiæ. *Ezec.* 48. *c.* Et indigens pane, est qui non habet charitatem. *Pro.* 12. *b.* Panes quoque dicuntur *u* spiritualia virtutum munera. 1. *Reg.* 2. *g. Isa.* 33. *c. Psalm.* 131.

Panis, vt ex multis granis conficitur, *x* Ecclesiam, quæ est corpus Christi mysticum ex diuersis fidelibus compactum per charitatem & amorem, & ipsi Deo offerendum in hostiam sanctam, ipsique placentem, designat, vt iam deinde transformemur in Christum, & dicamus, *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus.* Panis etiam subcinericiùs, est multitudo fidelium, decocta igne Spiritus sancti per pœnitentiam. *Gen.* 18. *a. Exod.* 12. *f.*

Panis subcinericius, dici potest *y* pœnitentia Gentium, aut satisfactio pœnitentium, qui Spiritus sancti igne decocti, fiunt esca beneplacita Deo. *Gen.* 18. *a.* 3. *Re.* 19. *a.* Torta etiam panis, *z* designare potest afflictionem carnis voluntariè assumptam, propter præteritas delectationes, & tres tortæ, tres partes pœnitentiæ. 1. *Reg.* 10. *a.* Panis etiam lachrimarum, & panis doloris, *aa* pœnitentiam significare solent. *Psalm.* 79. 126. Significant etiam labores huius ærumnosæ vitæ. Et panes duo dati Sauli, designant prælatum fiere debere pro suis & subditorum peccatis. 1. *Reg.* 10. *a.* Hos panes comedit homo exterior cum interiore. *Psalm.* 40. panis afflictionis, *bb* est tristitia in hac lachrimarum valle. *Deut.* 16. *a.* Comedes afflictionis panem.

Panis Aser pinguis, designat *cc* perfecta opera patientiæ: qualia sunt martyrum. *Gen.* 40. *c.*

Panes propositionis duodecim, significant *dd* Apostolos, & doctores. *Exod.* 25. *c.* 35. *b.* 49. *a. Leu.* 2. *b.* 24. *a.* Et cùm dati sunt Dauid, significant omnes futuros esse sacerdotes in regno Christi. 1. *Reg.* 21. *a. Matth.* 12. *a. Marc.* 2. *d. Luc.* 6. *a.* Superponitur autem his panibus thus: quia bonus odor sunt Deo: & sal, quia ipsi sunt sal terræ. Mutantur autem per singula sabbata: quia decedentibus Apostolis, & doctoribus, & ad cœlesti sabbati requiem transeuntibus, alij in eorum locum succedunt.

Panes, quos obtulit Iacob patri suo, fidem Apostolorum designare possunt, & eorum, qui crediderunt ex Iudæis in Pentecoste. *Gen.* 27. *c.*

Panis quandoque dicitur *ee* gloria cœlestis: in cuius typum dicitur. 2. *Reg.* 9. *d.* Comedet semper panem super mensam meam. *Isa.* 65. *d. Luc.* 14. *c.*

Panes azymi, *ff* puram conuersationem significare possunt. *Exod.* 12. *b.* 13. *a.* 29. *f.* Et comedunt panes azymos, qui non inflatè, nec superbè sapiunt, nec se bonos aut iustos reputant. Panes etiam azymos offert, qui proximo animam ponit. *Leu.* 2. *b.*

Panes fermentati, significare possunt *gg* conuersationem impuram, & etiam scientias seculares, puram veritatem non habentes. *Leu.* 2. *b.* vnde panis fermentatus non offertur pro primitiis: qui potest significare fortes in fide. *Leuit.* 2. *c.*

Panis subcinericius ex ea parte est mundior, quam inferius occultat, atque ex ea sordidior, qua desuper cinerem

Natura diuina. Gloria. Æternitas. Christi. Christus. Eucharistia. Caro Christi.

Doctrina Christi. Sacra scriptura.

Doctrina Euangelica. Doctrina legis. Tres sensus scripturæ. Fides & mysterium Trinitatis. Tres partes Pœnitentiæ. Tres virtutes. Tres libri Salomonis. Mysteria Christi. Rudior doctrina. Mystici sensus. Prædicatio Euangelica. Lex vetus. Charitas. Virtutes. Ecclesia. Pœnitentia. Labores huius vitæ. Perfecta opera patientiæ.

Apostoli. Doctores. Fides Apostolorum. Gloria cœlestis.

Conuersatio pura. Conuersatio impura. Scientia seculares. Fortes in fide. Intentio.

a *Ori. s. Isai. hom.* 9.
b *Gr.* 1. *Re.* 2.
c *Ori. s. ps.* 26. *hom.* 4. *Arn. s. ps.* 104. *Am. de bene. Patriarch.* 6. *Terd. adu. Iudæos.*
d *Hie. s. Ier.* 11. & *s. Eze.* 18 & *adu Iouin.*
e *Aug.* 2. *ser. Dom. in mont.* & *s. Ioan. tract.* 23.
f *Gre. s.* 1. *Re.* 2. & 23. *mor.* 25. *Isy. s. Leu.* 23. *Cle. Alex.* 1. *ped.* 6.
g *Georg. Ven. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 20.
h *Cyr.* 4. *s. Ioan.* 28. *Bed. s. Prouer.* 31.
i *Ori. s. Leuit. h.* 13. 16. & *s. psalm.* 36. *ho.* 4. & *s. Exod. hom.* 9. & *s. Ierem. hom.* 8. & *s. Mat. cap.* 19. *Arn. s. ps.* 40. *Phil.* 2. *al-leg. Hie. s. Isa.* 3. 21. & *s. Ez.* 16. 44. *Aug.* 17. *ciu. Dei.* 4. & 2. *serm. Dom. in mont.*
k *Isyc. Leu.* 7. 8. 23. 24. 26. *Gre. s.* 1. *Re.* 9. 16. & 15. *m.* 6. & 16. *m.* 3. & 23. *mo.* 25. *Amb. s. ps.* 118. *serm.* 13. *Bed. s. Pro.* 31.
l *Hie. s. Mal.* 1. & *s. Is.* 30.
m *Am. s. Lu.* 11. *Aug. s. Rom. inchoata, & de ver. Dom. ser.* 29.
n *Bern. serm. parue.* 17. & *s. Cant. ser.* 1. *Rup. s. Ioan.*
o *Gr. Nyss. de oratione.*
p *Philo. de sacrific. Abel. & Cain. Ambr.* 1. *de. Abr.* 3.
q *Bern. serm. par.* 64. *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
r *Orig. s. Eze. hom.* 7. & *s. Matth. ho.* 5.
s *Hie. s. Eze.* 4. & *ep. bea. titudinis. Orig. s. Leu. h.* 5. *Gre.* 18. *m.* 20.
t *Aug. epist.* 121. & *de ver. Dom.* 29. *Bed. s. Pro.* 12.
u *Gre. s.* 1. *Reg.* 2. & 23. *mor.* 25.
x *Georg. Vene. Cant.* 2. *to.* 3. *c.* 20.
y *Bed. s. Gene. s.* 18.
z *Gre. s.* 1. *Reg.* 10. *Hie. epist Beatus Pamphilus.*
aa *Aug. s. ps.* 126. *Ricar. de sancto Victor.* 2. *de arca mystic.* 17.
bb *Glo. int. s. Deut.* 16.
cc *Ricar. de s. Vict. de* 12 *Patr.* 15.
dd *Am. s. Luc.* 6. *Isyc. s. Leu.* 2. *Cyril.* 4. *s. Ioan.* 12.
ee *Glossa ordinaria super* 2. *Re* 9. *g.*
ff *Cly. grad.* 15.
gg *Ori. s. Leu. hom.* 5.

Digitized by Google

cinerem portat. *a* Quisquis ergo intentionem, qua Deum debuisset quærere, negligit, quasi more subcineticij panis mundiorem partem inferius premit: & cùm curas seculi libenter tolerat, quasi congestum cinerem superius portat. Sic factus est Ephraim subcinericius panis, qui non reuersatur. *Hos.7.c.* Reuersaretur autem, si desideriorum cárnalium cinerem repelleret, & intentionem bonam, quam in se dudum despiciendo oppresserat, superius ostentaret.

Sacerdotium Iudæorum.

Panes, quos dedit Abraham Agar, *b* sacerdotium Iudæorum significant: qui habebant panes propositionis, qui veteraucrunt. *Gen.21.b.*

Victus diurnus.

Panis, secundùm quòd ex multis conficitur granis, vnitatem significare potest. *Gen.31.g.39.b.*

Corporalia subsidia.

Panis etiam significat *c* ipsum victum: vt panis quotidianus, est victus diurnus. *Matth.6.b.16.a. Psalm.103. Ezech.4.d.* Et panis appositus seruo Abrahæ, sunt corporalia subsidia prædicatoribus exhibita. *Gen.24.d.28.d. Thren.5.b. Iob.15.c. Ioan.6.b.* Hunc panem non comedit Moses quadraginta diebus. *Exod.34.d.* Potest generaliter panis, *d* stipendia vitæ præsentis significare. *Prou.31.d.*

Stipendia vitæ præsentis.

Consolatio turpis vitæ.

Panis, *e* consolationem aliquando designat turpis vitæ, quæ dicitur panis arctus. *Isa.30.c.* Item delectationem gulæ, & generaliter voluptates. *Gen.3.e. Exod.16.a.1.Reg.2.g.10.a. Thre.5.b. Iob.3.b.33.c.* Et hic est panis quem quærit populus. *Thren.1.d.*

Delectatio gulæ.

Voluptates.

Panes propositionis *f* temperantiam cõmendant, quando sine vllis cupediis simpliciter proponuntur. Significant etiam duodecim menses, quibus beneficia Dei recipimus, & sunt seni, propter æquinoctia, quæ sex mensibus distant. *Exod.25.c.*

Temperantia.

Duodecim menses.

Panis noster, quem comedit inimicus, designat *g* bona opera, quæ peccantibus nobis aufert diabolus. *Iere.5.d.* Et panis quotidianus est obseruatio præceptorum. *Matth.6.b.* Et panes quibus pascebatur Elias à coruis, sunt opera pietatis proximis exhibita. *3.Reg.17.c.*

Bona opera.

Panes, dici possunt experientia naturalium, quibus dicitur, *Isa.44.c.* Calefactus est, & coxit panes.

Experientia naturalium.

Panes quinque multiplicati, *h* sensibilia scripturarum verba quinque sensibus respondentia, significare possunt, qui multiplicati sunt in doctrinam Euangelicam. *Matth.12.b. Ioan.6.b.* Vel sunt quinque libri Moysis, qui erant hordeacei propter asperitatem literæ legis, vel propter literalem, & historicum cibum, atque ideò duriorem. Non fecit autem Christus nouos panes, sed hordeaceos multiplicauit, quia mysteria monstrauit in litera legis. Possunt etiam designare temporalia, ad quinque sensus pertinentia.

Verba sensibilia scripturarum.

Quinque libri Moysis.

Temporalia.

Panes septem multiplicati, *i* quietem spiritualem significare possunt. *Matth.15.d.*

Quies spiritualis.

Panes doloris, sunt sacramenta hæreticorum, quæ dolorem inferent suscipientibus. *Psalm.126.* Et panes mendacij, *k* est doctrina erronea hæreticorum, quæ loco pastus infert mortem. Vt autem panis vitæ est Christus, & eius doctrina, ita panis mortis, & impietatis, est peccatum & doctrina peruersa. Hic est panis absconditus, quem hæretici suauiorem asserunt. *Prou.4.c.9.a.d.23.a. Iob.2.b.24.a.27.c. Eccle.10.d.* Et panis fornicariæ, qui est panis luctus, & doctrina hæreticorum, & verba mortifera. Et panis lugentium qui pro mortuo offerebatur, sunt *l* sacrificia hæreticorum: qui omnia quæ faciunt, conuertentur eis in luctum. *Hos.b.9.a.* Et panes veteres Gabaonitarum, *m* significant idololatriam, vel vitam veterem. *Ios.9.a. Psalm.104.* Panis pollutus, *n* sunt sacrificia Iudæorum post passionem Christi. *Malach.1.b.*

Sacramenta hæreticorum.

Doctrina hæreticorum.

Peccatum.

Idololatria.

Vita vetus.

Sacrificia Iudæorum.

Panis serpentis, dici potest *o* puluis, ad quem comedendum condemnatus est. *Isa.65.d. Gen.3.c.*

Puluis.

Panis, hoc est, triticum, dicuntur *p* Iudæi aut proceres Ecclesiæ. *Isa.28.g.* Panis autem comminuetur.

Iudæi.

Proceres Ecclesia.

Panis *q* fauorem inanis quandoque gloriæ significare potest. 1. *Reg.14.d.* Et panis in vtero hypocritæ, est satietas temporalis delectationis in mente ex laude adulantium. *Iob.2.b.*

Voluptates ex laudibus.

Panis impietatis, *r* est rapina, & omne iniquè acquisitum. *Prou.4.c.* Comedunt panem impietatis.

Rapina.

Panificus, vel Pistor.

Pannus.

PANNVS est, ex quo fiunt vestimenta: & pónitur sæpè pro panno crasso & vili, attrito & lacerato.

Panni, quibus aliquis inuoluitur, *s* diuinam protectionem significare possũt, & Christum Iesum, quem debemus indui. *Ezech.16.a.*

Diuina protectio Christi.

Panni etiam dicuntur *t* testimonia de solida euangelicæ lectionis plenitudine abscissa, quæ ad hoc à malis assumuntur, vt contegant potius ignominiam ociositatis ac verecundiæ, vel alterius vitij, quàm vt calefaciant & exornent.

Testimonia scripturæ.

Panni præterea, quibus aliquis inuoluitur, humilitatem, & cognitionem propriæ imbecillitatis significare possunt. *Ezech.18.a. Luc.2.b.*

Humilitas.

Cognitio sui.

Pannus nouus non assumendus vestimento veteri *u* opera noui hominis significat, & doctrinam noui testamenti. *Matth.9.b. Marc.2.d. Luc.5.g.*

Opera bona.

Doctrina noui testamenti.

Panni, quibus extractus est Ieremias de lacu. *Iere.38.d.* designant *x* malos ad fidem vocatos. Vel quia ne ligatus funibus dum trahitur, incidatur, simul etiam panni veteres deponuntur, quia ne diuina præcepta nos terreant, antiquorum patrum nos exempla confortant, & ex eorum comparatione facere nos posse præsumimus, quod ex nostra imbecillitate formidamus.

Mali ad fidem vocati.

Panni, quibus ligatur brachium fractum. *Ezech.30.f.* fauorem vel auxilium humanum indicare videntur.

Exempla patrum.

Auxilium humanum.

Panni infantiæ, ignorantiam *y* superni iudicij in persecutoribus Ecclesiæ designare possunt. *Iob.38.a.* Pannis enim infantiæ pedes ac brachia constringuntur, ne huc atque illuc dissoluta libertate iactentur. Et quia persecutores sanctæ Ecclesiæ, velut mare in stabilitate cordis inquieti, atque huic seculo dediti, puerilia sapiunt, obscurirate atque caligine & ignorantia superni iudicij constringuntur: ne tantum persequi valeant, quantum volunt: ideò pannis infantiæ dicuntur obuoluti. Designant etiam rudia præcepta Israëlitico populo velut infanti tradita. Item infirmam cognitionem sensibus alligatam.

Ignorantia superni iudicij.

Præcepta Iudæis tradita.

Infirma cognitio.

Pannus menstruatæ, sumitur *z* in comparationem rerum contemptibilium & turpium. *Isa.64. Esther.14.d.*

Scientia secularis.

Panthera, vide Pardus. Papilio, vide Tentorium.

Papyrus, Papyrio.

PAPYRVS, est arbuscula præcipuè in Ægypti palustribus nascens: ex qua parabantur chartæ pertenues, à quibus papyrus, in quo scribimus, nomen accepit. Papyrio verò est locus vbi multæ erant ex illis arbusculis.

Corda Iudæorum.

Papyrus Ægypti, *aa* verba Philosophorum veritate vacua significare potest: vel scientiam seculatem. *Isa.18.b* iuxta Septuaginta.

Detractor.

Papyrio, in quo erat fiscella, in qua positus erat Moses, ad ripam fluminis, *bb* corda Iudæorum sordentia significare potest. *Exod.2.a.*

Papula.

Papula, est pustula, seu tuberculum, quod ieiunæ saliuæ defricatione curatur. *Leu.14.g.22.c.* designare potest *cc* detractorem.

Par.

Par, numerum duorum significat. Et paria dicuntur æqualia. Numerus autem par est, qui in duo æqualia diuiditur. Vide Appendicem numerorum. Par boum, vide *Bos.*

Parabola.

PARABOLA, dicitur similitudo, seu rerum dissimilium comparatio.

Cognitio huic tempori congruæ.

Parabola, designat cognitionem huius temporis, quia videmus nunc per speculum in ænigmate. Ideò Christus dicitur inclinasse autem in parabolam, *cc* quia tradidit doctrinam huic tempori congruentem. *Psalm.48.77.*

Mystica verba Iob.

Parabola, quam dicitur assumpsisse Iob, *dd* designat eius dicta mysticè fuisse prolata, & in Ecclesiæ typum esse intelligenda. *Iob.27.a.* Ipse quoque typum gerit Christi, qui in parabolis aperuit os suum. *Psalm.77. Matth.13.a. Marc.4.a. Luc.8.a.*

Christus.

In parabolam factus dicitur Christus, quum *ee* ei maledicebant Iudæi, & per quandam comparationem dicebant: Sic ille pereat, quomodo iste. *Psalm.68.*

a *Gre.32, in.* 8.
b *Bed.s. Gen.* 11.
c *Ori.s. Mat. cap.*16. *Hie.s. Ezech.*4. *Aug.2. serm. Domini in monte. Gre.* 23. *mor.* 26. & 12.*m.*20.
d *Hie.s. Pro.* 31.
e *Hie.s. Isai.* 30. *Gre.*15. *mor.*5. & 23. *mor.*16.27.
f *Phil. de victimis. Hie. de vest. sacerd.*
h *Aug.*2.*ser. Domini in monte.*
g *Ori.s. Mat. cap.*14. *Hil.s. Matth. Cant.* 14. *Aug.* 83. *q.*6. & *s. Ioa. tract.*14. *Chry.*3.*s. Ioa.* 17.
i *Am.s. Lu.*9. *Hie. epist. B. Pamphilius. Orig.s. Mat. hom.*3.
k *Arn.s. psa.* 103.104. *Gr.* 23.*m.*26. & 16.*mor.*27. *Aug. s. Ioan. tract.*97. *Bed. s. Prou.*23.
l *Hie. s. Hos.* 9.
m *Rup.s. Hos.* 9. *Orig.s. Ios. hom.*9. *Arn.s. psalm.*104.
n *Ru.s. Ma.* 1.
o *Hie.s. Isai.* 65.
p *Hie. s. Isai.* 28.
q *Gre.s.*1.*Re.* 14. & 15.*m.* 5.
r. *Lyr. s. Pr.*4.
s. *Hie.s. Exec.* 16. *Glo. ord.s.* 16.
t *Cassia.li.*10. *cap.*21. *Am.s. Luc.*5. *Hie.s. Matth.* 9. *Amb.*2.*de Spiritu sancto.*11.
u *Gre.*25.*m.* 8.
x *Gre.*28.*m.* 15.17.19.
y *Hie. s. Isai.* 64.
z *Hie.s. Isai.* 18. *Gr.*13.*m.* 7.
aa *Ori.s. Exo. hom.*2.
bb *Isy.s. Leu.* 22.
cc *Au. s. psal.* 48.
dd *Gre.*18.*m.* 1. *Hie.s. psal.* 77.
ee *Aug.s. psa.* 68.

Digitized by Google

Parabola, contra regem Babylonis assumpta. *Isa.* 14. *a.* significat *a* planctum super perditione malorum. *Planctus in malos.*

Paracletus.

Spiritus sanctus.

Paracletus, Græcè idem est quod aduocatus, patronus, consolator, adhortator, & deprecator. Sumitur autem pro Spiritu sancto, & aliquando pro ipso Christo, qui est aduocatus noster, & consolator, ideò Spiritus sanctus dicitur alius paracletus. *Ioan.* 14. *b.* 15. *d.* 16. *b.*

Paradisus, vide Hortus.

Paralysis, Paralyticus.

Torpor pigritia.

Paralysis, est nervorum dissolutio, quæ aliter sanari non potest, nisi nervi illi dissoluti, & iusti latiores restringantur, & roborentur. Paralyticus autem est nervis dissolutus.

Paralysis, typus est *b* torporis, quo piger iacet in mollicie carnis, habens desiderium salutis, sed torporis ignauia, & duplis cogitationibus, ac si enervatus membris offendit. *Marc.* 2. *e*

Inepetus ad bene operandum.

Paralyticus, membrorum dissolutionem patiens, significare potest *c* eos qui omnes potentias ineptas habent propter peccata, ad bene operandum. Et qui soluti sunt animo, ipsum velut iacentem habentes. *Matth.* 8. *a.* 9. *a. Marc.* 2. *a. Luc.* 4. *a. Ioan.* 5. *d.*

Populus Iudaicus. Gentiles.

Paralyticus triginta octo annos iacens in porticu probaticæ piscinæ. *Ioan.* 5. *a.* populum *d* Iudaicum designat, torpentem in bene operando. Vel è diuerso *e* Gentiles, qui iam erant inter Iudæos, nec tamen curabantur. Alius etiam paralyticus. *Matth.* 9. *a.* significat Gentiles fide & operibus dissolutos, & torpentes.

Paropsis, vide Catinus.

Parare, Præparare, Præsto, Promptus.

Incarnatio. Institutio baptismi. Honor Christi. Fœlicitas. Mysteria. Eucharistia. Christus descendens in infernum. Angeli separantes malos à bonis. Vulgus Iudæorum. Disponere cor. Prædicatio. Suscipere correctionem & prædicationem. Magnificans Deus Ecclesiam. Continens Deus prædicatores. Conuersio infidelium. Mittens Deus prædicatores Gentilibus, Iudæis & peccatoribus. Consolans Apostolos. Misericordia in primo aduentu. Humanitas Christi. Apostoli. Cœlum. Collatio legis. Tradens Pater Filium. Creatio per filium. Impletio promissionis. Missio Ioannis Baptistæ. Conuersio Iudæorum in fine mundi. Occiso prophetarum & Christi. Promptè honorare Christum. Emundare à vitijs.

PARARE, Interdum est acquirere. *Prouerb.* 6. *a.* Formica parat sibi in æstate cibum. Disponere. *Exod.* Parabis acetabula, ac phialas. Ordinare. *Genes.* 27. *b.* Parabit in illa cibos, sicut velle nouerat. Ornare, seu adornare, & instituere. *Exod.* 26. *c.* In sagis, quæ parantur tecto. Præparare. *Exod.* 16. *a.* Nec qui minus parauerat, reperit. Paratus autem aliquando est firmatus. *Psalm.* 56. 117. Paratum cor meum Deus. Præparare autem est ante parare.

Parauit Deus brachium suum, *f* quando misit filium suum. *Isa.* 52. *c.* Sic præparauit semen Dauid vsque in æternum. *Psalm.* 88. Et parauit vermem, cùm Filium suum incarnari fecit. *Iona* 1. *c.* Et præparauit hostiam tradens Filium suum. *Soph.* 1. *b.* Præparauit autem Deus egressum Christi quasi diluculum. *Hos.* 6. *a.* quia Christus attulit lucem mundo, quando processit tanquam sponsus de thalamo suo.

Parat Deus pluuiam tertæ, *g* cum baptismum, & dona Spiritus sancti hominibus largienda instituit: aut doctrinam. *Psalm.* 146. Hæc dicitur Deus parare in dulcedine pauperi. *Psalm.* 67.

Parauit Deus lucernam Christo, cùm effecit vt in nomine Iesu omne genu flecteretur. *Psalm.* 131. Et parauit sedem Christo, *h* faciens eum ad dexteram suam sedere. *Psalm.* 92. parat etiam Deus locum omnibus prædestinatis in fœlicitate. *Exod.* 23.

Parat Deus prandium, *i* cùm disponit mysteriorum escas, & Eucharistiam. Hæc autem parat ieiunantibus, præcipuè à vitiis. *Matth.* 22. *a. Psalm.* 22. 64.

Paratus homo ad portandum hircum in desertum, designare potest *k* Christum, qui descendit in infernum, & per propriam virtutem ascendit ad Patrem seipsum offerens. *Leu.* 16. *d.* Potest etiam designare angelos, qui separabunt malos à bonis. Item *l* vulgus Iudæorum, qui persuasi à principibus, petierunt dimitti Barabbam.

Parare viam Domino, *m* est disponere cor vt intret Christus, quod fiet, compressis tumoribus vitiorum, & infidelitatis, & eleuata humilitate terrenæ labis, & libidinis voraginibus obstrusis. *Luc.* 3. *a. Isa.* 40. *a.* Est etiam disponere Gentilitatem, & infideles ad fidem suscipiendam. Præparatio autem domus, est dispositio ad audiendum verbum Dei. *Gen.* 24. *d.* Præparant etiam corda, qui abiectis vitiis & prauis cogitationibus mentem sanctis meditationibus & virtutibus exornat. 1. *Reg.* 5. *a.* Paratum etiam dicitur cor Christi & fidelium ad lætanter obediendum. *Psalm.* 56. Datur etiam paratus ad custodienda mandata Dei. *Psal.* 118.

Præparat vox Domini ceruos, *n* quum Ioannes dicit: Parate viam Domini. *Psalm.* 28. Præparauit quoque Deus ceruos, quando misit Apostolos, & prædicatores ad prædicandum. Præparauit item Deus montes in virtute, *o* cùm misit Apostolos ad prædicandum cum virtute miraculorum. *Psalm.* 64. Et præparantes se Angeli, vt canerent tubis: sunt *p* Apostoli, & prædicatores parati ad prædicandum. *Apocalyp.* 8. *b.* Hæc est præparatio Euangelij pacis. *Ephe.* 6. *c.*

Præparatur in occursum Dei, qui libenter recipit correctionem. *Amo.* 4. *d.* Præparari autem ad sonum tubæ, *q* est per prædicationem auditam aduersus diabolum se armare. *Ezech.* 7. *d. Malac.* 3. *a. Matth.* 11. *b.* Dicitur etiam Deus præparasse opera bona. *Ephe.* 2. *d.*

Præparauit Deus terram super flumina, quando *r* constituit Ecclesiam superiorem potentibus seculi, & cupiditatibus, & generaliter malis, qui fluunt in hoc seculo. *Psalm.* 23.

Præparauit Deus thesauros niuis, & grandinis in die belli. *Iob.* 38. *c.* quia *s* prædicatores diu intra suæ præscientiæ sinum tegit, & cùm repente eos eduxerit, resistentia aduersariorum pectora illorum verbis ac redargutionibus; quasi quibusdam grandinibus percutit. Præparauit etiam niuis thesauros ad tempus hostis, quum tempore passionis Christi conuertit infideles.

Præparauit Deus coruo escam, *t* quum Gentilibus misit prædicatores, qui eos instituerent: vel quum Iudæis prædicari per Apostolos fecit. *Iob.* 38. *d.* Vel etiam qui aliis prædicatoribus prædicatorem iuxta eorum exigentiam disposuit. Vel certè cum pulli, vt satientur clamant, coruo esca præparatur, quia dum verbum Dei boni auditores esuriunt, pro reficiendis eis, maiora doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur. Ad hæc pertinet præparatio conuiuij nuptiarum. *Matth.* 22. *a.* Sic parat Deus cibum fidelibus. *Psalm.* 64. parauit quoque Deus in dulcedine pauperi, cùm post resurrectionem consolatus est Apostolos, eosque misit ad prædicandum. *Psalm.* 67.

Præparari dicitur solium Christi in misericordia. *Isa.* 16. *b.* quia primus *u* eius aduentus præcedens iudicium, est misericordiæ.

Præparatum habitaculum Dei, *x* est humanitas Christi. *Isa.* 16. *b. Psal.* 32. Et præparatus mons domus Domini, *y* est Christus prophetatus. *Isa.* 2. *a. Mich.* 4. *a.*

Apostoli *z* etiam & sancti, sunt præparatum habitaculum Dei. *Psalm.* 32. *f.*

Præparatum etiam habitaculum Dei, est *aa* cœlum. *Psalm.* 32. Ibi præparauit Deus quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. *Isa.* 64. *b.* Parat etiam Deus nobis locum, *bb* quando nos disponit per fidem, vt recipiamur in cœlo. *Ioan.* 14. *a.* Non enim locus ipse tunc parandus erat, qui ab æterno paratus est: sed introducendi erant parandi per gratiam, & dona Spiritus sancti.

Præparauit Deus hederam Ionæ Prophetæ *cc* quando dedit legem populo Israël. *Ioan.* 4. *c.*

Præparauit Deus piscem grandem, qui deuoraret Ionam, *dd* quia ipse tradidit Filium suum pro nobis in mortem. *Ioan.* 2. *a.* Vel præparauit illi sepulturam, tum dando legem, vt crucifixorum corpora eadem die sepelirentur: tum inspirando Ioseph, vt ipsum sepeliret.

Præparauit Deus orbem in sapientia *ee* quia per filium creauit & disposuit mundum. *Iere.* 10. *b.*

Præparari dicitur veritas Dei in cœlis, *ff* quando Christus susceptus est ab Apostolis, quando in eis impleta est promissio facta patribus. *Psalm.* 88.

Præparasse dicitur Deus lucernam Christo, *gg* quando præmisit Ioannem Baptistam. *Psalm.* 131.

Præparabit Deus vultum Iudæorum in reliquiis suis. *Psalm.* 20. quum eos *hh* conuerti faciet per Eliam & Enoch ante finem mundi. præparauit quoque in reliquiis, quum eis mittebat Prophetas, quos ipsi occiderunt, & postmodum eorum reliquiæ crucifixerunt ipsum Christum.

Parantes munera fratres Ioseph, designant promptitudinem habendam ad exhibendum honorem Christo. *Gen.* 43. *e.*

Præparat foris opus suum, *ii* qui se curat à vitiis emundare, vt possit bonis operibus vacare. *Prou.* 24. *d.* Parant etiam Pascha Christo, qui *kk* mundant animas suas. *Matth.* 29. *b.*

a *Hie. s. Isaie.* 14.
b *Hie. s. Mar.* 2.
c *Ori. s. Matt. hom.* 4. *Hil. s. Matt. Can.* 7.
d *Cyril.* 2. *s. Ioan.* 23. *Rup.* 5. *s. Ioa.*
e *Hil. s. Matt. Can.* 8.
f *Hie. s. Isai.* 52. & *s. Iona* 4. & *s. Soph.* 1. & *s. Hose* 9. *Aug. s. psal.* 88.
g *Ar.* & *Hil. s. Ps.* 46. *Aug. s. ps.* 67. 146.
h *Arn. s. psal.* 92.
i *Ori. s. Matt. hom.* 20. *Hil. s. p psalm.* 64. *Am. de Elia.* 10.
k *Orig. s. Le. hom.* 9. *Ilyc. s. Leu.* 16.
l *Rup.* 11. *s. Matth.*
m *Ori. s. Luc. hom.* 21. *Hil. s. p s.* 67. *Hie. s. Isai.* 40. *Aug. s. psalm.* 65.
n *Ori. s. Cant. hom.* 5. *Hie. s. psal.* 28.
o *Arn. s. psal.* 64.
p *Aug. s. Ap. hom.* 6.
q *Hie. s. Eze.* 7. & *s. Mal.* 3. & *s. Amos* 4.
r *Hie. s. psal.* 23. *Aug. s. ps.* 23.
s *Gre.* 27. *m.* 10. *Hie. s. Iob* 38.
t *Gre.* 30. *mo.* 12. 13. 14. 15. & *hom.* 38. *Hie. s. Iob.* 38.
u *Hie. s. Isai.* 16.
x *Arn. s. psal.* 32.
y *Hie. s. Mich.* 4.
aa *Aug. s. p s.* 32.
bb *Hie. s. Isa.* 16.
z *Aug. s. Ioa. tract.* 68. *Glo. ord. s. Ioa.* 18.
cc *Hie. s. Ion.* 4.
dd *Hie. s. Ion.* 2. *Rup. s. Ion.* 2.
ee *Hie s. Ier.* 10.
ff *Hi.* & *Au. s. p s.* 88.
gg *Hie. s. p s.* 131.
hh *Hie. s. p s.* 20.
ii *Bed. s. Pro.* 24.
kk *Ori. s. Ma. hom.* 35.

Digitized by Google

Parant die sexta manna, quod inferant in sabbatum, *a* qui in hac vita bene operantur, quod illis sufficiat ad futuram. *Exo.16.c.* Et præparare cibaria ad transitum Iordanis, est bene operari ante transitum huius vitæ. *Iosu.1.c.* Est etiam habere fidem Trinitatis. Paratæ quoque virgines, sunt habentes necessaria ad salutem, vel habentes bonum testimonium conscientiæ. *Matth.25.a.*

Bene operari in hac vita.
Fides Trinitatis.

Parari in diem tertium, *b* est disponi per legem naturalem ad susceptionem legis gratiæ. *Exod.19.b.*

Disponi ad legem gratiæ.

Parare dicitur Deus arcum & vasa mortis. *Psalm.7.* quia *c* promptam habet punitionem aduersus malos. Parat etiam vasa mortis, in arcu, hoc est, in sacra scriptura, quum instruit in ea prædicatores, qui interficiant impios, vt iustificentur. Vel cum in ea permittit prodire hæresicos in multorum perniciem.

Prompta punitio Dei.
Instruens Deus prædicatores. a
Permittens hæreticos.

Præparationis dies. *Num. 2.a.* dici potest *d* dies iudicij, quando & bonis præparabitur gloria, & malis pœna. Quod ad literam dicebatur de præparatione hostium contra Israël. Præparari autem vmbraculum, est parari tentoria ad longam obsidionem. Præparatio autem ipsa dici potest Euangelij prædicatio, qua præparamur ad diem iudicij. Vel dies præparationis est totum hoc tempus vsque ad consummationem seculi.

Dies iudicij.
Prædicatio euangelij.

Parare acetabula & cætera vasa tabernaculi, *e* est variè disponere prædicationem secundùm exigentiam auditorum. *Exod.25.e.*

Disponere prædicationē.

Parare filiis Aaron tunicas lineas, est *f* ornari sacerdotes castitate. *Exod.28.g.*

Castitas sacerdotum.

Paratus Moses manè ad ascendendum in montem. *Exod. 34. a.* designat *g* dispositum ad incipiendum bonum opus, quod fit manè, quia talis hora aptior est ad diuina.

Dispositus ad bene operandum.

Paratus ad flagella dicitur, *h* qui libenter recipit pœnam peccati, seu pœnitentiam. *Psal.37.* Præparari in sartagine, *i* est per crucem Christi & pœnitentiam disponi, vt sit acceptum sacrificium. Deo. *Leu.7.a.*

Pœnitentia.

Præparare vnguentum, *k* est efficere, vt simus bonus odor Deo. *Exod.35.d.*

Disponere euangelia.

Præparare quatuor circulos aureos ad mensam portandam, *l* est disponere quatuor Euangelia ad tradendam sacram doctrinam. *Exod.25.c.*

Præparare filios occisioni, est *m* delere prauas cogitationes. *Isa.14.e.*

Delere malas cogitationes.

Præparat talia, qualia accipit in mensa potentis, *n* qui parat corpus suum ad martyrium: sicut videt Christum pro se passum. *Prouerb.23.a.*

Parari.
Martyrium.

Parauit Dauid locum templo ædificando, quando prophetauit ædificationem Ecclesiæ Gentium. *2. Para.3.a.*

Christus iustus.

Parata lampas ad tempus staturum. *Iob.12.a.* est *o* ipse Christus, qui à Iudæis despicitur, sed ipse venit iudicaturus viuos & mortuos. Vel est iustus, qui nunc despicitur, sed ad magnam potestatem in die iudicij aduersus malos est prædestinatus.

Angeli.

Parati, suscitare Leuiathan, *p* sunt electi Spiritus, qui vt superbum apostatam comprimunt, qui humiles eum sequi noluerunt, ita ipsis administrantibus disponitur, vt ad intentionem aperti certaminis destruendus funditus, quandoque reuocetur. *Iob.3.b.*

Autoritas Ecclesia.

Parantes cathedram Iob in platea, designant *q* ipsi Ecclesiæ parari cathedram, quæ in magnæ authoritatis latitudine sui magisterij exhibet libertatem, quæ enim recta sentit & publica voce prædicat, quasi in platea super cathedram sedit: cùm nullum de sua prædicatione meruit, nullius pressa terroribus se sub silentio abscondit. *Iob.29.b.* parata quoque sedes Dei, sunt *r* mentes fidelium: præparatur autem hæc sedes iustitia & iudicio, *Psal.92.*

Inanis gloria Diabolus.

Paratum dicitur esse semper tempus fratrum Iesu, *Ioan.7.a.* quia *s* gloriam mundanam quærebant, cuius tempus est in hoc mundo.

Sacerdotes Iudæorum.

Paratus leo ad prædam, *t* est diabolus semper quærens quem deuoret, *Psal.16.* designat etiam sacerdotes Iudæorum aduersus Christum. Item hæreticos. Sic erant parati quatuor Angeli ad nocendum hominibus, *Apoc.9.c.*

Hæretici.

Præparata foramina regis Tyri, *Ezech.28.d.* Erant *u* potentiæ: Luciferi in principio suæ creationis paratæ ad suscipienda diuina sacramenta.

Potentiæ Luciferi.

Præparant panem liberis hæretici, *x* qui verba Iustorum deprauantes, discipulos in erroribus instruūt, *Iob.24.a.* Et præparant vrbem in iniquitate, *y* cum loquuntur aduersus Deum iniquitatem, peruertentes simplices, *Hab.2.c.* præparat etiam hæreticus sicut lutum vestimēta, quia ☿ fluxè, & inquinabiliter ea, quibus se tueri vult, scripturæ sacræ contexit testimonia, *Iob.27.c.* parant etiam hæretici sagittas in pharetra, *aa* hoc est, authoritates scripturæ ad decipiendum, *Psalm.10.* Hæreticus *bb* quoque est meretrix præparata ad capiendas animas, *Prouerb.6.* Et rex qui præparatur ad prælium, *Iosu.15.c.* Et præparans sed Gog ad pugnandum, *cc* hæretici videlicet aduersus fideles. *Ezech.38.b.*

Præparati ad perdendas animas.

Præparat dolos vterus hypocritæ, *dd* quia tanto semper maiorem malitiam contra proximos in mente concipit, quanto solus præ omnibus videri innocentior quærit, *Iob.15.d.*

Fraudes hypocrita.

Præparata Tophet dicitur *ee* gehenna, quæ parata est malis, *Isa.30.f.* Ad idem refertur præparata dies tenebrarum, *Iob.15.c.*

Infernus.

Paraſcene.

PARASCEVE, idem est *ff* quod præparatio, dicebatur autem sic apud Iudæos dies ante sabbatum, qui præparabant omnia, quæ ad sabbatum erant necessaria, *Matth.27.g. Marc.15.g. Luc.23.g. Ioan.19.c.g.* Designat autem pœnitentiam, qua præparamur ad requiem æternæ gloriæ; ideò & prædicatio Ioannis & Christi à pœnitentia cæpit. Item vitam præsentem, qua præparare debemus manna ad sabbatum futuræ, *Exod.16.e.*

Pœnitentia.
Vita præsens.

Parcere, Ignoscere, Indulgere, Remittere.

PARCERE, est propriè abstinere, quasi non tangere. Accipitur etiam pro ignoscere, quod est veniam, vel impunitatem dare, quod & remittere & condonare dicitur. Remittere autem interdum est reducere, *1. Reg.6.a.* Quomodo remittamus eum. Et relaxare, *Exod.17.c.* Sin autem paululum remittamus.

Misericordia Dei maxima.

Ad ignoscendum dicitur multus Dominus, *Isa.55.b.* quia *gg* miserationes eius super omnia opera eius. Et dicitur dominus peccatori ad horam parcere, quia reatum culpæ concessis protinus fletibus diluit, *Iob.7.c.10.c.* parcit etiam nomini suo, quum peccantem populum liberat, ne nomen suum blasphemetur, *Exech.36.c.*

Passio Christi spontanea.

Non parcens Abraham filio suo Isaac *Genes. 22. c.* designauit *hh* firmam promissionem salutis per Christi passionem futuræ. Et non parcens diues oui pauperis *ii* indicauit Christum offerentem carnem suam pro nobis, *2. Regum.12.a.*

Indulgentiam prædicauit Christus captiuis, quando dixit *kk* pœnitentiam agite, *Isa.61.a.63.b.*

Vindicta Dei.

Non parcit Deus delinquenti, *Iob.9.d.* quia *ll* delictum sine vltione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Neque parcit. Deus Leuiathan, hoc est diabolo aut eius corpori, *Iob.1.a.* Non pepercit etiam speciosis Iacob, *mm* cum in torū destruxit Hierusalem, & cum animæ peccantis decorem abstulit, *Thre.2.a. Zach.11.b.* Non parcit loco, cum non eum seruat, sed perdit, *Gen.18.c.* Non parces loco illi.

Confiteri peccatum.

Non pepercit oculis Hierusalem; *nn* hoc est, animæ in peccato iacenti, quia præter Deum nemo potest offendenti deum subuenire, *Ezech.16.a.*

Frenare linguam.

Non parcit in dilatandis tentoriis, qui prædicat & dilatat fidem quantum potest. *Isa.54.a.*

Consentire diabolo.

Parcere, interdum est prohibere, & non parcit ori suo, *oo* qui confiteri malum quod fecit, non erubescit, *Iob.7.b. Psal.77. Prou.18.d.28.d.* parcit etiam linguæ à detractione, qui eam refrenat, *Sap.1.c.*

Retinere lasciuiam.

Parcere regi Amalecitæ, *pp* est consentire diabolo, vel retinere aliquid lasciuiæ in cogitatione, aut in ore, aut in carne. Fit etiam non confiteri omnia peccata, sed aliquod graue peccatū abscondere. Parcere autem optimis gregibus, & arietibus & vestib⁹ Amalec, est immūdas cogitationes retinere, & per affectū immūda diligere, *1. Re.15.a.*

Non confiteri omnia peccata.

Parcit quis in se malo, aut peccato, *qq* qui illud in semetipso pœnitendo non persequitur ac punit, *Iob.20.b.*

Non pœnitere.

Non parcens vir fratri suo, *rr* est hæreticus decipiens fratres, seu proximos, *Isa.9.d. Zach.11.a.* Ediuerso non parcens filiis, est non dimittens subditos in erroribus, *Isa.13.d.*

Decipiens fratres.

Parcus.

Liberans ab erroribus.

PARCVS dicitur qui frugi est, & sumptibus parcit. Non inuenitur in allegoriis, nisi quod parcè dicitur seminare, qui non est largus in dandis eleemosynis, *2. Corinth.9.b. Eccle.11.b.31.c.*

a *Ori.s. Mat. hom.32. & s. Ios. hom.1. Aug.83.a. 39. & serm. 106.*
b *Glo.ins.s. Exod.19.*
c *Ba. & Au. s. psal.7.*
d *Glos.inter.s. Nahum.2. Rup.s.Nah.2.*
e *Glos. ord. s. Exod.25.*
f *Glo.ord.s. Exod.28.*
g *Lyr.s.Exo. 34.*
h *Glo.ord.s. psalm.37.*
i *Glo. inter.s. Leu.7.*
k *Glo. ord. s. Exod.25.*
l *Glo.ord.s. Exod.35.*
m *Hie.s.Isai. 14.*
n *Chry.s.psa. 22. Aug.s. Ioan. tractat. 47.*
o *Gregor.10. mor.29.*
p *Gre.4. mor. 12.*
q *Gre.19.mo. 13.*
r *Au.s.ps.92. Ber.ser. 3. de aduc.*
s *Cyril.4. Ioan.35.*
t *Arn.& Hie s.psa.16. Ru.5.s. Apo.*
u *Hie.s. Eze. 28.*
x *Gr.16.mo. 23.*
y *Hi.s.Ha.2.*
z *Gr.18.m. 8.*
aa *Au.s.ps.10.*
bb *Bed.s.pro. 7.*
cc *Gre.12.m. 21.*
dd *Gr.12.m. 28.*
ee *Hie s. Isa. 30.*
ff *Hie.s.Matt 27. Gre.Nysse. de vita Mosis.*
gg *Gr.9.mo. 39. Hie.s.Eze.16 16.*
hh *Ori.s. Ge. ho.9.*
ii *Amb.Apo. Dauid.*
kk *Glo.ord.s. Isa.61.*
ll *Gr.9.m.27.*
mm *Glo.ord. s.Thren.2.*
nn *Rhe.s.Ex. 16.*
oo *Gr.8. mo. 15.*
pp *Ori.s. Nū. ho.19. Gr.s.1.Re.15*
qq *Greg. 15. mo.5.*
rr *Hie. s.Isa. 9.31.*

Digitized by Google

Pardus, Panthera.

PARDVS, *a* animal ferum, maculis distinctum: cuius fœmina Pardalis, & Panthera dicitur. Panthera autem sola omnium animalium suauiter olere fertur, idque non nisi bestijs, vnde abscondens se, venatur belluas, quæ eius odore delectantur.

Pardus aliquando dicitur *b* Deus, & etiam panthera, secundùm quod punit peccatores: quibus crudelis videtur, *Hos.* 13. *d.*

Pardus dicitur *c* diabolus propter crudelitatem, *Cant.* 4. *c. Ierc.* 5. *b.* vt autem est maculosus, significat hæreticos maculis errorum respersos: & etiam Iudæos, & peccatores: peculiariter autem raptores. Et præterea inordinatos affectus: qui crudeles sunt aduersus animam, *Isa.* 11. *b. Ierc.* 5. *b.* 13. *d. Hos.* 13. *b. Haba.* 1. *b.*

Pardi sunt etiam *d* hypocritæ: quia vitiis virtutes admiscent, *Cant.* 4. *c.* vel ipsa fraudulentia hypocritarum: qui aliud opere prætendunt, aliud verò est, quod peruersè diligunt, *Dan.* 7. *b.*

Pardus dicitur *e* rex Alexander, vel eius regnum velox & tyrannicum, varios habens populos, *Ierc.* 5. *d. Dan.* 7. *b. Hos.* 13. *b. Haba.* 1. *c. Apoc.* 13. *a.*

Pardo similis bestia erit *f* antichristus: quia cum Antichristo varia populorum multitudo, & moribus diuersa congregabitur, *Apoca.* 13. *a.*

Parere, vide Obedire.

Parere, Partus, Parturire, Puerpera.

PARTVS fœminarum, est cum edunt fœtum, & dicuntur tunc parere, & emitti. Parturiunt autem, quum in pariendo laborant. Parere autem interdum, acquirere, *Isa.* 26. *c.* peperimus spiritum salutis. Generare, *Isa.* 66. *c.* Ipse non pariam dicit Dominus. Manifestare, *Psalm.* 7. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Parturire autem, cogitare, *Psalm.* 7. Ecce parturit iniustitiam. Formare, *Gal.* 4. *c.* Filioli, quos iterum parturio.

Parere dicit Deus, *g* filium quidem æterna generatione. Parit etiam filios adoptiuos, hoc est, fideles in Ecclesia, & parere facit ipsam Ecclesiam, *Isa.* 66. *c.*

Sicut pariens seu parturiens loquitur Deus, *Isa.* 42. *c.* quando *h* opere iram & vindictam manifestat. Quia vt parturiens cum dolore eiicit, quod diu in abditis cum pŏdere portauit, ita Dominus post longum silentium, quod apud se nunc tacitus toletat, in vltione iudicij quasi cum dolore manifestat.

Pariens prophetissa, designat *i* Spiritum sanctum, cuius obumbratione natus est Christus. *Isa.* 8. *a.* 45. *b.* Vel designat *k* beatam Virginem, ex qua natus est Christus. Eadem designat vxor Amram, quæ peperit Mosen, hoc est, Christum, *Exod.* 2. *a.* Et parturiens quæ peperit, est beata Virgo, vel Ecclesia ex gentibus, *Mich.* 5. *a. Apoc.* 12. *a.* Beata Virgo peperit antequam parturiret, quia prius peperit in corde, quam in vtero concepit.

Partus Thamar, *Gen.* 38. *g.* Generationem *l* vtriusque populi in Ecclesia designat. Et pariens Anna filium, est *m* Ecclesia producens robustum in fide, vel manifestans deuotionem ad gloriam Dei. Peperit etiam tres filios & duas filias, hoc est, fortes & infirmos. Et pariens plurimos sterilis est Ecclesia ex gentibus, vel Hierusalem cælestis, 1. *Reg.* 1. *c.* 2. *a.* peperit Sion antequam parturiret, quum inuitis Iudæis prodierunt Apostoli, & alij, qui post Pentecosten quasi subitò crediderunt. Vel Ecclesia prius sterilis in gentibus, breui plurimos habuit credentes. Peperit autem masculum, *n* hoc est, Christum, vel perfectos, *Isa.* 66. *c.* Non pariens etiam Sion, est Ecclesia quæ fuit sterilis apud Iudæos, *Isa.* 49. *f.* Et quæ peperit septem, vel plurimos, infirmata est, *o* quum synagoga à partu bonorum filiorum cessauit, 1. *Reg* 2. *a. Ierc.* 15. *b.* partus etiam Saræ designat *p* multiplicationem fidelium in Ecclesia, peperit autem Isaac, hoc est, lætitiam ex multiplicatione fidelium. Peperit autem anno altero, nempe tempore gratiæ, *Gen.* 17. *c.* 21. *a. Isa.* 51. *a.* 54. *a. Prou.* 30. *c.*

Partus vxoris Amram parientis Mosen, *Exod.* 2. *a.* designat *q* productionem legis ex patriarchis. Partus autem vxoris Iudæ, designat productionem regni Iudæorum, *Gen.* 38. *a.*

Pariens vna meretrix apud aliam, est *r* Gentilitas apud synagogam, cuius fidem amplexata est. 3. *Reg.* 3. *c.*

Pariens Gomer filium Iezrael ex Hosea Propheta, est *s* pariens verbum Dei per coniunctionem ad Christum, *Hos.* 1. *b.*

Pariens nurus Eli, 1. *Reg.* 4. *b.* designat *t* plebem Iudaicam, quæ ea, quæ concepit hæresis & perfidiæ semina, loquendo effundere non desistit. Peperit autem filium, hoc est, erudiuit durum in nequitia & insuperabilem populum.

Parere filios generaliter, est *u* operari, & parere filios in dolore, est difficulter benè operari per sensus, *Gen.* 3. *c.* Et pariens Sara filium sine obstetrice, *x* designat perfectionem operum sapientiæ, quæ fiunt docente solo Deo, *Gen.* 21. *a.* 25. *c.* Et tempus partus, est productio operis. Parientes autem priusquam veniant obstetrices, sunt operantes & credentes sine auxilio artium & disciplinarum, *Exod.* 1. *d.* 2. *d.* Et parere spiritum salutis, *y* est bene operari, *Isa.* 26. *d.* Parere autem filios & filias, *z* est fortes & teneros fructus edere, *Exod.* 21. *a.* Parere etiam masculum, est producere perfecta opera, parere fœminam, imperfecta. Pariunt autem viri bona opera simul cum conceptu. Parientes vxor & ancillæ Abimelech, sunt *aa* philosophi bene operantes in fide, quam susceperunt, *Gen.* 20. *d.* Pariens sterilis septem, est anima producens perfecta opera, quæ antea non proferebat, 1. *Reg.* 2. *a.* pariunt quoque flores fructus, quum teneri & imperfecti bene operando perficiunt, *Cant.* 7. *d.* Et pariunt filios & filias in Babylone, *bb* qui benè operantur in hoc mundo, *Iere.* 29. *b.* Non parit autem, *cc* qui non bene operatur, *Iob.* 14. *d.* Pariens autem cerua in agro, *dd* est incipiens bene operari in Ecclesia: relinquit autem fœtum, quia non erat herba: quando propter defectum doctrinæ, à bene operando desistit, *Iere.* 14. *a.* pariunt etiam ceruæ, *ee* quum Apostoli & doctores prædicando producunt filios, & parturiunt, quum per labores instituunt. Idem significat partus ibicum: quo etiam designari possunt opera minorum, *Iob.* 39. *a. Gala.* 4. *c.*

Parturiens dici potest anima pœnitens, *Haba.* 3. *b.*

Parturitio Rachelis, designat *ff* productionem Pauli à synagoga ad fidem quæ fuit difficilis, & per mortem ipsius synagogæ, *Gen.* 35. *c.*

Partus designat *gg* bona opera carnis, & eius partus ancillarum, *Gen.* 16. *c.* 30. *a.* Designant etiam ortum Iudæorum in seruitute.

Parientes filiæ Lot, designant producentes mala opera, *Gen.* 19. *g.* pariunt quoque stipulam, qui opera faciunt igne digna, *Isa.* 33. *b.* Et pariens masculum, *hh* est producens opus minus malum, fœminam verò magis malum, *Leu.* 12. *a.* parere iniquitatem, est opere peccatum implere. Sic pepererunt Iudæi clamantes. Crucifige, crucifige. Et pariunt iniquitatem *ii* hæretici docentes errores, *Psalm.* 7. *Isa.* 59. *a. Iacob.* 1. *b.* Et parturit peccator iniustitiam, quum praui motus excitantur in eo, & quia in dolore est omnis iniquus, *Iob.* 15. *d. Isa.* 13. *b.* 21. *a.* Mulieribus ante partum dolor est ingens, grauisque nixus dissecantes eas doloribus, post partum verò relaxatio, dolore simul cum infante egrediente. Verùm hic non item, sed dum parturimus, concupiscimusque corruptos affectus, delectamur, gaudemusque, cæterum vbi fuerimus enixi malum illum puerum peccatum, tunc conspecta fœditate partus, discruciamur grauius, quam mulieres parturientes.

Parit ancilla super genua dominæ, hoc est, Bala super genua Rachelis, *kk* quando cognitio sensibilium ordinatur ad Dei cognitionem, & contemplationem, & ad eius laudem, *Gen.* 30. *a.*

Parienti tempus *ll* fuit in lege veteri cum Mose, *Eccle.* 3. *a.*

Pariens Israelitis ex Ægyptio, *mm* designat sensum carnalem datum literæ legis, *Leu.* 4. *b.*

Partus Ephraim, hoc est, hæreticorum, est *nn* praua institutio discipulorum in erroribus, *Hos.* 9. *c.*

Quæ non peperit dicitur congregasse perdix, hoc est, *oo* diabolus, qui animas venatur, quas non creauit, *Ier.* 17. *b.*

Parturire dicitur creatura, *Rom.* 8. *d.* quia *pp* cum dolore producit res corruptibiles.

Parturientis dolores sunt qui non possunt euitari, sic parturiens est, qui est in tribulatione, cuius euasionem ignorat, *Psalm.* 47. *Iere.* 4. *g. Ezech.* 30. *d. Hos.* 13. *d. Mich.* 4. *c.*

Paries,

Deus.

Diabolus. Hæretici. Iudæi. Peccatores. Raptores. Affectus inordinati. Hypocrita. Alexander magnus. Regnum græcorum. Antichristus

Generans Deus filium. Vindicta Dei.

Spiritus sanctus. Virgo Maria. Ecclesia ex gentibus. Generatio vtriusque populi in Ecclesia. Ecclesia producens robustos in fide, & generans fortes & infirmos. Generans Christum vel perfectos. Productio legis. Productio regni Iudaeorum. Gentilitas amplectens fidem. Pariens verbum Dei. Plebs Iudaica generans duros Operari.

Pœnitens. Conuersio Pauli. Bona opera carnis. Seruitus Iudaeorum. Malè operari. Hæretici docentes errores.

Ordinatio sensuum ad diuina. Sensus carnalis Institutio praua hæreticorum. Diabolus venans animas.

a *Arist.* 9. *hi. animal.* 6. & 4. *proble. sec.* 15.
b *Diony. cal. hierar.* 2.
c *Am. de vir.* 3. & 6. *Exae.* 3. *Hie. s. Isai.* 15. & *s. Ier.* 13. *Chry. s. Gen. hom.* 12. *Cyri. dialo.* 2.
d *Gre. s. cant.* 4. *Ric. de S. Vict. de vitio mutabili* 11.
e *Hie. s. Iere.* 5. & *s. Dan.* 7. *Rup. s. Hos.* 13. & *s. Hab.* 1.
f *Aug.* 5. *Ap. hom.* 10.
g *Glos. ord. s. Isai.* 66.
h *Hie. s. Isai.* 42. *Gre.* 9. *m.* 17.
i *Hie. s. Isa.* 8. & *s.* 1. *Mic.* 5.
k *Glos. ord. s. Exod.* 2. 1. *Rup.* 2. *s. Isai.* 31.
l *Glos. ord. s. Gen.* 38.
m *Or. s* 1. *Re. hom.* 1. *Gre. s.* 2. *Reg.* 1. 2.
n *Hie. s. Isa.* 66. & *s. Ier.* 15.
o *Ori. s.* 1. *Re. hom.* 1. *Gre. s.* 1. *Reg.* 2.
p *Amb.* 2. *de Abra.* 11.
q *Glo. ord. s. Exod.* 2. & *s. Gen.* 38.
r *Hi. ep. multum vtramque.*
s *Hie, s. Hos.* 1.
t *Gre. s.* 1. *Re.* 4. *Phil.* 2. *alle.* & *de migra. Abra.* & *de profugis.*
u *Ori. s. Gen. h.* 6. & *s. Exod. hom.* 29.
x *Amb. de fuga serm.* 8.
y *Hie. s. Isai.* 26.
z *Aug.* 2. *de gen. contra Manich.* 19.
aa *Bed. s. Gen.* 3. *Gre. Nyss. de vita Mosis.*
bb *Hie. s. Iere.* 29.
cc *Gre s. Cāt.* 2. & 17. *m.* 1.
dd *Hie. s. Ier.* 14.
ee *Ori. s. cant. hom.* 3. *Greg.* 30. *moral.* 16. 17. 18. 19. 20.
ff *Gl. ord. s. Gen.* 35. gg *Am.* 2. *de Abr.* 10. hh *Ori. s. Le. h.* 8. ii *Bas.* & *Ar. s. psal.* 7. *Hie. s. Isa.* 13. 59. *Gre.* 12. *mor.* 28. *Chry. de diuite* & *Lazaro hom* 4. kk *Georg. Venet. can.* 2, *hom.* 7. *c.* 6. ll *Hie.* 1. *aduc. Iouin.* mm *Ori. s. Leui. hom.* 14. nn *Hier. s. Hos.* 9. oo *Ori. s. Exod. h.* 1. & *s. Ierem. h.* 4. pp *Ambros. s. Rom.* 8.

Humanitas Christi.
Corpus Christi.
Christus vel eius membra.
Angeli.
Sancti veteris testamenti
Fideles in Ecclesia.
Cor humanũ.
Comminatio diuina.
Vana defẽsio.
Disciplina.
Orationes iustorum.
Diuersi gradus in Ecclesia.
Doctores.
Vetus testamentum.
Sẽsus literalis
Muri Hierusalem.
Dilatatio dilectionis.
Separatio Iudæorum à Christianis.
Inimicitia Iudæorum & Gentilium.
Homo fragilis.
Impedimenta peccandi.
Cogens seruare literã legis.
Hypocrisis.
Defensiones hæreticorum
Peccatum.
Caro Christi.
Mysteria reseruata sacerdoti.
Sors.
Deus.
Synagoga & Ecclesia.
Participatio gloriæ fidei, et Eucharistiæ.
Gradus gloriæ.
Præparationes bonorum operum.
Gentes.
Bona opera.
Exemplum prædic. perfectum.
Vetus & nouum testamentum.
Sensus spirituales.
Homo interior & exterior.
Gentiles.
Iudæi.
Christiani.
Imperfecta cognitio.
Bona fama.
Excellentia donorũ Pauli.
Quatuor mũdi partes.
Bona conuersatio huius vitæ.
Status episcoporum & sacerdotum.
Terrena.

Paries, Maceries.

PARIES, est propriè domorum, vbi parietibus tectum superponitur. Murus autem, tam de publicis, quàm priuatis parietibus dicitur, qui extrinsecus sunt. Maceria verò est congeries lapidum in vnum compactorum sine cæmento, aut alio genere ferruminis, quo vineæ claudi solent. Sed vt nunc sufficit confunduntur hæc vocabula.

Paries interdum est *a* humanitas Christi, vt cum sponsus stat post parietem, *Cant. 2. c.* designatur latens diuinitas in humanitate. Ezechias conuersus est ad parietem, hoc est, ad contemplationem humanitatis à Verbo assumendæ, 4. *Reg. 20. a.* Et paries altaris holocausti, *b* est corpus Christi, *Leu. 5. b.* Et paries quem impellit spiritus robustorum, est Christus aut eius membra, quæ persequuntur dæmones & superbi, *Isa. 25. b.* Idem est maceria, quandiu videlicet erat mortalis, suscitatus verò est petra solidissima. *Cant. 2. d.*

Maceria dici potest *c* multitudo angelorum, & etiam omnium electorum. Ipsi enim sunt maceria vineæ, *Ps. 79. Can. 2. d.* Et parietes templi lapidei, sunt Sancti veteris testamenti, quibus superinducuntur tabulæ cedrinæ, id est, Sancti noui testamenti, 3. *Reg. 6. c.* parietes quoque templi, sunt populi fideles, ex quibus sancta vniuersalis Ecclesia consistit, vbi altitudo successionem fidelium, & charitatem, qua se inuicem portant, designat, *Ezech. 41. a. c.* Et paries templi in quo depicta erat similitudo reptilium animalium, est cor humanum, vbi sunt expressa vitia, *Ezech. 8. e.* Et paries, ad quem conuertit Ezechias faciem suam, est cor, *Isa. 38. a.*

Paries quem ædificabat Deus in populo suo, erant *d* comminationes, quibus premebatur populus, ne peccaret. Vel si populus ædificabat, erat vana defensio, quam sibi ipsi pollicebatur, *Ezech. 13. d.*

Maceria agri aut vineæ *e* dici potest munitio disciplinæ, & destructa maceria, est dissoluta disciplina, *Prou. 24. d.*

Maceria interposita iræ Dei sunt *f* orationes iustorum, propter quas Deus se retinet à puniendo, *Exo. 22. g.*

Parietes domus, *Leu. 14. e.* significare possunt *g* ordines in Ecclesia, & doctores protegentes infirmos, qui leprosi sunt, quando habent errorem.

Designant etiam *h* firmitatem dogmatum Ecclesiæ, & vetus testamentum. Et sponsus dicitur stare post parietẽ, quum aliqua mysteria veteris legis ex parte reuelat, sed non omninò, *Can. 2. c.* Et paries quem palpant Iudæi, *i* est litera legis non intellecta, *Isa. 59. c.* Et maceria rupta per Zaram, *k* est lex rupta, vt nouus populus prodiret in lege noua. *Gen. 38. g.* Et maceria vineæ, *l* est sensus literalis sacræ scripturæ: vel ipsa lex, quæ non potuit retinere Christum salientem super montes, quin transiret ad Gentes, *Psalm. 79.* Significat etiam muros Hierusalem, *Isa. 5. b.* Iudæi innituntur super hunc literæ parietem, & mordet eos coluber, *Amos 5. f.*

Parietes altaris deaurati, designant *m* dilatationem dilectionis per bona opera exterius, *Exo. 30. a. 37. d. Leu. 5. b.*

Maceria diuisa in partu Thamar *Gen. 38. g.* designat *n* diuisionem, qua Iudæi se separant à Christianis. Paries etiam medius diuidens populos, erant inimicitiæ Iudæorum & Gentilium; & diuersus cultus, *Ephe. 2. c.*

Paries inclinatus, & maceria depulsa, *o* est homo fragilis ex luto compositus, & pronus ad malum, qui in tentatione succubuit, *Psalm. 61.*

Maceria, qua sepit Deus vias fornicariæ, sunt *p* impedimenta, quæ Deus ponit animæ peccatrici, ne suas expleat cupiditates, *Hos. 2. b.*

Paries dealbatus, est, *q* qui literam legis seruare cogit: & etiam hypocrisis sacerdotum; & superbia defensionesque hæreticorum, *Acto. 23. a. Isa. 23. c. Rom. 10. a.* Et maceria cadens sunt munimenta & defensiones hæreticorum. *Ezech. 38. g.*

Paries interdum sumitur *r* pro peccato, quod est paries medius separans nos à Deo, *Ephe. 2. c. Ezech. 8. c.* Fode parietem.

Parricida.

Parricidæ dicuntur parentum interfectores, 1. *Timo. 1. b.*

Pars, Particula, Portio.

PARS, à pari videtur dici, quod partes simul iunctæ pares, hæc est, æquales sint toti. Partes autem dicuntur, ex quibus totum constituitur.

Pars decima ephi, *Exod. 29. g. Leu. 5. c. 6. c. 14. c.* carnem / Christi designare potest, quæ coniuncta est ephi, hoc est, diuinitati, quæ est tres personæ: quia ephi tres modios continet. Ad idem refertur pars decima similæ. ET pars reliqua similæ reseruata sacerdoti, sunt mysteria sibi remanentia, vel gratia sibi necessaria, *Leu. 5. c.*

Pars interdum est *s* sors, *Num. 12. c.* Nec habebitis partem inter eos. Deus enim est pars vel sors sacerdotum. Et pars Iacob dicitur Deus, qui est sors fidelium, *Ierem. 10. e.* Et pars hæreditatis Christi dicitur Deus, pro parte hominis assumpti, quia ille accepit de nostro humanitatem, & nos de suo immortalitatem, *Psalm. 15. 72.* Ediuersò pars & portio Dei, est synagoga & Ecclesia propter electionem, *Iere. 12. c.* pars etiam seu portio bonorum, est custodire legem Dei, quia ita erit eorum portio Dominus, quum legem eius custodierint, *Psalm. 118.*

Pars Sanctorum, est in fœlicitate, *Isa. 61. c.* Et pars sacerdotalis, hoc est, participatio, ad quam petunt admitti filij Aaron, 1. *Reg. 2. g.* est *u* beatitudo, vel fides simplicium in Ecclesia, vel participatio eucharistiæ. Et partes datæ ab Elcana Phenennæ, & filiis ac filiabus eius, 1. *Reg. 1. a.* designant diuersos gradus gloriæ in terra viuentium, vel varias præparationes Sanctorum operum, *Psalm. 141.*

Pars data Ioseph à patre suo, designat *x* Gentes datas Christo in hæreditatem. *Gen. 48. d. Psalm. 2.* Vel designat bonorum operum hæreditatem, *Colos. 1. b.* Et partes Galilææ, & Tyri, & Sidonis, Gentilitatem significant, dicitur autem Christus in partes secessisse, quia non in totum, *Matth. 2. d. 15. b.*

Pars extrema Gabaa significat *y* perfectum exemplum operum prædicatoris, 1. *Reg. 14. a.*

Partes septem, *z* sunt doctrina veteris testamenti, partes verò octo doctrina noui testamenti, *Eccle. 11. a.* partes autem tres, in quibus erant fenestræ templi, designant sapientiam scriptam tripliciter, *Ezec. 41. e.* Et pars vasorum templi est pars veritatum sacræ scripturæ, *Dan. 7. a.* partem autem farris fracti adolere, *aa* est sensus spirituales à palea separatos Domino offerre, *Leu. 2. d.*

Pars vtraque tabularum scriptarum digito Dei, *Exod. 32. d.* designare possunt *bb* primum hominem interiorem & exteriorem formatum à Deo, qui tamen confractus est.

Partes duæ, quæ deficiunt, *cc* sunt Gentiles, & Iudæi, pars tertia Christiani, qui purgantur igne, *Zach. 13. d.* Et pars montis Oliueti, quæ est ad Orientem, sunt fideles cõuicti luce veritatis, pars verò ad Occidentem, sunt Iudæi in infidelitatem lapsi, *Zach. 14. a.*

Ex parte, dicit imperfectionem. 1. *Cor. 13. c.* Et parte cognoscimus. EX parte sunt quæ nunc dicuntur viarum Domini, *Iob. 26. d.* quia *dd* quicquid altum, quicquid terribile in hac vita positi de eius consideratione cognoscimus, ex parte sunt ad ea, quæ cognoscenda restant, & veluti parua stilla. EX parte quoque sunt quæ ad primum Domini aduentum pertinent.

Pars seu portio de mandragoris, quam petebat Rachel à Lia, *ee* est bona opinio & authoritas, quæ venit ad contemplatiuos, per actiuos, *Gen. 14. d. 30. b.*

Pars maior data Beniamin à Ioseph, *Gen. 43. g.* est *ff* maior portio donorum, & gloriæ data Paulo, qui plus omnibus laborauit, vel quia vbi humilitas, ibi sapientia.

Partes quatuor animalium, *Ezec. 1. b.* designare possunt *gg* quatuor mundi partes, in quas dilatatur Euangelium. Vel sunt quatuor virtutes.

Partes quatuor residuæ Ægyptiis, data quinta Regi, *Gen. 47. f.* designant *hh* nos quatuor retinere, quando in hac vita secundum cuiusque facultatem laudabiliter conuersamur. Ad hæc referri potest pars quarta hin similæ, *Exod. 29. g.*

Pars quarta stateris argenti sic se habet: *ii* vt prima sit in prædicatione Prophetarũ, secunda Apostolorum: tertia Martyrum: quarta Episcoporum & sacerdotum, 1. *Reg. 9. b.*

Pars quinta quam dabant Ægyptij Regi, *Gen. 41. d. 47. f.* significare potest *kk* terrena, quæ debentur Cæsari, hoc est, mundo. Designatur etiam filios tenebrarum quinque sensibus deditos, cælestia non curare.

Pars

a *Aug. 2. de vis. infirmorum 2. Gre. s. cant. 2. Ber. s. cant. serm. 56.*
b *Isy. s. Leu. 5. Glo. ord. s. Isa. 15. Ruper. s. cant. 5.*
d *Ber. s. Cant. ser. 62. Hie. s. Ezech. 8. & s. Isa. 38. Gre. 26. mor. 4.*
c *Hie. s. Eze. 13.*
e *Gre. 20. m. 23. Bed. s. pro. 24.*
f *Glo. ord. s. Ezec. 22.*
g *Isyc. s. Leu. 14.*
h *Ori. s. cant. hom. 3. Amb. s. psalm. 118. serm. 6.*
i *Hie. s. Is. 59.*
k *Cry. s. Mat. hom. 3. Amb. s. Luc. 3.*
l *Hie. s. Isa. 5. Rupe. s. Amos 5.*
m *Glo. ord. s. Exod. 30.*
n *Am. s. Luc. 3. & s. Eph. 3.*
o *Basil. s. psal. 61.*
p *Glos. ord. s. Hos. 2.*
q *Am. s. Luc. 3. Hie. s. Isa. 23. Au. 1. ser. Dom. in monte.*
r *Amb. s. Luc. 3.*
s *Glo. ord. s. Leu. 5.*
t *Hie. s. Ierem 10. & s. psal 15. Glo. ord. s. Ierem. 12. Aug. s. psalm. 118.*
u *Gre. s. 1. Re. 2. Aug. 17. ciuit. Dei. Gre s. 1. Reg. 1.*
x *Amb. de bene patriarch. Hil. s. Matth. can. 2. Ori. s. Mat. cap. 15.*
y *Gre. s. 1. Re. 14.*
z *Hie. s. Eccl. 11. & Exec. 41. & s. Dan. 1.*
aa *Glo. ord. s. Leu. 2.*
bb *Glo. ord. s. Exod. 32.*
cc *Hie. s. Zac. 13. 14.*
dd *Gre. 17. mo. 19.*
ee *Glo. ord. s. Gen. 30.*
ff *Glo. ord. s. Gen. 43.*

gg *Gre. s. Ez. hom. 3.* hh *Glo. inter. s. Gen. 47.* ii *Gre. s. 1. Re. 9.* kk *Glo. ord. s. Gen. 41.*

Digitized by Google

Pars quinta tradita sacerdoti, quemlibet sensum significare potest, interiorem seu exteriorem, *Leu.5.b.6.a.* Et pars quinta pretij animalis immundi voto oblati, *a* est mens, vel sapientia addita sensibus, vel doctrina exhortationis, *Leu.27.b.* Et pars sacerdotum est intelligentia secretorum, *Exod.29.c.*

Pars dimidia sanguinis, quam tulit Moses de holocausto, & pars residua, quam fudit super altare, *Exod.44.b.* designat *b* sanguinem Martyrum effusum ad honorem Christi, qui est altare nostrum, & ad iustificationem populi Christiani.

Pars seu portio Mosis erat pectusculum, *Leu.8.f.* quia *c* ipse tunc erat sacerdos consecrans alios sacerdotes, & accipiens ab eis sacrificium.

Pars pro latere. pars vtraque oraculi significat *d* tempus veteris & nouæ legis, *Exod.25.b.36.c.* Ad idem referri potest pars vtraque candelabri, *Exod.37.c.*

Pars extrema vestium sacerdotis, *Exod.28.f.39.d.* consummationem *e* & perfectionem operum designat, quæ debet esse in sacerdote.

Pars exercitus manens cum Saule, designat *f* pancos esse adiutores prædicatorum, *1.Reg.10.d.*

Pars tertia Solis & Lunæ & stellarum, & reliquorum percussa, *Apoc.8.b.c.d.12.a.* Designat eos *g* qui peccant in Ecclesia, & peccantes ex Iudæis. Et pars aquarum Iordanis defluens in mare mortuum, designat *h* eos, qui post baptismum redeunt ad peccata, in infernumque decidunt. Pars verò, quæ retinetur & manet dulcis, significat saluandos, *Ioſ.3.d.* pars etiam tertia terræ & arborum, quæ combusta est, designat Sodomitas subuersos, qui nec computantur inter iustos, nec inter pœnitentes. Ita de tertia parte maris *i* nauium, fluminum, Solis, Lunæ, stellarum, &c. quæ ad diuersos referuntur.

Pars magna domus Eli maiorem partem populi Iudæorum significat, *1.Reg.2.g.*

Pars tabernaculi respiciens mare ad literam, est pars Occidentalis, *Exod.36.c.*

Pars data Annæ, designat *k* afflictiones Ecclesiæ in hac vita, & fletum ex desiderio & dilatione futuræ, *1.Reg.1.a.* vnde dicitur, *Ioan.16.c.* plorabitis & flebitis vos, *Acto.9.c.* ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati, *Coloſſ.1.d.* Impleo quæ desunt passionum Christi in corpore meo, *Gal.6.c.* Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

Pars pro extremo, *Ioſ.8.e.* Cum ergo ex vtraque parte aduersarij cæderentur. Pars autem extrema ciuitatis, *l* significat eos, qui vltimum locum tenent in Ecclesia, *1.Reg.9.d.*

Pars interdum, est *m* opinio, *Iob.32.d.* Respondebo ego partem meam. Hanc partem suam omnis arrogans æstimat, si scientiam non tam habeat quàm ostendat: quia nimirum omnes elati scientiam habere non appetunt, sed ostendere.

Partes vulpium, *Pſa.62.* dicuntur, *n* qui ad sortem dæmonũ pertinent: & qui prius possidebantur à dæmonibus, & postmodum rapiuntur à verbo Dei. Itè Iudæi, qui negato verò Rege dixerunt. Non habemus regem, nisi Cæsarem.

Pars idololatrantium, est in partibus terrentis, quum *o* efficiuntur de sorte diaboli decipientis, *Iſa.57.b.* Et pars calicis malorum, dicitur diuina vindicta, quia vnusquisque recipiet secundum opera sua, *Pſalm.10. Iob.20.d.24.c. Iere.13.d.* pars etiam prauorum est cum feris in herba terræ, *p* cum propter auaritiam & ambitionem, ad rapinam & fraudem, & ad omnem crudelitatem effrænantur, *Dan.4.e.*

Pars secretior narium, *q* designat partem pronam ad peccatum, *1.Reg.5.b.*

Pars interdum idem est, quod ratio, *2.Reg.20.a.* Non est nobis pars in Dauid.

Partes tres populi, vide *Abſcindere.*

Pars media iugeri, vide *Iugerum.*

Participare, Particeps.

PARTICIPARE, est partem tribuere, seu capere, siue participem facere, aut fieri. Particeps autem est, qui partem capit.

Participes Christi, sunt *r* Christiani, & qui possunt dicere: particeps ego sum omnium timentium te, *Pſal.44. 118.* participes autem Christi, aut propter carnem, aut propter spiritus communionem Sancti sunt, *Heb.3.a.*

Participatio ciuitatis Dei, dicitur esse in idipsum: quia ciues eius debent esse cor vnum & anima vna, & quia in illa cælesti ciuitate non erit mutatio, sed idipsum, *Pſalm.121.*

Participes idolorum, *s* sunt consentientes hæreticis, *Iſa.44.b. Hoſ.4.b.* Dicuntur etiam participes sacerdotum interficientium, *Hoſ.6.d.*

Partiri, vide Abſcindere.

Paruus, Parulus, Pusillus, Exiguus, Minimus. Minor, Modicus.

PARVVS est secundùm quantitatem qui modicam habet quantitatem. Paruulus autem dici solet puer minor ætate. Paruuli dicuntur posteri. *Pſalm.14.* Diuiserunt reliquias suas paruulis suis. Minimus autem datur ætate, dignitate, facilitate, reputatione, quantitate, tempore.

Paruulus Dauid significat *u* Christum humilem, *1.Reg.16.b.* De ipso dicitur, *Iſa.9.b.* paruulus natus est nobis. Ad hoc videtur referri, quod dicitur paruulus Bethlehem, vbi natus est Christus, *Mich.5.a.*

Non est facta paruula manus Domini ad redimendum, *Iſa.50.a.* quia *x* maior apparuit in lege noua, vnde & ipse Christus dicebat, *Matt.26.e.* An putas, quia non possum rogare patrem, vt exhibeat mihi plusquam duodecim legiones angelorum?

Parua tunica Samuelis, *1.Re.2.d.* designat *y* indumenta iustitiæ, quæ secundùm incrementa apparebant in Christo, & quæ communicabantur ad capacitatem paruulorum.

Parua ciuitas, dici potest *z* homo, vel Ecclesia, *Eccle.9.d.* & paruula soror erat Ecclesia in principio, quando nondum poterat prædicere, & filios parere, *Cant.8.c.*

Paruuli & pueri, *aa* humiles & simplices & innocentes significare solent: & imperfectos, & qui nondum habent exercitatos sensus ad discretionem boni & mali, *Gen.33.b. 1.Reg.5.c. Prou.1.a.9.a. Iſa.60.d. Iere.9.f. Thren.2.d.4.a. Ezech.9.c. Matth.11.d. Pſalm.63.114.118.* Et paruus & modicus populus Moab, est humilis. *Iſa.16.d.* paruuli etiam sunt: qui carent concupiscentiis, cæterisque affectibus, & ambitione, *1.Theſſa.2.b.* Idem dicuntur paruulum vas, *Iſa.22.g. Iob.3.d.* paruuli etiam *bb* dicuntur nuper baptizati, ac recentes in fide, *Gen.33.b. Ioſ.8.g. Exod.18.f. Iob.8.b. Nahum 3.b. Matth.14.c. Luc.10.d. 1.Cor.13.c. Ephe.4.c.* Et paruulus Beniamin, erat Paulus nouus in fide, *Gen.44.c. 45.c. 50.b.* pusilli, etiam sunt nuper conuersi: qui solum hoc habent puerorum, quod venerunt ad perfectam ætatem in Christo, & non ad mortificationem passionum, ideò possunt scandalizari. Magnus enim non scandalizatur, *Matth.18.a.* paruuli quoque sunt ignorantes, qui facilè decipiuntur, *Mich.2.c.*

Paruuli erãt *cc* discipuli Christi, maximè tempore passionis, vel quia infirmi in fide, vel quia humiles, *Zac.13.d.* ipsi quoque sunt pusilli, *Matth.18.a.*

Pusillus Zachæus, *dd* Gentiles designat, nulla nobilitatis ingenuitate, nec meritis sublimes, *Luc.19.a.* Philosophi quoque sunt paruuli, nisi à Christo viri fiant, *Heb.5.d.*

Paruuli non numerati, sunt *ee* infirmi, & qui facile in errores labuntur, *Exod.12.f.* ipsi tamen eunt in desertum ad sacrificandum, *Exod.10.c.* Item pusillanimes, *Iob.5.a.* paruulum occidit inuidia. Quia inuidere non possumus, nisi eis, quos nobis meliores putamus. Paruulus ergo est, qui liuore occiditur: quia ipse sibi testimonium perhibet, quod eo minor sit, cuius inuidia torquetur. Vel paruulum occidit inuidia, quia huius pestis languore non moritur, nisi quia adhuc in desideriis infirmatur.

Paruulus dicitur *ff* Iudaicus populus existens sub lege tanquam sub pædagogo, *Exod.2.a. Pſalm.16. Prou.1.c. Iſa.33.c.* Et paruulus Iacob, est idem populus, *Amos 7.a.* Et paruulus Edom, *Abd.a.* pusilla quoque animalia in mari, erant minores in lege, *Pſalm.103.*

Paruulus Saul in oculis suis, cum factus est rex, postmodum verò elatus, designat *gg* prælatos ante dignitatem humiles & videntes, qui postea fiunt superbi & cæci, *1.Reg.15.c.* paruulus autem in oculis suis, est, qui in eo quod semetipsum considerat, imparem se alienis meritis pensat.

a *Ori.ſ. Leui. hom.35. Iſy ſ Leu.27.*
b *Lyr.ſ. Exo.24.*
c *Glo.ord ſ. Leu.8.*
d *Gl.or.ſ.Exo.25.*
e *Glo.inter.ſ. Exod.28.*
f *Gre.ſ. 1.Re.10.*
g *Au.ſ. Apo.6. Ru.7.ſ.Ap.*
h *Ori.ſ. Ioſu. hom.4.*
i *Ruper. 5. ſ. Apoc.*
k *Gre. ſup.1. Reg.1.*
l *Gre.ſ. 1.Re.9.*
m *Glo. ord.ſ. Iob 22.*
n *Ori.ſ. cant. hom. 4. Aug. ſ.pſalm.62.*
o *Hie.ſ.Iſa.57. & ſ.pſal.10. & ſ. Iere.13.*
p *Ricar.de S. vict.de securi conſcien.26.*
q *Gr.ſ.1.Re.5.*
r *Aug.ſ pſal.44. Iſy.Le.6.*
ſ *Aug.ſ. pſal.121.*
t *Hie.ſ.Hoſ.4*
u *Gre ſ.1.Re.16. Hie.Iſa.9.*
x *Glo. ord. ſ. Iſ.50.*
y *Gr.ſ.1.R.2.*
z *Gre.10. m.10. Ru.ſ.ca.7.*
aa *Baſi.ho. in princip. prou. & ſ.pſal.114. Hie.ſ.Iſai.16.60. & Iere.9. & ſ. Ezech.9. Ar.ſ.pſ.63.*
bb *Gr.4.mor.43. Be.ſ.pr.1.9. Or.ſ.Ioſ. h.9. & ſ.pſ. 36. & ſ. Matt. c.14. & h.5. & ſ. Le.hom.12. Am.ſ.Lu.10. & de Ioſeph.10. Hil.ſ.pſal.63. & ſ.Mat. can.18. Ru.ſ. Mic.2.*
cc *Hie.ſ. Za.13 Hil.ſ.Mat. can.18.*
dd *Am.ſ. Lu.19.*
ee *Tert. adu. Mar. 4. Cle. Alex.1. ſtro. Au.83.q.61. Cyril.de adorati.in Spiritu ſancto. Gr. ſ.m.33.14. Caſſia.lib.5.c.22. Arn.ſ. pſ.16.103.*
ff *Hie.ſ. Iſa.33. & ſ. Abd. Rup.ſ. Abdi. Bed.ſ. Pro.1.*
gg *Gre.ſ.1. Reg.15.*

Senſus quilibet. Mens. Sapientia. Doctrina exhortationis. Intelligentia secretorum. Sanguis Martyrum. Tempus veteris & nouæ legis. Conſummatio operum. Adiutores prædicatorum pauci. Peccantes in Eccleſia. Saluandi. Maior pars Iudæorum. Afflictiones Eccleſiæ in hac vita. Infimi in Eccleſia. Opinio.

Pertinentes ad sortem dæmonum. Iudæi. Sors diaboli in malos. Vindicta Dei. Pars prona ad peccatum. Ratio.

Chriſtiani.

Vnio ciuitatis Eccleſiæ. Conſentientes hæreticis.

Chriſtus. Virtus redemptionis Chriſti. Indumenta iuſtitiæ Chriſti. Homo. Eccleſia. Humiles. Simplices. Innocentes. Imperfecti. Carentes affectibus. Nuper baptizati. Paulus. Ignorantes. Apoſtoli Chriſti. Gentibus. Philoſophi. Infirmi. Puſillanimes. Inuidi. Populus Iudaicus. Minores in lege. Humiles prius prælati, poſte elati.

Digitized by Google

Caro. Lex naturalis.

Paruulus Edom, significat *a* carnem, quæ parua est, dum non nititur ad maiora, *Abdi.a.*

Modicum quod habebat Laban ante aduentum Iacob, *b* erat lex naturalis, quam habebant Gentiles ante legem scriptam, & gratiæ, *Gen.30.d.*

Parua cognitio Dei.

Modica fides dicitur Petri, *c* quia cum ea peruenit ad negationem Christi, *Matth.14.d.* Sed modicum iusto dicitur melius, quam diuitiæ peccatorum, quia simplex iusti fides, melior est omni eruditione infidelium, *Psalm.36.*

Parua stilla sermonum Dei, est *d* quam in hac vita accipimus, quicquid altum in hac vita positi, de eius consideratione percipimus, ex immensitate cælestium secretorum, velut tenuis ad nos gutta superni liquoris, emanat, *Iob.26.d.*

Discipulus imperfectus.

Minimus fratrum Ioseph remanens cum patre, nec vadens in Ægyptum, *Gen.42.c.43.g.44.e.* est *e* discipulus adhuc imperfectus, nondum valens per se operari.

Modicum tempus dicitur, quo reliquit Deus Gentilitatem, *Isa.54.t.* comparatum *f* videlicet æternitati: vel dicitur modicum, secundùm quod amplius relinqui merebatur.

Ad modicum eleuantur superbi, *g* quia quantum in hac vita prosperantur, quum repentinus eam finis intercipit, breuem procul dubio fuisse redarguit, *Iob.24.d.*

Recentes in erroribus. Hæretici. Initia errorum.

Paruuli captiui, *h* sunt recentes in erroribus, qui etiam sunt paruuli elidendi, *Gen.34.d. Hos.14.a. Abdi.a.* Et paruulæ vulpes, sunt *i* hæretici verba humilia assumentes, vt decipiant, vel sunt ipsa initia errorum, *Cant.2.d.* Non parua fornicatio dicitur esse immolantis filios: *k* quia pessima est hæreticorum doctrina, *Ezech.16.c.*

Tentationes. Initia peccatorum. Concupiscentia minores.

Paruuli dicuntur *l* tentationes, vel suggestiones: quæ nos, vel retrahunt à bono, vel incitant ad malum. Tales erant pueri, vel minimi Sodomorum, *Gen.19.b.* paruuli quoque Babylonis sunt initia peccatorum: & paruus motus, minora peccata, concupiscentiæ minores, & cogitationes malæ, *m* quæ sunt elidendæ ad petram Christum, *Psalm.136. Hos.14.a.* Et paruuli Hierusalem, sunt cogitatus & desideria, *Thre.1.b.* paruuli autem Amalec occidendi, sunt incipientes motus carnis: qui tenui cogitatione nutriuntur, donec roborentur. Vel significant peccata ex ignorantia, *1.Regu.15.a.* paruulæ quoque vulpes, sunt paruæ cogitationes: vel vitia sub specie virtutis latentia, *Cant.2.d.*

Peccata ex ignorantia. Vitia fucata. Antichristus.

Paruum cornu bestiæ, quam vidit Daniel, significat *n* Antichristum, *Dan.7.c.*

Modicum ibi, modicum ibi, *o* dicebant mali contemnentes minas Domini: ideò eisdem verbis Dominus eis minatur, *Isa.28.c.* vel iuxta septuaginta, dicit Dominus tribulationes bonorum non esse duraturas.

Exiguus puluis, cui comparantur insulæ, *Isa.40.d.* ponitur quasi *p* pro nihilo ad hyperbolem, seu veram in conspectu Dei.

Parum inferre dicuntur, *Agge.1.b.* qui *q* modicum fructum percipiunt ex operibus.

Facile mandatum.

Minimum mandatum dicitur, quod facilè impleri potest, *Matth.5.e.* Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis.

Minor numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, *Exod.12.a.*

Pàruipendere, vide Contemnere.

Pascha, Phase.

Passio Christi

Pascha, siue phase, interpretatur transitus, siue claudicatio, erat festum Iudæorum præcipuum, in memoriam egressionis de Ægypto, & transitus maris Rubri. Sumitur autem aliquando pascha pro agno, qui tunc immolabatur, *1.Esdr.6.d.* Ad immolandum pascha.

Pascha typus erat *r* passionis Christi, per quam transiuit de hoc mundo ad patrem. Et ipse dicitur pascha nostrum: quia immolatus est pro nobis. Immolatio autem ipsa priùs fuit, quàm transitus: sicut immolatio agni, *Leu.23.a. Iere.31.b. Matth.26.a. Mar.14.a. Luc.22.a. Ioan.2.c.6.b.13.a.18.c.19.c.1.Cor.5.c.*

Pascha in Ægypto celebratum, *s* est pascha veteris testamenti. Pascha in deserto post transitum maris, est noui testamenti. Pascha verò in terra promissionis, erit in iudicio, & fœlicitate.

Pascha noui testamenti.

Pascha secundi mensis, designauit *t* pascha noui testamenti, & tunc datum est manna, quod gratiam noui testamenti præsignabat, *Num.9.a. Esdr.6.d.* Dixit autem Christus, *Matth.26.a.* post biduum pascha fiet, vt per hoc, quod dixit, Fiet, denotaret nouum pascha: per hoc, quod dixit, post biduum, indicaret tertium diem, seu tertium tempus ad legem gratiæ spectans.

Transitus à vitiis ad virtutes. Pasci verbo Dei. Vita præsens.

Paschæ solemnitas spiritualiter celebratur *u* ab his, qui à vitiis ad virtutes transeunt, & qui pascuntur vero agno Christo, & verbo Dei, & qui transeunt ad Christum, & ad cælestia, *Exod.12.b.34.c. Num.24.a. Ezech.45.g.* Celebratur autem pascha quarta decima Luna, *x* quum videlicet quis ab inferioribus ad superiora incipit conuerti: vt denoretur animæ transitus à terrenis ad cælestia. Dicitur autem pascha Domini: quia transeundum ad Dominum: designat quoque vitam præsentem, quæ nil aliud est, nisi transitus quidam: ideò ad hunc transitum accingi debemus.

Pascere, Pastor, Depasci.

Sustentans Deus & beatificans. Nutriens Iudæos. Docens Christus & beatificans.

Pascere, est comedere, vel cibum alteri præbere. Pastor autem est, qui pascendi curam habet. Depasci verò, est pascendo absumere.

Castigatio ad emendationem. Institutio in sacra doctrina. Relinquens malos desperatos. Dispergens Iudæos. Instruens Ecclesia simplices. Prædicator. Ioannes Baptista.

Pascit Deus Iacob, hoc est, Christum, vel Ecclesiam, *Gen.48.c. Psalm.79.* Et pascit oues in fœlicitate, vbi pascua sunt vbertima, *y* nempe ipse Deus, cuius gloria omnes satiantur, *Ezech.34.d.*

Pascit Deus pecus occisionis *z* quando nutrit Iudæos mori destinatos, *Zach.11.b.*

Pascens Ioseph fratres suos, est Christus pascens & instruens discipulos, *Gen.50.e.* pascens autem idem gregem, est Christus pascens populum suum, *Gen.37.a.* Et pascens Dauid oues, est Christus pascens humiles: qui cogitationes simplices in contemplatione æternæ hæreditatis nutriunt. Pascit autem Christus hîc & in gloria, *aa* quod est pascere in meridie, *1.Reg.16.b.* pascit autem sponsus in meridie, quum Christus illustrat mentem secretis mysteriis. Vel in meridie, hoc est, in ardore vitiorum: sed in vmbra, refrigerante Spiritu sancto, *Cant.1.b. Isa.40.c.c. Iob.29.a. Psalm.77. Sopho.3.c.* Dicitur autem Christus pascere in fortitudine, *Mich.5.b.* quia nemo potest pastum eius impedire vnde per eum grex ingredietur & egredietur, & pascua inueniet, *Ioan.10.b.*

Prædicator. Ioannes Baptista.

Pascit Deus populum suum in virga, *bb* quando castigat ad emendationem, *Mich.7.c.* vel pascit in virga hæreditatis, hoc est, in sacra doctrina in mysteriis populum suum, nempe contemplatiuos & religiosos.

Relinquens malos desperatos. Dispergens Iudæos.

Pascit Deus malos, quasi agnum in latitudine, *cc* quum velut desperatos relinquit in via lata, *Hos.4.d.* dicebatur autem hoc de populo Israël dispergendo in captiuitatẽ. Et pascit ventus pastores Hierusalem, quando *dd* captiui ducuntur in diuersas orbis partes, *Iere.22.f.*

Instruens Ecclesia simplices.

Pascens Rachel gregem patris, est Ecclesia simplices & fideles instruens, *Gen.29.a.* Pasci quoque agnos iuxta ordinem suum, *ee* est vnumquemque doceri in Ecclesia pro captu suo, *Isa.5.d.30.e.*

Prædicator.

Pascens Moses oues Iethro, est *ff* prædicator, & Ioannes Baptista, *Exod.3.a.* pauit autem oues Iethro, qui interpretatur superfluus, designans restringendam loquacitatem superfluam. Pauit etiam in deserto, vt designaret separationem faciendam à vitiis mundi qui etiam pascere oues dicitur, hoc est, gubernare affectus. Factus est autem prius pastor ouium, vt instrueretur quomodo fieret pastor hominum. Pascens etiam Iacob greges Laban, est prædicator adiuuans prælatum docendo, *Gen.30.d.* Et pascunt alieni pecora filiorum Israël, quum venientes ex Gentibus, docent in Ecclesia, *Isa.61.d.* pascentes quoque greges fratres Dinæ, sunt docentes proximos, *Gen.34.a.* pascent terram Assur in gladio, hoc est, verbo Dei, *Mich.5.b.* pascere autem agnos & oues iuberur Petrus, hoc est, fortes & infirmos, *Ioan.21.d. Zach.11.a.* Veri pastores ouium, *gg* sunt simplices, innoxij, & semper bene agentes, mansuetudinem & pietatem sequentes. Ei verò, qui mansuetissimo hominum gregi est præfuturus, est præexercitato ouium pascendarum facienda: sicut iis, qui sunt natura bellicosi, venatura. Despacebantur arietes & hirci pascua bona, quum sacris fruebantur scripturis. *Ezech.34.c.* Et pascuntur simul vitulus & vrsus, cum *hh* mites & feroces eandem fidei doctrinam suscipiunt. Et etiam lupus cum agno, *Isa.11.b.5.d.*

Delectatur Christus castitate.

Pascitur sponsus inter lilia, *Cant.2.d.6.a.* quia *ii* animarum castitate, & virtutibus candidatorum delectatur, quum ipse sit candor. Item quia recipit peccatores ad pœnitentiam, vt sint iustitia in ipso. Et cum verbum eius per obedientiam impletur, alioqui remanet vacuum.

Pascuntur

a *Hie.s.Abdi.*
b *Glo.inter.s. Gen.30.*
c *Or.s.Mat.c. 14.& s.ps.10.*
h.3.Hi.s.Mat can.14.
d *Gr.17.m.19*
e *Ly.s.Ge.42.*
f *Hie.s.Is.54.*
g *Gr.17.m.4*
h *Hie.s.Is.13. & s.Hos. 14. & s.Abdi.*
i *Gr.s.can. 2. Or.s.ca.h.4.*
k *Hi.s.Ex.16*
l *Ori.s.Nu.h. 22.& s.Ios.h. 14.& s.ca.h.4*
m *Ar.& Hil. s.ps.136. Hie. ep.Audi filia. & s. Hos. 14. Gr.s.1.Re.15 Au.s.ps.136. Fulg. epist. 4. Ber.s.ca.s.63.*
n *Hi.s. Da.7.*
o *Hie.s.Is.28.*
p *Ly.s.Is. 49.*
q *Gl.or.s. Agge. 1.*
r *Isy.s.Le.23.*
s *Be.s.Ex. 11*
t *Or.s.Ex.h.7 & s.Ma.h.35 Bed.s.Ex.16.*
u *Or.s.Nu.h. 24.Hies. Eze. 45.Philo.de. sacrif. Abel. & Cain. Au. ep.119. Amb. 1. de Cain.8.*
x *Gre.Nyss.de vita Mosis.*
y *Hi.s.Ez.34*
z *Hi.s.Za.11*
aa *Gr.s.1.Re. 19.& s.ca. 1. Or.s.ca.h.1.2. Au.de vnita. Ecclesia 14. & s.77. Ber. s.can.se.33.*
bb *Glo. ord.s. Mic.7.*
cc *Glo. ord.s. Hose.4.*
dd *Glo.int. s. Ierem.12.*
ee *Hie.s.Isa. 5.*
ff *Phil.de sacrif. Abel & de vita Mosis.Cle. Alex. 1.strom. Gre. vita Mosis. Amb.s.Lu.24 Geor.Venet. can.1.tom.7. c.31. Ricard. de sancto Vict de 12. Patri.*
gg *Hie.s. Ez. 34.*
hh *Glo.inter. s.Isa.11.*
ii *Gre.s. can. 2.Bern.s. can. ser.71.*

Digitized by Google

Pascuntur hinnuli in filiis, *Cant.4.a.b.* cum electi *a* conspecta odorifera & candida Sanctorum vita, satiantur, & munditiam infatigabiliter sectantur, vel *b* quando virginitas & fœcunditas Mariæ solùm aliquibus Sanctis erat nota, vt Ioseph, & Elizabeth.

Pascuntur asinæ iuxta boues, *Iob.1.c.* quum *c* mentes simplicium etiam cum alta capere non possunt, cum magis vicinæ sunt, quò & fraterna bona sua per charitatem credunt: cumque inuidere alienis sensibus nesciunt, quasi in pastu se minimè diuidunt.

Pascere, interdum est delectare, & fouere: & pasci delectari, *Gen.29.b.* Nam gregem ipsa pascebat, *Psal.36.* pasceris in diuitiis eius. Pascunt mulierem, id est, Ecclesiam, *d* quum auditores ministrant temporalia prædicatoribus, *Apoc.12.b.*

Pasci in diuitiis terræ, *e* est in bonis operibus corporis exerceri, vel fructum bonorum operum percipere: vt quæ seminauerit homo, hæc metat, *Psalm.36. Gala.6.b.* Vel est ipso Deo frui.

Pascere asinos patris, est humilia opera per obedientiam exercere, *Gen.36.c.* Idem designat pascens Ioseph gregem cum filiis ancillarum, *Gen.37.a.*

Pascens Iacob gregem Laban, *Gen.30.d.* designat eum, *f* qui bene regit sensus suos & appetitus. Pascere autem hœdos, *g* est lasciuos sensus sequi: & oculos & aures curiositati tradere: vel eos regere, *Cant.1.c.* pascit autem hœdos iuxta tabernacula pastorum ouium, qui iram & excandescentiam, & furentes impetus lasciuiæ frænat, illos regens simplicitate ouina. Vel est iuxta hæreticos versari.

Pasci boues in locis palustribus, & in ripa fluminis, *h* est virtutes in humilibus requiescere, *Gen.41.a.*

Pascunt discipuli & auditores ipsos prædicatores, non quia dant temporalia: *i* sed quia bono animo, qui est verè fructus eos audiunt, & bene operantur. Sic vidua pascebat Eliam, quæ designat Gentilitatem recta fide pascentem Christum. Et corui pascentes Eliam, sunt gentiles, qui venientes ad fidem, facti sunt cibus Prophetarum, *3.Reg.17.a.b.*

Pascere, interdum est *k* lacerare, *Mich.5.b.* pascet terram Assur in gladio. Denotatur autem destructio Gentilitatis, & conuersio ad fidem.

Pascens porcos filius prodigus, designat *l* vacantem sordibus, & ministrantem sensibus voluptates. Ipsosque dæmones suis vitiis delectantem, *Luc.15.c.*

Pascere ventos, est *m* frustra niti, *Hos.12.a.* pascit autem ventos, qui peccando fit esca spiritualibus malis, illis præbens voluptatem, quibus est derisui. Pascit autem ventos Ephraim, quum hæretici inania & mendacia loquuntur, & gratum pastum dæmonibus præbent. Pascit etiam ventum, qui superbit.

Despacens iumentum aliena, est auarus rapiens bona pauperum, *Exod.22.a.*

Pascitur vitulus, aut grex in vinea Iudææ, hoc est, *n* exercitus Romanorum in Hierusalem, quãdo destructa est, *Isa.27.c.* Et pastores venientes ad filiam Sion erant Chaldæi contra Hierusalem, *Ierem.6.a.*

Pasci boues contra montem, in quem ascenderat Moses, *Exod.34.a.* est *o* terrenis implicatos, & simplices imperitos velle tractare mysteria legis.

Pascunt pastores semetipsos, *p* cum temporalia commoda quærunt, de profectu ouium non curantes, *Ezech.34.a.*

Pascunt hæretici greges, quos diripuerunt, *Iob.24.a.* quia *q* imperitos quosque peruersis ad se persuasionibus trahunt, & doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt. Pascunt autem hæretici & duces Iudæorum hœdos, hoc est, existens in peccato, *Cant.1.c.*

Pascere dicitur sterilem. *Iob.24.d.* qui *r* carnis curam gerit, eius desideriis seruiens, tota intentione omnique studio cogitans, quomodo sine vllis necessitatibus caro moritura subsistat. Pascit etiam sterilem hæreticus, docens eos, qui ipsi adhærentes nullum boni operis fructum referunt.

Despacitur Zabolus vires gentium, *s* quum ablatis virtutibus in peccata inducit, *Isa.20.d.*

Pastor inprimis dicitur *t* Christus, qui pascit verbo & exemplo, & donis spiritualibus, & animam suam ponit pro ouibus suis. Ideò dicitur pastor bonus, *Ioan.10.c. Iere.31.b. Matth.18.c.* Et pastor vnus Dauid, est Christus, sub quo omnes pastores sunt vnus, cum eius sint membra, *Ezech.37.g. Eccle.2.d.* Ipse eruit duo crura de ore leonis, *Amos 3.d.* Ipse quoque Deus aliquando dicitur pastor, *Zach.10.a.13.d.*

Pastores aliquando dici possunt *u* angeli, *Luc.2.a. Isa.13.d.* Nec pastores requiescent ibi.

Pastor sæpe dicitur *x* princeps, qui curam gerit populi, vt pastor gregis. *Isa.34.d.* Qui dico Cyro, pastor meus es, *Isa.44.a.*

Pastores etiam dicũtur *y* prælati, & iusti, qui naturaliter præsunt malis, *Luc.2.a. Ier.2.b.12.e.* Et pastores Abrahæ, & Isaac, sunt doctores catholici & sacerdotes, *Gen.13.a.26.d.* Et pastores Aran, *z* sunt Prophetæ & prædicatores, *Gen.29.a.46.d.* Et pastores ad quos remittitur sponsa, *Cant.1.c.* dici possunt doctores varias habentes opiniones. Et pastores iuxta cor Dei, sunt Apostoli & prædicatores pascentes in scientia & doctrina nouæ legis, *Isa.13.d. Iere.3.c.21.a.* Pastores quoque Israël, sunt episcopi & prædicatores, *Ezech.34.a. Amos d.* pastoralia Thecue, sunt pastores, qui prædicationis tuba vigere debent, *Amos 1.a. Zach.10.a.* Hos pastores ouium abominantur Ægyptij, hoc est, mundani, *Gen.46.d. Ioan.10.a.*

Pastor Odollamites, significat *aa* Ioannem Baptistam præcursorem Christi, *Gen.38.a.*

Pastores septem, dici possunt *bb* præcepta veteris testamenti, *Mich.7.b.* Sunt etiam patriarchæ & prophetæ, propter sabbatum septenarium.

Pastores gregis Mosis, erant *cc* principes Israel tempore Mosis, *Isa.39.c. Iere.10.d.22.f. Zach.11.a.* Et pastores Geraræ vsurpantes sibi aquam, sunt Iudæi volentes legem carnaliter obseruari, *Gen.26.d.* Et sacerdotes ac Pharisæi, & item hæretici sunt pastores ignorantes intelligentiam, *Isa.56.d. Iere.23.a.* ipsi sunt pastores, *dd* circa quorum tabernacula dicitur sponsæ vt pascat hœdos suos, *Cant.1.a.* pastores Madian, sunt *ee* philosophi, & Pharisæi, ac superbi, *Exod.2.c.* Et pastores, quorum speciosa lugent, sunt hæretici, *Amos 1.a.* Et pastores mali sunt hæretici: & qui temporalia commoda quærunt, *Ezech.34.a. Zach.10.a.11.a.* pastores Lot rixantes cum pastoribus Abrahæ, sunt Scribæ & Pharisæi & contendentes cum Apostolis, *Gen.13.b. Amos 1.a.*

Pastor ouium dicitur, *ff* qui imperat corpori & sensibus, ac voluptatibus, *Gen.4.a.* Et pastores Abraham, & Lot, sunt magistri sensuum, non sinentes eos vagari. Lot quidem est pastor carnis. Abraham verò mentis, *Gen.16.b.* Est autem discrimen inter pastores & pecuarios, quia pastores cum ratione pascunt sensus: pecuarij verò nihil illis negant, sine ratione pascentes. Vnusquisque autem pastor est gregis virtutum, quas pascit verbo Dei, *Luc.2.a.* pastores verò Aram, dicuntur vacantes sensibilibus, *Gen.29.a.*

Pastor ouium, *gg* simplicem designare solet, quia curam habet ouium simplicium: sicut erat Abel, *Gen.4.a.46.d.47.c.49.c. Luc.2.a.*

Pastores, sunt lupi vespere cum *hh* prælati sunt rapaces obtenebrescente mundo, *Soph.3.a.* Hi sunt pastores Regis Assur, hoc est, principes sub diabolo, *Nahum.3.d.*

Pastor stultus *ii* erat Antichristus, qui dicitur pastor & idolum, *Zach.11.a.*

Pastor malorum in inferno dicitur *kk* mors, *Psalm.48.*

Pastores tres in mense vno succisi, sunt *ll* vel qui errant circa aliquam Trinitatis personam, vel sunt Moses, Aaron, & Maria, *Zach.11.b.*

Pabulum, Pascua, Pastus.

Pascva sunt vbi pecudes pascuntur, & ipse pastus. Pabulum autem est ipse cibus herbaceus, fœniceus, seu paleaceus. Pastus verò ipsam cibationem, & etiam pabulum significat. Hæc quantum ad nostrum propositum, parum aut nihil differunt.

Pascua,

Pasci bonis exemplis. Adhærentes simplices doctoribus. Delectare. Fouere. Ministrare temporalia. Bene operari per corpus. Perceptio præmij. Exercere humilia opera. Regere sensus Curiositas. Virtutes in humilibus. Susceptio fidei & doctrinæ Conuersio Gentium. Vacans sordibus. Frustra niti. Peccare. Loqui errores Superbire. Auarus raptor. Exercitus contra Hierusalem. Tractans imperitus mysteria. Quarentes temporalia commoda. Peruersio hæreticorum. Seruire in peccatum. Inducens in peccatum. Christus. Deus. Angeli. Princeps Pralati. Iusti. Apostoli. Prophetæ. Doctores. Sacerdotes. Prædicatores Ioannes Baptista. Præcepta veteris legis. Patriarchæ. Princeps Israel. Iudæi. Sacerdotes & Pharisæi. Philosophi. Hæretici. Superbi. Temporalia sectantes. Imperans corpori & sensibus Cura habens virtutum. Vacantes sensibilibus. Simplex. Prælati rapaces. Antichristus Mors. Errantes circa Trinitatem.

a *Gre.s.24. mor.10. & s. cant.4.*
c *Rup.s. can.3.*
f *Gre.2. mor. 25.*
g *Rup.7.s.Apoc.*
h *Ori.s. psal. 36. Arn.psal. 36. Aug.s. ps. 36.*
i *Phil. de sacrif. Abel & de Agricultu.*
k *Ori.s.can. hom.2. Amb. de Isaac.4. Georg. Venet. cant.1.tom.7. cap.31. Gre.s. cant.1. Bern. s.can.ser. 35. & de gradi. humilitatis.*
l *Glo.inter. s. Gen.41.*
m *Aug.23. Conf.26. Amb s Luc.3.*
n *Glo. inter.s Mich.5.*
o *Amb.s. Iu. 15. Hie. epist. beati Bern. s. de asse.ani.*
p *Hie.s.Hos. 12. Augu.contra Cresco. Rup.s.Hos. 12.*
q *Hie.s.Isa. 27.*
r *Glo.inter.s. Exod.34. Gl.or.Ex.34.*
s *Gre.16.mo. 21. Ruper.s. cant.1.*
t *Gre.17. mo. 1. Bern.in Apologia.*
u *Ori.s.can. hom.2. Basi. de Spirit.8. Hil.s. Matth. can.10. Hie.s. Ezech. 37. & s. Amos 3. & Matth.18. Georg. Venet. cant.1.tom.7. cap.31.*
x *Ori.s.Luc. hom.12.*
y *Hi.s.Isa.13.*
z *Hie.s.Iere. 12. & s.Isa. 13. & s. Eze. 34. Aug.q. in Genes.154. Amb.serm. 13. & Isaac. 1. Ori. s. can. hom.2.*
aa *Bed.s.Gen. 29. Geor.Ven. cant.1 tom.7. cap. 31. Gre. hom.8. Cyril. 7.s. Ioan.1.*
bb *Amb. epi. 39.*
cc *Hie.s.Mic. 5.*
dd *Hie.s.Isa 63.56. & s.Ierem.23. & s.Amos.1. Aug.epi.48.*
ee *Gre.s.can.1. Gre.Nysse.de vita Mosis. Hie.s.Ezechiel. 34. Bed.s.Exod.2. Rup.s.Amos 1.*
ff *Amb.1.de Cain.6. & 2.de Abra.6. Philo.de sacr. Abel. & Cain. & de agri. & de migra. Abra. Ambro.s.psalm.131.*
gg *Ambro.s.Luc.3.*
hh *Greg.s.1.Reg.1. Ruper.s.Nahum.3.*
ii *Hie.s. Zach.11.*
kk *Aug.s.psalm.48.*
ll *Hie.s.Zachar.11.*

Digitized by Google

Materia contemplationis & bonorum operum, Sacra scriptura. Exempla Sanctorum. Visio beatifica. Potestas & libertas fidelium. Prædicatio. Ecclesia. Conuersi ad Christum. Templum Iudaorum. Temporalia. Extinctio concupiscentiarũ Mysteria tradi. Gentes. Iudæa. Hypocrisis. Mali. Diuinitas & humanitas in Christo. Corpus & anima. Homo spiritualis & animalis in Christo. Christus in cælo. Prædicator. Contemplatiuus. Christus. Anima. Duplices carnis conditiones. Tendentes ad cælestia. Corpus & anima. Christus & proximus. Homo vel anima. Quinque sensus. Prudentia. Clamor, & inconstantia. Intemperantia. Secreta mẽtis. Deus pater. Deus pater creatione & origine & gratia seu adoptione. Deus aut Christus.

Pascua, quę inueniuntur in Christo, sunt *a* intus materia contemplationis, foris verò bonorum operum exercitatio. Pascua etiam sunt sacramenta, & libri sacræ scripturæ, tam veteris, quàm nouæ, & exempla Sanctorum, demum visio ipsa beatifica, qua Sancti pascuntur in gloria, *Psal.* 22.94. *Isa.* 49.*a. Ier.* 23.*a. Thren.* 1.*b. Hos.* 13.*a. Ioa.* 10.*b.* Sic pastus filiorum ceruarum, est illud viriditatis æternæ pabulum, vbi iam nostra refectio nullius defectus aritate marcescet, *Iob.* 39.*a.* pascua etiam, potestas atque libertas fidelium.

Pastus etiam est ipsa prædicatio, qua auditores pascuntur, *Gen.* 29.*b.* 34.*a.* 3. *Reg.* 17.*a. Isa.* 14.*g.*

Pascua dicitur aliquando ipsa Ecclesia, *Psa.* 73. Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ.

Pascua onagri sunt, qui *b* conuertuntur ad Christum, quibus ipse dicitur tunc pasci, quum eis dat gratiam, *Iob.* 39.*a.*

Pascua optimatum gregis, quæ vastauit Dominus erant *c* templum, & oblationes Iudæorum, *Iere.* 25.*g. Ioel.* 1.*d.* pascua etiam Iudæorum erant *d* temporalia bona, *Hos.* 13.*b.*

Pabulum ignis ex adipe hostiarum gratum Deo est, cùm *e* concupiscentiæ consumuntur igne Spiritus sancti, *Leuit.* 3.*c.*

Pascua gregum facta est Iudæa, cum *f* Iudæorum mysteria venerunt ad Gentes, *Isa.* 33.*d.*

Pascua struthionum facta est Iudæa, hoc est, *g* dæmonum, quum Iudæi remanserunt in incredulitate, *Isa.* 34.*e.* In mente hypocritarum sunt pascua struthionum, *h* quia struthio volandi speciem habet, sed vsum volandi non habet. Ita hypocrisis cunctis intuentibus imaginem de se sanctitatis insinuat, sed tenere vitam sanctitatis ignorat. Demum omnes mali pascua catulorum leonum dicuntur, *Nahum.* 2.*d.*

Pabulum dare lumento, est carnem reficere, *Gen.* 42.*e.*

a Ori. s. Cant. hom. 2. Hie. s. Isa. 49. & su. Mic. 2. Am. s. ps. 118. serm. 14. Gre. 30. m. 22. Cyr. 7. s. Ioan. 4. Chry. s. Ioan. hom. 58. Hie. ad Furian.
b Gre. 30. mo. 34.
c Hier. s. Ier. 25.
d Ru. s. Ho. 13.
e Glo. int. sup. Leu. 3.
f Glo. ord. su. Isa. 34.
g Lyr. s. Is. 34.
h Gre. 7. mor. 15.

Passer.

Passer, est auis nota, quæ in patietibus domorum nidificare solet, & inter homines conuersari, & sua garrulitate molesta esse, est autem auis inquieta & lasciua.

Passeres duo qui sumuntur in immolatione & emundatione leprosi *i* significare possunt diuinitatem & humanitatem in Christo: vel corpus & animam. Passer immolatus, est caro Christi, vel corpus mortificatum: passer vinctus & dimissus, diuinitas, vel spiritus, *Leu.* 14.*a.* Origenes appellat hos passeres gallinas, aitque in purificatione quæ per eas fit, significari pœnitentiam, quæ illius indiget ope, de cuius latere processit aqua, & sanguis, verum Hebraicè dicuntur Ziporim, quod aues in genere significat. Duæ aues indicant pignora, quæ obtulit in expiationem nostram ille summus purificator Christus Iesus, hominem videlicet spiritualem & animalem, & hîc occisus fuit, vt nostram concupiscentiam expurgaret. In vase autem fictili dicitur iugulatus, quia in corpore ipsius de terra fabricato immolatus fuit, & hoc super aqueam virtutem misericordiæ, cuius signum simul cum sanguine, iustitiæ videlicet signo exiuit de latere ipsius morientis. Auis itaque occisa est corpus, vel virtus eius animalis in vase corporis sui extincta. Auis autem viua, est spiritus, vel anima eius, & ipsa oblata in expiationem nostram, iuxta id quod ait. Et animam meam pono pro ouibus meis. Sed tamen cum occidi non possit, dimissa fuit viua in agrum, aut campum illum supremum, vnde omnia trahunt originem: qui est Pater æternus, cui moriens & spiritum dimittens, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Hanc autem animam, vel spiritum dimisit aspersum sanguine auis iugulatæ, & etiam sanguine eorum pro quibus iugulata erat auis, sicuti per Isaiam loquitur dicens. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea.

Passer solitarius in tecto, *Psal.* 101. est *k* Christus in cœlo, & prædicator inter fideles Ecclesiæ, qui tamen imperat carni, aut homo, qui in excelsis habitans, & solitudinem incolens, pro peccatis suis clamare non cessat.

Passer inueniens sibi domum, est Christus, *Psalm.* 83. vel *l* est anima sperans gloriam cœlestem, vel habens eam.

Passeres duo in emundatione leprosi, *m* duas carnis conditiones indicant, nam pars quædam carnis viuit: pars autem alia adeò mortua est, vt si quis eam pungat, non sentiat leprosus. Auis igitur quæ viua dimittitur, purificationem, aut signum viuacis carnis, & non penè infectæ indicat. Altera verò occidebatur in purificationem & reuiuificationem illius carnis præmortuæ, fiebátque super aquas primum & præcipuum omnium sordium lauacrum & viuas, quia mortuæ communiter putridæ sunt, coinquinantes potius quam lauantes. Iugulabatur autem in vase fictili, & terreo, quod corpus significat, in quo purgari debet per mortificationem spiritus illius animalis volatilis inficiens carnem ipsam, quam præmortuam dicimus. Viua autem auis, quæ dimittebatur in agrum, carnem illam validiorem, aut spiritus nondum infectos, vel meliorem animam significat.

Passeres dici possunt, *n* qui ad cœlestia tendunt, & qui pauca habentes tamen reliquerunt omnia, *Psal.* 103.

Passeres duo dici possunt *o* vniuscuiusq; corpus & anima, vel Christus & proximus illi coniunctus. *Matth.* 10.*c.*

Passer dici potest *p* homo vel anima, & passer bonus est, cui volandi natura suppetit: passer verò malus, qui volandi vsum terrenæ vitio labis aboleuit, *Psal.* 10. 101. 124. Sicut passer eripitur anima de laqueo venantium, quia sicut passer propinquus laqueo, si sentiat strepitum fugit, ita qui propinquus est peccato, audito strepitu gehennæ & comminationis diuinæ euadit peccatum.

Passeres quinque, qui assæ væneunt, sunt *q* quinque sensus, qui illecebris voluptatum venundantur sub peccato, *Luc.* 12.*d.*

Passer aliquando ponitur *r* pro prudentia, *Psal.* 10. Transmigra in montem sicut passer.

Passer garrulus & inquietus *s* clamorem & inconstantiam significare potest, lasciuus verò intemperantiam.

k Aug. s. ps. al. 101. Gre. s. ps. 101. Euch. for. spir. 5.
l Arn. & Au. s. ps. 38.
m Gre. 14. m. 24. Georg. Venet. Cant. 2. tom. 3. cap. 17.
n Ar. & Au. s. ps. al. 103.
o Hil. s. Matt. can. 10.
p Aug. s. ps. al. 123.
q Am. s. Luc. 31.
r Hie. s. ps. 10.
s Tert. de cibis Iudaeorum.

Pastinare, vide Fodere.

Pastophorium.

Pastophorium est pastophori domicilium, pastophori autem erant sacerdotes sacrosancti Ægyptiorum, cæteris honoratiores.

Pastophoria in templo, erant domus, in quibus Leuitæ excubabant in atriis domus Domini, & pastophoria diruta, 1. *Mach.* 4.*e.g.* designant *t* secreta mentis, quæ diruuntur, quando per desideria illicita dilaniantur.

t Glo. ord. su. 1. Mach. 4.

Pater, Parens.

Pater dicitur, qui aliquem genuit, qui & genitor appellatur. Datur autem pater educatione, *Iob.* 29.*c.* pater eram pauperum. Pater genere, *Gen.* 35.*f.* Ad possessionem patrum tuorum. Imitatione, *Eccl.* 41.*c.* Erubescite à patre & matre de fornicatione. Inuentione. *Gen.* 4.*d.* Qui fuit pater habitantium in tentoriis. Patres item, maiores, *Gen.* 15.*c.* Tu autem ibis ad patres tuos. Præceptor, *Genes.* 45.*b.* Qui fecit me quasi patrem Pharaonis. Item principium, *Gen.* 17.*a.* Essque pater multarum gentium.

Pater dicitur *u* Deus æterna generatione producens Filium. Et pater Iudæ, est Deus pater Christi, *Genes.* 49.*d.* Et pater Christi relictus, vt adhæreret vxori, dicitur pater cœlestis, *Gen.* 2.*d. Matt.* 19.*a.* Et pater claritatis seu gloriæ dicitur Deus pater. *Eph.* 1.*c.* Cui dicitur ab incredulis, *Isa.* 45.*b.* Qui generas? Sciendum autem, quia ferè vbicunque Christus absque determinatione possessiui huius pronominis meus vel mei, dicit pater vel patris, ea quæ loquitur, minora sunt maiestate suæ diuinitatis, vt illic: Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: quia pater maior me est. Vbi autem determinat pater meus vel patris mei, non sine indicio loquitur diuinæ maiestatis, vt hic. Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est.

Patris nomen creatione *x* & origine attribuitur Deo, comparatione ad homines, quos ipse ad imaginem & similitudinem suam creauit, licèt aliquando dicatur pater etiam omnium creaturarum. Sed peculiariter dicitur pater bonorum, qui ex Deo per gratiam nati sunt, & facti filij per adoptionem, *Gen.* 49.*b. Leuitic.* 20.*b. Prou.* 1.*a.* 30.*e. Isa.* 63.*d.* 64.*c. Ierem.* 3.*b. Mala.* 1.*b. Matth.* 6.*b.* 10.*c.* 11.*d.* 23.*a. Marc.* 11.*c. Luc.* 11.*a.* 15.*d.* Et dicitur pater orphanorum, hoc est, desertorum à mundo, vel à lege, *Psalm.* 67. Et patri contumeliam facit, qui Deum blasphemat, *Mich.* 7.*b.* paternitas omnis est ab ipso patre cœlesti. *Eph.* 2.*d.* 3.*c*

Pater Ruben, cuius cubile dicitur ascendisse, *y* est Deus, aut Christus cuius corpus Iudæi maculârunt, *Gen.* 49.*a.*

u Orig. s. Gen. hom. 17. & s. Mat. hom. 7. Ru. 7. s. Matt.

x Ori. su. Leu. ho. 11. Am. s. Luc. 15. & de sacramentis 5. Hil. s. ps. 67. Hier. s. Mic. 7. Isy. s. Ieu. 20. Bed. s. Prou. 1.

y Gr. Nyss. de oratione.

Digitized by Google

Pater pluuiæ dicitur *a* Deus: quia dat pluuiam voluntariam hæreditati suæ, hoc est, gratiam & doctrinam Ecclesiæ, *Iob*, 38. *c.*

Pater Mariæ sororis Mosis dicitur *b* Deus pater synagogæ, *Num.* 12. *d.*

Pater Pharaonis dictus Ioseph, significat Christum, qui sibi subiecit principatus & potestates, *Gen.* 45. *b.* Et pater futuri seculi, est *c* Christus, qui & pater dicitur habitantium in Hierusalem, hoc est, habitantium in Ecclesia, *Isa.* 9. *b.* 22. *f.* pater etiam Saulis est *d* Christus, qui est pater prædicatorum, 1. *Reg.* 10. *a.* Et cùm dicitur, *ibidem*, *c.* Quis pater eorum? intelligitur Deus ipse pater Prophetarum, qui per Spiritum sanctum suum loquitur in illis: De quo *Matth.* 10. *c.* Non estis vos, qui loquimini? Potest autem illa interrogatio intelligi, cum carnales despiciunt prædicatores propter originem & paupertatem, &c. Sciendum tamen, vbi dicitur. Quis pater eorum? in aliquibus libris Bibliorum scribi. Quis pater eius: in allquibus verò, Cis pater eius. Gregorius tamen legit. Quis pater eorum? quæ lectio conformior est Hebraicæ lectioni: quæ sic se habet מי אמהם. Pater etiam Sacerdotis, dici potest Christus cui sacerdotes succedunt, *Leu.* 6. *d.*

Dans Deus gratiam & doctrinam.
Deus pater synagogæ.
Christus.

Pater Christi dicitur *e* Dauid, ex cuius stirpe descendit Christus, *Isa.* 22. *g.* Et erit in solium gloriæ domui patris sui, & suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius.

Dauid Pater Christi.

Pater multarum Gentium dictus est Abraham, quia multæ Gentes eius fidem imitaturæ erant, *Gen.* 17. *a.* Iacob etiam *f* pater dicitur vniuscuiusque credentis, *Isa.* 58. *d.*

Patres Abraham & Iacob.

Patres antiqui sunt, qui vitæ merito & ordine præcesserunt, vt Patriarchæ, *Genes.* 15. *c.* patres etiam antiqui, dici possunt Deus & cœlestia. Item secundùm aliquos patres antiqui dicuntur elementa. Patres etiam antiqui sunt *g* Philosophi patres gentium, quos etiam significant patres Pharaonis, *Exod.* 10. *b.* *Iob.* 8. *b.* *Psal.* 44. 77.

Patriarchæ.
Deus & cœlestia.
Elementa.
Philosophi.

Patres Abraham, vel Iacob dici possunt *h* Sancti & pater Israël, dicitur Abraham, vel antiqui patres in deserto, *Gen.* 47. *b.* 48. *c.* 49. *d.* patres etiam Israël dicuntur Patriarchæ & Apostoli, *Hos.* 9. *c.* *Psa.* 44. Et patres nostri, quibus dedit Deus terram, sunt *i* Apostoli, quibus dedit Ecclesiam, *Ierem.* 7. *a.* Et patres Iob, sunt Apostoli patres Ecclesiæ, *Iob.* 13. *a.*

Sancti.
Patriarchæ.
Apostoli.

Pater honorandus dici potest *k* prælatus: & doctor, *Gen.* 46. *d.* *Exod.* 20. *a.* 21. *b.* Et pater Ioseph, est antecessor in dignitate, *Gen.* 47. *c.* Et pater Ionathæ, est prælatus superior respectu inferioris, 1. *Reg.* 14. *a.* Pater pauperum dicitur Iob, designans populum Ecclesiæ ex cuius prædicatione humiles, qui pauperes spiritu dicuntur, generantur, *Iob.* 29. *c.* patres etiam sunt *l* doctores, qui nos in fide genuerunt, & instruxerunt, *Leuit.* 25. *g.* 1. *Cor.* 4. *c.*

Pralatus.
Doctor.

Pater aliquando dici potest *m* intellectus in domo rationis, vel recta ratio seu sermo, quia consilia bona, & actiones honestas solet gignere: prognatásque educare, decretis ducibus doctrinæ & sapientiæ, *Gen.* 12. *a.*

Intellectus.
Ratio.
Sermo.

Patres dicuntur *n* doctores mali; *Psal.* 48. Et patres hæreticorum, sunt *o* hæresiarchæ, *Iob.* 39. *a.* Et patres quorum labores comedit confusio, sunt hæretici, *Ier.* 3. *g.*

Doctores mali.
Hæretici.

Pater sacerdotis, cui succedit filius, significare potest *p* antiquum sacerdotium, cui successit sacerdotium nouæ legis, *Leu.* 6. *d.*

Antiquum sacerdotium.

Pater lunatici, videtur dici posse *q* angelus custos. *Mat.* 17. *c.* potest enim pater lunatici *r* dici lex. Et Moses est pater, hoc est, lex regens Iudæos.

Angelus custos.
Lex.

Pater relinquendus propter Euangelium, designat *s* leges ciuiles, quæ cedere debent Euangelio.

Leges ciuiles.

Pater etiam obliuiscendus, *t* est Adam, seu vetus homo, quem exuere debemus. *Psalm.* 44. pater etiam animæ dicitur *u* peccatum, quod tradit ipsam animam in mortem, *Matth.* 10. *c.*

Adam.
Vetus homo.
Peccatum.

Patres dici possunt, qui iam sufficiunt regere alios, 1. *Ioan.* 2. *a.*

Patres aliquando dicuntur *x* Iudæi, filij verò Christiani, in eorum fide succedentes, *Amos*, 2. *c.* pater etiam & mater pontificis, super quibus ipse non polluitur, est populus Iudæorum, ex quibus Christus secundùm carnem, & licet peccatores elegerit, ipse tamen non est super eis pollutus, *Leu.* 31. *c.* *Zach.* 13. *d.*

Iudæi.
Ij quos imitamur.

Patres quibus vnusquisque apponitur, sunt *y* quos quisque in bono, vel malo imitatus est: essque apponitur, cum de hac vita excesserit, *Isa.* 65. *a.* Dicitur autem transire iniquitas patrum in filios, quum filij patres imitantur. *Exod.* 34. *a.*

Diabolus.
Mundus.

Pater aliquando dicitur *z* diabolus inducens ad peccatum, & ducem se faciens ad omnem iniquitatem: ideò domum eius relinquere oportet, eiúsque obliuiscí, *Gen.* 12. *a.* 1. *Reg.* 2. *e.* *Psalm.* 26. 44. *Isa.* 14. *e.* *Ier.* 11. *a.* Eundem designat pater Rebeccæ Bathuel, *Genes.* 24. *c.* Et pater Hierusalem Amorrhæus, est diabolus, *Ezec.* 16. *a.*

Pater præterea dicitur *aa* hic mundus, de quo nascimur. *Ier.* 20. *d.* Maledictus vir, qui annunciauit patri meo dicens. Natus est tibi puer masculus.

Sermo antiquorum patrum.

Pater Ophni & Phinees, significare potest *bb* sermonem antiquorum patrum, 1. *Reg.* 2. *e.*

Carnales.

Patres ignorantes manna, dici possunt *cc* carnales Ægypti ollas desiderantes, *Deut.* 8. *a.*

Putredo.

Pater hominis dicitur *dd* putredo. *Iob.* 17. *d.* quia omnis homo ab origine iam vitiata descendit.

Pater & mater, qui genuerunt, *Zach.* 13. *a.* ponitur *ee* pro maximè propinquis.

Propinqui.

Paterfamilias.

Paterfamilias dicitur, qui primus est & imperium habet in familiam.

Paterfamilias aliquando dicitur *ff* Deus: aut etiam Christus, qui curam habet familiæ Ecclesiæ, *Matt* 10. *c.* 13. *g.* 20. *a.* 21. *d.* *Luc.* 13. *e.* 14. *c.*

Deus.
Christus.

Paterfamilias dicitur etiam *gg* Episcopus, aut doctor, distribuens cibum doctrinæ familiæ Christi,

Episcopus.
Doctor.

Paterfamilias potest quandoque dici intellectus, aut sensus hominis, *Matt.* 24. *c.* *Luc.* 12. *e.*

Sensus.
Intellectus.

Patefacere, Patere.

Patere dicitur, quod apertum est. Patefacere verò, est patentem facere.

Christus.

Patens ostium Iob viatori, *hh* est Christus, qui omnibus patet in hac vita viuentibus, vt ingrediantur ad patrem per remissionem peccatorum, *Iob.* 31. *d.*

Visio diuina.

Patentes riui erunt *ii* in gloria cœlesti, vbi Beati torrente diuinæ voluptatis potabuntur, *Isa.* 33. *d.* Possunt etiam designare doctores sacras scripturas planè exponentes.

Doctores.

Patens fons, est *kk* doctrina noui testamenti & baptismus omnibus paratus, *Zach.* 13. *a.*

Nouum testamentum.
Baptismus.

Patere dicitur os illius, *ll* qui fiducia puræ conscientiæ diuinam prædicat, & dilatat doctrinam, 1. *Cor.* 6. *c.*

Fiducialiter prædicans.

Patens sepulchrum Christi, *mm* designat guttur Apostolorum & Prophetarum: per quod ipsum Christum æterno literarum thesauro, condiderunt. Patens autem sepulchrum ideò dicitur, quia qui vult ad Christi peruenire mysterium, non ingreditur ad illud, nisi per Euangelicæ scripturæ secretum, *Psa.* 5. *Rom.* 9. *b.* Sic dicebat Apostolus os suum patere Corinthiis, inuitans eos, vt per prædicationis suæ apertam ianuam, ingrederentur Christi secreta mysteria, 2. *Cor.* 6. *c.*

Prædicatio Apostolorum.

Patere dicuntur aures surdorum, *nn* quum Gentes libenter audiunt, & suscipiunt verbum Dei, *Isa.* 35. *b.*

Gentes audítes verbum Dei.

Patens sepulchrum dicitur os malorum, *Psal.* 5. *Rom.* 3. *b.* quia *oo* peccatorum suorum turpitudinem absque vllo pudore manifestant.

Manifestatio impudens peccatorum.

Patres prædæ fideles, *pp* quos Iudæi, & infideles impiè persequuntur, *Isa.* 59. *e.*

Persecutio fidelium.

Pati, Passio.

Pati, est sustinere, tolerare, & æquo animo ferre. Ipsa autem corporis, aut animi affectio, passio dici solet. Est item pati permittere, *Exod.* 22. *c.* Maleficos non patieris viuere.

Passio Christi sine culpa.

Passus dicitur Iob absque iniquitate manus suæ, *Iob.* 16. *d.* designans videlicet *qq* Christum, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & tamen crucis dolorem pro nostra redemptione tolerauit.

Permittens Deus immunditiam in bonis.

Non patitur Deus eum, cui pepercit esse mundum ab iniquitate *rr* quia permittit Sanctos plerunque illicita cogitatione pristini peccati inquinari, *Iob*, 10. *c.*

Non patitur Deus inultum abire eum, qui iniuriam fecit proximo, *Iob.* 24. *b.* quia ad ipsum pertinet vindicta tanquam ad supremum iudicem.

Vindicta Dei.

Pati vim dicitur regnum cœlorum. *Matt.* 11. *b.* quum *ss* Gentiles quasi irrumpentes promptè ad fidem veniunt, quasi

a *Gr.* 29. *mo.* 20. *Hie. f. Iob.* 38.
b *Ori. su. Nu. hom.* 7.
c *Hie. su. Is.* 9. 22.
d *Gre. f.* 1. *Re.* 10.
e *Hie. f. Is.* 22.
f *Hie. f. Is.* 58.
g *Basil. & Arn. f. ps.* 44.
h *Ambro.* 2. *de Abra.* 9. *Hie. ad Principiam. Philo. quis verum diuin. hares.*
i *Hie. f. Ier.* 7. *& f. Ho.* 9.
k *Ori. f. Ro.* 4. *Gre. f.* 1. *Reg.* 14. *&* 19. *m.* 21.
l *Isyc. f. Leu.* 25.
m *Philo. de mig. Abra. & de special. legibus.*
n *Basil. f. ps.* 48.
o *Gr.* 20. *mo. Hie. f. Ier.*
p *Glo. inte. su. Leu.* 6.
q *Ori. f. Matt. hom.* 4.
r *Hil. f. Matt. Can.* 17.
s *Cle. Alex.* 4. *strom.*
t *Arn. f. ps.* 44.
u *Hil. f. Matt. cap.* 10. *Orig. prol f. can.*
x *Hie. f. Amo.* 2. *Isy. f. Leu.* 21. *Ru. f. Zac.* 13.
y *Hie. f. Is.* 65.
z *Ori. f. Exod. hom.* 8. *f. Is. h.* 9. *& f. Ier. ho.* 6. *Hie. f. Ez.* 16 *Bed. f. Gen.* 24
aa *Basil. & Aug. f. ps.* 44. *Gre. f.* 1. *Reg.* 2. *Gre.* 4. *mor.* 4.
bb *Gr. f.* 1. *Re.* 2.
cc *Phil.* 2. *allego.*
dd *Gre.* 13. *m.* 21.
ee *Hie. f. Zac.* 13.
ff *Ori. f. Mat. hom.* 10. 19. *Hil. f. Matth. can.* 20.
gg *Glo. ord. f. Matt.* 15. *Orig. f. Matt. ho.* 3. 35.
hh *Gre. f.* 22. *mo.* 12.
ii *Glo. ord. su. Isa.* 33.
kk *Hie. f. Zac.*
ll *Ambr. f.* 2. *Corin.* 6.
mm *Am. ser.* 57.
nn *Hier. f. Is.* 35.
oo *Ori. f. Rom.* 3.
pp *Glo. in su. Isa.* 59.
qq *Gre.* 13. *m.* 11.
rr *Gre.* 9. *mo.* 40.
ss *Hil. f. Matt. can.* 11. *Am. ser.* 15. *& f. Luc.* 7.

Digitized by Google

Prompta fides gentium. quasi auferentes ipsum à Iudæis ingredi recusantibus. Patitur etiam vim, quia castigantes carnem suam, & quasi vim sibi inferentes, in ipsum ingrediuntur.

Castigatio carnis. Pati se meritò dicentes fratres Ioseph, typum gerunt eorum, *a* qui post Christi mortem ex Iudæis respuerunt. *Gen.* 42. *d.* a *Lyr. s. Gen.* 42.

Resipiscens ex Iudæis. Pati vim dicebat Ezechias, propter grauitatem infirmitatis: designat autem eos, *b* qui tentationibus & tribulationibus affliguntur, *Isa.* 38. *c.* b *Lyr. s. Is.* 38.

Affligi tentationibus. Passa dicitur multa vxor Pilati pro Christo, designans *c* Ecclesiam gentium quæ multa propter Christi fidem patitur, *Matt.* 27. *b.* c *Hie. s. Matt cap.* 27.

Ecclesia gentium afflicta. Patiuntur calumniam ab hæreticis simplices, *d* qui ab eis mendacia pro veritate accipiunt, *Amos*, 3. *c.* d *Hier. su. Amos.* 3.

Deficere à rectitudine. Pati quicquam mali itinere, est *e* deficere ob imperfectionem à rectitudine. Ideò Beniamin fuit domi retentus, *Gen* 42. *a.* e *Lyr. s. Gen.* 42.

Puniri populum propter Reges. Pati scandalum Ægyptios, est puniri populum propter peccata regis, cui etiam consenserunt, *Exodi*, 10. *b.*

Peccare passione. Pati fluxum seminis, est *f* verbositate peccare, vel aliqua passione, *Leui.* 15. *a.* f *Isye. s. Leu.* 15.

Peccans cogitatione, vel habens doctrinam erroneã. Patiens mulier fluxum sanguinis menstrui, designat *g* peccata cogitationis habentem, & intrinsecus sordidatum vel tenentem doctrinam Iudaicam, vel Gentilicam, *Leuit.* 15. *c. Matt.* 9. *c.* g *Hil. s. Matt. Can.* 9.

Damones insidiantes bonis. Patientes famem, vt canes, sunt *h* dæmones quærentes deuorare bonos. Vel sunt Iudæi, qui destructa sua ciuitate, famem verbi Dei patiuntur, nolentes eam inter Ecclesiam extinguere, *Psa.* 58. h *Ar. & Hil. s. ps.* 58.

Iudæi sine verbo Dei. Pati calumniam dicitur Ephraim, *i* cum hæretici se putant aut asserunt à Catholicis opprimi, cum potius ipsi opprimant Catholicos, *Hos.* 5. *c.* i *Hie. s. Ho.* 5.

Gaudentes hæretici de malo fratrum. Nihil patiuntur hæretici super contritione Ioseph, *k* quum gaudent de morte spirituali fratrum, *Amos*, 6. *b.* Iudæi etiam irridentes Christum in passione, nil patiebantur super contritione Ioseph. k *Hie. s. Amo.* 6. *Rup. s. Am.* 6.

Irridentes Iudæi Christum.

Patibulum, vide Crux.

Patientia.

Patientia Christi. PATIENTIA, *l* est honestatis aut vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio, vel patientia, est aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoque, qui mala erogat nullo dolore morderi.. l *Tulli.* 2. *de inuenti. Gre. hom.* 35.

Patiens dicitur Deus, *m* quia diu sustinet peccatores, antequam puniat, eorum resipiscentiam expectans, *Nahum.* 1. *a.* m *Glo. ord. s. Nah.* 1.

In patientia sua dicitur suscipere, Deus aliquem *n* quum facit eum multa pati, & patienter tolerat persecutores. Sic suscepit Christum Deus in patientia sua, quia diu sustinuit Iudæos, vt resipiscerent, *Iere.* 15. n *Glo. ord. su. Ier.* 15.

Patientia Iob typus esse solet *o* patientiæ Christi, *Iob.* 17. *d.* o *Gre.* 13. *m.* 22.

Patientia nostra est à Deo, *p* qui non permittit nos tentari supra id, quod possumus, *Psal.* 61. p *Basil. s. psal.* 61.

Patrare, vide Facere.

Patria.

Monasterium PATRIA, est vibs, siue oppidum, vnde aliquis est ortus.

Patria Iacob, significare potest *q* monasterium religiosi prædicatoris, ad quam redire vult post fructum prædicationis, *Gen.* 30. *d.* q *Lyr. s. Gen.* 30.

Populus Iudaicus. Patria Christi & Prophetarum, vbi non sunt accepti, *r* est populus Iudaicus, qui Christum & Prophetas persequebatur, *Matth.* 13. *g. Luc.* 4. *a. Ioan.* 4. *f.* r *Aug. s. Ioan. tract.* 56.

Patriarcha.

PATRIARCHA dicitur patrum princeps: quo nomine dicti sunt Abraham, Isaac, Iacob, & duodecim filij Iacob, qui duodecim effecere tribus, & nunc dicuntur patriarchæ principes Pontificum, qui quatuor erant præter Romanum pontificem, nempe Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus. Nominantur antiqui Patriarchæ, 1. *Par.* 8. *d. Tob.* 6. *d. Heb.* 7. *a. Act.* 2. *e.* 7. *a. b.*

Patruelis.

Patruelis, à patruo dictus: sunt etiam patrueles patruorum filij, hoc est, filij fratrum marium.

Patruelis dictus est Christus, *Isa.* 5. *a.* quia *s* ex eodem genere erat cum Isaia, aut cum Iudæis. s *Isy. s. Isa.* 5.

Christus. Patruelis, qui potest redimere rem venditam, est *t* qui ab eodem, aut pari doctore habet doctrinam, sicut & nos, & potest nos instruere. *Leuit.* 25. *g.* t *Isye. s. Leu.* 25.

Discipulus peritus. Patruelis Ieremiæ erat Hanameel, *u* quia gratia cognata est sublimibus virtute. *Ierem.* 32. *b.* u *Hier s. Ier.* 32.

Patruelis Saulis erat Abner, *x* designans adiutorem magni prædicatoris, aut prælati, participantem de duricie Cis & de lucerna Ner, 1. *Reg.* 14. *g.* x *Gre. s.* 1. *Re.* 14.

Patruus.

Euangelium cognatum prophetis. PATRVVS dicitur frater patris, quod quasi patris loco sit.

Patruus Aaron, erat Oziel, designans, *y* Euangelium cognatum esse Prophetis, *Leu.* 10. *a.* y *Glo. ord. su. Leu.* 10.

Prædicator perfectus. Patruus Saulis, designat *z* prædicatorem perfectum, qui minorem instituere potest, 1. *Reg.* 10. *e.* Et patruus, qui potest redimere, est *aa* qui æqualis est doctrinæ cum patre, qui nos docuit, *Leuit.* 25. *g.* z *Gre. s.* 1. *Re.* 10. aa *Isye. s. Leu.* 25.

Paucus.

Apostoli. PAVCVM, est contrarium multo.

Electi. Pauci de terra, sunt *bb* Apostoli, & fideles electi, de quibus dicitur: Multi sunt vocati, pauci verò electi, *Psal.* 16. 106. *Matt.* 7. *b.* 20. *b.* 22. *b. Luc.* 10. *a.* 13. *d. Isa.* 24. *b.* bb *Arn. s. psa.* 16. 106. *Hie. s. Is.* 24.

Fides gentiũ. Permodicus numerus Syrorum vicit Hierusalem, *cc* quia paucorum credentium ex gentibus fides in principio, Iudæorum fidem superauit, qui in incredulitate relicti sunt, 2. *Para.* 24. *f.* cc *Hier. s. Isa.* 17.

Pauci electi. Paucæ oliuæ remanentes in olea, erunt *dd* pauci electi in vltimis temporibus. Eosdem designant pauci racemi, *Isa.* 24. *e.* Et pauci à quibus alij diuiduntur, sunt pauci credentes ex Iudæis, *Psalm.* 16. dd *Hie. s. Isa.* 24.

Prompta fides gentium. Paucis diebus habitans Iacob in Haran, *Gen.* 27. *g.* 29. *e.* designat *ee* Gentes breui tempore susceptura fidem per prædicationem Apostolorum. *Au. epi.* 59. ee *Glo. inter. s. Gen.* 27.

Discipuli hæreticorũ ipsos deserentes. Pauci efficiuntur Assyrij, *ff* quum hæreticorum & Antichristi sectatores luce doctrinæ Ecclesiæ illustrati ipsos deserunt, *Isa.* 10. *c.* ff *Hier. s. Is.* 10.

Admiratio mysteriorum. *Pauere, Pauor, Expauescere, Pauidus.*

Admiratio iudiciorũ Dei. PAVERE, est grauiter timere, quasique animo perturbato. Et pauor, est timor, mouens mentem, & quasi quidam stupor. gg *Bed. s. Gen.* 41.

Custodiens corpus mundum. Pauor Iacob, admirationem *gg* diuinorum secretorum, seu mysteriorum significare potest, *Gen.* 28. *d.* Ad idem referri potest pauor Pharaonis, *Gen.* 41. *b.* hh *Gr.* 17. *m.* 13.

Turbatio Ecclesia tempore Antichristi. Pauent columnæ cœli ad nutum Dei, *Iob*, 4. *c.* 26. *c.* quia *hh* Apostoli quantalibet virtute proficiant, quantalibet scientia excrescant, penetrare iudicia Dei non valent. ii *Isye. s. Leu.* 26.

Præcognitio futurorum. Pauet ad sanctuarium Dei, *ii* qui corpus suum cũ diligentia custodit ab omni spirituali immunditia. *Leu.* 26. *a.* kk *Glo. in. su. Gen.* 15.

Terror damonum ex cruce Christi, & omnium malorũ in iudicio. Pauor Abrahæ circa Solis occasum, *kk* designauit perturbationem Ecclesiæ futuram tempore Antichristi, *Gen*, 15. *c.* ll *Glo. ord. su. Gen.* 27.

Expauens Isaac post datam benedictionem Iacob, *Gen.* 27. *e.* est *ll* præcognoscens futura. Vnde per extasim cognouit benedictionem Iacob esse confirmandam. mm *Orig. su. Exod. hom.* 6.

Timor veteris legis. Pauor irruens in malos, *mm* est terror ex cruce Christi inuadens dæmones, *Exod.* 15. *b.* Et pauebit Assur ad vocem Domini, hoc est, diabolus & omnes mali in iudicio ad vocem Christi ferentis in eos sententiam condemnationis, *Isa.* 30. *g. Hier. s. Is.* 30.

Securitas in Deum. Pauor filiorum Israël ferente Deo legem, *Exod.* 20. *c.* timorem *nn* veteris testamenti expressit. Nam lex illa dicitur lex timoris. nn *Glo. ord. s. Exod.* 20.

Absque pauore dicuntur habitare in terra, *oo* qui animi securitatem in Deo, quem colunt, habent. *Leu.* 26. *a* oo *Ori. s. Leu.* 26.

Digitized by Google

Pauere dicuntur,*a* qui recordantur terræ Iuda. *Isa.* 19. *c.* quum hæretici, aut Gentiles, cognita sacræ scripturæ veritate, suos recognoscunt errores.

Recognitio errorum.

Pauor dictus est Phaschur sacerdos,*b* quia pauere debebat inimicos, *Ierem.* 20. *a.* Designauit autem pauorem, stuporem, & dispersionem futuram sacerdotum post passionem Christi.

Dispersio sacerdotum veterum.

Pauor, quem contemnit equus,*c* designat minas persecutorum Ecclesiæ: quas Apostoli & Martyres, ac Prædicatores contemnebant. *Iob.* 39. *e.* Vel est terror Dei, & inuocatio eius, quam faciunt Sancti, & hunc pauorem contemnit diabolus tanquam obstinatus.

Minæ persecutorum.

Terror Dei.

Pauor in Æthyopia erit, percussa Ægypto,*d* cum infideles pauebunt in iudicio, videntes condemnari credentes malos, *Exech.* 30. *a.* Sic timebit Ascalon. *Zac.* 9. *a.*

Terror infidelium in iudicio.

Pauimentum.

PAVIMENTVM, dicitur ipsum domus solidamentum, siue incrustatio, quam gradiendo calcamus.

Pauimentum cui adhæret anima, dicitur *e* corpus humanum corruptibile. Vel terra in toto mundo substrata, *Psal.* 118.

Corpus humanum.

Terra.

Pauimentum templi stratum lapide est *f* doctrina sacra: vel concors fidelium humilitas, qui in temporali adhuc vita positi, socialiter inuicem charitate dictante conuersantur, 3. *Reg.* 6. *b. Ezech.* 40. *c.* 47. *a.*

Doctrina sacra.

Concors fidelium humilitas.

Paulatim.

PAVLATIM idem est, quod sensim, hoc est, sine festinatione, aut velocitate.

Paulatim expellit Deus hostes,*g* vt homines securitate, non abutantur in pigritiam. *Exod.* 23. *b.* Sic expelluntur vitia, nec quisquam repentè fit perfectus, ne in superbiam erigatur. Ita paulatim crescens tumultus in castris,*h* designat quotidianum profectum conuersorum, 1. *Reg.* 14. *c.*

Nemo repentè perfectus.

Profectus conuersorum.

Paulus.

PAVLVS Apostolus priùs persecutor fidelium, & postea insignis prædicator, satis notus in suis epistolis, & in actis Apostolorum, secundum quod veniens Damascum aduersus fideles, superatus est, & ipse postea superauit Iudæos, designat persecutores fidelium etiam inter Gentes, qui sæpè superati & conuersi, reuincunt Iudæos & infideles. *Acto.* 9. *a.*

Persecutores conuersi.

Pauo.

PAVO, seu pauus, est auis multiplicis coloris, cuius pulchritudinem videtur extensis pennis ostentare. Pauos autem ferebant ad Salomonem ex insulis Indorum, 3. *Reg.* 10. *d.* 2. *Paral.* 9. *e.* Eorum caro siccata imputribilis permanere dicitur. Et quia pennarum pulchritudine vestiuntur, designare possunt *i* perfectos, & igne tribulationis decoctos, adeò, vt variis virtutibus decorentur.

Perfecti.

Pauper, Paupertas, Egenus, Inops, Mendicus.
Penuria, Carere, Egere, Mendicare.

PAVPER est, quia parum, aut nihil habet pecuniæ, & aliarum rerum penuriam patitur.

Pauper aliquando dicitur *k* Christus, qui pro nobis pauper effici voluit, neque quicquam possidet in terra in qua non habuit, vbi caput suum reclinaret. *Psa.* 21. 74. 33. 40. 68. 69. 81. 87. 108. 139. 101. *in tit. Leu.* 25. *d. Iob.* 5. *c.* 28. *Eccl.* 9. *d. Isa.* 25. *b.* 26. *a. Ierem.* 20. *d. Thren.* 3. *a. Zach.* 9. *c.* Et pauper erectus de stercore, est Christus liberatus à persecutionibus, 1. *Reg.* 2. *b. Amos.* 5. *a.*

Christus.

Pauperes interdum dicuntur *l* Apostoli, Christi imitatores. *Psal.* 21. 34. 68. 139. *Isa.* 26. *a.* 29. *f.* Pauperes autem gregis, sunt credentes ex Iudæis. *Zach.* 11. *b.* Pauper etiam populus, sunt Apostoli, fideles & humiles: & egenus, cui est spes, est fidelis. *Iob.* 5. *c.* 24. *b.* 34. *c. Psalm.* 9. 33. 67. 71. *Eccl.* 6. *c.* 7. *a. Soph.* 3. *c. Apoc.* 2. *c.*

Apostoli. Credentes.

Pauper, qui clamat ad Dominum, & exauditur, est *m* pauper spiritu, & qui adhuc est in timore, & qui pauper est à crimine, in quo nihil habet princeps huius mundi. *Psal.* 21. 30. 33. 47. 78. 87. 10. 131. *Prou.* 31. *a. Isa.* 11. *a. Luc.* 6. *c.* Et pauper leprosus, est, qui non potest magna opera pœnitentiæ facere, aut implere Euangelica consilia. *Leu.* 14. *c.* Pauperes autem spiritu sunt humiles, qui de se parua sentiunt. *Matth.* 5. *a.* Et talis dicitur pauperculus. *Isa.* 66. *a.* Et vir videns paupertatem suam. *Thren.* 3. *a.* Vt autem pauperes omni tempore pulsant aures hominum clamoribus suis pro pane ventris: ita pauperes spiritu clamant ad Deum pro pane mentis, qui de cœlo descendit. *Iob.* 5. *c.* 20. *b.* 29. *c.* 31. *b.* 34. *b.* 36. *a.* 41. *c. Soph.* 3. *c.* Egenus etiam dicitur humilis contemptor laudis & bonorum, ideò suscitatur de stercore, pauper verò est contemptor diuitiarum: ideò suscitatur de stercore: quia diuitias, vt stercora reputat. 1. *Reg.* 2. *a.* Pauperem etiam facit Deus per contemptum rerum terrenarum, ad cœlestium desiderium accendens: atque ita muneribus cœlestibus ditat. Paupertatis funibus vinciuntur *n* qui cœlestes diuitias optant, quibus se in hac vita carere conspiciunt. *Iob.* 36. *a.*

Pauper spiritu. Infirmus. Humilis.

Contemptor laudis & bonorum.

Contemptor diuitiarum.

Pauper aliquando dicitur *o* genus humanum, quia de se nullum habet bonum. 1. *Reg.* 2. *a. Psalm.* 71. 112. *Prouer.* 23. *a.*

Genus humanum.

Pauper erectus de stercore, & egenus, erat *p* Gentilis populus. 1. *Reg.* 2. Dicitur autem egenus comparatus ad puluerem, pauper verò ad stercus. Egenus etiam dicitur, qui peccat consensu: pauper verò, qui peccat opere. Pauperes etiam, quibus euangelizatur, sunt Gentiles. *Isa.* 29. *f.* 32. *b.* 41. *d.* 49. *d.* 58. *b.* 62. *a. Matth.* 19. *c. Luc.* 4. *c.* Gentiles etiam in Ecclesia iam existentes pauperes dici possunt. *Iudi.* 11. *a.* Et paupercula erat Gentilitas carens gratia & luce veritatis. *Isa.* 50. *c. Psal.* 67. 71. *Leuitic.* 19. *b.*

Gentilis populus.

Pauper populus dicuntur *q* ignari, paruí, & imperfecti, demum omnes, qui alieno indigent auxilio. *Exod.* 22. *d.* 23. *a.* 30. *b. Leui.* 25. *f. Iob.* 20. *b.* 24. *b.* 30. *a. Psal.* 16. 67. 87. *Prou.* 28. *a. Isa.* 10. *a.* 14. *g. Ier.* 2. *g.* 5. *a. Ezech.* 22. *g. Amos.* 2. *c.* 4. *a.* 3. *c.* Pauper autem & sufficiens sibi, est simplex cum bonis operibus. *Prou.* 21. *b.*

Ignari. Imperfecti. Simplex cum bonis operibus.

Pauperem facit Deus,*r* cùm repellit Iudæam à spiritualibus virtutibus. 1. *Reg.* 2. *b.* Et egentes diuites, sunt Iudæi, qui egent relicto Deo. *Psalm.* 33. Et pauperes, quibus dandum erat vnguentum, *s* erant infideles ex Iudæis. *Matth.* 26. *a.* Et paupercula dicitur synagoga auxilio Dei destituta, & bonis operibus carens. *Isa.* 51. *g.* quam egestatem dicitur Deus dare: quia peccantes deserit. *Malo.* 2. *a.* Cæcus mendicans secus viam, designat Iudæos mendicãtes intellectum scripturarum ad animarum salutem necessarium. Mendicabant autem secus viam, quia habentes scripturas, non eas complebant. *Marc.* 10. *g. Luc.* 16. *b. Ps.* 108. Hæc egestas dicitur esse à Domino in *t* domo impij. *Prou.* 3. *d.* Iuxta exemplum purpurati diuitis, qui & in hac vita spiritualibus egebat bonis, & in futura ad tantam peruenit inopiam, vt de digito Lazari quondam pauperis vnam aquæ guttam requireret, nec habere valeret.

Iudæa. Iudæi.

Pauperes sunt,*u* qui verbi Dei thesauros in corde suo minimè recondunt. *Luc.* 14. *c. Psal.* 48. 79. Et verè pauper dicitur malus, quasi pauper verò est bonus egens. Egestas enim malorum propriè est: quia dum repletur vitiis, virtutum diuitiis vacuatur. *Iob.* 27. *d.* 30. *d.* 41. *c. Prou.* 28. *a. Apoc.* 3. *d.* Et inopia defectus est bonorum spiritualium. *Gen.* 41. *d. Psa.* 33. Et in egestate verbi Dei, dicitur Deus visitare populum. *Leuit.* 26. *c.* Pauperes demum sunt peccatores quorum memores debebant esse Apostoli. *Gal.* 2. *b. Leu.* 27. *a. Iob.* 30. *d.* Penuria aquæ, est defectus gratiæ. *Exo.* 17. *a. Deut.* 8. *a.*

Carentes verbo Dei. Mali. Defectus bonorum spiritualium. Lex litera.

Egena elementa, significant *x* legem literæ post aduentum Christi, quia ceremoniæ legis iam non prosunt feruentibus. *Galat.* 4. *b.*

Prædicator.

Non indigens poculis crater, *y* est prædicator, quia quod aliis proponat, necesse est, vt abundantius cæteris bibat, & plenius quod dat, contineat. *Cant.* 7. *a.*

Mendicare dicitur, *z* qui credens, & cæcitatem cordis sui cognoscens, vt lumen veritatis recipiat, postulat. *Luc.* 16. *a.*

Egere incipiens prodigus designat *aa* nihil satis esse prodigæ voluptati. *Luc.* 15. *c.*

Egestas hæreticorum, *bb* est defectus cognitionis veritatis, *Iob.* 30. *a.*

Mendicabit æstate, *cc* qui in iudicio dicet cum fatuis virginibus Date nobis de oleo vestro. *Prou.* 20. *a.*

Egestas erit *dd* malis in inferno, quæ venit illis quasi viator: qui subitò rapiuntur. *Prou.* 6. *b.*

Pax,

a *Glo. inte. su. Isa.* 19.
b *Glo. ord. su. Ier.* 20.
c *Gr.* 31. *mo. Hie. s. Iob.* 39.
d *Hie. s. Eze.* 30.
e *Hil. & Au. ps. s.* 118.
f *Gre. s. Ezec. ho.* 18.
g *Glo. ord. su. Exod.* 23.
h *Gre. s.* 1. *Regum* 14.
i *Glo. ord. sup.* 1. *Reg.* 10.
k *Basil. & Arno. s. ps.* 33 *Amb. epi.* 17. *Hil. s. ps.* 139. *Hie. s. Isa.* 25. *Aug.* 19. *ciui. Dei.* 4. *Isyc. s. Leu.* 23. *Gr.* 6. *mo.* 15. & 18. *m.* 19. *Arn. s. ps.* 68.
l *Hie. s. Zach.* 11. & *s. Sop.* 3.
m *Augu. s. ps.* 33. 68. *Basil. s. ps.* 33. *Arn. s. ps.* 21. *Am. s. Luc.* 6. *Hie. su. Is.* 66. *Aug.* 1. *ser. do. in mon. Chry. s. ps.* 9. 48. *Gr.* 6. *mo.* 15. & 19. *mo.* 16. & 26. *m.* 24. & 34. *mor.* 2. & 16. *m.* 22. & *s.* 1. *Reg.* 2. *Gre. Nysse. de beat.*
n *Gr.* 26. *mo. al.* 27.
o *Ar. s. ps.* 71. 112. *Aug. su. Ioan. tract.* 84.
p *Greg. su.* 1. *Reg.* 2. *Orig. s. Lu. h.* 32. *Hil. s. Matth. can.* 19. *Hie. s. Isa.* 29. 49. 54. *Amb. de obit. Valent. Au. q. in Num.* 49. *Isyc. Leu.* 19.
q *Or. s. ps.* 36. *hom.* 2. *Hil. s. ps.* 67. *Hier. s. Isa.* 10. & *s. Ier.* 5. *Isyc. s. Leui.* 25. *Gre. in* 16. *mora.* 24. *Bed. s. Prou.* 21.
r *Am. ep.* 120. *Gre. s.* 1. *Reg.* 2. *Basi. s. ps.* 33. *s. Ori. s. Matt. hom.* 13. *Hil. s. Matt. Can.* 92. *Hier. Aglasia & su. Mar.* 10.

t *Bed. s. Prou.* 3. u *Greg. s.* 1. *Reg.* 14. & 20. *mo.* 28. & 34. *moral.* 29. *Arn. s. ps.* 78. *Bas. s. ps.* 33. *Hier. sup. Galat.* 2. *Cassia. lib.* 10. *cap.* 22. *Isy. s. Leu.* 26. 27. x *Hie. s. Gala.* 4. y *Gre. s. Can.* 7. z *Gre. hom.* 2. aa *Amb. s. Luc.* 15. bb *Gre.* 29. *mo.* 8. cc *Bed. s. Prou.* 20. *Bed. s. Prou.* 6.

Digitized by Google

Pax, Concordia, Concordare, Pacificus, Vnanimis.

Christus.

Pax cum Deo
Concordia potentiarum in homine.
Gloria æterna.
Cessatio diuinæ iræ.
Pax cum vitiis & diabolo.
Homo exterior.
Iudas.
Iudæi.
Firmitas pacis.
Christus.
Eucharistia.
Gratiarum actio.
Opera charitatis.
Obedientia.
Prædicatio iustitiæ bonorũ.
Prædicans pacem in aduẽtu Christi.
Concordes in Ecclesia.
Iudæi.
Tentatio ad profectum valens.
Blandientes dæmones.
Non habere timorem Dei.
Errare in dogmatibus.
Iudæi.

Caiphas.
Iudas.
Peccata Iudæorum.
Incredulitas.

Peccare in Christum.

Peccare in Ecclesiam.
Contemnens cælestia dona.

Non consentiens iustitiæ.
Adulans peccanti.

Indignè tractare sacra.
Abusus potestatis.
Christus.

PAX, est propriè publica tranquillitas, maximè à bellis. Concordia autem est quasi vnio cordium & animorum. Pacificus verò dicitur, qui pacem facit & conciliat.

Pax nostra, est ipse Christus, qui reconciliauit nos Deo, & duos populos in vnum coniunxit. *Ephe. 2. c. Mich. 5. b.* Idem ponit fines Ecclesiæ pacem. *Psal. 147.* Pax inter Israël & Amorrhæum, erit *a* Christus in iudicio, cui concordabunt electi in sententia contra malos: nec tunc compassione mouebuntur. *1. Reg. 7. d.*

Pax bona est *b* hominis ad Deum, & omnium potentiarum ad inuicem, & quum caro non concupiscit aduersus spiritum. Hanc pacem dat Deus: hanc prædicauit Christus, & reliquit suis. Hæc pax non est impiis. *Leu. 26. a. Iob. 5. d. 9. a. 15. c. 22. d. 34. d. Psal. 33. 71. 75. Isa. 45. b. 48. b. 58. Zach. 8. c. 9. c. Ioan. 14. d.*

Pax Christi, cuius non erit finis, *c* erit in æterna gloria. *Isa. 9. b. 32. d. Iob. 5. d. Psalm. 4. 28. 121.* Et ire in pace ad patres, est ire in gratia ad gloriam, & societatem Sanctorum. *Gen. 15. c.*

Pax quam dicebant, seu promittebant pseudoprophetæ, *d* est cessatio diuinæ iræ. *Ezech. 13. b.*

Pax non est vniuersæ carni, *e* quia militia est vita hominis super terram, & caro in se pacem recipere non potest. *Ier. 12. c.*

Pax mala, est *f* hominis cum vitiis, aut cum diabolo, aut membris eius, & hanc pacem non venit Christus mittere in terram. *Matth. 10. d.*

Pacis homo dicitur *g* homo exterior. *Psal. 40.* quia coniunctus est interiori, cum quo tamen sæpè non habet pacem. Dicitur etiam homo vnanimis. *Psa. 54.* quod & de Iuda intelligitur erga Christum, & de Iudæis.

Pax, pax, quum dicitur per geminationem, *h* firmitatem pacis indicat. *Isa. 26. a.*

Pacificæ hostiæ significare possunt *i* Christum, Eucharistiam, gratiarum actionem, perfectionis & charitatis opera, & obedientiam: quibus Deo reconciliamur. *Exod. 20. d. 24. b. 29. e. Leuit. 3. a. 4. b. 7. b. 9. a. 1. Reg. 10. b. Ezech. 45. e.* Et ipse Christus dicitur pacificus. *Cant. 8. d.* Quia per ipsum totum genus humanum Deo reconciliatum est, & dicitur pacificasse omnia in sanguine suo. *Colos. 1. c.*

Pacificus dicitur esse aduentus Samuelis. *1. Reg. 16. a.* quum *k* ad eos veniunt doctores, qui non sunt pro culpa feriendi, sed pro iustitia prædicandi iuxta illud Apostoli. *1. Corint. 4. d.* Quid vultis in virga veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis? Pacificus etiam aduentus Samuelis, designat prædicantes Christi pacem in eius aduentu, vt quum dixit Simeon. *Luc. 2. b.* Nunc dimittis seruum tuum in pace.

Vnanimes in domo sunt, *l* quorum est cor vnum & anima vna in Ecclesia vel militante, vel triumphante. *Psalm. 67. 132.*

Pacifici fratres Ioseph, designabant Iudæos, qui dicebantur pacifici Christi, *Gen. 42. d. Ierem. 20. c.*

Pacificæ dicuntur bestiæ terræ electis. *Iob. 5. d.* quia maligni spiritus *m* quum bonorum corda aduersantes deprimunt, hæc nolentes ad amorem Domini impellunt. Vel pacificæ sunt bestiæ, quum carnis incentiua & si tentando submurmurant, nequaquam tamen vsque ad effectus operum quasi ad aperti morsus rabiem exurgunt.

Pacificè loquuntur dæmones, *n* quum repræsentant oblectamenta, quibus capiant animas. *Psal. 34.*

Pacificæ hostiæ oblatæ idolo. *Exod. 32. d.*

Paxillus, vide Baculus.

Caiphas.
Iudas.
Peccata Iudæorum.
Incredulitas.

Peccare, Peccatum, Peccator, Delinquere, Delictum. Crimen Culpa, Piaculum, Vitium.

PECCARE, est quomodocunque labi, errare & offendere. Delinquere autem, est à bono deficere. Solet autem delictum *o* dici, quum non fiunt, quæ fieri debent, peccatum autem, quum fiunt quæ fieri non debent. Vel delictum, est leuius commissum aliquanto quam peccatum. Crimen vero idem videtur esse, quod delictum, aut culpa. Culpa autem videtur eius esse, qui nesciens aliquem læsit, sed generaliter pro omni peccato & delicto sumitur. Delictum dicitur, quum quis non in totum cadit, aut à tota lege. *Leuit. 5. b. 8. 14. Psal. 18. Rom. 12. b.*

Peccare dicitur Domino, *p* qui timorem eius non habet. *Exo. 10. d. 20. c.* Peccasse autem dicitur Dauid soli Deo: vel quia Deus non habet superiorem, & ipse Dauid quum esset rex, solum Deum habet superiorem: vel quia solus Deus sine peccato. *Psal. 50.*

Peccare in verbo *q* est in variis dogmatibus errare, aut in Christum peccare. *Isa. 29. f.*

Peccantes fratres Ioseph in ipsum fratrem, fuerunt Iudæi peccantes in Christum. *Gen. 42. d.* Et peccatum grande puerorum sacerdotis, *r* fuit peccatum Iudæorum, qui non solùm negabant diuinitatem in Christo, sed & alios negare cogebant. Et dicitur peccatum puerorum: vt ostendatur grauius esse peccatum sacerdotum. *1. Reg. 2. d.* Ideò peccatum Iudæorum dicitur scriptum stylo ferreo *s* in vngue adamantino. *Iere. 17. a.* Est etiam peccatum grande, cùm iusti & Christiani peccant. Peccator autem consistens aduersus iustum, *t* erat Caiphas interrogans Christum. *Psalm. 38. 58. 70. 108. 139.* Potest etiam significare Iudam. Frater quoque peccans in fratrem, fuit populus Iudaicus peccans in Christum. *Matt. 18. b. Luc. 17. a.* Peccator centum annorum est *u* Iudaicus populus, qui nouerat voluntatem Domini, & non faciebat. *Isa. 65. d.* Delictum autem oris Iudæorum fuit, quum dixerunt, Crucifige. *Psal. 58.* Et peccata populi, propter quæ regnare facit Deus hypocritam, *x* sunt peccata Iudæorum, qui suscipient Antichristum. *Iob. 34. d.* Peccatum autem quod non haberent Iudæi, si Christus non venisset, est incredulitatis peccatum. *Ioan. 15. d.* Dicuntur autem peccasse filij Israël secundum suam multitudinem. *Hose. 4. b.* quia vnusquisque sibi fabricabat Deos.

Peccat vir in virum, *y* quum quis peccat in Christum, non tamen eius diuinitatem negando. Vel peccat vir in virum, quum in rebus temporalibus nocet proximo. Peccat autem in Deum quum aufert ab homine, quæ illi ad æternitatem conferunt. Vel peccat vir in virum, quum peccat ille, qui superiorem habet, à quo possit corrigi. Peccat verò in Deum sacerdos, vel alius, qui cæteros corrigere debet: ideo de hoc dicit. *1. Reg. 2. c.* Quis orabit pro eo? Item. *Matt. 5. b.* Si sal euanuerit in quo salietur?

Peccat in corpus suum qui peccat in Ecclesiam, cuius ipse est membrum. *1. Cor. 6. d.*

Peccare in cœlum, *z* est imminuta esse in peccante cœlestia dona. *Luc. 15. d.* Vel peccauit filius prodigus in cœlum, quia non debuit ab illa cœlesti patria deuiare. Et peccauit coram patre, qui cœlestem Hierusalem matrem relinquens, conditore deserto, ligna veneratus est. Non peccat autem qui natus est ex Deo, propter charitatem per quam natus est ex Deo, *1. Ioan. 3. b.*

Delinquunt qui oderunt iustum, & non delinquunt qui sperant in Dominum. *aa* Ruunt enim mali de peccato in peccatum. Iusti autem sustentantur per charitatem. *Psal. 33.*

Delinquunt in semetipsos, *bb* qui sibi ipsi non volunt suadere iustitiam. Delinquit autem in alio, qui quum peccantem non corrigat, insuper illi adulatur. *Psa. 35.* Delinquit etiam populus per sacerdotem, quum eius exemplo aut instigatione peccat. *Leuit. 4. a.*

Delinquere dicuntur in via, *cc* qui peccant in hac vita. *Psal. 24.*

Peccabunt habitatores terræ, quum *dd* mali relinquentur in peccatis. *Isa. 24. b.*

Peccare per ignorantiam. *Leui. 4. a. 5. d.* Dicitur Christus sacerdos peccasse per ignorantiam: qui *ee* nesciens peccatum, factus est pro nobis peccatum, assumpta carne peccati.

Peccare in his, quæ sunt sanctificata. *Leuit. 5. d.* est *ff* in sacro eloquio aliquid irreuerenter vsurpare. Vel res sacras indignè tractare.

Peccatum matris dicitur *gg* abusus potestatis alicui commissæ. *Psalm. 108.*

Non peccat visitans speciem suam. *Iob. 5. d.* quia *hh* tunc peccator plenè vincitur, quum ex sua similitudine vnusquisque perpendit quomodo in proximi dilectione dilatetur.

Peccatum dicitur factus Christus *ii* quia factus est hostia pro peccato, in quo tamen peccatum non fuit. *Num. 6. b. Psal 58. 1. Cor. 5. d.* Sic etiam sacrificia dicuntur peccata populi. *Hose. 4. b.* Caro etiam Christi dicitur peccatum, quia habebat similitudinem carnis peccati. Et delicta Christi dicuntur pœna, quam pro delictis nostris patiebatur. *Psal. 68.* Non peccans Iob, typus est Christi. *Iob, 2. d. 17. a.*

Ori. & Leu. hom. 5. Cyr. con. Iu. 9. & epi. 39.

a *Glo. ord. su. 1. Reg. 7.*
b *Basil. s. psal. 33. Greg. 6. mor. 23. Ise. s. Leu. 26* c *Gr. 6. m. 23 Glo. in s. Gen. 15.*
d *Hie. s. Eze. 13.*
e *Glo. ord. su. Ie. 12.*
f *Glo. ord. sup. Matth. 10.*
g *Arn. s. psal. 40. 54. Hil. s. ps. 54.*
h *Hie. s. Is. 26.*
i *Hie. s. Ezec. 45. Gr. s. 1. Re. 10. & s. Cant. 8. Ise. s. Leu. 3.*
k *Gre. s. 1. Re. 16.*
l *Hil. s. ps. 67. Glo. ord. su. ps. 67.*
m *Gre. 6. mo. 22.*
n *Arno. su. ps. 34.*
o *Ori. s. Leu. hom. 5. & su. Rom. 11.*
p *Amb. Apol. Dauid. 10.*
q *Hie. s. Is. 29.*
r *Gre. s. 1. Re. 2.*
s *Ori. s. Ier. ho. 12. & s. Mat. ho. 35.*
t *Hil. s. ps. 139. & su. Matth. cant. 18. Au. epist. 105. & s. ps. 58. Hil. s. ps. a. 18.*
u *Hier. s. Isa. 65. & s. Hose. 4.*
x *Gre. 25. m. 20.*
y *Gre. s. 1. Re. 2.*
z *Am. s. Luc. 15. Hier. epi. beatitud. Greg. Nyss. de oratione. Au. epi. 95.*
aa *Glo. ord. s. Psa. 33.*
bb *Hier. s. ps. 24.*
cc *Glo. ord. s. Isa. 24.*
dd *Ise. s. Leu. 4.*
ee *Gl. ord. su. Leu. 5.*
ff *Glo. ord. su. Leu. 5.*
gg *Arno. s. ps. 108.*
hh *Gre. 6. m. 13.*
ii *Aug. q. in Nu. 12. & epi. 110. & in Christi ad Laure. 41. 52. Hil. s. ps. a. 58. 68.*

Digitized by Google

Peccatum eunuchorum Pharaonis, transgressionem generis humani significare potest. *Gen.* 40. *a.*

Peccata adolescentiæ metuenda esse docet Iob: *a* ideò multò magis metuenda sunt, quæ in grauiori ætate commissa sunt. *Iob.* 13. *d.*

Vitium fluxus seminis, *b* verbositatem significare potest. *Leu.* 15. *a.*

Peccatum interdum dicitur *c* concupiscentia: vt cùm dicitur. *Rom. 6. b.* Non regnet peccatum in corpore vestro.

Peccatum etiam aliquando sumitur *d* pro originali, vel veniali. *Psal.* 31. *Rom.* 4. *b.* Cui non imputauit Dominus peccatum. *Psalm.* 50. In peccatis concepit me mater mea.

Peccatum præterea dicitur *e* pœna peccati. *Leuit.* 20. *c.* Portabunt ambo peccatum suum.

Peccatum maximum appellatur idololatria. *Exod.* 32. *c.* Et infidelitas. *Numer.* 31. *c.* Et delictum maximum, *f* est superbia: *Psal.* 18. Peccata etiam maxima sunt, *g* quæ opere complentur. *Eccles.* 10. *a.* Crimen etiam pessimum, dicitur *h* odium fraternum, vel detractio. Vel designatur hypocrisis, quam accusat & arguit Ioseph, id est discretio. *Genes.* 37. *a.*

Pro peccato quandoque offertur hircus, turtur, aut pullus columbæ, aut etiam vitulus. *Leuit.* 9. 10. 12. 15. *b.* 16.

Peccatores terræ interficiendi, *i* sunt peccata per carnem commissa. Peccatores etiam terræ dicuntur transgredientes legem naturæ: peccatores autem cœli, dicuntur decidentes à susceptæ lege gratiæ. *Psal.* 138.

Peccator considerans iustum, *k* est diabolus iusto insidians: & ipsi dæmones sunt peccatores intendentes arcum. Et ab his peccatoribus eruit Deus in morte, vel in iudicio. *Psalm.* 9. 10. 35. 36. 70. 108. 128.

Peccator constituitur super diabolum, *i* quum conuersus ad Christum erigitur contra diabolum: vt Paulus. *Psal.* 108.

Peccatores aliquando dicuntur hæretici. *Psal.* 10. 124. Et delicta Samariæ, *m* sunt idola & errores hæreticorum. *Amos*, 8. *d.* Peccator etiam dicitur Gentilis populus. *Zach.* 13. *a.*

Peccatores aliquando *n* minus sunt, quàm impij, vt auari, procaces, superbi, ad quæ inclinatur natura, & non ad impietatem. *Psal.* 1. Qui non abiit in concilio impiorum, & in via peccatorum non stetit.

Pectus.

PECTVS *o* est anterior pars animalis à gula vsque ad ventrem: quod in homine latum est, in reliquis verò animalibus in modum carinæ. Estque costis compactum & aliis ossibus, quæ velut firmamenta pectoris sunt. Intra concauum autem, quod est inter pectus & dorsum, & continetur cor cum pulmone.

Pectus Christi, significare potest *p* diuinæ sapientiæ secretum: & communicationem sensuum spiritualium. Supra hoc pectus recubuit Ioannes. *Ioan.* 13. *c.* 21. *f.*

Pectora in Angelis, *q* virtutem insuperabilem seruandíque vim, vt est à subiecti cordis viuifica distributione significant. *Apoc.* 15. *c.*

Pectus Aaron *r* Apostolos significare potest, qui sunt velut pectus Christi. Item continuam curam subditorum, quam prælati habere debent, & præterea memoriam patrum. *Exod.* 28. *e.*

Pectus aliquando pro corde aut voluntate sumi solet. Et pectore repit serpens, quando diabolus prauas suggerit cogitationes. *Gen.* 3. *c.*

Pectus potest etiam significare *s* sapientiam. Vnde pectora hostiarum cedunt in partem sacerdotis, quia ei necessaria est sapientia ad instruendum populum. Et dicitur pectusculum eleuationis, seu appositionis, quia debet ei apponi gratia Spiritus sancti. *Exod.* 29. *e. Leu.* 7. *d.* 8. *f.* 10. *c.* Potest etiam significare mundas cogitationes, consilia, legis notitiam, & dogmatum veritatem. Comedit autem Christus & Apostoli pectusculum per scientiam Trinitatis. Fascia quoque pectoralis, est doctrina Euangelica. *Ierem.* 2. *f.*

Pectusculum quod est sacerdotum, significat *t* bonam conscientiam, quam sacerdotes habere debent. Vel cor & cogitationes sacerdotibus detegendas in confessione. Vel fidem & confidentiam, quæ fortitudini coniunctæ sunt. *Leuitic.* 7. *d.* 8. *f.*

Pectus argenteum statuæ, *u* eloquentiam & doctrinam sine charitate significare potest. Vel deliberationem: Vel quia est pectus argenteum, designat rectitudinem recti consilij. *Dan.* 2. *c.*

Pectus, *x* iram quandoque significare potest, vel concupiscentiam: super quam graditur serpens, hoc est, voluptas. *Gen.* 3. *c.* Ideò detrahitur ab hostiis & dicitur superpositionis, quia debet ei superponi ratio.

Peculium, Peculiaris.

PECVLIVM dicitur, quod alicuius labore & industria partum est, quódque sibi velut proprium applicatur. Peculiare autem est, quod ad peculium pertinet.

Peculium Dei dictus est *y* populus singulariter à Deo dilectus; quos pascit, & defendit, & sicut gregem proprium nutrit. Dicitur etiam populus peculiaris. *Exod.* 19. *a. Deut.* 7. *b.* 14. *a.* 46. *d. Malac.* 3. *d.*

Pecunia, Moneta, Nummus, Numularius.

PECVNIA dicta est à pecore, siue à pecu, quia apud antiquos præcipua pecunia in pecore habebatur. Licèt autem sit generale nomen ad omnia, quæ quis possidet, peculiariter tamen pro numo sumitur, siue moneta, quæ consistit in auro, argento, aut ære signato authoritate publica.

Pecunia dicitur verbum Dei, quod est, pecunia digna, qua emitur sepulchrum ad quietem æternam. *Gen.* 23. *c. Exod.* 21. *a.* 22. *a. Matth.* 25. *b. Luc.* 19. *d.* Hæc pecunia non est danda ad vsuram: ne scilicet lucri causa quis doceat, aut plus exigat pro labore, quàm opus sit. *Psa.* 14.

Pecunia etiam dicuntur dona Spiritus sancti: per quæ operando debemus acquirere regnum cœlorum. *Exod.* 21. *a.* 22. *a. Psal.* 14. *Matt.* 25. *b. Luc.* 19. *d.*

Pecunia probata, *aa* sinceram fidem designare potest, & numus argenteus verbum fidei seu confessionem fidei. *Gen.* 23. *c.* 1. *Reg.* 2. *g.*

Pecunia tritici posita à Ioseph in saccis fratrum, designat *bb* pretium sapientiæ redditum ipsis discipulis. *Gen.* 42. *c.* Iudæi quidem dant pecuniam: Christus verò triticum & pecuniam. Porrò pecunia in ore sacculi, eloquentiam scripturæ significare potest in ore prædicatoris. Et pecunia duplex, est sermo Propheticus & Euangelicus, vel ideò duplex, quia presbyter laborans in doctrina, duplici honore dignus est. *Gen.* 43. *c.*

Pecunia collata à filiis Israël in opus tabernaculi, *cc* bona opera significare potest. *Exod.* 30. *b.*

Pius & religiosus homo *dd* vera moneta est, quæ à Deo formata, vel expressa est, impius verò & irreligiosus falsa moneta est, noxia, adulterina, praua quæ non à Deo, sed à diabolo facta est. Numus argenteus erant *ee* Iudæi prædicantes fidem, vel anima, in qua imago Dei reformata est per dolorem peccatorum, & veram conuersionem ad Deum. 1. *Reg.* 2. *g.* Numisma autem census Cæsaris, est anima vitiosa, vel corpus. *Matth.* 22. *b.*

Pecunia bona seu mala, dici possunt *ff* affectus animi rationi conformes siue dissidentes ab eo. Item opiniones, seu dogmata veritati conformia, aut contra. Et obedientia sine murmure, est numus probatus, cum murmure verò, est habens plumbum pro argento.

Pecunia, qua Iudæi bibunt aquam. *Thren.* 5. *a.* laborem *gg* Iudæorum in sacris literis significare potest. Vel sacram doctrinam, qua sibi Fideles comparant aquam lachrymarum meditando.

Pecunia data pro frumento, designat *hh* temporalia eroganda pro adipiscenda sapientia. *Gen.* 47. *c.* Sine hac pecunia emitur aqua, quam dat Deus. *Isa.* 55. *a.* Pecuniam autem habet in zona, qui temporalia tractat. *Luc.* 9. *a.*

Absque pecunia fructus terræ comedere, *ii* est ex Ecclesia quidem sumptus accipere, sed eidem Ecclesiæ prædicationis pretium non præbere. *Iob.* 31. *d. Matth.* 25. *c.*

Numularij & trapezitæ, in bonum, *kk* sunt doctores, & etiam adiutores. *Matth.* 25. *c.* Numularij etiam Christi dici possunt pauperes, quibus collata pecunia augetur, in commodum tradentium.

Numularij in malum, sunt *ll* hæretici, auari, diaconi pecunias Ecclesiæ fraudantes, & similes. *Matth.* 21. *b. Ioan.* 2. *c.*

Pecus.

a *Glo. ord. su. Iob.* 13.
b *Glo. ord. su. Leu.* 15.
c *Au de ver. dom. ser.* 43. *& con.* 3.
d *Glo. in. s. Ro.* 4.
e *Glo. inte. su. Leu.* 20.
f *Au. s. Ps.* 118.
g *Hie. s. Eccl.* 10.
h *Ric. de Sa. Vi. de* 12. *patriar.* 69.
i *Ori. s. Num. ho.* 26. *Hila. s. ps.* 138. *Am. s. ps.* 118. *serm.* 15.
k *Ori. s. ps.* 36. *hom.* 5. *& su. Can. ho.* 3. *Arno. s. ps.* 9. *Ar. s. ps.* 108.
m *Hie. su. Amos.* 8. *Ru.* 2. *de glor. Trin.* 6.
n *Hil. s. ps.* 1.
o *Ari.* 2. *hist. anima.* 1.
p *Aug. s. Ioan. tract.* 61. *Ori. s. Can. hom.* 1.
q *Diony. cal. Hie.* 15.
r *Glo. ord. sup. Exo.* 28.
s *Ori. s. Exod. h.* 9. *& s. Leu. h.* 5. *& s. Can. ho.* 1. *Gre.* 21. *m.* 2. *Or. s. Leu. h.* 5. *Hie. s. Ez.* 16. *& de ve. sace.*
t *Tho.* 1. 2. *qu.* 102. *art.* 3. *Phi. de chari. Hier. s. Ier.* 2. *Geo. Ve. Ca.* 2. *to.* 3. *cap.*
v *Isy. s. Leu.* 78.
u *Ric. de S. Vi. de som. Nab.* 25.
x *Phi.* 2. *alleg. & de mig. Abra.*
y *Glo. int. sup. Exod.* 19.
z *Hie. s. ps.* 14. *Eu. for. spir.* 8.
aa *Ba. reg. bre* 25. 54. *Arno. s. ps.* 14. *Ori. s. Le. h.* 3.
bb *Augu.* 27. *ciui. Dei.* 5. *Am. de Iosep.*
cc *Glo. ord. su. Exod.* 30.
dd *Ignat. epi.* 6.
ee *Gr. s.* 1. *Re.* 2.
ff *Or. s. ps.* 36. *ho.* 3. *Bern. ser.* 2. *de S. And.*
gg *Glo. ord. s. Thren.* 5.
hh *Amb. de paradi.* 13.
ii *Gr.* 22. *moral.* 23.

kk *Ori. s. Matt. hom.* 33. *Tim. ad Eccleſiam epi.* 3. *Ori. s. Matth. hom.* 15.
ll *Am. s. Luc.* 10.

Peccatum generis humani.
Verbositas.
Concupiscentia.
Peccatum originale vel veniale.
Pœna peccati.
Idololatria.
Infidelitas.
Superbia.
Peccatum operis.
Odiij fraternum.
Detractio.
Hypocrisis.
Peccata carnis.
Transgrediens legem naturæ.
Diabolus.
Resipiscens.
Hæretici.
Idola.
Hæreses.
Gentilis.
Secreta diuinæ sapientiæ.
Apostoli.
Cura subditorum.
Memoria patrum.
Cor.
Voluntas.
Sapientia.
Cogitationes mundæ.
Fides.
Consilia.
Bona conscientia.
Confidentia.
Eloquentia sine charitate.
Deliberatio.
Rectitudo consilij.
Ira.
Concupiscentia.
Populus Dei.
Verbum Dei.
Dona Spiritus sancti.
Fides.
Confessio fidei.
Pretium sapientiæ.
Eloquentia.
Sermo propheticus & euangelicus.
Bona opera.
Religiosus homo.
Irreligiosus.
Iudæi.
Anima.
Affectus animi.
Opiniones.
Obedientia.
Labor Iudæorum in scripturis.
Sacra doctrina.
Temporalia.
Prædicatio.
Doctores.
Auditores.
Pauperes.
Hæretici.
Auari.

Digitized by Google

Homines subditi prælatis.
Simplices.
Innocentes.
Peccatores.
Laici.
Animales homines.
Iudæi.
Nobiles Iudæorum vel Ecclesiæ.
Sensus hominis sapientis.
Opera vitæ actiuæ.
Pœnitentia corporales.
Sensus irrationales.
Motus bestiales.
Christus.
Peccator.
Destitutus societate.
Seruare volēs vtramque legem.
Mortalitas Christi.
Christus.
Seruientes in exterioribus.
Infirmiores.
Velamen literæ.
Mtnimenta opinionum.
Affectiones.
Diuitiæ.
Nugæ.
Vitia.
Falsæ opiniones.
Conuersatio exteri.
Fœmina ministrantes Christo.
Vitium sub virtutis specie.
Fides resurre. Christi.
Immortalitas
Martyres verecundi.
Mortificatio.
Ornatus gratia.
Prælati.
Temporalia.
Patientia.
Fœmina.
Gentiles cum litera legis.
Mortalitas.
Fragilitas humana.
Miseriæ originalis.
Mortificatio ire.
Deditæ terrenis.
Peccatæ.
Confessio peccatorum.
Praua consuetudo.
Carnalis voluptas.
Exterior cultus Iudæorum
Conuersatio exterior.

Pecus.

PECVS, dicitur omne animal, quod sub hominis imperio è pabulo terræ pascitur, vt boues, asini, oues, &c.

Pecora generaliter dicuntur *a* homines subditi prælatis: & est pecus bonum & malum: & sunt pecora quædam ruminantia, & diuidentia vngulas, quædam verò contra. *Leuit.* 11. *a. Ezech.* 34. *e. Psalm.* 134. Et pecora iuxta puteum, sunt simplices ad baptismi gratiam venientes. *Genes.* 29. *a.* Demum pecora sunt fideles simpliciter viuentes, & innocentes, quæ habebant tertium locum in arca Noe. *Genes.* 1. *c.* 7. *a.* 46. *d. Leuit.* 3. *g. Isa.* 61. *b. Ierem.* 9. *c.* 31. *b. Ioel.* 1. *d. Mich.* 2. *d. Zach.* 11. *a.* Pecora bona sunt, quæ neque si manducauerint abundant, neque si non manducauerint egent.

Pecora sæpe significant *b* peccatores, vt iumenta. *Leuit.* 7. *c.* Et pecus Cedar, sunt simplices Gentium in erroribus existentes. *Isa.* 60. *b. Mich.* 5. *e.* Et pecora Ægypti percussa sunt homines colentes ipsa pecora. *Exod.* 9. *a.* Et pecora prona in ventrem, sunt gulæ, libidini, & terrenis seruientes. *Ezech.* 44. *g. Soph.* 1. *a.* 1. *Cor.* 15. *e.* Et pecora campi sunt peccatores latam viam sequentes: vel laicorum populus. *Psalm.* 8.

Pecora, quæ habebant Ruben & Gad & Manasses, sunt *c* animales homines, qui non possunt transire Iordanem. *Num.* 32. *a.*

Pecora etiam significant *d* irrationales Iudæos, qui pascua scripturæ cōculcant, quum prauos illi dant sensus. *Isa.* 7. *b.* Et pecus inclytum Iudææ erant nobiles illius populi, aut certè ipsius Ecclesiæ. *Ierem.* 13. *d.* Pecus occisionis Iudæorum. *Zach.* 11. *a.*

Pecora munda quæ offeruntur in holocaustum, significare possunt *e* sensus hominis sapientis. *Genes.* 8. *d.* 9. *b.* Possunt etiam designare opera victæ actiuæ. *Genes.* 24. *a.* 47. *d. Exod.* 12. *f.* Item pœnitentiā corporalem. *Leuit.* 1. *a.* 5. *b.*

Pecora, quæ habebat in possessione sua Abraham, significant *f* sensus irrationales, quos habebat subiectos. *Genes.* 13. *a.* Et pecora, quæ dantur pro tritico, sed bestiales motus. *Genes.* 47. *d.*

Pedica, vide Laqueus.
Peierare, Periurium, vide Iurare.
Peior, vide Malus.
Pelagus, vide Mare.
Pellicanus.

PELLICANVS: est auis Ægyptia, quæ nascitur in solitudinibus, maximè Nili fluminis. Aiunt hanc autem velut colaphis rostri occidere paruulos suos, eosque in nido occisos triduo lugere, ac demum matrem seipsam grauiter vulnerare, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi perfusi reuiuiscunt. Aiunt aliqui ipsum esse onocrotalum. Dicitur autem vesci venenatis.

Pellicanus potest designare *g* Christum, qui occidit eos, quos à peccatis conuertit, & viuificat per sanguinem suum, vel est pellicanus solitudinis: quia solus natus est de virgine. *Psalm.* 101.

Vescitur pellicanus venenatis, vnde designat *h* peccatorem, qui in deserto huius mundi corde habitans, ærumnosis huius vitæ captus illecebris, veneno delectatur diabolicæ persuasionis.

Pellicanus, est desolatus amicis, aut cognatis, aliorúmque similium societate destitutus.

Pellex, Pellicatus.

PELLEX, dicitur fœmina, quæ cum eo, cui vxor sit, corpus miscet, & pellicatus, est ipse actus pellicis.

In pellicatum sumitur soror vxoris, *i* quum quis cum lege Euangelica vult etiam Iudaicam legem seruare. *Leuit.* 18. *a.*

Pellicere, vide Allicere.
Pelles pro tentoriis, vide Tabernaculum.
Pellis, Corium, Cutis, Melota.

PELLIS dicitur, quæ carnem tegit, & propriè est pellis, cum est à carne separata: cutis verò, quum est carni coniuncta. Corium autem præcipuè, est eorum animalium, quæ crassiorem ac duriorem pellem habent. Melota verò est pellis ouina vnà cum lana. *Hebr.* 11. *g.* Circuierunt in melotis.

Pellis vaccæ comburenda, *k* mortalitatem Christi designabat, in resurrectione eius absorbendam. *Num.* 19. *a.*

Pellicea tunica Adæ, designat *l* Christum, qui per mortem suam cooperuit turpitudinem generis humani. *Genes.* 3. *d.*

Cutis Ecclesiæ, dicuntur *m* hi, qui in eius corpore solis exterioribus curis inseruiunt. Item infirmiores. *Iob.* 7. *b.* 30. *d.*

Pellis hostiæ, *n* velamen literæ, quod erat detrahendum, significare potest & etiam *o* munimenta opinionum. *Leuit.* 1. 6. 4. *c.* 7. *a.* 8. *c.* 9. *b.* Significat etiam affectiones abiiciendas: & præterea diuitias, & alia omnia secularia, quibus circuntegimur. Item nugas, vitia, falsas opiniones, & carnales cupiditates. *Iob.* 2. *b.* Potest quoque significare conuersationem exteriorem, & peculiariter Christi. *Leuit.* 13. *a. Num.* 19. *a.*

Pellis quæ adhæsit ossibus, hoc est, Christo, designat *p* sanctas fœminas, quæ ad præparanda subsidia corporis, exteriorībus Domino ministeriis seruiebant, cùm discipuli fugissent. *Iob.* 19. *c.*

Cutis etiam adhærens ossibus, *q* est infirmitas vitij, quæ duritia virtutis reputatur. *Thren.* 4. *b.* Et pellis hostiæ, quæ detrahitur, est superficies apparentis virtutis. *Leuit.* 1. *b.*

Pelles arietum hyacinthinæ in tabernaculo, significare possunt *r* fidem resurrectionis Christi, & etiam immortalitatem. Pelles verò rubricatæ, Martyres, quorum meritis teguntur peccata. *Exod.* 25. *a.* 26. *c.* 36. *c.* Pelles etiam rubricatæ verecundiam frontis significant. Designant etiam mortificationem, *s* & pœnitentiam.

Cutis, quam superinducit Dominus ossibus, *t* est ornatus gratiæ, qua teguntur peccata. *Ezech.* 37. *b.*

Pelles tabernaculi tegentes vela, sunt prælati laborantes in temporalibus, vt subditi vacent spiritualibus. *Leuit.* 26. *c.*

Pellis, quam dat homo pro anima sua, *u* designat diuitias & omnia temporalia relinquenda propter Deum. *Iob.* 2. *b.* Pellis verò, pro qua omnia dantur, est patientia, quæ confortatur & excrescit in tribulationibus: & fit sicut vter in pruina, & per hanc possidetur anima. Hæc pellis est sacerdotis offetentis, *x* quia nostra patientia est Christi. *Leuit.* 7. *a.* Pellem autem pro pelle dari contingit, quia sæpe dum venire ictum contra faciem cernimus, manum palpebris opponimus, vt ab ictu oculos defendamus, & corpus vulneri obiicimus, ne in corpore teneriori vulneremur. Ideò voluit Satan de Iob dicere. *y* Idcircò Iob tot extra se flagella æquanimiter patitur, quia pauet ne ipse feriatur. Pellis quam tollunt principes à subditis, *z* temporalia bona designat. *Mich.* 3. *a.*

Pellis, quæ polluitur per semen coitus, *aa* est fœmina, cum qua quis illicitè concumbit. *Leuitic.* 15. *b.* designat etiam Gentiles suscipientes literam legis.

Pellis quia est mortuorum animalium, *bb* mortalitatis est symbolum, vt pellicæ tunicæ datæ primis parentibus, indicium fuerunt mortalitatis, & fragilitatis humanæ, ac originalis miseriæ, in quam inciderunt per peccatum. *Genes.* 3. *d. Leuit.* 15. *c.* Sicut pellem extendit cœlum Deus, quia *cc* sacram scripturam tradidit per mortales, quæ vt cœlum durat. *Psalm.* 130.

Pelles quoque *dd* mortificationem iræ, aut etiam aliorum affectuum significare possunt. *Exod.* 35. *a. Leuit.* 13. *f.*

Pellis etiam significat eum, *ee* qui deditus est terrenis, & Esau erat hispidus in modum pellis. *Genes.* 25. *c.*

Pellis hœdorum, *ff* quibus tectæ sunt manus Iacob, designant peccata nostra in manibus Christi. *Genes.* 27. *c.* Possunt etiam confessionem peccatorum significare. Cutis, peccatum carnis, super quam consuitur saccus, quum agitur pœnitentia. *Iob.* 16. *c.* Pellis autem Æthiopi, est praua consuetudo, quæ difficulter mutatur. *Ierem.* 13. *d.* Et lepra in cute, est carnalis voluptas exterior, vel peccatum in opere exteriori. *Leuit.* 13. *a.* Cutis, infirmitas peccati. *Thren.* 4. *b.*

Pellis Sion, *gg* est exterior cultus Iudæorum, & exterior conuersatio, quę vetusta fit per peccata ad veterem hominem pertinentia. *Thren.* 3. *a.* 5. *b.*

Cutis, *hh* carnem ipsam designare potest, vt lepra in cute, sit peccatum in carne. *Leuit.* 13. *a.* Et pellicea zona

a *Hic. s. Ezec.* 34. *Au.* 13. *con.* 11 *Bed. s. Gen.* 8. 29.
b *Hic. s. Is.* 60. *& s. Mic.* 5. *& s. Ezec.* 44. *Am.* 6. *Exa.* 3 *Ter. de resur. Bed. s. Exo.* 9. *Ar. & Au. s. psa.* 8.
c *Or. s. Ge.* 32.
d *Hier. s. Is.* 7. *& su. Ier.* 13. *Ru. s. Zac.* 11.
e *Ambros. de Noe.* 21.
f *Phi. de agri. Ambro.* 2. *de Abra.* 5.
g *Hie. & Au. s. ps.* 101. *Eu. for. spir.* 5. *Gre. s. ps.* 101.
h *Isyc. s. Leu.* 11.
i *Isy. s. Leu.* 18
k *Augu. q. in Num.* 33. *Ru.* 1. *s. Leu.* 16.
l *Geo. Ve. Ca.* 2. *to.* 3. *cap.* 7.
m *Gre.* 8. *mo.* 11. *& in.* 20. *m.* 30.
n *Phi. de sacr. Abel & Cain*
o *Or. s. Le. b.* 1. *Cle. Alex.* 5. *strom.*
p *Gr.* 14. *mor* 83. *& sup. ps.* 101.
q *Gr.* 32. *mo.* 23. *& m.* 40.
r *Augu. q. in Ex.* 160. *Hie. pro. su. Ori. s. Iesus Naue.*
s *Gre. Nyss. de vita Mosis.*
t *Clo. int. sup. Ezec.* 37.
u *Gr.* 35. *mo.* 22.
x *Isy. s. Leu.* 7.
y *Gr.* 3. *mo.* 2.
z *Rup. s. Mic.* 3.
aa *Isyc. s. Leu* 15.
bb *Ori. s. Leu. hom.* 6.
cc *Aug. s. psa.* 130.
dd *Gre. Nyss. de anima & resurrec. Orig. s. Exod. hom.* 13.
ee *Clo. int. su. Gen.* 25.
ff *Hie. ad Dama. q.* 3. *Aug. con. mēda.* 10. *Gr.* 13. *m.* 10. *Bern. ad mil. templi.* 7. *Bed. s. Ge.* 37. *Hie. s. Ier.* 13. *Glo. or. s. Leu.* 3.
gg *Glo. ord. s. Thren.* 3.
hh *Isy. s. Leu.* 13. *Am. s. Luc.* 3.

Digitized by Google

circa lumbos Ioannis Baptistæ, est caro, quæ post aduentum Christi non impedimento existit, sed cingulo. *Matth.3.a. Marc.1.a.*

Caro.

a *Gre.9. mor. 38.*

Pellis cum carnibus, qua interior homo vestitur, *a* carnales motus designat, quorum obsidione in eo quod ad superna erigitur, vallatur. *Iob.10.b.*

Carnales motus.

Cutis pulchritudo *b* gloriam temporalem significat. *Iob.18.c.*

b *Gr.14. mor. 8.*

Gloria temporalis.

Cutis, sunt *c* cogitationes, quæ tunc est pulchra, quum cogitationes sunt bonæ, deformis verò, decolorata & maculata, quum cogitationes sunt prauæ.

c *Bern. ser. de cuge, carne, &c.*

Cogitationes.

Pellis significare potest *d* tribulationes & tentationes, quæ mortificant hominem in hac vita, & ex eis fit vas vtile, nempe patientia, quam operatur tribulatio. *Leuit.13.f. Iob.19.c. Rom.5.*

d *Glo. ord. su. Leu.13.*

Tribulationes.

Tentationes.

Pellis Leuiathan, *e* stultos in corpore diaboli significare potest. Vel subditos illi ad extrema ministeria seruientes: demum omnes *f* qui consensione malitiæ & imitatione illi adhærent, quia indissociabili connexione ei coniuncti sunt, & separari ab eo nunquam aut certè vix possunt.

e *Gre.33. mo. 22.*

Mali adhærentes Diabolo.

f *Gre.31. mo. 22.*

Pelta, vide Clypeus.

Peluis, Concha.

Anima.

Hie.s. Iob.40.

PELVIS, est vas aquarium, in quo variæ res pelluntur, quod etiam concha dicitur.

Litera sacra scriptura.

g *Orig.s. Iud. ho.8. & sup. Isa.ho.6.*

Concha aut peluis dici potest *g* anima, vt concha plena rore, aut aqua, est anima plena gratia. *Iud.5.g.2.a.4.d. Ioan.13.a.* Potest etiam literam sacræ scripturæ significare, in qua mysteriorum aqua continetur.

Damones.

Peluſium.

h *Hie.s. Ezec. 30.*

PELVSIVM, est ciuitas Ægypti iuxta terminos Palestinæ, quæ & Sain dicitur, & vocatur robur Ægypti, significans *h* tentatores dæmones. *Exod.30.d.*

Pendere, Dependere, Suspendere.

PENDERE dicitur, quod in sublimi est, siue suspensum in aliquo sublimiori loco. Suspendere autem, est aliquid alte ligare, vt pendeat.

Christus in cruce.

i *Tert. aduer. Iudæos. Aug. 16.cont. Fau. 22.*

Pendere dicebatur vita ante oculos Iudæorum, *i* quando Christus pendebat in cruce coram eis. *Deut.28.g.*

Christus.

Pendens nubes super tabernaculum, est Christus protegens Ecclesiam. *Exod.40.d.*

Pendens spiritualis à Christo.

Suspendere super Christum omnem gloriam domus patris eius, est *k* pendere ab eo sacramenta Ecclesiæ, & dona Spiritus sancti, & reliqua spiritualia. *Isa.22.g.*

k *Hie.s. Is.22.*

Habere verũ sensum de Christo.

Pendere paxillo, *l* qui pendet è Christo. *Isa.22.g.* Et suspensus populus in Iesum, est habens verum sensum de eo. *Luc.19.g.*

l *Hie.s. Is.22. Ori.s. Matth. hom.19.*

Expectans auxilium Dei.

Pendere dicitur populus, *m* quum expectat auxilium Dei, aut quum nescit quid debeat agere. *Hos.11.c.* Suspensa & confusa mente expectabit. Pendet etiam populus Israël ad reditum Dei: quia Iudæi adhuc expectant Messiam.

m *Lyr. su. Ho. 11. Rup.s. Ho.11.*

Calum.

Pendens velum ante arcam, designare potest *n* cœlum, quod Christus penetrauit. *Exod.30.a.38.d.*

n *Glo. int. su, Exod.30.*

Eleuatio mẽtis.

Suspendium quod eligit anima, *o* est eleuatio mentis ad alta mysteria. *Iob.7.c.*

o *Gr.8.m.18.*

Virtutes in mente.

Pendentes gemmæ in fronte, *p* designant virtutes mentẽ ornantes. *Isa.3.d.* Et pendentes clypei in turri Dauid, sunt *q* eminentes virtutes in prædicatoribus. *Cant.4.b.*

p *Hier.s. Is.3.*

q *Gr.s. Ca.4.*

Inutilis homo.

Pendere non posse vas è paxillo vitis. *Ezech.15.b.* est *r* hominem quidem ad aliquid esse vtilem, sed quia erit vt paxillus vitis, ostenditur nec ad rem quidem minimam esse vtilis.

r *Glo. int. sup. Eze.15.*

Cessare à laudibus Dei propter peccata.

Suspendere organa in salicibus super flumina Babylonis. *Psalm.136.* est *f* cessare à laudibus Dei propter peccata. Vel est exercere corpora ad imitationẽ Sanctorum. Vel prædicare iis, qui pascuntur voluptatibus seculi, sine fructu. Vel cessare à prædicatione, quum infructuosas ac reprobas mentes aspiciunt.

f *Or.s.ps.136. hom.2. Ar. & Hil. & Aug. s.ps.136. Gre.33.m.6.*

Exercere corpora.

Cessare ab inutili prædicatione.

Pendere in ligno, est *s* confidere in homine. *Deut.21.d.*

s *Ori.s. Gen. hom.2.*

Confidere in homine.

Suspensus princeps pistorum in cruce. *Genes.40.d.* designat *u* Iudæos, qui in pane Domini lignum miserunt, ideò per lignum pereunt.

u *Glo. int. su, Gen.40.*

Iudaipereuntes.

Suspensi principes contra Solem, peccante populo. *Num.25.a.* designant *x* pœnam publicam, quæ dabitur in iudicio principibus, qui causa fuerunt peccatorum populi, aut non ea repressérunt. Vel suspenduntur contra Solem, hoc est, in conspectu Dei.

x *Ori.s. Num. hom.20. Phil. de somn.*

Publica pœna Principum.

Suspensus rex Hai designat *y* diabolum in cruce Christi victum. Et etiam alij reges, hoc est, dæmones. *Iosu.8.f.10.e.*

y *Orig.su. Io. ho.8.11.*

Victus diabolus.

Suspendi molam asinariam in collo. *Matth.18.a.* est *z* sustinere laborem Gentilium. Vel est sine spe damnari. Qui enim ligatur ad trahendam molam, spem habet cessandi, cui verò ad collum ligatur trahitur à mola.

z *Hil.s. Matt. can.8. Am.s. Luc.18.*

Sustinere laborem Gentilium.

Damnari sine spe.

Suspendentes Persæ & cæteri clypeum & galeam ad ornamentum Tyri. *Ezech.27.b.* designant ferentes strepitum *aa* verborum & gloriam inanem ad defensionem & ornatum errorum.

aa *Hie.s. Eze. 27.*

Ornantes errores.

Dependet ruina de lateribus impij. *Iob.15.d.* quia *bb* quisquis potenti & in quo adhæret, ipse quoque de eius potentia velut ex pinguedine rerum tumet, vt patroni peruersi iniquitatem sequens, Deum non timeat, quos valet, & quantum valet pauperes affligat, de gloria temporali cor eleuet, &c.

bb *Gre.12.m. 22.*

Tumens de potentia patroni.

Pendens cubitus sagorum ex vtraque parte tabernaculi. *Exod.26.c.*

Penetrare, Penetralia.

Prædicare vbique.

PENETRARE, est quasi penitus, hoc est, ad intima alicuius rei intrare. Penetralia autem dicuntur partes interiores domus, vel templi, seu omne quod in intimis partibus est.

Penetrare ad dexteram & sinistram, *cc* est per omnes partes prædicare, & ex omni gente conuertere. *Isa.54.b.*

cc *Gl.in.s. Is. 54.*

Conciliabula hæreticorum.

Penetralia Samariæ, sunt conciliabula hæreticorum. *Amos.3.c.* vnde in penetralibus dicunt esse Christum *dd* schismatici, & hæretici secretos docentes errores. *Matth.24.b.*

dd *Or.s. Mat. ho.29.*

Penna, Pennula, vide Ala.

Pensatio.

Remissio peccatorum.

PENSATIO, seu sponsio, est quæ datur pro re aliqua aut vsu rei, & quod pendi solet singulis annis, velut tributum. Sic dedit pensationes Iosaphat filiis suis super ciuitatibus munitissimis, *Iudæ.2. Par.21.a.*

Pentecoste.

ee *Am.s. Luc. 17.*

PENTECOSTE, id est, quinquagesima: erat festum Iudæorum, die quo data est lex, quinquagesima die egressionis de Ægypto. Eo die venit Spiritus sanctus super Apostolos, & designat *ee* remissionem peccatorum, ratione septenarij, & numeri Iubilei. *1.Cor.16.b. Actor.2.a.20.d.*

Penuria, vide Pauper.

Pepo.

Terrena dulcedines.

ff *Pli.19. nat. hist.5.*

PEPONES, *ff* species cucumeris sunt, magnitudine cæteros excedentes, sapore dulces & suaues. Hos concupiscebant filij Israël in deserto. *Num.11.a.* designare possunt *gg* terrenas dulcedines, seu voluptates, quas aliquando concupiscunt, qui mundo abrenunciarunt.

gg *Gr.20.m. 16.*

Pera.

Gratia noui testamenti.

hh *Aug.s.ps. 143. Cyril.ho.3.*

PERA, est pellis à collo ad lumbos dependens: vnde dicta est pera, saccili genus.

Pera, solet esse aliquando receptaculum lactis, & designat *hh* gratiam noui testamenti: in ea posuit Dauid quinque lapides, hoc est, Christus, libros legis, vt deinceps spiritualiter intellecti, per gratiam occiderent diabolum. *1.Reg.17.e.* Pera etiam est Ecclesia, quæ in terra est, multos habens pretiosos lapides, & electos.

Ecclesia

ii *Hil.s. Mat. Can.10. Am. s. Luc.10. Gre.hom.17. Eu.for.spir.8. Au.de sanctis ser.47.*

Pera, significare potest *ii* curam secularis substantiæ, seu victus solicitudinem, & onera seculi: quam Christus vult discipulos suos non portare. *Matth.10.b. Matth.6.b. Luc.9.a.10.a.* Vel cùm sit de mortuis animalibus, designat nihil morale debere nos ferre in nostris operibus, sed quod permaneat in vitam æternam. Potest etiam designare occultationem sapientiæ, ideò non portanda à prædicatoribus.

Cura secularis substantiæ

Occultatio sapientia.

Peragrare, Lustrare, Perambulare.

PERAGRARE, est ambulando siue inquirendo circumire, quod & lustrare dicitur, & perambulare.

Peragrans

Inuestigatio rerum. Peragrans Abraham terram Chanaan, designauit *a* diligentiâ inuestigandis naturis rerum adhibendam, vsque ad earum authorem cognoscendum. *Genes.*13.*d.*

Prædicatio doctorum. Lustrantes terram, vt mundent eam, sunt *b* doctores laborantes ad reuincendos hæreticos. *Ezech.*39.*d.* Et nubes lustrantes cuncta per circuitum, sunt *c* prædicatores in diuersis partibus prædicantes. *Iob.*37.*b.*

Sol viuificans omnia. Lustrans vniuersa Spiritus, *d* est Sol, qui animat, inspirat, viuificat, & fouet omnia. *Eccles.*1.*a.*

Diligentia diaboli. Perambulasse terram dicitur Satan, *e* quasi omnes homines in ea existentes sibi subiecerit, nemine illi valente resistere. *Iob.*1.*b.*2.*a.* Cùm autem non se transuolasse, sed perambulasse insinuat, quanto peccati pondere in imis prematur demonstrat, per corda Gentium iniquitatis suæ vestigia imprimens.

Percipere.

Percipere, est perfectè capere.

Percipere auribus, est attentè audire. *Psalm.*5.48.141.*Isa.*1.*a.*28.*f.Iob.*13.*a.* Vide *Audire.*

Percipiens prius agricola de fructibus, designat *f* vsum temporalium prius dandum esse prælato, aut prædicatori in verbo laboranti. 2.*Tim.*2.*a.*

Percrebrescere, vide Frequentare.
Percurrere, vide Currere.
Percutere, Ferire, Cadere.

Percutere dicitur, qui aliquem manu, aut baculo, aut quouis instrumento ferit: quod & cædere dicitur.

Afficere. Percutere, interdũ est afficere, & percutit Deus terram, quum castigat peccata. *Isa.*2.*d.*5.*f.* Et percutiet Christus virga oris sui, *g* quum arguet malos in iudicio. *Isa.*11.*a.* Et percussit Deus Ægyptum, hoc est, terram superstitionibus deditam, & populum pro reatu vituli. *Exod.*32.*f.*8.*c.*22.*d.*32.*g. Psalm.*135. Et percussit Reges fortes, hoc est, dæmones, & gentes multas, hoc est, vitia. Percussit quoque primogenita Ægypti, & dicitur percussisse inimicum. *Exod.*12.*e.*15.*a. Psalm.*134. Et percutiens Moses Ægyptum, est Christus vincens diabolũ. *Exod.*2.*b.* Percussit etiam Christus duces Moab, hoc est, *h* dæmones. *Num.*14.*c.* Et percussit superbum prudentia Christi, cùm vicit diabolum in passione. *Iob.*26.*d. Zach.*12.*a.* Percussit etiam Deus Bethsamitas, cùm destruxit *i* hæreticos. 1.*Reg.*6.*d.* Et percussit arcam Gog in manu sinistra, quum abstulit astutias diaboli, & hæreticorũ. *Ezech.*39.*a.* Percutiens Iephte Ephraim post victoriam, designat Christum condemnaturũ rebelles in fine mundi. *Iud.*12.*b.* Cædit autem Deus Ephraim secundùm auditionem cœtus eorum, *k* quum generaliter castigat, qui generaliter peccauerunt. Item quia per Romanos perdidit Iudæos, qui per mortem Christi fingebant se ab hoc periculo liberandos. *Hose.*7.*c.* Et percutit domum hyemalem cum æstiua, quando diuersa hæreticorũ genera dissipat. *Amos.*3.*d.* Et dicitur Dominus percutiens, quia castigat peccantes. *Ezech.*7.*b. Hose.*6.*a.* Percussus autẽ Assur virga, est diabolus, & eius membra, æterna pœna puniri. *Isa.*30.*g.* Dicitur autem Deus aliquãdo percutere, quia permittit percuti, vt percussit primogenita Ægypti.

Pœna æterna Permissio. Percutere dicitur Deus aliquãdo *l* castigando ad emendationem. *Isa.*1.*b.*9.*b.*14.*g.*19.*d.*27.*d.*51.*d. Ierem.*2.*f.*5.*a.* Et percutit Deus carnem, & sanat spiritũ. *Deut.*32.*f.* Et percussit Deus flumen Ægypti in riuis septem, quum fecit Ægyptum prædicationi Apostolorũ peruiam. *Isa.*11.*d.* Et dicitur incipere percutere, quando ad emendationem castigat. *Mich.*6.*c. Ioel.*5.*c. Agg.*1.*c. Zach.*9.*a.*10.*d.*14.*c.* Percutiens Samson mille viros maxilla, est Christus conuertens peccatores per prædicatores. *Iud.*15.*d.*

Castigans Deus ad emẽdationem. Percussit Deus persecutores Christi, propter scelus populi sui per mortem ipsius Christi: vel *m* quia propter magnitudinem peccatorum populi, quem semper peculiarem habuit, ductus est Christus ad mortem: vt illos ad vitam sua morte reuocaret. *Isa.*53.*c.*

Mors Christi propter peccata. Percussi Sodomitæ cæcitate in obsidione domus Lot. *Genes.*19.*c.* designant *n* Iudæos excæcatos in passione Christi. Percussio tertiæ partis Solis, & Lunæ & stellarum, est percussio populi Iudæorum in deserto. *Apoc.*8.*c.*

Excæcatio Iudæorum. Percussit Deus fœdus cum omnibus gentibus, quando dedit legem naturalem omnibus communem. *Zach.*11.*c.* Percussit etiam fœdus perpetuum, *o* quum dedit legem nouam. *Isa.*14.*c.*61.*c. Ezech.*37.*g.* Et dicitur percussisse fœdus cum bestia agri, hoc est, cum Gentibus ad fidem venientibus. *Hos.*3.*c.*

Collatio legis naturalis. Percussio petræ, *p* passionem Christi significat: & percussa est bis, ad maiorem crucis demonstrationem, quæ ex duobus constat lignis. *Exod.*17.*b. Num.*20.*b.* Et percussisse eam dicitur Deus: quia ipse *q* tradidit Filium pro nobis. *Psalm.*68. *Isa.*53.*a.*57.*d.* Hæc fuit percussio pastoris Dei. *Zach.*14.*d.* Percutiens Elias pallio aquas Iordanis, *r* percussionem corporis Christi designauit, vnde fluxit aqua baptismi. 4.*Reg.*2.*b.*

Passio Christi. Percussisse dicitur Deus inimicos in posteriora, *s* quando in posteriori parte percussit vlceribus Philisthæos, propter arcam. 1.*Reg.*5.*b. Psalm.*77. Designatur autem, quòd qui susceperint testamentum Dei, & posteriora vitæ dilexerint, ex ipsis iustissimè cruciabuntur: quæ sicut Apostolus existimare debent vt stercora. In extremo quoque iudicio percutientur inimici Dei, tanquam in posterioribus. Designant etiam peccatum Gentilium, qui mutauerunt naturalem vsum in eum, qui est contra naturam.

Puniri in temporaliter. Percutientia animalia alas, *t* comminationem diuinæ vindictæ indicant. *Ezech.*3.*c.* Percutiunt etiam se mutuò alæ animalium, & alà vnius percutit alam alterius, quum Sanctorum mentes in eo quòd superna appetant, consideratis inuicem alternis virtutibus excitantur. Vel in eodem ala alam percutit, quum virtus virtutem excitat, & ad perfectionem incitat. Vel ala alam percutit, quando vnus aduentus Christi per alterum firmatur.

Puniri in iudicio. Percutit Deus primogenita Ægypti, *u* quum tollit fidem ab iis, qui affligunt Ecclesiam. *Psalm.*134.

Comminatio vindictæ. Percutiens vermis hæderam, designat Christum, qui abstulit legis literam, & templum. Et percutiens Sol super caput Ionæ, est Christus, puniens & affligens Iudæos. *Ionæ.*4.*c.* In Iudæis quoque dicitur percussisse Ecclesiam in *x* indignatione sua. *Isa.*60.*b.* Et percussit Deus Israël coram Philisthiim, quando dissoluit consuetudinẽ legis. 1.*Reg.*4.*a* Percutit etiam Deus domum maiorem ruinis, destruendo Iudæam: & domum minorem scissionibus, permittens in Ecclesia schismata. *Amos.*6.*d.* Et percussio cardinis, est destructio templi, & hæresiarchaũ. *Amo.*9.*a.*

Incitatio ad virtutes. Percussio terræ per diluuium, pertinet *y* ad vetus testamentum: promissio verò, qua Deus promisit se non vltrà percussurum, ad nouum. *Genes.*9.*d.*

Ablatio fidei. Percutiens Elisæus secundò aquas pallio Eliæ, quæ prima percussione fuerant diuisæ, designat prædicationem *z* Apostolorum habuisse efficaciam in Gentibus suscipientibus baptismum, quam non habuit in Iudæis nolentibus ipsum suscipere. 4.*Reg.*2.*c.*

Ablatio literæ legis, & templi. Non percussit Deus percutiens iuxta eorum plagam. *Isa.*27.*b.* quia *aa* eos ad fidem conuertebat per Apostolos, qui ipsum Christum & Apostolos persequebantur.

Punitio Iudæorum. Percutiens Samgar hostes Israël vomere. *Iud.*3.*d.* designat *bb* conuertentem subditos simplici monitione. Designat etiam quemlibet, qui vt bonus agricola mundat animam suam.

Susceptio baptismi à gentibus. Percutiens Samson mille viros maxilla. *Iud.*15.*d.* designat *cc* eum, qui vincit motus iracundiæ.

Conuersio per secutorum. Percutere Amalec. 1.*Reg.*14.*g.*15.*a.* est *dd* vincere ipsum fornicationis: & si adhuc surgant motus, iterũ est percutiendus. Percutit autem eum ab Euilath vsque Sur qui comprimit omnem concupiscentiã & deliberationem, & reprimit perseuerãtes in turpitudine. Percussit etiã Dauid Amalecitas, & cũ eo Ægyptius: quia superbos, & mundanos despicientes simplices, ipsi simplices virtute Christi prosternunt. 1.*Reg.*30.*e.* Percutere quoque Philisthæos vsque ad locum subter Bethchar, est vincere dæmones vsque ad terminum vitæ, vel vsque ad perfectionem, quæ sub Christo haberi potest. 1.*Reg.*7.*c.* Percutiens etiam Saul Amon, donec incalesceret Sol: *g* designat prædicatorem debellantem vitia sequentia gulam: donec videat auditores interni luminis magno calore inflammari. 1.*Reg.*11.*e.* Percutiens Ionathas stationem Philisthinorũ, designat vincentem tentationes carnis. Attribuitur autem victoria Sauli: quia per prædicatorum exhortationem inferiores vincunt. 1.*Reg.*13.*a.*

Conuersio subditorum. Percutere Philisthæos à Magmas vsque Ahilon, *ee* est prædicare paruulis, & perfectis, & dæmonum insidias, vel eorum tyrannidem in electorum cordibus perimere. 1.*Reg.*15.*c.*

Mundatio animæ. Percutere femur, *ff* est dolere per pœnitentiam, & extinguere in se omne quod carnaliter viuit. *Ierem.*31.*c.*

Vincere motus iracundiæ. Percutere manu, contingit admirando, vel stupendo. Percutit autem manu, *gg* qui se à malis operibus separat. *Exech.*6.*c.* Percutere verò pede, contingit gaudendo. *Exech.*25.*b.*

Vincere spiritum fornicationis. Percutiens Moses aquam fluminis. *Exod.*7.*c.* est confutans *hh* sapientiam mundanam.

Vincere dæmones.

Prædicare quibuslibet.

Detegere insidias dæmonum.

Pœnitentia.

Admiratio.

Confutare sapientiam mũdanam.

a *Phil. de mig. Abra.*
b *Hie.s.Ez.7.*
c *Gre.27.mo.24.*
d *Glo. ord.su. Ecclesiaste 1.*
e *Gre.2.m.4.22.*
f *Glo. ord. su. 2.Tim.2.*
g *Hier.s.Is.5.11. Arn.s.ps.135.*
h *Ori.su Nu. hom.18.*
i *Gre.s.1.Re.6.& 17.mor.15.16.*
k *Hie.s.Ho.7. & s.Amos 3. & s.Is.30. Rup.s.Hos.7.*
l *Hier.s.Is.1. 14.19.& su. Mic.6. Ori.s.Leu.ho. 3. Bas. quòd Deus non est causa mali. Gre.6.m.18. & 13.mo.8. Hie.s. Zac.9. Hie.su.Is.53.*
m *Ru.6.s.Ge. 9.& 5.s.Apo.*
n *Hie.s.Is.54. & s.Ho.2.& s.Zac.11.*
o *Ori.s.Exod. hom.11. Aug. qu.in. Nume. 33.*
p *Hie.s.Is.57. & s. Zac.13. Bed.s.Ex.17.*
q *Ru. 5.s. Re. 17. Enc.qu.in Psal.*
r *Au.s.ps.77. Ru.s.1.Re.14*
s *Gre.s. Eze. ho.10.& 24. mo.11. Ru.13.s.Mat*
t *Au.s.ps.134.*
u *Hie.s.Is.60. & su.Ion.4. & s.Amos.6. 3. Gre.s.1.Re.4.*
x *Augu. q.in Gen.15.*
y *Ru.5.s.Reg. 20.*
z *Hie.s.Is.27.*
aa *Orig.s.Iud. ho.4.*
bb *Amb.prol. 2. de Spiritu sancto.*
cc *Gr.s.1.Re. 7.14.15.*
dd *Gr.s.1.Re. 11.13.*
ee *Gr.s.1.Re. 15.*
ff *Hier.s.Ier. 31.*
gg *Gr.24.moral.26. Gloss. ord.su.Eze.6.*
hh *Glo.ord.s. Exod.7.*

Digitized by Google

Percutere, pro *a* tangere: vt percutere puluerem terræ, vnde fiunt Scyniphes, hoc est, argutiæ dialecticæ. *Exod.* 28. *c.*

Percussæ vrodine spicæ, *b* famem verbi Dei significant. *Genes.* 41. *a.*

Percuti vt fœnum, *c* est timore iudicij terreri. *Psalm.* 101.

Percutit Dauid, Edom, designans *d* terrenum hominem percutiendum, vt viuat cœlestis. *Psalm.* 59. *in titu.*

Percutiunt pastores sponsam, & vulnerant. *Cant.* 5. *c.* quia *e* prædicatores sancti, dum cœlestia loquuntur, amantem animam afficiunt, & maiori amore sagittant. Vel quia reprehendunt animas volentes in ipsis quiescere, vt videlicet transeant ad sponsum.

Percussisse dicitur lapis pedes statuæ. *Dan.* 2. *f.* designans *f* timorem, qui confundit mentem, eamque compungi facit.

Percutiunt maxillam Iob, *g* qui percutiunt, persequuntur, & occidunt prædicatores Ecclesiæ. *Iob.* 16. *b.*

Percutientes, quibus dedit Christus corpus suum, fuerunt principes Iudæorum. *Isa.* 50. *c.* Percusserunt autem Iudæi lingua Christum, quum eum linguis crucifixerunt. *Ierem.* 18. *c.* Et percutiens Phassur Ieremiam, designat sacerdotes percutientes Christum. *Ierem.* 20. *a.* Percusserunt etiam Iudæi maxillam iudicis Israël, hoc est, *h* Christi. *Mich.* 5. *a. Iob.* 16. *b.* Percuti autem caput Christi arundine, *i* est Gentiles adhærere Christo. *Matth.* 27. *d.*

Percutit Assur habitatores Sion in virga, *k* quum diabolus aut hæreticus plus minatur fidelibus quàm nocere possit, aut permittatur. *Isa.* 10. *f.* Percutiens autem Ægyptius Hebræum, designat diabolum inferentem tentationem. *Exod.* 2. *b.* Et percussi à serpentibus, sunt qui instigante diabolo in peccatum incidunt. *Num.* 21. *b.* Percutiens malleus, est diabolus, aut hæresiarcha. *Isa.* 41. *b.* Percutientes Sabæi pueros Iob gladio, sunt *l* dæmones, qui tentationis suæ iaculis grauiter vulnerant eos, quos necdum iuuenilis constantia, liberos, vel robustos seruat. *Iob.* 1. *c. Apoc.* 8. Percutitur autem in inguine, qui peccat libidine. 1. *Re.* 4. *c.* Percuti in secretiori parte nariū, designat quòd peccator ex ea parte vulnus accipit animæ, quam inclinat ad delectationem. Percussi autem & nondum mortui, sunt, qui dolorem habent peccati, sed non penitus ipsum deserunt. 1. *Reg.* 5. *b.* Percutit Iudæos leo de sylua, hoc est, rex Babylonis, vel diabolus. *Ierem.* 5. *b.* Lædens baculus populos, *m* est potentia diaboli. *Isa.* 14. *b.*

Percutiens Satan Iob vlcere pessimo, *n* designat persecutionem, quam ipse & eius membra exercent in Christum, eiúsque membra. *Iob.* 2. *b.*

Percussus Achab inter pulmonem, & stomachum, designat *o* omnem structuram humanæ fiduciæ perire. 3. *Regum.* 22. *e.*

Percutiens proximum, *p* est Iudæus peruertens Gentilem, aut quilibet alius inducens quempiam in peccatum. Et percutit animal, qui simplicem errare facit. *Exod.* 2. *c.* 21. *c. Leuit.* 24. *c.*

Percussor est *q* Episcopus, qui verbis asperis conscientias aliorum percutit: quem etiam designat percussor furis. *Exod.* 22. *a.* 1. *Tim.* 3. *a. Titum.* 1. *b.* Percutit autem hominē, qui operibus scandalizat, & facit peccare. *Exod.* 21. *b. Isa.* 58. *a.* Et percutit mulierem prægnantem, qui infirmum concipientem verbum Dei, & non opere explentem, scandalizat. *Exod.* 21. *c.*

Percutere etiam seruum, vel ancillam virga, *r* est immoderatè corrigere discipulum commissum, vel plebem subiectam. *Exod.* 21. *c.*

Percutit patrem, vel matrem, *s* qui prælatum infamat, vel Ecclesiam scandalizat. *Exod.* 21. *b.*

Percutere oculum alicuius, *t* est docere errorem, & intuitum rectum intellectus perturbare. *Exod.* 21. *c.*

Percutere cornu virum, aut mulierem, *u* est non gubernare animam, & corpus: vel effrænato sermone alicuius discipulum scandalizare. *Exod.* 11. *c.*

Percutere fœdus cum morte & inferno, *x* est mala audacter perpetrare, & ea semper agenda promittere. *Isa.* 28. *d.* Sic feriunt hæretici fœdus cum amaritudine, & non cum Deo. *Hos.* 10. *a.*

Ferit Deus pactum cum Leuiathan. *Iob.* 40. *d.* quando *y* per voluntatem suam ille tentat bonos.

Percussura plagæ populi Dei, designat ℣ mala ex originali peccato prouenientia. *Leuit.* 14. *f. Isa.* 30. *f.* De hoc dicitur. *Psalm.* 10. Percussus sum, & aruit cor meum.

Percutere dicitur Sol, aut æstus aliquem, cum perit in prosperitate, aut è contrario in aduersis.

Percontari, vide Interrogare.

Perdere, vide Amittere.

Perdere, Disperdere.

PERDERE, & disperdere, idem est quod perimere, aut destruere, & consumere. *Deut.* 28. *b.* Donec conterat te, & & perdat velociter. *Genes.* 18. *c.* Nunquid perdes iustum cum impio? Affligere. *Num.* 4. *b.* Nolite perdere populum Cahat. Damnare. *Psalm.* 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Negligere. *Num.* 24. *d.* Cuius extrema perdentur. Reprobare. *Deut.* 10. *b.* Et te perdere noluit. Saluare. *Matth.* 16. *d. Marc.* 8. *d.* Qui autem perdiderit animam suam.

Disperdit Deus omnem terram, *aa* quum per prædicatores conuertit peccatores, aut conuincit hæreticos. *Isa.* 23. *a.* Sic disperdit ciuitates terræ. *Mich.* 5. *c.* 6. *c.* Et perdit Christus reliquias ciuitatis, conuertens mundanos. *Numer.* 24. *d.* Ita disperdidit superbiam Philisthinorum. *Zach.* 9. *b.* Disperdere autem pulchra Amalec, *bb* est vitare turpes cogitationes. 1. *Reg.* 15. *b.* Et perdere nomen Babylonis, est delere omnes prauas cogitationes. *Isa.* 14. *e.* Et disperdere eradicata & destructa, est tollere reliquias & occasiones peccati: & colligere, zizania, vt comburantur. *Ierem.* 1. *b. Matth.* 13. *d.*

Non disperdit Deus Dauid: *cc* quia suscitauit Christum à mortuis. *Psalm.* 56.

Disperdit Deus in misericordia inimicos hominis: *dd* quia miseretur eius, quē liberauit ab inimicis. *Psal.* 142.

Disperdit Deus malos, *ee* quum aufert eos ab hoc mundo, & in infernum detrudit. *Exod.* 33. *a.* Et disperdit quadrigas Ephraim, & currus Pharaonis & equos, quia cùm ipse faciat pacem, omnia bellica disperdit. Tollit etiam hæreticos, & peccata varia. *Ierem.* 12. *d.* 15. *b.* 18. *a. Mich.* 5. *c. Zach.* 9. *c.* Perdit etiam homicidas condemnans malos in iudicio, & disperdet de terra memoriam malorum. *Matth.* 22. *a. Psal.* 33. 144. 145. *Isa.* 26. *c.* 30. *f. Thren.* 2. *c.* Disperdit etiam de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, ille qui vincit omnes dæmonum insidias. *Psalm.* 110. Quasi sterquilinium in fine perdetur hypocrita. *Iob.* 20. *a.* quia *ff* in morte sua quum ad tormenta ducitur, stercoribus vitiorum plenus, à malignis spiritibus conculcatur. *Soph.* 1. *a.* 2. *b. Malac.* 2. *c.* Disperdit etiam Deus excelsa montium, quum superbas mētes humiliat, & castigat. *Zech.* 6. *a.* Sic perdidit excelsa idoli. *Hos.* 10. *b.* Perdidit etiam Cherub de medio lapidum ignitorum, quum *gg* diabolum separauit ab angelis. *Ezec.* 28. *d.* Et disperdit habitatores de campo idoli, cum destruit hæreticos. Sic de Azoto, & de Moab. *Amos.* 1. 2. *c. a.* Et perdit sapientes de Idumæa, quum reuincit hæreticos. *Abdi. c. Zach.* 13. *a.*

Perdidit Deus malos malè, *hh* quum destruxit imperium Iudæorum. Perdidit homicidas. *Ma.* 21. *d.* 22. *e.*

Disperdidit Deus inimicos in veritate. *Psalm.* 53. quando iis qui falsis testibus *ii* damnationem Christo procurarunt, resurrexisse eum à mortuis audierunt, & in rei veritate gloriam suam eum resumpsisse cognouerunt.

Perdit Deus robur Chanaan, quum *kk* tollit prosperitatem mundanam. *Isa.* 23. *c.*

Non disperdit Deus in totum Israël, quia *ll* quosdam ex eo populo iustos seruauit. *Isa.* 65. *b.*

Disperdit Dominus ab Israël caput & caudam. *Isa.* 9. *c.* quando *mm* videlicet punit hæresiarchas, & eis fauentes. Et perditi de terra sunt errantes in infidelitate extra Ecclesiam. *Isa.* 27. *d.*

Perdere dicitur Dominus vocem gaudij. *Ierem.* 25. *c.* quum *nn* non est in Ecclesia qui dicat, Gaudete in Domino, iterum dico gaudete. *Phil.* 4. *a.*

Perdidit Deus vectes Hierusalem. *Thren.* 2. *c.* quum *oo* abstulit doctores à Iudæis, sensus eorum perturbauit.

Perditi filij Sion, *pp* dici possunt peccantes in Ecclesiam. *Thren.* 1. *f.*

Perdit animam suam in hoc mundo, qui *qq* voluptates carnales deponit. Perdit autem animam in futuro, qui in hoc seculo inordinatè amat eam, aut ipsam vitam. *Matth.* 16. *d. Luc.* 17. *f. Ioan.* 12. *c.*

Perdere volentes Christum, sunt *rr* qui veritatem Christi destruere nituntur. *Luc.* 19. *g. Psalm.* 119.

Disperdens

Tangere.
Fames verbi Dei.
Timor iudicij.
Inflammantes animā ad amorem sponsi.
Timor confundens mentem.
Persecutio prædicatorum.
Iudæi percutientes Christum.
Gentiles adhærētes Christo.
Tentationes, & instigationes dæmonum & hæreticorum.
Peccare libidine.
Non penitus deserere peccatum.
Potentia diaboli.
Persecutiones Christi & Ecclesiæ.
Humanæ fiducia infirmitas.
Faciens errare.
Immoderata correctio.
Scandalizare Infamare prælatum.
Scandalizantem Ecclesiā.
Docere errorem.
Non gubernare animam & corpus.
Audacter peccare.
Mala ex peccato originali.
Perire in prosperis.
Conuertens Deus peccatores.
Conuertens hæreticos.
Suscitans Christum.
Liberans ab inimicis.
Punitio malorum & dæmonum.
Vincere insidias dæmonū.
Destruens Deus imperiū Iudæorum.
Tollens prosperitatem mundanam.
Punitio hæreticorum.
Ablatio doctorum à Iudæis.
Peccantes in Ecclesia.
Deponere voluptates.
Inordinatus amor sui.
Resistentes veritati.

a *Glo. ord. su. Exod.* 28.
b *Glo. int. sup. Gen.* 51.
c *Ar. s. ps.* 101.
d *Au. s. ps.* 59.
e *Gre. s. Ca.* 5. *Bern. serm. s. qui hab. Rup. s. Can.* 5.
f *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabuc.* 27.
g *Gre.* 13. *mo.* 27.
h *Hie. s. Mic.* 5.
i *Hil. s. Matt. can.* 33.
k *Hie. s. Is.* 10.
l *Gre.* 1. *mor.* 36. & 2. *mor.* 25. & *s.* 1. *Regum.* 5.
m *Hier. s. Isa.* 14. & *su. Ier.* 5.
n *Gre.* 3. *mor.* 12. 14.
o *Georg. Ven. Cant.* 1. *tom. cap.* 5.
p *Isyc. s. Leu.* 24. *Cyr. dia.* 7.
q *Ori. s. Exod. hom.* 10. *Bed. s. Exod.* 21.
r *Glo. int. sup. Exod.* 21.
s *Gre. s. Ex.* 21
t *Gl. in. s. Exo.* 21.
u *Glo. int. su. Exo.* 21.
x *Gre. s.* 1. *Re.* 15. *Hie. s. Ho.* 10.
y *Gre.* 33. *m.* 18.
z *Hie. s. Is.* 30. *Au. & Gre. s. ps.* 101. *Glo. ord. su. Is.* 49.
aa *Hier. s. Is.* 14. 23. & *su. Mic.* 5. *Orig. super Numer. h.* 18. & *s. Ier. ho.* 1.
bb *Gr. s.* 1. *Re.* 15.
cc *Hil. s. ps. al.* 56.
dd *Hilar. s. ps* 142.
ee *Or. s. Ma. t ho.* 19. 26. *Hil. s. Matth. Can.* 22. *Bas. s. ps.* 133. *Ori. s. Io. ho.* 8.
ff *Gre.* 15 *mo.* 2.
gg *Hie. s. Ez c.* 28. & *s. Abd.*
hh *Ori. s. Mat hom.* 19. 20.
ii *Hil. s. ps.* 53.
kk *Hier. s. Is.* 23.
ll *Hie. s. Is.* 65.
mm *Hie. s. Is.* 9.
nn *Hie. s. Ier.* 25.
oo *Glo. in. su. Thre.* 2.
pp *Glo. ord. s. Thren.* 5.
qq *Orig. sup. Matth. hom. Aug. s. Ioan. tra.* 51.
rr *Ori. s. Mat. ho.* 19.

Digitized by Google

Pœna inferni. Disperdens plaga, est pœna æterna. *Exod.12.b.* Perditionis etiam desertum, *a* est regio inferni, vbi omnes pereunt. *Ioel.3.d. Iob.31.a.*

Perdens diabolus malos. Disperdit Lucifer terram suam, *b* quum diabolus ipsos malos perdit. *Isa.14.c.* Et perdit fraudulentus mites, quum Pharisæus & hæreticus decipit simplices: & etiam ipse diabolus, qui per suam iniquitatem datus est ad disperdendum. *Isa.32.b.34.d.* Et disperdit mors paruulos, hoc est, diabolos. *Ierem.9.f.* Disperdunt autem pastores gregem Domini, quum hæretici docent errores. *Ierem.23.a.* Disperdit terrã Ægypti Nabuchodonosor, & populus eius, quum dæmones perdunt mundanos. *Ezech.30.c.*

Haretici docentes errores.

Haretici peruertentes scripturas. Perdunt muscæ suauitatem vnguenti. *Eccles.10.a.* quum *c* hæretici confundunt mysteria & veros sensus sacræ scripturæ. Item concupiscentiæ carnales in nobis decorem naturæ fœdant, mentem curis, & solicitudinibus lacerant, socialis gratiæ suauitatem exterminant.

Motus carnales mentes fœdantes.

Connexio virtutum. Perdit Deus similiter homines, sicut montes & saxa, &c. *Iob.14.b.* quia *d* quædam in diuersis hominibus per tentationes operatur, quæ similia sunt per quandam metaphoram his quæ in rebus aliis operatur.

Perdit multa bona qui peccat in vno. *Eccles.9.d.* Per quod designatur *e* virtutum connexio, sicut qui peccat in vno, factus dicitur omnium reus.

Firmitas tituli crucis. Non disperdenda tituli inscriptio, designabat *f* firmitatem tituli crucis Christi, de quo dixit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. *Psalm.56.57.58. in titulo.*

Corpus animæ peccatricis. Perditio dici potest *g* corpus animæ peccatricis. *Psalm.87.* Perditio etiam, *h* est ipse diabolus, cui nullum est operimentum coram Deo. *Iob.26.b.28.d.*

Diaboli.

Dies iudicij. Perditio dicitur esse ipsius Israël. *Hos.13.e.* quia vnusquisque sibi perditionis est causa.

Perditionis dies, dicitur *i* dies iudicij, ad quem reseruantur mali puniendi, qui hîc viuunt in prosperitate. *Iob.21.d.*

Perdix.

Perdix, *k* auis nota, à perdendo dicta: est enim maligna, fraudulenta, & callida, multúmque decipiens venatores. Si enim venatorem sistere aduertit, tamdiu illudit, quandiu soboli fugiendi signum tribuat, & potestatem, quam ibi cuasisse sonserit, tunc se, & ipsa subtrahit. Fertur etiam esse animal impurum, nam exercent libidinem mares in mares. Furatur quoque vna perdix oua alterius, & fouet.

Diabolus. Hareticus. Auarus. Perdix dicitur congregasse quæ non peperit. *Ierem.17.b.* Vbi significatur *l* diabolus, & hæreticus, & auarus, quibus rectè competunt, quæ de perdice dicuntur, qui suis fraudulentiis decipiunt simplices, & etiam venatores animarum. Ipse autem hæreticus est quasi vox perdicis, per quem diabolus congregat, quos hæreticus deceperit.

Peregrinari, Peregrinus, vide Aduena.

Perficere, Perfectus, Imperfectus.

Perficere, est absoluere, & consummare, seu complere quod incœptum est. Perfectum autem est, quod consummatum est, & cui nihil deest secundùm id, quo perfectum est. Imperfectum autem, est non consummatum, aut cui aliquid deest.

Incarnatio. Perfecit Deus corpus Christi, *m* quando nostram ille assumpsit carnem, quam pro nobis offeret in sacrificium. *Psalm.39.*

Reparãs Deus Ecclesiam. Perficere dicitur Deus, *n* quum reparat desolata, & perficiet hæreditatem suam, hoc est, Ecclesiam in resurrectione. *Psalm.67.79.* Perficit etiam pedes tanquam ceruorum, *o* cùm aptos facit ad calcandas spinas peccatorum, & transiliendas syluas infidelitatis. *Psal.17.*

Dans Deus simplicibus fidem. Perficit Deus laudem ex ore infantium, *p* quando dat simplicibus cognitionem sui, vt ab ipsis laudetur, vel quando dat illis fidem, quæ abscondita est sapientibus seculi. *Psalm.8. Matth.21.b.*

Curans Christus morbos animæ. Perficit Christus sanitates, *q* quum à morbis vitiorũ homines curat, vt secundùm virtutem viuant. *Luc.13.g.* Et perficit aures per fidem & obedientiam. *Psalm.39.* Perficit gressus, quum dirigit sensus in bonum. *Psalm.16.* Perficit pedes tanquam ceruorum, quum perficit amorem ad transcendenda spinosa & vmbrosa implicamenta huius seculi. *Psalm.17.*

Addens charitatem legi. Perficit Deus hæreditatem suam, hoc est, legem, *r* quum ei addidit charitatem. Vel perfecit populum suum, qui ex se infirmabatur. *Psalm.67.*

Perfectio Ecclesiæ. Perfecta columba, est *s* Ecclesia, extra quam nemo ad perfectionem, nemo ad vitam gratia fouente nutritur. *Cantic.6.c.* Perfectum autem opus tabernaculi, est consummatio Ecclesiæ. *Exod.39.f.40.* Et perfectio templi per Salomonem septem annis absoluti, est perfectio Ecclesiæ in fine mundi, septem ætatibus consummata. *3.Regum.6.g.*

Perfectio contemplationis. Perficere dicitur Deus pedes iusti tanquam ceruorum. *Psalm.17.* Ceruus *t* enim cùm montium iuga conscendit, quæque se aspera, quæque obiicitur sentibus illigata, dato saltu transgreditur, & absque vllo cursus sui obstaculo, in superioribus eleuatur. Ita electorum mentes, quæque sibi in hoc mundo obsistere atque obuiare conspiciunt, contemplationis saltu transcendunt; & more ceruorum despectis terrenorum sentibus, in superna se euehunt.

Explicare scripturam. Perficere turrim, est *u* explere sacræ scripturæ explanationem. *Luc.14.f.* perfecit etiam Christus hanc turrim, quando impleuit ea, quæ prophetata erant, & explicauit mysteria: vnde & ipse dicitur perfectè loquens. *Amos.5.c.*

Anima in gratia. Perfecti decoris dicitur vrbs Hierusalem. *Thren.2.e.* designans animam existentem in gratia. Dicitur autem perfecta in decore Dei. *Ezech.16.c.* quia *x* ex Deo habet ipsum decorem. Lucifer etiam ante lapsum erat perfectus decore: quia fuit creatus in gratia. *Ezech.27.a.28.c.*

Cognitio sui. Perfecta scientia nubium, hoc est, Apostolorum, est *y* cùm omnia bona solicitè agunt, & se de suis meritis nihil esse sciunt. Vnde & ipsæ nubes de hac perfecta scientia docentur: quum eius voce veritatis dicitur: Dum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus. Perfecta ergo scientia, est scire omnia, & tamen iuxta quendam modum scientem se esse nescire. *Iob.37.c.* Hanc perfectam scientiam sibi arrogant superbi, vt Elihu. *Iob.36.a.*

Patientia. Perfectio viarum, hoc est, operum, *z* est in eo, qui erga imperfectionem proximi impatiens non est. Nam qui alienam imperfectionem ferre non valens, patientiam deserit, ipse sibi testis est, quòd perfectè necdum proficit. *Iob.4.b.*

Deitas in Christo. Imperfectum Dei dici potest *aa* Deitas in Christo, non quòd ei aliquid desit, sed quia non est facta, vt imperfectum sit idem quod infectum, hoc est, non factum. *Psalm.138.* Vel imperfectum Christi, erant *bb* membra corporis eius, vt Apostoli in passione.

Membra Christi.

Operæ hypocritarum. Perfectio immatura dicitur esse *cc* in operibus, quæ in hac vita mercedem recipiunt. *Isa.18.c.*

Infidelitas Iudæorum. Perfecta transmigratio Iudæ fuit: *dd* quia in torum à fide deciderunt. Et quia ita est destructa Hierusalem, Iudæique dispersi, vt nec illa amplius sit reparanda, nec illi eò redituri. *Ierem.13.c.* Omnes declinauerunt.

Destructio Hierusalem.

Laus simulata Pharisæorum. Perficiebant simulationem *ee* Scribæ, & Pharisæi, quum fraudulenter laudabant Christum. *Isa.32.b.*

Tentari.

Perfodere, Perforare, vide Foramen.

Pergere, vide Ire, Peribolus, vide Circumire.

Periclitari, Periculum.

Periclitari, est periculum subire. Periculum autem est salutis discrimen, aut alicuius alterius rei in precio habitæ.

Periclitari dicitur nauis, *ff* quum quis in periculis tentationum huius vitæ versatur. *Iona.1.a.* Et quum prædicatio Christi multas patiebatur calumnias, & persecutiones Iudæorum.

Pericula inferni, sunt *gg* peccata, propter quæ obnoxius quis est pœna inferni. Suggestiones etiam diaboli, pericula inferni dici possunt. *Psalm.114.*

a *Hie.su.Ioel.3.*
b *Hie.s.Is.14. & su.Ier.23. & s.Ez.30.*
c *Epi.1. cont. hæreticos. tomo.3. Bern. s. Cant.ser.44.*
d *Gr.12.moral.12.*
e *Hie.s.Eccl.9.*
f *Hie.s.ps.56.*
g *Au.sup.ps.87.*
h *Gre.17.m.11. & 19.m.2.*
i *Glo.ord.su. Iob.21.*
k *Orig.s.Iere.ho.4. Plin.10. nat.hist.*
l *Ori.s.Exod. hom.1. Amb. epi.48. & 6. Exae.3. Hie.s.Ier.17. Au.13.cont. Faustum.11. & de past.12.*
m *Aug.s.ps. 39.*
n *Arno.s.psa. 67.*
o *Hie.s.ps.17.*
p *Ori.s.Matt. hom.15. Augu.s.ps. 8.*
q *Au.2.de cõ. Eua.75. & s. ps.57.*
r *Aug.s.psal. 67.*
s *Gr.s.Can.8.*
t *Gre.26.mo. 10.*
u *Ori.s.Matt. ho.19. Hie.su. Amo.5.*
x *Hie.s.Ezec. 16.*
y *Gre.27.m. 24.*
z *Gr.5.m.14.*
aa *Hil.s.psal. 138.*
bb *Aug.s.ps. 138.*
cc *Hie.s. Isa. 18.*
dd *Hie.s.Iere. 13. Glo.ord.s. Ie. 13.*
ee *Hier.s. Is. 32.*
ff *Ru.s.Ion.1.*
gg *Basil. & Arn.s.ps.114. Hie.s.ps.114.*

Digitized by Google

Perimere, vide Interficere.

Peripsema.

PERIPSEMATA, dicuntur purgamenta,& ramenta, & scobes,ac sordes, quæ abiiciuntur. Ponitur in hyperbolem rei contemptibilis. 1.*Corint.4.e.*

Perire, vide Mori.

Periscelis.

PERISCELIS, est ornamenti genus circa crura, quo mulieres vtebantur, designare potest directionem gressuum. *Isa.3.d.* — *Directio gressuum.*

Peritus, vide Doctus.

Periurare, vide Iurare.

Perizoma.

PERIZOMA dicitur,quod circumcingit corpus,& videtur poni pro pudendorum velamine.*Genes.3.b.* Designare autem potest *a* excusationes *b* & tegumenta peccati,quibus vtebantur Adam & Eua. — *Excusationes peccati.*

Permanere.

PERMANERE, est vsque ad finem manere.

Permanet verbum Dei in cœlo, *c* quia Filius nunquam à Patre discedit. Vel permanet in cordibus iustorum, Vel permanet in angelis, quia homines in hac vita mutantur. Vel permanet in cœlo, quia cœlorum obedientia est perpetua. *Psalm.*118.permanet etiam filius cum Sole, quia *c* semper est cum patre. *Psalm.*71. permanet etiam cum Sole Christus,vel corpus eius,quia tandiu durabit Ecclesia, quandiu erit Sol vel tempus. — *Filius semper cum Patre. Duratio Ecclesiæ.*

Permanens terra,designat *d* stabilitatem iustorum. *Psalm.*118.Et permanet cœtus filiorum Israël coram Deo, quia perseuerat Ecclesia Deo grata,& in Christo fundata. *Iere.*30.*d.*Synagoga non permanet, quia fundata super arenam terrenarum promissionum, & quia seruus non manet in domo in æternum. — *Stabilitas iustorum & Ecclesiæ.*

Non permanet in homine spiritus Dei,quia caro est,& mutabilis. Vel *e* licèt aliquando maneat per bonas cogitationes, non tamen permanet,quia statim homines eum abiiciunt. *Genes.6.a.*In Christo verò dicitur mansisse, in quo manet in æternum. *Ioan.1.e.* — *Spiritus Dei non semper in homine.*

Nunquam permanet homo in eodem statu. *Iob.*14.*d.*quia *f* dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adolescentiam,adolescentia ad iuuentutem, iuuentus ad senectutem, senectus transit ad mortem in cursu vitæ presentis ipsis suis augmentis ad detrimenta impellitur. Et inde semper deficit,vnde se proficere in spatium vitæ credidit. Fixum enim statum hîc habere non possumus vbi transituri venimus,atque hoc ipsum nostrum viuere,quotidie à vita transire est.Quem videlicet lapsum primus homo ante culpam habere,non potuit,quia tempora constanter transibant,sed postquam deliquit, in quodam se quasi lubrico temporalitatis posuit,& quia cibum comedit vetitum, status sui protinus inuenit defectum. — *Mutabilitas hominis.*

Permittere, videre Concedere.

Pernicies, vide Destruere.

Perpendiculum.

PERPENDICVLVM, est instrumentum fabri materiarij, seu cæmentarij, quo, plumbo à filo & gnomone pendente, rectitudo, seu obliquitas operis perpenditur,hoc est,examinatur.

Perpendiculum extendendum super Hierusalem,designat crucem Christi in Ecclesia dilatandam. *Zach.1.c.*

Perpendiculum in desolationem, designat *g* sententiam Dei firmam & immutabilem, qua castigare decreuit *Isa.34.c.* — *Crux Christi. Firmitas diuina sententia.*

Perpetrare, vide Committere.

Perpetuus, Iugis, Sempiternus, Semper.

PERPETVVM idem est,quòd continuum,minimèque interruptum, quod & Iuge dicitur. Sempiternum autem est æternum, vel perpetuum.

Perpetuus ignis, est *h* charitas, quæ nunquam excidit. *Leuit.6.b.*

Perpetua charitate dilexit Deus Israël, vel animam: *i* quia non mutatur in dilectione. Vel dicitur, quia non per merita saluat, sed per gratiã.*Ierem.*51.*a.*Sempiterna quoque misericordia eius est, quia in perpetuum saluat. *Isa.*54.*c.* Et salus eius dicitur esse in sempiternum. *Isa.*51.*e.* — *Charitas, Immutabilis dilectio Dei.*

Sempiternum præceptum,& sempiternum fœdus, *k* est lex naturalis:& etiam lex noua,in qua est perpetuum ius. *Exod.*29.*e.Leuit.*3.*d.*7.*d.*10.*b.*24.*Isa.*24.*b.*55.*a.*61.*c. Ezech.*16.*g.*37.*g.* — *Lex naturalis. Lex gratiæ.*

Perpetuus ritus seu cultus, aut perpetua religio Phase,dicitur, *l* vel quia non erat sponte prætermittendus:vel quia quod significabatur erat perpetuum: vnde perpetuus cultus est in Ecclesia. *Exod.*12.*c.*27.*d.* 28.*g.*29.*g. Leuit.6.b.*7.*d.* — *Perpetuitas Ecclesiæ.*

Sempiternum sacerdotium *m* non erat legis veteris, nisi secundùm quod erat signum sacerdotij legis nouæ, quod reuera est sempiternum. *Exod.*40.*b.* — *Perpetuum sacerdotium legis nouæ.*

In sempiternum dicitur confirmare Christus regnum Dauid, quum *n* implet promissiones. *Isa.*9.*d.* — *Implens Christus promissiones.*

Perpetua oblatio,& iuge sacrificium, est *o* vita immaculata, quæ semper est grata Deo. *Exod.*29.*g.Leuit.*6.*b. Num.*18.*a.* Et sempiternum thimiama,est perseuerantia orationis.*Exod.*30.*a.* — *Vita immaculata. Perseuerantia orationis.*

Semper existens lamina in fronte pontificis, designat *p* totum hominẽ subiectum debere esse diuino seruitio: & continuam habendam memoriam passionis Christi. *Exod.*28.*g.* — *Memoria passionis Christi.*

Perpetuus dolor est, *q* qui sine intermissione affligit: talis erat dolor Christi in passione: cui non fuit datus respirandi locus. *Ierem.*15.*d.* — *Dolor Christi.*

In perpetuum credere Mosi, est semper obtemperare legi,*Exod.*19.*a.* — *Obtemperare legi.*

Sempiterni mortui sunt, *r* qui non sperant liberari, hoc est, qui sunt in inferno. *Thren.*3.*a.* Dicuntur etiam sempiternus populus. *Ezech.*26.*d.*qui descendunt in lacum ad populum sempiternum. — *Existentia in inferno.*

Sempiternus inimicus filiorum Israël, dicitur mons Seir. *Ezech.*35.*a.* designans *s* diabolum aduersarium fidelium, & potestatem mundanam & terrenam. — *Diabolus. Potestas mundana.*

Sempiternus seruus Dei,dicitur Leuiathan.*Iob.*40.*d.*quia *t* diabolus nunc seruit Deo in tentandis iustis:& postea seruiet,quando iusti eius cruciatus conspiciendo,in Dei laudibus crescent. — *Seruitus diaboli.*

Perplexus.

PERPLEXVS, est intricatus, vel implicatus, & qui explicare se nequit.

Perplexi dicuntur nerui testiculorum Behemoth. *Iob.*40.*a.*Quando *u* sic nos argumenta hostis illigant,vt culparum nodi,vnde quæruntur solui, inde duriùs astringant; vt quum quis pensare pondus honoris Ecclesiastici negligẽs,ad bonos regiminis præmiis ascendit.Sed quia omne quod hic eminet,plus mœroribus afficitur,quàm honoribus gaudet: dum cor tribulationibus premitur,ad memoriã culpa reuocatur, doletque se ad laborem cum culpa peruenisse,& quàm sit iniquum quod admiserit, ex ipsa fructus difficultate agnoscit. Reum igitur se cum impensis præmiis agnoscens, vult sadeptæ sublimitatis locum deserere: sed timens ne gratius delictum sit suscepti custodiam reliquisse,vult suscepti gregis curam gerere. Sed formidat ne deterior culpa sit tegmina pastoralis gratiæ empta possidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hinc inde se conspicit. Vel sunt perplexi, *x* quum graues & penè inextinguibiles voluptates in hominibus excitant. — *Perplexitas peccatorum.*

Persa, Persis.

PERSA, id est, frangens, siue diuidens,aut vngula,vel gryphus, vel tentans. Persis autem est regio Orientalis, vltra Assyrios & Babylonios: vnde dicuntur Persæ.

Persæ, id est, tentantes sunt *y* dæmones,qui nituntur perdere mundum. Vel interpretantur tentati, & designat eos qui tentationi succumbunt. *Isa.*21.*a.* Iuxta Septuaginta. *Exech.*27.*b.* — *Dæmones. Cedentes tentationi.*

Persequi, Persequutor.

PERSEQVI, est valde vel perfectè sequi.Est autem interdum afficere. *Iob.*19.*d.* Stipulam siccam persequeris. E. insectari. *Ios.*8.*d.*Qui persequebantur Iosue.Et sequi fugientem.*Genes.*35.*a.* Non sunt ausi persequi recedentes.

a *Am.de Paradi.*13.
b *Ar.ſ.pſ.*118. *ſer.*12. *Hil.ſ.pſ.*118.
c *Hie.ſu.pſal.* 21.
d *Au.ſu.pſal.* 118.
e *Ambroſi.de Noe.*3. *Philo. degigantibus.*
f *Gre.*11.*mo.* 27.
g *Hie.ſur.Iſa.* 34.
h *Glo.inte.ſu. Leu.*6.
i *Glo. ord.ſu. Ier.*31.
k *Orig.ſ.Leu. ho.*13. *Hier.ſ. Ier.*32.*&ſu. Exec.*16. *Gl.int.ſ. Leu.* 2.
l *Glo.ord.ſup. Exod.*12. *Bed.ſ.Ex.*27.
m *Glo. ord.ſ. Exo.*40.
n *Hier.ſ.Iſ.*9.
o *Ori.ſ.Num. hom.*23.
p *Glo. ord.ſu. Exo.*28.
q *Glo.int. ſu. Ier.*15.
r *Glo. ord.ſu. Thren.*3.*Hie. ſ.Eze.*26.
s *Glo. ord.ſu. Exec.*35.
t *Gre.* 33. *m.* 18.19.
u *Gre.*33.*m.* 19.
x *Hier. ſ.Iob.* 40.
y *Hie.ſ.Exec.* 27.

Digitized by Google

Castigatio Dei.

Persequi dicitur Deus stipulam siccam,*a* quum magna rectitudine impedit & castigat hominem, qui viriditatem intimi amoris perdidit. *Iob.*13.*d.*19.*c.* Et persequitur detrahentem secretò proximo suo, vt ipsa persequutione emendetur. *Psa.*100. Persequitur etiam Christus gentes,*b* eas conuertendo: persequitur verò dæmones, ipsos confundendo. *Isa.*41.*a.*

Prædicando eiicere dæmones.

Persequi inimicos, est ab aliorum mentibus prædicando dæmones eiicere. *Leu.*26.*a.* Et persequi inimicos, donec deficiant, est castigare malos, donec emendentur. *Psalm.* 17. Persequi autem Philisthæos, est vincere dæmones per bona opera. 1. *Reg.*7.*c.* Persequuntur etiam veloces alios veloces fugientes, quum doctores Ecclesiæ conuincunt hæreticos. *Isa.*30.*d.*

Castigare malos.

Cessans Saul à persequutione inimicorum, designat *c* prædicatorem post prædicationem redesitem ad seipsum corrigendum. 1. *Reg.*14.*g.*

Conuincere hæreticos.

Persequi pacem,*d* est in omnibus pro scopo illam habere. *Psal.*33. Et persequi iustitiam, est in omnibus eam diligenter seruare. *Isa.*51.*a.*

Rediens prædicator ad se.

Persequi dicitur sanguis montem Seir. *Ezec.*33.*b.* quando sancti clamant *e* aduersus mundanos: Vindica Domine sanguinem nostrum.

Amor pacis & iustitia.

Persequitur caligo malos, *f* quando confunduntur ab erroribus suis. *Isa.*8.*d.* Et persequuntur tenebræ inimicos Israël: quum mittuntur in tenebras exteriores. *Nahu.*1.*b.*

Vindicta Sanctorũ in malos.

Persequens Ismaël Isaac, designat *g* Ecclesiam magis pati persequutionem superbia & impietate carnalium, quando eos temporalibus terroribus atque molestiis emendare conatur. *Galat.*4.*g.*

Confusio malorum.

Persequens Laban Iacob, designat *h* mundum persequentem bonos ipsum fugientes. *Genes.*31.*c.* Persequuntur autem mali bonos sicut Deus. *Iob.* 19. *b.* Quia *i* tandem persequutionem quam Deus permittit, ipsi exercent. Sed dum vna causa cum Deo etiam per eos agitatur, non tamen voluntas vna in eadem causa seruatur, quia cùm omniporens Deus amando purgationem exhibet, iniustorum prauitas sæuiendo malitiam exercet. Et persequuntur sicut Deus, quum ita ex infirmitatibus miserum affligunt, ac si ipsi more Dei de infirmitate nihil haberent.

Labor Ecclesia in correctione malorum.

Mundus persequens bonos.

Persequens Pharao filios Israël, designat diabolum persequentem fideles. Et fuerunt maiores eius persequutiones, quando voluerunt filij Israël exire de Ægypto: quia diabolus grauius tentat eos, qui ab ipso recedere volunt. *Gen.*35.*a. Exod.*5.*b.*14.*b.*15.*d.* Persequitur autem crudeliter, quia animas ipsas perdere nititur. *Isa.*14.*b.*

Persequentes dæmones animam, & mũdus & caro.

Persequentes autem animam sunt *k* dæmones, caro, & mundus, à quibus petendum est liberari. *Psal.*17. 118. 142. *Thren.*1.*a.*

Dare extraneum sensum Euangelio.

Persequuntur Prophetas de ciuitate in ciuitatem, *l* qui sensum Euangelicum à propria ciuitate expellentes, ad extraneam ciuitatem, hoc est, ad extraneum sensum ipsum Euangelium transferunt. *Matt.*13.*d.*

Persequentes Iudæi Christum & mẽbra eius.

Persequens Absalon Dauid patrem suum, designat *m* persequutionem Iudæ & Iudæorum in Christũ. *Psal.*142. *in tit.* Et persequentes hominem inopem, sunt Iudæi persequentes Christum. *Psal.*68.108. 141. Et principes Iudæorum persequuti sunt Christum, & corpus eius gratis, quia sine vlla causa. *Psalm.*118.

Duratio iustorum.

Persequens dispensator Ioseph fratres ipsius discedentes. *Gen.*44.*a.*

Perseuerare, Persistere.

PERSEVERARE, est cum animi constantia, & quasi quadam seueritate continuare.

Æternitas.

Perseuerans dies ordinatione Dei, designat *n* durationem iustorum, aut ipsam æternitatem perpetuò durantem. *Psal.*118.

Instantia orationis.

Perseuerat pulsando. *o* qui assiduæ orationi instat. *Luc.*15.*b.* Ad hoc facit perseuerare in fide, quod est necessarium ad orationem. *Coloss.*1.*c.*

Durans peccatum.

Perseuerans lepra est durans peccatum. *Leu.*13.*g.*14.*f.*

Non perseuerat substantia superbi. *Iob.*15.*d.* quia hoc quod habere videtur exterius, *p* transit: & illud quod transire non poterat, interius non habet: vel non perseuerabit collectio vitiorum superbi, quia vita eius prædicetur: ne possit addere peccata peccatis.

Perseuerantia Iacob in fletu, designauit *q* continuam perfidiam Iudæorum, qui nolunt consolari credendo. *Gen.* 37.*g.*

Persona.

PERSONA iuxta Philosophos, est rationalis naturæ individua substantia. Et sæpè sumitur pro facie ficta, quæ naturalem faciem tegit, vnde personati dicuntur. Persona autem dicitur imponi alicui, cui aliquod munus, aut prouincia committitur, & accipere ac considerare personam viri, est habito respectu ad aliquam alicuius qualitatem, vt ad honorem, seu potentiam, aut è diuerso paupertatem, aliquid iniustum illius gratia agere, aut iudicare. *Leu.*19.*c.* Non consideres personam pauperis. *Deut.*1.*c.*10.*d.*16.*c. Iud.*11.*c. Iob.*32.*d.*34.*b. Eccl.*20.*c.*21.*d. Isa.*42.*a. Matt.*22.*b.*2. *Cor.*2.*c.*

Personæ etiam dicuntur phantasmata. *Sap.*17.*a.* Personæ tristes illis apparuerunt.

Perspicuum vide Clarum.

Pertinax, Pertinacia.

Pertinax dicitur, qui nimis est tenax, & sumitur pro obstinato: qui scilicet in re, quam semel animo concepit, nimium firmiter persistit.

Odium Scribarum.

Pertinax furor Simeon, & Leui, designat perseuerans odium Scribarum & Phariseorum in Christum. Designat etiam incentiua carnis, quæ obstinatè perseuerat in homine. *Genes.*49.*a.*

Incentiua carnis.

Pertinere.

PERTINERE, est idem quod pertingere, peruenire, & attinere. Item exigit. *Gen.* 14. *b.* Vniuersa, quæ ad cibum pertinent. Incumbere. *Numer.*4.*b.* Ad cuius pertinent curam. Spectare. *Exod.* 9.*a.* Ex his, quæ pertinent ad filios.

Christus hostia & sacerdos.

Pertinens ad sacerdotem offerentem hostiam pro peccato & pro delicto, designat *r* hostiam, quæ est Christus, qui simul fuit hostia & sacerdos. *Leu.*7.*a.*10.*c.*14.*b.*

Studiũ sacræ scripturæ.

Pertinentia ad vescendum sunt, *s* quæ pertinent ad studium sacræ scripturæ. *Exo.*12.*c.*

Explere voluptates obstinatè.

Pertinentia ad filios Israël non lædunter à peste & grandine. *Exod.*9.*a.*

Potentes sustẽtantes prædicatores.

Non pertinet ad superbum de domo sua post se. *Iob.*21. quia *t* & si nunc pro summo bono concupiscit germen generis habere: domum familia & opibus explere, & diu in hac carnis corruptione viuere, si tamen aliquid fortè ad eius desiderium veniat, quòd tamen nisi cum offensione Conditoris obtinere nequeat, eius animus ad pãlulum perturbatus cogitat, quia si hoc egerit, vnde offensam sui conditoris incurrat, in domo, in filiis & in vita percutitur. Sed superbia sua protinus instigatus obdurescit, & quamlibet in vita, aut in domo percussionem sentiat, nequaquam curat: dummodo, quæ cogitauerit, expleat, & quousque viuit, voluptates suas perficere non desistit.

Prædicatio Christi ad Gentes.

Pertingere, Attingere.

PERTINGERE, est perfectè tangere & consequi.

Præmunire infidias.

Pertingentes vectes tabularum tabernaculi à summo vsque ad summum, designant *u* potentes in Ecclesia sustentantes sufficienter prædicatores in temporalibus. *Exod.*26.

Superbia.

Pertingere terminum Zabulon vsque ad Sidonem. *Gen.*49.*b.* est *x* prædicationem Christi extendi ad Gentiles, & etiam ad peiores Gentilium. Pertingat etiam ille vsque ad Sidonem, qui præuenit insidiatorum dolosam machinationem, siue malignorum spirituum, siue perfidorum hominum.

Negatio prouidentia.

Pertingens turris, quam ædificabant gentes, vsque ad cœlum. *Gen.*11.*a.* designat superbiam *y* pertingentem vsque ad contemptum Dei, & negationem prouidentiæ, aut iustitiæ diuinæ. Designare potest elationem sensuum, aut concupiscentiæ vsque ad mentis suggestionem.

Elatio sensuum.

Pernalidus, vide Fortis.

Peruenire.

PERVENIRE, est ad finem venire.

a *Gr.*11.*mor.* 24. & 14. *mo.*25.
b *Hie.*s.*Is.*41. *Ori.*s.*Leu.ho.* 16. *Au. epist.* 50. *Isy.*s.*Leu.* 26. *Gre.*s.1.*Re.*7. *Hie.*s.*Is.*30.
c *Gre.*s.1.*Re.* 14.
d *Basi.*s.*ps.*33 *Hie.*su.*Is.*51.
e *Hie.*s.*Ezec.* 35.
f *Hier.*s.*Is.*8. & su.*Nah.*1.
g *Au.epi.*48.
h *Glo. ord.*su. *Gen.*31.
i *Gre.*14.*mo.* 25.
k *Basi.*s.*ps.*7. *Am.*s.*ps.*118. *ser.*11.
l *Ori.*s.*Matt. hom.*26. *Hie.* s.*Matth.* 10.
m *Hil.*s. *psal.* 142. *Gre.*s.*ps.*142. *Arn.*s.*ps.*108. *Aug.*s.*ps.*118.
n *Hil.*s. *psal.* 118.
o *Am.*s.*Luc.* 15.
p *Gre.*12.*mo.* 23. *Hie.*s.*Iob.*25.
q *Glo.inte.*su. *Gen.*37.
r *Glo. ord.*su. *Leu.*6.
s *Glo.inte.*su, *Exod.*12.
t *Gre.*15.*mo.* 23.
u *Ru.*4.*s.Ex.* 12.
x *Rica. de S. Vict.de* 12. *patriar.*43.
y *Phi.de conf. ling.*

Digitized by Google

peruenire,aut non peruenire ad dies partum,videtur esse assequi eorum perfectionē,aut non assequi.*Gen.47.b*

Assequi perfectionem matrum.

Peruenientes filij Israël vsque ad montem Sinai,vbi acceperunt legem.*Exod.19.a.* designant paratos ad percipiendam doctrinam.

Docilitas.

Peruenientes vectis tabularum tabernaculi ab angulo vsque ad angulum. *Exod.36.d.* designat *a* sustentationem prædicatorum per principes seculares.

Sustentatio prædicatorum

Peruenire domum Eli ad virilem ætatem. *1.Reg.2.g.* est *b* sacerdotium Iudæorum peruenire vsque ad tempus Christi.Vel est,cum ordinandi peruenium ad tempus, quo recipere debeant ordines.

Sacerdotium vetus vsque ad Christum.

Peruenit pugna vsque ad Bethauen.*1.Reg.15.d.* Quando *c* ij, qui videbantur inutiles, conuertuntur ad fidem.

Conuersio inutilium.

Peruenire dicuntur domini gentium vsque Iazer. *Isa.16.c.* quum *d* Apostolici viri veniunt ad dissipanda fortissima dogmata hæreticorum.

Dissipatio hæreticorum.

Peruenit gladius vsque ad animam.*Ierem.4.c.* quando *e* nil vitale relinquit in anima,siue in bono, siue in malo.In bonum enim penetrat gladius,vt secet & purget vitia.

Secare vitia anime.

Peruenit Hierusalem ad mundum muliebrem,hoc est,ad tempus,*f* quo mulieres amari possunt. *Ezech.16.a.* Et designat animam spiritualiter creuisse,& ornatam esse virtutibus.

Augmentum spirituale.

Peruenit ad victoriam iudicium hominis, *g* quum insidiantem aduersarium absolutus per aduentum Christi victor excludit.*Iob 13.b.*

Vincere dæmones.

Peruenire causam aliquorum litigantium ad Deos,hoc est,ad iudices.*Exod.22.b.* est *h* causam fidei decernendam esse per sacerdotes,vel catholicos doctores.

Iudices fidei sacerdotes.

Peruenient principes Iudæorum,aut hæreticorum vsque Hanes.*Isa.30.a.* cùm in omnes errores & vitia Ægypti,hoc est,huius mundi se extendunt.

Multiplicata vitia Iudæorum.

Peruenit calix ad filiam Edom, *i* quando mundani castigantur. *Thr.4.d.*

Punitio malorum.

Pes.

Natura diuina.

Pedes dicuntur,quibus vtimur in gradiendo: suntque infima pars corporis:& aliquando pedes dicuntur ipsi gressus. *Prou. 1. b.* Pedes illorum ad malum currunt. Per metaphoram pedes sunt sustentantes aliquid: vt pedes mensæ, pedes statuæ. Item pedes, pro conspectu, *Deut. 33. a.* Qui appropinquant pedibus eius. Pro defectu. *Psalm. 9.* Comprehensus est pes eorum. Pro dominio seu imperio. *Iud.14.a.* Dominus conteret eos sub pedibus vestris.

Æternitas Dei.

Pedes Dei aliquando designant *k* diuinam naturam, & stabilitatem æternitatis eius: sub quibus pedibus dicitur esse caligo.*Psal.17.98.1.Par.28.a.Isa.66.a.* designant etiam vim illam Dei, quæ in omnia custodienda & gubernanda protenditur:& viam latam & amplam eorum, quæ singulis fiunt; & profunditatem seu abyssum iudiciorum Dei: & Dominum eius: & stabilimenta virtutis eius: & etiam præcepta eius, & vltimam partem prouidentiæ eius,& vltima mundi futura.*Gen.18.a.19.a.Exod.24.e.2.Reg.22.a.Isa.6.a.60.a.*

Prouidentia Dei.

Dominium Dei.

Præcepta Dei.

Iudicia Dei.

Vltima mundi.

Pedes etiam dici possunt *l* humanitas Christi,quam etiam significant pedes agni. *Exod. 12.d.24.e.Psal.17.Isa. 6.c.Zach.14.a.* Pedes etiam sunt omnia, quæ ad incarnationem & opera dispensationis spectant. *Leuit.4.c.8.d.9.c. Psalm.8. 67. Luc.7.f.* Idem designant pedes vituli, seu arietis, designatur etiam in his humilitas Christi. Pedes eius dicuntur similes aurichalco. *Apocal. 1. d.* quia sicut aurichalcum multis ignium impendiis ex ære perducitur ad colorem auri, ita & illa humanitas per multas tribulationes passionis & mortis perducta est ad gloriam diuinitatis.

Humanitas Christi.

Incarnatio.

Humilitas Christi.

Pedes Christi, quos lauabat,& osculabatur,& vngebat peccatrix, designare possunt *m* misericordiam & iudicium.*Luc.7.f.*

Misericordia & iudicium.

Pedes Christi,qui currunt ad faciendam pacem,&c.sunt *n* pacifici: & etiam extrema Ecclesiæ, hoc est,pauperes & infirmi in Ecclesia. Item Apostoli,& prædicatores.*Deut.33.a.Psalm.37.67.131.Isa.52.b.Matt.15.c. Luc.7.f. Ioan.12.a.* Et pedes Christi, *o* qui vnguntur vnguento odorifero, sunt Apostoli prophetia delibuti, qui suaue olentis vnguenti, nempe Sancti spiritus participes sunt:Adoramus autem in loco vbi steterunt pedes eius, hoc est, quò pedes eius Apostoli peruenerunt, per quos prædicatus venit ad fines terræ. Hi pedes lauantur butyro. *Iob.29. a.* Pedes etiam eius,columna ignis,*p* sunt Apostoli ac prædicatores. *Apoc.10.a.* Extrema quoque Christi vita in mundo, pedes eius dici potest.*Nahum.1.d.Rom.10.c.* pedes quoque eius, qui vnguntur vnguento odorifero, diuinam eius doctrinam significant: quæ cum insigni gloria orbem terræ peruadit. Exiit enim sonus eorum in fines terræ. Pedes quoque igniti, sunt Ecclesia vltimi temporis, quæ multis tribulationibus velut igne probabitur. *Apoc.1.c.* pedes etiam Iob, hoc est, Christi, quos subuerterunt Iudæi, sunt *q* Apostoli & prædicatores, qui portant nomen Christi: qui etiam dicuntur pedes egentis hominis.*Iob.28.a.30.a.Psal.30.Zach.14.a.*

Infirmi Ecclesiæ.

Apostoli & prædicatores.

Doctrina Christi.

Pedes Ecclesiæ dicuntur *r* sancti prædicatores, qui lauantur butyro, quando pinguedine boni operis infunditur atque mundatur puluis collectus de gloria prædicationis.*Iob,29.a.* Et sordes sunt in pedibus, quando vitia sunt in doctoribus.*Thren.1.c.* Quod etiam intelligitur in doctoribus Synagogæ,qui pedes erant ipsius Synagogæ. Pes etiam claudi, *s* dicitur esse doctor, qui exemplo & doctrina simplices deducit.*Iob,29.c.* pedes quoque Ecclesiæ dici possunt minores & humiles in Ecclesia: & ipse populus: & visitantes infirmos,& exercentes opera misericordiæ. Et pedes vnius cuiusque dici possunt filij,aut serui,per quos operatur.*Matth.18.b. Isa.* 60.*a.* A planta pedis vsque ad verticem percussus Iob,designat persecutiones, quas patitur Ecclesia ab infimis, vsque ad ipsum caput Christum.*Iob.2.b.30.b.*

Ecclesia vltimi temporis.

Prædicatores.

Minores & humiles in Ecclesia.

Exercentes opera misericordiæ.

Pedes in Angelis,designare possunt *t* mobilitatem,celeritatem,atque cursum sempiterni motus ad diuina tendentis.*Exod.4.f.* Tetigit pedes eius: quod aliqui intelligunt de Angelo,aliqui de Mose.

Celeritas angelorum.

Pedes animæ,dici possunt *u* præcipuæ animæ potentiæ,hoc est,intellectus & voluntas: & peculiariter voluntas,& eius affectus,quibus & bona,vel mala incedit.*Genes.41.f.47.e. Exod.3.b.21.e.30.e.40.d. 1.Reg.4.b. Psa.9.17. 25.37.38.65.72.90.104.118,120.121.Prou.3.c.Cant.5.b.Isa.20.a.23.b.49.f.52.b.Iere.14.b. Luc.9.a. Matt.5.f.18.a.* Et pedes lauare,est à voluntate terrenos affectus amouere,& ad cœlestia euolare. Est etiam actiones mundare, *x* quæ ita pedes dicuntur,vt præsens seculum viam appellare Prophetæ consueuerunt. *Leu.1.b.Ioan.13.a.Rom.17.c.* pedes ligati,sunt potentiæ impeditæ.*Matt.22.b.* pedestres sequuntur Christum, qui animo & voluntate sequuntur.*Matt.14.b.* Pes hominis,aut iumenti,non transit per Ægyptum,quum affectus *y* non illuc accedunt.*Ezc.29.c. Iob.18.b.23.c.31.a.* pedes etiam animæ sunt ipsi sensus.*Psal.24.29* Pedes item animæ, geminam charitatem, Dei videlicet & proximi significare possunt.pedes Mariæ,sub quibus ponitur Luna. *Apoc.12.a.* sunt affectus, sub quibus habebat omnia terrena & mutabilia.

Potentia animæ.

Affectus voluntatis.

Actiones.

Sensus.

Gemina charitas.

Pedes Mosis discalceati,designant *z* extrema tempora,quando videlicet dimissa est synagoga à lege, vt acciperet eam Christus.*Exod.3.b.*

Extrema tempora.

Pedes bouis,& asini,*aa* mentes simplicium significare possunt.*Isa.32.d.*

Mentes simplicium.

Pedes quandoque significant *bb* opera, & ipsum principium operandi:& pedes calceati sunt bona opera cum debitis circunstantiis. *Exod.12.b.* Ideò prohibendi sunt à nuditate, vt opera nostra rectitudinem habeant.*Ierem. 2.c.* Hæc opera sunt pedes sponsæ. *Cant.5.b.* Et pedes Aaron, & filiorum eius sunt bona eorum opera. *Leuit. 8.d. 21. d.* Et pedes quatuor animalium recti, sunt opera recta. *Ezechiel. 1. b.* pedes vituli offerre, est perseuerare in bonis operibus vsque ad mortem. *Leuit.4.c.Iob.13.d.39.b.* Pedes autem sordidi, sunt opera immunda. *Threno.1.c.e.*

Opera.

Pes stans in directo, *cc* est fides rectè incedens inter prospera & aduersa.*Psalm.25.*

Fides.

Pes dexter pontificis, qui vngitur, *dd* directionem operationum in bonum significat. Et totius vitæ transitum purgarum.Idem designat pes dexter leprosi. *Leu.8.d.14.e.* Et pedes animalium recti, designant *ee* velocem accessum à terrenis ad cœlestia.*Ezec.1.b.*

Directio operum.

Pedes Sanctorum, quos seruat Dominus significant *ff* fortitudinem & humilitatem: fortitudine seruantur in aduersis:

Fortitudo & humilitas.

a *Rup. 4. f. Exod.12.*
b *Gre.s.1.Re. 2.*
c *Gre.s.1.Re. 14.*
d *Hie.s.Is.16.*
e *Glo.inte.su. Iere.4.*
f *Hie.s.Ezec. 16.*
g *Gre. 16.m. 15.*
h *Glo.inte.su. Exod.22.*
i *Glo. ord.su. Thren.4.*
k *Euch.form. spirit.1.Cyril. cont. Iulia. 5. Au.83.q.12. & de essent. diuinitat. Ori.s.Gen.ho. 1. & s.Is. ho. 44. Hier.epist. & factum est. Bern.ser.5.de ver.Is. Bed.s. Gen.18.*
l *Au.de essen. diu. Damas. lib.1.cap.1.7. Bern.ser.5.de ver.Isa. Bed. s.Exo.12. Ori.s.Is.ho.1. Arn.s.ps. 67. Au.83.q.62.*
m *Gr.hom.2. 22.33.Euch. form.spirit.1. Bern.serm. de Maria Mag. & s. Cant. serm.6.*
n *Ori.s. Gen. hom.17.& s. Matt.cap.15. Amb.de Tobi. 22.Hie.s.Isa. 52.*
o *Aug. 83.q. 62.& de esse. diuin.& s.ps. 60.131.& s. Apoc.hom. 7. Gre.19.m.11. 12.& ho.31.*
p *Cle. Alex. 2.pad.8.*
q *Hier.s. Iob. 30.& s.ps. 30 Aug.ho.24. Ru.s.Luc.13.*
r *Gre.10.mo. 11.20. Glo.inter.sup. Thren.1.*
s *Ori.s.Matt. hom. 5. & s. Rom.12. Gre.3.m.14. & 20.m.22.*
t *Dion. cal. Hierar.15.*
u *Ori.s.Exod. & s.Matt.ho. 5.20. & su. Iud.hom.8. Bas.s.ps. 37. Amb. de vir. 3. & prol de Spiritu sancto*
x *Isy.s.Leu.1. Phil.de vict.*
y *Hie.s.ps.24.Gre.4.m.40. Aug.s.ps.33.Gloss.ord.sup.Apoc.12.*
z *Ori.s.Exod.hom.12.*
aa *Hier s.Ier.2.*
bb *Cyr. cont Iul.9. Isyc. s.Leu.8.Gr.11. mor.25. & 31.mor. 8.& 1.pas. 11.& s.Cant. 5.& s.Ezec.hom.2.*
cc *Glo. ord.s.Thren.1 Chry.s.ps.25.*
dd *Ori.s.Leu.ho.8.Phi.3.de vita Mosis.*
ee *Hie.s.Eze.1.*
ff *Gre.s.1.Re.2.Bern.ser.1.de S. Andrea.*

Digitized by Google

Fides & amor. *Meditatio & oratio.* *Vltimum præceptum.* *Vita actiua.* *Consilium.* *Humilitas.* *Finis operandi, aut vitæ.* *Necessitas.* *Fomenta voluptatis.* *Sensus sacræ Scripturæ.* *Doctrina Euangelica.* *Varia doctrina præter euãgelicam.* *Abusus euangeliorum.* *Profunditas inuestigationis.* *Conuersatio sacerdotis.* *Finis vitæ Christi.* *Sensus Sanctorum.* *Carnale desiderium.* *Amor seculi.* *Infidelitas Iudæorum.* *Ablui sanguine Christi.* *Lapsus in superbiam.* *Res vilis.* *Hæretici.* *Ingenium Hæreticorum* *Eloquentia & sophismata.* *Ministri diaboli.* *Filius.* *Pusillanimitas.* *Præbentes exempla virtutis.* *Hostes Ecclesiæ.* *Scientia minores.* *Anima fideles.* *Prædicatores* *Voluptates.* *Silentium.* *Hæresis.* *Potestas secularis.* *Attractio ad vitia.* *Quærere doctrinam.* *Cura animarum.* *Iniungere pœnitentiam.*

in aduersis: humilitate in prosperis. Designare etiam possunt fidem & amorem. Pedes etiam, sunt meditatio & oratio: Meditatio decet, quid desit, oratio quod desit obtinet. 1. *Reg.* 2. *g.*

Pedes aliquando significare possunt *a* vltimum legis præceptum, in leprosо, qui tenetur lepra munda. *Leuit.* 13. *b.*

Pedes siue pars pedum in monumento Christi, *b* vitam actiuam designare possunt, quæ in operando quasi in gradiendo consistit. *Ioan.* 20. *c.*

Pedes quandoque *c* consilium, quo agimus iter vitæ significare possunt. *Rom.* 3. *c.* *Psal.* 73.

Pede pertransire in flumine. *Psal.* 65. est *d* per humilitatem transire tribulationes.

Pedes statuæ, *e* finem operandi, aut finem vitæ significare possunt. *Dan.* 2. *e.* vel designant necessitatem. Et pes ex parte testeus describitur, quia delicata mens nunc in eorum odium obduratur, per quos fortè à suis desideriis restringitur, nunc verò cum concupita suppetunt, in eorum luxu resoluitur.

Pedes hostiæ lauandi, designant *f* fulcra voluptatis, aut fomenta mandanda. *Leu.* 1. *b.*

Pedes mensæ quatuor. *Exod.* 25. *c.* 37. *b.* quatuor *g* sensus sacræ scripturæ significare possunt. Pedes autẽ Euangelizantium, ipsam doctrinam Euangelicam designare possunt. Et puluis pedum, eius interpretatio. *Nah.* 1. *d.* Pedes autem habet, & non ambulat, *h* qui habet profectuum scientiam, & nouit quomodo ad anteriora se extendere oporteat nec tamen ad profectum tendere curat. *Psa.* 113.

Pedes multi *i* variam doctrinam præter Euangelicam, ex quibus salutem sibi aliqui promittunt indicant. Designant etiam diuersam spem. Et pedes quatuor in volucribus: aut aliis animalibus immundis significant abusum quatuor Euangeliorum. *Leu.* 11. *d. g.*

Pes sacerdotis, est *k* profunditas inuestigationis: pedem in aqua Iordanis ponere, est profunda inuestigatione occulta penetrare. *Ios.* 3. *d.*

Pedes tunicæ sacerdotis, *l* conuersationem significare possunt. *Exod.* 28. *f.* 39. *d.* Designant etiam finem vitæ mortalis Christi, quando magis rubuerunt mala Punica & resonarunt tintinnabula: quia in fine maximè dilexit suos.

Pes columbæ, non inueniens requiem in terra. *Gen.* 8. *b.* sensus *m* Sanctorum significat, qui non requiescunt in terra.

Pes, est *n* carnale desiderium: vt enim pes in imo iacet: ita carnale desiderium per appetitum infimis inhæret. *Isa.* 1. *a.* A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.

Pes Iacob claudicans, significare potest *o* amorem seculi, & infidelitatem: & peculiariter infidelitatem Iudæorum. Pes autem rectus amorem Dei, & credentes. *Gen.* 32. *e.* Pes etiam Balaam attritus ab asina *p* infidelitatem Scribarum & Pharisæorum significat. *Num.* 22. *e.*

Pedem intingit in sanguine, designat *q* carnẽ cuiusque tingendam & abluendam in Christi passione. *Psal.* 97.

Pes superbiæ dicit *r* discessum & lapsum in superbiam: & principium apostatandi à Deo. *Psal.* 35.

Pedes aliquid infimum & contemptibile significare solent: vt quum quid pedibus conculcari dicitur. *Isa.* 28.

Pedes quibus Pharao conturbat aquas hæreticos significare possunt: & eorum superbiam. *Ezech.* 32. *a.* *Psalm.* 35. Et pedum velocitas est acumen ingenij hæreticorum, quo discurrunt per testimonia scripturarum. Designat etiam oratorum eloquentiam: & sophismata dialecticorum, quibus opprimere veritatem nituntur. *Amos*, 2. *d.* Hi pedes sunt tanquam vrsi, *s* propter malitiam & vesaniam. *Apoc.* 13. *a.* Hi sunt ministri regni Persarum, & Aman, festinantes ad effundendum sanguinem Iudæorum.

Pes hominis ponitur in neruo, *u* quando prauitatem illius Deus forti districtionis suæ sententia ligauit. *Iob.* 13. *d.*

Pes scandalizans, significare potest *x* filios, aut inferiores: quorum affectus si amori Domini præponatur, nos excludit à regno cœlorum, ideò abscindendus. *Matth.* 18. *b.* Potest etiam intelligi pusillanimitas & negligentia retrahens nos, ne proficiamus de virtute in virtutem.

Pedi lasso comparantur, *y* qui sperat in homine in die angustiæ. *Prou.* 25. *c.*

Pedes, Pedites.

PEDES dicitur, qui pedibus incedit, vt eques dicitur, qui equo vehitur. Peculiariter autem pedites dicuntur milites, qui pedibus stipenda faciunt.

Pedites filiorum Israël ducenta millia, qui pugnabant contra Amalec, sunt *z* præbentes exempla castitatis cum interna luce cordis. 1. *Reg.* 15. *a.* Et pedites numerati sunt fortes in virtutibus. *Exod.* 12. *f.*

Pedites inimicorum sunt *aa* hostes Ecclesiæ minus fortes. *Ier.* 12. *b.*

Pedica, vide Laqueus.

Pedisequa.

PEDISEQVA dicitur ancilla, quæ dominam sequitur, vt pedisequus, est famulus dominum sequens.

Pedisequæ Abigail, 1. *Reg.* 25. *g.* designant *bb* scientias minores sub sapientia Philosophica,

Pedisequæ, *Esther.* 2. *b.* Animæ *cc* fideles Spiritus sancti gratia regeneratæ sequentes vestigia sponsæ.

Pedisequi principum prouinciarum. 3. *Reg.* 20. *c.* Sunt *dd* prædicatores sub maioribus prælatis, quorum sunt adiutores.

Pessulum.

Pessulum, seu pessulus, est instrumentum, quo ostium subdita illi claue clauditur, aut reseratur. Designare potest *ee* voluptates, quibus aditum cordis contra sponsum obseramus. *Cant.* 5. *b.* Vel designat *ff* silentij clausuram, quæ tollitur ad ædificationem proximorum.

Pessimus vide Malus.

Pestis, Pestilens.

Pestis, est morbus contagiosus: ab aëris corruptione plerunque initium habens, qui in omnia ferè animalia perniciosè grassatur.

Pestis quum sit morbus contagiosus, *gg* hæresim præcipuè designare solet, quia hæreticorum sermo, vt cancer serpit. *Exod.* 5. *a.* 9. *d.* *Matt.* 24. *a.* Hanc pestilentiam immittit Deus in Iudæos confugientes ad vrbes, quia peruersè intelligunt Prophetas, & moriuntur nullo arguente, non valentes cunctis de Christo prophetiis sic apertis repugnare. *Leu.* 26. *d.*

Pestilentia quoque seu cathedra pestilentiæ, est *hh* potestas secularis peruersa. *Psal.* 1. Pestis etiam fuerunt ciuilia bella sub Seuero Imperatore. *Ezec.* 33. *f.*

Pestilentia, est *ii* attractio aliorum ad vitia. Qui enim vel pluribus deditus vitiis ab eis separari non potest, quasi quodam veterno pestilentiæ corruit. *Psalm.* 1. Corruit etiam pesti qui longè recesserit ab Ecclesia. *Ezec.* 6. *c.* 14. *c.* 38. *g.*

Petere, Postulare.

PETERE, est humiliter & precibus aliquid postulare. Postulare autem est requirere, vt fiat, quòd aliquis vult: vnde etiam exigere. *Genes.* 3. *a.* Si feceris quod postulo, iterum pascam. Et mereri. 1. *Reg.* 1. *d.* Eò quòd à Domino postulasset eum.

Postulat filius Dei à Patre, *kk* quando dicit: Pater clarifica Filium tuum. *Psal.* 2.

Postulat pro nobis Spiritus sanctus gemitibus inenarrabilibus. *Rom.* 8. *e.* Quia *ll* postulare nos facit.

Petere dicuntur panem, *mm* qui quærunt doctrinam, *Thr.* 4. *a.* Paruuli petierunt panem: & non erat qui frangeret eis. Petentes etiam filij Israël ab Ægyptiis vasa aurea & argentea & vestes, designant *nn* Christianos accipientes vera dogmata à Philosophis, & recta instituta humana. *Exod.* 3. *g.* 12. *c.* Petit filius panem à patre, *oo* cùm quærit doctrinam à Deo. *Matt.* 7. *b.*

Postulatum mutuum, *Exo.* 22. *c.* est quum *pp* pro æterna remuneratione curam dominici gregis suscipimus.

Postulare pretium pro eo, qui occisus est à boue, *qq* est iniungere pœnitentiam pro peccato. *Exod.* 21. *d.*

a *Glo. int. sup. Leu.* 13.
b *Ori. in diu. hom.* 10.
c *Ori. s. Rom.* 3.
d *Glo. ord. su. psal.* 65.
e *Rica. de S. Vict. de somn.* 25.
f *Phi.* 2. *alleg.*
g *Bed. s. Exod.* 25. *Isy. s. Leu.* 14.
h *Ricar. de S. Vict. de somn. Nabuc.* 34.
i *Isy. s. Leu.* 11. *Glo. inter. sup. Leu.* 11.
k *Ricar. de S. Victo. de extr. mali.* 23.
l *Bed. s. Exo.* 28. *Rupe.* 4. *s. Exo.* 23.
m *Bed. s. Gen.* 8.
n *Ric. de Sa. Vict. de statu interi. hominis.* 2.
o *Amb.* 2. *de Iacob.* 7. *Chry s. ps.* 93.
p *Ori. s. Num. hom.* 14.
q *Am. s. Luc.* 7.
r *Aug.* 6. *musica.* 16. *& s. psal.* 35.
s *Hie. su. Am.* 2.
t *Aug. s. Apo. ho.* 10. *Ru.* 8. *s. Apo.*
u *Gre.* 11. *m.* 25.
x *Hie. s. Mat.* 18. *Bern. serm.* 2. *de angel.*
y *Bed. s. Prou.* 25.
z *Gre. s.* 1. *Regum* 15.
aa *Hier. s. Ier.* 12.
bb *Ly. s.* 1. *Re.* 25.
cc *Glo. ord. s. Esther.* 2.
dd *Ly. s.* 3. *Re.* 20.
ee *Gr. s. Cant.* 5.
ff *Rup. s. Can.* 5.
gg *Ori. s. Mat. hom.* 28. *Hie. s. Matth.* 24. *Isy. s. Leu.* 26.
hh *Hil. s. ps.* 1.
ii *Bas. s. ps.* 1. *Hie. s. Eze.* 6.
kk *Hie. s. ps.* 2.
ll *Aug.* 1. *de Ge. con. Man.* 2.
mm *Glo. in. s. Thren.* 4.
nn *Au.* 2. *de Christian.* 40.

oo *Rup.* 7. *su. Mat.* pp *Glo. ord. s. Exod.* 22. qq *Glo. in. su. Exod.* 21.

Digitized by Google

Petitio quam dedit Dominus Annæ, est conuersio infidelium per spiritualem generationem in Ecclesia. 1. *Reg.* 1. *d.* Petitiones dicuntur cordis: *a* quia sicut oculus visum, ita cor intellectum requirit & vt auris suauem sonum cupit, ita cor sapientibus sensibus delectatur. *Psalm.* 36. — *Conuersio infidelium.*

Postulatus à Deo dicitur Samuel, *b* quia postulando promeritus est. 1. *Reg.* 1. *c.*

Petentes filij Israël Regem, neglecto regimine iudicum, designant *c* volentes mutare spiritualem prælationem in secularem dominationem. 1. *Reg.* 8. *b.*

Petimus à Deo *d* orando. *Matth.* 7. *a. Luc.* 11. *b.* Postulationes autem in sacrificio missæ sunt, quæ fiunt in communione, cum benedicit sacerdos populum communicaturum. 1. *Tim.* 2. *a.*

Petere sibi signum in profundo inferni, siue in excelsum suprà, *e* est petere, vt sibi fiat vtile signum ascensus & descensus Christi. *Isa.* 7. *b.*

Petens Adonias Abisac vxorem, designat *f* Iudæos volentes copulari fidem euangelicam operibus legis. 3. *Reg.* 2. *c.*

Petra, vide Lapis.

Petra vrbs.

Petra, est vrbs Palestinæ, & Arabiæ, quæ inde petrea dicitur. *Isa.* 42. *b.* vbi Hieronymus *g* ait accipit pro ciuitate Palestinæ, quæ Hebraicè dicitur Sela, quod est petra, aut saxum, & cum sit ibi singulare, benè accipi potest pro aliqua illarum ciuitatum, quæ eo nomine appellantur. Designare autem potest Gentilitatem. — *Gentilitas.*

Petrus.

PETRVS, appellatus est Simon, princeps Apostolorum: petra *h* nomen habens: quæ Syriacè Cephas dicitur. Sicut autem Christus lumen Apostolis donauit, vt lumen mundi appellaretur cæteraque ex Domino sortiti sunt vocabula. Ita & Simoni, qui credebat in petram Christum. Petri largitus est nomen: & quicunque fidem habet Petri, Petrus dici potest. *Matth.* 4. *c.* 16. *c. Marc.* 3. *d. Ioan.* 1. *f.*

Petrus veniens ad Christum super aquas, designat *i* tendentem ad perfectionem. *Matt.* 14. *c.* Typus est etiam Ecclesiæ calcantis fluctus huius seculi, adiuuante Domino, inter pericula. Eandem significat secundum quòd vidit vas lintheum. *Actor.* 10. *b.* — *Tendens ad perfectionem. Ecclesia.*

Vt autem cucurrit ad monumentũ, designat *k* fidem velocem ad credendam mortem, & resurrectionem Christi. *Ioan.* 20. *b.* Vt verò venit posterius quàm Ioannes, sed prius introiuit, num est gentilitas quæ posterius habuit notitiam Christi, quàm synagoga, sed prius credidit. — *Fides prompta. Gentilitas.*

Secundum quòd amabat Christum, quem etiam sequutus est, typus est *l* vitæ actiuæ, quæ semper desiderat à laboribus liberari, & ad Christum peruenire: ideò sequitur eum per labores, imitando. *Ioan.* 21. *d.* — *Vita actiua.*

Phacee.

Phacee, id est, aperiens: filius Romeliæ, Rex Israël. 4. *Reg.* 15. *c.* 16. *d. Isa.* 7. *a.* designare potest *m* hæresiarcham. — *Hæresiarcha.*

Phalanx, vide Exercitus.

Phaleg.

Phaleg, id est, diuisio, filius Heber, in cuius ortu facta est diuisio linguarum. *Gen.* 10. *d.*

Phaltias.

Phaltias, id est, liberatio Domini, aut expulsio Domini, vel ruina declinans. filius Banaiæ, hoc est, structoris, princeps populi. *Ezec.* 11. *b.* Typus est *n* eius principis, qui cum à Domino declinauit, moritur, aut cadit, Prophetante Ezechiele, vt eleuetur à Christo.

Phanendor.

Phanendor id est, *o* conuersio, regio quam cepit Iosue, designat conuersionem, qua dæmon peruertit animas. Vel in bonum, conuersionem peccatoris ad Deum. *Ios.* 11. *a.* — *Conuersio bona & mala.*

Phantasia, Phantasma.

Phantasia, est imago rei *p* alicuius residens in anima, quæ & phantasma dicitur. Quandóque autem sumitur pro ipsa potentia imaginatiua.

Phantasma putantes esse Christum, sunt *q* non plenè cognoscentes verbum Dei, aut de fide Christi dubitantes: aut qui falsò apparentia timent. *Matt.* 14. *c.*

Phanuel.

Phanuel, id est, videns Deum, siue facies Dei, vel euersio Dei: locus vbi Iacob luctatus est cum Angelo. *Gen.* 32. *g.* Est & turris. Ibidem quam destruit prædicator Gedeon. *Iud.* 8. *b.* Designat *r* munitiones auertentes à Deo: quas destruit prædicator. — *Munitiones malorum.*

Phanum, vide Templum.

Pharan.

PHARAN, id est, onager eorum, vel ferocitas eorum aut fructificatio matris, vel taurus matris: Est eremus magna ad solitudinem Sinai, quam ad occasum relinquit supra Asphaltitem lacum ad meridiem occiduum, vbi fixit tentoria multitudo Israël relictò deserto Sinai. *Num.* 10. *b.* Vnde missi sunt exploratores ad terram Chanaan. *Num.* 13. *a.* Dicitur mons Pharan, & interpretatur fructifer, significat *s* Ecclesiam, in qua apparuit Christus. *Deut.* 33. *a.* Interpretatur etiam os videntis: & significat sermonem viri eruditi, per quem venit nobis Dominus. *Habac.* 3. *a.* — *Ecclesia. Sermo viri eruditi.*

Mons Pharan, hoc est, vmbrosus, vnde venit Deus, significare potest *t* Deum patrem, vnde venit filius incarnatus. *Habac.* 3. *a.* — *Deus pater.*

Pharan, vt interpretatur *u* os visibile, designare potest Verbum incarnatum. *Num.* 13. *a.* — *Verbum caro.*

Pharan etiam desertum, *x* infidelitatem designare potest. *Gen.* 21. *c.* — *Infidelitas.*

Pharan, vt interpretatur onager, designat *y* Iudæos. Et Dominus apparuit de monte Pharan, quando Christus ortus est ex Iudæis. *Deut.* 33. *a.* — *Iudæi.*

Pharao.

PHARAO, id est, dissipans, vel discooperiens, aut nudans: vel Syriacè vindicans, Rex Ægypti: quo nomine multi Reges Ægypti appellati sunt, seu cognominati: vt Cæsares apud Romanos.

Pharao quandoque typum gerit *z* Dei: vt quum exaltauit Ioseph: vt etiam ei ministrabat poculum pincerna, Deus est, cui ministrant Sancti. Et vt ignouit pincernæ, & suspendit pistorem, Deus est faciens quædam vasa in honorem, quædam in contumeliam, *Gen.* 40. *d.* 41. *b.* 47. *a.* — *Deus.*

Pharao Rex Ægypti, *aa* diaboli figuram gerere solet: qui accepit Saram, qui nititur sibi copulare animam, vel Ecclesiam. *Gen.* 12. *d.* Ipse est dissipator & lacerator in diuersas partes diuidens mentes. *Isa.* 19. *b. Ezech.* 29. *a.* Ipse autem Pharao, qui oppressit filios Israël, in quatuor sceleribus imitatur diabolum. Primum, quia intendebat opprimendo filios Israël, vt voluptate generandi è mortua, filij non procrearentur. Secundum quòd obstetricum dolo agere nititur, vt nati paruuli clam interimantur. Tertium quum aperta sæuiens persecutione præcepit omni populo suo dicens. Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite. Quicquid fœminei, reseruate. Quartum quando superbè respondit. Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israël? Nescio Dominum, & Israël non dimittam. Ita diabolus hoc egit ab initio quantum in ipso fuit, vt nullus Israëlita verus verbo prædicationis spirituales Deo filios gigneret, deinde, vt nascentes eiusmodi paruulos obstetricante hæretica malignitate occideret, tandémque cassatis artibus aperta persecutione armatus est, vt in flumina inimicorum & tempestatum filios gratiæ proiiceret. Demum ipse est princeps super omnes filios superbiæ, *Exod.* 1. *5.* 14. 15. *a.* 18. *b. Psalm.* 134. 135. *Cant.* 1. *c. Isa.* 30. *a.* Pharao, qui cepit Gazer, & dedit eam in dotem filiæ suæ, designat diabolum, qui capit animam, & dat eam legi peccati, cui facit per obstinationem seruire, 3. *Reg.* 9. *c.* — *Diabolus.*

Pharao occidens infantes filiorum Israël. *Exod.* 1. *b.* typus fuit *bb* Herodis pueros Bethlehem occidentis. — *Herodes.*

Pharao, vt accepit Saram, quam non permissus polluere, designat *cc* principes seculares, & regnum terrenum — *Principes seculares. Mens superba.*

huius

a Ori. s. ps. 36. hom. 1.
b Glo. inte. su. 1. Reg. 1.
c Gre. s. 1. Re. 8.
d Gre. 6. Regist. epist. 6.
e Au. epi. 59. Ori. s. Is. ho. 2.
f Rup. 3. s. Re. 5.
g Hie. s. Is. 42.
h Ori. s. Matt. hom. 1. Hie. s. Matt. 16. Aug. su. Ioan. tract. 7.
i Ori. s. Matt. cap. 14.
k Au. su. psal. 92. & de ver. dom. ser. 13. & hom. 45. Ori. in diuer. hom. 2. Greg. hom. 22.
l Aug. s. Ioan. tract. 124.
m Hie. s. Is. 7.
n Hie. s. Ezec. 11.
o Ori. s. Io. ho. 14.
p Aug. 1. qu. in euang. 15.
q Hil. s. Matt. can. 14.
r Phil. de con. fusi. linguarum.
s Aug. qu. in Deut. 16. Hie. s. Hab. 3.
t Ru. s. Hab. 7
u Ori. s. Num. hom. 7.
x Glo. inter. s. Gen. 21.
y Rup. s. Deu. 9.
z Orig. s. Gen. hom. 16. Rup. 8. s. Gen. 37.
aa Tert. de baptismo. Ori. s. Gen. hom. 11. 16. & s. Can. hom. 2. Arn. s. ps. 135 Hier. s. Is. 19. 30. & s. Ezec. 29. Cyr. 3. s. Ioan. 34. & de ad. in Spiritu. Gre. Nyss. de vita Mosis. Ru. 1. s. Ex. 6. Bern. s. Cant. ser. 39. Georg. Ven. Cant. 1. tom. 8. cap. 5. Ori. s. Io. ho. 6. Greg. s. 1. Reg.
bb Ber. ser. 1. octa. Pas.
cc Ori. s. Gen. hom. 6.

Digitized by Google

huius seculi,cuius Reges non sunt permissi polluere Ecclesiam.*Gen.*12.*d.*45.*d.* Designat etiam *a* intellectum accedentem ad virtutem impuro corde, & mentem superbam, quæ sibi vsurpare vult sapientiam, quam sustinere non potest. Ideò reddidit eam Abrahæ,sicut Geraseni rogabant Iesum , vt de finibus eorum transiret. *Matt.*18.*d.* Significat etiam eum,qui ornator est corporis.

Gentilis populus.

Pharao,cuius filia suscepit Mosen nutriendum, significare potest *b* Gentilem populum , à quo orta est Ecclesia , quæ suscepit legem Dei.*Exod.*2.*a.*

Dissipator bonorum.

Pharao,est *c* dissipator bonorum , cui seruit princeps coquorum , & idem parcit principi pincernarum.*Genes.* 40.*a.*41.*f.*

Impia opinio.

Vt autem Moses recessit à Pharaone.*Exod.*19.*c.*designat Pharao *d* impiam opinionem,à qua lex recessit.

Phares.

Phares,id est,diuisio,filius Iudæ & Thamar,in cuius vtero cùm essent gemini Phares & Zara,egressus est prior Phares,retrahente manum fratre,quam prior protulerat. *Genes.*38.*g.* Typus esse potest *e* Iudæorum , qui fuerunt medij inter legem Euangelicam.Vel è diuerso significat Gentilem populum,propter quem dicitur sepes seu maceria destructa,& medius paries,qui erat inter Iudæos & Gentiles dissipatus,vt fieret vnus grex & vnus pastor,& fierent nouissimi primi.Post quos in fine mundi Iudæi venient ad fidem.

Iudæi.
Gentiles.

Pharetra.

Pharetra,est theca,in qua reconduntur sagittæ ad iaculandum paratæ.

Humanitas Christi.

Pharetra Dei,dici potest *f* humanitas Christi,in qua latebat diuinitas.*Isa.*49.*a.* In pharetra sua abscondit me. Pharetra quoque Dei,*g* dicitur consilium Dei,quo decreuit aliquos castigare. *Thr.*3.*b.Iob.*30.*b.*

Pharetra præterea Dei,dicitur *h* ipse diabolus,per quem Deus castigat,vel potestas illius.*Iob*,30.*b.*

Lex vetus, Cor bonorum Cor impiorũ. Insidiæ hæreticorum.

Pharetra Esau,*i* legem veterem significare potest,quam gestabant Iudæi;*Gen.* 27.*a.*

Pharetra in bonum , significat *k* cor bonorum , in quo sermonum Dei sagittæ reconditæ sunt & repositæ.*Iob.* 39.*c.*E diuerso,in malum,pharetra,est cor impiorum.*Psal.*10.Et pharetra Chaldæorum est,de qua dicitur.Sepulchrum patens est os eorum. *Iere.*5.*d.* Et pharetra Elam, sunt *l* machinamenta hæreticorum , & prauorum hominum , & tentationes diaboli sub specie boni. *Isa.* 22. *b. Iob.* 39. *c.* Eodem referuntur pharetræ Pygmæorum. *Exec.*27.*c.*

Tentationes diaboli.

Pharisæus, Pheresæus.

Iudæi. Hæretici.

Pharisæus,id est,diuisus,est nomen sectæ Iudæorum,qui de religione præsumebant.

Pharisæus superbus,significat *m* Iudæos , de iustitia legis gloriantes , & de sublimiori doctrina & vita præsumentes,séque ab aliis separantes , & eadem ratione hæreticos significare potest quòd generaliter de aliis Phariszis intelligendum est,sicut & Pharisæus, in cuius domo discubuit Christus, typus erat populi Iudaici de inani iustitia præsumentis.*Matt.*16.*a.Luc.*7.*e.*18.*b.*Pharisæi etiam calumniantes miracula Christi , infidelitatem Iudæorum significant. *Matt.*9.*d.*

Infidelitas Iudæorum.

Pharisæus,est nomen populi,qui erat in terra,quando diuisus est Loth ab Abraham, & interpretatur *n* fructificatio expellenda,quæ ideò expellitur,quia mala.*Genes.*13.*b.Exod.*17.*a.Ios.*17.*d.*

Phase,vide Paschæ.

Phasga.

Phasga,id est,*o* dolatus,est mons in regione Moab respiciens solitudinem , per quam venerunt filij Israël, est vnum iugum è montibus Abarim, quod videtur idem cum Nabo. Pertinebat autem ad trigesimam nonam mansionem.*Num.*21.*e.Iosu.*13.*c.*designat eos illuc peruenire,qui nihil informe, aut rude habent in sublimitate perfectionis.Respicit solitudinem,quia perfecti respiciunt peccatorum vastitatem.

Phassur.

Malus sacerdos.

Phassur,vel Phaschur,id est,*p* oris nigredo , vel extendens seu multiplicans libertatem , vel principatum , aut expandens foramen,vel albedinem.Sacerdos,qui percussit Ieremiam,& misit in neruum. *Ier.* 20. *a.* Typum gerit mali sacerdotis,qui abutitur potestate aduersus veritatem.

Phatuel.

Deus pater.

Phatuel,id est,*q* latitudo Dei,vel aperiens Deus,fuit pater Ioëlis Prophetæ, cuius os aperuit Deus.*Ioel.*1.*a.*designat Deum patrem,cuius latitudo est charitas.

Phatures.

Ecclesia.

Phatures,id est,*r* panis conculcatus,erat metropolis Ægypti,in ea habitauerunt Ægyptij post pœnitentiam,vt designet Ecclesiam,in qua est Christus panis conculcatus ab hæreticis.*Exech.*29.*c.*

Phenenna.

Synagoga. Vita actiua.

Phenenna,id est,*s* gemma siue facies nostra,altera vxor Elcana,quæ cùm multos genuisset liberos, Annæ sterilitatem exprobrabat. Typus esse solet Synagogæ,& vitæ actiuæ. 1.*Reg.* 1.*a.* vel interpretatur conuersio , est vxor post Annam,id est,gratiam,sed prius operatur,vel parit quàm Anna , sed filij eius non assistunt ante Deum , vt filij Annæ,nec tamen sunt inanes,quia partes accipiunt de sacrificiis.

Phiahyroth.

Difficultas fidei. Initium conuersationis.

Phiahyroth,id est,os,vel labium libertatis,aut os sculptum, vel os nubilum, & ascensio tortuosa, quarta mansio filiorum Israël in deserto. Vel interpretatur os vici, & designat *t* difficultatem fidei , & laborem actionis , vel initium conuersationis,& mediocrem abstinentiam. *Exod.*14.*a.Num.*33.*a.* Vel designat, quo *u* assumpta fortitudine nobilitamur in Domino,& contemnimus Beelsephon,hoc est,idoli arcana illiusque magnificentiam,& turritam superbiam declinamus.

Phiala, vide Calix.

Phicol.

Philosophia moralis.

Phicol, id est *x* os omnium,aut oris perfectio,siue consummatio , princeps exercitus Abimelech Regis Geraræ,cum quo venit ad Isaac.*Gen.*21.*e.*26.*f.*designare potest philosophiam moralem.

Philippus.

Martyres. Christus. Doctores.

Philippus,Tetrarcha Trachonitidis regionis,maritus Herodiadis, quam accepit Herodes.*Matth.*14.*a.*Typum gerit *y* habentis peruersam doctrinam.Fuit alius Philippus Apostolus vocatus à Christo. *Ioan.*1.*f.*6.*a.*

Philisthim, vide Palestina.

Phinees.

Sacerdotes mali Scribæ & Pharisæi.

Phinees,id est,aspectus,vel facies confidentiæ,vel protectionis.Sacerdos filius Eleazari, qui occiso viro Israëlita cum scorto,iram Dei placauit. *Num.*25.*c.Psa.*105. Typus esse potest *z* Martyrum , qui carne sua occisa , & sanguine fuso, iram Dei placant.Vel designant Christum qui Patris iram placauit: vel doctores, qui gladio verbi Dei confodiunt vitia, destruunt hæreses. Vel interpretatur parcens ori : & designat eum,qui non aperit os ad loquendum malum.

Alius fuit Phinees,filius Eli sacerdotis,& interpretatur oris obduratio,designat *aa* sacerdotes , qui obduratum habent os ad scientiam,& ad loquendum bonum , & confitendum peccata. Item cum fratre Ophni , designat *bb* Scribas & Pharisæos.1.*Reg.*4.*b.*14.*a.*

Phinon.

Perfectio. Confessio fidei.

Phinon,id est,*cc* gemma,siue aspiciens,aut os æternitatis, vel os filij,aut Phino, id est , oris parsimonia. Trigesima sexta mansio filiorum Israël in deserto,ad quam peruenitur post Selmona. *Num.*33.*e.* designat perfectos, qui audiunt iam arcana,quæ non licet homini loqui.Vel dicitur Phusion,id est,os diminutiuè, ab ore:& designat confessionem fidei in tentationibus.

Phison.

Prudentiæ.

Phison,id est,oris mutatio,siue multitudo,aut exitus:vnum è quatuor fluminibus è Paradiso terrestri exeuntibus : circuit terram Euilath. *Gen.* 2. *b.* Typus est *dd* prudentiæ , quæ mutat verba ad capacitatem auditorum. Ibi nascitur aurum optimum, hoc est, viuendi disciplina. Non vincitur falsitate : quemadmodum carbunculus,

a *Phi.de Abr. Ambro.*2.*de Abra.*4.

b *Glo.ins.sup. Exod.*2.

c *Phil.* 2. *alleg. & de temulent.*

d *Phil.*2.*alle.*

e *Amb.Apol. Dauid. Hie.s.Gala.*3. *& s.Matt.*2. *Chry. s. Gen. hom.*62.

f *Hie.s.Is.*49. *& s.Zach.* 9.

g *Gre.* 29.*m.* 19.*&* 31.*m.* 24.

h *Hier. s.Iob.* 30.

i *Glo. ord. su. Gen.*27.

k *Or.s.ps.*63. *hom.*3.

l *Hie.s.Is.*22. *& s.Iob.*39.

Gre. 31.*mor.* 24.

m *Ori.s.Mat. hom.*24.25. *Au. epist.*58. *& s.ps.*74. *Hie.s.Mat.*8. *Gre.hom.* 37.

n *Ori.s.Io.ho.* 22.

o *Hieron. de Mansio.*

p *Hie. s.Iere.* 20.

q *Hie.su.Ioel.* 1.*Rup.s. Ioel.*

r *Hie.s.Ezec.* 29.

s *Gre.s.*1. *Re.* 1.

t *Ori.s.Exod. hom.* 5. *& s. Num.ho.* 27.

u *Hieron. de Mansio.*

x *Orig.s.Gen. hom.*14. *Bed.s.Gen.*25

y *Or.s.Matt. ca.*14.

z *Arno.s.Psa.* 105. *Ori.su. Num. hom.*25.*Am. s.ps.*118. *ser.* 18.

aa *Or.s.*1.*Re. hom.*1.

bb *Greg. s.* 2. *Re.*14.

cc *Ori.s. Nu. ho.*27.*Hieron de mansio.*

dd *Ambro.de Paral.*3. *Phil.*1.*allego.*

Digitized by Google

qui ibi naſcitur, non vincitur à nocte. Habet virorem ſpei in lapide praſio, qui ibi naſcitur. Circuit terram Euilath, hoc eſt, placidam, mitem propiciámque conſtitutionem conſeruat. Vel interpretatur *a* oris dentatio: quia dum in terra ſumus, dentibus, id eſt, certis viribus animæ premendus, conterendus, & ruminãdus, eſt omnis cibus quem pro anima capimus.

a *Bed. ſ. Gen. 2. Georg. Ven. Cant. 2. to. 7. cap. 22.*

Phiton.

Phiton, id eſt, *b* buccella eius, aut perſuaſio, vel ditatio eius, vel oris donum: ciuitas quam fecit ædificari Pharao à filiis Iſraël in Ægypto. *Exod. 1. d.* Typus eſt mendacij, aut etiam ſermonis perſuaſibilis, quæ facit ædificari diabolus. Vel interpretatur os deficiens, vel os abyſſi. Deficit enim, qui loquitur mendacium, & eſt os abyſſi, quia abyſſus locus perditionis eſt.

Mendacium.

b *Ori. ſ. Exod. hom. 1. Philo. de ſomnijs. Bed. ſ. Exo. 1.*

Phœnix, vide Sidon.

Phogor.

Phogor, id eſt, *c* delectatio, vel apertio: nomen idoli, aut prouinciæ, in qua erat idolum libidinis deſignat voluptates carnis, ad quas duxit Balach, hoc eſt, diabolus. *Num. 23. d. 25. d.*

Voluptates carnis.

c *Ori. ſ. Num hom. 27.*

Phua.

Phua, id eſt, *d* rubens, vel verecunda, aut gemens, vel vlulans, vel apparens, obſtetrix Ægyptia, quæ obſtetricabat fœminas Hebræas, quæ non obtemperauit Regi Ægypti, qui præcipiebat necari maſculos Hebræorum. *Exod. 1. e.* Typus eſſe poteſt Euangelij, vel ſcientiæ moralis, aut humanæ, quæ modeſtiam & pudorem inducunt.

Euangelium. Scientia moralis.

d *Ori. ſ. Exod. hom. 2. Philo. quis rerum diui. hares. Bed. ſ. Exod. 1*

Phud.

Phud, id eſt, *e* oris excluſio, deſignat Gentiles ad fidem venientes, & excludentes omnem blaſphemiam, & aperientes os ad laudes Dei. *Iſa. 66. f.* vide *Labia.*

e *Hie. ſ. Iſ. 66.*

Phurim.

Phurim, id eſt, *f* ſortes, ſic dictæ ſunt ſortes, quas miſit Aman: vt Iudæorum genus deleret, *Eſth. 3. b. 9. f.* Qui ad ſortem Domini pertinent, occiduntur, vt hircus ſuper quem ſors mittebatur.

Gentiles.

f *Glo. ord. ſu. Eſther. 3.*

Phylacteria.

Phylacteria *g* dicebantur à cuſtodiendo: quæ ferebant Phariſæi in ſignum cuſtodiæ legis, erántque membranæ, in quibus ſcribebant verba decalogi, & eas in fronte ligabant, quaſi coronam capiti facientes, vt ſemper ante oculos mouerentur. *Matth. 23. a.*

g *Hie. ſ. Mat. 23.*

Piaculum, vide Peccatum.

Pietas, Pius.

Pietas eſt, virtus, qua Deo exhibemus cultum ipſi debitum, & etiam proximis, præcipuè nobis coniunctis, vnde dicitur pius. Pietas autem ſacramentum, eſt opus incarnationis & redemptionis, quia demonſtrat pietatem ſeu dilectionem Dei erga genus humanum. *1. Tim. 2. d.* Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. *1. Tim. 4. c.*

Redemptio.

Piger, vide Ociosus.

Pigmentum, Pigmentarius.

Pigmenta ſunt à pingendo dicta, ſuntque variæ ſpecies, ex quibus conficiuntur medicamenta, vel colores, vel etiam odoramenta, & qui hæc conficiunt, pigmentarij dicuntur.

Pigmenta dicuntur *h* virtutes, & puluis pigmentarij eſt, quum per ſingula noſtra opera diligentius pertractamus, ne quid in operibus noſtris incultum remaneat, ne inter virtutes vitium lateat. *Cant. 3. c.*

Virtutes.

h *Gre. ſ. Ca. 3.*

Pigmenta multiplicata ſunt *i* verba, quibus hæretici ſuos exornant errores. *Iſa. 57. b.*

Verba hereticorum.

i *Hie. ſ. Iſ. 57.*

Pigmentarij ſunt *k* prædicatores, quæ ex ſacra ſcriptura & exemplis Sanctorum pigmenta conficiunt. *Cant. 5. d.*

Prædicatores.

k *Gre. ſ. Cant.*

Pignus.

Pignus eſt, quod datur alicui in ſecuritatem pretij poſtmodum tradendi. *Gen. 38. c.* Interdum ſumitur pro hypotheca. *Exod. 22. d.* Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum.

Pignus quandoque ſignificat confeſſionem peccati. *Exod. 22. d.* Quum debet tibi quippiam frater tuus, & abſtuleris pignus ab eo, ante Solis occaſum reſtitue. A debitore noſtro pignus accipimus, quando ab eo, qui in nos peccaſſe cognoſcitur, peccati eius confeſſionem tenemus, per quam relaxare peccatum in nos perpetratum poſtulamus. Abſtuliſſe autem dicitur Iob pignus fratrum ſuorum ſine cauſa. *Iob, 22. a.* quando Eccleſia *l* ſuſcipit confeſſionem venientium ab hæreticis ſine cauſa fieri iudicant: accipit etiam in pignus molam ſuperiorem, aut inferiorem, qui à peccatore confitente aufert ſpem, vel timorem. *Deut. 24. b.*

Confeſſio peccati.

l *Gre. 16. mo. 2.*

Pignus hæreditatis, eſt Spiritus ſanctus, vel dona eius, per quæ anima noſtra ad interioris ſpei certitudinem roboratur. *Epheſ. 1. e.* Et abſtuliſſe dicitur Iob pignus fratrum ſuorum ſine cauſa, quum hæretici iudicant eos, qui ad Eccleſiam veniunt, amittere ſpiritualia dona.

Spiritus ſanctus. Dona Spiritus ſancti.

Pignus, dici poteſt *m* verbum Dei auditum & non intellectum. *Deut. 24. b.* Et pignus reddendum, eſt doctrina à Deo accepta, quam debemus reddere docendo ignorantes. *Exec. 18. a.* Et pignerata veſtimenta, ſunt ſacræ ſcripturæ veritates, quas vſurpant hæretici, *Amos, 2. c.*

Verbum Dei.

m *Gre. 33. m. 16. Gre. 16. m. 2.*

Pignus quum tollitur *n* aliud quidem eſt quod tenetur, ſed tamen adhuc aliud quæritur. Bouem ergo viduæ in pignus auferunt, qui de ſancta Eccleſia etiam prædicatores tollunt, quos ideò hæretici conantur auferre, vt eorum etiam ſequaces trahant. Pro pignore ergo bos viduæ tollitur, *o* quum idcircò ipſe qui prædicabat, rapitur, vt alij ſequantur. *Iob, 24. a.*

Prædicator.

n *Ambro. de Tobi. 10. Hie. ſ. Eze. 18.*

In pignus dicitur dare molam ſuperiorem, *p* qui Chriſtum peccando amittit. *Deut. 24. b.*

Amittere Chriſtum.

o *Gre. 26. m. 22.*

Pignus quandoque ſignificat impedimentum ſermonis & doctrinæ.

p *Ambro. de Tob. 21. Phil. de ſomn.*

Pila.

Pila eſt vas concauum, in quo frumenta tunduntur, & medicorum vſui aptum, in quo priſſanæ teri ſolent. Cùm dicitur, *Sopho. 1. c.* Vlulate habitatores pilæ, pila ſumitur *q* pro Hieruſalem. Poteſt autem deſignare animam, vel Eccleſiam.

Anima. Eccleſia.

q *Hie. ſ. Sop. 1.*

Pila etiam eſt inſtrumentum rotundum, quod iactatum ad luſum deſeruit. Quaſi pilam autem mittit Dominus Sobnam in terram latam & ſpatioſam, *r* quum Iudæos diſperſit, vt per totum orbem inquieti vagentur. *Iſa. 22. e.*

Iudæi diſperſi

r *Hie. ſ. Iſ. 22.*

Pilatus.

Pilatus fuit procurator populi Romani in Iudæa: qui inſtantibus Iudæis, abluens ſibi manus condemnauit Chriſtum ad mortem, quem innocentem ſciebat. *Matth. 27. Luc. 23.* Secundum autem quod in morte Chriſti lauit manus, typus eſſe poteſt *ſ* Gentilis populi, qui per fidem Chriſti mundatus eſt.

Gentilis populus.

ſ *Hie. ſ. Matt. cap. 33.*

Pilum.

Pilum eſt inſtrumentum, quo quippiam in mortario ſeu pila teritur.

Pilum quandoque ſignificat *t* crucem Chriſti: vt manna pilo tuſum, eſt corpus Chriſti in cruce. *Exod. 17. c.*

Crux Chriſti.

Pilum, interdum ſignificat *u* inanis gloriæ repreſſionem, & etiam ſedulam probationem. *Exod. 27. d.* Oleum pilo tuſum.

Repreſſio inanis gloria.

t *Glo. ord. ſu. Exod. 16.*

u *Glo. int. ſup. Exod. 27.*

Pilus, Piloſus, vide Capillus.

Pincerna.

Pincerna eſt, qui propinandi poculum principi munus habet.

Pincernæ Salomonis, *x* doctores Chriſti deſignare poſſunt, qui poculum illi propinant quando peccatores conuertuntur. *3. Reg. 10. a. 2. Paral. 9. a.*

Gentilis populus.

x *Ori. ſ. Cant. ho. 1. 2. Hie. ſ. Iſa. 1.*

Pincerna regis Pharaonis in carcere, *y* populum Gentilem ſignificare poteſt, & etiam ſanctos patres in limbo, qui in carceris tenebris detinebantur, vnde per Chriſtum liberati ſunt. *Gen. 40. a. 41. b.* vt etiam fuit in carcere cum piſtore, & Ioſeph, & fuit liberatus condemnato piſtore, typum gerit boni latronis cum Chriſto crucifixo & ſaluato, & etiam peccatorum qui per Chriſtum ſaluantur.

Sancti patres. Bonus latro. Peccatores.

y *Lyr. ſ. Gen. 40.*

Digitized by Google

Pingere, Depingere, Pictura.

Pingere, est alicuius rei formam ductis lineis repræsentare, quod variis coloribus effici solet.

Studium mysteriorum. Pingit oculos suos stibio, *a* qui studium habet discendi mysteria, & diuina secreta inquirendi. *Ierem.4.g.*

Pingunt synopide laquearia hæretici, *b* cùm Christi sanguinem pollicentur, cuius ipsi non sunt participes. *Ierem.22.d.*

Pictura palmarum, est *c* insigne victoriæ infidelium contra mundum. *Ezech.40.c.* vel designat miracula, quæ fiunt à Sanctis, quæ in hac vita non dicuntur palmæ, sed pictura palmarum, quia etiam à malis fieri possunt. Picturæ quoque prominentes in templo, sunt varia virtutum opera. *3.Reg.6.d.*

Vitia in corde. Depicta similitudo reptilium in pariete templi. *Ezech.8.d.* designat *d* vitia expressa in corde. Dum enim exteriorum rerum intrinsecus *Tentationes dæmonum.* species attrahitur, in corde quasi depingitur, quidquid fictis imaginibus cogitatur. Depictæ etiam imagines Chaldæorum, designant vitia dæmonum, & eorum varia tentamenta. *Ezech.23.b.*

Pinguedo, vide Adeps.

Pinna, Pinnula.

Pinna, & pinnula, dicitur esse pluma mollior, & exigua penna: dicuntur autem peculiariter pinnæ, aut pinnulæ piscium, quæ sunt illis alarum vice.

Elevatio mentis. Pinnæ piscium, designare possunt *e* eleuationem mentis ad superiora, quod est bonorum: & vitam sublimem *Vita cœlestis.* atque cœlestem. *Leuit.11.b.*

Voluntas. Pinnula iecoris seu reticulum, *f* voluntatem significare potest.

Pinnaculum.

Pinnaculum, est fastigium & summitas ædificij in acumen tendentis.

Celsitudo legis. Pinnaculum templi, significare potest *g* celsitudinem legis, & Prophetarum, & etiam perfectionem cœlestis sacramenti, in qua stat Christus. *Matth.4.a.*

Oculi. Potest etiam *h* oculos significare, quod vult diabolus ad terrena deprimi: quæ ipse Christo monstrauit.

Pinus.

Pinus, arbor quæ & pinea dicitur, quæ apta est ædificiis, & nauibus construendis.

Physica. Pinus *i* doctrinam naturalem, & ipsos Philosophos significare potest. *Isa.44.c.* 60.*c.* vbi Septuaginta dicunt Cedrus.

Pirus, seu Pyrus.

Pirus, est arbor cuius fructus est gustui suauis, habétque pyramidis seu ignis figuram.

Insidiæ diaboli. Pirus, vt habet figuram ignis, *k* insidias diaboli designat, transfigurantis se in angelum lucis. *2.Reg.5.d.1.Paral.* *Idola.* *14.c.* designat etiam idola, quæ flentes reddunt suos cultores, vnde in Hebraico dicitur flentium. Vel piri sunt *Sancti.* Sancti, quorum cacumen est sublimitas vitæ ipsorum, in qua flante sancto Spiritu, intonuit prædicationis sonitus. Porrò aliqui interpretantur vocabulum Hebraicum, mororum, & non flentium, quæ diuersis characteribus in Hebræo scribuntur.

Pisces.

Pisces genus est ad animalia, quæ degunt in aqua.

Christus. Pisces assus positus super prunas, est *l* Christus igne charitatis pro nobis crucifixus. *Ioan.21.c.* Eundem designat *Homines.* piscis captus à Tobia. *Tob.6.a. Luc.24.f.* Et pisces habens staterem in ore, est Christus, qui venit in profundum *Simplices.* maris afferens confessionem, & dans precium pro nobis & pro se, qui peccatum non fecerat. *Matth.17.d.* Ipse est *Baptizati.* pisces petendus. *Matth.7.b.*

Monachi. Pisces generaliter *m* homines significant, tam bonos, quàm malos, qui in sagena Ecclesiæ colliguntur. *Prælati.* *Matth.13.f.* Et pisces maris, homines in mundo, vbi maiores deuorent minores. Super hos spiritualis homo accipit dominium. *Ezech.47.b. Iob.40.d.* possunt etiam peculiarius pisces dici simplices, & baptizati. *Isa.19.b.1.Cor.15.e.* *Spirituales.* Pisces autem in stagno, sunt monachi in monasterio. Pisces verò in flumine, sunt prælati & dispensatores variè discurrentes.

Fidem habentes. Pisces præterea, qui non pereunt in diluuio, sed natant, nec merguntur, designare possunt spirituales, *n* qui *Perfecti.* fluctibus rerum terrenarum minimè merguntur, cùm non sunt terreni. *Genes.7.* Et pisces in aqua degentes, sunt *Martyres.* fidem habentes susceptо baptismate, in quo perseuerant sicut pisces in aqua. *Luc.12.b.* Et pisces centum quinqua- *Doctores.* ginta tres magni, sunt perfecti, & Martyres, & fidem confitentes. *Ioan.21.c.* Et piscis habens staterem in ore, *Boni.* est *o* credens & confitens fidem. *Matth.17.d. Iob.12.b.*

Carnales. Pisces dici possunt *p* boni doctores, quibus dominatur Christus. *Genes.1.d.* Et pisces habentes pinnas, quibus *Vitam asperam agentes.* ascendunt ad superiora, & squamas, quibus proteguntur, sunt mundi: ideò designant doctores, & bonos, qui *Profunda penetrantes.* pennis ad cœlestia ascendunt, & squamis proteguntur, ne in totum sint carnales. Alij verò qui cœno volutantur, *Curiosi.* immundi sunt, & designant carnales. *Leuit.11.b.* Vel pisces cum squamis, sunt vitam asperam agentes, sine squamis *Philosophi.* verò delitiis vacantes, & in cœno vitiorum viuentes, nec ad superna eleuati, & ociosi, &c.

Hæretici. Pisces maris, dici possunt *q* profunda penetrantes. *Psalm.8.*

Peccatores in mundo. Pisces etiam maris, sunt *r* curiosi huius seculi, qui in magnis rerum inquisitionibus quasi abditis fluctibus latent. *Iob.12.b.* Sic designat Philosophos & potentes, qui sunt pisces maiores rorantes minores. *Genes.9.a.* Sic pisces *Homines brutales.* quibus dominatur homo, sunt hæretici & Philosophi seculares.

Sequentes errores. Pisces in mari, solent etiam significare *s* peccatores in mundo. *Genes.1.d. Isa.50.b. Ezech.38.f. Soph.1.a. Hab.1.d.* *Auarus.* Item homines irrationales, & adeò bruti, vt nihil omninò sapiant, & aërem liberum, cœlumque non videant. *Hose.2.a.* Et pisces fluminis qui mortui sunt, sunt *t* homines sequentes dogmata Philosophica, & hæreticorum *Fides.* errores. *Exod.7.c. Ezech.29.a. Ioan.21.b.*

Dona Spiritus sancti. Piscis habens staterem in ore, designat *u* auarum pecuniæ inhiantem: ideò inuenitur in mari, hoc est, inter *Libri noui testamenti.* fluctus huius seculi. *Matth.17.d.* Et pisces maiores deuorantes minores, sunt potentiores auari, pauperes absorbentes.

Sermo prophetic⁹, & affectiuus. Piscis viuens inter fluctus nec frangitur, nec soluitur fluctibus, designat *x* fidem, quæ viuit inter tentationes tempestatésque huius seculi quæ alterius vitæ gaudia per lamenta præsentia, fletúsque irrequietos, in corde gignit, quæ inuisibili gratia Spiritus, per aquam baptismi consecratur, inuisibili auxilio diuinæ protectionis nutritur, inuisibili præmiorum intuitu, quæcunque valet, bona operatur, cui opponitur serpens, qui nititur decipere, vt serpens decepit Euam. *Luc.11.b.*

Duo testamenta. Pisces sine certo numero. *Matth.15.d.* diuersitatem *z* donorum Spiritus sancti significare possunt. Vel pisciculi pauci, sunt libri noui testamenti. *Marc.8.a.*

Dignitas Christi est duplex. Pisces duo diuisi turbis. *Ioan.6.a.* designare possunt *z* sermonem propheticum, & sermonem in affectibus posi- *Scientia practica.* tum, qui sunt quasi obsonium rerũ sensibilium. Vel sunt sermones de Patre, & Filio, vel sunt Prophetæ, & Ioannes *Mors.* Baptista, vel sunt duo testamenta, vel sunt dignitas regia & sacerdotalis in Christo. Vel prædicatio Christi, splendens in Euangelica, & Apostolica doctrina.

Sepulchrum Christi. Pisces *aa* scientiam practicam significare possunt. *Genes.1.c.* Hi dantur homini in escam. *Gen.9.a.*

Prædicare. Piscis deglutiens Ionam, typus est *bb* mortis deglutiens Christum, quem tamen retinere non potuit. *Ion.2.a.* *Matth.12.c.* designat etiam sepulchrum Christi.

Prædicatores. *Piscari, Piscator.*

Status Ecclesiæ militantis. Piscari, est pisces venari, & piscatores sunt, qui pisces venantur.

Status Ecclesiæ triũphantis. Piscari, est *cc* prædicare, & piscatores dicuntur doctores & prædicatores, qui homines ad fidem Christi prædicatione sua velut retibus conuertunt. *Ierem.16.c. Ezech.47.b. Matth.4.b.* Piscatio autem prima, qua impleuerunt Apostoli duo nauigia, & retia rumpebantur, significat præsentem statum Ecclesiæ, Iudæorum, & Gentilium,

a *Hie.s.Ier.4.*
b *Hier.s.Ierc.22.*
c *Hie.s. Eze.40. Greg. 26. mor.4.*
d *Gre.s.Ezec. hom. 23. Gre. 26.m.4.*
e *Orig.s. Leu. ho.17. Gre.5. mor.16. Isyc.s.Leu.11.*
f *Hieron. de vest.sacer.*
g *Hil.s.Matt. cap.3. Am.se. 26.*
h *Aug.de vera reli.31.*
i *Hie.s.Is.60.*
k *Glo.ord.su. Reg.5.*
l *Aug.s.Ioan. tract.123. & de Sanctis se. 28. Gre.hom. 24. Hie.s. Matth. 17. Or.s.Mat.13. Ter. de resurrect.*
m *Aug. 13. confess.23. & s.Psal.30. Gre.23. mor. 22. Bern.ser.de S. Andrea.*
n *Ambr.3.de sacramentis & de virg.3. & s.Ex. 5.6.*
r *An.ep.121. & 83.q. 57. & sup. Ioan. tract.123.*
o *Hil.s.Matt. Can.71. Hie. s.Iob.12.*
p *Bed.s. Gen. 1. Orig.s.Leu. hom.7. Ter.de cib. 5. Iuda. Georg. Venet. Ca.2. tom.7. cap.32. Gr.5. mo.6. Cyril. cont. Iulian.9.*
q *Arn.s.ps.8.*
r *Gr.11.m.2. Hie.s.Iob.12. Aug.sup.psa. 8.*
s *Bed.s.Ge.1. Orig.s.Ierem. hom. 12. & Ezech.ho.13. Hie.s.Hab.1. & s.Ho. 2. & s.Ezech.29.*
t *Cyril. 12.s. Ioan.62.*
u *Ori.s.Mat. hom.4. Basil. Exae.in hom. 7. Ambro. 5. Exae.5.*
x *Au.de ver. Dom. ser.29. Euchiforn. spir.4.*

y *Hil.s.Matt.Can.5. Hie.s.Mat.8. Orig.s.Matt.an.15. Hil.s.Matt.Ca.14.* z *Am.s.Luc.9. Aug.83.q.61. & s.Ioan.tract.22. Cyril.3.Ioan.17.* aa *Hieron. sup.Matt.14. Hil.su. Matt.Can.17.* bb *Hie.s.Ion. 2. Rup.s.Ion.2.* cc *Ori.s.Ierem.12. Hie.s.Ierem.16. Cyr.12.s.Ioa.16. Aug. s. Ioan.tract.122. & ser.148.*

Digitized by Google

bonorum,& malorum. *Luc.5.b.*Secunda verò post resurrectionem, Ecclesiam bonorum, ideò miserunt ad dexteram nauigij rete,& certo numero cœperunt magnos pisces,designantes prædestinatos. *Ioan.21.a.*

a *Hie.sup.Isa. 29.*

Piscatores dicuntur etiam *a* hæresiarchæ, & Philosophi, docentes errores, & capientes animas simplicium. *Isa.29.b.*

Piscina.

Piscina,dicitur lacus,aut stagnum,vbi viui pisces coërcentur.Extensum est autem vocabulum ad omnes aquas collectas,siue frigidæ sint, siue calidæ, etiam si pisces non habeant.

b *Geo.Ve.Ca. 1. tom.7.cap. 15.*

Piscina superior in Hierusalem,dici potest *b* fons diuinæ benignitatis,dimanans in mentes nostras, seu benedictio diuina propinans omnia bona. *Isa.7.a.*

Hæresiarcha. Philosophi. Fons diuinæ benignitatis.

c *Geor.Venet. Cant.1. to.7. cap.15.*

Piscina autem inferior, quæ sicut aquam suscipit, sic diffundit, nulla aliquando facta in ea aquarum putrefactione,designat *c* eos qui talenta accepta communicant, & lucrantur in benedictione impartiendo seipsos aliis iuxta Apostolicam sententiam, qua dicitur. Omnibus omnia factus sum, vt omnes Christo lucrifaciam.

Communicantes doctrinam.

d *Hie.s.Is.22. & su.Nah.2.*

Piscina inferior, continens aquas turbidas, *d* hæreticorum doctrinam pestilentem & fœtidam significare potest. *Isa.22.c.Nah.2.b.* Potest piscina aquarum designare abundantiam diuitiarum, quæ est in Niniue, hoc est, in hoc mundo.

Doctrina hæreticorum. Diuitiæ.

e *Cyr.2.s.Ioa. 125.Rup.1.s. Nahum. 2. Am.de Spiritu sancto 7. Ter.de baptismo.*

Piscina probatica, in qua per descensum angeli sanabatur vnus. *Ioan.5.a.* designat *e* sacramenta sacerdotum ministerio collata,& peculiariter baptismum,& pœnitentiam,& passionem Christi.Item verbum Dei,quo sanantur infirmi. Et oculi sunt sicut piscinæ Esebon, *f* quum quis fundit lachrymas pro peccatis. *Cant.7.b.* vel etiam ex desiderio cœlestium.

Sacramenta. Passio Christi. Verbum Dei. Lachryma.

f *Gr.s.Can.7. Rup.s.Can.6. & 5.s.Ioan.*

Piscina etiam probatica, designat *g* totum ritum ceremoniarum Iudæorum, & sacrificiorum, quæ neminem sanabant, nisi descendente Christo.

Ritus Iudæorum.

g *Geor.Vene. Cant. 1.tom. 7.cap.15. & Cant.2.to. 6. cap.8.*

Piscina etiam Esebon, diuinam mentem significare potest,in qua continebantur omnia antequàm crearentur. *Cant.7.d.*

Piscina vetus, *h* vmbram legis significare potest, seu vetus testamentum. *Isa.22.c.*Piscina etiam probatica,est lex vetus, habens quinque porticus,nempe quinque libros Mosis. *Ioan.5.a.*

Lex vetus,

Pistor, Pistrinum, Panifica.

Pistor dicitur,qui frumenta in pilis pinsit:licèt nunc pistor sit qui panem præparat ad coquendum. Pistrinum autem, est locus in quo pinsitur, & panis fit.

h *Hie.s.Is.22. Au.s.ps.70. & s.Ioan.tra. 17.*

Pistor regis Ægypti, typum gerit *i* Iudæorum, qui dixerunt: Mittamus lignum in panem eius. Potest etiam significare latronem malum, qui cum Christo crucifixus est, & periit. *Genes.40.a.*

Iudæi. Latro malus.

Pistrinum, significare potest *k* hunc mundum, aut corpus humanum.

Mundus.

Pitacium.

Pitacium, est particula corij qua aliquid reparatur. *Iosu.9.a.*

Pix.

Pix, est quæ fit ex arborum resinis ad ignem decoctis, & in nigredinem versis.

i *Lyr.s. Gen. 40.*

Pix in fiscella, in quo positus fuit Moses,designare potest *l* obscuros sensus Iudæorum, legem ipsam obscurantes. *Exod.2.a.*

k *Am.s. Luc. 17.*

Pix, quum sit fomentum ignis, *m* destructionem Hierusalem, & templi combustionem significare potest: & etiam pœnam inferni. *Isa.34.b.*

Sensus Iudæorum obscuri. Destructio Hierusalem.

l *Ori.s.Exod. hom.2.*

Pix, *n* nigredinem delictorum,& carnis delitias interdum significat. *Eccles.13.a.* Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

Pœna inferni Peccata. Delitiæ carnis.

m *Hier.s.Isa. 34.*

Placare.

Placare, est mitem, aut placidum facere eum qui iratus est.

n *Euch.form. spir.8.*

Placabilis annus Domini *o* est tempus prædicationis Christi, & tempus gratiæ. *Isa.61.a. Luc.4.c.*

Tempus gratiæ.

o *Glo.int.sup. Isa.61.*

Placatio data est *p* à solo Christo,qui sufficienter Deo pro nobis satisfecit.*Psalm.48.* ipse est placabile sacrificium. *Exod.29.f. Iob.33.d.*

Christus placans Deum.

p *Basi.s.ps.48 Gre.32.m.5.*

Placari dicitur Dominus manente lamina in fronte pontificis,hoc est, *q* quando pontifex perfectè Deo subiicitur:& subditi eius exemplo se Deo pura mente subiiciunt. *Exod.28.g.*

Subijci Deo.

q *Glo.ord.su. Exo.28.*

Placat Dominum Aaron super altaris cornua, *r* quum sacerdos Sanctorũ intercessiones interponit.*Exod.30.b.* Sic placatus est Dominus orante Mose, & dicente: Recordare Abraham, Isaac, & Israël seruorum tuorum. *Exod.32.c.* Et placatur holocausto vituli. *Leuit.1.a.* Et oleo, hoc est, operibus misericordiæ. *Leuit.14.d.* Placans quoque Phinees Dominum, occisis adulteris, designauit orationes Martyrum maximè Deum placantes. *Psalm.105.*

Intercessiones Sanctorum. Opera misericordia.

r *Glo. ord.su. Exo.ps. 105.*

Placabile altare Dei *s* est in Ecclesia, vbi offertur Eucharistia maximè grata Deo.*Isa.60.b.*

s *Hie.sup.Isa. 60.*

Placere, Complacere, Placitum.

Placere, est alicui acceptum & gratum esse. Item æstimare, aut in æstimatione haberi. *1.Reg.8.e.* Ecce places Regi Consentire. *2.Reg.3.g.* placuerunt eis cuncta quæ fecit Rex. Decernere. *2.Par.3.a.* Placuit sermo Regi, & omni multitudini. Gratum habere. *Iud.18.d.* Videte quid vobis placeat. Præferre. *2.Paral.1.c.* Quia hoc magis placuit cordi tuo. Suscipere. *2.Reg.3.d.*Omnia quæ placuerat Israël. Videri. *Genes.20.d.* Vbicunque tibi placuerit, habita.

Placitum Dei, dicitur voluntas Dei. *Ephes.1.b.* Vbi dicitur beneplacitum eius.

t *Ar.sup.psal. 68.*

Placet Deo super vitulum nouellum, hoc est, *t* super Christum. *Psalm.7.8.* In eo dicitur placuisse sibi anima Dei. *Isa.42.a.*Super eum facta est vox de cœlis,dicens: Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui. *Matth.3.d.17.a.*

Voluntas Dei Placens Christus Deo.

u *Glo.int. su. Isa.62.& su. Exod.33.*

Complacuit Domino *u* in Ecclesia. *Isa.62.b.* quia non meritis Iudæorum aut Gentium eam elegit,sed gratuita voluntate, vnde & dicitur clemens, in quem sibi placuerit. *Exod.33.d.*

Gratuita voluntas Dei.

x *Gre.s.1.Re. 2.*

Placens Samuel Deo & hominibus. *1.Reg.2.c.* designat *x* prædicatorem humilem corde coram Deo, & venerabilem coram hominibus,qui potest dicere: Christi bonus odor sumus.*2.Cor.2.d.*Et omnia factus sum,vt omnes facerem saluos. *1.Cor.9.d.* Et sine offensione estote Iudæis,& Gentibus.*1.Cor.10.g.*Et gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ. *2.Cor.1.e.*

Prædicator gratus Deo & hominibus.

y *Hie.sup.Isa. 56.*

Placentes victimæ Deo, *y* sunt orationes humilium ipsi gratæ. *Isa.56.c.*

Orationes Deo gratæ.

z *Gre. s.psal. 101.*

Placuerunt seruis Dei lapides Sion, quum *z* Apostoli placuerunt Prophetis, qui de eis multa prædixerunt *Psalm.101.*

Placentes Apostoli Prophetis.

aa *Glo. ord.s. Psal.48.*

Non placere Deo in ceremoniis mente lugubri. *Leuit.10.d.* est *aa* in lege veteri non esse sufficientem placationem.*Psalm.48.*Non dabit Deo placationem suam.

Legis veteris imperfectio.

bb *Basil. s.ps. 114.*

Placere Domino in regione viuorum, hoc est, *bb* in cœlesti patria, vbi perfectè est voluntas in omnibus placens Deo.*Psalm.114.*

Voluntas perfecta beatorũ.

cc *Hie.s. Isa. 49.*

Placitum tempus *cc* est tempus redemptionis humanæ per Christum factæ, quæ accepta fuit Deo. *Isa.49.c.*

Tempus redemptionis.

dd *Glo. ord.s. psal.48. Gre. 11.m.16.*

Complacere in ore, *dd* est confiteri & laudare, & solis labiis honorare Deum: quales sunt laudes hypocritarum, & hæreticorum, quæ sunt in corde. *Psalm.48.* Sic non placent Domino labamina hæreticorum. *Hose.7.a. Iob.13.a.*

Laudes hypocritarum.

ee *Hil.s.psal. 52.*

Placent hominibus, *ee* qui propriam vtilitatem quærunt. *Psalm.52.* Qui & in carne placere dicuntur. *Gal.6.c.* Et placentia volunt sibi loqui, qui cupiunt in vitiis perseuerare. *Isa.30.b.*

Placentes errores Iudæis.

ff *Ori.s.Matt. cap.14.*

Placens saltatio filiæ Herodiadis Herodi, designat *ff* errores, quos amplexi sunt principes Iudæorum. *Matth.14.a.*

Tempus Iudicij.

gg *Gre.8. m. 29.*

Non placentes dies,designant *gg* tempus iudicij & diuinæ vindictæ.*Eccl.12.a.* Nunc quidem placet, hypocritæ vecordia sua,sed non placebit ei quia quum tempus retributionis aduenerit,in pœna displicet, quòd vecors fuit. *Iob. 8.c.*

Digitized by Google

Placenta.

Placenta, est librum farinaeium,quod fit ex siliginea farina,caseo & melle:dicta quod nobis placeat,vel quòd ea Deos placare solent.*Ierem.7.d.44.c.* Faciebant Iudæi placentas reginæ cœli,id est,Lunæ : vbi placentæ *a* omne genus sacrificij designant.

Plaga, vide Vulnus, & Regio.

Plangere, vide Flere.

Planta pedis.

Planta pedis, est tota pars inferior pedis, etiam digitos & vngues includens.

Planta pedis animalium,quæ erat vituli, seu rotunda. *Ezech.1.b.*designat *b* omnibus amputatis angulis in operando rotunditatem esse sequendam, quæ omnium figurarum pulcherrima & capacissima est. Vel designat opera prædicatorum, qui debent maturè incedere, ne leues sint moribus, & fortes esse in operando,& diuidere vngulam per discretionem. Designat etiam finalem *c* vtilitatem incarnationis & passionis Christi, quæ est remissio peccatorum totius mundi.

Planta, finem operum , aut extremum vitæ significare potest, *d* vt cùm mali planta dicitur teneri laqueo. *Iob.*18.*b.*Et plantæ pollutæ designant opera turpia. *Ierem.*13.*d.*

Planta pedis Esau,quam tenebat Iacob. *Genes.*25.*c.* designat *e* primatum primogenituræ ab ipso amissum. Vel nouissimum tempus Israëlitici populi, in quo Dominus noster aduenire dignatus est vt eis conferret salutem.

Planta pedis, *f* infirmos in populo designare solet. *Isa.*1.*b.*A planta pedis vsque ad verticem Satan Iob vulnerauit,quia prius ab hominibus inchoans, vsque ad ipsum caput Ecclesiæ sæuiendo peruenit. *Isa.*1.*b.*

Planta pedis , *g* concupiscentiam necessariam , vel necessitatem concupiscendi malum significare potest. *Genes.*2.*b.*

Planta Plantare, Transplantare.

Planta in arboribus dicitur quæ transferendi gratia aliunde sumitur , vt alibi ponatur. Generale tamen non est ad omnes arbores,frutices,& herbas. Plantare autem,est plantas aliunde sumptas, alteri soli committere, & serere. Item fundere. *Genes.*2.*b.*Plantauerat autem Dominus Deus paradisum. Formare. *Psalm.*93. Qui plantauit aurem, non audiet. Conuertere. *Ierem.*1.*b.* Vt ædifices, & plantes.

Plantasse dicitur Deus paradisum, quando *h* produxit Filium,& locum fœlicitatis , & etiam quum instituit virtutes. *Genes.*2.*b.Ierem.*1.*c.* Plantauit quoque Dominus de medulla cedri super montem excelsum , *i* quum incarnari fecit Filium in Virgine , qui est caput Ecclesiæ. *Ezech.*17.*g.* Et plantatum lignum secus decursus aquarum, *k* est Christus iuxta populos,vel iustus in legis doctrina,& iuxta fluenta gratiæ Christus statutus. *Psalm.*1. Transplantatũ est lignum secus decursus aquarum,est qui de infidelitatis ariditate venit ad baptismum.*Ierem.*17.*b.* Plantare autem dicitur Deus,quum in bono statuit. Et plantat in veritate,fidei videlicet Christianæ.*Ierem.*18.*b.* 24.*c.*31.*c.*32.*g.*

Plãtauit Deus de ramis cedri,quum *l* produxit Apostolos,& cæteros de synagoga,& ex eis instituit Ecclesiam in monte sublimi. *Ezech.*17.*g.* Plantauit etiam cedros Libani, hoc est,diuites in Ecclesia, vel excellentes virtute. *Psalm.*103. Dicitur etiam plantasse Deus populum suum in monte hæreditatis , quia instituit eum in Ecclesia, quæ eius hæreditas dicitur , & postmodum fiet hæreditas cœlestis. *Exod.*15.*c.* Sic dicitur plantasse cœlos. *Isa.*51.*a.* Et iustus dicitur plantatus in domo Domini,in atriis domus Dei nostri.*Psalm.*91.

Complantati Christo tanquàm ligno vitæ,*m* sunt fideles,vt inde virtutem suscipiant.Et tunc deponunt omnia vitia, ne de cætero peccent. *Rom.*6.*a.* Dicuntur complantati similitudini mortis eius , quia suscipientes baptismum,virtute mortis Christi moriuntur vitæ veteri , & efficiuntur membra corporis eius.

Plantasse etiam dicitur Deus paradisum, quando creauit mundum. *Genes.*2.*b.*

Plantans Noë vineam, designauit *n* Deum instituentem Iudæam , vel animam. Et dicitur plantasse vineam semine vero, quia creauit animam bonam , & Ecclesiam tam militantem quàm triumphantem. Plantauit quoque Deus vineam , hoc est, synagogam , vel sacram scripturam. *Genes.*9.*c.Psalm.*79. *Isa.*5.*a.*60.*d.*65.*d.Ierem.*2.*c. Matth.*21.*b.* Plantare quoque vineam in montibus Samariæ , est fundare Ecclesiam in Apostolis & Apostolicis viris. *Ierem.*31.*a.* Plantauit etiam Deus vineam in paradiso , hoc est , fideles in Christo. Plantant etiam vineam fideles , qui bene operando in spem eriguntur. *Ezech.*29.*g.* Sic plantauit *o* mulier fortis. *Prouerb.*31.*b. Eccles.*2.*b.Mich.*2.*b.* Plantatur etiam vinea , quando bonum propositum in bona intentione figitur. *Psalm.*79.

Prima plantatio ligni, est institutio iustorũ in præscientia diuina. Vel est *p* prima fides discipulorum Christi, quam habuerunt ante passionem eius,quæ in resurrectione reuixit. *Iob.*14.*d.*

Plantans nemus Abraham,designauit *q* prælatos exemplo virtutum subditis præbentes. Et vt nemus non est vnius speciei arborum,aut fructuum,sed diuersarum : ita prælati diuersarum virtutum exempla præbere debent. Plantauit etiam nemus Abraham,quum Christus multos instituit Gentilitate insignes viros.*Gen.*21.*d.*Et plantare ligna pomifera,est virtutes, & scientias in animam inducere. *Leuit.*19.*d.* Plantare autem post auulsionem, est extirpatis vitiis virtutes inducere. *Ierem.*1.*c. Psalm.*43. Plantat etiam prædicator, *r* quum Euangelizat , & ad fidem attrahit,& infideles conuertit. 1.*Corint.*7.*b.*

Plantat plantationem fidelem synagoga , *s* quum credit in Deum patrem, sed seminat alienum germen , non credens in Filium. *Isa.*17.*c.*

Plantare ligna pomifera , est *t* tractare sacram scripturam veteris legis. *Leuit.*19.*e.*

Transplantata vinea in desertum quæ prius plantata erat super aquas *u* est Iudæa in Babylonem translata , vel in se destructa,vel est Ecclesia frigescente charitate. *Ezech.*19.*c.*

Plantant vineas hæreticus , quum *x* mixta mendaciis docent mysteria Christi. *Amos.*5.*c. Sophos.*1.*c.* Plantat etiam pinum hæreticus, quum doctrinam naturalem proponit , vnde suas eliciat aut confirmet hæreses. *Isa.*44.*c.* Plantare etiam lucum iuxta altare , est hæreses in Ecclesiam inducere , vel virtutibus vitia miscere , vel inanem eloquentiam sacræ scripturæ adiungere. *Deut.*16.*d.* Plantatio autem, quam non plantauit pater cœlestis , est vitium , & carnalis cupiditas , & etiam traditiones humanæ , legi diuinæ contrariæ. Vel sunt intelligentes scripturas solum ad literam. *Matth.*15.*b.* Plantationes quoque nouellæ , sunt adinuentiones hæreticorum. *Psalm.*143.

Plantasse dicitur Deus impios, *y* quum eos permittit in hæresi firmari. *Ierem.*12.*a.*

Transplantari morum, est *z* diabolum exire ab iis, qui conuertuntur. *Luc.*17.*b.*

Plantandi tempus est *aa* in nuptiis. *Eccles.*3.*b.*

Qui nutritioni tantummodo deditus, diu noctúque torpet, *bb* viuit vt planta.

Planus.

Planum, dicitur cuius figura seu superficies æqualis est,

Planæ viæ, designant *cc* vitam sine vitiorum anfractibus,vel corda tractabilia Gentilium.*Isa.*40.*b.*62.*d.Luc.*3.*a.* Et plana deserti, sunt simplices ex Gentilitate. *Ezech.*17.*b.*

Plana in quibus sunt pascua gregum Domini. *Isa.*49.*c.* designant *dd* sacram scripturam , & fœlicitatem , ac cœlum empyreum,in quo nec tumefactio stellarum,nec gibbosum,vel asperum quippiam reperitur,sed totum est planum, totum iucundum,atque amœnum.Est etiam in ipso archetypo planicies, *ee* à quo omnia iucunda,lenia, dulcia,amœna,& delectabilia procedunt.

Plasmare, Plastes, vide Fingere.

Platanus.

Platanus, est arbor latè se spargentibus ramis, & latis foliis.

Platani virgæ,dicunt *ff* spiritualis fructus vbertatem,quia huic arbori vitis annectitur, vt per eius lata consortia partus se vberes fundant. *Genes.*30.*f. Eccl.*24.*b.*

Platani

Maturitas prædicatorum Remissio peccatorum.

Extremum vitæ. Opera. Primogenitura Esau. Vltimum tempus Iudæorũ. Infirmi in Ecclesia. Concupiscentia necessaria. Productio filij & fœlicitatis, & virtutum. Incarnatio. Christus. Iustus. Producens Deus Apostolos & diuites in Ecclesia. Fundati iusti in Ecclesia. Copulari corpori Christi. Creatio mundi. Institutio Iudæa, vel anima, Ecclesia, & sacra scriptura. Bene operari. Bona intentio Præscientia diuina. Prima fides. Apostolorum Exemplaprælatorum. Induere virtutes. Conuersio infidelium. Fides Synagoga. Tractare veterem legem. Destructio Iudæa. Refrigescens charitas Ecclesia. Doctrina hæreticorum erronea. Vitium. Carnalis cupiditas. Traditiones humana. Vita sine vitijs. Corda Gentium tractabilia. Sacra scriptura. Fœlicitas. Cœlum empyreum. Vbertas spiritualis.

a *Glo.inte.su. Ier.*7.
b *Gre.s.Ezee. ho.*3.
c *Rup.* 1. *s. Exec.*3,
d *Gr.* 14.*mo,* 5.
e *Glo. ord.su. Gen.*25.
f *Hier. s.Is.*1. *Gre.*3.*m.*14.
g *Ricar. de S. Vict. de statu interioris hominis.*32.
h *Orig. s.Ios. ho.*17. *Georg. Vene.Cant.*1, *tom.*7.*ca.*12.
i *Hie.s. Ezee.* 17.*& su.Ier.* 17.
k *Ar. Hil.& Aug.s.psal.*1. *Gre.* 19.*mor.* 27.
l *Orig.s. Exe. ho.*12. *Ar.& Au.s.ps.*103. *Hier.s. Is.*51. *& s.Ier.*1. *& Psal.*91.
m *Orig. & Amb.s.Ro.*6.
n *Philo. de planta. Noe Hil.s. Matt. Can.*22. *Hie. s.Is.*5.60.65. *Aug.*16.*ciui. Dei.*2.*Orig.s. Iere.hom.*13, *& su.Matth. ho.*19. *Arn.su.ps.*29 *Am.s.Lu.*20. *Georg. Venet. Cant.*1. *to.*7. *cap.*21.28.
o *Bed.s.Prou.* 31. *Ricar. de S. Vict.de somn. Nabuc.*
p *Gre.*12.*m.* 4.
q *Ori.s.*1.*Re. hom.* 1. *& s. Ier.hom.*1. *Phil.de planta.Noe.Rupe.* 6.*s. Gen.* 27.
r *Ambr.s.*1. *Corin.*3.
s *Hie.s.Is.*17.
t *Isyc. s.Leu.* 19.
u *Hie.s. Eze.* 18.
x *Hie.s.Amo.* 5.*& s.Is.*44. *Ori.s.Iere.ho.* 14.*Philo.* 1. *allego.Gre.ad Leandrum. Ori.s.Io.hom.* 13.*& Ier.ho.* 1.*& s.Matt. cap.*15.*Hil.s. Matt.Can.*4. *Hie.s.ps.*143.
y *Hier.s.Iere.* 12.
z *Am.s. Luc.* 17.

aa *Hic.*1.*adu.Iouin.* bb *Gecr.Ven.Can.*1.*tom.*6.*cap.*14. cc *Ori.s.Luc.hom.*22. *Hie.s.Is.*40. dd *Hier.s.Isa.*49.
ee *Geor.Ven.Cant.*1. *to.*7.*cap.*8. ff *Amb.* 2.*de Iacob.*4.

Digitized by Google

Platani etiam designare possunt *a* angelos, & humiles in paradiso. *Ezech.31.c.*

Angeli. Humiles.

Platea, vide Forum.

Plaudere, Applaudere, Complodere.

Plaudere, est percussione mutua manuum congratulari alicui, lætitiámque ostendere. Complodere verò, conrium indicare solet.

Complodere, aut percutere manibus dicitur Deus, quum *b* iratum se puniendo ostendit. *Ezech.21.b.22.c.*

Punitio Dei.

Plaudunt manu ligna regionis, *c* quum Sancti cum gaudio benè operantur: Et omnes gentes plaudunt, quando bonis operibus laudant Deum, *Isa.55.d. Psalm.46.97.*

Bene operari.

Plaudere super femur, *d* est plangere, & gementis habitum assumere, & demonstrare. *Ezech.21.b.*

Plangere.

Applaudunt sacerdotes pseudoprophetis, *e* quum fauent hæreticis & eorum mendaciis. *Ierem.5.g.*

Fauere hæreticis.

Plaudere manibus super casu Hierusalem. *Thren.2.a. Ezech.25.b.* est *f* quum dæmones gaudent de animæ lapsu & hæretici de lapsu Ecclesiæ.

Gaudentes dæmones, & hæretici delapsu fidelium.

Plaustrum, vide Currus.

Plebs, vide Populus.

Plecta.

Plecta, est aliquid complicatum vt chorda. Et plectæ in sculpturis maris fusilis Salomonis formam vinculorum, quibus sculpturæ intexuntur, significare videtur. *3.Reg.7.e.* designant autem vinculum fraternæ dilectionis in Apostolis & prælatis.

Vinculum dilectionis.

Plectere.

Plectere, est punire, aut ferire, aut etiam complicare.

Plectentes subtilia, sunt *g* hæretici, dialecticas rationes torquentes ad decipiendos simplices. *Isa.19.b.*

Hæretici fingentes rationes.

Pleiades.

Pleiades, sunt stellæ septem in signo Tauri, in cuius fronte ponuntur, nominque habent à pluuia. *Iob.38.c.*

Pleiades, quæ septem sunt, *h* Sanctos omnes denunciant, qui inter præsentis vitæ tenebras septiformis spiritus gratiæ nos lumine illustrant, qui ab ipsa mundi origine, vsque ad eius terminum diuersis temporibus ad prophetandum missi, & iuxta aliquid sibi coniuncti sunt, & iuxta aliquid disiuncti: sicut pleiades vicinitate sibi coniunctæ sunt tactu disiunctæ. Designant etiam nouum testamentum, secundùm quòd ab Oriente surgunt, & gratiam afferunt septiformis spiritus.

Sancti.

Nouum testamentum.

Plicare, Complicare.

Plicare, est nectere, & velut rugas facere.

Complicabuntur cœli. *Isa.34.a.* Cùm *i* post detecta hominum peccata in iudicio, non amplius obsequium præstabunt malis, nec amplius in eis scribentur peccata.

Cessans obsequium cœlorũ.

Plicati ostia templi, est *k* in historia legis contineri sensum spiritualem, & non esse vnum sine altero. *Ezech.41.d.*

Sensus spiritualis in literali.

Complicare dicitur stultus manus suas *l* quum non extendit eas ad benè operandum, *Eccl.4.a.*

Pluma, Plumescere, Plumarium.

Pluma, est in auibus mollior & exigua penna. Plumescunt autem aues quum pennas emittunt, quibus tegantur. Plumarium autem opus dicitur, quod multiplici varietate distinctum est: vt auis variis pennas coloribus distincta.

Plumæ auium, *m* superbiam, leuitatem, diuitias, scientiam, & cætera, quibus homo extollitur, significare possunt. *Leuit.1.d.* Et plumæ aquilæ grandis, designant diuitias regis Nabuchodonosor, & exercitum eius, ac varias gentes illi subiectas, *Ezech.17.a.*

Superbia. Leuitas. Diuitia. Scientia. Exercitus regis Babylonis.

Plumæ, in bonum, significare possunt *n* bonam conuersationem, & dona Spiritus sancti: ac virtutes. Plumescit autem accipiter expansis alis ad austrum, *Iob.39.c.* quum vnusquisque Sanctorum tactus flatu Spiritus sancti concalescit, & vsum vetustæ conuersationis abiiciens noui hominis formam sumit. Quod Paulus admonet dicens, *Coloss.3.b.* Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Et rursum, *2.Cor.4.d.* Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, de die in diem renouatur. Vetustam autem pennam proiicere, est inueterata studia dolosæ actionis admittere: nouam pennam sumere, est mitem ac simplicem bene viuendi sensum tenere.

Bona conuersatio. Renouari per Spiritum sanctum.

Plumbum.

Plumbum, est metalli genus grauis ponderis, coloris obscuri, miniméque sonorum, estque molle, ac facilè liquabile.

Plumbum quandóque significat *o* pondus correctionis, tam verborum, quàm flagellorum, *Ierem.6.g.* In conflatione autem auri apponitur plumbum, & si consumatur plumbum, conflatio nocet auro, ita ad perficiendos bonos additur plumbum correctionis.

Pondus correctionis.

Plumbum quum sit maximè graue, *p* grauitatem peccati significare solet, *Exod.15.b. Ezech.28.c. Zach.5.c.* Item grauitatem condemnationis: ideò ponitur super amphoram, hoc est, super iniquitatem.

Grauitas peccati. Grauitas condemnationis.

Plumbum etiam dicuntur *q* homines, non habentes firmitatem in bono, & graues per peccata, *Ezech.22.d.* vnde plumbum tanquam fæces metallorum non inuenitur in superna ciuitate. Plumbi autem lamina, eos significat, quos auaritiæ pondus grauat, *Iob.10.d.* Quibus per increpantẽ prophetam dicitur, *Psalm.4.* Filij hominum vsquequo graui corde. per plumbum namque cuius natura grauis est ponderis, peccatũ auaritiæ specialiter designatur, quod mentem quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad petenda sublimia attolli nequaquam possit. Hæc est talentum plumbi in amphora, *Zach.5.c.*

Graues homines per peccata. Auarus. Auaritia.

Plumbi lamina, *r* etiam Iudæorũ est populus: vt enim in plumbo facilè scribitur, & ipsa eius mollitie facilius deletur: ita Iudæa præcepta Dei, & sine labore præcepit, & cum celeritate perdidit.

Populus Iudæorum.

Pluuia, Pluere, Imber.

Pluuia, est iugis & lenta aqua cadens è nubibus, quæ cum est vehementior imber dicitur. Est etiam pluuia quandóque fertilitas, *Leuit.26.a.* Dabo vobis pluuias temporibus suis. pluere autem dicimus, quum aqua sic decidit. Est item pluere, abundare, *Iob.20.c.* Et pluat super illum bellum. Demittere, *Exod.16.a.* Ego pluam vobis panes de cœlo. Rigare, *3.Reg.17.a.* Non enim pluerat super terram. Stillare, *Exod.9.e.* pluitque Dominus grandinem.

Pluuia dicitur *s* verbum Dei, quod est filius Dei, *Deut.32.a. Amos.4.b.* Et pluuia in vellus, est Christus sine virili semine conceptus, qui sine strepitu & humiliter descendit. Qui etiam in Iudæam descendisse dicitur, vt in vellus, *Psalm.71.* pluit etiam Deus manna, quum incarnari fecit Verbum, *Psalm.77.*

Verbum Dei. Gratia. Dona Spiritus sancti. Doctrina prophetarum. Prophetæ. Euangelium Consolatio diuina.

Pluuia significare solet *t* gratiam, seu gratiæ infusionem, & dona Spiritus sancti, & doctrinam etiam prophetarum, quę fuit vsque ad Christum, aut etiam ipsos prophetas, & præterea Euangelium. Et pluuia in vellus, designat gratiam in Iudæos collatam, *Genes.2.a. Deut.28.a.32.a.5.1. Reg.12.c.2. Reg.1.d. Psal.71. Eccles.11.a.12.a. Isa.5.b.55.c. Iere.3.a.10.c.* Et pluuiæ benedictionis, sunt dona gratiarum, & consolationes Spiritus sancti, *Ezech.34.f.1.Reg.18. Iob.5.b.36.d.38.c. Psalm.67. Zach.14.d.* Diuina etiam misericordia, pluuia dicitur, *Psalm.134. Apoc.11.b.*

Misericordia Dei.

Pluuia quandóque dicitur *u* baptismus, *Psal.146.* Ipse est pluuia fructificare faciens terram. *3.Reg.18.g.*

Baptismus.

Imber, significat *x* tempus passionis Christi, & etiam persecutionis. Et imber abiit, quando Christus surrexit, & persecutiones cessarunt, *Cant.2.c.*

Tempus passionis & resurrectionis.

Pluuia temporanea & serotina, significat *y* legem & Euangelium, vel varias vocationes, *Ierem.5.f.14.a.* Hanc pluuiam dat Deus temporibus suis, *Leuit.26.a.* quum prædicari facit vnicuique tempore opportuno, & secundùm quod id ferre potest. *Psalm.67.134.146.* pluuia etiam *z* prædicantium dicta designat, *Iob.28.29. Deut.32.a.* Et pluuiæ hyemis sunt verba prædicationis in hac vita, vbi est hyems: quum nos adhuc nostræ mortalitatis frigidus torpor astringit, *Iob.36.d.* Et imber fortitudinis Dei, est prædicatio diuinitatis eius: sicut imber infirmitatis, & prædicatio incarnationis, *Iob.37.a.* Huius pluuiæ pater dicitur Deus, *Iob.37.c. Eccles.11.b.14.f.* pluit autem Dominus panes, quum dat doctrinam cœlestem. *Exod.16.a.* Et pluunt nubes imbrem, quum Apostoli & doctores

Lex & euangelium. Prædicatio.

prædicam

a Gre. 32.m. 24.

b Glo. ord.su. Ezec.21.
c Au.s.ps.46.
d Glo. ord.su. Ezech.21.
e Lyr.s.Iere.5
f Hie.s. Ezec. 25.
g Hie.sup.Isa. 19..
h Gre.29.m. 28.29. Hie.s. Iob.38.
i Hie.s.Is.34.
k Hie.s.Ezec. 41.
l Hie. s. Eccl. 4.
m Isyc.s.Leu. 1.
Glo.inter.sup. Ezech.17.
n Gre. 31.m. 32.
Hie.s.Iob.39.
o Lyr.s.Ier.7.
p Ori.s.Exod. hom. 6. & s. Isa.ho.6.Hie. s.Zac.5.
Rup.s.Zac.5.
q Hie.s.Ezec. 22.Geor.Ven. Cant.1. to.7. cap.6.
Greg. 9. mor. 26.
r Gr.9.m.26.
s Amb.s.Luc. 9. & ser.13. Lactan.lib.4. ca.15.Ar. & Au.s.psa.71. Chry.s.ps.59. ho.2.Au.sup. psa.77.
t Orig. s. Iud. h.8.& s.cant. 7.& s.Ier. 5. Am.epist.11. 44.Hie.su.Is. 30.35. Aug. 2.de gen.con. Man.4. & s. ps.134. Gre.s.1. Reg. 12. Antoni.epi.2. Bed.sup. Gen. 2.
u Geo.Ve.Ca. 1. tom.7.cap. 17.
Arn.s.ps.146.
x Am.ser.38.
Ori.s.Cant.h. 2.
y Hie.s.Ier.5. 14.& s.Is.45. & s. Amos 4. Phil. 2.alleg. Ori.s.Leu.ho. 16.Hil.s.psa. 146.
z Greg.19.m. 6.& 20.m.2. & 27.m. 18. & 29.m.20. Aug.sup. psa. 146. & de ouibus 34. Fulgen.ser.de con.Isy.s.Leu. 26.

Digitized by Google

prædicant. Et pluunt iuſtum quum prædicant Chriſtum, *Iſa.5.a.45.b.* pluit autem Dominus ſuper vnam ciuitatem, & non ſuper aliam, quum Eccleſiæ dat doctrinam Euangelicam & dona ſpiritualia, & non hæreticis, *Amos.4.c.* 3.*Reg.*17.*a.* Imber quoque matutinus,doctrina Chriſti, & Apoſtolorum, *Ioel.2.e.* Et imber vehementiſſimus,cui dat Deus curſum, *a* eſt fortis prædicatio,& inter graues perſecutiones,*Iob.*38.*c.*Imbres quoque montium, ſunt verba doctorum, *Iob.*24.*b.*Imbres quoque quos effundit Deus ad inſtar gurgitum, ſunt doctrina noui teſtamenti,quæ tamen profunditatem habet & obſcuritatem myſteriorum. Cæterum pluuia ad legem Moſis referri poteſt propter multitudinẽ præceptorum. Stillæ verò pluuiæ ſunt myſteria in lege veteri latentia.*Iob.*36.*d.* Non pluit in Gelboe,hoc eſt,in Iudæa,quum ablatum eſt à Iudæis verbum Dei, 2.*Reg.*1.*d.* 3.*Reg.*18.*g.*pluere autem dicitur Dominus ſuper iuſtos & iniuſtos, *b* quia omnibus prædicari facit Chriſtum, *Matth.*5.*g.* Nondum pluerat Dominus ſuper terram,*Geneſ.*2.*a.* quum antequam peccaret anima nondum nubibus ſcripturarũ pluuiam doctrinæ Dominus ad irrigandam animam conceſſerat.Nondum etiam propter hominem,qui eſt terra,Dominus noſter nubem carnis aſſumpſerat,per quam imbrem Sancti Euangelij largiſſimum infudit.Non compluta autem terra,eſt non accipiens verbum Dei, *Ezech.*22.*f. Apoc.*11.*b.*

Prædicare gentibus.

Pluuiam terræ Deus tribuit, *c* quum arentia corda Gentilium ſupernæ gratia prædicationis infudit,*Iob.*5.*b.*Et ſuper terram abſque homine in deſerto pluere,eſt verbum Dei gentilitati prædicare. Quæ dum nullum cultum diuinitatis tenuit,nullámque in ſe ſpeciem boni operis oſtendit,quaſi deſertum fuit, *Iob.*38.*c.*Et pluit Dominus ſuper vnam ciuitatem & non ſuper aliam,quum ſanctæ exhortationis verba, alia mens ſuſcipit,alia recipere recuſat. Et quum quis ab vno vitio emendatur,& in alio perſiſtit,pars vna ciuitatis compluta eſt,& pars arida permanet, *Amos.*4.*c.*

Fundamenta fidei.
Fructus fœlicitatis.
Nouum & vetus teſtamentum.
Vltima prædicatio.
Prædicatio Iudæis facta.

Imber matutinus,eſt in Autumno: ſerotinus autem in Vere,quum fruges virent & augentur, *Amos.*7.*a.* Imber autem matutinus aut temporaneus, ſignificare poteſt *d* fundamenta fidei & cognitionem, quæ nunc habetur ex parte, *Hoſe.*6.*a.* Serotinus verò fructus fœlicitatis, & cognitionem perfectam, *Deut.*11.*b.* Vel imber ſerotinus & matutinus ſignificat nouum & vetus teſtamentum, *Ioel.*2.*f.* Imber quoque ſerotinus, *e* eſt prædicatio in extrema parte ſeculi, doctrina & dona Spiritus ſancti in aduentu Chriſti, *Iob.*29.*d. Zach.*10.*a. Pſalm.*77. Quando etiam maturis virtutum frugibus ablati de hac vita, in dominico horreo recondimur, imber eſt ſerotinus, *Prouerb.*16.*b.*Imber matutinus,prædicatio Iudæis facta per Apoſtolos:ſerotinus verò prædicatio eiſdem facienda in fine ſeculi.

Pax in ortu Chriſti.
Gratia ſine meritis.

Pluuia voluntaria quum Deus hæreditati ſuæ ſegregauit, *f* fuit quum nato Chriſto Angeli cecinerunt: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Gratia quoque eſt pluuia voluntaria, quia nullis præcedentibus meritis datur, *Pſalm.*67.77.Porrò *Auguſtinus Epiſ.*107. legit animam voluntariam.

Lumen naturale.
Idæa ſenſus.

Pluuia nutriens pinum, eſt *g* lumen naturale,aut Idæa ſenſus nutriens ſcientiam naturalem, *Iſa.*44.*c.* pluuia autem, quæ eſt Idæa ſenſus, non eſt ipſum ſenſibile, indiuiduum,& non pluerat Dominus ſuper terram, hoc eſt ſuper Idæam, quia particularia ſenſibilia debentur particularibus ſenſibus, & non Ideæ, quæ illis non indiget, *Geneſ.*2.*a.*

Lachrymæ pœnitentiæ.

Imber quandóque ſignificat *h* lachrymas pœnitentiæ, quæ abeunt adueniente charitatis æſtate,licèt veniant imbres amoris, *Cant.*2.*c.*

Doctrina philoſophorum.
Illecebræ voluptatum.
Diabolus.

Pluit Dominus laqueos ſuper peccatores, *Pſalm.*10.quum *i* producit ſcripturas,quæ fiunt laquei malè intelligentibus Iudæis & hæreticis.

Vindicta Dei.

Imbres Ægypti,qui conuertuntur in ſanguinem,deſignare poſſunt *k* doctrinam philoſophorum,*Pſalm.*76.

Tentationes.

Pluuia ſenſim labens,ſignificare poteſt *l* blandè illabẽtes voluptatis illecebras,& profluuium luxuriæ,*Cant.*2.*c. Matth.*7.*d.*vbi etiam deſignate poteſt diabolum animas perdere conantem.

Superſtitiones.
Tribulationes

Imber inundans, eſt *m* vis diuinæ punitionis, & etiam pluuia grandinis, *Exod.*9.*d. Ezech.*13.*b.*38.*g.* Et pluuia ſulphuris & ignis, eſt plenitudo, ſupplicij. *Geneſ.*19.*c. Pſalm.*10.pluit etiam Dominus bellum ſuper hypocritam, *Iob.*20.*d.* quando *n* iudiciorum ſuorum gladij eius opera percutit. Bellum namque Deo pluere, eſt iniqui vindictam diſtrictis ſententiis deſuper ad interitum vrgere. Bellum Deo pluere, eſt ſuperbientia contra ſe corda percutere, & mentem aridam, quaſi quibuſdam guttis pluuiæ deſcendentibus, iudiciorum ſuorum iaculis ferire, &c.

Verba hæreticorum.
Litera legis.

Pluuiæ impingentes, in domum, *o* ſunt tentationes: & etiam caliginoſæ ſuperſtitiones, *Matth.*7.*d.* Et pluuiæ hyemales, ſunt tribulationes, *Iob.*37.*a.* Item perſecutiones in Chriſtum,& fideles, verba etiam hæreticorum, & Philoſophorum, & litera legis iam non ſeruanda, *Cant.*2.*c.*

Doctrina pro capacitate.
Superfluitas prælatorum.

Pluuiæ in meſſe,comparatur *p* dignitas collata ſtulto & indocto,quia plus nocet Eccleſiæ, quàm pluuia meſſi, *Prouerb.*26.*a.*

Multitudo filiorum Eccleſiæ.
Mali.

Non pluunt nubes ſuper vineam Sorech, *Iſa.*5.*b.*Quando *q* non deſcendunt cœleſtia beneficia in ſynagogam.

Plus, Plurimus.

Non rectè ſapere.

Plus, & plurimus notæ ſunt ſignificationis, indicantia argumentum in multitudine.

Plus aut minus colligere de manna, *Exod.*16.*d.* eſt *r* vnumquenque ſuſcipere doctrinam pro ſua capacitate.

Plus offerre populum,quam neceſſarium ſit opus tabernaculi,*Exod.*36.*a.*dici poteſt quando *ſ* ſuperflua dantur prælatis Eccleſiæ.

Pluribus plus terræ datur, *Num.*26.*f.* Quia *t* plures ſunt imperfecti, qui plus de terra poſſident. In terra verò cœlesti plures dicuntur,qui ſunt perfecti: quia vnus iuſtus pro pluribus reputatur, mali verò ſunt exigui.

Plures filij deſertæ, ſunt filij Eccleſiæ ex gentibus, ſuperantes filios ſynagogæ, *Iſa.*54.*a. Galat.*4.*d.* plurimos autem dicitur parere ſterilis, *u* & non omnes, 1.*Reg.*2.*a.* Quia non omnes ſaluantur.

Plurimi dicitur de malis,quaſi ſint ſine certo numero,& peculiariter de hypocritis, *Iob.*11.*d.*

Plurima ſapientia dicitur eſſe *x* eius, qui non rectè ſapit,quia dum vltra modum tenditur, in quolibet latus culpæ declinatur, *Iob.*26.*a.*Ait autem Paulus ad *Rom.*12.*a.*Non plus ſapere quàm oportet ſapere.

Mortis eſt ſcripturarum, y quamuis plures libros,ſi inter ſe diſcrepent, & de eadem re ſcribantur, vnum volumen dicere. Siquidem,& Euangelium, & lex Domini immaculata conuertens animas, ſingulariter appellantur, cùm plura Euangelia, & multa ſint mandata legis. Sic & volumen & in Iſaiæ ſermone ſignatum,omnis ſcriptura diuina eſt, vt vno capitulo libri Ezechiel Ioannéſque veſcuntur. Saluator quoque omnium retro Sanctorum voce prophetatus ait. In capite libri ſcriptum eſt de me. Iuxta hunc igitur ſenſum arbitror præceptum,*Eccl.*12.*d.* Ne plures libri fiant. Quidquid enim dixeris,ſi ad eum referatur, qui in principio erat apud Deum,& Deus erat verbum, vnum volumen eſt, & innumerabiles libri, vna lex, vnum Euangelium nominantur. Quia ſi diuerſa & diſcrepantia diſputaueris, & curioſitate nimia huc atque illuc animum deduxeris, etiam in hunc librum multi libri ſunt.

Poa herba, vide Borith.
Poculum, vide Calix.
Poderis, vide Tunica.

Pœna, Supplicium.

Afflictio.
Deſideria iuſtorum.
Pœna Eccleſiæ.
Tentationes.

Pœna, eſt ſupplicium, quod datur alicui ob culpam. Sumitur autem generaliter pro omni afflictione,vt quum *Iob.*9.*c.*dicitur de Deo: de pœnis innocentum non rideat,vbi pœnæ innocentum, ſunt *z* deſideria iuſtorum. Spes autem quæ differtur, affligit animam,*Prou.*30.*b.*Sic ſumitur *Iob.*10.*c.* pœnæ militant in me.

Pœnæ Iob *aa* pœnas Eccleſiæ ſignificant,quibus eius perſecutores ſaturari dicuntur,*Iob.*16.*b.*Et ſupplicia quibus conſumpta eſt caro eius,generis humani tentationes & tormenta ſignificant, *Iob.*33.*d.*

Mutatio rerum.

Pœnitere, Pœnitentia.

Pœnitere, dicitur quis, quum ea,quæ fecit, ipſi diſplicent & moleſta ſunt. Pœnitentia verò, eſt ipſe actus pœnitendi.

Pœnitere tribuitur Deo per metaphoram, *bb* quum opus eius videtur eſſe pœnitentis, & tamen pœnitendi affectum habere non poteſt.Pœnitudo enim Dei,eſt mutandarum rerum immutabilis ratio.Dicitur autem pœni-

tuiſſe

a *Gre.*16.*mo.* 24.*&* 29.*m.* 15.*Hie.ſ.Iob.* 36.

b *Au.*2.*ſerm. dom. in monte. Gre.*29.*m.* 16. *Hie.ſ.Ez.*22.

c *Gre.*6.*m.*6. *&* 29.*m.*16. *&* 5.*Ezec.ho.* 10.

d *Hie.ſ.Ho.*9. *&ſ.Ioel.*2.*& ſ.Zach.*10.

e *Gr.*20.*m.*2. *Bed.ſ.prou.*16 *Rup.ſ. Ioel.*2.

f *Ar.& Au. ſ.pſ.*67.

g *Phil.*1.*alle.*

h *Bern.ſ.cant. ſer.*58.

i *Au.ſ.pſ.*10.

k *Hie.ſ.pſ.*77.

l *Amb.ſ.pſal.* 118.*ſerm.*7. *Hil.ſ. Matth. Can.*7. *Hie.ſ. Mat.*7.

m *Geor. Ven. Cant.*1.*to.*7. *cap.*17. *Hie.ſu. Ezec.* 13.*&ſ.pſ.*10.

n *Gre.*15.*m.* 12.

o *Chry.ſ.Gen. hom.*2.6.*Au.* 2.*ſer. dom. in monte. Hier.ſ. Iob.*37. *Ber.ſ.can.ſer.* 58.

p *Bed.ſ.prou.* 26.

q *Tert.aduer. Iudæos.*

r *Glo. ord.ſu. Exod.*16.

ſ *Lyr.ſ.Exod.* 36.

t *Ori.ſ.Num. hom.*21.

u *Gre.ſ.*1.*Re.* 2.

x *Gre.*17.*m.* 10.

y *Hie.ſ.Eccl.*

z *Gre.*9.*mor.* 20.

aa *Gr.*13.*mo.* 8.*&*24.*m.*5.

bb *Aug. de eſſent.diu.& ſ.pſ.*131. *Euch. form. ſpir.*1.

Digitized by Google

fuisse Deum, quod hominem fecisset, quia destruendo genus humanum habebat se per modum pœnitentis, *Genes.5.b.* pœnitere autem dicitur Deus, quum mutat de malo in bonum, vt mutauit Gentiles, aut de bono in malum, vt Iudæos, quæ mutatio occulto iustóque Dei iudicio, seu per seueritatem iustitiæ, seu per misericordiam eius fit. Quum autem statuta non mutat, dicitur non pœnitere, *Psalm.*109.131. *Ierem.*4.*f.*

a *Glo.int.sup. Ho.*11.

Pœnitudo Dei dicitur conturbata, *Ho.*1.*c.* quia *a* grauia fuerat comminatus, & tamen grauiter punire nolebat, quasi pœniteret eum populum suum delere.

b *Gre.s.*1.*Regum*15.

Pœnituisse Deum quod constituerit regem Saulem, 1.*Reg.*15.*c.* designat *b* ipsum Deum reprobantem prædicatorem in peccatum lapsum, & non resipiscentem. *Reprobans Deus impœnitentem.*

c *Glo. ord.su. Leu.*5.

Pœnitentia pro peccato *c* est varia secundùm exigentiam delicti & vires pœnitentis, *Leuit.*5.*a. Isa.*21.*a.*24.*a.* *Conuersio gentium.*

d *Hil.s.Matt. can.*12.

Pœnitentia Niniuitarum, typus fuit *d* conuersionis Gentilium, *Matth.*12.*g.*

e *Gre,*31.*m.*2.

Pœnitentiam agit in fauilla & cinere, *e* qui contemplata summa essentia nihil aliud quàm fauillam se cinerémque esse cognoscit, *Iob.*42.*a.* *Cognitio sui.*

f *Glo. ord.su. Exod.*13.

Pœnitere filios Israël egressionis de Ægypto, est *f* dolere de vitiorum desertione. *Exod.*13.*d.* *Mala pœnitentia.*

Polenta.

g *Isyc.s.Leui.*27.

Polenta, est quæ fit ex hordeo fracto & frixo. Potest autem significare *g* mollem prædicationem Euangelij, *Leuit.*23.*c. Ios.*5.*c. Ruth.*2.*c.* 1.*Reg.*17.*b.*25.*c. Iudith.*10.*b.* *Prædicatio euangelij.*

Polire, Politus, Impolitus.

Polire, est ornare & excolere, & quasi politico more componere, & politi lapides, sunt dolati, & in superficie leuigati.

h *Ori.s.Io.ho.*9.

Impoliti lapides altaris, sunt *h* Apostoli & Sancti, à cultu mundano alieni, *Iosu.*8.*f.* *Apostoli.*

Pollex.

i *Isy.su.Leui.*8.

Pollex, dicitur digitus esse crassior manus, ita dictus, quod vi & potestate inter cæteros digitos polleat.

Pollices manus dextræ & pedis, *i* vim operatiuam designare possunt, *Exod.*29.*c. Leuit.*8.*d.*14.*d.* *Vis operatiua*

Pollicere, vide Promittere.

Pollinctor.

k *Hie.s.Ezec.*39.

Pollinctor, est qui funera mortuorum curat, quasi pollutorum vnctor, hoc est, cadauerum curator.

Pollinctores sepelientes os mortui, sunt *k* doctores hæresim aliquam confutantes, *Ezech.*39.*d.* *Doctores.*

Polluere, vide Immundus.

Polymitum, Polymitarius.

Polymitum dicitur, quod multis liciis seu filis constat, dictum à multorum filorum seu liciorum varietate, vnde polymitarius dicitur artifex, & ars polymitaria.

Polymita vestis, quam fecit Iacob filio suo Ioseph, designat carnem Christi, diuersis virtutibus ornatam, *Genes.*37.*a.* *Caro Christi*

l *Orig.s. Exe. ho.*6. *Bern. in apologia.*

Polymita etiam vestis seu versicolor, *l* varietatem sacræ doctrinæ & virtutum significare potest, *Genes.*37.*a. Exod.*28.*b.*36.*d.*38.*b.*49.*b. Exech.*16.*b.*27.*a.* potest etiam diuersos ordines & gradus in Ecclesia designare. *Varietas sacræ doctrinæ. Gradus Ecclesia.*

Polypus.

m *Basi. Exae. hom.*7. *Amb.* 5.*s.Exae.*8.

Polypus, est piscis multa habens brachia, quibus saxis adhæret, quorum colorem sumit, vt pisces capiat. Significat *m* fallaces & hypocritas, qui intrinsecus sunt lupi rapaces sub ouina pelle. Ab eo sumitur prouerbium, vt polypi mentem habere dicatur, qui se nouit omnibus accommodare. Non inuenitur in sacra scriptura.

Pompa.

n *Lyr.s. Ier.* 47.

Pompa, dicitur spectaculum & appatatus solemnis, tam in aduersis & tristibus, quam in prosperis & lætis.

Pompa armorum, *Ierem.*47.*a.* multitudinem *n* exercitus dicit, designans dæmones opprimentes detractores. *Dæmones.*

o *Hie.s.Amo.*5.

Pompaticè ingredi dicuntur *o* hæretici superbi, inanem gloriam venantes, *Amos.*5.*g.* *Venantes gloriam.*

Pomum, Pomiferum, vide Fructus.

Ponderare, Pondus.

Pondus est, quod graue est: aut ipsa grauitas, & illud quod librando ad stateram ponderatur. Ponderare autem, est in statera grauitatem rei examinare, vnde & generaliter ponderare, est examinare.

p *Gre.* 21.*m.* 16.

Pondus Dei dici potest *p* grauitas futuri iudicij, de quo *Iob.*31.*c.* pondus eius ferre non potui. *Grauitas diuini iudicij.*

q *Glo. int.su. Exod.*25.

Pondus candelabri sanctuarij, designat *q* opera Christi & membrorum eius. *Exod.*25.*d.* *Opera Christi.*

r *Glo. ord.su. Leu.*27.

Pondus sanctuarij, iustam dicit mensuram, designat autem *r* mensuram sacræ scripturæ, hoc est regulas ipsius scripturæ, quæ rectitudinem habent quum doctrina philosophorum sit incerta. *Exod.*38.*c. Leuit.*27.*d.* *Regula sacræ scriptura.*

s *Glo. inter.s. Exod.*30.

Pondus aromatum æqualem virtutum concordiam & conuenientiam *s* designat. *Exod.*30.*d.* *Conuenientia virtutum.*

t *Au.*13.*confess.*9. *Gre.*19. *mor.*4.

Pondus animæ, est *t* amor, quo fertur in locum suum. Et pondus ventorum, est grauitas animæ, vt ab intentione Dei iam leui motu dissiliat, sed in eum fixa constantiæ grauitate consistat. *Iob.*28.*d.* *Amor animæ. Grauitas animæ.*

u *Bed.s.Prou.* 11.20. *Hie.s. Mic.*6. *Gre. s. Exod. hom.*4.

Pondus æquum, est *u* rectum iudicium non declinans per fauorem in alteram partem, quod est gratum Deo. *Prouerb.*11.*a.* Pondus autem & pondus, est diuersum iudicium, quod quis habet de operibus propriis & proximi. *Prou.*20.*b.d.* Item, quum quis petit à Deo veniam nolens ipse remittere proximis iniurias. Et pondera dolosa sunt hæreticorum, & eorum qui pro muneribus iudicant aliter diuites quàm pauperes, *Mich.*6.*c.* *Rectum iudicium. Peruersum iudicium.*

x *Lyr. s. Iob.* 46.

Pondus grauans quandóque sumitur pro peccato: vt pondus graue simulachrorum, est grauitas *x* peccati colentium idola, est grauis seruitus, quia diabolo subiiciuntur. *Iob.*46.*a.* *Peccatum.*

y *Ori.s.Matt. hom.*10. *Rup.su. Apoc.*

Pondus diei & æstus, *y* tentationes & labores huius vitæ significat. *Matth.*20.*b. Apoc.*2.*f.* *Labores huius vitæ.*

z *Lyr.s.Is.*46.

Ponderare dicitur Deus cœlos palmo, quia dat præmium vltra condignum. *Isa.*40.*c.* *Præmium vltra condignum.*

aa *Lyr.s.Ez.* 4.

Ponderare argẽtum in statera, est *z* ornare verba ad defendendos errores. *Is.*46.*b.* dicitur etiam de auaris opprimentibus pauperes, seu de mediatoribus in Simonia, vt pecunia aliena placabilem sibi prælatum reddant. *Ornare verba errorum.*

In pondere comedens panem Ezechiel, designauit laborem obsidionis Hierusalem. *Exech.*4.*b.* Admonet autem parcè debere viuere eos, qui pœnitentiam agunt. *Onerare pauperes. Parcitas pœnitentium.*

Ponderosus.

bb *Gre.*1 *past* 11.

Ponderosus seu grauis, vel herniosus est, cui humor viscerum ad virilia labitur, quæ cum molestia dedecoris intumescunt, vnde herniosus sacerdos, non admittebatur ad offerendas hostias Deo. *Leuit.*21.*d.* Ponderosus est, *bb* qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde, & quamuis praua non exerceat opere, ab his tamen non euellitur mente. *Habens turpes cogitationes.*

Ponere, Exponere, Positus, Circumponere.

Ponere, est adhibere. *Genes.*4.*d.* posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. Ædificare. *Exod.*40.*b.* posuit tabulas ac bases. Applicare. *Exod.*34.*d.* posuit velamen super faciem suam. Apponere. *Genes.*31.*e.* pone hic coram fratribus meis. Collocare. *Genes.*1.*b.* posuit eas in firmamento. Constituere. *Gen.*17.*a.* ponam te in Gentibus. Deponere. *Ioa.*13.*a.* Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Disponere. *Ge.*48.*b.* posuit Ephraim ad dexteram suam. Exercere. *Psalm.*108. posuerunt aduersum me mala pro bonis. Exponere. 2.*Regum.*11.*c.* ponite Vriam ex aduerso belli. Imponere. *Genes.*4.*c.* posuit Dominus signum in Cain. Parare. 2.*Reg.*12.*e.* Petiuit, vt ponerent sibi panem. Permittere. *Iob.*7.*d.* Quare me posuisti contrarium tibi? Proponere. 4.*Reg.*10.*a.* Eum ponite super solium patris sui. Sepelire. 3.*Reg.*13.*a.* Iuxta ossa eius ponite ossa mea. Subiicere. *Exod.*17.*c.* Lapidem posuerunt subter eum. Abscondere. *Matth.*5.*b.* ponunt eam sub modio. Dare. *Psalm.*20. pones eos dorsum. Firmare. *Thren.*3.*f.* posuerunt lapidem super me. Instituere. *Ioan.*13.*c.* posui vos, vt eatis, & fructum afferatis. Exponere autem est quasi abiiciendo ponere. *Actor.*7.*c.* Vt exponerent infantes suos. Ponere fœdus, paciscì. *Gen.*6.*d.*17.*a.* ponere legem, statuere. *Iob.*28.*d.* ponere tenebras, impedire. *Ios.*22.*e.*24.*b. Iob.*19.*a. Isa.*42.*c.* ponunt opprobrium, qui deridendi traduntur. 1.*Reg.*11.*a.* ponámque opprobrium vniuerso Israëlis. *Psalm.*43. posuisti nos opprobrium inimicis nostris.

cc *Glo.int.su. Exo.*29.*& s. Gen.*26. *Hie. Aglasie.& s. Is.*49. *& su. Agg.*2. *Greg.* 13.*m.*16.

Ponere arcam intra velum. *Exod.*26.*g.*40.*b.* est *cc* Christum introduci ad secreta Dei. Et circumponens pharao torquem auream Ioseph, *Genes.*41.*f.* est Deus pater dans cœlestem sapientiam Christo homini. posuit etiam Deus Spiritum suum super Christum, quando dedit ei dona Spiritus sancti. *Isa.*42.*a.* poni iuxta Deum orabat *Exaltatio Christi.*

Digitized by Google

Iob,designans Christum,qui post resurrectionem ascendens in cælum, sedet à dextris Dei. *Iob.17.a.* posuit etiam Deus Christum sicut sagittam electam:quia ipse est vnigenitus. *Isa.49.a.* Et posuit quasi signaculum Zerobabel, hoc est Christus. *Agg.2.d.*

Christus mediator.

Posuit sibi Deus Iob,hoc est, Christum quasi in signum: *a* quia fecit eum mediatorem Dei & hominum. *Iob.16.c.* Fidelis quoque populus ponitur quasi in signum hosti: quia semper eius ictibus percutitur, eiusque persecutionibus affligitur. Posuit Deus hominem in paradiso. *Gen.2.b.* Hoc est Christum assumpta carne in Ecclesia, cuius factus est caput. Ponere propitiatorium super arcam. *Exod.26.g.40.b.* est *b* datum esse Christum à patre, vt sit propitiatio pro peccatis nostris. Ponit Deus de fructu ventris Dauid super sedem. *Psalm.131.* quando Christus *c* natus est de Virgine perpetuò regnaturus. Posuit etiam de fructu ventris Christi, super sedem eius: quia dedit iudices in Ecclesia eius vicarios. Posuit etiam Deus tabernaculum suum in Sole. *Psalm.18.a.* Hoc est, *d* in vtero Sanctæ Mariæ Virginis, quæ illustrata est sicut Sol, vel Soli posuit tabernaculum in cælis, cum Christum posuit in discipulis & in Ecclesia, posuit Deus manum super Christum, *e* quando firmauit in eo naturam humanam. *Psalm.138.* Posuit etiam manum Christi in mari, hoc est, opera eius in mundo: & dexteram eius in fluminibus, hoc est, super principatus & potestates mundi. *Psalm.88.* Posuit etiam Deus in Christo *f* iniquitates omnium nostrum, hoc est, pœnam *f* peccatorum nostrorum: quia pro omnibus passus est. *Isa.53.b.* Ponens Elisæus os suum super os pueri,& oculos super oculos,&c. Designat Christum per omnia factum nobis similem. *4.Reg.4.f.*

Euangelium in Christo.

Ponere testimonium in arcam. *Exod.25.b.* est *g* doctrinam Euangelicam esse in Christo ad institutionem fidelium.

Passio Christi

Ponere manus super caput arietis,aut hostiæ,*h* passionem Christi designabat. *Exod.29.b. Leuit.1.b.3.a.4.a.* Ipse enim sponte seipsum obtulit, qui dicebat,Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Et dicitur posuisse pro peccato animam, *i* qui mortuus est pro peccatoribus. *Isa.53. e.* Et posuit Deus carnem pro costa Adæ,cùm Christus tradidit corpus suum pro Ecclesia. *Gen.3.d.*

Dignitas Christi.

Ponere laminam in fronte pontificis. *Leu.8.b.* est *k* dignitatem pontificis Christi recognoscere:vel crucem eius in mente & fronte portare.

Memoria passionis Christi.

Ponere pro erudire. Ponit Deus verba sua in ore Christi vel fidelium, quum dat quid loquantur ante reges & præsides. Peculiariter autem in ore Christi:vt non diceret sicut prophetæ, hæc dicit dominus:sed Ego autem dico vobis:& imperaret cum authoritate diuina, *Deut.18.d. Isa.51.e.59.d.*

Erudiens Deus.

Posuit Christus vestimentum suum cilicium, *l* quando languores nostros portauit, & quia oppposuit carnem suam,in quam sæuirent Iudæi,occultata diuinitate, *Psalm.68.* & posuit faciem suam vt petram durissimam, quia fortiter sustinuit iniurias. *Isa.50.c.* positus est etiam Christus in ruinam & resurrectionem multorum:*m* vt videlicet cadat vetus homo,& resurgat nouus, *Luc.2.a.*

Tradens se Christus pro nobis.

Posuit Christus vestimenta sua,*n* quando abscondens diuinitatis gloriam,seipsum exinaniuit, *Ioan.13.a.*

Abscontio diuinitatis.

Posuit Deus coronam de lapide pretioso in capite regis, *o* quando dedit Christo discipulos, *Psalm.20.* ponit autem Deus gregem suum, quasi equum gloriæ suæ, *p* quum ex simplicibus fecit Christus fortes in prælio spirituali, *Zach.10.a.*

Dans discipulos.

Ponere cidarim mundam in capite pontificis, est *q* confiteri diuinitatem in Christo, *Zach.3.b.* ponens autem seruus Abrahæ manum sub femore Abrahæ,quod erat iurare,confessione humanitatis Christi designauit, *Ge.24.a. 47.g.* ponunt autem sibi caput vnum,qui habent & confitentur Christum, *Hos.1.d.*

Confessio diuinitatis Christi.

Posuit Deus nubem ascensum suum, *r* quando nubes suscepit eum ascendentem in cælum: & quando dat prædicatores,per quos auditores ascendant in cælum sacræ scripturæ, *Psalm.103.* ponit etiam Deus triticum per ordinem,quum ordinauit doctores in synagoga,vel prædicatores & sacerdotes & alios ministros in Ecclesia, *Is.28.g.*

Confessio humanitatis Christi.

Ponere dicitur Deus hominem in paradiso, *s* quando collocat mentem in virtute, *Gen.2.b.* ponit autem Nazareus capillos in igne sacrificij, *Num.6.d.* quia *t* tunc ad perfectionis summam pertingimus, quum sic exteriora vincimus vitia,vt etiam à mente cogitationes superfluas resecemus.

Ponere mentem in virtute.

Ponere manna coram Domino, & in tabernaculo, *x* est sacerdotes conseruare memoriam Eucharistiæ in Ecclesia, *Exo.16.a.* ponentes autem discipuli panes turbis, *y* sunt sacerdotes ministrantes Eucharistiam, *Luc.9.b.* ponere etiam mensam,est Eucharistiam ministrare, *Isa.21.b.* sic posuit mensam sapientia, *Prou.9.a.*

Conseruatio & ministratio Eucharistiæ.

Ponere dicitur Deus oculos *z* super eos,quibus benefacit, *Ierem.24.b.*

Benedicens Christus vtrique populo.

Ponens Iacob manus super caput Ephraim & Manassæ, *Gen.48.c.* designare potest Christum vtrique populo bene dicentem. Et ponens Deus manum super Mosen, *Exod.33.d.* designat diuinam protectionem:vt autem posuit manum super eum, ne videret faciem Dei, designat *aa* aggrauationem populi Iudæorum,ne cognoscerent priora Christi ante passionem.

Protegens Deus.

Aggrauatio Iudæorum.

Posuit manum in ambobus, *bb* hoc est,in Deo & homine mediator Dei & hominum, Christus Iesus:quia vnde hominem reum rectè docuit, inde iratum iudicem placauit, *Iob.9. d.* ponens autem Moses manum super Iosue, designat *cc* Christum factum sub lege per obedientiam patris, *Num.27.d.* ponere quoque librum legis in latere arcæ, est Christum impleſſe legem in cruce, *Deut.31.g.*

Christus sub lege.

Posuit Deus ostenta in manus Mosi, *dd* quum posuit verba signorum in lege, *Exod.4.e. Psalm.104.* Et posuit prodigia super terram,quum conuertit infideles, *Psalm.45.*

Conuersio infidelium.

Posuisse dicitur Deus diuisionem inter populum suum & populum Pharaonis, *Exod.8.f.* quia *ee* seruat bonos puniendo malos. Ponere messem, *ff* est parari in iudicio ad recipiendum,vel pro peccatis pœnam, vel pro bonis operibus vitam æternam, *Hos. 6. d.* positi autem throni designant *gg* iudiciariam potestatem Sanctis datam cum Christo:quos & angeli comitabuntur, *Dan.7.c.*

Diuisio fidelium & infidelium.

Iudiciaria potestas Sanctorum.

Posuit Deus languorem in Ægypto, *hh* quum abstulit à malis facultatem docendi bonos. Et cum permittit mundanos diligere quæ sunt mundi, *Exod.15.d.* Dicitur etiam posuisse tenebras, *ii* nempe in Christi passione:vel quia diabolus non potest tentare,nisi quantum permittitur à Deo, *Psalm.103.* posuit etiam tempus tenebris, *kk* quum posuit modum iniquis,quo iniqui esse desistant, *Iob.28.a.* De his *Epiph.5.b.* Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, *Rom.13.d.* Nox præcessit. Ponit etiam Deus tenebras in calle alicuius, quum non permittit eum videre,quid agere debeat, *Iob.19.a.* Et ponit circulum in naribus regis Assyriorum,& frænum in lingua,quum tentandi vires aufert à diabolo, *Isa.37.f.*

Non permittens malis nocere bonis.

Excæcatio.

Ponens Deus Mosen in foramine petræ, *Exod.33.d.* est *ll* dans Iudæis legem, per quam venirent ad fidem Christi. Posuit etiam Deus signum in Cain,ne occideretur,cum legem dedit Iudæis,cuius gratia viuunt, vt testes fidei nostræ, *Ge.4.c.* ponere dicitur Deus terminum seu terminos, *mm* quum dat præcepta,quibus astringamur, *Exo.19.d. 25.b. Psalm.103. Ierem.5.f.* Et *nn* quum non permisit Ecclesiam obrui fluctibus persecutionum,vel quia ad frangendam mundi gloriam abiectos & pauperes eligit. Ponit Deus legem viam iustificationum suarum, *oo* quia tanquam dux assignat mansiones nobis,vt militibus, *Psalm.118.* posuit autem legem in Israël, *pp* tanquam iugum peccatoribus,qui timore tenendi erant, *Psalm.77.* Quia iusto non est lex posita. Ponens Samuel librum legis coram Domino,designat *qq* legum authoritatem esse à Deo, *1.Reg.10.d.*

Dans Deus legem & præcepta.

Ponit Deus tribulationem in dorso, *rr* quando Martyres propter ipsum verberantur, *Psalm.65.*

Pœna Martyrum.

Ponit Deus humiles in sublimi, *Iob.5.b.* quando *ss* hic eos eleuat ad conuersionem cælestem,& postea beatificat. Et ponit pedes quasi cernorum, *tt* quum mentem facit leuem ad conscendendum ad superiora, *Hab.3.d.*

Eleuans Deus bonos.

Ponere dicitur etiam Deus eleuatum super ventum, *Iob.3.c.* quia *uu* qui est in gloria mundana eleuatus, inanitur fundamento.

Vanitas Mundanorum.

Ponere dicitur Deus animam ad vitam per gratiam, *Psalm.65.* Et ponit tabernaculum suum in nobis, *xx* quum per gratiam in nobis habitat,& quum dedit testamentum nouum, *Leu.26.b.* ponit etiam Sion in vngulas æreas, *yy* quum dat animæ virtutem ad vincendos dæmones, *Mich. 4. d.* Dicitur etiam ponere spiritum nouum in medio, *zz* cum dat Spiritum sanctum in corde, *Exech. 36. f.* Et dicitur ponere benedictionem eos, quos benedicit,

Dans Deus gratiam,& nouum testamentum.

a *Hie.su. Iob. 16.Gre.13. mor.9.*
b *Glo.in. sup. Exod.26.*
c *Gl.ord.s. ps. 131. Hie.s.ps.18. 88. Arn.s. ps. 18.*
d *Hil.s.ps.138*
e *Glo.in.s. Is. 53.*
f *Gr.9.m.32.*
g *Isye.s. Leu. 16.*
h *Isy.s.Leu.4.*
i *Glo. inst. su. Isa.53.*
k *Glo.ord.sup. Leu.8.*
l *Aug. s. psa. 67.*
m *Ori.s.Luc. hom.16.*
n *Ru.5.de diu.in.offi.20. & 11.s.Ioan.*
o *Aug s.psal. 20.*
p *Hi.s.Za.10*
q *Hie.s.Za.3. & s.Hes.1. Au.s.Ioa.ra. 45.*
r *Au.s.ps.103*
s *Hie.s.Is.24. Phil.1.alle. & de planta. Noe.*
u *Gr.2.m.39*
x *Glo.inter.s. Exod.26.*
y *Am.s. Luc. 9. Hie.s. Isa. 21. Gre. 17. m.14.*
z *Glo. ord. s. Ierem.24. Aug.s.psalm. 138.*
aa bb *Isye.s. Leu.16. Gre. 9.m.31.*
cc *Rup. 1. s. Ios.3.4.*
dd *Arn.s.psa. 94. Basi. s. psalm.45.*
ee *Glo.ord.s. Exod.8.*
ff *Hie.s. Hos. 6.*
gg *Glo.ord.s. Dan.7.*
hh *Glo ord.s. Exod.15.*
ii *Arn. & Aug.s.psal. 103.*
kk *Gr.18.m. 17. & 14.m. 19.*
ll *Isy. s.Leu. 16. Aug. epi. 59.*
mm *Arn.& s.psalm.103.*
nn *Gre. 9. mor.5.*
oo *Am.s. ps. 118.serm. 5.*
pp *Aug.s. ps. 77.*
qq *Greg.s. 1. Reg.10.*
rr *Hil.s. ps. 65.*
ss *Gr.6.m.8.* tt *Gr.s.Hab.3.* uu *Gr.20.m.26.* xx *Or.s.Le.h.16.Isy.s.Le.26.* yy *Hie.s.Mic.4.* zz *Glo.or.s.Eze.36.*

Digitized by Google

Exech. 34.*f.* ponit Deus greſſus ſuos in via, quum *a* manet in cordibus eorum, qui ſunt ſine peccato, *Pſalm.* 84. Dicitur etiam ponere in medio eorum Spiritum ſancti ſui, *Iſa.* 63.*c.* Et ponere lucernam ſuper candelabrum, eſt *b* ſuper Eccleſiam gratiam ſeptiformem infundere, *Matth.* 5.*b. Luc.* 8.*c.*

Inſtituere prophetam & prædicatorem

Ponere ſpeculatorem, *c* eſt inſtituere prophetam, *Iſa.* 21.*b.* Dicitur autem Deus ponere in viſceribus hominis ſapientiam, *Iob.* 38.*d. Exod.* 31.*a.* ponere etiam pecuniam in marſupiis filiorum Iſraël, eſt ponere doctrinam in mentibus prædicatorum, *Gen.* 43.*c.* Et ponere ſcyphum in ore ſacci Beniamin, eſt infundere cæleſtem doctrinam Paulo, *Gen.* 44.*a.* ponens Moſes verba in ore Aaron, *d* deſignauit Chriſtum mediatorem inſtituentem prædicatores, *Ezech.* 4.*c.*

Proponere exempla patrũ. Dilatatio prædicationis.

Ponens Iacob virgas in canalibus, *Gen.* 30.*f.* deſignat *e* Chriſtum ponentem teſtimonia, & exempla Sanctorum patrum in libris ſacræ doctrinæ, quibus nos intrinſecus infundimur.

Ponens Angelus pedem dextrum in mari, & ſiniſtrum in terra, deſignat *f* prædicationem Chriſti per totum orbem dilatandam, *Ap.* 10.*a.* ponere menſam, eſt prædicare ſacrã ſcripturam, *Iſa.* 21.*b.* Sic poſuit menſam ſapientia, *Prou.* 9.*a.* ponere panem & colliridas ſuper adipem & armum eſt fundare ſacram doctrinam in bono deſiderio & in bona actione, *Leu.* 8.*e.* ponere autem lapidem ſuper os putei, & non prædicare quando non oportet. *Gen.* 29.*a.* poſita ad menſam dicunt propoſitam doctrinam, *Prou.* 23.*a.*

Excellentia Apoſtolorum. Diſpoſitio prædicatorum.

Poſita ciuitas ſupra montem, deſignat *g* Apoſtolos fundatos ſupra inſignem magnamque iuſtitiam, *Matth.* 5.*b.* poſuit etiam Deus fundamenta terræ, quum inſtituit Apoſtolos ſortes, & poſuit menſuras eius, quum quid, quando, & vbi prædicare deberent mandauit. Et poſuit viſitationem Eccleſiæ pacem, & præpoſitos eius iuſtitiam, dando Chriſtum & Apoſtolos, ac prælatos, *Iſa.* 60.*d.* ponit Deus frænum in os prædicatorum Eccleſiæ, *h* quum eos vetat aliquibus prædicare, *Iob.* 30.*b.* poſuit etiam pluuiis legem, quum ordinauit vt prædicatores id, quod verbis prædicarent, opere complerent, *Iob.* 28.*d.*

Coniungens ſibi Deus Iſrael & iuſtos. Inſtitutio baptiſmi.

Ponens Ieremias lumbare ſuper lumbos ſuos, deſignauit *i* Deum coniungentem ſibi Iſraël, & iuſtos, *Ierem.* 13.*a.* Et ponit Deus claudicantem in reliquias, quum ſaluat reliquias Iſraël, *Mic.* 4.*c.* Et ponet Deus Iacob, quaſi gregem, quum Iudæos conuertet in fine mundi, *Mich.* 2.*d.*

Vocatio gentium & directio.

Poſuit Deus deſertum in ſtagna aquarum, *k* quum inſtituit baptiſmum, Item quum in Gentilitate dedit doctrinam veritatis & dona Spiritus ſancti, *Pſalm.* 106. 113. *Iſa.* 41.*e.* Sic poſuit deſertum quaſi delicias, *Iſa.* 51.*a.* ponit etiam Deus in deſerto viam, quum ij qui ad eius laudes muti erant, ipſum laudant. Vel deſignatur vocatio gentium: & quod toti mundo viam ſalutis aperuit, *Iſa.* 43.*c.* Dicitur etiam poſuiſſe flumina in inuio. Poſui quoque montes in viam, quum ſcripturæ myſteria peruia fecit, *Iſa.* 49.*d.* Et poſuit Deus tenebras Gentium in lucem, quando eorum ignorantiam & peccata mutauit in lucem fidei & gratiæ, *Iſa.* 42.*c.* ponit quoque Deus gloriam ſuam in gentibus, *l* quum glorificatur à fidelibus percuſſis ab hæreticis, *Ezech.* 29.*f.* ponentes Angeli Lot extra ciuitatem Sodomorum, *Gen.* 19.*d.* Separationem à vitiis, *m* & progreſſum ad perfectionem deſignarunt.

Separatio à vitiis. Proficere in bonum.

Ponit Deus decorem in Hieruſalem, *n* ornando animam vel Eccleſiam: quia niſi ipſe ponat, nullus eſt nobis decor, *Ezech.* 16.*c.* ipſe ponit animam in vitam, quum ſuſcitat eam à morte peccati, *Pſalm.* 65. Et ponit ſignum fidelibus vt liberentur, *Iſa.* 66.*f.* Et ponit propugnacula Eccleſiæ iaſpidem, quum variis gratiæ donis ipſam roborat, *Iſa.* 54.*c.* ponit autem Deus menſuras terræ, quando diuerſa dona Spiritus ſancti diſtribuit fidelibus Eccleſiæ ſecundum menſuram donationis Chriſti, *Iob.* 38.*a.*

Ornans Deus animam, vel Eccleſiam. Fœlicitas ſanctorum.

Ponit Deus fideles in laudem, *o* quum facit eos laudari in gloria cæleſti, *Soph.* 3.*d.*

Liberans Deus à miſeria.

Ponit Deus lachrymas alicuius in conſpectu ſuo, *p* quum eius miſeretur, liberans eum à miſeria, *Pſalm.* 55.

Abſcondens Deus myſteria.

Poſuit tenebras latibulum ſuum, quum abſcondit myſteria reprobis, *Pſalm.* 17. Et ponit in theſauris abyſſos, *q* quum abſcondit iudicia ſua intra ſuam ſapientiam: & quum reſeruat myſteria dignis reuelanda, & non omnibus exponenda, *Pſal.* 32. ponens quoque Moſes velamen in facie, obſcuritatem legis deſignauit, *Exod.* 34.*d.*

Charitas prædicatorum. Tranquillitas Eccleſiæ.

Poſuit Deus ſuper cardines terræ orbem, hoc eſt, *r* multitudinem Fidelium ſuper prædicatores: qui debent infirmos ſuſtinere, & omnes ad Deum reducere. ponit etiam ſub orbe peccatores, quum ij, quibus antea mundus miniſtrabat voluptates, nunc conuerſi à mundo perſecutiones patiuntur, 1. *Reg.* 2.*b.*

Caſtigatio Dei.

Ponit Deus pacem fines Eccleſiæ, *Pſalm.* 147. quia *ſ* dum de Redemptoris potentia eam in intimæ æquitatis conſuetudinem erigit, per dolorem compaſſionis perditorum miſeria non affligit.

Ponit Deus faciem contra peccantes, *t* eos puniendo, *Leu.* 29.*a.* 26.*e. Ezechie.* 14.*c.* 15.*d.* Sic etiam dicitur ponere oculos ſuper aliquos, eos puniendo, *Amos* 9.*d.* Et ponit manum caſtigando vel ad emendationem, vel ad perpetuam pœnam. Et ponit manum ſuper diabolum, quum virtutis ſuæ poteſtate ipſum ſuperat, *Ezech.* 30.*f. Iob.* 40.*d.* Et ponit iniquitates noſtras in conſpectu ſuo, quum eas caſtigat, nec diſſimulat, *Pſalm.* 89. Item ponit contra aliquem abominationes eius, quando ſecundum eas ipſum caſtigat: qua ratione dicitur etiam ponere vias eius ſuper ipſum, *Ezech.* 7.*a.* Et ponit calicem indignationis ſuæ in manu aliquorum, eos puniendo, *Iſa.* 51.*g.* ponens etiam Ezechiel faciem ad montes, *u* iram Dei conſtantem deſignat, *Ezech.* 6.*a.* 13.*c.* poſita autem dicitur Babylon in miraculum, quando mundus ſit caſtigatione Dei mirabilis, *Iſa.* 21.*b.* poſuit etiam Deus hominis pedem in neruo, quum prauitatem illius forti diſtrictionis ſuæ ſententia ligauit, *Iob.* 13.*d.*

Ira Dei.

Ponit Deus iudicium in pondere, & iuſtitiam in menſura: *x* quia reddet vnicuique ſecundum opera ſua, *Iſa.* 28.*e.* 42.*a.*

Retributio Dei iuxta opera.

Ponit Deus Niniuen in exemplum *y* vt ſimilitudo formidatæ pœnæ ſimilitudinem prohibeat delinquendi, *Nahum* 3.*c.*

Exemplum pœnæ.

Poſuerat Deus Luciferum in monte ſancto ſuo: *z* quia creauerat eum in gratia & ſocietate Angelorum, *Eze.* 28.*d.* poſuit etiam eum in iudicium: quia fortem ipſum* fecit, ſed vt poſtea ſuis meritis condẽnaretur, *Ha.* 1.*e.*

Dignitates naturalis luciferi.

Ponit Deus ſpecioſam in ſolitudinem, quando *aa* relinquit ſynagogam, Eccleſiam, vel animam, *Sop.* 2.*c. Hoſ.* 2.*b.* poſuit etiam vineam in conculcationem, quando permiſit vaſtari Hieruſalem: vel animæ dominari dæmones, *Iſa.* 5.*b.* Idem facit Aſſur ex mandato Dei, *Iſaia* 10.*b.* Et ponit Galaad, vel Libanum in ſolitudinem, deſtruendo Hieruſalem, aut aliquam Eccleſiam, *Ierem.* 22.*b.* Idem eſt ponere montes Edom in ſolitudinem, *Mala.* 1.*a.* Et flumina in deſertum, *Pſalm.* 106. ponit etiam Deus terram in ſolitudinem, quum tollit peccatores ex ea, vel conuertendo, vel in infernum mittendo, *Iſa.* 13 *b.* Et poſuit ciuitatem in tumulum, quem deſtruxit Hieruſalem, vel animam. Sic poſuit vrbem fortem in ruinam, *Iſa.* 15.*a.* ponit etiam Hieruſalem deſolatam, quum animam ſeparat ab omnibus, quæ in vitiis ei fauebant, *Thren.* 1, *e.* Et ponit animam in eradicationem, quum relinquit eam dæmonibus, *Thren.* 3.*e.*

Deſtruens Deus ſynagogam animam vel Eccleſiã.

Ponit Deus frænum in maxillis draconis, *Ezech.* 29.*a.* quando *bb* per viros Eccleſiaſticos, qui in ſcripturis ſanctis eruditi ſunt, imponit diabolo & hæreticis ſilentium: & vniuerſa peruerſitatis dogmata diſſoluit. Ponit etiam frænum in maxillis Gog, *Ezech.* 38.*a.* quum conſtringit hæreticos & ſuperbos, ne omni vento circumferantur. Ponit Deus Samariam in aceruum lapidum, quum *cc* diſſipat hæreticorum beneficia ſeu machinamenta errorum, *Mich.* 1.*b.* ponit etiam Deus Sion quaſi gladium fortium, *Zach.* 9.*c.* Et caminum ignis: quia dat verbum Euangelizantibus in Eccleſia ad reuincendum hæreticos, *Zach.* 12.*b.* Et ponit Deus munimenta contra Ariel, quando videlicet obſeſſa eſt Hieruſalem, & quando dat doctores Eccleſiæ contra hæreticos, *Iſa.* 29.*a.* ponit etiam eos quaſi plauſtrum nouum, *dd* ad conterendas aduerſarias poteſtates, *Iſa.* 41.*b.* ponit etiam Deus circulum in naribus Leuiathan, quum per ſacras ſcripturas diabolum vel hæreticum conuinci facit, vel quum ſuo iudicio eius inſidias circumplectens frænat, *Iob.* 40.*d.* ponunt inſidias Eſau, qui relinquunt hæreticos. *Abdi.c.* ponunt puluerem Tyri in medio aquarum, & lapides, &c. quum omnis hæreticorum ſuperbia demergitur, *Ezech.* 26.*c.* ponere lapides altaris ſicut lapides cineris, eſt deſtruere idololatriam & errores, *Iſa.* 7.*c.*

Confuſatio hæreticorum & dæmonum

Ponit Deus malos deorſum, quia *ee* dimittit eos, vt ſemper terrena deſiderent. Vel quia retrocedunt, & retrò reſpiciunt, *Pſalm.* 20.

Dimittens Deus malos. Converſio infidelium.

Poſuit Dauid arma Goliath in tabernaculo ſuo, *ff* quando Chriſtus, quos abſtulit diabolo, poſuit in templo ſuo, 1. *Reg.* 17.*g.* poſuit etiam Deus inimicos Chriſti ſcabellum pedum eius, quando rebelles ſubiiciuntur Chriſto per converſionem. Vel quando omnis ſuperbia ſecularis, incarnationis eius humilitati ſubiicitur, *Pſal.* 109. *Mat.* 22.*d.*

Poſuit

a *Hie. ſ. pſal.* 84.
b *Amb. ſ. Lu.* 12.
c *Hi. ſ. Iſ.* 21. *Amb. de Ioſeph.* 10.
d *Glo. inter. ſ. Exod.* 4.
e *Gr.* 21. *m.* 1.
f *Aug. ſ. Apo. hom.* 7. *Hie. ſ. Iſa.* 21. *Greg.* 17. *m.* 14. *Iſy. ſ. Leu.* 8. *Rup.* 6. *ſ. Apoc. Bed. ſ. pro.* 23.
g *Aug* 1. *ſer. do. in monte.*
h *Gre.* 28. *m.* 8. 9. *Hie. ſ. Iob* 38. *Gre.* 20. *m.* 19. & 19. *mor.* 6.
i *Glo. ord. ſ. Ierem.* 13. *Hie. ſ. Mich.* 2. 4.
k *Arn. ſ. pſal.* 113. *Hie. ſ. Iſ.* 43. 49. 42. 51 *Amb. de voc. gen.* 3.
l *Glo. inter. ſ. Ezech.* 39.
m *Glo. ord. ſ. Gen.* 19.
n *Hie. ſ. Eze.* 16. & *ſ. Iſ.* 66 & *ſ. Iob.* 38. *Aug. ſ. pſalm.* 65.
o *Glo. inter. ſ. Soph.* 3.
p *Hie.* & *Au. ſ. pſal.* 55.
q *Gr. ſ.* 1. *Re.* 1. *Ba.* & *Hie. ſ. pſa.* 32. *Au. ſ. pſalm.* 77.
r *Gre. ſ. Re.* 2.
ſ *Gre. ſ.* 1. *Re.* 7.
t *Or. ſ. Ez. h.* 3. *Iſy. ſ. Leu.* 26. *Hie. ſ. Amo.* 9 *Aug. ſ. pſ.* 89. 138. *Gre.* 33. *m.* 23.
u *Hie. ſ. Ezec.* 13. & *ſ. Iſ.* 21 *Gre.* 11. *mor.* 25.
x *Hi. ſ. Iſ.* 28.
y *Hie. ſ. Nah.* 3.
z *Hie. ſ. Eze.* 28. & *ſ. Hab.* 1.
aa *Hie. ſ. Sop.* 2. & *ſ. Iſa.* 5. 13. *Aug. ſ. pſ.* 106.
bb *Hie. ſ. Ez.* 29. 38.
cc *Hie. ſ. Mic.* 1. & *Zac.* 9.
dd *Hie. ſ. Iſai.* 41. & *ſ. Iob.* 10. & *ſ. Abd.* & *ſ. Eze.* 16. *Gre.* 33. *mor.* 14.
ee *Hie. ſ pſ.* 20.
ff *Au. ſer.* 97. & 83. *q.* 69. *Or. ſ. Ma. ho.* 23.

Digitized by Google

Posuit Deus Hierusalem superliminare crapulæ, *Zach.* 12. *a.* vt *a* qui limen eius attigerit, inebrietur & corruat, siue ipsum superliminare in eum corruat, à quo contingitur.

Ponit Deus hominem contrarium sibi, *b* quando ipse homo peccando, Deum derelinquit, *Iob.* 7. *d.*

Ponit Deus custodiam ori, *c* quando seruat nos à prauis verbis & cogitationibus: quia verba sunt à corde *Psalm.* 140.

Mina Dei ad pœnitentiam.

Ponit Deus arcum in nubibus, sed sine sagitta, *d* quando minatur per tribulationes, sed cũ misericordia, *Gen.* 9. *b.* ponit etiam additamenta super Dimon, quando addit flagella ad pœnitentiam, *Isa.* 15. *d.* Dicitur etiam Deus ponere saccum operimentum cælorum, quum etiam ostendit Sanctos egere pœnitentia, *Isa.* 50. *b.*

Difficultas bene operandi.

Ponit Deus offendiculum coram iusto peccante: *e* quia relinquit illi difficultatem bene operandi ex peccato, *Ezech.* 3. *k* ponere autem castra super mare, *Exod.* 14. *a.* est eos, qui egrediuntur ab huius mundi Ægypto, multas pati tentationes in fide & operibus: in vtrisque enim est difficultas.

Temperans Deus tribulationes.

Ponit Deus simina in siccum, quando tribulationum aut etiam voluptatum impetus tollit, *Isa.* 50. *b.* Et ponit profundum maris viam, *f* quum tolerabiles reddit tribulationes, & tentationes, *Isa.* 51. *d.*

Influentia cæli.

Ponit Deus rationem cæli in terra, *Iob.* 38. *d.* quando *g* per influentias cæli terra germinat & operatur: vel quando per dispensationem Christi & influentiam donorum Spiritus sancti Ecclesia crescit, & roboratur. Vel ille ponit rationem cæli in terra, qui diuinorum secretorum causas aperit. Vel posuit Deus rationes cæli in terra, regenerando filios per baptismum.

Collatio donorum Spiritus sancti.

Exigere rationem.

Ponere rationem, est exigere. Ponit autem seruus rationem secundum tempus vsque ad Iubileum *h* quum agit pœnitentiam secundum exigentiam delictorum: vt gulam purget ieiunio, garrulitatem silentio, &c. *Leu.* 25. *g.* ponens autem rex rationem cum seruis suis, *i* est Christus in iudicio exigens rationem ab hominibus, *Matth.* 18. *c.* 25. *b.* ponit etiam in terra iudicium Christus, *k* quando ipsum reseruabit vltimo tempori, *Isa.* 42. *a.*

Recognitio humanæ miseriæ.

Ponere dicitur Christus lutum in oculis, *l* quum miseriam nostram nos recognoscere facit, *Ioan.* 9. *a.*

Ponendus est Christus, vt signaculum supra cor: *m* vt semper eum diligamus: & super brachium, vt secundum eum semper operemur. *Cant.* 8. *b.*

Ponit Deus vt clibanum ignis malos, *n* in bonum quidem, quum illorum comburit peccata. In malum verò, quia vt clibanus intrinsecus ardet, ita malorum conscientia intrinsecus ardebit, eo quod bona non fecerunt, *Psalm.* 20.

Ingressus in Ecclesiam & in virtutes.

Ponens Noe ostium in latere arcæ, designat *o* ingressum in Ecclesiam per passionem Christi, *Gen.* 6. *c.* est etiam ingressus in virtutes, per prudentiam, quæ constituit medium in cæteris virtutibus.

Tres status fidelium in Ecclesia.

Ponens Iacob vtramque ancillam, & etiam liberos in principio, *p* designauit in eis statum coniugatorum infimum locum in Ecclesia habentem. Ponens autem Liam & filios eius in secundo loco, statum pœnitentium & continentium secundum locum habentem. Ponens autem Rachelem cum Ioseph in nouissimo Sanctos Christo adhærentes, & statum contemplatiuorum indicauit, *Gen.* 33. *a.*

Successor bonus.

Ponens Ioseph super oculos patris manum, *Gen.* 46. *a.* designat *q* successorem bonum in officio prælaturæ prædecessorem illustrantem. Vel designauit Ieroboam de stirpe Ioseph excæcantem populum Israël per idololatriam. Vel designat Christum reuelantem legem. Vel conuersionem Iudæorum in fine mundi per manum Christi futuram.

Exæcatio Israel.

Reuelatio legis.

Ponere infantem Mosen in fiscella, *r* est addere legi traditiones humanas & viles, *Exod.* 2. *a.* Et ponere ipsum in caricto fluminis, est dare ipsi legi sensus carnales.

Conuersio Iudæorum.

Ponere vestes Ægyptiorum super filios, *s* est ipsos erudire doctrina philosophica, & morum honestate, *Exod.* 3. *d.*

Traditiones additæ legi.

Ponere in terra vel in puluere os suum, *t* est humiliari, & se puluerem esse cognóscere, *Thren.* 3. *c.* 4. *c.* 4. *Reg.* 4. *f.* *Isa.* 49. *a.* ponunt etiam sibi amaritudines, *u* quia antiqua defient peccata, *Irrem.* 31. *d.*

Erudire filios doctrina morali.

Ponere farinam super hummeros, *x* est exercere bona opera, *Exod.* 12. *e.* ponere etiam manus super caput hostiæ, *Leuit.* 1. *b.* est *y* spontaneo motu bonam operationem exercere: vel innocentiam in operibus profiteri. Ponitur murus & antemurale in ciuitate Dei, *z* quum in Ecclesia ponuntur bona opera, & fides, *Isaiæ* 26. *a.* ponit sermones Dei in corde suo, *aa* qui non solum verba exterius profert, sed intus ea meditans opere adimplere curat, *Iob.* 22. *d.* ponit manum super os suum, qui virtute boni operis culpas tegit incautæ loquutionis, *Iob.* 39. *d.*

Humiliari.

Exercere bona opera.

Ponere cineres iuxta altare, *Leuit.* 6. *b.* est consummatio *bb* bonorum operum in corde. Vel tribuere perfecta opera nostra Christo, qui iustus iudex nobis præmianda seruabit, si non hæc per iniquas actiones præuaricati fuerimus.

Consummatio operum.

Ponere sanguinem agni super vtrunque postem, *Exod.* 12. *a.* est applicare *cc* passionem Christi ad cor & os, *Ezech.* 25. *f.* & ponere sanguinem vituli super cornua altaris, est per passionem Christi virtutes in animam infundi. Vel *dd* fructum ipsius passionis ad quatuor mundi partes dilatari, *Exod.* 29. *b.* *Ezech.* 43. *f.* designatur etiam Christus præstans virtutibus maiorem perfectioremque virtutem: vt anima per eas contra aduersariorum vires præualere possit. Ponere etiam sanguinem super extremum auriculæ Aaron, *ee* est per passionem Christi innouare auditum populi Iudaici, ipsumque reducere ad obedientiam Christi, *Exod.* 29. *c.* *Leu.* 14. *c.*

Applicatio passionis Christi.

Ponere lapidem sub Mose, *Exod.* 17. *c.* est *ff* facere requiescere legem veterem in Ecclesia.

Lex vetus in Ecclesia.

Ponere circulos in angulis mensæ, est *gg* prædicare Euangelium in quatuor partibus mundi, *Exo.* 25. *c.* idem est ponere annulos subter arulam, *Exod.* 27. *a.* & ponere lucernas super candelabrum, est Christum in toto orbe prædicare. Ponere autem lucernam sub modio: ipsum in sola Iudæa prædicare, *Matth.* 5. *b.* ponere etiam super mensam quæ ritè præcepta sunt, hoc est, panes: est Christum prædicare, *Exod.* 40. *c.* Idem est posita in canistro offerre. Et ponere canistrum in conspectu Domini, *Exod.* 29. *d.* ponere arcam super plaustrum, *hh* est cum prædicatores docent scripturarum mysteria, vt simplices ad vitam æternam perueniant, 1. *Reg.* 6. *b.* ponere quoque arcam super lapidem, est hortari ad Christianam humilitatem sectandam: vt quum dicunt illud, *Phil.* 2. *a.* Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, &c. Et ponens Samuel lapidem inter Masphat & Sen, designat prædicantem Christi fortitudinem, qui bonos protegit, & reprobos confringit, 1. *Reg.* 7. *c.* ponunt Domino gloriam, *ii* qui Deum glorificant, & Christi gloriam prædicant, *Isa.* 42. *b.*

Prædicare Christum in toto orbe.

Ponere lucernam sub modio, *Matth.* 5. *b.* est *kk* commoda corporis superiora facere, quam prædicationem veritatis, vt in eo quisque veritatem non prædicet, dum timet, ne aliquid in rebus temporalibus molestiæ patiatur. Ponere autem super candelabrum, est corpus suum ministerio Dei subiicere, vt superior sit veritatis prædicatio, & inferior seruitus corporis, per ipsam tamen corporis seruitutem excellentior luceat doctrina, quæ per officia corporalia, id est, per vocem & linguam, & cæteros corporis motus in bonis operibus insinuatur discentibus.

Non prædicare propter bona temporalia.

Ponere lapides in vtroque latere superhumeralis, est *ll* dirigere vitam suam & aliorum ad exempla maiorum. Ideò lapides nominibus Patriarcharum inscripti erant, *Exod.* 28. *b.*

Proponere exempla maiorum.

Ponere in rationali quatuor ordines lapidum, *Exod.* 28. *c.* est *mm* diuersas virtutes in ordine quatuor virtutum constituere ad ornandum pectus sacerdotis.

Ordinatio virtutum.

Ponere annulos in summitatibus rationalis, & contra faciem iuncturæ inferioris, *Exod.* 28. *d.* est *nn* habere iugem memoriam nunquam finiendæ claritatis in cælis. Ponere autem altare thimiamatis contra velum, est intentionem Sanctorum dirigi in cælum, *Exod.* 30. *a.* ponere autem in rationali doctrinam & veritatem, *Ezech.* 28. *e.* est, vt meminerit sacerdos, se studiis doctrinæ & veritatis inquirendis, non curandis, ruminandisque secularibus negotiis per acceptum sacerdotium, fuisse consecratum.

Memoria cælestium.

Ponere thus super similam, est *oo* addere orationes, quæ purgant pectus, & sanant oculos. Sic ponere similam, cum thure & oleo, est semper orare & nunquam ab operibus misericordiæ deficere, *Leuit.* 2. *a.* ponere autem thimiama coram testimonio, & ponere aromata in igne, *Exod.* 30. *d.* est orationem addere doctrinæ. Ponit eloquium suum ad Deum, qui ipsum intentè orat. *Iob.* 5. *b.*

Studium discendæ veritatis.

Orare.

Consideratio sui.

Ponit coram Deo iudicium, *pp* qui intra mentis secretum per fidei contemplationem ad tremendum examen

a *Hie. s. Zac.* 12.
b *Gre.* 8. *mor.* 22.
c *Glo. ord. s. psalm.* 140.
d *Ambros. de Noe.* 27. *Hie. s. Is.* 15. 50.
e *Hie. s. Ez.* 3. *Glo. ord. s. Ex.* 14.
f *Glo. inter. s. Isa.* 51.
g *Hie. s. Iob.* 38. *Gre.* 29. *mor.* 32. *Rup.* 3. *de glo. Tri.* 6.
h *Glo. ord. s. Leu.* 25.
i *Ori. s. Matt. hom.* 7. 33. *Gre. hom.* 9.
k *Hie. s. Is.* 42.
l *Amb.* 3. *de sacrif.*
m *Ambro. de Isaac.* 8. *Gre. s. cant.* 8.
n *Hie. s. psal.* 20.
o *Glo. ord. s. Gen.* 6.
p *Bed. s. Gen.* 33.
q *Ori. s. Gen. hom.* 15. *e. Amb. de Ioseph. Bed. s. Gen.* 46
r *Glo. ord. s. Exod.* 2.
s *Glo. inter. s. Exod.* 3.
t *Glo. ord. s. Thren* 3.
u *Hie. s. Ier.* 31.
x *Glo. inter. s. Exod.* 12.
y *Isy. s. Leu.* 1. 1. *Philo. de victimis.*
z *Glo. inter. s. Isa.* 26.
aa *Gre.* 16. *m.* 8. & 32. *mo.* 1.
bb *Isy. Leu.* 6.
cc *Glo. int. s. Exod.* 12. 29.
dd *Hie. s. Ez.* 43.
ee *Isy. s. Leu.* 14.
ff *Glo. inter. s. Exod.* 17.
gg *Glo. inter. s. Exod.* 25. 27. *Hil. s. Ma.* can. 4.
hh *Gre. s.* 1. *Reg.* 6. 7.
ii *Lyr. s. Isa.* 42.
kk *Au.* 1. *ser. dom. in mõte.*
ll *Glo. ord. s. Exod* 28.
mm *Glo. int. s. Exod.* 28.
nn *Glo. ord. s. Exod.* 28. *Gl. int. s. Exo.* 30.
oo *Glo. ord. s. Leu.* 2.
pp *Gr.* 16. *m.* 14. & 17. *m.* 6.

Digitized by Google

illius Maiestatis oculos suæ considerationis aperit & quid peccator homo mereatur attendit, & occultus nunc & tacitus iudex, quam terribilis post appariturus sit considerat, *Iob.23.a.* ponit etiam verba sua ante Deum, qui dicta fallacia auditu cogitans: & regulam veritatis pensans veraciter reprehendit, quia apud se in conspectu veritatis examinat quid fortis contra fallaciam decernat, *Iob.24.d.*

Ordinare sacerdotem, vel prædicatorem vel prælatum

Ponens Moses sacrificium super manus Aaron, designabat pontificem dantem sacerdoti facultatem offerendi, *Exod.29.d.* ponens autem coquus armum ante Saulem, *1.Reg.9.d.* designat *a* propositam fortitudinem prædicatori ordinando, quam debet amplecti. Et ponens Saul ipsum armum ante se, designat prædicatorem debere studium considerationis adiungere. Ponere autem custodem in vineis, est ad prælaturæ officium aliquem vocare, vel est tradere volumina veteris ac noui testamenti, vt in eis exerceatur. Vel est *b* defendere præcepta synagogæ, *Cant.1.b.*

Tradere sacra volumina.

Defendere præcepta synagoga.

Ponere labium inter tabernaculum & altare, *Exod.30.c.* designat *c* duo genera lachrymarum, nempe pro peccatis, & desiderio cælestis patriæ.

Duo genera lachrymarum.

Ponere gladium super femur, *d* est anteferre prædicationem voluptatibus carnis, *Exod.32.f.*

Dignitas prædicationis.

Non ponendum fermentum, & mel super altare, *Leu.2.c.* quia *e* per eloquentiam & doctrinas seculares non est quærenda perfecta notitia diuinorum.

Pœnitentia sensuum.

Ponere quintam partem supra damnum, quod quis intulit, *Leu.5.d* est *f* quemlibet sensum, per quem peccauimus, per pœnitẽtiam offerre. Ponens Gedeon carnes supra petrã, designat castigationem corporis nostri assumptã ad imitationem Christi, *Iud.6.d.*

Ioannes Baptista.

Ponens in via gressus suos, *g* est Ioannes Baptista præparans viã Domini per baptismum & pœnitentiam, *Ps.84.*

Fiducia in Christo.

Ponere nidum in petra, *h* est fiduciam habere in Christo, *Num.24.d.*

Exempla bona vel mala prælatorum.

Posuit aquila de semine Libani in terra, quum *i* Nabuchodonosor instituit regem Sedechiam. Posuit autem in superficie, vt facilè possit euelli, *Ezech.17.a.*

Promotio indignorum.

Ponens rex filios Israël in curribus suis, in malum quidem, est prælatus carnalis exemplo suo ducens alios in fastum mundanæ elationis. In bonum verò, est *k* prælatus bonus inflammans subditos ad desideria cælestium, *1.Reg.8.c.* ponens etiam rex seruos, &c. in opere suo, in malum est prælatus malus faciens aliquando etiam bonos peccare. In bonum verò, est prælatus bonus conuertens peccatores ad Deum, vt bene operentur, vt quum peccatrix est conuersa, *Luc.6.f* Et telonearius, *Matth.9.a. Luc.5.d.*

Cura subditorum.

Ponit Leuiathan profundum maris, sicut, quum vnguenta bulliunt, *Iob.41.b.* quia *l* facit vt persecutores fidelium arbitrentur se obsequium præstare Deo.

Cogitatio turpis.

Ponens Samuel filios suos iudices, *1.Reg.8.a.* designat *m* prælatum indignos promouentem ad sacerdotium: qui promittunt se multa facturos bona.

Credere.

Ponens Ezechiel laterem coram se, est *n* prælatus tota intentione cor terrenum subditi custodiens, *Ezech.4.a.* ponit etiam prædicator arietes contra Hierusalem, quando tentationum aculeos in hac vita nos vndique circundantes, & virtutum murum perforantes indicat.

Attentè considerare.

Ponunt cogitationes suas in cordibus suis, *o* qui turpia cogitant, *Ezech.14.a.* Et ponunt immundicias in cordibus suis, qui fixi sunt in iniquitate, aut idolorum cultu.

Ponere cor in aliquid, est *p* credere, amare, aut venerari, aut attentè considerare: quod etiam est ponere super cor, *Isa.41.f.47.b. Ezech.44.b. Mal.2.a.* Et ponere corda super vias suas, est nihil absque iudicio operari. *Agg.1.a.* Ponunt autem corda in virtute Sion, qui non separantur à Charitate, quam docet Ecclesia: & non solùm docent, sed etiam, quod prædicant, opere complent. *Psalm.47.*

Ponere lapides in medio Iordanis collectos de loco castrorum: & alios vndecunque collectos in Iordane: fit *q* quum quis in die malorum memor est bonorum, & in die bonorum, memor est malorum. *Ios.4.a.* Sunt autem duodecim lapides educti è Iordane duodecim virtutes per duodecim patriarchas designatæ. Ruben, timor: Simeon, compunctio: Leui, spes: Iudas, charitas: Isachar, iucunditas: Zabulon, seueritas: Gad, abstinentia: Aser, patientia: Dan, circumspectio: Nephtalim, speculatio, Ioseph, discretio: Beniamin, inuisibilium contemplatio. Et tunc considerantur lapides, quum est soliditas in timore, grauitas in compunctione, stabilitas in spe, integritas in charitate, maturitas in iucunditate, asperitas in seueritate, austeritas in abstinentia, robur in patientia, solicitudo in circumspectione, assiduitas in speculatione, certitudo in discretione, quies in contemplatione.

Iustus in cælestibus, aut cruce Christi.

Ponit aquila nidum in arduis, *r* hoc est, iustus in cælestibus, aut in cruce Christi, quia desideria terrena despiciens, spe iam de cælestibus nutritur. *Iob.39.d.* Vel intelligitur de diabolo quiescente in superbis.

Diabolus in superbis.

Non ponet Arabs tentoria sua in Babylone, *s* quum status Ecclesiæ non erit amplius in hoc mundo, aut cum mundanis & hæreticis. *Isa.13.d.* Ponere autem vmbram in meridiem, est ab errorum obscuritate, ad veritatis lucem venire. *Isa.16.a.*

Separatio ab hæreticis.

Ponere ignem alienum. *Leuit.10. a.* est *t* hæreses inferre in Ecclesiam & extraneas doctrinas, & traditiones. Ponere autem thimiama coram idolis, *u* est quum hæretici tali Deo offerunt orationem, qualem sibi ipsi finxerunt. Ita etiam dicendum de oleo, pane, similamelle, &c. *Ezechic.16.c.* Idem faciunt, qui sacra scriptura & donis Dei abuntur ad defendendos errores. Sic ponunt aurum & argentum in superbiam, qui supèrbè vtuntur scriptura ad errores. *Ezechie.7.f.27.f.* Ponit hæreticus cubile suum in montibus, quum eligit errores superbos, in quibus diabolus quiescat. Et ponit ipsum post ostium, *x* quum latenter docet errores, retroque respicit. *Isa.57.b.* Ponunt etiam hæreditatem Dei in abominationem, qui dant peruersos sensus scripturæ sacræ. *Ierem.2.b.* Ponere volentes filium Tabeel regem super Iudam, sunt hæretici & philosophi inducentes errores in Ecclesiam. *Isaia 7.b.* Ponere nidum suum super sydera, dicitur hyperbolicè de superbia hæreticorum. *Abdi.b.* Quia etiam dicuntur ponere signa sua & non Dei in Sion, quando nituntur subiicere suis erroribus Ecclesiam Dei. *Psalm.73.*

Inferre errores in Ecclesiam.

Abuti scriptura, & donis Dei ad errores.

Ponunt fortunæ mensam, *y* qui diuinam tollunt prouidentiam, & vel stellarum cursu, vel fortunæ varietate aiunt animam gubernari. *Isa.65.b.* Ponunt etiam in cælum os suum, qui peccata necessitati cælorum, aut Deo adscribunt. Vel per superbiam scientiæ, loquuntur contra habitatorem cæli. *Psal.72.*

Tollere diuinam prouidentiam.

Posuerunt lapidem super Christum, quando *z* Iudæi munierunt sepulchrum. Vel dicitur de peccatore non valente regredi ab inferis. *Thren.3.f.*

Tradere se omnibus vitijs.

Exponit fornicationem suam omni transeunti, qui *aa* omnibus obsequitur vitiis. *Ezech.16.b.* Sic ponit vt terram corpus suum, qui se omnibus subiicit vitiis, vt à dæmonibus conculcetur. *Isa.51.g.* Ponere etiam basim in omni platea, est docere, & sequi viam latam. *Ezech.16.c.*

Scãdala errorum & exemplorum.

Posuerunt Iudæi offendicula in domo Dei, *bb* quum intulerunt idola, & quum hæretici inferunt errores in Ecclesiam. *Ierem.7.g.32.f.* ponentes etiam laqueos sunt *cc* hæretici & dæmones. *Iere.5. Psalm.118.* Et ponunt pastores vineam Domini in dissipationem, *dd* quum Ecclesiam exemplo & doctrina peruersa destruunt. Et ponunt mortalia seruorum Dei volatilibus, qui faciunt alios peccare. *Psalm.78.* Et ponunt mala pro bonis, qui docent alios peccare. *Psalm.118.* Ponunt etiam pueros in prostibulum prælati, qui turpis lucri gratia non corripiunt delinquentes. *Ioel.3.a.* Ponit etiam offendiculum coram cœlo, quia facit opus, per quod ignarus scandalizatur. *Leu.19.c.* Ponebant etiam scandalum Christo iuxta iter Scribæ, & Pharisæi, per captiosas interrogationes circa præcepta aut alia bona, prærexentes speciem boni. *Psalm.139.*

Fiducia in homine.

Ponit carnem brachium suum, *ee* qui viribus puri hominis saluari sperat. *Ierem.17.a.* Sic ponunt mendacium spem suam, qui in diabolo & idolis confidunt. *Isa.28.d.*

Mina hæreticorum.

Ponentes terrorem suum in terra viuentium, fuerunt *ff* dæmones & hæresiarchæ, terrentes Ecclesiam. *Ezc.32.c.* Ponunt etiam equites sedes suas in porta Sion, quum nituntur efficere, ne quis prodire audeat ad defendendam Ecclesiam. *Isa.22.b.*

Dæmones & hæretici in inferno.

Ponitur cubile Assur in medio interfectorum, *Ezech.32.a.* quia *gg* diabolus iacet in inferno in medio eorum, quos decepit. Posuerunt gladios suos sub capitibus suis hæretici aut dæmones in inferno, quando iam aliis nocere non possunt. *Ezech.32.f.* Vel dicitur de iis, qui in erroribus suis quiescunt.

a Gre.s.1.Regum.9.

b Ori.s. cant. hom.1.2. Am.s.psal.118.se.2. Gre.s. cant.1.

c Glo.inter.s. Exod.30.

d Gre.3.past. admo.26.

e Glo.ord.s. Leu.2.

f Glo.ord.s. Leu.5. Gre.3. mor.22.

g Arn.s.psal. 84.

h Ori.s. Nu. hom.19.

i Hie.s. Ezec. 13.

k Gr.s.1. Regum.8.

l Gre.3. mor. 10.

m Gre.s.1. Regum.8.

n Gre.26. m. 5.& s.Ezech. hom.12.

o Ori.s. Ezec. hom.3. Hie.s. Ezech.14.

p Hie.s. Agg. 1.& s.psalm. 47. Aug.s.ps. 47.

q Ric. de S. Vict. de exter. mali.37.40.

r Gre.31.mo. 34. Hie.s. Iob. 39.

s Hie.sup. Isa. 13.16.

t Glo. ord.su. Leu.10.

u Ori.s. Ezec. hom.7. Hie.s. Ez.7.16.23.

x Hie.& s. Is. 7.57.& s. Abdi.

y Hie.s. Isai. 65.& s. psal. 72. Ambro.4. de inter.6.

z Glo. in. sup. Thren.3.

aa Hie. s. Eze. 16. Ori.s. Eze. hom.8.

bb Hie.s. Iere. 12.32.& s. Ioel.3.

cc Glo.in e.s. Ierem.5.

dd Arn.s. psa. 87.108. Isy.s. Leui.19.

ee Hie.s. Iere. 17.& s. Isa. 28.

ff Hie.s. Eze. 32.& s. Isai. 22.

gg Hie.s. Ez. 32. Glo.ord.s. Ezech.32.

Digitized by Google

Tollens diabolus dona Dei ab anima.

Ponit locusta vineam in desertum,*a* quum tollit diabolus dona Dei ab anima & ab Ecclesia. *Ioel.1.b.* Sic ponunt terram desiderabilem in solitudinem, *Zach.7.d.* Posuit etiam diabolus vrbem desertam, quum multos abstulit ab Ecclesia. *Isa.14.d.* Sic posuit terram Iuda in solitudinem. *Iere.2.c.4.b.10.d.* Et posuerunt Gentes Hierusalem in pomorum custodiam,*b* quum penè desertam fecerunt Ecclesiam. *Psalm.78.*

Posuerunt Iudæi obsidionem super Christum*c* in passione. Vel ponit Deus obsidionem animæ, vt cogatur sequi Deum. *Mich.5.a.*

Ponunt custodes in sanctuario sibimet ipsis,*d* qui non quærunt gloriam Dei, sed proprium commodum. *Ezech.44.c.*

Posuerunt Iudæi tenebras lucem, & amarum dulce, quum prætulerunt Barabbam aut diabolum Christo. *Isa.5.e.*

Poni amphoram super basim suam *e* est iniquitatem firmari. *Zach.5.d.*

Ponens Abraham partes sacrificij contra se. *Gen.15.b.*

Ponens seruus Abrahæ armillas in manibus Rebeccæ. *Gen.24.f.* vide Simila.

Posuit Deus Hierusalem lapidem oneris, vide *Lapis.*

Ponere manum super os,*f* est propter confusionem aut stuporem non audere loqui. *Mich.7.d.*

Pons.

PONS, à pendendo dictus videtur, quod quasi in aëre pendère videatur, estque illud per quod super aquas, aut fossas transimus. *2.Mach.12.b.* potest in bonum & in malum sumi. Et in ciuitate inimicorum munita pontibus,*g* defensionem seu prohibitionem transitus ad vitia designabunt.

Pontifex.

Christus.

PONTIFEX, est sacerdos summus, qui aliis supereminet sacerdotibus, quasi eorum princeps.

Pontifex peccans, designare potest *h* Christum, qui factus est peccatum pro nobis, & peccata nostra super se tulit. Ipse est qui obtulit vaccam rufam, hoc est, carnem suam, *Leu.16.e.*

Episcopi Verbum Dei. Portio superior rationis.

Pontifex veteris legis, episcopos, & prædicatores significare potest, *Exod.28.f.29.a.35.b.39.c.*

Pontifex, cuius mortem expectare debet homicida, dici potest *i* verbum Dei, *Num.35.c.*

Pontifex vtens duabus tunicis, est *k* vtens carnalibus ceremoniis legis, & intelligens spiritualia. Potest etiam pontifex designare portionem superiorem rationis.

Populus, Plebs, Vulgus.

Angeli, vel dæmones. Iusti. Limbus. Apostoli. Christiani.

POPVLVS, est multitudo hominum, iuris consensu & concordi communione sociata. Plebs autem, & vulgus est multitudo ignobilis: licèt populus sæpè pro vulgo sumatur.

Populus multus veniens contra Sion erunt *l* angeli, vel dæmones in iudicio, *Ioel.2.a.* populus autem ad quem apponuntur viri iusti, sunt angeli, vel iusti defuncti: vel limbus sanctorum Patrum, *Gen.25.a.49.d.* Apostoli etiam dicuntur populus Dei, *Isa.65.c.*

Populus etiam dicuntur,*m* secundum fidem vniti, hoc est, Christiani, *Gen.35.b.41.e.42.a. Exod.1.b.3.b.15.b.22.d.23.b.30.d.31.d.33.a.36.a.40.d. Leu.7.c.9.b.10.a.* Et dicuntur populus fortis, *Isa.13.c.17.d.19.d.20.a.25.a.42.a.* Eosdem designat populus Sion, & populus Israël, *Isa.30.d. Iere.6.e.11.a.12.d.31.c.* Dicuntur etiam populus Dei, quod de rationalibus dicitur: sicut minus rationales dicuntur oues, *Psalm.7.13.28.52.59.67.78.93.101.104.115.134.148. Mich.7.c.* Et populus terræ dicuntur aliquando boni, *Exod.5.a.* Reliquiæ quoque Israël credentes, dicuntur populus Dei. *Isa.51.a.52.a.65.c.* Fideles quoque dicuntur populus accinctus, vel populus peregrinationis, *Hab.3.c.* populus etiam solus dicuntur fideles, ab infidelium multitudine segregati, *Num.23.b.* Et populus sciens iubilationem, sunt fideles, concordes charitate, *Psalm.88.* Et populus quem fecit Dominus, dicuntur fideles in gratia existentes, *Psalm.21.* Qui & in populum Dei esse dicuntur, *Iere.31.a.* Omnis populus sepelit Gog, quia *n* omnes fideles dissipant hæreticos, *Ezech.39.c.* populus autem minor superans maiorem, designat *o* Christianos reuincentes Iudæos: vel virtutes vitia superantes: vel populus minor est spiritualis, maior verò carnalis, *Gen.25.c.* Et populus pauper,*p* sunt Christiani: populus verò diues Iudæi, *Soph.3.c.* Et populus paruus, humiles Christiani, *Isaiæ 6.b.*

Iudæi. Virtutes. Vitia. Spirituales. Carnales. Imperfecti. Simplices. Vulgus Ecclesia. Genus humanum. Credentes.

Populus quandoque dicuntur *q* imperfecti, & minores, & simplices, ac vulgus Ecclesiæ, & plebs promiscuum vulgi: vnde & longè ab arca stare iubentur, *Exod.17.a.18.c.19.d.20.c.24.a.32.a.33.a. Ios.3.b. Leu.4.c.1.Reg.6.d.13.a. Psalm.44. Isa.13.a.14.a. Iere.1.d.* Et vulgus pauper, est multitudo ignara, *Iob.24.b.* Et vulgus terræ, sunt religiosi viri, & simplices, & dicuntur terræ, quia in bono opere magni sunt, sed altissima contemplatione magni non sunt, *1.Regum.14.d.*

Gentiles credentes.

Populi cuncti, *Exo.33.d.* videtur *r* pro toto genere humano sumi sicut populus, *Leu.16.c. Isa.34.a. Mic.4.a.* Ex his populis educit Deus oues suas, quando ex omnibus eligit, *Ezech.34.d.* populus etiam sacerdotis, dicitur genus humanum, quod est populus Christi, quia humanam assumpsit naturam. Vel peculiariter dicuntur credentes, & Sancti. Ad literam verò, populus sacerdotis: dicitur genus eius, *Leu.21.c.*

Populi dicuntur aliquando *s* Gentiles fidem amplectentes, *Exo.15.b.* Et populi Æthiopum, sunt Gentiles prius nigri, sed per baptismum, & fidem dealbati, *Psalm.73.* Et populi cadentes sub Christo, sunt Gentiles ad fidem venientes, *Psalm.44.143.* Et populi de longè, erant Gentiles, qui erant longè. & per fidem facti sunt propè, *Isa.49.a.* Et populus profundi sermonis, sunt Gentiles, ad quos non est missus Ezechiel, id est, Christus: vt per semetipsum eius regnum prædicaret, quem illi suscepissent, vt susceperunt postea discipulos, *Ezech.3.b.* populus peregrinans est,*t* qui ad sortem electorum currens, habere se patriam nouit in cælestibus, & tantò magis se illic sperat inuenire propria, quanto hic cuncta quæ prætereunt, esse à se putat aliena, *Iob.28.a.*

Iudæi.

Populus Dan, dicuntur Iudæi, *Gen.49.c. Leu.4.a.* Ipsi sunt *u* populi qui meditati sunt inania, *Psalm.2.* Idem est populus non sapiens, & populus Gomorrhæ, *x* & populus direptus, *Isa.1.c.6.c.27.d.42.d. Psalm.134.* Et ipsi sunt populi arguendi, & non iudicandi, sed iam iudicati, quia Christum non receperunt, *Isa.7.a.* populus Mosis dictus est Israël post peccatum, quasi iam non esset Dei, qui etiam populus duræ ceruicis dictus est, *Exod.32.b.33.a.34.b.* Et populus excæcatus, erant Iudæi tempore Christi. Et populus ambulans in tenebris, & populus non credens, *Isa.6.c.9.a.22.b.65.a. Psalm.55. in titulo.* populi etiam dicuntur interdum, *y* tam Iudæi, quam hæretici & philosophi, *Isa.2.b.8.b.* Et populus impudens dicuntur Iudæi & philosophi. Et populus alti sermonis, & populi quos operit caligo, *Isa.33.c.60.a.* Et generaliter populus interfectionis Dei, sunt mali in iudicio puniendi, *Isa.34.b.* Et populus in cuius fœdus datus est Christus, sunt Iudæi, & generaliter omnes, *Isa.49.c.* Et populi multi, quos impleuit Tyrus, sunt de quibus *Psalm.2.* Astiterunt reges terræ, &c. *Exec.27.g.* Non populus Dei dictus est Israël, quum *z* eiectus est à Deo, vbi etiam designantur hæretici. *Ho.1.c.* populi absolutè sunt Iudæi, populi verò omnes, Iudæi, & Gentiles, *Psalm.66.* populus fugiens cum Iosue in obsidione Hai, significat Iudæos, *aa* fugientes à lege. Populus autem in insidiis positus, designat Gentiles, dæmones superantes, *Ios.8.a.*

Hæretici. Philosophi. Mali.

Iudæi, & Gentiles. Dæmones. Voluptates. Vitia. Mali. Persecutores. Exempla peccantium. Vetus conuersatio. Decepti ab hæreticis. Subiecti diabolo.

Populi regis Babylonis sunt *bb* dæmones, *Ezech.30.b. Ioel.2.* Et populus Pharaonis, dicuntur angeli apostatæ sub suo principe Satana, & interdum voluptates carnis, & etiam homines mali, & peccatores, *Exod.1.b.14.b.15.b. Isa.14.e.33.a.* Et populus Amalec, sunt dæmones, & vitia, & quilibet persecutores, *Exod.17.d.* Et populus Ægypti conculcati à Christo, *Isa.30.a.63.b.* Et populus Hai, sunt dæmones, *Iosu.8.a.* populus etiam obliuiscendus, *cc* est populus dæmonum, & peccati opera: & exempla peccantium, & vetus conuersatio, *Psal.44.* Vulgus *dd* etiam dicitur multitudo vitiorum, *1.Reg.13.a.* populus autem qui ad prædandum iuisse dicitur, designat peccatores, qui quasi violenter peccant: vel dæmones, qui animas captiuas ducere conantur, *1.Reg.14.b.* Et populus horribilis, sunt dæmones & hæretici, & eorum sectatores: qui etiam sunt populus qui prodesse non potest, *Isaiæ 18.a. 30.b.* populus etiam stultus est, qui præcepta Dei seruare non curat, *Ierem.5.e.* Et populus de terra Aquilonis, sunt dæmones, *Ierem.6.f. Thren.3.c.* populus etiam terræ, *ee* dicuntur terreni, *Leuit.4.d. Isaiæ 24.a.* Et vulgus promiscuum, est multitudo imperfectorum, & malorum, *Exod.12.f.19.d.* Ezechielis 30. *a.* Et populus Syriæ, sunt *ff* decepti ab hæreticis, *Amos 1.c.* Et populus Assur, sunt subiecti diabolo, *Nahum 3.d.* Et populus alienus

a *Lyr.s.Ioel.1. Hie.s.Isa.14. & s.Ierem.4.*
b *Aug.s.ps.78.*
c *Hie.s. Mic. 5.*
d *Hie.s.Ezec. 44.*
e *Hie.s.Za.5.*
f *Rup.s. Mic. 7.*
g *Glo ord. su. 2.Mach.12.*
h *Ori.s.Leu.h 3.Gre.s.ps.50. Glo.or.s.Le.8.*
i *Phil.de profugis.*
k *Ori.s. Leui. hom.6.*
l *Hie.s.Ioel.2 Phil.de sacrif. Abel.& Cai.*
m *Basil.s.psa. 44.Hie.s. Isa. 13 20.25 51.& s. Mic. 7.Ori.s.Iere. hom.6.& s. Num.ho. 15. & s.Ios.ho. 7. Arn.s. psalm. 104.*
n *Au.18.ciu. Dei 32.Hie.s. 39.*
o *Ori.s.Gen. hom.12.Tert. aduer.Iudæos. Amb. de obi. Valent.*
p *Hie.s.Sop.3.*
q *Ori.s.Ios. h. 4.Hie.s. Isai. 13.& s.Iere. 1.Isye.s. Leu. 4.Gre.s.1.Re 13.14.& 16 mor.24.*
r *Aug.s. psal 55.Isy.s. Leu. 21.Ori.s.Leu. hom. 12.*
s *Au. s.ps.73. Hie s.Isa.49. & ad princip.& s.Ez.9. : Gre.18.mo. 18.*
t *Arn.s.ps. 2.*
u *Hi.s.Isai.2. 27.Ori.s. Isa. hom.6. Hil. s. psalm.2. Hie. s.Isa.9.*
x *Hie.s.Is.28 49.60.& s. Ezech.27.*
y *Hie.s. Hos. 1.Rup.s. Hos. 1.Hil.s.ps.66.*
z *Ori. s. Ios. hom.8.*
aa *Hie.s.Eze. 30.& s. Isai. 14.Ori.s. Ex. hom.2. Bed.s. Exod.1.*
bb *Basi.& Arn.s.ps.44. Hie. ad princip.& s.ps.44 & s.Is.28.30 & s.Ier.6.*
cc *Gr.s.1.Re. 13.14.*
dd *Glo. ord.s. Leu.4.*
ee *Hie.s.Amos 1.& s.Na. 3.*
ff

Digitized by Google

sunt Gentiles, vel hæretici, quibus non est vendendus fidelis, *Exod. 21. a.* Eosdem designat populus barbarus, *Psalm. 112.* — *Gentiles.*

a *Gre. s. 1. Re. 13.*

Populus inuentus in Gabaa, designat *a* perfectos virginitate, *1. Reg. 13. d.* — *Virgines.*

Populus quem occidit Deus, vt ingrederetur Israël, designat *b* eos qui prius erant infideles, & postea fiunt fideles, *Exod. 23. d. Psalm. 44.* Et populi Æthiopum, *c* sunt pœnitentes, qui prius erant nigri per peccata, & postea resipiscentes dealbantur, *Psalm. 73.* — *Pœnitentes.*

b *Basi. s. psal. 44.*

c *Arn. s. psal. 73.*

Populus Dei, dici potest *d* multitudo virtutum, *Psalm. 93.* quæ etiam est populus, quo plena erat ciuitas, hoc est, anima antequam peccaret, *Thren. 1. a.* — *Multitudo virtutum.*

d *Arn. s. psal. 93.*

Populus delinquens per sacerdotem, *e* est abutens misericordia Dei, *Leu. 4. a.* — *Abutens misericordia Dei.*

e *Glo. inter s. Leu. 4.*

Populus quem subdit nobis Deus, sunt *f* propriæ cuiusque cogitationes, & motus animi, *Psal. 143.* Et populi ascendentes pro robustis, *g* designant multitudinem terrenarum, & leuium cogitationum succedentium motibus virilibus virtutum, *Iob. 36. e.* — *Cogitationes, & motus animi.*

f *Lyr. s. psalm. 143.*

g *Gregor. 26. mor. 38.*

Populi populi, *h* multitudinem & turbam eorum, qui in vltimo iudicio iudicandi sunt, significant, *Ioel. 3. e.* — *Iudicandi.*

Populus antiquus, erant, *i* qui viuebant in lege naturæ: vel etiam filij Israël quando erant in deserto, *Isa. 44. b.*

Populus sempiternus dicuntur, *k* qui sunt in inferno, vbi perpetuò punientur, *Ezech. 26. d.*

h *Hie. s. Ioel. 3.*

i *Glo. inter s. Isa. 44.*

k *Hie. s. Eze. 26.*

Populus arbor,

Populvs, est genus arboris infrugiferæ, quæ à fœcundum multitudine sic appellata est: habet folia candida, & corticem, estque lignum aptum ædificiis, & arcis, ac mensis, cæteris que ligneis suppellectilibus.

l *Ori. s. Exod. hom. 9.*

Populus virtute & nomine, virgultum est *l* castitatis, qui non profert semen, estque frigidæ naturæ. — *Castitas.*

Populeæ virgæ, quas ponebat Iacob in canalibus, *m* authoritates sacræ scripturæ significare possunt, *Gen. 30. f.* — *Auctoritates scripturæ.*

m *Glo. ord. s. Gen. 30.*

Populus viridis, *n* virorem hæreticorum significare potest, qui est sine fructu, *Hos. 4. c.* — *Hæretici.*

Porcus, vide Sus.

Porphyrio.

Porphyrio, est auis, quæ sola morsu bibere dicitur: cuius crura prælonga rubent, & etiam rostrum. A nonnullis pellicanus dicitur. Verum pellicanus potius est onocrotalus. Dicitur porphyrio est auis pulcherrima, & omnem cibum quem comedit, aqua tingere: qua ratione designat *o* singulariter viuentes, qui in omnibus propriam miscent voluntatem, *Leu. 11. b.* — *Singulariter viuentes.*

n *Glo. ord. s. Hos. 4.*

o *Lyr. s. Leui. 11.*

Porrigere, vide Expandere.

Porrum.

Porrum, est genus oleris, parum dissimilis cepis.

Porri, quos desiderabant filij Israël in deserto, *Num. 11. b.* designant *p* difficultatem vitæ præsentis, quæ à dilectoribus suis, & non sine luctu agitur, & tamen cum lachrymis amatur. — *Difficultas vita præsentis.*

p *Gre. 20. m. 16.*

Porta, vide Ianua, Portare, vide Ferre.

Portendere, Portentum.

Portentvm dicitur à portendo, quod est porro, seu antè, & procul tendere, seu prædicere. Est autem portentum, quod aliquid futurum portendat, seu prænunciet: solentque portenta præter solitum naturæ cursum, & rara esse, & quæ in admirationem seu stuporem, & terrorem inducant, *Deut. 7. c. 26. b. 29. a. Ios. 24. a.*

Portendentes viri, dici possunt *q* Apostoli, qui ex præsentibus futura cognoscebant, *Zach. 3. d.* — *Apostoli.*

q *Hie. s. Zac. 3.*

Porticus.

Porticvs dicitur, quæ propter repentinos imbres, & vmbrarum, ac deambulationis gratia, constructa est.

Porticus atriorum templi, & præcipuè porticus triplex, *r* mysterium sanctæ Trinitatis designare possunt, *Ezech. 42. a. 46. g. 3. Reg. 6. a. 7. b. 1. Par. 28. c. 2. Par. 15. b.* — *Mysterium Trinitatis.*

r *Hie. s. Ezec. 42.*

Porticus ante ostium templi recipiens prius lumen, designat *s* tempus ante dominicam incarnationem, in quo patriarchæ & prophetæ primi lucem fidei susceperunt, *3. Reg. 6. a.* Designat etiam conuersationem Christi, ante passionem. — *Tempus ante incarnationem.*

s *Rup. 3. s. 1. Reg. 8.*

Porticus quinque in probatica piscina, *Ioan. 5. a.* quinque *t* libros legis significare possunt, qui retinebant peccatores, sed non curabant. Vel designabant quinque ætates vsque ad Christum. — *Libri legis.*

Porticus Salomonis, dici potest *u* anima sancta, *Ioan. 10. c. Act. 5. c.* — *Anima sancta.*

t *Au. s. ps. 70. & s. Ioan. tra. 17. Rup. 5. s. Ioan.*

Portio.

Portio, est pars, quæ cuique datur. — *Deus.*

Portio bonorum dicitur *x* Deus, *Psalm. 118. 141.* Cui autem portio Deus est, is totius possessor est naturæ, quia possidet authorem totius naturæ. — *Eminentia sacerdotum.*

u *Amb. 3. de Spiritu sancto. 18.*

Portio sacerdotis offerentis, est *y* pectus & armus dexter hostiæ, *Leu. 7. d.* quia sacerdotes eminere debent scientia & operatione.

x *Amb. s. psa. 118. serm. 8.*

Portionem suam ponere dicitur cum adulteris, *z* qui eam, quam cum Deo, & angelis habere debuerat, peccando ponit in inferno, *Psalm. 49.*

y *Hie. ad Nepotianum.*

Portus.

z *Hie. s. psal. 49.*

Portvs, est locus conclusus, quo importantur merces, & inde exportantur: & vbi naues hyemant à tempestatibus tutæ: estque velut terminus nauigationis.

Portus dicitur ipsa beatitudo, vel securitas vitæ spiritualis, *Genesis 49. b.* Vbi dicitur statio nauium, & littus maris. — *Beatitudo. Ecclesia.*

Portus etiam dicitur *aa* ipsa Ecclesia, *Psalm. 106.*

aa *Arn. s. psa. 106.*

Poscere, vide Petere.

Posse, Potens, Potestas, Potentia, Potentior, Potentissimus.

Posse, exponitur quasi potentem esse. Potens autem, siue sit nomen, siue participium dicitur, qui virtutem habet ad aliquid faciendum, quæ virtus potentia dicitur. Potestas autem, vel est facultas aliquid faciendi, vel sic dicitur de persona, est ipse magistratus, aut princeps potens. Posse autem, interdum est debere, *Gen. 18. b.* Num cælare potero Abraham quæ gesturus sum? Licere, *Gen. 44. g.* Non enim possum redire ad patrem meum. Possibile esse, *Gen. 14. b.* Numera stellas, si potes. Prævalere, *Gen. 23. a.* Nullus te prohibere potest. Valere, *Gen. 19. c.* Ita vt ostium inuenire non possent. Velle, *1. Reg. 30. d.* potes me ducere ad cuneum istum.

Potestas autem est authoritas, *1. Esdr. 5. c.* Quis dedit vobis potestatem? Dignitas, *Dan. 3. a.* Qui erant in potestatibus constituti. Dominium, *Gene. 3. c.* Sub viri potestate eris. Facultas, *Deut. 22. b.* Comedendi ex eis non habet potestatem. Gratia, *Matth. 9. a.* Qui dedit potestatem talem hominibus. Ordo angelicus, *Ephe. 1. d.* Super omnem principatum, & potestatem. Ordo diabolicus, *Luc. 22. f.* Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Præfectura, *Psalm. 135.* Solem in potestatem diei. Virtus diuina, *Dan. 4. e.* potestas tua in terminos terræ. Vis, *Psalm. 61.* Quia potestas Dei est.

bb *Amb. 1. offi. 21.*

Potens Iacob, dicitur *bb* Deus pater, cui attribuitur potentia, *Gen. 49. c. Prou. 23. a. Psal. 61. 144. Iob. 13. d. 25. a. 36. a. 42. a.* — *Potētia Dei.*

cc *Arn. s. psa. 135.*

Potentia Dei excitata, resurrectionem Christi designat, *Psalm. 79. Ephe. 1. d.* potens autem manus Christi fuit *cc* in cruce, vbi superauit dæmones, *Psalm. 135.* cum autem dicitur potestas Christi à mari vsque ad mare, *dd* non est extenuandum per allegoriam, sed credendum verè esse completum, *Zach. 9. c.* potentior autem Isaac quam palestini, designat Christum prævalentem Iudæis, *Gen. 26. d.* potestas autem data in manu Christi est, quæ erat legis, cuius ipse est Dominus, *Isa. 22. f.* Et potestas eius dicitur æterna, *Dan. 7. d.* Et potestas prima, *Micha. 4. c.* Dicitur autem Christus potentissimus. *Psalm. 44.* peculiariter *ee* propter opus incarnationis, quod est maximæ potentiæ. — *Resurrectio Christi. Potestas Christi.*

dd *Hi. s. Za. 9.*

ee *Bas. & Aug. s. psalm. 44.*

Non potest Filius *ff* ad scientiam patris, ideò dici potest: quia non similiter genetare potest, vt pater, *Psal. 138.* — *Deus.*

ff *Hil. s. psal. 138.*

Potens aliquando sumitur pro forti, *Psalm. 126.* Sicut sagittæ in manu potentis: vbi potens designare potest *gg* ipsum Deum. Vel potentis sagittæ, designant fortem pœnitentiam, *Psalm. 119.* — *Fortis pœnitentia.*

gg *Arn. & Hil. s. psalm. 119.*

Posse

Liberum arbitrium. Diuites boni.

Posse aut non posse offerre agnum. Vel habere omnia ad sacrificium, vel emundationem necessaria, *a* est habere, aut non habere vires ad agendam perfectam pœnitentiam, *Leu.* 12. *d.* 14. *d.*

Potestas regis Ezechiæ, indicare potest facultatem liberi arbitrij, *Isa.* 39. *b.*

Potentes, qui erigendi sunt ad regendum, *b* sunt valentes facultatibus, & virtute, *Exod.* 19. *d. Iob.* 36. *a*, 22. *b.*

Non potens pallium breue vtrumque operire, designat *c* non posse eundem Deo seruire & Mammonæ, *Isa.* 28. *c.*

Rectum silentium.

Non posse videre faciem Dei, est *d* in hac vita non posse habere visionem Dei, *Exod.* 33. *d.*

Posse retinere conceptum sermonem, *e* est illorum, qui virtutum vsu roborati, vsque ad eã celsitudinem prouehuntur, vt ad loquendum ne in corde quidem peruersa concipiant, quæ silendo compescant: & qui licèt praua ad loquendum concipiant, tamen à loquutione magno se silentij vigore restringunt: quod minimè est superborum, *Iob.* 4. *a.*

Oratio sine operibus.

Verba potentia sunt *f* eorum, qui prolixas ad Dominum preces habent, sed vitam deprecantium non habent, nam promissa cælestia petitionibus sequuntur, operibus fugiunt, *Iob.* 41. *a.*

Potens bellum aduersus Philisthæos omnibus diebus Saulis, 1. *Reg.* 14. *g.* designat, *g* quod quando electis plebibus duri filij dominantur, durum est aduersus diabolum pugnare, quia ille potest aliis vtiliter bona dicere, qui consueuit verba ipsa magna & forti operatione præire.

Diabolus. Diuites terræ. Superbi. Principes infidelium. Hæretici. Iudaicus populus. Affectus praui.

Potens, à quo Deus liberat, est *h* diabolus, *Psalm.* 71. Et potentes sunt dæmones & diuites terræ, *Isa.* 34. *b.* Dæmonum autem potestas & etiam malorum, dicitur potestas tenebrarum, & ipsi dæmones dicuntur potestates tenebrarum, *Ephe.* 6. *b. Coloss.* 1. *b.* Et potentior, de cuius manu liberat Deus, est diabolus, *Iere.* 31. *b.* potentissimi quoque robustorum, sunt dæmones, *Ezech.* 32. *d. Iob.* 41. *d.* Et ipse diabolus dicitur spiritus potestatem habens, *Eccle.* 10. *a.* potentes autem dicuntur superbi, *Psalm.* 85. Et potestas maris, sunt principes infidelium, *Psal.* 88. potentiæ quas frangit Deus, sunt vires diaboli, *Psalm.* 75. potens quoque pro *i* hæretico poni videtur, *Amos* 5. *c.* potens etiam in malitia & iniquitate, fuit *k* Iudaicus populus aduersus Christum, *Psalm.* 51.

Ignorantia philosophorum de Trinitate. Dissipans Deus cogitationes malorum

Potentes terræ, quos humiliat Deus, dici possunt *l* noxiæ passiones dominationem sibi ac tyrannidem sæuissimam in nostro mortali corpore vendicantes, *Isa.* 45. *a.* Et potentes ad bibendum vinum, sunt audaces ad explendas concupiscentias, *Isa.* 5. *e.*

Potestas data bestiæ, *Dan.* 7. *b.* fuit *m* potestas Alexandri magni desuper illi data.

Non potentes Magi educere scyniphes, *n* designant philosophos, ignorantes fidem Trinitatis, *Exod.* 8. *e.* Iidem non potuerunt stare coram Mose, quia legis mysteria philosophi non assequuntur, *Exod.* 9. *b.*

Possessor bonorum Deus.

Non possunt manus malignorum implere quod cæperant. *Iob.* 5. *b.* quia *o* eorum cogitationes dissipat Deus, quod est misericordiæ, ne tantum mali faciant, vt eorum impediatur conuersio, vel ne indurati grauius puniãtur.

Nemo poterat dicere canticum, nisi centum quadraginta quatuor millia, *p* quia non voluntate humana allata est prophetia, *Apoc.* 14. *b.*

Possidere, Possessio, Possessor.

Ecclesia.

POSSIDERE, est alicuius rei compotem esse. Possessio autem, est ipsa proprietas, & vsus siue actus possidendi. Res item quæ possidetur, interdum possessio dicitur, præcipuè cùm est immobilis.

Possessor cæli & terræ, dicitur *q* Deus, quia ipse est dominus omnium quæ creauit. *Gen.* 19. *d.* Dicitur autem possidere populum suum, quando bonis peculiariter bene facit. *Exod.* 15. *c.* 34. *b. Isa.* 1. *a.* Et ipse dicitur possidens, quia possidet Ecclesiam. *Iere.* 9. *c.* Possessio autem Dei dicitur Israël, hoc est, perfecti. *Psalm.* 134. *Isa.* 11. *c.* Et possidentur filij mortificatorum à Deo, *r* quando peccatores redeunt in gratiam. *Psal.* 78. Possessio quoque regis Ægypti, est Ecclesia, quæ est possessio Dei: & etiam sanctitas. *Psalm.* 104. Et possessio Iob est *s* Ecclesia, quam possidet Christus. *Iob.* 1. *a.* 36. *d. Zach.* 2. *d.* Possidens Ieremias lumbare, designat Deum possidentem filios Israël, aut quoslibet iustos. *Ierem.* 14. *a.* Possedit autem Deus congregationem Iudæorum ab initio, *t* à tempore videlicet patrum. *Psalm.* 73.

Generatio æterna Filij.

Possedit Dominus sapientiam, hoc est, *u* Filium. *Prou.* 8. *c.* quia semper Filius in patre, & pater in Filio fuit: vbi non legendum est, *Creauit*, quum postea dicat, *Generauit*.

Subijciens Christus dæmones Ecclesiæ. Gentes. Animi affectus. Beatitudo.

Possidere dicitur Deus renes eius, *x* in quo non sunt incẽtiua libidinis: vel quia in nullo delectatur, nisi in Deo.

Possidet semen Abrahæ, aut etiam Rebeccæ portas inimicorum, *y* quum Christus præualet dæmonibus, quos subegit postquam immolatus est, vt Isaac. Dicitur etiam de Ecclesia, quæ possidet Gentes: & de anima, quæ sibi subiecit affectus seu passiones.

Possessio terræ, quam dat Dominus: & quam nemo auferre potest, *z* est ipsa beatitudo, quæ possessio æterna dicitur. *Gen.* 17. *b.* Vel est ipsa gratia, quæ redit ad Dominum suum tempore iubilei, per pœnitentiam: & etiam quoduis bonum opus, possessio nostra est. *Leuit.* 25. *b.* Et confirmata possessio, est in vita spirituali. *Gen.* 23. *d.* possident quoque terram mites, dum acquirunt corpus glorioſum, aut fœlicitatem. *Matth.* 5. *a.* Dicuntur etiam possidere montes Dei. *Isa.* 65. *b.* Terram quidem huius mundi *aa* immites, & superbi possident: terram autem cælestem, mites. *Zach.* 8. *c.* Possidebunt etiam duplicia in terra sua, qui recipient bona animi, & corporis, quod & de Apostolis dici potest, possidentibus fideles ex Iudæis, & gentibus. *Isa.* 49. *c.* 61. *a.*

Perfectè viuere.

Possident homines terram, hoc est, *bb* animam & corpus. *Gen.* 47. *e.* Possident autem animas suas, qui perfectè in omnibus viuunt, & cunctis mentis motibus ex virtute dominantur. *Luc.* 21. *d.*

Habere sacrã scripturam. Abundantia terrenorum.

Possidere autem terram, *cc* est habere sacram scripturam, & in ea eruditum esse, quæ etiam possessio dicitur. *Isa.* 30. *e.* 57. *c.* Possident etiam aurum principes, hoc est, *dd* Apostoli & prædicatores sapientiam: vel philosophi & sapientes. *Iob.* 3. *b.*

Possidete Ecclesiam. Conuersio infidelium.

Possidere etiam terram, aliquando dicit abundantiam terrenorum, sicut & possessio terræ Ægypti, & terræ Chanaan. *Gen.* 34. *b.* 47. *a. Exod.* 25. *d.* 32. *c. Leu.* 14. *c.*

Imperium mentis.

Possidet vmbilicum terræ, qui possidet Ecclesiam. *Ezech.* 38. *d.* Possessio quoque est aduenis inter filios Israël, hoc est, *ee* Gentibus in Ecclesia. *Ezech.* 47. *d.*

Bona conuersatio.

Possident Iudæi Gentiles in seruos, quum *ff* Apostoli & prædicatores gubernant Gentiles. *Isa.* 14. *a.* Et possidet domus Iacob eos, qui se possederunt, quum fideles conuertunt eos, à quibus affligebantur. *Abdia. f.* Et possidet Ephraim etiam regionem Samariæ, qui hæreticos subiicit. Et possidet Beniamin Galaad, hoc est, Ecclesia Israelem carnalem. *Abdi. g.* Et possident terram Amorrhæi, hoc est, eos qui subiecti erant diabolo. *Amos* 2. *c.* Possidebit quoquo Israël reliquias Idumeæ, quum in fine mundi Ecclesia recipiet conuersos ex Iudæis. *Amos* 9. *d.*

Pœnitentia. Dona Spiritus sancti in Ecclesia. Tyrannis diaboli. Punitio diaboli.

Possidet intelligens gubernacula, *gg* quando mens imperat inferioribus potentiis. *Prouerb.* 1. *a.* Possessio autem sepienda spinis, est mens. *Eccle.* 28. *d.* 36. *d.* Possidemus autem animas nostras per patientiam. *Luc.* 21. *d.* quia *hh* dum nobisipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere, quod sumus. Possessio autem vniuscuiusque, est bona conuersatio, secundùm vocationem, ad quam quisque vocatus est, quam vendit, qui peccat. *Leuit.* 25. *d.*

Possidere dicuntur aurum in zonis, qui *ii* ministerium suum Ecclesiasticum habent venale. *Mat.* 10. *a.*

Possidet aliquem angustia, *kk* quum vehementem habet dolorem pœnitentiæ. *Isa.* 21. *a.* Possident autem dies afflictionis bonos in hac vita, vbi agunt pœnitentiam. *Iob.* 30. *c.*

Possidentur agri in Iudæa, *ll* hoc est, dona Spiritus sancti in Ecclesia. *Iere.* 32. *g.*

Possedisse dicuntur mendacium, qui coluerunt idola. *Iere.* 16. *d.*

Possident pessimi domus potentium, *mm* quum dæmones principum mentes inhabitant. *Ezech.* 7. *g.* possident etiam hostes populum Dei quasi nihilum, quum dæmones eos tenent in peccatis. Sic possidebant Iudæos. *Is.* 63. *d.* Et possident domini asque Deo, quum dæmones detinent homines in peccatis, & cultu idolorum. *Isa.* 26. *c.* Et possident onocrotalus, & cæteræ bestiæ Sion, quum varia idola & multiplices errores erant in Hierusalem. *Isa.* 34. *c.* Possidebant etiam oues Iudæorum principes & hæretici, detinentes simplices in errore. *Zach.* 11. *a.* Possidet itidem tenebrosus turbo noctem, hoc est, diabolus peccatum. *Iob.* 3. *a.*

Possidet tenebrosus turbo noctem. *Iob.* 3. *a.* quum *nn* apostatam spiritum à conspectu districti iudicis ad æterna

a *Glo. ord. s. Leu.* 14.
b *Gre.* 26. *mo.* 21.
c *Hie. s. Is.* 28.
d *Glo. ord. s. Exod.* 33.
e *Gre.* 5. *mor.* 11.
f *Gre.* 33. *mo.* 23.
g *Gregor. s.* 1. *Reg.* 14.
h *Arm. s. psal.* 71. *Hier. ad Demet. & s. Ierem.* 3. *& s. Eccl.* 10. *Au. s. psal.* 71. 85. 88.
i *Hie. s. Amos* 5.
k *Hi. s. ps.* 51.
l *Cassia. lib.* 5. *cap.* 2. *Hie. s. Isa.* 5. *Gre. s.* 1. *Reg.* 8.
m *Glo. int. s. Dan.* 7.
n *Glo. ord. s. Exod.* 8.
o *Glo. ord. s. Iob.* 5.
p *Rup.* 9. *s. Apoc.*
q *Hie. s. Isai.* 1. 11. *& s. Ierem.* 9. *Hil. s. ps.* 134.
r *Arn. s. psal.* 78. 104.
s *Greg.* 1. *mor.* 13. *&* 27. *m.* 11.
t *Au. s. ps.* 73.
u *Hie. & Cyp. s. Isa.* 26.
x *Hil. & Au. s. psalm.* 138.
y *Rup.* 6. *sup. Gen.* 33. *Amb. de Is.* 3.
z *Bas. s. psal.* 33. *Hil. s. Mat. Can.* 4.
aa *Hier. ad Dardan. & s. Isai.* 65. *& s. Matth.* 5. *Isyc. s. Leu.* 25 *Hie. s. Isa.* 61.
bb *Gre.* 5. *m.* 14.
cc *Hie. s. Isai.* 30. 57.
dd *Gre.* 4. *mo.* 35.
ee *Hie. s. Ez* 47.
ff *Hie. s. Isai.* 14. *& s. Abd. & s. Amos* 9. *Rup. s. Abdi.*
gg *Bas. in princip. Prou.*
hh *Amb.* 1. *offic.* 3. *Greg. ho.* 35. *Isyc. s. Leu.* 25.
ii *Hil. s. Mat. Can.* 10.
kk *Gl. in. s. Is.* 21.
ll *Glo. ordin. s. Ierem.* 32.
mm *Hi. s. Ez.* 7. *& s. Is.* 26. 34. 63.
nn *Greg.* 4. *mor.* 10. 22.

Digitized by Google

supplicia,pauēda illi vltima tempestas rapit.Vel possidet noctem tenebrosus turbo, quum perpetrationem culpæ non blandimenta securæ quietis fouent,sed piè sæuiens amaritudo pœnitentiæ irrumpit.

Possedit timor hypocritas, hoc est,*a* Scribas,& Pharisæos in destructione Hierusalem. *Isa.*33.*b*.

Possessio Iob,id est,Christi,quæ creuit in terra,*b* est Ecclesia.*Iob.*1.*b*.*Leu.*14.*e*.Possessio autem Christi, erit Idumæa,quum caro subiicietur,spiritui.*Num.*24.*e*.Et possidet Christus hæreditates dissipatas,hoc est,Gentes.*Isa.*49.*c*. Et possidet Tyrum & Sidonem,hoc est,*c* Gentilitatem & sapientes seculi.*Zach.*9.*a*.Possidens etiam Salomon seruos & ancillas,est Christus.*Eccle.*2.*a*.Possessio autem eius sunt termini terræ,*d* hoc est,aut diuinitas,aut maiestas. *Psalm.*2.

Possessio sepulchri est iustis in terra,*e* in qua nihil aliud habent.*Gen.*23.*b*.

Possessio Laban dicitur esse in manibus Iacob,quia charismatum distributio competit Christo. *Gen.*30.*d*. Possessio autem omnis Iacob est ducta in Ægyptum.*Gen.*47.*a*.quando Christus attulit cælestia dona mundo.

Possessio non est data Leuitis in terra,sed Dominus est possessio eorum,*f* quia contemnentes omnia terrena, soli Deo & sapientiæ adhærent.*Iosu.*13.*b*.Possessio quoque sacerdotum, est Deus,de quo dicunt illud. *Cant.*8.*b*. Tenui eum,& non dimittam.Et *Psal.*72.Pars mea Dominus.*Exech.*44.*g*.

Possessio data filiabus Salphaad,designat *g* præmium bonorum operum per sensus factorum*Num.*27.*b*.

Non fuit data possessio filiis Ruben,& Gad,donec aliæ tribus acquirerent terram promissionis. *Num.*32.*d*. vt designaretur *h* antiquum populum non esse consummatum sine nouo.

Possessiones filiorum Ioseph.*Gen.*48.*b*.sunt sicut aliorum filiorum Iacob, designant *i* gradus diuersos in Ecclesia ad regimen animarum.Ad idem refertur terra possidenda à filiis Israël.*Exod.*6.*b*.Possessiones autem Israël, & Ægyptiorum sic se habent,vt possessiones Israël seruentur,Ægyptiorum verò pereant.*Exod.*9.*a*.

Possessiones Ægyptiorum venditæ, vt viuerent. *Gen.*47.*e*. designant *k* omnia terrena vendenda, vt seruiatur Christo.In possessionem autem hericij datur Babylon,quia auari possident mundana,& diuitias. *Isa.*14.*f*.Possessiones quoque multæ,dici possunt multa vitia,aut etiam animi affectus.*Matth.*19.*c*.

Possessione aiunt hæretici datam sibi esse terram,hoc est, Ecclesiam, *l* in qua tyrannidem exercere nituntur. *Ezech.*33.*e*.

Posteri,Posteritas.

Posteri,dicuntur qui in posteriori ætate vel seculo fuerunt,& posteritas est posterum seculum, siue homines posteriùs nati;danturque posteri bonorum,& posteri malorum.*Gen.*21.*c*.26.*a*.*Ruth.*4.*b*.*Tob.*8.*b*.

Posterior.

Posterior,est,qui post alium est in ordine,vel temporis,vel situs.

Posteriora Dei,dici possunt *m* effectus Dei,& etiam humanitas Christi, & incarnatio credita post eius resurrectionem. Et præterea cognitio, quam habebunt Iudæi de Christo posteriori tempore, quando conuertentur. *Gen.*16.*d*.*Exod.*37.*d*.Ad hæc referri possunt posteriora tabernaculi,& posteriora superhumeralis. *Exod.*26.*c*.28.*d*. Posteriora etiam Dei videre,est ipsum Deum ducem sequi:nam qui sequitur,posteriora præcedentis videt.

Posteriora etiam Dei,designant *n* temporalia,nam cælestia & æterna ad faciem pertinent.Hæc posteriora vidit Agar,hoc est,Iudæi,qui semper respiciebant ad temporalia,& ad literam legis,*Gen.*16.*d*.

Posteriora dorsi columbæ in pallore auri, designant *o* posteriorem vocationem Israël in preciositate fidei. Vel donum Euangelici muneris posteriori tempore datum. Vel designant sanctitatem in exemplum à Sanctis demonstratam,vel etiam æternam fœlicitatē,quæ est velut dorsum columbæ,id est,Ecclesiæ, vel designant humanitatem Christi pallidam per mortem. Vel inducant occultiorem intellectum mysteriorum.*Psalm.*67.

Posteriora hominis,quæ Deus demetit, sunt peccata occultata, vel neglecta, quæ puniuntur post hanc vitam. *3.Reg.*16.*a*.21.*f*.*Ierem.*13.*d*.

Posteriora Philisthinorum,seu inimicorum, quæ percutit Deus, *p* sunt finis rerum mundanarum & vitiorum. Vel designant eos,qui retrò conuertuntur.*Psalm.*77.

Posteriora boum latentia sub mari æneo,designant non debere nos respicere, quid fuerint Apostoli antè vocationem,sed quid postea,vel quia Apostolorum,vel omnium Patrum aperta quidem nos opera cernimus, sed apud districtum iudicem,quæ illos posteriùs maneant in occulta retributione,nescimus.

Posticum.

Posticvm,est ostium in posteriori parte ædium.*Dan.*3.*b*.

Postis,vide Ianua.

Postulare,vide Petere.

Potare,Potus,vide Bibere.

Potiri.

Potiri,est aliquid acquisitum tenere,& quasi in potestate habere,& vendicare.

Potitus Iacob optatis nuptiis Rachelis.*Gen.*29.designat *q* gratanter amplectentem vitam contemplatiuam.

Prabere,vide Dare.

Præcedere,vide Antecedere.

Præcellere.

Præcellere,est super alios eminentiam in re quapiam habere.*Ester.*13.*a*.*Eccle.*33.*c*.*Roma.*3.*c*.1.*Petr.*2.*c*.

Præceps,Præcipitare.

Praeceps,dicitur homo,qui sine consideratione aut modo quippiam agit, & quasi rem præoccupat. Præceps autem in motu dicitur,quicquod velociter mouetur.4.*Reg.*9.*c*.*Iudith.*13.*b*.*Eccle.*30.*b*.*Mich.*2.*Matth.*8.*d*.

Præcipitare dicitur Dominus in monte Sion faciem vinculi colligati, *r* quum in Ecclesia peccati mortem destruit.*Isa.*25.*c*.

Præcipitare dicitur etiam Deus,*s* quando flagellat,& multis exponit tentationibus.*Iob.*10.*b*.

Præcipitare rursus dicitur Deus *t* Iudæos in profundum,sicut in diluuio præcipitauit genus humanum.*Psa.*54. Et præcipitauit speciosa Iacob,quum destruxit templum,& quum decorem animæ peccantis spreuit. Et præcipitauit mœnia Israël,quum ab eis abstulit dona gratis data, quæ erant ad ornatum, vt prophetiam, vt curationem virtutem,&c.*Thren.*2.*a*.*b*.Præcipitatio Iezabel de fenestra,destructionem Synagogæ designauit.3.*Reg.*21.*f*.

Præcipitati dicuntur,*u* qui in errorem inducti sunt,& etiam qui morte sunt puniti.*Isa.*9.*e*.*Iere.*12.*b*.

Præcipitauit autem Deus consilium Ægyptiorum, quum infideles confundit, ne suam valeant infidelitatem defendere,*Isa.*19.*a*.Præcipitatio quoque gregis porcorum in mare,designat eos,qui secularibus vitiis obruuntur. *Matth.*8.*d*. præcipitabitur etiam Leuiathan videntibus cunctis. *Iob.*49. *d*. quia *x* æterno iudice terribiliter apparente,astantibus legionibus angelorum,assistente cuncto ministerio cælestium potestatum, atque electis omnibus ad hoc spectaculum,deductis,ista bellua credulis & fortis in medium captiua deducetur, & cum suo corpore, hoc est,cum reprobis omnibus,æternis gehennæ incendiis mancipabitur, cùm dicetur:Discedite à me maledicti in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius. Præcipitabit etiam iniquus consilium suum. *Iob.* 18.*b*. quia *y* cùm iudex iustorum iniustorumque venerit, per hoc quod hic appetere, prauis cogitationibus elegit, in æterni supplicij tenebras demergetur,

Præcipitationis verba erant,*z* quum Iudæi dixerunt.Non habemus regem,nisi Cæsarem, quibus verbis in profundum seculi se demerserunt.*Psalm.*51.Vnde & in præceps decurrentes aquæ dicuntur.*Mich,*1.*d*.

Præcidere,Præcindere,vide Abscindere.

Præcipere,Præceptum,vide Mandare.

Præcipuus,vide Principalis.

Præclarus,vide Inclytus.

Præco.

Praeco à præcinendo dictus est, qui antè canit, vel annunciat quod est faciendum.Et etiam qui iussu Magistratus,publicè aliquid ore denunciat.

a *Hie.s.Isai.* 33.
b *Gre.*2. *mor.* 23.*Isy.s.* Leu. 14. *Orig,s. Num.ho.* 18.
c *Hie.s.Za.*9. & *s.Eccle.*2.
d *Hila.s. psal.* 2.
e *Glo. in. sup. Gen.*30.
f *Ori.s.Ios. h.* 17.& *s. Eze.*
g *Ori.s.Num. hom.*22.
h *Ori.s.Num. hom.*26.
i *Lyr.s.Gen.* 48.
k *Glo.ord su. Gen.*47. *Hie. s.Isa.*14. *Ori. s.Matth.hom.* 8.
l *Hie.s. Ezec.* 33.
m *Ori. s.psal. hom.*4.*Tert. aduer. Marcionem.*4.*Au.* 2.*de Trinitate.*16. & *epi.* 12.*Geor.Ven. Cap.*2.*tom.*3. *cap.*10.*Euch. form.spir.*1. *Gre.Nysse. de vita Mosis.*
n *Ruper.* 5. *s. Genes.*16.
o *Ori.s. Can. hom.* 4. *Arn.* & *Hil.s.psal.* 67.*Gre.s.Ez. hom.*15. *Ber. de diligendo Deo.*& *s. Ca. serm.*61. *Euc.q in s. psalm.*
p *Glo.ord.su.* 3.*Reg.*16. *Gre.s.* 1. *Re.* 7.*Aug.s.psal.* 77.*Rup.*3.*s. Reg.*13.
q *Gl.ord.Gene.s.*29.
r *Hie.s.Isa.* 25.
s *Glo. ord. su. Iob.*10.
t *Hie. s.psal.* 54. *Gre.* 11. *mor.*11. *Rup.* 5.*s.Reg.*14.
u *Hie.s.Isa.*9. *Hil.s.Matth. Can.*8.
x *Greg.*13.*m.* 24.
y *Gre.*14. *mor.*4.
z *Hil. s psal.* 51.

Digitized by Google

Ioannes Baptista. *Apostoli.* *Prædicatores.* *Prædicatio.*

Præco ante Ioseph, designat Ioannem Baptistam præcursorem Christi. Præcones etiam sunt Apostoli & prædicatores. Et præconis vox, *a* est ipsa prædicatio. *Gen.* 41. *c. Exod.* 36. *a. Iosu.* 3. *a.* 2. *Reg.* 22. *f.* 2. *Petr.* 2. *b.*

Præcordia.

PRAECORDIA, sunt membranæ, *b* quæ exta separant ab inferiore viscerum parte dicta, quòd cordi prætendantur, & à Græcis *phrenes* dicuntur.

In præcordiis vigilare dicitur, *c* qui potest dicere, *De profundis clamaui ad te Domine. Isa.* 26. *b.*

Prædari, Præda, Depræda, Depopulari, Prædator.

Liberatio per Christum. *Sacrificia.* *Persecutio Pauli.* *Christus.* *Regnum cælorum.* *Doctrina legis.* *Templum.* *Conuersio gentium.* *Destructio errorum.* *Violatio castitatis.*

PRAEDARI, & depopulari, est vi armorum & belli res aliorum rapere. Vnde prædicatores dicuntur, & res, quæ capitur dicitur præda.

Præda, quam facturus erat Iudas, designare potest *d* liberationem populi per Christum factam. Vel designat sacrificia, quæ in tribu Iuda offerebantur. Vel etiam persecutionem Pauli. *Gen.* 49. *b.* Et ipse Christus dicitur prædari. *Isa.* 8. *a.* 9. *a.* 31. *b.*

Præda, aliquando dicitur *e* regnum cælorum, quod vim patitur, & diuiditur fidelibus. *Num.* 31. *d.*

Præda etiam dici potest doctrina legis. *Isa.* 33. *d.* Et in deprædationem sunt dati thesauri Iudæorum, quum *f* intelligentia prophetiarum data est gentibus. *Iere.* 15. *c.* 2. *Par.* 24. *f.* PRÆDA etiam erat *g* ipsum templum, quo sacerdotes abutebantur ad auaritiam. *Nahum.* 2. *d.* Exterminabo de terra prædam tuam.

Prædari dicuntur Apostoli filios Orientis, *h* quando conuertunt Gentiles ad fidē. *Isa.* 11. *d.* præda quoque leænæ, sunt Gentiles ab Ecclesia conuersi. *Iob.* 38. *d.* Depopulantur quoque vibem Sichen, qui tollunt animas à dæmone possessas. *Genesis* 34. *d.* Et deprædantur fideles eos, quibus prædæ fuerant, quum *i* reuincunt hæreticos, à quibus opprimebantur. *Ezechielis* 39. *c. Zacha.* 2. *c.* Hanc prædam dat mulier fortis domesticis suis, quando conuersos ex gentibus adiungit fidelibus. *Prouerb.* 31. *c.* Præda leonis, id est, Dei, sunt, qui conuertuntur, *Amos* 3. *a. Nahum* 2. *d.*

Depopulatur Deus aras hæreticorum, *k* quando eorum destruit errores. *Hos.* 10. *a.* Depopulatio quoque potentis, est destructio rationum hæreticorum, *Amos* 5. *c.*

Ad prædam Amalec versus Saul cum populo. 1. *Reg.* 15. *c.* designat *l* eos, qui prohibente & quasi minis armato Deo, ad violandum sacrarium castitatis irrumpunt, & quasi per rapinam prædæ, electa Amalec ad terram Domini deferunt.

Tollere vitia.

Quando violentia armatorum alicuius, proprium aliquid tollitur, præda nominatur, Vitia autem carnis & animæ, quia diabolo suggerente propagantur, eius velut propria possessio sunt. Quisquis ergo in se nuper remissus, nunc autem violentus vitia destruit, prædam facit, quia quæ aliena sunt, potenter rapit. In qua tamen præda relinquuntur vitia, non retinentur. 1. *Reg.* 15. *c.*

Anima. *bona opera.*

Præda electa pauperis, est *m* eius anima, vel bona opera. *Amos* 5. *c.* Et deprædatus dicitur oculus animam, quum per aspectum fœminæ, quispiam in peccatum incidit, & cum concupiscendo visibilia, inuisibiles virtutes amisit. *Thren.* 3. *f.*

Inanis gloria.

Præda, ad quam versus est populus, persequens hostes. 1. *Reg.* 14. *e.* est quando *n* prædicatores ad proprias laudes conuertuntur, videntes se ab aliis non laudari. Sic præda tigridis, est inanis gloria, seu laus, quam violenter hypocritæ è populis extorquent. PRÆDA enim est, quum aliena violenter auferuntur. Omnis autem hypocrita, quia vitam iustitiæ simulans, iustorum sibi laudem arripit, alienum profectò eò quod tollit. *Iob.* 4. *b.*

Boni.

Prædæ sunt Iudæi *o* recedentes à malo, quos persequuntur Iudæi. *Isa.* 59. *c.*

Peccare per vim tentationis. *Animæ captæ à dæmonibus, vel hæreticis.* *Ecclesia.* *Dæmones.*

Prædari interdum est, quasi per violentiam peccare. Prædantur etiam dæmones *p* animas captiuas per violentas tentationes eas ad se trahentes. Item hæretici, quorum præda dicuntur viduæ & pupilli. 1. *Reg.* 14. *e. Isa.* 9. *a.* 10. *a. b.* 33. *a.* Et deprædatur Assur principes populorum, quum diabolus vincit doctores & rectores Ecclesiæ. *Isa.* 10. *c.* Præda fortis, sunt Gentiles captiuati à diabolo. *Isa.* 49 *g.* Deprædantur autem hæretici pupillos, quum contra infirmas fidelium mentes verborum & operum violentia grassantur. *Iob.* 24. *b.* PRÆDA, quam diabolus pollicetur sociis, sunt errores, vel animæ, quas aliis malignis spiritibus promittit. *Iob.* 17. *b.* Prædam autem de dentibus iniqui abstulit Christus, vel Ecclesia, quum ex erroris morsu animam prædicando liberauit. *Iob.* 29. *c.*

Superbientes de donis Dei. *Conuersio vel condemnatio persecutorum.*

Depopulatæ ciuitates ac regiones Israël, *q* sunt Ecclesiæ à persecutoribus dissipatæ. *Ezech.* 36. *a. Ioel.* 1. *c.*

Prædones dicuntur *r* dæmones, in quorum prædam dantur mali. *Iere.* 2. *c.* 4. *b. Isa.* 21. *a.* Et præda leonis, sunt mali sub dæmonibus, aut peruersi ab hæreticis. *Nahu.* 2. *d.* Et præda luporum, sunt victi à dæmonibus. *Hab.* 1. *c. Psalm.* 16. præda quoque iniqui sunt, mali possessi à diabolo. *Iob.* 29. *e.*

Prædones etiam sunt, *s* qui de donis doctrinæ & aliis à Deo acceptis superbiunt, qui non immeritò prædones vocantur, quia dum loquuntur, quæ non faciunt, in vsum loquutionis suæ verba iustorum tollunt. *Iob.* 12. *a.*

Prædicatores Hierusalem dantur in prædam, *t* quando persecutores Ecclesiæ conuertuntur: vel mittuntur in infernum. *Iere.* 30. *c.*

Prædestinare, Præfinire.

PRAEDESTINARE, est præordinare, & præmittere, hoc est, aliquid in futurum ordinare, quod & præfinire dicitur. PRÆDESTINATIONIS autem nomine, *u* non aliqua voluntatis humanæ coactitia necessitas exprimitur, sed misericors & iusta futuri operis diuini sempiterna dispositio prædicatur. PRÆDESTINASSE autem dicitur Deus fideles in adoptionem filiorum. *Rom.* 8. *f.* 1. *Cor.* 2. *b. Ephes.* 1. *a.*

Prædicare.

Prædicatio Christi.

PRAEDICARE, est apertè seu publicè dicere, celebrare, & laudare.

Prædicatio Ionæ ad Niniuitas, *x* prædicationem Christi & discipulorum ad Gentes seu ad mundum designauit. *Ion.* 1. *a.* PRÆDICAUIT autem iuxta prædicationem priorem, quia eadem est fides veteris & noui testamenti. Et prædicauit egressus à pisce, hoc est, post resurrectionem. *Ion.* 2. *a.* 3. *a. Matth.* 12. *d.* Prædicauit autem Christus spiritibus, qui erant in carcere, *y* hoc est, hominibus existentibus in corpore. Tempore quidem Noe veniens in spiritu, postea verò veniens in carne. 1. *Petr.* 3. *d.* Et prædicauit captiuis indulgentiam. *Isa.* 61. *a.* Prædicauit etiam pacem & salutem. *Isa.* 52. *b.*

Prædicant super tecta, qui ea, *z* quæ sub velamine acceperunt, apertè prædicant. Et qui audacter, aut magna voce veritatem fidei proferunt. ET qui sublimi & excelso dicendi genere traduntur mysteria, & ex veritatis regula scripturam declarant. *Matth.* 10. *c. Luc.* 12. *a.*

Declarare mysteria. *Audacter docere fidem.* *Prædicare Christum.*

Prædicant filij Iacob Deum Israël, hoc est, *aa* Apostoli, & Apostolici viri Christum. *Isa.* 29.

Prædicauerunt peccatum suum quasi Sodoma Iudæi, *bb* quando clamauerunt, Crucifige, crucifige. *Isa.* 4. *b.*

Prædicant pacem pseudoprophetæ *cc* iis, à quibus accipiunt munera. Item hæretici promittentes impunitatem à peccatis. *Mich.* 3. *a.*

Prædicere.

PRAEDICERE, est antè vel prius dicere, & prænunciare quod futurum est. Sic prædixit Deus natiuitatem *dd* Christi, in figura natiuitatis Isaac. *Gen.* 21. *a.*

Prædium, vide Ager.

Præesse, Præsidere, Præses.

Dominari affectibus. *Apostoli gubernantes Ecclesiam.*

Præesse, est super alios dominium habere, quod & præsidere dicitur. PRÆSES autem est, qui aliis præsidet.

Præesse hominem piscibus maris, & cæteris animantibus, est *ee* proprij corporis affectibus dominari. *Gen.* 1. ET præesse domui suæ, est bene gubernare corpus. 1. *Tim.* 3. *b.*

Potestas Christi.

Præerunt principes in iudicio, hoc est, *ff* Apostoli, & Sancti in Ecclesia per eos gubernanda. *Isa.* 32. *a.*

Præferre, Præficere, Præponere, Præfectus, Præpositus.

PRAEFERRE, est super alios ferre, aut ponere, quod & præponere dicitur, & præficere. Vnde præfecti dicuntur, qui alicui rei agendæ præpositi sunt.

Præpositus omnibus Ioseph, *gg* potestatem Christi designat, qui caput est Ecclesiæ. *Genes.* 39. *a.* PRÆFECIT autem eum Pharao terræ Ægypti, hoc est, pater dedit potestatem Christo prædicandi, &c. 41. *c.*

a *Bed. s. Gen.* 41.
b *Pli.* 11. *nat. hist.*
c *Hie. s. Is.* 26.
d *Ori. s. Gene. hom.* 17. & *s. Eze. hom.* 40. *Hie. s. Is.* 8. 9.
e *Ori. s. Num. hom.* 16.
f *Ori. s. Iere. hom.* 11. *Hie. s.* 1 *Isa.* 17.
g *Rup. s. Nah.* 2.
h *Gre. mo.* 11.
i *Hie. s. Eze.* 39. *Bed. s. Pr.* 31. *Rup. s. Amos* 3.
k *Hie. s. Hose.* 10.
l *Gre. s.* 1. *Re.* 15.
m *Hie. su. Amos.* 5. *Greg.* 21. *mor.* 2.
n *Greg. s.* 1. *Reg.* 14. & *s. mor.* 10.
o *Hie. s. Is.* 59.
p *Hie. s. Isa.* 9. 49. *Gre. s.* 1. *Re.* 14. & 13. *mor.* 16. 17. & 16. *mor.* 23. *m.* 24. 26. & 19. *m.* 23.
q *Glo. ord. su. Ezech.* 36.
r *Hie. s. Ier.* 4. & *s. Habac.* 1. *Gre.* 19. *mor* 24.
s *Gre.* 11. *m.* 2.
t *Glo. ord. su. Ierem* 30.
u *Fulgen.* 1. *de duplici præ destinatione.*
x *Hie. sup. Ionam.* 1. 2.
y *Au. epi.* 99.
z *Gre.* 18. *m.* 23. *Hil. s. Ma. Can.* 10. *Cle. Alex.* 6. *stro.*
aa *Hie. s. Isai.* 29.
bb *Hie. s. Isa.* 3.
cc *Glo. ord. s. Mich.* 3.
dd *Glo. ord. s. Gen.* 21.
ee *Basi. s. Exa hom.* 10.
ff *Amb. de di. sacerd.* 4. *Glo. in. s. Is.* 32.
gg *Glo. ord. s. Gen.* 39.

Digitized by Google

Præpositi constituti à Ioseph, seu pharaone super triticum Ægypti, sunt Apostoli, & prædicatores à Christo instituti super verbum Dei. *Gen.* 41. *d.*

Præpositi cæsoribus lapidum templi, & onera ferentibus, dici possunt conditores librorum sacræ scripturæ, per quos gubernantur prædicatores, & sunt tria millia sexcenti, propter fidem Trinitatis & perfectionem operum, quam docent. 3. *Reg.* 5. *b.* 2. *Par.* 2. *d.*

Apostoli & prædicatores. Conditores sacræ scripturæ.

a *Glo. ord. s. Exod.* 5.

Perfecti filiorum Israël, sunt *a* prælati in Ecclesia, qui flagellantur per præfectos pharaonis, hoc est, per mundanos. *Exod.* 5. *e.*

Prælati.

b *Amb. epi.* 14.

Præfertur primogenitus vxoris odiosæ, primogenito dilectæ, hoc est, *b* iustus peccatori, & Gentilis Iudæo. *Deut.* 21. *b.*

Dæmones. Vitia.

c *Hie. s.* 22.

Præpositus templi Sobna, designat *c* sermonem & rationem legis. *Isa.* 22. *d.*

d *Amb. s. psa.* 118. *ser.* 20.

Præponens Pharao magistros operum, designat *d* diabolum instituentem alios dæmones velut præsidentes, aut perfectos ad vitia, vel ipsa vitia sunt præfecti, seu præpositi. *Exod.* 1. *b.* 3. *b.* 5. *b. Mich.* 13. *b.*

Præfinire, vide Prædestinare.

Prægnans, Grauida.

Prægnans dicitur fœmina, quæ in vtero prolem gestat, non longe à partu, quæ & grauida dicitur.

Anima concipiens verbum Dei. Recentes in fide & charitate. Ecclesia. Plebs Iudaica. Nondum bene operantes. Habentes præ nam intentionem.

e *Ori s. Exod. h.* 10. *& sup. Matth. h.* 29. *Hil. s. Matth. Can.* 15. *Hie. aggæi. & s. Amos.* 1. *Ber. epi.* 42. *Bed. s. Exod.* 21.

Prægnans mulier, dicitur *e* anima concipiens verbum Dei, aut bonum propositum, idque de nouo. Designat etiam dolorem & grauitatem seu difficultatem operandi. *Exod.* 21. *c. Ier.* 31. *b. Matth.* 24. *b.* Et prægnantes Galaad, sunt animæ, quæ nuper Christi susceperè sermonem. Et habentes initia fidei. Et quæ paruam adhuc & teneram charitatem habent. *Amos* 1. *d.* Prægnantes etiam Galaad, sunt animæ, quæ intellectum verbi ex diuino amore concipiunt, & si ad perfectum tempus veniant, conceptam intelligentiam boni operis ostensione parituræ sunt.

f *Gre.* 3. *past. adm.* 25. *Am. s. Luc.* 1. *Rup.* 3. *Victor. verb. Dei.* 10.

Prægnans etiam dicitur *f* Ecclesia secundùm quòd simplices & infirmos habet. Habebat etiam in vtero, quando fides Patriarcharum promissionem habens, Christum cæpit expectare. *Apoc.* 12. *a.*

Prægnans Elisabeth typum gerit bonorum, sed nondum spiritualium. *Luc.* 1. *c.*

Prægnans nurus Eli, designat *g* plebem Iudaicam semina perfidiæ sacerdotum in mente habentem. 1. *Reg.* 4. *d.*

g *Gre. s.* 1. *Re.* 10. *Gre. s.* 1. *Reg.* 4.

Prægnantes quibus dicetur væ in die iudicij, sunt *h* qui nondum bona opera peperierunt, & qui intentionem prauam habent. Et qui cupiunt aliena, & sperant habere, & habentes spem in seculo. Item illæ animæ, quæ non in perfectum virum sua genimina perduxerunt, sed initia habent fidei, vt enutritione indigeant magistrorum. *Matth.* 24. *b. Luc.* 21. *d. Thren.* 5. *a.*

h *Amb.* 2. *de Cain.* 1. *& su. Luc.* 21 *Hie. s. Matth.* 24.

Prægredi, Præire, vide Antecedere.

Præliare, Prælium, vide Bellum.

Stipendium.

Præmivm est, quod in ludis proponitur dandum ei, qui fortiter fecerit, vel qui in aliquo certamine victor euaserit, solumque dari solet pro rectè factis. 1. *Reg.* 5. *b. Tob.* 4. *b. Ester.* 6. *a. Dan.* 2. *a.* Stipendium autem est æs militare, seu præmium, quod militibus datur.

Stipendia, quibus contenti esse debent milites Christi, sunt *i* pignus Spiritus. *Luc.* 3. *c.* 2. *Para.* 1. *d.*

Pignus Spiritus.

Stipendium peccati, dicitur mors. *Rom.* 6. *d.* quia *k* datur propter meritum peccati, & non sicut vita æterna, quæ quamuis præcedant opera, tamen dicitur dari per gratiam Dei, & esse donum Dei.

i *Amb. ser.* 7.

k *Fulgen. de dupli. prædestinatione.*

Præoccupare, vide Præuenire.

Præponere, vide Præferre.

Præputium.

Præpvtivm, est pellicula, quæ glandem, hoc est, summam virilis membri partem tegit, quæ in circumcisione præcidi solebat.

Superfluitas carnis. Vitia mixta virtutibus. Cogitationes praua. Arrogantia. Prima opera bona. Peccatum originale. Gentiles. Errores philosophiæ.

l *Aug. ep.* 59. *& 2. con. Iul.*

Præputium significare potest superfluitates, & delicta carnalia. *Gen.* 1. *b. Exod.* 4. *f. Ier.* 9. *g. Colos.* 2. *b.* Præputium etiam dici possunt vitia, quæ miscentur virtutibus, vt in deposito reddendo præputium est, si reddatur quando reddi non deberet. Sic in amicitia & pactis seruandis. Præputia etiam cordis, sunt *l* vitia vel cogitationes prauæ, aut superfluæ. *Ier.* 4. *m.* 4. *a.*

m *Ph. de plã. Noe. Hie. s. Ie.* 4. *Gr.* 28. *m.* 7

Præputia arborum abscindenda. *Leu.* 19. designant *m* arrogantiam abiiciendam. Vel sunt prima opera nostra bona, & tunc auferimus præputia, quum de ipsa inchoationis infirmitate suspecti, primordia nostrorum operum non approbamus.

Præputium peculiariter significat *n* peccatum originale, vnde pater circumcisus generabat filium præputiatum, sicut pater baptizatus generat filium in originali.

n *Phil.* 1. *alle. Gre.* 8. *m.* 35. *Au.* 6. *con. Iu.* 2. *& su. Ioan. tract.* 50.

Præputium dicebantur Gentiles, quia non erant circumcisi. *Ierem.* 9. *g. Rom.* 2. *d. Ephe.* 2. *d.*

Præputium filij Mosis, & Sephora, hoc est, philosophiæ, sunt *o* errores philosophiæ admixti veritatibus, vt quòd immortalis sit anima, est dogma pium, migrare autem ipsam de corporibus in corpora, est præputium.

o *Gr. Nyss. de vita Mosis.*

Præputia ducenta, quæ tulit Dauid, vt acciperet vxorem filiam Saulis, designant non copulandam synagogam Christo, nisi copulatis prius gentibus ad fidem. 1. *Reg.* 18. *d.*

Præruptus.

Præruptvs, est locus quasi disiectus, & anulsus.

Angeli.

p *Gre.* 31. *m.* 35.

Prærupti silices, sunt *p* fortissimi angelorum chori, qui quamuis non integri, sed tamen in proprio statu fixi, cadentem cum suis angelis diabolo, remanserunt. Prærupti enim sunt, quia pars eorum cecidit, pars remansit. *Iob.* 39. *d.*

Prærupti scopuli, *q* peruersum vsum prauitatis significare possunt. 1. *Reg.* 14. *a.*

Deiectio Iudæorum.

q *Gre. s.* 1. *Regum.*

Præruptum in parte montis Oliuarum, *r* deiectionem & perditionem Iudæorum significare potest. *Zach.* 14. *a.*

r *Hie. s. Zach.* 14.

Præsagium.

Præsagivm, est indicium aliquod rei futuræ, quod sagacitate quadam percipi posse videatur. *Gen.* 41. *b.*

Præsens, Præsentia.

Præsens est, quod in tempore quod nunc est, dicitur esse, & quod est in nostro prospectu: vnde dicitur præsentia.

Cognitio oculis inuisibilium. Strenuè operari.

Præsentibus nobis dicitur spiritus transire, *s* quando inuisibilia cognoscimus, & tamen hæc non solidè sed raptim videmus. *Iob.* 4. *c.*

s *Gre.* 5. *mor.* 23.

Præsens dicitur esse Dominus rei, quum *t* ei placet opus, & quum quis strenuè gerit opus, quod si negligenter operetur, dicitur non esse præsens Dominus, & reddere compellitur vsque ad vltimum quadrantem. *Exod.* 22. *c.*

t *Glo. ord. sup. Exod.* 22.

Præsepe, Præsepium.

Præsepe, est stabulum, in quo equi, muli, & cætera iumenta continentur. Præsepium autem locus, in quo pabulum animalibus apponitur.

Beneficentia Dei. Sacra scriptura.

u *Gre.* 7. *mor.* 4. *& hom.* 8.

Præsepe Domini, beneficientiam Dei, quam simplices ex Gentibus cognouerunt, significat. *Isa.* 1. *a.* Præsepe autem ipse Christus natus impleuit. *Iob.* 6. *a.* quia *u* cibum semetipsum mentibus mortalium præbuit, dicens. *Ioan.* 6. *f.* Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, &c.

x *Gre.* 31. *m.* 2. *Hie. s. Iob.* 32. *Theo. Ale.* 1. *pasc.*

Præsepe Iob, hoc est, Ecclesiæ, *x* sacra scriptura non inconuenienter accipitur, in qua verbi pabulo animalia sancta satiantur. *Iob.* 39. *b.*

Adiutores prædicatoru.

y *Bed. s. Prouerb.* 14.

Præsepe dici possunt *y* auditores prædicatoris. *Prou.* 14. *a.* Nec mirandum, cur auditores in præsepi significentur, quum bos alatur de præsepi. Doctor autem verbo audientes solet nutrire. Sed intuendum, quia & de labore bouis præsepe impletur, & ipse bos suo fructu de præsepi reficitur. Quia nimirum prædicator fidelis, & audientes verbo reficit, & eadem refectione apud Deum ipse proficit. Quod in opere figuratur Eliæ, qui Sareptanam viduam pascit, à qua & ipse pascitur. 3. *Reg.* 17. *b.*

Synagoga.

z *Hie. s. Hab.* 3.

Præsepia *z* synagogam significare possunt, quando dicitur *Haba.* 3. *d.* Non erit armentum in præsepibus.

Præsidere, vide Præesse.
Præsidium, vide Defendere.
Præstare, vide Dare.
Præsto, vide Parare.
Præstolari, vide Expectare.
Præsumere.

Superbia. PRAESVMERE, est antè sumere, & sumitur pro temerè audere. Præsumptio autem spiritus, est *a* superbia. *Ecclesiaste 6. d.*

a *Aug. 1. ser. d. in mont.*

Præterire, vide Transire, & Transgredi.
Præterm ittere, vide Delinquere.
Prætorium, Prætoriolum.

Probati tentationibus. PRAETORIVM, est domus, in qua prætor, aut dux habitat. Vel locus, in quo iudicia exercet.

Prætoriola, vel cellaria, nauis Tyri de insulis Italiæ, significant *b* probatos per tentationes, quibus iam aliorum cura mandatur. *Ezech. 27. a.*

b *Hie. s. Exec. 27.*

Prævalere.

PRAEVALERE, est antecellere, & potentiorem, seu robustiorem esse.

Iudæi occidentes Christum. Prævalens Iacob in angelum. *Gen. 32. g.* designat *c* Iudæos, quos permisit Deus prævalere in Christum, vt eum crucifigerent, vnde secuta est benedictio generis humani.

c *Augu. q. in q. iudi. 49.*

Auxilium Dei. Prævalens fames in vniuerso orbe, cui tamen succurrit Ioseph, designat *d* non esse, qui faciat bona, nisi Christus succurrat. *Gen. 41. g.* Non prævalentes autem funiculi sustentare tabernaculum Hierusalem, designant *e* nullo auxilio humano ipsam posse defendi contra sententiam Dei. *Isa. 33. d.*

d *Gl. in s. Gen 41.*

Romani contra Hierusalem. Prævalentes contra Ariel, fuerunt *f* Romani destruentes Iudæam & Hierusalem, vel doctores Ecclesiæ reuincentes hæreticos. *Isa. 29. b.*

e *Hie. s. Isai. 33.*

Doctores contra hæreticos. Qui prævalebat, erat *g* diabolus, qui subiectam habebat Gentilitatem. *Isa. 29. f.* Prævalentes quoque aduersum Iob, erant dæmones, qui eum afflixerunt, & iniqui aduersus Ecclesiam. *Iob. 30. b.*

f *Hie. s. Isai. 29.*

Diabolus. Non prævalent portæ inferi aduersus Ecclesiam, hoc est, *h* peccata non superant Ecclesiam, in qua est pœnitentia. *Matth. 16. c.*

g *Hie. s. Isai. 29. Greg. 20. mor. 22.*

Iniqui. Non prævalet manus Tyri, quum *i* auferetur prosperitas mundana à malis, vt ita conuertantur. *Isa. 23. b.* iuxta Septuaginta.

h *Amb. s. Lu. 9.*

Non prævalet Moab obsecrando sua sancta, *k* quia hæreticis non proderunt sui errores. *Isa. 16. d.*

i *Hie. s. Isa. 23.*

Prævalent verba iniquorum super fideles, *l* quando non sunt in Ecclesia, qui possint eis resistere. *Psalm.* Vel dicuntur prævaluisse, quando ab infantia nutriti sunt in erroribus iniquorum, donec per Christum liberati sunt.

k *Hie. s. Isai. 16.*

Prævaricari, vide Transire.
Prævenire, Præoccupare.

l *Hie. & Aug. s. psal. 64.*

PRAEVENIRE, est anteuenire, seu anticipare, quod & præoccupare dicitur.

m *Hil. s. psal. 58. Aug. epist. 105. & s. psa. 58.*

Prævenit misericordia Dei Christum, *m* quando ante resurrectionem etiam in morte eius facta sunt signa. *Psalm. 58.* Prævenit etiam alios per gratiam prævenientem, & mouendo ad pœnitentiam.

Dans Christus Eucharistiam. Prævenire dicitur Christus fideles in benedictionibus dulcedinis, *n* quando dedit eis etiam corpus suum in cibum. *Psal. 20.* Prævenit etiam in benedictionibus dulcedinis, per gratiam prævenientem. Vel pater prævenit filium in benedictionibus, quando benedixit patriarchis propter ipsum ex eis nasciturum.

Gratia prævenies.

Benedictio patriarcharum.

Prævenisse dicitur Deus Iudæos. *Psal. 16.* Nempe in resurrectione, *o* quia contra eorum opinionem resurrexit. Dicitur etiam prævenire diabolum, quando seruat suos, ne eius laqueis capiantur.

n *Arn. s. psal. 20. Bern. s. pa. 39. Hie. s. psa. 110.*

Resurrectio Christi. PRAEVENIT Æthiopia manus eius Deo, quando Iudæis *p* ad fidem venire recusantibus, introducti sunt Gentiles, vt Eunuchus Candaces Reginæ. Vel prævenerunt manus eius, quia conuersi sunt antequam eius incurrerent vindictam. *Psalm. 67.* Prævenire etiam dicitur manus suas, qui iustificatur ex fide ante opera. Dicuntur etiam prævenisse Gentiles in immaturitate, quia citò crediderunt. *Psalm. 118.* Præoccupat etiam faciem Dei, in confessione, *q* qui punit & confitetur peccata sua, antequam à Deo puniatur, *Psal. 94.*

o *Arn. s. psal. 17. Hie. s. psa. 16.*

Conuersio gentium.

Ducatus Apostolorum.

Prævenerunt principes prophetantes, quando *r* liberati sunt filij Israël in mari rubro. *Psalm. 87.* Dicitur autem de Apostolis præcedentibus & deducentibus, quos conuerterunt.

p *Ori. s. Can. hom. 1. Aug. s. psal. 67. Hie. s. ps. 110.*

Tempestiuè operari & orare. Prævenire dicitur in maturitate, *s* quando iuuenis senili ponde incentiua comprimit voluptatum, &c. *Psa. 118.* Sed potius legendum est, in immaturitate, vt idem designetur, intempestæ videlicet noctis hora. PRAEVENIUNT etiam oculi diluculo ad Deum, quum quis manè vigilat ad laudes Dei, cui quotidie primitias cordis & oris debemus offerre. PRAEVENIT etiam oratio manè Deum, quum quis in hac vita orando prævenit diem iudicij. *Psalm. 87.* Quod etiam est præoccupare faciem Dei. *Psalm. 94.*

q *Aug. s. psa. 94.*

Prævenerunt Iob, hoc est, Ecclesiam, *t* dies afflictionis. *Iob. 30. d.* quia licèt sciat in persecutione vltima se multa passuram, tamen nunc malorum vitam intra se grauiter etiam tempore pacis portat.

r *Ar. & Hil. s. ps. 67. Hie. s. psal. 67.*

Prandere, Prandium.

s *Amb. s. psa. 118. ser. 19. Aug. s. psal. 87. 118. Ru. s. psal. 94.*

PRANDIVM, est refectio seu cibus, qui ante meridiem, aut in meridie sumitur PRANDERE autem est cibum illa hora sumere.

Mysteria. Prandium paratum, designat *u* solidas & rationabiles mysteriorum escas quas Deus parat iis, qui inuitati sunt. *Matth. 22. a.*

t *Gre. 20. mo. 29.*

Prasius, Lapis.

Spes. Prudentia. Vita æterna. PRASIVS lapis, est è viridantium genere, & virore suo spem significat. Nascitur in Phison, hoc est, in prudentia, vt designet *x* virorem animi prudentia vigentis. Vel designat vitam æternam semper virentem. *Gen. 2. b.* Vbi dicitur lapis onychinus.

u *Ori. s. Mat. hom. 20.*

Pratum.

x *Am. de Paradi. 3. Bed. s. Gen. 2.*

Sacramenta. PRATVM, est in quo sine alio cultu herba nascitur, & falce duntaxat opus est, vnde dictum est pratum quasi paratum: de quo *Sapi. 2. b.* Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.

Prata aperta, dici possunt *y* sacramenta tradita Ecclesiæ, in quibus sunt pascua spiritualia. *Prou. 23. d.*

y *Bed. s. Prouerb. 27.*

Precari, Preces, vide Orare.
Precium, Pretiosus, Appreciare.

PRECIVM est, quod datur pro re empta. Pretiosum autem, quod est magni precij. PRETIOSVS, ergo, est charus. *Prouerb. 1. b.* Omnem pretiosam substantiam reperiemus. Honorabilis. 1. *Reg. 27. f.* Eo quod pretiosa fuerit anima mea. Meritorius. *Psalm. 115.* Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Rarus. 1. *Reg. 3. a.* Sermo Domini erat pretiosus.

z *Bed. s. Prou. 31.*

Christus. Precium mulieris fortis, est *z* Christus, qui redimit Ecclesiam, qui fuit procul quantum ad tempus expectatum, & quantum ad puritatem vitæ: & de vltimis finibus, quia à summo cælo egressio eius. *Prou. 31. b.*

aa *Ori. s. Leu. hom. 15.*

Pœnitentia. Eleemosina. Precium impositum, est pœnitentia imposita, vt precium pudicitiæ, & precium iumentorum. *Exod. 13. c. 21. b.* PRECIVM quoque ad redimendum possessiones, est pœnitentia. *Leu. 25. c.* Et precium redemptionis animæ, dici potest *aa* eleemosyna, qua redimuntur peccata: quæ tamen diuitibus impœnitentibus non proderit ad redimendum. *Iob. 15. d. Psalm. 48.*

bb *Gr. 12. m. 24. Hie. & Aug. s. ps. 48.*

Obsequium. Sanguis Christi. Precium pro animabus, est *cc* sedulæ seruitutis obsequium. *Exod. 30. b.* PRECIVM autem redemptionis animæ, est à solo Christo. Et propriè precium, est sanguis Christi, quo redempti sumus. *Psalm. 48. 61. Matth. 27. a. Luc. 23. a. 1. Cor. 6. d. 7. d. Hebr. 7.* Dicitur autem Christus redemisse sine precio: quia non auro, vel argento redemit. *Isa. 45. c.*

cc *Baſ. s. ps. 48. 61. Hil. s. Matth. Cant. 22.*

Labores sine fide. Precium arietis, & olei, & reliquorum, est *dd* legendi studiū, & vigiliæ ad audiendū verbum Dei: & obedientia.

Precium lignorum, est *ee* labor in virtutibus sine fide. *Thren. 5. a.* Vel designatur hoc precio simoniaca pecunia, qua minores coguntur à maioribus emere dona spiritualia.

dd *Ori. s. Leu. hom. 4.*

ee *Glo. in ſu. Thren. 5.*

Digitized by Google

Precium pro aqua accipiunt Idumæi, *a* quando gloriantur mundani, quod boni etiam voluptatibus vtantur. *Num.20.c.* — *Simoniaca pecunia.*

Precium sapientiæ, quod nescitur, dicitur esse, *b* quia nullum est precium, quod comparari possit sapientiæ genitæ, quæ est Christus, quia nullum est meritum, quo quis illam percipere mereatur. Ad hoc namque precium damus: Vt eius vice rem, quam appetimus, possidere debeamus. *Iob.28.b.*

Precium decorum Christi, dicuntur triginta argentei. *Zach.11.c.* dicituréque *c* decorum per ironiam Vel dicitur de mandatis legis.

Precium dare pro primogenito, est *d* mutare in melius. *Exo.13.b.34.c.* Precium autem animalis immundi oblati Deo, est *e* ordo conuersationis datus ei, qui non potest ruminare scripturas, aut diuidere contemplando. *Leuit.17.b.*

Precium filiarum Laban. *Gen.30.c.* designare potest *f* prospera mundi, quæ quum auferuntur, cogunt relinquere mundum. Precium etiam tritici deficiens, designat temporalia quæ deficiunt ad emendam sapientiam cui omnia temporalia non valent comparari. *Gen.47.c.* — *Prospera mũdi. Temporalia.*

Precious erat sermo Domini tempore Samuelis, hoc est, *g* post aduentum Christi, quia magno precio emebatur, quum credentes propter verbum Dei occiderentur. *1.Reg.3.a.* Ideò dicebat Dominus. *Matth.16.d.* Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Et *Matth.* 10. *d.* Qui amat patrem, aut matrem, &c. *Luc.14.g.* Qui non renunciat omnibus, &c.

Preciosa, quæ dat populus pro cibo, sunt *h* virtutes, quas dant peccantes pro voluptatibus. *Thren.1.d.* — *Virtutes.*

Preciosæ margaritæ, sunt *i* Prophetæ, & vna preciosa margarita est Christus, qui & lapis preciosus dicitur. *Matth.13.f. Isa.28.d.* Preciosæ quoque margaritæ, sunt *k* opera perfecta, quæ non corrumpuntur igne. *1.Cor.3.c.* — *Prophetæ. Christus. Opera perfecta.*

Preciosissimus etiam lapis, dicitur sardonicus, qui est terrei coloris, non *l* quia in se sit preciosissimus, sed quia designat naturam humanam, vel patres veteris testamenti. *Ioan.28.b.* — *Natura humana. Patres antiqui.*

Preciosæ autem margaritæ, in malum sunt *m* falsæ doctrinæ, quæ & gazæ preciosæ dicuntur, quæ tamen preciositas, est apparens. *Ezech.27.e.* — *Falsa doctrina.*

Preciosa dicitur in conspectu Domini mors Sanctorum, *n* quia etiam vita illorum est illi preciosa & grata. *Psalm.115.* — *Doctores mali.*

Preciosa vasa cadentia, sunt *o* doctores mali, & diuites, & potentes, &c. *Iere.25.g.*

Precioſior erit vir auro tempore Antichristi, *p* propter fidei raritatem. *Isa.13.c.* — *Raritas fidei.*

Preciosum omne quod videt Deus, sunt *q* immensa pietatis Dei beneficia, quæ contulit Ecclesiæ. Vel sunt humiles, qui eliguntur à Deo, & in precio habentur. *Iob.28.b.* — *Beneficia Dei. Humiles.*

Premere, Comprimere, Exprimere, Pressura.

Premere, est calcando & innitendo alicui rei cum pondere, quasi vim facere, eam stringendo, vnde dicta est pressura, quæ est quasi angustia. Exprimere autem, est premendo elicere.

Premimus fortiter vbera, quum *r* verba sacri eloquij subtili intellectu pensamus. Qua pressione dum lac quærimus, butyrum inuenimus: quia dum nutriti, vel tepui intellectu quærimus, vbertate internæ pinguedinis vngimur. Quod nec nimiè, nec semper agendum est ne dum lac quæritur ab vberibus, sanguis sequatur, quia dum verba sacri eloquij plusquam debent discutiuntur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit, qui vehementer emulget, quia carnale efficitur hoc, quod ex nimia spiritus discussione sentitur. *Prouer.30.d.* — *Desiderium sapientiæ.*

Premit fames terram, *s* quum in ea est forte desiderium sapientiæ, aut magna doctrinæ cælestis indigentia in toto orbe. *Gen.43.d.* — *Laudare Deũ*

Comprimere manus sit quandoque quasi plaudendo, & comprimunt manus super Assur, qui *t* exultant, quia liberati sunt à diabolo. *Nahum.3.d.* — *Premi vitijs.*

Pressi filij Israël operibus luti & terræ. *Exod.1.c.* designant *u* eos, qui à diabolo frequentibus vitiis occupantur. — *Mali in ecclesia.*

Premunt turbæ Christum. *Matth.9.c. Luc.8.g.* quando multitudo *x* carnalium, quo interius admittitur intra Ecclesiam, eo grauius toleratur. Premit autem & non tangit, quia & importuna est per præsentiam, & absens per vitam. Premunt longè sunt, qui diuinam notitiam professionibus sequuntur, moribus fugiunt, qui eidem fidei, quàm loquendo astruunt agendo contradicunt.

Exprimunt quinquaginta lagenas & fiunt viginti, *y* qui sine fide faciunt bona opera, quæ temporalem percipiunt remuneratione, *Agg.2.c.* — *Opera sine fide.*

Premunt se squamæ Leuiathan, *z* quando hypocritæ suam simulationem, aut errorem defendendo contegunt, & mentes suas vehementi defensione culparum comprimunt. *Iob.41.d.* — *Defensio vitiorum.*

Prendere, vide Capere.

Presbyter, vide Senex.

Priapus.

Priapvs Deus hortorum dictus est apud Gentiles, ac Veneris filius. Est idolum, quod etiam turpiter coluerunt Iudæi, quod dicitur Beelphegor. — *Deus.*

Primus, Prior, Primatus.

Primvs quandoque ad ordinem numeralem refertur: Vt primus, Secundus, Tertius & est ante quem in ordine non est alius. Quandoque primus, est princeps, supra quem non est alius: item præcipuus. Datur etiam primus tempore, aut loco. — *Primatus. Christi.*

Primus & nouissimus dicitur Deus, *aa* quia ipse est principium & finis omnium, sine principio & fine. *Isa.41.b.44.b.* Dicitur etiam primus æternitate, *Apoc.1.d.2.b.22.c.* — *Prima prædicatio Christi.*

Prior vir animæ, dicitur *bb* Deus. *Hose.2.b.* cui legitimè coniungitur tanquam creatori & bonorum omnium largitori. — *Tempus ab Adam vsque ad Noe. Pueritia.*

Primus ad Sion dicitur adesse *cc* Christus: quia ab eo primo est salus Ecclesiæ. *Isa.41.g.* Prima quoque potestas, est principatus Christi. *Mich.4.c.* Et primus sedet Christus in mentibus eorum, qui primùm quærunt regnum Dei, & iustitiam eius: Nouissimus autem in quærentibus primùm terrena. *Ioh.29.d.* — *Prosperitas mundi. Pentecostes.*

Primum tempus, *dd* est prima prædicatio Christi in Galilæa. *Isa.9.a.* Et primum manè *ee* est tempus ab Adam vsque ad Noe: vel pueritia in vnoquoque. *Matth.20.a. Iob.8.b.* Primum etiam manè dici potest huius mundi prosperitas, in qua peruersus quisque erigitur, & illorum vitam deprimit, qui dum sequentem gloriam sitiunt, quasi satiati in vespere exquirunt: ideò primo mane consurgit homicida. *Iob.24.c.* Primum etiam tempus conceptus, designare potest Pentecostem, vel Quadragesimam, vel Pascha. *Gen.30.g.* — *Initium gratiæ & gloriæ. Mortificatio insignis. Compassio. Imitatio Christi.*

Prima dies primi mensis *ff* initium gratiæ significare potest, & initium futuræ gloriæ post renouatum mundum. *Exod.40.a. Ezech.45.f.* — *Potiores virtutes.*

Prima myrrha dicitur dignitate, & significare potest *gg* præcipuam & insignem mortificationem, & etiam compassionem, & imitationem Christi, *Can.5.d.* Sic prima vnguenta dignitate sunt potiores virtutes. *Cant.4.d.* — *Patriarchæ & Apostoli.*

Prima poma ficulneæ, *hh* sunt patriarchæ & Apostoli. *Hose.9.c.* — *Conuersi per Apostolos.*

Primus turtur oblatus pro peccato: aut pullus columbæ, designat *ii* prius mundationem faciendam esse à peccato: vt postea possit offerri in holocaustum. *Leu.5.b.* — *Fides baptismi.*

Primus pisci dici potest *kk* is, qui conuersus est ad prædicationem Apostolorum. *Matth.17.d.* — *Tempus veteris legis.*

Primi dicuntur fructus sapientiæ, *ll* quia ad hanc contemplandam primo creatus est homo: siue quia primum & rude aurum solet esse purissimum, quod sapientiam designare solet. *Prou.3.d.* — *Tempus ante legem.*

Prima fides est *mm* quæ suscipitur in baptismo; vel dicitur votum factum post prius matrimonium. *1.Tim.5.b.* — *Verbum Dei.*

Priores dies erant *nn* dies veteris legis, seu tempus ante aduentum Christi, quando non erat pax in mundo. *Zach.8.c.* Et prima quæ venerunt, sunt quæ ad legem veterem spectant. *Isa.42.b.43.c.* Et prior prædicatio Ionæ, est veteris testamenti. *Iona 2.a.* Priora autem Iudæorum dicuntur *oo* ea, quæ fuerunt ante legem. *Matth.12.d.*

Primum frumentum dici potest *pp* verbum Dei. *Ezech.27.d.*

a *Phil. quod Deus immu.*
b *Gre.18. m. 24.*
c *Glo ord. ſ. p. Zach.11.*
d *Glo. ord. ſu. Exod.34.*
e *Iſyc. ſ. Leu. 27.*
f *Rup.7.Gen. 41. Lyr. ſ. Ge. 47.*
g *Gre.1.ſ.Re. 3.*
h *Gr,23.moral.25.*
i *Ori. ſ. Mat. cap.13.*
k *Amb.ſ.1. Corin.3.*
l *Gre. 18. m. 29.30.*
m *Hie.ſ. Eze. 27.*
n *Baſ.ſ. pſal. 115.*
o *Glo.in.ſup. Ierem.25.*
p *Hi.ſ.If. 15.*
q *Hi.ſ.Io. 28. Gre.18.m.23.*
r *Gr. 21.m.1. Bed.ſ.Pr. 30.*
ſ *Amb.de Ioſeph.7.*
t *Hie.ſ.Na.3. Rup.ſ.Na. 3.*
u *Glo.ord ſu. Exod.1.*
x *Gr.2.m.15 & 20.m.18.*
y *Hie.ſ.Ag.2.*
z *Gre.33.m. 32.*
aa *Gl.in.ſ.If. 41.*
bb *Hi.ſ.Ho.2.*
cc *Hie.ſ. Mi. 4. Gr.20.m.4*
dd *Hie.ſ If.9.*
ee *Ori. ſ.Ma. h.10. Gre.16. mor. 27.*
ff *Glo.ord. ſ. Ezec.41.*
gg *Am.de in vir.19. Gre.ſ. Can.5.*
hh *Hie.ſ.Ho. 9.*
ii *Gl. in. ſup. Leu.5.*
kk *Hil.ſ.Ma. Can.17.*
ll *Bed. ſ. Pr. 3.*
mm *Gl.or.ſu. 1.Tim.5.*
nn *Glo.ord. ſup.Zac.8.*
oo *Hil.ſ.Ma. Can.12.*
pp *Hie.ſ.Ez. 27.*

Digitized by Google

Synagoga. Iudæi.
Lucifer. Superbus.
Timor Domini. Iudæi.
Succurrere infirmioribus
Angustiæ huius vitæ.
Conuersatio veteris hominis.
Contemplatio secretorum.
Verisimilia.

Primi quos inuadet horror tempore Antichristi, dici possunt *a* Elias, & Enoch antiqui patres, qui etiam eius persecutionem patientur. *Iob.* 18. *d.*

Prima domus Dei, & prima gloria eius: *b* synagoga cum cultu & ceremoniis legis. *Agg.* 2. *a.*

Prior in bonis Ruben significat *c* Iudæos, quibus credita sunt eloquia Dei, & legislatio, & promissio. *Gen.* 49. *a.* Designat etiam *d* Luciferum: qui in sua æstimatione primus est: & etiam quemlibet superbum. Prior etiam in donis Ruben, est timor Domini, quia bona voluntas incipit à timore Domini, qui est fundamentum donorum Spiritus sancti.

Primi facti sunt nouissimi, quando *e* Iudæi, qui primi fidem acceperunt, per incredulitatem vltimum locum tenuerunt, quod & de angelis & hominibus dici potest. *Matt.* 19. *d.*

Prior exiturus erat Zara, quàm Phares, *f* quia priora erant opera naturæ, quàm legis, ita tamen, vt fidem haberent passionis Christi, *Gen.* 38. *g.*

Prior dimittens columna, vt staret post ternum, designat succurrendum esse infirmioribus. *Exod.* 14. *c.*

Priores angustiæ, sunt *g* angustiæ huius vitæ, quæ in bonis cessabunt. *Isa.* 65. *c.*

Prior porta templi dicitur Orientalis, *h* non ordine, sed dignitate. *Ezech.* 40. *c.*

Priora vestimenta. *Leu.* 6. *b.* priorem *i* conuersationem veteris hominis, designare possunt, vel designant contemplationem secretorum, quæ in templo tractantur, nec sunt efferenda ad populum.

Priores colores non mutati, designant *k* priorem vitæ conuersationem non mutatam in vitium. Ad idem referuntur priores termini leprę. *Leu.* 13. *a. Exod.* 39. *a.*

Prima aromata hæreticorum, sunt *l* illa verisimilia, quæ ipsi proferunt. *Ezech.* 27. *e.*

Primarius vide Principalis.
Primates, vide Optimates.
Primitiæ, Primitiua.

PRIMITIÆ, sunt primi fructus ex agro suscepti, qui Deo offeruntur, suntque primitiæ sacerdotum illis à Deo traditæ.

Primitiua, quæ de frugibus offerebantur in lege veteri, *m* non erant speciali numero definita, sed offerentium arbitrio derelicta. Traditionem autem accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed magistrorum arbitrio inolitam. Qui plurimum, quadragesimam partem dabat sacerdotibus: Qui minimum, sexagesimam, inter quadragesimam & sexagesimam licebat offerri quodcunque voluisset. Quod igitur in pentateucho dubium derelictum est, in Ezechiele specialiter definitur propter sacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitiis deferendis, hoc est, vt sexagesimam partem offerant eorum, quæ gignuntur in terra. Si enim chorus, qui Hebraicè appellatur חמר & à Septuaginta dicitur gomor, triginta habet modios, tam in aridis speciebus, quàm in liquentibus. Epha quoque & batus, decima pars est chori præcipitúrque, vt sexta pars tam Ephi, quam bati detur sacerdotibus, quę de tribus modiis dimidium faciunt modium, perspicuè supputatur sexagesimam partem primitiarum sacerdotes accipere debere. *Exod.* 45. *d.*

Initia operũ. Bona opera. Bona voluntas.

Primitiæ, *n* initia operum, aut bona opera significare possunt, & primitias offerunt Deo, qui bonum opus illi tribuunt. Offeruntur etiam primitiæ sacerdoti, hoc est, Christo. Primitiæ quoque de victimis sunt pectusculum & armus dexter pertinentes ad sacerdotes, quia opera nostra ad Christum pertinent. *Exod.* 22. *d.* 23. *c.* 29. *e.* 34. *c.* 35. *a. Leu.* 7. *Ezec* 48. *a.* Possunt etiam primitiæ designare bonam voluntatem, quæ initium est operum. Primitias quoque offerunt qui initium dici auspicantur ab oratione, & laudibus Dei. Non sunt primitiarum agri in Gelboe, quando in Iudæa non sunt primordia fidei, & operum, sed in multitudine gentium. 2. *Reg.* 1. *d.*

Spiritus adoptionis. Dona Spiritus sancti. Primitiua Ecclesia. Neophyti. Aduentus Spiritus sancti. Fides. Verbum Dei. Doctrina Euangelica.

Primitiæ spiritus, dici potest *o* spiritus adoptionis filiorum, vel insigniora dona Spiritus sancti, vt quemadmodum Filius dicitur primogenitus omnis creaturæ. *Colos.* 1. *b.* Ita spiritus sanctus dicatur primitiæ. *Roman.* 8. *d.* vel sunt, qui ipsum spiritum obtulerunt Deo. Ipse quoque Christus & Apostoli primitiæ spiritus dici possunt.

Primitiæ de spicis, significant *p* primitiuam Ecclesiam in Apostolis, vel neophytos, vel designabant aduentum Spiritus sancti. *Leuit.* 2. *d.* Primitiæ quoque sunt primi credentes, qui offeruntur pontifici Christo. *Num.* 18. *b.* Et credentes ex gentibus. 2. *Reg.* 1. *d.*

Primitias frumenti offert Deo, qui *q* mystica scripturarum docet homines, hoc est, rationale animal. Primitias hordei offert, qui pura historia simplices nutrit. Primitias verò olei, qui est, vt oliua fructifera in domo Dei. Primitias vini, qui de torcularibus Saluatoris aliis tradit. *Ezec.* 45. *d.*

Primitiæ vnius panis. *Leui.* 7. *b.* designare possunt *r* fidem, quæ omni doctrinæ præponi debet.

Primitiæ custodiendæ designant *s* verbum Dei custodiendum in corde. *Num.* 18. *b.* Et primitiæ de panibus ex simila fermentata, designant *t* doctrinam Euangelicam à Christo traditam, cum admixtione veteris legis rectè intellectæ. *Leu.* 23.

Eloquentia & scientia secularis.

Primitiæ dandæ principi de grege, sunt *u* dandæ Christo, qui verè est rex & sacerdos. *Ezech.* 45. *b.*

Primitiua ciborum & aliorum dantur sacerdotibus, *x* vt gradus dignitatis cognoscatur. *Ezech.* 44. *g.* Primitiæ autem sacerdorum erant de primitiis Leuitarum, vt nouerint Leuitæ se inferiores esse sacerdotibus. *Ezech.* 28. *b.*

Boni motus sensuum. Antiqui patres. Collatio Spiritus sancti. Delectationes peccatorum.

Primitiæ mellis, quæ offeruntur Deo. *Leu.* 2. *d.* designant *y* modicum eloquentiæ, & scientiæ secularis, quæ diuinis eloquiis adiungi potest. Item elementa literarum, & alia, quæ à Philosophis inuenta sunt. Primitiæ quoque animæ offerendæ, sunt primatus bonarum disciplinarum. *Gen.* 4. *a.*

Primitiæ de area, dici possunt *z* motus sensuum directi secundum virtutes. *Num.* 18. *d.*

Primitiæ frugum dicuntur Dei Israël, *aa* quia prius vocati sunt ex Israël. *Ier.* 2. *a.* Sancti ex illo populo & Patriarchæ, sunt primitiæ Deo & agno. *Apoc.* 14. *b.*

Primitiuorum messis, *bb* collationem Spiritus sancti designare potest. Et etiam primitias bonorum operum. *Exod.* 23. *b.*

Primitiæ cæsorum, dici possunt *cc* delectationes peccaminum. 1. *Reg.* 15. *c.*

Primitiuæ ficus, vide *Ficus.*

Primogenitus, Primitiuus.

Excellens aliqua gratia. Tribus Iuda. Gentiles. Fideles. Optima. Initia operũ.

PRIMOGENITVS, est ante quem non est alius genitus, licèt postea non sequatur alius, vt Christus est primogenitus. Dicitur etiam primitiuus.

Primogenita in primis significant *dd* Christum, qui figuratus est per primogenita, quæ offerebat Abel. *Genes.* 4. *a.* Ipse dicitur primogenitus tauri. *Deut.* 33. *a.* Et dicitur primogenitus omnis creaturæ, quia principatum habet in omnes creaturas, & primogenitus ex mortuis: quia primitiæ dormientium. *Colos.* 1. *b. Zachar.* 12. *c. Psal.* 88.

Primogenitus dici potest *ee* aliqua gratia excellens *Genes.* 35. *d.* 38. *a.* Vbi primogenitus Iudæ, designare potest tribum Iuda, quæ præfuit plebi Israël.

Primogenitus Dei dictus est Ephraim: cui licèt minori quam Manasses, Iacob imposuit dexteram. Est autem Typus *ff* Gentilium, qui primatum in Ecclesia acceperunt. *Iere.* 31. *b.* Primogeniti autem dici possunt omnes fideles adscripti in cœlis, & à peccatis auulsi: omnis autem Sanctus est primogenitus, sed non omnis primogenitus sanctus.

Discipuli Apostolorum. Vires animi. Vir sanctus.

Primogenita aliquando dicuntur optima, & primogenita seu primitiæ, quæ consecrari debent Deo, significant in nostris operibus auspicandum esse à Deo, dicuntur autem Dei, quia ipse dat initium bonorum operum. *Exod.* 13. *a.* 22. *d.* 34. *c.* Primogenita etiam consecramus Domino in egressu de Ægypto in Sochor, hoc est, *gg* initia virtutum, & quicquid primum est in homine. *Mich.* 6. *b.* Primogenita etiam sunt sacerdotum, hos est, Christi. *Ezech.* 44. *c.*

Primogeniti pauperum, dici possunt *hh* discipuli Apostolorum. *Isa.* 14. *g.* Item vires animi, quæ reficiuntur & saluantur in sobrietate.

Primogenitus vxoris odiosæ, est *ii* vir sanctus, primogeniti verò dilectæ, sunt peccatores. *Deut.* 21. *c.*

a *Gre.* 14. *mo.* 12.
b *Hie. s. Ag.* 2.
c *Bed. s. Gen.* 49.
d *Rica. de S. Vi. de* 12. *Patriar.* 64.
e *Ori. s. Matt.* ho. 9.
f *Amb. s. Luc.* 3.
g *Glo. inte. su. Is.* 65.
h *Glo. int. su. Ezec.* 40.
i *Glo. ord. sup. Leu.* 6.
k *Glo. inte. su. Leu.* 13.
l *Hier. s. Ezec.* 27.
m *Hie. s. Ezg.* 45.
n *Ori. s. Exod.* hom. 15. *Geor. Vene. Cant.* 2. to. 3. *cap.* 3. *Cassi. coll.* 21. *cap.* 26. *Bed. s. Exod.* 21. *Glo. ord. s. Le.* 7.
o *Ori. s. Ro.* 8. *Au.* 83. *q.* 67.
p *Ori. su. Leu.* ho 2. *& s. Nu.* ho. 11. *Am. epist.* 22.
q *Gre.* 4. *m.* 3. *Isye. s. Leu.* 2. *Hie. su. Ezec.* 41.
r *Glo. inte. su. Leu.* 7.
s *Ori. s Num.* hom. 11.
t *Isy. Leu.* 23.
u *Hie. s. Ezec.* 45.
x *Glo. ord. su. Ezec.* 44. 48.
y *Glo. inte. su.* 2. *Am.* 1. *de Cai.* 101.
z *Ambr.* 2. *de Cain.* 1.
aa *Hier. s. Ier.* 2. *Rup.* 9. *s. Apo.*
bb *Glo. ord. s. Exod.* 23.
cc *Gr. s.* 1. *Re.* 15.
dd *Tert. adue. Iudæos.*
ee *Glo. ord. s. Gen.* 38.
ff *Cle. Alex. adhor. adgentes. Ambro.* 1. *de Cain.* 2.
gg *Hieron. de mansio. & s. Mic.* 6.
hh *Lyr. s. Isa.* 14.
ii *Amb. epist.* 14.

Digitized by Google

Primogenitus Ruben, dici potest *a* primus Angelus seu Lucifer, qui ascendit cubile patris, quando voluit vsurpare honorem Dei. *Genes.49.c.*

Primus Angelus. Iudæi.

Primogenitus etiam Ruben typus est *b* Iudæorum: qui prius susceperunt fidem, non tamen ideo sunt hæredes. *Gen.49.a.* Et primogenitus Iob, *c* est populus Iudaicus, qui Deo dudum de legis doctrina fuerat generatus, *Iob.1.c.* Iudæi quoque sunt primogeniti pauperum. *Isa.14.g.* dictus est autem Israël filius primogenitus Dei. *Exod.4.f.* quia ex ipso erat nasciturus Christus, verè primogenitus & vnigenitus.

Typus est etiam *d* superborum, qui ascendunt cubile patris vsurpantes gloriam Dei. *Gen.49.a.* Et primogenita mors, dicitur peccatum superbiæ. *Iob.38.c.* quia scriptum est, *Eccl.10.b.* Initium omnis peccati superbia.

Superbus. Superbia.

Primogenitus etiam est Ruben, *e* id est, timor, quia à timore omne bonum inchoatur: & initium sapientiæ timor Domini.

Timor.

Primogenita gregis significare possunt *f* fidem & charitatem, quæ sunt meliora, quàm terrena, quæ obtulit Cain. *Gen.4.a.27.f. Exod.13.a.* Primogenitus etiam Iob dici potest fides, quæ si non prima in corde nostro gignitur, reliqua quæque esse bona non possunt, etiam si bona esse videantur.

Fides. Charitas.

Pro primogenitis sumuntur Leuitæ. *Num.3.b.* quia *g* apud Deum non præferuntur secundum ordinem natiuitatis. Non sanctificantur autem Leuitæ pro primogenitis, nisi mortuis prius primogenitis Ægyptiorum.

Primogenita, quæ vendidit Esau, sunt *h* ius primogenituræ, erat autem iuxta Hebræos vestis sacerdotalis. Possunt autem primogenita vendita, dici ius gratiæ & gloriæ, quæ vendit, qui peccat. *Gen. 25.b.* Primogenita autem sua quæritur Esau esse ablata. *Genes. 27. b.* quia *i* appetitus sensitiuus putat primatum esse suum, non rationis.

Ius gratiæ & gloriæ.

Primogenita bouis, aut etiam ouis: sunt *k* bonæ conuersationis primordia. Item adolescentes iam aliquantum doctrinam adepti. *Deut.15.d.* Et primogenita pecorum, sunt, qui non tantum ipsi sunt obedientes, sed aliis etiam obediendi ducatum præbent. *Leuit.27.d.*

Bona conuersationis primordia. Adolescentes eruditi. Obedientes.

Primogenita Ægypti, quæ delentur: sunt vel principatus & potestates, & mundi huius rectores tenebrarum harum: quos in aduentu suo Christus deleuit. Vel sunt *l* inuentores falsarum religionum. Vel dogmata Philosophorum, quibus homines decepti tenebantur. Ad eadem refertur primogenitus Pharaonis. *Exod.4.f.11.b. 12.d. Psalm.134.135.* vel designant *m* veterem hominem & animalem, qui prior est spirituali, & occidendus est, vt viuificetur spiritualis. Item principalia vitia, & initia vitiorum in mente: & delicta iuuentutis & ignorantiæ, & peccata originalia, quæ delentur in baptismo. Possunt etiam designare fidem in eis, qui Ecclesiam affligunt: in quibus tandem ipsa fides occiditur.

Damones. Inuentores falsarum religionum. Vetus homo. Principalia vitia. Peccata originalia. Fides in malis.

Primogenita etiam dici possunt *n* primi motus in malum, quale etiã est primogenitum ancillæ. *Exo.11.b.12.d.*

Primi motus.

Primogenitum asini, dici potest *o* primum opus immunditiæ, seu primordia immundæ vitæ: & etiam opera grauia, seu infrugifera, & præterea opera corporis laboriosa. *Exod.11.b.13.a.34.c.*

Primordia immundæ vitæ. Opera infrugifera & laboriosa.

Primogenita mors dicitur *p* diabolus, quia per ipsum mors primùm intrauit in orbem terrarum, & ipse fuit suæ mortis inuentor. *Iob.18.c.* vel dicitur peccatum superbiæ, quæ initium est omnis peccati.

Diabolus. Superbia. Christus.

Princeps, Principatus.

PRINCEPS dicitur, qui imperium habet super ciuitatem aut prouinciam, aut totum orbem.

Princeps in primis dicitur *q* Christus, qui etiam dicitur princeps militum. Et princeps exercitus Domini, & princeps Ægypti in typo Ioseph. Et princeps pacis. *Gen. 40.a.42.a.45.g. Iosue.5.d. Psa.104. Isa. 32.b. Luc.12.g.* Et principatus eius fuit in cruce, & est nunc in gloria. *Isa.9.b.* Eius typum gerebat princeps Dauid. *Ezech.34.f.37.f. 45.c.* Et princeps super quinquaginta, est Christus, qui dat remissionem & iubileum: qui Dominus est sabbati, & omnium solemnitatum. *Isa. 3. a.* Et ipse est princeps, qui ingreditur & egreditur per clausam templi portam. *Ezech. 44.a.* Ipse est Iephte princeps Israël: quia rex Iudæorum. *Iudi.11.b. Ierem. 30.d.* Et princeps in medio est Christus. *Ezech.46.c. Hose.3.b.* Et princeps fortitudinis, contra quem surrexit Antiochus, est Christus, aut Deus. *Dan.8.c. Iob.31.d. Cant.7.a.*

Vir perfectus Prælatus. Doctor. Vis rationis. Prædicator.

Princeps Dei dicitur Abraham, designans *r* virum perfectum. *Gen.23.a.35.b.* Sic princeps Moses. *Exod.7.a.* Et princeps populi est prælatus & doctor, & ipsa vis rationis. *Exod.22.d. Leuit.4.e. Isa.3.c.10.c.32.a.* Et princeps populi sunt Episcopi & Prælati: qui accipiunt possessionem ex vtraque parte sanctuarij, hoc est, ex omnibus, qui eis voluntate subiecti sunt: & vrbis habitatores sunt, multorúmque salutem suam mercedem faciunt. Qui absque vllo numero recipiunt possessionem: quia profectus vniuersorum redundat ad principem, & discipulorum salus præmium est magistrorum. *Ezec.45.d.* Princeps quoque domus Iacob, sunt *s* prælati Ecclesiæ. *Mich.3.d. Soph.1.b.* Et dicuntur principes domorum. *Exod.6.c.* Et principes multitudinis. *Exod.16.e. 18.d.* Et principes Iuda. *Ier.1.d. Thren.1.b.2.a. Iob.3.c. 31. d.* Et principes decernentes iusta. *Prou.8. c.* Principes quoque militiæ Saulis, Abner, designat prædicatorem, & adiutores magni doctores. *1.Reg. 14.g.* Hi principes offerunt oleum & aromata *s* quia debent aliis prælucere, & esse bonus odor. *Exod.35.c.* Princeps, cum quo sedetur ad mensam, est doctor. *Prou.23.a.*

Fortes opere & sermone. Nondum valentes se regere. Lex. Angeli. Patriarchæ & Prophetæ.

Principes exercitus sunt, *u* qui fortissimi sunt opere & sermone aduersus diabolum. *Num.31.f.* Principes etiam dicuntur, qui dominantur animo suo & carni. *Iere.17.d.* Principes quoque, aut satrapæ, quum sint inferiores regibus: designare possunt eos, qui nondum plenè se tegunt. *Iudic.5.a.* His principibus non est fidendum. *Psal.145. Ezec.46.a.*

Princeps pater filiæ mortuæ, quam suscitauit Christus, *x* dici potest lex, quæ erat velut pater synagogæ. *Matth. 9.c. Luc.8.f.*

Princeps Persarum, dicitur *y* angelus, cui incumbebat cura regni Persarũ. *Dan.10.b.* Principes quoque Israël, *z* dicuntur Angeli, & principes populorum. *Iudi.5.a. Psalm.46. Isa.3.c. Ephe.3.b.*

Principes fodientes puteum, fuerunt *aa* Patriarchæ & Prophetæ, & viri perfecti. *Num.21.d.* Ipsi sunt principes coniuncti psallentibus. *Psal.67.* Et principes, qui cessarunt loqui in aduentu Christi, *bb* fuerunt Prophetæ & Sacerdotes veteris legis, quorum officium cessauit in morte Christi. *Iob, 29.b.*

Principes Pharaonis, quos erudiuit Ioseph, sunt *cc* Apostoli eruditi à Christo. *Psal.104.* Et principes familiarum, qui distribuebant terram promissionis, sunt Apostoli instituentes Ecclesiam. *Iosu.14.a. Psal.44.46. Isa. 21.b. 49.c. 1.Reg.2.b.* Ipsi sunt principes Zabulon, & principes Nephthalim, quia ex illa prouincia sunt electi. *Psal.67. 86.* Ipsi sunt principes, qui possident aurum. *Iob, 3.b.* Et principes, qui comedunt in tempore suo, sunt Apostoli, qui satiantur in fœlicitate. *Eccl.10.d.*

Apostoli.

Principes sacerdotum, qui prohibebant pueros, ne laudarẽt Christum, *dd* designant Episcopos & presbyteros in Ecclesia, non sustinentes pusillos laudare Deum. *Matt.21.b.* Et principes Iuda abducti in Babylonem, sunt primi Ecclesiæ incidentes in peccatum. *Ezech.13.d. Psalm.44.*

Prælati mali.

Principes Synagogæ, *ee* erant Scribæ, & Pharisæi, & Sacerdotes: qui steterunt contra Christum. *Exod. 34. d. Psalm.2.* vbi absolutè dicuntur principes *ff* non terræ, nec sacerdotum, quia iam, vt leones antrum habebant: *Matt. 26.a.* Et principes Sodomorum, dicti sunt *gg* pontifices, Scribæ & Pharisæi: qui insurrexerunt contra Christum: qui & inobedientes dicuntur, & socij furum. *Isa.16.b.* Et principes Iuda interfecti, sunt Sacerdotes & Pharisæi in incredulitate relicti: & contaminati à Deo, vel in deserto relicti. *Isa.29.d.43.d. Ierem.20.a. Thren.2.a.2. Paral.24.f. Hose.7.a.* Sunt autem in Tanis, hoc est, in mandato humili, quia traditiones viles docebant. *Isa.30.a.* Non vocantur autem vltra principes, quia non imperant in Ecclesia. *Isa.32. a. 34. c.* Principes quoque super quos effudit Deus despectionem, *hh* erant Iudæi, aut eorum proceres. *Iob.12.d.* Et princeps peccãs per ignorantiam designat *ii* principes Iudæorum peccantes in Christum, *Leuit.4.c.*

Sacerdotes, Scribæ & Pharisæi.

Principes

---

a Lyr.f. Gen. 49.
b Orig.f.Gen. ho.17. Hier.f. Is.14.
c Gre.2. mor. 24. Bed.f.Ge.40.
d Rup.3. Vict. verbi. Dei. Gre.14.m.8.
e Ricar. de S. Victo. de 12. patria.64.
f Ambr.1.de Can.10. Gre. 2.mo.33.
g Ori. f. Nu. hom.3. Amb. epi.14. & 2. de Cai.2.
h Bed.f. Gen. 25. Phil.2. alleg.
i Georg. Ven. Cant. 2.tom. 7. cap.4.
k Gre.8. mo, 34. & f.Eze.h.2.
l Isy.f.Leu.27. Ori. f. Exod. hom.4. Arn.f. ps.135.
l Hie.de mansio.& f. Psal. 134. Bed.f.Exo.10 11.
m Geor.Vene. Cant.2. tom. 3.ca.13. Gre. Nyss. de vita Mosis. Rup.2.f.Exo. 17. Aus.f.ps.134.
n Ori.f.Exod. hom.4.
o Amb. 2.de Cain.2. Phil. de sacri. Abel & Cain. Gre.27. mor. 15.
p Hier.f. Iob. 18.
q Ori.f.Eze. h.14.& f.Io. ho.6.& f.Lu. hom.35. Am. f.Luc. 12. & 3.de fide.4. Hie.f.Is. 3.9. 52.& f.Eze. 44. Arn.f.ps.104
r Ori. f. Leu. ho.2. Hie.f.Is.3.10 & f.Eze.45.
s Hie. f. Mic. 3.& f.Sop.5. Gr.f.1.Re.14 & 4.mor.36. & 15.m.25.
t Ori.f. Exec. hom.13. Bed.f.Pro. 8. 23.
u Ori.f.Nu.h. 26.& f.Iudi. hom.6. Hie.f. Ier.17.& fu. Eze.46.

x Amb.f.Luc.8. Hil.f.Matt.cap.9. *y Hie.fu.Dan.10.* *z Orig. f. Iudic.hom.6. Arn.f.ps.46.* *aa Ori.f.Num.hom.12. Arno. f.psa.67. Phil.de temulen.* *bb Hie.f.Iob.31.* *cc Arn.f.ps. 104. Ori.f.Iosu.ho.18. Basi.f.ps. 44. Hie.f.Is.21.49.f.Eccles.10. Gre.f.1.Re.2.& 4.m.33. Hil.f.ps. 67. Eu.q.in Psa.* *dd Ori.f.Mat.ho.15.& f.Exec.ho.13.* *ee Ori.f.Mat.ho.4.35.* *ff Hil.f. ps.2.* *gg Hie.f.Is.1.17.29.30.32.34.* *hh Gre.11.mor.10. Rup.f.Ho.8.* *ii Isyc.f.Leui.4.*

Digitized by Google

Principes sacerdotum simulantes se honorare Christum designant *a* eos, qui profitentur se Dei seruos quum non sint. *Matt.* 20. *c.*

Gentiles. Principes aliquando dicuntur *b* Gentiles. *Psalm.* 106. Effusa est contentio super principes.

Adam. Satanas. Iudas. Vnus de principibus, qui cecidit, dici potest *c* Adam princeps generis humani, vel Satanas, qui erat princeps inter angelos, vel Iudas vnus ex Apostolis. *Ps.* 81. Et principes infideles & socij furum, fuerunt Adam & Eua. *Is.* 1. *a.*

Anima. Princeps prouinciarum Hierusalem, designat *d* animam diuersis potentiis imperantem. *Thre.* 1. *a.*

Princeps hariolorum dictus Daniel, id est, deuotio, *e* designat peruersam scientiam ex deuotionis officio in bonos vsus conuerti. *Dan.* 4. *a.*

Principes Iuda, sunt *f* confitentes, aut laudantes Deum, Principes Zabulon, fortes in continentia, quia Zabulon interpretatur habitaculum certitudinis. Principes Nephthalim, puri in contemplatione, quia Nephtalim interpretatur ceruus emissus, quia nimirum agilitatis eius saltibus exprimitur speculantis excessus; sed & opaca nemorum penetrare (sicut ille sensuum) consueuit, *Psa.* 67.

Ecclesia. Principatus amicorum Dei, sunt *g* Ecclesiæ ab Apostolis amicis Dei fundatæ. *Psal.* 138.

Excelsa dogmata. Principes dicuntur aliquando *h* excelsa dogmata. *Isai.* 10. *c.* Et abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum.

Dæmones. Hæretici. Lucifer. Superbi. Principes Pharaonis, sunt *i* dæmones, vel hæretici, qui volunt sapientiam à doctore, vel Ecclesiam, aut animam sanctam à Christo separare, & Satanæ tradere. *Genes.* 12. *d.* Princeps quoque terræ dicitur diabolus, & princeps huius mundi. *Gen.* 34. *a. Luc.* 12. *g. Psal.* 21. 118. Et dæmones dicuntur principes huius seculi, & principes aëris huius. 1. *Cor.* 2. *b. Ephe.* 2. *a.* 3. *b.* Et princeps carceris, est diabolus. *Genes.* 39. *d.* Principes quoque terræ, sunt dæmones minores, aut superbi, qui & principes Pharaonis dicuntur. *Isa.* 14. *c. Exod.* 15. *a.* Et principes Edom, & Amalec, sunt dæmones. *Exod.* 15. *b.* Princeps autem Tyri, est Lucifer. *Ezech.* 28. *a.* Et princeps, cui adhæsit filius prodigus, est diabolus vnus è multis, qui sunt inter nos. *Luc.* 15. *e.* Et principes Cedar, sunt principes tenebrarum & errorum, qui etiam dicuntur principes aquilonis, *Ezech.* 27. *d.* 32. *g.* Et principatus ac potestates exeundi sunt dæmones. *Colos.* 2. *c.* Dicitur autem diabolus princeps huius mundi, hoc est, malorum, qui mundi nomine designantur. *Ioan.* 12. *e.* 14. *b.* Eadem ratione principes Persarum, & Græcorum, & prouinciarum infidelium, sunt mali Angeli. *Dan.* 10. *c.*

Hæretici. Philosophi. Principes Taneos, sunt *k* hæretici, qui quum sint superbi, humilia tamen & ad infernum mergentia docent, dicuntur etiam principes Mempheos, qui in verbis fiduciam ponunt. Ipsi sunt principes, qui fugerunt ab Ecclesia. Et principes Chanaan, hoc est, fluctuantes atque commoti. Et principes Assur, quod etiam de Philosophis dici potest. *Isa.* 19. *b.* 22. *a.* 23. *b.* 31. *d.* Et principes Ephraim. *Hose.* 7. *d.* Principes quoque sacerdotum prohibentes pueros laudare Deum, sunt hæretici. *Matt.* 21. *b. Luc.* 19. *g.* Princeps Mosoch & Tabul, dicitur Gog, designans hæreticos: qui principes sunt amentiæ huius mundi. *Ezech.* 38. *a.* Principes item Moab, sunt hæresiarchæ. *Amos.* 2. *a.* Et principes regis Assur, hæresiarchæ, & duces malorum sub diabolo. *Nahum.* 3. *d. Iob.* 29. *b.* Hi sunt principes comedentes mane. *Eccl.* 10. *d.*

Superbia. Princeps huius mundi, dicitur *l* superbia, cui multi obtemperant, quæ nihil habet in Christo, sed ab ipso eiicienda erat. *Ioan.* 12. *e.* Et principes maris, sunt superbi in hoc seculo, quod de dæmonibus & hæreticis dici potest. *Ezec.* 26. *c. Iob.* 24. *b.* Et principes proprium habentes spiritum, sunt superbi, & hæretici. *Ps.* 75. Super hos principes effusa est contentio. *Psal.* 106.

Vulgus. Venter. Facientes alios peccare. Principes pistorum, & pincernarum, & coquorum sunt, *m* qui deseruiunt Pharaoni, magis autem ipse recordatur principis pincernarum, vt designentur amici ebrietatis, cuius minister est princeps pincernarum. *Gen.* 40. *a.* Princeps autem coquorum, designare potest vulgus deditum voluptatibus gulæ. Vel ipsum ventrem, cui coqui & cæteri ministri deseruiunt.

Principes pòpuli, qui suspenduntur contra Solem peccante populo, sunt *n* qui suo exemplo alios peccare faciunt. *Num.* 25. *a.*

Principes pueri dantur, *o* quando ignari regunt populum, vt videlicet cæcus cæcum ducat. *Isa.* 3. *a.*

Princeps peccati dicitur fuisse filiæ Sion habitatio Lachis, *p* hoc est, ambulatio pessima gradu iugiter fluctuante, qualis erat Israël, quem gradu fluctuantem sequutæ sunt filiæ Sion. *Mich.* 1. *d.*

Principalis, Præcipuus.

PRINCIPALIS dicitur, qui primus & præcipuus est in aliqua re.

Spiritus sanctus. Principalis spiritus, dicitur *q* Spiritus sanctus, qui firmat nos aduersus dæmones, & tentationes. *Psalm.* 50.

Principium, Exordium, Initium.

PRINCIPIVM & initium est, vnde alia videntur exordium sumere, & datur principium numeri, & principium temporis, & principium artis & principium cuiusque operis. Causa etiam principium dicitur cuiusque operis. Causa etiam principium dicitur. *Psal.* 13. *Iob.* 28. *Prou.* 1. *a.* 9. *c.*

Deus. Principium in primis competit *r* Deo, vt creatori omnium. Et cum dicitur. *Gen.* 1. *a.* In principio creauit Deus cœlum & terram, principium ibi sumi potest *s* pro Verbo Dei, per quod Pater creauit omnia. Pater autem est principium, de quo *Psal.* 109. Tecum principium in die virtutis tuæ.

Initium temporis. Christus. Principium quoque, in quo creauit Deus cœlum & terram, sumi potest pro initio temporis. *Gen.* 1. *a.* Et ab hoc exordio vocat Deus generationes, *t* quia à principio mundi vocauit homines ad fidem. *Isa.* 41. *b. Iob.* 20. *a.*

Initium primogenitorum, dicitur *u* Christus, qui est primogenitus omnis creaturæ. *Deut.* 21. *c.* In hoc initio fundauit Deus terram, hoc est, Ecclesiam. *Psalm.* 101.

Tempus baptismi. Initium mensium, dici potest *x* tempus baptismi, vbi inchoatur annus placabilis Domino. *Exod.* 12. *a.*

Lex naturæ. Initium dici potest *y* lex naturæ, vt ab initio annunciatum est nobis de Deo, hoc est, per legem naturæ etiam ante legem scriptam. *Isa.* 40. *c.*

Initium Ecclesiæ. Principium Iob, dici potest *z* initium Ecclesiæ inter Iudæos. *Iob.* 42. *c.*

Sacra scriptura. Principia venarum argenti sacram *aa* scripturam significare possunt, à qua omne rectum eloquium sumendum est. *Iob.* 28. *a.*

Gaudium de cœlestibus. Principium lætitiæ Hierusalem, est gaudere de cœlestibus. *Psal.* 136. Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ.

Iudæi sine templo. Sicut à principio dicuntur facti filij Israël, *bb* quando amiserunt templum quod à principio non habebant. *Isa.* 63. *b.* Fiunt etiam sicut à principio *cc* quando producuntur Apostoli similes Patriarchis. *Ier.* 30. *d. Thren.* 5. *d.*

Apostoli similes Patriarchis. Principium vigiliarum dici potest *dd* initium bonæ conuersationis. *Thre.* 2. *f.* Consurge in nocte in principio vigiliarum tuarum.

Initium bonæ conuersationis. Initia quatuor vasis linthei, quod vidit Petrus, sunt *ee* quatuor partes terræ, vnde cõuertuntur Gentes. *Act.* 11. *b.*

Iudæi. Lucifer. Superbus. Principium doloris Iacob dictus Ruben, designat *ff* Iudæos rebelles Deo, & etiam Luciferum, & superbum quem libet. *Gen.* 49. *a.* Principium etiam doloris, *gg* est timor, quia timorem Domini vtilis dolor comitatur.

Timor. Diabolus. Principium Gentium Amalec, dicitur *hh* diabolus, qui caput est malorũ, & principium idololatriæ. *Num.* 24. *d.* Principium viarum Dei, dicitur Behemoth, *ii* quia cum Deus cuncta crearet, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. *Iob.* 40. *c.* Huius primatus eminentiam conspicit Propheta, quum dicit. *Ezech.* 31. *c.* Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei: Abietes non adæquauerunt summitatem eius: Platani non fuerunt æquæ frondibus illius. Vel dicitur principium viarum Dei, *kk* quia primus factus, Dei sui cognitionem, à quo conditus est, accepit.

Peccatum voluntarium. Initia prædarum Amalec, sunt electa de prædis, & designant *ll* blandimenta libidinis, quæ amplexus est populus, 1. *Reg.* 15. *c.*

In principio dicitur defecisse populus Dei in Ægyptum, hoc est, *mm* sponte, qui peccat propria voluntate. *Isa.* 52. *b.*

Principia Gentium, sunt *nn* potentes Gentilium. *Exec.* 16. *f.*

a Ori. s. Matt. hom. 11.
b Arno. s. psa.
c Orig. s. Exa. hom. 1. & su. Matt. ho. 35. Bern. ser. 1. de Aduc.
d Glo. inte. su. Thren. 1.
e Ricar. de S. Victo. de secu. conscien. 11.
f Ber. s. Can. ser.
g Hier. s. psal. 138.
h Hie. s. Is. 10.
i Be. Gen. 12. Ori. s. Leu. ho. 35. & s. Eze. ho. 6. & s. Nu. hom. 19. Am. s. ps. 118. ser. 21. & s. 1. Cor 2. & de Paradiso. Arn. s. ps. 118. Tertul. aduer. Iudæos. Ori. s. Ezech. hom. 13. Cyril. de ado. in Spiri. Hier. epi. beatitudinis & s. Eze. 28. Au. epist. 59. & s. ps. 81. & s. Ioan. tra. 52. 79. Ru. 9. Vi. ver. Dei. 4.
k Hie. s. Is. 19. 22. 23. 31. & s. Ezec. 38 & su. Amo. 2. & s. Nahum. 3. Ori. s. Mat. ho. 15. Gr. 19. m. 14.
l Epi. 2. cont. hare. tom. 2. Hier. s. Ezech. 26. Gre. 25. mo. 1. Aug. s. ps. 75.
m Hil. de remulentia & de Ioseph. Gr. 10. mo. 26.
n Ori. s. Num. hom. 20.
o Hier. s. Is. 3.
p Hie. s. Mi. 1.
q Amb. apol. Dan. 15.
r Orig. s. Gen. hom. 1.
s Aug. s. psal. 109.
t Gre. 14. m. 1.
u Am. epi. 14. Gre. s. ps. 101.
x Am. Exae. 4.
y Hie. s. Is. 40.
z Gre. 35. mo. 16.
aa Gre. 18. m. 14.
bb Hier. s. Isa. 63.
cc Glo. ins. su. Ier. 30.
dd Glo. ord. s. Thren. 2. Hie. su. Isa. 11.
ee Au. de vni Eccle. 8.

ff Bed. s. Gen. 49. gg Ric. de S. Victo. de 12. Patriar. 64. hh Ori. s. Nu. hom. 19. Am. 1. Exae. 4. ii Gre. 32. m. 24.
kk Hie. s. Iob. 40. ll Gre. s. 1. Re. 15. mm Hie. s. Is. 52. nn Hie. s. Eze. 16.

Digitized by Google

Initium mensis. Vide *Neomenia.*

Pristinus.

PRISTINVM, est quod superioribus annis, mensibus, aut diebus fuit.

Pristini menses Iob, designant *a* primum tempus Ecclesiæ, quando videlicet ad Apostolorum prædicationem multi conuertebantur. *Iob.* 20. *a.* — *Primitiuæ Ecclesia.*

Pristina generatio, est *b* antiquorum patrum memoria. *Iob.* 8. *b.* — *Memoria patrum.*

Pristina facies vestimenti, dici potest *c* status, quo quis erat in gratia. *Leu.* 13. *g.* — *Status gratiæ.*

Priuare, Priuatus.

PRIVARE, est adimere. Priuatus autem dici solet, qui non est in aliquo constitutus magistratu, seu munere publico.

Priuauit Deus struthionem sapientia, *d* quando synagogæ, quæ sciens humilitatem perdidit, etiam veritatis intelligentiam nescienti abstulit. *Iob.* 39. *b.* Vel priuauit Deus sapientia huius mundi, quæ stultitia est apud Deum, ipsam Ecclesiam.

Non priuatur fœtu bos impiorum. *Iob.* 21. *b.* quia *e* temporalis eorum fœlicitas vsque ad vltimum progreditur. — *Fœlicitas impiorum.*

Priuilegium.

PRIVILEGIVM, est lex priuatim facta, quæ in eorum fauorem fit, quibus datur.

Priuilegium, quo noluit vti propinquus Booz, *f* est suscitatio nominis filiorum Dei, & ducere Ecclesiam, quod non competebat legi, sed Christo. *Ruth.* 4. *b.* — *Ducere Ecclesiam.*

Probare, Probabilis.

PROBARE, interdum est approbare. *Roman.* 2. *c.* Probas vtiliora legis instructus per legem. Curare. *Exod.* 20. *c.* Vt probaret vos, venit Deus. Examinare. *Psalm.* 25. Proba me Domine, & tenta me. Experiri. *Gen.* 27. *c.* Vt probem vtrum tu fis filius meus. Laudare. *Iob.* 36. *a.* Et operatorem meum probabo iustum. Ostendere. *Gen.* 40. *d.* Vt coniectoris veritas probaretur. Purgare. *Iob.* 23. *c.* Probauit me quasi aurum. Scire. *Ierem.* 11. *d.* Probas renes, & corda.

Probare dicitur Deus, *g* quando probatum ostendit. *Exod.* 20. *c.* Et probat nocte hoc est, per tribulationem, & etiam igne tribulationis. *Psal.* 16. Probat autem bonos, & per ipsorum afflictionem, & etiam per malorum prosperitatem, qui etiam probare dicitur renes, hoc est, affectus. *Ierem.* 9. *b.* 12. *a.* 20. *d.* Et probati argento sunt, qui igne tribulationis more argenti purificati splendent. *Psal.* 67. 138. Probare autem dicitur Deus subitò hominem, *h* quando post concessa virtutum munera concuti hominem per tentationem sinit, vt quid ex seipso sit, recognoscat. *Iob.* 7. *b.* 23. *c.* 34. *d.* *Zach.* 13. *d.* — *Ostendens Deus probatum.*

Probasse dicitur etiam Deus pater Christum, *i* quia probatum & perfectum ostendit. *Psal.* 138. Et Christus dicitur probatus lapis, quem tamen reprobauerunt ædificantes. *Isai.* 28. *d.* — *Perfectio Christi.*

Probari vult Deus suam beneficentiam, *k* experimento videlicet, tam in temporalibus, quam in doctrina. *Malac.* 3. *c.* — *Experiri beneficientiam Dei.*

Probator robustus dicitur Ieremias, designans *l* bonum prælatum, qui propter minas non cessat vitam subditorum examinare, & corrigere. *Ierem.* 6. *g.* Ductum est ab eo, qui probat aurum & argentum. — *Prælatus bonus.*

Probati argento dicuntur *m* fideles, probati eloquio: qui fortes sunt aduersus eloquentiam hæreticorum. *Psal.* 67. — *Fortes contra hæreticos.*

Probantur ad aquas contradictionis, *n* qui ficto aut recto corde accedunt ad baptismum, & qui per contradictiones aduersantium probantur. *Psalm.* 80. — *Examinare doctrinam.*

Probare omnia est *o* examinare omnem doctrinam, ne veris falsa misceantur. 1. *Thes.* 5. *d.* *Iob.* 34. *a.* — *Applicatio figurarum.*

Probans Isaac Iacob, designare potest applicationem figurarum veteris legis ad Christum. *Gen.* 27. *c.* — *Examinare seipsum.*

Probare opus suum, *p* est diligenter seipsum examinare, ne in aliquo deficiat à rectitudine. *Galat.* 6. *a.* — *Mortificatio carnis.*

Probatissima myrrha, *q* est perfecta carnis mortificatio. *Cant.* 5. *b.* — *Confundi hæreticos.*

Probantur fatui & sapientes, *r* quando hæretici confunduntur, & etiam Philosophi. *Ierem.* 10. *b.* — *Baptismus.*

Probatica. — *Lex vetus.*

Probatica Græcè, idem est Latinè quod ouilis. Et probatica piscina Hierosolymis erat, in qua sacerdotes lauabant oues sacrificandas, quæ quinque porticibus cingebatur, vbi multi iacebant infirmi: vt mouente Angelo aquam, vnus qui primus descendisset in piscinam, sanaretur. *Ioan.* 5. *a.* Typus esse solet *s* baptismi, ad quem descendit magni consilij Angelus, Christus, & qui sunt extra baptismum, sunt infirmi & languentes: sanatur autem vnus, quia quotquot baptizantur, suscipiuntur in vnitatem fidei & Ecclesiæ. Typus est etiam legis veteris. Vide *piscina.*

Problema, vide Quæstio.

Procax. vide Confundere.

Procedere.

Procedere, est vltra cedere, & progredi, & aliundè prodire, aut egredi. Item manifestari, *Marc.* 1. *c.* Et processit rumor eius statim. Mitti. *Ioan.* 8. *e.* Ego enim à Deo processi. Spirari. *Ioan.* 15. *d.* Spiritum veritatis, qui à patre procedit.

Procedens sonus de ore Dei. *Iob.* 37. *a.* est *t* vis timoris de superna irruens aspiratione, quia quum nos de venturis Dominus aspirando replet, proculdubio de malè gestis præteritis terret. Vel designatur consubstantialis Verbo Spiritus, qui ad nos per Filium veniens surditatem nostræ insensibilitatis rumpit. — *Vis timoris.* *Spiritus sanctus.*

Processit prosperè Christus. *Psalm.* 44. quia *u* carne susceptâ animas nostras conuertit, & redemptionis opus exequutus est. Processit autem de thalamo suo, quando prodiit ex vtero Virginis. *Psalm.* 18. Eundem designabat sacerdos procedens ad instruendum populum. *Ezech.* 42. *c.* — *Christus redemptor.*

Procedentia lilia ex candelabro, &c. designant *x* omnem gloriam Sanctorum, virtutem esse à Deo. *Exod.* 25. *c.* 37. *c.* — *Gloria Sanctorum à Deo.*

Procedentia cornua ex altari, designant *y* virtutes è puro corde prodeuntes. *Exod.* 3. *a.* 37. *d.* 38. *a.* — *Virtutes à puro corde.*

Procedens Iob ad portam ciuitatis, designauit *z* Ecclesiam, quæ vt aditum cœlestis regni percipiat, in sanctis se actionibus exerit. *Iob.* 29. *b.* — *Bene operari.*

Procedebat de vulua mare, *aa* quum miseriarum sæcularium fructus de carnalis cogitationis iniquitate conceptis, in sanctæ Ecclesiæ interitum sæuirent. *Iob.* 38. *a. b.* — *Persecutiones Ecclesiæ.*

Procedit fumus de naribus Leuiathan. *Iob.* 42. *b.* quia *bb* de miraculorum Antichristi insidiis, ad monumentum caliginosa dubietas etiam in electorum corde generatur, quia ex eius prodigiis etiam bonarum mentium oculos trepidationis caligo confundit. Et quia noxiis diaboli inspirationibus praua in humanis cordibus cogitatio nascitur, per quam acies mentis obtunditur, ne lux interna videatur. Procedunt etiam de ore draconis & bestiæ, & pseudoprophetæ tres spiritus immundi, *cc* hoc est, artes magicæ, poëticæ, & inanis philosophia. *Apoc.* 16. *c.* — *Dubietas ex miraculis Antichristi.*

Procella, vide Tempestas.

Proceres, vide Optimates.

Procerus, vide Altus.

Procliuis vide Pronus.

Procreare, vide Generare.

Procul, vide Longus.

Procurare, Procurator, Actor, Tutor.

Procurare, est administrationem rerum alienarum gerere. Hinc procurator negotiorum gestor. Tutor autem est, qui res pupillorum curat. Actor verò est idem qui causidicus.

Procurator patrisfamilias. *Matt.* 20. *a.* dici potest *dd* aliquis angelus. Vel certè est Christus, qui reddet mercedem operariis. — *Angelus. Christus.*

a *Gre.* 19. *mo.* 8.
b *Gre.* 8. *mor.* 26.
c *Glo. inte. su. Leu.* 13.
d *Gre.* 31. *m.* 16. *Hie. f. Iob.* 39.
e *Glo. ord. su. Iob.* 21.
f *Glo. ord. su. Ruth.* 4.
g *Hier. f. Ier.* 12. *Hil. f. psa.* 62. h *Gr.* 8. *m.* 20. & 16. *m.* 16.
i *Glo. inte. su. Psal.* 138.
k *Gloss. ord. f. Malach.* 3.
l *Lyr. f. Ier.* 6.
m *Augu. f. ps.* 54. 67.
n *Hie. & Au. f. ps.* 80.
o *Ambr. f.* 1. *Thess.* 5.
p *Glo. or. sup. Galat.* 6.
q *Gre. f. Can.* 5.
r *Hier. f. Iere.* 10.
s *Tert. de baptismo. Chry. f. Ioan. hom.* 35. *Au. f. ps.* 70.
t *Gre.* 27. *mo.* 13. 14.
u *Basil. f. psal* 44. *Hie. ad Principiam.*
x *Glo. inter. f. Exod.* 25.
y *Glo. int. su. Exod.* 30.
z *Gre.* 19. *m.* 13.
aa *Gre.* 18. *m.* 15.
bb *Gre.* 33. *m.* 27. 28.
cc *Ruper.* 9. *f. Apoc.*
dd *Ori. f. Mat. hom.* 10.

Digitized by Google

Lex vetus. *Dæmones.*

Procurator domus Abrahæ, typus est legis veteris: cuius filio, hoc est, operibus legis non datur hæreditas Abrahæ: quia non ex operibus legis est iustitia. *Gen.* 15. *a*.

Procuratores, & actores Gentium, erant *a* dæmones, qui nihil agere in eos poterant, nisi quantum Deus permittebat. *Galat.* 4. *a*.

Prodere, Proditor.

Prodere, est deferre, & patefacere, seu ostendere eum qui latebat: vnde dicitur proditor, qui consilia aperit hostibus, aut vrbem, vel arcem, aut hominem tradit.

Reuocæns in errorem.

Prodere dicitur vagos, qui eos, *b* qui reuersi fuerant ab erroribus ad Ecclesiam, rursum in errorem reuocat. *Isa.* 16. *a*.

Prodesse.

PRODESSE alicui est vtilitatem illi conferre, quasi pro aliquo illi esse.

Non prodest Deo quisquam, quantumuis iustus fuerit. *Iob.* 22. *a*. quia bonorum nostrorum Deus non eget.

Prodesse somnia Ioseph, quum dicerent fratres eius: Videamus, si profint illi somnia sua, designabant *c* Iudæos, dicentes Christo: Descendat nunc de cruce, & credemus ei. *Genes.* 37. *d*.

Non prodesse sibi adorare Dominum, dicunt mali *d* quia quum Deus in oratione non quæritur, citius in ipsa animus lassatur. *Iob.* 21. *b*.

Incarnatio Christi. *Gratia de Christo.* *Dilatatio regni Christi.* *Instituens Christus vtrumque testamentum.* *Missio Apostolorum, & Angelorum.* *Dans doctrinam in Prophetis in doctoribus.* *Exempla per diuites temporalia.* *Tradere doctrinam.* *Reuelare mysteria scripturæ.* *Reuelatio cogitationum in iudicio.* *Temperans legem veterem.* *Detegens insidias diaboli.* *Castigatio Dei.* *Collatio gratiæ.* *Opera misericordiæ.* *Proferre cogitationes.* *Produci doctores.* *Mitescere dura.* *Luxuriari peccata.* *Fides Iudæorum.* *Dona Spiritus sancti.* *Iudæi prius credentes, postea incredduli.* *Parans diabolus hæreticos.* *Iurare.* *Vouere.* *Pertinentia ad sensus.* *Passio Christi.* *Errores.* *Profectus in virtutibus.* *Passio Christi.* *Augmentum Ecclesiæ.* *Multiplicatio hæreticorum.*

Non proderit doctoribus seminasse triticum *e* si doctrinæ suæ miscent errores, aut malum exemplum. Sic non proderit illis accepisse hæreditatem. *Iere.* 12. *c*.

Prodesse non potest populus Ægypti, nec dij eorum, hoc est, dæmones & hæretici, qui non habent nisi noxiam potestatem. *Isa.* 30. *a*. 44. *b*. Ita non proderunt ad liberandum opera mala. *Isa.* 57. *c*.

Prodigium, vide Admirari.

Prodire, vide Egredi.

Producere, Proferre, Productilis.

PRODVCERE, interdum est in longum ducere, quod & de tempore, & de corporeis rebus dicitur. Quandoque verò est antè, seu vltra forasve ducere: quod etiam est proferre. Productibile autem est, quod malleorum tunsionibus in longum ducitur.

Produxit Deus luciferum in tempore suo. *Iob.* 38. *d*. quia *f* quum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, natum ex mulicre, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. *Gala.* 4. Productus autem princeps Israël de medio eius, est Christus natus de semine Iacob. *Iere.* 30. *d*.

Produxit Deus aquam de petra, hoc est, *g* gratiam de Christo. *Isa.* 48. *d*.

Producit Deus cornu Dauid, *h* quum extendit regnum Christi in æternum, & dilatat potestatem Ecclesiæ, & bonorum prælatorum. *Psal.* 131.

Producens vitulus cornua & vngulas, est *i* Christus instituens testamentum vetus, & Euangelia. Vel est doctor, qui potest iam ventilare hæreticos, & excitare terrenos. *Psal.* 68.

Producit Deus ventos de thesauris suis, hoc est, *k* Apostolos de sensibus suis, vel mittens angelos ad custodiam hominum. *Psalm.* 134.

Producit Deus in montibus fœnum, hoc est, *l* in Prophetis doctrinam, & in doctoribus virorem bonorum exemplorum. *Psal.* 146. Item quum facit vt diuites seculi dent temporalia prædicatoribus & pauperibus. Producit terra fœnum iumentis, *m* hoc est, scriptura doctrinam simpliciorem rudibus. *Psal.* 103. Et producit Deus abscondita in lucem. *Iob.* 28. *b*. quia *n* dum suis expositoribus intelligentię spiritum infudit, antiquas prophetantium obscuritates aperuit. Vel quia in iudicio secreta cordium proferet, vt reddat vnicuique iuxta opera sua. Profert etiam Christus iudicium Gentibus, quando *o* prædicat nouam legem, quam Gentes antea nesciebant. *Isa.* 42. *a*. Et protulit Samaritanus duos denarios, *p* quum dedit Christus scientiam Patris & Filij. *Luc.* 10. *f*. Proferre autem noua & vetera, *q* est prædicare nouum & vetus testamentum. *Matt* 13. *g*.

Produxisse dicitur Deus vmbram mortis in lucem, *r* quum asperitatem legis per mansuetudinem temperauit, nec iam pro culpa mortem carnis inferri constituit, sed mors spiritus quam timenda esset indicauit. Vel quum Sanctorum mentibus malignam operationem antiqui hostis, vt destrui possit, aperit. *Iob*, 12. *d*.

Proferre dicitur Deus spiritum suum, *s* quando castigat. *Prou.* 1. *c*. Et proferet vasa iræ, quando eiiciet malos in tenebras exteriores. *Iere.* 50. *c*.

Proferre stolam primam filio prodigo ad patrem reuertenti, *t* est reddere gratiam & innocentiam peccatori resipiscenti. *Luc.* 15. *e*.

Producit terra herbas virentes, *u* quum Gentilitas protulit opera misericordiæ, *Iob.* 38. *c*. Profert etiam terra germen suum, quando Deus in anima aut in Ecclesia producit iustitiam & laudem. *Isa.* 61. *d*.

Producunt aquæ reptilia vel volatilia, hoc est, *x* cor, bonas vel malas cogitationes: vel baptismus prædicatores & Sanctos per omnem terram. *Gen.* 1. *b*.

Proferre bonum, aut malum, est *y* de bono vel de malo cordis thesauro quicquam efferre, hoc est, ex intentione bona vel mala. *Matt.* 12. *c*. Christus quidem profert bona, diabolus verò mala.

Producit ficulnea fructum, *z* quum dura mitescunt, vel quum peccata luxuriant, vel quum Iudæi in fine credunt. *Luc.* 21. *f*. Proferens autem ficus grossos, est vel Spiritus sanctus sua conferens dona, vel lex sensus spirituales, aut præcepta, quæ deciderunt. Vel *aa* est Ecclesia proferens fructus fidelium, abiecta synagoga. *Cant.* 2.

Producet Rhamus spinas, *bb* quando resurget corpus cum sensu doloris. *Psa.* 57.

Proferens Zara prior manum, *cc* designat Iudæos prius credentes, quàm Gentiles. Sed ligatum est illi coccinum, quia inquinauerunt se sanguine Christi, & Prophetarum. *Genes.* 38. *g*. Proferens autem Moses manum è sinu leprosam, designauit *dd* Iudæos recedentes à Deo. *Exod.* 4. *a*.

Proferre dicitur diabolus vas in opus suum. *Isa.* 54. *d*. quando *ee* parat hæreticos ad decipiendos simplices.

Proferre labiis quippiam, est *ff* iureiurando, aut voto se astringere. *Leu.* 5. *a*.

Productiles Cherubim. *Exod.* 25. *b*. designant *gg* angelos in gratia creatos & confirmatos.

Profanus, Profanare.

Profanus, dicitur irreligiosus, & non sanctus, & qui sacris non est initiatus: qui fanum intrare non potest.

Profanum conuiuium erat Ægyptiorum cum Hebræis. *Gen.* 43. quia *hh* alia sunt prædicanda rudibus, alia doctoribus.

Profana vtibus, sunt *ii* quæ ad sensus pertinent, qui sunt omnibus communes. *Ezech.* 47. *b*.

Profanatum sanctuarium Christi fuit, quando *kk* ipse relictus est in manus peccatorum, & traditus morti & sepulturæ. *Psalm.* 88.

Profanum, peculiariter dici potest *ll* de erroribus hæretica arte conditis. *Isai.* 65. *a*.

Proferre, vide Producere, & Pronunciare.

Proficere.

Proficere, est in mèlius procedere, & perfici.

Proficere, dici potest Christus ætate & sapientia, *mm* quando is, in cuius corde est, proficit. Proficiens quoque Samuel, designat profectum prædicatorum, & eorum qui vadunt de virtute in virtutem. 1. *Reg.* 2. *e*. *Psal.* 83.

Proficiens hostia in expiationem, est passio Christi, qua delentur peccata. *Leu.* 1. *a*.

Proficere in sacerdotium sempiternũ, dicitur vnctio propter sacerdotium nouæ legis, propter gratiã. *Exo.* 40. *b*.

Proficiens Hierusalem in regnum, *nn* est anima, quæ per gratiam fit regina, aut Ecclesia. *Ezech.* 17. *c*.

Proficere dicuntur impij, *oo*, quando hæretici aduersus fideles multiplicantur & roborantur. *Ier.* 12. *a*.

Proficisci, vide Abire.

Profiteri.

Profiteri, est latè, seu palam fateri, aut polliceri, vnde professio est confessio palam facta: Et professor, qui palam fatetur, aut docet.

a *Aug. s. Galat.* 4.

b *Hie. s. Is.* 16.
c *Am. de Ioseph.* 3.
d *Gre.* 15. *m.* 20.
e *Hier. s. Iere.* 12.
f *Gre.* 29. *mo.* 30. *Hie. s. Iob.* 38. *& s. Iere.* 30.
g *Glo. ord. su. Isai.* 48.
h *Glo. ord. su. Ps.* 131.
i *Ar & Au. s. ps.* 68.
k *Ar. & Hil. s. ps.* 134.
l *Lyr. s. psal.* 146. *Au. s. ps.* 146.
m *Gre.* 29. *m.* 18. *Arn. s. ps.* 103.
n *Hier. s. Iob.* 28. *Gre.* 18. *mor.* 23.
o *Hie. s. Is.* 42.
p *Ori. su. Luc. hom.* 34.
q *Hil. s. Matt. Can.* 14.
r *Gre.* 11. *mo.* 11. 12.
s *Bed. s. Pro.* 1. *Orig. s. Ierem. hom.* 3.
t *Hie. epi. Beatitu.*
u *Gre.* 29. *m.* 18. *Hie. s. Iob.* 38.
x *Orig. s. Gen. hom.* 1. *Aug.* 13. *confess.* 20.
y *Glo. ord. su. Matt.* 12.
z *Am. s. Luc.* 21. *& de Isaac.* 4.
aa *Ori. s. Can. hom.* 4. *Hie. aduer. Iouin.*
bb *Hil. s. ps. psal.* 57.
cc *Hie. s. Gal.* 3.
dd *Glo. inte. s. Exod.* 4.
ee *Hier. s. Is.* 54.
ff *Glo. int. su. Leu.* 5.
gg *Glo. ord. s. Exod.* 25.
hh *Lyr. s. Gen.* 43.
ii *Hie. s. Ezec.* 47.
kk *Ambro. & Hier. s. ps.* 88.
ll *Hie. s. Is.* 65.
mm *Ori. s. Iere ho.* 11. *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
nn *Hie. s. Ez.* 16.
oo *Hie. s. Ier.* 12.

Professio tempore ortus Christi facta, *a* professionem fidei designat. Profitentur autem in eo loco, vbi Christus nascitur, qui carnem eius veram confitentur. *Luc.* 2. *a*.

Profitery fidē.

Profundum, Fundum.

Profundum, dictum est quod porro, hoc est, longè habeat fundum, vt profundum mare, profundæ valles. Fundum autem est ipsum solum profundi. Profundum etiam, est imum. *Exod.* 14. *f.* Ferebantur in profundum.

Profundum quandóque significat, *b* secreta opera Dei, & eius inscrutabilia iudicia. *Psal.* 106. *Ephes.* 3. *d.* quod designatur per profundum crucis, quod latebat, & ex eo pendebant alia. De his profundis clamabat Propheta, quum ignorarer diuina iudicia. *Psalm.* 129. Cogitationes quoque Dei, profundæ dicuntur. *Psalm.* 91. Item sacramenta, vt baptismus & Eucharistia, quæ non vident pagani, sed ab iis, quæ vident, surgunt ad ea quæ non vident, sicut à profundo crucis quod in terra figitur, surgit tota crux, quæ apparet, & cernitur.

Iudicia Dei.

Profundior inferno dicitur Deus. *Iob.* 11. *b.* quia *c* transcendendo infima ipse subuehit & sustentat. Vel quia indignorum spirituum astutias longè subtilius, quàm ipsi putauerant, iudicans damnat. Vel profundior inferno est, quia plus indicat, quàm ipse humanus animus in tentationibus inuestigat.

Cogitationes Dei.

Profundum maris, *d* graues tribulationes, & mortem, ac passionem Christi designat. *Ion.* 2. *a. Isa.* 51. *d. Psal.* 67. *Amos*, 9. *a. Iob.* 38. *b.* Et profunda, de quibus clamabat Propheta, dicuntur tribulationes, vel passiones, quas patiebatur. *Psal.* 129.

Sacramenta.

Mors Christi.

Tribulationes.

Profundum etiam maris, cordis secreta designare potest. *Amos*, 9. *a.* Idem sunt profunda fluminis. *Zach.* 10. *d.* Hæc profunda *e* scrutatur Deus, quem secreta cordis latere non possunt. *Iob.* 28. *b.* 38. *b.* Sic sunt profunda in corde sapientis. Aqua profunda ex ore viri. *Prou.* 18. *a. Eccl.* 24. *a.*

Cordis secreta.

Profundum præterea maris *f* inferos, & abyssum designare potest. *Matt.* 18. *a.* Et profundum absolutè ipsum infernum ferè significat. *Exod.* 14. *f.* 15. *a. Psal.* 68. *Ephes.* 3. *d.* Et profundum laci. Et profundum Thophet, *Isa.* 14. *d.* 30. *g. Iob.* 38. *b.* Dicitur autem profundissimus infernus. *Iob.* 17. *d.* comparatus videlicet ad cœlum, quia terra ipsa etiam dicitur profunda, cœlo comparata, qua tamen profundior est infernus.

Infernus.

Profundum quoque maris, designat *g* profundum vitiorum. *Psalm.* 67. *Isa.* 31. *e.* Et etiam errorem Gentilium. *Matth.* 18. *a.* Item voluptates liquidas, & fluxas. *Exod.* 15. *a.* Et profundè peccare dicitur, qui grauiter peccat. *Hos.* 9. *b.* De his profundis clamat peccator, quum resipiscit. *Psal.* 129. Cor etiam impiorum, & altæ prauorum cogitationes, & animus obstinatus, & anxius corde profunda dicuntur. *Psal.* 64. *Iob.* 41. *d. Prou.* 18. *a.* Et profundi corde dicuntur, qui se putant abscondi à Deo. *Isa.* 29. *c.* 31. *c.* Profundum quoque maris sunt, qui in hoc mundo in profundo & obscuritate vitiorum tenentur. *Iob.* 41. *d.* Et ipsa huius seculi profunda iactantia, profundum maris dici potest. *Psalm.* 64.

Profundum vitiorum.

Error Gentilium.

Voluptates.

Cor impiorū.

Prauæ cogitationes.

Animus obstinatus.

Anxius corde.

Profundum etiam maris *h* oblivionem significare potest, qua ratione proiicere dicitur Deus peccata, quæ remittit in profundum maris. *Mich.* 7. *d.*

Obliuio.

Profundæ aquæ torrentis, *i* ea mysteria significare possunt quæ mentem exuperant. *Ezech.* 47. *a. Ephes.* 3. *d.* Hæc profunda reuelat Deus iis, qui in profundo animæ fodiunt puteos. *Dan.* 2. *c. Iob.* 12. *d.* 28. *b.* Profundum in quo erāt myrtheta profunditatem sacræ scripturæ designat. *Zach.* 1. *b.*

Mysteria mentem superantia.

Profundum etiam aquæ torrentis *k* culpam significare potest, quæ omnes demergit. *Ezech.* 47. *a.*

Culpa.

Profundum in cruce, significare potest *l* descensum Christi ad nos. *Ephes.* 3. *d.*

Descensus Christi.

Profundum inferni, vbi datur signum, *m* humilitatem Christi designare potest. *Isa.* 7. *b.*

Humilitas Christi.

Fundum calicis iræ Dei, significat *n* extremum iræ Dei, seu grauem eius punitionem, & perpetuam ciuitatis Hierusalem destructionem. *Isa.* 51. *f.*

Grauis punitio Dei.

Profunda, de quibus clamabat Propheta ad Dominum, *o* intimum cordis significare possunt, vnde orabat. *Psal.* 129. De profundis quoque clamat, qui scit altitudinem diuitiarum sapientiæ Dei, & qui persecutiones patitur: & qui eum misericordi suspirio deprecatur.

Profundum quandoque significat *p* mortem, & etiam dæmones. *Psalm.* 68.

Profundum dici potest aliquando insidiator, qui demergit eos, qui non sibi ab ipso cauent. *Psalm.* 68. Infixus sum in limo profundi.

Intimum cordis.

Persecutiones Mors.

Dæmones.

Insidiator.

Profundum. *Hose.* 5. *a.* Vide *Mergere*.

Impassibilis diuinitas.

Progenies, vide Generatio.

Progredi, vide Ambulare.

Prohibere.

Prohibere, est retinere, & auertere, ne fiat aliquid.

Cessatio diuinæ vindictæ & tentationum.

Prohibitio, ne Isaac occideretur à patre, *q* designauit impassibilitatem diuinitatis in Christo. *Gen.* 22. *c.*

Prohibitæ pluuiæ dilauij, designant *r* cessationem diuinæ vindictæ, & etiam tentationum. *Gen.* 8. *a.*

Prohibitæ dicuntur aliter stillæ pluuiarum, *s* quando Deus retinet sua dona. *Ierem.* 3. *b. Amos*, 4. *b.* Sic prohibiti sunt cœli, ne darent rorem. *Agge.* 1. *c.* Prohibent autem bonum à nobis peccata. *Iere.* 5. *f.*

Retinens Deus sua dona.

Prohibere pedes à via mala, *t* est frænare malas inclinationes. *Psal.* 118. Et prohibere pedes à nuditate, est virtutum operibus animæ potentias exornare. *Iere.* 2. *c.* Prohibetur etiam lingua à malo. *Psal.* 33.

Frænare malas inclinationes.

Ornare potentias.

Prohibentes discipuli offerri infantes Christo, designant eos, *u* qui in primitiua Ecclesia non admittebant Gentiles ad fidem, donec Christus dixit: Nolite prohibere. *Matt.* 19. *b.* Iudæi autem semper prohibent. *Thessalon.* 2. *d.*

Non admittens Gentiles ad fidem.

Non prohibet Auster congregationem seminis Israël, *x* quum ex illa parte conuertuntur ad fidem. *Isai.* 43. *a.*

Prohibere dicitur gladium suum à sanguine, *y* qui non corrigit verbo proximum, & qui non curat prædicare, cùm possit. *Iere.* 48. *b.*

Defectus correctionis.

Prolabi, vide Cadere.

Prolixus, vide Longus.

Promiscuus.

Promiscuum dicitur, quasi confusum & incertum.

Promiscuum vulgus, designare potest *z* permixtionem bonorum & malorum in hoc mundo. Vel designat multitudinem ineptarum opinionum, mentem à veritatis cognitione impedientium *Exod.* 12. *d. Num.* 11. *a.*

Promittere, Polliceri, Repromittere.

Promittere, est quasi longè mittere, hoc est, aliquid in futurum dandum offerre.

Promittere dicitur Deus *aa* solum bona, quæ vult dare: creat autem tam bona quàm mala: minatur verò solùm mala, quo fit, vt filij promissionis ad bona gratiæ spectent. *Rom.* 9. *b.*

Promissio Christi.

Promissio Ioseph ad Patrem & fratres pascendi eos, designat promissionem Christi ad fideles de conferenda via æterna. *Gen.* 45. *c.*

Spiritus sanctus.

Promissionis Spiritus, dicitur *bb* Spiritus sanctus. *Ephes.* 1. *c.* quia promissus fuerit à Christo, & quia promittit beatam vitam, in cuius passionis arrabonem datur.

Diabolus promittens terrenorum copiam.

Promittens Sichen multa Dinæ, & fratribus eius, designat *cc* diabolum promittentem in hoc mundo rerum omnium & voluptatum abundantiam. *Gen.* 34. *b.* Pollicetur etiam diabolus prædam sociis, quum alios inuitat ad animas capiendas. *Iob*, 17. *b.*

Promouere.

Promouere, est vehementer, & vltra mouere. *Iud.* 9. *b. Esther.* 8. *f.* Præcipuè autem est ad honores, seu ad meliorem gradum mouere.

Promptuarium.

Promptuarium, à promendo dictum, locum significat, vbi seruantur ea præcipuè, quæ ad victum pertinent, vt inde promantur. Potest autem designare *dd* cordis receptaculum, *Psal.* 143. Promptuaria eorum plena.

Promptus, vide Parare.

Promulgare, vide Pronunciare.

a *Am. f. Luc.* 2.
b *Augu. epist.* 112. *& f. psa.* 129. *Hil. f. ps.* 129.
c *Gre.* 10. *mo.* 10.
d *Hie. f. Ion.* 4. *Hil. f. psa.* 67. 129.
e *Hier. f. Iob.* 28. *Gre.* 29. *m.* 7.
f *Ori. f. Matt. ho.* 5. *Hie. f. Is.* 30. *& f. Ephe.* 3. *Gre.* 14. *mo.* 22. *& 29. m.* 5.
g *Hie. f. ps.* 67. *Hier. f. Is.* 31. *Hil. f. Matth. Can.* 18. *Ori. f. Exod. hom.* 6. *Au. f. ps.* 64 129. *Gre.* 34. *m.* 8. *Hier. f. Is.* 29. *& f. Iob.* 41. *& f. Psal.* 64. *Hil. f. psa.* 64.
h *Hie. f. Mic.* 7.
i *Hie. f. Ezec.* 47. *& f. Is.* 2. *& in. Dan.* 2. *Aug. epi.* 119. 120. *Gre.* 11. *m.* 11. *& 18. m.* 23. *Rup. f. Zac.* 1.
k *Hie. f. Exo.* 47.
l *Orig. f. Gen. hom.* 2.
m *Ori. f. Is. h.* 2.
n *Hie. f. Is.* 51.
o *Hil. f. psal.* 129. *Hie. f. ps.* 120.
p *Ar. f. ps.* 68.
q *Glo. or. sup. Gen.* 12.
r *Lyr. f. Gen.* 8
s *Hie. f. Ier.* 3. 5.
t *Hil. f. psal.* 118. *Hier. f. Ier.* 2. *Basi. f. ps.* 33.
u *Hil. f. Matt. Can.* 19.
x *Hie. f. Is.* 43.
y *Cassia. coll.* 20. *cap.* 8. *Greg.* 3. *past. adm.* 26.
z *Phi. de migratione Abrahæ.*
aa *Aug. epist.* 120.
bb *Glo. ord. f. Ephe.* 1.
cc *Glo. ord. f. Gen.* 34. *Gre.* 13. *m.* 16.
dd *Euc. form. spir.* 8. *Gloss. ord. sup. Psal.* 143.

Digitized by Google

Pronuba.

Pronuba est, quæ nubentem in domum mariti deducit ac comitatur, ac quæ nuptiis præest celebrandis, ex parte vxoris. Pronubi autem dicuntur ipsi socij sponsi. *Iud.14.c.* vbi videtur accipi pro proco. Potest autem ibi designare *a* vnum de patriarchis & prophetis, amicis Domini. Vt Mosen amicum & pronubum Christi, quia de illo scripsit. Illum accipit vxor Samsonis, hoc est, synagoga, relicto Christo: Imò illum accepisse sibi visa est, gloriando in legis eius litera, legendo legem eius sine Christi gratia, verbi gratia: Tu, inquiunt, discipulus eius sis, nam nos discipuli Mosis sumus.

Patriarchæ, & prophetæ.

a *Rup.s. Iud. c.15.*

Pronunciare, Proferre, Promulgare.

Pronunciare, est verbum aliquod proferre. Promulgare vero, est palam nunciare.

Operans quæ docet.

Pronunciat librum scripturæ sacræ per singulos gradus *b* qui percepisse se eius scientiam non per verba tantummodo, sed etiam per opera demonstrat, *Iob.31.d.* Proferunt etiam eloquia de corde suo, qui verba ex corde proferentes, recta docuerunt viuendo. *Iob.8.b.*

b *Gre.22.mo. 22.& 8. mo. 26.*

Laudare potentiam Dei. Inuocare Deum.

Pronuncians sacerdos leprosum nigris capillis esse sanatum, *c* est declarans peccatorē absolutum à peccatis per pœnitentiam. *Leuit.13.a.*

c *Glo. ord.su. Leu.13.*

Pronunciare potentiam Dei, est ipsum *d* laudare & magnificare. *Psalm.144.*

d *Glo.ord. su. Psal.144.*

Pronunciare dicitur Dauid non omnia iudicia Dei, sed iudicia oris eius, *e* hoc est, quæ Deus ipse manifestauit. *Psalm.118.*

e *Amb. s.psa. 118.serm.*

Pronunciare tribulationem ante Deum, *f* est ipsum inuocare in gratii tribulatione, præcipuè in corde: vbi ipse audit. *Psalm.141.*

f *Glo. ord.su. Psal.141.*

Pronunciatio Elihu *g* inflationem elationis ostendit, vt verba quæ de alta superbiæ radice veniebant, cum quadam quasi altitudine & distinctione procederent. *Iob.34.a.*

g *Gre. 24.m. 21.*

Proferunt verba in ventum, *h* qui ociosa loquuntur, & qui sine pondere discretionis verba non solidata proferunt, quæ leuitatis aura portet. *Iob.6.d.*

h *Gre.7.mor. 24.26.*

Pronus, vide Inclinare.

Propago.

Propago, est vitis vetusta & suppressa, vt ex vna plures fiant, capitibus palmitum dispersis & propagatis, seu in diuersas partes terræ extensis.

Nemi in Christo.

Propagines vineæ, significare possunt *i* nouos in Christo. *Psalm.79.* Et propagines vitis tres, designant tres status fidelium in Ecclesia, hoc est, coniugatos, continentes & rectores. Vel designant tres naturas in Christo, vel tria tempora trium legum, vt gemmæ sint Sancti in lege naturæ, flores in lege scripta, fructus in lege gratiæ. *Genes.40.b.* Propagines autem Hierusalem sunt propugnacula Ecclesiæ, vel animæ, quæ auferuntur, quum quis Deum contemnit. *Ierem.5.c.*

Tres status fidelium.

Tres naturæ in Christo.

Tria tempora

Propugnacula Ecclesiæ.

i *Glo. ord.su. Psal.79.*

Propagines vineæ. *Ezech.17.b.* augmentum paruum *k* & infirmum regni Sedechiæ significant.

k *Hie.s.Ezec. 17.*

Virtus Iudæorum.

Propago fortium est *l* virtus Iudæorum, quæ licèt fortis videretur aduersus Christum, facilè tamen emarcuit. Vel est status veteris legis, qui cessauit. *Isa.25.b.*

Status veteris legis.

l *Hie.s.Is.25.*

Propagines vineæ Sabama, sunt *m* renouatores antiquarum hæresum. *Isa.16.c. Nahum.2.d.*

Renouatores hæresum.

m *Hier. s. Is. 16.*

Properare, vide Accelerare.

Propheta, Prophetissa, Prophetare, Vaticinari.

Prophetia.

Propheta, dicitur, qui futura prænunciat, ab eo primò intellecta. Propheta autem, est futura prædicere, quamquàm & de præsenti & de præterito potest esse prophetia. Propheta propriè est, qui ex inspiratione diuina loquitur: quales erant sancti prophetæ. *Genes.20.b.* Quia propheta es, & viues. Item legis doctor. *Exod.7.a.* Aaron frater tuus erit propheta tuus. Prophetia autem dicitur futurorum diuinatio. *2.Paral.15.b.* Et prophetia Azariæ, filij Obed prophetæ. Et diuinorum interpretatio. *1.Paral.15.b.* Chonenias princeps prophetiæ. Reuelatio. *Apocal.1.a.* Audit verba prophetiæ huius. Prophetare autem, interdum est aliena loqui. *1.Reg.10.b.* Et prophetabis cum eis. Prophetiam referre. *Zach.13.b.* Et erit, quum prophetauerit quispiam. Occulta Dei reuelare. *2.Paral.18.b.* Non prophetat mihi bonum. Prædicare. *Num.11.f.* Vt omnis populus prophetet. Psallere. *1.Paral.25.a.* Qua prophetarent in citharis. Falsa dicere. *Ierem.2.b.* Prophetabant in Baal.

n *Ori.s. Iere. hom.1. Hie.s. Ier.1. Hil.s. Matth. can.14.*

Ieremias. Christus.

Propheta in gentibus. *Ierem.1.b.* est vel ipse Ieremias, qui prophetauit de gentibus. Vel *n* est Christus, de quo fit mentio *Deut.18.d.* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorū similem tui. Et ipse Christus est propheta non acceptus in patria sua, qui crucifixus est in Iudæa. *Matth.13.g.* Prophetauit Christus vltra. *Zach.13.a.* quia *o* vltra mortem, quam Iudæi prophetarunt, prophetauit etiam suam resurrectionem.

o *Rup.s.Zac. 13.*

Doctores fidei Prædicatores.

Prophetæ dicuntur *p* fidei Doctores. Et prophetantes, sunt prædicantes & docentes. Sic fuit propheta Abraham. *Genes.20.b.* Et Samuel dictus est propheta Domini, designans bonum prædicatorem. *1.Reg.3.d.9.b. Amos.2.d.* Prophetæ quidem dicuntur boni doctores. Pseudoprophetæ verò mali doctores. *Ezech.13.a.* Et prophetæ Hierusalem, sunt doctores Ecclesiæ. *Ierem.25.a. Sophos.3.a.* Prophetia autem est prædicatio, qua deficiente dissipatur populus. *Prouerb.29.c. Apoc.11.b.*

p *Gre.s.1.Re. 3.10. Hie.s. Am.2. Orig.s.Ezech. hom.2. Bed.s. Pro.29.*

Sacerdotes interpretes legis. Prædicare.

Propheta Mosis dicitur Aaron, *q* vt designetur sacerdotes interpretes esse legis. *Exod.8.a. 1.Reg.10.c.19.d. 1.Corint.11.d.* vbi prophetæ dicuntur sacrorum interpretes.

q *Glo. ord.su. Exod.7.*

Prophetare, interdum est prophetiam referre. Ita prophetarunt filij & filiæ in principio Ecclesiæ *r* quia viris & fœminis dabatur spiritus prophetiæ. *Ioel.2.g. Actor.2.c.* Mandant prophetis, ne prophetent, qui impediunt prædicationem. *Amos.2.d.*

r *Glos. ord.s. Ioel.2. Rup.s. Amos 2.*

Prædicatores mali. Propheta Baal. Doctores hæreticorum. Scribæ & Pharisæi.

Prophetæ seducentes, *s* sunt prædicatores iudicia populi confundentes. *Mich.3.b.*

Prophetæ Iudæorum & non Dei, erant *t* prophetæ Baal. *Ierem.2.f.* Et prophetæ Samariæ, sunt doctores hæreticorum. *Ierem.23.c.* Prophetæ autem dicuntur sæpè ipsi pseudoprophetæ. *Ierem.28.a.29.a.* Ipsi sunt prophetæ insipientes. *Ezech.13.a.* Et prophetæ coniurantes, sunt hæretici. *Ezech.22.f.* Et propheta stultus, dicitur hæreticus. *Hose.9.b.* Prophetant autem de corde suo, qui dicunt: Dicit Dominus: cum Dominus loquutus non sit. Et qui dant peruersos & hæreticos sensus sacræ scripturæ. *Ierem.13.a.* Et dicuntur prophetare in Baal, docentes errores. *Ierem.2.c.* Et hæretici & persecutores Christi, sunt prophetæ ebrij, videntes visiones, quales ebrij videre solent. *Isa.28.b. Thren.2.e. Zach.1.b.13.a.* Prophetæ etiam Baal, & lucrorum. *3.Reg.18.c.* erant *u* Scribæ Pharisæi, qui sacræ legis negligentes præcepta, populum, propriis traditionibus peruerterant. Prophetæ mordentes dentibus, erant pontifices Iudæorum, peculiariter Annas & Caiphas. *Mich.3.b.*

t *Hie.s.Ier.23 29.& s.Ezec. 22. Ori.s. Exech. hom.2.*

Spiritus sanctus. Virgo Maria.

Prophetissa, ad quam accessit Isaias, dici potest *x* Spiritus sanctus reuelans illi mysteria. Vel est *y* beata Virgo Maria, quæ concepit & peperit Christum. *Isa.8.a.* Eam potest significare Maria, soror Mosis, prophetissa. *Exod.15.b.*

u *Rup.s.s. Re. 7.& s.Mic.3. & s.Zac.1.*

x *Hier.s.Is.8.*

y *Epiph.lib.1. tom.2. aduer. hæreses. Rup. 1.de operibus Spiritus sancti.*

Propitiari, Propitius, Clemens, Propitiatorium.

Propitius dicitur, qui placidus est & fauens, & nobis placatus. Propitiari autem, est propitium esse. Propitiatorium verò erat opertorium arcæ fœderis de auro mundissimo, vnde Deus propitiari dicebatur.

z *Aug. q. in Exod.105.*

Misericordia Dei. Christus.

Propitiatorium arcæ, typus erat *z* misericordiæ Dei, ponebatur autem super arcam, quia misericordia Dei est super omnia opera eius. *Exod.25.b.26.d.30.a.35.b.37.a. Leuit.16.b.*

aa *Ori.s.u.Ro. 3. Gre.s. Ezech. hom.6. Isyc.s. Leu.16. Cyr.de incar. vnigen.13.*

Propitiatorium etiam *aa* ipsum Christum designat, qui mediator est inter Deum & homines, & patrem reddit nobis propitium. Rogante enim sacerdote, hoc est Christo, fit Deus propitius. *Leuit.4.d.16.a. Rom.3.d.1.Ioan.2.a.* Dicitur etiam ipse Christus propitiatio. *Psalm.129.*

Virgo Maria. Sancti.

Propitiatorium præterea dici potest *bb* beata Virgo Maria, quæ Deum nobis propitium reddit. Demum, illi, qui cum omni fiducia per hostias precum supplicationúmque Deum hominibus repropitiant, & pro delictis populi interueniunt, propitiatorium nominari possunt.

bb *Ori.s. Nu. hom.5.*

Cœlum empyreum.

Propitiatorium ex auro, materia videlicet multum à ligno distante, *cc* cœlum empyreum significare potest. Vt enim ipsam arca terminans melioris rei principium præbebat: nam super illud insidebant Cherubim, vnde

cc *Geor. Ven. Cant.1. to.3. cap,6.*

Digitized by Google

propitiationes habebantur. Ita & empyreum cœlum, quamuis nouem cœlorum numerum compleat, est tamen rerum spiritualium & diuinarum principium, angelicam, diuinámque naturam redolens, vt sit proportionatum locatis illis.

a *Ricar. de S. Vict. 3. de arca mystic. 1.*

Propitiatorium præterea significare potest *a* contemplationem rerum spiritualium, vt Angelorum, & animæ, quæ semota est ab omni imaginatione. *Contemplatio spiritualium.*

Clementia Ioseph, benignitatem & clementiam Christi significat. *Genes. 43. f. 45. a.* Et Deus dicitur clemens. *Exod. 34. a.* *Clementia Christi.*

b *Hie. su. Isa. 43.*

Propitiationem Apostolorum dedit Dominus Ægyptum, &c. quia *b* fecit eos accipere ipsorum prædicationem. *Isa. 43. a.*

c *Isyc. su. Leu. 23.*

Propitiationis dies, *c* sunt dies huius vitæ, in quibus propitiatur nobis Dominus. *Leuit. 23. e.* *Dies huius vitæ.*

Propinare.

Propinare, est propriè præbibere alteri, eique poculum porrigere. Sed vsus accipit, vt sit iam simpliciter porrigere.

d *Hier. s. Isa. 27.*

Propinat Deus vinea, *d* quum effundit iram in synagogam, quæ resipiscere noluit. *Isa. 27. a.* Et propinatur calix furoris Domini omnibus gentibus, quum omnes castigat. *Ierem. 25. d.* *Castigatio Dei.*

e *Hie. s. Amo. 2.*

Propinant vinum Nazaræis, *e* qui sanctis, & contemplationi vacantibus ingerunt curas seculares. *Amos 2. d.* Et qui procurant, vt nullus sit sanctus.

Rup. s. Amos 2.

Propinquus, vide Cognatus.

Proponere, Propositio, Propositum.

Proponere, interdum est statuere & deliberare, vnde dicitur propositum, quod mẽte statutum est. Quandóque verò est coram ponere, vnde propositio veri aut falsi indicatiua, aut quæstio disputationem habens, quæ problema dicitur.

f *Gre. 16. mo. 15.*

Proposuisse dicitur Deus æquitatem contra nos, *f* quando fecit incarnari filium suum, qui esset propitiatio pro peccatis nostris. *Iob. 23. b.* *Incarnatio.*

g *Gre. 10. mo. 22.*

Proponitur spes fidelibus inter tribulationes, *g* vt sciant per eas se venturos in regnum cœlorum. *Iob. 11. d.*

h *Bas. in prin Prou. & s. ps. 48.*

Proponere dicitur mensam sapientia, *h* quando dat præcepta doctrinæ. *Prouerb. 9. a.* Propositionis panes, qui in mensa tabernaculi ponebantur, doctrinam omnibus expositam significare possunt. *Exod. 25. e. 35. 40. c.* Vel significant *i* sublimiorem doctrinam, quæ solis communicatur sacerdotibus. *Leuit. 24.* Propositio autem dici potest doctrina sancta, *Psalm. 48. 77.* *Dans Christus præcepta. Doctrina sancta.*

i *Ori. s. Leu. ho. 13.*

Proponens etiam Moses iudicia, est lex, varia habens præcepta. *Exod. 21. a.*

k *Hil. s. psal. 136.*

Proponere Hierusalem in principio lætitiæ suæ dicitur is, *k* qui imprimis gaudet de cœlestibus. *Psalm. 136.* *Gaudere de cœlestibus.*

l *Hie. s. Ezec. 27.*

Proponere dicuntur in mercatu Tyri merces *l* philosophi, aut hæretici, qui ea docent, quæ similitudinem habent cum virtutibus Ecclesiæ. Proponit etiam ibi Iuda frumentum & similia, cùm fideles dant sanctum canibus. *Ezech. 27. c. e.* *Doctrina falsa Philosophorum. Dare sanctũ canibus.*

m *Hil. s. psal. 53.*

Non proposuerunt Deum ante conspectum suum *m* Iudæi, quia persequentes Christum, diuinam eius virtutem agnoscere noluerunt. *Psalm. 53.* *Obstinatio Iudæorum.*

Proprium.

Proprium dicitur, quod est vniuscuiusque peculiare.

n *Gre. 14. m. 22.*

Proprium os Iob, quod deprecabatur seruum suum. *Iob. 19. c.* designat *n* Christum, qui in propria carne apparuit Iudæis, & proprio ore prædicauit, qui prius per Prophetas loquebatur. *Christus in carne.*

Propria Christi, in quæ dicitur venisse, sunt vel omnes homines per creationem, vel Iudæi per specialem electionem. *Ioan. 1. a.* *Omnes homines Iudæi.*

o *Aug. epist. 120.*

Propriæ singulorum filiorum Iacob benedictiones, significare possunt *o* diuersa dona Spiritus sancti, aut diuersos gloriæ gradus. *Genes. 49. d.* *Dona Spiritus sancti. Diuersi gradus gloriæ.*

Propria sponte tribuentes filij Israël, quæ necessaria erant ad constitutionem tabernaculi. *Exod. 35. c.* indicant dandum esse Ecclesiæ, non ex tristitia, aut ex necessitate.

Propugnare, Propugnaculum.

Propugnare, est vehementer & de longè pugnare. Propugnaculum verò, est locus munitus, vnde commodius certari possit, & defendi procul. *Christus defensor.*

p *Hie. s. Is. 36.*

Propugnator, peculiariter est *p* Christus, qui propugnator est ad saluandum. *Isa. 19. a. 63. a.* *Verbum Dei.*

q *Ambr. s. ps. 118. ser. 22.*

Propugnacula argentea murorum Ecclesiæ sunt *q* verbum Dei. *Cant. 8. c.* Propugnacula verò iaspidis eiusdem Ecclesiæ, sunt *r* diuersa dona gratiarum. *Isa. 54. c.* *Dona Spiritus sancti.*

r *Hie. s. Is. 54.*

Propugnacula turris Dauid, *s* sunt miracula, quæ faciunt prædicatores. Et miracula cum prædicatione, sunt propugnacula argentea. Item miracula antiquorum patrum. *Cant. 4. b. 8. c.* Differunt autem prognacula à clypeis, quia non mouentur sicut clypei: ita non imitamur miracula Sanctorum, sed virtutum opera. *Miracula Prædicatorũ & antiquorũ Patrum.*

s *Rup. s. Can. 7. Gr. s. Cant. 8. & s. Exec. ho. 15.*

Propugnacula Chaldææ, sunt *t* superbia dæmonum, hæreticorum, extollentium se contra scientiam Dei. *Isa. 23. c.* *Superbia dæmonum, & hæreticorum.*

t *Hie. s. Is. 23.*

Prora, Proreta, vide Nauta.

Proscindere.

Proscindere terram, est primùm ipsam arare.

u *Hie. s. Is. 28.*

Proscindere terram, est primò, *u* castigare aliquem, vt molliscere incipiat ad Verbum Dei suscipiendum. *Isa. 28. g.* *Castigare primò.*

Proscribere.

Proscribere, est aliquid per scripturam venale proponere & publicare. Et Christus dicitur proscriptus in Galatis, *x* quasi iterum condemnatus ad mortem vel exhæredatus in ipsis, qui ad eius hæreditatem pertinebant. *Galat. 3. a.*

x *Glo. ord. su. Galat. 3.*

Proselytus, vide Aduena.

Prosequi.

Prosequi, est vltra, siue post sequi: vel cum affectu animi sequi: vt prosequi amore, aut odio.

y *Amb. epist. 47.*

Prosequi volens Laban Iacob cum tympanis & gaudio, &c. *Genes. 31. d.* designat *y* mundum promittentem iucunda bonis, ne eum deserant.

Prosper, Prosperari, Prosperitas.

Prosper dicitur fœlix, aut qui dat fœlicitatem, & prosperitas, est ipsa fœlicitas, hoc est, quum res alicui eueniunt ex sententia, vt prosperitas contraria sit aduersitati.

z *Glo. ord. su. Gen. 39.*

Prosperitas Ioseph typus fuit *z* prosperitatis Christi. *Gen 39. a. 40. d. 41. b.* Et dicitur Christus prosperè procedere. *Ps. 44.* Designatur etiam profectus bonorum in spiritualibus. Dicitur autem prosperari verbum Dei, quando multiplicantur credentes. *Isa. 55. d.* *Prosperitas Christi. Profectus bonorum. Multiplicatio fidelium.*

aa *Arno. s. ps. 67.*

Prosperum iter, est *aa* iter crucis Christi, per quod itur ad fœlicitatem. *Psalm. 67.* *Crux Christi.*

bb *Greg. s. 1. Reg. 2.*

Prospera Israël. 1. *Reg. 2. g.* designant *bb* fœlicitatem & abundantiam temporalium, & etiam Angelorum fœlicitatem. *Fœlicitas temporalis, & Angelorum.*

Prosternere, Prostratus, Pronoluere.

Prosternere, est ante vel procul sternere, & profligare, vt quum hostes in acie sternuntur. *Victi hæretici, & dæmones.*

cc *Hier. s. Isa. 14.*

Prostrata Philisthæa designat *cc* victos hæreticos, & etiam dæmones. *Isa. 14. g.*

dd *Hie. s. Ier. 2.*

Prostrata meretrix sub omni ligno frondoso. *Ierem. 2. d. 3. a.* designat *dd* animam amplectentem omnes errores, eloquentiæ virorem habentes. *Anima sequens errores.*

Prostituere, Prostibulum, vide Lupanar.

Protegere, Protector, vide Defendere.

Protendere, vide Expandere.

Digitized by Google

Proteſtari.

Proteſtari, eſt cauenda, & quæ fieri non debent, manifeſtè denunciare. 2. *Paral.* 24. *e.* Prophetæ proteſtabantur aduerſus regem & principes Iuda, & populum.

Protrahere, vide Longus.

Prouectus, vide Senex.

Prouerbium.

Prouerbium, eſt ſententia, quæ in ore omnium verſatur, quæ interdum aperta eſt & ſimplex, quandóque verò ſenſum habet allegoricum.

Prouerbium factus Iob, deſignat *a* electorum Eccleſiam, quæ afflictionis tempore prouerbium prauis efficitur, quia quum bonos mori per tormenta conſpiciunt, ab eis ſimilitudinem maledictionis ſumunt. *Iob.* 17. *b.* 30. *b.*

a Gr. 13. *mor.* 17. & 20. *m.* 18.

Prouidere, Prouidentia.

Prouidere, eſt ante vel à longè futurum aliquid videre, antequam ſit factum, vnde dicta eſt prouidentia & prudentia.

Ordinatio redemptionis. Prouidiſſe dicitur Deus victimam ſibi, quando *b* ordinauit paſſionem Chriſti ad generis humani redemptionem. *Gen.* 22. *b.*

b Orig. ſ. *Gen. hom.* 8. *Amb.* 1. *de Abra.* 8.

Proſpiciens Chriſtus Eccleſia. Prouidens Iacob domui ſuæ, deſignat *c* Chriſtum proſpicientem Eccleſiæ, vel Iudææ, peculiariter autem viris Eccleſiæ ſeruientibus, quibus prouidet in ſpiritualibus & temporalibus. *Geneſ.* 30. *d.*

c Rup. 7. ſ. *Gen.* 37.

Prouidet Deus regem ſibi: *d* quia eius iudicio non eligitur prælatus, niſi bonus. 1. *Reg.* 16. *a.* Et prouidet Pharao virum ſapientem, quum dat Deus Apoſtolos & prædicatores. *Geneſ.* 41. *d.* Idem ſignificat prouidens Moſes viros ſapientes. *Exod.* 18. *d.*

Eligens Deus Apoſtolos, & Prælatos.

d Gre. ſ. 1. *Re.* 16.

Prouidere tenetur pater nuptias puellæ humiliatæ filio. *Exod.* 21. *b.*

Prouincia.

Prouincia, eſt regio, dicta quòd procul vinci videatur. Sic enim dicebantur prouinciæ regiones longè ab Italia bello à Romanis acquiſitæ.

Potentia animæ. Prouinciæ dici poſſunt *e* diuerſæ animæ potentię, quando princeps prouinciarum facta dicitur eſſe ſub tributo peccando. *Thren.* 1. *a.*

Status naturalium neceſſitatum. Prouincia Babyloniæ ſignificare poteſt *f* ſtatum naturalium neceſſitatum, in quas incurrimus per peccatum, ſuper cuius prouinciæ opera conſtituuntur Sidrac, Miſac, & Abdenago. *Dan.* 2. *g.*

e Glo. ord. ſu. *Thren.* 1.

f Ricar. de S. Vict. de ſomn. Nabuc. 43.

Prouocare, Irritare, Concitare.

Prouocare, eſt velut à longè vocare, & tam in bonum, quàm in malum inuitare, incitare, hortari, & in malum laceſſere.

Conuertens Deus. Prouocat Deus cor populorum multorum, *g* quando conuertit ad ſe; & auertit à diabolo, quos ille ſubiectos habebat. *Ezech.* 32. *b.*

Prouocantes iram Dei. Prouocant oculos maieſtatis Dei, *h* qui eius prouocant iram. *Iſa.* 3. *b.* 63. *c.* Prouocantes autem iram Dei colendo idola, confuſionem ſibi potius parant, quàm Deum ad iracundiam prouocant. *Ierem.* 7. *d.* Prouocant autem os Domini ad iracundiam, qui duram contra ſe faciunt eum proferre ſententiam. *Thren.* 1. *f.* Concitant etiam Deum ad iracundiam, qui opera faciunt iracundiæ digna. *Iudi.* 2. *c.* Et irritatores ſunt, qui prouocant Deum ad puniendum. *Ezech.* 2. *c.* Et prouocatrix ciuitas, eſt Hieruſalem, & Eccleſia malorum. *Soph.* 3. *a.* Prouocant autem mali audacter Deum, *i* quia plerunque eo magis contra Deum ſuperbiunt, quò ab eius largitate & contra meritum ditantur, & qui prouocari bonis ad meliora debuerant, donis peiores fiunt. *Iob.* 12. *b.* Prouocare etiam iram Dei, eſt mandatis illius ſcienter contraire, ſcire bonum, ſed deſpicere, facere poſſe, nec velle, *Iob.* 36. *b.*

Prouocare Deum ad iudicium eſt, velle oſtendere ſe iniuſtè affligi ab eo. *Iob.* 34. *d.*

Prouocant manus Tyri reges, *k* quum mundana proſperitas etiam Sanctos de ſtatu ſuo mouere nititur. *Iſa.* 23. *c.*

g Hie. ſ. Ezec. 32.

h Hie. ſ. Soph. 3. Orig. ſ. Iudit. hom. 2.

i Gre. 11. *mo.* & 26. *m.* 28.

k Hie. ſ. If. 23.

Prouoluere, vide Proſternere.

Proximus.

Proximus dicitur, quaſi valdè propinquus, & omnis homo dicitur proximus alteri, ſecundum quòd ſunt eiuſdem naturæ, & debent inuicem benefacere: vnde proximus dicitur beneficiis, vt ſumitur. *Luc.* 10. *e.* Item vicinus. *Deut.* 23. *d.* Ingreſſus vineam proximi tui. Datur etiam proximum tempore. *Tob.* 5. *b.* In proximo, eſt vt à Deo cureris.

Chriſtus. Proximus interdum dicitur *l* Chriſtus, cuius vxorem polluit, qui fideles ab eo ſeparat. *Ezech.* 33. *f.* Et proximus occiſi, eſt Chriſtus iudex, qui non vindicat in fugientem ad ciuitatem refugij, quia parcet pœnitenti. *Deut.* 19. *b.* quum enim ſit in forma Dei Deus noſter, formam ſerui accipiens, eſſe dignatus eſt etiam proximus noſter.

l Gloſſ. ord. ſu. Exec. 33. Gre. 10. *m.* 9. *Aug.* 20. *ciui. Dei.* 29.

Apoſtoli. Fideles. Anima. Virgines. Continentes. Angeli. Iudæi. Iudæi, & Gentiles. Benè operantes. Proximi Chriſti erant *m* Apoſtoli: etiam ſunt omnes fideles. Hi proximi de longè ſteterunt in paſſione. *Pſalm.* 37. 121. Proximus etiam Chriſti eſt vicarius eius in terra. *Exod.* 22. *Leuit.* 6. *a.*

Proxima ſponſa, eſt *n* anima, quæ adhærens Chriſto vnus ſpiritus fit. *Cant.* 1. *c.* Et proximæ Eccleſiæ, ſunt virgines, propter caſtitatis mundiciam, vel ſunt viduæ & continentes, quæ ſunt poſt virgines.

Proximi, qui ſtare dicuntur aduerſus peccatorem, ſunt *o* Angeli. *Pſalm.* 37. Proximi verò, qui appropinquauerunt & ſteterunt aduerſus Chriſtum, fuerunt Iudæi in paſſione.

Proximi, aliquando dicuntur *p* Iudæi & Gentiles, quos pacificauit Chriſtus in Moſe figuratus. Proximus quidem, qui faciebat iniuriam, erat Iudæus, qui verò patiebatur Gentilis. Vnde Iudæi dicebant. *Ioan.* 9. *f.* Tu diſcipulus eius ſis. *Exod.* 2. *c.* 20. *b.* 21. *b.*

m Arno. & Hil. ſ. pſ. 121. *Aug.* ſ. pſ. 37.

n Ori. ſ. *Cant. hom.* 4. *Baſil.* ſ. pſ. 4. *Hie. ad Principiam.*

o Baſil. & Arn. ſ. pſ. 37. *Aug.* ſ. pſ. 37.

p Glo. ord. ſu. *Exod.* 2.

Proximus aliquando eſt *q* cognatus, & proximi ſanguinis ſuccedentes quinto loco in hæreditate, ſunt, qui quacunque occaſione benè operantur. *Num.* 27. *b.*

q Ori. ſ. *Num. hom.* 22.

Caro. Sermo falſus. Proximi etiam dici poſſunt, *r* qui apti ſunt conuerti ad fidem. 1. *Reg.* 14. *c.*

Proximum occidere eſt *ſ* nemini parcere. Vel proximus occidendus, eſt caro affligenda, vel ſermo falſus reprimendus. *Exod.* 32. *f.*

r Gre. ſ. 1. *Re.* 14.

ſ Am. epi. 56. *Phi. de temulentia.*

Vſque ad proximum coniunguntur valles montium, hoc eſt, *t* duo teſtamenta, & non vt faciant vnum, quia multa ſunt in veteri teſtamento, quæ ad literam non ſeruantur. *Zach.* 14. *a.*

t Hier. ſ. Zac. 14.

Prudens, Prudentia.

Prudens eſt, qui rerum agendarum ſcientiam habet. Et prudentia eſt appetendarum & vitandarum rerum ſcientia.

Filius Dei. Prudentia Dei dici poteſt *u* ipſe filius Dei, qui & ſapientia patris dicitur. *Ierem.* 10. *b.* prudentia autem Dei percuſſit ſuperbum. *Iob.* 16. *d.* quia antiquus hoſtis per exceſſum præſumptionis ſuæ eum etiam perdidit, quem iniquæ perſuaſionis lege poſſedit, & dum audacter eum in quo nihil ſibi competebat appetiit: iure illum, quem quaſi iuſtè tenebat, amiſit. Prudentia itaque, non virtute percuſſus eſt, qui dum ad tentandum Deum ſoluitur, ab homine poſſidendo religatur, vt inde eum, qui ſub ipſo erat perderet: vnde cum illo, qui ſuper ipſum eſt, congredi præſumpſiſſet. Ipſe eſt prudens, qui tacuit. *Amos.* 5. *d.*

u Hier. ſ. Ier. 10. Gre. 17. *m.* 16 Rup. ſ. *Am.* 5.

Fides. Cuſtodientes Chriſtum. Vincens dæmones. Habens rectã fidem. Bene operantes in hac vita ad gloriam Dei. Prudentia dici poteſt *x* fides in corde & ſapientia in myſterio abſcondita. *Pſalm.* 78. 104.

x Baſil. ſ. pſa 48. *Arn.* ſ. pſ. 104.

Prudentes vt ſerpentes ſunt, *y* qui cuſtodiunt caput ſuum Chriſtum, à quibus etiam diabolus ſpoliatur capite ſuo, quſ alios exnere voluit. *Matth.* 10. *b.*

y Hil. ſ. Matt. *cant.* 10. *Am. de fug. ſecu.* 7.

Prudens ſuper inimicos eſt, *z* qui vincit dæmones, & qui habens rectam fidem prudentior eſt Iudæis & hæreticis. *Pſalm.* 118. prudentiores filiis lucis filij huius ſeculi ſunt, qualis fuit Paulus, qui prudentior fuit aliis Iudæis, qui cum luce ſcripturarum remanſerunt in tenebris. *Luc.* 16. *c.*

z Arno. & Hil. ſ. pſ. 118. *Hie. Aglaſia.*

Prudentes virgines ſunt, *aa* qui procurant habere oleum doctrinæ neceſſariæ ad ſalutem. Et qui opportunum operandi tempus in corporibus amplexi ſunt. Item qui in gloriam Dei opera ſua faciunt, nec inanem gloriam quærunt. *Matth.* 25. *a.*

aa Ori. ſ. *Mat. hom.* 32. *Hil. ſ. Matth. can.* 27.

a *Aug. 83. qu. Hie. ſ. Iſ. 3. & ſu. Amos 5.*
b *Glo. ord. ſu. Matt. 11. Hier. ſ. Iſ. 29.*

Prudens eloquij myſtici, eſt *a* qui nouit vetus & nouum teſtamentum, qui & prudens incantator dicitur. Et prudens auditor eſt, qui ſcit diſcernere vera à falſis. *Iſa. 3. a.* Et prudens qui tacet in tempore malo, eſt Eccleſiaſticus prædicator. *Amos 5. d.*

Prudentes, à quibus abſconduntur myſteria, *b* ſunt Scribæ ſuperbi, ideò opponuntur illis à Chriſto paruuli, vt probet ſe tumorem damnare, non acumen. *Matth. 11. d.* Ipſi ſunt prudentes Iudæorum, qui excæcati ſunt. *Iſa. 29. e.*

Pruina, vide Gelu.
Pruna, vide Carbo.
Prurire, Pruritus.

Pradicator. Scriba doctores Iudæorum

c *Glo. ord. ſu. Deu. 28.*
d *Glo. ord. ſu. 2. Tim. 4.*

Prurire, eſt libidine ſcalpendi ardere. Et pruritus, eſt excurſus humoris ſpirabilis incluſi contra naturam, qui & prurigo dicitur. *Deut. 28. c.* Poteſt deſignare *c* iram & furoris inſaniam.

Pruritus aurium, aut linguæ, dicitur eſſe in auditoribus detractionum & in detractoribus. Et prurientes auribus *d* ſunt qui placentia loquuntur. *2. Tim. 4. a.* peculiariter autem dicitur hoc de hæreticis, qui occultè docentes ſuauius audiuntur, iuxta illud, *Prouerb. 9. d.* Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.

Ira.

Detractiones. Doctrina hæretica.

Pſallere, Pſalmus, Pſalterium, Pſaltes, vide Canere.
Pſeudo.

Pſeudo idem eſt, quod falſus, vnde pſeudopropheta, eſt falſus propheta.

e *Hier. ſ. Iere. 29. Aug. ſ. Apoc. hom. 17. Rup. 9. ſ. Apoc & 11.*

Pſeudopropheta eſt qui aliter ſcripturarum verba accipit quàm à Spiritu ſancto, ſunt inſtituta, vnde e hæretici dicuntur pſeudoprophetæ. *Ierem. 29. b. Apocal. 20. d.* Pſeudopropheta eſt etiam inanis philoſophia eorum, qui circa Deum errarunt. *Apocal. 16. c.* Item cœtus Phariſaicus, & omnes deceptores, qui vnum corpus faciunt, ſunt pſeudoprophetæ. *Apoc. 9. d.*

Hæretici. Philoſophia. Cœtus phariſaicus.

Ptiſana.

Ptiſana, eſt hordeum decorticatũ, vel hordei ſuccus, ſiue aqua: vel pultis genus eſt farina hordeacea. *2. Reg. 17. e. Prouerb. 27. d.* Ptiſanæ ſiccantur, cum carnis laſciuia per continentiæ rigorem ſtringitur.

Carnis laſciuia.

Pubertas.

Pubertas, eſt ætas in qua pubes naſcitur in maribus aut fœminis.

Pubertas Iſraël erat in Abraham & Patriarchis, quos accepit Deus puros & immunes ab idololatria. *Ioel. 1. b.*

Ætas Patriarcharum.

Publicare, Publicus.

Publicare, eſt manifeſtare, & publicum eſt quod eſt manifeſtum, & commune. Eſt etiam publicare proſcribere ſeu publicè venale proponere.

Publicantur domus ſapientum, *f* quando ſtudioſa illa quietis ſuæ ocia ad omnem diſſolutionis euagationem exponuntur, doctrinæque ſecreta penetralia ad omnem curam vel curioſitatem proſtituuntur. *Dan. 2. a.*

f *Rica. de S. Vict. de ſomn. Nabuc. 4. Aug. ſ. pſ. 74.*

Euagatio ſapientium.

Publicanus.

Publicani erant, qui vectigalia & alios populi Romani reditus exigendos certo conſtituto precio redimebant.

g *Ambroſ. de Tobi. 20.*

Publicanus ſtans à longè in oratione, approbatus à Deo, *g* Gentilem populum ſignificat prælatum Iudæis. *Luc. 18. c.*

Gentilis populus.

Pudenda, Verenda, Veretrum.

Pudenda, ſunt membra pudoris in maribus & fœminis, quæ verenda etiam dicuntur.

h *Phil. de ſpecial. legibus.*

Verenda Noe nudata. *Geneſ. 9. d.* deſignant *h* crucem Chriſti & humilitatem carnis eius, quæ Sem & Iaphet, hoc eſt, Gentiles operuerunt, quia cognoſcunt in cruce & carne Chriſti, & laudant Dei virtutem.

Chriſti Crux Humilitas Chriſti.

i *Glo. ord. ſu. Leu. 16.*

Verenda tegere fœminalibus, eſt *i* caſtitatem ſeruare, quod vnuſquiſque debet in ſe facere. Eſt etiam cauſas generationis rerum occultas nobis eſſe. *Leuit. 16. a.*

Caſtitas.

k *Amb. ſ. epiſt. 17. & ſer. 53. & ſ. Luc. 18. Hie. Agla. & ſ. Iſa. 10. Ori. ſ. pſa. 86. hom. 4. & ſ. Ierem. hom. 1.*

Verenda, quæ reuelat Deus, ſunt peccata, quibus peccator confundetur. Et verecundiora reuelata dicunt manifeſtatam turpitudinem peccatorum. *Ierem. 13. d. Nahum. 3. b.*

Turpitudo peccatorum.

Verenda viri, quæ apprehendit mulier deſignant *k* ſenſibilia generationi, & corruptioni obnoxia. *Deut. 25. c.*

Senſibilia corruptibilia.

Pudere, Pudor, vide Confundere.
Pudicus, Pudicitia, vide Caſtitas.
Puer, Puella, Pueritia.

Puer ſignificare ſolet eum, qui in tenera ætate eſt, quæ pueritia dicitur, quæ à ſeptimo anno vſque ad quartum decimum numerari ſolet. Quandóque autem ſignificat ſeruum, & interdum filium, & nonnunquam ponitur ad diſtinctionem ſexus, quia puer eſt mas, puella verò fœmina.

l *Ori. ſ. Matt. hom. 5.*

Puer quandóque dicitur *l* Chriſtus, quem etiam ſignificat puer Iſaac, & puer Ioſue. Ipſeque eſt puer imitandus. *Geneſ. 21. a. 37. f. 41. b. Exod. 33. c. Pſalm. 17. In titu. 68. Iſa. 9. b. 13. c. 42. a. Oſee 11. a. Matth. 12. b. 18. a. Marc. 9. e. Luc. 2. f. 9. f.* Et pueritia in Ioſeph, puritatem vitæ Chriſti deſignare poteſt. Et puer Ieremias ætate, non ſenſu, nec ſpiritu prophetico, typus eſt Chriſti. *Ierem. 1. a.*

Chriſtus.

m *Ori. ſ. Matt. hom. 5.*

Puer etiam, aut paruulus, ſignificare poteſt *m* Spiritum ſanctum. *Matth. 18. a. Marc. 9. c. Luc. 9. f.*

Spiritus ſanctus.

n *Hier. ſ. Iſ. 8.*

Puer natus de prophetiſſa, dici poteſt *n* ſermo Dei per Spiritum ſanctum natus in anima. *Iſa. 8. a.*

Sermo Dei.

o *Cle. Alex. 1. pad. 5. Ori. ſ. Iſ. hom. 7. & ſ. Matt. ho. 5. Hil. ſ. Matth. can. 11. Hie. ſ. Iſ. 8. 11. Am. ſ. Luc. 11. Gre. ſ. 1. Re. 1. 2.*

Pueri dicuntur *o* fideles, & præcipuè diſcipuli Chriſti, quos vſu & conſuetudine habebat familiare. *Pſalm. 8. 68. 112. Iſa. 8. 11. b. 65. d. Matth. 11. b. 19. b. 21. b. Marc 10. b. Ioan. 21. b.* Et datur Deo, & etiam mundo: huic quidem tanquàm ſeductus & errabundus: illi verò tanquam dilectus, & dicitur νήπιος, quaſi tener ac mollis. Dicuntur autem puri, tum ob malitiæ ſimplicitatem, tum quia quantumcunque ſublimati, tamen pueri ſunt ſi comparentur ad ea quæ non aſſequuntur. Sed non omnes pueri æquales. *Hebr. 2. c.* Pueri Iob, eodem deſignant. *Iob. 2. a.* Pueri etiam paſſim dicuntur innocentes & ſimplices, præcipuè autem malitia ſimplices, & etiam humiles, aut ipſa humilitas. *Geneſ. 43. b. Luc. 18. c.* Et puer infantulus Samuel, deſignat eum, qui adhuc regi debet, & duci ab alio. *1. Regum. 1. d.* puer etiam Samuel magnificatus, deſignat humilem exaltatum, vel perfectum factum. *1. Regum. c.* Vt ſit iuxta illud, *Matth. 18. a.* Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Sicut è diuerſo dicitur de ſuperbo. *Luc. 10. c.* Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.

Pueri Chriſti. Innocens. Simplex. Humilis. Humilitas.

p *Ori. ſ. Matt. hom. 7. tom. 5. Am. ſ. Luc. 1.*

Pueri etiam, qui offeruntur Chriſto, *p* ſunt aut carnales & ſenſuales, & lacte opus habentes, & rudes in fide, & etiam imitatores Chriſti. *Matth. 19. b, 21. b.* Sic erat puer Ephraim. *Ierem. 31. d.* Et puer & puella, *q* ſunt infirmiores in fide. *Ioel. 3. a.* Pueri autem Iſraël, dicebantur hæretici, quando tenebant ſimplicitatem fidei Eccleſiæ. *Oſe. 11. a.* Pueros percutiunt hoſtes gladio, quia *r* eos tentationis ſuæ iaculis grauiter vulnerant, quos nondum iuuenilis conſtantia liberos, vel robuſtos ſeruat. *Iob. 1. c.*

Carnales. Rudes aut infirmi in fide. Imitatores. Chriſti.

q *Hier. ſ. Ioel. 3. & ſ. Ho. 10.*
r *Gr. 2. m. 25.*
ſ *Bed. ſ. Gen. 26. Ru. 2. ſ. Iſ. 11.*
t *Orig. ſ. Gen. ho. 13. Ambr. 1. de Abra. 5.*

Puer Abrahæ miſſus ad quærendam vxorem Iſaac, deſignat ſ oreinem Prophetarum, Apoſtolorum, omniúmque Doctorum, qui dum verbum prædicationis bonis mentibus faciunt ad vnamquanque animam filio coniungendam, quaſi prouiſores fiunt. *Geneſ. 24. a.* Et pueri Abrahæ, qui foderunt puteos, *t* ſunt Moſes, & Prophetæ. *Gen. 26. d.* Puer paruulus minans lupum & pardum, deſignat Apoſtolos regentes perſecutores ſuos, & diuites, & Reges conuerſos. *Iſa. 11. b.* Et puer Abraham coquens vitulum, ſignificare poteſt Prophetas ſimplicitatem habentes, & prædicantes Chriſtum. *Geneſ. 18. a.* Iidem ſunt pueri Iſaac fodientes puteos, qui etiam deſignant Euangeliſtas. *Geneſ. 26. g.* Et puer Eliæ videntes nubeculam. Prophetæ expectantes Chriſtum. *3. Reg. 18. g.* Et pueri ſedentes in foro, *u* erant Prophetæ prædicantes in Synagoga, vel etiam Apoſtoli. *Matth. 11. b. Iſa. 8. d. Pſalm. 18.*

Prophetæ. Apoſtoli. Doctores.

u *Hil. & Hie. ſ. Matth. 11.*
x *Rup. ſ. Gen.*
y *Bed. ſ. Gen. 18. Hier. ſ. pſ. 84. Gre. ſ. 1. Reg. 2. & 2. mor. 26. Aug. 12. contra Fauſtum. 36. & ſ. pſal. 44. & ſ. Ieanſtacl. 24.*

Euangeliſtæ.

Pueri duo Abrahæ, qui non peruenerunt ad locum ſacrificij. *Geneſ. 22. a.* deſignant *x* Iudæos, qui cum ſeruiliter viuerent, & carnaliter ſaperent, non intelligebant humilitatem Chriſti, nec paſſionem, qui & diuidendi erant in duas partes. Ipſi expectant cum aſino, qui adhuc expectant Meſsiam. Eoſdem deſignat puer, *y* qui coxit vitulum, quia ipſi coxerunt Chriſtum in paſſione. *Geneſ. 18. a.* puer quoque Iſmael, ſunt Iudæi. *Geneſ. 21. b.* Et puer ſacerdotis. *1. Reg. 2. e.* Erat populus ſynagogæ perfidis paſtoribus obſequens. Et rectè puer, quia infirma literæ tenens, in virum perfectum per Euangelium creſcere recuſauit. Idem deſignat miniſtrantes gulæ ſacerdotum. Et pue-

Iudæi.

Digitized by Google

insultantes Eliſæo,& dicentes : Aſcende calue : ſunt Iudæi crucifigentes Chriſtum in Caluariæ loco. 4.*Reg.*2.*d.* Et puer habens quinque panes hordeaceos, eſt populus Iſraël,habens libros Moſis : quos integros ſeruabat, qui non penetrabat myſteria. *Ioan.*6.*a. Iob.*3.*c.*

Vtrumque teſtamentum.

Pueri etiam duo Abrahæ, deſignare poſſunt vtrumque teſtamentum. *Geneſ.*22.*a.* In vtróque enim prædicatur paſſio Chriſti.

Beatus.

Puer centum annorum erit, *a* qui habebit perfectam ætatem in fœlicitate. *Iſa.*65.*d.* Vel puer centum annorum eſt, *b* qui hic diu pueriliter vixit, ſeruiens vitiis, quod exponit addendo. Et peccator centum annorum, maledictus erit.

Dies peccans.

a *Hie.ſ.Iſ.*65,
b *Glo. ord.ſu. Iſai.*65.

Puer Samuel, ſignificare poteſt *c* Gentilem populum nouiter conuerſum, aut prædicatorem ex Gentibus. 1.*Reg.*2.*e.* Et puer delicatus Ephraim deſignat Gentiles recenter conuerſos. *Ierem.*30.*d.* Item puer Centurionis. *Matth.*8.*a.*

Gentiles.

c *Gre.ſ.*2.*Reg.*2.
*Hil.ſ. Matth. can.*7.

Puer Eliæ dimiſſus in Berſabee. 3.*Reg.*19.*a.* eſt *d* ſacerdotale miniſterium, quod templo Domini in Hieruſalem exhibebatur. Vel eſt puerilis ſenſus relictus Iudæis.

Sacerdotale miniſterium.

d *Bern. ſerm. paruis.*64.

Puer, quem ſuſcitauit Eliſæus, typus eſt *e* generis humani à Chriſto liberati. 4.*Reg.*4.*c.* Vel populi Iudaici mortui per idololatriam.

Puerilis ſenſus.

e *Glo. ord.ſu.* 4.*Reg.*4.

Puer Eliſæi cum baculo, *f* Moſes cum lege : qui non valuit ſuſcitare genus humanum. 4.*Reg.*4.*d.*

Genus humanum.

Moſes cum lege.

Puer pauper & ſapiens, *g* eſt bona ratio,vel bonus intellectus : qui incipit in homine ab anno tertio decimo. Dicitur pauper,quia non omnis populus obtemperat ei. Dicitur ſapiens,quia creaturam dirigit in bonam viam. *Eccl.*4.*c.* Puer etiam pauper & ſapiens eſt Chriſtus, qui melior Rege ſene & ſtulto in hoc mundo, &c.

Bona ratio.

Chriſtus.

f *Aug.ſer.*207.
*Gre.*9.*m.*23.
g *Hie.ſ.Eccl.*4.

Puer vnus, eſt *h* ſenſus ſpiritualis : & Saul cum puero, eſt auditor cum ſpiritu, 1.*Reg.*9.*a.*

Senſus ſpiritualis.

h *Gre.ſ.*1.*Re.*9.

Pueri dicuntur aliquando *i* in propria virtute confidentes, & maligni. *Iſa.*40.*g.* 1.*Reg.*2.*c. Sap,*12.*d.* Et pueri principes, ſunt principes inſipientes & mali. *Iſa.*3.*a.* Eoſdem deſignant pueri Pharaonis. *Geneſ.*40. Et pueri iacentes in terra,ſunt,qui innocentiam puerilem ſimulabant : qui cùm terrenis deſideriis inhæſiſſent,ei terræ traduntur. *Thren.*2.*g.* Et ad hos pertinent pueri Sodomorum. *Geneſ.*19.*b.* In horum puerorum corde eſt ligata ſtultitia. *Prouerb.*22.*c.*

Confidentes in propria virtute.

Maligni.

Principes inſipientes.

i *Bed.ſ.Prou.*22.

Puer rex, dicitur *k* diabolus,quia à patris præceptis deſcinit. *Eccleſ.*10.*c.* Generaliter autem iuuenes dicuntur in ſcriptura, qui à veteri authoritate deſciſcunt,& cana præcepta parentum contemnunt,qui neglecto Dei mandato, cupiunt ſtatuere traditiones hominum.

Diabolus.

Contemnentes præcepta maiorum.

k *Hie.ſ. Eccl.*10.

Puella dicitur *l* anima nondum vitiis corrupta, & puellæ Rebeccæ, ſunt animæ imperfectiores adhærentes perfectioribus. *Geneſ.*24.*g. Exod.*2.*b.* puellæ etiam filiæ Pharaonis, dici poſſunt animæ. *Exod.*2.*a.* puellæ quoque ſunt mentes electorum integræ per innocentiam, & decoræ per virtutum claritatem. *Leuit.*22.*b.* 1.*Reg.*9.*b. Zach.*8.*a.*

Anima.

Eccleſia.

l *Gre.ſ.*1.*Regum* 9.
*Hier.ſ.Zac.*8.
*Iſy.ſ.Leu.*22.

Puellæ filiæ Pharaonis, *m* Eccleſias ſignificare poſſunt. *Exod.*2.*a.* Et puellæ Nahaman, dici poteſt Eccleſia ex gentibus. 4.*Reg.*5.*a.*

Anima peccatrix.

m *Ambro.de initia.myſt.*3.
*Hil.ſ. Matth. can.*14.

Puella dici poteſt anima in peccatum lapſa, qualis fuit Dina corrupta à Sichen,vt huiuſmodi anima corrupta eſt à diabolo. *Geneſ.*34.*a.* Deſignat etiam puella,in malum,ipſam voluptatem allicientem ad peccatum. *Matt.*14.*b.*

Prophetia.

Puella Hebræa quæ erat apud Nahaman,typus eſt *n* prophetiæ:cuius aliqualis notitia peruenit ad Gentes,cui etiam crediderunt. Vel eſt particula ſacræ doctrinæ,quam rapuerunt latrones,hoc eſt,Philoſophi, eam ſibi vſurpantes. Et etiam fama legis paruula : quia lex nullum ad perfectum ducere valuit. 4.*Reg.*5.*a.*

Particula ſacræ doctrinæ.

Fama legis.

n *Aug. ſerm.*268.
*Rup.*5.*ſ.Reg.*19.

Puella ſaltans, Eccleſiam Romanam ſignificare poteſt, quæ accipit in diſco caput Ioannis, quando veneratur Chriſtum,vel ſenſum ſpiritualem : & tradit marti,hoc eſt, Synagogæ in fine mundi. *Marc.*6.*c.*

Eccleſia Romana.

Puella, ad quam ingrediuntur patres & filius. *Amos.*2.*c.* dici poteſt *p* litera legis : ad quam Iudæi & aliqui Chriſtiani ingrediuntur. Vel eſt libido,quam ſacerdos & clericus amplectuntur.

Litera.

Libido.

o *Hie.ſ.Marc.*6.
p *Glo. ord.ſu. Amos* 2.

Puerpera, vide Parere.

Pugillus, Pugnus.

Pugillus, dicitur quaſi paruus pugnus. Pugnus autem eſt manus contracta, ſiue complicata, quaſi ad pugnam parata.

Pugillus, quo aquas metitur Deus, deſignare poteſt *q* potentiam Dei, qua poteſt comprehendere omnes gentes, & ad fidem deducere. *Iſa.*40.*c.* Deſignat etiam punitionem, qua Deus citra condignum punire dicitur malos.

Potentia Dei.

Punitio citra condignum.

q *Hie.ſup.Iſa.* 40.

Pugillus plenus ſimilæ. *Leuit.*2.*a.*5.*c.*6.*b.* deſignat *r* fidem : & ipſum ſapere iuxta capacitatem ſuam. Vt enim, qui pugillo plus vult comprehendere,nihil proficit:totum quippe defluit. Sic menſura ſcientiæ de Deo,eſt fides. Credere enim oportet accedentem ad Deum. *Rom.*14.*d. Hebr.*11.*b.*

Fides.

Scientia iuxta capacitatem.

r *Iſy.ſ.Leu.*2.

Pugillus etiam plenus ſimilæ in manu ſacerdotis, deſignat *ſ* verbum promiſſionis Chriſti, quo pollicitus eſt, non rapiendos de manu ſua, quos ipſe ſuſceperit. Vel deſignat ſummam ſcientiæ apud Chriſtum, permanere. *Leuit.*5.*c.*6.*c.*

Promiſſio Chriſti.

Summa ſcientia in Chriſto.

ſ *Hie.ſ.Exec.*13.

Pugillus hordei *t* brutalem voluptatem ſignificare poteſt,vel modicam. *Ezech.*13.*d.*

Brutalis voluptas.

Pugno percutere,eſt *u* parcitate,hoc eſt,ſpernendo,vel non conſulendo proximum exaſperare. Vel etiam opere ipſum lædere. *Exod.*21.*b. Iſa.*58.*b.*

Ladere proximum.

t *Hie.ſ. Ezec.* 13.
u *Glo. ord.ſu. Exod.*21.

Pugillares.

Pugillares, ſunt tabellæ cereæ, vel lignеæ, ſiue alterius materiæ, in quibus ſtylo ſcribitur : dictæ quòd pugno comprehendantur,vel à pungendo, quod ſtylo in his pungendo ſcribatur. *Luc.*1.*ſ.* poteſt ſignificare *x* legem, in qua erant myſteria de Chriſto, quæ nunc confirmantur.

Lex.

x *Glo. ord.ſu. Luc.*1.

Pugio.

Pugio, eſt teli genus,à pugno dictum,quo facilè apprehenditur : Vel dicitur quòd eo præſentiùs pugnetur.

Pugio Phinees, quo confodit peccantes. *Num.*25.*b.* gladium *y* ſpiritus deſignat,hoc eſt,verbum Dei quo peccatores confodiuntur.

Verbum Dei.

y *Ori.ſ.Num. hom.*20.

Pugnare, Pugnator, Pugna, vide Bellum.

Pugnus, vide Pugillus.

Pulcher, Pulchritudo, vide Decor.

Pulex.

Pulex,eſt animalculum hominibus infeſtum, quod ſaliendo confugit : dictum eſt,quòd ex puluere generetur, quo nomine dictus eſt etiam vermiculus, qui in herbis & præcipuè braſſicis naſcitur, eiſque nocet. Ponitur in hyperbole rei paruæ, ac minimi momenti. 1.*Reg.*16.*d.*

Pullulare.

Pullulare dicuntur arbores, quum à radice nouæ plantæ ſurgunt.

Virtutes orientes.

Pullulantes ſpicæ, nouas virtutes *z* orientes deſignant,quæ pullulant in culmo vno, hoc eſt in vna charitate, *Geneſ.*41.*a.*

Multiplicatio fidelium.

Pullulans cornu Iſraël deſtructa Ægypto. *Ezech.*29.*d.* ad literam *aa* dici de Zorobabele. Deſignat autem multiplicationem Chriſti,& fœtificantẽ Eccleſiam,deſtructa Gentilitate. Pullulant etiam rami præciſi trunci, quum fideles reſurrectione Chriſti multiplicati, longè latéque creſcunt. *Iob.*14.*b.*

z *Lyr.ſ. Gen.* 41.
aa *Glo. ord.ſ. Exec.*29.
*Gre.*12.*m.*4.

Pullus.

Pullus, eſt paruus fœtus quorumcunque animalium, tam volatilium, quàm & terreſtrium.

Immunes à vitijs.

Pulli ſunt, qui vitij iugum *bb* non ſubierunt : qui ab improbitate minimè domiti ſunt, ſed ſimplices, & ad ipſum ſolum patrem exilientes,non equi ſubiugales,qui ad propinquorum vxores hinniunt, & fœminarum in ſano amore tenentur, ſed liberi, & recenter geniti, qui propter fidem exultant, celeriter ad veritatem currentes, veloces ad ſalutem, mundana proterentes, & conculcantes. Et pullus aſini ad vitem alligatus, eſt ſimplex & infans populus ſermoni alligatus,qui vitis eſt ſerens ſanguinem, vt vitis vinum. Vt enim vinum eſt corpori

Simplices.

Pueri baptizati.

bb *Cle.Alex.* 1.*ped.*1.5.

Digitized by Google

poculentum, ita ſanguis ſpiritui. *Geneſ.49.b.* Pullus etiam aſinæ, cui inſedit Chriſtus, ſignificare poteſt pueros baptizatos. *Matth.21.e.*

Pullus nouus, humanitatis, quæ in Chriſto eſt vnita, nouitatem, & ſenij expertem, & cum ſimplicitate, *a* æternitatem oſtendit. *Zach.9.b. Matth.21.a.* — *a* Chriſtus.

Pulli gallinæ, ſunt fideles ſub Chriſto. *Matth.23.d.* Et pulli turturis, *b* ſunt filij Eccleſiæ. *Pſalm.83.* pulli quoque coruorum, ſunt Chriſtiani ex gẽtibus infidelibus orti. *Pſal.146.* Et pulli aquilæ, ſunt, qui nondum diuinitatis contemplatione apti ſunt paſci, ideò lambunt ſanguinem contemplando humanitatem & paſſionem Chriſti. *Iob.39.d.* — *b* Fideles.

Pulli columbæ, ſignificare *c* poſſunt contemplatiuos. Et duo illi ſignificant mundiciam & ſimplicitatem, vel duplicem actum charitatis, vel duplicem gemitum, vel legis meditationem & ſcientiam. *Leuit.5.b.12.c.14.d.15.b. Numer.6.b.* — *c* Contemplatiui. Mundicia & ſimplicitas. Duplex charitas. Duplex gemitus.

Pullus aſinæ, ſignificare poteſt Gentilem populum, & eos, qui non ſunt aſſuefacti portare iugum Domini. Sic pulli camelorum & aſinorum *d* decem. *Gen.32.d.49.b. Iſa.30.e.32.d. Matth.21.a. Luc.19.e. Zach.9.c.* Et pulli coruorum ſunt filij Gentilium peccatis nigri, quibus Deus præparauit eſcam, conuertendo eos ad fidem. *Iob.39.d. Pſalm.146.* — *d* Gentilis populus.

Pulli turturis, dici poſſunt *e* opera bona per carnem acta. *Pſalm.83.* — *e* Opera bona.

Pullus onagri, ſignificat omne agreſtium genus, quod naturæ dimiſſum moribus, loris dominantium non tenetur. Et qui in puluere cuncta, quæ deſiderat, per effrenatam libertatem quærit, quid aliud, quàm pullo onagri eſſe ſimilis concupiſcit? vt diſciplinæ hunc lora non teneant, ſed audenter vagus per ſyluam deſideriorum currat. *Iob.11.e.* — Sequens deſideria ſua.

Pulli auolantes de nido, ſunt diſcipuli *f* hæreticorum eos deſerentes. *Iſa.61.a.* — *f* Diſcipuli hæreticorum.

Pulli aquilæ, in malum, ſunt ſectatores *g* diaboli, eius rapacitatem imitantes. *Iob.39.d.* — *g* Sectatores diaboli.

Pulli hirundinis, vide *Hirundo.*

Pulmentum, Pulmentarium, Pultes.

Pulmentum eſt cibarium, ad modum pultis factum, & ſumitur pro coctis cibis, qui cum pane eduntur, & pro omnino molli edulio. Pultes autem fiebant ex farina, aqua, & melle, ſeu caſeo.

Pulmentum ex hœdis, quod obtulit Iacob *h* patri, ſignificat ſimplices, quos Chriſtus offert Deo patri, vel bona opera. *Geneſ.27.a.* — *h* Simplices. Bona opera.

Pulmentum, quod coxit Iacob, *Gen.25.d.* res *i* temporales modicè ſumptas ſignificare poteſt, & etiam infidelitatem & vanitatem venditam propter primogenita, hoc eſt, propter cœleſte regnum. — *i* Res temporales.

Pulmentum dici poſſunt apoſtolicæ epiſtolæ, quæ quaſi veteris legis carnes condiunt, & decoquunt, & conditas *k* præbent eſui. *Agg.2.a.* — *k* Epiſtola Apoſtolica.

Pulmentum præparare, eſt humana diuinis *l* condire. *Exod.12.f.* Quod pulmentum non licuit Hebræis exeuntibus de Ægypto præparare, quia vrgent Ægyptij, hoc eſt, mundani, ne Euangelij ſapore auſteritatem legis, vel mundanis dogmatis condiamus. — *l* Condire humana diuinis.

Pulmentum de venatione Eſau, quod petebat Iſaac, deſignat *m* ceremonias legis, quas ad tempus Deus acceptabat. *Geneſ.27.a.*

Pulmo.

Pulmo, eſt ex viſceribus, natura ſpongioſus, & ideo ſpiritus capax, diuiditur in ſimilitudinem vngulæ bouis, ipſo reſpiramus, qua ratione cor refrigeratur. Solet deſignare *n* ſuperbiam tumidam & inflatam, quæ hyſſopi humilitate purgatur. *3.Reg.22.e.* — Superbia.

Pulſare.

Pulſare, eſt ſæpe percutere, & pulſatur oſtium, & pulſantur inſtrumenta muſica. — Perſeuerant in oratione.

Pulſare oſtium, eſt *o* perſeuerare in oratione. Pulſamus etiam bene operando. *Luc.11.b. Matth.7.a.* — Inſpiratio.

Pulſare etiam dicitur ſponſus, *p* quando inſpirat aliquid faciendum. *Cant.5.a.*

Pultes, vide Pulmentum.

Puluillus, vide Ceruical.

Puluis.

Puluis, eſt minutiſſima terra, quæ leui vento facilè ſpargitur, more cineris.

Puluis pedum Dei, dicitur nebula. *Nahu.1.a.* & deſignat *q* Sanctos è terra eleuatos, vel certè malos ſua caligine veritatem obtenebrantes. — Sancti. Mali.

Puluis alius, quo linienda eſt domus. *Leuit.14.f.* Rectam *r* interpretationem ſcripturæ ſignificat. Et puluis pedum eſt interpretatio Euangeliorum. *Marc.6.b.* — Recta interpretatio ſcripturæ.

Puluis tenuiſsimus aromatum, eſt, *ſ* quum virtutes recogitando teruntur, & vſque ad ſubtilitatem occultis examinis reuocantur. Intelligitur autẽ vniuerſa multitudo virtutum. *Exod.30.d.* Eaſdem deſignat puluis pigmentarij. *Cant.3.c.* — Virtutes.

Puluis aliquando ſignificat *t* progeniem. *Geneſ.13.d.28.c.* Faciam ſemen tuum ſicut puluerem terræ. pulueri enim terræ comparatur multitudo, quando numerari non poteſt. *Num.23. Iſa.29.a.* — Progenies.

Puluis dictus eſt homo: *u* quia ex puluere quantum ad corpus compactus eſt. Et quum dicitur puluis, humana vilitas & abiectio deſignatur: quia & ex puluere eſt, & in puluerem redigitur. In puluerem autem reuerti dicuntur, qui ſuam agnoſcunt vtilitatem. Hunc puluerem comedit ſerpens. *Geneſ.3.d.18. Iob.10.b.39.b. Pſalm.103. Eccleſ.12.c. Iſa.40.d.47.a. Soph.2.a.* — Humana vilitas.

Puluis etiam eſt *x* humiliatio, ſeu humilitas pœnitentiæ: & puluis vituli datur in potu, in pœnitentiam videlicet & contemptũ ſuperſtitionis, & diaboli: vt diſcat homo cõtemnere, quod in ſeceſſum proiici videat. *Exo.32.e. Mich.1.c.* Et puluere conſperſum caput, eſt humiliatum per cognitionẽ propriæ vilitatis: & per pœnitentiam pro terrenis operibus. *Geneſ.18.d. 1.Reg.4.c. Pſalm.102. Thren.3.d. Ezech. Iſa.49.f.27.f.* Deſignatur etiam in condemnatis pœnitentia inutilis: quando in iudicio mittent puluerem ſuper capita ſua. *Apocal.18.b.* — Pœnitentia. Deſiderium. Vana laudes. Honores. Terrena. Leuia peccata. Mens terrena. Mali. Impietas. Peccatum mortale & veniale. Potentia diaboli. Iudæi. Impij. Cogitationes. Phantaſmata Terrena intelligentia. Hæreſes. Suggeſtiones damonum.

Puluis, aliquando eſt *y* deſiderium: & etiam laudes ad inanem gloriam ſpectantes: & honores, & demum terrena omnia. *1.Reg.2.b. Pſalm.7. Ierem.50.b.* Et puluis excutiendus, ſunt diuitiæ, & cætera temporalia, & vana omnia: & etiam leuia peccata. *Matth.10.b. Luc.9. Marc.6.b. Iſa.52.a.* Superbi abſconduntur in puluere, quando terrenis negotiis opprimuntur, vt in iudicio non cognoſcantur notitia approbatiua. *Iob.40.a.*

Puluis deſignat *z* mentem terrenis infixam: quem puluerem comedit ſerpens. *Geneſ.3.c. Pſalm.29. Iſa.56.d.* In puluerem reducit Deus, quando homo dimiſſus ſibi cuiuſlibet tentationis aura raptatur. *Iob.10.b.*

Puluis præterea ſignificat malos, *aa* & ipſam impietatem, & tam peccatum mortale, quàm veniale: & ſunt puluis, quos proiicit ventus, quia inconſtantes & aridi. *Pſalm.1.29.34.43. Iſa.41.d. Hoſ.13.b.* puluis quoque erant minora peccata Gentilium, & peccatum in deliberatione, & etiam in opere. *1.Reg.2.b. Iſa.5.f.* Et puluis pedum ſunt terrena opera. *Iſa.48.f. Amos 2.c. Mich.7.d.* Et puluis fundatus in terram, quando peccatores prius inconſtantes & leues, fide & gratia ſolidantur. *Iob.7.b.28.d.39.b.*

Puluis dicitur *bb* potẽtia diaboli, quæ rapitur à vento diuinæ virtutis, & detrahitur in terram vſque ad puluerem. *Iſa.16.a.17.d.25.d.41.a.* Hæc eſt puluis Tyri. *Ezech.26.c.* Huc referri poteſt puluis terræ percuſſus à Moſe, & puluis ſparſus. *Exod.8.d.9.b.*

Puluis mortis dicitur, *cc* quia mortui rediguntur in puluerem, vel ſunt Iudæi, à quibus traditus eſt Chriſtus in mortem. Vel ſunt impij, morti deſtinati, quos tanquam puluerem proiicit ventus. *Pſalm.21.*

Puluis interdum eſt *dd* cogitatio, & puluis in oculis, ſunt phantaſmata rerum terrenarum, quæ impediunt contemplationem cœleſtium. Vnde prius purgandus eſt occultus à puluere, deinde foouendus aſsidua contemplatione Et ſordes puluueris, leuitas cogitationum improbarum. *Iob.7.b. Iſa.47.a.*

Puluis proiiciendus, eſt *ee* terrena intelligentia, & dogmata hæretica. *Leuit.14.f.* Et puluis equorum Nabuchodonoſor

---

a *Cle. Alex.1. pad.5. Orig.ſ. Matt.ho.26. Cle. Alex.1. pad.5.*
b *Ar.ſ.pſ.83. 146. Greg.3. mo.36. Euc.for.ſpi.1.*
c *Ber.ſer.1.in ramis palm. Iſy.ſ.Leu.12.*
d *Orig.ſ.Gen. hom.17.& ſ. Matt.ho.14. & ſ.Lu.hom. 37. Hil.ſ. Matth. can.20. Chry. ſ.Gen.ho.69. Gr.30.m.12. Euc.q.in pſa. Hier.ſ.Zac.9. & ſ.pſa.146.*
e *Au.ſ.pſ.83. Gr.10.m.15.*
f *Hie.ſ.Iſ.16.*
g *Hier.ſ. Iob. 39. Euch.form. ſpirit.5.*
h *Gloſſ. ord.ſ. Gen.27.*
i *Glo.ord.ſup. Gen.25. Bed. ſ.Gen.25.*
k *Hie.ſ.Agg. 2.*
l *Gle. inter.ſ. Exod.12.*
m *Glo.int.ſu. Gen.27.*
n *Au.ſ.pſ.50.*
o *Am.ſ. Luc. 11. Gre.6.reg. Epiſt.37.*
p *Rup.ſ.Can. 5.*
q *Hie.ſ.Nah. 1.*
r *Iſyc.ſ. Leu. 14.*
ſ *Gr.1.m.39. & ſ.Cant. 3. Ricar. de Sa. Vict.5.de arca.myſt.6.*
t *Hie.ſ.Iſ.29.*
u *Aug.de Ge. ad literam.8. Georg. Venet. ca. 2. tom.3. cap.15.*
x *Hieron. de veſte ſacerdotal. & ſ.Exec. 27. Gre.ſ.1.Re.4. Au.ſ.pſa.73. Ruper.10.ſ. Apoc.*
y *Baſt.ſ.pſ.7. Am.ſ.Luc. 9. Hier. epiſt. Et factum eſt. Gre.ſ.1.Re.2. & 23.mo.7. Au.ſu.pſa.7.*
z *Ba.ſ.pſ.26. Hier.ſ.Iſ.65. Gre. 9.m.37.*
aa *Amb.2.de inter.5. Hil.ſ. Pſ.1. Hier.ſ. Iſa.5. 49.& ſ. Mic. 7.*

bb *Hier.ſ. Iſ.19.*
cc *Aug.epiſt.& ſ.Pſ.21.*
dd *Gre.ſup. Reg.1. & 8.m.11.& 12.m.9.*
ee *Hie.ſ.Eze.26. Gre.3.m.19. Iyc.ſ.Leu.14.*

Digitized by Google

donoſor, ſunt hæreticorum cauillationes, & ſuggeſtiones dæmonum. *Ezech. 26. b. Iob. 2. d.*

In puluere dormiunt oſſa, vel vitia cum malo. *Iob. 20. b.* quia *a* vſque ad puluerem, hoc eſt, ad mortem prauæ conſuetudinis eum non deſerunt. In puluere ſimul dormiunt diues & pauper, quia quantum ad corpus ſimiliter corrumpuntur boni & mali. Vel quia diues & pauper quieſcunt in deſideriis terrenis. *Iob. 7. d. 21. c. Gen. 3. d.*

a Gre. 15. mo. 4. 24. 26. & 8. mo. 23.

Punctus.

Punctus, eſt initium magnitudinis indiuiſibile ſecundùm omnem dimenſionem. Interdum autem ſumitur pro momento temporis.

Breuitas temporis.

Punctum, quo derelicta dicitur eſſe Gentilitas. *Iſa. 54. c.* deſignat *b* breue eſſe totum illud tempus comparatum æternitati. Sic puncto comparatur gaudium hypocritæ in hac vita, quia breue, & quia tota hæc vita velut punctus eſt quantumuis ſit longa. *Iob. 20. a.* Et dicuntur in puncto ad inferna deſcendere, quia ſæpè ſubito moriuntur, & quia mors illos occupat inſperata.

b Hie. ſ. Iſ. 54. Gre. 15. mor. 119.

Pungere.

Morſus conſcientiæ.

Pungere, eſt aliqua re acuta & quaſi in punctum terminata, corpus percutere.

Pungere dicitur per metaphoram gladius conſcientiæ, quando ipſa animam remordet. *Prou. 12. c.*

Pupugiſſe dicuntur Iudæi Chriſtum. *Apocalip. 1. b.* quia grauiter eum & tormentis & verbis blaſphemis afflixerunt.

Punire, vide Caſtigare.

Pupilla.

Pupilla, eſt pars oculi parua, in qua velut in ſpeculo ſpecies, ſeu forma rei viſæ formatur & exprimitur.

Pupilla oculi Dei, ponitur in hyperbole, *c* pro re maximè dilecta à Deo. *Zac. 2. c.*

Pupilla oculi Eccleſiæ dici poteſt *d* ſenſus ſpiritualis in doctoribus, qui ſunt velut oculi Eccleſiæ. *Pſalm. 16.*

Pupilla dicitur non tacere, *e* quum dolemus & lachrymas fundimus pro peccatis. *Thre. 2. f.*

c Gl. ord. ſup. Zac. 9.
d Hie. ſ. pſ. 16.
e Glo. ord. ſu. Thre. 2.

Pupillus, Orphanus.

Senſus ſpiritualis.

Pupillus dicitur impubes, qui deſiit eſſe in patris poteſtate, vel morte, vel emancipatione. Et propriè pupillus eſt, qui non habet patrem Orphanus autem, qui nec patrem habet, nec matrem.

Renuncians mũdo & diabolo.

Pupillus eſt, *f* cui mortuus, eſt mundus pater, & Babylonia mater. *Exod. 27. d. Pſal. 9. 67. 145.* Pupilli etiam ſunt *g* electi teneri in fide, qui gratia paſcuntur, & patrem iam pro ſe mortuum nondum vident. *Iob. 24. a. Iere. 7. a.* Populus enim Eccleſiæ pupillus non incongruè dicitur, quia mortui patris eſt filius. Super hunc pupillum irruunt hæretici. *Iob. 6. d.* Pupillus itidem eſt, qui diabolum patrem non habet, nec Gentilitatem matrem. Pupillum autem, cui non eſt adiutor, liberat Chriſtus, dum vnuſquiſque mortuo antiquo patre diabolo, ad ſanctæ Eccleſiæ ſinum currens, exhortationis adiutorium inuenit, qui iam deſideria mundi perſequentes fugit. *Iob. 3. b. c. 29. b. Zacha. 1. c.*

Teneri in fide.

Deſerentes diabolum.

Iudæi amiſſo regno.

Infideles.

Peccatores.

Orphani ſiunt filij peccatoris *h* quando deſerunt diabolum. *Pſalm. 108.* Orphani autem facti ſunt filij Iudæorum, quando amiſerunt regnum quaſi patrem.

Diſcipuli hæreticorum.

Orphani ſunt, *i* qui Deum ſe patrem poſſe habere ſanctè viuendo non credunt, & qui eos ab hoc errore abduxerit, Orphanum occidere dicitur, quia fecit, vt habeat patrem Deum. *Pſalm. 93.* Hac ratione non reliquit Deus ſuos orphanos, *k* quibus ipſe eſt pater, & dat eis Spiritum ſanctum in priuilegium adoptionis. *14. b.*

Sanguis & paſſio Chriſti.

Martyrium.

Crux Chriſti.

Tolerantia paſſionum.

Regnũ Chriſti.

Pupilli, quorum Deus non miſeretur, ſunt, *l* qui Deum patrem peccando amiſerunt. *Iſa. 9. c. 10. a. Thre. 5. a.* Diſcipuli etiam hæreticorum ſine magiſtris remanentes, *m* pupilli dicuntur. *Iob. 2. b.*

f Hil. ſ. pſ. 67.
g Gr. 8. mo. 1. & 16. mo. 22. & 29. & 19. mo. 16. Hie. ſ. pſa. 9. Au. ſ. pſ. 45.
h Ar. & Au. ſ. pſ. 108.
i Ar. ſ. pſ. 93.
k Au. ſ. Ioan. tract. 75.
l Hie. ſ. Iſ. 9.
m Gr. 16. mo. 11.

Puppis, vide Nauis.

Purgare, vide Mundus.

Purgamentum.

Purgamenta ſunt ſordes, quæ ex aliqua re immunda & lurida terguntur & purgantur. Græcè *peripſemata* dicuntur. 1. *Cor. 4. c.*

Purificare, vide Mundus.

Purpura, Purpureus.

Purpura, eſt piſcis ex concharum genere, è qua ſuccus elicitur ad tingendas veſtes, qui etiam purpura dicitur, ſeu purpureus color, qui nigrantis roſæ ſplendore ſublucet, aſpectui gratiſſimus.

Amicitia.

Honor Patriarcharum.

Repreſſio vitiorum.

Spes regni cæleſtis.

Fulgor charitatis.

Fideles.

Purpura, quia ex conchis, eliciebatur, *n* ſanguinem Chriſti & paſſionem deſignare poteſt, & etiam paſſiones Martyrum: & tollerantiam paſſionum amore regni perpetui exhibitam. *Exod. 25. a. 27. c. 18. a. Prou. 31. c. Marc. 15. b.* Et purpureus aſcenſus ferculi Salomonis, eſt crux Chriſti, & paſſiones Martyrum per quas aſcenderunt ad ferculum. *Cant. 3. c.*

n Am. de Tob. 10. Gre. 30. m. 10. & ſ. Cant. 3. & ſ. Ezech. 15. Bed. ſ. Pro. 31. o Cyr. 12. ſu. Ioan. 15.

Purpurea veſtis Chriſti, *o* regnum totius mundi Chriſto datum deſignare poteſt, quia eſt inſigne regiæ poteſtatis. *Matth. 27. c. Ioan. 19. a.* Poteſt etiam ſignificare honorem Patriarcharum.

Purpurea etiam veſtis regia, *p* repreſſionem vitiorum ſignificare poteſt, & ſpem regni cœleſtis, & fulgorem caſtitatis, ſeu potius charitatis. Item fideles, martyrium affectantes, qui ſunt indumentum Chriſti regis. *Exod. 28. a. 35. a. Cant. 7. c.*

Fidelis.

Elementum aquæ.

Dignitas ſacerdotalis.

Tyrannica poteſtas.

Purpureus color in velo ſanctuarij, & in veſte pontificis, *q* elementi aquæ figuram gerere poteſt. *Exod. 25. a. 26. a. f. 35. a. 46. a. 38. c. 39. a. Ezec 27. b.* poteſt etiam regiam dignitatem ſacerdotum exprimere, de quibus. *Pſal. 138. Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.*

p Ori. ſ. Exod. hom. 8. Gre. ſ. Can. 7.
q Phi. de congreſſa, &c. Cle. Alex. 5. ſtrom. Orig. ſ. Exod. ho. 13.

Purpura, cùm ſit regiæ dignitatis inſigne, in Tyro *r* tyrannicam potentiam deſignare poteſt. *Ezech. 27. c.* Idem deſignat in meretrice magna. *Apoc. 17. a.*

Exterior cultus Hæreticorum.

Purpura in indumento idolorum, *ſ* exteriorem ornatum hæreticorum, quo charitatem, quam non habent, oſtentare geſtiunt, deſignare poteſt.

r Hie. ſ. Ezec. 27. de veſt. ſacerdot. Gre. 2. paſt. 3. Ru. 10. ſ. Ap.

Purus, vide Mundus.

Puſillus, vide Parvus.

Puſillanimis.

Abiectio Chriſti.

Infirmi in fide.

Puſillanimis eſt, qui imbecilli eſt animo in aduerſis.

Hæreſis.

Puſillanimitas ſpiritus Chriſti, *t* ipſius abiectionem in paſſione nobis indicat. *Pſalm. 54.*

Voluptas carnis.

Puſillanimes dicuntur *u* infirmi in fide. *Iſa. 35. b.*

ſ Hie. ſ. Ie. 10.
t Hil. ſ. pſ. 54.
u Hie. ſ. Iſ. 35

Puſtula, Papula.

Remiſſio peccatorum.

Puſtula, eſt ſpecies occultæ vomicæ, ſiue tuberculum, in ſummitate cutis naſcens, quæ & papula dicitur.

Puſtula in cute, ſeu papula erumpens, *x* hæreſim ſignificare poteſt, aut etiam carnis voluptates. *Leuit. 13. a. 18. f.*

x Glo. in ſ. Leuit. 23.

Putare, Putatio, Exiſtimare.

Reſecatio inutilium.

Paſſio Chriſti.

Baptiſmus.

Iudicium.

Prædicatoris officium.

Colere Euangelium.

Putare, eſt falce ſuperflua & infrugifera ex vite, aut quacunque alia planta à veris & fertilibus reſecare, & purgare. Et putari ratio dicitur, in qua ſententia pura ſit. Vnde putare ſumitur pro cogitare, ſeu excogitare. *Gen. 40. c.* Potare me putabam omnes cibos. Expectare. *Luc. 1. f.* Quis putas puer iſte erit? Exiſtimare. *Gen. 42. f.* Putauit nos exploratores eſſe. Reputare. *Iob. 13. a.* Vt putaremini eſſe ſapientes. Exiſtimate autem comparare. *Pſalm. 49.* Exiſtimaſti iniquè, quòd ero tui ſimilis. Iudicare. *Tob. 9. a.* Quem quidem hominem exiſtimabat. Spetare. *Pſal. 72.* Exiſtimabam, vt cognoſcerem.

Ordinatio Dei.

Contemnentes Chriſtum.

Non honorantes prælatum.

Putatio remiſſionem ſignificare poteſt, vel reſecationem *y* inutilium in ſenſibus, vel intellectibus. Item paſſionem Chriſti, & baptiſmum, in quo reſecantur omnia peccata, præcipuè originale, demum ipſum futurum iudicium. *Cant. 2. c. Iſa. 5. b.* Eſt etiam putatio prædicatoris officium, in reſecandis vitiis.

Putare vineam, *z* eſt colere doctrinam Euangelicam. *Leuit. 25. a.*

Putare dicitur Deus, quando aliquid faciendum ordinat. *Iſa. 14. f.* Iuratuit Dominus exercituum. Si non vt putaui, ita erit.

y Ori. ſ. Can. hom. 24. Gre. ſ. Can. 2. Bern. ſ. Cant. ſer. 58.
z Iſy. ſ. Le. 25.

Putamus Chriſtum quaſi leproſum, *aa* quando pro noſtra lepra ipſum percuſſum eſſe conſideramus. *Iſa. 53. a.*

aa Gl. ord. ſu. Iſa. 53.

Digitized by Google

Et putant contemnendum angelum, *a* qui contemnunt aut non honorificant Christũ,& qui non honorant præ latum.*Exod.*13.*c.*

Putat se consumptum,*b* qui tot tentamentis obsideturvt ipsa eorum numerositas eum penè ad lapsum desperationis inclinet.*Iob.*11.*d.*

Putant hæretici se habere vasa cantici Dauid,hoc est,*c* sacram scripturam. *Amos*,6.*b.* Putantur autem ipsi vita indigni,quia ad signa,quæ exhibent, nulla humilitate concordant. Vel Ecclesia fatetur hæreticos vita indignos, quia sub nomine Christi militant contra nomen Christi.*Iob.*30.*a.*

Putat aurum robur suum,*d* qui fiduciam habet in rebus temporalibus & caducis.*Iob*,31.*c.*

Putãtes se mundos in hortis,sunt *e* vacãtes voluptatibus,& cũ hoc se mundos esse reputantes.*Is.*66,*a.Iob.*22.*a.*

Putat se liberum quasi pullum onagri,*f* qui cuncta,quæ desiderat,per effrenatam libertatem quærit. Vt disciplinæ hunc lora non teneant,sed audenter vagus per superflua desideriorum currat.*Iob.c.*

Confidens in temporalibus.

Puteus.

Puteus, qui intra terram defossus, perpetuas ibique nascentes, & non aduentitias habet aquas, sed à viuo fonte manantes.Aliquando autem sumitur pro fonte.

Puteus aquæ viuæ,*g* profunditatem & altitudinem sacræ scripturæ significare solet. Vt puteus viuentis. *Gen.*16.*d.*24.*Exod.*2.*e.* Et puteus, quem vi abstulerant serui Abimelech, sunt mysteria obscura. *Gen.*31.*c.* Et puteus quem foderunt principes.*Num.*21.*d.*profundam sapientiam mysteriorum Dei significat. Et puteus Elim, id est, arietum,vel fortium,est doctrina Ecclesiæ. *Isai.*15.*e.* Puteus etiam nouus legem Euangelicam designat, quæ est fons aquæ salientis in vitam æternam.*Gen.*26.*a.*Ad puteum inuenitur Rebecca, & Rachel, & Sephora, quia virtutes in aquis viuentibus verbi Dei nutriuntur.Et qui iungitur Domino,in puteis iungitur, hoc est, in diuinorum librorum meditatione.Puteus viuentis & videntis, est sacræ scripturæ profunditas, quam nobis ad mentis irrigationem præbuit omnipotens Deus.

Altitudo sacræ scripturæ. Mysteria. Profunda sapientia. Euangelica doctrina. Scientia rationalis.

Puteus,quem vidit Agar,*h* gratiam noui testamenti significat,& legem spiritualiter intellectam, & scientiam rationalem visum mentis acuentem,& animi obtutum purgantem. *Gen.*21.*c.*Et puteus fossus est altitudo legis, quam fodiunt doctores sarculo linguæ,purgant terrenas cogitationes, veniunt ad spirituales & perueniunt ad illam altitudinem sapientiæ & scientiæ Dei,quam oculus,non vidit,&c.Venientes autem ad puteum,in altitudine legis Ecclesiam agnoscunt.

Puteus aquarum viuentium,*i* est Beata Virgo Maria,in qua erat abundantia doctrinæ cœlestis. *Cant.*4.*d.*

Puteus ad quẽ venit Iacob,qui erat opertus. *Gen.*29.*a.*legem *k* Mosis significat. Et etiam Spiritum sanctum,*l* qui opertus erat ante aduentum Christi.Significat etiam puteus clausus baptismum,*m* qui clausus erat ante aduentum Christi.Et putei fossi & obruti *n* doctrinam legis significant carnaliter intellectam. *Genes.*26.*d.* Eosdem puteos fodit Isaac,quando Christus aperuit mysteria legis & Prophetarum: quæ diabolus operire conabatur.

Virgo Maria. Lex vetus. Spiritus sanctus. Baptismus.

Puteus iuramenti vbi inuenitur Isaac,est *o* baptismus,vbi inuenitur Christus. *Gen.*24.*g.*Eundem significat puteus opertus lapide,vt diximus. *Genes.*29.*a.*

Scientia naturalis.

Putei quatuor,quos fodit Isaac,sic se habere possunt: *p* vt tres significent scientiam elementorum, quartus autem scientiam cœlorum.Vel in homine tres putei sunt corpus, sensus & oratio, qui cognoscuntur : quartus est mens,quæ non ita cognoscitur.Puteus quoque iuramenti, scientiam naturalem , seu disciplinam de naturalibus significare potest : cuius Dominus adducitur testis.*Gen.*26.*d.*46.*a.* Super hunc puteum sedit Christus, *q* quando omnem scientiam mundanam subegit.*Ioan.*4.*a.*

Scientia mundialis. Ecclesia. Confessio Trinitatis. Fides.

Puteus,qui dictus est *r* abundantia, scientiam moralem designare potest, inuentus est cedentibus Allophylis: quia bonitas moralis abundat aliis,sibi restrictior.*Gen.*26.*e.*

Scientia obscura.

Puteus aquarum viuentium, *s* dici potest Ecclesia,vel eius doctrina. *Can.*4.*d.*

Anima seu cor.

Puteus tertius,est *t* confessio Trinitatis per vniuersum orbem dilatata:vnde & hic puteus dicitur latitudo. Et putei tres,dicunt scientiam trium personarum.*Gen.*26.*a.*Et puteus,est fides Christi:ad quam venitur per Mosen, hoc est,per legem.*Nu.*21.*d.*Denique cuiusque rei scientia obscura,puteus dici potest : quum verò fit clara, fons, aut fluuius.

Cœlestis sensus.

Puteus,quum habet aquam propriam, *u* animam cum virtutibus designare potest. *Psal.*7. Et puteus in anima, dici potest cœlestis sensus,& imago Dei.Puteus etiam dicitur cor:quod foditur,quum examinatur : obrujtur autem à dæmonibus bonas cogitationes auferentibus,& prauas inducentibus. *Genes.*26.*b.* Et puteus abyssi , est cor profundum in iniquitate.*Apoc.*9.*a.*20.*c.*

Imago Dei.

Puteus profundus & obscurus,super quem sedebat Christus.*Ioan.*4.*b.*profunditatem *x* humanæ miseriæ,quam Christus assumpsit,significare potest.

Profunditas humanæ miseriæ.

Putei bituminis,*y* hæreses significare possunt:& etiam infernum. *Gen.*14.*b.* Dicitur etiã infernus puteus interitus.*Psal.*54.1.*Mach.*7.Et putei Seon,dici possunt hæreses,& artes magicæ,*Num.*21.*e.*Potest etiam puteus significare diabolum,& hæreticum.Est etiam puteus profundum iniquitatis.Et puteus abyssi. *Psal.* 68. *Apoc.*9.*a.* 20.*c.* Item obstinatio.*Prou.*23.*b.*Puteus etiam abyssi dicitur *z* mẽdacium obscurum & sine fundo, cuius clauem dicitur habere diabolus.

Hæreses. Infernus. Artes magicæ. Diabolus. Hæreticus. Profundum iniquitatis. Obstinatio. Mendacium.

Putiphar.

Putiphar eunuchus,cui vẽditus est Ioseph,cuius vxor fecit ipsum Ioseph mitti in carcerem, designat *aa* mentem sub simplicibus & superfluis voluptatibus seruientem. *Gen.* 39. *a.* Vt autem erat eunuchus & emit Ioseph, designat castos suscipientes Christum.

Mens seruiens voluptatibus. Castus suscipiens Christum.

Putidus, Putor, vide Fœtere.
Putrescere, Putredo, Computrescere.
Putrefieri, Imputribile.

Putrescere,est puttidum fieri.Puttidum autem est corruptum & resolutum,vt stercus.

Computrescere dicitur iugum à facie olei,*bb* quando peccata delentur per misericordiam Dei.*Isa.*10.*f.*Putrescunt etiam cicatrices peccatorum,quando peccator ad se reuertitur. *Psal.*37. Vel cicatrices putrescere est sanato iam peccatorum vulnere,rursus in tentationem serpere, atque ex eorum suggestionibus post superinductam cutem pœnitentiæ,fœtorem,culpæ dolorémque sentire.

Deleri peccata. Relabi in peccatum. Non citò puniens Deus.

Quasi putredo dicitur fuisse Deus domui Iudæ.*Hose.*5.*d.*quia *cc* vt lignum putrescens non statim consumitur, sed diu durat, donec consumatur;ita Deus non statim perdit peccatores,sed expectat ad pœnitentiam.

Putredo dicitur pater hominis,*dd* quia omnis homo ab origine iam vitiata descendit.*Iob.*17.*d.*Dicitur autem primus homo putredo,& non vermis,quia ipse licèt sit corruptus,non tamen est natus ex corruptione.

Tribulationes. Corruptio peccati.

Putredo ligni,exterior quidem *ee* tribulationes significare potest,interior verò corruptionem peccati,quæ coram Deo fœtida est,vnde dicitur cadauer putridum. *Isai.*34.*e.Ioel.*2.*e.* Et putredo castrorum est corruptio & fœtor peccatorum. *Amos.*4.*d.* Computrescunt extales,*ff* quum peccati meatus ab effusione consueti fœtoris penitus interit,intus permanente corruptione.1.*Reg.*5.*c.*Ad hæc referuntur putrefactio aquarum,& fluuij, & terræ, propter ranas.*Exod.*7.*d.*8.*d.*Computruerunt iumenta in stercore suo hoc est, quorum deus venter est, in voluptatibus suis. *Ioel.*1.*d.* Caro induitur putredine , quum multi sunt in Ecclesia, qui victi desideriis turpibus ad corruptionis putredinem defluunt. *Iob.*7.*b.*41.*c.* Sic dicuntur putruisse cicatrices. *Psal.*37. Putredo in ossibus mulieris prauæ,*gg* est corruptio in virtutibus hæreticorum.*Prou.*12.*a.*

Israël. Corruptus per peccatum. Pœna inferni Damnati carentes voluptatibus. Inuidia.

Putrefactum lumbare,*hh* est Israël infectus vitiis & erroribus,vel iis,qui prius erat iustus, & postea corruptus est per peccatum. *Iere.*13.*a.* Et quasi putredo consumitur homo, *ii* dum carnis suæ corruptione conteritur. *Iob.* 13.*d.*25.*d.*Vbi primus homo dicitur putredo,& filius eius vermis,quia ex putredine nascitur vermis.

Putredo in diabolo,est pœna inferni. Et computrescentes pisces sine aqua, *kk* sunt damnati carentes voluptatibus,quas hìc habebant.*Isa.*50.*b.* Et computrescens manna,*ll* designat pœnam non hic laborantium , & pœnam auarorum.*Exod.*16.*e.*Putredo diaboli,*mm* erit in inferno,vbi omnibus erit abominabilis.*Ioel.*2.

Putredo ossiũ dicitur inuidia.*Prou.*14.*d.*quia *nn* corrumpit quicquid robustũ virtutis est in homine.*Prou.*14.*d.*

Imputribile

a *Lyr.su. Ex.* 23.
b *Gre.* 10.*m.* 21.
c *Hie.s.Amo.* 6.*Gr.*20.*m.*8.
d *Gr.*22.*m.*2
e *Hie.s.Is.*66.
f *Gre.*30.*mo.* 15.
g *Augu.*1.*de Spiri.san.* 20. *Hier.s. Ho.*1. *Am.de Isa.*1. *Phil.de temulentia.Orig.s. Gen.hom.*10. 12.*& su.Nu. ho.*12. *Bed.s. Ge.*24.30.
h *Orig.s.Gen. hom.*7. *Amb. pro.s.Lu.Chr. s.psa.*93.
i *Ru.s.Can.*4.
k *Bed.s. Gen.* 29.
l *Orig.s.Gen. ho.*13.
m *Ambro. de Isaac.*4.
n *Bed.s. Gen.* 26.
o *Aug. serm.* 79. *Bed.s.Ge.*29.
p *Ambr.prol. su.Luc.Phi.de somn.*
q *Ru.*4.*s.Ioa.*
r *Am.s. pro.s. Luc.*
s *Glo. ord.su. Can.*4.
t *Ori.s. Gene. hom.*13.*& s. Num.ho.* 12. *Bed.s.Ge.* 26.
u *Basi. s.ps.*7. *Or.s.Ge.ho.*3.
x *Au.s.Apoc. ho.*9. *Au.*83. *q.*64.*& s.Ioa. tract.*15.
y *Ori.s.Num. hom.*12. *Hie. s.ps.*54. *Au. s.psa.*68.
z *Gre.*18.*mo.* 27. *Rup.*5.*s.Apo.* 22 *Phi.*2.*alle. Bed.s.Gen.*39
bb *Hier.s. Is.* 10. *Ori.s.psa.*37. *hom.*1.*& s. Cant.hom.*1. *Gre.*9.*m.*40. *& 7.reg. epi.* 53.*& s.ps.*37
cc *Hier.s.Ho.* 5.
dd *Gre.*13.*m.* 17.*m.*9.
ee *Aug. s. ps.* 45.
ff *Gre.s.*1.*Re.* 5.*&* 8.*m.*11. *ho.*19. *Hier.s.Is.*14. *& s.Amos.*4. *& s.Ioel.*1.
gg *Bed.s.Pro.* 12.
hh *Hier.s.Ier.* 13.
ii *Gre.*11.*m.* 25.*&* 17.*m.* 9.
kk *Glo.inte.s.Isa.*50.
ll *Gr.Nyss.de vita Mosis.*
mm *Ru.s.Ioe.*2.
nn *Bed.s.Pro.*14.

Digitized by Google

Imputribile lignum dicunt hæretici rationes suas esse,quas perpetuas & insolubiles reputant.*Isa.*40.

Pygargus.

Pygargus, est capra quædam syluestris,non dissimilis damæ. Aliquibus videtur aquilarum genus, aliquibus hærodiorum. Ponitur inter animalia munda.*Deut.*14.*a.* Vnde non erit ex genere aquilarum, aut hærodiorum, quæ inter immunda computantur.

Pygmæus.

Pygmæi,Hebraicè Gamadim dicuntur,hoc est, nani,sunt homines cubitales & sagittarij.*Ezech.*27.*c.*

Pyra, Pyramis.

Ignis inferni. Pyra, lignorum congeries igni comburenda. Pyramis autem est moles maxima quadrata, ita constructa, vt à solo lato in acutum tendat in morem flammæ,quales erant in Ægypto.

Pyra grandis,quam fecit Deus,typus est ignis iudicij,inferni,qui paratus est malis.*Ezec.*24.*c.*

Pyrata.

Dæmones. Pyrata, est latro marinus, non tamen inuenitur in sacra scriptura. Sed solent pyratæ dici dæmones, *a* qui in mari huius seculi fideles infestant.

a *Am.ser.*42. *Hie.s.Iob.*16.

Python.

Python,est genus serpentis.Et python spiritus,est diabolus,qui dabat responsa per fœminas,aut viros, qui dicebantur pythonem spiritum habere.

Seductores simplicium. Vox Iudæorũ & hæreticorum. Pythones sunt,*b* qui non Christo seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.*Leu.*20.*d.Rom.*16.*c.*

b *Ise.s.Leui.* 20.

Quasi pythonis vox,erat *c* vox Iudæorum,& hæreticorum: quia fallax & deceptoria. *Isai.*28.*a.* Reprehenduntur autem,qui non auditi à Deo ad pythones confugiunt, sicut Saul.1.*Reg.*28.*a.*

c *Hie.s.Is.*29. *& s.Ier.*11.

Quadrans.

VADRANS,*d* est monetæ genus,quarta videlicet pars assis.Et quadrataria permutatio est velut quædam compensatio,quum aliud redditur, aliud significatur solutum. In balneis olim lauandi soluebant quadrantem.

d *Amb.s.Luc.* 12.

Quadrans nouissimus soluendus, *e* est compensatio peccati per charitatem. Vel peccata terrena etiam perpetuò soluenda.*Matt.*5.*d.Mar.*12.*c.*

e *Au.ser. domini in monte.*

Quadrare,Quadrum,Quadrangulum,Quadratum.

Quadrare,est in quadrum aliquid redigere. Quadrum autem seu quadratum est, quod quatuor æqualibus lineis constat,ad rectos angulos terminatis.Quadrata autem figura est stabilis,nec facilè mobilis.

Sancti. Quadrata ligna,dici possunt *f* Sancti vndiquaque stabiles,ex quibus constituitur arca diluuij,hoc est,Ecclesia. *Gen.*6.*c.* Iidem sunt quadrati lapides,ex quibus constructur altare. *Ezech.*40.*f.*Et templum Salomonis. 1.*Reg.*5.*d.*

f *Au.*15.*ciu. Dei.* 16.*& s. psa.*86.

Perfectio Sanctorum. Quadrum altare *g* perfectionem Sanctorum significat, & etiam quadrangulum rationale. Et quadrum atrium centum cubitorum, sunt perfecti in virtutibus, *Exod.*27.*a.*28.*c.*30.*a.*39.*b.* Hierusalem quoque cœlestis in quadrum ædificatur.*Apoc.*21.vt respondeat nomini quadrilatero,& quia in illam non ingrediuntur,nisi perfecti,seu ab omni vitio purgati. Idem vt designetur summa pax & concordia. Quadrangulum autem rationale, stabilitatem virtutis indicat.Nam quadrata figura non facilè de loco mouetur.

*Bed.s. Gen.*5. *Geo.Ven. Ca.* 3.*to.*88. *modus concen.* 3.

Euangelia. Virtutes. Quadrangulati in ostio templi, designant quatuor Euangelia, & virtutes: per quæ ingredimur in Ecclesiam. 3.*Reg.*6.*d.*

g *Gr.s. Ezec. hom.*22.*Rup.* 11.*s.Apoc. Gre.Nysse. de vita Mosis.*

Firmitas fidei. Quadrangulum limen templi. *Ezec.*41.*c.* firmitatem fidei designat, per quam etiam ingredimur in Ecclesiam.

Tribulationes. Quadri lapides,quibus concludit Deus vias animæ. *Thren.* 3. *b.* validas *h* tribulationes significant: & antiqui hostis persequutiones:& quatuor affectus animi,quibus nos impugnat diabolus:de quibus Virgil.

Quatuor affectus animi. *Hinc metuunt,cupiunt,gaudentque,dolentque.*

h *Glo. ord.su. Thren.*3. *Vir.*6. *Æne.*

Rationes & doctores hæreticorum. Quadros lapides vocant hæretici *i* suas rationes,quas fortes esse putant:& etiam suos gratiores doctores.*Isai.* 9.*b.Amos,*5.*c.*

i *Lyr.s.Is.*9.

Quadriga,vide Currus.

Quadrupes.

Quadrupes,est animal quatuor habens pedes.

Homines terreni. Dæmones. Iudæi. Peccatores. Quadrupedia dici possunt *k* homines terrenis rebus,variisque concupiscentiis dediti. *Actor.*10.Et quadrupedes in deserto,*l* sunt dæmones,Iudæi,& peccatores in hoc mundo sine Deo.*Isai.*30.*b.*iuxta Septuaginta.

k *Ambr.*2.*de Spiri.san.*11.

Quadruplum.

Doses corporis. Quadruplum,est quater tantum. Quadruplum autem redditur pro oue, quando *m* corpus ex quatuor elementis constans,suscitatur cum quatuor dotibus.2.*Reg.*12.*b.*

l *Hie.s.Is.*30.

m *Amb.apol. Dauid.*5.

Quærere,Inuestigare,Requirere,Inquirere,Perquirere.

Quærere,est quę sit res aliqua,inuestigare:aut alio modo rem ipsam absentem,aut ignotam exquirere.Inuestigare autem est,quasi per vestigia quærere.Interdum quærere,est acquirere.*Psal.*118.Mandata tua quæsiui.1.*Reg.* 19.*a.*Quærit pater meus Saul occidere te.Cupere.*Exod.*2.*c.*Quærebat occidere Moysen.Imitari.*Psal.*68.Quærite Dominum,& viuet anima vestra.Interrogare.*Deut.*18.*b.*Quærat à mortuis veritatem.Prætendere.2.*Reg.*20.*f.*Tu quæris subuertere ciuitatẽ.Requirere.*Gen.*37.*c.*Interrogauit,quid quæreret. Studere. *Eccl.*7.*a.* Noli quærere fieri iudex.Requirere autẽ præter hoc quod est diligenter quærere,est etiam desiderare. 1.*Reg.*20.*d.* Requiretur sessio tua.Exigere.*Gen.*9.*a.*Sanguinem animarum vestrarum requiram.Vlcisci.2.*Par.*24.*f.*Videat Dominus & requirat.

Aduentus Christi. Quærens Deus virum iuxta cor suum.1.*Reg.* 13.*c.*aduentum Christi designat.Ostendit etiam bene discutiendum esse eum,qui in prælatum eligendus est.

Discutere eligendum.

Cognoscens Deus omnia secreta. Inuestigauit Deus semitam & funiculum Christi,*n* secundùm quòd per Prophetas prædixit,quæ futura erant de Christo.*Psalm.*138.

n *Hil. s. psal.* 138.

Inuestigat lucerna Domini omnia secreta ventris:quia occulta mentis penetrat:vt ea,quæ in seipsa & de seipsa latebant animam,ante eius oculos flendo reducat.*Prou.*30.*d.*

Vindicta Dei. Iudicium Dei Exquiri sanguinem Ioseph,est mortem Christi vindicari.*Gen.*42.*d.*Requirere autem dicitur Deus *o* quæ iudicando discutit:non requirere verò quæ ignoscendo in suo iam iudicio impunita derelinquit. *Iob.*3.*a.* Et quærit manè eum, quem examinat in iudicio. *Iob.*7.*d.*10.*b.*31.*b.* Requirit etiam Deus sanguinem animarum de manu omnium bestiarum,*p* quum vindicat Martyres.*Genes.*9.*a.Psal.*9.Et requirit sanguinem peccatoris de manu speculatoris non annunciantis malum,*q* quando castigat prælatum,cuius negligentia perit populus. *Ezec.*3.*e.*Et requirit gregem de manu pastorum,quum exigit ab eis gregem quem scandalizando perdiderunt: vt suspendatur eorum collo asinaria mola.*Ezech.*34.*c.*

o *Gre.* 4.*mo.* 17.*& 8. moral.*23.

p *Arn.s.ps.*9.

q *Hie.s.Ezec.* 34.

*Gre.s. Ezech. ho.*11.

Solitudo Christi in passione. Christus quærens peccatores. Quæsisse dicitur Christus auxiliatorem, *r* vt ostendatur in passione relictus fuisse solus. *Isai.* 63.*b.*Ita dicebat ipse.*Psalm.*141.Non est qui requirat animam meam.

r *Glo. ord.su. Isa.*63.

Quærens Saul asinas,est *s* Christus,qui venit quærere oues perditas.1.*Reg.*9.*a.Psalm.*118. designat etiam prædicatorem quærentem animas peccatrices,quas ad Christum conuertat.Vnde reprehenduntur mali pastores non quærentes oues errantes. *Ezech.*34.*a.Zach.*11.*d.* quia *t* pastores,qui proprias expetunt delicias, aut commoditates dominici gregis damna curant neque aliquo afficiuntur zelo, aut desiderio ad salutem animarum suorum subditorum. Nec quærunt quod perierat, quando desperatione auersos à Deo, non restituunt ad spem salutis, promittendo ex Dei misericordia veniam.Quæsita autem ciuitas,est Ecclesia, quam quæsiuit Christus,vt ouem perditam. *Isai.*62.*d.*Qui venit quærere & saluum facere quod perierat.*Luc.*19.*b.*

s *Gre.s.*1. *Re.* 9.

Quærens Christus opera. Quærens Christus fructum in ficu,non contentus foliis. *Luc.*13.*b.* est *u* quærens opera in synagoga, non contentus cæremoniis & traditionibus.Aut certè quærit opera in genere humano.

t *Aug. de pasto.*7.*Cyr.*7.*s. Ioa.*5.

u *Am.s. Luc.* 13.*& de viduis. Gre. ho.* 31.

Digitized by Google

Quæret Christus iudicium,*a* quia iustè iudicabit. *Isa.* 16.*d.* Quod ad vltimum iudicium referri potest, quum dicet malis, Ite maledicti, &c.

Christus iustè iudicans.

Non quærere dicitur Deus sacrificium à Iudæis,*b* ostendens ideò se sacrificia offerri illa iussisse, ne idolis offerrentur, atque ita docet legem spiritualiter intelligendam. *Isa.* 1.*d.*

Requirens, quem non habebat Sion, propter peccata sua,*c* est Deus, vel Christus. *Ierem.* 30.*c* Non quærentes etiam Sion, erant sacerdotes eius, vel principes, qui non curabant salutem animarum, vel etiam angeli relinquentes obstinatos.

Quærere absolutè, est quærere Deum & diuina, qua ratione dicitur. *Matt.* 7.*a.* Qui quærit, inuenit. Puniuntur autem,*d* qui non requisierunt Dominum. *Isa.* 21.*c.* 31.*a.* Quærunt in angustia Dominum, qui in prosperitate ipsum quærere nolebant. *Isa.* 26.*c. Psal.* 17. 119. Quærere autem Dominum, dum inueniri potest, est agere pœnitentiam in vita. *Isa.* 55.*b.* 65.*b.* Quærunt Iesum dolentes, qui sollicitè laborant, & pœnitentiam agunt. Non est autem quærendus *e* in foro & plateis: sed in templo, vt inueniatur. *Luc.* 2.*f. Cant.* 5.*d.* Quærebat ipsum sponsa in lectulo, hoc est, in quiete. *Cant.* 3.*a.* Hoc etiam est quærere, quæ sursum sunt. *Col.* 3.*a.* Exquirit Deum in toto corde, qui non facit opus Dei negligenter: ne repellatur à Deo. Et exquirit viam iustificationum Dei, qui legem inuestigat aut Christum, qui finis est legis, *Psalm.* 118. Requirens Deum est, qui per *f* creaturas venit in notitiam, & amorem creatoris, *Psalm.* 52. Quærimus etiam ipsum legendo: & quærit Deum manibus, qui benè operatur. *Hose.* 5.*b.*

Quærere Deũ

Pœnitentia in hac vita.

Quærebant Iudæi Dominum de die in diem: *g* quum faciebant quotidie legis iustitias: & corde ipsum non colebant. *Isa.* 58.*a.* Quærunt autem melius Dominum in fine seculi, quando reliquiæ conuertentur. *Hose.* 3.*b.* Dicuntur autem quętere Dominum in gregibus & armentis,*h* quum offerunt sacrificia de gregibus non grata Deo. *Hose.* 5.*b.*

Quærerent frustra Dominum,*i* qui præmium æternum expectarent. *Isa.* 45.*d.* Non dixi semini Iacob, Frustra quærite me.

Non expectare præmium.

Quęrens Rebecca à seruo Abrahæ de Isaac venientę, quis esset: designat *k* scrutandas esse scripturas, vbi de Christo instruimur. *Gen.* 24.*g.* Est etiam Ecclesia, quæ per Prophetarum & Apostolorum dicta, quid de Christo credere debeat intelligit. Quærere etiam pretiosas margaritas, *l* est in lege veteri mysteria inuestigare: & doctrinæ sacræ simul cum operibus vacare. *Matt.* 13.*f.*

Scrutari scripturas.

Requirunt legem ex ore sacerdotis subditi. *Mala.* 2.*b.* quia *m* ad ipsum spectat docere legem. Quærens autem populus scientiam Dei, designat habentes curam & solicitudinem, ac cupiditatem salutis suæ. *Exod.* 18.*c.*

Quærit sponsa dilectum in lectulo per noctem. *Cant.* 3.*a.* quum *n* intra secreta cordis cubilia in tribulatione spiritus ipsum desiderat. Quærit & non inuenit: quia à Deo inspirata mens assidua suauitate illa intima perfrui concupiscit: sed corruptio prohibet. *Cant.* 5.*b.* Quæsiuit autem paululum inter errantes: & tunc non inuenit.

Quærere Christum in tribulatione.

Quærentes Iesum inter cognatos, & notos, sunt volentes seruare ritus ceremoniarum Iudaicarum: vbi tamen non inuenitur. *Luc.* 2.*f.*

Quærens Iacob nomen Dei. *Gen.* 32.*d.* designat *o* volentem comprehendere Deum. Requirentes autem tubæ Christum facta die, designant *p* per fidem esse quærendum. *Ioan.* 6.*c.*

Velle comprehendere Deũ.

Quærere Deũ per fidem.

Quærens Moses ab Aaron hircum pro peccato. *Leuit.* 10.*d.* designat legem exigentem pœnitentiam à peccatoribus quam sacerdotes admittere debent.

Exigens lex pœnitentiam.

Non quęrit panem semen iusti. *Psal.* 36. quia *q* habet abundantiam doctrinæ, vel semen est ipsa doctrina continens in se Christum panem vitæ, ideò non opus est, vt quærat panem, quia iam habet Christum.

Habens iustus Christum.

Quærere bona Hierusalem propter domum Domini, est, *r* vt qui sunt ciuitas, fiant domus Dei. Vel est optare, vt Ecclesia proficiat ad æternam fœlicitatem, *Psal.* 121.

Tradere sapientiam senibus.

Quærere adolescentulam ad calefaciendum Dauid senem, est *s* tradere sapientiam senibus, in quibus maximè viget. 3. *Reg.* 1.*a.*

Negligere sapientiam secularem.

Non quærentes Medi aurum, nec argentum, sunt *s* prædicatores de eloquentia & sapientia seculari minimè curantes. *Isa.* 13.*d.* Quærunt autem aquas egenus & pauper, quum Gentiles quærunt veram doctrinam in Philosophis, & mentis quietem, & refrigerium gratię, quæ non sunt in eis. *Isa.* 41.*d.*

Fides Apostolorum rara.

Quærentes pauperes spicas in valle Raphaim, sunt *u* Apostoli credentes inter Iudæos. *Isa.* 17.*d.*

Quæsierat Ezechias residuum annorum suorum, *x* quasi optans adhuc viuere, vel considerans, quantum posset viuere secundùm naturam. *Isa.* 38.*b.*

Saluari omnes prædestinatos.

Nullum quæri ex numero gregis Domini, est *y* omnes prędestinatos saluos fieri. *Ier.* 23.*a.*

Quærunt homines mortem, quando *z* quærunt requiem à malis. *Apoc.* 9.*c.*

Quærere iudicium iubetur. *Isa.* 1.*e.* quia *aa* non est omnium iudicare.

Non requirit Dominus desuper diem natiuitatis Iob, *bb* quum non conuertit Iudam, vt Petrum & cæteros Apostolos ad pœnitentiam. *Iob*, 3.*a* Vel requirit Deus *cc* quæ iudicando discutit, non requirit verò, quę ignoscendo in suo iam iudicio impunita derelinquit. Hic ergo dies, id est, peccati delectatio, à Domino non requiritur, si animaduersione spontanea puniatur. Vel non requirit desuper diabolum, quum non eum reparat, vt hominem, quia non peccauit per carnis infirmitatem, nec alio instigante.

Non requirent beati miseticordiam & veritatem Dei. *Psal.* 60. quia *dd* præsentem habebunt. Vnde dixit Christus: In illa die non rogabitis me quicquam.

Negligere studia scientia.

Quæri Danielem, vt occidatur. *Dan.* 2.*b.* est *ee* occasionem, siue excusationis alicuius opportunitatem captare, quo tutius atque liberius, & cum securiori conscientia sacræ etiam eruditionis studia dissoluta mens possit abiicere.

Examinare peccata.

Quærens sacerdos, an capillus leprosi sit flauus, &c. est examinans circumstantias peccatorum. *Leuit.* 13.*a.*

Non quærentes Dominum erant *ff* Gentiles: quem tamen inuenerunt: quia postea credentes rectè quæsierunt. *Isa.* 65.*a.* Inquirentes etiam Dominum *gg* sunt ex gentibus venientes ad fidem, quæ prius Deum non cognoscebant. Sic è diuerso, Iudæi sunt non inquirentes. *Psal.* 33. *Isa.* 9.*b.*

Rabies diaboli contra Christum & eius membra.

Quærens Pharao occidere Mosen, designat rabiem diaboli in Christum & eius membra. *Exod.* 4 *c.* Quærentes animam tam Christi quàm aliorum fidelium, sunt *hh* dęmones & Iudęi: sicut viri Anathoth quęrebant animam Ieremiæ. *Psalm.* 37. 53. *Iere.* 4.*g.* 11.*d.* Et quærunt à Deo escam catuli leonum, quum dæmones, aut hęretici peruertunt animas. *Psalm.* 103. Dicuntur autem catuli leonum quærere à Deo escam: quia nihil sibi possunt assumere, nisi quantum Deus permittit. Quærunt etiam mala Christo, qui crimina quærebant, vt eum morti traderent. *Psal.* 37. Quęrunt autem animam mali & dęmones, vt perdant. *Psalm.* 34. 39. 69. Quærunt etiam animam benè boni, qui saluam cupiunt. *Psalm.* 141. Quęrebatur autem peccatum Christi. *ii* & non inueniebatur à diabolo, & Scribis & Pharisęis. *Psalm.* 9. Vel quęritur peccatum impij, & non inuenitur ad emendationem, cuius non est dignus.

Iudæi & hæretici contra Christum & fideles.

Non quęrens Balaam amplius auguria. *Num.* 24.*a.* designat *kk* Israęlem de victimis carnalibus amplius non curantem.

Cessatio victimarum.

Quærere impium, est *ll* disputare cum hæretico, vt impietatis conuincatur. *Psal.* 36. Sic requirunt eos, qui remanserint de Gog, qui in totum conantur tollere hæreticos. *Ezech.* 39.*d.* Et inuestigant abscondita Esau: quum doctores fideles hæreticorum astutias detegunt. *Abdi.b.*

Conuincere hæreticos.

Quærere de viuentibus mortuos, *mm* est interrogare dæmones de rebus viuentium. *Isa* 8.*d.*

Quærebat requiem spiritus immundus, *nn* dum volebat perpetuò manere in Gentilitate. *Matth.* 12.*d.*

Quærens artifex quomodo statuat simulachrum, *oo* est hæreticus, qui conatur sua firmare dogmata. *Isa.* 40.*e.*

Quæri dicuntur mali, & inueniri, *pp* quando mittuntur in infernum. *Psal.* 36. *Isa.* 41.*c.*

Quærere quietem mundi, aut Christum

Quærunt pacem ciuitatis *qq* qui mundi quietem in omnibus procurant. *Iere.* 29.*b.* Inquirit etiam pacem, qui *rr* quærit Christum. *Psal.* 33.

Quærere

a *Glo. inte. ſu. Iſa.* 16.
b *Hier. ſ. Iſ.* 1.
c *Hien. ſ. Iere.* 30.
d *Hie. ſ. Iſ.* 21. 26. 55. *& ad Latam.*
e *Ori. ſ. Luc. ho.* 18. *Ambr. de virg.* 3. *& de Iſaac.* 5. *ſ. pſa.* 118.
f *Hil. ſ. pſ.* 52. *Aug. ſ. pſ.* 76. *Grego.* 6. *reg. epi.* 36.
g *Hie. ſ. Iſ.* 58. *& ſ. Ho.* 3.
h *Ru. ſ. Ho.* 5.
i *Glo. inte. ſu. Iſa.* 45.
k *Gloſſ. ord. ſ. Gen.* 24.
l *Ori. ſ. Matt. cap.* 13. *Hil. ſ. Matt. can.* 13.
m *Glo. ord. ſ. Mal.* 2.
n *Gr.* 22. *m.* 1. *& ſ. Cant.* 5. *Bern. ſu. cant. ſer.* 75. *Rup. ſ. Can.* 1.
o *Glo. int. ſu. Gen.* 32. *Am. de virgin.* 3.
p *Amb. epi.* 3.
q *Ori. ſ. pſal.* 36. *ho.* 4.
r *Glo. ord. ſup. Pſ.* 121.
ſ *Hie. ad Nepotianum.*
t *Hie. ſ. Iſ.* 13. 41.
u *Hie. ſ. Iſ.* 17.
x *Lyr. ſu.* 38.
y *Lyr. ſ. Iere.* 23.
z *Au. ſ. Apoc. hom.* 7.
aa *Hie. ſ. Iſ.* 1.
bb *Ori. ſ. Iob.* 3.
cc *Gr.* 4. *m.* 9. 17.
dd *Hil. ſ. pſal.* 60.
ee *Rica. de S. Vict. de ſomn. Nabuc.* 7.
ff *Hie. ſ. Iſ.* 9. 65.
gg *Baſil. ſ. pſ.* 33.
hh *Baſil. ſ. pſ.* 37. *Hil. ſ. pſa.* 53. *Ar. ſ. pſ.* 103. *Georg. Venet. ca.* 2. *tom.* 3. *cap.* 15. *Au. ſ. pſ.* 100. 104. 34. 37. 39. 69. 141. *Gre.* 27. *mor.* 191.
ii *Ar. & Hie. ſ. pſ.* 9.
kk *Ori. ſ. Nu. hom.* 17.
ll *Ori. ſ. pſ.* 36. *hom.* 5. *Hie. ſ. Ez.* 39. *& ſ. Abdiam.*
mm *Ori. ſ. Ho.* 7.

nn *Hil. ſ. Ma. can.* 12. oo *Hier. ſ. Iſ.* 40. pp *Glo. int. ſ. Iſa.* 41. qq *Hie. ſ. Ier.* 29. rr *Ba. ſ. pſ.* 33.

Digitized by Google

Quærere voluptates.
Conuerti ad dæmones, aut hæreticos.
Pœnitentia ficta.
Aduersitas, aut tentatio.
Humilitas ante confessionē.
Curapralatorum etiam erga maiores.
Necessaria corpori.

Quærere dicitur populus panem,aut cibum, quando *a* quærit voluptates.*Thre.1.g.Iob.15.c.*
Quærit meretrix amatores suos,*b* quum anima conuertitur ad dæmones, aut hæreticos.*Hose.2.b.*Et quærit auxilium ab inimico: qui ad diabolum,aut hæreticos conuertitur.*Nahum.3.c.*
Quærunt Dominum in gregibus & armentis *c* qui eleemosynis & aliis operibus putant redimere peccata: in quibus perseuerant.*Hose.5.b.*Et quærunt Bethel, qui dicunt: Templum Domini, templum Domini, & qui literam legis sequuntur.*Amos.5.a.*
Quæstionem nasci,est *d* aliquam aduersitatem,aut tentationem animum pulsare.*Exod.24.d.*
Requirere puerum de manu Iudæ,*e* est exigere humilitatem ante confessionem.*Genes.43.b.*
Requirens Saul, qui abierit de exercitu, designat *f* prælatum curam habentem non solùm infirmorum, sed etiam prædicatorum.*1.Reg.14.c.*
Requisita naturæ dici possunt *g* omnia,quæ necessaria sunt corpori.*Exod.23.c.*
Perquirit onager virentia quæque,*h* quum Iudæi quærunt,quæ ad delicias carnis & sabbata delicata pertinent. *Iob.39.b.*
Imperuestigabilis via Domini,*i* est misericordia & veritas,quia cuius vult miseretur: & quem vult, indurat. *Rom.12.d.*Non est etiam inuestigatio sapientiæ Dei.*Isa.40.*

Quæstus, vide Lucrum.

Qualis, Qualitas.

Qualis dicitur,qui aliqua qualitate est affectus, vt calidus, aut frigidus vix habet vnde allegoriam recipiat.
Pro qualitate mensuræ leunculorum dedit Dauid pondus auri,vel argenti.*1.Par.28.d.*vbi *k* diuersitas donorum Dei designari potest.

Quantus.

Quantus dicitur aliquis secundum quantitatem continuam,siue discretam. Ferè autem sumitur interrogatiuè,nec in allegoriis videtur habere locum.

Quassare,Quatere,Conquassare.

Quassare,est commouere, & rumpere veluti frangendo.
Conquassauit Christus capita multorum in terra,hoc est,dæmonum,quos dicitur contriuisse.*Psal.109.*
Quassatus calamus significat *l* Gentiles,fidei integritate carentes.Vel designat *m* fidem Iudæorum periclitantem, vel ipsos Iudæos,qui in Christum impegerunt & quassati sunt. Vel significat habentes modicam fidem, aut peccatores. Demum conquassantur *n* non credentes in Christum, super quos cadit lapis. *Isai.42.a. Matt.12.b. Luc.20.c.*

Gentiles.
Iudæi.
Peccatores.
Infideles.

Quercus.

Quercus,est arbor syluestris glandifera,cuius lignum est durum & forte, quæ etiam dicitur ilex. Quereu autem coronabantur victores,ob insignem fortitudinis.
Quercus sub qua apparuit Angelus, *o* crucem Christi designare potest, sub qua nobis est præsidium, *Iud.6.b. Ios.24.f.*Quercus etiam fletus,vbi sepulta est Debora,crux est Christi,sub qua sepelitur Synagoga, *Gen.35.b.*
Quercus Mambre,seu excelsa,iuxta Septuaginta, ad quam venit Abraham, designat *p* sublimem habitum virtutum,ad quem venire debent,qui in hac vita peregrinantur,*Genes.13.d.*
Quercus Thabor, significare potest *q* secretam & fortem conuersationem in despiciendis terrenis, per quam internæ claritatis lumen acquiritur.*1.Reg.10.a.*significat etiam ipsos Sanctos fortes & fructificantes.
Quercus Basan,hoc est,ignominiæ,quæ non producunt fructum,nisi porcis congruentem, designare possunt *r* principes libidinum,*Isa.2.c.Ezech.6.d.*Ex his dolantur remi,cum conuertuntur,*Ezech.27.b.*Designant etiam fortes ad malum,vt dæmones,*Amos,2.c.*Possunt itidem significare principes Iudæorum,*Zach.11.a.*
Quercus significat loca amœna,*s* idololatriæ & erroribus apta,*Iere.2.g. Hos.4.c.* vnde & ex quercu fit idolum, *Isa.44.b.*

Crux Christi.
Sublimes habitus virtutum.
Bona conuersatio.
Sancti.
Principes libidinum.
Fortes admalum.
Principes Iudæorum.

Queri,Querimonia,Conqueri.

Queritur aliquis de aliquo, quum quasi lamentando ipsum accusat, seu incusat, qui actus querela, aut querimonia dicitur.
Querela sponsæ Samson,vt reuelaret ei secretum, *t* importunitatem sensualitatis aduersus rationem designat. *Iudi.14.d.*Vel designat synagogam,quæ dicebat Christo,Si tu es Christus,dic nobis palam.

Importunitas sensualitatis, & synagoga.

Quiescere,Quies,Requies,Tranquillus,Tranquillitas.

Quiescere interdum significat non moueri,nonnunquam cessare ab opere seu motu, interdum dormire.Idem est requiescere.Item tutò habitare.*Dent.12.b.*Vt requiescatis à cunctis hostibus. Iacere. *Gen.8.a.* Requieuit arca mense septimo.Quiescere in sepulchro.*Psal.4.*In pace in idipsum dormiam & requiescam.Quiete frui.*Gen.18.a.* Requiescite sub arbore.Requies aliquando ocium.*Apoc.4.c.* Requiem non habebant die ac nocte.
Requies Dei die septimo,fuit *u* cessatio à noua productione creaturarum, vel complacentia de productis,quæ quies fuit post productum hominem. *Gen.1.d.* Vel dicitur quiescere, *x* quia alios quiescere facit. Quum enim operamur, ipse operatur in nobis, & quum quiescimus, quiescit in nobis. Vel requies Dei, significat requiem eorum, qui requiescunt in Deo, sicut lætitia domus, lætitiam significat eorum qui lætantur in domo, etiam si non eos domus ipsa,sed alia res lætos faciat.*Exod.20.b.23.b.35.a.*Quieuisse etiam Deum,est *y* ordinasse, vt seruaretur citra vllam transgressionem,in omne tempus ordo eorum,quæ facta sunt, & fecisse, vt vnaquæque creatura cessaret à veteri confusione. Et requieuit post opera, quia *z* non eis ad suam beatitudinem indigebat, sed eodem modo fuit beatus,sicut antea. Dicitur Deus, *aa* quiescere fecit,& non, quieuit. Quiescunt enim, quæ videntur operari,ipsa non agentia,at factor ille non quiescit.

Faciens Deus quiescere.

Requiescens etiam Deus die septimo, *bb* requiem Christi significauit in sepulchro. Requieuit autem vt leo rex pacificus,& constans:quia mortuus est quando voluit, & surrexit. *Gen.49.b.Psal.4.131.* Et vt catulus leonis: quia inde mortuus est,vnde natus est.Fertur catulus leonis natus, tribus diebus ac noctibus dormire: tertio autem die fremitu leonis excitari. Requieuit in spe caro Christi quia in sepulchro sperabat resurrectionem. Vel quia Ecclesia sperat etiam resurrectionem,vt caro Christi.*Psalm.15.*

Mors Christi.

Quiescit Deus in loco suo,hoc est,*cc* in Ecclesia. *Isa.18.b.* Et requiescit in monte Sion, hoc est, in beatis, *Isai.25.d.*Requies autem eius dicitur esse reficere lassum. *Isai.28.c.* Quiescit autem iustitia in Hierusalem, hoc est, Deus in Ecclesia, vel in anima. *Isai.1.f.* Requies autem Dei dicitur Damascus quia quieuit in gentibus ad fidem venientibus.*Zach.9.a.* Requiescit etiam iudicium Dei in lucem populorum: *dd* quia opus redemptionis efficaciam habuit in Gentibus.*Isai.51.b.*Et dicitur requieuisse in Gentibus.*Psal.54.*

Deus in Ecclesia.

Requiescere etiam dicitur Deus,quum *ee* compleuit castigationē,vt solet iratus expleta vindicta.Et requiescit eius indignatio,quum quis castigatus conuertitur.Requiescere quoque dicitur indignatio Dei: & quiescit ipse Deus,quando punit aliquē non ad pœnitentiam eius,sed relinquendo vt desperatum. *Ezec.16.e.22.e.* Cōquiescit furor Dei in capite impiorum: quum eorum punitio in inferno perdurat. *Iere.30.a.* Requies Ægypti, *ff* est cessatio diuinæ castigationis, & patientia Dei: quam mali requiem iudicant. *Exod 8.b.Isa.14.g.Iob.16.b.30.d.*

Complens Deus castigationem.

Requiescere fecerunt spiritum Dei in terra aquilonis equi albi.*Zach.6.b.* quando *gg* Macedones impleuerunt voluntatem Dei,vincendo Persas.Designant autem *hh* Apostolos conuertentes mundum sua prædicatione, quod fuit gratum Deo: cuius ira cessauit contra conuersos & pœnitentes.

Patientia Dei.
Prædicatio Apostolorum.

Requiescens spiritus Dei in septuaginta viris, *ii* fuit operans in eis opera sua: permansit autem in solo Christo. *Num.11.f.* Si autem requiescere sit etiam *kk* permanere: requieuit Spiritus sapientiæ & intellectus, &c. super solum Christum, in alios verò venit quidem,sed non in ipsis quieuit:quia omnes alij fuerunt in peccato. *Isai.11.a.*

Operās Deus Permanens Spiritus sanctus in Christo.

Requies sabbati, est *ll* cessatio operum post hanc vitam, *Exod.16.e.31.d.* Requies etiam absolutè est requies æternæ fœlicitatis,quæ & requies bona dicitur.*Gen.49.c.* Hanc non dat diabolus sed Deus. *Exod.5.a.33.c.*

Requies vitæ æternæ.

a Gre.12.mo. 20.& 33.m. 26.
b Hie.f.Ho.5. & f.Nahu.3.
c Hie.f.Ho.2. & Amo.5.
d Glo. ord.su. Exod.24.
e Lyr.f. Gen. 43.
f Gre.f.1.Re. 14.
g Phil.2.alle.
h Hier.f. Iob. 39.
i Aug. epist. 105. Hier.f.Is. 40.
k Glo.inter.f. Par.28.
l Arno.f.psa. 109.
m Ter.aduer. Iudæos.
n Hil.f.Matt. Can.12. Hie. Aglasia.& f. Is.42.
o Am.prol.de Spiritu sanct.
p Aug. qu.in Iud.30. Cyr. de ador.in Spiritu sancto.
q Gre.f.1.Re. 10.
r Chr.f.Is.45. Hie.f.Is.2. & f.Ezec 6.27. & f.Amos.2.
s Hie.f.Ier.2.
t Rup.1.f.Iudi.15.
u Ambrosi.6. Exae.6.
x Aug.Epist. 11. & 1. de Ge.con.Man. & 11.ciu.Dei 8.
y Cle.Alex.6 strom. Bed.f. Gen.2.
z Aug.de gen. ad literam.11 17. Bed.f. Gen.2.
aa Phi.1.alle.
bb Bed.f.Gen. 2.49. Aug.f. Ioan.tra. 17. Hie.f.psa.15.
cc Hie.f.Is.1. 18. 25. & f. Zac.9.
dd Glo.inte.f. Is.51.
ee Hie.f.Eze. 16.& f. Iere. 30.
ff Glo. ord.f. Exod.8.
gg Hie.f.Zac. 6.
hh Ru.f.Zac. 6.
ii Ori.f. Nu. hom.5.& Ier. hom.3.
kk Hie.f.Is. 11.
ll Geor. Ven. Cant. 2.tom. 3.cap.6. Ori. f.Can.hom.3.

Digitized by Google

Hæc requies dicitur esse in artiis sapientiæ. *Psalm.* 114. 131. *Isai.* 38. *b.* Requiescere in monte sancto Dei, est in Sion cœlesti gaudere. *Psalm.* 14. Et requies in pascuis, est in vita æterna. *Ezech.* 34. *d.* Et requies opulenta, quam dat Dominus, est in beatis. *Isa.* 32. *d.* 58. *c.* Requiescit autem pax in cubili suo, quum sancti quiescunt in fœlicitate. *Isa.* 37. *a.* Requiescet sub ficu qui dulcedine & tranquillitate fœlicitatis perfruetur. *Mich.* 4. *b.* Ibi requiescunt fessi robore: vbi est requies mensæ plenæ pinguedine. *Iob.* 3. *d.* 11. *d.* 14. *b.* 30. *e.* 36. *e.* Requiescunt etiam boni super humum suam, hoc est, in gloria, aut in corpore glorioso. *Isa.* 14. *a.*

Requiescentes volucres in ramis sinapis, *a* sunt Sancti in Christo. *Luc.* 13. *d.* In eo requiescunt fessi robore. *Iob.* 3. *c.*

Quies in Christo.

Non inueniens columba, vbi requiesceret pes eius. *Gen.* 8. *b.* designat *b* non habere requiem Sanctos in hoc mundo. Et non requiescentes pastores in Babylone, sunt *c* angeli, vel prædicatores in hoc mundo pro inferiorum salute laborantes. *Isai.* 13. *g.*

Non requies in hoc mundo

Requies Iacob, tranquillitatem contemplationis, seu vitæ contemplatiuæ designat: quæ dicitur requies bona. *Gen.* 28. *b.* 29. *c.* Requiescit Israël post Dominum, *d* quando contemplatiui manent in mentis quiete. 1. *Reg.* 7. *a. Iob.* 3. *b.* 9. *d.* 36. *c.*

Vita contemplatiua.

Quiescentes dicuntur, qui sunt in Ecclesia. *Ezec.* 38. *c.* ipsi quiescunt in terra quam demonstrat Deus. *Gen.* 26. *a.* Requiescunt simul catuli vrsorum & boum, hoc est, filij diuitum & pauperum in Ecclesia. *Isa.* 11. *b.*

Existentes in Ecclesia.

Requies arcæ super montes. *Gen.* 8. *a.* significare potest, *e* quòd post tribulationes homo in sublimiori perfectione inuenitur. Tranquillitas etiam est quies à tentationibus. *Matt.* 8. 1.

Perfectio ex tribulationibus.

Quietus dicitur, *f* qui cessat à malè operando. Quiescere autem post perpetratum peccatum, est ipsum augere defendendo. *Genes.* 4. *a. Psal.* 35. *Isa.* 66. *a.* Est autem prius quiescere agere peruersè, deinde discere, benefacere. *Isai.* 1. *c.* Requiescere etiam terram, est cessare à peccatis, & abstinere à cibis illicitis, &c. *Exod.* 23. *b. Leu.* 25. *a. Iud.* 5. *d.* Quieuit etiam terra à bellis tempore Iosue, quando pax Christi data est in mundo, & in carne, principe huius mundi ejecto. *Iosu.* 11. *d. Isai.* 14. *d.* Quiescere etiam, est non ire in Ægyptum superbiæ & aliorum vitiorum. *Isa.* 30. *b. d.*

Cessare à malè operando.

Quiescere ab homine, cuius spiritus est in naribus eius, *g* est cauere, ne quid agatur, aut dicatur in Christum: ne quis in eius incurrat iram. *Isai.* 2. *d.*

Cauere iram Christi.

Requiescere sub arbore, est accepta habere opera misericordiæ. Sic quieuerunt angeli sub arbore Abrahæ. *Genes.* 18. *a.*

Acceptare opera misericordia.

Requiescens Beniamin inter humeros, *h* est Paulus, cuius requies & voluptas erat inter bona opera. *Deuter.* 33. *b.*

Quies Pauli.

Requies est in via regia, *i* quæ est veritatis & virtutis, si comparetur laboribus viarum erroris & vitiorum. *Isai.* 57. *b.* vnde non inuenit anima requiem inter vitia & errores. *Thr.* 1. *a.* 3. *f.* Quiescere ergo est bonorum: nam mali non quiescunt. *Iere.* 14. *b.* 31. *a. Iob.* 11. 14. *b.* 17. *d.*

Quies bonorũ

Non quierunt Prophetæ *k* orando & prædicando futura, donec venit Christus. *Isai.* 62. *a.*

Vacare sacris literis.

Requiescere dicitur sub ficu, *l* qui sacræ scripturæ fructibus pascitur. *Mich.* 4. *b.*

Successio bonorum operũ.

Non requiescens sementis & messis, *m* succedentia sibi bona opera significat. *Gen.* 8. *d.*

Quiescere dicuntur, *n* qui benè in potestate sunt, quando terrenarum actionum strepitus pro diuino amore intermittendo postponuntur: ne dum ima indesinenter occupant, cor funditus à summis cadat. *Iob.* 3. *d.*

Cessare à terrenis actibus.

Quies interdum pro somno accipitur, quantum ad literam. *Gen.* 41. *b.* Euigilans Pharao post quietem.

Somnus.

Requies diaboli dicitur esse *o* in malis: in quibus perpetuò quærit habitare. *Matt.* 12. *d. Isai.* 13. *d.* 34. *d.*

Diabolus in malis.

Requiescit scelus, quùm quis non potest amplius peccare. *Ezec.* 23. *d.* Requiescere etiam impios, *p* est ipsos post iudicium in infernum detrudi. *Iob.* 3. *c. Isai.* 13. *c.* Et quiescit tributum, quando diabolus non potest amplius persequi & tentare bonos. *Isai.* 14. *b.* Ita dicitur quiescere terra, hoc est, terreni. *Psalm.* 57. Et quiescit Iezabel. *Apoc.* 2. *f.*

Mitti in infernum.

Requies à malis non est transfretantibus ad Cethim. *Isa* 23. *c.* quia *q* vbi putant se mali quieturos, ibi maiores illis oriuntur perturbationes.

Quieuisse dicitur regnum domus Israël. *Hose.* 1. *b.* quando *r* cessauit esse regnum. Et quando conuenticula hæreticorum dissipantur.

Dispersio hæreticorum.

Quieuit ciuitas à commixtione fermenti. *Hose.* 7. *b.* quum *s* non coactè, sed sponte aliqui consenserunt in errore. Vel dicitur de Hierusalem, quando dixerunt principes: Non in die festo ne forte tumultus fieret in populo.

Consentire sponte in errore.

Quiescunt ab onere regis *t* hæretici. *Hos.* 8. *c.* quum separant se à subiectione Ecclesiæ. Vel è diuerso, quum *u* redeuntes ad Ecclesiam ab hæresiarchæ imperio liberantur. Item Iudæi dispersi, & relicti sine rege: quod ipsi pro onere habebant.

Separari ab Ecclesia.

Requiescunt super Dominum, *x* qui malè agentes putant se Dei fauorem habere. *Mich.* 3. *d.*

Confidere in auxilio fragili.

Requiescere dicitur in plaga lecturi, & in grabato Damasci, *y* qui confidit in auxilio humano & fragili, *Amos*, 3. *d.*

Quis.

Quis interrogando interdum *z* pro raro sumitur, vt *Matt.* 25. *b.* Quis putas est fidelis & prudens dispensator? *Hose.* 14. *d.* Quis sapiens, & intelliget hæc? *Psalm.* 23. Quis ascendet in montem Domini? *Nahu.* 3. *b.* Quis gemet super Niniuæ? Interdum verò pro difficili, aut impossibili ponitur, vt *Roman.* 8. *g.* Quis nos separabit à charitate Dei? Et *Haba.* 2. *d.* Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor?

Quisquilia.

Quisquiliæ sunt purgamenta terrarum, & arborum, & seminum.

Doctrina leuis.

Quisquiliæ frumenti, *aa* leuiorem doctrinam paruique momenti significare possunt, quales erant traditiones Pharisæorum. *Amos.* 8. *b.*

Quotidie, Quotidianus.

Quotidie idem est quod singulis diebus. Quotidianum verò est, quod quotidie fit.

Assiduè orare.

Quotidie manè offerens populus vota. *Exod.* 36. *a.* designat *bb* semper orandum præcipuè manè ante alia opera.

Victus.

Quotidianus panis, quem petimus à Deo, significare potest *cc* victum necessarium, & Eucharistiam, & doctrinam ad salutem necessariam, & præterea præceptorum obseruationem. *Matt.* 6. *b.*

Eucharistia.

Doctrina.

Obseruatio præceptorum.

Quotidianæ angustiæ dicuntur, *dd* quando de omnibus verbis ociosis sumus etiam rationem reddituri. *Ezech.* 30. *d.*

Raab.

Ecclesia ex Gentibus.

RAAB siue Rahab, id est, lata, siue dilatata, aut platea, mulier meretrix quæ suscepit hospitio exploratores Iosue missos in Hiericho, quæ cum domo sua saluata est in expugnatione ciuitatis, suspenso funiculo coccineo de fenestra, fustque postmodum vxor Salmon, cui genuit Booz, Typus esse solet *ee* Ecclesiæ ex gentibus, quæ prius erat meretrix, & sordida per infidelitatem. Sed postea susceptis prædicatoribus à Christo missis, in fide dilatata est, & mansit in Israël vsque in hodiernum diem. Quia ex gentilitate insiti sunt in oleam fidei Iudæorum. *Ios.* 2. *b. c. Psal.* 86. *Matt.* 1. *a. Hebr.* 11. *f. Iacob.* 2. *d.* De hac dicitur, *Isa.* 54. *a.* Dilata locum tentorij tui.

Raab designat etiam publicanos, peccatores, & meretrices, qui susceperunt Ioannem Baptistam, cui Pharisæi, & Sacerdotes credere noluerunt.

a *Amb. s. Luc.* 13. *Gre.* 4. *m.* 39.
b *Bed. s. Gen.* 8.
c *Hie. s. Is.* 13.
d *Gre. s.* 1. *Re.* 7. & 4. *m.* 30. & 26. *m.* 32.
e *Ori. in diu. hom.* 6.
f *Hier. s. Is.* 1. 14. 30. 66. *Ambros. de Cain.* 7. *Orig. s. Ind. hom.* 7. & *hom.* 22.
g *Hier. s. Is.* 2.
h *Am. de ben. Patriar.* 12.
i *Hie. s. Is.* 57. & *s. Ier.* 14. *Gre.* 10. *m.* 22 & 12. *m.* 2.
k *Hie. s. Is.* 62.
l *Hie. s. Is.* 65.
m *Ambro. de Noe* 21.
n *Gre.* 5. *m.* 6.
o *Hil. s. Matt. can.* 12.
p *Ori. s. Iob.* 3.
q *Glo. ord. su. Isa.* 23.
r *Glo. ord. su. Ho.* 1.
s *Hie. s. Ho.* 7. *Rup. s. Ho.* 7.
t *Hie. s. Ho.* 8.
u *Ru. s. Ho.* 8.
x *Glo. ord. su. Mic.* 3.
y *Rup. s. Am.* 3.
z *Hie. s. Nah.* 3. & *s. Ha.* 2.
aa *Hie. s. Am.* 8.
bb *Lyr. s. Ez.* 36.
cc *Au.* 2. *ser. domi. in mon.*
dd *Hie. s. Eze.* 30.
ee *Ori. s. Mat.* 54. 16. *Cypr. con. Nouat. Hie. ad nepoti* & *s. ps.* 86. *Arn.* & *Au. s. Ps.* 86. *Rup. s. Io.* 10.

Raama.

Raama videtur *a* prouincia iuxta Saba. *Ezech.27.e.*

Rabbath, siue Rabba.

Rabbath, id est,multa,siue grandis, aut iurgium,siue impugnatio, *b* ciuitas metropolis filiorum Ammon, sic dicta ob magnitudinẽ,quæ postmodum à Ptolomæo Philadelpho,Philadelphia est dicta,quam expugnauit Dauid ob iniuriam nuntiis suis illatam. *2.Reg.12.f.*Typus est Ecclesiæ hæreticorum.*Ezech.25.a.* Vel peculiariter,vt interpretatur multitudo,designans schismaticos,qui Ecclesiam,quæ vna est, in multas diuidunt. *Amos.1.d.*

Ecclesia hæreticorum, vel schismaticorum.

Rabbi, Rabboni.

Rabbi interpretatur magister,& etiam Rabboni, est vocabulum Syrum, vide *Magister.*

Rabsaces.

Rabsaces, id est, magister, vel præpositus bibentium, aut magistri osculum, vel sacculus,siue multum bibens, aut osculans, vel magnus factus, princeps in exercitu Sennacherib, quem ipse misit Hierusalem, vt auerteret populum ab Ezechia, & adduceret in seruitutem regis Assyriorum. Typus est *c* hæreticorum aut satellitum diaboli,qui blasphemant Deum,vt inducant populum ad seruiendum diabolo,eisque temporalia bona promittunt. *4. Reg.18.d.*

Haretici.

Racemus, vide Botrus.

Racha.

Racha, interpretatur *d* vacuus aut vanus, & absque cerebro, est vox, quæ dicitur ab iratis, quasi inarticulatè prolata. *Matth.5.*

Rachel.

Rachel,id est,ouis,filia Laban vxor Iacob,ducta post Liam sororem suam,quæ quia pulchrior,magis dilecta est à Iacob, quam Lia, cumque prius esset sterilis,postea genuit Ioseph,& demum Beniamin, in cuius partu mortua est: permisit vt dormiret Iacob cum Lia,pro mandragoris ab ea acceptis.Eadem abscondit idola patris sui.Interpretatur etiam: Videns principium.

Ecclesia ex Gentibus. Synagoga. Ratio. Doctrina veritatis. Vita contemplatiua. Vita cælestis aut futura. Sapientia. Fides. Contemptus mundi. Gratia. Aspiratio fortis. Pugna cum affectibus. Ecclesia. Anima. Matres innocentum. Ecclesia destruens Iudæos. Mundans Christus peccata. Mundana cogitationes, & delectationes. Occultatio diuinitatis Christi. Negare diuinitatem Christi. Tollere volentes Iudæi nomen Christi. Non considere in proprijs viribus. Resecare superflua secularis scientia. Amitteremẽtis ornatum. Conculcari gloriam Christi. Examinare scripturas, & auferre errores. Ablati fortes à Iudæa. Considerare verba erroris. Amouere ignorantiam. Dolor inferni Acumina sapientum. Sancti. Angeli lapsi.

Rachel typus esse solet *e* Ecclesiæ ex Gentibus,quæ prius erat sterilis,sed veniens ad fidem formosa facta est, & dilecta à Christo,à quo ducta est post synagogam.*Genes.29.b.* Sepulta est in via,vt designet Ecclesiam paratam esse ad suscipiendos omnes,qui in hac vita sunt viatores. *Genes.35.c.* Rachel plorans filios suos, Ecclesia *f* ingemiscens in hac vita vsque ad resurrectionem corporum. *Ierem.31.c. Matth.2.c.*

Rachel coniungens Balam cum Iacob,typus est *g* synagogæ Iudæorum, quæ ex parte Apostolorum Ecclesiam ex Gentibus Christo coniunxit.*Genes.30.a.*Significat etiam eam partem electorum,quæ ex Iudæis est, vel certè ipsam synagogam,pro qua supposita est Lia,hoc est, Gentilitas. Vt etiam mortua est in partu Beniamin, typus est *h* synagogæ,quæ mortua est in parte Pauli ad fidem venientis.*Genes.35.c.*designat etiam rationem,*i* quæ moritur,cum mens supra seipsam rapitur,& omnes humanæ ratiocinationis angustias supergreditur.Mens enim ad contemplationem rapta, quantus sit humanæ rationis defectus experitur. Et etiam generauit Ioseph, typus est eiusdem rationis, quæ est mater discretionis. Potest etiam significare doctrinam veritatis.

Rachel etiam typus est *k* vitæ contemplatiuæ, quæ pulchrior est quàm actiua,& debet duci posterior, estque magis dilecta à Christo,pauciorésque generat filios quàm actiua, quia non vacat actioni, sed quieti. Vt autem permisit,vt Iacob dormiret cum Lia pro mandragoris, designat transitum viri sapientis ad vitam actiuam, pro bona fama contemplatiuæ.*Genes.30.b.*Interpretatur autem Videns principium, vel videns Deum. Quia contemplatiua non per ænigmata,neque per creaturas,sed ipsummet Deum, & principium, in quo relucent omnia contuetur. Generauit vltimò post Liam,quia posteriores sunt actus contemplatiuæ quàm actiuæ.

Vt etiam ducta est Rachel post Liam, typus est *l* vitæ cœlestis & futuræ,quã terrestris vita præcedit.*Gen.29.e.* vnde Apostolus,Primus homo de terra terrestris secundus homo de cœlo cœlestis,& prius quod carnale, deindè quod spirituale.

Rachel abscondens idola patris sui,significat *m* sapientiam,fidem,contemptum huius seculi, gratiam,quæ abscondunt à nobis vanitates,& insanias falsas.*Genes.31.e.*Designat etiam aspirationẽ fortem,& colluctionem cum affectibus,& pugnam cum sensibilibus,& exercitationem ad temperantiam. Designat præterea *n* Ecclesiam, vel animam per pœnitentiam abscondentem auaritiam.

Rachel plorans filios suos. *Iere.31.c.Matth.2.c.*Sumitur ibi pro loco,vbi sepulta est Rachel,qui est Bethlehem, & designat *o* matres Innocentum eos plorantes,quasi resurrecturi non essent. Designat etiam Ecclesiam deplorantem infideles Iudæos.Vel Ecclesia mater Martyrum defletur,sicut Iacob plorabat Ioseph tanquam non esset, & tamen erat,ita Ecclesia non consolatur,quia non sunt,sed consolatur,quia sunt.

Radere, Eradere.

Radere, est complanare, & mundare.

Radens Iob testa saniem,designat *p* Christum,qui per corporis sui passionem, peccatorum nostrorum saniem emundauit. *Iob.2.c.* Vel testa sanies raditur,quum culpa non solùm ab opere,sed etiam à cogitatione resecatur. Est etiam mortalitatis cursum,fragilitatémque pensare, & putredinem miseriæ delectationis abstergere.

Radere crines Samson. *Iudi.16.c.* designauit in *q* Christo tempore passionis diuinitatis virtutem occultam & consopitam fuisse. Radunt etiam caput Christi,qui negant diuinitatem eius.

Eradere volebant Iudæi Christum de terra viuentium, *r* quia nomen eius, & memoriam penitus delere conabantur. *Ierem.11.d.*

Radere dicuntur barbam, *s* qui sibi de propriis viribus fiduciam subtrahunt. *Ierem.41.a.*

Radere capillos mulieris captæ,& vngulas, est resecare superflua ex doctrina Gentilium. *Deut.21.b.* Et radere barbam virorum Moab, *t* est conuincere secularem scientiam non habere virilitatem,quam ostentabat.*Isa.15.a.*

Radere caput & barbam in malum,est mentis ornatũ amittere,& Christi gloriam conculcare,& virtutes falso & ficto habitu corrumpere,& sapientiam amittere.*Leuit.19.f.21.a. Ierem.48.f.Ezech.44.f.*

Radere domum, *u* est scripturas sacras diligenter examinare, & intelligere, ejecto rasuræ puluere, hoc est, ineptis,& superfluis sensibus.Item nullas impietatis reliquias in autoribus relinquere. *Leuit.14.e.*

Rasit Dominus in nauacula conducta pilos & barbam virorũ Iuda, *x* cùm per Assyrios abstulit omnem virum fortem à Iuda & soli effœminati sunt relicti.*Isa.7.d.*

Radere leprosum absque loco maculæ, *y* est considerare verba errantis in quibus non sibi videtur errare,vt sic appareat,an ex malitia hæresim dixerit. *Leuit.13.c.*

Radere omnes pilos, *z* est resecare omnes hæresum circumstantias,vel tollere cogitationes terrenas,& immundas: & veterem hominẽ penitus exuere. *Leuit.14.a.Num.8.b.*Radendum est autem caput,vt rectè credat,& barba. vt meminerit se virum,& supercilia,vt arrogantiam deponat.

Radere caput, *aa* est ignorantiæ comas,quæ vmbram rationi offundunt,amouere,& abscindere.

Radere caluitium, *bb* est dolere grauiter eo tempore, quo magnitudo doloris omnem excluserit lætitiam. *Ezech.27.g.*

Radius.

Radius est splendor à Sole micans aut ab alio luminoso corpore. Est etiam radius virga, qua geometræ lineas indicant. Ponuntur & radij rotarum. *3.Reg.7.e.*

Radij Solis interdum significare possunt *cc* acumina sapientũ,& dicuntur esse sub Leuiathan,quando nonnulli docti sapientiæ suæ acumina non liberè agendo subleuant, sed ad vestigia Leuiathan, & peruersitate operis, & blandimento adulationis inclinantur,vt intelligentia,quæ illis siout Sol desuper fuit ex cœlesti munere, antiqui hostis pedibus substernatur ex terrena cupiditate.*Iob.41.d.* Vel radij solis,sunt Sancti filij lucis,qui in preuaricatione Adæ peccato illius detinentur obnoxij,dum iam redemptos per Christũ capitalibus criminibus suos facit, ubique velut captiuos,& seruos subdit & subiugat. Vel *dd* sunt Angeli, quos secum diabolus traxit,de quibus scribitur. *Apoc.12.a.* Traxit secum tertiam partem stellarum.

a *Hie.s.Ezec.27.*
b *Hier.s.Eze.25.& su. Amos.1.*
c *Cyr.de adoratione in Spiritu sancto.*
d *Hie. aduer. Pela.2.*
e *Am.de vir.5.& de fuga seculi. & epi.18. Aug. ser.80. Bed.s.Ge.30.*
f *Ru.2.s.Ma.*
g *Ru.7.s.Gen 27.29.*
h *Am.epi.18.*
i *Ricar. de S. Victo. de 12. Patria.73.1.467.*
k *Hie.ad. Iouin.1,Gre.s.1. Re.10. & 6. mor.28. & s. Ezec.ho. 14. Georg. Venet. Cant.8. to.7. cap. 5. 6. & can. 3.tom.6. cap.16. Aug. 12. contra Faustum. 52. 53.*
l *Bed.s. Gen. 29.*
m *Hie.aduer. Iouin.1.*
n *Arn. 1.offi. 49.& epi. 3. 4.*
o *Phi.de congre.&c. Gre. 10.mo.31. Bed.s.Ge.31. Hil.s. Matth. Can.1 Ru.de S.Victor. ver. Dei.7. pGr.3.m.14. 22.*
q *Ori.s.Matt. hom.35.Ru.s. Iud.23. Hier.s.Ier.11.*
r *Gr.1.m.38.*
s *Ori.su.Luc. hom.7. Hier. epi.sana. vulneri.& s.Isa. 15.*
t *Hie.s.Ez.7. 44.Isy.s.Leu. 19.21.*
u *Isye.s. Leu. 14.*
x *Hier.s.Is.7.*
y *Isy.s.Le.13.*
z *Ori. s.Leu. ho.8. Gre.5.m.23. Isy.s.Leu.14.*
aa *Cle.Ale.1. pad.2.*
bb *Hie.s.Eze. 37.*
cc *Gre.34.m. 7.*
dd *Hie.s. Iob. 41.*

Digitized by Google

Radix, Radicare, Eradicare.

Radix eſt, qua plantæ in terra figuntur, eíque adhærent, & per eam nutrimentum accipiunt. Interdum autem radix, eſt firmitas. *Prouerb.* 10.*b.* Radix iuſtorum proficiet. Infimum. *Exod.* 19.*c.* Steterunt ad radices montis. Origo, & principium. *Eccleſ.* 1.*c.* Radix ſapientiæ, eſt timere Deum. Radix autem arborẽ ipſam portare dicitur. *Rom.* 11.*c.* Radix ſapientiæ, eſt radices mittere. Eradicare verò, quandóque eſt auferre. *Iob.* 21.*a.* Progenies mea eradicetur. Euellere. *Sap.* 4.*a.* A nimietate ventorum eradicabuntur. Prædari. *Mach.* 5.*f.* Et eradicauit eam.

Radix aliquando dicitur *a* Chriſtus, in quo omnes fideles fundantur, & à quo nutrimentum vitæ ſuſcipiunt. *Rom.* 11.*b. Colo.* 2.*b.* Et radix de terra ſitienti, eſt Chriſtus de Virginc. *Iſa.* 53.*a.* Ipſa *b* quoque eius incarnatio, radix dici poteſt. *Iob.* 29.*c. Radix mea multiplicata eſt ſecus aquas. Ezech.* 31.*b.* Erat enim radix illius iuxta aquas, quia eſt hominibus demonſtrata.

Radices vineæ Domini, ſunt *c* charitas cum fide. *Pſalm.* 79. Quæ etiam dicuntur ſeminis. *Matth.* 13.*a. Luc.* 8.*c. Epheſ.* 3.*d.* Poſſunt etiam radices ſeminis perſeuerantiam ſignificare, qua deficiente areſcunt, quæ viuere videbantur, opera. Radicatur autem fides in charitate per agriculturam Dei. Charitas autem eſt radix de terra viuentium. *Pſalm.* 51.

Radix autem iuſtorum proficiens, eſt *d* fides & charitas. *Prou.* 12.*b.*

Radices etiam bonorum dicuntur ſpes, & fiducia in Deo. *Ierem.* 17.*b.* Et radix aperta ſecus aquas, *e* eſt ſpes fundata in diuinis eloquiis, vel fides & charitas extenſa ad Gentes, vel cogitatio parata ad infuſionem gratiæ. *Iob.* 29.*c.*

Radix Ieſſe, *f* familiam Iudæorum ſignificat, vel ſtirpem Ieſſe. *Iſa.* 11.*a.* Sic radices Iacob, ſunt propago Iudæorum, & etiam Patriarchæ. *Iſa.* 27.*b.* Et generaliter radix, eſt ſtirps. *Deut.* 29.*c.* Sic inter vos radix germinans. *Pſ.* 61. Et radicem tuam de terra viuentium.

Radix interdum ſignificat *g* cogitationes ſiue bonas ſiue malas, ex quibus procedunt opera. Et in bonum, radix erumpit, quum è bonis cogitationibus bona procedunt opera. *Hoſe.* 14.*c.* Radices ergo ſunt latentes cogitationes, quæ in occulto prodeunt, ſed in oſtenſione operum per apertum ſurgunt. *Iob.* 8.*c.* 18.*d. Iſa.* 37.*f.* Radix autem malorum, ſunt prauæ eorum cogitationes. *Iſa.* 5.*f. Ezech.* 16.*a. Pſal.* 51. Et radices montium ſunt cogitationes intimæ ſuperborum. Et à radicibus montes cadunt, quum ad colendum Deum, poteſtates ſeculi ab imis cogitationibus proſternuntur. *Iob.* 28.*b.*

Radix præterea dicitur, *h* voluntas, quæ principium eſt bonorum & malorũ operum. *Iob.* 14.*b.* Vel ipſe amor, qui, ſi eſt bonus, eſt charitas, in qua boni radicantur, ſi eſt malus, eſt cupiditas, quæ radix eſt omnium malorum. Et radices Cedri magnæ, voluntatem diaboli ſignificant. *Ezech.* 31.*b. Amos.* 2.*c. Iob.* 15.*d.* Et ipſa intentio, radix eſt. *Dan.* 4.*b.* Attamen germen radicum eius in terra. *Malac.* 4.*a. Matth.* 3.*b. Luc.* 3.*b.*

Radix ligni iuſti, *i* eſt ſancta prædicatio, quia ab ipſa oritur iuſtus, & ipſa ſubſiſtit. *Iob.* 14.*b.* Vel eſt ipſe prædicator. *Eccl.* 24.*b.* In electis mitte radices.

Radix aliquando eſt origo, & principium. Et radices montis deſignant initium bonæ operationis. *Geneſ.* 35.*b. Exod.* 19.*c.* 24.*a.* Radices autem montis, vbi fractæ ſunt tabulæ legis à Moſe, mortem Chriſti, aut corpus eius ſignificare poſſunt, aut etiam ipſam crucem, in qua corpus eius fractum eſt. *Exod.* 32.*e.*

Radix verbi, eſt *k* occaſio, quam ex verbis à iuſto prolatis mali quærunt, vt eum prauæ loquacitatis arguere valeant. *Iob.* 19.*d.*

Radix aliquando ſignificat *l* diuitias. *Eccleſ.* 10.*c.* 23.*d. Ezech.* 17.*a.* 31.*a.* Et radix omnium malorum dicitur eſſe auaritia, ſeu cupiditas. 1. *Tim.* 6.*b.* Et ſtultus dicitur firma radix, cùm totis deſideriis in terreno amore ſolidatur. *Iob.* 5.*a.* Et radix iuniperorum, eſt auaritia, ex qua peccatorum omnium ſpinæ producuntur. *Iob.* 3.*a.* Radices etiam iuniperorum ſunt *m* leues & pueriles ſenſus, quos Iudæi dant legi.

Radices impiorum, ſignificant *n* multiplicationem & roborationem hæreticorum. *Ierem.* 12.*a.*

Radices arborum, ad quas ponitur ſecuris, *o* eſt tota progenies malorum, quæ deletur. *Luc.* 3.*b.*

Radix Hieruſalem, hoc eſt, *p* animæ dicitur de terra Chanaan, quia anima naſcitur in peccatis. *Ezech.* 16.*a.*

Radice firma conualuit populus Iudæorũ, quia electorum vitam temporaliter extinguendo ſuperauit. Et quaſi radice firma ſtukus in terra figitur, *q* quia totis deſideriis in terreno amore ſolidatur. *Iob.* 5.*a.* 19.*d. Hoſe.* 9.*d.* 14.*c.* In his radix, pro opinione accipi poteſt.

Eradicare plantationes malas, eſt *r* vitia, & prauos affectus, vel etiam traditiones humanas tollere. *Matt.* 15.*b.*

Eradicari dicitur anima, *ſ* cùm de terra viuentium, & à diuina gratia tanquam indigna tollitur & dæmonibus traditur. *Thren.* 3.*e. Soph.* 2.*a.*

Eradicari, motum, *t* eſt, diabolum, expulſum exire à malis. *Luc.* 17.*b.*

Eradicari dicitur progenies Iob, hoc eſt, doctoris, *u* quando is, qui per verbum naſcitur, per exemplum necatur: Quia quem lingua vigilans gignit, vitæ negligentia occidit. *Iob.* 31.*a.*

Rages.

Rages, id eſt, tempeſtas, vel commotio: ciuitas Medorum. *Tob.* 1.*c.* Typus eſſe poteſt *x* gentilitatis, ad quam venit Chriſtus cum pecunia doctrinæ.

Raguel.

Raguel, id eſt, *y* paſtor Dei, amicus Dei, vel confractio Dei: ſacerdos Madian ſocer Moſis, de quo vide Iethro. Fuit alius Raguel Tobiæ conſobrinus, qui typus eſt Gentilitatis: *Tob.* 7.*a.* 10.*c.*

Ram.

Ram, id eſt, excelſus: de cuius ſtirpe erat Elihu. *Iob.* 32.*a.* Typus eſt *z* populi fidelium, qui huius vitæ infima, & abiecta contemnit. Excelſi enim ſunt qui dicete cum Paulo nouerunt. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.

Rama.

Rama, id eſt, *aa* excelſa vel ſublimis, aut proiecta, ciuitas in tribu Beniamin, vbi reſidebat Decora, id eſt, prophetia. Quia Prophetæ docent quæ ſurſum ſunt quærere. *Ioſu.* 18.*d. Iudi.* 4.*a.* 19.*d.* 3. *Reg.* 15.*e. Hoſ.* 5.*c.* Sic dicebat Apoſtolus. *Coloſſ.* 3.*a.* Sic conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. Fuerunt autem multæ ciuitates huius nominis.

Rama. *Ierem.* 31.*c. Thren.* 1.*a. Matth.* 2.*e.* non eſt nomen loci, ſed idem eſt *bb* quod excelſum. Significat autem quandóque ſuperbiam hæreticorum, qui excelſa quærunt.

Ramatha.

Ramatha, id eſt, *cc* excelſa, vel ſublimis, aut proiecta: ciuitas in tribu Ephraim, quæ & Amathaim, & Arimathæa dicitur, de qua erat Elcana pater Samuelis. 1. *Reg.* 1.*c.* 15.*g.* Vel interpretatur viſio conſummata, & deſignat perfectam Dei cognitionem, de qua *Ioan.* 10.*c.* dicebat ipſe Chriſtus, Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem. Vt autem ſecundo loco nominatur Ramatha, ſignificat impletionem prophetiarum in vocatione Gentium. Deſignare etiam poteſt Eccleſiam in religionis culmine erectam, & pari ratione cœleſtem patriam. 1. *Reg.* 2.*b.* 1. *Corinth.* 13.*c.*

Ramaſſes.

Ramaſſes, id eſt, commotio tineæ, vel tonitruum gaudij, ciuitas in terra Ægypti, quam ædificauerunt filij Iſraël in terra Geſſen, quæ videtur eſſe prouincia, quum aliqui Thebas, alij Arſinoen arbitrãtur. Nam fuit prima manſio filiorum Iſraël exeuntium de Ægypto.

Ramaſſes, *dd* ſecundùm quod interpretatur commotio tineæ, typus eſt auaritiæ, quam faoit ædificare Pharao, hoc eſt, diabolus. *Geneſ.* 47.*e. Exod.* 1.*b. Num.* 33.*a.* Deſignat etiam ipſos ſenſus, qui more tineæ miniſtrantes voluptates corrodunt animam.

Deſignat præterea *ee* mundum corruptibilem, qui eſt commotio turbulenta, & amaritudo, & commotio tineæ, vel tonitruum gaudij, derelinquentes tumultum ſeculi in principio cõuerſionis hanc relinquunt, ſed commouentur à vitiis priſtinis, vt vocem tonantis, & tumultuantis mundi audiant. *Exod.* 12.*f. Num.* 33.*a.*

a *Ori.ſ.* Ro. 11.
b *Gre.* 19.*m.* 20.
c *Ar.ſ.pſ.* 79. *Au.epiſt.* 120 & *ſ.pſa.* 51. *Gre.hom.* 15.
d *Bed.ſ.Prou.* 12.
e *Hier.ſ. Iob.* 29.31. *Greg.* 19.*mor.* 27.
f *Hie.ſ.Iſ.* 11. 27.
g *Au.ſ.pſ.* 72. *Gre.* 3.*m.* 35 & 1.*m.* 10. & 18.*mo.* 21. *Ori.ſ. Ezech. hom.* 6. *Arn.ſ. Iſa.* 5.
h *Gre.* 12.*m.* 23. *Aug.ſ.pſ.* 9.
i *Gr.* 12.*m.* 3.
k *Ori.* 14.*m.* 33.
l *Gre.* 6.*m.* 3. & 20.*m.* 10.
m *Rup.ſ. Amos* 8.
n *Hier.ſ. Ier.* 17.
o *Gre.ho.* 20.
p *Hie.ſ.Ezec.* 16.
q *Gre.* 6.*mo.* 2.3.
r *Orig.ſ.Iere. hom.* 1. & *ſ. Matt.cap.* 15. *Hil.ſ. Matth. Can.* 14.
ſ *Glo.inte.ſu. Thre.* 3.
t *Amb.ſ.Luc.* 17.
u *Gre.* 21.*m.* 8.
x *Glo. ord.ſu. Tob.* 1.
y *Glo. ord.ſu. Tob.* 7.
z *Gre.* 23.*mo.* 5.
aa *Ori.ſ. Iud. hom.* 5. *Hie.ſ. Ho.* 5.
bb *Hie.ſ.Mat.* 2.
cc *Gre.ſ.* 1. *Re.* 2.
dd *Ori.ſ.Exo. hom.* 1. *Phi.de ſomn.*
ee *Ori.ſ.Exo. hom.* 5. & *ſu. Num.ho.* 27. *Hier.de manſionibus.*

Chriſtus.
Incarnatio.
Fides.
Charitas.
Spes.
Familia Iudæorum.
Cogitationes.
Voluntas.
Amor.
Intentio.
Prædicatio.
Prædicator.
Initium bonæ operationis.
Corpus Chriſti.
Crux Chriſti.
Occaſio malorum contra iuſtum.
Diuitiæ.
Auaritia.
Senſus pueriles ſtudiorum.
Multiplicatio hæreticorum.
Progenies malorum.
Deſideria terrena.
Opinio.
Tollere vitia.
Tradi animã dæmonibus.
Expulſio dæmonum.
Gentilitas.
Populus fidelium.
Sublimitas.
Prophetia.
Superbia hæreticorum.
Perfecta cognitio Dei.
Impletio prophetiarum.
Eccleſia militans & triumphans.
Auaritia.
Senſus.

Digitized by Google

Diabolus.
Immites.
Improbi.
Præmium bonorum.
Vltio malorum.
Iniquitas indurata.
Corpus malorum.
Filius Dei.
Laus misericordiæ Dei.
Baptizati extra Ecclesiam
Confessio Trinitatis.
Iudæi.
Gentiles.
Reprobi.
Fideles in Ecclesia.
Ecclesia.
Apostoli.
Miracula & sapiētia Christi.
Martyres.
Prædicatores
Dogmata sacræ scripturæ.
Proles.
Successio.
Dominium.
Subditi.
Opera virtutis.
Exempla honestatis.
Fructus Gentium.
Sententia Patrum.
Inanis gloria Gentium.
Insignia iustitiæ & victoriæ.
Antichristus
Socij luciferi, vel Antichristi.
Dona Dei in lucifero.
Errores hæreticorum.
Fructus malorum operū.
Potentia Sedechiæ.
Genus regiū.
Dilatatio fidei.
Homo corruptis affectibus.
Prauæ cupiditates.
Poeta.
Aduocati.
Loquacitas.
Hæretici.
Philosophi.
Inanes opiniones.
Persecutio Ecclesiæ.
Dæmones.
Hypocrita.
Magi.
Christus passus pro peccatis nostris.
Diuina iustitia.

Ramnus.

Ramnus, est spinosus frutex,& arbuscula sentibus, vncinisque contexta, quæ teneat quidquid attigerit, & retentum vulneret,& vulneratorum sanguine delectetur,insuper & ignem emittat à se,& regnata ligna consumat. *Iudi.9.b.* Referimus autem ramnum *a* ad diabolum, & secundum virgulti naturam, illius naturam interpretabimur. Ramnus etiam sunt immites,superbi,dolosi,& omnes improbi,quos nullus bonorum,& māsuetorum potest cōtingere,& castigare sine doloris compunctione,à quibus egreditur ignis. Cùm autem ramnus est herba tenera, habet spinas virtute : ita sunt *b* mali in hac vita,qui nondum sentiunt dolorem spinarum.

Ramnus,est aculeis aspertimus,& flore gratissimus. Vnde intelligitur duplam habere virtutē, *c* vltionis,bonorum retributionis, nempe iustis floret ad ornatum,peccatoribus præbet spinas ad configendum. *Psalm.57.*

Ramnus præterea duras spinas habens, *d* iniquitatem induratam significare potest. *Psalm.57.* Priusquam producant spinæ vestræ ramnum, id est,priusquam peccata vestra consumentur.

Potest etiam significare in malis *e* corpus,quod resurget passibile,cuius dolorem grauiter sentiant. *Psalm.57.*

Ramus.

Ramus, est arboris pars cum foliis, vnde & rami dicuntur frondes. *Matth.21.a.* Alij cedebant ramos de arboribus. Rami autem quidam sunt naturales, quidam insitiᵗij, qui videlicet præcisis à trunco ramis naturalibus, in ipso trunco inseruntur.

Ramus oliuæ allatus à columba. *Genes.8.b.* Filium *f* Dei designat, qui per misericordiam Dei allatus est in mundum. Et vt erat in ore columbæ, designare potest laudem misericordiæ Dei.

Designat etiam *g* aliquos extra Ecclesiam baptizatos,qui saluari possunt si per columbam reducantur ad vnitatem Ecclesiæ.

Ramus præterea oliuæ in ore columbæ, est *h* confessio Trinitatis in ore vniuscuiusque fidelis.

Rami oliuæ erant *i* Iudæi,ex bona radice Patriarcharum. *Rom.11.c.* Rami autem oleastri, Gentiles. Sed rami oliuæ excisi sunt : Rami verò oleastri insiti in Ecclesia. Rami autem abscissi,generaliter reprobos significare possunt. Et ramusculi præcidendi sunt mali de Ecclesia eliciendi. *Isa.18.c.*

Rami vitis significare possunt *k* fideles in Ecclesia,aut synagoga. *Ezech.19.d.* Rami autem Ecclesiæ pullulant, quia plerunque ex passione iusti fideles quique ad amorem cœlestis patriæ multiplicantur, & etiam per resurrectionem Christi. *Iob.14.b. Isa.6.d.17.b. Hos.14.c. Rom.11.b.* Et ramus ficus tener, significat Ecclesiam, & homines in spiritualibus proficientes. *Matth.24.c.*

Rami sinapis, *l* Apostolos in Christo designare possunt, & etiam miracula,& sapientiam Christi. Item Martyres,& prædicatores. *Matth.13.d.* Item diuersitates dogmatum, quæ in sacra scriptura habentur.

Ramus quandóque significat *m* prolem, aut successionem. *Iob.14.b.* Rursum viresci t, & rami eius pullulant. *15.d.* Ramos eius arefaciet flamma. *Eccles.23.d.* Rami eius non dabunt fructum. *Roman.11.c.* Sic radix sancti & rami.

Radix aliquando significat *n* dominium. *Ezech.31.b. Matth.13.d.* Et rami arboris proceræ, sunt gradus sublimioris dignitatis. *Daniel.4.b.* Possunt etiam rami significare *o* subditos. *Ezech.17.b.* Humili statura respicientibus ramis.

Designant etiam *p* opera & exercitia virtutis,& ex ramis fructibus colligitur,quia ex multo virtutum exercitio scientia multiplicatur. *Leuit.23.g. Isa.17.b. Ezec.8.g. Ioel.1.b.2. Mac.10.b.* Et ramus ficus tener,bonorum operum manifestationem significare potest. *Matth.24.c.*

Rami de arboribus, qui sternebantur in via, *q* exempla honestatis significare possunt, & etiam fructus Gentium infidelium. *Matth.21.a. Luc.19.f.* Designant etiam sententiam sanctorum Patrum, & documenta. *Eccles.1.c.*

Rami sapientæ longæui, designare etiam possunt inanem gloriam Gentium calcandam : ideò sternebantur in via.

Rami palmarum, *r* insignia sunt iustitiæ,& triumphi,seu victoriæ contra vitia. *Leuit.23.g. Ioan.12.b.*

Ramus ficus tener ante aduentū Filij hominis, *s* Antichristum significare potest defendentē legem. *Matt.24.c.* Rami autem Cedri magnæ socios Luciferi, vel Antichristi designare possunt, vel potentiam & dona Dei, quæ Lucifer habuit. *Ezc.31.a.* Et rami hypocritarū,vel hæresiarcharū,sunt qui eis adhærent,quos arefacit flamma,quia terrenis desideriis æstuant,& demum in gehennam ignis detruduntur. *Iob.15.b.* Rami etiam illorum,sunt sententiæ errorum,quas proferunt,& extendere conantur, ceu ramos. *Sapient.4.a.* Rami quoque quos arefacit flamma, sunt malorum operum fructus, quos ipsi peruersi producunt. *Iob.15.b.*

Rami vineæ. *Ezech.17.b.g.* potentiam regis Sedechiæ significare possunt, & genus regium, vnde sumptus est Christus.

Rami montium Israël, *t* dilatationem fidei designant. *Ezech.36.b.* Ad idem referuntur rami Libani. *Hos.14.c.*

Ramus aliquando dici possunt *u* diuitiæ. *Sapient.4.a.* & si in ramis in tempore germinarint.

Rana.

Rana, est animal palustre,specie deforme,loquax, cui dubia vita,aquatica & terrestris, cuius saltus repens,cuius aspectus turpissimus, cuius è corpore intolerabilis fœtor emittitur. Potest designare *x* illum, qui est homo natura,sed electione pecus, corruptus,& fœtidus limo passionum. Vel designat ipsas prauas cupiditates. *Exod.8.a. Psalm.77. Sapient.19.d.*

Ranæ Ægypti, significare possunt *y* Poëtas loquaces,& eorum carmina, & aduocatos falsa loquentes,& hæreticos, & Philosophos, & Magos, & ipsam loquacitatem, & inanes opiniones, nihil nisi inanem sonum habentes. Demum designant persecutionem Ecclesiæ factam sub Domitiano. *Exod.8.a.* Ranæ quoque sunt *z* dæmones,& hypocritæ, qui videntur viuere in aqua, & viuunt in sordibus & luto. *Apocal.16.c.* Plaga autem ranarum data fuit propter peccatum contra præceptum. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Nam omnes ipsi vana adscribunt Dei.

Rapere, Rapax, Rapina, Raptor, Arripere, Raptare, Subripere.

Rapere,est per vim,aut cum festinantia,siue cū furore capere,euellere,auferre. Item inuadere. *Num.31.g.* Quod in præda rapuerat,suum erat. Mereri. *Psalm.68.* Quæ non rapui,tunc exsoluebam. Seducere. *Genes.34.a.* Adamauit eam,& rapuit. Trahere. *Deut.28.d.* Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo. Rapina autem, est furtum vi factum.

Quæ non rapuerat,soluit Christus,quia *aa* pro peccatis nostris mortuus est. Fuit autem raptor Adam, qui voluit sibi vsurpare diuinitatem,cuius rapinam soluit Christus. *Psalm.68.*

Arripiens Abraham gladium,vt immolaret filium suum. *Genes.22.d.* signum fuit *bb* diuinæ iustitiæ,quæ proprio filio suo non pepercit, vt illi satisfaceret pro nobis.

Idem designauit arripiens gladium Phinees. *Num.25.b.*

Arripere clypeum, *cc* est sumere securum fidei,& orationis deuotæ ad resistendum aduersariis. *Isa.21.b.*

Arripiens ventus locustam,vt eiiceret eam à finibus Ægypti. *Exod.10.e.* designat *dd* Deum liberantem à molestis adulatoribus.

Arripiens Moses vitulum aureum, vt eum comminueret. *Exod.32.e.* designant *ee* Christum rapientem corpus diaboli,& ipsum conterentem conuertendo ad pœnitentiam.

Rapi dicitur mens in diuersa. *Iob.20.a.* quando *ff* modò mala,quæ egit,modò bona, quæ agere neglexit, modò reprehensibilia, in quibus est,modò recta,quæ sibi adhuc deesse conspicit, solicito pauore perpendit.

Rapere dicitur fœtus vrsæ, *gg* qui conuertit aliquos à peccato,vel ab infidelitate. *Prou.17.b.* Et raptus torris de incendio,est hæreticus,aut peccator, per verbera conuersus,& emendatus. *Amos 4.d.*

Rapi simul obuiam Christo, *hh* est proficere ad meliora. *1.Thessa.4.d.*

Rapere volentes turbæ Iesum, vt facerent regem. *Ioan.6.b.* dēsignant *ii* volentes Christum regnare in primo aduentu,

Sumere fidem & orationem. Liberare ab adulatoribus. Rapiens Christus corpus diaboli. Inquietudo mentis. Conuertere aliquos. Proficere. Volentes Christum in hoc mundo regnare.

a *Hie.s. Hab. 3.& s. Agg.2. Euch.form. spirit.4.*
b *Au.s.ps.57.*
c *Hie.s.ps.57.*
d *Ar.s.ps.57. Euc.q.in psa.*
e *Hil.s.ps.57.*
f *Ba. de abd. verum.*
g *Bed.s.Ge.8.*
h *Bed.s.Ge.5.*
i *Au.s.ps.72. Hier.s.Is.18.*
k *Hie.s.Ezec. 19. Gr.12.m.3.4. Au.1.q.in Euan.39.*
l *Hil.s. Matt. can.13. Am.s.Lu.13. Hie.s.Ma.13.*
m *Au.de san. ser.33. Euch. form. spir.1. Lyr.s.Iob.15.*
n *Ricar.de S. Victo.de secu. consci.17.18.*
o *Glo. ord.su. Eze.17.*
p *Ori.s.Matt. hom.30.*
q *Hil.s.Matt. Can.21. Ber.ser.de B. Bene. Eu.for.spir.4. Am.s.Lu.19.*
r *Hier.s. Lac. 14. Aug. s. Ioan. tract.51.*
s *Hil.s.Matt. Can.26. Hie.s.Eze.31. Gr.12.m.24. Glo.int.s.Sap. 4. Hie.s.Iob.13. Glo. ord. sup. Eze.17.*
t *Glo. ord.su. Ezec.36.*
u *Lyr.s.Sa.4.*
x *Gre. Nyss. de vita Mosis.*
y *Phil.de sac. Abel& Cain. Ori. s. Exod. hom.4.*
z *Au.s.ps.77. & s.Ap.h.13. Euch.form. spirit.5. Be.s.Exo.h.8. Rup.1.s.Exo.*
aa *Glo. ord.s. Psa.68.*
bb *Ori.s. Nu. hom.20.*
cc *Lyr.s. Isa. 21.*
dd *Glo. ord.s. Exod.10.*
ee *Glo. ord.s. Exod.32.*
ff *Gre. 15.m. 1.*
gg *Bed.s.Pro. 17. Hie.s.Am. 4.*
hh *Hie.Mine rio. & Alex. epist.*
ii *Au.s.Ioan. tract.45.*

Digitized by Google

aduentu,ſicut regnaturus eſt in ſecundo. In quo errore erant diſcipuli,cùm dicerent :Domine,ſi in tempore hoc reſtituens regnum Iſraël. Item filij Zebedei.

a *Hil.ſ.Matt. Can.*11. *Hie.ſ.Eze.*18.

Rapere dicuntur regnum cœlorum violenti, *a* cùm Gentiles venient ad fidem,reiectis iudeis,& hi ſunt raptores boni.Rapit autem armatus.*Matth.*11.*b*.Rapina autem,eſt doctrina legis,quam acceperunt Gentiles credentes à Iudæis in infidelitate remanentibus. *Iſa.*33.*d*.

Gentiles venientes ad fidem.

Rapax lupus dictus Beniamin,typus erat Pauli Apoſtoli ante conuerſionem,qui poſtea diuiſit ſpolia.

Paulus Apoſtolus.

b *Am.ſ.2.Coſrin.*12.*& de parad.*11. *Bern.ſer.7.de quad.*

Rapi in tertium cœlum, *b* eſt deuenire ad hominem ſpiritualem. 2.*Corin.*12.*a*.Ille etiam eſt raptus in tertium cœlum, qui non ſolùm vt peregrinus eſt in mundo,& vt mortuus , ſed etiam eſt illi mundus crucifixus , & ipſe mundo.

Crucifixum eſſe mundo.

c *Lyr.ſ. Gen.* 34. *Lyr.ſ.Iere.* 6. d *Arno.ſ.pſa.* 103. *Am.ſ.Lu.*10. *Hie.ſ.Ez.* 18. *& ſ.Amos.*3. *Au.ſ.pſa.*68. 103. *Chry.*7.*ſ.Ioa.* 5. *Glo. ord.Leu.* 10. *Ori.ſ.Leu.ho.* 4.

Raptus Dinæ per Sichen factus,*c* deſignat vim tentationis ſubiicientẽ ſibi animam. Raptor autem eſt Sichen, hoc eſt,diabolus trahens eam ad conſenſum peccati mortalis.*Geneſ.*34.*a*.Arripiunt autem hoſtes ſagittam,& clypeum,cùm dæmones variè tentant,& quum mali reddunt mala. *Ierem.*6.*f*.

Diabolus tentans.

Reddere mala.

Rapiunt catuli leonum, *d* quum hæretici peruertunt animas,& etiam dæmones. *Pſalm.*103. Dicuntur autem hæretici,vel dæmones eos rapere,quos ſeparant ab Eccleſia.*Ezech.*18.*b*.Et lupi rapaces,ſunt ſacerdotes Iudæorum, & hæretici modum non habentes in rapinis. *Matth.*7.*b*. In rapinam autem beſtiarum dicitur fieri grex Domini, quando dæmones;& hæretici deuorant,& perdunt ſimplices.*Ezech.*34.*b*.Sic rapinæ eorum dicuntur,quando aliquos à veritate ſubuertunt. *Amos.*3.*c.Nahu.*2.*d.*3.*a.Pſalm.*9.*Ioan.*10. Arripientes Nadab & Abihu thuribula cum igne alieno. *Leuit.*10.*a*.ſunt prauè abutentes lingua ad docendas doctrinas falſas.Sic rapaces lupi ſunt mali,qui illotis manibus pedibúſque irrumpunt in diuina myſteria.

Daemones & haretici peruertentes animas.

Sacerdotes Iudaeorum.

Prauè vtentes lingua.

Irrumpentes in myſteria.

Rapiens, & rugiens leo fuit *e* Caiphas aduerſus Chriſtum in paſſione. *Pſalm.*21.

Caiphas.

Rapidus fluuius ignis, ſignificat *f* velocem,ac vehementem diuinæ iuſtitiæ executionem in iudicio futuram. *Daniel.*7.*c*.

Velox vindicta Dei.

Rapta ſtipula vento, ſunt *g* mali proiecti à facie Dei . *Ierem.*13.*d*.Et raptus puluis à turbine,ſunt mali ab ira Dei correpti. Sic diabolus rapietur vt puluis,& ſtipula. *Iſa.*17.*d.*41.*a*.

Malorum proiectio.

Raptum folium vento, *h* eſt homo,qui tentationis vento rapitur,& deſideriorum flatibus leuatur & agitatur. *Iob.*13.*d.*27.*d*.

Agitari tentationibus.

Rapina in holocauſtum eſt,quum quis ex alieno ſacrificium offert. *Iſa.*61.*c*.

Sacrificare ex alieno.

Rapina pauperum dicitur eſſe in domo prælatorũ. *Iſa.*3.*c*.quando *i* ipſi bonis Eccleſiæ ditantur,& ſuos ditant, quæ tamen pauperibus erogare debebant. Vel quando quis non dat eleemoſynam,cùm poſſit.

Vſurpare bona pauperum non dando eleemoſynam.

In Rapinam factus eſt populus Iudæorum , vel dæmonibus,vel Romanis. *Iſa.*42.*d*. Et ipſum populum Iudaicum rapuit armatus, *k* quia antiquus hoſtis in eo vitam fidei fraudulentæ ſuggeſtionis iaculis extinxit , vt vnde ſe inhærere Deo crederet, inde eius ordinationi repugnaret. *Iob.*5.*a*.

Perditio Iudaeorum.

Rapere dicitur auarè hypocrita, *l* quia dum inique agens,deſiderat de ſanctitate venerari,laudem vitæ rapit alienæ. *Iob.*27.*b*.

Gloria hypocrita.

Rapere dicuntur ſemitæ auari animas poſſidentium, quando *m* per ſuas cogitationes & cupiditates ipſi auari rapiuntur in infernum. *Prou.*1.*b*.

Pœna auari.

Rapiunt hæretici herbas & radices de conuallibus. *Iob.*20.*a*. quando *n* de humilibus patrum dictis , ſuperbo ſpiritu colligunt ſententias, de quibus apud vulgus glorientur.

Haretici vſurpantes ſententias alienas.

Raphael.

Raphael,id eſt, *o* medicina Dei,nomen angeli,qui comitatus eſt filium Tobiæ,& curauit ipſum patrem à cæcitate.Typus eſſe poteſt Chriſti qui miſſus eſt in mundum,ad ſanandos noſtros languores. *Tob.*3.*d.*8.*a.*12.*c*.

Chriſtus.

Raphaim.

Raphaim,id eſt,gigantes,vel medici,aut relaxati,populi quos Moabitæ Emim vocant,quos etiam ipſi Moabitæ expulerunt,& eorum ſedes occuparunt. *Deut.*2.*c.Ioſ.*15.*b*.

Scribæ & Phariſæi.

Raphaim,vt erant gigantes,deſignare poſſunt *p* Scribas,& Phariſæos,qui principes erant inter Iudæos,& vallis Raphaim,erat Iudæa, in qua ipſi imperabant. *Iſa.*17.*b*.

Vis conditiua.

Iuxta Origenem *q* interpretatur,reſolutæ matres, & deſignant vim conditiuam producentem ſenſus inutiles, qui purgandi ſunt. *Ioſ.*17.*d*.

Raphidim.

Raphidim,id eſt, *r* reclinatoria,ſiue ſtramenta , aut remiſſæ manus, vel medicina manuum , vndecima manſio filiorum Iſraël in deſerto Sin,iuxta montem Dei Oreb, ad Occaſum , vbi filij Iſraël ſitientes ob penuriam aquæ iurgati ſunt contra Moſen,qui diuino monitu aquam eduxit de ſilice virga percuſſa.*Exod.*17.*a.Num.*33 *b*.Vel interpretatur ſanitas iudicij,vel laus iudicij:& deſignat eum venire in Raphidim,qui bene diſpoſuit ſermones ſuos in iudicio.Peruenitur in Raphidim ex Alus,hoc eſt,ex labore,vt deſignetur ex labore peruenire ad laudem.

Vel, iuxta Hieronymum, *ſ* interpretatur diſſolutio fortium,vel ſanitas fortium:quia ibi victus,& diſſipatus eſt Amalec,hoc eſt,diabolus:& fideles ſanantur,& ibi tentatur populus per defectum.

Hareſiarcha.

Raſin.

Raſin,id eſt, *t* voluntas,vel voluntarius, aut curſus, ſiue veredarius, Rex Syriæ, aduerſarius tribui Iuda, typus eſt hæreſiarchæ , & etiam ſapientiæ ſecularis , aut ipſorum ſapientum , qui catholicæ veritati aduerſantur. 4.*Reg.*16.*a. Iſa.*7.*a.*9.*b*.

Sapientia ſecularis.

Virtus diuina viuificatrix.

Ratio, Rationalis.

Ratio, eſt vis illa in anima, qua homo cæteris animantibus ſupereminet, quæ & intellectus. Interdum autem ratio , eſt æquitas. *Leuit.*15.*a*. Ratione mercenarij ſupputata. Argumentum. *Dan.*6.*a*. Vt ſatrapæ illis redderent rationem. Cauſa.*Iob.*38.*d*.Quis enarrabit cœlorum rationem?Computum.*Luc.*16.*a*.Redde rationem villicationis tuæ. Rationale autem eſt,quod ratione vtitur,& rationabile, quod rationi eſt conſentaneum.

Influentia cœli.

Praedeſtinatis Doctrina ſana.

Ratio cœli, eſt *u* vis ſuperna ſecretorum,vel ipſa viuificatrix virtus, quæ ſpiritus format angelorum : & ratio cœli eſt in terra,hoc eſt,influentia eius,vel executio diuinæ prædeſtinationis in Eccleſia. *Iob.*38.*d*.

Iudicandi potentia Chriſti.

Firmitas naturæ.

Rationale.

Rationale,dicebatur genus veſtis,aut operimenti,quo pectus tantum tegebatur pontificis,ſuperhumerali coniunctum,eratque duplex,auro cõtectum,duodecim habens lapides precioſos,in quibus duodecim Patriarcharum nomina inſculpta erant.

Poteſtas & ſcientia iudicandi.

Sapientia.

Dicebatur rationale iudicij poſitum in pectore pontificis , deſignans *y* in Chriſto potentiam iudicandi , qui iudicabit vnumquemque ſecundùm opera ſua , quod deſignatur per nomina ſingulorum in ſingulis lapidibus ſculpta. *Exod.*25.*a*. erat rationale quadrangulum , deſignans *z* inconcuſſam naturæ & mentis ipſam dirigentis rationem.

Ratio.

Sermo.

Puritas cogitationum.

Rationale in pectore pontificis *aa* poteſtatem,& ſcientiam iudicandi,& ſapientiam,quæ in ſacerdote eſſe debent,ſignificare poteſt. *Exod.*25.*a.*28.*c.*35.*a*. In rationali autem ponitur manifeſtatio,& veritas,quia per viſibilia cognoſcitur ordo Dei,& inuiſibilia cognoſcitur ordo Dei,& inuiſibilia eius. Poteſt etiam ſignificare ſermonem qui debet in ſacerdote doctrinam & veritatem continere, quia ſacerdotis os debet meditari, & explicare ſapientiam,& ſemper vera loqui. Poteſt etiam rationem cuncta diſpenſantem ſignificare.

Sermo Euangelicus.

Senſus ſimplex ac myſticus.

Rationale etiam *bb* puritatem cogitationum deſignat, & ponitur ornatum lapidibus in pectore ſacerdotis, vt Patrum exempla contempletur,& vt omnia iudicia ſua in Deum dirigat. *Exod.*28.39.*b*.

Vtrumque teſtamentum.

Rationale præterea, *cc* ſermonem Euangelicum,& ſenſum rationalem ſignificat, ſitque duplex, apertum, & abſconditum,vt deſignet ſenſum ſimplicem ſeu literalem apertum, & myſticum latentem, vel ſcientiam vtriuſque teſtamenti, vt interius vetus , exterius nouum indicet. Vel deſignat *dd* ſenſibilia & intelligibilia , vel mentem, ac verba.

Senſibilia & intelligibilia.

Mens & verba.

Eſt etiam rationale typus *ee* prophetiæ,quæ per verbum clamat & prædicat, & futurum iudicium ſignificat.

Prophetia.

e *Arn.ſ.pſ.*21 f *Glo.inte.ſu. Dan.*7. g *Hie.ſ.Iſ.*17. h *Gre.*11.*mo.* 23.*&* 18.*mo.* 12. i *Hier.ſ. Iſ.*3. *Chry. de diu. & Laza.ho.*2 k *Gre.*6.*m.*2. l *Gr.*18.*m.*4. m *Bed.ſ.Pro.* 1. n *Gre.*20.*m.* 10. o *Glo. ord.ſu. Tob.*5. p *Hie.ſ.Iſ.*17. q *Ori.ſu. Iob. hom.*22.

r *Ori.ſ.Exod. hom.*11. *&ſ. Num.ho.* 27.

ſ *Hieron. de manſionibus.*

t *Hier.ſ.Iſ.* 9.

u *Gre.* 30.*m.* 8. *Hie.ſ.Iob.*38. x *Hie.ſ.Ioe.*2. y *Rup.*4.*ſ. Exod.*23. z *Phil.*3.*de vita moſis.* aa *Ori.ſ.Leu. ho.*6.*Philo.*2. *alle.& de vita Moſis. Hie. deveſte ſacer.* bb *Gr.*2.*paſt.* 2. cc *Ori.ſ.Exo. hom.*9.*&*13. *Hier. de veſt. ſacer.* dd *Phi.de vita Moſis.*3. ee *Cle.Alex.* 5.*ſtrom.*

Digitized by Google

Coniunctio verborum & operum.
Prælatus.
Cœlum.
Zodiacus.
Ecclesia.
Terra.

Rationale coniunctum superhumerali, admonet *a* verba operibus esse debere coniuncta. Designat etiam in Christo coniunctionem misericordiæ,& veritatis.

Rationale in Ecclesia,significare potest *b* prælatum virtutibus fulgentem. Et nomina in rationali, admonet prælatum æqualiter debere subditos amare. *Leuit.8.a.*

Rationale, imago est *c* cœli, quod ratione seu verbo factum est, & subiicitur omnium capiti Christo. Ipsum autem cum duodecim lapidibus,zodiacum cum duodecim signis exprimit.Potest etiam *d* ornatum Ecclesiæ duodecim gemmis Apostolorum illustratum designare.

Rationale in medio positum, *e* terram designare potest, floribus, & herbis, & fructibus vestitam & ornatam, quæ duodecim lapides in ipso rationali fixi, repræsentant.

Ratis, vide Nauis.

Ratus.

Ratum dicitur, quod est firmatum, vt contractus habens iam vires ex consensu partium, vt iam neutri patri liceat retrocedere. *Ierem.32.b.*

Raucus.

Raucus dicitur,qui ex nimio clamore,vel alia causa vocem obtusam habet. Fauces Christi dicuntur factæ raucæ in passione, *f* quia videbatur non audiri à Patre, vel quia prædicando non audiebatur à Iudæis incredulis. Quid est, quod dicit. *Psal.68.*

Readificare, vide Ædificare.

Rebecca.

Gloria Dei.
Spiritus sanctus.
Virgo Maria.
Ecclesia.

Rebecca, id est,signata,siue impinguata,aut contentio obtusa, vel contentio impedita: filia Bathuelis, soror Laban,vxor Isaac,cui genuit Iacob,& Esau,geminos.

Rebecca vt erat virgo & incognita,typus esse potest *g* gloriæ Dei,quæ est incorruptio. *Genes.24.b.*

Rebecca, consulens Iacob, vt acciperet benedictionem patris & postmodum vt cederet iræ fratris, typus est *h* Spiritus sancti.

Rebecca virgo pulchra,vt dedit potum seruo Abrahæ,& etiam camelis,typus est *i* beatæ Virginis Mariæ, quæ sua virginitate & puritate quasi dedit potum angelo,& sua humilitate dat potum nobis.

Rebecca etiam significare potest *k* Ecclesiam, quæ venit supra camelum, dum adhuc vitiis esset immixta, & nondum spiritualibus, sed animalibus motibus inhæret: quæ coniuncta est Isaac, hoc est, Christo: cum quo lusit, quia in eo laudes Dei celebrantur. *Genes.24.b.26.b.* Eadem impediens benedictionem Esau, & procurans illam Iacob, est Ecclesia impediens indignorum promotionem, vt digni admittantur. *Genes.27.a.* Tunc autem cognouit Abimelech eam esse coniugem Isaac, quando illum vidit cum ea ludentem, ita cùm quis, ne aliquid errando in Ecclesia peccet, secretum viri eius in scripturis sanctis diligenter intuetur,inuenit eum maiestatem suam, qua in forma Dei æqualis est Patri,pauliſper abscondisse in forma serui, vt eius capax esse humana infirmitas posset,eoque modo se coniugi congruenter aptaret. Eadem Ecclesia dat potum prædicatori.

Anima fidelis.
Gratia.
Præscientia Dei.

Rebecca præterea, est *l* anima fidelis,quæ dat potum seruo Abrahæ,hoc est, prædicatori, eius dictis obtemperando. Peculiariter autem anima Philosophi eloquentia erudita. *Genes.24.*

Vt autem Rebecca diligebat Iacob,typus est *m* gratiæ populo Christiano traditæ,& etiam præsentiæ Dei.Vnde supposuit Iacob pro Esau, hoc est,populum Gentilem pro Iudaico. *Genes.25.d.27.a.*

Doctrina sacra.
Sapientia.
Discipuli occulti Christi.
Patientia.
Tolerantia.

Rebecca,vt est dicta soror Isaac,typus est *n* doctrinæ sacræ,& sapientiæ absconditæ,quæ habenda est vt soror. *Genes.26.b.*Significat etiam discipulos Christi occultos, qualis erat Nicodemus.

Rebecca coniuncta Isaac, designat *o* patientiam coniunctam cum spe. Vnde consuluit Iacob, vt cederet fratri suo Esau.*Gene.24.b.27.g.* In hac coniunctione fit illud Apostoli.*Rom.12.c.*Spe gaudentes. Rebecca etiam hoc est, tolerantia, est, cum qua ludit Isaac, id est, risus, qui designat eum qui se exercet in disciplinis, cui necessaria est tolerantia.

Rebellare, Rebellis, Rebellio.

Aduersarij Ecclesiæ.
Contemptores boni cogniti.

Rebellare, est repugnare,quod præcipuè est inferioris erga superiorem. Vnde rebelles dicuntur, qui iussis imperantis repugnant, Rebellio autem, est ipsa repugnantia.

Rebelles Israël, sunt *p* aduersarij Ecclesiæ, qui non inueniuntur,quia pereunt. *Isa.41.c.*

Rebelles lumini sunt, *q* qui sua desideria sequendo, bonum despiciunt, quod nouerunt, quia non per ignorantiam,sed per superbiam delinquunt. *Iob.24.b.*

Reblatha.

Rebla, seu Reblatha,id est,rixa,vel multa hæc,vel magnitudo illi,aut iurgium inueteratum,vel conturbatum, siue iurgium defluens,ciuitas Syriæ,quæ postea dicta est Antiochia,sita est supra Orontem fluuium, per medium eius transeuntem,cuius plateam antea lutosam, Herodes magnus Rex Iudeæ lapide strauit, magnitudinis animi, & liberalitatis famam apud externam vrbem mercatus. Est terminus Aquilonaris terræ promissionis:in hac mirè floruit Christianismus,in ea occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ,eiusque eruit oculos.Ei enim quandóque & lumen rationis clauditur, qui prauo vsu ex iniquitatis suæ multitudine grauatur. *Num.34.c. 4.Reg.22.g. 25.b. Ierem.39.b.*

Reboare, vide Sonus.
Recalcitrare, vide Calcaneus.
Recalualter, vide Caluus.
Recedere, vide Abire.

Recem.

Vanitas mundi.

Recem, id est, vacuus, aut vanus, seu inanitas, vel pictura varia, aut saliua eorum,ciuitas in tribu Beniamin. *Ios.18.d.*Item Rex Madian occisus à filiis Israël.*Num.31.a.* qui typus est *r* vanitatis mundi, quæ vincenda est à fidelibus.

Recens, vide Nouus.
Recensere, vide Numerare.
Rechab.

Diabolus.

Rechab, id est, quadriga, equitatus, vel equitans: filius Rammom, qui occidit Isboseth typus est diaboli. *2.Reg. 4.a.*

Reſidere, vide Cadere.
Recipere, vide Accipere.
Receptaculum.

Doctores.

Receptaculum, est locus in quo aliquid tuto recipitur.

Receptacula ignium, quibus ab altari holocausti, ad altare thimiamatis ignis defertur, designant *s* doctores accendentes sua prædicatione fideles,& eos de virtute in virtutem prouehentes. *Exod.28.a.38.a.*

Recitare, vide Narrare.
Reclinare, Reclinatorium.

Anima Christi.
Contemplatio
Fulgor charitatis.
Doctores.
Spes æternæ quietis.

Reclinare, est quasi inclinando aliquid collocare. Reclinatorium autem, est locus vbi fit reclinatio.

Non habet Filius hominis vbi caput suum reclinet, *t* in mentibus videlicet prauorum. Nam in bonorum pectoribus vim suæ maiestatis reclinat. Non habet etiam vbi caput suum reclinet, quando non est, cui tradat cognitionem Dei. *Matth.8.c. Luc.6.c.*

Reclinatorium autem ferculi Salomonis, designat *u* animam Christi. *Cant.3.d.*Vel designat requiem cœlestis contemplationis, quæ aurea est propter sapientiam, quæ preciosior est cunctis opibus. Vel fulgorem charitatis intimæ, in qua fideles reclinantur. Item doctores vel speculatores, plenos diuina sapientia. Item spem perpetuæ quietis, quæ aurea est, quia diuinæ visionis requiem patat.

Recubere,

a *Philo. 3. de vita Mosis.*
b *Ruper. 4.s. Exod.32. Gloss. ord. su. Leu.8.*
c *Cle. Ale.5. strom. Philo. 3. de vita Mosis.*
d *Tert.aduer. Mar.4. Hier. de veste sacer.*
e *Geor.Venet. Cant.2.to.3. cap.5.*
f *Au.s.ps.68.*
g *Cle. Alex. 4.strom.Hier. ad Dama. q. 3.*
h *Bed.s. Gen. 27.*
i *Bern.ser. de beati.Virg.*
k *Cle. Alex. 1.pad.5. Georg. Venet. Cant.2.to.7. cap.4.Au.22 contra Faust. 48. & serm. 75.Bed.s.Ge. 24. Rup.7.s. Gen.13. Gr.35.m.17.*
l *Orig.s. Gen. hom.10.*
m *Gre.s.Ezec. hom.6.Rup.s. de glori. Trinitatis.6.*
n *Lyr.s. Gen. 26. Rup.6.s.Gen. 41.*
o *Cle.Alex.1. pad.4.Am.de fug.sec.5.*
p *Glo.inter.s. Isa.41.*
q *Gre.16.m. 26.*
r *Ori.s.Num. hom.25.*
s *Glo. ord.su. Exod.27.*
t *Orig.s.Luc. hom.45. Hil.s. Matth. Can.7.Am.s. Luc.9.*
u *Gre.s.Cant. 3.& su. Ezech.15.*

Digitized by Google

Recolere, vide Cogitare, Meminisse.

Reconciliare.

Reconciliare, est in gratiam restituere post offensam in amicitia commissam.

Reconciliauit Christus duos populos Deo, hoc est, Iudæos,& Gentiles. *Ephes.*2.*d.* quare conciliatione omnia reconciliasse dicitur. *Coloss.*1.*c.*

a *Hie.s.Is.*60. b *Aug.* 1.*ser. Domini in monte.*

Reconciliator dicitur Deus *a* Ecclesiæ in Gentilitate, quæ conuersa est ad fidem. *Isa.*60.*b.*

Reconciliari dicitur fratri suo ante oblationem muneris, *b* qui intendit satisfacere, cum primùm poterit. *Matth.* 5.*d.*

Recondere.

Recondere, est reponere, contegere, seruare. Et recondere præcepta sapientiæ,est,in mente ea figere,vt opere compleantur. *Tob.*12.*b. Prou.*7.*a.*1.*Cor.*16.*a.*

Recordari, vide Meminisse.

Recreare, vide Reficere.

Rectus.

Rectum dicitur, id est,quod in nullam partem flectitur,cuius contrarium est obliquum, & is dicitur rectus, qui iustitiæ medium seruat,in neutram declinans partem. Vnde rectitudo in bonorum, & beatorum.Et verbum Domini dicitur rectum, *c* quia dirigit nos. *Psalm.*32.139.142. Et rectus deficit in hominibus *d* quando refrigescit charitas in Ecclesia. *Mich.*7.*a. Iob.*1.*a.* Et rectus incedit,qui recta habet opera. *Iob.*8.*d.*

c *Basi.s.ps.*32 *Hil.s.ps.*139. & 142. d *Gre.*8.*mor.* 26. c *Amb. apol. Dauid.*14. *Hie.s.Is.*26. f *Hie.s.Is.*40. g *Hie.s.Is.*44. h *Basi.s.ps.*7. i *Hie.s.Eze.*1. *Gre.s. Ezech. hom.*37.

Rectus spiritus, quem innouari petebat Dauid in visceribus suis, *Psalm.*50.dici potest *e* Spiritus sanctus,vel bona conscientia.

Spiritus sanctus. Bona conscientia.

Recta semita iusti, est rectitudo operum Christi,& rectus callis eius est ad ambulandum, quia qui Christum imitabitur, rectè ambulabit. *Isa.*26.*b.*

Rectitudo operum Christi.

Rectas facere vias Domini in solitudine, *f* est tortuosa Gentium corda ad veritatem formare. *Isa.* 40.*a. Ierem.* 31.*b,*

Formare corda Gentium ad veritatem.

Rectissimus dicitur Iacob,*g* secundum nomen Israël.*Isa.*44.*a.*

Recti corde sunt, *h* qui non eleuantur per excessum, nec deprimuntur per defectum, sed sunt vt linea recta. Nam tortuosa,vel supra,vel infra,vel ad latera deflectitur. *Psalm.*7.

Recti pedes animalium,& rectæ pennæ,designãt *i* volatum ad cœlestia & opera recta,nec retrorsum redeuntia. *Ezech.*1.*b.f.* Rectæ quoque pennæ alterius ad alterum,sunt quando gratiam, quam quis accepit, in proximi vtilitatem administrat.Nam si suam quærat vtilitatem,non rectæ,sed tortuosæ sunt.

Recumbere,vide Accumbere.

Recuperare.

Recuperare,est rem amissam rursus acquirere,vel instaurare quod destructum erat.Recuperat Deus *k* à temporali afflictione ad æternam consolationem deducens. *Ecclesia.*2.*b.* Crede Deo, & recuperabit te. 11.*b.*13.*d.*29.*d.* 2. *Mach.*2.*c.*

k *Lyr.s. Eccl.* 3.

Reddere,Restituere,Retribuere.

Reddere,est acceptum vel ablatum restituere,& quandoque retribuere,seu vicem pro merito dare,& par referre,& quandoque efficere. Item emittere. *Soph.*3.*b.* Reddam populis labium electum. Et soluere. *Matth.*22.*b.* Reddite quæ sunt Cæsaris,Cæsari.

Reddidit Deus consolationes,Christo videlicet & Apostolis lugentibus *l* per resurrectionem, & dando Spiritum sanctum. *Isa.*57.*d.* Et reddidit lætitiam salutaris resuscitato Christo,quia reddidit Christum Ecclesiæ. *Psa.*30. Reddens etiam ouem diues,est Christus suscitans carnem suam, & reddidit quadruplum, propter quatuor dotes corporis. 2. *Reg.*12.*b.*

l *Lyr.* 1.*s.psa.* 50.*s.Isa.*57. *Amb. apol. Dauid.*3. *Resurrectio Christi.*

Retribuit Pater Christo,*m* quando dedit illi nomen,quod est super omne nomen, *Psalm.*141.Et restituta dicitur terra Dauid,quando corpus Christi suscitatum est. *Psalm.*96.Reddidit Deus duplicia Christo. *Zach.*9.*c.* quando *n* per hoc,quod fuit obediens vsque ad mortem crucis,dedit ei omnem potestatem in cœlo & in terra,in diuina simul & humana natura:quam prius habebat tantum in diuina.Item,quia præter Sanctos, qui descenderant ad inferos,& præter semen Abrahæ,dedit illi Gentes in hæreditatem.

m *Hil.s.psal.* 141. *Aug.s.ps.* 96. n *Ru.s.Zac.*9. *Gloria Christi.*

Restituit Deus hæreditatem Christo,*o* vel quum conuertet Iudæos in futuro,vel quum reddet immortalitatem corpori sanctæ Ecclesiæ. *Psalm.*15.

o *Hie.s.ps.*15.

Restitura dicitur terra Dauid,hoc est,Christo,*p* quando corpora nostra eius obsequio mancipantur, vel quum mundus relictis idolis,Christi fidem amplectitur,aut cùm Iudæi sunt conuersi. *Psalm.*96.

p *Hie.& Au. s.ps.*96. q *Au.s.ps.*37. *Hier.s.Ion.& s.Zac.*13. r *Ori.s.Ier.*11. *Hier.s.Is.*23. *& s.Zac.*16. *Gr.*11.*m.*13. *Hie.s.Iob.*38. *Subiectio carnis. Conuersio infidelium. Satisfaciens Christus pro nobis.*

Reddidit Deus lætitiam salutaris *r* quum dat remissionem & liberationem à peccatis, quæ magnam inferunt lætitiam. *Psalm.*50.Et reddit annos,quos comedit locusta, quum ad pristinum gratiæ & iustitiæ statum reducit animam. *Ioel.*2.*f.* Restituit Deus aliquem,cùm post peccatum reducit eum in statum gratiæ,seu innocentiæ,quod est restitui in gradum pristinum. *Genes.*40.*c.* Sic restituitur Tyrus antiquum,hoc est,anima peccatrix reuocatur ad statum gratiæ. *Isa.*23.*d.* Et Sodoma,hoc est,Gentilis populus,& Samaria,hoc est,hæretici conuersi: & Hierusalem,hoc est, Ecclesia vel anima. *Ezech.*16.*b.* Sic Gentes subuersas in integrum restituit. *Iob.*12.*d.* Et restituetur vt lutum signaculum, quando anima & corpus reparabuntur in resurrectione. *Iob.*38.*b.*

Remittens Deus peccata.

Reparatio animæ & corporis.

Reddit Dominus semen aliud, quando multiplicat fideles. 1. *Reg.*2.*d.* Et reddit labium electum, *f* quum dat confessionem fidei. *Soph.*3.*b.* Reddunt quoque sementem Deo, qui audito eius verbo,bene operantur. *Iob.*39.*b.*

Multiplicatio fidelium. Confessio fidei.

Reddit Deus duplicia, *t* cum beatificat animam & corpus, & quum pro temporalibus dat æterna. *Zach.*9.*c.* Reddet etiam stabulario,quando illi dicet. Euge serue bone. *Luc.*10.*f.*

Bene operari. Beatitudo.

Reddit Deus vnicuique iuxta opera sua. *Psalm.*61.78.Et reddit iniquitatem in sinu, *u* quando animam castigat in affectibus, vel quia non vnum pro alio castigat, sed vnumquemque pro suo delicto. *Isa.*35.*b.*63.*b.*65.*a.*66.*c.* Et reddit vias alicuius in caput suum,quum eum castigat secundum peccata. *Exech.*9.*d.* Sic reddit iuxta adinuentiones cuiusque. *Hos.*12.*d.* Et reddit vicissitudinẽ persecutoribus fidelium. *Ioel.*3.*a. Iob.*34.*b. Matt.*20.*a.* Et reddunt malo dolorem suum manus eius, quia damnationem iustam ex iniqua recipient operatione. *Iob.*29.*b.* Et retributio operum. *Isa.*3.*b.*

Retributio Dei.

Reddit Deus duplices iniquitates, *x* quum prius castigat, & postea pœnitentibus peccata condonat, bona retribuens. *Ierem.*16.*d.* Vel reddit duplices iniustitias,quia seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

Castigat Deus ad emendationem.

Reddit Deus iniquitatem patrum filiis, *y* quum propter peccatum originale puniuntur filij, quod in primis parentibus fuit actuale. Vel quando filij imitantur parentes,puniũtur propter eadem peccata,propter quæ puniuntur parentes,& pœna filiorum,est pœna patrum,vt ipsi parentes in filiis quodammodo puniantur. *Exod.*25.*a.*34.*a. Iob.*21.*d.* Vel pater est diabolus. Peccantes autem ministros peccati adiutoréque requirimus, quos tertiam vel quartam progeniem habet diabolus, quos in præsenti Deus verberat, vt in futuro leuius sustineant. Diabolus genuit Iudam, quum in illum intrauit: Iudas abiit ad principes sacerdotum,illi persuaserunt populo,& sic facta est quarta generatio.

Pœna maior scienter peccantis.

Reddit Deus retributionem Iudæis,*z* quum destruxit Hierusalem. *Isa.*66.*c.* In retributionem quoque fiet mensa Iudæis,quia per legem,quam acceperunt,iudicabuntur & condemnabuntur. *Psalm.*68. *Ioan.*5.*a. Rom.*2.11.*b.*

Destructio Hierusalem. Punitio Iudæorum.

Reddit Dominus sicut superbiæ Iacob,ita superbiæ Israël, *aa* quia sicut defendit luctatorem Iacob ita contemplatorem Israël. *Nah.*2.*a.* Et licèt vastati fuerint ab Assyriis:liberati sunt tamen destructis Assyriis,& angeli singulorum fidelium quidquid in Iacob, & Israël adhæsit pulueris excusserunt.

Reddidit Deus mercedẽ Nabuchodonosor spolia Ægypti, *bb* quia seruiuit Deo in euersione Tyri. *Ezech.*29.*d.*

s *Hie.s.Sop.*3. t *Hie.s.Zac.*9 *Am.s.Lu.*18. u *Hie.s.Is.*65. 66.*& s.Ez.*9. *Gre.*15.*m.*4. *& 24.m.*25. *Aug.s.ps.* 78. *& de verb. Dom.ser.* 59. x *Hier.s. Ier.* 16. *Ori. s. Ierem. ho.*12. y *Hie.s.Ezec. hom.*18. *Gr.*15.*m.*22. *Bed. s. Exod.* 20. z *Hie.s.Is.*66. *Orig.s. Ro.*11. aa *Hie.s.Nah.* 2. bb *Hie.s.Eze.* 29.

Digitized by Google

Præmium malorum in hac vita. *Promptum iudicium Christi.* *Adiuuans Deus.* *Gratiarum actio.* *Confessio peccatorum.* *Bene operari.* *Seruare promissa in baptismo.* *Offerre Eucharistiam.* *Offerre seipsum.* *Laudes Dei in patria.* *Consolatio diuina.* *Vita corporis pro vita animæ.* *Reformare scandalum.* *Satisfacere scandalizato.* *Proponi præcepta.* *Pœnitentia.* *Fides.* *Remuneratio operum.* *Mundatio peccatoris.* *Instaurata ruina angelorum.* *Conuersio peccatorum.* *Opera prædicatorum.* *Dari corpori & animæ propria.* *Relinquere vitia diabolo, & virtutes Deo.* *Conuersio principum secularium.* *Imitatio bonorum.* *Dominari carni.* *Iudæi persequentes Christum.* *Condemnans Deus.* *Scandalum infirmorum.* *Desolari Ecclesiam.* *Dissipatio prauarum cogitationum.* *Pauor malorum in iudicio.* *Abiectio superborum.* *Gratificans Deus.* *Parcens & succurrens.* *Flagellans Deus ad pœnitentiam.* *Relinquens Deus.*

designatur autem remuneratio malorum in hac vita, & quod si Gentes seruent legem naturalem, non peribit illis

Reddit Deus aquas Ægypti purissimas, *a* cùm aufert errores à doctrina. *Exech.* 32. *c.* (præmium iudicio.

Reddit velociter Christus, quod iustum est *b* quia non differt iudicium, cum tempus est iudicandi, nec quisquam potest iudicij eius executionem remorari. *Isa.* 16. *b.*

Non reddidit Deus quasi aliquid acceperit. *Iob.* 41. *a.* quia bonum, *c* quod agimus, est Dei per prævenientem gratiam, nostrum vero per obsequentem liberam voluntatem, quam à Deo habemus: & bona operatio non in Dei, sed in nostram cedit vtilitatem. Vnde *Psalm.* 115. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi.

Restituit Deus iudices, & consiliarios sicut antiquitus, *d* cùm pro Mose, Iosue, & cæteris veteris legis, dedit Apostolos, & doctores nouæ legis. *Isa.* 1. *g.*

Retribuere dicitur Dominus aliquando, *e* quum præstat auxilium. *Psalm.* 54. 137.

Reddit mulier fortis bonum & non malum viro suo. *Prou.* 31. *b.* quando *f* Ecclesia, vel anima reddit bona opera Christo ob gratitudinem. Reddit autem Deo vitulos labiorum, *g* qui offert orationes, & cõfessionem peccatorum. *Hose.* 14. *b.* hoc est, vota reddere. *Nahum.* 1. *d.* Reddit autem vota coram populo, *h* qui recta præbet exempla, & qui seruat promissa in baptismo, & qui offert Eucharistiam: qui seipsum, & reddit vota de die in diem, qui in cœlesti patria Deum laudat, ita redditur verum deo in Hierusalem, hoc est, in patria cœlesti, quia hîc licèt voueamus, tamen quandiu sumus in Babylone, non possumus perfectè reddere, sed in resurrectione offeretur holocaustum corporis & animæ. *Psalm.* 21. 60. 64. 65. 75. 115. (tas passi sunt tribulationes. *Ioel.* 2. *f.*

Reddit Deus annos, quos comederat locusta, & bruchus, &c. quando *i* consolatur Sanctos, quia in hac vita mul-

Reddere rationem, est reddere computum. Reddidit autem rationem villicationis suæ villicus, *k* sicut Paulus, quando illi dictum est. Saule, Saule quid me persequeris? *Luc.* 16. *a.*

Reddere animam pro anima, est *l* dare vitam corporis, pro vita animæ, vel reformare scandalum datum. Reddere etiam oculum pro oculo, fit quum ab eo, qui sensum turbauit alterius, aufertur proprius sensus. Ad idem refertur reddere dentem pro dente. *Exod.* 21. *b.* Reddere etiam pignus ante solis occasum, est satisfacere scandalizato, vt exeat à peccato: vel reddere vsum sermonis. *Exod.* 22. *d. Deut.* 24. Reddere bouem pro boue, & restituere quinque boues pro vno, aut quatuor oues pro vna. *Exod.* 11. *d.* 22. *a.* est transferre in se pœnitentiam eius, quem errare fecit, & Iudæus agit pœnitentiam per quinque libros Moysi, Christianus, per quatuor Euangelia. Reddere damnum ignis, & pecuniam. *Exod.* 22. *a. Leuit.* 5. *d.* est agere pœnitentiam, propter indiscretam correctionem, aut scandalum. Restituere opera & impensas in medicos, est adducere ad pœnitentiam per doctores, & admonitores eum, quem peccare fecit. *Exod.* 21. *c.* Reddere pretium iumentorum, est teneri reum doctorem, qui indiscretè aperuit sensum, vnde simplices incidunt in errorem. Ideo tenetur agere pœnitentiam, & conari reducere errantes.

Reddentes decem mulieres panes & pondus, *m* sunt decem præcepta simpliciter tradita. *Leu.* 26. *d.*

Reddere debitũ pro peccato, *n* est affligere se per pœnitentiã. Reddit autem anum vnum, & murem vnum, qui sic commissa luget præterita, vt perfectè caueat futura. 1. *Reg.* 6. *a.* Reddere autem duplum, est animo, & corpore pœnitentiam agere. *Exod.* 22. *a. b.* Reddere vero nouissimum minutum, est minimorum & peccatorum pœnas lugere. Vel etiam peccata terrena perpetuò soluere. *Luc.* 12. *g.*

Reddere pecuniam virgini iuxta modum dotis. *Exod.* 22. *c.* est *o* honorare sensum literalem dote fidei, quum sensus literalis regnum charitatis ædificat. (septem dies huius vitæ.

Reddere primogenitum bouis aut ouis octauo die. *Exod.* 22. *d.* est *p* offerre opera in iudicio remuneranda post

Redditus leprosus munditiæ. *Leu.* 13. *a.* 14. *a.* est *q* peccator mundatus à peccato.

Redditæ vrbes Israël, quas tulerant Philisthiim, *r* designant instauratas ruinas angelorum per homines, vel restitutos ad gratiam, qui decepti fuerant à dæmonibus, vel hæreticis. 1. *Reg.* 7. *d.*

Redditus vinearum, dici possunt *s* opera aut fructus prædicatorum. 1. *Reg.* 8. *a.*

Reddere quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, est *t* dare corpori necessaria, & animæ quæ sua sunt. Vel relinquere principi huius mundi vitia, & renunciare mundo, dare verò & ascribere virtutes Deo. *Matth.* 22. *b. Marc.* 11. *b. Luc.* 2. *e.*

Reddit Ecclesiæ sementem Rhinoceros. *Iob.* 39. *b.* quando *u* principatus seculares, qui prius sæuiebant in Ecclesiam, suscepta fide, fructum bonorum operum in ea reddunt.

Restitui sanitatem brachio fracto Pharaonis, *x* est reddi malis vires ad nocendum. *Exech.* 30. *e.*

Restituta manus, *y* est reddita sanitas animæ ad benè operandum. *Matth.* 12. *a.*

Reddit testimonium Ecclesiæ oculus, *z* quando quis exemplis vitæ illius seu membrorum eius, bene viuendo respondet. *Iob.* 29. *d.*

Retribuere Babyloni retributionem, quam retribuit, est *aa* dominari carni, quæ prius dominabatur, & eam captiuam ducere, quæ ipsum prius habuerat peccati lege captiuum. Est etiam exordia vitiorum ad petram, quæ Christus est, allidere. *Psalm.* 136. (sionem eius quam habebat.

Restituere optimum, quod habent in agro, *Exod.* 22. *a.* est *bb* satisfacere inuasionem dignitatis alterius per amis-

Restituere Dagon in locum suum, *cc* est idololatriæ statum subtili consideratione perquirere. 1. *Reg.* 5. *a.*

Reddentes malum pro bono fuerunt Iudæi, persequentes Christum in passione, à quo multa bona acceperant, & etiam dæmones. *Gen.* 44. *b. Ierem.* 18. *b. Psalm.* 37. *Redigere.*

Redigere, est vi quadam, aut industria in aliquid reducere.

Redigit Deus in nihilum, *dd* cùm perpetuò condemnat, aut quum in perpetuum destruit, qua ratione redacta est Hierusalem in nihilum. *Isa.* 34. *c. Ierem.* 10. *b. Ezech.* 26. *d.* Rediget etiam Deus in ciuitate sua imaginem malorum ad nihilum: *Psalm.* 72. quia non inueniuntur mali in cœlo. Vel in Ecclesia destruit varia dogmata, quorum personam Philosophi & hæretici induunt.

Ad nihilum redigunt membra Iob, hoc est, Ecclesiæ, *ee* cum infirmi perspicientes peruersos florere, iustosque cruciari, ad hoc nonnunquam perueniunt, vt se bona vel inchoasse pœniteat: atque ita non agenda mala citius recedunt, ac si eorum vitæ nocuerit bonum, quod inchoauerant. *Iob.* 16. *b.* 17. *d.* 30. *b.*

Redigi terram in solitudinem, est Ecclesiam desolari. *Gen.* 47. *a. Exod.* 23. *e.* Et redigit Deus domum Dauid in solitudinem, *ff* quando destruit aliquam Ecclesiam cum pastore. *Ier.* 21. *a.*

Redigi dicuntur boni in nihilum apud malorum æstimationem, *gg* quando ea, quæ ipsi quasi summa diligunt bona temporalia, ipsi boni non tenent. *Ioa.* 30. *b.*

Redactæ domus in tumulos, *hh* sunt cogitationes prauarum inordinatæ, & à vitæ ædificio lapsæ, dum enim praui quique confusis actionibus sibimetipsis ad peruersa opera iunguntur, ostendunt proculdubio, quia de ædificio vitæ ceciderunt. *Iob.* 15. *d.*

Redigentur vultus in ollam in iudicio, *ii* quando peccatores magno pauore consternati erunt. *Ioel.* 2. *b.*

Rediguntur cernices superborum in lutum. *Iob.* 13. *b.* quando *kk* superbus quisque humiliatur in morte, & elata caro tabescit in putredine. *Redimere, vide Emere. Redire, Regredi, Reuerti, Remeare.*

Redire, est quasi retro ire, hoc est, ad locum, vnde prius quispiam venerat: quod & regredi, & reuerti dicitur. Reuerti etiam, est reuocari. *Exod.* 14. *g.* Vt reuertantur aquæ ad Ægyptios. Et reuersus, conuersus. *Exod.* 32. *g.* Reuersusque ad Dominum. Iterans. *Gen.* 8. *c.* Quæ non est reuersa vltra ad eum. Regressus. *Gen.* 8. *b.* Reuersa est ad eum in arcam. Resipiscens. 3. *Reg.* 8. *g.* Et reuersi fuerunt ad re in toro corde. Restitutus. *Leu.* 13. *g.* Faciem pristinam non reuersam. Retrocedens. 4. *Reg.* 19. *b.* Reuersus est ergo Rapsaces.

Reuerti tribuitur Deo per metaphoram, sicut & ire. Dicitur autem reuerti Deus *ll* gratificando. *Gen.* 18. *b.* Reuertar ad te hoc eodem tempore. Item quando parcit, & quando in tribulatione succurrit, quasi qui prius abierit, & reliquerit. *Hos.* 11. *c. Iob.* 10. *c. Mich.* 7. *d.* Sic dicitur reuerti ad Hierusalem in misericordiis. *Zach.* 1. *c.* 8. *a.*

Reuertitur etiam Deus, *mm* quum eos, quos reliquerat quasi insensibiles & desperatos, postea flagellando ad pœnitentiæ dolorem excitat. *Iob.* 10. *c.* Dicitur quoque non reuerti furor Domini vsque dum faciat, quando plenam exercet Deus vltionem. *Ierem.* 23. *e.* Reuertitur verò, quum placatur.

Reuerti dicitur Deus in locum suum, *nn* quando iam non curat eos, quorum prius curam gerebat. *Hos.* 5. *d.*

a *Hie. s. Exec.* 32.
b *Hie. s. Isai.* 16.
c *Gre.* 33. *mo.* 26.
d *Hie. s. Isa.* 1.
e *Hil. s. ps.* 34.
f *Be. s. Pr.* 31.
g *Hie. s. Hos.* 14.
h *Arn. s. psal.* 75. *Hil. s. psa.* 65. *Aug. epi.* 120. *& s. psa.* 64.
i *Rup. s. Ioel.* 2.
k *Hie. Aglas.*
l *Ori. s. Exod. hom.* 20. *Bed. s. Exod* 21. *Ambr. de Tob.* 20. *Phil. de somn. Glo. ord. s. Exo.* 21. 22. *Lyr. s. Ex.* 42. *Greg.* 17. *mor.* 13.
m *Isyc. s. Leu.* 26.
n *Gregor. s.* 1. *Reg.* 6. *Glo in. s. Exod.* 22. *Orig. s. Luca.* 35. *Aug.* 1. *ser. Dom. in mont.*
o *Gloss. ordi. s. Exod.* 22.
p *Gloss. inte. s. Exod.* 22.
q *Glo. ord. s. Leu.* 13.
r *Gre. s.* 1. *Re.* 7.
s *Gre. s.* 1. *Re.* 8.
t *Ori. s. Matt. hom.* 12. *& s. Luc. hom.* 39. *Am. s. Luc.* 20.
u *Gre.* 31. *mo.* 5.
x *Hie. s. Exec.* 30.
y *Hil. s. Matt. Can.* 1. 2.
z *Gre.* 19. *mo.* 15.
aa *Hil. s. psal.* 136. *Euc. q. in psalm.*
bb *Glos. int. s. Exod.* 22.
cc *Gr. s.* 1. *Re.* 5.
dd *Amb.* 4. *de inter.* 9. *Hie. s. Exech.* 29. *& s. Eccl.* 10.
ee *Gre.* 13. *mor.* 2. *& 18. & 20. moral.* 23.
ff *Hie. s. Iere.* 21.
gg *Gre.* 20. *m.* 23.
hh *Greg.* 12. *mor.* 23.
ii *Hie. s. Io.* 2.
kk *Gre.* 11. *mor.* 17.
ll *Gre.* 9. *mor.* 42.
mm *Gr.* 9. *m.* 42. *Glo. int. s. Ierem.* 13.
nn *Hi. s. Ho.* 5.

Digitized by Google

Non reuertitur iustitiæ verbum,quod egreditur de ore Dei , quia *a* Filius genitus à Patre , non est ipse Pater. *Isaiæ.45.d.*

Reuertitur Sol ad locum suum , quando *b* Filius redit ad Patrem. *Eccle.1.a.* Et regrediens Iacob cum duabus turmis,est Christus apparens coram Patre conuersis Iudæis & Gentilibus.*Gen.32.c.*Idem reuertens in terram suam Christus ad Patrem. *Gen.37.a.* Reuersus etiam Sol decem gradibus , est resurgens Christus , & ascendens vmbras figurarum,per quas descenderat.*Isa.38.b.*Regressio Dei in altum propter synagogam populorum,*c* designat exaltationem gloriæ Christi. *Psalm.7.Hose.5.c.*

Reuertens Iesus manè in Hierusalem,est *d* veniens cum gratia ad Iudæos,vt eos illustret. *Matth.21.b.*Et reuertens Ioseph ad fratres suos,est Christus ad Iudæos.*Genes.42.e.*Reuerti autem dicit dominus eodem tempore iuxta condictum,quando venit sicut fuerat prophetatum.*Gen.18.b.*

Reuersio Abrahæ & Isaac ab immolatione. *Genes.22.d.* designat *e* resurrectionem Christi , vel secundum eius aduentum.Et quia venerunt ad seruos præstolantes , designat vocationem Iudæorum in fine mundi.Ad vtrunque referri potest,quando petit sponsa vt reuertatur sponsus. *Cant.2.d.* Reuertitur vir meretricis in die plenæ Lunæ, hoc est,Christus ad iudicium.*Prou.7.d.* Et rediens Samaritanus , est *f* Christus ad iudicium veniens. *Luc.10.f.*Et reuertitur à nuptiis,quum nobis per iudicium manifestatur. *Luc.10.e.* Reuerti quoque dicuntur animalia, *g* quia in iudicio venient cum Christo ad conuincendos peccatores. Vnde in similitudinem fulguris coruscantis reuerti dicuntur.*Ezech.7.*

Non reuertebantur animalia. *Ezech.1.c.* quia Christus *h* semel tantùm operatus est opus redemptionis nostræ, neque amplius moritur.

Non reuertebantur etiam animalia , quum incederent , *i* quia semper Euangelia ad vlteriora procedunt, nec vnquam superantur aut recedunt. Sic non reuertebantur rotæ euntes , quia vtrunque testamentum manet firmum , & immutabile , spiritualiter intellectum. Reuertebantur enim animalia , quando prædicatores Euangelij non prædicabant indignis , ne sanctum darent canibus. *Ezech.1.c.* Vel non reuertuntur animalia , quia electorum mentes , quum per collatam sibi actiuæ vitæ gratiam erroris vias deserunt , redire ad mala mundi nesciunt , quæ reliquerunt. Quum verò per contemplationis aciem ab hac se eadem actiua vita suspendunt , eunt, & redeunt : quia per hoc quòd diu persistere in contemplatione possunt , se exercendo reforment,& super se rursum surgere contemplando conualescant. Possunt etiam hæ reuersiones ad vires animæ, & ad quatuor anni tempora referri.

Reuertens Ioseph in Ægyptum,est *k* Christus , qui semper venit ad suos , qui sunt in hoc mundo. Dicitur autem reuerti & in baptismo , & in sacramento Eucharistiæ. *Genes.50.e.* Reuertens etiam Moses ad fratres suos in Ægyptum,aut etiam ad populum,aut in castra,idem designat.*Exod.4.c.24.d.33.c.*

Non reuertitur verbum,quod egreditur de ore Dei, *l* quia opere completur. Eadem ratione dicitur non reuerti vacuum.Dicitur etiam non reuerti nix in cœlum,hoc est,verbum Dei,quod non reuertitur, nisi fœcundata terra. *Isa.45.55.c.*

Reuertens Moses ad castra de tabernaculo fœderis,*m* est lectio legis , veniens ad Iudæos , seu apud ipsos manes sine Euangelij gratia.*Exod.33.c.*

Reuerti Sunamitidem.*Cant.6.d.*est *n* redire pristinam fidem Abrahæ, & Patriarcharum , quæ iam recesserat à Iudæis,traditiones suas pluris facientibus.Reuertitur etiam filia sacerdotis ad domum eius sine liberis , quando relictis erroribus redit syncera fide.*Leu.22.b.*

Reuertuntur filij Rachelis de terra inimici , *o* cùm innocentes ab Herode occisi , inducuntur in gloriam,quod etiam erit,quando resurgent:ita dicuntur reuerti ad terminos suos , & ad ciuitates suas. *Ierem.31.c.* Reuertuntur etiam de bello,qui vicerunt diabolum,& hæreticos.*Isa.28.b.*

Reuertentes filiæ Ietro ad patrem , designant *p* reuersionem animarum ad Christum , quando tentantur. *Exod.2.c.*

Reuertitur terra ad desertum,*q* cùm Ecclesia venit ad Gentes. *Zach.14.b.* Et reuersa terra à gladio,est Ecclesia ex Gentibus conuersa,nec vltra dæmonibus subiecta.*Ezech.38.b.*

Reuertitur nudus in vterum matris.*Iob.1.d.*quando *r* tentatus animus & infirmitatis suæ inopia deprehensus dicit , Nudum me in fide prima gratia genuit , nudum eadem gratia in assumptione saluabit , est namque animi turbati solatium, vt pulsatus vitiis,cum se quasi nudari virtutibus conspicit , ad solam misericordiæ spem recurrat,& eo se nudari non sinat,quo se à virtutibus humiliter nudum putat.

Reuertens seruus Abrahæ ad dominum suum cum Rebecca,designat gratiarum actionem prædicatoris pro fructu prædicationis,quem ascribit Deo.*Gen.24.g.*Reuertentia etiam fulgura , *s* sunt miracula sanctorum prædicatorum,quæ tunc reuerti dicuntur,quando ipsi prædicatores non sibi,sed Deo gloriam tribuunt.*Iob.38.d.*Sunt etiam inspirationes reducentes ad Deum. Reuertuntur quoque flumina ad locum vnde exeunt , quando prædicatores omnem gratiam prædicationis ad Deum referunt,à quo acceperunt.*Eccle.1.b.*

Reuerti Annam in domum suam,est,*t* prædicatores redire ad contemplationem , & ad Gentium deuotionem. *1.Regum.1.c.*Et reuertens Samuel ad somnum,est prædicator ad contemplationis secretum se colligens. *1. Regum 3.a.*Reuertens quoque Samuel in Ramatha,est eleuatio prædicatoris per amorem cœlestium. *1. Regum 7.d.*Et reuerti Saul ad patrem,est prædicatorem redire ad contemplationem. *1.Regum 9.a.* Redire quoque in domum,*u* est ad spiritualia & interiora transire. *Luc.8.f.*Et reuersio Iacob in patriam suam , *x* est transitus ad spiritualium contemplationem. *Genes.31.a.* Reuertentia quoque fulgura , *y* sunt prædicatores redeuntes ad contemplationem. *Iob.38.d.*

Reuertens Moses ad Dominum, est veniens ad petendum auxilium Dei , aut recurrens ad Deum in tribulatione. *Exod.5.d.32.g.*

Reuertitur Gedeon victor in pace,*aa* quando quis deuictis omnibus prauis affectibus mente tranquilla destruit rationes falsas vitiorum.*Iud.8.d.*

Non reuertentes filij ceruarum ad eas , cùm pergunt ad pastum. *Iob.39.a.* designant *bb* illud quod dixit Christus.Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro,aptus est regno Dei. Designant etiam peruenientes ad fœlicitatem , non amplius quærere doctores. Vel qui hic bene instructi sunt , non indigent vt rursus ab eisdem doceantur.

Non est reuersus coruus in arcam Noe.*Gen.8.a.*quia *cc* vitia non conueniunt iusto.Reuersa est autem columba, quia simplicitas inimica est inquietudini, amica iustitiæ. Sed eadem postmodum non est reuersa , quando iam prodest aliis,qui conuertuntur.Quod autem columba non inuenta requie reuersa est , *dd* ostendit per nouum testamentum requiem Sanctis in hoc mundo non esse promissam.Post 40.enim dies emissa est,qui numerus vitam, quæ in hoc mundo agitur , significat. Reuersio etiam columbæ ad arcam , *ee* designauit non esse rebaptizandum eum,qui iam in arca baptizatus est. Coruus vero interiit in aquis non reuersus:quia rebaptizari voluit. Reuersa autem columba cum ramo oliuæ,est reducens ad Ecclesiam eos qui erant foris,sed cum fructu.Non reuersa autem post alios septem dies,designat fidem seculi,quando erit Sanctorum requies , non adhuc in sacramento spei, sed in ipsa perfectione salutis æternæ.

Reuerti iussus est dæmoniacus curatus à Christo in domum suam , vt narraret suis quanta fecit illi Dominus, quum ipse vellet sequi Christum.*Lu.8.g.*vt designet, quod quum quamlibet paruum de diuina cognitione percipimus,redire ad humana iam nolumus,& proximorum necessitatibus onerari recusamus. Sed sanatos nos Veritas ad domum mittit,narrare quæ nobiscum acta sunt,præcipit,vt videlicet mens prius desudet in opere, & postmodum refici debeat per contemplationem.

Reuertitur pollutus nocturno somnio ad castra post Solis occasum.*Deut.23.b* quia *ff* deferuescente tentationis ardore,necesse est,vt iterum fiduciam erga societatem bonorum sumat.

Reuertuntur aquæ Iordanis in alueum suum.*Ios.4.c.*quando in resurrectione voluptates sensuum reuertentur puriores,& beneplacito voluntatis & rationis ad laudem Dei seruientes,quod etiam in hac vita fit apud perfectos.

Reuertitur

Reuertens Christus ad Patrem.

Veniens Christus ad Iudæos.

Resurrectio Christi.

Christus semel mortuus.

Firmitas Euangelij.

Firmitas in virtute.

Regressio ad contemplationem,& rursus ad actionem.

Christus veniens ad nos.

Impletio verbi Dei.

Litera legis sine sensu euangelico.

Renouatio fidei Iudæorum.

Venire ad gloriam.

Reuersio animæ ad Christum.

Ecclesia ad Gentes dilatata.

Cogitatio propria infirmitatis.

Gratiarum actio prædicatorum.

Transitus ad contemplationem.

Recursus ad Deum.

Destruere rationes vitiorum.

Non respicere retro.

Beatos non indigere doctore.

Non redire ad vitia.

Simplicitas amica iustitiæ.

Bonis non est requies in hoc mundo.

Non rebaptizandum.

Reducere Ecclesiam errantes.

Finis seculi.

Prius in actiua vita laborandum.

Fiducia post tentationem.

Seruientes voluptates rationi.

a *Augustſ. de quin.har.*
b *Hie.ſ.Eccl.*
1.Bed.ſGen.
31.
c *Baſi.ſ. pſal.*
7.Ruſ.ſ.Hoſ.5.
d *Ori.ſ.Matt.*
hom.16.
Amb.2.de
Abrah.11.
e *Gre.ſ.Cant.*
2.Bed.ſ. Gen.
22.&ſ. Prou.
7.Ber.ſ.Cant.
ſerm.71.
f *Am.ſ.Luc.*
10. Gre. hom.
13.
g *Ruper. 1. ſ.*
Ezech.10.
h *Ruper.1.ſ.*
Ezec.14.
i *Hie.ſ Leu. 1.*
Gre.ſ.Ezech.
hom. 3. & 6.
& 10.mor.
29.
k *Bed.ſ. Exo.*
5.Ruper.1. ſ.
Eze.10.
l *Hie.ſ.Iſ.45.*
m *Rup.4.ſ.*
Exod.36.
n *Rup.ſ.Can.*
6.Iſyc.ſ. Leu.
22.
o *Hie.ſ.Iere.*
31.Hie.ſ.Iſai.
28.
p *Bed.ſ. Exo.*
2.
q *Hie.ſ. Zac.*
14.&ſ.Ezec.
38.
r *Gre.2. mor.*
40.

ſ *Gregor. 30.*
mor.4.

t *Gre.ſ.1.Reg.*
1.3.7.9.
u *Amb.ſ. Lu.*
8.
x *Phi.de mig.*
Abr.
y *Hier.ſ.Iob.*
38.
z *Phi.de conf.*
ling.
aa *Ori.ſ.Can.*
hom.3.Greg.
30.mor.22.
Hie.ſ.Iob. 39.
bb *Ambro.de*
Noe.17.18.
19.Aug. 12.
conſ.Fauſt.
20.Bedaſ.
Gen.8.
cc *Auguſt.ſu.*
Ioan.tract. 6.
dd *Gregor. 6.*
mor.28.
ee *Gr.9. mor.*
40.

ff *Ricar.de S.*
Vict.de exter-
mi.mali.25.

Digitized by Google

Reformatio vitæ. Descensus à contemplatione.

Acquirere gloriam cœlestem. Retrahi à mundo cum bonis operibus. Educi de limbo. Conuerti. Iustificari. Consolari.

Redire ab extasi.

Conuersio Iudæorum. Ecclesia subdens se Apostolis. Deus principium & finis bonorum. Sermo propheticus explicans Christum. Reuertentes ad sapientiam

Correptio peccatoris.

Reuersio ad conscientiam. Intelligere legem spiritualiter. Constantia. Concordia intentionis & actionis.

Dimittere doctrinam Iudaicam. Mutare vitã in bonum.

Mori. Humiliari.

Recordari. Cessatio punitionis. Reuerti ad vitia. Apostata.

Reuertitur figura ad Nabuchodonosor. *Dan.4.g.* quando *a* iuxta consuetudinem amissam ad tempus religionis forma reformatur. Reuertens quoque Iacob in patriam suam, designat *b* religiosum colligentem se in monasterium. Vel recurrens ad summum pontificem in grauaminibus inferiorum prælatorum. *Gen.31.a.32.e.* Reuertitur itidem ad dies adolescentiæ suæ, *c* qui ad prioris vitæ integritatem renouatur. *Iob.33.d.*

Reuerti de fronte, est à contemplatione ad actionem transire. Sic reuertebatur Rebecca. *Gen.24.b.* Et rediens Iacob de agro, est à contemplationis culmine descendens. *Gen.10.c.* Et reuertens Elcana in ciuitatem suam *d* est à cœlestium contemplatione ad inferiorum administrationem descendẽs. *1.Reg.1.c.* Et reuersi sarrapæ in Acharum sunt prædicatores descendentes ad conuertendos steriles. *1.Reg.6.d.* Reuersus etiam Moses de monte, est descendens à contemplatione. *Exod.32.d.*

Reuertitur vnusquisque anno iubilei ad possessionem, & ad terram suam. *Leu.25.b.* quando Sancti, *e* qui in hoc mundo peregrinantur, tempore iudicij recipientur in patria cœlesti. Rediens etiam tempus anni, quo cuncta conduntur. *Exod.34.c.* est tempus remunerationis cuiusque, & quando offerre debemus opera nostra cum fide.

Reuerti filios Israël ex Ægypto generatione quarta, *f* est à mundanis ad interiora venire cum bonorum operum magnò fructu: vel ætate iam virtutibus firmata. *Gen.15.d.46.a.*

Reuerti etiam Iacob de Ægypto, *g* est sanctos Patres per Christum educi de limbo. *Gen.15.d.46.a.*

Reuerti aliquando est conuerti, resipiscere, & iustificari. *Deute.4.e.30.b.* Reuertaris ad Dominum Deum tuum. Et reuerti de Ægypto, *h* est à tenebris peccatorum ad lucem gratiæ redire. Et reuertitur Iacob de terra captiuitatis, quum fideles exeunt à captiuitate peccati, quæ reuersio est ad Dominum, ad quem reuertendum est toto corde. *1.Reg.7.a. Isa.9.b.19.d.30.c.44.d. Hose.6.e.7.c. Nahum.1.d. Zach.10.d.* Et reuertuntur à viis suis, qui emendantur à peccatis. *Ierem.3.a.8.b.15.b.18.b.30.b.31.b.* Et reuerti de tenebris ad lucem, est *i* à statu peccati ad statum gratiæ redire, à tribulatione ad consolationem. *Iob.15.c.22.d.24.c.36.b.* Reuerti etiam Agar, est redire ad rationem & resipiscere. *Gen.16.c.* Istud est redire ad cor. *Isa.46.c.* Et reuersus dicitur ad se prodigus, *k* qui extra se erat peccando, & quia priùs sequebatur sensus, qui extra se eum ducebant. Sicut autem est gemina digressio à seipso, sic est gemina reuersio. Ab vtroque regressu quasi ad conuersationis nostræ habitaculum reuertimur, quando post mundana negocia, vel post cœlestium contemplationum spectacula ad circumspectionem morum nostrorum mentis nostræ oculos reducimus, & intima nostra discutientes, quales ipsi simus, studiosa retractatione perscrutamur. De prima reuersione rectè intelligitur, quod diximus de filio prodigo, qui in se reuersus, dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. *Luc.5.d.* De secunda reuersione rectè intelligimus, quod de Apostolo Petro legimus. Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus angelum suum, &c. *Actor.12.b.* hoc est, reuerti ab extasi ad actiones humanas. Reuertitur etiam per semitas luminis, qui resipiscit. *Iob.24.c.* Reuertitur Sodoma ad antiquitatem suam, *l* quando Gentiles conuertuntur, & Samaria, quando hæretici, & Hierusalem, quando peccatores Ecclesiæ. *Ezech.16.g.* Porrò non reuerti faciem pristinam leprosæ vestis, *m* est non redire ad pœnitentiam. *Leu.13.g.*

Redeuntes ab iniquitate in Iacob, sunt *n* conuersi ex Iudæis. *Isa.59.d.* Reuersio autem meretricis ad virum priorem, est quæ fiet in fine seculi synagogæ Iudæorum. *Hose.2.b.3.b.* Idem designare potest reuersio Iacob. *Gen.28.d.46.a.* Reuersi quoque Hebræi à Philisthæis, sunt conuersi à peccatis. *1.Reg.14.e.*

Reuerti dicitur Agar ad dominam suam, *o* quando Ecclesia ex gentibus se subdit Apostolis & aliis credentibus ex Iudæis. *Gen.16.c.*

Reuersio Abrahæ in Bethel, hoc est, in domum Dei, designat *p* bonos principium & finem habere Deum. *Genes.13.a.*

Reuertens Ruben ad cisternam, vt quæreret Ioseph, est sermo propheticus, quærens explicare Christum. *Genes.37.f.*

Reuertentes fratres Ioseph ad emendum triticum, designant *q* reuertentes ad gustatam sapientiam. *Gen.43.a.* Idem designant reuertentes in oppidum ad eundem Ioseph propter scyphum. *Gen.44.c.*

Reuertitur spiritus ad eum, qui dedit illum, *r* quum anima reuertitur ad Deum. *Eccle.12.c.* Vbi ostenditur animam non seminari cum corpore, sed creari & infundi à Deo.

Non regreditur visio ad multitudinem. *Ezech.7.d.* vel *s* quia prophetia cito deberet impleri. Vel quia post mortem Christi non fuit visio in populo Iudæorum, sed in Ecclesia.

Reuertens sacerdos die septimo ad considerandum domum leprosam. *Leu.14.e.* est *t* moderatè corripiens peccatorem, vt veniat ad veniam septiformis Spiritus. Et redeuntes Leuitæ à porta vsque ad portam occidendo de filiis Israël. *Exod.32.f.* sunt nullum vitium prætermittentes sine pœnitentia, & correctione.

Reuerti populum cum pace ad loca sua, & reuersus etiam Iethro in terram suam. *Exod.18.d.* designat reuersionem ad tranquillitatem conscientiæ.

Reuertens Aaron & principes ad Mosen. *Exod.34.d.* sunt *u* conuertentes se ad intelligentiam spiritualem legis.

Redeuntes summitates superhumeralis in vnum, designant *x* constantiam inter prospera & aduersa, & concordiam intentionis & actionis. *Exod.28.b.*

Reuerti Samuelem petens Saul. *1.Reg.15.f.* designat *y* nolentem separari à communione fidelium. Vel designat quod prælatus cum subdito pro ipso subdito orat, & plangit pro eo. Nolens autem reuerti Samuel, designat desertionem impœnitentis. Sed tandem reuertitur: quia electi prædicatores potentes seculi & pro iniquitate pereuntiunt, & pro exemplo bona quædam sinunt agere: ne si desperentur, ad peiora labantur.

Non redire ad Herodem, *z* est nihil accipere de Iudaica doctrina, vel cauere mundana. *Matt.2.b.* Reuerti autem per aliam viam, est mutare vitam accipiendo doctrinam Christi, & per ipsum ire, vt quia à paradisi gaudiis per delecta mentis discessimus, ad hæc per lamenta reuocemur.

Reuertitur pax ad prædicatores, *aa* quia sacramentum pacis intra propriam conscientiam continetur, quando ab aliis non recipitur. *Matth.10.b.* Et reuertentur stellæ post pluuiam. *Eccle.10.a.* quando Propheræ & prædicatores cognoscentes auditores indignos, reuertuntur ad eum, à quo missi sunt.

Non rediens spiritus hominis, est *bb* non potens resurgere à peccato per semetipsum. *Psalm.77.* Sic non reuertitur, qui ingreditur ad meretricem, quia non potest per se resurgere. *Prouerb.2.d.*

Redit homo in terram suam, *cc* quando moritur. *Psalm.145.* Sic reuertuntur flumina ad locum vnde exeunt, & reuertitur puluis in terram suam. *Eccle.1.b.12.c. Iob.34.b.* Reuerti autem in puluerem, est redigi in puluerem, & reuertuntur in puluerem suum, qui cognoscunt se esse puluerem, & humiliantur. *Psalm.103.*

Non reuertitur oculus, vt videat bona, *dd* quia post mortem non potest quispiam ad hanc vitam redire, nisi Deus reducat, neque etiam à morte animæ ad eius vitam. *Iob.7.b.* Nec reuertetur vltra in domum suam, qui æternis suppliciis traditus, ad hoc iam vbi amore inhæserat, nequaquam reuocatur. *Iob.10.d. Prou.2.d.*

Reuerti, interdum est recordari. *2.Para.24.e.* Vt reuerterentur ad Dominum.

Reuersus dicitur gladius Babylonis in vaginam suam, quia *ee* cessarunt punitiones & persequutiones, quas Deus per Babylonios exequebatur. *Ezech.21.b.*

Reuertens Ephraim in Ægyptum, designat *ff* reuertentem ad mundana, & ad tenebras vitiorum. *Hose.9.a.11.b.* Et reuertitur venditor ad id, quod vendidit, quando relinquens mundum ad ipsum reuertitur, vt canis ad vomitum. *Ezech.7.d. Prou.26.d.* Et reuersa lepra, est relapsus in hæresim, aut peccatum. *Leu.14.f.* Redire mensem mulieris, dicit recordationem turpitudinis. *Leu.15.c.* Et reuertens Israël in castra, sunt Iudæi ad pristinum errorem redeuntes. *1.Reg.4.a.* Reuersus etiam Laban dimisso Iacob, typus est *gg* apostatarum à Christo recedentium, nec sequentium baptismum, quem acceperant. *Gen.31.g.* Reuersi autem à prælio antequam venirent ad aquas. *Iud.7.a.* designant *hh* Catechumenos, qui discedunt à fide antequam ad baptismum veniant. Reuerti de agro in domum, *ii* est respicere retrò. *Matth.24.b. Marc.13.c.* Sic reuerti ad tollendam tunicam, est redire ad hominem veterem. *Luc.17.g.*

a *Ricar. de S. Vict. de secur. conscien.48.*
b *Lyr.s. Gen. 31*
c *Gre. 24. m. 5.*
d *Gre.s.1.Re. 1.6.*
e *Isy.s.Le.25. Glo.inter.sup. Exod.34.*
f *Amb.2.de Abra.9.Phil. quis rerum diuin.hares.*
g *Ori.s.Gen. 15.*
h *Hie.s.Isa. 19.& s.Na. 2.*
i *Gr. 12. m. 13.*
k *Am.s.Luc. 15.Gre.2.dia lo.3.Ric.de S. Vict. 5.de arca myst.8.*
l *Gre. 16.m. 27.Hie.s.Eze 16.*
m *Glo.int. s. Leu.13.*
n *Hie.s.Is.59. & s.Hose.3. Gre.s.1. Reg. 14.Ru.s.Hos. 3.*
o *Bed.s.Gen. 16.*
p *Amb. 2. d. Abra.5.*
q *Lyr.s.Gen. 43.*
r *Hie.s.Eccle. 12.*
s *Hie.s.Ez.7.*
t *Glo.int.s. Leu. 14. & s. Exod.32.*
u *Glo.ord.s. Exod.34.*
x *Glo.ord.s. Exod.28.*
y *Gre.s.1. Re. 15.*
z *Hil.s.Matt. can.1.Am. s. Luc.2. Gre.h. 10.*
aa *Hil.s.Mat. can.1.Hie.s. 12.*
cc *Bed.s.Pro. 2.*
dd *Hie.s.Ecc. 12.Aug.10. deGen.ad lit. 8.& s.psalm. 103.Gre.24. mor.27.*
bb *Gre.8.mo. 12.14. & 9. mor.45. Bed. s.Prouerb.2.*
ee *Hie.s.Eze. 21.*
ff *Gre.s.1.Re. 4.Bed.s.Pro. 26.Rup.s.Ho. se.7.*
gg *Bed.s.Ge. 31.*
hh *Orig.s.Iu. hom.9.Aug. epist.80.*
ii *Ori.s.Mat. hom.29.*

Digitized by Google

Reuersi,vt essent absque iugo. *Hos.7.d.*dictum est *a* de decem tribubus quæ recesserunt à lege, & dicitur de hæreticis nolentibus obedire Ecclesiæ.

Reuertuntur errores hæreticorum in mercedem meretricis, *b* quia ipsi hæretici non habent diuitias de paterna hæreditate. *Mich.1.b.*

Reuertens immundus spiritus in domum suam, *c* est diabolus rediens ad Iudæos,quos reliquerat, quando illis data fuit lex. *Matth.12.d. Luc.11.d.*

Redit in memoriam iniquitas patrum,quando recitantur martyria,vbi etiam est memoria tyrannorum.

Reuertitur Sol ad locum suum,quando *d* intelligentia veritatis redit ad mentem. *Eccle.1.a.*

Reuersi filij Israël in Phiarioth. *Exod.14.a.*

Reuertentes aquæ super Ægyptios. *Exod.14.g.*

Reducere.

Reducere,est retro ducere,& retrahere.

Reduxit Deus Christum de abyssis terræ, *e* quando eum resuscitauit à mortuis. *Psalm.* 70. Reducit etiam Deus nos iterum de abysso terræ per mortem ipsius, à morte animæ liberando, & reducit nos iterum, quando post baptismum peccantes ad pœnitentiam reuocat, & quia resuscitatos in spe, suscitabit in resurrectione. *Isaiæ 57.d.* — *Resurrectio Christi.*

Reducit Deus captiuitatem *f* quando liberat à potestate diaboli. Et de terra Ægypti, & ab Assyriis. *Ierem.29.c. 31.b. Ezech.39.f. Zach.10.d.* Et reducens Abraham Loth, & omnem substantiam Sodomorum, *g* est reuocans ad virtutem eos, qui in vitia ceciderant. *Gen.14.c.* Idem est reducere bouem errantem. *Exod.23.a.* Et reducere abiectum de grege, *h* est eum,qui in culpam lapsus est, ad statum iustitiæ ex pastoralis solicitudinis vigore reuocare, & errantem ad veritatem reducere. *Ezech.34.a.* — *Liberatio à morte animæ & corporis. Liberans Deus à potestate diaboli. Reuocare ad virtutem.*

Reducens Deus Iacob in terram suam, designat *i* conuersionem Iudæorum in fine mundi futuram. *Gen.28.c. 48.d.*Formatus est autem Christus seruus,vt reduceret Iacob ad Deum. *Isa.49.b.* Reducere quoque Sion in iustitia,est *k* aliquos ex Iudæis iustificari. *Isa.1.g.* — *Conuersio Iudeorum in fine mundi. Conuersio gentium.*

Reducit Dominus ab inferis. *1.Reg.2.b.* quia *l* Gentilem populum ad filij sui fidem deuotè accedentem suscipit:cui velut altus abyssi carcer extitit immensa obscuritas erroris. — *Reducere ad finem.*

Reducere gregem ad caulas, & etiam ad pastum. *Gen.49.b.* est *m* liberare simplices ab erroribus hæreticorum, & dare illis pastum syncerę doctrinæ. Non reducunt autem mali pastores, quod abiectum fuerat, quando graui errore aut hæretica peste à veritate fidei abductos ad synceritatem fidei non rursus conuertunt. — *Cognitio pristina infirmitatis.*

Reducit Deus hominem in puluerem. *Iob.10.b.* quando *n* per subtractionem spiritus mens, aliquantulum in tentatione deseritur, & quasi ab humore pristino terra siccatur, vt infirmitatem suam derelictus sentiat, & fine infusione gratiæ,quantum homo aruit,agnoscat. — *Moderata prædicatio.*

Reduci nauiculam,in qua prædicabat Christus paululum à terra. *Luc.5.a.*designat *o* prædicatores rudibus debere populis, nec alta nimis de cœlestibus,nec tamen terrena prædicare. — *Punitio diaboli.*

Reducit Deus regem Assyriorum per viam,qua venit, *p* quando punit diabolum iuxta merita, & quando facit, vt non possit implere voluntatem suam aduersus bonos. *Isa.37.f.* — *Obseruatio legis carnalis.*

Reducere Isaac in terram natiuitatis Abrahæ. *Gen.24.a.* esset *q* velle seruare carnalem Iudaismum post legem Euangelicam. — *Abundantia doctrinæ.*

Redundare.

Redundare,est superabundare,& etiam refluere,seu recidere. — *Punit Deus citra condignum.*

Redundant torcularia vino. *Ioel.2.f.*quando *r* abundat doctrina in doctoribus ad docendos alios. — *Iudæi in Christum.*

Non redundat mare,intrantibus fluminibus:quia Deus punit citra condignum. *Eccle.1.a.* — *Adiuuare fatigatum in via domini.*

Redundantes fluctus maris,significant voces & iram Iudæorum in Christum. — *Patriarchæ. Stirps.*

Referre,vide Narrare.

Reficere,Recreare,Refocillare.

Reficere,est recreare & restaurare,quasique renouare. Refocillare autem,est eum, qui deficit, aliquo alimento restaurare. — *Seruiens desiderio suo.*

Reficere lassum,est *s* adiuuare eum,qui in via Domini fatigatur,ne penitus deficiat. *Isa.28.g.* propago Iudæorum, & etiam patriarchæ. *Isa.27.b.* Et generaliter radix est stirps. *Deut.29.c.*Sic refocillatus est Ægyptius, qui in mundo defecerat,vt deinceps diuina sequeretur. *1.Reg.30.c.*

Refocillare animam nititur, *t* qui peruersis suis desideriis satisfacere contendit. *Thren.1.d.g.*

Refocillare,vide Reficere. Reformare,vide Figura.

Regere,Regnare,Rex,Regina,Regulus,Regnum.

Regere,est gubernare,& quasi rem populi agere. Vnde dicitur Rex à regendo, & regnum est ipsa regio, quæ à Rege possidetur,& etiam ipsa potestas. *Iud.9.b.*Veni,& super nos regnum accipe. Regnare autem, est regnum possidere seu regno præesse. Est etiam dominari. *Deut.17.d.*Vt longo tempore regnet. Gloriari. *Exod.15.d.* Dominus regnabit in æternum. Prævalere. *Iudi. 9.d.* Regnauit itaque Abimelech super Israel. Est item excellere, ac virtute præstare,& strenuè rem gerere. *1.Cor.15.* Oportet eum regnare, donec posuerit inimicos suos subter pedes suos.

Rex in primis dicitur *u* Deus, qui ipsum Vniuersum regit. Et Rex Ægypti, est Deus Rex huius mundi. *Gen.40.41.40. Psalm.104.*Ipse est Rex omnis terræ, qui prius notus in Iudæa dicebatur. *Psalm.46.* Et Rex virtutum. *Psalm.67.*Et Rex homo dicitur Deus pater. *Matth.22.*Rex. *Isa.47.b.*ponitur pro Deo, aut è diuerso pro idolo Moloch.

Rex etiam dicitur *x* Christus,qui est Rex regum, & Dominus Dominantium & Rex fratrum suorum dictus Ioseph,designat Christum regem Iudæorum. *Gen.37.b.*Ipse dicitur Rex Dei, qui constitutus est Rex à Deo patre. Et dicitur regere in virga ferrea, ob constantem æquitatem. Dicitur autem Iudas rex Dei, quia Christus erat de tribu Iuda. *1.Reg.2.b. Psalm.2.5.9.20.44.59.67.70.71.149. Cant.1.a.d.2.a.3.c.7.e. Isa.34.c. Ierem.8.g.12.b. Matth.18.c. 21.a.*Regit autem Christus pascendo,& dirigendo. *Psalm.28.62.145. Soph.1.b.3.c. Zach.9.b.11.b.14.b.* Ipse est Rex regnans cum iustitia,& in decore suo,& Rex Hierusalem,id est Ecclesiæ. *Eccl.1.a. Isa.32.a.33.c.d. 52.b.*Ipse est rex,cuius os custodit Deus. *Eccle.11.a.*Dicitur sedere quasi rex. *Iob.29.d.* Et rex sedens in solio iudicij. *Prou.20.29.c.*Non autem ob aliud viuente adhuc Dauid regnare cæpit Salomon filius eius, nisi vt hinc quoque satis eluceat non esse ipsum,quem prophetia præsignat quæ ad eius patrem loquitur. *2.Reg.7.b.*dicens.Et erit cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis,suscitabo semen tuum post te, qui erit de ventre tuo, & præparabo regnum illius. — *Deus. Christus.*

Reges interdum dicuntur Angeli: *y* qui quo auctori omnium familiarius seruiunt, eo subiectà potius regunt. *Iob.3.b.*Beati etiam dicuntur reges,quibus præbet delicias panis Aser. *Gen.49.c.* — *Angeli. Beati.*

Reges gentium dicuntur *z* Apostoli. *Isa.13.a.14.d.23.b.49.c.f.60.a.c.* Et reges Iuda sunt episcopi & prælati in Ecclesia. *Ierem.1.d. 4.c. 17.d. Sophon. 3.b.* Et rex Damasci significat principes, & doctores Ecclesiæ ex gentibus. *2. Paralip.24.f.* Et Rex Hierusalem adductus in Babylonem, est prælatus peccans. *Ezechielis 17.b.* Reges de semine Dauid sunt episcopi & prælati. *Ierem. 12.a.* Rex, cuius cor, est in manu Domini, est sanctus, in cuius mortali corpore non regnat mortale peccatum. *Prouerb. 21.a.* Et reges terræ, sunt Apostoli & viri perfecti, qui dominantur corpori suo, quibus est terribilis Deus: quia eum colunt & adorant, qui egrediuntur ex Abraham, id est, ex fide, & Sara, id est, ex gratia. *Genes. 17.c. 35.b. 49.c. Psalm. 20. 44. 47. 67. 75. 118. 135. 137. 143. Apoc.1.b.*Peculiariter autem Rex dicitur prædicator, quia summum tenet celsitudinis, & vigorem authoritatis. Sunt autem reges ex eo dicti, quod peccati regnum ex corpore suo depulerint, & iustitiæ regnum in membris suis parauerint. *Psal.60.*Et reges,qui reuocantur ad audiendum, sunt, in quibus regnat Christus, & sciunt regere seipsos, — *Prælati. Apostoli. Doctores. Prædicatores. Sancti.*

a *Rup.s. Hos. 7.Glo.ord.s. Hose.7.*
b *Hie.s. Mic. 1.*
c *Am.s. Luc. 11.Hi.s.Mat.*
d *Ric.de S. Vict.3. de arca mysti.6. 7.*
e *Hie.s. psal. 70. Arn. & Aug.s.Ps.70.*
f *Hie.s.Ier. 29.& s. Zac. 10.*
g *Amb.2.de Abr.7.*
h *Gre. 2.past. 6.*
i *Glo. int.s. Gen.28.*
k *Hie. s. Isa. 1.*
l *Gre.s.1.Reg. 2.*
m *Cyril. 7. s. Ioan.5.*
n *Greg.9. mo. 37.*
o *Greg.17.m. 12.*
p *Glo.or.s.Isa. 37.*
q *Rup.s. Geo. 39.*
r *Gl.in.s.Ioel. 2.Ricar. de S. Vict de statu inter. homin. 10.*
s *Hila.s. psal. 81.*
t *Gr.23. mor. 26.*
u *Gr. Nyss.de subie.filij. Ambr. s.psal. 104. Orig. s. Mast. Hie.s. psalm. 67. Aug.s.ps. 46. 67.71.*
x *Ar.s.ps.29. Hie. ad Prin. & s. Isai. 34.& s. Soph. 1.& s.Zac.9. Or.s.Can.b.1 2.& s.Mat.b. 7.Au.17.ciu. Dei.7.& s.Ps. 71.Hie.s.Ecc. 8.Gr.20.m.4. Ber.s.Ca. 42. Be.s.Pr.10.& 29. Aug. 17. ciu. Dei.8.*
y *Gr.4.m.31. Ric.de S. Vict. de 12.Patria. 35.*
z *Hie. s.Is.14. 17.& s.Ier.1. 4.21.& s.Da. 5.& s. Abac. 1.Or.s.Ez. h. 12. & s. Nu. h.12.& s. Iu. hom. 6. Arn. s. psalm. 20. 71.137.143. Hil. s. psalm. 60. 67. 137.*

Ambro.2.de Abr.10. Greg.s.1. Reg. 14 15. & 4. mo.23.& 11.mo.9.& 26.mor.26. Aug. s.ps.67.75. Hie.ad Princ p. Rup.5.s.Gen.29. Bed s.Gen.16.49.& s.Prou. 8.16. Rup. 2. s. Apoc.

Digitized by Google

seipsos,& ipse animus in carnem sibi subiectam habens imperium. *Iudi.5.a. Iob.3.c.12.c.29.d.36.a.* Rex Saul, est prædicator,aut prælatus,& quia regnauit etiam abiectus à Deo,designat sacerdotem, qui in peccato tractat sacra. *1.Reg.15.f.* Reges Tharsis sunt,qui regnant in corpore suo.Et Reges Arabum & Saba,qui moribus barbaris dominantur.*Psalm.71.* Reges regnantes per sapientiam, sunt Apostoli per Christum.*Prou.8.b.* Reges quorum voluntas sunt labia iusta, sunt Sancti. *Prouerb. 16. b. 21. a.* Aliquos ex his Regibus interdum vincit diabolus. *Habac. 1. c.* Regunt autem gentes in virga ferrea, qui omnibus affectibus seuera iustitia imperant. *Psalm. 2. Apoca.2.f.*

Imperium seculare.

Rex interdum significat *a* secularem dominationem in Ecclesia,aut etiam carnalem prælatum, & præterea virturem.*1.Reg.8.a.*

Virtues.

Diabolus.

Rex sæpe dicitur diabolus,*b* qui dicitur Rex Ægypti,& regnum eius est regnum peccati, & tenebrarum. Hic est Rex nouus in Ægypto, qui nesciebat Ioseph. *Genes.39.d. Exod.1.b.14.a. Iosu.11.a. Rom.6.b. Ephe.6.b.* Et Rex Hiericho,est idem princeps huius mundi. *Iosu.6.a.* Idem est Rex Amorrhæorum, hoc est, extraneorum, & Rex Basan,hoc est,profundi.*Psalm.134.135.*

Idem est Rex Hai.*Iosu.8.a.* Et Rex malorum. *Isai.8.d.* Et Rex Assyriorum & Babylonis. *4.Reg.6.c.Isai.8.a.10.b. 14.a.36.a.Ezech.17.d.29.a.30.b.Nahum 3.d.* Et Rex Soba, quia princeps super omnes filios superbiæ. *1. Reg.14.g. Iob.41.d.* Et Rex Tyri.*Ezech.28.b.* Ipse est Rex non saluans.*Psalm.32.* Rex Sesach, intelligitur Rex Babylonis: & sumitur pro diabolo.*Ierem.25.e.27.b.Daniel.3.a.* Rex regum dicitur Nabuchodonosor, significans diabolum, qui princeps est super omnes filios superbiæ.Vnde ipse ostendit Christo omnia regna mundi,quasi esset Rex omnium. *Ezech.26.b.Matth.4.b.* Ipse est Rex vltor. *Hose.5.d.10.b.* Et Assur Rex Ephraim quia imperabat Iudæis. *Hose.11.b.* Rex & princeps,qui lætantur in malitia, sunt diabolus & eius ministri. *Hose.7.b.* Quasi rex calcat interius super impium in die exitus.*Iob.18.c.* quia quem prius diabolus blandis persuasionibus decepit, ad extremum violentis nexibus ad supplicium rapitur:tantoque eum durius deprimit, quanto in prauis actibus vehementius astrinxit.

Hæresiarchæ.

Terrigenæ.

Rex puer, diabolus, & etiam hæresiarchæ, qui à veteri auctoritate desciscunt. *Ecclesiastæ 10. c.* Et reges terræ fortes, sunt dæmones. *Psalm.2. Isaiæ 13.a.19.a.24.d. Matth.11.a.* Et reges, de quibus triumphat sermo diuinus, sunt dæmones. *Habac. 1. c.* Ipsi dicuntur rectores tenebrarum harum, *Ephes. 6. b.* Et generaliter reges terræ, sunt omnes terrigenæ. *Apocalyp. 17. a.* Rex Sodomorum petens ab Abraham, vt daret sibi animas, est diabolus quærens animas, quas deuoret. *Genesis 14. d.* Ipse est rex locustarum, quia ductor hæreticorum. *Apoca. 9. b.*

Herodes.

Pilatus.

Iudæi.

Principes sacerdotum.

Reges etiam terræ,qui insurrexerunt aduersus Christum,fuerunt *c* Herodes,Pilatus,& Iudæi. *Psalm.2.47.109.* Et Rex Assyriorum dicitur Herodes.*Isa.8.a.* Et reges,quos ditauit Tyrus,sunt reges terræ,& principes,qui conuenerunt in vnum, hoc est, pontifices Iudæorum. *Ezech.27.g.* Hos reges lætificauerunt Iudæi tradentes Christum. *Hose.7.a.*

Hæresiarchæ.

Conciliabula hæreticorum.

Principes Iudæorum.

Reges Israël,designant *d* princeps hæreticorum.*Mich.1.d.* Et Rex Israël, & Rex Syriæ, sunt hæresiarchæ vniti contra Ecclesiam:vt Herodes,& Pilatus,in Christum.*Isa.7.a.45.a.* Dicuntur autem regnasse non ex Deo, qui hæreses concitarunt, sicut Ieroboam. *Hose. 8. a.* Rex quoque Babylonis & Rex Samariæ, hæresiarchas significans. *Isa.14.a.Hose.10.b.* Et reges Iuda,colentes idola,sunt patriarchæ hæreticorum. *Ierem.19.a.* Et rex & principes qui lætantur in malitia,sunt hæresiarchæ & eius sectatores. *Hose.7.b.* Reges stupescentes à gladio Domini, sunt dæmones,ac hæresiarchæ confusi per verbum Dei,aut eius vindictam.*Ezech.32.c.Hose.11.a.13.c.Psalm.14.9.* Regina quoque sapientium,sunt conciliabula hæreticorum.*Iere.10.b.* Et regnum surgit aduersus regnum, quum hæretici surgunt contra hæreticos.*Matth.24.a.* Reges,quibus non est dandum vinum, sunt superbi, quibus non est communicandus sermo sapientiæ.*Prouerb.31.a.*

Persecutores Christianorũ.

Boni.

Mali.

Philosophi.

Rex Sodomorum,qui obuiauit Abrahæ, est *e* populus Iudæorum, qualis tunc temporis erat, quando Christus Rex,& sacerdos summus,nascendo de Virgine, Abrahæ obuius factus est, quia tunc principes Iudæorum, erant principes Sodomorum.*Gen.14.b.Isa.1.c.*

Reges,qui conuenerunt aduersus Iosue,& filios Israël, sunt *f* Imperatores Romanorum & cæteri, qui nomen Christi,& Christianorum delere conati sunt.*Iosu.9.a.Psalm.118.*

Reges,in quorum conspectu proiectus est Lucifer,sunt *g* vel boni, quorum cor est in manu Domini:vel mali, quorum regna omnia ostendit diabolus Saluatori.*Ezech.28.e.*

Reges antiqui sunt *x* Philosophi: quos obtinet Christus, & ipsi continent os suum, quum se subiiciunt fidei. *Isa.19.b.41.a.45.a.52.d.* Et reges peregrinorum erant præcipui Gentilium,continentia,eloquentia, sanctitate, & animæ imperio carnem subiugantes.*Isa.60.b.* Et reges,quorum substantias congregauit Salomon, sunt Philosophi.*Eccle.2.b.* Rex, & principes Niniue sunt Oratores & Philosophi gentium: ad quos serius peruenit verbum prædicationis Ionæ:quia ipsi serius crediderunt prædicationi Christi,quem tamen postea prædicauerunt. *Ion.3.c.* Rex etiam Amorrhæorum,dicitur Sophista.*Psalm.134.* Et regna optima Gentium,sunt doctrinæ philosophorum. *Amos 6.a.*

Doctrinæ Philosophorum.

Lex & Prophetæ.

Rex & principes Sion, dici possunt *i* lex & Prophetæ. *Thren.2.a.* Et regnum diuisum contra se, est lex, cuius promissis Pharisæi repugnabant.*Matth.12.b.Luc.11.b.*

Sapientia carnis.

Spiritus rationalis.

Rex nouus in Ægypto, qui nesciebat Ioseph, dici potest *k* sapientia carnis, quæ nescit Christum. Rex vero sciens Ioseph,est spiritus rationalis.*Exod.1.b.* Rex etiam Idumææ,est sensus terrenus, & carnalis legis. *Amos 2.a.* Et Rex Edom,est terrenus.*Num.29.b.* Reges etiam Idumææ sunt,qui præsunt terrenis & sanguinariis.*Ezech.32.g.* Et rex Amalec,est vigor & sensus carnalis,qui est delendus.*1.Reg.15.g.*

Prauæ consuetudo.

Rex Ægypti mortuus *l* prauam consuetudinem significare potest.*Exod.1.b.*

Quinque sensus.

Reges quinque Sodomorum, sunt *m* quinque sensus, qui capiuntur à quatuor regibus, hoc est, ab illecebris corporalibus,quia corpus ex quatuor constat elementis.*Gen.14.a.* Et reges quinque contra Gabaonitas,sunt quinque sensus contra infirmos,aut dæmones imperantes quinque sensibus,& ipsis deiectis ciuitates eorum, hoc est, sensus cedunt in sortem Israël,quia seruiunt iustitiæ.*Iose.10.a.* Idem significant Moab, Ammon,Edom,Soba, Philisthim contra Saul.*1.Reg.14.g.*

Fomes peccati.

Superbia.

Rex senex & stultus,est *n* fomes peccati.*Eccle.4.c.* Dicitur Rex,quia omnia membra obtemperant ei. Senex autem,quia ab infantia vsque ad senectutem est homini coniunctus. Stultus vero, quia sequentes errare facit. Rex autem Idumææ,cuius ossa combussit Moab,designat superbiam Iudæorum.*Amos 2.a.*

Sermo contrarius.

Malus.

Rex de Gaza periens,*o* est sermo contrarius,& potestas inimici.*Zach.9.a.*

Regi præparato ad prælium comparatur malus.*Iob.15.c.* quia *p* in eo ipso mala,quod agit, & terretur, & festinat,& conscientia trepidat, & ex desiderio anhelat, metuit, & superbit, pauescit suspicionibus, & mentem per audaciam erigit.

Ecclesia.

Anima perfecti.

Regina Saba seu Austri, designat *q* Ecclesiam ex gentibus.*3.Reg.10.a.Matth.12.d.Luc.11.d.* Regina etiam Saba, est anima illa, in cuius corpore non regnat peccatum, & quæ ad Dominum tota mente conuersa est. Et Regina astans à dextris sponsi,*r* est Ecclesia,virgo & anima perfecta. *Psalm.44. Cant.6.b.* Hæ reginæ erunt nutrices synagogæ.*Isa.49.f.* Anima autem sancta dicitur regina Austri, sensibus & appetitibus carnis, cogitationibus, & affectionibus mentis præsidens, & summi regis veriqué prorsus Salomonis dilectione feruens, videndique desiderio ardens,interrogat regem, quando de diuino adiutorio præsumens inuestigandæ, veritatis studio vehementer insistit.Reginæ autem sexaginta,sunt animæ decem præcepta in hac vita perfectè implentes, & sibi & aliis verbo & exemplo imperantes.*Cant.6.c.* designatur autem perfectio in senario.

Luna.

Reginam cœli dicebant Gentiles Lunam, *s* quam vt deam colebant, quam etiam Iudæi interdum coluerunt. *Ierem.7.d.*

III 3 Regit

a *Gregor.s.1. Reg.8.*
b *Orig.s. Ios. hom.1.8. 15. & s.Is.h.1.8. & s. Exod.h. 1.& s.Ezech. h.11.Ar.s.ps. 135.Hie.s.Is. 8.14.& s. Nahu.3.& s. Ez.26.29.& s.Ier.21.& s. h.37.Ter.ad. Cyr.de ador. in Spir.sanct. Gr.s.1.Re.14. & 24.m.8. & 34.m.16. Basi.s.ps.31. Au.s.Pr.84. Ru.s.Hos.10. 11.Hie.s.Ecc. 10.Or.s.Mat. h.4.Hi.s.Ma. can.11.Am.s. Luc.7. Hi.s. Is.19.24. & s.Ab.1. Aug. ps.141. & s. Ap.h.7.& 13.*
c *Be.s.Ge.14. Hil.s.ps.2.Ar. s.ps.47.Tert. adu.Mar. 3. Hie.s.Ez. 27. Rup.s.Hos. 7.*
d *Hie.s.Isa.7. 14. & s. Hos. 7.9.& Ie.10. & s.Ez.32. & s.Mat.24. Or.s.Matt.h. 28.Rup. 4c. vict.ver. Dei. 4.& 2.de gl. Trinit.23.*
e *Rup.5.s.Ge. 12.*
f *Ori.s.Ios. h. 9.*
g *Hie. s. Ez. 28.*
h *Hie.s.Is.19. 52.60.& s. Amos 6.& s. Ionam.3.*
i *Phil. 2.alle. Ru.s.Ier.44. Hil.s.Mats. can.12.*
k *Ori.s.Exod. hom.1. Bed.s. Exod. 1. Hie. s.Amos.2. & s.Ezech.32. Amb.s.ps.118 serm.5.Gre.s. 1.Reg.15.*
l *Philo.2.alle. gor.*
m *Amb.2. de Abr.7. Bed.s. Gen.14. Or.s. Ios.h.11.Hie. adu.Iouin. 1. Gre.s.1. Reg. 14.*

n *Glo.ord.s.Ecc.4.Rup.s.Am.20. Hie.s.Zach.9.* p *Gre.12.mor.20.* q *Ori.s.Cant.h.1.2.* r *Hie.Aglasie,& ad princip.& s. Isai.49.* s *Ale.Alex.2.ped.10. Aug.ser.253.Gre.s.1.Reg.15.Ricar.de S.Vict.5.de arca mystic.12.Gr.s.Can.6.Ruper.s.Can.6.*
t *Hie.s.Ierem.7.*

Digitized by Google

Regit Dominus imperfectos,& nihil eis deeſt,*a* quia omnia in Deo habent. *Pſalm.*22.79. Regit etiam fideles, dans illis potum ſcripturarum.*Iſa.*49.

Regnans Saul duobus annis.1.*Reg.*13.*a.*deſignat *b* illo ſolum tempore nos viciſſe gaudendum,quo innocenter & humiliter viximus.Nam illa tempora,quæ in ſeculi vanitate,& carnis vita conſumpſimus,quaſi perdita minimè enumerantur.

Viuere innocenter.

Regnare,*c* eſt de ſpe,& promiſſis Chriſti, loquutum eſſe, & gaudere in his,quæ aduerſa propter nomen Chriſti accidunt. 1. *Cor.* 4. *b.* Regnant ſuper terram , qui ſunt in fœlicitate , & qui benè regunt corpora ſua *Apoca.*5.*c.*

Gaudere in aduerſis.

Regnat hypocrita propter peccata populi,*Iob.*34.*d.*quando *d* Iudæi ob culpam infidelitatis ſuſcipiunt in reges hæreſiarchas,aut Antichriſtum.

Beati.

Regentes corpora.

Regnant non ex Deo.*Hoſ.*8.*a.*qui *e* nullis fulti virtutibus nequaquam diuinitus vocati,ſed ſua cupidine acceſſi, culmen regiminis rapiunt,potius quam aſſequuntur.Dicitur etiam de Iudæis,qui voluerunt regnare ſine Chriſto, quem occiderunt dicentes.Noſtra erit hæreditas.

Hæreſiarcha regnans apud Iudæos.

Regnat peccatum in corpore , *f* quando imperat concupiſcentia. *Rom.*6.*b.* Vbi non dixit,Non ſit peccatum in corpore,quia iam eſt,ſed,Non regnet.

Ambitioſi.

Iudæi ſine Chriſto.

Regnum Dei,in quo bibit vinum nouum Chriſtus , eſt *g* Eccleſia , tam militans quàm triumphans,& dicitur bibere in ſuis membris.*Matth.*26.*c.*Regnum autem Chriſti eſt in Eccleſia , quod aſſumpſit in cruce. *Pſal.*29.44. 144.*Coloſ.*1.*b.Apoc.*5.*c.*Et regnum Dauid eſt regnum Chriſti in Eccleſia, *Iſa.*9.*b. Ezech.*37.*f. Dan.*7.*d.*Et regnum filij hominis,eſt Eccleſia.*Matth.*13.*f.*& regnum , quod non diſſipabitur , eſt regnum Chriſti, quod etiam dicitur regnum ſacerdotale. *Exod.*19.*a.Dan.*2.*g.* & regna,quæ concuſſit diabolus , ſunt Apoſtoli. *Iſa.*14.*d.* Regnum etiam Iuda,ſolet eſſe typus Eccleſiæ.Regnum verò Iſraël,typus hæreticorum.

Impcras concupiſcentia.

Eccleſia.

Apoſtoli.

In regno ſuo venit Chriſtus , *h* quum quis perfectam habet cognitionem Dei. Quum quis verò de Deo ſentit humilia,& quæ ſunt lactis , licèt in ipſo non regnet peccatum , nondum venit Chriſtus in regno ſuo. *Matth.*6.*c.* Dicitur autem Chriſtus venire in die iudicij.17.*d.e.*19.*c.*21.*f.*Tunc enim erit Domino regnum,quando Chriſtus regnabit in omnibus,& tradet regnum Deo patri. *Abdi.g.* Regnabit autem dominus ſuper montem Sion in æternum,hoc eſt,in fœlicitate.*Mich.*4.*c.*

Dies iudicij.

Fœlicitas.

Regnum cœlorum,quandoque dicitur *i* Eccleſia,& etiam ipſi Chriſtus,& virtutes,& gloria cœleſtis, & Sancti regnantes,& exiſtentes in gratia.*Matth.*5.*c.*

Eccleſia.

Chriſtus.

Virtutes.

Gloria cœleſtis.

Beati.

Regnum autem cœlorum , *k* eſt eorum , qui adhuc in profectibus ſunt. Regnum verò Dei , eſt eorum , qui iam ad perfectum deuenerunt finem. Regnum etiam hominis nobilis , hoc eſt Chriſti , eſt cœlum , & totus mundus. *Luc.* 19. *b.* Regnum etiam cœlorum , eſt ſacra ſcriptura , & ſenſus legis , quæ eſt regnum cœlorum aut regnum Dei ablatum à Iudæis , vt daretur genti facienti fructum. *Matth.* 3.*a.*10.*a.*11.*b.*13.*c.*16.*c.*18.*a.*21.*d.*23.*b. Luc.*11.*a.*

Sacra ſcriptura.

Regnum quoque cœlorum,eſt *l* prædicatio Euangelij , & notitia ſcripturarum,quæ ducit ad vitam. *Matth.*4.*c.* 5.*c.*13.*d.*21.*d.*

Prædicatio Euangelij.

Notitia ſcripturarum.

Regnum etiam cœlorum eſt *m* fides,quæ eſt ſicut granum ſinapis. *Matth.* 21. *b. Luc.* 10. *b.* 13.*d.* Eadem dicitur regnum patris Chriſti.*Matth.*26.*a.*

Fides.

Regnum diſſipans omnia regna in ſtatua deſignata,eſt *n* regnum charitatis,quæ omnia vitia diſſipat, & nunquam excidit.Eſt etiam regnum iuſtitiæ.*Dan.*2.*f.Matth.*21.*d.Marc.*12.*d. Hebr.*1.*c.* Hoc regnum iuſtitiæ & gratiæ petimus à Deo. *Matth.*6.*b.* Adueniat regnum tuum. Cæterùm Gregorius Nyſſenus legit apud *Lucam.*11.*a.* Adueniat Spiritus ſanctus tuus,qui ſanctificet nos.

Charitas.

Iuſtitia.

Regnum cœlorum tripliciter accipiendum eſt,*o* aut quod regnaturi ſunt cœli,id eſt,Sancti malis ſubditis , ſecundum illud.*Luc.*19.*c.* Eſto tu ſuper quinque ciuitates,& tu ſuper decem. Illud quoque quod dicitur ad diſcipulos. Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël. Vel certè,quod Sancti in cœlis ſint cum Domino regnaturi,aut certè,quod ipſi cœli incipiant à Chriſto regnari,cum ſcilicet omnibus eis ſubiectis,cæperit eſſe omnia in omnibus Deus.

Regnum Dei aliquando ſignificat opera pia. *Matth.*6.*d.Luc.*12.*d.* Quærite primùm regnum Dei. *Matth.*19.*b.* qui ſeipſos caſtrauerunt propter cœlorum regnum.

Opera pia.

Regimen prælatorum.

Regnum aliquando dicitur *p* regimen prælatorum.1.*Reg.*10.*c.*ſermone autem regni non indicauit ei.

Anima.

Peccata.

Regnum Iuda,aliquando dicitur imperium *q*,animæ inferiora.*Thren.*2.*a.*

Imperium diaboli.

Mali.

Regna Chanaan,dici poſſunt *r* peccata,quæ etiam reges dicuntur,quum regnant in nobis *Pſalm.*134.*Mar.*13.*b.* Regnat autem peccatum in corpore , quando obeditur concupiſcentiæ. *Rom.* 6. *d.* Et regnum , quod ceſſabit de Damaſco , eſt imperium diaboli in Gentilitate. *Iſaiæ* 17. *a.* & regna Aquilonis,ſunt ſubiecti diabolo. *Ierem.*1.*c.* & regna ſuper quæ conſtituitur Ieremias , hoc eſt , Chriſtus , ſunt Gentium,aut peccatorum , *Ierem.* 1.*b. Pſalm.*45. Et regna mundi , quæ oſtendit diabolus , ſunt varia vitiorum genera. *Luc.* 4.*a.* & eius regnum , regnum mortis,& peccati.*Rom.*5.*c.*Et regnum humile , vel infirmum eſt in Babylone , quia nihil magnum & forte poteſt eſſe in Babylone, hoc eſt,in hoc mundo , *Ezech.*17.*b.* Regnum beſtiæ , ſunt omnes , in quibus locum habet mendacium.*Apoc.*16.*c.*

Regnorum differentiæ,quas ſubſequutum eſt regnum perpetuum , *s* diuerſos ſtatus animæ & defectus ſignificant poſt quæ reſurgit perfectius.*Dan.*2.*f.* Poſſunt autem ſic ordinari , vt regnum aureum ſit regnum charitatis, argenteum , veritatis , aut conſilij , æreum, ſimulationis, ferreum,crudelitatis. Vel aureum eſt arrogantiæ,argenteum iactantiæ , æreum pertinaciæ , ferreum crudelitatis & auaritiæ , & eſt ex parte teſteum , quum ſimul amat voluptates.

Regnum mundanum.

Vitia & virtutes.

Regnum Abimelech,eſt regnum mundanum,aut principatus Iudæorum.*Gen.*20.*a.*

Regnum aliquando dicitur ipſa miſeria.*Sap.*1.*d.*Nec inferiorum regnum in terra.

Regnum aureum erat *t* Babylonium,argenteum Medorum,& Perſarum , æneum Græcorum , regnum verò ferreum Romanorum.*Dan.*2.*f.*

Regnum Iudaorum.

Chriſtus.

Regnum humile ſit Ægyptus poſt pœnitentiam , *u* quando iam non eleuatur per ſuperbiam. *Ezech.*29.*b.*

Medium virtutum.

Regna,quæ transfert Deus,atque conſtituit,*x* ſunt vitiorum,& virturum.*Dan.*2.*c.*

Deus.

Regnum aduerſus regnum pugnat , *y* cum fideles ſeparantur ab infidelibus , & qui crediderunt, alios ad fidem pertrahere conantur. *Iſa.*19.*a.*

Status primi hominis.

Regnum Saulis , typus fuit *z* regni Iudæorum , quod abiectum eſt adueniente regno Dauid , hoc eſt , Chriſti. 1.*Reg.*15.*f.*

Natiuitas

Regia via per quam incedendum eſt,*aa* eſt Chriſtus,& etiam medium virtutum.*Num.*21.*c.*

Gratia Spiritus.

Gloria cæleſtis.

Cœlum.

Mundus.

Eccleſia ex Gentibus.

Regio, Plaga.

Regio,eſt prouincia,quæ ſub rege erat,ab eoque regebatur.Sunt etiam regiones partes, in quas diuiditur cœlum , & etiam terra , quæ ſunt quatuor præcipuæ Orientalis , Occidentalis, Auſtralis , Aquilonaris, quæ plagæ dicuntur.

Plaga Orientalis,ſignificare poteſt ipſum Deum,qui principium & origo eſt omnium. Item ſtatum primi hominis,& etiam tempus natiuitatis hominis *Gen.*25.*a.*

Plaga meridiana , gratiam Spiritus ſancti deſignare poteſt , aut etiam proſperitatem. *Exod.*36.*c.*38.*d.* Vide *Meridies.*

Regio viuorum,*bb* eſt gloria cæleſtis. Nam hic eſt regio mortuorum , vbi viuendo morimur. *Pſalm.* 114. Illa autem eſt regio propria,ad quam redeundum eſt , vt Magi reuerſi ſunt in regionem ſuam. *Matth.* 2.*b.* & ibi ſunt regiones,quas dat Deus,diuerſæ videlicet manſiones.*Gen.*26.*a.*Regio autem longinqua, ad quam abiit homo nobilis,dici poteſt cœlum,aut etiam totus mundus.*Iuc.*19.*b.*

Regio campeſtris Iordanis , vbi fuſa ſunt vaſa templi. 3.*Reg.*7.*g.*deſignat Eccleſiam ex Gentibus, vnde educti

ſunt

a *Arn.ſ.pſ.*22. *Hie.ſ.Iſa.*49.
b *Gre.ſ.*1.*Re.* 13.
c *Ambr.ſ.* 1. *Cor.*4.*Ru.* 4. *ſ.Apoc.*
d *Gr.*25.*mor.* 20.
e *Gre.*1.*paſt. cura.Rup.ſ. Hoſ.*8.
f *Au. de ver. domini.ſ.* 43. *Euc.qu.in pſ.*
g *Arn.ſ.pſal.* 92.*Hie. ſ. Iſ.* 9.14.*& ſup. Dan.*2. *Baſi.ſ.pſ.* 44. *Hie.epiſt.ſ. Ambroſ.*
h *Ori.ſ.Mat. hom.*12.
i *Ori.ſ.Matt. cap.*13.*& h.* 1.7.10.*& ſ. Rom.* 3.*& ſ. Pſal.*36.*h.* 5.
k *Hil.ſ. Mat. Cant.* 10. 11. 24.*Am.ſ.*15. *& ſ. Luc.* 7. *& 5.de ſacra ment.*4.
l *Hie.ſ.Matt.* 21.*Gre.h.*11. *Hi.ſ.Ma.*13.
m *Am.ſ.Luc.* 13. *Hieron.ſ. Matth.*26.
n *Ric.de S. Vict.de ſomnio Nab.* 34. *Gre. Nyſſ. de oratione.*
o *Caſſi colla.* 1.*cap.*13.
p *Gre.ſ.*1.*Re.* 10.
q *Glo. ord. ſ. Thren.*2.
r *Hi.ſ.pſ.*134 *Amb.ſ.pſal.* 118. *ſer.* 20. 20.*Hie.ſ. Iſa.* 17.*Au. de cont.*3. *Orig.ſ.Ierem. h.* 30.*& ſ.Luc eam.h.*30.*& ſ.Rom.*5.*& ſ. Ezech.h.* 12. *Rup.*9.*ſ.Apo.*
ſ *Ricar.de S. Vict.de ſomn. Nabuc.* 1. 31.32.33.
t *Hie.ſ. Dan.* 2.
u *Hie.ſ. Eze.* 29.
x *Ricar.de S. Vict.de ſomn. Nabuc* 14.
y *Hie.ſ.Iſa.* 19.
z *Au.*17.*ci.*7.
aa *Or.ſ.Nu.h.* 12.*Hie.ſ.Iſai.* 52.
bb *Ba.ſ. pſal.* 114.*Amb. ſ. Luc.*2. *Gre.h.* 10 *Orig.ſ. Matt.hom.* 7.

Digitized by Google

Gentilitas.
Corda Iudæorum & hæreticorum.
Iudæa.
Anima.
Dignitates Ecclesiæ.
Delicia huius seculi.
Status peccati.
Tentationes.
Fines mundi.
Mors.
Scriptura sacra Iudæorum
Peruersi ab Antichristo.
Locus non tutus.
Dogmata philosophorum seuhæreticorũ.
Præcepta.
Euangelium.

Passionis Christi cultus.
Religio Christiana.

Solus Christus remittit peccata.
Corpus Christi.
Scientia Christi.
Scientia hominum.
Apostoli.
Credentes ex Iudæis.
Iudæi in fine mundi credentes.
Credentes ex gentibus.
Ecclesiastici non decepti.
Perfecta cognitio.
Mysteria non intellecta.
Doctrina legis relicta Christianis.
Pauci electi.
Operandũ in hac vita.
Imperfecti.
Multitudo vitiorum.
Fides passionis Christi.
Sanguis Christi.
Sanguis Martyrum.
Fortitudo Martyrum.
Recte sentientes.
Viuere vt moriturum.

sunt prædicatores, & doctores, qui sunt vasa apta templo Dei. Et regio Amorrhæorum *a* eandem Ecclesiam ex Gentibus designat, seu Gentilitatem. *Exod.34. b.* & etiam regio Philisthinorum. 1.*Reg.6.a.* Et regiones, sunt Ecclesiæ Gentium. *Iob. 5. d.* Regio quoque, cuius ligna confracta sunt, dici potest gentilitas. *Exod. 9. f. Ezech.39.c.*

Regio deserti, *b* Iudæorum corda, & hæreticorum & quorumlibet peruersorum significare potest. *Iob.1.f.* & regio, quam deuorant alieni, est Iudæa. *Isa.1.b.* Ipsa est regio Gerasenorum. *Matt.8.e.* Erat regio desiderabilis ante mortem Christi. *Isa.32.c. Ioel.1.c.* potest etiam in his locis animam significare.

Regiones Ægypti, quas circuibat Ioseph. *Gen.41.f.* designare possunt episcopatus, & dignitates in Ecclesia.

Plagæ quatuor, vnde colligit Deus dispersos Israël, designant *c* ex omni parte aliquos conuertendos. *Isa.11.c.*

Regio circa Iordanem, quæ irrigatur, *d* delicias huius seculi significare potest, & hanc elegit Loth. *Gen.13.c.* Regio autem circa Sodomam, quæ est eadem, designat etiam alia vitia, vel periculum vitiorum, & ignauam vitam, quæ ideò fugienda est, & tandem est subuersa. *Gen.19.* Regio quoque longinqua, ad quam abiit filius prodigus. *Luc.15.e.* significat *e* regionem vmbræ mortis, quæ est status peccati in hac vita. Dicitur autem longinqua, eò, quòd à patris sui beneplacito voluntatis deprauatione longè erat alienatus. *Isa.9.a.*

Plaga Aquilonaris *f* tentationes & aduersitates significare potest. *Exod.26.c.38.b.*

Plaga Occidentalis, finis mundi, & etiam mortis typum generare potest. *Exod.26.e.38.b.*

Regiones Israël, dici possunt *g* scripturæ sacræ, quæ erant apud Iudæos, quas dicuntur diuidere fideles Ecclesiæ, spiritualiter eas explicantes. *Mich.2.b.* De hoc *Isa.1.b.* Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.

Regio mortis in Hierusalem. *Ierem.31.g.* designat *h* multos in Ecclesia esse in peccato.

Regiones impij, *i* dici possunt ij, quos Antichristus peruertit. *Iob.18.d.*

Regio *k* pro campo, & non tuto ab hostibus sumitur. *Mich.4.c.*

Regredi, vide Redire.
Regula, Forma.

Regula, est norma, qua lineæ diriguntur, dicitur, quasi mensuram regens. Per translationem, regulæ dicuntur præcepta. Regula pro vlna sumitur. *Leu.19.g.3. Reg.6.d.*

Regula seu lamina aurea, quam tulit Achan de Ierico, designat *l* falsa dogmata Philosophorum, eloquentiæ decore ornata, *Ios.7.c.* norma etiam fabri, designat *m* dialecticam hæreticorum, *Isa.44.b.*

Norma mensuræ Hierusalem, *Iere.31.g.* designat præcepta, quibus regitur Ecclesia. Ipsum quoque Euangelium, regula dicitur, 1.*Reg.10.c.d. Gala.6.d. Philip.3.a.*

Ad normam dolati lapides precioſi domus filiæ Pharaonis, 3.*Reg.7.b.*

Regulus serpens, vide Basiliscus.
Reinuitare, vide Inuitare.
Releuare.

RELEVARE, est rursus leuare, & id quod aggrauatum est, exonerare.

Releuat Deus manum, *n* quum miseretur pœnitentium, & à flagellando cessat, 1.*Reg.6.a.* & releuat oppressos, quum liberat Gentiles ad fidem venientes, ab oppressione diaboli, *Iob.12.d.*

Religare, vide Ligare.
Religio.

RELIGIO, est Dei cultus, cum aliquibus ceremoniis exhibitus.

Religio phase, cultum passionis Christi significat, *Exod.12.d.*

Religio perpetua *o* est religio Christiana, quæ non mutabitur, *Exod.29.b. Leuit.7.d.16.g.*

Reliquia, Reliquum, Residuum.
Cæteri, Remanere, Superesse.

RELIQVIAE, dicuntur pauca, quæ relicta sunt, & reliquum, id quod supereſt, & remanet, vel residuum est.

Reliquiæ Dei, dici possunt *p* Elias, & Henoc, *Psalm.20.*

Remanens solus Iesus absolutione adulteræ, *Ioan.8.a.* designauit *q* ipsum solum esse, qui peccata remittit.

Reliquum corpus vituli extra castra comburendum, designat *r* corpus Christi, quod extra vrbem crucifixum est, *Leuit.4.b.*

Reliqua pars similæ oblatæ, vel reliquum de sacrificio, *Leu.2.a.5.b.6.b.* est *s* illa perfecta, & in cælis abscondita, atque reposita in Christo scientia, siue notitia. In ipso enim sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Vel è diuerso, dici potest scientia, quæ nobis communicatur, quam comedunt filij Aaron.

Reliquiæ Israël, sunt *t* Apostoli, & cæteri credentes ex Iudæis, qui etiam dicuntur reliquiæ gregis Domini, & reliquiæ fratrum Christi, & remanens populus, sunt qui crediderunt ex Iudæis, 4.*Reg.19.f. Psa.10. Isa.10.e.11.c.17.a. Ierem.23.a.31.b. Mich.4.c.5.a.7.d. Soph.2.b.3.c. Zach.8.b. Rom.9.f.* reliquiæ etiam Israël, erunt qui congregabuntur ex Israël in fine mundi, *Mich.2.b.* Et reliquiæ Idumææ, erunt reliquiæ Iudæorum in fine mundi, *Amos 9.d.* remanentes itidem de domo Eli *u* erunt reliquiæ Israël in fine mundi, quæ conuertentur à peccatis commissis cum malis prælatis, 1.*Reg.2.g.* Et residuum erucæ, aut locustæ, *x* sunt reliquiæ Israël, vel sunt reliquiæ virtutis animi, *Ioel.1.a.* residui quoque filiorum Aaron, Eleazar, & Ithamar, *Leu.10.c.* Sunt reliquiæ saluandæ.

Reliquiæ ciuitatis, sunt *y* venientes ad fidem ex infidelibus, *Num. 24. d.* Ipsi pertinent ad reliquias Christi, *Ierem.15.c.* Et reliquiæ Syriæ, sunt fideles ex gentibus, *Isa.7.a.* & residuum populi Dei dicuntur, qui remanserunt in fide, relictis Iudæis, & hæreticis, *Isa.27 b.*

Reliqui de populis, sunt *z* Ecclesiastici viri non decepti, *Hab.2.b.* Sic erunt residui Eleazar & Ithamar, *Leu.12.c.* Et reliqui à mundanis, sunt, quos mundus despicit, qui conuertuntur ad Deum, *Iob.4.d.* generaliter reliqui dici possunt iusti.

Reliquum de sacrificio datum Aaron, designat *aa* altiorem cognitionem secretorum datam sacerdotibus. Vel designat perfectam, & in cælis absconditam atque repositam in Christo scientiam, *Leu.2.a.*

Reliquiæ autem sacrificij comburendæ, & etiam quod remanet de agno, sunt *bb* indiscussa mysteria, & non intellecta, *Exod.12.b.29.f. Leuit.7.b.8.c.10.c.* Non remanet autem quicquam vsque manè, quia omnia creduntur, & implentur ante diem iudicij. Remanentes quoque spicæ, sunt doctrinæ legis relictæ Christianis. Vel quod relinquitur cognoscendum post hanc vitam, quod dimittitur Christo, *Leu.19.b.23.d.* Et reliquiæ pascuarum, sunt aliqua de scripturis, *Ezech.34.e.* Superfuit autem de panibus, quos diuisit Christus, *cc* quia sermo Christi cum diuiditur augetur, *Luc.24.e.*

Remanentes paucæ oliuæ in ramis, sunt *dd* pauci electi, qui residuit erunt ex persecutione Antichristi, *Isa.24.c.*

Reliquum de manna reponendum vsque in manè in die sexto. *Exod.16.f.* designat *ee* opera facienda in hac vita, quæ ad futuram debent reseruari. Rursum non debet remanere de sacrificio pacificorum vsque manè, *Leu.7.a.* quia debemus hic instanter operari, ne in iudicio vacui inueniamur.

Reliquus populus, quem remisit Saul, designat *ff* imperfectos, 1.*Reg.13.a.* Et reliquum vulgus potest dici multitudo vitiorum, quæ sequuntur dæmones.

Reliquus sanguis hostiæ, *Exod. 24. b. 29. b. Leuit. 4. b. 5. c. 8.e.9. b.* designat *gg* fidem passionis Christi, vel est sanguis Christi dilatatus ad redemptionem futurorum, vel sanguis Martyrum effusus ad honorem Christi. Remanens autem armus de sacrificio, 1. *Reg. 9. d.* designat *hh* fortitudinem Martyrum in passionibus. Quia licet Christus per crucem omnes redemerit, remansit tamen vt qui redimi, & regnare cum eo nititur, crucifigatur. Ideo 2.*Timoth.2.c.* Si compatimur, & conregnabimus, & 1. *Petr.2.d.* Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, & *Colossen.1.d.* Adimpleo, quæ desunt passionum Christi in corpore meo.

Reliqua superficies domus leprosæ, *Leu.14.e.* designat *ii* eos, qui sanam habent opinionem in Ecclesia. Ad idem referri potest, reliqua caro leprosi, 13.*c.*

Superesse solum sepulchrum, *Iob. 17. a.* est *kk* considerare omnia huius seculi esse defluentia, & ita viuere

a *Gre.s.1.Re.6.& 6.m.21. Glo.int.s. Ez.39.*
b *Ori.s.Iob.1. Hie.s.Is.1.32 Hi.s.Ma.can.8.*
c *Hie.sIs.11.*
d *Amb.2. de Abra.6. Cyr. de ado.in Spi.*
e *Am.s.Lu.15 Hie.s.Is.9. ep. beatitudinis. Ric.de S.Vict. de sec.con.20.*
f *Glo.inter.s. Exod.26.*
g *Ru.s Mi.2.*
h *Hie.s.Ie.31*
i *Gr.14.m.11*
k *Hie.s Mi.4.*
l *Or.s.Ios h.7.*
m *Hi.s.Is.44.*
n *Gre.s.1.Re.6.& 11.m.10.*
o *Glo.inter.s. Exod.29.*
p *Hie.s.ps.20.*
q *Am.ep.76.*
r *Glo.ord.s. Leu.4.*
s *Isy.s.Leu.29.*
t *Hie.s.Ier.3. & Mich.2.5. & s.So.3. & s.Amos.9. & s.Ioel.1.*
u *Gr.s.1. Re.2.*
x *Ru.s.Ioel.1*
y *Ori.s.Nu. hom.18. Hie. s.Is.17.18.*
z *Hie.s.Hab. 2.Gr.s.m.29 Rup.s.Hab.2.*
aa *Isy.s.Le.2. Rup.s.Leu.8.*
bb *Gr.prol. s. Re.& 20.m. 9.& hom.22. Bed.s.Ex.12. Isy.s.Leu.19. 23. Hie.s.Ez. 34.*
cc *Am.s. Lu. 9.*
dd *Hie.s. Isa. 24.*
ee *Gl.int.s. Exod.16. Isy. s.Leu.7.*
ff *Gr.s.1.Reg. 13.*
gg *Lyr.s.Ex. 24.Rup. 1.s. Leu.15.*
hh *Gre.s. 1. Reg.9.*
ii *Glo. ord. s. Leu.14.*
kk *Gre.13.m. 15.*

quasi mox sit moriturus, omnibus vitæ præsentis desideriis contradicendo.

a *Gre.s.1. Re. 16.* Reliquus dictus Dauid, *1.Reg.16.b.* designat *a* eum, qui intus abiectus est per humilitatem, & foris despectus tanquam vilis. *Humilis.*

b *Ori.s.ps. 36. h.5. Au.s.psal. 36.* Reliquiæ hominis pacifici, *Psalm.36.* designant *b* corpus iusti in iudicio resurrecturum in gloria. Vel dicitur, quia etiam post mortem viuit iustus. Sic non erunt reliquiæ impij, *Iob.18.d.* reliquiæ verò impiorum, sunt corpus periturum in gehenna. *Corpus suscitandum.*

c *Au.s.ps.75* Reliquiæ cogitationis, quæ confitentur Deo, *Psalm.75.* designant *c* odium & detestationem peccati. Vel cogitatio est prima conuersio, quæ confitetur, reliquiæ verò cogitationis, memoria, & gratiarum actio quæ agit diem sextum. Sumitur autem pro memoria, *1.Esdr.9.c.* Vt dimitterentur nobis reliquiæ, *Psalm.36.* Sunt reliquiæ homini pacifico, *Sapi.13.c. Sopho.2.a.* *Detestatio peccati. Memoria & gratiarum actio.*

d *Hie.s.ps.14.* Reliquiæ Babylonis, sunt *d* prauæ cogitationes vel praui affectus, *Isa.14.g.* & reliquiæ Philisthææ, *Isa.14.g.* & reliquiæ Baalim, *Soph.1.a.* *Praua cogitationes vel affectus.*

e *Glo.ord.s. Deut.28.* Reliquiæ aliquando dicuntur *e* hæredes, *Deut.28.b.* Benedictæ reliquiæ tuæ. Designant autem bonæ intentionis præmium. *Haredes. Præmium.*

Remanens solus Beniamin apud patrem, *Gen.42.g.* designat Paulum nondum credentem in Christum, sed adhuc manentem in synagoga. *Paulus nondum credens.*

f *Ambr. de Noe.7.* Remanens solus Noe in arca cum suis, *Gen.7.d.* designat *f* hominem viuentem, prauis affectibus resecatis.

g *Glo.ord.s. Exod.10.* Non remanere vnam locustam in finibus Ægypti, *Exod.10.e.* indicat *g* beneficentiam Dei, etiam erga malos. *Beneficentia Dei in malos.*

h *Hie.s.Ier.4.* Remanent ciuitates absque habitatore, *Ierem.4.b.* quando *h* recedunt aliqui ab Ecclesia. *Recedere ab Ecclesia.*

i *Glo. inter.s. Exod.8.* Remanere ranas in flumine, *Exod.8.b.* est *i* in fluxu & cœno mundi non deesse loquaces, & aduocatos, &c. *Loquaces in mundo.*

k *Ar.s.ps.16. Au. epist.59. Hie.s.ps.16.* Remanere oues, & armenta in Ægypto, est relinqui simplices in tenebris vitiorum, quod procurat Pharao, hoc est, diabolus, & tamen non remansit vngula filiorum Israël, *Exod.10.g.* *Remanere simplices in tenebris.*

l *Hie.s. Abdi.* Reliquiæ Iudæorum, quas diuiserunt paruulis suis, *Psal.16.* sunt *k* hæreditas crudelitatis transiens in filios, quando ipsi dixerunt. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Hæretici quoque reliquias discipulorum relinquunt aliis. *Crudelitas Iudæorum.*

m *Hie.s. Iob. 22.* Non erunt reliquiæ domus Esau, *l* quando in fine mundi omne genu flectetur Christo, *Abdiæ f.*

n *Or.s.Ie.h.3. Glo.int.s. Ex. 14.* Reliquiæ peccatorum *m* sunt in extrema peccaminum in inferno punienda, quia non hic plenè puniuntur, *Iob.22.c.27.c. Psalm.36.* residuum quoque grandinis, est pœna inferni, vel id, quod relinquitur ad maiorem pœnam deleri, *Exod.10.a.* *Peccata in inferno puniendæ.*

o *Gr.15.mor. 11.* Non esse reliquias Chaldæorum, *n* est nihil superstitionis reseruari, *Iere.50.e.* Superesse autem nullum ex Ægyptiis, est omnia peccata in baptismo deleri, *Exod.14.g.* *Abolitio superstitionis & peccatorum.*

p *Lyr.s.Is.38.* Non remanet de cibo hypocritæ quicquam, *Iob.20.c.* quia *o* eum ipse ad æterna supplicia rapitur, à cunctis bonis, quæ possederat, alienatur.

Residuum annorum Ezechiæ, *Isa.38.b.* est *p* illud, quod considerabat se posse viuere per naturam.

Superesse multum diei ad pastum ouium, *Gen.29.b.* dicitur quando adhuc est tempus ad docendum, vel operandum.

q *Gr.18.m.7. Hie.s.Iob. 22.* Reliquiæ ligni saltus, sunt *q* residui, hæreticorum sectatores, *Isa.10.e.* Idem sunt reliquiæ terræ Moab, *Isa.15.d. 21.d.* Et reliquiæ de gentibus, *Zach.14.c.* Et reliquiæ hominis impij, *Iob.27.c.* Designatur etiam posteritas malorum. *Iob.22.c.* remanentes quoque de Gog, sunt reliquiæ hæreticorum, *Ezech.39.d. Amos 4.a.* *Sectatores hæreticorum. Posteritas malorum.*

r *Hie.s.Is.44.* Reliquum de pinu, sunt *r* superflua, & falsa addita scientiæ & doctrinæ naturali, *Isa.44.c.* *Falsa addita scientia naturali.*

s *Hie. s. Isa. 46.* Residuum domus Israël dicitur, *s* quasi non remanserint ex eis, nisi fæces, *Isa.46.*

Remeare, vide Redire.

Rememorari, vide Meminisse.

Remittere, Remissio, Venia.

REMITTERE, est retrò mittere, aut mittere ad eum locum, vnde aliquis prius missus est. Interdum est rursus mittere, & condonare, *Psalm.31.* remisisti impietatem peccati mei. Reducere, *1.Reg.6.a.* Quomodo remittamus. Relaxare, *Exod.17.c.* Sin autem paululum remisisset.

t *Gl. inter. s. Exod.16.* Remittere manus, *t* est ab operibus cessare, ac ociosum esse, & ad terrena conuerti, *Exod.17.c.* *Cessare ab operibus.*

u *Glp.ord.s. Exod.18.* Remittens Moses vxorem ad socerum, *Exod.18.a.* designat *u* prælatum, aut prædicatorem omnia impedimenta temporalia soluere debere, vt verbi ministerio vacet. *Tollere prædicationis impedimenta.*

x *Gr.s.1.Reg. 6.* Remittere arcam in locum suum, *1. Reg.6.a.* est *x* ex parua cognitione mysteriorum in hoc seculo ad paruam futuri seculi reuelationem venire. *Parua cognitio mysteriorum.*

Remittere autem arcam vacuam est habere notitiam mysteriorum sine bonis operibus.

y *Gr.s.1. Reg. 13.* Remittens Saul reliquum populum in tabernacula sua, *1.Reg.13.a.* designat *y* prædicatorem docentem eos, qui perfectionem attingere nequeunt, in suo statu innocentiam seruare. Sic dicebat Apostolus *1.Cor.7.a.* propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat.

Remmon.

z *Hie.s.Zach. 14.* REMMON, id est, malum renatum, siue altitudo, nomen aliquarum ciuitatum, *Iosu.15.c.19.a. Iud.20.g.* Et nomen idoli, *4. Regum 5. c.* Et excelsus collis in Hierusalem, z qui designat ordinem Ecclesiasticum, *Zach. 14. b.* est etiam nomen patris Baana, & Rechab, seruorum Isboseth, quem ipsi occiderunt, *2. Regum 4.a.* Typus esse potest diaboli. *Ordo ecclesiasticus. Diabolus.*

Remmon Phares.

aa *Ori.s. Nu. h.26. Hie. de mansio.* REMMON Phares, id est, *aa* excelsa intercisio: decima sexta mansio filiorum Israël in deserto Pharan, quò peruenitur è Rethamin, quia post excelsam contemplationem separatur homo ab omnibus terrenis, *Nu.33.c.* Vel interpretatur, mali punici diuisio, aut malum punicum diuisionis, & designat vanitatem Ecclesiæ cum ordinum diuisione consistere. Ad eam peruenitur è Rethma.

Remouere, vide Auferre.

Remunerare, vide Donum.

Remus, Remigare, Remiges.

REMVS est, quo remiges naues agunt. Remiges autem sunt remigandi ministerio mancipati. Remigare verò est remis nauem agere. *Dæmones & hæretici.*

bb *Hie. s. Ez. 27.* Remiges in malum, sunt *bb* dæmones, aut hæretici, qui alios ad inferos ducunt. *Isa.33.d. Ezech.27.b.* *Conuersi à peccatis.*

cc *Hie.s.Eze. 27.* Remi ex quercu de Basan, *cc* designant conuersos ab ignominia peccatorum, & cum Apostolis nauigantes, ab eisque deducti. *Ezech.27.a.*

dd *Au.s. Ioa. tra.25.* Remigantes discipuli, sunt *dd* laborantes, & semper progredientes, ac vsque in finem perseuerãtes inter fluctus huius seculi, *Ioan.6.c.* *Laborantes in profectu. Discipuli defendentes Christum.*

ee *Ru.s.Ionã. 1.* Remigantes nautæ, vt reducerent Ionam in terrã, *Iona 1.* designant *ee* discipulos volentes defendere Christum, ne caperetur, vt cum dixerunt. Domine, si percutimus in gladio.

Renasci, vide Nasci.

Renes, Renunculi.

RENES sunt, qui lumbis adhærent, suntque vasa libidinosi humoris. Aliquando autem sumuntur pro lumbis, *Exod.1.b.* renes vestros accingetis. *Apostoli.*

ff *Gr. 22. m. 18.* Renes Christi dici possunt *ff* Apostoli, & ad renes est attramentarium, *Ezech.9.a.* Quia cum renes sint in posteriori parte corporis, designant, quòd postquam ipse Dominus mortuus est & resurrexit, & ascendit in cœlum, tunc testamentum nouum per Apostolos scripsit.

gg *Glo. inter. s.psalm.15.* Renes etiam Christi dici possunt *gg* Iudæi, *Psal.15.b.* increpuerunt me renes mei. *Iudæi.*

hh *Glo.inter. s.Ierem.12.* Renes, vt sunt latentes, *hh* conscientiam significare possunt, quam scrutatur Deus, *Psal.7. Ierem.12.a.20.b. Thren.3.b.* *Conscientia. Delectatio carnis.*

Digitized by Google

Renes, vt sunt vasa libidinosi humoris, *a* delectationes carnis, ac libidinem significare solent, *Exod.* 12*c.*28.*g.* 29.*b.Leu.* 3.*a.*4.7.8.*b.Psa.*7.15.75.72.*Nahum.* 2.*c.*Et possidet Deus renes, quum quis castè viuit,*Psalm.*138.Et vsque ad renes est aqua,& quum est profectus vsque ad mitigandos carnis appetitus, *Ezech.*47.*a.* & præcingit Deus Deus fune renes Regum, quum dissoluto castitatis cingulo, in membris delectationem peccati dominari permittit,vt quos in occulto superbia inquinat,quam sint detestabiles etiam in publico ostendat,*Iob.*12.*c.*

Renes præterea,designant *b* ipsam partem concupiscibilem, & generaliter affectus, aut opera, *Psal.* 7.25. 39. 138. *Prouerb.* 23.*b. Ierem.* 11.*d.* 12.*a.* Et renes, quos scrutatur Deus, referri possunt ad opera, sicut corda ad cogitationes.

Concupiscibilis affectus. Opera.

Renes viri accincti auro,*c* castitatem puram designant in prælato *Dan.*10.*a.*

Castitas.

Renes oblati in sacrificio, designare possunt *d* matrimonium propter prolem habendam in honorem Dei contractum,*Leu.*3.*a.*

Matrimonii.

Renunculi etiam traditi ignibus,*e* designant nullum motum carnalem fuisse in Christo,*Leu.*3.*a.*

Renouare,Vide Nouus.

Renuere.

RENVERE,est signo capitis aliquid negare,quod etiam abnuere dicitur.

Renuens Iacob permutare manus, quas posuerat super capita Ephraim & Manasse, designat *f* firmitatem prophetiæ,& etiam constantiam in fide,vt dignitates spirituales præponantur temporalibus,*Gen.*48.*d.*

Firmitas prophetia.

Renuens Pharao dimittere populum Dei,*Exod.*9.*a.*designat diabolum, qui obstinatè nititur retinere homines in peccatis.

Eminentia dignitatis spiritualis.

Renuit curari plaga,cum peccatum emendationem non admittit,*Ierem.*17.*b.*

Obstinatio diaboli.

Renunciare,vide Nunciare.

Repandus.

Incurabile peccatum.

REPANDVM dicitur,quando est recuruum,& simum,& retrorsum patet,vt repandum lilium, 3.*Reg.*7.*d.*2.*Par.* 4.*b.*designat autem repandum lilium,*g* Christum resuscitatum. Nam ante passionem quasi adhuc clausum lilium fuit,quum in miraculis clarus homo refulsit. Post resurrectionem verò & ascensionem repandum se lilium auibus cœli exhibuit: quibus in assumpta humanitate potentiam diuinæ claritatis, quam habuit antequam mundus esset,ostendit.

Christus glorificatus.

Repellere,vide Eiicere.

Repente,Repentinus,vide Subitus.

Reperire,vide Inuenire.

Repetere,vide Iterare.

Repetere quandoque,idem est,quod commodatum,aut mutuatum est, petere, & repetere è proximo quod debet,*h* est corripere eum peccantem inter te,& ipsum solum,*Deut.*24.*b.*

Replicare,vide Iterare.

Reponere,vide Collocare.

Reportare,vide Ferre.

Reprehendere,vide Arguere.

Reprobare.

REPROBARE,est damnare,& prauum ac inutile iudicare.

Resurrectio Christi.

Reprobauit Dominus cogitationes populorum & consilia Principum, quando post passionem, & mortem resurrexit,remanentibus confusis principibus Iudæorum,*Psalm.*32.

Condemnantes Iudæi Christum.

Reprobauerunt ædificantes lapidem, *i* quando sacerdotes, & Scribæ condemnarunt Christum, *Psalm.* 117. *Matth.*21.*d.*

Hæretici reiicientes veritatem.

Reprobantes verbum,sunt *k* hæretici reiicientes veritatem Ecclesiæ,*Isa.*30.*c.*

Murmurans contra Deum.

Reprobat increpationem Dei, *l* qui percussus pro culpa in quærelam suæ passionis contra Deum eleuatur, *Iob.*5.*c.*

Reprobus,vide Malus.

Repromittere,vide Promittere.

Reptare,Repere,Reptile,Serpere.

REPERE dicitur de animalibus, quæ pedibus & ventre gradiuntur. Vnde reptilia dicuntur. Reptare autem, est frequenter repere.Serpere autem est repere,& quasi in modum serpentis circuire paulatimque decurrere.

Prædicator condescendens infirmis. Bene operans

Reptans manibus Ionathas,designat *m* prædicatorem humiliantem se ad conuersationem peccatorum per affectum compassionis,vt eos conuertat,1.*Reg.*14.*b.*Sic dicebat Christus,*Matth.*9.*b.*Non habent opus sani medico, sed malè habentes,&c.Non veni vocare iustos,sed peccatores.Et PAVLVS. Omnia factus erat omnibus vt omnes Christo lucrifaceret, 1. *Cor.*9.*d.* Vel reptare manibus, est prius operibus ostendere, quid debeat prædicare:Iuxta illud, *Matth.*5.*b.* Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. Et reptans manibus stellio, est simplex bene cum labore operans,*Prou.*30.*d.*

Pollutus cogitatione. Vacare libidini.

Repere pectore dicitur,*n* qui est pollutus in cogitatione.Repere verò ventre est libidini vacare, *Gen.*3.*c.*

Homines terreni. Baptizati imperfecti.

Reptilia,sunt *o* homines rebus terrenis innixi,vel homines difficulter credentes,vel baptizati, sed imperfecti, per terrena quærentes cælestia, *Gene.* 1.*c. Leuit.* 5.*a.* 11.*g.* reptilia etiam sunt Apostoli, & prædicatores, cum labore ferentes mysteria per omnem terram.

Apostoli & prædicatores.

Reptilia,quibus dominatur homo,sunt *p* Gentiles,*Gen.*1.*d. Hos.*2.*d.*

Gentiles.

Reptilia animæ viuentis, dici possunt *q* opera, quæ prosunt animis viuis per gratiam. *Gen.*1.*c.* reptilia etiam dici possunt opera legis,*Leu.*5.*a.*

Opera bona. Opera legis.

Reptilia in mari, sunt *r* Iudæi in lege,& hæretici, & tentatores in mundo. Reptilia quoque sunt, qui sunt in inferno,*Psalm.*68.103.

Iudæi. Hæretici.

Quasi reptile non habens principem,reputantur *s* homines in hoc mundo,quando mali persequuntur, & perdunt bonos,quasi non sit prouidentia,*Habac.*1.*d.*

Homines in mundo.

Reptilia,quæ producit terra,& reptilia in templo, sunt *t* vitia in anima, & prauæ cogitationes & omninò terrenæ,& opera carnis. *Gen.*1.*c. Ezech.*8.*c.*38.*f. Mich.*7.*d.*Et reptilia sunt intra parietem, quando cogitationes voluuntur in mente, quæ à terrenis desideriis nunquam leuantur.

Vitia in anima.

Serpit homo *u* vegetatiua virtute cum reptilibus, quæ super terram reptant, cui virtute inseruit homo prima ætate:cui ante diluuium data sunt olera,plantæ,& cætera vegetatiua solummodo in cibum.

Cogitationes malæ.

Serpere dicitur,vt cancer,sermo hæreticus,2.*Timoth.*2.*c.*

Opera carnis.

Repudiare,Repudium.

Anima peccatrix.

REPVDIARE,est non accipere,& recusare,& peculiariter matrimonium dirimere, quasique ob rem pudendam coniugem repellere.

Synagoga.

Repudiata mulier,est *x* anima per peccatum à Deo abiecta,& peculiariter synagoga, & etiam doctrina hæretica,*Leu.*21.*b.Ezech.*44.*f.*

Doctrina hæretica.

Repudiata filia sacerdotis,quæ nupserat alienigenæ,est *y* anima resipiscens ab errore doctoris hæretici, Iudæi, & Gentilis,*Leu.*22.*b.*

Resipiscens ab errore.

Repudij liber non est datus à Deo synagogæ,nisi *z* quia ipsa prius recessit à Deo per peccatum. Eadem est ratio de hæreticis,*Isa.*50.*a.Ierem.*3.*c.*

Repugnare,Resistere.

Repugnare,est pugnando resistere,& contradicere,& refragari.

Resistit Deus superbis,hoc est,hæreticis, *Iacob.*4.*b.* resistere quoque in die malo,*aa* est resistere diabolo. *Eph.* 6.*c.*1.*Pet.*5.*b.*

a *Hie.s.Na.*2. *Am.exho. ad vir.Gr,*11,*m,* 9. & 22. *m.* 22.*Au.s.ps.*7. 72. 138. *Isy. s.Le.*7. *Bed.s. Exod.*12.

b *Basi.s.ps.*7, *Hil.s.ps.*1. 8. *Gl.ord.s.ps.*7.

c *Ly.s.Da.*10.

d *Isy.s. Le.* 8.

e *Ori.hom.* 3,

f *Lyr.s.Ge.*48

g *Gl. ord.s.*3, *Reg.*7.

h *Ruper.* 1.*s. Deut.*31.

i *Ori.s. Matt.* h.19.*Hi.s. Is.* 21.

k *Hi.s.Isa.*30

l *Gre.6.m.* 5.

m *Gr.s.*1. *Re.* 34.& 6.*m.*2.

n *Gre.*2.*m.*2.

o *Au.*13. *confes.*20.*Isyc. s. Leu.*11. *Bed. s.Gen.*1.

p *Be.s.Gen.*1. *Rup.s.hom.*2.

q *Aug.*1. *de. gen.con. Maniche.*

r *Arn.*& *Au. s.psal.*103.

s *Hie.s.Hab.*1.

t *Or.s.Ge.h.*1. *Hie.s.Ezec.*8. *Gr.*26.*mo.* 4, & 2.*past.*10.

u *Geor. Vene. cā.*1.*t.*6.*c.*15.

x *Or. s. Leu. hom.*12.

y *Isy.s.Le.*22.

z *Hie.s.Ier.*3.

aa *Hi.s.Amo.* 2.

Digitized by Google

Resistens princeps Persarum angelo Danielis, *Dan.10.b.* erat *a* faciens pro commissa sibi prouincia, ne captiuus populus Iudæorum dimitteretur. Potest etiam intelligi resistere enumerando peccata Iudæorum propter quæ nondum deberent dimitti.

Resistere Deo dicitur, qui eius dispositionibus repugnare conatur, *Iob.9.a.41.a.* resistentes autem dexteræ Dei, *b* sunt dæmones resistentes Deo: & Iudæi Christo: & hæretici Ecclesiæ. *Psalm.16.*

Repugnat etiam veritati responsio hæreticorum, *Iob.21.d.* & resistit lingua hæreticorum & Philosophorum *c* ipsi Ecclesiæ, *Isa.54.d.*

Resistere iræ Dei nemo potest *d* quando implacabiliter excitatur, *Iob.9.a.* licet ei resistatur per Sanctos, quando ipse ordinat sibi orationibus resisti: vt eum placauit Moses & Aaron, Phinees, & Dauid, &c.

Resistens Amalec Israeli ascẽdenti de Ægypto, *1.Reg.15.a.* designat *e* fortes carnis impugnationes: quæ vexant eos, qui mundum relinquunt, iuxta illud Apostoli ad *Roman.7.d.* Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.

a *Glo.ord.s. Dan.10.*

b *Gre.9.m.2. Hie.s.psa.16.*

c *Glo.inter.s. Isa.54.*

d *Gr.9.m.12. 13.*

e *Gre.s.1. Re. 15.*

Reputare.

Reputare, est multum & sæpè putare & retractare, & etiam computare.

Reputat Deus hominem, *f* cum dat ei sui cognitionem, & multis ornat donis, *Psal.143.*

Reputatus homo excelsus, est *g* Christus, cui conuenit celsitudo, *Isa.2.d.* Idem autem non est reputatus in passione, *Isa.53.a.* Et reputatus est cum sceleratis: quia crucifixus est inter latrones: vel quia descendit etiam ad inferos, *Isa.53.d.*

Reputatæ sunt Gentes Deo, *h* quasi momento stateræ, quod facillimè in vtramlibet partem declinatur, *Isa.40.d.*

Reputat Deo omnes annos suos in amaritudine animæ suæ, *i* qui dolet de peccatis, nec præteritam approbat prosperitatem, *Isa.38.c.*

Non reputari inter Gentes, *k* est reputari inter fideles, *Num.13.b.*

Non reputat Deus homines, *l* eos, videlicet, qui tanquam iumenta in stercore suo computruerunt, *Isa.33.b.*

Reputari dicebantur filij Ioseph, sicut Ruben, & Simeon: quia sic connumerati sunt inter filios Iacob, vt acciperent hæreditatem, sicut duæ tribus, *Gen.48.a.*

Non reputata victoria ipsi Barach, designat *m* receptionem Christi, & victoriam eius contra diabolum non esse ascriptam Iudæis, *Iud.4.b.*

Reputatæ dicuntur leges Dei, *n* velut alienæ à contemnentibus eas, præcipuè ab Israël, qui colentes idola legem Dei contempserunt, *Hos.8.d.*

Reputatur Charmel in saltum, *Isa,29.f.32.d.* cum *o* Iudæi Christum suscipere nolentes, remanserunt cum virore literæ sine fructu spiritus.

Reputari inter polluta, quæ ruminant nec diuidunt vngulam, *Leu.11.a.* est *p* damnari vitam informem & criminibus tortuosam. Ad hæc referri potest reputari immundam vestem lepra infectam, *Leu.13.c.f.*

Reputari sicut iumenta se putant hæretici ab Ecclesia, *Iob.18.a.* cum *q* doctores Catholici ratione conuincunt hæreticos ostendentes quam irrationabiliter suos astruant errores.

Reputat Leuiathan ferrum, vt palcas & æs, quasi lignum putridum, *Iob.41.c.* Quia *r* tempore Antichristi, nisi dina gratia protegat, & prædicantium vires, velut paleas nequitiæ suæ igne consumet: & patientium constantiam quasi lignum putridum in puluerem rediget.

f *Hil.s.psalm. 143.*

g *Hie.s.Isa.2.*

h *Glo.ord.s. Isa.40.*

i *Hie.s.Is.38.*

k *Ori.s.Num. hom.15.*

l *Hie.s.Is.33.*

m *Ori.s.Iudi. hom.7.*

n *Glo.ord.s. Hos.8.*

o *Hie.s.Isa. 29.*

p *Glo.inter.s. Leu.11.*

q *Gre.14.mo. 2.*

r *Gre.34.mo. 5.*

Dans Deus dona hominis Christus.

Imbecillitas hominis.

Dolere de peccatis.

Computari inter fideles.

Negligens Deus malos.

Iudæos non habere partem in victoria Christi.

Contemptus legis diuinæ.

Litera sine spiritu.

Vita vitiosa.

Potentia diaboli.

Res.

Res, generalem habet significationem ad omnia: est enim, vt aiunt Dialectici, transcendens: nec allegoriam recipit, nisi secundum illi adiecta.

Res, quam dicebant Philisthæi, se ostensuros Ionathæ, & armigero, est conuersio *s* à peccatis, *1.Reg.14.b.*

Res fœda & pessima, generaliter *t* peccata designare potest, *Gen.34.a.38.b.44.b.* & res pessimæ filiorum Eli, sunt hæreses Iudæorum, *1.Reg.2.e.* hæc sunt res, quæ polluere possunt, *Leu.7.c.*

Res perdita, dici potest sensus extraneus sacræ scripturæ datus, *Leu.6.a.*

Rem considerans Iacob, *Gen.36.c.* Vide *Considerare.*

s *Gre.s.1. Re. 14.*

t *Gre.s.1. Re. 2. Glo.ord.s. Leu.6.*

Conuersio à peccatis.

Peccata.

Hæreses.

Rescindere.

Rescindere, est cædere, tollere, auferre, & destruere, vt Pharisæi rescindebant verbum Dei propter suas traditiones, *Matth.7.b.*

Reseruare.

Reseruare, est quasi retrò seruare: vel præ aliis seu ab aliis seruare.

Reseruari filios Iacob super terram, *Gen.45.b.* est *u* reliquias Israël saluas fieri.

Reseruatus armus de industria Sauli, *1.Reg.9.c.* designat *x* electionem prædicatoris cum magna deliberatione faciendam.

Reseruare Man, *Exod.16.g.* designat *y* continuam beneficiorum Dei memoriam habendam.

Reseruant fœminas, *z* qui vitia seruant, & qui dant sensus carnales legi, quas fœminas reseruari facit Pharao, hoc est, diabolus, *Exod.1.b.*

Reseruare pinguia sibi ex his, quæ danda erant in decimis, quod non debebant facere Leuitæ, dando decimas sacerdotibus, *Num.18.d.*

u *Glo.ord.s. Gen.45.*

x *Gre.s.1.Re. 9.*

y *Glo.inter.s. Exod.b.16.*

z *Ori.s.Exod. hom.2.*

Saluari reliquias Israel.

Matura electio prædicatoris.

Memoria beneficiorũ Dei.

Seruare vitia.

Dare sensus carnales legi.

Residuum, vide Reliquia.

Resilire, vide Fugere.

Resina.

Resina, est humor ex arboribus defluens, in eisdem coagulatus, & est præcipua, quæ ex Terebintho.

Resina qua marmora fracta sociantur, *aa* vinculum spirituale designare potest, & fidem sinceram, fertur ad Ioseph à fratribus eius in munus, quando fides offertur Christo, *Gen.37.c.43.c.* Potest etiam designare legem Mosis.

Resina, quæ est medicamentum, designare potest *bb* verba correctionis ex sacra scriptura desumpta, *Ierem.51.a.*

Resina Galaad, designare potest *cc* pœnitentiam in Ecclesia, *Ierem.8.g.* Vt enim resina lenis est, & apta corporibus, & pro medicina sumitur, ita pœnitentia se habet ad animam. Deferunt autem resinam in Tyrum, qui sanctum dant canibus, *Exod.27.d.*

aa *Amb.de Ioseph.3. Bed.s. Gen.43.*

bb *Ori.s.Ier. hom.2.*

cc *Hie.s.Eze. 27.*

Fides.

Charitas.

Lex Mosis.

Verba correctionis.

Pœnitentia.

Mysteria.

Resistere, vide Repugnare.

Respirare.

Respirare, est spiritum capere, & à lassitudine quiescere.

Non dimittere, qui respiret, *dd* est nullum inordinatum motum quantumuis paruum in anima permittere, *Iosu.11.b.*

Respirare se dicens Elihu. *Iob.32.d.* designat *ee* quod sicut labor iustorum, est videre praua, nec corrigere, ita grauis est labor arrogantium, si quod sapiunt, non ostendant. Vim quippe intrinsecus æstuantem ferre vix possunt, si omne quod sentiunt, paulò tardius patefaciant.

dd *Ori. s. Ios. 11.*

ee *Gr. 23.m. 11.*

Loquacitas arrogantium.

Resplendere, vide Fulgere.

Respondere.

Respondere, est posteriori loco dicere, vnde responsum, & responsio. Est item respondere consentire, *Exod.2.b.* respondit, Vade, & perrexit puella. Dicere, *Gen.14.d.* Qui respondit ei, Leuo manum meam. Exaudire, *Gen.24.c.* Qui respondit. Bibe Domine mi. Negare, *Isa.9.b.* respondebit quæ in die illa, dicens. Referre, *Mich.6.a.* Quid responderit ei Balaam. Reprehendere, *Iob.20.a.* Spiritus intelligentiæ respondebit mihi. Satisdare, *Gen.29.c.* Auditis causis itineris, respondit. Testari, *Gen.21.d.* respondit Abimelech, Nesciui quis fecerit. Responsum autem est æquipollens, *2.Cor.1.b.* responsum mortis habuimus. Consilium, *Ecclesia.32.b.* Habeat caput responsum tuum. Instructio, *1.Reg.19.c.* responsum est, quod ægrotaret. Inspiratio, *Luc.2.d.* responsum acceperat Symeon.

Digitized by Google

Inſpiratio Dei. *Exaudiens Deus.* *Defendens Deus iuſtum.* *Arguens Deus.*

Reſpondere Dei, eſt, *a* eum, qui ſe bene humiliter neſcientem cognouerit, occultis inſpirationibus erudire, *Iob.42.a.* Et reſpondet loquentibus, quum nobis ſe amantibus apparet, *Iob.5.a.13.d.* Et reſpondet alicui, vel pro aliquo, quum facit id, quod rogatur *Gen.41.b. Iſa.30.a.e.* Sic reſpondit Moſi loquenti, *Exod.19.d.32.g.34.b.*

Reſpondet Dominus pro aliquo, *b* quum eius iuſtitiam oſtendit, *Iſa.38.c.*

Non diſſimulans Deus peccatum.

Reſpondere interdum eſt arguere, & reſpondet Deus impio in multitudine immunditiarum ſuarum, *c* vt iuxta quod vult, & credit, ita audiat, *Ezech.14.b.* Non enim meretur correctionem, qui non diſcendi ſtudio, ſed tentandi animo interrogat, ſed ſuo corde capiendus eſt, vt Scribæ & Phariſæi, & Achab. Sic reſpondet vnicuique ſecundum ea, quæ habet in mente, curans vnumquemque iuxta exigentiam morbi, *Iob.23.a.*

Non reſpondit Dominus conſultus à Saul, *1.Reg.14.f.* Quia *d* in ſimulata cogitationis luce non cernitur, qui in claritate veritatis inuenitur. Vel non reſpondet, quum non concedit omnes hoſtes perimi, vt ſemper habeamus pugnas: & non reſpondit patri propter peccatum filij, vt deſignetur peccatum ſubditi nocere prælato, & aliis ſecum viuentibus, vt fractio ieiunij nobis nocet, & aliis.

Non eſſe fœlicitatem in hac vita.

Non reſpondet ſponſus ſponſæ inuocanti, *Cant.5.b.* quando *e* non ad votum in hac vita habere poteſt ſponſa, id quod de ſponſo appetit.

Orans Chriſtus pro perſecutoribus.

Reſpondere dicitur Chriſtus exprobrantibus ſibi verbum: quando *f* pro perſecutoribus orauit, *Pſalm.118.*

Obedire Deo.

Reſpondere Deo, eſt *g* donis eius præcedentibus obſequia reddere, *Iſa.65.b.66.b. Exo.19.b.* Sic reſpondent Chriſto canenti, *h* qui ipſum imitantur, *Pſal.87.* Non tamen poteſt quis metuens reſpondere, *Iob.9.d.* Quia *i* vera obſequia Deo non reddimus, ſi ex timore mandatis illius, & non potius ex amore, ſeruimus. Vocanti etiam veraciter reſpondemus, *k* quando ad ſummæ incorruptionis iuſſum incorruptibiles ſurgimus, *Iob.13.d.14.d.*

Contemnere Chriſtum.

Reſpondere nolentes Iudæi Deo, aut Prophetæ vocanti, ſunt *l* contemnentes Chriſtum prædicantem. *Ierem.7.f.*

Contendere.

Reſpondere, eſt interdum contendere, vnde quid reſpondendum ad arguentem Deum, *m* eſt diligenter conſiderandum, *Haba.2.a. Iob.9.a.29.d.31.b.* repentè enim interroganti, hoc eſt, nos ad diſtinctionē ſui examinis inopinatos vocanti, homo reſpondere non ſufficit, quia ſi remota tunc pietate diſcutitur in illo examine, etiam iuſtorum vita ſuccumbit. Vel certè interrogat, quum duris non perſecutionibus pulſat, vt mens noſtra magna de ſe in tranquillitate æſtimat, ſemetipſam veraciter qualis in perturbatione deprehendat, & plerunque, quum percutitur gemit, ſed reſpondere non ſufficit, quia & ipſa ei percuſſionis ſuæ aduerſitas diſplicet, ſed tamen ſemetipſum homo conſiderans tacet & diuina iudicia diſcutere metuit, qui eſſe ſe puluerem agnoſcit, vnde & per Paulum dicitur, *Rom.9.e.* O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Reſpondere Deo non poſſe conuincitur, qui homo nominatur, quia per hoc, quod de humo ſumptus eſt, iudicia ſuperna diſcutere dignus non eſt.

Cognoſcere Deum ex creaturis.

Reſpondere dicitur terra interroganti, *n* quando per ipſam cognoſcitur ipſe creator, *Iob.12.b.*

Pœnitentia & oratio.

Reſpondere dicitur Hieruſalem Deo in via virtutis ſuæ, *Pſalm.101.* quando *o* Eccleſia confitetur Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis.

Confutatio Iudæorum de Meſſia.

Reſponſio mollis, quæ frangit iram, deſignat verba pœnitentiæ, & orationis, quæ placant iram Dei, *Prou.15.a.*

Reſpondere non valentes fratres Ioſeph ipſi Ioſeph, ſunt Iudæi conuicti de aduentu Meſſiæ, *Gen.45.a.*

Præmium Chriſti.

Reſpondit alicui iuſtitia, quando ſecundum præmium quod à Deo accipit, oſtenditur iuſtus, *Gen.30.e.* vel reſpondebit Chriſto iuſtitia ſua in iudicio, quando iuſtè iudicare ab omnibus cognoſcetur.

Manifeſtatio Chriſti.

Reſpondent nobis iniquitates noſtræ, *p* quando ſecundum eas punimur, *Ierem.14.a. Iſa.59.c.* Sic reſpondet arrogantia in facie, cum per eam quis confunditur, *Oſe.5.b.* Et reſpondit agnitio vultus Iudæis, quia meritò confuſi ſunt, *Iſa.3.d.*

Iuſtitia.

Non reſpondens nutus Eli ſuper partu filij. *1. Reg. 4. a.* deſignat *q* inchoantem iam doloris æterni amaritudinem: cuius gratia iam in præſenti gloria non delectatur.

Pœna peccati.

Reſpondens vnus de populo ad Ionathan transgredientem patris præceptum, *1.Reg.14.d.* deſignat *r* inferiorem aliquando zelo Dei rectè reprehendere ſuperiorem.

Inchoatio pœnæ inferni.

Reſpondere nuntiis, eſt *s* reſpondere angelis, qui ſunt cuſtodes ciuitatum, *Iſa.14.g.*

Recta reprehenſio inferioris in ſuperiorem.

Reſpondent vlulæ in domibus Babylonis, *t* dum dæmones dant reſponſa in idolis, & hæretici in conciliabulis, *Iſa.13.d.* Non eſſe, qui reſponderet de idolis, dicitur ideò, *u* quia adueniente Chriſto, idolorum, ſeu dæmonum reſponſa ceſſarunt, *Iſa.41.g.*

Reſponſa dæmonum & hæreticorum.

Non reſpondens populus Rabſaci, *Iſa.36.d.* indicat tentanti diabolo locum minimè dandum eſſe.

Non dare locum diabolo.

Reſpondentes amici Iob, cum contentione, *Iob.6.d.* deſignant *x* hæreticos inquiſitionibus ſuis veritatem minimè aſſequi conantes, ſed victores videri, & ſapientes oſtendi cupientes intus per ſtultitiam elationis ſuæ vinculis ligantur, vnde fit, vt contentionum certamina exquirant, & de Deo, qui pax noſtra eſt, loqui pacificè neſciant, atque ex pacis negocio rixæ inuentores fiant.

Contentio hæreticorum.

Reſpuere, vide Contemnere.

Reſſa.

Opera Chriſti.

Reſſa, id eſt, *y* irrigatio, vel ſtillicidium, & laudabilis tentatio, decima octaua manſio filiorum Iſraël in deſerto Pharan, quo peruenerunt è Lebna, & deſignat quod viro quantumcunque perfecto veniunt tentationes, ne extollatur, vt Paulo. Vel interpretatur *z* frænum, aut ſtadium, & deſignat eos, qui rurſum ad luti opera deſcendunt, infrenandos eſſe & cui ſus vagos atque præcipites, ſcripturarum retinaculis dirigendos, vt rectè ſtadium curramus, *Numer.33.c.*

Reſtare, vide Reliquiæ.

Reſtis, vide Funis.

Reſtituere, vide Reddere.

Reſurgere, Reſurrectio, Reſuſcitare.

Exaltatio Chriſti.

Reſvrgere, eſt rurſus ſurgere, vnde qui reuixerunt, reſurrexiſſe dicuntur, & reſuſcitare, eſt in vitam reuocare. Sciendum autem *aa* Pſalmum ſexageſimum, quartum habere titulum in finem: canticum Pſalmi reſurrectionis, vbi intelligitur tam reſurrectio capitis, quam membrorum.

Reſurrectio Chriſti, aliquando ſignificat bb operationes eius, qua ratione Deus dicitur reſurrectionē eius noſſe, Pſalm.138. vbi etiam ipſius exaltatio intelligi poteſt.

Reſurrectio Chriſti.

Reſurrectio eſt *cc* hominis noui, quum reſurgit à ſtatu peccati ad gratiam, *Iſa.24.d. Ierē.8.b. Luc.2.e.* in qua reſurrectione mortuus peccato roboratur in vita gratiæ, *3.Reg.17.d. Prou.24.b. Coloſ.2.b.* Hæc autem dicitur reſurrectio prima, *Apoc.20.b.* Datur etiam reſurrectio ſecunda, qua reſurgent interfecti Dei, hoc eſt, Martyres in iudicio, recipientes corpora glorioſa, reſurgent etiam interfecti Dei, hoc eſt, qui nunc reſipiſcentes moriuntur peccato, *Iſa.26.d.*

Reſurgere, ad gratiam.

Non reſurgunt gigantes, hoc eſt, *dd* dæmones, qui non ceſſant à peccato, *Iſa.26.c.43.c.*

Reſurrectio corporum.

Non adiicit, vt reſurgat virgo Iſraël, *Amos 5.a.* hoc eſt, *ee* naturales rami, qui præciſi ſunt ex populo Iſraël propter incredulitatem, non iterum inſerentur: non enim eſt, qui proiectos in terram ſuſcitare poſſit. Dici etiam poteſt *ff* de virgine peccante, quæ non ſuſcitatur, vt ſit ſicut erat ante peccatum: licèt poſſit æquari meritis virginum.

Perſeuerare in peccato.

Reſurrectio Iudæorum, *gg* eſt elatio principum Iudæorum: & executio necis Chriſti, quam prius tractarant, *Thren.3.c.*

Obſtinatio Iudæorum.

Non reſurget homo, cum dormierit, donec atteratur cælum, *hh* hoc eſt, vſque ad diem iudicij, *Iob.14.b.*

Irrecuperabilis virginitas.

Non reſurgent impij in iudicio, *ii* ad gloriam videlicet, & quia iam iudicati ſunt, neque peccatores in concilio iuſtorum, hoc eſt, vt iudicent cum iuſtis, ſed vt iudicentur, *Pſalm.1.*

Iudæi contra Chriſtum.

Non ſuſcitant medici, gigantes, *Pſal.87.* quia, *kk* nec fortes, nec Philoſophi, nec quantumcunque Sancti poſſunt liberare animam à peccato, ſed ſolus Deus, licèt poſſint eſſe miniſtri dandi præcepta ſanitatis.

Reſurrectio in iudicio.

Rete, Reticulum, Retiaculum, Sagena, Irretire.

Rete, eſt, quod fit ex funiculis contextis ad capiendos piſces aut etiam aues, quod & Sagena dicuntur. Reticulum autem & Retiaculum, eſt paruum rete. Irretire verò, eſt reti inuoluere.

Reſurgent impy vt iudicentur.

Solus Deus liberat à peccato.

a *Gre.5. mor. 30. & 11. mo. 22. & 35. mor.2.*
b *Hie.ſ. Iſai. 48.*
c *Hie.ſ. Exec. 14. Ori.ſ. Exe. hom. 3. Greg. 16. mor. 14.*
d *Greg.ſu. 1. Reg. 14. Amb.ſer. 25.*
e *Gre.ſ. can. 5.*
f *Amb.ſ. pſal. 118. ſerm. 6.*
g *Hie.ſ. Iſa. 63.*
h *Aug.ſ. pſal. 87.*
i *Gre. 32. mo. 9. & 11. mor. 22.*
k *Gregor. 12. moral. 9.*
l *Hie.ſ. Ier. 7.*
m *Gregor. 9. moral. 12.*
n *Gregor. 11. moral. 2.*
o *Gre.ſ. pſal. 101.*
p *Hie.ſ. Iſa. 3. 59. & ſ. Ier. 14. & ſ. Hoſe. 5. Rup. ſ. Hoſe. 5.*
q *Gregor. ſ. 1. Reg. 4.*
r *Gre.ſ. 1. Reg. 14.*
s *Glo. ord. ſ. Iſa. 14.*
t *Glo. ord. ſ. Iſa. 13.*
u *Hie.ſ. Iſai. 41.*
x *Gre. 8. mor. 2.*
y *Ori. ſ. Num. hom. 27.*
z *Hie. de manſioni.*
aa *Aug. ſ. pſa. 64.*
bb *Hilar. & Aug. ſ. pſalm. 138.*
cc *Ori. ſ. Luc. hom. 16. Aug. 20. ciu. Dei. 9. Hie. ſ. Iſa. 26.*
dd *Hie. ſ. Iſai. 29.*
ee *Rup. ſ. Amos 5.*
ff *Hie. ſ. Amos 5.*
gg *Glo. ord. ſ. Thren. 3.*
hh *Greg. 12. mor. 6.*
ii *Aug. ſ. pſal. 2.*
kk *Aug. ſup. pſal. 87.*

Digitized by Google

Rete aliquando significat *a* Christum,& verbum Dei,& prædicationem complexionesque verborum, *Mar.4.c. 13.f.Luc.5.a.*Sagena autem prædicationis Christi,veteris testamenti figuris, & multis significationum imaginibus,ac testimoniis,veluti nodis illigatis,est solidè roborata,quam cœli multi, & dracones seuissimi istius mundi, impij & potentes scindere & rumpere tentauerunt, idque non potuerunt efficere, quia summum fundamentum eius,est Deus,& conuelli nequaquam potest,*Iob.40.d.Ioan.21.d.*

Christus. Verbum Dei. Prædicatio.

Rete,vel sagena,significare solet *b* Ecclesiam,quæ variis nodis scripturarum perplexa,& intexta, continet intra se homines tanquam pisces, *Exod. 27.a.38.a.39.g. Matth.13.f.*rete quidem, quod rumpebatur, Ecclesiam huius temporis significat. Retè verò, quod non rumpebatur, Ecclesiam in fine seculi, quæ solos complectetur bonos, *Luc.5.b.Ioan.21.d.*

Ecclesia.

Retiacula in columnis,*Reg.7.c.*designare possunt *c* diuersitatem virtutum & donorum in Sanctis. Vel designant iudicia Dei, quibus aliqui retinentur in bono, alliqui verò propriis peccatis vinciuntur.

Diuersitas virtutum. Iudicia Dei.

Reticulum iecoris vituli,aut arietis,quod & pinna iecoris dicitur,significare potest *d* voluntatem,& etiam concitam vim furoris,*Exod.29.b.Leu.3.b.4.b.7.a.8.c.9.b.*

Voluntas. Furor.

Rete,quod expandit Deus,*e* est flagellum & correptio,ac constrictio, ne quis in vitia laxetur. Designat etiam legem,seu vetus & nouum testamentum,*Thren.1.e.Ezech.32.12.d.*

Correptio Dei. Rex.

Sagena etiam Dei, sunt peccata nostra, quibus captus est Christus, quando pro peccatis nostris mortuus est, *Ezech.12.d.*Qua ratione dicitur Deus omnia sub peccato conclusisse,*Gal.3.d.*Et rete,in quod mittit pedes,malus,*f* sunt peccata,in quibus sic obuoluitur,& implicatur,vt in maculis retis, vt cum expediri ad ambulandum nititur, magis ne ambulet obligatur,*Iob.18.b.*

Peccata.

Sagenæ Tyri,sunt *g* argumenta,& captiones hæreticorum,& prædicatio elatior,quæ multos capiat.Item laquei diaboli,seu eius insidiæ,*Psalm.140.Isa.19.b.Ezech.26.a. Hos.5.a. Habac.1.d.* Sagena etiam hæreticorum est sermo affabilis,blandum eloquium,simulata aut coacta ieiunia,vestis humilis,virtutum imitatio, *Eccle.9.e.Iob.19.b.*Hoc rete frustra iacitur ante oculos pennatorum,*Prou.1.b.*Sagena etiam,est *h* aurum,& argentum, per quæ principes imperant,& homines capiunt & sibi subiiciunt,*Haba.1.d.*

Captiones hæreticorum. Insidiæ diaboli. Diuitiæ.

Irretiri dicuntur multi de Hierusalem,*i* illi videlicet,qui non crediderunt in Christum,*Isa.8.c.*

Non credere in Christum.

Rete & maculæ eius,*k* ineuitabile malum significare solent, quod volens quisque exuere, ipso conamine impeditur,atque implicatur,vt corruat,*Iob.18.b.*

Ineuitabile malum.

Rethma.

RETHMA,siue Rithma,id est,*l* iuniperus,siue sonitus,aut strepitus,vel dicitur Rethamim,id est,visio consummata,decima quinta mansio filiorum Israël in deserto Pharan,quò peruenitur de Asseroth, & designat eum, qui acquirit iam perfectam cognitionem, & causas mysteriorum. Vel designat eos, *m* qui ingressi sunt vestibulum virtutum,debere perseuerare in feruore charitatis,sicut ignis perseuerat in iunipero,*Num.33.c.*

Retinere.

RETINERE,est remorari,& cohibere.

Retinens innocentiam Iob,designat *n* Christum,qui vt agnus innocens mortuus est, *Iob.2.a.* Innocentiam autem retinet is,qui etiam post lapsum,scintilla rationis excitatus fideliter pœniteat.

Christus innocens. Resipiscentia.

Retinens compago vna omnes tabulas tabernaculi,*Exod.26.c.*designat *o* vinculum charitatis in Ecclesia.

Vinculum charitatis.

Retentio Beniamin domi per Iacob,*Gen.42.a.*designat *p* Paulum adhuc persistentem in lege Iudaica.

Paulus nondum conuersus.

Retinens Pharao populum in Ægypto,ne iret ad sacrificandum Domino,*Exod.9.a.* est diabolus cohibens peccatores,ne conuertantur,sed in tenebris peccatorum persistant.

Impedicns diabolus conuersionem.

Retorquere.

RETORQVERE,est retrò torquere,& retro mittere.

Christus existens in Ecclesia.

Retorquere caput auiculæ ad collum, *Leu.1.d.5.b.* designat *q* Christum non esse auulsum ab Ecclesia, sed ad ipsam conuersum.

Consideratio sui.

Retorquet etiam caput ad collum, vel ad pinnulas,*r* qui considerat seipsum, & qui conuertit mentes ad virtutes,& qui moderatè carnem affligit,*Leu.15.b.*designatur etiam non esse separandum os ab opere.

Applicare mentem ad virtutes.

Retorta byssus,*s* carnis resurrectionem,& macerationem significat,*Exod.26.a.27.b.28.c.36.a.38.b.39.a.*

Afflictio carnis moderata.

Retractare.

RETRACTARE,est rursus trahere, & reuocare.

Facere & docere.

Retractare dicitur,*s* qui, ne scelestum acriter pungat corripiendo,obsequia ab eo sibi impensa,aut cõsanguinitatis affectum cogitat Sic dixit Saul moriturum Ionathan filium suum absque retractatione,*1.Reg.14.f.*

Carnis macerratio.

Retrahere.

RETRAHERE, est retrò trahere.

Timida correptio.

Retrahens manum Zara in ipso ortu,*Ge.38.g.*designauit cessationem sacrificiorum veteris legis,& fidei Iudæorum.

Cessatio fidei Iudæorum.

Retrahens Moses manum in sinum,vnde postea sanatam protulit,*Exod.4.b.* designauit *u* conuersionem Iudæorum ad Deum in fine mundi futuram.

Conuersio Iudæorum.

Retrahent stellæ splendorem suum tempore iudicij,*Ioel.3.c.* non *x* quod clementiores sint, quam Dei iudicia, sed quod rationalis creatura in aliorum tormentis,& de suo iudicio pertimescat.

Timor iudicij.

Retribuere,vide Reddere.

Retrò,Retrorsum.

Resipiscere.

RETRÒ dicitur esse,quod ad nostram posteriorem partem est:& retrorsum est retro versum.

Confusio sapientum seculi.

Retrorsum conuertit Deus,*y* eos,quos à voluptatibus separat,& castigat,vt resipiscant,*Thren.1.e. Psalm.34.39. 55.69.*Et retrò longiora crura habentes volucres,sunt resipiscentes,& qui cum sint in carne, non secundum carnem ambulant,*Leu.11.c.*

Recedere à Deo.

Retrorsum etiam conuertit Deus *z* sapientes,quando eos confundit,*Isa.44.d.*

Honor passionis Christi.

Retrò,*aa* sæpe in malum sumitur,vt cum angeli dixerunt Loth,ne respiceret retrò, *Gen.19.d.49.c.1. Reg.4.c. Psalm.9.69.128.Isa.1.a.28.c.42.c.Ierem.15.a.Luc.9.g.*Ita dicitur Christus non abiisse retrorsum, *Isa.50.b.*Sic retrorsum fiunt,qui non audiunt vocem Dei,nec eius præceptis obtemperant, *Ierem.7.c. Thren.1.c.*Et dicuntur retrorsum abire non post Christum, vt Petrus, sed post Satanam,*Ioan.6.g.*

Resipiscentia.

Retrorsum incedere,*bb* in bonum,interdum sumitur,vt quum Sem & Iapheth incedentes retrorsum,operuerunt verenda patris: & designarunt Christianos,qui ignominiam Iudæorum in Christum,in honorem sibi conuertunt, *Gen.9.d.*Et Iordanis conuertitur retrorsum,cum peccator resipiscit,*Psalm.113.* retrorsum etiam incedunt sapientes,quando recordantur præteritorum.

Mors repentina.

Retrò dicitur cadere ascensor equi,*cc* quando fugit homo vitia,& appetitus,quibus insidebat,*Gen.49.c.*

Bona temporalia.

Retrò etiam,vbi quis non videt,cadere,*dd* est ex hac vita repentè decedere:& in supplicia ducatur ignorare.

Retrò dicuntur esse *ee* temporalia,quæ Apostolus obliuioni tradebat,*Phil.3.c.*

Retrudere.

RETRVDERE, est retrò,vel intus trudere,quasi inuitum.

Retrudens Pharao magistrum pistorum & principem pincernarum in carcerem, *Gen.40.d.* designat tam Iudæos,quàm Gentiles in miserias huius vitæ detrusos esse.

Retundere.

Ignorantia prælatorum.

RETVNDERE,est repercutere,& hebetem facere,& redarguere.

Ingenia neglecta.

Retusæ acies vomerum, & ligonum, designant *ff* ignara, & simplicia corda, vel ignorantiam prælatorum, *1.Regum 13.d.*

Retusum ferrum,dici possunt *gg* ingenia,quæ prius fuerant in scripturis sacris instructa:sed per negligentiam amiserunt etiam acumen ingenij,*Eccle.10.b.*

Renelare,

a Ori.s.Ierem. hom.12. Hil. s. Matth. can. 13. Amb.s. Luc. 5.& de fide contra Arria. 6.Hie.s.Iob. 46.Cyr. 12.s. Ioan.

b Ori.s.Matt. cap.13. Aug. 83.q.83.& breuic. collat. 30.& s. psal. 49.

c Rup.3. sup. Reg.20.

d Ori.su.Leu. hom.3.5.Hie. de vest. sacer.

e Hie.s. Ezec. 32.Rup.s.Ier. 25.

f Gre.14.moral.4.

g Ori.s. cant. hom.3. Hie.s. Isa. 19.& s. Ezech.26.& s.Eccl.9. Bed. s.Prou.1.

h Rup.s.Hab. 1.

i Hie.s.Isa. 8.

k Hie. s. Iob. 18.

l Ori.s.Num. hom.27.

m Hie.de mans.

n Glo.ord.s. Iob.2.

o Glo.inter.s. Exod.26.

p Amb.de Ioseph.8.

q Isy.s.Leu.5.

r Isyc.s.Leu. 15. Hier. s. Mar.1.

s Gre.s. Ezec. hom.7. Rup.s. Leu.7.Glo.inter.s.Exod. 26.

t Gre.s.1. Re. 14.

u Glo.ord.s. Exod.4.

x Hie. s. Ioel. 3.

y Aug.s. psal. 34.39.69. Glo.ordin.s. Leu.11.

z Glo. inter.s. Isa.44.

aa Orig.su. 1. Reg.hom.1.& s.Ierem. hom. 10. Hier. s.Isa.1. Amb. 1.de Abra. 6. & de Ben. Pat.7.Cassia. lib.4.cap. 36. Aug. s. Ioan. trac.27.

bb Ambr. de Noe 31. Aug. s.psalm.13.

cc Phil.de agricultu.

dd Rup.9.su Gen.32.

cc Aug.s. ps.89. ff Glo.ord.s.1.Reg. gg Hie.s. Eccl.10.

Digitized by Google

Reuelare, vide Discooperire.

Reuereri.

Reuereri, est honorare: vnde reuerentia, quam tàm verbis, quàm factis alicui exhibemus.

Dicens Deus reuerebuntur fortè filium meum, *Matth.* 21. *d.* designauit *a* se scire aliquos esse Iudæos secundum spiritum, quia non omnes Christum occiderunt. a *Ori. s. Mat. hom.* 19.

Reuerti, vide Redire.

Reuocare.

Reuocare, est retrò vocare, reducere, & retrahere.

Reuocat Deus animas in corruptione, quando liberat eas à peccatis, *Iob*, 33. *d.*

Liberans Deus à peccatis.

Reuocat Deus in dimidio dierum eum, *b* quem, antequam ad perfectionem veniat, hinc aufert, *Psalm.* 101. Vel si Ecclesiam cessare faceret, ante præfinitum tempus, diceretur, eam reuocare in dimidio dierum. b *Gr. s. ps.* 101.

Reuocantes Ægyptij Mosen & Aaron, sunt resipiscentes non virtutis amore, sed timore pœnæ temporalis, *Exod.* 20. *b.*

Mori antè perfectionem. Timor mundanus.

Reus, Reatus.

Reus dicitur quicunque in litem adducitur, etiam si nihil admiserit: hoc est, contra quem quispiam agit. Item qui ad aliquid obligatur: vt reus voti.

Reus dicitur omnis peccator, *c* qui iustæ subiacet accusationi: & dicitur reus peccati, & criminis, & sanguinis, *Exod.* 21. *c.* 22. *a. Leuit.* 7. *b.* reus autem omnium est, qui offenderit in vno: quia contra charitatem agit, vnde tota lex pendet, *Iacob.* 2. *b.* c *Au. epi.* 29.

Reus peccati in patrem futurus erat Iudas, si non reduxisset Beniamin, *Gen.* 43. *b.* vbi plus dixit, quàm Ruben, *d* qui dixerat, duos filios meos interfice, &c. d *Glo. ord. su. Gen.* 42.

Rei erant sacerdotes sine fœminalibus ministrantes, *Exod.* 28. *g.* hoc est, *e* non seruantes castitatem rei sunt libidinis. e *Glo. ord. su. Exod* 28.

Reus est, qui non ædificat murum in circuitu tecti, hoc est, *f* qui exponendo scripturas sacras, errandi occasionem præbet, 22. *b.* f *Ori. s. Matt. ho.* 19.

Rheda, vide Currus.

Rhinoceros, vide Vnicornis.

Rhomphea, vide Gladius.

Ridere, Risus, Arridere, Subridere, Ridiculus.

Ridere, est vultu lætitiam animi ostendere, quadam incondita voce adiuncta. Aliquando est irridere, *Iob.* 9. *c.* non de pœnis innocentum rideat.

Differens Deus misericordiam.

Ridere Dei, est *g* humanæ afflictionis nolle misereri, *Prou.* 1. *c.* Ego quoque in interitu vestro ridebò, hoc est, afflictioni vestræ nulla pietate compatiar. Dicitur etiam *Iob.* 9. *c.* Non de pœnis innocentum rideat. Pœnæ autem innocentum, sunt desideria iustorum, & quousque electorum suorum vota Dominus non compatiens distulit, quodammodo de innocentum pœnis risit. Itaque Iob venturi Redemptoris dona considerans, & votorum suorum dilatationem patienter tolerans, dicit, Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat: Ac si apertè oret dicens. Quia vita nostra quotidie flagello vindictæ pro culpa atteritur, ille iam veniat, qui pro nobis semel sine culpa moriatur, vt de innocentum pœnis Deus vltra non rideat, si ipse carne passibilis appareat, in cuius se desideriis mens nostra castigat. Vel risus Dei, est eius lætitia, & de innocentum pœnis ridere Dominus dicitur, quia quò à nobis ardentius quæritur eò de nobis suauius lætatur. g *Gre. 9. mor.* 20. 21.

Subridere dicitur Deus super robustum, quando minatur hæreticorum destructionem, *Amos*, 5. *c.* Item quando destruxit Iudæos superbos, quæ subrisio grauem eius iram indicat.

Ira & mina Dei.

Ridere dicuntur iusti super malo, *h* quando gaudent de sui liberatione, *Psal.* 51. ridebit autem iustus in vastitate, & fame, quia cum iniquos omnes extrema vltio percutit, ipse de gloria dignæ retributionis hilarescit, *Iob.* 5. *d.* Non est autem risus iustorum in hac vita, quibus dicitur, Beati, qui lugent. h *Hie. s. Amo.* 5. *Ru. s. Amos* 5. *Hil. s. ps.* 51. *Gre.* 6. *m.* 2c. *Au. s. ps.* 51.

Gaudentes iusti liberari.

Risus aliquando designat *i* spem, vt cum Sara in ortu Isaac dixit, risum fecit mihi Dominus, quia dedit spem per natiuitatem Christi, *Gen.* 21. *a.* Designat etiam gaudium, quod fuit in natiuitate Christi. Risus etiam Abrahæ in corde, designauit gaudium, quo exultauit, vt videret diem Christi. *Gen.* 17. *c.* i *Glo. ord. su. Gen.* 21. *Am.* 2. *de Abr.* 11.

Spes de Natiuitate Christi.

Risus interdum dicit *k* lætitiam mentis, & peculiariter gaudium vitæ futuræ, vt quum os dicitur impleri risu in bonis, *Iob.* 8. *b.* Et mulier fortis ridebit in die nouissimo, *Prou.* 31. *d.* Et beati, qui lugent, quia ridebunt, *Luc.* 6. *b. Ioan.* 16. *b.* k *Gre.* 8. *mor.* 39. *Bed. s. pro.* 31.

Gaudiũ beatorum.

Risus Saræ fuisse videtur *l* incredulitatis signum, & designat incredulitatem synagogæ in Christum, *Gen.* 18. *b.* Negauit autem Sara se risisse, ne videretur ridendo de promissorum fide dubitasse. Designat etiam Sara prophetiam, quæ risisse dicitur, siue quod risus futurus erat incredulis Christus, siue quod omnes inimicos suos in iudicio erit risurus. l *Bed. s. Gen.* 18.

Incredulitas Iudæorum.

Risus Iob, quem eius subditi non credebant, *m* docet sic prælatos lenes esse debere in subditos, vt tamen disciplinæ metus non resoluatur, *Iob.* 29. *d.* Vel erat Christus prædicans læta, hoc est, regnum cœlorum, cui tamen Iudæi non credebant. Vel ridere Dominus dicitur, quum bona opera nostra fauor supernæ gratiæ comminatur. m *Gre.* 20. *m.* 2. 3. *Hier. s. Iob.* 31.

Lenitas prælatorum moderata.

Ridere dicuntur amici Iob eius verba, *Iob.* 21. *a.* quando *n* hæretici superbi humilem Ecclesiæ doctrinam contemnunt. Risus autem, qui reputatur error *o* est hæreticorum, qui falsis dogmatibus acquiescentes, læta sibi & prospera repromittunt, *Eccl.* 2. n *Gre.* 15. *m.* 17. o *Hie. s. Eccle. siasten.* 2.

Prædicans Christus læta Fauens Deus Contemptus doctrina Ecclesia.

In risu faciunt panem suum *p* prædicatores, qui ea docent, quæ populum audire delectent, quod peccatores palpent in vitio, & strepitus concitent audientium. Vel, in bonum, vir sanctus in risu & lætitia panem suum facit, & vini pocula ministrat in gaudio, quum docet præsentiam sponsi, *Eccl.* 10. *d.* p *Hie. s. Eccl.* 10.

Adulantes prædicatores. Docentes læta Vincentes Sãcti dæmones.

Ridiculi sunt tyranni verbo Dei, hoc est, *q* dæmones, quando vincuntur à Sanctis, vel ipsi Sancti sunt ridiculi diabolo, à quo contemnuntur, *Hab.* 1. *c.* q *Hie. s. Hab.* 1.

Rigare, Irrigare, Irriguus.

Rigare, est aqua effusa madefacere, & humorem terræ, aut plantis ministrare.

Rigare dicitur Deus montes, hoc est, *r* sublimes, dans illis abundantiam donorum spiritualium. Et sapientia rigat Ecclesiam, vel Christus animam præcipuè in gloria, *Psal.* 103. Et irrigat fons torrentem spinarum, hoc est, doctrina Ecclesiæ peccatores, *Ioel.* 3. *d.* Et gigantia flumina terram, sunt virtutes animam vegetantes, vt bonis operibus fructificet, vel sunt sacræ scripturæ & doctores, *Gen.* 2. *b.* Et rigant aliquos imbres montium, cum Sanctorum patrum fluenta satiant, *Iob.* 5. *b.* 24. *a.* r *Ambr. de par.* 3. *Hier. s. Ioel.* 3. *Gr.* 16. *m.* 24. *Au. s. ps.* 103. *Bed. s. Gen.* 2.

Infusio donorum Spiritus sancti. Tractatio doctrinæ & virtutum.

Rigare etiam est *s* baptizare solemnibus verbis, 1. *Cor.* 3. *b.* Apollo rigauit. s *Ambro. s.* 1. *Cor.* 3.

Baptizare.

Rigatur Ægyptus, hoc est, *t* hic mundus, ductis aquis hortorum more, quum Deus per causas secundarias prosequitur ordinem, quem eis dedit ille, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, sed terra Israël, & eius hospites à superioribus rigantur, quia suscipit incrementum immediatum ab ipso omnium bonorum fonte, qui vltra quàm ordo secundarum causarum exigit, aperit venas, & canales suæ bonitatis diffundens & immittens, quando & quo lubet, *Genes.* 13. *c.* t *Ge. Ve. Can.* 1. *to.* 7. *cap.* 11.

Roboratio virtutum. Opera misericordiæ. Pœnitentia. Abundantia rerum terrenarum.

Irrigatio ossium, est, *u* quando virtutes accipiunt à Deo, vnde magis ad operandum roborentur. *Prou.* 3. *b.* u *Bed. s. Prou.* 3.

Rigans mulier lachrymis pedes Christi, *Luc.* 7. *f.* designat *x* eos, qui quibuslibet vltimis membris Domini per compassionis affectum inclinantur, & Sanctis eius in tribulatione compatiuntur, & eorum tristitiam suam putãt. x *Gre. ho.* 33.

Rigat lachrymis stratum suum, *y* qui pœnitendo affligit carnem suam, *Psal.* 6. rigare autem amplius est quàm lauare, quoniam potest aliquid in superficie lauari, rigatio verò ad interiora pertinet; vt rigare stratum lachrymis, est fletum vsque ad intima cordis penetrare. y *Gre. s. ps.* 6. *Augu. s. ps.* 6.

Rigabatur regio Sodomorum circa Iordanem, *Gen.* 13. *b.* Et comparatur Paradiso terrestri, vbi designatur *z* rerum terrenarum abundantia. z *Glo. ord. su. Gen.* 13.

Irrigans aquila vineam,*a* est Pharao fauens regi Sedechiæ,*Ezech.17.b.*

Irrigantur ossa prauorum medullis, *Iob. 21. c.* quum *b* suas dignitates & honores fouent diuitiis & voluptatibus.

Irriguus hortus,est *c* anima donis cœlestibus aut spiritualibus affluens,*Isai.58.d.Iere.31.e.*

Irriguum superius & inferius,designare potest *d* promissionem vitæ, quæ nunc est,& futuræ, *Ios.15.d.Iud.1.c.* Vel irriguum superius, est vetus testamentum, irriguum verò inferius, nouum. Vel irriguum superius accipit anima,quum sese in lachrymis cœlesti regni desiderio affligit:Irriguum vero inferius accipit,quum inferni supplicia flendo pertimescit.

Irrigua sementis hæreticorum,est doctrina eorum erronea,aut etiam Philosophorum,*Isa.19.b.*

Rigere,Rigidus,Obrigescere.

Rigere,est frigore contrahi,durúmque fieri,quod & obrigescere dicitur. Rigidum autem, est frigore contractum & induratum,& generaliter,quod flecti non potest.

Obrigentes habitatores Chanaan, sunt *e* dæmones dolentes, & stupentes deliberationi fidelium.*Exod.15.b.*

Ripa,vide Alueus.

Ritus.

Ritus, est mos & approbata consuetudo,quam omnes ratam habent:& ritè fieri dicitur id, quod ratum & rectum est.

Ritus sacrificij perpetuus,& ritus colendi, & celebrandi,*f* cultum & ritum sacrificij Christi futurum designabant,*Exod.12.a.18.c.29.g.Leu.16.b.*

Ritus consecrandi sacerdotes, *Exod.29.a.Leu.8.g.* ritum in Ecclesia seruandum in ordine sacerdotum indicat.

Ritus gentis filiorum Israël,erat *g* circumcisio, *Genes.34.c.* quem ritum imitari volebant venientes ex gentibus in primitiua Ecclesia.

Ritus mundationis leprosi,*Leuit.14.a.*formam,*h* quam Christus instituit in Ecclesia ad emendationem peccatorum,figurabat.

Ritus menstrui fluxus,*Leuit.12.b.*afflictionem *i* & miseriam,& dolorem huius vitæ designare potest.

Riuus, vide Flumen.

Rixa, Rixari, Contendere, Iurgari, Litigare, Iurgium.

Rixari,est contendere:dictum à ringendo,quod est canum,quando irritantur: idem est iurgari, & etiam litigare:& rixa,est contentio,iurgium,& litigium.

Contendit Dominus iudicio cum populo suo, *k* quum ostendit eos meritò condemnari, *Iere. 2. c.* Et dicitur contendere multa fortitudine,quia nemo potest eius sententiæ iustè resistere,*Iob.23.b.*

Iurgium Iacob aduersus Laban,est, *l* quum arguitur diabolus à Christo, *Genes. 31.e.* Dicitur autem non contendere Christus, *Isa.42.a.* quia sicut agnus ductus est ad victimam. Dicitur præterea vir rixæ siue iudicij, quia positus est in ruinam & resurrectionem multorum: & quia de eo multi contendunt.

Litigare dicitur Deus non in sempiternum,*Isai.57.b.* quando *m* castigat vt emendet & parcat.

Rixa inter pastores Abraham & Loth,*Gen.13.b.*est *n* contentio inter Catholicos & hæreticos, aut inter Apostolos,& Philosophos,& Scribas,& Pharisæos.Hæc erat contentio amicorum Iob cum ipso: ideò petebat vt responderent absque contentione,*Iob.6.d.*Iurgium etiam pastorum Geraræ cum pastoribus Isaac, est contentio Iudæorum cum Christianis.Et rixantes super puteis, erant Pharisæi contra Christum & Apostolos: vt quum dicebant: Non est hic à Deo, &c. Vel designantur Philosophi contra Christianos litigantes, *Genes.26.b.* rixantur etiam hæretici super puteis,hoc est,sacris scripturis:& dicunt suam esse aquam,hoc est, vera sacramenta esse apud se,& veros sensus scripturæ:sed super tertio puteo non contendunt,id est,in resurrectione: quia tunc cessabit contentio.Iurgantes etiam in Ioseph,fuerunt Iudæi in Christum,*Gen.49.c.*

Rixa etiam pastorum Abrahæ & Loth,designare potest *o* pugnam,quæ est inter legem carnis,& legem mentis. Iurgans filius Ægyptiæ cum Israëlita,*Leu.24.c.* est sensus carnalis insurgens contra spiritualem: vel habens sapientiam mundanam disputans cum Catholico.

Rixantes duo Hebræi,sunt *p* Gentiles & Iudæi:& qui facit iniuriam,designat Iudæos.*Exod.2.b.* Possunt etiam significare fideles contendentes in Ecclesia.Rixantes etiam Hebræus & Ægyptius, sunt pietas & impietas:occidit autem Moses impietatem,& defendit pietatem.

Iurgans populus contra Mosen,*q* est murmurans aduersus legem,*Exod.7.b.Thr.4.c.*

Rixantes viri,sunt *r* contendentes vel altercantes sapientes.*Exo.21.b.*Vel sunt Christus,& diabolus,*Deut.25.b.*

Contendere cum Deo dicitur, *s* qui non ei attribuit bona:sed sibi gloriam suæ virtutis arrogat, *Iob. 9.a. 33.b. 39.d.*

Contentio super principes. *Psal.106.* est *t* inter principes huius mundi: vel inter hæresiarchas, qui inter se contraria sentiunt: vt Sabellius contra Arrium: & Iouinianus contra Manichæum.

Dicit Christus,*Luc.13.c.*Contendite intrare per angustam portam,*u* quia nisi mentis contentio ferueat, vita mundi non vincitur,per quam anima semper in ima reuocatur.

Contentiosa auersio est eorum, qui flagellati à Deo minimè resipiscunt,*Iere.8.b.*

Roboam.

Roboam,id est,dilatans populum,aut latitudo,vel platea populi,siue odor,vel odorans cum populo, filius Salomonis,qui regnauit post ipsum,& relicto consilio senum secutus est consilium iuuenum cuius rei gratia amisit imperium in decem Tribus,& solum regnauit super Iuda & Beniamin. Vnde datur exemplum principibus, *x* ne sequantur consilia iuuenum,& adulatorum,*1.Reg.10.g.12.a.14 g.2.Par.10.a.13.b.*

Roborare,Robur,Robustus,vide Fortis.

Rodere,Corrodere.

Rodere,propriè est murium,& similium,quæ dentibus aliquid demoliuntur,& per metaphoram est detrahere, siue obtrectare.

Corrodens locusta ligna & segetes,*Exod.10.a.* designat *y* adulantes corrumpentes mentes terrenorum, immoderatius laudando.

Rodi autem solet,qui comedi non potest.Hæretici autem,*z* quia scripturam sacrã intelligere sua virtute moliuntur, eam procul dubio apprehendere nequaquam possunt, quam dum non intelligunt, quasi non edunt. Et quia per supernam gratiam non adiuti,hanc comedere nequeunt,quasi quibusdam illam nisibus rodunt.Exterius quippe illam contrectant, quum quidem conantur, sed non ad eius interiora perueniunt. Qui, quia ab vniuersalis Ecclesiæ societate diiuncti sunt, non quolibet rodere,sed in solitudine morantur, *Iob.30.a.* Illi etiam, qui in hoc mundo potestate valent implere quod volunt,hi hoc, quod appetunt, non lambunt, sed rodunt, quoniam propinquorum vitam fortitudine virium,velut adnisu dentium demoliuntur.

Rogare,vide Orare.

Roma,Romanus.

Roma ciuitas insignis à Romulo constructa, cuius imperium latè diffusum fuit per orbem. Ab ea dicti sunt Romani,typum gerere potest Gentilium,*Dan.11.e.*

Roma fœmina.

Roma, id est,excelsa,siue sublimis,aut rhinoceros, vel intuens nimis, concubina Nachor fratris Abrahæ, *Genesis,22.d.*vt interpretatur intuens seu videns aliquid, designat eos, *aa* qui tantum circa sophismata tempus cauillando terunt.

Ros.

Ros, est humor,qui sereno tempore nocte fluit non gelu,neque ardoribus, neque ventis existentibus: sirque ex modica vaporatione non multum eleuata,quum pluuia ex largo vapore generetur. Est purus, fœcundus,fœlix,atque semper beneficus.

Ros

a *Hier.s.Ezc.17.*
b *Gre.15.mo 25.*
c *Hie.s.Is.58. & s.Iere. 31.*
d *Orig.s.Iosu. hom. 20. Hie. Si cuncta corporis. Gre.3.dia.34*
e *Glo. ord.su. Exod.15.*
f *Glo. ord. su. Exod.12.*
g *Glo.int.sup. Gen.34.*
h *Gl.ord.sup. Leu.14.*
i *Glo.ord. su. Leu.12.*
k *Gloss.int.su. Ier.2.*
l *Hie. Aglasia & s. Ier. 15.*
m *Hier.s.Isa. 57.*
n *Ori.s. Gen. hom.13. Bed.s.Ge.26. 49. Ruper.7. s.Gen.11.*
o *Phil.de Abrahaw. Am. 2.de Abr. 6. Ori.s.Leu.ho. 14.Isy.s.Leu. 24.*
p *Gre.Nyss.de vita Mosis. Bed.s.Exod.2 Ori.s.Ex.h.11*
q *Ori.s.Exod. hom.10.*
r *Bed.s.Exod. 21. Rup.1.s.Deu. 38.*
s *Gre.9.m.1.*
t *Ar.s.ps.106. Gre.19.m.14*
u *Gre. 11.m. 28.*
x *Lyr.s.3.Re. 12.*
y *Glo. ord.su. Exod.10.*
z *Gre. 20.m. 9.12. Hier.s. Iob.30.*
aa *Phil.de cõgres.&c.*

Potentes voluptatibus fruentes. Promissio vtriusque vitæ. Vtrumque testamentum. Lachryma duplices. Doctrina hæreticorum. Dæmones territi.

Cultus sacrificij Christi. Ordinatio sacerdotum. Circumcisio.

Confessio sacramentalis Miseria huius vitæ.

Iusta Dei punitio. Arguës Christus diabolum Tacens inpassione. Castigans Deus ad emãdationem. Contentiones Iudæorũ, hæreticorum, & philosophorũ contra fideles.

Pugna inter leges carnis & mentis.

Disputatio sapientum. Arrogare sibi gloriam virtutis. Solicitè bene operari. Obstinatio.

Adulari.

Interpretantes hæretici scripturam sine intellectu. Potentes grauantes minores.

Gentiles.

Sophista.

Christus.

Ros de alto descendit,[a] eiúsque descensus aspectibus nostris est occultus, nocte námque descendit,& præsertim verno tempore, terrámque reficit,& fœcundat. Ita virtus diuina beatissimam Virginem fœcundauit,& vt ros per herbarum superficiem se suauiter diffundens, herbis & plantis virorem vigorémque tribuit, & quod æstus diurnus desiccando & consumendo declinauerat, ros nocturnus humectat, fouet, & erigit. Sic Christus in se credentibus ac in bono perseuerantibus, virorem atque vigorẽ tribuit, eósque regit, atque ad vitam æternam erigit. Et vt ros in herbarum summitatibus se colligit, suámque originem repetit, ita Christus sese in altitudinem crucis erexit,& inde ad gloriam suam remeauit. Et vt ros cœli nocturnas amouet siccitates, ita Christus nocturnis & secularibus tenebris, æternæ vitæ stillauit humorem. Ros autem in vellere, est *b* Christus in Virgine, *Iud.6.g. Psal.71. Hos.14.c.* rorant autem cœli, cum Christus factus est homo, *Isa.45.b.*

Consolatio diuina.

Ros interdum est *c* diuina consolatio, & misericordia, *Isa. 18. b.* Et dicitur ros luminum, *Isa.26.d.* Et quasi ros, est Deus, quando æstuantes in vitiis refrigerat, & irrigat gratia sua, *Hos.14.c.* Hoc rore nubes concrescunt, *Prou.3.c.*

Verbum Dei. Sacra scriptura. Prædicatio. Inspiratio. Gratia & doctrina in Iudæis & Gentibus.

Ros cœli, designat *d* pluuiam diuini verbi, & sacram scripturam Iudæis commissam, & doctrinam cœlestem sensim stillatam, *Genes.27.d. Isa.45.b. Hos.14.c. Zach.8.c. Agg.1.c.* Et ros per circuitum castrorum, est manna verbi Dei, omnia mundana frigere faciens, *Exod.16.c.* Et ros Hermon, est doctrina Euangelica, *Psal.132. Iob.38.c.* Hic ros, est beneficus irrorans audientes, leniens, & refrigerans, & fœcunditatem præstans. Ros referri potest ad doctrinam per inspirationem habitam, pluuia verò ad doctrinam studio & labore acquisitam, *Deut.32.a.* Et rorant cœli, quum Apostoli Christum prædicant, *Isa.45.b.*

Gustus cõtemplationis. Apostoli. Rudis obseruantia legis. Spiritus sanctus.

Ros prius in vellere, postea verò in area, designat *e* gratiam & doctrinam prius Iudæis, postea Gentibus collatam, *Iud.6.g.* Et ros Hermon, est diuina gratia collata iis, qui prius erant impij, *Psalm.132. Iob.29.c.* Dicitur autem ros cœli, quia est irroratio diuinæ gratiæ, aut Spiritus sancti, vel quodcunque bonum fluens à patria illa supercœlesti, *Genes. 27.d.2. Reg.1.d.*

Discretio.

Ros cœli, quandoque dici potest *f* ipse contemplationis gustus, *Genes.27.d.*

Quasi ros à Domino sunt reliquiæ Israël, *Mich.5.c.* Apostoli *g* videlicet propter prædicationem, qua irrigant auditores.

Diuitiæ.

Ros descendens ante manna, *Exod.16.c.* est *h* rudis & pruinosa mandatorum legis obseruatio, quæ tunc iacuit & cessauit, quum verum descendit manna & Sol iustitiæ, Christus. Ros cum manna, est Spiritus sanctus in consecratione corporis Christi, cuius sanctificatione conficitur corpus Christi ad inuocationem sacerdotis. Ros etiam cum manna, est Spiritus sanctus veniens in Virginem in incarnatione.

Frigidi per peccatum. Opprobria Iudæorũ in Christum. Tentationes. Suggestiones diaboli.

Ros aliquando est *i* discretio, & nubes rore concrescunt, quando Apostoli & prædicatores subtilissima discretione virtutes suas, quibus proficiant, quibus alta petant, quæque minoribus in exemplum monstrent, examinant, *Prou.3.c.*

Ros manè pertransiens dicitur *k* de re citò deficiente, nam ros facilè consumitur à Sole. Sic potest significare diuitias, *Hos.6.b.13.a. Gene.27.f.2. Reg.17.b. Cant. 5.a. Isa.26.d.*

Ros frigidus nocte cadens in capite sponsi, designare potest *l* frigidos per peccatum, & defectum charitatis, *Cant. 5.b.* Designant etiam opprobria Iudæorum in Christum. Item tentationes seculares seu mundanas, quæ mentem grauare ac frigidam reddere solent.

Ros cœli, quo tingitur arbor succisa, *m* subtiles & vix intelligibiles suggestiones diaboli exprimit per quas inducitur mens peccato excæcata, vt dicat malum bonum, & bonum malum, *Dan.4.c.*

Rosa.

Pudor virginitatis. Martyres. Vita humana.

Rosa, *n* est flos odoriferus, & pulchritudine coloris rubicundi, & etiam albi, oculos delectans, è frutice spinoso nascens. Rosarum autem & violarum, qui emittuntur odores, quum sint modicè frigidi, grauedines capitis comprimunt, atque coercent.

Rosa rubens, *o* sacratæ virginitatis pudorem significare potest, *Eccl. 24.b. 39.b. 36.b.* potest etiam propter eundem ruborem Martyres designare proprio sanguine rubricatos.

Rosa cum spinis, *p* vitam humanam cum laboribus & tentationibus significare potest.

Rostrum.

Virtus diuini verbi. Humilitas & exaltatio Christi.

Rostrum est, quo aues cibum capiunt, à cuius similitudine rostrum dicitur in nauibus pars illa exporrecta & acuta, quæ è prora producitur. Et in plaustris rostra interdum ponuntur.

Rostra plaustri serrantia, *q* diuini verbi virtutem in prædicatoribus significare possunt, qua triticum à paleis separatur, *Isai.41.d.*

Rostra aurea, *Zach.4.d.* Hebraicè dicuntur Santheroth, quod aliqui fistulas interpretantur. Nec inuenitur hoc vocabulum, nisi in hoc loco. Possunt autem designare *r* adorandam passionis Christi humilitatem, & prædicandam exaltationis eius gloriam.

Rota, Rotundus.

Vis diuina punitionis. Actiones angelicæ.

Rota est, *s* quæ voluitur, & circumagitur in curru, à rotunditate dicta. Rotundum autem, est globus, qui vnica superficie clauditur: à qua ductæ lineæ ad eius centrum, sunt æquales. Rota Hebraicè dicitur Ophan: secundum aliquos Ophamim sunt cunei, vel circuli ferrei, quibus lignorum radij arctantur, & stringuntur: & non rotæ.

Rota ignis interdum significat *s* vim diuinæ punitionis, *Dan.4.c.* Et rota plaustri in tritura, grauior castigatio. *Isa.28.g.*

Sacra scriptura. Iudæa intra Ecclesiam. Annus in anno. Orbis. Perfecti. Prædicatores.

Rotæ, quæ altæ quidem sunt, cæterum in anteriora semper absque vlla conuersione in nullam partem declinando incedunt, *u* vim actionis Angelicæ, qua rectam semper viam atque arduam pergunt, insinuant. Quippe omnis illorum cursus, spiritualisque roratus ad viam illam erectam atque arduam cœlesti intentione dirigitur. Vel aliter, est eis (vt propheta ait) cognomen inditum, Gel gel, quod Hebræorum voce reuelationes ac reuolutiones significat. Ignea namque atque diuinæ rotæ regyrationes quidem habent, quod sempiterno motu circa summum idem versentur bonum: reuelationes autem, quod occulta sacramenta reuelent, & humiliores quosque promoueant: sublimésque diuini fulgoris radios in inferiora agmina descendendo transfundant.

Homo. Vita humana. Composita ex elementis.

Rota dicitur *x* sacra scriptura, quæ ex omni parte ad auditorum mentes voluitur: & nullo erroris angulo à prædicationis suæ via retinetur, ex omni parte voluitur: quia inter aduersa & prospera, & rectè. & humiliter incedit: & modò sursum, modò deorsum est: quia quæ perfectioribus spiritualiter dicuntur, infirmis iuxta literam congruunt. Et rota vna super terram, est vetus testamentum. Rota quoque in medio rotæ, est vetus testamentum in nouo: vel vnum Euangelium in alio, *Ezech.1.d.* rota etiam, in qua vox tonitrui Dei auditur, est Moses, vel ipsa lex: vel vtrumque testamentum, *Psal.76.* Et quatuor rotæ sub basibus, sunt quatuor Euangelia, *3. Reg.7.e. Psal.82. Ezech.3.c.10.c. Dan.7.c.* rota etiam in medio rotæ, est Iudæa intra Ecclesiam: vel annus in anno: & tempus in tempore. Rota etiam, in qua vox tonitrui Dei auditur, est mundus seu orbis: in quem exiuit sonus prædicatorum.

Rota quæ parum attingit terram, & ad anteriora tendit, *y* vitam perfectam habentes significare potest, ex quibus fiunt prædicatores. Vel sunt, qui terrena pertranseunt, & vix summis vestigiis terram contingunt. *Psal.76.82. Ezech.1.d.* Hi sunt lapides sancti, qui voluuntur super terram, miniméque in ea figuntur. *Zachar.9.d.* Rotæ etiam Dei, quæ sunt ignis accensus, designant prædicatores: qui cum ex Dei desiderio pro varia discurrunt, vnde ipsi ardent, alios accendunt. *Dan.6.c.*

Composita ex elementis.

Rota, quæ confringitur super cisternam, *z* hominum, aut corpus humanum designare potest. *Eccl.12.c.* Et rota super terram, *aa* est vita corporis ad animæ virtutem aptata. Et rota in medio rotæ, est veluti vita intra vitam: quòd Sanctorum sibi vita non dissonet: sed qualis fuerit superioris ætatis, talis sit & sequentis, vel quòd in hac vita corporis, vitæ voluatur vsus terrenæ. *Ezech.1 Can.6.d.*

Rotæ quatuor designant composita ex quatuor elementis, ideò ponuntur quatuor. *Ezech. 1. d.* Vel designant

a *Ambro. de virg.3. & de instit. virgi.*
b *Rup.s.Hose. 14. Hier.s.Is. 45.*
c *Hie.s.Is.18. 26. & s. Ho. 14.*
d *Dion.epi.9. Phi. de migra alleg. Hier.s. Zac.8. Gre.29. mor. 20.*
g *Geor. Vene. Cant. 1.tom. 7.cap.18. Bed.s.Ge. 27. Rup.2.s.Deu. 7.Hie.s.Is.45*
e *Ori.s.Iud.h. 8.Gre. 19.m. 27. Georg. Venet. Can.2.tom.7. cap.4. Aug. de vnit. Ecclesia 5. & s.ps.131.*
f *Ru.7.s.Gen. 27.*
g *Gre.s.Exee. hom.6. His.s. Mic.5.*
h *Cyril.3.su. Ioan.34.*
i *Ru.3.s. Ex. 5.& 3.de din offi.13. Bed.s. Pro.3.*
k *Hie.s.Hose. 13.*
l *Au.s. Ioan. tract. 57. Gre. s. Can.5. Rup.s.can. 5. Am.de Isaac. 6.*
m *Rica.de S. vict.de secur. cons.16,*
n *Clem. Ale. 2.pada.8.*
o *Ambr. de virg.1. Euch. for.spir.4.*
p *Am.3. Exaem.11.*
q *Hie.s.Is.41.*
r *Hier.s.Zac. 4. Rup.s.4.Zac.*
s *Geor.Venet. Cant.1. to.4. cap.3.*
t *Hie.s.Is.28.*
u *Diony. eal. Hierar.15.*
x *Gre.s.Exec. hom.6. Arno. ps.s.76. Hie.s.psa. 76. & s.Eze.1.de vest.sac. Am. 3. de Spiritu sancto.22. Au.s.psa. 76. Euc.for.spi.8.*
y *Basi.s.ps.28. hom.1. Hie.s. Eze.16. Gr.s.Eze.h.5*
z *Hie.s.Ecclesiasten.12.*
aa *Am.de vir. 3.& 2.de Abra.8. Eu.for. spir.8. Hie.s.Eze.1. 41.*

Digitized by Google

Solem,qui diuiditur in quatuor rotas,propter quatuor anni tempora. Rotunda quoque platea templi, typus esse potest elementorum,& etiam corporum cœlestium. *Ezec.41.b.*

Rota *a* ex posteriori parte attollitur, & in anterioribus cadit. Posteriora autem nobis sunt bona præsentis mundi, quæ relinquimus,anteriora verò sunt æterna & permanentia, ad quæ vocamur. Paulo attestante. *Phil. 3.c.* Quæ retrò sunt, oblitus, in ea, quæ sunt priora, me extendens. Peccator ergo, quum in præsenti vita profecerit, vt rota ponitur, quia in anterioribus corruens, ex posterioribus eleuatur. Nam quum in hac vita gloriam percipit,quam relinquit,ab illa cadit quæ post hanc venit. *Psalm.82.* Rotæ etiam curruum designant *b* strepitum & volubilitatem malorum. *Exod.14.f. Ezech.26.b.* Et rotarum vox in Niniue,est volubilitas generis humani, qua raptantur homines in mundo. *Nahum.3.a.* quia erroribus ducuntur humanis,& non habent solida vestigia, sed circumferuntur omni vento doctrinæ,& eiecti de paradisi firmitate, habitant in regione Naid, quæ interpretatur fluctuatio, merentur linguæ mendacis ferre sententiam,quæ inflammat rotam natiuitatis nostriæ. *Iacob.7.b. Psalm.77.*

Sol. Elementa. Corpora cœlestia. Peccatores.

Ruben.

Ruben,id est,videns filium,vel visio filij, aut visionis filius,primogenitus Iacob,& Liæ, qui liberare nitebatur Ioseph de manu fratrum. Dormiuit cum concubina patris, cuius gratia amisit ius primogenituræ. Eius Tribus accepit hæreditatem trans-Iordanem. Interpretatur etiam,videns per medium.

Ruben primogenitus Liæ, *c* fœcunditatem operum vitæ actiuæ designat,ab eo reperiuntur Mandragoræ, hoc est,bona fama,quæ sequitur bona opera. Vel designat opera corporis, quæ sunt quidem priora, sed inferiorem sortiuntur locum,vnde Rubenitis præponuntur Leuitæ. *Genes.29.g.* 30.*b.* Vel *d* designat intentionem sanctam, quæ omnia recto itinere in Deum dirigit, ne declinet ad dexteram, neque ad sinistram. Debet autem hæc intentio esse primogenita, si filios & fructus dignos vitæ æternæ producere desideramus. Potest etiam designare prælatos,per quos venit & dilatatur bona opinio contemplatiuorum.

Opera vitæ actiuæ. Opera corporis. Intentio sancta. Prælati.

Ruben vt interpretatur videns filium, est *e* doctor perfectus in Ecclesia, videns filios ipsius Ecclesiæ, quos erudire laborat,vel videt filios hæreticorum,non permittens eos habitare in Ecclesia. *Gen.30.b.*

Doctor perfectus.

Ruben præterea primogenitus,designat *f* Iudæos,qui primogeniti dicebantur. *Gen.29.g.49.a.* Vt autem dormiuit cum concubina patris,designat Iudæos adulterantes legem,& etiam insultantes Christo, ipsumque crucifigentes. Vnde licèt esset primogenitus, caruit priuilegiis primogenituræ. Vt autem accepit hæreditatem trans-Iordanem per Mosen,est populus Iudaicus, qui terrena pro præmio appetebat. *Num.32.a. Ios.13.c.22.a.*

Iudæi. Sermo propheticus. Nicodemus. Lex vetus. Lucifer. Literatus ambitiosus.

Ruben volens liberare Ioseph, *g* sermonem propheticum designare potest: qui Iudæos à Christi nece deterrebat. Potest etiam figura esse Nicodemi. *Gen.37.d.42.d.*

Hæreticus adulterans scripturas. Animalis homo.

Ruben intercedens,vt mitteretur Beniamin in Ægyptum, *h* est lex vetus,intercedens pro Paulo Apostolo per promissionem,vt traderetur Ecclesiæ ex gentibus,quarum factus est doctor. *Gen.42.d.*

Carnalis concupiscentia. Timor.

Ruben ascendens cubile patris, *i* primum Angelum, qui cecidit, significare potest, qui gloriam Dei sibi vsurpare voluit. *Gen.49.a.* Designat etiam literarum affectantem dignitatem cum prælati sui depositione. Potest etiam significare hæreticos adulterantes scripturas sacras. *Deut.33.a.*

Ruben,vt interpretatur filius,qui videtur, *k* animalem & carnalem hominem designare potest.

Ruben etiam,est *l* carnalis & sanguinea concupiscentia, quæ tunc cubile nostrum ascendit, quum non solùm memoriam tangit cogitatione: sed & ipsum voluntatis stratum ingreditur,& polluit praua delectatione. Et dicitur primogenitus noster: quia ab initio vitæ nostræ in nobis pullulat. Et dicendum illi, Non crescas, qui ascendisti cubile patris tui. *Gen.49.a.*

Ruben,vt est primogenitus Iacob & Liæ,typus esse potest *m* timoris,qui est initium sapientiæ.

Rubicundus, Rubrum, Rubricatum, Rufus, Fuluus, Rubrica.

Rubeus,& rufus color, seu rubicundus generalia sunt nomina ad diuersos colores inter album & nigrum medios,vt est color sanguineus,crocus,aureus,ostrinus,&c.

Rubicundus dicitur dilectus,hoc est, *n* Christus,quia natus ex Virgine. *Cant.5.c.* Et rufus Dauid,est Christus proprio sanguine rubricatus. *1. Reg. 16.b.* De quo *Isa. 63.a.* Quare rubrum est indumentum tuum? Et rufa vacca, *o* est caro Christi, proprio sanguine tincta. *Numer. 19. a.* Rufus etiam equus,est *p* corpus ipsius Christi, suo sanguine rubefactum. *Zachar.1.c.* Rubricatæ etiam pelles, sanguinem Christi effundendum designabant. *Exod.25.a.*

Christus. Caro Christi. Sanguis Christi. Apostoli. Martyres. Martyrium. Pœnitentia. Verecundia. Passio Christi. Angeli.

Rubicundiores ebore antiquo. *Threnor. 4. b.* erant *q* Apostoli, qui feruore spiritus antiquos patres superabant. Quod & de his dicitur, qui sæpè ante humanos oculos nonnullis præcedentibus patribus studij feruentioris existunt.

Confusio ex alieno peccato.

Rubrum vestimentum Christi. *Isa.63.a.* significare potest Martyres, qui pro fidei defensione sanguinem suum fuderunt. Rubricatæ etiam pelles *r* ipsum martyrium designant. *Exod.25.a.26.c.35.a.36.c.*

Rubricatæ etiam pelles, spœnitentiam designare possunt,& frontis verecundiam. *Exod.25.a.26.c.*

Rubicundum cœlum vespere, *s* passionem Christi,seu tempus passionis eius designare potest. Rutilabit autem manè in iudicio. *Matth.16.a.*

Rufi equi, *u* Angelos designare possunt,vigorem ignis,& strenuam efficaciam habentes.

Rubor,qui ex confusione. *x* erat in Sanctis super peccatis infidelium. *Isa.61.c.*

Baptismus. Charitas. Inanis gloria. Homicidium. Homicida.

Rubrum mare,baptismum significare solet. *Exod.10.e.23.d.*

Fuluus color,charitatem significare solet. *Gen.30.e.* Et rufus Dauid, *y* est feruidus charitate, & labore piorum operum,quia vt qui nimium laborat,ex labore rubescit, ita quia ex charitate operatur, magis ad operandum accenditur. *1. Reg.16.b.*

Iudæi. Carnalis obseruatio legis. Passio Christi.

Rubor parietum leprosæ domus. *Leuit.14.e.* virorem *z* inanis gloriæ designat.

Transgressio Euangelij. Inuidia. Concupiscentia.

Rubra peccata,sunt homicidium,esque similia. *Isa.1.e.* Et rufus Esau, *aa* est vir sanguinum. *Gen.25.d.* Designat etiam Iudæos sanguinem in sacrificiis offerentes,& quia sanguinolenti erant,& polluti sanguine Christi & prophetarum. Et rufa decoctio. *Gen.25.d* est carnalis obseruatio legis,& etiam Christi passio.

Ecclesia. Virgo Maria. Resurrectio carnis.

Rufus color in capite, *bb* transgressionem Euangelij significat. *Leuit.13.f.* Et subrufa cicatrix, est error contra Christum,& etiam inuidia,aut concupiscentia. *Leu.13.d.14.e.*

Rubigo, vide Aurugo.

Rubus.

Rubus, est frutex spinosus, vel solo contactu vulnerans, mora proferens, cuius folia serpenti superiecta, ipsum serpentem occidere feruntur.

Rubum vidit Moses ardere, nec absumi ignis voraci natura. *Exod. 3.a.* qua ratione significare *cc* potest Ecclesiam,quæ non consumitur tribulationibus. Significat etiam *dd* beatam Virginem Mariam,quæ peperit sine virili semine.

Corpus cum compunctione.

Rubus quoque ardens,& non combustus, typus est *ee* resurrectionis carnis prius extinctæ. Rubus item cum igne,est *ff* corpus vniuscuiusque Sancti cum igne compunctionis,vel litera cum sensu spirituali.

Litera cum spiritu.

Rubus etiam ardens & non combustus, *gg* spinosa synagoga Iudæorum,in quibus multo tempore fuit flamma, & feruor Spiritus sancti,& tamen perinde contra Dei gratiam rebelles semper Spiritui sancto restiterunt, vt eorum peccata vel sacrilegia in igne Sancti spiritus consumi non valuerint,nec eorum duricies ipsa lege tanquam flamma,est emollita,nec etiam doctrina Christi.

Synagoga Iudæorum. Peccata. Mortalis infirmitas.

Rubus etiam senticosus & vulnerans *hh* peccata significare potest. Et vt est debilis, est similitudo carnis peccati,& etiam mortalis infirmitatis.

Per succensum rubum Mosen Dominus alloquens,designauit, *ii* quòd eius populi ductor fuerit,qui & legis flammam perciperet,& tamen peccati spinam nequaquã vitaret. Vel quòd ex illo populo exiret, qui in igne deitatis carnis

a *Gre.s.1.Re.5.* *Aug.s.ps.82.* b *Hie.s.Ezec.26.* *Gr.17.m.30.* c *Phi.de sacr. Abel.& Cain* *Geo.Ve. Can.2.to.7.cap.6.* d *Bed.s.Gen.30.* e *Bed.s.Gen.30.* f *Ori.s.Ge.ho.17.& s. Nu. hom.26.& s. Io.hom.3.26.* *Am.de benedic.patri.2.* *Bed.s.Ge.35.49.* g *Glo.ord.su. Gen.37.* h *Amb.de Ioseph.9.* i *Orig.s.Gen. hom.17.* *Rup. 8.s.Ge.16.& s.Gen.ho.26.* k *Ori.s.Gen. hom.17.* l *Bern.ser. de triplici genere cogitationum.* m *Rica.de S. Victo. de 12. patri.8.* n *Am.de virgin.1.Gre.s.1. Reg.16.& s. psal.50.& s. Cant.5.* o *Aug.qu. in Num.33.* p *Hie.s.Is.63.* *& s.Luc.1.* *Gre. Nysse.de vita Mosis.* q *Gr.32.mo. 23.* r *Glo.int.sup. Exo.25.* s *Hie.prol.su. Ori. in Iesum Naue.* t *Aug.s.qu.in Euan.20.* u *Dio.ca.Hier. var.15.* x *Hie.s.Is.61.* y *Gre.s.1.Re. 16.* z *Glo.in.s.Leuit.14.* aa *Bed.s.Gen. 25.* *Rup.7.s.Gen. 5.7.* bb *Isye.s.Leu. 13.* cc *Phi.de vita Mosis.Hie. de manss.* dd *Gre.Nyss. de vita Mosis.* *& ser.de natiui.Eu.form. spir.4.* ee *Hie.de mã.* ff *Bed.s.Exo. 3.* gg *Au.se.86.* *Eu.for.spir.4.* *Gr.su. Eze.h. 7.* *Bed.s.Exo.3.* hh *Glo.int.s.Exo.3.* ii *Gre.22.m.5.& s.Eze.h.7.*

carnis noſtræ dolores,quaſi rubi ſpinas ſuſciperet,& in conſumptam humanitatis noſtræ ſubſtantiam,etiam in ipſa diuinitatis flamma ſeruaret.

Rudens,vide Funis.

Rudis.

Doctrina rudis.

Rude eſt, quod impolitum eſt, & imperfectum: vt rudis pannus, qui nondum paratus eſt ad veſtimentum. *Matt.9.d.*Significat autem rudis pannus *a* doctrinam,quæ ad nouæ vitæ temperantiam pertinet.

a *Glo. ord.ſu. Mat.9.*

Ruere,Ruina,vide Cadere.

Rufus,vide Rubeus.

Ruga.

Duplicitas.

Ruga,eſt vallicula,quæ fit in cute præ ſenectute, quæ etiam in veſtibus dicitur.

Ruga indicium eſt ſenectutis:& *b* quia Chriſtus Eccleſiam renouat,rugas ab ea tollere dicitur. *Eph.5.f.*

Rugæ, *c* duplicitatem ſimplicitati contrariam deſignare poſſunt. Et rugæ ſanctæ Eccleſiæ per Iob deſignatæ, ſunt omnes,qui ea dupliciter viuunt:qui fidem vocibus clamant,operibus denegant. *Iob.16.b.*

b *Ori.ſ.Exec. hom.13.*

c *Gre.13.mo. 5.*

Rugire, Rugitus.

Protegens Deus Eccleſiamaduerſus hoſtes.

Rugitus,eſt propriè vox leonis clamantis,quanquam etiam de aliis animalibus dicitur.

Rugiens leo,dicitur *d* Deus protegens Eccleſiam aduerſus Principes Gentium. *Iſai.31.b. Amos.1.a.3.b.*Et rugit Dominus de excelſo,quum grauiter minatur. *Iere.25.f.*Et rugiet in iudicio de Sion. *Ioel.3.c.*Et rugit nunc per doctores in Euangelio & lege.Natura autem leonum eſſe dicitur,vt cùm infremuerint & rugierint,omnia animalia contremiſcant, & fixo gradu ſe mouere non poſſint. Itaque & Dominus cùm inſtar leonis rugierit, & intonuerit,ac dederit vocem ſuam,cunctæ aues & vniuerſa volatilia perhorreſcent: hoc eſt,diabolus & dogmata peruerſa hæreticorum conticeſcent. *Hoſ.11.d. Apoc.10.a.*

d *Hie.ſ.Iſ.31. & ſ. Ho.11. & 6 ſ. Apoc. 13.& ſ.Mat.*

Rugire dicuntur ceruæ in partu, *e* quum prædicatores per incuruationem ſuam in conuerſatione lucis auditorum animas gignunt: quia ab æternis nos ſuppliciis remouere,niſi flendo & dolendo non poſſunt. *Iob.39.a.*

e *Gre.30.mo. 27.*

Gemitus pœnitentiæ & deſiderij.

Rugitus datur interior,*f* quum quis verè dolet de peccatis. *Pſa.37. Iob.3.d.*Poſt eum rugiet ſonitus:quia quum mentem Deus ingreditur,conſtat procul dubio,quòd mox pœnitentis gemitus ſequatur: vt etiam ſalubriter flere libeat,quæ prius de iniquitatibus flenda iucunditate gaudebat. *Iob,39.a.*Et rugitus ceruorum. *Iob,39.a.*deſignat eos,de quibus dicit. *Pſalm.125.*Euntes ibant,& flebant,mittentes ſemina ſua. Rugitus onagri,eſt gemitus populi Gentilis expectantis præſentiam Chriſti,vt herbam. *Iob.6.a.*

Hie.ſ.Iob.39. f *Baſi.ſ.pſ.37. Gre.7.mor.4. & 37.m.15. Orig.ſ. Cant. hom.3.*

Remurmurãs appetitus. Caiphas. Dæmones. Hæretici. Impetus tentationum.

Irrugiens Eſau pro benedictione data Iacob minori. *Geneſ.27.* deſignabat *g* animalem hominem, ſeu appetitum ſenſitiuum, qui contriſtatur, cùm ſubiicitur ſpiritui, quouſque veluti nouellus equus ſub domitore manſueſcat.

g *Geor. Vene. Cant. 2.tom. 7.cap.4.*

Rugiens leo,erat *h* Caiphas in paſſione aduerſus Chriſtum: *Pſalm.21.*Et rugientes catuli leonum, ſunt dæmones,*i* & hæretici prædicantes,vel nequiſſimarum,ſeu tamen eminentium poteſtatum miniſtri ſpiritus, importunis tentationibus inſurgentes,& etiam ipſi impetus tentationum. *Iob.4.b.Pſal.103. Iere.2.c.Ezech.22.f. Amos,3.a. 1.Petr.5.c.Iob.4.b.*

h *An.ſ.pſ.21.*

i *Hier.ſ.Eze. 22. & ſ. Ier. 2. Gre.5.mo.16. 17.& 20.m. 19. Cli.grad.25.*

Rugiunt Iudæi,quaſi vrſi,*k* aduerſus Chriſtianos. *Iſai.59.c.*

Ruminare.

Ruminare,dicuntur animalia,quæ cibum iam deuoratum è ſtomacho ad os reuocant, ac remandunt, rurſumque deglutiunt.

Meditari in lege Dei.

Ruminare *l* ad prudentiam refertur,vel ad ſapientiam, iuxta illud: *Pro.21.c.* Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis,vir autem ſtultus deglutiet illum.Ruminat autem, qui verbum, quod eſt iuſtitiæ nutrimentum, in cogitationem tanquam in ventrem introductum,inde ipſum ad rationalem reminiſcentiam reuocat. *Cant.7.d.* Et animalia ruminantia,ſunt qui in lege Dei meditantur die ac nocte,eámque non ſolùm ſecundum literam,ſed ſpiritualiter intelligunt. *Leu.11.a. Deut.14.a.*

k *Hie.ſ.pſ.59.* l *Ter. de cibis Iudæi. Clem. Alex.5.ſtrom Ori.ſ.Le.h.7. Hie.ſ.pſa.95. Iſy.ſ.Leu.11. Au.hom.45. Gre.ſ.Can.7. Cyr. con. Iul.*

Vulgus Iudæorum. Hæretici. Iudæi.

Qui ruminant,& non diuidunt vngulam, ſunt *m* vulgus Iudæorum, qui eloquia Dei habent quidem in ore, fidem autem & baſim non habent,quæ tranſmittit ad Patrem per Filium:& innititur veritati.

Ruminant hæretici ſuper tritico & vino, quum *n* tractant de Euchariſtia. *Hoſ.7.d.* vel ſunt Iudæi orantes ſolùm pro temporalibus.

m *Geor.Vene. Can.1.tom.7. cap.32.*

Rumpere,vide Abrumpere.

Runcina.

Rationes hæreticorum.

Runcina,eſt maior ſerra,qua fabri materiarij ſecant arborum moles in cantheriis.

Runcina fabri,qua formatur idolum. *Iſa.44.b.*deſignare poteſt *o* rationes dialecticas hæreticorum,quibus ſuos formant errores.

n *Clem. Alexan.7. ſtrom. Hie.ſ.Hoſe.7. Rup.ſ.Ho.7.*

Rupis,vide Lapis.

Rurſum,vide Iterare.

Ruta.

Ruta,eſt herba odorem grauem habens,ſed vtilis in medicaminibus,maximè contra venenum. *Luc.11.g.* Ponitur pro re vili,quando Phariſæi decimabant mentham & rutam.

o *Hie.ſ.Iſ.44.*

Ruth.

Ruth, id eſt,ſaturata,vel inebriata,mulier Moabitis, vxor Mahalon, quam poſtea duxit Booz, ſoluto calceamento propinquioris,genuit autem Obed.

Eccleſia ex Gentibus.

Ruth ducta à Booz,ſoluto propinquioris calceamento,typus eſt *p* Eccleſiæ ex Gentibus, quæ facta eſt ſponſa Chriſti;quæ à pedibus aſcendit ad caput,ſicut Ruth,quæ antequam duceretur à Booz, ad pedes lecti eius iacuit. *Ruth.1.c.2.3.*Erat autem Moabitis,ex iis videlicet,qui non intrabant in Eccleſiam Dei.

Rutilare, vide Fulgere.

Saba,Sabæi.

SABA, ideſt, conuerſio, ſiue captiuitas, aut canities, vel ſeſſio, filius Regma, à quo ciuitas regalis Æthiopiæ, cuius incolæ dicuntur Sabæi. Scribitur autem Hebraicè per ש. Saba autem per ס eſt filius Chus. *Geneſ.10.a.* à quo Saba metropolis Arabiæ fœlicis, cuius incolæ etiam dicuntur Sabæi. Regina autem Saba, venit ab illa Saba quæ eſt in Æthiopia, quæ dicitur Meroe. Sunt autem qui dicant ipſam veniſſe à metropoli Arabiæ, vt diximus in Arabia.

p *Gl. ord.ſup. Luc.11. Ami. 3.de fide 5.& ſ.Luc.3. Hier.ſ.prol. in Hoſe.*

Gentilitas. Animæ conuerſæ.

Saba,vt interpretatur conuerſio, in bonum, ſignificat *q* Gentilitatem venientem ad fidem. Et regina Saba, eſt ad Deum conuerſa,*3.Reg.10.a. Iſai.43.a.60.b. Ezech.38.d. Matth.12.d. Luc.11.d.* Et Sabaim, hoc eſt, circuitiones, aut ebrij, ſunt viri Saba,deſignantes Gentiles ad fidem tranſeuntes. *Iſa.45.c.*

q *Hie.ſ.Iſ.60. & ad Aglaſiam.*

Hypocrita. Hæretici. Implicatiotẽporalium. Doctores Eccleſiæ. Dæmones.

Saba etiam,vt interpretatur conuerſio,in malum ſumitur,vt *r* ſit auerſio,& deſignat hypocritas, aut hæreticos, qui ferunt in Tyrum aromata falſa. *Ezec.27.e.*Et vt interpretatur captiuitas, ſeu captiuantes, Sabæi ſunt hæretici perſecutores Eccleſiæ. *Iob.1.c.*

r *Hie. Aglaſia & ſ.Iob.2.*

Saba,iuxta Gregorium, *ſ* interpretatur rete, & deſignat multiplicationem, qua quis rebus temporalibus aut cognatorum,quas iam reliquerat, rurſum ſe implicat. *Iob.6.c.*

ſ *Gre.7. mor. 17.*

Sabæi in bonum,dici poſſunt *t* doctores Eccleſiæ, conuertentes peccatores,aut infideles. *Ioel,3.b.*

t *Hie.ſ.Ioel.3.*

Sabæi,vt interpretantur captiuantes *u* immundos ſpiritus deſignant,qui cunctos quos ſibi ſubiiciunt in infidelitatem & in infernum captiuos ducunt. *Iob.1.d. Ioel.3.b.*

u *Gr.2.m.25. Rup.ſ.Ioel.3.*

Sabaa.

Sabaa, id est, captiua, interpretatur *a* naturam humanam, in huius seculi ærumnis ligatam. 1. *Reg.* 13. *d.* non tamen est in Hebræo. *Natura humana.*

Sabama.

Sabama, id est, attollens altitudinem, siue captiuitas nimia, aut canicies vel sessio multa: ciuitas Moab, quam ædificauerunt filij Ruben: Typus est *b* superbiæ hæreticorum. *Num.* 12. *g. Iosu.* 13. *c. Isa.* 16. *c.* *Superbia hæreticorum.*

Sabaoth.

Sabaoth, id est, exercitus, siue militiæ: aut fortitudines. *Iere.* 11. *d.* Sumi solet pro multitudine angelorum, quæ dicitur exercitus Domini, & militia cœlestis.

Sabarim.

Sabarim, id est, circuitus montium siue altitudinis: scribitur per ס, ponitur terminus aquilonaris terræ promissionis. *Ezech.* 47. *c.* designat *c* eos montes, de quibus dicitur. *Psal.* 124. Montes in circuitu eius. *Angeli, vel Sancti.*

Sabat.

Sabat, id est, sceptrum, vel virga, aut tribus, est mensis Februarius, & designat *d* rigorem correctionis. *Zacha.* 1. *b.* *Rigor correctionis.*

Sabbatum.

Sabbatum, id est, *e* requies, siue cessatio, sic dicebatur septima dies, in qua Deus cessauit ab omni opere, quod patrarat, & ex præcepto Dei obseruabatur à Iudæis, ab omni seruili opere cessantibus.

Varia autem sabbata decreuit lex. Aliud quod secundùm septenarium dierum numerum reuoluitur, natura sabbatum, aliud verò, propter subiacentes nouilunio, secundùm Lunam, & consequentes festiuitates, velut dies fixorum tentorium, & dies paschatis, quando agnum mactant, & azyma comedunt. Sumitur autem sabbatum aliquando pro ipsa hebdomada. *Luc.* 18. *b.* Ieiuno bis in sabbato. Inter præcepta autem decalogi solùm sabbatum *f* seruari præcipitur figuratè, iuxta Augustinum.

Sabbatum *g* æternæ gloriæ quietem designare solet, qua Deus Sanctos in se requiescere facit, *Genes.* 2. *a. Exod.* 16. *e. f.* 20. *b.* 31. *c.* 35. *a. Num.* 28. *b. Deut.* 5. *b. Isa.* 58. *d. Ezech.* 46. *a. Matt.* 11. *b.* Designat etiam requiem *h* Sanctorum sine corporibus, vt die dominica, quæ est octaua, sit resurrectio corporum. Et sabbatum ex sabbato, dicit perpetuam requiem succedentem operibus. *Isai.* 66. *g. Leuit.* 23. *a. Psal.* 36. *Ioan.* 7. *c.* Solus autem Deus *i* est in sabbato, & festo perpetuo, quia semper etiam operando quiescit, & lætatur. In sabbato autem Dei neque manè, neque vespera est, quia nec initium, nec finis perfectionis. In perfectis autem est manè, sed non vespera, quia initium: sed non finis perfectionis. Iudæi celebrabant sabbatum, quia iam erat requies mortuorum, sed dies dominicus, non nisi post resurrectionem Christi celebratur, quia tunc etiam est requies corporum. Sabbatum, quod est medium in Phase, cui succedit prima sabbati, quæ est octaua, designat *k* requiem, ad quam transitur ex hac vita, sed succedit ei octaua, quæ est prima sabbati, vt designetur operatio fœlicitatis, quæ non perturbet requiem, sed perficiat: ideò septima dies sine vespera nominatur. *Genes.* 2. *n.* Sanctificatur autem hæc requies per Spiritum sanctum, nec in alio est tanquam in obiecto, nisi in Deo, quia omnis creatura est mutabilis. *Requies æterna fœlicitatis.*

Sabbatum etiam verè est *l* Christus, quia veram & perfectam præstat quietem. Ipse enim est in quo Deus quiescit, quem dedit nobis finem, in quo quiescamus. Et est sabbatum ex sabbato, quia qui cessant à peruerso opere, illi quiescunt in cœlesti retributione. *Isai.* 66. *g.* *Christus.*

Sabbatum quoque Dei, est *m* quando cessatur à peccato, & perpetuum obseruat sabbatum, qui spe futuri omnia bona operatur. *Ezech.* 44. *f. Num.* 28. *b. Leuit.* 19. *a.* Et sabbatum agit, quicunque spiritualibus vacat, & à malis operibus abstinet. Qua ratione sabbatum est requies vitæ contemplatiuæ, quæ optima pars est, & requies, quæ in notitia scripturarum habetur, & hoc est sabbatum delicatum. *Isa.* 56. *a.* 58. *d. Iere.* 17. *e. Ezech.* 22. *f.* *Cessatio à peccato. Vita contemplatiua. Notitia scripturarum.*

Sabbata singula, in quibus offerendum est sacrificium, designant *n* memoriam continuam Dei habendam. *Leuit.* 24. *b.* *Memoria Dei.*

Sabbatum interdum dicit ocium & quietem ab agendo, & sabbato fit fuga, *o* quum quis torpet in opere virtutum. *Matt.* 12. *a.* 24. *b.* Et sabbata derisa, dicunt quietem malam, & ociositatem. *Thren.* 1. *c.* Sabbatum etiam, in quo non debet fieri fuga, designare potest lætitiam de temporalibus, & quietem in eis, & crapulam, & ebrietatem, quæ omnia impedimenta sunt fugæ. *Ociositas. Lætitia de temporalibus.*

Sabbatum secundo primum, designabat *p* quietem à lege veteri, sed quod maneat in noua per bona opera, quibus ad secundam quietem gloriæ veniatur. *Luc.* 6. *a.* Et sabbatum quod dedit Deus terræ Iudæorum, expulsis Iudæis, est vacatio literæ legis, quæ nunc non seruatur. *Leu.* 26. *e.* *Quies à lege veteri.*

Secunda sabbati, significare potest *q* firmitatem Ecclesiæ in fide post Christi resurrectionem quæ est velut prima sabbati. *Psal.* 47. *in titulo.* *Firmitas Ecclesia in fide.*

Sabbata Iudæorum & non Dei dicebantur. *Isa.* 1. *b.* quia *r* non ea secundùm voluntatem Dei, sed secundùm suas traditiones colebant, nec vacabant à peccatis. *Peruersa quies Iudæorum.*

Sabec.

Sabec, id est, venia, erat virgultum, aut vepres, in quibus aries oblatus pro Isaac, hærebat cornibus. *Gen.* 22. *c.* designat *s* crucem Christi. *Crux Christi.*

Sabulum, vide Arena.
Saccus, vide Cilicium.
Saccus, Sacculus, Satarchia.

Saccus est, qui fit è grossiori tela, ad continendum & portandum frumentum, aut alia grana. Sacculus autem est paruus saccus, & sumitur pro marsupio. Satarchia verò, est saccus vel pera, in qua cibus poni consueuit in viaticum.

Sacculus pecuniæ, *t* gloriam resurrectionis & immortalitatis Christi designare potest. *Prou.* 7. *c.* Potest etiam designare *u* occultationem sapientiæ quæ eroganda est: ideò non portandus sacculus. *Luc.* 16. *a.* 12. *d.* 22. *d. Isa.* 46. *b.* *Gloria Christi. Occultatio sapientia.*

Sacci impleti tritico. *Genes.* 42. *e.* animam *x* sapientia plenam significare possunt & etiam literam legis mysteriis plenam. *Anima sapiens. Litera legis.*

Saccus iunioris, hoc est, Beniamin. *Genes.* 44. *a.* corpus *y* Apostoli Pauli designare potest, & etiam velamen legis. *Corpus Pauli. Velamen legis.*

Satarchia, *z* memoriam significare potest, in qua non habent quod offerant, qui eam non excoluerunt. 1. *Reg.* 9. *b.* *Memoria.*

Sacculus pertusus. *Agge.* 1. *b.* inanitatem *aa* operum significat, quum videlicet quis facit aliquod bonum opus, & aliud amittit per opus malum. *Amissio bonorum operum.*

Sacer, Consecrare, Dedicare, Initiare.

Sacrum est, quod est venerabile, & consecratum, vt vestes dicuntur sacræ. Et sacrum, interdum dicitur sacrificium. *Exod.* 31. *b.* quum sacerdotes funguntur officio suo in sacris, hoc est, in sacrificando. Consecrare autem est sacrum facere, vt videlicet res non amplius in vsus humanos assumatur, sed in obsequium Dei consignetur. Dedicare, est per verba consecrare, aut honoris gratia deputare, aut dicendo deferre. Initiare verò est consecrare, offerre, & dedicare.

Dedicatio domus Dauid. *Psal.* 29. *in titul.* incarnationem *bb* significabat, & etiam resurrectionem, in qua omnia vitæ corpora dedicantur. Vel renouationem Ecclesiæ per Christum, quæ etiã dedicabitur in resurrectione, quando immortalitatem acceptura est, quæ nunc vsque ad illud tempus ædificatur. Dedicatum templum octauo anno. 3. *Reg.* 7. *g.* est Ecclesia tradita Deo patri in resurrectione. *Incarnatio Christi. Resurrectio. Renouatio Ecclesia.*

Consecrationes sacerdotum, figura erant *cc* consecrationum nouæ legis. *Exod.* 28. *g.* 29. *a. e. Leuit.* 8. 2. Consecrabant autem manus, vt sacra essent opera, idque septem diebus, vt omnium operum mundicia monstraretur. Consecratæ quoque manus pontificis, manus Christi in cruce designabant. *Leu.* 21. *b.* *Bona opera sacerdotum. Manus Christi in cruce.*

Sacræ

a *Gre. s.* 1. *Re.* 13.
b *Hie. s. Is.* 16.
c *Hie. s. Ezec.* 47.
d *Hier. s. Zac.* 1.
e *Epiph.* 1. *con. hæreses to.* 2.
f *Au. epi.* 119.
g *Ori. s. Num. hom.* 23. *& s. ps.* 36. *hom.* 3. *Hier. s. Is.* 58. 66. *& s. Eze.* 46.
h *Isye. s. Leu.* 23. *Cyr.* 4. *s. Ioan.* 51.
i *Phi. de Cherubim. Gre. Nyſſe. de vita Moſis.*
k *Aug. epiſt.* 119. *Rup.* 2. *s. Gen.* 19.
l *Epiphan.* 1. *contra Ebionitas tom.* 2. *Georg. Venet. Cant.* 1. *to.* 7. *cap.* 12.
m *Gre. s. Eze. hom.* 6. *Ori. s. Nu. ho.* 23. *Hie. s. Ex.* 22. 44. *& su. Isa.* 56. 58. *Iſy. s. Leu.* 19. *Rup.* 2. *s. Gen.* 19.
n *Ori. s. Leu. hom.* 13.
o *Ori. s. Matt. hom.* 29. *Am. s. Lu.* 21. *Hie. Aglaſia. & s. Mat.* 24.
p *Au. q. in Exo.* 32. *& 2. de conſ. Eua. Gre.* 5, *m.* 22. *Eu. q. in Mat. Am. s. Luc.* 6. 17. *Iſy. s. Leu.* 26.
q *Hieron. & Au. s. ps.* 47.
r *Lyr. s. Isa.* 1.
s *Lyr. s. Le.* 16
t *Bed. s. Prou.* 7.
u *Au. de Sanctis. ſerm.* 42. *Gre. hom.* 17.
x *Glo. ord. su. Gen.* 42.
y *Am. de Ioſeph.* 11.
z *Gre. s.* 1. *Re.* 9.
aa *Hie. s. Agg.* 1. *Gr. su. Eze. lo.* 4.
bb *Hil. & Ar. s. ps.* 29. *Hie. & Au. s. ps.* 28.
cc *Lyr. s. Ex.* 19. *Iſy. s. Leu.* 21.

Digitized by Google

Sacræ venerationis lamina dicitur, quam ferebat sacerdos in fronte, quia *a* erat consecrata nomine Dei in eo scripta, ad honorem & cultum ipsius Dei. *Exod.* 39. *e. Leuit.* 8. *b.*

Consecrata primogenita masculina Domino. *Exod.* 13. *b.* sunt *b* opera perfecta recognoscenda & reddenda autori Deo. Et consecratum, quod non redimitur. *Leuit.* 27. *d.* est habens integram perfectionem.

Perfectio operum.

Consecrare omnia oleo. *Exod.* 50. *b.* est *c* quidquid agimus, gratiæ Spiritus sancti tribuere. Et consecrare Domino adipem, & pectusculum. *Leuit.* 7. *d.* est adscribere illi bonum desiderium, & fidem. Consecrat etiam agrum Domino. *Leuit.* 27. *b.* qui doctrinam suam dedicat in obsequium Dei.

Adscribere Deo bona opera.

Dedicanda sunt Domino voluntaria. *Exod.* 35. *d.* quia *d* in tabernaculo Ecclesiæ non suscipitur oratio coacta.

Oratio voluntaria.

Confecrabant Leuitæ manus Domino per occisionem fratrum. *Exod.* 32. *f.* castigando *e* videlicet corpora, vt munda essent opera.

Castigatio corporis.

Consecrationis aries dicebatur. *Leuit.* 8. *d.* quia immolabatur in consecratione sacerdotum.

Initiari Beelphegor, *f* est seruire libidini, aut colere eos qui ventri nostro seruiunt. *Psalm.* 105.

Sacerdos, Sacerdotium.

Sacerdos, est qui Deo dicatus est ad sacrificia offerenda, à sacris dictus, qui & sacrificus. Sacerdotium autem est dignitas sacerdotis. Sunt autem sacerdotis munera: Primò orare pro populo, secundò offerre sacrificia, tertiò docere populum, quartò est dux populi in bello, quintò deductor ad destinatum finem, sextò est iudex, septimè pastor & minister sacramentorum.

Christus.

Sacerdos Dei altissimi Melchisedec, typus est *g* Christi veri sacerdotis secundùm naturã humanam. *Genes.* 14. *d.* qui dictus est sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec. *Psal.* 109. *Hebr.* 7. *c.* Ipse est sacerdos magnus, rogans pro populo, ad quem pertinet hostia pro peccato. *Leuit.* 2. *b.* 4. *a.* 5. *c.* 6. *c.* 7. *a.* 21. *b. Num.* 35. *d. Ezech.* 45. *f.* Eundem designabat sacerdos Zacharias. *Luc.* 1. *a.* Sacerdos comedens sacrificium pro peccato, est Christus, qui est ignis consumens peccata nostra. *Leuit.* 6. *c.* Et sacerdos fidelis suscitatus pro Eli. 1. *Reg.* 2. *g.* Ipse est sacerdos magnus Iesus, cuius typum gessit Iesus filius Iosedec. *Zac.* 3. *a.* 6. *c. Agg.* 1. *a.* Christus autem optimè impleuit omnia sacerdotis superius posita.

Verbum diuinum.

Sacerdos scrutans lepram, *h* est diuinum verbum, per quod discernuntur peccata. *Leuit.* 13. *a.* 14. *a.* 15. *b.* Et sacerdos Eleazar, significat arcanum, & mysticum sermonem.

Offerentes sua opera.

Sacerdos est, *i* qui offert se & opera sua Deo in sacrificiũ, & peculiariter ipsa mens, quæ dominatur in homine. Et debet nutrireignem, vt habeat lucernas ardentes in manibus. Vnus autem sacerdos offert sacrificiũ volucrum, *k* quia non est contemplatiua vita plurimorum, sed paucorum, qui tota mente se offerunt Deo, nil humanum vltra cogitantes. *Leuit.* 1. *c.* 2. *a.* 12. *c.* Et sacerdos Heliopoleos, est cultor mentis. *Genes.* 41. *f.* 47. *e.* Sacerdotes autem gementes, *l* sunt partes animæ superiores, quæ diuinum cultum exercere debent. *Thren.* 1. *b.* Et omnes fideles sunt sacerdotes, si custodierint dignitatem vnctionis, de qua Ioannes dicebat. Et vos vnctionem habetis à Sancto. 1. *Ioan.* 2. *d.* 1. *Petr.* 2. *a.* Et quia sunt membra summi sacerdotis. Et sacerdos qui offert sacrificium, est animus sanctus, qui autem non sic offerunt, sunt virgines fatuæ. Et sacerdotes Christi, sunt eius ministri ex Gentibus, qui sunt sacerdotes religione perpetua. *Exod.* 29. *b. Psalm.* 131. *Isa.* 66. *g.* Sacerdos, qui holocaustum offert, *m* est vnusquisque perfectè sapiens, quia sacerdotium perfectionis exemplum est. *Leuit.* 6. *b.* Sacerdotale quoque regnum est in Ecclesia. *Eccles.* 19. *a.* Et sacerdos fidelis *n* est sacerdos noui testamenti, & etiam quilibet bonus. 1. *Regum.* 2. *g.*

Fideles.

Perfectè sapiens.

Sacerdotes noui testamenti.

Apostoli.

Prælati.

Doctores.

Sacerdotes peculiariter dicuntur Apostoli, *o* & eorum successores ac doctores, sicut filij Dauid erant sacerdotes. 2. *Reg.* 8. *d. Isa.* 61. *c.* Et sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sunt perfecti, & participes mysteriorum. *Exod.* 19. *d.* Ipsi præcedunt populum in transitu Iordanis, exemplo *p* videlicet & doctrina. *Iosu.* 3. *c.* 4. *b.* Ipsi accendunt lucernam verbi Dei. *Ezech.* 40. *b.* Ipsi canunt tubis, *Iosu.* 6. *c.* Ipsi sunt custodes templi. *Num.* 3. *f.* Horum etiam officium est dare consilium accedendi ad Deum, quia sacra debent semper consulere, ideò qui hæc consulit, sacerdos est. 1. *Reg.* 14. *c. f. Iob.* 12. *c.* Sacerdotes quoque Philisthinorum, dici possunt prædicatores, & sacerdotes Ecclesiæ, qui pollere debent sanctitate. 1. *Reg.* 6. *a.*

Prædicatores.

Angeli.

Deus pater.

Christus.

Diabolus.

Princeps secularis.

Christus.

Adam.

Pontifex.

Sensus pietatis.

Primates.

Sacerdotes interdum dicuntur *q* angeli, qui offerunt pro nobis orationes. *Ezech.* 46. *a.*

Sacerdotes minores paucioribus indumentis vtuntur, *r* quia non ita perfecti vt maiores. Hi sunt qui excubant ad ministeriũ altaris: quia intendunt inuestigandis & corrigendis peccatis populi, vt eos ad pœnitentiæ lamenta perducant, & quasi incendant carnem in sacrificio, quam prius viuere permiserant in peccato. *Ezech.* 40. *g.*

Sacerdos Madian, apud quem mansit Moses, significare potest *s* Deum patrem, & etiam Christum, patrem animarum eruditarum, & è diuerso diabolum, & principem secularem. *Exod.* 2. *c.* 3. *a.* 18. *a.*

Sacerdos peccans, intelligi potest *t* Christus in membris suis, qui etiam est sacerdos offerens pro peccato. Vel fuit Adam, qui peccauit, & peccare fecit totum genus humanum. Vel est pontifex alios ad peccatum trahens: vel sensus pietatis & religionis. *Leuit.* 4. *a.*

Sacerdotes ad literam dicuntur aliquando *u* primates. *Genes.* 41. *f.* filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos. *Exod.* 2. *c.* Erant autem sacerdotes Madian. Et filij Dauid erant sacerdotes. 2. *Reg.* 8. *d.*

Inuestigatio & retractatio.

Sacerdotes portantes arcam, *Ios.* 3. *d.* sunt *x* ignotorum inuestigatio, & cognitorum retractatio, qui portant arcam contemplationis in Iordanis fluenta, quum per inuestigationis & retractationis studium, ad desideriorum nostrorum considerationem, nostræ contemplationis oculum reflectimus. Possunt etiam designare corpus & animam. *Psalm.* 73.

Corpus & anima.

Sacerdos, qui transiuit relicto vulnerato, *y* est lex, quæ non sufficiebat saluare. *Matth.* 8. *a. Luc.* 10. *c.*

Lex non saluans.

Sacerdotes polluentes sanctum, sunt mali sacerdotes Ecclesiæ, & etiam mali doctores. *Soph.* 3. *a. Malach.* 1. *b.*

Sacerdotes & doctores mali.

Sacerdotes Domini Ophni & Phinees, *z* Scribas & Pharisæos designant, qui habebant fidem, & non opera: ideò erant vt sepulchra dealbata. Qui ideò dicuntur esse in Silo, quia occidendo Christum, inuenerunt redemptionem generis humani, licèt malo animo ipsi occiderint. 1. *Reg.* 1. *a.* 4. *b.* Et sacerdos Eli, est populus Iudaicus cum sacerdotio, vel etiam patriarchæ. Et sacerdotes impij, sunt principes Iudæorum. 1. *Regum.* 2. *g.* Ipsi dicebant. Vbi est Deus? quia non quæsierunt Christum. *Ierem.* 2. *d.* Et sacerdotes Baal sacrificantes, & clamantes, & incidentes se, *aa* fuerunt principes & sacerdotes Iudæorum, qui coluerunt latronem Barabbam, & clamauerunt: Crucifige, & perfuderunt se sanguine, dicentes: Sanguis eius super nos. Occisi sunt autem, cùm destructa est Hierusalem. 3. *Reg.* 18. *f.*

Sacerdotes & principes Iudæorum.

Seruientes diabolo.

Sacerdotes hæreticorum & Iudæorum.

Principia operationis pravæ.

Sacerdotes Pharaonis, sunt *bb* seruientes diabolo, qui liberas habent possessiones, quia diabolus eos pascit terrenis. Contra, sacerdotes Christi nihil habent, sed sunt pars Domini. *Genes.* 47. *e.* Et sacerdotes Dagon, seu Iudæorum, sunt qui adhuc seruiunt diabolo per praua desideria. *Iudi.* 17. *d.* 18. *a.* 1. *Reg.* 5. *b.* 3. *Reg.* 13. *a.* Et sacerdotes Israël, erant sacerdotes hæreticorum & idolorum qui sunt sacerdotes interficientes. *Hos.* 5. *a.* 6. *d.* 7. *c.* Et sacerdotes ebrij, sunt sacerdotes hæreticorum & Iudæorum, prauè intelligentes scripturas. *Isa.* 28. *b.* Sacerdotes etiam Baalim, sunt principia operationis aduersæ seu pravæ. 3. *Reg.* 18. *e.*

Societas fidei.

Sacerdotalis pars vna, ad quam admitti petent Iudæi, *cc* est societas fidei, 1. *Reg.* 2. *f.* Vel est beatitudo, de qua dicitur, Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes.

Beatitudo.

Sacramentum.

Sacramentum, à sacro dictum est, quod iurisiurandi sacratione interposita geritur, & interdum ponitur pro arcano & mysterio, quasi sacrum secretum, vt *Tob.* 12. *b.* Sacramentum regis abscondere honorificum est. *Sapi.* 2. *d.* Nescierunt sacramenta Dei. *Ephes.* 1. *b.* Notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ. *Daniel.* 2. *c.* Vt quærerent misericordiam à facie Dei cœli super sacramento isto. *Apocal.* 17. *d.* Ego dicam tibi sacramentum mulieris & bestiæ.

Sacrarium.

Sacrarium, est locus sacer in templo, in quo sacra reponuntur: de quo 1. *Corint.* 9. *b.* Qui in sacrario operantur, de sacrario viuunt.

a *Glo. ord. su. Exod.* 35.
b *Glo. ord. su. Exod.* 13.
Isy. s. Leu. 27.
c *Glo. ord. su. Exod.* 40. *Glo. int. s. Leu* 7. *Isy. s. Leu.* 27.
d *Glo. inte. su. Exod.* 35.
e *Phil. de temulentia.*
f *Ar. s. ps.* 105
g *Ori. s. Io. ho.* 27. *& s. Le. h.* 5. 12. *Am. de fuga. secu.* 2. *& su. Luc.* 1. *Hie. s. Agg.* 1. *& s. Zac.* 3. *Aug.* 12. *ciui. Dei.* 17. *& s. ps.* 26. *Georg. Venet. Cant.* 2. *tom.* 3. *ca.* 2.
h *Isyc. s. Leu.* 2. 4. 21. *Eu. for. spir.* 1. *Ru.* 1. *s. Re.* 10
i *Philo. quòd Deus sit immutabilis. Ori. s. Io. h.* 18.
k *Orig. s. Leu. hom.* 1. 15. *Isyc. s. Leu.* 1. *Phil. de somn. Am.* 4. *de sac.*
l *Hier. epist. Qui dabit capiti. Gre.* 25. *m.* 7.
m *Isy. s. Leu.* 6.
n *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
o *Hie. s. Is.* 61. *& s. Exe.* 40.
p *Orig. s. Iosu. hom.* 4. 7. *Ori. s. Ezech. hom.* 22. *& s.* 1. *Re.* 14.
q *Hie. s. Ezec.* 46.
r *Or. s. Leu. h.* 6.
s *Gre. s. Exee. hom.* 22.
t *Bed. s. Exod.* 2.
u *Isy. s. Leu.* 4. *Ru.* 1. *s. Le.* 14
x *Ric. de San. Vict. de exter. mali.* 21. *Arn. s. ps.* 73.
y *Orig. s. Luc. hom.* 34. *Hil. s. Matth. Can.* 7.
z *Gre. s.* 1. *Re.* 1. 2.
aa *Ru.* 5. *s. Re.* 9.
bb *Ori. s. Gen. hom.* 16. *Gre. s.* 1. *Re.* 5. *Hier. s. Is.* 28. *& s. Ho.* 5. 6. *Anton. epi.* 2.
cc *Gr. s.* 1. *Re.* 2.

Digitized by Google

Sacrarium, in quo non est plantandus lucus, est *a* anima, in qua reponuntur sacræ virtutes, & ipse Deus requiescit. *Anima.*

Sacrificare, Immolare, Libare, Delibatio, Sacrificium.
Hostia, Holocaustum, Libamen, Victima.

Sacrificare, *b* generale nomen est, vt sit idem quod sacrum facere, & sacrificium res diuina. Immolare autem, est quasi mola, id est, farre molito & sale hostiam fusam sacrificare. Libare autem, est leuiter degustare, & quasi summis labiis attingere, quod quia fiebat in sacrificiis, sumitur pro sacrificare. Porrò hostia erat animal, quod immolabatur & mactabatur, quæ etiam victima dicitur. Holocaustum autem erat hostia, quæ tota igne comburebatur, & absumebatur. Libamen verò & libamentum est, quidquid in sacris libatur, & peculiariter quæ adiungebantur hostiæ: vt simila, oleum, thus, &c. Oblatio etiam similæ, & olei, quæ additur holocausto, dicitur sacrificium. *Ezech.* 46. *b.* Sacrificium quoque dicitur fieri de simila, libatio verò de vino, & generaliter de liquidis. *Ioel.* 3. *b.*

Sacrificium salutare, quod & hostia pacifica dicitur, significare solet imprimis Christum, & Eucharistiam. *c* *Leuit.* 1. 3. 7. 9. Ipse est hostia, quã Deus præparauit. *Soph.* 1. *b.* *Exod.* 10. *f.* 18. *b.* 34. *c.* Et hostia expiationis. *Exod.* 29. *c.* Et hostia, quæ est sancta sanctorum. *Leuit.* 14. *b.* Ipse etiam Christus vel eius caro, est holocaustum tam de ariete, quàm de agno anniculo. *Genes.* 22. *a.* *Leuit.* 9. *b.* 16. *a.* *f* *Psalm.* 19. Ipse est *d* delibatio sancta. *Rom.* 11. *b.* Et sacrificium vespertinum, quia ad vesperam passus est. *Psalm.* 140. Ad immolandum autem ascendens Elcana, *e* designat Christum, qui obtulit semetipsum pro nobis. 1. *Reg.* 1. *a.* Et immolatio eius est ipsa passio, quum tanquam ouis ad occisionem ductus est. *Isa.* 53. *c.* Immolauit quoque victimas sapientia, quando *f* Christus suis passionibus Ecclesiam consecrauit vel vitam prædicantium mactari in persecutione permisit. *Prouerb.* 9. *a.* Sacrificium autem coctum in clibano est Christus in vtero Virginis formatus. Designare etiam potest doctrinam, quæ ex charitate procedit. *Leuit.* 2. *b.* Et sacrificium de craticula, *g* mortem Christi designat, & etiam patientiam in multiplici passione. *Leuit.* 2. *c.* Sacrificium quoque voluntarium, fuit *h* passio Christi. *Psalm.* 53. Immolatio etiam vaccæ extra castra, *i* designabat Christum extra portam Hierusalem passurum, & immolabatur coram omnibus, ex quorum genere fuerunt; qui ipsum publicè immolaturi erant. *Num.* 19. *a.* Decima autem die agnus tollebatur & non immolabatur vsque ad quartam decimam diem. *Exod.* 12. *c.* quia *k* per legem quidem Christi passio præfigurabatur, & tamen per Euangelij quadrigã narratur passus. Denarius enim numerus ad legem pertinet, propter decem verba legis. Quaternus verò ad nouum testamentum, propter Euangelia. Hostiæ multiplicantur iuxta multitudinem peccatorum. Et Sancti diuersi, diuersæ sunt hostiæ. Sed in his omnibus vnus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccata, & ideò cessauerunt cæteræ hostiæ, quia talis hæc fuit hostia, vt vna sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæteri enim precibus peccata, hic solus potestate dimisit. Immolare passerem in vase fictili, designat passionem Christi, vel fidem passionis eius. *Leuit.* 14. *a.*

Christus. Eucharistia. Caro Christi. Christus in vtero Virginis. Doctrina ex charitate. Mors Christi. Pœnitentia. Fides passionis.

Hostia solennis Elcana. 1. *Reg.* 1. *c.* designauit *l* præsentationem humanitatis Christi in cælo & etiam ineffabilem amorem eruditionis. Immolat etiam hostiam solemnem, qui per eloquia prædicationis, auditorum corda in amorem conditoris accendit, & qui sublimia æternitatis gaudia contemplatur.

Præsentatio humanitatis Christi in cælo. Prædicatio. Contemplatio æternitatis.

Victimæ, quas mactauit sapientia. *Prou.* 9. *a.* sunt *m* solidus doctrinæ cibus, vel ipse Christus. Et liba vini, designant oblationem sanguinis Christi, & virtutem gratiæ spiritualis, & poculum doctrinæ, vel passionis & martyrij, & feruorem dilectionis, & perfectionem quam infert Spiritus sanctus. *Exod.* 29. *g.* *Leuit.* 6. *c.* 23. *c.* Non libant autem Domino vinum hæretici, quia eorum nec doctrina nec opera placent Domino. *Hose.* 9. *a.* Holocaustum quoque dicitur *n* ipsum martyrium, quo totus homo offertur Deo. *Psalm.* 65. Et immolare arietem alterum, est offerre Deo Martyres, & peculiariter Petrum. *Exod.* 29. *c.*

Solidus doctrina cibus. Oblatio sanguinis Christi. Martyrium. Feruor dilectionis. Perfectio. Confessio fidei Fides.

Sacrificium Domini, est *o* confessio humanitatis, & diuinitatis Christi. 1. *Reg.* 2. *d.* Et immolare victimas, est offerre Deo veræ fidei confessionem. *Exod.* 24. *b.* Sacrificium autem sacerdotum crematur totum quando totam fidem passionis & incarnationis Christi offerimus, nec quicquam prætermittimus.. *Leuit.* 6. *c.* Holocausta quoque medullata significant fidem, vel interiora cum charitate, vel corpus Christi, vel corpus & animam. *Psalm.* 65.

Corpus Christi. Holocausta. Corpus & anima.

Holocaustum, quod obtulit Iephthe, offerens filiam suam virginem, est *p* Ecclesia, quam offert Christus Patri sine macula & ruga. *Iud.* 11. *g.*

Ecclesia.

Sacrificium, est *q* homo, Dei nomini consecratus, & Deo deuotus, quatenus mundo moritur, vt Deo viuat. Ipsũ quoque corpus quum per temperantiam castigatur, & multò magis anima, quum se refert ad Deum, vt igne eius amoris accensa, formam concupiscentiæ secularis amittat. *Exod.* 29. 40. *Leu.* 6. *d.* 9. 10. *c.* 14. *Psalm.* 4. 50. *Rom.* 12. *a.* Et mali fiunt victima, quando conuertuntur. *Iere.* 11. *a.* *Marc.* 9. *d.* Hostia autem offertur sine macula, quando non vna sola virtus offertur, vt virginitas sine humilitate, sed omnes simul. Hostia quoque pro peccato, est homo in baptismo, & pœnitentia. *Leu.* 4. 7. *Iob.* 42. *b.* Sacrificium autem pro peccato diuidebatur in duas partes, vna comburebatur, altera cedebat in vsum sacerdotum, ad significandum expiationem peccatorum fieri ministerio sacerdotum, nisi quando offerebatur sacrificium pro peccato totius populi.

Homo consecratus Deo. Corpus & anima.

Sacrificia Domini sempiterna *r* duplicem sensum sacræ scripturæ significare possunt, sed principalius sacrificium sempiternum est lex spiritualis. *Leuit.* 6. *c.* Hostia quoque dici potest litera legis, cui detrahitur pellis, hoc est, velamen literæ. *Leuit.* 1. *b.*

Lex cum sensu spirituali.

Sacrificium de simila, est *s* inferior cognitio. *Leuit.* 2. *a.* *b.* 6. *c.* 7. 14. *b.* Vel quum simia sit delicatissima farina, poterit designare ipsam sapientiam, & sacrificium de simila erit oblatio sapientiæ, quæ est præcipua inter dona Spiritus sancti. Sacrificium perpetuum, quod die ac nocte crematur, offerunt sacerdotes, vt à perfecta sapientia incipiens, in eadem finiatur, & tota vita componatur ad perfectionem. *Leuit.* 6. *b.*

Inferior cognitio. Sapientia.

Sacrificium populi in excelso, & hostia, quam benedicebat. 1. *Reg.* 9. *b.* est *t* deuotio electæ plebis, ad audienda excelsa verba Dei. Sed antequàm benedicatur à Samuele, & audiat verbum Dei, est quidem munda, sed post benedictionem, est etiam mundans, quia augetur charitas, quæ operit multitudinem peccatorum. *Iacob.* 5. *d.* Hostia quoque gratiarum, est oratio, *Leuit.* 7. *b.*

Deuotio fidelium. Oratio.

Hostia pacificæ, sunt *u* victimæ labiorum confitentium nomini Dei, vt ad ipsum pacem habeamus *Genes.* 28. *d.* Holocausta etiam erunt laudes, quæ offerentur in patria, sine alicuius defectus admistione. *Psal.* 50. In hac autem vita est sacrificium laudis honorificans Deum. *Psal.* 49. Ad hæc etiam referri potest holocaustum adipis. *Leuit.* 3. 4. 5. 8. 9. Hostia quoque vociferationis *x* est sacrificium laudis. *Psal.* 26. Sacrificat autem voluntariè Deo, qui eum laudat, non propter aliquod creatum, sed solùm quia bonus est. *Psal.* 53. Sacrificium, quoque iustitiæ, est hostia laudis, quia redditur Deo quod suum est. *Psalm.* 4. 1. *Reg.* 2. *d.*

Laudes Dei.

Sacrificium sunt etiam *y* opera misericordiæ, & sacrificium vespertinum quod fit per eleuationem manuum, sunt opera misericordiæ cum oratione, & etiam, quæ fiunt proxima iam morte. *Psalm.* 49. 140. Et sacrificium iustitiæ, est quale obtulit Abel, quum quis exerceat opera iustitiæ. Sacrificium etiam iustitiæ, est sacrificium passionis Christi, *Psal.* 4. 50. 115. Offeruntur quoque sacrificia in iustitia, hoc est, per opera iustitiæ. *Malac.* 3. *a.* *Isa.* 19. *d.* *Ioan.* 2. *d.* Holocaustum etiam est opus omninò perfectum, ideò in holocausto, offerebatur masculus, & non fœmina. *Exod.* 20. *d.* *Leu.* 1. *c.* Hostia etiam pro gratiarum actione, Est Euangelica conuersatio, quæ comedi debet eodem die, quia nunc est implenda, & non est expectandum futurum seculum. *Leuit.* 22. *d.* Libamina quoque ex liquidis, sunt vota bonorum operum. *Genes.* 35. *b.* *Exod.* 25. *c.* 37. *Leuit.* 14. *d.* Sunt etiam victimæ eorum, qui se à communi publico nequaquam separant, sed singulari virtute agunt, vt virtutes aliorum districtius transcendant. 1. *Reg.* 15. *e.*

Opera misericordia. Opera iustitiæ. Opera perfecta.

Holocausta propriè erunt *z* in fælicitate, quando nihil restabit offerendum, quod non offeratur. *Exod.* 20. *d.* *Leuit.* 1. *c.*

Fœlicitas.

Sacrificium de ouibus, quod obtulit Abel, innocentiam cum fide noui testamenti Deo gratam significat. Sacrificium verò Cain de fructibus terræ, terrena opera veteris testamenti, quæ non erant accepta Deo. *Gen.* 4. *a.*

Innocentia cum fide. Opera terrena veteris testamenti. Obedientia.

Victimæ

a *Phil.* 1. *alle.*
b *Hie. ſ. Poe.* 1.
c *Orig. ſ. Leu. hom.* 15. & *ſ. Gen. hom.* 8.
Aug. ſ. pſ. 19.
Chr. in pſ. 75.
d *Ori. ſ. Re.* 11.
e *Gre. ſ.* 1. *Re.* 1.
Au. ſ. pſ. 140.
f *Bed. ſ. Pro.* 9.
g *Glo. in ſ. Leuit.* 2.
h *Hil. ſ. pſ.* 53.
i *Augu. qu. in Num.* 33.
k *Bed. ſ. Exod.* 11.
Orig. ſ. Num. hom. 24. *Ori. ſ. Leu. ho.* 8.
l *Gr. ſ.* 1. *Re.* 1.
m *Baſi. ho. in prin. pro. Gre.* 17. *mo.* 14.
Iſy. ſ. Leu. 23.
Hie. ſ. Hoſe. 9.
n *Au. ſ. pſ.* 65.
Lyr. ſ. Ex. 29.
o *Gre. ſ.* 1. *Re.* 2.
Iſy. ſ. Leu. 6.
Hie. & *Aug. ſ. pſ.* 65. *Aug. q. in Iudi.* 49.
p *Au.* 10. *ciu. Dei.* 6.
q *Orig. ſ. Leu. hom.* 4. & *ſu. Rom.* 12.
Hie. ſ. Ier. 12. & *ſ. Marc.* 9.
Chr. in pſ. 95.
Am. 3. *offi.* 14.
Thom. 1. 2. *q.* 102. *art.* 3.
r *Orig. ſ. Leu. hom.* 4.
Gloſſ. int. ſup. Leu. 1.
ſ *Gloſſ. int. ſu. Leu.* 2.
Iſy. ſ. Leu. 6.
t *Gre. ſ.* 1. *Re.* 9.
u *Ruper.* 7. *ſ. Gen.* 25.
Chr. in pſ. 95.
Aug. ſ. pſ. 49.
x *Hie. ſ. pſ.* 26.
Au. ſ. pſa. 26. 53.
Gre. ſ. 1. *Re.* 2.
y *Au.* 10. *ciu. Dei.* 6. & *ſu. Pſal.* 49.
Ori. ſ. 1. *Reg. hom.* 1.
Arno. & *Hil. ſp. ſ.* 140.
Chr. in pſ. 95.
Amb. apol. Dauid. 17.
Baſi. ſ. pſ. 115.
Hie. ſ. Iona. 2.
Orig. ſ. Leu. hom. 9.
Hil. ſ. pſ. 65.
Iſy. ſ. Leu. 22.
Gloſſ. int. ſup. Exod. 25.
Gre. ſ. 1. *Reg.* 14. 15.
z *Chry. pſ.* 95.

Digitized by Google

Actus potentiarum.
Puritas vitæ.
Contemplatio cælestium.
Perfecta seculi renunciatio.
Pœnitentia.
Vita cælebs.
Orationes cum vita immaculata.
Eucharistia.
Perfecti.
Cõmunia vota fidelium.
Spiritualis conuersatio.
Prædicatio ex charitate.
Communicare doctrinam & sacramẽta Gentilibus.
Offerre Deo principia operum.
Oblatio coniugatorum.
Iudiciũ Dei.
Munera simoniaca.
Idololatria.
Pactum cum dæmonibus.
Opera hæreticorum.

Victimæ pacificæ *a* obedientiam Deo gratam significare possunt. *Exod.24.b. Leuit.4.g.7.b.* 1.*Reg.*10.*b.*

Victima holocausti, quam sibi prouidet Deus, dici possunt *b* actus potentiarum ordinati à Deo. *Genes.22.b.*

Holocaustum de volucribus & pecoribus mundis, *c* puritatem vitæ, & contemplationem cœlestium significare potest. *Genes.8.d. Exod.*10.*f.*35.38.*a. Leuit.*1.*c.*6.*c.*14.*b.*15.*c.* Holocaustum autem est omnimoda seculi renunciatio, & voluptatum plenissima abnegatio: totum se enim quis Deo per intelligibilem ignem spiritus offert, non iam terrenus, sed spiritualis, & quodammodo cœlestis effectus. In holocaustum etiam offertur corpus proprium, quum per pœnitentiam castigatur. *Exod.24.b.* In holocaustum quoque offeruntur interiora. Holocausta enim sunt eorum qui se omninò subtrahere volunt à publico operis, vt Deo se totus per amorem inflammatos offerant in secreto contemplationis. 1.*Reg.*15.*e. Ierem.*17.*d. Mich.*6.*b. Psalm.*49. Holocaustum etiam offert, *d* qui cœlibem agit vitam. *Num.*28.*a.* Holocaustum autem iuge, sunt orationes continuæ cum vita immaculata, & non interruptæ, per peccatum. Et holocausta Salomonis sunt orationes in Ecclesia. 3.*Reg.*10.*a.* Et holocausta medullata, *e* sunt orationes cordis & otis. *Psalm.*65. Oblatio autem munda sacrificatur Deo in omni loco in Ecclesia, *f* hoc est, orationes & Eucharistia. *Mala.*1.*c. Ezech.*40.*e.* Holocaustum quoque offerre, est totam mentem igne compunctionis incendere, vt in ara amoris cor ardeat, & quasi delicta propriæ sobolis, inquinamenta cogitationis exurat. Offert etiam holocausta per singulos filios, vt Iob, qui *g* pro vnaquaque virtute, vt pura esse debeat, preces Domino fundit. *Iob.*1.*a.* Fiebat autem holocaustum de turture & columba, ob excellentiam volatus, & etiam offerebatur pro peccato ob gemitum.

Hostia pacifica significat *h* perfectos, & communia vota fidelium, & spiritualem conuersationem. Hoc sacrificium erat proficientium, & ex eo fiebant tres partes, vna incendebatur & altera erat sacerdotum, tertia offerentium, quia salus est à Deo, dirigentibus ministris, cooperantibus hominibus, qui saluantur. Huius hostiæ pectusculum & armus dexter erant sacerdotis, vt designaretur ad ipsum pertinere sapientiam & fortitudinem. *Leuit.*1.3.7.9.

Holocaustum de vaccis offert doctor, *i* quum nihil de scripturis intelligit, quod non amoris flamma comburat. Eodem referuntur holocausta Bethsamitarum. 1.*Reg.*6.*d.* Sacrificium etiam est ipsa prædicatio. Immolatio autem Iacob, cum Laban. *Genes.*31.*d.* Designauit communicationem doctrinæ & sacramentorum Gentilibus factam vnde victimæ dici possunt ipsa sacramenta. *Genes.*43.*d.*46.*a.*

Immolare primogenita, *k* est offerre Deo primordia bonorum operum. *Exod.*13.*c.*

Holocaustum de armento offerre, est coniugatorum, vt Iob, qui sub iugo coniugij domui suæ benè præfuit, & filios suos in omni pietate subditos erudiuit, holocausta per singulos offerens, & Deo gratias agens totum bonum illi tribuendo. *Leuit.*1.*a.* Victimæ quoque quæ non penitus comburebantur, *l* pertinent ad coniugatos. *Isa.*36.*c.*

Victima Domini in Bosra, designat *m* iudicium vindictæ Dei in terra faciendum. *Isa.*34.*b.* Immolauit quoque Deus victimam auibus & bestiis: quando tradidit hæreticos & Iudæos dæmonibus. Et eisdem immolauit victimam de Gog. *Ezech.*39.*a.*

Sacrificium pro delicto, *n* est sacerdotis, quia conuertit peccatorem. *Leuit.*7.*a. Ezech.*44.*g.*

Sacrificia mortuorum, sunt *o* munera Simoniaca malorum, & etiam hostia pacifica & holocaustum, quod offertur idolo, quæ sunt, quum quis pactum habet cum dæmonibus. *Exod.*32.*b.* 4.*Reg.*10.*d. Psalm.*105. *Eccles.*35.*b.* 2.*Mach.*4.*c.* Victimæ quoque meretricis, sunt *p* hæreticorum opera, quibus arbitrantur, se obsequium præstare Deo, etiam persequendo fideles. *Prou.*7.*c.* Ad hæc pertinet holocaustum de rapina, quod odit Deus. *Isa.*61.*c.* Et sacrificium & holocaustum, quod non vult Dominus, *q* sunt eleemosynæ & alia opera cum errore fidei. *Hosee.*6.*c.*

Quum dicit Deus, se non præcepisse sacrificiorum & holocaustorum legis veteris oblationem, ostendit *r* se potius eam permisisse: ne videlicet offerrentur idolis. Item quia intentionem legislatoris, hi, qui acceperunt transgressi sunt. Cum enim subtilis esset, & valde sublimis lex, & propterea absconsa esset in superficie literæ, quatenus perscrutantes eam discerent, oportebat prius, vt suos sensus emendarent: quod si non agerent, non poterant ad veros sensus peruenire, sed ipsi fingebant sensus & traditiones, quas Deus non præceperat, *Isa.*1.*c. Ierem.*7.*e. Hose.*5.*f. Psalm.*49.

Frænatio concupiscentiæ.
Sitis sanguinis Christi.
Seruire Deo pura mente.
Simplicitatẽ offerre.
Mactare concupiscentias.
Pœnitentia.
Mortificatio carnis.

Libans Dauid aquam Domino, quam prius concupiuerat. 2.*Reg.*23.*c.* typus est *s* rationis præcedentem concupiscentiam frænantis. Vel significauit se sitire sanguinem Christi, quam sitim nulla temporalis consolatio sedare valebat.

Sacrificare petebat Moses in deserto, & non in Ægypto, *t* quia in tenebris secularibus, & negotiorum obscuritate, non potest seruiri Domino, sed in ociosa mente, & longè secedente à mundanis moribus. Sacrificant autem in Ægypto, quia sola fide seruiunt Deo, sacrificant in deserto, qui fidei addunt puritatẽ vitæ. *Exod.*5.*a.* Immolare autem super montem, est *u* in sublimitate vitæ & perfectionis offerre. *Exod.*3.*b.* Immolare quoque abominationes Ægyptiorum, est virtutes operari, & simplicitatem offerre, quam reprobi abominantur, vel mactare concupiscentias & vitia, quæ Ægyptij colunt. *Exod.*7.*c.*8.*f.* Immolare quoque vitulum, *x* est mortificare carnem, idque coram Domino, non ad inferiorem gloriam, sed ad superna intendendo. *Leuit.*1.4.8.16.

Immolant Domino greges & armenta Amalec, *y* quando lubrici & incontinentes ad confessionem veniunt, & quod nequiter egerunt, pœnitendo delere satagunt. Primitias autem cæsorum reseruant ad immolandum, qui peccata deserunt, nec plangunt. 1.*Reg.*15.*e.* Sic victimas offerre est carnis concupiscentias domare. *Exod.*8.*f.*30.*a.* Quasi autem viua, sed bruta caro mactatur, ℨ quando quilibet irrationabilis appetitus, vel affectus in nobis, carnis contritione mortificatur. *Daniel.*2.*g.* Immolat etiam pafferem in vase fictili, *aa* qui carnem suam mortificat. *Leuit.*14.*a.*

Immolare agnum ad latus altaris, *bb* est à malo cessare, vel passionis Christi memoriam pro gentibus offerre. *Leuit.*1.*c.* Immolare autem hostiam pacificam in introitu tabernaculi, erat imperfectorum, & à malo cessare incipientium. *Leuit.*3.*a.*

Immolatur hostia pro peccato, vbi offertur holocaustum, *cc* vt nouerit homo se sanctificatum esse per peccati remissionem. *Leuit.*4.*e.*6.*d.*14.*b.*

Imitatio Christi.

Immolant vitulum Anna & Elcana, quia *dd* quod prædicator docet, Christus infundit in corde benè proficientis. 1.*Reg.*1.*d.* Tunc quoque immolat prædicator, quando electa corda per amorem suscipiunt hoc, quod in verbo & exemplo doctoris radiat de imitatione Redemptoris. 1.*Reg.*16.*a.*

Emendatio infamia.
Obedientia.

Immolare hircum pro peccato principis. *Leuit.*4.*e.* est *ee* per emendationem tollere infamiam, quia hircus ductor est gregis.

Immolare victimas, est *ff* internæ iucunditatis bonum Deo offerre, & obsequium obedientiæ, quo dæmones superantur, præstare. 1.*Reg.*6.*c.*10.*b.*

Non immolandus eodem die fœtus cum matre. *Leuit.*22.*d.* designat *gg* non debere seruare simul legem Euangelicam cum lege veteri, sed vtramque suo tempore. Idem quod Christus non eodem die erat occidendus, quo immolabatur agnus, sed postero.

Iudæi immolantes dæmonibus.

Immolantes Philisthim hostias magnificas Dagon, capto Samsone. *Iud.*16.*f.* designant *hh* Iudæos, qui post mortem Christi iam non Deo, sed dæmoniis immolabant.

Tollentes diuinam prouidentiam.

Libant super mensam Fortunæ, *ii* qui diuinam prouidentiam tollunt. *Isa.*65.*b.*

Cultus errorum.

Libant Diis frustra, qui colunt errores. *Isa.*11.*c.*18.*c.* Et immolant frustra bobus in Galgala *kk* hæretici, qui in errorum voluptatibus instar boum pro terrenis laborant. *Hose.*12.*d. Exod.*22.*c.*32.*b.*34.*b.* Et sacrificant homines vitulis, qui ipsos in errorem inducunt. *Hose.*13.*a.* Et sacrificant filios & filias sculptilibus Chanaan, *ll* qui tradunt simplices irrisoribus legis Dei. *Psalm.*105. Et sacrificãt idolis libamina, *mm* qui diabolo & erroribus discipulos dedicant. *Isa.*57.*b. Ezech.*16.*c.* Sacrificant autem super lateris hæretici, qui errores suos dialectica nituntur arte firmare. *Isa.*65.*a.* Et sacrificant super montes, aut capita montium, quando superbè colunt suos errores. *Isa.*65.*b. Hose.*4.*c.*

mm *Hier. sup. Ezech.*16. *& sup. Isa.*65. *& sup. Ho.*5.

a *Gre. s.*1. *Re.* 10.
b *Philo. de profugis.*
c *Isy. s. Leu.*1. *Ori. s. Leu. ho.* 5. *Gre. s.*1. *Re.* 15. *& s. Eze. hom.*20. *Hie. s. Ier.*17. *& s. Mich.*6. *Aug. s. ps.*49.
d *Ori. s. Num. hom.*23. *& s. Cant. hom.*2.
e *Ar. s. ps.*65.
f *Hie. s. Mal.* 1. *& s. Ezec.* 40. *Chry. in Psal.* 95.
g *Gre.*1. *mor.* 35.
h *Orig. s. Leu. hom.*2. *Isyc. s. Leu.* 1. *Thom.*1. 2. *q.* 102. *art.*3. *Rup. s. Leu.*12.
i *Gr. s.*1. *Re.*6. *Chry. in ps.*95 *Glo. inte. sup. Gen.*31.
k *Glo. inte. su. Exod.*13.
l *Hie. s. Is.*56.
m *Hier. s. Is.* 34. *& s. Eze.* 39.
n *Orig. s. Leu. hom.*5.
o *Arno. s. ps.* 105.
p *Bed. s. Prou.* 7.
q *Hie. s. Ho.*6.
r *Hie. s. Ier.*7. *Isyc. s. Leu.*1.
s *Amb.* 1. *de Iacob.* 1. *& apol. Dauid.*7.
t *Ori. s. Exod. hom.*3. *Cyri. de ador. in Spiritu sancto.*
u *Gloss. int. s. Exod.*3. *Amb. epist.*4. *Gre. mor.* 27.
x *Ori. s. Leu. hom.*1. *Isyc. s. Leu.*1.
y *Gre. s.*1. *Re.* 15.
z *Ric. de San. Vict. de somn. Nabuc.*37.
aa *Ori. s. Leu. hom.*8.
bb *Glo. ord. s. Leu.*1.3.
cc *Ori. s. Leu. ho.*5.
dd *Gr. s.*1. *Re.* 1.16.
ee *Lyr. s. Leu.* 4.
ff *Gre. s.*1. *Re.* 6.
gg *Isyc. s. Leu.* 22.
hh *Ru. s. Iud.* 25.
ii *Hie. s. Is.*65
kk *Hie. s. He.* 12.
ll *Arno. s. ps.* 105.

Digitized by Google

Hoſe.4.c. Et etiam in agro. *Ierem.17.a. Hoſe.11.a.* Item in hortis, quando erroribus ſuis addunt voluptates, quaſi Deo gratas. *Iſa.65.a.* Victimas quoque declinant hæretici in profundum, qui deceptos à ſe dæmonibus tradunt. *Hoſe.5.a.* Item qui opera pœnitentiæ, & laborioſa faciunt ob aliquem terrenum finem. Immolat quoque filios Hieruſalem, qui *a* fideles in errorem inducit. *Iſa.57.b. Exech.16.c.* Et immolat filios & filias dæmoniis, qui ſenſus & cogitationes illis offerunt. *Pſalm.105.*

Sacrificant cum effœminatis, *b* qui colunt libidinem, & qui errorum magiſtros ſequuntur. *Hoſ.4.d.* — *Colere libidinem.*

Sacrificat diabolus, aut hæreticus reti ſuo, *c* quum fraudes & ſermonem ſuum quaſi Deum adorant. *Habac.1.d.* Idem qui aurum & argentum colunt, tanquam per illa imperantes.

Immolare ſanguinem ſuper fermento. *Exod.23.e.34.c.* eſt *d* offerre hoſtiam impuram, nec Deo placentem, ideò prohibetur. — *Hoſtia impura.*

Hoſtia gratiarum eſt ſecularis ſcientia. *Levit.7.b.*

Immolare cæcum & claudum, vide *Cæcus & Claudus.*

Sacrilegium, Sacrilegus.

Sacrilegium, eſt ſacrorum furtum, aut ſacrorum violatio. Et ſacrilegus, qui ſacra, aut de loco ſacro legit, hoc eſt, furatur, aut violat.

Sacrilegium commiſit Iudæus, *e* quando templum corporis Chriſti, violauit, aut ipſum Chriſtum negauit. *Rom.2.d.* — *Iudæus perſequens & negans Chriſtum.*

Sacrilegium etiam committit, qui occultat verbum Dei, quando publicandum eſt. Et etiam hæretici qui precioſas ſcripturarum margaritas furantur, & illis ad peruerſos ſenſus abutuntur.

Sadducæus.

Sadducæus, id eſt, iuſtus, aut iuſtificatus: erat ſecta inter Iudæos eorum, qui reſurrectionem negabant: & tamen ſibi iuſtitiam arrogabant. *Matth.22.c. Marc.12.c. Luc.20.c. Actor.5.c.23.b.*

Typum gerunt Sadducæi, *f* populi Iudaici, qui negant reſurrectionem Chriſti, & iuſtitiam legis ſibi arrogant. *Matth.16.a.* — *Iudæi.*

Sadoc.

Sadoc, id eſt, iuſtus, aut iuſtificans, ſiue iuſtificatus, pontifex filius Achirob. *2.Reg.8.d. 1.Paral.6.a.* Typus eſſe poteſt *g* Dei, vel ipſius Chriſti: de cuius ſemine ſunt ſacerdotes & Leuitæ noui teſtamenti. *Ezech.30.g. 44.f.48.b.* — *Deus. Chriſtus. Nouum ſacerdotium.*

Sadoc ſacerdos ſuccedens cum Dauid poſt extinctos Eli, & Saulem, deſignat *h* nouum ſacerdotium cum nouo imperio ſuccedens.

Sæculum, Seculare.

Sæculum, aut iuxta aliquos, ſeculum ſine diphthongo, eſt *i* tempus, quod ſolent homines viuere, vt Tyrus non erit vſque in ſeculum, hoc eſt, per Septuaginta annos. *Ezech.27.g.* Seculum etiam, tota vita. *Exod.21.a.* Erit ei ſeruus in ſeculum. Spatium temporis. *Pſal.17.* Dauid, & ſemini eius vſque in ſeculum. Principium. *Geneſ.6.a.* Potentes à ſeculo viri famoſi. — *Durationeæterna. Vita præſens. Vita futura. Tempus poſt aduentum Chriſti, aut poſt iudicium.*

Seculum interdum dicere poteſt durationé æternam, ſicut dicuntur ſecula æterna. *Iſ.26.a.* Et ſeculi dies. *Mal.3.b.* Seculum quoque dici poteſt, *k* vita præſens: ſeculum ſeculi, vita futura. *Pſalm.9.71.118.142.144.* — *Tempus liberationis de Ægypto.*

Seculum futurum dicit *l* tempus poſt aduentum Chriſti, aut etiam poſt iudicium. *Iſa.9.b.*

Secula, quorum ſunt generationes. *Iſa.51.d.* deſignare poſſunt *m* tempus, quo liberauit Deus populum de Ægypto. — *Mundus.*

Seculum interdum dicitur *n* mundus, qui conſummatur in perfectis, quibus eſt crucifixus, *Matth.24.a.* Inde dicuntur ſeculares, qui rebus mundanis vacant. Et ſecularia negotia ſunt, quum animus occupatur cura colligendæ pecuniæ, ſiue corporis labore, vt fit à negotiatoribus. *2.Tim.2.a.* — *Negociapecuniaria.*

Seculum pro *o* ignorantia, tranſtulerunt Septuaginta. *Pſal.89.* Seculum noſtrum in illuminatione vultus tui. — *Chriſtus. Charitas Chriſti.*

Sæuus, Sæuire, vide Crudelis.
Sagena, vide Rete.
Saginatus, vide Adeps.
Sagitta, Sagittarius, Iaculum, Spiculum, Spiculator.

Sagitta, eſt iaculi genus, quod arcu iacitur à ſagittario. Iaculum autem generalius eſt ad omnia, quæ iaciuntur. Porro ſpiculum eſt lancea breuis ſeu telum miſſile à quo dicuntur ſpiculatores ſatellites ferentes ſpicula. Et aliquando carnifices. — *Homines obedientes. Apoſtoli. Prædicatores. Euangeliſtæ. Caſtigatio Dei.*

Sagitta Dei interdum dicitur *p* Chriſtus à Patre miſſus, vnde & ſagitta potentis dicitur. *Pſalm.119.* Et ipſe dicitur ſagitta electa. *Iſa.49.a.* — *Verba Dei. Præcepta Dei.*

Sagittæ acutæ Chriſti, *q* vim charitatis eius deſignant. *Pſalm.44.* quibus ſagittis vulnerata erat ſponſa, quum diceret. *Cant.2.a.4.c.* Vulnerata charitate ego ſum. — *Verba inſti. Prædicatio. Oratio. Virtutes. Stimuli amoris. Pœnitentia. Deſideria Sancta. Defenſio fidei Plaga Iudæorũ in Chriſtũ. Fides Ionatæ Timor. Detractio. Incitatio ad peccatum. Hæreſis. Fallacia malorum. Tentationes dæmonum. Falſus teſtis. Concupiſcentia manifeſta. Verba maledica. Inanis gloria. Conſilia & cogitationes peſſimæ. Mortalitas. Miſeria.*

Sagittæ *r* homines ad omne præceptum implendum parati, pennis virtutum recta itinera tranſuolantes, quos Deus ponit ſicut ſagittam electam. *Iſa.49.a.* Et generaliter omnes boni, & obtemperantes Deo, ſunt ſagittæ in manu potentis. *Pſalm.126.* Peculiariter autem ſagittæ ſunt Apoſtoli, & prædicatores, & etiam Euangeliſtæ. *Pſalm.7.17.119.*

Sagitta quoque Dei, eſt *ſ* animaduerſio & punitio Dei, & caſtigatio ad emendationem. *Pſal.7.37.119. Iſa.5.g. 49.a. Ierem.4.g. Habac.3.c.* Et ſagittæ Domini dicuntur ebibere ſpiritum. *Iob.6.a.* quando indignatio & caſtigatio Dei electos, quos in peccatis inueniunt, dum vulnerant immutant, vt duritiam ſuam tranſfixa mens deſerat, atque ex ſalutifero vulnere ſanguis confeſſionis decurrat. *4.Reg.13.c.*

Sagittæ præterea Dei ſunt *t* verba Dei animam penetrantia. *Pſalm.17.44.37.63.76. Numer.24.b. Iob.6.a.* Et ſagittæ in manu potentis, dicuntur ipſa ſacra verba. *Pſalm.26.* Sagittæ quoque acutæ Chriſti, ſunt *u* præcepta Dei peruolantia. *Pſalm.119.143.* Sagittæ rurſus ſunt verba iuſti, quæ penetrant cor peccatoris, vt conuertatur ad pœnitentiam. Ipſa quoque prædicatio & etiam oratio, ſagittæ dici poſſunt. Hæ ſunt iaculum quaſi fulgor. *Zach.9.d.*

Sagittæ in luce ſplendentes, ſunt *x* virtutes in anima iuſti fulgentes. *Hab.3.e.* Sic erant virtutes in Iob. Sagittæ quoque acutæ, ſunt ſtimuli amoris. *Pſalm.44.*

Sagittæ præterea, ſunt *y* pœnitentia, & carnis afflictio. *Pſalm.119.*

Sagittæ paruulorum dici poſſunt *z* ſancta deſideria de nouo habita, vel defenſio fidei. *Pſalm.63.* Sagittæ etiam paruulorum cùm ſint debiles, ſeu à debili manu prodeuntes, ſunt plagæ Iudæorum in Chriſtum, quæ licèt graues fuerint, tamen debiles fuerunt in eum, qui poſtea reſurrexit.

Sagitta Ionathæ, quæ non abiit retrorſum, *aa* fidem Ionatæ, quam erga Dauid ſeruauit, deſignare poteſt. *2. Regum.1.d.*

Sagitta poteſt etiam aliquando timorem ſignificare, qui pungit mentem.

Sagitta mala, ſunt *bb* verba peccatorum, vel quibus detrahit proximo, & eius vulnerat famam, vel quibus incitat iuſtum ad peccatum, eúmque morti tradit ſpiritali. Item illa, quæ ſunt concupiſcentiarum, aut alterius nequitiæ organa, & hæreſes, & fallacia malorum, tentationes dæmonum. *Pſal.10.63. Ierem.6.f. Thren.3.b. Ezech.39.a.* Sagitta quoque acuta dicitur, qui loquitur contra proximum falſum teſtimonium. *Prou.25.c.* Et ſagitta volans per diem. *Pſalm.90.* eſt concupiſcentia manifeſta: vel tentatio leuis in ſciente, vel cognoſcente. Vel ſunt verba hæreticorum, quibus promittunt lucem veritatis & occidunt animam, & verba maledica, & conuicia, & inanis gloria. Sagittæ quoque impiorum, ſunt conſilia & cogitationes peſſimæ, & peccata. *Pſal.10.* Et ſagitta vulnerans, eſt lingua hæreticorum. *Ierem.9.* Et dentes eorum dicuntur ſagittæ. *Pſalm.56.* Demum ſagittæ, ſunt Antichriſtus & omnes mali.

Sagittæ dicuntur *cc* mortalitas & miſeriæ huius vitæ. *Pſalm.37.*

a *Ori.ſ. Exec. hom.7.*
b *Hie.ſ.Ho.4.*
c *Ru.ſ.Ma.1.*
d *Gloſſ.int.ſu. Exod.23.*
e *Ori.ſ.Ra.2. Amb.ſ.Ro.2.*
f *Ori.ſ.Matt. cap.16.*
g *Gre.ſ.Exec. ho.22.*
h *Hie.pro fra ter. Ambroſt.*
i *Hie.ſ.Exec. 27.*
k *Hila.ſ.pſal. 118. Aug.ſ.pſal. 71.*
l *Hier. ſ.Iſ.9.*
m *Glo.ord.ſu. Iſa.51.*
n *Ori.ſ. Mat. hom.24. Glo. ord.ſ.2. Tim. 2.*
o *Hi.Cypriano.*
p *Hila.ſ.pſal. 119. Ori. ſ.pſa.36. hom.2. Hier.ſ. Iſ.44. & ſ.Zach. 9.*
q *Au.ſ.pſ.44. Bern.ſ. Cant. ſer.29. Orig.ſ. pſ.36.ho.2.3.*
r *Hila.ſ. pſal. 126. Arn.ſ.pſ.119 Au.ſ.pſ:7.17. 126. Euc.q.in pſ.*
ſ *Baſi.ſ.pſ.7. Hil.ſ.pſ. 119. Hie.ſ.Hab.3. & ſ.Iob.6. Gre.7.m.2.3.*
t *Au.ſ.pſ.37. Orig. ſ.Num. ho.7. & ſ.pſ. 36.hom.2.*
u *Hil. ſ. pſal. 126.143. Baſil.ſ.pſ 37.*
l *Tert. aduer. Iudæos. Au.ſ. pſal.76.119. 143.*
x *Gre.7.m.2. & 35.mor.5. Hie.ſ.Hab.3. & ad princip.*
y *Ba.ſ.pſ.37. Arn.ſ.pſ.119.*
z *Ar. & Hil. ſ.pſ.63. Au.ſ. pſ.63. Rup.2. ſ. Re. 20.*
aa *Ber.ſ.Can. ſer.28.*
bb *Ori.ſ.pſal. 36.hom.3.8. Au.epi. 149. & ſ.pſ.10. Hie.ſ.pſa. 10. Iſy.ſ.Leu.16. Arn. & Hie. ſ.pſ.90. Bern. ſ.3.de ſ.And. & ſer.6.ſ.qui habit. & ſu. Cant.5. Orig.ſu.Cant. ho.3. & ſu.pſ. 39.hom.3.*
cc *Gr.ſ.pſ.37.*

Digitized by Google

Ablatio verbi Dei. Prædicator. Iudæi. Hæretici. Habitatio dæmonum.

Sagittæ famis mortiferæ, sunt *a* ablatio verbi Dei. *Ezech.5.d.*

Sagittarius vir in bonum est, *b* qui per sanctæ intentionis arcum, audientium cordibus verba rectæ exhortationis infigit. *Psalm.41.*

Sagittarius Ismaël, designat *c* Iudæos insurgentes aduersus Christianos, vel iugulantes hostias legis. *Gen.21.c.*

Sagittarij Cedar, sunt *d* hæretici. *Isa.21.d. Amos 2.d.* Hi sagittant in obscuro rectos corde, quando fraudulenter inducunt in errores. *Psalm.10.*

Sagma, vide Lectus.

Sagum, vide Cilicium.

Sain.

Sain, id est tentatio *e* ciuitas Ægypti, eadem, quæ Pelusium: significat habitationem dæmonum, qui sunt tentatores. *Ezech.30.d.*

Sal, Salire, Salina, Salsugo, Insulsum.

Christus.

Sal, est ex mineralibus illud, quo vtimur in condiendis cibis: quod seruat carnes à corruptione, aliquando sumitur pro cibo condito. *1.Esdr.4.c.* Memores salis, quod in palatio comedimus. Et salire, est condire. Salsugo autem est in salinis tota liquida, & aqua maris salsior, & humor cum sapore salis. Salinæ verò sunt vbi sal fieri, aut congelari solet.

Sal missum in aquam, potest *f* Christum significare, qui est Dei sapientia, & missus est in tribulationes, quas reddit dulces. Vel dicitur sal, quando assumpsit naturam humanam prius sterilem, quam etiam dulcem reddidit, & fructiferam. *4.Reg.2.d.* Ipse autem non solum est sal terræ, sed etiam cœli, & dicitur sal missum in fictile vas, quia sapientia Dei missa est in carnem.

Apostoli. Prædicatores.

Sal etiam missum in aquam, sunt *g* Apostoli, & prædicatores missi ad Gentes. Vt enim sal est vtilis aliis, sic Sancti doctores. Infatuatur autem sal, quando per peccatum prædicatores pereunt à regno cœlorum. *4.Reg.2.d. Matth.5.b. Psalm.59. In titulo.* Sal autem præstat incorruptionem, & condit saporem, sic Apostoli prædicando ad immortalitatem conferunt discipulos. Continet autem sal in se aquæ, & ignis elementum, & licèt non possit suam mutare naturam, tamen qui comparantur illi, possunt mutare mores.

Doctrina euangelica. Litera legis. Verba carnalia.

Sal in sacrificiis significare potest *h* doctrinam Euangelicam additam legi, & dicitur sal fœderis Domini. *Leuit.2.d. Ezech.43.g.* Vnde insulsum, est ipsa litera legis, sine sale spiritualis intelligentiæ. *Iob.6.a.* Et etiam verba carnalia, & ad malum trahentia, quæ sunt fabulationes. *Psal.118.* Et quia sal impedit corruptionem, potest discretionem sapientiæ significare, & ipsam sapientiam, & etiam carnis mortificationem. *Mar.9.g. Coloss.4.a.* Vt autem omnis cibus ad nutriendum aptus omni modo sale conditur: ita & omnis sermo vtilis, vt prosit animabus, necessarium habet sapientiæ condimentum.

Discretio. Sapientia. Gratia Dei. Gratia sermonis. Amicitia. Prudentia. Doctrina hæreticorum. Condimentū peccatorum. Correctio. Sterilitas. Gentilitas. Perpetuitas. Sapientia seculi. Ambitiosus. Humilitas. Steriles operū Synagoga Iudæorum & hæreticorum. Peregrinatio Sanctorum. Pater Christi. Ecclesia. Christus prædicatus à prophetis & Apostolis. Incarnatio & alia opera Christi. Declarans Christus mysteria. Contemptus mundi. Resilire à peccato. Diligēter benè operari. Gentiles imitantes Apostolos. Resurrectio iustorum. Gratia Spiritus sancti. Verbum Christi. Verbū patris. Sapientia. Infirmitas carnis in Christo. Infantiliaverba Christi. Sapor contemplationis.

Sal interdum dicitur *i* gratia Dei, & qui gratiam habent, sunt sale saliti, quasi gratiosi. *Ezech.16.a.* Vnde prouerbio dicitur salsus gratiosus, & insulsus, qui non habet gratiam. Hic sal humorem peccati noxium desiccat. Significare etiam potest gratiam sermonis & conuersationis, & quandóque amicitiam designat. *Marc.9.c. Coloss.4.a.*

Sal, in quem conuersa est vxor Loth facta statua, designare potest *k* prudentiam, quæ defuit ei. *Genes.19.f.* Potest etiam significare hæreticorum doctrinam, quæ habet similitudinem veri, & tamen est sal infatuatum, quale sal est Sodomis, vbi est mare salis. *Genes.14.a. Soph.2.b.* Est etiam *l* condimentum peccatorum, vt eius pœna conspecta resipiscant, nec retrò conuertantur, quemadmodum petram salis lingentibus animalibus, palatum sapidum redditur & edendi auiditas reparatur.

Sal etiam, est *m* mordicans correctio, quæ amore proximi temperanda est. *Marc.9.d.*

Sal, aliquando pro sterilitate sumitur. *Genes.14.a.* Et salsuginis terra erat *n* Gentilitas, quæ nullam viriditatem boni intellectu proferens peruersa sapiebat. *Iob.39.a.*

Sal cum panibus propositionis, significare potest *o* perpetuitatem. Salsedo autem maris huius mundi sapientiam designat.

Sal insulsum est, *p* qui amat principatum, qui increpare non audet, nec confiteri, ne de synagoga eiiciatur, diligens magis gloriam hominum, quàm Dei. *Marc.9.c.*

Salinarum vallis, *q* saporem humilitatis designat, nam humilitas sine sale fatua est. *Psalm.59. In titulo.*

Saliri igne, est *r* tentationibus exerceri. *Marc.9.g.*

Salinæ sunt, *s* vbi terra est inutilis, & sine fructu, & designant eos, qui sunt sine fructu operum. *Ezech.47.c.* salsugo etiam cùm sit humor salsus, reddit terram, in qua est, sterilem, hic humor est synagogis Iudæorum & hæreticorum. *Ierem.17.a. Psalm.106.*

Salsugo accendere sitim solet. Et quia *t* sancti viri quandiu in huius vitæ tabernaculis degunt, ad supernam patriā desiderij sui quotidianis æstibus accenduntur, in terra salsuginis habere tabernacula perhibentur. *Iob.39.a.*

Salathiel.

Salathiel, id est, lætitia Dei, *u* pater Zorobabel, qui typus est patris Christi; & designatur non posse nos venire ad Christum, nisi petamus à Patre, sicut ad Zorobabelis generationem ventum est per Salathielem. *Agge.1.a.*

Salem.

Salem, id est, *x* pax, ciuitas, quæ postea dicta est Hierusalem, cuius rex fuit Melchisedech, iuxta communem hebræorum opinionem. *Genes.14.d.* Verùm iuxta Hieronymum ea est iuxta Scytopolim, quæ vsque hodie appellatur Salem, vbi ostenditur palatium Melchisedech. Ad hanc venit Iacob, in regione Sichen. *Genes.33.d.* Hæc est etiam Salim, iuxta quam baptizabat Ioannes. Potest esse typus Ecclesiæ, cuius Rex est Christus.

Salire, Subsilire.

Salire, est saltu iactari, seu moueri, quod subsilire.

Salire dicitur verbum Dei, in montibus, *y* quum delectat perfectos, vel cum Christus prædicatur in Prophetis, & Apostolis, vel quum per incarnationem omnes ordines angelorum descendendo transiliit, & à cœlo venit in Virginem, & à Virgine in præsepe, vsque ad passionem & ascensionē, & inter homines mira operatus est, ad quæ nemo valet ascendere. Vel salit in montibus, quum diuersa declarat scripturarum mysteria. *Cant.2.b.*

Salientes magnas foueas *1.Reg.10.a.* sunt *z* contemnentes honores, & cætera huius mundi: Verum in Hebræo non habetur, nec in emendatioribus libris. Apud Septuaginta verò legitur, ἀναπηδῶντες μέγαλα, id est, salientis grandia.

Salientes super crura longiora, *Leuit.11.c.* sunt *aa* resilientes à peccato, & à sordidis & terrenis actionibus.

Subsiliens Dauid coram arca. *2.Reg.6.c.* designat *bb* diligentiam operandi cum lætitia opera Domini, simul cum laudibus.

Saliens claudus sicut cerous. *Isa.35.b.* designat *cc* Gentiles, qui imitantur Apostolos & doctores.

Salient sicut vituli liberati à vinculo. *Malac.4.a.* quum *dd* iudicio resurgent in corpore glorioso.

Saliua, Sputum, Expuere, Conspuere.

Saliua, dicitur sputum, quod ferè salis saporem habet, vel dicitur à saliendo, quod in ore saliat & crescat. Sputum autem dicitur saliua, quum ex ore emittitur. Expuere autem seu spuere, est saliuam emittere. Conspuere verò est aliquem sputo inspergere.

Sputum Christi, quo liniuit cæcum. *Ioan.9.a.* designare potest *ee* gratiam Spiritus sancti, & verba Christi, quibus illuminat mentem, vel pertinet *ff* ad ipsum verbum, quod mixtum est pulueri, quando Verbum caro factum est, de quo *Eccl.24.a.* Ex ore altissimi prodij. Designat etiam sapientiam, quæ tangit linguam ad rectè loquendum. *Matth.7.d.*

Saliua defluens in barbam Dauid. *1.Reg.21.d.* est *gg* infirmitas carnis, quam dignatus est suscipere filius Dei. Vel sunt infantilia eius verba, quæ eius virtutem tegebant.

Saliua *hh* in os ex capite labitur, ab ore vero ad ventum ducitur, quum glutitur. Saliuæ ergo nomine sapo, intima

a *Hie.s.Ezec. 5.*
b *Gre.34.m. 5.*
c *Bed.s. Gen. 21.*
d *Gloss. ord.s. Isa.21.*
e *Hie.s.Ezec. 30.*
f *Hie.s.Ezec. 16. Aug. contr. Fulgen.*
g *Hie.s.Mat. 5.& epist. ig. vultu. Am.se. 37. Aug.1.serm. domini in monte. Hil.s. Matth.cap.4. Cyril.s.Ioan. hom.51. Rup. 4.s.Matt.*
h *Hie.s.Eze. 43.& s.Mar. 9. Thom.2.1. q.102.art.3, Gr.7.m.4.& 6. regis epist. 39. Isyc.s. Leu.2.*
i *Ori.s.Ezec. ho.6. Hier.su. Ezech.16. Basi.reg.brev 266.*
k *Ori.s.Gen. hom.6. Hie.s. Sopho. Cyri.de ador. in Spiritu sancto.*
l *Rup.s.Gen. 12.*
m *Hie.s.Mar. 9.*
n *Gre.30.m. 30.*
o *Phi.de vict. Georg. Venet. Cant.1. tom. 7.ca.7.*
p *Gre.s.Mar. 9.*
q *Au.s.ps.59.*
r *Hie.s. Mar. 9.*
s *Hie.s. Ezec. 47.& s. Ier. 17. Au.s.ps.106.*
t *Gre.30.mo. 25.*
u *Hie.s.Agg. 1.*
x *Hier.epi.ad Euag.*
y *Ori.s.Cant. ho.2.3. Amb. de Isaac 4.& s.ps.116.ser. 10. Gr.s.Cāt. 2. Ber.s.Can.*
z *Gre.s.1.Re. 10.*
aa *Glo. ord.s. 2.Reg.6.*
bb *Or.s.Mat. cap.14. Hie.s.Isa.35.*
cc *Hie.s.Mal. 4.*
dd *Or.s.Is.ho. 6.*
ee *Am.epist. 5.7. Cyri.5.s. Ioan.15.*

Aug.s. Ioan.tra.44.& ho.43. ff *Gre.s.Eze.ho.10. Hier.s.ps.a.33. Aug.s.ps.33.* gg *Gre.8.mo.21.* hh *Isy.s.Leu.15.*

Digitized by Google

intimæ contemplationis accipitur,quæ ad os à capite defluit, quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos, vix gutta reuelationis tangit. Ideò dicitur, *Iob.7.d.* Nec dimittis me,vt glutiam saliuam meam, vnde & Redemptor noster veniens,saliuam luto miscuit : & cæci nati oculos reparauit:quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem suæ contemplationis irradiat : & ab originali cæcitate hominem ad intellectum reformat. *Ioan.9.a.*

a *Ori.s.Matt. hom.22.Gre. 1.past.5.*

Saliua seminisflui,significare potest *a* verbum malum,quod audientes inficit. *Leuit.15.b.*

Verbum malum.

Expuēs mulier in faciem nolentis suscitare semen fratris. *Deut.25.c.*designat *b* abrenunciantem omni dogmati peruerso:vel est Ecclesia exprobrans ei,qui curam proximorum suscipere renuit,quum possit.

Abrenūciantes errori.

Expuere in faciem Mariæ sororis Mosis. *Num.12.d.*designabat *c* Deum repudiaturum synagogam.

Repudiatio synagogæ.

b *Ori.s.Num. ho.7.Rup.1.s. Num.35.*

Conspuentes in Christum fuerunt *d* principes Iudæorum,*Isa.50.c.* Expuunt etiam in faciem Iesu, qui iniuria afficiunt aliquem de Ecclesia:& qui non solùm in absentia detrahunt, sed etiam vnumquemque iustum in præsentia confundunt. *Matth.26.g.Iob.30.b.*

Exsistentes in peccato.

c *Ori.s.Matt. ho.35. Gr.20.m.18.*

Saliuncula.

d *Hie.s.Is.55. Gr.18.m.11.*

Saliuncula,quam Græci ἁσπάλαθον vocant,est arbor senticosa,vt rubus, & designat existentes in peccato. *Isa.55.d.* Vel significat terrenas cogitationes,pro quibus in cordibus Sanctorum ascendit abies.

Terrena cogitatio.

Salix.

e *Hie.s.Is.15.*

Salix arbor semper virens, cuius seminis hanc aiunt esse naturam, *e* vt qui illud in poculo hauserit, liberis careat,vnde Sancti,qui propter peccata in confessione huius mundi esse cæperunt,in salicibus Babyloniorum fluminum suspenderunt organa sua. *Psalm.136.Isa.15.d.*

Iusti.

f *Hie.s.Is.44. Hil.s.ps.136. Gre.33.m.6.*

Salix semper virens significare potest *f* iustos,& credentes ex Gentibus,aut è diuerso ex Iudæis. *Isa.44.a.*Et vt salix abscissa & arida reuiuiscit,ita qui à vita veteri in nouum hominem transmutantur. *Psalm.136.*

Credentes ex Gentibus.

Salix præterea *g* legem & mysteria significare potest. *Leuit.23.g. Isa.44.a.*

Lex & mysteria.

g *Ori.s.Exod. hom.5.*

Salix etiam virtute & nomine virgultum est *h* castitatis. Aiunt medici, & hi, qui de arborum & herbarum scripsere naturis, quod si florem salicis mixtum aqua biberit,omnis in eo frigescat calor,& libidinis vena siccetur, vltràque filios generare non possit. Et ipsum ligni nomen, quod Græcè dicitur ἁγνὸς indicat castitatem. *Leuit.23.g.*

Castitas.

h *Ori.s.Exod. hom.9. Hie.s. Zac.14.*

Salices etiam designant *i* orationem & lachrymas,in quibus suspenduntur organa,quia vt vacemus orationi, cessandum est à carnali concubitu & actione. *Psalm.136. Isa.15.d.*

Oratio.

Lachryma.

i *Isy.s.Le.23.*

k *Geor. Vene. Cant.1. to.7. cap.27.*

Salices torrentis,indicant *k* corpora nostra,quæ infructuosa sunt imò & nosmetipsi infœcundi sumus,nisi irrigati ab aquis superioribus,& plantati simus secus decursus aquarum, vt possimus fructum dare in tempore suo. Nec absque mysterio festa celebrantes nunc per salices,nunc per arbores frugiferas describuntur,quia vnusquisque infœcundus est sibi ipsi dimissus, fœcundus autem, irrigatus ab illa supra mundana aqua, quæ ait. Sine me nihil potestis facere.

Corpora humana.

l *Gr.33.m.6. Au.s.ps.136. Cyril.de adorā. in Spiritu sancto.*

Salix sterilis significat malos, *l* & in salicibus in medio Babylonis suspendimus organa nostra. *Psalm.136.*Babylonis quippe medio inesse salices describuntur,qui nimirum infructuosi quique, atque ab amore patriæ cœlestis alieni totis visceribus cordis in hac seculi confusione radicantur. Et salices torrentis, sunt amatores vitæ mortalis,à bonis actibus,quasi à fructibus alieni. *Iob.40.c.*qui more salicum fructus nō ferunt,sed in foliis virident,quia ea,quæ grauia ad dicendum non sunt,aliquando honestatis verba proferunt,sed nullum vitæ pondus ex operibus ostendunt.

Mali.

Amatores vitæ mortalis.

m *Hier.s. Is. 44.*

Salix viridis & sterilis significare potest *m* verba hæreticorum, nitorem eloquentiæ sine fructu veritatis habentia. *Isa.44.a.*

Verba hæreticorum.

Salmana.

n *Hier.s. Ho. 10.*

Salmana, id est, *n* vmbra prohibita,aut vmbra, vel imago commotionis: princeps Madian, typus esse potest hæresiarcharum. *Iud.8.b.Psalm.82. Hose.10.d.*

Hæresiarchæ.

Salmanasar.

o *Lyr.su.4. Reg.17.*

Salmanasar, id est,pax ligata,siue perfectio,vel retributio ligata : Rex Assyriorum,qui captiuum duxit Hosee regem Israël,& populum transtulit in Medos. 1.*Reg.*17.*a.*typus esse potest *o* diaboli.

Diabolus.

Salmon.

p *Glos.ord.s. Matt.1.*

Salmon,id est,*p* pacificus,siue perfectus,aut retribuens filiis Naason,pater Booz,fuit princeps tribus Iuda,qui duxit Rahab vxorem designans Christum,qui adiunxit sibi Ecclesiam ex gentibus, *Ruth.4.d.Matth.1.a.*

Christus.

Salmona, vide Selmone.

Salomon.

q *Hie.s. Eze. 43.*

Salomon,id est,pacificus, filius Dauid & Bethsabe, rex ditissimus & sapientissimus, qui tamen amore mulierum,etiam in idololatriam lapsus est,de quo sic ait Hieronymus, *q* Salomon offendit Deum, licet postea egerit pœnitentiam,scribens prouerbia,in quibus ait. Nouissimè ego egi pœnitentiam,& respexi, vt eligerem disciplinam. *Prou.24.d.*

r *Orig.s.Iosu. hom.3. & s. Cant.3.Hier. de iudicio Sol. Aug.s.ps.71. 126. Ber.ser. paru.6. Georg. Venet. Cant. 2.tom. 3.cap.3.*

Salomon iudicans inter meretrices, typus est *r* Christi inter Ecclesiam & Synagogam iudicantis. 3.*Reg.*3.*c.* In multis autem locis Christum refert,vt *Cant.1.b.3.c. Matth.12.d.Luc.11.d.* Idem fœlicissimè regnans, typus fuit Christi resurgentis & fœlicissimè post resurrectionem regnantis. *Psal.*61. Idem ædificando templum. *Psalm.126.* Et scribendo parabolas. *Prou.2.a.* Tria quoque eius nomina comperunt Christo. Salomon,id est, pacificus. Idida, id est, dilectus. Coeleth,id est,Ecclesiastes seu concionator.

Christus.

s *Am.su.Luc. 3.*

Salomon natus è Dauid & Bethsabe,typum tenet *s* Christiani populi ex Gentili populo prodeuntis. *Matth.1.a.*

Populus Christianus.

Salphaad.

t *Ori.s.Num. hom.22.*

Salphaad,id est,*t* vmbra in ore eius,vir de tribu Iuda, qui solum filias genuit, typus est eorum,qui parum valent intellectu,sed operantur bona per sensus. *Num.27.a.* Vel interpretatur oris *u* obumbratio, & designat eos,in quorum ore non est verbum,nec in sermone veritas. Vel designat vmbram futuræ hæreditatis in Christo.

Bene operans per sensus. Carens verbo veritatis.

Salfugo, vide Sal.

Saltare, Tripudium.

u *Am. exhor. ad virg. & epist.16.*

Saltare, est tripudiare, quasique frequenti saltu exilire.

Est bona quædam saltatio : *x* qualis fuit Dauid ante arcam, 2.*Regum.*6.*c.* Et saltare ad cantum tubæ, est aptè operari ad verba & exhortationes Prophetarum, & ad anteriora se extendere. *Esther.8.d. Matth.11.b. Luc.7.c. Philip.3.c.*

Bene operari & proficere.

x *Ori.s.Mat. cap.14.Basil. s.ps.29. Hil.s.Matth. cant.11. Am. 2.de pœni. 6.*

Saltatio filiæ Herodiadis significat *y* motus ad peruersa dogmata, habentes speciem veritatis. His motibus saltant Iudæi,vnde & saltatrix illa typus est synagogæ,quæ Christum occidit,vt illa Ioannē. *Matth.14.a.*Designat etiam illa saltatio promptitudinem ad illecebras.

Motus Iudæorum in Christum. Promptitudo ad illecebras.

y *Ori.s.Matt. cant.14. Am. ser.65. Hil.s.Matth. ca.14.*

Saltant pilosi in domibus Babylonis,hoc est,dæmones in obstinatis,aut hæreticis. *Isa.13.d.*

Dæmones exultantes in obstinatis.

Saltus, vide Nemus.

Saluare, Saluator, Salus, Salutaris, Sospes.

Saluare,est à periculo liberare, aut incolumem reddere, & salus est incolumitas, & saluus, est sanus. Salutare autem est,quod salubre,quod videlicet salutē affert & saluator,qui saluat. Saluare quoque est adiuuare. 1.*Reg.*10.*d.* Num saluare nos poterit iste ? Protegere. *Deuter.29.d.* Populus, qui in ea est, saluabitur. Exaudire. 4.*Reg.*22.*d.* Clamabunt, & non erit qui saluet. Glorificare. *Iob.36.a.*Sed non saluat impios. Vincere. 1.*Reg.*17.*g.*Nec in hasta saluat Dominus. Salus autem est auxilium. 1.*Reg.* 11.*c.* Cras erit vobis salus, quum incaluerit Sol.Fœlicitas, 2.*Mach.*1.*a.* Salutem dicunt fratres, qui sunt Hierusalem. Gloria. *Psalm.*46. Salus autem iustorum à Domino. Lex noua. *Psalm.*73. Operatus est salutem in medio terræ. Pax animi. *Psalm.*68. Exaudi me in veritate salutis tuæ. Prosperitas. *Esther.*2.*b.* Curam agens salutis Esther. Refugium. *Exod.* 13.*a.* Et factus est mihi in salutem. Victoria. *Iudi.*14.*d.* Dedisti in manus serui tui salutem. Vita. *Genes.*45.*b.* Pro salute vestra misit me Dominus.

Digitized by Google

Deus saluans

Christus.

Salus bonorum dicitur *a* Deus. *Exod.*15.*a. Psal.*3.*Mich.*6.*c.*Ipse enim est salus nostra, contra malum videlicet infirmitatis. *Psalm.*26.Et saluat Deus Sion,hoc est,Ecclesiam,vel animam.*Sopho.*3.*d.*

Salus Dei,dicitur *b* Christus,& Saluator Dei:quia per ipsum non saluat Deus. Et idem dicitur salutare Dei,& salutare nostrum. *Genes.*49.*c.*1.*Reg.*2.*a. Psal.*7.29.30.39.50.53.68.96.118.131.*Isai.*12.19.*d.*33.*a.*45.*b.*46.*d.*49.*b.* 51.*d.*62.*c.*63.*c.Haba.*3.*d.Zach.*9.*b.Luc.*2.*e.*Et est Saluator Israël,salute æterna.*Isai.*45.*c.* Et saluat Deus non in arcu,&c.sed in Domino Deo, quia per Christum saluauit genus humanum. *Hos.* 1.*c.* Saluat Deus de ore angusto latissimè eum, qui post iniquitatum iugum,ad libertatem boni operis reducitur. *Iob.*13.*c.*19.*c.*36.*b.* 39.*b.* Salus autem ex Iudæis,est Christus ex Iudæis.*Ioan.*4.*c.*Saluator mundi dictus est Ioseph,in figurâ Christi. *Gen.*41.*f.*Et saluati sunt multi populi per Ioseph,hoc est,per Christum.*Gen.*50.*d.*Et salus Ægyptiorum erat in manu Ioseph, hoc est,Christi. *Genes.*47.*f.*Vir pauper saluans ciuitatem,est Christus. *Eccl.*9.*d.*

Apostoli.

Saluatores dicuntur *c* Apostoli,qui nomen Christi assumunt, sicut etiam dicuntur lux mundi, quod propriè competit Christo. *Abdi.*g.dicuntur autem saluatores propter eos,quos conuerterunt.

Passio Christi Redemptio Iudæorum & gentium.

Salutaris calix,est *d* calix passionis Christi & laborum.*Psal.*115.quia operatus est salutem generi humano, & est salutaris Christum imitantibus.

Salus in anima,*e* est liberatio & emundatio à peccatis,& salutis dies,sunt dies redemptionis per Christū factæ. *Is.*49.*c.*Et hæc salus,est promissa in nouo testamento. *Psal.*1.*Luc.*17.*g.*Resaluare animam est eam, quæ post salutem lapsa est, ad salutem reuocare.*Iere.*50.*b.*51.*a.e.* Et salui fiunt per gratiam & fidem.*Ephes.*2.*a.* In salutem lauatur, qui accipit gratiam in baptismo, *Ezech.*16.*a. Iob.* 5.*a.* Salus filiorum Iacob, pro qua missus erat Ioseph, designat salutem populi Iudæorum. *Gen.* 45. *b.* Et hanc salutem prædicauit Christus. *Isai.*52.*b.* Et saluati ex Iudæis fuerunt discipuli Christi. *Isa.*66.*f.* Saluat Dominus Israël in die gratiæ, hoc est, tempore passionis. 1.*Reg.* 14.*a.* Et saluat de ore leonis. Et saluat timentes se. *Psalm.*21.137.144. Saluari vnam turmam Iacob, est saluari vnam partem Iudæorum. *Gen.*32.*b.* Et saluari de domo Iacob,sunt credentes ex Iudæis, ad quos non legatus,nec Angelus est missus,sed Deus factus homo.*Isa.*10.*e.*63.*c.Iere.*31.*b.*

Liberatio Iudæorum & Gentilium.

Salutis dicuntur *f* opera digna misericordia Dei.*Isa.*26.*d.*

Saluat Deus homines & iumenta,hoc est,*g* Iudæos & Gentiles. *Psal.* 35. Et saluatur captum à forti, *h* quum Gentiles,qui à diabolo tenebantur,saluantur per Christum.*Isa.*49.*g.Iob.*5.*b.* Et saluare dicitur Deus dextera suâ, quos saluat in anima ad vitam æternam, saluat autem sinistra, quos temporaliter saluat. *Psalm.*137. Saluauit autem Deus regem,*i* quum suscitauit Christum.*Psal.*19.Et saluauit egenum de gladio oris Iudæorum, & de manu violenti pauperem.*Iob.*5.*c.*

Saluans Deus sine meritis. Gloria peruersorum.

Saluat Deus in nihil,vel pro nihilo, *k* quos suscitat ad pœnam.*Psal.*55.Vel saluat pro nihilo,quos quantumuis malos,sine labore mutat in bonum,vel nullis præcedentibus meritis.

Salus, quæ pertransit, vt nubes, est *l* peruersorum gloria, quæ quo sublimior est, eo minus habet firmitatis. *Iob.*30.6.

Resurrectio Christi.

Saluauit Christum dextera eius in resurrectione,quia propria virtute surrexit. *Psal.*59.97. Et ipse saluauit *m* liberando bonos,& puniendo malos.*Isai.*63.*b.* Et saluauit pater filium à pusillanimitate spiritus, & tempestate, quia liberatum à passionis laboribus suscitauit.Dicitur etiam pater virtus salutis eius.*Psal.*45.139.

Saluat Dominus Sion, *n* quum resuscitat corpora Sanctorum. *Psalm.* 68. Et salutatio est in Sion & Hierusalem, quia multi saluati sunt, & saluabuntur ex Iudæis. Vel est saluatio in Ecclesia, extra quam non est salus. *Ioel.*2.*g.*

Salus,quasi per ignem,dicitur malus. 1.*Corin.*3.*c.*quia *o* non consumitur per ignem, vt salutis nomen in malum accipiatur,quia in supplicio perpetuò manebit.Sicut nomen captiuitatis aliquando sumitur in bonum.

Saluari in Ecclesia, aut in sublimitate perfectionis.

Saluari in monte,est *p* saluari in Ecclesia. *Gen.*19.*d.* Est etiam saluari in sublimitate perfectionis.Saluari verò in Segor,est saluari in vita coniugali,siue in vita mediocri.

Prædicator malus aliquâ do prodest bonis.

Saluans Saul populum.1.*Reg.*9.*c.* designat *q* prædicatorem,qui licèt sit malus, tamen aliquando prodest populo,meritis ipsius populi.

Infirma virtus hominis ad saluandū.

Non saluantur rex,neque gigas,nec equus in virtute sua. *Psal.*32. quia salus hominis dicitur vana,quum homo inutilis,sit ad saluandum.*Psal.*59.Et non saluat Assur Israëlem,hoc est, diabolus. *Hose.* 14. *b.* Et non saluat *r* apprehendens hæreticus,quia non inuenit salutem in suis erroribus.*Mich.*6.*c.*Et non est salus in filiis hominum. *Psal.*145.Et non saluat rex neque princeps,relinquente Deo.*Hose.*13.*c.*Non saluat animam suam robustus,quum non potest effugere iram Dei.Sic neque velox pedibus,nec ascensor equi.*Amos*,2.*d.*Sed nec Deus saluat impios. *Iob.*36.*e.*

Charitas vtriusque populi.

Salutaris hostia,vide Sacrificium.

Salutare,Salutatio.

Salutatio,est alicui salutem dicere, visitare,ac colloqui, vnde salutatio.

Salutantes se mutuò Moses & Ietro, designarunt mutuam charitatem vtriusque populi fidem amplectentis. *Exod.*18.*b.*

Annuntiantes salutem æternam.

Salutantes tres viri Saulem. 1.*Reg.* 10.*a.*designant *s* viros magnos, qui minoribus bona salutis æternæ annunciant,quæ salutatio fit inclinato capite,hoc est,è sublimi contemplatione descendendo.

Tollere obstacula prædicationis.

Neminem salutare in via,*t* est impediendæ deuotionis obstaculum abolere, vt quando diuina mandantur, sequestrentur humana.*Matth.*10.*b.Luc.*10.*f.*4.*Reg.*4.*e.* Vel salutare in via, est per occasionem salutem annunciare. Salutem autem annunciare,est Euangelium prædicare.Debent ergo prædicare per dilectionem,non per occasionem: vt non quærant quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Qui ergo non amore æternæ patriæ, sed præmiorum ambitu, salutem audientibus prædicant, quasi in itinere salutant, quia ex occasione, non ex intentione salutem audientibus exoptant. Salutant etiam per viam,qui *u* verbum Dei,quod ore decantant,auditoribus proficere non desiderant.

Prædicare Euangelium ex occasione.

Sama.

Sama,id est,audiens,frater Dauid,qui non fuit electus in regem. 1.*Reg.*16.*b.* Typus est humilium & obedientium,sed imperitorum.Non eligitur in regem quia humiles imperiti non debent fieri prælati.

Samaria, Samaritanus.

Samaria id est,custodia, vel adamas, aut vepres vel spina, seu fæx eius, nomen montis in tribu Ephraim, vbi constructa est ciuitas eiusdem nominis, quæ fuit metropolis decem tribuum. Ibi reges Israël fuerunt idololatræ.Post translationem autem Israël in captiuitatem, culta fuit à Gentilibus, qui simul legem Mosis amplectebantur.Inde Samaritanus,qui interpretatur, custos.

Christus.

Samaritanus, hoc est, custos, propriè dicitur *x* Christus, qui curauit genus humanum, quod inciderat in latrones. *Luc.* 10. *f. Psalm.*114. Ideò non negauit se Samaritanum, quando Iudæi illud obiecerunt ei conuicium. *Ioan.*8.*e.*

Apostoli. Gentilitas. Idololatria. Ecclesia ex Gentibus. Haretici. Hæresiarcha. Populus Iudæorum.

Samaria etiam,hoc est,custodia,& Samaritani custodes,*y* dicuntur Apostoli,& apostolici viri.*Ier.*31.*a.*

Samaria præterea *z* Gentilitatis typus esse potest,& etiam idololatriæ:& Samaritana mulier designat ipsos idolatras. *Isai.*8.*a.Ioan.*4.*a.* Samaritana etiam mulier dici potest Ecclesia ex Gentibus. Nam & Samaritani alienigenæ erant,vnde & leproso Samaritano curato dixit Dominus. *Luc.*17.*d.* Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo,nisi hic alienigena.

Samaria in typum *aa* hæreticorum poni solet: qui promittunt verba diuina,quæ non habent.Eius principium fuit diuisio & schisma populi:quia separarunt se decem tribus à tribu Iudæ:vt hæretici,separantur ab Ecclesia. Et vt ostendatur grauitas iniquitatis Hierusalem,dicitur Samaria *bb* esse soror eius, & soror maior, quia prius peccauit. *Isai.*8.*a* 9.*b.*10.*b.Ezech.*16.*f.Hose.*8.*b.*10.*b.*14.*a. Amos*,3.*e.*6.*a.*8.*d.Abdi.g. Mich.*1.*a. Matth.*10.*a. Luc.*14.*c.* Et Rex Samariæ,typus est hæresiarchæ. 2.*Paral.*20.*e.*Sumitur etiam pro populo Iudæorum, & præcipuè pro principibus,& reuelata dicitur esse malitia eorum,quando occiderunt Christum volentem eos sanare. *Hose.*7.*a.*Sumitur etiam pro ipso vulgo decepto à principibus.

a *Gre.*24. *m.* 19.
b *Hil.s.pf.*66. *Hier.s. Is.*19. *& s.Eccl.*9. *Basil. s. pf.*7. 29.6. *Gr.*26. *m.*31. *Aug.s.pf.*4.7.
c *Hie.s.Abdi.*
d *Ba.s.pf.*115
e *Hie.s.Is.*49. *& s.Ezec.*16. *Aug.epi.*120. *Orig.s.Luc. hom.*36.*& s. Ier.ho.*2. 3.
f *Hie.s.Is.*26.
g *Ar.s.pf.*35.
h *Hie.s.Is.*49.
i *Au.s.pf.*19. 137.*Gr.*6.*m.* 15.
k *Hil.s.pf.*55. *Hier.s.Ioel.*2.
l *Gre.*20.*mo.* 23.
m *Hier. s. Is.* 63. *Hil.s.psa.*
n *Hil.s.pf.*68. *Hier.s.Ioel.*2.
o *Chry.s.*1. *Cor.hom.*9.
p *Cyr.de adorat.in Spiritu sancto.*
q *Gre.s.*1.*Re.* 9.
r *Hier.s.Mic.* 6.*& s.Am.*2.
s *Gre.s.*1.*Re.* 10.
t *Amb.s.Luc.* 10. *Au.de sanctis serm.*42. *Gre.hom.* 17.
u *Ruper.*2. *s. Num.*19.
x *Orig.s.Luc. hom.*34. *Am.s.Lu.*10. *Aug. s. Ioan. tract.*14.
y *Hier.s. Ier.* 31.
z *Tert.aduer. Iudæos. Augu.*93.*qu.* 64.*& s.Ioan. tract.*15. *Amb. ser.*31. *& de Isaac.*4.
aa *Hie.s.Is.*2. 8. *Ori.s.Is.ho.* 8. *Hil.s. Matth. can.*10.
bb *Rup.s.Ho.* 7.*& s. Abdi.*

Digitized by Google

Sambuca.

a *Lyr.ſ. Dan.* 3.

Sambuca, eſt *a* inſtrumenti muſici genus, quod erat triangulum, quod ex inæqualibus longitudine ſicut & craſſitudine neruis conſtat. *Dan.* 3. *b.* Aliqui verò volunt eſſe fiſtulam carneam.

Samgar.

b *Orig.ſ.Iud. hom.* 4.

Samgar, id eſt, *b* aduena, fuit iudex Iſraël, qui percuſſit hoſtes vomere. *Iud.* 3. *d.* Typus eſt iudicum, qui in hac peregrinatione percutiunt errantes moderata correctione. *Iudices boni.*

Samium.

c *Hie.ſ.Iſ.* 45.

Samium, eſt vaſis genus, à Samo inſula dictum. Erat vas terreum & fragile. Teſta. de Samiis terræ. *Iſa.* 45. *a.* deſignat *c* hominem fragilem & terreum, quales ſunt cæteri homines. *Homo fragilis.*

Samſon.

Samſon, id eſt, Sol eius, vel eorum, aut nominis iteratio, vel ſecundatio, ſiue mutatio, vel nomen dormientis, aut ibi dormiens, filius Manue. Fuit Iudex Iſraël, qui perſecutus eſt Philiſthæos, à quibus, inſidiis Dalilæ concubinæ, quæ eum totondit, captus, & exoſculatus eſt, & irriſus, quorum maximam multitudinem ſecum interfecit in templo Dagon. *Iud.* 14. 15. 16.

d *Ori.ſ.Matt. hom.* 35. *Am.* 2. *de Spiritu ſancto prologo Hier. Euagr. & aduer. Iouinian. Aug. ſ.pſ.* 80. 107. *Gre.ho.* 21. *Hie.ſ.Iob.* 12.

Samſon ſolet eſſe typus *d* Chriſti. Et vt occidit leonem, eſt Chriſtus conuertens Gentiles. Et vt ingreſſus eſt ad meretricem, eſt Chriſtus veniens ad Gentes. Idem ligatus & illuſus, &c. eſt Chriſtus à Iudæis illuſus. Et vt Samſon multò plures occidit in morte, quàm viuens, manifeſtè oſtendit excellentiam victoriæ Chriſti in morte habitæ de dæmonibus, & cæteris hoſtibus, Et vt obſeſſus in ciuitate Gazæ, ſurrexit media nocte, & tulit portas ciuitatis, eſt Chriſtus ſurgens ex mortuis. Et vt Samſon fuit fortis & infirmus, ita Chriſtus apparuit fortis & infirmus. Vel ipſa Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, habet fortes & infirmos. In Samſon etiam, qui leonem tenuit & occidit, & in ore mortui leonis fauum mellis inuenit, ſignificatum eſt, quòd in ſuperbis, in quorum ore putor fuerat blaſphemiæ, eſſet poſtmodum dulcedo laudis, & gratiæ Dei. Et vt ille Samſon ſitiens de molari dente aſini, inuocato Deo, aquam eduxit, vt biberet, ita & Chriſtus de immundo & duro Gentium populo fide credentium, tanquam refrigerij poculo ſaturatus eſt. Maxilla quoque eiuſdem aſini, de cuius molari aquæ copioſæ effluxerant, occidit mille viros. In maxillis & dentibus, oris eloquium intelligitur. Doctrina igitur eorum, qui ex gentibus crediderunt, perfecto quodam numero finitur. Samſon verò hoſtes ſuos atque aduerſarios tribus modis interfecit, & occidit, dum alij non credendo pereunt, alij verò credendo fidei, moriuntur peccato. Opus hoc maxillæ eleuatio appellatur. Ita enim doctrina & prædicatio Euangelij magnificata eſt ſuper omnem terram, vt eam omnes gentes vbique eleuatam mirentur. In illis ergo vulpibus figuratum eſt, vt per doloſos & ſanæ fidei inimicos, quorum principatus in caudis eſt, pars poſt tergum relicta, pars circa fructus Chriſto aduerſantium vaſtaretur. *Chriſtus.*

Samſon capiens vulpes, ſignificare poteſt *e* bonum doctorem reuincentem hæreticos. *Iud.* 15. *b.* *Doctores.*

Samuel.

Samuel, id eſt, poſtulatus à Deo, aut nomen eius à Deo, vel vbi ipſe Deus, Leuites filius Elcana & Annæ prius ſterilis. Fuit dedicatus Deo, & Nazareus, & Propheta inſignis, qui poſt mortem Eli iudicauit filios Iſraël, *Chriſtus.*

f *Cyr.Cont. Iulian.* 8.

Samuel offerens ſacrificia agnorum, & ſuperans hoſtes, ſine prælio, typus eſt *f* Chriſti. 1. *Reg.* 7. *c.* *Ioannes Baptiſta.*

g *Greg.ſ.* 1. *Reg.* 16.

Samuel veniens ad vngendum Dauid regem, typus eſſe poteſt *g* Ioannis Baptiſtæ Chriſtum prænunciantis. 1. *Reg.* 1. *b. a.* *Bonus prælatus.*

h *Gre.ſ.* 1. *Re.* 2. 12. 16.

Samuel iudicans Iſraël, typus eſſe poteſt *h* boni prælati ſeculari faſtu carentis. 1. *Reg.* 7. *c.* 8. *a.* *Prædicatores & Propheta ex Gentibus.*

i *Philo. de temulent.*

Samuel vt interpretatur nomen eius à Deo deſignat nouum ordinem prædicatorum & Prophetarum ex Gentibus, quorum veneratio dat illis nomen Dei. 1. *Reg.* 1. *c.* 2. *e.* 16. *a.* Sic dixit Deus Moſi. *Exod.* 7. *a.* Poſuit te Deum Pharaonis. Et *Exod.* 22. *d.* Diis non detrahes. Erat prius puer *i*; quia principia conuerſionis ſemper ſunt parua. Vt autem oſtendit ſe innocentem antequam reprehenderet populum, deſignat prædicatorem prius debere lucere per bonam famam, quàm prædicet, 1. *Reg.* 12. *a.* Vt autem fuit ordinatus à Deo, nec bibit vinum, typus eſt perfecti non vacantis affectibus. *Prædicatores & Propheta ex Gentibus. Præcedens bona fama prædicationē. Perfectus non affectibus vacans.*

k *Gre.ſ.* 1. *Re.* 13.

Samuel veniens poſtquam ſacrificauit Saul, figura eſt *k* ſermonis prophetici peccatum reprehendentis, qui etiam venit, ne peccemus. 1. *Reg.* 13. *b.* Ipſe abiecit Saulis regnum, inſtituit Dauid, deſignans *l* verbum Dei, quo mediante tollitur regnum peccati, & firmatur regnum iuſtitiæ. *Prophetia peccatum reprehendens. Verbum Dei.*

l *Ru.ſ.* 1. *Re.* 2.

Samuel filius Annæ, hoc eſt, gratiæ, typus eſt *m* perfectorum operum contemplationis: vnde genitus eſt poſt filios Phenennæ, quia opera perfecta gratiæ & contemplationis non gignuntur, niſi præcedentibus actiuæ vitæ & conuerſionis operibus. 1. *Reg.* 1. *c.* *Opera perfecta contemplationis & gratia.*

m *Ori.ſ.* 1. *Re. hom.* 1.

Samuel etiam *n* Leuitici ordinis typum gerit. *Pſal.* 98. Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. *Diaconorum ordo.*

n *Hie.ſ.pſ.* 98.

o *Glo. ord.ſu. Nehe.* 2.

Sanaballat.

Sanaballat, id eſt, rubus in abſcondito, vel in inuolutione, princeps eorum, qui impediebant reconſtructionem templi & Hieruſalem. *Nehe.* 2. *d.* 4. *a.* Manifeſtè typus eſt diaboli, *o* ſpirituale ædificium Eccleſiæ impedientis. Deſignare etiam poteſt hæreticos. *Diabolus. Hæretici.*

p *Baſil. quòd Deus non eſt cauſa mali. Hie.ſ. Eccl.* 3. *& ſ.Iſ.* 1. 19. *Orig.ſ.Ier.ho.* 2. *Gr.ſ.* 1. *Re.* 6. *& ſ.m.* 34. *& ſ pſ.* 6. *Au.ſu.pſ.* 59. *& ſ.Ioan.tra.* 17. *Rup.ſ.Ho.* 7.

Sanare, Curare, Sanus, Sanitas, Inſanabilis.

Sanus dicitur integer, incorruptus, ac bene ſe habens, incolumis, & ſalubris. Sanare autem, eſt ſanum facere, redintegrare, & incolumitati reſtituere, quod & curare dicitur. Conſiſtit autem ſanitas corporis, in quatuor principalium humorum debita proportione. *Bona diſpoſitio mentis.*

q *Ricar.de S. vict. de ſtatu inter.hominis* 34.

Sanitas in anima, eſt *p* bona mentis diſpoſitio, & integritas à peccato, quam ſanitatem infert Deus, qui ſanator dicitur. *Exod,* 15. *d. Pſalm.* 6. 29. 59. *Eccl.* 3. *a. Iſai.* 6, *c. Iere.* 3. *g.* 17. *b.* Et ſanatum vlcus, eſt peccatum ab anima deletum. *Leu.* 13. *c.* Hæc ſanitas non erat in Iudæis. *Iſa.* 1. *b.* Sanata verò filia Chananææ, deſignat liberationem animæ à peccato. *Matt.* 15. *c.* Sanat autem Deus contritos corde, hoc eſt, pœnitentes, qui & omnes infirmitates ſanare dicitur, quia aut omnia peccata remittit aut nullum. *Pſal.* 59. 103. 146. *Iſa.* 19. *d. Ioan.* 5. *a.* 7. *c.* Non ſanata Babylon deſignat peccatorem corrigenti non obtemperantem, in eiſdem permanere peccatis. *Iere.* 51. *a. Ezech.* 34. *a.* Sanatus Ezechias à vulnere, deſignat curationem à peccato. *Iſa.* 38. *d.* 39. *a.* Curari reddendo debitum pro peccato, eſt à vitiis mundari & tunc quaſi quis ſanatur, quum perfuſæ indulgentiæ gratia, magnitudo doloris de pœnitentia afflicta mente remouetur. 1. *Reg.* 6. *a.* Sanat autem Deus contritiones, quum liberat à peccatis. *Hoſ.* 7. *a.* 14. *c. Iob.* 34. *b.* Sani quoque dicuntur, qui integram habent fidem, nulla hæreſi maculatam. *Tit.* 1. *c.* Sanitas autem cordis eſt, vbi nō eſt inuidia. *Pro.* 14. *d.* Conſiſtit ſanitas cordis *q* in debita proportione quatuor affectuum, nempe amoris & odij, gaudij & triſtitiæ. *Caro non obtemperans ſpiritui.*

r *Ori.ſ.pſ.* 37. *hom.* 1. *Baſil. & Aug. ſ.pſ.* 37.

Sanitas carnis eſt, *r* quum caro eſt fortis aduerſus ſpiritum, & tunc non eſt ſanitas in carne, quum affligitur, vt obtemperet ſpiritui. Vel non eſt ſanitas in carne, quamdiu dolores & mortem pati poteſt. *Pſalm.* 37. *Roboratio virtutis ad operandum.*

ſ *Bed.ſ.Pro.* 3.

Sanitas vmbilici, eſt *ſ* roboratio infirmæ virtutis ad benè operandum. *Prou.* 3. *b.*

t *Hie.ſ.Eccleſiaſten.* 10.

Sanitas requieſcere faciens peccata maxima, eſt *t* mundities cogitationum, quæ non progreditur ad prauam operationem, *Eccl.* 10. *a.* *Mundicies cogitationum*

u *Gloſſ. or d.ſ. Apoc.* 22.

Sanitas dicitur *u* ſtatus bonus plebis. *Apoc.* 22. *a.* Et folia ligni ad ſanitatem gentium. Sanata eſt enim multitudo gentium verbis Chriſti. *Bonus ſtatus plebis.*

x *Hie.ſ.Iſ.* 57. *Aug.ſ.pſ.* 28.

Sanaſſe dicitur Deus Chriſtum, *x* quando ipſum à mortuis ſuſcitauit. *Iſa.* 57. *d. Pſalm.* 28. *Reſurrectio Chriſti.*

y *Ori.ſ. Mat. hom.* 7.

Sanauit Chriſtus turbas trans-Iordanem: *y* vt deſignetur omnia peccata in baptiſmo deleri. Prius autem ſanat, quàm det cibum ſpiritualem; quia cibus debet dari habentibus ſalutem, vt reſiciat. *Matt.* 14. *b. Luc.* 9. *a.* Liuore autem Chriſti ſanati ſumus. *Iſai.* 53. *b.* Sanabatur autem vnus in piſcina, hoc eſt, *z* in ſacramentis & baptiſmo: quia per vnitatem fidei Eccleſiæ. *Ioan.* 5. *a.* Et ſanantur aquæ maris aduenientes torrente. *Ezech.* 47. *b.* quando peccatores per baptiſmum & doctrinam Euangelicam mundantur. *Mundatio per baptiſmum.*

z *Amb.ſ.Luc.* 9. *& 1. de Spiritu ſancto.* 7. *Ser. de baptiſmo.*

Sanabit Deus percuſſionem plagæ populi ſui, *aa* in reſurrectione videlicet, quando mortui reſurgent incorrupti. *Iſai.* 30. *f.* 57 *d.* Tunc etiam ſanabit contritos corde. *Pſal.* 146. quia vera ſanitas erit in patria. Nam hic alligatio tantum eſt contritionum. *Reſurrectio Sanctorum.*

aa *Hier.ſ. Iſ.* 30. *Au.ſ.pſ.* 146. *Percutit Deus vt ſanet.*

Sanare

Digitized by Google

Sanare dicitur Deus percutiendo, *a* quia corda nostra, quæ prius malè sana sunt, quum nullo Dei amore foℓcientur, quum peregrinationis suæ ærumnam non sentiunt, quum erga infirmitatem proximi, nec quamlibet minimo affectu languescunt. Sed vulnerantur, vt sanentur, quia amoris sui spiculis insensibiles mentes Deus percutit, móxque eas sensibiles per ardorem charitatis reddit. *Deut.* 32.*f.* *Iob.* 5.*c.* Curatio autem in medicaminibus consistit *b* in triplici comminatione. Comminatio correptionis, de qua dicitur. Quem diligit Deus castigat. Comminatio reprobationis, de qua dicitur. Cui vult miseretur, & quem vult indurat. Comminatio damnationis, de qua scribitur. Tunc dicet iis, qui à sinistris erunt, Ite maledicti in ignem æternum. De his. *Isa.* 1.*b.* Non est sanata medicamine.

Curatio principum mundi & Gentilitatis orante Christo. Sanauit Deus Abimelech, orante Abraham. *Genes.* 20.*d.* quia *c* orante filio patrem, sanatur infœcunditas mundanorum principum, & subditorum populorum. Designatur etiam sanata sterilitas Gentilitatis.

Curans Christus gentes & Iudæos. Curauit Iesus languidos, hoc est, *d* Gentiles ad se venientes: & etiam infideles ex Iudæis. *Matt.* 14.*b.* Idem curans dæmoniacum cæcum, designauit *e* curationem Gentilium. *Matth.* 12.*b.* Dicuntur autem aliquando sanari*f* etiam inanimata. Vt sanauit Deus aquas steriles Hierico, quando reddidit Gentiles bonorum operum fœcundos. 4.*Reg.* 2.*d.* Curabat etiam Deus Ephraim, portans eum in brachiis, quando Christus peccata nostra portauit in cruce. *Hose.* 11.*b.* Vnde & sanitas dicitur esse in pennis Christi, quia portauit in humeris timentes se. *Mal.* 4.*b.*

Integritas fidei. Sanari puerum verbo, *g* est fide salutem acquirere. *Matth.* 8.*a.* Et sanari domum leprosam, & etiam seminifluum, est hæreticos ad integritatem fidei restitui. *Leuit.* 14.*g.* 15.*b.* Vnde & sana verba, sunt verba synceræ fidei. 2.*Tim.* 1.*c.*

Deleri habitus vitiorum. Sanari post circuncisionem, *h* est prauos vitiorum habitus penitus aboleri. *Iosu.* 5.*c.* Vnde qui sic sanati sunt, meritò faciunt pascha.

Lex vetus vni populo collata. Sanabatur vnus in probatica piscina: *i* quia lex vetus vni tantùm populo collata erat. *Ioan.* 5.*a.*

Gentiles præcedentes fide Iudæos. Sanabatur mulier Hemorrhoissa priusquam filia principis. *Matth.* 9.*c.* designat *k* Gentiles & publicanos in regno fidei & Ecclesiæ præcedere Iudæos.

Diabolus non sanans animas. Sanare ægrotos ab infirmitatibus animi non potest rex vltor, hoc est *l* diabolus. *Hos.* 5.*d.* *Ezec.* 34.*a.* Sic non sanat quod contritum est pastor stultus. *Zach.* 11.*d.* quia lapsos in ægritudinem animæ ad sanitatem per pœnitentiam nec diabolus, nec mali pastores reuocant.

Fouere vitia. Curare dicuntur cum ignominia, qui vouent vitia: & qui leui pœnitentia vitam promittunt. *Iere.* 6.*d.*

Doctrina salubris & sine errore. Sana doctrina dicitur, *m* salubris, quæ videlicet salutem animæ affert, dicitur etiam sana doctrina, quæ nullo errore maculata est etiam sani sermones, 1.*Tit.* 1.

Insanabilis plaga dicitur, *n* quã infert diabolus, quia ipse non emendare vult, sed occidere. *Isai.* 14.*b.* *Iere.* 15.*d.*

Deus solus curat peccata. Dicitur quoque insanabilis plaga Hierusalem: quia nemo potest curare plagam peccati, nisi ipse Deus. *Ier.* 30.*b*

Sanata dicitur plaga mortis bestiæ. *Apoc.* 13.*a.* quia *o* diabolus eiectus, adhuc superbit, & se adorari contendit.

Sancire, Sanctus, Sanctitas.

Sancire, est aliquid sanctum, vel consecratum facere, & firmum ac ratum constituere. Sanctum autem dicitur, quod omni obseruatione inuiolatum est, & mundum, & purificatum, atque expiatum. Sanctus item cœlestis. *Psal.* 23. Quis stabit in loco Sancto eius? Excelsus. *Leu.* 20.*a.* Polluerit nomen Sanctum meum. Consecratus. *Exod.* 3.*a.* Locus in quo stas, & terra sancta est. Fidelis. 1.*Reg.* 21.*b.* Fuerunt vasa puerorum sancta. Mundus. *Leu.* 20.*b.* Sanctificamini, & estote sancti. Sanctificatus. *Leu.* 21.*a.* Sancti erunt Deo suo. Selectus. *Deut.* 7.*a.* Populus sanctus es Domino Deo tuo. Solennis. *Exod.* 12.*c.* Dies prima erit sancta & solennis.

Deus sanctus Sanctitas principaliter attribuitur *p* Deo, à quo est omnis sanctitas: de quo dicitur. 1 *Reg.* 2.*a.* Non est sanctus, vt est dominus. *Psalm.* 29.144. Et quum dicitur Sanctus absolutè, sumitur pro Deo, qui est singulariter sanctus.

Christus sanctus. *Isa.* 40.*f.* *Iob.* 6.*a.* In sancto autem suo iurat Dominus, *q* quando iurat in semetipso, vel in filio, vel in templo, vel in omni, qui sanctus est, & appellatur templum Dei. *Amos.* 4.*a.*

Sanctus quoque dicitur *r* Christus, & sanctus Israël, & sanctus Iacob. *Isai.* 5.*f.* 10.*d.* 29.*g.* 30.*c.* 54.*b.* Et dicitur sanctum brachium Dei. *Isa.* 52.*c.* Et sanctus, in quo loquutus est Dominus, est propriè *s* ipse Christus, licèt etiam dici possit de Mose, & de Iacob. *Psalm.* 59.62.67.76. Interdum autem sanctus Israël dicitur de Patre. *Isa.* 43.*c.* 47.*b.* 49.*c.* 52.*a.* *Hos.* 11.*b.* Et sanctum Domino, & sanctus Israël dicitur de Christo. *Luc.* 1.*d.* 2.*d.* *Isa.* 63.*c.* *Hab.* 3.*a.* Sancta quoque via, est Christus. *Isa.* 35.*c.* Et ipse dicitur Sanctus sanctorum. *Dan.* 9.*g.* Sanctificauit autem Deus Ieremiam in typum Christi. *Iere.* 1.*a.* Sanctum quoque nomen Dei, peculiariter dicitur *t* Christus, & demum quicquid de Deo rectè intelligimus. *Psal.* 32. *Isai.* 27.*c.*

Humanitas Christi. Corpus hominis. Anima pura. Ecclesia. Cœlum. Paradisus. Eucharistia. Sanctum templum & sanctus locus interdum dicitur *u* humanitas Christi, & etiam corpus hominis, & anima pura & Ecclesia. *Psal.* 23.64.67. *Exod* 29.*e.* *Leu.* 6.7.*a.* 10.*b.* 14.*b.* 24.*c.* *Iosu.* 5.*d.* *Matth.* 24.*b.* Sanctus mons de eisdem dicitur. *Isai.* 27.*d.* 57.*c.* 65.*b.* *Ioel.* 3.*d.* *Sopho.* 3.*c.* Et sanctum habitaculum Dei dicitur, quia Deus non habitat, nisi in sanctis. *Isai.* 63.*d.* Sanctum quoque in quo habitat Deus, est cœlum, & Paradisus. *Ezec.* 28.*d.* *Ioel.* 2.*a.* *Abdi.* *f.* Sanctum etiam aliquando sumitur pro sacramento Eucharistiæ, quod sanctum polluunt mali sacerdotes, quia etiam polluunt templum. *Sopho.* 3.*a.*

Dogmata veritatis. Confessio Trinitatis. Vtrumque testamentum. Sanctus mons quandoque significat *x* dogmata veritatis, & Trinitatis confectionem, & etiam ipsum Dominum. *Isai.* 56.*b.* *Zach.* 8.*a.* Sanctum quoque dicitur vetus testamentum, intra quod est sanctum sanctorum, hoc est, nouum testamentum.

Pertinens ad ius sacerdotũ. Corpus Christi. Verbum Dei. Christus. Gloria æterna. Sanctum sanctorum videbatur esse, *y* quod pertinebat ad ius sacerdotum, vt sanctum solum, sit ius Leuitarum. *Ezech.* 48.*b.* Sanctum quoque Sanctorum erant panes propositionis, designantes corpus Christi, & verbum Dei, & ipsum Christum. Potest etiam sanctum sanctorum *z* æternam gloriam, & ipsum cœlum significare. *Exod.* 26.*g.* 29.*f.* 30.*b.* 40.*c.* *Leu.* 9.*d.* 7.*a.* 10.*e.* 14.*b.* 24.*b.* Sancta etiam requies est, quæ ad æternam gloriam pertinet. *Exod.* 31.*d.* In descriptione tabernaculi dicuntur sancta sanctorum, plurali numero. *In Ezech.* 41.*a.* Sanctum sanctorum numero singulari, vt post sancta veniamus ad sanctum, quomodo post multa cantica peruenimus ad canticum canticorum, quòd omnium carminum carmen est, & quod canentes sponsi copulamur amplexibus. *Ezechie.* 43.*d.*

Vouentes se Deo. Mundi à peccato. Sanctitatem petens Saul pro culpa populi. 1.*Reg.* *f.* designat *aa* prælatos subditorum culpas ad hoc tantùm appetere scire, vt pro iis, quos inueniunt praua agere, orantes, eos ad veniam per lamenta perducant.

Sanctus vir, est *bb* segregatus ab omnibus mundanis, & Deo consecratus: vt sunt, qui se vouerunt Deo, & hoc est psallere Deo. *Psalm.* 29.115.131. *Isai.* 4.*a.* *Exod.* 22.*d.* *Leuit.* 11.*g.* Et sancti lapides, sunt fideles. *Zach.* 9.*d.* Et sanctificatum vas, est existens sine peccato. 2.*Tim.* 2.

Apostoli, & Prædicatores. Prælati. Sancti etiam dicuntur peculiariter *cc* Apostoli, & doctores, prædicatores, & prælati. 1.*Reg.* 2. *Psal.* 49. Sancti etiam montes dicuntur Apostoli. *Psalm.* 86.

Angeli. Sancti sæpè dicuntur *dd* Angeli, in quibus est syncera sanctitas. *Iob.* 19.*b.* *Tob.* 3.*d.* *Isai.* 10.*d.* *Dan.* 4.*b.*

Imago cœlestis. Sanctum Domini in fronte portare, est *ee* imaginem cœlestis in mente habere. *Exod.* 28.*f.*

Opera iustitiæ. Sancta vestimenta sacerdotum, & etiam aliorum designare possunt *ff* opera iustitiæ, & sanctitatis. *Exod.* 28.*a.* *Leu.* 16.*b.* Sancta quoque merces Tyri Domino, est per bona opera. *Isa.* 23.*d.*

Initium fidei. Sancta dies prima in festo azymorum. *Exod.* 12.*c.* designat *gg* initium fidei ex passione Christi, in qua sanctificatur fides.

Signum sanctitatis. Sancta dicitur vnctio sacerdotum. *Exod.* 37.*d.* *Leuit.* 10.*b.* quia est signum sanctitatis illis infusæ. Sic dicitur sanctum oleum. *Exod.* 30.*d.*

Præcepta. Sacramenta. Eucharistia. Sanctum non dandum canibus. *Matth.* 7.*a.* sunt *hh* præcepta, & promissa Dei, & sacramenta, & Eucharistia, quæ non debet dari non plenè pœnitentibus. Designat etiam id quod integrum est, non dandum corruptoribus.

Sacra scriptura. Sancta gazophylacia sunt ea, quæ continent sacramenta scripturæ sacræ. *Ezec.* 42.*c.* Sanctum quoque frænum Domino, est *ii* sacra scriptura. *Zach.* 14.*d.*

a *Gr.* 6.*m.* 18. b *Ricar. de S. Victo. de stat. inte. hom.* 47. c *Glo. ord. su. Gen.* 20. *Ru. s. Gen.* 16. d *Ori. s. Matt. cap.* 14. e *Hil. s. Matt. cant.* 12.14. f *Aug. contr. Fulgen. Gloss. ord. su.* 4.*Par.* 2. *Hie. s. Hos.* 11. g *Hil. s. Matt. can.* 8. h *Orig. s. Iosu. hom.* 6. i *Cyril.* 2.*s. Ioan.* 125. k *Hil. s. Matt. can.* 9. l *Hie. s. Ho.* 5. *Cyr.* 7.*s.* *Ioan.* 5. m *Hier. s. Tit.* 1. n *Hie. s. Is.* 14. o *Ru.* 13. *Vict. verbi Dei.* 19. p *Glo. int. sup. Isai.* 40. q *Hie. s. Amos* 4. r *Hie. s. Is.* 29.42.63. *& su. Ier.* 1. s *Arn. s. ps.* 59 *Amb. apol. Dauid.* 22. *& s. Luc.* 2. *Aug. s. ps.* 59. t *Glo. ord. sup. ps.* 32. u *Arn. & Hi. s. ps.* 64. *Orig. s. Leuit. hom.* 13. *& s. Iosu. hom.* 6. *Gloss. ord. sup. Sopho.* 3. *Lyr. s. Soph.* 3. x *Hie. s. Is.* 50. *& s. Zach.* 8. *Au. q. in Exo.* 112. y *Orig. s. Leu. ho.* 5.13. *Hier. de vest. sac. & s. Eze.* 41. z *Isyc. s. Leu.* 24. aa *Gr. s.* 1.*Re.* 14. bb *Ori. s. Leu. hom.* 11. *& s. Nu. hom.* 24. *Hier. s. Zac.* 9. cc *Gr. s.* 1.*Re.* 1. *Arn. s. ps.* 49. *Hie. s. ps.* 86. dd *Glo. ord. s. Isaia* 10. ee *Glo. ord. s. Exod.* 28. ff *Glo. int. su. Exo.* 26. *Hie. s. Is.* 23. gg *Glo. inte. s. Exod.* 12. hh *Am.* 2. *de pœni.* 9. *Aug.* 2. *ser. Domini in monte.*

Hil. s. Matth. Can. 6. ii *Hie. s. Zac.* 14.

Digitized by Google

Sancta significant aliquando *a* sanctificationem,quæ fit in Ecclesia. *Psal.* 55. *in tit.*

Sancti in terra Dei dicuntur *b* Iudæi, qui ex sanctis descendunt. *Psalm.* 15. Sanctificare autem voluit Deus Iudæos,quum eis Christum prædicauit. *Isa.* 42. *d.*

Sancta Moab,sunt *c* errores hæreticorum, quos sanctos ipsi putant. *Isa.* 16. *d.* Et sanctificationes Israël, sunt cultus verborum & errores. Et dicuntur sanctificatio regis, & non Dei: quia Deo sunt abominatio: & quia Rex Ieroboam sanctificauerat vitulos. *Amos*, 7. *b.*

Non sancta gens,dici possunt *d* malæ cogitationes. *Psalm.* 42.

Sanctificare.

Sanctificare, interdum est confirmare. *Sopho.* 1. *b.* Sanctificauit vocatos suos. Innotescere, *Matt.* 6. *a. Luc.* 11. *a.* Sanctificetur nomen tuum. Sanctum habere. *Exod.* 29. *b.* Sanctificabis eos, eleuans coram Domino. Sanctum ostendere. *Ezech.* 26. *e.* Sanctificabo nomen meum magnum. Mundare. *Leu.* 6. *a.* Qui tetigerit illa sanctificabitur. Præparare. *Ios.* 7. *c.* Surge sanctifica populum.

Sanctificauit Pater filium, *e* non quòd vnquam ille sanctus non fuerit, sed quia sanctum illum genuit, atque vt sanctus esset, gignendo ei dedit. Sicut enim Deus Deum, immensus immensum, sic sanctus sanctum Pater Filium genuit, & misit in mundum: quia eum incarnari constituit pro salute hominum. Aut sanctificauit secundùm hominem, & humanam in eo naturam, id est, cum sanctitate immunitatéque & syncera puritate eum incarnari constituit pro salute mundi: quemadmodum Angelus dixit ad sacrosanctam Virginem. *Luc.* 2. *d.* Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei. Et beatus Paulus, *Rom.* 2. *a.* Qui prædestinatus est Filius Dei, in virtute, secundùm Spiritum sanctificationis. Aut demum sanctificauit eum, id est, *f* sanxit, & constituit ipsum sacrificari, & oblationem offerri pro mundi salute. Nam id sanctificari in scriptura pleruneque dicitur, quod templi vsui designatum Deo offertur, & consecratur: quemadmodum ibi: Sanctifica mihi omne primogenitum. Sanctificare quoque altare, & tabernaculum, ad significationem carnis Christi refertur. Et ipse Christus sanctificat, per Mosen significatus. *Exod.* 19. *g.* 40. *d. Psal.* 45.

Sanctificare Deum, *g* est benè operando illi gloriam dare, ipsúmque laudare & timere, & per bona opera facere, vt Deus ab infidelibus non blasphemetur, sed potius glorificetur. Et sanctificare nomen Dei, vel sanctum Iacob, est dare gloriam Christo. *Is.* 8. *c.* 29. *g. Matt.* 6. *b. Luc.* 11. *a.* Et sanctificat Deus nomen suum, quando sanctificando populum suum, est occasio vt ab ipsis benedicatur, & quando conuertuntur Gentes, & remissionem accipiunt per nomen eius. *Ezech.* 36. *e.* Sanctificatus etiam dicitur Deus ad aquas contradictionis, *h* quia sanctificatur in eis, qui baptismi gratiam percipiunt. *Num.* 20. *d.* Et sanctificatur in iis, qui appropinquant ei. *Leuit.* 10. *a.* Et sanctificatur in iustitia, *i* quum ostendit se iustè castigasse. *Isai.* 5. *d.* Et sanctificatio Dei, est pœna peccantium, qua ratione in malis sanctificari dicitur. *Exec.* 28. *f.* 38. *e.* Nam in bonis sanctificatur quando eorum miseretur. *Ezech.* 29. *g.*

Sanctificare, interdum est sanctum facere: vt sanctificans Moses populum, designauit *k* Christum per suum sanguinem sanctificantem credentes, vnde per aspersionem sanguinis sanctificabat Moses populum. *Exod.* 19. *b. Leuit.* 8. *f.* Et sanctificat Deus filios Israël, hoc est, fideles, quibus dicitur esse in sanctificationem. *Exod.* 31. *e. Isa.* 8. *c.* Sanctificare autem pectusculum arietis, est mentem mundare. *Exod.* 9. *e.* Sanctificari etiam ad immolandum, *l* est odium de corde proiicere, & ad audiendum prædicationis verbum intentionis puritatem præparare. 1. *Reg.* 16. *b.*

Sanctificare, interdum est *m* consecrare, vt sanctificatio primogenitorum, quæ typus erat sanctificationis & consecrationis sacerdotum. Sanctificauit autem Deus primogenita Ægypti, quia quum renunciatur improbitati, ascisciturque virtus. *Exod.* 13. *a.* 19. *d.* 28. *f.* 29. *d. Leu.* 8. *b. Num.* 3. *c.* Sanctificatio quoque Eleazar. 1. *Reg.* 7. *a.* consecrationem sacerdotum designauit.

Sanctificans Iob filios suos. *Iob.* 1. *a.* designauit *n* Christum sanctificantem Apostolos. Et tam ipsi quàm prædicatores dicuntur sanctificati Dei, quos misit Deus ad prædicandum. *Isa.* 13. *a.* Et dicitur Deus sanctificasse vocatos suos, hoc est Apostolos. *Sopho.* 1. *b.*

Sanctificat Deus in die interfectionis. *Iere.* 12. *a.* quia *o* quos diligit, castigat, & castigando conuertit, & peccato mori facit. Sanctificare quoque dicitur Deus malos in die occisionis, quia tunc sancta, quæ debuerant agere, sentiunt, quum digna prauitatis suæ supplicia iam declinare non possunt.

Sanctificatum de terra, dicitur Ecclesia ex hominibus assumpta. *Ezech.* 45. *a.*

Sanctificare dicitur Deus eum, qui interficiebat virum de Hierusalem. *Iere.* 22. *b.* quia *p* secundùm eius voluntatem Iudæi occidebantur.

In sanctificationem modicam dicitur fuisse Deus dispersis Israël. *Ezech.* 11. *c.* vel *q* quia seruauit aliquos ab idololatria, vel quia ad breue tempus erant in proprio loco mansuri.

Sanctificatio regis Tyri, quam ipse dicitur polluisse. *Ezech.* 28. *e.* est *r* status Luciferi ante peccatum.

Sanctificatio Dei interdum dicitur *s* sanctuarium, seu templum, quod etiam appellatur sanctum Dei, & ipsa Ecclesia dicitur sanctificatio Dei, in templo figurata. *Isa.* 63. *d.* 64. *d. Thren.* 2. *e. Exech.* 37. *g. Malac.* 2. *c.*

Sanctificat domum Deo, *s* qui familiam suam, & cogitationem, & intelligibilem domum in sanctimonia conseruare curat, vt Ecclesia sit, & appelletur, sicut multi fidelium sanctificabant domos suas. *Leu.* 27. *b.* vbi intelligi potest sanctificatio omnium potentiarum.

Sanctificata non comedenda per ignorantiam, designant *u* corpus & sanguinem Christi quod non est comedendum, nisi diligenti præmisso examine. *Leu.* 22. *b.*

Sanctificauit Dauid aurum, & argentum, & vasa in thesauris Domini. 3. *Reg.* 7. *g.* quum Deus eloquentes & sapientes, & cæteros fideles illuminauit, ad considerandam mirabilia de lege Domini.

Sanctificare quandoque est *x* celebrare, & dedicare, vt sanctificatio sabbati est, applicatio eius ad diuina obsequia. *Genes.* 2. *a. Exod.* 20. *b.* 35. *a.* Sanctificatum autem est in passione Christi & morte, in qua omnes recipimus sanctificationem. Sanctificauit autem Deus diem quietis, non operis, vt ostendat se ita beatum esse post opus, vt erat antea. Sanctificat etiam sabbatum Dei, qui *y* non portat onus peccati. *Exech.* 44. *g. Iere.* 17. *d* Sanctificata autem solennitas erit in gloria, vbi verum est sabbatum, verum pascha, & sanctus dies Domini. *Isai.* 30. *f.*

Sanctificatio interdum est *z* præparatio, vt sanctificatio montis, in quo apparuit Dominus, quod etiam erat ostendere illum sanctificatum. *Exod.* 19. *d.*

Sanctificantes filij Israël dona Domino. *Exod.* 28. *f. Leuit.* 5. *d.* sunt *aa* pœnitentiam agentes: sanctificabantur autem omnia & tabernaculum, seu cultum Dei spectantia vnguento, seu oleo, hoc est, per gratiam Spiritus sancti. *Exod.* 30. *c.* 40.

Sanctificatur tangens sacrificium, aut hostia pro peccato. *Leuit.* 6. *e.* vt designetur *bb* per tactum Christi veram haberi sanctificationem. Sic etiam sanctificatur tangens altare. *Exod.* 20. *f.* 30. *c.* vbi etiam designatur, tractantes theologica ipsa cognitione sanctificari. Sanctificat etiam templum aurum, quod in ipso est, & altare donum: hoc est, *cc* Christus laudes & preces, quæ per ipsum offeruntur. *Matth.* 23. *b.*

Sanctificare bellum, est *dd* contra vitia pugnare. *Ioel.* 3. *b.* Sanctificat etiam bellum, quum quis baptizatur, qui tunc ascribitur in militiam contra serpentem.

Sanctificant mala prælium contra bonos, *ee* qui non dant quippiam in ore eorum. *Ioel.* 3. *b. Mich.* 3. *b.* quando iudices districtis sententiis terrent iustos, qui non dant eis munera. Sanctificarunt etiam bellum contra Hierusalem, qui eam ex imperio Domini vastarunt. *Iere.* 6. *a.*

Sanctificatæ reliquiæ sacrificij, designant sanctificationem Iudæorum in fine mundi, quando reliquiæ conuertentur. *Exod.* 29. *f. Isai.* 6. *d.*

Sanctificari ad immolandum, quum rex deberet eligi. 1. *Reg.* 16. *b.* designauit *ff* ad eligendum antistitem, siue ad eum vngendum, plures sapientes atque religiosos viros debere vocari, qui tunc sanctificantur & veniunt, quum proponunt in electione illa, nihil carnale sequi.

Sanctificabat Iob prius filios suos, & postea pro eis sacrificium offerebat. *Iob.* 1. *a.* vt ostendatur *gg* sanctificãdos

prius

Sanctificatio.
Iudæi.
Hæreses.
Cultus idolorum.
Malæ cogitationes.

Sanctificatio Christi.

Dare gloriam Deo.
Sanctificatio in baptismo.
Castigatio malorum.
Misericordia Dei in bonos.

Sanctum faciens Deus populum.

Consecratio sacerdotum.

Apostoli, & Prædicatores.
Castigatio Dei.

Ecclesia.

Primus status Luciferi.
Templum.
Ecclesia.
Sanctificatio potentiarum animæ.
Eucharistia.
Illuminans Deus.
Dedicare sabbatum Deo.
Non portare onera peccati.
Solemnitas gloriæ cœlestis
Præparatio.
Pœnitentia.
Vera sanctificatio per Christum.

Pugna contra vitia.
Impij contra iustos.
Destructio.
Hierusalem.
Conuersio Iudæorum in fine mundi.
Electio prælati.

a *Hil. f. ps.* 55.
b *Au. epi.* 58.
c *Hie. f. Is.* 16.
d *Ar. f. ps.* 42.
e *Cyr.* 7. *f. Ioa.* 12.
f *Bas. f. ps.* 45 *Cyr.* 4. *f. Ioan.* 40.
g *Gre. Nysse. de oratione. Glo. ins. sup. Isai.* 8.
h *Aug. qu. in Num.* 36.
i *Hier. f. Is.* 5. *& f. Ezec.* 28. *Isyc. f. Leu.* 10.
k *Isy. f. Leu.* 8.
l *Gre. f.* 1. *Re.* 16.
m *Amb.* 2. *de Cain.* 4. *Greg. f.* 1. *Re.* 7.
n *Gre.* 1. *mo.* 22. *Hier. f. Is.* 13. *& f. Sopho.* 1.
o *Ori. f. Ier. h.* 8. *Hier. f. Ier.* 12. *Gr.* 27. *m.* 18.
p *Hier. f. Iere.* 22.
q *Hie. f. Ezec.* 11.
r *Hie. f. Exec.* 28.
s *Glo. ins. su. Isai.* 63.
t *Isy. f. Le.* 27.
u *Isyc. f. Leu.* 22.
x *Aug.* 4. *de gen. ad lit.* 17.
y *Hie. f. Ezec.* 44. *& su. Is.* 30.
z *Gloss. in su. Ex.* 19.
aa *Gloss. ins. f. Exod.* 28.
bb *Ori. f. Leu. hom.* 4. *Isyc. f. Leu.* 6.
cc *Au.* 1. *q. in euang.* 3.
dd *Orig. f. Ios. hom.* 8.
ee *Rup. f. Ioel.* 3. *Gre. f.* 1. *Re.* 1. *Hier. f. Ioel.* 3. *& f. Ier.* 6.
ff *Gre. f.* 1. *Re.* 16.
gg *Ori. f. Iob.* 1.

Digitized by Google

Examen ad Eucharistiæ.

prius esse, qui ad Eucharistiæ sacramentum accessuri sunt, vt fiat, quod ait Apostolus. 1. *Corint.* 11. *g.* Probet autem seipsum homo, &c. Peracto autem orbe dierum conuiuij, mittebat, & sanctificabat filios, *a* quod est post virtutum censum intentionem cordis erigere, & omne quod agitur, districta retractionis discussione mundare, ne bona æstimentur quæ mala sunt.

Gratiarum actio.

Sanctificari Domino fructus quarti anni. *Leu.* 19. *e.* est *b* gratias agere de omnibus.

Reuelare mysteria indignis.

a Sanctificari dicitur populus, sed ad ipsum non præparatum offerantur sacrificia: non aliter quàm *c* quum sanctum datur canibus, aut margaritæ, porcis proiiciuntur. *Ezec.* 46. *f.* Sic sanctificant sacerdotes populum in vestimentis sanctis, quando reuelant mysteria indignis. *Ezech.* 44. *e.*

Sanctè ieiunare.

Sanctificare ieiunium, est sanctè ieiunare. *Ioel.* 1. *c.* 2. *d.* Et sanctificat se, *d* qui ieiunat. *Zach.* 7. *a.*

Doctrina vtriusque testamenti.

Sanctificata caro, significare potest *e* doctriuam noui & veteris testamenti. *Agge.* 3. *c.* Caro autem, quæ non sanctificat tangentes, est corpus Christi: quod non sanctificat indignè sumentes.

Sanctificata dicuntur thuribula in mortibus, & pœna peccatorum. *f* quia per eos exemplum datum est cæteris, vt timerent Dominum. *Num.* 16. *e.*

Nemo sanctificat primogenita peccatorum, quia *g* iam sunt sanctificata à Deo, nec alterius egent sanctificatione. *Leu.* 27. *d.*

Sanctificari dicuntur in hortis, *h* qui voluptatibus vacantes, mundo se putant. *Isai.* 66. *e.*

Sanctuarium.

Sanctuarium, est sacer locus, vt templum, & sacrarium.

Humanitas Christi.

Sanctuarium Dei, dici potest *i* humanitas Christi. *Exod.* 15. *c.* 25. *a. Leu.* 4. *b.* 5. *d.* 6. *c.* 16. *c.* Item Spiritus sanctus: & dicitur polluere sanctuarium Dei, qui peccando contristare dicitur Spiritum sanctum. *Leuit.* 21. *c.*

Spiritus sanctus.

Sanctuarium quoque dici potest *k* Ecclesia tam militans, quàm triumphans: sed sanctuarium dicitur Ecclesia militans, sanctuarium verò sanctuarij, Ecclesia triumphans. *Exod.* 15. *c.* 26. *g.* Diuidebantur autem hæc sanctuaria velo ac tabulis, hoc est, cœlo. 3. *Reg.* 6. *c.* Sanctuarium autem expiandum, est ipsa Ecclesia militans, vel etiam *l* anima. *Psal.* 77. *Ezech.* 45. *f.* Et sanctuario exteriori sumebat sacerdos ignem, thimiama, & reliqua, quæ mittebat in interius, vt designetur hic esse locum bonorum operum, quę ferantur in cœlum. *Exod.* 28. *c.* 29. *e.* 35. *b.* 36. *a.* 38. *d.* 39. *g. Leuit.* 10. *Psal.* 73. 82. *Thren.* 1. *d.* 2. *c.* 4. *a. Ezech.* 25. *a.* Sanctuarium etiam dici potest *m* corpus nostrum. *Leuit.* 26. *a.*

Ecclesia militãs & triumphans.

Sanctuarium præterea Dei, dici potest *n* ipse mundus, & etiam tota massa generis humani, quod sanctuarium expiauit Christus summus pontifex per sanguinem suum. *Leu.* 16. *b.*

Anima.

Sanctuarium interdum sumi videtur *o* pro statu ministrorum Ecclesiæ, vt à sanctuario incipit vindicta, hoc est, à sacerdotibus & ministris Ecclesiæ. *Ezec.* 9. *c.*

Corpus humanum.

Sanctuarium exterius, dici potest *p* sublimior cognitio diuinorum, ad quæ solus Christus attingit, ideò porta eius dicitur clausa, & soli principi peruia. *Ezec.* 44. *b.* est etiam sublimior contemplatio diuina, ad quam non quicunque, nec semper debet ingredi. *Leu.* 16. *a.*

Mundus.

Mulier post partum non intrat statim in sanctuarium.

Genus humanum.

Sandalia.

Sandalia erant calceorum genus, plantam pedis muniens, non autem totam partem superiorem.

Status ministrorum Ecclesiæ.

Sandalia, quibus pes neque tectus est, neque nudus ad terram, quibus vti debebant Apostoli, designabant *q* neque occultandum esse Euangelium, neque terreni commodi gratia prædicandum. *Marc.* 6. *b.*

Sublimior cognitio, & contemplatio diuinorum.

Sandalia quæ induit Iudith, *r* Euangelica præcepta, & meditationes sacras significare possunt. *Iudith.* 10. *a.*

Sanguis, Cruor.

Sanguis, est humor rubens, per venas animalis diffusus, quo totum corpus nutritur. Cruor autem est sanguis effusus, aut sanies. Sanguis autem interdum *s* pro cognatione sumitur. *Leu.* 10. *a.* Ad proximam sanguis non accedet. Sanguis vsus prohibebatur in Lege, primò ad excludendam idololatriam, quia Gentiles bibebant de sanguine victimarum, vt dicitur. *Deut.* 32. *e.* De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Secundò vt horrerent humani sanguinis effusionem. Tertiò, quia sanguis est maximè necessarius ad vitam, ratione cuius dicitur anima esse in sanguine, ideò vt ostenderetur, à Deo nobis esse collata vita, in honorem Dei effundebatur sanguis. Quartò, quia per hoc sanguinis Christi effusio figurabatur.

Sanguis Christi.

Sanguis Abel, typus fuit *t* sanguinis Christi, vnde & habebat vim verbi, & clamare ad Deum dicebatur, sicut & sanguis Christi semper clamat ad Deum, in aliquorum remissionem & aliorum vindictam. *Gen.* 4. *b.* Idem significat sanguis Ioseph, qui exquiri dicebatur. *Gen.* 42. *d.* Et sanguis Iob non operiendus, *u* est sanguis de latere Christi, & mysterium sacrificij eius manifestandum, vt fructificet. *Iob.* 16. *d.* Et sanguis vuæ est sanguis Christi. *Gen.* 49. *b.* Et sanguis qui offerebatur pro peccato, *x* sanguinem Christi designabat, qui pro peccatis nostris effusus est, vt sanguis vituli, arietis, agni, hirci, & passeris, & etiam vaccæ rufæ. In his enim omnibus passio Christi exprimebatur. *Exod.* 23 *c.* 24. *b.* 30. *b.* 34. *b. Leu.* 1. *b.* 3. *a.* 4. *a.* 5. *b.* 7. *a.* 8. *c.* 9. *b.* 10. *d.* 14. *a. c.* 16. *c.* 17. *c.* Et dicebatur sanguis fœderis, quia ipsum factum est fœdus inter Deum & homines. Sanguis autem vaccæ comburebatur, vt designaretur mortalitatem Christi absorbendam fuisse in resurrectione. *Num.* 19. *a.* Potest autem sanguis vaccæ conuersationem interiorem Christi designare. Sanguis autem ad basim altaris effusus, designauit passionem Christi in fine mundi Iudæis profuturam. Et sanguis, quo pollutæ sunt manus Iudæorum, *y* est sanguis Christi, quem ipsi effuderunt. *Isa.* 59. *a.* Sanguis autem Christi dictus est quasi inutilis: quia multi sunt quibus ob proprias culpas non prodest. *Psal.* 29. Sanguis quo intingitur pes, est *z* passio Christi. *Psalm.* 67. *Ezech.* 43. *f.* 45. *f. Colos.* 1. *e.* 1. *Petr.* 1. *c.* Hunc sanguinem dedit Deus in prodigium. *Ioel.* 2. *g.* dicitur etiam sanguis testamenti, per cuius pactum liberamur. *Zach.* 9. *c.* Sanguis, in quem mutata est aqua, *aa* passionem Christi designat, & sanguis in tota terra Ægypti, est passio Christi in toto mundo. *Exod.* 4. *b.* 7. *c.* Sanguis agni ponebatur in limine, *bb* vt designaretur Christum esse ianuam vitæ. *Exod.* 12. *a.* Sanguis occisorum, quem bibit Israël, est sanguis Christi. *Num.* 23. *d.* Hunc sanguinem lambunt pulli aquilæ, *cc* quum infirmi auditores doctrinam crucis Christi suscipiunt. *Iob.* 39. *d.* Est autem sanguis Christi, fons recreans.

Veritas. Sapientia. Vtrumque testamentum.

Sanguis Abel quandoque significat *dd* veritatem, quæ semper clamat, & emergit. *Matth.* 23. *d.* Idem designat sanguis Ioseph, & effundere sanguinem Ioseph, est negare veritatem. *Genes.* 37. *f.* Est etiam sapientia, & sanguis in cratere, est sapientia mortalis. Sanguis verò in altari, sunt mysteria diuino munere infusa. Quum dicitur Moysis sponsus sanguinum. *Exod.* 4. *d.* per duplicem sanguinem vetus & nouum testamentum significare potest. Sanguis occisorum, dici potest doctrina Christi, & Apostolorum, quem sanguinem bibit Israël, hoc est *ee* fideles in Ecclesia. *Num.* 23. *d.* Et sanguis vuæ, est eadem doctrina, & etiam sacramenta. *Gen.* 49. *b. Deut.* 32. *b.*

Sacramenta.

Sanguis nonnunquam ponitur pro diuina vindicta, & punitione pro peccato. *Psalm.* 57. 77. *Eze.* 14. *e.* Et sanguis aspersus est super vestimenta Christi, *ff* quando in malos vindictam exercuit. *Isai.* 63. *a.* Huic sanguini traditur mons Seir. Et sanguis persequens, est sanguis Sanctorum, qui clamant. Vindica Domine sanguinem nostrum. *Ezec.* 35. *b. Apoc.* 8. *b.* 14. *d.* 19. *a.* Sic mare fit sanguis, quum diuina vindicta venit in malos. *Apoc.* 16. *a.*

Diuina vindicta.

Sanguis innocens, est *gg* vita simplicis, quem effundit qui simplicem scandalizat, aut in errorem inducit. *Iere.* 7. *a.* 19. *a.* Qui sic scandalizant, dicuntur ædificare Sion in sanguinibus. *Mich.* 3. *d.* Et sanguis quem odit mons Seir, est vita fidelium, & simplicium. *Ezech.* 35. *b.*

Spes. Fides.

Sanguis Christi significare potest *hh* spem, quæ est sanguis fidei: qua videlicet fides continetur, vt caro ab anima: & quum spes expirauerit, perinde ac si sanguis affluxerit, vitalis fidei facultas dissoluitur. *Ioan.* 6. *g.* Duplex est autem sanguis Domini: *ii* alter carnalis, quo redempti sumus ab interitu. Alter spiritualis, quo scilicet vncti sumus. Et hoc est bibere sanguinem Iesu, esse participem incorruptionis Domini. Sanguis etiam agni, quo tingitur superliminare, hoc est, ratio, est fides Christi. *Exod.* 12. *a*

Vnio Ecclesiæ.

Sanguis Ecclesiæ vnio dici potest. *Matt.* 26. *c. Mar.* 14. *c. Zac.* 9. *e.* In sanguine testamẽti tui emisisti vinctos tuos.

a *Gre.* 14. *m.* 24.
b *Philo. de plant. Noe.*
c *Hie. s. Ezec.* 46. *Glo. int. sup. Eze.* 44.
d *Hie. s. Zac.* 7.
e *Hie. s. Agg.* 3.
f *Aug. qu. in Num.* 3.
g *Isyc. s. Leu.* 27.
h *Glo. ord. su. Isai.* 66.
i *Ori. s. Exod. hom.* 6. *Isyc. s. Leu.* 21.
k *Ori. s. Exod. hom.* 9. & *su. Leu. hom.* 9. *Arn. s. ps.* 77. & 2.
l *Hie. s. Exec.* 28. 45. *Au. s. psa.* 77.
m *Isyc. s. Leu.* 16.
n *Philo. de plant. Noe. Isy. s. Leu.* 16.
o *Hie. s. Ezec.* 9.
p *Ori. s. Ezec. hom.* 14. *Isy. s. Leu.* 16.
q *Augu.* 2. *de consen. Euangel.* 30.
r *Glo. inte. su. Iud.* 10.
s *Isy. s. Leu.* 3.
t *Cle. Alex.* 1. *pad.* 6. *Ori. s. Gen. hom.* 17. *Amb. de ben. Patriarch. Aug. s. ps.* 39.
u *Gr.* 13. *mo.* 11.
x *Chr. s. Ioan. hom.* 84. *Augu. qu. in Nu.* 53. & *de catechi* 29. *Orig. s. Leu. hom.* 3. & *s. Nu. hom.* 16. & *s. Ier. ho.* 11. *Hier. s. Is.* 59. & *s. Eze.* 13. & *s. Ioel.* 2. & *s.* 2. & *su. Zac.* 9. *Arn. s. ps.* 67. *Orig. s. Exod. hom.* 4. *Gre.* 13. *m.* 11. & 31. *m.* 36. & *hom.* 22.
y *Hie. s. Is.* 59. *Eze.* 13. *Ioel.* 2. *Zach.* 9.
z *Ar. s. ps.* 67.
aa *Ori. hom.* 4. *in Exod.*
bb *Gre. Nyss. de vita Mosis. Bed. s. Exo.* 11. *Chr. s. Ioan. h.* 45.
cc *Gre.* 13. *m.* & 31. *mor.* 36.

dd *Ori. s. Mat. ho.* 26. *Am. epist.* 2. ee *Ori. s. Num. hom.* 16. *Ori. s. Gen. ho.* 67. ff *Hie. s. Is.* 63. *Au. s. Ap. ho.* 11. *Rup.* 9. *s. Apo.* gg *Hie. s. Ier.* 7. & *s. Eze.* 35. & *s. Mich.* 3. hh *Cle. Alex.* 1. *pad.* 6. & 2. *periar.* 2. ii *Gre. Nysse. de vita Mosis.*

Digitized by Google

Sanguis vuæ, dicitur vinum. *Deut.* 32. *b.* Potest etiam sanguis vuæ seu vineæ, vel flos malorum granatorum, significare *a* decorem synagogæ, vel animæ. *Ezech.* 19. *c.*

Sanguis aliquando sumitur *b* pro similitudine sanguinis: vt quum Luna conuersa dicitur in sanguinem. *Ioel.* 2. *g.* quod factum est quando Iudæi dixerunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Ita in sanguinem conuersa sunt flumina. *Exod.* 4. *c.* 7. *c.*

Sanguis, à quo non est prohibendus gladius, *c* est correctio peccatorum. *Iere.* 48. *d.*

Sanguis dans testimonium, *d* est martyrium, quod dat testimonium veritati fidei Christi. *Ioan.* 5. *a.* Et sanguis animarum, quem requirit Deus de manu bestiarum, est sanguis Martyrum, quem requirit de manu persecutorum. *Genes.* 9. *a.* 49. *b.* *Exod.* 4. *Psal.* 9. *Ezech.* 3. *e.* Et sumitur sanguis pro vita. Dat autem Deus sanguinem, quum dat Martyres fortes vsque ad sanguinem. *Ioel.* 2. *f.* *Leuit.* 1. *b.*

Sanguis hostiæ pro peccato, *e* est baptismus, quo aspergitur vestis, quando caro baptizati aqua perfunditur. *Leu.* 6. *d.*

Sanguis interdum sumitur pro periculo. 2. *Reg.* 23. *b.* Num sanguinem illorum hominum, qui profecti sunt, bibam? Et etiam *f* pro ipso homine. *Eph.* 6. *b.* *Deut.* 27. *d.* Vt percutiam animam sanguinis innocentis.

Sanguis quandoque significat *g* animam sensitiuam, & etiam sensibilia ipsa. Et ponitur quandoque pro vita corporis, vt anima, hoc est, vita corporis dicitur esse in sanguine. *Leu.* 1. *b.* 17. *d.* Sic sumitur pro anima carnali, cui sanguini non est parcendum. Sanguinem autem comedit cum carne, qui appetitui rationem subiecit, quod prohibetur. *Genes.* 9. *a.* *Leu.* 3. Et sanguines, à quibus petit liberati Propheta, sunt inordinati motus appetitus. *Psal.* 50. Sanguis etiam dicitur carnalis generatio, quæ non docet mysteria fidei. *Matth.* 16. *c.* Sanguis etiam dicitur alimentum vitæ corruptibilis.

Sanguinem dicitur comedere, *h* qui sectatur Israël secũdùm carnem. Vnde & sanguis est sensus carnalis datus scripturæ, quem elicit, qui vehementer emungit. *Prou.* 30. *d.*

Sanguis vituli, *i* castitatem mentis Deo offerendam significare potest. *Leu.* 1. 3.

Sanguis auis, *k* curas seculi significare potest. *Leu.* 1. *d.*

Sanguis dicitur merces mercenarij, quam qui fraudat, dicitur effundere sanguinem, quia mercenarius mercede viuit vt sanguine. *Eccl.* 34. *d.*

Sanguis aliquando dicitur *l* ipsa sanguinis effusio. 2. *Reg.* 16. *b.* Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem.

Sanguis hœdi, in quo fratres Ioseph eius tunicam tinxerunt. *Genes.* 37. *f.* Falsa testimonia Iudæorum aduersus Christum *m* significare potest, quibus eius famam maculare conati sunt.

Sanguis cum quo comedebat populus carnem, designat *n* intentionem vanitatis, quam addunt aliqui bonis operibus. 1. *Reg.* 14. *e.*

Sanguis, quem non vult Deus, sunt *o* dona eorum, qui Dei præcepta non faciunt, aut qui offerunt & dant eleemosynam de rapinis *Isa.* 1. *b.*

Sanguis interdum significat *p* peccatum, & peculiariter homicidium. Et comedit carnem cum sanguine, qui peccat, & qui homicidium perpetrat. Et requirit Deus sanguinem, hoc est, mortem animæ de manu omnium bestiarum, hoc est, eorum qui alios peccare fecerunt, aut scandalizauerunt. *Genes.* 9. *a.* *Ezech.* 37. *g.* 9. *d.* 16. *a.* Et sanguis comparatus sordibus, significat grauiora peccata, quæ igne purgantur. *Isa.* 4. *b.* 9. *e.* 15. *b.* 33. *c.* 34. *a.* 59. *a.* *Mich.* 7. *a.* Et sanguinis reus, dicitur committens peccatum. Et sanguis sanguinem tangit, quum peccatum additur peccato. *Hose.* 4. *a.* Sanguis purificationis mulieris, peccatum Adæ significare potest. Et sanguis menstruatæ, est turpis cogitatio, & voluptates carnis. *Leuit.* 12. *a.* 15. *c.* 20. *b.* Et sanguines sunt peccata carnalia. *Psal.* 50. *Thren.* 4. *c.* 1. *Cor.* 15. *f.* Adhæc refertur ager sanguinis. *Matt.* 27. *a.* Sanguinum viri, sunt generaliter *q* peccatores, & peculiariter Iudæi in Christum, & homicidæ, & hæretici, & adulatorie docentes. *Psalm.* 5. 54. 58. 138. Sanguis etiam dicitur odium fraternum, ideò prohibita est eius effusio. *Leuit.* 17. *c.* Sanguinem etiam effundere, est in peccatum inducere, aut in errorem per scandala, siue verbo, siue exemplo. *Deut.* 22. *b.* *Psal.* 105. *Isa.* 26. *d.* *Rom.* 3. *c.* Sanguinem autem effundere in bonum, est confiteri peccatum, alioqui est suffocatum. Sanguis etiam dicuntur interiores sordes, qua ratione mulier sanguinis fluxum patiebatur. *Matt.* 9. *c.* Ciuitas sanguinum dicitur Hierusalem, propter homicidia, & etiam hic mundus. *Ezech.* 24. *b.* *Nahum.* 3. *a.* In sanguine comedunt hæretici, qui alios scandalizant. Et sanguinem fundunt, dum non viuificant eos quos deceperunt. *Ezech.* 33. *f.* *Haba.* 2. *b.* In sanguinem conuertitur aqua apud Ægyptios, quando diuinus cultus vertitur in idololatriam. *Exod.* 7. *c.* Sanguis quoque in tota terra Ægypti, significare potest persequutionem Ecclesiæ sub Nerone factam.

Sanguis victimæ Gog, qui datur bestiis in potum, *r* est is qui regnum Dei possidere non potest. *Ezec.* 39. *e.*

Sanguis interdum, est *s* liuor inuidiæ: & lambunt sanguinem, qui inuidiæ liuore tenentur. *Iob.* 39. *d.*

Sanguis aliquando pro menstruo, *Leu.* 12. *a.* *b.* Manebit in sanguine purificationis suæ.

Sanguis, *t* vtilitas, *Eccl.* 33. *d.* Quoniam in sanguine animæ comparasti seruum, hoc est, ad necessitatem, vel vtilitatem.

Sanguisuga.

Sanguisuga, est vermis in aqua degens, qui hirudo dicitur, solet sanguinem sugere, vnde nomen accepit.

Sanguisuga *u* diabolum significare potest, qui verbum Dei & spiritalia bona ab anima conatur auferre, qui siti peccandi, ac peccata suadendi incessanter accenditur. Cuius filiæ sunt luxuria & phylargyria. Nam & luxuriæ quo liberius fræna laxantur, eo noxius delectatur. De auaritia verò ait Poëta. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* *Prou.* 30. *b.*

Sanguisuga designat etiam *x* voluntatem, cuius filiæ sunt vanitas, & voluptas, quæ semper clamant. Affer, affer.

Sanies.

Sanies, idem est quod sanguis corruptus.

Sanies Iob, *y* peccata nostra significare potest, & præcipuè carnis ex longa vetustate facta peiora. *Iob.* 2. *e.* Vulnus enim in saniem vertitur, quum neglecta culpa vsu ipso deterius grauatur. Est enim sanies fluxus illicitæ cogitationis, quę tunc raditur, quũ post pollutionẽ cogitationis illicitę nosmetipsos asperè diiudicando mũdamus.

Sanies proicienda, est *z* ipsa turpitudo peccati. *Isa.* 14. *e.* vbi ad literam dicitur esse virgultum, quod ad radices arborum nascitur. Sanies quoque draconis, est turpitudo Luciferi. *Ezech.* 32. *b.*

Sanir.

Sanir, id est, via lucernæ, aut Deus vigiliarum, est mons, qui & Hermon & Sanior dicitur, designat omnem *aa* nobis prosperitatem, & illustrationem ex vero lumine venire. *Ezec.* 27. *a.* Potest etiam designare potentes *bb* huius seculi. *Cant.* 4. *c.*

Saphan.

Saphan, id est, *cc* iudicium, pater Iezoniæ. *Ezech.* 8. *e.* Designat ipsum filium eius merito iudicandum propter scelus idololatriæ, quod ad hæreticos refertur, suas sententias adorantes.

Saphat.

Saphat, id est, iudicans, pater Elisæi Prophetæ, 3. *Reg.* 19. *d.* typus est Dei patris, qui omne iudicium dedit Filio.

Saphir.

Saphir, id est, pulchra. *Mich.* 1. *c.* Secundùm quod est in vulgata editione. Sumitur ibi *dd* pro Samaria, cuius habitatio erat pulchra.

Sapiens, Sapere, Sapientia.

Sapere, propriè quidem ad sensum gustus pertinet, ita tamen vt res ipsa quæ in se saporem aliquem habet, sapere dicatur. Transfertur tamen ad animam, vt sapere sit sapientem esse. Porrò sapere interdum est comprehendere. *Matth.* 16. *d.* Non sapis quæ Dei sunt. Discernere. *Deut.* 32. Vtinam saperent, & intelligerent. Inuestigare. *Rom.* 11. *c.* Noli altum sapere. Superbire, 1. *Tim.* 6. *d.* Præcipe non sublime sapere. Sapiens autem dicitur, qui

a *Hie. s. Ezec.* 19.
b *Hie. s. Ioe.* 2.
c *Cassia. col.* 20. *cap.* 8.
d *Ber. serm. in octa. resurre.* *Arno. s. ps.* 9. *Chr. Ge. h.* 67. *Rup. s. Ioel.* 2.
e *Isy. s. Leu.* 6.
f *Glo. inte. su. Deut.* 27.
g *Philo. quòd deterior potiori insidietur.* *Aug. q. in Leuit.* 57. *Isyc s. Leu.* 1. *Am. s. Le.* 17. *Ori. s. Leu. ho.* 1. & *su. Mat. hom.* 1. *Basil. s. ps.* 29.
h *Orig. s. Leu. hom.* 5. *Gre.* 21. *mo.* 1. *Bed. s. Pro.* 30
i *Orig. s. Leu. hom.* 1.
k *Glo. inte. su. Leu.* 1.
l *Augu. qu. in Leu.* 57.
m *Am. de Ioseph.* 3. *Bed. s. Ge.* 37.
n *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
o *Hier. s. Is.* 1.
p *Ori. s. ps.* 16. *ho.* 3. & *s. Ier. hom.* 13. & *s. Mat. h.* 35. & *s. Eze. hom.* 6. *Hie. s. Is.* 9. 15. & *s. Ho.* 4. *Am. de Isaac.* 1. *apol. Daui.* 17. *Aug. s. ps.* 50. *Gr.* 13. *m.* 10. & *s. Eze. ho.* 11. & *s. ps.* 50.
q *Hila. s. psal.* 138. & *su. Matt. Can.* 9. *Ori. s. Matth. hom.* 19. & *s. Rom.* 3. *Hier. s. Is.* 26. 33. & *s. Mic.* 7. *Arn. s. psal.* 105. *Aug. su. psalm.* 54. 58. *Gre.* 7. *m.* 24. *Isy. s. Leu.* 17. *Bed. s. Gen.* 5. *Hie. s. Eze.* 33 *Aug. de plag. Ægypt.* 1.
r *Gr.* 7. *regist. epist.* 128. *Hie. s. Ez.* 39.
s *Hier. s. Iob.* 39.
t *Lyr. s. Eccl.*
u *Hie.* 1. *adu. Iouinianum.* *Bed. s. Pro.* 30
x *Bern. ser. de verbis. Iustũ deduxit,* & *s. Ecce nos reliquimus.*
y *Gr.* 3. *m.* 14.
z *Hie. s. Is.* 14. & *s. Eze.* 32.

Decor synagogæ vel anima. *Correctio.* *Martyrium vitæ.* *Baptismus.* *Periculum.* *Homo.* *Anima sensitiua.* *Sensibilia.* *Vita corporis.* *Anima carnalis.* *Inordinati motus.* *Appetitus.* *Carnalis generatio.* *Alimenta.* *Sensus carnalis legis.* *Castitas mentis.* *Cura seculi.* *Merces mercenarij.* *Effusio sanguinis.* *Falsa testimonia Iudæorum.* *Inanis gloria.* *Oblatio de rapinis.* *Peccatum.* *Homicidium.* *Grauiora peccata.*

Inuidia.

Menstruum. *Vtilitas.*

Diabolus.

Voluntas.

Peccata. *Illicita cogitationes.* *Turpitudo peccati.*

Potentes seculi.

Deus pater.

aa *Hie. s. Eze.* 27. bb *Gr. s. Can.* 4. cc *Hie. s. Eze.* 8. dd *Hie. s. Mic.* 1.

Digitized by Google

qui scientiam aliquam optimè tenet, & qui per longam ætatem multarum rerum cognitionem est adeptus, & qui circa præcepta bene viuendi, & cognitionem versatur. Sapientia verò est rerum diuinarum atque humanarum scientia, cognitioque, quæ cuiusque rei causa sit. Interdum autem sumitur pro industria, & etiam versutia. Sapientia quoque aliquando sumitur pro dono Spiritus sancti. *Deut.34.c. Sapient.1.b.* Sapientia autem & insipientia datur bona & mala.

Deus. Christus. Sapiens absolutè pro *a* Deo sumitur, aut Christo. *Isa.31.a. Eccles.27.b.* Et Christus est sapiens, qui ascendit ciuitatem fortium. *Prou.21.c.* Et sapienter incantans, est Christus prædicando. *Psalm.57. Ierem.16.b. Matth.11.c.12.d.* Sapientia Salomonis, typus est sapientiæ Christi. *3.Reg.10.a. Iob.9.a.* Et sapientia ædificans sibi domũ, est Verbum Patri coæternum, in vtero Virginali carnem assumens. *Prou.1.c.9.a.* Ipse Christus est sapientia, cuius homo precium nescit. *Iob.28.b.* Qui & Dei virtus, & Dei sapientia dicitur. *1.Cor.1.d.*

Prophetæ. Apostoli. Doctores. Sapientes corde, sunt *b* Prophetæ, & Apostoli, & doctores, quorum typum gerebat sapiens Beseleel, *Exod.28.b. 31.a.35.b.36.a.* Horum sapientum filios se dicunt hæretici. *Isa.19.b.* Eosdem designat sapiens architectus, qui est ille, qui scit ædificare Ecclesiam Dei. *Isa.3.a. 1.Cor.3.b.* Hi sunt sapientes, quæ ædificant supra petram, & qui sapiunt, quæ sursum sunt, non quæ super terram, quorum verba sunt quasi stimuli. *Iob.17.c. Eccles.21.d. Matth.7.d. Coloss.3.a.*

Fides. Recta ratio. Confitentes peccata. Sapientia interdum *c* dicitur. *Psalm.48.* Hac sapientia priuat Deus struthionem. *Iob.39.c.* Et sapientia est deuorata, aut etiam nulla, quando quis à recta deuiat fide, aut à recta ratione. *Psalm.106. Ierem.8.d.*

Sapientes, qui non abscondunt patres suos, sunt *d* qui confitentur peccata & errores, authores eorum manifestando. *Iob.15.b.*

Homo interior. Christus. Sapiens puer dicitur *e* homo interior, quando iam peruenit ad decimum tertium annum. Vel dicitur de Christo. *Eccles.4.d.*

Philosophi. Hæretici. Superbi. Sapientia mũdana. Sapientes Ægypti dicuntur *f* Philosophi & hæretici, & superbi: qui sunt sapientes huius seculi. *Genes.41.b. Exod.7.b. Psal.48. Isa.19.b.40.c.47.c.* Hi sapientes sunt confusi, & capti. *Ierem.8.d.10.a.* His sapientibus absconduntur mysteria fidei. *Matth.11.d. Luc.10.a.16.b.* Horum sapientia dicitur sapientia huius mundi. *1.Cor.1.c. Col.2.d.* Horum est altum sapere, hoc est, superbire. *Rom.11.c.* Hi sunt sapientes ad faciendum malum: qua ratione serpens erat callidior cæteris animantibus. *Genes.3.a. Ierem.4.f.* Eosdem designant sapientes Tyri, & sapientes Idumeæ. *Ezech.21.b. Abdi.c.* Et sapientia quam sibi assumpserunt Tyrus & Sidon, est inanis sapientia Philosophorum. *Zach.9.a.* Hos sapientes comprehendit Deus in ipsorum astutia. *Iob.5.b.* Hac sapientia mundana priuauit Deus struthionem, id est, Ecclesiam. *Iob.39.b.*

Scrutinia mũdana philosophia. Acuta consilia. Scribæ & pharisæi. Sapientes Babylonis dici possunt *g* peracuta scrutinia mundanæ Philosophiæ: & peracuta consilia carnalis prudentiæ, & acerrima acumina, ac peracuti sensus cordis humani. *Dan.4.a.*

Sapientes in oculis suis & prudentes, *h* erant Scribæ & Pharisæi: qui habentes clauem scientiæ, nec ipsi ad Christum introierunt, nec alios intrare permiserunt, quorum sapientia periit. *Isa.5.c.29.e.*

Gentilis. Peccatum. Christiani. Crux Christi. Versutia. Insipiens dicitur *i* diabolus: qui in nouissimo erit insipiens, quia non proderit ei tunc sapientia sua. Peccator etiam quilibet, & Pharisæus, & hæreticus insipiens est. *Psalm.38. Isa.32.a. Ierem.17.b.* Insipiens quoque consilium est sapientum Pharaonis, quia hæretici & philosophi sua doctrina discipulos ad inferos detrahunt. *Isa.19.b.* Demum insipientes corde, sunt nolentes credere in Christum. *Psalm.75.*

Insipiens, est carens prudentia ad agibilia salutaria, qua ratione Gentilis insipiens erat; & insipientia iumenta dicuntur, quia ratione non vtuntur. *Psal.48.* Insipientia autem est peccatum, & id, quod per insipientiam fit.

Insipiens gens dicuntur *k* Christiani, propter stultitiam prædicationis. *Deut.32.c. Rom.10.d.*

Insipientia Christi dici potest *l* crux eius, quæ Gentibus est stultitia. *Psalm.68.*

Sapienter opprimere volens Pharao populum Israël. *Exod.1.b.* typus est *m* astutiarum diaboli, & sapientiæ carnis, quæ nititur spiritum opprimere. Hæc sapientia est versutia, de qua *Psalm.106.* Omnis sapientia eorum deuorata est.

Sapor.

Sapor, est qualitas illa, quam gustu dignoscimus, quæ dicitur abiectum ipsius gustus.

Gustus sapientiæ. Sapor quem iudicant fauces comedentis. *Iob.12.b.* designat *n* gustum sapientiæ, qui est apud electos, nam verba sapientiæ, quæ reprobi audiunt, electi non solùm audiunt, sed etiam gustant, vt eis in corde sapiat, quod reproborum non mentibus, sed solummodò auribus sonat.

Sermo Dei omnibus congruens. Omnis sapor erat in manna. *Sapient.4.d.* quia *o* in ore spiritualium diuinus sermo, & omnibus congruens, & à semetipso non discrepans, qualitati audientium condescendit: quem dum electus quisque vtiliter iuxta modum suum intelligit, quasi acceptum manna in voluntarium saporem vertit. Habet etiam omnem saporem, quia ad omnia mala tribulationum & vitiorum habet remedium.

Sapphirus.

Sapphirus, est *p* lapis preciosus coloris aureis punctis collucens.

Secreta Dei. Supremi ordines Angelorum. Angeli. Miracula Christi. Prædicatores. Gentiles. Iustitia commutatiua. Mundus. Paulus. Sapphirus super firmamentum, in quo erat thronus Dei, designare potest *q* abscondita & incomprehensibilia secreta Dei. *Ezech.1.g. Exod.24.c.28.c. Cant.5.d. Apoc.21.f.* Ideo dicitur. *Psalm.17.* Posuit tenebras latibulum suum. Designat etiam *r* celsitudinem superiorum ordinum Angelorum, vt Thronorum. Item firmitatem cœlestium. Generaliter autem sapphirus significat Angelos, & creaturas celestes. *Iob.28.c.*

Sapphiri, quibus distinctus erat venter sponsi. *Cant.5.d.* designare possunt *s* miracula Christi, quæ etiam inter passiones operabatur, ea præcipuè, quæ eius excellentiam demonstrabant; vt apparitio stellæ.

Sapphirus secundùm quòd cœli refert colorem, *t* vitam cœlestem significare potest, & cõuersationem eorum, qui dicere possunt: Conuersatio nostra in cœlis est, & ipsos, qui ad superna per cœlestem cõuersationem tendunt. *Exod.24.c.28.c. Isa.54.c. Thren.4.b. Iob.28.a.*

Sapphirus quandóque significat *u* prædicatores noui testamenti, qui carnalis propaginis desideria postponentes, cœlestia sola sectati sunt. *Iob.28.c.* De his dicitur *Isa.60.b.* Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Significat etiam Gentiles ad fidem venientes.

Sapientia. Virtus. Sapphirus in secundo ordine rationalis in pectore pontificis, *x* iustitiam significare potest, præcipuè commutatiuam. *Exod.29.b. Ezech.28.c.* Potest etiam sapphirus in pectore pontificis, mundum sensibilem significare. Sapphirus autem in secundo fundamento ciuitatis cœlestis comparari potest *y* Paulo, qui raptus est, vsque in tertium cœlum.

Sara, Sarai.

Sara, id est, domina vel princeps, vxor Abrahæ, quæ prius Sarai, id est, domina mea, vel princeps mea dicebatur. Genuit Isaac iam nonagenaria, quum prius fuisset sterilis, & iam natus esset Ismaël ex Agar ancilla. Dixit autem Abraham eam esse sororem suam, causa vitandæ mortis, quum esset filia fratris sui. Fecit autem vt Abraham eiiceret Agar ancillam suam cum filio suo.

Sacra scriptura. Fides. Ecclesia. Sara, siue Sarai, id est, princeps mea, typum gerit *z* sapientiæ & virtutis, quæ sterilis est malorum operum, fœcunda verò bonorum. Quæ non tam citò parit, ideò prius est accessus ad Agar, hoc est, ad disciplinas, & postea parit Deo, & parit Isaac, hoc est, iucunditatem bonorum operum. *Genes.12.b.16.a.17.c.* Eadem dicta est soror Abrahæ, vt sit illud *Prou.7.a.* Dic sapientiæ, Soror mea es. Eadem communicata est Ægyptiis, quia sapientia & virtus communicatur à Deo his, qui sunt in mundo, ne quis sibi eam arroget. Generat in Abraham hoc est, in intellectu bono, non in Pharaone. Concepit contra spem, hoc est, contra diffidentiam carnis. Vt autem mandauit eiici ancillam & filium eius, virtus est carnis repellens blanditias. *Genes.21.b.* vel est sacra scriptura docens Apostolos transitum ad Gentes, eiecta synagoga. Designat etiam fidem, ideò interpretatur princeps, quia fidei magnus est principatus est apud Deum.

Sarai, hoc est, princeps mea, *aa* est Ecclesia, quæ dicta est soror Abrahæ, hoc est, Christi. Et mutatur illi nomen,

a *Ori.s. Ier.h.5. Au.epi.119. & 17.ciuit.a. Dei.20. Orig.su. Cant.hom.2. Gil.s. Matt. Can.11. Hie.s. Ier.10. Gr.18.m.24. Ber.ser.par.9. Bed.s. Prou.1,21.*

b *Ori.s. Exod.hom.13. Hie.s. Is.19. & s. Ecclesiasten.12.*

c *Basi.s.ps.48. Gr.31.m.11, Arn.s.ps.106*

d *Hier.s. Iob.15.*

e *Hie.s. Ecclesiasten.4.*

f *Basi.s.ps.48 Hil.s. Matth. cano.11. Hie.s. Is.19. & s. Ier.8.10. & s. Ezec.27. & s. Amos.2. & s. Abd. & su. Zach.9. & s. Iob.39. An. epist.59. 120.*

g *Ricar.de S. vict.de secur. cons.4.34.*

h *Hier.s. Is.5.29. Ori.s. ps.38. hom.2. & s. Ier.hom.4. Hier.s. Is.19.32. Aug.s. ps.75.*

i *Ba.s. ps.37.48. Orig.s. ps.37. hom.1.*

k *Ori.s. Rom.10.*

l *Hil.s. ps.68.*

m *Glo. ord.s. Ex.1.*

n *Gr.11.m.4.*

o *Gre.6.m.7. Bed.s. Ex.16.*

p *Pli.37.nat. hist.9.*

q *Hie.s. Ez.1. Gre.s. Eze.ho.8. Ru.1.s. Ex.16. Au.de essent. diui.*

r *Gre.18.mo.30.*

s *Gre.s. Can.5. Rup.s. can.5.*

t *Hie.s. Is.54. Au.q.in Exo.92. Gre.18.m.20. Georg. Venet. Cant.3.to.8. cap.3.*

u *Gre.18.mo.30. Hie.s. Iob.28.*

x *Glo. ord.su. Exo.39. Phi. de confu. lin.*

y *Aret.s. Apo 21.*

z *Phil.2.alleg. & de Abr. & de cong. & c. Cle. Ale.1 strom. Ori.s. Gen.h.6.7. Am.2.de Abr.4. Bed.s. Gen.12.25. Rup.6.s. Gen.21.36. & 5.de glor. Tri.*

aa *Amb.2.de Abr.11. Hie.s. Is.51. & s. Gal.4. Bed.s. Ge.18.20. Au.22.cont. Faust.38.39.40.*

Digitized by Google

vt dicatur Sara,quia Ecclesia est vniuersalis princeps.*Isa.*52.*a.*Est autē Ecclesia Domino Iesu Christo in occulto vxor. Occultè quippe atque intus in abscondito secreto spirituali anima humana inhæret verbo Dei. Eadem generat Isaac,hoc est,lætitiam bonorum operum. *Galat.*4.*c.* Quum dicitur de patre esse sororem Christi Ecclesiam,non de matre,gratiæ cœlestis,quæ in æternum manebit,cognatio commēdatur,secundùm quàm genus mortale non erimus,accepta potestate,vt filij Dei vocemur & simus. Neque enim hanc gratiam de Synagoga matre Christi secundùm carnem,sed de Deo patre percipimus.Occultatur autem cuius vxor sit alienigena,cuius autem soror non tacetur,quia occultum & difficile ad intelligendum est,quomodo anima humana verbo Dei copuletur, siue misceatur , qua verò cognatione sint fratres Christus & omnes Sancti gratia diuina , non consanguinitate terrena,hoc est,de patre,non de matre,& affabilius dicitur,& capacius auditur.

a *Aug.ser.*75. *Bed.s.Gen.*15 *Rup.*5.*s.Gen.*15.

Sara,cuius amorem transtulit Isaac in Rebeccam.*Genes.*24.*g.*typus est *a* synagogæ,cui prætulit Christus Ecclesiam. Designat etiam synagogam in hoc,quòd erat sterilis,quia pauci ex Iudæis crediderunt , ideò Christus per Apostolos transiit ad Agar,id est, ad Gentes. Vt etiam fuit capta ab Abimelech, captiuitatem Babylonicam synagogæ designauit. *Genes.*20.*a.* — *Synagoga.*

b *Lyr.s.Gen.*16.

Sara præterea significat *b* rectam rationem,quæ est princeps,& princeps mea, quæ condescendit carni,quando dicit, Ingredere ad ancillam meam. *Genes.*16.*a.* — *Recta ratio.*

c *Phil.*2.*alle.*

Sara patiens Isaac,hoc est,gaudium,est *c* bona voluntas,quæ ablatis humanis cupiditatibus,fœcundatur sobole virtutum, quæ gaudium afferunt. *Genes.*21.*a.* — *Bona voluntas.*

d *Glo.ord.su. Gen.*16. *Ru.*5.*s.Ge.*8.

Sara etiam typus est *d* gratiæ noui testamenti,vnde prius sterilis,non per naturam genuit,sed ex promissione, quia gratia noui testamenti non est ex meritis,alioqui iam non esset gratia.*Genes.*16.*a.Galat.*4.*c.* — *Gratia noui testamenti.*

e *Gre.*9.*mor.*51. *Bed.s.Ge.*18.

Sara post ostium manens.*Genes.*17.*b.*typus esse potest *e* carnis rationi subiectæ,& ad exteriora minimè vagantis. Vel est cura carnis,quæ non foris apparet, & videri iactanter erubescit, vt quasi post tergum viri sub discretione spiritus,solis necessariis intenta,nequaquàm sciat procaciter detegi,sed verecunde moderari.Indicat etiam mulierum honestatem,& quòd infirmi in publicum prodire non debeant. — *Caro rationi subiecta.*

Saraballum, vide Induere.

Sarcina, vide Onus.

Sarcire, Sarta tecta.

f *Gloss. ord.s.* 2.*Par.*24.

Sarcire, est integrum facere,& Sarta tecta erant *f* opera publica,quæ locabantur,vt integra præstarētur,qualia erant sarta tecta templi,quæ sarciebātur,seu restaurabātur. 4.*Reg.*12.*a.*22.*b.*2.*Par.*24.*a.*34.*c.*Et sarta tecta Ecclesiæ sunt scissuræ errorum & vitiorum, quæ sartienda sunt per prædicatores & sacerdotes. — *Scissura errorum.*

Sarculum, Sarrire.

Sarculum, est genus rastri,hoc est, crates illa dentata,qua segetes ab herbis purgantur.Sarrire autem est sarculo segetes purgare,& scalpere.

g *Hier.s.Is.*7. h *Hie.s.Is.*28. i *Gre.s.* 1.*Re.*13.

Sarrire montes sarculo,est *g* meditari in sacra scriptura,ad eius mysticos sensus eliciendos. *Isa.*7.*d.*

Sarrire terram, *h* est digna castigatione corpus affligere & præparare ad verbum Dei suscipiendum.*Isa.*28.*g.* — *Meditari in sacra scriptura.*

Sarculum *i* virtutem discretionis significare potest:qua separare debemus vitia à virtutibus. 1.*Reg.*13.*d.* — *Castigare corpus. Discretio.*

Sardius, Sardonyx.

k *Pli.*27.*nat. hist.*67.*Geor. Venet.Can.*3. *tom.*8.*cap.*3. *Are.s.Apo.*4. l *Aug.s.Apoc* 21.

Sardius, siue sardonyx, *k* est lapis coloris rubei,ad vnguis colorem tendens , & rubræ terræ similis , qui vulgo corneolus dicitur. Acuit ingenia,mitémque reddit,& animam accendit ad gaudium,castúmque efficit.Hunc non solum timori esse ferunt belluis atque monstris,sed etiam vim habere curandi dolores ac molestias,quæ nostris corporibus innascuntur. Cæterùm sardius & sardonyx diuersi lapides ponuntur apud Plinium,licèt non multum dissimiles:& etiam in fundamentis ciuitatis cœlestis, *Apoc.*21.*c.*

Sardius in iudice Christo , similitudinem habens ignis , *l* iudicium vniuersale futurum per ignem designat. *Apoc.*4.*a.* Et in Deo est argumentum iusti iudicij: quia terret,& ignis præ se fert speciem. — *Iudicium vniuersale.*

m *Glo.ord.su. Exod.*39.

Sardius in primo ordine rationalis pontificis, *m* memoriam significare potest. *Exod.*28.*c.*39.*b.* — *Memoria.*

n *Gloss. in.su. Ez.*28.

Sardius in ornatu regis Tyri, *n* vnum ordinem Angelorum significare potest. *Ezech.*28.*c.*Vt autem est rubeus, crucis cruorem indicat. — *Vnus ordo Angelorum. Crux Christi.*

o *Gre.*17.*mo.* 29.30. *Geor. Ve.Can.*3.10. 8.*cap.*3.

Sardonycus lapis terræ rubræ similitudinem tenens, *o* homines designare potest ; quia & Adam primus homo à terra rubra nomen habet. Vel designat patres veteris testamenti:qui quamuis magnam iustitiæ vitam tenerent, carnali tamen propagini seruiebant.*Iob.*28.*c.*Sardonyx autem in quinto fundamento ciuitatis cœlestis, Iacobum Zebedæi designat,primum omnium Apostolorū sanguine rubricatum. Sardius verò in sexto fundamento *p* Philippum indicat habentem ignitum affectum erga Christum. *Apoc.*21.*c.* — *Homo. Antiqui patres. Iacobus Zebedæi. Philippus.*

Sarepta.

p *Aretas su. Apoc.*2.

Sarepta, si sint duæ dictiones, interpretatur *q* angustia bucellæ seu panis : si vna , interpretatur incendium, est ciuitas Tyrum & Sydonem , vbi vidua pauit Eliam. Typus esse solet Gentilis populi. 3.*Reg.*17.*a. Abdi.g. Luæ* 8.*d.* — *Gentilitas.*

q *Orig.s.Luc. ho.*33. *Hie.s.Abdi. Ru.*1.*s.Re.*7.

Sargon.

Sargon,id est,princeps horti,vel auferens protectionem,siue hortum,Rex Assyriorum.Typus *r* est diaboli,qui princeps est voluptatum. *Isa.*20.*a.* — *Diabolus.*

r *Hie.s.Is.*20.

Saron.

s *Hie.s.Is.*33.

Saron,id est, *s* planicies,aut canticum eius,est regio fertilis inter Itaburium montem, & lacum Tiberiadis , & inter Cæsaream & Ioppem. Typus est Hierusalem , quæ facta est vt desertum , nullos habens homines fructum facientes. *Isa.*33.*b.*35.*a.* — *Hierusalem.*

Sarrire, vide Sarculus.

Sartago.

t *Hie.s. Ezec.* 4. *Gre.*16.*mo.*5. & 2.*past.*30. & *s.Ezec.ho.* 12. u *Orig.s.Leu. ho.*4.5. x *Isy.s.Leu.*2. 6.7.

Sartago est patella ferrea frigendis carnibus, piscibus,aut aliis pulmentis deseruiens.

Sartago ferrea *t* fortem iram Dei contra Hierusalem significare potest. *Ezech.*4.*a.Leuit.*2.*b.*6.*c.*Per hoc autem, quòd est sartago,est ibi frixura, per hoc verò,quòd ferrea,fortitudo, qua ratione potest etiam designare fortem zelum prædicatoris aduersus peccantes,qui dicit frixuram patiens cum Paulo.Quis infirmatur,& ego non infirmor ? Quis scandalizatur & ego non vror? — *Ira Dei. Zelus prædicatoris. Crux Christi.*

Sartago *u* crucem Christi designare potest , in qua ipso amoris igne frixus est. *Leuit.*2.*b.*6.*c.*7.*a.* Potest etiam significare *x* anxietatem Christi , quam habuit in oratione. Sartago autem in tantum est fortis , vt superposita igni,ipsa quidem non consumatur,nec aliquam corruptionem sustineat,aut imminutionem , superpositos autem cibos esui aptos reddat. Sic crux Christi fortis,omnem creaturā subiecit Crucifixo, & carnem Christi esui aptam reddidit.Fuit posita sartago contra Hierusalem : quia Iudæi in crucem offenderunt. *Ezech.*4.*a.*Potest etiam significare solicitudinem publicè docentium : constantium & robur animi : fletum & carnis macerationem , zelum: item ea,quæ intelligi possunt,si frequenter versentur : & sensum moralem. — *Anxietas Christi. Solicitudo docentium. Constantia. Fletus. Zelus. Sensus moralis.*

y *Ru.*1.*s.Le.* 9.

Sartago in malum significare potest *y* fraternæ æmulationis incendium , interius personante ac perstrepente falsorum fratrum inuidia. *Leuit.*2.*b.* — *Æmulatio.*

Sarta tecta, vide Sarcire.

Sarthan.

z *Ric.de San. Vict.de extre. mal.*16.

Sarthan, id est,tribulatio eorum : locus iuxta Iordanem,vsque ad quem intumuerunt aquæ Iordanis.*Iosu.*3.*d.* designat *z* voluntarias tribulationes ; vsque ad quas crescit meritum tribulatorum. — *Tribulationes.*

Sasai.

aa *Ori.s.Iosu. hom.*20.

Sasai, id est, extra me : filius Enach,id est, *aa* inanis humilitatis : typus est sermonis extra veritatem existentis. *Iosu.*15.*c.* — *Sermo falsus.*

Sata, Satum.

bb *Hie.s.Mat* 6.13.

Sata, sunt seminata,de quo vide Seminare. Satum autem, *bb* est genus mensuræ iuxta morem prouinciæ Palestinæ, vinum & dimidium modium continens.

Digitized by Google

Tres filij Noe. Genus humanum. Mysteriũ Trinitatis. Sacra scriptura. Dilectio Dei. Triplex fructus. Triplex status. Virtutes theologicæ. Triplex natura in Christo. Patientia. Solicitudo vitæ actiuæ. Diabolus.

Sata similæ tria, significare possunt *a* tres filios Noe, à quibus genus humanum est propagatum, qua ratione significant etiam multitudinem gentium, seu genus humanum. Possunt etiam significare mysterium Trinitatis. *Genes.* 18. *a.*

Sata farinæ tria. *Matth.* 13. *e.* significare possunt *b* legem, prophetas, & Euangelium. Vel significant confessionem *c* Trinitatis, vel dilectionem Dei, quæ est ex toto corde, tota anima, & totis viribus. Vel designant fructum tricesimum, sexagesimum, & centesimum. Vel tres viros insignes, Noe, Daniel, & Iob. Vel spiritum, animam, & corpus: in quibus lex Dei absconditur, vt in bona operatione vniantur. Vel fidem spem, & charitatem: vel cogitationem, verbum, & opus, quæ commiscentur in fide. Vel designant in Christo deitatem, *d* animam, & carnem.

Satagere.

Satagere, est anixum esse, & distorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ.

Satagere in dolore, est *e* viriliter sustinere pœnam ad pœnitentiam. *Mich.* 4. *c.*

Satagens Martha circa frequens ministerium. *Luc.* 10. *g.* designat *f* nimiam solicitudinem vitæ actiuæ.

Satan, Satanas.

Satan, id est, *g* aduersarius, pro diabolo sumi solet, & pro eius corpore, quod est multitudo malorum. *Iob.* 1. *b.* 2. *b. Zach.* 3. *a. Apoc.* 2. *c.* Vide *Aduersarius.*

Satelles.

Satelles, idem est, quod miles mercede conductus: qui lateri Principis, aut Imperatoris assistit. Sumi potest pro ministris ad vitia. 1. *Reg.* 19. *b. Iudith.* 7. *b.* 10. *d.*

Satiare, Satietas, Saturare.

Satiare, est explere aliquem appetitum: quod ad omnes sensus refertur, & etiam ad animam. Satietas autem plerunque pro fastidio sumitur.

Saturari attribuitur Christo, *h* quia laborauit: qui etiam saturari dicitur fide Gentium. *Isa.* 53. *d.* Idem est Saturatus opprobriis. *Thren.* 3. *d. Iob.* 10. *c.* Dicitur etiam saturari in membris, quando manifestatur gloria patris. *Psalm.* 16.

Abundantia verbi Dei. Sumptio Eucharistiæ. Fœlicitas.

Saturitas panum, quam dat Dominus, *i* est abundantia verbi Dei. *Exod.* 16. *c. Leuit.* 26. *a. Isa.* 55. *a.* Et saturati famelici, sunt Gentiles, quibus data est mysteriorum fidei plena cognitio. 1. *Reg.* 2. *a.* Saturantur etiam famelici, quando humiles virtutum munera recipiunt. Saturantur præterea iusti in diebus famis, quia non deest illis verbum Dei. *Psalm.* 36. Et satiatur turba Christo, per doctrinã & dona Spiritus sancti. *Matth.* 15. *d. Luc.* 6. *d. Ioel.* 2. *f. Iob.* 27. *c.* Satiat Deus adipe frumenti, quum dat mysteriorum cognitionem. *Psalm.* 147. Et melle de petra, hoc est, diuina sapientia. *Psalm.* 80.

Merces bonorum operum. Gloriari in tribulatione. Participatio doctrinæ, & sacramentorum Ecclesiæ. Abundantes Iudæi temporalibus, & malis operibus Abundantia voluptatum.

Saturantur famelici, *k* quando mundi à peccatis, Eucharistiæ sacramentum suscipiunt. 1. *Reg.* 2. *a.* Qui etiam adipe frumenti satiari dicuntur. *Psalm.* 147. Sic saturantur pauperes corpore Christi. *Psalm.* 21. 103. 121. Diuites autem, hoc est, superbi manducant, & adorant, sed non saturantur. *Iob.* 31.

Satiabit Dominus adipe frumẽti, *l* visione videlicet diuina in cœlesti Hierusalem. Nam hic solum est gustus. *Psalm.* 147. Ibi implentur horrea saturitate. *Prou.* 3. *b.*

Satiantur iusti in diebus famis. *Psalm* 36. quia veniunt cum operibus ad iudicium, quibus saturabuntur, malis remanentibus in fame. Vel saturantur, quando gloriantur in tribulationibus.

Saturati erant hæretici in Ecclesia, quando participes erant doctrinæ & eius & sacramentorũ: quæ postea suis meritis tribuentes, eleuati sunt, & inanes dimissi. *Hose.* 13. *b.* Et dicuntur non satiati, *m* quando non toto corde ad Ecclesiam reuertuntur. *Amos* 4. *c.*

Saturauit Deus Iudæos, quando *n* dedit eis temporalium abundantiam. *Ierem.* 5. *b.* Dicuntur Iudæi etiam saturati filiis, *o* hoc est, malis operibus, vel saturati porcina, id est, dogmatum immunditia. *Psalm.* 16. Saturati quoque dicuntur pœnis Christi. *Iob.* 16. *c.* E diuerso, dicuntur Iudæi non saturati, *p* quia non habent templum & sacrificia. *Psal.* 58. Et nesciunt saturitatem, quia *q* suis non saturantur erroribus. *Isa.* 56.

Insatiabilitas hæreticorum in erroribus. Inutiliter operari. Visio malorũ molesta. Pœna malorum. Fames ex diuitijs. Gaudentes dæmones de lapsu magni viri. Detractio. Militia Iudæorum in Christum. Sumptio Eucharistiæ. Custodia præceptorum. Custodia Ecclesiæ. Prædicatores. Princeps dæmonum. Princeps Iudæorum. Christus. Perfectus imitator Sanctorum.

Saturitas carnium, dicit abundantiam voluptatum. *Exod.* 16. *b.* Et etiam saturati pane, est frui voluptatibus temporalibus. *Thren.* 5. *b.* Hæc saturitas panis fuit iniquitas Sodomæ. *Ezech.* 16. *g.* Non saturabatur autem filius prodigus siliquis, *r* quia nec vitia, nec inanis philosophia, nec res temporales satiare mentem possunt. *Luc.* 15. *d.* Saturati autem surrexerunt ludere filij Israël, *s* quod Græcè dicitur χορίσασθαι, quasi dicas fœno repleti, nempe qui à ratione alienã alimenti plenitudinem χόρτασμα, hoc est, fœni repletionem, non autem cibum dixerit. *Exod.* 32. *b.* Non satiari dicitur Hierusalem fornicationibus, quando *t* semper anima peccare appetit. *Exod.* 16. *d.* Et non saturantur comedentes, quia peccata sunt vana. *Hose.* 4. *c.* Saturati è diuerso dicuntur *u* diuites, & qui cõsolationem suam habent in hoc mundo, qui calcant fauum diuinæ consolationis. *Prou.* 27. *a.*

Non saturatur hæreticus *x* erroribus tanquam inanibus. *Isa.* 9. *d.* Nec saturatur quando sacram scripturam legendo nullum percipit fructum. *Michæ.* 6. *c.* Nec saturatur pane visionis Dei, nec sacræ doctrinæ, quam ad quæstionem quærunt, non ad refectionem. *Iob.* 27. *c.* Insaturabilis etiam dicitur venter impiorum, id est, *y* hæreticorum. *Prou.* 13. *d.* quia semper sunt discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. 2. *Tim.* 3. *b.*

Non saturantur, qui comedunt, hoc est, *z* qui pauca & leuia bona opera faciunt, & quæ eis non sufficiant ad salutem. *Agge.* 1. *b.*

Satietas erit visionis malorum quia eorum visio potius erit molesta, quàm iucunda. *Isa.* 66. *g.* Saturantur autem mali consiliis suis, *aa* quum propter praua consilia puniuntur. *Prou.* 1. *b.*

Non saturant animum aurum, & argentum, *bb* quia eorum amatores in æternum inducunt famem. *Ezech.* 7. *f.* Non satiatur etiam venter iniqui, quia auaritia ignis more nunquam expletur. *Iob.* 20. *c.*

Saturat Deus volatilia & bestias terræ de dracone, & etiam de carnibus & sanguine Gog, quando dæmones *cc* gaudent de lapsu magni viri, & etiam hæretici. *Ezech.* 32. *a.* 39. *e.*

Saturãtur carnibus Iob, aut aliorum, qui *dd* alienæ vitæ detractione pascuntur. *Iob.* 19. *c. Prou.* 23. *a.* Saturari etiam cupientes carnibus Christi, fuerunt vel Iudæi persequentes, vel Gentiles credentes, quia & illi moliti sunt corpus eius, quasi consumendo extinguere, & isti esurientem mentem suam desiderant quotidianæ immolationis sacrificio, de eius carnibus satiare. *Iob.* 31. *d.*

Satisfacere, Satisfactio.

Satisfacere, est tantum facere, quantum satis sit irato ad vindictam, & satisfacit, qui se verbis purgat.

Satisfactio Aaron erga Mosen. *Leuit.* 10. *d.* custodiam *ee* præceptorum designare potest, qua satisfit legi. Vel custodiam Ecclesiæ, quam Christus accepit.

Satrapa.

Satrapa, idem est apud Persas, qui præfectus.

Satrapæ Philisthinorum. 1. *Reg.* 5. *c.* significare possunt *ff* prædicatores Ecclesiæ, de quibus dicitur. *Psal.* 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.

Satrapæ etiam Philistinorum congregati contra Israël. 1. *Reg.* 7. *b.* designant *ff* Principes dæmonum ascendentes contra Fideles ad tentandum.

Satrapæ regis Darij quærentes perdere Danielem, sunt *gg* principes Iudæorum contra Christum. *Dan.* 6. *a.*

Saucius, vide Vlcus.

Saul.

Saul, id est, postulatus, siue commodatus, aut fouea, siue se pulchrum vel infernus, filius Cis de tribu Beniamin, qui fuit primus rex Israël, cui successit Dauid, quem ipse persequebatur.

Vel interpretatur petitio, quia contra voluntatem Dei experierunt eum regem.

Saul vnctus in regem, & altior cæteris ab humero sursum, Christi fuit typus: qui est caput nostrum. 1. *Reg.* 10. *a.*

Saul filius Cis, eligendus in regem, designauit *hh* perfectum imitatorem sanctorum patrum eligendum esse in prælatum. 1. *Reg.* 9. *a.* 13. *a.* Interpretatur autem petitio, designat prædicatorem veritatis tantæ esse debere

charita

a *Ambr.* 1. *de Ambr.* 5.
b *Hil. s. Matt.* ca. 13.
c *Hie. ad Furiam & sup. Mat.* 13. *Au.* 1. *q. in Euãg.* 12. *& s. Ioan. tra.* 9. *& ser.* 70. *Isy. s. Leu.* 20. *Bed. s. Ge.* 18.
d *Bern. ser.* 2. *Nati. Domi.*
e *Hier. s. Mic.* 4.
f *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
g *Hie. s. Is.* 27. *& s. Zach.* 3. *Au. s. Apo. ho.* 2.
h *Glo. ord. su. Isa.* 53. *Hie. s. psa.* 16.
i *Orig. s. Leu. ho.* 16. *& su. Ps.* 36. *ho.* 3. *Gre. s.* 1. *Re.* 2. *& 18. m.* 7. *Hil. s. Matth. can.* 15. *Am. s. Luc.* 9. *Hie. s. ps.* 147.
k *Au.* 17. *ciui. Dei.* 4. *& epi.* 120. *Arno. s. ps.* 21. 103.
l *Aug. su. psa.* 147. *Bed. s. Prou.* 3.
m *Or. s. ps.* 36. *hom.* 3. *Au. s. ps.* 36.
n *Hie. s. Amo.* 4.
o *Glo. ord. su. Ier.* 5.
p *Au. epi.* 59. *Gre.* 13. *m.* 7.
q *Euc. q. in ps. Hil. s. psa.* 58.
r *Hie. s. Is.* 56.
s *Hie. epi. beatitudinis & s. Hose.* 4.
t *Cle. Alex.* 1. *pad.* 11.
u *Bed. s. Prou.* 27.
x *Hier. s. Is.* 9. *& s. Mic.* 6. *& s. Iob.* 27. *Gre.* 18. *m.* 7.
y *Bed. s. Prou.* 13.
z *Hier. s. Agg.* 1.
aa *Hie. s. Eze.* 7. *Gr.* 15. *m.* 10.
bb *Glo. ord. s. Eze.* 32.
cc *Gre.* 14. *m.* 25. *& 22. m.* 11.
dd *Glo. int. su. Leu.* 10.
ee *Gr. s.* 1. *Re.* 5.
ff *Gr. s.* 1. *Re.* 7.
gg *Ru. s. Dan* 11.
hh *Gr. s.* 1. *Re.* 9. 13.

Digitized by Google

charitatis,vt propter inſtans deſiderium,non petitor,ſed petitio eſſe cenſeatur,vt omnem motum cordis in affectum ducat ſupplicationis.

Saul tranſgrediens præceptum Domini. 1.*Reg.*15.*d.* typus eſt *a* malorum prædicatorum, de quibus dicitur. *Matth.*5.Si ſal euanuerit in quo ſalietur..

Malus prædicator.

Saul vt ingreſſus eſt ſpeluncam ad purgandum ventrem. 1.*Reg.*24.*a.* typus eſt *b* mali prælati, qui conceptam corde malitiam, vſque ad opera miſeri odoris extendit.

Prælatus male operans.

Saul,vt datus eſt rex à Deo irato peccanti populo. 1.*Reg.*9. deſignat *c* regnum peccáti & mortis,vnde abiectus eſt,ſicut Chriſtus deſtruet regnum peccati & mortis.

Regnum peccati.

Saul inter Prophetas,dicebatur admirando. 1.*Reg.*10.*c.*vt deſignetur,quæ ſtulta ſunt mundi,Deum elegiſſe,vt confunderet fortia. Dicitur etiam de Paulo inter Apoſtolos,quaſi de lupo inter oues. *Actor.*9.

Iudai.

Saul perſequens Dauid,typus erat *d* Iudæorum perſequentium Chriſtum,& etiam diaboli. 1.*Reg.*26.*Pſalm.*17. 51.56.58.*In titulo.* Deſignat etiam mortem perſequentem vitam,aut mortem peccati,& inferni.Item temporale regnum perſequens regnum Chriſti.

Diabolus. Mors.

Saul mortuus deſignauit *e* ceſſationem imperij legis veteris, 1.*Reg.*31.*b.*

Temporale regnum.

Saulus, vide Paulus.

Saxum, vide Lapis.

Scabellum.

Scabellum, eſt paruum ſcamnum, quod ſub pedibus ponitur.

Scabellum pedum Dei dici poteſt *f* humanitas Chriſti,aut eius caro, *Pſalm.*98.Eandem poteſt ſignificare ſcabellum aureum ſolij Salomonis, 2.*Par.*9.*c.*

Humanitas Chriſti.

Scabellum pedum Dei dicitur *g* terra,vt intelligatur Deũm omnia concludere,*Iſa.*66.*a.*Anima quoque dicitur ſcabellum Dei,in qua ſunt veſtigia Dei,hoc eſt,præcepta, *Thren.*2.*a.*ſcabellum quoque Dei ſunt homines peccatores, quos deſerit Deus.

Terra. Anima. Peccatores.

Scabellum pedum Chriſti ſunt, *h* qui prius erant inimici,& cõuertuntur & fiunt ei ſubiecti,*Pſal.*109.*Iſa.*66.*a. Matth.*22.*g. Hebr.*1.*d.*10.*c.*

Conuerſi ad Chriſtum.

Scabies, vide Impetigo.

Scala.

Scala à ſcandendo dicta eſt, continens in ſe plures gradus quibus ad altiora aſcendimus.

Scala quam vidit Iacob,*Gen.*38.*c.*Chriſtum *i* deſignare poteſt, per quem in Deum aſcendere ipſius Iacob videntis electa poſteritas.Huius enim ſcalæ inferius extremum figebatur in terra,quia mediatoris anima fixa fuit,ſicut & cæteræ animæ in terrea carne quam comitabatur ipſa diuitias,vt alterum extremum ſcalæ,penetrans vſque ad Deum patrem,qui illi cacumini innitebatur, quaſi in ipſo quieſcens, & eundem ipſum ſuſcipiens, iuxta illam eiuſdem filij Dei ſententiam. Ergo in patre, & pater in me eſt. Deſignat etiam *k* ſeriem generationum Chriſti vſque ad Ioſeph: & Dominus innitebatur ſcalæ: quia Ioſeph curam infantiæ eius habuit. Latera autem ipſius ſcalæ dici poſſunt patriarchæ, Abraham & Dauid.

Chriſtus.

Deſignare etiam poteſt, *l* crucem Chriſti: in qua Angeli aſcendebant,& deſcendebant,& per eam deſcendunt Iudæi & aſcendunt Gentiles. Item Apoſtoli & prædicatores prædicando.

Series generationum Chriſti. Crux Chriſti.

Significat etiam *m* ſacram doctrinam,per quam in cognitionem Dei & cœleſtium aſcendimus.Gradus autem eius, ſunt ordo mandatorum. Aſcendunt autem per eam doctores, quum loquuntur ſapientiam inter perfectos: deſcendunt verò,quum præbent lac minus capacibus:poteſt etiam ipſa ſcala fidem & charitatem ſignificare.

Sacra doctrina. Fides & charitas.

Deſignat præterea *n* altitudinem religionis:cuius gradus ſunt pœnitentiæ opera: latera verò lectio & oratio. Item *o* gradus humilitatis, quibus in cœlum aſcenditur: latera verò eius ſunt corpus & anima. Eſt in his ſcala, progreſſus ab imperfecto ad perfectum.Et vt in ſcala prius eſt receſſus à terra,vt fiat acceſſus ad cœlum,ita prior, eſt receſſus à vitiis.Vnde & gradus virtutum,ſunt gradus ſcalæ:ſunt etiam *p* gradus creaturarum per quas aſcenditur in Dei cognitionem.

Altitudo religionis. Humilitas. Progreſſus ab imperfecto ad perfectum.

Scala etiam ſignificare poteſt *q* aërem,res naturales, animam & vitam ſeu conuerſationem.

Scalpellum.

Scalpellum, eſt *r* ferrum, quo aptatur corium, & raditur. Eſt etiam gladiolus vel cultellus ſcriptoris, *Ierem.*36.*e.*

Aër. Anima.

Scandalum, Scandalizare.

Scandalum, *ſ* eſt offendiculum,in quod quis impingens periclitatur de lapſu. Interdum autem eſt damnum, *Exod.*10.*b.*Vſquequo patiemur hoc ſcandalum?Lapſus,*Exo.*23.*g.*Quod tibi certè erit in ſcandalum.Impedimentum, *Pſalm.*139.Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.Scandalizare autem eſt ſcandalum ſeu offendiculum præbere. Item lædere charitatem, *Matth.*17.*d.* Vt autem non ſcandalizemus eos. Inferre iniuriam, *Eccleſ.*32.*c.* Qui inſidioſe agit, ſcandalizabitur ab eo. Quando legimus, quicunque de minimis iſtis ſcandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto factore occaſionem ruinæ cuiquam dederit.

Scandalum eſt Chriſto,quicunque peccat, & qui alium ſcandalizat, *Matth.*16.*d.*

Peccans in Chriſtum.

Scandalizans oculus, *t* eſt dans occaſionem,vt recedamus à Chriſto,vel docens aliquam hæreſim,*Matth.*5.*e.*Sic ſunt ſacerdotes ſcandalizantes plurimos in lege, *Mal.*2.*b.* Et ſcandala operantium iniquitatem, ſunt in Eccleſia omnis frater contumelioſus,aut auarus,aut ebrioſus,aut turpis,*Pſalm.*140.Et via eſt ſcandalum,quum quis ſequitur errores,*Pſal.*48.& ſcandalum iuxta iter,eſt, quum hæretici de ſcripturis proferunt teſtimonia,quæ videntur quaſi ratione aliquam habere,vt ita decipiant,vel ſcandalum iuxta iter, eſt iuxta præcepta, *Pſalm.*139.Ipſe quoque hæreticus ſcandalum eſt,& generaliter mali, *Matth.*13.*f.* Scandalizat etiam oculus dexter,quum quis labitur in vita contemplatiua,cui ineptus erat. Et ſcandalizat oculus ſiniſter,quum quis labitur in vita actiua,cui etiam ineptus erat. Vnde dicitur ſcandalizare vnum de puſillis,qui vltra intelligentiã ſe contemplationi tradit, & non ſolùm ſe,ſed infirmos quoſque in errorem inducit,& à gremio vnitatis diuidit. *Matth.*18.*Ezech.*7.*e.*

Dans occaſionem à Chriſto recedendi. Docens errores. Error. Hæretici. Mali.

In ſcandalum ſit menſa Iudæis,quando *u* quæ videbant in Chriſto, credebant eſſe ſcripturæ contraria, & de cruce Chriſti ſcandalizabantur, *Pſalm.*66. *Rom.*11.*a. Iſa.*8.*c.*

Labi circa vitam contemplatiuam vel actiuam.

Scandalizans vnum de puſillis, dicitur *x* de Iudæis perſequentibus Apoſtolos,hac intentione,vt eos alienaret à Chriſto, *Matth.*18.*a.*

Incredulitas Iudæorum. Iudai perſequentes Apoſtolos.

Scandalum eſt aurum & argentum,hoc eſt, *y* idola.Et dicitur ſcandalum iniquitatis idololatria,*Ezech.*7.*f.*14.*a.* Et ſcandalum filiorum Iſraël, *Exod.*23.*d.* ſcandala quoque venientia,ſunt angeli ſatanæ, *Matth.*18.*a.*

Idololatria. Angeli Satanæ.

Scandalum dicebant ſe pati Ægyptij, quum *z* affligebantur, *Exod.*10.*d.* Scandalum autem mundi ſeu Ægypti, erat paſſio & crux Chriſti. Quod ſcandalum non eſt diligentibus legem Dei, *Pſalm.*118. Nam illi non ſcandalizantur: quia non ſunt puſilli.

Paſſio, & crux Chriſti.

Offendiculum non ponendum coram cæco. *Leuit.*19.*c.*eſt *aa* non faciendum opus, per quod ignorans incidat in peccatum. Non habet autem offendiculum, qui ſequitur ſapientiam, *Prou.*4.*b.*

Dogmata hæreticorum.

Scandere, vide Aſcendere.

Scapha.

Scapha, eſt nauicula ex ligno cauata, vnde paruæ naues ad piſcandum deſeruientes, ſcaphæ dicuntur, & illæ quæ ſunt velut miniſtræ amanuenſes magnatum nauium.

Scaphæ Ioppitarum,quibus ſubmerſerunt Iudæos, 2.*Mach.*12.*a.* ſunt *bb* dogmata hæreticorum,quibus ſubuertunt ſimplices.

Scapula, vide Humerus.

Scarabeus.

Scarabeus animal paruum volatile ex inſectorum genere,habens alas veluti teſtaceas:ſolétque pedibus aduerſis pilas è fimo volutare.

a *Gre.ſ.*1. *Re.* 15.
b *Gre.*3.*paſt. ad Matth.* 5.
c *Ru.ſ.*1. *Re.* 2.
d *Arn.ſ.pſ.*17. *Hil.ſ.pſ.*58.
e *Hie.prol.Fr. Am.Au.* 17. *ciu.Dei.*7.
f *Ori.ſ. Iſ.ho.* 5.*Am.deSpiritu ſancto.*12 *Hie.ſ.pſa.*98. *Au.ſ.pſa.* 98.
g *Eu.for.ſpir.* 8. *Ori.ſ.Gen. hom.*1.
h *Hie.ſ.Iſ.*66. *Rup.ſ.Ier.*36. *Ori.ſ. Matth. hom.*23. *Euc. for.ſpi.*8.
i *Au.*12.*con. Fauſt.*26. *Bed.ſ.Ge.*28. *Georg. Venet. Cant.*2. *to.*8. *cap.*7.
k *Ru.*7.*ſ.Gen.* 22. & 1. *ſ. Matt.*
l *Hie.ſ.pſ.*91. *Aug.ſer.* 80. *Cyr.*8.*ſ.Ioan.* 17. *Hie. epiſt. Et factum eſt Aug.ſ.pſ.* 44.
m *Bed.ſ.Gen.* 28. *Lyr.ſ.Gen.* 28.
n *Beno in regu.ca.*7. *Bern. ſ.Ecce nos reliquimus omnia.*
o *Theo. Alex.* 1.*paſcha. Ba. ſ.pſ.*1.
p *Geor.Venet. Cant.*2.*tom.* 7.*cap.*5. *Chr. ſ.Ioan.ho.*82. *Ricar.de San. Vict.de extre. mal.*50.
q *Philo. de ſomnijs.*
r *Lyr.ſ.Ie.*36.
ſ *Hie.ſ.Matt.* 15.
t *Ori.ſ.Matt. ho.*1. *Aug.*1. *ſerm. domini in monte.&ſ. pſ.*139. *Hie.ſ. Matth.* 13. *Gre.*6.*m.* 26.
u *Ori.ſ. Rom.* 11. *Hie.ſ.Iſ.*8.
x *Hil.ſ.Matt. can.*18.
y *Hie.ſ.Ez.*7. *Ori.ſ. Matth. hom.*5.
z *Hil.ſ.Matt. Can.*18. *Am.ſ.pſ.*118. *ſer.*21.
aa *Iſyc.ſ.Leu.* 19. *Bed.ſ.Pro.*4.
bb *Glo. ord.ſ. Mach.*12.

Digitized by Google

Sol. Hæreticus. Propheta.

Scarabeus apud Ægyptios signum erat *a* Solis: quoniam quum rotundam ex bubulo stercore effingit figuram, eam vultu aduerso conuoluit. Aiunt autem hoc quoque animal sex quidem mensibus sub terra, alteram verò partem anni vitam degere super terram, & semen in globum mittere, & non nasci fœminam scarabeum.

Scarabeus loquens seu clamans de ligno, est *b* hæreticus habens dogmata stercori comparanda, *Hab.2.c.* Iuxta septuaginta Scarabæus etiam clamans Domino de ligno, dici potest propheta.

Scatere, Scaturire.

Scatere, est emanare, erumpere: & ebullire, & ita plenum esse, vt exiliat quod continetur.

Pœna indignè communicantium. Pœna gulosi. Pœnitentia voluntaria. Grauiora peccata.

Scatens vermibus manna, *Exod.16.a.* designat *c* pœnam æternam indigne manducantium corpus Christi. Designat etiam conscientiam gulosi quasi vermibus vrgeri.

Scatens putredo subter hominem, *Hab.3.c.* designat *d* pœnitentiam libenter acceptandam pro peccatis.

Scelus, Sceleſtus, Sceleratus.

Scelus, est flagitium & facinus, seu graue crimen: vnde sceleſtus, qui scelus committit, qui & sceleratus. Et scelus quidem *e* in opere videtur esse: delictum verò plerunque in sola cogitatione, *Iob.13.d.35.d.36.b.*

Scelus appellatur peccatum ciuitatis Sodomorum: quia *f* grauissimum. Et generaliter grauiora peccata dicuntur scelera, *Geneſ.19.d. Exod.31.g.34.a. Iſa.50.a.* Et sceleratа via Hierusalem, dicitur propter grauia peccata, *Ezech.16.c.*

Occisio Christi per Iudæos.

Scelus fratrum Ioseph significat scelus Iudæorum occidendo Christum, commissum, *Geneſ.40.c.* Et scelus populi Dei, propter quod percussit pater filium, sunt *g* grauia peccata Iudæorum, *Iſa.53.c.*

Scelera tria & quatuor Damasci, *Amos.1.a.* designant, *h* primum quidem cogitationem malam: secundum consensum: tertium ipsum opus, quartum complacentiam in scelere, & hæc sunt in hæreticis, qui etiam doctrina sua simplices decipiunt. Vel tria scelera sunt, *i* voluntas, opus, consuetudo: quatuor verò sunt, quando additur defensio, seu obstinatio.

Latrones.

Scelerati, cum quibus reputatus est Christus, *k* erant latrones, cum quibus crucifixus est. Vel generaliter sunt mali, inter quos computatus est à Iudæis, ac si esset vnus eorum, *Iſa.53.d.*

Scenofactoria.

Scenofactoria, erat ars, qua fiebant vmbracula, vel tabernacula, è quacunque re fierent. Vel faciendi funes: cuius artis erat Paulus, *Actor.18.a.*

Scenopegia.

Peregrinatio huius vitæ. Incarnatio.

Scenopegia erat festum tabernaculorũ, in quo filij Israël in vmbraculis, aut tabernaculis habitabant in memoriam habitationis, qua morati sunt quadraginta annis in tabernaculis in deserto. Hanc solemnitatem celebramus, quum *l* nos reputamus tanquam aduenas & peregrinos super terram. *Num.29. 1. Mach.10.b. 2. Mach.1.a. Ioan.7.a.* Est etiam scenopegia, quando Christus carnem induit, vt peregrinaretur in terra.

Resurrectio corporum.

Designat etiam *m* solemnitatem futuram in rèsurrectione, quando Sancti sua recuperabunt corpora, in quibus perpetuo gaudebunt.

Sceptrum, vide Baculus. Schiſma, vide Abſcindere.
Sciniphes, vide Culex. Scintilla.

Scintilla, est fauilla ardens, vt quæ exilire solet è silice.

Lumen diuinum. Verba prædicantium. Dona Spiritus sancti.

Scintillæ æris candentis in animalibus, quæ vidit Ezechiel, designat in diuinis cuncta esse plena luminis, *n Ezech.1.b.* vel sunt *o* verba prædicantium, quæ audientium corda penetrant, & inflammant, & quia non possunt diuina sufficienter explicare, scintillæ dicuntur. Vel sunt *p* dona Spiritus sancti, quæ cum feruore charitatis ignceæ longè audibilem reddiderunt tinnitum Euangelicæ prædicationis.

Scire, Scientia.

Scientia Dei.

Scire, est certa & euidens cognitio. Interdum autem cogitatio, *Iob.13.a.* secundum scientiam vestram, & ego noui. Cultus, *Prou.15.a.* Lingua sapientum ornat scientiam. Doctrina, *Leuit.10.b.* Vt habeatis scientiam discernendi. Scire autem, scientiã habere. Item approbare, *Num.16.d.* In hoc scietis, quod Dominus miserit me. Natura cognoscere, *Geneſ.3.a.* Scit enim Deus quod in quacunque die. Compertum habere, *Geneſ.18.c.* Scio, quod præceturus sit filiis suis. Credere, *Deut.4.e.* Vt scires, quoniam Dominus ipse est Deus. Discere. *Geneſ.15.d.* Scito prænoscens, quod peregrinum. Experiri, *Geneſ.24.c.* scire volens, vtrum prosperum iter. Intelligere, *Exod.23.b.* scitis enim aduenarum animas.

Scientia Patris & filij. Sciens Deus cogitationes. Christus accipiens infirmitates nostras.

Scire dicitur Deus, *q* non vt accipiat cognitionem à rebus, sed potius res sunt, quia Deus eas scit. Et quum dicitur Deus scire, quasi de nouo, intelligitur quod faciat nos scire, *Geneſ.18.c. Exo,3.b.33. Iob.31.a.* Scientia autem Dei dicitur mirabilis, quia extenditur ad infinita, *Pſalm.138.*

Scit Deus insipientiam Christi, hoc est, passionem eius, *Pſal.68.* Conscius autem filij dicitur Pater *r* quia vna voluntate, vno consilio, pater cum filio semper operatur. *Iob.16.d.*

Fides. Doctrina noui testamenti Humilitas.

Scire tempus partus ceruarum dicitur comperere Deo, *s* qui dum occulta cordis conspicit, futurum foris effectum operis: intus in pondere cogitationis pensat. *Iob.39.a.*

Sciens infirmitatem, est Christus, qui pro nobis expertus est infirma, & passus est grauia. Sed idem scit iustificare, *Iſa.53.a.d.* Ipse quoque dicitur conscius noster, *Iob.16.d.* quia *t* naturam nostram non solum creando nouit, sed etiam assumendo. Qui etiam dicitur nosse figmentum nostrum, *Pſalm.102.* quia ipsum corpus in seipso expietate susceptit, & miserias nostras expertus est.

Cognitio experimentalis.

Scientia Dei, quam vult Deus plusquam holocausta, *u* est fides, *Hoſ.6.c. Iob.9.d.19.d.42.a.* Et scientia & doctrina, quæ pascunt iuxta cor Dei, designant doctrinam noui testamenti, *Ierem.3.c.* Dicitur autem Deus scientiarum Dominus, *x* hoc est, secretorum sacræ scripturæ, *1. Reg.2.a. Iſa.32.a.* Sciunt autem iustum, qui habent legem Dei in corde, *Iſa.51.c.* Scientia etiam Domini est humilitas, *Iſa.11.a.* quam scientiam docuit Dominus, quando dixit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Scientia autem Dei, aut nominis Dei, est in mundo post Christum incarnatum, sicut & scire diuina promissa. *Geneſ.15.b. Exod.33.c. Iſa.52.d.* Et scientes Deum in Babylone, *y* sunt fideles ex Gentibus in seculo, *Pſal.86.* scire autem quod Deus sit Dominus dicitur tertio, *Ezech.29.* vt prima cognitio sit in corde, secunda in anima, tertia in Spiritu. Primò super terram, secundò mundi huius conuersatione finita, tertiò post resurrectionem. Scire autem vespere, quod Deus eduxerit de terra Ægypti, est cognoscere redemptionem in fine seculorum factam. *Exod.16.b.*

Scientia prædicandi.

Scientia boni & mali dicta est esse in ligno, *z* quia ex illo intrauit scientia & erubescẽtia, transgressione facta, & cognouit homo bonum, quo careret, & malum, quo afficeretur, per experientiam, *Geneſ.2.b.* Ita dicitur tunc scire malus, quando punitur, *Iob,21.c.* Et Ægyptij & Pharao sciuerunt quod sit Dominus, per experientiam flagellorum, *Exod.7.a.29.g.31.a.*

Scire præcepta. Indauenientes ad fidem. Cognitio post hanc vitam.

Scientia obstetricandi, est *aa* scientia doctorũ, animas ad bona opera instruentium. *Exo.1.d.* Et scientia Beseleel çonstruendi tabernaculum, est doctorum constituentium Ecclesiam Dei, *Exod.31.a.35.d.36.a.* scientia quoque discernendi quid comedendum, &c. est sacerdotum & prælatorum, *Leuit.10.b.11.g.* Qui etiam scire debent, quo tempore mundum quid, vel immundum sit, hoc est, cognoscere an peccauerit quis ignoranter, an scienter, *Leuit.14.f.*

Cognitio sui. Reuelatio Ioãni Baptiſtæ facta.

Scire vias Domini est *bb* cognoscere præcepta eius, & occulta iudicia & voluntates & actiones, *Iſa.58.a.* Hanc scientiam nolunt impij. *Iob.21.b.*

Scient errantes spiritu intellectum, *cc* quando Iudæi venient ad fidem, *Iſa.29.g.*

Scientiæ perfectæ & magnæ sunt, *dd* quæ post hanc vitam habentur, aut quum hic doctores ad alta se eleuantes, deorsum se humiliter per cognitionem suæ ignorantiæ inclinant, *Iob.37.c.*

Scientia indicata nocti, *ee* est reuelatio facta Ioanni Baptistæ adhuc in vtero existenti, *Pſal.18.*

Scire quare non recedat manus Domini à puniendo, *ff* est tunc intelligere vtilitatem compunctionis, & afflictæ carnis bonum, quando de fiducia diuinæ indulgentiæ ineffabiliter lætantur, *1. Reg.6.b.*

Scire Dominum datur *gg* pro præmio, *Hoſ.2.d* Vnde *Ioan.17.a.* Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c. Scit

vocare

a *Cle. Ale.5. ſtrom.*

b *Hie.ſ.Hab. 2. Eu.for.ſpir.5.*

c *Am.ſer.34.*
d *Hie.ſ. Hab. 3.*

e *Gre.11.mo. 23.*
f *Hie.ſ.Eze. 16.*

g *Hie.ſ.Iſ.53.*
h *Hie.ſ. Am. 1.*
i *Ruper. ſup. Amos.*
k *Hie.ſ.Iſ.53.*

l *Ori.ſ.Num. hom.23. Augu.ſ.Ioan. tra.28. Gre. Nyſſ.ſer. de natiuitate.*
m *Cyril. 3.ſ. Ioan.11.*
n *Hie.ſ.Eze. 1.*
o *Gre.ſ.Eze. ho.3.*
p *Rm.1.ſ.Exo. 3.*
q *Augu.1.de cons. Manich. 22. Hie.ſ.Iob. 31. Gre.21.m. 6. Hil.ſ.pſ.138. Hil.ſ.pſa. 68.*
r *Gre.13.mo. 12.*
ſ *Gre.30.mo. 21.*
t *Gre.13. mo. 13.*
u *Hie.ſ.Ho.6. & ſ.Ier.3. & ſ.Iſ. 51.*
x *Gre.ſ.1.Re. 2. Rup.2.ſ.Iſ.8.*
y *Hier.ſ.Eze. 29. & ſ. pſal. 86.*
z *Chr.ſ.Gen. ho.16. Au.8. de gen.ad lit. 14. Gre.15. mor. 23. Glo.inte. ſup. Exo.7.*
aa *Glo.ord.ſu. Exod.1.*
bb *Glo. int.ſ. Iſai.58.*
cc *Hier.ſ.Iſa. 29.*
dd *Gr.27. m. 24.*
ee *Arno.ſ.pſ. 18.*
ff *Gre.ſ.1.Re. 6.*
gg *Rup.ſ.Ho. 2. Hier.ſ.Iſ.8.*

Digitized by Google

vocare patrem cæleſtem & matrem,qui vidit Deum,nondum autem ſcit,qui ex parte cognoſcit,*Iſa.8.a.*

a *Hie.ſ.pſ.88. Aug.ſ.pſ.88.*

Scire iubilationem,*a* eſt ſcire vincere dæmones,& exultare de victoria,*Pſal.88.*Vel eſt ſcire vnde debet iubilare,hoc eſt,gaudium habere,quod explicare non poſſit,vt non de ſe,ſed de Deo gaudeat.

b *Hie.ſ.Iſ.29.*

Scientes literas erant *b* principes Iudæorum,*Iſa.29.d.* qui ideò magis culpantur , quod non intelligerent ſcripturas,quæ de Chriſto erant.

c *Glo.int.ſup. Iſai.47.*

Scientia Babylonis,*c* eſt ſcientia philoſophorum,& hæreticorum,& diuinatio,& aſtrorum inſpectio , *Iſa.47.c.* Eſt etiam ſcientia arrogantium,quæ ſine charitate inflat,qualis erat ſcientia Elihu,*Iob.36.a.*

d *Ru.1. Vtil. verbi Dei.*

Scientes bellum,ſunt *d* dæmones,qui ſuperbia ſua erecti ſunt contra Deum,*Baruch.3.c.*

e *Gre.35.mo. 1.*

Abſque ſcientia cælat conſilium Leuiathan,*Iob.42.a.*quia *e* quamuis contra infirmitatem noſtram multis fraudibus occultetur, protectoris tamen noſtri ſancta nobis inſpiratione detegitur. Abſque ſcientia cælat conſilium, quia licet tentatos lateat,latere tamen tentatorum protectorem minimè poteſt.

Scirpus, vide Iuncus.

Scifcitari,vide Interrogare.

Scopa, Scopare.

SCOPAE,ſunt inſtrumentum, quo pauimenta verruntur.

f *Ber.ſerm.2. Aſſu.Euc.for. ſpir.8.*

Scopæ ſignificare poſſunt *f* præcepta legis,& etiam confeſſionem,quibus animæ ab omni vitiorum ſorde mundantur,*Matth.12.d.Luc.11.c. Pſalm.76.*

Scopæ etiam ſunt curæ ſuperſtitionis per vanam gloriam exercitatæ.

g *Hie.ſ.Iſ.14.*

Scopat Deus terendo,*g* quum puniendo mundat ſordes ab anima,*Iſa.14.f.*

Scoria.

SCORIA,eſt purgamentum & fæx metallorum,ſicut ſpuma,quæ ex ferueſcente materia tollitur.

h *Hie.ſ.Iſ.1.*

Scoria ſignificare poteſt *h* falſas & ineptas traditiones Iudæorum,vel hominem peccatorum ſordibus inquinatum,*Iſa.1.f.Ezech.22.d.*

Scorpius,Scorpio.

SCORPIVS,eſt animal venenoſum brachiis amplectens,& cauda feriens.

i *Gre.ſ.Ezec. ho.9.*

Scorpiones erant *i* Scribæ & Phariſæi , aduerſus Chriſtum , qui verbis fallacibus & blandientibus eum capere in ſermone nitebantur. Scorpio enim eadem plaga cutem aperit , & venenum infundit. Qua ratione Ezechieli dictum eſt, *Ezech.2.c.* Fili hominis, in medio ſcorpionum tu habitas. Generaliter autem ſcorpiones ſunt omnes blandi & malitioſi,qui bonis quidem in faciem non reſiſtunt,ſed mox vt receſſerint , derogant alios quos valuerint inflammant, quæque poſſunt noxia immittunt,mortifera inferre occultè non deſinunt. Hoſtes etiam Iſraël erant ſcorpiones, *k* quando blandiciis eos inducebant in errores,& idololatriam,& poſtea occidebant,*Apoc.9.a.*

k *Rup.ſ.Apo.* l *Baſi.ſ.pſ.28. Euc.for.ſpi.5. Baſi.Exaem. hom.10.*

Scorpiones quandóque dicuntur *l* dæmones , vt quum dicit Chriſtus , *Luc.10.d.* Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones.

Scorpiones etiam dici poſſunt violenti in proximorum iniurias.

m *Aug. epiſt. 121.& de verbis Domini in ſer.29. Ru.7. ſ.Ioan.*

Scorpio cauda nocens, *m* deſperationis eſt typus, & qui in deſperationem inducit,ſcorpionem porrigere dicitur, *Luc.11.b.* Vbi etiam hæreſes ſignificare poteſt,ſub blandis verbis venenum inferentes.

Scortari, Scortum, vide Meretrix.

Scrabro.

n *Aug.qu. in Exod.95.Ru. 3.ſ.Ex.39.*

Scrabro, quem crabronem dicunt, veſpis eſt ſimilis, & vbi communis tranſlatio habet ſcrabrones, ſeptuaginta dicunt veſpas. Aiunt eos de equino ſtercore naſci. Deſignant autem *n* aculeos timoris. Item contemptibiles mundi , qui ſe omnium peripſema reputabant , per quos fugauit Deus principem mundi , *Exod.23.d. Deut.7.c. Ioſu.24.c.*

Scribere, Scriptor, Scriba, Deſcribere, Exarare.

Scribere, notæ ſignificationis eſt. Eſt autem propriè , qui aliquid condunt , vel aliquod opus faciunt : vnde ſcriptores. Scribit autem, qui exarat, ſeu format characteres, & qui dat literas , aut mandat & ordinat , & qui memoriæ mandat , & qui ſculpit , *Exod.34.d.* ſcripſit in tabulis verba fœderis. Scribæ autem apud Hebræos erant literati.

o *Aug.ſ.pſal. 44.*

Scriba ſcribens velociter,dici poteſt *o* Deus pater producens verbum,*Pſalm.44.*Et dicitur ſcribere producendo filium,quia quod lingua loquitur,ſonat & tranſit,quod verò ſcribitur,manet. Cum ergo dicat Deus verbum,quod non ſonat & tranſit,ſed dicitur & manet,ſcriptis hoc maluit Deus comparare,quam ſonis. Velociter autem Dei tale eſt, vt velocius nihil ſit. In ſcripturis enim ſcribitur litera poſt literam, ſyllaba poſt ſyllabam, verbum poſt verbum,nec ad ſecundum tranſitur,niſi primo præſcripto. Ibi autem nihil velocius,vbi non multa ſunt verba,nec tamen aliquid prætermiſſum eſt,quum in vno ſint omnia.

p *Euc.q.in pſ.* q *Cle.Ale.6. ſtrom.*

Scribuntur omnes in libro Dei. *Pſalm.138.* quia *p* omnes homines non abſque voluntate Dei naſcuntur , vel omnes voluntates noſtræ apud Deum pleniſſimè deſcribuntur.

r *Hier.ſ.Hab.2.*

Scripſiſſe dicitur Deus legem, quia eam tradidit Moſi deſcribendam , *Exod.24.c. Leuit.11.a.* Scribit autem in corde, *Ierem.31.f.* quia neque qui plantat, eſt aliquid,neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.

ſ *Ori.ſ. Exec. hom.2.*

Scripſit Deus tabulas , *q* quando formauit mundum. Scriptæ quoque tabulæ digito Dei, & ex vtraque parte ſcripturam habentes, deſignant primum hominem à Deo formatum,& gratia ac virtutibus ornatum, *Exod.31.d. 32.b.*Sic & homines dicebantur epiſtola ſcripta in tabulis cordis, *2.Cor.3.a.* ſcripſit quoque Deus teſtamentum nouum in cordibus,quia dat gratiam Spiritus ſancti,*Ierem.31.f.*Et ſcribit viſum propheta : *r* ſed quod explanari debeat in tabulis cordis, *Habac.2.a.*

t *Hier.ſ. Iere. 31.*

Scripſit Deus librum prædeſtinatorum,*Exod.32.g.*ſcriptura quoque domus Iſraël, *ſ* eſt liber prædeſtinationis, in quo non ſcribuntur mali Prophetæ,*Ezech.13.b.*Huc referri videntur ſcripta populorum,*Pſalm.86.*Et ſcribuntur agri in libro, *t* hoc eſt, fideles in libro viuentium, *Ierem.31.b.* ſcribi autem in libro Dei,aut in vita,eſt eſſe de beatorum numero,vbi mali non ſcribuntur cum iuſtis, *Pſalm.68.138.Iſa.4.a. Apoc.13.c.*

u *Orig.ſ.Ioſu. ho.9. Gre.22. 29. Au.ſ.pſ.101.*

Scribens Moſes eadem verba in ſecundis tabulis , quæ erant in prioribus, deſignauit *u* renouationem legis per Chriſtum faciendam, *Exod.34.d.* Idem deſignauit Ioſue ſcribens ſuper lapides Deuteronomium, hoc eſt, nouam legem,*Ioſ.8.g.*De hoc dicitur,*Pſalm.101.*Scribantur hæc in generatione altera. Scribenda eſt autem lex Dei in tabulis cordis, & vt latiſſimè & ſemper in memoria habeatur,*Prouer.3.a.7.a.* ſcribens Iſaias ſtilo hominis,deſignat *y* ſcripturam intelligendam ab hominibus, *Iſa.8.a.*ſcribit autem librum *x* ipſe,qui iudicat,hoc eſt,Chriſtus nouum teſtamentum,per quod iudicaturus eſt , *Iob.31.b.* Ipſe eſt vir habens atramentarium ad renes, *Ezech.9.a.* Scriptus liber intus & foris , eſt ſacra ſcriptura continens præterita & futura , vel literam & ſpiritum, vbi paſcit hiſtoria ſimplices,myſteriis verò eruditiores,*Ezech.2.d.Apoc.5.a.* Scripturæ populorum deſignant ſacram doctrinam, quæ omnibus,eſt expoſita, *Pſalm.86.*

x *Bed.ſ.Prou. 7.*

y *Hier.ſ.Iſ.8.*

z *Gre.22.mo. 29.& ſ.Eze. ho.9.Hil.prol. ſ.pſal. Aug.ſ. Apoc. hom.4. Hie.ſ. Ezech.1.& ſ. pſ.86.*

Scriptum eſt in capite libri de Chriſto,hoc eſt,*aa* in initio Pſalterij, vel in tota ſacra ſcriptura, quæ eſt caput, vel capitulum,*Pſalm.39.*

aa *Arno.ſ.pſ. 39.*

Scribitur tripliciter ſcriptura,*Prouer.22.c.*hoc eſt,*bb* ſecundum literam,ſecundum tropologiam,quando recedimus à litera,& paululum ad altiora conſcendimus , dicente Apoſtolo , Scriptum eſt. Non alligabis os boui trituranti , ſtatimque ſequitur : Nunquid de bobus cura eſt Deo ? An propter nos vtique loquutus eſt. Extrema , id eſt , tertia eſt ſublimis ſacraque intelligentia , iuxta illud eiuſdem Apoſtoli. propterea relinquet homo patrem ſuum & matrem , & adhærebit vxori ſuæ. Sacramentum eſt : Ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.

bb *Hie.ſ.Eze. 16.*

Scripſit Moſes ob monimentum, pugnam Amalec contra Iſraël,& victoriam aduerſus eos , *Exod.17.d.* vt videlicet admoneamur pugnandum nobis eſſe contra diabolum , mundum & carnem , & reportandam victoriam per orationes.

Deſcripſiſſe dicitur Deus Sion in manibus ſuis, vt perpetuam & peculiarem Eccleſiæ curam ſe oſtēdat habere. *Iſa.49.d.*

Cognoſcere bonum diuina caſtigationis. Cognitio beatifica. Principes Iudæorum. Scientia philoſophorum, & hæreticorū Dæmones. Detectio fraudum diaboli.

Præcepta. Confeſſio. Cura ſuperſtitionis. Caſtigatio Dei. Traditiones Iudæorum. Peccator.

Scriba & Phariſæi.

Blandi & malitioſi.

Hoſtes Iſrael. Dæmones.

Violenti. Deſperatio. Hæreſes.

Aculei timoris. Contemptibiles mundi.

Deus pater.

Cognoſcens Deus voluntates hominis.

Formatiomūdi. Formatio hominis.

Liber prædeſtinatorum.

Inſtitutio noua legis.

Scriptura de Chriſto. Triplex ſenſus ſcripturæ.

Digitized by Google

Cura Dei erga Ecclesiam. Præcepta data Iudæis, & Gentibus Condemnatio hæreticorum. Christianorum nomen. Flagella generis humani. Reformare imaginẽ Dei. Prædicator.

Scripti sunt sermones Iob in plumbi lamina, *Iob.* 19. *c.* quando *a* data sunt præcepta Iudæis, qui ea & sine labore perceperunt, & celeriter transgrediendo perdiderunt. Exarati verò sunt in silice, quando Gentilitati præcepta sunt tradita, quæ vix ea custodienda suscipere potuit, sed tamen fortiter suscepta seruauit.

Scriptæ lamentationes, & carmen, & væ, *Ezech.* 2. *d.* designant *b* illum saluum esse in futurum, qui in hoc seculo fuerit de numero lugentium. Vel lamentationes sunt pœnitentium, carmen laudantium. Væ autem est commination æternæ pœnæ, quæ omnia in sacra scriptura continentur.

Scribit puer parvulus residuos Assyriorum, *c* quando Christus discernit à suis hæreticos condemnãdos, *Isa.* 10. *c.*

Scribit Christus nomen suum super fideles, *Apoc.* 3. *c.* quando *d* facit vt à Christo dicantur Christiani.

Scribere dicitur Deus amaritudines contra genus humanum, *Iob.* 13. *d.* quia *e* diu super nos eius flagella perduran t. Et quia sententia dé mortalitate nostræ carnis aduersus Adam lata, vsque ad vltimum mutati non valebit. Quod enim loquimur transit, quòd verò scribimus manet.

Scribere Sanctum Domini in lamina, *Exod.* 39. *c.* est *f* reformare imaginem Dei in corde.

Scribens Samuel legem regni, 1. *Reg.* 10. *d.* designat *a* prædicatorem admonentem subditos, vt obediant prælatis. Sic dicebat Christus, *Ioan.* 15. *c.* Mementore sermonis mei, &c. Paulus, *Heb.* 13. *b.* Mementote præpositorum, &c. Et 1. *Cor.* 9. *b.* Qui Euangelio seruit, de Euangelio viuat. Scriba est *h* prædicator, & scribit velociter, quum adest virtus Spiritus sancti. *Psalm.* 44. Et scriba doctus, est habens literam legis, à qua transit ad spiritum, *Matt.* 13. *g.* Et scribæ, quos mittit Christus, sunt qui sequuntur literam Euangelij, quæ non occidit, *Matth.* 23. *d.*

Firmitas fidei. Æternitas. Firmitas regni Christi. Insigne animæ.

Scribere quinquaginta batos olei, *i* est accipere remissionem. Scribere autem octoginta coros tritici, est confiteri resurrectionem, *Luc.* 16. *b.*

Inscriptio tituli designabat *k* firmitatem fidei, vel æternitatem, quæ habetur ex morte Christi. Item firmitatem regni Christi, vnde non potuit corrumpi, *Psal.* 55. 56. 59. *in titulo.*

Superscriptio numismatis, *l* est insigne in anima, quo lucet in ea. Vel nomen Dei, vel principis huius mundi, *Matth.* 22. *c.*

Condemnatio malorum. Scriba & pharisæi. Hæretici.

Scribi in terra, *m* est præponendo terrena cæiestibus condemnari, & deleri de libro viuentium, *Iere.* 17. *b.* sic scribebat Iesus in terra condemnans peccatores. Iterum autem scribens, designat se eos tam veteri quam noua lege condemnare. Scribens autem digito in terra, indicat se esse, qui prius scripsit legem in petra, sed nunc scribit in terra, quia fructum quærit, *Ioan.* 8. *a.*

Scriba sumitur *n* pro Scribis, & Pharisæis, *Isa.* 33. *c.* scribæ autẽ Iudæorum, sunt qui nõ recedunt à litera legis, & qui diuinas literas se scire arbitrantur, *Matth.* 20. *c.* 23. *a.* 26. *a.* Et scribentes iniustitias, erant Scribæ, & Pharisæi & hæretici, *Isa.* 10. *a.*

Peccata puniенda in iudicio.

Scriptus liber monumenti coram Domino, *o* erat blasphemiarum, quas ipse puniturus est in iudicio, *Malach.* 3. *d.* Qua ratione scriptæ sunt iniquitates coram Deo, *Isaiæ* 65. *a* Secundum autem scripta in volumine volante iudicabitur vnusquisque, *Zach.* 5. *a.* Scriptum peccatum Iuda stilo ferreo, *p* est peccatum Iudæorum in nece Christi, vel Christianorum impœnitentium, quorum peccata non delebuntur, nec abscondentur in iudicio, *Ierem.* 17. *a.*

Certitudo prophetiæ.

Scribere super buxum, *q* est prophetare certum & futurum esse, quod dicitur, *Isa.* 30. *b.* sic scribere iubetur Iuda & Israël in lignis, ob maiorem certitudinem, *Ezech.* 37. *d.*

Gloriari in fide.

Scribit manu sua domino, *r* qui de nouo fidei tyrocinio gloriatur, *Isa.* 44. *a.*

Scrupulus.

Examinans Deus animas.

SCRVPVLVS propriè, est lapillus asper, qui in calceo latens plerunque nos lædit, pressusque dolorem infert. Vnde pro *s* solicitudine & difficultate ponitur, & pro eo quod conscientiam remordet, nec quietem esse sinit. Ita dixit Abigail ad Dauid, 1. *Reg.* 25. *a.* Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis.

Scrutari.

Detegens Deus fallacias. Dans Deus sensum spiritalem legis. Examinans conscientiam Gentiles fruentes mysteriis. Inquirere consilia Dei. Examinans minister Christi fideles. Philosophi. Hæretici. Iudæi quærentes calumnias in Christum. Reformatio imaginis. Lex in corde. Passio Christi. Mysteria. Memoria victoria Christi. Ornare mentes virtutibus Exempla. Perfecta opera prælatorum. Sacra eloquia Gentilitati tradita.

SCRVTARI, est inquirere inuestigando, vt ea, quæ latent inueniantur.

Scrutabitur Deus Hierusalem lucernis, *t* quum animam etiam iusti examinabit, & quum de sermone & cogitationibus exiget rationem, *Amos* 9. *a. Soph.* 1. *c. Iob.* 10. *b.* scrutatus est etiam Hierusalem lucernis, quando segregauit ex Iudæis fideles, antequam Hierusalem destrueretur. Scrutatur etiam corda & renes, hoc est, *u* cogitationes & delectationes, *Psalm.* 7.

Scrutatur Deus murum hæreticorum, *x* quum eorum fallacias & munimenta detegit, *Isa.* 22. *b.* Quum autem scrutari sit tortura veritatem elicere. Deus scrutari dicitur, quum, quæ cognoscit, in lucem profert.

Scrutatur Deus per doctores profunda fluuiorum, *y* quum dicta legis, quæ caliginosa nimis historia obscurat, spirituali interpretatione illuminat, & patefacit. *Iob.* 28. *b.* Scrutatur etiam profunda fluuiorum, quum secreta conscientiæ examinat.

Scrutatur fœnerator substantiam peccatoris, *Psal.* 108. quum *z* Christus exigit vsuras verborum prudentiæ, quibus male vtuntur hæretici, vel quum omnia debita exiguntur à Iudæis, qui non expectant remissionem peccatorum per Christum, per quem solùm remittuntur peccata.

Scrutantur fures abscondita Esau, *aa* hoc est, Gentiles fruuntur mysteriis Iudæorum, quæ ipsi neglexerunt. *Abdi. b.*

Scrutantur testimonia Dei, *bb* qui considerant Deum, Angelos & dæmones testes esse suorum operum. Beatificantur autem, qui scrutantur testimonia Dei, non qui alia, *Psal.* 118. scrutari autem vias Dei, *cc* videtur esse eius consilia & iudicia inquirere, *Iob.* 36. *b.*

Scrutatus dispensator Ioseph saccos fratrum eius, est minister Christi inquirens & examinans fideles, *Gen.* 44. *a.*

Scrutans Laban tabernacula Iacob, *Gen.* 31. *e.* est *dd* diabolus quærens vitia in homine, qui etiam circuit quærens, quem deuoret.

Scrutatores terræ sunt principes, & Philosophi, *Isa.* 40. *f.* Et scrutantes iniquitates, qui defecerunt, *ee* sunt philosophi, & hæretici aduersus Deum, *Psalm.* 63. scrutantur autem hæretici iniquitates, quum scripturas sacras ad peruersos sensus trahere conantur. Scrutantes etiam scrutinia fuerunt Iudæi, quærentes calumnias aduersus Christum.

Sculpere, Sculptile, Sculptor, Cælare, Anaglyphon.

SCVLPERE, est cædendo imaginem aliquam efficere, & propriè in marmore & aliis lapidibus ac etiam in lignis & cæteris.

Sculpere sanctum Domini in lamina, *ff* est in corde reformare imaginem cælestis, *Exod.* 28. *f.*

Sculpta scriptura Dei in tabulis lapideis, *Exod.* 32. *d.* est *gg* data lex in cordibus hominum.

Sculptura lapidis quam cælat Deus, *hh* est passio Christi, *Zach.* 3. *d.*

Sculpturæ portarum templi *ii* descriptionem mysteriorum significare possunt, & etiam cælata Cherubim, & palmæ, quæ etiam designant memoriam victoriæ Christi, & martyrum. *Ezech.* 40. *c.* 41. *e.*

Sculpere nomina filiorum Israël in lapidibus, *kk* est ornare virtutibus mentes, *Exod.* 28. *b.* 35. *d.* 39. *b. Isa.* 54. *c.* Cælaturæ quoque capitum columnarum, sunt varia virtutum opera, *Exod.* 27. *b.* 38. *c.* Cælaturæ etiam tabularum templum in tantum virtutibus operam impendunt, vt ab harum tramite nullis circumstantium rerum contrarietatibus, nullis possint blandimentis auerti. Sculpturæ quoque in mari æneo, sunt exempla, tam bonorum, quam malorum ad imitandum, malorum ad vitandum, 3. *Reg.* 7. *d.*

Anaglypha prominentia in portis templi interioris, 3. *Reg.* 6. *d.* sunt in prælatis certissima bonorum operum documenta, & quæ nemo in sinistram partem interpretari valeat.

Sculpuntur verba Iob in silice, *ll* quum sacra eloquia Gentilitati traduntur, *Iob.* 19. *d.*

a *Gre.* 12. *mo.* 26.
b *Amb.* 2. *de pœnit.* 6. *Gre. s. Exech. hom.* 9.
c *Hie. s. Isai.* 10.
d *Aug. s. Apo. hom.* 3.
e *Gre.* 11. *mor.* 24.
f *Glo. ord. s. Exod.* 28.
g *Gre. s.* 1. *Reg.* 10.
h *Ori. s. Matt. cap.* 14. & *h.* 26. *Hie. s. ps.* 44.
i *Hie. Aglasia.*
k *Hil. s. psal.* 55. *Bas. s. ps.* 59. *Aug. s. ps.* 56.
l *Ori. s. Matt. hom.* 21. *Ori. s. Ierem. hom.* 4. *Amb. epi.* 76. *Hie. s. Ier.* 17. *Augu. s. Ioan. tra.* 13.
m *Ori. s. Mat. hom.* 11. 25. 35. *Hie. s. Isa.* 10.
n *Hie. s. Mal.* 3. & *s. Isa.* 65.
p *Ori. s. Iere. hom.* 12.
q *Hie. s. Isa.* 30.
r *Hie. s. Is.* 44.
s *Lyr. s.* 1. *Regum.* 25.
t *Hie. s. Soph.* 1. *Bern. s. cant. ser.* 55. *Rup. s. Soph.* 1.
u *Aug. s. psal.* 7.
x *Hie. s. Isa.* 22. *Bas. s. ps.* 7.
y *Gre.* 8. *mor.* 23. *Hie. s. Iob.* 28.
z *Arn. s. psal.* 08. *Aug. s. psalm.* 108.
aa *Ru. s. Abdi.*
bb *Ambro.* & *Hil. s. psalm.* 118.
cc *Glo. ord. s. Iob.* 36.
dd *Amb. de fug. sec.* 4. & 2. *de Iacob.* 5.
ee *Hil. s. psal.* 63. *Hie.* & *Aug. s. psalm.* 63.
ff *Glo. ord. s. Exod.* 28.
gg *Glo. ord. s. Exod.* 32.
hh *Hie. s. Za.* 3.
ii *Glo. ord. s. Ezech.* 40.
kk *Hier. sup. Isai.* 54.
ll *Greg. r.* 14. *mor.* 26.

Digitized by Google

Sculpti lapides in Ecclesiæ structura,*a* sunt sancti Doctores,qui id,quod loquentes asserunt,operibus ostendunt, *Isa.54.c.*

Vt sculptura fit in lapidibus & marmoribus,& conflatura in metallis,quæ solui possunt & conflari.Ita sculptura dicitur esse *b* in his dogmatibus,quæ stultitiam prima fronte demonstrant:Conflatio verò est, vbi videtur esse aliqua ratio sapientiæ secularis,& veluti quodam auro disciplinis Philosophorum & splendore eloquentiæ,idolum conflatum est,*Haba.2.d.*

Sculptile,quod Gentiles pro Deo habebant,significare potest *c* adinuentiones proprias, & peccata, & hæreses, quæ sunt sculptilia non dantia pluuiam, *Exod.20.a.f. Isa.10.c.21.c.30.e.40.e.42.e.44.b.Ie.10.c.14.d. Mich.1.b.5.c. Nahum.1.d.*Dicuntur autem ponere sculptilia in abscondito,qui prauas de Deo in corde habent opiniones. Cogitationes etiam prauæ dici possunt sculptilia.

Sculptilia Chanaan:dici possunt *d* irrisores legis Dei,*Psalm.105.*

Scurra,Scurrilis.

SCVRRA;est qui risum ab audientibus captat, non habita ratione verecundiæ, aut dignitatis Michol reputauit Dauid scurram,*2.Reg.6.d.*Designauit autem synagogam contemnentem humilitatem Christi.Prohibetur scurrilitas,*Ephes.5.a.*

Scutum,vide Clypeus.

Scutulata.

SCVTVLATA vestis dicitur,quæ habet quosdam orbes,vel circulos,quasi scutulis distincta. Et vbi nostra translatio,*Psal.44.*dicit:Circumamicta varietatibus.*e* Alia translatio habet,scutulatis.

Scutulata significare possunt *f* orationes hæreticorum,& Philosophorum,arte dialectica confectas, *Ezech.27.c.*

Scyphus,vide Calix.

Scytropodes,vide Olla.

Seboim.

SEBOIM,id est,caprea,nomen valtis, *1. Reg.13.d.*designat *g* sanctos, qui per magna merita, quasi per magnos saltus cælum ascendunt.

Sebolet.

SEBOLET,id est,spina,*Iud.12.c.*Sic dicitur *h* punctus in litera Hebraica *sin* ad dextram,qui facit ipsam proferri, vt S.nostra.Punctus verò Cibolet ponitur ad sinistram eiusdem literæ,& facit eam proferri,vt Samech.

Secedere,vide Abscindere.

Secedere.

Secedere,est seorsum ire,& ab hominum frequentia recedere.

Secedens Christus in desertum locum, *Matth.14.b.* designauit *i* transitum suum ad Gentes.Idem designauit secessus eius in partes Tyri & Sidonis,*Matth.15.b.*secedens etiam Ioseph in partes Galilææ,transitum Apostolorum ad Gentes adumbrabit,*Matth.2.c.*

Secretum,vide Arcanum.

Secta,factio.

Secta,est inter Philosophos,aut Philosophis similes,qui eadem dogmata & opiniones sequuntur:vt secta Epicuræorum,aut Academicorum:& inter Iudæos secta Pharisæorum, & Sadducæorum, *Esther.8.b. Gala.5.d.* Factio etiam ad sectam refertur,& est veluti coniuratio malorum in aliquod facinus,vt factio lasciuientium,fuit *k* coniuratio principum Iudæorum aduersus Christum,*Amos 6.b.*

Sectari,vide Sequi.

Securis.

SECVRIS,est instrumentum ad secanda ligna idoneum,vnde à secando nomen habet.

Securis ad radices arborum posita, designabat *l* abscindendos esse iudæos per infidelitatem aut iudicium de infidelitate Iudæorum,cæterorumque peruersorum, *Matth.3.c.Luc.3.b.* Designatur etiam ipse Christus, qui secuit omnes malos,qui velut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate,sed incidit ex diuinitate.

Potest etiam designare *m* sermonem Euangelicum quo secantur hæreses,*Iere.46.f.Matth.3.c.*

Securis etiam est ira *n* Dei,qua abscindentur mali,& etiam zelus eius,*Iere.46.f.1.Reg.13.d.*

Securis quoque ad radices arborum posita,dici potest mors.

Secures in Angelis, significant *o* vim dissimilia diuidendi, discernentiumque virtutum habilitatem & efficientiam,atque strenuitatem.

Securis,quæ cecidit in aquam,*4.Reg.6.a.* Adam,*p* & ipsum genus humanum significare potest:quod in abyssum peccatorum lapsum est.

Securis,interdum est *q* increpatio,*Deut.19.d.*Quæ fugere dicitur de manu,quando excedit modum.

Securis etiam significare potest *r* diabolum,aut hæreticum,& etiam concupiscentiam,*Isa.10.d.Psalm.73.*

Securus,Securitas.

SECVRVS dicitur,qui sine cura est,quasi seorsum à cura,& tranquillus.

Securitas in tabernaculo, est *s* tranquillitas in Ecclesia, & habitant securi, qui sunt in Ecclesia, *Isa.4.b.32.d. Ezech.28.g.38.d.Zach.14.c.*

Secus,vide Iuxta.

Sedada.

SEDADA,id est,latus eius,siue cibarium,aut venatio eius,vel insidiæ eius:terminus terræ Iuda, aut promissionis à parte Aquilonari,designat *t* cauendam esse iram Dei à parte Aquilonari, venientem, *Num.34.b.Ezech.47.c.*

Sedare.

SEDARE,est mitigare,placare,lenire,& tranquillum reddere.Maximè autem refertur ad motus animi, *2. Mach. 4.e.13.g.Exech.16.b.Actor.14.c.19.g.*

Sedechias.

SEDECHIAS,id est *u* iustus Domini,vel iustitia Domini,filius Iosiæ,regis Iuda,qui quum rebellasset contra regem Babylonis,à quo rex fuerat institutus,ab eodem captus,& occisus prius filiis coram se,oculis orbatus,ductus est in Babylonem,*4.Reg.25.b.2.Para.36.b.Ierem.22.* Volunt aliqui ipsum typum esse Christi,qui in hunc montem ductus est.Sed ait Hieronymum allegoriam esse incongruam.

Designare potest *x* eum,qui per peccatum captus est à diabolo:cuius filij,id est,opera bona virtutum, quos diu nutriuit,sustolluntur,quibus amissis lucem oculorum eruitur, quia sæpè ex deprauatione voluntatis acumen intelligentiæ obducitur,& obnubilatur.

Sedere.

SEDERE dicitur,qui sic in aliquo loco quiescit,vt tamen nec stare dicatur nec iacere, sed cum quadam authoritate.Sedere autem indicare solet quietudinem mentis,*Luc.14.f.*Nonne prius sedens computat sumptus, &c. Est etiam insidere,*Num.22.e.*Balaam sedebat asinæ.Manere,*Luc.1.g.*In vmbra mortis sedent.Placere,*Exod.16.a.*Quando sedebamus super ollas carnium.

Sedere in Deo,*y* stabilitatem & firmitatem diuinæ naturæ indicat, & etiam imperium & iudiciariam potestatem,vnde sedebit ad iudicandum Dominus *Ioel.3.c.Dan.7.c.Apoc.4.a.*Et sedet super Cherubim,hoc est, habitat in plenitudine scientiæ,& præsidet mentibus spiritualium,*1.Reg.4.b. Psal.46.79.98.*Et sedet super solium excelsum, quum regnat super virtutes angelicas,*Isa.6.a.*Et sedebit conflans & emundans argentum, *Mala.3.a. Prou.31.e.*Dicitur Deus sedere super gyrum terræ,quia totum vndique comprehendit,*Isa.40.f.*

Sessio Christi, *z* doctrinam eius aliquando significat, quia doctorum est sedere in cathedra, *Psalm.138.*Sessio autem eius, est imperium eius, secundum quod dicitur sessurus, super solium Dauid, *Isa.9.b.16.b.* Sedet etiam Christus ad dexteram Patris:quia victori post laborem datur quies,*Psalm.109. Colos.3.a.*Sedet autem vt iudex,qui stat vt aduocatus, *Zach.6.d.9.b.* Et sedebit super solium in veritate, qui iustè iudicabit, *Psalm.9. Isa.16.b.* sedere

autem

Doctores sancti. *Dogmata falsa.* *Adinuentiones propria.* *Peccata.* *Hæreses.* *Cogitationes praua.* *Irrisores legis Dei.* *Synagoga.* *Orationes hæreticorum.* *Sancti.* *Transitus Christi,& Apostolorum ad Gentes.* *Coniuratio principum Iudæorum in Christum.* *Iudicium de infidelitate Iudæorum.* *Christus.* *Sermo euangelicus.* *Ira Dei.* *Mors.* *Vis discretiua angelorum.* *Adam,& genus humanum.* *Increpatio.* *Diabolus.* *Hæreticus.* *Concupiscentia.* *Tranquillitas in Ecclesia.* *Cauenda ira Dei.* *Captus à peccato.* *Stabilitas naturæ diuinæ.* *Imperium Dei.* *Iudiciaria potestas.* *Doctrina Christi.* *Imperium Christi.* *Requies Christi.* *Iudiciaria potestas Christi.*

a *Gre.18.mo. 20.& f. Ezech. hom.18.*
b *Hie. f. Habac.2.*
c *Ori. f. Isai. hom.8. Hie. f. 30.40.& f. Ierem.14. Phil.2. alleg. Bed. f Exod. 20.*
d *Arn. f. psal. 105.*
e *Hie. ad principium.*
f *Hie. f. Ezec. 27.*
g *Gre. f. 1. Re. 13.*
h *Lyr. f. Iudi. 12.*
i *Ori. f. Matt. can. 14. 15. Hil. f. Matth. can. 2.*
k *Rup. f. Amo. 6.*
l *Hil. f. Matt. can. 2. Gre. ho. 9.*
m *Hi. ad Heludium, & f. Matth. 3.*
n *Greg. f. 1. Reg. 13.*
o *Diony. cal. Hie. 15.*
p *Aug. fe. 110*
q *Gre. 10. m. 9.*
r *Hie. f. Isa. 10.*
s *Hie. Ier. 23. & f. Ezec. 8.*
t *Hie. f. Ezec. 47.*
u *Hie. f. Iere. 22.*
x *Ricar. de S. vi. de sec. consc. 26.*
y *Bas. de Spiritu sancto 6. Gre. f. 1. Reg. 4. Au. de essen. diui. & f. psa. 46. 79. Ori. f. Isai. hom. 1. Hie. f. Dan. 4. Euc. form. spi. 1. Glo. inter. f. Isa. 40.*
z *Hil. f. psal. 138. Hie. f. Is. 69. 16. & f. Zac. 9. & ep. Et factum est.*

Digitized by Google

Passio Christi. *Habere locum Apostolorum in Ecclesia.* *Quies in felicitate.* *Christus seruans mysteria.* *Christus quiescens in Virgine.* *Quiescens Christus in animabus & in ecclesia ex Gentibus.* *Humiliatio Christi.* *Humiliari.* *Quiescens virtus Christi in Deo.* *Firmitas in fide.* *Expectatio mortis.* *Quies in ecclesia.* *Quies in contemplatione.* *Quies in Christo.* *Seuans proximum à peccato.* *Percipere doctrinam Christi.* *Veniens ecclesia ad baptismum.* *Profectus in dilectione proximi.* *Lex quiescens in Ecclesia.* *Docere legem Moysi.* *Honor Iudaici sacerdotij.* *Dare sensus falsos legi.* *Humilitas pœnitentiæ.* *Quies Sanctorum in tribulatione.* *Quies iudicantis.* *Angeli vel Sancti.* *Prophetæ.* *Apostoli.* *Christus eligens infirma mundi, & manens in pœnitentibus* *Pœnitentes.* *Cognoscere propriam infirmitatem.* *Amare mundana.* *Mori.* *Ignorantia Dei.* *Separari à vitiis.* *Magna operari.* *Tranquillitas mentis.* *Considerare.*

autem dicitur Christus in sede gloriæ, quia *a* destructo peccato, & omni principatu, & potestate alienarum virtutum, omnium habet imperium: & sedent à dextris, & à sinistris, qui appropiant eminentiæ Christi: ad dexteram quidem intelligibilia dici possunt, ad sinistram verò sensibilia *Matth.* 20. *c.* sessio etiam à dextris, *b* fundationem & firmitatem regalem eius indicat, *Matth.* 26. *f. Isa.* 6. *a. Ioan.* 6. *a.* 22. *f.* sedet autem super sedem sanctam suam, *c* hoc est, ad dexteram Patris, *Psalm.* 46. sessio etiam Christi, passio eius dici potest, *Psalm.* 121. sedent etiam sedes in iudicio: quia qui sunt sedes Dei, sedebunt ad iudicandum cum Christo. Ipse sedebit cum senatoribus terræ, *Prou.* 31. *c.* sessio autem illa quietem imperturbatam designat, *Matth.* 19. *d.*

Sedere etiam cum principibus, *d* est prædicatores ex Gentibus locum Apostolorum in Ecclesia habere, 1. *Reg.* 2. *a.* Est item cum beatis in æterna gloria quiescere. Sic dicuntur filij filiorum Christi sessuri super sedem eius in fœlicitate, *Psalm.* 131. Sedent in vmbra oliuæ, *e* qui quiescunt in Christo, & in fœlicitate, *Hos.* 14. *c.* Et sedet Hierusalem secura in fœlicitate, *Zach.* 14. *c.*

Sedens princeps in porta clausa, est *f* Christus seruans mysteria, quæ aliis suo tempore reseraret, *Ezech.* 44. *a.* Vel est Christus quiescens in virgine. Qui etiam quiescere dicitur in sublimiori diuinorum cognitione.

Sedens Dominus super asinam & pullum, *Matth.* 21. *a. Luc.* 19. *b. Ioan.* 12. *b.* est *g* verbum Dei quiescens in animabus, & regens mentis vestigia. Sedens etiam super pullum, erat Christus in gentibus. Nemo autem sederat super pullum, quia nullus eis insederat sensus rationalis, vel quia nullus ante Christum Nationum populos ad Ecclesiæ fidem vocauerat. Sedet iustitia in Charmel, quum Christus quiescit in gentibus, *Isa.* 32. *d.* Sedet etiam Christus in monte Oliueti, hoc est, in Ecclesia ex Gentibus, *Matth.* 24. *a. Psalm.* 28. Sedere dicitur Deus in hortis, hoc est, in animabus in hoc mundo clausis, *Cant.* 8. *d.*

Sedens Christus ad puteum, designauit *h* suam humiliationem ad nostras miserias, *Ioan.* 4. *a.* sedit autem vt magister, & vt qui sedet, contractus manet, ita Christus contraxit se factus homo: quia non poterant homines eum intelligere in sua maiestate fulgentem, *Matth.* 5. *a.* Ad hoc referri potest, quum sedit Moses iuxta puteum, *Exo.* 2. *c.* sedit etiam Iesus super puteum, quia *i* subiecit sibi omnem scientiam humanam.

Sedere, sæpe *k* humilitatem designat, vt *Psalm.* 126. 138. *Hos.* 14. *c. Matth.* 12. *d.* Et sedere in puluere, est humiliari & abiectum esse, *Isa.* 47. *a.* Et sedent humiliati, qui dolentes cessant à peccato, *Ierem.* 13. *c.* 15. *d.*

Sedit in forti arcus Ioseph, *l* quando virtus Christi quiescit in Deo, *Gen.* 49. *c.*

Sedens Abraham in ostio tabernaculi, *Gen.* 18. *a.* designat *m* firmitatem & soliditatem, quam habebat in fide. Est etiam expectans patienter egressionem ab hac vita. Sedet etiam in tabernaculis, qui est in Ecclesia desiderans atria Domini, *Hos.* 12. *c.* sedens item Abraham ad quercum Mambre, quietem in contemplatione designat. Et sedens Iacob super lectum, *Gen.* 48. *a.* est contemplationi vacans, aut conscientiæ mundandæ. Sedere etiam sub vmbra sponsi, *n* est in eius contemplatione quiescere: & in protectione Spiritus sancti, & in fide, *Cant.* 2. *a.* 1. *Reg.* 14. sedet etiam in domo, qui in hoc corpore positus est in Ecclesia.

Sedere in forti, dicitur *o* qui habet firmitatem in Christo, *Gen.* 49. *c.* Et sedet populus in pulchritudine pacis, quum quiescit in Christo, *Isa.* 32. *d.* 52. *a.*

Sedens Lot ad fores ciuitatis Sodomorum, *Genes.* 19. *a.* designat *p* volentem seruare proximos à periculo peccati.

Sedere coram Ioseph, est percipere doctrinam Christi, *Gen.* 43. *g.* sedent autem iuxta fluenta plenissima vt columbæ, *q* qui tractantes sacram scripturam, cognoscunt insidias dæmonum, *Cant.* 5. *d.*

Sedens Thamar in biuio itineris. *Gen.* 38. *c.* designat *r* Ecclesiam ex Gentibus venientem ad fontes baptismi. Vel est proficiens in dilectione proximi, & velut ambulando ad perfectionem tendens.

Sedens Moses in lapide, est lux quiescens in Ecclesia, *Exod.* 17. *d.*

Sedere super cathedram Moysi, *s* & docere legẽ Moysi, *Mat.* 23. *a.* Et sedens Eli in sella, 1. *Reg.* 1. *b.* honorẽ iudaici sacerdotij & populi designabat. Sedebat autem ante fores tẽpli, & non intus, vt indicet carnale ministerium, quod non intrat ad spirituale. Et sedens Agar procul & contra puteũ, *t* est lex accipiens sensus falsos à Iudæis, *Gen.* 21. *b.*

Sedens Rachel super stramenta cameli, & operiens idola, *Gen.* 31. *e.* designat *u* humilitatem pœnitentiæ, per quam teguntur peccata. Sedere autem super flumina Babylonis, *Psalm.* 136. est vitiorum *x* recognitionem habere, & dolere de rebus huius mundi separantibus à cælesti patria, quasique priori fluxui resistere. Et sedens mulier in domo diebus triginta, est anima agens pœnitentiam, *Deut.* 21. *c.* Et sedere in tabernaculis sicut in diebus festiuitatis, *y* est pœnitentiam agere, sicut quando filij Israël habitabant in deserto. *Hos.* 12. *c.* sedere etiam in cinere, est pœnitentiam agere, *Ioan.* 3. *c.*

Sedentes aues in spina, sunt Sancti omnes, quiescentes in hoc mundo in tribulationibus cum Christo, *Bar.* 6. *g.*

Sedens Moses ad iudicandum, *Exod.* 18. *b.* designat *z* tranquillitatem animi habendam ab eo, qui iudicaturus est.

Sedebat autem solus, vt designetur paucorum esse quietè iudicare.

Sedentes secus littus ad eligendos pisces, *Matth.* 13. *f.* erunt *aa* Angeli & Sancti in iudicio. (tes, *Matth.* 11. *b.*

Sedentes pueri in foro, erant *bb* Prophetæ prædicantes in synagoga, vel etiam Apostoli ipsis Iudæis prædican-

Sedens Iob in sterquilinio, *Iob.* 2. *c.* designare potest *cc* Christum, qui ad carnem veniens, infirma mundi elegit, vt confunderet fortia, qui etiam relictis Iudæis superbientibus, in ea, quam dudum abiecerat, Gentilitate requiescit, & qui post perpetratas culpas libenter corda pœnitentium possidet. In sterquilinio etiam sedere, est de se vilia quæpiam & abiecta sentire. In sterquilinio nobis sedere, est ad ea quæ illicitè gessimus, mentis oculos pœnitendo reducere, vt quum ante nos peccatorum stercora cernimus, omne quod in animo de elatione surgit inclinemus. In sterquilinio sedet qui infirmitatem suam sollicitus respicit, & sese de bonis, quæ per gratiam percepit, non extollit. Sic sedebat Abraham quum dicebat: Loquar ad Dominum meum, quum sim puluis & cinis, *Genes.* 18. *d.* Sedet etiam in sterquilinio, qui rebus huius seculi afficitur.

Sedere dicuntur qui mortui sunt *dd* qui surgent in resurrectione, *Psalm.* 126. Surgite postquam sederitis.

Sedebant in vmbra mortis, *ee* qui à diuini amoris notitia in obliuione latebant, *Luc.* 1. *g.*

Sedet solitarius, aut solus, *ff* qui multorum vitiis non communicat, *Ierem.* 15. *d.* Sedet etiam solitarius, qui opera facit, ad quæ alij non attingunt, *Thren.* 3. *d.* Designat etiam *gg* quietem iuuenis, qui vult fieri sapiens, anima enim quiescendo fit sapiens. Sedet etiam in angulo domatis, *hh* qui est in tranquillitate religionis, & in altitudine virtutum, *Prou.* 21. *b.* 25. *d.* Sedere etiam in his, *ii* est considerare, *Isa.* 47. *a.* Et sedere in puluere, *kk* est meditari mortem. Et sedere in tenebris, & in vmbra mortis, *Luc.* 1. *g.*

Sedere, interdum est *ll* accumbere, & sedere ad mensam potentis est recipere beneficia Dei, & etiam Eucharistiam sumere, & audire sacram doctrinam à doctore, *Prou.* 23. *a.*

Sedentes in porta, *mm* erant iudices, qui in portis ciuitatum sedere solebant: & hi aduersus Christum loquebantur, *Psalm.* 68. sunt etiam sedentes in porta, existentes in loco publico.

Sedere facere diuitem, *nn* est tradere dignitatem Ecclesiasticã dignioti, aut meliori, ex hoc quod est diues, *Ia.* 2. *a.*

Sedere dicitur super iudicium, *oo* qui rectè iudicat de fide, *Isa.* 28. *b.* Vel dicitur de Christo iudice iusto.

Sedere in solio, *pp* est regnare. *Deu.* 17. *d.* postquam sederit in solio regni sui. Sedent autem super solium Dauid, qui Christum imitantur, & etiam episcopi in sua dignitate, *Ierem.* 21. *a.*

Sedens Ezechiel vbi populus sedebat, antequam exponeret verbum Dei, designat *qq* prædicatorem prius conuersantem cum populo quàm prædicet vt sciat, quid reprehendere debeat, *Ezech.* 3. *d.*

Sedens Aza super asinam, *rr* est anima præsidens irrationabilibus motibus, *Ios.* 15. *d.*

Sedens Ionas contra Orientem, designat *ss* Iudæos expectantes aduentum Christi, sedebat autem sub vmbraculo, nempe legis, *Iona* 4. *b.* Sedentes etiam cæci secus viam, *tt* sunt Iudæi, & Israelitæ iuxta legem & Prophetas,

a *Amb. serm.* 60. *Orig. sup. Matth. ho.* 12. 35.
b *Rup.* 6. *sup. Ioan.*
c *Aug. s. psal.* 46. 138. *Hil. s. psal.* 121. *Aug. s. psalm.* 121. & 17. *ciu. Dei.* 4. *Gre.* 6. *mor.* 4. *Bern. s. Ecce nos reliquimus omnia.*
d *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
e *Hie. s. Hos.* 14.
f *Hie. s. Exee.* 44. *Ori. s. Ez. hom.* 14.
g *Ori. s. Mat. ho.* 14. 17. & *s. Luc. ho.* 33. *Hil. s. Matth. cap.* 21. *Amb. s. Luc.* 19. *Hie. s. Isa.* 32. *Gre. s. Exech. hom.* 17. *Amb. s. ps.* 118. *ser.* 22.
h *Hie. s. Mat.* 5. *Aug.* 83. *q.* 64. & *s. Ioan. tract.* 15.
i *Rup.* 4. *sup. Ioan.*
k *Hie. s. Isa.* 47. *Aug. s. ps.* 126. 138. *Bed. s. pro.* 31.
l *Or. s. can. ho.* 2.
m *Ricar. de S. vict.* 4. & *de arca myst.* 10. 11.
n *Gre. s.* 1. *Re.* 14. & *s. cant.* 2. *Bern. s. can. serm.* 48.
o *Lyr. s. Gen.* 49.
p *Lyr. s. Gen.* 19.
q *Greg. s. can.* 5.
r *Bed. s. Gen.* 38.
s *Gre. ho.* 33. *Ori. s. Matth. hom.* 24. *Gre. s.* 1. *Reg.* 1.
t *Glo. inter. s. Gen.* 21.
u *Bed. s. Gen.* 31.
x *Hil. s. psalm.* 136. *Hier.* & & *Aug. s. ps.* 136. *Gre.* 30. *mor.* 31. *Am. epist.* 13. *Ori. s. psa.* 136. *ho.* 5.
y *Hie. s. Hos.* 12.
z *Phil. de gigantibus.*
aa *Lyr. s. Mat* 13.

Meditatio mortis. Recipere Dei beneficia vel Eucharistiam. Audire sacram doctrinam. Iudices. Acceptio personarum. Rectè iudicare de fide. Regnare. Imitatio Christi. Conuersans prædicator cum populo. Imperium animæ. Iudæi expectantes Messiam.

bb *Hil. s. Mat. can.* 11. cc *Gre.* 3. *m.* 14. 23. dd *Hil. s. ps.* 126. ee *Gr.* 4. *m.* 20. ff *O i. s. Ie. h.* 11. gg *Am. de obi. Val.* & *s. ps.* 118. *ser.* 2. & *s. Lu.* 10. hh *Bed. s. Pro.* 21. 25. ii *Lyr. s. Is.* 47. kk *Am.* 1. *offic.* 31. *Chry. s. ps.* 22. *Aug. s. Ioan tra.* 74. ll *Bed. s. Prou.* 23. mm *Au. s. ps.* 68. nn *Au. epi.* 29. oo *Hi. s. Is.* 28. pp *Hi. s. Ie.* 21. qq *Hi. s. Ez.* 3. rr *Gr.* 3. *di.* 34. ss *Hi. s. Io.* 4. tt *Or. s. Ma.* 13. *Gr. h.* 2.

Digitized by Google

*Matth.*20.*d.*Sedens rursus cæcus secus viam,est credens iam in Christum,*Luc.*18.*f.*

Sedet sub vinea, *a* qui dicit sacram doctrinam : & sub ficu, qui quiescit in donis Spiritus sancti,Vel sedet sub vinea sua,qui propriis rebus contentus est,nec multa quærit in mundo,*Mich.*4.*a.*

Sedent diuites in humilitate,*b* quando viri docti,& virtute preclari abiecti habentur in Ecclesia, *Eccle.*10.*d.*

Sedere interdum,iudicare,& sedens Iob quasi rex,designat *c* dominum,qui quasi rex sedet in corde, & circumstrepentes regit animorum motus in nostra cogitatione,& sedet primus,quando primum locum habet in mente, circumstantibus virtutibus,*Iob.*29.*d.*

Sedet in domo sua ille,*d* quem conscientia sua minimè remordet.*Dan.*4.*a.*

Sedere,quandoque est *e* consentire,*Psalm.*25. Non sedi cum consilio vanitatis , id est, & si intraui,non tamen consensi.

Sedere ad comedendum panem , interdum est *f* vacare voluptatibus : vel nimium vacare sapientiæ seculari & poëticæ,*Genes.*37.*e.* Sic sedebat populus in Ægypto super ollas carnium , quando quiescebat in voluptatibus , & sedit populus manducare & bibere,*Exod.*16.*a.*32.*b.* Sedere etiam super flumina Babylonis , est vacare libidini & confusioni vitiorum insistere.*Psalm.*136.Sedentes quoque mulieres,sunt in vitiis quiescentes, *Ezech.*8.*f.* Sedet in consilio ludentium,*g* qui cum aliis vacat voluptatibus seculi,*Ierem.*15.*d.Psal.*25.Et sedent in terra,qui carnis desideriis inhærent,& qui praua operantur.Sedent verò in puluere,*h* qui terrenis cogitationibus aspersi , in infimis residents,*Isa.*47.*a.Thre.*1.*d.*Qui sedet quasi in ocio,& resoluitur corpore & intentionem mentis relaxat, *Psalm.*49. Ociosorum autem fabulæ sunt,quibus obtrectatio seritur,malignitas proditur.

Sedentes turbæ in terra,*Matth.*15.*d.*sunt *i* qui nullis operibus legis fidunt , sed peccatorum & corporum suorum origini hærent.

Sedentes filij Israël super ollas carnium,*Exod.*16.*a.* designant *k* eos ex Iudæis , qui volebant legem seruari cum Euangelio.

Sedens seminifluus , est *l* quiescens in inani gloria , vel hæreticus in cathedra pestilentiæ , *Leu.*15.*a.* Et sedet cum concilio vanitatis,qui cum hæreticis in errore quiescit,*Psal.*25.Sedere autem in cathedra pestilentiæ , est *m* habere firmum habitum peccandi,ita vt alios ad eadem peccata & errores pertrahat.Vel est quiescere in dignitatibus secularibus , *Psalm.*1. Et sedentes in tenebris , *n* sunt quiescentes in suis erroribus , & ignorantia, *Isa.*42.*b. Mich.*7.*b.*Et sedet in viis , qui omnes amplectitur errores , & cæteros ad eos pertrahere conatur, *Ierem.*3.*a.*Sedere autem dicuntur,qui manens in peccatis,non resipiscunt,*Ierem.*8.*e.*Sedens in insidiis cum diuitibus,*o* est Antichristus,vel hæresiarcha,*Psalm.*9. Sedere etiam in cathedra pestilentiæ , est ex iudicio praua committere : ex ratione videlicet mala discernere, & tamen ex deliberatione ea perpetrare. Sedentes mulieres plangentes , ad hæc referri possunt.*Ezech.*8.*f.*Et sedet mulier stulta in sella,quum hæretici præsumunt suos errores docere,*Prou.*9.*d.*

Sedentes locustæ in cunctis finibus Ægyptiorum , sunt *p* dæmones in omnibus mundanis quiescentes , *Exod.*10. *d.* Et confidentes locustæ in sepibus , sunt hæretici habitantes in spinosis , *Nahum* 3. *c.* Sedens etiam super equum rufum , est diabolus in malis,*Apoca.*6.*b.* Sedens meretrix super aquas , est quiescens iniquitas in populis, *Apoca.*17.*a.*

Sedent principes aduersus bonos,*q* quando mali in hoc mundo iudicant, & persequuntur bonos. Idem de dæmonibus.Sunt etiam sacerdotes , & Pharisæi aduersus Christum , *Psalm.*118. Et sessio Iudæorum fuit concilium, quando Christum occidere decreuerunt,*Thren.*3.*g.*

Sedens Antichristus in templo Dei, est *r* imperium exercere volens in Ecclesia. Vel sunt hæreses in scriptura sacra sibi sedem vsurpantes,2.*Thes.*2.*b.*Sic sedere volebat Lucifer in monte testamenti,*Isa.*14.*d.*Et sedens princeps Tyri in cathedra Dei,est diabolus,vsurpans sibi diuinitatem,*Ezech.*28.*a.* sedet etiam in Libano , qui superbia tumet,*Ierem.*22.*f.*

Sedens desolata vrbs,est *s* anima sine Christo,*Isa.*3.*d.*Et sedens sola ciuitas,est Hierusalem destructa , & anima in peccato existens sine Deo.Vel Ecclesia in afflictione,quæ peccante primo homine,sedit sola sine redemptione, *Thren.*1.*a.*

Sedet tacens Babylon , quando *t* anima non habet vnde superbiat , vt sic saltem suorum recordetur criminum, *Isa.*47.*b.*

Sedere dicuntur coram Propheta , *u* qui ostendunt se velle quidem libenter audire verba Dei , & tamen non ea faciunt,*Ezech.*33.*g.*

Sedere dicuntur ad focum incantatores, *Isa.*47.*d.* quum *x* hæretici rationibus naturalibus nituntur. Et non est focus vt sedeat,quum non sunt illis rationes sufficientes.Vel in igne inferni non erit locus ad sedendum.

Sedens Eli supra sellam,etiam post mortem suorum filiorum,1.*Reg.*4.*c.*designat *y* superbiam Scribarum, etiam post templi subuersionem audentium errores docere.

Sedere super talentum plumbi,aut in amphora,*Zach.*5.*c.*grauitatem *z* indicat peccati, & est complacere sibi in impietate,ipsamque defendere.

Sedentes amici Iob cum eo in terra septem diebus,& septem noctibus, *Iob.*3.*d.* designant hæreticos, *aa* qui in his,in quibus verum lumen intelligunt,vel in his in quibus ignorantiæ tenebras patiuntur, quasi infirmanti sanctæ Ecclesiæ se condescendere simulant, eique sub blandimentorum specie dolos deceptionis parant. Vel sedent in terra cum Iob,quando veram redemptionis carnem cum sancta Ecclesia credunt.

Seditio,Seditiosus.

SEDITIO,est dissensio ciuium,quum videlicet populo discordante,venitur ad manus.Vnde seditiosus,qui seditionem mouet.

Seditio filiorum Israël contra Mosen , & Aaron , *Num.*16.*f.*20.26.*b.* seditiones *bb* Ecclesiæ inferiorum contra prælatos designat.

Seducere,vide Decipere,
Seges.

SEGETES,propriè sunt fruges eorum seminum,ex quibus conficitur panis nondum demessæ.

Segetes quandoque videntur significare *cc* sacram doctrinam, vel profectum in ea , ex quibus colligendæ sunt spicæ , *Deut.*23.*d.* Vel sunt *dd* auditores proficientes. Ideò vbi plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis, *Prou.*14.*a Matth.*12.*a.*Et segetes stantes,sunt boni,sed recentes in fide,*Exod.*22.*a.*

Segetes Regis, 1.*Reg.*8.*c.* in bono quidem , significare possunt *ee* bona opera,& virtutes singulorum. In malo verò,sunt praua opera subditorum,quæ placent malo prælato.

Segetes Philisthinorum,quas combussit Samson,*Iud.*15.*b.* designare possunt *ff* generationem errorum , vel deceptos ab ipsis hæreticis. Designant etiam opera Iudæorum , studia Scribarum , traditiones Pharisæorum , quæ combusserunt dæmones.

Segor.

SEGOR,id est,patua:erat oppidulum regionis Sodomorum,quod & Bala dicebatur:vbi Lot saluari voluit.

Segor,vbi saluari voluit Lot,typus est *gg* præceptorum & status inferioris vitæ coniugalis:quæ non quidem in virtutibus mira est,tamen à suppliciis secura,quem statum amplectuntur,qui ad altiorem perfectionem ascendere non valent,*Gen.*14.*b.*19.*a.*

Designat etiam *hh* literam legis,& obseruantiam carnalem,quæ praua est,nihil magni habens in carnali obseruatione.

Segor præterea parua , *ii* pœnitentiam designare potest ad quam confugiens peccator seruatur,*Isa.*15.*b.*

Segor,quæ est seruata,destructa aliis ciuitatibus,typus est *kk* sensus visus,qui seruatur aliis perditis,quia maximè cum anima congruit.

Segregare,vide Separare.
Seir.

a *Hie.ſ Mich.* 4.*Rup.ſ.Mic.* 4.
b *Hie.ſ. Eccl.* 10.
c *Gre.*20. *m.* 4.
d *Ricar. de S. vict.de ſecur. con ſcien.*
e *Gl. ord.ſ.pſ.* 25.
f *Hie.de manſionib.Orig. ſ. Num.ho.* 15.
g *Hie. ſ. Iere.* 15.
h *Greg.* 6.*mo.* 9. & 14. *mor.*9. *Amb. epi.* 82.
i *Hil.ſ. Matt. can.* 15.
k *Ruper.*3.*ſ. Exod.*9.
l *Arn. ſ. pſal.* 25.
m *Baſ.*& *Hi. ſ.pſalm.*1.
n *Hie.ſ.Iſa.* 42.& *ſ. Iere.* 3.& *ſ.Mic.*7. & *ſ.pſal.*25.
o *Aug.ſ. pſa.* 9.*Au.*1.*ſ.Ez.* 29.*Gre.*3.*pa. admo.*33. *Bed.ſ. pro.* 9.
p *Hie.ſ.Nah.* 3.*Aug.ſ. Ap. hom.*6.*Rup.* 10.*ſ.Apoc.*
q *Amb.ſ.pſa.* 118.
r *Ori. ſ. Mat. hom.*29. *Hie. Aglaſi.* & *ſ. Ier.*22.
ſ *Glo.inter.ſ. Thren.*1. *Ru. Ierem.*13.
t *Hie.ſ.Iſ.*47.
u *Hie.ſ.Ezec.* 33.
x *Lyr.ſ. Iſai.* 47.
y *Gre.ſ.*1.*Re.* 4.
z *Ori.ſ.Iſ.ho.* 6.*Rup.ſ.Zac.* 5.
aa *Gre.*3. *mo.* 19.
bb *Lyr.ſ. Nu.* 16.
cc *Hil.Matt. can.*12.*Gre.* 6.*Reg* 1.*ſ. ep.* 8.*Ru.*1.*ſ. De.* 27.
dd *Bed.ſ.Pro.* 14.
ee *Gre.ſ.*1. *Reg.*8.
ff *Ori.ſ. cant. hom.*4.*Eup.ſ. Iud.*17.
gg *Gr.*3.*paſt. adm.*28.*Cyr. de ador.in Spiritu ſan. Beda.ſu.Gen.* 19.
hh *Ori.ſ.Gen. hom.*5. *Bed.ſ. Gen.*19.
ii *Hie. ſ. Iſa.* 15.
kk *Phil. de Abraham.*

Diſcere ſcripturam.
Contentus propriis rebus
Abiectio bonorum.
Iudicare.
Dominus regens mentem.
Securitas conſcientia.
Conſentire.
Vacare voluptatibus & doctrina ſecularj.
Volentes ſeruari legem cum Euangelio.
Quieſcere in vana gloria.
Docere errores.
Incitare ad peccata.
Quieſcere in dignitatibus.
Dæmones in malis.
Hæretici in ſpinoſis.
Perſecutio malorum in bonos, & Iudæorum in Chriſtum.
Superbia Antichriſti, & diaboli.
Anima ſine Chriſto.
Hieruſalem. deſtructa.
Eccleſia ſine redemptore.
Cognitio ſui.
Audire verba Dei ſine opere
Niti rationibus naturalibus.
Superbia Scribarum.
Defenſio. impietatis.
Simulatio hæreticorum.
Fides Incarnationis.
Seditiones Eccleſia.

Sacra ſcriptura.
Auditores proficientes.
Bona opera.
Praua opera
Errores hæreticorum.
Decepti ab hæreticis.
Traditiones Phariſæorum.
Status coniugalis.
Litera legis.
Pœnitentia.
Senſus viſus.

Digitized by Google

SEIR, id est, hispidus, siue pilosus, sic dictus est Esau, eo quod esset hirsutus in modum pellis: à quo cepit nomen mons Seir.

Culmen mundanæ prosperitatis.

Mons Seir designare potest *a* culmen prosperitatis mundanæ datæ Esau: cuius pars quoque data est Israeli, quamuis portio rerum diuinarum data sit ei in funiculum hæreditatis suæ, non tamen destituti sunt in bonis temporalibus, quæ fortunæ dicuntur, quæ bona veri Israelitæ non possederunt seiuncta à patrono suo, qui Deus est: sed simul cum ipso, qui dixit Abrahæ: Ego ero merces tua magna nimis.

Iudæi.

Seir pilosus & hispidus, designat *b* Iudæos peccatis hirsutos & asperos, vnde ortus est Dominus, quia Christus natus est ex Iudæis, *Deut.* 33. *a. Iud.* 5. *a.*

Peccatores. Gentiles.

Seir etiam significare potest *c* peccatores vitiis horrentes, ex quibus ortus est Christus. Vel Gentiles, seu Ecclesiam ex Gentibus: vnde orietur Christus Iudæis, quando conuertentur, *Deut.* 33. *a.*

Sacrificia vetera.

Seir terra, significare potest sacrificia legis, *Gen.* 14. *a.* 32. *a.*

Error gentilium. Diabolus.

Seir pilosus & hispidus, significare potest *d* antiquum errorem Gentilium, *Isa.* 31. *c. Ezech.* 25. *d.*

Seir hispidus, typus esse potest *e* contrariæ fortitudinis, quæ præsidebat Genti Iudæorum, *Ezech.* 45. *a.*

Sela.

SELA, id est, dissoluens, discalcians, vel dimissio eius: filius Iudæ, cui debebat tradi Thamar ad suscitandum semen fratris, sed differente patre, non est tradita, *Gen.* 38. *a.* significare potest *f* tempus, quo defecerunt principes de Iuda. Ideo erat ille quidem filius Iudæ, sed eum maritum Thamar non accipiebat, quia erat eadem tribus Iuda, sed iam populo inde nemo regnabat. Vnde & nomen eius interpretatur dimissio eius.

Sella, vide Cathedra.

Sellum, aut Salum.

Tempus quo defecit rex de Israël.

SELLVM, id est, pacificus, siue perfectus, aut retribuens filius Iabes, qui coniurauit contra Zachariam regem Israël, quo occiso, ipse regnauit vno tantum mense, occisus à Manahen, 4. *Reg.* 15. *c.*

Selmon.

SELMON, id est obscuritas, aut imago eius, siue vmbra muneris, aut tinnitus numerationis, vel muneris: mons imminens Sichimis, *Iud.* 9. *f.* significare potest locum purificationis, & *g* pacem cælestem, vel diuinæ vmbræ protectionem, *Psalm.* 67.

Locus purificationis. Pax cælestis. Protectio Dei.

Vel interpretatur *h* vmbra offendiculi, vel imago fortitudinis, significatque Christum, qui non credentibus lapis offensionis, credentibus autem imago est fortissimi Dei patris.

Selmona, Hasmona.

SELMONA, id est, *i* vmbræ munus, vel numerus, siue tinnitus numeri, vel muneris, aut imago nostra seu imaguncula: trigesima quinta mansio filiorum Israël in deserto, quò peruenerunt è monte Hor, vbi serpentes vexarunt filios Israël. Designat quod, qui in vmbra Christi & Spiritus sancti viuit & protegitur, perfectus est, & ab æstu tentationum munitus. Ibi serpens æneus erectus est, qui passionis Christi expressit imaginem, *Num.* 33. *c.* Hebraicè, iuxta Hieronymum, dicitur Hasmona, & interpretatur festinatio.

Christus. Opera.

Sem.

SEM, id est, nomen, vel fama, vel nominatus, seu ponens, aut positus, aut ibi: filius Noe, qui secundum suum nomen typus est *k* Christi, cui datum est nomen super omne nomen, *Gen.* 8. *d.* Designat etiam quod fructus operum nostrorum debent esse expressi & nominati cognitique Deo, qui omnibus nomina vocat, & capillos capitis enumerat.

Gentiles. Fideles ex Iudæis.

Sem figura esse potest *l* Gentilium, & etiam è diuerso Iudæorum. Peculiariter autem typus est fidelium ex Iudæis, in quibus primo fundata est Ecclesia.

Sol ab condens radios in passione.

Sem, vt auersa facie cum Iaphet operuit patrem, typus esse potest *m* Solis auertentis lucem cum Luna in passione Christi, ad ipsum operiendum.

Vacantes iracundia.

Semeber.

SEMEBER, id est, *n* nomen, vel fama robusti, aut nomen animæ, vel pennati, seu destruens fortitudinem, vel pennam: rex Seboim, *Gen.* 14. *a.* Vel interpretatur perditio: & est rex Seboim, hoc est, cinguli mœroris: designans eos, qui vacant iracundiæ, & inuidiæ: ideò capitur à quatuor regibus.

Iudæi. Hæretici. Mali Christiani. Doctores.

Semei.

SEMEI, id est, nomen meum, aut desolatio, siue perditio mea, vel stupefactio, aut cæli. Fuerunt multi huius nominis. Fuit autem quidam Semei filius Gera de tribu Beniamin, qui maledicebat Dauid fugienti filium suum, qui typus est Iudæorum, Christo maledicentium: & etiam hæreticorum, & malorum Christianorum, per quos nomen Dei blasphematur, 2. *Reg.* 16. *b.*

Semei familiæ, *Zach.* 12. *d.* doctores *o* significare possunt.

Hæresiarcha.

Semias.

Semias, id est, audiens Dominum: vel obediens Domino. Fuit quidam Semias Neelamites pseudopropheta, qui typus est hæresiarcharum, *Ierem.* 29. *f.*

Seminare, Semen, Seminator, Serere, Satum.

Seminarium, Disseminare, Sementis.

SEMINARE, est semen in terram spargere, vt germinet. Semé autem est, quod est principium generationis animalis, vel plantæ, quod Græcè sperma dicitur. Aliquando autem semen dicitur filius, aut hæres.

Christus.

Semen Abrahæ, in quo benedicendæ erant Gentes, est *p* Christus: qui etiam dicitur semen Iacob, *Gen.* 22. *a. Num.* 24. *a. Psalm.* 21. *c.* 53. *b. Rom.* 9. *b.* Et semen longæuum, quod vident credentes, est Christus: cuius semen est in seculum seculi, & regni eius non erit finis, *Luc.* 1. *c.* Ipse etiam est semen Dauid, *Psalm.* 88. Et semen mulieris habens inimicitias cum serpente, *Gen.* 3. *d.* Dicitur què semen mulieris, quia sine semine viri natus est de virgine, cum solo eius semine.

Fideles. Ecclesia.

Semen Abrahæ etiam dicuntur *q* fideles imitantes fidem Abrahæ, *Gen.* 14. *d.* 15. *c.* 26. *Exod.* 32. *c.* 13. *Isa.* 27. *b.* 41. *b.* Dicitur semen Abrahæ multiplicandum sicut puluis terræ, & sicut arena maris in Iudæis, sicut stellæ cæli verò infidelibus, quæ multiplicatio non tam ad multitudinem refertur, quantum ad splendorem, ornatum, & perseuerantiam. Semen etiam Iacob, & Israël, sunt ipsa Ecclesia, & imitatores Iacob, & credentes per prædicationem Apostolorum, *Gen.* 28. *c.* 35. 48. *b. Isa.* 43. *a.* 44. *a.* 45. *d.* 48. *d.* 66. *g.* Et semen longæuum, quod vidit Christus, est *r* multitudo fidelium in Ecclesia perseuerantium, *Isa.* 53. *d.* Ipsi sunt semen, cui benedixit Dominus, *Isa.* 61. *d.* Semen etiam Aaron, *s* sunt credentes in eum, in quem ipse credidit, *Exod.* 28. *f.* 30. *c. Psalm.* 21. 36. 68. *Isa.* 59. *d.* Et semen aliud Annæ, est multiplicatio fidelium in Ecclesia, 1. *Reg.* 2. *d.* Et omne semen verum vineæ, est anima tota bona, *Ierc.* 2. *c.* Et semen regni Hierusalem sunt existentes in gratia, qui etiam sunt semen bonum. *Ezech.* 17. *a. Matth.* 13. *f.* Dicuntur etiam semen Dauid, *Psalm.* 88. Et semen mulieris, *Gen.* 3. *d. Apoc.* 12. *d.* Seminat eos Deus in populis, quando multiplicantur, *Zach.* 10. *c.* Semen etiam hæreditans Gentes, dici possunt *t* Apostoli & reliquiæ Iudæorum credentes, *Isaiæ* 54. *b.* Et semen Iacob, & Abrahæ, sunt credentes ex Iudæis, semen quidem nondum formatum in filios, sunt, qui sunt ex genere Iacob, sed non ipsum imitantes: formatum verò sunt imitantes, *Isaiæ* 65. *d. Ierem.* 23. *b.* Et semen, quod reliquit Deus, sunt credentes ex Iudæis, *Isa.* 1. *b.* Dicuntur etiam semen Ephraim, *Gen.* 48. *d.*

Verbum Dei. Sacra doctrina.

Semen hæreditans Gentes, dici potest, *u* verbum Dei traditum Gentibus, *Isa.* 1. *c.* 27. *d.* 30. *e.* 54. *b.* 55. *c. Leu.* 15. *a. Matth.* 13. *b. Luc.* 8. *a.* Generaliter autem semen, est doctrina vera, & sacra scriptura, & semen in terram proiicere, est doctrinam abscondere, *Gen.* 38. *b.* 47. *c. Eccle.* 11. *d. Rom.* 9. *b.* Et semen iusti, est verbum Dei, *Psalm.* 36. Et semen verum, est vera doctrina in Iudæa, *Ierem.* 2. *e.* Dicitur semen pacis, *Zach.* 8. *c.* Et semen domus Israël, est doctrina Ecclesiæ, *Ezech.* 44. *f.* Et semen multiplex, est fœcunditas verbi prædicationis, *Iob.* 5. *d.* 39. *b. Leu.* 27. *c.* Semen autem coriandri, sunt inferiora præcepta, *Exod.* 16. *g.*

Principium operandi.

Semen dici potest *x* aptitudo ad bene operandum, & principium operandi, & cuiusque rei exordium. Et semen non requiescens, est tempus nunc operandi vsque ad mortem, *Geneſis* 1. *b.* 8. *d.* Semen etiam

a *Geor. Venet. cant.* 1. *som.* 7. *cap.* 9.

b *Ruper.* 2. *f. Deut.* 9. & *f. Iudi.* 8.

c *Aug. que. in Deut.* 56.

d *Hie. ep. beatitu.*

e *Hie. f. Ezec.* 45.

f *Aug.* 22. *co. Faust.* 84. *Bed. f. Gen.* 38

g *Ar.* & *Hil. f. psal.* 67.

h *Ruper.* 8. *f. Gen.* 43.

i *Ori. f. Num. ho.* 27. *Hie. de mansionibus.*

k *August.* 16. *ciu. Dei.* 2. *Geor. Venet. cant.* 1. *som.* 6. *cap.* 15.

l *Ori. f. Ios. ho.* 3. *Chry. f. Ge. hom.* 29.

m *Bed. f. Gen.* 9.

n *Gl. ord. f. Gen.* 14.

o *Hie. f. Zach.* 12.

p *Ori. f. Num. hom.* 17. & *f. Rom.* 8. *Hie. f. Isa.* 53. *Amb. f. Rom.* 9. *Au f. psa.* 88. *Bed. f. Gen.* 3. *Rup.* 3. *f. Gen.* 19.

q *Phi. quis rerum diui. hæres. Hie f. Isa.* 41. *Aug. epist* 120. *Beda. f. Gen.* 15.

r *Hie. f. Isa.* 53. 59. 61. & *f. Zach.* 10.

s *Ori. f. psalm.* 36. *hom.* 4. & *f. Ier. hom.* 13. & *f. Ezec. ho.* 12. *Ruper.* 2. *vict. verb. Dei* 17.

t *Hie. f. Isa.* 54. 65.

u *Hie. f. Isa.* 54. & *f. Zac.* 8. & *f. Ezec.* 44. *Or. f. Leu. hom.* 12. & *f. psa.* 36. *ho.* 4. & *f. can. h.* 2. & *f. Mat. can.* 13. *Tert. de præscrip. Am. f. Rom.* 9. *Gre.* 6. *mor.* 14. & & 31. *mor.* 5. *Isy. f. Leuit.* 15. 27.

x *Ori. f. Gene. hom.* 1. & *f. Matth. hom.* 22.

Digitized by Google

sunt *a* ipsa opera: & semen mulieris, id est, mentis, inter quod & semen serpentis sunt inimicitiæ, est fructus boni operis, qui peruersæ suggestioni renititur. *Genes. 3. c.* Et seminis Agar multiplicatio, est bonorum operum carnis multiplicatio, *Gen. 16. c. 21. b.* Et semen fratris suscitandum, sunt opera, quæ dicuntur facta secundum legem Dei, *Deut. 25. c. Matth. 22. c.* sementis & messis, sunt simul, *b* dum contendit homo inchoatum opus ad finem perducere, & illo finito, aliud inchoare, *Genes. 8. d.* Semen etiam montium Israël, sunt virtutes, *Ezech. 36. c.* Et semen iusti est in benedictione, quum multiplicantur virtutes, *Psalm. 36.* Et semen hæreditat terram, quum quis per vana opera adipiscitur vitam æternam, *Psalm. 24.* Et est potens in terra, quia per opera misericordiæ acquiritur regnum cælorum, *Psalm. 101. 111.*

Virtutes.

Semen interdum dici potest *c* fides antiquorum patrum de Messia, *Isa. 17. c. Mala. 2. d.*

Fides Christi.

Semen dicuntur aliquando *d* verba: & fluxum seminis patitur, qui nimium & imprudenter loquitur, qui & seminifluus dicitur, *Leu. 15. a.*

Verba.

Semen dici possunt *e* baptizandi, qui sunt semen non perfusum aqua, semen verò perfusum aqua sunt baptizati, *Leu. 11. f.*

Catechumeni.

Semen non dandum idolo Moloch, *f* est non dare actiones & doctrinam ad seruiendum cupiditati, quæ est idolorum seruitus, *Leu. 18. c. 20. a.* semen autem fundit in terram, qui non vult prodesse aliis, *Gen. 38. a.*

Non operari, seu inutiliter operari.

Semen diaboli, est *g* parua eius suggestio, inter quam & semen mulieris, hoc est, fructum boni operis sunt inimicitiæ, *Gen. 3. c. Leu. 12. a.* semen quoque seu extrema Amalec, sunt persuasiones diaboli, *Num. 24. d.* Et semen colubri, sunt prauæ cogitationes, *Isa. 14. e.*

Suggestiones diaboli.

Semen coitus, est *h* doctrina Iudæorum, & verba inhonesta, *Leu. 15. c. 19. d.* Et semen negotiatorum, est doctrina hæreticorum, aut decepti ab eis, *Isa. 23. a.* Et semen impiorum, sunt mala verba, *Psalm. 36.* Sementis irrigua dicuntur errores, *Isa. 19. b.* Serunt autem Iudæi & hæretici semen suum frustra, quando sine fructu laborant in scripturis legis & Prophetarum, *Leu. 26. c.*

Cogitationes prauæ.

Doctrina Iudæorum & hæreticorum.

Verba inhonesta.

Semen Chanaan, *i* est, qui vincitur à carnis illecebris, *Gen. 13. e.* Et semen pessimorum, *k* sunt discipuli diaboli, & semen impiorum, sunt ipsorum imitatores, *Isa. 14. e. Psalm. 20. 36.* Et semen nequam sunt Iudæi à vero patre desciscentes. Item qui malum dat exemplum. Et semen Semei pseudoprophetæ, sunt auditores hæreticorum, *Ierem. 29. g. Iob. 18. d.* Semen etiam serpentis sunt imitatores diaboli, qui ex patre diabolo dicuntur esse, *Gen. 3. g.*

Mali.

Iudæi.

Hæretici.

Semen adulteri & fornicariæ sunt *l* Iudæi, ex patre diabolo & Hierusalem idololatrante, *Isa. 57. a.* Iidem sunt semen mendax, quod etiam de hæreticis dicitur.

Mala opera.

Semen impiorum sunt *m* mala ipsorum opera, *Psalm. 20. 36.* Et semen eorum dicitur permanere coram eis, quando vident sua praua opera, *Iob. 21. a.*

Rex Sedechias.

Semen terræ Libani, *Ezech. 17. a.* sumitur *n* pro rege Sedechia.

Christus prædicans.

Seminator *o* dicitur Christus, qui dicitur seminare, quando prædicat, *Matth. 13. d. Luc. 8. a. Isa. 30. c. 1. Cor. 9. b.* Et seminans Isaac est Christus, aut prædicator, *Gen. 26. c.* Quum autem tacetur sementis genus, varia virtutum genera intelliguntur. Diuersa quoque semina diuersi sunt gradus perfectionis, *Isa. 28. g.* Seminat autem super omnes aquas, qui prædicat Iudæis, & Gentibus, & qui vtitur verbis & doctrina veteris & noui testamenti, *Isa. 33. d. 55. c.* Serere quoque agros, est prædicare, *Gen. 47. e. Exod. 23. b. Hos. 12. d.* Serit autem quod alius comedat, *p* qui prædicat, & non operatur, *Iob. 31. a.* Seminant in iustitia, *q* qui docent per legem veterem, & eius intelligentiam, *Hos. 10. d.* Vel seminandum est prius in iustitia per bona opera, vt deinceps illuminemus docendo. Sationem autem occupat vindemia, *r* quum quis docet, quæ didicit, *Leu. 26. a.*

Pradicare.

Producens Deus doctos & simplices.

Lex producens Martyres.

Seminauit Deus domum Israël, & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum, *s* quando produxit in Ecclesia fideles doctos & simplices, *Iere. 31. e.* Seminat autem Deus terram sibi, quando facit homines bene operari, *Hos. 2. d.*

Bene operari.

Serens Isaac, & inueniens centuplum, est *t* lex producens Martyres, qui sunt fructus centesimus, *Gen. 26. c.*

Largiri.

Seminare interdum est *u* bene operari, & largiri & dare eleemosynam: & seminator est operator. Et seminare parcè, aut in benedictionibus, est paruas, aut magnas eleemosynas dare, *2. Cor. 9. b. Matth. 13. b. Luc. 8. a. Gal. 6. b.* Et seminat in lachrymis, qui opera pœnitentiæ exercet, *Psalm. 125.* Et seminat terram sex annis, qui tempore huius vitæ benè operatur, *Exod. 23. a.* Non seminat, qui ventum obseruat, hoc est, qui tentationes metuit, cor ad bona opera non disponit.

Facere opera carnis.

Perdere bona opera.

Seminantes Israëlitæ, quæ vastant Madianitæ, &c. *Iudi. 6. a.* designant, *x* quod qui seminat in carne, de carne metet corruptionem, qui verò in spiritu, de spiritu metet vitam æternam, *Gala. 6. b.* Vel designantur, qui seminant bona opera, quæ postea perdunt in peccatum incidentes.

Fides patriarcharum.

Seminarunt Iudæi multum, & intulerunt parum, *Agge. 1. b.* quia *y* patres multam habuerunt fidem de Christo, quem posteri præsentem non susceperunt. Seminant etiam multum, & inferunt parum, qui inter multa peccatorum opera, nonnulla faciunt bona, quæ non pereunt, nec tamen satiant. Item seminat multum, & parum infert cordi suo, qui de mandatis cælestibus, vel legendo, vel audiendo multa cognoscit: sed parum operando fructificat.

Facere opus bonum inter multa peccata.

Multa cognoscere. Pauca operari.

Seminant triticum, & metunt spinas, *Ierem. 11. c.* qui *z* bona præcipiunt, & mala faciunt. Vel qui ex sacra scriptura erroneos proferunt sensus, eam destruentes, & quantum in ipsis est, inutilem reddentes.

Bene docere sine operibus.

Dare sensus erroneos scripturæ.

Seminans homo sinapi in agro suo, *aa* fuit Ioseph ab Arimathæa, sepeliens Christū in sepulchro suo, *Mat. 13. d.*

Ioseph sepeliēs Christum.

Serere agrum sex annis, *bb* est colere legem veterem vsque ad aduentum Christi, *Leu. 25. a.*

Colere legem veterem

Serit terrā, vt vineam diuerso semine, *cc* qui simul vult colere Deum & diabolum, vel qui vult seruare legem & Euangelium. Item qui inducit hæreses in Ecclesiam, & religiosus implicans se negotiis secularibus, *Leuit. 19. d. Deuter. 22. b.*

Disparitas cultus.

Disseminat Deus malos sicut stipulā, *Ier. 13. d.* quia *dd* ipsi sunt sicut puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.

Leuitas malorum.

Seminare interdum *ee* est generare, *Nahu. 1. d.* Non seminabitur ex nomine tuo. Quod dicitur de Sennacherib, qui occisus est à filiis suis.

Generare.

Non serere sponte nascentia, *ff* est initia naturalia non esse à nobis, sed à Deo. *Leu. 25. b.*

Vacare deliciis.

Seminare terram, *gg* interdum est indulgere cibis & potibus. *Leu. 25. a.* qua ratione terra, quæ non seminatur, hoc est, quæ deliciis caret, est monasterium. *Ierem. 2. a.*

Vitiosus prædicans.

Seminat super spinas, *hh* qui non mundat cor à vitiis & peccatis. *Ierem. 4. a.* Item qui super vitia incultosque mores, prædicat verbum Dei. *Matth. 13. a. Luc. 8. a.*

Seminare dolores, est fraudulenta dicere. Dolores autem metere, est dicendo præualere. Vel certè dolores seminant, *ii* qui peruersa agunt, dolores metunt, quum de eadem peruersitate puniuntur. Vel dolores seminat, quum peruersa agit: dolores metit, quum ex eisdem peruersitatibus temporaliter excrescit. *Iob. 4. a.* Seminant etiam ventum, *kk* qui opera faciunt inutilia. *Hos. 8. b.*

Diabolus miscens vitia virtutibus.

Superseminans zizania, est *ll* diabolus intermiscens vitia virtutibus, & prauos sermones, & cogitationes, & hæreses, vbi prius seminatum fuerat à Deo semen bonum. *Matth. 13. d.* Seminant etiam ventum, qui docent inania. *Hose. 8. b.* Seminat hæreticus, & non metit, qui docet sine fructu. *Mic. 6. c.* Non seminatur autem amplius ex nomine hæreticorum, quando non amplius docent errores. *Nahu. 1. d.* Seminat etiam synagoga alienum germen, quum non credit in filium Dei. *Isa. 16. c.*

Docens errores.

Sata significare possunt *mm* fœcunditatem numerosam Sanctorum, & etiam doctrinam noui testamenti. Vnde per sata ducit Christus discipulos, idque sabbato: Moses verò per desertum. *Luc. 6. a.*

Multitudo Sanctorum.

Non satus dicitur esse in terra truncus iudicum. *Isa. 40. f.* quia *nn* nihil firmum in terra.

Nouum testamentum.

Seminarium, est principium alicuius rei. *Ge. 37. b.* Vt autem somnia Ioseph seminarium fuerunt odij fratrum, *oo* ita doctrina Christi inuidiæ Iudæorum. Vtrobique autem fuit scandalum acceptum, non datum, quum ex bono opere scandalizarentur.

Semita,

a *Auguſt. de Gen. con. Man. 18. Bed. ſ. Gen. 3. Gre. ſ. Exec. hom. 15.*
b *Ambr. de Noe. 23. Hie. ſ. pſal. 24. 37. Aug. ſ. pſalm. 36. 111. Gre. ſ. pſalm. 101.*
c *Rup. ſ. Mal. 2. Gre. 23. mo. 15.*
d *Iſy. ſ. Leuit. 15.*
e *Iſyc. ſ. Leuit. 12.*
f *Iſyc. ſ. Leuit. 18. 20. Beda. ſ. Gen. 38.*
g *Hie. ſ. Iſa. 14. Aug. 2. de Gen. con. Ma. pi. 18. Gre. ſ. Num. 16. Beda. ſ. Gen. 3.*
h *Ori. ſ. pſal. 36. hom. 4. Iſy. ſ. Leu. 15. 19. 6.*
i *Ori. ſ. Ioſ. ho. 22. & ſ. pſal. 36. hom. 4.*
k *Hie. ſ. Iſa. 1. 14. & ſ. Iere. 29. Amb. ſ. Eph. 2.*
l *Hie. ſ. Iſa. 57.*
m *Amb. 2. de inter. 4. Au. ſ. pſalm. 36.*
n *Gle. inter. ſ. Ezech. 17.*
o *Hie. ſ. Iſa. 1. 28. 32. & ſ. Mat. 13. Am. epi. 72. Ru. 7. ſ. Gen.*
p *Gre. 21. mo. 7. 10.*
q *Hie. ſ. Hoſe. 10. & de veſte ſacerdotali.*
r *Ori. ſ. Leu. h. 16.*
s *Hie. ſ. Ierem. 31. Glo. ord. ſ. Ho. 2.*
t *Ori. ſ. Gene. hom. 12.*
u *Aug. ſ. pſal. 125. Gre. 27. moral. 5.*
x *Ori. ſ. Iud. hom. 7.*
y *Rup. ſ. Agg. 1. Hie. ſ. Agge. 1. Gre. ſ. Exec. hom. 10.*
z *Ori. ſ. Ier. h. 7. Aug. 2. ſer. dom. in mōte.*
aa *Am. ſer. 2.*
bb *Iſy. ſ. Leu. 25.*
cc *Iſyc. ſ. Leu. 19. Rup. 1. ſ. Deut. 16.*
dd *Hie. ſ. Ier. 13.*
ee *Gle. inter. ſ. Nahum. 1.*
ff *Phil. de pro fug.*

gg *Ori. ſ. Nu. h. 23.* hh *Hie. ſ. Ier. 4.* ii *Gre. 5. m. 15.* kk *Rup. ſ. Ho. 8.* ll *Ori. ſ. Ier. h. 1. & ſ. Matt. cap. 13. Ter. de proſc. Hie. ſ. Hoſ 8. & ſ. Mic. 6. & ſ. Nah. 1. & ſ. Iſ. 17.* mm *Am. de Iſaac. 6. & ſ. Luc. 6.* nn *Lyr. ſ. Iſ. 40.* oo *Glo. or. ſu. Gen. 37.*

Digitized by Google

Semita, vide Via.
Seminimus, vide Viuere.
Semper, Sempiternus, vide Perpetuus.
Sen.

Mali eiecti.

SEN, id est, excussio, seu dens, aut ebur, vel mutatio, aut dormiens: nomen loci, vbi percusserunt filij Israël Philisthæos. 1. *Reg.* 7. *c.* est figura *a* malorum, qui eiicientur, & excutientur in iudicio, vel dæmonum cælo proiectorum.

Senator, Senatus.

Apostoli.

SENATORES, erant senes, qui in concilio dicere sententiam poterant Senatores autem terræ, cum quibus sedebit Christus in iudicio, sunt *b* Apostoli. *Prou.* 31. *c.* 2. *Mach.* 11. *f.*

Sene.

Delectatio. Vtrumque testamentum.

SENE, id est, rubus, aut Sol, siue auditio: nomen alterior è duobus scopulis, iuxta quos erant castra Philisthinorum. 1. *Regum* 14. *a.* est typus *c* peccati, seu eius delectationis, vbi aperti sunt oculi primorum parentum. *Genes.* 3. *b.* Vel designat cum altero scopulo vtrunque testamentum. Inter quæ aggrediendi sunt hostes, inter prospera & aduersa.

Senex, Senectus, Senescere, Senior.

SENEX est, qui iam maiori ætatis suæ parte peracta, morti propinquior est. Senectus autem est ipsa ætas senilis, quæ sexta computari solet. Senior autem interdum est antiquior. *Gen.* 24. *a.* Dixit ad seruum seniorem domus suæ. Sapientior. 1. *Mach.* 11. *a.* Elegit de seniotibus Israël. Senator. *Deut.* 19. *c.* Mittent seniores ciuitatis illius.

Æternitas Dei.

Senectus Iacob, in qua genuit Ioseph. *Gen.* 37. *a.* designat *d* æternitatem Dei patris, in qua genuit filium.

Deus pater non placatus sacrificiis legis.

Senex Dauid non valens calefieri vestibus. 2. *Reg.* 1. *a.* est *e* Deus pater antiquus dierum æternitatis, non placatus sacrificiis & operibus legis.

Christus æternus & incarnatus.

Senex Iosue typus est *f* Christi, qui est æternus, & princeps seniorum. *Iosu.* 13. *a.* Senectus etiam Isaac, designat Christum senio nostræ naturæ inductum in fine seculorum, *Gen.* 27. *a.* Semen etiam longæuum, est Christus, aut fideles, *Isa.* 53. *d.*

Apostoli prædicatores. Prælati.

Seniores viginti quatuor. *Apoc.* 4. *a.* sunt *g* prælati Ecclesiæ cum Apostolis. Vel sunt *h* duodecim iudices legis veteris, qui ponuntur in libro iudicum: & duodecim Apostoli legis nouæ. Seniores etiam domus Pharaonis, *i* Apostolos significare possunt. *Gen.* 50. *b. Psalm.* 104. Et senes presbyteri, sunt *k* principes & episcopi cum ipsis Apostolis. *Isa.* 3. *c.* Et seniores, cum quibus itur ad sacrificandum, sunt *l* Apostoli, & primitiua Ecclesia. *Exod.* 3. *c.* 4. *g.* 10. *c.* 17. *b.* 18. *b. Psal.* 118. Et seniores, qui fuerunt cum Iosue, sunt Apostoli & doctores cum Christo. *Iud.* 2. *a.* Hos senes dicunt hæretici esse apud se, quasi senserint idem, quod ipsi sentiunt. *Iob.* 15. *b.*

Ecclesia & primitiua. Viri eruditi. Prudentes. Prudentia. Perfectio virtutum.

Seniores Bethlehem. 1. *Reg.* 16. *a.* sunt *m* viri eruditi: & qui in Iudæa ad maturitatis sensum peruenerunt. Senes, *n* sunt etiam valentes prudentia: vt Daniel senex erat licèt esset puer: vnde ipsi senes, vel senectus, typum gerunt prudentiæ. *Ezech.* 9. *b.* Et senes, qui iacent in terra, sunt illi, qui videbantur consilio plebem regere, terrenis desideriis incumbentes: qui propter facinorosam vitam de ciuitate Domini eiecti, terræ cui inhæserant, coæquantur. *Thren.* 2. *g.*

Senectus Abraham, quæ dicitur bona & non longa, *o* designat perfectionem virtutum, quæ etiam erat in Sara, vnde boni etiam iuuenes senes dicuntur. *Gen.* 15. *e.* 18. *b.* 25. *a.* Senectus quoque Lot est rigor virtutis. *Gen.* 19. *f.* Et senex Iosue, & etiam Dauid, designant viros perfectos. *Ios.* 13. *a.* 3. *Reg.* 1. *a. Psalm.* 36. 91. Hos senes secundum virtutem abstulit Deus ab Israël. *Isa.* 3. *a.* Senes septuaginta, designant perfectos donis Spiritus sancti per obseruationem decalogi. *Exod.* 24. *c. Isa.* 24. *b. Ierem.* 31. *c.* Ea verò bona est animæ senectus, quam nulla perfidiæ inquinamenta macularunt. Senectus quoque, quæ est corona gloriæ, est eorum, qui destruxerunt ea, quæ sunt parnulorum, & post ætatem viri perfecti venerunt ad senecturem & patrum nomina. *Prou.* 17. *a.* Senes quoque, sunt morum & iudicij maturitatem habentes *Ioel.* 1. *a.* 2. *g.* Hi sunt senes assurgentes Ecclesiæ. *Iob.* 29. *b.* 42. *d.*

Patriarcha. Propheta.

Seniores cum quibus itur ad sacrificandum, dici possunt *p* Patriarchæ & Prophetæ, & primitiui populi. *Exod.* 3. *c.* 4. *g.* Et seniores Israël, qui erat cum Mose in eductione aquæ de petra, sunt Prophetæ legi coniuncti. *Exod.* 17. *b.* Horum senum corona sunt *q* filij filiorum quando à successoribus Apostolorum, ipsi digna laude celebrantur. *Prou.* 17. *a.*

Principes Iudæorum. Doctrina antiquorum patrum. Iudæi inuidi.

Seniores populi sunt *r* principes Iudæorum, & vetustatem literæ sequentes. *Leuit.* 4. *c. Matt.* 26. *a.* Super hos senes intellexit Christianus. *Psalm.* 118. Horum senum doctrinam abstulit Deus, quum *s* relicti sunt in incredulitate, propter suam perfidiam. *Iob.* 12. *d.* Et senex valde Eli. 1. *Reg.* 2. *a.* designat doctrinam antiquorum patrum, quæ senuerat in Iudæis, quum Iudæa deuotionem obseruandæ promissionis amisit, vel desideratum à patribus suis Redemptorem coram se miraculis se probantem cerneret, & omninò cæca, in tanta eius luce de veritatis præsentia dubitaret. Vnde *Ioan.* 7. *b.* Alij dicebant. Quia bonus est, alij non, sed seducit turbas. Et *Ioan.* 10. *c.* dicebant: Vsque quo animas nostras tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Et *Matth.* 10. *c.* Volumus à te signum videre. Senior quoque frater, typus est Iudæorum inuidentium conuersioni gentium. Et dicitur senior, quia inuidia senescere facit. *Luc.* 11. *f.*

Sexta mundi ætas. Finis mundi. Sacerdos.

Senectus Abraham & etiam Saræ, *t* sextam mundi ætatem, in qua natus est Christus, significare potest. *Genes.* 21. *a.* 24. *a.* Senectus etiam Isaac & Iacob consummationē & finem mundi significare potest. *Genes.* 27. *a.* 37. *a.* 48. *b. Isa.* 46. *b.* Sic senecta & senium designant vltima tempora Ecclesiæ. *Psalm.* 70. 91.

Sacerdos male viuens. Vetustas literæ legis. Consilium.

Senex Eli, designat *u* sacerdotem, in quo debet esse senilis grauitas, & non esse senem in domo Eli, dicit euacuationem veteris sacerdotij. 1. *Reg.* 2. *c. g.*

Senex Samuel typus est *x* sacerdotum, qui iam senescente mundo malè viuunt. Sunt autem senes & prophetant, qui malè agunt, & recta docent. 1. *Regu.* 8. *a.* Senex, qui non erit in fœlicitate, est deficiens à perfectione. *Isaia* 65. *c.*

Senex mortuus Eli *y* vetustatem literæ legis indicat, quæ cessatura erat, adueniente nouitate Euangelij. 1. *Regum* 4. *d.*

Non esse senem in domo Eli. 1. *Reg.* 2. *g.* designat *z* non esse consilium in infirmo. Qui enim in infernum ruerunt, non sumpserunt consilium bonum, vt operarentur, dum tempus habebant: nec seruarunt, quod admonet Sapiens. *Eccle.* 9. *c.* Quodcunque potest manus tua, instanter operare, &c. Et 2. *Cor.* 6. *a.* Ecce nunc tempus acceptabile. Et senes Hierusalem consumpti sunt, quum maturitas consilij deserit animam. *Thren.* 1. *g.* 2. *d.*

Æternitas fœlicitatis.

Longæuus super terram est, *aa* vel in vita præsenti diu viuens: verius in terra viuentium perpetuo beatus. *Exod.* 20. *b. Eph.* 6. *a.*

Propinquitatis finis.

Senescere dicitur radix iusti in terra, *bb* quando apud corda prauorum eius prædicatio despecta, cunctisque viribus, effœta creditur. *Iob.* 14. *a.*

Senectus interdum *cc* pro finis propinquitate ponitur. Vnde Apostolus *Hebra.* 8. *d.* Quod antiquatur, & senescit, prope interitum est, Leuiathan autem æstimat abyssum quasi senescentem, quia reproborum corda sic infatuat, vt suspitionem eis de venturo iudicio, quasi finiatur infundat. Abyssum nempe senescere æstimat, qui terminari quandoque in suppliciis supernam animaduersionem putat. *Iob.* 41. *d.*

Vetus homo. Diabolus. Fomes peccati. Principes Ecclesiæ sacrilegi.

Senectus *dd* ad veterem hominem pertinet, qui deficit & corrumpitur. *Psalm.* 70. Et senectus mala Sodomorum, & etiam Ægyptiorum, inueterationem in vitiis designat. *Gen.* 19. *b. Isa.* 20. *b.* Et senes Biblij, sunt prudentes ad malum. *Ezech.* 27. *b.*

Senex stultus, *ee* est diabolus, vel fomes peccati, qui inest homini ab infantia vsque ad senecturem. *Ecclesiaste* 4. *c.*

Seniores domus Israël colentes idola, sunt *ff* principes Ecclesiæ sacrilegia committentes. *Ezech.* 8. *d.*

dd *Augustin. sup. psalm.* 70. *Hiere. sup. Isaia* 20. *& sup. Ezechie.* 27. ee *Hiere. sup. Ecclesiasten.* 4.
ff *Hie. s. Ezech.* 8.

a *Gre. s.* 1. *Re.* 7.
b *Gre.* 6. *mor.* 4. *Bed. s. Prou.* 31.
c *Glo. ord. s.* 1. *Reg.* 14.
d *Ruper.* 8. *su. Gen.* 20.
e *Rup.* 3. *s. Regum.* 2.
f *Orig. su. Ios. hom.* 16. *Rup.* 7. *su. Gen.* 15. *Hiere. s. Isai.* 55.
g *Aug. s. Apo. hom.* 3.
h *Rup. de. Vi. verbi.* 7.
i *Arn. s. psal.* 104.
k *Hier. s. Isa.* 3.
l *Hil. s. psalm.* 118. *Orig. s. Iud. ho.* 1. *Gre. s.* 1. *Reg.* 8. & 12. *mor.* 15.
m *Gre. s.* 1. *Re.* 16.
n *Basil. hom. in prin. Prou. Hie. s. Ezec.* 9. *Cyr. de ador. in Spir.*
o *Phil. de resi. Noe. & de sacrifi. Abel. & Cain. Amb.* 2. *de Cain.* 1. & 2. *& de Abr.* 9. *Ori. s. Ios. ho.* 16. & *s. psa.* 36. *hom.* 4. *Hier. epist. ad Nep. & s. Isa.* 3. 24. *& sup. Ezech.* 17. *& Ioel.* 1. *Gre.* 19. *mor.* 13.
p *Ori. s. Exod. hom.* 11.
q *Bed. s. Prou.* 17.
r *Ori. s. Matt. hom.* 35. *Am. s. psalm.* 118. *serm.* 13.
s *Gre.* 11. *mor.* 9. 10. *& sup.* 1. *Reg.* 2. *Am. s. Luc.* 15. *Hie. epist. Bea.*
t *Bed. s. Gen.* 22. 27. *Hier. ad Dama. q.* 2. *Aug. s. psal.* 70. 91.
u *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
x *Gre. s.* 1. *Re.* 8.
y *Gre. s.* 1. *Re.* 4.
z *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
aa *Glo. int. su. Exod.* 20.
bb *Grego.* 12. *mor.* 3.
cc *Gre.* 34. *m.* 31.

Digitized by Google

Sennaab.

SENNAAB, id est, dormitio patris aut dens patris: Rex Adamæ, hoc est, terrenæ: designat *a* eum qui terrenis deliciis incubat: vnde captus est à quatuor Regibus. *Gen.* 14. *a*.

Sennaar.

SENNAAR, id est, excussio, vel dormientis vigilia, aut suscitatio: campus Babylonis, vbi constructa fuit turris Babel. Designat *b* eum statum mundi, aut mundanorum, vbi excutiunt à se non solùm virtutem, sed etiam imaginem eius. *Gen.* 10. *b*. *Isa.* 11. *Zach.* 5. *d*.

Status mundanorum.

Vel interpretatur *c* fœtor, vbi ponitur amphora auaritiæ quia fœtor auaritiæ est grauis coram Deo, & ibi est turris Babel, hoc est, confusio. Potest etiam designare infernum, vbi est domus iniquitatis.

Fœtor auari. Infernus.

Sennacherib.

SENNACHERIB, id est, rubus destructionis, aut rubus gladij, siue rubus solitudinis, vel siccitatis: rex Assyriorum, qui voluit debellare Hierusalem. Typus est diaboli, qui conatur sibi subiicere terram Dei, hoc est, Ecclesiam. 4. *Reg.* 18. *d*. *Isa.* 36. *a*.

Diabolus.

Sennan.

SENNAN, id est, *d* exitus vel abundantia: videtur sumi pro Samaria. *Mich.* 1. *c*.

Sentes, vide Spina.

Sentire, Sensus.

SENTIRE, est sensu aliquid percipere, quod præcipuè refertur ad sensus exteriores: extenditur tamen etiam ad interiores. Et interdum sentire est intelligere. *Sap.* 1. *a*. Sentire de Domino in bonitate. Cognoscere. *Prou.* 130. Si non humiliter sentiebam. Olfacere, seu deprehendere. *Gen. b*. Si attractauerit me pater meus, & senserit. pati. *Num.* 25. *b*. Hostes vos sentiant MADIANITÆ. Velle. *Phil.* 1. *a*. Sicut est mihi iustum hoc sentire. Sensus autem interdum est auditus. *Iudith.* 14. *d*. Sed quum nullum motum iacentis sensu aurium caperet. Conscientia. *Rom.* 14. *a*. Vnusquisque in suo sensu abundet. Discretio. *Ierem.* 4. *e*. Sensus cordis mei turbati sunt. Industria. *Sapi.* 8. *a*. Si autem sensus operatur. Intellectus. *Gen.* 8. *d*. Sensus & cogitatio humani cordis. Iudicium. *Rom.* 1. *d*. Tradidit illos in reprobum sensum. Sapientia. *Sap.* 7. *a*. Datus est mihi sensus. Secretum, *Eccles.* 19. *c*. Noli narrare sensum tuum. Significatio. *Iud.* 11. *d*. In pulchritudine, & in sensu verborum.

Sentiens Isaac, vestimentorum Iacob fragrantiam, designat *e* recognoscentem Deum in populo Christiano veteris legis mysteria. *Gen.* 27. *d*.

Portare onera proximorum.

Sentire in se, quod est in Christo, est *f* portare onera proximorum, sicut ipse portauit nostra, & humiliari sicut ipse. *Phil.* 2. *a*. Et hoc est sentire humiliter. *Psalm.* 130.

Humiliari.

Sentire interdum est aduertere, vt non sensit Lot, quando accubuerunt filiæ. *Gen.* 19. *g*. Designat autem ignorantiam *g* mali operis: & etiam legem non cognoscentem, nec approbantem sensus carnales, quos dabant Iudæi.

Ignorantia mali operis.

Sensus exercitati, *h* sunt sensus interiores, aut ipsa mens. *Hebr.* 5. *d*.

Lex non probans sensus carnales.

Sensus carnis *i* dicitur litera legis. *Coloss.* 2. *d*.

Sensus interiores.

Sensus magnus dicitur *k* diabolus astutissimus: qui facit sapientes huius seculi. *Isa.* 10. *c*. Iuxta Septuaginta. Vbi nos legimus, fructum magnifici cordis.

Litera legis.

Diabolus.

Sententia.

SENTENTIA interdum dicit iudicium, hoc est, id quod animus sentit, quod credulitas, & opinio vocari solet. Item id quod animo statuitur, & etiam iudicatum, hoc est, quum lege, vel ex æquo & bono aliquid decernitur.

Præcepta Dei.

Sententia Dei, dicuntur *l* præcepta Dei, & lex æterna. *Exod.* 18. *c*.

Veritas insignis.

Sententia quandoque *m* est dictum insigne veritatis, aut sapientiæ, quas sententias dicebat se Elihu puras loquuturum. *Iob.* 33. *a*. Sed reprehenditur à Deo quod inuoluerit sententias sermonibus imperitis. Imperitiæ quippe vitium est, rectum non rectè sapere, hoc est, cæleste donum ad appetitum terrenæ laudis inclinare. *Iob.* 38. *a*.

Blasphemia hæreticorum.

Sententia iniqua amicorum Iob contra ipsum, sunt *n* blasphemiæ hæreticorum contra Ecclesiam. *Iob.* 21. *b*.

Diabolus.

Seon.

SEON, id est, eradicatio siue conculcatio, vel arbor infructuosa, seu elatus, rex Amorrhæorum occisus à filiis Israel. *Num.* 21. *a*. *Psalm.* 134. Typus est *o* diaboli, qui occiditur à fidelibus, quos ipse peruertere conatur, Iuxta Augustinum *p* interpretatur tentatio oculorum, eundem designans.

Singularitas doctrinæ Christi.

Seon etiam, vt est rex Amorrhæorum, typus est *q* sophistæ, qui princeps est loquentium.

Seorsum.

SEORSVM dicitur esse, quod loco separatum est ab aliis.

Curari per gratiam Dei.

Seorsum existens Christus. *Matt.* 14. *b*. singularitatem *r* doctrinæ suæ significauit. Hoc etiam designauit Ioseph, quando seorsum vescebatur. *Gen.* 43. *g*.

Singularis fortitudo prædicatoris.

Seorsum fecit poni Ioseph cibos sibi & fratribus & Ægyptiis, *Gen.* 43. *g*. vt designetur *s* secundum auditorum diuersitatem diuersa esse prædicanda.

Continentia.

Seorsum offerre sextarium olei. *Leu.* 14. *b*. est *t* recognoscere pinguem Dei misericordiam & gratiam, per quam lepra peccati curatur, & non ex nostris meritis.

Eleuans Deus ad altam conuersationem.

Seorsum posita pars, quæ danda erat Sauli, quæ erat armus, designat *u* singularem fortitudinem debere esse in prædicatore. 1. *Reg.* 9. *d*.

Deus dans filium & sacram doctrinam.

Seorsum plangentes familiæ, & seorsum vxores. *Zach.* 12. *d*. admonent *x* tempore pœnitentiæ abstinendum esse ab actu coniugali, sicut in arca seorsum erant viri & fœminæ. *Gen.* 6. 7. Et in oratione monet Apostolus ita faciendum. 1. *Cor.* 7. *a*.

Perfectio discipulorum.

Separare, Segregare.

SEPARARE, est vnum ab altero, seu aliis diuidere, & amouere. Segregare autem est ab aliorum numero vel societate seu grege separare.

Transitus ad cælestem gloriam.

Separauit Deus populum suum cæteris Gentibus, *Le.* 20. *d*. quia *y* vult baptizatos sublimiorem sectari conuersationem: nec ea quærere, quæ gentes inquirunt.

Mens dedicata domino.

Segregauit Deus pluuiam voluntariam hæreditati suæ. *Psalm.* 67. quando *z* angeli cecinerunt. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vel quando imber sacræ doctrinæ rigauit Ecclesiam.

Separatio fidelium ab infidelibus.

Separantur filij ceruarum ad pastum. *Iob.* 39. *a*. quando *aa* discipuli Apostolorum iam sufficiunt per se sacram doctrinam percipere. Vel quando exeuntes de corpore, ad cœlestem gloriam transeunt.

Offerre Deo initia operum.

Separatum vas aureum in donaria Domini. *Exod.* 35. *c*. est *bb* mens bene sensata offerenda Domino. Sic erat Paulus vas electionis segregatus ab vtero matris suæ, hoc est, separatus à seculo, & à synagoga. *Galat.* 1. *c*. Segregatur etiam quodammodo de ventre matris, quisquis à carnalium parentum cæca consuetudine separatur.

Fides cum operibus.

Separator erit Christus in iudicio. *Zach.* 9. *b*. Ad quod pertinere videtur separatio, quam faciebat Iacob, ouium variarum ab aliis. *Gen.* 30. *c*. Et separatio partium montis Oliueti, est separatio fidelium ab infidelibus. *Zach.* 14. *a*. Separantur in die malo, *cc* qui puniendi sunt in iudicio. *Amos* 6. *a*.

Excellentia operationis sacerdotum.

Separare, quod aperit vuluam, & separare primitias, *dd* est offerre Domino initia operum. *Exod.* 15. *b*. 35. *a*. *Ezech.* 45. 48. *b*.

Separare vitia à virtutibus.

Separati non posse rationale & superhumerale. *Exod.* 28. *c*. est *ee* copulari debere fidem & opera, ad acquirendam cælestem gloriam.

Pœnitentia.

Separatur armus de ariete ad sacerdotem pertinens. *Exod.* 29. *d*. *Leu.* 7. *d*. 8. *e*. 9. *d*. 10. *c*. designat *ff* operationem sacerdotum non solum debere esse vtilem, sed etiam singularem.

Separatio hæreticorum.

Separare mundum ab immundo debent fideles: *gg* vt vitia fugiant, & virtutes sectentur. *Leu.* 20. *d*. Separat etiam pretiosum à vili, *hh* qui loquendo, quæ potest, animam humanam ab amore præsentis seculi euellit, & à reproba antiqui hostis imitatione distinguit. *Ierem.* 15. *d*.

Separare dicitur amara mors, *ii* quando sensus carnis per pœnitentiam ab ipsa carne separatur. 1. *Reg.* 15. *g*.

Separans Abraham filios concubinarum, designauit vitationem hæreticorũ à fidelibus faciendã. *Ge.* 15. *a*. *Tit.* 8. *c*.

Sic separa

a *Glo. ord. sup. Gen.* 14.

b *Phi. de conf. ling. Hie. s. Zac.* 5.

c *Gre.* 14. *moral.* 28. *Rup. s. Zac.* 5. *Glo. ord. sup. Isa.* 36.

d *Hie. s. Mic.* 1.

e *Amb.* 2. *de Iacob.* 2.

f *Aug.* 83. *qu.* 71.

g *Orig. s. Gen. hom.* 5.

h *Ori. s. Can. hom.* 1.

i *Ori s. Rom.* 8.

k *Ori. s. Isai. hom.* 8.

l *Glo. ord. sup. Exod.* 18.

m *Gregor.* 18. *moral.* 8.

n *Gre.* 15. *m.* 26.

o *Ori. s. Num. hom.* 12.

p *Hil. & Au. s. psalm.* 134.

q *Phil.* 2. *alle. Hie. s. Amo.* 2.

r *Ori. s. Mat. cap.* 14.

s *Lyr. s. Gen.* 43.

t *Glo. ord. sup. Leu.* 14.

u *Gre. s.* 1. *Re.* 9.

x *Glo. ord. su. Zac.* 12.

y *Isy. s. Le.* 20.

z *Ar. & Hil. s. psal.* 67.

aa *Hie. s. Iob.* 39. *Grego.* 30. *mor.* 22.

bb *Glo. int. su. Exod.* 35. *Amb. epi.* 14. *Aug. s. Gal.* 1.

cc *Hie. su. Amos.* 6.

dd *Glo. in sup. Exod.* 13.

ee *Glo. ord. su. Exod.* 28.

ff *Gre.* 5. *past.* 3.

gg *Isy. s. Leu.* 20.

hh *Gre.* 18. *mor.* 23. & 33 *mor.* 22.

ii *Gre.* 2. *Reg.* 15.

Digitized by Google

Abiectio ſynagogæ.
Eiectio Adæ & Gentilium
Separari à diabolo.
Exponens ſe prælatus iudicio.
Miſeria huius vitæ.
Gloria cæleſtis.
Defenſio vitiorum.
Mori mundo.
Scripturæ poſita in conſcientia.
Amor Dei in corde.
Suſcipere fidē Chriſti.
Remiſſio per Chriſtum.
Ceſſatio legis veteris.
Baptizare, vel Baptizari.
Abſcondere myſteria indignis.
Oppreſſio hæreticorum.
Mors communis omnibus.
Iacere in profundo malorum.
Mergi in infernum.
Fauentes peccatori.
Sepulchrum Chriſti.
Anima iuſti.
Sacra ſcriptura.
Corda Gentilium.
Baptiſmus.
Quies æterna
Status contemplationis.
Diſcretio legis.
Litera legis.
Locus peccatorum.
Baptiſmus.
Requies in Chriſto.
Limbus.
Status perfectus.
Captiuitas.
Extinctio concupiſcentiæ.
Lapſus in malum.
Concupiſcentia.
Loquentes verba mortifera.
Prædicantes ſua peccata.

Sic ſeparauit Deus domum Iacob ab Abraham,*a* hoc eſt,Scribas & Phariſæos fidem Abrahæ non habentes abiecit *Iſa.*29.*g.*iuxta Septuaginta.Separatum conuiuium Ephraim,eſt ſeparatio hæreticorum ab Eccleſia. *Hoſe.*4.*d.*Separatur autem leproſus,*b* hoc eſt, hæreticus, ne alios in errorem inducat: idque ad arbitrium ſacerdotis. *Leu.*13.*f.* Huc pertinet ſeparatio menſtruatæ.*Leu.*15.*c.*

Separatio Mariæ ſororis Moſis ſeptem diebus.*Num.*12.*d.*deſignauit *e* abiectionem ſynagogæ, donec plenitudo gentium intraret.

Separationis dies,vel ſeparatio mulieris menſtruatæ. *Leu.*12.*a.*15.*c.* deſignat *d* ſeparationem Adam à Paradiſo, & ſeparationem Gentilium vſque ad aduentum Chriſti.

Separatur filius à patre,quum peccator relinquit patrem diabolum,& filia aduerſus matrem ſuam, hoc eſt,credentes ex Iudæis aduerſus ſynagogam,& nurus aduerſus ſocrum,hoc eſt,plebs Gentilis aduerſus ſynagogam matrem Chriſti.*Matth.*10.

Separatio populi ex vna parte,& Saulis cum Ionatha ex altera,vt mitterentur ſortes ſuper eis,1.14.*f.* indicat *e* prælatum debere etiam iudicio ſe,exponere,quia difficile eſt ſeipſum cognoſcere.

Separatus locus,in quem effunduntur cineres.*Leu.*1.*d.* eſt *f* ſtatus miſeriæ huius vitæ:vbi agenda eſt pœnitentia.Eſt autem ſeparatus,quia non eſt in cæleſti gloria.

Non ſeparatur filius aduenæ à populo Dei.*Iſa.*56.*a.*hoc eſt,*g* Gentiles non ſeparantur ab Eccleſia, ſi fidem ſuſcipiant.

Separatum ædificium templi, deſignat *h* ſeparationem ſupramundanorum à mundanis, & gloriam cæleſtem, quæ ſeparatur.*Ezech.*41.*b.*

Non ſeparantur ſquamæ Leuiathan.*Iob.*41.*a.* quando *i* mali perſiſtunt in mutua defenſione ſuorum vitiorum.

Sepelire,Sepulchrum,Sepultura,Monumentum, Funus,Tumulus.

SEPELIRE,eſt humo iniecta cadauer contegere,aut tumulo mandare.Sepulchrum autem, ſeu tumulus,eſt locus,in quo corpus ſepelitur,quod & monumentum dicitur.Sepultura verò quandoque eſt ipſum ſepulchrum,interdum ipſe actus ſepeliendi. Funus autem eſt pompa,quæ fit in exequiis mortuorum.

Sepeliri in ſepulchro duplici dicitur anima, *k* quum moritur mundo, vt Deo viuat, quæ in geminata requie ſuſcipitur,id eſt,in actione boni operis,& in contemplatione diuinitatis, *Gen.*23.*a.* Sepelitur etiam Sara, hoc eſt, ſacra ſcriptura in conſcientia,vt monumento.

Sepelire Abraham.*Gen.*25.*b.*eſt *l* amorem Dei in corde figere. Vel eſt fidem Chriſti ſucipere. Sepeliunt autem eum Iſaac & Iſmael,hoc eſt,credentes ex circumciſione,& præputio.

Sepeliri Iacob in terra promiſſionis.*Gen.*49.*d.*50.*a.*deſignabat *m* remiſſionem peccatorum per Chriſtum futuram.Ideò curabant ſepeliri,vbi Chriſtus paſſurus erat.Ita ſepeliri Iſaac.*Gen.*35.*d.*47.*g.*

Sepeliri Abraham in ſenectute bona, *n* eſt legem veterem quantum ad literam ceſſare, introducta lege noua, *Gen.*15.*c.*Idem deſignauit ſepulta Debora ad radices Bethel,hoc eſt,in primo introitu domus Dei,& ſub quercu, hoc eſt,ligno crucis.*Geneſ.*35.*b.*

Sepelientes mortuum,ſunt,*o* qui conuertunt aliquos à vita veteri,vel qui declinant vniuerſa peccata,ipſa ſepelientes in baptiſmo.Proiiciunt autem ipſum in ſepulchro Eliſæi: quia in baptiſmo peccator conſepelitur Chriſto.4.*Reg.*13.*d.*

Sepeliuntur boni,& ſepeliunt Chriſtum,*p* quando eius myſteria ab indignis abſcondunt.*Luc.*9.*g.*

Sepelire Gog & multitudinem eius,eſt *q* non dare locum hæreticis ad defendendos errores:nec aërem liberum eis permittere,vt capiant.*Ezech.*39.*c.*

Sepeliri inter infideles,eſt mortem eſſe communem fidelibus & infidelibus.*Gen.*23.*a.*

Sepeliri in Ægypto,eſt in profundo malorum iacere.*Gen.*47.*g.Exod.*14.*c.* Sepeliuntur autem in interitu, *r* qui in infernum merguntur.*Iob.*27.*c.*

Sepeliunt mortui mortuos.*Luc.*9.*g.*quando *ſ* exiſtentes in peccato ſepeliunt alios corpore mortuos.Vel quando peccatores peccatorem fauoribus premunt.Qui enim peccantem laudibus proſequūtur, extinctum ſub verborum aggere abſcondunt.Lazarus non à mortuis,ſed à viuis eſt ſepultus:ideò reſuſcitatus.*Ioan.*11.

Sepulchrum Eliſæi, *t* typus eſt ſepulchri Chriſti.4.*Reg.*13.*d.* Sepultus eſt autem Chriſtus in alieno ſepulchro, quia pro aliis mortuus eſt,reſurrecturus, ideò victor mortis proprium monumentum non habebat. Sepultus autem manſit Chriſtus tribus diebus:vt deſignetur *u* notitia Trinitatis,quam habent conſepulti cum ipſo: & tribus noctibus,quando deſtruimus patrem mendacij:cum mendacio eius filio,ſpiritu erroris prophetico.Monumentum etiam Chriſti eſt anima iuſti,in qua tamen variis modis exiſtit.*Matth.*27.*g.* Item ſacra ſcriptura:quo intrant Petrus,& Ioannes.*Ioan.*20.*a.*Monumentum etiam Chriſti nouum,erant corda Gentilium cum prima fide, & erat exciſum in petra, quum de illis lapidibus ſuſcitati ſunt filij Abrahæ. *Luc.*23.*g.* In ſepulturam eius erat vnguentum Mariæ,quando videlicet Gentes illi commoriuntur in baptiſmo.*Matth.*26.*a.* Sepulchrum autem Chriſti dicitur glorioſum.*Iſa.*11.*c.*quia *x* mors eius prædicata eſt in vniuerſo orbe.Sepultura iuſti,hoc eſt,Chriſti dicitur pace:quia eius caro non vidit corruptionem.*Iſa.*57.*a.* Iuxta Septuaginta. Sepulchrum etiam Chriſti mortui deſignat mentem cum fide mortua.

Sepulchrum Eliſæi poteſt etiam ſignificare *y* baptiſmum,in quo vitia noſtra ſepeliuntur,& nouus homo reſurgit.4.*Reg.*13.*d.*Conſepulti autem ſumus nunc Chriſto per fidem in ipſo baptiſmo,qui dicitur ſacramentum fidei. *Rom.*6.*a.Col.*2.*b.*

Sepulchrum dici poteſt *z* quies æternæ & intimæ retributionis:in qua tanto verius quieſcitur,quanto in nobis corruptionis vita perfectius necatur.*Iob.*5.*b.*

Sepulchrum Rachelis,eſt *aa* ſtatus contemplationis: deſignat autem Eccleſiam in Chriſto per baptiſmum ſepultam. Eſt autem in via:quia Eccleſia viatores habet, *Geneſ.*23.*d.*47.*g.* Eodem referri poteſt ſepultura nutricis Rebeccæ.*Gen.*45.*b.*1.*Reg.*10.*a.*Hoc ſepulchrum *bb* contemplationis, & quietis interioris Sancti gaudent inuenire.*Iob.*3.*d.*5.*d.*

Sepulchrum quod emit Abraham,quum proprium non haberet,deſignat *cc* iuſtos nihil aliud velle in terra, niſi locum,vbi ſepeliantur.*Gen.*23.*a.*

Sepultura Ioannis Baptiſtæ,deſignat *dd* deſertionem legis.*Matth.*14.*b.*ſepulta Debora ſubter quercum,deſignat ceſſationem legis per Chriſti crucem.*Gen.*35.*b.*

Sepulchra Prophetarū ſignificare poſſunt *ee* literalem hiſtoriam ſcripturæ Prophetarum,quæ ſenſum ſpiritualem velut corpora ipſorum continet. *Matth.*23.*c.* In hac litera legis dicuntur ſacerdotes Iudæorum excidiſſe ſibi ſepulchrum.*Iſa.*22.*e.*

Sepultura peregrinorum,in quam emptus eſt ager figuli,deſignare poteſt *ff* locum peccatorum.*Matth.*27.*a.*Vel ſignificat *gg* baptiſmum,in quod baptizati velut peregrini commoriuntur,& conſepeliuntur Chriſto,vel requiem in ipſo Chriſto,ſeu permanſionem quietis baptizatorum.*Luc.*23.*g.Rom.*6.*a.*

Tumulus interdum dici poteſt *hh* limbus,in quo Sancti patres quieſcebant.*Iob.*10.*d.*

Sepulchrum Moſis incognitum,deſignat ſtatum *ii* perfectiſſimæ animæ imperfectis eſſe ignotum.*Deut.*34.*b.*

Sepulchrum Gog,dicitur eſſe nominatum in Iſraël,*kk* quando in Eccleſia eſt memoria confuſionis,ſeu confutationis hæreticorum,*Ezech.*39.*c.*

Sepultura aſini ſepeliri,*ll* eſt inſepultum relinqui.*Ierem.*22.*c.*

Sepulchrum interdum *mm* eſt captiuitas.*Ezech.*37.*c.*Educam vos de ſepulchris veſtris.

Sepulchra concupiſcentiæ:vbi populus cōcupiuit carnes,eſt decimaterria manſio filiorum Iſraël in deſerto,quo venitur è Sina: quia *nn* poſt conſolationes diuinas & perfectas extinguitur omnis concupiſcentia carnis. Vel in malum,*oo* deſignat lapſum multorum poſtquam ſaturati ſunt carnibus. *Num.*33.*b.* A Septuaginta dicitur memoria deſiderij.Ipſa quoque concupiſcentia ſepulchrum dici poteſt.*Pſal.*77.*Iſa.*65.*a.*

Sepulchrum

a *Hie.ſ.Iſ.*29.
b *Iſy.ſ.Leu.*13.
c *Orig.ſ.Nu. hom.*7.*Hie.de manſ.*
d *Hie.ſ.Leu.*12.15.*Aug. ſ.pſalm.*44.
e *Gre.ſ.*1.*Re.*14.
f *Glo.int.ſup. Leu.*1.
g *Hie.ſ.Iſa.*56.
h *Glo.ord.ſu. Ezec.*41.
i *Hie.ſ.Iob.*41.*Gre.*33.*mor.*13.
k *Bed.ſ.Gen.*23.*Rup.*6.*ſ. Gen.*37.
l *Glo.inte.ſu. Gen.*25.
m *Aug.q.in. Gen.*161.
n *Rup.*8.*ſup. Regum.*13.
o *Ruper.*5.*ſu. Regum.*36.
p *Amb.ſ.Lu.*9.
q *Hie.ſ.Eze.*39.
r *Gre.*18.*mo.*7.
ſ *Amb. Luc.*9.*Gre.*4.*mor.*29.
t *Amb.ſerm.*57.*& de vir. & ſ.Luc.*23.
u *Ori.ſ.Rom.*6.*& ſ. Matt. hom.*35.*& in diue.ſhom.*2.
10.*Hil.ſup. Matth. cant.*2933.
x *Hie.ſu. Iſa.*11.57.*Bern. ſerm. poſt reſurrect.*
y *Ru.*5.*ſ. Re.*36.
z *Gre.*6.*mor.*29.
aa *Amb. epi. &* 2.*de Iacob.*7.*Augu. epi.*119.
bb *Gre.*5.*mo.*3.*&* 6.*mor.*14.
cc *Rup.ſu.*7. *Gen.*21.
dd *Hil.ſ.Mat. can.*14.*Ori.ſ. Matth. hom.*25.
ee *Hier.ſ.Iſa.*22.
ff *Ori.ſ.Mat. hom.*35.
gg *Hil.ſ.Ma. can.*32.*Amb. ſerm.*51.*Aug.* 3.*de conſen. euange.*7.
hh *Gre.*9.*m.*43.
ii *Phi. ſacri. Abel,& Cain*
kk *Hi.ſ.Eze.*39.
ll *Glo. ord. ſ. Ierem.*22.

mm *Lyr.ſ.Ezec.*37. nn *Orig.ſu.Num.ho.*27. oo *Hie.de manſio.*

Digitized by Google

Sepulchrum patens est guttur eorum, *a* qui proferunt verba mortis: & qui manifestè peccata depromunt absque vllo pudore,& etiam machinamenta & dogmata hæreticorum. *Psalm.5. Ierem.5.d. Rom.3.b.* Vel refertur ad voracitatis significationem,propter quam plerunque homines adulatione mentiuntur.Et mirabiliter dixit:Patens sepulchrum:quoniam semper inhiat illa voracitas,non vt sepulchra,quæ receptis cadaueribus muniuntur,Dicitur etiam de his,qui blanda adulatione trahunt ad se,quos ad peccata illectant, & eos quasi deuorant, quum in suam vitam conuertunt,& exanimes sunt,non habendo vitam veritatis.

Sepulchrum etiam patens in bonum,dici possunt *b* Apostoli,qui habebant Christum in corde & ore.

Sepulchra dealbata,dicuntur *c* habentes opera mortua, quæ videntur viua, quum non sint. Item ipsa corpora bene exculta,existente anima mortua. *Matth.* 23.*c. Psal.*48.67.

Sepulchra interdum significare possunt *d* magicas artes. *Psalm.*67. Qui habitant in sepulchris.

Tumulus mortuorum interdum significat *e* ipsum statum peccati,quo quis tenetur,quasi fine spe vitæ æternæ. 2. *Reg.*3.*d.*18.*d.g.*2. *Para.*34.*a. Ioan.*11.*a. Iob.*10.*d.* Ab his sepulchris educit Deus. *Ezech.*37.*c.* dicuntur Sepulchra etiam diuitiæ. *Psalm.*87.

Monumentum pessimorum,dicitur *f* desiderium impij. *Prouer.*12.*b.* quia desiderat præcedentes malos imitari: & de illorum vita atque actibus loqui:vel quia cum prioribus iniustis æternæ mortis carcere claudetur.

Monumentum Lazari,designare potest *g* occultationem Adæ,& peccatorum à Deo. *Ioa.*11.*e.* Sepulchro conditus dicitur peccator, quando ingenti mole & pondere consuetudinis obrurus est, & faciendo quod malum est, etiam se mala consuetudine implicat,vt nec ipsum malum intelligat,quin etiam defendat.

Monumenta dici possunt *h* corpora mortuarum animarum, quæ tunc aperiuntur, quum animæ resurgunt à peccatis, & quasi de ipsis exeunt animæ, quum è monumentis mortuarum animarum, fiunt corpora sanctarum. *Matth.*27. & *Luc.*8.*d.* Sepulchra etiam dicuntur corda reproborum, in quibus extinctæ à vita beatitudinis animæ, velut in sepulchris latent. Et iniquus ad sepulchra ducitur, quando in prauorum cordibus diabolus recipitur. *Iob.*21.*d. Psalm.*67.87.Et sepulchra Assur,sunt corda prauorum,in quibus mortuus iacet diabolus. *Ezech.*32.*d.*

Sepulchra vnde proiectus est Nabuchodonosor. *Isa.*13.*e.* significant *i* quietem,quæ non conceditur malis in inferno. Vnde non sepeliuntur,qui in infernum proiiciuntur. *Ierem.*25.*g.* Quandoque tamen sepultura dicitur pœna inferni. Et sepulchra interfectorum Assur,dicuntur esse in circuitu eius, quia decepti à diabolo, vel hæretico, erunt ei socij in inferno, qui & sepeliri dicuntur in nouissimis laci. *Ezech.*32.*e.* Vnde & diues sepultus est in inferno. *Luc.*16.*f.* Sepelit autem Memphis hæreticos, quia iuxta suas blasphemias hæretici puniuntur. *Hos.*9.*b.* Dicuntur autem hæretici sepeliri in interitu,*k* quia dum ad lucem veritatis non redeunt, in pœna perpetuæ intelligentiæ terrenæ deprimuntur. *Iob.*27.*c.* Sepulchra malorum,dicuntur domus eorum in æternum. *Psal.*48. quia non resurgent,vt habeant perpetuam vitam,sed vt damnentur in inferno.

Sepulchra vbi habitant hæretici,*l* sunt hæresiarchæ,vel errores eorum. *Isa.*65.*a.* Sepulchrum autem hæretici fit ipsum conflatile,quando erroribus suis ipse moritur,conuersus ad veritatem. *Nahu.*1.*d.*

Sepes,Sepire.

Sepes est,quæ obiecta prohibet introitum in agrum,aut in hortum. Sepire autem est sepibus munire.

Sepes vineæ dici potest *m* custodia Dei,vel etiam angelorum,& sanctitas Patriarcharum, & præterea Apostoli Prophetæ,& doctores Ecclesiam munientes. *Matth.*21.*e. Isa.*5.*a.*

Sepes etiam vineæ dici possunt *n* diuina præcepta,mentes fidelium munientia. Et præterea litera sacræ scripturæ spirituales intus continens sensus. Item dogmata Ecclesiastica. *Psalm.*88. *Eccle.*10.*d.*

Sepes quoque,quam ædificat Christus,aut Sancti:sunt *o* orationes,quibus nos ab ira Dei protegunt. *Isa.*58.*d.*

Sepes vineæ,hoc est,Hierusalem, dicitur *p* murus ipsius vrbis. *Matth.*21.*d.*

Sepes pudorem virginalem quandoque significare potest. *Eccle.*10.*b.* Qui dissipat sepem,mordebit eum coluber. In sepibus autem dicuntur esse,qui diuidunt,& separant virtutes à vitiis. *Luc.*14.*e.*

Sepes ex spinis,*q* doctrinam hæreticorum significare possunt,& spineta Philosophorum,vbi considerent locustæ. *Nahu.*3.*c.* Designant etiam schismata,quæ diuidunt Ecclesiam diuersis opinionibus, *Luc.*14.*e.*

Sepire possessionem spinis, *r* est mentem bonis solicitudinibus munire. Et sepire aures spinis, est contritione cordis,& timore iudicij mentem munire. *Eccle.*28.*d.*

Circumsepit Deus semitam,*s* quando quis transire ad securitatem cupiens,euadere flagella non valuit. *Iob.*19.*a. Thren.*3.*a.* Sepit etiam Deus vias meretricis spinis. *Hos.*2.*d.* quando dat animæ tribulationes,ne vltra sequatur peccata, & sepit maceria,ne possit appetitus implere.

Sepher.

Sepher,id est,*t* tubicinatio,seu tuba,vigesima mansio filiorum Israël,in deserto Pharan,vbi est mons,quò peruenitur post Ceelatha. Designat accinctum esse ad bellum,& tubam prædicationis exercere. Vel Sapher interpretatur *u* pulchritudo,& designat Christum,ad quem peruenitur per frænos & Ecclesiam. *Num.*33.*c.*

Sephora.

Sephora, id est *x* passer,obstetrix Ægyptia. *Exod.*1.*d.* designare potest diuinam sapientiam,quæ sublimia parit,vel legem spiritualiter intellectam. Vel Euangelium, vel etiam scientiam rationalem, qua mentes obstetricantur.

Sephora,id est,pulchritudo,vel placans,fuit vxor Mosis. *Exod.*18.*a.* designat *y* Ecclesiam,& quia reliquit Mosen autè in Ægyptum,designat impedimenta temporalia relinquenda à tractatibus res diuinas. Designat etiam *z* philosophiam mundanam coniunctam Mosi.

Septentrio,vide Aquilo.

Sequester,Sequestrare.

Sequester est,apud quem plures eandem rem,de qua controuersia est,deposuerunt:vt ipse decernat, vnde aliqui deducunt sequestrare.

Sequester fuit Moses inter Deum,& populum. *Deut.*5.*a.* Quando *aa* videlicet ipse referat verba Dei ad populum,& è diuerso,ipsa lex est velut sequester inter Deum & homines.

Sequi,Sectari,Subsequi.

Sequi, est post alium ire ad alium imitari. Sectari autem *bb* est frequenter, aut continuè sequi,vt fit,quum quempiam in sermonibus,in sententiis, in disciplinis, & cæteris factis sedulò perpetuoque sequimur, ac imitamur:vnde dictæ sunt sectæ Philosophorum.

Sequitur iustus Deum,hoc est,*cc* Christus obtemperans Patri. *Isa.*41.*a.*

Sequentes discipuli Christum erant *dd* secundum omnes virtutes ipsum pro viribus imitantes qui sequebantur,& vt fierent discipuli,& vt ad altiora mysteria admitterentur, *Ioan.*1.*f. Mat.*9.*a.*19.*c.* Sequebantur autem turbæ Christum,sed non sicut discipuli,vnde sequutæ sunt eum descendentem de monte, quem in montem sequuti non valebant. Sequentes autem turbæ, sunt fideles ex gentibus, vel simplices ex Iudæis. *Matth.*8.*a.* Sequentes autem Christum non laborant. *Ierem.*17.*c. Hos.*6.*a. Phil.*3.*e.* Sequentes ipsum exeuntem de Hierico, sunt præcedentes exemplum imitantes,vel postquam ille mundum reliquit, ad fidem venientes. *Matth.*13.*d.* Sequuntur autem oues pastorum imitando,*ee* non sequuntur verò alienum,hoc est,hæreticum,aut diabolum. *Ioan.*10.*b.* sequitur pes vestigia Dei,quum voluntas sequitur præcepta Dei. *Iob.*23.*c.*

Sequens Rebecca cum puellis seruum Abrahæ, designat *ff* accessum ad fidem & charitatem. *Gen.*24.*g.* Vel designatur Gentilitas sequens Christum,aut sermonem propheticum,& etiam minores animæ.

Sequentes mulieres Iesum à Galilæa. *Matt.*27.*f.* designant *gg* eos,qui deserto mundo adhærent Christo. Sequuta est etiam Hierusalem Deum in deserto. *Ierem.*2.*a.* Quia eius præcepto, populus Israël egressus est de Ægypto in desertum. Sic sequitur Deum in desertum,qui ingreditur religionem.

Sequentes satrapæ Philisthinorum arcam vsque ad terminos Bethsames. 1. *Reg.*6.*c.* designant prælatos curam subditorum habentes,donec doctrina & operibus perficiantur. Et sequens boues Saul. 1. *Reg.*11.*b.* designat prædicatorem habentem charitatem Dei,& proximi.

Sequi

Dogmata hæreticorum. Adulatio. Apostoli. Habentes opera mortua. Corpora exultata. Magica artes. Status peccati. Diuitiæ. Occultatio peccatorum à Deo. Grauis consuetudo. Corpora peccatorum. Corda reproborum. Requies nulla in inferno. Infernus. Hæresiarcha. Mori erroribus. Custodia Dei & angelorum Apostoli prophetæ & doctores. Præcepta. Litera legis. Orationes. Muri Hierusalem. Pudor virginalis. Doctrina hæreticorum. Schismata. Munire mentem. Flagella Dei. Dans Deus tribulationes Accinctus ad bellum Christus. Diuina sapientia. Lex. Euangelium. Scientia rationalis. Ecclesia. Impedimenta temporalia. Philosophia. Iex. Obedientia Christi. Imitari Christum. Venire ad fidem. Accessus ad fidem. Sequens Gentilitas Christum. Relinquere mundum. Ingredi religionem. Cura prædicatorum. Charitas prædicatoris.

a Ori.s. Can. hom.3.& s. Roman.3. Aug.s.ps.5.
b Am.ser.57.
c Ori.s.Matt. hom.25.Bas. s.psal.48.
d Hil s.psalm. 67.Euch. for. spir.5.Arn.s. psal.67.
e Hie.s.psal. 87.
f Bed.s. Prou. 12.
g Au.83. qu. 65.Cyr.7.su. Ioan.28.
h Ori.s.Matt. hom.35.Am. s.Luc.8.Hier. epi.Igno. vul. tu.Aug.s.psa. 87.
i Gre.9. mor. 50.& 15.mo. 29.Hie.s. Isa. 14.& s. Eze. 32.& s. Hos. & s.psa.48.
k Gre.16.mo. 7.
l Hie.s.Isai. 65.& s.Nah. 1.
m Ori.s.Mat. hom. 19. Hil. s.Matth.cant. 22.Hie.s. Isa. 5.
n Ori.s.Matt. ho. 19.Bas.s. Exod.hom. 5. Hie.s.Eccl.10
o Hie.s.Is.58.
p Hie.s.Matt. 21.
q Hie.s.Nah. 3.
r Aug. 2.con. Gauden.17. Amb.1.offi.3. & s.psa.18.s. 22.
s Gr.14. mor. 13.Hie.s. Isa. 23.Gre.34. mor.1. & ho. 36.
t Ori.s.Num. hom.27.
u Hie.de man sio.
x Ori.s.Exod. hom.2.
y Bed.s.Exod. 5. Gre. Nysse. de vita Mosis.
z Rup.1.s.Ex. 20.
aa Glo.ord. s. Deut.5.
bb Ori. s. Ro. 9.
cc Hie.s. Isai. 41.
dd Ori.s.Mat. cap.19. & h. 7.9.13.14.& in diuer.ho.5. Hil.s. Matth. can.14. Am. de vir.3. Aug.5.qu. in. euang.28.
ee Rup.2.s. Ioan.Cyr.7.s. Io.2.

ff Glo.ord. su.Gen 24. gg Ori.s.Matth.35. Lyr. s.Ier. 2. Gre s.1.Reg. 6. 11.

Digitized by Google

Intelligere legem ſpiritualiter. *Sectans Iſrael literam legis.* *Diligentia in pace ſeruanda.* *Sequi inſpirationem.* *Scandalizari* *Perſeuerare in errore.* *Sequi diabolum aut hæreticos.* *Prophetare de corde ſuo.* *Sequi vitia.*

Sequi portantem amphoram aquæ, eſt *a* ſequi Moſen ſpiritualiter intellectum. *Marc.14.b.* Sequuntur etiam rotæ animalia,& ſpiritum. *Ezec.1.a.3.a.*quia verba ſacri eloquij iuxta ſenſum legentium per intellectum creſcunt. In vna enim eademque ſententia alius ſola hiſtoria paſcitur, alius typica, alius verò intelligentiam per typum contemplatiuam quærit.

Sequens Barach Siſeram,ſed non aſſequens. *Iudi.4.* deſignat Iſraëlem, *b* qui ſectando legem iuſtitiæ in legem iuſtitiæ non peruenit. *Rom.9.g.*

Subſequi dicitur miſericordia aliquem,*c* per gratiam ſubſequentem. *Pſalm.22.*

Sequi dicitur ſapientia poſt induſtriam. *Eccle.10.b.*quia *d* magna opus eſt diligentia ad acquirendam, vel recuperandam virtutem.

Sectari dicitur pacem,*e* qui ea,quibus pax conſtare poteſt, etiam cum labore ſuo, cum damno, cum opprobrio quoque,& ſi ita neceſſe ſit,etiam cum periculo vitæ famæque cuſtodit. *Rom.14.*

Sequens Petrus Angelum. *Actor.12.b.* deſignat mentem ſequentem diuinam inſpirationem, & acceſſum contemplationis,etiam extra carcerem corporis.

Sequi non valens Ægyptius Amalecitam. *1.Reg.30.d.*eſt *f* peccator non valens ſequi mundum, qui conuerſus ſit dux Chriſti.

Subſequuta mors alicuius prægnantis eſſe dicitur, *g* per ſcandalum alterius. *Exod.21.c.* Hoc eſt ſequi turbam ad faciendum malum,quod eſt perſeuerare in errore. *Exod.23.a.*

Sequi dicitur meretrix amatores ſuos. *Hoſe.2.d.*quando *h* anima ſequitur diabolum, aut hæreticos. Et ſequitur alienum,qui audit diabolum,aut hæreticum. *Ioan.10.a.*Et ſequitur æſtum Ephraim, dum ſequitur diabolum, aut omnia bona & virtutis virorem exurentem, & etiam quum libidine quiſpiam corrumpitur. *Hoſe.1.* Sequi autem idola,eſt ſequi errores. *Ierem.2.b.*

Sequi dicuntur ſpiritum ſuum,*i* qui prophetant de corde ſuo:& etiam hæretici. *Ezech.13.a.*

Sequi dicuntur retributiones,*k* qui non dant,niſi vt accipiant,vel qui ſe vindicant. *Iſa.1.f.*

Sectari ebrietatem,*l* eſt ſequi vitia,& effectus inordinatos. *Iſa.5.c.*Sequitur iniquitatem poſt miſeriam,qui poſt mala,quæ pro correctione ſuſtinet,feruenti corde impatientiæ ſe facibus inflammat. *Iob.36.c.*

Diabolus tentans.

Sequitur oculos cor,*m* quum tentatio cõcepta intrinſecus,compellit ſibi extrinſecus oculos deſeruire. *Iob.31.a.*

Subſequens dicitur *n* diabolus adigens aliquem ad vitia,& errores. *Thren.1.b.*

Sequi dicitur infernus equum pallidum. *Apoc.6.b.*qui *o* expectat deuorationem multarum animarum.

Sera,valua.

Virtutes theologicæ. *Præcepta.* *Doctores.*

Sera,eſt inſtrumentum,quo clauduntur oſtia. Valuæ autem dicuntur geminæ portæ,quæ ſeris & repagulis retinentur,à voluendo dictæ.

Seræ portarum Hieruſalem, quas confortat Dominus. *Pſalm.147.* ſignificare poſſunt *p* virtutes theologicas, quas Deus confortat in anima. Item *q* repagula diuinorum præceptorum aduerſus impios munientia. Vel deſignant viros eruditos & prædicatores, quos inſtituit Dominus ad defenſionem Prophetarum aduerſus hæreticos. Vel quod in cœleſti Hieruſalem non admittentur,niſi qui erunt de prudentibus virginibus.

Seraphim.

Seraphim,id eſt ardentes,aut igniti:ſolet eſſe nomen ſupremi ordinis Angelorum, qui ab ardore charitatis ſic appellati ſunt.

Duo teſtamenta.

Seraphim duo. *Iſa.6.a.*deſignant iuxta Origenem, *r* Filium & Spiritum ſanctum. Verùm hoc eſt periculoſum, vt ait Hieronymus, ne videamur eos ponere minores Patre. Sed melius eſt vt dicantur duo teſtamenta: quæ incendunt in amorem Dei:& ſunt principium oris:quia in prima lingua ſunt tradita: vt videlicet Seraphim interpretatur ardor,aut incendium,aut principium oris eorum.

Apoſtoli. *Duplex creatura rationalis.* *Euangelium.*

Seraphim etiam iuxta Dominum, ſunt *ſ* Apoſtoli iuxta Chriſtum, qui erant ardentes, & incendentes,& clementes,hoc eſt,prædicantes Chriſtum. Vel deſignant duplicem creaturam rationalem, angelicam videlicet & humanam.

Seraph,vnus accendens,& mundans labia Iſaiæ,deſignat filium Dei, in humanitate apparentem, iuxta Originem. *t Iſa.6.b.*Vel eſt *u* Euangelium teſtamentum: vel eſt angelus faciens officium Seraphim, qui dicuntur incedentes,qui etiam purgare dicuntur inferiores:vel fuit Petrus Apoſtolus prædicans Iudæis.

Serenus.

Eccleſia electorum. *Remiſſio peccatorum.*

Serenus ſignificat tranquillum, & ſine nubibus & imbre exiſtentem aërem, quaſi ſationi aptum, ſolet autem ſerenitas tempus pacis,liberumque à turbine tribulationum ſignificare.

Serenum cœlum ſignificat *x* Eccleſiam electorum,hominum,ſine nubibus ignorantiæ & peccatorum. *Exo.26.c.*

Serenum,quod ſit apparente cœlo rubicundo veſpere, *y* remiſſionem peccatorum per ſanguinem Chriſti dandam. *Matth.16.a.*

Serere,vide Seminare.

Sericum.

Opera terrena.

Sericum Hebraicè dicitur Ramoth, quod viſio mortis interpretatur. Eſt autem ſericum genus veſtis delicatæ, apud Seres populos inuentæ: cuius fila ex arboribus colliguntur, diciturque Hiſpanicè, *Algodon.* Sumitur autem aliquando pro veſte bombycina, quæ fit ex filis, à bombyce verme confectis. Aliqui autem dicunt Ramoth eſſe lapidem precioſum,nempe coralium.Sericum autem in mercatu Tyri,deſignat *z* opera terrena,quæ ad interitum properant. *Exech.27.c.*

Sermo,Sermocinari,Eloquium,Verbum.

Chriſtus.

Sermo loquelam ipſam ex multis ſimul contextis verbis ſignificare ſolet:vt ſit conſertio orationis,& confabulatio duorum,vel plurium. Verbũ autem pro ſingulis partibus ſumi ſolet:peculiariter verò pro ea parte orationis, quæ dicitur verbum. Sæpe tamen ſermo & verbum pro eodem accipiuntur. Sermo autem interdum dicitur,quod eſt certum. *1.Reg.9.b.*Optimus ſermo tuus:veni eamus. Sententia *Gen.42.d.*Vt poſſint veſtros probare ſermones. Somnium. *Dan.2.a.*Sermo receſſit à me. Verbum autem,carmen. *Iud.15.d.* Quum hæc verba canens compleſſet. Clamor. *Iob.6.a.*Vnde & verba mea dolore ſunt plena. Contumelia. *2.Reg.19.d.* Nunquid pro his verbis non occidetur Semei? Imperium. *1.Eſdr.9.a.*Omnes,qui timebant verbum Dei. Iudicium. *Exod.23.a.*Et ſubuertunt verba iuſtorum. Querela. *1.Reg.11.b.*Narrauerunt ei verba virorum Iabes. Relatio. *2.Reg.15.*Cum audiſſet Rex Dauid verba hæc. Reſponſio. *3.21.a.*Indignans & frendens ſuper verbo.

Verbum dicitur *aa* Chriſtus,qui eſt verbum non tranſiens,quia ſemper manet in Patre,& dicitur verbum,quod miſit Deus in Iacob. *Iſa.9.b.*Et dicitur verbum oris Dei, quia à patre genitus, & verbum bonum è corde bono Patris prolatum. *Pſalm.44.137.Matth.17.c.Luc.6.g.*Ipſum eſt verbum rectum, quo cœli firmati ſunt. *Pſalm36.106.* in hoc verbo dedit Deus nobis ſpem. 118.Verbum Domini factum ad Ezechielem,eſt,quum Verbum caro factum eſt. *Exech.1.a. Ioan.1.a.*Ipſum eſt verbum abſconditum. *Iob.4.c.* Idem ſermo. *Deut.30.a.* Iuxta te eſt ſermo valde. *Sap.18.c.*Omnipotens ſermo tuus Domine.Qui vnum verbum cognouerit, multa verba cognoſcet. In vno multa ſunt,in multis vnum eſt.Probandum eſt igitur quomodo vnum verbum multa ſint, & multa verba vnum verbum ſit.Nec difficile doceri,cum dixerit Apoſtolus:Quia ipſe eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, in quo creata ſunt omnia in cœleſtibus & in terra, ſiue viſibilia & inuiſibilia, ſiue ſedes,ſiue dominationes, ſiue principatus,ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Vnum eſt igitur Verbum, quod operatur in ſingulis,& cum in ſingulis operatur,operatur omnia,& in omnibus. Hoc verbum vnicum apud patrem, ſe diffundit in plurima: quia de plenitudine eius omnes accepimus. Itaque ſi videas ſingula omnium, quæ creata ſunt in ipſo,videbis in ſingulis vnum verbum eſſe omnium,cuius pro captu noſtro participes ſumus. In verbum eſt humanum,in alio verbum cœleſte,verbum angelorum,plerique ſunt, qui habent verbum dominationum & poteſtatum. Verbum eſt iuſtitiæ,verbum caſtitatis, verbum prudentiæ,verbum pietatis, verbum etiam virtutis,ſic vnum verbum multa ſunt,& multa verba,vnum ſunt.

a *Ori. ſ. Matth.* 35. *Gre.ſ. Exec. hom.* 7.

b *Ori.ſ. Iudi. hom.*5.

c *Aug.epiſt.* 105.

d *Lyr.ſ.Eccle.* 10.

e *Ori.ſ. Rom.* 14.

f *Ric.de S. Vi.* 5.*de arc.myſt.* 13.*Gre.*5.*mo.* 29.

g *Glo.ord. ſu. Exod.*21. *Gre.hom.* 33.

h *Hie. ſ. Hoſ.* 2.*Rup.ſ. Hoſ.* 2.

i *Glo.ord. ſup. Ezech.*13.

k *Hie.ſ.Iſa.*1.

l *Hie.ſ.Iſa.* 5. *Gre.*16. *mor.* 38.

m *Gre.*21.*m.* 7.

n *Glo.ord.ſ. Thren.*5.

o *Au.ſ. Apoc. hom.*6.

p *Arn. ſ. pſa.* 147.

q *Hie.& Au. ſ.pſalm.* 147. *Euch.ſerm. ſpiritu.*8.

r *Orig.ſ. Iſai. hom.*1.4. *Hie.ad Pammachium & Oceanum & epi.Et factum eſt.Aug. epiſt.* 119.

ſ *Rup.*1.*ſ.Iſa.* 18.*Be.ſer.*3. *de verbis Iſa.*

t *Orig.*1.*pe-riac.*3.

u *Dio. cæleſt. Hier.* 4. *Rup.* 9.*de gloriſi. Trinit.*18. 18.

x *Auguſt. de eſſent.diui.*

y *Aug.*1.*q. in euang.*20.

z *Hieron.ſ. Exech.*27.

aa *Hie.ſ.Iſ.*9. *& ad Principiam.Baſi.ſ. pſal.*32. *Arn. ſ.pſal.*118. *Ori.ſ.Exec.*1. *Aug.de eſſen. diui.& ſ.pſal.* 44.*Gre.*5. *m.* 20.*Am.ſ. Pſ.* 118.*ſerm.*3.

Digitized by Google

Verbum Domini implendum,eſt *a* prædeſtinatio. 1.*Reg.*1.*d.*Et etiam promiſſio. 1.*Eſdr.*1.*a.* Vt compleretur verbum Domini. — *Prædeſtinatio Promiſſio.*

Verba decem fœderis,*b* ſunt lex & præcepta.*Exod.*34.*d.*quæ dicuntur verba labiorum Dei.*Pſalm.*16.Et verbum permanens in cœlo.*Pſalm.*118.verbum,quod miſit Dominus in Iacob.*Iſa.*9.*b.* Hæc verba dat Deus in ore prædicatorum.*Ierem.*1.*b.*Sermo quoque Domini dicuntur,quæ reuelata,aut præcepta ſunt à Domino.*Ge.*15.*d.Exo.*19.*b.* 24.31.*d.*35.*a.*Sic dicitur ſermo, quem iuſſit Dominus. *Leu.*8.9.*a.*Et ſermones Dei, ſunt veteris teſtamenti per nouum declarati.*Pſalm.*118.Hi ſunt ſermones veritatis,quibus detrahunt hæretici.*Iob.*6.*d.*Et ſermones ſancti.Et ſermones, quos ſcribi optabat Iob, ſunt doctrina noui teſtamenti. *Iob.*19.*c.*22.*d.*26.*d.* Dicuntur etiam verba oris Dei.*Pſalm.*138.Verba eadem erant in ſecundis tabulis,quas ſcripſit Moſes.*Exod.*34.*d.* vt deſignetur *c* idem contineri in lege noua,quod ſub veteris litera latebat. — *Lex Dei. Præcepta. Doctrina noui teſtamenti.*

Sermo ſancti Iſraël,eſt *d* prædicatio Chriſti.*Iſa.*5.*f.* Et eſt ſermo velociter currens. *Pſalm.*147. Verbum etiam ſumendo pro facto,ſignificat prædicationem Chriſti.*Exo.*2.*c.*9.*a.*Verba autem eius non tranſeunt,quia implentur *Matth.*24.*c Iob.*29.*d.*Verba eius dicuntur eloquia pulchritudinis.*Gen.*49.*c.* — *Prædicatio Chriſti.*

Sermo Domini nondum reuelatus.1.*Reg.*3.deſignat *e* nondum habitam doctrinam ad alios inſtruendos. — *Promiſſio gloriæ.*

Sermo Samuelis veniens vniuerſo Iſraëli ſignificat *f* ſermonem veritatis prædicatoris,vel promiſſiones æternæ gloriæ in nouo teſtamento factas, cum abiectione ſynagogæ.1.*Reg.*3.*a.d.*

Verba quæ diiudicat auris,ſunt *g* verba ſapientiæ,& doctrinæ.*Iob.*12.*b.*Verba quoque Apoſtolorum, ſunt eruditior doctrina.*Pſalm.*118.*Rom.*10.*d.*

Sermo Moſis, eſt ſermo legis veteris. *Exod.*32.*f.*33.*d.* Verba etiam ſignificant aliquando prophetiam. *Iſa.*9. Verbum miſit Dominus in Iacob. — *Sermo legis. Prophetia.*

Sermo Domini dicitur precioſus,hoc eſt,rarus. 1.*Reg.*3.*a.*quia *h* dum mali paſtores ſuperbiunt, auferuntur ab eis verba ſublimia,quæ etiam per ſuperbiam vellent dicere, ſed non poſſunt. Efficiuntur enim canes muti, non valentes latrare.*Iſa.*56.*d.*Vel dicitur precioſus,quia auditores boni quanto rarius habent, qui eis ſublimia prædicent,tanto ſolicitius ea recondunt,ceu precioſas margaritas.

Sermo peſſimus Domini, comminationes *i* diuinas & vindictam ſignificat. *Exod.*33.*a.* Et verbum aſperum erit ſententia iudicij,quia Chriſtus dicet malis.Ite maledicti in ignem æternum:& ſimilia ſpectantia ad punitionem malorum.*Pſalm.*90. — *Comminationes diuinæ. Vindicta Dei.*

Verba cantionum dici poſſunt *k* laudes Dei in ſtatu gratiæ decantatæ.*Pſalm.*135. — *Laudes Dei.*

Verbum breuiatum, eſt *l* fides, quæ in lege & ceremoniis fuſius tendebatur. *Rom.*9.*f.* Et verbum quo ſanatur puer,eſt eadem fides.*Matth.*8.*b.* — *Fides.*

Verba bona,& conſolatoria, ſunt *m* quæ quum dent nunc cognitionem Dei ex parte, promittunt in futurum quod perfectum eſt.*Zach.*1.*c.* — *Promiſſio perfectionis.*

Verbum aliquando pro falſo, aut mendacio. *Matth.*28.*c.* Diuulgatum eſt verbum. Et verba mendacia ſunt, *n* quæ Dei fauorem ſine pœnitentia promittunt. *Ierem.*7.*a.* Verba autem mendacia videntur diabolo, & membris eius verba bona & ſancta. *Exod.*5.*b.* Atque ita verbum, quod reprobant hæretici, eſt veritas Eccleſiæ. *Iſaiæ*39.*c. Iob.*15. — *Falſum. Veritas Eccleſia.*

Verbum abſconditum,eſt *o* alloquutio intimæ aſpirationis.*Iob.*4.*c.* qua dicitur. 1.*Ioan.*2.*d.* Vnctio docet vos de omnibus.Dicitur autem verbum abſconditum, quia ſentiri poteſt, ſed ſtrepitu loquutionis exprimi non poteſt. Sermocinatio autem Dei, dicitur eſſe cum ſimplicibus. *Prou.*3.*d.* quia illos cœleſtis ſapientiæ ſecretis illuſtrat, quos terreni faſtus,ac duplicitatis nihil habere conſiderat. — *Inſpiratio diuina.*

Sermo regni ad *p* dignitatem paſtoralem referri poteſt.1.*Reg.*10.*c.* — *Dignitas paſtoralis.*

Verbum ſæpè *q* pro re ponitur,& pro facto geſto aut opere:vt verbum quod non abſconditur à Deo,eſt res,vel opus.*Ierem.*32.*e.*3.*Reg.*3.*b.*Placuit ſermo coram Domino. 4. *Reg.*20.*c.* Non fuit verbum, quod non oſtenderit eis Ezechias. — *Res. Opus.*

Verba Abimelech,deſignant verba Philoſophorum.*Geneſ.*20.*b.*Idem deſignant verba Iethro.*Exod.*18.*c.* — *Verba Philoſophorum.*

Verba pacifica,quibus ſe mutuò ſalutauerunt Moſes & Iethro.*Exo.*19.*a.*deſignant coniunctionem Gentilium, & Iudæorum in vnitatem fidei. — *Coniunctio Gentium, & Iudæorum.*

Verbum eſt in corde,ore & manibus,*r* quum eſt in conſilio, verbo, & actione. *Rom.*10.*b.* Verba autem oris,dicuntur verba mentis.*Pſalm.*137. — *Verba mentis.*

Verba quæ in ventum proferuntur,ſunt *ſ* verba ociosa.*Iob.*6.*d.*16.*a.*Verba quoque potentia,& ad deprecandum compoſita,inanitatem orationis oſtendunt.*Iob.*41.*a.*Veraciter nanque orare, eſt amaros in compunctione gemitus,& non compoſita verba reſonare. — *Verba ociosa.*

Sermo diſplicens in oculis Samuelis,*t* eſt ſermo alienus à ſpiritu.1.*Reg.*8.*a.* — *Peruerſa doctrina.*

Eloquium Iudæorum & hæreticorum,*u* eſt peruerſa doctrina,& ſermo mendacij. *Iſa.*29.*a.*32.*b.* Hic eſt ſermo non loquendus in Sabbato.*Iſa.*58.*a.*Sermo autem Iudæorum,& Philoſophorum, dicitur altus:quando falſa dogmata eorum non percipiuntur.*Iſa.*33.*c.*Hi ſunt ſermones moliti,qui ſunt iacula, quando decipiunt. *Pſalm.* 54. Non eſſe ſermonem in lingua eſt non eſſe dolum.*Pſalm.*138.Verba autem iniquorum,& ſermo nequaquam, fuit Iudæorum in Chriſtum,quando dixerunt,Crucifige, crucifige. *Pſalm.*63.64. Dicunt hæretici verbum abſconditum,vt videantur docti apud imperitos.*Iob.*4.*c.*Verbum etiam aſperum,ſunt ſuggeſtiones dæmonum, & doctrina hæreticorum.*Hoſe.*10.*a.*Item verba increpantia,*Iob.*6.*d.*Verbũ quoque malum, eſt verbum hæreſeos, & opus peccati & infidelitatis. Sermo etiam nequam, ſunt inſultationes infidelium & malorum Chriſtianorum in bonos. *Pſalm.*63.

Sermonibus imperitis inuoluit ſententias, *x* qui & de Deo rectum, quod dicat nouit, & tamen de ſemetipſo dicta illius elatio ſtulta infatuat.*Iob.*38.*a.*

Verba præcipitationis,*y* ſunt verba quæ dixerunt Iudæi.Non habemus regem niſi Cæſarem. Sunt etiam verba quibus peccantes ſemetipſos præcipitant.*Pſalm.*51.

Verba delictorum,*z* ſunt cupiditates huius vitæ,& humani diei ſeu proſperitatis,& verba carnalium deſideriorum.*Pſalm.*21. — *Cupiditas huius vitæ & proſperitatis.*

Sero, Serotinus.

Sero, ſignificat tempus veſpertinum & tardum. Vnde ſerotinus. Serò etiam fieri dicitur, quod fit tranſacto tempore opportuno.

Serotinus imber dicitur,qui eſt in vere,quum omnia virent,& fructus apparere incipiunt. Deſignare poteſt *aa* tempus doctrinæ Euangelicæ,& prædicationem vltimi temporis,& dona Spiritus ſancti,& fruges beatitudinis,& perfectam cognitionem.*Iob,*29.*d.Ierem.*3.*b.*5.*f.Hoſ.*6.*a.Amos* 7.*a.Zach.*10.*a.* — *Tempus doctrinæ Euangelicæ. Dona Spiritus ſancti.*

Serò,ſeu veſpera,eſt diei finis,terminus laboris,hora quietis,tempus retributionis.Ad veſperam denarius accipitur,*bb* quia poſt conſummatum laborem,retributioniſque tempore, omnis ſenſus hominis ad perfectionis integritatem ſublimatur. — *Terminus laboris.*

Serotina admiſſura, vel conceptus. *Gen.*30.*g.*Significat eos,qui ſero volunt operari,& fiunt alba, quæ inde naſcuntur. — *Tempus inuentutis.*

Serò,quandoque *cc* iuuentutis tempus ſignificat.*Marc.*13.*d.*Sero an media nocte,&c.

Serotina terra, eſt *dd* mens quæ non recipit imbres doctrinarum, nec Euangelij diſciplinam, quæ plena erat ſentium,quia exculta non fuerat.*Ierem.*2.*f.* — *Mens inculta*

Serotinum triticum,& far,non eſt læſum à grandine.*Exod.*9.*g.*Poteſt autem ſignificare eos, qui non temerè ſe exponunt periculis,& tentationibus,vnde fit,vt minus lædantur,illis aduenientibus.

Seron.

Seron,id eſt,princeps mœroris vel cantans triſtitiam,aut planities, fuit princeps exercitus Syriæ. 1. *Mach.*3.*b.* Poteſt eſſe typus *ee* diaboli,& principis mundani,& ſuperbiæ. — *Diabolus.*

Serpere,

a *Gre.ſ.*1.*Re.*1.
b *Ori. ſ. Iere. hom.*1. *Hie.ſ. pſal.*16.*Hil.ſ. pſal.*118. *Gre.* 14.*mor.*26.
c *Glo.ord ſ. Exod.*34.
d *Ori.ſ.Matt. hom.*30.
e *Gre.ſ.*1.*Re.*3.
f *Gre.ſ.*1. *Re.*3.
g *Gre.*11. *mo.*4.
h *Gre.ſ.*1.*Re.*3.
i *Glo.inte.ſ. Exod.*33.*Ber. ſerm.*3.*ſ. Qui habitat.*
k *Arn.ſ.pſal.*135.
l *Amb. ſ. Ro.*9.*Hil.ſ. Mat, Can.*7.
m *Hie. ſ. Za.*1.
n *Lyr.ſ. Iere.*7.*Glo.ord.ſ. Exod.*5.
o *Gre.* 5. *mo.*20.*Bed.ſ.Pro.*3.
p *Gre.ſ.*1.*Re.*10.
q *Hie.ſ.Ieremi.*32.
r *Cle.Alex. adhor.ad Gen tes.Glo. int. ſ. Pſal.*137.
ſ *Gre.*7. *mor.* 24.& 33.*m.*27.
t *Gre.ſ.*1.*Reg.*8.
u *Hie. ſ. Iſai.*58.*Hil.ſ.Pſa.*118.*Aug.ſ.pſ.*63.90.*Gre.*8. *mor.*28. *Arn. ſ.pſalm.*90. *Hie.ſ.Iſa.*22. & *ſ.Hoſ.*10. *ſ.Eccle.*8.
x *Gre.*27. *m.*7.
y *Hil.*& *Hie. ſ.pſalm.*51.
z *Aug. epiſt.* 120.
aa *Hie. ſ. Ier.*3.& *ſ.Hoſ.*6. & *ſ.Amos.*7. *ſ.Zach.*10. *Gre.* 10. *mor.*2.
bb *Ricar. de S.Vict.de ſtat. hom.*36.
cc *Chr.ſ. Ma. hom.*30.31.
dd *Glo.int. ſ. Ierem.*2.
ee *Glo.ord. ſ.* 1.*Mach.*3.

Digitized by Google

Serpere, vide Reptare.

Serpens, Coluber.

Serpens, generale nomen est ad omnia, quæ serpunt citra pedum vsum: vel quæ tam exiguos habent pedes, vt repere potius quàm incedere videantur. Coluber autem est serpens, qui vmbras nemorum incolit, sicut anguis, & hydrus, qui in aqua degunt, sed confunduntur hæc vocabula.

Imago serpentis Christus.

Serpens aliquando sumitur pro imagine serpentis, vt serpens æneus, qui typus fuit *a* Christi: & vt non verus serpens, sed æneus suspensus est: ita Christus in veritate quidem corporis, sed sine veritate peccati susceptus speciem peccatoris. Sicut autem aspiciens serpentem æneum curabantur: ita credentes in Christum. *Num.* 21. *b. Ioan.* 3. *b.* Serpens etiam ex virga Mosis, est Verbum caro factum, rursus autem facta conuersio serpentis in virgam, designat Christum resurgentem. *Exod.* 4. *a.* Coluber in via, erat Christus in iudicio, comprehendens malos in nequitia sua. *Genes.* 49. *c.* Qua ratione coluber erit etiam in morte vniuscuiusque mali.

Crux Christi. Sapientia. Veritas. Temperantia Vis iudicatiua. Fortitudo. Prudentes.

Coluber etiam ex virga Mosis factus, *b* crucem Christi significare potest in qua apparuit sapientia Dei. *Exod.* 4. *a. b.* Vel designat *c* sapientiam, vel prudentiam, sicut admonet Christus discipulos, vt sint prudentes sicut serpentes. *Matth.* 10. *b.* Ipsa quoque veritas & spiritualis intelligentia serpens dici potest.

Serpens, vt est animal agilitate varium, vt cum primis callidum, pararúmque ad vim, quòd se facilè possit tueri à lacescentibus, *d* temperantiam, & partem animæ iudicatiuam significare potest, & fortitudine vitam præstantem. *Gen.* 49. *c.*

Serpentes dicuntur *e* prudentiam habentes, ad discernendum bonum à malo, qui non sunt pernicioſi ad nocendum, sed astuti ad cauendum, & tantum explorantes temporalem naturam, quantum sufficit, vt per ea, quæ ægrè caput attollit, grauatus depressúsque, subuertente supplantantéq; ipsum intemperãtia. Vescitur quoque non cibis cœlestibus, quos sapientia viris contemplatiuis per sermones & opiniones porrigit, sed his, qui quorannis è terra prouenium, vnde ortæ ebrietates, cupedinarij, gulosíque appetitus ventris. Postquam auctę totum hominem dederint huiusmodi studio, ea quoque, quæ sub ventre sunt, excitant, & in furores quosdam erumpere faciunt. Vnde venenum in dentibus circumfert, quia congestio ciborum, lethifera. Vocem humanam serpens emisisse dicitur: *g* quia plurimos sui studiosos, propugnatorésque voluptas habet. Et etiam serpens ipsa gula, quæ respectu iustæ necessitatis repit, & virus impiæ delectationis spargit. Serpens itidem suadens Euæ peccatum, suggestiones diaboli significat. *Gen.* 3. *a. Marc.* 16. *b.*

Voluptas. Gulæ. Suggestiones Diabolus.

Serpens decipiens Euam, *h* diabolum indicabat, qui veneno inuidiæ, genus humanum occidit. Et generaliter dæmones, sunt serpentes pennati & tortuosi. *Gen.* 3. *a.* 49. *c. Num.* 21. *b. Prou.* 30. *c. Eccl.* 10. *b. Isai.* 14. *g.* 27. *a.* 65. *d. Iere.* 8. *f. Amos*, 5. *f.* 9. *a. Mich.* 7. *d. Luc.* 19. *c.* 1. *Cor.* 10. *d.* Serpens autem non solùm tortuosus est, sed etiam lubricus. Qui ergo in rectitudine veritatis non steterit, meritò tortuosum & lubricum animal intrauit. *Iob.* 26. *c.* Sicut autem clementissimus pater puniens eum qui filium suum occiderit, & gladium, & ensem, per quem filius suus occisus est, destruit, & in multas partes diuidit: eodem modo & Deus egit. Quippe serpens quasi gladius diabolicæ seruiuit malitiæ, vnde & perpetua illi pœna intentata est. Quo per visibile & sensibile hoc ratiocinemur, & expendamus in quanta ignominia sit diabolus. Serpentem autem scriptura vocat diabolum, non quòd omninò talis sit formę, sed propter apparentem fraudis structuram. *Apoc.* 12. *c.* Serpentes etiam Magorum, quos deuorauit serpens Mosis, sunt dæmones deuorati, aut victi à Christo. *Exod.* 7. *d.*

Hæreses. Iudæi. Antichristus.

Designant etiam doctores erroris impedientes conuersionem fidelium. Demum serpentes pestiferò veneno inficientes, sunt hæretici prætextu veritatis decipientes: & etiam Iudæi, Christum occidentes, qui fuerunt velut viperæ, latens venenum & malitiam diffundentes. *Gen.* 3. *a. Iob.* 26. *d. Psalm.* 57. *Matth.* 3. *b.* 7. *b.* Coluber in via, sit Dan, id est, Antichristus, aut hæreticus, quia in præsentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi pascendo blanditur. Sed in via mordet, quia eos, quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. *Gen.* 49. *c. Amos*, 5. *f.*

Infidelitas. Deceptores. Indurati. Iracundi. Peccatum.

Serpens, vt suasit non credere Deo, typus est *i* infidelitatis. *Gen.* 3. *a.* designat etiam ipsos deceptores, retrahentes à fide, ideò opponitur pisci fidem designanti. *Luc.* 11. *b.* demum serpentes[1], sunt deceptores & fraudulenti, & etiam indurati, & furiosi, & iracundi, hi autem exeunt senium, quando conuertuntur. *Psal.* 57. *Matt.* 3. *b. Luc.* 3. *b.*

Serpens, est *k* peccatum, quod genus humanum depascebatur, quódque variis modis venenum hominibus infundit. *Num.* 21. *b.*

Mundani.

Serpentes Magorum deuorati à colubro Mosis, sunt *l* mortui seculi, seu mundani, qui deuorantur, quando per diuinam sententiam in infernum detruduntur. *Exod.* 7. *b.*

Mors.

Serpens, interdum est typus *m* mortis quia per serpentem hominem mors est illata. *Gen.* 3. *a.*

Serra, Serrare.

Serra, est instrumentum dentatum, quo ligna & lapides secantur. Sumitur etiam pro instrumento, quo triticum seu paleæ triturantur.

Grauior castigatio. Prædicatio.

Serra interdum dicitur *n* grauior Dei castigatio. *Isa.* 28. *g.* Vbi *gith* non serris trituratur, hoc est, leuiter peccantes non grauiter puniuntur.

Serrantia rostra plaustri. *Isai.* 41. *d.* designant *o* prædicationem corda dura diuidentem, & triticum à paleis separantem.

Diabolus. Hæreticus.

Serra etiam dicitur *p* diabolus, aut hæreticus, qui separare nituntur fideles ab Ecclesia, qui eleuantur contra Deum secantem. *Isai.* 10. *d.*

Sertum, vide Corona.

Seruare, Conseruare.

Seruare, est liberare, custodire, & diligenter obseruare. Item cauere, implere, præstare, reponere, & retinere.

Dans Deus felicitatem.

Seruauit Pater Filium *q* secundum humanitatem, qui tamen cum Patre cuncta conseruat. *Isai.* 42. *a.* 49. *c.* Conseruari autem petens Dauid. *Psal.* 15. designauit Christum in cruce ad Patrem clamantem.

Seruat Deus pedes Sanctorum suorum. 1. *Reg.* 2. *b.* quia *r* nisi ipse seruet, facilè cadunt. Seruat etiam vineam Meri, hoc est, synagogam, die ac nocte. *Isai.* 27. *a.* Seruat quoque depositum, & pacem fidelibus suis. 2. *Tim.* 1. *c. Isai.* 26. *a.* quia dat illis quietem animæ & corporis in fœlicitate.

Continens Ecclesia mysteria vtriusque testamenti.

Seruat sponsa noua & verera poma. *Cant.* 7. *d.* Hoc est, *s* Ecclesia continet mysteria noui & veteris testamenti. Sic enim nouum testamentum Ecclesia recipit, vt vetus non abiiciat, sic vetus veneratur, vt nouum semper in ipsis sacrificiis carnalibus per spiritum intelligat. Huc pertinet, quum Ioseph seruabat frumentum in vrbibus. *Gen.* 41. *d.*

Custodire virtutes. Aduentus, & Passio Christi.

Conseruare mares, est *t* custodire virtutes, vel occulta Dei mysteria scrutari. *Exod.* 1. *c.*

Seruare Eucharistiam.

Seruare agnum, vel hœdum immolandum phase, vsque ad quartam decimam diem. *Exod.* 12. *a.* aduentum Christi *u* Hierosolymam, & passionem eius designauit. Vel quod is, qui fuit prophetatus in Lege, & Prophetis, tanquam in decimo die, occisus est tempore Euangelij quadruplicis.

Cessatio figurarum.

Seruare manna in generationibus. *Exod.* 16. *g.* est *x* seruare Eucharistiam & mysteria in Ecclesia. Seruare autem in diem alterum, aut vsque ad Solis ortum, & non amplius, est aduenientе Christo, figuras veteris testamenti cessare.

m *Aug.* 3. *de Trinitat.* 10. *Bed. s. Exo.* 4. n *Hie. s. Is.* 28. o *Hie. s. Is.* 41. p *Glo. ord. su. Isa.* 10. q *Hie. s. Is.* 42. *& s. Ps.* 15. r *Gre. s.* 1. *Re.* 2. *Hie. s. Isa.* 27. *Glo. ord. su. Isai.* 16. s *Am. epist.* 8. *Gre. s. Can.* 7. t *Phil.* 2. *alle.* u *Glo. ord. su. Exo.* 12. x *Am. epi.* 62.

2 *Orig. s. Ioshu.* 4. *Amb.* 3. *de Spiritu sancto.* 9. *de Salomon.* 2. *& s. Ps.* 118. *ser.* 3. *Tert. aduer. Iudæos. Gre. Nyss. de vita Mosis. Aug.* 3. *de Trin. & s. psal.* 73. *& s. Ioan. tract.* 12. *Chry. s. Ioan. hom.* 26. *Cyr. de incarnat. vnige.* 14.

b *Amb.* 3. *de Spiritu sancto.* 9. *Aug. se.* 86.

c *Philo. de agricul. Ori. s. Ios. hom.* 4. *& s. Ezec. hom.* 1. *& s. Exod. hom.* 4. *Aug.* 13. *conf.* 21. *& 2. doct. Christia.* 16. *Hil. s. Matth. Can.* 10.

d *Amb. de fuga seculi.* 7. *& epist.* 42.

e *Bed. s. Gen.* 1. *Philo. de mundi opif. Cle. Alex. adhort. ad Gentes.*

f *Amb. de parad.* 21. *& epi.* 42. *Gre. su.* 1. *Reg.* 1.

g *Bern. ser.* 1. *Ascensio.*

h *Bed. s. Ge.* 3. *Ori. s. Io. hom.* 4. *& s. Cant. hom.* 4. *Amb. de par.* 2. *& s.* 1. *Cor.* 10. *Hier. s. Is.* 14. 27. 55. *& su. Ier.* 7. *& s. Ec.* 10. *Bas. s. ps.* 28. *Gre.* 17. *m.* 8. *Chr. s. Gen. h.* 12. 17. *Epiph.* 1. *cont. hær.* 10. 3. *Bed. s. Prou.* 30. *Cy. de inc. vni.* 14. *Hil. s. Matth. Cant.* 6. *Ambr. s. ps.* 118. *ser.* 6. *& de bene. patri.* 7. *Augu.* 2. *de Gen. con. Man* 25. *Hie. s. Iob.* 26. *Bed. s. Ge.* 3. 49.

i *Gre.* 31. *mo.* 18. *Au. epist.* 121. *& de verb. Dom. se.* 29.

k *Clem. Ale. adhor. ad Gentes.*

l *Hie. s. Eze.* 8 *Cyr.* 2. *s. Ioan.* 50. *Chry. s. Io. hom.* 26.

Digitized by Google

Seruat Deus filiis dolorem Patris, *Iob.21.c.* Vt *a* Pater acrius vratur, & dolor Patris carni filiorum reddatur, quatenus per filiorum pœnas mens patris iniqua puniatur. *Pater punitur in filijs.*

Seruat mandata Christi, *b* qui in eis faciendis perseuerat. *Ioan.14.c.* & dicitur seruare ficum, qui custodit legem Dei. *Prou.27.c.* Reprehenduntur autem sacerdotes, qui non seruarunt vias Domini. *Mal.2.b.* *Non nocere proximo.*

Seruare manus innoxias. *Gen.37.a.* est cauere ab homicidio, & effusione sanguinis fratris: demum cauere ab omni nocumento proximi. *Repressio diaboli.*

Seruantes filiæ Loth semen ex patre suo. *Gen.19.g.* designant *c* abundantiam temporalium & carnem, quæ seruant carnale semen in eis, quos inebriant. *Pœna reseruatur malis.*

Seruare dicitur Satan animam, *d* quando in eam irrumpere non audet, vt tentando eam superare cohibetur. *Iob.2.b.* Seruare quoque dicitur animam Christi, quasi ei dicatur, Licentiam contra corpus eius accipe, & ab electis illius, quos apud se ante secula ptæscions possidet, ius prauæ dominationis perde.

Seruati dicitur malus in diem perditionis. *Iob.21.d.* quando *e* non punitur in hac vita, sed imminet illi pœna æterna.

Seruire, Seruus, Famulus, Mancipium.

Seruire propriè ad seruos pertinet, dum heri præceptis obsequuntur. Est item seruire, ministrare. *Genes.25.e.* Maior seruiet minori. Obsequi. *Deus.15.d.* Per sex annos seruiui tibi. Significare. *Exod.4.f.* Dimitte filium meum, vt seruiat mihi. Subiici. *Deut.20.c.* Seruiet tibi tributo. Serui autem erant, qui in bello seruabantur, ne occiderentur: & fiebant ipsius seruantis. Iidem dicuntur famuli. Seruus etiam est seruilis. *Nehem.9.g.* Ecce nosipsi hodie serui sumus. Et subditus. *Genes.26.e.* Propter seruum meum Abraham. Seruitus autem, est latria, subiectio, obsequium, vinculum, vsus. *Patientia Dei Incarnatio. Angeli. Colere Deum Seruitus Iudæi Christianis, caro spiritui, vitia virtutibus. Christus seruiens pro Synagoga. Fidelis seruiens gratia Dei. Seruientes Iudæi reprobi diabolo, aut mundo.*

Seruire fecit Israël Deum in peccatis suis, *f* quia Deus ea patienter sustinebat. Vel ideò, quia filius Dei propter salutem Israël, & generis humani formam serui susceptt. *Isa.43.b.*

Seruientes Deo, sunt *g* Angeli. *Iob.4.d.* Ipsi sunt serui Patris familiàs, qui colligere volunt zizania. *Matth.13.c.*

Seruire interdum est colere: & seruire Domino in diebus Iosue, indicat *h* non posse quempiam cum lumine gratiæ seruire diabolo. *Iud.2.a.* Sic dicitur, 2. *Cor.6.c.* Quæ societas lucis ad tenebras.

Seruire dicitur maior populus minori, *i* quando Iudæi seruiunt Christianis, vel cum caro seruit spiritui, aut vitia virtutibus. *Gen.25.c. Galat.5.a.* Et seruiunt Hebræi Philisthiim, hoc est, Iudæi Christianis. 1. *Reg.4.b.*

Seruire Naas, *k* est ministrare corpori necessaria. 1. *Reg.11.a.*

Seruiens Iacob Laban. *Gen.29.d.30. 31.* designat *l* Christum, qui factus est seruus assumpta forma serui pro synagoga. Seruit etiam Laban, id est, gratiæ Dei, pro Rachel septem annis, sed datur illi Lia: deinde seruit pro Rachel aliis septem annis, vt intelligatur obseruatio septem beatitudinum. Seruiens præterea Iacob Laban, designare potest partem Iudæorum reprobam seruientem diabolo, aut mundo.

Seruire ad oculum, est *m* seruire in præsentia dominorum, vt illis placeant, & non ex bona voluntate. *Eph.6.b.* *Conuersio à prædicatore.*

Seruire dicitur carne legi peccati, *n* qui motus concupiscentiæ in carne habet, quos nollet habere. *Rom.7.d.* *Conuersio superborum.*

Seruientes hæreditario iure in æternum, *o* sunt hi, quos prædicator conuertit ad fidem, quos commendare potest discipulis, vt Paulus Timotheo & Tito. *Leu.35.g.* *Gentiles obtemperantes fidei.*

Seruit Rhinoceros Deo, *p* quum superbi & elati, & prauæ voluptatis campum vagantes, ab ipso Deo conuertuntur, & religantur vt pabulum vitæ accipiant. Et quum populus Gentilis obtemperat fidei. *Iob.39.* Seruus etiam Centurionis sanatus à Christo, significat Gentiles. *Luc.7.a.* Et serui Iacob, sunt Gentiles subiecti doctoribus Ecclesiæ. *Isa.14. Gen.30.g.* Sic seruiunt Ægyptij Assyrijs, vt prædicatores subditis. *Isa.19.d.* Famulæ quoque filiæ Pharaonis sunt animæ ardentium ex Gentibus. *Exod.2.a.*

Seruiens non vt seruus, sed vt mercenarius, aut colonus, *q* est, qui licèt fuerit in peccato, tamen per conuersionem pristinam recuperauit libertatem. *Leu.25.f.* *Resipiscens à peccato.*

Non dicitur seruisse Israël Deo in sacrificiis. *Isai.43.d.* quia *r* illa non erant pro se accepta Deo. *Peccare.*

Seruire Baalim, *s* est peccare. *Iud.2.b.* Et serui dominorum, sunt peccatis seruientes. *Psalm.112.* Seruiunt quoque diis alienis in terra non sua, qui docent errores in Ecclesia: vnde expelluntur, vt seruiant eis in terra non sua. *Iere.5.d. Iob.3.d.* Seruitus quoque idolorum, dicitur auaritia, quia vt idololatria aufert Deo gloriam, ita auaritia res Dei. *Col.3.a.* Seruire Chodorlahomor, *t* est seruire diabolo: & quinque reges seruire quatuor regibus, est per quinque sensus ministrare quatuor præcipuis affectibus animæ. Est autem verè seruus, qui seruit peccatis & affectibus, *Gen.14.a.* Serui Abimelech traditi Abrahæ erant, qui prius seruiebant concupiscentiis. *Gen.20.2.* Seruiunt etiam tributis, qui obtemperant affectibus. *Gen.49.c.* Seruitus autem dura, *u* seruitus Ægypti dicitur. *Isai.14.a. Gen.47. Exod.1.c.b.14.b.29.c. Leu.26.b. Ioan.8.d.* Et seruitus diaboli. *Gen.47.d. Iob.3.c.* Serui etiam Pharaonis, sunt ministri diaboli. *Exod.7.d. Psalm.134.* Dicentes autem filij Israël, se seruos esse Pharaonis, designant eos, qui reuertuntur ad vitia. *Exod.5.c.* Seruit inimicis suis, qui subiicitur dæmonibus. *Iere.7.a.* Seruire quoque Nabuchodonosor, est seruire diabolo. *Ierem.25.c. 27.b.* Item seruire populo Aquilonis. *Zach.2.c.* Seruientes filij Israël Ægyptiis, *y* qui prius erant liberi, sunt sponte se subiicientes diabolo, & peccatis, qui etiam si violenter opprimentur, non tamen libertatem suam in perpetuum perdunt, sicut Ægyptij, qui perpetuò se subdiderunt Pharaoni. *Gen.47.d. Exo.6.a.* Serui in equis, sunt peccatores in dignitatibus. *Eccl.10.b.*

Serui Regis sunt, *z* qui per abundantem iniquitatem sic se tyrannorum voluntatibus obligant, vt ab eis vlterius non recedant, item imitatores malorum. 1. *Reg.8.c.* Serui quoque Regis fiunt ipsi boni, quando sub malo prælato malè agunt. In bonum verò serui Reges sunt, qui in omnibus bono obtemperant prælato. Serui quoque Regis sunt, qui prælati vitiis obsequuntur. *Subijcientes se tyranno. Imitatores malorum. Obtemperantes bono prælato.*

Seruit Domino non in veritate, *aa* qui de bono opere temporalem mercedem à Deo expetit, quem falsò proposito in sua operatione non diligit. Seruit autem in veritate, qui non pro temporalibus eum diligit, qui etiam spiritu seruire dicitur. 1. *Reg.12.c. Ioan.4.d. Rom.1.c.* *Diligere pro temporalibus Christus factus homo.*

Seruitus Ioseph, designauit *bb* Christum qui formam serui accepit. *Gen.39.a.41.b. Psalm.80.88.104.* Eundem designat seruitus Eliacim. *Isai.22.f.42.a.43.b.49.a.52.d.* Et seruus Dei dictus Zorobabel, designat Christum secundùm humanitatem. *Agg.2.d. Zach.3.d.* Iob quoque dictus est seruus Dei in typum Christi. *Iob.1.* Seruiens etiam Iacob pro Rachel, est Christus, factus seruus pro Ecclesia. Seruiuit autem non pro Lia, sed pro Rachel, quia non pro vita actiua, sed pro contemplatiua. Idem seruisse dicitur pro vxoribus & liberis. *Gen.29.d.30.* *Christianus.*

Serui Dei dicti sunt *dd* Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, & Iob, propter creationem, & redemptionem & designant fideles in Ecclesia. *Gen.26.a. Exod.32.c. Iob.2.a.42.b. Psalm.11.134. Isai.41.b.44.a.55.d.65.c.* Et serui Dei in quibus Deus consolatur, sunt Christiani. *Psal.142.* Seruiunt autem Deo humero vno, *ee* qui Christi iugum suscipiunt, & qui in gloria cœlesti laudant Deum concordi charitate absque vlla diuisione. *Soph.3.b.* Seruus quoque emptitius dicitur Christianus, qui per baptismum suscepit redemptionis Christi sacramentum. *Exod.12.g.* Seruitus regia, in bonum, est seruitus Christi. *Gen.47.d.* Et serui iustitiæ, sunt serui Christi qui est iustitia, *Rom.6.c.* Notandum autem non paruam esse distantiam, quum relatiuè dicitur seruus Domini, vel absolutè seruus. Magnum quippe est tibi vocari seruum meum, ait Dominus. Idem cùm dicit seruus non manet in domo in æternum, non vtique dicit seruus meus. Ita cum dicit, iam non dico vos seruos, profectò idem est ac si dixisset. Iam non dico vos inimicos addit enim ex oppositio. Vos autem dixi amicos.

Serui Abrahæ significare possunt *ee* Apostolos & prædicatores. Item serui Isaac, & etiam serui Salomonis. *Gen.12.d.26.c.2. Reg.10.a.* Seruire etiam Ioseph, est seruire Christo. *Gen.43.d.44.d.* Et seruit semen Christi Deo, quum Apostoli & discipuli illi seruiunt. *Psal.21.133.* Serui autem quos misit paterfamiliàs ad agricolas, sunt *ff* Propheræ, qui dicebantur recipere fructus, quando per orationes suas offerebantur opera populi Domino. *Matt.21.c.* Iidem sunt qui mittuntur ad vocandos inuitatos ad nuptias. *Matth.22.a.* Vel serui primo loco missi sunt Apostoli: secundò verò loco successores eorum. Vel si seruus primò missus est vnus, est Moses. Serui verò secundò missi, sunt Prophetæ. Seruus etiam, quem misit Dominus ad vocandos inuitatos, est ordo prædicatorum. *Luc.14.d.* Serui quærentes puellam Dauid, sunt Prophetæ, quærentes fidem. 3. *Reg.1.a.* Serui Salomonis, *Apostoli & Prædicatores. Prophetæ.*

sunt

a *Gre.15.mo.22.*
b *Au.s. Ioan.tra.75. Bed.s. Pro.27.*
c *Lyr.s. Gen.19.*
d *Gr.3.m.13.*
e *Gre.15.mo.26.*
f *Lyr.s. Is.43.*
g *Glo. ord.su. Iob.4.*
h *Orig.s. Iud. hom.1.*
i *Orig.s. Gen.11.ho.12. Gre.s.1.Re.4. Tert. aduer. Iudæos.*
k *Gre.s.1.Re.11.*
l *Ruper.7.s. Gen.28. Bed.s. Gen.29 31.*
m *Glo. in.sup. Ephe.6.*
n *Auguſt. de Can.8.*
o *Isyc.s. Leu.25.*
p *Gre.31.m.2. Hie.s. Iob.39. & s. Is.14.19.*
q *Isyc.s. Leu.25.*
r *Hie.s. Is.43.*
s *Orig.s. Iudi. hom.2. Hie.s. Ier.5.*
t *Philo. de Abr. & quòd solus probus liber. Orig.su. hom.16.*
u *Hie.s. Is.14. Aug. s. Ioan. tra.41.*
x *Gr.4.m.42. Cyr.6.s. Ioan. 2. Fulgen.epi. 3.*
y *Gre.31.m.18. Cyril. de adorat. in Spiritu sancto. Bed.s. Exo.6.*
z *Gre.s.1.Re.8.*
aa *Gr.s.1.Re.12.*
bb *Arno.s. ps.104. Hier.s. Is.42. & su. Agg.2. Gre.2.m.22. Bed.s. Gen.30*
cc *Basil. s. ps.115. Hil.s. ps.134.*
dd *Ruper.2.s. Sopho.3. & s. Exod.22. & 11.s. Ioan.*
ee *Aug. epiſt.120. Amb.1.Rom.6.*
ff *Ori.s. Matt. hom.19.20. Hil.s. Matth. Can.22. Hil.s. Matth. 21.22. Aug. de verbis Do. ser.33. Gre. hom.36. Rup.s. Reg.2.*

Digitized by Google

ſunt Apoſtoli,& diſcipuli Chriſti ex Iudæis Serui Hiram,ſunt doctores ex Gentibus, qui ſunt cum ſeruis Salomonis,quia eidem operi conuertendorum populorum inſiſtunt.3.*Reg*.5.*b*.

Conſerui accuſantes ſeruum crudelem & ingratum apud dominum ſuum,deſignant *a* Eccleſiam condemnantem malos.*Matth*.18.*g*.

Serui regis de domo Dauid,ſunt *b* fideles ſub Epiſcopo degentes.*Ierem*.21.*a*. Famuli etiam regis,ſunt qui adhuc actiuæ vitæ ſtudiis ſub aliena cura inſeruiunt.1.*Reg*.8.*c*. Et ſeruientes ciuitati,ſunt miniſtrantes in Eccleſia. *Ezec*.48.*c*.

Serui Abrahæ,qui remanſerunt cum aſina,typum gerunt *c* populi Iudæorum,qui pro eo quod Iudæi non erant in Chriſtum credituri, ideo ad locum , vbi immolandus erat aſcendere vel peruenire non poterant. *Geneſ*. 22. *a*. Secundùm autem quòd erant duo,deſignant populum Iſraël diuiſum in duas partes,Salomone peccante.

Seruitus Chanaan,*d* deſignat miſeriam Iudæorum,& etiam ſeruitutẽ Ægyptiorum & malorum, vt nequitiam arguat conditio ſeruitutis.*Gen*.9.*d*.Sic Eſau conſtitutus eſt ſeruus Iacob,vt deſignetur malos & imprudentes naturaliter ſeruos eſſe bonorum,& eruditorum.*Gen*.25.*c*.27.*d*. Vbi etiam deſignatur appetitus, vel animalis homo, qui eſt maior,vel prior,qui ſeruus eſt rationis,ſeu ſpiritualis hominis.Seruit etiam maior minori,hoc eſt, ſuperbus humili,& quia maior eſt numerus malorum quàm bonorum.Seruiunt autem mali bonis,*e* vt tyranni Martyribus,& mallei auro,& clybanus pani coquendo.Seruus dominorum dicitur populus Iudaicus,ſeruiens Chriſtianis,baiulando legem & Prophetas.*Iſai*.49.*b*.

Seruus pontificis,cui abſciſſa eſt auricula,eſt *f* populus Iudæorum veteri ſeruiens ſacerdotio. *Matt*.26.*e*.*Ioan*. 18.*b*.Ideò pertinet ad illam vetuſtatem,quę in ſeruitutem generat,quæ eſt Agar.Sed quum auricula eſt ei reſtituta,deſignatur renouatio per Chriſtum facta.

Seruus Dei dictus eſt populus Iſraël:*g* quia Deo ſeruire debebat.*Iſai*.42.*d*.*Exod*.4.*f*.13.*c*.Debebant autem ſeruire ſoli Deo,ne admiſcerent praua opera.1.*Reg*.7.*a*.Seruire ſe dicens filius ſenior patri,deſignat Iudæos allegantes iuſtitiam legis,quum tamen iuſtitiæ Dei non eſſent ſubiecti.*Luc*.15.*g*.Non ſeruituram ſe dicens Hieruſalem. *Iere*.2.*d*.deſignat ſynagogam non velle ſubiici præceptis Dei,vt viri,*Iob*,19.*c*.21.*b*.32.*b*. *Pſal*. 135.

Seruus Hebræus qui non perpetuò ſeruit,eſt *h* diſcipulus doctori commiſſus:vel peccator pœnitens.Perpetuò autem ſeruiens propter amorem vxoris,*i* eſt qui diligit carnem ſuam, cuius gratia eſt in perpetua ſeruitute peccati.*Exod*.21.*a*.*Deut*.15.*c*.Seruus quoque ſempiternus eſt,qui perſeuerat in vita actiua.Item qui in infernum detruditur.Appetitus quoque debet eſſe ſeruus rationis in ſeculum.Seruit etiam ſex annis, qui laborat in vita actiua: & qui in hac vita perſeuerat in ſtatu peccati.Serui,& ancillæ ſunt, qui nobis ad diſcipulatum ſeipſos ſubdiderunt,vel à nobis empti ſunt de exteriori ſeruitio,*Leuit*. 25.*b*.

Serui dicuntur *k* qui adhuc timore benè operantur.*Gen*.32.*a*.*Exod*. 10.*a*.20.*b*.21.*a*.*Ioel*.2.*g*. Item qui per opera miſericordiæ robuſti ſunt in myſterium bonorum,1.*Reg*.8.*c*.Item qui vapulant ab eo, & oculos habent in manibus percutientis Domini.*Pſal*.122.

Seruus Abrahæ,qui deduxit Rebeccam ad Iſaac. *Gen*.24.*a*.typus eſt *l* ſermonis prophetici : & chori,Apoſtolorum,& prædicatorum,qui ducunt animas ad Chriſtum.Deſignat etiam Legem,per quam Eccleſia,ſponſa Chriſti, deſpondebatur:quæ propter antiquitatem ſeruus ſenior nuncupatur. Alij autem ſerui,qui erant cum ſeruo præcipuo Abrahæ,deſignant eos,qui pro temporalibus ſeruiunt Deo.*Gen*.24.*e*.

Seruus debens decem millia talentorum,deſignat *m* prælatos & doctores malos in Eccleſia.*Matth*.18.*c*.Prælati etiam ſunt ſerui, quibus committit paterfamilias bona ſua.*Matth*.25.*a*.Vel ſeruus accipiens quinque talenta, deſignat Iudæos venientes ad fidem.Accipiens autem duo,Gentiles:Accipiens verò vnum,Iudæos in infidelitate remanentes.

Seruitus peregrinorum,*n* humilitatem indicat,qualis erat in Abraham.*Gen*.15.*c*.18.*a*.

Famulus Domini dictus Moſes,deſignat *o* legem,quæ eſt velut Dei miniſtra.*Ioſ*.8.*f*.

Seruus Centurionis,qui præcepit,Fac hoc,& facit:eſt *p* corpus bene inſtitutum, obtemperans animæ. *Luc*.7.*a*. Hunc ſeruum ſi quis delicatè nutriat,ſentiet contumacem.*Prou*.29.*c*.

Serui Abimelech,qui abſtulerunt puteum aquæ ab Abraham. *Gen*.25.*e*.ſunt infideles, aut hæretici repudiantes myſteria.Iidem ſunt mancipia Tyri.*Ezech*.37.*c*.

Serui hominum dicuntur.1.*Cor*.7.*d*. qui *q* humanis ſe ſubiiciunt ſuperſtitionibus.

Serui ambulantes in equis , *r* ſunt qui ſeruiunt peccatis, aut qui ita ſunt humiles , vt ſerui reputentur. *Eccleſ*.10.*d*.

Seruus Dei dictus eſt Nabuchodonoſor. *Iere*.25.*b*.27.*a*. Non *ſ* quia bonus, ſed quia exequutus eſt voluntatem Dei in euertenda Hieruſalem. Sic ſeruus ſempiternus accipitur Leuiathan à Deo , quando & in hac vita vſibus electorum diabolus ſeruit , & poſtea æternis gehennæ ignibus ante eorum oculos mancipatur. *Iob*.40.*d*. Inuitus tamen ſeruit voluntati Dei,nec vnquam tranſit in adoptionem filij.

Famula eſt *t* anima operans ſpe mercedis æternæ,vel ipſa operario.*Exod*.21.*a*.

Famula Rachelis,eſt Bala.*Gen*.30.*a*.quia *u* phantaſmata ſeruiunt contemplationi.

Seruile opus,eſt *x* opus peccati.*Leu*.23.*a*.De quo Saluator ait.*Ioan*.8.*d*.Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati. Et ſeruiunt manus in cophino,quando quis exercet opera peccati,cuius efficitur ſeruus. *Pſal*.80.

Seſac.

Seſac, id eſt,*y* linum,vel byſſus tua,aut gaudium tuum,ſiue ſenarius tuus,Rex Babylonis. *Iere*.25.*e*. 51.*e*. Et ſumitur pro Babylone,& pro hoc mundo,cuius rex eſt diabolus.

Seth.

Seth,id eſt,poſitus,vel poſuit,aut iuxta Auguſtinum,reſurrectio, filius Adam natus poſt mortem Abel,Typus eſt *z* reſurrectionis Chriſti,ſicut Abel mortis eiuſdem.*Gen*.4.*a*.*Num*.24.*c*.*Luc*.3.*g*.

Sethim.

Sethim,*aa* id eſt,ſpina,eſt genus arboris in eremo ſpinæ albæ ſimile,colore & foliis, non magnitudine. Alioqui tam grandes arbores ſunt, vt latiſſima ex illis tabulata cædantur, lignúmque fortiſſimum eſt, & incredibilis leuitatis ac pulchritudinis,ita vt ex his etiam vaſa torcularium,quæ ἀρετιας καιθηλίας vocant,ditiſſimi quique,& ſtudioſiſſimi faciant,quæ ligna in locis cultis,& in Romano ſolo abſque Arabiæ ſolitudine non inueniuntur.Dicitur etiam Sitta,ex qua ligna arcæ , & tabernaculi facta ſunt inſtrumenta. Aliqui aiunt Sethim eſſe cedrum , & eſſe lignum illud,quod nos laricem dicimus, quamuis pro larice interpretatio noſtra habeat cedros.

Sethim vt ſunt ligna incremabilia & imputribilia,ſignificare poſſunt *bb* incorruptibilitatem vitæ, & fidei firmitatem, & vt ex illis conſtituitur tabernaculum, ſignificant Chriſti membra , ex quibus conſtituitur Eccleſia. *Exod*.25.*a*.27.30.36.37.*a*.38.*a*.

Columnæ de lignis Sethim,& vectes,ſignificare poſſunt *cc* Angelos,& doctores. *Exod*. 25.*b*.26.*f*.30.*a*. Sethim vt interpretatur ſpina,curas *dd* huius ſeculi ſignificare poteſt.*Mic*.6.*b*.vbi eſt nomen loci montis Sinai,vbi erant multæ arbores ſpinę albæ.Significat etiam ſpinas peccatorum,& voluptatum,à quibus exuuntur Sancti.*Exo*.26.*f*.

Sextarius.

Sextarius, eſt menſura,& dicitur eo quod ſit ſexta pars congij,ſeruiebátque hæc menſura tam liquidis, quàm aridis rebus.Continet autem ſextarius duas heminas. Aliquibus videtur tantùm eſſe menſura liquidorum.

Sextarius olei,menſuram fidei ſignificare poteſt,*ee* quæ nec plus,nec minus capit , quàm credendum eſt , quia exceſſus & defectus pertinet ad infidelitatem.*Leuit*.14.*b* 19.*g*.

Sexus,vide Genus.

Siba.

Siba,id eſt,exercitus vel militia,aut fortitudo,vel ceruus,ſiue nauis veniens,ſeruus Saulis & Mephiboſeth,qui detraxit domino ſuo coram Dauid,qua ratione typus eſt *ff* detractorum.2.*Reg*.9.*a*.16.*a*.

bb *Geor.Ven.can*.1.*tom*.7.*cap*.27. cc *Glo. ord.ſ.Exod*.25. dd *Glo. ord.ſ.Mic*.6. ee *Iſyc.ſ.Leu*.14. ff *Lyr.ſ*.1.*Re*.16.

Eccleſia condemnans malos. *Fideles ſub epiſcopo.* *Miniſtri Eccleſiæ.* *Iudæi.* *Iudæi ſerui Chriſtianorũ.* *Mali ſerui bonorum.* *Iudæi ſeruientes veteri ſacerdotio.* *Iudæus cum iuſtitia legis.* *Diſcipulus.* *Peccator pœnitens.* *Perſeuerans in vita actiua.* *Perſeuerans in peccato.* *Seruiens timorem.* *Sermo propheticus.* *Chorus Apoſtolorum.* *Lex.* *Seruientes pro temporalibus.* *Prælati.* *Iudæi.* *Gentiles.* *Humilitas.* *Lex.* *Corpus.* *Infideles.* *Hæretici.* *Seruiens peccatis.* *Humiles.* *Diabolus inuitus faciens voluntatem Dei.* *Bona operatio.* *Phantaſmata.* *Peccatum.* *Mundus.* *Reſurrectio Chriſti.* *Vita incorrupta.* *Fides.* *Membra Chriſti.* *Angeli.* *Doctores.* *Cura ſeculi.* *Peccata.* *Voluptates.* *Menſura fidei.* *Detractores.*

a *Au*.1.*qu.in euang*.15. b *Hier.ſ. Ier*.21.& *ſ.Ezec*.48. *Gre.ſ*.1.*Re*.8. c *Au.ſer*.71. *Bed.ſ.Ge*.22. d *Ori.ſ. Gen. hom*.16.& *ſ. Io.hom*.3. *Phil.de Reſip. Noe.Amb. de Iacob*.3. *Au. ſ.pſal*.46.78. e *Georg.Vene. Cant*.2.10.7. *cap*.4. *Bed.ſ. Ge*.9.25.27. f *Hil.ſ.Matt. Can*.31. *Au. ſ. Ioan. tract*. 112. g *Hie.ſ.Iſ*.42. & *epi.Beatit.* & *ſ.Ier*.2. *Gre.ſ*.1.*Re*.7. & 14.*m*.21. h *Ori.ſ. Gen. ho*.16. & *ſu. Ioſu.hom*.30. *Amb.epiſt*. 1. i *Phil*.2.*alleg. Hier.aduer. Iouin*.2. *Gre. ſ*.1.*Re*.8.& *ſ. Ezec*.3. k *Bed.ſ. Exo*. 21.*Iſy.ſ.Leu*. 25. *Greg.ſ*.1. *Re*.8. *Hier.ſ.Ioel*.2. *Au.ſ.pſ*.122. l *Ori.ſ.Gen.h*. 10. *Aug.ſer*. 75. *Bed.ſ.Ge*.24. *Rup*.6.*ſ.Gen*. 40. m *Ori.ſ.Mat. hom*.7.33. *Hil.ſ. Matth. Can*.27. n *Fulg.epi*.3. o *Ori.ſ. Ioſu. hom*.15. p *Caſſia. col*. 7.*cap*.5. q *Amb.ſ*.1. *Cor*.7. r *Hie.ſ.Eccleſiaſten*.10. ſ *Hie.ſ.Ie*.25. & *ſ.Iob*. 40. *Gre*.33.*m*.29 *Ru*.6. *ſ. Vict. verbi Dei.* t *Lyr.ſ.Exod*. 21. u *Bed.ſ. Gen*. 30. x *Iſyc.ſ. Leu*. 23. *Aug.de ſpiri. & lit*.15. & *ſ.Pſ*.80. y *Hier.ſ. Ier*. 26. z *Au*.15.*ciu. Dei*.18. *Bed.ſ. Gen*.4. aa *Hier.ſ. Iſ*. 41. & *ſ.Ioel*. 3. *Geo.Ven.can*. 1.*tom*. 4.*cap*. 32.& *tom*.7. *cap*.23.

Digitized by Google

Sibilare, Sibilus.

Sibilare, est sibilum edere. Sibilus autem est, qui fit ore, compressis dentibus & parum diductis atque constrictis labijs, quod solent facere, qui equos, & boues, & huiusmodi ad bibendum ducunt, vt libentius bibant, & solent pastores sibilo oues vocare.

a *Hier. s. Is.* 7

Sibilasse dicitur Deus, *a* quando monit & impulit Ægyptios, & Assyrios, & etiam exercitum Romanorum aduersus Iudæos. *Isai.* 5. *g.* 7. *e.* — *Puniēs Deus.*

b *Gr.* 5. *m.* 26. *Rup.* 5. *s. Reg.* 11. & *s. Zac.* 10.

Sibilus auræ tenuis, in quo auditur Deus, est *b* quum saporem incircunscriptæ veritatis cōremplatione subita subtiliter degustamus. 3. *Reg.* 19. *e.* Potest etiam designare primum aduentum Christi, quando latuit sub carnis infirmitate. Sibilus etiam pastoris boni, *c* est Christi, & prædicatoris vocantis oues, & Dei interius inspirantis. *Mich.* 6. *d. Zach.* 10. *c.* — *Inspiratio. Primus aduentus Christi.*

c *Hier. s. Mic.* 6. & *s. Zach.* 10.

Sibilare dicuntur boni Angeli *d* plangentes animas peccatrices. *Sopho.* 2. *d.* E diuerso dæmones sibilant, quando animam peccatricem irridēt. *Thr.* 2. *e.* — *Iudæi insultantes Christo.*

d *Hie. s. Soph.* 2.

Sibilant homines vulgi, *e* quum alicui insultant, ita sibilabant Iudæi in Christum crucifixum. Et vt sibilus est vox incondita, ita Iudæi non loquebantur, quia verbum Dei amiserant, sed sibilabant. *Thr.* 2. *e.*

e *Ambr. s. ps.* 118. *ser.* 15.

Sibilus draconis *f* est interitus carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. *Mich.* 6. *d.* — *Admiratio de interitu malorum.*

f *Hie. s. Mich.* 6.

In sibilum redacta est Iudæa, *g* hoc est, in contemptum & in stuporem. *Iere.* 18. *c.* 19. *b.* 25. *b. Ezech.* 37. *g.* Sibilat autem super peccatorem, aut super populum Iudæorum intuēs locus eius, qui admiratur eius interitum. *Iob.* 27. *d.* Et stringit os in sibilo, qui ad ea, quæ contempserat, verba spiritualia conuertitur, vt iam credere & prædicare incipiat, quæ prius, dum iniquum florere cerneret, non credebat. Nam fit plerunque, vt infirmorum animus de auditu veritatis trepidet, quando florere contemptores veritatis videt. Sed dum iusta vltio iniustos subtrahit alios à prauitate compescit. Vnde per Salomonem dicitur. *Prou.* 21. *b.* Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus.

g *Hie. s. Ier.* 6. *Gr.* 18. *m.* 13.

Sica, Sicarius.

Sica, est genus gladij breuioris. Sicarius autem, qui sica, id est, gladio hominem interficit, vel sicam maleficij alicuius gratia gerit. Sica, qua Ehud occidit Eglon, *h* sermonem Euangelicum designat, quo occiditur diabolus, aut peccator. *Iud.* 3. *d. Iere.* 50. *Actor.* 21. *g.* — *Sermo euangelicus.*

h *Glo. inte. su. Iud.* 3.

Siccare, Siccus, vide Arere.

Siceleg.

Siceleg, id est, effusio sextarij, vel mensuræ, aut coangustans sextarium vel mensuram: ciuitas Palestinorum, in qua habitauit Dauid profugus à Saule? quæ postea facta est tribus Iuda. *Isai.* 15. *e.* 19. *a.* 1. *Reg.* 27. *b.* Typus esse potest Gentilitatis, ad quam venit Christus, per suos discipulos, quæ coniuncta est Ecclesiæ per fidem susceptam. — *Gentilitas.*

Sicera.

Sicera, est apud Hebræos *i* omnis potio, quæ inebriare potest, siue illa quæ frumento conficitur, siue pomorum succo, aut aliquo alio genere.

i *Hieron. ad Nepotia.*

Sicera danda mœrentibus. *Prou.* 31. *m.* est *k* consolatio spiritualis, & doctrina tristibus & pœnitentibus proponenda, ne abundantiori tristitia absorbeantur. — *Consolatio spiritualis.*

k *Bed. s. Prou.* 31.

Sicera est *l* ebrietas omnium vitiorum, omnes continens passiones. *Isai.* 5. *e.* — *Passiones inordinatæ.*

l *Hier. s. Is.* 5.

Sicera inebriantur hæretici, *m* quando abuntur doctrina philosophorum. Est autem illis sicera confectio malitiæ & nequitiæ. *Isai.* 28. *b.* — *Abusus Philosophiæ.*

m *Hier. s. Isa.* 28. *Euc. for. spi.* 8.

Sichar, Sichen, Sichima.

Sichar, id est, conclusio, vel clausura, aut inebriatio, vel merces. Sichen autem interpretatur humerus, siue pars, vel labor, aut matutina vitia, Filius Emor, qui oppressit Dinam filiam Iacob. Ab eo dicta est ciuitas Sichen, quæ postea corrupto vocabulo, iuxta Hieronymum, dicta est Sichar. Videtur appellari Sichen per anticipationem, quando ait Moses Abraham venisse in Sichen.

n *Phi. de mig. Abr. Amb.* 1. *de Abr.* 2. & *de Abr.* 3. *de bene. patri.* 3.

Sichen, ad quam venit Abraham egressus de terra sua, vt interpretatur humerus, significat *n* iugum obedientiæ religiosum: & diligentem exequutionem, & labores. *Gen.* 12. *b.* 33. *d.* Designat etiam *o* bona opera, quæ dat Iacob Ioseph in hæreditatem. *Gen.* 48. *d.* Item opera Christi, quæ ipse diuidit fidelibus. *Psal.* 106. — *Iugum obedientiæ. Labores. Opera Christi.*

o *Hier. s. ps. al.* 106.

Sichen vt interpretatur humerus vbi pascebant fratres Ioseph oues, designat *p* legem veterem, quæ erat iugum graue. *Gen.* 37. *c.* Potest etiam typus esse infidelitatis Iudæorum: qui dorsum verterunt Deo. — *Lex vetus. Infidelitas Iudæorum.*

p *Amb. de Ioseph. Aug. ser.* 31.

Sichen præterea vt interpretatur humerus, generaliter designat *q* opera siue bona siue mala: & Sichen sacerdotes interficiunt alios, quando prauis operibus illos scandalizando occidunt. *Hos.* 6. *d.* Et diuiditur Sichima, quum bona opera separantur à malis. *Psal.* 59. — *Opera.*

q *Hie. s. Ho.* 6. *Aug. s. ps.* 59.

Sichen data à patre Ioseph in hæreditatem, designat *r* testamentum Iudæorum: cuius participes fiunt gentes & Samaritani. Vel designatur, quòd vbi fiebant stupra & vitia, traditum est Christo, vt illi deinceps seruiretur, ideò dicitur diuidi Sichima. *Psalm.* 59.

r *Basi. s. ps.* 59.

Sichen etiam interpretatur succollatio, & designat *s* corruptionem, seu ablationem prauorum affectuum. Hanc dat Iacob Ioseph exercenti se circa sensibilia. Cœpit eam Iacob arcu & gladio suo, hoc est, verbis vim secandi repugnandique habentibus. — *Ablatio prauorum affectuum.*

s *Phil.* 2. *alle.*

Sichen, vbi abscondit Iacob idola, designat *t* Gentilitatem. Et diuiditur Sichima, quum credentes ex Gentibus separantur à non credentibus. *Gen.* 35. *a. Psal.* 59. — *Gentilitas.*

t *Au. s. ps.* 59.

Sichen, vt interpretatur ebrius, typus est *u* diaboli opprimentis animam vagam, vel hæretici. Est filius Emor, hoc est, asini, & designat *x* temerarium volentem corrumpere iudicium mentis. Petit autem Sichen vxorem Dinam, quam corruperat: quia malignus spiritus festinat, vt licenter possideat animam, quam prius occulta seductione corruperat. Designat etiam hypocritam, qui laborat pro pudore & honore, non pro Deo, vnde circunci sus est, sed non pro Deo. Ideò filius asini, & competit illi interpretatio humeri, vel laboris. *Gen.* 34. — *Diabolus. Hæreticus. Temerarius. Hypocrita.*

u *Phi. de mig. Abra. Gre.* 2. *regist. epi.* 62.

x *Ricar. de S. victo. de* 12. *patriar.* 50.

Siclus, Stater.

Siclus, idem est, *y* qui stater, habet drachmas quatuor, drachmæ autem octo Latinam vnciam faciunt, ita vt vnus panis decem vncias habere dicatur. Estque siclus pondus & moneta, & habet viginti obolos, & sexaginta sicli faciunt mnam, quæ continet obolos ducentos. *Exod.* 30. *Leu.* 27. *c. Num.* 3. *g. Ezech.* 4. *c.* 45. *d.*

y *Hie. s. Ezec.* 4. 45.

Siclus sanctus, quo emendus est aries. *Leuit.* 27. *c.* Synceram *z* fidem significare potest. Sicli etiam dimidium fidem & obseruantiam præceptorum designat, quia valet decem obolos. *Exod.* 30. *b.* — *Fides. Præceptacharitatis. Opera excedentia legem.*

z *Orig. s. Leu. hom.* 3. *Glo. inter. sup. Exod.* 30.

Sicli duo dici possunt *aa* duo præcepta charitatis, sicli verò decem sunt operatio decem præceptorum, *Gen.* 24. *c. Exod.* 21. *d. Leu.* 5. *d.* Stater etiam significare potest opera maiora, quàm sunt opera legis. *Matth.* 17. *d.* — *Prædicatio.*

aa *Ruper.* 6. *s. Gen.* 42. *Am. epist.* 1.

Stater argenti *bb* prædicationem verbi Dei significare potest, propter sonoritatem argenti. 1. *Reg.* 9. *b.* — *Sapientia.*

bb *Gr. s.* 1. *Re.* 9.

Siclus Ambrosio dicitur *cc* didrachmum, & est typus sapientiæ. Et stater in ore piscis, designat sacram doctrinam, seu vtrunque testamentum, quod per confessionem fidei in ore habetur. *Matth.* 17. *d. Leuit.* 27. *d.* Peculiariter etiam designat quatuor Euangelia propter quatuor drachmas, quæ Euangelia fuerunt in ore Christi. — *Sacra doctrina. Quatuor euangelia.*

cc *Am. epist.* 1. *Hil. s. Matth. cap.* 17. *Hier. epi. Et factum est. Isyc. s. Leu.* 27. *Aug. s. ps.* 137.

Stater etiam in ore piscis, designat *dd* confessionem, quam obtulit Christus pro nobis, & habet duo didrachma, vt ostenderetur similitudo carnis, dum eodem & seruus & Dominus pretio liberantur. — *Confessio.*

dd *Hie. s. Mat.* 17.

Stater præterea in ore piscis, typus esse potest *ee* auaritiæ, & vt stater habebat imaginem Cæsaris, ita auaritia habet imaginem diaboli, non Dei. *Matt.* 17. *d.* — *Auaritia.*

ee *Ori. s. Ezec. hom.* 13. & *s. Mast.* 4.

Sicli aromatum quingenti, & ducenti quinquaginta. *Exod.* 30. *c.* Vide Appendicem, de numeris.

Sidon.

Sidon, id est, venatio aut insidiatio, siue viaticum, aut nauis iudicij, ciuitas Phiniciæ à Sidone filio Chanaan condita.

Sidon aliquando significat *ff* existentes sub lege. *Isa.* 23. *a.* Vel designat eos, qui securiorem vitam, & à peccatis liberam agunt, qui tamen à bonis operibus torpescunt, innocentiam sibi sufficere putantes. — *Existentes sub lege.*

ff *Gre. prol. mor.* 3. & 3. *past. adm.* 29.

Sidon sæpè significare solet *gg* Gentiles. *Gen.* 49. *c.* 3. *Reg.* 17. 9. *Zach.* 9. & *Matth.* 15. *b. Luc.* 4. *e.* — *Gentiles.*

gg *Ori. s. Luc. ho.* 33. *Hier. s. Zac.* 9.

Digitized by Google

Apostoli.

Sidonij vt dicuntur venatores, significare possunt *a* Apostolos & prædicatores, qui sunt venatores peccatorum, conuertendo eos ad pœnitentiam. *Genes.* 49. *c.*

Mercatores.

Sidonij quandoque dicuntur *b* mercatores propter multã negociationem, quam Sidonij exercebant. *Isai.* 23. *a.*

Dæmones.

Sidon, vt interpretatur venator, significat *c* dæmones venatores animarum, & etiam hæreticos, & mundum. *Iosue*, 11. *b. Isai.* 23. *a. Ezec.* 27. *b.* 28 *f.* 32. *g.* Sidonij præterea dicuntur, Iudæi persequutores fidelium, & ij, qui simplices decipere conantur, dæmones, siue homines.

Hæretici.

Mundus.

Iudæi.

Sidus, vide Stella.

Siene.

Siene, id est, gyrus: est *d* castrum Ægypti, vbi sunt Nili cataractæ, vsque ad quem locum Nilus, est nauigabilis. Designat id, vbi nil rectè nihilque stabile. *Ezech.* 29. *b.* 30. *b.*

Sigillum.

Sigillum, est parvum signum, quod imprimitur alicui rei, peculiariter ad claudendum.

Mysteria.

Sigilla libri, quem vidit Ioannes. *Apoc.* 5. *a.* 6. *a.* significare possunt *e* mysteria sub litera latentia, quæ cùm essent septem, peculiariter designarunt septem mysteria de Christo prophetata, quæ sunt, Incarnatio, Passio, Resurrectio, Ascensio, missio Spiritus sancti, vocatio gentium, aduentus ad iudicium. Vel sunt septem sigilla, quibus claudebatur diuinitas latens in Christo. Primum matris desponsatio, Secũdum infirmitas corporis, Tertium circumcisio, Quartum fuga in Ægyptum, Quintum tentationes, Sextum crux, Septimum sepultura.

Baptismus.

Sigillum etiam Christi dici potest *f* baptismus, quo in Christo signamur.

Signum, Significare, Signare, Signaculum.

Signum propriè, est parua quædam significatio indicans totius rei qualitatem. Interdum autem signum dicitur experientia. *Iud.* 6. *g.* Signum quærens in vellere. Fœdus. *Exod.* 31. *d.* Signum est inter me & vos, Miraculum. *Marc.* 16. *d.* Signa autem eos, qui crediderint. Similitudo. 1. *Reg.* 10. *a.* Venerunt omnia signa hæc in die illo. Vexillum. *Isai.* 5. *g.* 11. *c.* Eleuabit signum in nationibus. Significare autem, est signum facere: siue per signa notum facere, & demonstrare & ostendere. Signare verò est signum imprimere. Item confirmare. *Ioan.* 3. *d.* designauit, quia Deus verax est. Notare. *Iob.* 14. *d.* Signasti quasi in sacculo delicta mea. Sigillare. 3. *Reg.* 21. Signauit eas annulo suo. Signatum autem, est clausum. *Deut.* 32. *c.* Signata in thesauris meis. Distinctum. *Ephes.* 1. *c.* In quo & credentes signati estis. Impressum. *Psal.* 4. Signatum est super nos lumen vultus tui. Signaculum autem, est signum alicui rei impressum, vt lateat quousque referetur. *Apoc.* 5. *a.* Soluere signacula eius. Item signatorium. *Iob.* 9. *a.* Stellas claudit quasi sub signaculo. Sigillum. *Cant.* 8. *b.* Vt signaculum super brachium tuum. Porro signum *g* omnem prorsus consequentiam & ordinem rerum debet excedere: & nouum debet esse in omnibus, atque solemni modo diuersum, aliter verò signum esse non poterit. Sic dedit Deus signum. *Isa.* 7. *c.*

Passio, & crux Christi.

Signum sanguinis indicabat *h* passionem Christi. *Exod.* 12. *b.* Et signum coccineum, quod suspendit Rachab in fenestra, eandem passionem & crucem designabat. *Ios.* 2. *c.* Hoc est signum æternum, & signum positum in Sion, hoc est, in Ecclesia, *Isai.* 5. *g.* 19. *c.* 55. *d. Iere.* 4. *b.* 6. *a.* Et signum Ionæ fuit signum passionis, & mortis, ac resurrectionis Christi. *Matth.* 12. *c.* 16. *a. Marc.* 8. *b. Luc.* 11. *d.* Signum etiam serpentis ænei typus erat passionis Christi. *Num.* 21. *b.* In signum autem populorum datus est Christus cum cruce. *Isai.* 11. *c.* 13. *a.* 49. *f.* 66. *f.* Et ת quod interpretatur signum, typus erat crucis Christi. *Ezech.* 9. *b.* Vnde apud Samaritanos thau, est signum crucis †. Signum in frontibus. *Apoc.* 7. *a.* est aperta confessio fidei, & crux. Signum in bono, *i* est Resurrectio Christi, quæ est signum Dei viui in Angelo, & etiam resurrectio Fidelium. *Psalm.* 59. 85. Signum in profundum inferni, siue in excelsum supra. *Isa.* 7. *b.* Descensum & Ascensum Christi, hoc est, Incarnationem & Mortem, & Resurrectionem & Ascensionem significabat. Signa etiam Dei, à quibus turbantur termini terræ, designant *k* virtutem crucis, & alia Dei mirabilia, quibus visis compunguntur peccatores. *Psalm.* 64. Hæc sunt signa, quæ misit Deus in medio Ægypti. *Psalm.* 134. Signa etiam nunquam visa, ad tempus Christi, & ad diem iudicij referri possunt. *Exod.* 34. *b.*

Resurrectio, & ascensio Christi.

Mirabilia Dei.

Signa in Sole erunt, quando *l* Christus Sol iustitiæ obscurabitur ob modicam fidem, in Luna verò quum Ecclesia peccatis nostris obscuratur, in Stellis autem, quum sancti non lucent nobis. *Luc.* 21. *e.*

Fiducia sacerdotum in Deo.

Signum datũ Sauli, quòd vnxerit eum Deus. 1. *Reg.* 10. *b.* designat *m* fiduciam datam sacerdotibus, qua confidant se ordinatos esse à Deo. Eorum etiam signa sunt apparentia in eis dona Spiritus sancti. *Psalm.* 77. Et significatio, quam dat Deus timentibus se, est eius promissio. *Psal.* 59.

Donum Spiritus sancti.

Promissio Dei Apostoli.

In signa & portenta dati pueri, sunt *n* Apostoli, quorum doctrina & opera erant in stuporem Gentibus. *Isai.* 8. *d.*

Afflictio fidelium.

Quasi signum ad sagittam positus dicitur *o* esse fidelis populus hosti suo, quia semper eum hostis suis ictibus impetit, & suis persecutionibus affligit. *Thr.* 3. *b. Iob.* 16. *c.*

Porta cœli duodecim.

Signa cœli duodecim spiritualiter intellecta, *p* duodecim designant portas cœli. Nam arios & taurus offeruntur pro peccato, sine cuius purgatione illuc nemo intrare potest. Hinc deuenitur ad geminos charitatis actus, Dei scilicet & proximi, quæ bina charitas roboratur in brachiis fortissimis cancri, quibus homo complectitur omne obiectum diligibile. Postea mirum in modum efficitur validissima in leone animalium potentissimo. Quò deueniens homo, debilitat suum animal in seruitutem illud redigens, sterilèque reddit per virginem. Sed in libra ponderat vtriusque vires, & actiones, recogitans quotidie quæ sunt maiora & validiora opera, aut secundum spiritum, aut secundum carnem. Venit postea ad fœlicem scorpionem, qui mordeat cauda, id est, fine omnia opera mala, sicut mysticè præceptum fuisse legimus Mosi, vt serpentem & suggestorem malorum operum aprehenderet per caudam, videnſque quanta sit serpentis malitia, arrepto arcu & sagitta, feriat illum per sagittarium. Veniétque ad Capricornum Saturni domicilium. Deo vacans per contemplationem, mente intuens cœlum figuratum per pelles caprarum, ex quibus fieri tussum fuit coopertorium tabernaculi: & inde pergat ad aquas illas, quæ supra cœlos sunt, quarum porta est aquarius cœlestis: nam per aquas eleemosynæ & misericordiæ, quæ opera cœlestia sunt, deuenitur ad aquas diuinæ gratiæ, pietatis & sapientiæ, & tandem applicabimus ad pisces, qui in eisdem aquis nutriuntur, denotatos per pisces, quos comedit Christus iam in meliorem sortem per resurrectionem mutatos.

Virtutes cuiusque.

Signa secundum quæ castrametabantur filij Israël. *Num.* 2. *a.* dici possunt *q* vniuscuiusque virtutes, aut inclinationes.

Perpetua quies.

In signum perpetuum datum est sabbatum, & in fœdus perpetuum. *Exod.* 31. *c. Ezec.* 20. *b.* vt designetur *r* prius bona opera consummari debere, vt postea in perpetuum quiescatur.

Prædicatio Dei.

Signum quod non potest Hierusalem vltra dilatare. *Isa.* 33. *d.* est *s* prædicatio Dei. Vel prædicatio Antichristi, non valens vltra procedere. Vel dicitur de Sennacherib, qui non poterat contra Hierusalem præualere. Vel de Hierusalem non reædificanda.

Prædicatio Antichristi.

Significatio quam dedit Deus metuentibus se. *Psalm.* 59. sunt *t* tribulationes huius vitæ quibus admonentur fideles fugere à ventura ira. Signa etiam, quæ faciunt luminaria, sunt præcepta Christi, quæ docent fugere ab ira superuentura. *Gen.* 1. *b.*

Tribulationes huius vitæ.

Signum in manu. *Exod.* 13. *b.* est *u* quum id, quod in memoria habetur, ex præceptis Dei opere completur. Item cùm fides præfertur operibus, vt pendeant ex fide.

Præcepta Christi.

Signum positum in Cain. *Gen.* 4. *c.* designat *x* in Iudæis vel circumcisionem, vel legem quam seruant, vt testes sint eorum, quæ pro Christo nos allegamus. Designat etiam, quòd non auferatur malitia à terra, sed in ea perseueret Et signum fœdetis est arcus cœlestis: & etiam circuncisio. *Genes.* 9. *d.* 17. *b.* Signa enim data Mosi, indicant Iudæos signa quærere. *Exod.* 3. *c.* 4. *b* Signa autem sunt data eis in passione Christi. *Psal.* 134.

Implere præcepta.

Circuncisio.

Lex.

Signum quod leuauit Deus in nationibus. *Isai.* 5. *g.* est *y* vexillum belli contra Iudæos, vel vexillum Antichristi contra Fideles. Et signa quæ posuerunt Babylonij in templo, *z* sunt vexilla bellica in signum trophæi. *Psal.* 73.

Vexillum belli.

Signum datum Eli, quod filij eius morituri essent ambo in vna die. 1. *Reg.* 2. *g.* designat *aa* errorem pastorum, signum esse perditionis gregis.

a *Bed. s. Gen.* 49.
b *Ambros. de Elia.* 19.
c *Ori. s. Ezec. hom.* 13. *& s. Io. hom.* 14. 16 *Hier. s. Is.* 23. *& s. Ezec* 27. 28. *& s. Ioel.* 3. *Rup. s. Ioel.* 3. *Ricar. de S. Vict. de* 12. *patriarch.* 43.
d *Hie. s. Ezec.* 29.
e *Au. s. Apoc. hom.* 4. *Ru.* 4. *s. Apoc. Bern. ser.* 1. *de resurrect. Aret. su. Apoc.* 6.
f *Bas. in hom. baptismum.*
g *Chr. s. Mat. hom.* 5.
h *Orig. s. Ios. ho.* 3. *& s. ho.* 2. *& s. Matt. cap.* 16.
i *Ar. & Ba. s. ps.* 59.
k *Hier. s. Is.* 7. 19. 55. *& su. Ier.* 4. *& s. Ez.* 9. *Amb. serm.* 55. *Greg.* 33. *mo.* 1. *Cyr.* 8. *s. Ioan.* 17. *Aug. s. ps.* 85. *Rup.* 4. *s. Apo.*
l *Hie. s. ps.* 64. 134. *Glo. ins. s. Exod.* 34.
m *Gr. s.* 1. *Re.* 10. *Hil. s. ps.* 59.
n *Hie. s. Is.* 8.
o *Gre.* 13. *mo.* 9.
p *Geor. Vene. Cant.* 1. *to.* 8. *cap.* 18.
q *Ori. s. Num. hom.* 2.
r *Glo. int. su. Exod.* 31.
s *Lyr. s. Is.* 33.
t *Au. s. ps.* 59.
u *Glo. ord. su. Ex.* 13.
x *Au. epi.* 59. *& 12. contra Faust.* 13. *Phi. quod deterior potiori insidiatur. Ambr. de fug. sec.* 7.
y *Gloss. in su. Isai.* 5.
z *Euc. q. in ps.*
aa *Gr. s.* 1. *Re.* 2.

Digitized by Google

Signum in montibus, *a* est superba prædicatio hæreticorum. *Isai.18.a.Psal.73.* Et signa prostitutionis Hierusalem, sunt vitia non occultata, sed potius prædicata, *Ezech.16.c.*

Signum super collem dicitur, *b* quod ponitur in memoriam alicuius magni mali, aut boni transacti. Ita dicit Dominus ex persequutione Iudæorum paucos relinquendos, quasi signum & memoriale grauis castigationis Dei. *Isai.30.d.*

Signum superbiæ in capite Esther, *c* quod erat diadema, typus est iustitiæ legis Iudæorum. *Esth.14.d.*

Signaculum est *d* Christus, in corde quidem, vt semper eum diligamus, in fronte, vt semper eum confiteamur, in brachio verò, vt semper benè operemur. *Cant.8.b.* In corde quoque signaculum ponitur, quando fidei eius mysterium in custodiam nostræ cognitionis imprimitur. *Iob.38.b.* Signaculum etiam supra cor sponsi, est fortitudo animi in defensione scripturarum. Signaculum Zorobabel, est Christus, quia hunc significauit Pater. *Agg.2.d.* Signauit autem pater filium, *e* dando ei proprium quiddam, quo non confunderetur cum genere humano, sed per ipsum liberaretur genus humanum. *Ioan.6.e.* Vt ita esset illud, *Psal.44.* Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.

Signaculum quod restituetur. *Iob.38.b.* est *f* anima, quæ in Adam dissipata est, & per Christum restituta, & signaculo fidei insignita. Vel est Iudæa habens signata mysteria.

Sub signaculo claudere dicitur Deus stellas. *Iob.9.a.* quando *g* Sancti latent in hoc mundo. Vel quando prædicatores suos nunc Iudææ oculis subtrahit, quos postmodum ostendat. Vel quasi sub signaculo stellas claudit, dum prædicatores suos per silentium intra semetipsos retinens, cæcis iniquorum mentibus cœleste lumen abscondit.

Signaculum emptionis agri quem emit Ieremias, dici potest *h* crux Christi. *Iere.32.g.*

Signatus fons, dici potest *i* virgo, cuius puritatem nemo perturbat. *Cant.4.d.* Peculiariter autem dicitur de Virgine Maria.

Signati spiritu promissionis, *k* sunt, qui Baptizantur, & fidem suscipiunt. *Ephes.1.c.4.g.2.Tim.2.c.* Signaculum autem dicitur ipsa fides, & restituitur signaculum, vt lutum, quum eos, quos nunc fideles credimus, in persequutione fidei hostes inuenimus. *Iob.38.b.*

Signare legem, est *l* abscondere mysteria Iudæis. *Isa.8.c.* Et signatus liber erat sacra scriptura. *Isai.29.d. Apoc.5.a.10.b.* Erat autem signata scriptura Iudæis, præcipue vocatio Gentium, & ipsorum Iudæorum dissipatio: ne eam igni traderent, & vt Christi opus redemptionis impleretur. Aliis autem erat signata propter diuersitatem idiomatis Hebraici à Græco & Latino. Vnde in aliam linguam translatus, non plenè exprimitur. Signata etiam erat scriptura, propter varios & figuratos loquendi modos: ne porcis traderentur margaritæ.

Signantur, quasi in sacculo delicta nostra. *Iob.14.d.* quia *m* hoc, quod nos exterius agimus, nisi pœnitentia interueniente diluamus, in secreto iudiciorum Dei sub quadam occultatione seruatur, vt quandoque etiam de sigillo secreti exeat in publicum iudicij. Vnde etiam per Mosen dicitur. *Deu.32.e.* Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? In die vltionis reddam illis. Quum verò pro malis, quæ fecimus, disciplinæ flagello atterimur, & hæc per pœnitentiam deflemus, iniquitatem nostram signat & curat, quia nec inulta hic deserit, neque in iudicio punienda reseruat. Vel certè peccata nostra signantur in sacculo, quum mala, quæ fecimus, solicito semper corde pensamus. Sic dicebat Dauid. *Psal.50.* Iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum coram me est semper. Signat etiam in manu omnium hominum opera Deus, quia dum virtus incomprehensibilis maiestatis agnoscitur, ab vnoquoque subtilius sua vita pensatur. Vel quia sic Deus rationabilem creaturam condidit, vt quod egerit, ignorare non possit, siue prauum id sit, siue rectum. *Iob.37.b.*

Signaculum similitudinis dicitur *n* diabolus, quia suam conatur diabolus imaginem imprimere, Christus autem etiam est signaculum similitudinis, secundùm quod imprimit imaginem Dei. *Ezec.28.c.* Vel dicitur Lucifer signaculum similitudinis, ob expressionem. De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Angelo maius aliquid tribuitur, quum non ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum similitudinis dicit, vt quo subtilior est in natura, eo in illo similitudo Dei plenius credatur expressa.

Siim.

Siim fundantes Chaldæam, designant *o* pessimos dæmones instituentes prospera mundi cum multitudine vitiorum *Isa.23.c.* Hebraicè scribitur Ciim, quod *Psa.71.* ponitur pro Æthiopibus deserta incolentibus.

Silere, Tacere, Silentium.

Silere, est non loqui: quod & tacere dicitur, differunt tamen, quòd is silere dicatur, qui nondum cœpit loqui: tacere verò, qui iam cœpit. Confunduntur tamen hæc inter se. Silere autem interdum, est cessare à bello. *1.Mach.9.f.* Siluit terra annis duobus. Expauescere. *Hab.2.b.* Sileat à facie eius omnis terra. Expectare. *Iob.3.d.* Nonne dissimulaui, nonne silui? Negligere. *Esther,4.d.* Si enim nunc silueris. Quiescere. *Psalm.106.* Siluerunt fluctus eius. Idem etiam est tacere. Item vita carere. *Iob.3.b.* Nunc dormiens silerem. Repudiare. *Psal.27.* Deus meus ne sileas à me. Tacere etiam est differre. *2.Reg.13.d.* Nunc soror mea tace, frater tuus est. Obliuisci. *Isai.62.a.* Propter Sion non tacebo.

Silere quandoque est dissimulare: & silens Iacob iniuriam Sichen, designat *p* Deum dissimulantem peccata ad pœnitentiam. *Gen.44.a.* Silet etiam Deus in dilectione Sion, *q* quum non castigat, sed ignoscit, & expectat ad pœnitentiam. *Soph.3.d.Psal.49.Isai.42.c.57.e.65.a* Demum silere dicitur, quia non statim vindicat in proteruos: & quia nondum venit ad iudicium. *Psal.34.82.* Non autem silet nunc à præceptis: per quæ semper loquitur nobis. Tacere è diuerso dicitur Deus aliquando, dum non miseretur. *Isai.64.d.* Nunquid super his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?

Tacens Iob ad despectionem propinquorũ. *Iob.31.d.* designat *r* Christum tacentem tanquam ouem in passione.

Silentium Zachariæ vsque ad ortum Ioannis filij sui. *Luc.1.* designauit *s* cessationem Prophetarum in populo Israël. Vel taciturnitatem ænigmatum Prophetarum vsque ad ortum Ioannis & Christi, quando cœperunt manifestari. Silebant autem in populo Iudæorum, qui verbum Dei amiserant.

Silentium populi Hierusalem, ne responderent Rapsaci, designauit *t* non contendendum cum diabolo in tentationibus, nec altercandum cum hæreticis, ne fallantur simplices, *4.Reg.18.g.Isai.36.d.*

Silere dicitur terra à facie Dei; quia *u* nemo coram ipso gloriari debet. *Hab.2.d.Soph.1.b.* Ita silet omnis caro à facie Domini. *Zach.2.d.*

Silet à bonis, *x* qui bene sibi conscius falsis conuitiis non mouetur, non æstimans plus ponderis in alieno esse conuicio, quàm in suo testimonio. *Psal.38.*

Tacet, *y* qui se reum agnoscit, & compungitur. *Leuit.17.a.* Sic tacet Babylon. *Isa.47.b.*

Silentium non dandum Deo, *z* est non cessandum esse ab eius laudibus & orationibus. Sic non tacent custodes tota die & nocte. *Isai.62.c.* Et non tacent oculi, quum non cessant à fletu. *Iere.14.c. Thr.2.f.3.e.* E diuersò tacere dicitur, *aa* qui non confitetur peccata sua, nec laudat Deum. *Psal.31.*

Silere, *bb* est mentem à terrenorum desideriorum voce restringere. *Iob,3.d.* Silebit solitarius, reuelata sibi gaudens mysteria, vel non opus habens excusatione peccati, quod matura confessione præuenit. Vel silebit, quia non miscebit se iuuenibus tumultuantibus, & quia facilè sustinebit iniurias. *Thr.3.d.* Silent etiam, quia nullis prauæ actionis clamoribus perstrepunt. Omnis namque iniquitas apud secreta Dei iudicia habet voces suas, vnde scriptum est. *Genes.18.c.* Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est. Designatur etiam tranquillitas contemplationis. Silentium autem media hora, designat breue tempus huius vitæ. *Apoc.8.a.*

Silentium quietum in natiuitate Christi, incredulitatem incarnationis eius apud Iudæos designabat. *Sap.18.c.* Et conticescentes in tenebris impij, *cc* sunt Iudæi non confitentes Christum, sed persistentes in errore. *1.Reg.2.b.* Sic conticuit Moab nocte. *Isai.15.a.* Vbi etiam designantur dæmones cessantes à tentationibus, in cordibus verò peccatorum manentes. Silent etiam fluctus, *dd* cùm cessant tentationes. *Psal.106.* Et silens terra *ee* est quies à tentationibus. *Mach.7.g.*

Left margin: a *Hie.s.Is.18.* *Glo.ord.s.Ez.16.* — b *Hie.s.Is.30.* — c *Hie.s.Is.64.* — d *Ambrosi.de Isaac.8.* *Gre.29.m.2.* *Ori.s.Cant.7.* *Rup.s.can.7.* *Hie.s.Agg.2.* — e *Au.s.Ioan.tra.25.* *Ru.E.s.Ioan.* — f *Hie.s.Iob.38.a.* *Gr.29.mo.2.* — g *Hie.s.Iob.9.* *Gre.9.m.3.4.* — h *Hier.s.Ier.32.* — i *Amb.exhor.ad vir.* — k *Amb.s.2.Tim.2.* *Gre.29.m.2.* — l *Ori.s.Ezec.ho.14.* *Hie.s.Is.8.29* *Euthim.s.ol. in Psal.* *Au.s.Apo.ho.2.* — m *Gre.12.m.11.& 27.m.18.* — n *Ori.s.Ezec.hom.13.* *Gre.32.mor.24.* — o *Hie.s.Is.23.* — p *Hie.s.Soph.3.& s.Is.5.* — q *Au.s.ps.34.49.82.& de opibus.3.* — r *Gre.22.mo.17.* — s *Orig.s.Luc.ho.5.* — t *Cle.Ale.adhor.ad Gentes.* — u *Glo.ord.su.Soph.1.* — x *Am.1.offic.* — y *Glo.inte.su.Isai.47.* — z *Hie.s.Is.62.* — aa *Hie.& Gr.s.ps.31.* — bb *Ambro.de obit.Valen.* *Gre.5.m.6.7.& 30.m.24.& s.Ezec.ho.14.* — cc *Gr.s.1.Re.2.* *Hier.s.Isa.15.* — dd *Arno.s.ps.106.* — ee *Rica.de S.Victo.de vitio mutabilit.1.*

Right margin: *Prædicatio hæreticorum.* *Memoriale magni mali, aut boni.* *Iustitia legis Iudæorum.* *Christus in corde, in ore, & in operibus.* *Excellentia Christi super cæteros homines.* *Anima per Christum restituta.* *Iudæa.* *Ascensio sanctorum prædicatorum.* *Crux Christi.* *Virgo.* *Virgo Maria.* *Baptizati.* *Fides.* *Abscondere mysteria Iudæis.* *Clausa scriptura Iudæis & Gentibus.* *Seruas Deus peccata punienda.* *Memoria peccatorum.* *Cognitio sui.* *Diabolus imprimens suam imaginem.* *Perfecta imago Dei in Lucifero.* *Dæmones.* *Dissimulans Deus.* *Expectans ad pœnitentiam.* *Dans præcepta.* *Non misereri.* *Silentium Christi.* *Cessatio prophetarum in Israël.* *Fugienda tentationes.* *Non moueri conuicijs.* *Compunctio.* *Laudare Deũ.* *Orare.* *Confiteri.* *Tranquillitas à terrenis desiderijs.* *Cessare à peccatis.* *Tranquillitas contemplationis.* *Breuitas vitæ.* *Incredulitas Iudæorum.* *Cessantes dæmones à tentando.*

Digitized by Google

Quies Sanctorum post tentationes. Tacere pugnante Deo. *Exod.* 14.*d.* indicat *a* tranquillitatem, quæ habetur in tentationis fine. Et silens terra mortuo rege Babylonis, designat quietem Sanctorum eiecto diabolo. *Isa.* 14.*b.*

Gloria cœlestis. Sileret homo, & dormiens suo somno requiesceret. *Iob.* 3.*b.* dum *b* ad æternæ requiem patriæ ductus, quasi secessum quendam à clamore humanæ infirmitatis inueniret. Post peccatum namque quasi clamans vigilat, qui contentionem carnis propriè repugnans portat.

Doctrina Christi pacifica. Cum silentio vadunt aquæ Siloe. *Isa.* 8.*b.* quia *c* doctrina Christi est pacifica. Silentium quoque est cultus iustitiæ. *Isa.* 32.*b.* quia fides est in silentio. Silentium autem, in quo est fortitudo, est obedientia præceptorum Dei. *Isaia* 30.*d.* *Obedientia præceptorum.*

Desolatio Iudææ. Silentium Iudææ *d* desolationem eius indicat. Silentium autem habent Iudæi in scripturis, quando dant eis vanas interpretationes, nec ad spiritus veritatem attingentes. *Amos* 8.*a.* *Hosea* 4.*b.* *Vana interpretationes Iudæorum.*

Tacere dicuntur iusti, *e* non obmutescere. Contrà mali obmutescunt, vt Sadducæi, sed non tacent. *Matth.* 22.*d.* *Silentium prudentis Prædicatoris, & Christi.*

Tacet prudens prædicator tempore malo: *f* ne mittat margaritas ante porcos. Tacuit etiam prudens, quando Christus coram persecutoribus non aperuit os suum. *Amos.* 5.*c.* *Iob.* 2.*c.k.*

Silentium discipuli. Tacens adolescens est *g* prius discens quàm loquatur. Tacere enim eorum est, qui discere debent. *Thren.* 3.*d.* *Iob.* 6.*d.* 13.*a.* 29.*a.* 33.*d.* Sic taceant insulæ ad Deum, quum, relictis idolorum sermonibus, audiunt verbum Dei. *Isa.* 42.*a.*

Tacere debent de Deo peccatores: *h* quia non est speciosa laus in ore peccatoris. *Amos.* 6.*d.* Vel dicit. Tace, ne videlicet dicat aliquod verbum vnde peccator conuertatur.

Praua exempla Doctorum. Conticuerunt senes, *i* quum recta animi consilia perierunt. Et qui debebant docere populum, ob prauam vitam siluerunt. *Thren.* 2.*a.*

Non inuocare Deum. Silere in ciuitate munita, *k* est non inuocare Deum, confidendo in terrenis auxiliis. *Ierem.* 8.*a.*

Cessatio voluptatum. Conticescet dulcedo citharæ, *l* quando voluptates in fine mundi cessabunt. *Isa.* 24.*b.*

Silex, vide Lapis.

Siliqua.

Siliqua, est folliculus, siue integumentum leguminum grana includens, & si quid leguminibus est simile.

Verba inania Carmina Poetarum. Siliqua intus inanis, foris mollis, significare potest *m* exilem virtutem inanium hominum, verborúmque iactantiam, qui nihil prodesse possunt: sed inani quadam philosophiæ seductione animos audientium vanis phantasiis implent: sicut siliquis corpus non reficitur, sed impletur. Talia sunt carmina poetarum. Siliquæ etiam sunt ebrietas & luxuria, quibus saturari cupiebat filius prodigus. *Luc.* 15.*c.* *Ebrietas, & luxuria.*

Silo.

Silo, id est, dissoluens, vel discalceans, seu pax, aut abundantia, ciuitas in tribu Ephraim ad Septentrione Bethel, in qua primò post transitum Iordanis posita est arca cum tabernaculo testimonij, ibique mansit, donec capta est arca à Philisthæis. Videtur eadem cum Galgala, seu pars eius. *Iosu.* 2.*a.* 22.*b.* *Iud.* 21.*b.*

Sacra scriptura. Silo, vt ibi erat arca Domini, typus est *n* sacræ scripturæ. 1.*Reg.* 1.*a.* Secundum aliquos autem interpretatur missus, & est typus legis Mosis, qui missus fuit ad Pharaonem. *Exod.* 3.*b.* Venite autem dicitur id Silo, qui mittitur ad prædicandum. 1.*Reg.* 4.*a.* Et destructio Silo, est dissolutio cultus legis veteris. *Ierem.* 7.*c.* *Psalm.* 77. Repulit tabernaculum Silo. Potest etiam significare populum Iudaicum, vbi prius erat arca Domini, sed inde translata, non est illuc reducta, sed transiit ad Gentes, qua ratione interpretatur abruptio, seu auulsio. *Populus Iudaicus.*

Auelli à terrenis. In Silo, hoc est, in auulsione, vel excalceatione, offertur sacrificium Domino, quia *o* tunc offerimus sacrificium acceptum Deo, quum auellimur à terrenis, & soluimus calceamenta mortalitatis. 1.*Reg.* 1.*a.*

Obedientia Christi. In Silo, vt interpretatur missus, aut amissio, adorauit & immolauit Elcana, designans *p* Christum, qui tam viuendo, quàm moriendo Patri obediens fuit. 1.*Reg.* 1.*a.* De quo *Phil.* 2.*a.* Factus est obediens Patri vsque ad mortem.

Siloë.

Doctrina Christi. Siloë, id est, *q* missus, vel mittens, aut ramus, siue telum, nomen fontis, aut potius torrentis intra ciuitatem Hierusalem ad radices montis Sion: cui, quòd non aquis iugibus, sed diebus certis tantum ebulliat, piscinæ aut natatoriæ nomen datum est. Designat doctrinam Christi, quæ vadit cum silentio. *Isa.* 8.*b.*

Christus. Crux Christi. Apostoli. Siloë, id est, missus, designat ipsum *r* Christum, qui missus est ad tollendam nostram cæcitatem, ideo ibi illuminauit cæcum. *Ioan.* 9.*b.* Item *s* crucem Christi, per quam illuminantur oculi nostri. Potest etiam significare *t* Apostolos, & ministros Ecclesiæ, qui mittuntur ad baptizandum.

Simeon.

Obedientia. Simeon, id est, audiens, vel exauditio, secundus filius Iacob & Liæ, qui cum fratre Leui inuasit Sichemitas, ob stuprum Dinæ, qui postmodum ligatus fuit à Ioseph coram fratribus suis. *Gene.* 29.*g.* 34.*a.* 42.*f.* De eius tribu erant Scribæ, & Pharisæi.

Populus Christianus. Simeon vt interpretatur exauditio, in bonum sumi potest, quum quis audit Deum, & in malum, quum quis audit diabolum, qui dicit. Hæc omnia tibi dabo, &c. Generatur post Ruben, hoc est, post rectam intentionem, quia habita recta intentione, per obedientiam exequenda sunt opere mandata Dei, qua ratione designat *u* populum Christianum in Ecclesia, qui audit legem tempore noui testamenti. *Genes.* 29.*g.* *Iosu.* 19.*a.* Potest etiam designare *x* dolorem pœnitentiæ, qui sequitur timorem: vnde meretur exaudiri à Deo. *Dolor pœnitentiæ.*

Scribæ, & Pharisæi. Gula. Simeon, qui cum Leui inuasit Sichimitas, typus est *y* Scribarum & Pharisæorum, aduersus Christum, eiusque discipulos. Vel designat gulam cum luxuria, quæ inuadunt homines ociosos. *Genes.* 34.*d.* 49.*a.*

Exercentes opera misericordiæ. Ætas vetusta. Fuit alius Simeon senex iustus & timoratus, qui gestauit Iesum in vlnis, designans *z* exercentes opera misericordiæ. *Luc.* 2.*d.* Typus est etiam præsentis æui carnali sensu iam defessi, qui per nouum hominem renouatur, vt aquila.

Simia.

Simia, est animal figura proximè ad hominem accedens: quæ cauda caret: & humana opera exteriora & gestus plurimum imitatur.

Rationes hæreticorum. Hæretici. Philosophi. Simia vt imitatur hominem, *aa* falsas hæreticorum rationes significare potest, quæ veri similitudinem præ se ferunt: & etiam ipsos hæreticos, qui exterius Sanctos imitantur, vt decipiant: & præterea Philosophos. 3.*Reg.* 10.*d.*

Simila.

Simila, est farina alba, & flos, seu deliciæ farinæ triticeæ, vnde delicatius conficitur cibus.

Diuina sapientia. Simila cocta *bb* diuinam sapientiam significare potest & meliorem sortem diuinitatis, quam in Dei seruitio puro mundo, atque fideli diuina præstante gratia, comparamus. *Leuit.* 7.*a.* 9.*a.*

Christus. Caro Christi. Simila cum melle, *cc* est persona filij Dei, qui est granum frumenti factus homo, vt simila, est pinguedo tritici. Simila refertur ad humanitatem, mel ad diuinitatem. *Ezec.* 16.*c.* Et simila frixa oleo, est caro Christi à peccati labe mundissima, sed ob humanæ salutis amorem, crucis sartagine tosta. 2.*Reg.* 6. *Leuit.* 6.*c.*

Puritas. Sapientia. Litera cum spiritu. Simila in sacrificio Domini misceri solita, *dd* puritatem, cognitionem Dei, sapientiam, & mysteria Christi, ac etiam theologiam significare potest. *Genes.* 18.*a.* *Exod.* 29.*a.* *Leuit.* 2.*a.* 5.*c.* 6.*b.* 7.*a.* 24.*a.* Et simila cum melle designat delicatos sensus sacræ scripturæ, vel literam cum sensu mystico. *Exod.* 16.*g.* *Ezech.* 16.*c.* Abraham offert panes ex simila: quia magis spiritualis. Lot verò ex farina, qua non ita penetrauit secreta. Vel Simila, est crassior cognitio: farina verò subtilior: qualis in Euangelio. Miscetur cum oleo, nempe misericordiæ.

Confessio Trinitatis. Confessio diuinitatis, & humanitatis. Tres decimæ similæ, significant *ee* confessionem Trinitatis, & etiam humanitatis Christi. *Leuit.* 14.*b.* Duæ verò decimæ similæ, concessionem diuinitatis & humanitatis in Christo. *Leuit.* 23.*b.* 24.*b.*

Mens iusti. Simila frixa in sartagine, est munda mens iusti zelo, sancti amoris cremata, *Leuit.* 7.*c.*

Ecclesia. Communis vita. Simila præterea *ff* ipsam Ecclesiam, & communem vitam significare potest. *Genes.* 18.*a.* *Leuit.* 2.*a.*

Leuis pœnitentia. Simila, quæ offertur à non valente offerre turtures vel columbas, est *gg* adeò leuis pœnitentia, vt dubium sit an sufficiat, vnde non illi superfunditur oleum, cùm dubitetur, an misericordia & compassione dignus sit, nec ponitur thus, quum nesciatur vtrum boni odoris sit eius oratio, quam frequenter præuaricatus est. *Leuit.* 5.*c.*

a *Glo. inter. su. Exo.* 14. *Hier. s. Is.* 14. b *Gre.* 14. *mo.* 30. c *Hie. s. Is.* 32. d *Hie. s. Amo.* 3. & *s. Ho.* 4. e *Ori. s. Matt. hom.* 23. f *Hie. s. Am.* 5. *Ru. s. Amo.* 5. g *Ambr. s. Psf.* 118. *ser.* 2. *Hie. s. Isa.* 42. h *Lyr. s. Am.* 6. i *Glo. ord. su. Tor.* 2. k *Glo. inter. s. Iere.* 8. l *Hie. s. Is.* 24. m *Am. s. Luc.* 15. *Hier. epist. Beatit.* n *Gre. s.* 1. *Re.* 4. *Ru. s.* 1. *Re.* 17. o *Ori. s.* 1. *Re.* 1. p *Glo. ord. su.* 1. *Reg.* 1. q *Hier. s. Is.* 8. *Epiph.* 1. *cont. hæresiarch. tom.* 3. r *Aug. ho.* 43. *Cyr.* 6. *s. Ioan.* 15. s *Cyri. s. Ioan. ho.* 56. t *Ori. s. Isaiæ. hom.* 6. *Amb.* 3. *de sacr.* 2. u *Orig. s. Iosu. hom.* 14. *Georg. Venet. Cant.* 2. 10. 7. *cap.* 8. *Bed. s. Ge.* 30. x *Ricar. de S. victo. de* 12. *patriar.* 9. y *Ori. s. Gen. hom.* 17. *Amb. de ben. patriarch.* 3. z *Bern. serm. par.* 8. *Fulgen. ad Trasimum.* 1. aa *Hie. s. Is.* 1. bb *Geor. Ven. Cant.* 2. 10. 3. *cap.* 10. cc *Hie. s. Eze.* 16. *Super.* 1. *sup. Matt.* dd *Ori. s. Leu. hom.* 2. 13. & *s. Eze. hom.* 6. *Ambr.* 1. *de Abra.* 5. *Isyc. s. Leu.* 2. 6. 7. *Bed. s. Exo.* 16. *Ruper.* 1. *s. Leu.* 8. ee *Isyc. s. Leu.* 23. 24. ff *Gre. s. Eze. ho.* 12. *Glo. inter. sup. Gen.* 18. gg *Isyc. s. Leu.* 5.

Digitized by Google

Similis, Similitudo, Assimilari, Dissimilis.

Similia dicuntur, quæ eadem affecta sunt qualitate, & vnum assimilatur alteri, quando similem acquirit qualitatem, ceu affectum. Dissimilia verò contrario se habent modo.

Assimilatus est Deus in manibus prophetarum. *Hos.*12.*c.*quia *a* per multas similitudines se manifestauit.

Similis Mosi dicitur Propheta suscitandus,hoc est, *b* Christus, nempe secundum carnem,non secundum maiestatem. *Deut.*18.*d.*

Assimilauit Deus Cyrum. *Isa.*45.*a.*quia *c* fecit ipsum præcedere in figura Christi,& prædicatorum.

Verbum incarnatũ author mundi.

Similitudo manus hominis in visione Cherubim, designat *d* verbum humanatũ authorem & operatorem esse mundi. *Ezech.*1.*b.* Similis Iob,hoc est, *e* Christo non fuit in terra. *Iob.*1.*b.* quia ipse Deus & homo: & filius Dei per naturam,quum alij sint per gratiam, & solus sine peccato.

Imitatio Christi.

Similitudo Dei in homine, est *f* secundum mores & charitatem, erit autem principaliter in gloria.*Genes.*1.*c.* 1.*Ioan.* 3.*a.*

Fides.

Similitudo hominis in animalibus designat *g* imitationem Christi,quam habebant Euangelistæ,& alij Sancti. *Ezech.*1.*b.*Assimilari etiam dicitur in nomine Israël, *h* qui verè est Israëlita per fidem. *Isa.*44.*a.*

Imitatio cœlestium.

Similitudo tabernaculi,vel sanctuarij, quam ostendit Deus Mosi.*Exod.*25.*a.* est *i* imitatio cœlestium ciuium in charitate Dei & proximi.

Conuersio Iudæorum in fine mundi.

Similis facta caro manus Mosis, carni reliquiæ,quum prius esset leprosa.*Exod.*4.*b.* designat *k* Israël prius infidelitate affectum,in fine mundi ad fidem conuersum,cum vniuersa Ecclesia saluandum.

Similitudo virtutum.

Similitudo pruinæ in manna. *Exod.*16.*c.* ad Christum refertur, *l* quem significat pruina.

Similis iunctura tabularum tabernaculi *m* similes virtutes fidelium præcipuè autem fidem,spem,& charitatem designat. *Exod.*26.*c.*

Figura veteris testamenti.

Similitudines,auri, *n* sunt figuræ veteris testamenti,& etiam parabolæ,& exempla,quæ proponũtur incipientibus.Item ministeria Angelorum in Ecclesia.*Cant.*1.*c.*Similitudo autem vna rotarum. *Ezech.*1.*d.*designat *o* concordiam veteris, ac noui testamenti,& partium eorum.

Ministeria Angelorum.

Similitudo carnis peccati dicitur fuisse in Christo,& non testamenti, & partium eorum.

Concordia vtriusque testamenti.

Similitudo carnis peccati dicitur fuisse in Christo, & non caro peccati. *Rom.*8.*a.* quia *p* cum eadem sit caro Christi,quæ & nostra,non tamen ita facta est in vtero & nata,sicut caro nostra:ideò non fuit caro peccati. Vnum autem de similibus dicitur loqui Christus. *Iob.*33.*c.* quia per hoc quod factus est similis nobis, interpellat pro nobis.

Peccator resipiscens.

Similis est descendẽtibus in lacum,*q* qui peccauit,sed resipiscit.Vel est similis iis,qui sunt in periculo descendendi in infernum. *Psalm.*142.

Quatuor genera creaturarum.

Similitudo quatuor animalium, designat *r* quatuor genera creaturarum,cœlestium,terrestrium, infernorum, & supercœlestium. Et horum vna est similitudo hominis: vt omnia in mundo rationabilia demonstrentur. *Ezech.*1.*a.*

Memoria peccatorum.

Similitudo gloriæ Domini erat, *s* quam vidit Ezechiel; vt declaretur ipsum non vidisse gloriam Domini in propria specie. *Exech.*1.*g.*

Similitudo annorum. 1.*Reg.*6.*a.* est *t* memoria turpitudinis peccatorum in resipiscentibus: quæ iam est sine fœtore,quando dolorem habent de peccatis.Idem designabunt similitudinem murium.

Similis dicitur esse penna Struthionis pennis Herodij,& Accipitris. *Iob.*39.*b.*quia *u* Ecclesia eandem naturam habet,quam mali & rapaces,sed non vtitur ad malum.

Simulationis & hæreticorum.

Similiter facientes malefici signa,vt fecerat Moses.*Exod.*7.*b.*designant *x* dæmones,aut hæreticos transfigurantes se in Angelos lucis. Ita similes auro dicuntur *y* coronæ hæreticorum, & dæmonum. *Apoc.*9.*b.*quia imitantur Ecclesiam, in qua sunt coronæ aureæ. Vt similitudo templi dicuntur ornatæ filiæ hæreticorum.*Psalm.*143.quia *z* non habent veram Ecclesiam,sed similitudinem Ecclesiæ.

Superbia.

Similitudo in cœlo,vel in terra,vel in aquis designat *aa* superbiam,auaritiam,& libidinem. *Exod.*20.*a.*

Similem compositionem facere ei,quod offertur Deo, *bb* est assumere sibi honorem diuinum. *Exod.*30.*d.*

Similis sit homo iumentis *cc* peccando:quia videtur carere ratione.*Psalm.*48.Similis etiam est homo vanitati, quia præterit ex parte corporis. *Psalm.*143.

Vitia in anima.

Similis Altissimo dicitur Lucifer.*Isa.*41.*d.*quia *dd* vt Deus habet Apostolos,& Prophetas,ita ipse pseudo-Apostolos & pseudoprophetas. Idem dicebantur signaculum similitudinis Dei ante peccatum. *Ezech.*28.*c.*similis autem dicitur effectus Lucifer aliis, quia similiter condemnatus est à Deo. *Isa.*14.*c.*

Similem terram terræ promissionis promittebat Rapsaces Iudæis,si ei assentirentur,quum tamen similis inueniri non possit, designans *ee* diabolum,quando dixit. Eritis sicut dij.*Isa.*36.*d.*

Similitudo reptilium & animalium in parietibus templi. *Ezech.*8.*d.*designat *ff* vitia in anima.

Non est assimilatum lignum paradisi cedro, *gg* quia angeli non se per superbiam extulerunt, vt Lucifer. *Ezech.* 31.*c.*

Dissimilis est fortitudo malorum Prophetarum, *hh* patribus videlicet antiquis, qui confidebant in Domino, non in mendaciis. *Ierem.*23.*c.*

Simon.

Simon, id est audiens, vel obediens, nomen est multorum.

Prædicator.

Simon frater Iudæ Machabæi,qui institutus à patre princeps consilij,typus est prædicatoris,qui debet ea consulere, quæ sunt ad Deum. 1.*Mach.*2.*b.*5.*g.*

Princeps huius mundi.

Simon leprosus,cuius domus impleta est odore vnguenti,typus *ii* est principis huius mundi,in cuius domum ingressus Christus,eam odore doctrinæ & gratiæ repleuit. *Matth.*26.*a. Marc.*14.*a. Ioan.*12.*a.* Vel designat ipsum mundum prius infidelem, postea verò fidelem. Potest etiam significare populum Iudaicum & legem.

Mundus.

Populus Iudaicus.

Simon qui iudicauit Magdalenam,& etiam ipsum Christum,typus est *kk* synagogæ iudicantis & cõdemnantis Christum & Ecclesiam. *Luc.*7.*f.*

Lex.

Synagoga.

Simon Cyreneus,qui portauit crucem post Christum,designare potest *ll* Gentilem populum, qui Christi crucem amplexus est.Designat etiam obedientes. *Matth.*27.*b. Marc.*15.*b.*

Gentiles.

Obedientes.

Vt autem portauit crucem in angaria,designat *mm* eum,qui laborat pro laude humana. Cogunt enim homines laudantes ad hunc laborem,ad quem non cogit timor & dilectio Dei. Crucem enim in angaria portat, qui quasi ad præceptum Domini carnem domat, sed tamen spiritualem patriam non amat. Vnde & Simon idem crucem portat, sed nequaquam moritur, quia omnis hypocrita corpus quidem per abstinentiam afficit,sed tamen per amorem gloriæ mundo viuit.

Hypocrita.

Simplex.

Simplex dicitur, quòd non habet multiplicitatem, seu multarum rerum compositionem, simplex homo, qui verus est & syncerus,& simplex cibus,qui purus est, & non affectatus.

Spiritualis homo.

Simplicitas Iacob, *nn* vnitatem hominis spiritualis nequaquam in diuersa diffusi,& bonam ac sinceram voluntatem significat,& etiã populum Gentium.*Gene.*25.*d.*Et simplices,vt columbæ,sunt minimè fallaces. *Matth.*10.6. *Iob.*8.*d.*9.*c.*12.*a.*21.*a.*33.*a.*

Gentilis populus.

Simplex Iob designat *oo* eum,qui simpliciter se habet in operibus quæ agit. Designat etiam ipsum Christum verè mansuetum. *Iob,*1.*a.*

Simpliciter operans Christus.

Simplex oculus *pp* rectam intentionẽ significare solet, per quam totum corpus operum illustratur. *Matth.*6.*c.*

Recta intentio.

Simulacrum, vide Imago.

Simulare, vide Fingere.

Sin, Sinai.

Sin,id est, *rr* rubus,vel odium,vel tentatio:octaua mansio filiorum Israël in deserto:quò peruenerunt de Elim, vel de mari.Inde autem venitur in Raphidim:quia qui resistit tentationi,venit ad consolationes.Vnde ibi videtur

Deus

a *Hier.s. Ho.* 12.
b *Au.s. Ioan. tra.*24.
c *Hie.s.Is.*45.
d *Georg.Ven. Cant.*1. *to.*4. *cap.*3.
e *Gre.*2.*mor.* 22.
f *Glo. inte.su. Gen.*1.
g *Hie.s.Is.*44.
h *Glo.ord. su. Exod.*25.
i *Gloss.int.su. Exod.*4.
k *Glo. ord. s. Exod.*16.
l *Glo. int.su. Exo.*26.
m *Ori.s.Can. hom.*2.
n *Ori.s.Cant. hom.*2.
o *Augu.*1.*de Trini.*8.*Greg. s.Ezec.ho.*6.
p *Am.s.Rom.* 8.*Gre.*24.*m.* 2.3.
q *Arn.& Hi. s.ps.*542.
r *Hie.s.Ez.*1.
s *Hie.s. Ezec.* 1.*Gre.s.Ezec. ho.*8.
t *Gr.s.*1.*Re.&* x *Hier.s. Iob.* 39.
y *Glo. ord.su. Exod.*7.
z *Au.s.Apoc. hom.*7.
aa *Hier. s.ps.* 143.
bb *Glo. ord.s. Exod.*20.
cc *Glo.ins.su. Exod.*30.
dd *Glo. ord.s. Ps.*148.
ee *Hier.s.Isa.* 14.*&* 5.*Exec.* 28.
ff *Glo. in.sup. Isaia*36.
gg *Hie.s.Ez.* 8.
hh *Hie.s Eze.* 31.
ii *Lyr.s. Iere.* 23.
kk *Glo.ord.s.* 1.*Mac.*2.*Ori. s.Can.hom.*2. *&* 5.*Matt.ca.* 16.
*Hi.s.Mar.*14. *Am.s. Luc.*7.
ll *Am.ep.*29.
mm *Orig. su. Matt. ho.*35. *Hil.s. Matth. Hie. Aglasi.*
nn *Hi.s.Mar-ci.*15.*Gre.* 8. *mo.*30.*&* ho. 32.
oo *Bed.s.Gen.* 25.
pp *Gre.* 1.*m.* 10.27.
qq *Au.*2.*ser. domini in monte.*
rr *Ori.s.Exod. ho.*11. *&* su. *Nu.hom.* 27.

Digitized by Google

Deus,& loquitur,sed est ibi tentatio : quia Satanas transfigurat se in angelum lucis. *Exod.* 17.*a.Num.* 33.*b.* Scribitur autem per camach.

Passio. & resurrectio Christi.

Sin,hoc est, rubus,vel odiũ,signum esse potest passionis & resurrectionis Christi,ideò est octaua mansio,& ibi patimur odium, & inimicitias infidelium. *Exod.* 16.*a.*

Labores,& tentationes.

Sina,hoc est,tentatio,est vnde venit Dominus, *a* quia per passionem & tentationem venit ad nos, *Deut.* 33.*a.* Similis est autem tubo tentatio : asperum quippe virgultum est, & quod difficile manu comprehenditur, significatur autem per hunc,quia quemadmodum eorum,qui in agone contendunt,corona in sudore & labore est. Sic & corona vitæ in tentationibus & tribulationibus consummatur. *Leuit.* 7.*d.*

Lex.

Sinai,hoc est,rubi,est mons vbi data est lex : & designat *b* ipsam legem & remissionem,& etiam multitudinem Fidelium,& vt dicitur tentatio, designat *c* Sanctos tentatos, in quibus habitat Deus. *Psalm.* 67. Designat etiam carnales & terrenos, & synagogam. *Exod.* 19.*a.* 24.*d. Leuit.* 7.*d.*

Remissio.

Multitudo fidelium.

Carnales.

Synagoga.

Perfectio.

Moses existens in vertice Sina,designat perfectum superare tentationes,quibus populus subiicitur.

Sin per Cadic trigesima tertia mansio filiorum Israël,& interpretatur *d* mandatum : dicitur etiam Cades, hoc est,mutata,quia ibi notatur veteris legis in nouam mutatio.Estque terminus Iudeæ.Sic accipit Augustinus super *Psalm.* 67.& secundum eum interpretatur mensura, & designat mensuram , quia Deus dat vnicuique secundum mensuram donationis Christi.Sina queque est finis Iudeæ, *e* quia per tẽtationes venitur ad perfectionẽ. *Isa.* 15.*d.*

E Raphidim quoque peruenitur in Sina, vbi data est lex , *f* quia quum anima est laudabilis iudicij , capax est secretorum cœlestium.Rursum quoque post Asiongaber venitur ad Sin,vt sit trigesima tertia mansio,quia semper fit reuersio ad tentationes. *Num.* 33.*d.*

Sina in qua data est lex,dicitur coniuncta esse ei,quæ nunc est Hierusalem. *Galat.* 4.*d.*non loco:sed quia *g* lex seruitutis signata per Sina,seruata fuit in Hierusalem inferiori,vnde eodem iugo seruitutis vterque locus premebatur,quousque descenderet illa noua Hierusalem desursum libera,quæ est mater nostra.

Sinapis.

Sinapis est herba, seu semen , condimentum præstans epulis , Ipsum autem semen tritum & contusum tanta est acrimonia,vt lachrymas excitet comedenti,habet vim incisiuam bilis,& etiam phlegmatis,& contra venena.

Christus.

Granum sinapis significare solet *h* Christum , qui contritus per passionem exeruit virtutem in se latentem. *Matth.* 13.*c. Marc.* 4.*c. Luc.* 13.*d.*

Martyres.

Sancti.

Fides.

Humilitas fidei.

Sinapis significat etiam Martyres & Sanctos viros. Vt enim sinapis nisi conteratur , nequaquam vis virtutis eius agnoscitur,nam non contrita lenis est,si verò cõteratur inardescit,& quod in se acerrimum latebat,ostendit. Ita vir Sanctus tribulatione contritus clarescit.

Granum sinapis non vnam similitudinem tenet, *i* regni cœlorum,& habitationis auium in ramis suis, sed habet aliam similitudinem vel imaginem perfectionis fidei,& vltimus eius vsus est iste, qui habetur apud homines in ministerio corporali. *Matth.* 17.*e.* Vt autem sinapis expellit venena,sic humilitas fidei vitia. Et vt sinapis facit plorare,sed purgat,sic feruens fides,de qua *Ioan.* 16.*d.*Plorabitis & flebitis vos.Diminuit autem sinapis bilem,hoc est,iram,& incidit phlegma, hoc est,factum & superbiam. Alias autem teritur fides.Alias premitur. Alias semitur,sed trita spargit odorem,vt in Martyribus. Fides autem in granum sinapis transfert montes. *Luc.* 17.*b.*

Pradicatio Euangelij.

Sinapis granum *k* prædicationẽ Euangelij significare potest,quæ minima est omniũ disciplinarum.Ad primam enim doctrinam fidem non habet veritatis,hominẽ Deum mortuum,scandalum crucis prędicans.Confer huiusce modi doctrinam dogmatibus philosophorum , & libris eorum & splendori eloquentiæ, & compositioni sermonum,& videbis quanto minor sit cæteris seminibus sementis Euangelij.Sed ille cum creuerit,nihil mordax,nihil viuidum,nihil vitale demonstrat,sed totum flaccidum,marcidumque ebullit in olera & herbas,quæ cito arescunt & corruunt. Hæc autem prædicatio parua in principio,cum sata fuerit in anima credentis , vel in toto mundo, crescit in arborem. *Matth.* 13.*b.d.*

Sindon.

Sindon, est velum subtilissimum ex lino confectum.

Ecclesia ex Gentibus.

Sindon munda,qua inuolutus est Christus, significare potest *l* Ecclesiam Gentium in fide Christi per Apostolos collectam. *Matth.* 27.*g.*

Pradicatio.

Sidon quam fecit mulier fortis,est *m* subtilis sanctæ prædicationis textura,quæ est in Ecclesia. *Prouer.* 31.*d.*

Conuersatio bona.

Sindon, qua vestitus erat adolescens , qui Christum sequebatur, *n* bonam conuersationem significare potest. *Marc.* 14.*e.*Ita sindone munda inuoluitur Christus:vt designetur nil immundiciæ debere afferre eum,qui Christo consepelitur. *Matth.* 27.*g. Marc.* 15.*d.*

Frequentatio doctrina percipienda.

Sinere, vide Permittere.

Singuli , Singularis.

Singuli, dicuntur vnusquisque per se,hoc est,separatim ab aliis,vnde singulare dicitur , quod est vnicum.

Frequentatio deuotionum.

Singulis diebus colligentes singuli Man. *Exod.* 16.*e.* designant *o* frequentationẽ in diuinæ doctrinæ perceptione faciendam. Debet autem vnusquisque colligere, quod sibi sufficiat.

Opera bona singulorum.

Singulis diebus offerre sacrificium, *p* est frequentare orationes & laudes Dei. *Exod.* 29.*g. Leuit.* 6.*b.Psalm.* 144. Per singulos autem datur æqua mensura sacrificij, *Leuit.* 7.*b.*quia similiter accipit Deus orationem & bonam deuotionem pauperis & diuitis,simplicis & sapientis.

Pro singulis virtutibus orandum.

Singuli dare iubentur precium. *Exod.* 30.*b.* quia *q* singuli electi sedulò seruire debent in operibus bonis. Ad hæc pertinere potest singulorum sacrificium. *Leuit.* 9.*a.*

Separari à malis.

Per singulos filios offerebat Iob holocausta. *Iob.* 1.*a.*Vt designetur *r* pro vnaquaque virtute hostiam precis immolandam,ne sapientia eleuet : ne intellectus dum subtiliter currit,aberret,ne cõsilium,dum se multiplicat,confundat : ne fortitudo,dum fiduciam præbet,præcipitet,ne scientia,dum nouit,& non diligit,inflet : ne pietas dum se extra rectitudinem inclinat,intorqueat:ne timor dum plus iusto trepidat , in desperationis foueam mergat.

Solicitudo Christi in passione.

Singulariter existere dicitur, *s* qui separatur à malis, vt pœnitentiam agat. *Psalm.* 140. Singulariter etiam fuit Christus in tribulationibus,donec transiret ex hoc mundo ad Patrẽ,post quem transitũ secuti sunt eum Martyres.

Dona Apostolorum.

Singulorum filiorum Israël nomina inscripta erant singulis lapidibus. *Exod.* 28.*d.*vt designarent singulos Apostolos peculiares gratias habentes.

Superbus.

Singularis ferus,qui depastus est vineam Domini. *Psalm.* 79.est *t* superbus : aut diabolus,aut Titus Imperator, qui exterminauit Hierusalem.

Diabolus.

Titus Imperator.

Singultus, vide Flere. Sinistra, Leua.

Memoria bona.

Sinistra manus,quæ & læua dicitur , est velut contraria dexteræ : & infirmior ac ignobilior habetur. Sinistra quoque dicitur ea pars,quæ versus manum sinistram vergit,& ferè sinistrum in malum sumitur.

Dispensatio incarnationis,& merita passionis.

Sinistra quandoque significat *u* minora bona,vt quum læua sponsi dicitur esse sub capite. *Cant.* 2.*a.* Hoc est, dispensatio incarnationis & passionis est sub capite, nempe sub fide. In sinistra quoque eius sunt diuitiæ & gloria. *Prou.* 3.*c.* Diuitiæ quidem,hoc est,merita passionis Christi : gloria verò , de qua ipse Christus dixit:Pater clarifica filium tuum. Ad sinistram quoque pertinet recordatio illius charitatis, qua nulla maior est,quod animam suam posuit pro amicis suis: In sinistra quoque sapientiæ,sunt diuitiæ & gloria,vt diuitiæ accipiantur illæ,quæ in præsenti scientia sunt, & gloria sit ea, quam accipit is , per cuius opera Deus glorificatur in Gentibus. Læua etiam significat *x* comminationes diuinas peccatori timorem inferentes : quæ tunc est supra caput , quum quis timore operatur, tunc verò sub capite,quum non timore,sed amore benè agit.Eadem ratione sinistra Dei dicitur virtus eius punitiua.

Comminationes diuinæ.

Vis punitiua Dei.

Vita præsens.

Sinistra quoque dici potest *y* vita præsens. *Matth.* 6. *a.* Et læua sub capite, est quies huius vitæ. *Cant.* 2.*a.*8.*a.* Potest etiam significare sensibilia & temporalia bona. *Matt.* 20.*c.* Sunt autem sub capite, quando despiciuntur, & solùm necessitate sumuntur. Vbi etiam potest sinistra significare appetitum laudis,& commodi temporalis.

Temporalia bona.

Appetitus laudu.

Lex vetus.

Sinistra erat *z* in lege,in qua non capiebantur pisces,ideò Christus iussit mitti rete ad dexteram in noua lege. *Ioan.* 21.*b.*

a *Augu. q.in Deut.* 56. *Isye.s.Leu.* 7.
b *Hie.de mans. & s.ps.* 67.
c *Au.s.ps.* 67. *Aug.s.ps.* 118. *ser.* 19.
d *Hier.sup.de mansionibus. Aug.s.ps.* 67.
e *Orig.s.Iosu. hom.* 19.
f *Ori.s.Num. ho.* 23.
g *Geor.Venet. Cant. i.to.* 7. *cap.* 35.
h *Hil.s.Matt can.* 17. *Amb. s.Luc.* 13. *Gre.pro. m.* 4.
i *Ori.s.Cant hom.* 3. & *s. Matt.hom.* 4. *Augu.s.qu.in euang.* 11.22. & *de sanctis serm.* 31. *Am.ser.* 2. *Clem. Ale.* 1. *ped.* 11. *Hier. sup. Matt.* 13.
k *Hie.s. Mat.* 13.
l *Hil.s. Matt. can.vltim. Am.s.Lu.* 23.
m *Gre.* 33 *m.* 22. *Bed.s.pro.* 31.
n *Gre.s.*1. *Re.* 15. *Ori.s.Rom.* 6.
o *Glo. ord.su. Exo.* 16
p *Lyr.s. Exo.* 29. *Glo.int.s. Le.* 7.
q *Glo. ord.su. Exo.* 30.
r *Gr.*1.*m.* 35. *Hier.s. psal.* 140. *Aug.s.ps.* 59. 140.
t *Eu.q. in Ps.*
u *Ori.s.Cant. hom.* 3.2. *Ber. ser.*4. *omnium San.& de diligendo Deo.*1. *Bed.s.Prou.*3.
x *Ber.s.Cant. ser.*51. *Orig.s. Rom.*1.
y *Gre.s.*1. *Re.* 14. & 3. *past. admo.* 27. *Am.s.ps.*118. *ser.*14. *Orig.s. Mat.hom.*17.
z *Augu. s.ps.* 120. & 2. *ser. dom.in mont. Cyr.*12. *s.Ioa.* 62.

Digitized by Google

A sinistris animalium erat facies vituli. *Ezech.1.c.* quia *aa* signabatur cessaturum esse sacerdotium vetus,& in nouum transiturum. Vel *bb* quia in sinistra sunt tristia, ponitur vitulus indicans passionem Christi in sinistra.

Sinistra quandóque significat potest *c* liberum arbitrium. *Psalm.*90. vbi non nominatur sinistra, sed solum latus. Cadent à latere tuo mille.

Sinistra præterea dici potest *d* carnis indulgentia. 1.*Reg.*6.*c.* Item peccata per defectum cõmissa. *Isa.* 30.*e.* Vnde in sinistra dicitur esse cor stulti. *Eccles.*10.*a.* Et ad sinistram ire, est peccatorũ delectationibus consentire. *Iob.*23.*b.* Sinistrum latus Ezechielis, designabat iniquitates Israël. *Ezec.*4.*a.* Vnde à sinistris Hierusalem dicitur esse Samaria, quasi non sint ita opere perpetrata peccata Hierusalem, vt Samariæ. *Ezech.*16.

Sinistra sæpe *e* aduersitates & incommoda significat. *Genes.*13.*b.*24.*f.*48. *Exod.*14.*e. Leuit.*14.*c.*

Sinistra quoque, est *f* locus malorum, qui à sinistris statuendi sunt. *Matth.*25.*c.* In hac sinistra, quæ sinistra nauigij, est *g* timor,terror,comminatio, iustitia seuera,punitio,& similia.

Sinistra præterea designat *h* errores hæreticorum: nam veritas ad dexteram pertinet. *Isa.*9.*d. Ezech.*39.*a.*

Cessatio veteris sacerdotij. Passio Christi. Liberum arbitrium. Nimia carnis indulgentia. Peccata per defectum. Aduersitates. Locus malorum. Hæreticorum errores. Passio Christi. Essentia Patris. Dilectio. Cura,seu conseruatio Dei. Sanctuarium Dei.

Sinopis.

Sinopis, est rubricæ genus excellentissimum, potest esse typus *i* passionis Christi. *Ierem.*22.*d.*

Sinus.

Sinus dicitur illa pars, quæ est intra pectoris brachiorumque complexum, vnde & sinus vestium est laxitas illa in tunicis supra cincturam. Hinc etiam sinus dicuntur littora curua,ad similitudinem sinus,& quasi brachiis mare amplectentia.

Sinus Dei patris, in quo erat vnigenitus. *Ioan.*1.*b.* dicit *k* essentiam patris,& dilectionem, quæ est in patre. Est etiam Christus in sinu patris, id est, in summa diligentia,cura & custodia diligẽtissima Dei patris. Victorinus ait κόλπον melius transferri gremium quàm sinum. Sinus Mosis, vbi abscondit manum, significat etiam *l* ipsum Deum patrem,seu eius essentiam,& etiam conuersationem,in qua est manus,hoc est,filius. *Exod.*4.*a.* Sinus etiam Dei,dici potest, sanctuarium eius vbi Deus fouet suos. Sicut enim pastor gregem suum fouet, & fœtus in sinu portat,sic Dominus plebem suam vegetat. *Isa.*40.*c.* Et tunc ab hoc sinu *m* inspectionẽ vel potentiam suam auertit, quum peccauerimus ei,sicut abiecit populum Israël tanquàm manum leprosam. *Psalm.*73.

Sinus Christi,in quo eius oratio cõuertebatur,est *n* eius diuinitas,ad quam intra se orabat humanitas. *Psal.*34.

Sinus in quo portauit Christus agnus, *o* passionem eius,vel affectum amoris significare potest. *Isa.*40.*c.*

Sinus Abrahæ,in quo erat Lazarus. *Luc.*16.*f.* significat *p* futuram requiem: dicitur autem fuisse in sinu Abrahæ, quia collocatus est cum filiis Abrahæ,qui pater multarum gentium est à Deo constitutus.

Sinus Abrahæ,cui tradita est ancilla. *Genes.*16.*b.* est honor datus populo Iudæorum, vnde superbiuit.

Sinus interdum significat *q* conscientiam, aut mentem, siue cor, aut principale animæ. *Psalm.*34.78.88.128. *Prou.*5.*d.*6.*d.* Et sinus,vbi quiescit vxor,est affectus amoris. *Deut.*28.*f. Eccl.*9.*a.* Et sinus altaris cubiti vnius,est ipsa mens. *Exod.*43.*d. Iob.*19.*d.*23.*c.*31.*d.* In sinu redditur retributio,quando nondum est manifesta.

Sinus terræ in circuitu altaris. *Ezec.*43.*d.* erat *r* fundamentum altaris proximè adhærens terræ.

Sinus viri pauperis, in quo quiescebat ouis. 2.*Reg.*12.*a.* delicias diaboli significare potest.

Diuinitas. Christi. Passio Christi. Amor Christi. Futura requies. Honor Iudæorum. Conscientia. Mens. Affectus amoris. Delitia diaboli.

Sion.

Sion,id est, specula,aut siccitas,vel aceruus,aut tumulus. Mons in Hierusalem, vbi erat arx à Dauide constructa, quæ & ciuitas Dauid dicta est.

Sion sæpe significat *s* Ecclesiam militantem. *Psal.*2.9.47.50.64.67.73.77.83.86.96.98.109.124.125.127.131.132. *Isa.*12.14.*g.*18.*d.*23.*d.*29.*c.*30.*d.*31.*c.*33.*a.*41.*g.*49.*d.*51.*a.*52.*b.*60.*d.*62.*a. Ierem.*3.*e.*4.*b.*8.*g.*10.*c.*31.*a. Amos.*1.*a.*6.*a. Ioel.*2.*a.g. Mich.*3.*d. Soph.*3.*c. Zach.*1.*c.*2.*b. Hebr.*12.*f.* Refertur autem Sion ad Ecclesiam militantem,in qua est speculatio: Hierusalem verò est triumphantem,in qua est visio pacis. *Apoc.*14.*a.*

Sion etiam frequenter significat *t* Ecclesiam cœlestem & triumphantem. *Psalm.*2.9.47.50.69.74.82.86.87.123.131.101.127.132.133.136.145.147. *Isa.*8.*d.*24.*d.*33.*d.*35.*d. Ier.*50.*a. Mich.*4.*c. Zach.*9.*c. Matt.*21.*a. Ioan.*12.*b. Ioel.*3.*d.* Ibi enim est vera speculatio,vbi Deus videtur facie ad faciem: in quo etiam beati vident & contemplantur omnia, tanquam in nitidissimo speculo.

Ecclesia militans. Ecclesia triũphans.

Sion quandóque *u* carnem Christi significare potest. *Psalm.*52. Quis dabit ex Sion salutare Israël? *Psalm.*68. Quoniam Deus saluam faciet Sion.

Caro Christi.

Sion præterea in multis locis *x* beatam Virginem Mariam significare potest. Item spirituales viros,& diuina contemplantes. Item ipsam animam, cuius est vis speculatiua, *Psalm.*64.75.98.135. *Isa.*62.*a.*64.*d. Thren.*1.*b.*4.*b. Zach.*2.*b.*8.*a.*

Virgo Maria. Spirituales. Anima.

Designatur etiam Sion *y* culmen seu perfectionem virtutum. *Isa.*51.*d.* Venient in Sion laudentes.

Perfectio virtutum.

Sion quandóque sumitur pro *z* Iudæis, & pro synagoga. *Psalm.*125. in conuertendo Dominus captiuitatem Sion. *Isa.*1.*g.*33.*b.*40.*b.* Potest etiam quandóque significare legem Dei.

Synagoga. Lex Dei.

Siren.

Siren,est monstrum marinũ,dictum à retinendo,vel catena græcè: eo quod libidinis vinculum sirenes fuerint.

Sirenes, *Isa.*13.*d.* significare possunt *aa* dæmones,aut hæreticos blandientes simplicibus,vt eos in errorem inducant, ac deuorent.

Damones. Hæretici.

Sisara.

Sisara, id est,hirundinem videns, aut tineam vel equum videns, vel visio equi: fuit dux regis Iabin aduersus filios Israël. Typus esse potest *bb* animalis hominis, qui dux est Iabin,hoc est,diaboli. *Iud.*3.*a. Ps.*82. Vel designat *cc* aduersarias potestates Lucifero seruientes,vel ipsum Luciferum,qui est equi visio: quia omne sublime videt,& est dux Iabin,hoc est,intelligentiæ,quia videtur sibi esse Cherub,id est plenitudo scientiæ.

Animalis homo. Dæmones.

Sistere.

Sistere,est stare facere, seu retinere,& quandóque præsentare,& quandóque præsentiam corporis exhibere.

Sistere Christum Domino. *Luc.*2.*d.* est *dd* offerre,& consecrare ipsum Domino. Sistitur autem circumcisus, vt designetur neminem offerendum coram Domino,qui non circumcisus sit ab omni vitio.

Sistrum.

Sistrum, est musicum instrumentum, hoc est, cornu recuruum. 1.*Reg.*18.*b.* 1.*Reg.*6.*a.*

Sitarchia, vide Saccus.

Sitire, Sitis.

Sitire,est potum appetere,aut siti laborare. Sitis autem est vehemẽs appetitus potus. Sitire etiam,est vehementer desiderare,& sitis est ipse appetitus. Sitis etiam est egestas. *Nee.*9.*d.* Aquam dedisti eis in siti.

Cupiens Christus salutem hominem. Desiderium Dei. Feruor charitatis. Amor operum iustitia. Defectus gratiæ & mysteriorum. Fatigatio laborum. Lugere. Virgo Maria. Gentiles.

Sitis Christi, *ee* erat appetitus salutis generis humani, cuius gratia omnes patiebatur dolores. *Psalm.*68.61.

Sitiunt Deum, *ff* qui eius præsentiam desiderant,& feruent charitate,sitit etiam caro ad Deum,dum disciplinis imbuitur. Et sitit in Deo,qui solum habet desiderium Dei. Sitis autem est in peregrinatione,sitis in cursu. *Psal.*40.62. Sitis quoque iustitiæ est vehemens voluntas ad opera iustitiæ. *Matth.*5.*a. Psalm.*61.

Sitis,interdum est *gg* carentia gratiæ,& sitiens populus, defectum gratiæ in Iudæis designabat. *Exod.*17.*a.* Et sitis aquæ,est sitis mysteriorum legis. *Hos.*2.*a.* Sitis quoque Ismaël,erat sitis Iudæorum sub lege. *Genes.*21.*b.* Sitiunt Iudæi & hæretici in erroribus,nullam habentes spiritualem purificationem. *Isa.*29.*c.*65.*c. Psalm.*16. Non sitiunt autem in deserto, *hh* qui in hac vita habuerunt fluenta gratiæ. *Isa.*48.*d.*

Sitis interdum, est *ii* fatigatio laborum in tentationibus, & tribulationibus, vnde lugentes sitire dicuntur. *Isa.*32.*a.*49.*c. Ierem.*2.*c.* Hi sitientes venire debent ad Christum: ne deficiãt à præceptis Dei. *Ioan.*7.*f.* Vbi etiam sitis, est appetitus cognoscendi & amandi Deum.

Sitiens terra dicitur *kk* beata Virgo Maria secundum quòd erat sine vitiorum humore. *Isa.*53.*a.*

Sitientes erant *ll* Gentiles,antequam venirent ad vitales aquas baptismi. *Isa.*35.*a.*44.*a.* Ipsi sunt sitientes,qui bibunt diuitias stulti. *Iob.*5.*b.* quibus venientibus ad fidem collata sunt mysteria Iudæorum.

Sitientes

a *Hie.s.Ezec.* 1.
b *Gre.s.Ezec. ho.*4.
c *Aug.s.ps.*9.
d *Gre.s.*1.*Re.* 6.& 16.*mo.* 16. *Hier.s.Is.*30. *Orig.s.Ezech. hom.*9.
e *Glo.ins.sup. Gen.*13.
f *Ori.s.Matt. hom.*34.
g *Georg.Ven. Cant.*1.*to.*7. *cap.*6.
h *Hier.s.Is.*9.
i *Hie.s. Iere.* 22.
k *Cyr.s.Ioan.* 22. *Cyr.s.Ioan.b.* 14. *Ru.*2.*s. Ioan. Vi.ad. Arr.*4.
l *Gre.Nyss.de vita Mosis. Cyr.de incar. vnige.*15.
m *Hier.s. ps.* 73. *Aug.s.ps.*73.
n *Au.s.ps.*34.
o *Hie.s.Is.*65. *Cyr.*1.*s.Ioan.* 22.
p *Gloss. ord.s. Gen.*16.
q *Hie.s.Is.*65. *Gre.*14.*m.*33. & 16. *m.*17. & 22.*m.*14. *Aug. s.ps.*78. 88.
r *Lyr.s.Ezec.* 43.
s *Hie.s.Is.*49. *Arno.s.ps.*47. *Aug. s.ps.*77. *Gre.s.ps.*50. *Rup.*9.*s. Apo.*
t *Ori.s.Ge.ho.* 3.& 5.*Ex.ho.* 9.& 5. *Matt. hom.*4. *Arn.s. ps.*2. *Hil.s.ps.*9. *Hier. Dardano & s.Isa.*8. *Georg. Venet. Cant.*1. *to.*7. *cap.*9.33. *Aug. s.ps.*64. 86.
u *Hil.s.ps.*52. *Arn.s.ps.* 64.
x *Chr.de ver. Gaude & lætare Sion. Hie.s.Zac.* 2.
y *Hie.s.Is.*51.
z *Hier.s.Is.*1. *Ori.s.Nu. ho.* 15.
aa *Hier.s.Isa.* 13.
bb *Orig.s.Iu. hom. Am.de vidu.*
cc *Rup.s. Iudic.*6.
dd *Lyr.s.Luc.* 2.
ee *Au.s.ps.*61. 68.
ff *Hil.s.ps.*61. 62.
gg *Ori.s.Exo.h.*11. *Au.s.ps.*106.
hh *Ori.s.Is.*48.
ii *Hie.s.Ier.*2. *Aug.s.Ioa.tr.*22.
kk *Hie.s.Isa.*53.
ll *Hie.s.Is.*53. *Gre.*6.*m.*4.

Digitized by Google

Rudes ingenio. Sitientes etiam,qui bibunt diuitias ſtulti. *Iob.5.b.* ſunt *a* rudes ingenio, qui per laborem intelligunt diuinæ legis myſteria,qui ingenioſus per negligentiam non aſſequitur.

Defectus prædicatorum & operum. Sitis audiendi verbum Dei, dicit *b* defectum Prædicatorum, eſt etiam ſitis bonorum operum, quando non eſt, qui bene operetur. *Pſalm.*61.106.*Iſa.*5.*d.*21.*d.*32.*b.*41.*d.Thren.*4.*Amos.*8.*d.*

Appetitus voluptatum, & verum temporalium. Sitis aquæ,eſt *c* appetitus voluptatum.Et ſitiunt mali electi in infernum,dum carent voluptatibus,quas appetebant.*Iſa.*50.*b.*65.*c.Iob.*18.24.*b.*In animo enim mali ſitis exardeſcit,quia quo agere peruerſa conſueuit,eo ad bibenda mala vehementius accenditur.Impio quippe ſitire,eſt huius mundi bona concupiſcere.

Appetitus malè agendi. Sitiunt calcatis torcularibus. *Iob.*24.*b.* qui *d* agendo crudelia,ferociores fiunt,& impietatis ſuæ meritis cæcati, eo ambiunt grauiora facere,quo iam grauiora fecerunt.

Diabolus. Sitis dicitur *e* ipſe diabolus. *Iob.*18.*c.*eo quod velut in aliquo bono & fideli æſtuans hominis ſitiat mortem.

Situla.

Primitiuæ Eccleſiæ. *Studium legis.* Situla eſt vas ad hauriendam aquam de puteis accommodum. *Num.*24.*a. Iſa.*40.*d.* deſignare poteſt *f* primitiuam Eccleſiam,vel ſtudium legis & Prophetarum,quod viguit in Hieruſalem, quo hauriebantur aquæ doctrinæ legis, & effundebantur docendo populum. Deſignat etiam Chriſtum, à quo fluit doctrinæ & myſteriorum aqua.

Chriſtus.

Situs, ſita, ſitum, quare Ponere.

Smaragdus.

Smaragdus, *g* gemma coloris viridis,qua oculorum acies recreatur, confert cognitioni futurorum,auget ſubſtantiam,motus laſciuiæ compeſcit:tempeſtates eliminat,& in cauſis vim eloquentiæ præſtat.

Prouidentia. Smaragdus coloris viridis in primo ordine rationalis poſitus, *h* prouidentiam deſignare poteſt,quæ ad futura extenditur, vt virentes plantæ.*Exod.*28.*c.*39.*b.*

Crux Chriſti Smaragdus poteſt *i* crucem Chriſti deſignare,qua qui delectatur,omnia ſibi commoda cognoſcit, ſubſtantiam ſpiritualem & merita auget, laſciuiam compeſcit, dæmones & aduerſas poteſtates fugat, fandique copiam accipit.

Hemiſphæria Vnus ordo Angelorum. Fideles. Smaragdi duo in humeris pontificis, *k* duo hemiſphæria deſignare poſſunt, ſingula ſena ſigna complectentia, ſicut in ſingulis lapidibus erant ſena nomina filiorum Iſraël.*Exod.*28.*b.*vbi dicuntur lapides Onychini.

Æterna fœlicitas. Smaragdus in ornatu regis Tyri.*Ezech.*28.*c.* vnum *l* ordinem Angelorum deſignat. Significat Fideles, qui ad hæreditatem immarceſcibilem ſpe aſcendunt,& in proximos verbis & exemplis ſplendorem ſpargunt.

Ioannes Euãgeliſta. Smaragdina viſio in circuitu Dei, *m* virorem æternæ fœlicitatis ſignificat in beatis. *Apoc.*4.*a.* Smaragdus erat quartum fundamentum cœleſtis ciuitatis,& deſignat *n* Ioannem Euangeliſtam qui diuino oleo exhilarat exhortam in nobis peccati triſtitiam. *Apoc.*21.*c.*

Smigma.

Smigma,ſeu ſmegma, dicitur omne illud, quod purgat & peculiariter quod valet ad emaculandam faciem, & ad tergenda corporum dehoneſtamenta. *Dan.*12.*b.*

Soba.

Contemnentes Deum. Soba, id eſt, exercitus, ſiue militans, aut præceptum in ea, vel inflatio, aut tumor, vel incenſa, ſiue conuertens, prouincia Syriæ aduerſaria Iſraëlis: deſignat ardentes in peccato, & contemnentes Deum, & ipſam vaſtationem & exuſtionem virtutum. 1.*Reg.*14.*g.* 2.*Reg.*8.*a. Prouer.*18.*a.* Impius, cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit.

Sobal.

Vetus homo. Sobal,id eſt,ſemita,vel ſpica,aut crura, vel femur, ſeu vana vetuſtas. *Pſalm.*59. *In titulo.* vbi ponitur pro Syria Soba,deſignat autem *o* veterem hominem,qui comburitur, vt renoueſcat.

Sobna.

Sacerdotium vetus. Litera legis. Sobna,id eſt,ſede nunc,aut conuertere nunc,ſiue captiua nunc, vel ædificans, aut quæ intelligit: Præpoſitus templi cui minabatur Deus per Iſaiam,ipſum eiiciendum de ſtatione ſua.*Iſ.*22.*b.* Typus eſt *p* ſacerdotij veteris à Deo electi, & etiam ſermonis & rationis literalis legis.

Soboles, vide Generare.

Sobrius.

Sobrius,dicitur homo ſanæ mentis, quaſi ſine ebrietate, vix recipit allegoriam. Sobrium autem oportet eum eſſe, qui vigilare debet. 1.*Theſſa.*5.*b.*

Socer, Socrus.

Socer, dicitur pater vxoris alicuius, aut è diuerſo mariti. Socrus verò mater.

Spiritus ſanctus. Socrus dici poteſt interdum *q* Spiritus ſanctus, cuius filius quodammodo eſt Chriſtus ſecundum carnem, & anima ſponſa Chriſti erit nurus. *Mich.*7.*b.*

Synagoga. Socrus etiam eſt ſynagoga,cuius nurus eſt *r* Eccleſia ex Gentibus, ſponſa Chriſti filij ſynagogæ. *Matth.*10.*d.* Ita ſocer Thamar erat Iudas, à quo deſcendit Chriſtus. *Geneſ.*38.*c.*

Prælatus bonus. Socer Iacob erat Laban. *Geneſ.*30.*d.* Et ſignat *ſ* bonum prælatum volentem retinere prædicatorem, qui vult redire ad clauſtrum.

Affectio infidelitatis. Socrus Simonis Petri febricitans, *t* affectionem infidelitatis ſignificare poteſt, & etiam carnem. *Matth.*8.*b. Luc.*4.*f.*Socrus autem generaliter *u* infidelitatem poteſt deſignare,quæ tenet animã cum libero arbitrio in errore. *Matth.*10.*d.Luc.*12.*g.* Socrus etiam Simonis,eſt anima Chriſtiana aliquo vitio periclitans.

Caro. Anima.

Sochoth.

Peregrinatio huius vitæ. Sochoth, id eſt,*x* tabernacula, vel tentoria: ſecunda manſio filiorum Iſraël in egreſſu de Ægypto:vbi primò fixere tentoria, relicta Rameſſe: eſt recto itinere Paleſtinam verſus. Deſignat relictis omnibus debere nos habitare in terra tanquàm peregrinos, & expeditos debere ſequi Chriſtum: in quo firmari debemus, & ſemper ad vlteriora pergere. *Exod.*13.*d. Num.*33.*a.*Eſt item Sochoth locus trans Iordanem ad torrentem Iacob: vbi Iacob à Meſopotomia rediens, fratri Eſau reconciliatus,fixit tentoria: vbi poſtea eiuſdem nominis oppidum conditum eſt, & tribui Gad aſſignatum. *Geneſ.*33.*d.*

Sociare,Socius, Societas, Conſors, Conſortium.

Sodalis, Collega.

Chriſtus inter Iudæos. Sociare, eſt iungere, & quaſi ſocium ſocio apponere. Socius autem eſt,qui eſt eiuſdem ſortis: qui & collega dicitur: vt ſocij dicantur qui pari conſilio & authoritate eandem gerunt, & qui in re ſeria & laborioſa pares ſunt. Sodales verò dicuntur,qui in rebus leuioribus,in conuiuiis ſocij ſunt.

Bonus inter malos. Socius ſtruthionum fuit *y* Chriſtus, hoc eſt, Iudæorum. *Iob.*30.*d.* quod etiam de quolibet & ferè electo dici poteſt,qui in hac vita inter malos verſatur.

Societas fidelium. Societas,quæ non debet violari, *z* eſt ſocietas Sanctorum & Chriſtianorum:qui ſunt conſortes Chriſti.*Pſa.*44.

Doctrina ſpiritualis. Socius Beſebeeli datus Ooliab, deſignat Paulum ſocium Petri. *Exod.*31.*a.*

Conſortium ſermonis Domini, dici poteſt *aa* doctrina ſpiritualis legis. *Exod.*34.*d.*

Prædicatio perfectionis. Sociantes ſe Iſraëlitæ,qui prius latebant cum ſuis, deſignant *bb* eos,qui vitam ſolitariam ducunt: qui exeunt ad prædicandum vitæ perfectionem,quando Philiſthæi fugiunt:quia perfectio vitæ non eſt prædicanda,niſi fugatis Philiſthæis. 1.*Reg.*14.*d.*

Electio prædicatorum. Sociatus omnis vir Iſraëlita Sauli,innuit non niſi viros adiungi Prædicatoribus. Sic ſocians ſibi Saul fortes & aptos ad prælium,deſignat eligendos ad prædicationem eos,qui doctrina pollent,& exemplis. 1.*Reg.*14.*g.*

Cogitationes bonæ. Socij Danielis,id eſt,deuotionis ſunt *cc* circumſpectæ,diſcretæ,& prouidæ cogitationes, ſine quibus noſtra deuotio non nouit,nec valet orare, quomodo oportet. *Dan.*1.*c.*

Spiritualis indicans ſeculares ſapientes. Collega ſapientum ſeculi dicitur Daniel *Dan.*4.*a.*qui *dd* cùm ſit ſpiritualis,cui competit omnia iudicare,iudicat etiam ea quæ ſeculi ſapientes tractant.

Sodales

a *Gre. 6.mor. 4.*
b *Ar.ſ.pſ.106. Hie.ſ.Iſ.5.21.*
c *Hie.ſ.Iſ.65 Gre.14.mo.5*
d *Gre.16.mo 25.*
e *Hier.ſ. Iob. 18.*
f *Lyr.ſ.Num. 24. Rup.2.ſ. Nu. 22.*
g *Geor.Venet Cant. 3.to.8 cap.3.*
h *Glo.ord.ſu. Exod.39.*
i *Geo.Ve. Ca. 3.to.8.cap.3.*
k *Philo. 3.de vita Moſis.*
l *Glo.ord. ſu. Ezec.28.*
m *Ru.3.ſ.Apoc.*
n *Aretas ſu Apoc.21.*
o *Au.ſ.pſ.95*
p *Hie.ſ.Iſ.22.*
q. *Hier.ſ.Mic 7*
r *Au.ſ.pſ.44.*
ſ *Lyr.ſ. Gen. 30.*
t *Hil.ſ.Matt. Can.7.10.*
u *Am.ſ. Luc. 4. Ru.7.ſ.Matt*
x *Ori.ſ.Exod hom.5. & ſu Matt.ho. 27 Am.ſ.pſ.118 ſer.5.Hier. de manſionibus.*
y *Hier.ſ. Iob. 30. Gre.20. mor. 30.*
z *Orig.ſ.Leu. hom.4. Hier. ad Principiã. Lyr.ſ Ex. 31.*
aa *Glo. ord.ſ. Ex.34.*
bb *Gr.ſ.1.Re. 14.*
cc *Rica.de S. victo. de ſom. Nabuc.7.*
dd *Rica.de S. Victo.de ſecu. emſ.7.*

Digitized by Google

Sodales ſponſi ſunt, *a* qui iam abcedunt ad perfectionem. Vel ſunt angeli regimen populorum habentes. *Cant.1.a.*

Sodales etiam ſponſi dici poſſunt *b* hæretici, & Philoſophi & ſpeciem habentes veritatis, quam reuera non habent,& peculiariter ſodales Samſonis,& is qui eius duxit vxorẽ,ſunt hæretici vſurpantes ſibi Eccleſiã. *Iud.14.c.*

Socij quibus iniquus,hoc eſt,diabolus prædam pollicetur. *Iob.17.b.* ſunt *c* alij angeli apoſtatæ,vel etiam crudeliſſimi quique,& omni malitia iam repleti.Et ſocij eius,qui non eſt,ſunt perfidi cum Antichriſto:& etiam ipſi Angeli apoſtatæ ſocij Luciferi,& qui iam ſunt in extrema nequitia. *Iob.18.c.*Et ſocij furum ſunt Principes participantes cum Iuda,& adiutores dæmonũ.Item Adam & Eua. *Iſa.1.f.*Conſortium ſepulturæ malorum,eſt *d* ſocietas pœnarum in inferno. *Iſa.14.e.*

Socij Iuda aut Iſraël. *Ezech.37.b.*poteſt ad literam intelligi *e* de tribu Beniamin & Leui,qui remanſerunt cum tribu Iuda in regno filiorum Dauid.

In ſociam data Eua,& non in ancillam Adæ, deſignat *f* mentem non dominari ſenſui dominio deſpotico,ſed politico. *Geneſ.3.c.*

Societas Eſau,quam declinauit Iacob,eſt *g* ſocietas malorum,quam boni vitare debent. *Geneſ.33.e.*

Sodoma.

Sodoma,id eſt,ſecretum eorum, ſiue calx, aut cementum eorum: ciuitas in qua habitabat Lot: quapropter habitantium vitia,præcipuè libidinum ſubuerſa eſt: Eratque eius regio prius fertiliſſima, vt diceretur eſſe ſicut paradiſus Dei:nunc verò eſt ibi lacus Aſphaltrites.

Sodoma dicta,ſicut paradiſus Dei, & ſicut terra Ægypti. *Geneſ.13.c.* deſignare poteſt animam, *h* quæ eſt ſicut paradiſus Dei, quando eſt in gratia,& ſicut terra Ægypti,quando eſt in peccato.

Sodoma quandoque eſt typus *i* huius mundi, & ciuitatis Cain,quæ eſt ciuitas malorum. *Deut.29.d.32.c.*

Sodoma dicta ſoror minor Hieruſalem, typus eſt *k* Gentilitatis:cuius leuiora videntur peccata, quàm Iudæorum. *Ezech.16.f.Soph.1.b.*

Sodoma typus eſt *l* libidinis,& incendij concupiſcentiæ: quam elegit Lot,qui typus eſt iuuenum,qui concupiſcentias ſectari ſolent. *Geneſ.13.c.19.c.*

Sodoma iuxta Philonem *m* interpretatur orbitas, ſiue cæcitas: cuius vites ſunt homines vinolentia,gula,turpiſſimiſque voluptatibus perditi:quorum fructus eſt amarus,ſicut fructus qui nunc Sodomis oritur. *Deu.29.d.32.e.* Et quaſi Sodoma dicuntur, *n* qui vt Sodoma puniendi ſunt. *Ierem.23.d.*

Sodomitæ vallantes domum Lot,deſignant *o* multitudinem tentationum carnalium, & eos, qui prauis affectibus ſeruiunt. *Geneſ.19.a.* Sodomitæ autem igne conſumpti ſunt:quia eorum peccatum erat contra naturam.

Sodoma etiam, & Sodomitæ vallantes domum Lot, typum gerunt *p* Hieruſalem, & Iudæorum, qui oppreſſerunt Chriſtum.

Sol.

Sol, *q* eſt planeta notiſſimus,illuſtrator orbis, cuius præſentia conſtituit diem,abſentia noctem: eius effectus eſt illuminare, calefacere, & fouere omnia,& per acceſſum in æſtate adurere, hyeme verò per diſceſſum eius & diſtantiam frigus vigere. Sumitur aliquando Sol pro die, ſeu ſplendore diei. *Pſalm.57.*ſupercecidit ignis,& non viderunt Solem.

Sol eſt *r* perſpicua imago diuinæ intelligentiæ, aut perſpicua ſtatua in hoc mundano tempore, vnicus eſt in eſſentia & luce: multiplex tamen in radiis,ſicuti ipſum primum eſſe vnicum eſt in ſe:& illud diuinum,æternum, & immutabile: multiplex tamen in creaturis diffuſum.Et ſicut Sole contrahente radios,omnia contenebreſcunt: ita auertere faciem ſuam diuino Sole,omnia turbantur,& in puluerem ſuum aut nihilum reducuntur.Deus autem eſt Sol,cui manifeſta ſunt crimina. *Exod.22.d. Apoc.12.a.*

Sol aliquando peculiariter deſignat *ſ* Deum patrem, & filius permanet cum Sole,quia permanet cum patre in æternitate. *Pſalm.71.*

Sol interdum ſignificat *t* diuinitatem Chriſti,aut ipſum Chriſtum,qui eſt luminare maius præſidens diei, hoc eſt, claræ viſioni Dei. *Geneſ.1.b.32.g.Iob.8.c.9.a. Pſalm.18.57.73.103.130. Eccleſ.1.a.2.c. Can.1.b.2.b.d.Ierem.15. Sapient.5.a.Ion.4.c.Mich.3.b. Malac.4.a. Eccleſ.27.b. Matth.5.g.17.a.Luc.21.c.* Ipſe eſt ſol ſtans,vt tempore Ioſue. *Ioſu.10.c.*Et ſol ſtans in habitaculo ſuo,eſt Chriſtus in gloria:& in Eccleſia. *Hab.3.c.* Ipſe enim dixit. *Matth.28.d.* Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.Et ſol conuerſus eſt in tenebras,quando Chriſtus,qui eſt lux mundi,reliquit Iudæos in tenebris. *Ioel.2.g.Eccleſ.12.a. 1.Corinth.15.e.*Sol in ciuitate Iuda,& in fonte, & in ciuitate Ægypti,eſt ipſe Chriſtus,vel Deus,qui eſt ſol communis. *Ioſ.15.b.Iſa.60.d.* Vt autem ſol indurat lutum, & liquefacit ceram: ſic Chriſtus poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum. *Luc.2.e.Epheſ.4.f.*

Sol adorans Ioſeph. *Geneſ.37.*ſignificare poteſt *u* beatam Virginem Mariam adorantem Chriſtum:vel ipſam *x* Eccleſiam eundem adorantem: vel excellentiam Sanctorum. In hoc ſole poſuit tabernaculum ſuum Chriſtus. *Pſalm.19. Apocal.16.b.*

Poteſt etiam Sol ſignificare intentionem mentis,quæ adorat Ioſeph,hoc eſt,diſcretionem,per quam dirigitur.

Sol eſt charitas *y* omnes illuſtrans virtutes: vt ſol omnia aſtra. Item gratia & iuſtitia. *Cant.6.d.* Electa vt ſol, *Apoc.12.a.* Mulier amicta ſole. Hoc enim ad charitatem,& gratiam,& iuſtitiam applicari poteſt.

Sol etiam ſignificat *z* ſapientiam,ſeu doctrinam,vel intelligentiam veritatis:& peculiariter nouum teſtamentum, *Iob.41.g.Pſalm.57.135.Nahum.3.d.Eccl.1.a.*ſol præterea eſt lux prædicationis,cum amore cordis. *1.Reg.11.c. Iob.9.a.* Intelligentia oritur per contemplationem: reuertitur ad locum ſuum cùm ad ſui circumſpectionem oculis cordis reuocatur.

Sol quo fulgebunt omnes iuſti, *Matth.13.f.*deſignat *aa* vnitatem gloriæ,quæ erit in beatis in fine mundi.

Sol, quandóque ſignificat *bb* mentem: cuius ciuitatem ædificant,qui creaturam Creatori præferunt, *Exod.1.b.* Et ſolis radij ſunt ſub ipſo Leuiathan, *Iob.41.b.* quum nonnulli etiam docti viri ſapientiæ ſuæ acumina non libere agendo ſubleuant,ſed ad veſtigia Leuiathan iſtius, & peruerſitate operis, & blandimento adulationis inclinant,vt intelligentia, quæ illis ſicut ſol deſuper fuit ex cæleſti munere, antiqui hoſtis pedibus ſubſternatur ex terrena cupiditate, *Eccl.27.b.Apoc.16.b.* Electa vt ſol eſt mens, quæ ex claritate cogitationis & contemplationis accenditur in feruorem deuotionis. *Cant.6.d.*Hic ſol occidit ſuper iracundiam, *cc* cum ratio per iram extinguitur. *Epheſ.4.f.Pſalm.88.*

Sol etiam dicitur *dd* ipſe ſenſus,qui oritur, quando deſſamus à contemplatione, & ad ſenſibilia reuertimur: atque cum hic Sol oritur,cælantur cœleſtia:cum occidit,cælantur terreſtria, & aperiuntur cæleſtia. *Geneſ.32.g. Leuit.11.d.*

Sol quandoque ſignificat *ee* ſplendorem regni. *Geneſ.1.b.32.g.37.c.Exod.22.d.Leuit.11.d.Epheſ.3.f.* Et ſol factus eſt niger,quando Hieruſalem ſubuerſa eſt:& periit regnum Iudæorum. *Apoc.6.d.*Et ſol, cuius tertia pars percuſſa eſt, eſt populus Iudæorum, ex quo naſciturus erat Chriſtus. *Apoc.8.d.*

Sol quandóque eſt *ff* ipſa proſperitas: ſeu tempus proſperitatis, *Pſalm.120. Iſa.49.c.*

Solis egreſſio ſuper terram, *Gene.19.e.*eſt *gg* manifeſtatio diuini iudicij: & etiam aduentus diuini verbi,præbens bonis auxilium, malis perniciem. Sole autem manifeſtæ viſionis oſtenſio deſignatur, *Pſal.18.*In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Ac ſi diceret,Humanitatis aſſumptæ ſacramentum, in lumine manifeſtæ viſionis oſtendit. Et *2.Reg.12.c.* Tu feciſti in abſcondito:ego verò faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël,& in conſpectu ſolis. Sol etiam eſt manifeſta in iudicio correptio, *Num.25.a.* ſuſpende eos contra ſolem.

Sol, quandóque *hh* ſpirituales deſignat,& prædicatorum claritatem,quem ſolem dicitur feciſſe Deus, *Pſal.31. Iob.9.a.* Et in extremo tempore ſol fiet quaſi ſaccus cilicinus,quia fulgens vita prædicantium, ante reproborum oculos aſpera & deſpecta monſtrabitur, *Apoc.6.c.*

Sol

Accedentes ad perfectionem. Angeli. Hæretici. Philoſophi. Dæmones. Impij. Adam,& Eua. Societas pœnarum in inferno. Ratio dominans ſenſui ſubmitto politico. Societas malorum. Anima. Mundus. Gentilitas. Libido. Homines perditi. Tentationes carnales. Seruientes prauis affectibus. Iudæi.

Deus.

Deus pater.

Chriſtus.

Virgo Maria. Eccleſia. Excellentia Sanctorum. Intentio mentis. Charitas. Gratia. Sapientia. Doctrina veritatis. Nouum teſtamentum. Prædicatio. Gloria. Mens. Ratio.

Senſus.

Splẽdor regni Populus Iudæorum. Proſperitas. Manifeſtatio diuini iudicij. Manifeſtatio viſionis oſtenſio. Correptio manifeſta. Spirituales. Prædicatores.

a *Ori.ſ.Cant. hom.1.*
b *Ori.ſ.Cant. hom.2. Aug. epi.48. & de paſt.15. Gr.ſ.Cant.1.*
c *Gre.13.m. 57.& 14.m. 9.& ſ.1.Reg. 2.*
d *Hie.ſ.Iſ.14, Bern.ſer.1.de aduent.*
e *Lyr.ſ.Ezec. 37.*
f *Phil. 2.alle.*
g *Lyr.ſ. Gen. 33.*
h *Orig.ſ.Gen. ho.5.*
i *Hier. epiſt. Menſuram charitatis.*
k *Ori.ſ.Exod. hom.9. Hie.ſ. Eze.16.*
l *Amb.de Abr.3. Gre.ſ.1. Reg.2. Clim.*
m *Phil.de temulent.1.*
n *Hie. ſ. Iere. 25.*
o *Phi.de conf. ling.*
p *Ruper.9.ſu. Gen.8.*
q *Ori.ſ.Cant. hom.2.*
r *Geo.Ve.Ca. 1.to. 2.ca.11. Augu.8.ciui. Dei.32.& ſ. pſ.142.*
ſ *Hie.& Au. ſ.pſ.71.*
t *Ori.ſ.Io. ho. 1.&ſ.Iud.ho. hom. 1. & ſ. Matt.hom.3. Arno.ſ.pſ.18. Hila.ſ.pſ. 57. Am.2.de Iacob.7. & epi. 62.& ſer.16. Hie.ſ.Ier. 15. & ſ.Iob.9.& ſ.Iſa.60. Au. ſerm.domi. in mont. & epi. 19.&ſ.pſ.120 Phi.de ſomni. Gre.8.m. 23. Ru.5.ſ.Matt. Cyr.4.ſ.Ioan. 28.*
u *Geor.Veneſ. Cant. 1.tom. 6.cap.26*
x *Ambroſi.de Ioſeph.2. Au.epiſt. 20.*
y *Hie.ſ.pſ.18. Bed.ſ.Ge. 37. Rup.9.ſ.Apo. Ric.de S.Vict. de 12.patriar. 69. Ber.ſer. paruo 60.& ſ.cant. ſer.27.*
z *Arno. ſ. pſ. 135. Hie.ſ.Nah.3. Au.ſ.pſ.57 Ric.de S.vict. dearc.myſt.7. & ſecur.conſ. 18.*

Gr.ſ.1.Re.11.& 9.m.3. aa *Ori.ſ.Mat.cap.3.* bb *Phil.de ſom. Gre.34.m.6.7.Caſſia.l.8.c.9. Ricard.de S.Vict. de arca. myſt.10.* cc *Au.ſ.pſ.88.* dd *Phil.de ſom.* ee *Lyr.ſ.Ge.1. Rup.4.ſ.Apo.& 5.* ff *Hier.ſ.pſ.120.& ſ.Iſ.49.* gg *Phil.de ſom. Ori.ſ.Nu. ho.25. Gre. 34.m.6.* hh *Aug. ſ.pſ.73.Gre.9.m.3.*

Digitized by Google

Angeli.
Bona opera manifestata.

Tempus.

Ardor concupiscentiæ.
Feruor tentationis.
Iniquitas.
Satanas.
Antichristus
Tyrannus.
Persecutio.
Tribulatio.
Conuersatio Prædicatorũ.

Cura Christi erga prædicatores.
Vigilantia huius vitæ.
Solicitudo vitæ actiuæ.

Infidelitas futurorum.
Incitare ad bonum.

Firmitas sacræ scripturæ.
Angeli.
Mẽtes electorum.

Sancti.
Doctores.
Prophetæ.
Intentiones rectæ.
Firmare dogmata Ecclesiæ
Roborare debilem in fide.
Virtus solida.
Regnum Iudæorum.
Anima terrenis curis plena.

Suscitatio Christi.
Castigans Deus.
Liberati à peccatis.
Liberari Iudæos ab onere legis.
Conuersio Iudæorum.
Implens Christus scripturas
Passus Christus pro nobis
Exequi bonũ propositum.
Explicare Christi incarnationem.
Dimissio populi Iudæorum.

Sol fugans tenebras designat *a* angelicas potestates fugantes dæmones,& omnia spiritalia nequitiæ,& cætera.

Sol,quãdoque significat *b* claritatem operis,& sol in fulgore est bonum opus in manifestatione,*Ioh.*3 1.*d.* scriptum namque est.*Matth.*5.*b.* Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum,qui in cœlis est.Et in sole,hoc est,in tempore vel manifestatione posuit Christus tanquam militare habitaculum suum,hoc est,dispensationem incarnationis suæ,*Psalm.*18.

Sol,quandoque significat *e* tempus, seu mundi durationem:vt occasus solis,sit vltimum tempus, *Gen.*15.*d.* Et permanet Christus cum Sole,*Psal.*71.quia durabit cum corpore suo,quandiu durabit Sol.Et sol stans est tempus gratiæ prolongatum,*Ioſ.*10.*c.*

Sol feruens *d* ardorem concupiscentiæ significare potest. Ea enim velut luce candet, & mentem, cui lucet, exurit,*Matt.*13.*a.*Item ardorem seu feruorem tentationis, *Deu.*23.*b.* Hic sol decolorat sponsam, *Can.*1.*b.* Et sol, qui tegitur nube,est ipsa iniquitas,*Ezech.*32.*b.*

Sol adurens,est *e* Satan transfigurans se in Angelum lucis,*Psal.*120.*Matt.*4.*a.*Hic obscurabitur,*Matt.*26.*c.*Item Antichristus,*Apoc.*10.*b.*Quartus Angelus effudit phialam suam in solem. Et tyrannus, *Isai.*13.*b.* Obtenebratus est sol in ortu suo, id est,Balthasar.

Sol quandoque *f* persecutionem designat,vel tribulationem,*Matt.*13.*a.*Quum nata sine radicibus semina orto sole aruerunt, quia videlicet verba vitæ in corde terrenorum hominum temporali momento virentia superueniente persecutionis ardore siccantur,*Marc.*4.*a.*Ita, *Iob.*9.*c.*Humectus videtur antequam veniat sol.

Solarium.

Solarium,est locus superior in domo & planum tectum, vbi ad solem manere quispiam potest.

Solarium *g* est alta conuersatio prædicatorum, quæ tamen adhuc est inter infirmos, 1.*Reg.*9.*d.* sic in solario abscondit Rahab exploratores,*Ioſ.*2.*b.*

Solemnis,Solemnitas,vide Festum.
Solere, Solitum,vide Consuetudo.
Solicitus,Solicitudo,Solicitare.

Solicitus,dicitur inquietus & curis affectus:& solicitudo est ipsa mentis inquietudo.Solicitare autem,est inquietare,& curam iniicere,seu contristare.

Solicitus pater Saulis pro eo absente,designat *h* Christum curam habentem prædicatorum, ne dum alios saluos facere cupiunt ipsi pereant,1.*Reg.*9.*a.*10.*a.*

Solicitus ambulat coram Domino,*i* qui nulla hora dormit,nullo tempore securus est, sed semper expectat patremfamilias venientem,& diem formidat iudicij,*Mic.*6.*c.Iob.*23.*d.*

Solicitudo Marthæ designat *k* solicitudinem prælatorum,& exercentium vitam actiuam, *Luc.*10.*g.*

Non erit sollicitus iustus in tempore siccitatis:quia secum habet verbi Dei flumina,*Ier.*17.*b.*

Solicitum esse de castrino,est *l* non habere fidem futuræ gloriæ,*Matt.*6.*d.*sic solicitus timet diues,*m* quia dum Deum non timet,multos timet,*Isai.*57.*c.*

Solicitantes populum ab operibus laterum,*n* sunt docentes cessare à malo,& renunciare seculo.Solicitant autem Moses & Aaron, hoc est,lex & sacerdotium.

Solidare, Solidus.

Solidum,est corpus,quod constat trina dimensione,nihil concauum aut vacuũ habens,& quod est firmum.Vnde solidare est roborare & firmare. Solidus etiam est species monetæ, 1.*Par.*29.*b.*solidos decem millia.

Solidissimi cœli,quasi ære,*o* sacræ scripturæ indicant firmitatem, *Iob*37.*c.* Vel designant *p* Angelos, qui in diuino amore fixi perstiterunt, vnde hoc in munere retributionis acceperunt, vt nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur, vt in contemplatione conditoris sine fœlicitatis fine permaneant, & in hoc, quod sunt conditi, æterna stabilitate subsistant. Vel sunt mentes electorum à cunctis terrenis contagiis intimo amore suspensæ. Qui solidissimi vt ære fusi sunt, quia ab integritate captæ fortitudinis nulla mutabilitatis rubigine consumuntur.

Solidatæ bases terræ,*Iob.*38.*a.*sunt *q* Sancti in virtute & gratia firmati,Doctores,& etiam Prophetæ, qui superimpositas tabulas ipsi firmi ac fusiles sustinent:quia Apostolorum vita dum eorum prædicatione instruitur, eorum & authoritate solidatur.Designant etiam intentiones rectas in Christo firmatas.

Consolidare clauos tentorij Ecclesiæ, *Isai.*54.*a.* est *r* firmare ratione dogmata Ecclesiæ, vel etiam doctrinam sacram docere,vel firmare ipsam rationem & intellectum,quibus præcepta consistunt.

Solidare infirmum,est *s* debilem in fide corroborare,*Ezech.*34.*a.*non consolidant autem infirmum mali pastores,quando propensos ad vitia verbo exhortationis non corroborant.

Solidum vestimentum dici potest *t* virtus solida,& vndique integra,*Leuit.*13.*g.*

Solida virga vinea designat *u* firmum regnum Iudæorum,& etiam fortes fideles in Ecclesia,*Ezec.*19.*d.*

Solidum altare designat *x* animam terrenis curis plenum. Ideò Deus nolebat sibi fieri altare solidum, *Exod.*27.*b.*38.*a.*

Solium,vide Cathedra.
Soluere, Absoluere.

Soluere est,quod ligatum erat,non ligatum facere,& interdum satisfacere.Item destruere,*Ioan.*2.*c.*soluite templum hoc.Explicare,*Iud.*14.*c.*Quod si solueris mihi. Negare, 1. *Ioan.*4. *a.* Omnis spiritus qui soluit Iesum. Remittere, *Eccl.*28.*a.* Deprecanti tibi peccata soluentur. Rumpere, *Ezec.* 17.*c.* soluit pactum,quod habebat cum eo. Violare,*Matt.*5.*b.*Non veni soluere legem,sed adimplere.

Soluens rex Ioseph, *y* est Deus pater suscitans Christum, *Psalm.* 104. soluta sunt vincula brachiorum eius, *Gen.*49.*c.*

Soluere dicitur Deus manum suam *z* quando castigat : quasi enim ligatam videtur habere manum, quando sustinet peccantes,& non statim castigat.*Iob.*6.*b.*

Soluere interdum est *aa* liberare,vt, soluit Deus à vinculis peccatorum, *Matt.*16.*c.* Et soluit compeditos, cum ex mortalibus immortales facit,*Psal.*101.145.Et soluunt discipuli Lazarum, sed venientem foras,hoc est,suscitatum à Christo: *bb* nullus quippe peccator absoluendus est, antequam per dignam pœnitentiam correptus, & intrinsecus appareat viuificatus. Soluitur autem anima à vitiis & passionibus, vel etiam à vinculis carnis,vt libera sit in gloria,*Ioan.*11.*f.*soluunt quoque discipuli asinam,quum absoluunt à vinculis peccatorum,quod tamen non possunt, nisi iubente Domino. *Matt.*21.*a. Luc.*19.*a.* Et soluit vincula colli sui, *cc* qui liberatur à seruitute peccati,*Isa.*52.*a.*soluere autem non potest vinculum peccati diabolus,qui semper ligare satagit.*Hoſ.*5.*d.*

Soluit Deus vincula onagri,*dd* quando liberauit populum Iudaicum à præceptis & ceremoniis legis. Et etiam virum contemplatiuum ab affectibus terrenorum,*Iob.*39.*a.*

Soluet Esau iugum Iacob,quando *ee* Iudæi in fine mundi venient ad fidem, *Gen.*27.*f.*

Soluit Christus medium parietem, *ff* quando reconciliauit genus humanum cum Deo:& ex Iudæis, & Gentibus fecit vnam Ecclesiam,*Ephe.*2.*c.*

Soluit Christus signacula libri clausi,*Apo.*5.*a.*quia *gg* ipse impleuit, quæ prophetata erant in sacra scriptura.

Soluisse dicitur Christus dolores inferni,*Act.*2.*d.*Vt solui possunt laquei venantiũ:non quia iam tenuerint,*hh* sed ne teneant.Vel eos dolores soluit,quibus ipse teneri non poterat, sed quibus alij tenebantur, quos ille nouerat liberandos.

Exoluebat Christus,quæ non rapuerat,*Psal.*68.quia *ii* pro peccatis alienis patiebatur:sic soluit didragma,quod non tenebatur.*Matt.*17.*d.*

Soluere dicuntur vota,*kk* qui opere exequuntur bonum propositum,*Isa*19.*d.*

Soluere corrigiam calceamenti Christi,*ll* est incarnationem eius intellectam verbis explicare,*Ioan.*1.*d.*

Soluens mulier calceamẽta nolentis suscitare semen fratris,dici potest *mm* lex dimittens populum Iudæorum,

a *Geor.Venet. Cant.* 1.*tom.* 4.*cap.*10.
b *Gre.*22.*mo.* 6.& 34.*m.*6. *Aug.ſ.pſ.* 18. *Ber.ſ.can.*52.
c *Glo.inte.ſu. Gen.*15. *Aug.ſ.pſa.*71. *Ori.ſ.Io.h.*11.
d *Gre.ſ.*1.*Re.* 14.& 9.*mo.* 40. *Ber.ſ. can.ſer.* 28. *Hie.ſ.Eze.*32.
e *Ori.ſ.can.h.* 3.& *ſ. Matt. ho.*3. *Gl.int.ſ.Apo.* 16.& *ſ.Iſ.*13.
f *Gr.*34.*m.*6. & *ſ.Ez.h.*19.
g *Gre.ſ.*1.*Re.* 9. *Hie.ſ.pſa.*86.
h *Gre.ſ.*1.*Re.* 10.
i *Hie.ſ.Mic.*6. *Gr.*16.*m.*19.
k *Bern.ſer.de aſſump.*
l *Hil.ſ. Matt. can.*6.
m *Hier.ſ.Iſa.* 57.
n *Ori.ſ.Exod. ho.*5. *Bed.ſ.Exo.* 5.
o *Hier.ſ. Iob.* 37.
p *Gre.*27.*mo.* 25.
q *Hier. ſ.Iob.* 38.*Gr.*28.*m.* 9.13.
r *Glo. inte.ſu. Iſa.*54.
ſ *Hie.ſ. Eze.* 34. *Cyr.*7.*ſ.Io.*5.
t *Glo. inte.ſu. Leu.*13.
u *Hie.ſ.Exec.* 19.
x *Glo. inter.ſ. Exod.*27.
y *Ar.ſ.p.*104. *Bed.ſ.Gen.*49
z *Gre.*7.*m.*8.
aa *Ori.ſ.Mat. h.*14.& *ſ.Lu. ho.*37.
bb *Am.ſ.Luc.* 19. *Clim. grad.*1. *Au.*83.*q.*65. & *ſ.pſa.*145. & *ſ.Ioan.tra.* 49.
cc *Hier. ſ.Iſ.* 42.& *ſ.Ho.*5. *Cyr.*7.*ſ.Ioan.* 23. *Gre. hom.*26.
dd *Hie.ſ. Iob.* 39. *Gr.*30.*m.*25.
ee *Am.de Iacob.*3.
ff *Gre.ſ.Exec. hom.*6.
gg *Rup.* 4.*ſ. Apo.*
hh *Au.epi.*9.
ii *Am. epi.*4. *Aug.ſ.pſ.* 68.

kk *Hie.ſ.Iſa.*19. ll *Amb. inſt.virg.*14.*Gre.hom.*7. mm *Amb.*3 *de fide* 5.& *ſ. Luc.*3. *Bed.ſ. Exo.*3.

Digitized by Google

vt duceret eam Christus nouissimis temporibus, *Deu.25.c. Ruth.4.d.* soluit etiam calceamenta, qui non est sponsus Ecclesiæ. Ideò vt ostendatur Moses non esse sponsus, iubetur soluere calceamenta, *Exod.3.b.*

Soluere calceamenta est *a* auferre peccata, & etiam relinquere mortalitatem, *Exod.3.b. Ioſ.5.d.* Soluere autem debes calceamenta, vt transeas. Soluere etiam calceamenta, est auferre timorem humanum, qui non sinit liberam esse prædicationem.

Dissoluit colligationes impietatis, *b* qui doctrinam hæreticorum dissipat, *Isai.58.b.*

Soluitur calore lapis, *Iob.28.a.* quum durities *c* cordis feruore fidei tollitur, & diuini amoris igne tangitur, & in feruore spiritus liquatur: vt ad sequentem vitam desideriorum æstu ardeat, quam prius audiens insensibilis manebat.

Soluere pro reddere, *Leu.21.c.* Votum ex his solui non potest. Sic non soluit peccator, quòd mutuò accepit, *Psal.36.* quum *d* non reddit opera verbo Dei, à se audito respondentia, & quum nõ agit gratias de donis acceptis.

Soluti quatuor Angeli, *Apoc.9. c.* designant *e* facultatem datam dæmonibus, & eorum membris ad extremam persecutionem Ecclesiæ. Vel sunt *f* soluti principes quatuor regnorum aduersus filios Israël: vel contra Ecclesiam. Sic soluetur diabolus ad modicum tempus tempore Antichristi, *Apo.20.c.*

Solui dicuntur mali de loco suo, quando *g* ex hac vita mittuntur in infernum.

Soluere dicitur Dei opus, *h* qui fratris salutem perdit, *Rom.14.d.*

Solitudo, vide Desertum.

Solus, Solitarius.

Solus, aut solitarius est, qui seorsum est ab aliis: aut sine socio, vel comite.

Solus Deus facit mirabilia, *Psal.135.* quia *i* omnes alij, si quid faciunt, virtute ipsius faciunt: & quædam facit ipse solus. Ipse quoque dicitur esse solus, *Iob.23.c.* quia ipse reuera est, alia verò sunt quasi non sint in conspectu eius, à quo habent ipsum esse.

Solus Christus fuit vespere relictus, *Matt.14.c.* vt designetur *k* solitudo eius in passione. Et solus calcauit torcular, quia solus factus est homo: & solus est retributor, *Isa.63.a.* solus etiam remanet Iesus: quia solus peccata remittit, *Ioan.8.b.* Idem non solus: quia est cum patre, *Ioan.8.d.*

Solus Deus extendit cœlos, *l* qui secreti mira dispensatione consilij prædicatores suos, vnde permisit in vna gente opprimi, fecit in mundi cardines inde dilatari, *Iob.9.b.*

Soli Deo seruire, *m* est non simul vitiis operam dare, *Deu.6.b. 1.Reg.7.a. Matt.4.b.6.c.* Nemo potest duobus dominis seruire. *2.Corinth.6.c.* Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? designatur autem cultus latriæ soli Deo dandus.

Solus euadens nuncius Iob cæteris pereuntibus, *n* est sermo propheticus qui dum fiunt mala omnia, quæ prædixit, quasi sanus ad Dominum solus redit. Dum enim vera dixisse de perditorum casu cognoscitur, quasi inter mortuos vixisse monstratur, *Iob.1.c.*

Solitudo vrbis, erit solitudo terræ, *o* quando mali auferentur ex ea, *Isa.24.c.* sumitur autem singulare pro plurali.

Solus Moses ascendens in montem, *p* statum contemplationis designat, non omnibus aptum, *Exod.24.a.* Idem designat solus remanens Iacob, *Gen.32.f.*

Solus sedet, *q* qui non est particeps vitiorum vitæ communis, & qui se à multitudine peccantium separat, & qui alios bonis operibus excellit, & qui se à tumultu cogitationum mundanarum, & affectuum terrenorum separat, *Ier.15.a. Thre.3.d.*

Solum esse hominem, quod non est bonum, *Gen.2.c.* est *r* vel Christum esse sine Ecclesia, vel animam sine vnione ad corpus, quæ est illi naturalis.

Solum sedere Mosen ad iudicandum populum, & solum sustinere negotium populi, ineptè fieri ostendit Iethro, *Exod.18.c.*

Solus, cui est væ, est, qui non habet socium verbum Dei, *Eccl.4.c.* sic fuit solus Saul, qui proiecit sermonem Domini: ideò cadens non est subleuatus, *1.Reg.15.f.* Dauid verò non erat solus: ideò cadens habuit subleuantem, *2.Reg.12.* Et sola sedens ciuitas Hierusalem destructa, *s* est anima existens in peccato à gratia Dei destituta, & existens sine Christo. *Thren.1.a.*

Solus habitans leprosus, designat *t* separatos à societate Ecclesiæ, *Leu.13.f.* Et solitarius onager, est hæreticus separans se, vel iectus ab Ecclesia, *Hoſ.8.c.*

Soli homines dicuntur, *u* qui se præire omnibus ratione existimant tumore videlicet mentis, *Iob.12.a.*

Solus comedit buccellam suam, *x* qui non facit eleemosynam, & etiam qui facit, sed non habet secum pauperes, *Iob.31.b.*

Solis patribus suis dicunt hæretici datam esse terram, *Iob.15.c.* quia *y* solos errorum suorum magistros rexisse veraciter Ecclesiam putant.

Solitaria est nox. *Iob.3.b.* quum *z* culpa, quam quis fecit, sola remanet: ne dum laudatur, & defenditur, in conspectu nos iudicis multiplicius astringat. Et quum diabolus distinctione perpetua à frequentia supernæ patriæ separatur. Vel vt hominem, quem sibi socium ad perditionem fecerat, amittat, & solus cum suo corpore hostis pereat: dum multos, quos destruxerat Redemptoris gratia reformat.

Soli in saltu dicuntur esse, *aa* qui se odio hominum separant. Soli autem, sed non in saltu, sunt boni à consortio malorum separati, *Mich.7.c.*

Somnus, vide Dormire.

Somniare, Somnium.

Somniare, est per quietem somni aliquid quasi vigilando in phantasia videre. Somnium autem est ipsa visio somniantis.

Somnia Ioseph, typus erant *bb* eorum, quæ futura erant in Christo. Et somniator Ioseph, est Christus, cui peculiare est præuidere futura. Somnia verò dicuntur inuidiæ causa, hoc est, applicatio scripturarum ad Christum, quam Iudæi ferre non poterant, *Gen.37.a.* somnia quoque Ioseph, typum gerunt parabolarum Christi, propter quas illi inuidebant principes Iudæorum.

Somnium aliquando significat *cc* tranquillitatem contemplationis, & inspirationem, & in his somniis apparet Deus: vel potius in somniis, *Gen.20.a.28.c.* Per somnium quoque loquitur Deus, *Iob.33.b.* quando tranquilla mente ab huius seculi actione quiescitur, & in ipso mentis silentio diuina præcepta pensantur. Somnium Nabuchodonosor, cuius oblitus est, sed postmodum etiam eius interpretationem accepit, designat *dd* contemplationem aliquando auferri à contemplatiuis, ac postea multo plenius reddi. Designatur etiam gratiam contemplatiuæ vitæ faciliùs elabi, & difficiliùs reparari: vt fuit difficile Nabuchodonosor recuperare somnij cognitionem, *Dan.2.a.*

Somnia senum, designant *ee* cognitionem mysteriorum, *Ioel. 2. g.* Et somnia Eunuchorum Pharaonis, erant præuisiones Prophetarum: qui ostendunt omnem pœnitentiam huius seculi esse somnium: sicut & somnium Pharaonis, *Gen.40.a.*

Somnium Iacob, *Geneſ. 28. a.* designare potest *ff* fidem, per quam nunc videmus per speculum in ænigmate.

Somnia per quæ terret Deus. *Iob.7. c.* sunt *gg* imaginationes vltimi districtique examinis: quod iam vtcunque per timorem cernimus, sed tamen, vt est, veraciter non videmus.

Somnium etiam quandoque est *hh* voluntas propria, *Isa.56.d.* Dormientes & amantes somnia.

Somnium surgentis *ii* est vita malorum, quæ velut somnium præterit, *Iob.20.a. Psal.72.*

Somnium nocturnum dici potest occulta tentatio, *Deu.23.b.*

Somnia pseudoprophetarũ, designant *kk* errores capitis hæreticorũ: quos ipsi ascribunt Deo, tanquam ab eo reuelatos. *Ier.12.e.* Et somniatores sunt cultores idolorũ, & hæretici cultores errorum, *Zach.10.a.* Et sicut somnium,

erunt

a Ori.ſ.1. Re. hom.1. Amb. de fug. ſec. 6. Epiph. li. ancherato. Bed. ſ.Exod.3.
b Hier. ſ. Iſa. 58.
c Hier. ſ. Iob. 28. Gre.ſ.18. mor.16.
d Orig.ſ.pſal. 36.hom.3. Hie. & Aug. ſu.pſalm. 36.
e Aug.ſ.Apo. hom.9.20.
f Rup. 5. ſup. Apo.
g Greg.7.mo. 1.
h Am.ſ.Rom. 14.
i Gloſſ.ord.ſ. pſalm.135.
k Hil.ſ.Mat. can.14. Hier. ſ. Iſa. 63. Amb. epi.76.
l Greg.9. mo. 4.
m Gloſſ.ord.ſ. 1.Reg.6.
n Greg.2. m. 25.
o Gloſſ.ord. ſ. Iſa.24.
p Glo.inter.ſ. Gen.32.
q Orig. ſ.Ier. ho. 11. Amb. de obit.Valēt. & ſ.pſa.118. ſer. 2.Hier. ſ. Ier.15. Gre.4. m.35.
r Glo. ord.ſu. Gen.2.
ſ Glo. ord.ſu. Thre.1.
t Hie.ſ.Ho.8. Iſy.ſ.Leu.13.
u Gre. 10.m. 25.
x Glo.ord. ſu. Iob.31.
y Gre.12.m. 18.
z Gre.4.mor. 11.13.
aa Hie.ſ.Mic. 7.
bb Glo. ord.ſ. Gen.37. Rup.8.ſ.Gen. 21.
cc Gr.23.m. 20.
dd Rica.de S. victo.de ſomnio Nabuc. 1. 2.
ee Am.de Ioſeph.6.
ff Rupe. 7. ſ. gen.54.
gg Gre. 8.m. 17.
hh Hie. ſ. Iſ. 56.
ii Amb.ſu.pſ. 72. Gre.15.mo.3.
kk Gr.9. mo. 40. Hier.ſup. Zac. 10.& ſ. Iſa.29.

Auferre peccata.
Relinquere mortalitatē.
Pellere timorem humanum.
Deſtruere hæreſes.
Mollita duricies cordis.
Non reddere opera verbo Dei.
Non agere gratias.
Poteſtas diaboli & membrorũ eius aduerſus Eccleſiam.
Mitti in infernum.
Perdens ſalutem fratris.
Singularitas Dei.
Solitudo Chriſti in paſſione.
Mittens Deus prædicatores ad Gentes.
Cultus ſoli Deo dandus.
Sermo propheticus remanens verax.
Auferre malos à terra.
Status contẽplationis non omnium.
Separari à vitiis, & mundanis cogitationibus.
Carens verbo Dei.
Separari ab Eccleſia.
Superbi.
Non faciens eleemoſynam.
Culpa non defenſa.
Iectio diaboli.

Prophetia de Chriſto.
Parabola Chriſti.
Tranquillitas contemplationis.

Cognitio myſteriorum.

Fides.
Voluntas propria.
Vita malorum.
Occulta tentatio.
Errores hæreticorum.

Digitized by Google

erunt diuitiæ militantium contra Hierusalem. *Isai.* 29. *b.* Vel quia non proderunt destructoribus Hierusalem: ve. quia argumenta & strophæ hæreticorum erunt velut visa somniantium, & sicut somniat esuriens se comedere.

Sonare, Sonus, Sonitus, Resonare.

Sonus, est obiectum auditus: vnde quicquid primò & per se ab auribus percipitur, sonus dicitur. Sonare autem est sonum efficere.

Inspiratio. Gemitus pœnitentia. Spiritus sanctus.

Sonus aliquādo est inspiratio: & sonus ex ore Dei, est *a* vis timoris de superna irruens aspiratione: quia quum nos de venturis Dominus aspirando replet, proculdubio de malè gestis præteritis terret. Et sonitus rugit post Deum, quia cum mentem Deus ingreditur, mox pœnitentiæ gemitus sequitur: vt ei iam salubriter flere libeat: qui prius de iniquitatibus deflenda iucunditate gaudebat, *Iob.* 37. *a.* sonat etiam inspiratio, *Ierem.* 46. *f.* Vox eius quasi æris sonabit. Quod si os Dei est filius, sonus procedens ex ore Dei erit Spiritus sanctus: de quo *Actor.* 2. *a.* Factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis.

a Gre. 27. m. 13. 14. 15.

Vindicta Dei.

Sonitus rugitus Dei, *b* est grauis Dei vindicta, *Ier.* 25. *f.* Et sonitus quadrigarum in iudicio, erit Angelorum, vel dæmonum, *Ioel.* 2. *b. Amos*, 2. *a.*

b Glo. int. su. Ier. 25.

Prædicatio. Laudes Dei.

Sonat vox sponsæ in auribus sponsi, *c* quum prædicat Christum proximis, eos hortando ad amorem Christi, *Cant.* 2. *d.* Et sonitus buccinæ, prædicationem significat, *Exod.* 19. *c.* 20. *c.* Et laudatur Deus in sono tubæ, *d* quando, quæ in aure audiuntur prædicantur in tectis ad gloriam Dei, *Psal.* 150. Et sonitus tintinnabulorum, est prædicatio, *Ezech.* 28. *f.* Et etiam sonus alarum, & sonus aquarum sunt laudes populorum: sonus verò castrorum, est maior laus sublimis Dei: qui omnem superat intellectum. Dicitur autem sonus sublimis Dei, *e* quia à Deo habent, vt laudent, & quia in felicitate laudabunt, vniti Deo, *Ezec.* 1. *f.* 33. *a.* sonus Apostolorum, est simplex prædicatio, *Psalm.* 18. *Rom.* 10. *d.* Resonant montes laudem, quum Apostoli prædicant. *Isai.* 44. *d.* sonat autem venter quasi cithara. *Isa.* 16. *d.* quando mens prædicantis omnibus virtutibus est ornata & sic foris gratum dat sonum. Et sonans tonitruum, est prædicatio Apostolorum cum virtute Spiritus sancti, *Iob.* 38. *c.* Ideò sonus factus est, adueniente Spiritu sancto, *Actor.* 2. *a.* Cum hoc sonitu perit memoria malorum, *Psal.* 9.

c Gr. s. cant. 2. & 29. m. 16. & s. Eze. h. 8.

d Arno. s. ps. 150.

e Hie. s. Ezec. 1. & s. Is. 16. & s. Iob. 38. Ori. s. cant. ho. 4. & su. Rom. 10.

Tuba iudicij. Fortis inspiratio. Aduentus Spiritus sancti.

Sonitus factus prophetante Ezechiele, designat, vel sonum tubæ futurum in iudicio: vel fortem inspirationem, vel aduentum Spiritus sancti in Pentecoste, *Ezech.* 37. *b.*

Mina contra prædicatorem. Tentatio.

Sonare dicitur pharetra super equum, *Iob.* 39. *c.* quando contra prædicatorem sanctum occulta prauorum machinatio consilium suum, quod fraudulenter operit, fraudulentiùs patefacit: vt præmissis minis, quasi ex sonitu pharetræ terrorem incutiant. Item quando fortiter agenti aliqua occurrit tentatio: vt à forti operatione cesset.

Præcepta seculorum principum. Persecutiones infidelium & dæmonum.

Sonitus aquarum, sunt *f* iussiones sublimitatum seculi: & commotiones ac persecutiones infidelium & dæmonum, *Psal.* 9. 45. 64. 82. *Isai.* 17. *d.* Et sonat quasi mare vox inimicorum: quando graues sunt tentationes & persecutiones, *Ier.* 6. *f.* Et sonans terra, *g* designat clamorem Iudæorum in Christianos, 1. *Reg.* 4. *c.* sonitus etiam populi Iudæorum fuit, quum clamauerunt Crucifige, Crucifige, *Ezech.* 7. *c.* Et sonitus equorum, sunt errores dæmonum & hæreticorum, *Ezec.* 26. *b.* Et sonat pharetra super equum, quando persecutiones oriuntur aduersus prædicatores. Vel sonant in diabolo persequente, *Iob.* 39. *c.* 28. *d.*

f Gre. s. 31. mo. 25. 80. Hil. s. ps. 64. Hier. s. Is. 17. & s. Ier. 6. & s. Ezec. 7. Aug. s. ps. 45. 64.

Fama turpitudinis prælati.

Resonare dicitur vox gregum in auribus Samuelis. 1. *Reg.* 15. *d.* quando *h* venit fama turpitudinis inferioris prælati ad superiorem.

g Gre. s. 1. Re. 4. & 31. mor. 25.

Prædicatio legis.

Sonitus folij volantis terret Iudæos, *Leu.* 26. *e.* quia *i* terrentur à prædicatione legis per fideles facta.

h Gre. s. 1. Re. 15.

Insania voluptatum.

Sonitus lætantium est insania vacantium voluptatibus, *Isai.* 24. *b.* Ad idem sonitus organi, *Iob.* 21. *b.*

i Isyc. s. Leu. 26

Fama lapsi in peccatum.

Sonitus ruinæ Tyri, est fama eius, *k* qui lapsus est in peccatum, *Ezech.* 26. *c.* 27. *f.* Et sonitus ruinæ cedri est fama Luciferi lapsi, *Ezech.* 31. *f.*

k Hie. s. Ezec. 26. 31.

Impij.

Sonitus terroris dicitur esse semper in auribus impij, *Iob.* 15. *c.* quia *l* semper malum suspicatur: nec in vlla est securitatis tranquillitate.

l Gre. 12. mo. 19.

Sophar.

Hæretici.

Sophar, id est, speculator, vel buccina: vel dissipatio speculæ, vel matutinus, aut corona, seu circulus. Vnus ex amicis Iob, *Iob.* 2. *a.* Typus est *m* hæreticorum: qui cum aliqua per naturæ bonum sapienter prædicent sunt tamen assertores mendacij, falsa de Christo prædicantes, & mentes contemplantium subuertentes.

m Hie. prol. in com. s. Iob. Gr. prol. mor. cap. 12. & 3. mor. 17.

Sophim.

Angeli.

Sophim, id est, speculæ, vel speculantes, siue cooperti, aut natantes vel expectantes, aut fauus: mons est in tribu Ephraim, vnde erat Elcana pater Samuelis, 1. *Reg.* 1. *a.* designare potest *n* Angelos cognoscentes Christum, vel contemplationem Dei.

n Gre. s. 1. Re. 1.

Sophonias.

Contemplatio Dei.

Sophonias, id est, *o* abscondo Domini, siue secretum Domini, aut speculator noster Dominus, vel aquilo Domini. Vnus è duodecim Prophetis, filius Chusi, hoc est, humilitatis, quia Prophetæ & Apostoli dicunt: Non sum dignus vocari Apostolus, *Soph.* 1. *a.* Alius Sophonias ponitur, *Zach.* 6. *c.*

o Hie. s. Sop. 1.

Sopire, Sopor, vide Dormire.

Sorbere, vide Absorbere.

Sordes, Sordescere, vide Immundus.

Sorec.

Iudæa. Anima.

Sorec, id est, *p* vinea, vel vitis, aut sibilus, aut sibilans, vel interpretatur electa. Est genus vitis optimæ: quæ vbertes fructus facit, atque perpetuos, *Isai.* 5. *d.* typus est Iudææ, vel animæ virtutibus ornatæ.

p Hier. s. Is. 5. & epi. Ignoto vultu.

Soror, vide Frater. Sors, Sortiri.

Sors, est fortitudinis aliquis euentus: & interdum accipitur pro munere, vel officio, & conditione, *Sap.* 3. *c.* Sors in templo Dei acceptissima. Quandoque pro patrimonio seu hereditate. Datur etiam sors diuinatoria, *Esther.* 3. *b.* Missa est sors in vrnam coram Haman. Sortiri autem est sortes facere, vel per sortes aliquid accipere.

Gratia Dei. Diuidere iustos à peccatoribus.

Sors est res in dubitatione humana diuinam iudicans voluntatem: & potest significare *q* statum gratiæ, seu gratiam Dei, qua saluati sumus: quæ non est in electione humana, sed in voluntate diuina: vnde sortes iustorum dicuntur esse in manibus Dei. *Psal.* 30. 124.

q Au. s. ps. 30.

Cognoscere duplicem naturā in Christo.

Sortem mittere inter duos hircos, *Leuit.* 16. *b.* quæ dici potest sors consultoria, est *r* diuidere iustos à peccatoribus. Item recognoscere in Christo naturam diuinam & humanam: vt cuique tribuatur quod suum est.

r Orig. s. Leu. hom. 9. Isy. s. Leu. 16.

Conuersatio vniuscuiusq;

Sorte diuisoria datur terra promissionis: sed aliqui accipiunt sine sorte, quia *s* sicut in bello egregij duces accipiunt aliqua spolia sine sorte: ita in gloria: vt Apostoli accipiunt duodecim sedes. *Num.* 26. *f.* 33. *g.* 36. *b. Leuit.* 16. *c Ios.* 9. *b.* 13. *a.* 17. *a.* 18. *b.* 11. *a. Psalm.* 141. *Col.* 1. *b.* Illorum autem est sors seu portio in terra viuentium, quorum conuersatio in cœlis est, *Phil.* 3. Ad hæc pertinent sortes Sacerdotum & Leuitarum, 1. *Par.* 24. *b.* Omnes sors æqualiter diuidat.

s Ori. s. Num. hom. 21. & s. Io. ho. 23. 25.

Pati propter Christum.

Sors etiam est *t* propria cuiusque conuersatio: & sortes spirituales ponimus, quando per exteriora signa operum ad occultorum notitiam peruenimus, 1. *Reg.* 14. *f. Psal.* 30. *Sapi.* 2. *b.*

t Gre. s. 1. Re. 14.

Electio prædicatoris.

Sors cadens super Ionam est, *u* quando Apostoli & Martyres patiuntur, non propter peccata sua, sed propter Christum *Ion.* 1. *b.*

u Ru. s. Ion. 1.

Distributio gestorū Christi inter euangelistas.

Sortes eligendi regis, designant *x* electionem faciendam de prædicatoribus, 1. *Reg.* 10. *d.*

x Gre. s. 1. Re. 10.

Collatio charitatis à Deo.

Sortes missæ super vestem Christi, *Psal.* 21. *d.* designare possunt *y* distributionem gestorum Christi inter Euangelistas ea scribentes. Vel mittitur sors super charitate, quæ non diuidatur: sed sorte datur desuper: nempe per diuinum iudicium, non per merita. *Matth.* 27. *d. Marc.* 15. *b. Luc.* 23. *a. Ioan.* 19. *d.*

y Ambro. de Tob. 20. Aug. s. ps. 21. & s. Ioan. tra. 118.

Missio Christi sacerdotis.

Sorte Zacharias offert incensum, *Luc.* 1. *a.* designans *z* mittendum & dirigendum esse à Domino sacerdotem Christum.

z Am. s. Lu. 1

Gehenna.

Sors idololatræ, est in torrentibus, hoc est, *aa* sors sacerdotis: diaboli, est in inferno, *Isai.* 57. *b.* Ita sors vastantium fideles est infernus, *Isa.* 17 *d. Ier.* 13. *d.*

aa Hier. s. Is. 17. 57.

Inducere in errores.

Sortem mittunt super populum Dei, aut alterius ciuitatis, *bb* qui eum in varios inducunt errores, *Ioel.* 3. *a. Nahum.* 3. *b.*

bb Lyr. s. Ioel. 3.

Sospes, vide Saluare.
Spathula, vide Palma.
Spacium, Spaciosus.

Spacium, est intercapedo loci seu temporis, quæ inter aliquos terminos includitur. Spaciosum autem est, quod multum habet spacij.

Spacium itineris trium dierum inter oues Laban, & oues Iacob, designat fidem Trinitatis, qua fideles ab infidelibus separantur, *Gen.* 30.*f.*

Spaciosa terra dici potest *a* gloria cœlestis, quæ totum animi desiderium vndiquaque replet, *Exod.* 3.*b.*

Spacium factum Sion, designat *b* latitudinem Ecclesiæ, quam inter Gentes accepit. *Isai.* 49.*c.* Et spaciosus locus in domo Laban, est promptitudo Gentilitatis in suscipienda fide, *Gen.* 24.*c.* Spaciosus etiam locus, *c* est ipsa Ecclesia, in qua statuuntur prædicatores, tanquam pedes Christi, *Psal.* 30.

Spaciosus locus dici potest *d* dilectio, quæ extenditur ad amicos & inimicos. In loco etiam spacioso pedes stabiliti sunt, quando & ad congruentia bona tendimus, & nulla difficultate præpedimur. *Psal.* 30.

Spaciosa terra, est huius mundi prosperitas, in qua mali per latam viam merguntur in infernum, *Gen.* 34.*c.* Dicitur etiam specioſa via: quia in ea variè contingit errare, *Matt.* 7.*b.* Spaciosa autem terra apta est inundationi: vnde designat eos, qui multum merentur castigari à Deo. *Isai.* 28.*a.*

Spaciosè pasci dicuntur, *e* qui sine vllo impedimento studio sacræ doctrinæ vacant, *Isa.* 30.*c.*

Spaciosum mare designare potest *f* leges, multa hominum genera continentes. Vel latitudinem mundi ducentem ad inferos, *Psal.* 103.

Spaciosa cœnacula ædificare vult hæreticus: *g* sed angusta ædificat, *Iere.* 22.*d.*

Species, Speciosus, vide Decor.
Spectare, Spectaculum, Spectabilis.

Spectare, est sæpe, seu fixè intueri. Spectaculum autem dicitur id, quod spectatur, vt ludi aut etiã ipsa spectatio.

Spectans Eli contra viam. 1. *Reg.* 4.*c.* designat Scribas: qui *h* dum superbè scripturas accipiebant ei, qui est via, per quam ire ad æternam patriam debuerant, contradicebant. Ipse enim Christus dicit, *Ioan.* 14. Ego sum via, veritas & vita.

Spectaculum fuit *i* passio & resurrectio Christi, *Isa.* 27.*c.* Iuxta Septuaginta.

Specula, Speculari, Speculator.

Specula, est locus editus & eminens, vnde aliquid videri & speculari potest: siue sit mons, siue turris, siue lapis, siue arbor, aut aliquid aliud eminens. Speculari autem est quasi è specula prospectare, vel ad videndum intendere. Per translationem autem ponitur pro scrutari, & exactè considerare.

Specula dici potest *k* Ecclesia: & etiam contemplatio, *Isa.* 21.*c.* Super speculam Domini ego sum stans. Item pœnitentia, *Iere.* 31.*d.* Statue tibi speculam. Speculam autem sibi statuere, est *l* ventura vitiorum certamina ex alta consideratione prænoscere.

Speculator interdum dicitur *m* Propheta, *Isa.* 21.*b. Ezech.* 3.*d.* Et specula, est ipsa prophetia, per quam procul intuentur futura, *Isai.* 21.*b.*

Speculatores, qui erant in Gabaa Beniamin, 1. *Reg.* 14.*c.* designant *n* Apostolos, Episcopos, & Doctores in sublimi statu vitæ positos: qui non solùm subditorum facta considerant, sed etiam concionatorum prædicationem, *Isa.* 52.*c. Iere.* 6.*d.* 31.*d. Ezec.* 3.*d.* 33.*a.* Quisquis autem *o* populi speculator ponitur, in altum debet stare per vitam, vt prodesse possit per prouidentiam. Ideò, *Isa.* 40. Super montem excelsum ascendetur, qui Euangelizas Sion.

Speculatores cæci, sunt, *p* sacerdotes Iudæorum & Pharisæi, & etiam hæretici, *Isai.* 56.*d. Hos.* 5.*a.* 9.*b.*

Speculum.

Speculum, est illud tersum ac politum, in quod aspicientes imaginem nostram, aut alterius rei illi obiectæ, quam refert, contemplamur.

Speculum dicitur ipse Christus, & sapientia, & sacra scriptura: ad quorum aspectum debemus nosmetipsos contemplari, & maculas tergere, *Sap.* 7.*d. Iacob.* 1.*d.*

Specula mulierum, de quibus fiebat labrum æneum ad lauandum sacerdotes, *Exod.* 38.*a.* designare possunt *q* diuina præcepta, quæ debemus contemplari, vt sordes mentis nostræ abluamus. Significant etiam *r* exempla Sanctorum patrum, qui ob animarum pulchritudinem, mulieres dicuntur. Specula etiam mulierum *s* dici possunt corpora sancta virginum.

Speculum aliquando dicitur *t* cognitio rerum diuinarum obscura: & fides, quæ dicitur speculum sine macula, *Sap.* 7.*d. Isa.* 3.*d.* Vnde 1. *Cor.* 13.*d.* ait Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate.

Specus, Spelunca, Antrum, Cauerna.

Specus & spelunca, est locus excauatus intra rupem, aut montem, obscuritatem quandam habens: qui etiam antrum & cauerna dicitur.

Spelunca in quam confugit Dauid, cum fugeret Saulem, 1. *Reg.* 21.*a.* 24.*a. Psalm.* 56. 141. *in titu.* diuinam *u* protectionem significare potest. Designat etiam *x* carnem Christi: vel eius sepulchrum, vbi absconditus est à Iudæis persequentibus.

Cauerna maceriæ dicitur sinus Dei patris: vbi filius nota facit omnia sponsæ, *Cant.* 2.*d.* Vbi Origenes *y* legit pro *murale*. Vel designat *z* vulnus lateris Christi. Vel protectionem angelicæ custodiæ. Vel loca vacua *aa* in choris angelorum, relicta à dæmonibus. Vel contemplationem chororum cœlestium. Cauerna etiam laci, quæ videtur Sarani significare, *Isai.* 51.*a.* dici potest *bb* latus Christi.

Spelunca etiam *cc* dicitur humanitas, vel caro Christi, *Psal.* 56. 141. *in tit. Iere.* 16.*d.* Potest etiã designare *dd* hunc mundum, in quem venit Christus pugnaturus contra diabolum, ipsumque victurus: sicut Dauid fugiendo vicit Saulem.

Spelunca, in qua habitauit Loth relicta terra Sodomorum, firmitatem & soliditatem in virtutibus significare potest, *Gen.* 19.*f.* Designat etiam Ecclesiam, *ee* quæ Sanctorum est diuersorium, piè viuentium tegmen: quam inhabitant iusti, & quicunque ignis supplicium euaserint.

Spelunca etiam in qua habitauit Loth, *ff* templum significare potest, & etiam legem: vel synagogam. Speluncæ enim dicuntur *gg* synagogæ Iudæorum, *Isa.* 32.*c.* Et spelunca hyænæ plena ossibus mortuorum, est synagoga Iudæorum. *Iere.* 12.*b.*

Spelunca rursum est *hh* munimentum veritatis: quo confugiendum est fidelibus: & scripturæ legis & Prophetarum. Et cauernæ petrarum, *ii* sunt doctrina Apostolorum, & Apostolicorum virorum, *Iere.* 16.*d. Apo.* 6.*d.*

Cauernæ petrarum *kk* dici possunt Apostoli, & prædicatores: & etiam angeli, *Iere.* 16.*d.*

Spelunca duplex, vbi sepelitur Sara, *ll* operationem bonam contemplationi coniunctam significare potest: vbi est geminæ vitæ requies. Designat etiam conscientiam vtriusque populi, vbi quiescit scriptura. Vel duas leges intercessu literæ, *Gen.* 23.*b.* 25.*a.* 49.*d.* 50.*c.* Et cauernæ, vnde exire dicuntur Hebræi, sunt *mm* studium remotioris vitæ prædicatorum, 1. *Reg.* 14.*b.* Speluncas autem ingredimur, quando ad mentiũ secreta recurrimus: ne vagantibus oculis concupiscenda videamus. & quando olfactum ab obscænitatibus mundi custodimus. 1. *Reg.* 13.*b.* In antris etiam cubant catuli leænæ, quando prædicatores quiescunt sub silentio, opportunum tẽpus expectantes, *Iob.* 38.*d.*

Spelunca præterea dicitur *nn* corpus hominis, *Psal.* 141. Et spelunca in cuius ostio stetit Elias, est hæc corruptionis habitatio, in qua adhuc ex vetustate retinemur, 3. *Reg.* 19.*c.* Hæc est spelunca, in qua absconduntur quinque reges, *Ios.* 10.*c.* Cauernæ etiam terræ, sunt *oo* sensus hominis, *Iob.* 30.*b.*

Cauernæ terræ, dici possunt *pp* cogitationes prauæ, in quibus se hæretici, aut praui ab humanis oculis abscondunt. Praui quippe, vt sunt, videri ab hominibus refugiunt: dumque aliud quam sunt simulant, sese in conscientiæ suæ latibulis, quasi in cauernis occultant, *Iob.* 30.*a.*

Cauernæ præterea dici possunt *qq* sensus carnales legis. Item occultæ prædicationes hæreticorum, & conciliabula. qui sunt penetralia, vbi dicitur esse Christus, *Iob.* 30.*b. Ezech.* 33.*f. Neh.* 1.*d.*

Antium

a *Glo. ord. su. Exod.* 3.
b *Glo. inte. su. Isa.* 49.
c *Hie. s. ps.* 30. *Gr.* 26.*m.* 31.
d *Basil. regu. breu.* 240.
e *Glo. ord. sup. Exod.* 3.
f *Hie. s. Is.* 30.
f *Arno. s. psal.* 103.
g *Hier. s. Ier.* 22.
h *Gr. s.* 1. *Re.* 4.
i *Hie. s. Is.* 27.
k *Gloss. ord. s. Is.* 21.
l *Gre.* 31.*mo.* 31.
m *Hier. s. Is.* 21.
n *Gre. s.* 1. *Re.* 14. & *s. Eze ho.* 11. *Hier. s. Is.* 52. & *s. Ie.* 6.
o *Cyr. in apo.*
p *Hie. s. Is.* 56. & *s. Hos.* 9.
q *Gre. hom.* 7.
r *Rup.* 2. *s. Le.* 3.
s *Hier. aduer. Ioui.*
t *Hier. s. Is.* 3.
u *Arn. s. psal.* 56.
x *Au. s. ps.* 56.
y *Ori. s. Cant. hom.* 4.
z *Gr. s. Cant.* 2.
aa *Ber. s. can. se.* 62.
bb *Hier. s. Is.* 51.
cc *Hil. s. psal.* 56.
Orig. s. Ier. ho. 12.
dd *Hier.* & *Au. s. ps.* 141.
ee *Cyr. de ad. in Spi.*
ff *Ori. s. Gen. ho.* 5. & *s. Ier. ho.* 8.
gg *Hie. s. Isa.* 32.
hh *Hie. s. Isa.* 2. & *s. Ier.* 6.
ii *Au. s. Apoc. ho.* 5.
kk *Ori. s. Ier. ho.* 13.
ll *Rup.* 6. *sup. Gen.* 37.
Bed. s. Gen. 23
mm *Gre. s.* 1. *Re.* 13. 14. & 6. *mor.* 25. & 30. *m.* 11.
nn *Ambr. de fug. secu.* 51.
oo *Gre. s. m.* 26.
Hie. 1. *adu. Iouin. s. Iob.* 30.
pp Gr. 20. *m.* 14.
Hie. s. Iob. 30. & *s. Eze.* 33.
qq *Gre.* 20. *m.* 11.
Hie s. Iob. 38. & *s. Is.* 11. 65.

Fides Trinitatis.
Gloria cœlestis.
Latitudo Ecclesiæ in gentibus.
Dilectio amicorum & inimicorum.
Promptitudo bene operandi
Mundana prosperitas.
Graues peccatores.
Vacare sacra doctrina.
Leges.
Latitudo mũdi.
Contradicentes Scribæ Christo.
Ecclesia.
Cõtemplatio.
Pœnitentia.
Prouidentia.
Propheta.
Propheria.
Apostoli.
Prælati.
Doctores.
Sacerdotes Iudæorum.
Hæretici.
Christus.
Sacra scriptura.
Diuina præcepta.
Exempla Sãctorum.
Corpora virginum.
Fides.
Diuina protectio.
Caro Christi
Sinus Dei patris.
Vulnus lateris Christi.
Custodia angelorum.
Latus Christi
Humanitas Christi.
Mundus.
Firmitas in virtutibus.
Ecclesia.
Templum.
Lex.
Synagoga.
Sacra scriptura.
Apostoli.
Angeli.
Opera bona cum contemplatione.
Conscientia vtriusque populi.
Studium vitæ remotioris.
Corpus hominis.
Sensus hominis.
Cogitationes praua.
Conscientia.
Sensus carnales legis.
Conciliabula hæreticorum.

Digitized by Google

Mens peccatoris. *Hæreſes.* *Eccleſia.* *Exempla patrum.* *Apoſtoli.* *Recentes in virtutibus.* *Proficientes.* *Doctrina probata.* *Sacra ſcriptura.* *Fructus Eccleſiæ.* *Genus humanum.* *Bona cogitationes.* *Pœnitentia.* *Virtutes.* *Abundantia gratiæ.* *Fideles.* *Vitia.* *Tempus Antichriſti.* *Iudæi.* *Iræ Dei.* *Carnes Martyrum.* *Doctores ſacri.* *Stimulus conſcientiæ.* *Compunctio.* *Solicitudo ſeculi.* *Diuitiæ.* *Quæſtiones.* *Voluptates.* *Inordinata concupiſcentia.* *Peccata.* *Praua cogitationes.* *Anima comparata ſponſæ.* *Animæ peccatrices.* *Errores hæreticorum.* *Exemplamala.* *Tentationes & tribulationes.* *Praua verba & opera Iudæorum.* *Dolor vbi ſperabatur remuneratio.* *Dæmones.* *Corona Chriſti.* *Iniqui.* *Peccata.* *Temeritas.*

Antrum, in quo moratur beſtia, *a* mentem peccatoris ſignificat, *Iob.* 37. *b.* 38. *d.* Et cauerna reguli, eſt obſeſſus à dæmone, vel in peccato exiſtens, *Iſai.* 11. *b.* Spelunca etiam latronum, eſt anima malis cogitationibus, peccatis, rapinis, &c. plena, hæreſes item ſpelunca latronum dici poſſunt. Speluncam quoque latronum faciunt Eccleſiam, *b* qui in ea malè viuunt, *Matt.* 21. *b. Iere.* 7. *b. Haba.* 2. *b.*

Spernere, vide Contemnere. Sphæra, Spherula, vide Globus. Spica.

Spica, eſt quæ in extremo culmi frumenti, aut alterius grani ſemina continet, ariſtis veſtita.

Spicæ virentes erant *c* exempla patrum ante legem, quos nondum legis æſtus torruerat: torrentur autem igne Spiritus ſancti, quum additur intelligentia ſpiritualis, *Deut.* 23. *d.* Spicæ etiam virentes erant Apoſtoli adhuc rudes, & alij neophyti, *Leuit.* 2. Spicæ quoque Iacob dicuntur *d* Apoſtoli, & reliqui fideles ex Iudæis, *Iſa.* 17. *a.* Item aliquando ſpicæ ſunt *e* teneri adhuc & recentes in virtute, *Exod.* 22. *a. Matth.* 12. *a.* Aliquando verò proficientes iam & ſolidiores, *Marc.* 4. *c.*

Spicæ etiam virentes, & toſtæ igne *f* ſermonem doctrinæ probatum ſignificare poſſunt, *Leu. d.* Et ſpicæ quas vellebant Apoſtoli, deſignant doctrinam ſacræ ſcripturæ, *Leu.* 6. *a.* Et ſpicæ duæ oliuarum ſeu rami, vtrunque teſtamentum deſignant, *Zach.* 4. *d.* Spicæ quoque quas impij tulerunt ab eſurientibus, *Iob.* 24. *b.* ſunt *g* Sanctorum patrum ſententiæ, & occulta obſcuráque notitia diuinorum: quia ſæpè dum per figurata eloquia proferuntur, ab eis tegmen literæ quaſi ariſtarum palcas ſubtrahimus, vt medulla ſpiritus reficiamur. Spicæ etiam remanentes in agro, *h* ſunt doctrinę legis ad legem nouam facientes, & quod relinquitur cognoſcendum poſt hanc vitam, *Leui.* 19. *b.* 23. *d.*

Spicæ præterea, quas vellebant Apoſtoli, fructus *i* Eccleſiæ deſignare poſſunt, *Luc.* 6. *a.*

Spica multa ſimilia & paria continens grana *k* genus humanum ſignificare poteſt: cuius ariſtæ ſunt ſuperbi, qui rigiditate tumoris ſuperbiæ, amiſſa charitatis vnione ſe ab aliis ſeparant, *Iob.* 24. *d.*

Spicæ tritici, *l* bonas cogitationes aliquando ſignificare poſſunt, 2. *Reg.* 4. *b.*

Spica, vt profert plenum fructum, deſignat *m* pœnitentiam lachrymoſam, quæ introducit charitatem, *Marc.* 4. *c.*

Spicæ ſeptem plenæ in culmo vno, *Gen.* 41. *a.* deſignant *n* virtutes in anima, vel charitate vnitas. Item abundantiam gratiæ: & fideles abundantes doctrina ſpirituali.

Spicæ verò aliæ tenues & arentes, *o* pulchritudinem priorum tollentes, vitia ſignificant virtutibus contraria, & tempus Antichriſti. Item Iudæos aridos & eſurientes, ſine vero ſenſu ſcripturarum.

Spiculum, Spiculator, vide Sagitta.

Spina, Spinoſus, Tribulus, Vepres, Sentes.

Spina, eſt aculeus ſentis vel rubi, aut alterius, quo pungimur, eſt etiam arbor ſpinæ nomine. Spina quoque dicitur in animali contextus vertebrarum inter ſe qui eſt à collo vſque ad extremum os ipſius ſpinæ ſeu dorſi.

Spinæ interdum ſignificant *p* duritiam iræ Dei, quæ malos grauiter affligit, *Iſa.* 27. *b. Iere.* 12. *c.*

Spinæ ſuper caput Chriſti, *Matth.* 28. *c.* ſignificare poſſunt *q* carnes Martyrum laceratas, quibus tamen Chriſtus coronatur.

Spina in bonum, ſignificare poteſt doctrinæ ſpiritalis viros, qui dum de peccatis ac virtutibus differunt, & modò æterna ſupplicia minantur, modò cœleſtis regni gaudia promittunt, corda audientium pungunt, ſicque mentem dolore compunctionis perforant, vt ab eorum oculis, quaſi quidam ſanguis animæ lachrymæ decurrant, *Iſa.* 4. *e.*

Spina etiam ſignificat *r* ſtimulum conſcientiæ & compunctionem: & tunc configitur ſpina, quum per omnipotentis Dei diſpenſationem ad lachrymas pœnitentiæ anima criminum recordatione inflammatur. *Pſal.* 31. Et ſæpiuntur aures ſpinis, quum cor eſt contritum, & habet in ſe timorem diuini iudicij, *Eccl.* 28. *d.*

Spina ferè in malum ſumitur, quia pungit, & dolorem infert, ſolet ſignificare *ſ* ſollicitudines ſeculi animum affligentes, & diuitias ſolicitudine ingerentes, *Matth.* 13. *a. Luc.* 8. *a. Geneſ.* 3. *d. Cant.* 2. *a.* Sicut enim ſpinæ non ſinunt ſemen emicare, ſed denſitate ſua ſeminatum ſupprimunt: ita & curæ temporales ſpirituale ſemen, quod in anima ſeminatur, non ſinunt fructum afferre, ſed adurunt, & ſuffocant ſicut ſpinæ profectum eius retardantes. Spinæ quoque ſunt quæſtiones, animum pungentes, & excitantes.

Spinæ præterea, ſignificant *t* voluptates, & prauas inclinationes, & etiam tribuli ſunt inordinatæ concupiſcentiæ, *Gen.* 3. *d. Matt.* 13. *a. Luc.* 8. *a.* Significant itidem ſpinæ dolorem corporis, *Pſal.* 57. Spinæ autem non producunt fructum, ſicut è diuerſo ficus non producit aliquid noxium, *Luc.* 6. *d.*

Spinæ præterea, *u* ſunt vitia inculríque mores, & iniquitas nondum firmata, quum ſpina ſit fragilis, & etiam peruerſæ cogitationes, *Pſal.* 31. 57. *Prou.* 27. *d. Iſ.* 5. *b.* 10. 33. *b.* 34. *c. Ier.* 4. *a.* hæ ſunt ſpinæ ſuper caput Chriſti, *Matt.* 27. *c. Ioel.* 3. *d.* Et vepres, inter quas hærebat aries, *Gen.* 22. *c.* ſunt *x* peccata noſtra, quorum dolorem pertulit Chriſtus. Et vepres vineæ, ſunt peccata. *Iſa.* 5. *b.* 9. 10. *d. Iob.* 30. *a.*

Spinæ, ſunt omnes animæ comparatæ ſponſæ, *Cant.* 2. *a.* vbi etiam deſignari poſſunt Gentiles, & hæretici, ſicut *Matth.* 7. *c.* Et ſpinæ ſuper caput Chriſti, ſunt animæ peccatrices, & Gentes prius inutiles, *Matt.* 27. *c. Marc.* 13. *b. Ioan.* 19. *a.* Et ſpinæ in roſa, ſunt *y* ſenſus hæretici in ſacra ſcriptura. Vel ipſi hæretici ab Eccleſia prodeuntes, qui & vepres dicuntur, *Ier.* 12. *c.* 34. *c. Iſ.* 9. *d.* Et ſpinæ ſe mutuò complectentes, ſunt *z* hæretici in conuiuiis doctrinarum ſuarum *Nah.* 1. *c.* Et tribulus ſuper aras hæreticorum, eſt fructus errorum ipſorum, *Hoſ.* 10. *c.* Spinæ quoque ſunt, qui ſolis verbis Chriſtum confitentur, operibus verò nihil, niſi humanas ſolicitudines Chriſti ſectantur. Spinæ ſunt etiam *aa* exempla mala, *Ierem.* 12. *c.*

Spinæ, ſunt *bb* tentationes & tribulationes animum affligentes, *Baruc.* 6. *g. Hoſ.* 2. *b.* Et ſpinis electorum vitæ ſæpiuntur, dum dolorem punctionis inueniunt, in hoc, quod temporaliter concupiſcunt. Inter has ſpinas eſt lilium ſponſæ: quæ quia inter tribulationes candidior & odoratior prodit, *Cant.* 2. *a.*

Spinæ etiam erant *cc* praua verba Iudæorum in Chriſtum, & etiam eorum opera peruerſa, *Iſa.* 5. *b.* 7. *d.* 9. *d.*

Pro frumento oritur tribulus & pro hordeo ſpina, *Iob.* 32. *d.* quando *dd* in vltima retributione ex ea re, de qua remuneratio laboris quæritur, punctio doloris inuenitur. Vt autem hordeum à frumento diſtat, quamuis vtrumque reficiat: ſic à tribulo ſpina, quamuis ſi vtrunque quod pungat: quia tribulus mollior, & ad pungendum ſemper durior eſt ſpina. Spina quoque de ſæpe, *ee* eſt dolor vbi ſperabatur auxilium. *Mich.* 7. *a.*

Spina doloris ſunt populo Dei Sidonij, hoc eſt, *ff* dæmones affligentes populum Dei. *Exech.* 28. *g.*

Vepres inter quas hærebat aries, *Gen.* 22. *c.* coronam Chriſti ſignificare poſſunt. Vel ſunt iniqui, qui ſuſpenderunt Chriſtum: & etiam peccata, propter quæ crucifixus eſt.

Spina aliquando dicitur temeritas, *Prou.* 24. *d.* Operuerunt ſuper faciem eius ſpinæ. Et 26. *b.* Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, *Eccl.* 7. *a.* ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti.

Spinoſa planta, eſt rubus: *gg* poſtmodum verbum legem ferre, & cum hominibus conuerſari deſinit, corona coronatur, vt quod primum per verbum viſum fuerat, per ſpinam rurſum aſſumptum oſtenderet, omnia vnius potentiæ.

Spina, Arbor, vide Scthim.

Spiritus, Spiritualis, Spirare, Aſpirare, Spiraculum.

Spiritus, halitum ſignificare poteſt: vnde ſpirare dicitur, qui halitum emittit, ideò pro vento. Spiritus autem aliquando eſt aſpiratio, 3. *Reg.* 10. *a.* Non habebat vltra ſpiritum. Apparitio. *Mich.* 2. *c.* Vtinam non eſſem vir habēs ſpiritum. Cogitatio, *Prou.* 15. *a.* Quæ immoderata eſt, conteret ſpiritum. Cura, *Num.* 11. *d.* Auferam de ſpiritu tuo, & tradam eis. Donum Spiritus ſancti, *Exod.* 28. *a.* Quos repleui ſpiritu prudentiæ. Intentio ſpiritualis, *Pſa.* 77. Non euerſus eſt ſpiritus eius Sol, *Eccl.* 1. *a.* In circuitu pergit ſpiritus. Vita, *Iob.* 17. *a.* Spiritus meus attenuabitur. Voluntas, 2. *Par.* 36. *d.* Suſcitauit Dominus ſpiritum Cyri. Ponitur *hh* ſpiritus diuinus, ſpiritus angelicus, ſpiritus humanus, ſpiritus carnis, ſpiritus mundi, ſpiritus nequitiæ, & ipſe Angelus malus.

a *Gre. ho.* 39.
b *Ori. ſ. Matt. hom.* 15.
c *Ru.* 1. *Le.* 11. & *ſ. Deu.* 29.
d *Hie. ſ. Iſ.* 17.
e *Gre.* 22. *mo.* 20. & *ſ. Eze. h.* 15.
Hil. ſ. Matth. cant. 12.
f *Phi. de ſacr. Abel & Cain Au. l. de Gen ad lib.* 20.
g *Hier. ſ. Iob.* 24. & *ſ. Zac.* 4. *Gre.* 16. *m.* 25.
h *Iſye. ſ. Leu.* 19. 23.
i *Am. ſ. Luc.* 6.
k *Gre.* 71. *m.* 6.
l *Gre.* 1. *mor.* 36.
m *Hie. ſ. Mar.* 4.
n *Ruper.* 8. *ſ. Gen.* 41.
o *Ru.* 8. *ſ. Gen.* 41.
p *Hie. ſ. Iſ.* 27.
q *Au. ſ. Ioan. Gre. h.* 20.
r *Aug. qu. in Ex.* 154. *Gre. ſ.* 1. *Re.* 6. *Am. ſ. pſ.* 118. *ſer.* 22.
ſ *Am.* 1. *offi.* 3. *Or. ſ. can. h.* 3. *Chry. ſ. Matt. h.* 45. & *ſ. Ge. ho.* 59. *Baſ. ſ. pſ.* 45. *Au.* 2. *de gen. cõt. Man.* 20.
t *Chr. ſ. Mat. hom.* 45. *Au.* 2. *de gen. con. Manic.* 20. *Phil.* 2. *allg. Hila ſ. pſ.* 57. *Am. ſ. Luc.* 6. & *ſer.* 36.
u *Ori. ſ. pſ.* 36 *h.* 1. & *ſ. Mat. ho.* 35. *Hier. ſ. pſ.* 57. & *ſ. Iſ.* 33. & *ſ. Ioel.* 3.
x *Gre.* 20. *mo.* 11. *Iſy. ſ. Leu.* 16. *Bed. ſ. Ez.* 22. & *ſ. Prou.* 14.
y *Ori. ſ. cant. homil.* 2. 3. & *ſuper Ierem. hom.* 7. *Am. ſ. pſ.* 118. *ſer.* 5.
z *Au. epi.* 48. *Hie. ſ. Nah.* 1. & *ſ. Ho.* 10. *Cyr.* 12. *ſ. Ioa.* 15. *Gr. ſ. Cant.* 2.
aa *Hie. ſ. Ier.* 12.
bb *Ambro.* 3. *Exacm.* 11. *Hie. ſ. Iſ.* 23. *Gre.* 34. *m.* 1. *Ber. ſ. can. ſer.* 48. *Amb. ſer.* 73.

cc *Hie. ſ. Iſ.* 7. dd *Gre.* 22. *m.* 24. ee *Hie. ſ. Mich.* 7. ff *Hier. ſ. Eze.* 28. gg *Cle. Alex.* 2. *pad.* 8.
hh *Ber. ſer. de ſeptem ſpiritibus.*

Digitized by Google

Spiritus in vtroque teſtamento, iuxta Hieronymum, *a* vbicunque ſine additamento ponitur, in bonam partem intelligitur. Vt *Gal.5.d.6.a.* fructus autem ſpiritus charitas, gaudium, pax, &c. Et *6.a.* ſi ſpiritu viuimus ſpiritu & ambulemus. Et *Rom.8.c.* ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et in veteri. Dans flatum populo, qui eſt in ea, & ſpiritum calcantibus eam. E contrario, malus ſpiritus ſemper legitur cum additamento, *Mat.12.d.* Cum immundus ſpiritus exierit ab homine. Et *Luc.9.a.1.Reg.16.c.Mich.2.d.Abac.1.c.2.d.* Sed in bonum aliquando ponitur cum additamento, aliquando ſine eo. Pro malo verò nunquam ſine additamento. *Spiritus in bonum.*

Spiritus principaliter dicitur Deus, ſecundum quod maximè ſeparatus eſt à conditionibus, ſeu proprietatibus corporis, *Ioan.4.d.2.Cor.3.d.* *Deus.*

Spiritus Domini, qui ferebatur ſuper aquas, dici poteſt voluntas Dei, quæ ferebatur ſupra voluntates angelorum, *Gen.1.a.Zac.6.b.* *Voluntas Dei.*

Spiritus Domini paſſim accipitur *b* pro Spiritu ſancto, *Gen.1.a.6.a. Pſal.32.105.142.147. Iſai.42.a.48.c.Iere.10.c.Ioel.2.g.* Ipſe eſt ſpiritus rectus, hoc eſt, directior, quem ſequens anima in veritate quærenda, deuiare atque errare non poteſt. Item ſpiritus principalis, potens ad operandum. *Pſalm.50.* Et eſt effuſus de excelſo per ſua dona in Pentecoſte. Et dicitur egreſſus à facie Dei, quia miſſus à Patre. Dicitur autem ſpiritus Chriſti, *Iſai.32.d.57.d.59.d.63.c.* Spiritus ſanctus in baptiſmo, dicitur pignus vitæ: vt per virtutem ſpiritus, renouemur à morte & veteſtate peccati, qui etiam eſt ſpiritus adoptionis, *Rom.8.c.* Vt enim Spiritus ſeruitutis eſt, qui poteſtatem habet mortis: ita ſpiritus adoptionis, eſt Spiritus ſanctus. Et ſpiritus impetus, eſt impulſus Spiritus ſancti: & ſpiritus inductus in oſſa, *Ezec.1.c.37.d.Iob.26.d.32.b.Pſal.47.* Et ſpiritus ſeptem in conſpectu throni, *Apoc.1.b.* eſt ſpiritus ſeptiformis, quo firmantur angeli. Spiritus autē nō extinguendus, eſt feruor Spiritus ſancti, *1.Theſ.5.d.1.Reg.11.b.* *Spiritus ſancti.*

Spiritus quoque Domini, qui ferebatur ſuper aquas, aërem ſignificare poteſt: qui ſuperfertur elemento aquæ, *Gen.1.a.Amos,4.d.* *Feruor Spiritus ſancti, Aer.*

Spiritus rectus intelligi poteſt Filius: ſpiritus verò principalis, ipſe Pater, qui à nullo eſt, *Pſal.50.* ſpiritus etiā auferens, eſt Chriſtus tollens peccata. *Ezech.1.a.* Et ſpiritus oris noſtri, eſt Chriſtus Dominus, *Thre.4.d.* *Chriſtus. Deus pater.*

Spiritus Dei aliquando dicitur *c* ira Dei, vel vindicta, & dicitur ſpiritus Dei durus, *Gen.6.a.Exod.15.b.Iſa.27.b.30.f.40.b.Iob.4.b.Prou.1.c.* Et ſpiritus in naribus Chriſti, dicitur ira eius, *Iſa.2.d.* Quieſcere autem dicitur ſpiritus Dei, quando ceſſat ira Dei, *Zach.6.b.* *Ira & vindicta Dei.*

Spiritus oris Dei, *d* eſt diuina ſententia, qua vel abſoluit, vel condemnat, *Iob.15.d.* Et ſpiritus oris Chriſti, eſt ſententia, quam proferet in malos, *Iſai.11.* *Sententia Dei.*

Spiritus procellarum, ſeu tempeſtatis, *e* pœnam æterni iudicij, & verbera indicat peccatorum: vt quos ignis concupiſcentiæ exurit, tempeſtas examinet, *Pſalm.10.* *Pœna malorum.*

Spiritus Dei, qui non permanet in homine, eſt *f* vis Dei, qua curam noſtri agit, quæ hominum interitum ante diluuium prænunciauit, *Gen.6.a.* *Cura Dei.*

In ſpiritu iudicij *g* lauat Dominus in hac vita: in ſpiritu verò ardoris in alia. *Iſ.4.b.28.b.* Spiritus iudici abluit minora delicta. Spiritus verò combuſtionis grauiora, quæ igne purgari debent.

Spiritus Domini poteſt etiam ſignificare *h* gratiam, quæ non permanet in malis, & dona Spiritus ſancti, & gratias gratis datas: quī ſpiritus eſt multiplex ſecundum diuerſa dona. Et ſpiritus inductus ſuper terram, eſt conſolatio & virtus Spiritus ſancti, *Gen.6.a.8.a.Exod.28.a.31.a.Iſa.11.a.Haba.2.d.Zach.12.c.* Hic ſpiritus ſtatuit ſupra pedes. *Ezech.2.a.39.g.* ſpiritus adoptionis, eſt gratia, per quam adoptamur in filios Dei, *Rom.8.* Et ſpiritus in naribus, eſt gratia in anima, *Iob.27.a.* Et in ſpiritu adorare, eſt in gratia ſpiritali Deum colere, *Ioan.4.d.* *Gratia. Dona Spiritus ſancti. Conſolatio Spiritus ſancti.*

Spiritus dicitur *i* angelus, ratione ſuæ naturæ, quia eſt incorporeus, *Pſalm.103.* Qui facis Angelos tuos ſpiritus, *Ezec.8.a.* Eleuauit me ſpiritus inter cœlum, & terram. *Angeli.*

Spiritus aliquando dicuntur *k* inſpirationes & reuelationes diuinæ, *Iob.4.c.Ezech.3.g.Luc.2.d.* *Inſpirationes.*

Spiritus aliquando dicuntur *l* Apoſtoli, Spiritū ſanctū habentes, & etiam ſpirituales viri. *Pſ.103.150.Iſa.11.d.* *Apoſtoli. Spirituales viri.*

Spiritus Domini interdum dicitur *m* anima rationalis, quæ eſt Domini per creationem: & mens, & cor & ſpiritus vitæ, eſt anima viuificans corpus. *Gen.6.d.7.d.Exod.6.b.Ioan.19.e.* Et ſpiritus rectus, eſt anima cum recta conſcientia, *Pſal.50.* Interdum etiam ſpiritus ſumitur pro anima Chriſti, *Amos,4.d.* Spiritus hominis in ſcripturis dicitur ipſius animæ potentia rationalis, quæ diſtat à pecoribus, & eius naturæ lege dominatur. In ſpiritu autem humilium habitat Deus, *Iſa.57.c.Zach.12.a. Iob.6.a.8.a.9.b.10.c.12.b.15.b.17.a.34.b.* ſpiritum in naribus dicitur habere qui viuit vita ſimili cæteris hominibus. *Iſa.2.d.38.c. Pſal.134.Eccl.1.d.* *Anima. Anima ſenſitiua.*

Spiritus etiam dicuntur *n* opera bona, & Spiritu ſancto digna, *Iſai.26.d.* Et quum dicitur Deus dare ſpiritum non ad menſuram, ſumitur pro operatione. *Ioan.3.d.* *Opera bona.*

Spiritus viuificans, *o* eſt lex fidei, quæ animo continetur. Viuificat autem reos mortis conuertentes ſe, & iuſtificati de cætero non peccent, *2.Cor.3.b.* Item intelligentia ſpiritualis, *Pſal.118.* Attraxi ſpiritum. Hic ſenſus ſpiritualis, eſt ſpiritus vitæ, qui erat in foris, *Exec.1.e.* Spiritus autem vitæ erat in rotis, quia per ſacra eloquia dono ſpiritus viuificamur, vt mortifera à nobis opera repellamus. *Lex fidei. Intelligentia ſpiritualis. Lex gratia.*

Spiritus ſeruitutis in timore, *p* eſt lex, quia homines peccati cauſa in timore conſtituit. Spiritus autē adoptionis, eſt gratia, *Ro.8.c.* Vel ſpiritus ſeruitutis eſt, qui poteſtatē habet mortis: ſpiritus verò adoptionis, Spiritꝰ ſāctus.

Spiritus compunctionis, *q* eſt cognitio peccati. *Iſai.29.d.* iuxta ſeptuaginta: vbi nos habemus, ſpiritus ſoporis. Spiritus etiam vehemens conterens naues Tharſis, eſt grauis vis compunctionis, *Pſal.47.* Contritio autem ſpiritus eſt etiam in iis, qui ſunt in inferno: licet non verè pœnitentia, *Iſai.65.c.* *Cognitio peccati.*

Spiritus duplex Eliæ fuit in Eliſæo, ſecundum hiſtoriam, *r* quia plures virtutes fecit Eliſæus quā Elias. Moraliter verò, quia per aſcenſionem Chriſti, adueniente Spiritu ſancto, duplex intelligentiæ donum Apoſtoli acceperunt, noui ac veteris teſtamenti. Et quum Chriſtus oſtenderit ſpiritum manſuetudinis Apoſtoli in virga & manſuetudine venerunt: & quia fecerunt opera Chriſti, & maiora. Spiritus autem duplex eſt, illuminatio intellectus, & purgatio affectus, *4.Reg.2.b.*

Spiritus grandis & fortis fuit, *ſ* quando decem tribus ductæ ſunt in captiuitatem. *3.Reg.19.b.*

Spiritum ſaluari, etiam ſi anima damnetur, tenet Origenes *t* per illud, *Eccl.12.c.* De omni ſpiritu: quoniam conuertitur ad Deum, qui dedit illum. Videtur tamen periculoſum.

Spiritus vadens & non rediens, *u* eſt peccans, ſed non valens per ſe reſurgere, *Pſal.77.* *Peccans.*

Spiritus Domini aliquando dicitur *x* diabolus, qui Domini eſt per creationem & miniſterium. Sed ſolet addi Malus, vt *1.Reg.16.c.18.c.* ſpiritus Domini malus exagitabat Saulem. Dicitur Domini per licentiam poteſtatis in *c.* Malus autem per deſiderium voluntatis iniuſtæ. Et ſpiritus poteſtatem habentis, eſt diabolus, cui data eſt tentandi facultas. Vel ſunt dæmonis ſuggeſtiones, *Eccl.10.a.* Et ſpiritus quem dedit Dominus regi Aſſyriorum, *y* eſt aduerſaria poteſtas, *Iſai.37.b.* Et ſpiritus fornicationis eſt diabolus ad fornicandum inducens: qui ligauit Ephraim, hoc eſt, hæreticos, *Hoſ.4.b.d.* ſpiritus in alis mulierum, eſt poteſtas diaboli, *Zach.5.d.* Hic eſt ſpiritus huius mundi, *1.Cor.2.c.* Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus. Idem eſt ſpiritus immūdus, *Zach.13.a. Matth.8.10.a.12.d.Mar.1.c.3.b.9.b.Luc.6.c.8.a.9.c.10.c.11.c.* ſpiritualia nequitiæ, ſeu dæmones. *Epheſ.6.b.* *Diabolus.*

Spiritus mœroris, ſtatum peccati aut pœnitentiæ ſignificare poteſt, & etiam ipſum peccatum, *Iſai.61.a.* Ad peccatum pertinent blaſphemiæ, & ſeptem ſpiritus nequam, *Math.12.d.Luc.11.d.*

Spiritus Ægypti dirumpi dicitur in viſceribus ſuis, *z* quum aliqui infideles veniunt ad fidem cæteris in infidelitatibus remanentibus, *Iſa.19.a.*

Spiritus immundi tres deſignant *aa* magicas artes, poëticam gentilium, & inaniam philoſophiam. *Apo.16.c.*

Spiritus ſoporis, eſt *bb* grauis ignorantia, & cæcitas Iudæorum, *Iſa.29.d.* Et ſpiritus robuſtorum, ſunt clamores & blaſphemiæ Iudæorum in Chriſtum. *Iſa.25.b.33.b.* *Cæcitas Iudæorum & blaſphemiæ. Senſus hæreticorum.*

Spiritus vertiginis, eſt *cc* reprobus ſenſus hæreticorum, *Iſ.19.c.* Dicuntur autem hæretici ſequi ſpiritum ſuum, qui eſt erroneus, *Ezech.13.a.*

Spiritus

a *Hie.ſ.Mich.2.& ſ. Ha.3.* b *Au.13.confeſ.4. Baſi.ſ.pſa.32. Arn.ſ. pſa. 105. Aug. de quāt animæ, & ſ. pſa.50. Hie.ſ. Iſa.32.57.59.& ſ. Ier.10.& ſ. Ez.1.37. Am.1. de Spiritu ſancto.6. Au.ſ.Rom.8. Gre.ſ. pſalm. 50. Rup.1.ſ. Apo. Hie.epiſt igno. vule. Phili. de gigantibus. Ambr. 2. de Spiritu ſancto 7. Ber.ſerm.3. Pentec. Orig. ſ.Ezech. hom. 1. Hier.ſ. Iſa. 27.40.* c *Bed.ſ. Gen. 5.& ſ.prou.1. Lyr.ſ.pſal. 2. Rup.ſ.Zac.6.* d *Hier.ſ. Iob. 15.* e *Hie.& Auguſt.ſ.pſa.10.* f *Chry.ſ.Gen. hom.22.* g *Orig.ſ.Iere. hom.13. Hie. ſ.Iſa.4.* h *Phili.de gigan. Ambr.de Noe 16.& ſ. Rom.8.& 2. de Spiritu ſan. 9.11. Hier. ſ. Ezech. 2.39. & ſ.Haba.2. Fulgent.2.ad Monim.* i *Gloſſ. inter. ſ.pſal.103.* k *Greg.5.mo. 23.* l *Arn. ſ. pſal. 103. Gre.11. mor.3.* m *Amb.Apo. Dauid 14.& 2.de Spiritu S. 7. Aug. 2. de gen.cont.Manic.8.& ſup. pſal.50. Hier. ſup.Zach.12. Greg.11.mo. 3. Gloſſ ord.ſ. Iſ.2.* n *Hier.ſ.Iſai. 26. Chry.ſup. Ioan. ho. 29.* o *Ambro.ſ.2. Cor.3. Rup.1. ſu.Ezech. 13. Greg.ſ. Exec. hom.7.* p *Amb.ſ.Roman. 8. Aug. ſ.Rom.8.* q *Hier.ſ. Iſa. 29.65. Greg. 4 mornl.21. 22.*

r *Rup.5.ſ.Reg.18. Ber.ſer.3.aſcenſi.* s *Rup.5.ſ.Reg.19.* t *Orig.ſ.Matth.ho.30.* u *Glo.inter.ſ.pſa.77.* x *Greg.ſ.1.Reg.2.& 1.mo.10.& 14.mo.70.* y *Hie.ſ.Iſ.37.& ad Demet.* z *Hie.ſ.Iſ.19.* aa *Rup.9.ſ.Apoc.* bb *Hier.ſ.Iſ.15.29.* cc *Hie.ſ.Iſ.19*

Digitized by Google

Superbia.

Spiritus ſumitur pro *a* ſuperbia,quum dicitur: Beati pauperes ſpiritu, *Matth.5.a.Eccleſ.6.d.* Et ſpiritus hominis,quem aufert Deus,eſt ſuperbia, *Iob.32.d.*Hic eſt ſpiritus deficiens paulatim exercitantibus & proficientibus. *Pſalm.73.142. 3.Reg.10.a.*ſpiritus etiam principium eſt ſuperbiæ, & audacia ſuperborum, *Pſalm.75.76.141.* Et ſpiritus hominis,quem ebibit indignatio ſagittarum Domini, *Iob.6.a.*Et ſpiritus oris hominis,ſunt verba ſuperba, aut maledica, &c.

Infanus.

Spiritualis eſca & potus, dicitur *b* manna, quia ſpiritualem cibum præfigurabat, *1.Cor.10.a.*

Spiritualis vir, *Hoſ.9.b.*ſumitur *c* pro inſano,& eo qui maligno ſpiritu arreptus eſt.

Sicut ſpiritus carni ſeruiens non incongruè dicitur carnalis. *d* Ita caro ſpiritu ſeruiens,rectè appellatur ſpiritalis:non quod in ſpiritum conuertatur, ſed quia ſpiritui ſumma & mirabili obtemperandi facilitate ſubdetur, *1.Corint.15.f.*

Spiritualem qui omnia iudicet, & ipſe à nemine iudicetur, *e* eum virum dicimus, qui vniuerſa ſcripturarum ſacramenta cognoſcens, ſublimiter ea intelligat, & Chriſtum in diuinis libris videns,nihil in eis Iudaicæ traditionis admittat.

Inſpirationes.

Spiraculum vitæ, ſignificare poteſt *f* inſpirationes animam ſpiritualiter viuificantes, & robur, tenorem aut vim animæ, *Iob.33.a.* Et ſpiraculum, quòd non incedit inter ſquamas Leuiathan, ſunt ſanctæ exhortationes, *Iob.41.b.*

Aſpirare dicitur dies *g* in reſurrectione Chriſti:& quum manifeſtatur æterna fœlicitas, *Cant.2.d.4.b.*

Spiſſus, vide Denſus.

Splendere, Splendor, vide Fulgere.

Spoliare, Exuere, Spolium.

Donæ Spiritus ſancti. Magi & Gẽtiles conuerſi. Doctrina Iudæorum. Eloquia Dei. Munera ſacerdotum. Prædicatio Pauli. Mali. Hæretici. Iudæi. Doctrina hæreticorum. Deponens Chriſtus mortalitatem. Captiuitas Iudæorum. Auferre veritatem ab infidelibus. Eiiciens Chriſtus dæmones. Deſtructio templi. Mutare conuerſationem. Exuere veterem hominẽ. Abiicere temporalia. Reducere ad veritatem. Pœnitentia. Permittens prælatus peccatum. Priuans diabolus virtute & gratia. Coniunctio ſynagogæ cum Deo. Chriſtus. Sponſa Eccleſia militans.

Spoliare, eſt veſtibus exuere, præcipuè hoſtes,vnde dicuntur,ſpolia quæcunque hoſtibus detrahuntur.Exuere autem,eſt ſimpliciter veſtibus priuare corpus,ac detegere.

Spolia quæ diuidit Chriſtus,ſunt *h* dona Spiritus ſancti,& etiam conuerſi ad fidem, *Pſal.67. Iſa.9.a.33.d.53.d.* Et ſpolia Samariæ,quæ accepit Chriſtus,fuerunt Magi,& Gentiles,qui venerunt ad fidem,& etiam potentiæ,quæ ſeruiebant aduerſariis, *Iſa.8.a.*Et ſpolia,quibus non indigebit mulier fortis, ſunt *i* multitudo conuerſorum, qui auferuntur à diabolo, *Prouer.31.b.*Et ſpolia quæ inuenit Chriſtianus,ſunt doctrina Iudæorum à fidelibus recepta, *Pſalm.118.*Eloquia etiam Dei,ſunt ſpolia mulieris fortis,hoc eſt fidei.

Spolia,quæ diuidit Beniamin,*Geneſ.49.d.* deſignant *k* munera,quæ ſacerdotibus dabantur,quæ inter ſe diuidebant. Vel prædicationem Pauli poſt eius conuerſionem,qui ſpolia multa inueniſſe dicitur. *Pſalm.118.*

Spolia quæ diuidit inimicus,ſunt *l* qui prius erant boni, quos diabolus malos facit,*Exod.15.b.* Et ſpolia quæ diripit Aſſur,ſunt hæretici,& item Iudæi,quos rapit diabolus, *Iſa.10. b.33.a.* His ſpoliis implere volebant principes Iudæorum domos ſuas,vt auferrent à Chriſto oredentes.*Prou.1.b.*quaſi ſpolium eſt anima transfugienti de Hieruſalem ad Chaldæos,hoc eſt,ab hæreticis ad Philoſophos,quia ab vtriſque diripitur. *Ierem.21.c.*

Spolia Samariæ, deſignant *m* doctrinam hæreticorum, quæ diripit Chriſtus, quando confundit hæreticos. *Iſaia.8.a.*

Exuit Chriſtus veſtimenta ſua,quando depoſuit mortalitatem,*Ioan.13.a.*Hanc enim indutam habuit vſque ad mortem, poſtquam ſurrexit immortalitate veſtitus.

Spoliauit Deus fornicariam nudam, *Hoſ.2.a.* quia *n* plebem Iſraëliticam nudatam gratia Dei etiam ſpoliauit gloria temporali,hoc eſt,regno & diuitiis,quando ducti ſunt in capriuitatem.

Spoliare Ægyptum, *o* eſt auferre veritates à ſcriptoribus mendacibus,ad quos nõ pertinet veritas.Item omnes ſcientias & eloquentiam ſubiicere in obſequium verbi Dei, *Exod.3.g.12.f.*

Exuiſſe dicitur Chriſtus principatus,& poteſtates, *p* quum principes huius modi dæmones eiecit foras, & abſtulit eos,qui erant in limbo, *Col.2.c.*

Spoliatus Aaron veſtibus ſuis,quando mori debebat, *Num.20.d.*deſignat *q* templum & omne ſanctuarium Iudæorum deſtructum: ne Iudæi de vitali virtute ſacerdotij ſui,ſaltem falſo glorientur.

Spoliare prioribus veſtimentis, *r* eſt mutare conuerſationem:vel diuerſam accipere doctrinam,*Lcuit.6.b.*Non pro linea indui lanea, ſed quæ prius acta atque correpta ſunt, non imputari, quando tempus eſt alia peragendi. Expoliare etiam ſe tunica, *ſ* eſt veterẽ hominem,& corruptelam,& paſſiones Adæ,& terrenos mores abiicere.Vel eſt executere omnia exteriora,& tẽporalia,quæ ornant & onerant,*Cant.5.b.*Hæc eſt ſpoliatio carnis, *Col.2.b.3.b.*

Spoliare dicitur nudos veſtibus, *t* qui deceptus ab hæreticis, ad veritatem reducit.*Iob.22.a.*

Spoliatus vadens Micheas, dolorem *u* pœnitentiæ deſignabat, *Mich.1.c.* ſic exuere ſe veſtibus iucunditatis, eſt pœnitentiam agere, *Iſa.23.c.*

Spolians Aaron populum,deſignat prælatum permittentem peccatum in ſubditis,*Exo.32.f.*ſpoliauerunt etiam exactores populum, *x* quando ſacerdotes & Phariſæi quæſtum quærebant à populo, nihil de animarum ſalute curantes, *Iſa.3.b.*

Spoliauit multos ſuperbos,hoc eſt, *y* diabolus,vel Antichriſtus, vel hæreticus, ideò ipſi ſpoliabuntur,*Hab.2.b.* ſpoliantes etiam latrones hominem, *z* ſunt dæmones ipſum virtute & gratia nudantes,qui tamen prius eum gam,vel animam virtutibus,*Ioel.1.c.Zach.2.b.*Et ſpoliat inimicus gloria, *aa* diabolus ſynago- *b.24.b.* Exuiæ autem principum, ſunt virtutes, *Ezech.26.c.38.d.*

Spondere, Sponſus, Sponſa, Deſpondere.

Deſponſare, Sponſio.

Spondere eſt ſpontè promittere, vnde ſponſio promiſſio. Sponſare autem, eſt contractum de futuris nuptiis efficere. Vnde dicuntur ſponſus, & ſponſa.

Sponſauit ſibi Deus in ſempiternum ſynagogam *cc* in Abraham,vt eam perpetuò haberet.Deſponſauit autem eam in iudicio & miſericordia,in deſerto in monte Sinai,quando dedit legem,in qua eſt iuſtitia & miſericordia, vnde & ipſa ſynagoga dicitur ſponſa.Deſponſauit verò eã in fide,in aduẽtu filij ſui,& in lege noua,*Hoſ.2.d.Ier.2. Iſa.62.Ierem.16.b.25.c.Matth.9.25.a.*Deſponſauit autẽ ſibi Eccleſiam,quando Verbum caro factum eſt.Sponſauit autem ſibi eam in æternum,qui ipſam aſſumptionem naturæ humanæ. In iudicio verò,moriendo eiecto principe mundi:in iuſtitia,reſurgendo,in miſericordia,remittendo peccata:in miſerationibus,per dona Spiritus ſancti : in fide,quia nõ per opera legis,*Hoſ.2.d.*Sponſa autem dicitur Eccleſia,& peculiariter Eccleſia,ex Gentibus:& fideles, & etiam anima,*Cant.2.b.3.4.b.5.a.Matth.25.a.Iſa.49.c.Ioan.3.d.2.Cor.11.a.*Item Eccleſia triumphans. *Apoc.21.a.*

Anima. Eccleſia triũphans. Perfecti & imperfecti. Litera expoſita. Cura animarum. Adhærentes hæretici. Expellere perturbatores. Authoritates collectæ.

Perfecti quoque *ee* in Eccleſia ſponſi nomine inſigniuntur. Imperfecti verò ſponſæ, *Iſa.61.d.*

Deſpondere ancillam filio, *Exod.21.a.*eſt *ff* ſubiectionem deuotam tradere docto diſcipulo erudiendam.

Deſponſata virgo, *Exod.22.c.*dici poteſt *gg* litera ſacræ ſcripturæ ab altero expoſita,non deſponſata verò nondum expoſita.

Spondere pro amico, *hh* eſt alienam animam in periculo ſuæ conuerſationis accipere, *Prou.6.a.*

Sponſæ hæreticorum, *ii* ſunt animæ adhærentes eorum erroribus,& ſubiicientes ſe ipſis hæreticis,*Hoſ.4.d.*

Sponſio ranarum delendarum,quam fecit Moſes Pharaoni,*Exod.8.b.*deſignat *kk* curam amouendi & expellendi loquaces, & perturbatores reipub.

Spongia.

Spongia, eſt velut media inter animalia & plantas,quæ naſcitur in ſaxis marinis,apta ad imbibendam aquam, & ad tergendas ſordes.

Spongia quæ imbibit humorẽ,in quem mittitur,& poſtmodum expreſſa,eundem reddit,ſignificare poteſt *ll* authoritates diuerſas in vnum collectas,ad ſenſum aliquem eliciendum, *Matth.26.f.Marc.15.c. Ioan.19.f.*

a *Augu. 1 ſe. Dom.in monte.& ſ.pſalm. 75.Gre.7.m. 3.& 12.mor. 24.& 22.m. 20.& ſ.pſal. 142.*
b *Ambro.ſ.1. Cor.10.*
c *Lyr.ſu. Hoſ. 9.*
d *Aug.13.ciuit.Dei 20.*
e *Hier.ſ.Gal. 4.*
f *Greg.33.m. 33.*
g *Rup.ſ.can. 3.Bern.ſ.can. ſe.72.*
h *Arn.ſ.pſal. 67.Hil.ſ.pſal. 118. Hier. ſ. Iſ.8.9. Amb. ſ.pſa.118.ſer. 21.Tertu.aduer. Iudæos. Aug.ſ.pſ. 67. & Epiphan. ſer. 4.*
i *Bed.ſ. prou. 31.*
k *Rup. 7. de gloriſic. Trin. 6.*
l *Ori.ſ.Exec. hom.4.Grego. 18.m. 8.Bed. ſ.prou.1.Hie. ſ.Ier.22.*
m *Hie.ſ.Iſ. 8.*
n *Rup.ſ. Hoſ. 2.*
o *Gloſſ.ord. ſ. Exod.3. Rup. 1.ſ.Exod.15.*
p *Gloſſ. ord.ſ. Coloſſ.2.*
q *Rup.7.ſup. Num.9.*
r *Iſy.ſ.Leu.6. Ambr.de vir. 3. & de Iſaac.6.*
ſ *Au.ſ. Ioan. tract.57.Gre. ſ. can. 5.Rup. 5.can.5.*
t *Gre.16.mo. 2.*
u *Lyr.ſ.Mich. 1.*
x *Hier. ſ.Iſa. 3.*
y *Hie.ſ. Hab. 2.*
z *Orig.ſ.Luc. hom.34.*
aa *Ambr. ſ. Luc.10.*
bb *Hie.ſ.Eze. 26.& ſ. Ioel. 2.*
cc *Greg.4.m. 19.& 16.m. 24.*
dd *Hie.ſ.Hoſ. 2. Amb.epiſt. 13.*
ee *Ori. ſ.can. h.1.& ſ.Mat. ho.32.Baſi.de Spiritu ſancto 8.Hie ſ.Iſ.62. & ſ.Ier.16.& ſ.Matt.9. Au. 83.ſerm. 59.*

& *epiſt.120.cap.32.Fulgen.epiſt.3.Ber.ſ.can.ſe.62. Rup.ſ.Hoſ.*.. ff *Hier.ſ Iſa.61.* gg *Gloſſ.ord.ſ.Exod.21.* hh *Gloſ. ord.ſ.Exod.22.* ii *Greg.3.paſt.adm.5.Bed.ſ.prou. 6.* kk *Hier.ſ.Hoſ.4.* ll *Lyr.ſ.Exod.8.*

Digitized by Google

Designat etiam *a* cor Iudæorum cauernosis quodammodo atque tortuosis latibulis fraudulentum, & etiam cauam eorum infidelitatem. *a Ori.s.Matth.o.35.* *Cor & infidelitas Iudæorũ.*

Sponte, Spontaneus, Vltroneus.

Sponte dicitur fieri, quod fit sine requisitione, sed propria voluntate, & sine hominis labore. Vnde spontaneum, quod est voluntarium, aut naturale: quod & vltroneum dicitur.

Spontaneum sacrificium principis, est *b* sacrificium Christi. Spontaneum etiam sacrificium, est virginitas: & cætera quæ ad consilia pertinent, *Exech.46.d.Leuit.7.b.* Sponte obtulerant animas suas, *c* qui non solum ad præcepta, sed etiam ad consilia se astrinxerunt, *Iudi.5.a.* *b Aug.s.Ioan.tra.119.Euc.for.spir.8.* *Sacrificium Christi.* *Consilia euãgelica.*

Sponte propria offerre necessaria ad tabernaculum cõstruendum, *Exo.25.a.35.d.36.a.* est quando *d* quis subito conuertitur, & diuinitus inspiratus compungitur. Vltroneus etiam offert Deo, qui libentet offert. Hilarem enim datorem diligit Deus. Origenes pro vltroneo legit: A vobis ipsis, vt designetur, quod cum lex spiritalis sit, non vult à nobis offerri, nisi quæ sunt intra nos. *c Hie.s.Ezec.46. Glo.int.s.Leu.7. Rup.s.Iud.8.* *Subita conuersio.* *Libenter offerre.*

Spontaneè diligit nos Deus, *e* quia sine nostris meritis, *Hose.14.c.* *d Glo. ord.su. Ex.25.*

Sponte nascentia sunt, *f* quæ à solo Deo præceptore & instructore discuntur. *4.Reg.19.f.* Item *g* principia naturalia omnibus indita, *Leuit.25.a.* *e Glo.inte.su. Ho.14.* *Reuelatio diuina.* *Principia naturalia.*

Sporta, Sportula, vide Canistrum.

Spuere, Sputum, vide Saliua.

Spuma.

Spuma, est velut sordes earum rerum, à quibus eiicitur, vt quum per ebullitionem, vel maximam agitationem fæx quædam supernatat, vt musto, æri, sali, &c. *f Phil.de profugis.* *g Isye.s. Leu.25.*

Spuma super faciem aquæ, dicitur rex Samariæ, designans *h* hæresiarchas breui tempore durantes, *Hose.10.d.* Dicebatur autem de ipsis regibus facilè vel citò transeuntibus, quum alij alios occiderunt. *h Glo. ord.su. Ho.10. Ru.s. Ho.10.* *Hæresiarcha.*

Spurcus, Spurcitia, vide Immundus.

Spurius, Manser.

Spurius, est incerto patre natus, qui *Manser* dicitur Hebraicè. *i Phil.de mig. Abr.& de vi ßi.offeren.*

Spurius qui arcetur ab Ecclesia, est *i* ponens multos Deos, quasi multos patres, qui Manser dicitur. *Deut.23.a. 1.Reg.17.a.* *Ponens multos Deos.*

Squalere, Squalidus, Squalor.

Squalere, est asperum & durum & immundum in modum squamarum esse: vnde squalidus est sordidus & incultus.

Squalidæ virgines dicuntur *k* vires animæ amissa continentiæ virtute deturpatæ, *Thren.1.b.* *k Gloss. in.su. Thren.1.*

Squalentes calamitate & miseria, *Iob.30.a.* sunt *l* hæretici, quia & morum pernicie & sensuum prauitate sunt despecti. Item qui miseriis & calamitatibus huius vitæ aburuntur, ad voluptates capiendas prætextu necessitatis. *l Gre.20.mo.9.12.* *Vires animæ sine continentia.* *Hæretici.*

Squama.

Squamæ, sunt quibus corium piscis aut serpentis tegitur & munitur.

Squamæ piscium significare possunt *m* vitam asperam, pœnitentiam, & protectionem à vita carnali: & secundum quod facile amouentur, ignorantiam vincibilem, *Leuit.11.b.* *m Tert. de cibis Iuda Ori.s. Leu.hom.7. Isye.s.Leu.11.* *Vita aspera.* *Protectio à vita carnali.* *Ignorantia vincibilis.*

Squamæ sunt multæ, sed vna quodammodo ex eis lorica cõtexitur: designant *n* patientiam, quæ vna est virtus, licet singulis tribulationibus exhibere singulas videamur. *n Ber.ser.1.de S.And.* *Patientia.*

Squamæ draconis, sunt *o* defensiones vitiorum, *Ezech.92.a.* & corpus omne diaboli, hoc est, multitudo reproborum, quum de iniquitate sua corripitur, quibus valet tergiuersationibus, se excusare conatur: & quasi quasdam defensionis squamas obiicit, ne transfigi sagitta veritatis possit. Quisquis enim dum corripitur, peccatum suum magis excusare appetit, quam deflere, quasi squamis tegitur, dum à sanctis prædicatoribus gladio verbi iaculatur, *Iob.41.a.* Hoc designabant squamæ, quæ ceciderunt ab oculis Pauli, *Actor.9.c.* *o Hie.s.Ezec. 27. 29. & s. Iob.41.Greg. 33.m.31.* *Defensiones vitiorum.*

Stabilire, Stabilis, vide Firmare.

Stabulum, Stabularius.

Stabulum, est locus in quem longo itinere fessi diuertere solent, quod diuersorium & hospitium dici solet. Inde stabularius, qui curam stabuli habet.

Stabulum *p* Ecclesiam significare solet, in qua recreantur peregrinantes, & vulnerati curantur. *Luc.10.f.* *p Orig.s.Luc. hom.34.* *Ecclesia.*

Stabularius, est *q* quilibet prælatus Ecclesiæ, qui curam habet subditorum, qui in hac vita peregrinantur. Item prædicator, vt Paulus, *Luc.10.f.* *q Am.s. Luc. 10. Fulgen.2. ad Monimum.* *Prælatus.* *Prædicator.*

Statĉ, vide Gutta.

Stadium.

Stadium, est curriculum: siue locus, in quo equi hominésve currunt, & athletæ certant: eratque mensura centum viginti quinque passuum, quos Hercules vna respiratione currebat.

Stadium, in quo curritur, *r* vitæ præsentis solet esse typus, *1.Corint.9.d.* Designatur etiam stadio omnis nobis possibilis affectus, quo tanquam pedibus feramur in Deum. Et isti debent esse fortis, magni, & strenui animi & vnico flatu, hoc est, vnica intentione delati. Hæc mensura pertinet ad cælestem Hierusalẽ, vbi etiam affectus cum operibus proportione geometrica mensurantur. *r Georg. Ven. Cant.3. to.8. mod.3.con.3.* *Vita præsens.* *Affectus.*

Stadia viginti quinque, aut triginta, *s* impletionem legis designare possunt, *Ioan.6.c.* *s Au. s. Ioan. tract.25.* *Impletio legis*

Stagnum, vide Lacus.

Stamen, vide Filum.

Stannum.

Stannum, *t* est metalli genus, quod in fodinis inuenitur cum argento, & in fornace primum liquescit, parum distans à plumbo, vnde & appellari solet plumbum album. *t Plí. 34.nat. hist.16.*

Stanneus lapis, *u* est Christus, aut eius caro quia fortis, vel quia separabit malos à bonis, vt stanno separantur metalla. *Zach.4.c.* *u Hier.s.Lac. 4.* *Christus.* *Caro Christi.*

Stannum, *x* peccata errorésque, & traditiones humanas significare potest. *Isa.1.f.* *x Hie.su.Is.1.*

Stannum degenerat ab argento, cuius gerit similitudinem: designat *y* Iudæos, & hæreticos, qui sanorum verborum similitudinem assumunt, cum longè absint à rectitudine, *Ezech.22.d.27.c.* Generaliter autem designat peccatores, secundum quod stannum degenerat ab argento. *y Hie.s.Ezec, 22.27. Georg. Venet. Cant. 1.to.7. cap.6.* *Peccata.* *Iudæi.* *Hæretici.* *Peccatores.*

Stare.

Stare dicitur qui in se & sua mole consistit: vt animal stat, quum supra pedes consistit. Etiam inanimata stare dicuntur, quum non iacent, sed sunt erecta, vt arbor stat, columna stat, currus stat, & similia. Stant etiam quæ firma sunt. Stare item, accedere, *1.Reg.10.d.* Nunc ergo stare coram Domino. Adesse, *1.Reg.10.d.* Stetitque in medio populi. Assistere. *4.Reg.5.d.* Viuit Dominus, ante quem sto. Collocari, *Exod.26.g.* Mensa stabit in parte Aquilonis. Consistere, *Exod.33.d.* Stabis supra petram. Considerare, *Exod.14.d.* State & videte magnalia Dei. Conuersari, *Ierem.14.a.* Onagri steterunt in rupibus. Expectare, *Num.16.c.* State seorsum coram Domino. Fauere, *Matth.20.d.* Stetit Iesus, & vocauit eos. Ministrare, *1.Paral.6.a.* Stabant autem iuxta ordinem suum. Occurrere, *Exod.7.e.* stabis in occursum, eius super ripam. Parere, *Deut.4.b.* Diem, in quo steti coram Domino. Permanere, *Exod.40.c.* Candelabrum stabit cum lucernis. Perseuerare, *Leuit.13.d.* si autem steterit in loco suo. Præsentari, *Iob.20.b.* Donec stet ante iudicium. Sic stabunt iudicandi, *Isa.44.b.* stabunt & pauebunt. Immorari, *Genes.19.d.* Ne stes in omni circa regione. Vigilare, *Ezech. 33.f.* stetistis in gladiis vestris. *z Gre. 5.mor. 25.& s.1.Re. 3. Euc.for.spi.1. Aug.de essen. diuin. Am.s.Luc. 6.* *Immutabilitas Dei.* *Expectans Deus ad pœnitentiam.* *Sustentans in contemplatione.* *Manens cum Ecclesia.*

Stare, solius est creatoris, *z* secundum quod est firmus & immutabilis, per quem non transeuntem cuncta transeunt, & in quo aliqua ne transeant, retinentur. Sic sterit quidam hoc est, Deus, *Iob.4.c.* stat etiam Deus, quum nos infirmos expectat ad pœnitentiam, *Habac.3.a.* Stare rursus dicitur Dominus, postquam venit, quum quis in susceptæ gratiæ perseuerat. Et stat in contemplante, quum eum in interna dulcedine sustentat. Sed quum sic stat, monstratur ad tempus recessurus, vt magis desiderium accendat, *1.Reg.3.b.* stat præterea cum prædicatoribus

Digitized by Google

Solicitudo Dei.
Christus manifestatus mundo.
Præbensauxilium.
Manens cum Ecclesia.
Prolongatio temporis gratiæ.
Compatiens laboranti.
Christus aduocatus.
Christus mediator.

Ecclesiæ & non synagogæ, quia de synagoga dicit, *Matth.* 23. *d.* Relinquetur vobis domus vestra deserta, Et 21. *d.* Auferetur à vobis regnum Dei. De Ecclesia verò, *Matth.* 28. *d.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Stare etiam in Deo dicit promptitudinem solicitudinis eius, *Zach.* 2. *a.*

Stans Ioseph coram Pharaone, typum gerit Christi, qui se manifestauit mundo, *Genes.* 41. *f.* Et stare dicitur Christus, quum præbet auxilium, *Exod.* 17. *b.* sic stetit columna intra castra Israël & Ægyptiorum, & post tergum defendendo, & ad ostium tabernaculi, *Exod.* 14. *d.* 33. *d.* Et stans Sol vsque ad victoriam, *Ios.* 10. *c.* designat *a* Christum, manentem nobiscum vsque ad consummationem seculi. Designat etiam prolongationem temporis gratiæ. Et stat Christus à dextris Dei, *b* compatiens laborantibus, *Actor.* 7. *g.* stat autem vt aduocatus, qui sedet vt iudex. Sed & vt Iudex stetit in synagoga Deorum, *Psalm.* 81. stetit Sol in habitaculo suo, quando Christus illustrauit fideles, *Hab.* 3. *c.* Et stetit in loco campestri, ad docendos videlicet imperfectos verbo & exemplo, *Luc.* 6. *c.* Et ipse est stans super speculam Domini, *Isa.* 21. *c.* Et super murum litum, siue adamantinum, *Amos.* 7. *b.* Et super montem Sion, *Apoc.* 14. *a.* quando regit Ecclesiam. Stat etiam in monte Oliueti, *Zach.* 13. *a.* quum illustrat, & miseretur. Stare autem dicitur bonis, qui mouetur malis. Ipse est *c* princeps stans super duces, hoc est, super Apostolos, *Isa.* 32. *b.* stans Angelus in Sole, est Christus manifestatus Iudæis, *Apoc.* 19. *d.*

Christus inter angelos.
Occultatio Christi.

Stans Moses in confractione, est Christus in passione, *Psalm.* 105. Et stans Aaron inter mortuos & viuentes, designat Christum in cruce, vel in iudicio. Item *d* verbum Dei dirimens sanctos à profanis, *Num.* 16. stetit etiam super altare, hoc est, in cruce, *Amos* 9. *a.* *Apoc.* 8. *a.* Et stat Christus in signum populorum, *e* quia per ipsum omnes sunt saluandi, *Isa.* 11. *c.* *Zach.* 3. *a.* stetit etiam Christus quando pugnauit contra diabolum, *Hab.* 3. *b.* Idem dicitur stare in porta, *f* quia per eum est nobis aditus ad Patrem, *Ezech.* 40. *a.* *Mich.* 5. *a.* stans Salomon coram altari, 3. *Reg.* 8. *b.* est *g* Christus in cruce orans pro populo.

Firmitas diuini decreti.

Stetit Iesus, vt curaret cæcos, designauit *h* se expectare, vt nostram operaretur salutem. Stat autem quum instanter vocatur, *Matt.* 20. *d.* *Luc.* 18. *g.* stans autem illuminat cæcos in iis, quæ ad diuinitatem spectant. Stetit etiam quando peruenit ad dexteram Patris, ne amplius transiret.

Altitudo. Christi & mysteriorum.

Stans vir inter myrtheta, *i* est Christus inter angelicas potestates vel inter iustos. *Zach.* 1. *b.* Stat etiam inter myrtheta, id est, *k* in sacra scriptura.

Christus aduersus Iudæos.
Iudicium Christi.

Stabat sponsus post parietem, *Cant.* 2. *c.* quando *l* Christus erat occultatus in veteri testamento. Designat etiam mysteria, quæ neque penitus latent, neque omninò sunt in promptu. Item diuinitatē intra parietes humanitatis latentem. Sic stetit in porta quum *m* partim se manifestauit, partem abscondit, *Ezech.* 40. *a.* stetit etiam post parietem, *b* quia propter peccata detinebatur, ne veniret. Item cum adest nobis, vt nil nobis impediat eius aspectum, nisi corpus nostrum. Nam si adsint peccata, tot parietes eum separant à nobis, quot sunt peccata.

Obsequium angelorum & immutabilitas.

Stare dicitur verbum Domini in æternum, *Isa.* 40. *b.* quia *o* quod ab eo decretum est, non potest per aliquem aboleri. Ita etiam stant, qui verbo Dei adhærent. Sic itidem dicitur stare consilium Dei. *Isa.* 46. *c.* quia firmum & immutabile.

Firmitas beatorum.

Stans super terram scala Iacob, *Genes.* 28. *c.* designat *p* firmitatem & altitudinem Christi, & misteriorum, & religionis.

Ecclesia coniuncta Christo.

Stetisse dicitur Dominus super altare *Amos.* 9. *a.* quando *q* volebat destruere templum. Stetit de longe iustitia apud Iudæos. *Isa.* 59. *c.* quando Christus eis relictis, ad Gentes transiit.

Opponere se diuinæ iræ.

Stare simul in iudicio cum aliis vult Christus, *Isa.* 50. *c* vt cuius ostendatur iustitia, & aliorum iniustitia, & vincat cum iudicatur. Et stare dicitur ad iudicandum Dominus: *r* quia etiam de se reddet rationē Iudæis, *Isa.* 3. *c.* Et stabit sicut in monte diuisionum, quia in iudicio separabit malos à bonis. *Isa.* 28. *f.*

Recognoscere præcepta, & virtutem Dei.

Stantia Seraphim dicuntur. *Isa.* 6. *a.* quia *s* manent cum Deo ipsum venerantia. Eadem dicuntur volare, quantum ad manifestationem Dei. Non sedent autem, quia Domini est sedere, sed stant immutabilia.

Diligere veritatem.

Stant ante faciem Domini, & in loco sancto Dei, *t* qui sunt in fœlicitate. *Psal.* 23. *Ierem.* 15. *d.* stans autem terra in æternum, & etiam cœlum & terra, & semen Israël, stabilitatem indicant iustorū in fœlicitate, *Eccl.* 10. *Psal.* 118. *Isa.* 66. Et stantes pedes in atriis Hierusalem, firmitatem in beatitudine designant, *Psalm.* 121. 133. 134. Stant Sol & Luna in tabernaculo suo, *Hab.* 3. *c.* quādo cognitio, quę hic habetur de Angelis & de Deo, perficitur in fœlicitate.

Firmitas fidei.

Astans Regina à dextris Christi, est *u* Ecclesia, sponsa Dei, *Psal.* 44. Stetit Luna in ordine suo eleuato Sole, quia postquam Christus ascendit in cœlum, sancta eius Ecclesia in authoritate prædicationis excreuit, *Hab.* 3. *c.*

Firmitas spei & charitatis.

Stare, pro occurrere, vt stare coram Domino, *x* est iræ eius placendæ se exponere, sic steterūt Moses & Samuel, *Ierem.* 15. *a.* Idem stare contra Dominum, sicut stetit Christus in passione, *Ierem.* 18. *d.* *Ezech.* 22. *g.* Et stant in prælio Domini, qui se opponunt orando diuinæ vindictæ, *Ezech.* 13. *a.*

Firmitas Ecclesia.

Stare in consilio Dei, *y* est cognoscere quæ præcipit Deus, eaque facere, illiique acquiescere, *Ierem.* 23. *e.* Stantia autem animalia, sunt recognoscentia & admirantia virtutem & potentiam Dei, *Ezech.* 1. *f.* Stare in veritate, est diligere veritatem: sic non stetit diabolus in veritate. *Ioan.* 8. *f.*

Conuersio infidelium.

Stare, interdum est firmum esse, vt stat fundamentū fidei, quæ à nullo persecutore potest labefactari, 2. *Tim.* 2. *c.* Et stat pes in directo, quum fides rectè incedit inter prospera & aduersa, *Psalm.* 25. Vel cum voluntas non recedit à iustitia Dei. Stant pedes Christi in monte Oliuarū, hoc est, *z* Apostoli in fide Patriarcharum, *Zach.* 14. *a.* Stare etiam in conspectu Domini, *aa* est non incidere in errorem, & eius mysteria sanctè contrectare, & fortem esse in ordine diuini ministerij, 1. *Reg.* 6. *d.* Stat Ecclesia in fide fortis, *Iob.* 30. *c.*

Firmitas fidei.

Stantes pedes, hoc est, affectus in atriis Hierusalem, *bb* certam spem designant, & firmitatem in amplitudine spei & charitatis, *Psalm.* 121. 133. Et stant pedes Christi, hoc est, Apostoli, in Euangelio fixi, & fideles in Ecclesia, *Psalm.* 131. Et stat terra in æternum, *cc* hoc est, Ecclesia firmata in Christo, *Eccl.* 1. *a.* Stant etiam alieni, quum Gentiles prius in infidelitate iacentes efficiuntur fortes in fide. *Isa.* 61. *b.* Sic stant persecutores Hierusalem super pedes suos, quum conuertuntur, *Zach.* 14. *c.* Et stant *dd* qui rectam habent fidem, licet moribus nō concordent. Vnde *Iob.* 24. *d.* Quum steterit, non credet vitæ suæ. Stant in contritione filiorum, qui castigati à Deo tanquam patre, conteruntur & conuertuntur, sic non stetit Ephraim, *Hose.* 13. *d.* Stans Moses supra petram, designat *ee* firmum in fide Christi, & in resurrectionis spe, & in Ecclesia, & in quieta contemplatione, *Exod.* 33. *d.* *Deut.* 5. *d.* Non stare autem in firmamento, est non esse fixum in Christo, *Ezech.* 13. *a.* Stans Abraham sub arbore, est firmus in fide crucis Christi, *Genes.* 18. *a.*

Angeli separantes à se peccatoribus.

Stantes de longe, sunt *ff* Angeli, qui separantur à peccatore, quem tamen non penitus derelinquunt. Qui etiam aduersus peccatorem stare dicuntur. Eadem dicuntur de sermone diuino, *Psalm.* 37.

Esse in gratia.

Stare interdum est *gg* in gratia esse. Vnde stare dicuntur boni, qui non sunt in peccatis, *Psalm.* 35. 133. Et stant, qui ex merito magnæ actionis de superna conditoris gratia sunt securi, 3. *Reg.* 17. *a.* Stans autem Ezechiel audit sermonem Domini, non iacens, *Ezech.* 2. *a.* Stare etiam coram Domino est mentem eleuatam in contemplatione habere, & stabilem esse in virtute Deo placente, *Genes.* 18. *c.* Item præparare cor ad eius præcepta. Stant etiam, *hh* qui à maioribus an sint digni ad regimen, considerantur, 1. *Reg.* 10. *c.* Et hinc stant coram Domino, *Leuit.* 16. *b.* Stantes autem apud Christum, sunt *ii* varij: & perfecti sunt, qui non gustant mortem, *Matth.* 16. *g.* *Luc.* 9. *d.* Et stat super custodiam suam, qui per solertiam disciplinæ terrenis desideriis non succumbit, sed supereminet, vt dum semper astantem appetit æternitatem, infra se sit ei omne quod transit, *Hab.* 2. *d.* Stare etiam, est iterè agere, *Iob.* 37. *c.* Et stant coram Domino, qui eius imperio faciendo parati sunt, *Zach.* 6. *b.* Stantes segetes, sunt, qui surrexerunt à peccato, *Exod.* 22. *a.* Et stantia ossa, sunt à peccato resurgentes.

Contemplatio

Stetisse dicitur Moses, nempe *kk* in contemplatione, & etiam Iosue, *Exod.* 3. *b.* 32. *f.* 33. *d.* 34. *a.* *Ios.* 5. *d.* Et stantes & adorantes per fores tabernaculorum, *Exod.* 33. *b.* sunt contemplantes spiritualia, & conantes iam habitacula relinquere, & ad superna gaudia, quæ audiunt, progredi. Sic stat multitudo ad ostium tabernaculi, *Leuit.* 9. *a.* Et stans

a *Ori. s. Ioh. 1. Am. 3. de fine 7.*
b *Hie. s. ps. 81. Gre. 2. mor. 2. Ber. s. can. ser. 56. Aug. 18. ciui. Dei 30.*
c *Rup. 9. s. Apo. Hier. s. Is. 32. Ru. 11. s. Apo.*
d *Ori. s. Num. ho. 9.*
e *Hie. s. Is. 11. Philo. quis rerum diui. hæres.*
f *Au. ser. 98. Cyr. de Tri. 1. Rup. s. Am. 9. & 5. s. Apo. Hie. s. Hab. 3.*
g *Rup. 3. up. Reg. 28.*
h *Ori. s. Mat. hom. 13. Aug. 1. qu. in Euan. 28. & de verbis Do. ser. 18.*
i *Gr. 19. m. 3. & ho. 2. Hier. s. Zac. 1.*
k *Rup. s. Zac. 1.*
l *Ori. s. Cant. hom. 3. Au. 2. de visi. insi.*
m *Gre. s. cant. 2. & s. Eze. h. 13.*
n *Ru. s. can. 2. B[illegible]. s. can. ser. 56.*
o *Hier. s. Isai. 40.*
p *Gloss. ord. s. Gen. 28.*
q *Hie. s. Amo. 9. & s. Is. 59.*
r *Hie. s. Isa. 3.*
s *Ori. s. Is. ho. 1. Ber. se. 4. de ver. Is. 6. s. Ier. 15. & s. Isa. ho. 6. & s. Ose. 23.*
t *Ambro. s. ps. 118. ser. 12. Hil. s. ps. 133. Ric. de S. vict. de arca. myst. 10.*
u *Clem. Ale. 2. pad. 10. Gre. hom. 29.*
x *Hi. s. Ier. 15. & s. Eze. 13.*
y *Glo. int. su. Ier. 23. Hie. s. Eze. 1. Gre. s. Eze. ho. 8. Ru. 8. s. Ioa.*
z *Chr. s. ps. 25 Aug. s. ps. 25.*
aa *Rup. s. Za. 14.*
bb *Gr. s. 1. Pe. 6. & 20. mor. 25.*
cc *Iyr. s. ps. al. 121. Au. s. ps. 131.*

dd *Hie. sup. Ecclesiasten. 1. & sup. Zach. 14.*
ee *Gre. 17. mo. 3. Rup. s. Hose. 13. Phil. de gigantibus. Amb. epist. 82.*
ff *Aug. 2. de Trinitate 17. Ori. s. Num. ho. 16. & s. Ezec. ho. 2. Gre. 25. m. 6. Rup. 4. de glori. Trini.*
gg *Basi. & Arn. s. ps. 37.*
hh *Arn. sup. psalm. 35. Hie. s. Ezech. 2. Phil. de Cherubim.*
ii *Gre. sup. 1. Reg. 10. 12. & 20. mor. 5. & 27. mor. 23.*
kk *Ori. s. Matth. hom. 3 Amro. sup. Luc. 9.*

Digitized by Google

ſtans arca in agro Ioſue, 1.*Reg.*6.*c.* eſt manens in contemplatione,ſed ita,vt in prælio. Idem deſignat ſtans Elias in oſtio ſpeluncæ,quaſi paratus ad pugnam.3.*Reg.*19.Stant ſuper vias, *a* qui conſiderant doctrinam legis & Prophetarum. *Ierem.*6.*d.*

Stantes pueri,ſunt *b* qui humi non amplius volutantur,neque vt antea ſerpentum more ſerpunt, toto corpore in ſtultis cupiditatibus prouoluti : ſed mente ſurſum erecti , mundóque & peccatis renunciantes , ſuſpenſo pede earenus terram tangentes,quatenus in mundo eſſe videantur,ſanctam perſequentes ſapientiã,*Rom.*3.*a.*1.*Cor.*10.*c. Galat.*5.*a.* Stat Daniel,ſed tremens,quia iuſti perfecti ſemper in hac vita timent,*Dan.*10.*b.*Stare ſupra flumen,eſt ſupra temporalia exiſtere,*Geneſ.*41.*a.*

Stans populus ad radices montis, *Exod.*19.*c.*deſignat *c* ſimplices habere initium ſapientiæ in timore Domini. Stare autem auditoribus , eſt intentionem mentis ad verbum prædicatoris erigere. 1.*Reg.*12.*b.* Et ſtantes ſimul cœli vocante Deo, deſignant paratos ad obediendum,*Iſa.*48.*c.*Et ſtantes coram Ioſeph,deſignant paratos ad obediendum Chriſto, *Geneſ.*43.*d.* Item coram Iob, *Iob.*29.*b.*30.*c.*35.*c.* Ad idem referri poſſunt ſtantes tabulæ tabernaculi,& ſtans candelabrum, *Exod.*36.40.*a.*

Stantes Moſes & Aaron ex aduerſo contra Pharaonem , deſignant *d* fortes in tentatione , reſiſtentes diabolo, ipſumque vincentes,*Exo.*5.7.8.*e.*14.*d.*Stare autem ad laborem pertinet, & ad pugnæ neceſſitatem,*Epheſ.*6.*e.*Stare ſuccincti lumbos in veritate. Stant duo aduerſus vnum,hoc eſt,Chriſtus cum eo,quem defendit aduerſus diabolum, *Eccl.*4.*c.*

Sans,ſeruus Abrahæ prope fontem, eſt *e* lex iuxta baptiſmum, *Geneſ.*24.*b.*

Stans etiam ſeruus Abrahæ prope fontem, deſignat prædicatorem conſiderantem doctrinam prædicandam,& promptum ad operandum & prædicandum, *Geneſ.*24.*b.* Et ſtans Abraham ſub arbore , eſt prædicator ſub cruce, *Geneſ.*18.*a.*Stans Saul in medio populi, 1.*Reg.*10.*d.* deſignat *f* fortitudinis opera,& rectam intentionem prælati eſſe ſubditis in exemplum expoſita. Et ſtans Ionathas in loco ſuo, 1.*Reg.*14.*d.* deſignat prædicatorem, qui quum non eſt locus prædicationi, in ſua bona conuerſatione perſiſtit , vel in Domino perſeuerat , vt nulla prauorum exempla ad ſe perueniant. Stat autem prælatus vt ſpeculator prouidus, explorator impiger.

Steriſſe Annam coram Eli,1.*Reg.*1.*d.*eſt *g* corruiſſe Eccleſiam ad minas principum ſynagogæ.

Stare dicitur pauper coram ſacerdote, *Leuit.*27.*a.* quando *h* peccator confitetur peccata ſua ſacerdoti,& expectat ab eo pœnitentiam. Et ſtat Maria retrò ad pedes Domini,*Luc.*7.*f.* quum pœnitendo eius veſtigia ſequitur, quem prius impugnabat. Stans eadem extra monumentum plorans, *Ioan.*20.*c.*deſignat peccatorem,deflentem ob amiſſum Chriſtum. Stans in loco ſuo cicatrix,deſignat *i* eum,qui peccauit,ſed ſanatus eſt , nec amplius peccat, *Leuit.*13.*e.*

Stans Phinees aduerſus adulteros,deſignat *k* zelum Martyrum pro gloria Dei, *Pſalm.*105.

Stare dicuntur in domo Domini *l* baptizati:catechumeni verò in atriis domus Domini,*Pſal.*133.134.Stantes etiam ſuper mare vitreum,ſunt baptizati,qui omnia vitia reliquerunt in baptiſmo, *Apoc.*15.*a.* Stant aquæ ſuper montes,hoc eſt, baptiſmus & fides in perfectis corde, *Pſalm.*103.

Stare dicitur ſanguis,quando ceſſat idololatria,*Leu.*15.*d.*Et ſteterit vnda fluens,*Exod.*15.*a.*Et generaliter ſtare, *m* eſt ceſſare à peccato, *Nah.*2.*d.*Et ſtetit mare à feruore ſuo,miſſo ipſum Iona,quia poſt Chriſti paſſionẽ ceſſarunt errores in mundo , nec amplius nauicula humani generis periclitata eſt, *Ion.*1.*d.* Stat autem ſpiritus procellæ, quum ceſſant mundanæ tentationes. *Pſalm.*106.

Stantes procul à monte,*Exod.*20.*d.*ſunt *n* imperfecti & carnales,& allegoriã non penetrantes.Sic ſtetit procul ſoror Moſis,quando filia Pharaonis inuenit Moſen in flumine, *Exod.*2.*a.* Et ſtans turba in littore , deſignat ſine fructu exiſtentes, & indignos cognitione myſteriorum Chriſti, *Matth.*13.*a.*Stans Ioannes ſuper arenam maris, *Apoc.*12.*d.*Vacillantes tempore Antichriſti. Stans princeps in limine portæ templi.*Ezech.*40.*a.*deſignat nos nunc ex parte videre,& ex parte cognoſcere.

Stat ſuper cuſtodiam ſuam : qui *o* diligenter cuſtodit cor ſuum, & firmam tenet humilitatem, *Habac.*2.*a.* Stat ſtatua contra Nabuchodonoſor,ſeu in proſpectu eius, *Dan.*2.*e.* quum *p* quis propriam recogitat vitam. Stantes ſacerdotes cum arca in alueo Iordanis,donec tranſiret populus , *Ioſ.*3.*d.* deſignant tamdiu nos in noſtri conſideratione debere morari,& indignari,donec internorum amor intumeſcat.Inferiorum autem omninò deficiat,torãque deſideriorum noſtrorum turba pertranſeat,terrámque promiſſionis ſpei ſuæ certitudine tangat,& teneat.

Stare debent ſacerdotes in iudiciis Dei, *Ezech.*44.*f.*quia *q* debent iudicare ſine perſonarum acceptione.

Stantes rotæ,deſignant *r* tempora præterita,vel futura.*Ezec.*1.*c.*Stant autem cum ſtantibus,deſignantes ſacram ſcripturam,per quam fideles contra omnia diaboli tentamenta roborantur.

Stare dicta eſt Martha,& non ſedere,ſicut Maria,*Luc.*10.*g.*quia actiui non niſi breuiter vacare poſſunt contemplationi,ſed ſemper parati ſunt ad actionem.

Circumſtans exercitus regem, *Iob.*29.*d.*deſignat *ſ* virtutes in mente,in qua præſidet Chriſtus, vel multitudinem fidelium audientium prædicatorem.

Stare dicitur Elias in oſtio ſpeluncæ, 3.*Reg.*19.*c.*quia mortalitatis anguſtias exire meditatur.

Stare dicitur in regione circa Sodomam, *t* qui terrenis inhæret voluptatibus:vel qui in aliis vitiis immoratur, vel in periculis vitiorum. Item qui ignauiter operatur, quia facile credit, *Geneſ.*19.*d.*

Stare ad videndum Chriſtum in iudicio non poterit, *u* qui lippientibus eſt oculis mentis, *Mal.*3.*a.Iob.*29.*b.*

Stantes foris mater & fratres Ieſu,deſignauit *x* ſynagogã & Iudæos,qui non ingrediuntur in Eccleſiam Chriſti. *Matth.*12.*d.Luc.*8.*c.* Et ſtantes mulieres iuxta nurum Eli, 1.*Reg.*4.*d.* ſunt *y* æquales perfidia , & ſocierate mentes plebis Iudaicæ,quæ ſtant nõ veritate fidei, ſed præſumptione & iactantia religionis.Steterunt onagri in rupibus, *Ierem.*14.*a.* quum Iudæi confiſi ſunt in ſummis poteſtatibus ſeculi aduerſus Chriſtum.Stant aduerſus populum Dei Iudæi,& hæretici in perſecutionibus Eccleſiæ per infideles factis,vt Edom aduerſus Iudam, *Abdi.*1.*d.* Et ſtant in exitibus Edom hæretici, ad occidendos quos potuerint ab Eccleſia ſeparare. *Abdi.*1.*e.*Stant aquæ ſuper montes,*z* quum perſecutiones infidelium comprehendunt ſublimiores Eccleſiæ , *Pſalm.*103. Et ſtant ſpiritus procellæ, *Pſalm.*106.Stat etiam diabolus ſuper arenam,hoc eſt,ſuper hæreticos aduerſus fideles,*Apoc.*12.*d.*Stare autem non valentes malefici Ægyptiorum coram Moſe, *Exod.*9.*b.* ſunt non valentes reſiſtere fidelibus. Steterunt proximi, hoc eſt,Iudæi aduerſus Chriſtum in paſſione.Sed proximi,qui ſteterunt à longè,fuerunt *aa* eius diſcipuli,qui relicto eo fugerunt. *Pſalm.*37.

Stare in via peccatorum, eſt *bb* adhærere vitiis inclinationem naturæ ſequentibus:vt ſuperbiæ,auaritiæ,libidini, &c.Vel figere pedem in mala ſuggeſtione.Vel ſtat,qui delectatur iam in peccato,vel qui peccatum opere perpetrauit, *Pſalm.*1.

Stant in gladiis ſuis hæretici, *cc* qui perſeuerant decipere animas, *Ezech.*33.*f.* Et ſtantes Iezonias & ſeniores coram idolis,ſunt confirmati in defendendis erroribus,*Ezec.*8.*e.*Stantes in foro ocioſi, *dd* ſunt in infidelitate perſiſtentes,*Matth.*20.*a.*Sed per hoc,quod ſtant,videntur parati ad operandum.Et ſteterunt in Gabaa, qui perſeuerarunt in errore,*Hoſ.*10.*c.*Et ſtat in verbo malo,qui perſeuerat in errore,detractatione,turpiloquio,*Eccleſ.*8.*a.*

Non ſtare dicitur conſilium hæreticorum aduerſus Eccleſiam , *Iſa.*7.*b.* quia non habet effectum aut firmitatem. Et non ſtat domus hypocritæ,*Iob.*8.*c.* quia *ee* in terrore diſtricti examinis omnis anteactæ vitæ fiducia ſanctitatis cadit.

Stare facere pauperem in loco inferiori, eſt *ff* cenſere ipſum indignum,& minus bonum ad dignitatem Eccleſiaſticam, ex hoc quod eſt pauper, *Iacob.*2.*a.*

Steterat quercus inter ligna ſaltus,hoc eſt,dogma hæreticum inter dogmata Philoſophorum, *Iſa.*44.*b.*

Stat Babylon cum incantatoribus ſuis, quando in illis habet fiduciam. *Iſa.*47.*d.*

Stantes in terra nautæ Tyri,ſunt *gg* quieſcentes aliquando, qui erant in motu, *Ezech.*27.*e.*

Stare ſicut veſtimentum dicitur aliquis , *Iob.*38.*b.* vt per hoc non poſſe ſtare monſtretur , quia *hh* ſicut induta veſtis

Perfectio.

Promptitudo audiendi, & obediendi.

Fortitudo aduerſus diabolum.

Lex iuxta baptiſmum. Diligentia prælatorum, & prædicatorũ.

Fortitudo Eccleſiæ. Pœnitentia.

Zelus Martyrum. Baptiſmus. Ceſſatio idololatriæ, & peccatorum.

Imperfecta cognitio.

Cuſtodia cordis.

Iudicium rectum. Firmitas, & ſacra ſcriptura.

Solicitudo vitæ actiuæ.

Virtutes in mente. Audientes prædicatorem.

Medicatio mortis. Inhærere vitiis & voluptatibus.

Perfidia Iudæorum. Perſecutiones Iudæorum, & hæreticorum.

Delectari in peccato.

Obſtinatio in erroribus.

Infirmitas hæreticorum.

Contemptus pauperum. Quies.

Deformitas & breuitas vitæ malorũ.

a *Gre.ſ.*1.*Re.*6.*& ſ.Eze.h.*9.13. *Rup.*4.*ſ.Exo.*34. *Ric.de S.Vict.*4.*dearca myſtica.*11.
b *Hie.ſ.Ier.*6.
c *Cle. Ale.*1. *ped.*5. *Amb.ſ. Rom.*5. *Hier.ſ.Gal.*5. *Gre.*12.*m.*21. *Glo.inter.ſup. Gen.*41.
d *Gre.ſ.*1.*Re.*12.*&* 19.*m.*13.
e *Ori.ſ.Exod. hom.*3. *Gre.ſ.*1.*Re.*3. *Hie.ſ. Eccl.*4.
f *Bed.ſ. Gen.*24.
g *Gre.ſ.*1.*Re.*10.14.
h *Am.epi.*32. *Gre.ſ.*1.*Re.*1.
i *Iſyc. ſ. Leu.*27. *Gre. hom.*33. *Ori. in diuer. ho.*10. *Glo.ins.ſ.Leu.*13.
k *Arn.ſ.pſal.*105.
l *Arno.ſ. pſa.*133. *Ru.*9.*ſup. Apoc. Arn.ſ.pſ.*105
m *Hie.ſ.Nah.*2.*&ſ. Ion.*1. *& ſ.pſ.*106.
n *Glo. ord.ſu. Exod.*20. *Hil.ſ. Matth. can.*14. *Ru.*8.*ſ.Apoc.*2.
o *Hie.ſ. Hab.*2. *Ru.ſ. Hab.*2.
p *Ricar.de S. victo.de extre mali.*24.
q *Hie.ſ.Eze.*44.
r *Ambr.*4.*de Spiritu ſancto* 22. *Greg.ſ. Ezec. hom.*7. *Gr.ſ.*1.*Re.*14.
ſ *Gr.*20.*m.*4
t *Au. de quinque hereſibus* 4.
u *Cyr.de adoras.in Spiritu ſancto. Hie.ſ.Mala.*3
x *Tert.de carne Chriſti. Hil.ſ. Matth. can.*12.
y *Gre.ſ.*1.*Re.*4.*&* 29.*mo.*18. *Hie.ſ.Abdi.*
z *Aug.ſ.pſal.*103.106.*&ſ. Apo.h.*9. 10.

aa *Augu.& Gre.ſ.pſ.*37. bb *Hil.& Arn.ſ.pſ.*1. *Aug.ſ.pſe.*1. cc *Rup.*1.*ſ.Ezec.*19. *Hie.ſ.Ezec.*8.33. dd *Ori.ſ.Mat.ho.*13. *Hier.ſ. Hoſe.Gre. hom.*19. ee *Gre.* 8.*m.*32. ff *Aug.epiſt.*29. hh *Hie.ſup.Ezec.*27. hh *Gre.*29. *mor.*2.

Digitized by Google

vestis in visionis suæ specie per corpus tenditur, exuta autem fracta complicatur. Ita vnusquisque qui à sanctæ Ecclesiæ statu recesserit, tensus prius ac decorus quasi dum indueretur, fuit: sed exutus postmodum confractus atque abiectus iacebit. Si verò stare intelligimus perdurare, sicut vestimentum stat quisque reprobus, quia in hac vita quam diligit, breuiter durat, iuxta illud, *Psalm.* 101. Omnes sicut vestimentum veterascent.

Diabolus aduersus Christum, & Ecclesiam. Hæreses. Antichristus in Ecclesia. Destructio Hierusalem. Infirmitas hæreticorum. Superbia cum inuidia.

Stare dicuntur qui non fugiunt imminentia tentationum pericula, quum deberent fugere.

Stans Satan aduersus Iesum, *Zac.* 3. *a.* est *a* diabolus aduersus Christum, quãdo erat in veste sordida, hoc est, mortalis. Stat autem à dextris, vt dexteram impugnet, & quia nihil siniſtrum in Christo, *Psa.* 37. Et stans draco aduersus mulierem, est diabolus aduersus Ecclesiam, *Apo.* 12. *b.* Stat etiam diabolus aduersus eum, qui fuerat in peccato, quum vincitur ab eo, vt à Paulo. Stat autem accusans, & à dextris, *b* quia dexteram vincit, *Psalm.* 108.

Stans abominatio desolationis in loco sancto, designat *c* hæreses, quas hæretici ponunt in sacra scriptura. Vel Antichristus in mentibus fidelium, quos peruertit: aut in Ecclesia. *Matth.* 24. *b. Luc.* 21. *d.*

Non stans, *d* ciuitas est Hierusalem destructa, *Matt.* 12. *b.* Et non stat culmus sementis hæreticorum, *e* quia nihil firmum docent hæretici, nec stat Ephraim, *Hos.* 8. *b.* 13. *d.* Nec stat tenens arcum, *Amos.* 2. *d.*

Stans bestia super pedes suos, quasi homo, *Dan.* 7. *b.* designat *f* erectionem in superbiam cum murmuratione inuidiæ de profectibus aliorum.

Stetit in porta vrsus, *Dan.* 7. *b.* quia Persarum populus non nocuit filiis Israël.

Stetit oleum, quum non oblata sunt vasa, 4. *Reg.* 4. *a.* quia *g* non augetur charitas, quando cessatur à prædicatione.

Stabilis dicitur sapientia, *Sap.* 7. *c.* quia in mente iustorum, quantum ad virtutes theologicas & morales ad vitam animæ necessarias permanet: licet quantum ad gratias gratis datas, aliquando adsit, aliquando absit.

Statio.

Statio, est locus, in quo naues aut milites tutò ad tempus stant; vel in quo frequenter consistitur & etiam locus ad custodiam assignatus, in quo milites stantes vigilant.

Securitas Ecclesiæ. Habens perfectum zelum. Cultus sacerdotalis. Litera legis. Tentationes contra virgines. Dæmones & hæretici.

Statio nauium, *Genes.* 49. *b.* designat *h* securitatem Ecclesiæ recipientis & seruantis eos, qui è fluctibus huius sæculi ad ipsam se recipiunt. Vel designatur habens perfectum zelum, qui exponit se periculo, vt alij in tuto recipiantur.

Statio Sobnæ, *Isa.* 22. *f.* designat *i* cultum sacerdotalem, & literam veteris legis.

Statio Philisthinorum in Gabaa, 1. *Reg.* 13. *a.* designat *k* tentationes dæmonum contra virgines. Et dicitur statio, quia stare malignis spiritibus, est in electorum pugna magnas vires exercere. Nam stando validius vnusquisque quam sedendo conati ad aliquid faciendum potest.

Statio Philisthinorũ in colle, 1. *Reg.* 19. *a.* designat dæmones, *l* qui per sacram scripturam Iudæos & hæreticos decipiunt. Designat etiam hæreticos contra Christum consistentes, qui positus est in signum, cui contradicetur, *Luc.* 2. *e.*

Deus. Iustitia Dei. Iudicium. Christus.

Stater, vide Siclus, Statera.

Statera, à stando dicta est, qua aliquid pensatur, aut ponderatur, vt ad æquilibrium ducatur.

Statera æqua in sacculo, est *m* Deus verus, qui mensura & numerus est omnium in animo. Item iustitia Dei, qua dependuntur bona & mala, & etiam iudicium, secundum quod omnia disponit Deus in numero, pondere, & mensura, *Isa.* 40. *c. Iob.* 31. *a.*

Statera etiam dicitur *n* mediator Dei & hominum, Christus Iesus, qui ad pensandum vitæ nostræ meritum venit: ac secum iustitiam simul & misericordiam detulit, sed misericordiæ lance præponderans, vt culpas nostras parcendo leuigaret, *Iob.* 6. *a.* 30. *a.* In ipso etiam æqua lance omnia merita nostra pensantur, & in eis præceptis agnoscimus, quid in nostra vita minus habeamus. Crux etiam Christi, statera est, in qua appensa sunt peccata nostra cum Christo.

Crux Christi. Ratio. Verba iustitiæ. Voluntas. Iudicia peruersa. Prauitas Iudæorum.

Statera, est *o* species iustitiæ, & interdum est ipsa ratio, qua iudicamus bonum & malum: & etiam ipsa verba, vel mensura verborum iustitiæ: vt lingua sit subdita menti. Item voluntas in vtramque partem libera: aut ipsum liberum arbitrium. Mendaces sunt filij hominum in stateris, qui non seruant iustitiam. *Psalm.* 61. *Prouerb.* 11. *a. Eccles.* 28. *d. Ezech.* 45. *d.*

Dogmata hæreticorum.

Statera dolosa, *p* est in omni iudicio non recto, & quum quis aliorum facta iudicat mala, & non videt trabem in oculo suo: & qui imponunt aliis onera grauia, quæ digito suo nolunt contingere, *Prou.* 11. *a.* Et statera in manu equitis equi nigri, *Apoc.* 6. *b.* designat *q* prauitatem Iudæorum: quando dederunt pecuniam custodibus, vt mentirentur in Christi resurrectione. Designat etiam simulationẽ iustitiæ, quia diabolus & eius membra transfigurant se in angelum lucis, dicentes bonum malum & malum bonum. Statera etiam dolosa, *r* sunt hæreticorũ dogmata, & falsæ rationes, *Hos.* 12. *b. Mic.* 6. *c.* Hæc est statera, qua ponderatur argentum idolorum, *Isa.* 46. *b.* Et statera iniusta in sacculo, est idolum, & Deus falsus in anima. In his stateris sunt mendaces filij hominum, *Psalm.* 61.

Statua, Statuarius.

Statua, est imago ex lapide, vel luto, seu ligno, aut aliquo metallo alicubi statuta, quæ fieri solebat in alicuius rei ab aliquo bene gestæ memoriam. Statuarius autem est qui statuas fingit.

Inspientia peccantium. Anima temporalibus dedita. Prolabentes in vitia. Conditio naturæ humanæ. Actio bona sine recta intentione. Hæresis. Deus. Liberãs Deus à peccato. Firmari in Ecclesia, vel Christo. Erigere. Confirmatio Apostolorum. Manens Christus in anima Confiteri diuinitatem in Christo. Continere. Cohibẽs Deus concupiscentias.

Statua salis facta est vxor Lot *s* in monimentum & condimentum peccatorum, vt videlicet eius insipientia, & cuiusuis peccantis designetur. Insensatus enim inutilis sibi efficitur, sed aliis vtilis, qui eius finem attendentes corriguntur. *Genes.* 19. *c.* Statua etiam salis, est anima temporalibus dedita, & in seipsa tabescens.

Statua quam vidit Nabuchodonosor, *Dan.* 2. *c.* eos designat, *t* qui à virtute ad vitia prolabuntur, qui paulatim in deterius deficiunt. Designat etiam conditionem naturæ humanæ. Dicitur grandis ex ea parte, qua subiacet corruptioni: sublimis ex ea parte, qua reseruatur reparationi; terribilis ex ea parte, qua patet perditioni. Magnitudo in consideratione culpæ, altitudo in consideratione gratiæ: terror in cõsideratione pœnæ. Cum autem statua sit humana figura sine humana vita, designat actionem congruam sine intentione recta.

Statuæ deorum, *u* imagines & falsitates & errores significant, & etiam statua Tyri, *Exod.* 23. *e.* 34. *b. Ezech.* 26. *b. Mich.* 5. *d.* Et statua aurea, quam fecit Nabuchodonosor, est dogma hæreticum, seculari ornatum eloquentia, *Dan.* 3. *a.*

Statuarius est *x* figulus, à quo emptus est ager triginta argenteis in sepulturam peregrinorum, *Zach.* 11. *c.* Potest etiam designare Deum, qui examinabit opera crucifixorum Christi.

Statuere.

Statuere, est deliberare, ordinare, dedicare, constituere, decernere. Item componere, *Genes.* 9. *b.* Statuam pactum meum. Imponere, *Genes.* 21. *d.* Statuit Abraham septem agnas. Instituere, *Numer.* 8. *b.* Statuéque Leuitas in conspectu Aaron. Iudicare, *Genes.* 34. *b.* Quæcunque statueritis, dabo. Ponere, *Psalm.* 30. Statuisti in loco spacioso pedes meos.

Statuit Deus procellam in auram, *y* quando liberat à peccato, seu tentatione, & tribulatione, *Psalm.* 106.

Statuit Deus pedes alicuius in loco spatioso, *Psal.* 30. quando *z* præcipit diligi amicos & inimicos: vel quando firmat in Ecclesia. Et statuit supra petram, *aa* quando firmat in Christo, *Psalm.* 39. Et statuit super excelsa, *Psalm.* 17. hoc est, vel Christum super Ecclesiam, vel Ecclesiam in spe cœlestium. Vel figit intentionem insuper cœlestem habitationem.

Statuere, interdum est erigere. Et statuit spiritus Ezechielem super pedes, *bb* quia nisi ipse statuat, solum liberum arbitrium se in bono statuere non potest, *Ezech.* 2. *a.* 3. *g.* Designat autem electionem & confirmationem Apostolorum factam in Pentecoste. Ad idem referri potest statuere columnas templi, *Exod.* 40. *b.*

Statuitur Christus super pinnaculum templi, quando *cc* manet in anima viri studiosi, *Matth.* 4. *Luc.* 4. *b.*

Statuere caprum emissarium viuum coram Domino, *dd* est confiteri diuinitatem impassibilem in Christo. *Leuit.* 16. *b.*

Statuere pro continere. Et statuit Deus aquas quasi in vtre, *Psalm.* 77. quum *ee* per gratiam cohibet fluxus concupiscentiarum carnalium.

a *Rup. s. Zac.* 3. & *s. Apoc.*
b *Arn. s. psal.* 108.
c *Ori. s. Matt. hom.* 29. *Am. s. Luc.* 21. *Hie. Aglasiæ. & s. Matth.* 24.
d *Hie. s. Matt. can.* 12.
e *Hie. s. Ho.* 8.
f *Ricar. de S. vict. de vitio mutab.* 7. *Hie. s. Dan.* 7. *Aug. serm.* 206.
g *Gre. s. Ezec. hom.* 1.
h *Bed. s. Gen.* 49. *Ricar. de S. vict. de* 12. *patriarc.* 43.
i *Glo. inter. s. Isa.* 22.
k *Gre. s.* 1. *Re.* 13.
l *Gre. s.* 1. *Reg* 10.
m *Cle. Alex. adhor. ad gentes. Lyr. s. Isa.* 40.
n *Gre.* 7. *mor.* 1. & 21. *mor.* 6. *Rup.* 2. *de operibus Spiritus sancti.* 8.
o *Amb.* 1. *offi.* 3. & *epi.* 44. *Hil. & Basil. s. psal.* 61.
p *Bed. s. Prou.* 11. *Rup.* 4. *s. Apoc. Ric. de S. vict. de stat. inter. ho.* 25.
q *Aug. s. Apo. ho.* 6.
r *Hie. s. Hos.* 12. & *s. Mat.* 2. *Cle. Alex. adho. ad Gentes.*
s *Ori. s. Gene. ho.* 5. *Phil. de somnijs. Geor. Ven. can.* 1. *to.* 6. *cap.* 14. *Rn.* 6. *s. Gen.* 12.
t *Ric. de S. vi. de somn. Nabu.* 22. 26.
u *Hie. s. Ezec.* 26.
x *Glo. ord. s. Zac.* 11. *Rup. s. Zach.* 11.
y *Arn. s. psal* 106.
z *Hie. s. psal.* 17. 30. 39.
aa *Aug. s. psa.* 17. 39.
bb *Gre. s. Eze. hom.* 9. *Rup. s. Eze.* 17.
cc *Amb. ser.* 26.
dd *Isy. s. Leu* 16.
ee *Aug. s. psa.* 77.

Digitized by Google

Statuit Deus secundum diem natiuitatis, *Hose.2.a.* quando *a* reduxit Israël in captiuitatem,& priuauit regno, sicut, quando erant in Ægypto. Vel quando relinquit in erroribus Ethnicorum,& hæreticos in nihilum redigit.

Statuti dies, *1.Reg.1.a.* sunt *b* testimonia Propheratum de Christo quibus Christus ea implendo ascendebat & cognoscebatur. Sunt etiam miraculorum fulgor. Illustrationes in contemplatione, quas dat Deus, quando vult: Ideò dicuntur dies statuti: quia non sunt in nostra facultate. Quum autem eas quis habet, dicit cum Petro: Bonum est nos hìc esse, *Matth.17.a.* Ad idem pertinere potest statutum tempus, *Exod.13.b.* Et statutum tempus, *c* est dies iudicij, *Iob.12.a.*

Statuere sibi dicitur speculam, *Ierem.31.d.* qui *d* ventura vitiorum certamina ex alta consideratione prænoscit.

Statuit precium animalis immundi sacerdos, *Leuit.27.b.* quando *e* dat formam viuendi ei, qui non valet sacras scripturas meditari.

Statuit sacerdos leprosum coram Domino, *Leuit.14.b.* quia *f* sacerdotis est officium conuersos à peccato stabilire, ne fluctuent. Sic statuit caprum viuum coram Domino, *Leuit.16.b.*

Statuit eloquium Dei in eius timore, *g* qui fundat sapientiam in timore, *Psal.118.* Et statuit cultrum in gutture, *Prou.23.a.* qui diuina sedulò meditans eloquia, discreta ex ore verba depromit: nec alia sæpius in lingua, quam cœlestis oraculi dicta reuoluit.

Statuere mulierem coram Domino, *h* est animæ arcanum, vt iudicetur, aperire.

Statuit sibi Ephraim speculatores, *Ierem.31.d.* quum *i* Gentibus eliguntur prælati & doctores, qui annunciant futura bona. Statuere quoque coram rege, *k* est ad altiorà promouere, *Genes.47.b.* Vel est, quum prælatus prædecessorem suum veneratur,& pro eo orat: vt dignè præsentetur Regi cœlesti.

Statuere dicuntur Siim propugnacula Chaldæorum, *Isa.23.c.* quandò *l* dæmones fundant superbiam in defensione errorum.

Statuere dicuntur scandalum iniquitatis contra faciem suam, *Ezech.14.a.* qui *m* meliora desperant, & parati sunt ad supplicium.

Statuunt titulum doctores iuxta os alicuius hæretici, *n* qui ipsius hæretici notãt & produnt errores, *Exec.39.d.*

Statuere dicitur artifex simulachrum, *Isa.40.e.* quando *o* firmat hæreticus sua dogmata. Et statuentes laqueum sunt hæretici, qui sub veritatis specie inducere nituntur simplices in errores, *Psalm.140.*

Statura.

Statura corporis, quantitatem significat secundùm longitudinem seu altitudinem.

Statura rotarum, *Ezech.1.e.* progressum *p* Euangelij in cœlum designat: vel statura sacræ scripturæ, est secundum quod mores ad standum dirigit, vt auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non curuentur.

Statura pusillus Zachæus *q* Gentiles abiectos significat, *Luc.19.a.*

Statura humilis vineæ, significat *r* humile regnum Iudæorum sub rege Sedechia, *Ezech.17.b.*

Statura Eliab *s* multitudinem scientiæ, per quam ad superiora quis sublimatur, significat, *1.Reg.16.b.* Statura autem sponsæ, *t* est affectus tendens ad superiora. *Cant.7.c.*

Status.

Status conditionem & habitum significat.

In eodem statu nunquam permanet homo. *Iob.14.a.* quia per momenta quotidie ad mortem impellitur, transiens ab infantia ad pueritiam, à pueritia ad adolescentiam, &c. Mens quoque mutabilitatis suæ pondere ad aliud semper impellitur,& interdum ad meliora trahitur, sæpe autem in deteriora dilabitur.

Stella, Astrum, Sidus.

Stellæ dicuntur, quæ in cœlo lucent singulariter sumptæ, & non aliis connumeratæ. Sidera verò, siue astra, sunt, quæ ad aliquod signum complurium stellarum composita sunt, vt Aries, Taurus. Sed cõfunduntur hæc vocabula. Influunt autem stellæ in hæc inferiora simul cum luce vires agendi & generandi.

Stella ex Iacob, *Num.24.c.* diuinitatem *u* in Christo significare potest. Vel significat eius humanitatem, quæ videbatur: item *x* lucem Christi ortam gentibus. Idem designat stella quæ apparuit Magis, *Matth.2.a.* Et dicitur steriſſe supra vbi erat puer: quia semper est in Christo diuinitas. Ipse quoque *y* Christus est stella matutina, quæ datur vincentibus, *Apoc.2.g.*

Stellà, quæ dicitur Absynthium, est *z* ira Dei malis amara: sed purgat pœnitentes, *Apoc.8.c.*

Stellæ passim sanctos & prælatos & doctores Ecclesiæ significare solent qui dum recta peccatoribus prædicant, tenebras nostræ noctis illustrant, *Genes.1.b.1.5.b.22.c.26.a. Iob.3.b.9.a.25.b. Psalm.8.135.146. Dan.9.d.12.b. Luc.21.c. Cor.15.a.* Et astra matutina, sunt angeli: quia sæpe ad exhortandos homines missi sunt: & dum venturum mane nunciant, ab humanis cordibus præsentis vitæ tenebras fugant. Item filij Ecclesiæ, qui per baptismum renascuntur Christo, *Iob.38.a. Isa.14.d. Eccles.14.a.* sunt etiam Sancti stellæ pleiades, *Iob.38.d.* Et stellæ septem in dextra Christi, Ecclesiam & prælatos, vel vniuersitatem saluandorum designare possunt. *Apoc.1.d.6.d.* Peculiariter autem stella matutina dici possunt Ioannes Baptista, & Elias, præcedentes vtrunque aduentum Christi, *Apoc.2.g.*

Stellæ vndecim adorantes Ioseph, designant *aa* Apostolos adorantes Christum: & etiam multitudinem populorum: & virtutes morales, *Genes.37.c. Exod.32.c. Isa.14.d.* Et stellæ duodecim in corona mulieris, *Apoc.12.a.* sunt Apostoli: & virtutes subiectæ discretioni, per quam gubernantur, vt sint verè virtutes. Designant etiam *bb* duodecim prærogatiuas in Beata Maria, quatuor cœli, scilicet in Mariæ generatione, in angelica visitatione, in Spiritus sancti superuentione, in filij Dei inenarrabili conceptione. Quatuor carnis: quia virginitatis primiceria, sine corruptione fœcunda, sine grauamine grauida, sine dolore puerpera. Quatuor cordis scilicet mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis.

Stella matutina, *cc* primam resurrectionem designare potest, quæ fit per gratiam baptismi, *Apoc.2.g.*

Stellæ productæ in cœlo, designare possunt *dd* minora dona Spiritus sancti, *Genes.1.b.*

Sidera *ee* in hyperbolen altitudinis ponuntur, *Abdi.b. Iob.22.b.* Exaltatur autem supra sidera, qui Sanctos decipit, siue sit hæreticus, siue caro.

Stellæ, quæ obscurantur, *Iob.3.b.* sunt *ff* sacerdotes, Scribæ,& Pharisæi, & etiam reliquus populus Iudæorum. Item peccatores, qui in nocte huius seculi, diuitiis & honore lucere se putant. Item hypocritæ, qui ante humanos oculos quasi bonis operibus splendere videntur, *Apoc.6.d.12.a.*

Stellæ cadentes, *gg* sunt à veritate decidentes, *Matth.24.c.* Et stellæ quas trahit draco, sunt qui prius erant boni: & etiam dæmones: & stellæ percussæ, sunt, qui perierunt de populo Israël, *Apoc.9.d.12.a.* stella quoque, quæ cecidit de cœlo, est Lucifer, *Apoc.9.a.*

Sidus Dei hæreticorum, dici possunt *hh* errores eorum, *Amos 5.g.*

Stellio.

Stellio, *ii* est reptile, simile lacertæ, tergo depictum, quasi quibusdam stellis insperſis. Computatur in animalia immunda, & habet nonnihil veneni, *Leuit.11.d.*

Stellio, vt reptat manibus, & in domibus regum moratur. *Prouerb.30.d.* illorum significat humilitatem, *kk* qui quum non sint iuxta naturam ingeniosi, solertia tamen industriæ suæ, vel ad diuinarum notitiam scripturarum, vel ad virtutum gratiam, quibus ingressum regni cœlestis mereantur, attingunt. Plerumque etenim aues, quas ad volandum penna subleuat, in vepribus resident: & stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, Regum ædificium tenet: quia nimirum sæpe ingeniosi quique dum per negligentiam torpent, in prauis actibus remanent. Et simplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia, virtus operationis leuat.

Stellio, vt computatur inter animalia immunda, significare potest eos, *ll* qui in aliena morte prædam quærunt.

Stercus, vide Firmus.

Sterilis, Sterilitas.

Sterilis est infœcundus, & fructum non ferens, sterilitas, infertilitas.

Sterilis

Captiuitas Israel. Impletio prophetiarum Christi. Miracula. Illustrationes mentis. Dies iudicij. Præsse certamina vitiorum. Dans sacerdes formam viuendi. Prudentia in sermone. Institutio prælatorum. Desperatio. Detegere errores. Firmantes hæretici suæ dogmata.

Directio euangelij ad cælestia. Humilitas gẽtilium. Altitudo scientia & affectus. Mutabilitas hominis.

Diuinitas & humanitas Christi. Ira Dei. Sancti. Prælati. Doctores. Angeli. Filij Ecclesiæ. Ecclesia. Ioannes Baptista. Elias. Apostoli. Multitudo populorum. Virtutes morales. Prærogatiuæ beatæ Mariæ. Resurrectio prima. Dona Spiritus sancti. Altitudo. Sacerdotes & Pharisæi. Peccatores. Hypocritæ. Lucifer.

Simplices boni.

a *Rus.f. Ho.2. Glo. inter. su. Hos.2.*
b *Gre.f.1.Re. 1.*
c *Gre.10.mo. 30.31.*
d *Gre. 31.m. 31.*
e *Isyc.f. Leu. 27.*
f *Ori.f. Leuit. hom.8.*
g *Amb.f.psa. 118.ferm. 5. Bed.f.pro.23.*
h *Phi.de Cherubim.*
i *Hie.f.Ier.31.*
k *Lyr.f. Gen. 47.*
l *Hie.f.Is.23.*
m *Hie.f.Eze. 14.*
n *Hie.f.Ezec. 39.*
o *Hie.f.Is.40.*
p *Hie.f.Ezec. 1.Gre.f.Ezec. hom.6.*
q *Am.f. Luc. 19.*
r *Hie.f. Ezec. 17.*
s *Gre.f.1.Re. 16.& f.ca.7.*
t *Gr.14.m.27.*
u *Ori.f.Num. ho.18. Hil.su. Matth.can.1. Am.f.Luc. 2. Rus.2.f.Apoc.*
x *Aret.f. Apoc.2.*
y *Rus.5.f.Apo.*
z *Ori.f.Gene. hom.1.9.& f. Eze.h.13.& f.Mat.ca.14. Arn.f.ps.115 Hier.f.Iob. 9. Au.epist. 48. & f.Apo.h.1. Gre.prol.mor. 10.& 4.m.13 & 28.m.14. Rup.Rup.1.f. Apoc. Aretas f. Ap. 1.2.*
aa *Am.de Ioseph.3. Hier.f. Is.14. Aug.f. Apoc. ho.91. Bed.f. Gen.37. Ric.de S.Vict. de 12.pat.69.*
bb *Ber.ser.Signũ magnum*
cc *Au.f.Apo. ho.2.*
dd *Au.3.con. 18.*
ee *Glo. ord.f. Abdi.*
ff *Ori.f.Iob.3. Hier.f. Iob.3. Gre.4.mo.13. Rup.4.f.Apo.*
gg *Ori.f.Mat. ho.30. Hier.f. Ezec.32. Aug.solilo.10 Gre.32.m.14.*
hh *Hier.f.Amos 5. Rup.5.f.Apo.*
ii *Isyc.f. Leu.15.*
kk *Gre.6.mor.4.Bed.f.pro.30.*
ll *Ter.de cibis Iudaicis.*

Digitized by Google

Fœcunditas Dei.
Ecclesia.
Anima conuersa.
Hierusalem cælestis.
Gentilitas.

Sterilis non est Deus,[a] qui cæteris generationem tribuit, *Isa.66.c.* quia præter hoc, quod Pater generat filium sibi æqualem,etiam in Ecclesia filios adoptiuos multiplicat.

Sterilis pariens plurimos,est [b] Ecclesia,vel anima conuersa,quæ parit septem, per septem dona Spiritus sancti, & parit plurimos , hoc est , vsque ad consummationem seculi. Anima verò producens bona opera parit septem propter perfectionem numeri,*1.Reg.2.a.4.Reg.4.c.Psal.112.* Est etiam Hierusalem cælestis, quæ est mater nostra, quæ facta fuerat sterilis,per peccatum Adæ,pariet autem plurimos in iudicio,de qua *Isa.54.a.* Lætare sterilis,quæ non paris,*Gal.4.d.*

Anima sine bonis operibus.
Sterilitas Ecclesia in Iudæa.
Caro.
Mundus.
Hæretici.
Hypocritæ.

Sterilis Sara,typus erat [c] Gentilitatis , quæ genuit in senectute Isaac, hoc est,fideles in fine seculorum. Eodem referri potest sterilitas Rebeccæ,& Rachelis,*Gen.11.d.16.a.18.a.25.c.26.b.30.a.* Et hæ steriles genuerunt sanctos. Steriles etiam aquæ in Hierico,significant Gentiles sine bonorum operum fœcunditate,qui conuersi fructificauerunt,*4.Reg.2.d.*

Sterilis dici potest [d] anima , quæ non producit bona opera. Et sterilitas terræ,est defectus bonorum operum, *Gen.41.d.Exod.23.d.Iob.15.d.24.30.a.Psalm.34. Thren.4.b.* Non est autem sterilis in gregibus tonsarum , hoc est, in Apostolis multos conuertentibus,& eos in fide generantibus,*Cant.4.a.*

Sterilitas Sion,[e] fuit sterilitas Ecclesiæ in Iudæa,in qua pauci conuertebantur,*Isa.49.c.*

Sterilis,quæ non parit,est [f] caro,quæ dum sola præsentia appetit,bonas gignere cogitationes nescit,*Iob.24.b.*

Sterilis facta dicitur Babylon,[g] quando mundus non perinde profert mundanos,sicut solebat,*Isa.47.b.*

Steriles egestate & fame , sunt [h] hæretici : quia ea perscrutari desiderant , ex quibus bonæ vitæ germina non producant,*Iob.30.d.* sterilis quoque est congregatio hypocritarum,quia per hoc,quod agunt,fructum recipere in æterna retributione non appetunt,*Iob.15.b.*

Sternere,Substernere,Consternere,Stratum.
Stramentum.Stramen.

Mundus.
Hæretici.
Hypocritæ.
Diuersi gradus & virtutes.
Ornatus animæ.
Ornans Deus Iudæos.
Subdere motus irrationales.
Bene operari.
Prabentes exempla.
Martyres.
Castigantes corpora.
Doctrina vera in Ecclesia
Ornatus humilium.

STERNERE,est humi deiicere,quasique in terra extendere,interdum ornare seu componere.

Sternit Deus per ordinem lapides Hierusalem, [i] quum ordinat diuersos gradus & virtutes in Ecclesia *Isa.54.c.* Et stratum ligno templum,designat sapientiam in Ecclesia,*Ezech.41.c.* Idem est stratum cænaculum, quod etiam designat animam virtutibus ornatam,*Marc.14.b.*

Sternens asinum Abraham,*Genes.22.a.* designat [k] Deum pascentem populum Iudaicum ipsumque lege & Prophetis ornantem. Designat etiam [l] sacerdotem subiugantem morus irrationales,vt offerat Eucharistiam.

Sternere dicitur sibi,qui mercedis causas,in quibus requiescere debeat,operatur,*Acto.9.f.* Sternes autē sibi Saul in solario.*1.Reg.9.d.* designat [m] prædicatorem proponentem sibi doctrinam & exempla maiorum Sanctorum.

Sternentes vestimenta sua in via , sunt [n] præbentes exempla honestatis , ita sternentes ramos. Designant etiam tradentes corpora sua martyrio,aut ea castigantes,*Matth.21.b Marc.11.a.*

Stratum lapide pauimentum templi,designat [o] doctrinam veram de Christo in Ecclesia. Vel ornamentum fidelium humilium in Ecclesia,*Ezech.40.c.42.a.*

Constrauit Salomon medium ferculi charitate,*Cant.3.d.* quia [p] infirmioribus concessit Christus, vt saltem haberent charitatem,si maiora opera exercere non valerent, vel quia medium & præcipuum ,quod est in sacra scriptura,sunt duo præcepta charitatis.

Strauit homo in tenebris lectulum suum,*Iob.17.d.* quando lucem [q] iustitiæ persuasori callido consentiendo deseruit. Item quia in ipsis inferni locis iustorum animæ, quæ tormento tenebātur , vt & pro originali culpa adhuc illuc discederent,& tamen ex proprijs actibus supplicium non haberent : quasi enim in tenebris lectulum strauisse,est in inferno sibi requiem præparasse.

Stramenta cameli , *Gen.31.e.* designare possunt [r] asperitatem pœnitentiæ. Item excusationes auaritiæ , quam exercent multi Ecclesiastici.

Sterni dicitur tinea diabolo,*Isa.14.c.* quia [s] vt tinea rodit vestimentum , in quo nascitur , ita pœna affligit conscientiam,quæ peccauit.

Sternit meretrix lectum tapetibus Ægypti , *Prouerb.7.c.* quando hæretici ornant [t] suos errores eloquentia seculari.

Sternit sibi Leuiathan aurum quasi lutum,*Iob.41.d.* quando [u] in quibusdam vitæ mundiciam per illicita desideria conculcat,vt ij etiam sordidis eius vestigiis seruiant,qui contra illum prius virtutum splendore rutilabant.

Sternutare,Sternutatio.

Hæretici.
Boni in peccatum lapsi.
Transfigurās se diabolus in angelum lucis
Persecutio & miracula Antichristi.

STERNVTARE,seu sternutatio est,quum ex pectore insurgens inflatio,totum caput concutit. In sternutatione enim [x] inflatio à pectore exurgit , quæ cum apertos ad emanandum poros non inuenit , cerebrum tangit, & congesta per nares exiens totum caput protinus concutit , & sordes cerebri egerit , & vitia interius concepta depurgat.

Sternutatio Leuiathan,vt splendor ignis,*Iob.42.b.* designat [y] ipsum diabolum se trāsfigurare in angelum lucis, & malitiæ suæ sordes in perniciem hominum cum delectatione operari & effundere. In Leuiathan etiam hoc est, in corpore diaboli,seu prauis hominibus,quasi inflatio surgit à pectore , dum elatio se erigit ex præsentis seculi potestate,quæ quasi ad emanandum poros non inuenit,qua in hoc,quod contra iustos extollitur , disponente Deo quantum appetit prævalere prohibetur. Exurgens autem cerebrum tangit,& concutit,quia collecta elatio Satanæ sensum in fine mundi arctius percutit , & caput turbat , dum ipsum authorem malignorum spirituum per eum, qui Antichristus dicitur , in persecutione fidelium vehementius excitat. Tunc congesta inflatio per eius nares egreditur,quia tota superbiæ eius iniquitas apertis malitiæ flatibus demōstratur. Et quia commotum caput illius miraculis clarescere nititur,rectè eius sternutatio splendor ignis vocatur.

Sterquilinium,vide Fimus.
Stertere.

Non operari.
Studium circa mysteria.
Illecebra vitiorum.
Ornatus curiosus.

STERTERE dicitur , qui dormiendo ronchos emittit. Stertere autem dicitur in æstate, *Prou.10.a.* qui [z] in hac vita non operatur,vnde & filius confusionis dicitur.

Stibium.

Stibium est,quo ad venustandum oculos peculiariter olim vtebantur,præcipuè mulieres.

Stibium,in bonum,significare potest studium [aa] cognoscendi mysteria & secreta Dei,*Iere.4.b.*

Stibium,in malum,[bb] illecebras vitiorum,quas diabolus offert,designat:& ornatum curiosum carnis, *4.Reg.3.f. Ezech.29.f.*

Stigma.

Prauæ dogmata.

STIGMA,est nota,siue signum,quod inuritur in facie,aut in alia corporis parte.

Stigmata Christi in corpore Pauli,designabant [cc] ipsum pati pro Christo:quia verberatus est, & reliqua passus est pro ipso,*Galat.6.g.*

Stigmata,quæ non debent facere in corpore filij Israël.sunt [dd] signa erroris peccati, & prauæ doctrinæ dogmata:quæ infiguntur animæ per quædam blandimenta,aut syllogismis,aut alio docendi modo,*Leu.19.f.*

Stillare, Stilla. vide Gutta.
Stimulus, Stimulare.

Increpatio.
Concupiscentia carnis.

STIMVLVS,propriè dicitur fustis acutæ cuspidis, quo rustici boues excitant ad ambulandum : vnde stimulare, est pungere & incitare.

Stimuli dicuntur verba sapientum,*Eccl.12.d.* quia [ee] non adulātur,sed corrigunt. Stimulus autem retusus,est increpatio ineruditi prælati,quæ non sufficit corrigere,*1.Reg.13.c.*

Stimulus carnis videtur esse [ff] concupiscentia carnis,*2.Cor.12.b.* vel secundum aliquos fuit infirmitas quædam iliaca.

Stipare.

STIPARE,est obturare,& condensare,& eludendo coarctare.

a *Hie.s.Isai. 66.*
b *Gre.s.1. Re. 2.Arn.s.psal. 112.Phi.quòd Deus sit immut.Au.s.ps. 112.Ori.s.Ier. hom.6.*
c *Ori.s.Gen. hom.12. Am. ser.87. Bed.s. Gen. 22. Augu. contra Fulgen.*
d *Hie.s.Iob. 24. 30. Aug. 2. doct. Christi.6.& s.psa. 34.Gre.s.can. 4.*
e *Hie.s.Isa. 49.*
f *Gre.17.mo. 1.*
g *Ber. in apologi.*
h *Gre.20.mo. 8.& 12.mor. 27.*
i *Hie. s.Isa. 54.& s.Eze. 41.Or.s.Mat. hom.35.*
k *Lyr.s.Gen. 22.*
l *Rup. s. Gen. 32.*
m *Gre.23.m. 23.& s.1.Re. 9.*
n *Gre.s.Ezec. hom. 17. Ber. ser.de.S.Bene.*
o *Gre.s. Ezec. hom.18.*
p *Gre.s.can.3. & s.Ez.h.15. Rup. s.can. 3.*
q *Gr.13. mor. 21.*
r *Glo. inter s. Gen.31. Rup. 6.s.Gen.46.*
s *Hie.s.Isa. 14.*
t *Bed.s.pro. 7.*
u *Gre.34.mo. 8.Hie.s. Iob. 41.*
x *Gre.32.mo. 34.*
y *Hie.s.Iob. 41.Gre.33. mor.34.*
z *Be.s.pr. 10.*
aa *Hie.s.Iere. 4.*
bb *Lyr.s.4. Reg.9.*
cc *Au. s. Gal. 6.*
dd *Isye.s.Leu. 19.*
ee *Glo. int. s. Eccl.1.Gre.s. 1.Reg.13.*
ff *Ly.s.2.Cor. 12.*

Digitized by Google

Stipari dicitur malis sponsa, *Can.2.a.* quum *a* Ecclesia abundat iustis & perfectis : & quum anima per fidem abundat bonis operibus.

Ecclesia abũdans iustis & anima bonis operibus.

Stipendium, vide Præmium.

Stipes.

STIPES, est fustis terræ defixus, qui etiam hastile dicitur, & dicitur de aliis rebus in modum stipitis stantibus, vt stipes candelabri, qui & vectis dicitur, *Exo. 37.c. Num. 8.a.* Potest autem stipes candelabri designare *b* Christum, de quo procedunt calami: quia ab ipso accipiunt iusti quicquid habent boni.

Christus.

Stipula, vide Palea.

Stirps, vide Generatio.

Stola.

STOLA, est genus vestis oblonga : quamuis apud Græcos generale nomen sit ad omne indumentum. Dicitur etiam esse indumentum honorificum.

Stola byssina *c* carnem Christi maceratam, sed mundam significare potest, *Gen. 41.e. 49. b.* Carne autem sua Christus, quasi stola, operuit peccata nostra, *Isa. 63.a.* Significat etiam ornamentum sapientiæ Christi, & etiam eius immortalitatem.

Caro Christi. Sapientia. Immortalitas.

Stola etiam Christi, quam lauit in vino, est *d* Ecclesia, quam lauit sanguine suo, *Gen. 49.b.*

Ecclesia.

Stolæ albæ Sanctorum, Spiritum sanctum designare possunt, cuius gratia amiciuntur, *Apoc. 7.c.*

Spiritus sanctus.

Stolæ singulæ datæ Sanctis, *e* fœlicitatem animæ designant, *Apoc. 6.c. Isa. 61.d.* Stolæ verò duplices, quæ dabuntur in resurrectione, sunt fœlicitas animæ & corporis. Hoc designarunt stolæ binæ datæ à Ioseph, fratribus suis. *Genes. 45.f.*

Fœlicitas.

Stola seruanda munda, est gloria conscientiæ.

Iustitia originalis.

Stola prima reddita filio prodigo, *Luc. 15.e.* significare potest *f* iustitiam originalem, & gratiam & vestem innocentiæ, quam homo benè conditus accepit, male à serpente persuasus perdidit, vel sapientiam vel immortalitatem. Vel est ipsum baptismus: seu gratia, quæ recipitur in baptismo, quæ redditur resipiscenti à peccatis.

Gratia. Sapientia. Baptismus.

Stolæ binæ fratrum Ioseph, *Gen. 45.f.* confessionem diuinitatis *g* & humanitatis Christi, significare possunt : vel intelligentiam mysticam, & moralem sacræ scripturæ, quas docit Christus Apostolis, & successoribus, quum aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

Confessio diuinitatis & humanitatis Christi. Intelligentia mystica & moralis.

Stolæ quinque Beniamin, *h* sapientiam omnium sensuum significare possunt, vel victoriam eorum contra vitia, *Genes. 45.f.*

Sapientia sensuum.

Stomachus.

Stomachus, est fistula, per quam cibus descendit, & postremum gulæ, ac principium intestinorum. Sumitur autem passim pro ipso ventriculo, vbi cibus concoquitur. Ponitur interdum per metaphoram *i* pro ira, odio, ac fastidio, *Iob. 15.a.*

Storax.

STORAX, *k* seu styrax arbor, est cotoneo malo similis, fructu maiore, quam auellana, specie candidi pruni. Manat ex eo liquor eiusdem nominis, coloris flaui, sordidi, resinosi, albicantibus fragmentis, odoris perseuerantis & acris, qui suffitu maximè proditur.

Storax in incenso oblatus *l* sacrificium vespertinum significare potest, & populum Deo gratum, *Gen. 43.c.*

Sacrificium vespertinum. Populus Deo gratus.

Stragulum, Stragulatum.

Stragulum, est vestis, quæ sternitur, & peculiariter in lectis. Stragulatæ autem vestes, seu stragulæ dicuntur aulæa & tapetia, quæ appenduntur parietibus 4. *Reg. 7.d. Prou. 31.e.* designat autem stragulata vestis, quam fecit mulier, *m* fortia virtutum opera.

Opera virtutum.

Stramen, vide Sternere.

Stratum, vide Sternere, & Lectus.

Strenuus, vide Fortis.

Strepere, Strepitus, Perstrepere.

STREPERE, est pedibus, aut alio quocunque modo strepitum, aut sonitum facere. Et peculiariter strepitus fit pedibus, aut manibus.

Perstrepens clangor buccinæ, *Exod. 19.c.* fortem *n* & perseuerantem prædicationem significat, & crescentem in lege noua, in qua in omnem terram exiuit sonus Apostolorum.

Prædicatio, fortis.

Stridere, Stridor.

STRIDERE, seu stridor propriè dicitur, quum funes sonum faciunt, sed ad alia etiam refertur, vt dicitur stridor dentium, & rotarum.

Stridere dicitur Deus sicut plaustrum, *Amos b.* quando *o* grauiter castigat, idque longe sentire facit vt cùm destruxit Hierusalem, vnde stridor cardinum templi, *Amos 8.a.* destructionem ipsius templi præsignabat, quæ fuit famosa, & à longè audita.

Grauis vindicta Dei. Destructio templi.

Stridor dentium, prodit *p* indignantis affectum, & dicit indignationem in se aut in alium. Et stridor dentium apud inferos erit eis, qui comederunt vuam acerbam malitiæ & peccati, *Matth. 8.b. 13.f. 22.b. 24.b. 25.c. Luc. 13.f. Psalm. 36.*

Indignatio. Grauitas doloris.

Stringere, Astringere, Constringere.

STRINGERE, est arctare, vt quum manu aliquid fortiter tenetur. Astringere autem, est iuxta stringere. Constringere verò quasi simul totum stringere.

Constringit Deus maxillas in camo & fræno, *Psalm. 31.* quando *q* per prædicationem & contritionem multos ex Iudæis & Gentibus ad se conuertit, & quum vocem iactantiæ comprimit.

Conuertens Deus prædicãdo & flagellãdo.

Stringi rationale cum superhumerali cingulo, aut balteo, *Exod. 28.e. 29. 39.f.* Est *r* omnem domare concupiscentiam. Stricta quoque tunica de bysso est continentia firma, & membrorum correctio, *Exod. 28.g.* Lineam autem habent strictam, qui dicunt, Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Continentia. Custodia cordis. Desiderium patriæ cœlestis.

Stringi etiam rationale cum superhumerali vittis iubetur, *Exod. 28.e.* vt *s* sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat, ne indiscretum quid, vel inutile cogitet, qui est ad exemplum aliis constitutus. Vel vitta hyacinthina stringitur rationale cum superhumerali, quum cognita luce perennis patriæ, in illam gloriam suspiramus, & vt in illam intrare mereamur, concordi fide, & vita, & professione in tabernaculo præsentis Ecclesiæ seruire studeamus.

Corrigere opera sua.

Stringere dicitur manus, qui vitæ suæ opera in rectitudine confirmat. Et stringit super iniquum manus suas, *t* qui conspicit, dissoluta sua opera iustitiæ vigore constringi, *Iob. 27.d.*

Constrictio peccatorum.

Constringi vincula malorum dicuntur, *u* quando aliquis sit magis reus peccando, *Isa. 28.f.* & astricta funibus Gazæ Tyri, designant constrictionem peccatorum, *Ezech. 27.c.*

Occultatio iudiciorum Dei. Induratio.

Constringi dicitur superficies abyssi, *Iob. 38.c.* quando *x* iudicia Dei occultantur, & quum mens in vitiorum errore induratur, & quum diabolus sub specie boni, fraudulentam malitiam occultat.

Simulatio diaboli.

Stringit caudam Behemoth, quasi cedrum, *Iob. 40.b.* quum *y* diabolus, nec in fine mollitur : & posterioribus peccatis arctius ligat, ne iam discerni possint, vel cum sibi coniungit ministros. Item quum Antichristus altus erit in veneratione prodigiorum, & durus crudelitate tormentorum. Stringitur etiam Leuiathan quasi malleatoris incus, *Iob. 41.c.* quia inferni vinculis coarctabitur : vt æterni supplicij continua percussione tundatur, & quia cor eius durum, & inflexibile fit, quantumuis pœna percutiatur, & à Sanctis vincatur.

Duricies diaboli & Antichristi. Crux Christi.

Struere, Structura, vide Ædificare.

Strues.

STRVES propriè est cæsorum lignorum ordinata congeries.

Strues lignorum, *z* crucem Christi significare potest : & sanctarum scripturarum meditationem atque doctrinam, Prophetarum dicta per quæ nutritur spiritus Dei, in mente, & continuè accenditur, *Gen. 22.b. Leu. 1.b. 4.c.*

Meditatio scripturarum. Dicta prophetarum.

a *Ori. s. cant. hom. 2. Gre. s. cant. Bern. s. cant. ser. 51.*

b *Glo. ord. s. Num. 8.*

c *Amb. de Ioseph. 3. Chry. s. Gen. ho. 67. Hie. s. Isa. 63. Euc. for. spi. 1.*

d *Bed. s. Gen. 49. Ori. s. Gen. hom. 17.*

e *Aug. s. Apo. hom. 6. Aug. serm. de sanctis 11. Gre. s. ps. 50. Rup. 9. s. Gen. 13. Ber. se. vigil. sancti Andreæ.*

f *Amb. s. Luc. 15. Hie. s. Iob. 8. & epi. Beatitudi.*

g *Gre. 12. mo. 5. Isy. s. Leu. 4. 16.*

h *Amb. de Ioseph. 13. Bed. s. Gen. 45.*

i *Glo. ord. s. Iob. 15.*

k *Plin. 23. nat. hist. 2.*

l *Amb. 2. de Iacob. 4.*

m *Bed. s. prou. 31.*

n *Cyril. 2. su. Ioan. 3.*

o *Glo. prd. su. Amos 2. Rup. s. Amos 2. 8. Hie. s. Amos 8.*

p *Ori. s. Matt. can. 13. & ho. 20. Am. s. Lu. 14.*

q *Hie. & Gre. s. psal. 31.*

r *Glo. inter. s. Exod. 29.*

s *Gre. 2. past. 2. Bed. s. Exo. 28.*

t *Gre. 18. mo. 13.*

u *Hie. s. Isa. 28. & s. Ezec. 27.*

x *Hie. s. Iob. 38. Gre. 29. mor. 22.*

y *Hie. s. Iob. 40. 41. Gre. 32. mo. 13. 17. & 34 mor. 3.*

z *Isy. s. Leu. 1. 4.*

Digitized by Google

Struthio.

STRVTHIO, *a* dicitur esse maxima auium, quæ tamen à terra non extollitur, collum habens prælongum, ac etiam crura, in formâ anseris. Cõcoquit quæcunque deuorat sine delectu. Oua eius in precio sunt propter magnitudinem. Inter immundas aues computatur.

Ecclesia. Struthio in bonum, significat *b* Ecclesiam, quæ similis est in pennis accipitri, hoc est, hæreticis, sed non in rapacitate, *Iob.* 39. *b.*

Hypocrita. Struthio, in malum, designat *c* hypocritam, qui videtur habere quædam opera, iustorum operibus similia: quæ tamen non valent eum à terra subleuare, graui peccatorum pondere depressum. Parit struthio oua, sed non nutrit: ita hypocrita, qui quãuis rectè prædicet, tamen per exẽplum bonæ vitæ nullos filios generat, *Iob.* 39. *c. Isa.* 43.

Religiosus implicans se negotiis. Dæmones & hæretici. Gentiles. Synagoga. Struthio habens alas, sed pedibus gradiens, *d* designat religiosum implicantem se negociis secularibus: qui habet statum contemplationis, sed non eleuatur à terra: ideò computatur inter immundas aues, *Leu.* 11. *b.* Designat etiam *e* dæmones, & hæreticos, *Isa.* 13. *d.* 34. *c. Mich.* 1. *c. Iob.* 30. *d.* 39. *b.*

Potest etiam struthio, designare *f* Gentiles ad fidem venientes, *Isa.* 43. *c. Iob.* 39. *b.*

Struthio quoque significat *g* synagogam persequentem Apostolos filios suos, *Iob.* 39. *b.* 30. *d. Thre.* 4. *a.*

Studere, Studium.

STVDERE, est alicui rei operam dare, animumque ad aliquid applicare, quæ animi applicatio studium appellatur.

Affectus animi. Studia dicuntur *h* animi affectus, aut occupationes, *Ierem.* 7. *a.* 18. *b. Ezech.* 36. *e.* malignas etiam adinuentiones & fabulas solet diuina scriptura appellare malorum studia.

Insidiæ sacerdotum in Christum. Studia Iudæorum aduersus Ieremiam, designabant *i* studia & insidias sacerdotum & Pharisæorum aduersus Christum, *Ierem.* 11. *b.*

Stultus, Stultitia, Insanus, Insania, Fatuus. Amens, Vasanus, Furiosus.

STVLTVS, est imprudens, & improuidus: nam & multi non insipientes aliquando stultè quippiam vel agunt, vel loquuntur. Fatuus autem est planè insipiens. Insanus verò est, qui non est sani consilij, & qui non est sanæ mentis. Furiosus quoque est qui graui insania tenetur. Furor autem est insania, quæ ex aliquo graui affectu, vel morbo concitatur: vnde & grauis ira furor dicitur. Vasanus quoque dicitur furiosus & crudelis.

Crux Christi. Apostoli, & fideles. Serui peccati. Stultitia, de qua reprehenditur Iacob à Laban, est crux Christi, quæ est Gentibus stultitia, *Gen.* 31. *d.* Et stulti, qui non errant per viam Christi, sunt *k* Apostoli & fideles, *Isa.* 35. *c.* Ad hæc pertinent stulta mundi, 1. *Cor.* 1. *d.* Et stulti nobiles sunt, qui stultitiam Christi imitantur, quæ vera sapientia est. de quibus Apostolus. 1. *Cor.* 2. *d.* Si quis videtur inter vos sapiens, stultus fiat, vt sit sapiens. Stulti ignobiles sunt, *l* quos ab æternæ hæreditatis consortio repellit seruitus mentis, *Iob.* 30. *d.*

Simplicitas. Excedentia naturam. Ignorantia humana. Stultitia parua, quæ est melior quam gloria, *m* est simplicitas, quam contemnunt superbi, *Eccle.* 20. *d.*

Stulta mundi, quæ Deus elegit, dici possunt ea, *n* quæ naturæ cursum excedunt, vt Virginem peperisse, 2. *Cor.* 1. *d.*

Stultus factus dicitur homo à scientia sua, *Ierem.* 10. *c.* quia *o* omnia, quæ scimus, ad Dei sapientiam comparata, potius habent rationem stultitiæ. Quod enim stultum est Dei, sapientius est hominibus, 1. *Cor.* 1. *d.*

Stultus positus in dignitate sublimi, *Eccle.* 10. *b.* vel dicitur *p* de malo, vel de iusto, qui stultus reputatur à malis, & introducitur in regnum cælorum.

Adam. Stultus, qui mutatur vt Luna, fuit *q* Adam, qui mutatus fuit à statu innocentiæ in statum miseriæ, in quo omnes peccauerunt, *Eccle.* 27. *b.*

Ignaui. Superbi. Iudæi. Gentiles. Hæretici. Philosophi. Fatuæ Virgines designant eos, *r* qui doctrinam ad salutem necessariam suscipere non curarunt, & eos, qui inani gloria sunt inflati, *Matth.* 25. *a.*

Stultus, *s* carens diuinorum cognitione, & Iudæi, Gentiles & hæretici stulti dicuntur, *Psalm.* 28. *Isa.* 31. *a. Ier.* 4. *f.* 19. *c.* Ipsi sunt stulti principes Taneos, *Isa.* 19. *b.* Et stulti despicientes Iob, designant turbam populi Iudæorum, qui sequentes consilium Pharisæorum, despexerunt prædicationem Christi, quem hominem videbant, *Iob.* 19. *c.* vnde dicuntur stultus populus, *Ierem.* 5. *e. Hos.* 2. *b.* Et stultus firma radice, est populus Iudæorum, *Iob.* 5. *a.* stulti etiam dicuntur philosophi & hæretici, qui verba multiplicant, & quorum labor eos affligit, *Eccle.* 10. *c.* Et stultus hæres est hæreticus, qui abutitur libris doctorum, *Eccle.* 2. *c.* Et fatuus confidens in stultitia sua, *t* est hæreticus pertinax in suis erroribus, *Prou.* 17. *b.* vt væsani Prophetæ dicuntur, *u* qui superbè impia docent, & agunt, vel qui fidem, quam astruunt, factis destruunt, *Soph.* 3. *a.* Stultitia verò dicitur doctrina hæreticorum, & Gentilium philosophorum, *Isa.* 9. *d.* 44. *d. Ierem.* 23. *c.* Et stulta mulier *x* est hæresis, *Prou.* 9. *d.* Et insaniæ Samariæ sunt figmenta hæreticorum, *Amos* 3. *c.* Furere autem à vino, est insanire per erroneam doctrinam, *Hos.* 7. *b.* Insaniæ quoque falsæ sunt *y* hæreses, *Psalm.* 39.

Doctrina hæreticorum & Gentilium. Diabolus. Fomes peccati. Superbia diaboli. Antichristus. Amor temporalium. Temporalia munera. Impatientia contra Deum. Stultus rex est *z* princeps huius mundi diabolus, & etiam fomes peccati, *Eccl.* 4. *d.* Et insania seu stultitia Assur, vel regis Assyriorum est *aa* superbia, seu insania diaboli contra Deum, *Isa.* 37. *f.* Et insania Hierusalem in Assyrios, designat insaniam eorum, qui dæmones & hæreticos assectantur, *Ezech.* 23. *a.* Idem designat insania Ephraim, *Hose.* 9. *b.*

Stultus pastor erit *bb* Antichristus, qui alios perdet, & ipse peribit, *Zach.* 11. *d.* Idem est stultus, qui incedit fœliciter, *Prou.* 30. *d.* Qui non dicitur gradi bene, sed fœliciter, quantum ad mundanam prosperitatem.

Stultus dicitur, quem interficit iracundia, *Iob.* 5. quia voluntariè *cc* sibi mortem iræ stimulus incitatus inducit.

Admiratio de opere redemptionis. Ignauia prælatorum. Hebetudo mentis ad spiritualia. Pœnam pati. Consideratio supernæ gloriæ. Pœnitere. Punitio Dei. Insaniæ falsæ designant *dd* furiosum amorem temporalium, *Psalm.* 39. circa quæ in fine mundi insanient cultores terræ, *Isa.* 24. *b.*

Stultus finis, in quam adducit Deus consiliarios, *Iob.* 12. *c.* sunt *ee* temporalia munera propter quæ aliqui non bona intentione bona opera exercent.

Stultè contra Deum loquitur, *ff* qui inter diuinæ animaduersionis flagella positus, iustificare semetipsum conatur. Sic dicuntur stultæ mulieres, qui impatienter contra Deum loquuntur, *Iob.* 1. *d.* 2. *c.* 6. *d.* 34. *d.* 42. *b.*

Stultus labor dictus est labor Moysi in regendo populo: quia solus eum regebat, *Exod.* 18. *c.*

Stupa.

STVPA, est vilius linum, quasi eius purgamentum, *Iud.* 16. *d. Eccle.* 21. *c. Isa.* 1. *g. Dan.* 3. *e.* Stupæ collectæ, designare possunt *gg* cœtum malignantium, seu synagogam peccantium, qui propter vitia & peccata ad perpetuum incendium parati sunt.

Stupere, Obstupere, Stupefacere.

STVPERE, est quodammodo sensum rerum non habere, & stupor est alienatio quædam sensuum, & etiam admirationis species ex magnitudine miraculi prouenies, ita vt etiam impediatur sensus ab inuestigatione causæ miraculi, *Iob.* 17. *b.* 21. *a.*

Obstupefacere dicitur Deus Gentes in furore, *Hab.* 3. *c.* quandoque facit *hh* eos admirari de opere redemptionis.

In stuporem adducere dicitur Deus iudices, *Iob.* 12. *c.* quando *ii* is, qui præest, subiectorum vitam nequaquam solicitè discutit, nec quem qualiter corrigat, agnoscit, nec agnoscere curat.

Obstupescere dicuntur dentes, *kk* quum non potest mens sentire suauitatem eius, de quo dicitur, Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Item quum sensus interiores ad contemplanda spiritualia hebetantur, *Ier.* 31. *c. Amos.* 4. *b.* obstupescere etiam dentes, est pœnam exoluere, *Ezech.* 18. *a.* Dentes filiorum obstupescunt.

Obstupescentes mulieres viso angelo in monumento, *Marc.* 16. *a.* designarunt *ll* stuporem mentis in consideratione æternæ gloriæ; quia oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se, 1. *Cor.* 2. *b.*

Obstupescere interdum *mm* est pœnitendo dolere grauitatem culpæ considerando, *Isa.* 32. *c. Ezec.* 39. *c.*

Stupere dicitur Ægyptus à facie commotionis manus Domini, *Isa.* 19. *c.* quando videt mundus, & senti-

a *Plin.* 10. *nat. hist.* 1.
b *Hie. s. Iob.* 39.
c *Gre.* 31. *mo.* 6. *Euch. form. spir.* 5. *Gre.* 7. *mo.* 15. & 20. *mo.* 29.
d *Isyc. s. Leu.* 11.
e *Hie. s. Is.* 13. *Euch. for. spir.* 5.
f *Gr.* 31. *m.* 6.
g *Hie. s. Iob.* 30. *Gre.* 31. *mor.* 15.
h *Isyc. s. Leu.* 18.
i *Hie. s. Iere.* 11.
k *Hie. s. Isa.* 35.
l *Gre.* 20. *mo.* 16. 17.
m *Hie. s. Eccl.* 10.
n *Amb. s.* 1. *Corinth.* 1.
o *Ori. s. Ier.* 5. *Hie. s. Ier.* 10.
p *Hie. s. Eccle.* 10.
q *Augu. epist.* 119.
r *Ori. s. Matt. hom.* 33. *Au.* 83. *qu.* 59. & *epi.* 120.
s *Basi. s. psal.* 48. *Hie. s. Isa.* 9. 19. & *s. Hos.* 7. & *s. Amos* 3. & *s. Eccl.* 2. 10. *Gre.* 6. *m.* 2. 3. & 14. *m.* 22.
t *Bed. s. pro.* 17.
u *Glo. ord. s. Soph.* 3.
x *Bed. s. pro.* 9.
y *Aug. s. psal.* 39.
z *Hie. s. Eccle.* 4.
aa *Ru.* 2. *s. Is.* 8.
bb *Hie. s. Zac.* 11. *Gre.* 30. *mor.* 5. *Bed. s. Prou.* 30.
cc *Cassia. lib.* 5. *cap.* 22.
dd *Amb. s. ps.* 118. *serm.* 5.
ee *Gre.* 11. *mor.* 8.
ff *Gre.* 2. *mo.* 19.
gg *Euc. form. spir.* 8.
hh *Glo. ord. su. Hab.*
ii *Gr.* 11. *m.* 9.
kk *Hie. s. Ier.* 31. & *s. Eze.* 18. *Gre.* 11. *mor.* 18.
ll *Hie. s. Mar.* 16.
mm *Hie. s. Isa.* 32.

Digitized by Google

grauem Dei punitionem. Stupor autem eorum, qui puniuntur, quum non sperabant, in graui punitione censetur. *Ierem. 25. f. Ezech. 32. c. Iob. 18. d.* Stupet etiam vnusquisque ad proximum suum, *a* quum videt eum in eadem esse pœna, qua ipse affligitur, *Isa. 13. b.*

a *Hie. s. Isa. 13.*

Stupendum miraculum fecit Deus in Iudæis, *b* quum eorum doctores reddidit ignorantes per excæcationem, *Isa. 29. c. Ierem. 4. c.*

b *Hie. s. Isa. 29.*

Excæcatio Iudæorum.

Obstupefacere dicuntur tenebræ, *Isa. 21. b.* quando *c* quis præ magnitudine rei mente consternatur.

c *Glo. inter. s. Isa. 21.*

Consternatio mentis.

Stupor dicitur esse in tumultu hæreticorum aduersus fideles, *Mich. 1. c.*

Stuprum, Constuprare.

STVPRVM, est coitus lege vetitus, siue sit cum nupta, siue cum Virgine.

Stuprum, quod recusabat Ioseph, *Gen. 39. b.* designat *d* recusationem Christi, qua nolebat consentire Pharisæis, aut eorum vitiis.

d *Glo. ord. s. Gen. 39.*

Dissentiens Christus à Pharisæis.

Constuprantes filij Mempheos Iudæam, *e* erant trahentes fideles ad idololatriam & ad errorem: vel polluentes animam vsque ad infidelitatem. Idem est de Chaldæis, *Ierem. 2. d. Ezech. 23. c.*

e *Hie. s. Iere. 2. Gre. 23. mo. 15.*

Inducere in errorem.

Scylus.

STYLVS est instrumentum acutum, quo scribitur in tabulis, & sumitur pro ipsa forma dicendi seu scribendi, quæ cuique propria est. Stylus autem Græcè dicitur columna, & quicquid ligneum vel ferreum, aut alterius materiæ acuminatum est ad columnæ similitudinem.

Stylus ferreus, *f* est fortis Dei sententia, quæ in iudicio dabitur, & durabit sine fine, *Iob. 19. c.* Et stylo ferreo scriptum dicitur esse peccatum, *Ierem. 17. a.* quando non deletur, nec absconditur in iudicio.

f *Gre. 14. mo. 26. Ori. s. Iere. hom. 12. Euc. for. spir. 10.*

Sententia Dei.

Stylus hominis, *Isa. 38. a.* modum *g* consuetum loquendi inter homines significare potest.

g *Hie. s. Isa. 8.*

Stylus mendax, *h* erat stylus Scribarum, & Pharisæorum, qui legem praue interpretabantur. Et etiam hæreticorum, *Ierem. 8. b.*

h *Lyr. s. Ier. 8.*

Prana doctrina Pharisæorum.

Suadere.

SVADERE, est accommodatis & suauibus verbis aliquem in suam opinionem conari inducere.

Suadens Othoniel vxori suæ, vt poteret irriguum à patre, *Ios. 15. d.* est *i* literatus incitans animas ad lachrymas.

i *Lyr. s. Ios. 15.*

Incitare ad lachrimas.

Suauis, vide Dulcis. Subcinericius, vide Cinis.
Subdere, Subditus, vide Subiicere.
Subesse, Subiacere.

SVBESSE, est sub alio, & subiacere subtus iacere.

Subiacere dicitur passioni fluxus seminis, *Leu. 15. a.* qui *k* docet falsa, & quæ noxia sunt & inutilia.

k *Glo. ord. s. Leu. 15.*

Docere falsa & inutilia.

Subiacere pœnæ, aut damno, aut sententiæ, aut delicto, nota sunt, *Exod. 21. c. d. Leu. 5. a.*

Subigere.

SVBIGERE, est cogere ac domare, & interdum attrectare & agitare.

Subigere laterem, *l* est castigare corpus, *Nahu. 3. c.*

l *Hie. s. Nah. 3.*

Castigare corpus.

Subacta vbera Samariæ, & Hierusalem fuerunt, *m* quando fidei simplicitatem amiserunt, & Deos Ægypti coluerunt, *Ezech. 23. a.*

m *Glo. ord. s. Ezech. 23.*

Cultus idolorum.

Subiicere, Subdere, Subiugare.

SVBIICERE, est supponere, & subiugare, & subiungere. Subdere etiam idem est quod subiicere. Ponitur autem multiplex subiectio apud Gregorium Nyssenum tractatu de subiectione filij.

Subiici fratres Ioseph ipsi Ioseph, *Gen. 27. b.* est *n* Iudæos etam inuitos subiici Christo. Subiecta autem sunt omnia sub pedibus Christi: quia etiam vt homo Christus, est super omnia, *Psalm. 8. Ephe. 1. d.*

n *Glo. inter. s. Gen. 37.*

Iudæi subiecti Christo.

Subiicit Deus Gentes ante faciem Tyri, *Isa. 45. a.* quando *o* subiicit Christo vel prædicatoribus infideles fidem amplectentes. Et subiiciens Ioseph terram Ægypti regi, est Christus subiiciens mundum Deo patri, *Gen. 47. e.* Subiicitur quoque anima Deo, reiecto videlicet peccati dominio, *Psalm. 61.*

o *Hie. s. Isa. 45. Basi. s. psalm. 61.*

Conuersio infidelium.

Subiectus erit Christus patri, *p* quando corpus eius totum erit beatum, & ordinatum, vt nil à fœlicitate remoueatur: quia dum aliqua membra non sunt subiecta, non videtur esse subiectus, *1. Cor. 15. d.*

p *Ori. s. psal. 36. hom. 2. Aug. 8. 3. qu. 69.*

Obedire mandatis Dei.

Subiecta mulier viro est *q* Ecclesia subiecta Christo, *Ephe. 5. d.* Subditum autem esse Deo, est mandatis eius obedire, *Psalm. 36.*

q *Ori. s. psal. 36. hom. 7.*

Sermo de Deo.

Subiicere ignem altari, *y* est miscere sermonem diuinitatis: & accendere mentem: & administrationem spiritus plenissimè excitare, *Leu. 1. d.* Ipse enim Spiritus ignis dicitur. Sic subiicit sacerdos ligna, *Leu. 6. b.* quando cordi suo & auditorum ministrat exempla & doctrinam.

Accendere mentem.

Ministrare exempla, & doctrinam.

Subdere dicitur Deus populum sub aliquo, *s* quando ita subiecit cordi eius cogitationes malas: vt non valeant ipsum occupare, *Psalm. 143.*

r *Ori. s. Leuit. hom. 1. Isye. s. Leu. 1. 6. Gre. 25. mor. 7. Rup. 1. s. Leu. 6.*

Repressio malarum cogitationum.

Subiicere terram, quod dictum est in benedictione hominis, *Gen. 1. d.* propriè est *r* eorum quorum etiam est terra viuentium. Ipsi enim hanc terram, quam corporibus repleuerunt, libertate animorum sibi subiiciunt, quippe qui solum Deum præponentes, terrena omnia fortiter contemnunt. Subiiciunt etiam terram reprobi, dum illam aratro vertunt, aut etiam armis capiunt: sed hic vel ille modus subiiciendi de benedictione Dei non est, quum è contra per peccatum dictum sit homini. In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Et arma non benedictionis gratia, sed cupiditatis inuenit immanitas.

Contemnere terrena.

Subiicere dicuntur Apostoli exactores suos, *u* quando conuertunt philosophos ad fidem, *Isa. 14. a.* Et subduntur alienigenæ, *x* quum infideles ex Gentibus veniunt ad fidem. Et subdit Deus populum, quum infideles subiicit fidei, *Psalm. 46. 107. 143.* Subiiciuntur etiam in fideles sub pedibus fidelium.

Conuersio infidelium.

Subiicere bases tabulis tabernaculi, *Exo. 26. d.* est *y* fundare fidem in verbis legis & Prophetarum, aut in vtroque testamento.

Fundare fidē in lege.

Subiecta dicitur vanitati creatura non volens, *z* quia producit corruptibilia propter hominem, *Rom. 8. d.* Et homo ipse subiectus est passibilitati, morti, & incinerationi, in pœnam peccati.

Subiectio corruptionis.

Subire.

SVBIRE, est ingredi & suscipere, aut pati & ascendere.

Subiens Iob iudicium cum seruo suo & ancilla sua, *Iob. 31. b.* demonstrat *aa* humilitatem suam, & etiam Christi.

Humilitas.

Subiens Iesus in montem cum discipulis suis, *Ioan. 6. a.* ascensum *bb* suum in cælum, & etiam saluandorum præsignauit.

Ascensio Christi.

Subitus, Subitò, Repentè, Repentinus.

SVBITVM dicitur, quod fit repentè, & quasi sine medio tempore.

Repentè congregata dicitur maria in fortitudine Dei, *Iob. 26. d.* quando *cc* Gentes sine mora amplexæ sunt fidē.

Cita conuersio gentium.

Subitò apparere dicitur aurora, *Iob. 24. c.* quando *dd* lux veritatis apparet ad hæreticorum confusionem. Et quando iusti ad aliquam seculi potestatem eriguntur, quod peruersi vmbram mortis arbitrantur.

Prodiens veritas.

Subitò probat Deus, quem diluculo visitat, *Iob. 7. d.* quia *ee* & accedendo, corda nostra ad virtutes prouehit, & recedendo, concuti tentatione permittit. Repentè etiam Deus interrogat, quum nos ad distinctionem sui examinis inopinatos vocat vel quum duris nos persecutionibus pulsat, vt quum mens nostra magna de se in tranquillitate existimat, semetipsam veraciter qualis sit in perturbatione deprehendat, *Iob. 9. b. 16. d.*

Promotio iustorum.

Probatio per tribulationes.

Subitò cadens Babylon, designat *ff* repentinum aduentum iudicij, vel repentinam conuersionem peccatorum, *Ierem. 51. a.* Illum autem formido subita conturbat, qui considerare negligit, quid ex districtione iudicis vehementis immineat, *Iob. 22. b. 34. c. Isa. 27. a. 29. b. 1. Thess. 5. a.*

Repentinus aduentus iudicij.

Repentè surgent fideles contra diabolum, aut hæreticum, *gg* quasi euigilantes, qui prius dormiebant, *Haba. 2. b.*

Decipere simplices.

Subitò sagittare dicuntur, *hh* qui improuisum & simplicem decipiunt, *Psalm. 63.* Et repentè venit ventus vehemens, quum apprehendit subita tentatio, *Iob. 1. d.*

Subita tentatio.

Subit dolores nurus Eli, 14. *d.* vide Dolor.

aa *Glo. ord. s. Iob. 31.*
bb *Cyril. 3. s. Ioan. 12.*
cc *Gr. 17. m. 15.*
dd *Gr. 16. m. 29.*
ee *Greg. 8. m. 20 & 9. m. 11. & 13. m. 8.*
ff *Ori. s. Ier. h. 2. Gr. 16. mo. 4. & 25. m. 1.*
gg *Hie. s. Ha. 2.*
hh *Hil. s. psal. 63.*

Digitized by Google

Subiugare, vide Subiicere.
Sublimare, Sublimis, vide Altus.
Submergere, vide Mergere.
Submittere.

Hmiliari. SVBMITTERE, est clanculum & furtim mittere, & interdum flectere, & etiam deponere, 3. *Reg.* 22. Animalia submittebant alas, facta voce in firmamento, *Ezech.* 1. *d.* quia *a* cognita potentia Dei, virtutes proprias humiliant, & consideratione creatoris, nihil de se aliud, quam abiecta sentiunt.

a *Gre.* 35. *mo.* 2.

Subsannare, vide Illudere.
Subsistere.

Obedientia ordinandorũ. Fractio virtutis. Prædicatorũ, & patientiæ. Perditio malorum. SVBSISTERE, est contra sistere, & per se existere, & gradum sistere. Item viuere, *Iob.* 23. *d.* Nescio quamdiu subsistam.

Subsistens Saul ad præceptum Samuelis, 1. *Reg.* 9. *g.* designat *b* obedientiam, quam debent habere ordinandi ad suos prælatos.

b *Gre. s.* 1. *Re.* 9.

Non subsistit hasta, neque thorax, apprehẽdere Leuiathan gladium, *Iob.* 41. *c.* quia *c* nisi iustorum vitam superna gratia solidet, non subsistit hasta: quia prædicatorum virtus frangitur: non subsistit thorax: quia constantium patientia dirupta penetratur.

c *Gre.* 34. *mo.* 5.

Non subsistit peccator, quum respicitur à Deo, quia *d* quando districtus iudex merita subtiliter inquirit, reus ad tormenta non sufficit, *Iob.* 6. 7. *d.* Nec tabernaculum impij subsistit, *Iob.* 8. *d.* 24. *d.* quia vitæ effugientis amatores, dum studiosè se in præsentibus construunt, repentè ad æternam pœnam rapiuntur. Ita non subsistent peccatores in miseriis inferni, *Psalm.* 139. Et non subsistet diabolus in matutino: quia *e* in resurrectione trudetur in infernum, 17. *d.*

d *Gre.* 8. *mor.* 13. 23. 41.
e *Hie. s. Isa.* 17.

Subsistantia.

Fideles. Ecclesia. Exinanitio Christi. Doctrina philosophorum. Verbum Dei. Fides. Bona opera. Virtutes. Scientia. Bona naturæ. Ornamenta misericordiæ. Dona Dei. Vitæ. Peccatæ. Virtutes neglectæ. Prudentia carnis. Peccatæ. Sapientia carnalis. Regnum Dei. SVBSTANTIA est, quæ per se subsistit, & substat accidentibus. Quandoque autem substantia sumitur pro materia & soliditate, ac neruis cuiusque rei. Item substantia, diuitiæ, *Gen.* 13. *b.* Erat quippe substantia eorum multa. Stabilitas, *Psalm.* 68. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Subsistentia, *Psalm.* 38. substantia mea tanquam nihilum ante te.

Substantia diuitis, & substantia Iob, sunt *f* fideles, qui sunt possessio Christi. *Iob.* 1. *b. Ezech.* 38. *d. Luc.* 16. *a.* Eosdem designat substantia Laban, quam tulit Iacob, *Gen.* 31. *a.* Ipsa quoque Ecclesia substantia Christi est. Hanc substantiam volebant principes Iudæorum auferre à Christo, *Prou.* 1. *b.*

f *Hie. Aglasia. Bed. s. Ge.* 31. *& s. Pro.* 1.

Substantia dicebatur non esse in Christo in passione, *Psalm.* 68. quia *g* licèt esset in forma Dei, tamen seipsum exinaniuit vsque ad mortem crucis. Non erat substantia in limo profundi, hoc est, in peccatis, in quibus infigi voluit, vt nos ab eis eriperet.

g *Aug. s. psal.* 68.

Substantiæ regum, quas possedit Salomon, hoc est, Christus, *h* sunt doctrinæ Philosophorum, *Eccle.* 2. *b.* Eodem referri potest substantia Ægyptiorum, *Gen.* 15. *c.*

h *Hie. s. Eccle.* 2.

Substantia diuitis, qua est fortis in bonum, est *i* verbum Dei, & cætera eius auxilia, & fides, & bona opera, & virtutes, & scientia: quæ substantia aliquando auferrtur ab hostibus, & aliquando multiplicatur, *Gen.* 14. *b.* 15. *c.* 39. *a. Prou.* 10. *b.* 18. *b. Heb.* 3. *c.* 11. *a.* Et substantia consumpta à prodigo seu fides & opera, & bona naturæ. Et substantia consumpta à muliere in medicos, sunt *k* ornamenta misericordiæ, & dona naturæ, & patrimonium vitale, & fructu.

i *Bed. s. prou.* 10. 12.

Substantia domus Laban, sunt *l* peccata: & etiam virtutes ab ignauis neglectæ, *Gen.* 31. *a.* Et peccata, sunt substantia, quæ non perseuerat, *Iob.* 15. *c.*

k *Amb. s. Lu.* 8. 15. *& 2. de pœn.* 3. *Hie. ep. Beatis. Ber. de affect. anima. Isy. s. Leu.* 15.

Substantia peccatoris, *m* est prudentia carnis: & verba prudẽtiæ, quibus vtuntur hæretici, & etiam ipsa peccata, *Psalm.* 108. Et substantia amicorum Iob, hoc est, hæreticorum, *n* est carnalis sapientia, qua dum peruersè fulciuntur, quasi in verbis se diuites ostendunt, quam eò sancta Ecclesia non quærit, quo hanc spirituali intellectu transgenti facienti fructum, *Prouerb.* 30. *a.*

l *Ambr. epi.* 4.
m *Aug. s. psa.* 108.
n *Gre.* 7. *mor.* 21.
o *Bed. s. Prou.* 13.
p *Isyc. s. Leu.* 13.

Subtegmen.

Diuina gratia. Corpus humanum. Intentio. Dona Spiritus sancti. Fides imminuta. Errores hæreticorum. Mortalitas. Ratio sublimium. Corpus terrenum. Verbum Dei. Prædicatio. Timor Dei, & inferni. Dona data Apostolis. Pertinentia ad sensus. Cogitationes hæreticorum. Christus succedens veteri sacerdotio. Imitatio Christi. Diuersi gradus operum. Solicitudo mentis. Subiicere se prauo doctori. SVBTEGMEN, est filum, quod sub stamine texitur.

Subtegmen quandoque significare potest *p* diuinam gratiam, quandoque corpus humanum, & interdum ipsam intentionem, *Gen.* 14. *d. Exod.* 39. *a. Leu.* 13. *f.*

Subtilis.

SVBTILE dicitur, quod est tenue, & crasso aut denso oppositum: & sumitur pro acuto.

Subtilia, quibus induit Dominus animam, sunt *q* dona Spiritus sancti, *Ezech.* 16. *b.*

Subtilior solito capillus in leproso, *r* est fides imminuta. *Luc.* 13. *d.*

Subtilia, idola sunt *s* errores hæreticorum: & dialecticæ rationes eorum, *Isa.* 19. *a. Ezech.* 16. *b.*

q *Hie. s. Ezec.* 16.
r *Ori. s. Exec. hom.* 6.
s *Hie. s. Isai.* 19.

Subtrahere, vide auferre.
Subucula.

SVBVCVLA, est genus vestis, quæ ex lino ferè fit qua sub aliis vestibus iuxta carnem induimur.

Subucula, qua induitur pontifex, *Leu.* 8. *a.* mortalitatem *t* significare potest, & peculiariter in Christo, & etiam rationem sublimium. Item corpus ipsum terrenum: ideò linea, hoc est, à terra orta.

t *Isy. s. Leu.* 8.

Subuenire, vide Adiuuare.
Subula.

SVBVLA, est instrumentum cerdonum, quo in perforandis coriis vtuntur ipsi sutores.

Subula qua perforantur aures, *Exod.* 21. *d. Deut.* 25 *c.* Acumen *u* verbi Dei significare potest: vel ipsam prædicationem. Vel timorem Dei, & inferni: vt per omne, quod agit, nouerit ingressum regni cælestis semper attendere, & pœnas inferni formidare.

Suburbanum.

SVBVRBANVM dicitur prædium seu villa sub vrbe.

Suburbana Leuitarum, qua vendi non poterant, *Leu.* 25. *b.* designant *x* dona data Apostolis, & eorum discipulis: quæ vt gratis acceperant, ita gratis dare debebant: quæ tamen semper remanebant illis.

Suburbana ciuitatis Dei dicuntur, *y* quæ ad sensus pertinent, *Ezech.* 48. *b.*

Suburbana Esebon, significare possunt *z* ineptas & erroneas hæreticorum cogitationes: quæ non sunt ciuitatis Dei, *Isa.* 16. *b.*

u *Gre. s. Exec. hom.* 3. *Bed. s. Exo.* 21.
x *Isy. s. Leu.* 25.
y *Hie. s. Ezec.* 48.
z *Hie. s. Isa.* 16.

Succedere, Successus.

Vetus sacerdotium. Imitatio Christi. Diuersi gradus operum. Solicitudo mentis. Subiicere se prauo doctori. SVCCEDERE, est in alterius locum venire, aut post alium venire.

Succedens sacerdos patri, designat *aa* Christum succedentem veteri sacerdotio, *Leu.* 6. *c.*

Successiones autem sacerdorum erant vsque ad nouam Ecclesiam, *bb* in qua vnus est verè sacerdos. *Exod.* 27. *d.* 30. *c.* Succedit etiam sacerdos patri iure, qui esse se omnipotentis Dei filium demonstrat moribus, atque à nobilitate intima, operum suorum ignobilitate non discrepat.

aa *Isy. s. Leu.* 6.

Successiones hæreditatis diuersæ, *Num.* 27. *b.* designant *cc* diuersos gradus operum, quibus datur præmium.

bb *Hie. s. Eze. hom.* 12.

Succedere dicuntur variæ cogitationes, *Iob.* 20. *a.* quando mens *dd* in diuersa rapitur, modò mala, quæ egit, modò bona, quæ agere neglexit, modò reprehensibilia, in quibus est, modò recta, quæ sibi adhuc deesse conspicit, solicito pauore perpendens.

cc *Ori. s. Nu. hom.* 22.
dd *Gre.* 15. *m.* 1.

Succumbere.

SVCCVMBERE, est subiici & subiugari, vel vinci.

Succumbens mulier iumento, *Leuit.* 18. *d.* 28. *b.* est *ee* discipulus effeminatus subiiciens se doctori pestifero.

ee *Lyr. s. Leu.* 17.

Digitized by Google

Sudare, Sudor.

SVDARE, est per poros corporis vi caloris humorem emittere, qui humor sudor appellatur.

Sudor vultus, in quo homo vescitur pane suo, *Gen. 3. d.* laborem *a* intelligendi sacram scripturam, & alias doctrinas significat.

In sudore accingi dicitur, *b* qui non sponte seruat continentiam, *Ezech. 44. e.*

Sudarium.

SVDARIVM, est linteum, quo sudor faciei detergitur, & nares purgantur. Dicebatur etiam sudarium quo caput mortui inuoluebatur.

Sudarium capitis Christi in monumento seorsum positum, & inuolutum, *Ioa. 20. b.* est diuinitas *c* Christi, cuius non cognoscitur initium aut finis. Vel sunt labores Christi sine culpa.

Sudarium Lazari, *Ioa. 11. f.* impedimentum *d* cognoscendæ veritatis significare potest, ne videlicet periculum videat peccator, in quo versatur. Designat etiam erubescentiam peccati, & quod in hoc vita non cognoscimus, nisi per speculum in ænigmate.

In sudario repositum habere dicitur seruus nequam talentum, *Luc. 19. b.* quum *e* doctrinam patris familias molliter & delicatè viuendo eneruat.

Sudes.

SVDES, est genus teli militaris, nempe palus igne torridus.

Sudes, quibus perforat Deus nares Behemoth. *Iob. 40. c.* sunt Sancti *f* vincentes diabolum, propter lignum crucis. Vel sunt acuta Sanctorum consilia, quæ nares Behemoth perforant, dum sagacissimas eius insidias & vigilando circumspiciunt, & superando transfigunt. Vel sunt acuta ipsius per carnem manifestatæ sapientiæ verba. Vt cum eius diuinitatem explorandi dicebat: Non in solo pane viuit homo. Et: Non tentabis Dominum Deum tuum.

Sue.

SVE, vel sua, id est, clamans, vel saluans, aut potens, seu magnificus: vir Chananæus, pater vxoris Iudæ filij Iacob. *Gen. 38. a.* Vt fuit pater vxoris Iudæ, quæ est synagoga, designat *g* terrena bona data synagogæ.

Sufferre, vide Sustinere.

Sufficere.

SVFFICERE est satis esse.

Sufficiens numerus ad vescendum agnum. *Exod. 12. a.* Est *h* eorum qui digni sunt ad suscipiendam Eucharistiam. Non posse ante sufficere, dicit indignitatem.

Sufficientem panem colligere. *Exod. 16. d.* Est *i* de verbo Dei sumere, quod sufficiat ad salutem, nec alias curiosum esse.

Sufficere oblata ad constructionem tabernaculi. *Exod. 36. a.* admonet *k* ad templorum opera esse suscipienda, quæ sufficiunt, & non superflua.

Non sufficit Libanus ad succendendum, nec animalia eius ad holocaustum. *Isai. 40. d.* quia *l* non illis colitur Deus, nec omnia illa sufficiunt ad placandam diuinam maiestatem, sed solum sacrificium Christi.

Non sufficere oleum ad vtrasque Virgines. *Matth. 25. a.* designat *m* non omnes habere sufficientem doctrinam ad alios instruendos, licèt sibi sufficiat. Vel designat in iudicio vix vnumquemque sufficientem esse ad reddendam de seipso rationem. Vnusquisque enim pro se rationem reddet: nec alieno testimonio quicquam adiuuatur apud Deum, cui secreta cordis apparent, & vix sibi quisque sufficit, vt ei testimonium perhibeat conscientia sua. Vnde & sufficiens sibi dicitur. *Prouerb. 12. b.* qui habet *n* bona opera, quibus saluari possit, nec similis est fatuis virginibus.

Sufficere dicitur diei malitia sua. *Matt. 6. d.* vt designetur *o* tempus huius vitæ necessarium esse ad pœnitentiam, vt non in vanis aut superfluis expendatur.

Suffocare.

SVFFOCARE, est spiritum animalis respirantis recludere, vt fit obstrictis faucibus.

Suffocant diuitiæ & voluptates verbum Dei, *p* quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant, & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum flatus vitalis necant. *Matth. 13. c. Marc. 4. c. Luc. 8. a.*

Suffocare gentem suam dicebatur Ecclesia. *Ezech. 36. c.* quia *q* fideles filij Ecclesiæ in defensionem fide & Ecclesiæ, à tyrannis occidebantur.

Suffocata quæ non comeduntur, dicuntur illi, *r* qui pereunt sine confessione. *Actor. 15. b.*

Suffodere.

SVFFODERE, est subtus fodere, & excauare.

Suffodientes Simeò & Leui murum. *Gen. 19. a.* designant *s* Sacerdotes & Pharisæos corpus Christi crucifigentes. Suffodiunt etiam murum, qui tollunt pudorem.

Suffodiens fur murum. *Exod. 22. a.* est *t* hæreticus clanculum dissipans Ecclesiam, vel diabolus animam. Suffodiunt etiam corui oculum. *Prou. 30. e.* quum dæmones erroris tenebras in animam suffundunt.

Suffossa dicuntur peccata, quæ ex timore committuntur. *Psalm. 79.*

Suffulcire, vide Munire, Sugere.

SVGERE, est succum labiis extrahere, vt lac elicitur ab infantibus, ex vberibus matrum.

Sugere dicitur sponsus vbera matris sponsæ. *Can. 8. a.* secundum quod *u* assumpta humana carne eisdem Christus vtebatur, quibus alij homines.

Sugere mel de petra, *x* est gustare quàm suauis est Dominus. *Deut. 32. b.* Suxerunt etiam mel de petra, qui Redemptoris nostri facta & miracula viderunt. Oleum verò de firma petra suxerunt, quando effusione sancti Spiritus post resurrectionem eius vngi meruerunt.

Sugentes lac, sunt *y* simpliciorem doctrinam accipientes, quod est parvulorum, & sugunt lac Gentium, hoc est, vbera doctorum. *Isai. 60. a. c. 66. d. Ioel. 2.* Sugentes etiam lac, *z* fuerunt Apostoli fruentes conuersione Gentium. *Deut. 33. c.*

Sugere dicitur caput aspidum. *Iob. 20. e.* qui *aa* initium suggestionis occultæ primò quidem paruum, in corde libenter suscipit.

Suggerere.

SVGGERERE, est subministrare, suppeditare, aut in memoriam reducere.

Suggerere Pharaoni de incarnatione Ioseph. *Gen. 40. e.* Est prædicare principibus mundi Christum crucifixum.

Suggerit mens non carnalia, sed spiritualia. Ideò loquens Iob, quæ mens suggesserit, ostendit se *bb* non carnaliter, sed spiritualiter loqui, quia per sensum spiritus audit, quæ per ministerium corporis profert. *Iob. 13. b.*

Suggerens Iethro Mosi ordinem gubernandi populi. *Ex. 18. d.* designat *cc* seculares, aut philosophos quandoque rectè consulere.

Sui.

SVI, id est, loquens: est locus vnde venit Baldad amicus Iob, & designat *dd* loquacitatem hæreticorum. *Iob. 2. d.*

Sulamitis, vide Sunamitis.

Sulcus.

SVLCVS, est proscissio, terræ, vel ipsa fossa, quæ fit aratro.

Sulci dici possunt *ee* corda Sanctorum. Sulci enim ex terra sunt, & tamen à terræ vocabulo distinguuntur, ita ij, qui in sancta Ecclesia mentem suam labore sanctæ meditationis excolunt, cæteris Fidelibus tanto meliores sunt, quanto per accepta semina fœcundiores operum fruges reddunt. *Iob. 31. d.*

Sulci, quos confringere dicitur Iacob. *Hose. 10. d.* designant literam *ff* legis, circa quam versantur Iudæi.

Sulci

---

a *Amb. prol. s. Luc.*
b *Gre. s. Ezec. 44.*
c *Gre. ho. 22. Rup. 14. sup. Ioan.*
d *Amb. 2. de pœn. 7. Aug. 83. quæst. 65. Cyril. s. Ioan. 23.*
e *Hie. s. Matt. 25.*
f *Hier. s. Iob 40. Gre. 33. mor. 11. 12.*
g *Glo. ord. su. Gen. 38.*
h *Bed. s. Exo 12.*
i *Glo. ord. sup. Exod. 16.*
k *Lyr. s. Exo. 36.*
l *Glo. ord. sup. Isa. 40.*
m *Ori. s. Mat. ho. 32. Aug. 83. q. 59. & de verbis do. serm. 28.*
n *Bed. s. Prou. 12.*
o *Hil. s. Matt. Cant. 15.*
p *Glo. int. sup. Matth. 13.*
q *Hie. s. Ezec. 36.*
r *Bed. s. Gen. 5.*
s *Lyr. s. Gen. 49.*
t *Ori. s. Matt. hom. 31. Hie. s. Isa. 22. Au. s. psalm. 79.*
u *Lyr. s. Cant. 8. Ber. s. Can. ser. 61. Gre. h. 26.*
x *Rup. 2. sup. Deut. 16.*
y *Hie. s. Isai. 60. 66.*
z *Ruper. 2. su. Deut. 16.*
aa *Gre. 15. mor. 8.*
bb *Greg. 11. mor. 17.*
cc *Glo. ord. su. Exod. 18.*
dd *Gre. 3. mo. 17.*
ee *Gre. 22. mor. 23. Euc. form. spir. 4.*
ff *Hie. s. Hos. 10.*

Labor intelligendi scripturas.
Continentia coacta.
† *Diuinitas Christi.*
Labores Christi.
† *Impedimentum cognoscendæ veritatis.*
Pudor peccati
Cognitio obscura.
Ignauia doctoris.
Sancti.
Consilia Sanctorum.
Verba Christi.
Terrena bona.
Dignitas ad sumendum Eucharistiam
Sufficientia doctrina salutis.
Moderata exactio.
Inutilitas sacrificiorum legis.
Doctrina & opera necessaria ad salutem.
Tempus præsens ad pœnitentiam.
Diuitiæ mentem distrahentes.
Martyrium.
Crucifigentes Christum.
Tollentes pudorem.
Dissipans Ecclesiam.
Peccata ex timore.
Christique similia aliis hominibus.
Accipere simplicem doctrinam.
Admittere suggestiones.
Prædicare Christum.
Loquacitas hæreticorum.
Corda Sanctorum.
Litera legis.

Digitized by Google

Sulci agri hæreticorum,dicuntur *a* discipuli eorum. *Hoſe.10.a.12.d.*

a *Hie. ſ. Hoſ. 10.*

Sulphur.

Fœtor libidinis.

SVLPHVR, *b* eſt materia quædam ex ardore ignis in venis terræ decocta, cuius ſuffitus fœtidus eſt, & grauis olfactui:Neque alia res facilius accenditur,quo apparet igneam vim magnam ei ineſſe.

b *Pli.35.nat. hiſt.15.*

Sulphur, *c* fœtorem libidinis & reliquorum vitiorum ſignificare poteſt. *Gen.19.d. Apoc.9.d.*Et quia Sodomitæ amore illicito corruptibilis carnis exceſſerant ſimul incendio & fœtore perierunt quatenus in pœna ſua cognoſcerent,quia æternæ mortis fœtori ſua delectatione tradidiſſent. Peccatum enim carnis dum peruerſis cogitationibus, quaſi quibuſdam fœtoribus mentem replet æterna ei incendia præparat: & dum fœtoris ſui nebulam in mente reproba dilatat,contra eam flammis ſubſequentibus quaſi nutrimenta ſubminiſtrat. *Iob.18.c. Pſalm.10.*

c *Rup.5. ſup. Apoc. Gre. 4. dial.36.14. mor.10. Aug. ſ.pſalm.10.*

Pœna inferni Ignis iudicij.

Sulphur materia ignis, *d* pœnam inferni perpetuam adumbrat: & etiam ignem iudicij ad puniendos malos. *Gen.19.d. Iſa.30.g.34.b. Ezech.38.g.*

d *Hie.ſ.Iſa.30 Rup.6.ſup. Gen.10.*

Blaſphemia.

Sulphur egrediens ex ore equitum. *Apoc.9.c.*blaſphemiæ *e* ſunt hæreticorum,& perſecutorum Eccleſiæ.

e *Aug.ſ. Apo. hom.7.*

Sumere,vide Accipere.

Summa.

Numerus electorum.

SVMMA,eſt rerum,de quibus verba fiunt,aut etiam numerantur,collectio.

Summa filiorum Iſraël, *f* numerum electorum deſignat, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. *Exod.30.b. Num.1.a.2.a.4.a.26.a.*

f *Glo.ord. ſup. Exod.30.*

Summus,vide Altus.

Summitas,vide Extremus.

Sumptus,vide Expendere.

Sunam,Sunamitis.

Fides.

SVNAM,id eſt captiuitas,vel mortificatio, iuxta Rupertum:ciuitas vnde erat Sunamitis puella, quæ tradita eſt Dauid,& etiam mulier,quæ hoſpitio ſuſcepit Eliſæum. Deſignat autem fidem *g* peregrinantium, quæ accepta eſt Deo.

Sapientia. Eccleſia.

Sunamitis autem interpretatur dormiens,vel mutata,aut vana dormitio,vel iteratio,aut ſecundatio dormitionis. Vel interpretatur coccina. Puella autem Sunamitis tradita regi Dauid ſenio frigeſcenti, vt eum calefaceret, typus eſſe ſolet *h* ſapientiæ,quæ calet,& feruet. *3.Reg.1.a.* Sunamitis verò ſuſcepit Eliſæum hoſpitio. *4. Reg.4.b.* eſt Eccleſia prius ſterilis,quæ genuit vnicum filium populum fidelem: & tempore famis reliquit Samariam, hoc eſt,Iudæam,& tranſiit ad Gentes. *4.Reg.6.f.*

g *Rup.3.ſ. Re. 2.*

h *Hie.epiſt.ad Nepotianum.*

Anima pia. Synagoga. Fides patriarcharum.

Sunamitis,aut potius Sulamitis. *Cant.6.b.7.a.*Interpretatur pacifica, ſiue perfecta, aut retribuens, & deſignat *i* animam piam. Iuxta Gregorium *k* interpretatur captiua,& deſignat ſynagogam, quæ ſub infidelitatis iugo captiua tenetur à dæmonibus, quæ reuertetur ad fidem in fine ſeculi. Deſignat etiam *l* fidem Patriarcharum, quam reuerti petebat ſponſus.

i *Amb.de obi. Valent.*

k *Gre.ſ.Ca. 6.*

l *Rup.ſ. Can. 6.*

Supellex.

SVPELLEX,eſt domeſticum patrisfamilias inſtrumentum,& res, quæ dicuntur mobiles, in obſequium domus deſeruientes:vt menſa,lectus,& ſimilia.

Vetus teſtamentum. Opera. Myſteria. Fideles. Rationes hæreticorum. Chriſtus. Sapientia Chriſti. Sublimitas Ioannis euangeliſtæ. Prædicatio cæleſtium. Præcepta charitatis. Spiritualia. Perfectiores.

Supellex Iacob. *Gen.31.e.45.f.*deſignare poteſt *m* vetus teſtamentum, & etiam opera.Et ſupellex non dimittenda,eſt bonum inceptum non dimittendum venientibus ad Chriſtum.Et ſupellex regis. *Ezech.Iſa.39.a.* deſignat *n* myſteria,vel merita,quæ pereunt,quando inaniter oſtentantur.

Supellectilia tabernaculi,dici poſſunt *o* Fideles. *Exod.30.c.Leu.8.b.Ezech.38.d.*

Supellex nauis Tyri,deſignare poteſt ſuſtentacula hæreticorum: ſeu rationes & authoritates,quibus ipſi innituntur. *Ezech.27.b.*

Supellex pellicea. *Leu.13.g.*vide *Pellis.*

m *Bed.ſ. Gen. 45.*

n *Glo. ord.ſu. Iſai.39.*

o *Iſy.ſ.Leu.8.*

Superior,Supremus.

Super,Supra,Deſuper,Surſum,Supernus.

SVPER & ſupra,quantum hîc attinet,locum ſuperiorem ſignificant: & ſuperior dicitur, qui eſt in altiori loco.

Superior mola, *p* Chriſtum deſignare poteſt. *Deut.24.b.*Deſuper autem contexta tunica Chriſti ſapientiam diuinam in Chriſto deſignat. *Ioan.19.d.*

Deſuper exiſtit aquila, *Ezech.1.c.* propter *q* diuini verbi ſublimem natiuitatem. Et quia Ioannes ſupra cæteros Euangeliſtas in cognitione diuinitatis volauit,& etiam ſupra ſeipſum.Ideò dicitur.Deſuper ipſorum quatuor.

Deſuper extentæ pennæ animalium,deſignant *r* prædicationem cæleſtium. *Ezech.1.c.*

Superiora cæli,tegi dicuntur aquis. *Pſalm.103.* quia *ſ* ibi recipiuntur baptizati:& quia ſuperiora ſecreta Angelis ſunt nota, qui ea ſeruant. Vel ſuperiora cæli, ſunt ipſa præcepta charitatis ſupereminentis ſcripturæ, quam etiam ſupereminentiorem viam appellat Paulus. *1.Cor.12.d.*Ad idem referuntur ſuperiora montium.

Superiora templi:deſignare poſſunt *s* ſpiritualia,& perfectiores,qui habent latitudinem cordis, ſunt autem ſuperiora humiliora,quia quanto quis maior eſt,tanto magis ſe humiliat. *Ezech.41.b.42.a.*

Superiorem in porta ſe videt, *u* qui ſe melioris partis eſſe in iudicio æquitatis merito conſpicit. *Iob.31.c.*

Superior pars tunicæ habens capitium. *Exod.27.e.39.d.*deſignat *x* prima opera ſeu primordia boni operis.

Superiora domus. *Actor.18.b.*altitudinem contemplationis ſignificare poſſunt.

Superior porta templi,in qua opprimitur Ieremias, *y* eſt iniuſta poteſtas Pontificis. *Ierem.20.a.*

Quæ ſurſum ſunt,quærenda eſſe monet Apoſtolus, *Coloſ.3.a.*ſurſum enim,ſunt cæleſtia, & quæ ad fœlicitatem pertinent.

p *Am.de Tobi.21. & ſer. 3.*

q *Hie.ſ. Exec. 1.Gre.ſ.Exec. hom.4.*

r *Hie. ſ. Eze. 5.*

ſ *Gre.prol.ſ.1. Reg.& ſ.Eze. hom.9. Aug.ſ. pſalm. 103.*

t *Hie.ſ. Ezec. 41.42.*

u *Gre.21.mo. 14.*

x *Glo.ord. ſu. Exod.28.*

y *Ori. ſ. Leu. hom. 7. Hie.ſ. Ier.20.*

z *Hie.ſup.Iſa. 60.61.*

Primordia boni operis. Altitudo contemplationis. Iniuſta poteſtas Pontificis. Cæleſtia.

Superare,requirs Vincere.

Superbia,Superbus,Superbire.

SVPERBIA,eſt ſupergrediens elatio mentis, vnde ſuperbus, elatus & arrogans:& ſuperbire eſt elatione ſuper alios ire.Superbia quoque ambitio. *Dan.5.a.*Spiritus illius obfirmatus eſt in ſuperbiam. Apoſtaſia. *Iſa.9.b.*Habitantes Samariam in ſuperbia.Authoritas. *Pſalm.35.*Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Contemptus. *Deut.17.d.*Non eleuetur cor tuum in ſuperbiam.Contumelia. *2.Par.26.c.*Erigitur cor tuum in ſuperbiam.Diuitiæ. *Iſa.28.a.*Væ coronæ ſuperbiæ.Elatio. *Deut.1.g.*Tumentes ſuperbia aſcendiſtis in montem.Iactantia. *Pſalm.16.*Os eorum loquutum eſt ſuperbiam.

aa *Gre.13.m. 8.Rup.2. ſup. Iſai.25. Arn. ſ.pſalm.88. 118.Hie. ſup. Iſa.2.13.& ſ. Iob.26.& ſ. Habac.2.& ſ. Amos.2. Gre. 17.mor.15. Bern.ſer.1. de aduer.*

Diabolus. Antichriſtus Hæreticus. Doloſus. Contemptor legis. Opulentus Phariſeus.

Superbia ſeculorum,in bonum, *z* æternæ gloriæ gaudium deſignat. *Iſa.60.c.* Vnde & Sanctis dicitur. *Iſa.61.a.* In gloria eorum ſuperbietis.

Superbus dicitur *aa* diabolus,qui voluit eſſe vt Deus,& à filio Dei adorari tentauit.Superbus etiam dicitur Antichriſtus, & hæreticus. *Iob.15.c.26.d.35.c.40.a.41.d. Pſalm.88.118.122.139.141. Iſa.2.c.14.c.51.d. Habac.2.a. Matth.4.a.*Et ſuperbia regis Aſſyriorum,eſt ſuperbia diaboli. *Iſa.37.f. Zach.10.d.* Et ſuperbè agentes contra filios Iſraël,ſunt dæmones contra fideles. *Exod.18.d. Ioel.2.e.* Et ſuperbi, quibus Deus reſiſtit ſunt hæretici. *Iacob.4.b.*Et ſuperbia Moab,& infidelium,eſt ſuperbia hæreticorum,aut diaboli. *Iſa.13.c.16.b.* Superbus etiam dicitur doloſus. *Prouerb.22.a.* Arma & gladij in via ſuperbi. Et legis contemptor. *Iob.40.a.* Reſpice cunctos ſuperbos. Et opulentus. *Pſalm.93.* Reddere retributionem ſuperbis. Et qui terrenis gloriantur. Et Phariſæi. *Pſalm.122. 139.141.*

Faſtus mundanus. Templum & fiducia Iudæorum.

Superbia imperij Ægypti,deſignat *bb* faſtum mundanum eorum,quia omnia per arrogantiam loquuntur,& Eccleſiaſticam ſimplicitatem pro nihilo ducunt. *Ezech.30.b.*

Superbia Iordanis, eſt *cc* impetus grauiorum hoſtium. *Ier.12.b.* Vel templum Iudæorum, vel fiducia ipſorum. *Zach.11.a.*

bb *Hie.ſ.Eze. 30.*

cc *Hie.ſ.Zac. 11.Rup.ſ.Za. 11.*

Supercilium.

SVPERCILIA ſunt in hominibus, quæ ſuper oculos eminent, quaſi geminis aggeribus, munimentum oculis præſtantia,pilis breuioribus ornata.Ponitur ſæpè ſupercilium pro *dd* ſuperbia & grauitate,& etiam accipitur pro rei alicuius ſummitate & loco eminentiori,vt ſupercilium montis.

dd *Ori.ſ.Leu. hom.8.*

Digitized by Google

Supercilia rerum sublimium,a contemplationem significare possunt.*Leu.*14.*a*.
Supercilia in angelis,*b* statum illum significare possunt, quo diuinæ speculationis sensus atque intelligentias cautissimè seruat.

Contemplatio sublimium.

Supererogare.

SVPERROGARE est *c* vltra debitum aliquid dare, vt supererogat, qui consilia seruat, & Paulus qui manibus laborabat,supererogabat,sic ponitur.*Luc.*10.*f*.

Seruare consilia.

Superesse,vide Reliquiæ.
Superextollere,vide Altum.
Superexultare.

Superexultare, est *d* super aliud exultare. Et superexaltat misericordia iudicio:quia plures per misericordiam corriguntur.*Iacob.*2.

Superficies.

Superficies dicitur à Mathematicis longitudo,& latitudo sine profunditate, & dicitur superficies superior cuiusque rei facies.
Superficies abyssi,quæ constringitur,*e* designat diuina iudicia,quæ occultantur:*Iob.*38.*c*. Potest etiam significare transfigurationem diaboli in angelum lucis,sub qua occultat nequitiam suarum fraudum.
Superficies terræ,voluntatem hominis aut intellectum,qui inspirationis irrigatur,significare potest. *Genes.*2.*a*. Et superficies abyssi,*f* est conscientia,vel mens.*Iob.*38.*c*.Superficies etiam terræ,initium operis significare potest. *Exod.*10.*a*.16.*c*.
Superficies vestimenti,in quo est lepra,*g* virtutes apparentes significare potest.*Leu.*13.*g*.
Superficies reliqua domus leprosæ.*Leu.*14.*e*.doctrinam *h* synceram doctoris significare potest.
In superficie dicitur posuisse semen aquila.*Ezech.*17.*b*. vt designaretur *i* non multum firmandum esse regnum Iudæorum.

Diuina iudicia. Fallacia diaboli. Voluntas. Intellectus. Conscientia. Virtutes apparentes. Doctrina syncera.

Superfluus,Superuacuus.

Superfluum & superuacuum est, quod minimè est necessarium : & superflui de vulgo, transferri dicuntur in Babylonem.*Ierem.*39.*c*.

Supergredi.

Supergredi,est superambulare,& superare.
Supergressa est mulier fortis vniuersas filias in congregandis diuitiis. *Prou.*31.*d*. quia *k* Ecclesia Catholica in bonis operibus superat Ecclesias hæreticorum.
Supergressæ dicuntur iniquitates caput.*Psa.*37.quando *l* mens confunditur de peccato, vel quando iniquitates tollunt à nobis Christum.

Superhumerale,Ephod.

SVPERHVMERALE erat vestis genus tegens humeros Pontificis,quæ Hebraicè dicitur Ephod. Græcè Epomis, & ephod bad erat vestis linea inferiorum etiam sacerdotum.
Ephod lineum,quo accinctus erat Dauid. 2. *Reg.*6.*c*. humanitatem Christi designat, cum omnibus laboribus, quos pro nobis suscepit.
Superhumerale in pontifice Christo,*m* obedientia charitatis est, qua idem Christus filius Dei portandis, imò tollendis peccatis nostris,humeros suos supposuit;& cum illis in crucem ascendit.
Superhumerale significare potest *n* onus Euangelicum laborum,& bonorum operum.Fit prius superhumerale, quàm rationale,quia prius debent cognosci bona opera sacerdotis, & quia per opera deueniendum est ad sapientiam.Superhumerale autem cum rationali,designat opera cum ratione facta.*Exod.*25.*a*.28.*b*.*Leu.*8.*a*.*Hos.*3.*b*.
Superhumerale præterea designat *o* puriorem vitam sacerdotum noui testamenti,in quibus lucet castitas, quæ in veteribus non erat.*i*.*Reg.*2.*f*.14.*a*.Erat quatuor coloribus contextum,vt *p* iam elementis istis alterabilibus cum suis elementatis ad animalem partem dimissis,ad meliora elementa cælestia,atque diuina erigat animum.
Superhumerale itidem designat *q* suppottationem infirmitatum subditorum, & virtutem vtriusque fortunæ quærendam,vt inter prospera & aduersa sacerdos sit fortis.Ideo vtrumque humerum protegebat.*Exod.*35.*a*.39.*a*. *Leu.*8.*a*.
Superhumerale cum duobus lapidibus, significat *r* duo mundi hemisphæria : & ipsum cælum : aut designat hemisphærium superius,cum duobus magnis luminaribus.

Humanitas Christi. Obedientia Christi. Onus euangelicum. Bona opera sacerdotis. Puritas noui sacerdotij. Tolerantia prælatorum. Hemisphæria mundi.

Superliminaee,vide Limen.
Superponere.

SVPERPONERE, est super aliud ponere.
Superponebant principes digitum ori suo.*Iob.*29.*b*.quando *s* in aduentu Christi Philosophi cesserunt veritati.
Superponunt etiam principes digitum ori suo.*Iob.*21.*a*. quando *t* hæretici falsis querelis non ratione vocis se reprimi:sed virtutis manu ab Ecclesia mentiuntur. Sed iidem rectè digitum ori superponunt, quando per discretionem linguam refrænant:ne per hoc,quod loquuntur,in stultitiæ culpam dilabantur.

Discreta frænatio linguæ.

Superstes.

SVPERSTES dicitur,qui reliquis mortuis,quasi solus viuus superstat.
Superstes Ioseph.*Gen.*46.*d*.designat *u* Christum venientem & regnantem,cessante synagoga.

Christus viuens.

Superuacuus,vide Superfluus.
Superuenire.

SVPERVENIRE,est quasi inopinato venire,aut super vel post alios venire.
Superuenientia noua.*Leu.*26.*b*.designant *x* legem Euangelicam venientem supra veterem.
Superuenientes pastores ad impediendam aquam,sunt *y* Philosophi Gentilium impedientes veritatis communicationem.*Exod.*1.*c*.
Superueniens dicitur,& qui additur hæreticis.*Isa.*13.*c*.
Superueniet malis interitus,quia inopinato illis eueniet.1.*Thess.*5.*a*.Et superuenit impiis inundatio. *Iob.*21.*b*. quando *aa* dolorum fructus ex aliqua aduersitate patiuntur.

Lex noua. Philosophi. Punitio malorum.

Supinus.

SVPINVS est,qui iacet,ventre in cælum versos.
Supini colles,vbi aperit Deus flumina.*Isa.*41.*a*. dici possunt *bb* Gentes superbæ, quibus conuersis tradita sunt fluenta doctrinæ & gratiæ.

Gentes.

Supplere,Supplementum.

SVPPLERE est æquare,seu addere,vbi quippiam deerat, & supplementum est, quod additur & supplementum nouum additum vestimento veteri,est *cc* noua vita.*Marc.*2.*c*.

Noua vita. Credentes ex Gentibus.

Supplex,Supplicare.

SVPPLEX est,qui flexis genibus aliquid precatur.Supplicare autem,est humiliter precari.
Supplices Dei,qui erant vltra flumina Æthyopiæ,sunt *dd* credentes ex Gentibus.*Soph.*3.*b*.

Supplicium,vide Pœna.
Supponere.

SVPPONERE, est sub alio ponere.
Supponere dicitur dominus manum.*Psalm.*36.quando defendit,& à graui lapsu seruat.
Supponens Iacob lapidem capiti suo.*Gen.*28.*c*. designauit *ee* applicationem mentis ad Verbum Dei. Vel applicationem Christi ad sustentandum principatum Christianum. Vel designat reclinationem conscientiæ in Christum,in quo requiescat.
Supponere humerum ad portandum.*Ge.*49.*c*. est *ff* subiicere se mandatis Dei,& exponere se laboribus.propter vitam æternam.Supposuit etiam Christus humerum,quando obediens patri crucē baiulauit,in qua crucifixus est.

Seruans Deu: Applicatio mentis ad Deum. Subijci laboribus.

a *Glo.ord.sup. Leui.*14.
b *Dio.cal.hie.* 15.
c *Fulg.2.ad Moni.*
d *Aug.ep.*29.
e *Gre.*29.*mo.* 2.
f *Hie.s.Iob.* 38.
g *Glo.ord.sup. Leu.*13.
h *Glo.ord. su. Leu.*14.
i *Hie.s. Ezec.* 27.
k *Bed.s.Prou.* 21.
l *Ori.s.psalm.* 27.*ho.*1.*Arn. s.psalm.*37.
m *Rup.*4.*su. Exod.*23.
n *Cl.Alex.*5. *strom. Orig.s. Exod.ho.*9.13 *& s.Leuit.ho.* 6.*Hie.s. Ho.*3. *& de veste sacerd.Isyc.s. Leu.*8.
o *Gre.s.*1.*Re.* 1.
p *Geor.Venet. Cant.*2.*to.*3.*c.* 6.
q *Gre.*3.*pastо Hie. de veste sacer.& epist. epistolare offi.*
r *Geor.Venet. Cant.* 2. *tom.* 3.*cap.*5.
s *Hie.sub.Iob.* 29.
t *Gre.*15.*mo.* 18. *&* 19.*m.* 14.
u *Glo. ord.su. Gen.*46.
x *Ori.s.Leuit. hom.*16. *Isyc. s. Leu.*26.
y *Glo.ord. su. Exod.*2.
z *Hie. s. Isai.* 13.
aa *Gre.*15.*m.* 21.
bb *Glo.in.s.Is.* 41.
cc *Glo. ord.s. Marc.*2.
dd *Hie.s. Sop.* 3.
ee *Phi. de so. Be.s.Gen.* 28. *Rup.* 6.*s. Geneſis.*24.
ff *Ambr.de pat.*6. *Gre.*1. *mor.*17. *Bed.s. Gen.* 49. *Ric. de S. Vict. de* 12.*patr.*39.

Digitized by Google

Tradi Spiritum sanctum.

Supponere ignem lignis. *Leu.1.d.3.b.*est *a* tradi Spiritum sanctum,ad doctrinam.
Supponere dicuntur stateras dolosas auari,& hæretici. *Amos 8.b.*

Supportare,vide Ferre.
Supputare,vide Numerare.
Sur.

Peregrinatio huius vitæ.

SVR,id est,murus,aut bos,vel aspiciens,seu angustia.Sic dicitur Syria,& etiam solitudo inter Ægyptum & Arabiam & pars Arabiæ iuxta mare rubrum,& videtur idem cum Etham, inter Rhinocoruram Hieropoliten, inter quod desertum & Cades peregrinatus est Abraham.*Gen.20.a.1.Reg.15.b.*Vt autem interpretatur Angustia, figura est huius peregrinationis.

Via virtutis. Populus Iudaicus.

Sur,vt interpretatur murus,vel directio,designat viam virtutis munitam & rectam.*Gen.20.a.*
Vt etiam interpretatur murus, designat *b* vanam spem populi Iudaici: qui commiscendo se Gentibus, euasisse manum Domini,& à lege eius tutum se esse arbitrabatur.*Gen.20.a.*

b *Phil.de pro.*

Sur, vt interpretatur angustia, vsquo ad quam percutitur Amalec. 1. *Reg.15.b.* designat *c* eos,qui cum dolore trahuntur ad amorem pudicitiæ: quia in fœtore libidinis vitam finire proposuerant. In angustia enim sunt, qui capti iam malæ consuetudinis laqueo constringuntur. Est autem è regione Ægypti:quia ab his tenebris venitur ad exteriores.

c *Gre.s.1. Re. 15.*

Opera extrema.

Sura.

SVRA,est posterior pars cruris carnosa:quæ tantum inest homini.
Suræ designare possunt *d* extrema opera,sicut & genua,quum dicitur. *Deut.28.d.* Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & suris.

d *Glo.ord.sup. Deut.28.*

Populus Iudaicus. Inepti ad doctrinam. Gentiles.

Suram femori imponere, *e* signum stuporis esse solebat. *Iudi.15.b.* Ita vt stupentes suram femori imponerent.

e *Lyr.s.Iud. 15.*

Surdus.

SVRDVS est,qui sensu auditus priuatus est.
Surdus quem fabricauit Deus. *Exod.4.c.* populus *f* Iudaicus, qui legem habens non audiuit. Surdus etiam erat populus Israël, qui Christum eiusque nuncios audire noluit. Et dicitur surdus habens aures. *Isa.35.b.42.d.43.b. Psalm.57.*

f *Bed.s.Exod. 5.Hie.su. Isa. 43.*

Inobedientes. Fingens non audire.

Surdi sunt,*g* qui ad salutarium verborum susceptionem non sunt parati:nec ad ea,quæ promittuntur suscipienda,& qui scripturarum verba audire non possunt,qui etiam surdæ aspides dicuntur.*Psalm.37.57. Matth.15.c.*Surdi etiam erant gentiles:& sunt non intelligentes.*Exod.4.c.Isa.29.f.35.b.*
Surdi etiam sunt, qui licèt intelligant, *h* non tamen obtemperant imperantibus. *Matth.15.c.* Ideò surdi sunt inobedientes. *Leu.19.c.*
Surdus interdum dicitur fingens non audire.*Psalm.37.*Ego autem tanquam surdus non audiebam.

g *Ori.s.Mast. hom.4. Hie.s. Isai.29.35. Bas.s.psa. 37.*
h *Aug.1. qu. in Euan. 19. Isy.s.Leu.19.*

Surgere,Exurgere,Consurgere,Assurgere. Insurgere,Resurgere.

SVRGERE, est iacentem aut sedentem erigi, aut in inferioribus existentem in superiora ascendere.Est etiam discedere. *Genes.13.d.*Surge, & perambula terram. Disponere. *Genes.31.c.* Surrexit itaque Iacob. Excitari. *Exod. 12.e.* Surrexit itaque Pharao nocte. Insurgere. *Numer.16.a.26.b.* Surrexerunt contra Mosen. Nasci. *Matth.11.b.* Non surrexit inter natos mulierum.Resurgere.*4.Reg4.e,* Non surrexit puer. Succedere. *Exod.1.b.*Surrexit interea rex nouus.Exurgere autem,est erigi.*Actor.26.d.* Exurge, & sta supra pedes. Euigilare.*Baruc.5.b.*Exurge Hierusalem,& sta. Institui.*Psal.77.* Filij qui nascentur & exurgent.Insurgere.*Psal.123.* Cum exurgerent homines in nos. Iuuare. *Psalm.58.* Exurge in occursum meum. Resurgere. *Psalm.11.* Nunc exurgam dicit Dominus. Vindicare. *Psalm.7.*Exurge Domine in ira tua.Resurgere autem est erigi quod lapsum erat,quod præcipuè dicitur, quando mortui reducuntur ad vitam. Datur autem resurgere ad gloriam. *Psalm.1.* Non resurgunt impij in iudicio. Ad gratiam. *Prouerb.24.b.*Septies in die cadet iustus,& resurget.Ad statum. *Iob.14.b.* Sic homo, quum dormierit,non resurget.

i *Glos. ord. s. Psal.58.Hie.s. psal.58.*
k *Aug.s.psal. 34.*
l *Hie.s.Isa. 33.*
m *Hie.s. Isai. 33.& s. Ier. 7.29.& s.ps. 58.*

Fauens Deus pater filio. Innotescens Deus. Fauens, vel puniens. Nativitas æterna Christi. Passio Christi Resurrectio. Ascensio.

Surgere attribuitur Deo metaphoricôs, & exurgit Deus pater in occursum filij, *i* quum ei fauit in tribulationibus,& æqualem sibi ostendit.*Psal.58.*Surgit etiam in occursum Christi,quando respondit.Et clarificaui & iterum clarificabo.
Exurgit etiam Deus,*k* quum nos excitamur:& quum innotescit,& apparet,aut eius sentitur auxilium. *Psal.34. Isa.2.d.*Et exurgit in ira,ad puniendum,& in præcepto,quod mandauit,hoc est,ad vindictam præceptorum contra transgressores.*Psalm.7.*Et consurgit in gladio,quum castigat.*Amos 7.b.*Et consurgit contra domum pessimorum,*l* hoc est,contra Iudæos,& hæreticos. *Isa.31.a.33.b.* Surgit etiam ad benefaciendum. *Zach.2.d.* Et consurgit manè ad nos admonendos,quia tunc melius possumus audire.*Ierem.7.c.11.b.*Et dicitur consurgere de nocte,vt eius erga nos ostendatur solicitudo. *Ierem.29.d. Iob.31.b.* Surgere etiam dicitur Deus *m* ad delendas malas cogitationes. *Isa.14.c.*Surgit lumen Dei super aliquem.*Iob.25.a.*quando gratia *n* præueniens venit in mentem alicuius, ad eius tenebras expellendas.
Surgere dicitur ab Oriente iustitia,secundum quod Christus oritur à luce æterna.*Isa.46.d.* Vbi in nostra translatione dicitur,vocans ab Oriente iustum.
Exurgere dicitur Deus in ira,*o* quando in passione Christi vindicauit peccata nostra:vel etiam *p* in resurrectione,quum prævaluit Christus in principes huius mundi.*Psalm.3.7.12.68.138.Isa.51.d.* Et dicitur Christus surrexisse diluculo, *q* ob spem nostræ resurrectionis. *Psalm.56.* Consurgens etiam manipulos Ioseph, resurrectionem Christi indicauit.*Gen.37.b.*Idem designat surgens aurora. *Iob.3.b.* Surgens etiam Moses designauit Christum resurgentem à mortuis. *Exod.2.c.24.c.* Consurgens adolescens secundus pro rege stulto, est *r* Christus regnans expulso diabolo.*Eccle.4.d.*Surrexit Christus in requiem suam, & arca sanctificationis eius, quando post resurrectionem cum corpore glorioso ascendit in cælum, cum quo etiam resurrectura est Ecclesia. *Psalm.131.* Surrexit etiam in Christo psalterium & cithara,quando surrexit caro eius,quæ psalterium fuit, vt operabatur miracula,& cithara,vt patiebatur humana.*Psalm.56.*

n *Glo. inter.s. Isai.14.*
o *Gre.17.mo. 8.Ori.s.Isa.h. 5.*
p *Bas.s.psa.7. Arn.s.psa.16. 67.*
q *Hil.s.ps.56.*
r *Hie.s.Eccle. sia.4.s.psalm. 131.Aug. su. psal.131.56.*

Iudicium Christi. Defendens Christus Ecclesias. Humilitas Christi. Patientia Christi. Intercessio Christi. Discessus à legis obscuritate. Fides Christi. Imperium Christi. Resipiscentia.

Surgens Iob post mortem filiorum. *Iob.1.* designat *s* Christum in vltima resurrectione venientem ad districtè iudicandum.
Surgit mane sponsus ad vineas.*Can.7.d.*quia *t* post resurrectionem suam in gloria patris sedens Ecclesias, quas constituit,etiam defendit.
Exurgit Deus in præcepto,quod mandauit. *Psalm.7.* quando *u* humilitatem præcipiens humilis apparuit: & prior impleuit,quod præcepit.Surgens quoque Iob,ad tolerantiam videlicet patientiæ.*Iob.1.d.* designauit *x* Christum surgentem ad dandam pacem Ecclesiæ per humilitatem & patientiam, & vindicandum in persecutores. Consurgens etiam Iob diluculo ad offerenda holocausta pro filiis. *Iob.1.b.* Est *y* Christus, qui per hoc, quod pro nobis intercessionis suæ petitionem obtulit,discussa errotis nocte,humanæ mentis tenebras illustrauit.
Surgens Moses de nocte. *Exo.34.a.*designauit *z* discessum à legis obscuritate.Et surgens Agar,est lex discedens à carnali sensu.*Gen.21.c.Exod.2.c.24.c.*Surgens etiam Abraham de nocte:designauit Deum derelinquentem legem in tenebris apud Iudæos,*Gen.22.a.*
Consurgit vesper super filios terræ.*Iob.38.d.* quando passio *aa* Christi & resurrectio creditur à gentibus. Vel è diuerso,quando Antichristus suscipit imperium in malos.
Surgere iubetur, *bb* vel qui sedet, vel qui iacet, vel qui dormit, vel qui mortuus est. *Mich.6.a.*Consurgimus autem diluculo,*cc* quum compunctionis luce superfusi,humanitatis nostræ noctem deserimus, & ad veri luminis radios mentis oculos operimus.*Iob.1.a.*Surgit autem,qui prius iacebat in peccato,quando transit ad pœnitentiam. *Exod.21.b.* Sic resurrexit prodigus, *dd* qui iacebat in vitiis. *Luc.15.d. Isa.32.c.* Sic etiam surrexit paralyticus *ee* post remissum peccatum nempe ad benè operandum, & socrus Simonis. *Matth.8.b.9.a. Ioan.5.b.* Surgere autem à peccato ad benè operandum non valet quispiam per seipsum. *Isa.13.e.* Consurgere ab ebrietate hortatur

s *Glo. int. su. Exod. 2. Lyr. s. Gen. 22.*
aa *Gre.29.m. 30.*
bb *Hie.s.Mic. 6.*
cc *Gre.1.mo. 35.*
dd *Hie.epist. beatit.& s.Is. 14.51.*
ee *Hi.s.Mat. Can.8. Amb. de viduis. Aug.su. Ioan. tract.17.Gre. 23.mor.23.*

Digitized by Google

Deus Hierusalem,hoc est,vt resipiscat,& cognoscat castigationem Dei.Non consurgunt ab ea,qui castigati perseuerant in malo. *Isa.51.f.52.a.Ierem.25.e.* Consurgere autem in nocte,est resipiscere à peccato in tribulatione. *Thren.2.f.Act.9.a.*Exurgit etiam à mortuis,qui recedit ab alienatione à vero *Ephe.5.d.*Dicuntur etiam hi consurgere cum Christo.*Colos.3.a.*

Surgere manè aut diluculo,*a* est à tempore iuuentutis ad benè operandum erigi. *Gen.28.d. Exod.8.b.9.c.24.d. 1.Reg.5.a.Psalm.56.Isa.5.c.Hose.6.a.*

Surgens Iob post nuncium mortis filiorum.*Iob.1.d.*designat *b* parantem se ad pugnandum contra diabolum.Sic datur surgere ad pugnandum contra vitia, aut infideles. *Isa.21.b.* Et surgent repentè contra superbum. *Haba.2.b.* nempe fideles contra diabolum,hæreticum,aut Antichristum.Et aduersus Edon surgit prælium,hoc est,Fidelium contra hæreticos,& carnem.*Abdi a.*

Surgens manè seruus Abrahæ, vt rediret ad dominum suum. *Genes.24. f.* est prædicator post prædicationem rediens ad contemplationem.Et surgere,est ad nouam contemplationem tendere:vt cùm surrexit Iacob,vt iret in Bethel.*Gen.35.a.*Et surgens Anna designat Ecclesiam confortatam ad prædicationem:& præparantem se ad prædicandum gentibus.Surrexerunt autem iterum manè Anna & Elcana.*1.Reg.1.* vt designetur *c* Christum semper esse cum Ecclesia. Est item erectio ad statum supernæ intentionis & contemplationis. Et surgentes mane Samuel & Saul.*1.Reg.9.d.*sunt prædicatores erigentes se ad ea peragenda, quæ per considerationem ordinarunt. Et surgens Ieremias, *d* est prædicator parans se ad prædicandum, & ad reprehendendum vitia.*Ier.1.d.*Surgens etiam Samuel post reprehensum Saulem.*1.Reg.13.c.* designat *e* prædicatorem, qui quum sit in infirmis,reprehendendo peccata subditorum,postea reuertitur ad sublimitatem contemplationis.Et surgens idem Samuel de nocte est prædicator erigens se post luctum peccati alicuius subditi.*1.Reg.15.c.*

Surrexisse dicitur Samuel, vt vngeret Dauid. *1. Reg. 15.c.26.a.* quia *f* tunc per ministerium dignè tribuuntur sacramenta vnctionis:quum vngendus in alta conspicitur sublimitate virtutis.Designatur etiam eum,qui prædicat Christum,debere sublimen esse contemplatione & conuersatione:vt possit vngere prædicando.

Surgere sponsam,est *g* Ecclesiam post Christi resurrectionem ad ipsum eleuari, & à litera ad spiritum transire: & ad ipsum quærendum intentionem erigere.*Cant.2.c.3.a.*Surgit etiam vt aperiat sponso.*Can.5.b.*quando *h* prædicator à quiete contemplationis transit ad actionem prædicationis. *Gen.19.a.20.b. Exod.21.b.Iob.7.a.* Et surgens aurora,est Ecclesia,qua prauitatis pristinæ tenebras deserit, & sese in noui luminis fulgorem per fidem conuertit. *Iob.3.b.Can.6.c.*Surrexit autem quando in primitiua Ecclesia initia relictis tenebris habuit. Et surget in iudicio, quum ad fœlicitatem præparabitur.Surgit etiam Hierusalem, *i* hoc est, Ecclesia, vt illuminetur in gentibus,quæ ceciderat in Iudæis.*Isa.60.a.*

Consurgere,quasi leænam *k* est tendere ad perfectionem. *Num.23.d.* Sic surgens sequitur Christum, qui relictis omnibus illi adhæret.*Matth.9.a.Ioan.14.d.* Et assurgentes senes Iob, sunt *l* perfecti ad sublimia se eleuantes. *Iob.29.*

Surgere de somno,est *m* excutere negligentiam.*Rom.13.c.*Et surgere dicuntur, qui humilia & terrena,in quibus iacebant,relinquunt,& à terrenis & corporalibus ad spiritualia & cælestia eleuantur. *Gen.13.d. Iob.7.b.Cant. 2.b.Isa.64.c.Ierem.31.a.*

Surgere interdum est assurgere,& surgentes omnes virgines.*Matth.25.a.*sunt *n* præparantes se ad recipiendum verbum Dei.Est etiam excitari à somno mortis in iudicio,quando surgent filij mulieris fortis.*Prou.31.d.*Consurgent etiam tunc principes,hoc est,Apostoli & omnes Sancti ad adorandum Christum.*Isa.49.c.*

Surgere dicitur media nocte ad confitendum Deo,qui in *o* tribulatione illi gratias agit.*Psalm.118.*Et consurgit quasi fulgor meridianus ad vesperum,quum in tentatione feruor charitatis in mente excitatur.*Iob.11.d.*

Consurgens meditari dicitur,*p* qui resurrectionem Christi contemplatur.*Deut.6.b.*

Surgens rex Niniue de solio suo.*Ione 3.c.*fuit *q* Imperator Constantinus subiiciens se fidei.

Non assurgens Rachel Laban.*Gen.31.d.*Designat *r* animam non cedentem diabolo:nec honorantem sectatorem auaritiæ.

Assurgunt senes Iob,hoc est, Ecclesiæ prædicanti. *Iob.29.b.* quando *s* graues moribus atque perfecti hanc vitæ suæ meritis assurgendo venerantur.

Surgere iubetur aquilo. *Cant.4.d.* nempe *t* diabolus: vt videlicet discedat ab Ecclesia, vel ab anima,ne ipsam à bene operando impediat.Surgit etiam, hoc est, permittitur, vt faciat quicquid potest, aduersus Christum & matrem eius:quia non prævalebit,sed capita eius conterentur.

Surgere interdum, *u* attestari sic,surgent Niniuitæ aduersus Iudæos, tanquam fidem suscipientes aduersus incredulos.Idem est de regina Saba.*Matth.12.f.Luc.11.d.*Consurget etiam terra aduersus impium, aut hypocritam. *Iob.20.d.*

Surgere dicuntur ante lucem,*x* qui operantur ante auxilium,aut sine auxilio Christi:quod est sine gratia operari.*Psalm.126.*Sic surgebant Philosophi. Surgit etiam ante lucem, qui vult præcedere Christum, & non sequi. Item qui priusquam claritas æternæ retributionis appareat, in præsentis vitæ nocte gaudere cupit, & gloriam inanem ex operibus quærit.Surgere autem postquam sederint, est post somnum mortis resurgere.

Consurget ad vocem volucris,*y* qui resurget in iudicio ad vocem tubæ.Vel dicitur hoc de sene,qui leui strepitu à somno excitatur.*Eccle.12.b.Iob.19.d.*

Surgere manè ad immolandum & ludendum. *Exod. 32.b.* est *z* exercere peruersas operationes & defendere hæreses.

Surgens Rex nouus in Ægypto, *Exod.1.b.* Est *aa* diabolus, vel sapientia carnis in mundo. Et surgens Pharao nocte est diabolus in tenebris errorum.*Exod.12.e.*Surgent autem principes terræ de soliis suis,quando in iudicio confundentur de superbia.*Isa.14.c.*

Consurgere bella, est *bb* oriri tentationes. *Exod.13.d.* Sic exurgentes homines in nos, sunt inducentes nos ad peccata:& etiam persequentes.*Psal.123.*Insurgentes autem aduersus Christum, fuerunt Iudæi ipsum persequentes in passione.*Psalm.3.53.Thren.3.g.*Insurgunt etiam contra Deum ore suo,qui ipsum blasphemant.*Ezech.35.d.*

Surgere diluculo in malum ponitur.*Soph.3.b.*Et surgit homicida manè primo, *cc* quum iudices audent non occultè,sed iam manifestè minores opprimere. *Iob.24.c.*

Surgit gens contra gentem,& regnum aduersus regnum, hoc est, *dd* hæretici contra hæreticos. *Matth.24.a.*Et consurgit filia aduersus matrem. *Mic.7.b.* quum quis scripturas sacras à Spiritu sancto æditas transfert ad nouas hæreticasque doctrinas aduersus Ecclesiam. Consurgens autem vapor nebulæ thuris idolis. *Ezech. 8.e.* designat crescentem iniquitatem hæreticorum.

Surrexisse dicitur iniquitas.*Ezech.7.c.*In *ee* via videlicet impietatis, quando Iudæi crucifixerunt Christum: & quando mali prælati cædũt subiectos impiè.Vel potest dici surgere iniquitas,quãdo vindicatur & punitur à Deo.

Surgere non posse de manu,in quam dat Deus,*ff* est non liberari à pœnis inferni.*Thren.1.e.*

Non consurgit duplex tribulatio,*gg* hoc est,non vindicat Deus bis idem peccatum *Nahum.1.c.*Deus autem, vt omnium rerum,ita & suppliciorum scit mensuras,& non præuenitur sententia iudicis, nec illi peccatorem exercendæ dehinc vindictæ aufertur potestas,& magnum peccatum magnis,aut diuturnis eluitur cruciatibus.Si quis autem punitus sit,vt ille in lege, qui Israëliticis maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat, tales postea non puniuntur,quia culpa leuis præsenti supplicio compensata sit.

Surgent calamitates ad dexteram Orientis. *Iob. 30. b.* quando *hh* quis ab aliquibus quasi fidelibus tentationem cruciamentorum patitur,quia ij,qui sub Christi nomine militant,Christi in Ecclesia nomen impugnant.

Non consurgit domus hypocritæ, quando eam fulcit. *Iob.8.c.* quia *ii* per omne, quod iuxta præcepta cœlestia agere potuit, à terra nunquam animam leuauit. Iure in iudicio nequaquam ad præmium retributionis erigitur, qui per hoc,quod nunc exhibet,in appetitu temporalis gloriæ iacet.

Consurget terra aduersus hypocritam.*Iob.20.d.*quia *kk* etiam peccatores ipsum accusabunt in iudicio.

Suza.

a *Hie.s.Isai. 5.*
b *Ori.s.Iob.1. Hier. s. Isa. 21.& s.Hab. 2.& s.Abd.*
c *Gre. s.1.Re. 1.*
d *Hie.s.Ier.1.*
e *Gre.s.1. Re. 13.15.*
f *Gre. s.1. Re. 16.*
g *Ori.s.Cant. hom.23. Am. de Isa.5.Rup. s.Cant.2.*
h *Gre.s. Can. 3.5.& 4.mo. 15.16.Bern. s. Cant.ser. 57.*
i *Hie. s. Isai. 60.*
k *Ori.s.Num. hom.6. & su. Matth.ho.7.*
l *Hier. s. Iob. 29.*
m *Ori.s.Rom. 13.Hi.s.Ier.1 31.& s.Isa. 64.*
n *Amb. 2. de Abra.7.Ori.s. Matth.hom. 32.Gre. hom. 11.Bed.s.Pro. 31. Hie.s. Isa. 49.*
o *Am.s. psal. 118.serm. 8. Aug.s. psalm. 118. Gre. 10. mor.20.*
p *Ori. s.psal. 36.hom.5.*
q *Rup.s.Ioan. 33.*
r *Glo.in.s.Gene.s.21.*
s *Gre.19.mor. 14.*
t *Gre. s.Cant. 4.Rup.s.Can. 4.*
u *Hil.s.Matt. can.12.*
x *Hil. s. psal. 126. Hie. & Aug.s.Psalm. 126.*
y *Gre.8. mor. 35.Ber.s. Ca. ser.62. Hie. s. Eccle.12.*
z *Lyr. s. Exo. 32.*
aa *Glo.ord.s. Exod.1.*
bb *Glo.inte.s. Exod. 13. & s. psalm. 123. Arn. s.psal. 3. Hil.s.psal.53.*
cc *Hie. s. Iob. 24.*
dd *Ori.s.Mat. hom.28. Hie. s.Mic. 7. & s. Exod.8.*
ee *Glo. inte.s. Exec.7.*

Benè operari à iuuentute. Pugna contra dæmones, & vitia.

Eleuatio prædicatoris ad contemplationem. Parari ad prædicandum, & operandum.

Eleuatio Ecclesiæ ad Christum, & ad spiritualem sensum, & ad fidem. Transiens prædicator ad actionem. Tendere ad perfectionem. Excutere negligentiam. Assurgere Christo. Gratias agere in tribulatione. Contemplari resurrectionem Christi. Non cedere diabolo. Honor Ecclesiæ. Electio diaboli. Permissio eiusdem ad impugnandum Christum. Attestari. Operari sine auxilio Christi. Quærere mercedem in hac vita. Resurrectio in iudicio. Malè operari Imperium diaboli. Confusio superborum. Tentationes & persecutiones. Manifestatio iniquitatis. Discordia hæreticorum. Impietas Iudæorum in Christum & prælatorum in subditos. Vindicta Dei

ff *Lyr.s. Thren.1.* gg *Hier.s.Nah.1.* hh *Gre.29.mor.20.* ii *Cri.8.p cr.32.* kk *Gre.15.mor.15.*

Digitized by Google

Sus, Porcus.

Sus, seu porcus, est animal notum, estque quidam domesticus, quidam syluestris: soleréque in luto volutari, & rostro terram fodere. Computatur in lege inter immunda animalia, vnde eius esus interdictus erat Iudæis: quia diuidit vngulam, sed non ruminat. *Leu.* 11. *a.*

Vitia libidinis. Libidinosi. Peccatores.

Sus diuidens vngulam, sed non ruminans, & in luto se inuoluens, *a* libidinis vitia significat contra temperantiam, & homines voluptatibus deditos, qui vt sues cœno delectantur potius quàm aqua munda. Et generaliter peccatores non sentientes fœtorem peccatorum, & porcinos mores habentes. Non ruminant, quia non opere complent legem, quam distinguunt. *Matth.* 7. *a. Luc.* 8. *e.* 15. *c.* Interdixit autem lex, ne porcina carne vterentur, *b* hoc est, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad solam mortem & interitum pinguescunt, ne ventri ac voluptatibus seruientes, ad faciendam iustitiam inutiles essent, ac morte afficerentur. Item ne se fœdis libidinibus immergerent, sicut sus, quæ se ingurgitat cœno, vel terrenis seruiant simulacris, ac se luto inquinent, &c. *Isa.* 65. *a.* 66. *e.*

Iudæi. Infideles. Hæretici.

Grex porcorum, in quos ingressi sunt dæmones. *Matth.* 8. *d.* sunt *c* Iudæi post passionem Christi, qui se præcipitarunt in mare seditionum, & perierunt.

Porci sunt etiam, qui *d* necdum Euangelio crediderunt, sed in luto incredulitatis vitiisque versantur. *Matt.* 7. *a.* Et hæretici diuidentes vngulam cognitionis Dei, non tamen ruminando eam disponentes. *Prou.* 11. *c.*

Dæmones.

Porci præterea sunt *e* dæmones, qui vitiorum turpitudinibus pascuntur. *Leu.* 15. *c.* Ideò in sacrificiis prohibetur hoc animal offerri, quod spiritus immundos spurcosque designet.

Sensus.

Porci etiam designant *f* ipsos sensus, qui volutabro luti & spurcitiis oblectantur. *Matth.* 8. *d. Marc.* 5. *b. Luc.* 8. *e.* 15. *c.*

Susanna.

Susanna, id est, lilium, vel rosa, aut lætitia, vxor Ioacim in captiuitate Babylonica in quam senes dixerunt falsũ testimonium, quæ nutu Dei liberata est per Danielem, dans mirum castitatis & fidei exemplum. *Dan.* 13. *a.* Est & alia, quæ Christum sequebatur. *Luc.* 8. *a.*

Suscitari, vide Euigilare, & Resurgere.

Suspicari, Suspicio.

Suspicari, est quum quis timore quodam videtur id aspicere, de quo dubitat, quasique leuiter opinari, vnde suspicio, quæ est suspicandi actus.

Suspicari montes coagulatos, est pluritatem deorum esse putare, vel hæreticos admirari. *Psalm.* 67.

Suspicatur opprobrium, *g* qui adhuc erubescit de peccato. *Psalm.* 118.

Suspicari insidias, *h* est impiorum, quia qui semper dolos agit, simpliciter erga se agi non existimat. *Iob.* 15. *c.*

Suspirare.

Dolor ante contemplationem.

Suspirare, est spiritum ab imo pectore trahere: quod solicitudinis, aut doloris est argumentum.

Suspirat antequam comedat, *i* qui prius gemitibus tribulationis afficitur & postmodum contemplationis refectione satiatur. Suspirat autem, qui comedit, quia quos veritatis amor afficit, etiam refectio contemplationis pascit. *Iob.* 3. *d.* Sic suspirans comedebat Propheta, quum diceret. *Psalm.* 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes.

Sustentare, Sustinere, Tolerare, Sufferre.

Sustentare, est sæpe, aut continuè sustinere & manu tenere, & alere, & reficere. Sustinere autem interdũ est audire. *Iob.* 21. *a.* Sustinete me, & ego loquar. Capere. *Gen.* 36. *a.* Nec sustinebat eos terra peregrinationis. Consistere. *Dan.* 11. *c.* Brachia austri non sustinebunt. Expectare. *Tob.* 11. *c.* Sustinuit quasi dimidiam horam. Ferre. *Exod.* 18. *c.* Solus illud non poteris sustinere. Pati. *Leu.* 15. *b.* qui huiusmodi sustinet passionem. Regere. *Deut.* 1. *b.* Non possum solus sustinere vos. Separare. *March.* 8. *a.* Iam triduo sustinent me. Tolerare. *Isaiæ* 51. *d.* Et brachium meum sustinebunt.

Patientia Dei. Expectans Christus credituros. Optemperare præceptis. Patientem esse. Conuersio Gentilium. Pœnitentia.

Sustinuit Deus peccata Iudæorum, *k* vsque ad necem filij sui, expectans eorum conuersionem. *Isa.* 1. *d.*

Sustinuit Christus opprobrium propter Patrem. *Psalm.* 68. Hoc est, *l* vt obediret Patri. Et sustinuit, qui simul contristaretur, quia expectauit credituros.

Sustinent Dominum, *m* qui eius obtemperant præceptis: & qui patientes sunt in aduersis. *Psalm.* 36. *Isa.* 25. *d.* Dicuntur etiam sustinere præcepta Dei. *Exod.* 18. *c.* Sustinent etiam Dominum, qui portant onera proximorum propter legem charitatis. *Psalm.* 129. Sustinere etiam Dominum in semita iudiciorum eius. *Isa.* 26. *b.* est sustinere patienter labores præceptorum eius & tribulationum. Sustinet insula brachium Domini. *Isa.* 51. *b.* quando gentes suspiciunt legem Christi. Non sustinuerunt autem Iudæi Christum facientem mirabilia *n* vel per timorem, vel per odium. *Isa.* 64. *a.*

Sustinentes turbæ Christum triduo. *Matth.* 15. *d.* sunt *o* Gentiles venientes ad Baptismum cum fide filij Dei, & passionis, & resurrectionis, aut ieiunantes triduo passionis. Vel turba triduo Dominum sustinet, quando multitudo fidelium peccata, quæ perpetrauit, pœnitentiam declinans ad Deum se in opere, loquutione, atque cogitatione conuertit.

Christus sustentans fideles.

Sustentantes Aaron & Hur manus Mosis. *Exo.* 17. *d.* designarunt *p* Christum per gratiam Spiritus sancti facientem legem leuem. Vel designant rationem & lucem veritatis firmantes opera sapientis. Designat etiam sacerdotium nouæ legis cum gratia Spiritus sancti, eleuans legem ad sensus spirituales.

Sustentans Ioseph Ægyptios vno anno pro commutatione pecorum. *Gene.* 47. *d.* designat Christum sustentantem eos, qui subiiciunt, aut relinquunt appetitus. Sustentans etiam candelabrum luminaria, est Christus sustentans fideles. *Exod.* 35. *a.* Sustentare autem verbo lassum in via Domini, est *q* Christi, qui sustentat docendo, & intus roborando. *Isa.* 50. *b.* Lassitudo autem corporis, vt aiunt medici, morbi imminentis: animæ verò lassitudo defectionis præsagium est.

Prophetæ & Apostoli. Conatus vltra vires. Pati persecutionem. Pudor de peccatis. Zelus prædicatoris. Loquacitas. Superbi doctores.

Sustentantes Hierusalem *r* erant Prophetæ & Apostoli: vnde post vltimam destructionem non est, qui sustentet eam, quia relicta est ab Apostolis & prophetis. *Isa.* 51. *f.*

Sustinens solus Moses negocium regiminis populi. *Exod.* 18. *c.* designat conantem vltra vires.

Sustinere dicuntur confusionem gentium fideles, *s* quando ab eis persecutionem patiuntur. *Ezech.* 36. *b.*

Non posse sustinere Deum, aut iniquitates dicitur, *t* qui opprimitur à Deo puniente. *Ierem.* 49. *d.* 56. *g.* Quis sustinebit me? nemo potest mihi sesistere. Nemo etiam poterit sustinere dies Domini: *u* quia nemo est qui non Deo præbeat in se materiam sæuiendi. *Ioel.* 1. *c.* Sustinere quoque ante faciem frigoris dicitur, *x* qui sustinet vim tribulationis & vitiorum & obstinationis. *Psal.* 147. *Iob.* 2. *c.* 6. *d.*

Vanitas Iudæorum. Peccata. Lex vetus. Crux Christi

Sustinere dicitur opprobrium adolescentiæ, *y* qui erubescit de peccatis adolescentiæ. *Ierem.* 31. *d.*

Non sustinens ferre Ieremias silentium prædicationis verbi Dei. *Ierem.* 20. *e.* zelum boni prædicatoris indicat.

Sustinere passionem seminis. *Leu.* 15. *b.* est *z* habere vitium loquacitatis, & docendi errores.

Sustentare brachium Dei dicuntur, *aa* qui de sensu suo alta sapientes, esse humiliter Dei adiutores nolunt: quia dum se Deo vtiles esse æstimant, à fructu se vtilitatis alienant, vnde ex hac sustentatione reprehenduntur. *Iob.* 26. *a.*

Sustollere, vide Auferre.

Susurrare, Susurro, vide Murmurare.

Sycomorus.

Sycomorus, est arbor mediam inter morum & ficum similitudinem habens, quæ & sycaminus dicitur, de qua Hieronymus. *bb* Quidam ita edisserunt, vt sycamina velint appellari genus arborum, quæ Palestinæ nascuntur in campestribus, & agrestes afferunt ficus, quæ si non vellicentur, amarissimas cariculas faciunt, & culicibus corrumpuntur. Nobis autem (quia solitudo, in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi gignit arborem) magis videtur rubos dicere, qui afferunt mora, ac pastorum famem & penuriam consolantur. *Amos* 7. *d.* Verum illa, in quam ascendit Zachæus, arbor erat, non rubus.

Sycomorus, in quam ascendit Zachæus. *Luc.* 19. *a.* vanitatem *cc* Iudæorum calcatam à fidelibus significare

potest

a *Chry. s. Gen. h.* 16. *Or. s. ps.* 37. *ho.* 1. *Cle. Alex. adh. ad Gentes. Amb. s. Luc.* 8. 15. *Isy. s. Leu.* 11.

b *Iactan. lib.* 4. *ca.* 17. *Tert. de cibis iudaicis.*

c *Ruper.* 7. *s. Matth.* 8.

d *Hie. s. Matt.* 7. *Hil. s. Matt. can.* 8. *Gr.* 31. *mor.* 1.

e *Hieron. epi. Beatitud.*

f *Ber. s. de S. Bene.*

g *Ar. & Hil. s. Psalm. Am. s. ps.* 118. *serm.* 5.

h *Gre.* 12. *mo.* 19.

i *Gre.* 5. *mor.* 19.

k *Glo. inter. s. Isai.* 1.

l *Hil. s. psal.* 68. *Lyr. s. psa.* 68.

m *Ori. s. Psal.* 36. *ho.* 2. *Au. & Gre. s. Psal.* 129.

n *Hie. s. Is.* 64.

o *Hil. s. Matt. can.* 15. *Gre. s. Ezec. ho.* 21.

p *Bed. s. Exod.* 17. *Phil.* 2. *all. Gre. Nysse. de vita Mosis.*

q *Hi. s. Is.* 50.

r *Hie. s. Is.* 51.

s *Hie. s. Ezec.* 36.

t *Glo. inter. s. Ierem.* 49.

u *Hie. s. Ioel.* 2.

x *Glo. inter. s. Psal.* 147.

y *Hie. s. Iere.* 31.

z *Glo. ord. s. Leu.* 15.

aa *Gre.* 17. *m.* 10.

bb *Hie. s. Am.* 7.

cc *Amb. sup. Luc.* 9. *Hie. ep. Si cuncta corporis membra.*

Digitized by Google

poteſt, & peccata, quæ calcauit Zachæus ad Chriſtum conuerſus. Deſignat etiam legem veterem, ſupra quam aſcendit Zachæus, vt videret Chriſtum. Nathanael verò ſub arbore erat, in qua non videbat ipſe Chriſtum, ſed viſus eſt à Chriſto. *Ioan.1.f.* deſignat etiam *a* Chriſti crucem, quæ à mundanis ſtultitia reputatur, & tamen aſcendentes in eam humiles vident Chriſtum. Admonet etiam quod qui vult videre diuinam ſapientiam, debet deſpecta turba mundana, aſcendere ad hoc, vt ſtultus fiat mundo.

a *Aug. de ver. Apoſt. ſer. 8. Gre. 108. mo. 20. Euſe. ſer. ſpirit. 4.*

Syeomoros, hoc eſt, *b* leuem & fragilem appellant hæretici doctrinam Eccleſiæ. *Iſa. 9. b.*

b *Hie. ſ. Iſ. 9.*

Sylua, vide Nemus.
Symbolum.

Symbolum, ſignum dici poteſt, & collatio: vnde & ſymbolum pro cœna accipitur, in qua comparanda plures aliquid contulerunt. *Prouerb. 23. c.* Dantes Symbola conſumentur, vbi poteſt ſumi *c* pro multorum colloquio detractorio.

Detractio.

c *Glo. ord. ſ. Prou. 27.*

Symphonia.

Symphonia, eſt vocum conſonantia, & muſicus concentus, qui & harmonia dicitur.

e *Amb. ſ. Luc. 13. Hie. epiſt. Beatitud.*

Symphonia, quam audiuit frater ſenior. *Luc. 15. f.* concordiam *d* charitatis & virtutum ſignificare poteſt: & etiam eos, qui in laudibus Dei ſunt concordes.

Concordia virtutum & fidelium.

Synagoga.

Synagoga, eſt coadunatio & congregatio, & quandoque ponitur pro loco vbi congregantur, interdum pro ipſis congregatis.

d *Aug. ſ. pſ. 81.*

Synagoga ſæpe ponitur *e* pro populo Iudaico. *Exod. 34. g. Pſalm. 81. 85.* Nam Eccleſia potius eſt conuocatio, quæ eſt hominum, quàm congregatio, quæ etiam eſt pecorum.

Populus Iudaicus.

Synagoga populorum circundans Chriſtum, *f* eſt vnitas fidelium in Eccleſia. *Pſal. 7.* Item Synagoga deorum *Pſalm. 81.*

Vnitas fidelium.

f *Baſi. ſ. pſ. 7.*

Syncerus, vide Integer.
Syria, Syrus.

Syria Hebraicè dicitur Aram, & interpretatur excelſa, vel ſublimis, aut decipiens, vel maledictio eorum. Eſt prouincia latiſſima, multas continens prouincias, ſed peculariter Aram, & Armenia & Meſopotamia.

Syria *g* Gentilitatem ſignificare ſolet. *4. Reg. 5. a. Pſalm. 59. Iſa. 17. a. Hoſ. 11. d. Luc. 2. a.*

Gentilitas.

g *Orig. ſ. Luc. ho. 33. Hie. ſ. Iſai. 17.*

Syria etiam & Syrus ſecundum quod interpretatur *h* ſublimis ſignificare poteſt excelſos & ſublimes virtutibus, qui prius erant infirmi. *Amos 9. c.*

Sublimes virtute.

h *Hieron. ſ. Amos 9.*

Syria, vt interpretatur ſublimis, *i* ſuperbiam hæreticorum, & ſcientiam ſecularem, & ſapientiam Philoſophorum, qui opprobrio habent Eccleſiam, ſignificare poteſt. *Iſa. 7. a. 9. b. Ezech. 16. g. Amos 1. c.* Et Syrus, eſt negociator Tyri: quia ibi ſuperbi habent locum. *Ezech. 27. e.* Et Syrus perſequens Iacob, *k* eſt mundus perſequens bonos *Deut. 26. b.*

Superbia hæreticorum.
Scientia ſecularis.
Mundus.

i *Phil. 2. alle. Hie. ſ. Iſ. 7. 9. & ſ. Ezec. 16. 27. & ſ. Amos 1.*

k *Ruper. 2. ſ. Deuter. 2.*

Tabeel.

TABEEL, id eſt, *l* bonus Deus: nomen viri. *Iſa. 7. b. Eſdr. 4. b.* Poteſt ſumi apud Iſaiam pro idolo, aut Deo cuius idolum colebatur.

l *Glo. ord. ſ. Iſai. 7.*

Tabernaculum, Tentorium, Pelles, Papilio.

TABERNACVLVM, eſt tectum caſtrenſe, quod huc illucque transfertur, quod & tentorium dicitur, & interdum pelles: quia ex pellibus fiebant. Dicitur etiam papilio. Porro tabernaculum interdum dicitur ciuitas. *3. Reg. 12. d.* Vade in tabernacula tua Iſraël. Domus. *Ge. 18. a.* Feſtinauit Abraham in tabernaculum, Familia. *Ioſ. 22. a.* Ite in tabernacula veſtra. Protectio. *Pſalm. 17.* In circuitu eius, tabernaculum eius. Sepulchrum. *Iob. 18. c.* Habitent in tabernaculo illius ſocij eius, qui non eſt. Tabernaculum Dei, quandoque dicitur *m* Chriſtus, aut ſapientia diuina, aut humanitas Chriſti, ſeu corpus eius. *Pſalm. 18. 45.* Et tabernaculum fœderis in medio tribuum Iſrael, & in medio terræ erectum deſignat Chriſtum, qui naſcens, docens, apparens, morienſque medium tenet, & etiam regnans in medio domo Iacob, verus Iſraël, id eſt, hæres, aut princeps Dei ſedet. Ad hunc igitur verum Dei hæredem & principem, qui mundi principatum crucis trophæo in medio mundi erecto expugnauit, reſpiciunt tribus & familiæ omnes Deo militantes deductæ in illum ſacrum duodenarium, tres pro qualibet parte cœli, quarum quibuſlibet (vt Ioannes perhibet) tres patent portæ ad cœleſte regnum. Per quàm pulchrè autem & myſterioſiſſimè tabernaculum illud typicum bipartitum deſcribitur, vt verum tabernaculum ſignificaret biforme: vbi primum reperitur natura humana, & ipſa ſancta nuncupata, quia linita eſt oleo ſancto diuinitatis præ omnibus participibus ſuis, & illuſtrata lumine illius candelabri, quod ait: Ego ſum lux mundi. Ibi etiam reperiuntur panes facierum, hoc perhibente Chriſto, qui ait: Ingredietur, & egredietur, & vtrobique paſcua inueniet. Ipſe enim Chriſtus homo, eſt verus princeps facierum, & per quem introducimur ad faciem diuinitatis. In hæc igitur ſancta omnes ſanctificantes & meditantes intrant ad libitum: quia facilis eſt hominis & operis eius meditatio. In Sancta autem ſanctorum (quæ diuina natura eſt in humana recluſa, vnde propriè expectatur propiciatio & ſalus) ſacerdos magnus, & non vulgaris ingreditur: quia non niſi perfectus, & qui optimè ſe Deo conſecrauerit, ad diuina intrat penetralia. Ingreditur verò ſemel in anno, quando ſcilicet renouatus & tranſmutatus in melius, nouos & annuales fructus veluti alter mundus bene cultus decerpit, & hoc vtique ſemper tanto meliores, quanto magis à domita carne, & penè extincto ſanguine ſegregatur, ideò non ſine ſanguine intrare dicitur, in quo proficiens ſemper expurgatur.

Chriſtus. Sapientia. Humanitas Chriſti. Corpus Chriſti.

m *Ar. ſ. pſ. 18 Baſi. ſ. pſ. 45. Phi. de congr. &c. Bern. ſup. Cant. ſer. 53. Cyr. 4. ſ. Ioan. 28. Geor. Ven. Cant. 2. tom. 7. cap. 22. Gr. Nyſſ. de vita Moſis.*

Tabernaculum interius, quod Sanctum ſanctorum dicebatur, *n* mundum intelligibilem & gloriam cœleſtem ſignificat, & hoc eſt tabernaculum, quod transferri non poteſt. *Iſa. 33. d.* In hoc ſemel introibat pontifex, vt deſignaret vnicum ingreſſum Chriſti in gloriam ſuam. *Heb. 9. c.* Et tabernaculum factum ab hominibus, *o* eſt Eccleſia cœleſtis, vel cœlum: ſeu Hieruſalem cœleſtis, quæ & tabernaculum teſtimonij dicitur. *Exod. 35. 36. 38. 40. Leu. 1. 3. 4. 6. 8. 9. 12. 14. 15. b. Pſalm. 14. 41 60. 83. 2. Cor. 5. a.* Et dicitur tabernaculum Dei, cum hominibus, id eſt, ex hominibus. *Apoc. 21. a.* Et tabernacula, quæ fixus Dominus, ſunt exemplaria virtutum & gloria cœleſtis. *Num. 24. a.* Hæc tabernacula faciebat Paulus prædicando, & vnuſquiſque ſibi tabernaculum facit. Et tabernaculum domus Dauid, eſt cœlum, in quo Deus habitat. *Pſalm. 131. Leu. 1. a. 8. b.* Et tabernacula paſtorum, ſunt loca ſanctorum. *Cant. 1. c.* Tentoria tabernaculi ad quatuor mundi partes ſita, *p* omnes cœleſtes & ſupercœleſtes manſiones repræſentant. Et quamuis multæ ſint in vtraque domo, ad quatuor tamen plagas omnis partitio eorum conſummatur. Sed orientalis & occidentalis per quinquagenarium: auſtralis verò & aquilonaris per centenarium numerum partitur, hinc retributio per centuplum, numerum quidem perfectum, & inde remiſſio per quinquaginta, numerum remiſſiuum, fit in ſupercæleſti tentorio. Tabernaculum autem Dei vnum eſt, de quo dicebat Prophera. *Pſal. 14.* Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et iterum. *Pſal. 41.* Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis. Quod quia in multas partitum eſt manſiones, Chriſtus plura eſſe dicit, dum ait: *Luc. 16. b.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quod tamen vnum eſt omnia complectendo.

Mundus intelligibilis. Gloria cœleſtis. Cœlum. Eccleſia triumphans.

n *Hie. ſ. Iſai. 35. Thom. 1. 1. q. 102. art. 4.*

o *Ori. ſ. Leu. ho. 1. & ſ. Nu. h. 17. Aug. ſ. pſ. 83. Iſy. ſ. Leu. 1. 4. 8. Hil. ſ. 131. Amb. de Iſaac. 4.*

Tabernaculum quoque interius, *q* legem nouam ſignificare poteſt, quæ eſt inchoatio cœleſtis gloriæ. Pelles etiam Salomonis, deſignare poſſunt Eccleſiam cœleſtem diuerſis virtutibus decoratam. *Cant. 1. b.* Sicut hæc pellis, extenditur cœlum. *Pſalm. 30.* Tabernaculum quoque exterius, mundum cœleſtem deſignare poteſt, nec iniuriæ, nec contumeliæ capacem.

Noua lex.

p *Geor. Ven. Cant. 1. to. 4. cap. 32.*

q *Ber. ſ. Can. ſer. 27. Georg. Cant. 1. to. 4. cap. 32.*

Tabernaculum Abrahæ inter Bethel, & Hai. *Gen. 12. c.* Eccleſiam *r* militantem ſignificare poteſt. *Exod. 16. 18.*

Eccleſia militans.

r *Bed. ſ. Gen. 12. Chr. ſ. Ge. ho. 29. Hie. ſ. Amos 9. & ſ. Iſ. 16. Amb. ſ. pſ. 118. ſer. 2.*

Digitized by Google

26.27.30.33.*b*.35.40.*Leu*.8.*a*.9.*g*.Eandem significat tabernaculum Dauid,& tabernaculum Iuda,& tabernaculum Dei.*Psal*.14.18.26.28.30.41.45.73.*Isa*.4.*b*.16.*b*. *Ezech*.37.*g*.*Ierem*.30.*c*. *Hose*.12.*c*.*Amos*,9.*d*. *Zach*.12.*c*. *Apoc*. 15.*b*. Et tabernacula Sem,vel tabernacula,sunt *a* Ecclesia & fides Iudæorum, vel multæ Ecclesiæ. *Genes*.9.*d*.25.*d*. *Num*. 19.*c*.Et tabernacula pastorum sunt regna Ecclesiæ. *Cantic*.1.*c*. Hæc sunt tabernacula dilatanda. *Isa*.54.*a*. Tentorium quoque in introitu tabernaculi, *b* erat primitiua Ecclesia. *Exod*.27.*c*.36.*d*. Tabernaculi Dei Iacob, *c* est Ecclesia militans.*Psalm*.131.Eadem est tabernaculum , in quo Dauid posuit arma Goliath. 1.*Reg*.17.*g*. Tentoria, quæ non ponit Arabs in Babylone,*d* sunt Ecclesiæ, aut protectio Christi. *Isai*.13.*d*.

Prædicatores. sancti.

Tentorium,quod in itinere poni solet , *e* designat prædicatores Sanctos , qui iter faciunt Deo. Ideò *Iob*. 36.*d*. dicitur Deus extendere nubes quasi tentorium suum. In hoc enim itinere , Sanctorum corda sunt tentoria Dei, quibus quasi in via quiescendo tegitur , dum per hæc ad mentes hominum veniens agit, quæ disposuit, & non videtur.Tabernaculum habet tectum, sed fundamento caret,& portabile est, quia iusti in præsentibus non sunt fundati,sed inquirunt ciuitatem desursum fundamenta habentem.Fides eorum, quæ est fundamentum , non est in terrenis, sed in Domino. Tectum habent,id est, munimentum gratiæ & protectionem. Tentoria etiam atrij, sunt prædicatores carnem affligentes.*Exod*. 27.*b*.35.Et pelles Salomonis,sunt Sancti, qui ad imitationem Christi,se mortificant.*Cant*.1.*b*.*Num*.4.*a*.

Secretum contemplationis.

Tabernaculum in lege veteri,erat locus determinatus ad orandum,vt homines magis reuerterentur ad Deũ,& maiorem perciperent Dei,& humanitatis Christi notitiam. Tabernaculum etiam in quo audiebat Moses diuina responsa.*Exod*. 33.*b*.contemplationis *f* & orationis secretum designat,ideò erat extra castra, hoc est , in contemplatione supra sensibilia. Et dicitur tabernaculum testimonij , designans sapientiam , quæ testimonium habet à Deo. Et tabernaculum fœderis, *g* quia ibi est fœdus cum Deo. De hoc tabernaculo euellit Deus peccatorem. *Psal*. 51. Tabernaculum etiam interius , dici potest monasterium : & secretior ac sublimior contemplatio diuinorum, quæ reuelat Deus , sicut exterius , est communis contemplatio : ideò sacerdos in interius intrat ornatus, & cum odore aromatum. Et tabernaculum Saræ , in quod introduxit Isaac Rebeccam , est quies contemplationis, *Gen*.4.*g*.

Monasterium. Synagoga.

Tabernaculum,in quo nudatus est Noë,*h* synagogam significat,in qua nudatus est Christus. *Gen*.9.*c*.33.*d*.*Exo*. 25.*a*.*Psalm*.68.Et tabernaculum Saræ,in quod introducta est Rebecca,est cultus synagogæ. *Gen*.24.*g*.Et tabernaculum, quod fecit Moses , designat synagogam : vt templum Salomonis Ecclesiam. In vnius enim populi cultu tunc Dominus inter homines latuit, quasi in tentorio. Tabernaculum etiam Ioseph, & Silo, quod repulit Deus, est populus vetus,seu synagoga. *Psalm*.77. Tabernaculum etiam Hierusalem vastatum, est templum, vel domus eius destructæ, perinde ac si essent tabernacula.*Iere*.10.*d*.*Thr*. 2. *d*. Tabernacula onagri , *i* significant Iudæam desertam.*Iob*.39.*a*.Et tabernacula Iacob,*k* sunt ipse populus Iudæorum.*Psal*.86.

Templum.

Tabernacula interdum significant *l* mentes electorum,& tabernaculum est mens , aut cor sicut tabernaculum Abrahæ.*Gen*.18.*a*.*Exod*.26.*a*.*Iob*.11.*c*.18.*c*.10.*b*.22.*d*.29.*a*.36.*d*.39.*a*. *Leuit*.14.*a*.15.*d*.16.*c*.26. *Psalm*.77.105.131. *Thr*.2.*b*.*Hebr*.9.*a*. Et tabernacula fiduciæ,sunt mentes,in Christo fiduciam habentes.*Is*.32.*d*.Tentoria etiam atrij, sunt inchoantes vitam in Christo, qui debent incipere à carnis maceratione, quæ per byssum retortam designatur.*Exod*. 17.*b*.35.*a*.

Mentes peccatorum.

Tabernaculum Dei,dicitur esse in circuitu eius.*Psal*.17. quia *m* quos per sublimia dona eleuat ,eis suæ maiestatis gloriam etiam manifestat.

Tabernaculum quod inuenit Dauid Domino. *Psal*.131.dici potest *n* stabulum,in quo natus est Christus.

Stabulum Christi.

Tabernaculum Dauid , quod cecidit dici potest *o* natura humana , quod tabernaculum suscitauit Christus, quando naturam humanam assumpsit.*Amos*,9.*c*. Significat etiam tabernaculum corpus humanum. *Psalm*.14.90. 2 *Cor*.5.*a*.Et tabernaculum iusti habet pacem,*Iob*.5.*d*. quia *p* eius corpus , quod à mente inhabitatur, à peruersis desideriorum motibus prius inquietatum , postea sub iustitiæ dispositione refrenatur. Et iniquus affligetur in tabernaculo suo, quando punietur in corpore. *Iob*. 10.*b*.15.*d*.20.*d*.*Exod*.53.*b*. Et tabernacula Cedar,sunt corpora humana. *Cant*. 1. *b*. Tabernacula in progeniem & progeniem , sunt *q* in mãlis corpora in hac vita & futura. *Psal*.48.

Natura humana.

Corpus humanum.

Tabernaculum quandoque significat *r* tempus huius vitæ : ideò erat mutabile. *Gen*.26.*e*. tabernaculum pastorum parum durans,est vita præsens quæ & tabernaculum vnius noctis dicitur.*Isai*.24.*d*.38.*c*.*Iob*.39.*a*.Ad hæc pertinet solemnitas tabernaculorum.*Zach*.14.*c*.

Tempus huius vitæ.

Tabernaculum,in cuius ostio apparet Dominus , est *s* intelligentia naturalis. *Gen*.18.*a*. Item Hierusalem, vbi pro tempore Apostoli fuerunt,vbi primò Dominus à credentibus exceptus est. Tentoria etiam sunt secreta spiritualia.*Exod*.33.*b*.35.*b*.Tabernaculum itidem sunt ipsa præcepta & tabernaculum in monte,est voluntas in præceptis.*Gen*.31.*d*.Ibi Laban,id est,diabolus persequens Christum , figit tabernaculum , qui ait : Sedebo in monte testamenti,nempe,vt impediat præceptorum obseruationẽ.Tabernaculum etiam testimonij dici potest *t* scientia, in qua cogitatione habitant,quæ testimonium pro nobis, aut contra nos sunt reddituræ.*Leu*.1.*a*.Tabernaculum quoque dicitur *u* ipsa cogitatio, in qua mens habitat , sicut corpus in tabernaculo. Sed ignis tabernacula deuorat, quum æstus auaritiæ cogitationes deuastat , *Iob*. 15.*d*. In tabernaculis habitabant Abraham, Isaac, & Iacob, quia *x* scientiæ per eos designatæ docent contemnere inferiora, vt ad superiora conscendamus.

Intelligentia naturalis.

Secreta spiritualia.

Præcepta.

Scientia.

Cogitatio.

Tabernaculum,quod sanctificauit Altissimus.*Psal*.35.est *y* Beata Virgo Maria. In hoc tabernaculo latuit Christus. *Psal*.17.

Virgo Maria.

Tabernaculum testimonij,erat *z* lex,imagines continens sequentium mysteriorum : ideò erat mutabile:quia lex vetus translata est in nouam.*Leu*.1.*a*.Et tabernacula Iacob, sunt vmbra legis: & ipsa legis lectio. *Psal*.86.*Isai*. 22.*d*.Et sub pellibus est arca.2.*Reg*.17.*a*.quum Iudæi carnaliter intelligunt & obseruant legem.

Lex vetus.

Tabernaculum,quod ostendet Deus,mysteria noui testamenti significare potest.*Exod*.25.*a*.*Heb*.8.*a*. Et tabernaculum leprosi,est adeptio mysteriorum.*Leu*.14.Et Iacob habitans in tabernaculis,est vacans spiritualibus.*Gen*. 25.*d*.Et tabernaculum interius, sunt res intelligibiles.Hoc tabernaculum posuit Deus in medio nostri.*Leu*.26.*b*. Tabernacula etiam filiorum Israël , *aa* cognitionem mysteriorum significant : ita vt ex ipsis ad alia potiora deueniamus.*Exod*.33.*b*.*Num*.24.*a*.*Iere*.9.*f*.

Mysteria.

Cognitio mysteriorum.

Tabernaculum testimonij *cc* mundum hunc significare potest , qui est tabernaculum ambulatorium , & peregrinis aptum.Peculiariùs autem ipsum designat tabernaculum exterius,quod sanctum dicebatur,in ipsum ingrediuntur sacerdotes,quia, *dd* penetrant rationes naturales. *Exod*.35.36.38. Tabernaculorum festiuitas celebratur ab his,qui celebrant dedicationes Ecclesiarum. *Zach*.14.*d*.

Mundus sensibilis.

Dedicatio Ecclesiarum.

Tabernacula quandoque significare possunt *ee* Gentilitatem.*Psal*.59.Conuallem tabernaculorum metibor.

Gentilitas.

Tabernaculum vniuscuiusque,*ff* statum perfectorum designare potest. 1.*Reg*. 13.*a*. Remisit vnumquemque in tabernacula sua.

Status imperfectorum.

Tabernacula interdum significant *gg* pœnitentiam & sedet in tabernaculis,qui pœnitentiam agit.*Hose*.11.*c*.

Pœnitentia.

Tentorium in introitu tabernaculi. *Exod*.26.*g*.37.*c*.31.*b*. 40.*d*. designare potest *hh* Ioannem Baptistam in initio Ecclesiæ : vel initia virtutum, vel decus primitiuæ Ecclesiæ, vel proficientes in variis coloribus ipsius tentorij designatos. Tentoria quoque tabernaculi vnius mensuræ. *Exod*. 26.*a*. indicant vnitatem charitatis in omnibus virtutibus.

Ioannes Baptista.

Initia virtutum.

Proficientes.

Tabernacula Sem, in quibus habitat Iaphet. *Gen*.9.*d*. sunt *ii* priuilegia Iudæorum , quæ Apostolus his verbis enumerat.Quorum est,inquit,adoptio filiorum,& gloria,& testamentum,& legislatio,& obsequium, & promissa,quorum patres,& ex quibus Christus secundùm carnem , qui est super omnia Deus benedictus in secula. In hæc tabernacula admissæ sunt Gentes,quæ prius foris erant.

Vnitas charitatis.

Priuilegia Iudæorum.

Tabernaculum eius , qui non est , est amor perfidiæ Antichristi. *Iob*. 18.*c*. Et tabernaculum vniuscuiusque

2 *Au*.16.*ciu. Dei* 2.*& s.ps*. 30. 41.*Isy*.*s*. *Leu*.8.

b *Gre*.*Nyss*.*de vita Mosis*.

c *Aug*.*s*.*psal*. 131.*& serm*. 197.

d *Hie*.*su*. *Isa*. 13.

e *Gre*.27.*mo*. 7.*Cyr*. 3.*s*. *Io*. 1.*& epist*.39. *Ber*.*serm*.*paruo*. 42. *Gre*.*s*. *Cant*.1. *Ori*.*s*. *Num*. *hom*.5. *& s*.*Ex*.*ho*. 9.

f *Tho*.1.2. *qu*. 101.*art*.4. *Phi*. *de gigan*. *& 12*. *allego*.

g *Hil*.*s*.*ps*.51. *Amb*.4.*de sacr*.1.*Ric*.*de S*. *Vict*.4. *de arca mysti*. 23.

h *Aug*.16. *ciu*. *Dei*.2. *& s*.*Psal*.77.

i *Gre*. 27.*mo*. 8.*Hie*.*s*. *Iere*. 10.*& s*.*Iob*. 39.

k *Aug*.*s*.*psal*. 86.

l *Ori*.*s*.*Leu*.*h*. 16.*Hil*.*s*.*psal*. 131.*Gre*. 10. *mo*.16.*& 16*. *mo*.8. *& 19*. *mo*.17.*Isyc*.*s*. *Leu*.15.16. *Ric*.*de S*.*Vict*. 5.*de arc*. *mysti*.8.

m *Gr*.*s*.1. *Re*. 1.

n *Arn*.*s*. *psal*. 131.

o *Chr*.*s*.*Ioan*. *ho*.10. *Basi*.*s*. *psal*.14.28. *Amb*.*s*. *psal*. 118. *ser*. 14.

p *Gre*.5. *mor*. 26. *& 9*.*mo*. 23.*& 15*.*m*. 14.*Rer*.*se*. 10. *s*.*qui habit*.*& s*.*Can*.*ser*. 26.

q *Basi*.*s*. *psal*. 48.

r *Tho*.1.2.*qu*. 102.*art*.4. *Orig*.*s*. *Gen*.*h*. 14.*Hie*.*s*. *Isa*. 38.*Gre*.30.*m*. 25.

s *Bed*.*s*. *Gene*. 18.*Glo*. *int*.*s*. *Gen*.31.

u *Isyc*.*s*.*Leu*. 1.

x *Gre*.12.*mo*. 27.

y *Orig*. *prol*.*s*. *Cant*. *Basi*.*s*. *psalm*.48.

z *Hie*.*s*.*psal*. 17.

aa *Isy*.*s*.*Leu*.1. *Hie*.*s*.*Isai*.21. *Gre*.3.*mor*. 11.

bb *Philo*.3.*de vita Mosis*.*Isyc*.*s*.*Leuitic*.14.26.*Orig*.*s*.*Matth*.*hom*.17. cc *Philo*.3.*de vita Mosis*.*Gr*. *de vest*.*sacerd*.

dd *Thom*.1.2.*quæst*.102.*artic*.4.*Isyc*.*sup*.*Leuitic*.23.*Ruper*.*sup*.*Zachar*.14. ee *Basil*.*sup*.*psal*.59. ff *Gre*.*su*.1.*Reg*.13.

gg *Hie*.*sup*.*Hos*.12. hh *Gloss ordin*.1.*Exod*.26 27.*Glo*.*inter*.*s*.*Exod*.26. ii *Ruper*.4.*s*.*Gen*.39.

Digitized by Google

Iudæorum, *a* quæ cor eorum perfidia plenum. 1. *Reg.* 4. *b.* Horum corda seu animæ, sunt *b* tentoria Æthiopiæ, & pelles terræ Madian. *Hab.* 3. *b.*

Tabernacula Cedar. *Cant.* 1. *b.* sunt nigredo *c* peccatorum, tenebræ mortalitatis, seu nigredo corruptionis.

Tabernacula pastorum. *Cant.* 1. *c.* significare possunt *d* varia & incerta dogmata doctorum & etiam hæreses, in quibus quiescunt hæretici. Item bona sensibilia huius mundi, circa quæ mentes sæpè euagantur, ipsos sensus sequentes. Et tabernaculum Moloc, sunt errores hæreticorum. *Amos.* 5. *g.*

Tentoria Æthiopiæ. *Hab.* 3. *b.* designare possunt *e* Gentilitatem. Item eos, qui in hoc seculo propter honores & diuitias laborarunt, in quibus habitant dæmones. Iidem sunt pelles terræ Madian. Tentoria quoque Madian, & Amalec, sunt habitatio dæmonum. *Iud.* 6. *a.* 7. *c.*

Tabernaculum impiorum, quod non subsistit, est *f* ædificatio terrenæ fœlicitatis, per quam super se reprobi casura multiplicant, vt se à præsentis vitæ necessitatibus, quasi ab æstu & imbribus defendant. Et tamen non subsistet: quia vitæ præsentis amatores, dum studiosè se in præsentibus construunt, repentè ad æternam pœnam rapiuntur. *Iob.* 8. *d.* 18. *c.* *Psal.* 82. Designat etiam ipsam congregationem impiorum. *Iob.* 12. *a.* Abundant tabernacula prædonum.

Tabernacula iniqui post hanc vitam, sunt *g* loca pœnarum in inferno. *Iob.* 18. *d.*

Tabernacula tria petens fieri Petrus, insinuauit *h* volentem separare legem & Prophetas à Christo. *Matt.* 17. *a.* *Marc.* 9. *a.* *Luc.* 9. *d.*

Tabernaculum figet Antichristus in monte inclyto, *i* hoc est, in monte Oliueti. *Dan.* 11. *g.*

Tentoria fixa è regione montis. *Exod.* 19. *a.* vide *Figere.*

Tabes, Tabescere, Contabescere, Extabescere.

Tabes, est corruptio & morbus, quo homo ex corruptis humoribus macie conficitur. Solet poni pro inuidia & liuore. Tabescere autem, est tabe affici, aut longo mœrore.

Tabescere zelo Dei est *k* dolere, quum offenditur Deus. *Psal.* 118. 138. Est autem idem cum eo quod alibi dicitur. Zelus domus tuæ comedit me.

Tabescere sicut araneam, est *l* extenuari per pœnitentiam. *Ps.* 38. & tabescit caro flagellis Dei, *Iob.* 33. *c.* quum *m* delectatio carnalis extenuatur, & omne quod fluxum infirmúmque est, flagellis atteritur. Et tabescés cor, seu confractum est, *n* quum relicta duricie fit carneum. *Nahu.* 2. *c.* Et tabescit caro persecutorum Hierusalem, quum deficiunt carnalia per conuersationem. Sic tabescunt oculi, & lingua. *Zach.* 14. *c.*

Tabescere etiam sicut araneam, *o* est vacuum relinqui: vt enim aranea nihil habet destructa tela, ita peccatores post peccata. Est etiam esse debilem ad tentationes post lapsum primi hominis, sicut aranea facilè premitur. Extabescere item dicuntur, qui à bene operando cessant. *Thren.* 4. *b.*

Tabescens anima Eli. 1. *Reg.* 2. *g.* designat *p* sacerdotes veteres à gratia Spiritus sancti desertos. Tabuerunt etiam carnes pingues Iacob, *q* quum Iudæi amiserunt templum, legem, Prophetas, & auxilium Dei. *Isai.* 17. *a.* *Ezech.* 4. *d.* Tabescere dicitur quoque anima Eli, quando Iudæi, aut mali prædicatores in inferno existentes, vident alios beatos, sua prædicatione conuersos. Tabescunt etiam, qui sunt sibi peccati conscij. *Isai.* 31. *b.* *Psal.* Et tabescit militia cœlorum, *r* quum confunduntur dæmones. *Isai* 34. *e.* *Amos*, 9. *b.*

Contabuit cor Ægypti in medio sui: *s* quum aliqui ex Ægyptiis cœperunt detestari idololatriam, aliis eam defendentibus. *Isa.* 19. *d.* *Amos*, 9. *b.* Contabuerunt quoque idola, quando relicta sunt. *Isai.* 46. *a.*

Tabescere dicuntur montes sanguine. *Isai* 34. *a.* quando *t* fastigium terrenæ dignitatis repletur iniustitia. Vel quando religiosi dolent de perditione peccatorum.

Tabula, Tabulatum.

Tabula, est quæ fit ex ligno serrato, vel etiam ex alia materia, longè minorem habens profunditatem, quam longitudinem & latitudinem. Tabulata autem dicuntur planæ in ædibus superficies tabulis, vel etiam lapidibus constratæ.

Tabulæ in arca, designant *u* sapientiam in Deo, vel in Christo: aut legem in corde, seu meditationem legis. *Exod.* 35. *b.* 3. *Reg.* 8. *b.* 1. *Par.* 5. *c.*

Tabulæ lapideæ, in quibus data est lex, *x* priores quidem, quæ confractæ fuerunt, legem veterem significabant, quæ cessatura erat: & erant lapideæ ad designandam duritiam Iudæorum. Tabulæ verò posteriores non confractæ, legem nouam adumbrant: hæ scriptæ fuerunt per manum Mosis, quia in noua lege est veteris impletio, cuius litera legitur. *Exo.* 24. *c.* 31. *d.* 32. *d.* 34. *a.* 1. *Cor.* 3. *a.* Cum posterioribus tabulis splenduit facies Mosis *y* quia mysteria legis veteris refulgent in noua. Tabulæ etiam priores designant cor humanum cum lege naturali, quæ fractæ sunt peccante Adam. Sed facit nouas Moses, hoc est, filius Dei factus homo, quæ etiam scriptæ sunt digito Dei, id est, opere Spiritus sancti.

Tabulæ quoque priores, designant *z* gratiam Dei, quæ franguntur in eis, qui gratiam amittunt. Tabulæ verò posteriores sunt opera, in quibus gloriabantur Iudæi, ideò manu Mosis scribuntur.

Tabulæ rursus duæ scriptæ digito Dei. *aa* cœlum & terram significare possunt, & etiam prophetiam duorum testamentorum, quæ sunt renouatæ, vt tollantur ignorantia & peccatum quæ simul abundabant.

Tabulæ cordis, designant *bb* latitudinem cordis, vbi scribenda sunt diuina. *Prou.* 3. *a.* 7. *a.* *Hab.* 2. *a.* 2. *Cor.* 3. *d.*

Tabulæ tabernaculi. *Exod.* 27. *d.* prælatos *cc* significare possunt, qui neque curam subditorum negligunt propter amorem cœlestium, neque contemplationem propter subditos.

Tabulæ tabernaculi viginti in latere meridiano, designant *dd* concordiam veteris ac noui testamenti. Sunt autem totidem tabulæ in latere Aquilonari, quia Iudæi & Gentiles in eadem fide saluantur. *Exod.* 26. *d.* 36. *c.* *e.*

Tabulæ etiam tabernaculi, *ee* elementa significabant, quæ erant vicenæ, & octonæ, & senæ: qui numeri sua proportione elementis conueniunt. Aqua enim describitur à Timæo in figura icosaedra, hoc est, ex viginti basibus, & aër octaedrus, hoc est, octo superficierum, terra verò constat ex sex, & ignis ex quatuor. Quę denotabant tabulæ vicenæ, octonæ, senæ, collocatæ ad quatuor mundi plagas, in quibus est proportio sesquialtera, dupla, sesquitertia, quintupla, tripla sesquitertia, dupla sesquialtera, qualis est proportio elementorum.

Tabulæ sex in Occidente, *ff* perfectionem operum designat, quæ cum duabus tabulis angulorum complent octo beatitudines. Vnde duabus extremis datur idem præmium regni cœlorum, ideò tabulæ illæ duæ designant requiem æternæ gloriæ vtrique populo communem. *Exo.* 26. *e.* 36. *e.* Tabulæ etiam octo deauratæ puritatem Sanctorum indicant, & sunt ad Occidentalem plagam, propter requiem futuræ vitæ.

Tabulæ quinque in vestibulo tabernaculi, *gg* quinque sensus significare possunt. *Exod.* 26. *e.* 36. *e.*

Tabulatum diuidens sanctuarium interius ab exteriori. 3. *Reg.* 6. *b.* dici potest *hh* ipsum cœlum, diuidens inter Ecclesiam militantem & triumphantem.

Tabulatum tabernaculi, designat Sanctos, stantes in Ecclesia, exemplo & doctrina eminentes, vt Ioannes Baptista & Elias. *Exod.* 26. & 34. *e.* 40. *a.* 3. *Reg.* 6. *a.* Possunt etiam designare fideles simplices. Et tabulata tria templi, sunt tres gradus in Ecclesia, supremum virginum quinque cubitorum, medium continentium sex cubitorum, infimum coniugatorum septem cubitorum. Ad Sanctos etiam referri potest tabulatum altaris. *Exod.* 38. *a.*

Tabulatum etiam supra templum quinque cubitorum, in Ecclesia militanti diuinam protectionem designat, ne labamur. In Ecclesia verò triumphanti securitatem, quæ habetur etiam in quinque sensibus nihil inordinatum affectantibus. 3. *Reg.* 7. *a.*

Tabulata nauis Tyri. *Ezech.* 27. *a.* dici possunt *ii* bona naturalia, de quibus aliqui gloriantur.

Tabulæ cedrinæ, vide *Cedrus.*

Tacere, Conticescere, vide Silere.

Tæda.

Tæda, est arbor è laricum genere, quæ liquorem ceu picem stillat, abundans succo liquidiore, vnde pro facibus deseruire solet. Tæda autem quum accenditur, odorem quidem suauem habet, sed lumen obscurum. Vnde

designat

Corda Iudæorum. *Peccata.* *Mortalitas.* *Varia dogmata.* *Hæreses.* *Bona sensibilia.* *Gentilitas.* *Mali.* *Fœlicitas malorum.* *Congregatio impiorum.* *Infernus.*

Dolere de offensa Dei. *Pœnitentia.*

Debilitas hominis. *Desertio sacerdotij veteris & Iudæorum.*

Desertio idololatriæ. *Iniustitia principum.*

Sapientia in Deo. *Lex in corde.* *Lex vetus.* *Lex noua.* *Cor humanũ.* *Christus.* *Gratia Dei.* *Opera legis.* *Cœlum & terra.* *Prophetia.* *Latitudo cordis.* *Prælati.* *Concordia testamentorum.* *Elementa.*

Perfectio operum. *Octo beatitudines.* *Requies æterna gloriæ.* *Puritas Sanctorum.* *Quinque sensus.* *Cœlum.* *Sancti eminentes.* *Fideles simplices.* *Virgines.* *Continentes.* *Coniugati* *Diuina protectio.* *Securitas.* *Bona naturalia.*

a *Gen. s.* 1. *Re.* 2.
b *Ru. s. Ha.* 3.
c *Orig. s. Can. hom.* 1. *Au. de doct. Christia.* 32.
d *Gre. s. Can.* 1. *Ori. s. Cant. hom.* 2. *Aug. epist.* 48. *Hie. su. Amos.* 5. *Gre. s. Cant.* 1. *Ber. s. can. ser.* 35.
e *Hie. s. Ha.* 3. *Aug.* 18. *ciu. Dei.* 32.
f *Gr.* 8. *m.* 40. & 14. *mor.* 9.
g *Gre.* 14. *mo.* 17.
h *Ori. s. Matt.* 17.
i *Hier. s. Dan.* 11.
k *Glo. int. su.* *Psal.* 118. *Ru. s. Amos* 9.
l *Ori. s. ps.* 38. *hom.* 2.
m *Gre.* 23. *m.* 28. *Gre. Nysse. de vita Mosis.*
n *Hie. s. Nah.* 2. & *s. Zach.* 14.
o *Ori. s. ps.* 36. 38. *ho.* 2. *Au. s. ps.* 122.
p *Gre. s.* 1. *Re.*
q *Hie. s. Is.* 13. 17.
r *Ruper. s. Amos.* 9.
s *Hie. sup. Isa.* 19. 46.
t *Lyr. s. Is.* 34.
u *Ori. s. Num. hom.* 10. *Tho.* 1. 2. *qu.* 102. *art.* 2.
x *Ori. s. Rom.* 3. & *s. Gen. ho.* 9. *Aug. qu. in Exod.* 116.
y *Gre. Nyss. de vita Mosis.*
z *Aug. qu. in Exod.* 116.
aa *Cle. Alex.* 6. *strom.*
bb *Hie. s. Hab.* 2. *Bed. s. Prou.* 7.
cc *Rup.* 4. *su. Exod.* 12.
dd *Glo. ord. s. Exod.* 26.
ee *Geor. Ven. Cant.* 1. *tom.* 4. *cap.* 32.
ff *Glo. inte. s. Exod.* 26. *Ru.* 4. *s. Exod.* 12. *Glo. ord. sup. Exod.* 26.
gg *Philo.* 3. *de vita Mosis. Glo. ord. sup. Exod.* 26.
hh *Ruper.* 3. *s. Reg.* 10.
ii *Lyr. s. Ezec.* 27.

Digitized by Google

Prædicatores. Antichristi.

Perfectio operum. Perfecta redemptio. Præceptum Christi. Gradus verbi Dei. Populi sub lege. Gentiles. Infideles ex Iudais. Quinque sensus. Intellectus & operatio. Ratio. Dona Dei. Grauitas peccati. Corpus humanum, Idola. Consummatio operis. Conuersatio Christi. Remissio culpæ. Prima opera bona. Apostoli. Vita vitiosa.

Inspiratio diuina. Auxilium Dei. Castigatio & punitio Dei. Incarnatio. Illuminatio mentis. Sanare opera. Passio Christi Auxilium Dei. Christus in cœlo. Merita & contemplatio religiosorum & prædicatorum. Constantia discernendi. Duritia Iudæorum. Ablatio concupiscentiæ. Obedientia Christi, & aliorum. Acquisitio gloriæ cælestis. Circumcisio. Baptismus. Recipere gratiam Spiritus sancti. Bene operari. Seruare minora præcepta. Credere incarnationem. Credere diuinitatem Christi.

designat *a* prædicatores Antichristi, qui erunt sicut tædæ ignis accensæ, quia sanctitatis sibi speciem arrogant, sed tamen opera iniquitatis exercent. Quasi blandum quidem est, quod redolent, sed nigrum quod lucent. Olent enim per simulationem iustitiæ, sed obscurè ardent per nequitiæ perpetrationem. *Iob.* 41. *b.*

Tædere, Tædium.

Tædium, est angor mentis & animi, quasi fastidium: vnde tædere, tædio affici.

Tædium dici potest mortalitas huius vitæ. *Psal.* 118.

Tædet iustum viuere, *b* quia & operando vitam non desinit quærere, & tamen eiusdem vitæ suæ meritum non valet inuenire. *Iob.* 9. *c.* 10. *c.*

Talentum.

Talentum, est pondus centum, aut octoginta, aut sexaginta minarum, secundùm varias prouincias.

Talentum auri in candelabro tabernaculi, designare potest *c* perfectionem operum in Christo & in Ecclesia, & perfectam redemptionem à Christo factam. *Exod.* 24. *d.* 37. *d.*

Talentum etiam precio sum, est præceptum Christi, quo salus comparatur, quo vita redimitur, & magna est redemptio, quum & precium datur, & pecunia non videtur.

Talenta varia, diuersos *d* gradus verbi Dei significare possunt, vt primus sit perfectus sensus spiritualis: secundus aliquantulum exiens à litera: tertius non transgrediens literam. *Matt.* 25.

Talenta quinque, *e* populum sub lege significare possunt: duo verò, Gentiles, & tunc duplicantur, quum fidei additur operatio. Habens verò vnum talentum, designat Iudæos infideles. *Matt.* 25. *b.* Vel talenta quinque, sunt *f* sensus examinati: duo verò, intellectus & operatio, vnum autem solus, seu ratio, qua homines à bestiis separamur. Talentum etiam vnum quodlibet donum à Deo acceptum significare potest, & habet talentum in sudario, qui dona Dei delicatè & otiosè tractat. Est autem defossum in terra, quum est terrenis cogitationibus obscuratum.

Talenta auri oblati ad vasa tabernaculi viginti nouem, & talenta argenti centum, & talenta æris septuaginta duo millia. *Exod.* 38. *d.* ad diuersos gradus fidelium in Ecclesia referri possunt.

Talentum plumbi, *g* grauitatem peccati significat, & peculiariter auaritiæ. *Zach.* 5. *c. Matt.* 18. *c.* Designat etiam corpus, quod aggrauat animam propter iniquitatem in ipso sedentem.

Talpa.

Talpa, est animal muri simile, oculis captum, quod aiunt de terra simul & pluuia creari, corruptio in luto ex pluuia susceptâ, quod Græci ἀσπαλάκα vocant. Fodit terram, estque radicibus herbarum infestum. Sumi solet *h* pro idolis inutilibus, & numeratur inter immunda animalia. *Leu.* 11. *e.*

Talus, Talaris.

Talus est propè calcaneum, quod extuberat: vnde dicitur talaris vestis, quæ ad talos pertingit.

Talus, *i* operis consummationem significat: & talaris tunica Ioseph, dicit in Christo conuersionem sine superfluitate peccati, & sine alicuius virtutis defectu, vel actionem consummatam.

Vsque ad talos aqua. *Ezech.* 47. *a.* designat *k* pertingentem vsque ad remissionem culpæ, sed nondum cum securitate. Vel designant tali prima operis nostri vestigia, dona spiritualis sapientiæ infusa. Vel significant Apostolos primùm gratiam Christi recipientes.

Talaris vestis effusa, *l* voluptuosam & vitiosam viuendi rationem, quæ latissimè patet, designare potest.

Tangere, Attingere, Contingere, Attrectare.

Tangere, & contingere dicitur vna res aliam, quando simul habent superficies. Tactus autem præcipuè fit manibus, quod attrectare dicitur. Est etiam tactus vnus è quinque sensibus, omnibus animalibus communis. Tangere autem quandoque est afficere. *Exod.* 11. *a.* Adhuc vna plaga tangam Ægyptum. Peruenire. *Iob.* 20. *a.* Et caput eius nubes tetigerit. Tractare *Exod.* 30. *d.* Qui tetigerit ea, sanctificabitur. Vexare. *Psalm.* 104. Nolite tangere Christos meos.

Tangere dicitur Deus *m* quando inspirat, & tangit corda per gratiam, & tangit manus eius per inspirationem mouendo & inducendo ad compunctionem. 1. *Reg.* 6. *b.* 10. *d. Psalm.* 103. 134. *Cantic.* 5. *b. Iere.* 1. *b. Marc.* 8. *c.* Tangit etiam præstando auxilium. *Daniel.* 10. *d.* Tangit præterea *n* castigando & puniendo, vt tetigit terram, & montes, hoc est, dæmones, quos etiam tetigit Christus, quum eos vicit in carne. Et tangit montes; hoc est Sanctos tactu probatiuo, superbos verò vt emendentur aut puniantur. *Exod.* 11. *a.* 1. *Reg.* 6. *c. Psal.* 103. 143. *Iob.* 1. *b.* 2. *b.* 19. *c.*

Tangens Christus leprosum, designauit *o* visitationem generis humani, quam fecit assumpto corpore. *Matt.* 8. *a.* Et tetigit loculum, quando carnem assumpsit. *Luc.* 7. *c.* Et tetigit Deus os Ieremiæ, quando Verbum caro factum est, & quando constituit prædicatores. *Iere.* 1. *b.* Et tangens Angelus neruum femoris Iacob. *Gen.* 32. *f.* præfigurauit *p* Verbum Dei ex semine Iacob incarnandum, vt tactus ille fit incarnatio.

Tangere dicitur oculos Christus, *q* quando illuminat mentem. *Matth.* 20. *d.* Et tangit manum, quando sanat opera, & adiuuat volentem violentiæ peccati resistere. *Matth.* 8. *b.* Illos autem tangit, quorum fide tangitur. Tangit vnus de Seraphim labia calculo. *Isa.* 6. *b.* Quum *r* mordet nos sermo diuinus, atque exurit, aut quum mentem instruit.

Tangere cornua altaris holocausti. *Leu.* 4. *c.* 8. *g.* designat *s* Christum tangentem crucem, in qua pro nobis oblatus est in holocaustum. Tangit etiam cornua altaris, qui per Crucem & Passionem Christi sacrificium offert, & qui pristina dignitate recuperata, docet iniquos vias Dei. Tangens Angelus sacrificium virga. *Iud.* 6. *d.* designauit *t* tactum Christi in passione vnde prodiit ignis ad exurenda peccata. Vel designatur potestas diuini adiutorij, quæ intentionem nostram nequaquam deserit.

Tangens cœlum scala, quam vidit Iacob. *Gen.* 28. *c.* est *u* Christus pertingens cœlum, quia sursum est, & corpore suo, quod est Ecclesia, deorsum tangit terram. Tangit etiam religionis status & prædicatorum cœlum per merita & contemplationem.

Tactus in Angelis, dicit *x* constantiam illam, & discretionem, qua quod vtile, quod noxium sit, peritè discernunt.

Tangens Angelus neruum femoris Iacob. *Gen.* 32. *f.* designauit *y* duritiam Iudæorum, & ablationem concupiscentiæ.

Tangens sacerdos extremum auriculæ mundandæ. *Leuit.* 8. *c.* 14. *c.* designat *z* perfectam obedientiam Christi, & quam debent habere mundandi, aut consecrandi.

Tangere fines terræ Chanaan. *Exo.* 56. *g.* est *aa* peruenire ad gloriam cœlestem: ideò filij Israël pasti sunt manna, quousque tangerent fines terræ illius.

Tangens Sephora pedes Mosis, vel tangens sanguis pedes pueri circuncisi. *Exod.* 4. *f.* significat *bb* circuncisionem hominis intus & foris.

Tangens mortuus ossa Elisæi, 4. *Reg.* 13. *d.* est *cc* peccator, qui baptizatur, & consepelitur Christo.

Tangens mulier fimbriam vestimenti Christi. *Matth.* 14. *d. Luc.* 8. *f.* est *dd* recipiens gratiam Spiritus sancti. Tetigit etiam mulier Christum, quem turbæ premebant, & non tangebant: quia multi etiam in sancta Ecclesia reprobi veritatem cognoscendo premunt, quam benè viuendo tangere negligunt. Tangit etiam fimbriam vestimenti Christi, qui eius præcepto minora seruat, & qui pauperibus benefacit, & qui eius incarnationem credit. Porrò si quæ digna & congrua sunt credamus de Christo, tunc tangimus Christum: quisquis autem Dei filium secundùm diuinam naturam æqualem Patri non credit, nondum illi ad Patrem Christus ascendit. Ideò non tangebat Maria. *Ioan.* 20. *d.* quia non plenè Christum Deum credebat, non tangebat, quia Christum quærebat in terra, Noluit autem Christus tangi, quia in eius corpore videbatur illa finem constituere.

a *Gre.* 33. *mo.* 36.
b *Gre.* 9. *m.* 19.
c *Glo. inte. su. Exod.* 25. *Ruper.* 4. *sup. Exod.* 8.
d *Am. ser.* 78.
e *Ori. s. Matt. hom.* 33. *Gre. hom.* 9.
f *Hier. s. Mat.* 2. *& epist. Beatitud.*
g *Ori. s. Is. ho.* 6. *& s. Matt. ho.* 7. *Gre.* 14. *m.* 27. *Ber. ser. de S. Marti. Hier. s. Isa.* 2. *Euc. for. spi.* 5.
h *Isyc. s. Leu.* 11.
i *Gr. hom.* 25. *Gloss. ord. sup. Gen.* 37.
k *Hie. s. Eze.* 47. *Gr.* 22. *m.* 22. *Rup.* 2. *s. Eze.* 35.
l *Gre. Nyss. de vita Mosis.*
m *Ori. s. Iere. hom.* 1. *Am. s. psal.* 103. *Amb. s. Psal.* 118. *serm.* 22.
n *Hilar. s. psa.* 143. *Au. s. ps.* 103. 143. *Gro. s.* 1. *Reg.* 6. *Ru. s. Amo.* 9.
o *Amb. s. psa.* 118. *ser.* 3. *& s. Luc.* 7. *Hil. s. Matt. Can.* 7. *Gre. s. Exech. hom.* 4.
p *Bed. s. Gen.* 32.
q *Rup.* 1. *s. &* 7. *s. Matt. Ori. s. Matt. ho.* 13. *Ruper.* 7. *sup. Matth.*
r *Orig. s. Is. ho.* 4. *Hier. epi. Et factum est.*
s *Glo. ord sup. Leu.* 4. *Rup.* 1. *s. Le.* 18. *Am. prol. de Spiritu sancto.*
t *Ru. s. Iud.* 9.
u *Gloss. ord. s. Gen.* 28.
x *Diony. cele. Hier.* 15.
y *Ambr.* 2. *de Iacob.* 7.
z *Glo. ord. su. Leu.* 8.
aa *Glo. ord. s. Exod.* 16.
bb *Bed. s. Ex.* 4.
cc *Ruper.* 5. *s. Re.* 36.
dd *Hil. s. Mat. cant.* 9. 13. *Amb. ser.* 58. *& s. Luc.* 24. *Au. epist.* 59. *& 1. de Trin.* 9. *& ser.* 152.

Digitized by Google

Tangere sacrificia, est *a* credere & sperare in Christum, ipsumque amare. *Leu. 6. c.* Et etiam discutere mysteria, sed leuiter, & non curiosè, ideò ipso tactu sanctificantur. Est præterea imitari bene operantes.

Credere in Christum. Discutere mysteria. Imitari bene operantes.

Tangere autem hostiam pro peccato, est *b* exercere opera pœnitentiæ. *Leu. 6. d.* Quod prius tangere nolebat, hoc præ angustia comedit, qui desideria sua vix capiens, & ipsas quas dudum timuerat, iam pro amore cœlestis patriæ pœnas amat.

Exercere opera pœnitentia.

Tangit caro sanctificata, aut summitas vestimenti, in quo est, panem. *Agg. 2. c.* quando *c* mysteriis Christi applicatur sacra doctrina.

Angeli fauentes hominibus.

Non tangunt parietem templi ea, quæ eminebant in templo. *Ezech. 41. b.* vt designent *d* Sanctos, qui nunc contenti sunt à longè videre mysteria, ad quæ postea peruenient.

Tangere dicuntur Cherubim parietes templi, 3. *Reg. 6. d.* quando angeli hominibus fauent; & tangunt se inuicem, quia se mutuò diligunt. Duo quoque testamenta se tangunt: quia mutua attestatione consentiunt; & tangunt duos parietes, id est, vtrunque populum instruunt.

Concordia vtriusque testamenti.

Tactus Isaac, quo voluit agnoscere Iacob. *Gen. 27. d.* designat experimentum Iudæorum quod voluerunt sumere de Christo.

Tangere mortuum. *Num. 19. c.* fuit *e* Iudæorum persequentium Christum: quo contactu facti sunt immundi.

Peccare.

Non tangit mulier sanctum quippiam diebus aliquot post partum. *Leu. 12. b.* quia *f* non debet comedere de sanctificatis.

Consentire peccanti.

Tangere dicitur immundum, vel occisum à bestia, *g* qui peccat aut peccatorem imitatur, vel consentit peccanti, vel amplectitur hæreses. *Leu. 5. a. 7. b. 11. e.* Et contingere cadauera immundorum, est exercere prauas actiones, & studio peccare. *Leu. 11. a.* Tangit etiam caro immundum, quando virtutis opus fit ob aliquod vitium. Tangere quoque morticinum, est associari malis, aut viuere in mortali corpore. Tangere autem morticinum licebat ad curandum. *Num. 19. c.* Tangit etiam morticinum, qui ex industria peccat. Et tangit lectum menstruatæ, qui consentit idololatriæ. *Leu. 15. d.* Tangit præterea pollutum. *h* qui legem veterem seruat, prædicato Euangelio: aut conuersatur cum Iudæis. *Isai. 52. d.*

Amplecti hæreses.

Tangit cor malitia, quum *i* recipitur in corde, sicut venenum, vt occidat. *Iere. 4. d.*

Veritas peccatorum.

Tangere mulierem, est cum ea concubere, & peccatum opere perpetrare. *Gen. 20. a.* Et tangere picem, *k* est carnalia contingere: vel cum superbis, aut aliis peruersis conuersari. *Eccl. 13. a.* Tangit ferrum lapides, hoc est, *l* ferit quando vitia contingunt mentes. *Iosu. 8. f.* Tangit sanguis sanguinem quum *m* peccatum impellit ad peccatum, *vel* accumulatur peccato: vel quum quis accedit ad proximam sanguinis. Tangit lectum seminiflui, aut etiam carnem, *n* qui fouet alterum in malo, & qui particeps est iniquorum verborum discipulorum hæretici. *Leu. 15. a.* Idem est tangere menstruatam vel vestimentum eius. *Leu. 15.*

Tangit seminifluus aliquem, aut aliquod vas. *Leu. 15. b.* quum *o* immundus se immiscet mundis, aut communicat suam doctrinam & conuersationem aliis. Et tangit immundus sacrificium, quum hæreticus miscet hæreses veritati. Et tangunt vicini hæreditatem Domini. *Iere. 12. d.* quando hæretici affligunt Ecclesiam. Tangit plaga Samariæ portas Hierusalem. *Mich. 1. c.* quando fideles audiunt doctrinam hæreticorum.

Documenta hæreticorum.

Tangit montem aut fines eius, *p* qui indignus ad sacerdotium promouetur. *Exod. 19. b.* Item quando mens irrationabilis desideriis subdita, ad contemplationis se alta erigit. Item quum hæreticus tractat diuina.

Promotio indigni.

Attrectant Iudæi parietem, *q* quando versant literam legis, non intellectis mysteriis. *Isa. 59. c.*

Versare literam legis.

Tangere, pro molestare: & qui tangit Israël, tangit pupillam oculi Dei: vt designetur *r* fideles maximè coniunctos esse Deo. *Zach. 2. c. Iob. 5. c.*

Molestare.

Tangit nubes caput hypocritæ, quando *s* pars principalis, videlicet intellectus illius, Sanctorum præcedentium coæquari meritis creditur. *Iob. 20. a.*

Tangens Oza arcam Domini, *t* est inferior reprehendens superiorem. 2. *Reg. 6. b.*

Tanis.

Tanis, id est, mandatum humile: ciuitas Ægypti, vbi regia sedes erat. Hebraicè dicitur Soam, & interpretatur mouens, vel motio, & designat *u* doctrinam hæreticorum mergentem ad inferos. *Isai. 19. b. 30. c. Ezech. 37.*

Doctrina hæreticorum.

Campus Taneos, designat *x* planiciem mandati humilis, vbi facit Deus mirabilia in his, qui in hac vita exercentur. *Psal. 77.*

Tapes.

Tapes, est tegmen variis coloribus depictum, quo parietes & pauimenta sternuntur.

Tapetia Dadan, quæ feruntur ad Tyrum, *y* sermonum pulchritudinem designant. *Ezec. 27. d.* Hæc sunt tapetia ex Ægypto, quibus meretrix, hoc est, hæretici ornant lectum. *Prou. 7. c.*

Taphnes.

Taphnes, id est occulta *z* tentatio, vel fuga, aut coopertum vexillum: vxor Pharaonis regis Ægypti, 3. *Reg. 11. d.* Est & ciuitas Ægypti, designans hæreticorum, ac dæmonum locum. *Ier. 2. d.* Datur & Taphne, id est, sedentes ori. *Ezech. 30. c.* vbi legendum aiunt aliqui, Tanis.

Tardare, Tardus, Mora, Morari.

Tardare, est moram facere, mora autem est expectatio, aut temporis dilatio, tardus autem, qui nimium moratur.

Expectans Christus pœnitentiam.

Moram dicitur facere sponsus *aa* quando Christus non tam citò venit ad cõsummationem vitæ credentium, & quia non, quando speratur, sed quando non speratur, & quia dat tempus pœnitentiæ, & quia prolongat diem iudicij. *Matt. 25. a.* Idem dicebatur non tardare, quia certus erat aduentus eius. *Hab. 2. c.*

Moram in Ægypto facere, est *bb* condire mundana dogmata sapore Euangelicæ doctrinæ. *Exod. 12. f.*

Longa mora in contemplatione.

Mora Mosis in monte. *Exod. 32. a.* designat longam vacationem prælati in contemplatione, quæ aliquando nocet subditis.

Balbuties circa diuina.

Tarda lingua Mosis. *Exod. 4. c.* designat *cc* nos balbos esse ad diuina. Item tarditatem & ruditatem legis veteris comparatæ doctrinæ Christi.

Tarditas legis.

Tardare reddere primitias. *Exod. 22. d.* est *dd* non esse hilarem datorem eleemosynarum.

Auaritia.

Morari dicitur opus mercenarij apud aliquem vsque manè. *Leu. 19. c.* quando *ee* audiens verbum Dei, non reddit prædicatori fructum operis, sed sine fructu venit ad iudicium.

Non operari.

Mora Esau in venatione, propter quam perdidit benedictionem. *Gen. 27. a.* designat pertinaciam Iudæorum in infidelitate.

Verbum Dei.

Pertinacia Iudæorum.

Taurus, vide Bos.

Tectum, Tegula.

Tectum, est fastigium ædificij, quod domum tegit. Tegulæ autem sunt quibus excipitur aqua in tecto, ne in domum defluat.

Deus. Ecclesia.

Tectum tabernaculi dici potest *ff* Deus, qui tegit Ecclesiam, vel designat Ecclesiam, intra quam protegimur. Item secreta scripturarum. *Exod. 26. d. 36. b. 39. f. 40. b.* Solum autem tectum erat operum pellibus rubricatis & hyacinthinis, vt designetur *gg* propter Deum omnia mundana esse contemnenda. Tectum etiam portæ templi. *Ezec. 40. b.* designat ea, quæ nondum intelligimus de sacra scriptura.

Secreta scripturarum.

Tectum dici potest *hh* sublime mentis officium, animæque fastigium, quo nuda corporis operitur infirmitas. In hoc tecto latuerunt exploratores in domo Rahab. *Ios. 2. a.* Per hoc tectum demissus est paralyticus. *Marc. 2. a.* Potest sumi *ii* pro statu perfectionis, vbi apparet gloria Domini. *Num. 14. b. Matth. 24. b. Luc. 17. f.* Tectum etiam, à quo non est descendendum, est cœlum, vt sit in tecto qui habet conuersationem cœlestem. *Mat. 24. b. Mar. 13. b.* Tectum præterea dici potest fastigium veritatis. *Ezech. 40. b.* Ab hoc tecto non est descendendum, *kk* quia non est recedendum à veritate.

Fastigium animæ. Status perfectionis. Cœlum. Veritas.

Tecta tabernaculorum Iacob, dici possunt *ll* Apostoli, qui tenent fastigium Ecclesiæ, eámque protegunt. *Ierem. 30. c.*

Apostoli.

Tectum

a *Ori. s. Leu. hom. 4. Isyc. s. Leu. 30. Ru. 1. s. Le. 30.*
b *Isy. s. Leu. 6. Gre. 7. mor. 7.*
c *Hie. s. Agg. 2.*
d *Hie. s. Eze. 41.*
e *Epipha. 1. de hære.*
f *Lyr. s. Leuit. 12.*
g *Orig. s. Leu. hom. 3. Rup. 1. s. Leu. 21. Hil. s. psal. 118. Aug. q. in Nu. 33. Isy. s. Leu. 5. 7. 11. 15.*
h *Hie. s. Is. 52.*
i *Gloss. inte. s. Ierem. 4.*
k *Glo. ord. su. Eccl. 13.*
l *Ori. s. Ios. h. 9.*
m *Hie. s. Hos. 4. Gre. 13. m. 10. Rup. sup. Hos. 4.*
n *Isy. s. Le. 15.*
o *Isy. s. Leuit. 15. Ori. s. Leu. ho. 5. Hie. s. Ie. 12. Glo. int. s. Mich. 1.*
p *Gre. s. 1. Re. 2. & 6. m. 27. Theophil. Ale. 1. pa.*
q *Hie. s. Is. 59.*
r *Hie. s. Zach. 2.*
s *Gre. 13. mo. 2.*
t *Gr. 5. m. 10.*
u *Hie. s. Is. 19. & s. Eze. 30.*
x *Au. s. psa. 77.*
y *Hie. s. Eze. 27. Bed. Prou. 7.*
z *Hie. s. Eze. 30.*
aa *Ori. s. Mat. hom. 32. Hil. s. Matt. Cano. 27. Aug. 83. q. 59. & epist. 120. cap. 34. Gre. hom. 12.*
bb *Glo. int. su. Exo. 12.*
cc *Glo. ord. s. Exod. 4.*
dd *Gl. inte. s. Exod. 22.*
ee *Isy. s. Leui. 19.*
ff *Glo. ord. s. Exod. 22.*
gg *Gre. s. Eze. hom. 17.*
hh *Ori. s. Nu. hom. 17. & s. Ios. hom. 3.*
ii *Amb. s. Lu. 17. Aug. epist. 80. Glo. or. su. Matt. 24.*
kk *Or. s. Mat. hom. 29.*
ll *Glo. ord. s. Ierem. 30.*

Digitized by Google

Corpus humanum.

Tectum centurionis. *Matt.8.b.* significare potest *a* corpus humanum, sunt, autem sub tecto, qui seruiunt carni: supra tectum verò, qui dominantur carni, & passer solitarius in tecto, est prædicator imperans carni. *Psal.101.*

Tectum, vel tegulæ, designare possunt *b* subleuationem peccatoris. *Luc.5.c.*

Finis mundi. Voluptas.

Tectum arcæ apertum. *Gen.28.c.* finem *c* mundi designare potest, & etiam voluptatem, quæ abiicitur.

Tectum thalami. *Ezech.40.b.* dicitur, *d* quia nescimus cor proximi, nec quantum proximus amatur à proximo.

Manifestatio. Hæretici.

Super tecta prædicare. *Matt.10.b.* est *e* audacter prædicare. Vbi tectum dicit manifestationem.

Tecta iugiter perstillantia. *Prou.19.b.* sunt *f* hæretici. Tecta enim mundas quidem pluuias accipiunt, sed subtectis in domo sordidas reddunt, & hæreticus limpidissima cœlestis oraculi verba auditu corporis haurit: at vbi hæc corde polluto attigerit, auditoribus suis sorde mixta ministrat.

Defensores Hæreticorum. Superbia. Hæreses.

Tecta malorum, sunt *g* potentatus defendentes hæreticos, & etiam arrogantia, & altitudo superbiæ. Fœnum tectorum, sunt superbi: & varia tecta sunt diuersæ hæreses superborum. *Psalm.128. Isa.15.a.22.a.*

Tegere, vide Operire.

Tela.

Tela, est quæ texitur ex filo lini, seu cannabis, vel alterius materiæ.

Tela, quam orditus est Dominus super omnes nationes. *Isa.25.c.* est *h* condemnatio generis humani in Adam facta. Item processus & intentio ipsius Dei erga ea quæ facturus est.

Condemnatio generis humani. Intentio Dei.

Tela quam ordiuntur sine spiritu Dei. *Isai.30.a.* est *i* doctrina falsa hæreticorum, eorum ingenio adinuenta.

Doctrina hæreticorum.

Telæ comparatur tempus huius carnis. *Iob.7.b.* quia *k* sicut tela filis, sic vita mortalis diebus singulis proficiuiantur, & de vniuerso vitæ spacio eò fiunt pauciora, quæ veniunt, quò plura sunt, quæ transierunt. Tela quippe da duplicatur, & vnde se ad augmentum multiplicat, inde fit minus, quod restat. Sed quia nec tela ad expressionem nostri temporis sufficit (nam eius quoque festinationem vitæ nostræ velocitas transit) rectè dititur: Dies præsens moram defectus non habet.

Vita præsens.

Tela aranearum, vide *Aranea.*

Telonium.

Telonium mensa publicanorum, vbi vectigal exigitur, vnde Matthæus vocatus est à Christo. *Matt.9.a. Marc.2.b. Luc.5.f.* designare potest *l* curam rerum temporalium & mundanarum.

Curæ temporalium.

Telum, vide Iacere.

Temerarius, Temeritas, Temerè.

Temerarius dicitur, qui nullo adhibito consilio credit, aut aliquid aggreditur. *2.Reg.6.b. Eccl.5.a. Eccles.9.d. Actor.19.g.*

Temo.

Crux Christi.

Temo nauis, est instrumentum in puppi ipsius nauis, quo nauis regitur & gubernatur in suo motu. Potest designare *m* crucem Christi. Non tamen inuenitur in sacra scriptura.

Temperare. Temperamentum. Temperatura.

Temperare, est rem suo ordine ac mensura administrare. Temperamentum autem & temperatura dici solet mixtura, quæ fit ad colligandos lapides in ædificio.

Temperat Dominus potum cum fletu. *Psalm.101.* quum *n* alios ab exterioribus introrsum trahit, alios verò ab exterioribus in interiora reprobat. Potus enim ab exterioribus interius trahitur, fletus autem ab interioribus exterius emanat.

Firmitas veritatis.

Temperauit Isaac dolorem ex morte matris, dilectione Rebeccæ, quia amorem synagogæ mutauit Christus in amorem Ecclesiæ. *Gen.24.g.*

Temperatura luti. *Ezec.13.b.* designat *o* firmitatem veritatis, sine qua ruit ædificium humanæ mentis.

Temperat Nabuchodonosor vineas & arietes in muros Tyri, quum, *p* diabolus varias disponit tentationes. *Ezec.26.b.*

Tempestas, Procella.

Iudicium. Vis Dei contra diabolum. Prædicatio iudicij. Tentationes. Persecutiones. Seditiones. Persecutio Iudæorum in Christum.

Tempestas, est aliquando ipsum tempus: sed peculiariter tempestates sunt, quibus grandines, procellæ, magnáque vis ventorum, & cætera similia feruntur impetu.

Tempestas aliquando dicitur *q* iudicium, & vis Dei contra diabolum, & diuina vindicta: vnde tempestas rutilante cœlo erit in iudicio. *Matt.16.a. Iob.27.d.36.b. Psal.49.82. Prou.1.c. Isai.7.d.29.b.66.c. Iere.23.c.30.d. Thren.3.b. Ezec.13.b. Nahum.1.a.* Procellæ etiam sonantes. *Iob.28.d.* designant prædicationem futuri iudicij.

Tempestas quandoque significat *r* impetum tentationis. *Matt.8. Luc.8.d. Isai.32.a.38.c. Ioan.1.a.* Et persecutiones fidelium, quæ fiunt per infideles & potentes seculi: Item seditiones. *Iob.37.b. Psal.54.106.* Et tempestas in abscondito, est tribulatio cordis. *Psal.80.*

Tempestas etiam fuit *s* persecutio Iudæorum in Christum, & ipsa passio. *Psalm.54.68.* Et propter Ionam, hoc est, propter Christum orta dicitur esse tempestas. *Iob.1.d.* Hoc est, voces & tumultus Iudæorum & persecutiones ante passionem.

Procella interdum significare potest *s* statum peccati. *Psal.106.* Statuit procellam eius in auram.

Templum.

Status peccati.

Templum, est domus Deo consecrata, & ad eius cultum dedicata, quod & ædes dicitur. Aliquando aut tabernaculum appellatur templum. Fuit autem in Iudæa successiuè triplex templum. Primum Salomonis: deinde templum Esdræ: tertium templum Herodis magni, qui iuxta Iosephum erexit templum nouum à fundamentis: cuius structuram ostendebant Apostoli Christo dicentes. *Matt.13.a.* Magister aspice quales lapides, & quales structuræ.

Christus. Humanitas Christi. Caro Christi. Ecclesia militans.

Templum Dei in primis dicitur *u* Christus, aut eius humanitas, seu caro. *3.Reg.6.a. Psal.11.17.64.67.138. Ioan.2.c. Marc.12.a. Ioan.2.d.* Et templum sanctificans aurum, est Christus sanctificans laudes & orationes, quæ per ipsum offeruntur. *Matth.23.b.*

Ecclesia triumphans. Sancti. Anima fideles. Sacra scriptura. Lectio legis veteris. Mysteria.

Templum Dei aliquando dicitur *x* Ecclesia. *Psal.10.17.44.47.64.67.78.a. Iere.30.d. Ezech.40.g.43.a. Hab.2.d. Zach.6.c.8.c. Matt.21.b.2. Thess.2.d.* In hoc templo inuenitur Christus. *Luc.2.g.* Hoc est templum, in cuius ædificatione non auditur malleus: in cuius etiam constructione concurrunt Gentiles ad fidem venientes. *3.Reg.5.a.6.c.9.b.* Erant autem templum vnum: vt vnitas Ecclesiæ designaretur. Templum etiam est totus ordo Ecclesiæ: quando videlicet temporalia etiam ad contemplationem æternitatis ordinantur. *1.Reg.2.g.* Vt autem tabernaculum synagogam, ita templum Ecclesiam significat.

Templum præterea dicitur *y* cœlestis patria, *1.Reg.2.g. Ioan.2.d. Hab.2.d. Mala.3.a.* Hoc est templum, in quo non auditur malleus. *3.Reg.6.a.* De hoc dicitur: Dominus in templo sancto suo: Dominus in cœlo sedes eius. *Psal.10.44.64.67.*

Templum Dei sæpè dicuntur *z* Sancti & quælibet anima fidelis, in qua Deus per gratiam suam & amorem habitare dignatur, *1.Reg.2.g. Psal.64.78.137. Isa.6.a. Exec.40. Haba.2.d.1. Mach.7.e. Matt.21.b.24. Ioan.14.c.1.Cor.3.d.6.d.2.Cor.6.d.* Templum autem dans Apostolus Spiritui sancto, ostendit ipsum esse Deum, quia solius Dei est habere templum.

Sacra scriptura. Lectio legis veteris. Mysteria.

Templum præterea Dei, est *aa* sacra scriptura, & spiritualis intelligentia scripturarum. *1.Reg.1.d.2.g.3.a. Mat.23.b.* Et etiam lectio legis veteris. *Isa.22.d.* Templi autem mensura, est legis dispositio. *Exod.30.b.* Templum quoque interius, sunt secretiora mysteria. *Ezech.41.c.*

aa *Greg.sup.1.Reg.2. Orig.s.Matth.hom.25. Hier.s.Isa.22.*

a *Ori.s.in diuer. hom.5. Aug.s.ps.101.*
b *Amb.s.Lu.5.*
c *Ambr. de Noe,20.*
d *Gr.1.s.Exe. hom.17.*
e *Hil.s.Matt. Can.10.*
f *Bed.s.Prou. 19.*
g *Arn.s.psal. 128. Hier.s. Isai.13.22. Au.s.ps.128.*
h *Lyr.s.Isai. 25.*
i *Gloss. ord.s. Isai.30.*
k *Greg.8.mo. 11.*
l *Gloss. ord.s. Luc.5.*
m *Chrys. de verb. Isai. hom.4.*
n *Gre.25.mo. 7.*
o *Lyr.s.Ezec. 13.*
p *Glos. int.s. Ezech.26.*
q *Hier.s.Isai. 66. Aug.1.q. in euang.20. Greg.4.8 mor. 11.& 19.mo. 6. Rup.s.psal. 82. Orig.s. in diuer. hom.6.*
r *Hier.s.Ioan. 1. Gre.27.m. 20. Arn.s.ps. 106. Aug.s. psal.80.*
s *Geor.Venet. Cant. 2.som. 6.cap.9. Aug. s.ps.64. Rup. s.Prou.1.*
t *Arn. s.psal. 106.*
u *Arn.s.psal. 10.64. Hil.s. Matth. cant. 12. Hie.s.Zac. 1. Aug. 1.q. in euang. 34. Georg. Venet. Cant. 1.som. 7. ca.33. Ori. s.Matth.hom. 15.& s. Luc. hom. 15.18.*
x *Hier. epist. Quis dabit & ad Latam & s. Habac. 2.& s. Zach. 1.*
y *Aug.s.psal. 44. Greg.s. 1. Reg.2. Georg. Vene. Cant. 1. to.7. cap.33. Thom. 1.2.q. 102. art.4.*
z *Greg.sup.1. Reg.2. Hie s. Ion. 2. Hil. psal. 64.137. Phil. de nobilitate. Arn. s. psal.78. Aug. epist.57.66.*

Digitized by Google

Templum apertum, est *a* fides manifestata in mundo. Is etiam, qui confitetur fidem templum apertum est. *Apoc.* 12.*a.*

Templum desertum à Christo, *b* est synagoga, in qua prius habitabat, antequàm in infidelitatem incideret, *Luc.* 20.*a.*

Templa etiam dicebantur idolorum,& templum Dagon, est *c* anima infidelis idololatriæ superstitione polluta. 1.*Reg.* 5.*a.* Et delubra voluptatis, sunt dæmonum, aut hæreticorum habitacula. *Isa.* 13.*b.* 26.*c.* 55.*a.* Delubra autem montium, sunt, quæ erigunt hæretici contra Dei templum, quæ & phana dicuntur. *Ezec.* 6. *Hose.* 8. *d. Ioel.* 3.*b.*

Templum domini,templum domini,templum domini,dicentes.*Iere.*7.*a.* sunt,*d* qui de exteriori Dei cultu gloriantur,de interiori minimè curam habentes.Et dicunt illud triplicato mendacio,qui fidere volebant in templo absque opere.Templum autem domini triplicatum dicitur ipse Deus,propter tres personas. Ipse enim dominus Deus omnipotens est templum illius ciuitatis supernæ Hierusalem.*Apoc.*21.*g.*

Tempus,Temporalis,Temporaneus.

Tempus,est interuallum motus cœlórum,quod à nobis dignoscitur, præcipuè per Solis, & Lunæ cursum, ac per suas partes diuiditur.Tempus autem aliquando dicitur ætas. *Deu.*22.*a.* Longo viuas tempore. Afflictio. *Psal.* 36.In tempore malo.Hora.*Gen.*24.*g.*Et tempore deambulabat Isaac. Dies. *Leuit.* 15.*e.* Tempore sanguinis menstrualis. Annus.*Num.*24.*a.*34.*e.*Ipse erat eo tempore Rex Moab.Cursus.*Psal.*103.Fecit lunam in tempora. Tempus definitum.*Genes.*21.*a.* Tempore quo prædixerat Deus. Impletio. *Gen.*25.*e.* Iam tempus pariendi aduenerat. Interuallum.*Exod.* 9.*a.* Constituitque Dominus tempus. Mora. *Gen.*40.*a.* Aliquantulum temporis fluxerat. Opportunum.*Gen.*49.*b.*Nec est tempus, vt reducantur. Status. *Deut.* 32.*f.* Longo tempore perseueretis. Terminus. 3.*Reg.*18.*e.*Illis prophetantibus venerat tempus.

Tempora diuersa, *Gen.*1:*b.*iuxta variam acceptionem luminarium accipiuntur: sed imprimis designant *e* annum placabilem Dei: quod tempus,dicitur tempus beneplaciti Dei,quod est tempus incarnationis & passionis Christi,*Psal.*68.quod dicitur tempus acceptabile.2.*Corint.*6.*a.*Secundum hoc tempus descendebat angelus in piscinam,*Ioan.*5.*a.*quia cùm venit plenitudo temporis,misit Deus filium suum.*Galat.*4.*a.Isa.*49.*c.*Et tempus tribulationis Christi,est tempus passionis eius.*Iere.*15.*c.*Tempus multum, post quod mortuus est Rex Ægypti, *Exod.* 2.*d.* est *f* temporis plenitudo, quando Christus vicit diabolum. Et tempus opportunum, *g* & tempus gratiæ, à tempore incarnationis Christi,*Psalm.*31.101.144. Tempus etiam, in quo Deus recordatur generis humani, est tempus redemptionis per Christum factæ.*Iob.*14.*d.*Et tempus, quo parturiens peperit, *h* erat tempus natiuitatis Christi:*Mich.*5.*a.*Et tempus etiam serotinum,est tempus aduentus Christi. *Zach.* 10.*a.* In tempore suo produxit Deus Luciferum,*Iob.*38.*d.*quando misit filium suum in plenitudine temporis.

Tempus requirendi Dominum,est tempus nouæ legis. *Hose.*10. *d.* Et tempus in quo parturiens peperit *i* est initium Ecclesiæ ex gentibus.*Mich.*5.*a.*Et tempora Christi,sunt tempora conuersionis gentium.*Isai.*33.*a.*

Tempus domus domini ædificandæ, *k* est quum primum conuerti ad Deum possumus.*Agg.*1.*a.*Qui tamen negligunt conuerti dicunt: Nondum venit tempus domus Dei ædificandæ.

Tempus primum *l* primam Christi prædicationem designare potest. *Isai.* 9. *a.* Et tempus partus ibicum, est tempus prædicationis.*Iob.*39.*a.*Temporibus autem suis dat Deus pluuiam quum facit prædicari sic, vt prosit auditoribus.*Leu.*26.*a.*Et dicitur,temporanea pluuia,*Iere.*5.*f.*temporaneus imber sunt fundamenta fidei,& cognitio ex parte. *Hos.*6.*a.*

Tempus putationis,*m* est tempus remissionis:& tempus abscindendi,si quid superfluum,& minus vtile fuerit in sensibus vel intellectibus.*Can.*2.*c.*est tempus quo iam securis ad radices arborum posita est: vt mali abscindātur, & in ignem mittantur. Tempus etiam putationis fuit in aduentu Christi, quando amputata sunt à lege omnia, quæ non amplius erant ad literam obseruanda. Tempus etiam opportunum, est tempus emendationis. *Psalm.*31.Tempus ingrediendi sanctuarium. *Leuit.* 16. *a.* est *n* tempus vacandi contemplationi. Ad idem referri potest tempus consecrationis sacerdotum.*Leu.*8.*g.* Tempus etiam ridendi dici potest *o* tempus contemplandi diuina:tempus autem flendi,tempus considerandi seipsum *Eccl.*3.*a.*

Tempore suo dat lignum fructum suum.*Psal.*1.hoc est,*p* tempore iudicij, vel postquam clarificatus est Christus,misit Spiritum sanctum, & instituit Ecclesiam. Et tempore suo infertur aceruus tritici. *Iob.*5. *b.* quum quis post opera vitæ actiuæ,se tradit contemplationi.

Tempus Babylonis est *q* tempus iudicij,punitionis malorum.*Isa.*14.*a.*Dicitur etiam tempus malum.*Psalm.*36. Et tempus visitationis.*Iere.*8.*e.*10.*c.*Et tempus vultus Dei,quando Christus apparebit vt iudex. *Psal.*20. Hoc est tempus,quod Christus dicitur accipere.*Psal.*74.Et tempus statutum.*Iob.*12.*a.*Tempus etiam furoris Dei,est tempus iudicij, aut vindictæ in malos.*Iere.*18.*d.*Hoc tempus vocauit Deus aduersus animam. *Thren.*1.*e.Ezech.*7.*b.* Et tempus Nabuchodonosor & terræ eius,est tēpus destructionis Babylonis,aut potestatis diaboli. *Ier.*27.*b.* Et tempus gentium, est *r* dies iudicij, qui ad omnes spectat gentes.*Ezech.*30.*a.* Et dicitur tempus afflictionis.*Eccl.*12.*a.*

Tempus regis vnius,& tempus hominis dicuntur esse septuaginta anni.*Isa.*23.*d.*Et designant *s* perfectam pœnitentiam.

Tempus amandi est,*t* vt post Deum amemus liberos, vxorem & propinquos. Et tempus audiendi eos, est in martyrio: quum pro Christi confessione rigidos pietas oppugnat inimica. Vel certè tempus amandi legem & legalia antè aduentum Christi,& tempus audiendi ea est,Euangelij gratia succedente,*Eccl.*3.*d.*

Tempus belli est in hac vita,quæ militia est super terram:tempus pacis in futura.*Eccl.*3.*b.Iob.*38.*e.*

Tempus fructuum vineæ,est *u* transacta pueritia,adolescentia, & iuuentute, quando iam adest virilitas: vel quum quis iam debuit profectum habere in verbo Dei, *Matth.*21.*d.* Vel est tempus Prophetarum, quo tempore vinea Israël expectata est vt faceret vuas,& fecit spinas.*Isa.*5.*a.*Et tempus ficuum, est tempus operandi in pace. *Marc.*11.*b.*Ille autem est perfectus,qui etiam tempore tribulationis operatur. Tempus quoque messis nouorum, est tempus laboris,*Exod.*34.*c.*Et tempus faciendi,est *x* tempus operandi, & tempus aduentus Christi, quod non est præcipiendi,vt tempus legis veteris: sed operandi,*Psa.*118.*Is.*49.2.*Cor.*6.*a.*Tempus partus Hebræorum,*Exo.* 1.*c.*est tempus conuersionis animarum,& benè operandi.

Tempore omni iudicantes iudices instituti à Mose.*Exod.*18.*d.* sunt *y* facientes iustitiam in omni tempore.

Tempora tria anni quibus apparere debebat omne masculinum in conspectu Domini.*Exod.*34.*c.* Erant *z* Ver, Æstas & Autumnus.

Tempus planctus,quod fuit septuaginta dierum.*Gen.*50.*a.*designat *aa* tempus remissionis in septenario.

Tempus multum seruorum patris familias,*Matt.*25.designat *bb* longam vitam concessam prædicatoribus.

Tempus constitutum ad plagam. *Exod.*9. *a.*13. *b.* est comminatio facta à Deo ad peccatores, vt excitentur ad pœnitentiam.

Tempus vtrunque est *cc* tempus aduersitatis & prosperitatis.*Exod.*13.*d.*Idem designatur,quando dicitur.*Psal.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore. Tempora etiam lunæ sunt tempora persecutionis & pacis Ecclesiæ. *Psal.*103.

Tempus malum,*dd* tempus,quo mali præualent aduersus bonos. *Amos,* 5.*e. Mich.* 2.*b.* Et tempus tribulationis est,in quo iusti affliguntur à malis,& confunduntur.*Psal.*36.Tempora quoque, quæ non sunt abscondita à Deo, sunt tempora huius seculi.*Iob,*24.*a.*Posuit etiam Deus tempus tenebris,hoc est, modum iniquis, quó iniqui esse desistant.*Iob.*27.*a.*

Temporaneum est fructus præcox:& designat *ee* Iudæos,aut hæreticos, qui deuorati sunt à diabolo antequàm resipiscerent,cum superbirent.*Isai.*28.*a.*

Tempus siccitatis,est *ff* tempus in quo est defectus verbi Dei.*Iere.*17.*b.*

Tempora priora *gg* erant tempora legis Mosis: quæ dicit meliora, qui legem præfert Euangelio. *Ecclesiasti.*7.*b.*

Tempus plangendi,hoc est,afflictionis:*hh* est in hac vita,tempus saltandi,hoc est,gaudendi in futura,quantum

ad bonos

---

a *Ru.*7.*s.Apo*
b *Am.s. Luc.* 20.
c *Gre.s.* 1.*Re.* 5. *Hier.s. Is.*13. & *s.Eze.*
d *Gloss. ord.s. Ier.*7.
e *Ori.s.Gene. hom.*1. *Hil.s.psal.*68. *Ambros. de sacramentis.* *Hie.* & *Aug. s.Psa.*6.
f *Gloss.ord. s. Exod.*2.
g *Au.s.ps.*101. *Gr.s.Ps.*31. & 12.*mor.*8.
h *Hier.s.Mic.* 5. & *s. Zach.* 10. & *s.Io.*38.
i *Hie.s.Mic.*5.
k *Glo. ord.su. Agge* 1.
l *Hier.s. Is.*9. *Gr.*30.*m.*19. *Orig.s. Leuit. hom.*16. *Isyc.s.Leu.*26.
m *Ori.s.Can. hom.*2.4. *Gre.s.Can.*2. *Ber.s. can.ser.* 58. *Ru.s.*1.*Ca.*2. *Arn.s.ps.*31.
n *Glo. inter.s. Leu.*16.
o *Ricar.de S. Vict. de secur. conscient.* 5.5.
p *Hil.s.psa.*1. *Aug.s.psa.*1. *Gre.*6.*m.* 28.
q *Hie.s.Is.*14. & *s.Ier.*8. *Ori.s.Psa.*36. *hom.*3.
r *Hie.s. Ezec.* 30.
s *Glo.ord.sup. Isa.*23.
t *Hie.s.Ecc.*3.
u *Ori.s.Matt. ho.*16.19. *Hier.s.Is.* 18.
x *Amb.s.psa.* 118.*serm.*16.
y *Glo. inter.s. Exod.*18.
z *Gloss.int.su. Exod.*34.
aa *Glo. ord.s. Exod.*34.
bb *Ori.s.Mat. hom.*33.
cc *Basi.s.psa.* 33. *Ambro.*4. *Exae.*2.
dd *Hier.s. Amos* 5. *Aug.s.ps.* 36. *Gre.*16.*m.*21 & 18.*m.* 17.
ee *Hier.s.Isa.* 28.
ff *Hier.s. Ier.* 17.
gg *Hie.s.Ecc.* 7.
hh *Hie.s.Ecc.* 5.

Fides.
Synagoga.
Templa idolorum.
Anima fideles.
Habitacula hæreticorum
Deus.
Tempus incarnationis & passionis Christi.
Tempus nouæ legis & conuersionis gentium.
Tempus conuersionis.
Tempus prædicationis.
Tempus remissionis.
Tempus abscindendi superflua ab intellectu & à lege.
Tempus contemplationis.
Tempus iudicij.
Aduentus Spiritus sancti.
Contemplatio post actionem.
Tempus iudicij & punitionis Dei.
Perfecta pœnitentia.
Tempus operandi.
Tempus remissionis.
Longa vita prædicatorū.
Comminatio Dei.
Tempus prosperitatis & aduersitatis.
Prosperitas malorum.
Iudæi.
Hæretici.
Defectus verbi Dei.
Tempora legis veteris.
Tempora varia.

ad bonos. Tempus amplexandi erat in lege veteri: tempus abstinendi in noua. Tempus etiam amplexandi sapientiam in contemplatione: & tempus abstinendi ab amplexibus, est in cura corporis occupari. *Eccles.3.a.*

Tempus Antichristi.

Tempus & tempora & dimidium temporis. *Dan.7.g.* tres *a* anni cum dimidio, sunt, quibus Antichristus affliget Sanctos. Tempus etiam modicum quo soluetur diabolus, est tempus Antichristi. *Apoc.20.a.*

Tempus quo struthio erigit alas in altum. *Iob.39.c.* est *b* opportunitas hypocritæ, qua suas cogitationes superbiendo manifestat.

Tempus peccati.

Tempus senectutis est *c* tempus veteris hominis. *Psalm.70.* Et tempus immunditiæ lerposi est *d* tempus, quo quis in turpitudine peccati existit. *Leui.13.f.* Tempus etiam malorum, *e* est tempus peccati. *Ierem.15.e.* Et tempus, diuertentium dæmonum. Et tempus Hierusalem, est tempus iuuentutis & peccati. Et dicitur tempus amantium: quia dæmones & hæretici animâ cupiunt peruertere. *Ezech.16.a.* Tempus etiam iniquitatis extremæ erit, quando refrigescet charitas. *Ezech.45.a.* Et tempus menstruale, *f* est tempus idololatriæ. *Leuit.15.d.*

Tempora vitæ constituta bestiis erant vsque ad tempus, & tempus. *Dan.7.d.*

Tempus vernum. *Exod.34.* Vide *Ver.*

Temulentus, vide Ebrius.
Tendere, vide Expandere.
Tendere, Tentorium, vide Tabernaculum.
Tenebræ, vide Caligo.

Tener.

Tenerum dicitur, quod est molle ac recens.

Tenellus dicitur *g* Christus. *Prou.4.a.* Quia molles carne bene apti sunt mente, & ipse doctus est à patre.

Munditia vitæ.

Teneritudo agni aut vituli, ad *h* munditiã vitæ refertur, & designare potest implentem legem, & eum qui totus cedit in sinum Dei: designat etiam quidquid in terris amabile est, quod est Deo offerendum. *Genes.18.a.*

Res amabilis.

Tenerrimi hœdi, *i* innocentiam significare possunt: & etiam imperfectos: & peccatores ex duobus populis, sed dociles. *Genes.27.a.33.c.*

Innocentia.
Imperfecti.
Peccatores.

Teneritudo ramorum ficus. *Matth.24.c.* designat *k* profectum bonorum operum, qui prius erat absconditus, vel ipsos homines in spiritualibus profitientes.

Profectus bonorum.

Tenera filia Babylonis. *Isa.47.a.* deliciarum *l* affluentiam designat. Vel teneram filiam Deus vocat, quando dilectam vniuscuiusque animam à laboriosis huius mundi seruitiis reuocat: nedum exterioribus actionibus afficitur, ab internis desideriis obduretur. Sed Chaldæorum filia, mollis & tenera non vocatur, quia mens prauis desideriis dedita, in eo, quem anxiè appetit, huius seculi labore relinquitur: vt foris mundo velut ancilla seruiat, quæ intus Deum vt filia nequaquam amat.

Affluentia deliciarum.
Vacatio ab exterioribus.

Tenere.

Tenere, est apprehendere, capere, detinere & possidere. Item custodire. *Prou.18.d.* Qui autem tenuerit adulteram, stultus est. Delectare. *Isa.51.d.* Gaudium & lætitiam tenebunt. Impedire. *Psalm.118.* Defectio tenuit me intelligere & scire. *Prouerb.3.c.* qui tenuerint eam beati. Obtinere. *Iud.9.b.* Tenuit pedes eorum abyssus. Occupare. *Exod.25.b.* Tenebit longitudo eius cubitum ac semissem. Recordari. *Apoc.2.g.* Quod habetis, tenete donec veniam. Regere. *2.Reg.6.a.* Tenuit eam, quoniam calcitrabat boues. Teneri, Obligari. *Num.3.b.* Nec obnoxia tenebitur sponsioni.

Operãs Deus gratia & reprimens.
Celans Deus iudicia sua & gloriam.
Detinens Deus missionem filij.
Seruãs Deus.
Expulsio synagogæ electis humilibus.
Potentia diuinitatis Christi.
Pastoralis cura.

Tenere dicitur Deus: *m* quando aliquid graue operatur, & tenet ceruicem alicuius, quando elationem, quam in infimis habuit, destructione suæ percussionis inclinat. *Iob.17.c.38.b.*

Tenet Deus vultum solij sui. *Iob.26.b.* quando *n* secreta iudicia cælat. Et quia à nobis in hac vita regni eius gloria, non quanta intrinsecus habetur, agnoscitur.

Tenebat Deus fortitudinem suam. *Isa.27.* quando *o* non mittebat filium per incarnationem: quem tamen se missurum promiserat.

Tenere interdum, custodire, vt tenebat dextera Dei Christum. *Psalm.138.* hoc est, *p* diuinitas humanitatem: vel Christus quemlibet fidelem, ne decidat. Ita dicitur tenere septẽ stellas, *q* conseruando prælatos à lapsu. *Apoc.2.a.* Tenet etiam manum dexteram nostram, quando constanter facit nos bene operari. *Psalm.72. Luc.8.g.*

Tenuit Dominus extrema terræ. *Iob.38.b.* qui *r* in fine seculorum ad destitutam iam, & alienigenis regibus subditam synagogam venit: atque ex illa impios excussit, quia spiritualia fidei prædicamenta renuentes, etiam à carnalis sacrificij gloria repulit. Vel certè extrema terræ tenuit: quia ex Iudæa paucos abiectos & humiles elegit. Extrema terræ tenuit, quia legis doctores deserens, & piscatores sumpsit.

Operari verbum Dei.

Tenens seu habens Moses in manu virgam. *Exod.4.a.* est *s* Christus habens potentiam diuinitatis. Est etiam habere pastoralem custodiam. Ad hæc referri potest tenere baculum in manibus. *Exod.12.b.*

Persecutio Christi.

Tenens Moses tabulas legis, quæ non sunt fractæ. *Exod.34.d.* designat *t* collationem legis nouæ per Christum, quæ vsque in finem seculi est duratura.

Seruare legẽ Dei.

Tenere in manibus adipem. *Leuit.7.d.* est in opere *u* seu executione habere desiderium, vel carnis luxuriam refrænare.

Adhærere exemplis.

Tenere gladium plus est quàm habere, *x* vt tenent gladios, qui habent verbũ Dei, & secundùm ipsum viuunt. *Cant.3.c.* Tenet autem Christum, hoc est, verbum Dei, aliter quidem sponsa, quæ dicit. *Cant.3.b.* Tenui eum, & non dimittam. Et *Isa.64.e.* Non est qui teneat te, per amorem videlicet, & vinculis charitatis, & mentis affectu. Sic tenuerunt mulieres pedes eius post resurrectionem. *Matth.28.b.* Tenet autem cum sponsa fidei firmitate, & deuotionis affectu: nec teneret nisi teneretur. Eius caput non tenent mali: nec hæretici. *Coloss.2.d.* Aliter voluerunt tenere verbum Dei Scribæ & Pharisæi, volentes opprimere ipsum verbum, & reuincere: sed non potuerunt. *Matth.21.d.* Tenuerunt autem Dauid Allophili, in Geth, designantes capturam Christi. *Psalm.55. In titulo.*

Iudæi crediturí.

Tenere dicuntur fœdus Dei, qui legem eius obseruant. *Isa.56.b.* Et tenet iustus viam suam, quum *y* ad amorem cœlestium robustius stringitur, sciens quia bonis desideriis præmia æterna non deerunt. *Iob.17.b.*

Extremotempore.

Tenere dicuntur lacinias, *z* qui aliorum adhærent exemplis. *Thren.4.c.* Et tenens populi Iudæos, quum gentiles adhærent apostolis. *Isa.14.a.*

Tenens Moses caudam colubri. *Exod.4.a.* designat *aa* populum Iudaicum crediturum in fine seculi.

Initia bona conuersationis.

Tenentes adolescentem discipulum Christi findone. *Marc.14.e.* sunt *bb* laudantes initia bonæ conuersationis.

Timor contemplantis.

Tenet pauor contemplantem. *Iob.4.c.* quia *cc* cùm subtilitatis intimæ arcana percipit, vnde se apud seipsum fortem credidit, inde ante conspectum iudicis titubauit. Districtionem quippe diuinæ iustitiæ contemplantes, etiam de ipsis operibus iure pertimescimus, quæ non fortia egisse putabamus.

Lex frænans Iudæos.

Tenet paruulos Babylonis, qui *dd* refrænat prauas cogitationes. *Psalm.135.*

Ecclesia adiuuans nostra opera.

Tenens Iacob plantam Esau manu. *Genes.25.* designat *ee* legem astringentem populum Iudæorum ne defluere. Tenens etiam Agar manum Ismaëlis filij sui. *Genes.21.a.c.* est lex sustentans Iudæos, vel Ecclesia, cooperans nostris actibus.

Minores increpantes maiores.

Tenere volens Oza arcam lapsantem. *2.Reg.6.b.* designat *ff* minores volentes corrigere benefacta maiorum, quæ ipsi non intelligunt.

Transgredi totam legem.

Teneri mundissima lepra, *Leuit.14.b.* est *gg* totam transgredi legem; vt populus gentilis, qui non expellitur, sed mundus iudicatur, quia legis iugo subiectus non erat.

Mali doctores.

Tenentes seruos Dei missos à rege. *Matth.22.a.* sunt *hh* contentionibus verborum irretientes simplices nuncios veritatis.

Laudare Deũ voce.

Tenentes legem Dei, qui nescierunt Dominum. *Ierem.2.b.* sunt *ii* Scribæ ignorantes Christum, & mali doctores, qui deuorant plebem Dei.

Tenent psalterium & citharam, *kk* qui voce, non corde laudant Deum. *Iob.12.b.*

Cupiditates.

Teneri febribus socrum Simonis Petri *Luc.4.g.* est *ll* carnem cupiditatibus occupari.

a *Hier.s. Dan. Aug.s. Apoc. hom.16.*
b *Gre.31.mo. 11.*
c *Au.s.ps.70.*
d *Glo.int.sup. Leu.13.*
e *Orig.s.Iere. hom.15.& s. Ezec.ho.6.*
f *Glo.int.sup. Leu.15.*
g *Galat.lib.2 cap.1.*
h *Ambr.1.de Abraham.*
i *Gloss. inte.s. Gen.28.*
k *Ori.s.Matt. ho.30. Aug.1. qu.in euang.39.*
l *Gr.6.m.10.*
m *Gre.13.m. 9.*
n *Hier.s.Iob. 26. Gr.17.m.13.*
o *Hie.s.Is.27.*
p *Glo.inte.su. Ps.138.*
q *Rup.2.s.Apoc. Am. 4.de interp. 11.& s.Luc.8.*
r *Gre.29.mo. 2.*
s *Gloss. ord. s. Exod.4.12.*
t *Glo.ord.sup. Exod.34.*
u *Isy.s.Leu.7. Rs.1.s.Le.28*
x *Gre.19.mo. 29.& s.Can. 3.Ori.s. Mat. ho.19. Am.de Vir.3. & de Isaac.5. Hier.s.Is.64. Bern.s. Cant. ser.59. Au.epi.58.& s.ps.55.*
y *Gre.13.mo. 19.*
z *Hie.s.Is.14.*
aa *Glo. inte.s. Exod.4.*
bb *Gr.s.1.Re. 14.*
cc *Gre.5.mo. 23.*
dd *Hier.s.ps.a. 135.*
ee *Bed.s.Gen. 23.*
ff *Gr.5.m.30.*
gg *Glo.ord.s. Leu.13.*
hh *Ori.s.Mat. hom.20.*
ii *Hie.s.Ier.2.*
kk *Am. 2.de inter.4.*
ll *Am.s. Luc. 4.*

Digitized by Google

Tenent torsiones peccatorum. *Isa.* 13. *b.* quia non potest *a* effugere pœnam quam in propria conscientia sentit. Teneri etiam dicitur laqueo, qui Dei vindictam euadere nequit. *Isa.* 24. *c.* Tenetur etiam planta impij laqueo, *b* quando non potest se à peccatis explicare. *Iob.* 18. *b.*

Tenens sceptrum in domo voluptatis, *c* est hæresiarcha: vel diabolus & etiam tenens sceptrum in Ascalon. *Amos.* 1. *a.*

Tenentes se squamæ Leuiathan. *Iob.* 41. *b.* sunt *d* iniqui, qui ad defensionem iniquitatis pari culpa eò magis constricti sunt, quò se sibi per omnia similes esse meminerunt.

Tenens Ioab dextera manu mentum Amasæ, & mittens manum sinistrâ ad gladium. 2. *Reg.* 20. *c.* designat *e* eum qui quasi ex benignitate blanditur, & latenter ex malitia peremit.

Tenentes ventos ne flarent super terram. *Apoc.* 7. *a.* sunt *f* impedientes prædicatores, ne prædicent.

Tenentes fratres Ioseph munera in manibus. *Genes.* 43. *f.* sunt offerentes bona opera Christo, eáque illi ascribentes.

Tenere solium gloriæ, vide *Cathedra.*

Tenere remum, vide *Remiges.*

Tenere arcum, vide *Sagittarius.*

Tentare.

Tentare est, quasi manu extensa aliquid experiri, & exquirere ac probare, & rem non intellectam atque incertam aggredi. Item delicere. 1. *Corint.* 11. *c.* Non patietur vos tentari.

Tentare dicitur Deus Abraham, vel alium: *g* non vt eius virtus Deo, sed sibi & aliis manifesterur, & tentat vt sciat, hoc est, vt scire nos faciat. Et tentat te Deus, vt nota fierent, quæ erant in animo tuo: vnde hoc tentare est manifestare. *Genes.* 22. *a. Exod.* 15. *d.* 16. *a. Deut.* 8. *a.*

Tentatio qua Christus tentauit Philippum. *Ioan.* 6. *b.* ignorantiam *h* illius, & populi Iudæorum circa mysteria declarabat.

Tentare interdum est insidiari, & tentare dicitur Deum ille, *i* qui quanta potest parte periculi se non expedit, & illic poscit miraculum Dei, vbi nonnihil proficere potest humanæ rationis ope, quæ in promptu sit. Tentant etiam Deum, qui prouocant ipsum ad iram. *Psalm.* 77. Conuersi sunt, & tentauerunt Deum. Et qui suggerunt. *Num.* 14. *d.* Tentauerunt me iam per decem vices.

Tentare Christum est *k* detrahere Christo. 1. *Cor.* 10. *b.* Tentabant autem Pharisæi Christum insidiantes. Tentabant etiam ipsum potius de diuinitate, quàm de carne. *Matth.* 16. *a.*

Tentatur Christus statim post baptismum. *Matt.* 4. *a.* vt *l* tentatione sua indicet in sanctificatis nobis maximè diaboli tentamenta grassari: quia victoria ei magis est exoptata de Sanctis. Tentat etiam Deus post transitum maris rubri in Mara. *Exod.* 17. *a.* vt *m* baptizati probati fiant in virtutibus.

Tentatio dictus est locus petræ Horeb, vbi erant aquæ amaræ. *Exod.* 17. *b.* quia *n* certissimum experimentum est animæ in labore atque amaritudine.

Tentatio humana, *o* est confitendo in Deo, diffidere homini. 1. *Cor.* 10. *c.*

Tentator dicitur diabolus, *Matth.* 4. *a.* Accedens tentator.

Tenuis, Attenuare, Extenuare.

Tenue, est exiguum, & paruum, ac subtile: vt tenue filum: Attenuare autem est tenue reddere.

Tenuissimus puluis aromatum. *Exod.* 13. *d.* designat *p* subtilem examinationem virtutum. Tennis etiam aura subtilitatem indicat spiritualium. 3. *Reg.* 19. *c.*

Attenuari dicitur spiritus. *Iob.* 17. *a.* nempe *q* timore iudicij, quia electorum mentes, quo amplius extremo iudicio propinquare se sentiunt, eo ad discutiendas semetipsas terribilius contremiscunt, & si quæ in se carnales vnquam cogitationes interueniunt, pœnitentiæ ardore consumunt, nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittunt, quia eo semetipsos diiudicantes subtilius feriunt, quo districtum iudicem præstolantur vicinum.

Attenuati oculi suspicientes in excelsum. *Isa.* 38. *c.* dicuntur, *r* vel deficientes in contemplatione, quasi neuerberati. Vel etiam subtiles facti.

Attenuata dicitur gloria Iacob. *Isa.* 17. *a.* quando *s* Iudæi perdiderunt Deum & templum & Prophetas. Sic dicitur attenuari robur eius. *Soph.* 2. *d.* Non attenuatur vero gloria Iacob, quando crescit in Ecclesia. *Ierem.* 30. *d.*

Tenuitas, quam mittit dominus in pinguibus est, *t* quum dæmones, aut hæretici relinquuntur à suis. *Isa.* 10. *a.*

Attenuari dicuntur flumina Ægypti, quum *u* confunduntur errores Philosophorum. *Isa.* 19. *d.*

Tenues spicæ, famem verbi Dei significant. *Exod.* 41. *a.* Attenuari autem fame dicitur robur insqui. *Iob.* 18. *c.* quando *x* eius anima nulla interni cibi refectione pascitur. Attenuatur etiam frater, *y* quum per desidiam perdit spiritales diuitias, *Leuit.* 25. *d.*

Tepidus.

Tepidum dicitur, quod est medium inter calidum & frigidum. In spiritualibus autem tepidus est, qui fidem *z* susceptt, sed malus est moribus, estque peior frigido infideli. *Apocal.* 3. *c.*

Terebinthus.

Terebinthus, *aa* est arbor nigrum lignum cum splendore proferens, habensque in buxi speciem soliditatem: vnde fit terebinthina, seu gummi genus & lachryma. Ab aliquibus autem dicitur esse lentiscus. Est arbor infrugifera, quanquam habeat minutum semen.

Terebinthus, vt habet lachrymam salubrem, crucem Christi designare potest. *Iosu.* 1. *f.* Iuxta Septuaginta. Sub hac infodit Iacob idola, hoc est, Christus peccata. Hanc attulerunt filij Iacob in Ægyptum, hoc est, Apostoli in mundum. *Genes.* 43. *c.*

Teribinthus aut lentiscus, vt est arbor infrugifera, typus est *bb* auarorum & idololatrarum: qui nullum proferunt vtilem fructum. *Genes.* 35. *a.* Teribinthus etiam defluentibus foliis, significat Iudæos, sine recta doctrina, literæ legis adhærentes. Vel designat hæreticos, vel habentes diuitias. *Isa.* 11. *g. Hos.* 4. *c.* Cæterum. *Isa.* 1. pro terebintho legitur quercus, quod ait Hieronymus esse iuxta interpretationem Symmachi.

Terere, Tritura, Triturare.

Terere, est fricare & tundere, ac frangere, vnde tritura, quum franguntur spicæ ad colligendum triticum, quod est triturare.

Terere dicitur Deus scopa. *Isa.* 14. *f.* quando *cc* acri castigatione omnes eluit sordes. Et triturat serris, aut rota plaustri, quum grauius castigat. Triturat verò baculo, quando leuius animaduertit. *Isa.* 28. *g.*

Tritura Christi, dici possunt fideles tribulationibus purgati. *Isa.* 21. *c.*

Teri paleas, est *dd* cõteri malos. *Is.* 25. *b.* Et triturari Moab, est conteri diabolum. Et triturari montes, est conteri superbos. *Isa.* 41. *d.* 4. *d.*

Triturans bos, est *ee* prædicans prædicator, cuius non est alligandum os. *Deut.* 25. *a.* 1. *Corint.* 9. *b.* Tritura quoque messium, *ff* est examinatio doctrinæ. *Leuit.* 26. *a.*

Tritura, quam diligit vitula Ephraim. *Hos.* 10. *c.* sunt *gg* labores & curæ mundanorum propter vitia.

Triturant Damasceni Galaad plaustris ferreis. *Amos.* 1. *a.* quando *hh* hæretici deceptos confirmant in erroribus.

Non tritum iter dicitur *ii* iter peccatorum, quia non est via regia, sed anfractibus & erroribus plena. *Ierem.* 18. *c.*

Tergum, vide Dorsum.

Terminus, vide Finis.

Terra, Humus, Terrigena.

Terra est infimum quatuor elementorum, grauis & densa, frigida & sicca, mediam mundi tenens sedem, ornata variis plantis, & animalibus, fluminibus ac fontibus Quandoque autem terra dici potest vsque ad regionem

aëris

a *Hier. su. Isa.* 13. 24.
b *Gre.* 14. *mo.* 5.
c *Glo. or. sup. Amo.* 1.
d *Gre.* 33. *mo.* 33.
e *Gre.* 15. *mo.* 5.
f *Rup.* 4. *sup. Apoc.*
g *Au.* 1. *de ge. con. Mani.* 22.
h *Aut. s. Ioan. tract.* 24. *Ru.* 1. *s. Gen.* 7.
i *Am. s.* 1. *Corint.* 10. *Tert. de car. Christi.*
k *Hil. s. Matt. Cant.*
l *Hieron. de man. Gre.* 24. *mor.* 22.
m *Philip. de congre. &c.*
n *Amb. s. Corinth.* 10.
o *Greg.* 1 *mo.* 39. *Amb. epi.* 62.
p *Gre.* 13. *m.* 15.
q *Bern. ser. de verbis Ezech.*
r *Hie. s. Is.* 17.
s *Hie. sup. Isa.* 10.
t *Hie. sup. Isa.* 19.
u *Gregor.* 14. *mor.* 7.
x *Isy. s. Le.* 25.
y *Amb. s. psal.* 118. *ser.* 2.
z *Plin.* 4. *nat. hist.* 6.
aa *Augu. q. in Ios.* 30. *Bed. s. Gen.* 35.
bb *Amb.* 2. *de Iacob.* 7. *Glos. ord. s. Isa.* 1. *Lyr. s. Hos.* 4. *Hie. s. Isa.* 1.
cc *Hier. s. Isa.* 28.
dd *Hier. s. Isa.* 25. 41. *& s. Mic.* 4.
ee *Glo. ord su. Deut.* 25.
ff *Ori. s. Leuit. hom.* 16.
gg *Gr.* 20. *m.* 16. *& sup. Ezech. hom.* 10.
hh *Hier. sup. Amos.* 1.
ii *Lyr. s. Iere.* 18. *Au.* 3. *de Gen. ad liter.* 7.

Pœna peccatoris. Imperiti diaboli. Defensio malorum. Insidiatores. Impedientes prædicationem. Ascribere bona opera Christo. Manifestare.

Ignorantia Iudæorum. Insidiare. Prouocare ad iram. Suggerere. Detrahere Christo. Probatio baptizatorum.

Subtilitas spiritualium.

Timor iudicij.

Subtilitas contemplationis. Iudæi sine Deo, & templo. Defectio hæreticorum. Iudæi sine Deo & templo. Defectio hæreticorum. Confusio philosophorum. Defectus verbi Dei. Crux Christi.

Auari. Idololatræ. Iudæi. Hæretici.

Castigatio Dei. Fideles. Contritio malorum & diaboli. Prædicare. Labores mundanorum.

Digitized by Google

aëris, subtilem, in qua non sunt nubes. Terra autem interdum dicitur hæreditas. *Exod.* 29.*a.* Sex annis seminabis terram tuam. Littus. *Marc.* 4.*a.* Omnis turba circa mare super terrã. Mons. *Amos.* 4.*d.* Gradiens super excelsa terræ. Pulvis. 1. *Reg.* 15.*a.* Scissa veste, & terra pleno capite. Regio. *Exod.* 18.*a.* Aduena sui in terra aliena. Sepulchrum. *Iob.* 19.*d.* De terra surrecturus sum. Superficies. *Exod.* 16.*b.* In similitudinem pruinæ super terram. Vrbs. *Psalm.* 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis.

Deus pater. Terra quandóque sumi potest pro [a] Deo patre. Est quippe paterna mens omnium fœcundissima: vt germina illa bona produceret, filium videlicet & Spiritum sanctum, quibus cætera omnia huius vniuersi producit, & totum ipsum globum. Quod filiale germen perfectò à se decreto temporum curriculo in salutem gentium dedit. Pro quo Isaias horum sacramentorum conscius deprecabatur dicens. 45.*b.* Aperiatur terra, & germinet saluatorem. Hoc Theologi nostri de beata Virgine. Hebræi de vltima archetypi mensura (quam Sachinã, id est, habitationem meditatam Dei in nobis, & domesticam vocant) interpretantur. Sed (ni fallor) de paterna mente meritò intelligi potest: quæ est filij in primis, & consequenter omnium aliarum rerum prima pullulatrix. Nam de filio, qui verbum & veritas Dei dicitur, canit Propheta. *Psalm.* 84. Veritas de terra orta est. Qui etiam dicitur aqua salutaris ex eadem terra scaturiens. Est itaque hæc receptiua omnium fœcunditatum, & consequenter veluti prima parens etiam omnium pullulatiua. Et sicut hæ terrenæ arbores, nisi plantatæ sint in terreo elemento, minimè viuunt: sic de meliori & rationali arbore dicit summa Veritas, quod nisi sunt plantata à patre summo agricola, in terra videlicet illa superna eradicabitur. Est etiam terra hac in æternum stans à suo nunquam centro diuulsa, nec ad locum alium destinata, omnibus aliis elementis & elementariis rebus successione quadam agitatis, & diuersa petentibus spacia. Est & paterna illa mens semper in se stabilis, neque mista, neque à centro suo dimota: & si Filius, Spiritus sanctus. Intelligentiæque omnes ad diuersa exequenda mitti dicuntur. Et iterum terra centrum vniuersi, est & pater centrum sphæræ intellectualis, vbique per suam essentiam & potentiã existens, sed in cœlesti palatio aperta præsentia apparens, tanquam terra & habitatio illorum ciuium. Ad quam suspirando Propheta dicebat. *Psalm.* 26. Credo videre bona domini in terra viuentium.

Materia prima. Terra quandóque dicitur [b] materia prima. *Genes.* 1.*a.* *Exod.* 20.*b.* 31.*d.* Hanc rigat fons de paradiso voluptatis, quia essentia profundit materiam. *Gen.* 2.*b.*

Mundus sensibilis. Terra itidem [c] pro mundo sensibili sumi potest, ad differentiam cœli, quando sumitur pro mundo intelligibili. *Genes.* 1.*a.* Sumitur etiam pro mundo, quando terra omnis dicitur esse Domini. *Exod.* 19.*a.* Sumitur item

Creatura. terra [d] pro creatura, quando Deus dicitur esse longior terra. *Iob.* 11.*b.* qui creaturæ modum perennitate suæ æternitatis excedit. Et terra deserta, inuia & inaquosa dicitur [e] mundus sine Christo & eius doctrina. *Psalm.* 62. Terra etiam tribulationis & angustiæ, dicitur [f] hic mundus. *Isa.* 30.*b.* 32.*a.* *Iere.* 4.*b.* Eundem designat terra aquilonis. *Zach.* 6.*b.*

Cælestis patria. Terra, quam dat Dominus possidendam, est [g] æterna fœlicitas. *Genes.* 12.*a.* 15.*d.* 26.*a.* 49.*c.* *Exod.* 3.*b.* 6.*a.* 12. 13. 20.*b.* 32. 33. *Ios.* 1.*b.* Hæc dicitur terra Dei, & terra viuentium. *Psal.* 11. 15. 24. 26. 33. 36. 51. 101. 141. *Ierem.* 3.*f.* 11.*a.* *Isa.* 49.*b.* 51.*b.* Hanc terram possident mites. *Matth.* 1.*a.* Hæc est terra Chanaan, quam explorauerunt exploratores. *Num.* 13.*b.* Ipsa est terra fluens lacte & melle. *Leuit.* 20.*d.* Et terra Israël, in quam non egrediuntur mali, est cœlestis patria, in quam inducit Deus oues suas. *Ezech.* 23.*b.* 26.*d.* 34.*d.* In hac terra iniquus non mittet radicem suam. *Iob.* 15.*c.* In hac terra non parent filij stultorum, & ignobilium. *Iob.* 20.*b.* Super hanc terrã erit longæuus, qui honorat patrem & matrem. *Exod.* 20.*b.* *Ephe.* 6.*a.* *Psalm.* 71. In hac terra apparuerunt flores, hoc est, animæ iustorum, vbi etiam audita est vox turturis, hoc est, requies quam promittit Deus. *Cant.* 2.*c.* Hæc est terra sanctificata. *Zach.* 2.*d.* Terra quoque Chanaan, data in possessionem semini Abrahæ, est cœlestis patria: de qua eiectus est Chanaan, id est, iam habitabilis, vbi defecit man, hoc est, [h] viaticum huius vitæ, est terra viuentium. *Exod.* 16.*g.*

Incarnatio Christi. Terra quandóque designare potest incarnationem Christi, vt quum proiectus est serpens in terram. *Exod.* 4.*a.*

Christus. Et sex diebus fecit Deus terram, quum in sexta ætate ordinauit Verbum suum incarnandum. *Exod.* 10.*b.* Et terra adiuuans mulierem, est [k] Christus adiuuans Ecclesiam. *Apocal.* 12.*d.* Terra etiam, quam operati sunt Iudæi sine

Caro Christi. fructu, est caro Christi, quam crucifixerunt, & ipsi perierunt. *Gen.* 4.*b.* Et terra restituta Dauid, est [l] corpus Christi resuscitatum. *Psal.* 96. *In titulo.* Terra quoque Hus, [m] humanitatem Christi designare potest. *Iob.* 1.*a.* Et terra data in manus impij, est corpus Christi traditum in manus Iudæorum, vel corpus iusti in manus persecutorum, vel diaboli. *Iob.* 9.*c.* Altare quoque de terra Domino faciunt, qui in incarnationem mediatoris sperant. Et in altari de terra oblatum munus ponimus, si actus nostros dominicæ incarnationis fide solidamus. *Exod.* 20.*d.* Et amici Iob sedent cum illo in terra. *Iob.* 2.*d.* quando incarnationem Christi cum fidelibus confitentur. Et terra fluens lacte & melle, [n] est caro & corpus Christi, in qua fluxit sanguis & aqua in lauacrum peccatorũ, & lac & mel in verum cibum vitæ & spiritus.

Virgo Maria. Terra benedicta dans fructum suum est, [o] beata Virgo Maria generans Christum. *Psalm.* 66. 84. 103. Hæc est terra promissionis, quæ protulit botrum Christum. *Num.* 33.*c.* Hæc est terra germinans Saluatorem. *Isa.* 45.*b.* Et terra quam rigat fons paradisi. *Genes.* 2.*b.* Et terra sitiens aut inuia, vnde ascendit virgulum, est [p] beata Virgo Maria, quæ sitiebat ad Deum fontem viuum, & non fuit peruia serpenti. *Isa.* 53.*a.*

Ecclesia militans. Terra dicitur [q] Ecclesia militans, quæ pascit verbo, & protegit vmbraculo: quæ aperuit os suum, & suscepit per confessionem sanguinem Christi. *Genes.* 1.*a.* 4.*b.* Et hæc est terra labij vnius. *Genes.* 11.*a.* Ab hac terra erigitur scala, quam vidit Iacob in cœlum. *Genes.* 28.*c.* Hæc est terra sancta. *Exod.* 3.*b.* *Iob.* 15.*c.* 16.*d.* 28.*b.* *Psalm.* 15. 23. 36. 44. 71. 84. 92. 101. 134. In hac terra apparent flores. *Cant.* 2.*c.* Hæc est terra Emanuel. *Isa.* 8.*b.* 42.*a.* Et terra, ad quam est veniendum, est Ecclesia ex Gentibus. *Genes.* 12.*a.* 13.*d.* *Psalm.* 32. 33. 45. 46. 77. 96. 142. *Prou.* 12.*b.* *Isa.* 13.*c.* 14.*a.* 44.*d.* 57.*c.* 60.*d.* *Matth.* 5.*a.* Terra etiam Ægypti interdum dicitur Ecclesia: in qua crescit Ioseph, hoc est Christus. *Gen.* 41.*g.* 47.*b.* Eadem dicitur terra Dei, super quam adducit Deus Gog. *Ezech.* 38.*a.* Hæc est terra fluens lacte & melle. *Exod.* 13. 33.*a.* *Ierem.* 11.*a.* Dicitur terra desiderabilis. *Malach.* 3.*c.* Terra quoque Beniamin, est Ecclesia. 1. *Reg.* 9.*a.* *Ierem.* 17.*d.* Et terra Israël desolata, est Ecclesia deficientibus bonis. *Ezec.* 25.*a.* 27.*d.* 33.*a.e* Hæc est terra Sanctorum, à qua diuelluntur increduli Iudæorum, & quam derelinquunt hæretici, & peccantes. *Psal.* 16. *Isa.* 26.*b.* 38.*b.* 61.*c.* 62.*c.* *Ierem.* 9.*f.* 14.*a.* *Ezech.* 26.*d.* *Ioel.* 2.*d.* 3.*a.* Hanc terram fundit Deus. *Isa.* 51.*c.* In hac terra fit voluntas Dei. *Matth.* 6.*b.* Et Ecclesia est terra parturiens & pariens vna die. *Isa.* 66.*c.* Hæc est terra, [r] quam nescit diabolus, in quam inducit Deus captiuos à dæmone liberatos. *Ezech.* 32.*b.* Et terra, à qua eiicit Deus, & ad quam reducit, est Ecclesia. *Ierem.* 16.*c.* Hæc est terra absque nube, quum caret sapientia & eloquentia mundana. *Ezec.* 38.*c.* 43.*a.* *Prouerb.* 2.*d.* Terra sacerdotum relicta libera à Ioseph. *Genes.* 47.*e.* est [s] terra Ecclesiæ libera à censu diaboli. Terra, quam Deus appendit super nihili, [t] est Ecclesia, quam Deus fundauit in gentilitate. *Iob.* 26.*b.* Et terra clamans aduersus rectores sunt fideles neglecti ab ipsis doctoribus, præcipuè rudes & infimi ordinis, qui contra rectoris iniustitiam in murmurationis voces erumpunt. *Iob.* 31.*d.* Hæc terra producit fœnum iumentis, [u] quando minores dant temporalia prædicatoribus. *Psalm.* 103. Et terra proflatur Austro, quo fideles Ecclesiæ feruentibus charitatis studiis inardescunt. *Iob.* 37.*c.* 38.*a.b.*

Corpus humanum. Terra inanis & vacua, est [x] corpus humanum priusquam doctrinæ acciperet formam, quæ & terra replenda dicitur. *Genes.* 1.*a.* Hæc terra dedit fructum suum in Christo. *Psalm.* 60. 66. 79. 138. Profert autem difficulter fructum. Quam etiam terram inimici lingunt. *Genes.* 3.*c.* 4.*b.* 9.*a.* 12.*a.* 47.*b.c.* *Exod.* 16.*c.* 19.*a.* 20.*b.* 23.*a.* 32.*c.* 33.*d.* *Psal.* 4. 7. 8. 36. 45. 59. 67. 71. 101. 103. 109. 112. 135. 140. 142. *Leuit.* 11.*g.* 25.*a.* *Isa.* 14.*a.* 18.*c.* 23.*b.* 30.*e.* 65.*a.* *Prou.* 12.*b.* Et terra cum germine suo, [y] est caro cum concupiscentiis, & producit bestias, quando profert prauas cõcupiscentias. *Iob.* 12.*d.* *Deut.* 37.*d.* *Matth.* 6.*b.* Hæc terra quieuit à bellis tempore Iosue, quando caro subditur spiritui post aduentum Christi. *Iosu.* 11.*d.* 14.*a.* Et terra viuentium designat corpora viuentium Deo. *Psalm.* 26. 51. Et terra aliena,

Opera carnis. est [z] corpus captiuæ animæ per peccatum, seu caro rebellis spiritui. *Genes.* 15.*c.* *Psalm.* 136. Et terra quam possident mites, est corpus gloriosum. *Matth.* 5.*a.* *Isa.* 1.*c.* Et terra giganteum designat corpora malorum. *Isa.* 26.*d.*

a *Geor. Venet. Cant.* 3. *som.* 7. *cap.* 5.
b *Geor. Venet. Cant.* 1. *to.* 7. *cap.* 22.
c *Amb.* 2. *de Abra.* 8.
d *Gre.* 10. *mo.* 10.
e *Au. ſ. pſ.* 62.
f *Hie. ſ. Iſ.* 30. *& ſ. Zach.* 6.
g *Ori. ſ. pſ.* 36. *hom.* 2. 3. *& ſ. Iob. hom. & ſ. Num. hom.* 3. *Gre. Nyſſe. de beatitu. Hier. Dardan. & ſ. Iſa.* 58. *& ſu. Exee.* 26. 34. *& ſ. Eph.* 6. *Ter. ad Ma.* 3. *Hil. ſ. pſa.* 51. *Gre.* 12. *m.* 24 *&* 20. *m.* 11. *& ſ. Can.* 2. *Georg. Venet. Cant.* 1. *ſom.* 7. *cap.* 25. *Iſy. ſ. Leu.* 20. *Cyr.* 4. *ſ. Ioan.* 51. *Ful. ad Tranſimum.* 3.
h *Glo. ine. ſu. Exod.* 16.
i *Ru.* 3. *ſ. Gen.* 30. *& ſ. Zac.* 2.
k *Au. ſ. Apoc. hom.* 10.
l *Au. ſ. pſ.* 96.
m *Hier. ſ. Iob.* 1. *&* 9. *Gre.* 3. *mor.* 20. *&* 9. *m.* 21.
n *Geor. Vene. Can.* 1 *ſom.* 7. *cap.* 25.
o *Ter. ad Iud. Arno. ſ. pſ.* 66. *Au.* 2. *de gen. con. Mani.* 21. *& ſ. pſ.* 64.
p *Hie. ſ. Iſ.* 53. *Aug. ſer.* 100. *Ru.* 1. *de oper. Spir. ſancti.* 2.
q *Bed. ſ. Ge.* 2. *Hie. ſ. Iob.* 38. *& ſ. Iſ.* 8. *&* 66. *& ſ. Exe.* 38. *& ſ. Ier.* 11. 16. 17. *Baſil. ſ. pſ.* 44. *Am.* 2. *de Abra.* 1. *Gre. ſ.* 1. *Re.* 9. *&* 13. *mor.* 11. *Au.* 2. *ſer. de ſo. in mon. &* 32. *cont. Fau.* 11. *& ſ. pſ.* 39. *Bed. ſ. Gen.* 1. *& ſ. Ex.* 3. *& ſ. Prou.* 2. *Rup.* 4. *ſ. Gen.* 6. *& ſ. Ioel.* 2.
r *Hie. ſ. Exec.* 32.
s *Gloſſ. ord. ſ. Gen.* 47.

t *Gre.* 17. *mo.* 11. *&* 22. *m.* 23. *&* 27. *m.* 24. *&* 29. *m.* 7. u *Aug. ſ. pſal.* 103. *Baſi. Exaem. ho.* 11. *& ſ. pſ.* 7. x *Hil. ſ. pſ.* 66. 67. *& ſu. Mat. Can.* 4. *Amb. de Noe.* 29. *& 2. de pœni.* 11. y *Orig. ſup. Gen. ho.* 1. *& Nu.* 22. 26. *& ſup. Io. hom.* 1. *Au. de. ſer. dom.* z *Fh. quis de re. diu. hæres. Hie. ſ. Iſ.* 1 29. *Bed. ſ. Gen.* 1. *Aug. ſ. pſ.* 36. 77. *Ter. de reſur.*

Digitized by Google

Isa.26.d. Terra traditur in manus impij, quum corpus permittitur persecutoribus. *Iob.9.c.* Terra exultans, est caro Sanctorum. Et terra mota, est caro profanorum, & corpus terrenum. *Psal.96.* Et terra interdum dicitur *a* ipsa caro cum desideriis suis, & etiã opera carnis. *Thren.2.d. Iob.28.a. Hab.3.b.* Ipsa est terra dans fructum suum. *Leuit.26.a.* Terra oblitionis est corpus peccatoris, qui Deo obliuiscitur, & à Domino derelinquitur. *Psal.87.* Designat etiam inferos, qui sunt terra miseriæ & tenebrarum. *Iob.10.b.* — *Inferi.*

Terra interdum est *b* anima, quæ non est iam arida, sed terra, quando bonorum operum fructum producit. *Genes.1.a.9.a.43.a.44.c. Isa.1.b.55.c. Ierem.10.b. Psalm.36.66.96.142. Matth.13.a.* Et terra dans germen suum est homo vel anima bene operans. *Leuit.26.a. Ezech.14.c.* Hanc terram fundat Deus, vt permaneat. *Psalm.118.* In terra habitat absque pauore, qui habet tranquillitatem animæ. *Num.32.a. Deut.28.b. Isa.26.d. Agge.1.c.* Et terra Saulis, est cor boni discipuli: in quo fructificat semen prædicatoris. *1.Reg.13.d.* Quod semen cecidit in terram bonam, hoc est, in eos, qui in corde bono & optimo suscipiunt verbum. *Luc.8.a. Psalm.59.* Et anima est terra desiderabilis, quæ fit in desertum. *Zach.7.d.* Et terra vbi apparent flores, est mens fortis, & firma lingua doctoris. *Cant.2.c. Eccles.1.a. Iob.31.d.* Terra suauiter viuentium, in qua non inuenitur sapientia, est anima *c* eorum, qui huius vitæ voluptatibus pascuntur. *Iob.28.b.38.d.* Hanc terram fodit equus vngula, quum prædicator de audientium corde operum suorum exemplo terrenas cogitationes excutit, & quum quidquid in mente sua terrenum versari conspicit, superductæ pœnitentiæ duris percussionibus rumpit. *Iob.39.c.* Terra, quam inebriat Deus. *Psal.64.* est mens firma & stabilis, quæ non agitatur vt mare. Vel est *d* ipsa stabilitas, quam possidendum promittit Christus. *Psalm.36.* Inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius. Hanc terram vidit Issachar quod esset optima. *Genes.49.c.* Terra, in quam proiicitur virga Mosis, designat corda *e* credentium. *Exod.4.a.* Et terra non capiens Abraham & Lot simul, est *f* anima nõ potens simul habere virtutes & passiones. *Genes.13.a. Agge.1.c.* Et terra repleta idolis, *g* est anima plena hæresibus & falsis opinionibus. *Isa.2.b.* Terra verò Australis, sed arens, *h* est anima cum feruore Spiritus sancti, sed sine lachrymis. *Iosu.15.d. Zach.6. Psal.67.103.142.* — *Anima. Cor. Mens.*

Terra etiam dicitur *i* ipse homo. *Genes.6. Psal.18.32.65.76.89.146. Matth.13.a. Luc.8.a.* quæ terra debet timere Dominum, & super hanc terram effundunt nubes imbrem. *Eccles.11.b.* Et simplices dicuntur terra, *k* quando suscepto verbo vt semine fructificant. *1.Reg.6. Rom.10.d.* Et interdum terra dicitur massa generis humani. *Iob.11.b.24.b.* Et terra, quam exaudit cœlum, sunt homines in Ecclesia, qui doctrina irrigantur, & ipsa exaudit triticum bene operando. *Hose.2.d. Zach.8.c.* Super hanc terram apparuit rota, quando data est lex vetus. *Ezech.1.d.* Et terra orientalis, ad quam abiit Iacob. *Genes.29.a.* sunt qui vitiorum tenebras relinquentes, opera lucis quærebant: ad quam Dominus noster profectus est. Terra etiam sunt simplices & minus perfecti, comparati perfectis, qui sunt cœlum. *Psal.113.* Terra autem domini, vbi conterit Deus Assyrium, sunt Sancti calcantes dæmones. *Isa.14.f.* Et sunt terra stabilis, *l* quæ non agitatur ventis, vt mare. Et siluit terra Iuda dies paucos, quum iusti quiescunt à tentationibus. *1.Mach.7.g.* Terra autem μετωνυμικῶς pro ipso *m* homine sæpe sumitur, seu hominibus habitantibus in terra. *Genes.3.d. Leuit.18.d. Deut.32.a. Isa.1.a.30.e.34.a. Iob.9.a.16.d.37.c.38.b. Ierem.22.d. Ezec.30.c.33.a. Eccl.11.b. Ioel.1.b.2.e. Matth.5.a.* Terra quoque dicitur *n* ipsa familia. *Iob.31.d.* Si aduersum me terra clamat. Terra etiam interdum dicuntur hi, qui terrenis actibus occupati, eleemosynarum & lachrymarum ope ad æternam vitam perueniunt, de quibus. *Psalm.49.* Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere populum suum, quia & hi desursum vocabuntur, qui plus cœlestia quàm terrena quæsierunt. Et hæc terra consurget cum cœlestibus, vt testis aduersus hypocritam. *Iob.20.d.* In terra nimiis imbribus inundata *o* semen abstrahitur: propter humoris autem siccitatem desiccatur: qui autem est viscosus succus semen continet & producit. — *Homo. Simplices. Iusti. Familiæ.*

Terra propria, à qua est egrediendum, dicitur *p* homo terrenus & carnalis, & terrena sapiens. *Genes.1.a.3.c.12.a.41.g. Exod.33.a. Psalm.17.43.45.62.95.103.146.147.1. Reg.14.d. Iob.1.1.12.14.b. Ierem.8.f.10.b.15.51.f. Matth.5.b.10.d.24.c.* Hæc terra est scabellum pedum Dei. *Isa.66.a.* Et terra Nabuchodonosor, aut luciferi, sunt mali & terreni. *Isa.14.e. 60.a.* Et terra quæ consumitur alluuione, sunt, qui pericula non ferentes se labefactari dimittunt. *Iob.14.d.16.d.20.d.* Et fœtum de terra tollitur, quando è terrenis & infirmas actiones habentibus, fiunt fortes defensores Ecclesiæ. Filij quoque terræ dicuntur, terrena & non cœlestia requirentes. *Iob.38.a.d.* Hanc terrã sorbet equus, quum peccatores in suo corpore prædicator exhortando conuertit. *Iob.39.c.* Dicuntur etiam terrigenæ, qui terrena sapiunt, & primum Adam terrenum sequuntur. *Psalm.48. Prou.6.b.* De hac terra oritur veritas, quum peccator confitetur peccata sua. *Psal.84.* In hanc terram proiectus est diabolus, ne habitet in iustis, sed in terrenis. *Apoc.12.b.* Terra etiam calcanda est sapientia carnis. *Isa.42.a.* Item voluptates terrenæ. *Psalm.58.* Et terra Seon, sunt mundani, & omnia, quæ ad mundi voluptates pertinent. *Num.21.32 a. Isa.11.a.* Et terra, qua implentur putei, designat sensus terrenos & carnales, & etiam cogitationes terrenas. *Genes.26.34.c.* — *Homo terrenus. Sapientia carnis. Voluptates terrenæ. Cogitationes terrenæ.*

Terra, in qua laborandum, vt habeatur cibus, est *q* veritas, quæ non facile inuenitur. *Genes.3.c.4.b.* Et terra, quam dat Dominus, & in qua inuenitur cadauer, est sacra scriptura. *Deus.21.a.* Quæ etiam est terra fluens lacte & melle, quæ potest designare peculiariter epistolas Pauli. *Exod.13.3.a.* Et terra cuius medullã comedunt fideles, est litera legis continens medullam spiritalis intelligentiæ. *Genes.45.b.* Et terra possidenda est sacra scriptura *r* intelligenda. *Isa.57.c.* Eadem est carmeli. *Ierem.2.b.* Hæc est Iudæis est terra æneа, *s* quia non ab eis intelligitur. *Leuit.19.e.26.d.* Et terra, quam dat Moses trans Iordanem, est lex in antiquis partibus. Terra verò quam dat Iosue citra Iordanem, *t* est lex Euangelica & beatitudo perfecta à Christo data. *Iosu.13.a.* Et terra hostilis consumens Iudæos, est Euangelium, eorum cõfundens errores. *Leuit.26.f.* Alia terra seu lutum, qua linenda est domus leprosa, est *u* doctrina vera tradita erranti. *Leuit.14.e.* Terra quoque promissionis: est via sapientiæ. Et terra Iuda. *x* est doctrina veteris & noui testamenti. *Isa.19.c.* Et terra, quam dat dominus possidendam, est doctrina & conuersatio Euangelica. *Leuit.23.b.* Sicut terram cõportat argentum hæreticus, *y* quia de scriptura sacra vt ipsi aliquid sciant, ex appetitu terrenæ laudis laborant. *Iob.27.c.* — *Sacra scriptura. Lex. Euangelium. Fœlicitas. Conuersatio euangelica.*

Terra interdum significat *z* terrenos sensus: & humilitatem literæ. *Hose.1.d.* Sic erat terra in templo vsque ad fenestras. *Ezech.41.e.* — *Terrena sensus litera.*

Terra ad quam est veniendum, dicì potest *aa* religio ad quam venitur, relictis omnibus terrenis, ac etiam propria voluntate. *Gen.12.a.13.d.* Et terra Iacob, est monasterium. *Gen.30.d.* Quod etiam dicitur terra, quæ non seminatur: quia caret deliciis. *Ierem.2.a.* — *Religio. Monasterium.*

Terra, à qua est egrediendum, *bb* Iudæorum sacrificia designare potest: quæ erant deserenda, vt ad terram Ecclesiæ veniretur. *Gen 12.a.* Hæc est terra fructifera, versa in salsuginem. *Psalm. 106.* Et terra Chanaan quandoque dicitur ipsa Iudæa. *Gen.17.b.26.41.44.45.47. Isa.1.b.1.Cor.15.f.* Et terra, ad quam reducitur Iacob, erit Iudæa in fine mundi. *Gen.28.a.* Et terra salsuginis, *cc* est Iudæa derelicta à Deo. *Iob.39.a.1. Reg.4.* Et terra ruinæ Ecclesiæ, erat Iudæa. *Isa.49.e.* Facta est autem Iudæa terræ salsuginis post aduentum Christi. *Ierem.17.a.* Et terra commota de loco suo, est plebs Israëlitica de Iudææ finibus euulsa. *Iob.9.a.37.b.* Et terra Dauid illi testituta, *dd* est Iudæa ad fidem veniens, & etiam gentilitas. *Psalm.96. in titulo.* Et terra seu puluis Sion. *Psalm.101.* Hæc est terra Hæbræorum, vnde furtim sublatus est Ioseph. *Gen.40.c.* — *Sacrificia Iudæorum. Iudæa.*

Terra, quam dedit Deus patribus Iudæorum, est *ee* Iudæa, hoc est, confessio fidei. *Ezech.36.f.* Hæc est terra, de qua oriebatur panis. *Iob.28.a.* Et terra firmata super aquas, est fides firmior opinionibus. *Psal.135.* — *Confessio fidei. Fides.*

Terra Chanaan quandoque significat *ff* gentilitatem. *Leu.14.c.* Et terra, super quam stillant stillicidia, est gentilitas, cui prædicatur. *Psalm.64.71.* Hæc fundatur in Christo, quando suscipit fidem. *Psalm.103.* Et terra absque homine est gentilitas sine Prophetis. *Iob.4.b.38.c.* ipsa erat terra deserta, & inuia ante fidei susceptionem. *Isai.41.e.* De terra cognationis Abrahæ, accipitur vxor Isaac. *Gen.24.a.* Hoc est, *gg* ex gentibus datis Christo in hæreditatem. Terra coram Abraham, *hh* est apertio populorum ad Euangelij susceptionem. *Genes.20.d.* Terra item, — *Gentilitas.*

quam

a *Phi. quod de teri. potio. inst. & de mi. Ab. Isy. s. Leu. 26. Eu. q. in Psal.*
b *Ori. s. ps. 39. ho. 1. & s. Le. ho. 16. & sup. Ezec. hom. 4. s. Nu. 26. & s. Can. hom. 4. Hie. s. Is. 1. 26. & s. Agge. Amb. epi. 12. & de Nee. 24 & s. ps. a. 118. serm. 12.*
c *Gre. s. 1. Re. 16. & 22. m. 23. & 18. m. 26. & 31. m. 21. 22.*
d *Rieard. de S. Vict. de 12. Patr. 38.*
e *Ori. s. Exod. hom. 4.*
f *Ambr. 2. de Abra. 6.*
g *Hie. s. Is. 2.*
h *Gr. 3. di. 34.*
i *Ba. s. ps. 32. Ar. s. ps. 146. Amb. epi. 44.*
k *Gre. s. 1. Re. 6. & 10. mor. 10. & s. Ezec. hom. 6. Ori. s. Re. 10. Hie. su. Iob. 9. 24. & s. Zac. 8. & s. ps. 113. & s. Isa. 114.*
l *Ric. de Sa. Vict. de vitio mutab.*
m *Aug. qu. in Lan. 67. & 1. serm. dom. in monte. Georg. Ve. Can. 2. to. 3. cap. 15.*
n *Gre. 15. mo. 15.*
o *Cle. Ale. 1. pæda. 6.*
p *Ori. s. Ge. h. 1. & s. Cant. ho. 4. & s. Ier. h. 2. 11. & 1. peri. 3. Hil. s. Mat. Can. 10. Aug. 1. ser. de in mont. & s. ps. 84. & s. Apo. hom. 9. Hie. s. Ier. 10. & s. Is. 14. 42. & su. Iob. 14. & 1. adue. Io. Basil. s. ps. 48. Gr. s. 1. Re. 14. & 6. m. 21. & 11. m. 2. 6. 7. & 18. m. 16. & 29. mo. 30. & 31. m. 25. & 2. mor. 32. Bed. s. Gen. 1. Arn. s. ps. 58. Ori. s. Gen. ho. 13. & s. Num. ho. 12. 26.*

q *Glo. inter. sup. Gen. 3. Rup. 1. s. Deu. 7. & prol. in Apo. Am. Ier. 68.* r *Hier. in Isa. 57. & s. Ier. 2.* s *Isy. s. Leu. 19. 26.*
t *Ori. s. Ios. h. 13.* u *Glos. int. s. Leu. 14. Phil. de plan. Noe.* x *Hie. s. Is. 19. Isy. s. Leu. 35.* y *Gre. 28. mo. 8.* z *Hie. s. Ho. 1.*
aa *Lyr. s. Gen. 12.* bb *Aug. s. ps. a. 106. Ier. s. Isa. 1. 49. & s. Iob. 39 & s. Ier. 17.* cc *Gr. s. 1. Re. 4. & 9. m. 3 & 27. m. 22.*
dd *Aug. s. ps. 96. 101.* ee *Hie. s. Ez. 36. Aug. 2. de gen. ad lit. 1. Gr. 18. m. 19.* ff *Ar. s. ps. 103. Hie. & s. Iob. 38. & s. Is. 41.*
gg *Glo. int. s. Gen. 24.* hh *Glos. ord. s. Gen. 20. & sup. psa. 79.*

Digitized by Google

quam implet vinea, est gentilitas. *Psalm.* 79. Terra Madian, ad quam venit Moses, typus est gentilitatis; ad quem venit Christus per prædicatores. *Exod.* 2. *c.* Terram omnem capiens Iesus, *a* designauit ex omni gente venturos ad fidem. *Iosu.* 11. *d.* Terra etiã latissima relicta à Iosue, præfigurauit, multos conuertendos, præcipue ex gentibus post Christi passionẽ. *Iosu.* 13. *d.* Terra, in quam cecidit Iob, *b* est gentilitas ad quam inopinatò venit Christus. *Iob.* 1. *d.* Terra scissa est fluuiis, *c* quando Iudæa manente arida, in gentilitate fluxerunt flumina aquæ viuæ, venientibus prædicatoribus tanquam fluuiis: *Habac.* 3. *b. Zach.* 11. *b.*

Contemplatio.
Angelus custos terræ.
Vita præsens.

Terra visionis, est *d* contemplatio, aut contemplationis status. *Genes.* 22. *a.* Et terra patrum, est contemplatio spiritualium, & sacer sermo. *Genes.* 31. *a.* 48.

Cum dicitur terra lugere, intelligi potest *e* de angelo præposito terræ, iuxta Origenem. Quod sanè intelligendum est. *Ierem.* 12. *a.*

Terra viuentium interdum dicitur *f* vita præsens: vnde abscissus dicitur esse Christus. *Isa.* 53. *c.* Inde Iudæi delere volebant nomen Christi. *Ierem.* 11. *d.* Dicitur etiam terra salsuginis. *Iob.* 39. *a.* quia Sancti viri quandiu in huius vitæ tabernaculis degunt, ad supernam patriã desiderij sui quotidianis æstibus accenduntur. Et terra Sabaa, id est captiuæ, est peregrinatio vitæ præsentis. 1. *Reg.* 13. *d.*

Virtus.
Sensus.

Terra, quam perambulauit Abraham, dici potest *g* virtus, in qua exercentur boni in hac vita. *Genes.* 13. *d.*

Terra quandóque significat *h* ipsos sensus, quia constitutionem corpori similem, & fermè terrenam sensus sortitus est. Item ideam ipsius sensus. Ornant autem sensum corporea & sensibilia. *Genes.* 1. *a.* Ab hac terra sensuum educit Deus oues suas. *Ezech.* 34. *d.*

Actio terrena.

Terra quandóque dicitur *i* actio terrena. *Iob.* 8. *d.* vt rursum de terra alij germinentur. Quandóque verò infirmitas actionis. Et dat Deus ad se conuersis pro terra silicem, quia pro infirma actione fortitudinem tribuit robusti operis.

Terra extra Ecclesiam.
Conuersatio terrena.
Humana vilitas.

Terra non propria, dici potest *k* terra extra Ecclesiam: vt terra propria sit ipsa Ecclesia. *Genes.* 15. *c. Exo.* 2. *c.* 18. *a. Ierem.* 5. *d.* Et terra deuorans malos, est vita & conuersatio terrena. *Exod.* 15. *b.* In terra scribi, est in pœnam peccati ad terrena condemnari. *Ierem.* 17. *b.*

Terra quandóque designat *l* humanam vilitatem, & inutilitatem. *Genes.* 19. *c.* 38. *b. Psalm.* 145. Ponitur autem sæpe terra pro re vili, vt quum argentum comparatur humo. *Zach.* 9. *a.* Et confident in terra amici Iob, quando hæretici aliquid de imagine humilitatis & vilitatis ostendunt: vt dum humilia exhibent, persuadeant superba, quæ docent.

Peccatum.
Operatio terrena.
Res terrena.

Terra, quam comedit serpens, designat *m* peccata: & curiositatem. *Genes.* 3. *c.* Item possessiones: & res terrenæ, & cogitationes terrenæ, & conuersatio corporis sunt terra, à qua est egrediendum. *Genes.* 12. *a.* 26. *a. Exod.* 1. *c.* 15. *b.* 20. *a. Isa.* 42. *a.* Et terra Chanaan quandóque designat ipsa vitia. *Exod.* 13. *a.* 34. *b. Ezech.* 16. *a.* 17. *a.* Et terra aliena, est status peccati. *Psalm.* 136. *Matth.* 15. *d.* Et terra Citiorum, est frigiditas peccatorum. *Isa.* 23. *a.* Et terra Aquilonis, est status peccati, aut idololatriæ, & etiam terra captiuitatis. *Iere.* 3. *f.* 16. *c. Zach.* 2. *b.* Et terra, in qua sedet filia Babylon, est operatio terrena. *Isa.* 47. *a.* Et terra est vsque ad fenestras, quando occupationes terrenæ tenent prælatos Ecclesiæ. *Ezech.* 41. *c.* Terra Sichen est in potestate, quando quis habet libertatẽ peccandi. *Genes.* 34. *b.* In hac terra vocant nomina sua stulti. *Psalm.* 48. Significat etiam terra ipsa terrestria, seu bona terrena, *Psalm.* 68. *Iob.* 15. *b.* Quibus solis data est terra. Eadem designat terra Edom per quam transeundum est filiis Israël non tamen in ea immorandum. *Numer.* 20. *c.*

Infernus.

Terra, quæ conuertitur in picem & sulphur, *n* est infernus, qui & terra vltima dicitur. *Isa.* 34. *b. Ezech.* 32. *d.* In hanc terram proiiciuntur mali, quam ignorant, quæ & terra tenebrosa, & operta mortis caligine dicitur. *Iob.* 10. *d. Ierem.* 16. *c.* Hæc enim terra in qua habitamus, est terra miseriæ, sed non tenebrarum: quia multa hic corruptionis mala patimur: sed tamen adhuc in ea perconuersionis gratiã ad lucem redimus. Illa verò simul miseriæ & tenebrarum est: quia quisquis ad toleranda eius mala descenderit, nequaquam vlterius ad lucem redit. Dicitur etiam terra aquilonis. *Ierem.* 3. *c.* Veniunt simul de terra Aquilonis.

Limbus.
Mors.
Hæretici.
Conciliabula hæreticorum & philosophorum.

Terra inimici, vnde reuertuntur innocentes, *o* limbum significare potest, vel mortem. *Ierem.* 31. *c.* Dicitur terra inimici, hoc est, diaboli, vel Herodis.

Terra interdum dicuntur *p* hæretici, & decepti ab eis. *Isa.* 9. *d.* 18. *d.* Et terra procul, sunt conciliabula hæreticorum & Philosophorum, quæ etiam dicitur terra salsuginis. *Isa.* 8. *b. Ierem.* 17. *a.* De terra autem audiri, dicitur vox Iudæorum & hæreticorum quasi pythonis. *Isa.* 29. *a. Mich.* 5. *b.* Terra etiam Chaldæorum designat eos, qui sunt superstitionibus & auguriis dediti. *Ierem.* 50. *a. Ezech.* 1. *a.* Designat etiam prosperitatem huius mundi, & abundantiam. *Isa.* 23. *c.*

Prosperitas mundi.
Tentationes.

Terra Philisthiim quandóque designat *q* tentationes dæmonum: vnde non deduxit Dominus populum Israël recenter egressum de Ægypto per terram Philisthiim. *Exod.* 13. *d.* Eadem dicitur terra hostilis. *Leuit.* 26. *e.*

In terram cadere dicitur verbum *r* quando contemptibilis est vita prædicatorum. Sic non cadebat in terram verbum Samuelis. 1. *Reg.* 14. *d.*

Terra turbata, *s* subditorum humilitatem designare potest. 1. *Reg.* 14. *d.*

Auarus.
Antichristus
Insistens terrenis.

In terram abscondere pecuniam, *t* est gloriam nouæ prædicationis obtrectatione corporeæ passionis occulere. Sic infodit seruus malus pecuniam in terra. *Matth.* 25. *e.*

Terram similem promittebat Rapsaces Iudæis, quam non poterat dare. *Isa.* 36. qua ratione *u* diabolum significat, qui dixit primis parentibus. Eritis sicut dij: quod ipse præstare non poterat.

Terra, quæ non satiatur aqua, dicitur *x* auarus, qui non satiatur diuitiis. *Prou.* 30. *c.*

Terra, quæ est cymbalum alarum, *y* erit Antichristus. *Isa.* 18. *a.*

Conuersio infidelium.
Desertio rerum terrenarum.
Eleuatio fidelium.
Depressio infidelium.
Futurum iudicium.
Passio Christi.
Perturbatio hominum.
Tentationes.
Persecutio Ecclesiæ.
Euersio Hierusalem.
Mutatio mũdi.

Terrigena, hoc est, filius terræ, *z* dicitur quicunque terrenis rebus insistit & qui terrenas hæreditates requirit, & hic pertinet ad Adam. *Psalm.* 48.

Terra Gessen. *Genes.* 45. *c.* 46. 47. vide *Gessen.*

Terræmotus,

Terræmotus, *aa* dicitur, quum terra, incluso spiritu, ac exitum quærente, contremiscit magno sæpe habitantium damno ac terrore.

Terræmotus in passione Christi, designauit *bb* perturbationem & mutationem hominum ad Christi fidem venientium. *Matth.* 27. *f.* Designat etiam motus seu mutationes terrenarum rerum: scilicet vt eas deseramus, & ipsam prædicationem ab eis nos auertentem. *Apoc.* 8. *b.*

Terræmotus in resurrectione, designauit *cc* eleuationem fidelium futuram, & depressionem ac metum infidelium. *Matth.* 28. *a.*

Terræmotus in diebus Oziæ, *dd* futurum iudicium præfigurauit. *Zach.* 14. *a.* Designauit etiam terræmotum factum in passione Christi. *Amos.* 1. *a.*

Terræmotus quandóque *ee* significat perturbationem hominum, propter contrarias opiniones, & etiam tentationes. Et terræ motus per loca fiet, *ff* quando multi separabuntur à fide. *Matth.* 24. *a. Luc.* 21. *c.*

Terræmotus magnus *gg* nouissimam persecutionem Ecclesiæ, iuxta finem mundi designare potest, & secundum quod est terræmotus in appertione sexti sigilli, designat perturbationem factam in vltima euersione Hierusalem. *Apoc.* 6. *c.* 11. *c.* Vel designat *hh* translationem rerum à corruptibilitate in incorruptibilitatem. *Apoc.* 16. *a.*

Terrere, Terror, Exterrere, Conterrere, Consternare.

Terrere, est timorem alicui incutere. Terribile autem est, quod est formidabile.

Terribilis dicitur Deus, secundum quod operatur mirabilia, quibus homines terrentur. *Exod.* 15. *b.* Et dicitur terribilis in consiliis super filios hominum. *Psal.* 65. quia *ii* per eos facit mirabilia: & etiam propter iudicia, quæ exercet erga homines: vt quantum ad reprobationem Iudæorum, & electionem gentium.

Terror Domini dicitur inuadere ciuitates. *Genes.* 35. *a.* quando non permittit quempiam tentari supra id quod potest.

---

gg *Aug. sup. Apoc. hom.* 5. *Rup.* 4. *sup. Apoc.* hh *Aret. sup. Apoc.* 16.

ii *Hil. sup. psalm.* 65. *Hie. sup. psal.* 65. *August. sup. psalm.* 65.

a *Orig. s. Iosu. ho.* 16.
b *Gre.* 2. *mor.* 35.
c *Lyr. su. Haba.* 3.
d *Phil. de mi-Abra.*
e *Ori. s. Ierem. hom.* 8.
f *Gre.* 30. *mo.* 25. *& s.* 1. *Regum.* 13.
g *Ambr.* 2. *de Abra.* 7.
h *Phi.* 1. *alleg.*
i *Gre.* 16. *mo.* 9.
k *Hie. s. Ier.* 5. *Ori. s. Exo. ho.* 6. *& s. Ier.* 4.
l *Gre.* 3. *mor.* 19.
m *Aug.* 2. *de gen. con. Manich.* 28. *Ori. s.* 1. *peria.* 3. *& s. Eze. hom.* 7. 11. *Am.* 1. *de Abra* 2. *& de Abra.* 1. *Hil. s. Matth. cant.* 15. *Clim. grad.* 7. *Hie. su. Is.* 23. *& s. Ier.* 3. *& s. Zac.* 2. *Gre.* 14. *m.* 9. *& s. Ezec. ho.* 11. *Basi. s. ps.* 48. *Hil. s. psal.* 68.
n *Philo. quòd Deus sit immutabilis. Greg.* 9. *mor.* 45.
o *Glo. ord. su. Ierem.* 31.
p *Hie. s. Is.* 8. 9. 18. *& s. Ier.* 17. *Ori. s. Ier. ho.* 3. *& s. Ez. ho.* 1. *Hie. s. Is.* 23.
q *Glo. ord. su. Exo.* 13.
r *Gre. s.* 1. *Re.* 3.
s *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
t *Hil. s. Matt. Can.* 27.
u *Glo. inte. su. Is.* 36.
x *Bed. s. Prou.* 30.
y *Gr.* 13. *m.* 7.
z *Au. sup. ps.* 48.
aa *Plin.* 2. *nat. hist.* 84.
bb *Or. s. Mat. hom.* 35. *Au. s. Apo. hom.* 6.
cc *Am. s. Luc.* 24.
dd *Hie. s. Zac.* 14. *Ru. s. Am.* 1.
ee *Ori. s. Mat. hom.* 25.
ff *Am. s. Luc.* 21. *Hier. s. Matt.* 28.

Digitized by Google

a Gr.s.1.Re.7. Rupe.s. Iudit.
b Gr.7. mo.3. 8.m.17.
c Hie.s.Iob.6. d Gre.32.mo. 17.Hil.s.psal. 65.138. Hie.su.Is.10. & s.ps.65.
e Gre.31.mo. 21.28.
f Gre.17.mo. 13.
g Gr.34.m.4. h Gr.5.m.22. Ric.de S.Vict. de somnio Nabuc.2.
i Gre.s.can.6. Rup.s.cant.6. k Phi.de som.
l Amb.de Ioseph.4. Hier.s. Is.33.
m Isyc.s. Leu. 26.
n Orig.s.Leu. hom.16. Hie.s. Isa.17.
o Gre.12.mo. 19.
p Gr.13.m.6. q Hie.s. Dan. 7.
r Arn.s.ps.21. Au.epi. 120.
s Or.s.Iob.lib. 2.Gre. 3.mor. 14.
t Gr.3.m.22. u Hie.s.Is.45.
x Hie.s. Dan. 2. Ric. de Sa. Vict. de somn. Nabu.23.25. 26.
y Hie.s.Is.30. Au.s.psa. 82.
z Lact. lib.4. cap.20. Amb. de Noe 11. & 1. de Cain.7. Arno.s.ps.77. Hil.s.psal.54. Hie.s.Ier. 31. & s.Zach. 9. Georg. Venet. Cant.2. to.5. ea.13.16.17. Eu.for.spi.12.
aa Aug.s.psa. 49.
bb Ori.s.Exe. hom.7.
cc Gre.13.m. 12.13. Au.q. in Ios.30.

potest. Et exterret dominus Philisthiim, *a* quum infundit fidelibus gratiam, & bona desideria, quibus terrentur dæmones. 1.*Reg.*7.*c.*Sic terruit Dominus Sisaram per Barach,hoc est,dæmones per Apostolos. *Iudith.*4.*c.*

Terror brachij Dei,est *b* sententia condemnationis, quam proferet Dominus in iudicio. *Isa.*30.*g.*Et terribilia Dei significant ipsum iudicium. *Psalm.*144.Et dies Domini terribilis,est ipse dies iudicij. *Ioel.*2.*e.*Terrores quo que Domini conturbantes,sunt cogitationes diuini iudicij, & montes æternæ. *Psalm.*87. Et hi terrores militant contra nos. *Iob.*6.*a.* Terret autem Deus per somnium, hoc est, per imaginationes vltimi districtíque iudicij. *Iob.*9.*b.*15.*a.*37.*a.*

Terrores Domini dicuntur aliquando *c* dæmones. *Iob.*6.*a.* Et error equi,dicitur gloria narium eius. *Iob.*39.*c.*Et terrentes Hierusalem sunt dæmones terrentes animam. *Thren.*2.*g.*

Terribilis mons, *d* maiestatem Christi designare potest. *Exod.*19.*c.* Non terruit autem Iob,hoc est. Christum despectio propinquorũ. *Iob.*31.*d.*quia ab ipsis Iudæis,vt nos ab æternis suppliciis liberaret,palmas in facie æquanimiter accepit, quibus tamen post resurrectionem terribilis factus est. Terribiliter autem magnificatus est Christus, quando mortuus est cum tot signis & portentis. *Psalm.*138. Terribilia quoque Dei,& terribilia opera Dei,mortem Christi & opera redemptionis significare possunt,quæ terrent contemplantes ea. *Exod.*35. *Psalm.*64. 144. Vnde terror dicitur esse tempore passionis Christi. *Isa.*10.*f.*

Terror filiorum Noë dicitur esse super animalia terræ. *Genes.*9.*a.* quando prædicatores terrent gentes irrationabiles.Et dicitur terror gloria narium equi,hoc est, *e* iusti prædicatoris. *Iob.*39.*a.*quia gloriatur de aduentu iusti iudicis,quem præiudicat:de cuius aduentu iniquus terretur.Dicitur etiam de quolibet fidele inter spem & timorem incedente.

In terrore dicitur audiri vox Dei. *Iob.*37.*a.*quia *f* peccator quisque dum sola,quæ terrena sunt, cogitat, dum cor oppressum infimis cogitationibus gestat, si repente diuinæ gratiæ aspiratione tangitur, hoc ante omnia intelligit, quòd cuncta quæ agit,districta æterni iudicis animaduersione puniantur.

Territi dicuntur Angeli lapsu Luciferi, *Iob.*41.*c.* quia *g* videntes eius lapsum, cauerunt sibi,ne conditorem suum superbè despicerent.

Territa ossa in visione aut contemplatione Dei, *Iob.*4.*c.*designant, *h* quod sæpe homines ea quæ agunt, alicuius momenti esse putant,quia districtionis intimæ quam sit subtile iudicium ignorant:sed quum per contemplationem rapti superna conspiciunt,ab ipsa quodammodo præsumptionis suæ securitate liquescunt.Sic perterritus fuit Pharao,viso somnio, *Genes.*41.*c.*Ita etiam perterritus fuit Spiritus Nabuchodonosor. *Dan.*2.*a.*

Terribilis vt castrorum acies ordinata,est Ecclesia, quando *i* fideles sunt in pace & charitate vniti, in quam non valent dæmones irrumpere, *Cant.*6.*a.* Sic beata Virgo Maria est terribilis dæmonibus.

Terribilis locus dicitur esse mundus, *Genes.*28.*d.* quando *k* quis videlicet per ipsum,magnitudinem Dei creatoris considerat.

Terror fratrum Ioseph,timentium ipsum Ioseph, designat *l* ipsos Iudæos timentes credere in Christum, nec veniam sperantes, *Genes.*43.*d.*45.*a.*Et perterriti filij Israël,pusillanimitatem Iudæorum,vt crederent in Christum designare possunt, *Exod.*20.*c.*Et conterriti peccatores in Sion sunt Iudæi in destructione Hierusalem, *Isa.*33.*b.*Ad eosdem refertur consternatio Esau, *Genes.*27.*f.* Terret autem Iudæos sonitus folij volantis, *m* quando terrentur prædicatione legis per fideles facta, *Leuit.*26.*c.*

Non est,qui exterreat, *n* quando datur fidelibus virtus aduersus dæmones,per quod etiam significatur securitas seruorum Dei, *Leuit.*26.*a. Isa.*17.*a. Ephes.*3.*c.*

Terroris sonitus dicitur esse in auribus iniqui & impij, *Iob.*15.*b.*18.*c.* quia *o* aut molliter mala quæ inferat, aut metuit,ne hæc sibi ab aliis inferantur,& quidquid contra proximos cogitat, hoc contra se excogitari à proximis formidat.

Terribilibus oculis intuetur hostis, *Iob.*16.*b.*quando *p* diabolus prauorum consiliis non cessat mala exquirere, quibus bonorum vitam semper deterius affligat.

Terribilis bestia, *Dan.*7.*b.*regnum *q* Romanorum significat.

Testa.

Testa, est frustum vasis fictilis, & cuiusque lateris, seu rei ex luto cocto factæ.

Testa arefacta censetur melior, *r* quàm nondum cocta, vnde virtus Christi comparatur testæ arefactæ, quia aruit igne tribulationis, *Psalm.*21.Et testa,qua Iob saniem radebat, *s* carnem Christi, & mortem eius ac crucem designare potest,quibus ipse peccatorum nostrorum saniem rasit,atque deleuit. *Iob.*2.*c.*

Testa etiam,qua Iob saniem radebat,designare potest *t* vigorem distinctionis,quo fluxus illicitæ cogitationis, nosmetipsos asperè diiudicando mundanus. Vel designat fragilitatem mortalitatis,cuius cursum cum pensamus, putredinem miseræ delectationis abstergimus.

Testa de Samiis terræ, *Isa.*45.*b.* hominem *u* designat. Et dicitur similis aliis, qui ex eadem massa omnes. Et testa vasa, sunt peccatores & fragiles, *Thren.*4.*a.*

Testa in digitis statuæ mixta ferro, *Dan.*2.*e.* designabat *x* seditiones futuras in regno Romanorum,& etiam fragilitatem impatientiæ. Testeis enim plantis innititur, qui terrenorum amori immoderatius incumbens, ad impatientiam effrænatur. Designat etiam dissolutionem. Pes enim necessitatem, testa voluptatem. Pes testeus, quum quis voluptatibus effrænatur.

Testa lagenæ, *y* prauum dogma hæreticorum designare potest, *Isa.*30.*c.*

Testari, Testamentum.

Testari dicitur,qui testamentum facit. Testamentum autem est voluntatis nostræ iustæ sententia,de eo quod post mortem fieri voluerimus. Dictum est autem, quod sit voluntatis nostræ quasi testimonium. In scripturis autem non solum illud dicitur testamentum, quod non valet, nisi testatoribus mortuis, sed omne placitum & pactum, testamentum vocatur, vt *Psalm.*82.Simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum,& Ismaëlitæ.

Testamentum Dei,dicitur *z* confirmatio voluntatis diuinæ. Et testamentum Dei dicitur esse in Christo, quia per Christum testificata est nobis & manifestata diuina voluntas,& per ipsum confirmatum est pactum Dei cum hominibus,& testamẽtum vetus,& pactum vetus,fuit lex vetus, quod pactum irritum factum dicitur, *Ierem.*31.*f.* Et factum est testamentum nouum,quod morte Christi confirmatum est & apertum, *Genes.*6.*d. Psalm.*54.71.77. 88.131. *Zach.*9.*c. Matth.*26.*b. Ioan.*3. *Rom.*8. *Galat.*4.*c.*1.*Cor.*11. *Ephes.*2. testamentum autem dicitur, quo defertur bonorum hæreditas.Meritò ergo & hoc testamentum dicitur,& diuinum,quia ea,quæ verè bona sunt,attestatione mandatorum cœlestium conferuntur. Et testamentum dicitur *aa* quoniam sanguine dedicatum est,vetus quidem typo,nouum autem veritate. Ponitur & testamentum Dei, *Psalm.*49.vbi significat promissa Dei.

Testamenti angelus dicitur Christus, *Malac.*3.*a.*

Testamentum aliquando dicitur mandatum, *Eccl.*10.*c.*Sta in testamento Deo.

Testamentum sanctuarij dicitur Hierusalem, *Dan.*11.*e.*

Testamenta multiplicata in terra Chanaan, *Ezech.*61.designant *bb* diuersa pacta inita cum dæmonibus,vero Deo relicto.

Testis, Testimonium, Testificari, Attestari, Contestari.

Testis est,qui testimonium dicit,& qui assertor est. Testimonia autem sunt testium dicta ad alicuius rei probationem, & ipsa attestatio. Est etiam testimonium condemnatio. *Matth.*10.*b.* In testimonium illis. Fama, 1.*Tim.*3.*b.*Oportet illum testimonium habere bonum. Promissio, *Psalm.*18,testimonium Domini fidele.Attestari autem,est testimonium adducere,seu confirmare. Contestari verò, ad testem facere, seu testem inuocare, vel testificando certificare. Testis etiam pro testimonio sumitur, & è diuerso, *Genes.*31.*f.* Quem vocauit Laban, tumulus testis.

Testis Christi de cœlo, *cc* est Deus pater, *Iob.*16.*d.* De quo ipso Christus, *Ioan.*1.*c.*Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibebit de me. Ipse quoque Christus est testis fidelium, & testis in cœlo, eorum videlicet, qui

Sententia iudicij. Iudicium vniuersale. Meditatio iudicij. Dæmones. Maiestas Christi. Opera redemptionis. Prædicator terrens audientes. Timor peccatoris ex meditatione iudicij.

Terribilis Ecclesia dæmonibus, & etiam Virgo Maria. Mundus. Incredulitas Iudæorum.

Securitas seruorum Dei.

Nequitia diaboli. Regnum Romanorum.

Caro Christi & mors, & corruptio eius. Vigor disciplina. Fragilitas mortalium. Homo. Peccator. Seditiones Romanorum. Impatientia. Dissolutio voluptatum. Dogma hæreticorum.

Confirmatio & manifestatio diuina voluntatis.

Promissa Dei Christus. Pacta cum dæmonibus.

Deus pater. Christus.

Apostoli. Predicatores. Fideles. Martyres. Deus.

actibus suis omnipotenti Deo placere festinant, *Psalm.* 88. Ipse est datus à Patre in testem, *Isa.* 55. *b.* Et ipse est lapis positus in testimonium, *Ios.* 24. *d.* Et ipse erit testis velox, etiam peccatis occultis. *Malac.* 3. *b.*

Testes Dei dicuntur *a* Apostoli, prædicatores & demum fideles, *Isa.* 43. *b.* Et filij Israël testes Dei fuerunt in deserto, *Isa.* 44. *b.* Et testes emptionis agri, quem emit Ieremias, sunt Martyres in Ecclesia, *Ierem.* 32. *g.* Et testis dicitur Iudas, significans fideles Ecclesiæ, *Hos.* 11. *b.* Demum testes Dei sunt, *b* qui per exercitium sancti operis testantur, quæ electos sequutura sunt præmia veritatis, *Iob.* 10. *c.* Deus quoque in cælo dicitur testis fidelium, *Iob.* 16. *d.* Testimonium Israël est *c* eorum qui non superbiunt, sed Deo tribuunt quod suum est, & etiam sibi & proximo, *Psalm.* 121.

Ecclesia. Caro resuscitata.

Testis fidelis in cælo est Lùna, *Psalm.* 88. & designat *d* Ecclesiam, quæ parit nuntios fideles. Vel ipse Christus est testis fidelis. Vel testis fidelis erit caro nostra resuscitata, nempe aduersus eos qui negant resurrectionem.

Sacerdos & Propheta. Lex & Propheta. Sacra scriptura. Correctio fraterna.

Testes fideles, quos sibi adhibuit Isaias, designant *e* sacerdotes & Prophetas, qui adhibiti sunt ad mysterium incarnationis explicandum, *Isa.* 8. *a.*

Testes adhibendi ad correctionem peccantis, *f* sunt lex & Prophetæ, & Ioannes Baptista, *Matth.* 18. *b.* Et in testimonium erit scriptura, ad confundendos incredulos, *Isa.* 30. *b.* testes etiam duo Dei, *Apoc.* 11. *a.* sunt *g* duo testamenta. Vel duo, sicut Elias & Enoch: quidam vt Enoch in pace docentes, quidam vt Elias persecutionem patientes, etiam vsque ad mortem. Contestari dominum bouis, *h* est fraternè peccantem admonere. *Exod.* 21. *c.*

Hæresiarcha. Iudæi.

Testis iurans falsum, conscius videlicet iuratæ rei, *i* tenetur non tacere indicando his, qui possunt iurati prodesse monendo vel orando. *Leu.* 5. *a.*

Testes idolorum, quod non videant nec audiant, *k* sunt hæresiarchæ, qui suos cognoscunt errores, & tamen eos pertinaciter defendere conantur, *Isa.* 44. *b.* Testis etiam repentinus, *Prou.* 12. *c.* est doctor hæreticorum, qui ab eorum dictis aberrans, dum ea, quæ rectè non sentit, repentè pronunciare cupit, mendacium potius quàm veritatis loquutionem cogitatione sua componit.

Dona Spiritus sancti.

Testes iniqui dicuntur *l* Iudæi contra Christum, *Psalm.* 34. quia falsa testimonia aduersus eum dixerunt. Hos designarunt testes aduersus Naboth, 3. *Reg.* 21. *c.*

Testimonium aliquando dicitur *m* memoriale, vt testimonium septem agnarum, *Genes.* 21. *d.* 31. *g.* & designat fiduciam donorum Spiritus sancti.

Lex. Doctrina sacra scriptura. Miracula. Euangelium.

Testimonij arca, dicebatur *n* arca fœderis, *Exod.* 25. *b.* 26. 27. 30. 35. 40. Et testificatio in arca, erant tabulæ, vt vrna, manna, & virga, quæ designabant confitendam esse nobis in Christo veritatem carnis & animæ & verbi.

Testimonij tabulæ dicebantur *o* propter legem: & ipsa lex est testimonium fœderis inter Deum & homines, *Exod.* 31. 32. 34. *Isa.* 18. *e.* Sic enim dicebatur tabernaculum testimonij, *Exod.* 40. *Leu.* 1. 12. 14. *b.* 15. *b.* Et testimonia multa sunt in sacra scriptura, sed quæ sunt Dei, sunt scrutanda, *Psalm.* 118. 131. Et testimonia credibilia, sunt miracula doctrinam Dei confirmantia, *Psalm.* 29. testificatio etiam, quam dat Deus, dicitur ipsa lex, *Exod.* 25. Lex autem dicitur testimonium, *p* quantum aliquid probat, quia per illam conuincuntur peccatores puniendi, *Psalm.* 77. testimonium etiam in arca, *q* est Euangelium præbens testimonium Christo, *Leuit.* 16. *b.* *Timoth.* 2. *b.*

Admonitio Dei.

Testimonia dicuntur quandoque *r* testes nostrorum operum, *Psalm.* 118. Et testimonium Israël, sunt fideles, *Psalm.* 121. *c.*

Contestari dicitur Deus, cum *s* apertè admonet, & comminatur, *Ierem.* 11. *b.* Sic contestatus est Moses populo, *Exod.* 19. *d.*

Certitudo diuinæ promissionis.

Testificatus est Dominus inter virum & vxorem, *Mal.* 2. quia ipse *t* est testis in matrimonio, & quia masculum & fœminam fecit eos.

Contestans angelus Iesum, *Zach.* 3. *b.* indicauit certitudinem diuinæ promissionis.

Testimonium dicunt contra Ecclesiam rugæ eius, *u* quando ipsi eam insequendo increpant, qui nunc in eius corpore positi, duplicatis suæ in se malitiam non emendant, *Iob.* 16. *b.*

Amissio virilitatis & virtutis. Voluptates carnis. Suggestiones praua. Prædicatores diaboli.

Testiculus.

Testiculi, seu testes sunt in animalibus velut vasa seminis ad generandum.

Testiculi contriti, aut contusi, *Leu.* 22. *d.* designant *x* virilitatem per tentationes & tribulationes ablatam, aut imminutam. Abscissus autem testiculus est, qui sponte omnem virtutem amittit.

Testiculi Behemoth, *Iob.* 40. *c.* voluptates *y* carnis significare possunt, & etiam suggestiones prauas, quibus in mentis corruptione feruescit, atque in constuprata anima iniqui operis prolem gignit. Tot etiam testes habet Behemoth, quot iniquitatis suæ prædicatores possidet, qui prauis persuasionibus corda hominum virulenta erroris sui semina fundendo corrumpunt.

Dans Deus vitam. Sapientia Christi. Connexio virtutum. Concordia operum cum cognitione & fide. Dona Dei.

Texere, Contexere, Intexere, Textile, Textura.

Texere, est propriè telam struere, seu conficere: & secundum opera, quæ quis facit, in bonum & malum texere sumitur. Textile autem opus est, quod fit texendo.

Texere dicitur Deus, *z* quando dat vitam, qui etiam telam vitæ præcidit, *Isa.* 38. *c.* *Iob.* 7. *b.*

Contexta tunica Christi, *aa* diuinam sapientiam in Christo designat, *Ioan.* 19. *d.*

Textura superhumeralis *bb* virtutum colligationem exprimit, *Exod.* 28. *b.* Eodem refertur velum pulchra varietate contextum, *Exod.* 26. *f.*

Textura rationalis, similis texturæ superhumeralis, *Exod.* 28. *c.* designat *cc* conuenientiam operum cum cogitatione. Textile quoque opus dicitur, quando fidei facta concordant. Ad quod refertur etiam textilis ora capitij, *Exod.* 28. *c.* 39. *d.*

Incitatio voluptatis. Blanda verba hæreticorũ. Opera inania Seruire Deo, & Mammonæ.

Texta abyssus in velum nauis Tyri, *Ezech.* 27. *b.* dona *dd* Dei significat, de quibus dicitur: Quid habes, quod non accepisti?

Intexens lectum funibus meretrix, *Prou.* 6. *c.* est *ee* dans gustum voluptatis. Vel sunt hæretici, qui blandis verbis quasi molli lecto excipiunt simplices, quos funibus peccatorum ligant. Texunt etiam subtilia hæretici, *ff* fabricantes rationes dialecticas, *Isa.* 19. *b.* Dicuntur etiam Iudæi & hæretici texere telas aranearum, *Isa.* 59. *a.* quum docent falsa. Et peccatores texunt telam aranearum, *gg* quia ipsorum opera sunt inania, & quia pro huius mundi concupiscentia, seu voluptate temporalia quælibet operantur.

Vetus testamentum. Christus.

Contextum vestimentum ex lino & lana, *Leu.* 19. *d.* *Deut.* 22. *b.* designat *hh* matrimonium fidelis cum infideli: aut quum quis vult simul seruire Deo & Mammonæ, aut seruare Legem & Euangelium.

Auaritia.

Thabor.

Thabor, id est, electio siue puritas, aut venies lumen, vel veniat lux: mons est Galilææ in medio campi magni, quem Esdrelon vocant haud, longè à Nazareth contra Ortum, in confinio Zabulon, Isachar, & Nephthalim, arduus quidem & miræ rotunditatis, atque ea parte, qua Aquilonem respicit, inaccessus, sublimitas ex omni parte finitur æqualiter, triginta stadiorum: vertex est campestris viginti stadiorum, planus ac variis arborum generibus consitus. In eo Christus transfiguratus creditur. Est etiam Thabor ciuitas in tribu Zabulon, data Leuitis cum suburbanis eius, 1. *Para.* 6. *g.* De monte autem fit mentio, *Ios.* 19. *b.* *Psalm.* 88. *Ierem.* 46. *c.* *Hos.* 5. *a.* *Iud.* 4. *b.* designare potest *ii* vetus testamentum, in quo optabatur, aut prophetabatur ventura lux Christi. Designat etiam ipsum Christum, qui est Oriens, qui visitauit nos ex alto. Est & locus quidam dictus quercus Thabor, vbi occurrerunt Sauli tres viri ascendentes in Bethel, 1. *Reg.* 10. *a.*

Thadal.

Thadal, id est, sciens iugum, vel continens iugum, seu scientia eleuationis, vel ascensionis, Rex Gentium, qui venerat cum aliis regibus aduersus reges Sodomorum, *Gen.* 14. *a.* designat *kk* auaritiam, quæ plurimum regnat in omnibus Gentibus.

Thahath.

Thahath, id est, subter, vel subtus, aut pauor, siue formido, vel Syriacè descensio: vigesima tertia mansio filiorum Israël in deserto, *Num.* 33. *d* Iuxta Origenem *ll* interpretatur confirmatio, vel patientia, quo peruenitur è Maceloth, necesse est enim eum, qui vult etiam aliis prodesse, multa pati, sicut Paulus.

a *Hie. s. Ier.* 32. & *s. Hos.* 11.
b *Gr.* 9. *m.* 43. & 13. *m.* 13.
c *Aug. s. psal.* 121.
d *Aug. epist.* 109. *s.* & *s. ps.* 88. *Gre.* 13. *mor.* 13.
e *Hie. s. Isa.* 8.
f *Hil. s. Matt. can.* 18.
g *Au. s. Apo. ho.* 8. *Rup.* 6. *s. Apo.*
h *Lyr s. Exo.* 21.
i *Glo. ord. su. Leu.* 5.
k *Glo. ord. s. Isa.* 44. *Bed. s. Prou.* 12.
l *Hie. s. ps.* 34.
m *Glo. int. s. Gen.* 21.
n *Glo. ord. su. Exod.*
o *Arn. s. psal.* 92. 131.
p *Au. s. ps.* 78.
q *Isy. s. Le.* 16.
r *Amb. s. psal.* 118. *ser.* 1.
s *Glo. inter. s. Exod.* 10.
t *Hie. s. Mala.* 2.
u *Gre.* 13. *m.* 5.
x *Isy. s. Le.* 22.
y *Gr.* 32. *mo.* 15. 18.
z *Lyr. s. Isa.* 38.
aa *Am. ser.* 3.
bb *Glo. ord. s. Exod.* 28.
cc *Glo. ord. s. Exo.* 28. *Am.* 1. *de fide pro.*
dd *Glo. ord. s. Eze.* 27.
ee *Amb. de Cai.* 4. *Bed. s. Prou.* 7.
ff *Hie. s. Isai.* 59. *Ori. s. psa.* 36. *hom.* 2.
gg *Gre.* 15. *mor.* 8.
hh *Hie. ad Gerontiam Isy. s. Leu.* 19.
ii *Hie. s. psal.* 88. *Ru. s. Iud.* 6.
kk *Glo. ord. s. Gen.* 14.
ll *Ori. s. Nu. hom.* 27.

Digitized by Google

Thalamus, vide Cubiculum.

Thamar.

THAMAR, id est, palma, vel dactilus, siue commutatio, aut amaritudo: nurus Iudæ, prius vxor Her deinde Onam, ex quibus non genuit liberos, vnde, quia non tradebatur tertio filio Sela, ipsa assumpto habitu meretricio, concepit ex socero & genuit Phares & Zaram, accepto prius à socero arrabone, per quem liberata est, ne lapidaretur.

Ecclesia ex Gentibus.

a *Hie. prol. in Hos. Aug. 22. contra Faust. 86. Bed. s. Ge. 38.*

Thamar proferens munera Iudæ, quibus liberata est, ne lapidaretur, *Gen. 38. f.* typus est *a* Ecclesiæ proferentis testimonia legis, & Prophetarum ad salutem suam. Vt autem coniuncta est Iudæ, mutato habitu in habitum meretricium, est Ecclesia ex Gentibus, quæ venit ad Christum per amaritudinem pœnitentiæ, & confessionem peccatorum.

Anima. Scientia indifferens.

b *Phil. 2. alle. & de congres. &c. Cle. Ale. 2. strom.*

Thamar, vt interpretatur palma, typus est *b* animæ coniunctæ corpori, vel etiam scientiæ indifferentis, ideò operam se obtulit Iudæ, hoc est, discipulo, & sedebat in triuio, & visa est esse meretrix, quam studiosus Iudas, qui exponitur potens, qui nihil relinquit, quod non consideret ac scrutetur, considerauit, & ad eam declinauit, seruans eam, quam in Deum habuit confessionem.

Pœnitentia.

c *Rup. s. Gen. 29.*

Thamar, vt interpretatur amaritudo, typus est *c* pœnitentiæ, cui iuncti sunt Her & Onam, id est, populus ante legem, & sub lege: qui, quia non protulerunt fructus pœnitentiæ dignos, perierunt. Et ingressus est ad eam Iudas, id est, Christus, qui genuit duos populos per eam saluandos. Generat etiam Thamar ex Iuda, *d* quia amaritudo pœnitentiæ iuncta confessioni profert bona opera.

d *Aug. 22. cont. Faus. 84.*

Plebs Iudaica.

e *Augu. 22. cont. Faus. 84. Bed. s. Ge. 38.*

Thamar, vt fuit nurus Iudæ, designat *e* plebem Iudaicam, cui dabantur Reges de tribu Iuda tanquam mariti: & ipsa interpretatur amaritudo, quia Domino fellis poculum dedit. *Gen. 38. a.*

Victoria contra vitia.

Thamar etiam est *f* vrbs Meridiana terræ promissionis, quam constituxit Salomon, quæ postea dicta est Palmyra, designat victoriam contra vitia, *Ezech. 47. d.*

Thamna.

Voluptas.

Thamna, id est, vetita, siue prohibita, aut perfecta, vel consummata commotio, vel defectus fluctuans, fuit concubina Eliphaz, filij Esau: typum gerit voluptatis, quæ generat Amalec, hoc est, brutum affectum, *Genes. 36. b. 1. Para. 2. c.*

Thamnas.

Iudæi.

Thamnas, id est, imago, vel figura, aut numeratio, vel numerans, vel defectus, ciuitas, aut locus, vbi Iudas filius Iacob tondebat oues, *Gen. 38. c.* Videtur eadem, quæ Thamna ciuitas in tribu Iuda, *Ios. 15. c.* Eadem Thamnata, *Iud. 14. a.* designat *g* tempus, in quo defecit rex Iuda, quo tempore venit Christus. Vel interpretatur vetans, vel deficiens, & designat Iudæos vetantes baptismum, & deficientes, ad quos venit Christus.

g *Bed. s. Gen. 38. Rus. s. Gen. 29.*

Thare.

Ratio.

Thare, id est, adorans, vel spirans, aut abigens: filius Nachor, pater Abrahæ, qui mortuus est in Aram, quo venerat relicta Chaldæa, *Gen. 11. c.* designat rationem, quæ, relicta curiositate Astrologiæ, venit ad sensum & sui considerationem.

h *Ori. s. Nu. ho. 27.*

Thare etiam, iuxta Origenem, *h* interpretatur contemplatio stuporis, seu extasis, estque vicesima quarta mansio filiorum Israël in deserto, quo peruenitur è Thabath, quia proficiens eleuatur ad contemplationem, ita vt extasim patiatur, *Num. 33. d.* Et vt interpretatur *i* abiens, est figura eorum, qui proficiendo coruos & leones abigunt.

i *Hie. de mãsionibus.*

Tharsis.

THARSIS id est, contemplatio gaudij, siue chrysolithus lapis, aut mare absolutè. Est Insula Indiæ Orientalis, *3. Reg. 10. d. 2. Par. 9. a. 20. g.* secundum aliquos Tharsis, sumitur interdum pro Chartagine, & etiam pro Tharso Ciliciæ.

Libri hæreticorum. Gentilitas.

k *Hie. s. Isa. 2. Aug. s. psa. 47*

Tharsis, designare potest *k* libros Philosophorum, aut hæreticorum, erroribus scatentes, *Isa. 2. c. 23. a. Ierem. 10. b.* Designat etiam Gentilitatem, aut eius superbiam. *Psalm. 47.*

l *Hie. s. Is. 23. 66.*

Tharsis, vt interpretatur *l* contemplatio, siue exploratio gaudij, designat eos, qui dediti sunt cogitationibus & curis seculi, *Isa. 23. a.* Vel è diuerso, significat eos, qui non cogitant, quæ in præsenti sunt, sed quæ in futuro, vbi verum est gaudium, *Isa. 66. f. Ezech. 38. d.*

Superbia gentium. Vacantes curis seculi. Cogitãtes futurum seculũ.

m *Hie. s. Da. 10. & s. Ion. 1. Rup. s. Ion. 1.*

Cum Ionas dicitur fugisse in Tharsis, *m* non in Tharsum Ciliciæ intelligitur fugisse, vel indiæ regionem, sed absolutè in pelagus, seu mare, *Ion. 1. a. Psalm. 47.* Gerit autem Tharsis typum mundi, in quem venit Christus: vel inundationum & tribulationum seculi, in quas mersus est Christus.

Mundus. Turbationes seculi.

Thartan.

Diabolus.

n *Hie. s. Isa. 10.*

THARTAN, id est, explorans, vel contemplans donum, aut turturis donum, vel lex ipsarum, vel turturem dedit, vel superfluus, siue elongans: dux regis Assyriorum, qui cepit Azotum, *Isa. 20. a.* designat *n* diabolum, qui per voluptates superfluas inducit ignem libidinis.

Thau.

Crux Christi.

o *Cyr. 8. s. Ioan. 17.*

THAV, vltima litera alphabeti Hebraici, & interpretatur signum, *Ezech. 9. b.* Vt autem imprimebatur in frontibus seruandorum, *o* crucem Christi designat.

Thecua.

Commonitiones animæ.

p *Hie. prol. s. Amos.*

Thecua, id est, *p* tuba, vel clangor, aut fixa, oppidum distans sex milibus à Bethlehem, ad meridianam plagam: & vltra non est viculus, nec agrestes quidem casæ, & furnorum similes quas Aphri appellant, Mapalia, tanta est eremi vastitas, quæ vsque ad mare rubrum, Persarumque & Æthiopum, atque Indorũ terminos dilatatur, *Iere. 6. a. Amos 1. a.* designat tubam prophetalem, & tubam prædicationis diuinarum comminationum.

Theman.

Iudæa. Feruor hæreticorum. Remissa vita.

q *Hie. s. Amos 1.*

r *Gre. 3. mor. 18. & 7. mor. 17.*

Theman, id est, *q* deficiens: dux Idumææ: & prouinciæ, quæ etiam Daron & Nages dicitur, & est typus Iudææ, *Ierem. 25. c. Amos 1. d.* Vel Thema interpretatur *r* Auster, & designat feruorem hæreticorum, quo appetunt sapere plusquam oportet. Vel quia Auster membra afflata teporibus dissoluit, fluxam viuendi remissionem indicat, *Iob. 2. d.*

Theraphim.

s *Hie. s. Hos. 3.*

Theraphim, *s* propriè sunt simulacra: & possunt significare Cherubim, & Seraphim, quæ erant in templo, & etiam rationale, quod erat in pectore sacerdotis, in quo erat doctrina & veritas, quæ debent esse in pectore sacerdotis: ita vt possit ea proferre. Et nunc sunt Iudæi sine Theraphim, quia non habent doctrinam & veritatem, *Hose. 3. b.*

Theristrum.

t *Hie. s. Isa. 3.*

Theristrum, est *t* velamen, vel vestis tenuis, qua vtuntur mulieres tempore æstatis: designare potest protectionem ab æstibus vitiorum, *Gen. 38. c. Isa. 3. d.*

Thesaurus, Thesaurizare, vide Diuitiæ.

Thicon.

u *Hie. s. Exec. 47.*

Thicon, id est, *u* medius, vel intermedius, & atrium. Thicon, id est, atrium medium, est terminus terræ promissionis, à parte Aquilonari, *Ezech. 47. c.*

Thimiama, vide Incensum.

Thogorma.

Thogorma, id est, peregrinus & aduena, vel osseus, aut robustus, siue incolatus nimius, vel timens valdè, aut anxiosa celsitudo, filius Gomor, à quo dicti sunt Phryges, designat eos qui sunt extra Ecclesiam, vnde afferuntur equi & muli in Tyrum, *Gen. 10. a. Ezech. 27. c. 38. a.*

Tholmai.

x *Ori. s. Iosu, hom. 20.*

Thomai, id est, *x* præcipitium, aut sulcus, qui fit cum aratro, aut suspendens aquas, vel coadunatio aquarum:

Digitized by Google

tertius filius Enach,designat quod nouissima inanis humilitatis ad inferni præcipitium tendunt, *Ios.15.c.Iud.1.b. Num.13.c.*Fuit & rex Gessur,*2.Reg.3.a.1.Par.3.a.*

Iudæi.

Thomas.

Thomas;id est,abyssus, vel geminus, qui Græcè Didymus appellatur, vnus è duodecim Apostolis, qui ex hoc quod non credidit resurrectionem Christi, nisi videndo & palpando,typus est *a* Iudæorum, qui credunt in fine mundi,*Ioan.20.f.*

Thopheth.

Infernus.

Thopheth,id est,*b* tympanum,vel seductio,aut dilatatio, locus est in valle filij Ennon in suburbanis Hierosolymæ,qui rigatur fontibus Siloe,& horrorum delicias præbet, vbi parentes filios igni exustos deuouebant, & immolabant dæmonio Moloch,*Isa.30.g.Ierem.7.g.19.d.*sumi solet pro inferno.

Thorax.

THORAX,Latinè pectus dicitur,vnde & munimentum,siue laneum, siue ferreum,siue plumbeum,aut alterius materiæ,quo pectus protegitur,thorax appellatur.

Patientia.

Thorax *c* fortitudinem patientiæ significare potest, qui thorax non subsistit coram Leuiathan, quia constantium patientia,nisi à Deo adiuuetur,diruptà à diabolo penetratur,*Iob.41.c.*

Thorus,vide Lectus.Thronus,vide Cathedra.

Thubal.

Pœnitentes ex Gentibus. Auersio à bono. Mundus.

THVBAL,id est *d* orbis,vel mundanus,aut confusio,vel ignominia,seu portatus,vel aduectus:filius Iaphet,à quo Iberes Orientales & occidentales,qui sunt Hispani, *Genes.10.a. Ezech.27.c.* Vel interpretatur ductus ad luctum, vel conuersio ad vniuersa, designat lugentes ad peccata qui venerunt ex Gentibus, *Isa.66.f.* Vel designat conuersionem,non à malo in bonum,sed è diuerso,*Ezech.32.f.*Vel interpretatur tota,vel omnia:& est typus huius mundi,cuius princeps est Gog,*Ezech.38.f.*

Thus,Thuribulum.

Diuinitas Christi. Resurrectio Christi. Confessio Deitatis in Christo. Oratio. Oratio Christi. Virtutes operum.

THVS,*e* Græcè libanus dicitur, & apud nos incensum, quod in Dei veneration em incendatur.Nascitur velut gummi in arboribus fœlicis Arabiæ thuriferis,inciso cortice:valet contra interiores passiones, & oculorum ægritudines curat:& si quis incendens fumum eius suscipiat,restringit accidentes ex infirmitate lachrymas.

Thus,quod obtulerunt Magi Christo,*f* eius diuinitatem insinuabat, & per consequens etiam resurrectionem humanitatis eius,quæ virtute diuinitatis facienda erat.Significat etiam ipsius Deitatis confessionem, *Matth.2.b. Ier.17.d.*Indicatur etiam per thus oblatum à Magis,facies aquilæ in Christo ascendente,& sedente à dextris Dei.

THVS,sæpè designat *g* orationem,quæ maximè affectus animæ sanat,& intelligibilium oculorum curat vulnera,absoluens ab ignorantia;atque ex ea,quæ verè est ægritudo, id est, ex peccato,lachrymas accidentes expurgat, *Leu.2.a.6.b.24.b. Ierem.41.a.* totum autem thus dicitur esse sumendum, quia semper est orandum, *1.Thes.5.d. Iacob.5.c.*Et thus lucidissimum offertur Deo,hoc est,oratio ex puro corde,& mentis deuotio, & confessio Deitatis Nihil enim obscurum vult Deus,*Exod.25.a.30.d.Isa.60.b.*Non ponere autem thus in simila, est non confidere in propriis orationibus,*Leu.5.c.*Thus etiam offerimus,vt simus bonus odor Deo, *Cant.3.c.4.b. Matth.2.b.* Thure vti solent medici contra interiores passiones, & oculorum vulnera,& si quis fumum eius suscipiat, restringit accidentes ex infirmitates lachrymas, sic oratio passiones animæ sanat, &c. Thuribulum etiam est vas orationis in Christo perfecta charitate ditatæ,ideò aureum,*Heb.9.a.*Thuribula quoque aurea,sunt virtutes operum, & orationes Sanctorum,quibus odor suauitatis ascendit ad Deum ex conscientia pura,& fide non ficta,*3.Reg.7.g.*

Aër. Ignis. Bona fama. Mentis deuotio. Frugalitas. Fœtor peccatorum.

Thus interdum significare potest *h* elementum aëris. Et thus per lucidum aliquando adumbrat elementum ignis.

Thus pingue & odoriferum *i* odorem bonæ famæ nonnumquam exprimit, & fragrantiam bene olentem bonæ conuersationis,& etiam mentis deuotionem.Est offerendum cum simila,*Leu.2.a.*

Thus cum panibus propositionis,designat *k* nullum condimentum frugalitate suauius esse.

Thus non ponitur in sacrificio pro peccato:quia *l* non habet odorem suauitatis,vt sacrificia gratiarum.

Thura tedolentia,quæ offerebantur idolis,*Ezech.6.d.8.e.*designat *m* fœtorem peccatorum.Thuribula autem sunt in manu,quando peccatum est opere perpetratum.

Thuribulum,est instrumentum in quo ponuntur prunæ ad accendendum thus,quod etiam aliquando batillum dicitur.

Anima,seu caro Christi. Ecclesia. Lingua Christi. Excitantes ad orationem. Lingua. Baptizatus. Sacra scriptura. Terra. Fides Patrum Veritas inter errores. Errores hæreticorum. Prophetæ. Cor Sanctorum. Luctus Sanctorum. Voluptas aurium. Libertas arbitrij. Maledicentia. Crudelitas. Tenentes literam legis. Christus. Diabolus. Peccator conuersus. Reliquiæ Iudæorum. Sermo hæreticus.

Thuribulum dici potest *n* anima aut caro Christi,seu corpus Christi in cruce.Item corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia,*Nu.16.g.Apoc.8.a.*Est etiam lingua Christi thuribulum,qua sumit carbones verborum,*Leu.16.b.*

Thuribula dicuntur, *o* qui alios excitant ad orationem : & etiam ipsa lingua, quæ est instrumentum ad hoc. Baptizatus etiam quilibet,cuius est bonus odor Deo,thuribulum dici potest,*Exod.25.c.27.b.Leu.10.a.16.b.*

Batillum,cui ignis apponitur ad offerendum incensum coram Domino,significare potest *p* sacram scripturam, in qua positus est ignis charitatis,*Num.4.b.*

Thuribulum in medio operimenti veli,dici potest *q* terra,è qua exhalationes prodeunt,*Hebr.9.a.*

Thuribulum aureum dicitur *r* fides pura,& probata sanctorum Patrum,*Apoc.8.a.*

Thuribula affixa altari,designant *s* veritates mistas erroribus hæreticorum,quæ sunt seruandæ & non abiiciendæ cum erroribus.Vel designant errores collatos cum veritate, vt confutentur, *Num.16.e.* Thuribula quoque seniorum Israël,designant *t* errores hæreticorum,*Ezech.8.e.*

Tiara,vide Corona.

Tibia,Tibicen.

TIBIA,propriè est os cruris suræ oppositum,& etiam instrumentum musicum,quo tibicines canunt.

Tibiæ dici possunt *u* verba Prophetarum,aut potius ipsi Prophetæ,*Matth.9.c.*

Tibiam sonant,*x* qui mortuum redemptorem pro salute mundi denunciat,*1.Reg.10.a.Matth.9.c.*

Tibia in gloria cælesti,*y* erit cor lætum Sanctorum,*Isa.30.g.*

Tibia,quæ in mortuorum exequiis haberi solet,*z* Sanctorum luctum significat : qui dum se ab illa vita æterna, quam appetunt,proiectos aspiciunt,semetipsos quasi mortuos plangunt.*1.Reg.10.a.Matth.9.c.Luc.7.e.*

Tibiæ quoque designant *aa* voluptates aurium, *Isa.5.c.* vnde & ceruas fistulis demulceri aiunt, & in laqueos inter venandum duci à venatoribus.Equis autem coeuntibus,veluti quidam Hymenæus tibia carmen canitur.

Tibiæ viri,*aa* libertatem arbitrij designare possunt,*Psalm.146.* Vbi legit Augustinus : Non in tabernaculis viri benè sentiet:intelligens tabernacula malorum.

Tibiæ ferreæ statuæ,quam vidit Nabuchodonosor,*Dan.2.e.* maledicentiam *cc* significare possunt. Vel tibiæ designant seueritatem,propter magna ossa:& tibiæ ferreæ seueritatem crudelem.

Tibicines lugentes filiam principis synagogæ,*Matth.9.c.*designant *dd* lugentes in cantu synagogæ,vel literam legis sine spiritu tenentes.

Ticio,Torris.

TICIO lignum teres,qui & torris dicitur:qui cum ardet,dicitur torris,cum extinguitur, dicitur ticio,secundum aliquos.

Ticio dicitur *ee* Christus cruciatus,& torris partim ignis,partim lignum,est Christus Deus & homo : qui cum fuerit in Babylonia, non est Babylonio igne exustus,nec potuit anima eius detineri in inferno, nec corpus in sepulchro,*Zach.3.a.*

Torris etiam auulsus ab igne,dicitur *ff* diabolus ac angelorum electus consortio, *Amos 4.d.*Item ij, in quibus desæuiebat diuina vindicta:Et etiam peccator,aut hæreticus per flagella conuersus.Item reliquiæ Iudæorum, quæ euaserunt ab incendio Hierusalem.

Ticiones fumigantes,designant *gg* sapientiam secularem,& sermonem hæreticum, qui pro luce veritatis, fumum erroris & iguorantiæ inducit,*Isa.7.a.*

Zac.3.Cle. Alex.adhor. ad gen.& pa.8. ff Hie.s.Amos.4. gg Rup.s. Amos.4. Hie.s.Isa.7.

a *Ruper. 14. su.Ioan.*
b *Hie.s.Isa. 30.& s.Ier.7.*
c *Gre.34.mo. 5.*
d *Hie.s.Isai. 66.& s.Ezec. 27.32.38.*
e *Isy.s.Leu.2.*
f *Basi.hom.de natiuit. Hil.s. Matth.can.1. Ambrosius de viduis & de Isaac.5.& & s.Luc.2.*
g *Gre.ho.30. Rup.2.s.Mat. Fulg.serm.de Epip. Orig.su. Leu.ho.2.4.9. 13. Hie.s.Isa. 60.Gre.1.m. 28.& s.can. 3.& hom.10. Ber.ser.parno. 59.Gre.Nyss. de vita Mosis.Isyc.s.Leu. 26.Geor.Ven. cant.2.10.7. can.22.Gl.in. s.3.Re.7. Hil. s.psal.140.*
h *Philo. quis rerum diu.*
i *Thom. 1. 2. q.102.arti.3.*
k *Theo. Alex. 1 pase. Ru. 1. s.Leu.8.*
l *Philo.de victimis. Ori.s. Leu.hom.5.*
m *Hie.s.Eze. 6. Rup.1. sup. Ezec.29.*
n *Ori.s.Num. hom 9.Aug.s. Apoc.ho.6.& ser.98.*
o *Rup.5.de diu.offi.17.& 5.s.Apo.Isy.s Leu.16. Amb. 2.de sacra. 1*
p *Ori.s.Num. hom.9.*
q *Cle.Ale. 5. strom.*
r *Rup.5.s.Apoc.*
s *Ori.s.Num. hom.9.*
t *Hie.s. Ez.8. Aug.ser.98.*
u *Basi.s. psal. 29.*
x *Gre.s.1.Re. 10.*
y *Hie.s.Isai. 30.*
z *Gre.s.1.Re. 10.*
aa *Cle.Ale.2. ped.4.*
bb *Arn.s.psa. 146. Au.s.ps. 16.*
cc *Rica. de S. Vict.de somn. Nabuc.25.*
dd *Hil.s.Mat. can.9.Amb.s. Luc.8.*
ee *Lactan. li. 4.ca.14. Hie. s.Zac.3.Ru.s.*

Digitized by Google

Tignum.

TIGNVM dicitur trabs, cui tectum superponitur.

Tigna domorum cedrina, *Cant.1.d.* designare possunt *a* presbyteros in Ecclesia, protegentes eam opere & doctrina. Vel principes vtriusque ordinis, legibus parietes Ecclesiæ ligantes. Designant etiam dilectionem Dei, & sacram doctrinam, quibus Ecclesia Dei protegitur, & præcipuas virtutes, sine quibus domus animæ stare non potest.

Presbyteri Principes Ecclesiæ. Dilectio Dei. Sacra doctrina. Virtutes præcipuæ.

Tigris.

TIGRIS, est animal velox & crudele. Tigris etiam dicitur vnum è quatuor fluminibus, quæ egrediuntur à loco voluptatis, transiens per Babylonem, habet nomen à velocitate animalis, quia rapidè currit. Hæbraicè dicuntur Hidecel, id est: acumen velocitatis, aut læta velocitas.

Tigris fluuius acutus & leuis, denotat *b* aërem, vel spiritum aëreum, qui leuis est, & penetratiuus magis quam ignis, quia facilius potest excludi ignis, ne intret, quam aër. Et hic præuenit Assur, id est, diuitem, qui vento & aëre inflatur, vel vadit contra Assur, id est, contra speculantem per se. Qui enim vult per seipsum diuina speculari, remanet vento plenus. Tandem autem ille aëreus spiritus adeò acuet corpus per dotem iam effectum leue, vt penetrare possit cælos, & quodcunque ipsi obiicietur, melius quàm aër hic crassus.

Aer.

Tigris acumen velocitatis habens, *c* fortitudinem significare potest. Vadit contra Assyrios, id est, insidiantes, *Gen.2.c.* Vel designat *d* temperantiam, & vadit contra Assyrios, id est, corrigentes, quia corrigit impetum concupiscentiæ. Vel vadit contra dæmones, quos Assyrij designant.

Fortitudo. Temperantia.

Tigris dicitur Iob ab amico suo reprehendente, *Iob.4.c.* & designat *e* hypocritas, ob coloris varietatem, quia hypocritæ, dum mundus color de simulatione ducitur, vitiorum nigredine interrumpente, variatur. Sæpe enim, dum de castitatis munditia extollitur, sorde auaritiæ fœdatur, &c. Designat etiam arrogantes. Et ipse diabolus dicitur tigris, propter multiformis astutiæ varietatem.

Hypocrita. Arrogantes. Diabolus.

Timere, Timor, Timidus, Formidare, Formidolosus.
Metuere, Metus, Vereri, Expauescere.

TIMOR dicitur metus mali futuri appropinquantis, & timere dicitur, qui timore afficitur. Est autem timere magis proprium seruorum, vereri verò liberorum, qui honestatis gratia mouentur. Timere etiam est horrere, *Exod.14.c.* Et timuerunt valde, clamaueruntque.

Timor Domini aliquando dicitur cultus Dei, qui timor pertinet ad perfectos, & manet etiam cum ipsa sapientia, de quo dicitur, *Psalm.127.* Beati omnes qui timent Dominum. Hunc timorem dat Deus fidelibus, *Iere.32.g.* Et timent, *f* qui colunt Deum, *Ioan.1.c.* Timent etiam fideles in tribulatione deseri à Deo, quamuis de correctione gaudeant. Sic timebat. *Iob.cap.3.b.* Et iustus vt Iob, metuit Deum, *g* quasi tumentes super se fluctus, quia dum veram vitam desiderat, omnia despicit, quæ hîc possidens portat, *Iob.31.c.* Timor etiam Isaac, dicitur Deus, quem timebat & colebat Isaac, *Genes.31.f.*

Cultus Dei. Deus.

Fortitudo Dei dicitur aliquando *h* comminationes diuinæ formidandæ, præcipuè quæ erant in lege, *Iob.13.c.*

Timor fratrum Ioseph, *Gen.43.d.* designare potest timorem Iudæorum erga Christum. Pauebunt autem ad Dominum Iudæi in fine seculi, *i* quando mirabuntur veritatem cognitam, quam antea negabant, *Hose.3.b.*

Comminationes diuinæ. Timor Iudæorum erga Christum.

Timor Petri in mari, *Matth.14.d.* imbecillitatem *k* fidei significauit. Designauit etiam turbationes humanas ex fluctibus huius seculi. Nemo enim fuit, quem non seculi huius vndæ turbarint. Admonet tamen *Psalm.48.* Ne timueris, quum diues factus fuerit homo, &c. Timere quoque dicuntur, *l* qui non credunt, aut qui hæsitant, *Ioel.2.f.*

Imbecillitas fidei.

Formidolosa laudatio venire dicitur à Deo, veniente auro ab Aquilone, *Iob.37.d.* quia *m* dum claritatem suæ fidei Gentilitas obtulit, multitudo Hebræorum fidelium diuina iudicia pertimescendo laudauit. Hoc fuit factum, quando conuersus est Cornelius centurio, *Acto.10.a.*

Timor inordinatus est, quum quis timet, vbi non est timor: vt quando Adam timuit præsentiam Dei, *Gen.3.b.* Vbi etiam timor erat erubescentia peccati. Timent etiam timore, vbi non est timor, *n* qui temporalia timent, ea præponentes æternis, *Psalm.52.* Et timent pruinam, qui aduersitates temporales formidant, *Iob.6.c.* Vnde contingit, vt incidant in pœnam æternam.

Timor malus Subiectio carnis. Fuga discipulorum. Diabolus. Peccatum ex ignorantia. Pusillanimitas. Persecutores fidelium.

Timor vxoris in virum est, *o* non timor seruilis, sed reuerentialis, qui græcè dicitur ἐυλάβεια & timet vxor virum, hoc est, caro animum, *Ephe.5.d.*

Timor factus dicitur esse notis Christus, *p* quando Apostoli in passione propter metum, relicto eo, fugerunt, *Psalm.30.* Timor etiam discipulorum viso Christo in mari, designat timorem fidelium, quum vident malos puniri, *Ioan.6.c.*

Timor nocturnus, *Psalm.90.* est *q* diabolus semper inferens tenebras: vel est quum quis ex ignorantia peccat: vel timor hostis in nocte huius mundi, vel est pusillanimitas, quæ ex carnis afflictione procedit. Vel timores nocturni erant reges persecutores populi Dei, *Cant.3.c.*

Timor reuerentiæ.

Timere interdum est *r* reuereri: & timens populus Dominum post transitum maris rubri, designat timorem, qui est initium & basis sapientiæ: & hic est timor imperfectorum, *Exo.14.g.19.c.20.c. Psa.32.33.73.118.134. Isa.25.a. Agg.1.d.* Timor quoque Ægypti, dicit initium conuersionis, *Isaiæ 19.c.* Timentes ex terræ motu passionis Christi, sunt adducti ad timorẽ Dei post conuersionem à peccatis per passionem Christi, *Matt.27.f.* Timor autem imperfectorum est timor seruorum. Ideo *Mal.1.b.* dicebat Dominus: Si ego Dominus, vbi est timor meus?

Timentes autem amici Iob, visa eius plaga, designant eos, *s* qui non ex amore Deum metuunt, sed ex sola verberum percussione, *Iob.6.d.37.d.*

Recognitio peccatorum.

Timere interdum est *t* horrere: & timentes filij Israël Ægyptios, *Exod.14.c.* designant timorem recognoscentium peccata sua, quæ sunt Ægyptij. Hortatur autem Deus Ecclesiam, ne timeat Ægyptios, aut alios aduersarios, quum habeat ipsum Deum adiutorem, *Isa.54.b.* Non timet autem iustus, quum venerit æstus: quia securus expectat persecutiones, & diem iudicij, *Ierem.17.b.* Sic non formidat grex Domini sub bono pastore, *Ierem.23.a.* Formidinem autem dederant in terra viuentium gentes Assur *u* hoc est, hæresiarchæ in Ecclesia, *Ezech 31.e.*

Non expauescens Iob ad multitudinem nimiam, *Iob.31.d.* designat *x* Christum, qui persecutores suos cum gladiis & fustibus venientes vna tantum responsione perculit, dicens: Ego sum.

Virtus Christi.

Timentes Deum obstetrices dicuntur, hoc est, *y* timere docentes, & designant legem & Euangelium, quæ docent timere Deum, *Exod.1.d.*

Docens sacra doctrina timorem.

Timens Moses Pharaonem, *Exod.2.d.* designat *z* nondum perfectos timentes temporalia pericula. Vel designat timorem Christi ex parte carnis in passione.

Timor Christi ex parte carnis.

Timentes filij Israël accedere ad Mosen, *Exod.34.d.* designant *aa* nolentes intelligere mysteria legis, *Exod.34.d.*

Timere in die mala, est *bb* timere in iudicio, *Psalm.48.* qua ratione non timebit Ecclesia, seu iusti, qui sunt in ea, *Isa.54.d.* Sic non timet iustus, cum venerit æstus, *Ierem.17.b.* Formidant autem reges gladium Dei, hoc est, dæmones, vel hæretici verbum Dei, *Ezech.32.d.* Et formidant filij maris ad rugitum leonis, quum discipuli hæreticorum timent comminationes diuinas, *Hos.11.d.* Iusti autem non timebunt calamitatem, cum venerit, *Iob.5.d.*

Timor iudicij.

Timent iusti, *cc* quum considerant abiectionem populi Iudæorum, *Psalm.51.* Et timent angeli, visa ruina Leuiathan, vt ex hoc timore robustius in Deum solidarentur, *Iob.31.c.*

Timor confirmans bonos.

Timens Ioseph ire in Iudæam, *dd* typus esse potest Apostolorum non audentium prædicare in ea, *Matth.2.d.*

Timens Samuel indicare visionem Eli, quæ erant contra ipsum Eli, *1.Reg.3.c.* designat, *ee* quod prælati cum magna reuerentia sunt reprehendendi, & quia postea iussus indicauit, designauit obedientiam. Vel significabat Apostolos nolentes declarare ante tempus repulsionem synagogæ.

Timentes Philisthim Iudæos afferentes arcam in castra, *1.Re.4.c.* designant *ff* prædicatores irridentes Iudæos, quod nihil afferant, quod possit eos iuuare, &c.

Irrisio Iudæorum.

Timere ab altitudine diei, *Psal.55.* est *gg* timere superbos huius mundi, quos non timet, qui sperat in Deo.

Timere à facie Philisthinorum, *1.Reg.7.b.* est *hh* fugere mundi delectationes, ne in pœnas sequentes incidant.

Fugere voluptates.

a *Ori.s.can.h.3. Gre.su.can.1. Ber.s. can.ser.46.*
b *Geor.Venet. sant.6.to.7.c.22.*
c *Am. de par.3.*
d *Phil.1. alle. Au.2.de Gen. con.Man.10. Bed.s.Gen.2.*
e *Gr.5. & or.15.17. Eu.for. spir.5.*
f *Hie.s.Ion.1.*
g *Gre.21.mo.16.*
h *Glo.ord.s. Iob.131.*
i *Hie.s.Hos.3.*
k *Ori.s. Mat. cap.14. Am.1. de inter.9.*
l *Rup.s.Ioel.2.*
m *Gre.27.m.26.*
n *Hil.s.ps.52. Am.s.ps.118. ser.1. Gre.7. mor.12.*
o *Hie. s. Eph.5.*
p *Hie.s.ps.30. Aug.1. Ioan. art.25.*
q *Aug.s.psal.90. Gre.s.can.3. Ber.ser.de S.Andr. & s. qui habit. ser.6. & s.can.se.33.*
r *Rup.s.cant.3. Basi.s.psal.32. Amb.s.ps.118.se.5. Hie. s.Isa.19.*
s *Ori.s. Matt. hom.35. Gre.7.mor.21. & 27.mor.26.*
t *Ru.2.s.Exo.32.*
u *Hie.s.Exec.32.*
x *Gre.22.mo.17.*
y *Ori.s.Exod. ho.2. Bed. sup. Exod.1.*
z *Be.s. Ex.2.*
aa *Glo. ord. s. Exo.34.*
bb *Hie.s.Exe.32. & s. Hos.11.*
cc *Gre.6.mo.19. Hil.s.psal.51. Gre. 34.mor.3.*
dd *Hil.s.Ma.2.*
ee *Gre sup. 3. Reg.3.*
ff *Gre.sup.1. Reg.4.*
gg *Glo.ord.s. psal.55.*
hh *Gre.s.1. Reg.7.*

Digitized by Google

Et timor nocturnus, *a* est occulta voluptas. *Psalm.* 90. Hic est timor inimici, *b* à quo orabat liberari Propheta antequam veniret, *Psalm.* 63. Et iusti non formidabunt bestias terræ, hoc est, *c* dæmones in morte, *Iob.* 5. *d.*

Timens Deum Iob, designat *d* Christum venerantem patrem.

Timens populus iuramentum Saulis, designat *e* venerantes præcepta maiorum, 1. *Reg.* 14. *d.*

Timent aquæ Deum, hoc est, angeli præpositi aquis Deum venerantes, *Psal.* 76. Vel formidant persecutores à voce tonitrij prædicatorum, *Psalm.* 103.

Timent Deum mandato hominum, *f* qui transgrediuntur legem Dei propter traditiones hominum, *Isa.* 20. *d. Matth.* 15. *a.*

Timidus seu formidolosus, qui iubetur recedere à prælio, *Deut.* 20. *b. Iudi.* 7. *a.* est *g* non audens sequi Christum: vel qui nihil arduum aggreditur, vel veniens ad monasterium, & relinquens sibi aliqua in seculo & suo exemplo aliis nocens. Designatur etiam, vt qui timent negare Christum in persecutione fugiant. Timidi autem reprobati mittuntur in stagnum, *Apoc.* 21. *b.*

Solicitus timet dies: quia *h* cum Deum non timeat, multos timet, *Isa.* 57. *c.*

Tinea.

TINEA, est vermiculus, qui de putredine, aut situ, aut puluere nascens, vestes, aut libros arrodit, in quibus etiam nascitur, & habet quoddam integumentum, in quo latet.

Quasi tinea dicitur fuisse Deus Ephraim, *Hos.* 5. *d.* quia *i* vt vestimentum paulatim à tinea consumitur, ita Deus sensim castigando expectat ad pœnitentiam.

Insidiæ. Peccatum. Cupiditas. Dolor.

Tinea rodens vestes, significare solet, *k* inuidiam rodentem animam, in qua nascitur, & generaliter peccatum, & etiam cupiditatem & dolorem, *Matth.* 6. *c.* Et malus velut à tinea consumi dicitur, *Iob.* 4. *d.* 13. *d.* quia tinea damnum facit, & sonitum non facit, ita iniquorum mentes, quia damna sua considerare negligunt, integritatem quasi nescientes perdunt. Amittunt namque à corde innocentiam, ab ore veritatem, à carne continentiam, & per accessum temporis ab ætate vitam.

Hæretici. Dæmones.

Tinea etiam designat hæreticos, *l* qui Ecclesiæ vestimentum impietatis sua corrodunt & dissipant, sicut tinea domum sibi corrumpendo vestem ædificat. Potest etiam *m* dæmones significare, virtutum & omnium bonorum corruptores, *Iob.* 27. *d.*

Pœna inferni.

Tinea præterea designare potest *n* pœnam damnatorum, quæ ex propriis eorum peccatis nascitur, eosdem semper arrodens, *Isa.* 14. *c.* 33. *a.* Iuxta Septuaginta, 50. *d.* 51. *c.*

Tingere, Tinctura.

TINGERE, est aliquo colore inficere, madefacere, & immergere. TINCTURA autem ipsa infectio.

Tinctæ dicuntur vestes Christi Bosra, hoc est, *o* sanguine suo, *Isa.* 63. *a.* Et tincta purpura in canalibus, *Cant.* 7. *b.* Sanguinem ex vulneribus Christi defluentem designat. Vel memoriam passionis Christi in mente cum humilitate.

Effusio sanguinis Christi.

Intingi pedem in sanguine, *Psalm.* 67. effusionem sanguinis *p* in destructione Hierusalem futuram indicebat. Vel pes Christi intinctus est in sanguine suo in passione, quando dixit. TORCULAR calcaui solus, *Isa.* 63. *a.* Intingitur etiam pes Christi in sanguine, quando ministri Christi propter Euangelium martyrium patiuntur.

Destructio Hierusalem.

Tingere sanguine agni fasciculum hyssopi, *Exod.* 12. *d.* est *q* humilitati passionis Christi iungere rationem & vim concupiscibilem & irascibilem.

Imitari passionem Christi.

Tingere digitum in sanguine, *Leu.* 3. *d.* 4. *b.* 9. *d.* est *r* passionem Christi imitari. Vel ipse Christus intingit digitum in sanguine, dando Spiritum sanctum per passionem suam. Vel vt ostendatur, quia passiones carnis dominicæ virtute diuinitatis actæ sunt.

Dans Christus Spiritum sanctum.

Tingere passerem viuum in sanguine passeris immolati, *Leu.* 14. *a.* est *s* baptismum conferri per Christum, qui Deus & homo est pro nobis immolatus. Non enim hominis passione, sed Dei & hominis baptizamur. Vnde tingi dicitur passer viuus per communicationem idiomatum, quando dicitur: Deus passus est.

Baptismus per Christum Deum & hominem.

Tinctus bis coccus, designat *t* feruentem amorem, seu duplicem amorem, Dei videlicet & proximi, vel duplicem ignis operationem, nempe calefacere & illuminare, *Exod.* 25. *a.* 26. *a.* 28. *b.* 36. *b.* 39. *a.*

Communicatio idiomatum.

Tingentes fratres Ioseph tunicam eius in sanguine hœdi. *Genes.* 37. *f.* designant *u* Iudæos infamantes Christum, & falsis testibus accusantes.

Duplex amor. Duplex operatio ignis.

Tingens sacerdos dicitur dextrum in oleo, quod habet in manu sinistra, *Leu.* 14. *c.* est *x* exercens bona opera per gratiam Dei in prosperis & aduersis.

Iudæi infamantes Christum.

Tincta auis per totum, erat Iudæa, *y* quando erat ornata virtutibus & donis Spiritus sancti, *Ierem.* 12. *b.*

Bene operari omni tempore Iudæa.

Tincturæ mundissimæ, *Iob.* 28. *c.* vocantur hi, *z* qui veraciter sunt humiles, veraciter sancti, qui sciunt quidem quod ex semetipsis virtutum speciem non habent, sed hanc ex dono gratiæ desuper veniens tenent. TINCTI enim non essent, si sanctitatem naturaliter habuissent. Sed mundissimæ tincturæ sunt, quia humiliter custodiunt superuenientem in se virtutum gratiam, quam acceperunt. Vnde etiam baptisma, id est, tinctio dicitur ipsa nostra in aquam descensio. TINGIMUR quippe, & qui prius indecori eramus deformitate vitiorum, accepta fide reddimur pulchri gratia & ornamento virtutum.

Humiles.

Tinguntur pedes sacerdotum in parte aquæ Iordanis, *Ios.* 3. *d.* quando *aa* per inuestigationis profundæ, & terra-ctationis studium ad desideriorum nostrorum considerationem, nostræ contemplationis oculum reflectimus. Item quum mens adinuentionis suæ subtilitatem miratur, & in sua admiratione delectatur. TINGI enim, est affici. Et in parte tingitur, quia desideriorum nostrorum errores ex parte penetramus.

Consideratio sui.

Tincti colores indiæ, *Iob.* 28. *c.* fucatam *bb* Gentilium religionem designant. Vel huius sapientes, qui quamuis per infidelitatem, & plerunque per actionem fœdi sint, ante humanos tamen oculos superinductæ honestatis colore fucantur. Ipsa quoque sapientum verba colores Indiæ dicuntur, quia dum intendunt eloquentiæ, eorum dicta quasi pulchra apparent specie & fucatione tincturæ, & quum virtute rerum careant, aliud se esse quam sunt, verborum compositionibus, quasi superductis coloribus mentiuntur.

Religio Gentilium.

Tingi dicitur arbor succisa rore cæli, *Dan.* 4. *c.* quando *cc* mens deprauata, per suggestiones diaboli diuersis erroribus imbuitur.

Sapientes seculi. Verba sapientum.

Tingi aqua, *Leu.* 11. *c.* vide *Lauare.*

Tinnire.

TINNIRE proprie de metallis dicitur, quum ex eorum pulsatione, seu iactu sonus efficitur.

Tinniunt quoque aures, quum inclusi subtiles & leues vapores interdum per membranam illam, quæ in auribus est, emergunt, & sonum illum seu tinnitum fictitium edunt.

Stupere.

Tinnitus aurium aliquando ex magno & vehementi sonitu fit, & tunc tinnire dicuntur aures, quum videntes alicuius insignis viri lapsum, pauore concutiuntur, aut quum aliquid stupendum & insolitum subitò euenire conspiciunt, 1. *Reg.* 3. *b.* 4. *Reg.* 21. *b. Ierem.* 19. *a.*

Tintinnabulum.

TINTINNABVLVM, est instrumentum æneum, quo tinnitus æditur, vel ad conuocandos aliquos vel ad aliquid aliud.

Prædicatio claritatis supernæ. Prædicatio iudicij.

Tintinnabula aurea in veste sacerdotis, *dd* prædicationem claritatis supernæ lucis designare possunt. Resonant autem: quia omnibus est prædicandum. Peculiariter autem designant prædicationem Christi, & extrema eius verba in cœna, *Exod.* 28. *f.* 39. *e. Eccle.* 45. *b.* Designant etiam prædicationem iudicij & finis mundi: ideo ponebantur in infima vestis ora.

Tintinnabula etiam in veste, designare possunt *ee* concentum & congruentiam elementorum, & peculiariter aquæ & terræ, ideò in infima vestis parte ponebantur. Vel designant sensibilia per auditum percepta. Item tonitrua in aëre. Et quia tintinnabula pendentia à veste talari, erant trecenta sexaginta sex, tempus annuum designare possunt.

a *Ar. s. pſ.* 90.
b *Hil. s. pſ.* 63.
c *Gre.* 6. *mor.* 1.
d *Gre.* 1. *mor.* 11.
e *Gre. s.* 1. *Reg.* 14. *Ori. s. Ier. hom.* 8. *Aug. s. pſa.* 103.
f *Hier. s. Iſa.* 29.
g *Ori. s. Iud. h.* 9. *Caſſi. lib.* 7. *cap.* 1. *Ru.* 11. *s. Apoc.*
h *Hie. s. Iſa.* 57.
i *Hie. s. Hoſ.* 5.
k *Ori. s. Matt. cap.* 13. *Gre.* 5. *mo.* 28. & 12. *mo.* 25.
l *Am.* 1. *de Spiritu ſancto* 20. & *prol. s. Luc.*
m *Hie. s. Iob.* 27. *Greg.* 18. *mor.* 9.
n *Hie. s. Iſa.* 14.
o *Hie. s. Iſa.* 63. *Glo. ord. s. cant.* 4.
p *Hil.* & *Hie. s. pſal.* 67. *Eu. q. in pſ. Aug. s. pſa.* 67.
q *Gre. Nyſſ. de vit a Moſis.*
r *Ruper.* 1. *ſu. Leu.* 14. *Iſy. s. Leu.* 4.
s *Iſy. s. Leu.* 14 *Chri. epiſt.* 49.
t *Gl. in. s. Exo.* 15. *Ambr. de. Ioſeph.* 3.
u *Bed. ſu. Gen.* 36.
x *Iſy. s. Leu.* 14.
y *Hie. s. Iere.* 12.
z *Gre.* 58. *mo.* 35.
aa *Ric. de S. vict. de exter. mali.* 21. 23.
bb *Hie. s. Iob.* 28. *Gr.* 18. *m.* 30.
cc *Ric. de S. vict. de ſecur. conſcien.* 26.
dd *Glo. inte. s. Exo.* 28. *Rup.* 4. *s. Exo.* 23. & 13. *s. Ioan. Ori. s. Ex. h.* 9. *Gre. Nyſſe. de oratione.*
ee *Phi. de vita Moſis.* & *de migr. Abra Hie. de veſt ſacer. Cle. Alex.* 5. *ſtrom.*

Digitized by Google

Tintinnabula præterea in veste sacerdotali, designant *a* multiplicationem bonorum operum, quæ ad minorum exemplum clamant: vel sonum operum & doctrinæ. Item fidem sinceram, quæ debet resonare in sacerdotibus.

Tinum lignum.

TINA ligna, seu thina, quæ allata sunt ad Salomonem ex Ophir, erant imputribilia, & spinosa, in modum spinæ albæ. Designant *b* doctores, ex quibus fiunt fulcra & gradus in domo Domini. Tina ligna ponuntur, 3. *Reg.* 10. *b.* 2. *Par.* 9. *c. Apoc.* 18. *c.* Porrò, 2. *Par.* 2. *b.* inter ligna, quæ debebat mittere Hiram à Libano ad Salomonem, quædam dicuntur non tina, sed arcenthina, id est, iuniperina. Quod vocabulum Hebraicum transfert Hieronymus in abietes.

Titubare, Vacillare.

TITVBARE, est non valere pedibus insistere, qualiter contingit ebriis, aut infirmis, *Eccle.* 37. *d.*

Vacillare dicuntur gressus Iudæorum, *Isa.* 29. *c.* quando *c* non assequuntur sensus legis & Prophetarum de Christo.

Titulus.

TITVLVS, est *d* index cuiusque operis, vt quod alicui rei, vt libro, operi, vel statuæ superscribitur, ad eius cognitionem inducens. Tres sunt autem tituli, qui inscribi solent, vnus super tumulum mortuorum, alius in liminibus seu limitibus ciuitatis, tertius in victoria regis.

Titulus lapidis, quem erexit Iacob, *e* memoriam passionis Christi designat, qui positus est in signum populorum, *Genes.* 28. *b.* 31. *f.* 35. *c. Exod.* 24. *a.* tituli autem inscriptio, *Psalm.* 15. 55. 56. designauit titulum triumphalem crucis Christi, quando vicit diabolum. Titulus etiam in terra Ægypti, est crux Christi cum suo titulo erecta in mundo, *Isa.* 19. *c.*

Tituli inscriptio *f* firmationem fidei indicare potest, *Psalm.* 15. 59. *in titulo.* Et titulus in sepulchro Rachelis, fidem Ecclesiæ designabat, *Gen.* 35. *c.*

Titulus etiam lapidis, potest designare *g* firmitatem mentis in virtute.

Titulus, qui apponitur in monumentis: *h* æternitatem Christi designare potest, *Psalm.* 55.

Titulus quem statuunt iuxta os, nota *i* hæreseos intelligi potest, *Ezech.* 39. *d.*

Tituli non erigendi, sunt *k* insignis memoria vanitatis, *Leu.* 26. *a.*

Tob.

TOB, id est, bonus, seu optimus, nomen terræ, in qua habitauit Iephte: *l* gloriam cælestem, seu Ecclesiam indicat, in qua habitauit Christus post resurrectionem, *Iud.* 11. *a.*

Tobias.

TOBIAS, id est, bonus Domini, siue bonitas Domini, vir satis notus in sua historia, qui ponitur in exemplum charitatis & patientiæ.

Fuit alius Tobias, qui dedit aurum & argentum ad coronas pontificis, *Zac.* 6. *c.* designans eos, *m* qui vtiles sibi sunt pœnitendo, vel doctores Ecclesiæ, qui offerunt aurum sapientiæ. Vel designant virgines & innocentes, qui aurum conferunt ad coronam Christi.

Tolerare, Tolerantia, vide Sustentare.

Tolere, vide Accipere, & Auferre.

Tonare, Tonitruum. Fragor.

TONITRVVM, est sonitus, qui fit in nubibus ex pugna calidi & frigidi: & tonare dicitur, quum fit ille sonitus. Fragor autem est sonitus, qui ex arbore, aut alia re inter frangendum emittitur. Accipitur tamen pro quouis magno sonitu.

Tonitruum magnitudinis Dei, *Iob.* 26. *d.* 38. *c.* est *n* diuinitas in Christo: quæ ideò tonitrui nomine expressa est, quia de excelso fama nominis eius in Christo Iesu filio suo terris insonuit. Vnde & tonare voce dicitur Deus, *Iob.* 20. *a.* quando consubstantialem sibi filium mundo terribiliter demonstrat. In iudicio quoque erit tonitruum magnitudinis Christi. Et ipse Christus incarnatus in tonitruo figuratur, qui ex antiquorum patrum conueniente prophetia ad notitiam nostram, quasi ex nubium concursione prolatus est. Qui inter nos visibiliter apparens, ea, quæ supra nos erant, terribiliter sonuit: vnde & ipsi sancti Apostoli de eius gratia generati Boanerges, id est, filij tonitrui sunt vocati.

Tonare dicitur Deus voce magnitudinis suæ, *Iob.* 27. *a.* 40. *a.* quando *o* se nobis iam per lamenta præparatis quam sit magnus in supernis insinuat. Quasi de cælo tonitruum procedit, quum nos incuria negligentiaque torpentes, respectus gratiæ subito pauore percutit, atque in terra positi, sonum de superioribus audimus: quia terrena cogitantes superni terroris sententiam pertimescimus: & mens bene iam de summis solicita trepidat, quæ prius in infimis male secura torpebat. Voce etiam sua Deus mirabiliter tonat: quia occulta vi corda nostra incomprehensibiliter penetrat.

Intonuit Dominus super aquas. *Psalm.* 28. in baptismo *p* videlicet Christi, quando dixit pater. Hic est filius meus dilectus. Vel intonuit super aquas gentium per prædicationem. Intonuit etiam de cælo, quum per iustorum corda euangelizauit, *Psalm.* 17. 103.

Tonat Deus fragore magno, *q* quando dat Sanctis perfecta desideria ad terrendos dæmones, aut quum illis ministrat robur ad feriendos & vincendos dæmones, 1. *Reg.* 2. *b.* 7. *c.*

Tonitrua interdum *r* manifestam pœnæ comminationem designare possunt, *Exod.* 9. *e.* Et tonitruum magnitudinis Dei, erit vox iudicij, *Iob.* 26. *d.* quando videlicet Deus manifestè veniet Deus noster, & non silebit. Ignis in in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida, *Psalm.* 49. 103. *Ioel.* 2. *a. Soph.* 1. *d. Apoc.* 4. *d.* Et notat Dominus in cælis super aduersarios, 1. *Reg.* 2. *b.* 7. *c.* quando grauiter condemnat Iudæos per Apostolos. Et tonitruũ irruens, est grauis vindicta: quæ subitò exterreat, *Isa.* 29. *b.*

Tonitrua etiam *s* doctrinam Euangelicam, designare possunt, quæ præcedit pœnam infidelium damnandorum, sicut tonitrua præcedunt grandinem, *Exod.* 19. *c. Psalm.* 28. 76. *Iob.* 37. *a.* 38. *c. Apoc.* 8. *b.* 11. *d.* 14. *a.* Potest simili ratione ipsam prædicationem significare. Vnde & prædicatores Euangelij Iacobus & Ioannes dicti sunt Boanerges, hoc est, filij tonitrui, *Marc.* 3. *b.* tonitrua quoque septem, sunt oracula Prophetarum, *Apoc.* 10. *b.*

Tonitrua, erunt *t* magnæ laudes Dei post iudicium, *Apoc.* 19. *a.*

Tondere, Tonsor.

TONDERE, est lanam siue capillos & huiusmodi incidere. Tonsor autem est, qui tondendi habet officium.

Tondens caput Iob, designauit Christum, *u* qui in carne apparens, à Iudaico sacerdotio præceptorum suorum abstulit sacramenta, *Iob.* 1. *d.* tondere etiam caput, est cogitationes superfluas à mente resecare.

Tondere comam debent sacerdotes, hoc est, superflua à se abiicere, non tamen tondere debebant ad pressum, *Ezech.* 44. *f.*

Tondere primogenita ouium, est *x* ab occultationis suæ tegmine humanis oculis inchoata bona opera denudare & manifestare, *Deut.* 15. *d.*

Tondere oues, est *y* simplices à peccatis exonerare, & tonsores ouium, sunt prælati, & prædicatores, *Genes.* 38. *c.* Et tonsæ, sunt fideles Ecclesiæ, à superfluis, & à curis secularibus se exuentes & omnia relinquentes, & monachi & prædicatores libenter onera mundi deponentes, *Cant.* 4. *a.* tondent etiam oues in malum qui rapiunt à simplicibus ipsorum temporalia bona.

Tondentes Christum fuerunt *z* principes Iudæorum, ipsum despectui habentes, & ignominia facientes vsque ad crucem, *Isa.* 53. *c.* Idem designarunt Ægypti tondentes Ioseph, *Gen.* 41. *b.* quæ tonsio etiam designauit ablationem discipulorum à Christo. Vt autem is, qui tondetur relinquit comam tondentibus, ita Christus reliquit nobis omnia merita sua, & spoliatus vel attonsus mortalitate & passibilitate, remansit impassibilis. Tonsor autem, qui totondit Samsonem, fuit Pilatus crucifigens Christum, *Iud.* 16. *a.*

Tondere capillum, erat signum doloris, quia capilli decori habebantur: vnde tondet capillum, *aa* qui perdit decorem

Spoliatio mortalitatis Christi. Pilatus crucifigens Christum. Amittere decorem animæ.

a Hugo. s. 1. *Re.* 10. *Hie. de veste sacer. Aug. q. in Exod.* 19. *Gre. Nyss. de vita Mo. sis.*
b Glo. ord. s. 3. *Reg.* 10.
c Hie. s. Isa. 29.
d Hil. s. psa. 15.
e Hil. s. ps. 15. *& s. Isa.* 19.
f Basi. s. psal. 59. *Am.* 2. *de Iacob.* 7.
g Phil. de somnis.
h Hil. s. ps. 55.
i Hie. s. Ezec. 39.
k Isy. s. Leu. 26.
l Aug. q. in Iudi. 49.
m Lyr. Za. 6. *Rup. s. Zac.* 6.
n Hie. s. Iob. 26. *Gre.* 17. *mor.* 19. *&* 29. *mor.* 16. *&* 32. *mor.* 5.
o Gre. 27. *mo.* 16.
p Hie. s. ps. 19. *Aug. s. ps.* 28. 103.
q Gre. s. 1. *Re.* 2. 7.
r Ar. s. ps. 103. *Gre.* 17. *m.* 19. *& s.* 1. *Reg.* 2. *Aug.* 17. *ciu. Dei.* 4. *Bed. s. Exo.* 9. *Ru.* 3. *s. Apoc.*
s Ori. s. Ex. h. 4. *Ba. s. ps.* 28. *Hie. s. Iob.* 38. *& de mansio. Gr.* 29. *m.* 16. *An. s. Ap. h.* 6. *Euc. for. spi.* 3. *Bed. s. Ex.* 19.
t Ruper. 6. *&* 10. *s. Apo.*
u Gr. 5. *m.* 30. 38.
x Gre. 5. *mor.* 34.
y Amb. de ini tiat. myste. 7. *Augu.* 2. *do. Chr. Christi* 6. *& s. psal.* 94. *Gre. s. can.* 4. *Ber. se. parua.* 63. *Rup.* 8. *su. Gen.* 37.
z Glo. inter. s. Isa. 53. *Rup. s. Iud.* 24.
aa Hi. s. Ie. 7. *& s. Mich.* 1.

Concentus elementorum. Sensibilia. Tonitrua. Tempus annuum. Exempla & doctrina. Fides. Doctores. Memoria passionis Christi. Crux Christi. Fides. Firmitas mentis. Æternitas Christi. Nota hæreseos. Gloria cælestis. Ecclesia. Pœnitentes. Doctores. Virgines. Innocentes. Diuinitas in Christo. Manifestatio Christi. Christus. Inspiratio diuina. Baptismus Christi. Prædicatio ad gentes. Fortitudo sanctorum per dæmones. Comminatio pœnæ. Vocatio ad iudicium. Sententia condemnationis. Grauis vindicta. Doctrina euangelica. Prædicatio euangelij. Oracula prophetarum. Ablatio sacramentorum à iudaico sacerdotio. Resecare cogitationes superfluas. Resecare superflua. Manifestatio bonorum operum. Exonerare simplices à peccatis. Prælati & prædicatores. Relinquentes omnia. Monachi. Principes Iudæorum affigentes Christum. Ablatio discipulorum Christi.

Digitized by Google

decorem animæ, *Ierem.7.g.48.f.* Et detonſa eſt Hieruſalem, quum deſtructa eſt, & genus humanum, quum cecidit à deliciis Paradiſi, *Mich.1.d.*

Attonderi dicuntur, qui ſic caſtigantur, vt non intereant. Et attondentur hoſtes, *a* qui ad tempus eiiciuntur: ita tamen, vt non radicitus auferantur, *Nah.1.d.*

Tonſor regis dicitur bruchus, *b* qui omnia tondet, & ſumitur pro exercitu vaſtante Iudæam, *Amos 7.a.* Vel tonſio gregis ſui per locuſtam, quum Sennacherib omnia vaſtauit, præter Hieruſalem. Et etiam tonſor regis, dicitur ſuperba quædam & arrogans fortitudo, quæ omnia bona noſtra deuaſtat.

Tondere comam in rotundum prohibetur, *Leu.19.f.* quaſi ſit *c* velle abſcondere cogitationes à Deo.

Attonſi comam erant *d* Iſmaëlitæ, *Ierem.9.g.*

Topazius.

Topazius, *e* eſt lapis precioſus viridi coloris, aut potius aurei: qui primus refertur in Topazio, inſula maris rubri, inuentus, & matri regis Ægypti oblatus. Eſt difficilis ad leuigandum, vel aſperatur magis, eſtque rarus inuentu, feruidam aquam tepidam reddit in eam immiſſus: variaſque curat infirmitates. Fertur leuare oculorum dolorem.

Topazius precioſiſſimus lapis, qui in primo ordine rationalis ponebatur, *f* intelligentiam ſignificare poteſt. *Exod.28.g.39.b. Pſalm.118.* Vt autem erat nouum fundamentum ciuitatis cæleſtis, *g* Matthæum Apoſtolum deſignat, qui diuino zelo ignitus etiam vſque ad carnem & ſanguinem, & lactationem Dei ſcripſit incarnationem. *Apoca.21.f.*

Topazius de Æthiopia, *Iob.28.d.* ſignificare poteſt *h* quemlibet ſanctum de Gentilitate, virtutibus ſplendentem. Et etiam eos, qui virtutibus, aut ſapientia ſe inſignes eſſe putant. Item eos, qui ab hæreſi, vel peccato conuerſi, virtutibus pollent.

Torcular.

Torcvlar, eſt machina premendis vuis accommodata.

Torcular vineæ patrisfamilias, erat *i* locus libationum in templo, ſeu altare, in quo, vt in torculari, oblationes & ſacrificia tanquam fructus offerebantur & vorabantur, *Iſa.5.a. Matth.21.d.*

Torcular etiam dicitur *k* ſacra ſcriptura, vel profunditas eloquiorum Dei, *Matth.21.d.* Et torcularia, ſunt voces Prophetarum ex Chriſto vita vera impletæ, *Pſalm.8.80. in titulo.* Hæc ſunt torcularia redundantia vino, *Ioel.2.f.*

Torcular, quod calcauit Chriſtus, eſt *l* crux eius & paſſio. *Iſa.63.a. Agge.2.c.* Et torcularia regis in Hieruſalem, eandem crucem deſignant, *Zach.14.c. Pſalm.80.*

Torcular vbi Gedeon excutiebat frumenta, *Iud.6.b.* deſignat *m* Eccleſiam, in qua cæleſtis vitis fructus exundat. Et torcularia ſunt, Eccleſia, in quibus vinum, id eſt, boni ſeparantur à vinaciis: id eſt, malis. Et etiam, quia in ea exprimitur botrus Chriſtus, *Pſalm.8.83.* In ſinguli autem fidelibus homo nouus per preſſuram purificatur, & ſeparatur à veteri & carnali, tanquam à vinaciis, *Iob.24.c.*

Torcular vini furoris iræ Dei, *n* erat vindicta Dei in Hieruſalem, quando deſtructa eſt, *Apoc.13.c.* Et torcular vineæ, dici poteſt timor iuſtitiæ Dei punientis, quo quis reprimitur à peccando. Et hoc torcular dicitur Deus calcaſſe virgini filiæ Sion, quum & malis dat ſupplicia, & bonis præmia, *Thren.1.e.*

Torcularia in fœlicitate, *o* abundantem lætitiam beatorum deſignant, *Prou.3.b.*

Torcularia, vbi exprimitur vinum, vel oleum, deſignant *p* preſſuras, & mortem, & diem iudicij, quando vinum ſeparatur à vinaciis, & oleum ab amurca. Deſignant etiam ipſum baptiſmum, *Pſalm.80. in titulo* Torcularia etiam ſunt perſecutiones, quas mali & hæretici exercent in bonos. Omnes enim, qui Sanctam Eccleſiam perſequuntur, torcular calcant. Sed calcatis torcularibus ſitiunt: quia agendo crudelia feruciores fiunt: & impietatis ſuæ meritis cæcati, eò ambiunt grauiora facere, quo iam grauia fecerunt, *Iob.24.b.* Ipſa etiam martyria torcularia dici poſſunt tanquam afflictione perſecutionum calcatis eis, qui pro Chriſti nomine confeſſi ſunt: & mortalia eorum tanquam vinacia in terra remanſerunt: animæ autem in requiem cæleſtis habitationis emanauerunt, *Pſalm.8.*

Torcular plenum, *q* abundantiam malorum aliquando ſignificat, *Ioel.3.c.* Torcularia item ſunt ſcholæ hæreticorum, *Iſa.6.c.* Verum torcular eorum non paſcit eos, *Hoſ.9.a.* Sed vinum eorum eſt fel draconum.

Tornare, Tornatilis.

Tornare, eſt ad tornum polire. tornus autem eſt inſtrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua huiuſmodi in rotundum polita redduntur. tornatile autem eſt, quod torno expolitum eſt.

Tornatiles dicuntur manus ſponſi, hoc eſt, opera Chriſti, *Cant.5.d.* quia *r* quod tornatur, in ſua rotunditate ſine obſtaculo voluitur: ſic Chriſti opera in rectitudinis rotunditate voluebantur, quia nulla culpa ei adhærebat, qua minus iuſtitia eius in rotundum duceretur. Tornatiles etiam erant manus eius, quia apparens in carne, ſanitates & miracula, quæcunque voluit, abſque morarum tarditate fecit.

Tornatilis crater, *Cant.7.a.* ſignificat *ſ* virtutes Virginis Mariæ, in qua requieuit ſapientia. Item perfectam caſtitatem mētis & corporis. Deſignat etiam prædicatores, quia iuxta mores hominum diuerſos, *t* neceſſe eſt, vt lingua prædicatoris voluatur.

Tornaturæ tabularum templi, *3.Reg.6.c.* eminentia Sanctorum exempla deſignant, & promptum animum ad facienda cuncta, quæ Dominus præcepit, & ad patiendum quæ permittit.

Tornare dicitur faber idolorum circino, *Iſa.44.b.* quando *u* hæreticus fabricat rationes dialecticas ad defenſionem errorum.

Torpere, Torpor.

Torpere, eſt pigrum eſſe, & tam corpore quàm animo languere.

Torpentes vaccæ macie, *Gen.41.c.* deſignant *x* vitia mentem fœdantia, & pinguedinem ac decorem gratiæ corrumpentia.

Torquere, Tortor, Tortura, Torſio, Contorquere.

Torqvere, eſt inflectere, & ſumitur pro cruciare: vnde tortor eſt, qui cruciat: & tortura, ipſe cruciandi actus. Torſio autem eſt dolor, qui fit torquendo.

Torquete aurum cum aliis coloribus, aut cum ſubtegmine aliorum colorum, *Exod.39.a.* eſt adiungere charitatem aliis virtutibus.

Torquebatur dolore Iob, quum diceret. Nequaquam ita loquar, *Iob.9.d.* quia *y* tunc grauius plerunque affligimur, quum quaſi per conſolationis ſtudium afflictionis noſtræ nobis conamur mala leuigare.

Torquentes cogitationes cor, *z* ſunt in Sanctis cogitationes & curæ rerum terrenarum, quas aliquando ex diſpenſatione ſuſcipere coguntur, *Iob.17.c.*

Torquet diues labia ſua, *Pro.19.a.* quum *aa* ſuperbus prædicat hæreſes, abutēdo authoritatibus ſacræ ſcripturæ.

Contorquere caput quaſi circulum, *bb* fiebat ad demonſtrationem doloris interioris. Sed hoc non erat gratum Deo, ſi aberat affectus contritionis interior, *Iſa.58.b.*

Tortores dicuntur dæmones, *cc* qui homines cruciare ſolent, *Matth.18.d.*

Torſiones dicuntur *dd* dolores propriæ conſcientiæ malè ſibi conſciæ, *Iſa.13.b.*

Torques, vide Monile.

Torrens, vide Fluuius.

Torrere.

Torrere, eſt ad ignem, vel ad Solem ſiccare, & arefacere.

Toſtæ ſpicæ igne, ſunt *ee* mentes igne Spiritus ſancti aduſtæ, & ab omni peccati humore deſiccatæ. *Leu.2.d.* Deſignant etiam *ff* fidem probatam in fornace perſecutionis: & etiam virtutes, ſeu doctrinam animi probati, vel doctrinam ſimplicium & inchoantium, per virtutem Spiritus ſancti accommodatam, vt ab ea literæ paleas ſeparemus. Exempla quoque Sanctorum patrum, ſpicæ toſtæ dici poſſunt.

Torrens calor, ſub nube, *Iſa.25.* deſignat *gg* vindictam in Iudæa per Chriſtum hominem factam & vindictam iudicij.

Deſtructio Hieruſalem. Lapſus hominis. Caſtigatio temporalis. Exercitus contra Iudæam. Superbia. Inteligentia. Matthæus. Conuerſi virtutibus pollentes. Altare holocauſtorum. Sacra ſcriptura. Crux Chriſti. Eccleſia. Vindicta Dei. Timor iuſtitiæ Dei. Gloria cæleſtis. Preſſura. Mors. Dies iudicij. Baptiſmus. Perſecutiones malorum in bonos. Martyria. Abundantia malorum. Schola hæreticorum.

Perfectio operum Chriſti. Miracula Chriſti. Virtutes Mariæ. Caſtitas. Prædicatores. Exempla Sanctorum. Prompta obedientia. Dialectica rationes hæreticorum. Vitia. Cura rerum terrenarum. Prædicare hæreſes. Dolor. Dæmones.

Mentes purgatæ. Fides probata. Virtutes. Doctrina. Exempla patrum. Vindicta Dei.

a *Glo.ord.ſ. Nah.1.*
b *Hie.ſ.Amos 7. Ru.ſ. Amo. 7.*
c *Iſy.ſ.Le.19.*
d *Hie.ſ.Ier.9.*
e *Pli.37. nat. hiſt. 80. Hila. & Amb.ſ. pſ. 118. Geo. Ve. can.3.to.8.ca. 3.*
f *Lyr.ſ. Exod. 39.*
g *Aret.as.ſ. Apoc.21.*
h *Gre.17.mo. 33.*
i *Ori.ſ. Matt. ho.19. Hie. ſ. Iſa.5. & ſ. Mat.21. Euc. for.ſpirit.4.*
k *Ori.ſ.Matt. ho.19. Arn.ſ. pſalm.8. Hil.ſ.Matt. 22.*
l *Hier. ſ. Iſa. 65. Rup.ſ. Agg. 2. & ſ. Zach.14.*
m *Am.de Spiritu ſancto prolo. Au.ſ.pſ. 8.83. & ſer. 108. Gre. 16. mor.52.*
n *Rup. 11. ſ. Apoc. Geor. Ven.cant.1.to. 7.cap.28.*
o *Bed.ſ. prou. 3.*
p *Au.ſ.pſ.8. 80. Gre.16. mo.15. Euc. for.ſpir.4.*
q *Hi.ſ. Iſ.16. & ſ.Hoſ.9.*
r *Gre.ſ.can.5. Rup ſ. can. 5.*
ſ *Amb. inſti. virgi. Rup. ſ. can.1.*
t *Gre.ſ. can. 7.*
u *Glo.ord.ſ. Iſa.44.*
x *Glo. inter.ſ. Gen.41.*
y *Gre.9.mor. 25.*
z *Gre. 13.m. 20.*
aa *Bed.ſ. Pro. 19.*
bb *Glo. ord.ſ. Iſa.58.*
cc *Or.ſ.Mat. ho.7.*
dd *Hie.ſ.Iſa. 13.*
ee *Ori.ſ. Ie ho.2. Phil. de ſacrif. Abel. Ambr.2.de. Cain.6.*
ff *Iſy. ſ. Leu. 11.*
gg *Glo. inter. ſ.Iſai.25.*

Torris, vide Titio.
Torta panis, vide Panis.
Tortuosum.

TORTVOSVM dicitur, quod est tortum, & multis flexibus sinuosum.

Tortuosus coluber dicitur *a* diabolus, qui decipiendo homini colubri ore locutus est, *Iob.26.d. Isa.27.a.* — *Diabolus.*

Totus.

Totum dicitur, quod omnes partes complectitur, & refertur ad quantitatem continuam, sicut omne ad quantitatem discretam, siue numerum.

Totum thus offerre, *b* est semper orationi insistere: & sine intermissione gratias agere, *Leu.2.a.d.6.b.* — *Assiduitas orationis. Perseuerātia.*

Totam caudam offerre, *Leu.3.c.* est *c* in bono vsque ad finem perseuerare.

Totam similam cremari, *Leu.6.b.* est confiteri integrè incarnationem & passionem Christi. Ad idem referri potest totum arietem incendere, *Leu.8.d.* — *Fides incarnationis & passionis Christi.*

Totum fermentatum esse dicitur, quando *d* lex, Prophetæ & Euangelia Christum prædicant. *Matth.13.c.*

Toto corde reuertitur ad Dominum, qui non dat locum vitiis, *1.Reg.7.a. 1.Par.19.c.* Et toto corde confitetur, *e* qui holocaustum offert de corde suo, nihil sibi reseruans, *Psal.137.*

Tota nocte clamans Samuel pro Saule ad Dominum, *1.Reg.15.c.* designat *f* prædicatorem totam causam subditi, qui peccauit, ex charitate in se suscipientem. — *Totum tempus.*

Tota dies, totum *g* huius vitæ tempus significare potest. *Psal.15.139.* Sic tota die populus Iudaicus potens fuit in iniquitate, vbi eorum pertinacia denotatur, *Hos.12.a.* tota die mendacium & vastitatem multiplicat. — *Pertinacia Iudæorum.*

Trabes.

Trabes, seu trabs dicta à trahendo, quod in altum trahatur, dicitur significare duo ligna ædificij simul compacta, ideò semper est magnum lignum.

Trabes templi, tabulata portantes, *3.Reg.6.d.* designant *h* prædicatores sublimes, & infirmos ac fragiles sua prædicatione portantes, qui sunt extrinsecus quidem sub ligni figura cogniti, sed intra templum deaurati, quantum ad splendorem conscientiæ, vel futuræ gloriæ. Designant etiam fidem diuinitatis & humanitatis Christi: ideò non hærebant muro. — *Prædicatores. Fides diuinitatis & humanitatis.*

Trabes in oculo, *i* est odium inueteratum in animo, quod festucam in oculo fratris trabem apparere facit, *Matth.7.b.* — *Odium inueteratum.*

Tractare.

Tractare, est quasi frequenter trahere. Et sumitur pro agitare in animo & disserere, vel scribendo, aut narrando commemorare: & etiam suscipere aliquem, siue de aliquo bene, aut malè mereri.

Tractare dicitur Deus mente, quando ordinat aliquid faciendum, *Isa.14.f.*

Tractant præuaricationem mente *k* hæretici: & ministri Antichristi, seu nuntij, *Nah.1.c.* quando inducere in errores alios moliuntur. — *Conari ad decipiendum.*

Tradere.

Tradere, est in potestatem alicuius aliquid dare: & interdum docere, & traditio est doctrina. Est item committere, *Genes.21.b.* traditáque puerum. Coniungere, *Gen.34.b.* Filias vestras tradite nobis. Dedere, *Ios.11.d.* Qui se non traderet filiis Israël. Emittere, *Ioan.19.f.* Inclinato capite tradidit spiritum. Exponere, *Ios.20.b.* Non tradent in manibus eius. Exhibere, *Gen.23.c.* Agrum trado tibi. Perducere, *Iudith.6.b.* Tradent eum in manus. Prodere, *Ierem.21.d.* Sanguinem innocentem tradetis. Punire, *Iudic.2.c.* Tradidit eos in manus diripientium. Subiicere, *Leu.26.d.* trademini in manibus hostium.

Traditi omnes vincti in manus Ioseph, designarunt potestatem Christo datam à Patre supernorum & infernorum, *Gen.39.d.40.a.* Et tradidit Deus coronam & cidarim ei, cuius est iudicium, *l* quum tradidit regnum & sacerdotium Christo, *Ezech.21.f.* — *Potestas data Christo.*

Tradit Deus montem Seir sanguini, *m* quum punit dæmones & malos, & tradit malos, bestiis, hoc est, dæmonibus. Et tradit terram in manu pessimorum: quum terrenos relinquit dæmonibus. Tradit etiam cedrum in manu fortissimi gentium, *n* hoc est, Antichristum in manu diaboli, *Ezech.30.c.31.d.33.f.35.b.* Eum dicitur tradere, quem deserit. Et tradit in manus diripientium, quum relinquit peccatorem in potestate diaboli: & etiam per excommunicationem, *Iud.2.c.* Et traduntur in manus gladij, qui æternis suppliciis puniuntur, & etiam, qui vincuntur à verbo Dei, *Psalm.62.73.* Et tradit iudex peccatorem ministro, *o* hoc est, angelo, qui trudat in infernum: & etiam exactori, & calumniantibus. Item peccatori, cui traditur à desiderio, hoc est, secundum desiderata, *Psalm.118.139. Matth.5.d. Luc.12.g.* tradi etiam iudici, est coram Christo à lege accusari. Tradi satanæ dicitur, quia à Christi corpore separatur, *1.Cor.5.b.* tradidit etiam Deus vnumquemque in manu proximi sui, *p* in seditionibus Hierusalem, *Zach.11.b.* tradere etiam dicitur Deus hominem in manibus alicuius, quum permittit illum in scandalum acceptum, & non datum incidere. Et dicitur illum tradere, Deus, *q* quia sola voluntate Dei occiditur, non hominis, *Exod.21.b.23.d.* — *Punire. Scandalizari.*

Tradit Deus filios Ammon Orientalibus filiis, *r* quum hæreticos ducit ad habentes lucem veritatis, *Ezec.25.a.* Et tradit Philisthæos in manus Israël, quum peccantes conuertit ad Ecclesiam, *1.Reg.14.f.*

Traditus est Christus à patre principibus huius seculi, *s* quando proprio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, *Matth.20.c.26.a. Iob.16.c.* Et dicitur traditus in manu peccatorum, quando peccatores ipsum suscipiunt, & quando iustus traditur peccatoribus. Tradidit etiam Iudas Christum & tradunt eum, vt Iudas, quicunque pro temporalibus dant Christum, qui habebant in anima. Traditus quoque est Christus à principibus sacerdotum in manus impiorum, quando traditus est illis, vt crucifigeretur. Traditur etiam ipse Christus semetipsum pro nobis, *Ephe.5.a. Gal.2.d.* traditur terra in manus impij, quando corpus relinquitur persecutoribus. Sic Iob & quilibet iustus traditur in manus impij, *Iob.9.c.* — *Varia traditiones Christi.*

Traditus quoque dicitur Christus Gentibus, *t* quando eius doctrina illuditur & irridetur ab infidelibus, *Matth.20.c. Psalm.87.* — *Persecutio bonorum. Contemptus doctrinæ Christi.*

Tradidit paterfamilias seruis bona sua, *u* quando Christus communicauit nobis eloquia Dei, *Matth.25.b.* — *Communicās Christus doctrinam.*

Tradidit Deus pulchritudinem Iudæorum in manus inimici, *x* cum arcam tradidit Philisthæis. Et quum bona opera hypocritarum, quæ per concupiscentiam laudis ostentantur, occulti aduersarij iuri mancipantur, *Psal.77. Thren.2.c.* — *Detineri in limbo.*

Tradet Christus regnum Deo patri, quando *y* omnes Sanctos ad Dei visionem & fœlicitatem perducet, *1.Corin.15.c.* — *Instituens Christus Ecclesiam militantem.*

Tradere fratres Ioseph custodiæ ex præcepto Ioseph, *Gen.42.d.* erat sanctos patres detineri in limbo ante aduentum & passionem Christi. — *Lex spiritualis data Ecclesiæ.*

Tradens Ioseph terram Gessen fratribus suis, *Gen.47.a.* est *z* Christus instituens Ecclesiam in hoc mundo, tanquam in Ægypto. — *Proponere exempla Sanctorum.*

Tradens mater Mosis ipsum Mosen adultum filiæ Pharaonis, *Exod.2.b.* designat traditionem legis spiritualiter intellectæ Ecclesiæ ex gentibus factam, vel ipsum Christum Ecclesiæ traditum. — *Recognitio beneficiorum Dei.*

Tradidit mulier fortis cingulum Chananæo, *Prou.31.b.* quia *aa* per vigorem demonstratæ iustitiæ fluxa opera gentilitatis astrinxit. Item quia contemptibilem in mundo, fides Christi honoratum facit apud Deum.

Tradens Moses oblata à populo in opus tabernaculi, ipsis artificibus tabernaculi. *Exod.36.a.* est *bb* proponens Sanctorum exempla prælatis & prædicatoribus Ecclesiæ: & generaliter fidelibus. Idem est tradere pecuniam in vsus tabernaculi. *Exod.30.b.*

Tradens, qui offert sacrificium, adipem, & pectusculum sacerdoti. *Leu.2.b.7.d.* est *cc* acceptam ferens Christo cognitionem Dei, & redemptionis opus. Tradere etiam similam sacerdoti, est spem salutis committere Christo. *Leuit.5.c.*

a *Gen.17.mo. 18.*
b *Isy.s.Leu.2.*
c *Glo.inter.s. Leu.3.*
d *Hil.s.Matt. can.13.*
e *Aug.s.psal. 137.*
f *Gre.s.1.Re. 15.*
g *Glo.ord.s.ps. 55. Rup.s. Hos.12.*
h *Ru.3.s. Regum.10.*
i *Aug.2.ser. domini in monte. & de ver.domini. ser.16.*
k *Lyr.s.Nah. 1.*
l *Hie.s. Ezec. 21.*
m *Ori.s. Iud. hom.2.*
n *Hie.s. Exe. 30.31.35.& s.psalm.62. Ber.s.psa. 62.*
o *Aug.1. ser. dom. in mon. & s.psa. 118. Ambr.s. psal. 118. ser.26. Ori. s. Luc.hom. 35. Hil.s.psa.139. Amb.1.de pœn.24.*
p *Rup.s.Zach. 11. Hie.s. Za. 11.*
q *Aug.qu. in Exo.79.*
r *Hie. s. Ezc. 35. Gre.s.1. Reg.14.*
s *Ori.s. Matt. ho.4.36. Au. s.psa.36. Gre. 13.mor.8.*
t *Ori.s.Matt. hom.11. Arn. s.psa.87.*
u *Ori.s.Matt. hom.33. Arn. s.psa.77.*
x *Greg. 8. m. 37.*
y *Augu.1. de Trin.8. & 83. q.69.*
z *Glo.ord.s. Exod.2.*
aa *Bed. s. pro. 31.*
bb *Rupe.8.de glori.Trin.8. Glo.ord.sup. Exod.30.*
cc *Isy.s. Leu. 2.*

Prædicatio futuri iudicij. Pœnitentia.

Tradens Moses in auribus Iosue victoriam habitam contra Amalec in deserto. *Exod.* 17. *d.* designat prænunciationem *a* iudicij per Christum futuri.

Tradentur obliuioni angustiæ priores in fœlicitate. *Isa.* 65. *c.* non *b* quidem obliuioni memoriæ, sed successione bonorum.

Tradens lex mysteria.

Tradere quintam partem supra id, quod damnificatum fuerat, sacerdoti. *Leu.* 5. *d.* est *c* quemlibet sensum, per quem peccauimus, ad pœnitentiam reuocare.

Reduci ad innocentiam.

Tradens Moses arietis dextrum cum collyrida & lagano & adipibus, &c. Aaron, quando consecrabatur. *Leu.* 8. *c.* est *d* lex tradens mystica declaranda per Christum.

Consentire malis.

Tradens mulier mundanda sacerdoti agnum anniculum, & pullum columbæ, siue turtutem. *Leu.* 12. *c.* reformationem *e* per pœnitentiam indicat, vt reducatur ad innocentiam.

Traditur in animas tribulantium, *f* qui consentit voluntati tribulantium. *Psalm.* 26. Et traditur desiderio peccatoris, qui consentit prauis concupiscentiis, per quas traditur diabolo. *Psalm.* 139.

Tradidit Moses vaccam rufam Eleazaro, & non Aaroni. *Num.* 19. *a.* vt designaretur *g* sacrificium Christi ad sacerdotes nouæ legis spectare.

Suadens redire ad vomitum.

Tradit seruum ad dominum suum, qui *h* quemlibet delinquentem, & à prauis actionibus se conuertere volentem, sua exhortatione, vel exemplo prauæ actionis, ad id, quod renunciauerat, redire suadet: quod plerique sacerdotes praui in Ecclesia facere consueuerunt. *Prou.* 30. *b.* Sic non tradidit Christus seruum domino suo, quia non reliquit peccatorem diabolo: sicut nec ille, qui confitentem non adigit in desperationem. *Deut.* 23. *c.*

Anima in peccato.

Tradit Deus omnia quasi olera virentia, quando non vult fieri discrimen inter Gentes & Iudæos in fide. *Genesis* 9. *a.*

Tradidit pacificus vineam custodibus, hoc est, *i* Deus Synagogam Mosi & aliis patribus. *Cant.* 8. *d.*

Tradita Tyrus obliuioni, dicitur *k* anima existens in peccatis. *Isa.* 23. *d. Thren.* 2. *b.*

Traducere.

Exercens opera vitæ actiuæ

TRADVCERE, est de loco ad locum ducere, vel trans aliquid ducere.

Traducens Iacob suos per vadum. *Gen.* 32. *f.* designat *l* exercentem opera vitæ actiuæ, & prædicationis: & ministrantem baptismum & similia: vt postea vacet contemplationi.

Traducit Deus populum suum in desertum. *Psalm.* 135. quaddo *m* deducit suos in consilium à seculi curis alienum. Semper autem populus Dei per deserta huius mundi traducitur, quoadusque in terram promissionis introducantur.

Traducens vir Ezechielem per aquam. *Ezech.* 47. *a.* est *n* Deus, aut angelus dans notitiam mysteriorum. Traducit vsque ad talos, quando Christus nobis ad se conuersis boni exordij plenitudinem tribuit: & dono spiritualis sapientiæ prima nostri operis vestigia infundit. Vsque ad genua, quum adhoc vsque nostra sapientia augetur, vt in prauis iam actibus minimè flectatur. Vsque ad renes, quando in nobis percepta sapientia omnem quoque, in quantum possibile est, delectationem carnis extinxit. Quantum autem transuadari non potest, designat perfectionem contemplationis: in qua dum mens in altum ducitur, subleuata, videt in Deo se penetrare non posse, quod videt, & quasi tangit aquam torrentis, quam pertransire non valet: & quia intuetur speculando, quod libeat, & tamen hoc ipsum perfectè non valet intueri, quod libet.

Trahere.

Incarnatio verbi.

TRAHERE, est per vim ducere.

Traxit Deus Ephraim in funiculis charitatis. *Hose* 11. *f.* quando *o* filius Dei per charitatem factus est homo, & passus & mortuus. Trahi autem petunt adolescentulæ post sponsum, quia sine eo *p* currere nequeunt, qui exultauit, vt gigas ad currendam viam. Trahitur etiam sponsa tanquam infirma, quia sine Christo nihil potest, trahitur autem per tentationes & labores. *Cantic.* 1. *a.* Trahit pater filium, non cogendo liberum arbitrium, sed vinculis charitatis. *Ioan.* 6. *e.* Trahit autem Christus omnia ad se, hoc est, omnes prædestinatos. *Ioan.* 12. *e.*

Conuersio ad Deum.

Trahit Deus ad se spiritum & flatum hominis. *Iob.* 34. *b.* quando *q* ad conuersionem sui desiderij & interiora nostra, & exteriora commutat, vt nihil iam menti exterius libeat, nihil caro inferius, vel si appetit, adidisci conetur: sed omne quod homo est, ad eum videlicet, à quo est, & interius desiderando ferueat, & exterius edomando constringat.

Eiiciens Deus Iudæos. Vacare terrenis.

Traxit Petrus rete in terram. *Ioan.* 21. *c.* hoc est *r* ad soliditatem littoris, quia ipse & eius successores & prædicatores sanctæ prædicationis voce stabilitatem æternæ patriæ fidelibus ostendunt.

Trahere dicuntur etiam adolescentulæ ipsum sponsum, *s* quia vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine eius, mox est ibi ipse sponsus. Et eruditæ animæ trahunt: quia libenter venit ad illas verbum Dei.

Addere peccata peccatis.

Trahens Ezechiel nouaculam per caput, designat *t* Deum eiicientem à se Iudæos, vt incredulos & obstinatos. *Ezech.* 5. *a.*

Discere vana.

Trahi dicitur sapientia de occultis. *Iob.* 28. *c.* quia *u* cum sit inuisibilis, non nisi inuisibiliter inuenitur. Quæ rectè trahi dicitur: quia sicut flatum trahimus, vt corpus viuat: sic ab intimis sapientiæ spiritus ducitur, vt ad vitam anima subsistat, vnde, *Psalm.* 118. Os meum aperui, & attraxi spiritum.

Trahi ad iudicem, est *x* accusari in iudicio. *Luc.* 12. *g.*

Trahi per humum animalia immunda. *Leu.* 11. *g.* est *y* vacare gastrimargiæ, & libidini & terrenis.

Iudæi contra Christum.

Trahunt iniquitatem in funiculis vanitatis. *Isa.* 5. *d.* quia *z* addunt peccata peccatis.

Subiici diabolo.

Trahere dicuntur ventum quasi dracones. *Ierem.* 14. *a.* qui *aa* auidè discunt doctrinam vanam. Et Iudæi, quum superbiæ spiritu inflati, malitiosè aduersus Christum intumuerunt.

Trahere dicitur diabolus, aut Antichristus post se omnem hominem. *Io.* 21. *d.* quia *bb* qui bonis præsentibus delectantur, potestati illius se absque retractatione subiiciunt. Trahit ante se innumerabiles, quia multo plures fuerunt carnales ab exordio peccati, vsque ad tempus Antichristi, quàm erunt suo tempore. Traxit etiam draco secum tertiam partem stellarum, quando diabolus secum traxit multitudinem angelorum è cælo. *Apoc.* 12. *a.*

Trames, vide Via.

Tranquillus, Tranquillitas, vide Quiescere.

Trans.

Status hominis ante baptismum.

TRANS dicitur esse, quod est vltra aliquem locum.

Trans Iordanem flere mortuum Iacob. *Gen.* 50. *a.* designat statum generis humani ante institutionem baptismi, quia tunc erat tempus fletus.

Trans Iordanem veniens Iesus. *Matth.* 19. *a.* designauit *cc* transitum suum ad Ecclesiam per baptismum.

Trans fretum venientes discipuli. *Matt.* 16. *a.* designarunt *dd* desertionem temporalium, & etiam finem mundi.

Trans flumina Æthiopiæ est terra. *Isa.* 18. *a.* secundum quod *ee* Antichristus superabit malitia omnes, qui nigri sunt per peccatum.

Transcendere.

TRANSCENDERE, est ascendendo transgredi, aut superare.

Curiositas.

Transcendere dicitur angelus percussor ostium domus. *Exo.* 12. *d.* quando *ff* Deus parcit, & saluat per passionem & sanguinem Christi.

Transcensus Arnon, id est, illuminationis *gg* eorum est, quum ab erroribus ad veritatis lumen venitur. *Isaia* 16. *a.*

Transcendens terminos montis est, *hh* qui curiosè diuina scrutatur. *Exod.* 19. *d.*

Transferre, Transportare.

TRANSFERRE, est ab vno loco in alium ferre, & deportare: Item relegare. *Ierem.* 29. *a.* Omni transmigrationi, quam transtulit. Traducere. 1. *Reg.* 18. *f.* Donec veniam, & transferam vos. Trãsmutare, *Deut.* 27. *c.* qui transfert terminos proximi sui. Transuehere. *Sap.* 10. *d.* Transtulit illos per mare rubrum.

a *Glo. int. sup. Exod.* 17.
b *Glo. ord. f. Isai.* 65.
c *Glo. ord. f. Leu.* 5.
d *Glo. int. sup Leu.* 8.
e *Glo. ord. f. Leuit.* 12.
f *Aug. f. psal.* 26.36.
g *Augu q. in Num.* 13.
h *Bed. f. Pro.* 30. *Rup.* 1. *f. Deut.* 25.
i *Gre. f. Can.* 8.
k *Hie. f. Is.* 23.
l *Glo. in. f. Geneſis.* 32.
m *Hie. f. psal.* 135.
n *Hie. f. Eze.* 47. *Gre.* 22. *mor.* 22.
o *Ambro. de Isaac.* 3. *Rup. f. Hoſ.* 11.
p *Gre. f. Cant.* 1. *Aug. f. Ioa. tra.* 26. 52. *Ber. ſu. Cant. ſer.* 21.
q *Gre.* 24. *m.* 26.
r *Gre. ho.* 24.
s *Ori. f. Cant. hom.* 1.
t *Hie. f. Exec.* 5.
u *Gre.* 58. *m.* 32.
x *Ori. f. Luc. hom.* 35.
y *Glo. inter. f. Leuit.* 11.
z *Glo. ordi. ſu. Iſai.* 5.
aa *Hie. f. Iere.* 14. *Gre.* 29. *mor.* 18.
bb *Gre.* 15. *m.* 30. *Aug. ſolio.* 16.
cc *Ori. f. Mat. hom.* 7.
dd *Or. f. Mat. ca.* 16. *Hie. f. Mat. Can.* 14.
ee *Gre.* 13. *m.* 7.
ff *Glo. int. ſu. Exod.* 12.
gg *Hier. f. Iſa.* 16.
hh *Glo. int. f. Exod.* 19.

Digitized by Google

Translatio veteris testamenti in nouum.
Electio angelorum.
Translatus Apostolorum ad gentes.
Conuersio peccatoris.
Remissio culpæ.
Reductio infidelium ad Ecclesiam.
Electio malorum.
Transiens religio Iudæorũ ad Ecclesiam.
Transitus ad perfectionem.
Stabilitas gloriæ cælestis & Ecclesiæ.
Mutantes consilium Dei.
Mors Sanctorum ante legem.

Translatus Enoch, designat *l* virum bonum ab ignorantia & imprudentia ad scientiam & prudentiam deductum, & ab imperfecto ad perfectum. *Gen.* 5. *c.*

Translatum dicitur gaudium terræ à malis videlicet in bonos. *Isa.* 24. *b.* quia *m* cessabit terrenum gaudium in malis, & verum gaudium erit perpetuo in bonis.

Non potest transferri tabernaculum, *n* patria videlicet cælestis, quæ non admittit mutationem. *Isa.* 33. *d.* Ecclesia etiam militans non transfertur, vt tabernaculum vetus synagogæ, quia perseuerat vsque ad finem mundi.

Transferre volens Ioseph manum patris à capite Ephraim in caput Manasse. *Genes.* 48. *d.* eos exprimit, qui mutare nituntur consilium Dei.

Transferri de vtero ad tumulum. *Iob.* 10. *d.* conuenit *o* electis, qui ab ipso mundi primordio ante Redemptoris tempus exorti sunt, & tamen huic mundo semetipsos mortificare curarunt, qui conscriptas legis tabulas non habentes, quasi in vtero mortui sunt, quia authorem suum naturali lege timuerunt. Et quum venturum mediatorem crederent, studere summopere, mortificatis voluptatibus, etiam, quæ scripto non didicerant, præcepta seruare.

Non transferuntur possessiones Leuitarum, *p* quia illæ non sunt ipsorum Leuitarum, sed Domini: cuius etiam ipsi possessio dicuntur. *Ezech.* 48. *b.*

Transferens rex Babylonis filios Israël in Babylonem, quos rex Ægypti in Ægypto captiuauerat, designat eos, *q* qui prius aliquo vitio captiui tenebantur, quod postmodum deserentes, ab alio opprimuntur. Vt qui carnis vitia deserunt, & in cenodoxiam incidunt. Transtulit etiam alios, quando fecit eos peccare. 4. *Reg.* 24. *b.*

Contemnere statuta Ecclesiæ.
Inducratio malorum, & recessus à fide.
Euagatio Iudæorum.
Transmigratio ad Babylonem.
Transitus ad actionem.
Pœnitentia.
Arrogantia Iudæorum.
Peccare.

Transferunt terminos *r* hæretici, qui statuta Ecclesiæ conuellunt & lacerant. *Iob.* 24. *a. Prou.* 22. *d.*

Transfertur saxum de loco suo. *Iob.* 14 *d.* quando *s* homo mutatus à bono in malum induratur. Transferre etiam dicitur lapides, qui aliquos subtrahit ab Ecclesia. *Eccles.* 10. *b.* Transferuntur quoque nutantes filij Iudæ, quando Iudæi infideles & indurati vagi sunt in terra. *Psalm.* 108.

Transportans aquila cedrum in terram Chanaan. *Ezech.* 17. *a.* designauit *t* translationem Iudæorum cum Iechonia in Babylonem.

Transfigere, vide Fodere.
Transfretare, vide Mare, & Nauigare.
Transgredi, Pratergredi. Præterire, Præuaricari.

Negligere cultum Dei.
Iudæi peccantes & non orantes.
Peccantes intra Ecclesiam.
Prædicator reprehendens vitia.
Eminentia verbi Dei.
Incarnatio.

TRANSGREDI, est transire, & superare, & præuaricari: quod est à recto discedere.

Transgrediens Iacob Phanuel. *Gen.* 32. *g.* designauit *u* transitum à contemplatione ad actionem.

Transgredi murum. *Psal.* 17. est *x* præterire impedimenta dæmonum, vel pœnitere peccatorum, quæ transitum ad Deum impediebant.

Non præterit mare præceptum Dei. *Ierem.* 5. *f.* vt confundantur homines præcepta Dei transgredientes.

Nunquam se præteriisse mandatum Dei dicebat filius senior. *Luc.* 15. *g.* designans *y* Iudæos imitantes Pharisæum dicentem: Non sum sicut cæteri hominum.

Transgressi sunt habitatores terræ *z* legem naturalem omnibus communem. *Isa.* 24. *a. c.* Transgrediuntur quoque terminum, quem posuit Deus, *aa* qui eius præcepta vel fidem præuaricantur. *Psalm.* 103. Et præuaricantes peccatores terræ, *bb* sunt legem transgredientes. *Psal.* 118. Et transgressi sunt pactum sicut Adam, qui ita peccauerunt, vt eiicerentur de Ecclesia, sicut Adam eiectus est de paradiso. *Hos.* 6. *c. Leuit.* 7. *a.* 16. *c.* Transgreditur etiam terminos antiquos, quos posuerunt patres, *cc* qui transgreditur terminos fidei, quos catholici ab initio statuere doctores. *Pro.* 22. Præuaricatores autem dicuntur condemnati *dd* qui transgressi sunt legem naturalem, vel scriptum, qui in Deum dicuntur præuaricati. *Isa.* 66. *g.* Præuaricationes autem sunt ipsa peccata. *Ierem.* 5. *a.*

Præuaricari ceremonias, *ee* est negligere cultum Dei, & sacra indignè tractare. *Leu.* 5. *g.*

Transgressor ex ventre dicitur Israël, *ff* hoc est, à tempore egressionis de Ægypto. *Isa.* 48. *b.* 52. *d.* Dicitur autem transgressus Israël pactum Dei cum patribus. *Mala.* 2. *c.* Præuaricator autem legis dicitur Iudæus, quia sensum legis, qui est de incarnatione & diuinitate Christi non admittit, *Ierem.* 9. *a.* Vnde & transgressi dicuntur Iudæi, quando apostatarunt à Christo. *Isa.* 59. *c.* Præuaricatores autem dicuntur tam Iudei, quam hæretici, qui corruunt in viis Domini. *Hos.* 7. *d.* 14. *b. Nah.* 1. *c.*

Præuaricatrix Iuda, designare potest *gg* peccantes, qui tamen non errant in fide. *Iere.* 3. *c. Ezech.* 39. *g. Sop.* 3. *c.*

Præuaricari dicens Saul populum, designat *hh* prædicatorem reprehendentem vitia ad emendationem. 1. *Reg.* 14. *c.* Præuaricati estis hodie.

Transilire.

TRANSILIRE, est vltra transire.

Transilire dicitur Verbum Dei colles. *Cant.* 2. *b.* quia *ii* minus manet cum iis, qui non sunt plenè perfecti. Vel quia supereminet prophetis & discipulis Christi secundo loco electis. Item quia per incarnationem minoratus est paulominus inferioribus angelis, qui & hominibus subdi voluit. Transiit etiam colles, quum ab angelis venit ad homines, relictis dæmonibus tanquam collibus.

Transiliens vulpes murum templi, designat *kk* hæreticos putantes se suis argutiis vincere Euangelicam veritatem. *Nehem* 4 *a.*

Transire, Transmeare, Transmigrare, Præterire.

TRANSIRE, est ab vno loco vltra alium locum ire. Transmigrare autem est ab vno loco ad alium remotiorem domicilium mutare. Transire etiam, est commutare, vel commutati. *Nume.* 17. *b.* Ad filiam eius transibit hæreditas. Crescere. *Leuit.* 13. *a.* Nec transierit in cute priores terminos. Discedere. 1. *Regum* 10. *a.* Cumque abieris inde, & vltra transieris. Exire. *Numer.* 21. *e.* Donec transeamus terminos tuos. Experiri, 1. *Regum* 14. *a.* Transeamus ad stationem Philistinorum. Ingredi. 1. *Regum* 14. *a.* Ecce nos transimus ad viros istos. Manifestare. *Exod.* 33. *d.* Cumque transierit gloria mea. Pergere. *Genes.* 33. *d.* Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum. Perire. *Ioe.* 14. *d.* Vt in perpetuum transiret. Peruenire. *Numer.* 33. *f.* Transierunt ad Campestria Moab. Præterire. *Genes.* 18. *a.*

Ne transeas

a *Amb.* 1. *de inst.* 5. *Gre.* 9. *mor.* 2. *Arn. s. ps.* 54. 79. *Hie. su. Iob.* 9. *& s. Ier.* 13. *Aug. s. ps.* 45. *Ric. de S. Victor. de vita mu.* 6. *Geo. Ven. Can.* 1. *tom.* 6. *cap.* 28.
b *Glo. ord. su.* 1. *Para.* 12.
c *Ric. de S. Vi. de so. Nabuc.* 14.
d *Glo. ord. su.* 2. *Reg.* 12.
e *Ori. s. Matt. hom.* 4.
f *Glo. ord. sup. Colo.* 1.
g *Hie. sup. Amos.* 1.
h *Gre.* 14. *mo.* 2.
i *Gre.* 14. *mo.* 11. *Aug. s. ps.* 108.
k *Gre. s.* 1. *Re.* 4.
l *Phi. de Abr.*
m *Hie. s. Isai.* 24.
n *Glo. ord. s. Isai.* 33.
o *Gre.* 4. *mor.* 36.
p *Hie. s. Ezec.* 48.
q *Cassi. colla.* 5. *cap.* 12.
r *Hie. s. Iob.* 24. *Gr.* 16. *m.* 21.
s *Hie. su. Iob.* 14. *& s. Eccl.* 10. *& s. psal.* 108. *Gre.* 12. *mor.* 11.
t *Hie. s. Ezec.* 17.
u *Glo. int. s. Gen.* 32.
x *Ar. & Au. s. psal.* 17. *Gre.* 26. *mor.* 10.
y *Hie. epi. bea.*
z *Hie. s. Isai.* 24. *& s. Heb.* 6.
aa *Arn. s. psa.* 103.
bb *Hil. s. psal.* 118.
cc *Bed. s. Prouerb.* 22.
dd *Glo. int. s. Isai.* 66.
ee *Glo. ord. su. Leu.* 5.
ff *Hie. s. Isai.* 48. 59. *& s. Hos.* 14.
gg *Hie. s. Ier.* 3.
hh *Gre. su.* 1. *Regum.* 14.
ii *Ori. s. Can. ho.* 2. 3. *Amb. de Isaac.* 4. *Gre. s. Can.* 2. *Ber su. Cant. serm.* 53. 54.
kk *Or. s. Can. hom.* 4.

Digitized by Google

Breuis consolatio Dei. *Breuis cognitio.* *Protectio Dei.* *Misericordia Dei.*

Ne transeas seruum tuum. Punire. *Iob.* 15. *b.* Non trãsibit alienus per eos. Traiicere. *Gen.* 32. *c.* In baculo meo transiui Iordanem istum. Transmigrare. *Iud.* 9. *d.* Et transiuit in Sichimam.

Transire interdum dicitur Deus, *a* quum breuem dat consolationem. *Gen.* 8. *a.* Et transit spiritus, quando inuisibilia cognoscimus, & tamen hæc non solidè, sed raptim videmus. Neque enim in suauitate contemplationis intimæ diu mens figitur: quia ad semetipsam immensitate luminis reuerberata reuocatur. *Iob.* 4. *c.* Transire etiam dicitur, quum nondum habemus fixas bonas cogitationes in corde. *Luc.* 18. *g.* Transit etiam sponsus, *b* vt maiori desiderio quæratur. *Cant.* 5. *b.* 3. *Reg.* 19. *c.* Transit etiam Deus per Hierusalem, quum visitat animam, vt eam conuertat. *Ezech.* 16. *a.*

Transit etiam Deus *c* præcedendo, & protegendo viatores huius seculi. *Psalm.* 67. *Exod.* 34. *a.* Et transiit in desertum, quando venit ad gentes.

Transit præterea Deus aliquos, *d* quando non eos punit, aut castigat, sed eorum miseretur. *Exod.* 12. *c.* Et quum cessat à castigando. *Nahum.* 1. *d.* Et quum dissimulat, & nondum castigat. *Amos* 8. *a. Mich.* 7. *d.* Inde dictum est Phase id est, transitus. Pertransiit quoque furor Dei in passione Christi, quando chirographum, quod Adam in mortem filiorum conscripsit, Christi delepsit aduentus. *Iob.* 10. *d.*

Transire etiam dicitur Deus *e* castigando & puniendo, vt transiuit per Ægyptum. *Exod.* 12. *b. d.* Ferè enim quoties pertransire ponitur ex persona Dei, pro pœna accipitur. *Amos* 5. *e.* Transit etiam flagellum inundans, quum ad omnes extenditur generalis castigatio. *Isa.* 28. *d.* Et transitus virgæ fundatus, est æterna punitio. *Isa.* 30. *e.* Transeunt quoque fluctus Dei, & iræ Dei super aliquem, quando punitur. *Psalm.* 41. 87. Et transit gladius per terram, quum exercetur diuina vindicta. *Ezech.* 14. *e.* Et transit dominus super pulchritudinem colli Ephraim, quando castigat hæreticos, superbos & Iudæos. *Hose.* 10. *c.* Et præteriens diluuium dicitur punitio Dei, quæ fit ad tempus. *Nahum.* 1. *b.* Nunc autem dicitur transire furor Dei, & post iudicium pertransibit, quia consummabitur. *Iob.* 14. *c.* Pertransibit enim indignatio Dei in iudicio, tunc dabitur vltima sententia in malos, & non amplius Deus indignabitur. *Isa.* 26. *d.*

Castigatio Dei. *Iuramentum Dei.* *Discretio in iudicio.* *Vadens Christus ad patrem.* *Passio Christi.* *Eleuatio ad contemplationem.* *Transitus Christi ad gentes.* *Incarnatio.* *Relinquens Deus Dæmones & Iudæos.* *Impletio legis per Christum.* *Integritas Mariæ.* *Exempla antiquorum patrum.*

Transitus ignis inter diuisiones cadauerum. *Gen.* 15. *d.* erat signum *f* iuramẽti Dei, quia sic firmabant iuramenta Chaldei, vt transirent per aliqua diuersa. Transiens autem ignis & non manens, designauit gloriam Dei non permansuram apud Iudæos, sed transituram ad gentes. Designauit etiam ille transitus discretionem futuram in die iudicij bonorum & malorum.

Transiens Deus coram Mose, designat *g* Christum impleta lege, transeuntem ex hoc mundo ad patrem, & parantem fidelibus mansiones. *Exod.* 34. *a.* Transiens etiam & saluans Deus fuit Christus in passione. *Isa.* 31. *c.* Et transiens Iacob Iordanem in baculo, fuit Christus, qui transiuit ex hoc mundo in cruce. *Genes.* 32. *c.* Et transiens gloria domini, fuit Christus transiens de hoc mundo ad patrem. *Exod.* 33. *d.* Transire quoque dicitur Christus in pace, quia attulit & prædicauit pacem, & quia ab humanitatis forma in diuinitatis suæ contemplationem nos eleuat. Et quia de iudicio redibit ad regnum patris sui. *Isa.* 41. *a. Psalm.* 140.

Transitus etiam Dei, *h* est transitus Christi ad gentes. *Exod.* 34. *a.* Transire autem dicitur Christus per ea, quæ pertinent ad dispensationem carnis. *Matth.* 20. *d.* Et transit, quando vnum deserit & habitat in alio. Transiuit quoque in deserto, quum prædicari fecit Gentibus. *Psalm.* 67. Tota autem vita eius vsque ad resurrectionem, transitus fuit. *Matth.* 10. *g.* Præteriens autem vidit cæcum, assumpta videlicet similitudine carnis peccati, sed non stetit, quia non assumpsit peccatum. *Ioan.* 9. *a.*

Transire dicitur Deus à Gelboe, *i* quando relinquit dæmones sine rore grátiæ in sua obstinatione, & quando reliquit Iudæos in infidelitate. 2. *Reg.* 2. *d.*

Non prætereunt verba Christi, transeunte cælo & terra. *Matth.* 24. *d.* quia *k* licèt transeat litera legis, non transit spiritus, qui impletur in Christo cum verbis eius. Præterire autem iota vnum à lege, est non impleri minima sacramenta, quod minimè fiet. *Matt.* 5. *c.* Pertransire quoque dicitur Deus in deserto, & non ibi immorari, quia transiuit per vetus testamentum vt moraretur in nouo. *Psalm.* 67.

Transiens dominus per portam clausam, fuit *l* Christus transiens per vterum Virginis, manente integra virginitate. *Ezech.* 44. *a.* Non transiuit autem vir portam clausam templi, quia nemo penetrauit mysteria scripturæ, nec quisquam corrupit pudorem Virginis Mariæ.

Transeuntes armati filij Ruben, & Gad & dimidia tribus Manassæ. *Ios.* 1. *d.* sunt *m* doctrina & exempla antiquorum Patrum & Prophetarum posteris proponenda. Non transeunt autem paruuli, quia nescíunt docere: nec mulieres, quia infirmæ ad exemplum. Designant etiam eos, qui terrenis rebus inhiant, qui etiam si transeunt Iordanem cum armis, hoc est, defendunt fidem, non tamen in terra promissionis permanent, sed ad terrena redeunt.

Prædicatio. *Recessus dubiorum.*

Transeuntes calceati flumen Ægypti, sunt *n* prædicantes sine impedimento. *Isa.* 14. *d.* Transeuntes autem principes per medium castrorum, sunt Apostoli euntes in mundum vniuersum. *Ios.* 1. *c.* Transierunt autem nubes præfulgore in conspectu Dei. *Psalm.* 17. quando *o* prædicatores transierunt à Iudæa in Gentes cum splendore doctrinæ & miraculorum. Vel quum illæ, quæ animum obnubilare consueuerant, dubitationes recedunt. Nubes enim transire, est veritatis perspicaciam, & intelligentiæ serenum sine vlla cunctatione tenere. Transeunt quoque per portas Apostoli & prædicatores, qui docent fidem. Et transit leo super iumenta, quum Apostoli *p* prædicando conuertunt Gentes. *Mich.* 5. *c.* Et transeuntes cerui, sunt Apostoli à Iudæa venientes ad Gentes. *Isa.* 34. *d. Iuxta* 70. Transire etiam in orbem dicuntur dies conuiuij filiorum Iob, quando *q* prædicationis ministeria per Apostolos peraguntur. *Iob.* 1. *a.*

Profectus prædicatorum.

Transiens vltra Saul, designat *r* profectum prædicatoris per exemplas Sanctorum. 1. *Reg.* 10. *a.* Et transiens Ionathas cum armigero ad Philisthæos. 1. *Regum.* 14. *a.* est bonus prædicator, qui quæ dicit, facit. Et trans locum transiens est prædicator, qui supergrediens vitam simplicium, in campum tentationum egreditur: & transit ad prædicandum iis, qui sunt in peccato, vt eos liberet à dæmonibus.

Ecclesia superantes mundum. *Obscura cognitio antiquorum patrum.* *Vincere tribulationes.* *Cognitio mysteriorum.* *Contemplatio.* *Conuersio peccatorum.* *Fauere.*

Pertranseuntes naues mare, sunt *s* Ecclesiæ legem seruantes, & mundi fluctus superantes. *Psalm.* 103. Pertranseuntes etiam naues poma portantes. *Iob.* 9. *d.* Fuerunt patres veteres, *t* qui odorem senserunt mysteriorum Christi, sed mortui sunt priusquam ad eorum gustum peruenirent. Pertransit anima torrentem, quum superat impetus persecutionum, & aquam intolerabilem, quum superat peccata. *Psalm.* 123. Transiit in maris freto, qui huius mundi angustias viriliter peregit. *Zach.* 10. *d.* Et transire per ignem & aquam, est varias pati tribulationes. *Psalm.* 65. Et transire mare rubrum, aut simpliciter mare, est fortiter ferre aduersa seculi. *Num.* 33. *a. Isa.* 16. *c.* 43. *a.*

Transire absolutè, in bonum sumitur, vt *Exod.* 3. *a.* Transiuit Moses, vt videret visionem. Et *Psalm.* 36. Transiui: & ecce non erat, vbi transire dicitur, *u* qui à temporalibus proficit ad spiritualia. *Iob.* 19. *b.* Transire autem viam, sæpe in malum sumitur. Pertransiens autem anima seu sponsa custodes. *Can.* 3. *b.* est ascendens ad mysteria, quæ angeli cupiunt cognoscere, vel altiora credens de Christo quam de Patriarchis & Prophetis. *Matth.* 16. *c.* Tu es Christus filius Dei viui. Vel ascendens ad contemplationem diuinitatis, vel dicitur transire mundum, pertransire verò ad Christum, vel transeundo ad cœlestia, terrena pertransit: vel pertransit quando non solum resurrectionem, sed & ascensionem credit, ascendens fide vsque ad dexteram patris. Pertransit etiam vigiles sponsa, quum etiam quos miratur anima, in sponsi comparatione postponit. Et transit à morte ad vitam, *x* qui ab infidelitate venit ad fidem formatam, qui à terrenis ad cælestia venit, & ab hac vita transit ad æternam. *Ioan.* 5. *d.* vbi legitur de præterito, transiit. *Psal.* 140. Transmigrant filij Israël, quum è carnalibus fiunt spirituales. *Abd. g.* Et transmigrat Ephraim, quum quis conuertitur à statu peccati. Transire etiam dicuntur Iordanem, qui penetrant interiora sapientiæ & eloquiorum Dei, quæ dulciora sunt super mel & fauum. Remanent verò trans Iordanem, qui solùm cognoscunt Iesum Christum crucifixum. *Ios.* 3. *c.* Transire autem dicitur spiritus nobis præsentibus. *Iob.* 4. *d.* quando inuisibilia cognoscimus: & tamen hæc non solidè, sed raptim videmus.

Pertransire

a *Gre.* 5. *mor.* 23. & *sup. Can.* 5. & *ho.* 2.

b *Ricar. de S. Vict.* 4. *de arca. myst.* 11.

c *Glo. ord. sup. psal.* 67.

d *Hie. s. Amos* 8. & *s. Mic.* 7. & *s. Iob.* 10. *Rup. s. Amos.* 8.

e *Hie. s. Amos* 5. & *s. Isa.* 10. & *s. Hose.* 11. & *s. Nah.* 1. *Bed. s. Exo.* 12. *Gre.* 12. *m.* 7. *Ru. s. Hos.* 10.

f *Cyr. contra. Rup.* 5. *s. Gen.* 22. *Bed. s. Ge.* 15.

g *Aug. qu. in Exo.* 154. & 2. *de trin.* 17. & *s. ps.* 59. 138. & *serm.* 80. *Hie. s. Isai.* 31. 41. *Gre. h.* 13. *Isy. s. Leu.* 16.

h *Euc. for. spi.* 1. *Augu. epist.* 112. & 1. *qu. in euang.* 28. & *de esse. diu.* & *Psal.* 67. & *de ver. do. mini. se.* 180. *Gre.* 19. *mo.* 3. *Cyr.* 6. *s. Ioan.* 15.

i *Ber. s. Can. serm.* 54.

k *Ori. s. Matt. hom.* 30. *Hie. s. Mat.* 6. & *s. psal.* 67.

l *Ambr. insti. virg.* 8.

m *Or. s. Iosue. ho.* 3. *Gre.* 27. *moral.* 10.

n *Hi. s. Isai.* 14. & *s. ps.* 17. *Rup. s. Ios.* 8.

o *Au. s. ps.* 17. *Ric. de S. Vict. de somnio Noebucho.*

p *Hie. s. Mic.* 5. & *sup. Isa.* 34. 62.

q *Gre.* 1. *mor.* 22.

r *Arn. sup.* 1. *Regum.* 14.

s *Arn. s. psal.* 103. *Aug. su. ps.* 103. 123. 65.

t *Gr.* 9. *m.* 22. *Hie. s. Zac.* 10. & *s. Isa.* 43. *Ori. s. Nu. ho.* 27. & *s. Ios. ho.* 1. *Hil. s. ps.* 65. *Amb. de vir.* 3. & *de pen.* 14. *Eu. qu. in ps.*

u *Amb. s. ps.* 118. *ser.* 15. *Aug. psal.* 36. *Gre.* 14. *mor.* 18. & 18. *mo.* 32. & 27. *mor.* 1. & *s. Can.* 3. *Ori. s. ps.* 46. *ho.* 5. *Hil. s. ps.* 40. *Amb. de Isaac.* 5. & *ex ho. ad vir.* & *de fuga. secu. His. su. Ierem.* 31. & *s. Abdiam.*

x *Aug. s. Ioan. tra.* 22. *Ber. s. Can. ser.* 79. *Rup.* 5. *sup. Ioan. Ori. sup. Num. hom.* 26. *Gregor.* 5. *mor.* 23.

Pertranſire dicuntur, qui fauent: & non erat, qui pertranſiret, *a* quando non erat, qui faueret Eccleſiæ *Iſa.50.c.* — *Mori.*

Tranſiſſe dicitur æſtas, quando *b* præterit tempus operandi, vt in morte, aut in iudicio. *Ierem.8.g.* Et tranſeunt, qui ad mortem tendunt. *Pſal.89.* Item qui ab hac diſcedunt vita. *Pſalm.140.* Vel tranſimus, quamdiu in hac vita temporaliter viuimus: pertranſimus verò, quum ad vitæ terminum tranſeundo deuenimus. *Iob.34.c.* Et tranſeuntes viam ſunt, qui in hoc mundo animam non fixerunt, ſed ad cæleſtem patriam tendunt. *Thren.1.d. Prou.31.a. Ezech.3.c.39.c. Pſalm.36.79.128.* Et tranſiens ventus dicitur, vita præſens, quæ velut impetu quodam nos ad mortem trahit. *Iob.37.d.* — *Temporaliter viuere.*

Tranſire flumen, eſt pœnitere. *Ge.32.f.* Et tranſeunt nuber præ fulgore, *c* quando quis per cõpunctionem tranſit ad ſtatum gratiæ. *Pſalm.17.* Pertranſiit anima Ioſeph ferrum, quando vicit peccatum confodiendo ipſum. *Pſalm.104.* — *Pœnitere.*

Pertranſeunt in flumine pede, *d* qui baptizantur, vel *e* prædicatores forti animo prædicando inter fluctus ſeculi, vel humiles, qui non equo ſuperbiæ, ſed humili pede tranſeunt mortalitatem huius vitæ. *Pſalm.45.* Pertranſeunt etiam aquæ inter medium montium, quando baptiſmus & doctrina traduntur in Eccleſiis, & quando doctores omnibus exponunt doctrinam, tanquam communem, nec eam ſibi vendicant, vt propriam *Pſal.103.* Tranſeunt etiam mare, qui baptizantur. *Exo.15.b. Iſ.51.d.1.Cor.1.a.* Et tranſitus Iordanis factus per Ioſue, eſt baptiſmus per Chriſtũ. *Ioſ.2.a. Nu.33.a. Iſa.11.d.* Vt autem in mari rubro perierunt omnes Ægyptij: ita in baptiſmo pereunt omnia vitia. Tranſire dicitur puer Samuelis. 1. *Regum. 9.d.* quando prædicator *f* non ſuperbit de ſpiritualibus donis. — *Baptiſmus. Prædicatio. Humilitas.*

Tranſire in coloniam Iudæorum, eſt venire ad fidem. *Exod.12.g.* Sic tranſeunt ad Chriſtum Ægyptus, Æthiopia, & Sabaim, *g* quando gentes veniunt ad fidem. *Iſa.45.c.* Tranſmigrata quoque dicitur Sion, quando Eccleſia tranſiuit à Iudæa ad gentes. Tranſire dicitur camelus per foramen acus. *Matth.19.d. Luc.18.e.* quando *h* gentilis venit ad fidem, & tranſit per arctã viam, per difficultatem credendi, & per imitationem Chriſti, & quãdo peccator, vt publicanus, conuertitur. Vel tranſiuit Chriſtus per anguſtias paſſionis, priuſquam diuites elati humiliarentur. — *Venire ad fidem. Conuerti. Paſſio Chriſti.*

Pertranſiens Abraham vſque ad Sichen, ex præcepto Dei, eſt *i* diligenter exercens opera Dei. *Gen.12.b.* — *Diligenter operari.*

Tranſitus maris de Ægypto ad deſertum, eſt *k* quum quis tranſit à mundo ad ſeipſum. Tranſitus autem Iordanis ab eremo ad terram promiſſionis eſt, quando de ſeipſo tranſit homo ad Deum. — *Fortitudo iuſtorum.*

Tranſire dicitur per aquas iuſtus, & non operiri fluminibus. *Iſa.43.a.* quia *l* etiam inter medias populorum turbas ſic peragit greſſus ſui itineris, vt non ſubmittit actionibus ſeculi caput mentis.

Tranſire ad nomen, eſt *m* ſcribi in libro vitæ. *Exod.30.b.* Eodem refertur tranſire ad numerum. *Exod.38.d.* Non tranſmigrat autem vltra filia Edom, quando venit ad locum, vbi abſterget Deus omnem lachrymam, &c. *Thren.4.d. Abdi.g.* — *Scribi in libro vitæ.*

Tranſitus Iordanis, *n* eſt tranſitus vitæ præſentis. *Ioſue.3.c.* Et tranſmigratio dicuntur, qui peregrini ſunt in hac vita. *Ezech.3.c.* Et tranſeuntes ſunt peregrini in hac vita, qui per Chriſtum in cælum veniunt. *Mich.4.d.* Et tranſire per terram Soon, eſt tranſire per hunc mundum, *Num.21.e.* Tranſeunt autem in perpetuum, qui ab hac vita veniunt ad vitam æternam. — *Peregrinatio huius vitæ.*

Tranſire per agrum pigri, & per vineam ſtulti, eſt *o* cuiuſlibet negligentis vitam inſpicere. *Prou.24.d.* — *Inſpicere vitam proximi.*

Tranſire dicitur iniquitas, *p* quando ceſſat inſultatio iniquorum contra bonos. *Pſalm.56.* Et tranſiit gurges aquarum. *Hab.3.b.* quando *q* ceſſarunt perſequutionum impetus, & diſſipata ſunt conſilia principum, & ſapientia huius mundi. Dicitur etiam tranſiſſe hyems. *Can.2.c.* quum *r* ceſſant tentationes & animæ perturbationes, vt non circumferatur omni vento doctrinæ. Tranſit etiam hyems, quum anima incipit eſſe cum Chriſto. Vel tranſiit in aduentu Spiritus ſancti ſuper Apoſtolos. Tranſit præterea hyems, quando ceſſauit ſtatus ſynagogæ, quæ dicitur tranſiſſe ſicut herba. *Pſalm.89.* Tranſiit quoque iniquitas, quum ceſſarunt ſcandala & tribulationes Chriſti, & tranſibit in fine mundi, quia non amplius regnabit in mundo. — *Ceſſatio tentationum & tribulationum.*

Tranſibunt cælum & terra, quando *s* finis erit cæleſtium & terrenorum hominum in hoc mundo. *Matth.24.c. Pſalm.39.* — *Finis hominum in mundo.*

Pertranſire dicitur homo in imagine. *Pſalm.38.* vel *t* quia portat imaginem terreni, vel cæleſtis, vel quia hîc non habetur veritas, ſed imago veritatis.

Pertranſire dicitur gladius animam, *u* quando verbum Dei penetrat mentem. *Luc.2.e.* Et tranſeunt ſagittæ Dei, quum prædicatio verbi Dei dilatatur, & cùm verbum Dei penetrat cor. *Pſalm.76.*

Tranſit per terram Edom, *x* non moratur in ea, *x* qui vtitur temporalibus, nec figit in eis pedem, *Num.20.c.* Eſt etiam prædicare in Iudæa, quod non paſſi ſunt principes Iudæorum. — *Vti leuiter temporalibus. Prædicare in Iudæa.*

Tranſeunt domus, & agri, & vxores Iudæorum ad alteros. *Ierem.6.c.* quando eorum *y* myſteria veniunt ad Gentes, & quum myſteria Eccleſiæ tranſeunt ad eos, qui prius erant infideles, relictis fidelibus in infidelitate, vt nunc ad Indos. Tranſmigratio quoque perfecta Iudææ dicitur eſſe, quia fides eorum & gloria tranſiuit ad Eccleſiam, & ipſi ita ſunt diſperſi, vt non ſint amplius congregandi in Hieruſalem. *Ierem.13.c.* — *Tranſlatio myſteriorum ad Gentes.*

Tranſire dicitur per ſemitam, *z* qui obſeruat mandata. *Iſa.33.b.* Et non eſt vir pertranſiens, quum non eſt, qui operetur bonum in Eccleſia, neque qui tendat in Deum. *Ierem.9.c. Ezech.14.c. Zach.7.d.* — *Benè operari.*

Tranſire dicuntur fluctus Dei ſuper Ionam, hoc eſt, *aa* perſecutiones ſuper Chriſtum. *Ioan.2.a.* — *Perſecutiones Chriſti.*

Tranſire dicuntur orationes ad Deum, quando exaudiuntur. *Thren.3.c.* — *Exaudiens Deus orationes.*

Tranſire per Niniuen, & ſibilare. *Sop.2.d.* dici poteſt *bb* de angelis non permanentibus in Iudæa, vel anima peccante; vel de dæmonibus eam conculcantibus. — *Deſerentes angeli Iudæã.*

Non pertranſit leæna per ſemitam, ſeu Iudæam, quum *cc* non conuertit Eccleſia ſynagogam. *Iob.28.b.* Vel non pertranſibit diaboli dominatio per Iudæam, à qua non receſſit: ſed ibidem infidelis ſuperbia permanſit. Vel non tranſibit per Eccleſiam, eo quod grauius perſecutionibus eam vincere non valuit. — *Infidelitas Iudæorum.*

Non eſſe tranſeuntem per Sion. *Iſa.34.c.* deſignant *dd* non edificandam eſſe rurſus Sion, nec ſeruandam literam legis. Tranſiſſe etiam dicuntur vetera, quando ceſſauit litera legis. 2. *Cor.5.d.* Et cum tranſierunt peccata ad veterem hominem pertinentia. Hora etiam præteriens, erat ceſſatio legis & Prophetarum. *Matth.16.b.* — *Fortitudo eccleſiæ. Ceſſatio legis.*

Tranſire non poſſe dicitur. *Iob.9.a.* qui non poteſt *ee* euadere à flagellis Dei. — *Lapſus temporalis proſperitatis.*

Non tranſit per Ægyptum pes hominis aut iumenti, *ff* quum nec rationales nec ſimplices ibi detinentur. *Ezech.29.c.*

Pertranſire non valens Ezechiel torrentem. *Ezech.47.a.* Deſignat *gg* hominem non valentem omne vitare peccatum, aut omnia penetrare myſteria.

Tranſiens dies eſt tempus proſperitatis huius vitæ, quod facilè labitur. *Soph.2.a.* Et dicuntur hi dies velocius tranſire, quàm à texente tela ſucciditur, *hh* & pertranſire quaſi naues poma portantes in patribus veteris legis, qui diuinæ incarnationis myſterium prophetantes, ipſi quidem ſpei odore potiti ſunt, ſed nobis fructum de eadem ſpei perfectione detulerunt. *Iob.7.b.9.c.16.d.17.c.* Tranſit etiam manè ſicut herba homo, qui paruo tempore floret in hac vita. *Pſalm.89.* Et prætereunt dies hominis ſicut vmbra. *Pſalm.143.*

Præteriens ſacerdos viſo vulnerato ſemiuiuo. *Luc.10.a.* deſignat *ii* legem, quæ non ſufficiebat curare peccata, quæ monſtrabat. Pertranſiens autem Leuita, deſignat Prophetas non valentes itidem curare peccata. — *Lex non tollens peccata.*

Prætiri non poſſunt termini hominis, quos Deus poſuit, *kk* non ſolùm quantum ad vitam temporalem, ſed etiam quia nemo eſt, qui tantum virtutis apprehendat, quantum deſiderat, quia omnipotens Deus interiora diſcernens, ipſis ſpiritualibus profectibus modum ponit, vt homo, quod apprehendere conatur, non valet, in iliis ſe non eleuet, quæ valet. *Iob.14.b.* — *Pauper.*

Præteriens interdum dicitur pauper, *ll* qui per vicos & domos ſtipem quærit. *Iob.31.b.*

Non

a *Hie. ſ. Iſai. 50.*
b *Aug. ſ. pſal. 89.128. Hi. ſ. pſa. 140. Gre. 25. mo. 5. 27.*
c *Hi. ſ. pſ. 17. Amb. epiſt. 7.*
d *Hie. ſ. pſal. 65. 103.*
e *Au. ſ. pſ. 65. 103. & vtili. pœniten. 2. Amb. ſ. 1. Corin. 10. Cyr. ſ. Ioan. 15.*
f *Gre. ſ. 1. Re. 9.*
g *Hie. ſ. Iſ. 45. 49.*
h *Ori. ſ. Mat. hom. 8. Hil. ſ. Mat. can. 19. Amb. ſ. Luc. 18. Gr. 35. m. 17.*
i *Am. 1. de Abra. 2.*
k *Rica. de S. Vict. de exter. mal. 5.*
l *Gre. 6. regi. epi. 5.*
m *Glo. ord. ſ. Exod. 30. & ſ. Thre. 4. Rm. 4. ſ. Abdi.*
n *Ori. ſ. Nu. ho. 12. 26. Hie. ſ. Mic. 2. Gr. 12. mo. 12. Rup. ſ. Ioſ. 6.*
o *Bed. ſ. Prouer. 24.*
p *Hie. ſ. pſ. 56. & ſ. Abac. 3.*
q *Rup. ſ. Aba. 3.*
r *Ori. ſ. Can. ho. 4. Gre. ſ. Cant. 2. Am. inſt. vir. Ber. ſ. Cant. ſer. 58. & ſ. miſſus eſt ho. 1. Hil. Au. ſ. pſa. 56.*
ſ *Ori. ſ. Matt. hom. 30.*
t *Ori. ſ. pſ. 38. hom. 2.*
u *Am. de vir. 3. Hie. & ſ. pſ. 76.*
x *Phil. quòd Deus ſit imm. Rup. 2. ſ. Nu. 8.*
y *Glo. in. ſ. Ie. 6. Hie. ſ. Iere. 13. Augu. 12. con. Fauſt. 39.*
z *Hie. ſ. Iſai. 33. & ſ. Hier. 7.*
aa *Hie. ſ. Ion. 3. Glo. ord. ſu. Thren. 13.*
bb *Glo. ord. ſ. Soph. 2.*
cc *Gre 18. m. 22. Hie. ſ. Iob. 28.*

dd *Hie. ſ. Iſ. 34. Ori. ſ. Mat. c. 14.* ee *Gr. 14. m. 16.* ff *Hi. ſ. Eze. 29.* gg *Hie. ſ. Eze. 47.* hh *Gre. 8. m. 11. & 9. m. 12. & 13. m. 20. Hie. ſ. pſ. 89.* ii *Ori. ſ. Luc. ho. 4.* kk *Gre. 12. mo. 1. 2.* ll *Gre. 21 mor. 13. 14.*

Digitized by Google

Virtus humiliatis. Defectus auxilij humani.

Non transeunt fluxus maris terminum arenæ, quem posuit Deus. *Ier. 5. e.* quia *a* persecutores despectorum miraculis & humilitate franguntur.

Transeuntes, & ad quos clamat Hierusalem, designant *b* auxilia humana quæ facilè pereunt. *Ier. 22.* transiens rex Samariæ sicut spuma. *Hos. 10. b.* est cessans rex Iudæa per mortem Christi. Vel designantur hæresiarchæ, quorum gloria parum durat. Transire dicitur sicut mane rex Israël, quia splendor hæresiarcharum citò deficit, vnde & dicitur sicut ros mane pertransiens. *Hos. 6. b. 11. a. 13. a.* Prætereunt sicut torrens, qui raptim transit in conualles iniusti, *c* qui in longum quidem voluptatum desideria protrahunt, sed ad inferni claustra repente perduc untur. *Iob. 6. b.* Et transit gaudium hypocritæ velut visio nocturna. *Iob. 20. a.* quia hoc quod se ad momentum diuitem humanis æstimationibus vidit, de ostentatione phantasmatis, non de soliditate virtutis. Nam cum mens in morte carnis euigilat, cognoscit procul dubio, qui fauores circa se hominum, dormiens videbat.

Iudæi contra Christum. Dæmones cõtra animã & Ecclesiam. Vitia.

Pertranseuntes bestiæ syluę, *d* fuerunt principes Iudæorum in Christum. *Psal. 103.* dæmones etiam sunt transeuntes bestiæ syluæ, qui sub fraudis opacitate latentes, in reproborum cordibus prauitates suas explendo percurrunt. Pertransceuntes etiam erant Iudæi blasphemantes Christum, quum tamen in via Christi stare debuissent. Sed defluxerunt in hæreses & peccata. *Matth. 27. a.* Pertransiit quoque ferrum anima Christi, hoc est, falsa testimonia Iudæorum, quæ superauit. *Psal. 104.* Pertranseuntes quoque bestiæ syluæ, sunt vitia in animam dominantia. Et transmigratio Æthiopię dicuntur, qui *e* transierunt in obscuritatem vitiorum. *Isai. 20. b. Nahum. 3. b.* Transeuntes Iordanem Hebræi, sunt incidentes in vitia carnis. *1. Reg. 13. b.* Transire quoque dicitur Belial per eos, quos subiectos habet. *Nahu. 1. d.* Et pertranseuntes Gentes per Hierusalem destructam, sunt dæmones insultantes peccantibus. Et transeuntes per animam, vt viam ipsam conculcantes. *Isai. 51. g. Ier. 22. b. Thren. 2. e.* Dicitur etiam transire per animam, & aliquando per Ecclesiam incircumcisus & immundus. *Isai. 52. a.* Et transit rex Assyriorum per Iudam, quando diabolus persequitur Ecclesiam, in qua tamen non permanet. *Isai. 8. b.* Transeuntes etiam, qui-

Peruersa dogmata hæreticorum. Carebunt gloria dæmones & hæretici. Cursus temporis & miseriarum. Amissio gratiæ. Non permanere in Christo. Vacare vilibus. Facientes propriam voluntatem.

alieni per montem Sion, quum nec dæmones, nec malæ cogitationes inuenient amplius locum in Ecclesia, vel in animam. *Ioel. 3. d. Zach. 9. b.* Et non transit alienus, hoc est, diabolus per Ecclesiam vel animam: licèt hoc dicant hæretici de sua Ecclesia. Transisse autem dicitur malitia Assur, hoc est, diaboli super omnes, licèt non in omnes inundauerit. *Nah. 3. c.* Claudentibus autem nobis portas, pertransibit & corruet. *Habac. 1. c.*

Transire dicuntur ad Bersabee, *g* qui putant Euangelium non prædicandum, nisi intra terminos Iudææ: & qui relictis aquis Christi transeunt ad puteum, qualis erat Samaritanæ, *Amos. 5. a.*

Transire messem aut sabbatum optant auari, *h* quærentes occasiones lucri. *Amos. 8. a.*

Transire dicitur ab hæreticis habitatio Saphir, vel pulchra. *Mich. 1. c.* quando *i* suorum dogmatum pulchritudo tollitur. Et transit fortitudo Assur à terrore, quum pereunt falsa dogmata philosophorum. *Isai. 31. d.*

Non pertransibit nauis remigum, aut triremis magna per Hierusalem: *k* quia dęmones & hæretici, & similes non venient in gloriam. *Isa. 33. b.*

Transire dicunt iudicium à Deo, *l* qui asserunt Deum mortalia non curare. *Isai. 40. f.*

Transitus meridiei, cursum temporis huius mundi vergentis ad vesperã indicat. *3. Reg. 18. e.* Prætereuntes quoque aquæ, *m* sunt miserię huius vitæ, quę transeunt bonis, quia calamitas transiens electi mentem nequaquam concussionis subruit, sed tamen tactu mœroris infundit. *Iob. 11. c.*

Transire dicitur regnum ab vno quolibet. *Dan. 4. f.* quando gratiam sibi *n* collatam amittit: per quam desideriis & passionibus suis dominari consueuit.

Non transiit pollutus per viam sanctam, hoc est, *o* per Christum. *Isa. 35. c.* Aliter, transeuntes viam sunt non permanentes in Christo. *Psal. 88.*

Transire flumina dicitur filia Babylonis. *Isai. 47. a.* quando *p* anima rebus vilibus vacat, vel quando actiones huius seculi, quæ quotidie ad terminum defluunt, indesinenter appetit, dumque alias relinquit, alias assequitur, quasi de flumine semper ad flumen tendit.

Trãsierũt in affectũ cordis, *q* qui à propassione trãsierũt ad passionẽ, & qui suã nõ Dei faciũt volũtatẽ. *Psa. 72.*

Transire dicitur ad nimium calorem ab aquis niuium. *Iob. 24. b.* qui humiliter sub disciplinę vinculo non restringitur, quo fit, vt ab infidelitate sua, vel peruersi operis frigore, per immoderatam sapiẽtiam in errorẽ labatur.

Transire montem in mare, *r* est dęmonem mitti in infernum. *Matth. 16. c.* Transit etiam in gladium, qui condemnatur ad pœnam æternam. *Iob. 33. c.*

Transeuntes *s* vel prætergredientes viam, sunt *t* temporaliter dominantes. *Psal. 79.*

Transmigrare dicuntur ad Hierusalem in Babylonem, *u* qui à visione pacis transeunt ad confusionem vitiorum. *Ezech. 3. b.* Transire etiam dicitur lepra priores terminos, quando crescit peccatum. *Leu. 13. a.*

Pertransire aliquando est *x* negligere. *Exod. 23. a.* Si videris asinum odientis te iacere sub onere, nõn pertransibis, sed subleuabis cum eo. *Luc. 10. e.* Viso illo prꝫteriuit.

Transire dicitur lingua prauorum in terra, vel super terram *y* quando superbè de se sentiunt & loquuntur. *Psal. 71.* Transire etiam dicitur lingua in terra, quando circa terrena versatur, & dicitur transire, quia non firmam in eis habere potest stationem.

Rationes hæreticorum artificiosæ.

Transire in montem sicut passer, quando dicitur ab hæreticis, dicitur *z* de eo qui transit ad eorum errores, quasi in hoc sit prudens. *Psal. 10.* Transmigrans quoque auis de nido suo dicitur, qui deserit statum virtutis, aut Ecclesiam. *Prou. 17. a.*

Non est transitus in maceria hęreticorum, *Psal. 143.* quia *aa* in disputando sic artifici sermone concludunt, vt euadere inde sit difficile. Cùm enim te ligauerint in syllogismis suis, & te clauserint, & quasi maceriam syllogismorum tibi texuerint, & ædificauerint, non potes conuertere: non potes transire, teneris inclusus: non est ruina macerię neque transitus.

Transmeare, Transmigrare, vide Transire. Transtra.

Mortificatio corporis.

Transtra, sunt loca vel tabulę, super quas sedent remiges in triremi.

Transtra nauis Tyri ex ebore. *Ezech. 27. a.* designant *bb* eos, qui corpora sua habent mortificata vel qui vsum dentium & oris sui ad laudes Dei contulerunt.

Transuehere, vide Ferre. Transuerberare, vide Fodere.

Tremere, Tremor, Trepidare, Contremiscere, Intremere.

Compunctio.

Tremere, est commoueri & agitari: Trepidare autem *cc* dicitur, qui ex timore tremit.

Stupor ex contemplatione diuinorum. Timor iudiciorum Dei. Timor simplicium. Timor dæmonum & hæreticorum. Honor Magorum ad Christum. Timor ineptus Iudæorum.

Tremere dicitur terra, *dd* quando cor humanum compungitur, tangente Deo. *Psal. 17. 76. 103.* Et intremuit venter sponsæ ad tactum sponsi, quum mens turbatur, audito verbo Dei. *Cant. 5. b.* Trement etiam sermones Dei in iudicio, qui iudicabuntur. *Isai. 66. a.*

Contremuisse dicuntur ossa, *ee* quando tota virtus humana, comparata diuinæ perhorrescit. *Ier. 23. b.* Sic contremuerunt labia. *Haba. 3. a. Iob. 4. c.* Tremor etiam concutit carnem, quando quis ob infirmitatem operis, vltionis pauore fatigatur. *Iob. 21. a.*

Contremiscunt columbæ cœli ad nutum Dei, *Iob, 26. c.* quia *ee* in plerisque nec ipsi pertingere ad voluntatis eius celsitudinem prævalent, qui eiusdem voluntatis præmia denuntiantes vident. Tremens quoque steterit Daniel, quia quanto quis perfectior, tanto magis agnoscit, vnde in hac vita trepidare debeat. *Dan. 10. b.*

Trepidantes columbæ, sunt *ff* simplices omnia timentes. *Ezec. 7. a.* Horum genua trementia confortat Iob, hoc est prædicator, *Iob. 4. a.*

Tremere dicitur terra, hoc est *gg* hæretici, quum in infernum detruduntur. *Isai. 9. d.* Et tremor robustorum Moab, designat timorem dæmonum aut hæresiarcharum. *Exod. 15. b.*

Tremor Regum. *Psal. 47.* significare potest *hh* honorem à Magis exhibitum Christo infanti.

Trepidantes Iudæi timore, vbi non erat timor, erant, *ii* quando cerimonias & traditiones seniorum transgredi metuebant: & tamen non verebantur occidere Christum. *Psal. 13.* Colentes etiam idola trepidabant, vbi non erat timor. *Psal. 52.* Tremens etiam Cain designat Iudæos inter Christianos. *Gen. 4. b.*

a *Gre. 9. m. 5.*

b *Hier. s. Ier. 22. & s. Hos. 10. 11. Rup. s. Ho. 10.*

c *Gre. 7. mor. 11. 12. & 15. m. 5.*

d *Arn. s. psal. 103. 105. Amb. s. psal. 118. serm. 1. Ori. s. Matth hom. 35. Au. s. ps. 103. Greg. 28. mo. 19. Clim. gra. 21.*

e *Hie. s. Nah. 3. & s. Is. 51. s. Ezec. 16. & s. Zac. 9.*

f *Gre. s. 1. Re. 13. & 12. m. 18.*

g *Hie. s. Amos 5.*

h *Hi. s. Amos.*

i *Hie. s. Mi. 1.*

k *Hie. s. Is. 33.*

l *Hie. s. Is. 40.*

m *Gre. 10. m. 19.*

n *Rica. de Sa. Vict. de secur. con. 41.*

o *Hie. s. Is. 35.*

p *Gre. 6. mo. 11.*

q *Hie. s. Mat. 5. & s. Ps. 72.*

r *Gre. 16. mo. 30.*

s *Hil. s. Matt. can. 17. Gr. 23. m. 22.*

t *Au. s. ps. 79.*

u *Gre. s. Ezec. hom. 10. Glo. inter. su. Leu. 13.*

x *Glo. ins. su. Exod. 23.*

y *Au. s. ps. 72. Hier. s. ps. 72.*

z *Hie. & Au. s. Ps. 10. Bed. s. Prou. 27.*

aa *Hier. s. ps. 143.*

bb *Hie. s. Ezę. 27.*

cc *Am. s. Psa. 118 serm. 12. Au. s. ps. 103. Hier. s. Is. 66.*

dd *Gr. 85. m. 18.*

ee *Gre. 17. m. 15. & 21. m. 21.*

ff *Hie. s. Ezec. 7.*

gg *Hie. s. Is. 9. Glo. ord. sup. Exo. 15.*

hh *Arn. s. ps. 47.*

ii *Ar. s. ps. 13. Hier. s. ps. 13. Bed. s. Gen. 4.*

Digitized by Google

Tremens Agag, quum offerretur Samueli, designauit *a* carnales, qui carnis oblectamenta relinquere sine mœrore non possunt. Vel designat, quod in confitentibus sensus carnis infirmatur. 1. *Reg.* 15. *g.* — *Timor carnalis.*

a *Gre. s. 1. Re. 15.*

Tribuere, Tributum, Tributarius, Vectigal.

Tribuere, est quasi tributum dare, & simpliciter pro dare sumitur. Tributum autem est ea pecunia quæ populo imperata erat, & tributim à singulis pro portione census soluebatur, & ex priuato in publicum tribuebatur. Vectigal autem erat pecunia, quæ ex aduectione mercium soluebatur. Tribuere etiam, est attribuere. *Dan.* 11. *d.* Non tribuetur ei honor regius. Concedere. *Iud.* 16. *d.* Spacium ad quietem non tribuisti. Distribuere. *Exod.* 17. *f.* Tribuit vobis cibos duplices.

Tribuere dicitur Deus pluuiam terræ, *b* quando dat doctrinam mysteriorum animæ, vel Ecclesiæ. *Deus.* 28. *b.* — *Dans Deus doctrinam.*

Tribuere dicitur Deus generationem cæteris: quum *c* facit multos in Ecclesia regenerari. *Isai.* 66. *c.* — *Regeneratio fidelium.*

Tribuit Deus iudicium pauperibus. *Iob*, 36. *a.* quando *d* humiles per iudicium liberos reddit: vel quia hi, qui nunc nequiter opprimuntur, in iudicio super oppressores suos iudices erunt. — *Defensio humilium.*

Tributa dici possunt opera bona, quæ Deo offerimus: & *e* etiam votorum adimpletio. *Genes.* 49. *e.* Huc referuntur, quæ tribuebant filij Israël sponte propria ad constructionem tabernaculi. *Exod.* 35. *e.* Sic tribuit iustus, & miseretur, quando verbo & exemplo docet alios benè operari. *Psal.* 36. — *Bona opera.*

Vectigales fieri dicuntur iuuenes Assur, *f* quia infideles facti fideles offerunt vota in Ecclesia. *Isa.* 31. *d.* — *Conuersio infidelium.*

Tributum, sub quo sit princeps prouinciarum, est subiectio ad diuersa vitia. *Thr.* 1. *a.* Tributum etiam sunt *g* persecutiones diaboli: & tunc cessat tributum, quum eius persecutiones cessant. *Isai.* 14. *d.* — *Subiectio ad vitia.*

Tributarius Ephraim est Chananæus. *Ios.* 16. *d.* quando *h* vitium, quod subigere non possumus, ad vsum nostræ vtilitatis humiliter retorquemus, vt eò de se mens & in summis vilia sentiat, quò suis viribus etiam parua, quæ appetit, non expugnat. — *Persecutiones diaboli. Humilitas contra vitia.*

b *Am. epi.* 11.
c *Hie. s. Is.* 66.
d *Gre. s.* 36. *mo.* 24.
e *Glo. inte. s. Gen.* 49. *Ori. s. ps.* 36. *hom.* 3.
f *Hie. s. Is.* 31.
g *Hie. s. Is.* 14.
h *Gre.* 4. *mor.* 25.

Tribula.

Tribula, seu tribulum, est genus vehiculi, quo frumenta in area teruntur. His dicitur esse vsus Dauid ad conterendos hostes. 1. *Par.* 20. *b.* 21. *d.*

Tribulare, Tribulatio, Contribulare.

Tribulare videtur esse tribulo, aut alio quouis instrumento comminuere, vnde fit vt accipiatur pro angustiare & affligere, & tribulatio dicitur ipsa afflictio, vel aduersitas, & etiam angustia, calamitas, mors.

Tribulationes pauperis erant tribulationes Christi. *Psal.* 33. Et dicuntur tribulationes pauperis, quia à peccatoribus illi infligebantur. *Psal.* 54. *Isa.* 25. *a.* Et tribulatio Dauid, *i* est tribulatio & passio Christi. *Psal.* 141. *Ier.* 15. *c.* idem est Ionæ tribulatio. *Ion.* 2. *d.* — *Passio Christi.*

Tribulatus, aut non tribulatus, dicitur *k* Christus in omni tribulatione populi, secundùm quod præstat, aut subtrahit auxilium. *Isai.* 63. *c.*

Tribulare dicitur Deus, quando castigat. *Isai.* 51. *e.* Et reuelat autem in tribulatione, *l* quando pia districtione corda excitat, vt flagella timeamus. *Iob.* 36. *b.* — *Castigatio Dei.*

Tribulatio duplex dicitur non consurgere. *Nahum.* 1. *c.* quia *m* Deus non bis punit idem peccatum.

Tribulatio fratrum Ioseph, post quam sequuta est lætitia, designat *n* tribulationes huius vitæ, per quas venitur ad futuram gloriam. *Gen.* 42. *d.* 44. *g.* Et tribulatio malorum in bonos, est persecutio fidelium per tyrannos. *Psal.* 106. Et tribulationes in dorso, sunt verbera Martyrum. *Psal.* 65. Tribulationes sex, in quibus liberat Dominus, sunt labores huius vitæ, vt septima sit vltima condemnatio in die iudicij, quæ non tanget, nisi malos. *Iob.* 5. *d.* Vel sex tribulationes sunt contra desideria cordis, & quinque partitam sensualitatis corporeæ voluptatem: septima autem erit mors. Tribulationis autem dies est dies iudicij. *Habac.* 3. *c. Soph.* 1. *d.* Et tribulabitur terra hoc est, mali & hæretici in die iudicij. *Amos*, 3. *d.* Tribulationis quoque dies est vita præsens, quæ tentatio dicitur. *Psal.* 76. — *Persecutiones fidelium in hac vita. Condemnatio iudicij. Mors. Dies iudicij. Vita præsens.*

Tribulatio quam homo inuenit, *o* est pœnitentia voluntariè assumpta. *Psal.* 106. 114. 119. 137. Dicitur autem hæc tribulatio spiritus. *Iob.* 7. *c.* Tribulatio etiam, quam inuenit homo, dici potest prosperitas temporalis, quæ periculosior est, quàm aduersitas. — *Pœnitentia voluntaria. Prosperitas temporalis.*

Tribulatio murmuris dicitur, quum quis *p* in tribulatione non audet mutire. *Isai.* 26. *c.*

Tribulatio terret iniquum. *Iob.* 15. *c.* quia *q* cor eius anxietate & suspicione confunditur, quum apud semetipsum in labore timoris deficit, qui securitatis sociam viam veritatis reliquit.

Tribulans dicitur *r* diabolus: & persecutores fidelium. *Isai.* 19. *d.* 51. *e. Thr. b. Psal.* 77. Et tribulatio dicitur aliquando peccatum: & ipsi dæmones tribulantes. *Psal.* 59. 119. 142. *Zach.* 8. *c.* — *Diabolus Peccatum.*

i *Hil. s. psal.* 141. *Rup. s. Ion.* 2.
k *Hie. s. Is.* 63
l *Gre.* 26. *m.* 37.
m *Hier. s. Na.* 1.
n *Arno. s. ps.* 106. *Hil. s. psa.* 65. *Gre.* 6. *m.* 18. *Bern. serm. de verbis Iob. Hier. s. Amos* 3. *& s. Hab.* 3. *Au. su. ps.* 76.
o *Basil. s. psa.* 114. *Arn. s. ps.* 106 *Gre.* 8. *m.* 15. *Au. s. psa.* 83.
p *Hie. s. Is.* 26.
q *Gre.* 12. *m.* 20.
r *Glo. ord. su. Isa.* 19. *Hil. s. psa.* 59.

Tribulus, vide Spina.

Tribunal, vide Cathedra.

Tribunus.

Tribuni, à tribubus dicti sunt, qui magistratum ac principatum super aliquam partem populi gerunt.

Tribuni Regis, in bonum sunt, *s* qui per exempla, quæ afferunt docendo possunt alios ad amorem Dei inflammare: licèt altiorem doctrinam non habeant. *Exod.* 18. *d.* 1. *Reg.* 8. *c.* Vel sunt, qui tres leges implent: vel qui credunt Trinitatem. — *Docentes verbo & exemplo.*

Tribuni autem regis, in malum, sunt *t* habentes potestatem ad imperia tyranni exequenda contra innocentes. 1. *Reg.* 8. *c.* — *Implentes leges.*

s *Gre. s.* 1. *Re.* 8. *Bed. s. Ex.* 18.
t *Gre. s.* 1. *Re.* 8.

Tribus.

Tribus dicta est, à dando tributo: & significat partem populi ab altera diuisam, licèt omnes ad idem principium referantur: vt fuerunt duodecim tribus Israël, à duodecim patriarchis filiis Iacob. Quandoque autem tribus dicitur natio. *Dan.* 3. *a.* Vobis dicitur tribubus, & linguis. — *Credentes Trinitatem.*

Tribus duodecim designare possunt *u* ordines futuros in resurrectione. *Exod.* 24. *a. Num.* 24. *d.* Et tribus & familiæ, sunt diuersi gradus in Ecclesia. 1. *Reg.* 10. *c.* Et tribus domini dici possunt fideles ex gentibus in Ecclesia: & etiam duodecim Apostoli, qui fuerunt testimonium Israël. *Psalm.* 121. *Isai.* 43. *b.* 51. *b.* Tribus quoque Iuda electa. *Psal.* 77. est populus Christianus manens in confessione fidei. — *Exequentes tyrannica imperia. Ordines Ecclesiæ triumphātis & militantis. Apostoli. Tribus Iuda.*

Tribus vna, peculiariter dici potest *x* tribus Iuda, quæ in hoc, quòd ex se Redemptoris nostri carnem protulit, speciale præ omnibus munus accepit. *Iob.* 37. *b.* — *Peccatores in Ecclesia.*

Tribus minima Israël. 1. *Reg.* 9. *c.* designat *y* ordinem minctæ Ecclesiæ peccatorum, licèt fidelium: de quibus dicitur. *Matth.* 5. *c.* Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum. — *Iudæi.*

Tribus remanentes trans-Iordanem, quibus dedit Moses hæreditatem. *Ios.* 1. *c.* sunt *z* Iudæi, qui cum lege Mosis remanserunt in infidelitate, nec tranierunt ad fidem Ecclesiæ per baptismum, nec aliam habent hæreditatem, nisi temporalia. Tribus etiam Ephraim non electa, est populus Iudæorum, *Psal.* 77. — *Hæretici.*

Tribus Samariæ, designare solent hæreticos, *aa* qui recesserunt ab Ecclesia. *Mich.* 6. *c.*

u *Ori. s. Num. hom.* 17. *Gre. s.* 1. *Reg.* 10. *Arn. & Au. s. Psa.* 121. *& Hier. s. Is.* 51. *Au. s. psa.* 77.
x *Gr.* 27. *mo.* 22.
y *Gre. s.* 1. *Re.* 9.
z *Ori. s. Ios. hom.* 3. *Aug. s. ps.* 77.
aa *Hie. s. Mic.* 6.

Triclinium.

Triclinium, erat locus, in quo antiqui discumbere solebant, & cœnare in conuiuium accepti, à tribus lectis dictum, quos sternebant. Tres enim mensas in conuiuio apponere mos erat veteribus, & iacendo, vt hodie Turcæ, cœnare.

Triclinium, *bb* latitudinem vitæ spiritualibus significare potest, in quam inducitur Saul per Samuelem. 1. *Reg.* 9. *d.* — *Latitudo vitæ spiritualis.*

bb *Gr. s.* 1. *Re.* 9.

Tridens.

Tridens dicebatur sceptrum Neptuni: & quicquid tres habet dentes, tridens dicitur.

Tridens fuscinula, qua filij Eli sacerdotes carnes extrahebant ab olla, designare potest *cc* blandimenta carnalia, & tres species gulæ, quæ sunt comedere ante tempus, & cibos delicatos, & non communi more præparatos. 1. *Reg.* 2. *c.* — *Blandimenta carnalia. Terrores Iudæorum.*

cc *Gr. s.* 1. *Re.* 2.

Potest etiam tridens designare *dd* pœnas & errores, quibus Iudæi auertere conantur fideles à fide Christi.

dd *Gr. s.* 1. *Re.* 13.

Digitized by Google

Virtus discretionis.

Tridens etiam in ministerio templi, in bonum, designare potest virtutem discretionis. *Num.4.b.* 1. *Reg.*13.*d.*4. *Reg.*25.*c.*

Trieris, Triremis.

Trieris, quæ & Triremis dicitur, *a* est nauis oblonga, tres habens remorum ordines.

Velocitas angelorum. Diabolus.

Trieres in quibus egrediuntur nuncij Dei. *Exod.*30.*b. Num.*24.*d.* si nuncij intelligantur angeli trieres designabunt velocitatem eorum.

Triremis magna dici potest diabolus. *Isai.*33.*d.*

Tripudium, vide Saltare.

Tristari, Tristitia, vide Dolor.

Tristega.

Tristega sunt tricamerata ædificia, siue trium contignationum.

Corpus humanum.

Tristega in arca. *Genes.*6.*c.* erant *b* inferiora, media & suprema, & in corpore humano, cuius similitudinem gerit arca, tristega inferiora sunt sub diaphragmate, venter cum intestinis. Media verò ab eo vsque ad collum, vbi sunt cor, epar, & alia vasa virtutum animalium. Supra collum verò est caput, tertium & supremum hospitium, in quo residet ratiocinatiua virtus & intellectus cum sensibus interioribus, & exterioribus tanquam suis cubicularijs.

Loca perfectorum in Ecclesia.

Tristega in templo, erant *c* cœnacula superiora, & designat in Ecclesia loca, quæ competunt perfectioribus. *Ezech.*42.*b.*

Triticum, vide Frumentum, Triuium.

Triuium est locus, in quo tres sunt viæ: & sumitur pro loco frequenti.

Diuerticula errorum.

Triuia Moab, sunt *d* diuerticula errorum: vbi vlulant, qui cognoscunt se errasse, & pœnitentiam agunt. *Isai.*15.*a.*

Triumphare, Triumphator.

Vincens Christus dæmones & Iudæos.

Triumphare, est triumphum agere. Triumphus autem erat pompa solennis, quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria.

Triumphauit Christus principatus & potestates: *e* quando publicè moriendo vicit & dæmones, & principes Iudæorum. *Coloss.*2.*c.* Ipse quoque Deus dicitur triumphator Israël. 1. *Reg.*15.*f.*

Inanis gloria prædicatorũ.

Triumphare dicitur sermo diuinus de regibus, hoc est, *f* de dæmonibus, quos superat. *Hab.*1. *c.* Vel diabolus triumphat de regibus, quando superat eos, qui videntur fortes: & etiam in subuersione Hierusalem.

Triumphalis fornix, quam erexit Saul, designat *g* inanem gloriationem prædicatorum malè viuentium. 1. *Reg.*15.*c.*

Trucidare, vide Interficere.

Trulla.

Diuinum auxilium.

Trulla, varia significat instrumenta, & trulla cæmentarij est instrumentum, quo fabri murarij linunt & poliunt parietes: vt non solùm pulchritudinem accipiant, sed etiam fortitudinem contra imbrium iniurias, & crebras tempestates. Potest autem significare *h* diuinum auxilium: quod Deus abstulit à populo Israël, quando destruxit Hierusalem & templum. *Amos,*7.*d.*

Truncare, Truncus.

Corpora iustorum.

Truncare, est amputare, & truncus pars arboris est, quæ ramis truncatis superstat. Truncum quoque dicitur, quod mutilatum est.

Truncus, emortuus. *Iob.*14.*d.* designat *i* iustorum corpora, quæ inter manus persequentium examinantur, & videntur oculis insipientium mori, & tamen ad odorem aquæ, hoc est, afflatu Spiritus sancti germinant, suo exemplo alios ad virtutem prouocantes. Quod etiam de iis, qui mortui sunt per peccatum, & suscitantur ad gratiam, dici potest.

Cessatio idololatriæ.

Truncus scrutatorum & iudicum, designat *k* apparentem firmitatem in rebus humanis, quæ nulla est. *Isa.*40.*f.*

Truncus Dagon. 1. *Reg.*5.*b.* cessationem *l* idololatriæ futuram designauit.

Truncare Hierusalem gladijs suis. *Ezec.*16.*c.* Vbi legitur, trucidabunt, potest dici de dæmonibus animam accusantibus in die iudicij.

Tuba, Buccina.

Vox verbi Dei. Præcepta. Prædicatio insignis.

Tuba, instrumentum musicum, quod & buccina dicitur. Ea vtuntur ad præconia, & in bellis. Sonus autem tubæ non tam oblectationis est, quàm terroris.

Confessio fidei. Sublimes sensus. Apostoli. Prædicatores. Martyres.

Tuba *m* vocem verbi Dei, & præcepta & prædicationem insignem significare potest. Et turbarum solemnitas memoriam continuam scripturarum exprimit. *Nu.* 10.*a.*29.*a.* 31.*a. Ios.* 6.*a. Iud.*7.*f. Iob.*39.*c. Ps.*80. *Iere.*4.*b.*6.*d. Ezech.*33.*a.* Huius autem tubæ varius erat vsus, vt in promotione castrorum, & ad bella contra carnem, mundum, dæmonem, & in festis, neomeniis & in sacrificiis salutaribus. *Ezech.*7.*d. Exod.* 19.*c.*20.*c.* 1. *Reg.*13.*a. Isai.*27. *d. Ioel.*2.*a.* Tubæ autem septem, varia dona Spiritus sancti designant in prædicatoribus. *Apoc.* 8. *a.* Tuba autem in manu, est prædicatio cum opere. *Iud.*7.*f. Amos,* 2.*a.* Tuba in gutture, dicit magnam prædicationem. *Hos.*8.*a.* Tuba autem ductilis argentea, ad eloquentiam Dei refertur. Tuba verò cornea ad virtutem, quia cornu ad virtutem & regnum refertur. Est etiam tuba cornea excellens prædicatio, & confessio fidei, & præterea excelsi & sublimes scripturæ sensus. *Psal.*97.

Duplex aduentus Christi.

Tuba etiam designat ipsos prædicatores. *Num.*10.*d.* Per tubas autem duas exercitus ducitur, quia per duo præcepta charitatis ad procinctum fidei populus vocatur, quæ idcirco argenteæ fiunt, vt prædicatorum verba lucis nitore pateant, & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant.

Superantes carnem.

Tubæ autem ductiles, sunt *n* Apostoli, & Prophetæ, & Prædicatores, & Martyres, qui tunsionibus tribulationum perficiuntur, & in ipsis tribulationibus laudant dominum. *Psalm.*97. Tubæ autem duæ duplicem aduentum Christi designant.

Tubæ corneæ dicuntur esse in his, qui carnem superant, qui cornu carnem excedit. *Psalm.* 97.

Vocatio ad iudicium. Prædicatio iudicij. Vox lætitiæ. Prædicare resurrectionem. Gratiarum actio. Comminatio diuina.

Tuba Iubilæi designare potest *o* tubam vocantem ad iudicium. *Leu.* 25.*b.* Ipsa quoque prædicatio iudicij tuba dici potest. *Zach.*9.*b.* Erit autem tunc tuba aliquod eui dentissimum signum, quod omnibus erit notum. *Ios.*6.*a. Matt.*24.*c. Marc.*13.*c.* 1. *Cor.*16.*f.* 15. *Thes.*4.*d. Amos,*3.*d.*

Tuba quandoque est *b* vox lætitiæ, & in sono tubæ laudare, est resurrectionem Christi laudare, vel recognoscere, quod sono tubæ Christus suscitabit mortuos, vel est prædicare super tecta. *Psal.*80. 150. Buccinare quoque in neomenia tuba, est super noua reuelatione Deo gratias agere: & magnificentiæ tubam in diuinæ bonitatis præconia roborare.

Prædicatio hæreticorum. Tumultus persecutionum

Tuba præterea dicitur *p* comminatio diuina, qua nos excitat, vt resipiscamus, & est vox tristitiæ, & clangorem tubæ audiunt, qui eius timent comminationes. *Isai.*18.*b. Iere.*4.*b.*6.*a. Ezech.*7.*d. Hos.* 5.*c.* 8.*a. Amos,* 2.*a. Sopho.* 1.*d.*

In voce tubæ ascendit Dominus. *Psal.* 46. quia tunc *r* duo Angeli tanquàm tubæ clamauerunt: Viri Galilæi quid aspicitis in cœlum, &c. vel quia sic veniet in tuba ad iudicium: vel vt designaretur victoria de diabolo: sunt autem illæ tubæ laudantium Deum. *Apoc.*19.*a.*

Buccina interdum dicitur *s* prædicatio hæreticorum. *Isai.*18.*a.* Et tumultus persecutionis excitatus ab infidelibus contra fideles; quam buccinam quum audit equus, dicit, Vah: quia fortis quisque prædicator, cum certamen passionis sibi propinquare considerat, de exercitio virtutis exultat. Nec terretur pugnæ periculo, qui victoriæ lætatur triumpho. *Iob.*39.*c.*

Tubalcain.

Tubalcain, id est, *t* deserens possessionem, vel deserens lamentationem, seu delatus possessioni, aut desertus

a *Hie.s.Is.*33.

b *Georg.Vene. Cant.* 1.*tom.* 6.*cap.*15.

c *Hie.s. Ezec.* 42.

d *Hie.s.Is.*15.

e *Amb.s.Col.* 2.

f *Hier.s. Hab.* 1. *Rup.s.Hab.*1.

g *Gre.s.*1.*Re.* 15.

h *Hie.s. Amos* 7.

i *Ruper.s. Amos.*7.

k *Gre.*12.*mo.* 3.

l *Lyr.s.Is.*40.

m *Glo.ord.su.* 1.*Reg.*5. *Orig.s. Num. hom.*23. & *s. Io.h.*6.7. & *s. Matth.ho.*30. & *s.Iud.ho.*9. *Amb.de Elia.* 2. & 1.*de Spirit. sancto.*15. *Hier.s.ps.* 97. & *s.Is.*27. & *s.Ezech.*7. & *s.Ho.*8. & *su. Ioel.* 2. & *s. Amos* 2. *Aug. s. Apoc. hom.*6. *Gre.s.* 1. *Reg.* 13. & 30.*mo.* 33. *Cyril.*3.*s. Ioan.*3. & 4. *s.Ioan.*28. *Ru.s.Nu.* 26. *Orig.s. Num. hom.*23. *Gre.*37.*mo.*7. *Greg. Nyss.de vita Mosis.*

n *Au.s.ps.*97. & *serm.*222. *Rupe.*1.*s.Nu.* 25.

o *Au.s.ps.*97. *Isy.s. Leu.*20. *Rup.s. Zac.*9. *Orig.s.Iosu. ho.*6.

p *Au.ep.*120. *Cle. Alex.* 2. *pæda. Arn.s.ps.*150.

q *Ricar.de S. Vict.de somni. Nabuc.*3.

r *Hie.& Aug. s.Ps.*46. *Ru.*10.*s.Apo.*

s *Hier.s.Is.*18. *Greg.*31.*mor.* 25.

t *Bed.s. Gen.* 4.

acquisitioni: filius Lamech & Sela, fuit malleator, & faber in cuncta opera æris & ferri. *Gen.* 4. *d.* designat Sanctum, qui sui corporis & animi custos est. *Sanctus.*

Tueri, Tutor, vide Defendere.

Tugurium.

Tugurium, est rustica habitatio, tecta ex vulua palustri, aut alio simili.

Tugurium in cucumerario. *Isai.* 1. *b.* designare potest *a* ceremonias legis, quando sumuntur nudæ, sine oratione, vel designat animam derelictam à Deo. *Ceremonia.*

Tumere, Tumor, Intumescere, Turgere.

Tumere est inflari, quod & turgere dicitur. Ponitur interdum pro superbire, sicut & tumor pro superbia.

Intumuisse dicitur facies Iob à fletu. *Iob.* 16. *c.* vbi designatur *b* Christus, cuius facies intumuit à fletu, quando Prophetæ Christum præcedentes, mala populi præuisa deflebant, vel quum prælati desient peccata subditorum. *Fletus Christi & sanctorum.*

Intumescentes aquæ. *Ezech.* 47. *a.* designant *c* mysteria mentis virtutem exuperantia: vel designant fragilitatem conditionis humanæ, qua non valemus omne vitare peccatum. *Altitudo mysteriorum. Fragilitas humana.*

Intumescentes aquæ Iordanis instar montis. *Ios.* 3. *d.* designant *d* affectum dilectionis ad imitationem Christi, qui animam suam posuit pro ouibus suis. *Affectus dilectionis.*

Intumescens vterus Thamar. *Gen.* 48. *f.* augmentum fidei Ecclesiæ designat. *Num.* 17. *c.* *Augmentum fidei Ecclesiæ.*

Intumescentia vbera Hierusalem, *Ezec.* 16. *a.* ad literam, *e* tempus pubertatis indicant, & profectum populi Israël in regnum. *Profectus Israelis.*

Tumentes fluctus, impetum *f* affectuum designare possunt. *Iob*, 31. *c.* 38. *b.* Tumentes autem fluctus desuper imminent, cúmque eam quam deserunt mortem minantur, nulla tunc nauigantibus rerum cura temporalium, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur, ea ipsa quoque ex naui proiiciunt, pro quibus longam nauigationem sumpserunt, cunctæ res in despectũ mentis veniunt, amore viuendi. Quasi ergo tumentes super se fluctus Deum metuit, qui dum veram vitam desiderat, omnia despicit, quæ hic possidens portat. Nam velut tempestate deprehensi, pondus nauis abiicimus, quando ab oppressa mente desideria terrena remouemus. *Impetus affectuum. Grauis timor Dei.*

Intumescentes fluctus maris, *g* superbiam persequutorum Ecclesiæ significant. *Isai.* 51. *e. Iere.* 5. *e. Iob.* 15. *b.* 38. *b.* Turgentes quoque vesicæ in hominibus & iumentis, inflatam superbiam indicant. *Exod.* 9. *b.* *Superbia persecutorum Ecclesiæ.*

Tumens plaga Iudæorum. *Isai.* 1. *b.* designat *h* grauitatem peccati ipsorum, aut etiam grauem tribulationem. *Peccatum & tribulatio Iudæorum.*

Tumultuari, Tumultus.

Tumultuari, est tumultum & perturbationem mouere, & excitare. Tumultus autem, est motus, vel trepidatio cum sonitu aut strepitu, quasi timor multus. Est autem tumultus, vox plurimorum, & nimiæ multitudinis clamor pariter emissus.

Tumultus magnus in castris hostium. 1. *Reg.* 14. *c.* designat *i* conuersionem & pœnitentiam peccatorum. Talis dicitur tumultus domini. *Zach.* 14. *c.* *Conuersio peccatorum.*

Tumultuari etiam dicuntur *k* credentes præ multitudine, quando pariter laudant bonum pastorem. *Mich.* 2. *d.* *Laudans multitudo pastorem.*

Tumultus à quo cessatur in luce Christi, *Iob.* 3. *c.* est *l* varietas perturbationem & desideriorum, reliquorúmque affectuum mentem turbantium. *Varietas affectuum.*

Tumultus synagogæ, *m* voces confusas Iudæorum & infidelium sine ratione contra Christum & Ecclesiam designant. 1. *Reg.* 4. *c. Isai.* 8. *d. Mich.* 1. *d.* Eodem refertur tumultus carminum Iudæorũ. *Amos*, 5. *g.* Tumultus etiam surrexit in populo Israël, quando obsessi sunt à Romanis. *Hos.* 10. *d.* Tumultuabatur autem tunc puer contra senem, quia omnia intus erant inordinata. *Isai.* 3. *a.* Tumultus etiam, est inordinata & superba doctrina hæreticorum. *Isai.* 30. *c.* Et tumultus est in præda diaboli, quia nihil inordinatum est in eo. *Voces Synagogæ & infidelium contra Christum.*

Tumultus populi in cultu vituli, *Exod.* 32. *c.* insaniam idololatrantium & hæreticorum designat. *Doctrina hæreticorum.*

Tumulus, vide Aceruus & Sepulchrum.

Tundere, Contundere.

Tundere est percutere, pulsare, & in vase aliquo quippiam comminuere.

Tundere aromata. *Exod.* 30. *d.* est *n* examinare virtutes quod fit, quum bona nostra quasi in pila cordis occulta discussione contundimus, & si veraciter bona sint subtiliter retractamus. Est etiam diligenter contemplari passionem Christi. *Obsidio Hierusalem. Insania idololatrantium. Examinare virtutes. Contemplari passionem Christi.*

Tusum pilo manna, designat *o* labores passionis Christi: & sedulam probationem fidelium. *Exod.* 16. *c.* 29. *g.* *Labores passionis Christi.*

Tunica, Poderis.

Tunica, est vestis tegens corpus vsque ad inferiora, & siquidem attingat pedes, dicitur tunica talaris, Græcè poderis, & datur tunica manicata & sine manicis: & tunica exterior & interior, quæ subucula & camisia dicitur, éstque ferè linea. *Caro Christi.*

Tunica Ioseph, intincta in sanguine hœdi, *p* carnem Christi sanguine respersam designare potest. *Gen.* 37. *a.* Poderis quoque seu tunica talaris in Christo, & tunica linea sacerdotum, carnem Christi mundam, vel humanitatem, seu incarnationem designat, quæ de terra est, & significatur in pedibus. *Exod.* 28. *c.* 29. *a.* 39. *d. Leu.* 6. *b. Zach.* 3. *b.* Et tunica duplex in sacerdote, est corpus & anima in Christo. *Ecclesia.*

Tunica etiam polymita Ioseph, *q* Ecclesiam significare potest, quæ est polymita, quia ex variis gentibus collecta, & est talaris, vt designet perseuerentiam operum, & innocentiam Christi & Ecclesiæ. *Gen.* 37. *a.* Et tunica Christi non diuisa, vnitatem Ecclesiæ designauit, & etiam incorruptionem corporis eius. *Ioan.* 19. *d.* *Sacra scriptura.*

Tunica præterea Ioseph, *r* sacram scripturam, significare potest, quæ est tunica Christi: & etiam sapientiam qua exutus, per inuidiam, factus est similis insipientibus. Et tunica duplex in sacerdote, est duplex sensus sacræ scripturæ. Tunica autem interior linea, sapientiam diuinorum & immortalium significabat, exterior verò varia, sapientiam humanorum & encyclopædiam. *Sapientia. Varietas legumcumilium.*

Tunica rursum polymita Ioseph designare potest *s* varietatem legum ciuilium, & casuum humanorum, quibus rector ciuilis occurrere debet, quæ intincta est sanguine, vt designetur etiam ipsos rectores vix carere vitiis. *Gen.* 37. *a.* *Varia cupiditas. Fides & Charitas. Pax.*

Tunica rursum polymita Ioseph, est *t* varia cupiditas, qua exuendus est, qui vult proficere: eáque in vastum bãratrum est proiicienda. *Sapientia Christi.*

Tunica Christi non diuisa *u* fidem aut etiam charitatem designare potest, quæ diuidi nequeunt. *Ioan.* 19. *d.* Designat etiam pacem & vnitatem non diuidendam. Item diuinam sapientiam in Christo. Tunica etiam inconsutilis, est baptismus indiuisibilis, & nunquam reiterandus, & etiam disciplina Christiana, totam complectens Ecclesiam. *Baptismus. Disciplina Christiana.*

Tunica linea sacerdotis, est *x* iustitia, quia perfecti cuiusque maximè iustitia vestis est. *Leu.* 6. *b.* 16. *a.* Hanc loricam iustitiæ appellat Paulus. Tunica etiam talaris, actionem consummatam virtutis significat: quasi enim protensa tunica talum corporis operit, quando bona actio ante Dei oculos vsque ad vitæ nos terminum tegit. Tunica præterea parua Samuelis, indumenta iustitiæ inchoantibus apta designat. 1. *Reg.* 2. *d.* *Iustitia. Actio consummata virtutis.*

Tunicæ præterea lineæ sacerdotum, *y* candorem castitatis designant, & tunica stricta de byſſo, est fortior continentia. *Exod.* 27. *g.* 29. *a.* 39. *d. Leu.* 6. *a.* 16. *a.* *Castitas.*

Tunica tota hyacinthina, est *z* vita cœlestis, non admista terrenis, perseuerántsque vsque in finem. *Exod.* 28. *c.* 36. *d. Leuit.* 8. *a.* designat etiam animam in Christo, vel conuersationem eius à baptismate Ioannis, quando tinnabula prædicationis eius strepere cœperunt. *Vita cœlestis. Anima Christi. Conuersatio Christi.*

Designat etiam hyacinthina tunica *aa* elementum aëris, quem colore referre videtur. *Aer.*

Poderis, qua indutus erat Christus *Apoc.* 1. *c.* dignitatem *bb* sacerdotalem ipsius Christi designat. Tunica autem Sobna sacerdotis. *Isa.* 22. *f.* typus erat *cc* literalis sacerdotij, qua tamen spiritualiter intellecta induitur Christus. Tunicæ verò Nadab & Abihu, cum quibus electi sunt. *Leu.* 10. *b.* conuersationem *dd* & vitam malorum sacerdotum significant. *Sacerdotium Christi. Sacerdotium literale.*

Tunica

Vitia malorum sacerdotum.

a *Orig. s. Leu. hom.* 5. *Hier. s. Is.* 1.
b *Hier. s. Iob.* 16. *Gre.* 13. *m.* 11
c *Hie. s. Ezec.* 47.
d *Ricar. de S. Vict. de extremi. mal.* 16.
e *Glo. inte. s. Ezec.* 16.
f *Hier. s. Iob.* 38. *Gre.* 21. *m.* 16.
g *Gloss. inte. s. Exod.* 9.
h *Hie. su. Is.* 1.
i *Gre. s.* 1. *Re.* 14. *Ru. s. Zac.* 14.
k *Glo. ord. su. Mic.* 2.
l *Gre.* 4. *m.* 39.
m *Gr. s.* 1. *Re.* 4. *Hie. s. Is.* 18. 30. *& s. Mic.* 1. *Rup. s. Hose.* 10.
n *Gr.* 2. *m.* 39.
o *Bed. s. Exo.* 16.
p *Amb. de Ioseph.* 3. *Hie. s. Zac.* 3. *Ori. s. Leu. hom.* 9. *Bed. s. Ge.* 37.
q *Cyp. de sim. præl. Hil. sup. Matt. can.* 13. *Bern. in Apol. Bed. s. Ge.* 37.
r *Ruper.* 8. *s. Gen.* 20. *Cle. Ale.* 5. *strom. Ori. s. Leu. ho.* 6. *Phil. de temulentia.*
s *Philo. de Ioseph. & de somnijs.*
t *Cle. Alex.* 5. *strom.*
u *Amb. s. Luc.* 23. *& ser.* 35. *Au. epist.* 161. *& s. Ioan. tra.* 13. *Hi. s. Mar.* 15. *Geor. Ven. Cant.* 2. *to.* 3. *cap.* 6.
x *Isyc. s. Leu.* 6. 16. *Gre.* 1. *mo.* 40. *Gre. Nysse. de vita Mosis. Gre. s.* 1. *Re.* 2.
y *Glo. ord. su. Exod.* 28.
z *Geor. Vene. Cant.* 2. *tom.* 3. *cap.* 6. *Isy. s. Leu.* 8. *Ru.* 4. *s. Exod.* 23.
aa *Phil. de temulentia.*
bb *Rup.* 1. *su. Apoc.*
cc *Hier. s. Is.* 22.
dd *Isyc. s. Leu.* 10.

Digitized by Google

Tunica Achiæ Prophetæ diuisa,diuisionem regni Israël & Iuda significauit. 3.*Reg.*11.*f.* vbi potius dicitur pallium.

Tunicas duas habere dicuntur,*a* qui simul nouum & veterem hominem induunt,seu induere volunt, & duobus dominis seruire:vel præter Christum in hæresim incurrere, vel simul legem veterem & nouam velle seruare. *Matth.*10.*b.Luc.*3.*b.*Vnica tunica vtebantur Apostoli, quando non seruabant legem carnaliter. Quicquid autem corpori nostro sufficere potest,& humanę succurrere imbecillitati,quos nudos natura profudit,hoc vna appellanda est tunica.

Mortalitas. Voluptates carnales. Vetus homo. Cura seculi. Res temporales. Corpus proprium.

Tunicæ pelliceæ Adæ & Euæ, *b* mortalitatem & fragilitatem humanam designare possunt. *Gen.*3.*d.* Et tunica,quam exuit sponsa. *Cant.*5.*b.*est corruptela passionum Adæ vel voluptates carnales abstractæ à sensibus.

Tunica exuenda,*c* intrinsecum vitium,seu veterem hominem designat:terrenósque mores, ac curas seculi:demum temporalia omnia,quæ onerant potius quàm ornant: ideò meritò talis tunica est exuenda.*Cant.*1.*b.Matt.*10.*a.*24.*b.Marc.*6,*b.Luc.*22.*d.*

Prabentes exempla honestatis. Fideles ante & post Christum.

Tunica vendenda,est *d* proprium corpus exponendum pro verbo Dei, *Luc.*22.*d.*Et tunica quam exuit sponsa, est corpus cuiusque Sancti & prædicatoris,quæ non induetur,vsque ad diem iudicij.*Cant.*5.*b.*

Turba.

Turba dicit multitudinem & in multitudine perturbationem.

Turbæ sternentes vestimenta sua in via,& cædentes ramos de arboribus.*Matt.*21.*a.* sunt *e* præbentes exempla honestatis simplicibus.

Simplices ex Iudæis. Gentiles.

Turbæ præcedentes & sequentes Christum in ingressu Hierusalem.*Matt.*21.*b.* designant *f* fideles ante & post aduentum Christi.

Exercentes charitatem. Vires animæ.

Turbæ,quæ secutæ sunt Christum,designant *g* simplices ex Iudæis venientes ad fidem & etiam gentiles.Et dicuntur turbæ, quia non sunt de perfectioribus,sed sunt remotiores à secretis verbi Dei: ideò etiam loquebatur eis Christus in parabolis, & ipsæ manebant in litore prædicante Christo in nauicula: ipsæ quoque exclusæ sunt à suscitatione filiæ principis.*Matth.*9.*d.*11.*b.*13.*a.*14.*b.*20.*d.*23.*a.* Et turbæ sustinentes Christum, sunt Gentiles *Marc.*8.*a.*

Turba, quæ erat cum vidua, cuius filius mortuus efferebatur. *Luc.*7.*b.* designat *h* exercentes charitatem in Ecclesia.

Turbæ populorum, interdum significare possunt *i* omnes animæ vires, *Gen.*48.*a.*50.*b. Exod.*5.*a.*23.*a.*35.*a. Leu.*8.*a.*

Indignicognitione Dei. Iudæi. Persecutores fidelium. Confusio imperitorum. Cogitationes carnales.

Turba expulsa à cubiculo,vbi suscitauit Christus filiam principis. *Matt.*9.*c.* designat *k* indignos cognitione Christi, & Iudæos à fide exclusos. Et turba peccans per ignorantiam, fuit plebs Iudæorum tempore passionis Christi.*Leu.*4.*c.*Turbæ quoque sunt infideles persequentes Christianos. *Isai.*17.*d.*

Turbæ impedientes,ne Zachæus videret Christum *l* confusionem imperitæ multitudinis significat, & vulgus impediens, ne alij benè operentur. *Luc.*19.*a.* Et turbæ impedientes cæcos, ne clamarent ad Christum, sunt carnales cogitationes, aut homines perturbantes orationem. *Matt.*20.*d. Ioan.*5.*b.* Et turba quæ expellitur, vt suscitetur puella, est tumultus cogitationum impedientium mentis eleuationem. *Matt.*9.*c.* Turba etiam impediens cæcum ne clamaret, designat Ægyptios perturbantes filios Israël, ne irent ad sacrificandum Domino. *Luc.*18.*g.*

Commouens Deus corda in fidem. Commination pœnæ. Misericordia Dei.

Turbare, Turbatio, Conturbare, Perturbare.

Turbare est confundere,& commouere,& distrahere.

Conturbare dicitur Deus profundum maris. *Psal.* 64. quando *m* seculi huius profundam iactantiam prædicatione apostolica commouet,& quando conturbat cor impiorum.

Conturbat Deus in furore,*n* quando terret per comminationem pœnæ.*Psal.*2. *Iob.*13.*b.*23.*d.*

Conturbata dicuntur viscera Dei,*o* quando exercet misericordiam erga pœnitentes peccatores.*Iere.*31.*d.*

Timor minorum in lapsu maiorum. Memoria peccatorum.

Conturbatus dicitur Christus à voce inimici, *p* nempe cùm diceretur Samaritanus, & dæmonium habens. *Psal.*54. Conturbatus etiam dormiuit Christus in morte, turbantibus Iudæis, sed quantum ipse voluit. *Psal.*56. vnde & turbauit semetipsum,nostrum affectum in se suscipiens.*Ioan.*11.*d.*12.*d.*13.*c.*

Non erit turbulentus Christus,quia omnes consolabitur,pacificus existens.*Isai.*42.*a.*

Turbari dicuntur insulæ super casu Tyri,*q* quando iusti in casu maiorum timent,& sibi cauent, ne & ipsi cadant.*Ezech.*26.*d.*27.*f.*

Perturbatio fortium Ecclesiæ & virtutum. Promptus ad seruanda mandata. Turbatio Apostolorum & fidelium in aduersis.

Conturbatus dicitur venter per ieiunia,hoc est,*r* memoria in consideratione peccatorum.Et conturbantur ossa,hoc est,fortes Ecclesiæ:vel virtutes,quę obscurantur & extenuantur.*Psal.*6.30.

Non turbatur, qui promptus est ad mandata Dei seruanda, *s* quia habitus facilitat hominem ad operandum. *Psalm.*118.

Distractio vitæ actiuæ.

Conturbati montes,fuerunt *t* Apostoli in passione *Psal.*45. Et turbati fratres Ioseph, *Gen.*42.*e.* designare possunt turbationes discipulorum Christi, quando viderunt ipsum ambulantem supra mare. Qui etiam designant positos in tribulatione,quasique desperantes:qui etiam videntes auxilium Dei,turbantur,putantes non verè esse Dei.Vbi etiam designatur turbatio fidelium futura tempore Antichristi.*Matt.*14.*c.*

Perturbatio mentis per iram.

Turbatio interdum est *u* distractio,& turbata Martha erga plurima,designat nimiam solicitudinem vitæ actiuæ,quia non finit mentem ad vnitatem contemplationis colligere.*Luc.*10.*g.*

Concuti fideles tentationibus. Pœnitentia.

Visiones capitis sui vnumquemque conturbant, *x* quando ex eo, quod secum post diuinæ reuelationis arcanum, meditationis suæ negocioso otio pertractat, ad salubrem solicitudinem vtilemque formidinem euigilat. Qui etiam considerat seipsum,visionibus capitis sui turbatur.*Dan.*4.*a.*

Tribulationes peccatorum & Iudæorum. Persecutiones principum contra fideles. Confusio superborum & dæmonum. Confusio corporis & mentis.

Turbari dicitur oculus præ ira.*Psal.*7.Ira *y* enim per vitium,oculum mentis excæcat. Ira verò per zelum,turbatur,quia quo saltem recti æmulatione concutitur eo,quæ nisi tranquillo corde percipi non potest, contemplatio dissipatur. Conturbatio autem animi turpitudinem & infirmitatem animi indicare solet. Et dicitur conturbari cor,per insipientiam peccati.*Psal.*5.37.106. Turbati sunt insipientes corde, *z* qui noluerunt credere resurrectionem.*Psal.*75.Conturbatus venter est turbata mens.*Thr.*1.*g.Hab.*3.*d.Psalm.*30.

Turbari dicitur terra,*aa* quando subditorum humilitas,errante pastorum iudicio,trâquillę veritatis ordinem deserere videtur.1.*Reg.*14.*d.*Turbatur etiam terra,*bb* quando subditi tentationibus concutiuntur.*Isa.*14.*d.*Et conturbantur colles,quando mediocres in Ecclesia penè desistiunt à fide & bonis operibus.*Iere.*4.*f.*

Conturbatio gentium,dicit *cc* conuersionem & pœnitentiam peccatorum. *Psalm.*45.47.74.143.*Isai.*64.*a.Iob.*23.*d.* Idem est turbatio aquarum. Turbantur etiam abyssi, quum conscientię recognoscunt & confitentur peccata.*Psal.*76.Sic turbata dicitur synagoga propter quadrigas Aminadab, hoc est,propter Euangelia.*Cant.*6.*d.*

Turbatio terræ *dd* tribulationem peccatorum & Iudæorum significare potest. Et turbatio aquarum,sunt tumultus gentilium.Turbatio etiam montium sunt persecutiones principum: & confusio superborum & dæmonum per sapientiam & passionem Christi. *Psal.*45.*Isai.*5.*f.*14.*b.*51.*e.* Et conturbatur profundum maris, hoc est, diabolus.*Ps.*64.153.Et conturbantur vespere,hoc est,*ee* in fine mundi. *Is.*17.*d.* Et conturbati principes Edō,sunt dæmones.*Exod.*15.*b.*Et conturbati reges fuerunt Herodes & Iudæi.*Psal.*47. Et turbatæ abyssi,sunt inferi, per vocem Christi & prædicatorum. *Psalm.* 76. Conturbabuntur etiam habitatores terræ in iudicio,& turbantur nunc, quando sunt in peccato.*Ioel.*2.*a.Mich.*7.*d.Nahum.*2.*b.*Et pelles terræ Madian. *Hab.*3.*b.* Conturbatio autem super conturbationem veniet eis,qui post vnum væ erit aliud væ. *Ezec.*7.*g.Apoc.*11.*a.* Conturbata quoque fundamenta montium,designant *ff* spem superborum turbatam. *Psal.*17.

Turbatio etiam terræ, est *gg* confusio corporis nostri, & veteris hominis. *Psalm.* 45. 59. Conturbatur itidem terra quando carnalis mens mala sua soliditate concutitur:& cogitare fluctuando inchoat inter mala quæ respuit,

a *Orig.f. Luc. hom.*23. & *f. Leu.hom.*6. *Hil.f.Matth. can.*10. *Hieron. epist. cum hora. & epi.ignot. vul.*

b *Orig.f. Leu. hom.*6. *Amb. de Isaac.*6. *Epiph.*2.*cont. har.tom.*1.

c *Ori.f.Indic. hom.* 8. & *f. Matt. ho.* 29.

d *Amb.f.Luc.* 22. *Augu.f. Ioan. tra.* 57.

e *Ori.f.Matt. hom.*14. *Hier.f. Matt.* 21.

f *Ori.f. Matt. cap.* 14. & *hom.*24. *Hil.f. Matth. Ca.*9.13.14.

g *Hie.f.Matt.* 9. *Aug.*1.*q.in euang.*28.

h *Am.f. Luc.* 7.

i *Orig.f. Leu. hom.*6.

k *Hil.f.Matt. Cant.*9.10. *Hie.f.Matt.*9. & *Isa.*17.

l *Amb.f. Luc.* 19. *Aug.* 1.*qu.in euang.* 28. & *f. Ioan.tract.* 17. & *de verbis domini serm.*18. *Gr.*18.*m.*28. *Rup.*4.*de diu. off.*8.

m *Hier.* & *Au.f.Psa.*64.

n *Hil.f.psa.*2. *Gre.*11.*m.*17.

o *Hie.f. Iere.* 31.

p *Hil.f.ps.*54. *Au.f.psa.* 56. & *f.Ioan.tra.* 60.

q *Hie.f.Ezec.* 16.

r *Arno.* & *Hie.f.psa.*30. *Gre.f.Psal.* 6.

s *Ly.f.ps.*118.

t *Arn.f.ps.*45. *Ori.f. Matth. cap.*14. *Hil.f. Matth. Can.*14.

u *Gre.f.*1.*Re.* 14.

x *Rica.de Sa. Vict. de secur. cons.*2.35.

y *Gre.* 5.*mor.* 33. *Basil.f.ps.* 29.37. *Arn.f.ps.*105.

z *Au.f.ps.*75.

aa *Gr.f.*1.*Re.* 14.

bb *Glo. ord f. Ier.*4.

cc *Hil.f.ps.*64 *Au.su. ps.*45.76. *psal.* 76. & *f.Mich.*7. & *f.Ezec.*7.

dd *Basil.* & *Aug.f.Ps.*45. *Arno.f.ps.*45.74.

ee *Hie* .*f.*5.14.17. & *f.*

ff *Au.f.ps.*7.

gg *Arno.f.ps.*59. *Aug.* .*f.*59.*Greg. sup.* 1. *Reg.*14.

respuit, & bona quæ amat. Turbari autem mentis est serenitatem malæ delectationis propositio Christianæ resipionis obducere. 1. *Reg.* 14. *d.*

a *Hie. s. Is.* 32. *Ru. s. Cant.* 6.

Conturbari confidentes *a* est Iudæos plangere necem Christi. *Isai.* 32. *c.* Conturbauit quoque synagogam anima eius, quando sacerdotes & Pharisæi turbabant simplices, nec crederent in Christum. *Cant.* 6. *d.*

Turbatio Iudæorum erga Christum.

Turbasse dicuntur filij Iacob patrem suum, in vindicta Sichimitarum. *Genes.* 34. designantes, *b* quod quando hoc, quod delinquentes plangunt, adhuc magistri erudeliter insequuntur, infirmæ menti ipse redemptoris sui amor tepescit: quia ibi se affligi considerat: vbi sibi & ipsa non parcit. Conturbare autem dicitur, qui scandalizat. *Galat.* 5. Qui conturbat vos, portabit iudicium.

Scandalum maiorum contra infirmos.

b *Gre.* 2. *Reg. epist.* 62.

Conturbat aquas Pharao pedibus suis, *c* quando diabolus per hæreticos peruertit scripturas. *Ezech.* 32. *a.* Et arietes turbant aquas: vt bibant oues. *Ezech.* 34. *e.* quando maiores praua docent, aut prauo exemplo confundunt doctrinam, aut quod ipsi capiunt, turbando rudiores, efficiunt ne ipsi capiant. Conturbatio autem, in qua non generant boni, sunt *d* vitia & errores. *Isai.* 65. *d.*

Docere errores.

c *Hie s. Ezec.* 32. 34. *Aug. de euibus.* 8. *Gr.* 22. *m.* 24.

d *Hie. s. Is.* 65.

Turbati in ira Dei dicuntur, *e* festinantes ad mortem. Et conturbatus dormiens, est afflictus in morte. *Psal.* 56. 89.

Festinare ad mortem.

e *Hie. Cypria. Hil. s. psal.* 56.

Turbo.

Turbo, est ventus cum fragore maximo obiecta quæque deturbans prosternénsque, ac inuoluens ex depressæ nubis specu ortus.

Turbo *f* vim diuinæ punitionis, & iram Dei in malos grauémque eius obiurgationem significare solet. *Iob.* 3. *a.* 9. *b.* 21. *c.* 30. *a.* 38. *a. Isa.* 4. *b.* 71. *a.* 28. *a.* 20. *b.* 30. *g.* 40. *f.* 66. *c. Ier.* 23. *e.* 25. *g.* 30. *d. Ezec.* 1. *a. Hose.* 8. *b.* 13. *a.*

Punitio Dei. Ira Dei.

Turbo etiam significare potest *g* Angelos. *Isai.* 66. *e.* Quasi turbo quadriga eius.

Angeli.

Turbo præterea dicitur *h* vis prædicationis. *Isai.* 41. *d.* Turbo dispergit eos. Et turbo austri, est impetus Spiritus sancti in prædicatore. *Zach.* 9. *d.* Valet in turbine Austri.

Vis prædicationis.

Turbo quoque dicitur *i* dies iudicij, qui appellatur dies turbinis. *Ioel.* 2. *a. Amos*, 1. *d. Nahum.* 1. *a. Zach.* 9. *d. Iob.* 9. *b.* 21. *c.* 37. *d.*

Dies iudicij.

Turbo præterea fuit *k* crux Christi & blasphemiæ Iudæorum in ipsum. *Isai.* 25. *b.* factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua spes à turbine, vmbraculum ab æstu. Spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem.

Crux Christi. Blasphemiæ Iudæorum.

Turbo itidem dicitur *l* impetus tribulationis & tentationis. *Isai.* 4. *b.* 21. *a.* Idem est ventus turbinis. *Ezechie.* 1. *a.*

Impetus tribulationis & tentationis.

Turbo tenebrosus. *Iob.* 3. *a.* dici potest *m* vehemens contritio, quæ cum quis peccatum suum pensat, & intelligit, mœrore mentem obnubilat, & quasi concusso serenæ lætitiæ aëre, omnem in se tranquillitatem cordis pœnitentiæ turbine deuastat.

Contritio vehemens.

Turbo itidem tenebrosus, est *n* diabolus, qui noctem inquietæ vitæ turbulentus inuexit, vnde & sicut turbo eiicitur diabolus à Deo. *Isai.* 17. *d.*

Diabolus.

Turbo etiam erat *o* exercitus Assyriorum aduersus Hierusalem. *Isai.* 28. *a. Habac.* 3. *d.*

Exercitus.

l *Hie. s. Isa.* 4. 21. *Gre. s. Exe. hom.* 2.

m *Gre.* 4. *mo.* 21.

n *Hie. s. Iob.* 3. & *s. Isa.* 17.

o *Gloss. ord. s. Isai.* 28.

Turgere, vide Tumere.

Turma.

Turma est ordo militaris, & propriè est equitum, sed sumitur etiam pro aliqua multitudine.

Turmæ duæ Iacob, cum quibus regrediebatur de Mesopotamia. *Gen.* 32. *e.* Significare possunt *p* multitudinem temporalium & Spiritualium, vel Iudæos & gentiles, vel perfectos & imperfectos, vel remissionem peccatorum, & gratiam confirmationis.

Temporalia & spiritualia. Iudæi & gentiles. Perfecti & imperfecti.

Turmæ etiam *q* diuersos ordines in Ecclesia significant, sicut filij Israël egrediebantur per turmas suas. *Exod.* 12. *g.* 40. *d. Num.* 1. *g.*

Diuersi ordines in Ecclesia.

p *Aug. ser.* 8. *Bed. s. Gen.* 32 *Ru.* 8. *s. Gen.* 4

q *Glo. inte. s. Exod.* 12.

Turmæ tres, quas fecerunt Chaldæi contra camelos Iob. *Iob.* 1. *d.* designant *r* quod spiritus maligni modò torpenti, vel è diuerso præcipiti actione feriunt, modò pigra, vel immoderata loquutione confundunt: ferè autem semper nimiis cogitationum molibus premunt. Vel designantur Pharisæi, Sadducæi, & Herodiani, cum suis sequacibus contra Christum & discipulos eius.

r *Gre.* 2. *mor.* 27. 35.

Turpis, Turpitudo, Fœdus.

Turpis dicitur deformis, & contrarius pulchro, & refertur ad animum.

Turpitudo *s* hæresim significare potest, & etiam infidelitatem. *Exod.* 20. *d.* Fœditas etiam humoris, est *t* turpitudo sermonis: quando videlicet quispiam multa & noxia loquitur, & errores seminat. *Leu.* 15. *a.*

Hæresis. Infidelitas. Turpiloquiũ.

Fœditas boum inordinationem peccati designare potest. *Gen.* 41. *a.* Et turpitudo filiæ Babylonis, sunt peccata. *Isai.* 47. *a.* Vnde turpis est anima, *u* quæ quum habeat nigredinem & fœditatem peccatorum, minimè tingitur aut lauatur pœnitentia, & aqua lachrymarum.

Peccatum. Peccatum ex concupiscentia.

Turpitudo autem matris, *x* dici potest peccatum ex concupiscentia gentium. *Leu.* 18. *b.*

s *Glo. ord. sup. Leu.* 15.

t *Glo. ord. sup. Exod.* 20.

u *Orig. s. Can. hom.* 1.

Turris, Arx.

Turris à terrendis hostibus dicta est: sicut arx ab arcendis. Turris autem ob munitionem ædificatur: vel ob speculam, vel vt longè veniens cernatur hostis: vel etiam ob decorem.

Turris fortitudinis dicitur *y* Deus in patria. Turris autem fortior est muro, ita Deus omni munitione fortior est. *Psal.* 60. Et Christus est nobis turris fortitudinis aduersus diabolum. *Prou.* 18. *b.* Turris fortitudinis nomen domini.

Deus. Christus.

x *Ise. s. Leui.* 18.

y *Hil. Hie. & Aug. s. ps.* 60.

Arx, ad quam vocant ancillæ sapientiæ, est *z* cœlestis patria, ad quam vocant prædicatores. *Prou.* 9. *a.*

Cœlestis patria.

Turres præterea dici possunt *aa* angeli custodes. *Psal.* 121. Abundantia in turribus tuis.

Angeli custodes.

Turris aliquando dici potest ipsa Ecclesia. *Mich.* 4. *c.* Turris gregis, nebulosa filia Sion.

Turris vineæ, hoc est, Ecclesiæ, sunt *bb* Apostoli, Prophetæ, & Prædicatores. Et turres Sion, sunt fortes in ipsa Ecclesia, aut qui fortiorem statum Ecclesiæ habent. *Matt.* 21. *d. Psal.* 74. 121. *Thren.* 2. *c.* Turris etiam Dauid, sunt *cc* Prædicatores defendentes Ecclesiam: & sublimes per contemplationem. *Cant* 4. *b.* Turris eburnea dicuntur Prædicatores Ecclesiæ, quia & alti sunt per contemplationem, & fortes per sanctorum operum exercitationem, & precioſi per diuinam sapientiam. *Cant.* 7. *b.* Et vbera sponsæ, sunt sicut turris: quia nutriuit Ecclesia Prædicatores contemplatione altos, & robore inflexibiles. *Cant.* 8. *d.*

Apostoli. Prophetæ. Prædicatores fortes. Contemplatiui. Humilitas.

z *Bed. s. Prou.* 9.

aa *Lyr. s. psal.* 121.

bb *Ambro.* 3. *Exae.* 12. *Arno. s. ps.* 47.

cc *Gre. s. Can.* 4. 7. 8.

dd *Ru. s. Can.* 3. 7.

ee *Geor. Vene. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 28.

Turris etiam Dauid, est *dd* eius humilitas. Et collum beatæ Virginis, est sicut turris Dauid, hoc est, eius humilitas, quæ etiam excellit humilitatem Dauid. *Cant.* 4. *b.* Dicitur etiam collum eius, sicut turris eburnea. *Cant.* 7. *b.* quia eius humilitas est fortis, & pulchra, & grata Deo.

Turris, quam plantauit Deus in vinea, vt reconderetur triticum, & vinum misericordiæ, & pietatis diuinæ, *Matth.* 21. *d.* designare potest *ee* amorem, quo ad diuinas promissiones accendimur, & ad eas suscipiendas præparamur.

Amor.

Designat etiam turris vineæ *ff* templum Hierusalem. Et turris gregis, quæ Hebraicè dicitur Ophel, quæ erat in Hierusalem, pro templo sumi potest. *Mich.* 4. *e.* Et item turris gregis locus iuxta Bethlehem, vbi Iacob pauit pecora, præsignans locum mysterij natiuitatis Christi. *Gen.* 33. *c.*

Templum Hierusalem.

Turris præterea vineæ, designare potest *gg* eminentiam legis, & eminentiam sermonis de Deo & dispensationibus Christi, & diuinos sensus. *Isai.* 5. *a. Matth.* 21. *a.*

Eminentia sermonis de Deo.

Turris animæ de intelligibilibus quidem, est *hh* verbum: de moralibus verò, est disciplina & circunspectio, quas etiam designant turres custodum. Turres etiam animæ, est sapientia veteris, & noui testamenti. *Cant.* 8. *c.* 4. *Reg.* 7. *b.* 18. *b.*

Sapientia, & disciplina.

Turris Libani. *Cant.* 7. *b.* dicitur *ii* forte iudicium Ecclesiæ: vt respiciat cœlestia, & bonum emittat odorem, & inspiciat Damascum, instruendo Gentilitatem. Turri autem Libani, nasus Ecclesiæ comparatur, quia sanctorum prouida discretio, dum solicitè circunquaque conspicit in altum posita, priusquam veniat culpa deprehendit.

Forte iudicium Ecclesiæ.

ff *Ori. s. Matt. hom.* 19. *Hier. s. Mic.* 4. & *s. Matt.* 21. *Rup.* 8. *s. Gen.* 16.

gg *Or. s. Mat. hom.* 19. *Hil. s. Matth. cant.* 22.

hh *Ambro. de bono mo.* 5. & *s. Ps.* 118. *ser.* 22.

ii *Am. s. Psal.* 118 *serm.* 5. *Gr.* 31. *m.* 30. & *s. Cant.* 7.

Digitized by Google

Obedientia. Gratia Dei. Perfectio. Sacra scriptura Princeps. Superbia. Dogmata hæreticorum. Sensus exteriores.

Turris Ananeel, super quam fundatur Hierusalem, designat a obedientiam & gratiam Dei, in qua fundatur Ecclesia. *Ierem.* 31.g. Hæc est turris Salomonis: & potest etiam significare perfectionem, & sacram scripturam. *Cant.* 4.b. *Isa.* 2.e. *Zach.* 14.b. *Luc.* 14.f.

Turris aliquando dicitur princeps. *Psalm.* 121. Abundantia in turribus tuis. *Isa.* 30.f. Quum ceciderint turres, *Ezech.* 26.a. Destruentur turres eius.

Turris Babylonis, hoc est, turris confusionis, b superbiam significare potest, quæ fundamentum est confusionis. Item hæreticorum dogmata, & in vniuersum munimenta vitiorum. Quæ quia non bene fundata est, diu stare non potest. *Genes.* 11.a. *Iudith.* 8.c. 25.c. 30.e. Potest etiam sensus exteriores significare. Ad idem autem referuntur turres Tyri. *Ezech.* 26.a.

Turtur.

Sapientia diuina. Caro Christi. Christus. Ecclesia.

Turtur auis nota, quæ gemitum habet pro cantu: estque auis casta. Turturum c enim ferunt huiusmodi naturam esse, vt neque masculus præter vnam fœminam adeat aliam, nec fœmina plusquam vnum patiatur marem, ita vt si accidat altero intercepto supereste alterum, pariter cum coniuge extinctus sit ei concubitus amor, nec in ramis viridibus insidet, estque amica solitudinis.

Turtur, interdum d diuinam sapientiam admodum eleuatam atque solitariam, ab omnique creata sapientia seiunctam significare potest.

Turtur, qui offertur in sacrificium, e carnem Christi significat, *Leuit.* 1.d. Turtur autem sit Christus iis, qui recipiunt verbum Dei in solitudine. *Cant.* 2.c. *Psalm.* 83.

Turtur interdum dicitur f Ecclesia, quæ non alium patitur præter Christum: cuius caput abscissum est per mortem Christi: sed non in totum: quia semper corpori inhæsit. *Leuit.* 1.d. *Psalm.* 83. *Cant.* 2.c.

Predicator.

Turtur aliquando dicitur g prædicator. *Psalm.* 83. Et turtur nidum, vbi ponit pullos suos. *Cant.* 1.c. Genæ tuæ sicut turturis. 2.c. Vox turturis audita est in terra nostra.

Spirituales. Cultores eremi. Renuntiatio seculi. Vita contemplatiua. Castitas. Pœnitentes. Pœnitentia. Scientia spiritualis. Contemplatio, & meditatio legis. Duplex gemitus. Caro cum bonis operibus. Ecclesia. Corpus glorioſum. Mortificatio carnis.

Turtures b spirituales & eremi cultores, & sublimius viuentes, cõtemplationique vacantes significare possunt: peculiariter ex Iudæis, *Genes.* 15 b. *Leuit.* 1.d. Alter turturum in holocaustum oblatur, abrenunciationem seculi significare potest, & offertur in holocaustum, ob excellentiam volatus. *Leuit.* 5.b. designat autem i vitam contemplatiuam eremitarum, ob solitudinem, quam amant.

Turtur apertum esse solet symbolum k castitatis & virginitatis Deo gratæ. *Genes.* 15.b. Et genæ turturis, pudorem castitatis designat. Et vox turturis, est prædicatio castitatis. *Cant.* 2.c.

Turtur ob gemitum, l pœnitentes, & ipsam pœnitentiam significat. *Leuit.* 1.d. 5.b. Et turtures offert, qui vagos volatus cogitationum reprimit. Turturem quoque offert, qui pœnitentiam ad societatem sanctorum adiungit, & ideo offertur pro peccato.

Temporalia.

Turtur ipsam m scientiam spiritalem designare potest: & quia cognitionẽ habet, etiam ipsos habentes scientiam spiritalem. *Leuit.* 1.d. 11.c. Et turtur cognoscens tempus aduentus sui, confundit non audientes Deum, nec cognoscentes tempus visitationis. *Ierem.* 8.c.

Turtures duo, n contemplatiuam vitam, & meditationem legis intentam significare possunt: vel gemitum cordis & oris, vel castitatem, & lachrymas. Et sunt duo, quia omnia illa debent ex charitate procedere, quæ gemina est. *Leuit.* 5.b. 12.c. 15.b.

Voluptates aurium. Mortificantes corpus. Predicatores. Christus in cruce orans.

Turtur cum pullis, dici potest b caro cum bonis operibus. *Psalm.* 83. Et turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Turtures etiam dici possunt p timidi ad committendum peccatum, & cauti.

Tympanum, Tympanizare, Typanistria.

Tympanum, est iustrumentum, ex vna parte planum, membrana clausum, intus vacuum, quod baculo pulsatur, non habet carnem, sed pellem, nec potest esse contractum, sed extensum.

Tympanum & corus, q Ecclesiam significat, quæ meditata est carnis resurrectionem in pelle resonante. *Psalm.* 160. Vnde & tympanum erit corpus resumptum in gloria, & laudabunt dominum in tympano, qui ipsum laudabunt in assumpto corpore. *Isa.* 30.g.

Tympanum ex animalibus mortuis, r carnis mortificationẽ significare potest. *Genes.* 31.d. *Exod.* 15.c. 1. *Reg.* 10.b. Et ornatur tympanis, qui carnem habet mortificatam. *Ierem.* 31.a. Et qui disciplinam mortificationis nostræ in Christo asserit, velut tympanum ferit. Vt autem tympanum non habet carnẽ, sed pellem: ita nos quandiu carnei sumus, non sumus tympanum. Et vt tympanum non potest esse contractum, sed extensum: ita nos peccata non contrahant, sed iustitia dilatet. *Psalm.* 80. 149. 150.

Tympanum quia fit de corio, & ad carnem spectat, designare potest s carnalia & temporalia dando pro spiritualibus. *Psalm.* 80.

Tympanum, etiam significat t voluptates aurium; vnde reprehenduntur tenentes tympanum. *Iob.* 21.b. *Isa.* 5.c. 24.b.

Tympanistriæ iuuenculæ, sunt u animæ mortificantes corpus, vt gratum Deo reddat sonum. *Psal.* 67. Tympanum enim fit corio siccato & extento. Possunt etiam designare Prædicatores docentes ex scripturis, qui in pellibus scribuntur.

Tympanizans Dauid, designauit x Christum in cruce extentum & orantem. 1. *Reg.* 21.d. Iuxta Septuaginta.

Tyrannus, Tyrannis.

Populus Iudaicus. Dæmones.

Tyrannus, licèt olim in bonam sumeretur partem, is enim tyrannus dicebatur, qui plenam in subditos habebat potestatem, tamen postmodum solos illos significat, qui per insolentiam imperij viribus abuntur, & vi ac quadam animi libidine dominatur, non iure & legibus æquis.

Tyrannus dicitur y populus Iudæorum, qui contra cœtum Sanctorum Ecclesiæ, pauperem humilem spiritu, contritum corde deiiciendo disceptat. *Iob.* 34.c.

Tyranni etiam dicuntur z dæmones. *Æabac.* 1.c. Et omnis superbus, est tyrannus, & ipsa superbia impij, est eius tyrannis. *Iob.* 15.c. 34.b. 35.b.

Tyro.

Recentes in fide.

Tyro, est nouus miles, & fortis ad militiam exercendam, solent autem dici tyrones aa recentes in fide, hoc est, in militia Christiana. 4. *Reg.* 25. e. 52.f.

Tyrus.

Deus. Gentiles. Hæretici. Philosophi. Persecutores fidelium. Mundus. Genies humanum. Iudæi. Superbia.

Tyrus fuit vrbs Phœniciæ non longè à Sidone, quæ olim fuit insula, sed ab Alexandro Magno coniuncta fuit continenti. Hebraicè dicitur Cor: quæ interpretatur angustia, siue tribulatio, vel obsidio, aut vinculum, vel colligatio, seu plasmatio, aut figuratio, vel fortitudo, aut petra.

Tyrus, hoc est, cor iuxta Hieronymum, bb interpretatur fortissimus, significat Deum. *Psalm.* 44. Filiæ Tyri in muneribus.

Humilitas cognoscentis diuina.
Operimentũ virtutum & operum.
Pudor.
Confessio peccati.

Lex.
Præcepta.
Consilia.
Opus redemptionis.
Voluntas beneplaciti.

Desiderium.

Passio Christi.

Intentio.
Votum.

Cantus Angelorũ in natiuitate.
Doctrina spiritualis.
Gratia.
Consensus in malum.
Conspiratio principum Iudæorum in Christum.
Dæmones tentantes.
Effectus voluntatis.
Adiuentiones hæreticorum.
Humanitas Christi.
Virgo Maria.
Iudæi.

vim compunctionis. Dicitur autem vehemens, quia quantumlibet cognitionem Dei in nobis temperet, aduentu tamen suo, infirmitatis nostræ cæcitatẽ illuminando perturbat. Vehementissimus etiã ventus est *a* Spiritus sanctus exsiccans mundanam sapientiam. *Exo.* 14. *e.* Vehementissimus etiam ventus significare potest interdum quidem auxilium Dei forte & efficax ad liberandum nonnunquam verò grauem iram eius ad puniendum. *Exo.* 10. *e.* 14. *e.*

Vehementissimus imber, *b* Euangelij prædicationem quandoque significat. *Iob.* 38. *c.* Quis dedit vehementissimo imbri cursum? Vehemens abyssus, *c* graues tentationes, aut tribulationes designat. *Isa.* 51. *d.* Idem est ventus vehemens. *Iob.* 1. *d.*

Velare, Velamen, Velum.

Velare, est tegere & operire, Velamen autem est, quo aliquid tegitur, quod & velum dicitur. Velamentum alarum Dei diuinã *d* protectionẽ significat. *Ps.* 60. 62. Est quidem grauis æstus seculi, sed maior est vmbra alarũ Dei.

Velantia Seraphim faciem & pedes Dei. *Isai.* 6. *a.* designabãt *e* prima & nouissima Dei, aut principium & finem Dei incognita nobis esse, sed sola media cognosci. Et quòd ignoratur, quid ante mundum fuerit, quidue futurum sit, sed quæ sunt in mundo cognosci. Velabant etiam Apostoli faciem Dei, quãdo prædicabant diuinitatem Christi, sed non omnibus; & pedes, prædicando humanitatem. Velantia animalia corpus duabus alis. *Exec.* 1. *f.* designabant *f* ex parte occultari nobis diuina, vel per timorem & pœnitentiã tegi peccata nostra, & per amorem Dei & proximi. Velum templi diuidens inter sanctuarium & Sanctum sanctorum, typus est *g* humanitatis Christi, & carnis eius, quæ diuidit Ecclesiam militantem à cœlesti. *Leu.* 4. *a. Hebr.* 9. *a.*

Velum etiam templi, typus *h* erat cœli, quo teguntur supercœlestia. Item elementorum, vnde velum erat quatuor coloribus variegatum. Quæ autem intra velum erant, mundum intelligibilem designabant, quæ verò extra, sensibilem. Designabat etiam obliuionem omnium, quam debet habere, qui ingressurus est ad contuenda mysteria, vt fit in extasi. Item obstaculum mortalitatis nostræ, ne diuina videre possimus. Velamen, quo Moses faciem suam tegebat. *Exod.* 34. *g.* designat *i* literam legis tegentem eius mysteria. Hoc velamen non erat positum Iosuë, sed qui non rectè audiunt, velamen habent positum. 2. *Cor.* 3. *c.* Velum etiam templi, occultationem mysteriorum legis significabat, simul ostendens non omnibus aditum esse ad mysteria, sed solis mundis, *Exod.* 26. *f.* Ideò scissum est in Passione Christi. *Matt.* 27. *f.* Est autem scissum velum exterius. Nam interius claudit cœlestia, intra quod velum non sunt opiniones. Designat etiam velamen impedimenta cognoscendæ veritatis.

Velans Elias faciem suam audito sibilo Dei. 3. *Reg.* 19. *c.* designabant *k* humilitatem cognoscentis diuina, vt quo plura cognoscit, amplius humilietur, vt sapiat ad sobrietatem. Est etiam nil corporale de Deo intelligere.

Velamen interdum designat *l* operimẽtum virtutum, vel bonorum operum, quo quisque tegitur vt ante omnipotentis Dei oculos prauitatis eius fœditas operiatur, *Iob.* 24. *b.* De quo velamine dicitur. *Psal.* 31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata.

Velamen oculorum, pudorem designare videtur. *Gen.* 20. *d.* Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt. Velamentum tabernaculi de pellibus hyacinthinis. *Exod.* 36. *c.* vide *Pellis.*

Velamen super caput, confusionem peccati, aut eius blandimenta designat. *Exo.* 13. *c. Cor.* 11. *b.* Non velans Ezechiel faciem in monte vxoris. *Ezech.* 24. *e.* Innuebat *m* non esse deflendam Hierusalem in eius vltima subuersione.

Velle, Voluntas, Voluntarius.

Velle, dicit actum voluntatis: voluntas autem in homine est potentia appetitiua rationalis, & ipse motus seu actus & studium. Velle autem quandóque est approbare. *Psal.* 50. Si voluisses sacrificium, dedissem. Consentire. *Exod.* 7. *c.* Non vult dimittere populum Consulere. *Gal.* 6. *c.* Volunt vos circumcidi. Delectare. *Gen.* 27. *b.* Sicut velle nouerat patrem illius. Disponere. *Deut.* 1. *c.* Bona res est, quam vis facere. Optare. *Gen.* 22. *b.* Quid vis fili mi? Perficere. *Exod.* 33. *d.* Misetebor cuius voluero. Placere. *Gen.* 24. *g.* Vis ire cum homine isto? Ratione moueri. *Marc.* 14. *d.* Non quod ego volo, sed quod tu. Significare. *Gen.* 21. *d.* Quid sibi volunt septem agnæ? Statuere. *Gen.* 29 *e.* Quid est, quod facere voluisti? Tentare. *Num.* 14. *b.* Lapidibus vellet eos opprimere.

Voluntas Dei, aliquando dicitur obiectum voluntatis eius, hoc est, *n* quæ vult Deus, iuxta illud. *Psal.* 39. Vt facerem voluntatem tuam. Hæc autem sunt lex & præcepta, & consilia, & etiam opera eius miranda, & opus redemptionis, quæ omnia pertinent ad voluntatem, quæ dicitur signi. *Psa.* 115. 101. 142. *Isa.* 56. *a. Matt.* 6. *b.* His adiunguntur gratiæ gratis datæ. Voluntatis Dei vir dicitur, qui eius facit voluntatem. Peculiariter autem filius, in quo sibi complacuit. *Isai.* 46. *d.*

Voluntas Dei, quæ fit, est voluntas, quæ dicitur beneplaciti, quæ *o* est decretum Dei. *Gen.* 50. *c.* Num Dei possumus resistere voluntati? *Isa.* 46. *c. Iob.* 23. *d.* 37. *b.* Dicuntur opera Domini exquisita in omnes voluntates eius, quia in omnibus siue bene agentibus, siue peccantibus implet suam voluntatem. In voluntate autem Dei dicitur esse vita, *p* quia dat gratiam sine meritis, sed non pœnam. *Psal.* 29. Dicitur autem Dominus velle occidere, hoc est, punire æternaliter obstinatos. 1. *Reg.* 2. *e.*

Volens Isaac pulmentum. *Gen.* 27. *a. c.* est *q* Deus volens opera nostra bona.

Voluntas aliquando est *r* desiderium. *Psal.* 33. Quis est homo, qui vult vitam? Sic voluntas Rebeccæ quæsita est ad coniugium, vt designetur neminem, nisi volentem credere. *Gen.* 24. *f.*

Non est voluntas Dei in sacerdotibus veteris legis. *Malac.* 1. *c.* quia *s* illud sacerdotium non erat perpetuum, sed erat cessaturum, adueniente Christo vero sacerdote.

Voluntarium sacrificium fuit *t* Passio Christi, ad quam ipse se obtulit, quia voluit. *Psal.* 53. *Isa.* 53. *c.*

Voluntas aliquando est intentio. *Deu.* 23. *c.* Propria voluntate & ore tuo loquutus es. Voluntariè autem sacrificat Deo, qui eum laudat, non propter aliquid creatum, quod ab eo expectet, sed solùm propter eius voluntatem. *Psalm.* 53. Et voluntaria oris significare possunt, *u* consilia Euangelica quæ quis sponte vouit. Vel designãt spontaneam prædicationem. *Psa.* 118. Et hoc est, voluntarium offerre ad opus tabernaculi. *Exod.* 35. *a.* Voluntaria quoque oris sunt, quæ ore probamus. Alia sunt autem sæpè voluntaria oris, alia beneplacita cordis, quando videlicet alia sunt, quæ mente concupiscimus, alia quæ ore probamus. Voluntaria oris beneplacita facit Deus, quando quicquid placet ex discretione, placet ex delectatione, & sola, libent ex delectatione, quæ licent ex deliberatione. Velle autem dicuntur pauperes spiritu, solùm, quæ recta sunt, *x* quæ illis non negat Christus. *Iob.* 31. *b.*

Voluntaria pluuia fuit, quando nascente Christo cecinerunt Angeli. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Est etiam pluuia voluntaria, *y* doctrina spiritualis: & prædicatio Apostolorum, & gratia, quæ nullis meritis præcedentibus datur. *Ps.* 77. Voluntas Simeon & Leui. *Gen.* 49. *a.* consensum liberum *z* in malum designat, & decretum Scribarum & Sacerdotum in Christum.

Volentes bella sunt *aa* dæmones tentantes, & hæretici contendentes, & mali persequentes. *Psal.* 67.

Voluntas aliquando dicit effectum ipsius voluntatis: & voluntas propria, quę inuenitur in ieiunio, est quum *bb* quis explet desideria carnis, & aliorum vitiorum. *Isa.* 58. *a.*

Voluntates dicuntur, adinuentiones hæreticorum. *Mich.* 6. *d.* quia *cc* non rationem, sed voluntatem sequuntur.

Vellus.

Vellus, dicitur lana ex oue detonsa, videtur dictum à vellendo.

Vellus, quod posuit Gedeon in area, quod fuit prius rore madidum, area manente sicca: postea verò siccum, manente area madefacta. *Iud.* 6 *g.* vt fuit rore madidum significare potest *dd* humanitatem Christi, quæ recepit ros cœleste, descendente Verbo Dei in ipsam. *Psal.* 71.

Vellus etiam designat *ee* beatissimam Virginem Mariam, quæ ita concepit Christum, vt toro eum hauriret corpore, nec eius scissuram corporis pateretur, sed esset mollis ad obsequiũ, solida ad sanctimoniam. Vellus, quia de eius fructu salutaria populis vestimẽta texuntur. Vellus, quia de molli sinu eius agnus egressus est, qui & ipse matris lanitium, hoc est, carnẽ gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum. Sicut autẽ pluuia in vellus descẽdit sine ipsius velleris corruptione & dolore: *ff* Ita ipse rex Christus nascitur de Virgine, sine vlla ipsius virginis corruptione. Postea verò descendet sicut stillicidia stillantia super terram, in cognitionẽ omnis hominis. Vellus præterea prius madefactum, postmodum aridum, *gg* Iudæos significat: qui prius habebant pluuiam

a Gloss. inte. *f.* Exod. 14.
b Hier. *f.* Iob. 38.
c Gr. 2. *m.* 28.
d Au. *f.* ps. 60.
e Ori. *f.* Isa. *h.* 1. Ambr. 3. *de* Spiritu sanct. 22. Hie. epist. Et factum est. Rup. *f.* Is. 28.
f Gre. *f.* Ezec. hom. 7.
g Isy. *f.* Leu. 4. 16. Cyril. 4. *f.* Ioan. 28.
h Gre. Nysse. de vita Mosis. Cle. Alex. 5. strom. Hie. *f.* Ma. 15. Ricar. de S. vict. 4. *de* arc. mystic. 23. Gre. *f.* Ezech. hom. 22.
i Ori. *f.* Exod. ho. 12. & su. Io. hom. & *f.* Cant. hom. 3. Tertu. aduer. Marcio. Phil. de gigantibus Hie. epi. Ignota. vult. Gr. 18. *m.* 23. Cyr. 12. *f.* Ioa. 38. & *de* adorat. *in* Spiritu sanct.
k Ru. 5. *f.* Re. 12.
l Gre. 16. *mo.* 28. Glo. ord. sup. Iob 24.
m Ori. *f.* Eze. 13. Hier. sup. Ezech. 24.
n Au. epi. 59. & 2. ser. dom. *in* monte. Hie. su. Is. 56.
o Gre. 16. *m.* 19. Au. *f.* ps. 110.
p Ba. *f.* ps. 29. Gre. *f.* 1. Re. 2.
q Gloss. ord. *f.* Gen. 37.
r Basi *f.* ps. 33. Glo. inter. su. Gen. 24.
s Hi. *f.* Mal. 1.
t Hil. *f.* ps. 53. Aug. *f.* ps. 53.
u Hil. *f.* psal. 118. Am. *f.* ps. 118. ser. 14. Ric. de Sa. Vi. de exter. mali 25.
x Gre. 21. *m.* 12.
y Ar. & Hil. *f.* ps. 67. Aug. *f.* ps. 67.
z Gloss. inte. *f.* Gen. 49.
aa Hil. *f.* psal. 77. Au. *f.* ps. 67.
bb Hier. *f.* Is. 58.
cc Hie. *f.* Mic. 6.

dd Glo. ord. *f.* Iud. 6. *ee* Ambr. ser. Ber. ho. 2. sup. Missus est. *ff* Ru. *f.* Iu. 10.
gg Ori. *f.* Iud. ho. 8. Chry. *f.* psal. 50. 71. Au. q. in Iud. 49. & *f.* psal. 45. 71. Geor. Vene. Cant. 1. tom. 7. *c. a.* 12.

fidei & donorum Dei: postmodum verò translata fide in aream Gentilitatis, ipsi aridi remanserunt. Vel designat sacrificia Iudæorum: & in istud vellus descendit pluuia: quia in sola Iudæa erat legis & vnius Dei cultura. Vel designabat legem & Prophetas aquam spiritalis doctrinæ continentes. Dicuntur autem vellus Iudæi, vel quia expoliandi fuerant authoritate doctrinæ, sicut ouis expoliatur vellere: vel quia in abdito eandem pluuiam detinebat, quam nolebat præpucio prædicari.

Sacrificia Iudæorum.
Lex & Prophetæ.
Populus.

Vellus aliquando dicitur *a* populus *Psal.* 61. Sicut pluuia in vellus.

Opera.

Vellus quandoque significare potest *b* opera: vt quum separantur oues diuersæ velleris, hoc est, diuersorum operum. *Gen.* 30. *c*.

Velox, vide Accelerare.

Vena.

Deus.

Vena, est conceptaculum sanguinis in animali. Et per translationem venæ in terra dicuntur subterranei meatus, per quos vnda manat, aut alius liquor. Dicimus quoque venas auri, & argenti, aut alterius metalli, vbi scilicet ipsa metalla generantur.

Sacra doctrina.

Vena aquarum viuentium dicitur Dominus Deus, *c* à quo manant aquæ donorum viuæ. *Ier.* 17. *b*.

Venæ argenti *d* initia eloquij designare possunt. *Iob.* 28. *a*. sunt autem libri sacri quasi venæ quædam argenti nobis ad loquendum: quia de ipsis loquutionis nostræ originem trahimus, vt verè & syncerè loquamur. Vena benedicta est doctrina in benedictione Ecclesiæ. *Prou.* 5. *d*.

Diuina inspiratio.

Venæ susurrij Dei, *Iob.* 4. *c*. dicuntur *e* causarum origines, quibus diuina aspiratio ad mentem ducitur. Quasi enim venas susurrij sui aperit, quum nobis Deum latenter insinuat, quibus modis ad nostræ intelligentiæ aures venit. Aliquando enim nos amore, aliquando terrore compungit: aliquando præsentia, quàm nulla sint ostendit: & ad æterna diligenda desiderium erigit. Aliquando prius æterna indicat, vt post temporalia vilescant. Aliquando nostra nobis mala aperit, & ad hoc nos vsque extendit, vt alienis etiam malis condoleamus. Aliquando mala aliena nostris obtutibus obiicit, & compunctos mirabiliter à nostra prauitate nos corrigit. Venas itaque diuini susurrij furtiuè audire, est occultos diuinæ aspirationis modos tenuiter ac latenter cognoscere. Quãuis adhuc, quod susurriũ, vel venas susurrij intelligere aliter valeamus. Qui enim susurrat, occultè loquitur, & vocem non expromit, sed imitatur. Nos ergo quousque carnis corruptione premimur, nullo modo claritatem diuinæ potentiæ, sicut in se incommutabilis manet, videmus, quia acies infirmitatis nostræ non sustinet hoc, quod de eius æternitatis radio super nos intolerabiliter fulget. Cùm ergo se nobis omnipotens Deus per rimas contemplationis indicat, nequaquam nobis loquitur, sed susurrat, & si se plenè non intimat, quiddam tamen de se humanæ menti manifestat. Tunc autem nequaquam iam susurrat, sed loquitur, quum eius nobis species certa reuelatur. Nunc verò diuinum susurrium tot ad nos venas habet, quod creatis operibus ipsa diuinitas præsidet.

Cognitio creaturarum ducens ad cognitionem Dei.

Stimulus peccati.
Insidiæ diaboli.

Venæ corruptæ *f* comparatur iustus cadens coram impio. *Prou.* 25. *d*.

Venæ mortis, *g* dicuntur stimulus peccati, & insidiæ diaboli. *Hos.* 13. *d*. quia per illa inducimur in mortem. Venæ etiam & fons inferni, siue diaboli, sunt *h* omnes causæ incredulitatis, instigantes ad vitia.

Venari, Venatio, Venator, Auceps.

Angeli.
Doctores.

Venari, est feris insidiari, & quasi eas circumuenire, vt capiantur. Venator autem est, qui hunc actum exercet. Auceps verò, qui auibus insidiatur.

Venatores aliquando dici possunt *i* Angeli, in morte videlicet iustorum, eorum quærentes animas, vt eas offerant Deo. Item doctores Ecclesiæ, qui animas à dæmone detentas prædicatione sua ad Deum reuocare conantur. *Ier.* 16. *c*. Venatio autem sunt homines prædicatione saluati, de qua venatione vult comedere Isaac, hoc est, Deus. *Genes.* 27. *a*. Vel ipsa hominum captio per prædicationem, est venatio.

Doctrina.
Bona opera.

Venatio Iacob, dici potest *k* doctrina, quam accepit à Deo, quæ ad ipsum referenda est. Designat etiam bona opera, quibus pascitur Isaac, id est, Deus, *Genes.* 27. *c*.

Diabolus.
Tyrannus.
Hæreticus.
Sectãtes temporalia.
Iudæi.

Venator vix legitur in bonam partem, sed Nemrod, Israël, & Esau fuerunt venatores. & Nemrod robustus venator, typus est *l* diaboli, & tyranni aliorum oppressoris, vnde & proximos venari dicuntur. *Gen.* 10. *b*. *Psal.* 90. 123. *Thre.* 3. *f*. *Amos.* 3. *a*. *Mic.* 7. *a*. Venantes autem nil aliud, quàm carnem quærunt, ideò eos designant, qui nos ad carnalia trahunt. Possunt etiam significare hæreticos in eisdem ferè locis, Venatio ergo est malorum in simplices, quos dolo & fraude circumueniunt, & in peccatum inducere laborant. *Leu.* 17. *d*.

Reducere deceptos ad fidem.

Venator Esau, designat *m* sectatores rerum temporalium, & etiam Iudæos, quorum venatio erant carnales obseruationes legis. *Gen.* 25. *d*. 27. *a*.

Vendere, Venire.

Tradens Deus Iudæos diabolo.
Prædicatio.
Tradi fidem gentibus.
Martyrium.
Deserere omnia vitia.
Subiici doctori.
Confiteri peccata.
Subiici neophyto.
Subiici diabolo.
Prædicantes Christum.
Dans Christus donagratiarum.
Propheta.
Doctores.
Adulatores.
Patientia.
Facere peccare.

Vendere, est sumpto precio rem suam alicui tradere.

Vendere dicitur Deus filios hæreticorum filiis Iuda, *n* quum deceptos ab hæreticis reducit ad fideles. Et ipsi vendunt eos Sabæis, quum eos tradunt doctoribus, *Ioel.* 3. *b*.

Vendidisse dicitur Deus populum suum sine precio. *Psal.* 43. quia tradidit *o* Iudæos diabolo propter eorum peccata: quibus non profuit precium sanguinis Christi.

Vendit sindonem mulier fortis. *Prou.* 31. *d*. quando *p* Ecclesia pro verbis prædicationis, accipit animas gentium conuersarum. Venundari quoque vnguentum trecentis denariis, est tradi fidem passionis Christi gentibus. *Ioan.* 12. *a*. *Mar.* 14. *a*.

Vendere tunicam, est *q* exponere corpus martyrio propter Christum. *Luc.* 22. *d*.

Vendere dicitur omnem substantiam *r* qui deponit omnia vitia. *Matt.* 19. *c*. *Marc.* 10. *b*. *Luc.* 18. *d*. Et vendit omnia, quæ habet, qui abiicit peccata, & vitam veterem: & qui relinquit omnia, vt sequatur Christum: & qui detrimentum omnium facit, vt Christum lucrifaciat, Et qui dat eleemosynas. *Matt.* 13. *f*. *Phi.* 3. *b*. Vendit etiam omnia, qui relinquit fiduciam legis. Vendens etiam dicitur, qui relinquit mundum. *Ezech.* 7. *d*.

Subiici diabolo.

Venditur primogenitum immundum, *s* quum peccator traditur alicui crudiendus. *Leu.* 27. *d*. Et vendit se pauper fratri suo, quum peccator & ignarus se subiicit doctori, vt instruatur, & à spirituali necessitate subleuetur. Item qui confitetur alteri peccatum suum, vt absoluatur. *Leuit.* 23. *f*.

Vendit se aduenæ aut peregrino: *t* qui se subiicit instruendum recenti in fide: quem potius ipse deberet instruere: Vel qui peccando subiicit se diabolo. *Leu.* 25. *g*.

Venduntur domus sine muro iure agrorum. *Leu.* 25. *e*. quia *u* ex quo Dominus venit, vsque ad secundum eius aduentum, per partes Gentes redimuntur, & per remissionem cuadunt, quam ipse omni generi humano per crucem applicauit.

Vendentes Ismaëlitæ Ioseph in Ægypto, designant *x* prædicantes Christum mundo, qui tamen venditos redemit. *Gen.* 37. *g*. *Amos*, 2. *c*.

Vendere triticum, est *y* proponere verbum Dei pro labore. Et vendi frumenta ad nutum Ioseph, est distribui toti mundo dona gratiarum per Christum precio fidei. *Gen.* 41. *g*. 42. *a*. 47. *c*.

Venditores aretum, & olei, sunt *z* Prophetæ. Venditores etiam olei, sunt doctores, & indigentes misericordia, & præterea *aa* adulatores, qui pro laudibus mercedem accipiunt. *Matt.* 25. *b*.

Vendere bouem viuum, est *bb* pœnitentiæ subiicere eum, qui peccauit. *Exod.* 21. *d*

Vendere bouem, vel ouem dicitur, *cc* qui tradit aliquem hæreticis, aut dæmonibus. Vendit etiam hominem, qui eum obnoxium diabolo facit. Eodem referri possunt vendere filiam, aut ancillam alieno populo. *Exod.* 21. *a*. Vendentes etiam pastores oues, *dd* erant sacerdotes Iudæorum facientes errare populum, & lucrum ab eis percipientes. *Zach.* 11. *a*. Vendi etiam dicuntur Sabæis, qui traduntur dæmonibus, *Ioel.* 3. *b*.

Iudæi.

Vendentes Tyrij & Sidonij filios Iuda filiis Græcorum, *ee* fuerunt Iudæi, qui persequentes Apostolos & fideles, fecerunt eos transire ad Gentes, *Ioel.* 3. *b*.

Mali viuentes in Ecclesia

Vendentes & ementes in templo, *ff* sunt malè viuentes in Ecclesia. *Matth.* 21. *b*. Item alienantes à se quicquid habebant boni. Designantur etiam cogitationes, mala in anima quasi negociationem exercentes, vendentes quoque sunt, qui sua quærunt, non quæ Iesu Christi, *Ioan.* 2. *c*. vendere etiam possessiones suas dicitur, qui peccat

a *Eue. for. spi.* 8.
b *Gloss. ord. s. Gen.* 30.
c *Hie. s. Iere.* 17.
d *Gre.* 18, *m.* 14. *Bed. s. Pro.* 5. *eGr*, 5 *m.* 20.
f *Bed. s. Prou.* 25.
g *Hie. s. Hose.* 13.
h *Rup. s. Hos.* 13.
i *Ori. s. Ier. ho.* 12. *Hie. s. Ier.* 15. *& epi. ad Dama. q.* 3.
k *Phi. de sacr. Abel. & Cai*
l *Gre. s. Ezec. hom.* 6. *Ori. s. Cant. hom.* 3 *Hie. s. psa.* 90. *& s. Mich.* 5. *& s. Is.* 22. *Gre.* 6. *m.* 19. *Ber. ser.* 3. *su. qui. habi. Isy. s. Leu.* 17.
m *Gre.* 5. *mo.* 7. *Bed. s. Ge.* 27.
n *Hie. s. Ioe.* 3.
o *Hie. s. ps.* 43
p *Bed. s. Prou.* 31. *Am. s. Luc.* 7.
q *Amb. s. Luc.* 22.
r *Ori. s. Matt. ca.* 15. *& ho.* 15. *Hil. s. Matth. Can.* 12. 9. *Aug.* 1. *qu. in euang.* 12. *Hie. s. Ezec.* 7.
s *Isyc. s. Leuit.* 25. 27. *Ru.* 2. *s. Leuit.* 43.
t *Isyc. s. Leui.* 25. *Rup.* 2. *s. Leu.* 44.
u *Isyc. s. Leu.* 25.
x *Am. de Ioseph.* 4.
y *Am. de Ioseph.* 7.
z *Orig. s. Leu. hom.* 4. *& s. Mat. ho.* 32.
aa *Hil. s. Mat. Can.* 27. *Au.* 83. *qu.* 79. *& epist.* 120. *& de ver. domi. serm.* 22. *Gre. hom.* 12.
bb *Gl. inte. s. Exod.* 21.
cc *Glo. inte. s. Exod.* 22.
dd *Ru. s. Zac. & s. Ioe.* 3.
ee *Rup. s. Ioe.* 3.
ff *Ori. s. Mat. b.* 15. *& s. Le. ho.* 25. *Isy. s. Leu.* 25. *Rup.* 2. *s. Leu.* 42.

Digitized by Google

Vendere gratiam Spiritus ſancti. Tradere Eccleſias malis. Iniungere virtutum opera. Auari.

Ambitioſi.

Tradi pœnæ æternæ. Iudas & Iudæi vendentes Chriſtum. Seruitus viri ciuilis ob gloriam inanem. Venale habẽs euangelium. Præponere legem gratiæ. Neglectus virtutum. Vſurpantes dignitates.

Chriſtus. Prædicator. Hæretici. Calumnia. Hæreſes. Dæmones.

Inſpiratio diuina. Docens Deus.

Incarnatio Chriſti.

Aſcenſio Chriſti. Chriſtus ſubiiciens ſe legi. Tempus paſſionis Chriſti.

Veniens Chriſtus ad Eccleſiam.

Gen. 47.e. Leu. 25.d. vænire duos paſſeres aſſe, eſt *a* paruo fieri ſeruum peccati, *Matth. 10.d.* Idem eſt de quinque paſſeribus, *Luc. 12.a.* venditum eſſe ſub peccato, eſt, vel ex Adam, qui primus peccauit, originem trahere, vel proprio delicto ſubiectũ fieri peccato. Et dicuntur venundari gratis, qui ſponte peccant, *Iſ. 41.d. 50.a. 52.a. Ro. 7.c.*

Vendere dicuntur columbas, qui *b* vendunt gratiam Spiritus ſancti. Columbas enim vendere, eſt de Spiritu ſancto, quem Deus omnipotens conſubſtantialem ſibi per impoſitionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere: vendunt etiam columbas, qui tradunt ſimplices principibus malis, & qui tradunt Eccleſias auaris, tyrannicis, indiſciplinatis, & irreligioſis Epiſcopis, aut presbyteris, & etiam, qui pro mercede tradunt doctrinam, & qui pro mercede accipiunt honorem *c* & inanem gloriam, *Matt. 21.b. Luc. 19.g. Ioan. 2.c.*

Vendere dicitur poſſeſſiones, *d* qui virtutum opera iniungit alicui, iuxta numerum annorum iubilei, id eſt, iuxta virtutem vniuſcuiuſque, *Leu. 25.b.*

Non venundantur primitiæ Leuitarum, *Exec. 48.b.* quia *e* quæ ſanctificata ſunt Domino, non ſunt eorum, quibus data ſunt, ſed eius, cuius nomine poſſidentur.

Vendere dicuntur puellas pro vino, *f* qui turpis lucri gratia non corripiunt delinquentes, *Ioel. 3.a.* Et vendunt quiſquilias frumenti, qui nec leuem doctrinam paruiſque momenti gratis dare volunt, *Amos, 8.a.* vendunt pecora, qui lucrum quærunt etiam ex hoc, quod alios in errorem induxerunt, *Zach. 11.a.* Et venditores Saba, deſignant eos, qui omnia faciunt lucri, aut gloriæ cauſa. *Ezech. 27.d.*

Vendidiſſe dicitur Niniue meretrix gentes in fornicationibus ſuis, *Nah. 3.a.* quando *g* mundus ea facit amare, quæ odiſſe oportebat: & deteſtari, quæ amare expediebat.

Venundari, aliquando eſt *h* pœnæ æternæ tradi, *Exod. 22.a.* Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem: & occiderit & vendiderit.

Venundari vxorem & filios ſerui debitoris, *Matt. 18.c.* eſt *i* auferri dignitatem ab eo, qui malè ipſa vſus eſt.

Vendentes fratres Ioſeph ipſum Ioſeph Iſmaëlitis, deſignant *k* Iudæos vendentes Chriſtum Gentibus. *Gen. 37.f. 41.a. Pſa. 104.* vel potius ipſi ſunt typus Iudæ, Iſmaëlitæ verò ſacerdotum & Scribarum, qui tradiderunt eum Pilato. Ideò in prima venditione exprimitur precium: non in ſecunda. Deſignatur etiam hoc, *l* quod viri ciuiles ſeruiunt multis, quaſi venditi, ob inanem gloriam. Vendere etiam dicitur quiſpiam fratrem ſuum, *m* qui venale habet Euangelium & ſacramenta: vnde adhæret illi plaga lepræ, *Deu. 24.b.*

Vendens Eſau primogenita pro lentis edulio, *Gen. 25.d.* deſignat *n* Iudæos præponentes carnalem legis obſeruationem gratiæ noui teſtamenti. Ideò ablatum eſt illi regnum Dei.

Vendidiſſe dicitur Laban filias ſuas, deſignans *o* ignauum, qui negligit virtutes, *Gen. 31.b.*

Vendicare.

Vendicare, eſt ſibi aliquid appropriare, ſibique ſumere, vt Core vendicabat ſibi ſacerdotium, deſignans vſurpantes dignitates Eccleſiæ, *Num. 6.b.*

Venenum, Veneficus.

Venenum dicitur medicamentum, quod naturam eius, cui adhibitum eſt, mutat, vel in bonum, vel in malum, ſed peculiariter dicitur de his, quæ mortem, aut nocumentum inferunt. Veneficus autem eſt, qui ipſum conficit medicamentum, aut conſultò miniſtrat.

Veneficus, incantans ſapienter, dicitur *p* Chriſtus, qui prædicatione ſua conuertit animas, & etiam quilibet bonus prædicator, *Pſal. 57.*

Venefici ſunt, *q* qui cum blandimento quodam, & fraude domos ingredientes, captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quod præcipuè dicitur de hæreticis. Et venenum aſpidum deſignat calumnias, circumuentiones & hæretica dogmata, *Pſal. 13. 129. Rom. 3.c.*

Venenata animalia dicuntur *r* dæmones, qui aſpides, & ſerpentes, & ſcorpiones dicuntur, *Pſalm. 90. Sap. 16.b. Luc. 10.c.*

Venerari, Venerabilis, vide Honorare.

Venia, vide Remittere.

Venire, Aduenire, Confluere.

Venire propriè dicitur de eo, qui verſus nos mouetur, vel ad nos accedit, licèt ſæpè accipiatur pro ire. Eſt etiam adeſſe, *Gen. 6.b.* Finis vniuerſæ carnis venit. Admitti, *Deut. 28.a.* Venient ſuper te vniuerſæ benedictiones. Afferri, *Iob. 37.d.* Ab Aquilone aurum venit. Apparere, *Gen. 49.b.* Donec veniat, qui mittendus eſt. Audire, *Gen. 19.f.* veni inebriemus eum vino. Comitari, *Num. 10.c.* veni nobiſcum, vt benefaciamus tibi. Contingere, *Gen. 27.f.* venient dies luctus patris mei. Conuerſari, *Pſal. 104.* Donec veniret verbum eius. Deſcendere, *2. Reg. 1.c.* Nec ros nec pluuia veniat ſuper vos. Imminere, *1. Paral. 16.c.* quia venit iudicare terram. Nauigare, *Num. 24.d.* venient in triremibus de Italia. Occurrere, *Num. 22.f.* Ego veni, vt aduerſarer tibi. Peruenire, *Gen. 11.d.* veneruntque vſque Haran. Reuerti, *Gen. 8.b.* At illa venit ad veſperum portans ramum oliuæ. Imitari, *Matth. 4.c.* Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. Succedere, *Iud. 6.f.* Antequam lux craſtina veniat. Tranſire, *1. Mach. 6.d.* Et venerunt per Idumæam.

Venire dicitur Deus *ſ* per ſigna, quæ operatur: & etiam per inſpirationem, *Exod. 20.d.* Et venit Dominus, quum præſentia gratiæ corda electorum tangit: vel etiam quum in dulcedine contemplationis mentem illuſtrat, *1. Reg. 3.b. Iob. 9.b.* vbi etiam venire dicitur Deus, quando homini innoteſcit, venit quoque Filius hominis in regno ſuo, quando perfecta & ſublimi intelligentia perficitur, *Matth. 16.d.* venit quoque Ieſus mittere gladium, *t* hoc eſt, docere verbum Dei, *Matt. 10.d.*

Aduentus Chriſti varius ponitur ab Origene, *ſuper Matt. hom. 27.*

Veniens Iſaac in occurſum Rebeccæ, deſignauit aduentum Chriſti ad Eccleſiam per incarnationem: & acceſſum eius ad ſe inuocantes, *Gen. 24.g.* Et venit, qui mittendus eſt, quando venit Chriſtus, *Gene. 49.b.* Et venit Dominus ad Moſen in caligine nubis, quando venit Chriſtus nube carnis obtectus, *Exod. 19.b. Iſa. 35.b. 50.a.* venit quoque in nubibus, *u* hoc eſt, in ſcripturis Apoſtolorum & Prophetarum, *Matt. 24.c. 26.f. Leu. 21.e.* Et venit peregrinus ad diuitem, quum verbum Dei factum eſt caro, *2. Reg. 12.a.* venire quoque miſericordiam Dei, eſt Chriſtum incarnari. *Pſal. 118.* Et venit Samaritanus ſecus vulneratum, *x* quum factus eſt Chriſtus compaſſionis noſtræ ſuſceptione finitimus, & miſericordiæ collatione vicinus, *Luc. 10.f. Ierc. 17.a. Ezec. 21.f.* Et venit nomen Domini de longinquo, quum venit Chriſtus in primo aduentu, diu & quaſi impatienter deſideratus, *Iſai. 30.f.* Et venit dilectus in hortum ſuum, hoc eſt, *y* in vterũ virginis: vel *z* ad Eccleſiam, vel ad animam, venit autem ſaliens in montibus, & tranſiliens colles, *Cant. 2.b.* venire dicitur viſio, *aa* quum apparuit Chriſtus, qui fuerat antè præuiſus & promiſſus, *Haba. 2.a.* Et venit Deus ab Auſtro, quando venit Chriſtus à ſplendore patris, *Hab. 3.a. Agg. 2.b. Zach. 9.b.* Et venit Dominus ad templum ſanctum ſuum, hoc eſt, ad Eccleſiam. Et dies aduentus eius cogitari vix poteſt. *Mala. 3.a.* venit in propria, quum *bb* per incarnationem venit ad Iudæos, *Ioan. 1.a.* venit Iudas ad tondendas oues, *Gen. 38.c.* Chriſtus ad exonerandas animas à peccatis.

Veniens Moſes ad Dominum, eſt *cc* Chriſtus incarnatus ad Patrem accedens, *Exo. 3.a.* venit Chriſtus de Edom, quum à terra aſcendit in cœlum, *Iſa. 63.a.*

Veniens Ioſeph in Sichen, quærens fratres ſuos, deſignauit *dd* Chriſtum ſubiicientem ſe iugo legis, *Gen. 37.c.*

Veniens dies, quo immolauit Elcana, *1. Reg. a.* deſignauit *ee* aduentum temporis paſſionis Chriſti. Et venit Chriſtus in profundum maris, quando venit ad mortem, *Pſal. 86.* Et venit de Sina ad nos: *ff* quia per tentationem paſſionis contulit nobis ſalutem, *Deut. 33.a.* Et venit ad puteum, hoc eſt, ad labores profundos miſeriæ humanæ, *Ioan. 4.a.* Et venit Deus ab Auſtro, quum Chriſtus ex feruore charitatis paſſus eſt, *Haba. 3.a.* venire quoque ſcandala, fuit pati Chriſtum, *Matt. 18.a.* venientes autem Ziphæi ad Saulem, vt traderent illi Dauid, deſignant Iudæos tradentes Chriſtum Herodi, & Pilato, *Pſal. in titulo.*

Venit Dominus, vt ſtet *gg* in prædicationibus Eccleſiæ, deſerendo ſynagogam, *1. Reg. 3.b.* Et venit in fines Iudææ trans-Iordanem, quando, vt ceſſaret lex, inſtituit Baptiſmum, *Matt. 19.a.* veniens autem Dauid in domum Abimelech, deſignauit Chriſtum, venientem in Eccleſiam, *Pſal. 51. in titulo.* Et venit dominus ad templũ ſanctum

TTT 2 ſuum,

a *Hil. ſ. Matt. cant. 10. Ambr. ſ. Luc. 12. & ſ. Rom. 7. & de Io. 4.*
b *Ori. ſ. Mat. h. 15. & ſ. Lu. hom. 38. Gre. 4. Re. epi. 51. Hil. ſ. Matth. can. 21.*
c *Hie. ſ. Mat. 21. Aug. ſ. Ioan. tra. 10.*
d *Iſyc. ſ. Leu. 25.*
e *Hie. ſ. Ezec. 48.*
f *Hie. ſ. Ioe. 3. & ſ. Amos 8. & ſ. Zac. 11. & ſ. Eze. 27.*
g *Hie. ſ. Nah. 3.*
h *Glo. inter. ſ. Exod. 22.*
i *Ori. ſ. Matt. hom. 7.*
k *Arno. ſ. pſa. 104. Ambr. de Ioſeph. 3. Tert. adu. Iudæos. Bed. ſ. Ge. 37.*
l *Phil. de Ioſeph.*
m *Ru. 8. ſ. Ge. 27. & ſ. Deu. 30.*
n *Bed. ſ. Gen. 25.*
o *Am. epi. 4.*
p *Ar. ſ. pſ. 57.*
q *Iſyc. ſ. Leu. 19. Ori. ſ. Ro. 3.*
r *Baſi. ſ. pſ. 28*
ſ *Gre. ſ. 1. Re. 1. & 9. m. 10. Ori. ſ. Matth. hom. 3. Hie. ſ. Iob. 9.*
t *Hil. ſ. Matt. can. 10. Ori. ſ. Matth. ho. 30. 35. & ſ. Luc. ho. 34.*
u *Amb. ſ. Luc. 10. 21. & ap. Dauid. 5. & ſ. pſ. 118. ſer. 6.*
x *Hie. ſ. Ie. 17 & ſ. Eze. 21. & ſ. Iſa. 30.*
y *Ru. ſ. can. 4.*
z *Gre. ſ. Can. 2. Ber. ſ. cant. ſer. 53.*
aa *Hie. ſ. Hab. 23.*
bb *Chr. ſ. Ioa. ho. 9.*
cc *Hier. ſ. Iſa. 63.*
dd *Glo. inte. ſ. Gen. 37.*
ee *Gr. ſ. 1. Re. 1. Hil. ſ. pſa. 52. 78. & ſ. Mat. cant. 8.*
ff *Aug. qu. in Deut. 56. & 83. qu. 64. & ciu. Dei. 32.*

gg *Gre. ſ. 1. Reg. 3 Ori. ſ. Matth. hom. 7. Hil. ſ. pſal. 51. Amb. 5. de ſacra. Hier. ſ. Iſa. 17.*

Digitized by Google

suum,hoc est,ad Ecclesiam,vel animam,*Mala.*3.*a.*Aduenire etiam dicitur regnum Dei,quum quis in gratia constituitur,vt in eo regnet Deus,*Luc.*11.*a.*Et venit pax iusti,quum habemus pacem,quam nobis reliquit Christus, *Isa.*17.*a.* *Dans gratiã.*

Veniens Christus ad Iudæos. Veniens Dauid in domum Abimelech,designat *a* Christum venientem ad Iudæos, *Psal.* 51.*in tit.* venit autem Christus ad Iudæos,& non erat vir,quia tenebræ ipsorum non eum comprehenderunt, *Isai.*50.*a.* Et venit ad synagogam,quando venit ad prædicandum Iudæis,*Matth.* 12,*e.* venit quoque Iesus quærens fructum in ficu.*Matt.* 25.*b.*quia exigit bona opera à populo circumcisionis: & etiam à singulis fidelium, venit autem Dominus tertio ad ficum,quia naturam humani generis ante legem,sub lege,sub gratia,expectando,admonendo,visitando requisiuit,*Luc.*13.*b.*Dicitur etiam venire per tentationes, quum nos tentari permittit. *Exigens Christus bona opera. Permittens tentari.*

Aduentus Christi ad iudicium. Veniens dominus vineæ,est *b* Christus veniens ad iudicium,*Matt.*21.*f.*venit quoque sponsus,hoc est,verbum ad animam & venit,dum irent emere, quia in morte, aut in iudicio occurrit improuisus, venit autem, vt ponat rationem,&c.*Matt.*25.*a.* Et venit supra mare,ostendens aduentum suum ad iudicium in nubibus, *Matt.*14.*d.*veniet autem Dominus,vt ignis,vel in igne in iudicio, & veniet vt congreget cogitationes & opera,quia de vtrisque iudicaturus est,*Isai.*66.*e.*veniet autem tunc tempus putationis,vt auferantur mali:*Cant.*2.*c.*veniet autem Sol, quum Christus veniet ad iudicium, *Iob.*8.*c.* veniet quoque nomen domini de longinquo , Christus videlicet ad iudicium postquam diu & patienter sustinuit peccatores. Et dicitur venturus in fortitudine, & citò,*c* quia improuisus,*Isai.*30.*f.*51.*e.Mich.*4.*c.*Et veniet visio,hoc est Christus in iudicio,vt Dei iustitia videatur, & cognoscatur, *Haba.*2.*a.* Et veniet cum omnibus Sanctis.*Zach.*14. *a.* venire autem dicitur tunc gladius in Ægyptum, quia veniet Christi sententia in mundum, *Ezec.*30.*a.* Et veniet malis conturbatio super conturbationem quia post sententiam iudicij detrudentur in infernum, *Ezech.*7.*g.* Et veniet dies domini quasi vastitas è potente,quia grauis erit vindicta,quæ vitari non poterit,*Ioel.*1.*d.*Et veniet quasi caminus, *Mala.*4.*c.* venit quoque de longè calamitas, quia multo antè Deus comminatur,quam puniat,*Isa.*10.*a.*venire autem in iudicium , est *d* condemnari: sic iustus non veniet in iudicium,*Ioan.*5.*d.*veniet tunc maledictio diligenti eam,*e* quia propter merita vnusquisque condemnabitur.*Ps.*108.Deueniunt autem ad nihilum tanquam aqua decurrens,*f* mali , quia peribunt,in inferno semper tamen manentes, *Psal.*57. Et veniet ira Dei in malos propter peccata,*Colos.*3.*b.*Et veniet illis dies Domini quasi vastitas,*Isai.*13.*a.*63.*b.*venire etiam dicitur super aliquem sanguis eius,quum recipit pœnam peccati,*Hos.*12.*b.*Et venit malum super Babylonem,quando venit mundanis punitio æterna,*Isa.*47.*c.* *Condemnatio malorum.*

Venire dicitur Iesus in domum suam,*g* quando regreditur ad interiorem quietem,*Matt.*13.*g.*

Succurrens Christus. Venit Iesus ad discipulos supra mare , quando succurrit in tribulationibus, *Matt.* 14.*d.*Sic venit auxilium in domino.*Ps.*120.Et venit Iesus ad monumentum quum venit remissio peccatorum,& defunctorum vita.*Ioan.*11.*f.*

Non venit Dominus vocare iustos,est hoc *h* eos,qui se iustificant,*Luc.*5.*f.*

Aduentus Spiritus sancti. Venit spiritus auferens ab Aquilone,*Ezec.*1.*a.*quando *i* venit Spiritus sanctus, vt deleat peccata, quæ sunt ab Aquilone.Et venit quasi fluuius violentus in Pentecoste,*Isai.*59.*d.*Et venit & vadit spiritus, quando vnum relinquit,& in alio requiescit,*Ioan.*3.*a.*

Veniunt angeli Sodomam vespere,& non Christus, *Gen.*19.*a.*quia *k* vbi gratia largienda est , venit Christus: vbi verò seueritas exercenda,soli adsunt ministri.

Venire ad fidem. Veniens Abraham in terram,quam monstrat Dominus designat *l* venientes ad fidem.*Gen.*12.*a.Psa.*45.*Isai.*2.*a.* *Ioan.*6.*a.*venire etiam aut non venire vxorem ad Isaac,est accipere aut non accipere fidem,*Gen.*24.*a.*Et venientes cameli ad Isaac,sunt Gentiles per fidem venientes ad Christum,*Gen.*24.*g.*

Conuersio peccatorum. Veniens frater minimus ad Ioseph,est Paulus suscipiens fidem,venientes autem fratres Ioseph ad ipsum , designarunt conuersionem Iudæorum,*Gen.*45.*d.*veniens autem cuncta Ægyptus ad Ioseph, sunt Gentiles ad Christum venientes,*Gen.*47.*c.*Ipsi quoque sunt venientes de longè. *Isa.*60.*a. Haba.* 1.*b.* venit quoque regina Austri à finibus terræ,quando *m* venit Ecclesia ex omnibus Gentibus,*Matt.*12.*d.Luc.*11.*d.*Et venit accola,hoc est,Gentilis ad Ecclesiam,*Isa.*57.*d.*venientes quoque ab extremo terræ,sunt *n* contemptibiles mundi ad fidem conuersi , *Iere.* 16.*d.* Et veniens Simeon in spiritu in templum,designat eum, qui ductus Spiritu sancto intrat per fidem in Ecclesiam,*Luc.*2.*d.*Et venientes discipuli Ioannis ad Christum sunt à lege transeuntes ad Euangelia. *Matt.*14.*d.*venientes quoque volucres cœli ad habitandum in ramis sinapis sunt Gentes venientes ad fidem,*Matt.*14.*d.* Tunc etiam dicitur venire omnis caro ad Deum, quando omnes, qui vocati sunt , veniunt ad fidem : licet non omnes sint electi, *Psal.*54.*Isa.*66.*f.* veniens quoque generatio,est Gentilitas veniens ad fidem, *Eccl.*1.*a.* Et fluunt populi ad montem domini, quum veniunt ad fidem, *Mich.*4.*a.* venit aurum ab Aquilone , quum Sancti fiunt ex his qui veniunt ab infidelitate, *Iob.*37.*d.* Et veniunt de Babylone , qui *o* recedunt à confusione mundi & peccatorum ad fidem,*Zach.*6.*c.* veniunt quoque de terra Aquilonis, qui deserunt statum peccati, & veniunt ad Sion, hoc est, ad Ecclesiam per fidem & pœnitentiam,*Iere.*3.*f.Isa.*27.*d.*49.*d.* venit gloria Libani ad Sion, quum eloquentes & docti Gentilium conuertuntur, *Isa.*60.*c.*Et veniunt ab ortu Gentes,quum baptizantur,*Isa.*41.*g.*49.*d.* Et veniunt ad Deum vel ad Christum,*p* qui credendo bene operantur, *Iob.*17.*c.* venit etiam filius prodigus ad patrem per pœnitentiam.Tunc autem venit, quando à porcorum pastione recessit, *Luc.*15.*d.* venit etiam amicus de via , quum aliquis venit ad fidem,cupiens erudiri , *Luc.*11.*a.* veniens quoque Nahaman ad Elisæum , designat Gentiles venientes ad fidem,4.*Reg.*5.*b.*venientes quoque Ismaëlitæ ad Galaad, *Gen.*37.*e.* sunt *q* Gentiles venientes ad fidem, odorifera remedia suscipientes.Ad hæc referri possunt venientes fratres Ioseph de terra Chanaam ad ipsum Ioseph cum duobus filiis ad patrem,*Genes.*47.*a.*48.*a.*veniens quoque Iacob in terram Orientalem, *Genes.*29. *a.* designat accessum ad gratiam , vel ad baptismum , venire etiam dicitur finis vniuersæ carnis , aut omnis hominis, *Gen.*6.*b.*quum venit tempus baptismi,in quo carnales fiunt spirituales.

Reges Magi. Venientes Abimelech.Ochozath,& Phicol ad Isaac gratia pacis, *Gen.*26.*f.* designant *r* Magos venientes ad fidem.Eosdem designant venientes legati ex Ægypto,*Psal.*67.

Neglectus vocationis. Venire nolentes ad nuptias,*Matt.*22.*a.*designant *s* negligentes vocationem Prophetarum, quod præcipuè fuit in Iudæis,qui peculiariter vocabantur.

Venire ad fœlicitatem. Confluere dicuntur ad bona Domini,*t* qui veniunt ad fœlicitatem,vel etiam ad Ecclesiam,*Ier.*31.*b.*Qui etiam venire dicuntur in Sion cum laude , *Isa.*35.*d.* Et venientes cum exultatione sunt , qui ad cœlestem patriam veniunt,venit quoque vsque ad solium Dei, *u* qui ad cœlestium spirituum societatem peruenit, *Iob.*23.*a.* venit autem immutatio iustis,quando resurgent cum corpore glorioso, *Iob.*14.*c.*

Transitus à contemplatione ad actionẽ. Venire sponsam iubet sponsus, *Cant.*2.*c.* vt videlicet *x* transeat à contemplatione ad actionem : quod non fit, nisi ipso ducente.

Defectus verbi Dei. Non venit pluuia super terram,*y* quando deficit verbum Dei,*Ier.*14.*a.*

Confessio peccatorum. Venire foras dicitur Lazarus,quando *z* peccator nequitias suas sponte confitetur,*Ioan.*11.*f.*venire quoque dicuntur in fletu,*Ier.*31.*d.*qui *aa* conuertuntur per pœnitentiam , vel de quibus dicitur : Euntes ibant & flebant.

Venire paruulos ad Christum,iubentur discipuli non prohibere,*Matt.*19.*b.*quo designatur *bb* non contemnendam esse simplicem rudium notitiam.

Laudantes angeli Deum, & gerentes curam hominum. Venire dicuntur Angeli,vt statent ante Deum, *Iob.* 2.*b.* quum *cc* ex consideratione diuinorum beneficiorum humano generi collatorum,se accendunt & incitant ad laudandum Deum,venit etiam militia belli de terra procul,*Isa.*13.*a.*quando Angeli *dd* descendunt de cœlo ad terram, ad gerendam curam hominum:vel prædicatores à contemplatione ad prædicationem.

Amare & orare Deum. Venire dicuntur ante Deum homines, *Iob.*1.*b.* quando *ee* cum maiori deuotione atque studio animas suas effundunt ante Deum in oratione:sicut Anna mater Samuelis. Sic venit Moses ad Deum. *Exod.*3.*a.* qui designauit Ioannem Baptistam:venire autem dicuntur ad Deum,qui mente ad ipsum accedunt,*Psal.*35.*Isa.*55.*a.* Et veniunt ad Christum,qui amore & imitatione ad ipsum accedunt,*Matt.*11.*b.*Sic venit Petrus ad Christum super aquas,*ff* quia ipsum imitatus est in passione,*Matt.*14.*c.Ioan.*7.*f.*venit quoque oratio ad Deum,quum illi est accepta, *Ion.* 2.*d.*Et venit ad eum clamor,quando ipse exaudit,*Psal.* 101.

Contemplatio Venire ad solemnitatem , est ad æterna gaudia celebranda occurrere, *Thre.*1.*b.* Et venire ad montem Dei , est

ad sublimem

a *Hie.& Au. s.ps.*51.*Ori.s. Matt.ho.* 35. *Hil.s.Matth. cant.*12.*Gre. hom.*31.
b *Hil.s.Matt. cant.*14. 22. *Ori.s. Matth. hom.*32. *Hie. s.Isa.*66. *Gre.s.Can.*2. & 8.*mo.* 33.
c *Hie.s.Is.*30. & *s. Hab.*2. & *s.Eze.*30.
d *Au.s. Ioan. tra.*22.
e *Ar.s.ps.*108
f *Hil.s.ps.*57
g *Ori.s.Matt. cap.*13.*Ori.s. Mat.cap.*14.
h *Am.s. Luc.* 5.
i *Ori.s.Exod. ho.*1. *Hie.s.Isa.*59. *Gre.s.*1. *Reg.* 16.
k *Amb.* 1.*de Abra.*6.
l *Au.s.ps.*45. & *s.Ioan.tra.* 25.*Hie.su.Is.* 54. 60. & *s. Eccl.*1.
m *Hil.s.Mat. can.*13.14.& *s.ps.*64.
n *Ori. ho.*12. *s.Iere.*
o *Hier.s.Zac.* 6.& *s.Ier.* 3. & *epist.beat.*
p *Gre.*13.*mo.* 19. *Au.de ver.do mi.ser.*29.
q *Gloss.int.s. Gen.*37. *Ori.s.Rom.*3.
r *Ori.s. Gen.* 14. *Hil. & Aug. s.Psa.*67.
s *Ori.s.Matt. hom.*20.
t *Hie.s.Ie.*31. & *s.Isa.*35. *Au.s.ps.*125.
u *Gre.*16.*mo.* 14.& 12.*m.* 9.
x *Ber.s. cant. ser.*58.
y *Hie.s. Iere.* 14.
z *Ambr.*2.*de pœni.*7. *Gre.hom.* 26.
aa *Hier.s.Ier.* 31.
bb *Ori.s.Ma. ho.*17.
cc *Or.s.Iob.*1. *Gre.* 2. *mo.*3.
dd *Hie.su. Is.* 13.
ee *Or.s.Iob.*1.
ff *Hil.s.Mat. can.*14.

Digitized by Google

ad sublimem diuinorum intelligentiam ascendere, *Exod.* 3. *a*. Et veniens Saul ad excelsum, postquam prophetauit, *a* designat reditum prædicatoris ad contemplationem, postquam prædicauit, 1. *Reg.* 10. *c*. veniens arca in agrum Iosue, designat ascendentem ad amœnitatem contemplationis, 1. *Reg.* 6. *c*. venire quoque ad quercum Thabor, est transire per contemplationem, 1. *Reg.* 10. *a*. venire autem in sanctam ciuitatem, est habere conuersationem cœlestem. *Matth.* 26. *f*. venientes quoque discipuli trans fretum, sunt à carnalibus, ad spiritualia transeuntes, *Matt.* 16. *a*.

Illustratio mētis.

Aduenientes vigilia matutina, designat appropinquans tempus lucis, *Exod.* 14. *f*. Aduenit autem lux, *b* quando afflicta mens ipsas, quas de perituris rebus tribulationis tenebras patitur, agnoscit: quia nisi aliquid ex lumine interno perciperet, ne hoc ipsum, quod lumen perdiderat, videret, *Iob.* 36. *d*. Aut venimus ad Christum tanquam turbæ, & per parabolas nos reficit, ne deficiamus, aut assidemus ei: & multo amplius illuminamur, aut accedimus tanquam Apostoli, & aperiuntur nobis secreta: aut in montem ascendimus cum Christo, & patris vocem audimus.

Bene operari.

Venire dicuntur in conspectu Domini, *c* qui bona exercent opera, *Leu.* 12. *b*. *Psal.* 33. *Isa.* 21. *c*. Sic vocatur sponsa, vt veniat passibus amoris, *Cant.* 2. *d*. Inuitatur etiam ibi virgo Maria, vt consentiat incarnationi verbi Dei, & dicat. Ecce ancilla Domini.

Illustratio gētium, & cæcitas Iudæorum Conuersio Iudæorum in fine mundi.

Venit manè & nox. *Isa.* 21. *c*. quando *d* veniente Christo Gentiles crediderunt, & Iudæi remanserunt in tenebris infidelitatis. Ita dixit Christus, *Ioan.* 9. *g*. in iudicium veni in hunc mundum, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant.

Venire remanentes de domo Eli, vt oretur pro eis, 1. *Reg.* 2. *g*. designant *e* conuersionem Iudæorum in fine seculi futuram. Reliquiæ enim eorum saluæ fient, *Isai.* 10. *f*. Et cæcitas contigit ex parte Israël, donec plenitudo Gentium intraret, *Rom.* 11. *c*. Possunt etiam designare conuersionem peccatorum, venientes quoque fratres & sorores Iob ad ipsum, sunt Iudæi venientes ad fidem, *Iob.* 32. *c*. veniens Esau post benedictionem Iacob, designat Iudæos in fine mundi credituros, *Gen.* 27. *c*.

Docilitas.

Veniens populus ad Mosen, *f* docilitatem auditorum designat, *Exod.* 18. *b*. 34. *d*. *Psal.* 65. Sic venientes principes multitudinis ad Mosen, *Exod.* 16. *e*. venire quoque in Ægyptum ad emendas escas, est venire ad obediendum Ecclesiæ, vel præpositis eius, *Gen.* 41. *g*. venisse autem altera vice, dicit profectum in sapientia, *Gen.* 43. *b*. *Iob.* 17. *c*. venire etiam ad hauriendam aquam, est *g* accedere ad suscipiendam doctrinam, *Exod.* 2. *c*. *Isai.* 55. *a*. Et venientes Aaron & seniores ad Mosen, sunt tractantes sacram scripturam, *Exod.* 18. *b*. Sic inuitantur sapientes vt veniant ad faciendum opus Domini, & etiam artifices, *Exod.* 35. *b*. 36. *a*.

Venire ad baptismum.

Venire ad hauriendam aquam, est *h* venire ad baptismum, *Exod.* 2. *c*. *Isai.* 55. *a*.

Prædicatio.

Veniens Iethro ad Mosen in desertum, *Exod.* 18. *a*. designat *i* principem secularem venientem ad prælatum Ecclesiasticum: vt illi faueat ac obtemperet.

Veniens Isaac ab Abimelech, *Gen.* 26. *a*. designat prædicatorem venientem ad Gentes. Et veniens Saul ad ciuitatem Amalec, *k* est prædicator veniens ad carnales conuertendos, 1. *Reg.* 15. *a*. Et veniunt Prophetæ de excelso, 1. *Reg.* 10. *b*. quando prædicatores minoribus prædicant, quæ in contemplatione didicerunt: veniens quoque Saul in Carmelum, 1. *Reg.* 15. *c*. est prædicator veniens ad simplices ac rudes, quos conuertisse videtur, venisse quoque dicuntur, vel potius festinasse structores Sion, *l* quando Apostoli laborabant in conuersione infidelium, *Isai.* 49. veniens Samuel in Bethlehem, 1. *Reg.* 16. *a*. designat prædicatores prius venientes ad Iudæam conuertendam. Idem designauit Moses veniens ad populum, *Exo.* 19. *a*. 24. *a*. Et veniens vir ex acie in Silo, 1. *Reg.* 4. *c*. est *m* missus ad prædicandam rectam fidem Iudæis, sicut & Paulus venit. Et veniens Samuel in ciuitatem, est prædicator veniens ad prædicandum, 1. *Reg.* 9. *b*.

Cursus vitæ mortalis.

Veniens Esau de agro, *Gen.* 25. *d*. designat eum qui solitus est vacare rebus seculi, colligentem se aliquando à vita actiua.

Credentes ad tempus.

Veniens Isaac ad torrentem, *Gen.* 26. *d*. designat *n* cursum vitæ mortalis.

Recta intentio.

Venientes simul Moses & Aaron ad congregandos seniores filiorum Israël, *Exod.* 4. *d*. designant *o* legem & sacerdotium, quæ tradita sunt illi populo.

Concordia.

Venientes præpositi filiorum Israël ad Pharaonem, *Exod.* 5. *c*. designant *p* eos, qui ad tempus credunt, & tempore tentationis recedunt.

Veritas diuinæ promissionis.

Veniunt cum Samuele ad immolandum, *q* qui intentionem suam ad superna dirigunt, quum sint sanctificati: prædicator tamen præcedit, 1. *Reg.* 16. *a*.

Veniunt ansa cortinæ contra ansam, *Exo.* 26. *b*. 36. *b*. designant *r* concordiam charitatis iustorum mutuo se iuuantium.

Recursus ad prædicatores.

Veniens vir Dei ad Eli annuncians ei abiectionem ipsius, 1. *Reg.* 2. *e*. designat *s* Apostolos venientes ad pontifices Iudæorum, ad annunciandum repulsionem synagogæ.

Parati contra dæmones.

Veniens sermo Samuëlis vniuerso Israëli, designauit *t* secundum veritatem dari fidelibus æternam gloriam, & Iudæos infideles abiici. Tunc etiam euenit Israëli sermo prædicatoris, quum ipse est prædicator veritatis, 1. *Reg.* 3. *d*.

Solicitudo prædicatoris.

Veniens Eli ad Samuelem, seu vocans ipsum, cum ipse Eli esset pontifex Iudæorum, qui tamen abiiciebatur à Deo, designat *u* ostensionē conditionis humanæ in Iudæis, per quā, vt homines, digni sunt miseratione, 1. *Reg.* 3. *c*.

Repressio dæmonum post iudicium.

Venientes nuntij in Gabaa Saulis, 1. *Reg.* 11. *a*. designant *x* recursum Fidelium ad prædicatores in tentationibus.

Ecclesiastici amari.

Venientes ex Galgala in Gabaa, 1. *Reg.* 13. *c*. sunt, *y* qui per sacram scripturam animati & roborati, ad sublimia contra hostes pugnaturi ascendunt.

Sermones falsi verisimiles.

Veniens Saul ad locum certaminis, 1. *Reg.* 14. *c*. designat *z* prædicatorem explorantem cor peccatoris conuersi, vt in eo cædat hostes.

Persecutiones & tentationes diaboli.

Non venientes vltra Philisthæi in terminos Israël, 1. *Reg.* 7. *d*. designarunt *aa* non amplius esse locum dæmonibus post iudicium ad tentandum: nec eos in loca beatorum posse ascendere.

Veniens terræ vulgus in saltum, in quo erat mel, 1. *Reg.* 14. *d*. designant *bb* simplices religiosos, qui per bonorum operum exempla veniunt in notitiam secularium.

Venit Nicodemus ad Iesum nocte, *Ioan.* 3. *a*. quia nondum *cc* fulserat claritas resurrectionis.

Destructio Iudæorum.

Venientes ad Christum, quia manducarunt de panibus eius, *Ioan.* 6. *c*. sunt *dd* Ecclesiastici, qui veniunt ad ministerium Ecclesiæ, vt saturentur temporalibus.

Venientes virgines fatuæ post clausam ianuam, *Matt.* 25. *a*. sunt *ee* volentes operari, quum iam non est tempus.

Venientes in nomine Christi, *Matt.* 24. *a*. sunt *ff* sermones falsi, habentes apparentiam veritatis.

Persecutiones hæreticorum contra fideles.

Veniens ventus à regione deserti, est *gg* diabolus à cordibus peruersorum ad alios concutiendos, *Iob.* 1. *b*. Et venientia flumina, *hh* sunt incursus grauioris motus cupiditatis & tentationis, *Matt.* 7. *d*. venit quoque rex Assyriorum vsque ad collum Iuda, hoc est, diabolus ad persequendos perfectiores in Ecclesia: quos non potest obtinere, *Isai.* 8. *b*. Et veniunt turbines ab Aphrico, hoc est, tentationes à diabolo, *Isa.* 21. *a*. venit fumus ab Aquilone, hoc est, peccatum à diabolo, *Isa.* 14. *d*. venerunt quoque gentes in hæreditatem Dei, hoc est, *ii* Gentiles ad Ecclesiam, non credendo, sed persequendo, *Psal.* 78.

Veniebat etiam ventus turbinis ab aquilone, *Ezech.* 1. *a*. quando Chaldæi venerunt aduersus Hierusalem. Et venientes bestiæ ad deuorandum dispersos Israël, fuerunt *kk* exercitus Romanorum, vel dæmones, *Isa.* 56. *c*. venientes quoque pastores & greges ad filiam Sion, fuerunt duces Chaldæorum cum exercitu, *Ierem.* 6. *a*. Non veniet autem vltra collectio, quia non est futura alia captiuitas Iudæorum post vastationem à Tito factam, *Isa.* 32. *c*. Et venit finis Hierusalem, quum vltimo desolata est, *Eze.* 7. *a*. Et venit aquila ad Libanum, quum rex Babylonis venit ad Hierusalem, *Ezech.* 17. *a*.

Venit Gog quasi tempestas, *Ezech.* 38. *e*. designans hæreticos, qui tumultibus nituntur opprimere simplices. Et venit de loco suo, hoc est, de latetibus aquilonis. Potest etiam significare Caïpham aduersus Christum, venit *ll*

a *Gre. s.* 1. *Re.* 6. 10. *Ori. s. Matth. ho.* 35.

b *Gre.* 27. *mo.* 11. *Ori. s. Ge. hom.* 1.

c *Basi. s. psal.* 33. *Gre. s. Can.* 2.

d *Rup. s. can.* 2. *Hier. s. Isa.* 21.

e *Gre. s.* 1. *Re.* 2. & 31. *m.* 9.

f *Hil. s. ps.* 65.

g *Glo. inter. s. Exod.* 2.

h *Gloss. ord. s. Exod.* 2.

i *Lyr. s. Exo.* 18.

k *Gre. s.* 1. *Re.* 10. 15.

l *Hier. s. Isa.* 49.

m *Gr. s.* 1. *Re.* 4. 9. 16.

n *Gloss. inte. s. Gen.* 26.

o *Glo. inte. su. Exod.* 4.

p *Glo. inter. s. Exod.* 5.

q *Gre. s.* 1. *Re.* 16.

r *Glo. inte. su. Exod.* 26.

s *Gre. s.* 1. *Re.* 2.

t *Gre. s.* 1. *Re.* 3.

u *Gre. s.* 1. *Re.* 1.

x *Gre. s.* 1. *Re.* 11.

y *Gre. s.* 1. *Re.* 13.

z *Gre. s.* 1. *Re.* 14.

aa *Gr. s.* 1. *Re.* 7.

bb *Gr. s.* 1. *Re.* 14.

cc *Am. s. Luc.* 23.

dd *Ru.* 6. *Ioa.* 2.

ee *Ori. s. Mat. hom.* 32.

ff *Ori. s. Mat. cap.* 27.

gg *Ori. s. Iob.* 1.

hh *Hil. s. Mat. can.* 8. *Hie. sup. Isa.* 8. 14.

ii *Aug. s. psa.* 78.

kk *Hie. s. Isa.* 32. 56. & *s. Ier.* 6. & *s. Ez.* 7. 17.

ll *Hie. s. Mic.* 15. *Greg.* 3. *mor.* 17.

Digitized by Google

plaga Samariæ vsque ad Iudam, quum errores hæreticorum pertingunt ad fideles, *Mich.* 1. *a.* E diuerso, venit vsque Odollam gloria Israël, quando hæreticorum gloria exhauritur, *Mich.* 1. *d.* venerunt amici Iob de loco suo, quum hæretici contra sanctam Ecclesiam ex superbia mouentur, *Iob.* 2. *d.* Et venit Assyrius in terram nostram, quum diabolus, aut infideles persequuntur Ecclesiam, *Mich.* 5. *b.* Dicuntur autem venire vt turbo, *Habac.* 3. *d.*

Veniunt vastatores super omnes vias deserti, *Ier.* 12. *c.* quando *a* dæmones omnes tentandi occasiones amplectuntur. Vel sunt affligentes carnem, vt seruiat spiritui.

Solicitudo dæmonum in tentando.
Afflictio carnis.

Venientes sex viri de via portæ superioris, *Ezech.* 9. *g.* designant *b* ætates hominum euolui à conditione paradisi, sicut ab ingressu mundi, à superioribus generationibus.

Venisse dicitur tempus Nabuchodonosor, & terræ eius, *Ier.* 27. *b.* quando *c* destructa erat Babylon, aut potestas diaboli.

Venit vsque ad Babylonem anima, *d* quæ incidit in confusionem peccatorum, *Mich.* 4. *c.*

Non venisse tempus domus Domini ædificandæ dicunt, *e* qui adhuc vitiis captiui tenentur, *Agg.* 1. *a.* venire quoque citò opus Dei dicunt mali, quasi non sperantes aut timentes vindictam, *Isai.* 5. *e.*

Non venire in consilium Simeon & Leui, est *f* non consentire in mortem Christi, *Gen.* 49. *a.*

Non venire vltra naues de terra Citiorum, vel de Carthagine, *Isa.* 23. *a.* est *g* cessare leuitatem & doctrinam frigidam hæreticorum, & auarorum cogitationes.

Venientes mulieres à spectaculo, fuerunt *h* mulieres, quæ astiterunt spectaculo passionis & resurrectionis Christi, *Isa.* 27. *c.* iuxta Septuaginta.

Venit mare vsque ad terminos, quos illi posuit Deus, *Iob.* 38. *b.* quando *i* passiones vnigeniti Dei, quas humanum genus prius irrisit, postmodum expauit: & quasi contra opposita ostia more elidendi maris: & tumore elatum venit, & fractum virtute dissiluit. Et venit mare vsque ad vectes & ostia, quum non permisit Deus hominem tentari supra id quod potest. Mare etiam, hoc est, genus humanum priora ostia transcenderat: quia claustra legis oppositæ humani tumoris vnde transiliebat. At postquam mundus oppositum sibi vnigenitum repetit, elationis suæ impetum fregit: & transire non valuit, quia eius fortitudine, furoris sui terminum clausum inuenit.

Admiratio passionis Christi.
Limitatio tentationum.
Repressio humanæ superbiæ.

Non venit mors iustis expectantibus eam, *k* quando compelluntur viuere in gloria temporali, *Iob.* 3. *d.*

Venter, Vulua, Vterus, Aluus, Vterini.

Venter dicitur, quod est in homine à pectore vsque ad pubem, & peculiariter quod exterius apparet, continens interius stomachum, & intestina, quæ omnia sub ventris nomine includuntur: Vterus autem & vulua propriè est in fœminis ea pars, in qua semen suscipitur, & fœtus procreatur: quæ etiam ventris nomine appellatur, quia intra ventrem includitur. Aluus autem est propriè ea pars, in qua sordes excipiuntur, vt inde egerantur.

Venter seu vterus Dei patris, significat *l* secretam originem substantiæ vel essentiæ eius: ex qua ineffabiliter ante omnem creaturam filium sibi homousion seu consubstantialem & coæternum genuit, *Psal.* 109. Ex vtero ante Luciferum genui te. Et benedictio vulvæ, erit participatio benedictionis paternæ, *Gen.* 49. *c.*

Essentia diuina.

Venter Dei quandoque significat *m* consilium eius, in quo ante secula per prædestinationem concepti sumus ita vt creati per secula producamur, *Iob.* 19. *d.* designat etiam incomprehensibilia & occulta iudicia eius, quia inuestigari nequeunt, de quo vtero egressa dicitur esse glacies, *Iob.* 38. *c.*

Consilium Dei.
Iudicia Dei.

Vterus Dei: in quo dicitur portasse Iudæos, *Isai.* 46. *a.* misericordiam *n* eius designat, qua patienter sustinuit peccantes. Et etiam gratiam Dei, intra cuius sinum, quasi intra vterum Iudæi fouebantur. Sed quia veniente Domino, constricti frigore perfidiæ, feruorem fidei & charitatis amiserunt, à secreto gratiæ sinu proiecti, quasi glacies ne vtero creatoris egressi sunt, *Iob.* 38. *c.*

Misericordia Dei.
Gratia Dei.

Venter sponsi, naturam humanam Christi significare potest. *Cant.* 5. *d.* designat etiam ipsam mentem eius, & etiam carnales intra Ecclesiam constitutos, *Psal.* 21.

Humanitas Christi.

Venter beatissimæ Virginis Mariæ, *o* dicitur vt aceruus tritici, *Cant.* 7. *a.* quia protulit nobis Christum, qui est granum frumenti, & panis viuus. Ab hoc vtero vocauit Deus Christum, *Isai.* 49. *a.* quia ibi imposuit illi nomen, & recordatus est nominis eius, quia iuxta nomen eius effecit, vt esset saluator. Benedictio vulvæ est partus Virginis Mariæ, *Gen.* 49. *c. Psal.* 21. 70. 115. 118.

Mens Christi.
Carnales in Ecclesia.
Venter virginis Mariæ.

Vterus Rebeccæ, significare potest *p* Ecclesiam duos populos in se continentem, *Genes.* 25. *c. Hos.* 12. *b.* Eandem designare potest vterus Thamar, *Genes.* 38. *g.* Ab hac vulua alienati sunt hæretici, *Psal.* 57. 126. Venter etiam sponsæ, designat *q* latitudinem populi intra Ecclesiam, *Cant.* 7. *a.*

Ecclesia.

Venter præterea quandoque significat *r* synagogam ex qua segregatus est Paulus, quando suscepit fidem, *Gal.* 1. *c. Psal.* 21. 70. 138. De vtero matris suæ egressus Iob nudus, *Iob.* 1. *d.* designat Christum, qui egressus est nudus de vtero synagogæ, quando relictis Iudæis in incredulitate, ad Gentes transiit, sicut Ioseph relicto pallio in manibus adulteræ, aufugit.

Synagoga.

Venter animæ dicitur *s* mens, aut memoria, aut cor, & ipsa conscientia: demum interiora animæ. Quemadmodum enim receptaculum aliquod est corporis, quo viscerum vitalia continentur, & hoc ventris nomine appellamus, ita virtutem animæ capabilem, quæ eo modo cogitationibus repleatur, quo venter homins escis repletur, ventrem appellare licet. Mens autem dum cibum suum, supernum videlicet suscipit intellectum, refecta procul dubio omnia membra actionum regit. Conuertit ei etiam vteri nomen, quia sicut proles in vtero concipitur, ita cogitatio in mente generatur, *Gen.* 30. *a. Exod.* 13. *a.* 34. *c. Iob.* 3. *b.* 15. *d.* 17. *a.* 20. *b.* 32. *d. Psal.* 30. 39. *Prou.* 20. *d. Isa.* 16. *d. Ier.* 4. *c. Thre.* 1. *g. Cant.* 1. *b. Ezec.* 3. *a. Hab.* 3. *d. Ioan.* 7. *f. Apoc.* 1. *d.* Et venter Iudæorum adimpletus de abscondittis, occultam eorum conscientiam designat, *Psal.* 16. Vel est adimpletus appetitus eorum in Christum: quem vsque ad crucem persecuti sunt. Vulua etiam designare potest voluntatem: & vulua aperta, est voluntas bene operans. Vulua verò concluſa, est voluntas, non concipiens bona opera, *Gen.* 20. *d.* 30. *a. Psal.* 57. Venter pro interioribus sumitur, 1. *Reg.* 28. *a.* Qui pythonem habebat in ventre.

Mens.
Memoria.
Cor.
Conscientia.

Vulua aliquando significare potest *t* corpus humanum, *Exo.* 13. *a.* 34. *c.* Et venter sponsi, est mortalitas corporis Christi, *Cant.* 5. *d.* Ipsa quoque natiuitas venter dici potest. *Psa.* 70. De ventre matris meæ tu es protector meus: Quod etiam ad natiuitatem spiritualem referri potest.

Voluntas.
Interiora.
Corpus humanum.
Mortalitas Christi.
Natiuitas.

Vulua & vterus, quandoque significant *u* Abraham & Saram, *Psa.* 57. Datur etiam vulua Dauid, aut Christi, quæ ad eosdem refertur, *Psa.* 131.

Prædicatio Ecclesiæ.

Vulua Annæ concluſa, 1. *Reg.* 1. *a.* designat *x* prædicationem Ecclesiæ non conuertentem Iudæos, nec eos spiritualiter generantem.

Appetitus.

Venter victimæ, designat *y* appetitum operandi, *Leu.* 3. *c.* Et generaliter venter designat appetitum, qui non impletur auro, &c. *Exec.* 7. *f.* venter etiam est *z* concupiscentia carnalis, vnde & serpens super ventrem repit, *Gen.* 3. *c.* venter autem receptaculum ciborum in scorto Madianitide sacerdotali pugione confossus, *Num.* 25. *c.* vniuersos hominum labores, momentanea blandimenta gulæ, stercoris fine condemnat, & ostendit mentibus consecratis Deo, totum quod currimus, quod satagimus, quod voramus, in secessum proiici: vnde Apostolus, Escæ, inquit, ventri, & venter escis, Deus autem & hunc & illas destruet. E contrario de luxuriosis, quorum Deus venter est. venter autem conturbatus per ieiunia, *aa* est gula, *Psa.* 30. 57. *Ier.* 4. *e. Gal.* 1. *c. Eccl.* 37. *a* Sodalis amico cõgaudet causa ventris. Et venter Behemoth, *bb* est libido, *Iob.* 40. *a.* 3. *b.* Vulua etiam est occulta & malitiosa carnalitũ cogitatio, *Iob.* 38. *a.* Quæ non ad proferendam prolem concipit substantiam corporis, sed ad explendam nequitiam, causam doloris. De hac vulua dicitur, *Psa.* 7. Concepit dolorem & peperit iniquitatem, venter quoque iniqui, qui non repletur, est auaritia, *Iob.* 20. *c.* venter adhærens terræ, *cc* est carnalis consentiens peccatori, *Psal.* 43. Huic ventri amarus est liber diuinæ legis, *Apoc.* 10. *d.*

Concupiscentia carnalis.
Gula.
Peruersa cogitatio.
Auaritia.
Carnalis homo.

Ab vtero est Deus auxiliator Israël, *Isai.* 44. *a.* quia *dd* in vtero Iacob apprehendit plantam fratris sui, & postmodum adeptus est primogenituram. Ab vtero etiam est Deus auxiliator Israël, quia à principio nascentis Ecclesiæ seruauit credentes.

Venter

a *Glo. ord. su. Ier.* 19.
b *Gre.* 22. *mo.* 29.
c *Hie. s. Iere.* 27.
d *Hie. s. Mic.* 4.
e *Hie. s. Agg.* 1. & *s. Isa.* 5.
f *Glo. inter. s. Gen.* 49.
g *Hie. su. Isa.* 23.
h *Hie. s. Isai.* 27.
i *Gre.* 18. *m,* 18.
k *Gre.* 5. *mor.* 2.
l *Atha. cont. Arri. Aug. de esse. diu.* & *s. ps.* 109. *Hie. ad prin. Am. de bene patr.* 11. *Euc. for. spir. Cyr.* 1. *s. Ioan.* 22.
m *Gre.* 14. *m.* 22. *Aug. de esse. diu. Eu. for. spi.* 1.
n *Hie. s. Isa.* 40. *Gre* 29. *mor.* 21.
o *Rup. s. can.* 5. *Aug. epist.* 105. *Amb. de instit. vir.* 14.
p *Aug. s. psal.* 57. 126. & *s. Ioan. tra.* 11.
q *Gre. s. cant.* 7.
r *Amb. epist.* 14. *Aug. s. ps.* 21. 138. *Gre.* 2. *mor.* 31.
s *Ori. s. Isa. h.* 7. *Amb. s. ps.* 118. *ser.* 12. & 2. *de Abr.* 11. *Hie. s. Iob.* 15. & *s. Isa.* 16. & *s. Hab.* 3. *Gre.* 12. *m.* 20. & 15. *m.* 5. 6. & 4. *m.* 26. & 8. *mo.* 21. & 23. *m.* 11. *Isy. s. Leu.* 3. *Chr. s. Ioa. hom.* 50. *Bed. s. pro.* 20. *Au. s. ps.* 30. & *s. Ioan. tra.* 21. & *ep.* 59. *Ar. sup. psal.* 16.
t *Am. ep.* 14. *Gre. s. cant.* 5. *Gloss. inter. s. psalm.* 70.
u *Ar. s. ps.* 57.
x *Gre. sup.* 1. *Regum.* 1.
y *Hie. s. Eze.* 7. & *de vest. sacerd.* & *su. Iob.* 40.
z *Phi.* 2. *alle. Amb. de fug. sec.* 7. *Bed. su. Geneſis.* 3.
aa *Arn. sup. psalm.* 30.

bb *Greg.* 15. *mor.* 10. & 21. *mor.* 2. & 8. *mo.* 15. & 32. *mor.* 12. *Gre. Nyſſe. de orati.*
cc *Aug. sup. ps.* 43. & *s. Apoc hom.* 8
dd *Hier. s. Isa.* 44.

Digitized by Google

Compassio.

Venter interdum est *a* compassio, *Isa.16.d.* Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, nempe per compassionem.

Errores hæreticorum.

Venter sartæ æneus, designabat *b* regnum Macedonum, *Dan.2.e.* significat etiam doctrinam ad inanem gloriam directam.

Limbus.

Vterus hæreticorum, est vbi formant ipsi discipulos, hoc est, *c* doctrina eorum erronea. Datur autem hæreticis aut Iudæis venter vacuus, aut vulua sine liberis, ne videlicet proficiant in docendis erroribus.

Profundum.

Venter ceti, vbi fuit Ionas, significare potest *d* limbum, in quem descendit Christus, qui etiam dicitur venter inferi, vel designat mortem Christi: aut sepulchrum eius, *Ion.2.a. Matth.12.c.* venter etiam significat *e* profundum, *Eccles.51.a.* De altitudine ventris inferi.

Paradisus terrestris.

Venter generis humani, dici potest *f* paradisus terrestris: in quo genus humanum primo conditum fuit, cuius ostia aperuit diabolus, quum persuasione sua callida in corde hominis mandatum cœleste dissoluit, *Iob.3.b.*

Lex.

Venter aliquando dici potest *g* lex: à quo vtero errauerunt Iudæi, *Psalm.57.* In hoc latebat Ioannes prænuncians Christum, quia occultè Christus prænunciabatur in lege, *Luc.1.e.*

Tempus egressionis de Ægypto.

Ex ventre transgressor dicitur Israël, *Isa.48.b.* nempe *h* à tempore egressionis ex Ægypto, quando à Deo quasi in vtero gestabantur.

Cognitio propriæ infirmitatis.

Nudus exire dicitur de vtero matris, *Iob.1.d.* qui *i* tentatus cognoscit se in fide per primam gratiam sine propriis meritis aut virtutibus genitum: & nudus reuertitur illuc, quum post tentationem cognoscens infirmitatem suam, & metuens ne nudatus sit virtute, per humilitatem ad gratiã robustius redit, tribuens diuino adiutorio quidquid virtutis habet.

Prauæ suggestio.

Vulua de qua egreditur peccatum, *k* est prauæ suggestio, quia inde concipitur peccatum in mente, vulua verò, de qua egreditur peccatum opere perpetratum, est ipsa culpa latens, *Iob.3.b.10.d.38.a.*

Prauæ consuetudo.

De vtero matris, ait Iob, egressum esse secum miserationem, *Iob.31.b.* vt declaret *l* non fuisse sui arbitrij, vt cum ipso exiret: sed esse ex conditoris munere, à quo illam accepit.

Mundus.

Vterus matris, est *m* prauæ consuetudo Babylonis: seu huius mundi: vnde suscipit Deus eum, quem conuertit, *Psalm.138.* potest etiam venter ipsum mundum significare.

Saulus.

Vterinus frater Ioseph erat Beniamin, *Genes.43.f.* & designat *n* Paulum intra vterum synagogæ, qui postmodum intra vterum Ecclesiæ susceptus est.

Ventriloqui dicebantur, è quorum ventre dæmones responsa dabant, qui & pythones dicebantur. Designant autem *o* eos, quorum Deus venter est, *Isa.8.d.* ventriloqui etiam sunt, qui quasi de intelligibili ventre sui cordis fabulas quasdam, id est, falsas doctrinas & prophetias proferentes, decipiunt, *Leuit.19.f.*

Ventus, vide Aer.
Ventilare, Ventilabrum.

Ventilare, est ventum excitare, vel in ventum aliquid mittere, agitare, ac versare. Item dispergere, profligare, ac propulsare. Et ventilare frumentum, est ipsum in area ventilabro purgare. Ventilabrum autem est instrumentum ad ventilandum.

Separatio bonorum & malorum.

Ventilare dicitur Christus Gentes, quando *p* quosdam per fidem & gratiam ducit in cœlum, quosdam verò propter peccata mergit in infernum, *Deut.33.c. Isa.41.d. Ezech.30.g.* Et ventilatum triticum aut hordeum, sunt boni separati à malis. Et dicitur boni ventilari sicut triticum: mali verò sicut palea. *Isa.30.e.*

Condemnatio Iudæorum.

Ventilare dicitur Deus Iudæos *in* portis terræ, *Ierem.15.b.* quando *q* illos adducit ad portas inferi.

Separatio spiritus à litera.

Ventilari dicitur triticum aut hordeum, *Isa.30.e.* quando *r* in scriptura sacra fit separatio spiritus & literæ, quasi tritici & paleæ.

Destructio Hierusalem.

Ventilantes Ariel, fuerunt *s* exercitus Romanorum destruentes Hierusalem, vel sunt doctores fideles contra hæreticos, *Isa.29.a.* ventilant etiam fideles inimicos, hoc est, profligant & propulsant, quando vincunt dæmones, sed in Deo, non propria virtute, *Psalm.43.3. Reg.14.d.*

Vincere dæmones.

Ventilans cornu Pharao, *Ezech.32.a.* designat *t* diabolum persequentem bonos.

Diabolus persequens bonos.

Ventilabrum in manu Christi: designare potest *u* vim discretionis eius: vel ius discriminandorum meritorum: seu examen iustitiæ Dei, *Matth.3.c. Luc.3.d.* Ventilabrum quoque dici possunt, *x* tentationes, quæ bonos & malos examinant, ac discernunt.

Vis discretionis Christi.

Examen iustitia Dei.

Tentationes.

Venustus, quare Decorus.
Vepres, vide Spina.
Ver.

Ver, est anni pars temperata, quando videlicet tempus transit ab hyeme in æstatem.

Ver dicere possumus, quando Sancti in hoc seculo bonis florent operibus, *Psalm.73.*

Nouitas vitæ.

Vernum tempus, *y* nouitatem vitæ post hyemem infidelitatis significare potest, & quietem quæ sequitur post tentationes & tribulationes, *Genes.35.b. 48.b. Exod.34.c. Psalm.73.*

Verberare, Verbera, vide Flagellare.
Verbum, vide Sermo.
Verbosus, Loquax.

Hæretici.

Verbosus dicitur, qui nimium loquitur tam dicenda, quàm non dicenda effutiens, & verbosi amici Iob, sunt hæretici loquaces, *Iob.11.a.16.d.*

Vereri, vide Timere.
Verecundia, Verecundari.

Verecundia, *z* est dolor quidam, ac perturbatio ex malis aut præsentibus aut futuris, quæ infamiam inferunt, quæ iuuenibus accommodatur: vereri autem, aut verecundari, est verecundia affici.

Veredarius, vide Cursor.
Verenda, Veretrum, quare Genitalia.
Vergere, vide Declinare.
Vermis.

Vermis dicitur animalculum quod ex putredine generatur, vel in plantis, aut fructibus, vel in aliis animalibus, aut etiam in terra, dictum à vertendo, quod sese torquendo vertat, & repat.

Christus.

Vermis de carne sine concubitu nascitur, *aa* qua ratione Christus dicitur vermis, & non homo, quia non ex semine extrinsecus adueniente, sed interius manente genitus est de virgine: & dicitur vermis & non homo, quia filius hominis, & non vetus homo, *Psalm.21. Ioa.25.b.* Et dicitur vermis matutinus, qui abstulit vmbram Ionæ, hoc est, vmbram legis, *Ionæ 4.c.*

Verbum Dei. Conscientia.

Vermis quoque dicitur verbum Dei, quod peccantis conscientiam rodit, nec vnquam moritur. Ipsa etiam *bb* cõscientia, seu remorsus eius est vermis, qui non moritur, sed pungit, & dolorem infert peccantibus, & ipse dolor vermis dicitur, & in malis sera conscientia est vermis, qui non moritur, sed manet semper in inferno, *Prou.25.c. Isa.51.c.66.g. Marc.9.d.*

Remorsus conscientiæ.

Vermis Iacob dicti sunt *cc* Apostoli, *Isa.41.d.* quia contemptibiles habebantur, & tamen vt vermis terram penetrat, ita sermo Apostolicus Gentium ciuitates, & corda durissima penetrauit.

Apostoli.

Natura vitiata, & consuetudo peruersa.

Vermibus dicit Iob, mater & soror, *Iob.17.* quia *dd* quantum ad materiam corruptibilis carnis, & de putredine processimus, & cum putredine venimus, quam portamus. Spiritualiter autem, mater natura, & soror consuetudo vermes sunt, quia ex natura corruptibili & consuetudine peruersa cogimur, vt quasi quibusdam vermibus, sic inquietis cogitationibus in mente fatigemur. Carnis enim natura vitiata, & consuetudo peruersa, quia innumeras curas in corde infirmitatis nostræ generant, bene mater & soror vermes vocantur. Mordent enim animum curæ, dum inquietant. Quia enim natura est vermium momentis singulis incessanter moueri: non immerito signatur nomine vermium inquietudo cogitationum. Peruersæ itaque mentis dulcedo, vermis est, quia inde delectabiliter pascitur, vnde per inquietudinem incessanter agitatur, *Iob.21..d.24.d*

Inquietudo cogitationũ.

a *Lyr. s. Isa. 16.*
b *Glos. ord. s. Dan.2.*
c *Augu. cont. Adim.23.*
d *Hie. s. Ion. 2. Rup. s. Ion. 2.*
e *Lyr. s. Eccle. 51.*
f *Gre.4. mor. 16.*
g *Au. de sac. se.20.*
h *Glo. inter. s. Isa.48.*
i *Gre. 2. mor. 40.*
k *Gre.4. mor. 27. 28. & 28. mor.15.*
l *Greg. 21. mor.12.*
m *Aug. s. ps. 118. Amb. de fuga se.7.*
n *Glos. ord. s. Gen.43.*
o *Orig. s. Isa. hom.7. Isy. so. Leu.19.*
p *Tert. adus. Iudaos. Hie. s. Isa. 30. 41. Ambr. 2. de int.5.*
q *Hier. s. Ier. 15.*
r *Hier. s. Isa. 30.*
s *Hier. s. Isa. 29. Aug. s. ps. 43.*
t *Hier. s. Ezc. 32.*
u *Hil. s. Mat. can. 2. Amb. s. Luc.3.*
x *Euc. for. spiris. 4.*
y *Hier. s. ps. al. 73. Orig. sup. can. hom. 4. Aug. s. ps alm. 73.*
z *Aristot. 2. Rhetori. 6.*
aa *Ori. s. Luc. homil. 14. Dion y. cal. hierar. 2. Hie. s. Ion. 4. Aug. epist. 49. q. 6. & epi. 120.*
bb *Ori. s. Mat. cap. 13. Amb. s. Luc. 14. Hie. s. Isa. 66. & s. Marc. 9.*
cc *Hie. s. Isa. 41.*
dd *Grego. 13. moral. 21. & 14. mor. 26. & 16. moral. 21. 31.*

Digitized by Google

Dicitur primus humani generis parens homo, nō filius hominis: *a* ex quo quiſquis prodiit, non ſolum homo, ſed filius quoque hominis fuit. Sicut ergo ex homine filius hominis, ita ex putredine naſcitur vermis, vnde rectè homo putredo, filius verò hominis verbis vocatur. Primus quippe homo putredo, non vermis: quia & ſi per mortem putruit, non tamen ex putredine per natiuitatem venit. Qui autem hominis eſt filius, vermis dicitur, quia iam ex mortalium corporum corruptione propagatur, *Iob.25.d.*

Homo ex Adam propagatus.

Vermis, qui corroſit, & ſiccauit hederam Ionæ, fuit *b* exercitus Romanorum, qui deſtruxit Hieruſalem, *Ion.4.c.*

Exercitus Romanorum.

Vermis etiam dici poteſt *c* peccatum, *Iob.17.d.* Mater mea & ſoror mea vermibus, 1. *Mach.2.g.* vermis etiam, eſt carnalis delectatio, & vermes in manna, deſignant fructum immoderatæ gulæ, & etiam auaritiæ malum. Ideò ſolum generabantur in manna, quod aliqui ex gula aut auaritia, in craſtinum reſeruabāt, *Exod.16.e.* vermis autem de manna, eſt *d* de verbo Dei contempto, qui conſcientiam rodat.

Peccatum. Carnalis delectatio. Gula. Auaritia.

Vermes in manna pœnam æternā ſignificare poſſunt, quæ datur indignè ſumentibus corpus Chriſti, *Exod.16.e.* vt autem vermis viuit in corpore, *e* ita pœna in damnatis tamdiu durabit, quamdiu permanebunt peccata, *Iſa.14.c.* 1. *Corint.11.f.*

Pœna æterna.

Vernaculus.

Vernaculum dicitur omne, quod domi noſtræ naſcitur, vel quod in noſtra eſt patria. Interdum autem ſumitur pro verna, qui eſt ſeruus domi noſtræ natus.

Vernaculus ſacerdotis, *f* eſt in fide nutritus, & in domo Chriſti Eccleſia per parentum fidem educatus, *Leuit.22.b.*

Nutritus in fide.

Vernaculi expediti ad bellum, deſignare poſſunt *g* religioſos ab omnibus mundi impedimentis excuſſos, & ad prælium aduerſus diabolum paratos, *Geneſ.14.c.* poſſunt itidem cælibes deſignare.

Religioſi. Calibes.

Vernaculi Abrahæ, ſignificare poſſunt, *h* legis opera, vel ea ſeruantes, qui per ea non ſunt hæredes diuinæ promiſſionis, *Geneſ.15.a.17.d. Ierem.2.c.*

Opera legis.

Vernaculi, qui circunciduntur, ſunt *i* motus naturales, qui circuncidendi ſunt, & reprimendi ne ſuperfluant, *Geneſ.17.d.*

Motus naturales.

Vernaculus etiam qui non eſt hæres, eſt *k* ſenſus, qui non peruenit ad intelligentiam veritatis. *Geneſ.15.a.*

Senſus.

Verſus.

Verſus, carmen dicitur, quod dum fit, ipſa verba variè huc illúcque vertuntur, & ad principium reuertuntur. Sumitur autem ſæpè pro linea ſeu ordine.

Verſus lapidum rationalis, *Exod.28.c.* diuerſas *l* virtutes indicant in pectore ſacerdotis firmandas. Idem deſignant verſus catenarum & retiaculorum in columnis, quas ſtatuit Salomon in templo, & etiam dona Spiritus ſancti in ipſis Sanctis, 3. *Reg.7.c.*

Diuerſa virtutes. Dona Spiritus ſancti.

Verſutus.

Verſutus homo ſumitur in bonum pro *m* prudenti, *Prou.11.d.* qui celat ſcientiam, quando non poteſt carnalibus loqui, aut ne det margaritas porcis.

Prudens.

Vertere, Verſare, Verſatilis.

Vertere, eſt rem ab vno latere, aut facie in alteram mutare, & conuertere, vt vertit Deus malum in bonum, *Geneſ.50.d.* Item voluere, *Eſther.2.b.* Menſis duodecimus vertebatur. Transferre, 2. *Reg.14.c.* Vt verterem figuram ſermonis. Verſare autem, eſt ſæpe vertere & verſatile, quod vertitur.

Vertens Pharao nomen Ioſeph in Saluatorem mundi, *Geneſ.41.f.* nomen *n* Chriſti futurum expreſſit.

Verſa virga in colubrum, *Exod.4.a.7.b.* deſignat *o* filium Dei hominem factum. Verſus verò coluber in virgam, deſignat reſurrectionem Chriſti, vel tempus iudicij, quando iudicabit in virga iuſtitiæ. Vel vertitur virga in colubrum, quando litera legis deducitur in ſpiritalem intelligentiam, & veram ſapientiam, vel quum crucis Chriſti prædicatio facta eſt Dei ſapientia.

Incarnatio Chriſti. Reſurrectio. Intelligentia ſpiritalis.

Vertere dicitur Deus manum ſuam, *p* aliquādo quidem dum iuſtè in reos debitam exercet vltionem, nonnunquam verò quando miſericorditer à vindicta ſententiam ſuſpendit, *Thren.3.a.*

Vindicta & miſericordia Dei.

Vertere interdum, eſt fugare, & vertit Deus hoſtes Iſraël in tumultum, *q* quando Philoſophi cum hæreticis inaniter pugnant, & vtrique à Catholicis confunduntur. *Iſa.9.b* Et vertit in furorem hariolos, *Iſa.44.d.* Vertit etiam dorſa regum ante faciem Cyri, quum per prædicatorem vincit hæreticos & philoſophos, *Iſa.45.d.*

Fugare. Vincere hæreticos & philoſophos.

Verſatum dicitur ſtratum Chriſti in infirmitate, *Pſal.40.* quando *r* Verbum factum eſt caro, quæ eſt infirma. Verſatur etiam ſtratum in infirmitate, quum corpus affligitur ad ſalutem: & quum non permittitur homo quiete frui in hac vita his rebus, quas ſine peccato amat, quando videlicet omne, quod ſibi homo parauit ad requiem, hoc Deus occulto iudicio mutat in perturbationem.

Caro infirma. Chriſti. Afflictio corporis.

Verſi vultus Cherubim ad propiciatorium dicuntur eſſe, *ſ* quando ad contemplationem vnitatis & Trinitatis diuinæ ſumimus ſimilitudines à creatura rationali. Verſi quoque erant ad exteriorem domum, quia & teſtamenta nobis, qui adhuc foris ſtamus, ſunt condita. 3. *Reg.6.c.*

Tranſitus litera ad ſpiritum.

Verſa cutis in candorem, *Leuit.13.b.* deſignat *t* legis literam verſam in Euangelicam claritatem & ſpiritualem intellectum. Sic vertuntur deſertæ in vbertatem, quum ſterilitas literæ legis conuertitur in vbertatem ſpiritus, *Iſa.5.d.* Et aquæ amaræ legis vertuntur in dulcedinem Euangelij, *Exod.15.d.*

Venire ad fidem.

Verti aquam in ſanguinem, *u* eſt populos ad fidem ſanguinis & paſſionis Chriſti venire, *Exod.4.b.7.c.*

Mutari gloriam Dei in idolum.

Mutatur etiam aqua in ſanguinem, *x* quum quis mutat gloriam Dei in imaginē corruptibilem creaturæ. Item cum ſapientia Scribarum applicata eſt ad ſanguinem Chriſti fundendum. Item quum boni & ſimplices occiduntur, vel decipiuntur à philoſophis, vel hæreticis. Euenit autem hoc Ægyptiis, quia ipſi in aqua pueros occiderunt. Vertitur quoque Iudæis aqua in ſanguinem, quum non attingere tentant de ſcripturarum fluentis quod male intelligunt ad ſuam damnationem.

Decipere ſimplices.

Verti aquam in ſiccum, *Exod.14.e.* eſt *y* mundanam ſapientiam exſiccari per Spiritum ſanctum

Ariditas mūdana ſapientia.

Verſum ædificium templi ad viam reſpicientem ad mare, *Ezech.41.b.* deſignat *z* in hac vita ſemper adeſſe tribulationes.

Tribulationes huius vitæ.

Vertitur in luctum cithara Eccleſiæ, & organa in vocem flentium, in extremis perſecutionibus: quia *aa* quum pacis tempore per alios patua more citharæ, per alios verò more organi, magna & ſonora prædicabat, in tempore perſecutionis eos, qui prædicationis cantum non audiunt, deplorat, *Iob.30.b.*

Cognitio fraudum dæmonis.

Vertunt noctem in diem *bb* cogitationes diſſipatæ. *Iob.17.c.* quia nonnunquam iuſtus amplius placet ex aduerſitate mala perpeti, quam ex proſperitate tertenæ diſpenſationis cura fatigari.

Pœnitentia. Fortitudo pœnitentiæ.

Verti dicitur dies in tenebras, *Iob.3.a.* quando *cc* aduerſa eſſe intelligimus ea etiam, quæ proſpera dæmones pollicentur, & quando antiquus hoſtis qualis eſt ſæuiens, talis à nobis perſpicitur etiam ſub blandimentis latens: ne fictis proſperitatibus, quaſi ex diei lumine, illudat, & veris miſeriis ad peccati tenebras pertrahat. Vel quando culpa in ipſo delectationis exordio, ad quem perditionis finem rapiat, videtur: quum videlicet noſmetipſos diſtrictè punientes, ipſa delectationis prauæ blandimenta per diſtricta pœnitentiæ lamenta cruciamus, & quum flendo inſequimur, quidquid in corde taciti ex delectatione peccamus. Verſa eſt Babylon in deſertum, *Ierem.50.c.* quando *dd* relictus eſt ſtatus peccati per pœnitentiam.

Exemplum cauendi.

Vertitur lapis in æs, *Iob.28.a.* quando *ee* dura mens ſuperni amoris igne liquefacta, & ad veram fortitudinem commutatur, vt peccator, qui prius inſenſibilis extiterat, poſtmodum & per authoritatem fortis, & per prædicationem ſonorus fiat.

Mutatio gloriæ temporalis in luctum.

Verſa vxor Lot in ſalem, *Geneſ.19.f.* deſignat *ff* exemplum eius condimentum eſſe, vnde alij ſaliantur, & ſibi caueant: Ideo dixit dominus noſter: Mementote vxoris Lot.

Lapſus in errorem ex ſuperbia.

Verti dicitur panis hypocriſæ in fel aſpidum in vtero ipſius. *Iob.20.b.* quando *gg* ſatietas tranſitoriæ delectationis ex laudibus & honoribus, in retributionis fide ad amaritudinē vertitur, & fel aſpidum, hoc eſt, malignorum ſpirituum perſuaſio, fuiſſe cognoſcitur, quod hic laus gloriæ eſſe credebatur. Vel certè panis ſcripturæ ſacræ

in vtero

a *Gro.17 mo. 9.*

b *Rup.ſ. Ion. 4.*

c *Gloſſ.ord.ſ. Iob.17. Amb. ſerm.14.*

d *Bed.ſ. Exo. 16.*

e *Hier.ſ. Iſa. 14.*

f *Iſy.ſ. Leu. 22.*

g *Glo. inter.ſ. Gen.14.*

h *Ambr.2.de Abr.11.*

i *Ambr.2. de Abr.11.*

k *Philo. quis rerum. diuin. hæres.*

l *Gloſſ. ord.ſ. Exod. 28.*

m *Bed.ſ.Pro. 12. Gloſſ.int. ſ.Pro.12.*

n *Ambr. 3. offic.14.*

o *Rup.1. ſup. Exod. 17.*

p *Gloſſ.ord.ſ. Thre.3.*

q *Glo.ord.ſu. Iſa.45.*

r *Ambr. ſer. 28. Auguſt ſ. pſal.40. Gre. 23.mor.23.*

ſ *Ric. de S. vict.4. de arca myſti. 10.*

t *Gloſſ. inter. ſ. Leu. 13. Greg.ſ.Exod. hom.3.*

u *Gloſſ.ord. ſ. Exod.4.*

x *Rup. 1.ſup. Exod. 17. 3. Gloſſ. ord. ſ. Exod.7.*

y *Gloſſ. inter. ſ.Exod.14.*

z *Gloſſ.ord.ſ. Ezech.41.*

aa *Grego.20. mor.31.*

bb *Grego.13. mor.20.*

cc *Gregor. 3. mor.8.17.*

dd *Ori.ſ.Iere. hom.3.*

ee *Grego.18. mor. 16. 17. Hie.ſ.Iob.28.*

ff *Bed. ſ.Gen. 19.*

gg *Greg. 15. mor. 5.9.*

Digitized by Google

in vtero illius in fel aſpidum intrinſecus vertitur : quia dum de ſacræ legis ſcientia gloriatur, vitæ potum conuertit ſibi in veneni poculum: & inde reprobus moritur, vnde ad vitam erudiri videbatur: vel nonnunquam hypocrita, dum doctrinæ verbo ad oſtentationem ſtudet, diuino iudicio cæcatus, hoc ipſum verbum praue intelligit, quòd malè quærit. Quum autem in hæreſeos errorem labitur, contingit ei, vt ſicut de felle aſpidum, ſic infœlix de pane moriatur, & in doctrina ſua mortem inuenit, quia in verbis vitæ, vitam minimè quæſiuit.

Exhortatio proximi.

Verti dicitur ad dexteram, *a* qui de virtutibus gloriatur, ad ſiniſtram verò : qui peccatorum delectationibus conſentit, *Iob.23.b.*

Verſus gladius vniuſcuiuſque in proximum ſuum dicitur, *1.Reg.14.c.* quando *b* in religione per verbum Dei vnuſquiſque in proximo perimit vitia, vel generaliter quilibet Chriſtianus alium per exhortationes conuertere conatur.

Vinci à diabolo.

Verti dicuntur lapides fundæ in ſtipulam ipſi Leuiathan, *Iob.41.c.* quia *c* tempore Antichriſti omnes prædicatores Eccleſiæ reputabit infirmos.

Contemptus præceptorum.

Vertere terga, eſt fugere, & terga vertunt, *d* qui vincuntur à diabolo, *Geneſ.14.b. 1.Reg.4.a.* Et vertunt tergum ſeu ſcapulam Deo, qui eius contemnunt præcepta, ſicut è diuerſo vertunt illi faciem, qui obtemperant, *Ierem.2.f. 32.f. Zach.7.f.*

Vertere etiam terga dicuntur hæretici, *e* quando non poſſunt reſiſtere rationibus prædicatorum Eccleſiæ. *1.Regum.4.a.*

Inquietudo phantaſmatũ Inanis gloria.

Verti puluerem in ſcyphes, *Exod.8.d.* eſt *f* mentem inquietari phantaſmatis & ſophiſmatis dialecticorum.

Verſus populus ad prædam, *1.Reg.14.e.* deſignat *g* prædicatores ad proprias laudes conuerſos.

Peruerſio doctrinæ ſacræ.

Verſum argentum in ſcoriam, *h* eſt doctrina ſacra in errores, per hæreticos immutata, vel eſt vir iuſtus factus vitioſus. Sic vertuntur deſiderabilia in ruinam, quum quis cadit à ſtatu gratiæ peccando, *Iſa.1.f.64.d.*

Lapſus viri iuſti.

Vertunt ſermones Dei in canticum, *i* qui ſic eos audiunt, aut audire ſolent Poëtarum carmina in theatris, nec ſeruant opere ipſos ſermones, *Ezech.33.g.*

Auditus verbi Dei ſine operibus.

Non reſeruatus panis, *Hoſ.7.b.* deſignat *k* hæreticos minimè ad fidem conuerſos. Item Iudæos obſtinatos.

Motus calorum.

Verſatilis gladius ad cuſtodiendum paradiſum, *Geneſ.3.d.* motum *l* cœlorum ſignificare poteſt : vel ipſum Solem, qui verſatur.

Sol.

Liberum arbitrium.

Verſatilis etiam gladius dici poteſt *m* liberum arbitrium hominis, quo reuerti poteſt in paradiſum per pœnitentiam, quia aliquali ignorantia deceptus, & fragilitate attractus cecidit. Diabolus autem nulla ignorantia obuolutus, nec carnis fragilitate circundatus, propria malitia peccauit peccato irremiſſibili, & penitus in Spiritum ſanctum.

Varietas tribulationum.

Gladius præterea verſatilis, *n* tribulationum varietatem deſignat, quibus genus humanum variè affligitur.

Vertex.

Caput Chriſti. Chriſtus.

Vertex, propriè dicitur de ventis contortis & rotatis in modum turbinis, qui & vortex dicitur. Inde propter flexum capillorũ ſumma pars capitis vertex dicitur. Et ab huius ſimilitudine pars montium eminentiſſima vertex appellatur, Et vertex in cœlo, deſignat altiſſimas partes cœli, & præcipuè polos & cardines cœli, quo vertice ſtellarum dicitur Deus ſublimior, *Iob.22.b.* vertices quoque in ligno dicuntur nodi, *Sapient.13.c.* Fecit lignum curuum & verticibus plenum.

Virgo Maria.

Vertex Nazaræi in Ioſeph, ſignificabat *o* caput Chriſti, *Geneſ.49.d.* Ipſe quoque Chriſtus, qui eſt caput, dicitur etiam vertex : vnde in vertice montium præparatur mons domus Domini, quia omnes ſunt ſub Chriſto capite, & ipſe eſt ſuper omnem ſublimitatem legis & Patriarcharum ac Prophetarum, *Iſa.2.a Mich.4.a.* Et ipſe Chriſtus eſt vertex *p* Iob, quem etiam percuſſit diabolus perſequendo, *Iob.2.c.*

Ratio. Libertas arbitrij. Fides.

Vertex ramorum cedri dicitur beata virgo Maria, principatum tenens in genere regio, vnde ſumptus eſt Chriſtus, *Ezech.17.g.*

Sublimitas ſenſus aut perfectionis.

Vertex filiarum Sion, eſt *q* principale animæ, ſeu ratio, *Iſa.3.d. Ierem.2.d. Pſal.7.67.* vertex etiam capitis, dicitur poteſtas liberi arbitrij, vel facultas operandi bonum commodum, *Iſa.1.b.*

Doctor.

Vertex interdum eſt fides, quam polluere nituntur filij Mempheos, hoc eſt, dæmones, *Ierem.2.d.*

Principes Iudæorum.

Vertex collis, eſt *r* ſublimitas ſenſus, aut perfectionis, ſed non ſumma, vertex verò montis, eſt *f* altiſſimus gradus perfectionis, & eminentia contemplationis, *Exod.17.c. 19.d. 24.d. 34.a. Ierem.42.b.*

Vertex aliquando dicitur doctor, *Deut.33.c.* cepitque brachium & verticem, *Prou.8.c.* In ſummis excelſiſq́ue verticibus, *Iſa.1.d.* A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.

Principes ſeculi.

Vertex vallis pinguiſſimæ dicebatur, vbi erat templum Hieruſalem. Ibi dicuntur erraſſe ebrij Ephraim hoc eſt, *s* hæretici, & ſacerdotes, & Phariſæi, vt vertex dicuntur habentes principalem ſtatum in doctrina & dignitate, qui ideò errant, quia non gloriam Dei, ſed ſuam quærunt, *Iſa.28.a.* Et vertex capitis, in quo non erat ſanitas, erant principes populi Iudæorum, *Iſa.1.b.* vertex etiam Cameli ſiccatus, ſunt *t* ſacerdotes, Scribæ, & Phariſæi ſine gratiæ & ſynceræ doctrinæ rore, *Amos.1.a.*

Mundanum imperium.

Vertex Sanir, deſignat *x* principes huius ſeculi, *Cant.4.c.* Ipſum quoque mundanum imperium, *y* vertex dicitur, *Deut.33.c.* Cepitque brachium & verticem, vertex etiam capilli, dicuntur dæmones, & nimium ſuperbientes, *Pſalm.67.*

Voluptates carnales.

Vertex montis Phogor : deſignat *z* culmen voluptatum carnalium, *Num.23.d.*

Reprobus ſenſus.

Vertigo.

Vertigo, eſt morbus capitis ex frigidis & lentis humoribus ſurſum ex ventriculo aſcendentibus ortus, ita vt ſic affecti, occaſione parua ſuccidant.

Vertigo dici poteſt *aa* reprobus ſenſus hæreticorum, quo ipſorum mentis oculi perturbantur, *Iſa.19.c.*

Verum, Veritas, Verax.

Verum dicitur, quod eſt ſyncerum & ſolidum, & falſo contrarium, & vera oratio, quæ ita ſignificat, vt eſt in re, verum quoque eſt, quod minimè eſt adulteratum, vt verus color, hoc eſt, natiuus : verum etiam eſt iuſtum, *Deut.21.c.* Pondus habebis iuſtum & verum veritas autem dici ſolet ipſa adæquatio aut conformitas rei cum intellectu. Item æquitas, certitudo. Eſt etiam veritas auxilium, *Nehe.9.g.* Quia veritatem feciſti nobis bonum æternum, *Eccleſ.17.d.* Deſtinauit illis ſortem veritatis. Cognitio Dei, *Pſalm.24.* Dirige me in veritate tua. Confeſſio veritatis. *2.Reg.20.f.* Quæ reſpondeo veritatem in Iſrael. Effectus iuſtitiæ, *Deut.13.c.* Diligenter rei veritate perſpecta, Fides, *Pſalm.25.* Complacui in veritate tua. Intelligentia. *Iſa.59.* Quia corruit in platea veritas. Iuſtitia, *Exod.18.d.* In quibus ſit veritas. Operatio vera, *1.Reg.12.d.* Seruire ei in veritate. Promiſſi impletio. *Eccleſ.17.* In veritate enuncio ſcientiam eius.

Deus pater.

Veritas aliquando ſumitur pro *bb* Deo patre, *Pſalm.44.* propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, *Pſalm.142.* In veritate tua exaudi me.

Chriſtus.

Veritas dicitur, *cc* ipſe Chriſtus, qui ait de ſeipſo. *Ioan.14.a.* Ego ſum via, veritas & vita. Et veritas vſque ad nubes, eſt Chriſtus vſque ad Apoſtolos, quos veritatis cognitione repleuit, *Pſalm.35.84.88.118.* Et veritas corruit apud Iudæos, quum Chriſtus occiſus eſt ab eis, & facta eſt procul, quia tranſiuit ad Gentes, *Iſa.59.c.*

Vera doctrina. Lex noua. Impletio veteris legis.

Verum ſemen vineæ dicitur, *dd* ea doctrina quæ olim erat apud Iudæos, *Ierem.2.d.* Et veritas legis Dei fuit in generatione & generationem, hoc eſt, prius in populo Iudaico, deinde in Chriſtiano, *Pſal.118.* Peculiariter autem veritas dicitur ipſa lex noua, quia vetus dicitur vmbra. Et fit opus in veritate in lege noua, *ee* quia non in vmbra legis, *Iſa.61.c. Zach.8.b. Iob.6.d.21.d.* Et veritas, cuius Chriſtus eſt plenus, & impletio véteris teſtamenti, figurárúmque eius, *Ioan.1.b. Pſalm.44.*

Anima.

Veritas in Chriſto Ieſu, eſt quæ aliis eſt comitata virtutibus. Veritas verò non in Chriſto eſt, *ff* cui deſunt aliæ virtutes, qualis fuit veritas Caiphæ, & ſpiritus pythonis, *Rom.9.a. Pſalm.29.*

Verum ſemen vineæ poteſt etiam dici *gg* ipſa anima, quæ vndique bona creata eſt à Deo, *Ierem.2.d.*

Veritas dicebatur eſſe in rationali pontificis, vt deſignaret *hh* ſacerdotem debere vacare veritati inquirendæ, & docendæ, vſque in ipſo eſſet ipſa veritatis ratio, *Exod.27.a. Leuit.8.a.*

a *Gre.16.mo. 16.*
b *Gre.ſ.1.Re. 14.*
c *Gregor.34. mor.5.*
d *Hie.ſ.Ie.2. & ſ.Zach.7.*
e *Gre.ſ.1.Re. 4.*
f *Gloſſ. ord. ſ. Exod.8.*
g *Gre.ſ.1.Re. 14.*
h *Hier.ſ.Iſ.1.*
i *Hie.ſ.Ezec. 33.*
k *Hie.ſ.Ho.7. Rup.ſ.Hoſ.7.*
l *Phil.de Cherubim. Au.2. de gen contra Mani. 2.3.*
m *Geor. Ven. Cant.1.to.7. cap.21.*
n *Aug. 2. de gen.cont.Manich.2.3.*
o *Glo.inter ſ. Gen.49. Hie.ſ.Iſ.2. & ſ.Mich.4.*
p *Gr.3.m.14.*
q *Glo.ord.ſu. Iſa.3. Ricar. de S. vict. de ſtat. inte.homin. 32.*
r *Gre.25.mo. 15.*
ſ *Ori.ſ.Exod. ho.11.*
t *Hier.ſ.Iſ.1. 28.*
u *Rup.ſ.Am. 1.*
x *Gr.ſ.cun.4.*
y *Gloſ. ord. ſ. Deut.33. Hil.ſ.pſa.67. Aug. epi.59.*
z *Orig.ſ.Nu. ho.17.*
aa *Hie.ſ. Iſa. 19.*
bb *Ar.ſup.pſ. 44.*
cc *Arn.ſ.pſa. 35. Hie.ſ.Iſa.59. Aug.ſ.pſ.84.*
dd *Orig.ſ.Ier. ho.13. & in diuc.ho.2. Hil.ſ.pſ.118. Am.ſ.pſ.118 ſer.18.*
ee *Hier.ſ. Iſ. 61. & ſ.Zac. 8.*
ff *Ori.ſ.Rom. 9.*
gg *Ori.ſ. Ier. ho.13.*
hh *Glo. ord.ſ Exod.28.*

Digitized by Google

Veritates diminutæ à filiis hominum fuerunt, *a* quando Iudæi in passione, & custodes in resurrectione mentiti sunt aduersus Christum, *Psalm.* 11.

Veraces sunt, *b* qui veram doctrinam noui testamenti prædicant, & commutat Deus labium veracium, cum hi, qui prius cœlestia prædicando, veraces erant, temporalia diligentes ad terrena corruunt. Quod tamen apertius de Iudæis intelligitur, qui ante incarnationem Domini veraces fuerunt, quia ipsum venturum esse crediderunt, atque nunciauerunt: sed postquam in carne apparuit, ipsum esse negauerunt. Labium itaque veracium mutatum est, quia quem venturum prædixerant, negauerunt præsentem, *Iob.* 12. *d.*

Prædicantes doctrinam noui testamenti.

Vesanus, vide Stultus.

Vesci, vide Comedere.

Vesica, Vesicula.

Vesica, est folliculus, in quo vrina colligitur: vesicula autem gutturis in auibus est, in qua prius colligunt cibum, qui postea in ventriculum inducatur.

Vesicula gutturis, *Leuit.* 1. *d.* designare potest *c* capacitatem memoriæ, qua benè vtens animus, scripturarum sententias vtiliter congerit.

Memoria.

Vesicula gutturis, est vas aptum inflationi: & designare potest *d* superbiam ex superfluorũ inquisitione ortam, & elata verba, & curiositatem, *Leuit.* 1. *d.* Hæc est scientia, quæ inflat, 1. *Cor.* 8. *a. Coloss.* 2. *d.* vesicæ quoque turgentes in Ægyptiis, *Exod.* 9. *b.* designabant *e* inflatam superbiam, iram, inuidiam, vermem conscientiæ, & persecutionem Ecclesiæ, quæ facta fuit sub Maximiano Imperatore. Designabant etiam punitionem libidinis ex transgressione præcepti: Non mœchaberis.

Superbia.
Curiositas.
Ira.
Inuidia.
Vermis conscientia.
Punitio libidinis.

Vespa.

Vespa infecti genus, api simile, quæ habet morsum molestum hominibus, designare potest *f* aculeos timoris, vel dæmones, *Iosu.* 24. *c.* iuxta Septuaginta, vbi nos legimus Scrabrones.

Aculei timoris.

Vesper, Vespera, Vespertinus.

Vesper, dicitur stella seu plantea, qui & venus dicitur, quando occidente Sole primus apparere solet: qui Græcis dicitur Hesperus. Accipitur frequenter pro extrema diei parte, quæ & vespera dicitur.

Vesper dicitur *g* Christus, qui occubuit in passione, vt esset Lucifer in resurrectione, *Iob.* 38. *d.* Nunquid producis Luciferum in tempore suo, & vesperum super fines terræ consurgere facis?

Christus.

Vespera aliquando significat *h* tempus aduentus Christi, & passionis eius in qua vespera indurati sunt Iudæi, ad quam etiam vesperam demorabatur fletus, *Psalm.* 29. 54. 89. venerunt Angeli Sodomam vespere, vt eam subuerterent, *Genes.* 19. *a.* hoc est, tempore Dominicæ passionis ad infidelitatem subuertendam. Et ipse Christus est vespertinum sacrificium, *Psalm.* 147. *Leuit.* 23. *a.* vespere quoque offerebatur agnus, *Exod.* 12. *a.* 29. *g.* Et vespera in qua curauit Christus multos, designauit tempus passionis eius, *Matth.* 8. 14. *b.* Est autem passus Christus ad vesperam, vt nos in hac vita laborare doceret, quousque veniat manè. Dicitur Christus remansisse solus vesperè, vt designaret, quomodo relinquendus erat solus in passione, *Matth.* 14. *c.* 16. *a.*

Tempus aduentus & passionis Iesu Christi.
Cognitio vespertina angelorum.

Vespera in primis diebus creationis mundi, *Genes.* 1. designare potest *i* cognitionem, quam Angeli habebant de rebus in proprio genere, quæ dici solet cognitio vespertina, vel designat consummationem & perfectionem prioris, vt aliud sequatur: vnde in sabbato seu die septimo non ponitur vespera, vt designetur quies perpetua, & continuatio æternæ lucis, nunquam vergens in tenebras. Vel vespera est occulta rerum dispositio in Dei sapientia, manè verò, quando exterius producuntur, ideò vespera præcedit manè: vespera etiam dici potest cognitio obscura diuinorum, & fides, & in hac vespera offert incensum, *k* qui cum hac & pro hac fide gratias agit Deo, *Exod.* 30. *a.* vespera quoque interdum significare potest *l* initium lucis & cognitionis, *Psalm.* 54. vesperè, manè & meridie, narrabo, & annunciabo.

Consummatio prioris operis.
Occulta dispositio rerum in Deo.
Cognitio obscura diuinorum.
Fides.
Initium cognitionis.

Vespera quoque designat *m* tempus legis gratiæ, in quo offertur incensum orationum gratum Deo, *Exod.* 30. *a. Num.* 28. *a.* Ad vesperam conuersi sunt Iudæi post aduentum Spiritus sancti, qui noluerunt conuerti ad prædicationem Christi, *Psalm.* 58. in hac vespera diuidunt spolia, quando conuertuntur, *Genes.* 49. *d.*

Tempus legis gratiæ.

Vespera interdum est *n* pœnitentia: & immundus est vsque ad vesperã peccator, hoc est, quousque pœnitentiam agat, *Leuit.* 11. *d.* 14. 15. 22. *a.* 23. *b.* Ad hanc vesperam demorabitur fletus, *Psal.* 49. Potest quoque vespera dici ipsum complementum pœnitentiæ.

Pœnitentia.

Vespera videtur significare *o* quietem contemplationis, secundum quod ad vesperam cessari solet ab actione, *Iob.* 7. *a.* Si dormiero, dico. Quando consurgam? & rursum expectabo vesperam.

Quies contemplationis.

Vespera est *p* tempus legis veteris, vel quando tradita est, tum quia magna obscuritate figuræ legis inuoluuntur: tum quia mundus tenebrarum offusione tenebatur, luce carens, quæ est Christus, *Exod.* 16. *c.* vespere comedetis carnes: vnde & vesperè carnes sacrificiorum comedebantur.

Tempus veteris legis.

Vespera aliquando dicitur *q* tempus huius seculi, in qua demoratur fletus, *Psal.* 29. Et iusto meridianus fulgor ad vesperũ surgit, quia quanta sibi claritas maneat, cum iam occumbere cœpit, agnoscit, *Iob.* 11. *d.* à vespera vsque manè, dicit à tempore huius vitæ vsque ad tempus iudicij, *Leui.* 24. *a.* vespertinum quoque sacrificium dicitur esse eleuatio manuum, *Psal.* 140. quando quis exercet in hac vita opera misericordiæ, Deo accepta.

Tempus huius seculi.

Vespera aliquando dicitur *r* senectus, vt *Psalm.* 89. vespere decidat, induret & arescat, *Isa.* 5. *c.* Et vespera, in qua lupus rapax diuidit spolia, *Genes.* 49. *d.* est senectus Pauli, in qua ipse maximè prædicauit. Item illud tempus nouissimum, quando Iudæi conuertuntur. Item finis vitæ, aut ipsa mors, & tunc est sacrificium vespertinum. Et immundus dicitur aliquis vsque ad vesperam, quia vsque ad finem vitæ semper residet in homine aliqua immunditia. *Num.* 19. *b. Psalm.* 29. 103. 140. *Iob.* 4. *d.*

Senectus.
Finis vitæ.
Mors.

Vespera etiam dicitur *s* refrigescens charitas, vnde primi parentes ad vesperam peccauerunt, *Genes.* 3. *b.* Vnde in hac vespera est defectus lucis gratiæ, *Isa.* 21. *d. Iere.* 5. *b. Soph.* 3 *a.* Ipsum quoque peccatũ vespera dici potest. Vespere venerunt Angeli Sodomam, *Genes.* 19. *a.* vt designentur tenebræ, in quibus erant habitatores illius ciuitatis.

Refrigescens charitas.
Peccatum.

Vespera interdum dicitur *t* sexta ætas mundi, in qua columba attulit ramum oliuæ virentibus foliis, hoc est, Christum mundo. Et in hac vita vespera habetur sensus spiritualis legis, *Genes.* 8. *b.* 24. *g. Exod.* 12. *a.* 16. *b. Leuit.* 6. *c.* 11. *c.* 15. *a. Matth.* 8. *b.*

Sexta ætas mundi.

Vespera præterea dicitur *u* finis mundi, in qua mundus ipse tendit ad occasum. Sic venerunt Angeli Sodomam vespere. *Genes.* 19. *a.* 30. *c. Exod.* 12. *a.* 16. *c.* 18. *c.* 1. *Reg.* 14. *d. Psalm.* 58. 103. *Isa.* 17. *d.* 38. *c. Ezech.* 33. *c.* 46. *a. Zach.* 14. *b.* 3. *Reg.* 17. *a. Matth.* 14. *b.* 20. *a.*

Finis mundi.

Vespera aliquando dicit *x* continuationem, & etiam finem seu consummationem operis, & vespere offert incensum, qui in fine boni operis gratias agit Deo, *Exod.* 18. *c.* 30. *a. Psalm.* 140.

Operiscõsummatio.

Vespera aliquando significat *y* tribulationes & tentationes: & ipsum tempus aduersitatis. Et expectat iustus ad vesperam, quando per aduersitatem cupit deprimere mentem, quæ in prosperis eleuabatur. Et expectat tentationem, quia semper se contra eam præparat, ne incautum opprimat, *Iob.* 4. *d.* 7. *a.* 11. *d. Psa.* 64. Hæc vespera est tempus tristitiæ, *Psalm.* 29. Ad vesperam demorabitur fletus.

Tribulationes.
Tentationes.
Tempus aduersitatis.

Vesper stella quandóque dici potest *z* Antichristus, & vesperum super terræ filios Dominus consurgere facit, quia infidelibus Iudæorum cordibus dominari Antichristum, eorum merito exigente, permittit, *Iob.* 38. *d.*

Antichristus.

Vespertilio.

Vespertilio est nocturna volucris mediæ cuiusdam naturæ inter auem & murem, quæ congruum à Græcis nomen accipit Nycteris, eo quod in nocte volitet: non tam voce & cantu resonans, quam stridore: quæ quum videatur volare, tamen lucifuga est, & solem videre non patitur.

Vespertilio noctu volitans, nec Solis lucem sustinens designare potest *aa* idola, quæ veritatis lucem non sustinent, sed volant in tenebris, quando coluntur ab errantibus. Vnde & designant eos, qui erroris tenebras quærunt, *Isa.* 2. *d.*

Idola.
Quærentes errores.

Vespertilio

a *Aug. s. psal.* 11.
b *Gre.* 11. *mo.* 10.
c *Ru. s. Leu.* 7. *Isyc. s. Leu.* 1.
d *Ori. s. Exo. ho.* 4.
e *Bed. s. Exo.* 9. *Rup.* 1. *sup. Exod.* 36.
f *Au. q. in Iosu.* 27.
g *Hier. s. Iob.* 38.
h *Ori. s. Gen. ho.* 1. *Cassi. lib.* 3. *cap.* 3. *Ambro.* 1. *de Abr.* 6. *Basi. s. ps.* 29. *Hier. s. ps.* 29. & *s. Mat.* 8. *Hil. s. Matth. cant.* 14.
i *Au. s. ps.* 54. 140. & 1. *qu. in euang.* 20. *Ber. hom.* 1. *s. Missus est. Isy. s. Leu.* 23. *Au.* 1. *de gen. ad literam* 17 & 1. *de gen. contra Mani.* 25. *Rup.* 1. *s. Gen.* 3. 10.
k *Gloss. ord. s. Exod.* 30.
l *Hil. s. ps.* 14.
m *Orig. sup. Num. ho.* 23. *Aug. s. ps.* 58.
n *Isyc. s. Leu.* 11. 15. 22. 23.
o *Ber. s. cant. ser.* 57.
p *Cyril.* 3. *s. Ioan.* 34. *Ru.* 3. *s. Exod.* 14.
q *Basil.* & *Arn.* & *Hie. s. ps.* 29. *Isy. s. Leu.* 24. *Cyr.* 3. *s. Ioan.* 1. *Hil. s. ps.* 140.
r *Hie.* & *Cypri. s. Isa.* 5. & *s. Iob.* 4. *Arno. s. ps.* 103. *Au. q. in Nu.* 33. *Gre.* 5. *m.* 28. *Bed. s. Ge.* 49.
s *Hie. s. Is.* 27. & *s. Soph.* 3. *Bed. s. Gen.* 1.
t *Ambr.* 1. *de Abr.* 6. *Ori. s. Exod. hom.* 7. & *s. Leu. hom.* 4. *Hil. s. Mat. cant.* 7. *Aug. serm.* 75. *Bed. s. Ex.* 11.
u *Ori. s. Mat. ca.* 14. & *ho.* 10. *Hier. s. Is.* 17. & *s. Eze.* 33. 46. *Au.* 1. *de gen. cont. Manich. Bed. s. Exod.* 16. *Gre. s.* 1. *Re.* 1. 14.

x *Glo inte. su. Exod.* 18. y *Gre.* 8. *mor.* 10. & 5. *mo.* 28. *Hie.* & *Au. s. ps.* 64. z *Ricar. de S. Victo. de stat. int. c. ho.* 27. *Gr.* 10. *m.* 30. aa *Tert. de cibis Iudaicis. Hier. s. Isa.* 2. *Euc. for. spi.* 5.

Digitized by Google

Quærentes terrena. Vespertilio etiam circa terram volitans, eos designat, *a* qui terrena quærunt & fugiunt lucem cœlestem, *Leuit.11.c. Deut.14.b.* De his dicitur. Qui malè agit, odit lucem. Potest etiam significare cogitationes immundas, quas dæmones immittere conantur.

Cogitationes immundæ.

Vespertilio *b* aliquando sumitur in bonum.

Vestibulum.

Vestibulum, est locus ante ianuam domus vacuus, per quem à via ad ædes itur.

Catechismus Humilitas. Fides. Vestibulum tabernaculi testimonij, aut templi, designare potest *c* catechismum, per quem præparamur ad ingressum Ecclesiæ per portam baptismi. Et vestibulum ante gradus portæ, est humilitas, vel fides, quæ requiruntur ad ascensum per opera, *Exech.40.b.41.c.46.a.*

Vita præsens. Locus resurrectionis. Locus fœlicitatis. Contemplatiui. Simplices. Fides inchoãtium. Fides perfectorum. Præcepta altiora. Præcepta minora. Vestibulum etiam tabernaculi testimonij, aut templi, vitam *d* præsentem designare potest, quæ est aditus ad futuram, *Exod.29.f.35.b.40.c. Leuit.3.b. Ezech.40.b.41.c.46.a.*

Vestibulum quoque dici potest *e* resurrectionis locus, vnde non in illo, sed inter illud, & altare plorare dicuntur sacerdotes, *Ioel.2.d.*

Vestibulum intra portam, *f* locum fœlicitatis designat, vnde & octo cubitorum dicitur, quia octonarius ad resurrectionem spectat, *Ezech.40.b.*

Vestibulum interitus, quod quinquaginta cubitis in longitudine & viginti quinque in latitudine mensuratur, *Ezech.40.e.* designat eos, *g* qui æterna meditantur, cœlestia sapiunt, in Psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus viuunt. Vestibulum verò interius, quod exterius respicit, & viginti quinque cubitis in longitudine mensuratur, quinque verò latitudine, designat simplices, iuxta sensus corporeos bene viuẽtes, qui intus sunt per fidem & charitatem, sed foras respiciunt per simplicitatem. Potest etiam per vestibulum, quod exterius respicit, fides inchoantium designari, & per vestibulum interius fides perfectorum, qui iam per eam virtutibus emicant. Possunt etiam per vestibulum interius præcepta altiora, per vestibulum verò, quod respicit exterius præcepta adhuc minima figurari.

Vestigium.

Visitatio Dei. Dona Dei. Ratio creationis. Opera Dei. Vestigium, est pedis impressio, hoc est, signum, quod à pede relinquitur in puluere, vel in luto, aut similibus. Est etiam vestigium imitatio, 4. *Reg.* 19. *e.* Siccaui vestigiis pedum meorum omnes aquas, *Psalm.17. Ezech.43.b.* Imitator, *Eccles.21.a.* Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris. Gressus, *Genes.33.c.* Ego sequar paulatim vestigia eius. Via, *Genes.41.* Nullum saturitatis dedere vestigium.

Vestigia Dei, *h* benignitatem illius visitationis designare possunt: quibus nimirum progredi ad superna prouocamur, quum eius spiritus afflatu tangimur, & extra carnis angustias subleuati, per amorem agnoscimus contemplandam autoris nostri speciem, quam sequamur. Item dona eius, per quæ eum cognoscimus, quem non videmus. Item rationem creationis, *Iob.11.b.*

Opera Dei. Vestigia etiam Dei & quasi quidam gressus sunt *i* ipsæ, quas cernimus, operationes eius, quibus bonus quisque malusque regitur, quibus iusti iniustique suis ordinibus disponuntur, quibus & subiectus quisque ad meliora quotidie ducitur, & aduersus deteriora corruens toleratur. *Iob.* 23. *c.* De quibus nimirum gressibus Propheta dicebat. Visi sunt gressus tui Deus. Nos itaque cum virtutem longanimitatis atque pietatis eius intuemur, & intuentes imitari contendimus, quid aliud, quam gressuum eius vestigia sequimur? quia extrema quædam eius operationis imitamur. Hęc enim Patris sui vestigia veritas admonebat imitari, quando dicebat. *Mat.5.g.* Orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. Vel vestigia eius, sunt opera humanitatis Christi, quæ nobis imitanda proposuit. Vestigia quoque Dei, quæ non cognoscuntur, sunt *k* opera Christi, quæ non cognouerunt Iudæi, vel sunt operum secretorum signa, *Psalm.76.* Item eius exempla, *Psalm.17.*

Opera Christi. Exẽpla Christi.

Caro Christi. Intentiones operum. Opera mala. Exempla siue bona siue mala. Infimus locus Ecclesiæ. Tentationes. Quasi vestigium hominis nubecula, dici potest *l* caro Christi, qui factus est filius hominis, 3. *Reg.*18. *g.*

Vestigia pedum nostrorum, quæ Deus considerat, sunt *m* intentiones operum nostrorum, quas Deus examinat, *Iob.3.d.* vel vestigia pedum, sunt nostra malè acta. Nam pes in corpore, est vestigium in via & plerumque dum quædam prauè agimus. intuentibus hoc fratribus, exemplum malum præbemus, & quasi inflexo extra viam pede, sequentibus vestigia distorta relinquimus, dum per nostra opera ad scandalum aliena corda prouocamus. Demum ipsa exempla, quæ ex operibus relinquuntur, siue bona siue mala, vestigia dicuntur, & vestigia gregum, sunt exempla malorum, *Cant.1.c.* Et vestigia pedum Ecclesiæ, sunt exempla bona minorum, *Isa.70.c.*

Vestigia gregum, designare possunt infimum locum in Ecclesia, *Cant.1.c.*

Vestigium pedis Regis Assyriorum, designare potest tentationes diaboli, *Isa.37.e.*

Vestire, Vestis, vide Induere.
Vetare, vide Prohibere.
Vetulus, vide Senex.
Vetus, Veteranus, Veteraſcere, vide Antiquus.
Vexare, vide Molestus.
Vexillum.

Virtus. Vexillum, est signum, quo in exercitu aut classe imperatores vtuntur.

Vexilla, secundum quæ castrametabantur filij Israël, *Num.2.a.* designant *n* proprias cuiusque virtutes.

Via, Iter, Semita, Callis, Viator.

Christus. Via est, per quam omnibus ambulare licet, quæ & iter dicitur, quanquam iter sæpe pro ipsa profectione ponatur. Semita autem est via angusta. Via etiam dicitur conuersatio. *Num.22.f.* Peruersa est via vestra. Finis. *Iob.3.d.* viro cui abscondita est via. Libertas, *Prou.13.a.* Iustitia custodit innocentis viam. Locus, 1. *Reg.11.b.* Nunquid non de via longiori venisti? Mos, 4. *Reg.17.b.* Reuertimini à viis vestris pessimis. Pars, *Ezech.8.b.* Leua oculos ad viam aquilonis. Transitus, *Genes.3.d.* Ad custodiendam viam ligni vitæ. Iter etiam opus. *Genes.32.c.* Iacob iter nostrum insequitur. Progressus, seu cursus, *Genes.24.c.* vtrum prosperum iter suum fecisset Deus, *Psalm.18.* Exaltauit, vt gigas ad currendam viam. Semita etiam dicitur cogitatio, *Iob.13.b.* Obseruasti omnes semitas meas.

Via est dux euntium, festinantium cursus, ignorantium securitas, & quædam nescitarum rerum magistra. Peculiariter autem dicitur via *o* Christus, qui dixit de seipso, *Ioan.14.a.* Ego sum via. Et ipse dicitur initiũ viarum Dei, *Prou.8.c. Genes.28.d. Exod.3.f.13. Psalm.14.26.66.76.79.88.100.109.118.141. Matth.2.b. Luc.12.g.18.g. Isa.30.e. Malach.2.b.* Et ipse *p* via pacis, & via regia, & via munda sancta, *Num.21.d. Isa.5.g.35.b.* Et via, contra quam spectabat Eli, est Christus, 1. *Reg.4.c.* Ipse est *q* via humilium, *Amos.2.c. Nah.1.c.* ipse quoque dicitur semita, *Iob.28.b. 38.b.* Et *r* via æterna, qui est vita æterna, *Psalm.138.* In hac via, aut potius iuxta eam ponunt superbi & hæretici nobis laqueos & scandala, *Psalm.41. Apoc.19.c.* via orientalis, *s* est ipse Christus ducens ad verum Orientem, *Ezech.40.b.* Et via virtutis Dei, *Psalm.150.*

De viis Domini, angelorum & hominum & etiam dæmonum ponuntur mala à Bernardo, *Psalm.* Qui habitat, sermone, 11.12.

Incarnatio & opera Christi. & Dei. Illustrationes diuinæ. Vnitas Trinitatis. Misericordia & veritas Dei. Iudicia Dei. Semita auis, *Iob.28.b.* designat *t* incarnationem & opera Christi, quæ ignorauit Synagoga, quia noluit recte considerare. Via quoque Dei sunt *u* opera Dei, *Iob.26.d.40.c. Psalm.24.50. Isa.55.c.* In his viis ostendit se sapientia, *Sapient.6.c.* viæ quoque Dei, sunt *x* illustrationes diuinæ, in quarum initio iam Deus possidebat sapientiam, *Prouerb.8.c.*

Via vnius diei, dici potest vnitas Trinitatis, quam Euangelica prædicatio gentibus introduxit, 3. *Reg.19.a.*

Itinera æternitatis Dei, *Habac.3.b.* dicuntur, *y* siue quia æternitatis illius ad nos venire dignata est, siue quod semper à principio mundi vsque ad incarnationem suam venerit ad Sanctos & factus sit in singulorum manu sermo Dei, atque in vniuersis vincentibus superauerit.

Via Domini imperuestigabilis, designat *z* misericordiã & veritatem, quia per eas cuius vult miseretur, & quem vult indurat, *Psal.24.137. Rom.11.d.* Et generaliter occulta iudicia Dei, sunt viæ nimium exaltatæ à viis nostris. *Isa.55.c.58.a.* Vias autem Domini docet, qui ostendit Deum misericordem esse pœnitentibus iustum verò peccantibus, *Psalm.50.*

a *Orig.s.Leu. hom.7. Isy.s.Leu.11. Euc.for.spi.5.*
b *Ba.exe.h.8.*
c *Ru.2.s.Ex. 19. Gre.s. Ezech. ho.19.*
d *Hie.s.Ezec. 46.*
e *Hie.s.Ioe.2.*
f *Gre.s.Ezec. ho.16.*
g *Gre.s.Ezec. hom.20.*
h *Gre.10.m. 9.*
i *Gre.16.mo. 16.17.*
k *Au.s.ps.76. Euc.for.spi.2. Hie.s.psa. 17.*
l *Au.ser. 20.*
m *Gre.11.m. 25.& s.cant. 5.*
n *Orig.s.Nu. ho.2.*
o *Hil. 11. de Tri.& s.psal. 66.*
p *Orig.s.Luc. h.35.& s.Nu h.12.& in diu. ho.3. Ar.s.ps. 109. 118. Bas.de Spiritu sancto.8.*
q *Hie.s.Amo. 2.& s.Io.28.*
r *Aug.s.psal. 138.141.*
s *Gre.s.1. Re. 4.& s. Ezec. ho.15.16.& s.ps.101.*
t *Gre.18.mo. 21.& 32.m. 24.*
u *Hie.su.Iob. 26.*
x *Bed.s.Prou. 8.*
y *Hie.s.Hab. 3.*
z *Aug. epist. 105. Gre.s.psa.50. Fulgen. ad Transimundum.*

Digitized by Google

Iter prosperum est *a* iter crucis Christi. *Psalm.*67.quod sequentes,prosperè ad fœlicitatem perducimur.

Viæ Dei multæ, *b* sunt mandata,& Prophetæ , & Apostoli, via verò vna, in qua est manendum, est Christus. *Psalm.*118.127.137.Viæ sunt mandata,in docendo quidem sunt viæ, in ambulando verò *c* semitæ. *Isa.*2.*a.*84.*d.* 64.*b.Ierem.*2.*d.Malac.*2.*b.Rom.*11.*d.*Viæ quoque Sanctorum,sunt *d* generalia Domini mandata:& semitæ iustitiæ arctiorum vitæ cœlestis institutæ:quæ solis perfectis accessibilia sunt. *Prou.*2.*b.*Via autem Domini, dicitur fortitudo simplicis.*Prou.*10.*d.*quia seruando mandata fit fortis.Viæ quoque duræ, sunt præcepta *e* grauia nolentibus seruare : vel sunt opera laboriosa pœnitentiæ.*Psalm.*16. Et semita iudiciorum Dei, sunt labores præceptorum, & tribulationum:quibus nos probat Deus.*Isa.*26.*d.*35.*c.*40.*a.*58.*d.*Via quoque Domini,*f* est sacra doctrina & præcepta:& via recta est via mandatorum Dei.*Isa.*30.*c.*33.*b.*42.*c.*49.*c.*57.*c.*62. *Ierem.*31.*b.*Et viæ, & semitæ antiquæ, doctrina legis & Prophetarum. Et semitæ Dei exaltantur , quando litera legis ad spiritualem sensum eleuatur. *Isa.*49.*d.*Semita autem mandatorum Dei, ad difficiliora præcepta refertur. *Psalm.*24.36.76.139.142.*Genes.*18.*c.* *Exod.*18.*c.*23.*c.*32.*b.* Hæc est via publica & regia , per quam omnes fideles ire debent in terram promissionis. *Num.*20.*c.* 21.*c.* Hæc dicitur vinearum.*Iob.*24.*c.*31.*b.*Et via vitæ.*Psalm.*15.17.22.66.*Mich.*4.*a.Prou.*8.*Matth.*20.*d.* *Marc.*10.*g.*Via bona dicitur doctrina Euangelica. *Ierem.*6.*d.* Et via alia, est doctrina Christi, quæ separat à viis errorum & peccatorum,& ducit ad Patrem.*Matth.*2.*b.*Hæ sunt viæ populi Dei.*Ierem.*12.*d.*Et hæc est via,in qua sternebant vestes Christo. *Matth.*21.*a.*Hæc quoque est *g* via ciuitatis habitaculi, quam Philosophi non inuenerunt. *Psalm.*106.Semita quoque dici potest dici potest spiritus legis,qui est in lege noua.*Iob.*28.*a.*Itinera Christi, quæ dissipauerunt Iudæi,erant Prophetiæ de eo prædictæ. *Iob.*30.*b.*Viæ etiam Domini dicuntur lectio veteris & noui testamenti,& sanctarum intelligentia scripturarum. *Hose.*14.*d.*

Via aquilæ difficilis,est *h* incarnatio & ascensio Christi : vel vterque eius aduentus in mundum. *Prou.*30.*c.*Et semita auis,quam ignorauit populus Iudæorum,fuerunt *i* opera Christi,tam incarnationis,quàm redemptionis. *Iob.*28.*a.d.*Et via sapientiæ,est opus redemptionis.*Iob.*34.*c.* Et via viri in adolescentia , est incarnatio Christi in virgine.*Prou.*30.*c.* Eadem dicitur via *k* impolluta, *Psalm.*17. Iter etiam est caro Christi : vt fatigatur Christus in itinere,hoc est,in carne. *Ioan.*4.*a.* Via etiam Christi.*Isa.*57.*d.* Ipsa opera redemptionis significat.Et via putei videntis,& viuétis est humilitas passionis Christi.*Gen.*2.4.*g.*Viæ quoque fuerunt opera prædicationis.*Psal.*148.141. Et semitæ sunt prædicatio eius laboriosa,quæ & semitæ iustæ dicuntur.*Isa.*26.*b.*41.*a.*Et via nauis in medio mari, & via viri,est *l* via Christi laborátis in hac vita.*Prou.*30.*c.*Et iter faciés Samaritanus,est Christus è cœlo descendens, & in hac vita laborans. *Luc.*10.*f.*

Via Domini paranda , designat *m* corda hominum præparanda Deo. *Isa.*40.*a.* Hanc viam parabat Ioannes Baptista disponens corda hominum ad Christum suspiciendum. Parabantur quoque corda Gentilium,quum fiebant tractabilia ad fidei susceptionem. *Iob.*28.*d.Psalm.*67.84.*Luc.*4.*a.*

Via in qua sternebant vestes. *Matth.*21.*a.* designare potest *n* fidem Christi, quæ ducit ad templum Dei. Et via, quam dedit Dominus in mari,vt transirent filij Israël,est fides , per quam venerunt Gentes : ad Ecclesiam : vnde in aquis,torrentibus,& in Iordane,& in deserto dicitur Deus posuisse viam salutis.*Isa.*43.51.*d.*Et via ab Ægyptiis in Assyrios,est vanitas in fide.*Isa.*19.*d.*Hæc est via vna,quam dat Deus fidelibus,vt seruétur in Ecclesia.*Iere.*32.*g.* Et semita,dicitur fides. *Iob.*28.*a.*Via quoque Domini impolluta,est recta fides,quam illi præparamus,vt veniat ad nos. *Psalm.*17. Et via, à qua errauit ouis,est fides & iustitia , & virtutes. *Luc.*15.*a.* Via virtutis dicitur patientia. *Psal.*101. Respondit ei via virtutis suæ. Itinere autem incepto ambulare,dicit *o* perseuerentiam , & profectum. *Gen.*32.*a.*Viæ quoque planæ sunt virtutes.*Isa.*40.*b.*In hac via abscondunt superbi laqueum,quando dæmones faciunt homines superbire de virtutibus.*Psalm.*141.

Viæ Domini aliquando dicuntur *p* angeli præsidentes Ecclesiis.*Mich.*4.*a.*Docebit nos de viis suis.

Via Dei aliquando dici potest *q* resurrectio corporum:quæ & via vitæ dicitur. *Psalm.*15.17.

Via regia dici potest *r* sancta Dei Ecclesia: quæ est iter veritatis.Est etiam via regia,quando quis rectè sentit de Christo,non ascribens,quæ deitatis sunt, humanitati , neque è diuerso.*Num.*21.*c.* Via etiam regia est, quum quis *s* ex libero animi instituto est iustus, & quæ iter defectum & nimietatem tenet medium. Quod in ternione medium est,principatum habet,vtrinque contigua coaptans,vinculo insolubili latera sibi tanquàm regi adhærentia, ipsúmque stipantia. Et callis iusti rectus ad ambulandum, *t* est imitatio operum Christi recta, quæ etiam est via regia. *Isa.*26.*b.*45.*c.Prou.*2.*a.*

Via aliquando sumitur *u* pro homine:vt quum dicitur *Iob.*38.*c.*In qua via habitat lux.Sancti quoque dicuntur viæ,quia possunt monendo alios ad Deum ducere.*Prou.*8.*a.Ierem.*6.*d.*State super vias. Hi sunt viæ Sion, quæ lugent. *Thren.*1.*b.*

Via dicitur aliquando *x* vita præsens, secundum quam , quandiu hîc viuimus,sumus viatores. *Gene.*6.*b.*42.*a.* 48.*g.*49.*c.*2.*Reg.*15.*a.Luc.*12.*g.*Hæc est via Euphrate,vbi est sepulta est Rachel,quæ habet viatores.*Gen.*35.*c.*48.*b.* Et ipsum tempus seculi, via dicitur.*Matth.*22.*a.*Item temporale imperium. *Psalm.*57.79.*Thren.*1.*d.* Et via respiciens mare,est via tribulationum huius seculi.*Ezech.*41.*b.Exod.*4.*f.*18 *b.*33.*a.Deut.*6.*b.*29.*b.Iob.*16.*d.Psalm.*24.In hac via bibit Christus de torrẽte.*Psal.*109.Et via vestibuli templi deforis,designat labores huius vitæ. *Ezech.*46.*a.* in via dicuntur esse,qui nulla præsentiâ cupiditate tenentur.*Luc.*14.*c.*Semita quoque angustior,dicitur via iustorum in hoc seculo. *Gen.*49.*c.*

Via Samuelis designare potest *y* officium prædicationis. 1.*Reg.*8.*a.Genes.*45.*g.* In viam suam abiens Anna,designat Ecclesiam venientem ad prædicationẽ gentium. 1.*Reg.*1.*c.*Via quoque fit populo Dei per flumen Ægypti, *z* quum prædicatio Apostolorum sine impedimento exenditur ad gentes. *Isa.*11.*d.* Dicitur quoque Deus viam fecisse in mari equis suis,quando in mundo,aut Gentilitate dedit locum prædicatoribus.Et semitæ nubium,sunt sanctæ prædicationis viæ. *Iob.*37.*c.*

Semitæ Dei dicuntur aliquando *aa* Apostoli,per quos in Christum credidimus,& ambulamus in semitis Dei, quando fidem & opera illorum imitamur. *Isa.*22.*a.Mich.*4.*a.*

Viam posuit Deus procellis sonantibus. *Iob.*28.*d.*quando prædicatoribus suis ad corda hominum terrore venturi iudicij perculsa aditum fecit.Sic dedit viam sonanti tonitruo. *Iob.*38.*c.*

Via trium dierum.*Exod.*3.*f.*5.*a.* significare potest, iuxta Originem, *bb* corpus, animam , & spiritum. Vel tres partes pœnitentiæ. Vel triplicem doctrinam,rationalem, moralem,& naturalem.Vel facta,dicta,& cogitata. Vel dicit *cc* confessionem resurrectionis,quæ facta est in Christo tertia die. Vel dicitur , vt longiùs recedamus à terminis impietatis.Et via trium dierum Niniue, *dd* est confessio Trinitatis in mundo:via verò vnius diei,confessio vnitatis. *Iona.*3.*a.*

Via meridiana templi,designat *ee* viam cœlestem,in qua lux plenissima est.*Ezee.*40.*g.*Via etiam deserti, dicitur tranquillitas & securitas à tentationibus.*Exod.*13.*d.*Et via pacis est,quæ ducit ad Christum, & cœlestem Hierusalem. *Luc.*1.*g.Rom.*3.*c.*Et via Hierusalem, est iter in cœlum. *Matth.*21.*a.*

Viæ templi,quæ sunt introitus templi, *ff* cæremonias Iudæorum significare possunt.*Ezech.*44.*b.*

Via sæpè significat *gg* opera. *Genes.* 6.*b.* Omnis quippe caro corruperat viam suam. *Psalm.*1.36. 38. 118. *Iere.*7.*a.*10.*d.Hose.*12.*a.Agge.*1.*a.*Et via propria deserenda,sunt opera mala.*Isa.*55.*b.*viæ Sion,sunt exteriores animæ actiones. *Thren.*1.*b.*Et via gentium, *hh* opera gentium. *Matth.*10.*a.Zach.*1.*b.* viæ autem iustorum, super quas sunt oculi, *ii* sunt eorum opera , & affectus. *Ierem.*6.*d.* Et ipsa conuersatio *kk* via dicitur. *Genes.*33.*c.*38.*d.*42.*a.* *Iob.*3.*d.*6.*c.*13.*c.d.*17.*b.*19.*a.*22.*a.*23.*c.*30.*b.*31.*a.* In hac via superbi abscondunt laqueum , quando nostris insidiantur operibus. *Psal.*141. Dicuntur etiam semitæ , *ll* præcipuè, quæ sunt virtutis & æquitatis,quia in principio sunt angustiæ. *Prouerb.*4.*b.* Via non recta , sed bona, *mm* est via seu conuersatio imperfectorum , via verò bona

Iter crucis Christi.
Mandata Dei.
Opera pœnitentiæ.
Tribulationes.
Sacra scriptura.
Doctrina euãgelica.
Spiritus legis Prophetia.
Lectio sacræ scripturæ.
Incarnatio.
Ascensio.
Operaredemptionis.
Caro Christi.
Prædicatio Christi.
Cor humanũ.
Fides.
Iustitia.
Virtutes.
Patientia.
Perseuerantia.
Angeli.
Resurrectio corporum.
Ecclesia.
Recta intelligẽtia de Christo.
Medium inter virtutem & vitium.
Homo.
Sancti.
Vita præsens.
Tempus huius seculi.
Temporale imperium.
Tribulationes huius vitæ.
Officium prædicationis.
Apostoli.
Partes pœnitentia.
Triplex doctrina.
Confessio resurrectionis.
Confessio Trinitatis.
Vita cælestis.
Securitas à tentationibus.
Ceremoniæ Iudæorum.
Opera siue bona siue mala.
Conuersatio.

a *Arn.s.pſup. 67.*
b *Hil.ſ.pſ.118 Chry.ſ.Gens. hom.4.*
c *Hier. ſup. Iſa.2.*
d *Bed.ſ.Prou. 2.10.*
e *Hie.ſ.pſ.16. & ſu.Iſa.30. 48. 57. & ſ. Ier.6.& ſ.Iob 24.*
f *Ambr. ſ.pſ. 118.ſerm. 1. Hil.ſ.pſa.66. Ori.ſ.Ezec.8. & ſ.Mat.ho. 6.13.Cyri.ſ. theſaur.4.*
g *Hier.ſ.pſal. 106.& ſ.Iob. 28, 30. & ſ. Iere.12.& ſ. Ho.14.*
h *Am.de Sa- lo.1.2.5.*
i *Gre.18.mo. 21.& 19.m. 3.& 25. mo. 16.*
k *Hie.ſ.pſ.17. Aug. ſ. Ioan. tra.15.Hie.ſ. Iſ.26.57.*
l *Am.de Sa- lom.4.5.& ſ. Luc.10. Hil. ſ.pſ.138.*
m *Ar.ſ.pſ.84. Ori.ſ.Luc ho. 22.Hie.ſ.Iſa. 40.Hil.ſ.pſa. 67. Gre.19.m.3.*
n *Am.ſe.24. Hier.ſ.Iſ.43. & ſ.Ier. 32. & ſ.Iob. 28. ſ.pſa.17.Ful. ad Transmundum.1.*
o *Gloſſ.int.ſ. Gen.32.Caſſi lib.11.cap.6.*
p *Hie.ſ. Mic. 4.*
q *Am.ſe. 47. Epi.2.con.hæ- re.Tom.1.*
r *Cyr.dial. 5. Cle. Alex.5. ſtrom. Phi.de creã. princi.3.*
s *Hie.ſu. Iſa. 26.57.Bed.ſ. Prou.2.*
u *Hier.ſ. Iob. 38.Cyr.5.th. 4.Rup.ſ. Ier. 16.*
x *Hil.ſ. Mat. con.15.22. Baſil.ſ.pſa.1. Am.de Ioſep. 13.& ep.18. & ſ. Luc.14. Au.83.q.61. & 1.ſer.do.in monte. & de dee.chor.3. Gr.ſ.1.Re.15. & 13.m.13.*

Hie.ſ.Ezec.41.46.& ſ.pſ.109. y *Ori.ſ.Nu.ho.19.& ſ.pſ.35.h.5.Bed.ſ.Gen.49.Gre.ſ.1.Re.1.8.& 19.m.6.& 27.m.24.* z *Hie.ſ.Iſa.11.Hie.ſ.Mic.4.* aa *Gre.18.mora.6. & 29 mor.16.* bb *Ori.ſ.Exod.hom.3.* cc *Cyr.de ado.in Spiritu Sancto.* dd *Hie.ſ.Ion.3.* ee *Hier.ſ.Ezech.40.Gloſſ.ord.ſ.Exod.135.Orig.ſ.Matth.ho.14.& ſ.Rom.3.* ff *Gloſſ.inter.ſup.Ezech.44.* gg *Ori.ſ.pſ.36.h.1.& ſ.Ier.h.12.* hh *Hil.ſ.Mat.can.10.* ii *Am.1.of.2.* kk *Gr.1.m.38.& 5.m.3 & 11.m.26.& 21.m.4* ll *Bed.ſ.Prou.4.* mm *Gre.ſ.1.Reg.13 & 27.moral.24.*

Digitized by Google

Exempla Sanctorum. *Opera intemperantia.* *Intentio.* *Dogmata Philosophorum.* *Gentilitas.* *Errores hæreticorum.* *Tribulationes.*

bona & recta,est consiliorum Euangelicorum.1.*Reg.*12.*d.*Perfecti enim dicuntur, qui seruant consilia Euangelica. *Matth.*19.*c.*Si vis perfectus esse,vade,& vende omnia, quæ habes.Semitæ nubium sunt opera perfecta prædicatorum,consilia euangelica,& angustam viam seruantium. *Iob.*37.*c.Prou.*31.*d.* Considerauit semitas domus suæ, via ciuitatis, *a* sunt exempla bonorum. *Psalm.*106.Via autem termini,est *b* consummatio operis, vel studium bonæ operationis.1.*Reg.*13.*d.*iuxta hoc iter aduersarij scandalum ponunt.139. Via vinearum, sunt exempla Sanctorum in Ecclesia.*Iob.*24.*c.*Hæ sunt *c* calles iustorum.*Pro.*2.*d.* Via in qua est serpens, designat opera *d* intemperantiæ & voluptatis,via autem,in qua est serpens bonus,quæ est recta,est temperantia.

Viæ aliquando designat intentionem, & itinere vno gradientes vaccæ. 7. *Reg.*6.*c.* designant simplicitatem *e* intentionis,quæ laudanda est sicut è diuerso duplicitas vituperatur. *Eccle.*2.*c.* væ peccatori terram ingredienti duabus viis.Et *Matth.*6.*c.*Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.Et *Psalm.* 44. Omnis gloria sponsæ ponitur ab intus. Semitæ, quas cognoscit Dominus, *f* sunt intentiones, quas homines ignorant. *Psalm.*141.

Viæ diuersæ,sunt *g* varia dogmata Philosophorum,aut sectæ Gentilium:& etiam ipsa Gentilitas & errores hæreticorum:vnde vocantur ad nuptias.*Matth.*22.*a.Luc.*14,*e.*

Via nauis in medio mari,est *h* progressus Ecclesiæ inter tribulationes. *Prou.*30.*c.* Et via confinium, est afflictio temporalis,qua transitur ad cælum.1.*Reg.*6.*b.vnde Matth.*7.*b.*Arcta est via quæ ducit ad vitam.Et *Luc.*24.*d.*Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? *Actor.*14.*b.* Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.Hæ viæ in initio conuersationis dicuntur viæ duræ. *Psalm.*16.99.118. Semita quoque est angustia,quæ fit per potestatem prementis.*Genes.*49.*c.*

Bona cogitatio. *Cogitationes* *Desiderium seu appetitus naturalis.* *Motus virtutis.* *Astutia diaboli.*

Via Ephraim,*i* est bona cogitatio in corde:& via Bethoron,bona verba in lingua.1.*Reg.*13.*d.*Semita etiam, quia angustior,quàm via,ipsas cogitationes designare potest.*Iob.*13.*d.*Et semitæ auari sunt subtiles eius *k* cogitationes. quibus sedulò inquirit qualiter pecunias augere possit.*Prou.*1.31.*d.*

Semita dicitur *l* desiderium,seu appetitus alicuius rei, ad quam homo inclinatur:& ipsi mores. Ibi autem diabolus decipulam ponit,vbi esse semitam mentis conspicit:quia illic periculum deceptionis inserit, vbi viam esse inuenerit propinquæ cogitationis.*Iob.*18.*b.*

Itinere, quo venerat, dicitur reuersus Abraham. *Genes.*13. *a.* vt designetur *m* bonos virtute moueri, vt prosint aliis, & per eandem ad Deum redire,vel designat incipiendum esse ab oratione, & in eadem opus finiendum.

Via aquilæ in cælo,*n* est subtilitas inimici, quæ circa cælestium virorum corda volitat: via colubri supra petram,est astutia hostis venenati,qui insidiari non desinit iis, quos in petra fidei fundatos esse conspicit. Via nauis in medio mari, est via iniquitatis, quæ per amaras seculi huius vndas immundorum spiritum flatibus agitatas incedit:via viri in adolescentia est,quæ facilè mutatur.*Prou.*30.*c.*

Peccata.

Via passim significat *o* peccata, quæ via malorum & peccatorum dicitur. Et via Sur, tendens in Ægyptum, est declinatio in peccatum. *Genes.*16.*b.* Et via peccatorum *p* est lata via, & Iudaica opinio eorum, qui nutriti sunt in lege:vel eorum,qui ex gentibus non sunt ducti pœnitentia.*Psalm.*1.*Nahu.*2.*b.*vel via peccatorum, sunt peccata & vitia,ad quæ instinctu naturæ propensi sumus.Et viæ propriæ,sunt ipsa peccata, quæ homo sua sponte operatur. *Psalm.*9.48.54.118.138.145.Secus hanc viam sunt negligentes,& otiosi,& non intelligentes verbum Dei:in quibus verbum Dei conculcatur.*Matth.*13.*a.Luc.*8.*a.Prou.*4.*c.Sap.*5.Huius viæ ductor,est diabolus: qui ducit in viam Ægypti,& in mundana opera:via vniuscuiusque,in quam declinat siue ad dextram,siue ad sinistram,sunt *q* errores & peccata: quæ & viæ non bonæ dicuntur. *Isa.* 10.*f.*53.*b.*57.*b.*59.*b.*65.*a. Ierem.*2.*d.*3.*a.*15.*b.*16.*d. Thren.*4.*a. Ezech.*36.*d.*In his viis,est vox ploratus,quum peccatores resipiscunt.*Iere.*3.*g.*Via Ægypti,& Bersabee, est *r* cultus idolorum & errorum.*Amos* 4.*c.*8.*d.*Et iter non tritum,est *s* iter peccatorum:quia non est via regia. *Ierem.*18.*c.* Dicitur etiam via mala,& via tenebrosa. *Prou.*2.*b.* Et semitæ malorum dicuntur incuruatæ, & inuolutæ. *Iob.*6.*c.*8.*c.* 30.*b.Isa.* 59.*b.*Iter quoque platearum, est via lata peccatorum, quæ ducit ad inferos. *Thren.*4.*d.* Et ipse mundus. *Psalm.*1. In via peccatorum non stetit. Via serpentis *t* designare potest vestigia peccati. *Prou.*30.*c.* Semita seculorum dicitur superbia.*Iob.*22.*c.*Ab *u* hac semita est nobis declinandum.*Isa.*51.*c.*59*b.Ierem.*18.*c.*Semitæ autem Dodanim,designant *x* viam condemnationis.*Isa.*21.*d.*

Errores. *Cultus idolorum.* *Via lata.* *Mundus.* *Vestigia peccati.* *Superbia.* *Via condemnationis.*

Iter mendacij,est in doctoribus Ecclesiæ, quum *y* suo exemplo faciunt, vt alij iudicent malum bonum,& bonum malum. *Ierem.*24.*c.*

Mala exempla doctorum. *Diabolus.* *Tentationes.* *Mutatio vitæ*

Via iniquitatis,dicitur *z* diabolus,aut etiam occasiones peccati. *Psalm.*118.Et via deserti, sunt variæ occasiones tentandi. *Ierem.*12.*c.* Via quoque terræ Philisthiim. *Exod.*13.*d.* designat *aa* grauiores tentationes occurrentes in principio conuersionis.

Via alia dicitur *bb* mutatio vitæ prioris in meliorem. *Matth.* 2. *b.* Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Viam longissimam dicit meretrix abiisse virum suum.*Pro.*7.*c.*quia vacantes *cc* voluptatibus purant se esse longe à lege Dei,& ab eius punitione.

Semita interdum dicitur *dd* via,qua volumus euadere flagella.*Io.*19.*a.*Semitam meam circumscripsit & transire non possum. *Hose.*2.*b.*Semitas suas non inueniet.

Anima.

Quasi per viam transire dicuntur dæmones, *ee* per animam vitiis subiectam transeuntes. *Isa.*51.*g.*Et latrones hoc est,dæmones viam sibi in afflictorum cordibus faciunt,quando inter aduersa,quæ exterius tolerantur,cogitationes quoque prauas immittere non desistunt. *Iob.*19.*b.*

Miracula diaboli. *Vestigium.* *Occulta mundi.* *Affectiones terrenæ.* *Actiones temporales.*

Semita post Leuiathan lucet.*Iob.*41.*d.*quia quorum *ff* corda diabolus penetrat, eorum opera prodigiis illustrat: vt nimirum tantò altius eorum mentes in erroris tenebris teneat, quantò per eos foris quasi potentius lucem de miraculis ostendat.

Semita aliquando dicitur vestigium.*Iob.*30.*b.*Oppressérunt quasi fluctibus semitis suis.

Semitæ maris,*gg* dicuntur occulta huius mundi,quæ perambulant pisces maris,hoc est,curiosi.*Psalm.*8.

Semitæ Theman,*hh* dici possunt dissolutæ affectiones rerum terrenarum.*Iob.*6.*c.*

Itinera Saba dici possunt actiones,quibus homo se rursum implicat in his,quæ dereliquit, vt quando per affectum cognationis redit aliquis ad temporalia,quæ reliquerat.*Iob.*6.*c.*

Grauis ira Dei causa. *Christus.*

Viam fecit Deus semitæ iræ suæ.*Psalm.*77.quia *ii* via latior est,quàm semita:& semitæ iræ suæ viam facere, est iræ causas districtè iudicando dilatare, vt qui illuminati rectè agere noluerunt, iustè cæcati adhuc faciant, vnde amplius puniri mereantur.

Peregrini in hac vita.

Viator declinans ad manendum,fuit *kk* Christus in terra.*Iere.*14.*d.*Nam à summo cælo fuit egressio eius, & cucurrit viam vt gigas,& occursus eius vsque ad summum cæli.*Psalm.*18.

Viatores sunt, *ll* qui seculum istud tanquàm peregrini pertranseunt,qui præsentem vitam viam sibi esse,& nõ patriam attendunt, qui in dilectione prætereuntis seculi cor figere despiciunt, qui non remanere in transeuntibus,sed ad æterna peruenire concupiscunt.*Ezech.*39.*c.Iob.*21.*d.*

Gentiles.

Viatores Ismaëlitæ.designant Gentiles ad fidem venientes.*Gen.*37.*e.*

Viaticum.

Opera bona.

Viaticum,quicquid iter agẽdi causa necessarium est,siue cibus sit,siue pecunia ad victum expendenda.*Deu.*15.*c. Ios.*9.*a.*Potest autem viaticum designare *mm* opera ad futuram vitam necessaria.

Vibrare.

Vindicta Dei. *Ornantes hæretici errores.* *Persequentes prædicatores.*

Vibrare, est mouere,& quasi vi agitare:vt vibrare gladium,vel hastam.

Vibrare dicitur Deus gladium, *nn* quando præparat vindictam.*Psalm.*7. vel vibrabit gladium, quando Christi humanitas in iudicio malis apparebit terribilis.

Vibrare dicitur hasta & clypeus super equum. *Iob.*39.*c.* quando *oo* hæretici in suis mendaciis vtuntur ornato sermone:vel quando graues exercentur persecutiones ab infidelibus contra prædicatores. Et vibrat clypeus,quando persecutor sæuiens, postquàm prædicatoris corpus supplicio percussit, auditorum cor quasi clypeo verbis suæ disputationis munit.

a *Arn.s.psal.* 106.
b *Gre.s.*1. *Re.* 13.& 16. *m.* 30.
c *Bed.s.Prou.* 2.
d *Phi.de agri.*
e *Gre.s.*1. *Re.* 6.
f *Au.s.ps.*141.
g *Ori.s.Matt.* *ho.*20.*Au.* 1. *q.in euan.*31. & 2.*con.Gau* *dentium.*17.
h *Gre.ho.* 36. *Am.de Sal.*4.
i *Gre.s.*1. *Re.* 13.& 11.*mo.* 25.
k *Bed.s.Prou.* 131.
l *Gre.*14.*mo.* 6.
m *Amb.*2.*de Abra.*5.
n *Bed.s.Prou.* 30.
o *Cle. Ale.* 2. *strom.*
p *Hil. s. psal.* 1.*Chr.s. Mat.* *ho.*45. *Basi.s.* *psal.*1.
q *Hie.s.Is.*10. 57.& *s.Ier.*2. & *s.Amos.*8. *Gre.*7.*mo.*14.
r *Ru.s.Amos.* 4.
s *Bed.s.Pro.*2. *Ori.s.Cant.h.* 4.& *s.Eze h.* 13.
t *Am. de Salom.*3.
u *Gre.*16.*mo.* 5.
x *Hie.s.Isa.* 21.
y *Lyr.s.Ie.*23.
z *Arn.* & *Hil.s.ps.* 118.
aa *Glo.ord.su.* *xod.* 1.
bb *Hil.s.Mat.* *Can.*1.
cc *Glo.in sup.* *Prou.*7.
dd *Gre.*14.*m.* 18.
ee *Hie.s.Isai.* 51.*Gre.*14. *mo.*18.
ff *Greg.*24. *mor.*11.
gg *Aug.s. ps.* 8.
hh *Gre.*7. *m.* 17.
ii *Greg.* 25. *mor.*13.
kk *Hi.s.Ie.*14.
ll *Hier. sup.* *Eze.*39.*Gre.* 55.*mor.*27.
mm *Gle.or. s.* *Deu.*25.
nn *Basil.*& *Aug.s.psal.*7.
oo *Hie.s. Iob.* 39.*Gr.*31.*m.* 25.

Digitized by Google

a *Gr.* 34. *m.* 6. Vibrare dicitur haſta contra Leuiathan. *Iob.* 41. *d.* quando *a* Deus in diaboli interitu diſtrictam minatur ſententiam. Haſtam quippe vibrare eſt, æternam mortem ex diſtricta animaduerſione præparare. *Præparata ſententia contra diabolum.*

Vice, Viciſſitudo, Vicarius.

Viciſſitudo, eſt alteratio & mutatio, quæ per vices fit: vnde & vicarium eſt, quod pro altero quaſi æquale redditur.

Vicia.

Vicia, eſt genus grani, ſeu leguminis, cuius herba capreolus habet vt vitis. Eius ſemen parum differt à lente. *Ezech.* 4. *c. Iſa.* 28. *g.* vbi Septuaginta dicunt Far. Poteſt referri *b* ad minores & ſimplices in Eccleſia, ſicut & Gitti.

b *Glo. ord. ſu. Iſa.* 28. *Minores in Eccleſia.*

Vicinus, Finitimus.

Vicini dicuntur, qui eundem colunt locum, & quorum domus parum à ſe inuicem diſtant.

c *Glo. in. ſ. Ier.* 23. Non dicitur Deus è vicino: *c* quaſi ſola vicina, aut præſentia nouerit: ſed eius cognitio ad remotiſſima quæque extenditur. *Ierem.* 23. *d.*

d *Gre. ho.* 34. Vicini Dei dicuntur *d* appropinquantes illi meritis & gratia. *Iſa.* 33. *b.* Et angeli ſunt vicini Chriſti, quos conuocat ad congratulandum ſuper oue inuenta. *Luc.* 15. *a.* *Exiſtentes in gratia. Angeli.*

e *Ru. 2. ſ. Ex.* 7. & 1. *ſ. Deu.* 7. Vicini fidelium erant *e* Gentiles. *Exod.* 12. *a. Pſal.* 79. Ab his petit vidua vacua implenda oleo gratiæ. 4. *Reg.* 4. *a.* Item Sancti: quos aſſumimus in ſacrificio, quum dicimus, Communicantes & memoriam venerantes, &c. Et vicinior ciuitas loco cadaueris, eſt Gentilitas credens ſcripturis prænunciantibus mortem Chriſti. *Deut.* 21. *a.* *Gentiles. Sancti.*

f *Hie. ſ. Ier.* 6. Vicini Iudæorum, *f* erant fideles ex Gentibus, vel ſunt, qui ſequuntur cum Iudæis occidentem literam. *Iſa.* 33. *d. Ierem.* 6. *e.* *Fideles ex Gentibus. Sequentes literam cum Iudæis.*

g *Amb.* 3. *de fide.* 5. Vicini Chriſti dicuntur *g* Iudæi & Gentiles, qui non ei adhærebant, nec in eadē domo exiſtebant. Vicini etiam ſunt *h* mali Chriſtiani, quibus fit opprobrium Chriſtus, vel ſunt, qui volebant fidem accipere, ſed malorum Chriſtianorum ſcandalo retrahuntur. *Pſalm.* 30. 88.

h *Au. ſ. pſ.* 30. i *Hie. ſ. Ier.* 12. *Iudæis. Iudæi & Gentiles. Mali Chriſtiani.*

Vicini Eccleſiæ peſſimi, ſunt *i* hæretici, qui non in Eccleſia, ſed iuxta Eccleſiam, in aliquibus concordantes, in aliquibus diſſidentes. *Ierem.* 12. *d.* *Hæretici.*

k *Ori. ſ. Ez. h.* 7. *Hie. ſ. Ezec.* 16. *Arn. ſ. pſ.* 78. Vicini Hieruſalem erant *k* Ægyptij, quia eorum imitabantur vitia Iudæi, vel ſunt dæmones vicini naturæ humanæ, quia vtrique intellectuales. *Ezech.* 16. *c.* vicini quoque dicuntur dæmones, qui nunquàm à nobis recedunt, vt tentent. *Pſalm.* 78. *Dæmones.*

l *Glo. int. ſ. Exod.* 3. Vicina, à qua poſtulantur vaſa. *Exod.* 3. *g.* 1. *a.* deſignat *l* ſcientiam verorum quæ apud Gentiles habetur. *Scientia naturalis.*

m *Aug. ſ. pſa.* 78. Vicina caro dicitur de carne, quæ animæ copulata, eſt tanquàm illi vicina. *Leu.* 15. *c.* *Caro.*

n *Gre. ſ.* 1. *Re.* 4. Vicini noſtri dicuntur mali, *m* quia in mundo permiſti ſunt bonis, donec in iudicio fiat ſeparatio. *Pſal.* 78, 79. *Mali.*

Vicina partui vxor Phinees. 2. *Reg.* 4. *d.* deſignabat *n* plebem Iudaicam cogitantem effundere malitiam, quam in Chriſtianos conceperat. *Plebs Iudaica. Tentationes recenter conuerſorum.*

o *Glo. ord. ſu. Exod.* 13. Vicinitas terræ Philiſthiim deſignat *o* tentationes orientes in initio conuerſionis. *Exod.* 13. *d.*

p *Glo. int. ſup. Eze.* 17. Finitimi Tyri, dicuntur ædificaſſe Tyrum, *p* vt non ipſa ſuperbiat, quaſi ſeipſam ædificauerit, ſed dicatur ei, Quid habes quod non acceperiſti? *Ezech.* 27. *a.*

Victima, vide Sacrificare.

Victus.

Victus eſt omne illud, quo viuimus, cuius allegorias potes quærere in verbis, *Cibus*, & *Comedere*.

Vicus, Viculus.

Vicus, eſt pars vrbis, qui ex multiplicatis domibus fit, eſtque anguſtior platea. Conſtat autem vrbs ex pluribus vicis, tanquàm ex membris. *Viri ſpirituales.*

q *Gre. ſ. Cant.* 3. Vici ciuitatis, ſunt *q* ſpirituales viri in Eccleſia, qui dum ad cæleſtia toto corde gradiuntur, anguſtam viam tenent, qua ad vitam perducantur. In his quærit ſponſa ſponſum, quando in eis quærit, quod imitetur. *Cantic.* 3. *a.*

Videre, Cernere, Præuidere.

Videre, eſt actus potentiæ viſiuæ per organum oculorum, qui potiſſimùm cognitioni deſeruiunt, & in hoc viſus cæteris ſupereminet ſenſibus, quorum actibus, quatenus cognitioni deſeruiunt, videre attribuitur, & quum aliquid mente percipimus, videre illud dicimur, ſicut & ipſa mens oculus dicitur. Itaque videre interdum, eſt audire. *Exod.* 20. *c.* Cunctus autem populus videbat voces. Cauere. 4. *Reg.* 6. *g.* Videte quum venerit nuntius. Cognoſcere. *Gen.* 2. *c.* Adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Laudare. *Matth.* 6. *a.* 23. *a.* Vt videantur ab hominibus. Comparare. 2. *Reg.* 14. *ſ.* Faciem regis non vidit. Confirmare. *Ierem.* 11. *d.* Videam vltionem tuam ex eis. Conſiderare. *Gen.* 20. *e.* Quid vidiſti, vt hoc faceres? Contemplari. *Geneſ.* 11. *a.* Vt videret ciuitatem & turrim. Eligere. *Matth.* 4. *c.* Vidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus. Experiri. *Gen.* 8. *b.* Vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ. Explorare. *Gen.* 37. *c.* Vade, & vide, ſi cuncta proſpera ſint. Illuſtrari. 4. *Reg.* 6. *c.* Aperi oculos pueri huius, vt videat. Imaginari. *Geneſ.* 28. *c.* Viditque in ſomnis ſcalam. Iudicare. *Gen.* 1. *b.* Vidit Deus quod eſſet bonum. Perſuadere. *Deut.* 12. *b.* Singuli quod rectum ſibi videtur. Pugnare. 2. *Para.* 25. *a.* Videamus nos mutuò. Reſpicere. *Gen.* 9. *d.* Patris vitilia non viderunt.

r *Ambr.* 1. *de Exae.* 9. & *de Noe.* 11. ſ *Hie. ſ. Ier.* 11. t *Euc. for. ſpir.* 1. u *Hie. ſ. Iſ.* 57. x *Hil. ſ. pſ.* 138 y *Ori. ſ. Gen. h.* 8. *Au.* 13. *con-fe.* 3. & *ſ. pſal.* 58. *Euc. for. ſpir.* 1. z *Chry. ſ. Gen. ho.* 4. *Baſi. ſ. pſ.* 32. *Hi. ſ. Mat. Can.* 22. & 9. *de trin. Hie. ſ. Iſai.* 59. aa *Ori. ſ. Mat. cap.* 14. *Hil. ſ. pſ.* 58. *Hie. ep. beat. Rup. ſup. Zac.* 9. *Aug. ſ. pſ.* 31. & *ſ. Ioa. tract.* 49. bb *Gre.* 7. *mo.* 13. *Hie. ſ. Iſai.* 57. *Fulg. ad Traſi.* 2. *Euc. for. ſpir.* 1. cc *Hie. ſ. Iob.* 28. *Gr.* 18. *m.* 23. dd *Cyr.* 6. *ſ. Ioan.* 13. ee *Hie. ſ. Hoſ.* 9. ff *Amb. de Ioſeph.* 10. Videre in Deo, *r* idem eſt, quod approbare, vt quum dicitur vidiſſe cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. *Gen.* 1. *d.* Plus eſt autem quod probatur aſpectu, quàm quod ſermone laudatur. Suo autem vtitur Deus teſtimonio non alieno ſuffragio, quæ probat Deus videt: & quæ videt probat. Propriis autem ſermonibus naturam lucis expreſſit, quæ videndo complacet, quoniam ipſa videndi officium ſubminiſtrat. Vidit etiam Noe iuſtum, quo iudicio ſe ipſe non fallitur, quum homines paſſim fallantur. *Geneſ.* 7. *a. Ierem.* 12. *a.* *Approbatio Dei.*

Vidit Deus viam Chriſti, *s* vt opera redēptionis per eum facta acceptet. *Iſ.* 57. *d.* Præuidit etiā omnes vias Chriſti, quando omnia prædixit, quæ ad eum ſpectabat. Et viderunt oculi eius imperfectum illius, hoc eſt, humanitatem, vel oculi alicuius vident imperfectum Dei, hoc eſt, *u* eius deitatem, quam tamen non comprehendunt. *Pſalm.* 138. *Acceptans Deus opera Chriſti.*

Videre etiam dicitur Deus, *x* quando facit nos videre: & videt, quæ fecerat bona, aut valde bona: quando facit, vt nos ſpiritu eius videamus. Qui enim produxit cælum, & priuſquam formaret, ſciebat formandi cæli pulchritudinem, loquitur eo modo, quo nos homines imbecillitate circundati intelligere poſſimus. *Gen.* 1. *d. Pſal.* 58. 138. *Iob.* 28. *d.* *Faciens Deus videre.*

Videre præterea dicitur Deus, quum *y* examinat. *Gen.* 11. *a.* Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrem. *Pſalm.* 32. vidit omnes filios hominum. Sic videbit Deus diſcumbentes, quando in iudicio omnes examinabit. *Matth.* 22. *a. Iſa.* 59. *d.* Et vidit Ieſus ficum, eam videlicet iudicaturus. *Matth.* 21. *b.* Et videt poma conuallium, quando per ſuperiores examinat inferiores. *Cant.* 6. *d.* *Examinans Deus.*

Videre quoque dicitur Deus *z* eos, quibus præſtat auxilium, & quorum miſeretur. *Geneſ.* 16. *d.* 22. *c. Exod.* 3. *a. Pſalm.* 79. Et videre dicitur quando adiuuare decernit. *Ezech.* 16. *a.* Et vidit opera Niniuitarum pœnitentium, vt eorum miſeretur. *Iona.* 3. *d.* Et vidit Ieſus turbas per miſericordiam. *Matth.* 14. *b. Pſalm.* 58. Et vidit pater à longè filium prodigum. *Luc.* 15. *d.* quia ante opera digna pœnitentiæ præuenit peccatorem ſuo auxilio. *Iſa.* 63. *d. Zach.* 9. *b.* Sic vidit Chriſtus Nathanaelem, quando miſertus eſt generis humani. *Ioan.* 1. *g.* 11. *c.* Et viſus hominis, *aa* eſt miſericordia redemptoris. *Iob.* 7. *b.* *Auxilium Dei. Miſericordia Dei.*

Videre rurſum dicitur Deus, quando reprobat, *Gen.* 11. *a.* 18. *c.* Et dicitur videre peccata, quando *bb* certam decernit vindictam, quam reprobi nequeant euadere. *Ierem.* 7. *b. Iſa.* 57. *d.* 59. *a.* Itaque non videt malum Deus, vt probet: videt verò, vt iudicet. Et quaſi non videns dicitur Deus, quando diſſimulat punitionem peccatorum. *Iſa.* 57. *c. Iob.* 11. *Reprobatio Dei.*

Vidit oculus Dei omne precioſum, *cc* quando ante conſpectum eius, eſt adimpletio, ſiue effectus ſuæ voluntatis, collatis Eccleſiæ immenſis beneficiis. *Iob.* 28. *b.* vidit etiam omne precioſum, quando elegit humiles. Sic vidit Nathanaelem ſub ficu, *dd* hoc eſt, ſub vmbra legis, vnde eum elegit. *Ioan.* 1. *g.* Et vidit cæcum à natiuitate. *Ioan.* 9. *a.* vidit etiam Deus patres Iſraël, vt prima poma in cacumine ficus, *ee* quando elegit Patriarchas & Apoſtolos. *Hoſe.* 9. *c.* Et videns Ioſeph Beniamin. *Geneſ.* 43. *f.* eſt *ff* Chriſtus eligens & conuertens Paulum, videns *Electio Dei.*

Digitized by Google

Prædestinatio & vocatio.
Expertus Iesus miserias.
Receptio gentilium ad fidem.

quoque Iesus maximam multitudinem venientem ad se. *Ioan. 6. a.* Designat *a* prædestinationem & vocationem saluandorum.

Vidisse dicitur Iesus turbas. *Matth. 5. a.* quando *b* expertus est miserias huius vitæ.

Videre vltionem volebat Christus de persecutoribus, *c* non de iis, qui conuertendi erant ad pœnitentiam: sed qui perseueraturi erant in nequitia. *Ierem. 11. d.*

Videns Isaac camelos venientes cum Rebecca, designat Christum recipientem gentiles ad fidem. *Gen. 24. g.*

Videre aliquando sumitur generaliter, vt includat etiam cognitionem aliorum sensuum, vt quum populus dicitur vidisse voces. *Exod. 30. c.* vbi designatur, *d* diuina præcepta intellectu potius videri, quàm audiri.

Intellectus angelicus.

Visus in sanctis angelis, *e* clarissimam signat aciem, qua diuinis hauriendis luminibus inhiant, simplicemque præterea illam, & liquidam, nihilque obluctantem, sed motus celeritate constantem, puramque & patulam suscipiendis absque perturbatione vlla diuinæ claritatis fulgoribus: qualitatem videre autem dicuntur aquæ Deum, hoc est angeli præpositi aquis. *Psalm. 76.*

Visio beatifica.
Visio per speciem.

Videre faciem Dei, *f* est eius diuinitatem intueri, quod erit videre Deum in iubilo. *Iob. 33. d.* Videre autem facie ad faciem, licèt sit claram eius habere cognitionem, tamen aliquando est videre eum per aliquam speciem, quæ plurimum mentem eleuet. *Gen. 32. g. Exod. 33. c.* Vidit autem Deum in carne qui videt eum resuscitatus. *Iob. 19. b.* Videre in vsu scripturæ idem significat, quòd habere, quemadmodum illud, Videas bona Hierusalem: Et, Tollatur impius, ne videat gloriam domini.

Habere Deũ.

Vident omnes homines Deum. *Iob. 37. d.* quia *g* omnis homo eo ipso, quo rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum qui se condidit Deum esse. Quem nimirum iam videre, est dominationem illius ratiocinando conspicere. Et vident opera domini in profundo, qui *h* secreta eius mirabilia cognoscunt. *Psalm. 106.*

Cognitio Dei per creaturas
Ignorantia status gratiæ

Non videt homo Deum, si venerit: nec intelliget, si abierit: quia *i* postquam semel sponte oculos perdidit, incertus est de tentatione, vtrum probet, an traducet: & de bonis vtrum hic desertos remunerent, an in via nutriant, vt ad patriam perducant. *Iob. 9. b. 23. b.*

Cognitio incarnationis & passionis Christi.

Vidit Abraham diem Christi. *Ioan. 8. g.* hoc est, *k* vel incarnationem Christi, iurante seruo sub eius femore: vel passionem in immolatione Isaac: vel Trinitatem, quando tres vidit & vnum adorauit. Videns autem Abraham post tergum arietem. *Gen. 22. c.* indicauit præcognitionem futuræ passionis Christi. Et videns Moses posteriora Dei, designauit *l* cognitionem humanitatis Christi in vltimis temporibus: vel Iudæos credentes post passionem Christi, vel credituros in Christum in postremo tempore. *Exod. 33. d.* Et videns Balaam visionem Omnipotentis. *Nu. 24. a.* designauit reuelationem & conuersionem Iudæorum in fine mundi futuram. Videre autem dicuntur Ioseph ante mortem, *m* qui fidem Christi in hac vita amplectuntur. *Gen. 45. 46. d.* Non viderunt autem bonum dies antiquorum patrum. *Iob. 9. d.* quia non *n* viderunt Christum incarnatum, quem desiderabant videre. Visiones etiam Iacob designabant præuisam incarnationem Christi ab ipso. *Gen. 28. c. 32. g.* Videntibus filiis Israël, iniit Deus pactum cum eis. *Exod. 34. b.* potest dici de incarnatione, quando filius Dei visibilis apparuit.

Cognitio passionis Christi
Cognitio diuinæ vindictæ

Videns Rebecca Isaac designat *o* cognitionem, quæ accipitur de Christo. *Genes. 24. g.* Videre quoque Christum incarnatum: est videre Deum facie ad faciem. *Ge. 32. g.* Videre quoque faciem Ioseph, est videre Christum. *Ge. 43. a.* Et videt iustitiam Dei, qui videt Christum. Cernens populus opus Dei terribile, designat cognitionem passionis Christi pro peccatis nostris illatæ, vel cognitione terribilis vindictæ, quam exercet Deus in malos. *Exod. 34. b.* Videt virtutem & gloriam Dei, *p* qui videt Christum: *Psalm. 62.* Et videt lumen in lumine, qui in filio videt patrem. *Psalm. 35.* Et vidit regem Salomonem in diademate, &c. qui Christi contemplatur humanitatem. *Can. 3. d.* Et videt cælos apertos, qui vera confitetur de Christo. *Actor. 7. g.* Et vident oculi præceptorem, hoc est, Christum in carne. vel Deum in mente *Isa. 30. c. 32. a.* Et videt ingressus Dei *q* qui cognoscit Deum in homine, vel Christũ ascendentem in cælũ. *Psal. 67.* Et videnti pauperes, hoc est, Apostoli, quæ de Christo erant. *Psa. 68.* Et videt cæcus, quum gentiles cognoscunt Deum in Christo, *Mat. 12. b.* Et vident vniuersi credentes columnam, hoc est, Christum. *Exod. 33.*

Reuelatio veritatis.
Cæcitas Iudæorum.

Visio manifesta dicitur esse, quum fit reuelatio amatæ veritatis. Visio verò non manifesta, designat cæcitatem *r* Iudæorum. *2. Reg. 3. a.* Videt visionem magnam, qui videt secreta Dei, qui & magnalia Dei videre dicitur. *Exod. 3. a. 14. d. 19. a 20. d. 24. c.*

Videre secreta Dei.
Venientes gentiles ad fidem.

Videbunt gloriam Dei deserta, hoc est, gentiles, quum venient ad fidem. Videtur autẽ gloria domini in Hierusalem, hoc est, in Ecclesia, vbi videtur iustus nempe Christus. *Isa. 35. a. 60. a. 62. a.* Videre autem non valens Zachæus Iesum, designat *s* gentiles, qui ex hoc, quod terrenis adhærebant, Christum videre non valebant. *Luc. 19. a.* Videbunt autem oculo ad oculum, vel Apostoli ipsum Christum, vel in gloria omnes beati facie ad faciem, & omnes fines terræ salutare Dei. *Isa. 52. c.* Et vident Christum in Galilæa, qui vident Deum in cælesti gloria visione beatifica: vel qui vident Deum in gentibus conuersis. *Matth. 28. b.* Videbunt autem omnes in iudicio gloriam Christi, non vt omnes sint beati, sed maiestatem Christi quem compunxerunt, videbunt mali ad maiorem condemnationem. *Isa. 66. f.* Videt populus lucem magnam, *t* quum credendo videt Christum. *Isa. 9. a.* Videntes Magi stellam, *u* sunt cognoscentes Christum, aut veritatem. *Matth. 2. a. Psalm. 47.* Non videt autem lucem, nec bonum, *x* qui Redemptoris mysteria non cognoscit. *Iob. 3. b. 9. c.* Vident autem lumen in lumine, qui in filio vident Spiritum sanctum. *Psalm. 33.* videre etiam dicuntur aquæ Deum, quando populi ipsum cognoscunt. Videre dicitur mane gloriam Domini, *y* qui Christi vident resurrectionem, vel in fœlicitate. *Exod. 16. b. Psalm. 5.* Et videtur Deus in Sion, hoc est, in Ecclesia, vel in terra viuentium. *Psalm. 83. Isa. 38. b.* Vident bona Hierusalem, *z* qui sunt in cælesti patria, & vident dies bonos acquirentes vitam æternam. *Psalm. 33. 127. Iob. 7. b.*

Visio beatifica.
Videre mysteria Christi.
Videre Spiritum sanctum in filio.
Iudæi nolentes cognoscere Christum.

Videntes fratres Ioseph ipsum Ioseph à longè. *Genes. 37. d.* designant *aa* Iudæos nolentes agnoscere Christum. Non videntes solem supercadente igne, *bb* fuerunt Iudæi, qui igne inuidiæ accensi, non cognouerunt Christum. *Psalm. 57.* Idem dicitur de non videntibus veritatem. Non vidit etiam lucem, quam expectabat Iudæa, nec ortum surgentis auroræ. *Iob. 3. b.*

Contemplatio.

Visiones Iacob in somniis. *Gen. 28. a. 32. g.* designat contemplationem quæ per quietem à tumultibus sæculi habetur. *Ios. 5. d.* Et videre absolutè, est *cc* contemplando cognoscere. *Psalm. 44. 45.* Et videns est *dd* qui interna contemplatur, quæ mens carnalium non attendit: videns etiam est is, cui remota & absentia sunt præsentia, qua ratione Prophetæ videntes dicebantur. *1. Reg. 9. b.* videt Dominum super solium excelsum, qui in *ee* sublimem gradum contemplationis eleuatur. *Isa. 6. a.* Et vident filium hominis venientem in regno suo, qui possunt cum eo in montem excelsum ascendere per contemplationem. *Matth. 16. d. Iuc. 21. a.* Visio nocturna, est *ff* contemplatio & cognitio Dei, quæ in hac vita habetur, quæ semper est cum obscuritate, licèt sit in quiete à tumultibus. *Iob. 33. b.* Et videre dicuntur in foraminibus *gg* qui habent lumen scientiæ, sed obscurè, vel vident per oculos, qui sunt velut foramina. *Eccl. 12. d.* Et videt Ecclesia, quum contemplatur conuersionem gentium. *Isa. 60. a.* Et videre oculis, est attentè & diligenter considerare, vel verba Dei, vel eius creaturas. *Ezech. 44. b.* Videntes quoque dicuntur doctores ecclesiæ: quos videntes fabricat Deus. *Exo. 4. c. Isa. 50. b. 31. a.* Videns somnium Nabuchodonosor, *hh* contemplationis actum designat, & videt statuam, quum contemplatur conditionem vitæ humanæ. *Dan. 2. a.* Videt cælos Dei, *ii* qui sacras scripturas contemplatur, & agnoscit. *Psalm. 8.* Videns etiam, est populus Christianus, qui etiam est audiens. Et sapientes *kk* dicuntur videntes, vt olim Prophetæ, & videntium locus est ecclesia. *Iob. 34. c.* Et visio dicitur reuelatio & prophetia, etiam si fiat auditu. *Hos. 12. c. Ioe. 2. g.* Et visiones capitis, sunt contemplationes mentis & illuminatio sensus spiritualis. *Dan. 2. d. 4. a.*

Cognitio scripturarum.
Populus Christianus.
Sapientes.
Ecclesia.
Videntes splendorem legis.

Videntes filij Israël cornutam faciem Mosis. *Exod. 34. d.* sunt *ll* videntes splendorem legis: in cuius tamen mysteria non valebant intendere.

Cognoscere auxilium verbi Dei.

Videntes Discipuli Christum ambulantem supra mare. *Matth. 14. c.* sunt *mm* incipientes cognoscere auxilium verbi Dei in tentatione.

Conuersio ad lucem veritatis.

Videre dicuntur de tenebris & caligine. *Isa. 29. f.* qui *nn* ab erroribus ad lucem veritatis sunt conuersi, & vident tenebras, occulta mysteria cognoscentes.

a *Cyr. s. Ioa. 11.*
b *Rup. 4. sup. Matth.*
c *Hier. s. Ier. 11.*
d *Phi. de mig. Abra.*
e *Dio. cal. hierar. 15. Ori. s. Ier. 14.*
f *Isyc. s. Leu. 16. Greg. 14. mor. 33. & 24. moral. 6. Gregor. Nyss. de Beatitudini.*
g *Grego. 27. mor. 2.*
h *Ar. s. psal. 106.*
i *Greg. 9. m. 11.*
k *Cyr. 6. sup. Ioan. 11. Isy. sup. Leu. 16.*
l *Augu. q. in Exod. 154. & epis. 112. & s. ps. 138.*
m *Gl. ord. s. Genes. 45.*
n *Gre. 4. mo 22.*
o *Amb. 2. de Iacob. 4. Ter. de Tri.*
p *Hie. s. Mi. 7. Hil. s. psal. 62. Amb. exhor. ad virgi. & de instit. virg. 16. & 3. de fide. 2. Ter. ad Mar.*
q *Arn. s. psal. 67. 68. Hil. s. psa. 67. & s. Matt. ca. 2.*
r *Gre. s. 1. Re. 3.*
s *Am. s. Luc. 19.*
t *Hie. s. Is. 9. & sup. Iob. 3. Au. 3. de cons. cuan. 25.*
u *Arn. s. psal. 47.*
x *Gre. 6. mor. 22.*
y *Hie. s. Hab 3. Arn. s. psal 5. 83.*
z *Basi. s. psal. 33.*
aa *Glo. int. s. Gen. 37.*
bb *Arn. & Aug. s. ps. 57. Gre. 4. m. 15. 16.*
cc *Basi. s. psa. 44. 45.*
dd *Gre. sup. 1. Reg. 9.*
ee *Ori. s. Isai. hom. 1. & s. Matt. ho. 3.*
ff *Gre. 23. m. 21.*
gg *Hie. s. Eccle. 22. & s. Isa. 30. & s. Isa. 30. & s. Eze. 44. & ad Principiũ.*

hh *Ric. de S. Vict. de somn. Nabuc. 2. 19. 22. & de sec. conscientia.*
ii *Au. s. ps. 8. Bed. s. Exo. 4. Phil. de mig. Abra.*
kk *Gr. 25. m. 15.*
ll *Glo. or. sup. Exod. 34.*
mm *Ori. s. Matt. cap. 14.*
nn *Hie. s. Is. 29.*

Digitized by Google

Videns Iacob plaustra,& cætera,quæ mittebat Ioseph.*Gen.*45.*g.*designat *a* ex Iudæis eos, qui cognouerunt plenitudinem Euangelij.

Sacra scriptura tractabilis humilibus.

Quasi visio maris,est aspectus rotarum.*Ezech.*1.*d.* quia *b* vt in expertis & corde pauidis tremenda est visio maris,& desperabilis,expertis autem,& animo constantibus adeò tolerabilis, vt non dubitent fragili signo se committere.Qui si flauerit aura placida, velociter atque delectabiliter optatam deferuntur in patriam, si autem ventum sequantur contrarium,& sydera errantia,non perueniunt ad portum, sed in fluctibus res pariter amittunt & vitam.Talis visio rotarum, sicut rotæ quatuor facies habentes, inertibus & veram fide virtutem non habentibus, tremenda & inaccessibilis est: studiosis autem & bonam spem habentibus, adeò tractabilis, vt non dubitent se nauiculæ Ecclesiæ,& arbori crucis committere, ad transmeandam altitudinem dictorum & sensuum, qui multiplices sunt in lege,& Prophetis & psalmis.Tunc si aspirauerit gratia Spiritus sancti, isto quasi delectabili nauigio currunt in illam cœlestem patriam.Si autem spiritum erroris,& vanitatem sectentur hæreticam,peius in hoc profundo pereunt,quàm si paupertatem propriam confitentes nunquam nauigandi sumpsissent audaciam.

Videns Iacob filios Ioseph. *Genes.*48.*b.* Indicat præcognitionem, quam habuit de his, qui crediturі erant in Christum.

Vnio legis & prophetiæ cum Christo. Consideratio. Vindicta Dei in malos.

Videntes discipuli solum Iesum, post discessum Mosis & Eliæ. *Matth.* 17. *b.* designant *c* legem & Prophetiam factas esse vnum cum Christo.

Vident iusti Iudæos eradicatos, *Psal.*51. quando *d* considerant iudicia Dei in eo,quòd populum tam dilectum ita abiecerit.Et videns Iuda repudium Israël.*Ierem.*4.*c.*designat *e* Christianos considerantes repudium Iudæorum. Videbunt autem iusti malos condemnatos, & lætabuntur, *f* non nunc, sed in iudicio *Iob.*22.*c.* Videbunt Sancti cadauera præuaricatorum,*g* quando cognoscet pœnam damnatorum iustam,& videbunt ad satietatem, quia fastidiosa erit eorum visio.*Isa.*66.*g.*Sic viderunt filij Israël,quæ fecit dominus Ægyptiis.*Exod.*19.*a.*

Examinans Christus pœnitentes. Despectus terrenorum. Caluaria locus. Obstinatio. Cæcitas sacerdotum Iudæorum. Curæ prælatorum. Indignè discutere mysteria & tractare eucharistiam. Errores hæreticorum.

Quum voluit videre Iesus,vbi positus esset Lazarus.*Iob.*11.*e.*designauit *h* ad ipsum spectare, cognoscere,& examinare,an peccatum,quod deflemus,sit remittendum,& an sit iam ipsi peccato defunctus.

Videbunt terram de longe *i* beati, & etiam habentes conuersationem cælestem. *Isa.* 33. *c.* quia despicient terrena.

Visionis terra dicitur *k* Caluariæ locus,vbi Abraham immolaturus erat Isaac filium suum,in typum immolationis Christi.Vidit autem Abraham locum procul,quia Dei regio est captu difficilis.*Gen.*22.*a.*

Admiratio de prædicatoribus.

Non potens Eli pontifex videre lucernam Dei.1.*Reg.*3.*a.*designat,*l* quod quum is,qui pastorali dignitate præeminet, magna densitate secularis amoris premitur, ad internæ claritatis intuitum nulla gratiæ inspiratione subleuatur.Non videre quidem, pœna peccatoris est in hoc seculo adhuc viuentis:non posse autem videre,est impij mortui iam in illo seculo æterna pœna damnati,vnde dicuntur tenebræ exteriores. In hoc ergo seculo non posse videre, magnam denotat obstinationem. Vel designat sacerdotes veteres non valentes videre statum suum, nec cognoscentes lucem scripturæ,an luceat:vel extincta sit quod tamdiu eis durat, quamdiu est in eis zelus perfidiæ. Non videns clarè Iacob,designare potest Iudæos non percipientes mysteria legis.*Gen.*48.*b.*

Experientia quietis contemplationis. Cognitio tentationis & fragilitatis humanæ.

Videntes Bethsamitæ arcam.1.*Reg.*6.*c.* designant perfectos *m* cognoscentes aliorum profectum. Videntes quoque satrapæ Philisthinorum,sunt prælati considerantes opera subditorum.Videre etiam lepram,est sacerdotum,*n* qui debent subditorum peccata discernere.*Leu.*13.*b.*14.*a.*

Gaudere de victoria dæmonum.

Ediuerso videntes Bethsamitæ arcam Domini,sunt *o* hæretici indignè discutientes sacramenta Christi, vel sacerdotes indignè eucharistiam contrectãtes. Item eos,qui exteriorem honorum Ecclesiasticorum fulgorem appetunt.Et visio inutilis,*p* sunt dogmata hæreticorum.*Hos.*10.*a.*Et visio pseudo-Prophetarum, sunt hæreses.*Iere.*23.*e. Thren.*2.*e.*Dicuntur autem videre vana.*Ezech.*13.*a.*

Collatio doctrinæ mutua Curiositas.

Videntes Saulem prophetantem,& admirati.1.*Re.*10.*b.*designant eos *q* qui agnoscunt splendentes prædicatione eos,quos prius despectui habebant.Sic admirati sunt splendorem vultus Mosis. *Exod.*34.*d.* Sic etiam dicebant de Apostolis.*Actor.*2.*b.* Nonne omnes isti, qui loquuntur Galilæi sunt? Et videntes faciem Ionathæ,sunt audientes prædicatorem,& mentis eius charitatem cognoscentes.1.*Reg.*14.*b.*

Recognitio fidei.

Videre interdum est *r* experiri, aut experimento cognoscere, vt vidit Isachar requiem quòd esset bona:vbi designatur experientia contemplatiuorum.*Gen.*49.*c.Psalm.*33.45.

Derelictio obstinatorum.

Videns Petrus venrum validum. *Matth.*14.*d.* designat *f* cognoscentem impetum tentationis, vnde mouetur ad inuocandum Christum.Et videt paupertatem suam,qui cognoscit se fragilem & nihil esse.*Thren.*3.*a.*

Cæcitas Iudæorum.

Non videre vltra Ægyptios,*s* est liberari à tentationibus,& videre eos mortuos, est de victoria contra dæmones gaudere.*Exod.*14.*d.*quia videlicet princeps huius mundi eiectus est foras.

Occasiones diaboli, aut hæreticorum ad tentandũ.

Videre dicuntur cerui facies suas,*u* quum Apostoli conferunt inuicem doctrinam per reuelationem acceptam, sicut fecit Paulus.*Isa.*34.*b.*Iuxta Septuaginta.

Compassio prælatorum.

Videre interdum est *x* curiositas, vt voluit videre Dina mulieres Sichem. *Gen.*34.*a.* Sic volebant Iudæi videre signum de cœlo.*Matth.*12.*c.*Et Herodes cupiebat videre Iesum.*Luc.*23.*b.*

Lex & Prophetæ ostendentes peccata.

Videns angelus percutiens sanguinem agni in superliminari, est *y* recognoscens fidem passionis Christi. *Exod.*12.*d.*

Inuidia Iudæorum.

Non videntes vltra Moses & Aaron faciem Pharaonis.*Exod.*12.*d.* designant relinqui obstinatos in sua obstinatione. Non videns etiam Samuel vltra Saulem. 1. *Reg.*15.*g.* designant *z* zelum habendum erga impœnitentes,ac proteruos,ne admittantur ad consortium bonorum.

Ignorantia Iudæorum, & illuminatio gentium erga Christum & legem.

Videns Agar, aut non videns mortuum puerum, designauit *aa* Iudæos, quum putant credentes mortuos. *Genes.*21.*b.*

Condemnati.

Videns Sichem Dinam. *Gen.*34.*a.* typus est *bb* diaboli inuenientis locum ad tentandum, & hæretici ad decipiendum.Videre quoque infirmiora terræ, est hæreticorum, qui quærunt ignorantes, quos decipiant,*Gen.*42.*b.*

Affici ad temporalia.

Videns Saũl plorantem populum. 1.*Reg.*11.*b.* designauit *cc* prælatum debere populi afflictionem, suam facere, eamque reuelare.Sic vidit Moses afflictionem fratrum.*Exod.*2.*b.*

Imitari culpam parentii.

Videns sacerdos & Leuita vulneratum,& non curantes.*Luc.*10.*c.*designauit legem & Prophetas ostendere peccata,quæ tamen non tollebant.

Cauere exemplo aliorum.

Cernens Iacob appropinquantem diem mortis.*Gen.*47.*g.*est præcognoscens cessationem legis.

Videns Eli æmulum suum in templo. 1.*Reg.*2.*g.* designat *dd* Iudæos inuidentes prædicatoribus Ecclesiæ,factos ex gentibus.Vel designat malos superbos cognoscentes humiles,quos ipsi despexerant factos beatos.

Non videre signa,est non apparere in prædicatoribus dona Spiritus sancti.*Psalm.*77.

Videntes,qui non vident,sunt *ee* Iudæi habentes legem & Prophetas, & non intelligentes, quæ de Christo dicuntur, nec illi credentes. Non videntes verò qui vident, sunt *ff* gentiles ignorantiam legis & Prophetarum habentes,& Christi fidem facile suscipientes.*Ioa.*9.*g.Isa.*6.*c.*42.*d.*Iudæi etiam non viderunt,quoniam venit bonum, quia aduenientе Christo excæcati sunt.*Ierem.*17.*a.Iob.*34.*c.*

Videre dicitur interitum, *gg* qui perit morte æterna. Et non videt lumen, qui mittitur in tenebras exteriores. *Psalm.*48.57.Hæc dicitur visio dura.*Isa.*21.*a.*

Vident oculi vanitatem,*hh* quum mens afficitur ad temporalia & errores: vel quum propter inanem gloriam operatur.*Psalm.*38.118.18.*Isa.*56.*d.*

Non vident nec intelligunt idola. *Isa.*44.*b.* hoc est, *ii* errores hæreticorum, non faciunt videre:sed tenebras menti offundunt.

Vident turpidinem sororis,*kk* qui cum ea concumbit.*Leu.*20.*c.*Et qui imitatur culpam patris aut matris, vnde infamia veniat ad parentes.

Videre mala, est *ll* affligi in hac vita.*Psalm.*89.

Vident diabolum,*mm* qui eius naturam,lapsum,& pœnam contemplantur.*Isa.*14.*d.* Et vident signum in montibus, qui cognoscunt sectam hæreticorum in superbia. *Isa.* 18. *a.* Et videt Ascalon, & timet, quando peccator videns punitionem, aut conuersionem aliorum, ipsa pœnitentia mouetur, *Zach.* 9. *a.* Videntibus cunctis

a *Glo.int.sup. Gen.*45.
b *Rup.s.Ezec.* 1.
c *Ori.s.Matt. hom.*3.
d *Hil.s.ps.*51.
e *Ori.s.Ierem. ho.*4.
f *Gre.*16. *mo.* 7.
g *Hie.s. Is.* 66.
h *Amb.* 2. *de pœni.*7.
i *Hie.s.Isa.*33.
k *Cle. Ale.* 5. *strom.*
l *Gre.s.* 1. *Re.* 3.
m *Gre.s.*1.*Re.* 6.
n *Glo.ord.sup Leu.*13.
o *Gre.s.*1. *Re.* 7.
p *Hie.s. Hose.* 10.
q *Gr.s.*1. *Reg.* 10.19.
r *Basil.s. psal.* 33.45.
s *Ori.s. Matt. cap.*14.
t *Glo s.in sup. Exod.*14.
u *Hie.s.Isa.* 34.
x *Glo.ord.s. Gen.*34.
y *Glo.int.s. Exod.*12.
z *Gre.s.*1.*Re.* 15.
aa *Glo.int.su. Gen.*21.
bb *Glo.int.s. Gen.*34.
cc *Gre.s.*1.*Re.* 11.
dd *Gre.s.*1.*Re.* 2.
ee *Gre.s.*1.*Re.* 10.
ff *Ori.s.Is. ho.* 6 & *s.Lu. ho.* 16. *Hie.s. Isa.* 29. & *s. Iere.* 17. & *s. Iob.* 34. *Euc.q. in Ioan.*
gg *Basi.s.psa.* 48.*Hil.s. psa.* 57.
hh *Am.s.psa.* 138.*se.*5.*Hie. s.Isa.*56.
ii *Aug.s.psal.* 118.*conci.* 12.
kk *Aug.q.in Leu.* 33. *Isyc. s.Leu.*20.
ll *Hie.Cypr.*
mm *Hie.s. Is.* 14.

Digitized by Google

Condemnatio diaboli & membrorum eius. *Superbire.*

præcipitabitur Leuiathan. *Iob.*40.*d.* quia *a* æterno iudice,in iudicio terribiliter apparente, astantibus legionibus angelorum,assistente cuncto ministerio cœlestium potestatum, atque electis omnibus ad hoc spectaculum deductis,illa bellua crudelis,& fortis in medium captiua deducetur,& cum suo corpore,id est, cum reprobis omnibus æternis gehennæ incendiis mancipabitur. Videbunt omnes turpitudinem Hierusalem. *Ezech.*16.*e.* quia *b* occulta peccata manifestabuntur in iudicio.

Videt Leuiathan omne sublime ,*c* quia semper diabolus est in superbia. *Iob.* 41.*d.* Et vidit vinea altitudinem suam ,*d* quando synagoga superbiuit de potentia. *Ezech.*29.*d.* Et videt Saulem cùm fulget , *e* qui gaudet intueri bona opera,quæ fecit,auertens oculos à malis & obscuris operibus,quæ perpetrauit.*Iob.*31.*a.*

Videre dicuntur mendacium diuini,*f* quando Iudæi colunt idola.*Zach.*10.*a.*

Non videt riuos fluminis,*g* qui carens fide,non recipit dona Spiritus sancti.*Iob.*20.*c.*

Iudæi despicientes Christum.

Dicit adulter,hoc est hæreticus,Non me videbit oculus,quia *h* adulterium,quod in mente agitur , valde est difficile,vt ab humano visu penetretur.*Iob.*24.*c.*

Videns Cham nuditatem patris,designat Iudæos despicientes infirmitatem Christi.*Genes.*9.*d.*

Nemo Ægyptiorum vidit fratrem suum durantibus tenebris. *Exod.*10.*f.* quia *i* excæcati concupiscentia , non curant proximos.

Visio dicitur spectrum.*Deut.*4.*c.*Et horribiles visiones,iuxta omnia,quæ fecit pro nobis Dominus.

Vidua.

Vidua dicitur propriè mulier, quæ viro destituta est seu cuius vir est mortuus , quam generaliter viduam dici volunt,quæ sola viuat sine viro.

Ecclesia.

Vidua erat *k* Ecclesia ex gentibus,quæ vidua erat passio & mortuo Christo, quod etiam dici potest de Ecclesia ex Iudæis.*Exod.*22.*c.*2.*Paral.*2.*c.Psalm.*67.131. *Luc.*4.*d.*7.*b.*21.*a.* viduæ non benefacit hæreticus. Et ab ea bouem auferunt ,*l* qui de sancta Ecclesia etiam prædicatorem tollunt. *Iob.*24.*a.*4.*d.* Hæc est vidua Sareptana , quæ pauit Eliam.3.*Reg.*27.*a.*Et vidua,*m* quæ habebat creditores.4.*Reg.*4.*a.*Et vidua de Israël mater Hiram, est Ecclesia,quæ cœpit ab Israele,& peperit gentes. 3. *Reg.*7.*b.* Huius viduæ *n* terminos facit firmos Deus.*Prou.*15.*c.*Huic autem viduæ faciunt Iudæi calumniam,quando prosequuntur venientes ad fidem ex gentibus.*Ierem.*7.*a.*

Gentilitas.

Vidua etiam erat *o* ipsa gentilitas, quæ transgressa fuerat legem naturalem , atque ita relicta erat à Deo , & opprimebatur ab hominibus.*Isa.*54.*b.*

Synagoga.

Vidua præterea erat *p* synagoga , quam designabat Thamar vidua. *Gen.*38.*b.Thren.*5.*a. Ezech.*44.*f. Psalm.*108. Hanc viduam *q* non ducit pontifex:quia repudiata est synagoga propter infidelitatem.*Leu.*21.*c.*

Plebs decepta ab hæretico.

Viduæ , quas dicitur dimisisse Iob vacuas , designant *r* plebes deceptas ab hæreticis , quæ vacuæ dimittuntur quando prædicatores hæreticorum,ad rectam fidem conuertuntur.*Iob.*22.*b.*27.*c.*

Anima.

Vidua quandoque dicitur *s* anima , cui crucifixus est mundus , *Psalm.* 145. *Iob.*29.*c.* Huic viduæ mortuus erat iam sponsus Christus,ex cuius resurrectione postea consolationem accepit.Et verè viduæ, sunt omni auxilio destitutæ 1.*Tim.*5.*a.*Et vidua semper orans,est anima cognoscens se destitutam,nisi oret.

Anima peccatrix.

Vidua etiam dicitur *t* anima derelicta à Deo,soluta à lege,tanquam à viro,vt liberè viuat. *Leu.*21.*c. Deut.*24.*d. Psalm.*93. Hæc vidua , quæ peccando amittit Deum , est cuius Deus non miseretur. *Isa.* 9. *c.*10.*a. Ezech.*22.*f.* Et anima deliciis eneruata,vidua est.*Iob.*24.*d.*27.*c.*Vidua,est etiam anima destitura à parentela prudenti, & recti sermonis coniugio viduata pulcherrimis præsidiis , & deserta à sapientia:hæc tenetur, quo se astrinxit, vinculo,seu voto.*Num.*30.*c.Thren.*1.*a.*

Anima sub doctore erroris.

Vidua filia sacerdotis,quæ nupserat alienigenæ,est *u* anima,quæ se tradiderat doctori erroris, quæ postea resipiscit.*Leu.*22.*b.*

Doctrina sana.

Vidua sacerdotis,quum potest ducere alius sacerdos , est doctrina sana alicuius doctoris , qua potest alius vti. *Ezech.*44.*f.*

Potestas incredulitatis in malis sit vidua,*x* quando diabolus ea non potest vti ad malos perdendos. *Psalm.*108.

Vidua facta,est Babylon,quando amisit imperium & regem.*Isa.*43.*c.*

Vigilæ,Vigilia,Custodia,Vigil.

Vigilare *y* dicitur animal,quando sensus suos exercet , præcipuè sensum communem,cuius dicitur esse passio: vnde vigilia est ipse actus vigilandi,quæ non competit plantis:quia non habent sensus. Vigiliæ quoque dicuntur excubiæ,quas custodes noctu faciunt,quæ & custodiæ dicũtur:& diuiditur nox in quatuor vigilias.Vnde.*Luc.*12.*e.* Ponuntur secunda & tertia vigilia.Vigiles autem dicuntur ipsi custodes nocturni.

Cura Dei erga electos.

Vigilare interdum est curare , & vigilare dicitur Deus , quum in defensionem electorum se manifestè paratum demonstrat.

Castigatio Dei.

Vigilat etiam Deus super peccata , quando *aa* ipsos peccantes castigat , qui & super malitia vigilare dicitur. *Dan.*9.*c. Psalm.*129.Et vigilans virga,est diuina correctio ad emendandum.*Ierem.*1.*c.*Dicitur autem vigilans, quia accelerat,& ad omne opus bonum excitat.Vigilat autem iugum iniquitatum in manu Domini,*bb* quum eas castigat,mittens reos in tenebras exteriores.*Thren.*1.*c.*

Punitio æterna.

Vigilare interdum est studere:& vigilant manè ad sapientiam, *cc* qui semper innouato mentis studio ad Christi visionem pertingere satagunt.*Prou.*8.*b.*Et vigilat cor dormientis,*dd* quum quis ocium non impendit nutriendæ desidiæ , sed percipiendæ sapientiæ. *Cant.*5.*a.* Vigilat etiam *ee* qui bona exercet opera, & qui solicitè agit de fidei veritate , ne in aliquod tenebrosum dogma incurrat. *Matth.*26.*d. Thren.*2.*f.*1. *Thes.*5.*a.* Vnde & vigilantibus pastoribus manifestatus est Christus.*Luc.*2.*b. Psal.*131.Vigilat etiam de luce ,*ff* qui cum conscientia pura & præceptorum custodia manè orat.*Psalm.*62.*Isa.*26.*d.*

Attendere.

Vigilantes super iniquitatem sunt *gg* dæmones,qui semper tentant.*Isa.*29.*f.Ierem.*5.*b.*Et satanas vigilat in congerie mortuorum,quando in reproborum cordibus malitiæ suæ astutias exercet.*Iob.*21.*d.*

Laborare.

Vigilare dicitur frustra, qui custodit ciuitatem sine Deo. *Psalm.*126. vt designetur nos sine Dei auxilio nihil tentare debere.

Orare.

Vigilans pardus.*Ierem.*5.*b.*designat *hh* diligentiam regis Alexandri.

Dæmones tentantes.

Vigilant ad prædam , *ii* qui verba iustorum in sensum proprium semper rapere conantur,vt per hæc peruersis filiis panem erroris parent.*Iob.*23.*a.*

Diligentia hæreticorum.

Vigilia,qua præparamur ad solennitatem,est *kk* totum tempus huius vitæ , quo præparari debemus ad futuram gloriam.Custodia in nocte dicit breuis temporis transitum in hac vita.*Psalm.*89.

Præparari ad futuram gloriam.

Vigilia matutina,est *ll* tempus gratiæ & inspiratio diuina,& etiam prima ætas. 2. *Reg.*11.*c.*Dicitur etiam custodia matutina.*Psal.*129.Vigilia etiam matutina,qua merguntur Ægiptij *mm* est resurrectio Christi.*Exod.*14.*f.*

Tempus gratiæ.

Vigiliæ in nocte variæ , *nn* secundum diuersitatem ætatum in quibus qui se à peccato seruat accipi possunt. *Matth.*24.*d. Luc.*12.*e.* Et vigilia quarta noctis , qui est appropinquante iam die, est finis tentationis , & quum in prima vigilia vicerimus patrem tenebrarum , in secunda filium eius , qui extollitur super omne quod dicitur Deus: in tertia spiritum contrarium Spiritui sancto : tunc in quarta videbimus Christum appropinquantem nobis. *Matth.* 14. *c.* designat etiam quarta vigilia aduentum Christi ad iudicium & extremum tempus peccati.

Inspiratio diuina.

Vigiles aliquando dicuntur *oo* Angeli.*Dan.*4.*d.*Vigilem & sanctum descendere de cœlo.Dicuntur autem vigiles: quia semper vigilant in nostri custodia.

Prima ætas.

Vigiles custodientes ciuitatem , *pp* erant priores patres & Prophetæ,qui statuerunt ad custodiam nostram sanctæ prædicationis voce vigilare. *Cant.* 3. *b.* Et prælati ac prædicatores , sunt pastores vigilantes super gregem. *Luc.*2.*b.*

Resurrectio Christi.

Diuersitas ætatum.

Finis tentationis.

Aduentus ad iudicium.

Angeli.

Antiqui patres.

Prælati & prædicatores.

a *Gre.*33.*mor.* 24.
b *Hie. s. Exe.* 16.
c *Hie.s.Iob.* 14.*Gre.*34. *m.*16.
d *Glo.int.s. Eze.*19.
e *Gre.*22.*mo.* 6.
f *Hie.s.Zac.* 10.
g *Gr.*25. *mo.* 8.
h *Gre.*16.*m.* 27.
i *Ru.*1.*s.Exo.* 19.
k *Hilar. sup. psa.* 67.131. *Am.s. Luc.*7. *& de viduis. Hie. s. Isai.*3.
l *Gre.* 16. *m.* 22.*&* 17.*m.* 1.*&* *s.Ez.ho.* 3.
m *Aug.serm.* 201.
n *Be.s.pr.* 15.
o *Hie. s. Isai.* 34.
p *Hie.su.psal.* 108. *Au.s.ps.* 108.
q *Isy.s.Le.*21.
r *Gre.*16.*mo.* 4.*&* 18.*m.*7.
s *Hil.s.ps.*45. *Gr.*19.*m.* 16. *Ber. in Apol. Hie.ad Gelan. tiam. Au.epi. epi.*121.
t *Ori.s.Leu. ho.*12. *Ambr. de Tob.* 10. *Arn.sup.psal. ps.*93.*Hie.s.Is.* 9 *&s.Iob.*27. *Greg.*17.*mor.* 8.
u *Phil.de Spec.legi. Isyc.su. Leu.*22.
x *Arn. s.psal.* 108.
y *Aristot. de somn.& vigil.cap.*1.2.
z *Augus. de essent.diu.*
aa *Arn.s. psa.* 129. *Hie.sup. Dan.*9. *&su. Ier.*1. *Rup. s. Ier.*5.
bb *Glo. int. s. Thren.*1.
cc *Be.s.* Pr.8.
dd *Au. s.Ioa. tra.*17.*Gr.*23 *mor.* 21.*&s. Cant.*5.
ee *Ori.s.Mat. ho.*35. *Arn.s. psa.*131.*Am. s.Luc.*2.
ff *Hi. s.ps.*62 *Hie.s.Is.*26. *Aug.s.ps.* 62.

gg *Hie.sup.Isai.*9.2.*Gregor.*15.*moral.*28. hh *Hie.sup.Ierem.*5. ii *Gregor.* 16.*moral.*23. kk *Bern. serm.vigil. S.An.lr. Hier. Cyprian.* ll *Arn.sup.psal.*129.*Greg.sup.*1.*Reg.*11. mm *Ruper.*1.*sup.Exod.*26. nn *Orig.s. Matth. hom.*31.*& cap.*14.*Hil.sup.Matt Can.*14.*Aug.de verb.dom.serm.*54.*Gre.hom.*13. oo *Hie.s.Dan.*4.*Ricar.de S.Vict.de secu.conscien.*20. pp *Gregor.* 18.*moral.*32.*&* 27.*moral.*1.*&sup.Cant.*3. *& hom.*8.*Bern.sup. Cant.sermon.*76.

Digitized by Google

Vilis.

Vile dicitur quod parum valet, paruiq́ue momenti habetur.

a *Gre.23.mo.26.* Vilis sit plebs Dei, quando *a* prauorum numero crescente in eis, non summa & cœlestia, sed terrena & abiecta sectatur. *Thren.1.d.*

b *Gre.sup.1. Re.15.* Vile de Amalec, designat *b* peccata libidinis, quæ non perinde delectant, vt alia quæ libidinosi eligunt. *1.Reg.15.b.*

Peccata minora libidinis.

Villa, Villicus.

Villa dicitur domus extra vrbem, quæ habitandi causa constructa est, villicus autem est propriè villæ gubernator.

c *Ori.s.Leuit. h.15.* Villa interdum significare potest *c* terram viuentium, quæ est extra vrbem, hoc est, extra corruptibilem mundum. *Leu.25.a.*

Terra viuentium.

d *Gr.s. can.7.* Villæ in quibus moratur sponsus, sunt *d* venientes ad fidem ex gentilitate. *Cant.7.d.*

Credentes ex gentibus.

e *Gre.s.1. Re.6. Ambro. de Isaac.8.* Villa sine muro, significat *e* simplices. *1.Reg.6.d.* In his moratur sponsus. *Cant.7.b.*

Simplices.

Villa, propter quam non venerunt quidam ad nuptias, *f* auaritiam gentilium designare potest. *Matth.22.a. Luc.14.d.* Est etiam villa, terrena substantia, propter quam excusantur homines à cœlesti conuiuio. Item dominatio & superbia. Et villa, in quam mittitur filius prodigus vt fiat famulus diaboli, sunt *g* curæ huius mundi. *Luc.15.c.* Idem designare possunt villæ Ægypti. *Exod.8.d.*

Auaritia gentilium.

Terrena substantia.

Imperium temporale.

Cura seculi.

Villicus, aut dispensator, à quo exigit dominus rationem, *h* erat Paulus prius infidelis. *Luc.16.a.* Idem dici potest de similibus.

Paulus apostolus.

Vincere, Victor, Victoria, Superare.

Incomprehensibilitas Dei.

Vincere dicitur, qui in contentione, aut bello superior est, quod & superare dicitur. Victor autem est, qui vincit. Et victoria ipse actus vincendi.

Vincere dicitur Deus scientiam nostram. *Iob.36.d.* quia *i* sic ex ratione conspicitur, vt magnitudo tamen illius, nulla nostri sensus subtilitate penetretur. Quicquid namque de claritate magnitudinis eius scimus, infra ipsum est, & tantò ab eius scientia longius repellimur, quantò eius potentiam nos comprehendisse suspicamur.

Victoria Christi.

Vincere dicitur Deus, quum iudicatur, quia *k* dabit quod daturus esse negatur à iudicantibus. *Psalm.50. Ro.3.a.*

f *Amb.s.Luc.14.* g *Hie.epi.beati. Au. de ver. Dom. ser.33. Gre.hom.30.* h *Hie.Aglas.* i *Gre.27.mo.3.* k *Amb.s.Ro.3. & ser.49.* l *Hie.s.Hab.3. & ad princip. & s. Isaia.9. & s.Eze.5. Gre.30. mor.31. Ber.ser.1. de resurrectio. Ru.4.s.Apoc.* m *Gre.16.m.15.* n *Am.se.76.* o *Hie.s.Is.9.* p *Aug.s.Apo. hom.22.* q *Gre.s.1.Re.14.* r *Gre.s.1. Re.15.* s *Ori.s.Gen. hom.52.* t *Ru.s.Iud.6. Or.s.Iud.h.5.* u *Or.s.Ge.ho.12. & s.1.Re.* x *Hie.s.Isa.8. Gre.s.1.Re.4.* y *Glo.ord.sup. Gen.32.* z *Aug.s.Apo. ho.10. Rup.6. s.Apoc.*

Vincit etiam Christus quum iudicatur, quia tacendo iustus probatur. Victor autem in Psalmorum titulis intelligitur *l* Christus. *Psalm.44. Haba.3.d.* Superauit autem Christus iugum oneris gentilitatis, quando eam aduentu suo ab illa dæmoniacæ tyrannidis seruitute liberauit. Superauit virgam humeri eius, quum percussionem illius, quæ ex peruerso opere grauiter deprimebat, ab humano genere Redemptor compescuit. Superauit sceptrum exactoris eius, quum regnum eiusdem diaboli, qui pro pestifera perpetratione vitiorum exigere consueuerat debita tributa pœnarum, de fidelium corde destruxit. *Isa.9.a.* Et superauit gentes in circuitu Hierusalem: quia sciebat voluntatem Dei, quam Gentes nesciebant. *Ezech.5.b.* Vincens eques, est Christus. *Apocalypsis 6.a.* Et vicit leo de tribu Iuda, quando resurrexit. *Apocal.5.b.* Et dicitur vincens, vt vinceret, quia vicit diabolum, vt vinceret in nobis.

Peruenire dicitur ad victoriam iudicium iusti. *Iob.23.b.* quia *m* per incarnationem Christi insidiantem aduersarium per absolutionis iudicium victor excludit.

Vincunt Martyres, quum iudicantur. *Psalm.50.* quia *n* in illo iudicio, quo à reprobis condemnantur, à Deo absoluuntur ad requiem. Et victores dicuntur *o* Apostoli, Martyres & prædicatores. *Isa.9.a.* Et victores bestiæ existentes super mare vitreum, sunt *p* baptizati superantes diabolum. *Apoc.15.b.* Et superans Saul quocunque se vertebat, designat *q* Sanctos, vincentes omnes tentationes. *1.Reg.13.g.*

Victoria Apostolorum & Martyrum & fidelium.

Vinci Amalec, orante Mose, & pugnante Iosue. *Exod.17.c.* designat *r* per orationes & opera bona vinci diabolum. Vel quòd contra libidinem necessariæ sunt orationes; & abstinentia, & virtutes.

Victoria Abrahæ contra reges. *Gen.14.c.* designat *s* victoriam virtutum contra vitia. Et superat populus populum, quando virtutes vincunt vitia. *Gen.25.c.* De hac victoria. *Apoc.2.*

Victoria orationum contra vitia.

Victoria Israël in Sisaram, quæ non fuit reputata duci Barach, sed mulieri, designat *t* non iustificari per opera legis, sed per fidem, quæ est in Ecclesia. Designat etiam Iudæos non adepros esse Messiam, quum permanserint in incredulitate. *Iud.4.b.*

Non iustificari per opera legis.

Superare dicitur populus populum, *u* quando Christiani reuincunt Iudæos, seu confundunt. *Genes.25.c.* Vincuntur etiam hæretici & philosophi, qui aduersus Ecclesiam congregantur, *x* quia confunduntur. *Isa.8.b. Sapien.7.b. Ezech.16.f.* Et superatur arcus fortium, quum vincuntur dæmones, & quum contrita est Iudæorum sæuitia, Christo resurgente. *1.Reg.2.a.*

Confundere Iudæos, hæreticos & philosophos.

Superans Iacob Angelum. *Gen.32.f.* Præfiguravit *y* Iudæos crucifixuros Christum, innuitur etiam apprehensio diuinæ veritatis, & perseuerantia orationis, quæ exauditur à Deo.

Crucifixio Christi.

Perseuerantia orationis.

Vincere dicitur bestia Sanctos, *z* non eos, qui prædestinati sunt, sed qui ad tempus sunt sancti. Vincit etiam, qui videtur vincere, quum per violentiam infert mortem & tormenta, &c. *Apoc.11.b.13.b.*

Vincere, Vinculum, vide Ligare.

Vindicare, Vlcisci.

Vindicare, est castigare pro delicto, & ab iniuria illata, aut contumacia defendere, seu liberare, quod & vlcisci dicitur. Vindicta autem, aut vltio, est ipsa animaduersio pro delicto inflicta.

Vlciscitur Deus *aa* castigando, aliquando quidem ad emendationem, nonnunquam verò ad damnationem æternam. Eius tamen inimica dicitur esse vltio: quia si non essent culpæ, non eam exerceret. *Nahu.1.a.* Et dicitur vindicari de inimicis suis, alterutro modo puniendo. *Isa.1.f.*

Castigatio Dei.

aa *Hie.s.Nah.1. & s.Isai.1.* bb *Ori.s.Nu.hom.27. Aug. s.psal.149.* cc *Hie.s.Iere.31.* dd *Gr.s.1.Re.14.* ee *Bed.s.Gen.34.* ff *Glo. int.su. Exod.32.* gg *Am.s.psa.8. Hie.s.Hose.5. & s.Na.1.*

Vltio, quam exercet Deus in Deos Ægypti, est *bb* conuersio peccatorum, qua vruntur dæmones. *Num.33.a.* Sic facta est vindicta in nationibus, extinctis infidelibus per conuersionem ad fidem, & idolorum destructionem. *Psalm.149.*

Conuersio peccatorum.

Vltionem persecutorum petit Christus. *Iere.11.d.* non *cc* quidem omnium: sed eorum, qui non debebant resipiscere.

Victoria contra Dæmones.

Vlcisci Saulem de omnibus inimicis suis. *1.Reg.14.d.* designat *dd* victoriam fidelium contra dæmones, quæ perueniat ad hoc, vt cessent omnes tentationes.

Vltio seu castigatio peccatorum per prælatos.

Vltio filiorum Iacob in Sichimitas. *Genes.34.d.* designat *ee* debere pastores vindicare vitia. Duæ autem vindictæ de Sichen sumuntur, circuncisio, & occisio, sic duplex fuit vindicta de diabolo, id est, in præsenti, & in futuro, idem de peccatoribus.

Punitio Dæmonum.

Vltionis dies, indicabat diem destructionis Hierusalem, & typum gerebat diei iudicij, quando faciet Dominus vindictam pauperum. *Exod.32. Psalm.139. Isa.61.a.63.b.66.e.*

Destructio Hierusalem.

Dies iudicij.

Vltor, aut defensor, *gg* dicitur populus Israël, qui peruerse zelatus est contra Christum. *Psalm.8. Hos.5.d.*

Iudæi.

Vltio dicitur dari septuplum de Cain. *Gen.4.c.* Vide appendicem numerorum.

Vastare.

Vindemiare, Vindemia, Vindemiator, Vinitor.

Vindemiare, est vuas ad conficiendum vinum colligere. Vindemia autem, est ipsa vuarum collectio, ac tempus vindemiandi. Vindemiator autem, est vuarum collector, qui & vinitor dicitur, qui tamen est generaliter vineæ cultor.

Dare præmiũ vel pœnam.

Vindemiare, *hh* interdum est vastare, & dicitur Dominus vindemiare in die iræ & furoris sui illos, quos iustitiæ norma dictante, laboris sui fructum iam metere decreuit, dando videlicet præmium bonis, pœnam verò malis. *Thre.1.d.2.g.* Vindemiatur autem genus humanum in morte, quando singuli, quasi botri de hac vita tolluntur, quæ dicitur vindemia consummata. *Isa.32.c.*

Destructio Hierusalem.

Vindemiare etiam, est *ii* colligere fructus suaues in Ecclesia. *Ierem.31.a.*

Conuersio Iudæorum.

Vindemiare vineam, *kk* est eam destruere. *Psalm.17.* vbi denotatur destructio Hierusalem, vel Iudææ. Vel vindemiant eam transeuntes viam, *ll* quando Iudæos conuerti faciunt prædicando. *Apoc.14.d.*

hh *Hie.s.Isai.32.* ii *Rup.s.Iere.24.* kk *Hie.s. psa.79.* ll *Rup.9.sup. Apoc.*

Digitized by Google

Martyrium.
Collectio ſanæ doctrinæ & delitiarum ſpiritualium.
Tempus iudicij.
Ceſſatio voluptatum.
Prælati.
Prædicatores.
Apoſtoli.
Gentiles credentes.
Iuſtitia Dei.
Diuina virtus.
Chriſtus.
Virtutes angelicæ.
Fœlicitas.
Eccleſia.
Religio.
Synagoga.
Genus humanum.
Patriarchæ & Prophetæ.
Prædicatores.
Crux Chriſti.
Plebs eccleſiæ.
Primitiæ gentium.
Vita præſens.
Anima.
Vir iuſtus.
Lex.
Conſcientia.
Sacra ſcripturæ.
Doctrina patrum.
Sapientia.
Doctrina euangelica.
Virginitas.
Spes.
Dignitas & imperium.
Incipientes bene operari.
Temporalia bona.

Vindemia dicitur *a* ipſum Martyrium: & etiam probatio fidelium, quæ fiet tempore Antichriſti *Iſa. 24. c.*

Vindemia eſt *b* collectio doctrinæ lætificantis cor hominis, & deliciæ ſpirituales. *Leu. 26. a.* Et vindemia occupat ſationem, quando quis, quæ didicit, docet alios ſeminando. Hæc dicitur vindemia defœcata. *Iſa. 25. c.*

Vindemia dicitur aliquando *c* tempus iudicij, & conſummatio ſæculi, vel etiam vindicta in populo *Mich. 3. a.* Vindemia autem lugens, eſt ceſſatio voluptatum in fine ſeculi. *Iſa. 24. b.*

Vindemia Eſebon, eſt *d* ſuperba doctrina hæreticorum. *Iſa. 16. c.* Vindemiant autem principia gentium hæretici, quando potentes gentium inducunt in ſuos errores. *Ezech. 16. f.* Et dicuntur vindemiare vineam eius, quem vi oppreſſerant, quum ex ſacra ſcriptura ſententiarum botros, pro ſuæ intelligentiæ intentione, coacerùat: vel quum animas de Eccleſia tollunt. *Iob. 24. b.* Et ipſi hæretici dicuntur vindemiatores. *Abdiæ b.*

Vinitores dicuntur *e* prælati & prædicatores, vineæ Domini curam habentes. Et vinitores quos dat Deus, ex eodem loco, ſunt Apoſtoli ex Iudæis: vel prædicatores, qui ex eadem Eccleſia eliguntur. *Hoſe. 2. c. Iſa. 61. b. Ioel. 3. c.*

Vindemiatores ſunt *f* gentiles credentes, qui nullum racemum, hoc eſt, ſenſum ſpiritualem reliquerunt Iudæis: ſed tantùm folia lites. *Abdi. 1. b.*

Vinea, Vinetum, Vitis.

VINEA, eſt multitudo vitium ſimul conſitarum. Vinetum autem eſt locus, vbi multæ ſunt vineæ. Vitis verò vnica eſt planta, ferens vuas in palmitibus. Porro vitis aliquando ſumitur pro vinea, & vinea pro vite. Vinea etiam eſt inſtrumentum bellicum, ad muros concutiendos.

Vinea aliquando dicitur *g* Dei iuſtitia, quæ in diſtribuendo & puniendo recta corda lætificat: vitis etiam dicitur diuina virtus. Vitis enim cuiuis arbori applicata fructus producit, ſed diuerſimodè, debilior eſt enim innixa ſalicibus, quam fraxino, vlmo, nuci, & huiuſmodi. Non ſecus diuina illis vitis, & robur perfuſum omnibus arboribus rationabilibus, fouet, & fructum producit: ſed meliorem adhærens, Petro, Ioanni, Paulo & huiuſmodi arboribus robuſtioribus quam debilibus & obſcuris. Placidè quoque & vitis, quamuis natura aeris adumbrat, dum lignis vel columnis inhæret: Sic robur illud cœleſte ipſius Dei gratia & benignitate permixtum, incundiſſima vmbracula præbet: ſicut Chriſtiferæ Virgini ab angelo dictum fuit: Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.

Vinea, quam tranſtulit Deus de Ægypto, deſignare poteſt *h* Chriſtum tranſlatum de hoc mundo ad patrem. *Pſalm. 79. Zach. 3. d. 8. c.* Ipſe eſt vinea, quæ floruit. *Cant. 2. d.* Dicitur etiam vitis vera, vt diſcernatur ab ea, quæ non producit fructum, ſed labruſcas. *Ioan. 15. a.* dicitur autem vitis ſecundum carnem, ſecundum quam eſt eiuſdem naturæ nobiſcum, qui ſumus palmites. *Geneſ. 40. b. 49. b.*

Vineæ præterea dicuntur *i* virtutes angelicæ, & ipſa fœlicitas, & ſunt vineæ florentes, dantes odorem & gratum fructum. *Cant. 2. d. Iſa. 65. d.*

Vinea multas continens vites, *k* Eccleſiam ſignificat vniuerſalem, quæ multos continet fideles. *Pſalm. 79. Ierem. 17. c, 31. a. Ezech. 19. c. Hoſe. 2. b. 14. c. Mich. 1. b. Habac. 3. d. Luc. 20. b. Matth. 20. a. Geneſ. 49. c. Mala. 3. c.* Hanc vineam plantat mulier fortis, id eſt, ipſa Eccleſia conuertendo infideles, vt fiant vites, aut palmites. *Prou. 31. c.* Hanc peruerſi prædicatores authorem eius in membris ſuis opprimendo vindemiant. *Iob. 24. b. c.* Vinea autem dicitur populus Dei, qui de vitis æternæ radice fundatus, ſupereminet terris: ac ſolùm vile prætexens, nunc gemmata flore pubeſcit, nunc circumfuſa viriditate veſtitur, nunc mite iugum ſuſcipit, quum maturioribus brachiis, quaſi ſarmentis fœcundæ vitis adoleuerit. Et etiam quia crucis in fronte prætexit indicium, vel quod fructus eius poſtrema anni legatur ætate, vel quod omnibus, vt ordinibus vinearum, ita pauperibus, atque diuitibus, humilibus, atque potentibus, ſeruis, ac dominis in Eccleſia Dei æqua dimenſio, nulla diſcretio ſit, &c. Vineæ quoque dicuntur particulares Eccleſiæ. *Cant. 1. d. 2. d. 6. d. 8. d.* Vitis autem dicitur quilibet fidelis, clauiculi autem, quibus vites in arboribus ſuſtentantur, charitatem ſignificant. Ipſa quoque religio vitis dici poteſt. Et Hieruſalem, & Eccleſia dicitur vitis. *Ezech. 15. c.* & vitis abundans. *Pſalm. 127.*

Vinea etiam dicitur *l* ſynagoga. *Gen. 9. b. 49. c. Pſal. 79. Cant. 1. b. 8. d. Iſa. 1. b. 5. a. 27. a. 32. c. Iere. 2. e. 12. c. Matt. 21. d. Luc. 13. a. Ezech. 19. g.* Hæc vinea ſynagogæ non fuit cuſtodia, quia derelicta. Regnum quoque Sedechiæ dictum eſt vinea. *Ezech. 17. b.*

Vitis quandoque dicitur *m* genus humanum: de cuius genimine bibit Chriſtus in paſſione. *Matth. 26. c.*

Vineæ florentes fuerunt *n* Patriarchæ & Prophetæ, qui odorem dederunt in aduentu Chriſti, quando eorum myſteria aperiti cœperunt. *Cant. 2. c.*

Vineæ per vinum calefacientes, ſunt *o* prædicatores per verbum Dei, corda hominum ad bonum inflammantes. *1. Reg. 8. c.*

Vineæ Engaddi. *Cant. 1. d.* ſignificare poſſunt *p* crucem Chriſti, in qua vitis abciſſa cœleſte protulit balſamum. Deſignant etiam plebes Eccleſiæ, quæ habet balſami liquorem ſpiritum manſuetudinis, quo paruulorum adhuc in Chriſto teneritudinem blandè fouet, & dolores pœnitentium conſolatur. Poſſunt etiam ſignificare primitias Gentium. Poſſunt præterea deſignare *q* vitam præſentem, ſicut & vinea, ad quam conducuntur operarij, eſt vita præſens, quæ etiam regnum Dei dicitur. *Matth. 20. a. 21. c.*

Vinea quandoque dicitur *r* anima. *Iſa. 5. a.* & peculiariter vineæ ſunt animæ fidelium. *Cant. 2. b. 1. c. 7. d.* Et vinea erecta, quam plantauit Deus, eſt anima ad imaginem Dei facta. *Ierem. 2. d.* Hanc vineam comedere dicitur inimicus, quando anima peccat, & deuoratur à diabolo. *Iere. 5. d.* Et bona vinea, eſt vir iuſtus: cui virtus, vitis: cui actio, palmes: cui vinum, teſtimonium conſcientiæ: cui lingua, torcular expreſſionis. Has vineas demoliri nituntur vulpes. *Cant. 2. d.* Vitis etiam dicitur anima *s*: & vitis aliena, eſt anima peccatrix. *Ierem. 2. d. Pſalm. 127. Prouerb. 24. d.*

Vinea, ad quam mittuntur operarij, ſeſt lex, in qua in hac vita operari oportet. *Matth. 20. a.* Vel *t* eſt conſcientia, in qua eſt operandum, vt det fructum bonum, qua plantauit Deus omne ſemen verum. *Ierem. 2. d.*

Vinea Naboth, ſignificat doctrinam ſpiritualem, aut ſapientiam ſacræ ſcripturæ. *3. Reg. 21. a. Iſa. 1. b. 5. a.* Et vineæ ſunt *u* ſacra volumina veteris ac noui teſtamenti. Vinea verò cuſtodienda, eſt doctrina Euangelica: & ſenſus, ac dogmata diuina. *Cant. 1. b.* Et vinea, quam plantauit paterfamilias, eſt ſacra Scriptura, quæ regnum Dei dicitur. *Matth. 21. d.* Eadem eſt vinea, ſub qua ſedendum, cuius Deus pater, eſt agricola. *Mich. 4. a. Agge. 2. d.* Dicitur autem vinea ſacra ſcriptura: quia per veritatis ſententias botros virtutum profert, cuius vineæ Dominum id eſt, ſacræ ſcripturæ conditorem, quaſi vi hæretici opprimunt: quæ eius ſenſum in verbis ſacri eloquij inflectere violenter conantur, qui dicit. *Iſa. 43. d.* Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem iniquitatibus tuis. Eandem vineam vindemiant, *x* qui ex ea ſententiarum botros, pro ſuæ intelligentiæ intentione coaceruant. *Iob. 24. b.* Vineæ quoque dicuntur veterum patrum doctrinæ. *Eccle. 2. a.* Et vitis ipſa ſapientia. *Pſalm. 127.* Peculiariter autem vinea, *y* eſt doctrina Euangelica, cuius Chriſtus eſt vitis. *Leu. 25. a.*

Vinea etiam Nabot, quam diſſipare volebat Achab, vt faceret ortum oleorum *z* virginitatem ſignificare poteſt: quam diabolus perdere conatur. *3. Reg. 21. a.*

Vineæ, quas plantant fideles, deſignare poſſunt *aa* ſpem, quæ ex bonis operibus naſcitur. *Ezech. 28. g. Iob. 24. b.*

Vinea quandoque dicitur *bb* dignitas & dominium, ſeu imperium. *Exod. 22. a. 23. b. Ezec. 16. b.* Creuit in vineam latiorem.

Vinea in primo flore, deſignat eos, qui incipiunt benè operari: qui facilè læduntur, vel ab immoderato frigore tentationis, vel à nimio feruore proſperitatis. *Iob. 15. d. Cant. 2. c. 7. d.*

Vinea quandoque, *cc* temporalia bona. *Mich. 4. b.* Sedet ſub vinea ſua, quod dicitur de eo, qui ſuis contentus eſt, nec vſurpat aliena.

a *Hie. ſ. Iſ. 24.*
b *Ori. ſ. Leu. hom. 16.*
c *Euc. for. ſpi. 4. Hie. ſ. Iſa. 24.*
d *Hie. ſ. Iſa. 16. & ſ. Eze. 16. & ſ. Abdi. Gre. 16. m. 23.*
e *Rup. ſ. Hoſ. 2. Glo. int. ſ. Iſ. 61.*
f *Rup. ſ. Abdi.*
g *Geor. Venet. ca. 1. to. 7. cap.*
h *Geor. Venet. Cant. 1. to. 7. cap. 21. 28. Hier. ſ. Zach. 3. 8. Cle. Ale. 1. pad. 5. Am. 4. de fide 7. Chry. ſ. Gen. hom. 67.*
i *Ori. ſ. Cant. ho. 4. Hie. ſ. Iſ. 65. Ru. ſ. Ca. 2.*
k *Au. ſ. Ioan. tra. 30. Bed. ſ. Gen. 49. Ori. ſ. Gen. ho. 17. & ſ. Mat. ho. 18. & ſ. Can. ho. 12. Arn. ſ. pſa. 79. Amb. Exae. 12. & ſ. pſa. 118. ſer. 22. & ſ. Luc. 10. & de virgi. Hie. ſ. Eze. 15. 19. & ſ. Hab. 3. Geor. Vene. Cant. 1. to. 9. c. 1. Gre. ſ. Can. 1. 2. & 16. m. 26. 30. Aug. ſ. pſ. 127. Bed. ſ. pro. 31.*
l *Ber. ſ. Cant. ſer. 30. Ori. ſ. Mat. b. 10. & ſ. Can. ho. 2. & ſ. Ier. ho. 9.*
m *Aug. 16. ciu. Dei. 2.*
n *Gre. ſ. Cant. 1. Hie. ſ. Iſaia. 27. & ſ. Ier. 12. & ſ. Eze. 17. 19. Aug. 1. q. in eua. 4.*
o *Ber. ſ. Can. ſer. 60. Gre. ſ. 1. Reg. 8.*
p *Amb. ſ. Pſa. 118. ſe. 3. Ber. ſ. Can. ſer. 49. Rup. ſ. Can. 1.*
q *Ori. ſ. Can. hom. 2. & ſu. Matt. ho. 10.*
r *Hie. ſ. Iſa. 5. ſ Ori. ſ. Cant. h. 1. 4. & Ier. ho. 13. Baſ. Exae. hom. 5. Am. 3. Exae. 12. Ber. ſ. Can. ſer. 63. Bed. ſ. Pro. 24.*
t *Hil. ſ. Matt. can. 20.*
u *Ric. de S. Vi. de ſtat. int. ho. min. 35.*

x *Orig. ſup. Pſal. 36. hom. 1. & ſup. Cant. hom. 12. & ſup. Matth. hom. 19. Hie. ſ. Iſai. 1. & ſ. Mich. 4. & ſ. Zachar. 14.*
y *Gregor. 16. moral. 23.* z *Iſy. ſ. Leu. 25.* aa *Ambr. exhor. ad virgin.* bb *Hieron. ſ. Iob. 24. Gre. 12. mor. 26. & ſ. Cant. 2.*
cc *Bern. ſu. Cant. ſerm. 60. Rup. ſ. Mic. 4.*

Digitized by Google

Vinea, negligentia. *Prou.24.d.* Per agrum pigri transiui, & per vineam stulti. *Ierem.2.d. Habac.3.d.*

Vineæ Scon, *a* voluptates huius seculi, & vanas scientias designare possunt, & concupiscentias, quæ mentem inebriant. *Num.21.a.1.Reg.8.c.* sunt vineæ Sodomorum. *Deut.32.e.* designant etiam perfidiam. Et vinea Sabama, est superba doctrina hæreticorum. *Isa.16.b.34.a.* Et vineæ Philisthiim sunt, qui sequuntur prauos errores hæreticorum. *Iud.15.b.* Ad idem referuntur vineæ Ægypti, quæ percutiuntur à Deo. *Psalm.77.* Vineæ etiam hæreticorum sunt *b* eorum falsa mysteria. *Amos 5.c.* Vites quoque dicuntur causæ voluptatum. *Isa.24.b.* Et voluptates externæ, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum, quas promittit Rapsaces, hoc est, diabolus obtemperantibus sibi. *Isa.36.b.* Potest etiam vinea Sodomorum supplicium significare. *Deut.32.e.*

Vineta significare possunt lætitiam. *Deut.6.b.* Vineta & oliueta, quæ non plantasti.

Vineæ, quæ sunt instrumenta bellica, quibus muri concutiebantur, designare possunt *c* machinamenta diaboli. *Ezech.26.b.*

Vitis inutilis ad opus, sed solum igni apta, *d* doctores malos significare potest. *Ezech.15.a.* Et vitis frondosa Israël, sunt hæretici verbosi, sine fructu synceræ doctrinæ. *Hos.10.a.*

Vites sunt Iudæis in spinas & vepres, *e* quum eorum opera sunt obscurata, & per ea feriuntur ab eo, qui sagittat in obscuro rectos corde. *Isa.7.d.* dicitur autem Israël vitis frondosa. *Hose.10.a.* quia multiplicauit idololatriam.

Vinum, Mustum, Vinacea.

Vinum, *f* est liquor, qui ex vuis exprimitur, potui aptus, ac gustui suauis, est natura calidum multos generans spiritus, quod si plus æquo bibatur, inebriat. Mustum autem dicitur, quod post primam pressuram vinaceorum elicitur, dum adhuc feruet. Vinacea autem dicuntur grana vuæ iam pressæ, & interdum nondum pressæ.

Vinum intra vuam, quam portabant exploratores. *Numer.13.c.* designare potest *g* diuinitatem in Christo. *Isa.1.f.*

Vinum merum significare potest virtutes diuinas in se, mixtum verò, easdem nobis attemperatas.

Vinum nouum non mittendum in vtres veteres, Spiritum sanctum, *h* aut eius gratiam designare potest, quæ non est in habente vetustatem peccati. *Matth.9.b. Prouerb.9.a.31.a.* quod vinum non est dandum regibus, id est, superbis.

Vinum merum interdum significat iram *i* Dei grauem. *Isa.27.a. Ierem.13.b.25.d.* dicitur etiam vinum compunctionis. *Psalm.59.*

Vinum aliquando significat *k* passionem Christi, & sanguinem eius. *Gen.9.c.14.d.27.d.49.b. Psalm.4.103. Ierem.31.b. Leu.23.c. Zach 9.d.10.c. Apoc.6.c.* Super hoc vino ruminant hæretici. *Hose.7.d.* designat etiam eucharistiam. Et vinum conditum, quod dat sponsa sponso, est meditatio passionis eius. *Can.8.a.* Et vinum, quod bibit sponsus cum lacte, est lætitia in ascensione & missione Spiritus sancti, vel lætitia animæ & carnis, & obliuio præteritorum malorum.

Vinum merum in calice, est *l* sensus spiritualis in lege. *Psalm.74.* est enim vinum spiritus legis. Verbi enim virtus, est spiritus, quemadmodum sanguis carnis. Commoderata itaque proportione & conuenientia, vinum quidem aquæ, homini verò spiritus miscetur, ac temperatum quidem vinum ad fidem conuiuio excipit, spiritus autem deducit ad incorruptionem, & quod erat aqueum, sensus legis viuificauit, operationem scilicet ex Adam, quum vniuersum mundum repleuit sanguine: & potum vitis veritatis temperamentum veteris legis, ac verbi noui ac præstituti temporis complementum, pietati ac Dei, cultui præbuit. Et vinum lætificans cor hominis, sunt spirituales sensus sacræ scripturæ. *Psalm.103. Gen.49.b. Isa.55.a. Agge.2.c.* Et vinum nouum, est doctrina Euangelica, & grauiora præcepta. *Matth.9.b. Iob.1.c. Cant.5.a.* Hoc vinum miscuit sapientia, quum literæ spirituales admisit sensus. *Prou.9.a.31.a.* Hoc est vinum optimum, quod mentes hominum inebriat, vt præteritorum obliuiscantur, & in anteriora currentes, non lassentur. *Cant.7.c.* Hoc est vinum germinans virgines. *Zach.9.d.* Vinum præterea, quod prius oppositum fuit in nuptiis, designat doctrinam veteris testamenti, & legem naturalem ac scriptam, quod vinum defecit. Vinum verò posterius & aqua factum, doctrinam noui testamenti, in quam mutatur aqua, hoc est, doctrina legis & Prophetarum. *Ioan.2.a.* Est itaque vinum syncera doctrina legis: quo vino pulchriores sunt oculi sponsi. *Gen.49.b. Cant.1.a. Ecclesiaste.2.b. Isa.1.f. Thren.2.d. Amos 5.c.*

Vinum quandoque significat *m* austeritatem legis, & etiam puritatem vitæ, quando est mersum. *Gen.49.b. Isa.62.c.* Quo vino conditur poculum noui testamenti, quando testimoniis veteris legis nouum testamentum roboratur. *Cant.8.a.* Non est autem hoc vinum bibendum, quando non est adhærendum literæ legis. *Leu.10.b.*

Vinum cum felle, designat *n* doctrinam Ecclesiasticam bonam, sed cum mala conuersatione. *Matth.20.d.*

Vinum præterea quandoque significat *o* martyrium. *Gen.27.d.* Et mustum malorum granatorum, sunt passiones & exempla Martyrum. *Cant.8.a.*

Vinum ex aqua factum, designat *p* naturam humanam resuscitatam, vel vitam spiritualem factam in eo, qui prius viuebat vita carnali. *Ioan.2.b. Isa.1.f.*

Vinum oblatum Isaac, designat vitam *q* contemplatiuam. Vel fauorem nouæ conuersationis, & exultationem spiritualem in laudibus Dei, & feruorem Spiritus sancti, & consolationes diuinas. *Genes.27.d.1.Reg.10.a. Can.1.a.* Hoc vino contemplationis meliora, sunt vbera sponsæ, quando prædicat & docet inferiores. Et vinum, quo madebat Anna. *1.Reg.1.c.* designat *r* feruorem spiritus & prædicationis in Apostolis. Et vinum in amphora, est charitas in intentione, qua quis vult aliis prodesse. *1.Reg.1.d.* Vinaria autem cella, est *s* contemplatio feruens, *Cant.2.a.* Vinum etiam dici potest *t* charitas aut feruor charitatis, & aqua mutatur in vinum, quando inducitur charitas pellens foras timorem. *Ioan.2.b.* Vinum etiam dicuntur res sanctæ & feruidæ. *Isa.1.f.*

Vinum, secundum quòd est austerum, *u* austeritatem correctionis, & sermonem compungentem ex denunciatione iudicij significare potest, ideò applicatur vulneribus. *Luc.10.f.* Et vinum compunctionis, est verbum penetrans cor. *Psalm.59. Cant.1.a.*

Vinum dandum tristibus *x* significat lætitiam spiritualem, & gaudium Spiritus sancti. *Prou.31.a. Hos.2.b.14.c. Ioel.2.b.* & lætitiam, quam habebunt sancti in fine mundi, quod vinum non bibent sine nobis. Vinum autem lætitiæ non bibunt pœnitentes, aut ieiunantes. *Dan.10.a. Mich.2.d.* Vinum autem, quo abundabunt torcularia, est summa lætitia, quam Sancti habebunt in fœlicitate. *Prou.3.b. Iob.1.c.*

Vinum, quandoque significare potest *y* honorem immortalitatis, & etiam virtutum, quod per vitium, aut incuriam, in vasis coaceſcit, vnde in Adam acuit, & datum est Christo acetum. *Matth.27.d.* Et vinum quod defecit in nuptiis, *z* est status innocentiæ, qui deficit in Adam. *Ioan.2.a.*

Vinum dici potest *aa* fidelis proficiens, vt vinum per ætatem, atque ita est vita perfectior, quod vinum bibit sponsus cum lacte. *Cant.1.a.*

Vinum dici potest *bb* sapientia inferiorum rerum, qua repletus fuit Salomon, qui tamen aliam quærebat sapientiam, quando dicebat. *Eccle.2.a.* Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. A quo enim vino abstrahit carnem suam, nisi à sapientia terrenorum, quæ non bene conueniant cum supernis, sicut nec vtrorumque sapientiæ? Hæc enim rerum inferiorum per vinum signatur, de vite terrena id est de humanis ingeniis nascens: quamuis aliquando Deus eam largiatur, vt Salomoni. Sed hoc vino meliora sunt vbera sponsi. *Cant.1.a.* Et etiam oculi pulchriores. *Gen.49.b.*

Vinum quo meliora sunt vbera sponsi. *Cant.1.a.* significat *cc* lætitiam mundi, vel rerum temporalium curam, à qua mens secularis cuiuslibet inebriatur, vt ad inuisibilia cognoscenda, aut ex toto, aut penè insensibilis reddatur.

Vinum

Negligentia. Voluptates seculi. Vana scientia. Concupiscentia. Perfidia. Doctrina hæreticorum. Lætitia. Machinamenta diaboli. Doctores mali.

Diuinitas in Christo. Virtutes diuinæ. Spiritus sanctus. Ira Dei. Passio Christi Eucharistia. Meditatio passionis. Lætitia Christi. Sensus spirituales legis. Doctrina euangelica. Graviora præcepta. Doctrina veteris legis. Lex naturalis. Austeritas legis. Puritas vitæ. Martyrium. Natura humana suscitata. Vita contemplatiua. Exultatio spiritualis. Feruor Spiritus sancti. Consolationes diuinæ. Charitas. Res sancta & feruida. Austeritas correctionis. Lætitia spiritualis. Gaudium beatorum. Honor immortalitatis. Status innocentiæ. Fidelis proficiens. Sapientia inferiorum. Scientia secularis. Lætitia mundi. Cura temporalium.

a Ori. s. Nu. hom.12.& su. Cant.he. 4.& s.Ier.ho.9.Gr. s.1.Reg.8. Phi.de tumulentia.Amor. de Elia.14.
b Hie.s.Amos 5.& s. Is. 24. Cyr.de ado.in Spiritu sancto Philo.quod Deus sit immutabilis.
c Glo.inter. s. Ezech.
d Ori.s. Eze. 26.
e Hie.s.Isa.7. Rup.s.Hos.10.
f Am.ser. 78. Phil.quod Deus sit immut.Ori.1.periar.5.
g Dion. epi.9. Basi.s.Ps. 31.
h Rup.2.de glorific. Trini. 13.
i Hie.s.Is.27. & s.Ier.15. Arn.s.ps. 59. Cle. Alex. 1. pad.6.
k Ori. s. Gen. hom. 11. Arn. s.ps.4. Hie.su. Ier. 35. & s. Zac.9. & su. Hom.7.Isyc.s. Leu.23. Rup. s.Cant.47. Aug.sup. Isa. 74.Cle. Alexan.2.pad.2.
l Or.s. Gen.h. 17. & s. Leu. hom. 4. & su.Matth. ho. 35.& s. Cau. h.1. Hi.s.Ma. can.9.Amb.s. ps.118.ser.11. Hi.s. Agge.2. & s.Matt.9. & s.Isai.1. Aug.s.Ioan. tract. 9. Cyr. 2. Ioan. 26. 26.Gre. 17. mor.14. & s. Cant.7. & s. Exe.ho.6.Ru. s.Zac.9.
m Hie.s. Isai. 62.Gr.s.Can. 8.Bed.s. Gen. 40.Ru.2.s.Le. 8.
n Ori.s.Mat. hom.35.
o Am.ser.72. Gre.s.Cant.8. Ru.5.s. Cant. 7.
p Amb.se.19. 78.
q Gre.s.1.Re. 10.Or.s.Can. hom.1. Gre.s. 1.Re.1.
r Gre.s.1.Reg. 1.

s Ber.s.Can.s.ser.49.& dominica.1.post octa. Epiph.serm.2. *t Amb.ser. 18.* *u Orig.s.Luc.hom.34. Amb.sup.Luc. 10.Basil.sup.ps.59.Bern.sup.Cant.sermo.9.* *x Basil.hom.in Iulitam.Martyr. Ori.s. Leuit.hom. . Hie.sup. Dan.1c & s.Mich.2.Bern.serm.3. Pentecost. Bed.sup.prou.3.* *y Hil.s. Matt.cant.33.* *z Ruper.2.s. Ioan.* *aa Amb. ser. 22. & 3. Exae. 12. Gre. sup. Can. 5.* *bb Georg. Ven. can. 1. tom. 9. cap. 24.* *cc Amb. 1. de sacram. 2. Gre.s.Cant 1. Bern.serm.9.s.Cant.*

Digitized by Google

Luxuria. Vinum pro luxuria, quia in vino est luxuria. *Eph.5.d.* Et dicuntur vbera sponsæ, id est, virginis Mariæ pulchriora[a] vino, *a* quia genuit cum virginitate, quum aliæ genuerint cum libidine. *Cant.4.c.*

Castigatio. Concupiscentia. Vinum iniquitatis, dici potest *b* castigatio, qua corripitur iniquitas. *Prou.4.c.* Vinum iniquitatis bibunt. Dicitur enim vinum furoris Dei. *Ierem.25.d.*

Praui affectus. Voluptates. Vinum, quod bibit Loth, significare potest *c* concupiscentias, & prauos affectus, & voluptates. *Ge.19.g. Leu.10.b. Deut.32.e. Isa.5.c.28.a.24.a.56.d. Sopho.1.c. Cant.1.a.* Item curas seculares, & affectum superbiæ, quæ mentem inebriant. *Ioel.3.a. Amos 2.d. Haba.2.a. Eccle.2.a.* in hoc vino voluptarum, est luxuria. *Ephe.5.d.* Designatur etiam inanis gloria & cupiditas: quibus inebriantur indignè assumentes dignitates. *Apoc.17.a.* Hoc est vinum pingue allatum è Damasco Tyrum. *Ezech.21.d.*

Cura seculares Superbia. Auaritia. Peruersus sensus scripturæ. Doctrina erronea. Vinum etiam, quod bibit Loth, est *d* peruersus sensus datus sacræ scripturæ. *Genes.19.g.* Et vinum, quo inebriantur hæretici, est sacra scriptura malè intellecta. *Isa.28.b.* Et vinum Babylonis, est doctrina gentilica. *Iere.13.b.51.a.* Et perfidia. *Isa.16.c.* Et vinum, quo iudicabat Eli Annam esse ebriam, est vel ambitio temporalium, vel doctrinæ prauitas. *1.Reg.1.c.* Et furiunt hæretici vino, hoc est, doctrina erronea, *Hos.7.b.9.a.* Hoc dicitur vinum damnatorum, & vinum iniquitatis. *Prou.4.c. Amos 2.c. Mich.6.d. Agge.1.c. Psalm.68.*

Ambitio. Vinum conditum. Vinum Libani dicitur, *e* quod est mixtum & conditum thimiamate, seu aromatibus, vt odorem suauissimum habeat. Vel est vinum, quod offerebatur in templo. *Hos.14.c.*

Abundantia. Vinum aliquando est abundantia. *Ester.5.b.* Postquam vinum biberit abundanter.

Prædicatio. Vinum, prædicatio. *Cant.5.a.* Bibi vinum meum cum lacte meo.

Peccata sequentia naturam. Cultus idolorum. Traditiones hominum. Damones. Datur vinum *f* malitiæ, vinum molestiæ, vinum gratiæ. Vinum malitiæ affluit de vua fellis, & à diabolo initium habuit: & est opus malum. *Deut.32.e.* Fel draconum vinum eorum. Vinum molestiæ manat de labrusca conditionis humanæ: quæ domino suo acetum iniquitatis apposuit. Vinum gratiæ ex botro Cypri, id est, Conditoris largitate decurrit.

Confessores. Operari secundum fidem Confutare errores. Vinum, quod non debet bibere sacerdos ingressurus in sancta, designat *g* ipsum sacerdotem ab iis etiam peccatis, quæ naturæ necessitatem quodam modo sequuntur, abstinere debere. *Ezech.44.f.*

Peccare. Non seruare legem naturalem. Vinacea vuarum, quum sint arida & inutilia, expresso iam vino, *h* idolorum cultum, & traditiones hominum, ac peculiariter Iudæorum significare possunt. *Hos.3.a.* Dæmones quoque vt vinacea eiecti sunt de cœlo.

Viola.

Viola, est flos odoriferus, & gratus: cuius variæ sunt species: sed peculiariter viola dicitur quædam purpurea & humilis, vix à terra eleuata: cuius vsus est plurimus in medicamentis: quæ potest *i* Confessores designare, ob similitudinem liuidorum corporum. Non tamen inuenitur in sacra scriptura.

Violare.

Violare, est corrumpere, polluere, & quasi vim inferre: quod propriè de virgine dicitur.

Carpere benedicta. Violare dicitur sabbatum sine crimine, *k* qui operatur fidem Euangelicam: & qui facit opus, quale est sacerdotum. *Matth.12.a.*

Violari vxores hæreticorum, *l* est prauam doctrinam confutari. *Isa.13.c.*

Spiritus sanctus. Violari dicitur templum Dei, qui peccat. *1.Cor.3.c.* Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus, violant etiam arcanum Dei gentiles, *m* hoc est templum: & mali Ecclesiam. *Ezech.7.f.*

Fatigantes corpus. Pœnitentes. Violare dicitur misericordiam fratris. *n* qui non seruat legem naturalem cum proximo. *Amos 1.d.*

Gentiles. Violare aut contaminare Deum, vel populum dicuntur *o* hæretici, dum persuadent populo gratas esse Deo voluptates. *Ezech.13.c.*

Diabolus raptor. Violare vxorem proximi dicitur, *p* qui aliorum benedicta reprehendit, & facibus accensus inuidiæ Sancta violat, casta corrumpit, pura contaminat. *Exod.18.b.*

Violentus, Violentia, Vis.

Violentus dicitur, qui vim facit, quæ vis violentia dicitur, vt nunc sufficit.

Coacta seruitus Iudæorum Populus iudaicus. Violentus fluuius, hoc est, impetu fluens, dici potest *q* Spiritus sanctus. *Isa.59.d.* Quum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit.

Hæretici. Violentia regni cœlorum, dici potest *r* assidua & acris corporis in laboribus fatigatio, quod nullius impulsu, sed suapte sponte Christi discipuli faciunt, & violenti sunt castigantes carnem & pœnitentes, quibus non debetur regnum cœlorum ex meritis conuersionem præcedentibus, & etiam Gentiles, quibus non prædicauit ipse Christus, nec ipsi habebant legem, aut Prophetas, sed velut extranei irruperunt ad fidem suscipiendam. *Matth.11.b.*

Detractores. Iudæi. Damones nequam. Inuidia. Vsura. Tentatio diaboli. Violenta prædatio est, quam facit diabolus *s* de animabus. *Isa.9.a.* Ipse quoque est vi extorquens à proximo, hoc est, violentia rapiens *s* ipsam animam, vel bona eius, *Leu.6.a.*

Violenta seruitus fratrum Ioseph erga ipsum Ioseph. *Gen.44.d.* designat coactam subiectionem Iudæorum ad Christum, vel ad Christianos.

Violentus, de cuius manu liberauit Deus pauperem, *u* est populus Iudæorum in Christum, quem Deus suscitando liberauit. *Iob.5.c.*

Violenti quoque, *x* sunt hæretici, qui scripturæ sacræ sententias recta dogmata continentes ad prauum intellectum conantur violenter inflectere. Vnde & vi dicuntur opprimere dominum vineæ, sensum sacræ scripturæ à Deo traditæ peruertendo. *Iob.19.a.24.b.27.c.34.c.35.c.36.a.*

Vipera.

Vipera, est *y* genus serpentis maximè venenati, dicta, quòd vi pariat, Nam pulli eius materna viscera comere dicuntur, & corrosis eius lateribus cum matris interitu prodire. Fertur vipera coniunctionem murenæ expetere, & deposito veneno accedens ad littus maris sibilare, vt prodeat murena: ac post coniunctionem, venenum resumere.

Hæretici. Detractores. Iudæi. Damones nequam. Inuidia. Vsura. Tentatio diaboli. Vipera significare potest *z* hæreticos, & maledicos, & clam inuadentes proximum: Iudæos etiam, & dæmones, & generaliter homines nequam. *Isa.30.b. Matth.3.b.* dicuntur autem Iudæi progenies viperarum, quia imitatores diaboli. Detractor *aa* etiam est vipera, qui vno ictu perimit, & se & audientem, & eum, cui detrahit. Vt autem vipera mordicus tenuit Paulum, ita hæretici pertinaciter *a* aduersantur fidelibus, sed excutiendi sunt in ignem vt illa vipera. *Actor.28.a.*

Vipera quæ primo suo generi noxia est, ac sibi ipsi, designat *bb* inuidiam, quæ primùm nocet habenti.

Vipera significare potest *cc* vsuras. Vt enim viperarum filij materna corrodunt viscera: ita vsuræ eum, qui soluit, aut dat ad vsuram.

Vipera etiam vi pariens, *dd* violentam diaboli tentationem, designare potest: aut contrà, quia tardius occidit quàm aspis, est leuior tentatio. *Iob.20.c.*

Vir, Maritus.

Deus. Vir, dicitur in genere humano masculus, quòd viribus & robore præstet: vnde potior est & præstantior ipsa fœmina, quæ sub viri potestate debet esse. Dicitur autem sæpe vir, qui habet vxorem, qui & maritus. Aliquando verò sumitur pro homine.

Christus. Vir aliquando dicitur *ee* Deus, quia perfectus in iustitia, & dicitur vir pugnator, quia nemo eius potestati resistere valet. *Exod.15.a. Cor.11.a. Ephes.4.c.* Et ipse Deus dicitur vir synagogæ. *Ierem.3.c. Isa.54.a.* Vnde tanquam vir circunscripsit synagogam templo, vt loco, velut suspectam de adulterio: ne alibi sacrificaret. *Hose.2.b.* Significat autem peculiariter Deum patrem.

Vir quoque dicitur *ff* Christus, vt Ioseph erat vir in cunctis prosperè agens. *Gen.39.a.* Et vir, quem occiderunt Simeon,

a *Ru.5. Cans.3.*
b *Ori.s. Cans. hom.3. & s. Iere. hom.9*
c *Ori.s. Cant. hom.1. Hie.s. Isa.24.23.55. & s. Eccl.2. & s. Ioel.3. Am. de Isaac.3. Gre.s.1. Re.8.*
d *Ru.7.s. Gene.13. & 10. s. Apoc. Hie.s. Isa.28. & s. Ier.13. & s. Hos.7.9. Or.s. Ier. ho.2.9. Amb. de Elia.14. Gre.s.1. Reg.3. Au.s. psa.68.*
e *Hie.s. Hose.14.*
f *Bern. in sententijs.*
g *Hie.s. Ezec.44.*
h *Hie.s. Hose.3. Rup.s. Hos.3.*
i *Euc. for. spirit.4.*
k *Hil.s. Matt. can.12.*
l *Hie. sup. Isa.13.*
m *Hie.s. Exo.7.*
n *Hie.s. Am.1.*
o *Hie.s. Ezec.13.*
p *Hicro. sup. Gen.*
q *Hie. su. Isa.39.*
r *Basi. de abdica. rerum. Hil.s. Matth. Can.11. Am. s. Luc.7. & se.15. Gr. ho.20.*
s *Glo. ord. s. Is.9.*
t *Glo. int. sup. Leuit.*
u *Gre.6. mor.15.*
x *Gre.16. mo.21. & 18. m.7.*
y *Basil. Exae. ho.10. Am.5. Exa.7. Basil. Exae. ho.10.*
z *Hie.s. Is.30. & s. Ezech.8. Au.s. ps.46.*
aa *Ber. de tripl. custodia.*
bb *Basi.s. psa.14. ho.2. Am. de Tob.12.*
cc *Gre.15. mo.8.*
dd *Cle. Ale.1. ped.5. Chry.95. Rup.1. de operibus Spiritus sancti.8. & s. Ro.6. & apost. Dauid.5.*

ee *Cle. Alexand. adhor. ad gentes. Ara. sup. psalm.104. & 1. Ier. h.11. Am. de Salomo.5.*

ff *Hilar. de Trin.5. Ori.s. Exod. hom.10. & sup. Isaia. hom.3.*

Digitized by Google

Simeon,& Leui,hoc eſt,ſacerdotes & ſcribæ.*Gen.49.a.*ipſe eſt *a* vir Ægyptius. *Exod.2.c.21.cPſalm.104.Prou.30.c.* Et vir luctans cum Iacob.*Geneſ.32.f.*Et vir ſeu maritus ſterilis & fœcundæ,hoc eſt,ſynagogæ, & Eccleſiæ.Et peculiariter vir poſterior ſynagogæ,vt prior fuerit lex.*Ro.7.a.Gen.16.a.29.g.30.b.* Ipſe dicitur vir Iudæus. *Zach.8.b.* Idem eſt vir diues,qui abſtulit ouem pauperis,quando redemit genus humanum, liberans ipſum à diabolo.*2.Reg.2.a.* Dicitur autem vir voluntatis Dei, quia in omnibus fecit voluntatem Dei. Et vir dolorum, propter dolores paſſionis.*Iſa.46.d.53.a.* Et vir rixæ & diſcordiæ quia poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum, & in ſignum,cui contradicitur,& de quo hæretici contendunt.*Ierem.15.c.*Et erat vir indutus lineis,habens atramentarium tanquam iudex omnium. *Ezech.9.a.40.a. Dan.10.a. Zach.1.b.6.c.* Ipſe eſt vir, quem circundedit fœmina. *Ierem.31.d.*Et vir cohærens Deo.*Zach.13.d.*Et vir pauper & ſapiens.*Eccle.9.d.*Et vir Iob,de terra Hus.*Iob.1.a.*Et vir Elcana. *1.Reg.1.a.*Et vir vnus,quem apprehendunt ſeptem mulieres.*Iſa.4.a.Actor.2.d.*Et vir dexteræ Dei.*Pſalm.79.* Ipſe eſt vir meretricis,qui non eſt in domo eius, quia non eſt ſecundum præſentiam corporalem in Eccleſia, & etiam vir mulieris fortis.*Prou.7.c.31.b.c.*

Vir de domo Leui. *Exod.2.a.* deſignare poteſt *b* Spiritum ſanctum: vel ſacerdotes Iudæorum, vel etiam ipſum Chriſtum de lege egredientem:cuius vxor eſt Eccleſia.

Spiritus ſanctus. Sacerdotes Iudæorum. Chriſtus.

Vir Hieruſalem,quem ipſa proiecit,eſt *c* verbum Dei,quod proiicit anima peccans.*Ezech.16.a. Hoſe.2.b.*Et ſermo propheticus.*Gen.24.c.*Ab hoc viro recedunt omnes, qui declinant à diuinis præceptis, *Pſalm.13.*Et vir prior ſynagogæ erat lex, ſicut poſterior Chriſtus. *Rom.7.a.* Et vir abſens à domo meretricis, eſt lex, quæ abſens eſt à peccantibus,eamque contemnentibus.*Pro.7.c.*Et viri ſeptem vnius mulieris, ſunt libri Moſis cum duobus ſequentibus.*Iuc.20.e.Iſa.54.a.* Et lex dicitur vir pubertatis Synagogæ. *Ioel.1.b.* Vir autem Iſraëlita, qui rixatus eſt cum filio Ægyptij,eſt ſenſus ſpiritualis legis contrarius prauis ſenſibus per Iudæos, aut hæreticos datis. *Leu.24.b.*Et vir qui inuenit Ioſeph errantem in agro,*d* eſt ſermo propheticus loquens de Chriſto, cui miniſterium exhibuit. *Geneſ.37.c.*

Verbum Dei. Lex. Senſus ſpiritualis.

Vir aliquando dicitur *e* ratio,ſeu mens,aut vigor mentis, quem virum occiderunt Simeon & Leui.*Gen.2.d.3.c.49.a.Exod.2.35.c.*Liberum quoque arbitrium, vir animæ dicitur, vendicans ſibi totum hominem. Virum autem, hoc eſt,mentem non aggreditur ſerpens,ſed fœminam,hoc eſt,ſenſualitatem.Maritus quoque dicitur recta ratio, ſeu ſermo, quia virtutum ſemina iacit in animam, tanquam in agrum fertilem.Ipſa quoque anima dici poteſt vir.*Exod.12.c.*Vir mulieris Samaritanæ dicitur ſpiritus rationalis,qui non erat vir,quia non ei obtemperabat.Vel vir,qui non erat vir,erat error,quia tunc ab errore adultero regebatur.Vel erat diabolus qui etiam non eſt vir, ſed adulter.Quinque autem viri erant *f* quinque ſenſus,quibus ante tempus diſcretionis regebatur.*Ioan.4.c.*Ipſe quoque homo ratio vtens vir vocatur.*Ierem.5.c.*

Ratio. Mens. Vigor mentis. Liberum arbitrium. Anima. Spiritus rationalis. Vtens ratione

Viri aliquando dicuntur *g* angeli. *Gen.18.a.19.b.44.f. Exod.32.a.*Et vir veſtitus lineis erat angelus. *Dan.10.a. Iob.36.d.*

Angeli.

Vir ſapiens & induſtrius, deſignat *h* Apoſtolos, & prædicatores,& prælatos, qui ſunt diſtributores ſpiritualis frumenti.*Gen.41.b.16.a.29.g.30.b.*Eoſdem deſignant viri,quos elegerunt Moſes & Ioſue.*Exo.17.c.18.d.21.b.32.d.* Et viri duo,ſunt perfecti prædicatores,in vtroque præcepto charitatis robuſti.Viri autem tres,ſunt cõtemplatiui, fortes in cuſtodia cogitationis, loquutionis,& operis.*1.Reg.10.a.* Et vir ſecundum cor Dei,*i* eſt habens charitatem.*1.Reg.13.c.Zac.8.a.*Et vir Dei,eſt cœtus Apoſtolorum.*1.Reg.2.e.9.a.*Et vir ſagittarius,eſt prædicator.*Iob.41.c.* Et viri miſericordes,ſunt Apoſtoli.*Iſa.57.a.* Demum, qui ad virilem ſenſum pertinent, Euangelicam implentes perfectionem.Et vir vnus,qui fugit ex acie,& nunciauit arcam eſſe captam, deſignat prædicatorem conuerſum ex Iudæis,vt Paulum.*1.Reg.4.c.*

Apoſtoli. Prædicatores. Prælati.

Vir vnus dicitur *k* contemptor ſeculi:vt monachus,& etiam ipſa fortitudo. Et dicitur vnus, quia vnum quærit. *1.Reg.1.a.*Ipſe enim dicitur.*Pſalm.72.*Quid mihi eſt in cœlo, &c. Et *Pſalm.26.*Vultum tuum Domine requiram. Et vir vnus ſunt omnes illi,quorum eſt cor vnum,& anima vna.*Actor.4.f.*Egrediuntur quoque quaſi vir vnus,qui ſunt concordes charitate.*1.Reg.11.b.*Et vir de terra Beniamin,eſt fortis prædicator de Eccleſia,& non extra. *1.Reg.9.a.*Et vir vnus dicitur perfectus & conſtans,& non mutabilis, vt Luna. Et vir abſolutè eſt perfectus. *1.Reg.1.a. Iob.36.d.38.a.Iſa.13.c.56.d.Zach.3.d.Cor.13.d.Ephe.4.e.*

Contemptor Sauli. Fortitudo. Concordes charitate. Perfecti.

Vir patiens fluxum ſeminis,*l* eſt prædicator,qui ob inanem gloriam prædicat.*Leu.15.a.*

Prædicator glorioſus. Fortes.

Viri ſignificare ſolent *m* fortes.*Gen.47.b.*Hos viros tantum volebat Pharao,hoc eſt,diabolus, ire ad ſacrificandum:vt videliçet relinquerentur illi infirmi.*Exod.10.c.35.c.Matth.14.c.*vnde viri numerari ſolent tanquam fortes, & non fœminæ.*Exod.12.f.Ioan.6.b.*Viri autem fortes Iſraël, & non alterius nationis numerantur:vt intelligantur eruditi in ſacra ſcriptura.*Num.1.a.*viri quoque exercitus, qui pugnauerunt, ſunt qui vicerunt vitia. *Num.31.a. Iob.38.a.40.a.*vir,qui non roborabitur in fortitudine ſua,*n* eſt fortis in Deo, ſine quo nulla eſt illi fortitudo, ſed mox ſibi relictus,cadet.*1.Re.2.b.* Et viri robuſti ſexcenti,ſunt qui opere & cordis deliberatione fortes ſunt.Et ſunt viri Iſraël,id eſt,Eccleſiæ:& ſociantur Sauli,id eſt,prædicatoribus.*1.Reg.13.d.14.a.Ierem.9.c.* Vir, cuius iniquitas eſt melior,eſt mens fortis.*Eccle.42.c.*

Chriſtiani.

Viri Iuda, ſunt *o* Chriſtiani ſub Chriſti imperio degentes. *Ierem.11.a.* Et viri Iuda, qui erant cum Dauid ad deducendum arcam,ſunt populi fideles & doctores cum Chriſto ad dilatandam Eccleſiam.*2.Reg.6.a.* Viros autem dicit Apoſtolus,*p* qui verbo parent,& ſunt ſui iuris & arbitrij:qui crediderunt ſpontanea electione,ſeruati ſapienter,non inſipientes meru territi.*1.Cor.13.d.Galat.4.*

Cogitatio.

Vir interdum ſumi poteſt pro *q* cognitione:fœmina verò pro operatione: vt quum *Eccl.7.d.* dicitur:vix reperitur vir vnus de mille, hoc eſt, cogitatio in totum bona: fœmina verò nulla: quia opera ſemper in aliquo deficiunt.

Viri percuſſi,& nondum mortui,ſunt *r* habentes dolorem peccati,ſed non ſufficientem,*1.Reg.5.d.*

Pœnitentes inſufficienter.

Vir,cui dedit Deus diuitias, *ſ* eſt populus Iudaicus habens legis myſteria: quibus tamen non fruitur,*Eccl.6.a.* Et viri Anathoth,quærentes animam Ieremiæ,ſunt Iudæi contra Chriſtum,peculiariter autem ſacerdotes & Scribæ.*Ierem.11.d.* Iidem ſunt viri tabernaculi Iob,hoc eſt,Chriſti.*Iob.31.d.* Viri pacis Edom, ſunt principes Iudæorum,qui populum deceperunt. *Abdi.c.*

Populus Iudaicus.

Virilis ætas domus Eli,deſignat *t* plenitudinem temporis,quando miſit Deus filium ſuum.*1.Reg.2.g. Galat.4.a.* vel deſignat tempus,quando ordinandi promouentur ad ordines.

Plenitudo temporis aduentus Chriſti.

Vir de domo Eli,qui non aufertur ab altari Dei,eſt,*u* qui eſt bonus prædicatione paſtoris mali.*1.Reg.2.g.*

Vir non relinquendus ex Philiſthæis, deſignat *x* capitalia crimina, nam alia ſunt velut paruuli. *1.Reg.14.e.*Et viri Amalec,ſunt ſuadentes motus turpitudinis,item peccata ex malitia.*1.Reg.15.a.*

Capitalia crimina.

Viri duo portantes botrum in ſti vecte. *Num.13.c.* deſignant *y* duos latrones cum Chriſto crucifixos, populum Iudaicum præcedentem,& vertentem dorſa Chriſto,& populum Gentilem ſequentem,& vertentem faciem Chriſto. Vel deſignabant duplicem amorem Chriſti,videlicet in patrem & in homines. Vel duo teſtamenta, in quibus continetur Chriſtus.

Duo latrones Duo populi. Duplex amor Duo teſtamenta.

Viri Niniuitæ ſignificant *z* Gentiles. *Matth.12.d.*Et viri ſublimes Sabaim, ſunt præcipui ex gentibus.*Iſa.45.c.*

Gentiles.

Vir vnius vxoris dicitur epiſcopus *aa* vnam habens Eccleſiam, & etiam non adiungens ſenſui catholico ſenſum hæreticum.*1.Tim.3.a.*

Epiſcopus.

Vir pugnat contra fratrem ſuum, *bb* quum in eadem domo fideles ſeparantur ab infidelibus.*Iſa.19.d.*

Fideles.

Viri conſtituti ad luſtrandam terram,ſunt *cc* viri Eccleſiaſtici.*Ezech.39.d.*

Eccleſiaſtici.

Vir Dei,qui reprehendit Ieroboam,& brachium eius arefecit,ac poſtea curauit,nec comedere cum eo inuitante voluit,ſed poſtea in via deceptus à Propheta,comedit & interiit.*3.Reg.13.a.*deſignat eos, *dd* qui de magno opere gloriantur,& poſtmodum in peccatum labi permittuntur.

Labens in peccatum propter inanem gloriam.

Viri tres apparentes Abrahæ,ſic ſe habere poſſunt, *ee* vt in vno Chriſti deſignetur aduentus, quem duo angeli comitabantur, Moſes & Elias, vnus per legem aduentum Domini prædicans, alter in fine mundi aduentum ad iudicium præueniens.*Gen.18.a.*

Chriſtus cum Moſe & Elia

Vir

a *Hie.ſ. Iſai 46.& ſ. Iob. Gre.ſ.1.Reg. 1.& 22.mo. 19.& ſ.Eze. ho.13. Bed.ſ. Gen.32.& ſ. Exod.21. & ſ.Prou.2.31. Cyr. hom. 5.*
b *Bed.ſ.Exo. 2.*
c *Hie.ſ. Eze. 16.& ſ.Ioel. 1.Ori.ſ.Mat. ho.22. & ſu. Leu.ho.14. Am.ſ.Ro. 6. & de Cain. 4.& ſ.Luc. 20.Au.1. de conſ.eua. 31.*
d *Bed.ſ.Gen. 37.*
e *Ph.de mun di opificio.& 2.alleg.& de ſpeci.legibus. Hil.ſ.Matth. can.10. Gre. Nyſſ. de vita Moſis. Bed ſ. Gen.3.Ricar. de S.Victo.de 12.patr.58.*
f *Aug.83.q. 64.& ſ. Ioa. tract.15. Ru. 4.ſ.Ioan.*
g *Gre.27. m 22.*
h *Ori.ſ. Exo. ho.10.& 1. Reg.1.*
i *Hie.ſ. Zac. 8.& ſ.Iſ.57. Gre.ſ.1. Reg. 1.2.4.9. 10. 18.& 34. mor.5.*
k *Gre.ſ.1.Re. 1.9.11.& 27. m.22. Ori.prol.in Cant. Hie. ſ. Iſ.59.*
l *Iſyc.ſ.Leu. 15.*
m *Or.ſ.Mat. can.14. & ſ. Nu.ho.1. 25. Gre.ſ.1.Reg. 13.& 18.m. 7.Cyr.de ado in Spir.ſanct.*
n *Gr ſ.1. Re. 2.& 11.mo. 26.*
o *Or.ſ.Ier.h. 6.*
p *Glo.int.ſu. 1.Cor.13.*
q *Hie.ſ.Eccl. 7.*
r *Gr.1.Re. 5.*
ſ *Hie.ſ.Eccle. 6.Ori.ſ.Ier.h. 8.Gre.12.m. 12.Ruper.ſu. Abdi.*
t *Gre.ſ.1.Re. 2.*
u *Gr.ſ.1. Re. 2.*
x *Gr.ſ.1. Re. 14.15.*
y *Au ſer.10. & ſ.Ioa. tra.*

z *Hil.ſ.Matth.can.12.* aa *Ambr.de dign.ſac.4.* bb *Hie. ſ. Iſa.19.* cc *Hie.ſ.Ezech.39.*
dd *Gre.23. mor.28.* ee *Bed.ſ. Greg.18.*

Digitized by Google

Vir interdum sumitur pro altero, vt 1.*Reg.*2.*e.* quum dicitur. Si peccauerit in virum, intelligitur,si peccauerit vir in alterum.

Lex carnis. *Mendacium.* *Sensibilia.* *Diabolus.* *Sensus carnalis.* *Crura hominis.* *Haretici.*

Vir alter,hoc est,adulter.*Rom.*7.*a.*significare potest *a* legem carnis,& mendacium,& sensibilia, & etiam diabolum.Et vir Ægyptius percutiens Hebræum, est sensus carnalis litteræ. *Exod.*2.*b.* *Leu.*13.*d.*24.*b.* Et vir, qui non cognouerat virginem,est diabolus,& incognito viro, mens est non corrupta à diabolo. *Gen.*24.*b.* Et vir nuncians natum masculum, est diabolus demonstrans factum esse quempiam corruptorem veritatis, eique congratulans. *Ierem.*20.*d.*Et vir pauper habens vnam ouem,*b* est princeps huius mundi,qui exercebat tyrannidem in genus humanum.2.*Reg.*12.*a.*Et viri exercitus,dicuntur dæmones. *Nahum.*2.*a.*Quasi vir præparantur dæmones ad prælium, sed non sunt viri,quia non possunt vincere,nisi eis consentiatur. *Ierem.*6.*f.*Et viri fortes,qui nutabunt,*c* erunt dæmones in iudicio. *Eccle.*12.*b.*Vbi etiam significari possunt crura hominis in senectute.

Diſcipuli hareticorum. *Peruertentes iudicium.* *Scandalizantes odientes proximum.*

Vir Ægyptius,potest significare *d* hæreticum. *Exod.*2.*b.* *Leu.*13.*d.*24.*b.* Et viri Septuaginta percussi in Bethsames,designant *e* nobiliores ex hæreticis,hoc est,qui non sunt vitiis sensuum dediti.1.*Reg.*6.*d.* Et vir, qui non roborabitur,est durus & fortis in errore.1.*Reg.*2.*b.*Viri sanguinum, sunt hæretici occidentes animas, & adulatoriè docentes. *Psalm.*138.Et vir sextus Samaritanæ,qui non erat vir,est hæreticus. *Ioan.*4.*c.* Et viri bellatores dicuntur hæretici. *Ezech.*39.*e.*Et viri fœderis Esau discipuli hæreticorum. *Abdi.b.*

Carnalibus incumbentes. *Iudas.* *Auari.*

Viri sanguinum,sunt *f* subuertentes iudicium pro muneribus, vel animo seu opere occidentes, & qui oderunt proximum,& qui perfecti sunt in vitio. *Psalm.*5.25.58.138.Est item vir sanguinum, quia adhuc actibus carnalibus incumbit.2.*Reg.*16.*b.*Vir autem linguosus & iniustus dicitur *g* Iudas. *Psalm.*139.*Iob.*11.*a.*

Errores. *Sex ætates.* *Insanus.* *Haros.* *Miles.* *Minister.* *Cines.* *Alienigena.*

Viri diuitiarum dicuntur, *h* qui possidentur à suis diuitiis, non ipsi eas possident,vnde & somnum suum dormire dicuntur,non Christi. *Psalm.*75.

Viri Samariæ & Sodomæ, quos proiecerunt ipsæ ciuitates, sunt *i* errores priores,à quibus in alios Hæretici transierunt. *Ezech.*16.*e.*

Viri sex venientes de via portæ superioris. *Ezech.*9.*a.*designant *k* sex ætates humani generis.

Vir spiritualis dicitur *l* vir insanus,& qui à maligno spiritu arripitur. *Hose.*9.*b.*

Vir aliquando dicitur heros insignis virtute. *Gen.*41.*e.*Num inuenire poterimus talem virum?

Vir,miles. *Genes.*33.*a.*Cum eo quadraginta viros.

Vir,minister. *Gen.*24.*g.*Ascensis camelis sequutæ sunt virum.

Vir,cives. 1.*Reg.*6.*b.*dixerunt viri Bethsamitæ.

Vir,alienigena. *Exod.*2.*c.*Vir Ægyptius liberauit nos.

Virere,Viridis.

Virere,dicuntur herbæ,aut plantæ,quum sunt virides. Virides autem sunt,quando in suo vigore ac proprio humore consistunt.

Tenere mentes Apostoli. *Sacra doctrina.* *Litera legis voluptuosa.* *Iudæi.* *Gentiles.*

Viride lignum dicitur *m* Christus. *Luc.*23.*d.*Et virens abies. *Hose.*14.*d.*

Viriditas est *n* in virtutibus:vnde terra non herbam siccam,sed virentem profert. *Gen.*1.*a.*quando videlicet anima exercet virtutum opera. Et columba attulit ramum oliuæ virentibus foliis: quæ designant opera perfecta. *Gen.*8.*b.*Et viriditas in virgis. *Gen.*30.*f.*designat virorem bonorum operum.Et virens abies,est vir iustus. *Hos.*14.*d.* *Iob.*38.*c.*

Caro humana. *Nitor verborum.* *Superbia Luciferi.* *Nulla consolatio in inferno.*

Virentes herbæ, sunt diuini pastus in fælicitate: & dicuntur virentes quia perpetuus est ibi vigor. *Ezech.*34.*d.* Virescit lignum præcisum, *o* quando iusti & Martyres pro veritate passi, in æterna vita resurgentes perpetuò virides cunt. *Iob.*14.*b.*Virentia perquirit onager, quum sanctus vir, despectis transitoriis, æterna bona desiderat. *Iob.*39.*a.*

Virgo Maria. *Ecclesia.*

Virentia loca designant *p* teneras mentes. *Genes.*41.*a.* Et virentes spicæ, sunt Apostoli, & recentes in fide. *Leuit.*2.*d.*

Virens herba dicitur,*q* sacra doctrina. *Iob.*38.*c.*Et virentia, quæ perquirit onager, designant literam & historias legis,quibus vacant Iudæi.Item ea,quæ voluptatem afferunt. *Iob.*39.*a.*

Plebs Iudaica

Viride lignum,quod arefactum est, *r* est populus Iudæorum, lignum verò aridum frondescens, est Ecclesia ex gentibus. *Ezech.*17.*g.*

Anima pura.

Virens herba *s* carnem humanam significare potest. *Gen.*1.*a.*

Vtor Moab,*s* nitorem verborum hæreticorum significat. *Isa.*15.*c.*

Mens pudica.

Virens summitas cedri,*u* designat vigentem superbiam Luciferi. *Ezech.*31.*d.*

Non viret scirpus absque humore. *Iob.*8.*b.* quia *x* hypocritæ non nisi ex superno munere viriditatem bonæ operationis accipiunt.

Anima peccatrix.

Virens nihil relictum in Ægypto. *Exod.*10.*d.* designat *y* nullam consolationem relictam esse his, qui sunt in inferno. Vnde & virentia terræ Sodomorum sunt subuersa. *Genes.*19.*e.* Et virens hordeum Ægypti læsum. *Exod.*9.*d.*

Virga,vide Baculus.

Virgo,Virginitas,Virago.

Virgo dicitur à viridiori ætate,& tam mares,quam fœminæ rei venereæ expertes & integritatem seruantes,virgines dicuntur. Virago autem dicta est mulier in prima conditione,quia virtus viri illi communicata est factaque est viro similis.

Credentes boni & mali. *Fideles,& infideles.* *Virtutes.* *Bene operaturi.* *Doctrina sana Ecclesiæ.*

Virgo,ad literam,sumitur pro Beata Maria,quando dicitur. *Isa.*7.*c.*Ecce virgo concipiet.

Virgo sæpe dicitur *z* Ecclesia, quam sibi parauit Christus, non habentem maculam neque rugam, & ipsa est vxor,quam ducit pontifex,hoc est,Christus. *Leu.*21.*c.Gen.*24.*b.Iud.*11.*f.Isa.*37.*d.*62.*d.*2.*Cor.*11.*a.Ephes.*5.*c.Ierc.*2.*f.* 3.*b.*18.*b.*31.*c.*Ipsa dicitur virago,propter virtutem viri,hoc est,Christi illi communicatam. *Gen.*2.*d.*

Virgo dicebatur *aa* Israël tempore Patriarcharum,quum vni Deo seruiret, antequam idola coleret, non quòd in virginitatis permanserit puritate, sed quia olim instar virginis sit Domino plebs illa copulata. Dicitur etiam virgo,quia vitis sterilis erat,& infœcunda. *Isa.*35.*e.Ierem.*18.*b.Thren.*1.*c.Ioel.*1.*b.Amos* 5 5.*a.*

Virgo dicitur *bb* anima & mens,quando castam puramque se conseruat à voluptatibus earumque concupiscentiis:tum à dolore amoreque,insidiosis affectibus, & genitoris curam respicit. Et hæc efficitur vxor pontificis, aut sponsa,magisque ex hoc efficitur integra. Homines enim virgines,quibus copulantur, reddunt mulieres. Deus autem quum iungitur mulieri,hoc est,animæ,quæ corrupta fuerat cupiditatibus & vitiis, reddit virginem:& potius dicitur vir virginitatis. *Gen.*34 *a.Leu.*21.*c.Ierem.*2.*f.*3.*b.*31.*c.Psalm.* 44.Et virgines pulchræ sunt,*cc* quæ lumen habuerunt virtutum, & sponsæ thalamum ingressæ sunt, *Amos* 8. *d.* Virgines quoque dicuntur pudicitiam tota mente conseruantes. *Ezech.*9.*b.*

Virgo præterea dicitur,*dd* fidem integram habens,nec corrupta erroribus:& designatur per Rebeccam. *Ge.*24.*b.* *Apoca.*14.*a.*

Virgo filia Babylonis dicitur anima delitiis mundi affluens. *Isa.*47.*a.* Et virgo filia populi Iuda, est anima peccans in Ecclesia. *Ierem.*14.*c.*Et anima virtutibus infœcunda, nec fidei fructum gignens, cuiusmodi virgines, sunt squalidæ. *Thren.*1.*b.c.*Et virgines cadentes in gladio,*ee* sunt animæ, quæ videbantur continentiam habere, quum essent fatuæ,& hypocrisi infectæ, *Thren.*2.*g.Isa.*23.*a.c.*

Virgines decem,sunt *ff* omnes credentes,tam boni,quàm mali,quinque prudentes sunt,qui benè quinque sensibus vtuntur,& oleum procurant doctrinæ moralis,& sunt diligentes ac soliciti,fatuæ verò è diuerso,sunt animæ dissolutæ. *Matth.*25.*a.*Vel designant fideles & infideles.

Virgines,*gg* quæ adducuntur post sponsam,designate possunt virtutes, *Psalm.*44.

Virgines præterea,quum in eis sit spes generationis,designant eos,qui sunt in spe benè operandi. *Thren.*1.*f.*

Virgo de semine domus Israël,designare potest *hh* doctrinam nutritam in Ecclesia. *Ezech.*44.*f.* Virgo etiam dicitur *ii* sensus historicus,ædificans & legentes & audientes. *Exod.*22.*c.*Et virgo vxor pontificis,est sententia incorrupta,iuncta verbo Dei. *Leu.*21.*c.*

a *Ori.s. Mat. cap.* 16. & *s. Ge.ho.*10. & *s.Leu.ho.*14. *Euc.for. spir. s.*

b *Amb. apoc. Dauid.*5.

c *Hie.s.Eccle.* 12.

d *Ori.s.Leuit. hom.*14.

e *Gre.s.*2. *Re.* 2.6. *Hil.s.psa.* 138. *Hie. epi. Si cuncta corporis.*

f *Arn.s.psa.*25. *Hil.s.psa.*28. 139. *Cle. Ale.* 1.*pæd.*5.

g *Aug.s.psal.* 138.

h *Gre.*7. *mor.* 24. *Amb.de Nabuc.*15.

i *Hie. s. Eze.* 16.

k *Gre.*22.*mo.* 19.

l *Lyr.s. Hos.*9

m *Glo.ord. s. Hos.ser.*14.

n *Gre.*26.*mo.* 18. *Be.s.Ge.*5

o *Gre.*12.*mo.* 3. & 39.*mor.* 29.

p *Glo.int. su. Gen.*41.

q *Gre.*118.*m.* 6. *Hie.s.Io.*39

r *Or.s.Ez.ho.* 12.

s *Am.s.ex.*7.

t *Hie.s.Is.* 15.

u *Hie.s.Ezec.* 31.

x *Gr.*8.*m.*27.

y *Lyr.s.Exod.* 10.

z *Ori. s. Leu.* 5.*ho.*12. *Hic. s.Ier.*31. & *s. Is.*62. *Au.* 4. *in Iud.*49. *Isy s Leu.*21. *Fulgen.epist.*3.

aa *Hie.s.Iere.* 18. & *s.Ioe.*1.

bb *Ori.s.Can. hom.*1. *Phi. de spec. legibus,* & *de Cherubim.*

cc *Hie.de veste sac.* & *s.Amos* 8. & *sup. Ezec.*9.

dd *Au.s.Apo. ho.*11. *Rup.*9. *s.Apoc.*

ee *Hi.s.Is.*23 *Gre.*6.*mor.* 9.

ff *Ori.s.Mat. ho.*32. *Hil. s. Mat.can.* 27. *Aug.epi.*120. & 83.*q.* 59. & *de verbis. dom.ser.*22.

gg *Arn.s. ps.* 44.

hh *Hie.s. Ez.* 44.

ii *Phi. de profugis.*

Digitized by Google

Non inuenta virgo vxor, fuit a gentilitas multos colens deos: sed verberato viro Christo, inuenta est virgo, quia credidit. Synagoga verò non est inuenta virgo, quia perseuerauit in incredulitate. *Deut.* 22. *b.*

Gentilitas. Synagoga.

Virgultum.

Virgultum dicitur multitudo virgarum pullulantium.

Virgultum ascendens de terra sitienti, dicitur *b* humanitas Christi de peccatoribus. *Isa.* 53. *a.*

Humanitas Christi.

Virgultum agri designare potest *c* ipsum intelligibile, quod est germen mentis. Et ipsa natura intellectuali virgultum dici potest, propter vigorem vitæ. *Gen.* 2. *a.*

Viriola, vide Armilla, Virtus, Vis, Vires.

Virtus, à viro dicta propriè fortitudinem & constantiam significat, quod viri maximè fortitudo est. Vnde fit, vt virtus dicatur habitus mentis constans & conueniens, ad bene operandum inclinans, laudabiles efficiens eos, in quibus est. Potest aliquando dicere ipsos affectus animi. Dantur etiam virtutes rerum, vt tadicum, plantarum, lapidum, quæ sunt potentiæ ad aliquid operandum in animalibus, aut in aliis rebus. Virtus etiam sumitur pro exercitu. 1. *Mach.* 1. *a.* Congregauit virtutem & exercitum. Item pro victoria. *Iudith.* 13. *d.* Qui fecit virtutem in Israël. Virtus quoque dicitur robur corporis. Vis etiam, aut vires sumitur pro virtute, seu potentia, aut fortitudine.

Virtus Dei, dicitur *d* filius Dei. *Psalm.* 20. 67. *Deut.* 6. *d.* Dicit autem virtus Dei potentiam eius, & virtus eius quædam dicitur in salutem, quædam in pœnam. Virtus autem salutis Dei, dicitur Christus, *Psal.* 62. 1 39. *Iere.* 16. *d. Rom.* 1. *b.* 1. *Corin.* 1. *d.*

Filius Dei. Potentia Dei.

Virtus Christi dicitur *e* Spiritus sanctus. 2. *Cor.* 12. *c.* Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi: virtus dicitur humilitas, quæ tunc habitat in nobis, quando gloriamur in infirmitatibus.

Spiritus sanctus. Humilitas.

Virtutes Dei dicuntur *f* miracula, de quibus. *Isa.* 42. *b.* Gloriam meam alteri non dabo: nec virtutes meas sculptilibus. Et, Virtutes eius in insulis nunciabunt. Hæ sunt virtutes terribilium Dei. *Psalm.* 114. Et virtus Dei, est in nubibus, hoc est, in Apostolis & prædicatoribus, & quando veniet ad iudicium. *Psalm.* 67.

Miracula. Angeli. Ornatus cœlorum. Protectio angelorum.

Virtus Dei dicitur etiam Euangelium. *Ierem.* 16. *b.* Ostendam eis manum meam, & virtutem. *Rom.* 1. *b.* Virtus Dei est in salutem omni credenti.

Gratia.

Virtutes cœlorum, dici possunt *g* Angeli. *Luc.* 21. *e.* Virtutes cœlorum mouebuntur. Harum virtutum solet dici, Deus virtutum. *Psalm.* 32. 45. 49. Sunt etiam virtutes ordo specialis ipsorum angelorum. *Psalm.* 23. Ornatus quoque cœlorum dici potest virtus eorum. Virtutes etiam Iudæorum, sunt protectio angelorum. *Psalm.* 59.

Perfectio virtutis. Illustratio veritatis. Conuersatio bona. Ratio. Auxilium Dei.

Virtus animi derelinquens peccantem, est *x* gratia. *Psalm.* 37. Item perfectio virtutis. *Psalm.* 21. Aruit tanquam testa virtus mea. Virtus quoque multa, est magna illustratio veritatis. *Matth.* 24. *c.*

Charitas. Aurum. Diuitiæ. Potentia Iudæorum in Christum. Opera hæreticorum.

Virtutes etiam significant *i* conuersationem bonam. 2. *Petr.* 1. *b.* Ministrare in scientia vestra virtutem. *Phil.* 4. *b.* Si qua virtus, si qua laus. Ratio quoque ipsa virtus dicitur. *Eccles.* 6. *a.* Ne forte elidatur virtus tua per stultitiam.

Potentia secularis. Potentia diaboli.

Virtus dicebatur deficere in Christo. *Ierem.* 15. *d.* quia *k* propter nos infirmitatem suscipit, & deficit virtus eius in his, qui peccant, & ratione non vtuntur.

Amor & misericordia Dei Affectus Christi. Mens. Mentis affectus.

In virtute est vox Domini *l* in his qui dicere possunt cum Apostolo: Omnia possum cum eo, qui me confortat Et dat Deus virtutem populo ad vincendos dæmones, & quando Ioannes prædicabat virtutem in resurrectione. Dat enim decori virtutem, quum fortem facit ad operandum. *Psalm.* 28. 29 67.

Concupiscibilis & irascibilis.

Virtus Sion, hoc est, Ecclesiæ, est *m* charitas, quæ fortis est, vt mors: & omnia vincit, nec à quoquam vincitur. *Psalm.* 47. De hac *Psalm.* 121. Fiat pax in virtute tua.

Ministri mysteriorum Ecclesiæ. Charitas prædicatoris.

Virtus Damasci, *n* est aurum & diuitiæ, de quibus mundani præsumunt. *Isa.* 8. *a.*

Bona cogitationes. Filius. Diuitia.

Virtus manuum amicorum Iob. *Iob.* 30. *a.* designat *o* virtutem Iudæorum in Christum vel magnitudinem operationis hæreticorum, quæ pro nihilo ducitur ab Ecclesia, quia est sine charitate.

Prodens fœtor peccati.

Virtus Pharaonis, est *p* potentia secularis & exercitus Satanæ. *Iudi.* 2. *b. Psalm.* 135. Ad idem referri potest virtus regis, gigantis, aut equi *Psalm.* 32. Et virtus Behemoth dicitur esse in vmbilico: quia *q* inclinat mulieres, ad libidinem. *Iob.* 49. *b.* Et virtus draconis, quam dedit bestiæ, *r* est potentia diaboli, qua adiuuat malos ad malum. *Apocal.* 13. *a.*

Conferens Deus nouum munus.

Vires Mosis, vltra quas dicebatur esse negocium regendi populi. *Exod.* 12. *e.* dicuntur tam de virtute animi, quàm corporis naturalis.

Incarnatio filij Dei. Impletio promissionis. Conuersio peccatorum. Saluare angelos & homines relictis dæmonibus. Conuersio gentium relictis Iudæis. Castigatio Dei ad emendationem.

Viscera, Exta, Vitalia.

Viscera *s* dicuntur non tantùm intestina, sed quicquid intra carnem continetur, hoc enim differunt à carne, quod caro foris posita est, viscera intus. Extra verò dicuntur cor & pulmo quia in superiori parte extant, quæ & vitalia dicuntur.

Viscera Dei, amorem & misericordiam Dei significare possunt. *Isa.* 63. *d. Ierem.* 31. *d.*

Viscera Ioseph commota, affectum Christi erga genus humanum redimendum significare possunt, *Gen.* 45. *g.*

Viscera interdum significant *t* aut mentis affectus, & compassionem. *Isa.* 16. *d.* 19. *a. Iob.* 21. *d.* 38. *d. Ezech.* 3. *a.* Et viscera replentur, quum mentis interna alimento vitæ satiantur. Sunt etiam viscera, recta intentio sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum vóluntas. Et vitalia arietis, quæ sunt cor & iecur, vim concupiscibilem & irascibilem, & etiam desiderium significare possunt. *Exod.* 28. *d. Leu.* 3. *a.* 4. *b.*

Viscera Iob, hoc est, Ecclesiæ, vel Christi, sunt *u* hi, qui ad intima sacramenta & mysteria deseruiunt. *Iob.* 16. *c.*

Viscera matris commota erga filium diuidendum. 3. *Reg.* 3. *d.* designant *x* cor & charitatem prædicatoris boni, qui non vult auditores perire.

Viscera animæ, dici possunt *y* adinuentiones sensuum: & bonæ cogitationis studia, & virtutum perseuerantia & illæ, quæ Græcè eunomiæ dicuntur. *Psalm.* 50.

Viscera aliquando pro filio, *Philem.* 1. *d.* Refice viscera mea in Christo.

Viscera, etiam diuitiæ. *Sapi.* 12. *a.* Comestores viscerum hominum.

Extales meatus Philisthinorum, designant *z* proditionem fœtoris peccati. 1. *Reg.* 5. *c.*

Visitare, Visitatio.

Visitare, est frequenter videre, aut etiam simpliciter inuisere.

Visitatio Dei, est collatio muneris, & visitauit Deus Saram, quum misit verbum suum in Ecclesiam, & impleuit promissa. *Gen.* 21. *a.* 50. *d. Exod.* 3. *e.* 4 *g.* 13. *d. Psalm.* 79. 105. *Iere.* 15. *c.* Sic visitauit Annam hoc est Ecclesiam, 1. *Reg.* 2. *g.* Et visitat Deus terram, hoc est, humani generis natiuitatem. *Psalm.* 64. Et visitat gregem sicut pastor infirmum. *Ezech.* 24. *c.* Et visitat omnes gentes, quum *aa* ex omnibus saluat. *Psalm.* 52. 58. Et visitat Tyrum, *bb* quum conuertit peccatorem aut gentes. *Isa.* 23. *d.* Et visitat non diluculo, *cc* quum erroris nostri tenebras luce suæ cognitionis illustrat, & contemplationis munere subleuat: & in arcem virtutis exaltat. *Iob.* 7. *d.* Sic visitat filium hominis: *dd* cui sub protectione alarum suarum posito prætendit misericordiam suam, & in lumine suo lumen præbet, & eum delitiis suis potat, & inebriat ab vbertate domus suæ ad obliuiscendas ærumnas & errores præteritæ conuersationis. *Psalm.* 8. Peculiariter autem visitatio Dei, dicta est incarnatio, & liberatio à seruitute diaboli. *Luc.* 1. *f.*

Visitat Deus montes in circuitu Gelboe, relinquens ipsum Gelboe aridum. 1. *Regum.* 1. *d.* quia *ee* dat munera gratiæ & gloriæ Angelis & hominibus, relictis dæmonibus, & quia conuertit Gentiles, relictis Iudæis in infidelitate.

Visitat etiam deus, *ff* castigando ad emendationem. *Isa.* 13. *b. Hose.* 1. *a.* Et dicitur visitare, & non percutere, quia plaga Dei visitatio est atque curatio: vt solet medicus infirmum visitare. Et visitat omnes iniquitates, ne quid maneat non curatum. *Amos* 3. *a.* Et visitat hircos castigando, & gregem liberando. *Zach.* 10. *a.* E diuerso, non visitat, quum peccantes non castigat, *Hose.* 4. *c.* Et visitat nocte, hoc est, per tribulationes. *Psalm.* 16. 58. *Iob.* 10. *c.* Et visitat in egestate quum *gg* dat famem verbi Dei. *Leu.* 26. *c.* Et visitat iniquitatem patrum in filios, quum castigat in hac vita. *Exod.* 20. *a. Psalm.* 88.

a *Ruper.* 1 *su. Deut.* 19.

b *Hie. s. Isa.* 53.

c *Phil.* 1. *Alle. Au.* 2. *de Gen. cont. Mani.* 3. *Bed. s. Gen.* 2.

d *Cyr. con. Iulian.* 9. *Ori. su. Ro.* 1. *Hil. s. ps.* 67. *Aug. s. psa.* 67.

e *Cyr.* 14. *thesaur.* 3.

f *Hie. s. Is.* 63. *Arn. & Hil. s. ps.* 67.

g *Basi. s. psal.* 32. *Gre. ho.* 1. *Hil. s. psa.* 59.

h *Ba. s. ps.* 37. *Ori. s. Mat. ho.* 30.

i *Hie. s. Is.* 63.

k *Ori. s. Ier. h.* 11.

l *Basi. s. ps.* 28. *ho.* 2. *& s. Ps.* 29. *Hil. s. psal.* 62.

m *Hie. s. ps.* 47 *Au. s.* 47. 121.

n *Au. de Epi. serm.* 4.

o *Hie. s. Iob.* 30. *Gre.* 20. *mo.* 7.

p *Arn. s. psal* 335. *Basi. s. ps.* 32.

q *Gre.* 32. *mo.* 11.

r *Aug. s. Apo. ho.* 10.

s *Arist.* 3. *de parti. animalium.* 13.

t *Hie. s. Isa.* 16. 19. *& s. Iob.* 28. *& s. Eze.* 3. *Gre. s. ho.* 10. *Gl. or. s. Leu.* 3.

u *Gre.* 13. *mo.* 10.

x *Gre.* 21. *m.* 8.

y *Amb. apo. Dauid.* 4.

z *Gre. s.* 1. *Re.* 5.

aa *Hil. s. psal.* 52. 64.

bb *Hie. s. Isai.* 23.

cc *Gre.* 8. *mo.* 20. *Rup. s. Ge.* 17.

dd *Aug. s. psa.* 8. 64. *Isy. s. Leu.* 9.

ee *Ber. s. Can.* 54. *serm.*

ff *Hie. s. Is.* 13. *& s. Amos* 3. *& s. ps.* 15. *Gre.* 9. *mo.* 38.

gg *Isyc. s. Leu.* 38. *Ori. s. Iere. ho.* 2.

Digitized by Google

Punitio Dei temporalis, vel æterna.

Visitat præterea Deus peccatum,aut peccantes,*a* puniendo pœna temporali, vel æterna, etiamsi non emendetur,*Exod.*32.*g.*Sic dicitur visitare militiam cœli. *Isa.*24.*d.*26.*e.*27.*a.*29.*b. Ierem.*5.*c.*6.*a.*8.*c.*9.*c.*10.*c.*13.*a.* Et visitationis dies,est dies iudicij,aut vindictæ.*Isa.*10.*a.*15.*c.Ezech.*9.*a.*38.*c.Thren.*4.*d.Hose.*1.*b.*4.*c.*9.*b.Sopho.*1.*b.*3.*b.Amos* 3.*d.*Et visitat Dominus super Semeien & semen eius,quum punit hæresiarcham & discipulos eius.*Iere.*19.*g.*30.*g.* Et dicitur visitare,iuxta vniuscuiusque vias.*Hose.*12.*a.*

Corrigere peccantes.

Visitat Christum infirmum,*b* qui corrigit eos,qui sunt in peccato,& in carcere positum,quandiu eos, qui sunt in mundo corrigimus.*Matth.*25.*d.*

Cognitio sui.

Visitat speciem suam, *c* qui seipsum examinat, seque cognoscere curat. *Iob.*5.*d.* Visitat etiam speciem suam, quisquis ad eum,quem sibi similem per naturam conspicit,passibus amoris tenditvt in altero sua considerans, ex seipso colligat,qualiter infirmitati alterius condescendat.Item qui exercet opera misericordiæ.

Exercere opera misericordia.

Non visitatur arca Domini,*d* quando cessat lex vetus.*Ierem.*3.*e.*

Visitantes amici Iob ipsum Iob, designant *e* hæreticos docere volentes Ecclesiam; quasi ipsi sint doctiores. *Iob.*2.*d.*

Visitare dicitur scelus adolescentiæ suæ,& Ægypti,*f* qui ad pristina vitia reuertitur.*Ezech.*23.*c.*

Cessatio legis veteris.

Non visitant gregem Domini pastores,*g* qui pœnitentibus contrahunt manum:*Ierem.*23.*a.*Et non visitat pastor derelicta,quia Antichristus non curat de animarum interitu.*Zach.*11.*d.*

Docere volentes hæretici Ecclesiam.

Vitare.

Vitare,est plusquàm cauere:vt sit quasi vi auertere.

Reuerti ad vitia.

Vitare morticina piscium,est fugere peccatum libidinis.*Leu.*11.*b.*

Neglectus mali pastoris.

Vitare aues immundas,est fugere superbiam & auaritiam.*Leu.*11.*b.*

Fugere libidinem.

Vitis,vide Vinea.

Fugere superbiam.

Vitium,vide Peccatum.

Vitrum.

Perspicuitas corporum beatorum.

Vitrum,est materia translucida,ex qua fiunt calices, & alia vasa ad ministerium vini, & mensæ deseruientia, estque materia admodum fragilis.

Cœlestis patria.

Vitro perspicuo dicitur simile aurum Hierusalem cœlestis. *Apoc.*21.*e.* quia *h* fulgori corporis beatorum additur perspicuitas.Vel quia vniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non absconderit, sed patebit animus,patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis harmonia:sicque vnusquisque tunc erit conspicabilis alteri, sicut nunc essenon potest conspicabilis sibi.Vitrum quoque dicitur ipsa superna patria,& etiam confessio, qua interiora patefacimus,*Iob.*28.*c.*

Confessio.

Vitrum *i* ad puritatem fidei refertur,quia quod foris videtur,hoc est & intus,& nihil est simulatum,& non est perspicuum,nisi Sanctis Ecclesiæ. *Apoc.*21.*e.*

Puritas fidei.

Vitreum mare.*Apoc.*4.*a.*15.*a* baptismum *k* significare potest,& est perspicuum per gratiam Spiritus sancti, & quia baptizati nullum vitium abscondunt.

Baptismus.

Vitrum dicuntur illi,qui habent speciem virtutis in seculo.*Iob.*28.*c.*

Habentes speciem virtutis.

Vitta.

Vitta,est ligamentum capitis, qua circum caput antiqui vel crines, vel serta,aut flores,aut aliud quiduis religabant.

Humanitas Christi.

Vitta hyacintina,*l* humanitatem Christi inseparabiliter adhærentem diuinitati significare potest.*Leu.*8.*b.*

Desiderium Cœlestium.

Designat etiam vitta hyacintina *m* desiderium cœlestium,quo ligamus opera cum intentione.Et vitta,qua ligatur lamina in capite sacerdotis, est spes cœlestium præmiorum. Ad idem referri potest vitta hyacintina,qua rationale & superhumerale astringuntur.*Exo.*28.*e.*39.*d.*Idem dicendum de vitta linea in capite sacerdotis. *Ezc.*44.*c.*

Spes.

Compressio cogitationum.

Vitta,qua astringuntur crines,ne defluant.*Isa.*3.*d.*constrictionem *n* & compressionem cogitationum significare potest:ne ad illicita vagentur.

Vita humana Anima.

Vitta aurea.*Eccle.*12.*c.*vitam *o* humanam significare potest,aut etiam ipsam animam.

Prædicatores.

Vitta coccinea.*Cant.*4.*a.*designat *p* prædicatores, qui dum fluxas cogitationes in cordibus hominum suis prædicationibus restringunt,quasi sparsos crines,ne immoderatè diffluant, reprimunt. Sicut vitta coccinea fuerunt *q* labia Virginis Mariæ,quia loquebatur vera cum ardore charitatis,vnde & eloquium eius dicitur dulce.

Labia virginis Mariæ.

Vitulus,vide Bos.

Vituperare.

Vituperare,est vitio aliquid dare.*Eccle.*12.*a.*1.*Mach.*11.*b.*2.*Cor.*6.*a.*8.*d.*

Vituperasse dicitur Deus Iudæos.*Heb.*8.*b.*quia promisit nouum sacerdotium,reiecto veteri.

Blasphemantes infideles & Iudæi Christum & fideles.

Vituperatio commorantium in circuitu. *Psalm.*30. est, *r* quia omnes Christiani à circumeuntibus infidelibus blasphemantur,& mali habentur,& nunquam ab intrantibus.Iudæi quoque in circuitu errorum existentes, vituperabant Christum.

Viuere,Viuus,Vita,Viuificare,Superuiuere,Semiuiuus.

Viuere,est vitam agere.Viuere etiam dicuntur,quorum extat memoria.*Eccle.*44. Nomen eorum viuet in generatione & generationem.Item viuere,permanere. *Gen.*9.*d.* Vixit autem Noe post diluuium. Refici. 4.*Reg.*4.*b.*Tu autem & filij tui viuite de reliquo.Regnare.4.*Reg.*10.*d.* Viuat Rex. Vita autem, est vel ipsa anima,qua viuimus, quæ triplex ponitur,vegetatiua in plantis,sensitiua in animalibus, rationalis seu intellectiua in homine, habens reliquarum virtutem.Dicitur etiam vita ipse actus viuendi,vel mores,vel etiam ipsum alimentum,seu victus. Viuificare autem,est vitam dare,seu reddere.

Deus.

Viuens propriè dicitur ipse Deus,à quo reliqua omnia vitam accipiunt,Ipse verò à nullo.*Matth.*16.*c. Psal.*17. *Eccle.*18.*a.Ezech.* 18.*c.Hose.*1.*d.*Vnde &,Viuit dominus, erat assertio iurativa, seu iuramentum vetus contra deos mortuos.1.*Reg.*14.*g.*Viuit Dominus,si ceciderit capillus.*Isa.*49.*d.Ierem.*4.*a.*Ipse dicitur viuens & videns.*Gen.*24.*g.* Et etiam vita.*Iob.*1.*a.*Et dicitur vena aquarum viuentium.*Ierem.*17.*b.Iob.*27.*a.*

Christus in Carne & suscitatus à mortuis & dans vitam gratia.

Viuens Ioseph,*s* designant Christum in carne,vel sine peccati morte,vel suscitatum à mortuis.*Gen.*45.*g.*Et ipse Christus dicitur vita,& panis vitæ contrarius pani mortis. *Ioan.*6.*e.*14.*a. Deut.*28.*g. Eccle.*6.*c.* Viuit autem Christus in nobis,quia per fidem eius liberamur à morte.*Gal.*2.*d.Coloss.*3.*a.*Vita autem quam petiit à patre, est *u* resurrectio. *Psalm.*20. Viui passeres. *Leu.*14.*a.* designant *x* diuinitatem & humanitatem Christi sine morte peccati. Et viuus caper,qui dimittebatur,designat immortalem diuinitatem in Christo.*Leu.*16.*b.*

Diuinitas Christi.

Vita pendens antè oculos Iudæorum. *Deut.* 28.*g.* erat *y* Christus pendens in cruce., cui Iudæi non credebant. Quantum autem ad literam,minatur ibi Deus populo,si violent eius præcepta,fore vt ad Gentes ignotas dispergantur:inter quas summa cum formidine viuant,semper expectantes,vt occidantur,etiam si nemo paret occidere. Vitæ quoque suæ non credit,qui de Saluatore suo non rectè sentit.*Iob.*24.*c.*

Christus in cruce.

Non recta sentire de Christo.

Vita vera,dicitur *z* vita æterna,& viuentes sunt beati. *Psalm.*48.55.114.141. *Eccle.*6.*b.*1. *Tim.*6.*c.*Et vita, quam Deus promittit,est æterna,& regio illa dicitur regio viuorum. *Psalm.*33.145. Et viuunt corda in seculum seculi, quum animæ existentes in charitate perpetuò viuunt. *Psalm.*21. Et viuere est saluari. *Gen.* 42.*a.*45.*g. Psalm.*118. Viuet iustus in fide sua, *aa* quia nisi crediderit:non saluabitur, nec iustus reputabitur. *Hab.*1.*a.* Viuere animam Eli dicens Anna,*bb* designauit Ecclesiam optantem vitam æternam Iudæis.1.*Reg.*1.*d.Iob.*42.*d.*33.*d.*Illa autem dicitur vita absolutè:vita verò præsens mors.*Ioan.*5.*d.*Transiet à morte in vitam.

Vita æterna.

Viuere dicitur anima,*cc* quæ est in gratia,& bona exercet opera, quæ filia est Euæ,hoc est, vitæ. Et fideles,dicuntur viuentes.Viuunt autem coram Deo,seu in conspectu Dei,qui digna Dei verbo negocia gerunt, qua ratione orabat Abraham pro vita Ismaelis, hoc est, pro Iudæis. *Gen.*3.*d.*6.*b.*17.*c. Exod.*19.*b. Isa.*38.*d.*55.*a. Hose.*6.*a. Psalm.*113.118. *Ezech.*33.*c.*Viuit etiam,qui rectam habet intelligentiam.Viuere autem in vmbra Christi,est habere virtutes in hac vita.*Thr.*4.*d.*Et vita dicitur esse in voluntate Dei:*dd* quia sine meritis dat gratiam. *Psa.*29. viuit autem mortui Dei,*ee* quando resipiscunt à peccato. *Isa.*26 *d. Psal.*48.51.132. *Ezech.*16.*a.*37.*b Zach.*10.*d. Dan.*4.*d.*

Esse in gratia.

a *Hie.s. Is.*24. *& s. Ie.* 3. *Isy. s. Leu.*18.

b *Ori.s. Matth.* 34.

c *Geo.Ve. Cal.* 3.*to.*1.*cap.*7. *Gre.*6.*m.*23.

d *Gl.and.s. Ierem.*3.

e *Gr.*3.*m.*18.

f *Hi.s. Ez.*23.

g *Hie.s. Ie.*23. *& s. Zac.* 11.

h *Gr.*18.*mor.* 30.*Rup.*12.*s. Apoc.*

i *Au.s. Apoc. ho.*18.

k *Au.s. Apoc. ho.*12.*Rup.*3. 9.*s. Apoc.*

l *Isy.s. Leu.* 8.

m *Glo.ord.s. Exo.*28.

n *Hie.s. Is.* 3.

o *Hie.s. Eccle.* 12.

p *Gre.s. C ã.*4.

q *Ru.s. Can.*3.

r *Au.s. ps.*30.

s *Ori.s. Matt. ho.*1.*Hie.s. Is.* 49.*Au.s. Ioa. tra.*1.

t *Ori.s. Gen.h.* 15 *& s. Mat. ho.*3.*Am.de Ioseph.*13. *& s. Lu.*2.*Tert. adu. Hie s. Eccles.*6.

u *Au.s. ps.*20.

x *Glo. ord. su. Leu.*14.16.

y *Au.*16.*con. Fau.*22. *Gre.* 17.*m.*3.

z *Ba.s. ps.* 33. 114. *Au. epi.* 120. *& s. Io. tract.*22.

aa *Hie.s. Hab.* 2.

bb *Gre.s.*1.*Re.* 1. *& 24.mor.* 12.

cc *Amb.*2. *de Abr.*12. *& s. Luc.*4. *& su. ps.*118.*se* 10. *& de bono mortis.*12. *& s. Ro.* 6. *Ori.s. Nu.h.*19. *& s. Ro.*6. *Hic. Dard. & s. Ezec.*16.

dd *Ba.s. ps.*29 48.

ee *Hil.s. ps.*51

Digitized by Google

Viuimus autem in Deo, quasi in vita. *Actor.* 17. *f.* In ipso enim viuimus & mouemur, & sumus, viuit etiam Deo, *a* qui per charitatem commune bonum quærit, vt Deus. *Psalm.* 21. Vita noua, est disciplina Christiana quæ à Christo est data. *Rom.* 6. *b. Iob.* 10. *b.* 30. *a.* 33. *d.* Viuit rex in sempiternum, *b* quando mens semper manet in gratia, aut semper habet bonam intentionem in operando. *Dan.* 2. *a.* Viuere quoque dicitur in præceptis legis, *c* qui fecerit ea, quia non incurret pœnam, quæ transgressoribus posita est. *Leu.* 18. *a. Roma.* 10. *a. Gala.* 3. *b.*

Vita interdum dicitur *d* sacra scriptura. *Ioan.* 6. *d.* Et viuentes aquæ sunt scripturæ sacræ, in quibus est Christus, cuius doctrina est fons aquæ salientis in vitam æternam, quæ aqua viua dicitur. *Gen.* 26. *d. Leu.* 14. *a.* 15. *b. Ierc.* 17. *b. Zach.* 14. *b.* Et viuunt tritico qui suaui & forti doctrina Christi pascuntur. *Hos.* 14. *c.*

Viuere dicuntur in Gentibus in vmbra Christi, *e* qui Christum prædicant. Gentibus. *Thren.* 4. *d.*

Viuent mortui Dei, *f* quando Sancti resurgent in iudicio. *Isa.* 26. *d. Iob.* 14. *c.*

Viuens, interdum est *g* non penitus discedens à fide, & viuens mulier mortuo fœtu, est anima manens in fide, amisso bono opere. *Exod.* 21. *c.* 22. *a.*

Viuentes aquæ, interdum designant *h* baptismum, in quo acquiritur vita animæ: & etiam pœnitentiam, per quam amissa vita recuperatur. *Gen.* 26. *d. Leu.* 14. *a.* 15. *b. Zach.* 14. *b.*

Vita filiorum Israël amara. *Exod.* 1. *c.* designat *i* viuentes in tribulationibus & tentationibus, qui tamen non amittunt gratiam. Et viuens Iacob in Ægypto, est habens gratiam in tenebris huius mundi. *Genes.* 47. *b. Iob.* 3. *d.*

Vita viuere dicitur, *k* qui vitam habet animæ & corporis, vita verò moritur, qui viuit in corpore, sed actu moritur suo. Morte autem viuunt Martyres, qui per mortem acquirunt vitam æternam. *Psalm.* 45. 1. *Tim.* 5. *a.*

Semiuiuus relictus homo à latronibus. *Luc.* 10. *c.* designat *l* hominem post lapsum, cum aliquanto libero arbitrio esse relictum.

Vixisse dicitur Iob post flagella. *Iob.* 42. *d.* vt designetur *m* sanctam Ecclesiam prius disciplinæ flagello percuti, & postmodum vitæ perfectione roborari.

Viuens in gladio Esau. *Gen.* 27. *f.* designat *n* Iudæos occidentes Prophetas, & persequentes Christianos.

Viuentia in aquis. *Leu.* 11. *b.* sunt *o* Gentiles viuentes in mundo, inter quos mundi & immundi inueniuntur.

Viuentes, sunt *p* qui viuunt in hoc mundo. *Eccle.* 4. *a. Psalm.* 142. Vita autem præsens dicitur esse vmbra vitæ potius quàm vita. *Iob.* 7. *d.* 10. *a.* 14. *d.* 22. *a.* 27. *b.* 28. *d.* 30. *c.* 33. *c.* Quæ etiam appellatur mors, quum dicitur. *Ioan.* 5. *d.* Transiret à morte ad vitam.

Sicut viuentes, sicut mali in hac vita, *q* qui animam mortuam gestant in corpore viuo. *Psalm.* 57.

Viua caro apparens in lepra. *Leu.* 13. *b.* est *r* Iudaicum mandatum, vel error de anima, vel quando quis partim seruat mandata partim transgreditur. Viuere quoque secundum carnem, est sequi literam legis. *Rom.* 8. *c.*

Viuens, qui non videt Deum, sest viuens vita carnali. *Exod.* 33. *d.* Hac ratione. *Iob.* 7. *c.* nequaquam se vltra viuere asserit, quia videlicet viuificatrice morte quotidie se à vita passionis & carnis occidit. Et viuentes suauiter, sunt qui vacant voluptatibus in hac vita. *Iob.* 28. *b.*

Vita carnium, sunt *t* infima quædam & tenera opera. *Prou.* 14. *d.*

Viuus captus Agag rex Amalecitarum. 1. *Reg.* 15. *b.* designat *u* quod prædicatores contra libidinem prædicant, sed per obscœnitates, quas à confitentibus audiunt, aliquando mouentur.

Viuere dicitur peccato, aut in peccato, *x* qui peccati agit opera: qua ratione diuersa peccata sunt diuersæ vitæ, *Rom.* 6. *a.* 8. *c. Psalm.* 62. *Colo.* 3. *a.*

Viuere dicitur bestia, habens plagam gladij. *Apoc.* 13. *d.* quia *y* diabolus diuina sententia percussus, adhuc superbit. Et viuunt inimici, *z* quia vigilant dæmones aduersum nos. *Psalm.* 37. *Iob.* 21. *a.*

Viuentes descendunt mali in infernum. *Psalm.* 54. quia *aa* ibi erunt immortales in perpetua pœna. Et dicitur viuere in finem, qui laborat in æternum, quia non consumitur qui est in inferno. *Psal.* 48. Viuentes etiam descendunt, qui scientes peccant, sentientesque. Et viui deglutiuntur, qui cognoscentes idolum nihil esse, tamen ne vitam præsentem amittant, thurificant. *Psal.* 123.

Vita manus Hierusalem, sunt *bb* diuitiæ. *Isa.* 57. *c.* Et vita, quæ datur amaris, est gloria mundi, quæ datur aliquando bonis, qui sunt hîc tristes & gementes. *Iob.* 3. *d.*

Viuens, potest accipi *cc* pro iumentis. *Iob.* 12. *b.* quum anima omnis viuentis dicitur esse in manu Dei, & spiritus vniuersæ carnis sumitur pro anima hominis.

Viuificauit Dominus opus suum in medio annorum, *dd* quando suscitauit Christum à mortuis. *Hab.* 3. *a.*

Viuificare dicitur Deus *ee* per gratiam, & viuificati sunt, qui amant Deum super omnia, quos etiam eloquium Dei viuificare dicitur. *Deut.* 32. *f. Psalm.* 65. 79. 118. 137. 142. *Isa.* 38. *e.* 47. *e Ephe.* 2. *a. Colo.* 2. *c.* Et viuificat post duos dies, hoc est, in resurrectione. *Hose.* 6. *a.* Dicitur etiam Dominus viuificare. 1. *Reg.* 2. *a.* quia Gentilitatem *ff* ad agnitionem sui vnigeniti temporaliter per fidem recipit, & ad eius contemplandam gloriam æternaliter perducit. Vel viuificat per gratiam, quos mortificauit à culpa. *Rom.* 4. *c.*

Reuiuiscens spiritus Iacob, designat *gg* ex Iudæis eos, qui crediderunt resurrectionem Christi. *Gen.* 45. *g.*

Viuificare animas, quæ non viuunt, dicuntur, *hh* qui falso salutem, & pacem promittunt peccantibus. *Ezec.* 13. *c.* Et qui fraudulentis promissionibus impios tenent inclusos, ne agentes pœnitentiam, vitam recuperent, quam perdiderunt.

Vlcisci, Vltor, quare Vindicare.

Vlcus, Vulnus, Vulnerare. Plaga.

Vlcvs, est sanies concreta intra cutem latens. Vulnus autem est hiatus patensque apertura corporis ictu aliquo inflicta, quæ & plaga dicitur, sumitur aliquando pro verbere vulnus infligente. *Prou.* 27. *a.* Meliora sunt vulnera diligentis. Vulnerare autem est lædere. *Can.* 5. *c.* Percusserunt & vulneraverunt me. Corripere. *Ieb.* 5. *c.* Ipse vulnerat, & medetur. Opprimere. *Isa.* 14. *c.* Corruisti in terram, qui vulnerabas Gentes. Prouocare. *Can.* 4. *a.* Vulnerasti cor meum soror mea. Vulnerari autem interdum est periclitari. *Eccle.* 10. *b.* Qui scindit ligna vulnerabitur.

Vulneratus est Christus propter iniquitates nostras. *Isa.* 53. *b.* Et plagæ manuum eius à diligentibus factæ, fuerunt vulnera illi à Iudæis inflicta. *Zach.* 13. *c.* Vulnere super vulnus concidit Iudæus Christum, *ii* quando cruci addiderunt clauos & lanceam. *Iob.* 16. *c.* Vlcus autem pessimum Iob, designat peccata membrorum Christi. *Iob.* 2. *b.* Vulneratum etiam dicitur cor sponsi. *Cant.* 4. *c.* quia *kk* passus est pro sponsæ vnitate. Vel dicitur vulnerasse sponsa cor sponsi: quasi cogatur sponsus eam diligere ob eximias dotes.

Vulnerati dicuntur Christus & eius discipuli. *Psal.* 68. propter persecutiones, quas passi sunt à Iudæis & infidelibus, vsque ad mortem.

Plaga lectuli est, *ll* quam infert Deus, ne quiescamus in errore. *Amos* 3. *d. Zach.* 14. *c.* vel plaga lectuli, est auxilium infirmum.

Vulnerata charitas, est *mm* ardor amoris in Deum. *Can.* 2. *a.* Et dicitur iusti vulnerare animam sponsæ. *Can.* 5. *b.* Hæc sunt vulnera diligentis, quæ præferuntur osculis odientis. *Prou.* 27. *a.* Percussa autem anima charitatis spiculis, vulneratur in intimis affectu pietatis: ardet desiderio contemplationis, & miro modo viuificatur ex vulnere, quæ prius mortua iacebat in salute, æstuat, anhelat, & iam videre desiderat quam fugiebat, vulnerari quoque dicitur Ecclesia, quum eius membra vulnerantur.

Vulnera animæ dicuntur *nn* peccata, & vlcus natum in carne videtur peccatum ex inclinatione carnis. *Leu.* 13. *c.* vlceris autem causa in corpore est, quum sordidus & noxius humor abundat, animæ verò vlcus fit, quum in ea cogitationes immundæ, & cupiditates abundant: vulnera etiam sunt errores circa fidem, *Genes.* 34. *d.* Et peccata Iudæorum. *Isa. a. b. Thren.* 2. *d.* Vlcera quoque in Ægyptiis, designabant malitiam dolosam, & superbiam. *Exod.* 9. *b.* 11. *a.* 12. *b.* 32. *g.* Et vulnerati ex Ægypto, sunt peccatores baptizati. *Ezech.* 30. *a.* Plaga insanabilis, quam infert diabolus, est peccatum, quod solus Deus sanare potest. *Isa.* 41. *b. Ierem.* 30. *b. Micha.* 1. *c.* 1. *Reg.* 6. *a. Psalm.* 38. 89. Et plagæ decem Ægypti, *oo* sunt peccata contra decalogum. *Luc.* 10. *e. Apocalyp.* 16. *a.* Vlcera quoque Ægypti ferentia, erant homicidia, & vulnus super vulnus, est peccatum super peccatum. *Iob.* 16. *c.* Porrò vulnus, *pp* quum fit contritio,

Sacra scriptura.
Resurrectio.
Fides sine operibus.
Baptismus.
Pœnitentia.
Vincere in tribulationibus.
Debilitas liberi arbitrij.
Iudæi.
Gentiles.
Vita præsens.
Mali.
Iudaicum mandatum.
Sequi literam legis.
Vita carnalis.
Opera infirma.
Motus carnalis.
Opera infirma.
Motus carnis.
Peccata.
Superbia diaboli.
Pœna æterna.
Diuitiæ.
Gloria mũdi.
Iumenta.
Resurrectio Christi.
Collatio gratiæ.
Conuersio Gentium.
Credentes Iudæi resurrectionem.
Promittere impunitatem peccantibus.
Vulnera Christi.
Peccata membrorum Christi.
Affectus charitatis.
Peccata.
Errores.

a *Au. ep.* 120. & *s. Ioa. tra.* 19. *Bern. sup. Cant. ser.* 48
b *Ric. de S. Vi. de so. Nab.* 3.
c *Tho.* 1. 2. *qu.* 10. *art.* 1 2. *ad.* 2.
d *Am. se.* 35. *Hie. s. Zac.* 5. 14. *Hu. s. Hos.* 14.
e *Glo. int. sup. Thre.* 4.
f *Hie. s. Is.* 26.
g *Glo. ord. su. Exo.* 21.
h *Cyr. de incarnat. Verbi.* 27.
i *Gre.* 5. *mo.* 1.
k *Am. de pœnit.* 9.
l *Gl. ord. s. Lu.* 10.
m *Gr.* 48. *mo.* 25.
n *Bed. s. Gen.* 27.
o *Glo. ord. su. Leu.* 11.
p *Or. s. Nu. ho.* 7. & *s. Mat. h.* 8. *Au. s. Ioan. tract.* 22.
q *Au. s. ps.* 57.
r *Isy. s. Le.* 13. *Ori. s. Rom.* 8.
s *Greg.* 8. *mo.* 19. & 18. *mor.* 16.
t *Gr.* 5. *m.* 34.
u *Gre. s.* 1. *Re.* 15.
x *Or. s. Ro.* 6. 8
y *Ru.* 1. *Vict. verbi Dei.* 15.
z *Bas. s. ps.* 57.
aa *Arn. s. ps.* 54. *Hie. s. ps.* 48. *Aug. s. ps.* 54. 123. *Gre.* 18. *mor.* 7.
bb *Hie. s. Isai.* 57. *Gre.* 5. *mo.* 2.
cc *Gr.* 11. *m.* 3.
dd *Hie. s. Hab.* 3.
ee *Basil. quod Deus non est causa mali. Ori. s. Ro.* 4.
ff *Gre.* 1. *Re.* 2.
gg *Bed. s. Ge.* 45.
hh *Hie. s. Ez.* 13.
ii *Hie. s. Iob.* 16. *Gre.* 3. *mo.* 14.
kk *Ru.* 5. *s. Ca.* 3.
ll *Hie. su. Amos.* 3. *Ru. s. Amos.* 3.
mm *Or. s. Ca. ho.* 2. 3. *Amb. de vir.* 3. *Gre.* 6. *mo.* 18. & 27. *mor.* 1.
nn *Or. s. Le. ho.* 8. & *s. Ex. ho.* 4. *Hie. s. Is.* 1. 14. *Gre. s.* 1. 2. *Re.* 6. & 13 *mor.* 10.
oo *Au. s. Apo. h.* 12. & *de plagis Ægy.* 6. *Isy. s. Leu.* 13. *Be. s. Ex.* 9. *Chr. adu. Iu. h.* 5.
pp *Ric. de S. Vict. de stat. int hom.* 41. 42.

Digitized by Google

Peccatum ex superbia. *Peccatum ex infirmitate.* *Peccatum ex ignorantia.* *Peccatum ex malitia.* *Peccatum actionis.* *Peccatum cogitationis.* *Peccatum consuetudinis.* *Tristitia prodiens.* *Inuidia latès.* *Ira erumpens* *Peccata religiosorum.* *Trahens diabolus ad libidinem.* *Sententiæ condemnationis Luciferi & membrorum eius.* *Pœna.* *Decipere.* *Hæreses.* *Læsio animæ.* *Separatio mentis à cura carnis.* *Compunctio.* *Obiurgatio.* *Decem præceptæ.* *Destructio Hierusalem.* *Grauis percussio.* *Conuersio peccatorum.* *Punitio iudicij.* *Corruptio naturalium.* *Victoria contra dæmones & hæreticos.* *Peccatum Sodomorum.* *Odium.* *Ignobiles in Ecclesia.* *Charitas Apostolorum & prædicatorum.* *Opera.* *Inferi.*

contritio,quæ exterius aperitur,intrinsecus autem in tumorem vertitur,est aperta culpa sine simulatione & contradictione.Contritio sine tumore est culpa sine elatione,id est,cum humiliatione & confusione,qualia sunt peccata per infirmitatem.Liuor est,vbi contritio pelle obtenditur,& ne sanies profluat,eadem,qua tegitur,pelle prohibetur.Sic ignorantiæ peccatum,ne in apertum prodeat,sub ambiguitatis suæ obumbraculo se valeat,ne per confessionis aperturam corruptionis suæ putredo erumpat,falsæ opinionis velamento se palliat,vnde intus excoquitur,& in formidinis nigredinem vertitur.Plaga tumens,est peccatum malitiæ, quod sine contemptu Dei minimè committitur.Tumor enim in percussuræ contritione,est contumacia in culpæ commissione. Deiq́ue contemptus, in præcepti transgressione.Vel vulnus,est peccatum actionis,vt mortuus,qui effertur extra domum. Liuor,peccatum cogitationis, vt mortuus in domo. Plaga tumens, peccatum consuetudinis, per infamiam putridum,& fœtens per putredinem,vt mortuus quatriduanus.Vel vulnus est peccatum,quod accusamus,nec deserimus,liuor peccatum,quod per hypocrisim tegimus.Plaga tumens,peccatum,quod per contumaciam defendimus.Vulnus manifestatur sibi per cognitionem,proximo per actionem, Deo per confessionem. Absconditur autem nobis per errorem , Deo per taciturnitatem,proximo per simulationem. Intumescit autem & putrescit in seipso per malitiam, coram proximo per impudentiam , contra Dominum per contumaciam. Vel vulnus est tristitia foras, quasi per sanguinis profluuium,prodiens. Liuor , inuidia intus latens, sed quibusdam indiciis palloris vultu sese prodens. Plaga tumens , ira per minas & contumelias foras erumpens. Vulnera Lazari , quæ lingebant canes. *Luc.* 16. *e.* designant *a* peccata virorum Deo dedicatorum. Ad idem referri potest vulnus Ezechiæ. , ficis curatum. *Isa.* 38. *d.*

Conuulnerat lumbos inimicus.*Iob.* 16. *c.* quãdo *b* fidelem populum diabolus pertrahit in libidinem. Et quia sine nostro libero arbitrio,nihil potest efficere,ideò dicitur conuulnerare,quasi nobiscum vulnerare.

Vulneratus est *c* diabolus in passione Christi,& quando est condemnatus , & vulnerati sunt cadentes in tentationem,vel condemnati.*Psalm.* 88. *Isa.* 14. *c. e.* Et plaga gladij , est diuina sententia contra Luciferum. *Apoca.* 13. *d.* Idem est plaga pessima regis Assur.*Nahum* 3. *d.*

Vulnera etiam dicuntur *d* pœnæ.*Gen.* 4. *d.Exod.* 9. *b.* 11. *a.* 12. *b.* 22. Vulnus autem populi Dei ex originali peccato ortum habet.*Isa.* 30. *e.Psalm.* 38. Huc referri potest plaga combustionis.*Leu.* 13. *d.* Et plaga in populo, est damnatio & castigatio,& mala ex peccato originali.*Exod.* 30. *b.Psalm.* 27. *Ierem.* 10. *c.* 14. *e.* 15. *d. Luc.* 19. *g.* 23. *f.* Vulnera autem diligentis,*e* dicunt castigationem Dei diligentis eos,quos castigat. *Prou.* 17. *a.*

Vulnerare interdum est decipere.*Exod.* 21. *c.* Et sagitta vulnerans,*f* est lingua hæreticorum decipiens.*Ierem.* 9. *b.* Sic vulnerabat Lucifer omnes gentes,quum omnes trahebat in peccatum , aut errorem. *Isa.* 10. *b.* 14. *c.* Et plaga lepræ,est hæresis,& est in domo,quando est in Ecclesia.*Leu.* 13. 14. *c.*

Vulnus pro vulnere,*g* de quacunque lasione animæ intelligi potest.*Exod.* 21. *c.*

Vulnus auis immolatæ.*Leu.* 1. *d.* est *h* separatio mentis à cura carnis,quæ molesta est.

Plagæ in secretioribus ventris,sunt *i* interiora mentis vulnera,quæ per compunctionem fiunt.*Prou.* 20. *d.*

Vulnerari dicitur à lignis,qui scindit ea,designans *k* puniendum eum,qui separat aliquos ab Ecclesia.*Eccl.* 10. *b.* Vel è diuerso,designatur is,qui separat aliquos ab hæreticis,eorum pristino condolens errori.

Confodere iaculis,*l* est acriter obiurgare. *Exod.* 19. *b.*

Plagæ decem Ægypti,sunt *m* decem præcepta , quorum obseruatione percutitur Pharao , sed non extinguitur, nisi post oblationem agni.

Plaga inimici,*n* est destructio Hierusalé,& plaga magna nimis,est ipsa destructio prædicta à Christo.*Iere.* 10. *c.* 30. *d. Luc.* 16. *g.* 23. *d.* Plaga etiam inimici est,quum aliquis percutitur à Deo, vt vires illius à percussione separantur.Et dicitur hunc Deus quasi hostem habere.*Iob.* 19. *b.* Et dicitur addi septuplum ad plagas, estq́ue hæc percussio maior quam correctio.*Leu.* 26. *d.*

Plaga prima,est *o* conuersio peccatorum in hac vita,quia secunda erit in iudicio,1. *Reg.* 14. *b. Isa.* 19. *d.* Sic dicuntur plagæ nouissimæ,quæ erunt in iudicio. *Apoc.* 15. *a.*

Plagæ descendentis ab Hierusalem in Hierico. *Luc.* 10. *e.* designant *p* corruptionem naturalium in homine per lapsum primi hominis factam.

Plagæ dæmonum aut hæreticorum,fiunt sagittæ paruulorum,quando *q* paruuli & humiles eos vincunt.*Psa.* 63. Et plaga Assur,est victoria contra diabolum.*Nahu.* 3. *d.* Et plaga Madian in petra Oreb. *Isa.* 10. *f.*

Plagæ Iudæorum factæ,sunt sagittæ paruulorum: quia non potuerunt efficere,quin Christus resurgeret,vnde ipsi confunderentur.*Psalm.* 63.

Vulnus sæuum & pessimum habentium caracterem bestiæ, est *s* peccatum Sodomorum. Vulnera etiam hæreticorum sunt odium.*Apoc.* 16. *a. b.*

Vlmus.

VLMVS arbor,est propter raritatem foliorum maritandis vitibus apta, quum ipsa sit in frugifera. Potest autem designare *t* ignobiles in Ecclesia,qui quum sint inutiles ad exercenda spiritualia,suis tamen laboribus alios sustentant.*Isa.* 41. *c.*

Vlna.

VLNA,est cubitus,seu brachium,vel quantum vtraq́ue manus extensa spatij complectitur.

Vlnæ complectentes infantes , significare possunt *u* amorem & charitatem Apostolorum & prædicatorum, quibus simplices amplectuntur.*Isa.* 49. *e.*

Vlnæ Simeonis,in quibus susceptit Christum.*Luc.* 2. *d.* designant *x* operationes,quibus Christum amplecti debemus.Et hydria in vlna,est doctrina prædicationis in opere.*Gen.* 24. *c.*

Vltimus.

VLTIMVS,dicitur postremus in ordine.

Vltima terra,significat *y* inferos:qui & inferiora terræ dicuntur.*Exech.* 32. *d. Psalm.* 62.

Vltra.

VLTRA dicitur esse quod trans aliud est.

In æternum & vltrà,designat *z* magis propriè æternitatem,quæ Deo competit.*Exod.* 15. *c.*

Vltra velum intrare.*Leu.* 16. *b.* conuenit *aa* Christo,qui visibilis carne,inuisibilis est diuinitate, qui ad interiora velaminis dicitur intrare.

Vltra flumina Æthiopiæ dicuntur esse grauissima peccata : vnde Deus conuertit aliquos ad pœnitentiam. Vel sunt extrema tempora,quando Iudæi conuertentur ad fidem.*Soph.* 3. *b.*

Æternitas Dei. *Grauissima peccata.* *Extrema tempora.*

Vltroneus,vide Spontè.

Vlula,Vlulare.

VLVLA,est auis nocturna , ex genere noctuarum , ab vlulando dicta, quòd pro cantu vlulatum habeat.Vlulare autem est flebilem & mœstum sonum more luporum,edere.

Vlulæ dicuntur *bb* dæmones & hæretici,pro cantu vlulatum ingratum Deo habentes.*Isa.* 13. *d.*

Vlulatus vniuscuiusque ciuitatis, designat *cc* pœnitentiam & vocem laudis multorum ex Gentilitate conuersorum.1. *Regum.* 5. *d. Iob.* 39. *c. Isa.* 13. *a.* 23. *a.* Et vlulant sculptilia,quum adorantes ea , pœnitentiam agunt, *Isa.* 15. *a. Ioel* 1. *c.* 2. *a.*

Vlulans Micheas super Samariam.*Mich.* 1. *c.* vlulatum *dd* illius ciuitatis futurum præsignabat. Admonet autem fidelem debere plangere peccata membrorum Ecclesiæ.

Vlulans ciuitas Iudæorum,*ee* designat mœrorem synagogæ de victoria Christi , & etiam dæmonum & hæreticorum.1. *Reg.* 4. *c. Isa.* 14. *g. Ierem.* 25. *g. Zach.* 11. *a.* vlulant autem Iudæi in cubiculis suis,id est, in synagogis orantes non rectè,sed solùm pro temporalibus. *Hose.* 7. *d. e.*

Vlulatus erit *ff* in die iudicij.& vltionis Dei. *Amos* 1. *d. Soph.* 1. *c.* Erit tamen in solis malis, qui condemnabuntur ad fletum & stridorem dentium.

Dæmones. *Hæretici.* *Pœnitentia.* *Mœror synagogæ de victoria Christi.* *Oratio Iudæorum pro temporalibus.*

a *Aug. ep.* 187.

b *Gr.* 13. *m.* 9.
c *Ar. s. ps.* 88. *Hie. s. Is.* 14. *Ru. Vict. verbi Dei.* 15. & *s. Nah.* 3.
d *Or. s. ps.* 38. *ho.* 2. *Amb.* 4. *de in.* 4. *Hie. s. Is.* 30. *Gr. s.* 1. *Reg.* 6.
e *Bed. s. Prou.* 27.
f *Hie. s. Ier.* 9. & *s. Isai.* 10.
g *Gl. in. s. Ex.* 21.
h *Glo. ord. su. Leu.* 1.
i *Gre.* 23. *mo.* 21.
k *Gl. in. s. Ecclesiasten.* 10.
l *Gl. in. s. Gen.* 19.
m *Ru. s. de dis ui. offi.* 7.
n *Gre.* 14. *mo.* 20. *Isy. s. Leu.* 26.
o *Gre. s.* 1. *Regum.* 14. *Hie. s. Is.* 19.
p *Glo. ord. su. Luc.* 10.
q *Ar.* & *Hil. s. ps.* 63. *Hie. s. Nah.* 3.
r *Au. s. ps.* 63.
s *Rup.* 9. *s. Apoc.*
t *Ori. s. Ios. h.* 10. *Gr. ho.* 20.
u *Glo. int. s. Is.* 49. *Dion. cal. Hie.* 15.
x *Ori. s. Lu. ho.* 15.
y *Hie. s. Exec.* 32.
z *Ori. s. Exod. ho.* 6.
aa *Glo. in sup. Leu.* 16. *Ori. s. Can. ho.* 1.
bb *Hie. s. Is.* 13
cc *Gre. sup.* 1. *Reg.* 5. *Hie. s. Is.* 13. 15. *Or. s. Is. h.* 8.
dd *Glo. in. su. Mic.* 1.
ee *Gr. s.* 1. *Re.* 4. *Hie. s. Is.* 14. *Rup. s. Hos.* 7.
ff *Lyr. sup. Amos.* 5.

Digitized by Google

Vlulare dicitur Moab ad Moab, *a* quando hæretici disputant contra hæreticos: vel quum simul plangunt in inferno. *Isa.* 16. *b.* 65. *c. Hose.* 5. *c.* Hæretici etiam, qui putant se laudare Deum, vlulare potius deprehenduntur. *Hos.* 7. *d.*

Vlulatus exercitus. *Iob.* 39. *c.* est *b* quum infœlix anima semel principalibus vitiis capta, multiplicatis iniquitatibus, in infamiam vertitur, & ferali iam immanitate vastatur. Est etiam tumultus vulgi hæreticorum aduersus fideles.

Vmbilicus.

Vmbilicus, dicitur quicquid in aliqua re est medium: vnde & vmbilicus appellatur ligamentum intestinorum, quod in media ferè ventris planitie fit: quod est ad hoc, vt per illud fœtus, dum est in vtero matris, nutriatur.

Vmbilicus terræ, significat *c* Ecclesiam, quæ medium tenet, habens in se Christum mediatorem. *Ezech.* 38. *d.*

Vmbilicus Virginis dicitur crater tornatilis, *d* ob diuinam sapientiam. Vmbilicus etiam sponsæ designat prædicatores. *Cant.* 7. *a.*

Vmbilicus in interiori corporis parte medius, *e* infirmam adhuc & imperfectam actionem designat. *Prou.* 3. *a.*

Vmbilicus *f* locum libidinis designat in fœminis: vnde & virtus Behemoth dicitur esse in vmbilico ventris. *Iob* 40. *b.* Et vmbilicus non præcisus, est *g* pronitas ad libidinem. *Ezech.* 16. *a.*

Vmbra, Vmbraculum, Obumbrare.

Vmbra, est aër, carens rectis radiis Solis, quod fit alicuius corporis obiectu. Dicitur autem vmbra interdum ignorantia. *Cant.* 2. *d.* Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Inane. *Iob.* 8. *b.* Sicut vmbra, dies nostri sunt super terram. Obliuio. *Psalm.* 101. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Obscuritas. *Iob.* 10. *a.* Vbi vmbra mortis & nullus ordo. Requies. *Iud.* 9. *b.* Sub vmbra mea requiescere. Signum. *Col.* 2. *c.* Quæ sunt vmbra futurorum.

Vmbra alarum Dei, *h* affectum diuinæ domus, seu diuinam protectionem significare potest. Obumbrat autem Deus scapulis suis, quum promittit seruis suis vitam præsentem & futuram. *Psalm.* 16. 56 90. *Isa.* 4. *b.* 49. *a.* 51. *e. Can.* 2. *a.* Vmbra duobus constat, lumine & corpore, per lumē diuinitas, per corpus humanitas Christi intelligitur.

Vmbraculum ab æstu fuit *i* Pater Filio in passione. *Isa.* 25. *b.* quando videlicet dixit Filius, In manus tuas commendo spiritum meum. Et obumbrans nubes, est virtus paterna, vel Spiritus sanctus, vel ipse Filius obumbrans & illuminans per Euangelium & Prophetas. *Matth.* 17. *Psalm.* 139.

Vmbra etiam Christi, *k* est refrigerium protectionis Christi, & virtutes, quæ in hac vita habentur. *Isa.* 32. *a. Thren.* 4. *d. Can.* 2. *a. Hos.* 14. *c.* Obumbrauit autem nos scapulis suis in cruce. *Psalm.* 90.

Vmbra etiam est *l* aduentus Christi in carne, in quo aduentu multa adumbrantur in secundo adimplenda. Cœpit autem ab vmbra natiuitas carnis, & finitur in luce. *Thren.* 4. *d. Luc.* 1. *d. Cant.* 2. *a.* 4. *b.* Virtus autem Altissimi obumbrauit Virginem, quando in corporeum lumen diuinitatis, accepit in ea corpus humanitatis.

Sub vmbra sponsi sedere, *m* est in Christi contemplatione requiescere, vbi protegimur ne diabolica tentatione, velut Solis ardore, denigremur. *Cant.* 2. *a. Psalm.* 14. 62. *Ezech.* 17. *g.* Sancti autem non sunt vmbra, sub qua sedendum, sed vmbraculum, hoc est, diminuta vmbra.

Vmbra etiam sponsi, *n* est fides, sub qua nunc viuendum & sedendum. *Cant.* 2. *a. Thren.* 4. *d.*

Vmbra dicitur esse *o* in lege, propter obscuritatem, & est vmbra sponsi, donec veniret ipse sponsus, qui est lux veritatis. Cessauit enim vmbra, adueniente luce Christi, vt imago & perfectus adueniente rege. Vmbra etiam vineæ, obscuritatem legis & Prophetarum designat. *Psalm.* 79. *Cant.* 2. *a. Colos.* 2. *d. Hebræ.* 10. *a.* Vmbra item mortis erat duritia legis, quæ vnumquenque peccantem morte corporis puniri censebat. *Iob.* 12. *d.*

Obumbrantia nemora, designant *p* refrigerium in doctrina Sanctorum. *Numer.* 24. *a.* Sacra etiam doctrina, est vmbrosus lectulus. *Can.* 1. *d.* vbi nos legimus floridus. In hac vmbra quiescentibus dicitur. *Psalm.* 120. Per diem Sol non vret te. Obumbrantia etiam cherubim propitiatorium, designat nouum & vetus testamentum, quæ honorant mysteria, & commendant diuinam misericordiam.

Vmbraculum in vinea, designat *q* ceremonias legis, quantum ad literam sine ratione consideratas. *Isa.* 1. *b.* 34. *d.* Idem designat vmbraculum hederæ Ionæ: quod etiam significat ipsam legem veterem. *Io.* 4. *c.* Potest etiam vmbraculum in vinea significare animam sine custodia Dei.

Vmbra interdum designare potest *r* æterni refrigerij requiem. *Iob.* 7. *a.* Sicut seruus desiderat vmbram: vbi Gregorius legit, Seruus, sicut legendum est.

Vmbra mortis dicitur *s* vita præsens, quæ parum distat à morte. Item ipsa mortalitas: nam vera mors est in inferno, aut mors peccati. Mors etiam corporis, est vmbra mortis. *Psalm.* 22. 43. 87. In Christo fuit solùm vmbra *t* mortis: in nobis & mors & vmbra mortis: sed ipse per suam vmbram mortis abstulit à nobis & mortem & vmbrā mortis. Ideò vmbra mortis obscurat diem delectationes peccati. *Iob.* 3. *b.* Dicitur autem vita præsens vmbra mortis, propter velamen carnis: & quia nunc potius est vmbra vitæ, quàm vita. 1. *Paralip.* 29. *d. Iob.* 8. *b.* 14. *a. Psalm.* 143. Mors, autem carnis dicitur *u* vmbra mortis, quæ electos Dei opprimit, & ab hac vita disiungit: quia sicut mors animæ separat ipsam à Deo, ita hæc à corpore separat animam. *Cant.* 2. *d.* 4. *b.*

Vmbra mortis sunt omnes reprobi, qui diabolum imitantur, cui nomen est mors. Ipsa quoque imitatio diaboli vmbra mortis dicitur. *Isa.* 9. *a.* Ipsa enim dicitur mors. *Apoc.* 6. *b.* Vt enim vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius exprimuntur. Vmbra quoque sub qua dormit Behemoth, *x* sunt frigidi in peccatis existentes ob defectum caloris veri Solis, & charitatis. *Iob.* 40. *c.* Designatur etiam *y* delectatio peccatorum. *Cant.* 2. *d.* 4. *b.*

Vmbra mortis est *z* status peccati in hac vita: & ignorantia, & incredulitas. *Psalm.* 22. *Isa.* 9. *a. Ierem.* 13. *c. Luc.* 1. *g.* Et qui conuertitur, transit ab vmbra peccati, quæ est mortis ad vmbram sponsi, quæ est vitæ. Dicuntur autem peccata vmbra mortis: quia vt vmbra corpori, ita morti adhærent peccata. *Iob.* 12. *d.* 40. *c.* Vmbra etiam quasi nox, est errorum obscuritas. *Isa.* 16. *a.*

Vmbra etiam mortis *aa* dicitur tribulatio obscurans animum in tristitia. *Ierem.* 13. *c.* Itidem tentationes. *Iob.* 24. *c.*

Vmbra mortis dicitur populus Iudæorum, qui iniquitatem diaboli sequens, eius in se imaginem expressit. Vmbra enim talis exprimitur, qualia eius rei, de qua trahitur, fuerunt lineamenta. *Iob.* 28. *a.* Vmbraculum etiam leonis, est Iudæa, aut templum, in quo prius quiescebat Deus, qui postmodum iratus dereliquit vmbraculum, siue cubile, aut tabernaculum. *Ierem.* 25. *c.*

Vmbra mortis, dicitur *bb* diabolus: quia hi qui se ab eo defendi ac protegi putant æternis, vt ipse diabolus, gehennæ ignibus mancipantur. *Iob* 10. *d.* 28. *a.* Et ipsi dæmones dicuntur vmbræ. *Cant.* 2. *d.* 4. *b.* Pœnæ quoque inferni vmbra mortis dicuntur: quia sicut vmbræ corpori non sunt longè à corporibus facientibus vmbras: ita pœnæ non longè à morte sunt, quæ mortem inferunt.

Vmbra mortis intelligi potest *cc* obliuio: quia vt mors interimit vitam, vel hoc quod interficit, agit vt non sit in vita: ita obliuio extinguit memoriam, vel hoc quod intercidit, agit vt non sit in memoria. *Iob.* 3. *a.* 34. *b. Luc.* 1. *g.*

Vmbra Ægypti fauorem *dd* mundanum designat. *Isa.* 10. *a.* Et vmbra cedri, est fauor aut potentia diaboli, vel Antichristi. *Ezech.* 31. *b. e.* Idem dicendum de vmbraculo.

Vmbraculum quod facit hæreticus sicut custos, est *ee* requies promissa ab hæreticis: quæ facilè, vt vmbraculum, destruitur. *Iob.* 18. *d.* Ad hoc referri potest vmbra therebinthi, quam hæretici bonam iudicant, quia non sequuntur lucem. *Hose.* 4. *d.*

Vncia.

Vncia est duodecima pars assis. 2. *Reg.* 21. *g.* vnciæ autem tres in lutere, designant *ff* fidem, spem, & charitatem, quæ infunduntur in baptismo. 3. *Reg.* 7. *d.*

Vncinus.

Vncinus, est idem quod vncus, vel curuus, & est instrumentum incuruum, quo aliquid trahi potest, aut retineri. Vncini aurei insuper humerali pontificis, *Exod.* 28. *c.* 39. *c.* designant *gg* firmam intentionem Deo placendi aptam

a *Hie. s. Isai.* 16. & *s. Hos.* 7.
b *Gre.* 31. *mo.* 26. 32.
c *Hie. su. Eze.* 38.
d *Amb. instit. vir.* 14. *Gre. s. Can.* 7.
e *Bed. s. Pro.* 3.
f *Ori. s. ps.* 37. *ho.* 1. & *s. Eze. hom.* 6.
g *Hie. s. Eze.* 16.
h *Gre.* 32. *mo.* 11. *Arn. s. psa.* 16. *Hil. s. psa.* 56. *Hie. s. Is.* 4. & *s. ps.* 16. *Gr.* 33. *mo.* 3. *Ber. s. qui hab. ser.* 4.
i *Hie. s. Is.* 25. *Ori. s. Mat. ho* 3. *Ori. s. Ro.* 6. & 2. *peria.* 6.
k *Hie. s. Is.* 32. & *s. Hos.* 14. *Gre.* 35. *mo.* 5.
l *Amb. s. psal.* 118. *serm.* 19. *Gre.* 33. *mo.* 3. & 18. *m.* 12.
m *Ber. s. Can. ser.* 20. *Ori. s. Ez. ho.* 12. *Gr. s.* 1. *Re.*
n *Ber. s. Cant. ser.* 48.
o *Ori. s. ps.* 38. *ho.* 2. *Am. s. ps.* 118. *serm.* 5. *Gre.* 11. *mor.* 11. *Aug. s. ps.* 79.
p *Ori. s. Num. ho.* 17. & *sup. Can. hom.* 2. *Augu. q. in Exo.* 105.
q *Ori. su. Luc. h.* 5. *Hie. s. Io-na.* 4. *Am. epi.* 49. *qu.* 6.
r *Gre.* 8. *m.* 7.
s *Au. s. ps.* 22. 43. 88. 143.
t *Gr.* 4. *m.* 20. & 33. *mo.* 3.
u *Ori. s. Can. ho.* 3. *Amb. de fug. sec.* 5. *Gre. s. Can.* 2. 4. *Be. s. Can. ser.* 72.
x *Gre.* 4. *mor.* 20. & 33. *m.* 3. *Euc. for. spi.* 39.
y *Ber. s. Cant. ser.* 72.
z *Ori. s. Cant. ho.* 23. & *sup. Matth. ho.* 8. *Am.* 4. *Exa.* 5. & *s. ps.* 118. *se.* 13. *Hie. su. Isa.* 9. 16. & *s. Iob.* 40. *Chry. s. ps.* 22. *Gre.* 11. *mo.* 12. & 33. *mor.* 3.
aa *Gre.* 18. *m.* 17. *Hie. s. Ier.* 25.

• *Disputationes hæreticorum. Laudes inutiles hæreticorum. Insania animæ peccatricis. Tumultus hæreticorum aduersus fideles. Ecclesia. Prædicatores. Actio imperfecta. Locus libidinis. Pronitas ad libidinem. Diuina protectio.*

Virtus paterna. Spiritus sanctus. Filius. Protectio Christi. Virtutes. Aduentus Christi carne. Quies in contemplatione. Fides. Obscuritas legis. Sacra scriptura. Cæremonia legis. Lex vetus. Requies cælestis. Vita præsens. Mors corporis. Reprobi. Imitatio diaboli. Delectatio peccatorum. Status peccati in hac vita. ignorantia. Incredulitas. Errores. Tribulatio. Tentatio. Populus Iudæorum. Iudæa. Templum. Diabolus. Pœna inferni

Obliuio.

Fauor mundi aut diaboli. Requies falsa

Virtutes theologicæ.

Intentio recta.

bb *Hie. s. Iob.* 10. 28. *Eu. for. spi.* 3. cc *Ber. ser.* 72. *Gre.* 4. *mor.* 9. 20. & 25. *mor.* 4. *Euch form. spirit.* 3. dd *Hie. su. Ezec.* 21.
ee *Gre.* 18. *mor.* 19. *Hie. s. Hos.* 4. ff *Glo. ord. su.* 3. *Reg.* 7. gg *Glo. int sup. Exod.* 28.

Digitized by Google

ap tam ad ſuſcipiendam dilectionem Dei & proximi,quam in proſperis & aduerſis retineat.

Auari.

Vncini ænei in miniſterio altaris parati. *Exod.* 38.*a*.

Vncinus pomorum,vel vas aucupis. *Amos* 8.*a*.ſignum erat *a* exercitus parati ad perdendum Hieruſalem.Indicabat etiam propinquitatem diuinæ vltionis.Poteſt autem ſignificare auaros,qui rapiunt temporalia, & dicetur peculiariter de Iudæis & ſacerdotibus.

a *Hie.ſ.Amo.* 8.*Ru.ſ. Amo.* 8.

Vnda, Inundare, vide Fluctus.

Vndique.

Vndique idem eſt quod ex omni parte.

Vndique circumſpectat impius gladium. *Iob.*15.*c.*18.*b.* quia *b* dum feriri ſe vndique inſidiis credit, ſalute deſperata,ſemper ad nequitiam excreſcit.

b *Gre.*12. *mo.* 19.

Vndique deſtructus Iob. *Iob.*19.*b.*deſignat *c* quòd Eccleſia quaſi vndiq́ue deſtruitur, atque in infirmis membris deperit,quando ipſa,quæ videbantur fortia,corruunt,quando corona de capite abſtrahitur,id eſt, quando æterna præmia etiam à præpoſitis negliguntur.

c *Gre.*12.*mo.* 20.

Vngere, Vnctio, Vnguentum.

Vngere,eſt aliquo liquido linere,vnde vnguentum,quod fit ex variis odoramentis,addito oleo,aut balſamo,aut aliquo pingui ad vngenda corpora,delitiarum & luxuriæ cauſa,aut propter aliquam aliam rationem.Ipſum quoque oleum aliquando vnguentum dicitur.Vngere autem interdum eſt conſecrare.*Leu.*8.*b.*Vnxit eum & conſecrauit.Et conſtituere.1.*Reg.*9.*c.*Vnges eum ducem ſuper Iſraël:vngi autem,exultare.2.*Reg.*14.*a.*Ne vngaris oleo.

d *Cle.Ale.* 2. *ped.*8.*Ori.ſu. Luc.ho.*32. *Hie.ſ.Iſai.*61. *Dion.Cal.hie.* 4.*Au.ſ.pſ.*44. *Be.ſ.Gen.* 28. *Iſy.ſ.Leu.* 16. *Rup.*4.*ſ. Gen.* 22.

Abundantia gratiæ in anima Chriſti.

Incarnatio.

Vnctio lapidis Iacob,typus erat *d* vnctionis Chriſti oleo exultationis,& gratia Spiritus ſancti factæ.*Geneſ.*28.*d.* 31.*b.Exod.*29.*a.Leu.*4.*a.Pſalm.*44.*a.* vnctiones etiam ſacerdotum,vnctionem Chriſti deſignabant.*Iſa.*61.*a.Luc.*4.*c.* Ipſe eſt Sanctus Sanctorum,qui pronunciabatur vngendus.*Dan.*9.*f.* vnctionis autem dies, incarnationem Chriſti, & conſecrationem ſacerdotum deſignabat,*Leu.*6.*c.*8.*c.Actor.*10.*f.* Vnctum eſt autem caput Chriſti, quando diuinitati iuncta eſt humanitas,& facta eſt idiomatum communicatio.Vnctiones etiam Dauid,vnctionem Chriſti præſignabant.Vnctus eſt autem Dauid tertiò. Primò à Samuele in domo patris ſui. 1. *Reg.*16.*c.* Secundò in Hebron ſuper Iudam ſolùm. 2. *Reg.*2. Tertiò vnctus eſt ibidem ſuper Iſraël vniuerſum. 2. *Reg.*5.*a.*Prima vnctio deſignat vnctionem Chriſti in vtero Virginis, quando conceptus eſt de Spiritu ſancto. Secunda eſt vnctio Chriſti in baptiſmo,adueniente Spiritu ſancto in ſpecie columbæ.Tertia deſignat reſurrectionem Chriſti,quando data dicitur illi poteſtas in cælo & in terra.

Conſecratio ſacerdotum.

Communicatio idiomatum.

Prædicare ſanctificationem & gloriam Chriſti.

Vngens Samuel Dauid in medio fratrum eius. 1.*Reg.*16.*c.* deſignauit *e* Chriſti incomprehenſibilem ſanctificationem ignorantibus prædicandam.Nam quaſi vngitur,quando neſcientibus opinionis eius odor aperitur. Hunc namque vngebat,qui dicebat.*Col.*2.*b.*Quia ei ſe infudit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.Item *Pſalm.*44. Vnxit te Deus,Deus tuus,&c.Et *Iſa.*11.*a.* Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. Vngentes mulieres Ieſum in ſepulchro, ſunt gloriam reſurrectionis eius prædicantes. *Marc.*6.*a.* Vnctus autem eſt Chriſtus, vt vas continens vnguentum,alij verò vnguntur,quatenus odorem huius vnguenti recipiunt. Vnctio autem competit Chriſto ſecundùm humanitatem,vngere altare,*f* eſt vngere Chriſtum.*Exod.*29.*b.Leuit.*8.*b.*Et vnguentum in capite,eſt diuina benedictio primùm in Chriſtum veniens,à quo deſcendit in membra eius,& veſtes.*Pſalm.*132.

e *Gre.ſ.*1.*Re.* 16.*Ori.*2.*peri.* 6.*Hie ad Princ.& ſ.pſ.* 44.132.

f *Iſy.ſ.Leu.*8. *Cy.con.Iul.*8.

Pœnitentiam agere.

Prædicare potentiam humanitatis Chriſti.

Exercere opera miſericordiæ.

Habere excellentiam virtutum.

Ieiunare cum gaudio.

Seruire Chriſto in lætitia.

Confiteri diuinitatem & humanitatem in Chriſto.

Dare gloriam Deo.

Vngere pedes Chriſti ſine odore quidem,*g* eſt pœnitentium,cum odore verò perfectorum etiam iam eſt vngere caput:vnde peccatrix tantùm vnxit pedes,non peccatrix verò,vnxit etiam caput.*Luc.*7.*f.Ioan.*12.*a.*Vngit autem pedes Chriſti,qui humanitatis eius potentiam ſacri eloquij bona opinione prædicat. Vngunt etiam pedes Chriſti,qui exercent opera miſericordiæ in proximos:vel qui exhortantur & docent. Vngunt verò caput, qui habent excellentiam caſtitatis & aliarum virtutum,quarum odor extenditur in Eccleſia:vel qui habent veram cognitionem fidei eorum quæ ad Deum pertinent.

g *Ori. ſ. Can. hom.*1. *& ſu. Matt. ho.* 35. *Am. de Tobi.* 22.*Au.ſ. Ioa. tract.*50.*Gre. hom.*33.

Vngere caput oleo. *Matth.*6.*c.* eſt *h* cum gaudio ieiunare, & abſque vllo murmure, aut inanis gloriæ indicio. Item ſeruire Chriſto in lætitia & operibus miſericordiæ.Vngit etiam caput oleo, qui confitetur diuinitatem & humanitatem in Chriſto.& qui gloriam tribuit Deo.

h *Ori.ho. quũ ieiuna. & ſu. Leu.ho.*10. *Hil ſ. Matth. Can.* 5.*Au.*2. *ſer.Do.in monte. Am. de Elia.*10.

Vngitur caput *i* in baptiſmo, quia gratia perficit ſapientiam humanam. Et vngitur Chriſtus ad ſepulturam, quum fideles in baptiſmo commoriuntur Chriſto.

Amb. 3. *de ſacr.*2.*Ber. ſe.* 1.*inca. ieiun.*

Vnctio capitis pontificis,ſplendorem verbi,quod debet eſſe in pontifice,deſignat.

Vngere Ieſum in ſepulchro,*k* eſt per mortificationem carnis ad deuotionis intimæ pinguedinem peruenire, & pœnitentiam agere,bonamque conuerſationem habere.*Matth.*26.*a.*

k *Hil. ſ.Mat. Can.*29.

Vngere dicitur Deus Hieruſalem oleo ,*l* quando dat animæ gratiam ad peccatorum vulnera mitiganda atque curanda,vnde fideles dicuntur Chriſti,hoc eſt,vncti,*Ezech.*16.*b.Dan.*10.*a.*

l *Phi. de prof.*

Vnxit Samuel Dauid in medio fratrum,*m* quia is,qui vngitur, virtutis exempla circumquaque ſpargere iubetur:vt tantæ vnctionis fieri participes omnes poſſint. Qui enim in medio ponitur, ab omnibus videtur. Oleo in medio aliorum vngitur,quia qui in aliorum exemplum poſitus eſt,nullam ſui partem habere obſcuram debet, vt hunc omnes aſpiciant,& ab eo lucis exemplum ſumant.Vel in medio fratrum vngitur , vt vnctum & medium ſe ſemper arbitretur:vel vt ſit humilis & ſublimis oratione,humilis æſtimatione. Vel vt ſe priuato amore non diligat,ſed ex omni,quod præeminet,lucra aliorum quærat.Vnde & Saul ſolus in extrema parte ciuitatis vnctus fuiſſe perhibetur.Quid eſt enim quod ſolus à ſolo inungitur,niſi quia de culminis poteſtate per amorem priuatum debebat intumeſcere?1.*Reg.*10.*a.*16.*b.*

m *Gre.ſ.*1.*Re.* 14.*Amb.de pœn.*8. *& ſu. Luc.*7. *Ori. ſ. Eze.h.* 6. *Hie. ſ.Eze.ho.*6. *Hie.ſ.Eze.*16. *& ſ.Dan.*10.

Vnctio ſacerdotum, deſignabat inſtitutionem prælatorum & prædicatorum : quæ & vnctio ſancta dicebatur. *Leu.*4.10.*b.*Et vngens Samuel Saulem in ducem,*n* eſt inſtituens ſacerdotem ad miniſterium, per infuſionem gratiarum ſpiritualium.Vngitur autem ſuper populum,quia debet populum meritis præcedere.Vngit autem Samuel vt miniſter:Deus verò vt infundens gratiam.1.*Reg.*9.10.*a.*Vngens autem Samuel eum,quem monſtrat Dominus, deſignat electionem iuxta ſcripturæ doctrinam eſſe faciendam, & non per priuatum affectum. 1. *Reg.*16.*a.*Porrò vngi in veſte ſancta.*Exod.*29.*c.*eſt filios Aaron conſecrari.Ad hæc autem referri poteſt vnctio tabernaculi, & vaſorum eius.*Exod.*30.*c.*47.*b.*

n *Gre.ſ.*1.*Re.* 16. *Greg.ſup.* 1.*Reg.* 9.10. 6.

Vnctio lapidis , quam Iacob. *Geneſis* 28. *d.* fortitudinem *o* mentis deſignat , vt athletæ ad fortitudinem vngebantur.

o *Phi. de ſom.*

Vngere carnem hominis,vnguento ſancto.*Exod.*30.*c.*eſt *p* carnis voluptatem animantibus,communicare ſacratiora myſteria,quod eſt prohibitum.

p *Glo.int.ſup. Exod.*30.

Non vngitur calceus oliuam.*Mich.*6.*d.*quando *q* hæreticus conuerſus non vngitur oleo peccatorum.

q *Hie.ſ.Mi.*6.

Vngere oculos cæci , *r* eſt inſtruere catechumenum in doctrina fidei , vt poſſit per baptiſmum lauari,& videre.*Ioan.*9.*a.*

r *Cyr.*6.*ſ. Ioa.* 15.

Inungimus oculos collyrio , vt videamus , *ſ* quum ad cognoſcendam veri luminis claritatem intellectus noſtri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. *Apoc.*3.*d.*

ſ *Gre.* 1.*paſt.* 11.

Vnguenta ſponſi , in quorum odorem currendum eſt nobis , *t* ſunt ſecundùm quod factus eſt nobis ſapientia, iuſtitia,ſanctificatio,& redemptio.*Cant.*1.*a.*

t *Rer. ſ.Cant. ſer.*22.

Vncta oleo lagana.*Leu.*7.*b.*modicam *u* Prophetarum ſcientiam in aliquibus deſignant : vel ipſos libros propheticos,qui non tam planè miſericordiam Dei annunciant,permiſcentes minas pro importunitate Iudaica,ideò non conſperſa,ſed vncta dicuntur.

u *Glo. in ſup. Leu.*7.

Vnctionis oleum , ſeu vnguentum , *x* gratiam miſericordiæ Dei , virtutes Sanctorum,odorem iuſtitiæ,& dona Spiritus ſancti deſignare poteſt. *Exod.*30.*c.*35.*a.*37.*d. Leu.*8.*a.* Hæc ſunt vnguenta ſponſi , quæ ſunt ſuper omnia aromata:& dicuntur etiam vnguenta optima , quod dici poteſt de gratiis gratis datis. *Cant.*1.*a.*Et vnguentum in capite deſcendens in barbam & veſtimenta,eſt ſanctificatio veniens à Chriſto ad fideles Eccleſiæ.*Pſalm.*132.

x *Ori.ſ.Cant. ho.*1.*Arn.ſ.pſ.* 132.*Amb. de Iſaa.*3.*Au.*2. *con.li.Petil.* 104. *& ſ. pſ.* 132. *Ruper.ſ. Can.*1.

Vnctionis etiam oleum , ſeu vnguentum, deſignare poteſt *y* ipſum Chriſtum , ſeu eius humanitatem, & etiam doctrinam. *Exod.*30.*c.* Vnguentum item dicuntur myſteria ſacræ ſcripturæ , cuius ſuauitatem perdunt muſcæ, id eſt,hæretici.*Eccleſiaſte.*10.*a.*

y *Dion.cæle. hier.*2.*Ori.ſu. Can.ho.*1.*Epi.* 1. *contra.hær, tom.*3.

Digitized by Google

Vnguentum quo vngitur Christus. *Ioan.* 12.*a* est *a* iustitia, ideò erat libra vnguenti. Porrò vnguentum pœnitentis non implet domum odore, vt vnguentum Mariæ, quod designat sanctam & puram vitam. *Matth.* 26.*a*.

Vnguenta dicuntur *b* dona naturalia. *Isa.* 57.*b*. Hæc videntur esse quæ ostendit rex Ezechias Chaldæis, *Isa.* 39.*b*. Vnguentum autem Dei ponunt in mensa idolorum, qui donis Dei abutuntur ad cultum idolorum. *Ezech* 23.*f*.

Vnguentorum odor bonam *c* opinionem significare solet, & vnguenta optima dicunt fragrantiam sanctitatis. *Cant.* 1.*a*. Vnguenta quoque prima sponsæ, sunt potiores virtutes, & opera misericordiæ. *Cant.* 4.*d*.

Vnguentum peccatricis, *d* est contritionis, quo vnguntur pedes Christi. Vnguentū, quo vngitur caput, est deuotionis & gratiarum actionis. Vnguentum quo vngitur tōtum corpus, est pietatis, summum obtinens gradum, hoc enim postremum dicitur optimum. Horum omnium confectionem vide in Bernardo.

Vnguentis bullientibus comparatur mare, hoc est, *e* persecutores Ecclesiæ. *Iob.* 41.*d*. quia apud eos ipsa persequutio vnguentorum fragrantiam redolet: dum mens eorum vanis suspicionibus decepta, arbitratur se obsequium præstare Deo.

Vnguentum est *f* adulterinum oleum, & designat Iudam proditorem, qui intinxit manum in catino, & osculo tradidit Christum: atque ita est vnguentum dolosum, quo pedes vnctus est Dominus, dum à conuersatione mundi per mortem liberabatur. Vnguntur etiam mortui. *Matth.* 26.*a*.

Vnguentū quo delectatur cor, dici potest *g* nitor gloriæ de conscientia pura procedens, siue charitas diuinitus in electorum corde diffusa. *Prou.* 27.*b*.

Vnguenta optima hæreticorum, sunt voluptates, & temporalia bona, quibus delectantur. *Amos.* 6.*b*.

Vnguentarij dici possunt *h* Apostoli & doctores, ex sacris literis vnguenta animarum conficientes. Præcipuus autem vnguentarius est ipse Christus, *Exod.* 30.*d*.

Vnguentariæ Regis, 1. *Reg.* 8.*c*. in malum quidem, dicuntur, *i* qui prælatos adulationibus delinire conantur: de quibus dicitur, *Psalm.* 140. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. In bonum verò, vnguentariæ Regis, sunt, qui vulnera peccatorum curant.

Vnguis, Vngula.

Vngvis, *k* propriè est eorum animalium, quæ digitos habent separatos, vt sunt homines, simiæ, aues, in extrema digitorum parte vngues habentes. Vngula verò in his dicitur animalibus, quæ digitis carent, vt in iumentis, bobus, & ouibus. Sunt & vngulæ ferreæ ad torquendum, & vngulæ plaustri ad triturandum.

Vngula equi, *l* perfectionem virtutum prædicatoris designat, qua vngula terram fodit, quum de corde audientium exemplo suorum operum terrenas cogitationes expellit. Designat etiam pœnitentiam, qua terram fodit, quum quicquid in mente sua terrenum versari conspicit, hoc superductæ pœnitentiæ percussionibus rumpit, *Iob.* 39.*c*. Idem designabit vngula vituli, *Psalm.* 68.

Vngula etiam equi, *m* extrema mundi designat quæ mordet ceraſtes, quia in fine mundi Christus vicit ipsum mundum. Vel tunc Antichristus decipiet mundum, *Gen.* 49.*c*.

Vngula diuisa in animalibus, designare potest *n* discretionem boni & mali in operationibus. Vel discretionem vitæ præsentis & futuræ: vel duo testamenta, & discretionem literæ à spiritu. Diuidunt etiam vngulam, qui bonis sunt præditi moribus, nec faciles sunt ad lapsum peccati, *Leu.* 11.*a*.

Vngulæ vituli, *o* quatuor Euangelia designare possunt, *Psalm.* 68. Cornua producentem & vngulas.

Vngulæ arietum, *p* vim operatiuam in homine significare possunt, *Zach.* 11.*d*.

Vngulæ equi, sensus corporis nostri designare possunt, quos mordet serpens, hoc est, diabolus, *Genes.* 49.*c*.

Vngulæ equorum Nabuchodonosor, *q* tentationes dæmonum exprimunt, quibus vrgent, & affligunt animas, *Exech.* 26.*b*. 32.*c*.

Vngues mulieris præcidendæ, *r* superfluitates scientiæ Gentilium designant, quæ sunt resecandæ, & abiiciendæ. *Deut.* 21.*e*.

Vngulæ ad triturandum, quibus Deus non terit triticum, designant *s* grauiorem Dei punitionem, qua Deus non in totum perdit suos, *Isa.* 28.*g*.

Vngulas Ecclesiæ ad triturandos hostes ponit Deus æreas, *Mich.* 4.*d*. quando *t* dat illi virtutem inuincibilem ad condemnandos malos.

Vnguis adamantinus, in quo dicitur scriptum peccatum Iudæ, designat *u* difficultatem delectionis ipsius peccati, *Iere.* 17.*a*. In vngue autem finis est corporis. Adamas verò ita est durus, vt ferro secari non valeat. Per vnguem ergo adamantinum finis signatur æternus.

Vngues aquilarum, *x* rapacitati & cædi deseruientes, crudelitatis typum gerunt, & vngues habent, qui quo suis lædunt, & quibus possunt, prævalent, *Dan.* 4.*g*.

Vngula non remanens in Ægypto, *y* hyperbolicos dicitur, *Exod.* 10.*g*.

Vnicolor, vide Color.

Vnicornis, Rhinoceros.

Vnicornis, *z* est animal, vnicum habens cornu in fronte longum, quod ad saxa limat, & ipso perforat Elephantem. Est animal moderatæ quantitatis, buxei coloris, & fissæ vngulæ pedis in duo aut potius est sonipes, sed habet talum, & ab Aristotele dicitur asinus Indicus, habitat in desertis. Rhinoceros autem est animal cornu habens in nare, differens ferocitate & corpore ab vnicorni, quia ille corpus habet equinum, rhinoceros verò bouinum, vnde ab aliquibus dicitur bos Ægyptius. Aduersatur elephanti, cum eo pugnans, cornu prius ad saxa limato, longitudine ei similis, crura habens breuiora, colore buxeus, corpore aliquantulum gibbo, aspectu horribilis, robore ingentissimo. Fertur autem in sinu virginis fortitudinem amittere, atque ita à venatoribus capi.

Rhinoceros *aa* Christum significare solet, qui omnibus prævalet virtute ac robore cælesti, & habet vnum cornu, hoc est, potentiam Patris. *Num.* 23.*d*. 24.*b*. *Deut.* 33.*c*. *Psalm.* 28. Potest etiam *bb* Sanctos significare. Vnicornes enim sunt, quorum firma spes in vnum illud dirigitur, de quo dicitur. Vnam petij à Domino, hanc requiram. Designat etiam exaltationem vnitatis, *Psalm.* 77. 91.

Rhinoceros etiam *cc* Gentilem populum significare potest, *Iob.* 39.*d*. designat etiam potentes huius seculi, vel ipsas potestates, & superbos, qui volunt esse singulares, qui typho fatuæ iactationis elati, dum falsis exterius inflantur rumoribus, veris miseriis intus inanescunt. Designat etiam dæmones, & reges malos, & Paulum, & Iudæos. Et filius vnicornium, est Christus natus ex Iudæis, qui gloriabantur in lege, tanquam in vno cornu, *Psalm.* 21. 28. *Isa.* 34.*b*.

Vnicus, Vnigenitus.

Vnicvs dicitur, singularis, vel solus. Vnigenitus autem dicitur filius qui vnicus genitus est, quasi solus genitus, nec fratrem vllum habuit aut sororem.

Vnigenitus propriè dicitur *dd* Christus, propter naturæ diuinæ proprietatem, in qua solus est genitus. Secundum carnem etiam est vnigenitus, quia solus de Virgine natus, *Zach.* 12.*c*. plangent eum planctu quasi super vnigenitum.

Vnica Christi dicitur *ee* Ecclesia, quam vnam solam habet, *Psalm.* 21. 34. vel est *ff* anima ipsius Christi, quæ vnica est, quia sola sine peccato.

Vnicus filius viduæ, designat *gg* singulos in Ecclesia, quos omnes vt vnicos amat, *Luc.* 7.*b*.

Vniuersus.

Vniuersus dicitur quasi omnis ad vnum versus, hoc est, sine aliqua exceptione.

Vniuersa multitudo filiorum Israël, designat *hh* multitudinem saluandorum, *Leu.* 17.*b*. Et vniuersum semen Iacob dicitur, vt intelligantur non solum filij secundum carnem, sed secundum fidem, *Psalm.* 21. *Iob.* 10.*c*.

Vniuersa ciuitas designare potest *ii* multitudinem cœlestium spirituum, *Matth.* 21.*a*.

Vniuersa prospera Israël: designant *kk* plenitudinem fœlicitatis Angelorum, 1. *Reg.* 2.*g*.

Vocare, Vociferari, Vox.

Vocare, interdum idem est quod accersere, *Gen.* 20.*b*. vocauit omnes seruos suos. Nonnunquam appellare, seu

nomen

Iustitia.
Vita sancta.
Dona naturalia.
Bona opinio.
Potiores virtutes.
Opera misericordiæ.
Contritio.
Deuotio.
Pietas.
Iudas.
Gloria conscientia pura.
Charitas.
Voluptas & bona temporalia.
Apostoli.
Doctores.
Christus.
Adulatores.
Medici animarum.
Virtus prædicatoris.
Pœnitentia.
Extrema mundi.
Discretio.
Euangelia.
Vis operatiua.
Sensus corporis.
Tentationes.
Superflua doctrina gentilium.
Grauior punitio Dei.
Virtus Ecclesiæ.
Æternitas pœna peccati.
Crudelitas.
Christus.
Sancti.
Gentilis populus.
Potentes seculi.
Superbi.
Dæmones.
Paulus apostolus.
Iudæi.
Christus.
Ecclesia.
Anima Christi.
Singuli Ecclesiæ.
Multitudo saluandorum.
Multitudo Angelorum.
Fœlicitas angelorum.

a *Aug. s. Ioan. tra.* 50. *Ori. s. Mat. h.* 16. 35.
b *Hie. s. Is.* 57. *& s. Ezę.* 23.
c *Gre.* 34. *mo.* 10. *& s. Ca.* 1. *Gl. or s. Ca.* 7.
d *Ber. ser. Mariæ Magdale. & se. Par.* 52. 56. *& s. Can. ser.* 10. 12.
e *Gre.* 34. *mo.* 10.
f *Cle. Alex.* 2. *ped.* 8.
g *Bed. s. Prou.* 27.
h *Glo. int. s. Exod.* 30.
i *Gre. s.* 1. *Reg.* 8.
k *Pli.* 11. *nat. hist.* 41.
l *Gre.* 31. *mo.* 22. *Aug. s. ps.* 68.
m *Gre.* 31. *mo.* 18. *Bed. s. Ge.* 49.
n *Glo. inter. s. Gen.* 49. *Or. s. Leu. ho.* 7. *Hie. s. psal.* 95.
o *Aug. ho.* 45. *Isy. s. Leu.* 11. *Arn. s. psa.* 68.
p *Hi. s. Za.* 11.
q *Glo. inter. s. Ezę.* 26.
r *Or. s. Le. h.* 7.
s *Hi. s. Isa.* 28.
t *Glo. ord. s. Mich.* 4.
u *Ori. s. Ier. h.* 12. *Gre.* 14. *mo.* 26.
x *Ricar. de S. vict. de secur. consc.* 44.
y *Glo. inte. su. Exo.* 10.
z *Ari. de hist. animalium, & 3. de parti. animal.* 2. *Albertus magnus. Geor. Ve. can.* 2. *to.* 7. *ca.* 2. *Gre.* 31. *mo.* 13.
aa *Ter. aduer. Iudæos. Ori. s. Num. ho.* 10. *Basi. s. psa.* 28. *Euc. for. spi. s.*
bb *Aug. s. psa.* 71. 91.
cc *Hie. s. Iob.* 39. *& s. ps.* 28. *& s. Isa.* 34. *Basi. s. psa.* 28. *ho.* 1. *Aug. epi.* 120. *Gre.* 31. *mo.* 13. 14. *Euc. for. spi. s.*
dd *Glo. ord. s. Zac.* 12.
ee *Aug. epi.* 120.
ff *Hie. s. ps.* 21.
gg *Am. s. Luc.* 9.
hh *Aug. epist.* 120.
ii *Ori. s. Matt. ho.* 15.
kk *Gre. sup.* 1. *Reg.* 2.

Digitized by Google

nomen imponere,*Gen.2.c.*vt videret quid vocaret ea.Abducere,*Hoſ.11.a.*Ex Ægypto vocaui filium meum, Confiteri,*Ierem.3.f.*Patrem vocabis me.Conſtituere, *Iſa.45.a.* vocaui te nomine meo. Dicere, *Leu.23.a.*Quas vocabitis ſanctas.Excitare,1.*Regum.3.a.*vocauit Dominus Samuel.Inducere, 4.*Reg.8.a.* vocauit dominus famem.Inſpirare, *Exod.24.d.*Septimo autem die vocauit eum.Inuitare,*Exod.2.c.*vocare eum, vt comedat panem. Inuocare, *Iob.5.a.* voca ergo ſi eſt,qui tibi reſpondeat.Prædeſtinare,*Iſa.49.a.*Dominus ab vtero vocauit me.Prouocare,*Prou.1.c.*vocaui,& renuiſtis.Vocari autem,eſt eſſe,*Gen.21.b.*In Iſaac vocabitur tibi ſemen.Vox autem eſt ſonus ab ore animalis prolatus:licet aliquando pro omni ſono ſumatur.Vox item affectus animi, *Pſalm.5.* Intende voci orationis meæ. Afflictio,*Iob.3.c.* Non audierunt vocem exactoris. Atteſtatio Prophetiæ, *Iſa.13.a.* Exaltate vocem, leuate manum. Clamor,*Deut.1.g.*Nec voci veſtræ voluit acquieſcere.Deſiderium.1.*Reg.25.f.* Ecce audiui vocem tuam. Doctrina, *Exod.25.d.*Obſerua,& audi vocem eius.Effectus *Eccle.10.d.* Aues cæli portabunt vocem tuam.Euidentia, *Gen.4.b.* Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me.Idioma,2.*Mach.7.b.*At ille reſpondit patria voce. Lamentum, *Geneſ.21.b.* Sedens contra leuauit vocem ſuam.Laus *Pſal.25.*vt audiam vocem laudis tuæ.Præceptum,*Num.14.d.*Nec obedierunt voci meæ.Præconium,*Exod.32.b.*

Præconis voce clamauit. Prædicatio,*Ca.2.c.* vox turturis audita eſt.Votum,*Gen.30.a.*exaudiuit vocem meam.

Incarnatio verbi.
Electio Dei.

Vocauit Deus lucem diem,& tenebras noctem,hoc eſt,*a* vocari fecit:quia ſic diſtinxit omnia, vt diſcerni poſſent,& nomina accipere,*Gen.1.a.*Sicut qui ædificare facit, ædificat. Sic intelligendum, quum Deus vocat aliquo nomine,quia tunc vocari facit.

Vocare dicitur Deus, *b* quum per aſſumptam carnem humanis apparuit oculis, vt ab eis rationem exigeret, *Iob.13.c.14.c.*vel vocare Dei,eſt nos amando & eligendo reſpicere.Vocat Deus pater iuſtitiam,hoc eſt, Filium ad pedes ſuos, quum vocauit eum, vt ſequeretur Patrem, quia ſemper fecit voluntatem Patris, *Iſa.41.a.*Et vocauit Deus pater Chriſtum in iuſtitia,*c* quia in eo compleuit omnem iuſtitiam, *Iſa.42.a.* Et vocauit ab oriente auem, hoc eſt,Cyrum,vel melius Chriſtum,quem vocauit ab vtero,*Iſa.46.d.49.a.* vocatum autem aut dictum eſt nomen Domini Emmanuel,hoc eſt,nobiſcum Deus,poſt incarnationem.*Iſa.7.c.*vocatum nomen hominis antequam eſſet, *Eccle.6.d.*eſt nomen Chriſti,quod vocatum eſt ab Angelo,priuſquam in vtero conciperetur.

Manifeſtans filius patrem.
Inuocatio Dei
Inſtructio Dei per ſcripturas
Vocatio Iudæorum in fine mundi.
Excitãs Deus ad meliora.
Perfectè obedientes.
Inſtituens Chriſtus Apoſtolos, & prædicatores.

Vocare,interdum eſt *d* inuocare, & vocat nomen Domini Chriſtus, quum Patrem manifeſtat,& vocant ipſum Gentes,inuocando & credendo.Et vocatur Deus in nomine Domini,quum *e* facit alios vocare,*Exod.33.d.*

Vocare dicitur Deus de cælo,quando inſtruit per ſacram ſcripturam,*Gen.22.b.46.a.*Sic vocauit Moſen de medio rubi, *Exod.3.a.* Et vocauit ſeruos, vt illis committeret eloquia, *Matth.25.a.*Sic vocat de monte,& de cacumine montis,*Exod.19.a.24.d.* vocans autem Angelus Domini Agar poſt abiectum puerum, *f* deſignat vocationem Iudæorum in fine mundi futuram,*Geneſ.21.c.*

Vocans Dominus Samuelem dormientem,1.*Reg.3.a.*eſt *g* excitans ad maiora eum, qui contemplationi vacat. Et vocatus ipſe vadens toties ad magiſtrum,eſt figura perfectè obedientium.

Vocatio ad pœnitentiam.
Prædeſtinatio.

Vocauit Dominus fortes ſuos, *Iſa.13.a.* quando *h* parauit Apoſtolos ad prædicandum. Dicitur enim vocare, quando miniſtrum inſtituit,*Iſa.22.f.*Eſt autem vocatio ſancta, quæ fit ad regendos alios. Et vocat cælos, hoc eſt, Angelos,vel Apoſtolos, *Iſa.48.c.* Et vocati Dei dicuntur Apoſtoli & fideles, *Zach.1.b.*Ad hæc facit vocatio, *i* qua Iacob vocauit filios ſuos,vt eis benediceret, *Gen.34.a.* vocat etiam Deus aquas maris, quum ex infidelibus facit prædicatores,*Amos 5.b.9.b.*

Vocatio gentium.

Vocat Ieſus cæcos,*k* ad ſalutem eos reuocando,*Matth.20.a.*vocare etiam inuitatos ad nuptias, & docere fidem, vt veniant ad Eccleſiam, *Matth.22.a.* ſic vocauit Chriſtus Iudæos, *Iſa.50.a.*Et olim Hebræos, *Exod.5.a.* Et vocat Deus quæ non ſunt,hoc eſt,peccatores eos compungendo ad recipiendam fidē & pœnitentiam, diciturque vocare eos in partem ſortis Sanctorum, *Iſa.41.a.Ioe.2.d.g.Ro.9.b.Eph.4.c.Col.1.b.*Et vocat Deus ad fletum,*Iſ.22.d.*quum dicit,Pœnitentiam agite,& Beati qui lugent,*Amos 4.*vocati autem ſecundum propoſitum, dicuntur *l* prædeſtinati,vocati verò,qui non ſunt electi,non ſunt vocati ſecundum propoſitum,*Roman.8.f.* vocat autem Deus Iſraël à longinquis terræ,*m* quum ex Gentibus facit fideles,qui & vocare dicitur Gentem,quam neſciebat, *Iſa.41.b.55.b.* Et vocauit Gentilitatem, vt mulierem derelictam, quia aliquando coniuncta fuerit Deo, *Iſa.54.c.* vocat autem ex Ægypto, quum per Apoſtolos & prædicatores vocat ab infidelitatis tenebris, *Hoſe.11.d.* Et vocat Deus nomina ſtellis, hoc eſt,*n* prædeſtinatis,*Pſalm.146.* Et vocat ex nomine,quos ſcriptos habet in libro vitæ, *Geneſ.31.a.* Eorum enim peculiarem habet rationē,quum malis dicat,Non noui vos.Sic vocat oues nominatim,*Io.10.b.*

Chriſtus beatificans.

Vocans procurator operarios,*Matth.20.a.*eſt *o* Chriſtus reddens laborantibus præmium æternum.

Eductio Iſrael de Ægypto.
Reuocatio Chriſti.
Vocatio infidelium.

Vocaſſe dicitur Deus filium ſuum ex Ægypto,*p* quum eduxit inde populum Iſraël, & quum Chriſtus venit ab Ægypto in terram Iſraël, *Hoſe.11.d. Matth.2.c.* Ex Ægypto etiam vocat fideles, educens eos de tenebris huius mundi.

Specialis cura.
Dei erga fideles.

Vocaſſe dicitur Deus Iſraël nomine ſuo, *Iſa.43.a.* quia ſpecialem curam habet ſuorum,& cum eis peculiarem familiaritatem.Et vocauit nomen Cyri, quia fecit ipſum longè antè prædici, & vocat nomen prædicatoris, cui ſpeciale præbet auxilium,*Iſa.45.a.*

Cura paſtoris.

Vocare dicitur paſtor nominatim oues, *q* quando diligenter curat agnoſcere vultum pecoris ſui, *Ioan.10.b. Prouerb.27.d.*

Faciens Deus bene operari Filium ſuum.

Vocare dicitur Deus frumentum, quando *r* facit bene operari, *Ezech.36.f.* Dicitur etiam ſecundum quod Deus pater filium dedit mundo.

Appellatio Chriſtianorū

Vocatur nomen nouum Hieruſalem,aduenientе Chriſto,*ſ* quia ipſe nominauit Eccleſiam petram in Petro. Et vocatur voluntas Domini in ea,ſecundum quod placet Deo. Et vocantur fideles alio nomine:quia dicuntur Chriſtiani à Chriſto,*Iſa.62.a.65.e.*Et vocatur Hieruſalem,hoc eſt,Eccleſia,ſolium Domini.*Ierem.3.f.*

Collatio veteris legis.

Vocantur nomine Iſraël,*t* qui ſunt Iſraël ſecundum carnem.Et vocatur de ciuitate ſancta, *Iſa.48.a.* Et vocari filios Ioſeph nomine fratrum,*Gene.48.b.*erat eos,qui naſcituri erant ex eo, debere includi in tribubus Ephraim & Manaſſæ.

Promotio indignorum.

Vocans Iſaac Eſau. *Gen.27.a.* collationem *u* legis veteris deſignauit, & etiam promotionem indignorum ad Eccleſiaſticas dignitates.Deſignauit etiam vocationem prioris populi. Et vocans Dauid Vriam, vt comederet ſecum,2.*Reg.11.b.*deſignat Chriſtum,qui Iudæos negligentes redire ad conſcientiam,non renuit inuitare ad myſteria intelligenda:vnde & dicebat,*Ioan.5.g.*ſi crederetis Moſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit.

Vocatio Iudæorum.

Vocauit Iob,ſeruum ſuum,& non reſpondit ei, *Iob.19.c.*quia *x* Dominus Iudaico populo, multa contulit munera, quibus quaſi emiſſis vocibus, eum ad ſe ducere ſtuduit. Sed non reſpondit, quia digna opera donis eius reddere contempſit.Et vocans Debora Barach,*Iud.4.a.*deſignat *y* prophetiam inuitantem priorem populum ad Dei munera,capeſſenda.Vocare mulierem Hebræam ad nutriendum Moſen,*Exod.2.b.*eſt *z* vocare ſynagogam ad ſuſcipiendum & nutriendum Chriſtum.

Vocari ad verbum Dei.

Vocati ad hoſtiam, 1.*Reg.9.b.* ſunt *aa* vocati ad audiendum verbum Dei. Et vocans Samuel Iſſai ad victimam, priuſquam vngeret Dauid filium eius in regem, 1.*Regu.16.a.* deſignat ſubditos non eſſe promouendos propter prælatorum ſuorum conſcientiam. Vocantes autem filij Iob ſorores ſuas ad conuiuium, ſunt Apoſtoli vocantes infirmiores ad ſuſceptionem verbi Dei,*Iob.1.a.*

Prædicatio vitæ æternæ.

Conuocans Samuel populum in Maſpha vt eligeret regem, 1. *Regum.10.c.*deſignat *bb* congregandos electores prælati ad ſacram ſcripturam:vt in ea ſpeculentur qualem eligere debeant.

Concordia virtutum in operando.

Vocant ancillæ ſapientiæ ad arcem, quum Apoſtoli & prædicatores annunciant vitam æternam, *Prou.9.a.* Et vocantes filij Iob ſorores ſuas ad conuiuium,*Iob.1.a.*deſignant *cc* Apoſtolos, qui infirmis auditoribus refectionis ſupernæ gaudia prædicant:eorumque mentes, quia à veritatis pabulo ieiunas aſpiciunt, diuini eloquij epulis paſcunt.Vel deſignant virtutes morales,quæ ſimul gaudent cum tribus virtutibus Theologicis in opus bonum,quod vnaquæque virtus adminiſtrat. Quæ quaſi ex cibo vires accipiunt,dum bonis operibus fidentiores fiunt : & quum poſt cibum,contemplationis rore infundi appetunt,quaſi ex populo inebriantur.

Examinatio ordinandi.

Vocans Samuel Saulem,1.*Reg.9.d.*deſignat *dd* prælatum explorantem eum,qui ordinandus eſt,vt ad ſuſcipiendum onus ſe præparet.

a *Bed.ſ.gen.1. Au.1. de gen. con.Manic.* 4.
b *Gre.11.mo.* 22.*Ori.ſ. Iſa. ho.5.Hie.ſ.Iſ.* 41.
c *Ori.ſ.Iſ. ho.* 2.*Hie.ſ.Eccl.* 6.
d *Ori.ſ.Matt. ho.*33.
e *Aug.qu. in Exod.*154.
f *Ru.6.ſ.Gen.* 27.
g *Gre.ſ.1.Re.* 3.
h *Hie.ſ.Iſ.*13.
i *Rup.9.ſ.Ge* 25.*& ſ.Amo* 5.9.
k *Ori.ſ.Matt. ho.*13.20.35. *Hie.ſ.Iſai.*22. 50.
l *Au.ep.*106
m *Hie.ſ. Iſai.* 54.
n *Aug.ſu.pſa.* 146.*& ſ.Ioa. tra.*45.*Cyr.*7. *ſ.Ioan.*2.
o *Ori.ſ.Matt. ho.*10.
p *Hie.ſ.Hoſ.* 11.*Ru ſ.Mat.* 2.
q *Cy.*7.*ſ.Ioa.* 2.
r *Glo.inter.ſ. Ezec.*36.
ſ *Hie.ſ.Iſ.*62. 65.
t *Glo ord.ſ.Iſ.* 48.*& ſ. Gen.* 48.
u *Hie.ad Dama.qu.*2.*Bed. ſ.Gen.*27.
x *Greg.*3.*mo.* 11.*&* 14.*m.* 11.
y *Ori.ſ.Iud.h.* 5.
z *Glo.ord.ſup. Exod.*2.
aa *Gr.ſ.*1. *Re.* 9.16.*&* 1.*m.* 20.
bb *Gr.ſ.*1.*Re.* 10.
cc *Gr.*17.*mo.* 14.*&* 1.*mor.* 20.33.
dd *Gr.ſ.*1.*Re.* 9.

Digitized by Google

Vocat Deus duces impios, *Iob.34.b.* quum *a* oſtendit eos per poteſtatem regiminis ad culpam prorumpere elationis: quæ elatio apud diſtrictum iudicem impietas reputatur.

Docilitas.

Non vocaſſe ſe dicens Eli, Samuelem, *1.Reg.3.a.* deſignat *b* quod antiqui patres non excitant per inſpirationem gratiæ, ſed oſtendunt id fieri à Deo, iuxta illud Iacobi. Omne datum optimum, &c. Et *1.Cor.3.* neque, qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat.

Vocantes Philiſthiim ſacerdotes & diuinos, *1.Reg.6.a.* deſignant *c* fideles cupiētes tenere viā Domini ſine errore.

Invocatio Dei

Vocare patrem & matrem, eſt perfectè cognoſcere patrem cæleſtem, & Hieruſalem cæleſtem, quæ eſt mater noſtra, *Iſa.8.a.* vocare autem noſtrum, *d* eſt humili Deum prece depoſcere, *Iob.5.a.* vocat ſponſa ſponſum, *Can.5.b.* quum orationibus & operationibus ſuis dulcedine illius præſentiæ ſaturari appetit.

Recurſus ad intellectum.

Vocans Samaritana virum ſuum, eſt *e* recurrens ad intellectum, ſeu ſpiritum rationalem, ad ſuſcipiendam aquam Chriſti, vt videlicet ſecundum rationem poſſit à Chriſto illuſtrari, *Ioan.4.c.*

Inſtitutio prædicatorum.

Vocans Moſes ſeniores Iſraël, *Exod.12.d.* eſt *f* inſtituens & inſtruens prædicatores. Sic vocat eruditos ad conſtructionem tabernaculi, *Exod.36.a.* Et Aaron, *Leu.9.a.* Et Miſael & Eliſaphan, *Leu.10.a.*

Chriſtus ad ſe trahēs omnia.

Vocans Moſes altare, quod ædificauit deuicto Amalec, Dominus exultatio mea, *Exod.17.d.* deſignauit *g* Chriſtum, qui exaltatus à terra, omnia trahit ad ſeipſum.

Vocauit Moſes nomen tabernaculi, Tabernaculum fœderis: *Exod.33.b.* quia *h* Dominus in eo familiariter cum ipſo loquebatur, & ibi decidebantur cauſæ.

Quærere inanem conſolationem.

Vocat Hieruſalem amicos, *i* quum anima afflicta conſolationem quærit in carne, mundo, diabolo, & in hæreticis, & adulatoribus, *Thren.1.f.*

Prædicatio.

Vocatio, qua Abimelech vocauit ſeruos ſuos, *Gen.28.b.* eſt *k* prædicatio facta Gentibus. Et vocat vir amicū ſuum ſubter vineam, quum Apoſtoli & prædicatores conuertunt Iudæos, aut gentiles ad fidem Chriſti, *Zach.3.d.*

Inuitare.

Vocauit Deus, ſeu induxit famem ſuper terram, quando *l* permiſit ignorantiam veritatis, in mundo, *Pſalm.140.*

Vindicta Dei in iudicio.

Vocare interdum eſt inuitare: & vocauit Deus quaſi ad diem ſolennem hoſtes Hieruſalem, deſignans dæmones venturos in iudicio ad rapiendas animas. Et vocat tempus aduerſus Hieruſalem, quando inducit eam in iudicium, *Thren.1.d.* Vocat etiam gladium ſuper omnes habitatores terræ, quum omnes homines per eoſdem homines caſtigat. *Ierem.25.f.* Erit autem vox diei iudicij amara malis, *Soph.1.d.* vocauit etiam Deus iuſtos in iudicio, *m* inuitando eos ad incorruptionem, *Iob.14.d.*

Vocatio bonorum ad gloriam.

Vocans mulier homines domus ſuæ contra Ioſeph, *Gen.39.d.* deſignauit principes Iudæorum conuocantes cæteros Iudæos, vt dicerent aduerſus Chriſtum, Crucifige, crucifige.

Prouocatio aduerſus Chriſtum.

Vocant nomina ſua in terris, *n* qui ædificant, aut alia in terris ad tempus manentia moliuntur, *Pſalm.48.*

Nota erroris.

Vocari domum diſcalceati nolentis ſuſcitare ſemen fratris, *o* eſt errorem hæretici, aut Iudæi ab omnibus notari, *Deut.25.*

Reſipiſcentia.

Vocans Pharao Moſen & Aaron, *Exod.8.a.* indicat *p* reſipiſcentiam flagellati.

Vocans Pharao ſapientes Ægypti contra Moſen & Aaron, *Exo.7.b.* typus eſt *q* recurrentiū aut auxiliū dæmonū.

Inuocatio dæmonum.

Vocans quiſpiam Hebræum. *Exod.34.b.* eſt *r* Gentilis volens fidelem in errorem inducere. Sic ſunt vocantes eos ad Baalim. *Hoſ.11.a.*

Inducere in errorem.

Non vocatur vltra inſipiens Princeps, *ſ* quando Phariſæi & hæretici non habent vltra principatum in Eccleſia, *Iſa.32.a.*

Vox patris in baptiſmo.

Vox Domini aliquando eſt *t* vox patris: vt in baptiſmo, quando dixit de filio: Hic eſt filius meus, in quo mihi bene complacui. Eadem eſt vox cataractarum Dei, *Pſalm.28.41.* Eadem eſt vox ſuper firmamentum, *Ezech.1.f.* quæ etiam diuinam oſtendit manifeſtationem: & etiam ſententiam, qua filium ſuum ſine peccato pati aut mori decreuit. Vox etiam Dei de cælo, *u* eſt imperium Dei, *Apoc.10.e.* Ipſe quoque filius Dei dicitur vox Dei, qui eſt verbum Dei, 40.*e.*

Manifeſtatio Dei.

Vox virtutis Chriſti erit in reſurrectione, *x* quando ſuſcitabit mortuos, *Pſalm.67.*

Decretum mortis Chriſti

Vox Chriſti eſt tanquam aquarum multarum, *Apoc.1.c.* quia *y* eius doctrina & opera conformia ſunt his, quæ de ipſo fuerant prophetata in lege, Prophetis, & Pſalmis.

Imperium Dei.

Vox Domini perficiens ceruos, *z* eſt prædicatio Apoſtolorum: & etiam Ioannis Baptiſtæ prædicantis regnum cælorum, & ipſius Chriſti, *Pſalm.17.28. Exod.5.a* 15.*d.* 19.*a.* 20.*c.* 23.*c.* Dedit autem vocem ſuam de Hieruſalem: *aa* quia inde cœpit prædicatio, *Amos 1.a.* Et vox incantantis, eſt vox prædicatoris. Et vox laudis Dei, prædicatio Dei. Et vox fluminum *bb* prædicatio Apoſtolorum, quæ & vox ſpeculatorum, & vox calcantium, *Pſa.57.65.92. Iſa.16.c.* 52.*c.* Et vox tubæ, eſt prædicatio, *Iere.6.b.* Et vox clamantis in deſerto, eſt Ioannes Baptiſta præcurſor verbi Dei, qui eſt vox adhortatoria, & præparatoria ad ſalutem, *Iſa.40.a.* Et vox annunciantis à Dan, eſt vox prædicantis diuinum iudicium, *Ierem.4.d.* vox item molæ, eſt prædicantium verbum Dei. *Ierem.25.e.* vox etiam Dei, dicitur eſſe in prædicantibus nouum & vetus teſtamentum, *Amos 1.a.* Et vox præconis, eſt vox prædicatoris. *Exod.32.a.* 36.*a.* Vocem autem Annæ non audiri, *cc* eſt prædicationem Apoſtolorum à Iudæis non recipi, *1.Reg.1.b.* Et vox patris Ophni, & Phinees, eſt ſermo & prædicatio antiquorum Patrum, *1.Reg.2.e.* Vox nubium, eſt prædicatio Apoſtolorum: & etiam vox tonitrui in rota, hoc eſt, in orbe terrarum. Et dant vocem de medio petrarum, *dd* qui allegant doctrinam: & exempla ſacrorum doctorum, *Pſalm.10.76.103. Apoc.1.d.4.b.8.b.10.a.14.a.* Et vox turturis, eſt *ee* doctrina Chriſti, aut quando Chriſtus loquitur ſolitariis, aut eſt ſermo de caſtitate, *Cant.2.c.* Et vox angeli, eſt prædicatio Chriſti, *Iſa.33.a.* Et vox ſponſi, eſt prædicatio Chriſti: vox verò ſponſæ laudes Dei in Eccleſia, aut in ſynagoga, *Ierem.16.b.25.c.* Vox autem dilecti, hoc eſt, Chriſti audiebatur in Prophetis, & non videbatur, *Cant.2.b.* Vox etiam Chriſti, eſt inuocatio, aut prædicatio ei conformis, *Pſalm.3. Ioan.10.a.* Et vox fluminum, *ff* eſt doctrina ſacræ ſcripturæ, & vox cataractarum, ſcriptura obſcura Propheratum, *Pſalm.41.92.*

Doctrina Chriſti.

Vox turturis, *gg* eſt vox Eccleſiæ militantis: & etiam Sanctorum in hac peregrinatione gementium, *Cant.2.c.* Et vox caſtrorum, eſt vox fidelium in Eccleſia vnanimiter Deum laudantium, & mutuò ſe ad pugnam aduerſus dæmones adhortantium, *Ezech.1.f.*

Sacra ſcriptura.

Vox de cælo facta Chriſto, qua dixit pater: Hic eſt filius meus dilectus, denotat *hh* nos per baptiſmum in filios adoptari, *Matth.3.d.*

Gemitus Sanctorum, & adhortationes fidelium.

Vox Domini interdum, eſt *ii* vis eius punitiua. *Gen.3.b. Pſalm.45.* Et vox magnitudinis Dei eſt, quum conuerſis per gratiam ſuam terrorem incutit, vt eius metuant ſententiam, *Iob.37.a.* Et vox magna turbinis, deſignat grauem vindictam Dei, *Iſa.29.b.* Idem eſt vox equitis, *Ierem.4.g.* Et vox de ciuitate & de templo erat in Hieruſalem, quum obſiderentur à Romanis, & eſſent inter ſe diuiſi, & quidam obtinerent templum, quidam ciuitatem, & dicitur vox Domini reddentis retributionem, quia tunc Deus vindictam in eos exercebat, *Iſa.66.c.* Vociferabitur etiam Chriſtus, quando puniet malos. *Iſa.42.a.* Vox autem cataractarum Dei dicit *kk* comminationes diuinas, *Pſa.41. Apo.8.b.* Et vox commotionis magnæ, eſt comminatio iræ Dei, *Ezech.3.c.* Et voces quas dat Dominus, ſunt excitatio peccatoris, vt nequitiam ſuam recognoſcat, *1.Reg.12.c.* Et vox tonitrui Dei, *ll* qua comminatur, dicitur eſſe in rota, hoc eſt, in Moſe ſeu lege, *Pſalm.76.103.* Et dicitur vox terroris, *Iob.37.a.* quia ſi peccator repentè diuinæ gratiæ aſpiratione tangitur, primò intelligit diſtrictam æterni iudicis animaduerſionem ſibi paratam. Vox autem voluceris, erit *mm* tuba in iudicio, vel deſignatur leuis ſonitus, *Eccl.12.b.*

Adoptio filiorum Dei.

Vox ſponſi, *nn* eſt inſpiratio eius, ac iuſti timoris incuſſio, *Can.2.b.*

Vis punitiua Dei.

Vox ſanctificatæ ſolemnitatis, & vox gaudij, eſt *oo* in Eccleſia præcipuè triumphanti, *Iſa.30.f. Ierem.25.c.* Et dicitur *Phil.4.a.* Gaudete in Domino ſemper. Ad hæc pertinet vox ſponſi, aut ſponſæ habitantis in hortis, *Cant.8.d.*

Vindicta Dei.

Vox lamentationis in Rama, *pp* eſt ploratus matrum infantium, ab Herode occiſorum, *Ierem.31. Matth.2.c.*

Comminationes diuinæ.

Vox in mente, *qq* eſt quaſi quidam ſonus intelligentiæ. Sed aliquando vox carnis loquitur, vt cum cogitamus malum pro malo reddere, aliquando vox animæ, vt quum intellectualem eius naturam cogitamus, aliquando vox firmamenti, vt quum angelicam naturam contemplamur. Sed vox ſupra firmamentum eſt, quum diuinam naturam & eius iudicia conſideramus, *Ezech.1.f.*

Tubæ iudicij.

Inſpiratio diuina.

Laudes in gloria.

Contemplatio Dei.

Vox

a *Greg.24.m.30.*
b *Gre.ſ.1. Re.3.*
c *Gre.ſ.1. Re.6.*
d *Gre. 5.mo. 31.& ſ. cant.5.*
e *Aug.ſ.Ioan. tra.25.& 83.q.64.*
f *Glo.ord.ſup. Exod.12.*
g *Glo. inter.ſ. Exod.17.*
h *Lyr.ſ. Exo.33.*
i *Glo.ord.ſup. Thren.1.*
k *Hie.ſ.Za.3.*
l *Arn.ſ. pſal. 104.*
m *Gre.12.m.9.*
n *Ba.ſ.pſ.48.*
o *Ori.ſ. Matt. ho.22.*
p *Glo.inter. ſ. Exod.8.*
q *Glo. ord. ſu.7.*
r *Lyr.ſ. Exod. 34.*
Rup.ſ.Hoſ.11.
ſ *Hie.ſ.Iſ.32.*
t *Baſi.ſ.pſ.28. ho.12. Arn.ſ. pſa.41. Gre.ſ. Exec.ho.8. Hie.ſ.Exec.1.*
u *Aug.ſ. Apo. ho.8.Gre. 32. mo.5.*
x *Hie.ſ.pſ.67.*
y *Ru.1.ſ.Apo.*
z *Epi.2. cont. har.20.1. Ori. ſ.can.h.3. Am ſe.64.Au.ſ.pſ. 28.*
aa *Ru.ſ. Am. 1.*
bb *Hil.ſ. pſal. 65. Amb. epi. 49. Hie.ſ.Iſai. 19.52.& ſu. Ier.47.25.& ſ. Amos 1. Cle. Ale.adh.ad gen.*
cc *Gr.ſ.1. Re. 1.*
dd *Au.ſ. pſal. 76.103.& h. 33. Rup.ſ. Apoc.5.9. Hie.ſ. Ier.16.25.*
ee *Ori.ſ. cant. ho.2.3.4. Am. de Iſa. 4. Be. ſ.Exo.19. Ber. ſ. can.ſer. 59.*
ff *Ar.ſ.pſ.92. Hie.ſ.pſ.41.*
gg *Gre.ſ. can. 2.& ſ. Eze.h. 8.*
hh *Hil.ſ. Ma. can.3.*
ii *Gr.27. mo. 16.13.& ſ.1. Reg.12. Hie.ſ. Iſa.42.66.*
kk *Au.ſ. pſa. 41.*
ll *Arn.ſ. pſal. 76.103.*

mm *Hie.ſ Eccl.1.* nn *Ber.ſ.cant.ſer.53.* oo *Hie.ſ.Iſa 30 Amb.ſ.pſ.118./er.22.* pp *Hie.ſ.Ier.31.* qq *Gre.ſ. Eze.ho.8.*

Digitized by Google

Pœnitentia.

Vox magna eiulantium,*a* magnitudinem doloris indicat, *Ezech.27.f.* Potest autem referri ad pœnitentiam. Et vox Moab,est vxor doctorum errorum pœnitentiam agentium, *Isa.15.b.* Et vox ploratus est pœnitentium, quæ vox non erit in fœlicitate,*Ierem.3.g.Isa.66.c.* Et vociferatio filiorum Israël in Ægypto,est pœnitentium, cessante imperio diaboli,qui & ad Deum vociferari dicuntur,*Exod.2.d.5.b.22.d.Iob.30.d.*

Efficacia doctrina.

Vox viri,vt vox multitudinis,*Dan.* 10.*a.*efficaciam *b* doctrinæ boni prælati designat.

Vox sanguinis Abel,hoc est,*c* Christi,clamat aduersus Iudæos de terra,hoc est,de Ecclesia,*Gen.4.b.*

Verba serpentis.

Vox gemitus,*Psal.*101.fuit *d* vox serpentis,qua dixit Euæ,Comedite,& eritis sicut Dij, quæ vox causa fuit gemitus generis humani,vel est malarum cogitationum in mente vociferatio.

Christus in cruce.

Vox matris dicitur *e* vox pueri,*Gen.21.c.*quam audiuit Deus sustentans populum Israël,propter patres.

Vox prædicatoris.

Vox Iacob designat verba simplicia,*Genes.27.c.*

Desiderium anti quorum patrum.

Vocem eleuans Ioseph,*Gen.45.a.*designauit Christum in cruce,aut per prædicatores resonantem.Et vox aquilæ volantis est *f* vox prædicatoris,*Apoc.8.d.*

Fama turpitudinis

Vox magna Angeli prædicantis.Quis est dignus aperire librum, &c. *Apoc.5.a.* desideria *g* antiquorum patrum de aduentu Christi demonstrat.

Suggestiones diaboli.

Vox gregum & armentorum Amalec,*1.Reg.15.d.*famam *h* turpitudinis demonstrat.Gregum quidem de minoribus culpis:armentorum verò de maioribus.

Prædicatio hæreticorum & Iudæorum aduersus Ecclesiam.

Vox cantantis in fenestra,designat suggestiones dæmonis,quas ingerit per nostros sensus,*Soph.2.c.*Et vox multitudinis,& sonitus regum & gentium congregatarum, est *i* dæmonum & hæreticorum Ecclesiam impugnantiũ, *Isa.13.a.*Vox etiam calcantium,quæ auferetur,est prædicatio hæreticorum,*Isa.16.c.*Vox autem Iudæorum & hæreticorum dicitur quasi pythonis, *Isa.29.a.* Et voces aduersariorum, erant voces Iudæorum in Christi passione, *Ierem.18.d.*Et vox pastorum contra leonem,fuit vox gentium contra Christum, *Isa.21.b.* Et vox nunciorum Niniue,est prædicatio hæreticorum, aut malorum,*Nah.2.d.* vocem autem dant inimici in Hierusalem, sicut in die solenni,quando dæmones gaudent de lapsu animæ,*Thren.2.c.*Et vox vlulatus pastorum, est Principum Iudæorum in euersione templi,*Zach.11.a.*Et vox mendacij est vox hæreticorum,*Exod.23.a.*Vox etiam alienorum,quam non audiunt oues Christi,est hæreticum dogma,*Ioan.10.a.*Et vox exactoris, est tentatio miseræ suggestionis diaboli, *Iob.3.c.*Vociferatio autem Israël,designat *k* insensatum clamorem Iudæorum aduersus Christianos, *1. Reg.4.b.*vox leænæ,est adhortatio gloriæ Babylonis,vt auertat à Deo ad vanitatem mundanam,*Iob.4.b.*

Tribulationes iustorum.

Vox flagelli Niniue,*Nahu.3.a.*designat *l* multitudinem exercitus Romani contra Hierusalem, & multas tribulationes iustorum in hoc mundo.

Fides.

Vox,qua clamamus ad Deum,*m* est fides & affectus,*Psal.*3.140.141.*Isa.30.e.*Et vox sponsæ dulcis, est confessio fidei coram regibus & principibus, quæ grata est Deo,*Cant.2.d.*Et vox multitudinis & sonitus regum,& gentium congregatarum,est vna vox fidelium Ecclesiæ,& doctorum & discipulorum,*Isa.13.a.*Et vox aquarum multarum, est vox populorum fidelium laudantium Deum, *Ezech.43.a. Psalm.92.* Et vox vna, est concordantium in fide, *Exod.24.a.*Est vox fugientium de Babylone,est confessio fidei conuersorum,*Ierem.50.e.*

Confessio fidei

Clamor cordis.

Vox orationis,est *n* clamor cordis ad Deum,*Psal.*114.129.Et vocare,est humili prece Deum deposcere, *Iob.5.e.* 19.*a.*29.*b.*

Cognitio Spiritus sancti.

Vox auræ leuis,est *o* cognitio Spiritus sancti,quæ lippientibus mentis nostræ oculis, claritatem suam tenuiter demonstrat,*Iob.4.c.*

Franatio hæreticorum.

Vocem suam cohibent duces,*p* quum hi,qui post se errantes populos trahere conantur,ne loqui peruersa nunc audeant,& authoritatis frænantur pondere,& virtute rationis,*Iob.29.b.*

Blandiens gula.

Voce magna rogare dicitur inimicus,*Prou.27.c.*quando *q* spiritus gastrimargiæ superatus, incipit sua humiliatione blandiri,rogans quodammodo,vt aliquid relaxans à cœpto feruore impartias ei, quod continentiæ modum & mensuram iustæ discretionis excedat.

Consensus fidelium in fide & doctrina.

Vociferatio populi in euersione Hiericho,designat *r* consensum fidelium in doctrinam prædicatorum & euersionem vitiorum.Designat etiam vocem concordiæ,*Ios.6.b.* Et vox aquarum multarum, est concursus populorum venientium ad fidem,*Psalm.92.*

Conuersio ad vitia.

Vociferans populus ad Pharaonem,designat conuersionem ad vitia,*Exod.5.b.* Sic vociferabatur populus ludendo,in cultu idolorum,*Exod.32.d.*

Volare,Volatilas,Volucris.

VOLARE,proprium est habentium alas:quæ sic feruntur per aërem,vt pisces per aquam. Vnde dicuntur volatilia,quæ nata sunt ad volandum. Et volucres, non solum aues,sed & apes, & vespæ, & reliqua huiusmodi.Volare autem aliquando est celeriter moueri,*Isa.60.b.*Qui sunt isti,qui vt nubes volant?

Sublimitas Dei.

Volare dicitur Deus *s* propter veloeitatem penetrandi omnia:& quia Christus in omnibus sublimior est angelis.Volat autem Deus super pennas ventorum, quando coram oculis prædicatorum in altitudinem intelligentiæ se eleuat,& semper sublimior apparet,*Psalm.17.*

Virtus verbi Dei.

Volare dicitur gladius Dei,*t* quum verbum Dei discurrit,& perstringit cernentium oculos, vultusque deterret, *Ezech.32.e.*

Demonstratio mediorum Dei.

Volantia Seraphim,designant *u* demonstrationem eorum,quæ media sunt Dei:vel designant præsentia & transeuntia, *Isa.6.a.* Vel sunt Apostoli prædicantes diuinitatem & humanitatem Christi: Ideò duabus alis volabant.

Prædicatio diuinitatis & humanitatis Christi.

Volans vnus de Seraphim, ad purgandum labia Isaiæ,*Isa.6.a.* Iuxta Origenem, *x* significat filium Dei factum hominem, ad mundandum genus humanum. Vel designat *y* velocitatem Euangelij nos purgantis. Volare etiam dicitur Christus,*z* quum ad spiritualem naturam se conuertit,*Psalm.54.*

Incarnatio Christi.

Volantes,vt nubes,sunt *aa* Apostoli prædicantes:vel sunt venientes ad fidem ex Gentibus, *Isa.60.b.*Et volantes animæ sunt iusti ad superna tendentes,*Ezech.13.b.*Et volatilia, *bb* sunt animæ Sanctorum: & perfecti:& contemplatiui,qui possunt in sublime ascendere,*Gen.1.b.7.a.8.c.Leu.11.c.Iob.5.b.8.d.12.b.Isa.14.g. Ierem.4.f.9.c. Ezc.17.g. Soph.1.a.Luc.13.g.*Volantes etiam,vt nubes,sunt,qui per gratiam Spiritus sancti in bono opere sunt veloces.Martyres etiam volucres cæli dici possunt,*1.Cor.15.e.*Volucres,etiam cæli,sunt *cc* alta cogitantes:& volare, est in intellectu spiritualium mysteriorum eleuari,*Psal.8.54.Matth.13.a.*Et volans aquila per medium cæli:*dd* sunt prædicatores in Ecclesia,*Apo.8.14.b.*Et volantes in humeris Philisthinorum,sunt Apostoli susceptí à Gentibus, *Isa.11.d.*

Velocitas Euangelij.

Volans aquila per medium cæli,*ee* est sacra scriptura,cuius tota intentio est,vt homines in cælũ dirigat,*Apo.8.d.* Et volatilia cæli,sunt intellectus subtiliores. Volans autem folium, dicitur litera legis, *Leu.26.e.*Volans quoque volumen,*Zach.5.a.*Dicitur sacra scriptura:quæ dum de cælestibus loquitur, ad superiora mentis nostræ leuat intentionem:quia dum illam super nos esse aspicimus,infima attendere,id est,concupiscere deuitamus.Dicitur quoque volans volumen:quia omnia malorum peccata comprehendit: vel propter velocitatem præmonstratæ punitionis Iudæorum.

Apostoli.

Volans mulier in desertum,*Apoc.12.d.*commendat *ff* nobis transitum ad quietem, & sanctum ocium scripturarum. Volat autem homo cum volucribus virtute speculatiua & contemplatiua: quæ conueniunt homini iam prouecto,& illam mentem adepto,quæ serò aduenit:cui datus est in cibum panis ille,qui de cælo descendit, Auolans autem passer in agrum, est homo veniens ad latitudinem contemplationis, *Leu.14.a.g.* Ad volatum autem nascitur auis, quando homo in afflictione per spem ad summa sustollitur, & conuersationem habet in cælis, *Iob.5.b.Psalm.54.*

Prædicatores.

Volans sagitta in die,*gg* est concupiscentia cognita:vel tentatio,leuis in sciente:vel inanis gloria.Vel sunt verba hæreticorum,quibus promittunt lucem veritatis,*Psalm.90.*

Perfecti.

Volans ad escam aquila,*Iob.9.c.*designat *hh* antiquos Patres: qui in quantum humanitatis infirmitas admittebat,creatoris lucem erecta mente contemplati sunt:sed incarnandum hunc inmundi fine præscientes,quasi à Solis radiis ad terram oculos deflexerunt,quem pro humano genere dum passurum morituramque conspiciunt, quasi more aquilæ post contemplatos solis radios,in cadauere escam quærunt.

Contemplatiui. Martyres.

Auolare dicitur sponsus,*ii* quum de secreta sublimia eleuatur:& quum discedit ab illustrando:& quia quantumcunque

Sacra scriptura.

Transitus ad contemplationem.

Contemplatio

Concupiscentia cognita.

Tentatio.

Inanis gloria.

Verba hæreticorum.

Contemplatio incarnationis Christi.

a *Hie.s.Is.15. Glo.ord.s. Ex. 2.*
b *Lyr.s. Dan. 10.*
c *Aug.s. psal. 39.*
d *Gr.s.ps.101.*
e *Glo. inter.s. Gen.21.*
f *Aug.s. Apo. ho.6.*
g *Rup.4.s.Apo.*
h *Gre.s.1.Re. 15.*
i *Hie.s.Is.13 16.29.11.& s.Zac.11.*
k *Gre.s.1. Re. 4.& 4.m.41. & 5.mor.16.*
l *Glo.ord.sup. Nah.3.*
m *Hil.s.psal. 140. Ambr.s. ps. 118.se. 6. Hie.s.Isai.16. & s.Eze.4. Ori.s.can. ho. 4.& s.Ier.ho. 3.Arn.s. psal. 92.*
n *Gre.s.can. 2.Gre.5.mor. 30.*
o *Gr.5.m.25.*
p *Gre. 19. m. 14.*
q *Cas.col.5.c. 25.*
r *Ori.s.Ios.ho. 7.Au.s.ps.92.*
s *Gre.s.1. Re. 1.& 17.mor. 13.Hie.s. psa. 17.*
t *Hie.s.Ez.32*
u *Ori.s.Is. ho. 1.Amb.3. de spir. 11.Hie. epi.Et factum est.Ru.1.s. Is. 28.*
x *Ori.s.Is. ho. 1.*
y *Hie.et.Septua.*
z *Hil.s.ps.54.*
aa *Hie.s.Is.11 60.& s.Eze. 13.& s.Ier.9 Oris..Eze. ho. 12.& s. cant. hom.3.*
bb *Am.s.Luc. 13.& de Noe. 22.Gre.s.1. Re.14.& 11. mo.2.& 19. mo.2.Ter.de resurrect.*
cc *Arn.s.ps.8.*
dd *Aug.s.Apo.ho.6.11. Rup.5.s. Apo. & s.Zac.5.*
ee *Lyr.s. Leu. 26.Gre.15.m. 7.Hie.s.Zach. 5.*
ff *Rup.7.s.Apo. Geor. Ven. cant5.to. 6.c. 15.Gre.6.mo. 6.Ric.de S. vict.de sec.con. 18.*

gg *Ar.Hil.& Au.s.ps.90.Ber.se.6.s.Qui habit.* hh *Gr.9.m.23.* ii *Am.de Is.7.Hie.s.Is.30.Gr.s.can.6.Cyril.epist.39.*

Digitized by Google

cunque cognoscetur, semper incomprehensibilis permanet, *Cant.* 6.*a*. Auolans passer in agrum est diuinitas Christi, aut eius anima intacta in passione, *Leu.* 14.*a*.

Volare dicuntur pulli de nido,*a* quum hæreticorum discipuli, eorum relinquunt conciliabula, *Isa.* 16.*a*. Et dicuntur volare quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum per gratiam Spiritus sancti de Ægypto, id est, de ignorantiæ tenebris: de Assur, id est, de terrenarum affectibus cupiditatum, quasi aues, quia nulla culpæ vestigia in eis reperiret aduersarius, *Hos.* 11.*d*. *Hab.* 1.*b*. Auolantes occultæ, sunt resipiscentes ab erroribus, *Nah.* 3.*d*. Auolare quoque de angustia, est ipsam euadere, *Isa.* 8.*d*.

Auolans bruchus, dici potest,*b* quum Reges, aut principes moriuntur, qui tam facile discedunt, vt bruchus auolans, minimè rediturus, *Nah.* 3.*d*.

Volucres cæli, quas latet sapientia, dici possunt *c* angeli, *Iob.* 28.*d*. Animæ *d* quoque sanctæ ad superna volantes, volatilia dici possunt, *Gen.* 1.*b*.

Volatilia, quibus præest homo, dicuntur *e* cogitationes leues aut etiam cogitationes bonæ, *Genes.* 1.*c*. Et præterea cogitationes importunæ, vt quæ veniebant ad canistra pistoris, *Gen.* 40.*c*.

Volucres etiam dicuntur *f* homines leues. Et nidificantes in cedro, sunt peccantes, vel pollicentes sibi scientiam in Philosophia & dogmatibus hæreticorum, *Ezech.* 31.*b*.

Volucres descendentes ad cadauera, sunt *g* dæmones, *Genes.* 15.*b*. Item elati superbia, *Psalm.* 78. *Iob.* 12.*b*. 28.*d*. *Ezech.* 29.*b*. 38.*f*. *Hos.* 4.*a*. *Matth.* 6.*d*. 8.*c*. 13.*a*. *Luc.* 8.*a*. Et volans regulus, aut aspis, sunt dæmones, aut principes Iudæorum, *Isa.* 30.*b*.

Volatilia etiam cæli, dicuntur *h* Astrologi, qui astra contemplantur. Item qui superbæ curiositatis studio sublimia perscrutantur, *Iob.* 12.*b*. 35.*c*.

Volatilia præterea cæli, sunt *i* populi decepti ab hæreticis. Item hæretici & diuites huius mundi, *Ezech.* 32.*b*. *Psalm.* 49. Et auolat Ephraim quasi auis, quum hæretici descendunt ab Ecclesia, *Hos.* 9.*c*.

Volatilia interdum dicuntur *k* verba subiecta sacræ scripturæ, de quibus iudicat spiritualis, eisque dominatur: quibus benedixit Deus, vt multiplicentur super terram. Vel sunt voces cælestia prædicantes, *Gen.* 1.*c*.

Volatilia præterea dicuntur Iudæi per orbem dispersi, *Gen.* 1.*b*.

Volatilis lepra, dici potest *l* transitus ab vno vitio in aliud, *Leu.* 13.*g*.

Voluere, Conuoluere, Euoluere, Volutare.

VOLVERE, est rem ab vna parte in alteram vertere. Conuoluere autem est quasi plicare: sicut è diuerso euoluere, explicare, & transigere.

Voluere lapidem ad Saulem, 1. *Reg.* 14.*e*. est *m* proponere Christi potentiam cum humilitate coniunctam prædicatori: ne superbiat.

Euolutus annus post necem Zachariæ, 2. *Par.* 24.*f*. designat *n* tempus prædicationis Christi in Iudæa.

Euolutæ solemnitates, designant *o* transactionem veteris legis, aut gloriæ hæreticorum, *Isa.* 29.*a*. Ad hanc pertinet conuoluta generatio, quæ dicitur quasi complicata & finita, *Isa.* 38.*c*.

Conuolui dicitur, *p* quod in infernum deiicitur, *Isa.* 9.*d*. Et conuolutæ sunt iniquitates collo, quû per eas homo in infernum detruditur, *Thren.* 1.*e*.

Volumen, vide Liber, Voluola.

Voluola, est herba similis hederæ: quæ vitibus & virgultis circundari solet, & in longum serpere, græcè, σμίλαξ, comparantur ei peccata media, quæ Apostolus fœno confert, *Nah.* 1.*c*. iuxta Septuaginta.

Voluptas, vide Delectare. Vomer, seu Vomis.

VOMER, est ferrum in aratro, quod lirat, seu sulcos facit, dictus quod terram vomat.

Vomis, qui bobus trahitur, *q* affectum geminæ charitatis significare potest, vel sensum & animum probum, 1. *Reg.* 13.*d*. *Isa.* 2.*b*.

Vomis etiam significat *r* vim verbi Dei in anima: quo eradicantur spinæ vitiorum, & cordis duritia mollitur. Designat etiam linguam prædicatorum, *Isa.* 2.*b*.

Vomis, seu aratrum, quo percussit Samgar hostes, designat *s* simplicem monitionem, quæ etiam conuertit animas, *Iud.* 3.*d*.

In vomeres seu aratra concidunt gladios, *t* qui iram & & effrænata conuicia deponentes, mittunt manum ad aratrum Christi, nec respiciunt retro, *Mich.* 4.*a*.

Vomere, Euomere, Vomitus.

Vomere propriè est sumptum cibum per os reddere, quod ad alia transfertur.

Euomere dicitur Deus habentes fidem sine operibus,*u* tanquam tepidos, & sibi minimè gratos. *Apoc.* 3.*c*.

Euomuit piscis Ionam, hoc est,*x* Christum, quum ex imis penetralibus mortis, victrix vita processit, *Iona* 2.*d*.

Euomere dicitur terra habitatores malos, *Leu.* 18.*d*. quando *y* Gentilitas veniens ad fidem, abrenunciauit dæmonibus: vel quando homines ipsos impios abominantur.

Vomens, est hæreticus,*z* qui vomit furorem draconum & aspidum insanabilem, *Isa.* 19.*c*. Et mensæ hæreticorû, & etiam Iudæorum plenæ sunt vomitu, cum scripturarum sanctarum non digerunt cibos, nec vniuerso corpori faciunt esse vitales, sed immaturos & fœtentes egerunt: ita vt nullum in eis Deus reperiat locum, *Isa.* 28.*a*.

Vomere dicuntur ebrij, quum *aa* grauiter peccatores puniuntur à Deo: nec tamen resipiscunt, *Ierem.* 25.*e*. Et hic vomitus dicitur vomitus ignominiæ, *Hab.* 2.*d*.

Euomere dicitur mel,*bb* qui delectatus humanis laudibus videns alium laudari, torquetur inuidia, *Prou.* 25.*b*.

Euomere dicitur cibos, quos comederat, qui *cc* detestatur errores, quos didicerat, vel qui luit pro eis pœnas in inferno, *Prouerb.* 23.*a*.

Euomere dicitur hypocrita diuitias, quas deuorauit, *Iob.* 27.*b*. quum *dd* sacræ legis, quam legendo deuorauerat, obliuiscitur: easque de ventre illius Deus extrahit: quia quod obseruare noluit, iusto iudicio de eius memoria euellit: ne præcepta Dei saltem in lingua teneat, quæ non seruauit in vita: vnde per Prophetam dicitur, *Psalm.* 49. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum, per os tuum.

Vorare, Vorax, vide Deuorare. Vorago.

Vorago dicitur barathrum, seu apertura profunda terræ, in quam cadentia non emergunt, sed deuorari videntur.

Voragines terræ, dici possunt *ee* munimenta veritatis, *Isa.* 2.*a*.

Vouere, Votum, Deuotus.

VOVERE, est aliquid sanctè promittere, seque ad illud reddendum obligare, & præcipuè Deo. Vnde votum est promissio Deo facta, aliquando autem votum est desiderium, *Prou.* 31.*a*. Quid dilecte votorum meorum? Deuorare autem idem est, quod destinare, vnde deuotus.

Votum Iephte, designauit *ff* affectum Christi ad offerendam Ecclesiam Deo puram & immaculatam, *Iud.* 11.*a*.

Votum Dauid designauit votum Christi de sustinenda passione, *Psalm.* 21. Et vota Ionæ, *gg* sunt vota Christi, quum per passionem decreuit salutare genus humanum, *Ioan.* 2. Et vota Dei dicuntur fuisse in Christo: quia ipse in se habebat virtutem resurgendi, *Psalm.* 55. In Sanctis quoque sunt vota intra ipsos, quum agunt gratias de bonis interioribus.

Votum vouet Deo, *hh* qui se ipsum consecrat Deo: qui & voto offerre hostiam dicitur, *Gen.* 28.*d*. *Leu.* 7.*d*. votum etiam vouet & soluit Domino: qui est sanctus corpore & spiritu, *Isa.* 19.*d*. Et vota quidem varia sunt, secundum quod quis offert, quæ sunt extra se: sed votum Nazaræi, est præcipuum: quia offert seipsum *Exod.* 36.*a*. *Num.* 30.*a*. *Psalm.* 64. 115. Deuota autem mente offerendum est Deo, quicquid illi offertur, *Exod.* 35.*c*. Ponuntur autem vota diuersa, quibus se vel alios, aut sua quisque consecrat Deo, *Leu.* 27.

Votum aliquando est *ii* oblatio seu exhibitio, & vota redduntur Deo, nunc quidem in oblatione Eucharistiæ, & etiam per Martyres. Sed postmodum redduntur in patria plenius, vbi Deus semper laudatur, *Psalm.* 21. 60. 64. 65. 115. *Num.* 6.*a*.

Votum Annæ designat *kk* rigorem propositi ad cœlestia tendentis, vt ita intentè orare possit. 1. *Reg.* 1.*b*.

a *Hie. s. Is.* 11. & *s. Na.* 3. & *s. Hab.* 1. *Rup. s. Hos.* 11.
b *Rup. s. Nah.* 3.
c *Amb.* 1. *de int.* 9.
d *Bed. s. Gen.* 1. *Ori. Gen. h.* 1. *Basi. exa. h.* 10. *Am. de parad.* 11.
e *Bed. s. Gen.* 1.
f *Hie. s. Ez.* 31
g *Amb.* 2. *de Abr.* 8. *Arn. s. psa.* 78. *Hil. s. Matt. can.* 5. 7.
h *Gre.* 7. *m.* 1.
i *Gre. s. Ezec.* 29. & *s. Iob.* 12. & *s. Hos.* 4. & *s. Isa.* 20 & *s. Iob.* 12. & *s. Hos.* 4. & *s. Isa.* 20. *Hie. s. Iob.* 12. *Gre.* 26. *m.* 11. *Hie. s. ps.* 49. & *s. Hos.* 9. *Au.* 13. *conf.* 23. & 1. *de gen. cont. Man.* 13. 25.
k *Au.* 1. *de ge. cont. Man.* 23. 25.
l *Glo. ord. sup. Leu.* 13.
m *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
n *Hie. s. Is.* 17.
o *Hie. s. Is.* 29. 38.
p *Gl. int. s. Isa.* 9.
q *Ter. aduer. Marc.* 4. *Gre. s.* 1. *Reg.* 13.
r *Hie. s. Isa.* 2.
s *Ori. s. Iud. h.* 3.
t *Hie. s. Mi.* 4.
u *Amb. s. psa.* 18. *se.* 2.
x *Hie. s. Ion.* 2.
y *Au. q. in Le.* 67. *Isy. s. Leu.* 18.
z *Hie. s. Is.* 19. 28.
aa *Glo. ord. s. Ier.* 25.
bb *Ber. se. par.* 40. 47.
cc *Bed. s. Pro.* 23.
dd *Gre.* 15. *m.* 6.
ee *Hie. s. Isa.* 2.
ff *Au. q. in Iu di.* 4. 9.
gg *Hie. s. Ion.* 4. *Hil.* & *Au. s. ps.* 55.
hh *Philo. de somniis. Hie. s. Isa.* 19. *Ori. s. Num. ho.* 24. *Glo. inte. sup. Exod.* 35. *Isy. s. Leu.* 27.
ii *Hil. s. ps.* 65. *Au. epi.* 120.
kk *Gre. s.* 1. *Reg.* 1.

Incomprehensibilitas Christi.
Resipiscere ab erroribus.
Mors principum.
Angeli.
Anima sancta.
Cogitationes.
Homines leues.
Dæmones.
Superbi.
Astrologi.
Curiosi.
Decepti ab hæreticis.
Diuites.
Verba subiecta sacræ scripturæ.
Iudæi dispersi
Transitus à vitio in vitium.

Tempus prædicationis Christi.
Cessatio veteris legis.
Mitti in infernum.

Charitas.
Verbum Dei.
Lingua prædicatorum.
Monitio simplex.

Resurrectio Christi.
Abrenuncians gentilitas dæmonibus.
Peruersa doctrina hæreticorum.
Impœnitentia.
Inuidia.
Detestatio pristini erroris
Pœna inferni.
Obliuio scripturarum.

Charitas Christi.

Consecrari D.o
Deuotio mentis.
Eucharistia.
Laudes in patria.
Rigor propositi.

Digitized by Google

Obligatio.

Vouere dicuntur fideles Domino *a* in baptiſmo, vbi renunciant diabolo & pōpis eius, & ſe tradunt Deo, *Pſa.* 75.

Votum aliquando eſt obligatio, & votum viri dicitur obligare: quia eſt *b* rationis: votum verò vxoris, vel filiæ non valet, niſi à patre aut viro approbetur, hoc eſt, actus ſenſualitatis, vt ſit rectus, eſt conſilio rationis approbandus, *Num.* 3. *a.*

Vota pinguium, hoc eſt, *c* Iudæorum & hæreticorum, non approbat Deus, *Amos.* 5. *f.*

Vpupa.

Libidinoſi. Triſtes.

Vpupa, eſt auis chriſtis in capite prominentibus galeata, in ſimo ferè ſemper commorans, & nidificans. Numeratur inter aues immundas, & habet vlulatum pro cantu.

Vpupa nidificans in ſtercoribus, *d* libidinoſos ſignificare poteſt, *Leu.* 11. *b. Deu.* 14. *b.* Vt autem lugubrem habet cantum, deſignare poteſt *e* bene operantes, ſed cum triſtitia: vel è diuerſo, ſignificat habentes triſtitiam ſecundum ſeculum.

Vr.

Spiritus ſanctus. Ira. Concupiſcentia carnalis.

Vr, id eſt ignis, vel lumen, aut incendium: vrbs Chaldæorum, vnde egreſſus eſt Thare cum filio Abraham. Secundum aliquos Vr non eſt vrbs, ſed erat incendium, aut ignis, inde educti ſunt Thare, & Abraham.

Vr, vt interpretatur ignis, *f* S. Spiritum ſignificare poteſt, aut feruorem charitatis, *Gen.* 11. *d.* 15. *b.* 1. *Par.* 2. *g.*

Vr etiam, vt interpretatur incendium, *g* iram deſignare poteſt.

Vr, iuxta Origenem interpretatur irritatio: & fuit rex Madian occiſus à filiis Iſraël, & deſignat concupiſcentiam carnalem vincendam, *Num.* 31. *d.*

Vrbs, vide Ciuitas. Vrceus.

Vrceus, eſt vas, quo aqua in vrnam infunditur, vel in ahenum.

Vrceoli, dicuntur *h* minorem & magis tenuem doctrinam habentes, *Eccle.* 2. *b.*

Vrere, vide Accendere. Vredo.

Diabolus. Expellere bonos. Defendere peccata.

Vredo, eſt morbus herbarum, fruticum, & arborum: qui etiam rubigo dicitur.

Vredo ſpicarum dici poteſt diabolus, qui bona opera perdere conatur, *Gen.* 41. *a.*

Vrgere.

Vrgere, eſt cogere, premere & impellere.

Vrgentes Ægiptij filios Iſraël, vt exirent velociter, *Exod.* 12. *e.* deſignant malos expellentes à ſe bonos.

Vrget quaſi exactor, *i* qui nimium exigit ſtipendium, quod tam de prædicatoribus, quam de aliis dici poteſt, *Exod.* 22. *d.*

Vrgere dicitur puteus os ſuum ſuper aliquem, quando aliquis non contentus quod peccauerit, etiam fit defenſor peccati, *Pſalm.* 68.

Vrias.

Princeps huius mundi.

Vrias, id eſt ignis domini, aut lumen domini, maritus Bethſabe, iuſſus occidi fraudulenter à Dauid: typus eſt *k* principis huius mundi, qui ſubiectas habebat Gentes, 2. *Reg.* 11. *a.* Erat autem Cethæus, hoc eſt, abſciſſus, ſiue quod in veritate non ſteterit, ſed à luce ſua ſuperna, quā de Deo habebat, ſuperbiæ meritò abſciſſus eſt: ſiue quod cadendo veris viribus perditis, transfigurat ſe in Angelum lucis, audens adhuc dicere: Lux mea Dei eſt.

Populus Iudaicus. Sacerdotium. Iudai ante aduentum Chriſti.

Vrias etiam vt interpretatur lux mea Dei, typus eſt *l* populi Iudaici: qui de accepta legis ſcientia extollitur, quaſique de luce Dei gloriatur, vnde de illo aufertur lex, & demum occiditur, 2. *Reg.* 11.

Vrias ſacerdos adhibitus ab Iſaia in teſtem, *Iſa.* 8. *a.* typus eſt *m* ſacerdotij teſtificantis de Chriſto. Ideo interpretatur lux Domini, vel lux mea Deus, qui etiam deſignat populum Iudaicum, qui teſtis eſt ante aduentum Domini.

Vrina.

Vrina eſt lotium, quod animalia reddunt è veſica, 4. *Reg.* 18. *f. Iſa.* 36. *c.*

Vrna.

Vrna eſt, vas aquarum, quod ad hauriendam aquam deſeruire ſolet.

Vrna manna, *n* theſaurum verbi Dei, ſeu intellectum verbi Dei ſubtilis & dulcis deſignat: erat autem in arca. hoc eſt, in Chriſto, *Heb.* 9. *a.*

Vrſus, Vrſa.

Deus. Chriſtus. Gentiles. Regnum Perſarum. Inuidentia. Crudelitas Haman. Iudai. Dæmones. Hæretici. Serui homines. Crudelitas. Hypocriſis. Ardor vitiorum. Errores. Cogitationum prurigines. Deſideria. Pœna hæreticorum. Caro macerata. Fortis in tribulatione. Eccleſia. Corpus perſecutorum eccleſiæ. Cor carnale. Cogitatio carnalis. Homo.

Vrsvs, *o* eſt animal ferum, lupo maius & robuſtius. Vrſa verò eſt fœmina, quæ parit animal velut carnem informem, quam lingua ſola lambendo effingit in ſimilitudinem animalis. Eſt vrſus animal omniuorum, quippe qui fructus arborum, quas agili corpore aſcendit, edit, & legumina, & apes perfringens alueos, & cancros & formicas, carne etiam veſcitur. Hyeme latent adcóque eo tempore pingueſcunt tam mas, quam fœmina, vt mouere ſe nequeant. Eſt animal inquietum, adeò vt ad ſtipitem litigatus, nunquam penè ceſſet in circuitum pergere, vel pedibus fixis caput huc illucque agitare.

Vrſa aliquando dicitur *p* Deus: & vt vrſa eſt ſæuiſſima raptis catulis, ita Deus acriter caſtigat peccantes, aut facientes alios peccare, *Oſe.* 13. *b.* Sic dicitur factus quaſi vrſus homini, quando in paradiſo poſt peccatum illi occurrit, *Thren.* 3. *b.* Chriſtus etiam erit vrſus in ſecundo aduentu, *Amos* 5. *f.*

Vrſa *q* gentilem populum deſignare poteſt. Vt enim vrſa filios lingua format, ita ex gentibus veniens ad fidem, verbo formatur ad hoc, vt ex vita ferina manſueſcat. Iam autem manſuefactus, ipſe quoque vt bos ſanctificatur. Item vt vrſa effingit ſuos partus. Ita homo ſua opera. Vrſa etiam à qua rapiuntur fœtus, eſt gentilitas, à qua auferuntur, qui conuertuntur, *Prou.* 17. *b.*

Vrſus in viſione Danielis, *r* regnum Perſarum durum & parciores victus deſignat, *Dan.* 7. *b.* Typus etiam eſt *ſ* inuidentiæ, quæ ſæua eſt, & ſolitaria, & inquieta, ſicut ipſum animal. Exprimitur etiam *t* crudelitas Haman principis ſub rege Perſarum, qui deſtruere voluit gentem Iudæorum, *Apoc.* 13. *a.*

Vrſus, quem ſuffocauit Dauid, *u* Iudæos crudeles & ſuperatos à Chriſto deſignat, 1. *Re.* 17. *d.* Et vrſi crudeles ſunt Iudæi, aut dæmones, *Iſa.* 59. *c. Thren.* 3. *b. Amos* 5. *f.* Vrſi etiam deuorantes pueros, ſunt dæmones, 4. *Reg.* 2. *d.* deſignant quoque vrſi hæreticos, *Apoc.* 13. *a.* Vrſus etiam ſignificat feroces homines, & ſeruos inſidiatores, *Iſa.* 11. *b.* Et vrſa latens, eſt doloſa crudelitas in corde latens, & etiam hypocriſis.

Vrſi duo occidentes pueros inſultantes Eliſæo, 4. *Reg.* 2. *d.* dici poſſunt *x* Veſpaſianus & Titus ſubuertentes Iudæam.

Vrtica.

Errores. Cogitationum prurigines. Deſideria. Pœna hæreticorum.

Vrtica, eſt herba ſpinis tenuiſſimis infeſta tangentibus. Græcè dicitur κνίδη, deſignat *y* vitia & errores in Hieruſalem, ſeu ardorem vitiorum, & cogitationum prurigines. & homines in peccatis exiſtentes, *Iſa.* 34. *c* 55. *d.* deſignat etiam *z* deſideria inutilia, quia in deſideriis, eſt omnis otioſus, *Prou.* 21. *d.* 24. *b.*

Vrtica etiam deſignat pœnam hæreticorum, *Oſe.* 9. *b.*

Vſurpare.

Vſurpare, eſt in frequenti vſu habere, & etiam poſſeſſionem alicuius rei capere, & peculiariter præter ius rem alterius vendicare, *Deut.* 5. *b. Ioſ.* 7. *a.*

Vſura, vide Fœnus. Vter, Aſcopera.

Caro macerata. Fortis in tribulatione. Eccleſia.

Vter, eſt pellis, qua vinum aut oleum deferri ſolet. Aſcopera verò eſt ſaccus pelliceus, qui & marſupiū dicitur.

Vter in pruina, intus vacuus, & extra contractus, deſignat *aa* carnem ieiuniis maceratam, & à concupiſcentiis refrigeratam, *Pſalm.* 118. Vel vter pruina, eſt, qui fortis eſt in tribulatione. Vter enim in pruina rigeſcit.

Sicut in vtre congregat Deus aquas maris, hoc eſt, *bb* fideles in Eccleſia populos, vt vinum nouum in vtres nouos recordatur, doctrina videlicet euangelica in cordibus credentium. *Pſal.* 32.

Corpus perſecutorum eccleſiæ.

Vter eſt corpus mortale perſecutorum Eccleſiæ, intra quod retinetur, & premitur eorum ſeuitia, quam non audent proferre.

Cogitatio carnalis.

Quaſi in vtre ſtatuit Deus, aquas, *cc* quando cohibet concupiſcentias carnales ne extra effluant, *Pſal.* 77. Vbi vter eſſe poteſt cor carnale: aut carnalis cogitatio. Et *dd* quilibet homo vter dici poteſt. *Ie.* 13. *b.* vbi nos lagūcula. Et vtres veteres ſunt, qui in vetuſtate peccati exiſtunt: noui verò per gratiā renouati. Vel vtres veteres erant *ee* Phariſæi

& Iudæi,

a *Ar. ſ. pſ.* 75.
b *Ori. ſ. Num. h.* 24. *Au. qu. in Num.* 59
c *Hie. ſ. Amos* 5.
d *Iſy. ſ. Le.* 12.
e *Glo. ord. ſ. Leu.* 12.
f *Gre. ho.* 33.
g *Geo. Ve. can.* 1. *to. ca.* 35. *Ori. ſ. Nu. ho.* 25.
h *Hie. ſ. Eccl.* 2.
i *Glord. ſ. Ex.* 22.
k *Amb. Apo. Dauī.* 3. *Aug.* 22. *con. Fauſt.* 87.
l *Gr.* 3. *m.* 27.
m *Hie. ſ. Iſai.* 8. *Rup.* 1. *ſ. Iſ.* 34. 1. *ſ. Matt.*
n *Ori. ſ. Exod. ho.* 9. *& ſ. Nu. ho.* 10.
o *Ari.* 7. *de hiſt. animal.* 5. 17. *Ric. de S. vict. de vitia mutab.* 8.
p *Dio. cel. hie.* 2. *Hie. ſ. Hoſ.* 13. *Rup. ſ. Ier.* 62. *& ſ. Amo.* 5.
q *Cle. Ale.* 5. *ſtro. Amb.* 6. *exae.* 4. *Bed. ſ. Prou.* 17.
r *Hie. ſ. Dan.* 7.
ſ *Ric. de S. Vi. de vita mut.* 8.
t *Ru.* 8. *ſ. Apo.*
u *Chr. ſ. pſ.* 93. *Hie. ſ. Iſ.* 59. *& ſ. Amo.* 5. *Au. ſe.* 197. *Euc. for. Spirit.* 5.
x *Au. ſe.* 204.
y *Hie. ſup. Iſa.* 55.
z *Gre.* 18. *mor.* 11. *& 33. m.* 5.
aa *Hil. & Au. ſ. pſ.* 118. *Amb. ſ. pſ.* 118. *ſe.* 2. *Iſy. ſ. Leu.* 7.
bb *Hie. ſ. pſal.* 32. *Aug. ſ. pſa.* 32.
cc *Aug. ſ. pſa.* 77. *Gre.* 8. *m.* 16. *& 19. m.* 8.
dd *Or. ſ. Ie. h.* 9. *& ſ. Leu. h.* 4. *& 1. peri.* 3. *Baſ. ſ. pſ.* 92.
ee *Hie. ſ. Mat.* 9. *Hil. ſ. Matt.* 9. *can.*

Digitized by Google

& Iudæi,noui fideles ſub Chriſto,vel vtres veteres ſunt imperfecti,noui verò perfecti.

Vter impoſitus humeris Agar,deſignat *a* literam legis non ſedantem ſitim,& etiam purificationes Iudaïcas, & doctrinam carnalem in pelle mortua clauſam,quæ nec refrigerium præſtat,nec ſedat ſitim,*Gen.*21.*b*. *Litera legis.*

Vterus,Vterinus,vide Venter. Vti,Vſus,Vtenſilia.

Vti,eſt rem aliquam in facultatem aſſumere.Vtenſilia autem dicuntur,quæ ad vſum noſtrum aſſumuntur.

Vti ancilla vt libet,*b* eſt in litera ſenſus ſpirituales inueſtigare,vel eſt dominari carni,*Gen.*19.*a*. *Dominari carni.*

Vtuntur fœminalibus ſacerdotes,quando intrant tabernaculum,*Exod.*28.*g*. vt deſignent *c* non ſolum abſtinendum eſſe ab vxoribus,verum etiam omnem carnalem concupiſcentiam reprimendam. *Repreſſio concupiſcentiæ.*

Vti veſte Aaron poſt ipſum Aaron,& vti ea ſeptem diebus, *Exod.*29.*c*.35.*b*. eſt *d* imitari ſublimia opera tempore huius vitæ. Ad hoc facit vſus vaſorum tabernaculi & vaſorum menſæ:& vſus ipſius tabernaculi:& vſus varij lignorum,omnia enim pertinent ad opera imitationis & exercitationis virtutum: Vtenſilia quoque tabernaculi & candelabri,ad ipſa opera referri poſſunt,*Exod.*27.*d*.30.*c*.36.*a*.37.*c*.38.*d*. *Imitari ſublimia opera. Exercitatio virtutum.*

Vſus varij adipis,*Leu.*7.*c*.ſunt quando *e* transferimus affectus,quibus antea peccauimus ad aliquam virtutem. *Procurantes dæmones proſpera.*

Benè vſi dicuntur Ægyptij Abraham propter Saram , *Gen.*12.*d*. deſignantes *f* dæmones, qui procurant nobis proſpera in hoc mundo,vt detineant animam in peccato.

Vſus humani,ad quos non ſunt ſumenda vnguenta,*Exod.*30.*d*. deſignant *g* non vſurpanda eſſe diuina in obſequium hominum.

Vtilis,Vtilitas,Inutilis.

Vtile dicitur,id quod nobis vſui eſt,vel confert.Inutile verò eſt contrarium.

Vtilia,quæ docet Deus,deſignant *h* legem nouam,*Iſa.*48.*c*. *Lex noua.*

Vtilitas dicitur non eſſe in ſanguine Chriſti,*Pſalm.*29.quia *i* paucis prodeſt qui tamen ſufficiat omnibus. Vel dicitur,quia vtilitas eius non eſt in eo qui viuit vita carnali.

Inutilis dicitur,*k* qui ſolum facit quod debet,& nihil addit ſupererogando,*Pſalm.*13,*Luc.*17.*c*.

Inutilis dicitur Bethel,quum non amplius dicitur domus Dei, ſed domus idoli,*Amos* 5.*a*.

Inutilis,eſt *l* qui peccat:& inutilia opera,ſunt peccata,& inutiles cogitationes,quæ ſunt malæ,*Pſa.*52.*Iſa.*59.*b* *Peccans. Peccata.*

Inutilis viſio,eſt *m* doctrina hæreticorum,*Hoſ.*10.*c*.vtilitas autem nulla ex Ægyptiis habetur,hoc eſt,ex dæmonibus & hæreticis.*Iſa.*30.*a*. *Doctrina hæreticorum.*

Vua,vide Botrus.
Vulgus,vide Populus.
Vulnerare,Vulnus,vide Vlcus.

Vulpes.

VVLPES,*n* eſt animal mirè aſtutum:cuius aſtus in fabulis celebratur, latrant vt canes,nec vnquam manſuescunt.Latent in cauernis,& latentes decipiunt,odore tetro etiam putrent.Quumque apparuerint,nunquam rectis itineribus,ſed tortuoſis anfractibus currit,dicitur eſſe amica coruo, propter communes inimicitias cum æſalone.

Vulpes inſidiantur lupis , vt rapiant partes cibi ab eis etiam rapto habiti , qua ratione in bonum ſignificant *o* prædicatores,qui bene inſidiantur,vt rapiant poſſeſſos à diabolo,*Pſalm.*62. *Prædicatores.*

Chriſtus eos,*p* qui in effodiendis & infodiendis diuitiis verſantur,homines prauos,& planè terræ filios, vulpes appellauit,*Matt.*8.*c*.*Luc.*9.*b*.Vulpes quoque dicuntur reges & principes terræ, ſicut & Chriſtus Herodem vulpem nominauit.Et miniſtri Herodis,qui quærebant animam Chriſti,vulpes erant,*Luc.*9.*f*.*Pſalm.*62.*Cant.*2.*d*. *Auari. Principes terræ. Miniſtrī principum.*

Vulpes dici poſſunt *q* dæmones & hæretici , & homines fallaces , *Cant.*2.*d*. *Neh.*4.*a*.*Thren.*5.*d*.*Luc.*9.*g*.13.*g*.Et vulpes,in deſertis ſunt hæretici extra Eccleſiam ad capiendas aues ſimplices & quærentes eos , qui deſerti ſunt à gratia Dei.*Ezech.*13.*a*. *Matth.*8.*c*. *Pſalm.*62. Vulpes dictus eſt Herodes,quia verſipellis & fraudulentus , & quia à via recta deflectens tortuosè ambulabat. Vulpes latrant vt canes. Sic hæretici , vt prædicatores , nunquam tamen manſuescunt,vt fiant domeſtici ipſius Eccleſiæ.Et vt vulpes nō eſt apta cibo,nec alij vſui,ita nec hæretici.Vulpes circa domos verſantur,& in cauernis ſe occultant,& domeſticis auibus inſidiantur, ita pſeudoprophetæ & hæretici circum Eccleſiam obambulant,vt ſimplicibus inſidientur.Vulpes trecentæ , ſunt dæmones , qui combuſſerunt ſegetes Iudæorum,*Iud.*14.*a*.Vulpeculæ quoque dicuntur diſcipuli hæreticorum, qui ingreſſi in Eccleſias noſtras fideles,qui in vinea Chriſti,vt botri ſe exhibent,falſa doctrina ſubuertunt. *Hæretici. Fallaces homines. Diſcipuli hæreticorum.*

Vulpes paruæ,quæ demoliuntur vineas,*Cant.*2.*d*.ſunt *r* malæ ſuggeſtiones,& prauæ cogitationes, quæ capiendæ ſunt,dum ſunt prauæ,ne nutriantur,& noceant.Item occultus detractor & blandus adulator,& etiam vitia virtutis ſpeciem habentia. *Suggeſtiones malæ. Cogitationes praue. Detractor. Adulator. Vitia ſub ſpecie virtutis.*

Vultur.

VVLTVR,*s* eſt auis rapax,carniuora,& magni corporis , computatur inter animalia immunda. Fertur generare ſine coniuge,& viuere centum annos.Poteſt ſignificare approbationem virginitatis. *Chriſtus.*

Vultur *t* Saluatorem noſtrum deſignare poteſt,*Iob.*28.*b*.Vultur etiam dum volat , ſi iacens cadauer conſpicit, ad eſum ſe cadaueris deponit, & plerumque ſic in morte capitur , dum ad mortuum animal de ſummis venit ita Chriſtus manens in altitudine diuinitatis ſuæ, quaſi quodam volatu ſublimi cadauer mortalitatis noſtræ conſpexit in infimis,& ſeſe de cælestibus ad ima ſubmiſit,quippe propter nos homo dignatus eſt, & dum mortuum animal petiit,mortem apud nos,qui apud ſe erat immortalis inuenit. *Gentilis populus.*

Vultur etiam deſignare poteſt gentilem populum,qui per errores mortuorum hominum diſcurrebat, *Iob.*28.*b*.

Vultur dicitur etiam,*u* qui recta & ſublimia docet,& tamen diripit proximos, ſicut vultur ſublime volat,& tamen ad diripiendas carnes dimittitur,*Leu.*11.*b*. *Doctor rapax.*

Vultur ſequens cadauera,deſignat eum,qui gaudet & paſcitur morte aliorum. Rixis enim & bellis gaudet vultur,propter cadauera præliorum in tantum vt etiam ſequatur exercitum.Non ergo oportet aliorum caſibus paſci, atque nutriri eum,qui contemplationi dat operam,ne computetur inter animalia immunda,vt vultur,*Leu.*11.*b*. *Gaudens morte aliorum.*

Vultus,vide Facies.Vulua,vide Venter.Vxor.

Vxor dicitur mulier,quæ viro in matrimonium coniuncta eſt.

Vxor Chriſti,propter quam ipſe reliquit patrem & matrem,eſt *x* Eccleſia,quam ſibi copulauit, repudiata ſynagoga.Eandem deſignarunt vxores Abrahæ,Iſaac,& Ioſeph, *Gen.*1.*d*.20.*a*.24.*a* 41.*f*. *Matth.*19.*a*.Et vxor proximi, eſt Eccleſia , vel Eccleſiaſtica conuerſatio vxor Chriſti , *Ezech.* 33.*f*. *Prouerb.*19.*c*. Vxor etiam Moſis eſt Eccleſia, *Exod.*4.*c*.17.*a*.Item vxor Samſon alienigena,eſt Eccleſia ex gentibus,*Iud.*14.*a*.Et vxor ſacerdotis virgo , *y* eſt Eccleſia,*Leu.*21.*c*.Et vxor viri de domo Leui,*Exod.*2.*a*.Vxor etiam Pilati quæ defendebat Chriſtum,typus eſt Eccleſiæ,*Matth.*27.*b*.Hæc eſt vxor vnius epiſcopi,quæ non debet adiungi alij viro,hoc eſt ſenſui hæretico , 2. *Tim.*3.*a*. Et vxor ſerui debitoris,quæ iubetur venundari,diœceſis epiſcopi,*Matt.*18.*c*. Et Eccleſia eſt vxor ſicut vitis abundans,*Pſalm.*127.Ipſa Eccleſia,*z* eſt vxor agni,quæ præparata eſt ad nuptias,*Apoc.*19.*b*. *Eccleſia.*

Vxor ipſius Chriſti prior , erat *aa* ſynagoga, quæ repudiata eſt vt fornicaria. *Hoſe.*1.*a*.Et vxor Iudæ,eſt eadem ſynagoga,*Gen.*38.*a*.Vxor Iob,quæ exhorruit halitum eius,eſt ſynagoga,quæ eum,quem videbat hominem, Deum credere expauit,*Iob.*19.*c*.Hæc eſt vxor facta vidua,*Pſalm.*108.Vxor Putipharis eſt ſynagoga, quæ mœchari voluit cum Chriſto,negando eius diuinitatem,*Gen.*39.*a*.Vxor Phinees ſacerdotis,quæ mortua eſt in partu,deſignat plebem Iudaïcam,ſacerdotibus ſubiectam,quæ interiit credente Eccleſia ex gentibus , 1. *Reg.*4.*d*.Vxor etiam Samſon dici poteſt ſynagoga,cui prius iunctus eſt Chriſtus,*Iud.*14.*a*. *Synagoga.*

Vxor Amram cum viro ſuo,deſignare poteſt *bb* patriarchas , virginem Mariam:mentem , & etiam ſenſualitatem,*Exod.*2.*a*. *Patriarcha. Virgo Maria. Mens. Senſualitas.*

Vxor interdum dicitur *cc* caro,cuius vir eſt ipſa ratio:quæ debet illā regere:illaque debet obtemperare,*Gen.*30.*f*. *Exod.*21.*a*.*Pſalm.*127.Et vxor Lot,eſt caro reſpiciens ad vitia,*Gen.*19.*e*.Et vxores captiuæ , deſignant carnem ſubiectā ſpiritui,*Ge.*34.*d*.Eandē poſſunt deſignare vxores filiorum Iſraël,*Exo.*32.*a*.Hæc eſt vxor propter quā excuſatur,qui ei adhæret,à cœna conuiuij cælestis,*Iu.*14.*d*.Vxor autem Abrahæ,carnē Chriſti poteſt deſignare, *Ge.*20.*a*. *Caro.*

Vxor

a *Ori.ſ.Gen. ho.*7.*Rup.*6.*ſ. Gen.*12.
b *Glo.inter.ſ. Gen.*16.
d *Glo.ord.ſ. Exod.*18.
c *Glo.int.ſup. Exod.*27.19. *Gl.or.ſ.Exo.*3.
e *Glo. inter.ſ. Leu.*7.
f *Cyr. de ado. in Spiritu ſancto.*
g *Glo.inter.ſ. Exo.*30.
h *Glo.inter.ſ. Iſa.*48.*Ori.ſ. Ier.ho.*11.
i *Baſ.ſ.pſ.*29.
k *Ori.ſ.Ro.*3. *Hie.ſ.Amos.*5
l *Hil.ſ.pſ.*52. *Hie.ſ.Iſa.*59.
m *Hie.ſ. Hoſ.*10.
n *Ari.*9. *hiſt. anim.*3. *Arn. ſ.pſa.*62.
o *Cle.Ale.*1. *ſtrom.*
p *Au.ſ.pſ.*62 *Ru.ſ. cant.*2.
q *Ori.ſ.Nu.h.* 11.*& ſ.Ez.h.* 2.*Hie.ſ.Ez.*8. 13.*Am. ſ.pſ.* 118.*ſer.*2.*&* *Luc.*9.*&ſe.* 79.*Hi.ſ.Mat. ca.*7.*Au.ſ.pſ.* 8.*&ſe.*107. *Gre.*19.*m.*1. *& ſ.can.*2. *Ber.ſ.can.ſer.* 62.*Cyr.*10.*ſ. Ioa.*4. *Rup.ſ. Iud.*7. *Chryſ. pſ.*96.
r *Ori.ſ. can.h.* 4.*Ber.ſ. ca.ſe.* 73.
ſ *Ba.exa.h.*8.
t *Gre.*18. *mo.* 21.
u *Ori.ſ.* Le.*h.* 7.*Iſy.ſ.Le.*12.
x *Ori.ſ.Matt. h.*35.*Geo. Ve. can.*1.*to.c.* 16. *Hi.ſ.Eze.*13. *Am.ſ.Lu.* 17. *de digni ſac.*4.
y *Au.ſ.pſ.* 80. 127. *Iſy.ſ.Le.* 21. *Bed. ſup. Exo.*2.
z *Aretas ſu. Apoc.*19.
aa *Hie.ſ. Hoſ.* 1.*Gre.*14.*mo.* 22.*Au.ſ. pſa.* 158. *Bed. ſ. Gen.*39 *Glo. ord.ſ.*1.*Re.*4. *Ru.*7.*Iud.*15.
bb *Glo. ord. ſ. Exod.*2.
cc *Arn. ſ.pſa.* 127.*Hie.adu. Iouin.*2.*Geor. Ve.can.*4.*t.* 6. *c.*15.*Or.ſ.Ge. h.*5.*Aug.de ver.do.ſe.* 33. *Cyr.de ado.in Spir.ſan. Bed. ſ.Ex.*21.

Digitized by Google

Caro Christi. Sapientia. Philosophia.

Vxor Abrahæ, dicitur sapientia: & vxor Isaac: & vxor Mosis, *Gen.* 20. *a.* 26. *b. Exod.* 2. *d.* 21. *a.* & vxor proximi, est sapientia, *Prou.* 4. *b. Sap.* 9. *b. Ezech.* 18. *b.* Hæc est vxor, cum qua fruendum est vita, *Eccle.* 9. *c.* hæc Sara, hoc est sapientia fert leges, quas mali sustinere nequeunt: sicut Agar, non potuit sustinere Saram, *Gen.* 12. *b.* 16. *b.* & vxor, quæ fuerat captiua, est sapientia, vel philosophia, *Deut.* 21. *b.* vxor Abimelech, est philosophia naturalis, prius sterilis, sed peperit post orationem Abrahæ, hoc est, post aduentum Christi, *Gen.* 20. *d.* & vxor proximi, cum qua non est coeundem, est philosophia, cuius dogmata non sunt miscenda cum doctrina Ecclesiæ, ne in errorem labamur, *Leu.* 18. *c.* vxor abundans sicut vitis, est sapientia, quæ in lateribus operum nostrorum extenditur, *Psalm.* 127.

Gratia.

Vxores filiorum Noe, designat *a* gratiam, siue charitatem: quæ commixta esse debet filiis Noe, hoc est, operibus, sine qua opus nostrum inualidum est, & inutile, *Gen.* 6. *d.*

Spes.

Vxor Manue confortans virum de visione Dei, *Iud.* 13. *d.* est spes, quæ inde nos eleuat, vnde spiritus pauore concutitur, quia ea, quæ superna sunt, prior videt.

Lex naturalis.

Vxor adolescentiæ, *b* est lex naturalis in corde scripta, quæ semper est nobis coniuncta, & dicitur vxor fœderis, *Mal.* 2. *d.*

Sensus.

Vxores, à quibus est abstinendum ad ascensum montis, sunt *c* sensus impedientes contemplationem diuinorum, *Exod.* 19. *c.*

Gentilitas.

Vxor ab adolescentia fuit *d* gentilitas in lege naturæ, *Isa.* 54. *c.* quæ postea facta est fornicaria, quãdo cœpit idola colere, *Hose.* 1. *a.*

Operatio.

Vxor præterea quandoque dicitur actio, seu operatio, *Exod.* 21. 22. *c.* Et vxor empta cum seruo, est bona operatio ante conuersionem. Vxor verò tradita à domino, est bona operatio post conuersionem, per exhortationem prædicatoris.

Anima sine bonis operibus

Vxor fratris defuncti sine liberis, *e* est anima sine bonis operibus, vel synagoga, vel terra, in qua viuens quis non bene operatus est, *Gen.* 38. *a. Deut.* 25. *b. Matth.* 22. *c.*

Anima voluptuosa.

Anima seuera.

Vxores duæ, vna amabilis, & altera odiosa sic se habent, *f* vt amabilis designet animam concupiscentem voluptatem, odiosa verò vxor, est anima seuera, vel virtus, *Deut.* 21. *c.* vel vxor dilecta Christi, est synagoga, odiosa verò Gentilitas, cuius filius prælatus est filio dilectæ, & habet duplicia, nempe literam & spiritum.

Synagoga.

Gentilitas.

Infirmi in Ecclesia.

Vxores aliquando dicuntur *g* infirmi in Ecclesia, *Gen.* 46. *c.* & vxor Iob, est vita carnalium in Ecclesia, *Iob.* 2. *c.*

Iudæi & gentiles.

Vxores Dauid duæ, quas captiuarunt Amalecitæ, designant Iudaicum & Gentilem populum, 1. *Reg.* 30. *a.* Vxores autem Dauid multæ, multarum gentium & nationum imaginem gerunt: quæ per fidem Christi consortio sunt copulatæ, 2. *Reg.* 16. *d.*

Non docentes verbo neque exemplo.

Vxores non transeuntes Iordanem, designant eos: *h* qui non docent neque verbo, neque exemplo, *Ios.* 1. *c.* De quibus 1. *Tim.* 2. *d.* mulieres docere in Ecclesia non permitto.

Vita actiua & contemplatiua.

Vxores duæ Elcana, designabant *i* conuersionem & gratiam, vel vitam actiuam & contemplatiuam 1. *Reg.* 1. *a.* vxores etiam Iacob duæ, *k* ad nouum testamentum, quo in libertate vocati sumus pertinent, & duæ vitæ per eas nobis in corpore Christi prædicantur, vna temporalis, in qua laboramus: alia æterna, in qua delectationem Dei contemplabimur. Vel vna est actiua, altera contemplatiua, *Gen.* 30.

Fides Abrahæ

Vxor puberratis Israël, *Mal.* 2. *c.* est *l* fides Abrahæ, quæ fuit ante circumcisionem.

Concupiscentia.

Vxores interdum, significant *m* concupiscentias & voluptates, *Gen.* 7. *d.* 19. *e.* & vxor Putipharis eunuchi, erat concupiscentia, vel voluptates, quæ iuncta est vulgò, quæ etiam inuitabat Ioseph, hoc est, virum virtute sublimem, *Gen.* 39. *a. Matth.* 18. *g.* per hanc vxorem multi à cælesti cœna excusantur, *Luc.* 14. *d.*

Voluptas.

Vxor interdum, designat *n* impedimenta temporalia, à quibus abstinendum, *Exod.* 18. *a.* 29. *c.* 22. *c. Luc.* 14. *d.*

Impedimenta temporalia.

Vxores aliæ præter legitimas, designant *o* sectas hæreticas, quas etiam significant vxores Esau, *Gen.* 26. *g.* 27. *g.* 32. 34. *d. Exo.* 34. & vxor qua excusatur inuitatus à cœna, est hæresis, *Luc.* 14. *d.* & vxor Amasiæ fornicaria, est Ecclesia hæreticorum, *Amos* 7. *d.* & vxores hæreticorum, sunt praua sapientia & doctrina peruersa, *Isa.* 15. *c.* & vxor Philippi Herodias, est peruersa doctrina, seu infidelitas, *Matth.* 14. *a.*

Hæreses.

Vxor Ismael, ducta de terra Ægypti, designat *p* coniunctionem, Iudæorum, cum quibusuis aliis potius quam cum Christianis, *Gen.* 21. *c.*

Potestas malorum.

Vxor peccatoris, est *q* potestas malorum, qua abutitur diabolus, *Psalm.* 108. vel est synagoga Iudæorum.

Carnales Ecclesia.

Vxor Iob, designare potest *r* carnales in Ecclesia: qui suadent Iob, hoc est, membris Christi, vt maledicant Deo: incitantes ad elationem, aut ad aliud vitium contra Deum, *Iob.* 1. *c.* potest etiam significare carnalem cogitationem, quæ mentem lacescit.

Carnales cogitationes.

Vxor Lot, respiciens retrò, typus est *s* redeuntium ad vitia. Designant etiam populum Israël habentem duas filias Hierusalem & Samariam, & respexit retro ad ollas Ægypti, *Genes.* 19. *e.* Vnde in statuam salis conuersa est: vt admoneret, ne post missam manum ad aratrum, retrò respiciamus.

Redeuntes ad vitia.

Zabulon.

Ecclesia.

ZABVLON, id est, habitaculum, vel habitans, filius Iacob & Liæ, *Ge.* 30. *e.* designare potest Ecclesiam, quæ habitat in littore maris, *Gen.* 49. *b.* iuxta Ambrosium, *t* interpretatur liberans à nocturnis, & designat sperantem in Domino, & ab eo protectum: vnde habitat iuxta mare, spectãs securus aliorum naufragia. Et principes Zabulon, sunt principes Ecclesiæ. Et filij Zabulon, sunt credentes in Ecclesia, *Num.* 1. *d. Deu.* 33. *c. Ios.* 19. *a. Psa.* 67. *Isa.* 9. *a. Apo.* 7. *b.* Interpretatur etiam habitaculum pulchritudinis, qua ratione etiam significat Ecclesiam.

Principes Ecclesiæ.

Credentes in Ecclesia.

Fluxus verum Pœnitentes.

Interpretatur etiam Zabulon fluxus noctis, & designat *u* mundanum & tenebrosum rerum fluxum, & etiam pœnitentes transeuntes à vitiis ad virtutes, *Genes.* 49. *b.*

Spes.

Interpretatur præterea Zabulon habitaculum fortitudinis, & est typus *x* spei, *Psalm.* 67. designat etiam zelum fortem aduersus vitia, & odium vitiorum. Vnde Zabulon nascitur post Iudam & Isachar, hoc est, post charitatem & spirituale gaudium, cum quibus potest quis non errare in zelo, sine illis autem potest errare.

Zelus.

Zacheus.

Populus gẽtilis.

Zachæus, id est, purus, aut nitidus, vel Syriacè iustus, aut iustificatus, erat publicanus, statura pusillus, qui cupiens videre Christum, ascendit in arborem sycomorum, & ipsum Christum suscepit hospitio. Designat *y* populum gentilem, qui pusillus meritis Christum suscepit credendo, *Luc.* 19. *a.* designat *z* etiam humilem, qui ascendit crucem, vt videat Christum, quem suscipit hospitio, quia ille requieseit super humilem, & quietum.

Humiles.

Zacharias.

Habens memoriam Dei.

Zacharias, id est, memoria Domini, aut masculus Domini. Fuerunt multi huius nominis.

Zacharias filius Barachiæ, occisus inter templum & altare, *Matth.* 23. *a.* designat *aa* eum, qui memoriam habet Dei, cuius sanguis effunditur, quum ab eo Dei memoria tollitur. Et filius Barachiæ, id est, benedictionis Domini, per quam habetur memoria Dei.

Gentiles.

Zacharias etiam filius Barachiæ Prophetæ, quẽ assumpsit Isaias in testem natiuitatis Christi, *Isa.* 8. *a.* designat *bb* memoriam & benedictionem Domini, quæ in natiuitate Christi concurrunt. Idem & designare potest Zacharias filius Batachiæ, qui prophetauit in constructione templi, *Zach.* 1. *a.* designantur etiam gentiles testes præteriti.

Christus.

Zacharias filius Ioiadæ, occisus à rege Ioas in templo, typus est Christi occisi à Scribis & Pharisæis, 2. *Par.* 24. *f.*

Zambri.

Suscipientes blasphemias.

Zambri, seu zamri, id est, cantans, vel psallens, seu vitis, aut palmes, aut putatio, vel præcisio, fuit quidã filius Salu occisus cum Madianitide à Phinees in actu venereo, *Nu.* 25. *c.* designat eos qui per errorem vel prauam operationem, se ab Ecclesia separant, & blasphemiam Dei in fideles excitant.

Fuit alius Zambri dux Ela regis Israel, qui occidit ipsum Ela, & cùm regnasset septem diebus, obsessus succendit se cum domo regia, 3. *Reg.* 16. *d.*

Zara.

Zara, id est, oriens, vel orientalis, aut claritas: filius Iudæ & Thamar nurus eius, natus cũ Phares, qui cum prior manum extraxisset, ligauit obstetrix filum coccineum in manu eius, quo retrahente manũ, prior natus est Phares:

a *Ori. s. Gen. h.* 6. *Isy. s. Le.* 18. *Hie. s. ps.* 127. *Geo. Ve. can.* 1. *to.* 6. *c.* 15.

b *Gr.* 5. *m.* 22. *Hie. s. Mal.* 2.

c *Gr. Nysse. de vita Mosis.*

d *Hie. s. Is.* 54. & *s. Hos.* 1. *Gre. s. s. Eze. h.* 4.

e *Ori. s. Matt. ho.* 12. *Aug.* 1. *q. in euan.* 32.

f *Phi. de sacr. Abel & Cain & de merc. meretricis. Am. ep.* 84. & *de Cain. Rup.* 1. *s. Deut.* 10.

g *Gr. prol. mo.* 2. *Ori. s. Num. hom.* 19.

h *Ori. s. Ios. h.* 3.

i *Ori. & Gre. s.* 1. *Reg.* 1.

k *Au.* 22. *con. Fau.* 52. 53.

l *Rup. s. Mal.* 2.

m *Phi.* 2. *alle. & de Ioseph. Aug.* 1. *qu. in euan.* 25. *Gre. ho.* 36.

n *Bed. s. Exo.* 29. *Glo. ord. s. Exo.* 18. *Am. s. Luc.* 14.

o *Hie. s. Amos* 7. & *s. Isa.* 13. *Ori. s. Mat. ca.* 14. *Hil. s. Ma. can.* 14.

p *Be. s. Ge.* 27.

q *Ar. & Hie. in ps.* 108.

r *Geo. Ve. can.* 10. 1. 6. *c.* 15.

s *Au.* 2. *cont. Fau.* 42. *Bed. s. Gen.* 19.

t *Amb. de be. patriarch.* 5.

u *Bed. s. Gen.* 49. *Hie. s. Agg.* 1.

x *Au. s. ps.* 67. *Ric. de S. vict. de* 12. *patr.* 40. 41.

y *Au. s. Lu.* 19

z *Au. de ver. Apost. ser.* 8.

aa *Ori. s. Mat. ho.* 26.

bb *Hie. s. Isa.* 8. & *s. Zac.* 1. *Rup. s. Isa.* 34. & 1. *s. Matth.*

Digitized by Google

Designare potest *a* Iudæos prius proferentes manum ad opera legis, quam tamen postea cum coccino retraxerunt, hoc est, sanguine Christi, & Prophetarum maculatum: prius ipsi opera Christi prædixerunt, cui præsenti credere noluerunt, *Gen.* 38. *d.* Potest etiam significare *b* gentiles crucis signo superioris populi maceriam incidentes. Designat etiam *c* Sanctos legem veterem præcedentes, & post legem sequentes: vel ipsam Ecclesiam ante & post legem in Sanctis apparentem. Vnde & oriens vel orientalis dicitur. Præluxit in Abraham res publica spiritualis, quæ latuit in lege. Potest etiam ipsum *d* Christum designare sanguine rubricatum.

Iudæi. Gentiles. Sancti ante & post legem. Christus.

Zeb.

Zeb, id est lupus: princeps Madian, occisus à filiis Israël, *Iud.* 7. *g. Psalm.* 82. designat *e* lupos rapaces.

Mali prælati.

Zebedæus.

Zebedæus, id est dos, seu dotatus, aut fluxus vehemens, aut fugitiuus. Pater Iacobi, & Ioannis, *Matth.* 4. *d.* 10. *d.* 20. *c. Marc.* 10. *c.* Typus est *f* diaboli, qui est relinquendus.

Diabolus.

Zebee.

Zebee, id est victima, aut sacrificium, vel decollatio, aut iugulatio: princeps Madianitarum, *Iud.* 8. *b. Psalm.* 82. designant eos, *g* quos lupus rapax iugulauerit, qui fiunt hostia diaboli.

Zelare, Zelus, Zelotes, Æmulari.

Zelus, *h* est ingens & immodicus amor, qui latinè dicitur æmulatio, & ab aliquibus dicitur imitatio pulchri, ab aliis tristitia ob alterius bona, quæ sibi adesse cuperet, & aliquando dicit suspicionem ex amore procedentem, qua quis timet, ne alter in amore deficiat, aut alterum admittat, quæ æmulatio zelotypia dicitur. Est autem zelus bonus, in quo est amor boni & odium vitiorum. Malus verò è diuerso se habet. Zelus ergo interdum est amor, 3. *Regum* 19. *b.* zelo zelatus sum pro domino Deo. Inuidiæ, *Eccle.* 30. *d.* zelus & iracundia minuent dies, Vltio, *Num.* 25. *c.* zelo meo commotus est contra eos. Zelare autem, amare, *Psalm.* 36. Neque zelaueris facientes iniquitatem. Appetere, *Sap.* 1. *c.* nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ. Indignari, *Psalm.* 72. zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Æmulari, etiam est amare, seu diligere, 1. *Cor.* 11. *a.* æmulor enim vos Dei æmulatione. Desiderare, 2. *Cor.* 12. *d.* Æmulamini charismata meliora. Imitari, 2. *Mach.* 4. *c.* eorum instituta æmulabantur. Inuidere, *Isa.* 11. *d.* Ephraim non æmulabitur Iuda. Irritare, *Num.* 11. *f.* Quid æmularis pro me? Æmulatio esse solet inter æquales, aut parum inter se distantes. 1. *Cor.* 10. *c.* An æmulamur Dominum.

Inuidia. Imitatio malorum.

Zelotes dicitur *i* Deus, quia non vult animam auerti à se, præsertim si ad idolorum culturam conuertatur, *Exod.* 20. *a* 24. *b.* zelus autem Dei, est illa prouidentia, per quam præcipitur atque agitur, ne anima corrumpatur, & deos alienos sequendo quodammodo meretricetur. Et aufertur zelus Dei ab anima, quum relinquit eam velut obstinatam & inemendabilem, *Ezech.* 16. *e.* 36. *b. Ioel.* 2. *e. Nah.* 1. *a.* zelus magnus Dei, est magna cura, ne animæ pereant, *Zac.* 1. *c.* 7. *a.* quando videlicet creaturam suam, quam non vult perire, sæpe castigat, & flagellando ad se reducit. Vel quando nullum peccatum impunitum vult relinquere. Zelare dicitur maritus coniugem, quum eius pudicitiam solicitius & cautius curat, nec pollui patitur, ita Deus se habet erga animam. Et zelus Domini exercituum fuit erga Iudæos. Et in Christo fuit zelus domus Dei, quum eiecit vendentes & ementes de templo: & etiam est illi zelus contra corruptores fidei, *Deut.* 4. *d.* 6. *c.* 29. *c.* 4. *Reg.* 19. *f.* 68. 78. *Sap.* 5. *d. Isa.* 37. *f.* 42. *b.* 63. *d. Ezech.* 5. *d.* 8. *c.* 32. *d. Soph.* 1. *d.* 3. *b. Ioan.* 2. *Ios.* 24. *e.* Et zelus Domini exercituum, dicitur Spiritus sanctus, qui per incarnationem filij eiecit diabolum, *Isa.* 9. *b.*

Deus. Prouidentia Dei cum amore.

Est etiam zelus *k* bonorum, aut æmulatio pro Deo, qualis fuit Phinees pro honore Dei in peccantes, *Num.* 15. *b.* Et Eliæ, 3. *Reg.* 19. *b.* Et Dauid, *Psalm.* 72. 118. 1. *Mach.* 2. *f. Eccle.* 51. *c.* 4. *Reg.* 10. *d. Isa.* 42. *b. Ezech.* 31. *d.* 39. *g. Iudith.* 9. *a.* Et æmulatio inter bonos & bonum, *Rom.* 10. *a.* 12. *b.* 1. *Cor.* 12. *d.* 14. *a.* 2. *Cor.* 7. *b.* 9. *a. Gal.* 4. *c. Phil.* 2. *c.* 1. *Petr.* 3. *c. Apo.* 3. *d.* Æmulatio autem sponsæ erga sponsum, dicitur dura sicut infernus, *Cant.* 8. *b.* quia non timet Ecclesia ob zelũ Dei persequi malos anathematizando etiam vsque ad inferos. Sic æmulari Dei æmulatione est *l* vt integritas fidei seruetur, 1. *Cor.* 11. *a.*

Est etiam zelus, *m* inuidia malorum in bonos, *Sap.* 1. *c. Ecc.* 30. *a.* 37. *a.* 40. *a. Isa.* 11. *c.* 26. *b. Prou.* 6. *d.* 1. *Cor.* 3. *a.* 13. *b.* 2. *Cor.* 6. *g. Rom.* 13. *d. Gal.* 1. *c.* 5. *d. Ezech.* 8. *b. Actor.* 5. *c.* 7. *a.* 13. *g.* 17. *b.* 21. *d.* 22. *a. Iaco.* 3. *d.* Hæc æmulatio fuit in Iudæis in Christum, dura sicut infernus, *Can.* 8. *b.* est præterea zelus & æmulatio malorum in malos ad imitandum, *Psa.* 36. *Prou.* 3. *d.* 23. *b.* 24. *a.* Sic æmulata dicuntur signa voluptatis cedrum, *Ezec.* 1. *b.* hoc est, qui consenserunt Lucifero, & cum ipso ceciderunt.

Æmulus dicitur æ qui cum alio contendit ad aliquam rem assequendam, & peculiariter habendam, cuius gratia inter æmulos concitatur odium, & inuidia: atque ita ferè in malum sumitur, 1. *Reg.* 1. *a.* 2. *Reg.* 28. *d.*

Synagoga. Vita actiua. Prædicator. Doctor zelans sapientiam.

Æmula Annæ Phenenna designat *o* synagogam æmulam Ecclesiæ, 1. *Re.* 1. *a.* sicut Paulus æmulator erat paternarum suarum traditionum, *Gal.* 1. *c.* æmula etiam est Phenenna Annæ. hoc est, vitæ contemplatiuæ.

Æmulus Eli, designat *p* prædicatores Ecclesiæ, qui æmulantur in bono patres veteris legis, 1. *Reg.* 2. *g. Gal.* 4. *c.* Bonũ æmulamini in bono semper. Est etiã æmulus Eli, qui bona operatur, quæ dicit prædicator malus, & non facit.

Zelotypia est inordinatus zelus viri in vxorem, aut è diuerso, *Num.* 5. *b.* 26. *b.* post *q* in bonum doctorem dici, zelantem sapientiam, quam tradit in scriptis. Potest etiam dici zelotypia Dei in synagogam, quæ contempto Christo adulterata est, & bibit aquas amaras, &c.

Idolum zeli in templo Dei dictum est, *r* quia prouocauit Deum ad zelum, vt templum destrueret, *Ezech.* 8. *b.*

Zelpha.

Habentes verba sine operibus.

Zelpha, id est, *s* distillatio oris, aut vtilitas, vel contemptus oris, vel hians os seu iter oris: ancilla Liæ vxoris, Iacob, designare potest habentes verba sine operibus, *Gen.* 29. *a.* 30. *b.* 35. *d.* parit tamen, quia siue veritate, siue occasione Christus annuncietur, in hoc gaudeo. Hotum os hiat, & cor non hiat, qui labiis honorant Deum, & cor eorum longe est ab eo.

Eloquentia. Delectatio in agendis. Sensualitas.

Vt interpretatur iter oris, designat *t* eloquendi facultatem, quæ ancilla est rationis & cognitionis, quia sermo menti ministrat.

Vt est ancilla Liæ, designat *u* delectationem in rebus peragendis, cui coniungitur Iacob, hoc est, spiritualis homo dirigens omnia in Deũ: vnde & ipsa parit bonos fructus dignos vitæ æternæ, vnde dicitur os hians, hoc est, desiderium inexplebile, quod in rebus istis pertractandis oriatur. Designat etiam *x* sensualitatem insatiabilem.

Zephyrus.

Gratia.

Zephyrus est ventus Occidentalis mitigans rigorem hyemis, designare potest *y* gratiam.

Ziph.

Res caduca.

Ziph, id est istud os, vel ista bucca, aut Syriacè falsitas, vel falsus, ciuitas in tribu Iuda, *Ios.* 11. *g.* 15. *d.* 1. *Reg.* 23. *c.* Iuxta Origenem *z* interpretatur, quomodo fluit, estque figura rerum caducarum & fluentium.

Iudæi. Mundani. Sancti. Vterus virginis.

Iuxta Hilarium, *aa* interpretatur oris aspersio, vnde Ziphæi designãt Iudæos labiis Christum honorantes, corde verò tradentes, vt Ziphæi Dauid, *Psalm.* 53. *intit.* Vel interpretatur florentes, *bb* quia Iudæi temporalibus florere certabant, & inter eos latebat Christus, seu eius diuinitas in carne. Designat etiam mundanos, qui sunt sicut flos agri, prodentes Dauid, hoc est, fideles, sed non tenentes. Potest etiam designare *cc* Sanctos, & vterum Virginis floridum, vbi absconditus erat Christus.

Zizanium.

Peruersa doctrina. Hæretici. Mali. Vitia. Prauæ cogitationes. Christus.

Zizanium Latinè lolium, herba hordeo similis, cuius etiam vitium esse putatur, in segetibus nascens, quarum est pestis. Est & aliud pseudomelanthion, quod vulgò nigella dicitur. Designare potest *dd* peruersam doctrinam, & hæreticos aliorum corruptores. Item malos bonis permistos, & vitia, & prauas cogitationes, *Matth.* 13. *b.*

Zona, vide Baltheus. Zorobabel.

Zorobabel, *ee* alienus à confusione, aut aliena, vel extranea confusio, siue extranea commistio, aut dispersio confusionis, vel commistionis, seu circulus commistionis, vel confusionis: dux tribus Iuda, & princeps in reconstructione templi, qua ratione Christum significat institutorem Ecclesiæ, 1. *Par.* 3. *c.* 1. *Esdra* 3. *c.* 5. *a. Eccle.* 49. *c. Agg.* 1. *a.* 2. *a. Zach.* 4. *c.* fuit filius Salathiel, id est, petitionis Dei: & quia his datur filius, qui petunt à patre. Vel interpretatur *ff* iste magister de Babylone, & Christus natus est in Babylone huius mundi.

FINIS SYLVÆ ALLEGORIARVM.

a *Hie. s. Gal.* 3. & *s. Mic.* 2.
b *Bed. s. Ge.* 38. *Am. apo. Dan.* 3.
c *Amb. s. Luc.* 3. *Chry. s. Gen. ho.* 62. & *sup. Mat. ho.* 3.
d *Am. s. Lu.* 3.
e *Au. s. ps.* 82.
f *Glo. ord. s. Matth.* 4.
g *Hie.* & *Au. s. ps.* 82.
h *Rup.* 6. *vict. verbi Dei* 3.
i *Am. s.* 1. *Cor.* 10. *Au.* 83. *q.* 52. *Hie. s. Ez.* 16. *Ea. for. spi.* 1. *Or. s. ps.* 30.
k 1. *Am. s. ps.* 18. *se.* 14. *Hi. s. Isa.* 63 *Ru.* 2. *s. Isa.* 3. & 2. *vict. verbi Dei* 26.
k *Am. s. Ga.* 4. *Ru. s. cant.* 7.
l *Am. s.* 2. *Co.* 11.
m *Gr. s. can.* 8. *Lyr. s. ps.* 26. *Rup.* 1. *verbi Dei* 11.
n *Gre. s. can.* 1.
o *Gr. s.* 1. *Re.* 1.
p *Gre.* 1. *Re.* 2.
q *Lyr. s. Nu.* 5. *Ru.* 1. *s. Nu.* 10.
r *Hie. s. Ez.* 8.
s *Bed. s. Ge.* 30. *Aug.* 22. *cons. Faust.* 55.
t *Phil. de cog.* &c.
u *Geo. Ve. can.* 2. *to.* 7. *cap.* 5.
x *Ric. de S. vi. de* 12. *Patri.* 6.
y *Chry. de verb. Is. ho.* 4.
z *Ori. s. Ios. h.* 14.
aa *Hil.* & *Hie. s ps.* 53.
bb *Au. s. psal.* 53.
cc *Ru.* 2. *s. Re.* 9.
dd *Ori. s. Ios. ho.* 1. & *s. Ier. hom.* 3. & *s. Matth. ca.* 13. *Basi. exae. ho.* 5.
ee *Ambr. epi.* 12. *Hier. sup. Agge.* 1. & *s. Zach.* 4.
ff *Rup. sup. Agge.* 2.

Digitized by Google

APPENDIX IN SYLVAM
DE ALLEGORIIS
NVMERORVM.

INTER omnia quæ ad considerationem & contemplationem Philosophicam ac etiam Theologicam spectant, non mediocrem obtinet locum numerorum ratio, & speculatio, quando eorum vis & natura omnibus se immiscet, adeò vt nec Deus immunis sit à numero, & omnia fecisse dicatur in numero, pondere & mensura. Quod etiam Philosophi sunt assecuti, qui totam philosophiam per numeros tractarunt, ac peculiariter Pythagoras, qui omnia ex numeris constare asseruit, ne quicquam de rebus naturalibus, nisi secundùm rationem & proportionem numerorum philosophatus est: A cuius doctrina non longe abest Plato. Quin Aristoteles species rerum ad ordinem & rationem numerorum deduci monstrauit. Quamobrem, Deus numerandi rationem soli communicauit rationali & intellectuali naturæ, quæ mysteria in ipsis comprehensa & incluſa inuestigare, & speculari valeret, ac ex eorum contemplatione in laudem conditoris assurgere. Quare visum est operæ precium seorsum de Allegoriis numerorum tractare, tametsi multa sparsim iam dixerimus, sed gratiora & vtiliora putamus fore, quæ simul collecta tractabuntur. Ac primùm aduertendum discrimen inter numerum & multitudinem. Quæ licèt idem videantur esse, tamen alia est ratio numeri, alia multitudinis. Numerus enim certam dicit quantitatem discretam, sub aliqua specie ipsius numeri contentam, vt binarium, ternionem, quaternionem, atque ita de cæteris. Multitudo verò est opposita vnitati, & sub confusa comprehenditur notitia, nec quicquam certum indicat, adeò vt animalia rationis expertia huius cognitionis non sint expertia, quum tamen ad numeri notitiam attingere nequeant. Gallina enim multitudinem cognoscit pullorum, non tamen numerum. Itaque multitudo secundum quod ab vnitate recedit, & confusionem habet sine ordine numerali, in malum sumi solet. Vt enim ait Origenes, principium *a* malorum omnium est multitudo, principium autem bonorum coangustatio, & à turbis in singularitatem reductio, vt putat nos omnes, si saluandi sumus, ad vnionem accedere debemus: vt perfecti efficiamur in eodem sensu, & in eadem sententia, & simus vnum corpus & vnus spiritus. Ita multipedes animantes diuersam & variam doctrinam & inconstantem, seu dogmata erroribus permista significabunt imò inter animalia immunda computantur. *Leui.* 11. *g.* Dicuntur itidem aliqua innumeralia, quasi indigna numero, vt innumerabiles locustæ, innumerabiles vulgus promiscuum. *Exod.* 10. 12. Et mali dicuntur innumerabiles: *b* quia intra electorum numerum non habentur, vt eò sint innumerabiles, quò extra numerum currunt. *Iob.* 21. 34. *d. vnde Psalm.* 39. Multiplicati sunt super numerum, ac si diceret. Multis Ecclesiam intrantibus, etiam hi ad fidem specie tenus veniunt, qui à numero regni cælestis excluduntur, quia electorum sua videlicet multiplicitate transcendunt. Sic adolescentularum, hoc est, *c* animarum vagarum, quæ vana huius mundi sectantur, dicitur non esse numerus. *Can. 6. c.* Et innumerabilis gens sunt dæmones & mali. *Ioe.* 1. *a.* Ediuerso bonorum etiam capilli numerati dicuntur. Et Deus numerat multitudinem stellarum. Et de amicis Dei dicitur. *Psalm.* 138. Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur. Vbi licèt multiplicari dicantur super arenam, id tamen est sub certo numero, quum ait eos dinumerandos. Itaque illi in numero habentur apud Deum, *d* quorum est veluti præsens memoria apud ipsum, vt illis benefaciat. *Exod.* 30. *b.* Et vulgò ille haberi dicitur in aliquo numero, qui in aliquo habetur precio. Confusio autem multitudinis ostensa est in turri Babel, quum vna lingua confusa est in multas. E diuerso adueniente Spiritu sancto multæ linguæ in Apostolis vnitæ sunt.

Inconstans doctrina.

Dæmones. Mali.

Diuiditur numerus, quantum hic sufficit prima & præcipua sui diuisione in numerum parem & imparem. Par numerus est, qui in duas partes æquales diuidi potest. Impar verò qui in duas æquales partes diuidi nequit. Ex his duobus numeris *e* animam mundi & rerum generationem Platonici & Pythagorici constare dicebant, & numerum imparem matris & patris rationem habere asserebant, parem verò fœminæ, & maris. Parem etiam numerum ad materiam referri propter diuisionem, imparem verò ad formam res in specie constituentem. Munda quoque animalia introducta sunt in arcam numero impari, hoc est, septenario: immunda verò numero pari; quia numerus impar virtutis speciem prætendit: par verò infirmitatis. Itidem Abrahæ tres Angeli apparent: quia numero Deus impare gaudet. Sodomam verò veniunt duo, *f* recessum ab vnitate, & molliciem fœmineam vitiorum in eis designantes. *Genesis* 18. *a.* 19. *a.* Par quoque numerus ad legem veterem refertur tanquam infirma elementa continentem, impar verò ad nouam ceu robustam & constantem.

Virtus. Vitia.

Numerorum parium quidam sunt perfecti, alij superflui, alij diminuti. Perfecti verò dicuntur, qui suis partibus aliquoties æquantur, vt senarius: cuius partes sunt media, id est, tertia, tertia, id est, duo, sexta, id est. vnũ, quæ in vnam summam redactæ ipsum senarium perficiunt. Diminutus verò, cuius partes non sufficiunt eundem numerum reddere. Vt octonarius, cuius partes 4. 2. 1. septem tantum reddunt. Superfluus verò est, cuius partes vltra ipsum numerum excrescunt, vt duodenarius, *g* cuius partes. 6. 4. 3. 2. 1. sexdecim constituunt. Perfectus itaque numerus virtutis habet imaginem, quæ neque redundat diminutus verò atque superfluus, vitiorum ab ipso medio discedentium.

a *Ori. s. Ezec. ho. 9.*

b *Ru. s. Exod. 19. Gre 5. m. 11. Rup. 6. s. Apoc.*

c *Gre. s. Can. 6. Hie. s. Ioel. 1*

d *Gl. int. sup. Exod. 30.*

e *Macrob. de somn. Scipion. Geo. Ve. Can. 2. tq. 2. ca. 13.*

f *Hie. s. Matt. 14.*

g *Ru. s. Apoc.*

De vnitate.

IN numeris in primis sese offert vnitas, quæ non est numerus, sed principium numeri, de qua sic ait Macrobius. *h* Vnum, quod monas: id est vnitas dicitur, & mas idem & fœmina est: par idem atque impar, ipse non numerus, sed fons & origo numerorum. Hæc monas initium finisque omnium, neque ipsa principij aut finis sciens, ad summum refertur Deum, eiusque intellectum à sequentium numero rerum & potestatem sequestrat, nec inferiore post Deum gradu frustra eam desideraueris. Hæc illa est mens è summo nata Deo, quæ vices nesciens temporum, in vno semper, quod adest, consistit æuo: cumque vtpote vna, non sit numerabilis, innumeras tamen generum species & de se creat, & intra se continet. Inde quoque aciem paululum cogitationis inclinans, hanc monadem reperies ad animam referri. Anima enim aliena à syluestris cogitatione materiæ, tantum se authori suo ac sibi debens, simplicem sortita naturam, cum se animandæ immensitate vniuersitatis infundit, nullum init tamen cum sua vnitate diuortium. Vnitas ergo, quæ principium est numeri, in primis consecrata est Deo, *i* qui maximè vnus est & inuisibilis, à quo cætera vnitatem habentia eoque perfectiora sunt quò magis ad diuinam vnitatem appropinquant. Quamobrem in allegoriis ferè semper in bonum accipitur, vt in rerum creatione primus dies dicitur vnus, & similitudo vnius mundi ad vnum Deum, & temporis suo modo ad æterniratem, quæ simplicissima est, insinuetur. Et *Exod.* 21. Si percussus seruus superuixerit vno die, liberabitur dominus. Ad vnum etiam totius constructionis arcæ Noe summa reuocatur. *Gen.* 6. quia vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus, & vna Ecclesiæ fides est, vnum baptisma, vnum corpus, & vnus spiritus, & ad vnum perfectionis finem cuncta festinant. Quum autem. *Gen* 42. fratres Ioseph dicunt se filios vnius viri, designatur vnus pater synagogæ, qui est Deus, qui vnus est pater noster. *Matth.* 23. Ipse dicitur vnus dominus, & vnum nomen eius. *Zach.* 14. *c.* Semel etiam locutus est Deus, cum vnicum genuit Filium. *Psalm.* 61.

Deus.

h *Mare. 1. de somn. Scipio.*

i *Phil. de specialibus legibus. Hie. sup. Zach.* 14.

Vnitas etiam Christi redemptoris designatur sæpe, vt quum vnus aries offertur in holocaustum in consecratione sacerdotum. *Exod.* 29. Vnius etiam panis torta, quæ ibidem offerri præcipitur cum altero ariete, ipsum

Digitized by Google

vnum panem viuum indicat. Qui & vnus panis est, qui offertur pro primitiis. *Leu.*7. Ipse quoque est vnus sacerdos qui tollit pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, quod ponit super altare, in odorem suauissimum Domino. *Leu.*2. Sic etiam vna est eius benedictio, qua benedixit Isaac Iacob, tanquam primogenito. *Gen.*27.*f.* Eundem designat vnus turtur oblatus pro peccato. *Leu.*5. Ipse est vnus vir, *a* quem apprehendunt septem mulieres. *Isa.*4.*a.*

Christus.

a *Hie.in. Isa.* 4.11.

Vnum vocauit Deus Abraham, qui postea multiplicaretur, vt designaretur vnus mediator Christus, qui multos generaret in fide. *Isa.*51.*a.* Ipse est vnus lapis. *Zach.*3.*a.*

b *Gro.s.*1.*Re.* 1.

Vnus vir, *b* est Christus vnitate personæ in multis naturis, qui & vnus dicitur per excellentiam. 1. *Reg.*1.*a.* De vnitate eius per excellentiam. *Ioan.*15. *Rom.*5. *Phil.*2. *Hebr.*1.2. *Petr.*3. *Acto.*3. *Psalm.*44. Ipse est vnus, qui secundum non habet. *Eccle.*4.*b.* Ad vnum cubitum consummabatur arca, hoc est, ad Christum Ecclesia. *Gen.*6. Vno calamo metitur latitudinem & altitudinem ædificij domus Domini, & in vno cubito est finis mensuræ, hoc est, *c* in Christo. *Ezech.*40.*b.*

c *Hie.s.Ezec.* 40.

Vna Ecclesia.

Datur etiam vnitas Ecclesiæ, extra quam non est salus, & vnitas charitatis, vnde videns Pharao somnium, septē spicas contemplatus est in culmo vno, quia omnium virtutum fructus in vna charitate intra vnam Ecclesiam radicantur. *Gen.*41. sicut est vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, vnus panis viuus, vnus spiritus. Vna etiam pars aquæ Iordanis seruata est *d* in typum saluandorum, altera defluente in mare mortuum, *Iosu.*3. In vna domo comeditur agnus, *e* qui est Ecclesia. *Exod.*12.

Vna charitas.

d *Ori.s.Ios.h.* 4.

e *Rup.*2.*sup. Exo.*22.

Vnum etiam construitur tabernaculum. *Exod.*26. Datur Ioseph à patre vna pars hæreditatis extra fratres suos. *Genes.*48. vt intelligantur gentes datæ Christo: quæ non solum in se vnitatem habeant, sed etiam ex ipsis, & Iudæis, ac etiam angelis futurum sit vnum ouile, & vnus pastor. *Ioan.*10.*a.*

f *Hil.s. Matt. Can.*18. *Am. s.Luc.*15.

Vna ouis perdita *f* totum genus humanum designat, quam portauit Christus in humeris. *Matth.*18. *Luc.*15. Fidelium tamen est peculiaris vnitas: de quibus dicitur. *Actor.*4.

Genus humanum.

Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Hoc itidem designatur. *Gen.*11. quum terra erat labij vnius. Erat itidem vna compago retinens omnes tabulas tabernaculi. *Exod.*26.*e.*36.*d.* vna etiam mensura omnium cortinarum. *Exod.*26.36.

g *Gr.s.can.*6. *Am.de Isaac.* 7.

Et vna dicitur *g* columba. *Cant.*6. quæ iam non sentiat pugnas passionum. In vnum conduxit Dominus reliquias Israël, *h* quum ex Iudæis & gentibus fecit vnum ouile. *Mich.*2.*d.*

h *Hie.s. Mic.* 2.

Et vna gens è multis est populus Christianus. *Ezech.*37.*f.* Ad vnum cubitum consummatur arca, vt vna Ecclesia vni Christo copuletur. *Gen.*6.*d.*

i *Aug.s.Ioan. tract.*17.

De vnitate charitatis & vnius corporis agit Apostolus. *Ephe.*4.

Mundus.

Vnus sanabatur in piscina, & alij non sanabantur, *i* quia præter vnitatem non est salus: *Ioa.*5.*a.* In locum vnum congregatæ sunt aquæ. *Gen.*1.*b.*

k *Hie.sup. Amos.*5.

Est & vnitas mundi, de qua Hieronymus. *k* Sanctificatus atque perfectus, & vt ita dicam, verus est mundus, qui vnione retinetur, & vnius Dei maiestate concluditur. Vnde dicit filius: Ego in patre, & pater in me Volensque omnes vnum esse cum patre, loquitur ad eum: Pater da, vt sicut ego & tu vnum sumus, sic & isti in nobis vnum sint. Prima ergo beatitudo est esse in primo numero, qui vnus & verus. Secunda in secundo, id est, in decade. Tertia in tertio, id est, in Hecatont ade. Sicut enim decas decima vnione completur, sic Hecatontias ex decem decadibus construitur. Quartus numerus, qui millenario numero continetur, de decem constat hecatontadibus. Cum igitur quis egerit pœnitentiam de millenario & quarto numero, vix reuertitur ad centenarium & tertium numerum. Rursum qui in centenario est, vix redit ad secundum primæ decadis numerum, atque ita fit vt domus Israël quæ corruerat, non possit resurgere, & virgo Israël, quæ errauerat, in terra non habeat suscitantem, quia qui semel ab vnione discesserit, & illam puriſſimæ virginitatis perdiderit gloriam, de qua Apostolus dicit: Zelo enim vos zelo Dei, & statui vos vni viro, virginem castam exhibere Christo: in qua non est macula neque ruga, pristinum statū & vnionis beatitudinem recipere non valebit, & vix ei concederur, vt de mille reuertatur ad centum, & de centum. redeat ad decem. *Amos* 5.*a.*

Constans & perfectus.

l *Ori.s.*1. *Re. ho.*1. *Ambr. instit. virg.*

Vnus vir dicitur, *l* qui constans est, minimeque in diuersa diuisus. 1. *Reg.*1.*a.* sicut Apostolus è duobus hominibus, exteriori videlicet & interiori, vult fieri vnum. *Ephes.*2.

Vnde & multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. *Actor.* 4. Et omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, quia non nisi vnitis datur præmium. 1. *Cor.*9.

Longanimitas & charitas. Fides. Felicitas. Intentio.

m *Glo.in.sup. Exo.*25.

Vnus cubitus longitudinis & latitudinis altaris thimiamatis, *m* longanimitatem & dilectionem significare potest, ad quæ referuntur alij cubiti, vt mensæ, & tabularum, &c. *Exod.*30.36.37.

n *Gro.s.*1.*Re.* 2.6.*& s. Exho.*16.

Vnus cubitus & dimidius latitudinis arcæ, charitatem designare potest, quæ vna est, licèt in duo præcepta diuisa: cui additur semis, quia in hac vita nec Deum perfectè diligere, nec quantum diligat comprehendere sufficimus.

o *Ori.s.Ezech. ho.*1.

Vna pars sacerdotalis, *n* vnitatem fidei designat. 1. *Reg.*2. Et vna mensura omnium thalamorum templi, indicat vnam fidem omnium fidelium tam præcedentium, quam sequentium aduentum Christi. Designat etiam *o* vnum præmium essentiale, quod dabitur omnibus beatis, sicut vnus denarius. *Ezech.*14.*b.* Vna die mensis, hoc est, in vna fide apparuerunt cacumina montium. *Gen.*8.*a.*

Vnum iter etiam fidem & simplicem intentionem designat. 1. *Reg.*6. Vna dies in atriis Dei est *p* æterna fœlicitas sine ortu & occasu. *Psalm.*83.

p *Glo.int.s.ps.* 83.

Vnus de principibus dici potest Adam. *Psalm.*81. De quo dictum est. *Gen.*3. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis.

Vnum talentum seruo commissum. *Matth.*25.*b.* literalem *q* scripturæ sacræ cognitionem designare potest. Vel designat ipsum intellectum.

q *Ori.s.Matth.*35. *Gl.int. s.Matt.*25.

Vnus persequens mille, *r* est mens boni doctoris confutans multitudinem hæreticorum. *Isa.*30.*d.*

r *Hie.s.Is.*30.

Vnus è discumbentibus cum Christo, erat Lazarus, *s* quia peccatores pœnitentes admittuntur ad Christi conuiuium. *Ioan.*12.

s *Amb.* 2. *de pœn.*7.

Vnus è fratribus Ioseph dicebatur mittendus ad Beniamin, qui designabat Ananiam mittendum ad Paulum. *Genes.*42.

Vna famula filiæ Pharaonis missa ad tollendam sitellam Moysi, designant philosophiam amplectentem, *Exod.*2.

t *Glo.int.sup. Exod.*54.

Vnus non remansit ex Ægyptiis, qui persequebantur filios Israël. *Exod.*14.*g.* quia in baptismo *t* omnia extinguuntur vitia. Ita ne vna quidem musca remansit in Ægypto. *Exod.*7.

Vna plaga percurrit Deus Ægyptum. *Exod.*11. per quam designatur id, quod maximum est, ad conuersionem infidelium adhiberi à Deo.

u *Am.s. Luc.* 15.

Vnus ciuium regionis longinquæ, *u* est princeps huius mundi, cui adhæret peccator. *Leu.*15.

Iudicij dies.

Vna nox, qua ambo Eunuchi Pharaonis viderunt somnium, designare potest diem iudicij quando boni & mali iudicabuntur. *Gen.*40.

x *Gl.in. Gen.* 1. *Glo.int. su. Gen.*25.

Vnus dies in creatione mundi, *x* terminum perfectionis rei, quæ in vnitate terminatur, indicat. *Gen.*1.*a.* Solet vnus dies poni pro temporis breuitate. *Gen.*33.*e.* Morientur vna die cuncti greges. Cubitus & dimidius altitudinis arcæ, spem cælestium designat. *Exod.*25.*a.*

Terminus perfectionis. Breuitas temporis.

y *Glo.int.s.*1. *Reg.*13.

Vnius anni dicitur Saul, quando regnare cœpit, *y* hoc est, humilis tanquam paruulus & lactens 1. *Regum.* 13.*a.*

Datur vnum consensu. *Gen.*2.*d.* Erunt duo in carne vna. *Actor.*4.*f.* multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.

Virginitas.

z *Rup.s.Can.* 7.

Vnitas, quia in se ducta nihil generat, vt alij numeri dedicata est *z* virginitati.

Binarius.

Digitized by Google

Binarius.

De binario seu dynade, hæc notari possunt.

Dynas *a* quia post monadem prima est, primus est numerus. Hæc ab illa omnipotentia solidaria in corporis intelligibilis linea prima defluxit. Ideò & ad vagas stellarum & luminum sphæras refertur, quia hæ quoque ab illa, quæ aplanes dicitur, in numerum scissæ, & in varij motus contrarietate retortæ sunt.

Materia. Dualitas *b* materiæ diuisibili tribui solet, rebúsque corruptibilibus. Vnde & duo cubiti crepidinis altaris, terrena designant, quibus competit binarius. *Ezech.* 43. *d.*

Imperfectio. In Genesi *c* cum in primo die dictum sit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & sexto post consummationem operum singulorum. Et vidit Deus, quod bonum est, in secundo, iuxta Hebraicum & Aquilam, Symmachum, & Theodotionem non habetur. Neque enim potest secundus dies qui numerum facit, qui ab vnione diuidit, quod bonus esset Dei sententia comprobari. Sic quia Darius amator erat coitus, & socius draconis, cuius omnis virtus in lumbis est: idcircò in secundo anno visio populo cernitur, in immundo numero: & post vnionem virginitatis & Paradisi nuditatem, tunicas significante pelliceas. *Agge.* 1. *a.* Dies secundus etiam in creatione mundi, *d* dicit diuinorum operum secundam distinctionem. *Gen.* 1.

Concupiscentia & ira. Binario numero ingrediuntur animalia immunda in arcam, vt designentur *e* concupiscentia & ira in homine, ex quibus omnis immundus affectus trahit originem. Binarius enim infaustus est, & malus, & ad materiam pertinens, quæ est omnium malorum fons & origo. Ideò secunda die non absque causa prætergressum est silentio illud delectabile verbum: Et vidit quod erat bonũ. Hinc quoque masculus & fœmina dicuntur introducti, quia in vtroque homine vigent immundæ vires, quibus propagantur omnia, sed in inferiori homine illæ ex materiali natura infectæ dicuntur, in superiori verò per commistionem cum illo.

Mali in Ecclesia. Bina quoque animalia immunda inducuntur in arcam, vt designentur *f* mali in Ecclesia, & ad schismata faciles, & quodammodo diuisibiles. Ad binarium enim pertinet *g* quicunque facit diuisionem in Ecclesia.

Præceptacharitatis. Bina præterea animalia licet immunda, in bonum sumi possunt, & designare duo præcepta charitatis, per quæ saluantur ea seruantes intra Ecclesiam. Vel potius sunt imperfecti ipsa præcepta eatenus seruantes, quatenus eis ad salutem sufficiat. *Gen.* 6. Eadem præcepta designant *h* duabus inauribus, & armillis, & siclis. *Gen.* 24. Item duabus catenulis in rationali pontificis. Et duobus anulis aureis in lateribus altaris. *Exod.* 28. 30. Bis tinctus etiam coccus, *i* duplex charitas. *Exod.* 26. *a.* 36. *d.* Duæ filiæ Annæ vxoris Elcana, infirmos *k* exprimunt, qui saluantur per duo præcepta charitatis. 1. *Reg.* 2. Duo decem quibus mundi. Christus apud Samaritas, *l* duo sunt præcepta charitatis, quibus Christus apud nos moratur. *Ioan.* 4. Duo cubiti frontis vestibuli templi. *Exec.* 41. *d.* Duo *m* præcepta charitatis, per quæ venitur ad vestibulum cœlestis patriæ. Idem designant *n* binæ stolæ datæ à Ioseph fratribus suis. *Gen.* 45. Duo ostia templi. 3. *Reg.* 6. *d* Duæ alæ mulieris. *Apoc.* 12. *c.*

Prædicatores. Duo Angeli ingressi Sodomam, prædicatores designare possunt, gemina charitate pollẽtes, vel doctrina vtriusque testamenti. *Gen.* 19. Eosdem designant duo filij Iacob contra Sichen, & duo gladij, quibus vtebantur, sunt verbum Dei, & oratio. *Gen.* 34. Et duo viri occurrentes Sauli, sunt prædicatores vtroque præcepto charitatis robusti. 1. *Reg.* 10. Sic bini mittuntur discipuli ad prædicandum. *Luc.* 10. Item duo iuuenes Abrahæ. *Gen.* 22. Duæ quoque vaccæ, *o* sunt prædicatores cum gemina charitate. 1. *Reg.* 6. Et duo vbera sponsæ, prædicatores ex Iudæis & Gentibus. *Cant.* 4. *b.* Duo vectes altaris, *p* prædicatores vtrique populo prædicantes. *Exod.* 26. *f.* Et duo discipuli missi ad pullum & asinam. *Matt.* 21. *a.*

Euangelistæ. Euangelia. Boni & mali. Duo circuli in vno latere arcæ fœderis, & duo in alio *q* sunt duo Euangelistæ vocati ante passionem Christi, & duo post. *Exod.* 25. *b.* 37. Et duo annuli aurei per singula latera altaris, sunt ipsa Euangelia. *Exod.* 30.

In duabus tabulis data est lex. *Exod.* 31. *d.* vt significaretur *r* vnitatem populi diuidi in duas partes, partem quæ saluatur, & partem incredulam, quæ perit, dicente Angelo ad Rebeccam. *Gen.* 25. Duæ gentes in vtero tuo sunt, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Duæ verò turmæ Iacob, Gentiles & Iudæos adumbrant. *Gen.* 33. Item duo Eunuchi Pharaonis. *Gen.* 40. Et duo Hebræi rixantes. *Exod.* 2. Et duo hœdi, quos Iacob obtulit patri suo. *Gen.* 27. peccatores sex duobus populis. Et duo filij missi à patre in agrum, *Matt.* 21. *c.* Præterea duo filij Ioseph, *Gen.* 41. 48. Et duo filij Mosis. *Exo.* 18. *a.* 21. Duo chori laudantium. *Neh.* 12. *c.* Duæ vxores Dauid captiuatæ, sunt duo populi captiuati à dæmonibus. 1. *Reg.* 30. Item duæ vxores, dilecta & odiosa, duo populi. *Deut.* 21. *c.* Et duo cæci in Hierico, *s* sunt Israël & Iuda, vel Gentiles & Iudæi. *Matt.* 20. Ad idem referri possunt duo filij Ruben. *Genes.* 42. Duo item latrones crucifixi cum Christo, *u* Iudæi, & fideles: blasphemus Iudæi, confessor fideles. Vel duæ partes iudicandorum in iudicio. *Matt.* 27. Duæ meretrices altercantes coram Salomone, Ecclesia & synagoga. 3. *Reg.* 3. Duo iuuenes ibant cum Abraham ad immolandum filium, *x* quia duo populi consenserunt in mortem Christi. *Gen.* 22. *a.* Duo viri ferentes botrum, duo populi ante & post incarnationem. *Num.* 13. duæ gentes. *Ezec.* 35. *c.*

Iudæi & Gentiles. Duo in agro, *y* sunt boni & mali in mundo, vel sunt sensus boni & mali. Duæ verò molentes in mola, sunt duæ animæ in suis corporibus. Vel sunt synagoga & Ecclesia de eisdem scripturis terentes farinam præceptorum Dei, vel hæretici & fideles in eisdem scripturis. Duo verò in lecto, sunt duo corpora ex eadem materia. *Matt.* 24. *d.* Vel duo in agro, sunt prædicatores. Duæ molentes occupati secularibus. Duo in lecto, continentes non occupati Ecclesiasticis vel secularibus.

Duo audiuntur loquente Deo semel, *z* quia duæ sunt præcipuæ virtutes Dei erga homines, nempe iustitia & misericordia. *Psal.* 61. Vel vnum est quòd Deus est potens, & alterum, quòd est iustus & misericors, ita quod tam opus iustitiæ, quàm misericordiæ potest executioni mandare per potentiam, quæ sæpè deficit in hominibus.

Doctrina & opera Christi. Scientia diuinitatis & humanitatis Christi. Fœlicitas animæ & corporis. Spes fœlicitatis. Duo cubiti & semis longitudinis arcæ *aa* doctrinam & opera Christi significant. *Exod.* 25. *a.* 37. Eodem referri possunt cubiti altaris thimiamatis & mensæ. *Exod.* 37. Vel designant munditiam & innocentiam.

Binæ stolæ quas dedit Ioseph fratribus suis, *bb* sunt scientia diuinitatis, & humanitatis Christi. Vel sunt fœlicitas animæ & corporis. *Gen.* 45. *c.* Hæc sunt duplicia quæ possidebũt Sancti in terra sua. *Isa.* 61. Singulæ verò stolæ, fœlicitatem animæ exprimunt. *Apoc.* 6. Duæ quoque tabulæ in angulis tabernaculi fœderis, requiem animæ & corporis indicant. *Exod.* 26. 36. Duo verò cubiti altitudinis altaris thimiamatis, *cc* spem fœlicitatis animæ & corporis designant. *Exod.* 30. *a.*

Duo testamenta. Duo cherubim in propiciatorio, sunt *dd* duo testamenta obumbrantia Christum, quorum alterum futuram incarnationem nunciat, alterum factam. Et duo calami in candelabro, sunt duo testamenta, sub quibus scyphi, hoc est, sub vtroque testamento seruientes. *Exod.* 25. 27. Idem designant duæ bases sub tabulis, quæ etiam designant Prophetas: itidem duo anguli tabularum. *Exod.* 26. *d.* 36. *d.* In duas partes diuisum velum templi, duo testamenta diuisa in scriptura. *Matth.* 27. *f.* Duæ præterea tabulæ legis, priores quidem quæ fractę fuere, vetus designant testamentum, posteriores verò nouum. *Exod.* 31. *d.* 34. Duo cubiti frontis vestibuli templi, *ee* ad vtrumque pertinent instrumentum, vel ad literam & spiritum, vel ad mysterium forcipis, qua in Isaia de altari carbo comprehenditur & defertur ad Prophetæ labia purganda. *Exech.* 40. *b.* Et duo ostia templi, vtrunque testamentum, & duo in eis ostiola, vtrunque literaliter & spiritualiter intelligendum insinuant. *Exech.* 41. *d.* Duæ quoque oliuę à dextris & sinistris candelabri, sunt Moses & Elias, hoc est, Lex & Prophetia, vel Lex & Euangelium. *Zach.* 4. *a.* Duo item testes Dei, *ff* duo sunt testamenta. *Apoc.* 11. *b.* Duo lapides in lateribus superhumeralis designant *gg* spiritum & literam. *Exod.* 28. Duo menses, *hh* duo testamenta, & quia cõstituunt sexaginta pertinent ad perfectionem senarij. *Gen.* 7. *Iud.* 11. *g.* Duo animalia in quorum medio cognoscitur Christus duo testamenta, vel duo latrones. *Hab.* 3. *d.* Et duo montes æneí, duo testamenta, vnde prodeunt prædicatores. *Zach.* 6. *a.* Duæ alæ mulieris. *Apoc.* 12. *c.*

Duplex sensus scripturæ. Christus & Ecclesia. Binæ metretæ, quas capiebant hydriæ nuptiales, *ii* duplicem sacræ scripturę sensum designare possunt. *Ioan.* 2.

Duo pisces in conuiuio Christi, designant *kk* sermonem propheticum, & sermonem in affectibus positum. Vel sermonem de Patre & Filio, vel prophetiam & prædicationem Ioannis Baptistæ. Vel regnum & sacerdotium Iudæorum, qui vngebantur. *Matt.* 14. *Ioan.* 6. *a.* Vel Prophetæ & Psalmi.

a *Macrob.* 1. *de somnio Scipio.*
b *Phil. de speciali.* 5. *legib.*
c *Hie. s. Ag.* 1.
d *Glo. int. su. Gen.* 1.
e *Geor. Venet. Cant.* 1. *to.* 6. *cap.* 15.
f *Au.* 12. *con. Faus.* 15.
g *Hie. s. Eze.* 11.
h *Glo. int. su. Gen.* 24.
i *Glo. int. sup. Eze.* 16.
k *Gre. s.* 1. *Re.* 12.
l *Aug. s. Ioan. tra.* 15.
m *Gre. s. Eze. ho.* 16.
n *Glo. int. su. Gen.* 45. & 3. *Reg.* 6.
o *Gre. s.* 1. *Re.* 2. 6. & *s. Can.* 4.
p *Gloss. int. s. Exo.* 26. & *s. Matth.* 21.
q *Glo. int. su. Exod.* 25.
r *Cyp. de Sina & Sion.*
s *Glo. int. sup. Gen.* 27. & *s. Deu.* 21.
t *Ori. s. Matt. ho.* 13. 18. & *s. Nu. ho.* 19. *Hil. s. Matth. Can.* 20.
u *Glo. int. su. Matt.* 21. *Hie. epi. multum in vtranque.*
x *Glo. int. su. Gen.* 22. & *s. Num.* 13.
y *Ori. s. Matt.* 10. *Hier. s. Mat.* 24. *Glo. in s. Mat.* 24.
z *Ba. s. ps.* 61.
aa *Glo. int. s. Exod.* 25.
bb *Glo. in. su. Gen.* 45. *Gr.* 4. *dia.* 25.
cc *Glo. int. su. Exod.* 30.
dd *Glo. in. su. Exo.* 25. *Rup.* 4. *su. Exod.* 6.
ee *Hie. ep. ign. vult. q.* 8. & *s. Exec.* 40. 41. & *s. Zach.* 4. *Glo. int. s. Ex.* 41. *Tert. adu. Marcion.* 4.
ff *Au. s. Apoc. hom.* 8. *Hie. de vest. sa.*
gg *Au. qu. in Iu.* 49. & 18. *ciu. Dei.* 32.
hh *Glo. in. su. Apoc.* 12.
ii *Ori.* 4 *peri.*

kk *Or s. Mat. Ca.* 14. *Hil. s. Matt. Ca.* 14. *Aug. s. Ioan. tract.* 24. *Glo. int. s. Matt.* 6.

Digitized by Google

Duo lapides in lateribus superhumeralis, designant *a* Christum & Ecclesiam. *Exod.* 28. Et duo melius se habentes, quàm vnus est quum quis habet in se habitantem Christum, qui ipsum tuetur. *Eccl.* 4.*c.* Duo in carne vna, dicuntur Christus & Ecclesia. *Gen.* 2.1. *Cor.* 6.*d.*

Contemplatio & meditatio legis.

Duo turtures aut duo pulli columbarum offerebantur in purgatione mulieris à partu, ad designandam puritatem, *b* simplicitatem & fidelitatem inter coniuges seruandam. Fiebat autem purgatio à concupiscentia conceptus, & ab immundicia originis. Designant autem duo turtures contemplatiuam vitam & meditationem legis. Duo verò pulli columbarum, *c* mundiciam & simplicitatem, vel motum mentis & corporis. *Leu.* 5.*b.* 12.14.*e.* Vel designant vtraque aues duplicem gemitum, vt cum ad offerenda bona opera non assurgimus, nosmetipsos dupliciter defleamus, quia videlicet & recta non facimus, & prauè operati sumus. Duplum autem restituere, *d* est corpore & animo pœnitere. *Exod.* 22.*a.* Vel fidem & confessionem plenè exoluere.

Duplex gemitus.

Fides de anima & Christi corpore.

Duæ oræ superhumeralis, *e* operationem & intentionem significare possunt. *Exod.* 28.*a.*

Duo annuli rationalis, sunt iugis memoria cœlestium. *Exo.* 28.38.

Duo agni per singulos dies offerendi, & etiam duo arietes, *f* fidem de anima à corpore Christi designare possunt. *Exo.* 27.29.*a. Leuit.* 5. Vel offeruntur duo, quia Christus immolatus est pro vtroque populo.

Humilitas & charitas.

Duæ incastraturæ in tabulis tabernaculi, humilitatem & charitatem designant, per quas quilibet constituitur in ædificio Ecclesiæ. *Exo.* 26.*b.* 36. vt per eas in prosperis & aduersis maiores, & minores, qui nos in Christo præcesserunt, vel secuti sunt, brachiis charitatis tenentes, ad perfectionis fastigia tendamus. Ad hæc faciunt duo vncini superhumeralis. *Exod.* 39.

Confessio Patris & Filij.

Duæ decimæ in vno pane, *g* confessionem Patris & Filij in vna substantia exprimunt, & duo ordines panum in mensa, sunt distinctæ proprietates Patris & Filij. Vel sunt duo populi in mensa Domini. *Leu.* 24. Duo autem denarij quos dedit Samaritanus stabulario, cognitionem Patris & Filij à Christo traditam designabunt. *Luc.* 10.*b.*

Proprietates Patris & Filij.

Duo populi.

Secundo anno erectum est tabernaculum, hoc est, tempore gratiæ nobilitata est Ecclesia. *Exod.* 40. Ad hunc secundum annum pertinet secunda vestiũ ablutio. *Leu.* 13.*g.* Secundo quoque mense egressus est Noë, de arca. *Gen.* 8.

Cognitio Patris & Filij.

Tempus gratiæ.

Secunda numeratio filiorum Israël, est *h* introductio secundi populi in cœlum, reiecto priore. *Num.* 26.

Secundò vocauit Deus Samuelem, *i* vt synagogæ superbiam conterendam designaret, & Gentilitatis humilitatem subleuandam. Vel veteris hominis & vitiorum destructionem, noui verò ac virtutum erectionem, 1. *Reg.* 3.

Duo menses, quibus fleuit filia Iepte virginitatem suam. *Iudi.* 11. *g.* ad *k* veterem & nouum hominem pertinent.

Duo Seraphim. *Isa.* 6.*a.* iuxta Origenem, *l* designant Filium, & Spiritum sanctum. Verùm hoc est nimium impropriè: quia videtur constituere Filium & Spiritum sanctum minores Patre. Vide *Seraphim.*

Duæ alæ Seraphim, Vide *Ala.*

Duæ turmæ Iacob, spiritualia & temporalia designant, quæ gubernat prælatus. *Gen.* 32. Vel sunt credentes ex Iudæis & gentibus, quos introduxit Christus in cœlum.

Duplices cibi, qui colliguntur die sexta, *m* sunt bona opera, quæ valeant ad hanc vitam & futuram. *Exod.* 16. Ad idem referri potest duplex pecunia tritici. *Ge.* 43.

Corpus & anima.

Duo congregati in nomine Christi, *n* sunt corpus & anima, quæ fiunt vnum. *Matt.* 18. Duo quoque passeres, dici possunt corpus & anima. *Matth.* 10.

Actiua & contemplatiua.

Duæ filiæ Saulis, *o* actiuam & contemplatiuam vitam designant, quibus debet pollere prælatus. 1. *Reg.* 14.*g.* Et duo Angeli in monumento Christi, designant desideria vitæ actiuæ & contemplatiuæ in anima, *Ioan.* 20. Duæ item alæ mulieris, actiuam & contemplatiuam innuunt. *Apoc.* 12.*c.*

Duplex vocatio.

Duo discipuli missi ad asinã & pullum. *Mat.* 21. designant *p* Petrum missum ad circumcisionem, & Paulum ad Gentes. Vel indicant duplicem gentium vocationem, Samaritanorum, & aliorum. Et duo filij Zebedæi, duplicem Iudæorum vocationem, *Matt.* 20. Duæ vero virgæ. *Zach.* 11.*b.* vna *q* vocationem generalem omnium gentium sub Noë: altera peculiarem Iudæorum.

Minor cognitio scripturæ.

Duo talenta tradita seruo, designant *r* minorem scripturæ cognitionem, & quæ literam parum transcendat. Ea verò duplicat in Euangelio, quæ in lege didicerat, qui & scientiam & operã præsentis vitæ & futuræ beatitudinis typos intellexit. *Matt.* 25.*b.* Vel sunt intellectus & operatio.

Dupli ad simplum proportio est *s* inter Christum & nos, in hoc quòd simplici morte sua duplicem nostram curauit, & simplici resurrectione animam & corpus suscitauit.

Duo renes vituli vel arietis. *Exod.* 20. *Leu.* 3.8. Vide *Renes.*

Duabus ingreditur viis, qui intentionem habet ad Deum, & terrena. *Eccl.* 1.*b.*

Duæ caudæ titionum, sunt *t* sapientia secularis & sermo hæreticus, *Isa.* 7.*a.* Et duo montes ænei, vnde prodeunt quadrigæ, sunt superbia & secularis potentia. *Zach.* 6.*a.*

Duo mala occurrisse dicuntur Hierusalem, & tamen enumerantur quatuor, *u* nempe vastitas, & contritio, fames, & gladius, quia vastitatem sequitur contritio, famem & gladium interitus. *Isa.* 51.*f.*

Duas tunicas dicitur habere, *x* qui colere vult veterem & nouum hominem, & duobus Dominis seruire. *Luc.* 3.

Binæ bases ponuntur in singulis tabulis *y* propter consensum propheticæ attestationis, & prædicationis, *Exod.* 26.*b.*

Conuersio & gratia.

Duæ vxores Elcana, designant *z* conuersionem, & gratiam secundum suorum nominum interpretationem. 1. *Reg.* 1.*a.*

Ieiunium & oratio.

Duo menses, quibus cæsores lignorum erant domi, sunt *aa* ieiunium, & oratio. Mensis verò quo cædebant ligna, eleemosyna, 3. *Reg.* 5.*d.*

Crux.

Duo ligna quæ colligebat mulier *bb* crucem Christi designant. 3. *Reg.* 17.*b.*

Duo leones in solio Salomonis, *cc* patres vtriusque testamẽti animo fortes sibi & aliis dominãtes. 2. *Paral.* 9.*d.*

Duæ pennæ animalium tegentes corpora, *dd* sunt timor & pœnitentia, quæ ab omnipotentis Dei oculis mala præterita abscondunt. *Ezech.* 1.*c.*

Duo Domini, quibus nemo potest seruire, *ee* sunt vitia, & virtutes, vita cœlestis & terrena, Deus & diabolus. *Matt.* 6.*c.*

Duo cornua bestiæ similia agni, *ff* simulatio hypocritarum & Antichristi. *Apoc.* 30.*c.*

Duæ iniquitates Israël fuerunt, quando Barrabbam sibi dimitti, Christum autem crucifigi petierunt, bonum reprobantes, & malum eligentes. *Hose.* 10.*c.*

Duo dies, quibus mansit Iesus apud Samaritanos. *Ioan.* 4.*f.* sunngg præcepta charitatis. Vel tempus vitæ præsentis & futuræ.

Ternarius.

De ternario hæc ferè habentur insignia. *hh* Ternarius enim insignis habetur, pro eo, quòd imparium, & eorum, qui præter vnitatem nullam aliam recipiunt sectionem, primus est numerorum. Geometrici quoque corporis ab impari prima planicies in tribus lineis constat. His enim trigonalis forma concluditur. Primò etiam ternario numero contingit, vt inter duo summa medium, quo vinciretur, acciperet. In numero enim ternario est principium, medium, & finis. Vnde & tria sunt omne: & trina est in corporibus dimensio, & tria in sacrificiis offerebantur, vt designarent principium, medium & finem in Deum esse referenda.

Tertia dies apta sit sacramentis. *ii* Nam & populus quum exisset de Ægypto, tertia die obtulit sacrificium Deo, & in die tertia purificatur, & resurrectionis dominicæ tertia est dies. Et tertia die Abraham peruenit ad montem, vbi sacrificaturus erat filium in mysterio. *Gen* 22.

Mysterium Trinitatis.

Tres viri apparentes Abrahæ *kk* diuinarum personarum Trinitatẽ designauerunt. Et tria fata similæ, *Gen.* 18.*a.* Et tres putei, quos fodit Isaac, quorum tertius dictus est latitudo, designans notitiam Trinitatis. *Gen.* 26. Tertio die erat grauissimus dolor vulnerum circumcisorum, vt designaretur *ll* difficultas credendi mysterium Trinitatis. *Gen.* 34. Et tres menses, post quos deprehensa est Thamar esse grauida, cognitionem Trinitatis designan-

pro qua

a *Hie. de vest. sace. Am. epi.* 17.
Glo. inte sup. Gen. 2.
b *Geor. Vene. Cant. 2. tom. 3. cap.* 16.
c *Glo. inter. s. Leu.* 5.
Gre. 32.*m.* 2.
d *Glo. inter. s. Exod.* 22.
e *Glo. inte. s. Exod.* 28.
f *Gloss. int. su. Exod.* 29.
g *Orig. s. Leu. hom.* 13.*&. s. Luc. ho.* 34.
h *Ori. s. Num. ho.* 25.
i *Gre. s.* 1. *Re.* 3.
k *Au.* 1.*q. in Iu.* 48.
l *Ori. s. Isb.* 1.
m *Glo. inte. s. Exod.* 16.
n *Am. de instit. vir. Hil. s. Matt. ca.* 10.
o *Gre. s.* 1. *Re.* 14.
Ori. in diuin. hom. 1.
Glo. inter. su. Apoc. 12.
p *Ori. s. Matt. hom.* 14. *Hil. s. Matt. Cant.* 20.21.
q *Hier. s. Zac.* 11.
r *Ori. s. Matt. ho.* 33. *Hier. s. Mat.* 25.
Glo. in. s. Mat. 25.
s *Gre. s.* 1. *Re.* 6.
t *Hier. s. Is.* 7.
u *Hie. s. Is.* 51.
x *Orig. s. Luc. ho.* 3.
y *Glo. inte. su. Exo.* 26.
z *Gloss. inte. s. Reg.* 2.
aa *Glo. int. su.* 3. *Reg.* 5.
bb *Glo. int. s.* 3. *Reg.* 17.
cc *Glo. int. su.* 2. *Par.* 9.
dd *Glo. in. su. Ezech.* 1.
ee *Glo. in. su. Mat.* 6.
ff *Gloss. int. s. Apoc.* 13.
gg *Rupe.* 4. *s. Ioan.*
hh *Rup.* 7. *de diuin. offi.* 14.
Macrob. 1. *de som. Scipion.*
Georg. Venet. Cant. 2. *ho.* 3. *cap.* 2.
Ari. 1. *de calo & mundo.* 1. 11
Aug. 1. *de Music.*
kk *Or. s. Gen. hom.* 8. *Ori. s. Leu. hom.* 8.
ll *Gloss. int. s. Gen.* 38.

Confessio Trinitatis.

pro qua accusantur Iudæi credentes à non credentibus. Et tres filij Iudæ, sunt confitentes Trinitatis mysterium *Genes.* 38. Tres etiam dies *a* ipsam Trinitatem designant *Genes.* 30. *f. Exod.* 3. 15. 19. *Iona* 3. *b.* Vnde in tribus diebus excitat Christus templum, hoc est, virtute Trinitatis. *Ioan.* 2. *d.* Tres propagines eandem Trinitatem designant. *Genes.* 40. Et tres decimæ similæ. *Leuit.* 14. Et triplex funiculus. *Eccles.* 4. *c.* Et tres thalami. *Ezech.* 40. *b.* Et tres drachmæ, & sicli. *Leuit.* 27. *a.* Ter in anno apparere coram Domino, est confiteri Trinitatem. *Deut.* 16. *d.* In tres partes diuiditur prouincia, ob confessionem Trinitatis. *Deut.* 19. *a.* Tertia etiam generatio, est fides Trinitatis. *Deut.* 23. *b.* Tres bilibres hordei dantur denario vno. *Apoc.* 6. *b.* quia ad salutem oportet habere fidem Trinitatis. Tertio se expandens Elias super puerum suscitandum. 3. *Reg.* 17. *e.* mysterium *b* Trinitatis designauit. Viduæ enim filium, id est, populum Gentium nec solus Pater sine Filio, nec Pater & Filius, sine Spiritu sancto, sed tota Trinitas suscitauit. Hoc etiam in sacramento baptismatis demonstratur, dum tertia, vice vetus homo mergitur, vt nouus surgere mereatur. Tribus mensibus absconditus est Moses, *c* in mensura fidei sanctæ Trinitatis. *Exod.* 2. *a.* Tres vituli, quos obtulit Elcana, confessione sanctæ Trinitatis per vitulos labiorum factam designant, 1. *Reg.* 1. *d.* Tria signa data Mosi. *Exod.* 4. Tertia tribus electa est in sacerdotium, ob Trinitatis confessionem. *Exod.* 6. Tres calami in singulis lateribus tabernaculi, designant fidem Trinitatis ante & post incarnationem Christi. *Exod.* 25. 37. Et tres cubiti altitudinis altaris. *Exod.* 27. *a.* 38. Tertia generatione intrant infideles in Ecclesiam Dei, hoc est, per fidem Trinitatis. *Exod.* 38. *Deut.* 23. *c.* Eandem fidem Trinitatis designant tres dies, quibus latuerunt exploratores in domo Rachab. *Iosu.* 2. *c.*

Multiplex autem ponitur Trinitas. *d* Nam est Trinitas creatrix, Pater, Filius, Spiritus sanctus ex qua cecidit Trinitas creata, memoria, ratio, & voluntas. Est & Trinitas, per quam cecidit, nempe per suggestionem, delectationem, consensum. Est & Trinitas, in quam cecidit, videlicet impotentia, cæcitas, immunditia. Rursus Trinitatis quæ cecidit, singularem tripartitus est casus. Memoria cecidit in tres species cogitationum, affectuosas, onerosas, ociosas. Ratio in triplicem ignorantiam, boni & mali, & veri falsi, commodi & incommodi. Voluntas in concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, ambitionem seculi. Et Trinitas, per quam resurgit, fides, spes, & charitas, quæ trimembres habent diuisiones. Etenim fides præceptorum, signorum, promissorum, est spes veniæ, gratiæ, gloriæ, & est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta.

Credentes mysterium Trinitatis,

Tres digiti Dei. *Isa.* 40. *c.* magnam eius *e* potentiam, qua creauit & sustentat terram, designare videntur.

Tres greges iuxta puteum, designant fideles credentes mysterium Trinitatis, & diuinam expectantes doctrinam. *Genes.* 29. *d.* Et tres viri apparentes Abrahæ, sic se habent, *f* vt per primum designentur colentes Deum propter seipsum amore amicitiæ, per secundum colentes eum vt beneficium & Deum, quibus etiam Deus benefacit, per tertium colentes eum vt Dominum, timore videlicet pœnæ, quos etiam Deus auersatur. *Genes.* 18. *a.*

Inuocatio Trinitatis.

Ter infundens aquam Elias super holocaustum. 3. *Reg.* 18. designauit *g* inuocationem Trinitatis, quæ fit in baptismo.

Virtutes theologicæ.

Tres menses, quibus mansit arca fœderis in domo Obededom. 1. *Paral.* 13. *d.* fidem, *h* spem, & charitatem designant. Et tres cubiti altitudinis basis æneæ, super quam stetit Salomon docent nos fidem sanctæ Trinitatis, cum fide, spe & charitate tenere debere. 2. *Paral.* 6. *b.* hoc triduo orauit Iudith *Iud.* 12. *b.* Easdem designant tres filiæ Iob, quæ virtutibus, seu donis Spiritus sancti copulantur. *Iob.* 1. *a.* Item tres thalami Ezech. 40. *b.* Et tres ordines lapidum in templo. 3. *Reg.* 6. *d.* Et tres columnæ in vtroque latere atrij, prædicatores his virtutibus ornati. *Exod.* 27. *c.* 38.

Tres ætates.

Trina vacca, & capra, & aries, quæ mactauit Abraham. *Genes.* 15. designarunt *i* tres ætates vsque ad legem datam, primam ab Adam vsque ad Noe: secundam à Noe vsque ad Abraham, tertiam ab Abraham, vsque ad legem. Vel designarunt quòd tempore Dauid futuri erant reges. Vel quòd tertio tempore gratia reuelata est. Vel designant mysterium Trinitatis. Tres etiam propagines, quas vidit pincerna Pharaonis, & tria canistra pistoris. *Gene.* 40. tria *k* tempora designant, ante legem. Gemmæ autem propaginum, sunt Sancti in lege florentes, in gratia fructificantes, & populum gratum Deo exhibentes. Vel tres propagines sunt coniugati, continentes, & rectores in Ecclesia, tribus autè temporibus apparere cum Domino est in triplici ætate colere Deum. *Exod.* 38. Tertia hora operariorum. *Matth.* 20. *a.* computatur *l* à Noe vsque ad Abraham. Tres dies, quibus peruenit Abraham ad locum sacrificij, designant trium legum tempora. *Gene.* 22. Et via trium dierum, est *m* triplex tempus trium legum. *Exod.* 3. sicut & tres anni ficus. *Luc.* 13.

Resurrectio Christi: Sepultura Christi.

Trium dierum via in solitudinem, typus esse potest *n* Resurrectionis Christi. *Exod.* 3. 19. *d.* 11. Et tres dies, quibus Ionas fuit in ventre ceti. *Matth.* 12. *Iona.* 2. *a.* Tempus sepulturæ Christi designant. Tertia dies, qua factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ. *Ioan.* 2. *a.* Resurrectionem Christi significat, vel vltimam ætatem è tribus, quæ est tempus gratiæ. Tertia die fit mundatio immundi, hoc est, per fidem Resurrectionis Christi. *Num.* 19. *d.*

Partes pœnitentiæ.

Trium dierum via, designat tres partes pœnitentiæ. *Exod.* 3. Idem designant tres cubiti altitudinis Altaris. *Exod.* 27. 28. Et tres hœdi, & tres tortæ panis, *o* indicant pœnitentiam cordis, oris & operis. 1. *Reg.* 10.

Tribus vicibus operatur Deus in electis dolorem & consolationem. *Iob.* 33. *d.* Nempe *p* in conuersione, in probatione, & in morte, quia per tria hæc & duris prius stimulis mœroris afficitur homo, & magis postmodum securitatis gaudiis refouetur.

Lex, Prophetia. Euangelium.

Tres filiæ Iob, legem, *q* prophetiam & Euangelium significare possunt, quæ sunt à Deo ceu filiæ. *Iob.* 1. *a.* Idem designant tria sata farinæ. *Matth.* 13. *c.* Et tres thalami in vno latere domus Domini. *Ezech.* 40. *b.*

Diuersi gradus in Ecclesia.

Tres scyphi, & sphærulæ, & Fila in candelabro Sanctuarij. *Exod.* 15. *d.* 35. *c.* diuersos *r* status designant in Ecclesia. Item tria tempora, ante legem, sub lege, sub gratia. Ad hæc tempora referri potest, quod tribus diebus traditi sunt custodiæ Fratres Ioseph. *Gene.* 42. *c.*

Tria tempora.

Ternarius sæpe *s* ad animam refertur, propter tres eius præcipuas potentias. Vnde qui tertio die non mundatur, non mundatur septimo. *Num.* 19. *c.* Quia si non mundatur anima, non mundatur corpus. Porrò tres congregati in nomine Domini sunt *t* Spiritus, anima & caro in obsequium Dei concurrentes. *Matth.* 18. *c.* 1. *Thessal.* 5. *d.*

Anima. Spiritus, anima, caro.

Ternæ metretæ, *u* triplicem sacræ scripturæ sensum designare possunt. *Ioan.* 2. *a.* Vnde & descripta tripliciter dicitur sapientia, propter triplicem sacræ scripturæ sensum. *Prou.* 22. *c.* Et tres thalami hinc & inde in porta aquilonari templi. *Ezech.* 40. *c.* designant quòd tam litera quàm spiritus, & vtraque intelligentia, nempe historiæ & tropologiæ, Trinitatis sacramenta contineat.

Sensus sacræ scripturæ.

Tertius dies, quo igne absumitur sacrificium. *Leuit.* 7. *b.* designat diem iudicij. Vel scripturam præter duo testamenta.

Dies iudicij.

Tertius etiam dies natalitius Pharaonis, *x* quo pincerna liberatur, & pistor suspenditur, diem indicat iudicij. *Genes.* 40. *d.*

Imperfecti.

Tres tribus remanentes trans Iordanem. *Iosu.* 1. designant *y* imperfectos, qui ad altiora non valent ascendere. Item fidem Trinitatis antiquorum patrum imperfectam, nec dum satis explicitam.

Fides Trinitatis implicita.

Tres vituli, quos obtulit Elcana, sic se habent, *z* vt duo designet duas prædicatoris operationes erga proximum: nempe vt eum auertat à malo, & conseruet in bono, & tertiam, vt seipsum ad interiora reuocet. 1. *Reg.* 1. *d.*

Opera prædicatoris.

Tres modij farinæ, quos etiam obtulit Elcana. 1. *Reg.* 1. *d.* designant præparationem ad prædicationem: quæ fiat peccatoribus ad conuersionem iustis ad perseuerantiam, & ipsis prædicatoribus ad contemplationem. Vel vnus modius est pro conuersione peccatoris, alter pro disciplina coniugati, tertius pro excellenti puritate continentis.

Fortis.

Tres filij Annæ vxoris Elcana. 1. *Reg.* 2. *d.* designant *aa* eos, qui fortia operantur pro fide Trinitatis. Et tres viri inuenientes Saulem, sunt fortes contemplatiui, qui perfecti sunt in custodia cogitationis, locutionis, & operis. 1. *Reg.* 10. *a.* Et tres filij Saulis, sunt prædicatores defendentes fidem sanctæ Trinitatis, vel designat macerationem corporis, circumspectionem mentis, & simplicitatem intentionis. Vel fortitudinem operis, virtutem charitatis, & affluentissimam gratiam prædicationis, quæ in prædicatoribus esse debent. 1. *Reg.* 14. *g.* Tres autem discipuli in transfiguratione assumpti, *bb* designarunt electos ex Sem, Cham, & Iaphet. *Matt.* 17. *a.*

Prædicatores.

Electi.

a *Gl. int. sup. Io. 2. Gre. sup. Ezech. ho. 16. Isy. s. Leu. 14. 27. Glo. int. s. Deut. 16. 18. 23. & s. Apo. 6.*

b *Au. se. 201.*

c *Glo. int. sup. Exod. 2. & s. 1. Reg. 1. Ori. s. Gen. h. 5. 13. Glo. int. s. Ex. 15. Hie. s. Ioa. 3. & s. ps. 85.*

d *Ber. ser. par.*

e *Hie. sup. Is. 40.*

f *Phi. de Abr.*

g *Ba. hom. de baptismo.*

h *Glo. int. su. 1. Par. 13. & s. 1. Par. 6. & s. Iudi. 12. Gre. m. 1. 28. s. Eze. ho. 16. Gl. in. s. Exod. 27. & s. 1. Re. 6.*

i *Au. 15. ciu. Dei. 24. & s. ps. 103.*

k *Glo. int. su. Gen. 40.*

l *Glo. int. sup. Matth. 20. Gre. hom. 31.*

m *Glo. int su. Exod. 3.*

n *Au. de ver. Domini 12. Ru. s. Ioan. 2. Epi. ho. 2. con. iur. tom. 1. Cy. 2. s. Io. 2. 6. Glo. inte. sup. Num 19.*

o *Gre. s. 1. Re. 10.*

p *Gre. 24. m. 12. 18.*

q *Hie. s. Iob. 1. Hil. s. Matth. Can. 13.*

r *Glo. int. sup. Exod. 25.*

s *Augu. 4. in Nu. 33.*

t *Am. de inst. vir.*

u *Or. 4. Per. 2. Hie. epist. sup. ignoto vultu. & s. Eze. 40.*

x *Glo. int. su. Gen. 40.*

y *Or. s. Io. h. 3.*

z *Gre. s. 1. Re. 1.*

aa *Gr. s. 1. Re. 10. 14.*

bb *Hil. s. Mat. cant. 17.*

Digitized by Google

Tertio die obtulit Abraham sacrificium. *Genes.* 22. *a*, designans *a* præterito tempore, præsenti & futuro agendas esse gratias Deo, aut cum fide Trinitatis. Vel primus dies fuit proditionis Iudæ, quarta videlicet feria, secundus capturæ, feria quinta, tertius crucifixionis, in parasceue. Tertius etiam dies est tempus gratiæ & resurrectionis. *Esther.* 5. *a*. Tertius quoque mensis, quo data est lex, tempus gratiæ designat. *Exod.* 19. *a*.

Omni tempore agenda gratia.

Ter vocatus à Domino Samuel. 1. *Reg.* 3. *a*. designat *b* tria in dilectione Dei debere cõcurrere: nempe vt diligatur ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute. In corde est consilium, in anima voluntas, in virtute, amoris affectio. Ter quoque est vocatus à Domino, quia dum ordo prædicatorũ rudis adhuc Ecclesiæ ad superna se studiosè extendit, & veritatem de ratione consilij, & bonitatẽ de electione voluntatis, & verum gaudiũ appetiit de intentione affectionis. Ter etiam ad Eli vocatus accessit: quia de omni appetitu suo sacram scripturam meditationis festinatione consuluit. Ter item quòd nonv ocaretur, audiuit, quia meditando didicit, quòd patres nostri ad eruditionem nostram sacra nobis eloquia tradiderunt, & tamen dona nobis spiritualia dare non possunt. Ter etiam dormiuit, primò, quia dum cognoscendæ veritati animum intendit, magna consilij subtilitate erronea euenta reprobauit. Secundò, quia cùm conditorem diligere ex tota mente didicit, magna apud se quiete disposuit, vt bonis quæ cuperet, aliqua reproba non misceret. Tertiò, vt dum supremum gaudium de diuina contemplatione perciperet, vnam lætitiam reprobare consulta mente potuisset.

Tempus gratia, & resurrectionis.

Perfecta dilectio Dei.

In tres partes diuisus populus aduersus hostes. 1. *Reg.* 11. *c*. designat *c* commendationem ieiunij à lege, Prophetis & Euangelio.

Tres anni famis, designant *d* tempus prædicationis Christi, vel defectum fidei sanctæ Trinitatis. 3. *Reg.* 17. *a*. 18. *a*. Ad idem faciunt tres anni, in quibus Dominus quærebat fructum in ficu, quæ erat synagoga. *Luc.* 13. *b*. Tres etiam dies tenebrarum Ægypti. *Exod.* 10. *f*. Exprimunt ignorantiam Trinitatis in mundo.

Tempus prædicationis Christi.

Defectus fidei.

Trinitatis.

Tres cunei Philisthinorum. 1. *Reg.* 13. *d*. designant *e* dæmones impellentes ad negligentiam cordis, ad effrenationem oris, ad audaciam peruersi operis. Iidem erunt tria cornua, vel tres turmæ Chaldæorum. *Iob.* 1. *d*. Cum tribus etiam regibus veniens, Chodorlahomor. *Genes.* 14. *a*. est diabolus cum concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ veniens ad tentandum.

Dæmones.

Triduo sustinentes turbæ Christum. *Matth.* 15. *d*. *Marc.* 8. *a*. sunt *f* confitentes filium Dei, & passionem, & resurrectionem eius: vel sunt ieiunantes triduum passionis eius: vel credentes in triplici lege, naturali, scripta, & gratiæ, vel prima dies est timoris: secunda pietatis: tertia rationis.

Tres portæ in qualibet plaga Hierusalem cœlestis. *Apoc.* 21. *d*. admonent, per fidem Trinitatis, & tres virtutes theologicas in eam esse ingrediendum.

Triduum mortis Christi crucifixi, instruit *g* primum quidem diem esse crucis in præsenti vita, secundum quietis in spe, tertium resurrectionis in futura vita, ad propitiationem Sanctæ Trinitatis.

Tria sata farinæ, designant *h* dilectionem Dei in toto corde, tota anima, & tota virtute. Vel fructum centesimum, sexagesimum, & tricesimum. Vel Noe, Danielem, & Iob. Vel tres filios Noe, in quibus includuntur omnes gentes. *Matth.* 13. *c*.

Terni menses, quibus vicissim laborabant cæsores lignorum. 3. *Reg.* 5. *c*. designant exercentes se in oratione, eleemosyna, & ieiunio.

Tertia & quarta generatio, vsque ad quas Deus reddit iniquitatem patrum. *Exod.* 20. *a*. *Deut.* 5. *a*. designant *i* extensionem peccati in multos. Vel potest ita sumi vt tertia generatio sit cùm peccatum opere completur, quarta verò, cùm quis gloriatur de peccato.

Extensio peccati.

Tripliciter fornicatur Hierusalem, cùm quis peccat *k* spiritu, anima, & carne. *Ezech.* 16.

Tres pastores succisi in mense vno. *Zach.* 11. *b*. dici possunt *l* in aliqua trium personarum errantes. Vel fuerunt Moses, Aaron, & Maria.

Tertius ponitur Israël, inter Ægyptum & Assyrium, vt ostendatur omnes Gentes in Ecclesia copulari. *Isa.* 19. *d*.

Quaternarius.

De quaternario, quem *tetractin phim* appellant, multæ perfectiones dicuntur. *m* Ipse enim denarij absolutissimi omnium causa & fons dici potest. Quod enim actu est denarius, hoc quaternarius potentia esse videtur. Si igitur ab vnitate vsque ad quaternionem deinceps componantur numeri, denarium conficient, qui est immensitatis numerorum terminus: ad quem ceu metam circumaguntur, & se reflectunt. Quin & musicas symphoniarum rationes idem quaternarius continet, videlicet diatessaron, diapente, diapason: quibus concentus fit absolutissimus. Nam diatessaron proportionem habet super tertiam. Diapente sesqualteram: diapason duplam: super tertia est in quatuor ad tria sesqualtera in tria, ad duo. Dupla in duo ad vnum, aut quatuor ad duo. Quadrupla verò in quatuor ad vnum. Est & alia vis quaternarij, dictu cogitatúque miranda. Primus enim hic solidi naturam ostendit, cum præcedentes numeri in corporeis rebus dicati sint. Nam in vnitate censetur punctum, quod vocant geometræ, in binario linea, ea est longitudo sine latitudine, quæ vbi accessit, fit superficies ad ternarium pertinens. Hæc quominus sit corpus natura solidum, vna destituitur altitudine, qua iuncta ad ternarium, fit quaternarius. Præterea *n* primus numerorum quatuor, quadrangulus est pariter par, mensura æquabilitatis ac iustitiæ. Ipse quoque totius cœli mundíque generatione dedisse videtur initium. Nam quatuor elementa, ex quibus Vniuersum hoc conditum est tanquam à fonte manarunt à numero quaternario, atque adeò hæc quatuor quibus annus distinguitur, tempora, vnde animantes plantæque proueniunt, scilicet hyems, ver, æsta & autumnus.

Quatuor sunt iudiciariæ potentiæ in rebus existentibus. *o* Intellectus, disciplina, opinio, sensus quatuor iussit summus moderator esse fundamenta perfectissimæ, æternæ, & inconcussæ legis, quatuor videlicet Euangelia. Quatuor etiam angulis artifices naturam imitantes consummant ædificia, vt firma sint.

Etsi Deus ternario gaudet numero, diffunditur tamen in creatura per quaternarium. *p* Ideo per elementa quadrifaria suprema, inferiora & media consonantissimo numero distribuit, diuidens machinam hanc in quatuor mundi partes: Eurum, Zephyrũ, Austrum, & Boream, & cœlum per illas triplicitates, igneam, aëram, aqueam, & terrenam. A quo cœlo quatuor tempora, ver, æstas, & hyems, vnde fauor ad quadruplicem substantiam corpoream, vegetabilem, sensitiuã & rationalem. Quam subsequuntur quatuor corporeæ qualitates, calidum, frigidum, humidum, atque siccum. Item quadruplex quantitas, punctum, longitudo, latitudo, profunditas. Quadruplex etiam motus, ascensus, descensus, progressus, & circulus. Animus quoque noster quadrariam vim à supernis suscipit, intellectualem, rationalem, animalem, & spiritum omnia illa connectentem. Quatuor sunt etiam virtutes, quas cardinales appellant.

Quartus annus fructus pomorum nouæ arboris, qui offerendus erat Deo, *Leuit.* 19. *e*. designat aduentum & incarnationem Christi. Quarto autem mense stetit Ezechiel iuxta fluuium Chobat. *Ezech.* 1. *a*. vbi designatur *q* Christus, qui eum corpore humano ex quatuor elementis constituto venit ad baptismum. Per quatuor etiam animalia, Christi dispensatio significatur. Per leonẽ quasi rex ostenditur, per vitulum veluti sacerdos, imò potius sacrificium. Per hominem, tanquam propter nos homo factus, per aquilam, vt qui spiritum viuificantem, & super omnes deuolantem impartiatur.

Incarnatio.

Quarta vigilia noctis *r* est appropinquans quies post tentationes, vel est aduentus Christi ad iudicium, vt prima sit in lege, secunda in prophetis, tertia in carne passibili. *Matth.* 14.

Quarta sabbati, est quarta feria, qua facta sunt luminaria, designans *s* Sanctos illuminatos: qui lucent vt luminaria in firmamento. *Psalm.* 93. in titul.

Quies post tentationes.

Tempus iudicij.

Sancti.

Quatuor flumina ab vno Paradisi fonte manantia, *t* designant quatuor Euãgelistas à Christo institutos. *Gen.* 2. *b*. Quatuor etiam animalia, quæ videt Ezechiel, ad quatuor Euangelistas referuntur, *Ezech.* 1. *b*. *Apoc.* 4. Et quatuor circuli aurei arcæ. *Exod.* 25. *a*. sunt quatuor Euangelistæ, quorum duo ponuntur in latere dextero, Matthæus & Ioannes vocati ante passionem, duo in sinistro, Marcus, & Lucas, vocati post passionem. Quatuor autem digiti coronæ mensæ, sunt quatuor Euangelia, quia digitis scribimus. Item quatuor scyphi candelabri, *Ibid. b. d*. Et quatuor annuli æneι. *Exod.* 27. *a*. Quatuor initia vasis lintei, quod vidit Petrus. *Actor.* 10. *b*. quatuor designant Euangelia. Et quatuor oues reddende pro vna. *Exod.* 22. *a*. ad quatuor Euangelica referri possunt. Quatuor autem

Euangelista & Euangelia

quadrigæ

a *Ambr.* 1. *de Cain.* 8. *Gloss. int. s. Gen.* 22. *& s. Esthe.* 5. *Au. epi.* 119.
b *Gre. s.* 1. *Re.* 2.
c *Gre. s.* 1. *Re.* 11.
d *Amb. de viduis. Glo. int. s.* 3. *Reg.* 18.
e *Gre. s.* 1. *Re.* 13. *Orig. s. Iob.* 1.
f *Hil. s. Matt. can.* 15. *Aug.* 83. *q.* 61. *Bern. ser.* 1. *s. misericor.*
g *Au. ep.* 119. *Ruper.* 7. *de diui. offic.* 14.
h *Aug. qu. in Euang.* 12. *& s. Ioan. tra.* 9.
i *Glo. inter. s. Deut.* 5.
k *Ori. s. Ezec. ho.* 7.
l *Hie. s. Zach.*
m *Philo. de mundi opifi. & de vita Mosis.*
n *Macrob.* 1. *de somnio Scipionis.*
o *Geor. Vene. Cant.* 1. *tom.* 3. *cap.* 13. *& Ca.* 3. *tom.* 8. *modul.* 1.
p *Georg. Ven. Cant.* 1. *to.* 3. *cap.* 12.
q *Gloss. int. s. Leu.* 19.
r *Ori. s. Ezec. ho.* 1. *Aret. s. Apo.* 4.
s *Ori. s. Matt. cap.* 14. *Hil. s. Mat. can.* 12.
t *Aug. s. psal.* 93.

Doctores

quadrigæ apud *Zach. 6. a.* ad literam quidem, sunt *a* quatuor regna, Chaldaicum, Persicum, Macedonicum, & Romanum. Mysticè verò designant quatuor Euangelistas, & prædicatores Euangeliorum. Et quatuor fabri destruentes quatuor cornua, *Zach. 1. d.* sunt *b* doctores sacri, & quatuor Euangelistæ, qui oppressum Israëlem, sensum videlicet videntem Deum, & Iudam Dominum confitentem, & Hierusalem visionem pacis, in pristinam sedem restituant. Et quos vitiorum gentes dispersérant de Ecclesia, per prædicationem Euangelij retrahunt ad salutem. Et quatuor cornua altaris sunt quatuor Euangelia per quatuor mundi partes prædicata. *Exod. 29. b. Ezech. 44. e.* Quatuor columnæ, sunt quatuor Euangelistæ, seu fides Euangeliorum. *Exod. 26. f. 27. c. 36. d. 38. c.*

Virtutes Cardinales.

Quatuor etiam flumina, *c* sunt quatuor virtutes cardinales. *Gen. 2. b.* Et quatuor schyphi in hastili candelabri. *Exod. 25. d. 37. d.* Quatuor autem cornua per quatuor angulos Altaris, sunt quatuor virtutes per quatuor mundi partes dilatatæ. *Exod. 29. a. 38. a.* Quatuor fabri destruentes quatuor cornua. *Zac. 1. d.* sunt *d* quatuor virtutes, ædificationem diaboli & vitiorum destruentes. Quatuor ordines lapidum in rationali. *Exod. 28. c. 39. b.* designant *e* quatuor virtutes cardinales cum Theologicis. In quatuor autem ordinibus sunt terni lapides, id est, in principalibus virtutibus est fides Trinitatis. Eadem autem virtutes designant quatuor baiuli paralytici. *Marc. 2. c.*

Angeli.

Quatuor columnæ continentes velum tabernaculi, sunt potestates cœli quatuor virtutibus fortes. *Exod. 26. f. 36. d.*

Charitas.

Quatuor cubiti latitudinis cortinarum & sagorum tabernaculi, designant amplitudinem charitatis, quæ est per quatuor Euangelia. *Exod. 26. a. 36. a.*

Virtutes animæ.

Quatuor animalia in visione Ezechielis *f* ad quatuor animæ vires referri possunt, vt vitulus designet concupiscibilem in hepate, leo irascibilem in felle, Homo est rationalis in cerebro, Aquila verò est Synteresis suprema. *Ezech. 1. b.*

Pœnitentia. Corpus.

Quatuor oues redduntur pro vna sublata. *Exod. 22. a.* hoc est, *g* pœnitentia totius vitæ, quæ quatuor temporibus agitur, vel corpus affligendum quod quatuor elementis, & quatuor humoribus constat. Ad hæc refertur quæcunque alia restitutio quadrupli, solet enim quaternarius attribui corpori propter elementa.

Conuersatio. bona.

Quatuor partes fructuum datæ sunt Ægyptij, in cibum. *Gen. 47. f.* vt designetur *h* in hac via secundum vniusciusque facultatem laudabiliter esse conuersandum. Quarta etiam pars Hin. *Exod. 29. g.* ad bonam conuersationem huius vitæ refertur.

Quatuor mundi partes

Quatuor initia vasis lintei. *Actor. 17. b.* designant *i* quatuor terræ partes, vnde saluandi colliguntur. Quatuor diebus plangebant filiam Iephte. *Iud. 11. g.* quia per quatuor mundi partes, est pœnitentia in Ecclesia. Quatuor anguli arcæ & altaris, quatuor sunt mundi partes. *Exod. 25. a. 26. f. 37. a.* Item quatuor partes vestimentorum Christi. *Ioan. 19. d.* Et quatuor portantes paralyticum. *Marc. 2. a.* A quatuor ventis congregantur electi, sicut & à quatuor plagis castrametabantur filij Israël. *Matth. 24. c.*

Quatuor tempora. Composita ex elementis.

Quatuor rotæ. *Ezech. 1. c.* quatuor *k* partes, quibus annus voluitur, designant, Item res compositas ex quatuor elementis. Et quatuor ordines lapidum in rationali, sunt quatuor anni tempora: diurna enim & anni curricula quaternario peraguntur. *Exod. 28. c.*

Quatuor animalia possunt *l* quatuor elementa designare. *Ezech. 1. b. 41. a. Apoc. 4.* Et quatuor cubiti inter crepidinem maiorem & minorem sunt elementa, quæ perficiuntur in Christo. *Ezech. 43. b.* Quatuor etiam colores in veste sacerdotali, & quatuor ordines lapidum in rationali, quatuor referuntur elementa. *Exod. 28. c.*

Vacatio contemplationis per obedientiam.

Quater vocatus est puer Samuel à Domino, & quater soni quies ei præcepta est à magistro. *1. Reg. 3. a.* quia *m* ad temperamentum operis, silentium oris, obiectionem internæ solicitudinis, & cessationem ministerij pro amore secretioris vitæ, per diuinam inspirationem succendimur, & tamen amoris nostri desideria adimplere sine maiorum nostrorum permissione prohibemur.

Tempus Euangelij. Successio temporum. Extensio peccati. Transgressio Euangelij. Corruptio peccati. Consuetudo.

Quarta generatio, *n* tempus Euangelij designare potest, vt quum quarta generatione egressi sunt filij Israël de Ægypto. *Gen. 15. d. Deut. 23. a.* Dicitur etiam quarta generatio *o* successio temporum, quæ fit per quatuor anni partes. *Iob. 42. d.* Quarta rursus generatio est extensio peccati in multos. *Exod. 20. a. 34. a.*

Quatuor pedibus gradiens auis. *Leu. 11. b.* designat *p* transgressionem quatuor Euangeliorum, & eos, qui abuntur Euangelica prædicatione, & terrenæ vitæ sordibus inquinantur. Quatuor autem veniunt in quadraginta per decem, & designant transgressionem decalogi. *Gen. 7. a.*

Quatriduanus Lazarus. *Ioan. 11. e.* designat *q* corruptum in peccato præcipuè carnis, quæ ex quatuor elementis constat, profluit autem peculiariter corruptio carnalium cupiditatum, ex quarto elemento, quod est terra. Vel primus dies mortis, est peccatum originale, secundus transgressio legis naturæ, tertius legis scriptæ, quartus legis Euangelicæ. Vel primus dies, est titillatio in corde & cogitatio annexa delectationi cum mora, secundus est consensus cordis in actum prauum, tertius est operis praui perpetratio, quartus est consuetudo, & ex frequentia mali contracta assuefactio. Vel numerantur quatuor dies in bonum, vt primus sit timor, secundus labor certaminis, tertius dolor, quartus pudor. Designatur etiam quarta ætas in vniuersali resurrectione, vt tres sint in lege naturæ scripturæ gratiæ.

Quatuor scelera Damasci, Gazæ, Tyri, cæterarumque gentium, super quibus Deus non eas conuertit. *Amos 1.* designant *r* cuilibet peccatori tertio peccanti Deum dare veniam, quem quarto peccantibus, nec pœnitentiam, nec indulgentiam esse daturum enunciat, cum videlicet cogitationi additur opus, operi consuetudo, & consuetudini defensio. Quæ peccati quatuor incrementa, beatus Iob mysticè deplorans in primis hominibus; adimpleta dicit ex persona generis humani. Quare non in vulua mortuus sũ? Egressus de vtero nõ statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Cæterum Damasci & aliarum gentium in Amos dicuntur esse tria scelera. Imo poterant conuerti, verticis autem Carmeli, hoc est, eorum Iudæorum, qui principes fuerunt in necè Christi, fuerunt quatuor scelera, quia fuerunt obstinati, ideò non fuerunt conuersi.

Vitia capitalia. Illecebræ corporis. Affectus animi.

Quatuor reges gentium superantes quinque. *Gen 14. a.* designant *s* quatuor vitia capitalia virtutibus opposita. Vel *t* illecebras corporis ex quatuor elementis constantis quæ superant sensus. Vel sunt *u* quatuor affectus animi, nempe Voluptas & dolor, concupiscentia & timor.

Quatuor regna. Dæmones. Affectus animi. Libri legis.

Quatuor cornua, quæ ventilauerunt Iudam, sunt *x* quatuor regna, Babylonium, Persicum, Macedonicum, Romanum. Vel quatuor dæmonum genera, Principatus, Potentes, Rectores tenebrarum, & spiritualia nequitiæ. Et alio nomine Aspis & Basiliscus, Leo, & Draco. Vel sunt quatuor animi affectus, Gaudium, & Dolor, Metus & Cupiditas. *Zach. 1. d.*

Quinarius.

Pracepta. Sensus. Obseruatio præceptorum.

De quinario sic ait Macrobius. *y* Illa quinario numero proprietas excepta potestate, vltra cæteras eminentis euenit, quos solus omnia quæque sunt, quæque videntur esse complexus est. Esse autem dicimus intelligibilia, videtur esse corporalia omnia, seu diuinũ corpus habeãt, seu caduceum. Hic ergo numerus simul omnia & supera & subiecta designat. Aut enim Deus summus est, aut mens ex eo nata, in qua species rerum continentur, aut mundi anima, quæ animarum omnium fons est, aut cœlestia sũt vsque ad nos, aut terrena natura est, & sic quinarius rerum omnium numerus impletur.

Quinarius numerus *z* ad quinque libros legis referri solet. Hos designant quinque vectes continentes tabulas tabernaculi, id est, Ecclesiam, quinque autem alij ad nouum testamentum pertinent. *Exod. 26. e.* Idem designant quinque columnæ in introitu tabernaculi. *Exod. 26. g. 36. d.* Et quinque cortinæ iunctæ. *Exod. 23. a. 36. b.* Et quinque boues reddendi pro vno. *Exod. 22. a.* Et quinque porticus probaticæ piscinæ. *Ioan. 5. a.* Quinque lapides Dauid sunt quinque libri Mosis, sed vno occidit Goliath, quia in vno præcepto charitatis perficiuntur. *1. Reg. 17. e.* Et quinque verba, sunt Pentateuchum, *1. Cor. 14. d.* Quinque item panes hordeacei, sunt quinque libri legis, aut sensibilia scripturarum verba quinque sensibus respondentia. *Matt. 14. b. Ioan. 6. a.* Quinque viri Samaritanæ, sunt quinque libri Mosis, quibus Samaritani vtebantur. *Ioan. 4.* Quinque iuga boum, sunt decem præcepta legis, aut quinque libri Mosis, aut quinque sensus qui omnes aut apertè aut occultè geminari sunt. *Luc. 14. d.*

Quinque

a *Am. de Paradi. Hie. sup. Exec. 1. Aret. s. Apoc. 4. Glo. int. s. Exo. 25. 2.*
b *Hie. ad Rusticum, & su. Zac. 6.*
c *Hie. s. Zac. 1.*
d *Hie. s. Zach. 1. & de vest. sacer. & s. Mat. 2.*
e *Glo. int. su. Exod. 28.*
f *Hil. s. Eze. 1.*
g *Glo. int. sup. Exod. 22.*
h *Glo. int. s. Gen. 47.*
i *Hie. Rustic. & s. Is. 11. Au 4. iud. 49. & 83. a. 56. & de vni. Eccle. 10. & s. Ioan. tra. 118. Glo. int. s. Mart. 2. & s. Ex. 25. 26. & s. Iud. 21. Ori. s. Mat. h. 30.*
k *Hie. s. Eze. 1. & de veste sacerd. Aug. 2. doct. Christian. 16.*
l *Hie. s. Ezec. 1. 41. 43. & de vest. sacer. Aug. 2. doctr. Christian. 16.*
m *Gr. s. 1. Re. 3.*
n *Am. 2. de Abra. 9. multa.*
o *Gre. 35. mo. 25.*
p *Glo. int. su. Leu. 11.*
q *Amb. 2. de pœn. 7. Aug. s. Ioan. tra. 49. & 83. q. 65. & ver. dom. ser. 44. Cyr. s. Ioa. 23. Ber. se. 4. assumpt. Ru. 10. s. Ioa. 1 Ru. s. Amo. 1.*
r *Amb. 2. de Abra. 6. & s. Rom. 6.*
s *Phil. de Abraham.*
u *Rup. 5. sup. Gen. 16.*
x *Hie. s. Za. 1.*
y *Macro. 1. de somn. Scipion.*
z *Glo. int. sup. Exo. 28. Hie. pro fra. Am. Au. s. ps. 143. & s. Ioa. tra. 17. 24. Gl. in. s. 1. Reg. 17. Or. s. Mat. 14. Hil. s. Mat. cã. 14. Aug. 3. q. 61. & s. Ioan.*

ra. 15. *Amb. s. Luc. 14. Am. 1. de verb. dom. ser. 33.*

Quinque oboli valentes decem drachmas.*Le.27.a.*simplicem *a* obseruantiam præceptorum designant.Et habentes duplices sensus in mysterijs.

Quinque talenta designant *b* maiorem cognitionem scripturæ in iis , qui sensus habent exercitatos ad discretionem boni & mali. *Matth.25.b.* Duplicantur autem;quum quis ex creaturis intelligit creatorem , ex corporalibus incorporalia,ex visibilibus inuisibilia , ex breuibus æterna. Designatur etiam scientia exteriorum per sensus habita.

Quinatius numerus,*c* passim quinque sensus designare solet:vt quum quinque reges superantur à quatuor, designant quinque sensus ab illecebris superatos.*Gen.14.a.Iosu.10.c.*Et quinta pars data Pharaoni,sunt quinque sensus seruientes principi huius seculi.*Gen.47.g.*Ipsi sunt etiam quinque cubiti altaris , & altitudinis atrij & portarum tabernaculi.*Exod.27.a.38.Ezech.49.c.41.a.*His partibus excedebat Beniamin fratres suos.*Gen.43.g.* Quinque etiam stolæ datæ Beniamin à Ioseph,sunt ornatus quinque sensuum. *Gen.45.f.* Quinto anno licebat vesci fructibus nouæ arboris,vt designetur post gratias actas Deo,vtendum esse rebus per quinque sensus ad intelligendum. *Leu.19.e.27.a.*Quinque menses quibus abscondebat se Elizabet,ad sensus pertinent.*Luc.1.c.* Et quinque ciuitates, *Isa.19.c.*Quinque passeres.*Luc.12.b.*Et quinque boues.*Exod.22.a.*Et quinque loca, vbi non inueniuntur asinæ patris Saulis.1.*Reg.*8. Quinque viri Samaritanæ , *d* sunt quinque sensus , quibus homo regitur vsque ad annos discretionis. Et tunc vel regitur intellectu , qui est vir legitimus , vel errore, qui non est vir,sed adulter,vel diabolo. *Ioan.4.c.*Quintam partem damni tradere sacerdoti,aut domino rei. *Leu.5.b.6.a.* Est *e* illum sensum offerre Christo,per quem peccauit,ne amplius per ipsum peccet.Vel offerre linguam,confitendo peccata, & laudando Deum. Item ipsos quinque sensus offerre,subiiciendo eos mysterio Eucharistiæ *Leu.22.b.* vel verbum Christi perducens sensus ad sublimiora.Quintam partem damus , quum pro moderatione sensuum Domino famulamur. Quinque filiæ Salphaad , *Num.27.a.* designant *f* opera quinque sensuum, aut ipsos sensus,qui sunt filiæ, quæ nascuntur ex obliuione,non ex memoria.

Quinque virgines , designant habentes continentiam quinque sensuum. *Matth.25.a.* Et quia hic numerus indifferens est ad bonum & ad malum:Ideò sunt quinque prudentes , & quinque fatuæ , quæ benè vel malè sensibus vtuntur. Designant autem prudentes totum numerum saluandorum sicut fatuæ damnandorum. In numero autem quinario ponuntur tam virgines prudentes , quàm fatuæ , vt intelligatur continentia quinque sensuum carnis. Etenim multis venit corruptio per oculos,multis per aurem,multis per illicitum olfactum , multis per nefarium gustum,multis per adulterinum amplexum. Ab his omnibus quinque ianuis corruptionis quicunque continent, & sic continent,vt in sua conscientia gloriam habeant,non laudem ab hominibus expectent, quinque sunt virgines sapientes habentes oleum secum.

Quinta die mensis stetit Ezechiel ad fluuium Chobar,designans *g* Christum , qui cum quinque sensibus venit ad baptismum,*Ezech.1.a.*

Quinque persequentes malos,*h* sunt doctores Catholici regentes sensus , & hæreticorum multitudinem superantes:Demum benè vtentes quinque sensibus.*Leu.26.b.Isa.36.d.Eze.40.b.*Quinque autem cubitis extendebantur alæ Cherubim : quia in omni labentium rerum varietate Sancti sui corporis sensus in obsequium sui conditoris extendunt.2.*Par.3.c.*

Quinque reges Madian occisi à filiis Israël,*Num.41.a.*designant *i* vitia quinque sensuum abscindenda.Ad hæc pertinent quinque anni famis.*Gen.45.c.*

Quinque vectes,quibus tabulæ tabernaculi nectabantur,designāt *k* in vnoquoque composito elementa colligari quinario quodam:quod quintam essentiam dicunt. Designatur etiam sigillum Spiritus sancti:qui nexus dicitur omnia ligans.

Quinque anni aurei.1.*Reg.6.a.*designant *l* memoriam peccatorum per quinque sensus commissorum.

Quinque in domo vna,hoc est,in homine,sunt *m* anima,caro,appetitus rationalis,concupiscibilis, & irascibilis,& diuiduntur,quæ prius in malum consciebant.*Luc.12.g.*

Quinque stolæ datæ Beniamin à Ioseph , sapientiam quinque sensuum designare possunt. *Gen.55.f.* Quinta etiam pars addenda ad æstimationem *n* est sapientia mentis. *Leu. 27. b.* Quintam partem frugum fecit recondi Ioseph.*Gen.47.f.*

Quinque cubiti longitudinis & latitudinis altaris holocausti in quadrum, *o* Patres significant vtriusque testamenti:qui quinque corporis sensus in omni puritate custodire studuerũt,secundum præcepta legis & Euangelij. *Exod.26.f.*Ad idem referri possunt quinque cubiti longitudinis & latitudinis basis æneæ,super quam stetit Salomon.2.*Par.6.b.*Quinque autem saga tabernaculi iuncta,sunt magistri antiqui populi.*Exod.26.b.*

Quinque fratres Ioseph stantes coram Pharaone.*Gen.47.a.*sunt Iudæi viuentes sub lege Mosis. Eosdem significant *p* quinque fratres diuitis.*Luc.16.g.*

Quinque persequentes centum,sunt *q* boni persequentes malos:& è diuerso quinque persequuntur centum de populo Dei,quando sunt virgines fatuæ.*Leu.26.b.*

Quintus annus fructus pomorum , quando *r* licet eos comedere. *Leuit.29.e.* est tempus prædicationis Apostolorum.

Quinta sabbati,quando cantabatur psalmus octogesimus,designat *s* ipsum pertinere ad baptizatos : quia quinta die producta sunt ex aquis animalia.*Psalm.80.in titulo.*

A quinto anno vsque ad vicesimum,sunt *t* sensati,sed nondum perfecti.*Leu.27.a.*

Senarius.

De senario sic ait Macrobius. *u* Senarius solus ex omnibus numeris , qui infra decem sunt , de suis partibus constat.Habet enim medietatem & tertiam partem , & sextam partem:& est medietas tria , tertia pars,duo , sexta pars vnum,quæ omnia simul sex faciunt.

Inter numeros lege naturæ aptissimus generationi occurrit senarius : *x* Nam post vnitatem primus occurrit perfectus,parilibus constans partibus è quibus conficitur:è ternione scilicet suo dimidio,è binario parte tertia, & ex vnione parte sexta,quia(vt ita loquar) mascula simul ac fœminea natura præditus est, & compositus ex vtriusque viribus,Masculus enim in rebus censetur impar numerus,sicut par fœmina. Imparium autem præcipuum est ternio,parium binarium,ex amborum verò viribus constat senio.

Senarius est primus numerus perfectus,*y* quia ex partibus aliquotis combinatis,vno videlicet,duobus & tribus resultet:vnde Gamon à Pythagoreis dicitur, propterea quod partes suæ iuxta se positæ,ipsum gignunt.Quælibet insuper duæ partes aliquotæ combinatæ senarium constituunt , vt sexties vnum,ter duo,bis tria. Nec consonantior numerus ad mundi fabricam poterat inuenire senario, qui constat ex proportione dupla, quæ diapason facit omnium consonantiarum consonantissimum. Hoc autem ex quaternarij ad binarium , qui numeri simul iuncti senarium reddunt. Ideò Pythagoras ipsum genesi nuptiisque prorsus accommodatum asserit , & per consequens mundi fabricæ,in qua sunt veræ nuptiæ,& connubia rerum celebrata.Conuenit quoque senarius primo perfectus summo opifici Deo,aut fabricæ ipsius,cui nihil deest , sic nec senario per sua membra digesto deest aliquid , nec alienis indiget adminiculis , sed æquale temperatumque est , & suis partibus viribusque nititur , atque consistit. Partes quoque gignentes genitum similem genitori reddunt.Præterea ex figura trigona, quàm optimè his numerus fabricæ conuenit:huius enim basis est ternarius,summitas vnum,intermedium binarius , vt in obiecta patet figura. Nam fabrica tota à tribus personis emanat quum earum opera ad extra sunt indiuisa. Tendunt quoque in vnum finem;in quem omnia diriguntur.Transitus autem,est per binarium,hoc est per materiam,quæ primum in huius egressus principium fuit,quæ binarium sapit & in vnum reduci contendit, per formam,quæ ternarij gerit imaginem,sicut ex omni parte in præcedenti figura ternarius per binarium tendit in monadem,ad quam reductis omnibus,sequitur sabbataria quies diei septimi claudentis & terminantis omnium dierum curriculum.

In sex diebus totus factus , est visibilis mundus , *z* ideò eum,qui transcendit omnes mundi res considerans,

non iam

---

a *Isy.sup.Leu.* 27.
b *Ori.s.Matt. ho.* 33. *Hie.s. Mat.*25. *Glo. in.s.Mat.*25.
c *Ori.s.Le. h.* 3. *Amb.* 2. *de Abra.*7. *Phil. de planta. Noe,& de vita Mosis & de migr. Abr. Hie.s.Ez.*41. *& s.Is.*19. *Isy.s.Le.*27. *Or.s.Iosh.*11. *Gre.s.*1.*Re.*9. 10.*Am.s.*Lu. 12.*Au.*82.*q.* 64.*Glo. int.s. Gen.*45.*& s. Exo.*22.
d *Au.s. Ioan.*
e *Isy.s.Le.* 5. 6.32.*Gl.in.s. Gen.*47.*& s. Leu.*5.
f *Ori.s.Nu.h.* 22.*Or.s. Ma. hom.* 32.*Phi. migr.Abra. Hie.s.Ez.*11. *Au.*33.*q.*59. *& s. psal.*49. 147.
g *Ori.s.Ez.h.* 1.
h *Hie. s. Isai.* 37.*& s. Eze.* 40.*Glo. int.s. Leu.*16. *& s.* 2.*Para.*3.
i *Ori.s.Nu.h.* 25.
k *Geor.Ven. cano.*1.*to.*4. *cap.*32.
l *Gre.s.*1. *Re.* 6.
m *Am.s.Luc.* 12.
n *Glo.int.s. Leu.*27.
o *Glo.int.sup. Exod.*26.
p *Au.s.ps.*49
q *Ori. s. Leu. ho.*16.
r *Glo.int.sup. Leu.*19.
s *Au.s.ps.*80.
t *Glo.int.sup. Leu.*27.
u *Macro. de somnio Scipio.*
x *Au.*4.*de Trin.*4. *& de gen. ad liter. Phi. de mundi opificio, &* 1.*alle.*
x *Geo.Ve.Ca.* 1.*t.*2. *can.*11. *c.*2.*t.*8.9.10. 11.
y *Geo.Ve.can.* 1.*t.*2.*c.*11.*& c.* 2.*t.*8.9.10.11.
z *Ori.s.Mat. ho.*5.

Maior cognitio scripturæ.
Sensus.
Habentes continentiã quinque sensuum
Regentes sensus.
Vitia quinque sensuum.
Memoria peccatorum.
Sapientia.
Patres vtriusque testamenti.
Doctores Iudæorum.
Iudæi.
Boni.
Tempus prædicationis.
Apostolorum.
Perfectio operum.

Digitized by Google

Sex ætates. *Tempus huius vitæ.* *Vita actiua.*

non iam quæ videntur (temporalia enim sunt) sed quæ non videntur, quoniam sunt æterna, arbitror posse ascendere super montem excelsum, Christo se præcedente, & ille potest gloriam aspicere Verbi Dei. *Matth.* 20.*a.* Designant etiam sex hominis ætates & etiam ipsius mundi: & sunt sex dies, quibus licet operari. *Exod.* 20.*b.* 34.*c.* Sex quoque anni vitam actiuam significant. *Exod.* 21.*a.* Sex autem diebus tegebatur mons nube. *Exod.* 24.*d.* vt significaretur tempus huius vitæ. Sex itidem alæ Seraphim *a* significant tempus seculi. *Isa.* 6.*a. Le.* 23.*a.* Sextus quoque dies *b* tempus indicat vitæ præsentis, quando colligendum est anima ad diem septimum. *Exod.* 16.*b.* Et sex anni, quibus seminandum est. *Exod.* 23.*a. Leu.* 25.*a.* Sex diebus circundati sunt muri Hierico. *Iosu.* 6.*a.* Mensis sextus. *Agge.* 1.*a.* scribitur non habere solennitates Dei, sicut mensis septimus, sed vicinus est dierum sex, in quibus factus est mundus, in quo laborabatur, & in sudore faciei comeditur panis, & terra germinat tribulos & spinas, & cum sementem acceperit tritici, lolio magis, aueniſque fœcunda est.

Opera Christi

Sex cubitorum & palmi mẽsura, quæ erat in calamo mensoris, designat *c* conuersationẽ humanam in sex diebus huius vitæ, vel perfectionem operum in hac vita, sed cum contemplatione imperfecta, quæ ad septenarium non attingit. *Ezc.* 40.*a.* Numerus autem sextus dicitur esse laboris. In perfectione autem senarij sunt opera facienda, vt postea frui possimus æterna requie: potest etiã senarius dicere opera supererogationis, vt cum Iacob seruiuit Laban sex annis vltra seruitutem pro Lia & Rachele. *Gen.* 31.*f.* Designant etiam opera Christi admiranda in mundo.

Gradus perfectionum. *Perfecti.*

Sex dies *d* gradus diuersarum perfectionum significare possunt. Et sex calami candelabri designant ipsos perfectos. *Exod.* 25.*d.* Et splendorem fabricæ mundi sex diebus facti. Et sex tabulæ in occidentali plaga templi consumationem operis designant. *Exod.* 26.*c.* Et sex hydriæ sunt, qui purificantur senario perfecto numero, quo perfectus est mundus. *Ioan.* 2.*a.*

Iudicium Christi.

Sex annis iudicauit Iephte populum Israël, *e* designans Christum perpetuò iudicantem. *Iud.* 11.*g.*

Doctores noui testamenti.

Sex saga tabernaculi, designant doctores noui testamenti. *Exod.* 26.*b.* 36.*b.* Eosdem designant sex nomina, in lapide vno super humeralis. *Exod.* 28.*b.*

Tempus aduentus Christi.

Sexta hora, qua venit Iesus ad puteum, designant *f* sextam ætatem, qua venit in mundum. *Ioan.* 4.*a.* Idem designant sex hydriæ. *Ioan.* 2.*a.* Sexto mense Datij cœpit ædificari templum. *Agge.* 1.*d.* Et sexto mense conceptionis Ioannis Baptistæ, conceptus est Christus. *Luc.* 1.*a.* propter perfectionem senarij. Quo autem numero mundus formatus est eodem aduersus mundana vitia, & sæculi huius naufragia remedium prouisum est.

Tempus resurrectionis. *Mundus.*

Post sex dies transfiguratus est Christus. *Matth.* 17.*a.* quia *g* post sex millia annorum, iuxta computationem Septuaginta. Vel quia post mundi opera venitur ad resurrectionem.

Perfectio doctrinæ.

Sex panes in vno ordine in mensa. *Leu.* 24.*a.* figuram *h* huius mundi gerunt. Et etiam perfectionis doctrinæ, quæ in hoc numero continetur. Sex autem cubiti frontis tabernaculi, designant creaturas in sex diebus factas, per quas introducimur in templum cognitionis Dei. *Ezech.* 41.*a.*

Creatura.

Sexta hora, qua operarij vocantur ad vineam. *Matth.* 20.*a.* computatur *i* ab Abraham vsque ad Mosen.

Sex viri missi sunt ad perdendum populum. *Ezech.* 9.*a.* quia *k* homo sexta die formatus est. Designant etiam sex ætates.

Sex ciuitates assignantur refugij. *Num.* 35.*a.* quæ sic distribuuntur, *l* vt prima sit cognitio verbi, & ad imaginem eius forma viuendi. Secunda, consideratio diuinæ operationis, qua creatus est mundus. Tertia, contemplatio potestatis regiæ & maiestatis æternæ. Quarta, propitiationis diuinæ contuitus. Quinta, legis diuinæ contemplatio, quæ præcipit, quid faciendum sit. Sexta, portio legis, quæ præscribit, quid non faciendum.

Tribulationes huius vitæ.

Sex tribulationes, *m* sunt tribulationes huius vitæ, quia sexto die conditus est homo. Septima verò in qua non tangit malum iustos, erit post hanc vitam, quando iusti venient ad requiem Sabbati. *Iob.* 5.*d.* Ad hæc pertinere potest sexta pars hin data in potum Ezechieli. *Ezech.* 3.*c.*

Septenarius.

De septenario hæc ait Philo. *n* Gaudet natura septenario. Erraticæ septem sunt, in contrarium nitentes quotidiano cœli cursui. Vrsa septem stellis completur, commerciorum, consociationis, hospitalitatisque hominum causa præcipua. Mutationes quoque lunæ singulis septimanis fiunt, sideris rebus terrestribus familiarissimi: quod quascunque in aëre mutationes operatur, maximè iuxta suas hebdomadarias figurationes efficit. Mortalia quoque omnia, quæ diuinum principium, cœlitus sibi contrahunt, iuxta septenarium mouentur salutariter. Quis enim nescit infantium septimestrium fœlices partus: si verò tempus vteri producatur in mensem octauum, pleroſque omnes infœlices? Rationem quoque aiunt in homine absolui primo septennio, quando iam idoneus est interpres vsitatorum nominum, ac verborum rationalem habitudinem sibi comparans. Item sequenti septennio ad summam perfectionem peruenire, nimirum ad potentiam progignendi sui similem, id quod accidit circiter annũ ætatis quartum decimum. Tertium deinde septennium incrementi finis est: nam vsque primum supra vigesimum annum augetur proceritas hominis, quod tempus à multis vocatur ætatis maturitas. Animæ quidem bruta pars septifariam diuiditur, in quinque sensus, & vocis instrumentum, & genitalem vim suis membris insitam. Item corporum motus septem, sunt sex pro ratione membrorum, in orbem septimus. Septem item interiora viscera, stomachus, cor, lien, iecur, pulmo, renes, gemini. Totidem quoque membra corporis, caput, ceruix, pectus, manus, venter, inguen, pedes. Certè principalis pars hominis septem habet foramina, oculos duos, totidem aures, nareſque, os septimum. Septem sunt & excrementa, lachryma, mucus, saliua, genitura, quæque per geminas corporis cloacas deriuantur, sudorque totius corporis. In morbis sane septimus dies maximè indicat, & mulieribus menstruæ purgationes vsque in septimum diem protenduntur, quin & ad vtiliſſimas artes vis huius numeri peruenit, scilicet Grammaticam & Musicam: quandoquidem in Grammatica vocales optimæ elementorum potentiſſimæque septem sunt: & in Musica lyra chordarum septem præstantissima est instrumentorum ferme omnium: quoniam harmoniarum ratio, quæ quidem in melico genere pulcherrima est in hac consideratur maximè. Tonorum quoque septem sunt discrimina, acutus grauis circumflexus, asper, tenuis, longus, breuis. Et primus numerus nascitur ex perfecto, id est senario, & vnitate. Præterea iuxta quandam rationem, qui intra denarium sunt numeri, aut gignunt eos, qui sunt intra denarium, aut gignuntur ab eis aut vtrunque: at septenarius nec gignit vllum eorum, nec gignitur à quoquam, quapropter in suis fabulis Pythagorini eum sempet virgini sine matre natæ assimulant, quia & illa nec partu est edita, nec vnquam pariet.

De septenarij perfectione multa *Macrobius. 1. de somnio Scipionis Basilius Exaemeron. hom. 13. Hieronimus s. Amos 5. Clemens Alexan. 6. stromatum. Gre. 35. mor. 6.*

Ecclesia. *Angeli.*

Septenarius non diuiditur, *o* & est completus, vt denarius.

Fratres septem in martyrio cohærentes. 2. *Mac.* 7.*a.* Vt primi in dispositione diuina septem dies annorum septẽ millia continentes. Vt septem spiritus, & Angeli, septem quasi assistunt, & conuersantur ante dominum, & septiformis in tabernaculo martyrij, & in Apocalypsi septem candelabra, aurea, & stellæ, & apud Salomonem columnæ septem, super quas ædificat domum sapientia. *Pro.* 9.*a.* Ita & istic septem fratrum numerus, *p* Ecclesiarum septem numerum sui quantitate complexus, secundũ quòd in primo libro regũ legimus sterilem septẽ peperisse. Et apud Isaiam septẽ mulieres virum vnũ apprehendunt, cuius inuocari super se nomẽ expoſcunt. Et apostolus, qui huius legitimi numeri & certi meminit ad septẽ Ecclesias scribit, & in Apoc. Dominus mãdata sua diuina ad septẽ Ecclesias & earũ Angelos dirigit. Septẽ filiæ sacerdotis Madiã, sunt septẽ Ecclesiæ ex gentibus, septẽ donis Spiritus sãcti illustratæ, quæ prius superstitioni gentilicæ seruiebant. Possunt itẽ septẽ stellæ, & spiritus, ad angelos referri.

Remissio.

Benignè autem nimis egit nobiscum artifex, *q* inferendo in nobis affectus immundos & mundanos binos, mundos autem septenos, tum quia plures, tum quia continentur numero celeberrimo, qui totum & vniuersum innuit, quia ex toto primo impari, scilicet ternario, & ex toto primo pari, quaternario videlicet, componitur: aut ex primo numero masculino, & ex primo fœminino, qui complicati duodenarium reddunt, numerum quippe diuinum atque cœlestem, quo cœlorum signa, intelligentiæ residentes, reuolutio magni nominis, multaque alia partiuntur. Partes autem illæ, sicut complicatæ reddunt duodecim, sic combinatæ constituunt septem numerum quidẽ pro expurgatione distribuuntur, vt non sine mysterio prisci illi patres in peccatorũ remissionem multa per hunc septenarium statuerunt septennem videlicet pœnitentiam pro quolibet peccato, iuxta Sapientis sententiam,

a *Hie. s. Isai. 6. Isy. s. Le. 23. 25*
b *Glo. int. s. Ex. 16. 21. 23 & s. Le. 25. & s. Ios. 6. Hie. s. Agg. 1. Gre s. Cant. 6. & s. Eze. ho. 3. 4.*
c *Hie. s. Ez. 40. Or. s. Mat. h. 6. Gr. 30. m. 24. & s. Ex. h. 14. Glo. int. s. Exo. 20. 29. & su. Gen. 31.*
d *Or. 4 peri. 2. Hie. s. Ex. 40. Glo. in. s. Exod. 25. Rup. 4. s. Exo. 8. Gr. 35. mor. 20.*
e *Au. q. in Iudi.*
f *Aug. 23. qu. 64. & s. Ioan. tra. 9. 15. Ru. s. Agge. 1.*
g *Hil. s. Matt. cap. 10. Am. s. Lu. 9.*
h *Isy. s. Le. 24. Hie. s. Eze. 41.*
i *Gl. int. sup. Matth. 20.*
k *Hie. s. Ez. 9.*
l *Gr. 22. m. 19 Am de fu. sec.*
m *Gre. 6. mor. 18.*
n *Phi. 1. Alle. & de mundi opificio & de decalogo. Geo. Ven. Can. 1 40. 7. cap. 15.*
o *Am. de Noe 12. pri. exhor. Marty. c. 1. Arctus s. Ap. 1.*
p *Gl. ord. s. Pr. 9. Au. s. Gal. 2 & s. Ap. h. 16. Gl. int. s. Ex. 2. Aret. s. Apo. 3.*
q *Geo. Ve. Cl. 12. 6. c. 16. & 10. 8. ca. 17. & 10. 7. cap. 6.*

qua

Digitized by Google

qua dicitur. Et super peccatorem septuplum. Leprosus quoque mundandus, *a* passeris sanguine aspergebatur septies. Iuxta quod Naaman Syrus septies lauari in Iordane, qui fluuius iudicij interpretatur, iussus fuit ab Elisæo. Septimo quoque anno fiebant remissiones, & septimo mensæ cuiuslibet anni, & post quadratum septenarium dabatur plena remissio. Septem quoque petitionibus consummauit cœlestis doctor orationem ordinatam in expiationem nostram, &c. Hinc Petrus quum de remissione ageret, septenarium numerum proposuit dicens: Domine, quoties peccauerit frater meus, dimittam ei vsque septies? A quo numero Christus respondens noluit discedere, sed ait. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies, conducens septenarium per denarium numerum completum. Et de prudentia laudatur villicus iniquitatis, qui centum non sine mysterio reduxit ad quinquaginta vt inde facilius remissionem consequeretur. Hunc tandem numerum seruauit Redemptor in Spiritus sancti missione, *b* qui venit post eundem quadratum, sicut in lege dabatur in ipso quinquagenario plena remissio. Secundum hæc ostenditur septenarius criticus esse purgatiuus, & remissiuus. Septimo die emissa est columba. Septimo mense requieuit arca. Est post dies septé pluit Dominus, vt vsque ad septem ostédatur spes salutis. *Ge.7.b.8.b.*

Bis septem anni seruitutis Iacob pro Rachel designant *c* eum, qui vult incumbere Deo & contemplationi: bis debere mutari & transformari, à claritate in claritatem, vt possit oculum mentis figere sine ipsius offensione in æterna illa spectacula. *Dona Spiritus sancti.*

Septenarius sæpe refertur *d* ad dona Spiritus sancti, vt septem agnæ datæ ab Abraham Abimelec. *Gen.21.d.* Et septem columnæ, quas excidit sapientia. *Prou.9.a.* Et septem mulieres. *Isa.4.a.11.a.* Septies lauatur Naaman in Iordane, vt designetur septiformem gratiam in baptismo conferri. 4. *Reg.5.a. Luc.4.e.* Et septem oculi. *Zach.3.c.4.a.* Et septem lucernæ in candelabro, id est, in Christo. *Exod.25.d.37.d.* Septem quoque sportæ, sunt dona Spiritus sancti exuberantia super septem panes, qui sunt summa spiritualium perfecti, vnde non dicuntur hordeacei, qui etiam eadem dona significant. *Matth.15.d.* Septies fit aspersio sanguinis, propter dona Spiritus sancti. Et septies aspergitur oleum contra dominum, vt expulsis septem dæmonibus recipiantur dona Spiritus sancti. *Leu.4.a.8.g.14.d.16.c.* Septem item diebus expectauit Saul Samuelē propter eadem dona. 1. *Reg.10.a.* Ad eadem refertur taurus annorum septem. *Iud.6.e.* Et septem tauri, & septem arietes, sunt habentes septiformem gratiam. 1. *Paral.15.d.* Et septem pastores. *Mich.5.b.* Septem versus retiaculorum in columnis, dona sunt Spiritus sancti. 3. *Reg.7.c.* Septem boues crassæ, & spicæ plenæ, sunt ipsa dona: septem verò macilentæ, sunt spiritus nequitiæ. *Gen.41.a.* Septem sacrificia pro amicis Iob oblata, ad dona Spiritus sancti referuntur. *Iob.42.b. Prou.9.a.* Septies aspexit ad mare puer Eliæ, propter septem dona. 3. *Reg.18.g.* Septies oscitauit puer suscitatus. 4. *Reg.4.d.* Septem gradus portæ Aquilonaris templi. *Exod.40.d.* Septem etiam stellæ & septem lampades ad dona Spiritus sancti referuntur. *Apoc.1.2.4.* Ad eadem spectant cornua septem, & oculi septem, & septem spiritus Dei. *Apoc.5.*

Septem dies, quibus conditus est mundus, *e* septimanam huius mundi designant, tunc enim, quæ non erant facta sunt. In septimana verò totius mundi secreta quædam & Deo soli cognita dispensatione, quæ nunc producta fuerant, explicantur. *Gen.1.d.* Septem item dies, septem mundi ætates designant: & septem hominis ætates. Septem diebus recluditur leprosus, vt designetur tempus vitæ præsentis. *Leu.15.a.11.a.15.d.22.d.23.* Septem etiam mēses, quibus fuit arca apud Philisthæos, designant tempus huius seculi, vsque in finem. 1. *Reg.6.a.* Septimus autē mensis dici potest septima ætas in aduentu Christi. *Leu.15.b.* Septem diebus comedūtur azyma: quia omni tempore huius vitæ seruanda est simplicitas. *Exod.12.c.13.a.34.c.* *Tempus huius seculi. Septem ætates.*

Septenarius *f* creaturam indicat, propter vitam & corpus, nam in illa tria sunt: vnde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligendus est Deus. In corpore verò sunt quatuor elementa. Septem diebus durat immundicia vt includatur immundicia animæ per tria, corporis per quatuor. *Num.19.c.* *Creatura.*

Septem iuxta authoritatem scripturarum, *g* plenitudinem quandam sacri mysterij significant vt quum septuplum dicitur dari vltio de Cain. *Gen.4.d. Psal.78.* Sic ponitur in Euangelio: Accipiet in hoc seculo septies tantum, ac si diceret, quasi nihil habentes, sed omnia possidentes. Vnde etiam Ioannes ad septem scribit Ecclesias: quæ vtique vniuersitatis Ecclesiarum personam gerunt. Totus autem impar primus numerus ternarius est, totus par: quaternarius, ex quibus duobus septenarius constat. Ideò pro vniuerso sæpè ponitur, sicuti est. Septies in die cadet iustus, & resurget, id est, quoties ceciderit, non peribit. Quod non de iniquitatibus intelligi voluit, sed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus. Et septies in die laudabo te: *Psalm.118.* quod alibi alio modo dictum est. Semper laus eius in ore meo. Et septem dæmonia, multitudinem vitiorum indicant, sicut & septem spiritus. *Matth.12.d. Marc.8.a.* Et diademata bestiæ septem. *Apoc.12.b.* *Plenitudo & vniuersitas.*

Septenarius *h* ad legem veterem referri solet propter sabbatum. Ita septies adorauit Iacob fratrem suum Esau. *Gen.33.a.* Septem gradibus ascendebatur ad portam Aquilonarem templi: vt per hebdomadas & ceremonias Iudæorum ascendatur ad superiora. *Ezech.40.c.d.41.a.* Septē etiam pastores designant præcepta veteris legis. *Mi.5.b. Eccl.1.a.* Septimi mensis solemnitas, ad memoriam scripturarum referri potest. *Num.29.a.* Septem autem panes, scripturam noui testamenti significant. *Matth.15.d.* Septies ducta arca circum Hierico, coniunctionem noui & veteris testamenti. *Iosu.6.a.* *Lex vetus. Nouum testamentum.*

Septem anni seruitutis Iacob, vitam Christi in hoc mundo indicant, in quo fuit sicut qui ministrat. *Gen.29.* *Vita Christi.*

Septimo die fit quies, vt *i* designetur perfectis dari quietem. *Gen.2.a.8.a.* Et quia post tempus huius vitæ iam non est tempus operandi, ideo ad septimum diem parantur cibi, quia in hac vita operandum est pro futura. *Exo.16.e. Le.25.a.* Septimo anno seruus fit liber, hoc est, in æterna requie. Septimo die solet esse festiuitas. *Exo.34.c.* Septimi etiam mensis solemnitas, typus est sabbatismi, qui in futura gloria celebrabitur. *Nu.19.c.29.a.* Quod post septimum diem ex quo ingressus est Noe in arcam, factum est diluuium, quia spe futuræ quietis, quæ septimo die significata est, baptizamur. *Genes.7.a.* Septimus dies: quo corruerunt muri Hierico, *k* finem mundi designat. *Iose.6.b.* Septima hora curatus est filius reguli. *Ioan.4.g.* quia *l* declinante mundo ad occasum conuertentur Iudæi. *Quies futuræ vitæ. Finis mundi.*

Septem sigilla libri clausi, *Apoc.5.d.* designant *m* mysteria Christi: quæ in scriptura sacra clausa erant ante incarnationem. *Mysteria Christi.*

Septem pastores significant *n* Patriarchas & Prophetas veteris legis propter hebdomadem. *Mich.5.b.* Eosdem designant septem filij. *Isa.1. Reg.16.* Qui etiam secundum quod non fuerunt electi in reges, designant perfectos operatione per dona Spiritus sancti, qui tamen regendi alios scientiam non habent. Septem autem filij Balæ ancillæ, sunt seruientes sub lege. *Gen.46.c.* Septem quoque filij Iob dicuntur fideles, iuxta hebdomadem dierum seculi computati: aut iuxta hebdomadam diaconorum, qui ab Apostolis in nouæ gratiæ seculo sunt ordinati, aut iuxta septem stellas, quæ transeunt per spacia cœli, aut designans septem virtutes in viro iusto, aut septem gratias Ecclesiæ in iis, qui spirituali funguntur sacramentorum conuiuio. *Iob.1.a.42.d.* *Patriarchæ & Prophetæ. Perfecti opere. Seruientes sub lege. Virtus. Gratia.*

Septem tonitrua. *Apoc.10.b.* omnes *o* voces & Prophetarum oracula designant. Designant etiam angelos & prædicatores. Et septem diaconi ad ministrandum deputati, septem Archangelorum designant ministeria. *Actor.6.* Septem angeli & septem phialæ, sunt prædicatores. *Apoc.15.d.* *Voces prophetarum. Angeli. Prædicatores.*

Septem lampades, & septem spiritus Dei *p* comminationes diuinas designant. *Apoc.8.a.* Sic septies circumeuntur muri Hierico. *Iosu.6.a.* *Comminationes diuinæ.*

Septies aspergunturfores tabernaculi. *Num.10.c.* vt designetur Deus septies in die laudandus. *Psalm.118.* *Laudes Dei.*

Septem dies, quibus separata est Maria soror Moysi, designant *q* tempus plenitudinis gentium in Ecclesia, vt postea intrent Iudæi. Item repulsionem Iudæorum vsque ad posteriora tempora mundi. *Num.12.d.* *Plenitudo gentium. Repulsio Iudæorum.*

Septem boues crassæ, *r* virtutes designant, septem verò macilentæ, vitia. Septem quoque spicæ plenæ, virtutes: tenues verò vitia. *Gen.41.a.* Et hæc vitia sunt septem nequitiæ, quæ dicuntur esse in anima inimici. *Prou.26.d.* *Virtutes. Vitia.*

Septem anni vbertatis, copiam verbi Dei significare possunt, septem verò famis, eius defectum. Vel anni vbertatis, designant tempus abundantiæ gratiæ & fidei, & tempus pacis Ecclesiæ, anni verò famis tempus persecutionum Ecclesiæ, & peculiariter tempus Antichristi. *Gen.41.* *Copia verbi Dei. Abundantia gratia & pacis.*

Septimus

a *Isye.s. Leu.13.15.*
b *Hie.6.ad Galasium. Au.q. in Nu.33. & 12.cont. Faus.25.*
c *Geo.Ve.can.1.to.7. cap.5.*
d *Or.s.Is.8. & s. Luc.ho.33. Hie.s. Is.4. & s. Marc.9. Glo. int.s. Exo.25. Rup.4.s. Exo.8. Hil.s. Matt. can.15. Gl.int. s. Matt.15. Ori.s. Leu. ho.5. Au.83. qu.61. Gr.s.1. Re.10. & 36.m.36. Am. prol. de sancto & epi.39. Gl.int. s.1. Par.15. & s. Gen.4.1. Gr. pro.mo.32. & s. Eze.ho.19. Aug.ser.201. Aret.s. Apoc.4.5.*
e *Or.s. Ge. ho.7. Gl.int.s. Le.12. & s. Exo.12. Gr.s.1. Re.6. & 35.m.7. Is.s. Leu.11.15.25. Gr. Ny. de resu.5. Ru.2.s. Exo.15.*
f *Au.2. doctr. Christia.106. & q.in Num.33.*
g *Hie.s. Iob.1. & s. Mar.12. Aug.s. Gal.2. & 1. ciu. Dei 32. & s.ps.78 118. Aret. su. Apo.1. Gl.ins. s.ps.94. & s. Mat.12. & s. Apoc.12. Gre. ho.31. Hil. prol.s. Psal.*
h *Hie.s. Exec. ho.40. & sup. Ecel.11. & s. Ps.89. Gre.s. Eze.ho.20.s. Glo. inter. su. Matt.15. Ori. s. Iose.ho.7.*
i *Gl.in.s. Exo.16. & s. Leu.19.25. & sup. Deu.15. Ru.2. s. Exo.15. Ori. s. Nu. ho.23. Aug.epi.119. & 12. contra Faust.17.*
k *Gl.int.s. Iosu.6.*
l *Ru.s. Ioan.*
m *Ru.4.s. Ap.*
n *Hie.s. Mi.5. Gre.s.1. Reg.16. & 1.m.21.28. & 35.m.20. Or.s. Iob.1. Hie.s. Iob.1.*
o *Rup.6. sup. Apocalyp. Ori. sup. Matth. hom.24. Glos. inter. sup. Apocalyp.15.*
p *Glos. in. sup. Apoca.4. Augu. epist.118.*
q *Hie. de mansio. Ori.s. Num.h.7. Cass. colla. cap.25.*
r *Glo. in. s. Gen.41.*

Digitized by Google

Septimus annus, designat † vitam contemplatiuam, ideò septimo anno seruus fit liber. *Exod.21.a.*Et septimo die loquutus est Dominus ad Moysen. *Exod.24.d.*

Vita contemplatiua.

Septem diebus expectauit Saul Samuelem. *1. Reg. 10. a.* vbi designatur *a* perfecta obedientia in maioribus & minoribus præceptis obseruata.

Perfecta obedientia.

Septem dies inducarum dati ab hostibus viris Iabes Galaad. *1.Reg.11.a.*designant *b* omnium Sanctorum exempla, quibus fideles aduersus hostes muniuntur.

Exempla.

Post septem dies dimissa columba *c* propter illam septenariam operationem spiritualem, oliuæ fructuosum surculum retulit, quo significaret nonnullos etiam extra Ecclesiam baptizatos, si eis pinguedo non defuerit charitatis, posteriori tempore quasi vespere in ore columbæ tanquam in osculo pacis, ad vnitatis societatem posse perduci. Quod autem post alios septem dies dimissa reuersa non est, significat finem seculi quando erit sanctorum requies non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociantur Ecclesiæ, quamdiu bibitur, quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis æternæ, quum traderetur regnum Deo & patri, vt in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis, nullis mysteriis corporalibus egeamus.

Sanctorum.

Finis mundi.

Septem anni, quibus oppressi sunt filij Israël à Madianitis. *Iud.6.b.* condignam *d* pœnitentiam designant, quæ valeat ad remissionem. Ad hoc faciunt septem dies, quibus luxerunt Iacob. trans Iordanem. *Genes.50.b.*Sic septem diebus est immunda mulier pariens masculum, duabus verò hebdomadibus si pariat fœminam. *Leu.12.a.* Septem quoque diès dantur expiationis & consecrationis. *Exod.29.f.*

Pœnitentia.

Planeta.

Septuplum purgatum dicitur argentum eloquiorum Dei. *Psal.11.* per septem videlicet *e* dona Spiritus sancti, & per septem beatitudines, nam octaua ipsum ignem significat, quo septupliciter probatur argentum.

Vindicta.

Septem lucernæ in candelabro *f* septem planetas designare possunt in cœlo. *Exod.25.d.*

Septenarius in vltione dicit *g* perpetuã & insolubilem vltionem, sicut ipse numerus nõ potest resolui in vllas partes æquales nisi in vnitates, ideò septupla vltio datur de Cain. *Gen. 4. d.* Vel designat puniendum in hac vita vsque ad septimam generationem. *Leui.26.e.*Septem quoque plagæ, *h* punitionem perfectam indicant. *Apo.15.a.*

Reges.

Septem fratres viri mulieris vnius sine liberis decedentes, *i* designant eos qui in septem mundi ætatibus non tulerunt fructum in terra, Vel sunt patriarchæ, qui non reliquerunt semen ipsi synagogæ, hoc est, Christum. Licèt enim puer natus sit illis, nobis tamen Gentibus datus est filius. *Matth.22.a. Marc.12.b.*

Septem capita draconis, *k* omnes reges terræ designant, qui etiã dicuntur septem montes. *Apoc.12.a. 13.a,17.c.*

Septem spiritus nequaquam pronuntur contra *l* septiformem gratiam Spiritus sancti. *Matt.12.d.Luc.11.c.* ingrediuntur autem domum Iudæorum, quia Iudæi in legem sabbati peccauerunt & in septiformem gratiam. Designant etiam septenariam hypocrisim, seu simulationem additam septem vitiis. Sunt etiam septem, quia septuplum puniuit vitia eorum. *Leu.26.c.*

Octonarius.

Octonarius numerus plenus dicitur, *m* propter corporeæ soliditatis effectum. Nam efficit cubum, seu tesseram. Sed ad ipsam cœli harmoniam, id est, continentiam hunc numerum magis aptum esse non dubium est. Cum sphæræ ipsæ octo sint, quæ mouentur: omnes quoque partes, de quibus constat hic numerus, tales sunt: vt ex earũ compage plenitudo nascatur. Est enim aut de his, qui neque generantur, neque generant de monade & septem: aut de duplicato eo, qui & generatur & generat, id est, quatuor, qui & nascitur de duobus, & octo generat, aut componitur ex tribus & quinque, quorum alter primus omnium numerorum impar apparuit, quinarij autem potentia superius tractata est. Pythagorici hunc numerum iustitiam vocarunt, quia primus omnium ita soluitur in numeros pariter pares, hoc est, in bis quaterna, vt nihilominus in numeros æquè pariter pares diuisio quoque ipsa soluatur in bis bina. Eadem quoque qualitate contexitur, id est, bis bina bis. Cum ergo contexio ipsius pari æqualitate procedat & resolutio æqualiter redeat vsque ad monadem quæ diuisionem arithmetica ratione non recipit, meritò propter æqualem diuisionẽ iustitiæ nomen accipit, & quia ex his apparet quanta & partium suarum & seorsum sua plenitudine nitatur, meritò plenus vocatur.

De octonario inuenies apud Hilarium. *Prolo.s.Psalm. & s.Psalm.118.* Apud *Ambros. epist.39.* Apud *Clementem Alex.6.strom.*

Lex noua.

Octonario *n* lex noua significari solet, quæ addit vnitatem super septem propter resurrectionem, quæ sequuta est sabbatum. Octo gradibus constabat ascensus portæ australis & orientalis templi, *o* vt legis nouæ indicarent mysteria. *Ezech.40.d.Eccl.11.a.*Octauo die fit purificatio seminiflui, &c. hoc est, *p* in nouo testamento per gratiam Christi. *Leu.15.b.*Et circumcisio fiebat octauo die, quæ etiam typus est resurrectionis, *Genes.17.b.21.a. Leuit.12.a.* Octonario mensura, erat interius vestibulum templi, *q* quia ad resurrectionis dominicæ pertinet sacramentum. *Ezech.40.b.*Octauo die consecrationis sacerdotum vocauit Moses filios Israël ad offerendum sacrificium, quia in Pentecoste cœperunt Apostoli prædicare, & Iudæi venire ad fidem. *Leuit.9.a.* Octauus autem dies dicitur Dominicus dies: quia in eo resurrexit. Dominus Octauus etiam dicitur *r* dies iudicij veniens post septenarium, in quo includitur quaternarius pertinens ad corpus & ad legem veterem, & ad veterem hominem, & ternarius ad animam spectans & ad nouum testamentum. *Psalm.6. In titul.* Octauo autem die fit circuncisio: quia in resurrectione iudicij cessabat generatio per præputium designata. Et octauo die fit perfectior mundatio leprosi, hoc est, in resurrectione. *Leu.14.b.Num.6.b.*

Resurrectio.

Pentecoste.

Dies iudicij.

Octaua post requiem sabbati, *s* est operatio æternæ fœlicitatis, perfectam consonantiam diapason habens, & est reditus in Deum, sicut in prima die est egressio à Deo, vt fiat circulus, & est quies media, quia inter motus contrarios datur, qui est in puncto reflectionis. Octaua autem die fiebat circuncisio, quia in octaua ætate, hoc est, in æternitate septenariæ volubilitati succedente, exuemur carnis corruptione, & omnia mala resecabuntur: vnde dicitur celeberrimus. *Leu.23.e.Gen.17.b.*in octaua beatitudine promittitur regnum cœlorum.

Fœlicitas.

Octonarium cubum appellant, *t* cum septem errantibus inerrantem sphæram connumerantes; per quas fit magnus annus, veluti quædam periodus remunerationis eorum, quæ sunt.

Octo primates, designant *u* Apostolos ad nouum testamentum spectantes, propter ogdoadem nouo testamento applicatam. *Mich.5.b.*Eosdem designant octo tabulæ in occidentali parte tabernaculi. *Exod.26.a.36.c.*

Nouenarius.

Nouenarius numerus secundum quod transgreditur octauum, & minor est decimo, *x* mortalibus potius competit, quam diuinis. Vnde noni mensis numerus, qui ponitur. *Agge.2.b.* non in bonam partem legitur. Pascha immolat populus & alias celebrat festiuitates, omnis eius solemnitas finitur octauo, nec ad nonum peruenit. Qui agnum paschæ præparant, transacta die nona incipiunt præparare. Dies quoque propiciationis mensis septimi, post diem nonam celebratur. Et in Ieremia, sicut legentibus poterit esse manifestum, Hierusalem nono ab aquiloniis oppugnatur. *Iere.39.a.52.a.* Quia igitur prophetia de mundicia populi futura erat, idcirco secundo anno Darij nonus mensis iungitur.

Nouem angelorum ordines *y* nouenario numero, non quidem simplici, sed aliquo modo composito consummatur, quia & ipsi ab intellectu simplici primo seiuncti aliquam compositionem admittunt, quia in eis est essentia & virtus ipsos perficientes, vel materia (vt inquiunt) metaphysica, & forma. Verùm quia in ipsis gradus sunt perfectionis, Deo proximiores primo ternario describuntur, expressiorem simplicis ternarij gerentes imaginem. Sequentes verò duplato, & vltimi tertiato ternario concludunt.

Nona hóra operariorum in vinea computatur à Mose *z* vsque ad aduentum Christi. *Matt.20.a.*

Denarius.

De numero denario *aa* hæc ait Philo: Denarius inter omnes, est perfectissimus: complectitur enim cunctas numerorum differentias, parium & imparium, parium duorum, imparium trium, pariter imparium quinque, & rationes eorum multiplicatiuas ac superpartientes super partitásque. Item proportiones tum arithmeticas, quæ tantundem numero superant, quantum superantur. Vt in 1.2.3. Tum geometricas, vbi sicut se habet secundus ad primum, sic ad secundum tertius. Vt patet in 1.2.4. & in duplis triplísque ac sesqualteris super tertiásque & similibus. Nec deest harmonica proportio, iuxta quam medius inter extremos, æqua portione, vel

† *Glos. int.s. Exo.21. Gre. s.Ezech.ho.3.*
a Gre.s.1.Re. 10.
b Gre.s.1.Re. 11.
c Au.12.con. Fusth.num.17.
d Gloss.inse.s. Iud.6.
e Aug.s.ps.11.
f Hie.de.vest. sacer.
g Rup.s.Am. 1. Hie.ad Damasum.q.1. Glo.in.s. Leu. 26.
h Aug.s.Apo. hom.12.
i Au.1.qu.in euang.32. Hil.s.Mar.12
k Au.s. Apo. hom.12.
l Hil.s.Matt. Can.12. Am. s.Luc.11. Hie.s.Ma.12. Au.q. in eua. 8. Isyc.s.Leui. 26.
m Marc.1.de somnio Scipio.
n Arn.s.ps.6.
o Gre.s.Ezec. hom. 16. 20.
p Isy.s.Leu.9. 15. Ori.s.Ro. 2. Bas. Exae. hom.1. Aug. ep.119. & de ver. Apost.ser. 15.
q Hie.s.Ezec. 40. & s.Eccl. 11. & s.ps.89.
r Aug.ps.6. Gre.s. Ezech. ho.10. & prol. s.Psal. Isyc.s. Leu.14.
s Gre. Nyss.s. Ps.6. Georg. Vene. Can.1. tom.8.ca. 14. Gre.s.Eze.ho. 16. Isyc. Leu. 12.23. Gloss. int.s.Gen.17. & s. Num.6. Rup.1.s. Gen. 32.
t Gre.Nyss.de beatitudi.
u Cle. Alex. 6.strom.
x Phi.de congre. &c. Hier. s.Agge.2.
y Georg. Ven. Cant. 5.to.5. cap.3.
z Gloss.int.s. Mat.20.
aa Phi.de Decalog.

Digitized by Google

superatur,vel superat,vt apparet in secundo,quarto, sextóque. Quin & triangulorum, quandrangulorum aliorúmque multiangulorum proprietates denarius continet,atque insuper symphoniarum eius,quæ diatessaron vocatur,proportionem habens super tertiam,& eius,quæ diapente, quæ est sesqualtera, vt tria ad duo sicut dupla, quæ diapason dicitur,vt duo ad vnum,quadrupla verò dis diapason,vt octo ad duo.Quapropter impositores primi nominum viri sapientes meritò videntur appellasse hanc δεκάδα quasi δεχάδα, quòd capiat comprehendátque omnia numerorum genera, ac etiam rationum proportionúmque ac dimensionum corporum. Quin etiam rerum genera,quæ prædicamenta dicuntur,sub numero denario comprehenduntur,&c.

a *Geor.Venet. Cant. 1.tom. 1.cap.5. Ori. s.Le.hom.13.*

Omnis multitudo, *a* est ab vno. Nec aliquid esse vnum, simul cum aliis multitudinem faciens,nisi per vnius participationem, vnitatem sibi compareret. Quod vnum & antiquissimum nemo ambigit esse Deum, qui antequam peculiarem vnitatem rebus inferioribus communicaret in primum numerum se diffudit.Et hinc denarium tanquàm in decem ideas & mensuras omnium numerorum & rerum omnium faciendarum. Hac de causa vlterior numerus dari nequit,sed denarius coaceruatus in vnum redit,à quo exordium habuit,vt sit denarius numerorum finis & complementum,& principium decadum.Quare omnis ordo ab vnitate incipiens procedit in multitudinem vnitati coëlementalem. Et ipsa ordinis multitudo tandem ad vnitatem reducitur. Et omnia, quæ sub globo lunari sunt per hominem tanquam per decimum genus eorum, quæ sunt corruptioni subiecta, & cœli nouem per cœlum decimum,quod empireum dicitur & nouem ordines angelorum per suam decadem in primariam vnitatem restituuntur.

Deus.

b *Geor. Vene. Cant.1. tom. pa.6. & tom. 4.cap.33.*

Omnia decima,*b* nescio quid diuinum habentia, à Deo tanquam propria exiguntur simul cum primitiis, vt principium numerorum,vel rerum primordia,& fines vel decimæ illi reddantur, qui principium & finis est omnium rerum. Denarius enim est finis, & complementum omnium numerorum, vltra quem nec ingenium, nec natio aliqua excogitauit, quia vlterior non datur. Et quia complementum, est denarius, ideò non tantùm operum, & fructuum à nobis productorum exquirit decimum, sed in naturali serie, & genealogia hominum celebriori electione denarium sibi asciscere voluit. Decimus enim ab Adam fuit Noë, & ab hoc decimus fuit Abraham: Christus verò omnium gratissimum secundum genealogiam legalem à Luca contextam,decimus est septimi denarij à Deo incipiendo, vt per reuolutionem denarij & septenarij sacramento in Deum reuertens cæteros conducendo secum adduceret,in Matthæi verò textura naturali, & secundum carnem, est sexagesimus tertius à Deo,post nouem videlicet septenarios.

Homo.

c *Glo. in.sup. Eze.40.& s. Gen.18. Hie. s. Ezech.40. Gre.s. Ezech. ho.16.Rup.6. s.Gen.40. Glo.in.s. Leu. 27. Greg.s.1. Re.1. & 14. mo.13. Ori.s. Matth. hom.32.& s. Leu.hom.13. & s.Gen.hom 16. Glo.inter.sup. Ruth.4. & s. Exod.26.Isy. s.Leu.26. Hie.s.psa.32. Aug.se.187. Isy.s.Leu.27. Gloss. int.sup. Leu.27.*

Decem numerus perfectus,*c* & decalogi,& quatuor Euangeliorum continet sacramenta, qui ab vno incipiens, ita ad quatuor venit,vt denarium impleat. *Exec.40.b.41.a.* Vsque ad decem iustos descendit remissio, qua Deus paratus erat parcere Sodomitis,hoc est, vsque ad seruantes mandata decalogi.*Gen.18.d.* Decem cameli, quos accepit seruus Abrahæ,quæsiturus Rebeccam, sunt decem præcepta legis seclusis traditionibus Pharisæorum. Decem quoque sicli ponderis armillarum,quas dedit seruus Abrahæ Rebeccæ,sunt custodia mandatorum. *Gen.24. b.c.Leu.27.a.* Decem cubiti latitudinis voluminis. *Zach.5.a.* etiam pertinent ad decalogum. Decem filij,sunt obseruantes decalogum. *1.Reg.1.a.* Et decem fratres Ioseph.*Gen. 42.a.* Decimas autem offerunt, qui decalogum obseruant. Decem quoque viri seniores de Bethlehem, sunt antiqui patres decalogum obseruantes, & testes incarnationis Christi. *Ruth.4.a.* Decem virgines vniuersitatem credentium designant. *Matt.25.a.* Decies confunditur Ecclesia,quum membra eius transgrediuntur præcepta decalogi. *Iob.31 9.a.* Decem cortinæ tabernaculi decem sunt præcepta,vel Sancti vtriusque testamenti. *Exod.26.a.36.b.* Idem decem mulieres coquentes panes. *Leuit.26.d.* Decem etiam cubiti tabularum, sunt decem præcepta à doctoribus obseruanda. *Exod.26. 36.* Decem præterea chordæ psalterij,decalogum indicant.*Psal.32.* Item decem formellæ caesi. *1. Reg. 17.c.* Decem sicli valentes viginti drachmas, dicunt custodiam duplicatam decem mandatorum, sine altiori conuersione, aut pœnitentiam.*Leuit.17.a.*

Decalogus. Euangelia.

Seruantes decalogum.

Vniuersitas credentium.

d *Hie.s. Zac. 8.*

Decem homines,qui apprehendunt fimbriam viri Iudæi,sunt,*d* qui in mensuram viri perfecti venerunt, *Zac. 8.d.* Sed & parabolam decem virginum in Euangelio,quas in sensibus carnis & spiritus interpretamur, si oleum bonorum operum lampadibus præparauit,& quinarium numerum duplicarint,vt sint sanctæ (iuxta Apostolum) corpore & spiritu. ad huius referunt sacramentum.*Matt.25.a.* Decem quoque ciuitates, quas qui corporis sensus optimè gubernarit, numero duplicato accipiet in futurum. *Luc.19.c.* Decima dies septimi mensis,*e* perfectionem significat in qua clangitur tuba,& fit remissio.*Leu.25.b.* decimo mense apparuerunt cacumina montium. *Gen.8.a.*

Perfecti.

Perfectio.

e *Glo. inter.s. Leu.25.*

Decem principes ciuitatis.*Eccl.7.c.* Angeli *f* dici possunt: qui ad numerum peruenere denarium: & auxiliantur humano generi.

Angeli.

f *Hie.s.Ecc.7.*

Denarius *g* scientiam Dei,& creaturæ significare potest,propter tria & septem,ex quibus constituitur: vt tria referantur ad Deum,& septem,ad creaturas.Decima pars similæ: decima pars ephi, perfectionem operum & spiritualem scientiam in meditatione regis indicant. *Exod.29.f. Leu.6.c.25.a. Num.15.a.* Tres autem decimæ similæ, perfectionem cognitionis Trinitatis exprimunt.*Leu.14.b.*

Scientia Dei & creatura.

g *Au.2.doct. Christian.16. & 83.q.57. Glo. inte.sup. Leu.6. & su. Num.15. Isy. s.Leu.14.*

Decem columnæ atrij ad Occidentem vergentes,& decem bases, præmium æternæ vitæ designant. *Exod.27.c. 38.b.* Et denarius,est spes cœlestium præmiorum,sicut denarius diurnus,est ipsum præmium.*Matt. 20.a.* Ad hoc pertinent decem cubiti altitudinis altaris.*1 Reg.7.*

Vita æterna.

Dies decem pressuræ,*h* vniuersum huius vitæ tempus indicant.*Apoc.2.c.*

Tempus huius vitæ.

h *Au.s. Apo. hom.2.*

Decem vices ponitur pro *i* sæpè,*Num.14.d.* Decem autem vicibus dicitur mutasse Laban mercedem Iacob, typum gerens diaboli inducentis hominem ad omnium præceptorum transgressionem.*Gen.31.f.*

Sæpe.

i *Glo. int. su. Num.14.*

Decem cornua draconis *k* omnia mundi regna complectuntur.*Apoc.14.a.* decem autem diademata bestiæ,sunt illi,per quos principes impugnant decalogum.*Apoc.13.a.*

Regna mundi

k *Aug.s.Apo he.9.Glo. int. su.Deut.13.*

Decima generatio aliquando dicit *l* totum tempus: vt qui non intrant in Ecclesiam etiam post decimam generationem,hoc est,nunquàm.*Deut.23.a.* Decima etiam generatio dicitur obseruatio decalogi.

Totum tempus.

l *Gloss. int.s. Deut.13.*

Decem pulli asinorum,aut decem asini,sunt *m* decem præceptorum, vel doctores ex gentibus, decalogi mandatis instructi. Asinæ verò sunt pseudoapostoli. *Gen.32.d. 45.f.* Decem etiam boues in cibum Salomonis, sunt doctores decalogi.*3.Reg.4.c.*

Prædicatores.

m *Glo.int.su. Gen.45.& s. Reg.4.*

Decem scissuræ pallij Ahiæ traditæ Ieroboam, designabant *n* regnum Israël decies diuidendum, secundùm quòd vnus rex occidebat alium.*3.Reg.11.f.*

Pseudo-apostoli.

n *Rup.s.Vict. verb.Dei.7.*

Cùm agnus immolari iubebatur decima die, *o* hœdus seruabatur vsque ad quartam decimam, non sine sacramento. Nam consummatio vitæ cursu designato per denarium numerum completum, protrahitur adhuc perfecta expiratio animalis & quadri elementaris hominis: quia beatificato spiritu, & restituto ad Deum, qui dedit illum, certo curriculo à patre determinato, prorogatur reuelatio animalis hominis, & quadrifarij corporis à corruptione, & transitus eius in cœlestem beatámque naturam. *Exod.14.a.* verùm si ritè textus intelligatur,non immolabatur agnus decima die, sed illa die sumebatur agnus, vel hœdus, & seruabatur in quartam decimam & tunc vnus immolabatur per domos. Voluit autem lex alterutrum sumi, vt facilius inueniretur. Hora decima venerunt discipuli Ioannis ad Christum. *Ioan.1.f.* quia *p* docturus erat legem spiritualiter implendam. Vel quia aduentus Christi fuit in nouissimis diebus. Item quia decima die tollebatur agnus. Designatur etiam occasus vitæ humanæ.

Diuisio regni Israel.

o *Geor. Vene. Cant. 2.to.3. cap.19.*

Nouem tribus cum dimidia transeunt Iordanem cum Iosue: *q* quia doctrina Christi perficienda fuit per Spiritum sanctum.*Ios.1.*

p *Au.s.Ioan. tra.7.Cyri.2. s.Ioan.10. Ru.2.s. Ioan.*

Dies decem quibus volebant fratres Rebeccæ illam apud se manere.*Gen.42.f.*

Hactenus de numeris simplicibus dictum est. Nam qui sequuntur post denarium, ex simplicibus constant: vnde pauca dicuntur de ipsis allegoricè, quæ non ad simplices referantur. Quare pauca, quæ apud autores inuenimus; proponemus, non quidem de omnibus, sed interpolatim secundum quòd aliqua de ipsis dicta reperimus, cæteris silentio prætermissis. Qui si tibi occurrant, facilè poteris ex simplicibus aliquid colligere, quod de eis dicas.

q *Orig.s.Ios. hom.3.*

Digitized by Google

Vndenarius.

Res seculi. Vndenarius numerus recedit ab vnitate: *a* ideò ad res seculi pertinet sicut vndecimus mensis. *Zach.* 1. *b*.

Transgressio. Peccatum. Vndenarius item, quoniam transgreditur denarium, *b* transgressionem legis, ac proinde ipsum peccatum designare potest. Et vndecim saga cilicina tabernaculi, pœnitentes designare possunt, qui legem decalogi transgressi sunt. *Exod.* 26. *b*. 36. *b*. Vel designant transgressionem præceptorum non peruenientem ad gratiam duodecim Apostolorum: & si ducantur per septem, fiunt septuaginta septem, per quæ denotatur remissio. Vndecim autem cornu in bestia, Antichristum designat. *Dan.* 7. *c*.

Pœnitentes. Antichristus. Vndecima hora operariorum vineæ computatur *c* ab aduentu Christi vsque ad finem mundi. *Matt.* 20. *a*.

Duodenarius.

Duodenarius numerus dicitur esse superfluus, *d* aut abundans, quia partes eius aliquotæ simul coniunctæ ipsum excedunt. Quaternarius autem per ternarium complicatus numerum conducit duodenarium primum crescentem, & magis cœlestem & diuinum, quam terrestrem, vnde crescentia omnia & diuina quam plurima ipso distribuuntur. Est etiam hic numerus compositus ex duobus primo perfectis, senariis videlicet, & est primus crescens, & hoc in sexdecim abundans per quatuor: vnde illa excrescentia fœlix est, quia fit per quadratum æquilaterum, & parentem denarij.

Apostoli. Duodecim elegit Christus *e* quia per vniuersum mundum, hoc est, per quatuor cardines mundi Trinitatem fuerant annunciaturi: ideò ter quaterni. *Ioan.* 6. *g*. duodecim principes Israël, duodecim Apostolos præfigurabant. *Numer.* 1. Et duodecim fontes, erant Apostoli, vel eorum doctrina. Et duodecim tituli. Et duodecim vituli. Et duodecim nomina filiorum Israël. Et duodecim lapides. *Exod.* 15. *d*. 24. *a*. 28. *c*. 39. *c*. Duodecim panes. *Leuit.* 24. *a*. Duodecim cubiti lineæ cingentis columnas. 3. *Reg.* 7. *c*. duodecim stellæ. *Apoc.* 12. *a*. Duodecim cubiti Ariel, sunt duodecim tribus, aut Apostoli. *Ezech.* 43. *c*. Duodecim leunculi in solio Salomonis, sunt prædicatores Apostolicam doctrinam sequentes. 2. *Par.* 9. *d*.

Prædicatores.

Tribus Israel Duodecim duces Ismaël, *f* duodecim tribus Israël significarunt: qui sunt duodecim filij Iacob: & vt sunt ab Abraham sunt duodecim Apostoli. *Gen.* 17. 35. 42. 49.

Vniuersitas. saluandorum Duodecim portæ, & duodecim sedes, vniuersitatem saluandorum designare possunt: quia ter quatuor sunt duodecim: totius autem mundus in fide Trinitatis saluatur. *Apoc.* 21. *d*. *Matt.* 19. *d*.

Gradus hominum. Menses. Zodiacus. Duodecim panes propositionis, *g* duodecim gradus hominum designare possunt: qui per duodecim tribus describuntur. *Leu.* 24. *a*. Vel sunt duodecim menses. Idem autem exprimunt duodecim lapides in rationali positi: vel ipsum zodiacum duodecim signis distinctum. *Leu.* 24. *a*.

Abundantia doctrina. Duodecim cophini fragmentorum, *h* superabundantiam doctrinæ designant eorum, quæ adhuc restant intelligenda. Et remanent Apostolis propter duodecim sedes. *Matt.* 14. *c*. *Ioan.* 6. *b*. Vel designant firmamentum fidei duodecim tribuum.

Duodecim annorum erat filia principis synagogæ & duodecim annis passa est fluxum sanguinis mulier: *i* vt tamdiu laborasse intelligatur Ecclesia, quamdiu viguit synagoga: Et tunc venit ad fidem Gentilitas, quando mortua est synagoga. *Luc.* 8.

Tempus incarnationis Christi. Finis mundi. Duodecimus mensis, quando liberantur Iudæi à cæde per Haman intentata. *Esther.* 8. *d*. 9. *a*. tempus *k* incarnationis Christi designare potest, vel finem mundi, quando iusti ibunt in vitam æternam: mali verò in ignem æternum. Duodecim autem cubitorum erat linea ambiens columnam vtranque Salomonis, *l* designat in iudicio iudicandos omnes per sex opera misericordiæ, bonos quidem à dextris per misericordiam, quia impleuerunt opera misericordiæ, malos verò à sinistris per veritatem, quia illa opera non impleuerunt. 3. *Reg.* 7. *c*.

Duodecim annis seruierunt viri Sodomorum Chodorlahomor, qui numerus est superfluus vt designetur per vanitatem seruiri hypocrisi. *Gen.* 14. *a*.

Terdenarius.

Tertiodecimo anno recesserunt Sodomitæ à seruitute Chodorlahomor, quia per fidem Trinitatis, & decem præceptorum obseruationem recedit à diabolo. *Gen.* 14. *a*.

Pentateuchũ. Tertiodecimo anno circuncisus est Ismaël, vt designetur *m* tunc coërcendam esse libidinem, quum incipit excitari. *Gen.* 17. *d*. Vel designatur non pertingens ad expletionem legis & Euangelij, quæ quaternario significatur.

Cognitio Trinitatis. Tredecim cubiti. *Ezec.* 40. *b*. vt addunt quinque supra octonarium numerum, *n* quinque librorum Moysi continent sacramentum, qui & in quinque monstrantur panibus, & in Samaritana Euangelij. Vel designant cognitionem Trinitatis in noua lege additam veteri, vt ternarius additus denario, constituit tredecim. Item *o* fidem Trinitatis cum custodia mandatorum. *Esther.* 8. *d*.

Quaterdenarius.

Quatuordecim annis seruiuit Iacob Labani pro vxoribus suis. *Gen.* 31. *f*. obseruando videlicet *p* septem præcepta legis, de dilectione proximi, & septem Euangelica de dilectione Dei.

Perfectio Ecclesiæ. Quartodecimo die offertur agnus, *q* hoc est, Christus, additis videlicet legi quatuor Euangeliis. *Exod.* 12. *a*. Vel quia est quartadecima Luna, designant *r* perfectionem Ecclesiæ. Et post quartam decimam Lunam fit Phase, id est, transitus, vt ab inferioribus mentem ad superiora conuertamus, sicut Luna incipit ad Solem conuerti.

Quatuordecim cubiti crepidinis Ariel, designant *s* generationes Christi per tessaradecadas distributas. *Ezech.* 43. *e*. Et quartodecimo anno percussionis ciuitatis vidit Ezechiel nouam ciuitatem, quia per generationes quatuordecim venit Christus ædificator Ecclesiæ. *Exec.* 40. *a*.

Quartodecimo anno capti sunt Sodomitæ à Chodorlahomor. *Gen.* 14. *a*. quia *t* per transgressionem præceptorum capiuntur homines à diabolo. Vbi designatur imperfectio quaternarij supra denarium.

Quindenarius.

Quindecim cubitis eleuatur arca super montes. *Gen.* 7. *d*. quia *u* mysteria fidei & resurrectionis in veteri & nouo testamento contenta superant mentes etiam intelligentium & superborum. Sic quindecim diebus mansit Paulus cum Petro, quia veteris & nouæ legis cognitionem habebant, & plenam consummatámque doctrinam, propter quindecim carmina Psalterij, & quindecim gradus, & quindecim annos additos Ezechiæ. *Galat.* 1. *d*. Potest etiam designari concordia duorum testamentorum.

Æterna requies. Quindecim cubiti in vtraque parte lateris orientalis & occidentalis *x* tabernaculi. *Exod.* 27. *c*. 38. *b*. designant æternam requiem constantem ex sabbatismo & octonario resurrectionis corporum. Vel septenarius refertur ad præsentem vitam, octonarius ad futuram, ad quam per hanc venitur. *Esther.* 9. *c*. *Hos.* 3. *a*.

Quintodecimo die celebratur festiuitas tabernaculorum. *Leuit.* 23. *e*. vt *y* per septenarium vitæ præsentis, in qua peregrinamur, vt in tabernaculo, veniamus ad doctrinam resurrectionis. Vel designatur Euangelica prædicatio, quæ ex præsenti vita & futura consistit, hanc componens, illam præparans.

Quintodecimo die secundi mensis fiebat secundum pascha. *Num.* 9. *a*. Et quintodecimo primi mensis primum, designans *z* illo numero pascha nouæ legis. *Leu.* 23. *a*.

Quindecim gradus Psalmorum, designant *aa* per septenarium vitæ actiuæ & temporalis, & octonarium contemplatiuæ ascendendum ad cœlestis quietis templum.

Quindecim sicli valentes triginta drachmas, *bb* infimam perfectionem, quæ est fructus trigesimi designant. *Leuit.* 27. *a*.

Quindecim cubitis eleuantur aquæ diluuij super terram *cc* quum quinque sensus terreni hominis, & animalis & rationalis vitiis submerguntur. *Gen.* 7. *d*.

Quindecim argenteis conduxit Hosee adulteram. *Hos.* 3. *a*. vbi *dd* neque est vnitas, vt in denario, neque binarius, vt in vicenario, & designatur synagogam, neque virginem esse, neque aptam coniugio Christi.

Quindecim gradibus retrocessit Sol, *ee* quum sanatus est Ezechias. *Isa.* 38. *b*.

Sexdecim.

Sexdecim anni Ioseph, *ff* perfectionem vitæ & doctrinæ designare possunt. *Gen.* 37. *a*. Ad idem referri possunt sexdecim bases in occidentali, plaga tabernaculi. *Exo.* *d*. 26. 36.

a *Hier. s. Zac.* 1.
b *An.* 15. *eius Dei.* 20. & *d. verbo dom. se* 15. & *qu. in Exod.* 108. *Gr.* 32. *m.* 14. *Glo. inte. sup. Exod.* 26.
c *Glo. int. sup. Matt.* 20.
d *Geor. Venet. Cant.* 1. *to.* 6. *cap.* 19.
e *Au. s. Ioan. tract.* 27. *Glo. inte. su. Num.* 1. & *s. Exod.* 15. *Geo. Vene. Cant.* 2. *to.* 3. *cap.* 6. *Isyc. s. Leu.* 24. *Aug. s. Apoc. hom.* 9. *Hie. s. Ez.* 43. *Glo. int. su.* 2. *Par.* 9.
f *Glo. inte. su. Gen.* 17. 35. *Aug. s. ps.* 48. 86.
g *Orig. s. Leu. hom.* 13. *Hie. de vest. sacer.*
h *Ori. s. Matt. cap.* 14. *Am. s. Luc.* 9. *Aug. su. Ioan. tra.* 24.
i *Amb. s. Luc.* 8. *Rup. s. Zac.* 9.
k *Glo. inter. s. Esther.* 8. 9.
l *Ru.* 3. *s. Reg.* 19.
m *Amb.* 2. *de Abra* 15. *Glo. inter. su. Gen.* 17.
n *Hie. s. Eze.* 40. *Gre. s. Ezech. ho.* 16.
o *Gl. int. sup. Esther.* 8.
p *Glo. int. su. Gen.* 31.
q *Am. de obitu Theodos. j.*
r *Au. ep.* 119. *Greg. Nyss. de resurrect.* 1.
s *Hier. s. Eze.* 43.
t *Glo. int. su. Gen.* 14.
u *Am. epi.* 76. *Au.* 12. *contra Faust.* 19. & *s. Psal.* 150. *Hier. s. Gal.* 1. *Aug. s. ps.* 89. *Am. epist.* 39.
x *Glo. int. su. Exod.* 37. & *s. Esther.* 9.
y *Isyc. s. Leu.* 23.
z *Isyc. s. Leu.* 13.
aa *Gre. s. ps.* 129.
bb *Isyc. s. Leu.* 27.
cc *Ambr. de Noe.* 15.
dd *Rup. s. Ho.* 3.
ee *Am. ep.* 76.
ff *Gloss. int. s. Gen.* 37.

Digitized by Google

Decem & septem.

a *Au.ep.*103. *vel* 119.

Decimo septimo die inundauerunt aquæ diluuij,& ingressi sunt filij Noë in arcam , vt designetur *a* eum, qui Ecclesiam ingreditur per baptismum, promittere decalogi obseruationem propter æternam requiem,& est typus inchoantium, *Gen.*7.*b*.

Decimo septimo anno venditus est Ioseph in Ægypto.*Gen.*32.*g*.

Decem & septem annis mansit Iacob in Ægypto.*Gen.*47.*f*.

Decem & octo.

b *Am.s. Luc.* 13. *Au.q.in Iud.* 37.*Gre.hom.* 13.

Numerus decem & octo sic sumitur in muliere,quæ decimo octauo anno curata est à curuitate,*b* vt in decem verbis intelligatur perfectio legis,& in octauo numero resurrectionis perfectio,quam assequuntur, qui à peccatorum curuitate liberantur.*Luc.*13.*c*.Et ter sex perfectionem legis Euangelicæ designant. Et etiam triplicem legem,naturæ,scripturæ & gratiæ,in quibus curuatum fuit genus humanum,donec à Christo curatum est.

c *Ruper.* 3.*s. Reg.*19.

Columna decem & octo cubitorum *c* perfectionem operum cum fide Trinitatis, quia ter sex fiunt decem & octo.3.*Reg.*7.

Viginti.

d *Ru.s.Ag.*2.

Viginti modiorum aceruus *d* est Christus , qui numerus binarius decenus est , quia videlicet non vnius tantùm : sed geminæ substantiæ est,Deus & homo,sed Iudæis facti sunt decem modij,quia non Deum & hominem, sed tantùm hominem crediderunt.*Agg.*2.*c*. *Christus.*

e *Rup.*3.*sup. Re.*7.

Viginti cubitorum erat latitudo templi, 3.*Reg.*6.*a*. *Ezech.* 41.*a*. designans *e* latitudinem charitatis in duobus præceptis,quia hic numerus in decemo limite binarius est. *Latitudocharitatis.*

f *Gloss.int su. Exod.*26. *& s.*3.*Reg.*4.

Viginti tabulæ tabernaculi,& columnæ atrij,& bases,& capita columnarum *f* doctores sanctos significare possunt, qui & ipsi præcepta seruant,& alios eadem seruare docent. *Exod.*26.27.36.38. Quater quini viginti fiunt, lex autem quinque libris,gratia verò noui testamenti quatuor Euangeliis continetur , & doctores miro veritatis consensu completa in Euangelio legis arcana manifestant , & præfigurata in lege Euangelij Sacramenta. Viginti boues pascuales in cibum Salomonis per singulos dies, doctores sunt decalogi, 3.*Reg.*4.*c*. *Doctores.*

g *Augu.*2.*de peccatorum meritis.*35. *Isyc.s. Leu.*5.

Tales illi viginti annorum adolescentuli, *g* figuram noui populi præmiserunt qui in terram promissionis intrarunt : qui nec in dexteram,nec in sinistram dicti sunt declinasse.Nón enim ea viginti annorum ætas comparanda est innocentiæ paruulorum:sed,ni fallor,hic numerus mysticum aliquid adumbrat & resonat. Vetus enim testamentum quinque Moysi libris excellit, nouum autem quatuor Euangeliorum autoritate præfulget, qui numeri per se multiplicati ad vicenarium perueniunt.Quater enim quini, vel quinquies quaterni,viginti sunt. *Populus Christianus.*

h *Isy.s.Le.*27 *Gloss.int.sup. Leu.*27. *& s. Exod.* 30.*su. Num.* 1.*Au. qu.in Nu.* 2.

Viginti annorum & supra,sunt,*h* qui sufficientes sunt omnes virtutes operari,& subiicere omnes intelligibiles inimicos,demum firmi & fortes. *Leu.*27.*a*. A viginti annis & supra numerantur Leuitæ & filij Israël , vt designentur ij,qui vetus & nouum testamentum habent , quia viginti fiunt per quatuor & quinque inuicem multiplicata. Et qui legem intelligunt spiritualiter per gratiam Euangelij. In hac ætate contra vnumquemque bella vitiorum nascuntur.*Exod.*30.*a*.38.*d.Num.*1.*a*. *Fortes.*

i *Gre.s.*1.*Re.* 7.

Vicenarius continens bis decem , *i* legem nouam designat , atque ita perfecti cum per amorem prohibita vitant,Euangelij sublimia complent mandata. Et in contemplatione perfecti denarium numerum in perfectione scientiæ,vicenarium verò in superna delectatione. 1.*Reg.*7.*a*. *Lex noua.*

k *Glo. int.su. Exo.*27.*& s. Gen.*18.31.

Viginti cubiti introitus atrij , *k* designant subiectionem quinque sensuum per quatuor virtutes : vel legem Euangelicam.*Exo.*27.*c*.38.*b*.Et viginti annis seruiens Iacob,geminam charitatem designauit , cum obseruatione mandatorum.*Gen.*31.*f*.Propter viginti iustos promittit Dominus se parciturum Sodomis.*Gen.*18.*d*.hoc est, propter seruantes mandata cum dilectione Dei & proximi,propter denarium & binarium. *Virtutes.*

l *Gre.*15.*mo.* 7.

Decem cubitorum erat latitudo voluminis, longitudo verò viginti, *l* quia latitudo operationis nostræ simpla est,longanimitas spei in duplum tenditur , quoniam pro bono nostro opere & hîc nobis mentis requies , & illic gaudia æterna præparantur.*Zach.*5.*a*. *Ieiunium & pœnitentia.*

m *Isyc.s.Leu.* 27.

Viginti sicli valentes quadraginta drachmas,*m* ieiunium,& pœnitentiam designant.*Leu.*27.*a*. Viginti stateres panis dantur Ezechieli, designant pœnitentiam & laborem populi.*Ezec.*4.*a*.

n *Hie.aduer. Iouin. & s. Ezec.*45.

Vicenarius numerus *n* infaustus habetur:in eo Esau accepit munera.*Gen.*42.*d*.Placet Esau, propter qualitatem denarij.Huc videntur referri posse gazophylacia Leuitarum.*Ezec.*45.

o *Gre.s.*1.*Re.* 14.

Viginti virorum plaga. 1.*Reg.*14.*b*.designat *o* peccantes per quinque sensus : qui conuersi remedia inueniunt in quatuor Euangeliis.Viginti argenteis venditus est Ioseph.*Gen.*37.*f*. *Peccatores conuersi.*

Viginti oboli, sunt in siclo.*Exod.*30.*b*.

X X I.

Numerus viginti vnius,vniuersitatem indicare solet,propter triplicatum septenarium.

p *Aug. epist.* 119.

Vicesimus primus dies mensis. *Exod.* 12. *c*. finem vitæ , *p* designare potest: ideò vsque ad eam vescuntur azymis : & est dies solemnis bonis. Et quia constat ex ter septem , *q* plenissimum sacramentum Trinitatis indicat. *Agg.*2.*a*. *Vniuersitas. Finis vitæ.*

q *Hie.s.Agg.* 2.

X X I I.

r *Ori.s.Num. ho.*4.

Viginti duo *r* prima apud Hebræos elementa traduntur : viginti duo rursus à protoplasto Adam vsque ad Iacob, ex cuius semine initium duodecim tribus sumunt,patres fuisse memorantur. Tradunt etiam omnium creaturarum Dei species intra viginti duorum numerum colligi : propter hoc & Leuitæ, id est, qui seruiunt Domino, & primogeniti filiorum Israël,admirabili hoc & sacrato numero titulantur.*Num.*3.*f*.

X X I V.

s *Hie.su. Ag.* 1.

De vicesima quarta cœpit ædificari templum Domini. *Agge.*1.*d*.quia *s* octonarius numerus, qui sanctus est,& in veræ circuncisionis typo accipitur , triplicatus vicesimum quartum numerum facit : figuraliter nos docemur, vt ædificemus domum Domini in amputatione carnis & vitiorum circuncisione[: & veram puritatem esse credamus,in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti.

t *Glo. int. su. Apo.*19.*Rup.* 3.*s.Apoc. Aret.s.Ap.*4.

Viginti quatuor seniores,*t* Patriarchæ & Apostoli dicuntur.Vel duodecim iudices Israël cum duodecim Apostolis. *Apoc.*4.19.*a*. Suprema illa diuinissima , sanctissimáque Trinitas septenarium numerum, iuxta inseruitabilem suæ sapientiæ profunditatem , ter sibi ipsi resumens, viginti quatuor demonstrauit. Si quidem ter septem, viginti & vnum efficiunt : cui à viginti quatuor ternarius deest : qui ternarius omnium creatrici diuinæ Trinitati dedicatus est. *Patriarcha & Apostoli.*

u *Ori.s.Num. hom.*2. *Hie.s. Eze.*40.

X X V.

x *Ru.*6.*s.Ioa. Augu.s.Ioan. tra.*25. *Gre.s. Ezech. ho.*17.19.

In numero viginti quinque *u* qui est quadratus ex quinario , quinque sensuum perfectio declaratur. Quod vtique indicat eum vocari ad opera operum in ministerio peragenda : qui ex omni parte multiplicatis & purificatis sensibus inuenitur esse perfectus.*Ezech.*40.*b*.Et viginti quinque stadiorum numerus. *Ioan.*6.*d*. Dicit *x* perfectionem boni operis intrinsecus , quod quinque sensibus perficitur. Designat etiam impletionem legis , quia quinque libris continetur. Et ipsos exercentes bonas operationes in proximos per quinque sensus. A viginti quinque annis assumuntur Leuitæ ,*y* cùm incipiunt pugnæ vitiorum. *Num.*8.*d*. Secundum autem quòd hic numerus est medietas quinquagenarij, designat mediam perfectionem habentes. *Perfectio sensuum & operum.*

y *Glo.inte.su. Num* 8. *Phil.quòddeterior potiori insidietur.*

In malum, designat eos,*z* qui firmati sunt in abusu sensuum,vt qui dorsa habebant ad templum versa,vel sunt, qui omnia referunt ad sensus.*Ezec.*8.*g*.11.*a*. *Abusus sensuum.*

z *Hie.s. Eze.* 8.11.

X X V I I.

Ter tria ter constituunt viginti septem,& designant potentias nostras ad bonum opus esse paratas per Trinitatis confessionem , vnde tali die cessarunt aquæ diluuij, & arefacta est terra , in quo gerit figuram perfectorum,*Gen.*8.*a*.

X X V I I I.

Viginti octo cubiti longitudinis cortinarum tabernaculi,designant perfectam longanimitatem, quia hic numerus est perfectus,constans ex suis partibus aliquotis.*Exod.*26.36. *Longanimitas.*

Digitized by Google

XXIX.

Viginti nouem talenta auri fuerunt oblata in sanctuario. *Exod.* 38.

XXX.

Tricenarius numerus sic se habet,*a* vt trecentorum contineat sacramentum. Quod enim ibi centeni, hoc hic deni tertiò multiplicati faciunt. Triginta autem cubitorum arcæ latitudo, quem numerum decies habet in trecentis longitudo,designat Christum,qui est altitudo nostra,qui triginta annorum ætatem gerens, doctrinam Euangelicam consecrauit, contestans se venisse non soluere legem, sed implere. Legis autem cor in decem præceptis,cognoscitur. Triginta annorum erat Ioseph,quando eductus est de carcere,& totius Ægypti suscepit principatum,vt imminentis perniciem famis diuina prouisione depelleret. *Gen.* 41.*b.* Qua ætate venit Iesus ad baptismum,& vidit cœlos diuisos,& Spiritum Dei in columbæ specie venientem super se,vbi & primum cœpit sacramentum patefacere Trinitatis. *Luc.* 3. Sic trigesimo anno aperti sunt cœli Ezechieli,*b* id est,Christo in baptismo. *Ezech.* 1.*a.* Triginta annorum erat Dauid,quum regnare cœpit. 2. *Reg.* 5.*a.*

Christus.

Triginta sicli,designant *c* fidem Trinitatis,cum obseruatione præceptorum, vel tres virtutes,cum præceptis. *Exod.* 21.*g.* Valent sexaginta drachmas,pro fructu sexagesimo. *Leu.* 2.*a.* Idem designant triginta cubiti longitudinis sagorum tabernaculi. *Exod.* 26.*b.* 36.*b.* Item triginta cubiti altitudinis templi. 3. *Reg.* 6.*a.* Triginta stadia nauigata,perfectam impletionem legis designant,quum sint quinquies sex. Vel quum ex secunda vnitate,id est,denario per ternarium ducto perficiatur,Euangelicam fidem Trinitatis indicat. *Ioan.* 6.*c.* Triginta cori similæ in cibum Salomonis per singulos dies,fidem Sanctæ Trinitatis,quæ in lege Domini continetur, indicant. 3. *Reg.* 4.*c.* Propter triginta iustos parcit Deus Sodomis, *Gen.* 18. *d.* hoc est, propter seruantes legem cum fide Trinitatis. Ter enim decem,fiunt triginta. Ad hos referuntur triginta cameli fœtæ. *Gen.* 32.*b.*

Fides Trinitatis cum obseruatione præceptorum. Perfecta impletio legis.

Triginta viri recumbentes cum Samuele, designant *d* habentes fidem, quæ per dilectionem operatur. 1. *Regum*, 9.*d.*

Triginta argenteis venditus est Christus,*e* iuxta tempus,quod habebat ante prædicationem. *Matt.* 26.*b.* Designant etiam pleniora mysteria nouæ legis. *Zach.* 11.*c.*

Mysteria nouæ legis. Animapœnitens.

Triginta diebus sedens mulier in domo,designat *f* animam intra se pœnitentiam agentem. *Deut.* 21.*c.*

Tricesimus fructus,dicitur esse *g* coniugatorum,quia hæc ætas est pugnantium,& illi habent acriorem conflictum. Insinuat autem fidem Trinitatis. *Matt.* 13.*a.* Et triginta gazophilacia. *Ezech.* 40.*c.* designant centesimum fructum,& perfectionem vitæ actiuæ & contemplatiuæ cum fide Trinitatis in prædicatoribus.

XXXIII.

Triginta tres filij egressi de Lia numerantur,in ingressu Iacob in Ægyptum. *Gen.* 46.*b.*

Triginta tres dies purgationis mulieris parientis masculum,numerantur post octo dies. *Leu.* 12.*a.*

Bis triginta tres cubiti circuitus templi. *Ezech.* 41.*b.* indicant *h* nos indigere duplici natiuitate, carnali & spirituali.

XXXVII.

Triginta septem fortes Dauid. 2. *Reg.* 23.*d.* sunt *i* fidem & obseruantiam decalogi, gratia septiformis spiritus operante honorantes.

XXXVIII.

Triginta octo anni infirmitatis paralytici,designat *k* defectum impletionis legis, quæ quadragenario impletur, qui defectus est per binarium duo præcepta charitatis. *Ioan.* 5.*a.* Vel designant multitudinem & magnitudinem peccatorum,quibus opprimebatur.

XL.

Quadragenarius numerus *l* habet quater decem: ipse autem denarius ab vno vsque ad quatuor progrediente numero consumatur. Vnde laborioſi huius temporis sacramentum est,quo sub disciplina Regis Christi, aduersus diabolum dimicamus: quod etiam illud declarat, quòd quadraginta dierum ieiunium, hoc est, humiliationem animæ consecrauit lex, & Prophetæ,per Moysen, & Eliam, qui quadragenis diebus ieiunauerunt,& Euangelium per ipsius Domini ieiunium,quibus diebus quadraginta etiam tentabatur à diabolo. *Matth.* 4.*a.* Quadraginta annis comederunt filij Israël manna in deserto. *Exod.* 16.*d.* vt designetur totum tempus huius vitæ quo secundum vetus & nouum testamentum viuimus.

Tempus huius seculi.

Quadragenario numero perficitur opus, *m* fortasse ideò, quia in decem præceptis lex data est, & per totum mundum prædicanda erat lex,qui totus mundus quatuor partibus commendatur,Oriente & Occidente,Meridie & Aquilone,vnde denarius per quatuor multiplicatus, ad quadragenarium peruenit, vel quia per Euangelium, quod quatuor libros habet,impletur lex, quia in Euangelio dictum est, Non veni soluere legem,sed adimplere. Itaque quadragenario numero quædam perfectio in operibus bonis significatur, quæ maximè bona opera exercentur in abstinentia quadam ab illicitis cupiditatibus seculi, hoc est, generali ieiunio. Quadraginta annorum erat Isaac,quando duxit Rebeccam. *Gen.* 25.*c.*

Perfectio operum.

Dicitur *Num.* 14. Filij vestri erunt vagi quadraginta annis. Et *n* quid haberet mysterij numerus iste, declarat dicens. Secundùm numerum dierum,quibus considerastis terram, quadraginta diebus: pro die imputabitur annus recipietis peccata vestra quadraginta annis. Timeo ego mysterij huius secreta discutere. Video enim quòd peccatorum in hoc ratio comprehenditur & pœnarum. Vnde quadraginta diebus & noctibus pluit in diluuio, vbi quatuor per decem multiplicantur,vt designetur transgressio decalogi,& tribulatio pœnitentiæ,& ætas huius vitæ,in qua est pœnitendum. *Gen.* 7. 8. 18. *Psal.* 94. Pœnitentiam etiam designant quadraginta dies condituræ cadauerum. *Gen.* 50.*a.* Et quadraginta dies dantur puerperæ post partum matris. *Leu.* 12. Quadraginta dies dati Niniuitis ad pœnitentiam,tempus huius vitæ. *Ioan.* 3.*b.* Quadragesima iungitur passioni, propter pœnitentiam. Solet enim hic numerus esse laboris,vnde & designabit labores Christi. *Ezec.* 41. Quadraginta annis nõ habitata Ægyptus, designat impœnitentiam. *Exec.* 29.*c.*

Transgressio decalogi. Pœnitentia. Vita præsens.

Labores Christi. Impœnitẽtia.

Denarius perfectionem significat, quæ per quaternarium multiplicatur: vt designetur per quatuor mundi plagas fidem Trinitatis esse prædicandam. Quia verò Christus fuit cum Apostolis post resurrectionem quadraginta diebus: non semper quadragenarius numerus significabit pœnitentiam. *Actor.* 1.*a.*

Quadraginta dies & noctes, quibus fuit Moses cum Domino, designant *o* perfectionem decalogi, per quatuor mundi partes in lege noua futuram. Et quòd soli illi decalogum implent, quos Euangelij gratia iuuat. *Exod.* 24.*d.* 34. Quadraginta iusti,propter quos parcit Deus Sodomis, sunt legis & Euangelij præcepta seruantes. *Gen.* 18.

Quadraginta diebus est immunda mulier post partum masculi. *Leu.* 12.*d.* quia *p* tot diebus embrio vegetatur, & transformatur,quousque in corpus organicum perfectum suis debitis & harmonicis mensuris conducatur, vt dispositum ad suscipiendum animam masculeam,quæ est potissima hominis ratio.

Quadraginta diebus dormiens Ezechiel super latus dextrum, *q* quadraginta annos captiuitatis domus Iuda designauit. *Ezechiel.* 4. *b.* Quadraginta annis contulerat Deus beneficia filiis Israël, qui non sunt conuersi. *Psalmor.* 94.

Quadraginta annis iudicans Eli Israël, designat *r* transgressionem mandatorum: ideò iudicat quadraginta annis, quia legis austeram disciplinam ad timorem subiectæ plebis exhibuit: vt materiam humanæ conditionis per concupiscentiam fragilem per timorem retineret. 1. *Reg.* 4.*d.*

Post quadraginta dies emissus coruus, non est reuersus, aut aquis vtique interceptus, aut aliquo supernatante cadauere illectus,significat *s* homines immunditia cupiditatis teterrimos,& ob hoc ad ea,quæ foris sunt in mundo nimis intentos, aut rebaptizari,aut ab his, quos præter arcam, id est, præter Ecclesiam baptisr,us occidit, seduci & teneri.

Quadraginta vaccas dedit Iacob Esau fratri suo in munus. *Gen.* 32.*d.*

Quadraginta bases æneæ erant sub viginti tabulis tabernaculi. *Exod.* 36.*c.*

a *Au.* 12.*con. Faustum.* 14. *Ori.s.Gen.ho.* 2. *& s. Luc. hom.* 28. *& s. Eze.hom.* 1.

b *Gre.s.Ezec. hom.* 2. *Gloss. int.s.Gen.* 41.

c *Isy.s.Le.* 20. *Gloss. int.sup. Exod.* 26. *Ru. s.* 3. *Reg.* 7. *&* 6. *s.Ioan. Augu.s.Ioan. tra.* 25. *Gloss. int.su.* 3. *Reg.* 5. *& s.Ge.* 18.

d *Gre.s.*1. *Re.* 9.

e *Ori.s.Matt, hom.* 35. *Am.* 3. *de Spiritu Sancto* 18.

f *Am.epi.* 13.

g *Aug.* 4. *q.in euan. Glo.int. sup.Matt.* 53. *& s.Eze.* 40. *Gre.s. Ezech. hom.* 40.

h *Hie.s.Ezec.* 41.

i *Glo.int.s.*2. *Reg.* 13.

k *Au.s.Ioan. tract.* 17. *Glo. inte.s.Ioan.* 5.

l *Augu.* 2. *de consen. euan.* 4. *&* 83. *qu.* 57. *Glo.int.s. Exo.* 16.

m *Au.s.Ioan. tra.* 17.

n *Ori.s.Num. ho.* 8. *Am.ser.* 13. *& de Noe.* 13. *Hie.s. Ezech.* 29. 41. *& s. Amos* 2. *Au. ep.* 119. *&* 12. *contra Faust.* 17. *& s.Psal.* 94. *Glo.in.su. Gen.* 50. *Ru.* 2. *s. Exec.* 21. *s.Ioan.* 3. *Au.q.in Gen.* 169.

o *Glo.inte.su. Exod.* 24. *& s.Gen.* 18.

p *Geor. Vene. Cant.* 2. *to.* 3. *cap.* 16. *Isy.s.Leu.* 12.

q *Hie.s.Exec.* 4. *Gloss.inte.s. Psal.* 94.

r *Gre.s.*1. *Re.* 4.

s *Au.* 12. *con. Faust.* 20.

Digitized by Google

XLII.

Constat numerus *a* descensionis Christi in mundum per quadraginta & duos patres, secundùm carnem: velut per quadraginta duas mansiones descendentis vsque ad nos: & per totidem mansiones est ascensus filiorum Israël, vsque ad hæreditatis promissæ principium. *Num.* 33.

Quadraginta duobus mensibus calcabitur ciuitas sancta, *b* vt designetur abundantia iniquitatis in tempore Antichristi: quia numerus ille est superfluus seu abundans. *Apoc.* 11. *a.*

Quadraginta duo pueri occisi ab vrsis. 4. *Reg.* 2. *d.* designant *c* quadraginta duos annos post passionem Christi, quum euersa est Hierusalem à Tito & Vespasiano.

XLV.

Propter quadraginta quinque iustos promittit se Dominus parciturum Sodomis, *Gen.* 18. *d.* vbi *d* designantur ij, qui corpus quadragenaria abstinentia domant, & quinque sensibus ordinatè vtuntur.

XLVI.

Quadraginta sex annis ædificatum templum. *Ioan.* 2. *d.* designauit *e* corpus Christi de Adam assumptum: in cuius nomine secundum literas Græcas numerus quadraginta sex inuenitur. Item quadraginta sex dies, quibus corpus humanum in vtero formatur.

L.

Quinquagenarius numerus *f* remissioni & indulgentiæ consecratus est. Secundum legem enim quinquagesimo anno remissio erat: vt si quis distraxisset possessionem, eam reciperet: si liber in seruitutem venisset, reciperet libertatem: indulgentiam debitor reciperet, exul rediret ad patriam, *Leu.* 25. Spiritualis ergo Noë Christus in arca sua, in qua humanum genus de interitu liberat, id est, in Ecclesia sua, hunc quinquagenarium remissionis numerum in latitudine collocauit. Nisi enim remissionem peccatorum donasset credentibus, non fuisset per orbem terræ Ecclesiæ latitudo diffusa. *Gen.* 6. Et propter quinquaginta iustos parcit Deus Sodomis. *Gen.* 18. *d.* Et Psalmus quinquagesimus est pœnitentiæ & remissionis. Et lex data est quinquagesimo die. *Exod.* 19. Et festum nouarum frugum, fit quinquagesimo die. Et quinquagesimo die venit Spiritus sanctus super Apostolos. *Actor.* 2. *a.* Et quinquageni discumbunt in conuiuio Christi, propter remissionem iubilæi. *Luc.* 9. Princeps super quinquaginta est Christus, qui est princeps remissionis. *Isa.* 3. *a.* Ad remissionē & ad gratiam pertinent quinquaginta bati olei. *Luc.* 16. *b.* Et quinquaginta sicli. *Leui.* 27. *c.* 2. *Reg.* 23. *d.* Et quinquagesimum caput prædæ datur Leuitis & sacerdotibus. *Num.* 31. *d.* Quinquaginta & quinquenti, cognatus est numerus. Decadæ enim quinquaginta faciunt quingentos. Sed & ex alia parte numerus iste sacratus fit. Septem enim septimanis, si addatur vnius numeri perfectio, quinquaginta faciunt dies. Similiter & septuaginta septimanis, si addatur vnius decadæ consummatio, faciunt quinquagentos. Quòd etsi abundantius adhuc sacramenta quinquaginta & quingentorum numeri placet colligere habemus. *Num.* 31. *d.* vbi de hostium spoliis, quidem offerunt in dona Dei quinquagesimam portionem, qui non processerunt ad bellum: quidam verò quingentesimam: & vtique non inaniter: sed ad indulgentiam referri videntur. Quinquaginta lagenæ. *Agg.* 2. *c.* remissionem *g* per Christum significant: Sed Iudæis fiunt vrginti: quia solum confitentur duos denarios in ipso, nempe natiuitatem & mortem, sed negant tres, resurrectionem, ascensionem, & aduentum ad iudicium.

Remissio.

Quinquagesimus annus iubilæi, *h* diem iudicij designare potest, quando in nouissima tuba resurgent mortui. *Leuit.* 25. *b.*

Dies iudicij. Perfecti.

Quinquaginta annorum Leuitæ, sunt *i* habentes internam quietem, qui fiunt custodes vasorum, tanquam iam perfecti. *Leu.* 8. *d.* *Num.* 8. *d.* *Exod.* 18. Quinquaginta autem sicli valentes centum drachmas, perfectionem vsque ad martyrium designant. *Leu.* 27. *a.*

Quinquaginta ansulæ in cortinis, & quinquaginta circuli aurei, *k* æternam requiem significant, quæ per dona Spiritus sancti habetur. *Exod.* 26. *a.* 36. Vel recordationem supernæ quietis, aut humilitatem compunctionis. Et quinquaginta cubiti atrij ad occidentem, designant requiem post hanc vitam, ad orientem verò remissionem & spem quietis. *Exod.* 27. 38. Vel remissionem & resurrectionem, vt post septem hebdomadas per diem resurrectionis ad regna cœlorum perueniatur. *Ezec.* 40. *c.* Denarius *l* coniunctus quadragenario fit quinquagenarius, vnde cum labore celebramus quadragesimam ante pascha, cum lætitia verò tanquam acceptam mercedem quinquagesimam post pascha. Nam huic tanquàm salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis & fœlicitatis denarius, vt quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipse Dominus multo apertius, quando post resurrectionem quadraginta diebus conuersatus est cum discipulis suis in terra, quadragesimo autem die, quum ascendisse in cœlum, peractis decem diebus misit mercedem Spiritus sancti.

Æterna quies.

Quinquaginta cubiti latitudinis arcæ, designant *m* diffusionem charitatis in Ecclesia per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quinquagesimo enim die post resurrectionem suam Christus Sanctum spiritum misit, qui credentium corda dilatauit. *Gen.* 6.

Charitatis diffusio.

Duo quinquagenarij missi ad Eliam, 4. *Reg.* 1. diabolum designant, *n* qui in suis imitatur pœnitentiam, quam non habent. Designant etiam superbos. Tertius verò typus est verè pœnitentium.

Diabolus. Superbi. Pœnitentes.

Vnus seruus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. *Luc.* 7. *f.*

LX.

Sexagenarius ex senario perfecto denarióque compositus, *o* perfectionem significat antiquorum Patrum, qui legem scriptam non habentes, decalogum tamen legis, benè & perfectè operando laudabiliter adimplerunt, quos significabant sexaginta columnæ atrij. *Exod.* 27. Sexaginta fortes, sunt omnes perfecti, qui fuerunt ante nos in Ecclesia, vel prædicatores, qui dum decem præcepta, quo spiritualius & fortius in sex diebus compleuerunt, sexagenarium numerum perfecerunt. *Cant.* 3. *c.* Sic sunt sexaginta Reginæ. *Cant.* 6. *c.* Annus ergo sexagesimus, est vita spiritualis. Vsque ad sexaginta annos dant pro voto quinquaginta siclos, & fœmina triginta valentes sexaginta dragmas. *Leui.* 27. *a.* Vltra sexaginta sunt, qui à statu perfectionis imminuti esse videntur. Sexaginta cori farinæ in cibum Salomonis per singulos dies, perfectionem operum designant. 3. *Reg.* 4. *c.* Isaac sexagenarius erat, quando genuit Iacob & Esau. *Gen.* 25. *d.* Sexagesimus fructus virginum, tum propter ocium interius, quia contra carnis consuetudinem minimè pugnant, tum propter perfectionem operum, quæ illo numero exprimitur. *Matt.* 13. *a.* *Marc.* 4. Sexaginta cubiti in templo, perfectionem mundi significant, & perfectionem operum. *Exo.* 40. *c.* 3. *Reg.* 6.

Antiqui patres. Perfecti. Pradicatores.

Perfectio operum.

Anima perfecta.

Sexaginta reginæ. *Cant.* 1. *a.* designant *p* animas regnantes in intelligibilibus & spiritualibus, quia denarius numerus significare potest vniuersitatis scientiam, quæ si ad interiora & intelligibilia referatur, quæ senario numero significantur, fit quasi decies sexies, quod est sexaginta.

Sexaginta *q* sunt generationes fidelium, quæ fuerunt ab Adam vsque ad Christum, quæ tamen fuerunt sexaginta duæ, sed dicuntur sexaginta, sicut dicuntur septuaginta interpretes, licèt fuerint septuaginta duo.

Sex ætates.

Sexaginta diebus fleuit filia Iephte virginitatem suam. *Iudi.* 11. *g.* designans *r* pœnitentes in sex ætatibus, vel quòd toto tempore seruandus est decalogus.

Sexagenarius est *s* senex infirmus in proposito. *Leu.* 27. *a.*

LXVI.

Sexaginta sex animæ de femore Iacob ingressæ sunt in Ægyptum. *Gen.* 46.

Sexaginta sex dies considerantur purgationis à partu fœminæ post immundiciam menstrui. *Leuit.* 12. *b.* designant in hoc mundo & in hac vita procurandam esse peccatorum purgationem per pœnitentiam.

Perfectio intellectus.

LXX.

Septuaginta in domo Iacob. *Gen.* 46. designant *t* perfectionem intellectus & prudentiæ. Et in septuaginta palmis, denotatur intelligibilis, senior, incorruptáque naturæ ratio. *Exo.* 15. *d.* Possunt etiam tam domus Iacob, quàm palmæ designare discipulos Christi, & palmæ Martyres, ob victoriam. Et Septuaginta senes, qui erant cum Mose. *Exod.* 24. *a.* sunt discipuli Christi, & ordo doctorum septiformi gratia in decalogo perfectorum. Et quia sunt septem decades, pertinent ad legem veterem: vt septuaginta anni vitæ. *Psal.* 89.

Discipuli Christi. Martyres Doctores.

a *Ori. s. Num. ho.* 27.

b *Ru.* 6. *s. Ap.*

c *Au. ser.* 24.

d *Glo. inte. su. Gen.* 18.

e *Au. s. Ioan. tra.* 10. *Ru.* 3. *s. Ioan.*

f *Ori. s. Num. hom.* 5. 25. *& s. Mat. ca.* 14. *Ambr. s. Luc.* 9. *& Ap. Danid.* 8. *Hier. s. Agl. & s. Is.* 3. *Isyc. s. Leu.* 25. 27. *Gloss. int. su. Gen.* 8. 15. *Aug. se.* 198.

g *Ru. s. Ag.* 2.

h *Isyc. s. Leu.* 25.

i *Philo. quòd deteriorpotiori insidietur. Glo. inte. sup. Num.* 8. *Isy. s. Leu.* 27.

k *Au. ep.* 119. *Glo. inter. sup. Exod.* 26. 27. *Hie. s. Ez.* 40. *Gre. s. Ezec. h.* 17.

l *Au. s. Ioan. tra.* 17. *& 83. q.* 57. *& s. ps.* 150.

m *Au.* 12. *cō. Fau.* 14.

n *Hier. s. Is.* 3.

o *Ru.* 4. *s. Ex.* 17. *Gr. s. Can.* 3. 6. *Glo. int. s. Ca.* 3. *Isyc. s. Leui.* 27. *& sup.* 3. *Reg.* 4. *& s. Eze.* 40. *& s. Mat.* 13. *Au. qu. in eu.* 9. *Gre. s. Eze. ho.* 17.

p *Au.* 83. *qu.* 55. *Ru. s. Can* 6.

q *Ep.* 3. *contra hare. tom.* 2.

r *Au. q. in Iu.* 49. *Chry. de Ieph. Multa.*

s *Glo. inter. s. Leu.* 27.

t *Phi. de mig. Abr. Amb. se.* 24. *Hie. & Aug. s. ps.* 89. *Glo. inte. sup. Exod.* 15. 24. *Ru.* 3. *s. Ex.* 4.

Digitized by Google

Septuaginta ſicli argenti in vna phiala. *Num.* 7. quia *a* eſt numerus ex ſeptenario & denario compoſitus, Euangelicam ſeptiformis Spiritus gratiam, & legis, cuius decem præcepta ſunt, ſignificant ſcientiam.

Gratia & ſcientia legis. Remiſſio poſt pœnitentiam. Requies laborum.

Septuaginta diebus planxerunt Iacob. *Geneſ.* 50. *a.* decuplato videlicet ſeptenario: quia *b* luctus mortui ſunt ſeptem dies. *Eccle.* 13. *b.* Septuaginta autem anni captiuitatis Iuda in Babylone, deſignant curſum vitæ in carne: vel totum in tempus Eccleſiæ. Septuaginta autem anni Tyri, poſt quos reſtituitur in antiquum ſtatum. *Iſa.* 23. *d.* ſignificant remiſſionem poſt pœnitentiam. Et ſeptugeſimus annus Hieruſalem. *Zach.* 1. *c.* requiem poſt labores ſignificant. Septuaginta cubiti latitudinis templi. *Ezech.* 41. *d.*

Septuaginta filij Gedeon occiſi ab Abimelech. *Iudi* 9. *a.* Septuaginta *c* linguarum numerum faciunt.

Septuaginta de populo percuſſi. 1. *Reg.* 16. *d.* deſignant *d* hæreticos, adſcribentes ſibi dona Spiritus ſancti. Et ſeptuaginta ſeniores colentes idola. *Ezech.* 8. *d.* denotant eos, qui per mandatorum tranſgreſſionem, ſanctum numerum ſeptenarium inficiunt.

LXXV.

Septuaginta quinque annorum egreſſus eſt Abraham de terra ſua. *Geneſ.* 12. *b.* Qui numerus eſt *e* in confinio intelligibilis & ſenioris naturæ, per ſeptuaginta ſignificatæ, & ſenſibilis & iunioris, quæ quinque ſenſus æquat numero.

LXXVII.

Vſque ad ſeptuagies ſepties dimittuntur peccata, *f* vt remiſſio intelligatur de peccatis in hoc mundo degentium. Quòd ſi alia committantur peccata: illa non remittuntur. Deſignat etiam omnia peccata, quæ à tempore Adæ, vſque ad finem in proximum committuntur. *Matth.* 18. *c. Luc.* 17. *a.* Exprimit etiam hic numerus abundantiam diuinæ remiſſionis.

Septuaginta ſeptem, eſt *g* numerus reſolubilis in partes æquas, vt in ſeptem & vndecim. Ideò peccatũ Lamech oſtenditur remiſſibile, vnde & ipſe confeſſus eſt peccatum ſuum. Cain autem etiam Deo negare auſus eſt. Septuagies autem ſepties vltio de Lamech, deſignare poteſt punitionem, vſque ad aduentum Chriſti, quia poſt Septuaginta ſeptem generationes facta eſt redemptio generis humani. Vel datur vltio ſeptuagies ſepties: quia multiplicauit peccata Cain.

LXXX.

Anima imperfecta. Prædicatores falſi. Fides reſurrectionis.

Octoginta producitur ab octonario, qui eſt numerus diminutus. Octoginta concubinæ. *Cant.* 1. *a.* deſignant *h* animas terrenorum mercedem accipientes. Vel animas minus perfectas. Denario enim ſignificatur ſcientia vniuerſitatis: quæ ſi ad terrena & corruptibilia referatur, quæ octonario ſignificari poſſunt, fiunt octoginta. Vel quia denario ſignificatur decalogus, per octonarium verò reſurrectio, deſignantur prædicatores falſi, qui falſi ſunt per deſiderium, ſcripturam tamen diuinam & reſurrectionem, quam credimus, manifeſtant per verbum.

Octoginta cori tritici, *i* deſignant fidem reſurrectionis Chriſti. *Luc.* 16. *b.* Octoginta autem anni vitæ humanæ, ad nouam legem pertinent, propter octonarium. *Pſalm.* 89.

Octoginta dies dantur ſeparationis & purgationis mulieris parientis fœminam. *Leuit.* 12. *b.* & deſignant tempus, *k* quo formata eſt in agro Dei fœmina, quod duplum eſt ad formationem maſculi: quia geminata eſt pœna peccati in muliere.

LXXXVI.

Octoginta ſex annorũ erat Abraham, quando genuit Iſmaëlem. *Geneſ.* 16. *d.* vt deſignetur eum genuiſſe tempore *l* vitæ carnalis, quum nondum peruenerat ad perfectionem vitæ ſpiritualis. Octoginta ſex autem annorum quantitas duobus diſponitur terminis. Eſt enim in deceno limite octonarius, in ſingulari ſenarius. Senarius perfectus numerus ipſe quodammodo eſt Abraham, perfectorum vir operum, ſed parui & frigidi ſanguinis. Octonarius autem, qui & à Philoſophis fœmina dicitur, ipſe in deceno limite quodammodo eſt Agar, infirmior quidem quia fœmina, ſed fœcundior viro, quia iuuencula.

XC.

Perfectio ſtatus. Angeli.

Nonaginta cubita longitudinis templi. *Ezech.* 41. *b.* perfectiorem *m* ſtatum deſignant: quia nonagenaria peperit Sara. *Geneſ.* 21. *a.*

Deſignant etiam *n* Angelos, qui per additionem hominis fiunt centum.

XCVIII.

Numero nonaginta octo duo deſunt, vt ſit centenarius. Eius ætatis erat Eli: *o* quia perfectè maturitatis extitiſſet, ſi ſacramentum geminum in Redemptoris noſtri cognouiſſet incarnatione, videlicet veram diuinitatem in humanitate. Nunc, quia multa de lege veteri, plurima de mandatis cœleſtibus rectè intelligit, nonaginta octo annorum eſt. 1. *Reg.* 4. *c.*

XCIX.

Angeli. Iudæi. Creatura rationalis.

Nonaginta nouem annorum erat Abraham, quum mutauit nomen, & acſepit circumciſionem. *Geneſ.* 17. *a.* quia *p* iam perfectioni propinquior erat & cœleſtem deſiderabat ſocietatem.

Nonaginta nouem oues. *Matt.* 18. *b.* Angelos *q* ſignificare ſolent. Poſſunt etiam deſignare Iudæos ſuperbos: qui ſe ſanos putant: nec humiliari ad medicum volunt: ideo relinquuntur in montibus, hoc eſt, in tumore ſuperbiæ.

C.

Spes cæleſtiũ. Perfectio operum. Cæleſte præmium. Miſericordia Dei. Præcepta legis. Profectus. Duces fidelium.

Centenarius numerus plenus in omnibus & perfectus oſtenditur: *r* & totius rationalis creaturæ continet ſacramentum: ſicut in Euangeliis legimus, vbi dicit: quia habens quis centum oues, ex quibus quum periiſſet vna, relictis nonaginta nouem in montibus, deſcendit quærere eam, quæ perierat: quamque inuentam humeris ſuis reportauit: & poſuit cum illis nonaginta nouem, quæ non perierant. Hic ergo centenarius totius creaturæ rationalis eſt numerus, quoniam non ex ſemetipſo ſubſiſtit, ſed ex Trinitate deſcendit: & longitudinem vitæ, hoc eſt, immortalitatis gratiam ex Patre per Filium ac Spiritum ſanctum ſuſcepit, idcirco triplicatus ponitur, *ſ* vt pote, qui ad perfectionem, per gratiam Trinitatis augetur, & qui ex centenario per ignorantiam lapſum, per agnitionem Trinitatis reſtituat in trecentos. *Matth.* 15. *b. Luc.* 15. *b.*

Centeſimo anno Abrahæ natus eſt Iſaac. *Geneſ.* 21. *a.* Cum naſcitur Iſaac, *t* cuius generationem vnica Dei gratia operata eſt, paternæ ætatis numerus plenus & integer, vnus & ſimplex, id eſt, ſolo limite centeno contentus eſt ſub vnitate. Vnitas namque apud Philoſophos, neque mas neque fœmina dicitur, & proinde rectè ſub centena vnitate paternorum Iſaac naſcitur, cuius generationem, neque viri, neque fœminæ natura, ſed ſola diuinæ promiſſionis veritas operatur.

Centum in bonum & in malum ſumitur: *u* Nam inueniuntur centum inimici dæmones. Et Abraham centenarius credidit, & genuit Iſaac. Et centum fideles perſequuntur decem millia contrarias virtutes: vbi ponitur numerus finitus pro infinito. *Leuit.* 26. *c.* Et centum milites, ſunt qui perfectioni ſtudent. 1. *Par.* 12. *b.*

Centum cubiti longitudinis arrij, *x* ſpem cœleſtium ſignificant, & cœleſtem vitam quum à ſiniſtra tranſit in dextram. Item fructum centeſimum. *Exod.* 26. *a.* 28. *Ezech.* 40. Centum etiam cubitorum erant longitudo & latitudo templi. *Ezech.* 41. *c.* vt oſtendatur nos mente, ſermone, & operibus Deo ſeruire debere. Vel deſignatur perfectio operum.

Centuplum inuenit Iſaac, quum ſeminaſſet. *Geneſ.* 26. *c.* hoc eſt, *y* magnum cœleſtis patriæ lucrum, & fructum Euangelicum. Et centuplum in hac vita accipiendum. *Matth.* 19. *d.* ſignificat omnia, vt iuxta illud, nihil habentes & omnia poſſidentes. Centum annorum puer in fœlicitate, deſignat perfectam ætatem. *Iſa.* 65. *d.* Centeni autem diſcumbunt in conuiuio Chriſti quia ille numerus eſt vnitati diuinæ conſecratus. *Matth.* 6. Centeſimus autem fructus eſt Martyrum, & eorum, qui mortem habent in contemptu. *Matth.* 13. *a.* Eſt etiam contemplatio æternæ vitæ, & opera intentione æternitatis facta.

Centum bati olei, deſignant *z* magnam Dei miſericordiam. Et centum cori tritici, præcepta legis, quibus tenebantur Iudæi. *Luc.* 16. *b.*

Centum cubiti à porta interiori ad exteriorem. *Ezech.* 40. *d.* deſignant *aa* aliorem profectum eorum, qui iam perfectionem attigiſſe videbantur.

a *Ru.* 1 *ſ. Numer.* 18.
b *Gloſſ. int. ſ. Gen.* 50. *Geo. Ven. Can.* 1. *to.* 7. *cap.* 34. *Glo. int. ſ. Ge.* 50. *Georg. Venet. Cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 34. *Au. ſ. pſ.* 125. *Hier. ſ. Iſ.* 23. *& ſ. Zach.* 1. *Hie. ſ. Eze.* 41
c *Glo. inter. ſ. Iud.* 9.
d *Gre. ſ.* 1. *Re.* 6. *Hie. ſ. Eze.* 8.
e *Phi. de mig. Abra.*
f *Ori. ſ. Matt. hom.* 6. *Au. de verbo dom. ſu.* 15. *Am. ſ. Le.* 17.
g *Ru. ſ. Apoc.* 1. *Hie. ad Damaſum. q.* 1.
h *Au.* 83. *qu.* 55. *Ru. ſ. Ca.* 6. *Gre. ſ. Can.* 6.
i *Hier.* 9. *Aglaſiæ & ſ. pſ.* 89.
k *Iſyc. ſ. Leu.* 12.
l *Glo. int. ſu. Gen.* 16. *Rup.* 5. *Gen.* 27.
m *Hie. ſ. Eze.* 41.
n *Rup.* 2. *ſup. Ezec.* 25.
o *Gre. ſ.* 1. *Re.* 4.
p *Gle. int. ſu. Gen.* 17.
q *Glo. int. ſu. Luc.* 15. *Au. de ver. Apoſt. ſer.* 9.
r *Orig. ſ. Gen. hom.* 2. *Rup. ſ. Iud.* 11.
ſ *Hil. ſ. Matt. Can.* 18. *Am. ſ. Luc.* 15.
t *Rup. ſ. Gen.* 27.
u *Orig. ſ. Leu. hom.* 16. 26. *Glo. in. ſ. Leu. & ſ.* 1. *Par.* 12.
x *Hie. ſ. Eze. hom.* 18. 22. *Gre. ſ. Ezech. hom.* 17. 22.
y *Gl. int. ſup. Exo.* 26. *Glo. int. ſ. Gen.* 26. *Au. epiſt.* 89. *Hier. ſ. Iſ.* 65. *Ori. ſ. Matth. cap.* 14. *Au.* 1. *qu. in euan.* 9. *Gre. ſ. Eze. ho.* 17. *Glo. in. ſu. Mat.* 13.
z *Hie. ſu. Ag.*
aa *Gre. ſ. Eze. ho.* 19.

Digitized by Google

Centum arietes in cibum Salomonis per ſingulos dies. 3. *Reg.* 4. *c.* ſunt *a* Duces Chriſtiani gregis, qui cum ſubditis ſuis æternam gloriam conſequi feſtinant. Centum alieni, ſunt aſtutia perfecti. *Leuit.* 26. *b.*

a *Glo. int. ſ.* 3. *Reg.* 4. *& ſu. Leu.* 26.

Centeni anni ſexcentis vitæ Noë, ſingulas ætates deſignant. *Geneſ.* 7. *a.*

Centum agnis emit Iacob partem agri à filiis Hemor. *Geneſ.* 33. *d.*

Centum talenta argenti in vaſis tabernaculi. *Exod.* 38.

C X.

Centum & decem annis vixit Ioſeph, deſignans in ea ætate mori eos, qui decalogum obſeruant. *Geneſ.* 50.

C X X.

Centum viginti annorum erat Moſes, quum mortuus eſt, data lege, *b* deſignans Spiritum ſanctum venturum ſuper centum viginti diſcipulos. *Deut.* 34. *b.* Vel deſignant perfectionem mandatorũ, quæ eſt in duobus præceptis charitatis.

b *Hie. de mãſio. Glo. inter. ſup. Deu.* 34.

Dedit regina Saba regi Salamoni centum viginti talenta auri. 3. *Reg.* 10. *d.* Numerus hic conſecratus vitæ hominum eorum, *c* qui fuerunt in diebus Noe, quibus iſtud conceditur ſpacium vitæ, quo inuitantur ad pœnitentiam, offert ergo Chriſto Eccleſia in auri ſpecie & pondere non ſolum multitudinem ſenſuum ſuorum & intellectum, ſed lege Dei conſecratos indicat ſenſus per hunc, qui Moſi annos continebat numerum. *Geneſ.* 6. *a. Deut.* 34. *c.*

c *Ori. ſ. Cant. hom.* 2.

C X X V I I.

Centum viginti ſeptem annos vixit Sara, *d* vitæ perfectæ typum gerens, quia centum & viginti ſeptem ſunt numeri ſolidi. *Geneſ.* 23. *a.*

d *Gloſſ. inte. ſ. Gen.* 23.

C X X X.

Centum triginta annorum erat Iacob, quando ingreſſus eſt in Ægyptum. *Geneſ.* 47. *b.*

Centum triginta ſicli argenti in acetabulo, deſignant *e* vnius Dei, triumque perſonarum fidem propter centenarium & tricenarium. *Num.* 7.

e *Rup.* 1. *ſup. Nu.* 17.

C X X V I I.

Centum triginta ſeptem anni vixerat Iſmaël, quando appoſitus eſt ad populum ſuum. *Geneſ.* 25. *b.*

C X L.

Centum quadraginta annis vixerat Iob poſt flagella. *Iob.* 24. *d.* vt deſignetur *f* ducendo decem per quatuordecim, quod vtrúmque teſtamentum Eccleſia cuſtodiens, & tam ſecundum legis decalogum, quam ſecundum quatuor Euangelij libros viuens, vſque ad perfectionis culmen extenditur.

f *Gre.* 35. *mo.* 25.

C X L I V.

Centum quadraginta quatuor cubiti muri minoris Hieruſalem. *Apoc.* 21. *e.* deſignant *g* minores & infirmiores per bona opera ad cœleſtem Hieruſalem peruenientes.

g *Rupe.* 12. *ſ. Apoc.*

C X L V I I.

Centum quadraginta ſeptem annorum erat Iacob, quando mortuus eſt, & appoſitus ad populum ſuum. *Geneſ.* 50. *a.*

C L.

Centum quinquaginta diebus obtinuerunt aquæ diluuij terram. *Geneſ.* 7. *d.* vbi triplus eſt quinquagenarius, tanquam eum multiplicauerit Trinitas. Deſignatur autẽ *h* altitudo baptiſmi in ſacrando nouo homine, ad tenendam quietis & reſurrectiois fidem. Reſultat enim ex ſeptuaginta & octoginta, quæ ſunt ad ſeptem & octo.

h *Aug. ſ. pſa.* 150.

C L I I I.

Centum quinquaginta tres piſces. *Ioan.* 21. *b.* deſignant *i* perfectos, qui numerus ſit ex ter quinquaginta, additis tribus, & ex decem & ſeptem ſumptis omnibus prioribus numeris. Deſignãt etiam perfectam Eccleſiam militantem, quæ denario ad quinquagenarium addito abſoluetur in fine mundi. Vel ita conſideretur, quod ex ſeptem & decem, ſiunt decem & ſeptem: quæ ſi per trigonum ducamus, ſiunt quinquaginta vnum. Legimus quod annus quinquageſimus iubileus vocari iuſſus eſt: in quo videlicet cunctus populus ab omni operatione quieſceret. Sed vera requies in vnitate eſt. Diuidi quippe vnum non poteſt. Vbi enim ſciſſura diuiſionis eſt, vera requies non eſt. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta vnum, & fiunt centum quinquaginta tres. Quia ergo omnis noſtra operatio in fide Trinitatis exhibita, ad requiem tendit, decem ſeptem ter ducimus, vt ad quinquaginta vnum venire debeamus. Et quia vera noſtra requies, tunc eſt, quum ipſam claritatem Trinitatis agnoſcimus, quam in vnitate diuinitatis eſſe certum tenemus, quinquaginta & vnum ducimus, & electorum ſumma in ſuperna patria quaſi centum quinquaginta trium piſcium numerum tenemus.

i *Au. ſ. pſ.* 49. 119. 150. & 83. *q.* 57. & *ſ. Ioa. tra.* 122. *Gre. hom.* 24.

Perfecti.

Electi.

Vel centenarius ibi deſignat *k* Gentilem populum: quinquagenarius Iudaicum, ternarius confeſſionem Trinitis, per quam ſaluamur.

Tres gradus in Eccleſia.

Vel deſignat *l* tres gradus in Eccleſia centenarius imperfectos, qui multi ſunt: quinquagenarius mediocres: ternarius perfectos, qui pauci ſunt.

k *Cyril.* 12. *ſ. Ioan.* 63.

l *Rup.* 14. *ſup. Ioan.*

C L X X V.

Centum & ſeptuaginta quinque annis vixit Abraham: vt diceretur mortuus in ſenectute bona.

C L X X X.

Centum & octoginta annorum mortuus eſt Iſaac. *Gen.* 30. *d.* quo numero *m* perfecta ætas ſignatur.

m *Glo. int. ſu. Gen.* 35.

C C.

Ducentæ capræ & ducentæ oues erant in muneribus, quæ obtulit Iacob Eſau. *Geneſ.* 32. qui binarius princeps *n* alteritatis gradus eſt Eſau.

n *Gloſſ. int. ſ. Gen.* 32.

Ducenti argentei, qui dantur cuſtodientibus fructuum vineæ. *Cant.* 8. *d.* deſignant *o* duplicem retributionem, quæ datur bene operantibus: nempe centuplũ in hac vita, & vita æterna in futuro. Vel quum ſit binarius in tertio gradu deſignat coniugium Eccleſiæ cum Chriſto.

o *Gre. ſ. Can.* 8. *Rup. ſ. Hoſ.* 3.

C C L.

Ducenti quinquaginta ſicli calami, & etiam caſiæ, ponuntur in vnguento ſacerdotum. *Exod.* 30. *c.*

Ducenti quinquaginta calami numerantur in lateribus ſuburbanorum ciuitatis Ezechieli demonſtratæ. *Exech.* 48. *b.*

p *Orig. ſ. Nu. ho.* 4.

q *Orig. ſ. Iud. hom.* 4. *Au. q. Iud.* 37 *Gre.* 30. *mor.* 33. *Ru. ſ. Iud.* 12. *Gloſſ. int. ſup. Gen.* 45. *& ſ. Iudi.* 7.

C C L X X I I I.

Ducentorum ſeptuaginta trium numerus, *p* ſignificat illos dies, qui ex nouem menſibus & triduo menſis decimi colliguntur, qui fiunt ſimul ducenti ſeptuaginta tres, quibus humano generi in hunc mundum præbetur ingreſſus.

C C C.

Cum trecentis inuenies Abraham vincentem aduerſarios. *Geneſ.* 14. *b.* Et Gedeon cum trecentis lingua aquam lambentibus ſuperat. *Iud.* 7. *a.* in quibus deſignatur *q* crux per T. Et huius numeri erat longitudo arcæ Noe, qui multiplicatur per decem & triginta, & deſignat obſeruationem legis. *Gen.* 6. Trecenti etiam viri Gedeonis, deſignat Gentiles virtute crucis Chriſti ſeruatos. Vel habentes perfectam cognitionem Trinitatis crucem Chriſti ferentes. Trecentos argenteos dedit Ioſeph Beniamin fratri ſuo, qui deſignant fidem Trinitatis & crucis Chriſti. *Gene.* 45.

Crux. Obſeruatio legis. Gentiles.

